Les Bibliothèques Virtuelles Huıanistes

Extrait de la convention établie avec les établisseıents partenaires :

- ces établisseıents autorisent la nuıérisation des ouvrages dont ils sont dépositaires (fonds d'Etat ou autres) sous réserve du respect des conditions de conservation et de ıanipulation des docuıents anciens ou fragiles. Ils en conservent la propriété et le copyright, et les iınages résultant de la nuıérisation seront dûıent référencées.
- le travail effectué par les laboratoires étant considéré coııne une « oeuvre » (nuıérisation, traiteıent des iınages, description des ouvrages, constitution de la base de données, gestion technique et adıinistrative du serveur), il relève aussi du droit de la propriété intellectuelle et toute utilisation ou reproduction est souınise à autorisation.
- toute utilisation coıınerciale restera souınise à autorisation particulière deıandée par l'éditeur aux établisseıents détenteurs des droits (que ce soit pour un ouvrage édité sur papier ou une autre base de données).
- les bases de données sont déposées auprès des services juridiques coıpétents.

Copyright - © Bibliothèques Virtuelles Huıanistes

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance



EX LIBRIS
DE LA FENÊTRE.

Ex libris
L. SIEX

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Ex libris
L. CASTEX

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

AMBROSII
CALEPINI
DICTIONARIVM
OCTOLINGVE,

In quo Latinis dictionibus Hebrææ, Græcæ, Gallicæ, Italicæ, Germanicæ, Hiſpanicæ, atque Anglicæ adiectæ ſunt.

Receſuit, defæcauit, auxitque multùm IOANNES PASSERATIVS *in principe Academia Pariſienſi Eloquentiæ Profeſſor Regius, adeò vt nunc, nouum hoc opus nouum nomen poſtulet, & iam, non* CALEPINI DICTIONARIVM, *ſed* THESAVRVS LINGVÆ LATINÆ *dici mereatur.*

Acceſſerunt etiam inſignes loquendi modi, lectiores etymologiæ, antitheta, tranſlationes, emendationes, adagia ex optimis quibuſque auctoribus decerpta.

Huc, præter alia, accedunt certæ ſyllabarum quantitatis notæ, ſingulis vocibus inſcriptæ, magna ſylua nominum, tum appellatiuorum, tum propriorum, vt virorum, mulierum, ſectarum, populorum, deorum, ſiderum, ventorum, vrbium, marium, fluuiorum, & reliquorum, vt ſunt vici, promontoria, ſtagna, paludes, &c. Ita vt, hæc Editio omnibus Theſauris, & Dictionarijs quæ hactenus collecta ſunt, incredibili & rerum & verborum numero ſit locupletior ac emendatior.

Porrò, quæ huic Editioni cæteruerunt ea obeliſcis, ſiue hamulis huiuſmodi [ ] incluſimus, vt quantis auctibus præcedentium omnium Editionum faſtigium, hæc noua PASSERATII Editio extulerit, omnes ſtatim videant, vnoque oculi intuitu facilè cognoſcant.



COLONIÆ ALLOBROGVM,
SVMPTIBVS CALDORIANÆ SOCIETATIS.
Cum priuilegio Chriſtianiſſimi Francorum Regis.

M. DC. IX.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

TYPOGRAPHVS CANDIDO LECTORI S. D.

VETERES illos accepimus, in cæteris memoriæ subsidiis, componere sibi esse solitos verborum commentarios & indices, quos Græci συλλόγους appellarunt, vt quum in eos magnam vim verborum retulissent & digessissent simul ac collibitum esset, illi præstò essent quærentibus, ac sine errore & sine molestia rem quæsitam suggererent. Nec abest coniectura, quin similis illa fuerit eruditorum industria, similéque consilium, saltem bona ex parte quum sibi illa sua ὑπομνήματα instituerent, quibus in domesticis & inclusis commentationibus esse vsos scimus. Nam hæc quæ rudiùs ac sine methodo ab illis redigebantur, vltrò deinde rem sibi commissam repetentibus offerebant. Atque illud genus commentariorum necessitas, vt alia, excogitauit, vsus & ratio expoliuit. Etenim quum memoriam impediat atque obruat varietas omnis, tum verò illa pertúrbat facilè, quæ quum sit numero copiosa, genere ipso est subtilis. Sunt autem ex hoc genere ipsa vocabula, quæ quum ad res insignienadas sint excogitata, rebus ipsis leuiora sunt, & magis lubrica, faciliúsque è memoria effluunt. Quò minus mirandum memoriæ suisse adiumenta à veteribus illis quæsita. Sed si hoc illi in iis quæ iam perceperant, & quæ tenebant, tamen factitarunt, & rerum verborúmque constructam, atque compositam copiam habuerunt, quid nos in ignotis rebus verbísque facere oportet? Neque enim sermo ipse, & vocabula, quibus bonæ disciplinæ illustratæ sunt nobiscum nascuntur. Hæc autem illi bona ex parte natiua & vernacula habuerunt. Res verò, id est, ipsas disciplinas, eò saltem faciliores habuerunt, quòd in verbis laborandum illis non fuit. Faciendum igitur, vt quum quasi ignotæ regiones nobis peragendæ sint, duces viarum & locorum adhibeamus, & Mercuriales illos lapides, atque columnas ad iter dirigendum collocatas, persequamur. Hæc adiumenta qui pro nihilo ducet, nihil mirum si in deuiis & in asperis, quibus hæc regio tota est obstructa, hæreat. Magnáque est illa peruersitas, vt præclarè dictum est, inuentis frugibus, tamen glande vesci malle. Itaque in singulari Dei beneficio ponendum est, quòd quum demersas liberaques disciplinas, & propè omnia humanitatis studia è Cimeriis illis tenebris reuocaret, magna solertia atque industria præditos viros excitauerit, qui nobis salebras illas & calles adæquarent, & viam ad omne politioris literaturæ genus sternerent. Quo in genere quum elaborarint vsque adhuc non pauci, neque obscuri literati homines, tum certè imprimis vir clarissimus IOANNES PASSERATIVS præclaram operam huic artificio nauasse iudicandus est, qui in immensa vi, caligine, & obscuritate verborum ac rerum enodanda, eruenda, atque illustranda diu multúmque desudauit. Qui quanto nos labore leuarit, quantúmque opis atque luminis studiis omnium attulerit, quius facilè intelligere potest, sed potissimùm ij, qui aliquando hocce subsidio atque adminiculo destituti, in aliquo artis ac disciplinæ genere sunt versati. Tanta enim est rerum & verborum coniunctio, vt nec sententiæ pateant, nisi iis lux verborum inferatur, nec verborum vis percipiatur, si rerum cognitionem subtraxeris. Quo loco duplex mihi hominum error iure reprehendendus videtur. Neque enim desunt qui hoc commentariorum genus, quos Dictionarios appellamus: fastidiosè contemnant, & sine iis, quò volunt, se peruenturos confidant. Sed alios rursus videas, qui hæc subsidia ita amplexentur, quasi ad parandam eruditionem nihil prætereà requiratur. Quo vtroque errore depulso, id in iis euoluendis operæ ponetur, quod ad reconditam vocabulorum notionem proferendam satis erit. Atque vt antiqui illi Romani in prehensando & petendo, quòd subindè in ignotos homines incurrebant, monitorem & nomenclatorem adhibeant, qui quum in aurem insusurrasset, nomenque ciuis obuij subiecisset, tum nominatim ille, à quo petebatur, appellari poterat: ita nobis in promptu erit in peregrina regione versantibus interpres, qui hærentibus rerum nomenclaturas explicet: nec cogentur boni scriptores apud nos obmutescere, vel nos potiùs ad illorum præcepta obsurdescere. Itaque si ad nostram ætatem nulli dum in eo genere enituissent, tamen rei necessitas illud intentatum nos sinere non pateretur: nunc quum eruditis hominibus & eam mentem iniecerit Deus, vt vellent, & eam rei ipsius cognitionem tribuerit, vt possent id quod in manus nostras peruenit, elaborare, tamenne tantum & tam necessarium munus aspernabimur? Quòd si rudes & informati duntaxat iudices hi, cuiusmodi à primis authoribus editi sunt: tamen tantopere conducere studiosis sunt creditI, quantò nunc fructuosiores esse confidere debemus, quum his velati summa manus apposita est? Nunc enim ita illius doctissimi & accuratissimi viri IOANNIS PASSERATII assiduis lucubrationibus creuit hoc opus, vt prè illis tenuibus ac ieiunis eius primordiis, ad iustam magnitudinem peruenisse meritò dici possit. Sed habenda gratia iis qui inchoarunt; non inuidendum iis qui auxerunt.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Calepinus quàm inops & quàm exiguus primùm in manus hominum venerit, nemo ignorat. Id eum locupletandum qu. si symbolas contulerunt egregiis artibus & literis exculti viri, inter quos principem locum suo iure sibi vendicat hic noster PASSERATIVS. *Sed facit operis suscepti amplitudo, vt quò plus addas, modò consideratè, eò melius quid operis ratio postularet, intelligatur. Itaque tantum abest, vt qui hoc stadium ante nos sunt ingressi, nos deterruerint, vt nobis potiùs facem tradidisse, & ad eundem cursum inuitasse videantur. Sicuti nec noster hic labor ad alios auertendos institutus fuit, sed ad acuendam potiùs aliorum diligentiam. Tantùm quid in hoc præstare simus conati, ingenuus & honesti laboris æquus æstimator intelligat lector: vt si id quod propositum fuit, sumus assequuti, nos laboris non pœniteat, agamúsque Deo opt. max. gratias, qui calamitoso hoc tempore id otij & adiumenti nobis largitus est, vt in commune consulere possemus: Sin tanti operis moles nos ab aliqua suscepti muneris parte depulit, tamen nauatam esse à nobis operam, factáque impensas, quas oportuit, studiosi intelligant. Omnino in hoc opificio duo sumus sequuti, vt quæ iam erant, ea integriora atque emendatiora exirent, & quæ desiderari videbantur, expleremus. Primùm enim, quoniam abesse, etiamnum multa vocabula constabat, eas lacunas vt, si qua fieri posset repleremus, frugiferum sanè opus Iusti Reuberi VVesphali in hoc nostrum intexuimus. Porrò assidua nos* IOANNIS GALLI *opera usi, magnam exemplorum locutionúmque selectiorum copiam, vel syluam potiùs, undique à Passeratio viro politissimo collectarum, huic operi inseruimus atque digessimus. Quæ quidem* PASSERATIVS *prisca vocabula multa è Grammaticorum vetustissimis commentariis eruit atque in lucem protulit. Multas scriptorum authoritates nitori restituit, mendásque abstersit. Adagia ex antiquis & recentioribus auctoribus decerpsit, vt optimè esse de studiosis promeritum planè constet. Adiecimus præterea castigationes Ioannis Michaelis Bruti Florentini, qui Latinas & Italicas voces puritati reddidit. Et ne qua è tribus illis primariis linguis desideraretur, totúmque opus cumulatius manaret, eam adiecimus, quæ principatum facile tenet, Hebræam. Græca verò vocabula a viro Græcarum literarum peritissimo pari fide & industria correcta sunt. Creuit præterea opus hoc accessione linguæ Germanicæ, ne ex vulgatioribus idiomatis vllum requireretur, haberéque suos numeros omnes liber, quoad eius fieri posset, videretur. Ea quoque adiecimus, quæ ex Onomastici nouissima editione excerpenda duximus, quæque vsui fore discentibus iudicauimus, præterea ea omnia quæ in alits Dictionariis adhuc desiderata sunt, id est quæ à variis variarum lectionum scriptoribus, atque historicorum, oratorum, poetarum interpretibus sunt obseruata, quæ ad intelligendam vim Latinorum verborum magnum momentum habent, adiunximus: ad eáque colligenda viros Latinis & Græcis literis eruditissimos conduximus: denique singulis vocum syllabis quantitatis notam inscribendam curauimus. Nec hoc contenti, curauimus quinetiam vniuersum opus ab eruditissimis viris ad incudem quodammodo reuocandum, qua noua diligentia multa sunt castigata, non pauca in meliorem ordinem redacta, ingens verò vocabulorum farrago quæ trium millium numerum superat, adiecta. Hæc autem postrema editio, præter superiores, quamplurimis locupletata est nouis dictionibus, necessariis constructionibus, variis significationibus, obseruationibus, exemplis, atque locutionibus ex classicis auctoribus, potissimúmque è Plauto lingua (vt loquitur Gellius) atque elegantiæ in verbis Latinæ principe petitis. Quæ qui iem omnia, (ne studiosus Lector fucum sibi fieri à nobis existimet) hamulis siue obeliscis istiusmodi [ ] diligenter notauimus, vt ea omnibus hoc opus euoluentibus illicò appareant. Denique quia hic liber nimia mole hactenus laborauit, quædam prorsus aliena & superflua resecanda curauimus. Et ne quem offendat hæc laboris prædicatio, illud profiteri iure nostro possumus, nos neque operæ neque sumptibus quæ ad operis amplificationem valerent, pepercisse. Omnia autem æstimatori æquo agnoscenda & fruenda relinquimus. Quòd si commendationem res postulat, quæ vtilitatem potiùs eorum quibus comparata est, quærit, eam facilius fructus quem studiosi percipient, quàm nostra commemoratio afferet. Vale.*

ANNO M D C IX.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

AMBROSII

CALEPINI DICTIONARIVM:

Recenſuit, defæcauit, auxítque multùm LOANNES PASSERATIVS in princ^ipe Academiâ Pariſienſi Eloquentiæ Profeſſor Regius, adeò vt nunc, nouum hoc opus n^ouum nomen poſtulet, & iam non CALEPINI DICTIONARIVM, ſed THESAVRVS LINGVÆ LATINÆ dici mereatur.

Quæ autem huic Editioni accreuerunt, ea obeliſcis, ſeu hamulis huiuſmodi [ ] incluſimus, vt quantis auctibus præcedentium omnium Editionum faſtigium, hæc noua PASSERATII *Editio extulerit, omnes ſtatim videant, vnáque oculi intuitu facilè cognoſcant.*

A

A NOMEN eſt literæ primæ Hebræis, Græcis & Latinis: quæ à Cicerone Salutaris litera dicitur, quòd nota eſſet abſolutionis: vt C condemnationis, & NL. ampliationis.

Hæc litera clara ex arteria prodit, os renidens hilaritate quadam liberius aperit, ſpirituſque profundior ſuapte natura palati connexum ferit: eius ſonus magis auditur in principio, quàm in medio, remiſſior in fine dictionis: fit tamen in principio clarior, ſi ſubſequitur minùs vehementis ſpiritus conſonans: at ſi huiuſmodi literæ geminẽtur, maius incrementũ ſuſcipit: ſi diuerſæ obſtrepentes ſuccedant, non parum aſperitatis habet: denique iuxta qualitates conſonantium aut ſimpliciter poſitarum, aut geminatarũ, aut diuerſarum, coëuntium inter ſe, modò ſuauiùs ſonat, modò aſperius ſtrepit. Cæteraſque ſoni præſtantia longè anteit vox illa, in qua plurimum viget A, quod maximè tum in oratione deprehẽditur, tum in carmine. Sic duobus potiſſimùm locis apparet, in verſus pentemimeri ſcilicet, & heptemimeri, vbi fit arſis, & theſis, magis canora fiũt carmina. Grandiori figuræ nullum accommodatius elementum. Huius concurſus, & poſitus crebrior non tam exprimit magnitudinis & grauitatis formam: vt, At nunc horrentia Martis Arma, virúmque cano, &c. quùm animi affectum declarat: vt Phyllida amo ante alias, nã me diſcedere fleuit. At regina graui iamdudum ſaucia cura: duo maximi apud Maronem affectus. Verùm quia vocales breues grauitati parum idoneæ, longiores verò multò præſtantiores: vt ait ſummus & optimus dicendi magiſter, quum in dubium reuocet quis pes magis aptus ſit, & conueniens in fine clauſulæ, Trochæus, an Iambus: Iambum concludit, qui conſtet vltima longa, Trochæus verò breui: Non indignum fore exiſtimaui hic ſubiicere, & ſingulis elementis (quod non parum conferet ad numeros orationis, ſi ritè res perpendatur) correptionis & productionis regulas in ſolo dictionis fine: nam in principio, & in medio optimorum authorum petantur exempla: dẽt veniam viri docti: non enim ipſis hæc ſcribimus, ſed nouitiis. A, in fine cuiuſcunque dictionis producitur. Corripiuntur, *ita, quia, puta*: item nominatiui & vocatiui, niſi vocatiuus à nominatiuo in as: numeralia verò in *ginta* communem habent vltimam. In notis antiquorum A. Auguſtus vel Auus, vel Aſſoles, vel aut, vel aliquando, vel ager, vel agrum, vel aiunt, vel annus, vel abſoluo, vel abſolutio. AA. Auguſti, vel Auguſta. AA. Auguſtalis. A.A. apud agrum, vel aurum, argentum. A.A.C. ante auditam cauſam. AAA. Auguſti. A.A.A.F.F. ære, argento, auro, flato feriundo vel flado feriundo. A.A.A.F.F.QV.T.V. auri, argenti, æris flator, fabricæ quirinalis Tybe. ini. A.A.S.L.M. apud agrum ſibi locum monumenti. Vide Goltzij Theſan. cap. 24.

Hæc à tergo aſpirationem accipiens, fit interiectio: de qua vide infra ſuo loco.

A autem præpoſitio ſine aſpiratione & cum graui accentu ſcribitur. Deducitur enim ab ἀπὸ Græca præpoſitione, remota vltima ſyllaba πό: à qua præpoſitione Ab quoque deduci videtur, abiecta vltima litera o, & mutato π tenui in ſuam mediam b. Eadem ratio eſt de Abs: quarum trium eadem eſt ſignificatio: in hoc autem vno differũt, quod A nunquam coniungitur cum dictionibus incipientibus à vocali: Ab verò cum omnibus iis, & præterea cum l & r duabus liquidis, & i conſonantis locum tenente: vt, Ab lege, Ab rege, Ab Ioue (licet apud Liuium cum aliis quoque conſonantibus coniunctum legatur) & Abs cum t, & q: vt Abs Tullio, Abs quolibet. Quæcunque igitur de A, eadem & de Ab & Abs, quantum ad ſignificationem attinet, dici & poſſe & debere eſt putandum.

Ā, præpoſitio producitur, & grauatur in contextu. *Priſcian. lib. 2. de dictione.*

Ā, motum à loco ſignificat: vt, Redeo à villa, ab agro: Venio ab vrbe, ab Italia. *Virg. 2. Æneid.* Et iam Argiua phalanx inſtructis nauibus ibat A Tenedo. Neque ſolum motum à loco ſignificat: ſed etiã tempus, & tum maximè declaratur per quum: vt, A puero te noui, id eſt, quum puer adhuc eſſes te noſcere cœpi. Sic, Ab infantia te dilexi, quum dico, ſignifico ſtatim quum inciperet infantia, cœptam eſſe meam dilectionem.

*A Ab proximitatem loci ſignificat. *Cic. lib. 1. Acad.* Nunciatum eſt nobis à M. Varrone, veniſſe eum à Roma pridie veſperi. Hoc eſt, non ex ipſa vrbe Roma, ſed (vt vulgus loquitur) de propè Romam. Nam ā vel ab, ſic differt ab è vel ex. A Theatro venit, qui à loco qui eſt iuxta theatrum venit. E theatro venit, qui in ipſo theatro fuit. His contraria ſunt Ad & IN: vt, Eo ad templum & eo in templum. *Author Seruius in arte.* Hæc tamen differentia interdum confunditur ab authoribus.

Ā vel ab, iunctum cum verbis paſſiuis, cauſam efficientem, ſiue perſonam agentem ſignificat: vt, Victus eſt à Scipione, id eſt, Vicit eum Scipio. *Quintil. lib. 9 c. 2.* An ab eo fuſtibus vapulaſſet. Verti poteſt hic ablatiuus in datiuum, Græco more. *Cic.* Neque ſenatui, neque populo, neque cuiquam bono probatur. *Et,* Audira vobis eſſe arbitror, *Virg. Æneid. 1.* neque cernitur vlli. *Ibidem,* Nulla tuarum audita mihi neque viſa ſororum.

Interdum ponitur pro Poſt, ἀπό, cum accuſatiuo, & ἀπὸ. *Cic. de Senect.* Cuius à morte hic tertius & tricẽſimus eſt annus: hoc eſt, poſt cuius mortem: Sic dicimus, A partu, A funere, A commeatu: quod eſt, Poſt partum, poſt funus, poſt commeatum. *Sueton. in Cæſare.* Plebs ſtatim à funere, ad domum Bruti & Caſſij cum facibus tetendit: hoc eſt poſt celebratas exequias. *Idem in Tiberio,* A commeatu caſtra repetentes, & A tergo, id eſt, poſt tergum, retrò, ponè, ὄπισθεν, κατόπιν. *Liu. 3. ab Vrbe.* Neque hoſtium à tergo incurſum vidit. Sic A ſomno, id eſt, poſt ſomnum. Dicimus etiam non ineleganter, A rege ſecundus: quod eſt, Poſt regem primus. *Idem 1. ab Vrbe.* Si dignum qui ſecundus à Romulo numereretur, creatis. ¶ Quandoque ſignificat De, vel ex. *Terent. in Adelph.* A villa mercenarium vidi. *Sueton. in Veſp.* Alterum ad Iuniam Caluinam à gente Auguſti pertinere dicebat: pro, de gente. *Martialis,* Ipſam protinus à via ſalutes. *Et Cic.* A Pauſania Lentuli liberto audiui, quod alibi per De vel ex, enunciauit: vt de Philadelpho audies: id eſt, Philadelphus tibi dicet. ¶ Quandoque habet vim defenſionis, & ſignificat Pro, ὑπὲρ, cum genitiuo, vt, Ab aliquo facere: ab aliquo ſtare: ab aliquo eſſe: ab aliquo dicere. nullam aliam habẽt vim & ſententiam quàm ſi diceres, adiuuare & defendere aliquem, vel cauſſam alicuius & defenſionem ſuſcipere. *Cic. in Bruto,* Nec vę-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

rò M.Cælium prætereundum arbitror, quæcunque eius in exitu vel fortuna, vel mens fuit: qui quàm diu auctoritati meæ paruit, talis tribunus plebis fuit, vt nemo contra ciuium perditorum populare turbulentámque dementiam à Senatu, & à bonorum causa steterit constantius. *Idem de Inuent.* Commune est quod nihilo magis ab aduersariis quàm à nobis facit. *Idem de Orat.* Sed vide ne hoc totum Scæuola sit à me. Vbi quod A sententia ait, & A causa bonorum: perinde est acsi dixisset, Pro partibus Senatus, & bonorum, hoc est, Senatui studuerit & fauerit: eúmque tutatus fuerit. *Idem pro Cluentio,* Nō modò dicendi à reo, sed ne surgendi quidē potestas fuit: id est, Pro reo: hoc est, In gratiam & fauorem rei.

Sic dicimus A quæstionibus, A testibus, A voluntate, quæ loquutio creberrima est apud idoneos autores: quasi defensor quæstionum, testium, & voluntatis alterius. Ab aliquo soluere, persoluere, dare, numerare, repræsentare, vel suppeditare quis dicitur, si quod ipse alicui debet, id curet, vt alius pro se ac nomine suo soluat, det, numeret, repræsentet aut suppeditet. *Cic. ad Attic.* Frater elaborat vt tibi quod debet ab Egnatio soluat. *Pro Cæcinna,* Hac emptione facta pecunia soluitur à Cesenna. *Idem pro Planc.* Sinite me, quæso, vobis fœtus huic sæpe promissi, id à vobis ei persoluere. *Idem pro Fla.* ab Sextilio dicit se dedisse & suis fratribus. *Ibid.* Si prætor dedit, à Quæstore numerauit. *Idem ad Attic.* Reliquæ pecuniæ vsuram Silio pendemus, dū à Faberio repræsentabimus. *Idem con. Rull.* Sumptum haurit ex ærario, suppeditat à sociis. ¶ Hinc natæ sunt illæ Iurisconsultorum formulæ. Ab aliquo possidere, Ab aliquo vti, id est, possessionem & vsum ab aliquo nactum esse. *L. j D. vti poss. & L. 1. D de itin. actú que priu.* ¶ Officiorum præterea & dignitatum nominibus præposita, eos significat, qui iis aut officiis, aut dignitatibus funguntur: qua quidem in re latissimus huius præpositionis est vsus. Nam A studiis dicitur esse, qui pro eruditione & doctrina sua, præest studiis alicuius, puta principis. Ab epistolis, ὁ ἐπὶ τῶν ἐπιστολῶν, qui præest epistolis, siue vt eas accipiat, siue vt ad illas respondeat.

A rationibus, qui nunc vulgo, *Clericus,* siue *Magister computorum* dicitur. *Sueton. in Claudio,* Super hos Polybium à studiis, Narcissum ab epistolis, & Pallantem à rationibus, quos decreto quoque Senatus non præmiis modò ingentibus, & Quæstoriis, Prætoriisque ornamētis ornari libenter passus est.

A libellis, Qui libellis supplicibus præest, ὁ γραμματεῖων ἀναγνώστης ἢ ὑπομνημάτων.

Sic A batis, Qui præest mensuris, quíque annonam mensuris diuidit. Nam batus, mensuræ genus est.

A caliculis, Qui præest caliculis, quæ sunt vasa potoria, ὁ ἐπὶ τῆς κύλικος.

A commentariis, Qui præest commentariis, hoc est, qui in commentarium custodias refert, & veluti diarium custodiarum conficit. Hūc *Asconius Pædianus,* Commentariensem vocat, *Hiero. lib. 2. Reg.* Iosaphat erat à commentariis.

A manibus, siue à manu, dicuntur scribæ, quorum manu ad litteras scribendas principes vti solent. οἱ ἐπὶ τῶν ἐπιστολῶν γενόμενοι. *Sueton. in Cæsare,* Philomenem à manu seruum, qui necē suam per venenū inimicis promiserat, nō grauiùs quàm simplici morte puniit. Hi alio nomine, Ad manum, dicuntur. *Cic. lib. 3. de Orat.* Licinium seruū sibi Gracchus habuit ad manū. Similiter Amanuēseis eos Sueton. alibi vocat.

A memoria, Cuius officium est suggerere principi res obeundas, & quæ sint agenda, in memoriam illius reuocare, ex præscripto. ὁ ἐπὶ τῆς μνήμης τῶν βασιλέως.

A pedibus dicuntur serui quorū pedibus vtimur. *Cic. ad Attic.* Nec vllam ob aliam causam Pollucem seruum à pedibus Romam misi. *Martial. lib* 1. Omnia quum retrò pueris obsonia tradas, Cur non mē sa tibi ponitur à pedibus? *Item lib* 7. eosdem vocat Ad pedes: Misto (inquit) lagenam replet ad pedes vino. Inuenimus etiam pro eodē Pedes sine præpositione. *Idem lib.* 3. At ipse retroflexus ad pedum turbam. Et sciendum, A pedibus, per omneis casus eadem termination dici. Rectè enim interrogaueris, Quid agunt à pedibus? Intelligitur enim ibi, Serui à pedibus, Missi à pedibus, Dedi à pedibus meis. Hi etiam Circumpedes vocantur. Vnde ait *Agretius,* Circumpedes, sunt obsequia seruorum: Antepedes, amicorum. *Cic.* Circumpedes autem homines formosos & litteratos, suos esse dicebat.

A pugione, dicitur qui principis pugionem gestat, eíque semper præsto est. *Lamprid. in comm.* Inter quos libertinus qui à pugione appellatus est.

A punctis, Qui præest reditui aquariorum, *apud Frontinum lib. 2. de Aquæduct.*

A secreto, siue à secretis, Secretarius dicitur, qui ab ore principis (*vt docet Budæus in prioribus in Pandectas Annot.*) imperia recipit diplomatum subscribendorum, edictorúmque, quæ in consilio selecto decerni solent, ὁ ἐπὶ τῶν ἀπορρήτων.

A voluptatibus, Qui studium habet comminiscendi voluptates ad principem oblectandum. Vnde olim Xerxes edixit se præmium daturum ei, qui nouum voluptatis genus reperisset. *Sueton. in Tiberio,* Denique officium instituit à voluptatibus, præposito equite Romano, T. Cæsonio Prisco. ¶ Aliquando etiam hæ præpositiones pro contra, ponuntur. *Virg. in Melibœo,* Dum teneras defendo à frigore myrtos, hoc est, contra frigus. *Cic pro Fonteio,* A quo periculo defendite, iudices, ciuem fortem. ¶ Quandoque ponuntur pro Per. *Plaut. in Rud.* Ab se cantat cuia sit, id est, per se, sua sponte. *Idem de Bacchid.* Nunc ab transenna hic turdus lumbricum petit: id est, per transennam. ¶ Quandoque pro Præter, siue Contra: vnde Ab re, significat Præter, siue contra vtilitatem, aut sine vtilitate, ἀσύμφορον. E re, id est, ad vtilitatem. συμφέρον. vt, E re publica, id est commodo Reipub. *Plaut. in Capt.* Quiduis, dum ab re ne quid ores, faciam: id est, ne quid ores alienum ab honestis moribus, quod bonis motibus non conueniat. *Idē in Trinum.* Ab re consulit, id est frustra. Sæpiùs autem vsurpatur cum particula negatiua. *Plaut. in Asinar.* Haud ab re aucupis. *Liuius,* Haud ab re duxi. A vel Ab, pro ἀπὸ, siue pro eo quod dicimus, Quod pertinet ad. *Cicer. ad Atticum,* Sumus enim flagitiosè imparati cùm à militibus, tum à pecunia. *Idem de Oratore,* Hæc quum Crassus dixisset, parumper & ipse conticuit, & à cæteris silentiū fuit: pro, Quod ad milites, ad pecuniam, ad cæteros pertinet. *Plaut. in Epidico,* A morbo valui, ab animo æger fui: id est, quod ad morbum: quod ad animum pertinet. *Idem in Curc.* Tam à me pudica est, quasi soror mea sit. Pudica (inquit) est, quod ad me attinet. Huc pertinent & hæc, Ab animo petit, Ab re perit, Ab animo otiosus, Ab ingenio improbus. Doleo ab animo, Doleo ab oculis, & similia apud *Plaut. ac Terent.* ¶ Accipiuntur etiam A vel Ab, pro eo quod vulgò dicimus, *De parte, Plin. lib.* 33. Quod à Sole fuit, in iis melius, quàm quod à terra, pro Versus Solem, & Versus terram. *Idem lib 2. cap.* 47 Sūt ergo bini in quatuor cæli partibus: ab Oriente æquinoctiali Subsolanus, ab Oriente brumali Vulturnus. Dicitur tamen & A parte pro eodem. *Plin. lib.* 13. *cap.* 15. Laudatissimo à parte Aquilonis, aut cum spongiis. ¶ A vel Ab præterea cū ablatiuo personæ eleganter domicilium significat: vt A iudice venio; hoc est, à domo iudicis. *Terent. in Andr.* Vnde est? dic clarè: MY. à vobis, id est, à domo vestra. *Ibidem,* Sed Mysis ab ea egreditur. Sic A me, A Glycerio: *apud eundem.* ¶ Ab eo, pro Eius. *Terent. in Eunucho.* Adibo, atque ab eo gratiam hanc quam video velle, inibo. Vbi *Donatus.* Hæc est eloquutio, Gratiam ab eo inibo, pro, Eius gratiam merebor. Nam ab eo, ait Terentius, pro, eius, ponere: *vt in Andria,* Hæc primùm animaduertenda ab eo iniuria est, id est, eius iniuria. ¶ Sunt & aliæ harum præpositionum significationes, cuiusmodi sunt quæ sequuntur. *Cæsar:* Opportuno, atque occulto loco à millibus passuū circiter duobus, Romanorum aduentum expectabant, pro interuallo duūm millium passuum. *Idem,* Positis castris à millibus passuum quin decim, auxilia Germanorum expectare constituit. *Liuius verò aliter loquitur lib.* 1. Castra à Fidenis mille passuum locat. pro distantia à Fidenis mille passuum. *Idem,* Castra ab vrbe haud plus quinque millia passuū locant: *& sic alibi sæpe.* ¶ Ab aliquo legare. *Cicero pro Cluent.* Itaque ei testamento legat grandem pecuniam à filio, à secundo hærede nihil legat. subintellige tradendam: id est, A. Cluentius ita legat Oppianico grandem pecuniam, vt is eā nonnisi à filio, si quis natus esset accipere posset: vt scilicet ipsi Oppianico curæ esset salus filij, quum in ea tantum suum emolumentum positum intelligeret. Nam legata non valebant, si is à quo nominatim testamento relicta erant, hæres * esse non potuisset. ¶ A lenone manu asserere, *apud Plaut. in Pers.* *Sermo est in compendium redactus, pro eo quod est, à lenonis possessione vel dominio. ¶ A calce ad carceres, id est, à fine ad principiū. *Cic. de Senect.* Nec verò velim quasi decurso spatio à calce ad carceres reuocari. Hoc est, à senio ad pueritiā. ¶ A cura præstantior. *Suet. in Tiberio,* Sed affectatione & morositate nimia obscurabat stylum, vt aliquanto ex tempore, quàm à cura præstantior haberetur. ¶ * A matre pulli, id est, recentes à nido accepti. *Columell. lib. 8. cap* 5. Budæus.

¶ A memoria exit, id est, oblitioni traditur. *Seneca lib. 3. de Benefic.* Quantum opus sit, quàm laudabile, quámque nunquam à memoria hominum exiturum.* A & Ab, eleganter vtimur cum his dictionibus Vsque & Propè. *Cic. de diuin.* Vetus opinio est iam vsque ab heroicis ducta temporibus. *Virg. Æneid.* 7. Dardanium Siculo prospexit ab vsque Pachyno. *Plin. lib.* 15. *cap.* 18. Tam propè à muris habemus hostem. Hæc de significatione & vsu harum præpositionum A, & Ab, & Abs, cæteris distinctionibus appositarum. In compositione separationem significant, & priuationem. Neque tamen cum quibuslibet literis coniunguntur. Nam A cum m, & u consonante solùm connectitur: vt, A moueo, amens, auello. A, quum præpositio est, apud Iureconsultos immediati temporis vim habet. *Pompon. lib. 11. de Orig iur. dixit,* à cæde. *Paulus verò in l. pater. ff. de adulteriis,* à diuortio: quorum locorum interpretatio est, illicò post cædem, post diuortium. Ab, cum a de filio r & u, vt, Abactor, Abduco, Aberro, Abfore, Abiuro, Ablacto, Abnuo, Abortior, Abrogo, Abundo. Duo sunt ex Ab præpositione composita, quæ euphoniæ causa b, mutant in u, Aufero videlicet & Aufugio. Significant autem, vt diximus, hæ præpositiones in compositione ferè priuationem, vt Absimilis, non similis. Nonnunquam separationem: vt Abduco, Aufugio. Interdum idem valet quod Extra: vt, Abduco. Aliquando idem quod Contra: vt, Abusus, Contra vsum. Aliquando superfluæ sunt, *vt apud Liuium,* Flauius supplementum ab Roma abduxerat. *Cic. pro Rosc. Amer.* Non est necesse omnes commemorare Curtios, Marios, Mamercos, quos iam ætas à prælio auocabat. [Quasi A milite Macedonio esset. *Plaut. Pseud. sc. 7. act. 4.* Ille qui adest A milite. *Plaut. Pseud. 1. act.* 4. Qui A patre aduenit Caryfto. *Plaut. pf. sc. 4. act. 2.* Symbolum qui à milite allatus est (*de sapart.*) *Plaut. pf. sc. 4. act. 2.* Sed foris concrepuit hinc A vicino sene. *Plaut. Milite sc. 1. act. 2.* Tempus & A nostris exige triste malis (id est, ob nostra mala) *Ouid. Eleg. 3. lib. 4. Trist.* Cognoram A parua virgine magnanimam. *Catull. de com. Beren.* A propinquis opem ferre clienti (i. aduersus propinquos) *Gell. c. 13. l. 5.* Vt vales? haud à pecunia perbenè. *Plaut. Aul. sc. 4. act. 1.* Quíqui sit à sæuo longius hoste, &c. pro absit à. *Ouid, Eleg. 4. lib. 4. Trist.* A vitio studióque ostentationis loquacior. *Gell. c. 14 lib. 5.* Abs te equidem sumam. Tu à me sumes? *Plaut. pf. sc. 5. act. 1.* A metu otiosos esse iubet. *Gell. cap 29. lib. 2.* Interminatus est à minimo ad maximum. *Plaut. pf sc. 1. act. 3.* Iussero cadum vini veteris à me afferrier. *Plau. Aul. sc. 5. act. 3.* Esne à milite Macedonio (i. ab eo missus, vel ex eius familia) *Plaut. pf sc. 2. a. 3.* Aurum contra cedo modestum amatorem: aurum à me accipe. *Plaut. Curc. sc. 1. Act. 1.* Ædes septimæ à porta. *Plaut. pf sc. 2. act. 2.* A mane ad vesperam pugnata pugna. *Plau. Amphit.* A valetudine imoffensa viuere. *Gell. c. 1. lib. 2.* A Menandro mutat Cœcilius. i. præ Menandro. *Gell. c. 23. lib. 1.* A summa manu. *Ouid. Eleg. vlt. l. 3. Trist.* Auferte hinc à me. i. ex loco vbi sum. *Plaut. Curc. sc. 4. act. 4.* A principio, vide principium. A me consilium perunt. *Pl. Curc. sc. 1. act. 2.* A milite aspicere hominem. *Plau. mil. sc. 2. act. 2.* Quando exierit à nobis. *Pl. mil. sc. 2. act. 2.* Has esse à nobis (i. ex ædibus nostris) *Pl. mil. sc. 3. act. 2.* A seruis castè se habere. *Gell. c. 12. lib. 15.* Tā à me pudica est, quàm si soror mea siet. *Pl. Curc. sc. 1. act. 1.* Cū aduenias à foro domum (pro ex) *Pl. mil. sc. 6. a. 2.* A Sole mitescere vuas. *Gell. c. 8. lib. 15.* Quando exierit à nobis. *Pl. mil. sc. 6. act. 2.* M. Audiuistin' E. vsque à principio omnia. *Plau. Aul. sc. 5. a. 3.* Ei dodi virginem, qui argentum à re attulit. *Pl. Curc. sc. 4 a. 4* Dabo à me meóque gnato. *Plau. capt. sc. 1. a. 4.* A me possum dare chlamydem. *Plaut pf sc. 4. a. 2.* Date viaticum à Trapezita. *Ibid.* In honore summo est, & ab summis viris. *Pl. Capt. sc. 2. a. 2.* A nobis est mercatus mulierem. *Plaut. pseud. sc. 1. a. 2.* Quos emi de præda à quæstoribus. *Plaut. Capt. sc. 3. act. 2.* Inibis à me gratiam (id est, meam.) *Plaut. Curc sc. 1. a. 3.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſc.1.act.3. Qui amant à Lenone. *Plaut pſ.ſc.2.a.1.* Non à me ſcibas piſtrinum In mundo tibi.(*de ma part*) *Pl.pſ.ſc.5.act.1. Plau.Aul.ſc.2.a.2.* Diutinum,à mane ad veſperam,ſupplicium,*Plaut. Milite. ſc.6. act 2.* Quid à nobis metuit? *Pl.Capt.ſc.a.2.* Vſque à puero ſeruiſti, *Plaut. Capt.ſc.4.act 3.* A puero puer,vt quis educatus.*Ibid.ſc.3.act.5.* Is quem dixi à principio. *Plaut.Capt.ſc.4.act.3.* A vero tertia cauſſa venit. *Ouid.5.faſt.* Dum à ſanguine recentia ſunt vulnera ſanitas facilis. *Senec c.1.de Conſol.* A Ioue tertius Aiax,*Ouid.13.Metam.* A voluptatibus de offic.ſerui,*Sueton.in Tiber.cap.43.* A præpoſitis nominibus oppidorum Vid.ex Caryſio.A Placétia,A Puteolis.i. Placentinus,Puteo lanus *Caſ 3.de bell.ciuil.* A moribus,A viribus,A fortuna probare milites.*Suet in Cæſar.c.65.* A manu ſeruus *Sueton.in Caſ.c. 74. in Auguſt.c. 67.* A ſe addit verba. *de ſoy.Suet.in Caſ.c.84.* A ſe diuidere nummos *Suet. Aug.cap.40* Is quem dixi à principio.*Plaut.Capt.ſc 4.a.3.* Si ipſus à foro redierit.*Plaut. Aul.ſc.3.a.2.* Megadorus eccum,incedit à foro.*Ibid ſc.4.a.3.* A menſa ſurgere. *Plaut.pſ ſc.3.a.1.* A tergo, vide Tergum.]Præterea ſciendum non ſolùm hanc particulam ſignificare motum è loco,ſed etiam à tempore: vt cùm dico, Profectus ab Æmilia Romam me contuli,ſignifico me iter ab Æmilia cœpiſſe. Sic vero dicens,ab infantia te dilexi,cùm ſcilicet inciperet infantia.Abs verò componitur cum c,q,& t,vt Abſcondo,Abſque,Abſtineo.Significat quoque retractationem ſicut in Abſtraho. & aliquando priuationem,vt in Abſtemius,quaſi ſine temeto. Huc etiam referre potes quæ dicta ſunt ſuperius in litera A.In notis antiquorum A.B.alia bona.ABN.abnepos.ABS.abſolutus.A.B.V.à bono viro.AB.V.C.ab Vrbe condita.

ĂĂRON, {אהרון *Aharón.* Ἀαρών. Suidæ} Nomen proprium ſummi Sacerdotis apud Hebræos,qui vnà cum fratre Moſe Iſraelitas eduxit ex Ægypto.

A ante B.

Ăb. præpoſitio[Cuius ab alloquiis anima hæc moribunda reuixit. *Ouid. Eleg.5 libr.4.Triſt.* Quiduis ores, dum Ab re ne quid ores. *Plaut. Capt.ſc.2.a.2.* Coruus mihi cantat ab læua manu. *Plaut.Aul.ſc.3.act. 4.* Ab te exit domo.*P. Mena.ſc.2.a.1.* L.Cuiatis? C.Ab Therapontigono milite.*Plau Curc.ſc.1.act.3.* Rem pro iſta ſolui ab Trapezita meo. *Plaut.Curc ſc.2.a 2* In honore ſummo eſt & ab ſummis viris. *Plaut. Capt.ſc.2 act 2.* Ab aliquo cauere.Vide Cauere. Da puere ab ſummo, tu ab infimo da ſuauium. *Plaut. Aſin.ſc.2.a.5.* Ab epiſtolis,à ſtudiis ſeruus.*Sueton.in Claud. cap.28.* Ab ira grauiorem cædem edere.*Suet.in Tib cap.68.* Luce mea Marſo Conſul ab hoſte cades.*Ouid.6.Faſt.* In ſpe vitis erat cœlum,nigreſcit ab Auſtris.*Ouid.5.Faſtor.* Flammas excuſſit ab aura.i.flatu.*Ouid.3 Faſt.* Credo te eſſe ab illo,ita nugas blattis;*Curc.ſc.1 A.3.*(*i.ex eius famulis.*) Ab dextra, ab læua. Vide Dextra & læua.Abſcede ab Ianua. *Plau.Moſtell.ſc.1.act.1.* Odioſus tamen vix ab ægrotis venit.*Plau.Mena.ſc.3.act.5.* Concede huc ab iſto,quod potes,longiſſimè. *Plaut. Men ſc.2.act.5.* Da ab Delphio cantharcum circum.*Plaut.Moſtell.ſc.4.a.1.* Alter ab alterius funere mœſtus erat. *Ouid.Eleg 4.lib.4 triſt.* Vacat vel pro ob.néve peregrinis tantum defendat ab armis (vacat) *Ouid.Eleg.1.libr. 2.Triſt.* Ab oculis valere. *Gell.cap vltim. lbr.13.* Carmina fecerunt vt me moréſque notaret Iampridem commiſſa Cæſar ab arte meos.*Ouid.Eleg 1.lib.2.Triſt.* Viridi malè textus ab vlua.*Eleg.2.lib.4 Triſt.* τὸ *ab vacat.* Imus ad inſignes vrbis ab arte viros. Tua nunc mitiſſime Cæſar fiat ab ingenio mollior ira meo.*Ouid Eleg.1.l.2.Triſt.* Ab Ianua abegi vxorem. *Plaut. Menach.ſc.2. act 1.* Ab domo abeundum eſt mihi.*Plaut.Aul ſc. 2. A.1.* Ab alienis cautiores ſunt ne credant alteri. *Plaut.pſ ſc.3.a.1* id eſt aliorum exemplo. A Mitylenis recepit vxorem Pompeius Velleius 21. D.A Calatia & à Caſileno exciti, Velleius 23. a Id haud eſt ab re aucupis.*Plaut. Aſin.ſc.3.act.4.* Eripe oculum iſti, ab humero qui te tenet.*Plau.Men.ſc.2.a.5* Munera ab amatoribus conueniant.*Plau. pſeu. ſc.2.A.1.*

ĂBS te quidem ſumam.Tu à me ſumes? *Plaut.pſeud.ſc.5.a.1.* Abs te ac tuis me irrideas.*Plaut. Aul ſc 4 act 1* Caueo mihi abs te cautè. *Plaut. Menech.ſc.2.a 1.* Da ſodes abs te aurum aurifici.*Plaut. Menech. 3. act. 3.*(bis.Domo hoc abs ſe ſurripuiſſe.)bis.*Plaut.Menech.ſc.2.Act.5.* De hac præpoſitione vide ſuprà in A.]

ĂBA, Xenophanis filia,quæ Olbi Ciliciæ vrbis tyrannidem,quam pater procuratorio nomine adminiſtrarat,cultu obſequiíſque ab Antonio & Cleopatra ſibi impetrauit,ἄβα.*Vide Strab.lib.14.* Fuit præterea Aba(*vt idem Strabo refert lib.10.ex Ariſtotelis ſententia*)ciuitas Phocidis,cuius ciues Abantes, ἄβαντες dicebantur:qui poſtea relicta patria Eubœam incoluerunt,quæ etiam ab ipſis Abantis ἀβαντὶς *Stephano* dicta eſt.¶Eſt etiam Aba,mons Armeniæ,ex quo Domitius Corbulo Euphratem naſci voluit,referente *Pli.lib.5.cap.24.*

ĂBĂCAENA, ἀβάκαινα *Ptolemæo*, vel Abacænum, ἀβάκαινον *Suidæ & Stephano*, Oppidum eſt Siciliæ, non procul à Meſſana:cuius incolæ dicuntur Abacænini,ἀβακαινῖνοι Stephano.¶Eſt præterea Abacæna, *teſte Ptol.lib.6.* Oppidum Mediæ.

ĂBĂCĬŎN, vrbs Bauariæ.

ăbăcĭon, pen.corr. diminutiuum eſt à nomine Abax:cuius ſignificationem vide in Abax,ἄβακιον.

ăbăcēs, vide Abax.

ăbactōrēs, qui ſint,quære in dictione Abigeus,in ABIGO.

ăbāctŭs, a diectiuum,& Abactus,us,vide ABIGO.

ăbăcŭs, penul.corr.à genitiuo Græco ἄβακος ab ἄβαξ, menſa eſt, vel tabula in qua aliquid deponitur: quales ſunt menſæ coquotum, in qua receptacula eduliorum exponi ſolent.{לוח *luách.* GALL. Dreſſoir ou buffet,banc ou ſiege.ITAL. *Deſco banco ò ſedia.* GERM. Ein Banck/ſtul.HISPAN. *Aparador de la plata ò vaſos.* ANGL. *Abenche.*} Item menſæ genus ex opere inteſtino, ad exponenda omnis generis vaſa factum.*Cicer.in Verr.* ab hoc abaco vaſa omnia,vt expoſita fuerant,abſtulit.*Cic.4.Tuſc.* Abacos complures ornauit auro & argento cælato.

¶Eſt item tabula calculatoria. {ἄβακιον Ammonio. GALL.Tablette à eſcrire,ou table à ietter ou compter. ITAL. *La credenziera, la Tauoletta da ſcriuere,cartella.* GERM. Ein Rechentiſch oder tafel. HISP. *Tabla para ſcriuir ò contar.*} In qua logiſtæ numeros,& mathematici ſuas lineas & figuras ducunt. *Perſius,* Nec qui abaci numeros, & ſecto in puluere metas Scit riſiſſe vafer. Vtitur eo in hac ſignificatione & *Apul.in Mag.* Veteres menſam Pythagoricam appellabant.Hinc pro ſupputandi peritia, quæ Platoni λογιστικὴ dicitur, vulgus abuti ſolet. Aliquando planities è marmore vel ſtructura ad ſeſſum habilis hoc nomine appellatur. [In abaco ludere eburneis quadrigis *Suet.in Nero.c.22.*]

Sunt præterea Abaci,columnarum ornamenta, & tabulæ quadratæ,quæ epiſtylis ſupponuntur. de quibus *Vitr.libr.13.cap.1.* {ITAL. *La baſe della colonna.* GERM. viereckechte tafelen die man zu der zierd oben auff die ſeul legt.HISP.*Piedra labrada que ſe pone al piede de la columna baxo.*

ăbăcŭlŭs diminutiuum eſt à nomine Abax: ſignificatur parua menſa, in qua vel rationes ſubducuntur,vel vaſa reponuntur,ἀβάκιον.

Sunt præterea Abaculi,calculi quibus vtebantur veteres in ſupputatione diſpunctionéque rationum: qui mos etiam hodie apud omnes ferè nationes ſeruatur.{GALL.Gettons à compter.ITAL. *Segni da far conti,ferl ni,ragionati.*GERM.Zalpfenning oder Rechenpfenning, HISP.*Contante para hazer cuenta.* ANG.*Compters.*} *Plin.lib. 36.ca.26.* Vitri fragmenta teporata adglutinantur tantùm, rurſus tota fundi non queunt,præterquam abrupta ſibi,nec tingi, veluti quum calculi fiunt,quos abaculos appellant.

[Abaddir,vel Abbaddier,quid.*Priſc.lib.2.f.1.p.2.*

ĂBAE, abarum,ἄβαι, Oppidi nomen eſt in Phocide, ab Aba quodam heroe illi inditum,*vt Stephanus & Suidas prodiderunt.* Huius incolæ dicti ſunt Abantes,ἄβαντες,qui poſtea hac vrbe relicta,in Eubœa ſedes fixerunt,cámque inſulam de ſe vocauerunt Abantidē. Pro eodem legitur & Aba ſingulari numero.*Vide* Abantes.

ĂBĂĒĂ, abææ,ἄβαια *Ptolemæo,* Oppidum eſt in ſinu Meſſeniaco,non procul à Pharis,quod nonnulli idem eſſe putant cum Hira, ſeu Oechalia,vna ex ſeptem ciuitatibus,quæ apud Homerum 10.Iliad. Achilli offeruntur ab Agamemnone.*Vide Harmol.in Pltn.*

ĂBAĒĂTAE, pen.prod.ἀβαῆται, Populi ſunt Archadiæ in ſinu Meſſeniaco,quorum vrbs Abæa commemoratur à Ptolemæo *libr.5. Vide Plin. lib.4.cap.6.*

ăbăgio, onis,*teſte Varrone lib.6.de lingua Latina,* à veteribus dicebatur pro eo quod nos vna litera immutata, Adagionem dicimus. {παροιμία. GAL.Prouerbe.ITAL.*Prouerbio.*GERM.Ein Sprüchwort.HISP. *Refran.* ANG.*A prouerbe.*}

ĂBĂLĂ, ἄβαλα, Oppidum eſt Troglodytarum, non procul à mari Rubro. *Plin.lib.6.cap.29.*

ăbălĭēno, as,are,penult.prod. Quod noſtrum erat alienum facio, vendo,diſiungo,ſeparo. {נכר *nichchár* הוּר *hazir.* ἀπαλλοτριωτός. GALLIC. Alienè,eſtrangé. ITAL. *Diportito, diſgiunto.*GERM.Entfrömbdet/abgeſunderet. HISP.*Enagenado.* ANG. *Altered,alienated.*} *Cic.Attic.* 1.Sed mirandum in modum eſt animo abalienato.*Iuem in Verr.6.* Abalienati ſcelere iſtius à nobis omnes reges amiciſſimi,nationéſque. [Abalienati iure ciuium. *Liui.2.bello punico* 137.C. Abalienata morbis membra præcidunt medici *Fab.Quintil. pa.* 411.] Abalienata membra,dicuntur emortua,& quæ non amplius habent vigoris,& officiorum cum aliis communicationem. *Quintil.lib. 8.cap.3.*

ĂBĂLĪTĒS SINVS ἀβαλίτης κόλπος,Exiguus eſt ſinus in tractu Troglodytarum, ita dictus ab Abala,eius regionis oppido maritimo. *Vide Plin. lib.6.cap.29.*

ĂBĂLVS, ἄβαλος,Inſula eſt Oceani Germanici,in qua nonnulli credíderunt electrum ex arboribus fluere,*Plin.lib. 37.cap.2.* Sunt & Abali Indiæ populi ad Gangem fluuium.*Plin lib.6.cap.19.*

ăbāmbŭlāntēs, abſcedentes,autore Feſto,ἀναχώρουντες.

ăbāmita, eſt ſoror abaui {ἡ θεία τοῦ πατρὸς μεγάλη. GAL.La ſœur du pere de noſtre biſayeul.ITAL.*Sorella del terzo auo.*GERM. Die ſchweſter des vrans.HISP.*Hermana del tercero abuelo.*} *Inſtit.lib.3.*

ăbāna, næ,pen.corr.Fluuius Damaſci,qui in radicibus Libani exortus,in Syriacum effunditur mare.

ăbānnātĭo, vnius anni exilium.

ăbānnītī, qui in annuum exiliũ miſſi ſunt cędis perpetratæ cauſa,quod Græcus ſermo,*vt author Euſtath. Homeri interpres* ἀπενιαυτισμὸν, quaſi abannationem dicas,conformari Latinis nomine appellat.

ăbāntēs, ἄβαντες, Populi ex Thracia oriundi, qui finibus ſuis egreſſi,in agro Phocenſi oppidum condidére,quod à ducis ſui nomine Abā vocauére,ipſi quoque à nomine oppidi Abantes vocati.Hi poſtea in Eubœam tranſgreſſi,quæ tunc Macris dicebatur, à ſuo relictíque nomine oppidi, Abantidem illam vocauére.Hos Herod.libro 1.inter Ionas commemorat.Alios hoc nomine populos *Orpheus in Argonaut.* iuxta Pontum collocat.*Vide* Abantis.

ăbāntĭās, adis,ἀβαντιὰς.Patronymicum eſt à nomine Abas,quo ſignificatur vel filia,vel neptis Abantis.Apud poëtas ferè pro Danaë ponitur,Abantis,ex Acriſio nepte,vel pro Atalanta, nepte eiuſdem ex Iaſio.*Vide* ABAS.

ăbāntĭs, idis,*Straboni,* aut Abantias, adis,*Plinio* ἀβαντὶς *Stephano & Suida.* Inſula eſt Bœotię adiacens,tam exiguo à continenti Euripo diſcreta,vt ponte iungatur.Hæc *teſte Strab in princip.li.10.* olim Macris dicebatur ob ſitus longitudinem:poſtea ab Abantibus Thracię populis, qui relicta Aba,Phocenſis agri oppido, in hac inſula ſedes ſuas fixerunt,dicta eſt Abantis:& poſtremo Eubœa.In hac inſula eſt Caphareus promontorium,Græcorum naufragiis infame.

ABAORTAE, *Plin.lib.6.c.20* numerantur inter Indiæ populos.

Abaptiſtum, ſubſtantiuum, Chirurgorum eſt inſtrumentum, tere-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

bellæ vſum præbens, quoties cranii os propter fracturam aliquam per terebrandum eſt: habet enim hoc inſtrumentum, in ſummitate ſua labrum, ſiue obicem prohibentem, ne altiùs immergi poſſit, aut meningas lædere: unde & nomen habet ἀβαπτιστον. *Vide Galen. lib. 6. Method. c. 6. & Celſ. lib. 3. c. 23.*

Abapriſtus, a dictum, qui mergi non poteſt, ἀβάπτιστος. Epitheton eſt propriè ſuberi conueniens.

Abaphus, penult. correpta. Nó tinctus. {ἄβαφος, ab α priuatiua particula, & βάπτω, tingo. GALL. Non teint. ITAL. *Non tincto.* HISP. *No teñido.* ANG. *Not died.*}

ABARBAREA, ἀβαρβαρέα, Vna Naiadum, ex qua Bucolion, maximus natorum Laomedontis Æſopum genuit, & Pedaſum. *Homer. Iliad. 6.*

ABARIM, עברים *Habarim*, Mons excelſus diuidens terram Amon & Euphratis à terra promiſſionis, contra Iericho ad Iordanem vſque fluuiũ protendens ad Icem.

ABARIMON, Scythię regio in magna Imai montis conualle, in qua ſylueſtres homines degũt auerſis poſt cura plantis, qui maximam habent velocitatem, paſſimque cum feris vagantur. ἀβάριμον *Plin. lib. 7. cap. 2.*

ABARIS, huius Abaris, pen. correp. Nomen viri proprium, quem ferũt ſagittam per orbem terræ circumtuliſſe, nihil omnino veſcentem: Hunc Abarim Scuthæ filium, non ignarum literarum, oracula ſcripſiſſe traditur, quæ Scythica nuncupentur: & nuptias Hebri fluminis ac Apollinis aduentum ad Hyperboreos ratione metrica, absquo ſagittam acceperit, quam diximus. Huius & Gregorius Theologus commeminit in epitaphio ad Magnum Baſilium. *Hactenus Calius.* Præter oracula Scythica, & nuptias Hebri fluminis, alia quædam ſcripſit, vt commemorat Suidas. *Meminerunt huius Herod. in Melpomene, & Strabo, lib. 7. & Scholiaſtes Ariſt.*

ABARNVS, ἄβαρνος, *Stephano*, vel Abarnis, ἄβαρνις. *Herodoto*, Oppidum eſt, & regio aſpera in tractu Bariano, ad Propontidem. Hecatæus & Ephorus Abarnidem ad Helleſpontum collocant, & Lampſaci arcem eſſe volunt. *Vide Steph.*

A BAS, ἄβας, ἄβαντος. per vnum b, rex duodecimus Argiuorum, Lyncei ex Hypermneſtra coniuge filius: ſunt tamen qui Beli filium faciunt. homo bellicoſus & acerrimi ingenii fuit, & regnauit annis XXIII. *vt inquit Euſebius.* Pater fuit Prœti & Acriſii, & auus Perſei, à quo poſtea Argiuorum reges, Abantiadæ dicti. ¶ Abas alius fuit quidam nobilis comes Æneæ *de quo Virgil. lib. 10.* Vnà toruus Abas, &c. *Et alibi*, Ære cauo clypeum magni geſtamen Abantis. ¶ Alius item fuit Centaurus, Ixionis & Nubis filius. ¶ Fuit etiam hoc nomine Sophiſta quidam, qui & hiſtoricos quoſdam commentarios, & Rhetoricen ſcriptam reliquit, *autor Suid.* Ab Abas fit Abantius, ἄβαντιος. Item Abantiades patronymicum maſculinum. *Ouid. 5. Metamor.* Torquet in hunc haſtam calido de vulnere raptam Vltor Abantiades. Hoc eſt, Perſeus pronepos Abantis.

ABASES, Plurali numero, loca ſunt deſerta & inacceſſa in Occidentali plaga Ægypti. ἄβασις. Hoc enim nomine Ægyptii vocant regiones inhabitatas, & maximis deſertis circundatas, *vt ſcribit Strabo lib. 17.* (Abaſſum, vrbs Phrygiæ apud Liuium *lib. 38. ab vrb*)

ABATOS, pen. corr. Inſula eſt Ægypti, in palude Memphitica poſita: ita dicta, quòd ad illam propter limi & papyrorum copiam difficillimus ſit aditus: ab α priuatiua particula, & βαίνω vado, vel aſcendo, ἄβατος. *Huius meminit Lucanus lib. 10.* Hinc Abatos, quam noſtra colit veneranda vetuſtas, Terra potens. Hoc nomine etiam vocatus eſt locus vltra Ægyptum & Æthiopas, iuxta paludem quam Stygem vocant. Latini huiuſmodi loca, ad quæ difficiles dantur acceſſus, Inuia vocant, ſiue Auia, ſiue Inacceſſa. Sic etiam *Ouid. de Pont.* Parthorum gentem inuiam vocat:

Gens fuit & terris & equis, & tuta ſagittis,
Et non acceſſis inuia fluminibus.

Abatos præterea ædificii nomen fuit, quod à Rhodiis fuit erectum ad tegendum Artemiſiæ trophæum, quod religione impediti diruere non poterant.

ABAVCHVS, nomen viri, cuius amicus fuit Gyndanes. *Huius meminit Lucianus in dialogo cui nomen Toxaru.*

ABAVNCVLVS, Frater abauiæ. {דוד *dodh.* ὁ θεῖος πρὸς μητρὸς μέρος. GALL. Le frere de la mere grand. ITAL. *Il fratello della terza auola.* GERM. Des gros vatters oder gros muter bruder. HISP. *Hermano de la tercera abuela.*} *Inſtitut. lib. 3.*

ABAVVS, pen. corr. Proaui pater. {אב *ab.* πάππαππος. GALL. Le pere du biſayeul. ITAL. *Il terzo auo.* GERM. Des vrans vatter. HISP. *Tercero abueloyám.* ANG. *A great grand father.*} *Cic. de Clar. Orat.* Iam duorũ abauorum quàm eſt illuſtre nomen? ¶ Sic abauia, mater proaui. {προμάμμη. GAL. La ayeule de noſtre ayeul. ITA. *La terza auola.* GERM. Vnſers groſvatters muter. HISP. *Tercera abuela.*}

ABAX, abacis, idem eſt quod Abacus, hoc eſt, menſa vel tabula, in qua aliquid deponitur: quales ſunt menſæ coquorum, in qua diſci, aliáque id genus exponuntur. {לוח *luách.* ἄβαξ. GAL. Dreſſoir ou buffet. ITAL. *Deſco.* GERM. Ein Credentziſch, ein Anrichte. HISP. *Aparador de vaſos, ò ſobre meſa del aparador.* ANGL. *A benche.*} Item tabula calculatoria, in qua logiſtæ numeros, & mathematici lineas ſuas ducunt. {GA. Tablette à eſcrire, ou table à ietter ou cõter. ITAL. *Tauo letta da ſcriuere.* GERM. Ein Rechenbanck oder Rechentiſch. HISP. *Tabla pequeña para ſcriuir ò contar.*} Item tabula quadrata, quæ epiſtyliis columnarum ſupponitur. Sunt præterea Abaces vaſa quædam viliora, in quibus pretioſiora reponuntur. {GAL. Eſtuy de pots, eſcuelles, vaſes, & autres choſes precieuſes. IT. *La veſte & cõſerua di pretioſe coſe, comme tazze d'argento, liuti, & ſimili.* GER. Ein fũter in dem man köſtliche geſchirr behaltet. HISP. *Aparador de coſas preciosas.*} Horum meminit *Iabol. in l. hared. de legat. 3.* Cui Corinthia vaſa legata eſſent, huic abaces quoque eorum vaſorum cauſa paratas deberi Trebatius reſpondit: Labeo autem id non probat, ſi eas abaces vaſorum numero teſtator habuit. Proculus verò rectè ait, ſi æneæ quidem ſint abaces, non autem Corinthiæ, non deberi. ¶ Notandum tamen eſt quod *in dicta l.* docti viri malunt legere & βάσεις. Vide Alciati parerga. Hinc deducitur Abacion, idem ſignificans quod Abaculus paruus Abax, ἀβάκιον. Ammonius tamen ita diſtinguit, vt Abax ſit menſæ genus in triclinijs, vbi vaſa omnis generis exponi ſolent: Abacion verò tabula illa calculatoria, in qua vel numeros vel lineas

deletiles ducimus.

ABAZIA, pen. prod. ἄβαζια, Feſta fuerunt, vel potiùs ſacra à Dionyſio Caprii filio, & Aſiæ rege inſtituta. *Cic. De Nat. Deor.* Dionyſios multos habemus, primùm Ioue & Proſerpina natum: ſecundum Nilo, qui Nyſam dicitur interemiſſe: tertium Caprio patre, eúmque regem Aſiæ præfuiſſe dicunt: cuius Abazea ſunt inſtituta. Dicta Abazea à taciturnitate, qua hæc ſacra celebrabantur. ἄβαζος enim taciturnum ſignificabat. Sed hæc falſa eſſe iampridem docuerunt docti viri: legendũ enim *apud Cic.* Sabazia.

Abbã, per geminum b, ἀββᾶ. Hebræa, vel potiùs Syra dictio eſt, אבא *abbá*, compoſita ex aleph & beth, in q ia ſingulare quiddã eſt quod & patres libenter audiunt, & pueri primum ſonare diſcunt. *Paulus Rom. 8.* hanc vocem exponens, Per quem, *inquit*, clamamus Abba pater.

Abbãs, tis, Collegii ſocietatiſque magiſter ac moderator. {κοινοβιάρχης. GAL. Abbé. ITAL. *Abbate.* GERM. Ein Abt. HISP. *Abad, prelado de monies.* ANGL. *An abbot.*} Sunt qui vnico b ſcribant.

Abbātĭa, tiæ, à recentioribus capitur tã pro abbatis dignitate, quàm pro loco in quo habitat abbas. Sed quoniam nimis malè ſonat, Græcos imitatus, per τια ſcriberem ſemper, Abbateia, ἀββάτεια, penultima longa. GAL. Abbaye, dignité d'Abbé. ITAL. *Badia.* GER. Ein Abtey. HIS. *Abadia dignidad de aqueſtos.* ANG. *An abbacie.*}

Abbātiſſa, fœmininum ab abbate. {ἀρχιμανδρίτης. GAL. Abeſſe de nonnains. ITAL. *Badeſſa.* GERM. Ein Ebtſſin. HISP. *Abadeſſa de monias.* ANGL. *An abeſſe.*} *Hieron. de modo viuendi*, Quum à ſemitis iuſtitiæ deuiat, ipſamet etiam abbatiſſa cognoſcat.

Abbrĕuĭo, as, are. {קצר *ha sár* קצר *hatáh.* βραχύνω. GALL. Abbreger. ITA. *Accorciare.* GERM. Verkürtzen. HISP. *Abbreuiar lo luengo.* ANGL. *To mak short.*} *Vegetius in prologo lib. 3.* Quæ per diuerſos autores libróſque diſperſa Imperator inuicte, mediocritatem meam abbreuiare iuſſiſti, &c.

ABDARISTENSES, populi, *Plin. lib. 4. cap. 10.* Sed correctiùs legitur, Audariſtenſes.

ABDERA, pen. product. ἄβδηρα Vrbs eſt Thraciæ maritima, Democriti patria, non procul à Neſſi fluminis oſtio, à Teiis condita, *vt teſtatur Herodor. libr. 1.* Vulgo *Polyſtylo.* ¶ Hinc natum prouerbiale ænigma Abdera pulchra Teiorum colonia, Ἄβδηρα καλὴ τηίων ἀποικία: quo ſignificamus non deeſſe quò confugiamus, ſi quis præter modum pergat eſſe moleſtus. Huc fortaſſis alluſit *M. Tull. 4. & 7. Epiſt. ad Attic.* Vadianus exiſtimat conuenire prouerbium, vbi quis fortunam tenuẽ, ſed cum libertate coniunctam anteponit amplis opibus, ſed obnoxiis ſeruituti. Nam damnatus eſt Abderitarum aër, & item paſcua. Alii (*inter quos eſt Pomponius Mela*) à Diomede conditam vrbem volunt, & à nomine Abderæ ſororis ipſius nomen eſſe ſortitam. Effertur autem Abdera, æ, vel Abdera, orum. *Ouid. in Ibin.* Aut te deuoueat certis Abdera diebus. *Plin. ib. 23. cap. 8.* Circa Abderam & limitem, quem Diomedis vocant, equi paſti inflammantur rabie. Plurali vtitur *Mela lib. 2.* Turris, quam Diomedis vocant, ſignum fabulæ remanet: & vrbs, quam ſoror eius ſuo nomine nominauit, Abdera. Supra hanc vrbem Byſtonium ſtagnum eſſe dicitur, in quo natantia omnia demerguntur: vnde & nomen accepit ἀπὸ τῶ συγκάπτω. *Stephanus* hanc vrbem ab Hercule conditam exiſtimat, & à nomine Abderiti, quem in deliciis habuit, Abderam fuiſſe nominatam.

Abdērītānŭs, a, um, adiectiuum, vt, Abderitana plebs. *Mart. lib. 10.* Abderitanæ pectora plebis habes.

Abdērītĭcŭs, a, um, ἀβδηριτικός. *Cic. ad Attĭ.* Imperiũ Abderiticũ, Abderitica mẽs, id eſt, ſtupida, aut inſana. Abderitanis enim natura peculiaré fuiſſe mentis ſtuporem, *indicat M. Tull. in libris de natura deorum.*

ABDĒRĪTAE, ἄβδηρίται, Populi Thraciæ ſunt: qui quum à muribus ac ranis vexarentur, coacti ſunt natale ſolum relinquere, & alias quærere ſedes. Hos Caſſander, ſedibus in vltimis Macedoniæ partibus conceſſis, ſuſcepit, pactione ſimul inita cum eis de pace, quum ſuam timebat inuaſuros patriam.

Abdĭco cas, penult. correp. A moueo, repudio, reiicio, imperium depono. {גרש *ghereſch*, מאס *maás.* ἀποκηρύττω, ἀποκηρύσσω. GAL. Reietter, deſauouer, renoncer pour enfant & le priuer de l'heritage. ITAL. *Rimouere, cacciar di caſa priuar dell hereditá, di redare.* GERM. Verwerffen/verſchupffen Iré, Ein kind enterben vnd ausſtoſſen. HIS. *Empuxar à fuera, echar à fuera, desheredar el hijo en la vida.* ANGL. *To put away, to abaſtardishe to reiect.*} *Apud Terent. in Andria periocha*, Recuſat nuptias: generum abdicar. Vnde abdicare filium dicitur pater, quem adhuc viuus bonis & omni iure filij priuat: quod multò grauius eſt, quàm exhæredari, qui teſtamento paterno ab hæreditate ſub mouetur. Quicunque itaque abdicatus eſt, etiam exhæredatus intelligitur, non contrà. *Atque hinc Nonius ſcribit*, Abdicare, eſſe ex familia eiicere. *Et Quintil. lib. 3. cap. 6.* [Abdicandi ius habere. *Quintil. p. 151.* Item Abdicatus ne quid de bonis patris capiat. *Idem p. 159.* Ter abdicatus à diuite filius, & abſolutus. *Fab. pag. 211.* Abdicare & dedicare apud Apuleium in lib. περὶ ἑρμ. vbique eſt negare, & affirmare. Vnde Abdicatiuum & dedicatiuum. Abdicare filius patrem dicitur apud Liuium 10. *d. 4. 302. D.* Abdicare ſe ſcriptu dicitur, qui deſiit ſcriba eſſe & ſcriptum facere; *Gell. c. 9. lib. 6.*] Abdicatum interpretatur, qui à familia patris abalienatus eſt. *Vide de hac re Lexicon Hotomani.* ¶ Sic Magiſtratu ſe abdicare, pro deponere magiſtratum, ſiue relinquere. ἀπιέναι τ' ἀρχῆς, καὶ ἐξόμνυσθαι καὶ παραγγυᾶν τὰ ἀρχεῖα. *Cic. in Philippicis*, Antonius eo die non modò Conſulatu, verùm etiam libertate ſe abdicauit. Ad eundem modum dicimus, Abdicare ſe tutela, dictatura, libertate, & ſimilia. *Plin. quoque li. 20. cap. 1.* eleganter hoc verbo vſus eſt: Democritus (inquit) in totum, rapum abdicauit in cibis, hoc eſt, tollendum cenſuit: ex omni prorſus ciborum vſu ſuſtulit: ἀπεῖπεν, ἀποδοκίμασεν. *Et lib. 13. cap. 22. de thapſia.* Nec corticem abdicant, pro, non tollunt ex vſu medicinæ.

Abdĭcātĭo, verbale, ἀποκήρυξις. GAL. Abaſtardiſſement, renoncement, deſaueu des enfans. ITAL. *Sacciamento di figlioli per ragione.* GERM. Abkindigung/verwerffung von kinds ſtatt/ Ausſtoſſung mit enterbung eines böſen kinds. HISP. *Aquella obra de deſheredar en vida.* ANGL. *Abaſtardis hingor refuſing*} *Plin. lib. 7. cap. 45.* Abdicatio Poſthumi Agrippæ poſt Adoptionem. Fieri autem conſueuit abdicatio, patre à filio iniuria affecto, aut inobedientia eius offenſo: quem in iudicium (vt quidam putant) vocatum, probata cauſa abdi-

cabat

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

cabar:e úmque abdicatum alere non tenebatur:imò egenum, vestibúsque ipsius spoliatum dimittebat,nec defuncto patri succedebat in hæreditatem.Transferrur etiam ad alia:vt,Abdicatio magistratus,Dictaturæ,&c.*Liu.6.ab Vrbe*,Amotúsque post triumphum, abdicatione Dictaturæ terror & linguam & animos liberauerat hominum. Abdicatio non est actio,*Fab.pa.151.*

Abdīco,penultima producta,cis,xi,ctum, Repudio,recuso. {חרחיק *hircik* תעב *teeb.* ἀποπέμπω, ἀπαρνέομαι. GAL.Reietter,ietter en arriere.ITAL.*La scia da parte,voce augurale.*GERM.Verwerffen.HISP. *Echar atras,ò al traues.*ANGL.*To refuse or cast away.*} Augurale est verbum, & significat reiicere,repudiare.*Cic.lib.1.de Diuin.* Quúmque in quatuor partes vineam diuisissetjtreísque partes aues abdixissent, quarta parte,quæ erat reliqua,in regiones distributa, mirabili magnitudine vuam vt scriptum videmus inuenit. ✠ addicere,verbum Auguribus etiam peculiare.Tunc enim aues addicere aliquid dicuntur , quum aliquid feliciter cessurum pollicentur : contrà Abdicere,quum aliquid aut nunquam futurum,aut infeliciter cessurum significant.¶ Abdicere quoque verbum iuris est, idem significans quod decreto recudicere. P mponare,aut litem contra aliquem dare,& rem alicui abiudicare. *nius in l.2.De orig.Iur.* Qui quum animaduerteret Appium Clodium contra ius vindicias filiæ suæ à se abdixisse , & secundum eum qui in seruitutem ab eo suppositus petierat,dixisse,&c.*Hotomanus.*

Abdo,dis,abdidi,abditum,ex Ab & Do,Abscondo , occulto, obtego, retrudo. {חסתיר *histir.* κρύπτω.GAL. Casser,musser,retirer. ITAL. *Nascondere.*GERM.Verbergen/Xb wâg thun.HISP. *Esconder.* ANGL. *To hyd,to keip cl se.*} Construitur autem modò cum accusatiuo : idque dupliciter,vel cum præpositione. *Cic.ad Attic.9.* In Ægyptum nos recipiemus,nos abdemus , hoc est , occultandi gratia in Ægyptum nos recipiemus.*Idem Tusculan.1.* Audísne hæc Amphiarae sub terram abdite, *Liuius ab Vrbe 2.* Abdito intra vestem ferro. Vel sine præpositione, *Cic.in Pisonem*,Domum se abdidit,*Terent. Hecyr.* Rus abdidit sese. Modò cum ablatiuo,ídque duobus modis. Vno, cum præpositione, *Liuius ab Vrbe 1.*Se in suis quisque tectis abdiderunt. Idem ibidem, Cultrum quem sub veste abditum habebat,eum in corde defigit.Altero,sine præpositione.*Virg.Georg.3.*Hunc quoque vbi aut morbo grauis,aut iam segnior annis Deficit,abde domo , nec turpi ignosce senectæ. *Vbi Seruius*,Abde domo,hoc est,in domo. Nam si aduerbialiter vellet loqui,*Domi*,diceret.¶Dicimus etiam,Abdere se literis, & in literas abdere.*Cic pro Archia.*Si qui ita se literis abdiderunt , vt nihil possint ex his neque ad communem fructum afferre ,neque in conspectum lucémque proferre.*Idem Volumnio lib.7.Epist.Famil.* Ac me totum in literas abdere. Ponitur etiam interdum cum præpositione Ex,*Plaut.in Pseud.*Ex conspectu sui heri si se abdiderunt,luxuriantur.Abdor passiu.condor,occultor.*Plin.lib.9.c.8.* Abduntur circa Canis ortum. Abditus Particip.ab abdo, id est,occultus , reconditus mediterraneis agris,[*Suet.in Tiber.c.12.* Abditus muliebri sella. *Suet. in Othon.c.6.*(de secessu dixit.)]

Abdītē,aduerbium,Occultè,latenter,secretò.{בסתר *besether*, κρύφδιον, κέρδια.κρυφίως.GAL. Secretement.ITA.*Secretamente,da nacosto.* GER. Verborgenlich/heimlich.HISP.*Escondidamente.* ANGL.*Secretlie.*} *Cicer.* 1.*Verr.*aliquid ita conditum esse,aliquid ita abditè latêre,vt nulla diligentia inuestigari possit.

Abdītum,ti,substantiuum pro loco occulto. {מסתר *mistár*, κρύφιος τόπος. GAL.Lieu secret.ITA.*Luoco nacosto* GERM.Ein verborgen ort HISP. *Lugar escondido.*ANG.*An secret place* }*Plin.lib 8.cap.5.* Nunquam nisi in abdito coëunt. h.e.abdito loco,*vt apud Iurisc. & Macrob.* in Hostico,H.e.Hostico loco.Est enim loquendi genus per defectum substantiui,qui præcipuè Græcis vsitatus est.

Abdōmĕn,penultima producta,à medicis rei atanomicæ peritis vocatur extima totius ventris pars , totúmque illud quod intestina tegit, ex cure,adipe,musculis octo,& peritonæo,compactum , totum illud spatium comprehendés,quod est à cartilagine mucronata,nothísque costis,vsque ad ilia atque ad ipsum vsque os pubis.{ὑπογάστριον,λαπάρα. GAL.Celle part du ventre qui est vers le nombril iusques aux aines sous celle peau qui communément est grasse , & improprement signifie graisse.ITA.*Il grasso ouer sugnia de gl' animali.*GERM Der vnderst theil des bauchs vmb den nabel biss auff die scham/ welches die eingeweid bedeckt.Item,feiste der nieren.HIS. *La vntaça o enxundia de animal,como de los puercos.*ANG.*The part of theobellie which couereth allithe entrailles.*}*Celsl.lib.4.cap.1* Ipsa autem ilia inter coxas & pubem in imo ventre posita sunt,à quibus à pube abdomen sursum versus ad præcordia peruenit,ab exteriori parte euidenti cute, ab interiori leui membrana inclusum,quæ omento iungitur,κωλιτῶναν à Græcis appellatur. Dictum autem videtur Abdomen , quòd sub cute abditum sit. Et quoniam pars hæc ventris adiposa est , fit vt passim apud scriptores κατ᾽ἐξοχὴν Abdomen,σέαρ accipiatur pro adipe , vel quauis ventris pinguetudine.*Iuuen.Satyr.4.* Montani quoque ventor adest abdomine tardus. ¶Accipitur præterea Abdomen pro ima ventris suilli parte,quæ alio nomine Sumen appellatur , summísque in deliciis habebatur apud Romanos. *Plin lib.11.cap.37.* Porcæ sumen optimum,si modò fœtus non hauserit : Antiqui Abdomen vocabant.*Vide de eop ura in dicti ne* Sumen. ¶Per translationem aliquando abdomen positum inuenitur,pro gula & ventris ingluuie. *Cic.pro Sestio.*Libelli etiam pro vino oppignerabantur : manebat insaturabile abdomen,copiæ deficiebant.Sic Latinè dicas , Abdomini indulgere,abdomini inseruire, abdomini operam dare , abdomini natus:id est,ventri & gulæ.*Cic.in Pis* Ille gurges atque helluo natus abdomini suo,non laudi,atque gloriæ: Hinc Abdominis voluptates. *Cicer.in Pison.*

Abdūco,cis,penultima producta,Remoueo,aufero, abstraho , auerto, traduco. {עזר *tsehâh* , חביס *hebi* ἀπάγω. GALL. Emmener & retirer de quelque lieu.ITAL. *Togliere,toglier per força* GERM.Hinweg führen. HISP. *Llenar à alguno per fuerça.* ANGL.*Tolead,or tak away.*} ✠Adduco.Abducimus autem sine vi, aut per vim. Sine vi. *Terent.in Eunuch.*Tum me conuiuam solum abducebat sibi. *Cicer.2.de finibus,* Maiores nostri ab aratro abduxerunt Cincinnatum illum , vt Dictator esset.Per vim,Abduci propriè mulier dicitur à marito , quum diuortium fit.. *Donat.in illud Terent.Hecyr.* Et filiam abduxit suam: abduxit,inquit,propriè , Auerti enim dicitur ad maritum : abduci à

marito ad diuortium.[Abducta marito.i.à marito.*Sueton.in Othon.ca. 3.*](*Hotomanus*)*Terent.in Adelph.* Me inuito abduxit meam. Dicimus etiam Abducere vi,& abducere per vim, *Cicer. act.5 in Verrem,* Ad quem iste deduxerat Tertiam Isidori mimi filiam , vi abductam à Rhodio milite.*Liu.lib. 2. ab Vrbe condita* , Consularibus negotio dato,vt collegam per vim,si aliter non possent , à foro abducerent. *Plaut.in Trucul.* Quid,si de vestro aliquid orem abducere? *Idem in Cas.* Vbi intrò hanc nouam nuptam deduxi , clauem abduxi [Quæ nequeunt secum ferte aut abducere,perdunt.*Ouid Eleg.10.lib.5.Trist.* Tu nos abducis ab isto(ô Musa)*Ouid.El.vlt.lib.4.Trist.* Proin tu me hinc abducas(à marito)*Plau.Men sc.2.a.5.& sc.vlt.a.5.*Ad prandium me abduxit.Ita corrigo. Collum obstringe, abduce istum in malam crucem.*Pl.Cur.sc.3.A.5.*Vt te hinc abducat potiùs,quàm hic astes foris.*Plaut.Men.sc.2.act.2.*Seruitum me tibi abducito,ni fecero. *Plaut. Pseud.sc 2.a.1.*Periistis nisi hunc è conspectu abducitis. *Plaut capt. sc.2 a.3.*Abduc istos in tabernam actutum *Pl.Men.sc.4 a.2.* Vt mulierem(emptam)à Lenone abduceret. *Pl. Curc.sc.3.a.2.* Ille abducturus est mulierem (emptam) *Plaut.Pseud sc 1.A.1.* Abductus rectà in phylacam.*Plaut. Capt.sc.3.a.3.* Promisit se abducturum dolis à Lenone.*Plaut.Pseud.sc 3.A.3.* Illa abducta est (virgo) tu auferêre, *Plaut.Curc.sc.4.a.4.*] *Cicer.familiar.5.* Me interea nec domesticus dolor,nec cuiusquam iniuria à republ.abducet.*Et Tuscul.1.* Magni est ingenij reuocare mentem à sensibus , & cogitationem à consuetudine abducere, *Idem pro Flacc.*Fide abducere,dixit sine præpositione,pro reuocare à fide præstanda. Quòd ait Luceius L.Flaccum sibi dare cupisse,vt fide se abduceret,H-s vicies.*Abduco tibi,pro abs te, *Diomedes.* Abduce pro,abduc,dixit *Terent. Adelph.* Hunc abduce, vinci.

* Abductus,a,um,participium,siue nomen ex participio. Montes abducti.id est,semoti.*Val.Flac.*

Abecedarius,dicitur rei literariæ tyrunculus,qui adhuc in literis cognoscendis hæret. ἀλφαβητικός. Accipitur item pro eo , qui aliquid per ordinem alphabeti digerit, vel pro eo,quod alphabetico ordine digestum est. *Vide Calium libro 14. capite 28. & Budaum in Pandect.* *Abecedarium quoque præceptorem rectè dixeris , qui prima docet elementa.

ABEA,vd e Abæa.

ABEACVS,Siracorum rex,qui sunt populi ad radices Caucasi.*Vid.Strabon.lib.11.*

ABEATAE,vide Abæatæ.

Abĕdo,is,vel abes,abedi,abedere,Exedo,absumo. {אכל *achâl.* κατεσθίω. GAL.Manger tout & consumer.ITAL.*Diuorare.*GER.Auffessen/Gar essen.HISP.*Tragar mucho.*ANG.*To eat vp all* }*Tacit.11* Nam exortavis locustarum abederat quidquid herbidum & frondosum.

ABELLA,læ,ἄβελλα Ptolemæo,oppidum est Campaniæ nõ procul à Nola,quæ & Auella dicitur,mutato b,in u,consonantem. *Vir.7. Æneid.* Et quos malifetæ despectant mœnia Abellæ. Hinc nuces Auellanę dictæ,quæ ibi copiosissimè proueniunt.

Abellinæ,vide Auellanæ.

ABELLINVM,siue Auellinum,ἄβελλινον,Italiæ oppidum,in tractu Campaniæ,*teste Plin.lib.3.cap.5.*hoc idem esse creditur cum eo quod *Virgilius* Abellam vocat:vnde & nubes Abellinæ primùm , & postea Auellanæ dictæ sunt.Est & Abellinum,*teste Ptolemæo libr. 3.* Hirpinorũ oppidum,non procul à Nuceria Apulorum.Vtriusque oppidi incolæ dicuntur Abellinates,ἀβελλινάται.discriminis tamen gratia,posteriores Protropos cognominat.*Plin.lib.3.c.11.*

Abĕmo,compositum ab Ab,& Emo: significabat adimo : quod dictum videtur pro Abimo{לקח *lakách.* ἀπαίρω. GALL.Oster.ITAL.*Togliere.* GER.Hinweg nemmen.HIS.*Quitar.* ANG.*To tak away.*}*Plaut.*Abemito vestem.*Festus*,Abemito significat demito,vel auferto.Emere enim dicebant antiqui,pro accipere.

Abĕo,is,abiui,vel abij,abitum,Discedo.{חלך *halách*,אזל *azál.* ἀπέρχομαι, GALLIC.S'en aller,se partir.ITAL.*Partire, andare.* GERM. Hinweg gehn.HISP.*Ir à lugar.*ANG.*To de part.*} Abeunt à fabris (liberi à parentibus iam sui iuris) *Plaut.Most.sc.2.a.1.* Abi rus,Abi directè, abscede à ianua *Plaut.Mostell.sc.1.a.1.* Tace atque rus abi *Ibid.* Nunc rus abibo.*Ibid.*Hector abit (è pugna) violatus vulnere nullo. *Ouid. 13.Metam.*Probè abeo madulsa.i.ebrius *Plaut.sc.1 a.5.* Liberum te abire iussi.*Plaut.Men.sc.8 a.5.*Abire dormitum.Vide dormio.Sine abire liberum.*Plaut.Mena.sc.7.a.5.*A me abeat liber quò volet. *Plaut. Men.sc.7.a.5.* Abi,non verisimile dicis.i.apage te à me. Quid igitur faciam,maneam an abeam?*Plaut.Curc.sc.4.a.4.* Abin hinc à me dignus Domino seruus?Satin' abiit?*Plaut.Most.sc.1.a.1.* Abeo si iubes.i. liber fiam.*Plaut.Amph.*Nunquam abis quin vapules.*sc.3 a.4.* Iámne abiuit ille?(de odioso) *Plaut. Men.sc.2.a.7.* Abi ad Acherontem venefice.*Plaut.Amphitr.sc.4.a.4.*Abi in malum cruciatum. *Plaut. Aul. sc.3.a.3.*Abi here.*Plaut.Aul.sc.1.a.5.*Iámne abis? Nondúmne. *Plaut., Men.sc.4.a.2.*Abeam an maneam? Adeam an fugiam?*Plaut. Men sc.4. a.6.*Iámne abiit intrò?abiuit.*Plaut.*Satin' abiit ille? *Plaut Mil.sc.6 a. 2.*Abeo,valete iudices Iustissimi &c.*Plaut.Capt.* Quid cesso abire ad nauem?*Plaut.Men.sc.2.A.5* Vt hæc abiisse constat *Plaut.Men.sc.3.a.3. & sc.1.a.4.*Satis verborum,cura quæ iussi,atque abi.*Plaut sc.2.Act.1.* Ego abeo,mihi negotium est.*Plaut.in Amph.* Ego abeo,vale. *Plaut. Curc.sc.4.a.4.* Pessim abire , vide Pessum. Num tu istinc exibis? *Plaut.pf.sc.7.a.4.* Iámne isti abierunt à conspectu meo? *Plaut. Men. sc.2.a.5.*Abite ab istis.i.abscedite.*Plaut.Capt.sc.1.a.2.* Abi in malam rem.*Plaut.Capt.sc.4.a 4.*Ne abeas longiùs ab ædibus. *Plaut. Men.sc. 2.a.2.* Priusquam hinc abeo,vide priusquam. Ego abeo,vale. Abiit medicus *Plaut.Men.sc.1.a.5.*Non tu abis quò dignus es? *Plaut. Men. sc.2.a.3.& sc.5.a 5.*Quid cesso abire ab his locis Lenoniis. *Plaut.Men. sc.3,a.3.*Venit in mentem,ne trapezita exulatum abierit , petere argentum.i.ne abeat.*Plaut.Curc.sc.4.a.4.*Vbi abiit(i.abire cœpit)conclamo,Heus ille abiens.Respondit.*Plaut.Milit.sc.2.a. 2.* Satin' Orostus abiit?(de eo qui nondum planè abierat)*Pl Mil.sc.6.a.2.* Somnus abit à pectore.*Ouid Eleg.3.lib.4.Trist.*Audio sed non abire possum ab his regionibus.*Plau Merach.sc.2.a.5.*An sis abitura à viro.*Plau.Men. sc.1.a.5.*Hæc pectoribus teneo,non abitura meis.*Ouid.Ele.5.li.5.Trist.*] *Terent.in Eun.*Heus Demea,rogat frater, ne abeas longiùs. ¶ Aliquando abire dicitur,pro effluere & elabi , παρέρχεσθαι. *Terent.in A-*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

delph. Menſes abierunt decem, id eſt, effluxerunt. *Sic Cic. Fin.* 5. Hoc, inquit, fortaſſe non poterit ſic abire. ¶ Interdum pro peruenire. *Cic. Attic.* 11. In quos enim ſumptus abeunt fructus prædiorum? ¶ Item pro deſerere & relinquere, vt Abire ab emptione, Abire à magiſtratu, hoc eſt, deſerere emptionem, deſerere magiſtratum. Pro eodem etiam dicimus ſine præpoſitione, Abire magiſtratu, *Liu. 3. ab Vrbe*, Non tam properantis abire magiſtratu, quàm viam ad continuandum magiſtratum quærentis eſſe. [Abire ſacerdotio. *Gell. cap. 7. l. 6.* Abire honore, i. magiſtratu. *Suet. in Aug. cap. 26.*] Sic abire incœpto, pro eo quod eſt, Ab incœpto deſiſtere. Abire è medio, idem quod mori. *Terent. in Phorm.* Ea mortem obiit, è medio abiit. * Abire ex matrimonio, id eſt, Relinquere matrimonium. Plaut. ¶ Denotat etiam motũ ad locum, quò eſt iter: quanuis & motum De quo, incluſum habeat: vt Quò abiit? *Virg. 5. Æneid.* Quò tantùm mihi dexter abis? ¶ Habet alios quoque loquendi elegantes modos. *Plin. lib. 3. capite* 14. Bello ſociali oppidum deleuit, quod nunc in villas abiit, * id eſt, ex oppido factæ ſunt villæ. *Liuius ab Vrb. 2.* Telo exacto, præceps Fabius in vulnus abiit, id eſt, pronus cecidit in vulnus. *Idem*, Ne in ora hominum pro ludibrio abiret: id eſt, ne ab omnibus rideretur, ne vulgi fabula fieret. * Abire ſub iugum, id eſt, Subire iugum *Liu.* ¶ Aliquando hortantis & incitantis. *Terent. Adelph.* Patriſſas, abi, virum te iudico. *Vbi inquit Don.* Abi, blandientis eſt verbum, quemadmodum ad eos dicere ſolemus, qui iam compotes ſuorum votorum ſunt facti. *Idem in Phorm.* Præſens quod fuerat malum, in diem abiit, id eſt, in aliud tempus dilatum eſt. ¶ Abire (vel ire) in creditum? Iuriſconſultorum loquendi formula eſt, de quâ *Hotomannus in Lexico.* Non, inquit, omnino idem eſt quod credere, ſed tantum eas res credere quæ accipientis fiunt, hoc eſt, quæ functionem non in ſpecie, ſed in genere recipiunt, veluti pecuniam, frumentum, vinum, &c. ¶ Licet aliquando non ſolum generaliter ſumatur, ſed etiam ſpecialiter pro mutuum contrahere, vt D. *lib. 14. Tit. 6. lib. 3.* Ideo etſi in creditum abiit filiofamilias vel ex cauſa emptionis, vel ex alio in quo pecuniam non numerauit, id eſt credidit. ¶ Abire in vanum pro eo quod euaneſcere, irritũ fieri: *Senec. Epiſt. 95.* Alioquin abibunt in vanum monentium verba. [Idem *de conſol. ad Polyb. c.* 10. Certiora illa quæ abierunt. Idem *c. 9. de conſolatione ad Mar.* Quaſi dirum omen reſpuat, & in capita inimicorum abire iubeat.] Abi, etiam per contemptum dicitur. *Terent. Adelph.* Nunquam rem facies: abi, neſcis ineſcare homines. Abi, etiam dicimus hærenti, morantique, *Terent. Andr.* Vos iſthæc intrò auferte: abite. ¶ Abire viam figurate dictum. *Plaut. Rud.* Abi tacitus tuam viam, vt Græci ὁδὸν ἰέναι ὁδόν. ¶ Paroemię aliquot ex hoc verbo naſcuntur, vt Aut abi, aut exuere. *Autore Plato. in Theæt.* hic mos fuit Lacedæmoniis, vt in publicis certaminibus neminem cogerent ad certaminis congreſſum, ſed dicebant, ἢ ἀπιέναι ἢ χιτῶνα ἐκδύνεσθαι. Nudi enim luctabantur Græci, quibus χιτῶνα ἐκδύνεσθαι exuere eſt. ¶ Simile huic Adagio eſt, Aut abi aut bibe, ἢ πῖθι ἢ ἄπιθι. Cuius meminit *Cic. Quæſt. Tuſculan. li. 5.* Monemur autem hac paroemia vt aut tempori locóque nos accommodemus, aut ab hominum cõſuetudine nos ſubducamus. ¶ Aliud adagiũ, Abi in exitium, βάθι' εἰς ὄλεθρον, mitte in perniciem, auferatur è medio. ¶ Ex hoc etiam verbo oritur hæc paroemia, præſens abeſt, præſens peregrinatur, παρὼν ἀποδημεῖ, in eum qui non animaduertit ea quæ dicuntur, cogitatione aliis in rebus occupata.

Ăbītŭr, vſus eſt *Plaut. in Merc.* Scio iam quid velis: nempe me hinc abire vis. L. volo. C. abibitur.

*Ăbĭens, abeuntis, particip. ἀπερχόμενος, diſcedens. *Plaut. Aſin. ſc. 3. a. 3.* Cui abiens affers morbum. Tui amans abientis egeo. Ibid. Abiens mihi ita reſpondit. *Plaut. Milit. ſc. 2. act. 2. Terent.* Abiens magiſtratu, id eſt de ponens magiſtratum. *Cic.*

Ăbĭtus, & Abitio pro diſceſſu. {מסע *maſáh* לכת *léchetḥ*. ἀποχώρησις. GAL. Departement. ITA. *Partita, ò partimento.* GER. Hingang oder abſchied. HISP. *Ida de al un lugar.* ANG. *Departing.* {*Plaut. Ampḥ ſc. 4. a. 3.* lacrumantem ex abitu concinnas vxorem. Item feram & perferam abitum eius animo forti. *Ibi.*] *Terent. Heaut.* Quum videam miſerum hũc eius abitu cruciari. *Ibidem*, Propter eam hæc turba abitio venit. Abitionem antiqui dicebant mortem. *Feſtus.* Abitus præterea non modò abitionem & diſceſſum, ſed & locum per quem abire poſſumus, ſignificat. *Virgil 6. Æn.* Hinc atque hinc, omnémque abitum cuſtode coronant. [Abequitare. *Liu. 4. Bel. punic.*]

abercĕo, ces, ex ab & Arceo, Prohibeo. {מנע *manáḥ*. ἀπέχω. GAL. Chaſſer. Ital. *Vietare, prohibire.* GE. Von dannen treiben. HISP. *Arredrar ò apartar.* ANG. *To forbid* } *Plaut.* atque eam abercet domo.

Ăbĕrro, ras, Erro, digredior, via deflecto. {תעה *taβáḥ*. ἀλαυσπατέω, ἀποπλανάομαι. GAL. S'eſgarer, ſe deſuoyer, ſe fouruoyer. ITAL. *Vagare.* GERM. Irr gehn/ von dem rechten weg abtretten. HISP. *Deſuiarſe.* ANGL. *To wãder.* } *Lactan. lib. 4.* A quo hi duo riui ſi aberrauerint, areſcant neceſſe eſt. *Cic. lib. 5. Epiſt. Tuſc. Quæſt.* Sed redeat, vnde aberrauit, oratio. *Plin. Iunior lib. 4. Epiſt.* A qua rego vt artificem quem elegeris, ne in melius quidẽ ſinas aberrare, id eſt, ab illo exemplari diſcedere, etiã ſi melius facturus ſit. Aberrare verò à ianua, ſiue à fera, τῆς θύρας (vel potius τῆς θύρας) ἁμαρτάνειν, Dici ſolitum, vbi quis penitus aberrat à vero, totóque fallitur iudicio.

Ăbĕrrātĭo, verbale, Digreſſus à recta via: & metaphoricè perfugiũ. {מרוח *maḥdúaḥ*. ἀποτυχία, ἀποπλάνησις. GAL. Fouruoyement, deſtorſe, eſgarement de chemin. ITAL. *Trauiare ſuiamento.* GERM. Ein abtrettung vom rechten wãg/ ein fãler. HISP. *Apartamiento de camino, errando ò de ſuio.* ANG *An wandrign, à going out of the way.* } *Cic. Caſſio*, Veruntamen aliam aberrationem à moleſtiis non habemus.

Ăbĕrrūncō, cas, Lege Auerrunco.

ABESAMIS, Syriæ oppidum, quondam à Semiramide conditum, Ἀβεσαμίς. *in ca. 28. li 6.* A Petra incoluerunt Omani ad Characem, oppidis quondam à Semiramide conditis, Abeſamide, & Soractia.

ABESTI, Oppidum apud Hermandum fluuium, *Plin libro 6. capite* 23.

Ăbĕsŭ, penult. correp. ſignificat abeſt futurum eſſe. {ἀπόντος. GALL. Etre abſent. ITAL *Douere allontarnaſi.* GERM. Davon werden ſein/ Abweſend werden. HISP. *Eſtar ò ſer aufente, ò alexarſe.* ANGL. *To be abſent.*} Quæ duo per b ſcribuntur, ne ſi per geminum ff ſcriberentur, compoſita quis crederet ex Ad præpoſitione, quæ oppoſitum ſignificat. *Ouid.* Eſſe quoque in fatis reminiſcitur, affore tempus. *Statius tamen lib. 1. Thebaidos*, accipere videtur, Affore in ſignificatione præſentis, Semſit manifeſto numine ductos Affore quos nexis ambagibus augur, Apollo Porrenti generos vultu fallente ferarum Ediderat. Sic Abforem, pro abeſſem: Afforem pro adeſſem. *Virg. l. 1. Æneid.* Atque vtinam rex ipſe Noto compulſus eodem Afforet Æneas. *De aliis à* Fore *compoſitis, vide in dictione* Forem.

Ăbgrĕgo gas, penult. correp. Ab grege duco, Segrego, ſeiungo, diſgrego. {חלח *hiphláḥ*, ἀποξέω. GAL. Separer du troupeau. ITAL. *Scieglíere, & menar fuor del grege* GER. Von der herd abſundern. HISP. *Apartar, como de manada.* ANG. *To ſeparat frome the flock, to ſcatter.*} ✠ Aggrego, Congrego.

Ăbhinc, Vna dictio compoſita ſignificans Antehac. {מעתה *meattáḥ*. ἄνω τῶν. GAL. Depuis ce temps, d'ici en auant, de ce temps là. ITAL. *Gia ſono par l'auenire, da hora inanzi.* GERM. Von dannen/ von diſer gegenwertigen zeyt an. HISP. *Ante, ò adelante.* ANGL. *Frome hence.* } Et iungitur tam accuſatiuo quàm ablatiuo. *Terent. in And.* Abhinc triennium: hoc eſt, Ante tres annos, πρὶν τρία ἔτη. *Cicer. ad Attic.* Quod pro Cornificio me abhinc annis amplius xxv. ſpopondiſſe dicit Flauius. Vide ſuprà Ab. ¶ Abhinc, de futuro etiam tempore dicitur, quemadmodum Grammaticus antiquus Soſipater annotauit & confirmauit. Pacuuius in armorum iudicio, Séque ad ludos iã inde abhinc exerceant. Plaut. in Moſtell. Qui abhinc quadraginta annis occiſus foret.

Ăbhorrĕo, res, rui, Aſpernor, fugio, diſſentio, diſcrepo, alienus ſum à re aliqua {שקץ *ſheḳḳéts*, μισῶμαι, ἀποστυγῶμαι. GAL. Auoir en horreur, deſdain. ITAL. *Hauer in horrore & in diſpetto.* GERM. Ein abſcheuhen, abſcheu vor dinġ tragen. HISP. *Aborrecer.* ANG. *To haue in diſdaine, to abhorre.* } Cuius varius eſt vſus. [*Liu. 8. d. 4. 289. D.* Abhorrent inter ſe orationes. i. *Diſſident*] *Idem 4. ab Vrbe*, Eodem anno Poſthumia virgo Veſtalis, de inceſtu cauſam dixit, crimini obnoxia ob ſuſpicionem propter cultum amœniorem, ingeniúmque liberius quàm virginem decet, parum abhorrens famæ. *Terent. in Hecyr.* Nam omnino abhorrere animum huic video à nuptiis. Sic, Abhorrere ab re vxoria, apud eundem in Andria. *Et apud Cic. de Fato*, ſine præpoſitione, Alij talibus vitiis abhorreant. Sciendum tamen, quum accuſatiuo iungitur, in ſimili ferè ſignificatione ſumi, qua Horreo: tum enim ſignificamus, nos rem præſentem vel propinquam, quam audire, aut aſpicere pertimeſcimus, execrari. Cùm verò ablatiuo, tunc procul nos eſſe ab eo quod non placet, vel quod refugimus, demonſtramus: vt ſi dixero, Hanc rem abhorreo, ſignificat, execror, & pari nequeo. Abhorreo ab hac re, id eſt, alienatus ſum, vel procul eſſe volo. A multis enim procul eſſe volumus, vt à rebus venereis, licèt noſtris ſenſibus plerunque odioſæ non ſint, ſed animi moderatione ab illis abeſſe ſtudemus, ne nobis officiant. * Abhorret à fide, pro Incredibile eſt. *Liu. Valla lib. 5. cap.* 104. ſcribit hoc verbum ſemper conſtrui cum ablatiuo, ſed fortaſſe decepit eum Ab præpoſitio, quæ ablatiuum exigere videtur. Sed etiam ſi hoc in pleriſque verbis fiat, non tamen in omnibus, ſicut in Aboleo, Abluo, & huiuſcemodi accidit: quæ accuſatiuum, non ablatiuum poſtulant. Ponitur interdum abſolutè. *Cicer. pro Cluent.* Omnes aſpernabantur, omnes abhorrebant, omnes vt immanem ac pernicioſam beſtiam, peſtemque fugiebant.

Ăbhorrens ſimpliciter, alienus à ratione & conſuetudine. ἀπρεπὴς ἀνωμάλος. *Liu.* Qui ramen riſus nequaquam adeò eſt intempeſtiuus, quàm veſtræ abſurdæ & abhorrentes lacrymæ.

Ăbhorrĕſco, Valde horreo, vehementer timeo. {ἐκπλήττομαι. GAL. Auoir en deſdain & horreur. ITAL. *Impaurire.* GERM. Ein grauſen vnd hefftig abſcheuhen vberkommen HISP. *Auer mucho miedo ò eſpanto.* ANGL. *To haue in diſdaine, orto feare greatumlie.* {*Lactantius de Ira*, Quem terra contremiſcit, cœlúmque & mare, & latebræ Tartareæ, & dæmones abhorreſcunt.

Ăbhortŏr, idem ferè quod Dehortor. {חשה *hitráh*, ἀποτρέπω. GALL. Deſenhorter, deſconſeiller, deſtourner. ITAL. *Sconſortare* GER. Abmanen. HISP. *Diſſuadir alguna coſa con razones.* ANGL. *To diſſuade, to turne abak.*}

Ăbiĕcto, tas, frequentatiuum, ſignificat frequenter abiicio. {חשרץ *hiſchlich*. ἀποῤῥίπτω. GA. Ietter ſouuent auec deſdain. ITA. *Gittare ſpeſſo.* GERM. Stätig oder offt hin werffen. HISP. *Abatir ò echar de ſi muchas vezes.* ANG. *To caſt away often vith diſdaine.* }

Ăbĭes, etis, penult. correp. fœminini generis, Arbor eſt altiſſima, rectiſſimáque, cuius pars inferior enodis, Sapinus vocatur: ſuperior verò nodoſa duriórque, Suſterna, *vt Plin ſcribit lib. 6. cap.* 39. Præcipua dos eſt criſpantibus, & in torto quodam diſcurſu venarum pretioſis. Alij hãc Gallicam vocant, propter candorem. {ברוש *beróſeḥ*. ἐλάτη. GAL. Arbre communement appellé Sapin. ITA. *Abete, altrimenti Sappo.* GER. Ein Thannbaum oder Flechten. HISP. *Abeto, arbol.* ANG. *A firre tree.* } *Abietem pro tabellis vſurpauit *Plautus in Perſa*: quod non recipit proſa oratio, teſte *Quintiliano li. 8. cap. 6.* *Abies, metonym. pro re facta ex abiete. *Virg. Æn. 8.* Labitur vncta vadis abies, Id eſt, nauis abiegna. Sic *Æn. 11.* cuius apertum Aduerſi longa tranſuerberat abiete pectus. Id eſt, haſtâ abietali. *Seruius.*

Abiecula, diminutiuum, Græcè dicitur ἐλάτη, forſan ab ἐλάω, impello, pro duco, prolongo. Dictam autem volunt abietem, quòd in altitudinem longius eat, quàm cæteræ arbores.

Ăbiĕgnŭs, a, um, Quod eſt factum ex abiete, vt Abiegnæ menſæ. {ἐλάτινος. GALL. De ſapin. ITAL. *Coſa fatta d'Abette.* GERM. Tãnin. HISP. *Coſa de materia de abeto.* ANGL. *Made offirre.* } *Colum. libr. 12. cap. 43.* Quidam eadem ratione arida populnea, vel abiegna ſcobe virides vuas cuſtodiunt. *Dictio eſt quadriſyllaba, ſed interdum apud poetas diſyllaba. *Propertius lib. tertio eleg.* Induit abiegnæ cornua falſa boui.

Ăbĭĕtārĭŭs, Faber lignarius ab abietibus. Hi etiam materiarii dicuntur, à materia. {τέκτονες. GAL. Charpentier. ITAL. *Il legnaiuolo, il marangone.* GER. Ein Zimmerman/ ein Schreyner HIS. *Carpintero.*} Cuius nomine ligna, quæ ad ædificandum fulciendúmque neceſſaria ſunt, intelligenda eſſe declarat Iureconſultus. *Feſtus* pro denominatiuo vſurpat. Abietaria, *inquit*, negotia, quam nunc materiam dicimus, videlicet ab abietibus coëmendis & Abietarius negotiator.

Ăbĭgă, penult. correp. ſiue, vt alii malunt, Aiuga, herba eſt, quæ à Plinio alio nomine Chamæpitys dicitur: ab abigendo partu ſic vocata, χαμαί

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

χαμαιπίτυς. Hanc eandem herbam credit *Ruellius*, quam vulgo Iuam muſcatam vocant.

Ăbĭgo, penult. correp. ex Ab & Ago: propriè eſt pecus aut greges abduco, ſiue vi id fiat, ſiue dolo. {הדיח *hid liák* נהג *nahagh* ἀπελαύνω. GAL. Chaſſer, & proprement les beſtes. ITAL. *Scacciare, menar via grege.* GERM. Dich entfüren / vnd hinweg treyben. HISP. *Apartar ganado, hurtarlo, ò exear.* ANG. *To driue away cartell.*} *Plau. Amph.* Amphitruonem fac aduenientem ab ædibus vt abigas. *Idem Aſin. ſc.4.a.1.* Hic me abegerit odio ſuo. *Et Men. ſc.2.a.1.* Abegi iurgio vxorem ab ianua: & in *Capt. ſc.1.a.4.* Quorum odos ſubaſilicanos, omnes abigit in forum. *Idem Curc. ſc.3.a.1.* Iraſcare ſi te edentem à cibo abigat. *Ouid. v. Faſt.* ô vir colloquio non abigende Deûm.] *Liuius primo libro ab Vrbe*, Herculem in ea loca, Geryone interempto, boues mira ſpecie abegiſſe ferunt. ¶ Abigere, nonnumquam quoque ponitur pro agere, ſiue propellere, vt fit quum boues in paſcua mittuntur. *Varro de Re ruſtic. lib.2. cap.1.* Itaque greges ouium longiùs abiguntur ex Apulia in Samnium æſtiuarum. ¶ Significat præterea Abigere, rem nobis odioſam, aut moleſtam propellere, & fugare. {נדח *nidd ih.* הנר השיב *henédh hiſc'ſchib*, ἀπελαύνειν. GAL. Chaſſer loin de nous toute choſe odieuſe & mal plaiſante. ITAL. *Cacciar da noy quelle coſe che ſono noioſe.* GERM. Abtreyben / hinweg treyben. HISP. *Empuxar à lexos coſas qua hazen danno.*} *Cic. Tuſc.1.* Proiici ſe iuſſit inhumatum. Tum amici, Volucribúſne & feris? Minimè verò, inquit, ſed bacillum prope me, quo abigam, ponitote. ¶ Secundum hãc rationem transfertur interdum ad res incorporeas: vt, Abigere faſtidium, laſſitudinem, & alia id genus, pro expellere. *Plin. lib.12. cap.17.* Ex Syria reuehunt ſtyracem, acri eius odore in focis abigentes ſuorum faſtidium. *Plaut. in Mercat.* Agedum Acanthium, abige abs te, laſſitudinem. ¶ Abigere partum, etiam eleganter dicimus, pro eo quod eſt, Herbis & medicamentis fœtum iam conceptum expellere. Ibidem, Memoria tenco, Mileſiam quandam mulierem, quum eſſem in Aſia, quod ab hæredibus ſecundis accepta pecunia, partum ſibi ipſa medicamentis abegiſſet, rei capitalis fuiſſe damnatam. ¶ Prouerbio videtur olim vſurpatum, Abegerunt nunquam meos boues aut equos, pro nunquam me læſerunt aut afficerunt iniuria, vt mihi ſit cauſa cur illos odiſſe debeam. *Plut. in Com. de vitanda vſura.* Homer. Iliad. α, Οὐ γὰρ πώποτ' ἐμὰς βοῦς ἤλασεν, οὐδὲ μὴν ἵππους. * Inter Abigere & Arcere, grammatici hanc ſtatuunt differentiam, Abigimus, quę vbi acceſſerint expellimus: Arcemus, quę prohibemus ne accedant. Verum non ſemper hæc differentia obſeruatur.

Ăbāctŭs, a, um, ab Abigor: vt Abacti greges, qui aut furto, aut per vim abducti ſunt. {מנדח *menuddách.* ἀπελαθεὶς. GAL. Chaſſe par force ou larrecin comme beſtial. ITAL. *Gregi rubati è menati à forza in preda & à ruba.* GER. Hinweg getriben / es ſey durch diebſtal oder gwalt. HISP. *Ganado, hurtado.* ANG. *Driuen away.*} *Cicer.4. Verr.* Præterea greges nobiliſſimarum equarum abactos. *Liuius 4. ab Vrbe*, exercitus in agrum Veientem, ac Faliſcum ducti, prædæ abactæ hominum, pecorúmque. Additur quandoque & ablatiuus Furto. *Plin. lib. 8. cap.51.* Compertum agnita voce ſuarij, furto abactos, merſóque nauigio, inclinatione lateris vnius, remeaſſe. ¶ Abacta nox, pro exacta. *Vir. 8. Æn.* medio iã noctis abactæ Curriculo. ¶ Dicebantur etiam Abacti, *autore Feſto*, magiſtratus, qui coacti depoſuerant imperiũ, ἀναδεδεγμένοι. ¶ Abactus venter dicitur à *Paulo lib. Senten. 4. c. 9.* pro fœtu venenis & medicamentis electo. Aborſus, inquit, vel abactus venter partum efficere non videtur. *Hotom. in ſue Lexico.*

Ăbāctŭs, us, ui, pro violenta expulſione. {מרוח *maddúá h.* ἀπελασία. GAL. Deſchaſſement violent, larrecin de beſtial. ITAL. *Diſcacciamento ſubito, ò rubamento ò inuiolamento di beſtie.* GER. Außſtoſſung oder entfürung mit gwalt. HIS. *Empuxiamento, ò hurto de ganado.* ANG. *Driuing away or ſtealing of cattell.*} *Plin. in Panegyr.* Quàm diſſimilis nuper alterius principis tranſitus (ſi tamen tranſitus ille non populatio fuit) quum abactus hoſpitium exerceret. Abactus etiam vocatur furtũ illud, quo pecudes è paſcuis abiguntur, aut à gregibus ſubtrahuntur: quod alio nomine Abigeatus dicitur. ¶ Abiga vel aiuga Plinio, χαμαιπίτυς quaſi pumila pinus. GAL. Iue moſcate ou archeticque. ITAL. *Iua chamopitio. Vide Iunij Nomencl.*

Ăbĭgĕātŭs, us, ipſe abigendi actus, ſiue crimen abactionis. {ἀπελασία. GAL. Larrecin ordinaire de beſtial. ITAL. *Latrocinio, ò rubamento di beſtiami.* GER. Ein vych Diebſtal / hinwegtreybung des vychs ab den weyden. HISP. *Hurto de ganado.*} *Marcel. li.47. Digeſt.* Abigeatus crimen publici iudicii non eſt, quia furtum magis eſt.

Ăbĭgĕŭs, penult. corr. ab Abigo dicitur (*vt autor eſt Vlpianus*, qui pecora de paſcuis, vel ex armentis ſubtrahit, & quodammodo deprædatur, & abigendi ſtudium, quaſi artem exercet, equos de armentis, vel oues, de gregibus abducens. {ἀπελάτης. GALL. Larron ordinaire de beſtial. ITA. *Ladro ò rubatore di beſtiami.* GER. Ein vychräuber oder vych dieb der das vych entfürt / oder hinweg treybt. HIS. *Hurtador de ganado.* ANG. *A felon an ſtealer of cattell.*} Cæterùm ſi quis ouem oberrantem, vel equos in ſolitudine relictos abduxit, non eſt Abigeus, ſed fur potiùs. *Scribit & Claudius*, Quantitas diſcernit furem ab abigeo. Qui enim vnam ſuem furripuerit, vt fur coërcebitur, qui gregem, vt abigeus. Multo autem grauius ſupplicium à legibus in abigeos, quàm in cæteros fures conſtitutum eſt, quòd hos ædibus noſtris poſſumus excludere: paſcua autem maiora ſint quàm quæ muro poſſint cingi. Quem *Vlpianus* Abigeum appellat, *Apuleius & Paulus lib. Sentent. ſ. ca.18.* Abactorem vocat. Abactores, *inquit*, ſunt qui vnum equum, duas equas, totidémque boues, capras decem, aut porcos quinque abegerint.

*Ăbigendus, a, um, particip. Reiiciendus, expellendus. *Ouid.* O vir colloquio non abigende Deûm.

Ăbigena bos, *Varr. de ling. Lat. li.6.* Abuſtum quod circum vſtum eſt, vt abigena bos apud Augures, quam circum aliæ hoſtiæ conſtituuntur. Fortaſſe legendum ambigena & ambuſtum.

Ăbĭĭcio, cis, penult. cor. & per geminum i, quia mutatur a in i, quæ tamen in præterito conuertitur in e. Proiicere, deponere. {הסליך *hiſcliéh* נחת *maás.* ἀφιέναι, ἀποβάλλειν, ἀποῤῥίπτειν. GAL. Ietter par deſdain ou faſcherie. ITA. *Gittar da lontano, per ira, iſdegno, diſpetto, & altrimenti.* GER. Hinwerffen / von ſich werffen. HISP. *Abatir ò echar de ſi.* ANG. *To caſt away.*} *Valer. lib.1.* Quum prælium nauale committere vellet, auſpiciáque more maiorum petiiſſet, & pullarius, non exire pullos cauea nuntiaſſet, abiici eos in mare iuſſit, dicens, Qui eſſe nolunt, bibant] *Plaut. Men ſ.3. Act.3.* Abiiciam coronam ad læuam manum.] *Cic. Tuſc.1.* E muro ſe in mare abieciſſe. Eſt etiam hoc verbum aliquando humilis & contempti, ſuppliciſve: vnde, Abiicere ſe ad pedes alicuius, eſt ſuppliciter ante pedes eius procumbere, à quó aliquid precibus conamur impetrare. *Cic. ad Att. li.8.* Non ſum veritus ne viderer aſſentrari, cui tali in re libenter me ad pedes abieciſſem. *Idem pro Milone*, Ego me plurimis pro te ſupplicem abieci. Abiicere ſeſe, eſt deprimere ſeipſum, & parui pendere, ταπεινοῦν ἑαυτὸν. *Cic. in paradoxis*, Sic te ipſe abiicies atque proſternes, vt nihil inter te & quadrupedem putes intereſſe? Abiicere haſtam, idem eſt quod deſperare: cuius teſtimonium habes, *apud Cic. pro Murana.* Metaphora ducta ab iis qui prælio victi arma abiiciunt, quæ fugientibus oneri magis ſunt, quàm vſui. Transfertur etiam ad res animi, accipitúrque pro deponere, expellere & amouere: vt abiicere amorem: & abiicere ſpem ſiue animum, hoc eſt, deſperare. *Cic 3. Verrina*, Socij verò nationéſque exteræ, ſpem omnium tum primùm abiecere rerum. καταβάλλειν τὴν διάνοιαν, τὸ φρόνημα καταβάλλειν. *Bud.* Sic Abiicere curam, eſt curam deponere, & deſinere ſolicitum eſſe. *Item Pato lib. 9. Famil.* Sed caue, ſi me amas, exiſtimes me, quod iocoſiùs ſcribam, curam rei abieciſſe.

¶ Quum vitium aliquod aut rem alioqui noxiam admonebimus miſſam fieri reiiciúque oportere, conueniet adagium ab hoc verbo natum, Abiiciendum procul. Sic Theognis non opes, ſed ipſam paupertatem iubet εἰς μεγάλητα πόντου ῥίπτειν, id eſt, in immenſum mare proiicere, veruntamen ille Theognidis locus aliter debet intelligi.

Ăbiēctŭs, a, um, particip. *Ouid.* Sic vbi fata vocant, vdis abiectus in herbis. Et Abiectus, abiectior, abiectiſſimus, nomen ex participio *Cic. 5. de Fin.* Nihil abiectum, nihil humile cogitant. Abiectus, id eſt iacens, ſummiſſus, contemptus, afflictus, & animo fractus. {בזוי *bozúi*, ἀπερίμαχος, καταβεβλημένος, ταπεινὰ φρονῶν. GAL. Meſprisé, debouté de chacun abbaiſſe, humilié. IT. *Gittato via, diſprezzato, vile, baſſo.* GER. Hingeworffen / oder verworffen / verachtet. HISP. *Abatido, de poco precio.* ANG. *Caſt away.*}

Ăbiēctē, aduerb. pro contemptim, & abiecto animo. *Cicer. 1. Tuſc.* Sed hoc quidem in dolore maximè eſt prouidendum, nequid abiectè, nequid timidè, nequid ignauè, nequid ſeruiliter, muliebritérve faciamus. {ἀπερίμαχως. GA. Sans en faire cas, vilainement & ſans honneur. ITAL. *Vilmente.* GER. Verächtlich / verzaglich. HIS. *Menoſpreciando.* ANG. *Diſdainfullie.*}

Ăbiectĭo, idem eſt quod animi deiectio & contemptus ſui. *Cic. in Piſon.* Quid debilitatio atque abiectio animi tui, Macedonia Prætoria nuntiata {ἀσθένεια, ἀπόῤῥιψις, ἀθυμία, ταπείνωσις. GAL. Laſchete de cœur, meſpris. IT. *Vilia di animo ò pouerta di cuore.* GE. Kleinmütigkeit. HIS. *Abatimiento, menoſprecio.* ANG. *Faintneſſe of haut.*}

Ăbii, ἄβιοι populi ſunt vt Stephano placet, Scythiæ, aut, vt alij malunt, Thraciæ: ita dicti quòd Abianum amnem accolant, aut certe quòd in curribus degentes, lacte veſcentes, & in cælibatu viuentes, vitam humanam agere non videantur: vt Abios intelligas, τὸν μὴ ἔχοντας ἡμῖν ὅμοιον βίον. Alij Abios dictos putant, quaſi ἄβιαστοι, quòd in pace degentes nemini vim inferant. Vnde & ab Homero mortalium iuſtiſſimi appellantur, Iliad.13. Γλακτοφάγων, ἀβίων τε δικαιοτάτων ἀνθρώπων. Sunt quoque qui inde Abios dictos putant, quòd more vicinarum gentium arcu non vtantur, vt ſit compoſitum à nomine βιὸς, quod accentum habens in vltima, arcum ſignificat. Apud Homerum tamen Abiorum nómen, vt & Galactophagorum, non tam Gentile eſſe videtur, quàm Myſorum, quorum in præcedenti verſu meminit, epitheton. *Vide Strab. lib.7. & Calium lib.18. c.23.*

Ăbĭla, penultima correpta. ἄβιλα, *Stephano*, oppidi nomen eſt ad Iordanem fluuium. Eſt & Abila, ἄβιλα, *Stephano & Suida*, oppidum in regione Decapolitana, Diogenis Sophiſtæ patria: cuius meminit *Plin. lib.5. c.18.* Item mons Mauritaniæ in faucibus freti Gaditani, è regione Calpes, Hiſpaniæ montis, ἄβιλιξ *Suida. Plin in Proœ. lib.3.* Proxima autem faucibus vtrinque impoſiti montes coërcent clauſtra. Abila Africæ, Europæ Calpæ, laborum Herculis metæ. Quam ob cauſam indigenæ columnas eius Dei vocant, credúntque per foſſas excluſa antea admiſiſſe maria, & rerum naturæ mutaſſe faciem.

Ăb integro, ſignificat Denuo, de nouo. {עוד *ódh.* שנית *ſeuttégou.* GAL. Derechef. IT. *Di nuouo.* GER. Von neûwem an. HIS. *De nueuo ò deſdecomienço.* ANG. *Agane, of new.*} *Virg Ecl.4.* Magnus ab integro ſeclorum naſcitur ordo. *Cicer.3. Verr.* Vtrum exiſtimatis minùs operis eſſe, vnam columnam efficere ab integro nouam nullo lapide rediuiuo, an quatuor illas reponere?

Ăb intēſtātō, aduerb. ſine teſtamento. {ἀδιαθέτως. GAL. Sans teſtament. IT. *Senza teſtamento.* GERM. On ein teſtament oder gedechtnuſſ. HISP. *Sin teſtamento.* ANG. *Without teſtament.*} vt, Hic ab inteſtato deceſſit, μὴ διαθεμένος. Sic etiam dicimus, Succedere ab inteſtato. *Paulus libr. 16. D de iure codicillorum* Quicunque enim ab inteſtato ſucceſſerit, locum habent codicilli. *Et paulò poſt*, Nec intereſt quis ſuccedat, dum ab inteſtato ſuccedat.

Abiotos, penultim. pro. herba eſt *Dioſcoridi*, quæ notiore nomine Cicuta appellatur. {ρωσ *roſch.* ἄβιοτος. GAL. Cigue, ou Segue IT. *Cicuta.* HISP. *Cegueta.*} Nomen inde ductum videtur, quòd capite damnatis cum vino miſceri ſoleat. Nam ἄβιοτον, Græcis triſte mœſtúmque ſignificat.

Abis, Fluuius in Danubium influens. Hic etiam Abſus dicitur. *Autor. Alib.*

Abisama, ἄβισαμα, Ptolemæo, ciuitatis nomen, quæ à Ptolemæo collocatur in ea Arabiæ parte, quæ Arabia felix dicitur.

Abisari, aliàs Biaſari regio eſt Indiæ, *apud Strab. lib.15.*

Abisontes, *à Plin. lib.3. c.2.* inter Alpinos populos numerantur.

Ābiūdĭco, as, pen. correpta, ſignificat Rem de qua controuerſia eſt, per iudicium aufero, & alteri addico. Adiudico. {καταδικάζω. GALL. Oſter par iugement. ITAL. *Torre & leuare altrui per via di iudicio.* GERM. Mit recht abſprechen. HISP. *Quittar alguna coſa per ſentencia.* ANG. *To take away by iugement.*} Vnde Ager abiudicatus ab Liuio dictus, quem Romani per iniquum iudicium interceperant, eripuerántque. Audiuêre, inquit, patres Ardericium populum ob iniuriam

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

agri abiudicati defeciſſe.)(Adjudicare.*Cic. in Verr.4.act.1.* Nulla res cuiquam tam patria atque auita fuit,quæ non imperio iſtius abiudicaretur.Aliquando pro repudiare,ſiue reiicere.*Cic.de Ora. lib.2.* Vbi plus mali quàm boni reperio,id totum abiudico atque reiicio.*Abiudicabo me à vita,*Plaut.in Aſin.*ſatis durè dixit,pro eo quod eſt,vitam mihi adimam,me vita priuabo.

Ābiŭgo,gas,pen.cort.propriè à iugo remoueo {ὑποζεύγνυμι.GAL.decoupler,deſioindre.ITA *Sciorre dal giogo, diſcoppiare.*GER.Entiochen/auſwatten/von dem ioch entledigen. HISP.*Apartar ò deſunir vno de otro.* ANG.*To vnyoke or diſcouple.*} vt, abiugare bouem,hoc eſt,à pari diſiũgere.Sed per tranſlationem ſignificat ſeparare,alienare, ὑποχωρίζειν. *Pacuuius,* Quæ res te ab ſtabulis abiugat?)(Adiugo,de quo infrà.

Ābiungo,gis,Separo,remoueo,ſeiũgo.{פורד *parádh.*ὑποζεύγνυμι,ὑποχωρίζω.GA.Deſioindre,ſeparer.ITA.*Diſunire & ſeparare,Scõpagnare.*GE. Von einander fügen oder abſundern.HIS.*Apartar ò deſunir vno de otro.* A.*To ſeparat,or to diſioyne.*} [*Cat.de re.Ber.*Abiũctæ paulò ante comę mea fata ſorores Lugebant.*Gell.c.5.lib.12.*Abiuncti ſumus & alienati natura à dolore.] *Virg.3. Georg.* -it triſtis arator,Mœrentem adiũgens fraterna cæde iuuencum.*Cic.ad At.*Quòd ſe ab hoc refractariolo iudiciali dicendi genere abiunxerit:hoc eſt,ſe diſiunxerit.)(Adiungo.

Ābiūrāſſo,antiquum verbum,pro abiuro,ſicut *apud Cic.in lib.de Senect.* in verſu quodam Ennij,Leuaſſo pro Leuo.*Plaut.in Perſa,*Nec metuo quibus credidi hodie,nequis abiuraſſit mihi. ¶Huiuſmodi voces non ſunt indicatiui ſed ſubiũctiui modi:eſt enim Abiuraſſo pro abiurauero:& leuaſſo pro leuauero,ſic de aliis eſt ſentiendum.

Ābiūro,ras,pen.prod.ſignificat rem mihi creditam non eſſe, vel aliquid me non habere aut promiſiſſe iuro. {נשבע על שקר *niſchbaʕ ʕal ſchéker.*ὀμνύω,ὀμόνυμι,ἐξόμνυμι..GALL.Renier par ſerment, ou auec iurement.ITA.*Negar con giuramenti e ſpergiurando negare.* GER.Mit dem eydſchwur leugnen / verſchwehren.HIS. *Negar a'guna coſa con giuramento.* AN.*To forſweare.*} [*Plaut.in Cur.ſc.2.a.4.* Sui nihil eſt ſcenonibus niſi vna lingua,] qui abiurant,ſi quid creditum eſt. *Cic.Attic. lib.1.*Tulliola noſtra,deliciæ noſtræ,tuum munuſculum flagitat,& me ſponſorem appellat:mihi autem abiurare certius eſt quàm dependere.Quo in loco Cicero ſuo more ludens,ait ſe potiùs conſtituiſſe vel cum periurio negare ſe ſpopondiſſe, quàm quod pro Attico ſpoponderat,exoluere.

Ābiūrātŭs,Cum periurio negarus: vt quum depoſitum abiuratum dicimus. Aliquando tamen ſimpliciter acceptum inuenitur pro eo quod eſt,contra ius retentum.Sic enim interpretatur *Seruius illud Virg.lib.* 8.Abſtractæque boues abiuraræque rapinæ Cœlo oſtenduntur. {ἐξωμοσίαι.GAL.Nié par ſerment ou iurement.IT. *Negato con giuramento.* GER.Verſchworen.HIS.*Negado con iuramento.*A.*Forſworne.*{

Ābiūrātio,rei creditæ negatio per iuramentum facta. {ἐξωμοσία,ἐπωμοσία. GAL.Reniement par ſerment de quelque choſe euë.ITA.*Negamento per giuri di coſe haulte.*GERM. Verleugnung mit dem eydſchwur / verſchwehrung.HIS.*Obra de negar iurando.*ANG.*Forſwearing.*

Absis,idis,ἀψὶς.Suidæ fornicis curuatura.*Cæcil.in Epist.* Cubiculum in absida curuatū.*Apud Homer.Il.5.*accipitur pro plaga siue foramine retis.Dicuntur quoque Absides,circuli in stellis.*Plin.lib.2.cap.15.* Plurimis de causis hæc omnia accidunt:prima circulorum est,quos Græci absidas in stellis vocant.Est præterea Absis, ligneus circulus rotam ambiens,in quo figuntur radii.In qua significatione quidam primam aspirant,putántque dici ἀπὸ τῆ ἅπτειν,hoc est,à tangendo. Hac enim parte rotæ,dum voluuntur,terram contingunt.¶ Dicitur & absidia,æ.*Augustinus ad Max.* In futuro Christi iudicio nec absidiæ gradatæ,nec cathedræ velatæ adhibebuntur.

Absisto,stis,discedo,cesso,desisto,{ סר *sar.* ἀφίσταμαι, ἀποχώρω, ἀποστατέω.Gall.Se retirer arriere,se tenir loin.Ital.*star lontano, spartirsi, discostarsi.* Germ. Abweichen/ hinderstich stehn/daruon stehn. Hisp.*Alexarse de algun lugar.* Ang. *To depart,to stand far of.*} Iungitur autem frequenter sexto casui sine præpositione.*Virg.6. Æneid.* Procùl procul este profani,Conclamat vates,totóque absistite luco.*Idem lib.7.*Centum ærei claudunt vectes, æternáque ferri Robora,nec custos absistit limine Ianus. Quandoque supprimitur Ablatiuus,*Virg.1.Æneid.*Nec priùs absistit,quàm septem ingentia victor Corpora fundat humi.*Liu.lib.8.ab Vrbe* Legatos misere ad cōsulē Romanū,vt receptis Equitibus,qui causa belli essent, absisteret obsidione.*Virg.6.Æn.*Absiste moueri. *Liu.31.* Cùm haud absisteret petere.*Idem 36.* Ne ingratis quidem absistam,& benefacere. Idem alibi,Absistere obsidendo,pro absistere obsidione, dixit. Fit autem Absisto,à verbo neutrali Sisto,quod idem penè est quod sto: vnde nec proprium habet præteritum , nec supinum, quemadmodum suum simplex.Aliud est Sisto actiuum,idem significans quod stare facio:sed illud nulla forma de se composita.Inuenitur etiam Absistitur,Impersonale.*Liu.1.belli Pun.*Legati missi Carthaginem,si non absisteretur bello,ad ducem ipsum in pœnam fœderis rupti deposcendum.Absistens,participium.*Idem 4.belli Punic.* Tamen ipse labefactandæ fidei haud absistens,Salapiam tendit.[*Idem lib.6 d. 4.* Absistere iis.]*Absistere *à Plin.2.cap 8.9.*Ab sole numquam absistens patribus sex atque quadraginta longius.

Absitvis,oppidum Asiæ.*Plin.lib.6.cap.26.*

Absŏlĕo,es,penult.cor.absolere,est ab vsu recedere.{ἀπαρχαιόω.Gal. Desaccoustumer. Ital. *Disusare.* Germ. Entwohnen / auss der gewonheit kommen.Hisp.*Desaccostumbrarse.*Angl.*To be out of vse.*} Vnde absoletus locus , Neglectus & sordidus dicitur.ἀπηρχαιωμένος.

Absŏluo,uis,soluo,libero.{ הצריק *hitsdik,* ἀπολύω. Delier,absoudre, deliurer.Ita.*Sciogliere,assoluere,liberare.*Germ. Entledigen / ledig machen.Hisp.*De satar lo atado,absoluer.* Ang.*To end,to dispache, to free,*}& maxime ad iudicia pertinet:cui contrarium est Damnare: [*Plaut.Capt.sc. 5. a.3.* Diu cruciabo(hunc)non vno absoluam die. *Idem Curc sc.1.act.3.* Sequere hac , te absoluo,qua aduenisti gratia. *Et Amphit.sc.1.a.5.* Quæso absoluito me, quando satis deluseris.*Plaut.pseu.sc.7.a.4* Hodie peregrinos absoluam,cras agam cum ciuibus.i.satisfaciam.] habérque accusatiuum,& cum quidem aliquando cum genitiuo criminis. *Author ad Her.2.* Cæcilius iudex absoluit iniuriarum illum:ἀφεῖναι τῆς ἀδικημάτων. Aliquando verò cum ablatiuo:& id quidem sine præpositione. *Liu.lib.3.*Latæ deinde leges,quæ consulem regni suspicione absoluerent. Vel cum præpositione De.*Cic.ad Quint.Fratr.*Drusus erat de præuaricatione à Tribunis ærariis absolutus.Vel cum præpositione A.*Idem pro Qu. Rosc.* Vt ne Roscium stipulatione alliget,neque à Fannio iudicio se absoluat.*Cic.4 Ver.*Absoluere alicui dixit.Hic hominē(*inquit*)Veneri absoluit.i.quod ad Venerē pertinet,absoluit eū.& quoniā re semel inchoata,dum ea ad finē suū perducatur,quasi impedita esse videtur, fit vt Absoluere pro rei finem imponere ; siue perficere ponatur. {חשלים *hishlim,* ἀποτελῶ.G.Paracheuer,Parfaire.It.*Fornire.* Ger. Außmachen/vollenden.Hisp.*Acabar alguna obra.*}*Gell. libr. 2.* Septima fere hebdomade.id est,nono & quadragesimo,totus homo in vtero absoluitur.[Absoluere opera ante senū perfecta.]*Cic.Of.3.* Vt nemo pictor esset inuentus,qui Veneris eam partem, quam Apelles incohatam reliquit,absolueret.Huc referri possunt & ista. *Plaut. Amph.*Curauit,vno vt fœtu fieret,vno vt labore absoluat ærumnas duas,[id est,exhauriat,& liberetur.*Passerat.Senec.de Consol.ad Marc. c.1.*vt tam Inuidiosō crimine fortunam tuam absolueris. *Ibid.c.22.* Dum accusatores iterum adeunt Consulum tribunalia,ille se absoluerat.(id est,oberat)]*Et in Epid.* Te absoluam breui,i.expediam. Item Absoluere creditorem,pro dimittere, eíque satisfacere , διαλύειν ἢ ἀπαλλάττειν. *Vlpian.l.37.D.de usufruct.* Et in contraria negotiorum gestorum actione vsuræ veniunt , vt si mutuatus sum pecuniam vt creditorem tuum absoluā.*Terent.in Adelph* Ego ad forum ibo,vt hunc absoluam.Id est(*vt Donatus exponit*)vt hinc reddito prętio dimittam.Nam(*inquit*)velut ligati sunt,quibus debetur aliquid. Et pro Soluere & vela facere.*Plaut.in Mil.*A matre illius venio , si est itura,eat:Omnes moratur,nauim cupimus absoluere. Item pro Luere & redimere:vt absoluere pignus.*Paulus lib. Sentent. II.cap.5.* Creditor si simpliciter sibi pignus depositum distrahere velit,ter antè denunciare debitori suo debet,vt pignus absoluat,ne à me distrahatur.Quidam tamen legunt,Luat.*Absoluere orbem.Id est,consumere & perdere.*Lucanus lib.7.* O superi,liceat terras odisse nocentes,Quid totum premitis,quid totum absoluitis orbem? *Plaut.Mostel.* Omnino vt te æbsoluam,nullam pictam conspicio hīc auem.Id est, vt breuiter finiam,nec diutius te morer,aut suspensum teneam.*Idem Amphit.*Quæso absoluito hinc me ex templo,quando satis deluxeris.

Absŏlūtio,verbale,liberatio,perfectio.{ תבלית *tachlith.* λύσις.Gal.Absolution.Ital.*Assolutione.* Germ.Ein entledigung oder vollendung. His.*Absolution de pecado.*Ang.*Del uerance, absolution.*}*Cicer.pro Fonteio,*Magna mehercule causa,iudices absolutionis,cum cæteris causis,hæc est.Et pro perfectione.{τελείωσις.Gal.Perfection.Ital. *Perfettione.*Hisp.*Alçabamiento de alguna cosa.*}*Idem.*Virtus rationis absolutio definitur.Est quoque absolutio apud Oratores(*vt Cic.de Inuen. 1. scribit*)per quam omnia quæ incidunt in causam,genera amplectimur partitione.

Absŏlutōrius,a,um:Quod ad absolutionem pertinet.{ מצדיק *matsdik.* καταδικαστικός.Gal.Chose par laquelle on est absout & deliuré. Ital. *Cosa pertinente all' assolutione.*Germ. Das zu der entledigung gehört.*Cosa para absoluer.*Ang.*VVich perteneth to absolutions.* } vt Tabula absolutoria.*Suet in August.*Non tantùm duas tabulas : damnatoriam & absolutoriam cognoscentibus dedit , & ψῆφος ἀποφευκτική σώζουσα, cui opponitur ἀποκαταδικαστική, id est,damnatoria. Et Absolutorium , rii, neutr.gen.Remedium absoluens,siue liberans.*Plin.lib.28.cap.6.*Clauum ferreum defigere.in quo loco primùm caput defixerit,corruens morbo comitiali,absolutorium eius mali dicitur.

Absŏlūtus,nomen ex participio,Perfectus.{משלם *meschullám,* τετελειωμένος,τέλειος.Gal.Absolu,parfait.Ital.*Compito,perfetto.*Germ.Außgemachet/vollkommen.Hispa.*Acabado.*Ang.*Ended,absolued* }*Cic.* Quo fit vt illam veram & absolutam eloquentiam nemo assequatur.Absoluta iuridicialis constitutio est ea,quæ ipsa in se non implicitè & absoluitè,vt negotialis,sed patentiùs,& expeditiùs,recti,& non recti, quæstionē continet,ἁπλῆ.*Antur est Cic.lib.2.* de Inuentione,Absoluta,plurali num.à iurisconsultis dicuntur,quę facta sunt,& à partibus approbata & subscripta.*Vide Inst de contrahen.empt & C.de fide instr.l.contractus.*[Item de creditoribus,quibus satisfactum,*Plau.Aul.sc.5. act.3.*Iamque hoscē absolutos censeas.]

Absolūtē,aduerbium,perfectè.τελείως, ἁπλῶς.Gal.Absoluement,parfaitement Ita.*Perfettamente,compiutamente.*Ger.Vollommenlich.Hisp. *Con accabiamento.*Ang.*Simplie,perfectlie.*}*Cic.3.de Finib.*Necessariò sequitur omnes sapientes semper feliciter,absolutè,fortunatè viuere.Perfectè & absolutè aliquid parare,*Cic.4.Acad.*Absolutè doctus. *Sueton.de Claris grammat.*

Absŏno,nas,pe.corr.Dissono,malè sono.{ἀπῳδέω.Gal.Desaccorder.Ital.*Dissonare,discordare.*Germ. Mißhällen/vbel thönen oder lauten. His.*Disc.rdar.*Ang.*To sound euill.*

Absŏnus,na,num pen.corr. Sine sono,non rectè sonans. { ἄπῳδος. Gal. Qui ne sonne pas bien, desaccordant.It.*Discorde , discordate.* Ger. Vbel thönend/vbel lautend.Hisp. *Desacordado.*Ang.*That which sound euill.*}*Cic.1.de Orat.*Sed sunt quidam aut lingua ita hæsitantes,aut ita voce absoni.Interdum ponitur pro alienus siue inconueniens,non consentāneus.*Liu.7.ab Vrbe,*Nec absoni à voce motus erant.*Idem lib.1.*Hæc fermè Romulo regnante domi militiéque gesta, quorum nihil absonum fidei,πίστεως ἀπιστος, ἄπῳδον.

Absŏrbĕo,bes,bui,itum,& absorpsi,absorptum,sorbendo absumo : & propriè de rebus liquidis, {לוע *luach,* καταπίνω, καφύζω. Gal. Humer tout,engloutir.Ital.*Inghiottire.*Germ.Gar verschlingen/ auß supffen. Hisp.*Seruer.*Ang.*To sup vpall.*}*Plin lib.11 cap.35.* Araneus omnem humorē absorbens hereditatem ampliat.*Idem lib.22.ca.24.*Lens optima,quæ facillimè coquitur,eáque quæ maximè aquam absorbet,hoc est,consumit.Transfertur autem & ad alia:vt si dicas Aqua nauim absorbuit. *Lucanus libr.4.* Iam cumuli colléscque latent,iam flumina cuncta Condidit vna palus,vastáque voragine mersit,Absorpsit penè tus rupes,ac tecta ferarum Detulit.Item ad res incorporeas transfertur,ita vt idem ferè significet quod perdo,destruo,consumo, corrumpo,vt quum dicimus,Felicia adolescentulorum ingenia voluptatum illecebris absorberi.*Cicer.2.de Legibus.*Sed antequam ad populares leges venias,vim istius cœlestis legis explana,si placet:ne æstus nos consuetudinis absorbeat,& ad sermonis moram vsitati trahat. *Idem de Clar.Orator.*Sed hunc quoque absorbuit æstus quidam insolitæ adolescentibus gloriæ.

Absoros,pen.cor.ἄψορος.*Ossero.*Insula est in mári Adriático nunc in Venetorum ditione,Liburniæ adiacens,cum oppido eiusdem nominis. *Virtusque meminit Ptolem.*apud quem scribitur ἄψωρος.

Absquĕ , præpositio , separandi vim habet,idem quod sine.{בלתי *biltí ,* ἄνευ,χωρίς. Gal. Sans.Ital.*Senza.* Germ.On.Hisp. *Sin.* Angl.*Vit hout.*}vt,Absque pecunia difficilè vitam traducas, Absque te esset,& absque te foret:pro eo,quod vulgò dicimus, Nisi tu esses,locutio est Plautina & Terentiana[*Plaut. Capt.scena 5. act. 3.* Absque hoc esset,suis me ductaret dolis.]*Plaut.in Bacch.* Nam absque te esset,ego illum haberem ad ingenium bonum : nunc propter te,tuámque prauus factus fiduciam:id est,Nisi tu obstares. *Terent.in Phorm.*Nam absque eo esset,rectè ego mihi vidissem , & senis essem vltus iracundiam,id est,si ad eum res non pertineret.Sic in prima persona.*Plau in Menach.*[*sc.7.a.5.*Namque absque te esset,Nū quam hodie ad solem occasum viuerem:Alii,si absque te essem vel fuissem.Alii,]Nā absque te fuissem hodie,numquā ad solis occasum viuerem.*Alibi tamen Plautus,Si,particulam addidit,*Nam(*inquit in Trinum.*)exædificasset me ex ædibus,si absque te foret.vbi tamē hodie in recētioribus editionibus,Si,est omissum.*In hoc tamen Hecyra Terentij,*Quàm fortunatus sum cæteris rebus,absquè vna hæc foret, *Absque aduerbij significatione vulgi poni Donatus,vt sit sensus,*Nisi vna hæc res esset.

Abstēmĭus,a,um,ex Abs, & temetum,id est,vinum,quasi Sine vino, Sobrius:siue(*vt alij volunt*)ex Abstineo & temetum, id est, qui vino abstinet,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

abſtinet.{ἀσώτους, σώφρονας. GALL. Qui ne boit point de vin. ITAL. *Quello che non bee vino.* GERM. Der kein wein trinckt/der ſich vom wein enthaltet. HISP. *El aguato.* ANG. *Sober, temperat.*} *Quid. Metam. lib.* 15. Clitorio quicunque ſitim de fonte leuarit, Vina fugit, gaudétque meris abſtemius vndis, *Varr. de vita pop. Rom. lib.* 1. Quantopere abſtemias mulieres voluerint eſſe, vel vno exemplo poteſt videri. *Gell. lib.* 10. *cap.* 23. Qui de victu atque cultu pop. Rom. ſcripſerunt, mulieres Romæ atque in Latio ætatem abſtemias egiſſe: hoc eſt, vino ſemper, quod Temetum priſca lingua appellabatur, abſtinuiſſe dicunt. Idem *cap. vlt. lib.* 13. *Abſtemium prandium.*

Abſtĕrgo, is, ere, abſterſi, abſterſum, Detego, deleo, diluo, purgo. {סרק *marák.* ἀποψάομαι, ἀποτρίβω, ἀποσμήχω, ἀπομαργνύω. GALL. Torcher, eſſuyer. ITAL. *Nettare, pollire.* GERM. Abwäſchen/abſtreichen. HISP. *Alimpiar.* ANG. *To wype away. Liu. 1. ab Vrbe*, Inſpectum vulnus abſterſo cruore, omnia ſalubria eſſe. [*Senec. c. 15. de tranquill.* Ille abſterſit meas lachrymas. Idem *c. 1. de Conſol. ad Elb.*] Transfertur ad animum. *Cic. in Topic.* Tum exultantem in lætitiam comprimens, tum ęgritudinem abſtergens. ἀπομαργνύειν λύπην. Idem abſtergere metum, moleſtias, luctum, dolorem dixit.

Abſtĕrgĕo, es ĕre, idem quod ABSTERGO. *Plaut. in Aſin.* Tu labellum abſtergeas potiùs quàm cuiquam illa ſuauium faciat palam.

*Abſtĕrſŭs, a, um, demptus, remotus. *Cic. in Ant.* Idem tamen quaſi fuligine abſterſa, reliquis diebus in Capitolio præclara Senatuſconſulta feciſti.

Abſtĕrrĕo, es, Terreo, deterreo. {החריד *hecherid* החריח *hiphchidh*, ἀποτρέπω, ἐκπλήττω ἀπείργω. GAL. Deterrer pour deſtourner, eſpouuanter. ITAL. *Eſpauentare, metter paura per diſturbare.* GER. Abſchrecken. HISP. *Eſpantar de algun lugar.* AN. *To feare, to skar. Cic. 4. Ver.* Vt iam videamur non à pecuniis homines abſterrere. [*Plaut. Menach. Sc. 2. a.* 5. Vt illos à me abſterream.

Abſtĭnĕo, es, pen. corr. ex Abs, & Teneo, ſignificat Tempero, contineo, cohibeo. {התאפק *hitheapeck*, ἀπέχομαι. GAL. Abſtenir, ſe deporter. ITAL. *Aſtenere.* GERM. Enthalten/ſich mäſſigen. HISP. *Serefrenar de tomar lo ageno, abſtener.* ANGL. *To abſteine, to be temperat.* [*Plaut. Moſtell. Sc.* 3. *a.* 1. Nimis diu abſtineo manum (i. non eas ſaluto nec ingredior). *Et Menach. ſc.* 2. *a.* 5. Vtri ſæpe haud culpa abſtinent. *Ibid. ſc.* 6. *a.* 5. Culpa vt abſtineam. *Plaut Curc. ſc.* 3. *a.* 1. Dum mihi abſtineant Inuidere. *Et Mena. ſc.* 2. *a.* 1. Quid olere abſtines. *Et Aul. ſc.* 1. *a.* 4. Qui ea curabit abſtinebit bubula. *Liu.* 8. *ab vrb.* Bellum ab innoxio populo abſtinere. *Ibid. Romano bello abſtinuit. Liu. lib.* 1. *Decad.* 1. Conſtat duobus Ænea ANTENORÉQUE omne ius belli ACHIVOS abſtinuiſſe. *Et lib.* 3. ab vrbe conſules ſe abſtinebant. *Idem l.* 3. *d.* 4. Abſtinere vrbes liberas. *Sueto. in Tiber. c.* 21. Non abſtinuit ita præfari *Senec. Ep.* 78. *& c.* 22. *de Conſol. ad Mar.* Triduo abſtinuit cibo. *Idem c.* 13. *de Conſol. ad Polyb.* Abſtine ab hoc manus tuas. *Et c.* 17.] Et iungitur cum accuſ. *Terent.* Non manum abſtines maſtigia? ALIQUANDO cum ablatiuo ſine præpoſitione. *Iuſtin. lib.* 1. Contentíque victoria, imperio abſtinebant. *Horat. lib.* 1. *Car.* cum genitiuo iunxit. Mox vbi luſit ſatis, abſtineto, Dixit, irarum. *Plaut. in Amphit.* pro ARCERE poſuit, Nunc quando factis me impudicis abſtines, id eſt, quoniam me arces & prohibes ab impudicitia.* Abſtinere pro ſeparare, & (quod dicunt) excommunicare. *Cypr. lib.* 1. *epiſt.* 11. ad Pomponium, Conſultè & cum vigore feciſti frater chariſſime abſtinendo diaconũ, qui cum virgine ſæpe manſit.

Abſtĭnētŭr, Impersonale. *Liu. 5. ab Vrbe*, Dictator edicere iubet, vt ab inermi abſtineatur.

Abſtĭnēns dicitur, qui eſt ſuo contentus, non auaritia, non cupiditate elatus, continens, temperans. מתאפק *mitheappék*, ἐγκρατής. GAL. ABSTINENT. ITAL. *Aſtinente, continente.* GERM. Mäſſig/ ſich enthaltend von allerlei böſen begirden. HISP. *Continente.* ANG. *Abſtinent, temperat.*} *Cicero ad Quint. Frat.* Eſſe abſtinentem, continere omnes cupiditates, præclarum eſt.

Abſtentus, qui tutoris authoritate ab adeunda hereditate reuocatus eſt. *Scaeuola l. pen. D. de aut. tut.* An ſecundum hęc acta adoleſcens à bonis patris abſtentus ſit: reſpondit proponi abſtentum. *Hotomanus in Lexico. Vtuntur & alij Iuriſconſulti. Cyprianus* pro excõmunicato eſt vſus.

Abſtĭnēntĭa, eſt virtus, qua ab alienis abſtinemus, nihil cuiquam eripientes, ἐγκράτεια, ἀποχή. GAL. Abſtinence. ITA. *Aſtinenza.* GER. Enthaltung/mäſſigung. HISP. *Aquel reframiento de lo ageno, abſtinencia.* ANG. *Abſtinence.*} Differt autem à continentia, quod hęc ſit in viro temperante, illa verò innocente. *Salluſt. in Iug.* Cum ſtrenuo, virtute: cum modeſto, pudore: cum innocente abſtinẽtia certabat. * Nonnũquã tamen indifferenter ponuntur: *vt apud Val. Maximum titulus eſt*, De abſtinentia & continentia: *vbi harum virtutum exempla promiſcua ſunt.* ¶ ABSTINENTIA conuitiorum apud *Senecam Controuer. 2.* Qui ſibi abſtinentiam conuitiorum imperauerunt.

Abſtĭnēntĕr, aduerb. {ἐγκρατῶς. GAL. Sans faire tort à autruy. ITAL. *Con aſtinenza, aſtinentemente.* GERM. Mäſſiglich. HISP. *Con aquel refrenamento. Cic. in Sal.* Modeſtè ſe geſſit & abſtinenter.

Abſtŏ, as, abſtiti, abſtitum, & abſtatum, ſignificat longè ſto. {הרחיק *hircheik*, ἀφίσταμαι, ἵστημι. GAL. Se tenir arriere. ITAL. *Star lontano.* GER. Darnon ſtehn. HISP. *Eſtar lexos de alguna coſa.* ANG. *To ſtand afar.*}

Abſtŏllo, *apud Plautum*, compoſitum, vt attollo: *Diomedes Grammat. lib.* 3. Item AFFERO: attuli, quoniam & fero tuli dicimus, quanquam & id perfectum quod eſt attuli, ex alio verbo proficiſci reperimus apud veteres ex eo quod eſt attollo, *vt Nenius in Tabernaria*: Dotem ad nos nullam attollat. *Plaut. compoſitum efficit in Rudente*: Ollas abſtollas: vt ſit inſtans abſtollo. *Pacuuius in Medo*: Et cuſtodite hunc vos nequis eum abſtollat, nęve attingat.

Abſtŏrquĕo; Vide Torqueo.

Abſträho, ABRIPIO, auello, auoco, abduco. {סחב *ſachab.* ἁρπαγίζω, ἀποσπάω, ἀφέλκω. GALLIC. Entrainer, tirer par force. ITAL. *Tirare per forza.* GERM. Abziehen/mit gwalt darvon ziehen. HISP. *Sacar, ò tomar por fuerça.* ANGL. *To drawe away.*} *Cic. lib.* 1 *Tuſcul.* Certè ſi tunc occidiſſemus, mors nos à malis, non à bonis abſtraxiſſet) (ATTRAHO. *Aſter vſus eſt Cæſar* 7. *belli Gallici*, Bona ciuium Romanorum diripiunt, cędes faciunt, in ſeruitutem abſtrahunt. *Cic. alibi tranſtulit*, 1. *de Orator.* Repentè te quaſi quidam æſtus ingenii quàm procul à terra abripuit, atque in altum à conſpectu pene omnium abſtraxit. Hinc ABSTRACTUS, a, um, *Cicero Tuſc.* ABSTRACTUS à ratione.

Abſtrāctŭm, ab Abſtraho, id dicitur quod ab alio trahitur. {τὸ ἐξ ἁρπαγῆς τὸ κεχωρισμένον. GAL. Tiré par force. ITALIC. *Tirato per forza.* GER. Abgezogen/hingenomen. HIS. *Tomado por fuerça.* ANGL. *That whos drawen fra ane vther.* Definitur verò à Dialecticis hoc modo, Abſtractum eſt, quod ſignificat formam aliquam, cum excluſione ſubiecti: vt albedo, verbum cùm huius notionis eſt, minimè Latinum Concretum eſt, quod ſignificat eandem formam, cum hærentibus ſubiectis vt Album: à Concreſco, quod ſignificat coniungor in aliqua re. Et hęc aliter dicuntur Denominans & Denominatiuum, *vt eſt apud Ariſtot. in antepræd.*

Abſtrĭngo, is, ere, xi, ctum, Soluo. {פתח *pitták*, ἀποχαλάω, ἀπαχάζω, GAL. Deſſerrer, laſcher ce qui eſt eſtraint. ITAL. *Sciogl ere.* GERM. Auffbinden/auffknupffen. HISPANICE. *Deſatar.* ANG. *Tolooſe.*} *Liu. 3. Dec. lib.* 4. Tanquam laxaret elatum pedem abſtricto nodo, moratus turbam, &c.

Abſtrūdo, dis, penult. prod. ex Abs & Trudo, ſignificat Abſcondo, abdo. {הסתיר *hiſtir.* ἀποκρύπτω, ἀποθέομαι GAL. Cacher & ſerret. IT. *Aſcondere, chiudere, ſerrare dentro.* GER. Verbergen/verſtoſſen. HISP. *Enterrar por fuerça.* ANGLIC. *To hyd.*} Sed *Seruio autore* differunt, quod Abſcondere ſit de induſtria: Abſtrudere, à natura, *Virg. 1. Geor.* Vt vēnis ſilicis abſtruſum excuderet ignem: quæ tamen differentia non ſemper obſeruatur. *Plaut. in Prol. Aul.* Atque aulæ timens domo in blaram variis abſtrudit locis. [Alicubi hanc abſtrudam foris. *Plaut. Aul. ſc.* 3. *a.* 3. Ibi abſtrudam probè. *Idem ibid. ſc.* 3. *a.* 4. Sæpè. *Et Curſc. 2. a.* 5. Quid? Ego ſub gemmán' abſtruſos, habeo tuam matrem & patrem.] Abſtrudere triſtitiam. *Tacit. lib.* 3. Sed referendum iam animum ad firmitudinem, vt quondam diuus Iulſus amiſſa vnica filia, vt diuus Auguſtus ereptis nepotibus, abſtruſerint triſtitiam, Id eſt, ab ſe repulerint.

Abſtrūsŭs, a, um, nomen ex particip. {נסתר *niſtár.* ἀπόκρυφος, κρυφαῖος. GAL. Caché, celé. ITAL. *Naſcoſo.* GER. Verborgen/heimlich. HIS. *Eſcondido, ò enſerrado por fuerça.* ANG. *Hid, keipit cloſe.*} vt Abſtruſæ inſidiæ, id eſt, penitus latentes. *Cic. 4. Acad.* Sequitur diſputatio copioſa illa quidem ſed paulò abſtruſior. Abſtruſus homo, qui ſecreta ſua magnopere celat. *Tacit. lib.* 1. *Ann.* Hæc audita, quamquam abſtruſum, & triſtiſſima quæque maximè occultantem Tiberium, &c.

Absūm, remotus ſum, diſiunctus ſum, abhorreo. {ἀπειμι. GAL. Eſtre abſent. ITAL. *Eſſer lontano.* GER. Abweſend/ oder nit zugegen ſein. HISP. *Eſtar abſente de lugar alguno.* ANG. *To be abſent.*} ex Ab præpoſitione (quæ mutat ſignificationem in dictionibus, & plerunque facit ſignificationem contrariam:) & Sum, id eſt, præſens exiſto. *Terent. in Eunuch.* Domini vbi abſunt. Et, Quium nullus vſus ſi paſtor abſit, πρεσβύτερον δὲ ἀνεπιτήδειος, καὶ ποιμὴν ἀπῆ. Quo prouerbio admonemur ἀμαχίαν rem eſſe omnium pernicioſiſſimam. Nihil rectè faciunt miniſtri, inutiles ſunt diſcipuli & populus, niſi herus, præceptor, & princeps adſint. ¶ Aliquando cum præpoſitione A vel Ab. *Saluſt. in Iugurtha*, Neque animus neque corpus à vobis aberit. Sic Abeſſe ab vrbe, Abeſſe ab domo *frequens eſt apud Ciceronem.* [Amantes non longè à caro corpore abeſſe volunt. *Catull. de eo. Beren.* Nec abeſt facundis gratia dictis. *Ouid. 13. Meram.* Non debet dolor hinc, debet abeſſe pudor. *Ouid. El. 3. lib. 4. Triſt.* Expediit ſtudiis lumen abeſſe meis. *Ouid. El. 8. lib. 1. Triſt.* Quamuis longè abſim vos animo ſemper abeſſe meo. *Ouid. Ele. 4. lib. 3. Triſt.* Aliud malum aderat, iſtuc aberat longius. *Plaut. Pſend. ſc. 8. a. 1.* Longè abeſt à me? *Plau. Cur. ſc. 2. a.* 1. Temporis aduerſi ſic mihi ſenſus abeſt. *Ouid. El. 1. lib. 4 Triſt.* Mihi animus etiam nunc abeſt. (de meru.) *Plaut. Amph. ſc. 1. a.* 5. Procul abeſſe amantem haud conſentaneum eſt. *Plaut. Cec. ſc. 3. a.* 1. Procul abeſt, abſitque ſemper talis fortuna, *Liu. lib.* 34. Abſuit omne peccato facinus conſiliúmque meo. *Ouid. El. 4. li. 4 Triſt.* Abeſſe de mortuis dicitur: *Senec. c. 18. de Conſol. ad Mar. Ouid. Eleg. 3. lib. 5. Triſt.* Nec mihi ius ciuis, nec mihi nomen abeſt. Quid à verbo deſum differat, illud *Cic. in Bruto* docet: Si (inquit) nihil vtilitatis habebat, adfuit, ſi opus erat, defuit. Non abeſt quin ſit lepidus, pro eſt lepidus. *Gell. c. 9. l. 9. Et Martial. epigr. 19. lib. 6.* Abeſſe furto pueros dixit.] ¶ Aliquando ſine præpoſitione. *Cicer. de Natur. 2.* Quod Diana quum in partu Olympiadis adeſſe noluiſſet, abfuiſſet domo, id eſt, à ſacra æde, quæ quidem totius Aſiæ celeberrima Epheſi colebatur. Ea nocte autem qua Alexander natus eſt, incendio conflagraſſe dicitur *Liu. lib.* 3. *belli Punici*, Romana caſtra viginti millium ſpatio aberant, *Virgil. 11. Æneid.* Nec longis inter ſe paſſibus abſunt. ¶ Aliquando cum datiuo. *Cicer. pro P. Syll.* Vt mirari Torquatus deſinat, me qui Antronio abfuerim, Syllam defendere, pro, non adfuerim Antronio, ſiue non defenderim. ¶ Aliquando cum accuſatiuo. [*Plaut. Moſt. ſc. 1. a* 1. Triennium hinc abeſt ſenex. *Terent. in Heautont.* Clàm me profectus menſes treis abeſt. *Cic. pro Plan.* Qui cùm abeſſent aliquot dierum viam. ¶ Aliquando cum genitiuo, vt Abeſſe bidui, tridui. *Cicer. ad Attic. 10.* Quum in caſtra proficiſcerer: à quibus aberam bidui, ſubaudi itinere, vel aliquid ſimile. ¶ Aliquando cum aduerbiis, Longè, Procul, Multum, Paulum &c. *Plaut. in Truc.* Oues illius haud longè abſunt à lupis. *Cæſar diuiſa compoſitione verbum hoc duabus dictionibus extulit.* Qui erat (inquit,) ab oppido millia paſſuum circiter tria. pro, Aberat. Dicimus præterea, Culpam à nobis abeſſe, pro, Nos vacare culpa. Item, Culpam noſtram à re aliqua abeſſe, pro eodem. *Cic. ad Corniſicium*, Ego certè Reipub. non deero: & quicquid acciderit, à quo mea culpa abſit, animo forti feram.* Abeſſe pro deeſſe, cum ablatiua præpoſitione, aut aduerbio loco ablatiui. *Plaut Epid.* At vnum à prætura tua Epidice abeſt. Id eſt, vna res deeſt prætura tuæ: *Idem Perſa*, Nummus abeſſe hinc non poteſt quod nunc dicam. id eſt, ab hac ſumma, vel ab hoc pretio. Abſit verbo inuidia: modus loquendi apud veteres, vt quum quid erant dicturi, quod arrogans videri poſſet, quaſi excuſando dicerent, Abſit verbo inuidia: id eſt, odium. *Liuius.*

Absens, ab Abſum, ſicut à Præſum, Præſens. {ἀπὼν. GALLICE, Abſent. ITAL. *Lontano, diſcoſto.* GERM. Abwäſend HIS. *Abſente de lugar alguno.* ANG. *Abient.*} *Vlp.* Abſentem accipimus eum qui non eſt in eo loco, in quo petitur. Non enim trans mare abſentem deſideramus. Et ſi fortè extra continentiam vobis ſit, abeſt. Cæterùm vſque ad continentiam non abeſſe videbitur, ſi loco lateat.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Abesse autem non videbitur, qui ab hostibus captus est, sed qui à latronib. detinetur. *Paulus*, Abesse res videbitur, si vestimentum scissum reddatur, vel res corrupta reddita sit, velut scyphi collisi, aut tabula, rasa pictura: quoniam earum rerum pretium non in substantia, sed in arte sit positum. Item si eam dominus rem, quę sibi furto aberat, ignorans emerit, rectè dicitur res abesse, etiam si id postea ita esse scierit: quia videtur res ei abesse cui pretium abest. Abesse *etiam scribit Caius*, quę in rebus humanis non sunt. ¶ Quum autem dicimus, absente nobis, & Præsente nobis, pro absentibus & præsentibus nobis, ἀμφικῶς dicitur, sicut, aperire aliquis actutum, *apud Teren. in Adelph. & Plaut. in Amph.* Nec nobis præsente quisquam aliquid ausi sunt. *Vide Nonium.* [Absentium & mortuorum comparatio. *Sene. c. 19 de consol. ad Mar.* Te loquor absentem *Ouid. El. 3. l. 3.* Sempérque colonus Absenti possit soluere vota tibi. *Ouid. Eleg. 3. lib. 3. 1. Trist.* Properato, absente me, comesse prandium. *Plaut. Menach. sc. 2. a 4.* fecisti funus absenti. *&c. Plaut. Mil. sce. 2. a. 3.* Vt absente hero eius rem magis diligenter tutetur, quam si adsit. *Plaut. Menach. sc. 6. a. 5. Et Gell. cap. 9. libr. 10.* Hos versus absentes dixi, id est memoriter recitaui.]

Absūmo, mis, psi, ptum. pen. prod. consumo, traduco, extinguo, confício. {כלה *chilláh* καταναλίσκω, κατατρίβω, κατείργω, κατεσθίω. GAL. consumer, mettre à fin. ITAL. *Consumar, mettere a' fine.* GERM. verzehren/ verthun/ verbrauchen. HISP. *Gastar en mala parte.* ANGL. *To spend, or waste.*} Varius ac multiplex eius vsus est. *Cicer. pro Quint.* Hortensius à me petit, ne dicendo tempus absumam. [*Ouid. Eleg. vlt. li 4. Trist.* Sic tamen absumo decipióque diem.] *Liu. 10 bell. Pun.* Lacessendo leuibus præliis diem absumpsit. *Ascon. Ped.* Adeò vt in eius impensas opes suas absumpserit. *Terent. Heaut.* Nam vt alia omittam, pitissando modò mihi Quid vini absumpsit? *Plin. Iun. in Epist.* Vastissimum incendium multas priuatorum domos, & duo publica corpora, quanquam via interiacente, Gerusiam & Isium absumpsit. Dicimus etiam absumi ferro, veneno, morte. *Et* absumpti sumus: pro periimus, & actum est de nobis, ἀπόλωλα. [*Plaut. Most sc. 1. a. 2.* Periimus, mox absumpti sumus. *Plaut. Mostell. sc. 3. act. 1.* Nam ista quidem res absumpta erit. *Plaut. Amphitr. sc. 1. act. 1.* Corrupta sum atque absumpta sum. i. perii. *Plaut. Curc. sc. 2 act. 5.* Quam habui (rem) absumpsi celeriter. Et Milite *sc. 4. a. 2.* Dum te fidelem hero facere voluisti, absumptus es. i. periisti. & *Sueton. in Cæsar. cap. 25.* Absumpta prope classe vi tempestatis.]

Absūmēdo, inis, Consumptio, à verbo Absumo, {כלה *chaláh.* ἀνάλωμα, δαπάνημα. GAL. Despense, degast. ITA. *Consumamento, strusciamento.* GERM. Verzehrung/ verbrauchung. HIS. *Casto en mal.* ANG. *vvasting.*} *Plaut. Capt.* Quanta pernis pestis venit? quanta labes larido? quanta sumini absumedo?

Absūrdŭs, a, um, minimè aptum, abhorrens, inconueniens, stultum, deforme, odiosum, iniquum, non consentaneum. {לא יאוי *lo rauy.* ἄτοπος, ἄλογος. GALL. Absurde, mal conuenable. ITAL. *Mal conueniente à se.* GERM. vngeschickt/ vnbequem/ nicht gezimmend. HISP. *Cosa digna de non esser oyda.* ANG. *Aganis raison.*} *Cic. in Lalio*, Asuaritia verò senilis, quid sibi velit non intelligo. Potest enim quicquam esse absurdius, quàm quò minùs viæ restat, eò plus viatici quærere. [Fortasse autem facta hęc vox est, quòd ab surdis profecta responsa, diuersa sunt ab iis, quę rogantur.]

Absurdē, aduerbium. {שלא יאוי *schello rauy.* ἀτόπως. GAL. Sottement, sans propos. ITAL. *Pazzamente, sconciamente, goffamente*, GER. vnbequemlich/ vngebürlich. HISP. *Con tal indignidad de non esser oydo.* ANGL. *Aganis raison.*} *Cic. de Finib.* Idque si ita dicit, non esse reprehendendos luxuriosos, si sapientes sint, absurdè dicit. [*Plaut. Capt. sc. 1. a. 1.* Scio absurdè dictu.]

Absus, Fluuius, Vide Abis.

Absynthium, & Absynthites, vide suprà Absinthium.

Absyrtides, ἀψυρτίδες, Insulæ sunt in Adriatico mari, Illyrico adiacentes, à fratre Medeæ ibi interfecto, nomine Absyrto, sic appellatæ, *vt Plin. scribit lib. 3. cap. 26. & Strabo lib. 7.*

Absyrtīvm, ἄψυρτον, Insula est maris Adriatici, non procul ab Issa, *vt tradit Plin. ib. 3. cap. 21.*

Absyrtvs, ἄψυρτος, Æetæ regis Colchorum & Ipseæ, siue [vt alii malunt] Idiæ filiæ Oceani filius, alio nomine Ægialeus dictus, quem soror Medea cum Iasone discedens membratim discerptum circumquaque disiecit, vt sequentem se patrem in colligendis ossibus occupatum remoraretur, ne se à fuga retraheret: vnde locus ille dictus est Græca voce Tomos, id est, incisio. *Hac Ouid. lib. 3. Tristium, eleg. 9. Plinius verò & Strabo* non apud Tomitas Absyrtum discerptum volunt, sed in insula quadam maris Adriatici, vna earum, quæ ab illis exitio Absyrtides vocatę sunt. *Vide Plin. lib. 3. c. 26. & Strab. lib. 7.* Fuit insuper Absyrtus, *teste Suida*, Nicomedensis quidam miles, qui quum sub Constantino ad Istrum militaret, librum vtilissimum scripsit de medicandis equis, & de cura animalium, eúmque pulcherrimum & emendatissimum habet Antonius Vicecomes Mediolanensis.

Abvdiacvm, ἀβυδιακὸν, Vrbs est Germaniæ, non procul ab Augusta Vindelicorum, *Ptolemæo.*

Abvla, Vrbs Hispaniæ, *Ptolemæo.*

Abūndo, as, ex Ab & Vndo, vt quidam aiunt: vnde fiunt, Exundo & Inundo, affluo, redundo, circunfluo, magnam copiam habeo)(Deficior, egeo. {יתר *iathár.* διαπρέπω, διαφέρω. GAL. S'espandre par dessus estre plein iusques à desborder, abonder. ITAL. *Abondare.* GER. vberflüssig sein/ die völle haben. HISP. *Abondar y ser copioso.* ANG. *To abound.*} Tractum ab amnibus, qui quò magis augentur imbribus, eò maioribus & crebrioribus vndis tolluntur. *Terent. in Phorm.* Amore abundas Antipho. Dicimúsque, Abundo pecunia, & Pecunia abundat mihi. *Augustin. lib. Confess.* Nam id furatus sum quod mihi abundat. Lucilius cum genitiuo iunxit. Quarum & abundemus rerum, & quarum indigeamus, *Virg. lib. 4. Georg.* absolutè, Rursus abundabat fluidus liquor. Hinc Abundans, pro diuite, pecuniosо, potente, profluente, εὔπορος, ἱκανὸς, πλούσιος. "Inter abundare & redundare hoc discriminis est: Abundat non quod superfluum est, sed quod est copiosum ac cumulatum. Redundat quod superuacaneum est.

Abūndantia, Opulentia, satietas, copia. {רוב *rob.* εὐπορία, φερεσιτία. GAL. Abondance, foison, plante. ITA. *Abondanza.* GERM. Vberflüssigkeit, die völle. HIS. *Aquella ebra de abondar y ser copioso.* ANG. *Abondance.*} *Plin. lib. 20. cap. 1.* Ad coercendam succi abundantiam.

Abūndāns, nomen ex part. Copiosus, circunfluens, affluens, εὔπορος. Inde abundanter, aduerb. hoc est copiosè, & cum quadam abundantia: {ἐξαρκέντως, ἀδιαπόρως, ἀφθόνως. GAL. Abondamment, amplement, à foison. ITAL. *Abondantemente, largamente*, GERM. Vberflüssiglich. HIS. *Copiosamente.* ANG. *Abundantlie.*} *Cic. de Orat.* De qua copiosè & abundanter loquantur.* Ex abundanti. *Quint. lib. 4. cap. vlt.* Egregiè verò Cicero pro Milone, insidiatorem primò Clodium ostendit: tum addit ex abundanti etiam si id non fuisset, talem ciuem cum summa virtute interfectoris & gloria, necari potuisse. Nostrates Galli dicunt, d'abondant.

Abūndātio, onis, idem quod exūdatio, quum aqua sese ripę aut littoris limitibus non continet {שפע *schéphaḥ.* πλημμυρίς, ἰδος. GALL. Desbordemẽt. ITAL. *Piena d'acqua.* GERM. Vberlauffung des gewässers. HIS. *Obra de rebossar, rebossadura.* ANG. *Ouerflowing of wateris.*} *Plin. lib. 5. c. 15.* Omnia ex Philistinę fossæ abundatione nascentia.

Abundē, aduerbium, ab Abundo, Copiosè, satis supérque. {ברוב *berób.* ἐξαρκέντως. GAL. Grandement, assez, amplement, beaucoup. ITAL. *In abundantia piu del bisogno.* GER. Vollig lich/ reichlich, gnugsamlich. HIS. *Mas que assas.* ANG. *Abundantlie.*} *Suet. in Cæs. Dict.* Se iampridem potentię gloriæque abundè adeptum. Abundè est, ἐξαρκέντως ἔχει. *Virg. 7. Æneid.* Terrorum & fraudis abundè est. Quo in loco habet genitiuum, vt cætera aduerbia quantitatis (*Et Quintil.* Abundè salis, abundè satis, Abundè dixit bene quisquis rei satisfecit. *Et Ouid. El. 6. libr. 1. Trist.* Laudatus abundè.) *Salustius in Iugur. sine casu posuit.* Dein quod parentes abundè habemus. Vsitatiùs cum nominibus adiunctis collocatur: vt eodem in loco, Abundè magna præsidia nobis in vestra amicitia fore.

Abūndantissimē superlatiuus, Copiosissimè. *Suet. in Augusto.* Cœnam ternis ferculis, aut, cùm abundantissimè senis præbebat.

Abuŏlo, pen. cor. Volando discedo, Auolo {נהר *nahádh.* ἀφίπταμαι. GAL. Voler de quelque lieu. IT. *Volare & andare con prestezza* GER. Hinwegfliegen. HISP. *Volar de algun lugar.* ANG. *To flee away.*} *Cic. de Finib.* Fluit itaque voluptas, & prima quęque abuolat.

Abvs Bys, Britanniæ Fluuius maximus, *Ptol.* sed rectius Abus legitur.

Abusquĕ, aduerbium, modò tempus, modò locum significans: & est poetica vox pro vsque ab. {מן. GAL. *min.* Depuis, iusques à. IT. *Infino da.* HIS. *Dende hasta.* ANG. *Frome thence vnto.*} *Plaut. in Amph.* Hæc illic est pugnata pugna abusque mane ad vesperum. *Virgil.* Siculo prospexit abúsque Pachyno.

Abvs, ἄβος, Pars est montis Tauri suprà Armeniam ad viam quę fert versus Ecbatana. *Vide Strab. l. b. 11.* Est etiam Abus *Ptolemæo* fluuius Britanniæ.

Abutonon Herba est *Dioscoridi*, quę alio nomine Abrotonum vocatur, ἀβρότονον. *Vide suprà.*

Abūtor, penult. prod. In vsum consumo, vtendo consumo, conficio, exting uo. {כלה *chilláh.* καταναλίσκω. GAL. Gaster. IT. *Godere, consumare, mal' vsare.* GER. verbrauchen/ verthun. HIS. *Gastar in vso.* ANG. *To abuse, to consume.*} *Cato de Re rustica.* Linito vsque adeò, donec omnem caseum cum melle abusus eris. *Cic. Verr. 3.* Nisi omni tempore quod mihi lege concessum est abusus ero, quęrere. Sæpiùs tamen in malam partem pro Perperam, siue nimis licenter vtor, accipitur. {התעלל *hithhallél.* κατατρυφάω, ὑπερχέομαι. GAL. abuser, faire degast. ITAL. *Mal' vsare.* GER. Misbrauchen/ vbel brauchen. HIS. *Vsar mal de alguna cosa.*} Vt fit quum vtimur aliqua re contra id ad quod est instituta: vt si in templo negotia forensia tractemus, dicimur templo abuti. *Cic. in Cati.* Quousque abutere Catilina patientia nostra? *Donatus*, Vtimur cum honore, abutimur cum iniuria. *Et Boetius.* Vtimur his rebus quę nobis vtentibus permanent: Abutimur his quę nobis vtentibus pereunt. Ex quo Vsus, χρῆσις, & Abusus, κατάχρησις, contraria. nam vsui est ager, domus: abusui, vinum, oleum, & huiusmodi. *Cicer. in Topic.* Non debet *inquit*, ea mulier, cui vir bonorum suorum vsum legauit, cellis vinariis plenis relictis, putare id ad se pertinere: vsus enim, non abusus legatus est. Per translationem verò, Tempore & labore dicimur abuti, quum frustrà tempus in aliqua re magno cum sudore terimus (*Cæs. lib. 3. de bell. ciui'.* Abuti sanguine militum. *Suet. in Galb. cap.* 14. Abutendum se illis permisit. *Senec. c. 10. de consol. ad Mar.* Abutetur corporibus nostris, &c.) *Terent. in Prol. And.* Nam in scribundis prologis operam abutitur. id est, operam suam malè collocat. Vbi sciendum Abuti & ablatiuum habere & accusatiuum: vt Abuti aliqua re, vel Abuti aliquam rem, quod tamen antiquum est. *Plaut. in Bacch.* Nos aurum abusos.

Abūsĭus, a, um, in significatione passionis. *Plaut. in Asin.* Vbi illa, quę dedi ante? Abusa sunt. Nam si ea durarent nihil mulier mitteretur ad te. hęc te quicquam poscerem. *Ex Nonio.*

Abūsus, us, de quo paulò antè dictũ est. {κατάχρησις, ἀπόχρησις. GAL. Abus, degast. ITAL. *El mal' vso, la cattiua vsanza.* GER. Ein mißbrauch. HIS. *Gasto en mal.* ANG. *An abuse.*}

Abūsio, onis, eiusdem significationis: vnde & apud Latinos Rhetoras, figura dictionis quam Græci κατάχρησιν vocant, Abusio appellatur, *Fab. lib. 3. cap. 3.*

Abūsīuē, quo vsus est *Quintil. lib. 3. cap. 4.* id est, improprièe, & contra naturam, vsúmque, κατὰ χρῆσιν οὐκ ἰθεῖαν.

Abydēna, Dicuntur futilia, ac nullo prorsus digna pretio. ἀβυδηνὰ ὀνόματα: quòd Abydeni molles & lasciui habebantur, & quibus olim ismos fuerat, si quem ciuem aut hospitem acciperent conuiuio, præterea in sacris ac solennibus epulis, vt post vnguentum & coronas, incantes à nutricibus inducerentur, circunferrentúrque suauiandi. Obstrepentibus igitur nutriculis & aliis, inconditis clamoribus, minus suaue, ac gratum reddebant conuiuium. ¶ Hinc factus est locus prouerbio, Abydena irruptio, vel Abydena bellaria: quo vtimur quoties res futiles & ineptas volumus significare. Ergo in rabulam quempiam & immodicè loquacem, qui sua loquacitate cõfabulationem aliquot doctorum hominum suauiter loquentium in amœnam sit redditurus, meritò hoc adagium iaciemus, Ἀβυδηνῶν ὄνομα. *Refertur à Suida & Stephano.*

Abydēni, populi ἀβυδηνοὶ, ab Abydo ciuitate Asiæ: qui quum tam ar-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ta obsidione coangustarentur, vt nulla salutis spes superesset, mutua multitudinem tanta inuasit rabies, vt repentè proditos rati, qui pugnantes occubuissent, periurium alii aliis exprobrantes, & sacerdotibus maximè, qui quos ad mortem deuouissent, eorum deditionem viuorum hosti fecissent, repentè omneis ad cædes coniugum, liberorúmque discurrerent, séque ipsi pariter omneis læti interficerent. *Vide Liuium.*

Abydocomæ, pen.cor. ἀβυδοκῶμαι. Dicuntur sycophantæ, à verbo κωμᾶν, quod est, efferri, & parum modestè se gerere. {ANG. *Golmyers.*} Hoc enim nomine malè audiebant Abydeni, quòd insignes calumniarum artifices essent, eóque sibi nomine placerent, atque hac de caussa non tutum esset omnibus illic versari. ¶ Vnde natum prouerbium, Ne temerè Abydũ, Μὴ εἰκῇ πρὸ Ἄβυδον, nauiges intellige. Quo admonemur, ne quis se temerè coniiciat in aulam principis, quod ea res non omnibus feliciter cedat, vel compotationibus facilè immiscear se, aut ne temerè poetarum attingat literas, aliúmve lubricum locum inconsultò adeat. *Vide Stephanum, Suidam, Hesychium, & Calium Rhodiginum, lib. 26. cap. 21.*

ABYDON, ŏnos, pen. genitiui prod. ἄβυδων. Regiuncula est Macedonię. *Autores Suidas & Stephanus.*

ABYDOS, pen. prod. ἄβυδος, Vrbs Asiæ à Milesiis condita, Gyge Lydorum rege permittente, qui totius Troadis imperium habuit: cui Sestos in Europa opponitur, intercedente angusto mari, quod ab Helle Phryxi sorore in eo submersa, Hellespontus nuncupatur. Id quũ Asiam ab Europa diuidat, Xerxes ponte coniunxit. *Vnde & Musæus,* Σηστὸς ἔλιπε, καὶ ἄβυδος ἀντίον ἐγχύδι πόντου, Γείτονες εἰσὶ πόλεις. *& subdit,* Ἡ μὲν Σηστὸν ἔναιεν, ἡ δὲ πτολίεθρον Ἄβυδον, ἀμφοτέρων πτολίων εὐρυκλείες ἀστέρες ἀμφω, ἵκελοι ἀκάμαντε. Fuit autem Abydos patria Leandri. *De hac Virg. lib. 1. Georg.* Pontus & ostriferi fauces tentantur Abydi. Et dicitur hæc Abydos, & hoc abydum. Hinc Abydeus, a, um, & sic Abydenus, a, um, Ἀβυδηνός. *Ouid. in Epist. Leandri ad Ero*, Mittit Abydenus, quam mallet ferre, salutem. Est item Ægypti oppidum, Mennonis regia, & Osiris templo inclytum. *Plin. lib. 5. cap. 9.*

ABYLA, ἄβιλυξ, Suidæ, pen. dichrona: Mons est excelsus Mauritaniæ Calpæ monti, qui in Hispania est, oppositus, quos ambos Herculis columnas dicunt. De hac Dionysius Apher, ἀλλ' ἤ τοι πυμάτη μὲν ἀγαυὴ ἔβυ ἴδμεν Γείτων ὠκεανίτο ροὴς ἐσπέρου, ὄφι δὲ οἱ ἄκρη Στηλάων ἀβύλη κεῖται μάλα, τῆς δ' ὑπερτέρη Ταρτησσὸς χαρίεσσα, id est, Sed vltimus clarorum Iberorum terminus Oceano proximus est occiduo, cui præcelsa vna ex columnis Abyla imminet, infra quam vrbs amœna Tartessos. *Qua de re multa Eustathius scribit.* Abyla & Calpæ montes olim perpetuo iugo coniuncti, ab Hercule (vt est in fabulis) sunt separati, & sic immissum terris mare, quod in hodiernum vsque diem Mediterraneum nuncupatur. In his præterea sunt Herculis Columnæ, quas ibidem fixisse dicitur, quum boues Geryonis vestigaret, perinde atque vltima ibidem esset orbis meta. *Ptolemæo* Abylis vocatur, ἀβύλις, *Suidæ* ἄβιλυξ: *Plinio*, Latinísque ferè omnibus Abila per i nostrum: quemadmodum & nos scribendum putamus. *Vide suprà Abila.* ¶ In superiore loco Dionysii scribitur ἀλύβη, quam scripturam retinet Eustathius. *Vide Synony. Ortelij in Alybo.*

Abyrtacę, apud Mediæ populos erat edulii genus ex porro, cardamo, allio, granis mali punici, sinapi, aliísque nonnullis rebus confectum, ἀβυρτάκη.

Abyrtacopœi, dicuntur qui eiusmodi esculenta parant, ἀβυρταχοποιοί. *Vide Calium Rhodig. lib. 27. c. 13.*

Abyssus, propriè dicitur infinita aquarum congeries, quæ fundum non habeat. {תהום *tehóm.* ἄβυσσος quasi ἄνευ βύσσου. Iones enim βύσσον dicũt ἀντὶ τοῦ βυθοῦ. GALL. Abysme. ITA. *Abysso il profundo.* GER. ein grosse tieffe des wassers/ein abgrund. HISP. *Abysmo.* ANG. *A infinit gathering of watteris without ground.*} *Augustinus* tamen non solùm de aqua, sed quauis humida natura dici ostendit. Apud Græcos etiam epitheton est, idem significans, quod fundo carens. ¶ Hinc quadam prouerbii forma sacræ literæ vim inexhaustã rei cuiuspiam Abyssum appellant. *Itidem D. Chrysostomus* ὥσπερ τῆς ἱερωσύνης *lib. 6.* Θέα, *inquit,* τὸν ἄβυσσον τῆς πόνων. Vide laborum immensum pelagus. ¶ Erat præterea Abyssus, sacellum Persephones, in quo magna vis auri multis seculis erat congesta: vnde & nomen accepit ab infinita auri copia. *Vide Suidam.*

ABZOE, pen corr. Populi sunt ad Oceanum Scythicum. *Plinio teste, lib. 6. cap. 13.*

A ante C

AC, coniunctio, vim copulandi habet, pro Et, siue Atque. {וְ *gam.* καὶ. GAL. Et. ITAL. *Et.* GERM. vnd. HISP. Y.} vt doctus ac iustus es. ¶ Aliquando aduerbium est, & accipitur pro Quàm, ὡς, vt, Haud secus ac iussi faciunt. In principio sententiarum connectendi vim habet. *Cic. in proœm. 1. lib. de Orat.* Ac primò quidem totius orationis ignari. ¶ Aliquando (*sicut docet Donatus*) significat Contrà quàm. *Terent. in And.* Nescio quid tibi sum oblitus hodie, ac volui dicere. ¶ Ponitur etiam Ac, & Acsi, post Perinde, similiter, aliter: vt Superbis perinde, ac si rex esses. Aliter accidit ac putaram, &c. *Ac pro duabus his particulis, *idque*, vel, *& quidem. Terent. Heaut.* Faciã boni tibi aliquid pro istac re, ac lubens. *Idem Eunuch.* Amabo quid ait? cognoscít-ne? C. ac memoriter. *Ac in principio sententiarum, connectendi vim habet pro Autem. *Cic. 1. de Orat. in proœm.* Ac primo quidem totius rationis ignari, &c. ¶ Ac, in compositione ponitur pro Ad, mutatione d literæ in c: vt, Accedo, Accipio, Accolo. In notis antiquorũ A.C. alius ciuis. A.C. Actio. ACC. acceptat, vel acceperat. ACIN. actionẽ. ACO N. vel ACON. actionẽ vel actionum. A.C.V. à claro viro. A.CVB. AVGG. à cubiculo Augustorũ. A.CSL. à consulibus. A.C.S.L.E.C. à consiliis suæ legationis & ciuitatis. AC.MR. Ancus Martius. AC.D.QT.P. actione dotis, quæ tibi petitur. AC.D.N. actione Domini nostri. A.COSS.CI. à consulibus vel consiliariis ciuitatis. AC.L.AQ. actione legis Aquiliæ.

Acăbo, pen. corr. Animal multum valens vi medica, in desertis Arabiæ.

ACA, vel Ace. {עכו *hachchó.* ἀκὼ. *Suidæ*} Phœnicum est oppidum non procul à Tyro, postea Ptolemais dictum, Claudii Cæsaris colonia insigne. *Vide Plin. cap. 19. lib. 5. & Strab. lib. 16.*

ACABE, ἀκάβη, Mons est in finibus Ægypti *à Ptolemæo* collocatus.

ACABIS, ἄκαβις, Ciuitas est in Cyrenaica Africæ regione. *Ptolem.*

Acacalis, Fructus est in Ægypto nascentis fruticis, quem *Dioscorides* Tamaricis semini nõ absimilem esse, & in aqua maceratum oculis mederi tradit, ἀκακαλὶς. Sunt qui à Minois regis filia nomen accepisse putent, quam Apollo vitiauit *Vide Ruellium.*

Acacia, Spina est quæ in Ægypto nascitur, arboris in modum fruticosa, nunquam se in rectum attollens, flore candido & semine lupino simili in folliculis contento: ex quo in pila contuso succus exprimitur, eiusdem nominis cum sua arbore, qui in vmbra siccatus, mirum in modum astringit. {ἀκακία. GALL. Espine portant gomme Arabic. ITAL. *Acacia.* GERM. ein dornechtigs bäumlin in Ægypto/dass welschem man ein safft truckt/welches auch diesen namen hat. HISP. *Arbol de la goma Arabica.*} Est & alterum acaciæ genus, in Cappadocia Pontóque proueniens, Ægyptiæ spinæ similitudine, longè tamen minus & tenerius, & foliis rutæ. *Vtramque speciem vide apud Dioscor. lib. 1. cap. 115. Meminit & Plin. lib. 24. cap. 12.*

ACACIVS, ἀκάκιος, Patriarcha fuit Constantinopolitanus, vir in primis pius, & Leoni Imperatori gratissimus. *Vitam eius vide apud Suidam.* Fuit præterea Acacius, Rhetor insignis, qui Libanii & Iuliani temporibus floruit, *teste eodem Suida.*

ACACESIVM, ἀκακήσιον *Stephano*, Vrbs Arcadiæ, sic dicta, ab Acacó Lycaonis filio, *vt tradit Pausanias lib. 8.*

ĂCĂCŬS, Purus, Innocens, minimè versutus. {תָּמִים *tamim.* ἄκακος. GAL. Pur, simple. ITAL. *Puro, mundo, semplice.* GER. vnschuldig/nicht böszfertig. HISP. *Puro, limpio.* ANG. *without, deceite.*} Inde Acacia, id est, Innocentia, securitas ab omni terrore: in qua Philosophorum nonnulli summum bonum constituerunt. {ἀκακία. GALL. Bonté, simplicité. ITAL. *Bontà, simplicità.* GERM. vnschuld, frömkeit. HISP. *Cosa sin dob ez.* ANG. *Innocentie simplicitie.*} Hac voce vsus dicitur Dionysius nescio quis, quem auctorem nemo sequetur studiosus linguæ purioris, atque Latinæ elegantiæ.

ĂCĂDĒMĪA, ἀκαδημία *Suidæ*, ἀκαδήμεια & ἀκαδήμεια *Stephano*, locus nemorosus, ab Athenis mille passus distans: ab Academo heroe, *vt* Eupolidi placet: Ἐν ἱππίοις δ' ἡμῖσυ Ἀκαδήμια Θεοῦ, hoc est, in ambulacris vmbrosis Academi dei. [De Academo, vnde dicta Academia. *Plut. in Theseo, Primò dicta Echedemia ab Echedemo. Ibidem.* Eam arboribus & fontibus ornauit Cimon. *Plutar. in Cimo.*] Ibi versatus est Plato, & philosophiam magna discipulorum frequentia professus est. Vndè & eius sectatores Academici vocati sunt, sicut à Stoa, quæ porticus Græcis est, Stoici. Hinc est illud Timonis apud Laërtium, Ἦσθ' ἁπάντων δ' ἡγεῖτο πλατύστατος, ἀλλ' ἀγορητὴς Ἡδυεπὴς, τίτυζιν ἰσογέφυρος, οἷς Ἐν Ἀκαδήμου ἄλσεσι φοιτήσειε θοὰ λειριόεσσα ἰάων: id est, Hos inter dux ille Plato celsissimus ibat, Cuius ab ore melos manabat, quale Ecademi Arbustis lepida modulantur voce cicadæ. ¶ Hinc quum cuiuspiam hominis seueritatem, cultum compositum, doctrinam seu mores nitidos approbare volumus, hac prouerbii forma vti licebit. Ex Academia venis, Ἀκαδημίηθεν ἥκεις. Illic enim hominũ quãtumuis agrestium animi ita componebantur, vt illinc egressi, vultum modestum, hilarem, seuerum & grauem præ se ferrent. Quamquam & εἰρωνικῶς torqueri poterit in fastuosũ & vultu terrico Philosophum agentem. *Vide Athenæum lib. 12.* Antea per ε tenue scribebatur, Ecademia. Erat autem Academia gymnasium inferius: quum superiori gymnasio, cui Aristoreles præerat, nomen esset Lyceum, λυκεῖον: quæ & inferior ambulatio, & superior dicebantur. Academia nostro tempore vulgò vsurpatur pro vrbis parte, in qua celebrantur studiorum gymnasia: vt Academia Parisiensis, quæ vulgò æquè *Vniuersitas* dicitur. Academia dici quoque potest quælibet litterarum schola insignior atque celebrior. *Huius nominis* Academia *penultima producitur à Cicerone*, Inque Academia vmbrifera, nitidóque Lyceo. *Sic & in alio versu Laurea Tullij*, Atque Academię celebratã nomine villã. Verũ alii eã corripiunt, & communis vsus seruat. *Claud.* In Latium spretis Academia migrat Athenis. *Sidonius*, Obruet & quanquam totis Academia sectis. Vtrique rectè. Nam (vt suprà diximus) modò Ἀκαδημία apud Græcos scribitur per ι, pen. modò Ἀκαδήμεια per ει diphthõgum. Fuit etiam eo nomine villa Ciceronis ad Auernum lacum, non procul à Puteolis in littore sita, porticu & nemore insignis: à qua etiam Academicis quæstionib. quas in ea villa conscripsit, nomen imposuit. Extat de laude eius villę *apud Plinium* Laureę Ciceronis liberti Epigramma: quod quia elegantissimum & dignum est quod vbique & non ibi tantùm legatur hic adscripsimus.

Quòd tua Romanę vindex clarissime linguæ
Sylua loco melius surgere iussa vĩrer:
Atque Academiæ celebratam nomine villam
Nunc reparat cultu sub potiore Vetus.
Hic etiam apparent lymphæ non antè repertæ,
Languida quę infuso lumina rore leuant:
Nimirum locus ipse sui Ciceronis honori
Hoc dedit, hac fontes quum patefecit ope:
Vt, quoniam totum legitur sine fine per orbem,
Sint plures oculis quæ medeantur aquę. *P. in. lib. 31. c. 2.*

Academicus, ca, um, adiectiuum, ἀκαδημικὸς. vt, Sectę Academicę, hoc est, eorum qui Academicos sectantur.

ACADINVS, Fons est Sicilię iuxta Delos lacus, Palicis fratribus sacros, ad quem iuramenti veritatem explorare ad hunc modum solebant. Iuramenti verba tabulis ligneis inscribebant, eásque in fontem deiiciebant, quę supernatantes iuramenti integritate, mdemersæ periurium indicabant. *Alexander ab Alexandro ex Arist.* ¶ Ita quidem ille, sed hęc esse falsa & ex praua lectione Arist. verborum nata esse docent verba authoris quę subiiciemus, ne quis posthac hic erret. Ἔστι δὲ χωρίον τῆς ἐν Παλικοῖς τῆς Σικελίας ὡς δεκαπλέθριον, αὐτὸν δ' ἀναβίπτει ὕδωρ, ὃ *quæ seq. lib.* πρὸς θαυμ. ἀκούσμ. Ergo pro ὡς δεκ. vt habet Aristot. legit ἀκάδινος. malè, vt ex Stephano constat, qui eadem verba Aristot. profert. *Vide plura apud Macrob. 5. 19.*

ACALANDRVM *Plinio.* ἀκάλανδρος, *Straboni.* fluuius est in sinu Tarentino, non procul à Metaponto oppido. *Vide Plin. lib. 3. c. 11.*

Acæna, Virga erat longa pedes decem, qua agros dimetiebantur: à Thessalis (vt scribit Apollonii interpres) primùm excogitata: ἀκαίνη. Sic dicta, ab α vocali, quę vim priuandi habet, & verbo καίνω,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

occido: quòd cædibus quæ quotidie ob limitum perturbationem fiebant finè impouceret. Est etiam aratorũ baculus, quo boues suos extimulant. *Vide Cæl. Rhod. lib. 7 c. 29.*

Ăcălānthis, ἀκαλανθὶς *Suidæ*, Auis est, quam alij Acanthidem, alij Carduelem vocant. *Vide* Acanthis. Est præterea Acalanthis, canis nomen, dictum (*vt putat Suidas*) Ἀπὸ τῦ ἀκάλλειν, hoc est, ab adulando.

Acalta, æ, proxima Violis, concolori amplitudine. Vincit numero foliorum marinam quinque foliorum numerum non excedentem, ab eadem odore superatur.

Acalyphe, ἀκαλύφη, ἀκαλήφη. Herba est, quã nostri vrticam vocãt: dicta Acalephe, teste *Athenæo*, παρὰ τὸ μὴ ἔχειν καλὴν ἁφήν: hoc est, quod tactui non sit iucunda. ¶ חרול *charúl*. GAL. Ortie. ITAL. *Ortico*. HIS. *Ortiga*. AN. *A nettle*. ¶ Est etiã ex genere muscarum: *apud Aristot. de Animalib.* ¶ Item piscis quoddam genus, quod & nostri Vrticã appellant. *Plin. lib. 9 c. 45* inter τὰ ζῳόφυτα connumerat, hoc est, inter ea quæ mediam habent naturam inter animantia & plantas. *Vide latiùs in dictione* VRTICA.

ACALLIS, idis, ἀκαλλὶς, Minois fuisse filia creditur, & mater Oaxi. *Step. de Vrb.* Oaxus (*inquit*) oppidum Cretæ est ab Oaxo filio Acallidis, quæ fuit Minois filia.

ACAMANTIS, ἀκαμαντὶς, Insula est in mari Cilicio, quæ notiore nomine Cyprus appellatur: dicta Acamantis ab Acamante promontorio sito ad Occasum. *Vide Plin. lib. 31* ¶ Fuit etiam Acamantis, vna ex Decem tribubus Athenienſium, ita dicta ab Acamante Thesei filio. *Vide Suidam.*

ACAMANTIVM, ἀκαμάντιον, Vrbs est in maiori Phrygia, opus Acamãtis Thesei filij, qui quum in expeditione aduersus Solymos se strenuè gessisset, locum condendæ vrbis à patre impetrauit. Hinc fit gentile Acamantius, ἀκαμάντιος, & fœmininum Acamantis, ἀκαμαντὶς, & possessiuum Acamanteus, pen. prod. ἀκαμαντεὺς. *Vide Stephan.*

ACAMANTIVS, ἀκαμάντιος, Philosophus fuit Heliopolita. *Vide Suidã.*

ACAMARCHIS, ἀκαμαρχὶς, Marinæ Nymphæ nomen est, quam Oceani filiam fuisse volunt, *cuius meminit Diodor. lib. 6.*

ACAMAS, tis, ἀκάμας, Promontorium est saltuosum in Cypro insula, quod procul aspicientibus duarum mammillarum speciem præbet, à quo Cyprus antea Acamantis vocitata est, *autore Strab. li. 14.* Meminit præterea *Homer. lib. 3. Iliad.* Acamantis cuiusdã Thracis, qui Troianorum amicus, & in bello socius erat. ¶ Fuit præterea Acamas, Thesei filius, à quo vna tribuum Athenienſium Acamantis, ἀκαμαντὶς, nominata est: & oppidum Phrygiæ Acamantium: *de quibus vide suprà.*

ACANNAE, ἀκάνναι, Emporium est ad mare rubrum, de quo *Stephan.*

Acantha, ἄκανθα, Herba eadem est cum acantho. *Vide* ACANTHVS.

Acanthaleuce, ἀκανθολεύκη. GAL. Chardon sauuage. GER. wegdistel/ oder weiß wegdistel. ITAL. & HIS. *Cardo syluestre.* Herba est foliis aculeatis, & candidis maculis, vartegatis, quasi lacte conſpersis: vnde & Latini Spinam albam vocant. Officinæ Punico nomine vocant *Bedegarim.*

Acanthouola, ἀκανθόλια, Instrumenta Chirurgicorum ſpinis piſcium educendis, quæ in gurgulione hæserunt, idonea.

Ăcānthĭcē cicadæ, ἀκανθὶς τέττιξ, Prouerbium est in indoctos atque infantes, ac mutos, aliis doctè loquentibus, aut muſicæ ignaros, dici ſolitum. Tractum à muris quibuſdam cicadis, quæ Acanthiæ vocantur, ſiue quod eiuſmodi iuxta Acanthum vrbem inueniantur, vt Stephano placet, ſiue (*vt mauult Suidas*) quod tales ſint, quæ inter dumos & ſpinas verſantur.

Acanthica mastiche, ἀκανθικὴ μαστίχη, Lachryma helxines herbæ, *de qua sic Plin. lib. 21. cap. 16.* Helxine rara viſu est, neque in omnibus terris est: radice foliosa, ex qua media veluti malum exuberat, cõtectum ſua fronde. Huius vertex ſummus lachrymam continet iucundi ſaporis, Acanthicen maſtichen appellatam.

Ăcānthĭon, ſiue Acanthium, thii, ἀκάνθιον, Herba est albæ ſpinæ ſimilis, *cuius meminit Plin. lib. 10 cap. 21 his verbis*, Spinæ albæ ſimilis est ſpina illa, quam Græci Acanthion vocant, minoribus multò foliis aculeatis per extremitates, & araneoſa lanugine obductis: qua collecta, etiam veſtes quædam bombycinis ſimiles fiunt in Oriente.

Ăcānthĭs, thidis. ἀκανθὶς. GAL. Chardonneret, ou chardonnerette. ITA. *Gardellino*. GER. Ein Distelvogel. HIS. *Sirguerito*. ANG. *A goldfinche* ¶ Auis ſtridula quæ & Carduelis: ita dicta, quòd ſpinis & carduis paſcatur. Nam ἄκανθα, ſpina est: ἀκανθὼν, ſpinetum. Auis vocalis est & in primis canora. *Hinc prouerbiũ à Calphurnio Ecl. 6. vſurpatum*, Aſtyle credibile est ſi vincat acanthida cornix, Vocalẽ ſuperet, ſi turpis aëdona bubo. Cornix quidẽ obſtrepera est, ſed minimè canora. *Plin. lib. 10. c. 74.* Et acanthis in ſpinis viuit: idcirco & aſinos ipſa odit, flores ſpinæ deuorantes. *Virg. lib. 3. Geor.* Littoráque halcyonem reſonant, & acanthida dumi. Quo tamen in loco Pierius Acalanthida legendũ contendit, itaque in vetuſtiſſimis exemplaribus legi aſſerit. *Theod. Gaza pro Acanthide*, vertit Spinum & Ligurium. *lib. Ariſt. 8. de hiſtor. anim. cap. 3* ¶ Acanthis Callimacho est genus herbæ, quæ Senecio dicitur. *teſte Plin. lib. 25. cap. 13.*

ACANTHON, ἄκανθων, Mons est Ætoliæ, cuius meminit *Plin. lib. 4. c. 2.*

Ăcānthus, ſiue Acantha. ἄκανθος, ἡ ἄκανθος. GAL. Acanthe, ou branche vrſine. IT. *Acanthо*. GER. weiß bärenklaw. HIS. *Yerua gigante, branca vrſina*. Herba est quam officinæ à ſimilitudine, quam eius folia cum anterioribus vrſorum pedibus habent, *Brancam vrſinam* vocant. Plinius duo eius genera commemorat: quorum alterum aculeatum facit, & criſpum: alterum leue, quod à quibuſdam Pæderota vocari aſſerit, ab aliis Melamphyllum. Dictum autem volunt Acanthum, ab Acantho puero in florem huius herbæ cõuerſo. Folia eius in columnarum epiſtyliis inſculpi ſolent: vnde & Marmorariam vocatam fuiſſe, *autor est Dioſcorides.* Solent quoque pocula huius ſcalptura decorari. *Vnde apud Virg. 3. Ecl.* Damœtas pocula ſua ab Acanthi ſcalptura commendat, *quum ait*, Et molli circum est anſas amplexus Acantho. [Ex acantho apparatus Pontici triumphi Cæſaris. *Velleius.*] ¶ Est præterea Acanthus, ἄκανθος, oppidum Macedoniæ, ſitum ad Iſthmum eius Cherſoneſi, in qua est Athos mons. De hoc *Plin. lib 5. cap. 11.* Item alterum eius nominis oppidum in Ægypto, trecentis viginti ſtadiis diſtans à Memphi. *Vide Steph.* ¶ Item tertium in Aſia ad Ningum fluuium: quod olim Dulopolis dicebatur. *Vide Plin. lib. 5. cap. 28.*

ACAPEATAE, ἀκαπέαται, Populi ſunt circa Mæotim: *de quibus Plinius lib. 6. cap. 7.*

ACĂPĬS, pen. cor. Fluuius Aſiæ apud Lazos populos.

Ăcapnă, ἄκαπνα. GAL. bois ſec qui ne fume point. IT. *Legne ſeche che nel ardere non faciano fumo*. GER. Durr vnd wol truckner holtz das nicht riecht vnd dempfft. HI. *Lenia que no humea*. AN. *Dry trees which put in the fyre hes na reik.* ¶ Dicuntur ligna ſicca, quæ igni admota & flammam facilè concipiunt, & quàm minimum edunt fumi. Vnde & nomen habent, ab α priuatiuo & καπνὸς, fumus. De lignis eiuſmodi videtur intellexiſſe *Cato de Re ruſt.* 130. *his verbis*, Codicillos oleaginos, & cæteram amurca cruda perſpergito, & in ſole ponito, perbibant bene, ita neque fumoſa erunt, & bene ardebunt.

Acapnon, ἄκαπνον. Mellis optimi epitheton est, quòd ex fumo vitium non contraxerit. *Vide Plin. lib. 11. cap. 16.* ¶ *Strab. lib. 9.* mel ἀκάπνιστον vocat.

Acapnos, ἄκαπνος, maiorana. *Dioſc. lib. 3. c. 47.*

ĂCĂRă, penult. corr. ἀκάρα. Oppidum est in medio Pannoniæ. Est etiam alterum huius nominis oppidum, in octaua Italiæ regione, non procul à Regio Lepido: *Cuius meminit Strabo lib. 5.*

ACARASSVS, ἀκαρασσὸς, Oppidum est Lyciæ, in minore Aſia: cuius meminit *Step. de vrb.* ¶ Inde fit gentile Acaraſſius, ἀκαρασσεύς.

ACARIA, ἀκαρία, Fons est in agro Corinthio, apud quem Iolas Euryſtheo caput amputauit. *Author Strab. lib. 8.*

ACARNE, ἀκάρνη. Oppidum est Magneſiæ regionis Theſſaliæ: *vt tradit Plin. lib. 4. cap. 9.* ¶ Est etiam Acarne, piſcis marini genus. *Plin. lib. 32. c. 11.* Peculiaris autem maris accipẽſer, aurata, aſellus, acarne, aphya. ¶ Acarne quoque Theophraſto, herba quædam aculeata, atractylidi ſimillima, ſpinam habens pro folio, colore rufo, & ſueco pingui.

Acarne, ἄκαρνη, oppidum est Magneſiæ regionis Theſſaliæ, *vt tradit Plin. lib. 4. c. 9.* ¶ Est etiam Acarne *Athenæo lib. 8. & Ariſtoteli* ἄκαρνος, piſcis marini genus pagri vel erythrini forma, colore candido, ſquamis argenteis, oculis magnis aureiſque. Linea recta à branchiis ad caudam eius protenditur. *Plin. lib. 32. c. vlt.* Peculiaris autem maris accipenſer, aurata, aſellus, acarne, aphya.

Acaros, ἄκαρος, Frutex est aculeatus, qui & Oxymyrſine, & Chamæmyrſine. & Latinè Ruſcum appellatur. *Vide Ruscium.*

ACARRHA, geminato r, ἀκάρρα, Vrbs est Achaiæ, *teſte Steph.* Vnde fit gentile Acarrhæus, ἀκαρρᾶος.

ACARNANIA, ἀκαρνανία, Epiri pars, quam Achelous ab Ætolia diuidit. In hac, vt in Epiro, gignuntur equi corpore & viribus maximi, eximiique pretij: hinc prouerbium manauit, Equi Acarnici: Ἀκαρνικοὶ ἵπποι. Conuenit vti de re quapiã eximia aut inſigni præmio. ¶ Est & regio quædam parua in Ægypto dicta Acarnania, *ſicut ſcribit Seruius in lib. 5. Æneid.* Et ciuitas non procul à Syracuſis (*vt inquit Cic. in Verr.*) in qua Olympij Iouis antiquiſſimum fanũ fuit.

Acarnan, anis, ἀκαρνὰν, Qui ex Acarnania est. *Virg. 5. Æneid.* quorum alter Acarnan, alter ab Arcadia Tegeæus ſanguine gentis. [*Plaut. Amphit.* Acarnanes & Tapheos vi vici.]

ĂCārpĭă, ἀκαρπία, Fructuum priuatio dicitur: καρπὸς enim fructus est.

ĂCārpŏs, ἄκαρπος, Latinè infructuoſus.

ĂCārus, ri, ἄκαρος. GAL. Petit ver qui naiſt dedans la cire, ou ciron. ITA. *Il tarletto, che naſce nella cera, & il pedicello, ò volgarmente pidocchietto*. GERM. Ein milw die im wachs wechſt. HISP. *El arador*. ANGL. *Amite*. ¶ Tineæ genus in cera naſcens, quod omnium animalium minimum eſſe exiſtimatur. *Ex Ariſtot. lib. 5. de Hiſt. animal. cap. 33* Dicitur à Græco ἀκαρὴς, quod est indiuiſibile & inſectile, ab α priuatiuo & κείρω.

ACASTA, ἀκάστη, Nympha Oceani & Tethyos filia. *Apud Heſiod. in Theogon.*

ACASTVS, ἄκαστος, Peliæ & Theſſalorum regis filius, venator ſagittis clarus, *cuius meminit Ouid. lib. 8. Met.* Hic vxorem Creteidem, ſiue (*vt Suida placet*) Atalantam duxit, quæ quum Peleum amaret, neque ille contrà huius amori obſequi vellet, vltrò eum de ſtuprī appellatione apud virum accuſauit. Itaque Acaſtus Peleo ceu venationis cauſa in ſaltum Pelii montis abducto, ibíque omnibus armis ſpoliato, feris lacerandum præbuit: verùm Chiron ſiue is Mercurius fuit, interueniens, accepta Vulcani machæra, Pelium liberauit: qui poſtea domum reuerſus, ab Argonautis adiutus, Acaſtum cum vxore interfecit.

ĂcătălēctŏS, ἀκατάληκτος, & Acatalecticus verſus: cui nulla ſyllaba deeſt: cui opponitur Catalecticus, cui vna deeſt ſyllaba.

ĂcătălēpsĭA, ἀκαταληψία, cum accentu in penultima, Latinè incomprehenſibilitas dicitur, ſi modò quis ita ſe loqui Latinè putet. *Cic. quidem Græca voce eſt vſus epiſt. ad Attic.*

ĂcătĭUM, ἀκάτιον, Genus naugii actuarii. *Plin. lib. 9. cap. 30.* Aliam ſibi in Propontide viſam eſſe conchã Mutianus prodidit, acatii modo carinatam inflexa puppe, prora roſtrata. *Iul. Pollux ſcribit* Acatium velum in naui maximum eſſe, ſicut minimum Dolonem, & tertiũ quod retrorſum panditur, Epidromum. *Vide Bayſium de re nauali.*

ĂcăUſtŏS, ἄκαυστος, Latinè minimè vſtus dicitur: nam καίομαι est ardeo, ἄκαυμα calor intenſus.

ĂCCĂ LAVRENTIA, Fauſtuli vxor, quæ Romulum & Remum lactanit, & materna ſolertia gubernauit. [*De ea Gell. c. 7. l. 16. Plutar. in Romu.*] Hæc vocata est Lupa, eò quòd nobile ſcortum fuerit: vocantur enim ſcorta, Lupæ, ob auaritiam, cuius cauſa pudicitiã proſtituêre: & cellæ earum Lupanaria. In honorem huius inſtitutæ ſunt feſta, quæ Romani teſtamento eius locupletati, Laurentinalia vocabant: de quibus ſuo loco plura dicentur. ¶ Fuit & alia Acca Taruntia, ſic dicta à Taruntio nobili quodam Tuſco & diti viro, cui nupſit. *Vide de his Accis quæ notat Scalig. ad Varr. de lingua Latina.*

ĂccĂntŏ, as, aui, are, Iuxta canto, vnà canto. προσᾴδω. GAL. Chanter ſus ou apres. ITA. *Cantare appreſſo*. GERM. Zuſingen. HISP. *Cantar cerca algun lugar*. ANG. *To ſing together.* ¶ *Stat. 4. Syl.* Sumo animũ, & magni tumulis accanto magiſtri. Equidem nemini autor ſum Statium in hoc verbo imitandi.

ACCABICOTICHITAE, ἀκκαβικοτιχῖται, Populi ſunt in Mauritania,

non

non procul à monte Atlante: ita dicti ab oppidulo, cui Ἀκκαβικὸν τεῖχος, hoc est, Accabicus murus, nomen erat. *Author Stephanus.*

ACCARON, Ἄκκαρὼν, Palæstinæ vrbs, quæ postea ab Herode instaurata, in gratiam Augusti Cæsarea appellata est.

ACCĒdo, dis, penult. prod. adeo, venio, appello. {נגש *nighgháfch.* קרב *karáb.* προσχώρω, προσέρχομαι. GAL. S'approcher, se tirer pres, s'adioindre. IT. *Accostarsi, tirarsi appresso.* GE. Zuhin gehn. HI. *Allegarse à lugar ò à otrà cosa.* AN. *To come neare.*} [*Plau. Pseud. sc. 3. a. 1.* Accedamus hac obuiã. *Idẽ Amph.* Dies è nocte decedebat: si. post noctẽ illucebat.) *Idẽ Menæc. sc. 4. a. 2.* Eho accede huc.] Constructionem eandem habet, quam reliqua verba, quæ motum ad locum important: nimirum in nominibus propriis oppidorum aut pagorum accusatiuum sæpiùs nulla præcedente præpositione. In reliquis accusa. cum præpos. *Cic. 12. Philipp.* Poteróne Ariminum tutò accedere? *Terent. in And.* Ad flammam accessit imprudentiùs. *Cic pro Cecin.* Accedere in ædes suas. *Idem ad Attic.* Ne antè in Senatum accederem, quàm rem confecissem. [*Plaut. Aul. sc. 5. a. 2.* Accessit animus in meam sententiam. Cum ad: *Plaut. Men. sc. 2. a. 5.* Dabo malum si propius ad me accesseris. *Et Mostel. sc. 1. a. 2.* Quis homo ad ædes meas accessit propè? *Plau. Asin. sc. 3. a. 4.* Ne Lena ad vinum accedat. & Accedã ad hominẽ, (pro adibo.) *Plaut. Mil. sc. 2. a. 2. Tibul. lib. 4.* Obscuras accessit ad oras.] ¶ Per translationem sæpe pro Assentiri, probare, recipere, ponitur: vt Accedere sententiæ, [*Quintil. c. 4. l 9.* Accedere alicui, pro assentiri.] Accedere ad conditiones alterius. *Terent. in Prol. Phorm.* Voluntas vestra si ad Poetam accesserit, hoc est, si poetæ faueritis. {חשבים *hischchim*, יאח *iaáh.* συγκατατίθεμαι. GALL. S'accorder, consentir. ITAL. *Consentire, approbare.* HISP. *Consentir con otro.* ANG. *To consent.*} ¶ Interdum similitudinem quandam denotat, vel æqualitatem, vt, Hoc ad illud accedit, id est, simile est. Et cum dativo. *Cic. in Brut.* Antonio Philippus proximus accedebat. ¶ Aliquando Accedere ponitur pro Addi vel Adiungi, vt quum dicimus, Accedit ad hæc, pro Adiungitur ad hæc, προσγίνεται τοῦτοις. [*Plau. Menæch. sc. 1. a. 1.* si ad malum accidit malum, (pro accedit.) *Cæsar libr. 1. de bell. ciuil.* Accedo ad amicitiam. Vide Aspiro.] Et in hac significatione iungitur aut datiuo. [*Plaut. Amphit. 1.* Alcmena num tibi stultitia accessit, aut superat superbia. *Ouid. 13. Met.* Arguit incepto ferum accessisse labori.] *Cicer. Attic.* Dolor accessit bonis viris, aut accusatiuo, mediante præpositione Ad. Ibidem, Ad calamitates hoc quoque malum accedit, aut aduerbiis Huc, Eò, Eôdem, & similib. Interdum etiam prorsus absolutè. *Cic. de Orat.* Accedit, vt ne in ipsum quidem Clodium meum insigne odium fuerit.* Dicitur etiam, accedit quòd. *Cic. pro Ros. Amer.* Accessit illa quoque causa, quòd à cæteris fortasan ita petitum sit, vt dicerent. Subauditur nonnunquam ipsũ, *quòd.* Terent. Accedere febris dicitur, cum per interualla intenditur. Acceditur, Impersonale. *Cic pro Cecin.* Ad eas tum accederetur, iste cum omnibus copiis præsto fuit.

ACCĒssus (ab accedo, pro Aduentio) idem quod Accessio, pro aduentu.

*ACCessus, a, um, προσιτός. Participium. *Ouid.* Et non accessis inuia flumini bus. Pro inaccessis.

ACCĒssĭo, incrementum, lucrum, adiectio. {תוספח *tosépeth.* προσθήκη. GALL. Addition, succroist. ITALIC. *Aggionta.* GERM. Ein zugang/zusatz. HIS. *Anadidura.* ANGL. *Et king or vantage.*} ✠ Recessus, Decessio. *Cic. Offic.* Ad veteres necessitudines magnam attulit accessionem tua voluntas erga me. *Idem Offic.* Hanc Scaurus demolitus accessionem adiunxit ædibus. [Lepidus alienæ semper dementiæ accessio. *Senec.* Et parua ruinæ ingentis accessio animæ *Idem cap. vlt. de Conso. ad Mart. Item* Accessio. 1. appendix. *Liu. l. 1. bell. Mace.* Minima accessio semper regno Macedoniæ esset. *Idem libr. 5. d. 5.*] Propriè autem Accessionis nomine intelliguntur ea omnia, quæ ad legitimum & certum alicuius rei numerum adduntur: vt quum à debitore ad sortem honoris causa creditori aliquid additur: vel ab aratoribus decumanis, vltra decumas aliquantum frumenti datur. *Cicer. de Diuinat.* Hæc decessio capitis aut accessio subitóne fieri potest. *Idem in Ver.* Accessionem mille talentûm esse factam. *Idem pro Rab. postũ.* Non intelligo hoc quale sit, vtrùm accessionem decimæ centesimæ, an decessionem de summa fecerit. Hinc dicitur prouerbio, Ne maior tibi thylaco accessio, Μὴ σοι μείζων προσκείσθω τοῦ θυλάκου. Quo vti licebit quum digressio longior est quàm ipsa res. Translatum à mulionibus, qui præter legitimum onus vascula quædam superimponunt. Thylacus enim est culeus siue mantica parata gestandis oneribus. *Vide Lucia. in encomio Demost.* Simile huic est, Accessio capite maior.* Accessiones etiam fideiussiones vocantur à Paulo in *l. Si seruum stipulatus. De verborum oblig.* Accessio est fideiussor qui principali debitori accedit. ¶ Inuenitur etiam accessio pro aduentu, sicut Decessio pro recessu. *Cic. 2. offic.* Eorum neque accessione vitam meliorem fieri, neque decessione peiorem. ¶ Accessio in febribus dicitur morbi ipsius exasperatio, quum scilicet redeunte malo, ad pugnam irritatur naturæ vis: Greci paroxysmon, παροξυσμὸν dicunt: accessio febris καταβολὴ πυρετοῦ.

*ACCessor, oris, Verbale, προσίτης, qui accedit. *Valerius*, Nec accessor gloriosæ illius pompæ, sed autor spectatus est.

ACCĒlĕro, ras, pen. cor. Propero, festino, maturo, celero, celeritatem adhibeo. {מהר *mihér.* σπεύδω, τάχυνω. GAL. Auancer, haster. ITAL. *Andare in fretta.* GER. Eylen/schnell gehn. HIS. *Apressurarse à ir ò venir.* AN. *To haist.*} *Cic. in Catil.* Aurelia via profectus est: si accelerare volent, ad vesperam consequentur.

ACCĒlĕrātio, verbale, Festinatio, properatio. {מהרה *meheráh.* ἔπειξις. GA. Auancement, hastiueté. ITA. *Affrettamento.* GER. eylung. HIS. *Apressuramento.* ANG. *Haisting.*} *Autor ad Heren.* Continuatio est orationis enuntiandę acceleratio clamosa.

ACCĒndo, dis, di, sum, Ex ad & Cando: a, in e, mutata: quemadmodum à Mando fit Commendo. Neque enim fit à Candeo (*vt quidam male crediderunt*) habet enim neutralem significationem. accendo verò agendi. Neque rursus à Cendo, quod nusquam legitur. Sequitur igitur simplex esse Cando: quod licet hodie in vsu non sit, ex neutro tamen eius Candeo, constat olim fuisse vsitatum. Postulat enim analogiæ ratio, vt quemadmodum ab actiuo Albo fit neutrum Albeo: à Duro, Dureo: à Pendo, Pendeo: ita ab eo quod est Cando deducatur Candeo. Est autem Accendo, ignem excito, inflammo. {בער *biber.* ἄπτω, καίω. GAL. Allumer, enflammer. ITA. *Accendere.* GERM. Anzünden. HISP. *Encender.* AN. *To kendle.*} *Cic in Pison.* Ego faces iam accensas ad huius vibis incendium extinxi. *Idem in Somnio Scipionis*, Luna radiis Solis accensa, ἡ σελήνη ὑπὸ τῶν ἡλίου αὐγῶν πεπυρωμένη. ¶ Per translationem significat Animare, & instigare. *Virgi. 6. Æneid.*—quo non præstantior alter Ære ciere viros, Martémque accendere cantu. *Cicero in libro de Oratore*, Præclarè enim se res habeat si hæc accendi aut commoueri arte possint.

*Accensus, a, um, incensus, ardens, flagrans. *Cic.* Ego faces iam accensas ad huius vrbis incendium extinxi.

[Accensere. *Senec epist. 91.* Eadem ætas Lycurgum facio illi numero (*sapientum*) accensuisset.]

ACCēnsi, (*vt Marcellinus scribit*) Genus militiæ erat administrantibus proximum, ὑπηρετικὸν ἐπιτηδεύμα τῇ στρατιᾷ προσγεγραμμένον. Dicti, quòd ad necessarias res sæpius accirentur, veluti accersiti. *Festus* verò scribit fuisse, qui in locum mortuorum militum subrogabantur, & ad accessum adiiciebantur. *Idem lib. 1.* Adscriptitij, veluti quidam scripti dicebantur, qui supplendis legionibus adscribebantur: hos & Accensos dicebant. Sed *Varro rectius docet.* Accensos administros fuisse magistratuum: ab acciendo dictos, id est, vocando. Nam Accensus instar præconis acciebat, id est vocabat quem magistratus, cui apparebat, iubebat. {שוטר *schotér.* ὁ ὑπηρέτης. GALL. Bedeau, huissier. ITA. *L'ussiere ò Sergente.* GERM. Ein Stattknecht oder weybel. HISP. *Alguazil.*} *Plin. lib. 7.* Post aliquot annos adiectus est & meridies, Accenso Consulum id pronuntiante. Erant singuli Præsidibus prouinciarum Accensi. Quod munus neminem, nisi libertis deferebatur, sicut scripsit *M. Cicer. ad Quint. Fratrem*, cuius verba sunt hæc, Accensus sit eo etiam numero, quo eum maiores nostri esse voluerunt, qui hoc non in beneficij locò, sed in laboris ac muneris, non temerè, nisi libertis, deferebant. *Asconius autem sic habet*, Accensus, est nomen ordinis & promotionis in militia: vt nunc dicitur princeps vel commentariensis, aut cornicularius. Accensi & præconis officia in hoc conueniebant, quòd vterque ad imperium nutúmque magistratus præstò essent: verùm in hoc differebant, quòd Præco in comitiis, concione & iudiciis, si quid pronuntiandum recitandúmque esset, alia voce recitabat. Accensus verò ad magistratum homines priuatos accersebat. [*Passerat.* Inter Accensos & apparitores hoc interest; quòd Apparitoris verbum generale est, eóque omnes qui magistratui solent apparere, etiã sque imperio præsto esse intelliguntur: Honestior verò cæteris apparitoribus erat Accensus. *Sueton. In Cæs. cap. 20.* Accensus antè ibat. Lictores ponè. Gallicè Greffier. *Gell. c. 9. l. 6.* Flauius Libertino patre natus, scriptum faciebat, isque eo tempore Ædili curuli apparebat &c. i. apparitor & minister erat scribendo.]

ACCĒntŭs, dicitur quasi Adcantus, hoc est, ad, siue iuxta cantum: quia ad cantilenam vocis nos cognoscere, facit syllabas. {טעם *taãam.* Græci προσῳδίαν dicunt, quòd πρόσεστι τῇ συλλαβῇ. GA. Accent, Eleuation ou abaissement de voix en prononçant. ITAL. *Accento, eleuar, & abbassar della voce nella pronunciatione delle voci.* GER. Der thon der syllben in einem ieden wort. HIS. *El accento de cada palabra.* ANG. *An accent.*} A Latinis etiam Tonus & tenor vocatur: quia ibi sonus crescit & desinit. Definitur à quibusdam, quòd sit anima verborum: ab aliis, quod sit vox syllabæ. Hos veteres nunc Moderamenta, nunc Accentiunculas, nunc Vocalationes appellant. Sunt autem tres accentus: acutus, grauis & circumflexus. Acutus, ἰξεῖα προσῳδία dictus est, quòd acuat & erigat syllabam. Grauis βαρεῖα προσῳδία, quòd deprimat: est enim contrarius acuto. Circumflexus περισπωμένη προσῳδία, qui ex acuto & graui constat: incipiens enim ab acuto, desinit in grauem.

¶ *De his Fabius lib. 1 Priscianus & Tortellius.*

ACCēntĭuncŭla, diminutiuum ab Accentus. *Gell. libr. 13. capit. 6.* Quas Græci προσῳδίας dicunt, eas veteres docti tum notas vocum, tum moderamenta, tum accentiunculas, tum vocalationes appellabant.

ACCēpso, Veteres pro acceperim dixêre, *Pacuuius*, Haud sinam quicquam profari, priusquàm accepso quod peto.

ACCēptābĭlum, Vide paulò post ACETABVLVM.

ACCēptĭlatio, Acceptio, Accepto, Acceptor, Acceptus, Vide ACCIPIO.

ACCĔrsĭo, sis, ire, quartæ coniugationis, Voco, adduco, accerso. {קרא *kará.* μεταπέμπω, μεταπαλέω. GA. Appeller à soy, aller, ou enuoyer querir, mander venir. ITA. *Chiamare, andare à chiamare.* GER. Zu ihm berufen/beschicken. HISP. *Llamar, ò ir à llamar.* ANGL. *To call vpon.*} *Liu. libr. 3.* Placeret itaque partem accersire. *Sal. in Iug.* Postremò Syllam accersire iubet. ¶ Ponitur etiam pro accusare. *Cicer, 2. de Inuent.* Quidam capitis accersierunt. *Idem pro Cal.* Nec ipse alterum ambitus crimine accerseret.

ACCĔrso, sis, siui, situm, μεταπαλέω. Et Arcesso, sis, ambo coniugationis tertiæ: idem quod accerso: sed in præterito, non autem in præsenti, sunt quartæ: quæ propterea desyderatiua à Grammaticis dicuntur: quòd nunquam ferè eorum verborum actus sine desiderio fiant. *Terent. in And.* Obstetricem accerso. Fit autem Accerso ab Accio: Arcesso verò ab Arcio, quod idem est: quum apud antiquos (*vt Priscianus inquit*), At pro Ad poni consueuerit; Arnenas, Aruentores, Aruolare, pro Aduenas, Aduentores, Aduolare dicentes. Vnde ostenditur recte Arcesso dici ab Arcio, quod nos Acio dicimus. *Claud. lib. 3.* Iuppiter interea cinctam Thaumantida nimbis ire iubet, totóque deos arcessere mundo.

¶ *Apud Virgil. tamen lib. 4 Georg.* pro Attraho *ponitur*: Hinc pecudes, armenta, viros, genus omne ferarum, Quemque sibi tenuis nascentem arcessere vitas. ¶ Accipitur interdum pro accuso, κρίνω. *Sallust. in Iug.* Quos pecuniæ captæ arcebant delicta patefierent. *Cic. in Verr. Act. 1.* Quod tum magis inuidioso crimine, quàm vero accerseretur. *Et paulò post*, Quis erit tam demens, qui te post quinquénium statuarum nomine accersat? Et alio loco, arcessere aliquẽ crimine coniurationis, κατηγορεῖν τινὶ κλοπῆς συνωμοσίας. [*Sic Suet. in Tib. c. 53.* Accersitus crimine veneni. *Plaut. Men. sc. 2. a. 5.* Accersit patrem filia. *Et ibid.* Ibo atque accersam medicum. *Suet. In Claud c. 21.* frigidis & accersitis locis. *Senec. c. 3 de tranquil.* Cibus nihil habens accersiti p̃ etiosiue, *Plaut Men. sc. 1 a.*

b

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

5. Accersam Patrem istuc. *Et in Mi. sc. 1. a. 1.* Ad sese accersi iubet, vltrò amas, vltrò accersi iubes. *Plaut. Asin. sc. 1. a. 3.* Idem Amph. *sc. 3. a. 4.* Hunc me accersitum mittis, i. vocatum ad prandium. *Et in Asin. sc. 2. a. 4.* Ecquis currit Polinctorem accersere?]

Accĕrsītŭs, ta, tum, Participium, Vocatus. {קרוא *karú* προσκαλούμενος, ου, ον. GAL. Appellé, huché. ITAL. *Chiamato ad vno, citato.* GERM. Zu im berufft/beschickt HISP. *Llamado.* ANGLI. *Called vpon.*} *Cicer. 2. de Orat.* Etenim cauendum est, ne accersitum dictum putetur. ¶ Hic prouerbio datus est locus, Accersitum malum, ἔπαιτος ἐν κακοῖς, cum quis sibi mali causam præbuerit. *Hom. Odys. 6.* Vide in verbo Accerso.

Accĕrsītŭs, us, substant. {מקרא *mikrá.* μετάκλησις, προσκλησις. GALL. Appellement, huchement. IT. *Il chiamare, el citare.* GER. Beruffung/beschickung. HISP. *Llamamiento.* ANG. *Calling vpon.*} *Cic. 2. de Nat. deorum*, Nam cùm feriis Latinis ad eum, ipsius rogatu, accersitúsque venissem.

Accĕrsītŏr, oris, Vocator. {קורא *koré* κλητήρ. GAL. Huissier, celuy qui va querir ou appeller quelqu'vn. IT. *Chi va chiamare à citar altri.* GE. Ein Berüffer/ein weybel der einen holet. HIP. *Llamador.* ANG. *A caller.*} *Plin. Iun. Epist. 101.* Altius ibi otium, & pinguius, eóque securius: nulla necessitate togæ, nemo accersitor ex proximo.

Accĭdo, penul prod. ex Ad & Cædo, Attenuo, circumcido, exhaurio. {מל *mal.* περιτρέχω, περικόπτω. GALL. Rougner, couper tout à l'entour. ITAL. *Tagliare, metter alfondo* GER. Behawen/beschneiden. HISP. *Cortar y gastar.* AN. *To mak feble, to afflict.*} *Liu. 2. ab Vrbe*, Ita prælio vno accidit Vestinorum res, vt ne vallo quidem freti in oppida dilaberentur. *Idem*, Quanquam accisas res eorum satis constabit, id est, ἐκπεπορυχιωμένας, κατηναλωμένας. *Virg. 7. Æn.* Accisis coget dapibus consumere mensas.

Accĭdo, pen. cor. Ex ad & cado, Quasi ad, id est, iuxta aliquid cado, Accedo, euenio, obtingo. {נפל *naphál*, συμπίπτειν, προσπίπτειν. GALLIC. Choir sus ou pres quelque chose. IT. *Gittarsi dauanti in ginocchione, accadere.* GER. Zu im fallen HIS. *Caér à aconteser a'guna cosa.* ANG. *To chance, to fall by any thing.*} *Sueton in Cæs & in Claud. c. 10.* Lucullo tantum calumniarum metum iniecit, vt ad genua sibi accideret. *Cic. ex. Attic. 1.* Ad pedes omnium singulatim accidente Clodio [*Liu. 8. ab vrb.* Vbi accidit ad aures. Fabius accidit auribus (vox sup.) Accidere, Vetustè positum cum accusatiuo sine præpositione. *Plaut. Sticho 3. 31.* Certo enim mihi paternæ vocis sonitus aures accidit. Pro, ad aures, vel auribus. *Sallust. in Iugur.* Quos accidam, aut quos appellem? Pro, ad quos, vel ad quorum genua accidam? id est, quibus supplicem. *Sic legit Donatus in comment. in Hecyram: licet in quibusdam codicibus Sallust. corruptè legatur*, quò accedam. ¶ Iureconsulti vsurpant pro morì, in hac locutione, Si quid illi acciderit, vt & Græcis τι πάσχειν mortẽ significat. [Si quid acciderit huic. Velleius de morte dixit. *Et Sue in Aug. c. 101. Et in Calig. c. 3.*] *Vide Pomp. l. 162. D. de verb. significatione.* In qua significatione *& Cicer. vsus est. 2. De Inuent.* Cuius hæres non illo in testamento quisquam scriptus erat, si quid pupillo accidisset *Item in Antonium*, Si quid mihi humanitus accidisset: multa autem impendere videbantur præter naturam præterque factum. ¶ In tertia persona significat, præter spem venire: & hoc tam in bonum, quàm in malum. {קרה *karáh.* συμβαίνειν, ἐπιτυγχάνειν. GAL. Il aduient, il est aduenu. ITAL. *Gli è accaduto, gli è occurso.* GERM. Es begibt sich/es tregt sich zu. HISP. *Es acontescido.* ANG. *It chanceth.*} [homini misero si ad malum accidit malũ. i. accedit. *Plaut. Menæ. sc. 3. a. 1. Et Most. sc. 3. a. 1* Insperata magis sæpe accidũt, quã quæ speres. *Et Pseud. sc. 3. a. 2.* Vbi bene acciderit consilium laudamus.] *Terent. And.* Interea aliquid acciderit boni. *Cic. de Amicit.* Nihil mali accidisse Scipioni putandum est. Ponitur etiam absolutè, sequente particula Vt, *Cic. 3 Ver.* Accidit quum iste à Cn. Dolabella efflagitasset vt se ad regem Nicomedem, regémque Sadalam mitteret, vt illo itinere veniret.

Accĭdens, {מקרה *mikreh.* τὸ συμβεβηκός. GALLI. Accident, vne chose qui suruient. GERM. Ein zufall/oder zufellig ding ITA. & HISP. *El Accidente, Quel che auienne & sopratienne* ANG. *A accident, à chance.*} Vox est Dialecticis vsitata, pro qualitate quæ adest, & abest præter subiecti corruptionẽ: quod *Cicero* coniunctum, vel adiunctum vocat. *Quint. lib. 5. c. 10.* Causa, tẽpus, locus, occasio, instrumentum, modus, & cætera sunt rerum accidentia: quanquam hic Quintil ea vocat accidentaria, quæ aliis circunstantiæ, Gr. περιστάσεις. * ACCIDENTIA quoque vocantur casus hominum. *Quintil.* Non molliri prosperis facile, non accidentibus frangi. Id est, rebus aduersis.

Accĭdentālis, ab accidens nomen adiectiuum. *Fab. Victorin. in 1. Rhetori. Cic.* Illud præceptum est in faciendis generibus, & speciebus, & individuis, rem aut substantialem in omnibus esse seruandam, aut accidentalem.

Accĭdentĭa, æ, Verbale ab accidit. {קרי *keri.* συμπτωχία. GA. Auenture. IT. *L'auuenimento, la sorte, il caso.* GER. Zufal. HISP. *Aquella obra de acontescer, ò caer.* ANG. *Euenture.*} *Plin. lib. 32. cap. 2.* Esse verò illam naturæ accidentiam, quod magis miremur, etiam in locis quibusdam opposito occurrit exemplo.

Accĭo, accies, accii, accitum, penultima breui. {קרא *kará.* μεταπέμπω, παρακαλέω. GA. Appeller, enuoyer querir, mander. IT. *Chiamare à se.* GE. Herzu beruffen. HI. *Llamar de lexos.* ANG. *To call for.*} Verbum rarum, idem significat quod Accio. Plautus in Mil. Vos modò curate, ego illum probè iam oneratum huc acciebo.

Accĭngo, gis, xi, ctum, ex Ad & Cingo: instruo, armo: ferè cum ablatiuo iungitur: vt, Accingere se armis, ferro, ense, &c. {חגר *chaghár.* περιζώννυμι, διασκευάζω, ἑτοιμάζω. GALLIC. Se trousser & mettre à point, s'accoustrer & preparer à quelque chose. ITALIC. *Apparechiarsi, metre à punto.* GER. Sich vmbgürten oder anthun/sich rüsten. HISP. *Poner baldas in cinta, apparejarse à hazer alguna cosa.* ANG. *To gird or prepare him self.*} *Virg. 2. Æneid.* Atque omnis facibus pubes accingitur atris. ¶ Interdum aggredi vel præparare. Habet autem vel datiuum. *Virg. Æneid. 1.* Illi se prædæ accingunt. *Idem libr. 7.* Accingunt omnes operi. Vel accusatiuum, etiam in passiua significatione. *Idem Æneid. 4.* Magicas inuitam accingier artes: pro, ad illas discendas præparari. Vel accusatiuum cum Ad, vel in. *Liuius.* Proinde in hoc discrimen, si iuuat, accingere, id est, ad hoc periculum subeũdum te para. Idem, Quin igitur ad hoc accingeris, id est, cur hanc rem non aggrederis?

¶ Vnde Accinctos vocamus, industrios, paratos, expeditósque: contrà Discinctos, ignauos, incomptos, negligentésque. Sic Græcè ἀζωνος κἀκῶς.

Accĭno, is, ere, accinui, accentum, ex Ad & Cano. προσᾴδω. GAL. Chanter auec quelcun, s'accorder auec luy. ITA. *Cantar insieme & d'accordo con altri.* GERM. Zusingen/mit singen. HISP. *Chantar suauemente en vno.* ANG. *To sinh with ane vther, to agree.*} Hinc accentus, us, προσῳδία, de quo suprà.

Accĭo, cĭs, ciui, vel cii, accitum, penultima producta, Ex ad & cio, significat aduoco. {קרא *kará.* προσκαλέω. GAL. Appeller à soy. ITA. *Chiamare à se.* GER. Zu im beruffen/beschicken. HIS. *Llamar.* AN. *To call vpon.*} Inde Accitus, aduocatus. *Virgil. lib. 11. Æneid.* Spem si quam aceitis Ætolùm habuistis in armis. *Cic ad Attic.* Tu inuitá mulieres, ego accier pueros. [*Tibu. l. 4.* Cùm memor accitos semper dolor admonet annos. Accire mortem conscientia *Velleius.*

Accĭtus, tus, tui, {מקרא *mikrá.* μετάκλησις, μετάπεμψις. ANGLIC. *Calling.*} *Virgil. Æneid. libro 5.* Regius accitu chari genitoris ad vrbem.

Accĭpio, pis, Capio. {נשא קח *naſá lakách.* λαμβάνω. GALL. Receuoir, prendre. ITA. *Pigliare, prendre.* GER. Annemmen/nemmen. HIS. *Temar toche seda.* AN. *To tak, to receaue.*} [*Plau. capt. sc. 3. a. 5.* Argentum accepi, nihil curaui cæterùm. *Et Pseud. sc. 2. a. 2.* Volo summos viros magnificè accipere. (de conuiuiis,) *Ibid. sc. 1. a. 5.* In loco festiuo festiuè accepti sumus. *Et Mostell. sc. 4 a 1.* Is me hilari ingenio & lepidè accipiet. (de conuiua.) *Au'. sc. 3. a. 2.* Hos vt accipiat coquos (id est, admittat) *Ibid. sc. 3. a. 4.* Ego te præstigiator miseris accipiam modis. *Et capt. sc. 1. a. 4.* Accipe à me hanc lætitiam quam fero tibi. *Amphit. sc. a. 1.* Accipi publicitus hospitio. *Ibid.* Ego te pro istis dictis & malefactis furcifer accipiam, id est tractabo. *Ibid.* Comiter accipiet. *Gell. c. 9. 16.* Ædilis, qui conuitia habebat, negat accipere. (i. approbare Ædilem renuntiatum.) *Ouid. Eleg. 1. l 5. Trist.* Acceptóque graui vulnère flere vetas. *Senec. ca. 15. de tranq.* Accipere placidè oportet humana vitia.] Multi & varii vsus est hoc verbum: Interdum enim est audire: *Cicero in Catone.* Accipite veterem orationem Archytæ. ¶ Interdum sentire. *Terent. in Heauton.* Clinia, aliter de amore tuo, atque est, accipis. ¶ Interdum cognoscere, intelligere. *Cicero primo de Natura Deorum*, Quùm M. Catonem Græcas literas in senectute didicisse acceperim. ¶ Interdum concipere. *Virg. 8. Æneid.* alii ventosis follibus auras Accipiunt, reddúntque. ¶ Interdum recipere. *Lucil.* Sic Inquam veteratorem illum veterem lupum Annibalem acceptum. ¶ Interdum tractare, tam in malum quàm in bonum. *Ter. in Adelph.* Ego abs te miseris sum acceptus modis. *Cicer.* roga ipsum quemadmodum ego eum Arimini accepi. ¶ Interdum probare: vt, Accipere legem populus dicitur; quam iubet & probat. *Liu.* Accipere nomen, pro eo quod vulgus Gallicum dicit, *Receuoir à la monstre. Liuius primo Bel. Punic.* Itaque si suum nomen dictator acciperet, se comitiis interfuturos dicunt. Dicimus etiam accipere conditionem, colorem, fœdera, libertatem, &c. Huius compositum est Præaccipio, Accipere iudicium dicitur reus, cùm paritur à prætore dari iudices in eam rem, de qua mouetur controuersia. *Cic. in Orat. pro Quinctio.* Iudicium quin acciperet in ea ipsa verba quæ edebat Næuius, non recusare. *Vide Hotomani Lexicon.* *Accipere in alia quadam significatione ferè in verbum Afficior resolui potest: & tum ad bona, tum ad mala pertinet. vt Accepit lætitiam, dolorem, &c. Id est affectus est lætitia, dolore. Inter Accipere beneficium, & Recipere, discrimen est: Accipit ab aliquo beneficium, qui prius ei nihil contulit: Recipit, qui iam contulerat. *Ex Senèca de benef.* Accipere in bonam vel malam partem, est bene vel malè interpretari dictum aut factum alterius, quod ad nos pertineat: id est de illo bene aut malè iudicare. Huc pertinent, accipere aliorsum, aliter in eam partem, *& similia.* [Accipere mancupio, vide Mancupium.]

Acceptus, nomen ex participio, gratus, vel iucundus. [*Plaut. Capt. sc. 3. a. 3.* Esse tute apud te is seruus acceptissimus, *Ouid. 3. Fast.* Acceptus Genis illa December habet. *Ouid. Eleg. 1. l. 2. Trist.* Corruit hæc igitur Musis accepta domus.] {נרצה *nirtsèh.* χαριεις. GALL. Aggreable. ITA. *Quel ch'aggrada, & chè accettato.* GERM. Angenem. HISP. *Cosa ràta y grata.* ANG. *Acceptable.*} *Cæsar. 1 Bell. Gall.* Maximè plebi acceptus erat. Acceptum, accepti, absolutè dicitur quicquid ab aliis accipimus seu dono, seu mutuò, seu alio quouis modo. *Plaut. in Truc.* Hic ratio accepti scribitur) (Datum, siue Expensum. Vnde tabulæ accepti & expensi dicebantur libri mercatorum, in quos referebant tam ea quę accepissent, quam quæ expendissent. *Cic. pro Roscio Comœdo*, Si tabulas Fannius accepti & expensi profert suas in suam rem suo arbitratu conscriptas, quo minus secundum illas iudicetis, non recuso. Hinc, Acceptum referre, Est pro accepto habere, & fateri se accepisse, etiamsi nihil sit acceptum, scribere in tabulis se accepisse. προσομολογέω, διατίθημι, ἀθέτω. GAL. Tenir pour receu. [*Plaut. Mostell. sc. 1. a. 1.* Bene ratio accepti & expensi inter nos conuenit. *Sueto. in Tib. c. 13.* Accepta referre legata peculio. *Ouid. El. 1. lib. 1. Trist.* Acceptum refero vetibus esse nocens. Et notandum quod dicitur, acceptum referre, non ferre: & tursus, Expensum ferre, non referre.]} IT. *Hauer pro riceuuto, confessare il receuuto.* GER. Zur entpfangen haben. HISP. *Confessar ser lo deudor.*} Tracta est loquendi figura à ciuium Romanorum consuetudine, qui summa diligentia omnes tabulas accepti & expensi conficiebant, in quibus quid ab aliis accepissent, aut quid ipsi aliis credidissent perscribere solebant; quemadmodum ex Verrina tertia, itemque quinta & multis aliis locis intelligitur: de quo plura suo loco sumus dicturi. Hinc fit acceptilatio: de quo infrà. Dicitur etiam pro acceptum ferre, acceptum facere, & acceptum habere. *L. 7. de acceptilat.* Ágerius Numerio Nigidio acceptum fecit. ¶ Accepto ferre rationibus aliquid, est quod Gallicè dicimus *Coucher sur le liure du receu quelque chose. vt l. 91. §. 4. D. de leg. 3.* ¶ Accepto vel acceptum rogare dicitur qui stipulatur an id quod promisit, creditor acceptum habeat. Contrà accepto liberare dicitur creditor, cum debitori stipulanti respondet se acceptum habere: *Hæc omnia fusiùs apud Hotom. in Lexico.*

Accepto,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Accẽpto,as,are,frequentatiuum ab accipio ; significat accipere soleo. כבל *kibbél.* δεκτὸς χόμαι. GALLI. Accepter, prendre volontiers & souuent. ITA. *Accettare, recuere spesso.* GERM. Offt nemmen/ohn vnderlaß nemmen. HIS. *Recebir muchas vezes.* A. *To tak often.* } *Plau. in Pseud.* P. Quid dubitas dare? R. tibi ego dem? P. mihi hercle verò, qui res, rationésque heri Ballionis curo, argentum accepto : [Expenso. *Plaut. Pseud. sc. 2. a. 2.* Item Acceptare mercedes. *Quintil.*] Accepto item frequentatiuum, quo antiqui vsi sunt. *Pacuu. in Teucro.* Haud sinam Quicquid profari priusquam accepto quod peto. *Ex Nonio.* ¶ Sed aut errat Nonius, aut apud eum pro accipio est legendum accepero. Nam accepso pro accepero dixerunt veteres, non pro accipio, vt leuasso, pro leuauero. Et in Pacuuii verbis haud sanè aliter accipi potest. *Paulus Iurisconsult. D. libr. 26. Tit. 7. l. 44.* Sed si pupillus post pubertatem rationibus à tutore acceptis reliquationem eius secutus vsuras acceptauerit.

Accẽptio verbale ab accipio. { מקח *mikkách.* λήψις. GAL. Prise, recepte. ITA. *Acceptamento, riceuimento.* GERMAN. nemmung oder entpfahung. HIS. *Aquella obra de recebir y confessar.* ANG. *Receauing* } *Cice. in Top.* Nam neque deditionem, neque donationem, sine acceptione intelligi posse.

Accẽptor, aliud verbale. { מקבל *mekkabbél.* δεκτὴρ, ὑποδοχεύς. GA. Prenour, qui prend & reçoit. ITA. *Accettatore, chi receue, & accetta.* GER. Ein entpfaher. HIS. *Recebidor.* ANG. *A receauer.* } *Plau. in Trin.* Qui illorum verbis falsis acceptor fui.

Accẽptrĭcă acceptricæ. *Plaut. Trucul.* Des quantumuis, nusquam apparet neque datori neque acceptricæ. A verbali Acceptrix, videtur formasse. *Nomen est insolens & inusitatum.

Accẽptĭlātio, { χοχή. GAL. Quintance, descharge par le creancier faicte au debteur IT. *La quitanza, & riceuuta di qualcheo bisgatione.* GER. Ein quittung/ein bekantnuß/in welcher man einẽ ledig sagt einer ansprach oder verbindung halbẽ. HIS. *Aluala de fin y quitto.* AN. *An acquit ance.* } Est liberatio (*vt docet Modestinus*) quæ fit per interrogationem & responsionem qua debitor liberatur. Vt si dicam, Quicquid tibi per stipulationem promisi, vel ex stipulatu debui, habésne acceptum? Et tu respondeas, Habeo acceptúmque fero, id perinde est, acsi accepissem abs te per veram solutionem. Apocha vero (*inquit Vlpianus*) non aliàs, quàm si pecunia soluta sit, appellari potest.

Accĭpĭtĕr penu. correp. { נץ *nets.* ἱέραξ. GALL. Oiseau de proye, comme espreurier, sacre, faucon & autres. ITAL. *Sparuiere.* GER. Ein Raubuogel/als Habbich/Sperwer/ &c. HISP. *Halçon à açor generalmente.* ANG. *A falcon or ony rauenous foull.* } Genus est ad omnes aues rapaces: cuius species sunt sexdecim: præcipuæ tamen sunt, Buteo, Triorchis, Æsalon: *de quibus vide Plin. libr. 10. capite 8.* Dictus est ab accipiendo, hoc est, à rapiendo *Terent. in Phorm.* Non rete accipitri tenditur, neque miluio ¶ Tantæ velocitatis hoc genus auium, vt inde hyperbolica paroemia orta sit, Ocyor accipitre, θάσσονες ἱεράκων. Qua venustè vtemur, si ad famam aut nuncium aut eiusmodi quippiam de torqueatur.

[Accipitret pro Iaceret *Gell. c. 7. lib. 19.*]

ACCISI, Populi sunt ad Mæotim: *quorum meminit Plinius libro 6. capite septimo.*

Acciſſo { השתכע *hischtaghgéa.* הלל *halál.* ἀνίζω. GA. Estre hors du sens, dissimuler. ITAL. *Inettire, dissimulare.* GER. vngeschickte vnd närrische geberd treiben. Item, nicht dergleychen thun. HIS. *Hazer ò dezir necedades, dissimular.* ANG. *To be out of the wytt, or to dissemble, to be mad.* } Veteres dixerunt pro ineptire, delirare vel insanire: item pro dissimulare ea, quæ maximè cupimus. Vtrumque tractũ est à moribus Accùs aniculæ adeo ineptæ atque deliræ, vt & cum imagine sua in speculo reddita, tanquam cum altera muliere colloqueretur, & vestes nõdum pertextas, à tela soleret detrahere, atque induere. Hinc prouerbium manauit, In armis acciſſat, ἐπὶ τοῖς ὅπλοις ἀνίζεται. In eum qui sibi placet sesèque quasi contemplatur in armis, vt traditum est de Accone muliere, quę ad speculum ineptè sibi blandiebatur. Illud etiam in moribus habuit peculiare, vt recusaret quod maximè cupiebat. Vnde ab eius quoque nomine Acciſsum dictum volunt, ἀνισμον, fictam dissimulationem, quum scilicet, quæ maximè cupimus, nos velle dissimulamus. *Cicer. Attic* 2. Hoc, opinor, certi sumus periisse omnia : quid enim ἀνιζόμεθα tandiu: hoc est, quid dissimulamus? *De hoc adagio vide Lucianum & Olympiodorum.*

ACCITANA COLONIA, ἀνιτανὴ κτημία recensetur *à Plinio* in Hispania citeriore, in conuentu Carthaginensi. *Vide Plin. lib. 3. cap. 3.*

ACCIVS, ἄκκιος. Tragœdiarum scriptor fuit, tanta sententiarum grauitate, verborúmque pondere, vt Decius Brutus vir amplissimus, templorum ac monumentorum suorum aditus illius carminibus exornauerit: habitus tamen est duriusculus, neque aliter fieri poterat in prima illa nascentis adhuc Poetices ruditate. *Vide Crinitum de Poetis Latinis.* *Fuit & alter historicus. *de quo Cicero de leg. lib. 1.* Hinc Accianus, [*Gel. c. 16. l. 3.* Idem Accii, quod Titii.]

Acclāmo, pen. pro. are, Exclamo, { קרא קעק *kará zaʕak.* ἐπιφωνέω. GALLI. S'escrier en la faueur du desaueu de quelcun, luy fauoriser ou cõtredire par cry. IT. *Gridare in fauore ò in disfauore d'vna cosa.* GERM. Zuschreyen mit erhebter stimm. HISP. *Dar vozes à las vozes de otro, llamar dando voces.* ANGL. *To cry or shout to ganestand or aggree becrying.* } *Cicer. pro Cæcin.* Populus cum risu acclamauit ita esse. *Acclamare alicui, pro In fauorem alicuius. Acclamare in aliquem, id est, Reclamare, vt indignantes faciunt.

Acclāmātio: verbale. { צעקה *zeʕakáh.* ἐπιφώνημα. GAL. Escry, acclamation, huée. IT. *Talgridamento in fauore ò disfauore.* GER. Zuschreyung HIS. *A quella obra de dar vozes assi.* ANG. *Chouting.* } *Cic. Att. li. 1.* Credo te ex acclamatione Clodii, &c.

Acclāmĭto, frequentatiuum. { עגה גורח שוע זעק *ʕanah gheburáh schiuueáh zaʕák.* προσφωνέω, ἐπιβοάομαι. GAL. Souuent crier contre ce que dit quelcun ou en luy fauorisant. ITAL. *Gridar' in fauore ò contro spesso.* GERM. vil vnd offt mit lauter stimm zuschreyen. HIS. *Llamar dãdo vozes muchas vezes.* ANG. *To shouth often.* { *Plautus in Amph.* Et quæ sunt facta, infecta esse acclamat.

Acclĭnĕ, adiectiuum, penult. product. flexum, incuruatum, iacens, humilé. { משפע *meschuppaʕ.* נמוך *namúch.* GA. incliné, penché. ITA. *Inclinato* GERM. Herzuhaltend/ neigend. HISP. *Inclinado ò acostado haza otra cosa.* ANG. *which boweth or crooketh.* } Et propriè in descensu dicitur, *Hiero.* Scabellum accline, & ex vna parte obliquum. Dicitur & Acclinus, na, num, sicut & interclinus: quo vsus est *Ambros in Eccl.* Ciuitas, *inquit*, prærupta vndique propè erat, interclina rupibus.

Acclĭno, nas, penult. product. Ad aliquid flecto, inclino { השה *bitsáh.* ὀπτανίνω. GAL. Encliner vers quelcun, pencher. IT. *condescendere, inc inarsi.* GER. Herzuhalten/oder neigen. HISP. *Inc'inar ò acostar haʒia otra cosa, consentir con otro.* ANG. *To incline, or bowe, to leane to any thing.* } *Liu. 4. ab Vrbe,* Haud grauatè acclinaturos se ad causam Senatus. pro Assensuros causæ Senatus.

Acclīuis, siue Accliuus, ua, uum, per u. penul. prod. Quod est leuiter erectum, & arduum, & propriè de ascensu dicitur, quasi in cliuum acuminatum & sensim eleuatum. { προσάντης, ἀναίτης, ἀναφορίς GALL. Esleué en montant, agu par haut. ITAL. *Erto, alto elenato.* GERM. Vbersich gehaldet. HISP. *Cosa enesta arriba.* ANG. *Stay.* } *Cic. Q. in fratri,* Ea, viæ pars valde accliuis est)(Decliue, siue Accliuum, quod est inclinatũ, atque incuruum. [*Ouid. 5. Fast.* Leuiter accliuo constituere iugo. *Liu li. 8. D. 4.* placidè accliui colles.]

Acclīuĭtās, { אשר *éschedh.* ἀναφορεία. GALL. Le montant d'vn terre, vne legiere roideur de montagne. ITA. *La montata, leerta.* GERM. Das ring auffsteigen eines buhels oder bergechtigen orts. HISP. *Aquel recuesto cuesta arriba.* ANG *The staynes of a hill.* } *Cæsar,* Ab eo flumine pari accliuitate collis nascebatur.

Acclūdo, accludis, pen. prod. *Vide in dictione* Cludo.

Acco, accûs, A'κκὼ *teste Plutarcho,* nomen est mulieris cuiusdam, vel potiùs terriculamenti, cuius metu solent matres pueros in officio continere, & à peccando deterrere. Item aniculæ cuiusdam deliræ nomen: *de qua vide plura in dictione* Accisso.

Accŏlo, accolis, pe. corr. Apud, siue iuxtà colo. { שבו *schachán,* παροικέω. GALL. Demeurer aupres, estre voisin. ITAL. *Habitar vicino, ò à canto.* GERM. Beywohnen/nachwohnen. HISP. *Mora cerca de lugar.* ANG. *To duellnie.* } *Liu lib. 4.* Hi dimissis circa omneis populos legatis, qui Herrusçum mare, quíque Tyberim accolunt, ad frumentum mercandum. *Plin lib. 4.* Persæ rubrum mare semper accoluêre. Et *lib. 3. c. 1.* Accolitur dextra læuáque crebris oppidis. [Accolere vitem *Catul. in Epithal.*]

*Accolens, accolentis, participium, παροικῶν. *Plin.* Ante has est sphinx vel magis miranda, qua syluestra sunt accolentium.

Accŏlă, pen correp. Vicinus, ab Accolendo, id est, iuxta habitando dictus. { שכן *schachén.* πάροικος. GAL. Habitant aupres, voisin à quelqu'vn. ITAL. *Vicino, habitante.* GERM. Nachbawer/der nahe bey einem wohnet. HISP. *El morador cerca algun lugar.* ANGL. *A neighbour.* } Accola mõtis, qui prope montem habitat: Accola Padi, Accola campi : qui iuxta Padum, iuxta campum habet domum. *Liuius lib. 1.* Pastor accola eius loci, nomine Cacus, ferox viribus. [Aliquando idem significat quod popularem, siue conciuem. *Vt 6. Verr. & lib. 10.* apud Liuium semel atque iterum.]

Accōmmŏdo, accommodas, pen. cor. Adhibeo, adapto, adaptè colloco. { תקן *tikkén.* חבין *hechin.* ἐναρμόζω, συμβιβάζω. GAL. Accommoder, approprier. ITA. *Accommodare, adattare.* GERM. Zufügen. HISP. *Ayuntar vna cosa à atra.* AN. *To make fea e.* } *Cic. lib. 2. de Orat.* Africano illi, superiori coronam sibi in conuiuio ad caput accommodanti. *Idem lib. 1. offic.* Qui se ad Rempublicam, & ad magnas res gerendas accommodauêre. [Et datiuo, Accommodare animum maioribus negotiis, *Suet. in August. c. 98.* Accommodare se alicui & sequi eius partes. *Idem in Tib. c. 48.* Accommodare se ducem & assertorem alicui. *Suet. in Galba cap. 9*]

¶ Accommodare idem aliquando, quod Commodare. *Plaut.* Cùm ædes pauperi accommodasset. [*Senec.* Accommoda mihi paulisper eloquentiam. i. commoda.] Sed hoc rariùs. Itaque eleganter & doctè distinguit *Corn. Front.* Commodo & Accommodo, Commodat, inquit, aliquis mutuam pecuniam: Accõmodat equo ephippium, id est, aptat. *Accommodare alicui de habitatione. *Cic Mem. lib. 13.* Peto igitur à te maiorem in modo, quod sine tua molestia fiat, vt ei de habitatione accommodes. ¶ Accommodare etiam Iurisconsulti dicunt, pro benignè & ex æquo & bono contra summi iuris regulas concedere *L. filio D. de rit. nupt.* Filio in libertatem paternam idem iuris quod ipsi patri no ex sententia legis accommodatur. *Hotomanus.*

Accōmmŏdātus, id est aptus. { מוכן נכון *muchán nachón.* ἁρμόδιος, οἰκεῖος. GAL. Propre, apte, conuenable. ITA. *Acconcio atto, accommodato.* GER. Zugefügt/darzu komlich. HIS. *Ataviado, ayuntado.* ANGL. *Feate, apte, meete.* } *Cic. in Orat. contra Rull.* Numeri singulis orationis generibus accommodati.

Accōmmŏdātè, aduerbium, id est, Aptè. { ἁρμοδίως. GAL. Proprement, bien à propos. ITAL. *Accommodamen e, ben à proposito.* GER. Reumlich, geschicklich/bequem. HISP. *Ayuntadamente.* ANG. *Feátelie or aptelie.* } *Cic. 5. Ver.* Primum oratoris officium esse ad persuadendum accommodatè.

Accōmmŏdātio, onis, ipse actus accommodandi. { מתכונת *mathchónet.* ἁρμοδιότης. GAL. Appropriation, application. IT. *Accommodatione, adattatione.* GER. Reumlichkeit. zufügung. HI. *Ayuntamento.* AN. *Applying.* } *Cic. 1. de Inuen.* Elocutio est idoneorum verborum & sententiarum ad inuentionem accommodatio.

Accōmmŏdŭs, a, um, Idem quod accommodatus, aptus, idoneus, ἁρμόδιος. *Virg. 11. Æneid.* Est curuo anfractu vallis, accommoda fraudi.

Accrĕdo, accredis, pen. prod. Ex ad & credo, vnà credo, credentibus accedo: sicut Assentio siue Assentior, ad sententiam accedo. { האמין *heemin.* πιστεύω, ἐπιπείθομαι. GAL. Adiouster foy, croire à ce qu'on dit. ITAL. *Consentire.* GER. Glauben geben/mit eines glauben zustimmen. HIS. *Consentir, creer à otro* AN. *To consent, o beleue, that which one sayeth.* } *Colum. lib. 2.* Idque etiam non spernendus autor rei rusticæ Saserna videtur accredidisse. *Hor. lib. 1. Epi. ad Val.* Scribere te nobis, tibi nos accredere par est. [*Plaut. Asin. sc. 3. a 3.* Quisnam istuc tibi accredat cinede Calamistrate.]

Accrĕdŭo, accreduis, obsoletum verbum, Idem quod accredo. *Plaut.* Neque diuini, neque humani mihi posthac quicquam accreduas. Rectiùs tamen dixeris accreduas, pro accredideris esse à Plauto positum. Vt & suas apud eosdem vereres pro fueris legitur.

Accrēsco, scis, accreui, ex Ad & Cresco, Idem quod Cresco, augeor.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

{נוסף *nosáph.* ἐπαύξησις, ἐπίδοσις. GAL. Croistre, Accroistre. ITALICE. *Accrescere, aumentare.* GER. Zuwachsen. HISP. *Acrescentar ò augmentar.* ANG. *To growe, to increase.* } *Cic. de Inuent.* Flumen subitò accreuit. *Sallust. in Cic.* Quæ si tibi falsa obiicio, redde rationem, quantum patrimonii acceperis, quid tibi litibus accreuerit. *Plau. Cure. sc. 1. a. 2.* Valetudo decrescit tum accrescat labor.]

Accrēmentum, accrementi, idem quod incrementū. {תר בית *tarbith.* ἐπαύξησις, ἐπίδοσις. GAL. Accroissement. ITAL. *Accrescimento, crescimento, aumento.* GERM. Zuwachsung. HIS. *Crecimiento.* ANG. *Increase.* } *Plin. li. 9. cap. 2.* In mari autem latè supino, mollique ac fertili accremento, accipiente causas genitales è sublimi, sempérque patiente natura, pleraque etiam monstrifica reperiuntur.

Accrētio, accretionis, Incrementum, ipse actus accrescendi. {תרבת *marbéh. Cicer. 1. Tuscul.* Lunámque accretione & diminutione luminis, &c.

Accŭbo, pen. cor. Iuxtà cubo, adiaceo, accumbo, discumbo. {שכב *schabh* ἐπαναπαύομαι, παρακατάκειμαι, κατακλίνω. GAL. Gesir aupres, estre couché iouxte. ITAL. *Giacere, sedere appresso.* GERM. Beyligen/nåben einem ligen. HIS. *Assentarsi cerca alguno como a la mesa.* ANG. *To ly by.* } *Plaut.* Accubat mecum. *Sueton. in Cæs.* [me rogas quid agas? Accubas, an. pro accumbas, ab accumbo, 15. *Plaut. Most.* Quin amabo accubas. *Plau. Most.* vbi libet licet ire accubitum. *Idem Men. sc. 1. a. 2.* Cum filio tuo libera accubat. *Plau. Ps. 2. a. 5.* Cocta sunt, iube ire accubitum. *Plaut. Mene. sc. 4. a. 1. Ibid. sc. 2. à. 3.*] Theatrum summæ magnitudinis, Tarpeio monti accubans. *Cic. 4. Tuscul.* Morem apud maiores hunc epularum fuisse, vt deinceps qui accubarent canerent ad tibiam clarorum virorum laudes. Accubare in conuiuio, *Sueton. in Cæs. Cicer. vide* ACCVMBO. *Accubare pro Iacêre. Sepe. in Hippol.* Hippolytus (heu me) flebili voto accubat. Hoc est, mortuus iacet, vt optasti. [*Et Suet. in Cæs. c.* 71. accubuerit, pro iacuerit.]

Accŭbātio, verbale. *Cic. de Senect.* Accubatio epularis amicorum. *Idem in Officiis,* Status, incessus, sessio, accubatio. {שכבה *schichebháh.* κατάκλισις. GAL. Assiette à table. ITAL. *Il sedere à tauola.* GER. ein beyligung. HIS. *Assentamiento à la mesa.* ANG. *Sitting at the table.* }

Accŭbītum, accubiti, siue Accubita, accubitæ, Lectus in quo cubatur interdiu. [Accubitorum vsus non erat ante triclinia. *Interpres Iuuenalis.*] {משכב *mischchabh.* ἀνάκλισις. GAL. Petit lict sur lequel on dort de iour. ITA. *Letto doue si dorme de di.* GER. ein guestchen/oder torterbeth/auff dem man amtag schlafft. HISP. *El lugar para se assentar ò dormir.* ANG. *A bed te sleip on in day tyme.* } Vnde *apud Lampridium* de Commodo scribitur non accubuisse nisi in accubitis quæ pilum leporinum non habuissent, aut plumas perdicum subalareis. Hæc alio nomine dicuntur Anaclinteria. ¶ Hinc accubitalia dicuntur stragula quibus hoc genus lecticuli solet operiri. *Vide Celium libr. 26. c. 19. & li 27. c. 15.*

Accŭbĭtŭs, huius accubitus. Ipse accubandi actus. {מסב *mesáb.* ἀνάκλισις. GAL. Assiette, couchement. IT. *Giacimento.* GE. Die beyligung. HI. *Assentamiento.* ANG. *Liting, sitting.* } *Pli. lib. 18. cap. 2.* Plerisque hominum tricliniis accubitu iêre per lectos.

Accūdo, accudis, pen. prod. Cudendo addo, & propriè de pecunia dicitur. {צור *tsur.* ἐπιτίτρω, ἐπιβάλλω. GAL. Forger dessus, battre monnoye. ITALICE. *Battere dinari, martellar.* GERMA. Zubin schmiden. HISP. *He vir come in yunque.* ANG. *To forge, to beate vpon.* } *Plaut. in Merc.* Tres minas accudere etiam possum, vt triginta fient.

Accŭmbo, cumbis, idem quod Accubo, παρέκειμαι. Et in hac significatione ferè habet datiuum. Est etiam Accumbere, mensæ assidere sumendi cibi gratia, vel conuiuio interesse. {משב על חלחם *hisstách al halléchem.* κατακλίνεσθαι. GA. S'assoir à table. ITA. *Sedere à tauola.* GER. Zu tisch sitzen. HISP. *Assentarse à la mesa.* ANG. *To ly, to sit at the table.* } Cubabant enim antiqui vescentes. Cic. Præto, Accubueram hora nona, quum id literarum exemplum in codicillis exaraui. Dicitur & Accumbere epulis. *Cic. pro Mur.* Qui quotidianis epulis in robore accumbunt; ἐπὶ τὸ ξύλον κατακείνεται. *Plaut. Mostel. sc. 3. a. 1.* Melius est ire te intrò atque accumbere. *Et sc. 3. a. 1. Ibid.* Age accumbe: puer appone mensulam.]

Accŭmŭlo, accumulas, pen. corr. Amplifico, & quasi ad cumulum addo, augeo, coaceruo. {צבר *tsabár.* ἐπισωρεύω. GAL. Amasser, accumuler, entasser, assembler en vn mõceau. IT. *Ammassare, ammontonare, ridurre in massa.* GER. Zusamen hauffen. HISP. *Amontonar sobre monton.* AN. *To heap, to en large.* } *Cic. pro leg. Agrar.* Vix iam videtur locus esse, qui tantos aceruos pecuniæ capiat: auget, addit, accumulat.

Accŭmŭlārŏ, vitem, arborem, radices & similia est quod vulgus Gallicum appellat, *rechausser*: cui contrarium est Ablaqueare. *De hoc vide Plin. lib. 10. c. 19. lib. 18. c. 24. lib. 19. c. 5.*

Accŭmŭlātio, verbale. *apud Plin. li. 17. c. 27.* {קבוץ *kibbúts* צבור *tsibbúr.* ἐπισώρευσις. GA. Amas, amoncelement. ITA. *Ammassamento, accumulatione.* GER. Zuffhauffung / zusamen hauffung. HIS. *Amontamiento.* ANG. *Heaping.* }

Accŭmŭlātē, aduerbium, {חמרים חמרים *chomárim chomárim* σωρηδόν. GA. Amonceaux. IT *Accumulamente.* GER. Hauffechtig. HISP. A montones. ANG. *By heapes.* } *Cicer. Culleolo libro* 13. Cùm diceret omnia te accumulatissimè & liberalissimè procuratoribus suis pollicitum esse. *Cic. ad Her. lib. 1. ad finem.*

Accūro, accuras, penultima prod. & per simplex r, Curo, guberno. {לכן השים *hesim leb* הפקיר *hiphkid* חרד *chárad.* ἐπιμέλομαι. GAL. Soigneusement faire ou penser de quelque chose, en prendre soing. ITAL. *Diligentemente curare, acortamente operare.* ANG. *To do any thing diligentlie, to tak care in doing any thing.* } *Plaut. in Bacch.* Eho, pensum meum lepide accurabo, hoc est, curabo vt efficiam quod mihi mandatum est. [*Plau. Men. sc. 3. a. 1.* Scin' quid te volo accurare? E. scio: curabo quæ voles. *Ibid.* Iube prandium accurarier. *Pl. Men. sc. 2. a. 1.* Illud præcauendum & accurandum est mihi.] *Cicer. de Inuent.* Melius accurantur, quę fine consilio administrantur.

Accūrātŭs, Magna cura factus, meditatus, exquisitus, {חרד *charédh* ἐπιμελής. GA. Fait soigneusement. ITA. *Fatto con grand accorgimento.* GER. Mit sonderbarem fleiß vnd sorg gemacht. HIS. *Hecho con mucho cuydado y diligentia.* ANG. *Done diligentlie.* } *Liu. 4.* Belli Macedonici, Sed oratione etiam longa, & accurata insectatus sit rogationem nostram.

Accūrātè, aduerb. Diligenter, studiosè, exquisitè. ἐπιμελῶς. {GAL. Soigneusement. IT. *Accortamente.* GER. Fleissiglich, forgsamlich. HIS. *Cum mucho cuydado.* ANG. *Diligentlie, with trauell.* } *Cicer. ad Brutum.* Literis tam accuratè scriptis. Accuratiùs ædificare, *Cæs. de bel. Gall. li. 5.* [*Plaut. capt. sc. 1. a. 2.* Accuratè, doctè, diligenter hoc agatur.]

Accūrātĭo, cura, diligentia {חרדת *charadháh.* ἐπιμέλεια. GAL. Soing. ITA. *Accortezza.* GER. Fleiß/forgsame. HISP. *Cuydado.* AN. *Cure, diligence.* } *Cicer. de Clar. oratoribus,* At inueniendis componendisque rebus mira accuratio.

Accūrro, accurris, per duplex rr. Ad aliquid curro. *Plaut. in Amph.* Accurro vt sciscam. *Cic. 2. de Diuin.* Ira nobis audientes sunt, vt simul ac velimus accurrant. {συντρέχω. GAL. Accourir. ITAL. *Correr à l'incontro à qualche cosa.* GERM. Zuhin lauffen. HIS. *Correr hazia lugar.* ANG. *To rinne to to assemble.* } *Accurritur Impersonale. *Tacit. lib. 1. Annalium.* Accurritur ab vniuersis, & carcere effracto, soluunt vincula. *Plaut. Men. sc. 8. a. 5.* Clamabas Deûm atque hominum fidem, cum ego accurro atque eripio.]

*Accūrs ūs, huius accursus, Verbale, ἐπιτροχία. Apud eundem *Tacitum libro primo* (Accursu multitudinis, quæ cum Druso aduenerat, protectus est.

Accvssiorvm colonia, ἀκυσσίων, *Ptol.* Vrbs Allobrogum esse creditur, quę postea à Gratiano Gratianopolis dicta est. Alias Acus vno c.

Accūso, sas, penultima producta, Frequentatiuum est ab Actuso, sicut docet Priscianus. Componitur enim ex Ad, & cuso, quod à Cudo deducitur. Ex quo composita, Incuso, Excuso, & Recuso. Quanquam nõ desint, qui dicant Accuso ex Ad, & Causa, seu Causor, componi. Sed magis audiendus est Priscianus: quia magis commoda fit compositio à Cuso frequentatiuo verbi Cudo, quod Cusum supinum facit. [*Passer.* Imò ad causam dicendam voco, vt recuso & excuso. *Plaut. Curc. sc. 3. à. 1.* Nequeo durare, quin herum accusem meum. *Ouid. 13. Met.* Accusóque Parin, prædæque Helenámque reposco. *Ibid.* An falso Palamedem crimine turpe est accusasse mihi, &c. *Plau. Men. sc. 2. a. 5.* Si quid ille deliquerit, multò tanto illum accusabo, quam te accusaui amplius. i. obiurgabo.] Est autem Accusare propriè (vt ait Valla) apud iudicem vel alium & aliquando apud illum quem accuses, ostendere peccatum. {חוכיח *hochiach* הלשין *hilschin* ריב *righbél.* κατηγορῶ, αἰτιάσθαι. GAL. Accuser, reprendre. ITA. *Accusare.* GERM. Anklagen/beschuldigen. HISP. *Accusar delante el que puede punir.* ANG. *To accuse, to blame.* } *Teren. in Prolog. Andria,* Qui quum hunc accusant, Neuium, Plautum, Ennium accusant. Dicimus autem, Accuso te illi, apud illũ, vel coram illo magni sceleris, aut de magno scelere. *Cic. 4. Verr.* Is apud C. Sacerdotem rei capitalis accusatus. *Idem Attic. lib. 4.* Non committam posthac vt me accusare de literarum negligentia possis. *Idem prò Sext. Roscio,* Sexcenti sunt, qui inter sicarios & de veneficiis accusantur. Id obseruatum ferè comperi, vt quod peccati nomen exprimit, genitiuo: quòd minùs, ablatiuo poneretur: vt, Te accusaui homicidij, alióque nefário scelere. Incusare verò, est alterius mores reprehendere: & plerumque cum querela, quòd ab illo iniuria sis affectus, αἰτιάσθαι. Accusare, *inquit Seruius,* & Incusare hoc differũt. Incusare propriè est superiorem arguere: *vt in Terentio pater ad filium.* Quid me incusas Clitipho? Accusare verò, vel parem vel inferiorem: vt in eodem ad maritum vxor, Me miseram quæ nunc quam ob causam accuser, nescio. Et hoc proprietatis est, licet vsus ista malè corrumpat. *Hac Seruius Æneid. 1.* Cæsar tamen ipse linguæ Latinæ magister hanc differentiam neglexit, primo Comment. Omnium ordinum adhibitis ad id consilium centurionibus, vehementer eos incusauit.

* Accusare inertiam alicuius, pro culpare, reprehendere, vituperare. Sic, accusare vitium, culpam aut crimen alicuius: hoc est, eum vituperare, & est figura Græca: quia Latinè potiùs dixeris, accusare inertiæ aut de inertia.

Accūsātor, verbale: Qui accusat, {מלשין *malschin* מוכיח *mochiách.* κατήγορος. GAL. Accusateur. IT. *Accusatore.* GER. Ein anklager. HIS. *Acusador.* ANG. *An accuser.* } *Cic. 1. de Finibus.* Plerumque improborum facta suspicio insequitur, deinde sermo atque fama, tum accusator, tum iudex. ¶ Accusatrix, {ἡ κατήγορος. GAL. Accuseresse. IT. *Accusatrice.* GER. Ein anklagerin. HIS. *Acusadora.* } *Plaut. sc. 1. a. 3.* Tu mihi accusatrix ades.

Accūsātĭo, verbale. {תוכחת *tochechháh.* שטנה *sitnáh.* κατηγορία, αἰτίαμα. GAL. Accusation, blasme. IT. *Accusa, biasmo.* GER. Anklagung/beschuldigung. HIS. *Acusation.* ANGL. *Accusation, blame.* } *Cic. in Bruto,* Accusationes factitare dixit. *quod Tacitus* exercere dixit. *Cic. pro Cæcilio* inter accusationem & maledictionem quid interfit docet. Accusatio, *inquit,* crimen desiderat hominem vt notet argumento, probet, teste confirmet. Maledictio autem nihil habet propositi præter contumeliam.

Accūsātōrĭus, Quod ad accusationem pertinet, κατηγορικός: vt, Liber accusatorius, in quo continentur accusationes. *Cicero pro Cluent.* Non accusatorio animo, non ostentatione aliqua, aut gloria adductũ. [*Quint.* Accusatoriam vitam viuere. *Et Liu. lib. 2. ab vrbe,* Accusatorio spiritu causam dicere. *Idem. l. 5. d. 5.* Accusatoria voce.]

Accūsātōrĭē, aduerbium, κατηγορικῶς. *Cicer. 4. Verr.* Ne quis hoc me magis accusatoriè, quàm liberè dixisse arbitretur. *Idem 6. IVerr. Liu. lib. 10. d. 4.*]

Accūsābĭlis, adiectiuum, αἰτιατός, Quod accusatione aut reprehensione dignum est. *Cic. 4. Tusc.* Quorum omnium accusabilis est turpitudo.

Accūsātīuŭs, a, um, Per quod quis accusatur, κατηγορικός. Vnde Accusatiuus casus dictus est, quia per hunc vel accusare, vel laudare solemus. Dicitur etiam Incusatiuus. vel Causatiuus, & Laudatiuus.

*Accūsātus, a, um, incusatus, reprehensus, in iudicium vocatus. *Cic. de Opt.* Æschines à Demosthene capitis fuit accusatus.

Ace, Vide ACA.

Ācēdĭa, ἀκηδία, Latinè pigritia, tristitia, tædium, anxietas. ANGL. *Slouth. fulnesse, slugishnesse.*

Acedici, pen. corr. ἀκηδικοί, populi fuerunt in quarta regione Italię, qui olim Æquicolis paruerunt. *Vide Plin. lib. 3. c. 12.*

Acela, siue acele, penult. corrept. ἀκέλα. Ciuitas est Lyciæ, ita dicta ab

ab Acelo Herculis & Malidis Omphales famulæ filio. *Vide Stephanum.*

ACELVM, ἄκελον. Oppidum Italiæ in ora Venetorum. *Vide Plin. capit. 19. lib. 3.*

Acentra, ἄκεντρα, Dicuntur, quæ sunt sine aculeis, centrísve, id est punctis.

Acentetă, quæ & Acentra, dicuntur gemmæ, quæ læues sunt, & mucrones non habent, quasi sine punctis centrísve. *Plin. lib. 37. cap. 2. de crystallis,* Quæ verò sine vitio sunt, puras esse malunt, Acenteta appellantes. *Herm. Barb.*

Acĕo, ces, acui, Acidus sum, Acorem sapio. {מר *sár.* חמץ *chamáts,* ὀξύζω. GA. Estre aigre. ITA. *Acetire, essere agro.* GER. Saur oder essechtig sein. HISP. *Serazedo.* ANG. *To besower.* } *Cato de re Rust.* Vini quadragenæ vrnæ dabuntur, quòd neque aceat, neque muceat. Præterito eius vsus est *Vlp. l. 1. De peric. & commodo rei vend.* Si vinum venditum acuerit, *inquit,* emptoris erit damnum.

Acĭdŭs, a, um, adiectiuum, ab Aceo, es, {ὀξέως. GALL. Suraigre, ou tirant sur l'aigre. ITA. *Agro, acetoso.* GER. Saur/essechtig HIS. *Azedo.* AN. *Sower taisted.* } Propriè dicitur id quod acuit, id est, in acorem versum est, vt vinum acidum. *Plin. li. 10. c. 70.* Culices acida petunt, ad dulcia non aduolant. *Virgil. 3. Georg.* Hic noctem ludo ducunt & pocula læti Fermento, atque acidis imitantur vitea sorbis.

Acida lingua, id est mordax, ac dicax. *Seneca Controuers. li. 10. in 5.* Hominem acidæ linguæ & qui nimis liber erat: de *Asinio.*

Acidi fructus dicuntur, quibus iucundi acoris sapor inest. *Col. lib. 5. c. 10.* Et acidæ venæ fontium, *Vitr. lib. 8. c. 3.*

Acidulus, a, um, ὀξώδης, Aliqua ex parte acidũ, quod subacidum dicitur. *Plin. li 15. c. 15.* post Autumnalia acidulo sapore iucunda. Dictæ sunt aquæ acidulæ, vt Lyncestis fluuii, vini modo inebriantes, *teste Plin. lib. 2. cap. 103.*

Acŭo, scis, Acidus fio. {ὀξύζω. GAL. S'aigrir, deuenir aigre. IT. *Agrirsi, deuenir acetoso.* GER. Saur oder zu essig werden. HIS. *Azedarse.* ANG. *To waxe sower.* } *Horat. in Epistol.* Syucerum est nisi vas, quandocunque infundis, acescit. *Columel. lib. 12. in capite 26.* In quo agro vinum acescere solet.

Acētum, Acre vinum. {חומץ *chómets,* ὄξος. GAL. Vinaigre. ITAL. *Aceto.* GERM. Essig. HISP. *El vinagre.* ANG. *Vinagre* } *Colum. li. de arb. cap. 8.* Vites quę exiguum dant fructum, aceto acri cum cinere rigato. [*Suet. Calig. c. 37.* Aceto liquefactus. *Gell. l. 17. c. 3.* Acetum omnium maximè frigorificum est, atque id nunquam tamen concrescit. Acetum pro Industria.] Venustè transtulit *Plaut. in Pseud. sc. 4. a. 2.* Ecquod habet aceti in pectore. *Et in Bacchid. sc. 3. a. 3.* Nunc experiar, sítne acetum tibi hoc acre in pectore. Hoc est prouerbii metaphora, num quid sit, vel acrimoniæ vel indignationis. Nam acida palatum iuuant, acuíntq; & irritant stomachum. Horatius acetum pro mordacitate dixit, At Græcus postquam est Italo perfusus aceto, Persius exclamat. Quod & prouerbii speciem habet.

Acŏr, est sapor acidus, qualis est in aceto, & in fructibus quibusdã, qui ad aceti saporem accedunt {ὀξύτης, στρυφότης. GAL. Aigreur. ITA. *Sapor agro, brusco, garbo.* GER. Seure. HISP. *Agrura, azedura.* ANG. *Sowernesse* } *Colum. lib. 3. c. 21.* Vt aut secum fructum cum præcoce eleuet: quæ res mox acorem facit. *Quint. lib. 9. cap. 3.* In cibis interim acor ipse iucundus est.

Acĕphălus, pen. cor. {ἀκέφαλος. GAL. Sans teste. IT. *Senza capo.* GE. Der kein haupt hat. HISP. *Sin. cabeça.* ANG. *without a heau.* } Latinè sine capite dicitur, ab α, & κεφαλὴ caput. Vnde & Acephali versus, sine capite dicuntur, qui in genere heroico à breui syllaba incipiunt. ¶ Et Acephali, vel Acephalitæ, hæretici quidam dicti sunt, quoniam nullus inuenitur autor, à quo exorti sunt. Hi duarum in Christo substantiarum proprietatem negant, & vnam in eius persona prædicant naturam. ¶ Acephali sacerdotes, qui sub nullius episcopi disciplina gubernantur. *Calius li. 3 antiq. lect. c. 12.* *Acephala fabula, id est imperfectus sermo vel fabula nondum absoluta, *apud Platonem.*

Acĕr, eris, penult. genitiui corr. Arbor est, forma & magnitudine tiliæ non absimilis, verùm cortice paulò scabriore. {σφένδαμνος. GAL. Erable. ITAL. *L'acero, l'arese.* GER. Ein Maßholder baum/oder ein ahorn. HIS. *El afre.* ANG. *A maple tree.* } *Plin. lib. 16. cap. 15 autor est,* in hac arbore duo tubera inueniri, vnum bruſci nomine, alterum moluſci: quorum illud intortum & crispum, hoc simplex & sparsum facit. Vtrumque discurrentibus venis, aspectu iucundissimum est: speciosius tamen moluscum: adeò vt haud dubiè citro præferretur, si mensarum amplitudinem caperet. Est autem Acer neutri generis, *contra Priscianum,* qui muliebris generis esse putauit. *Ouid. in Eleg.* At quondam vile fuistis acer. Ex hac arbore fiebant mensæ, quæ proximam citreis dignitatem obtinebant. Corripit autem Acer subst antiuum primam syllabam, quum adiectiuum eandem producat.

Acĕrnŭs, a, um, quod ex acere confectum est, σφενδάμινος. *Virgil. 2. Æneid.* Præcipuè quum iam trabibus conrextus acernis Staret equus. [*Ouid. 3. Fast.* Prodit, & in solio medius consedit acerno.]

Acĕr, hæc acris, hoc acre, prima prod. à quo Acrior & Acerrimus, Propriè ad vinum, acetum, & huiusmodi quæ acida sunt pertinet. [Interpres *Iuuenal.* acrũ acetũ *sat. 10. Velleius* acer belli iuuenis. *Plaut. Men. sc. 2. a. 5.* Heu morbum acrem & durum. *Ouid. El. 9 lib. 4. Trist.* Spargit tamen acer arenam Taurus.]{חומץ *chomets* מר *mar.* ὀξύς. GAL. Aigre, aspre, isnel. ITAL. *Agro, brusco.* GERM. Saur/scharpff. HIS. *Agro fuerte.* ANG. *Sower.* } *Colum. lib. 3.* Radice, tenui vitem præscindito: plagam acri aceto pariter ac lotio permista terra linito, eodémque radices irrogato. Medici tamen, quorum est ex saporibus simplicium medicamentorum vires discernere, Acrem saporem, δριμέα, ab acido distinguunt: acria nimirum appellantes, quæ ori admota, & ab illo calefacta ipsum vicissim recalfaciunt, atque accendunt, & mordicant, præque leuitate, ad caput subleuata, obuia quæque incidunt: *vt ex Platonis Timæo annotauit Galen. libr. 1. de Facult. simp. medic. Plin. lib. 11. capit. 53.* Difficulter perficiuntur omnia in cibis acria. ¶ Acre vinum, quod in acetum degenerauit. ὄξος οἶνος, vel potius ὄξινος. ¶ Transfertur ad alia, & modò pro forti ponitur. *Virgil. Æneid. 9.* Haud acrem dubites in prælia poscere Turnum. ¶ Modò pro veloci. *Idẽ li. 4.* At puer Ascanius mediis in vallibus acri Gaudet equo. *Idem.* Calidúnque animis, & cursibus acrem. ¶ Modò pro acuto. *Cic.* Acri homo ingenio. [*Gall. c. 8. l. 4.* acri auaritia homo.] ¶ Modò pro vehementi. *Idem in Hortens.* Aut Philippo breuius, aut Theopompo acrius. Sic acrem hostem dicimus vehementem, id est, durum, sæuum. ¶ Modò pro diligente. *Virg.* Iam tum acer curas venientẽ extendit in annũ. *Cic. 1. Offic.* Sic nos si acres, ac diligentes esse volumus animaduersores vitiorum magna sæpe ex paruis intelligimus. [*Suet. in Galb. c. 9.* Acer & vehemens in coercendis vitiis.]

* Acerrimè, vehementissimè. *Cicer.* Acerrimè cædere vel reprehendere aliquem.

Acrĭmōnĭă, Est qualitas mordax, linguam calefaciens, qualis est in pipere, sinapi, allio & cæpa. {מרורה *merorâh.* δριμύτης. GAL. Aspreté, force & pointe comme d'oignon, & choses semblables. ITA. *AppreZZa, agrezza, la punta & la mordacita di ogni altra cosa, acerbità.* GE. Scherpffe/rässe. HIS. *Agrura, aguadeza, fortaleza.* ANG. *Schairpnesse that byteth the tounge.* } Et propriè quidem vsus est *Cato de re rust. cap. 157. de brassica Pythagorea,* Et si vlcus acrimoniam eius ferre non poterit, farinam hordeaceam misceto. *Et Colum. lib. 10.* Abstineat omnibus redolentibus esculentis, vt salsamenta, & eorum omnia liquamina: item fœtentibus acrimoniis, allij, vel cæparum. ¶ Translatè verò ponitur pro vehementia, δεινότης. *Author ad Heren. lib. 4.* Hæc exornatio tùm multum venustatis habet, tùm grauitatis, & acrimoniæ plurimum. ¶ Item pro seueritate, siue ea in vultu siue in verbis aut etiam in rebus consistat. *Ibidem,* Conuenit igitur in vultu pudorem & acrimoniam esse. Et paulò pòst, Licentia si nimium videbitur acrimonię habere, multis mitigationibus lenietur.

Acrĭtās, atis, denominatiuum, ab adiectiuo Acer, idem significans quod Acredo, vel Acrimonia תמרור *tamrúr.* δεινότης *Gell. lib. 13. cap. 2.* Sicut autem nihil quicquam interest, suauitudo dicas, an suauitas: acerbitudo, an acerbitas: acritudo, an (quod Accius in Neoptolemo scripsit) acritas: ita, &c.

Acrĭtūdo, inis, & Acredo, inis. {מרירות *merirúth.* δεινότης.} Idem quod acrimonia: tametsi nonnunquam κατὰ χρῆσιν pro aciditate, vel etiam acerbitate positum inueniatur. *Vitruu. lib. 8. cap. 9.* Fieri autẽ naturaliter hoc ideo videtur, quòd acer, & acidus succus subest in ea terra, per quam egredientes venæ intinguntur acritudine.

Acritudo, σφυδρότης, *apud Gellium,* vehementia siue acritas, *libr. 10. capit. 27.* In libris veteribus memoria extat quòd par fuit quondam vigor, & acritudo, amplitudóque P.R. *Vtitur eadem voce libr. 13. cap. 2.*

Acrĭtĕr, aduerbium ab Acer, Vehementer. {ὀξέως, δεινῶς, σφοδρῶς. GAL. Aigrement, vehementement. ITAL. *Fieramente, con vehementia* GERM. Hefftiglich/scharpff/tapferlich. HIS. *Agra, aguda y fuertemente.* ANGL. *Sowerlie, vehemently.* } Cic. in Pis. Acriter intelligere. *Tacit. li. 19.* Satis patuit iis qui principum offensas acriter speculantur. [*Plaut. pseud. sc. 3. a. 1.* Quid agitur? amatur atque egetur acriter.]

Acero, aceratus, acerosus, Vide ACVS, aceris.

Acĕrbĭtās, Species est saporis, qualis est in fructibus immaturis, terrestri quadam substantia linguam contrahens, exiccans, atque exasperans: non alia ratione differens ab austero, quàm quòd vehementius adstringat: *vt rectè docet Plato in Timæo, & post eum Galen. libro 4. de Simp. med facul. capite 37.* στυφότης, πικρία. GAL. Aigreur, aspreté. ITAL. *Acerbita.* GERM. Die herbe vnd seure oder bittere der vnzeytigen früchten. HISP. *Agrura, amargura.* ANGL. *Egernesse, or tartnesse.* } Translatiuè ponitur pro asperitate & crudelitate. [*Suet in Calig. c. 2.* Acerbitate verborum afficere.] *Ci. Q. Fr.* Iracundia exorabilis, vt in malis, acerbitati anteponenda est. Idem, Nec acerbitatem sententiarum, nec differendi spinas probauit. ¶ Aliquando pro molestia, siue tristitia potiùs, ex miseria & calamitate contracta: vt, Syllani temporis acerbitatem subterfugere, *apud Ciceronem Idem in Catil.* Mihi hæc conditio Consulatus data est, vt omnes acerbitates, omnes dolores cruciatúsque perferrem.

Acĕrbĭtūdo, idem quod Acerbitas. *Gel. lib. 13. c. 3.* Vt nihil quicquam inter est suauitudo dicas an suauitas, sanctitudo an sanctitas, acerbitudo ân acerbitas, acritudo an acritas.

Acĕrbo, bas, Aspero, exacerbo. {מר *hémar.* πικραίνω, τραχύνω. GALLI. Enaigrir, rengreger vn mal. ITAL. *Inacerbire.* GERM. verbittern. HISP. *Hazer agro ò amargo.* ANG. *To stear vp to worath.* } *Claudian. libr. 2.* Nec patruo cedunt, stimulat communis in arma Virginitas, criménque feri raptoris acerbat, hoc est, exasperat. *Virg. 12. Æn.* Vel quum se pauidum contra mea iurgia fingit, Artificis scelus & formidine crimen acerbat. Huius compositum est Exacerbo, quod est valdè, acerbè, vel asperè turbo.

Acĕrbŭs, ba, bum, Propriè dicitur, quod sapore vehementer adstringente præditum est, linguámque gustatum contrahit, & exiccata *vt post Platonem docuit Galen. libro 1. de Facul. simpl. medic.* {מרירי מר *meriri mar,* στρυφνός. GALL. Reuesche qui agace les dens. ITAL. *Acerbo.* GERM. Bitter/herb/vnzeytig/rauch. HISP. *Agro, amargo.* ANGL. *Eger or sower taisted.* }. Differtque ab austero, vt maius à minori. Nam quæ vehementer adstringunt, acerba, στρυφνὰ dicuntur: quæ mediocriter austera, στύφουσι. Et quæ acerba sunt, ita gustata miserè fauces afficiunt, vt iterum gustare nolimus. Hinc locus prouerbio, Post acerba prudentior, μετὰ τὰ δεινὰ ἡ στρυφνὰ φρονιμώτερος. Congruet in eum qui suo malo redditus est cautior. Vua primò est peracerba gustatu: deinde matura dulcescit. *Cic. de Senect.* Translatè ponitur pro vehementi, duro & aspero: & tam ad res, quàm ad personas refertur [*Ouid. El. 5. l. 1. Trist.* Malè fidus rebus acerbis, (i. duris.) *Et 4. Fast.* Et pecus ante diem partus edebat acerbos. *Et 2. Fast.* In partus mater acerba suos.] Vnde Acerbum vulnus, acerba mors, θάνατος ἄωρος. *Virgil. libro 6.* Abstulit atra dies, & funere mersit acerbo. [*Plaut. Amphyt.* Qui multa Thebano populo obiecerunt funera. *Et Asin. sc. 3. a. 3.* Acerbum funus filiæ faciet si te carendum est. *Senec. c. 9. de Consol. ad Mart.* Acerba funera infantium. *Ibid. c. 17.* Nullum non acerbum funus est quod parens sequitur. *Ibid. c. 16.* Acerba mors Liuij, Drusi.] Tractum à fructibus immaturis, quæ nimia acerbitate gustui molesti sunt & iniucundi. *Cic. Fam. 1.* Eo die acerbum habuimus Curionem. *Acerba pro Acerbè aduerbio. *Lucret. lib. 5.* Asper, acerba tuens, immani corpore serpens.

* Acerbum, substantiuum. *Ouid lib. 5. Tristium, Eleg. 2.* Detrahat vt multum, multum restabit acerbi.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Ăcĕrbē, acerbiùs, acerbiſſimè, aduerb. Aſperè. {τραχέως. GALLIC. Aigrement, aſprement. ITAL. *Aſpramente, duramente.* GERM. Bitterlich/ harticklich HISP. *Agramente, durè, ſeuerè, aſpere,* ANG. *Egerlie tartlie.*} *Cic. 1. Offic.* Ea bella minùs acerbè gerenda ſunt. *Idem 1. Tuſc.* Acerbiùs exigere dixit.

Ăcĕrrā, Arcula, in quâ thus reponi ſolet, quo diis ſacrificatur. {מחתה *machtáh* θυμιατήριον. GALL. Encenſoir. ITAL. *Caſſetta de l'encenſo, nauicella.* GER. Ein Rauchfäſs. HIS. *El vaſo ò nauezilla del encienſo.* ANG. *Aſhp which was vſed in the churche to put frankenſence in.*} Thuribulũ vulgò dicitur. Alii putant eſſe aram, quæ ante mortuum poni ſolebat, in qua odores incendebant. *Cornutus ſcribit* eſſe pateram in qua libatur. *Virg.* Et plena ſupplex veneratur acerra.

Ăcĕrrae, ἀκερραί, Oppidum eſt in ſexta regione Italiæ, in tractu Vmbriæ. *Ptol. de Plin. lib. 3 cap. 14.*

¶ Eſt & alterum huius nominis oppidum mediterraneum Campaniæ, ad Clanium amnem, cuius frequenti inundatione penè eſt exhauſtum. Ad quod alludit *Virg. li. 2. Georg. quum ait,* vacuis Clanius non æquus Acerris. Huius incolæ dicti ſunt Acerrani *quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 5.*

Ăcĕrsĕcomēs, penult. correp. {ἀκειροκόμης. GALL. Qui n'eſt point tondu. ITAL. *Zazzeruto, chi hala zazzera.* GERMAN. vnbeſchoren/der vil haar hat HISP. *El que tiene la cabeladura, no treſquilado.* ANG. *Vnſhorne.*} Idem quod intonſus ſiue capillatus. *Iuuen. Sat. 8.*—ſi nemo tribunal Vendit acerſecomes. Hoc epitheto apud Græcos inſignis eſt Apollo, quemadmodum & apud Latinos intonſi cognomine. Dicitur autem Acerſecomes παρὰ τὸ ἀ στερητικὸν καὶ κείρειν τὴν κόμην; hoc eſt, ab intonſa coma.

Ăcĕruŭs, Cumulus: &, *vt Valla vult,* propriè minutarum rerum, vt frumenti, leguminis. {ערמה *rel. σωρός.* GALL. Vn monceau, vn tas. ITAL. *Cumulo, mucchio, maſſa.* GERM. Ein hauff furnemlich kleiner dingen/ als korn/erbiſs. &c. HISP. *Monton de coſas menudas, como ſal.* ANGL. *An heap.*} *Plaut.* [*In Paſſ* ab aggerendo puto, velut Ageruus. *Tibull.* 4. Lætior eluxit ſtructos ſuper ignis aceruos.] *Pſeudolo,* Quibus cunctis montes, maximi acerui frumenti ſunt domi. Aliquando tamen *maiorum:* vt, Aceruus ſcutorum. Accipitur etiam tranſlatè pro rerum affluentia, vt Aceruus bonorum; ἀγαθῶν σωρός, quum opes non pondere, neque numero, ſed aceruatim congeſtas, & ipſo cumulo infuſas intelligimus. ¶ Simile huic eſt, Bos apud aceruum, βοῦς ἐπὶ σωρῷ, De ſplendidè amplitérque viuentibus. Aut, *vt ait Suidas,* de iis qui in media rerum copia conſtituti, non ſinuntur præſentibus bonis frui. Strues autem eſt præcipuè lignorum: Strages, cadauerum interfectorum, vno in loco iacentium, ſiue humanorum, ſiue brutorum: Sarcina vtenſilium.

Ăcĕruātim, Summatim, coniunctim. {חמרים חמרים *chomarim chomarim* σωρηδόν. GAL. Par monceaux. ITA. *L'vno adoſſo l'altro & ſenza ordine.* GER. Hauffechtig/mit hauffen. HIS. *Amontonadamente.* ANG. *By heapes*} *Cæſar,* Plerique aceruatim ſe de vallo præcipitauerunt. *Celium.* Quum enim eiuſmodi peſtis inceſſit, ſub fauis aceruatim enectæ reperiũtur. ACERUATIM dicere, quaſi promiſcuè & nullo ſeruato ordine. *Cic. Cluen.* Aceruatim iam reliqua dicam Iudices.

Ăcĕruo, uās, ACCUMULO, {צבר *tſabar.* σωρεύω GLL. Amonceler, entaſſer, mettre en vn tas ITA. *Accomola e, amaſſare.* GER. Zuſammen häuffen. HIS. *Amontonar.* ANG. *To heap.*} *Plin. lib. 6. cap 4* Plura vndique aceruabimus. *Quintil. lib. 9. cap. 3.* Nec verbo modo, ſed ſenſus quoque ad faciendes aceruantur.

Ăcĕruātĭo, verb. {קבוץ *kibbúts* צבור *tſibbúr.* σώρευσις. GAL. Amas, amoncelement. IT. *Ammaſſamento.* GER. Hauffung. HIS *Amontonamiento.* ANG. *Heaping.*} *Plin. lib. 11. c. 53.* Aceruatio ſaporum peſtifera.

Ăcĕruālis, & hoc accruale. *Cicero ſecundo de Diuin.* Argumentationes, quas Græci Soritas vocant, accruales appellat. his verbis, Aut quemadmodum Soritir. ſpondeas: quem ſi neceſſe ſit, Latino verbo liceat acernalem appellare: ſed nihil opus. Vt enim ipſa Philoſophia, & multa verba Græcorum, ſic σωρείτης ſatis Latino ſermone tritus eſt.

Ăces, ἄκης, Fluuius eſt in Aſia, Chorasmiorum, Parthorum, Hyrcanorum, Sarangæorum, & Thomaniorum regiones irrigans. *De hoc Hero. lib. 3.*

Ăcesae, pen. corr. ἄκεσαι, Oppidum eſt Macedoniæ, cuius ciues dicuntur ACESÆI, ἀκεσαῖοι. *Vide Stephanum.*

Ăcesamenae, ἀκεσαμεναί, Oppidum eſt Macedoniæ, conditum ab Aceſamene, vno eorum qui in Pieria regnarunt. *Vide Steph.* Gentile eſt Aceſamenius. ἀκεσαμένιος.

Ăcĕſco, Vide ACEO.

ACESEVS, Patareus acupictor nobilis fuit, qui cum Heliconie Caryſtio, Palladis, quæ Athenis in arce colebatur, peplum pinxit. Vnde etiam nobilia opera & inſigni arte confecta, vulgato prouerbio Aceſei Heliconis opera dicebantur. Ἀκεσίου ἢ Ἑλικῶνος ἔργα.

ACESIAS, ἀκεσίας; Nomen eſt imperiti medici apud Diogenianum, qui magis augebat morbos, quàm tollebat. Hinc fit, vt in prouerbium abierit, Aceſias medicatus eſt, ἀκεσίας ἰάσατο: quando quò magis malo nitimur occurrere, tantò magis ingraueſcit. *Autor Diogenianus. Vide Eraſm. in adag.*

Ăcesīnvs, penultima producta ἀκεσῖνος, Fluuius Orientalis, qui in Indum fluuium cadit, magnus & nauigabilis: circa quem ferunt arundines tantæ magnitudinis naſci, vt ſingula internodia incolis præſtent vicem nauigii. Eſtque gemmifer. *Plin. lib. 4. c. 12 & lib. 6. cap. 20. Strabo,* Acesinem vocat. [*Germa.* Ein fluß Indiæ/an welchem rohr wachſen vngläublicher gröſſe.]

Ăcesivm, Apollinem apud Heleos eundem Pauſanias putat, quem Alexicacon vocant Athenienſes. *Cal. Ant. lib. 9. cap. 19.* & id ratio nominis confirmat.

Ăcĕſis ἄκεσις, Genus eſt chryſocollæ, diuerſæ ab orbitide. *Vide Plin. lib. 33 capi 5.*

Acesivs, ἀκέσιος. Nouatianorum Epiſcopus fuit, ſub Conſtantino Imperatore: *de quo vide Suidam.*

Acessevs, ἀκεσσεύς, Nauta ignauiſſimus, qui ſemper lunam accuſabat, vt parum nauigationi opportunam. Hinc locus Adagio, Aceſei luna, ἀκεσαίη σελήνη. Itaque Aceſtæi dicti ſunt comperendinatores, quibus nunquam ad bene agendum tempus eſt opportunum. *Diogenianus.*

Ăcĕſtae, ἄκεσται *Stephano.* Vrbs Siciliæ, ab Aceſte rege ſic nominata, quæ eadem poſtea Segeſta dicta eſt, *vt inquit Seruius. Virgil. 5. Æneid.* Vrbem appellabunt permiſſo nomine Aceſtam. In ea partem ſuorum reliquit Æneas, quum peteret Italiam.

Ăcĕstēs, ἀκέστης. Filius fuit Criniſij fluminis Siciliæ ex Egeſta Troiana muliere, *vt teſtatur Seruius. Virgil. 5. Æneid.*—occurrit Aceſtes Horridus in iaculis, & pelle Libyſtidis vrſæ. Hic iam ſenex, primò Anchiſem & Æneam Italiam petentes ſuſcepit hoſpitio, & mortuum Anchiſem in Eryce monte Siciliæ ſepeliuit. Demum iterum à Carthagine redeuntem Æneam, quo illum venti impulerant, ſuſcepit: abeuntem vino, & aliis muneribus, memor veteris amicitiæ, liberaliſſimè proſecutus eſt.

* Aceſtides, ἀκεστίδες, fornaces ſunt ferreæ, prægrandéſque; in quibus fit cadmia *Dioſcor. lib. 5. in c. de cadmia.*

ACESTIS, ſtis, Fluuius Indiæ nauigabilis: iuxtà quem Alexander Macedo Bucephalam vrbem condidit.

ACESTIVM, Aceſtij, Nomen mulieris proprium, *apud Pauſaniam.*

Ăcētābŭlŭm, ab accipiendo dicitur, vt Hermolao placet: ſeu potiùs ab Aceto: Menſuræ genus eſt, quòd Græci ὀξύβαφον appellant, Cotylæ quartam partem continens, hoc eſt, drachmas xv. ¶ Acetabula quoque in corporibus dicuntur pyxides (*vt Anatomici vocant*) quibus coxendices infiguntur, & circa quæ vertuntur oſſa coxarum, κοτυλαδόντες. *Plin. lib. 28 c. 11* Item oſſa ex acetabulis pernarum, circa quæ coxendices vertuntur. ¶ Acetabula item ſunt veluti quidam caliculi in iis piſcibus qui molles appellantur, vt in polypo. *Plin. lib. 9. cap 30.* Præterea negat eſſe vllum atrocius animal ad conficiẽdum hominem in aquâ: luctatur enim complexu, & ſorbet acetabulis, ac numeroſo ſuctu detrahit eum.

¶ Acetabula ſunt etiam præſtigiatorum vaſcula ſiue caliculi, quibus aſtantium oculos præſtringunt *Seneca lib. 6 epiſt.* Iſta ſine noxa decipiunt, quomodo præſtigiatorum acetabula & caliculi: in quibus me fallacia ipſa delectat. Latini etiam herbam quandam vocant hoc nomine, quam & Græci κοτυληδόνα appellant, quòd folia habeat concaua, & quodammodo in acetabuli formam rotnata: Alio nomine Vmbilicus Veneris dicitur. ¶ Acetabulum abuſiuè dici poteſt de rebus aliis, quæ ſimilitudinem quandam referunt acetabuli, quod in corporibus eſſe, ſuprà dictum eſt. *Quint. lib. 8, c. 6.*

Acetare, Dicebant veteres quod nunc dicimus agitare. *Feſtus.*

Ăcētāria, à quibuſdam dicuntur herbæ, ſeu cibaria, quæ ex aceto ſumuntur ad excitandam cibi cupiditatem, quales ſunt herbæ virentes, quas aceto, oleóque guttatim inſtillato concinnamus. GAL. Vinaigrettes, ſallades ou autres choſes en vinaigre. ITAL. *Coſe compoſte in aceto.* GER. Salath/die Kreutet ſo man auß Eſſig iſſet. HIS. *Coſa compueſta con vinãcre, como en ſalada.* ANGL. *Salletu.*} Fiunt & ex herbarum radicibus acetaria. *Plin lib. 20. c. 20.* Stomachum in acetariis ſumpta corroborat. De portulaca loquitur, Græci, ὀξύβαφον appellant, quaſi aceto tinctum, παρὰ τὸ ὄξος καὶ βάπτω. ¶ Acetaria dici quoque poſſunt carnes minutim conciſæ, quæ ex aceto ſumuntur.

Ăcētum, Vide aceo, ces.

Ăcĕvm, Oppidum eſt Colchidis in ripa Phaſidis.

Ăchaei, ἀχαιοί, Ponti accolæ, Orchomeniorum colonia.

Ăchaemĕnēs, cum diphtongo, pen. corr. ἀχαιμένης. Nomen primi Perſarũ regis (*vt ſcribit Herodotus*) à quo reges omnes vſque ad Darium deſcenderunt. Hinc Perſæ dicti ſunt Achæmenij, & Achæmenidæ. Fuit autem Achæmenes frater, hoc nomine. *Luc. lib. 2.*—coniuret in arma Mundus; Aclemeniis decurrant Medica. Suſis, Agmina.

Achaemenia, ἀχαιμενία, Pars Perſidis, ab Achæmene Ægei filio. *Autor Steph.* ¶ Inde Achæmenius, id eſt Perſicus vel Parthicus. *Lucanus,* Tibius Achæmeniis longè decurrere campis.

Achaemenides, ἀχαιμενίδης, {GER. Ein ſpiesgſell Vlyſſis.} Fuit vnus ex ſociis Vlyſſis, Ithacus, Adamaſti filius: à quo apud Cyclopas relictus, viram in ſyluis aliquandiu radicibus fructibuſque ſylueſtribus ſuſtinuit, donec eôdem delatus Æneas, nauigationis ſuæ comitem eum aſſumpſit. *Vide apud Virg. Æneid 3.*

Achaeorvm portvs, ἀχαιῶν λιμήν. Porrus eſt in Troade, ſub promontorio eiuſdem nominis: ita dictus, quòd ibi Græci claſſis ſuæ ſtationem habuerint, quo tempore Troianis bellum inferebant. *Huius meminit Plin. lib. 4. c. 12.*

Ăchāĭă, ἀχαΐα, propriè dicitur Peloponeſi regio Septentrionalis ſecundum littus ſinus Corinthiaci, ab ipſo Iſthmo, vſque ad Araxum promontorium & Eliorum agrum ad Occidentem extenſa. {GERM. Ein furnemme Landtſchafft Peloponneſi.} ita dicta, ab Achæo Xuthi filio, *vt tradit Strabo lib 8* Hæc & Ægialus dicta, quòd penè tota litoralis ſit, præcipuaſque ſuas vrbes habeat ſecundum mare extenſas In hac vrbe fuerunt, Bura & Helice à mari abſumptæ: item Sycion, Ægira, Ægion, & multæ aliæ, *quas enumerat Plin. lib 4. c. 5.* Hanc Ptolemæus, vt ab Hellade diſtinguat, Achaiam propriè dictam appellat. *Plinius* verò hanc ſolam Achaiæ nomine dignatur. *Ptolemæus* verò Achaiæ nomine (quoties nihil addit) latiſſimam regionem intelligit extra Peloponneſum, quæ à Plinio Hellas ſiue Græcia dicitur: quę quidem ab Occidente Epirum: à Septentrione Macedoniam habet, & partem Ægei maris: ab ortu quoque partem Ægei maris vſque ad Sunium promontoriũ: à Meridie Ionium mare iuxta littus, quod ab Acheloo amne vſque ad Iſthmum extenditur. Huius partes ſunt Attica, Bœotia, Locris, & reliquę, quę enumerantur à *Plin. lib. 4. & 7.* [*Et Ouid. 13. Metam.* Auxilium promittet Achaia.]

Ăchaĕvs, vel Achiuus, ἀχαιός, Propriè dicitur, qui ex Achaia oriundus eſt. *Ouidius 4. de Pont.* Nec potes infeſtis conferre Charybdin Achęis. Sæpe tamen vno nomine accipitur pro quibuſuis Græcis. [*Ouidius 13. Metamorph.* Quod vobis ſemper Achiui Profuit *&c. Ibidem.* Vires ſub duxit Achiuis.] *Horat in epiſt. ad Loll.* Quicquid delirant reges, plectuntur Achiui. ¶ Fuit etiam Achæus, poëta quidam Eretrienſis, Tragœdiarũm ſcriptor, paulò iunior Sophocle, qui fabulas 44. docuit: vna autem vicit. ¶ Fuit & alter eiuſdem nominis Tragicus poëta, Syracuſis oriundus, qui & ipſe decem fabulas edidit. *Quemadmodum autor eſt Suidas.*

Ăchaĭcŭs, a, um, pen. cor. ἀχαϊκός, id eſt Græcus: *Virg. 2. Æneid.* Et Danaũm ſolitæ naues, & Achaica caſtra. ¶ Et Achaicum mare dicitur quod Achaiam Græcorum prouinciam ad Meridiem & Occidentem alluit.

Achaĭas,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Achæïas, ados, ἀχαϊάς, *Ouid. Epist.* 3. Inter Achęiadas longè pulcherrima matres. Sunt qui legant Achaiadas.

Achaïs, pen. prod. idis, *Ouid. 5. Metamor.* Per tot Hæmonias, per tot Achidas vrbes.

Achaïs, ἀχαΐς, Oppidum est situm ad Orientalem plagam maris Hircani, non procul ab Oxo amne, quod antea Heraclea dicebatur, donec ab Antiocho, Seleuci filio instauratum, Achais cœpit appellari. *Vide Plin. lib. 6. cap. 16.*

Achana, Fluuij nomen in Arabia non procul ab Euphrate: *de quo Pli. lib. 6. c. 28.*

Achane, ἀχάνη, Genus erat mensuræ frumentariæ, apud Persas, capiens medimnos Atticos 45. *Gell. lib. 8. c. 9.* docet esse vasis genus in quo commeatus eorum includebatur, qui ad Theorias mittebantur. *Vide Suidam, Eustath. & Arist. schol.*

Achani, ἀχανοὶ, Populi sunt Scythiæ, qui & Achiarni, ἀχαρνοὶ, dicuntur à Theopompo. *Autor Stephanus.*

Achar, Nomen ciuitatis, quæ nunc Nizibis appellatur.

Acharitanvm, ἀχαρειτανόν, Oppidũ liberum est in Africa propriè dicta: ab ea parte qua spectat tractum Cyrenaicum. *Plin. lib. 5. ca. 4.*

Acharnae, ἀχαρναὶ, Ciuitas est Græciæ, in Attica regione, totius eius tractus olim potentissima, *teste Thucy. lib. 2.* ¶ Verba Thucydidis sunt, ἕως ἀφίκοντο ἐς Ἀχαρνὰς χῶρον μέγιστον τῆς Ἀττικῆς, καὶ δήμους κατῴκισαν, i. Donec Acharnam peruenerint locum agri Attici maximum, vnum de iis, quos vocant pagos. *Vide Stephanum.* Errant igitur qui aliam in Græcia ciuitatem ab hoc pago collocant.

Achateon, Vide Acativm.

Achātēs, pen. prod. {שבו *schebo*, ἀχάτης.} Gemma est versicoloribus venulis ita distincta, vt nemorum, & fluuiorum, & montium, nonnunquam & iumentorum & curruum speciem referat. Hanc primùm repertam ferunt ad Achatem Siciliæ fluuium: vnde & nomen acceptit. Postea & in India, & in Phrygia inuenta est. Insignem Achatę Pyrrhus Epirotarum rex habuisse traditur, in quo nouem Musæ, & Apollo citharam tenens spectabatur, non arte sed naturæ solertia ita discurrentibus maculis, vt Musis quoque singulis sua redderentur insignia. *Vide plura de hac gemma apud Plin lib. 37. c. 1. & 10.*

Achātēs, Fluuius est Siciliæ: &, *apud Virgilium*, assiduus Æneæ comes, ἀπὸ τῆς ἀχέος, hoc est à cura dictus, quæ perpetuò Reges comitatur.

Achedorvs, Vide Echedorus.

Achĕlōvs, ἀχελῶος, Ætoliæ rex, à quo fluuius eiusdem nominis, qui à Pindo oriens, & Ætoliam ab Acharnania diuidens, in Maleacum sinum defluit. Theas antè appellabatur.

Achĕlōĭvs, a, um, ἀχελῷος, quod modò possessiuum est, modò pro Aqueus ponitur, *Vir. Geor. 1.* Poculáque inuentis Acheloia miscuit vuis. Veteres enim aquam omnem Acheloum nuncupauere, quod primus is post diluuium erupisse terra fertur: siue quòd Achelous in Græcia (vbi tot ingenia floruerunt) omnium fluuiorum celeberrimus fuit. De *hoc Macrob. lib. 5. c. 18.* Hinc Acheloides, ἀχελωΐδες, Nymphæ dictæ sunt.

Achemon, siue Achmon, ἀχεμὼν ἢ ἀχμών, vnus fuit Cercopum, qui vnà cum fratre Passalo, nullo non iniuriarum genere in obuium quemque debacchabatur. Hisce erat mater nomine Sennonis mulier fatidica, quę filios cauere iussit, nequando in Melãpygũ incidérent. Euenit deinde, vt Hercules aliquando sub arbore quadam dormiret, armis in eandem reclinatis. Accesserunt Cercopes fratres, & Herculem dormientem ipsius armis aggredi tentarunt. At ille protinus insidias sentiens, correptos ac vinctos de claua à tergo suspendit leporum ritu, atque ad eum modum gestabat. Capitibus itaque pendentes deorsum demissis, posticum Herculis nigris pilis horridum, atque hispidum viderunt, non Lydorum more læue ac depilatum. Quapropter materni moniti memores, hac de re inter se confabulabantur. Quod simul ac audisset Hercules, cognomine delectatus, & in risum solutus, vinculis eos liberatos dimisit. *Hac Erasmus in prouerbio*, Ne in Melampygum incidas. *Meminerunt huius fabulæ & Suidas, & Gregorius Nazianzenus.*

Achĕron, rontis, masculini generis, ἀχέρων, Epiri fluuius est iuxta Pandosiam vrbem, ex Acherusia palude Thesprotiæ profluens, multísq. fluuiis auctus in sinum Ambracium influens. Quem qui traiecerit, nunquam redire à poetis fertur. Ad quod alludens meretrix apud Plautum amanti reposcenti quæ dederat, respondet, Nam itidem vt Acheronti hic ratio accepti scribitur, Intro receptum, quando acceptum non potest ferri foras. Sentit, nihilo magis ad amantem redire quod in meretricis domum est delatum, quàm redeunt ab inferis mortui. vnde, *vt Catullus ait*, negant redire quenquam. [*Plau. Capt. sc. 4. a. 5.* Vidi multa quæ sub Acheronte fierent, sed nullus &c. *Ibid. sc. 5. a 3.* Faci to vt Acheronti ducas gloriam. Abi ad Acherontem Venefice. *Amphit. sc. 4. a. 4. & ibid. sc. 1. a. 5.* Nec secus est quàm si ab Acheronte veniam. *Item Aceruus, Plaut. Amph. sc. 2. a.* 4. Vlmorum aceruus.] ¶ Est & alter Acheron, *teste Strabone*, in agro Brutio, vbi Alexander Molossorum rex à Lucanis trucidatus est, Dodonæo deceptus oraculo, quo iubebatur Acherusiam aquam, Pandosiámque vrbem cauere. Dicitur autem Acheron, non vt quidam somniant, ab ἀ, & χαίρων, (sic enim diphthongo scriberetur: quod fieri non potest, quum penultimam semper corripiat) sed potius ἀπὸ τῆς ἄχεος καὶ ῥέω, quasi doloris fluuius. Vnde etiam poëtæ fluuium inferorum esse finxerunt. {Ger. Ein hellischer fluß.} *Virg. 7. Æn.* Flectere si nequeo superos, Acheronta mouebo. ¶ Ab Acheron fiunt adiectiua Acherusius, a, um, ἀχερούσιος, & Acherontius, ἀχερόντιος καὶ ἀχερόντειος, *Aristophani*, & Acherons *apud Plautum*: Verumenimuero nullus adæquè est Acherons. Accipitur etiam pro infero loco.

Achĕrontīni, ἀχερόντιοι, Populi sunt in agro Brutio iuxtà Acherontem fluuium habitantes: *quorum meminit Pli. lib. 3. c. 5.*

Achĕrōĭs, ἀχερωΐς, Peculiari epitheto vocatur populus alba, siue quòd ad ripam Acherontis fluuii nascebatur, siue quòd inter infœlices arbores, quæ diis inferis sacræ erant, soleret numerari: siue, *vt Pausanias refert*, quòd Hercules huius apud inferos conspectæ ramum ad superos attulerit. *Aristoteles contrà*, populum nigram ita cognominatam refert. *Vide hæc latiùs apud Ruellium lib. 1. c. 119.*

Achĕrōntĭa, Ciuitas parua Apuliæ, in monte sita: quam ob hoc nidum appellauit Horatius, quia parua est, & in montis constituta summitate, sicut nidi auium in summis arboribus. *Horat. lib. 2. Car. 3.* Mirũ quod foret omnibus Quicunque celsæ nidum Acherontiæ, &c.

Achĕrvsia Palvs, ἀχερουσία λίμνη, inter Capuam & Auersam, per aperta plana ad ipsas vsque Cumas penè diffusa. *Diod. lib. 2. Bibli* agens de sepulchris Ægyptiorum, qui Heliopolim accolunt, tradit paludem esse Acherusiam, in quam immittantur cadauera in vlteriorem ripam deferenda: nauim verò ipsam qua traiicitur, Barim, hoc est onerariam appellari: inde natam de Charonte, qui animas transuchebat Stygem, fabellam. ¶ Acherusia, item specus est iuxta Heracleam vrbem, ab Hercule conditam in litore maris Euxini, ad manes vsque (vt fama fert) peruius, & ex eo Cerberum ad superos tractum incolæ memorãt. De hac *Ouid. lib. 7. Met.* Specus est tenebroso cæcus hiatu, Et via de huius, per quam Tyrinthius heros Restantem, contráque diem, radiósque micantes, Obliquantem oculos, nexis adamante catenis Cerberon attraxit. ¶ Item, lacus Thesprotiæ in Epiro, ex quo amnis Acherõ profluit, qui in Ambracium sinum defertur. *Autores Pompon. lib. 2. & Strabo lib. 5. & Plin. lib. 3. c. 5.*

* Acherusius humor. *Sil. Italicus, lib. 13. & Lucret. lib. 3.*

* Acherusis, huius Acherusidis vel Acherusidos, fœm. gen. ἀχερουσὶς, Idem quod Acherusia. *Valer. Flacc. lib. 5. Argonaut.* Inde premente Noto tristes Acherusidos oras Præterit.

Achĕtæ, ἀχέται, Cicadarum quarundàm (*vt inquit Suidas*) nõ species sed epitheton est dictum ἀπὸ τοῦ ἠχεῖν ἐν ἀκάνθαις, hoc est, ab eo quòd inter spinas canant. *Plin. lib. 11. c. 26.* Similis cicadis vita: quarum duo genera minores, quæ primæ proueniunt, quæque sunt mutæ, & nouissimè pereunt: maiores, quæ canunt, vocantur Achetæ.

Achillas, ἀχίλλας, *Plutarcho*, Serui Ægyptij nomen est, cuius manu interfectus fuit Pompeius. *Lucan. l. 8. Pharsalię*, —sceleri delectus Achillas. *De hoc vide plura apud Plutarchum in vita Pompeij.*

Achillea, ἀχίλλεια, Insula est exigua, Borysthenis ostio obiecta: ab Achille in ea sepulto nomẽ habẽs: *vt refert Pompon. li. 2.* ¶ Est & Achillea, æ, ἀχίλλειος, herba millefolio similis, qua Achilles illius inuentor Telephum sanasse fertur, *teste Plin. lib. 25. cap. 5.* Hodie tamen parum est cognita, *inquit Cordus.*

Achillevs cvrsvs, ἀχίλλειος δρόμος. Peninsula est non procul ab ostio Borysthenis amnis ad formam gladij in transuersum porrecta, ab exercitatione Achillis nomen habens. *Vide Plin. libro quarto, cap. 12.*

Achillēĭs ἀχίλλειος, Opus est Statij Papinij, quo ille Achillis pueritiam descripsit, toram eius vitam prosequuturus, nisi immatura eius mors tam insigne nobis opus inuidisset.

Achillēĭs, siue Achilleas, ἀχίλλεις. *Theophrasto*, ἀχίλλεια, *Hippocrati*, herdei genus cui spica folio proxima est, amplitudinis & crassitudinis maioris: ideóque ærugini magis obnoxium. *Vide Ruell. lib. 2. c. 15.*

Achillēos, ἀχίλλειος, Myriophyllum herba appellata, quòd eam Achilles inuenisse traditur in curando vulnere Telephi. *Plin. lib. 25. c. 5.*

Achillēs, siue Achilleus, ἀχιλλεύς, Nomen viri apud Homerum celeberrimi. Germ. Ein handuester hauptman der Griechen vor Troya. Huius nominis genitiuus tam in i, quàm in is finitur: vt, Achillis & nominatiuo Achilles: Achilli verò à nominatiuo Achilleus. Nomina enim in eus per diphthongum terminata, quæ more Latino genitiuum faciunt in ei, per duas syllabas, sæpe per crasim contrahuntur in ei diphthongum, vel i longum, *vt apud Virgil primo Æneid.* Troas reliquias Danaûm atque immitis Achilli. Interdum soluitur hæc diphthõgus in carmine: dicimúsque Achillei, pro Achillei, & Vlyssei, pro Vlyssei. *Horatius lib. 1 Carmin.* Nec cursus duplicis per mare Vlyssei, Hic Pelei & Thetidis filius Chironi nutriendus datus est. Inter filias Lycomedis habitu muliebri absconditus, ex Deidamia genauit Pyrrhum. Iratus Agamemnoni, post mortem Patrocli susscepit à Vulcano arma noua. Hectorem occidit. A Paride, coniugium Polyxenę sperans, tandem occiditur, & in Sigeo sepelitur.

¶ Tantæ fortitudinis fuisse fertur, vt (*teste Gellio lib. 2. cap. 11* insigni fortitudine duces Achilles appellentur, & argumentum Achilleum, quod sit insuperabile & insolubile, vocetur. Quicquid itaque inuictum & insuperabile volumus intelligi, Achilleum dicimus. [*Ou. 13. Met.* Nec se magnanimo maledicere sentit Achilli. *Ibid.* Túque tuis armis non te potiremur Achille. *Ibid.* Danais magnus succesfit Achilles. *Plaut. Mil. sc. 1. a. 1.* Hiccine est Achilles, est, inquit sibi? Imò eius frater. *Ou. El. 1. lib. 1. Trist.* Qui mihi vulnera fecit Solus Achilleo tollere more potest.] Vnde de iis qui omni in re vincerent dictum fuisse, ex Aristophane coniiciendum est. Iecit Achilles duas tesseras & quatuor. βέβληκε Ἀχιλεὺς δύο κύβω καὶ τέσσαρα: propterea quòd is tesserarum iactus fœlix esset.

¶ * Item Achilles, nomen est tragœdiæ ab Aristarcho compositæ. *Plautus in prologo Pœnuli*, Achillem Aristarchi mihi commentari lubet: Inde mihi principium capiam ex tragœdia. * Achilles Romanus ob insignem fortitudinem dictus est Lucius Sicinius Dentatus, quòd pugnauerit in hostem centum & viginti præliis cicatricem auersam nullam, aduersas quinque & quadraginta tulerit. *Gell. lib. 2. c. 11.* Achillis etiam cognomen eadem de causa adscribit Q. Cotio *Val. Max. lib. 3.* Ab Achille fit patronymicum Achilleides. *Ouid. 8. epist. 1.* Pyrrhus Achilleidis animosus imagine patris.

Achilleum, ἀχίλλειον, Genus spongiarum tenue densúmque, ex quo fiebant penicilli. *Plin. l. 4. c. 45.*

Achillis, Achillidos, ἀχιλλὶς, Insula in Ponto Euxino ad Borysthenem, *teste Plin. lib. 4. c. 12.*

Achimenes, lege Achæmenes, & vide in dictione Achaemenia.

Achimenis, Plinio ἀχιμηνὶς, siue *vt apud Dioscoridem legitur*, Achamenis, ἀχαμηνὶς, Herba est quæ alio nomine Polium montanum appellatur. *De hac Plin. l. 25. c. 4.* Achimenide coniecta in aciem hostium, trepidare agmina, ac tergà vertere.

Achisaris, Oppidum. *Plin. lib. 6. c. 30.*

Achisarmi, ἀχισαρμοὶ, Africæ populi. *Plin lib. 6 c. 30.*

Achne, ἀχνὴ, *auctore Plin. lib. 5 c. 31.* Insula est Rhodiorum in mari Carpathio, quæ deinde Casos dicta est.

¶ Achne etiam, id est, ἀχνὴ, significat minutas quasdam festucas ex spicis inter triturandum euolantes, & latius accipitur pro quibusuis rebus minutis: dicta quasi ἀ ἔχνη, ab ἀ, priuatiuo, & ἔχω, teneo

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Vide Erasmum in prouerb. Ne ramenta quidem.

ACHOLAI, ἀχολαί, Oppidum est Arabiæ, non procul à Nabathæis. *Autor Plin. lib. 6. c. 28.*

ACHOLLA, ἄχολλα, Libera ciuitas est in Africa propriè dicta, non procul à Zella, *autor Strab. l. 17.*

Ăchŏlŭs, pen. cor. ἄχολος, Carens bile.

ACHOMAE, & Achomæni, populi sunt Arabiæ felicis. *Stephan.*

Ăchōrēs, penultima producta, ἀχῶρες Galeno, Sũt cutis capitis vlcera foraminosa, sanie tenaci fluentia, quæ mediam quandam consistentiam inter aquæ tenuitatem & mellis crassitudinem obtineant. Nam in quibus sanies mellis crassitudinem adæquat, Ceria, κηρία, vocantur, quæ & foramina habent ampliora. Achoras Galli tineas vocant, similitudine sumpta ab iis animalculis quæ vestes arrodunt. Malum & pueris in primis familiare. *Vide Fuchsium & Manard. in epist.*

ACHOR, ἄχωρ, Deus habitus est apud Cyrenaicos, cui sacra facie t, quoties muscarum multitudo pestilentiam inuehebat, quæ protinus vt Deo huic litatum erat, extinguebantur. *Vide Plin. lib. 10. cap. 28.*

ĂCHRADĪNA, pen. pro. ἀχραδῖνη *Stephano*, Pars est vrbis Syracusanæ, cum reliquis vrbis eius partib. ponte coniuncta. Vide eius descriptionem *apud Cic. Act. in Verr. 6.*

Ăchrās, adis, {ἀχράς. GALLIC. Poires sauuages. ITAL. *Pera saluatiche.* GER. Ein gattung der holtzbyren/oder wildbyren. HISP. *Perros de mata. peros montesinos.* AN. *An sort of peares whiche groweth in woodes.*} Pyri syluestris genus est tardissimè marurescens, maiorémque vim habens astringendi, quàm cætera pyrorum genera, vocíque in primis officiens. Vnde Thrasybulum Athenien sem accepimus Lacedæmoniorum legatis corruptum, ne postulatis illorum contradiceret, simulasse se achrades comedisse, atque ob id loqui non posse. *Vide Col. lib. 7. c. 9. & Dioscor. li. 1. & Gal. li. 6. De facult. simpl. med.* vt quidam Matthæi 3. vbi de Ioannis cibo mentio fit, ἀκρίδας, legebant, quasi pyris syluestribus ille vesceretur: sed malè, cùm haud dubiè de locustis intelligendum sit.

Ăchrēstŭs. {ἄχρηστος. GAL. Inutile. ITA. *Inutile.* GER. Vnnutz. HISP. *Desa prouechado, sin prouecho.* AN. *Vnprofitable, of no price, that serueth for no vse.*} inutilis, ineptus, nullius momenti & pretii. Inde ἀχρηστία inutilitatem significat siue incommoditatem.

ACHRIANE, ἀχριανή Stephano, Oppidum, est ad mare Hyrcanum, cuius meminit *Polyb. lib. 10.*

Achriogelos, ἀχριόγελως. GAL. Grand riard. IT. *Colui che ride troppo & senza causa.* GE. Lächerig/der vmb eins yeden dings willen lachet. HISP. *El que muy mucho se rie.* AN. *A great laugher* } Dicitur qui procliuis est ad risum, quasi temerè & sine causa ridens: quod stultitiæ signum est: vnde etiam pro stulto aut insano positum inuenitur prouerbiali noua forma.

ĂCHRVA, *Ptolemæo*, est ciuitas Arabiæ felicis. Vide Achomæ.

Achyrosis, penult. prod. ἀχύρωσις. Ratio quædam est commiscendi paleas cum argilla, alióve luto ab hirundinibus (vt videtur) primùm excogitata, quæ ex luto festucis quibusdam commisto nidos sibi conficiunt. Has deinde rustici imitati ædificiorum suorum parietes hac materia faciunt. Nomen habet ἀπὸ τῶν ἀχύρων, hoc est, ab acere: vnde & à Latinis quibusdam Lutum aceratum appellatur.

ACĬCŬLA, Securis ærea, qua in sacrificiis veteres sacerdotes vtebantur. *Festus, & Glossarium.*

ACIBI, ἄκιβοι, Populi sunt in Sarmatia Europæa post Riphæos montes, *Recensuntur à Ptolemæo.*

Ăcĭcŭlă, formatione, non significatione, diminutiuum ab acu, vt inquit Priscianus. Est spinula quædam ex ferro vel alio metallo, quandam acus similitudinem referens, qua vtuntur mulieres ad ornatum capitis. {חוח *chach. πεῖρον.* GA. *Espingle.* ITA. *Aho de capo, lo spilletto.* GER. ein gluffen. HIS. *El alfiler ò aguia pequeña.*

Acicula, est piscis tenuis ac longus, qui & Acus dicitur. A Græcis βελόνη appellatur. ¶Est & herba huius nominis, inculis in locis sponte sua nascẽs, plebis Atheniensis quotidianus olim cibus, odore ad daucum, reliqua similitudine ad chærephyllum accedens, exerta habens in vertice cornicula, quæ acus effigiem repræsentant: à quo habitu à Romanis vocata est Acicula, *teste Dioscoride.* Græcis dicitur σκάνδιξ, quo nomine & Latini vtuntur.

ĂCĬDALĬA, ἀκιδαλία, Veneris epitheton, vel quia iniicit curas, quas Græci ἀκίδας dicunt: vel certè à fonte Acidalio, qui est in Orchomeno Bœotiæ ciuitate, in quo se Gratiæ lauant, quæ Veneri sunt sacratæ. Ipsius enim & Liberi filiæ sunt: nec immeritò. Gratiæ enim per horum ferè numinum munera conciliantur. *Hæc Seruius.*

ĂCĬDĂLĬŬS, penult. corr. ἀκιδαλία *Suidæ*, Fons in Orchemeno, oppido Bœotiæ, Veneri sacer: vnde etiam Acidalia dicta est. *Virgil. 1. Æneid.* -at memor ille Matris Acidaliæ. In hoc etiam fonte se Gratiæ lauare dicuntur: vnde & ipsæ, Sorores Acidaliæ passim à Poetis appellantur. Græci hunc fontem ἀκιδαλίαν efferunt fœminino genere, respicientes nimirum ad substantiuum κρήνη vel πηγή, eiusdem generis. Nos Acidalium efferimus, qui fontis nomen in masculino genere appellamus, quemadmodum etiam Castalium dicimus, quem illi κασταλίαν.

ACIDON, ἀκίδων, Amnis est in Elide Peloponnesi regione, Iardanis sepulchrum præterlabens. *Strabo.*

Acidōton, pen. prod. ἀκιδωτόν, Herba est, quæ notiore nomine Poterium, ποτήριον, & Neuras, νεῦρας, dicitur. *Plin. lib. 25. cap. 9.* eandem Phrynion vocat. *Vide Dioscor. lib. 3. c. 15.*

Acidus, & Acidulus, Vide ACEO, es, [*Quint.* Placidus quidam dictus est Acidus, quòd Natura acidus esset.]

ACIDVLVS, Fontis nomen in agro Venasiano: ita dictus, quòd aquas haberet acidulas, id est, subacidas. *Plin. lib. 31. c. 2.*

ĂCĬENSĒS, Olim populi erant in Latio, qui vnà cum reliquis Latinis carnes in monte Albano solebant accipere. *Plin. 3. cap. 5.*

Ăcĭēs, tria significat, Primò acumen falcis, gladii & similium quæ secant. {צור *tsur* פיחרב *pi hacheréb.* ἀκμή, ἀκμή. GALLIC. La pointe ou taillant d'vne espee ou autre glaiue. ITAL. *Il taiglio ò ponta di coltello, & cose simili.* GER. Die schneiden oder scherpffe eines eisens. HISP. *Hilo o punta de cosa aguda.* ANG. *The edge of a weapon.* } Et ἀπὸ τῆς ἀκονῆς dicitur: siue à Latino verbo Acuo, vnde & Acumen deducitur. *Cicer. in Verrem. Act. 4.* Iam antè aciem securium tuarum viderat. *Columella libro quarto*, Obtusa enim, hebésque & mollis falx puratorem moratur, cóque minùs laboris efficit, & plus laboris affert vinitori. Nam siue curuatur acies, quod accidit molli: siue tardiùs penetrat, quod euenit in retuso & crasso ferramento, maiore nisu est opus. *Virgilius secundo Georg.* Ipsa acies falcis nondum tentanda, sed vncis Carpendæ manibus frondes. Aciem ferri exterere, est adhibita cote acuere. *Plinius libro 26. capite 3.* Alij, quoniam vis eadem in morte esset, quæ cotibus ad ferro aciem deterendam. Aciem trahere, proprium est aquæ, quum ferrum acuitur. ¶Secundò, Exercitus instructus. [Vegetius *c. 13. l. 3.* Acies exercitus instructus. *Tibull. lib. 4.* Aduersíque parant acies concurrere signis. *Idem ibid.* Seu sit opus, quadratum acies consistat in agmen. *Plaut. Milit. sc. 1. a. 1.* Splendor clypei oculorum perstringat aciem in acie hostibus. *Velleius* Directa acie vel agminibus pugnare. Idem nemo nisi acie consumpsus ciuis. *Idem Velleius* Acies Labienum abstulit. *Plau. Curc.* Ita me clypeus & machæra iuuent pugnantem in acie. *Plaut. Pseud. sc. 2. a. 2.* Hostes viuos rapere ex acie soleo. *Ouid. 13. Metam.* Quantum marte feroci, Inque acie valeo. *Vell.* Acie concurrere. *Quin.* Acies vt instruenda.] παρασκευή. ANG. *The fore part of one armey.*} & quum ad dimicandum paratus est: vel quòd acuto ferro armatus sit: vel certè quòd acuta fronte soleat collocari. *Virg. Georg. 2.* -& campo stetit agmen aperto Directæque acies. Et acies quidem instructa his vocabulis vocari solet, Frons, subsidia, cuneus, orbis, globus, alæ, turres, cornu, & quibusdam aliis. Atque interdum pro ipso conflictu & prælio sumitur. *Tacit. libro 20.* Prima acie fusum, victum, vinctúmque Romanum. *Et libro 14.* vincendum illa acie aut cadendum. [*Ouid. 13. Met.* Post primas acies, id est prima prælia. *Cæs. lib. 1. bell. ciu.* Aciem triplicem ducere. *Ibid.* Acies pro singulis exercitus partibus, vt Acies prima, secunda, tertia. Idem Acies in re nauali. *lb.*] ¶Hinc locus prouerbio, *in acie nouacula*, ὅτι ξυρῷ ἀκμῆς, hoc est, in summo discrimine. *Hom. Ilia. 1.* Νῦν γὰρ δὴ πάντεσσι θοὸν ξυρὸν ἵσταται ἀκμὴν, Ἢ μάλα λυγρὸς ὄλεθρος Ἀχαιοῖς, ἠὲ καὶ αὖτις. id est, Nunc etenim cunctis sita res in acie nouaculæ est, Viuántne an tristi exitio absumantur Achiui. *Vide Sophoclem in Antigone.* ¶Tertiò, oculi lumen, γλαυκὸν κόρη. ANG. *The sight of the eye.* { *Cicero de Somnio Scipionis*, Radiis solis acies nostra, sensúsque vincitur. *Idem 2. de Natu. deorum*, Acies ipsa, qua cernimus, quæ pupilla vocatur. ¶Per translationem, Acies sumitur pro ingenij perspicuitate. *Cicero in Catone*, Nónne nobis videtur animus, qui plus cernit & longiùs, videre se ad meliora proficiscí: ille autem cuius obtusior fit acies, non videre? * Acies orationis. *Plaut. Epid.* Orationis aciem contrà conferam. Orationis aciem ioco dixit de acutissima atque acerrima oratione. Acies authoritatis, Id est vis authoritatis. *Cicero in Catil. 2.* ¶Hufus genitiuum veteres tàm Acie quàm Aciei extulerunt. *Sallust. libro primo Historiarum, referente Gellio*, Dubitauit acie pars, pro aciei.

ACILA, ἄκιλα, Emporium est maritimum Arabiæ, distans {*autore Plin. l. 6. c. 28. in descriptione nauigationis Indicæ*} triginta dierum nauigatione à Berenice Troglodytarum vrbe.

ACILISENA, pen. prod. ἀκιλισηνή, Regio est Asiæ, inter Taurum, & Euphratem: *de qua Strabo lib. 11.*

ACILIORVM Romæ nobilis fuit familia, ex qua fuit Acilius ille Glabrio, cui deuicto Antiocho statua oblata est aureis bracteis incrustata: vt annotauit *Calius Rhod. lib. 29. cap. 14.* Item Acilius prænomine Marcus, quo consulatum gerente cum C. Portio, lacte & sanguine pluisse, *autor est Plinius libro secundo capite 56.* ¶Fuit & Acilius cognomine Bura, cui post amplissimum patrimonium absumptum, inopiam suam confitenti, nihil aliud à Tiberio responsum est, quam illum serò experrectum esse. *Vide Sueton. in Tiberio.*

ACIMERO, Oppidum vlteriores Hispaniæ, in tractu Celtico, iuxta Lusitaniam in conuentu Hispaniæ: *de quo Plin. lib. 3. c. 1.*

ACINA, ἄκινα, Oppidum est interioris Æthiopiæ, vltra Syenem, *cuius meminit Plin. lib. 6. cap. 29.*

Ăcĭnăcēs, penultima correpta, Gladius Persicus. *Horatius libro secundo Carm.* Vino & lucernis Medus acinacis Immane quantum discrepat. *Valerius Flac.* Insignis manicis, insignis acinace dextra. Pollux Acinacem esse interpretatur Περσικὸν ξιφίδιόν τι, τὴν μηρῷ παρατιθέμενον, hoc est, Persicum quendam gladiolum, qui à femore suspendebatur. *Herodotus quoque libro quinto, autor est* Pantheam Abradatæ vxorem, acinace quem habebat, sibi iugulum aperuisse. Suidas verò Acinacem esse ait μικρὸν δόρυ Περσικὸν, hoc est paruam Persarum hastam. In qua etiam sententia Arianus fuisse videtur: omnibus tamen hoc conuenit, vt nominatiuus ἀκινάκης efferatur. Vnde & apud Latinos Acinaces per secundam vocalem, non Acinacis per tertiam, legendum videtur.

ĂCĬNŎS, ἄκινος *Dioscoridi*, herba est tenuibus siccíque surculis, ocymo similis, odoratu, sed hirsutior, ex qua coronæ factitantur. Quidam ex vulgo, Syluestre basilicum vocant, Latini Ocymastrum, quòd planè Ocymum imitetur. *Plin. lib. 20. cap. 16.* hanc herbam & coronarum & ciborum causa ab Ægyptiis seri asserit: & alio nomine Epitreton vocati, & nunquam florere.

Ăcĭnŭs, nĭ, penultima correpta masculini generis, & Acinum neutri, *teste Nonio*, in vua id dicitur quod vulgus granum appellat. {אשכול *eschartsán yáin.* GALL. Vn grain de raisin. ITAL. *Acino, grano d'vua.* GER. Ein beerlin in den Trauben. HISP. *El granillo de razimo.* ANGL. *A kerneill in grapes, or in other such frutes.*} Neque solum vuæ, sed hederæ, sambuci, tribuli, mali punici grana, acinorum vocabulo continentur. [Acina ebriosa pro acino *Gell. cap. 2. libr. 7.*] Atque in hoc à bacca differt (*vt Valla vult libro quarto capite 28.*) quod acini inter fructus minutiores arborum fruticúmque densiùs nascantur: baccæ verò disperstùs & rariùs: vt fructus lauri, oliuæ, corni, loti, lentisci, baccæ melius, quàm acini dicuntur. Nonnunquam tamen indifferenter ponuntur. *Virg. in Gallo*, Sanguineis ebuli baccis, minióq; rubentem.

Ăcĭnācĕŭs, siue Acinatitius, *Palladio libro 1. ca. 6. 7.* βαγικὸς. vt Vinum acinaceum, quod ex acinis aqua maceratis expressum est: ita dictum ad differentiam vini factitij. *Vlpian. l. si quis vinum. ff. de tritico, vino vel oleo legato*, Acinaceum planè vino continebitur. Huius conficiendi rationem leges *apud Cassiodorum lib. 12. Var. epist. ad Canonic. Venet. & Plin. 14. c. 9.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Acinōsus, a, um, ab Acinus dicitur, Quod multos habet Acinos. {ἡμιῤῥόδιος. GAL. Graineux, plein de grain, raisineux. IT. *Cosa piena d'acini d'vua.* GER. Das voll körnlin ist. HISP. *Cosa llena de aquellos granillos.* ANG. *VVhich is full of kernels or graines.*} vt, Vua acinosa. Dicitur etiam de aliis plantis, quæ semen habent ita dispositum vt in vua acini. *Plin. lib.* 12. *c.* 13. Asari semen acinosum saporis calidi ac vinosi.

Acipēnser. [Et acipiensis (*Martial epi.* 91. *lib.* 13.)] apud antiquos piscium nobilissimus est habitus, qui vnus omnium squamis ad os versis contra aquam nando meat. *Plin. lib.* 9. *c.* 17. testatur suo seculo nullo fuisse in honore, quod se mirari ait, quum esset rarissimus. A quibusdam, *eodem Plinio teste*, Ellops, ἔλοψ, vocatus est. Alij Callionymon, alij Anthiam, nonnulli etiam Callichthyn appellauêre. Huic olim tantus habebatur honos, vt à coronatis ministris cum tibiis in conuiuium soleret inferri: *vt in Saturn. testatur Macrob. lib.* 3. *c.* 16. De hoc pisce extat distichon *Martial. l.* 13. *in Xenijs*, Ad palatinas acipenser a mittite mensas, Ambrosias ornent munera rara dapes.

ACIRIS, ἀκειρις, Fluuius est in ea Italiæ parte, quæ olim Græcia magna dicta est, iuxta Heracleam & Metapontum. *Plin. lib.* 3. *c.* 5.

ACIS, ἄκις, Fluuius Siciliæ, ex Ætna procedens: ex cuius ripis fertur Polyphemus saxum in Vlyssem iam fugientem eiecisse. ¶ Acis, Insula vna ex Cycladibus. *Plin. lib.* 4. *c.* 12. ¶ Acis etiam adolescentis Siculi nomen fuit, Fauni & Simæthidis filij, qui quum Galatheam Nympham adamaret, à Polyphemo riuale suo est occisus, & deinde in fontem sui nominis mutatus. *Vide Ouid.* 3. *Metamorph.*

ACITANI, ἀκιτανοὶ, Hispana gens, simulachrum Martis radiis ornatum maxima religione colens, quem Necyn, id est Martem vocant. *Macrob. Satur. lib.* 1. ¶ *Vide Strab. lib.* 4. *initio.*

ACITAVONES, *Plin. lib.* 3. *c.* 20. numerat inter populos Alpinos.

ACITHIVS, ἀκίθιος, Fluuius est Siciliæ, non procul à Lilybæo promontorio, in mare influens. *Autor Ptolemæus.*

Aclassis, Tunica ab humeris non consuta. *Festus.*

Aclērōs, exhæres, qui hæreditate priuatus est, ἀκληρος quasi ἄνευ κλήρου. ITAL. *Disheredato.* GAL. Desherité. HIS. *Desheredado.* ANG. *Disherited.*} Hoc est, sine sorte, parte vel hæreditate. *Bud. in Comment. lingua Græca.*

* Acleti, ἀκλητὶ, aduerb. Græcum. quasi dicat, citra vocationem, citra inuitationem. Prouerbij loco dicitur quoties inuocatus quis accedit ad conuiuium, quod & amici & cœnipetæ faciunt. *Hermol. in Plin. lib.* 35. *cap.* 11.

Aclidēs, penult. cor. ἀκλίδες, sunt tela quædam antiqua adeò, vt nusquam memorentur in bello. Legitur tamen quòd sint clauæ quædam breues eminentibus hinc & hinc acuminibus quibusdam, quæ ita in hostem iaciuntur religatæ loro, vel lino, vt peractis vulneribus, possent redire. *Virgil. lib.* 7. – teretes sunt aclides illis Tela: sed hæc lento mos est aptare flagello.

ACMATA, Arabiæ regio, *Steph.*

Acmē, ἀκμὴ. Vox Græca est, Galeno familiaris, quam Theodorus Gaza modò vigorem, modò florem ætatis interpretatur. ¶ Est etiam mulieris nomen, *apud Catullum.*

ACMODAE, pen. prod. ἀκμώδαι. Septem sunt insulæ post Hyberniam non procul ab Orcadibus. *Vide Plin. lib.* 4. *c.* 16.

ACMONIA, ἀκμονία. *Stephano*, Vrbs est Phrygiæ in conuentu Synnadico: cuius meminerunt *Ptolem. & Steph.*

ACMONIENSES, siue, *vt apud Plin. Nat. hist. lib.* 5. *c.* 25. *legitur*, Acmonenses: ἀκμονίται *Stephano*, populi sunt Acmoniæ vrbis.

Acmōn, ἄκμων, Latinè incus. {ANG. *An anuil.*} vnde Pyracmon vnus fuit ex Vulcani famulis, quòd à calenti incude nunquam discederet. *Virg.* 8. *Æneid.* Brontésque, Steropésque, & nudus membra Pyracmon.

ACMONIDES, ἀκμονίδης, inter Vulcani ministros numeratur: dictus ἀπὸ τῆς ἄκμονος, hoc est incude.

Acmotheton, ἀκμόθετον, truncus ille, qui impositam sustinet incudem.

ACOETES, ἀκοίτης, *apud Ouid. lib.* 3. *Metam.* nautæ pauperis nomen est, quod & ipsum vocis compositio indicat: ἄκοιτος enim apud Græcos sonat, Sine cubili.

Acœton, ἄκοιτον, *A Plinio lib.* 11 *cap.* 15. optimum mellis genus appellatur, quod per se manat, quódque nihil habeat retrimenti aut sedimenti admistum. Dictum ἄκοιτον, quasi sine cubili. Nam sedimentum in vino, aliisque rebus liquidis, rusticorum nonnulli etiam hodie vocant cubile.

Acōlāstus ἀκόλαστος, Prodigus, intemperans, immodestus, lasciuus, libidinosus, infrænis, immoderatus. *Gell. lib.* 19. *c.* 2. negat Latinè verti posse: sonat ad verbum, impunitus, vel incoërcitus, vt sit qui cupiditates nõ puniat, veluti iniecto fræno, ab α priuatiua particula, & κολαζω, emendo, corrigo, castigo, coërceo. Nec solùm de hominibus, verumetiam de rebus dicitur, vt ἀκόλαστος γῆ ὧτπερ, lingua infrænis. Acolastus homo, homo nihili, neque rei, neque frugis bonæ. *Gell. lib.* 7. *ca.* 11. Budæus in Comment. proterunm propriè significare putat, & qui sibi circa libidines temperare non potest. Vnde Acolasti dici possunt, quos Latinè Nepotes, vel decoctores vocamus.

ACOLITANVM, ἀκολιτανὸν, Oppidum liberum est in Africa propriè dicta, ab ea parte, qua tractum Cyrenaicum spectat. *Vide Plin. lib.* 5. *cap.* 8.

Acolyti, ἀκόλουθοι. Dicti sunt, qui nullis minis ab instituto poterant reuocari. Vnde Stoici acolyti dicti sunt, qui turpe putabant mutare sententiam. Inde Acolyti in Ecclesia olim dicebantur sacerdotum administri quasi comites, sicut inferiores ordines in canon. enumerantur.

Acōlūthus, pen. prod. ἀκόλουθος. Latinè Consequens dicitur. ἀπὸ τοῦ ἀκολουθεῖν, id est à sequendo.

Acōnē, penult. correp. {משחת *miscbáz* ἀκόνη. GAL. Queux à aguiser. IT. *Cote.* GERM. Hatte stein oder schrofen. HIS. *Piedra para aguçar herramientas.* ANG. *A whyitstone.*} Latinè cotem sonat, vel caurem. Est etiam Acone, *vt apud Plinium legitur*: siue, *vt est apud Stephanum*, Aconæ, ἀκόναι. Nomen oppiduli, vel portus Mariandinorum, non procul ab Heraclea Pontica, vbi magna in copia prouenit aconitum, quod (vt qui busdam placet) ab hoc loco nomen accepit. *Plin. lib.* 6. *c.* 1. Portus Acone, veneno aconito dirus.

Aconiti, ἀκονῖται Latinè idem sonat quod sine puluere, hoc est citra negotium & laborem. Quod eleganter expressit *Horat.* 1. *epist.* Sine puluere. Quæ sit conditio vilis sine puluere palmæ. *Plin. lib.* 35. *capi.* 11. Alcimachus pinxit Dioxippum, qui Pancratio Olympiæ citra puluëris iactum (quod vocant Aconiti) vicit: coniti Nemæa. Prouerbij loco dicitur de eo qui sine sudore victor euadit: ab athletis sumptum, qui puluerem inspergebant corporibus vt se faciliùs comprehendere possent. *Ouid. lib.* 9. *Metamorph.* Eadem forma dicimus, ἀνίδρωτι, sine sudore: & ἀναίμωτι, sine sanguine.

ACŌNITUM, penul. producta. {ἀκόνιτον. GAL. Tere. ITA. *Aconito, Napello.* GER. Wolffswisch/wolffstrant. HIS. *Contella.*} Herba, quæ Cerberi puma conspersa, venenum efficacissimum contraxit, quo tempore ab Hercules ab inferis traxit. Dictum Aconitum, ἀπὸ τῆς ἀκόνης, hoc est à cote, seu caute. *Ouid. 7 Metamorph.* Quæ quia nascuntur dura viuacia caute, Mortales Aconita vocant. Sunt qui ab Acone portu seu oppido Mariandinorum deducant, iuxta Heracleam Ponticam, vbi copiosissimè prouenit. Illinc enim non longè abest Acherusia specus, per quã Hercules Cerberum ad superos fertur pertraxisse. Alij Aconitum dictum putant, quòd ἀκονιτὶ, hoc est sine puluere aut terra proueniat. *Plin. lib.* 27. *c.* 3. Nascitur Aconitum in nudis cautibus quas Aconas vocant. Et ideò Aconitum quidam dixere, quòd nullo ne puluere quidem nutriente proueniat. Alij ἀπὸ τῶ ἀκονίζομαι deriuant, quod est accelero, quia mortem accelerat. Alij, quoniam vir eadem in morte esset, quæ cotibus ad ferri aciem deterendã, statimque admota velocitas sentiretur. *Hæc Plin.* Alio nomine dicitur Pardalianches, παρδαλιαγχὲς, quod pantheræ eo gustato statim strangulentur.

ACŌNTEVS, ἀκοντεὺς, Venator egregius, *vt docet Statius lib.* 7. *Thebaid.* donec flammatus Aconteus Strage virûm, cui sueta feras prosternere virtus.

Acontiæ, {ἀκοντίαι. GAL. Cometes. ITAL. *Cometo.* GERMAN. Ein Comet wie ein pfeyl. HISP. *Cometas del cielo.* ANG. *Cometes, starres so called.*} Sunt stellæ crinitæ, seu impressiones: dictæ ἀπὸ τῶ ἀκοντίου, hoc est à iaculo: quia (*vt Plin. scribit lib* 2. *cap.* 25.) iaculi modo vibrantur ocyssimo volatu. Ex his quasdam breuiores & in mucronem fastigiatas Xiphias vocauêre, quæ sunt omnium pallidissimæ, & quodam gladij nitore sine radiis.

Acontiæ, ἀκοντίαι. Serpentes quidam duorum cubitorum magnitudine, figura circa caput crassa paulatim in tenuem abeunte, colore viridi, aluo minutis quibusdam maculis conspersa, quæ quandam granorum milij similitudinem repræsentant. Vnde & Cenchrides, κεγχρίδες, & à Latinis nonnullis Miliariæ vocantur. Acontiæ autem ἀπὸ τῶ ἀκοντίου, hoc est à similitudine iaculi. Mira enim celeritate progrediuntur, nõ flexuosis spiris, vt reliqui serpentes, sed recto quodam tramite sese quodammodo eiaculantes. *De his Aetius lib.* 13. *c.* 27. *& Lucanus lib.* 9. Vide infrà in dictione CENCHRIS.

ACONTION, ἀκόντιον, Oppidum est Arcadiæ, nomen habens ab Acontio Lycaonis filio. *De hoc Steph.*

ACONTIVS, ἀκόντιος, Bœotiæ mons est, *teste Plinio libro quarto capite septimo.*

ACONTIVS, ἀκόντιος, Adolescentis nomen est ex Cea Corycii maris insula oriundi, qui quum in Dianæ templo Cydippen conspexisset, eius amore captus, deuoluit ad pedes eius malum huiusmodi carmine inscriptum, Me tibi nupturam (felix eat omen) Aconti, Iuro quam colimus, numina magna Deæ. Postea à patre alteri desponsa, quum periculosissima febri esset correpta, rata periurium, morbi sui causam esse, maluit Acontio nubere, quàm Dianæ iram vlterius experiri. Extant hac de re duæ Ouidii epistolæ, vna Cydippes, Acontii altera.

Acŏpă, penult. corr. Medicamenta lassitudines & fatigationes leuantia, impositio ex re vocabulo. ἀκοπα, confortatiua. *Plin. lib.* 29. *cap.* 3. Ad omniáque quæ acopis curantur, vnguentúmque pariter & medicamentum est.

Acŏpis, Gemma nitro similis, pumicosa, aureis guttis stellata, cum qua oleum subferuefactum perunctis lassitudinem soluit, ἄκοπις, *Plin. libr.* 37. *cap* 10.

Acŏpŏs. pen. corr. ἄκοπος, *Dioscoridi*, Herba est fruticosa, graui odore, flore holeris: quæ & Anagyros vocatur *à Plinio, à Dioscoride* etiam Anagyris, ἀναγυρις. Vulgus ob odoris grauitatem Lignum fœtidum appellat. Huius semen, quod in oblongis corniculis habet, commanducatum vomitiones ciet. ¶ Vnde factus est locus prouerbio, ἀναγυριν κινεῖν. Anagyrim mouere, quo vtimur in eos, qui obfutura sibi commouent.

Acŏr, Vide ACRO.

Acŏrnă, Herba est ex genere acanacearum, spinam habens pro folio, vernaculo cneco similis, colore tamen rufo, succum pinguem & sanguineum fundens, ἄκορνα. *De hac Plin. l.* 20. *c* 16.

Acorum, ἄκορον *Dioscoridi.* GALL. Galange. ITAL. & HIS. *Acoro.* GER. Eigentlich der Apotecker Calmus.} Plinio Acoros, Herba est folia habens Iridis, radicésque illi non absimiles, gustu acres, odore non ingratas, eásque complicatas, nec in rectum, sed in obliquum actas. Estque verus acorus Galanga crassa, *teste Amato Lusitano in Dioscor. quæ Galeni, Plinij, & Dioscoridis de eo loco locos optimè conciliauit.* ¶ Alij volunt esse Calamum aromaticum officinarum, non verò Galanga, sed earundem acorum, βάκχον *Theophrasti*, & Carecta *Virgilij.* Vide Carex. Galanga verò esse speciem Cyperi Babylonici censent.

Acōsmŭs, idem est quod inornatus, ἄκοσμος. Nam κόσμος apud Græcos ornatum vel ornamentum significat. *Lucr. lib.* 4. *hac voce vtitur.*

Acquiesco, Rei alicui quietis & otij gratia innitor. {חפץ *iaáth chaphéts* רצה *raisah.* ὑπολείπομαι, ἐπαναπαύομαι, ἡσυχάζω. GAL. Se reposer. ITAL. *Riposarsi, Acquetarsi.* GERM. Auff einer sach beruhen HISP. *Descansar ò sentir con otro.* ANG. *To rest.*} *Seneca*, Nihilo miserior ero, si lassa cetuix mea in manipulo ferri acquiescat. Nonnunquam accipitur pro simplici suo quiesco, ἡσυχάζω. *Cic. Attì. lib.* 7. Acquiesco enim & ad te scribens, & legens tua. *Ibid.* Vitandi caloris caussa Lanuuij tres horas acquieueram. Interdum transsumitur Acquiescere, pro eo quod est cum animi tranquillitate voluptatéque in re aliqua versari. *Ibidem Cic.* Nulla est respublica quæ me delectet, aut in qua acquiescam. [*Senec. c* 10. *de consol. ad Polyb.* Multos habes, in quibus acquiescas. *Item Gell. c.* 3 *lib.* 5. Petiit vt acquiesceret, i. paululum consisteret. *Plaut. Asin. sc.* 2. *a.* 2. Placidè vnum quidque rogita, vt acquiescam. Non vi les me anhelitum ducere.] Nonnunquam etiam pro eo quod est in re aliqua quietem suam & spem repositam habere. *Idem*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

de Amicit. Libenter enim senes in adolescentulâm charitate acquiescimus.

*Acquiescere rei alicui, pro in aliqua: *Senec. epist. libr. 24.* Vt meliora tibi proponas, & acquiescas spei blandæ. [*Senec. c. 10. de Consol. ad Polyb.* Acquiescerem præteritis. *Suet. in Tiber. c. 31.* Acquiscere honori. *Ibi. cap. 56.* Conuictoribus Græculis acquiescebat.]

Acquīro, Quæro, comparo, adipiscor, consequor: ab ad & Quæro, {קנה *kanáh* רכש *rachasch.* περιποιέομαι, κτάομαι. GALL. Acquerir. ITAL. *Acquistare.* GERM. Erlangen/vberkommen. HISP. *Alcançar lo desseado.* ANGLI. *To purchasse.*} *Cic. de Amic.* Semper aliqui acquirendi sunt, quos diligamus, & à quibus diligamur. *De malis etiam rebus dicitur: vt Acquirere inimicitias. *Plaut. in Milit.* [*sc. 3. a. 2.* Quis est qui inimicitias sibi magis acquirat, quàm tu?] ¶ Interdum Acquiri pro Augeri vel conciliari. *Plin. lib. 15. cap. 17.* Quo genere & vino odorem acquiri putant.

Acrā, Vicus est Panticapensis agri, ad ostium Mæotidis, 70. stadiorum freto à Corocondamo opposita sibi vrbe discretus, ἄκρα. ¶ Est & Acra cognomento Iapygia, promontorium extremum Salentinorum, quo quàm longissimè, *Vt inquit Plin. lib. 3. cap. 11.* in mare excurrit Italia: Iapygiæ cognomentum discriminis gratia additum est. Nam Græci quælibet promontoria Acras, ἄκρας vocant. Vnde & pleræque vrbes in promontoriis sitæ, Acræ appellantur. *Vide Stephanum qui decem huius nominis vrbes enumerat.*

ACRABATHENA, Vna est ex decem Iudææ toparchiis. ἀκραβαθηνή. *Vide Plin. lib. 5. cap. 14.*

ACRADINA, vel potiùs Achradina *Stephano*, ἀχραδινή, *vide suprà* Achradina, *& infrà in dictione* Syracusæ.

ACRAEA IVNO, ἥρα ἡ ἀκραία, Dicta fuit à Corinthiis, quod ἐν ἀκρωτηρίῳ, hoc est in promontorio quodam inter Lechæum & Pagas, non procul à Corintho coleretur: vbi & vetustum eius extabat oraculum. *Strab. lib. 8.*

Acræpala, ἀκραίπαλα, Ab Hippocrate dicuntur ea omnia quæ crapulæ obsistunt, quemadmodum Adipsa, ἄδιψα, quæ sitim prohibent. Inter Acræpala numerantur amygdalæ amariores.

Acræphia, ἀκραφία, Vrbs est Bœotiæ, quæ ab Homero Arne vocatur. dicta Acræphia, ab Acræpheo Apollinis filio, *vt Stephano placet.*

ACRĂGAS, pen. corr. Nobilis artificis nomen est, qui in auro argentóque cælando plurimum præstitit: cuius etiam Plinii ætate Rhodi in templo Liberi patris opera quædam extabant, Bacchæ scilicet & Cẽtauri in scyphis cælati. ἀκράγας. *Vide Plin. lib. 33. cap. 12.*

¶ Est item Acragas, ἀκράγας Stephano, Mons Siciliæ, non procul à Pachyno promontorio, cum oppido eiusdem nominis, quod à Latinis Agrigentum dicitur, *teste Plin. lib. 3. cap. 8. Virgil. 3. Æneid.* Arduus inde Acragas ostentat maxima longè Mœnia. *Stephanus* existimat hanc vrbem, vt plerasque in Sicilia, à præterlabente fluuio nomen accepisse. Alii ab Acragante Iouis & Asteropes filio dictam putant. Quatuor præterea alias huius nominis vrbes commemorat *Stephanus*, quarum primam in Thracia ponit, alteram in Eubœa, tertiam in Cypro, quartam in Ætolia. Scribitur & Agragas per quintam consonantem in secunda syllaba. Hinc deducitur gentile Agragantinus, ἀκραγαντῖνος. *Lucret. lib. 1.* Quorum Agragantinus cum primis Empedocles est. Hos Latini vocant Agrigentinos.

Acrātŏcōthŏnes, penult. product. ἀκρατοκωθώνιζε. Dicti sunt homines vinosi, & meracius bibentes: quasi dicas, vini meri pocula: ἄκρατον enim merum est, κώθωνες autem inter pocula numerantur. *Vide Cal. lib. 27. c. 27.*

Acrātŏphŏrum, pen corr. {אשישה *aschischáh.* ἀκρατοφόρον. GALL. Cruche, coquemart, broc. ITAL. *Orciuolo.* GER. Ein Kübel. HISP. *El arcaduz para sacar vino.* ANG. *A pitcher or pot for warter.*} Vrceolus Latinè dicitur. *Cic. 3. de Fin.* Et tamen puto concedi nobis oportere vt Græco verbo vtamur, siquando minùs occurret Latinum, ne hoc ephippiis & acratophoris potiùs quàm περισκελίσι, & ἀποπερισκελίσι concedatur.

ACRATVS, ἄκρατος Bacchantium Genius Athenis spectabatur, cui os duntaxat extra parietem extabat. *Autor Pausanias in Attica.*

ACRAVISCI, ἀκραουίσκοι, Populi sunt Pannoniæ inferioris, iuxta discos: *de quibus Plin. lib 3. c. 25.*

Acrēdo, idis, idem quod acrimonia, & acritudo. Vide ACER.

Acrēdŭla pen. corr. {ἀηδών. GAL. Rossignol. ITA. *Rosignuolo.* GERM. ein nachtigall. HIS. *Ruy senor.* AN. *Wood lark.*} Putatur Luscinia auis, siue (vt aliis placet) auis illa quam vulgò *Rauarinum* vocamus. ¶ *Cic. de Diuin. ex Arato*, Et mâtutinis Acredula vocibus instat, Instat, & assiduas vocum iacit ore querelas, Cùm primùm gelidos rores aurora remittit.

ACRENSES, ἀκρῶνοι, Populi sunt Siciliæ, stipendiarii Romanorum, non procul ab Acesta oppido: *de quibus Plin. l. 3. c. 8.*

ACRIA, ἀκρία, Oppidum est Hispaniæ in conuentu Hispalensi: *de quo Plin. li. 3. cap. 1.* Item alterum in Peloponneso, ad ostium Eurotę fluuii, in sinu Laconico: *de quo Ptolemæus.*

Acribodicæi, ἀκριβοδίκαιοι, *teste Budæo*, ab Aristotele appellantur Iurisconsulti: qui neglecta æquitate, summo iure, hoc est verbis ipsis nituntur, sic dicti, quod nimium exactè legis rigorem, quem vocant, obseruarent. Et strictum illud ius Acribodicæon, ἀκριβοδίκαιον appellatur.

ACRIDOPHAGI, ἀκριδοφάγοι, Populi sunt inter Æthiopes, veloces cursu, vita verò adeò breui, vt annosissimus quadragesimum annum non excedat, solis ferè locustis victitant, à quibus & nomen inuenerunt. Nam Acridas, ἀκρίδας, Græci dicunt, quas nos Locustas. *Vide plura de his apud Diod. Siculum, lib. 4. cap. 3.* Et *Matthæus* Ioannem Baptistam refert locustis vsum, *cap. 3.*

Acrifŏlium, Arbusculâ est, quæ à Macrobio inter arbores infelices numeratur. ἀκτῆς. Creditur eadem esse quæ Lotos alio nomine, à Gallis autem, *Alysa* vel *Alyserum* vocatur. *Vide Ruellium.*

ACRILLA, ἄκριλλα, Oppidum est Siciliæ, non procul à Syracusis: cuius incolæ dicuntur Acrillæi, ἀκριλλαῖοι. *Vide Steph.*

Acrĭmŏnĭă, Vide ACER adiectiuum.

ACRIO, onis, Locrus, Philosophus fuit Pythagoricus, cuius meminit *Cic. lib 3. de Finib.*

Acrisia, κρίσις, Est absentia iudicii & rationis. *Bud. in Commentariis.*

ACRISIVS, penultima correpta, ἀκρίσιος, Filius fuit Abantis, & pater Danaës, qui Prœto fratri in regnũ Argiuorum successit. Hic cùm oraculo monitus esset fore vt à nepote vita exueretur, filiam suam vnicam munitissimæ turri inclusit, eo consilio, vt ea perpetua virginitate damnata, omni, qui à posteritate impendere videbatur, metu solueretur. At Iupiter Danaës amore captus, in speciem imbris aurei se transformauit, & per impluuium in puellæ gremium descendit: votisque compos factus, ex ea Perseum genuit. Quod vbi Acrisius animaduertit, filiam vnà cum infantulo recèns nato in arcam impositam, in mare abiecit: quæ ad littus Apulum appulsa, & à piscatoribus excepta, ad Pilumnum regem deducta est: qui & forma eius & genere adductus, eam sibi vxorem delegit. Porrò Perseus simulac adoleuit, aduersus Gorgonas expeditione suscepta, victor euasit: nec ita multò post Argos venit, saxificum Medusæ caput ferens: in quod quum fortè Acrisius incidisset, in lapidem transmutatus est. {GER. *Ein König den Argiuorum vnnd ein vatter Danaës, welche Iupiter beschlaffen hat / also er sich in ein guldinen regen vergstaltet hatt.*} *Hac ex Ouidio & alijs.* Fuit & Acrisius alter Vlyssis auus paternus, quem alii Acresium legunt. *apud Ouidium Metamorphoseos libro 13.* ¶ Verba Ouidii sunt, Nam mihi Laertis pater est, Acresius illi, Iuppiter huic.

Acrisionēus, a, um, adiectiuum, ἀκρισιονεύς. *Virgil. 7. Æneid.* hanc dicitur vrbem Acrisionëis Danaë fundasse colonis.

Acrisiŏnĭades, Acrisioniadæ, penu. corrept. Patronymicum mascul. gen. ἀκρισιονιάδης, Perseus Acrisii ex Danaë nepos. *Ouid. 4. Metamorph.* Vertit in hunc Harpen madefactam cæde Medusæ Acrisioniades, adigitque in pectus.

Acrisĭone, ἀκρισιόνη, penultima producta patronymicum fœm. ab Acrisio deductum, quo significatur Danaë filia Acrisii, & Persei mater.

Acrĭtās, Acritudo, Acriter, Vide Acer adiectiuum.

ACRITAS, Peloponnesi promontorium iuxta Malæam & Tænarum. *Autor Pompon. Mela lib. 2. & Plin. 4. 5. 13.*

Acrōāmătă, ἀκροάματα. Græci auditiones, siue auscultationes vocant. Ἀκροᾶν enim audire est, seu Auscultare. Aristoteles Acroamata nominauit commentationes suas, quas auditoribus tradebat, in quibus Philosophia remotior subtiliórque agitabatur. Huic disciplinæ, quæ Acroamatice dicitur, tempus dabat in Lyceo gymnasio matutino. [*Vide Plutar. in Alex. Et Gell. cap. 4. lib. 20.*] Alij appellant Acroamata, festiuas recitationes, ludicrásque narrationes. Quod significat *Cicer. Verr. 6.* Hic quasi festiuum acroama, ne sine corollario de conuiuio discederet, ibidem conuiuis inspectantibus, emblemata auellenda curauit. *Et Suet. c. 74. de Augusto scribit*, Acroamata, hoc est, narrationes recitationésque ludicras & mimicas ab Augusto interponi solere conuiuiis, ad conuictores oblectandos. Lampridius accipere videtur pro ipsis hominibus acroamata recitantibus, quum ait in Alexandro, Alexandrum nanos, & nanas, & moriones, & vocaleis exoletos, & omnia acroamata, & pantomimos populo donasse. Similiter *Plin. in Epist.* Interdum, *inquit*, audiebamus acroamata, interdum iucundissimis sermonibus nox ducebatur.

Acrōāmă, Mos erat apud veteres qui hodie nullus est, vt in fabulis agendis, actionem histrionum musica symphonia commendaret. Vnde illud: Tibiis dextris & sinistris: aut paribus, & imparibus: aut Serranis & Phrygiis. Erat igitur in voce histrionum actio, erat in musica symphonia, quod Acroama dicebatur: inde scilicet, quòd fabulæ pars auribus perciperetur, & auditio quædam esset, animum leniente musico concentu, sicut illa quæ ad actionem histrionum pertinebat, spectantium oculos oblectabat. Atque hanc fuisse Acroamatis significationem, loci demonstrant quos in antiquorum scriptis obseruauimus. Nam *in oratione pro Archia*, distinxit Orator inter Acroama & vocem, id est eum qui fidibus, & eum qui voce caneret. Cùm (*inquit*) ab eo quæreretur, quod Acroama, aut cuius vocem libentissimè audiret? Respondit, eius à quo virtus optimè prædicaretur. *Et in Verrem*, Acroama pro homine potiùs quàm pro re, planè constat esse vsurpatum. Sunt enim hæc verba: Hic quasi festiuum acroama, ne sine corollario discederet, emblemata auellenda curauit. Sed nusquam apertiùs quàm apud *Macrobium* quid Acroama sit, intelligitur. *Saturn. lib. 11. inquit*: Delectatus inter cœnam erat Augustus pueris symphoniacis Turionii Flacci mangonis, atque eos frumento donauerat, cùm in alia acroamata fuisset liberalis nummis, eosdémque postea Turionius æquè inter cœnam quærenti Cæsari sic excusauit: Ad moles sunt. *In oratione autem pro Sextio, de P. Clodio* Ipse ille maximè Ludius, non solùm spectator, sed actor & acroama. Quod ideo dixit Cicero, quia Clodius vtrumque munus, & histrionis & musici, obiret.

Acrōāmătĭcŭs, că, cum, idem quod auscultatorius, ἀκροαματικός. Aristoteles in epistola quadam ad Alexandrum, logos acroamaticos appellat libros de recondita Peripateticorum disciplina editos. *Gell. li. 20. c. 4. & Budæus.*

ACROATHON, ἀκροάθων. Oppidum est Thraciæ in vertice montis, qui Athos dicitur, situm: vnde & nomen habet. *Pomponius Mela lib. 2.*

Acrŏcĕrāvnĭă, orum, vel Acroceraunij montes, ἀκροκεραύνια. Montes sunt in fronte Epiri, Ionium mare ab Adriatico dirimentes. GER. Das hoch gebirg / so durch Epirum an das Meer stosst / vnd als ein margstein ist / so das Adriatisch Meer vom Jonischen vnderzeichnet.} ita dicti quòd propter immensam altitudinem vertices habeant fulminibus maximè obnoxios. ἀκρον enim verticem significat, & κεραυνὸς fulmen. *Horat. lib. 1. Carm. ad Virg.* Qui siccis oculis monstra natãtia, Qui vidit mare turgidum, & infames scopulos Acroceraunia. *Plin. lib. 3. cap. 23.* Inde initium Epiri, montes Acroceraunii. *Idē in proœmio li. 4. Item eiusdem libri cap. 1.* Non defuerunt qui & iuxta Armeniã montes Acroceraunios collocarent: verùm illi nominis vicinitate lapsi sunt. Siquidem illi Ceraunii montes appellantur, non Acroceraunii. *De quibus vide Plin. lib. 5. c. 27. & infrà suo loco.*

ACROCERAVNION, ἀκρωκεραύνιον, Est primum Epiri promontorium, eáque Acroceraunorum montium pars, quę mari imminens secundum Europæ sinum à tertio, hoc est, Adriaticum mare ab Ionio diuidit: distátque à Lacinio, extremo Italiæ promontorio 75000. pas. *Vide Plin. lib. 3. c. 11. & 29.*

Acrŏchordŏn. {נחש *seéth*, ἀκροχορδών. GALL. Verrue; cor. ITAL. *Porro*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

che nãſce per le mani Bruchio. GERM. Wartzen die vnden auff der haut als klein ſcind wie ein ſeitlin. HIS. *Vn genero de berruga que duele.* ANG. *Awart.*} Tubercula ſunt in cute excreſcentia, dura & exigua, ima ſui parte adeò anguſta, vt veluti chordarum nexu ſumma in cute ſuſpendi videantur: vnde & nomen habent. A quibuſdam Verrucæ penſiles appellantur. *Vide Galenum Methodi lib. 2. c. 11. & Manard. epiſt. lib. 7.*

ACRÒCÓMAE, ἀκροκόμαι, Populi ſunt Thraciæ, à capillorum longitudine dicti, quòd antrias in fronte mulierum more demiſſas geſtarent. *Autor Homerus.* ¶ Sed apud eum ἀκροκόμους appellari ὑπὸ τινῶν Thraces ſatis conſtat: idque non quòd antrias in fronte demiſſas geſtarent, ſed quòd in ſummo capite capillos alerent: i. ἐν τῷ ἄκρῳ τῆς κεφαλῆς. *Vide Euſtat. & Herod.*

ACROCÓRINTHVS, ἀκροκόρινθος, Mons Peloponneſi inter duo maria, Ægeum ſcilicet & Ionium, ſtadiorum trium & dimidiati altitudine ad perpendiculum, ſub cuius radice in plano, inſtar menſæ, iacet oppidum Corinthus. {GERM. Ein hocher berg bey Corintho} *Strabo lib. 8.* autor eſt montem hunc mœnibus ita fuiſſe circundatum, vt arcis vſum præberet: quò fit, vt minimè mirũ videri debeat, Acrocorinthum à Plinio arcem appellari, quem Strabo montem vocitat. *Plin. lib. 4. ca. 4.* Medio hoc interuallo, quod Iſthmi appellauimus, applicata colli habitatur colonia Corinthus, antea Ephyra dicta, ſexagenis ab vtroque littore ſtadiis, à ſumma ſua arce, quæ vocatur Acrocorinthus, in qua fons eſt Pyrrhene.

Acrocorium, Bulbi ſpecies eſt. *Plin. lib. 19. c. 5.* ἀκροκόριον.

Acrodrya, Caius hoc nomine omnem fructum arborum ſignificari dixit: propriè tamen Acrodrya vocantur fructus arborum, qui lignoſos cortices habent: quales ſunt caſtaneæ, glandes, amygdalæ, iuglandes, & ſimiles; ἀκρόδρυα. Quod genus appellatione Nucum, apud Latinos continetur. Et contrà, Opora dicuntur quæ molli ſunt putamine, ὀπώρα. *Vide Ruellium lib. 1. c. 97. & Badaum.*

ACROLISSVS, ἀκρόλισσος, Arx eſt in colle ſupra Liſſum Illyrici vrbem, *cuius meminit Strabo lib. 7.*

ACROLOCHIAS, ἀκρολοχίας, Promontorium eſt Ægypti ad Phaton. *Strabo lib. 17.*

ACRON, ἄκρων. Fuit Cenienſium rex eo nomine, quem Romulus ſingulari certamine vicit, eiúſque armã Ioui Feretrio dedicauit.

¶ Acron præterea medicus Agrigentinus fuit, qui Athenis vnà cum Empedocle philoſophatus eſt. Antiquior fuit Hippocrate. Scripſit lingua Dorica de victu ſalubri librum vnum, autore Suida. *Vide Laertium in Empedocle.* ¶ Acron item fuit nobilis grammaticus, qui Horatium poetam editis commentariis enarrauit.

ACRONIVS LACVS, ἀκρωνία λίμνη, Olim dictus, qui aliis nominibus & Podamicus, & Brigantinus nuncupatur. {GERM. Der Conſtentzer ſee oder Boden ſee. Hodie à Conſtantia vrbe imminente, Conſtantienſis dicitur. *Pomp. Mel. li 3.* Rhenus ab Alpibus decidens propriè à capite duos lacus efficit, Venetum, & Acronium.

Acronyctæ, ἀκρονύκτιαι, Stellæ veſpertino tempore orientes quum ſol vergit ad Occaſum. Nam ἀκρόνυξ, à Græcis dicitur, quod nos Crepuſculum veſpertinum vocamus. *Vide Cal. Rhod. lib. 21 c 5.*

Acropolis, Arx dicitur ſupra oppidum in edito loco ſita: cuiuſmodi olim Athenæ habuerunt, Minetuæ delubro inſignem. ἀκρόπολις.

ACROREI, Vrbs Triphyliæ, *Steph.*

Acroſtichis, dis, penultima correpta, Dicitur quum primis aliquot verſuum literis nomen alicuius, vel alia quæuis dictio aut oratio exprimitur, ἀκροστιχίς. In hoc genere Plautus luſit aliquot argumenta Comœdiarum, quæ primis literis fabulæ nomen indicant. Sic *Cic. de Diuinat.* citat Acroſtichia Sibyllę, quę adhuc in libris Sibyllinis extant. *Cal. Rhod. Antiq. lect. lib. 13. cap. 39.*

Acroſtolia, orum, ἀκροστόλια, ſunt extremæ partes nauis, quæ facilè euellebantur, quum collibitum fuerat: vt conſtat ex *Diodoro Siculo lib. 20.* Latini (*vt putat Bayſius*) roſtra vocant, & ſi que ſimilia. Erat autem in more poſitum apud antiquos, ornari naues victrices acroſtoliis captiuarum.

ACROTADVS. ἀκρωτάδι, Inſula eſt in ſinu Perſico: *de qua Plin. libro ſexto cap. 23.*

Acroteria, Dicuntur pinnacula in ſummitate ædificiorum prominentia. Item in corpore humano extremitatis etiam Acroterea dicuntur, quales ſunt in manibus & pedibus illæ partes digitorum, quæ ſub vnguibus latent. {גב gáb ἀκρωτήρια. ANG. *Pinnacles in the high partes of buildingis.*} *Vide Vitruuium & Bud. in Comm.*

Acrothinia, Primitiæ frugum ſunt, quæ de ſummo aceruo ſolent tolli, ἀκροθίνια. Ἄκρον enim ſummum ſonat, θῖνες autem frumentorum aceruí dicuntur. Vnde ἀκροθινιάζειν Græci dicunt, pro eo quod eſt Summa delibare, vel primitias conſecrare.

ACROTHON, vide Acroathon.

Acta, ſubſtantiuum nomen, & Græcum, vltima depreſſo accentu. {חוף *choph.* ἀκτή. GALL. Le bord & riuage de la mer. ITAL. *Lito.* GER. Ein geſtad das ſuſtig iſt. HIS. *La ribera del mar, ò tierra cerca della.* ANGL. *The Shoare the ſea coaſte.*} Littus ſecretum & amœnum, *Virg. lib. 5.* At procul in ſola ſecretæ Troades acta Anchiſen flebant. *Seruius.*

Acta, orum, vide AGO.

Actæa, Herba eſt, ſiue frutex graui foliorum odore; caulibus aniſi geniculatis, ſemine nigro, vt hederæ, baccis mollibus. Naſcitur in opacis & aſperis & aquoſis. *Hæc Plin. l. 27. c. 27.* Ruellius hanc eandem eſſe putat aut certè ſimillimam illi, quæ à *Dioſcoride* χαμαιάκτη, à *Latinis* Ebulum vocatur.

ACTAEÕN, ἀκταίων cum dipht. Ariſtæi & Autonoes filius, à Diana in cervum conuerſus, & à ſuis canibus dilaceratus. Vide fabulam *apud Oui. libr. 3. Metamor. & Fulgentium, atque etiam in Commentariis Apollonij libro 4.*

ACTANIA, ἀκτανία, Inſula eſt in mari Germanico, *cuius meminit Plinius lib. 4. c. 13.*

Actaſta, Vide ACASTA.

ACTE, es, ἀκτή, Græciæ regio nobiliſſima, quæ poſtea ab Atthide Granai regis filia, Attica nominata eſt. Dicta Acte, vel ab Actæo quodam rege indigena, *vt refert Stephanus*: vel potius, quòd maxima ſui parte littoralis ſit, & ad mare extenſa. Nam ἀκτὴ Græci littus vocant. *Plinius libr. 4. c. 7.* In ea prima Attica, antiquitus Acta vocata.

ACTÆUS, a, um, id eſt, Atticus, ἀκταῖος, *Ouid. Metamorph.* Separat Ionios Actæis Phocis ab aruis.

Actæ, Frutex arboreſcens, quem Latini Sambucum vocant. {ἀκτή. GAL. Sureau, ou ſuſeau. ITAL. *Sambuco.* GERM. Holderſtaud. HISP. *Sahuco.* ANG. *An Elder tree.*} Vnde Chamæacte, χαμαιάκτη, dicitur, quod Ebulum à Romanis appellatur, quaſi puuila ſambucus. *Vide infrà in dictione* Sambucus.

ACTIA, ἄκτια, *Stephano.* Ludi erant in Actio Epiri promontorio quinto quoque anno celebrari ſoliti in honorem Apollinis, qui & ipſe Actius cognominabatur. Hos ludos veteſtiſſimos fuiſſe conſtat, vtpote quorum & Callimachus meminerit. Summo tamen apparatu ab Auguſto inſtaurati fuerunt, poſtquam Antonium & Cleopatram nauali prælio ante Actium ſuperaſſet: cura eorũ demceps Lacedæmoniis mandata. *Hæc Strabo libr. 7.* Stephanus tertio quoque anno celebratos fuiſſe tradidit: tribúſque certaminibus fuiſſe inſignes, gymnico, equeſtri, & nauali. Horum meminit & *Seruius in illud Virg. 3. Æneid.* Actiáque Iliacis celebramus littora ludis.

ACTIO, Vide AGO.

ACTISANES, ἀκτισάνης, Rex Æthiopiæ, qui Amaſim Ægypto depulit, quòd nimis immoderatè tyrannidem exerceret, regnúmque eius occupauit. *Vide Diodorum l. 2. c. 1.*

ACTIVM. ἄκτιον Epiri promontorium, vbi Auguſtus, deuictis nauali prelio Antonio & Cleopatra, vrbem condidit: & Nicopolim à victoria nominauit.

ACTIVS, & Actiacus, a, um, ἀκτιακός, *Virg. 3. Æneid.* Actiáque Iliacis celebrãmus littora ludis. *Sappho ad Phaonem,* Cur non Actiacas miſeram me mittis ad oras?

ACTIVS NAVIVS, Inclytus Tarquinii Priſci temporibus Augur fuit, quę inſpectante rege, cotem nouacula diſcidiſſe fabulantur. *Vide Liuium libro primo ab Vrbe.* Alii malunt ſcribere Accius.

ACTIVS, ſiue Accius, Fuit Tragœdiarum ſcriptor: natus libertinis parentibus, & inter colonos Piſaurum deductus, à quo & fundus Actianus iuxta Piſaurum dictus: in ſcribendis Tragœdiis, ſententiarum grauitate, verborum pondere, perſonarum autoritate clariſſimus extitit. *Vide ſuprà* Accius.

ACTITO, Actiuus, Actor, Vide AGO.

ACTOR, ἄκτωρ. Comes fuit Herculis in expeditione contra Amazones, in quo bello vulneratus, quum domum redire vellet, in itinere mortuus eſt. ¶ Actorides, ἀκτορίδης, Patroclus, nepos Actoris. [Legend. *Ouid. El. 8. lib. 1. Triſt.* Actoris vrbs: *Ouid. El. 9. lib. Triſt. & 13. Met.* Reppulit Actorides ſub imagine tutus Achillis Troas.] Is enim ex Ægina, quam ei Iuppiter à ſe vitiatam, vxorem dederat, Menœtium genuit. Menœtius autem relicta Ægina, Opuntem in Locros ſe contulit, & ibi Patroclum genuit. ¶ Fuit & Actor quidã Auruncus, cuius meminit *Virgil. 12. Æneid.* --validam vi corripit haſtam Actoris Aurunci ſpolium, &c.

ACTUALIS *Macrob. Commen. lib. 2. cap. 17.* Hic à feriatis remotus, eminet tamen actualium vigore virtutum.

ACTITO, Actiuitas, Actiuncula, Actiuus, Actualis, Actor. Vide AGO.

ACTUARIUS, Actuoſus, Actum eſt, Actus adiectiuum & ſubſtantiuum. Vide AGO.

ACTUARIUS, ἀκτουάριος. Medici Græci nomen, qui plurimis ſcriptis voluminibus, artem ſuam illuſtrauit: ex quibus etiam hodie ſunt in manibus ſeptem libri de vrinarum ratione.

ACTUARIUS, limes eſt, qui primus actus eſt ab eo quintus quiſq., quem ſi numeres cum primo erit ſextus: quoniam quinque centurias ſex limites cludunt. Actuarii autem extra maximos, D. & K. latitudinem habent ped. XII. Per hos iter populo, ſicut per viam publicam debetur. ita enim cautum eſt lege Sempronia & Cornelia, & Iulia. Quidam ex his latiores ſunt XII. pedibus vt hi qui ſunt per viam publicam militarem acti. habent enim latitudines viæ publicæ. *Hæc tradita ſunt ab Hygino in lib. de limitib. conſtituendis.*

ACTUS agreſtis, menſuræ genus fuit, de quo dictum eſt in dictione Menſura.

ACTUTUM, vide AGO.

ACULEUS, ſtimulus. {דרבן *darbán.* κέντρον. GA. Pointe ou aguillon. ITA. *Pugnolo, ago.* GER. Ein ſpitz oder angel der Weſpen vnd Bynen. HISP. *El aguiſon de la aueia ò abeſpa.* ANG. *A prike or ſting.*} *Colum. lib. 1.* Nec paludem quidem vicinam eſſe oportet ædificiis, nec iunctam militarem viam: quòd illa caloribus noxium virus eructat, & infeſtis aculeis armatos culices, muſcas, tabanos, quæ in nos denſiſſimis agminibus inuolant. *Cic. 3. de Fin.* Veſpas aculeis vti videmus. *Idem 2. Tuſcul.* Quum liqueſcimus, fluimúſque mollitia, apis aculeum ferre non poſſumus. ¶ Dicuntur & in herbis aculei, ſpinulæ quædam in folii caule, aut flore eminentes: vt in carduo, tribulo, leucacantha & ſimilibus. ¶ *Cic. de Optimo dicendi genere,* tranſtulit ad orationem. Horum oratio, *inquit,* neque neruos, neque aculeos oratorios, ac forenſeis habet. * Infixo aculeo fugere. Metaphora prouerbialis, vbi quis dicto conuitio, vel maleficio quopiam peracto, ſtatim ſubducit ſeſe, ne vel tueri cogatur quod dixerit, aut ne mutuum recipiat. Tranſlatum videtur ab apibus aut veſpis, quæ infixo aculeo, ſtatim aufugiunt. Quadrabit & in eo qui velut oracula quædam pronunciant & intellectu difficilia, aliis coniectandi materiam miniſtrantes, vt qui non interpretentur quamobrem ita ſenſerint. *Eraſ. in Chiliad.*

ACULEOLUS, diminutiuum quo vtitur *Martial. Epigr. lib. 8.* κεντρίδιον.

ACULEATUS, ta, tum, Quod aculeum ſiue acutum quiddam aculei inſtar habet. {κεντρωτός. GAL. Pointu, piquant. ITAL. *Chi ha tal ago.* GER. Spitzig/ſtachechtig. HI. *Coſa que tiene punta ò aguijoni.* ANG. *Anything that hath a ſting or pricke.*} *Pli. lib. 11. c. 26. de cicadis,* Sine ore eſt, pro eo quiddam aculeatum linguis ſimile, & hoc in pectore, quæ rorem lambunt. ¶ Per tranſlationem quoque oratio, aut epiſtola aculeata dicitur, quæ veluti aculeis quibuſdam munita, animum quodammodo mordet ac pungit. *Cic. ad Attic. li. 14.* Satis aculeatas ad Dolabellam literas dedi.

ACUNCULA, Vide ACVS.

ACUO, acuis, cui, acutum, Aciem rei alicui induco, exacuo. {לטש *latáſch.* שן *ſchánan,* ἀκονάω, ἀκόνα. GAL. Aiguiſer en trenchant, affiler, faire aigu. ITAL. *Dare il filo, affilare, aguzzare.* GERM. Spe-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

pffen/wetzen/spitzen. HISP. *Aguzar*. ANG. *To sharpe, to mak sharpe*.} *Col. lib.* 3. Quoties talcem acueris, pelle aclem detergito, atque ita putare incipito. ¶ Interdum ponitur pro excito, hortor, &c. *Ter. in Adelph.* Attentiores sumus ad rem omnes, quàm sat est: Quod illos sat æras acuere id est, docebit. *Virgil. 1. Georg. in simili significatione animo tribuit*, Curis acuens mortalia corda. *Cic. in Topic. viris apposuit*, In excitando autem, & in acuendo plurimum valet, si laudes illum, quem cohorteris. [*Gell. c. 26. l. 2.* Acuere & quasi incendere colorem. *Liuius l.* 10. Acuit hoc curam patribus. Item acuere iram] *Et ib. 3. offic.* Duæ res quæ languorem afferunt cæteris, illum acuebant, otium & solitudo, id est incédebant. *Vir. 7. Æneid. in malam partem accipit*, pro instigare, incendere, irritare. Postquam, *inquit*, visa satis primos acuisse furores. ¶ Huius verbi composita sunt, Exacuo, & præacuo: quorum significata vide suis locis.

Ăcūtŭs, ta, tum, Propriè de ferro dicitur, quod aciem habet, & bene secat. cui opponitur Hebes vel obtusum {מלטש *mellutásch* שנון *schanún*. ὀξύς. GAL. Aigu, aiguisé. ITAL. *Acuto & appuntato*. GERM. Spitzig/ scharpff HIS. *Cosa agalada ò aguzada*. ANG. *Sharpe, made scharpe. Plaut. in Mil.* Vide, vt tibi illic sit acutus Cario culter probè. Item quod in mucronem, siue acumen desinit, vt Acutus palus, Acutus angulus, Acutum rostrum. ¶ Per metaphoram autem ponitur pro subtili vel acri, aut perspicaci: vt Acutum ingenium, Acutus sophista, Acuta vox, ὀξυφωνία. Item acuti oculi, id est clarè cernentes, ὀξυδερκεῖς. [*Plaut. Capt. sc. 4. a. 3.* Macilento ore, naso acuto. *Et in Pseud. sc. 7. a. 4.* Magno capite, acutis oculis. (an argutis?) *Senec. ep.* 83. Acuta sunt ista argumenta: Nihil arista acutius.] Acutum cernere, *Horatius*, ὀξυδερκεῖν. Acutæ aures, *Horatius*, ὀξεῖα ἀκοή. Acuti cibi, οἱ δριμεῖς χυμοὶ ἢ ὀξεῖα. *Xenophó*, Leuiora studia, sed tamen acuta. ἀλαφρότερα μὲν, ὀξείας δὲ σπουδῆς. *Gaza ex Cicerone*.

Ăcūtē, aduerbium. {ὀξέως. GAL. Aiguement, ingenieusement. ITAL. *Acutamente, ingeniosamente*. GERM. Spitzfündigklich/ subtyl. HISP. *Agudamente, ingeniosamente*. ANGL. *Sharplie, ingeniouslie quickelie*.} Quod quamuis primò de acie ferri dicatur, sæpiùs tamen ad animum refertur, idémque significat quod ingeniosè, vel subtiliter. *Cic. pro Cælio*, Si mihi acutè, arguréque responderit *Idem in Lælio*, Multa responsa acutè ferebantur. Interdum de voce dicitur: vt, Vox acutè sonans, *apud Ciceronem de somnio Scipionis*. Grauiter sonans. Nonnunquam & de visu, pro Clarè, perspicaciter. Pro quo etiam legimus Acutum, *vt Hor. lib. 1. Serm. Sat.* 3. Quum tua peruideas oculis mala lippus inunctis, Cur in amicorum vitiis tam cernis acutùm?

Ăcūtŭlŭs, diminutiuum, idem quod subacutus. {ὑποξύς. GAL. Aucunemẽt aigu ou subtil. ITAL. *Alquanto acuto ò sottile*. GER. Ein wenig subtyl oder scharpff HIS. *Vn poco agudo ò sottil*. ANG. *Somewhat sharpe*.} Brues & acutulas conclusiones.

Ăcūmĕn, penultima producta, idem quod aculeus seu cuspis. {דרבן *darbán*. κέντρον. GAL. Pointe ou aiguillon. ITAL. *Acuteza, acume*. GERM. Ein spitz. HIS. *Agudeza ò aguzadura*. ANG. *A sting or prick, sharpnesse of witt*.} *Cic. in Arati Phænomenis*, Tergáque Centauri, atque nepai portat acumen. ¶ Accipitur & pro ingenij perspicacitate, quod quę in acutum terminent, interius magis penetrent: quomodo solent perspicacia ingenia penetrare. {ערמה *hormáh*. δεξιότης. GAL. Subtilité, finesse, astuce, cautelle. IT. *Cautela, astucia*. GERM. Scharpffsinnigkeit/ geschwindigkeit. HISP. *Agudeza ò astucia de ingenio*.} *Idem de Nat. deo.* Epicurus homo sine acumine, sine vllo lepore. *Col. in præfatione*, Facil limam esse, nec vllius acuminis rusticationem.

Ăcūmĭno, nas penultima correcta, Acutum facio. {לטש *littésch*. שנן *schanán*. חציב *hitsíb*. ὀξύω. GAL. Aiguiser, faire aigu. IT. *Aguzare*. GERM. Spitz oder scharpff machen. HISP. *Aguzar, ò hazar agudo*. ANG. *To mak sharpe*} *Lact. de Opif.* In quadrupedibus autem contextum spinæ à summo capite deductum, longiùs extra corpus eduxit, & acuminauit in caudam.

Ăcūmĭnātŭs, a, um, Quod acumen habet. {מלטש שנון *meluttasch schanún*. κεντρωτός. GAL. Aigu, pointu. ITAL. *Aguzzo*. GER. Scharpff gemacht oder gespitzet. HISP. *Cosa hecha aguda*. AN. *That wohich hath a sting or prick*} *Plin. l.* 11. *c.* 2. Ita reciproca generauit arte, vt fodiendo acumi natum, sorbendóque fistulosum esset.

Ăcŭpĕdĭŭs, Dicitur, cui præcipuum est in currendo pedum acumen. ὀξύπους. *Festus*.

Acupedium in Glossario, ὀξυποδία.

Ăcŭpictōrēs, Qui acu pingunt. {רקם *rokem*. ποικίλοντες ἢ ζωογράφοι. GAL. Brodeurs ou tapissiers. ITAL. *Ricamatori* GE. Seydenstricker. HISP. *Bordadores, ò bosladores*. ANG. *Brodurers*.} Alio nomine Phrygiones appellantur, à Phrygia regione Troiæ, vbi primùm inuenta hæc ars dicitur.

Ăcŭs, aci, generis masculini, Genus piscis, qui & Acicula dicitur. *Mart. li.* 10. Et satiùs tenues ducere credis acos. Hic etiam Belone dicitur. {βελόνη. GAL. Esguille. IT. *Anguisigola*. GER. Ein langer Meerfisch. HIS. *Aguia paladar pescado*.} *Plin. lib. 9. c.* 31. Acus siue Belone, vnus piscium, dehiscente propter multitudinem vtero parit. ¶ Est & acus minoris piscis genus cui rostrum tubæ modo edentulum, quod descriptioni τῆς βελόνης Aristotelis magis congruit.

Ăcŭs, aceris, generis neutri, Purgamentum frumenti. {מוץ *móts*. ὀχύρωμα, ἀχυρών. GA. Paille ou balle. IT. *La loppa, ò mondatura di grano*. GERM. Spreüwer. HISP. *Las granças ò aheschaduras de pan*. AN. *Caffe*.} *Col. l.* 8. Nam in suburbanis lactens porcus acere nutricandus est.

Ăcĕro, aceras; acerare, pen. corr. Paleis inficere, ἀχυρόω.

Ăcĕrātŭs, adiect. Acere plenus, aut permistus. {ἀχυρώδης. GAL. Pailleux comme le pain bis. IT. *Pieno di paglia*. GER. Das voll spreüwer oder kleyen ist HIS *Granҫoso, embuelto en granças de pan*. AN. *Full of caffe*.} Inde Lutum aceratum, *autore Festo*, quod paleam habet admistam.

Ăcĕrōsŭs, adiect. idem. vt, Panis acerosus, qui confectus est ex frumento parum purgato, aceréque non satis diligenter excreto.

Ăcūs, quartæ declinationis, generis fœminini, Instrumentum est quo vestes sarciuntur. {מרשׁ *machat*. ἀκίς, ῥαφανίς. GAL. *Esguille à coudre*. IT. *Ago*. GER. Ein nadel. HISP. *Aguia para coser*. ANG. *Anedle*.} *Plautus in Menæch.* Acum credo inuenisses, si acum quæreres. Prouerbialis hyperbole de re diligenter vestigata. * Nam acus inuentu difficillima, quòd ob exiguitatem facilè fallat oculos quærentis. * Rem acu tetigisti, *apud eundem Plautum in Rudente*. Id est rem ipsam diuinasti nihil aberrans. q. d. ipsissimum punctum attigisti. Nam minutissima puncta denotantur acu. ¶ Ponitur etiam pro instrumento quo vtuntur fœminæ ad ornandos discernédósque capillos. {חרוט *charitón*. GA. Poinson d'atourner esse à griller les cheuex & faire les passefillons. ITAL. *Scrimmale*. GERM. Ein Scheitelspindel HIS. *Aguia para hazer la crencha*.} *Iuuen. Satyr.* 2. Ille supercilium madida fuligine tinctum Obliqua producit acu. *Mart.* Figat acu torras, sustineátq; comas. Purgamenta quoque leguminum Acus dictas inuenimus *à Columella lib. 2. c.* 10. vbi sic scribit de fabarum tritura. Nam semina excusa in area iacebunt: supérque ea paulatim eodem modo reliqui fasciculi excutientur, ac duriſsimæ quidem acus resectæ separatæque erunt à cudentibus: minutæ verò, quæ cum siliquis de faba resederunt, aliter secernentur. ¶ Similiter exercitus instructi pars prior, GAL. *La pointe*, Acus dicitur, quòd ea militum pars vehementissima sit ad hostem vulnerandum acumine telorum. Perottus. nisi potius legendum sit acies. quod puto, &c. *Vide Scal. ad Fest.*

Ăcūncŭlă, biminutiuum ab Acu: qua vtuntur mulieres ad se ornandum. {ἀκίς. GA. Petite esguille. IT. *Picciolo ago*. GER. Ein spitziger pfriemb oder spinsen/ mit dem man das haar vnderscheidet. HISP. *Pequeña aguja*. AN. *Aprein or any such thing wharr with an woman vsis to bush hir*.} Huiusmodi est discerniculum, quod capillis discriminandis est accommodatum. *Vide Scal. ad Festum.*

ACVSILAVS, ἀκουσίλαος. Athenienſis Rhetor, qui Galba imperante sese Romam contulit, ibique ludum aperuit tanto successu, vt moriens Athenienſibus decem myriades ex fœnore partas reliquerit. {GERM. ein redner zu Athen.} ¶ Fuit & Acusilaus quidam Argiuus Historicus, qui Genealogias quasdam conscripsit, ex æneis tabulis, quas patrem eius ferunt inueniſse, quum in domo sua nescio quid foderet. *Vtrumque meminit Suidas.*

Ăcūtē, Acutus, Acutulus. Vide ACVO.

ACVTEA, pen. prod. ἀκούτεια, Hiſpaniæ vrbs est *Stephano*: cuius incolę dicuntur Acutani, ἀκουτανοί.

ACVTIA. P. Vitelli j vxor, *Tacit. lib.* 5.

ACYLAS, ἀκύλας, Philosophi nomen, qui Dialecticos commentarios conscripsit de Syllogiſmis. *Suidas.*

Ăcўlŏn, seu potiùs Acylos, ἄκυλος; Suidæ, Fructus est ilicis fœminæ. *Plin. lib. 16. c. 6.* Ilicis glans vtriusque breuior, & gracilior, quam Hómerus Acylon vocat: eóque nomine à glande distinguit. Masculas ilices negant ferre. Dicitur etiam hoc nomine fructus arboris cuiusdam, quæ mediam quandam naturam obtinet, inter suber & quercum, quæ ob id Phellodrys vocatur. *Vide Ruellium lib. 1. c. 89.*

ACYPHAS, ἄκυφας, Oppidum est in Dorica tetrapoli, *vt ex Theopompo refert Stephanus.*

ACYTOS, ἄκυτος *Stephano*, Insula est non procul à Creta, è regione Cydoniæ ciuitatis, quæ alio nomine Melos appellatur. *Vide Plin. lib. 4. cap. 12.*

Acyrologia, ἀκυρολογία, Latinè impropria locutio, qualis est illa *Virg. 4. Æneid.* Hunc ego si potui tantum sperare dolorem. Vbi sperare, pro Timere dixit: quum propriè speremus bona, timeamus aduersa. Ab aliis dicitur dictio minus conuenienter elata, vel non propriis dictionibus obscurata sententia: vt, Accede ad ignem hunc, iam calesces plus satis. Ibi enim nullus significatur ignis, sed meretrix. Dicta est autem Acyrologia, quasi ἄκυρος λόγος, hoc est, improprius sermo.

A ante D

Ad, {אל *el*. πρός, πρὸς cum accusatiuo. GAL. Aupres, vers. ITA. *Appresso, verso*. GERM. Zu oder bey. HISP. *Cerca de lugar ò de persona*.} Præpositio accusatiuo iuncta propinquitatem significat, eámque frequentissimè coniunctam cum motu ad locum, vel ad personam. *Cic. in Vatinium*, Venisti ad fretum per Mauritaniam. *Terent. in Andria*, Venit ad me Chremes postridie. In hoc itaque differt à præpositione Apud, quòd hæc nunquam motum neque ad locum, neque ad personam importet: Ad, verò frequentissimè motui seruit, sæpe etiàm quieti, vt infrà ostendemus. [*Gell. c. 1. lib. 12.* Ad domum prosequi. *Plaut. Mil. sc. 2. a. 1.* Insinuat sese ad illam. *Pl. Cap sc. vlt. a. 5.* Ad pudicos mores facta fabula. *Pl. Aul. sc. 1 a. 1.* Me miseram, decies ad hunc modum extrudit vno die. Et vt ad id exemplum somnium quàm simile somniauit *Plaut. Milit. sc. 4. a. 2. Plau sc. 1. a. 1.* Cùm ad forum aduenero. *Gell. cap. 26. li. 2.* Cùm ad Frontonem agrum viseret. *Pl. Capt. sc. 4. a. 5.* Dabo te ad carnificem. (i. mittam) *Pl. Asin. sc. 3. a. 3.* Ad me adi vicissim. *Et capt. sc. 2. a. 2.* Ad fratrem captiuos inuiso meos. *Plaut. Capt. sc. 1. a. 4.* Genu ad terram dabo. *Ouid. El. 4. l. 5. Trist.* Et dicunt laudes ad tua vina tuas. *Plau. Men sc. 1. a. 1.* Num ad eum inuiso. *Pl. Amphit.* Hæc me modò ad mortem dedit. *Et Asin. sc. 3. act. 3.* Ad langorem tua duritia dederis octo viros. *Ibid. sc. 4. a. 3.* Ego te ad pistorem dabo. Loqui ad populum pro reo. *Pl. Men. sc 2. a. 4.* Ad populum legere. Tradere ad posteros gloriam. *Quintil.* Hoc est ad vestros non leue crimen auos. (i. auis, vel apud auos.) *Ouid. Eleg. 1. lib. 2. Trist.* Non ausit Mars æquiparare suas virtutes ad tuas (i. tuis, *eſgaller ſes vertus aux tiennes*) *Plau. Mil. sc. 1. a. 1.*] ¶ Differt à præpositione In, quòd hæc ingressionem termini significet: Ad verò, tantummodò accessum ad terminum. Vnde rectè dixeris, Iudicem, vel Prætorem in tribunal se conferre, Litigatorem autẽ ad tribunal. Sic ad Vrbem olim accedebant Imperatores, qui ob res prosperè gestas triumphum sibi decerni cupiebant: quique anrequam hoc impetrassent, vrbem cum fascibus & imperio ingredi non poterant. ¶ Sæpe etiam, vt diximus, sinè vllo ponitur motu, vt idem sit quod Apud, παρὰ cum datiuo. *Cic. pro Cælio*, Habes hortos ad Tyberim *Idem pro Flacco*, Qui producti, tabulas se publicas ad speluncas perdidisse dicebant. Ità etiam aliquando cum accusatiuo personæ, pro loco citrà motum denotatur. *Cicer. in Verr. Act. 2.* Decem fisci ad Senatorem relati. *Idem Attico lib. 9.* Dionysius ad me fuit benè mane, hoc est, domi Senatoris, domi meæ: accusatiuus personæ pro loci accusatiuo.

¶ Multiplex præterea huius præpositionis est vsus: vt Quum pro In, cum ablatiuo ponitur. [*Plau Capt. sc. 2. act. 4.* Ad portum nactus nescio quem, i. *In portu. & Quintil.* Ad libellum respicere (vt pueri solent.) Ad manum arma debere habere.] Idem *Cic. in Pison.* Deprehensus denique cum ferro ad Senatum est. *Cæs. Bell. Gal.* 5. Totam hyemem ipse ad exercitum manere decreuit. ¶ Pro Circa. *Cic. Attic.* Ad quæ tempora te expectem, facias me certiorem velim. ¶ Pro Circiter. *Terent. Heauton.* Talenta ad quindecim coegi. ¶ Pro versus: vt, Ad

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

orientem, Ad meridiem. [*Plaut. Pseud. sc. 7. a. 4.*] Sic, Ad sidera, Ad cælum tendere manus, siue oculos. *Virg. 1. Æneid.* Duplices tendens ad sidera palmas. ¶ Pro Præ. *Terent. in Eunuch.* Est-ne, vt fertur, forma? P. Sanè. CH. At nihil ad nostram hanc. [Pro Iuxta vel apud, *Pl. Asin. sc. 3. a. 4.* Ad amicam potare.] Pro Post, *Cic. Attic. 12.* Nescio quid interfit, vtrum illuc nunc veniam, an ad decem annos. ¶ Pro Propter. *Propert. Eleg. vlt. lib. vlt.* Panditur ad nullas ianua nigra preces. *Liuius 1. ab Vrbe*, Inde quum aliæ boues quędam ad desiderium (vt fit) relictarum mugissent, id est, propter desiderium, vel prę desiderio. ¶ Interdum etiam idem valet, quod Pro, vt apud Græcos ἐπὶ accipitur. [*Plaut. Aul. sc. 2. a. 3.* Venimus coctum ad nuptias, i. pro nuptiis. *Et Mil. sc. 2. a. 2.* Bonum habet hortum ad omnes mores maleficos.] *Terent.* Argentum dabitur ei ad nuptias, id est, Nuptiarum causa, εἰς γάμους. *Cicer. 5. Verr.* Qui ad statuam pecuniam contulerunt. ¶ Pro Ante [*Plaut. in Amph. sc. 2. a. 4.* Quis ad fores, i. ante ostium, *qui est à l'huis.*] vt, ad limina expectare. *Virgil. 4. Æneid.* Reginam thalamo cunctantem ad limina primi Pœnorum expectant. Ad pedes se abiicere. *Cicero, Attico lib. 2.* Clodius abiecta toga, se ad generi pedes abiecit. Pro Præter, παρὰ. *Terent. in Andr.* Ad hæc mala hoc mihi accedit etiam. ¶ Pro Secundum: similitudinē sci. significans: vt, Ad arbitrium, ad nutum alterius. *Plaut. Merc.* Ad istam faciem virum quæro. ¶ Pro Quantum ad. *Cicer. 3. Verr.* Vidi simul cum populo Romano forum, comitiumque adornatum ad speciem magnifico ornatu: ad sensum cogitationémque, acerbo & lugubri. Id est, Quantum ad speciem, Quantum ad sensum. ¶ Pro Vsque ad. vel Vsque in. *Cicer.* Ad multam noctem contenderunt. *Cæsar*, Ad horam nonam in anchoris expectauit. *Liuius*, Ad lucem acerrimè pugnatum est. [*Gell. c. 1. l. 12.* ad domum prosequi Senatorem.] Pro prope. *Cice. in Verr.* Ad vrbem cùm esset Verres audiuit, &c. *Idem in Ant.* Is dixit se vsque ad Cal. Maias ad vrbem exercitum habiturum. *Idem in Verrem.* Crux quæ posita est ad portum. ¶ Pro aduersus, [*Gell. c. 4. l. 18.* qua (dissimulatione sup.) ad Sophistas vtebatur.] *Catullus ad Mallium*, Cœperat ad se Troia ciere viros. Pro Apud, personæ accusatiuo: [*Plau. Asin. sc. 3. a. 4.* Ad amicam potare (i. apud) *Idem Mil. sc. 6. a. 2.* Vise ad me iam scies. i. apud me & domi. *Et Most. sc. 1. a. 2.* Conspicatus ad portum herum. Ad aliquem cœnare. *Gell. c. 7. l. 19.* Ad aurem inuocare. *Quintil. Plau. Asin. sc. 2. a. 5.* Quid tibi huc ad te receptio est meum virum (i. apud.) Ad anchoram stare. *Cæs. l. 3. de bell. ciu. Plau. Mil. sc. 6. a. 2.* Me despexisse ad te per impluuium fateor. i. apud te, & domi tuæ, *Pl. Capt. sc. 5. a. 3.* In libertate est ad patrem, *Liui. l. 3. ab vrbe*, Quæ mandata habeant à Senatu Rom. ad Quercum iubet dicere. i. (apud arborem.) se interim alia acturum.] *Quo genere loquendi prater Plautum vtitur Cæsar libro tertio belli ciuili:* Magnam tamen hæc res illis offensionem & contemptionem ad omnes attulit: vt Græcè πρὸς πάντας. *Apud Horat. libro secundo, Serm. Satyr. 6.* Semper eris derisor ad omnes: id est aduersus siue erga [pro super, *Pl. Asin.* Hoc recipio ad me. *Cic.* recipio in me, *Ie le prens sur moy.*] Pro at apud Veteres: *Salust. in Orat. Cotte Cos.* Ad contrà in his miseriis cuncta me cum fortuna deseruere. *Catullus*: Ad Acme, leuiter caput reflectens, Ad impatientiam delabi: *Cornelius Tacitus libro 15.* Ad integrum, ὁλοκλήρως, integrè. *Macrob. Comment. libro primo capite 3.* Et hæc est prima incorporea natura post corpora: sed non purè, nec ad integrum carens corpore. Ad lecticam homines, id est lecticarij: *Catullus in Epigram. de Vari scorto*, Ære comparasti ad lecticam homines. Et Cæsares corpora lecticariorum habuerunt. Ob id quibusdam sitorum inscriptionibus ex còrpore lecticariorum Cæsaris. Ad postremum, id est postremo. [*Gell. c. 7. l. 7.* Ad prouerbium interdum significat vt Adfabrè, Adprobè. *Pl. Cap. sc. 1. a. 4.* Nemo adæquè fortunātior. *Et Most. sc. 1. a. 1.* Quo nemo adæquè parcus nec magis continens. *Plau. Aul. sc. 5. act. 3.* Ad postremum cædit miles. (i. postremo loco.) Ad vltimum *Velleius.*] *Gellius lib. 2. cap. 29.* Ad postremum igitur domus filio: Valeant, inquit, amici cum propinquis. Ad vrbem imperator. *Asconius Padianus in 4. Verr.* Omnis enim magistratus qui intramuranus non est, nec vrbanus etiam, si administrator eius Romæ est, ad vrbem dicitur. *Salustius*, Ii vtrique ad vrbem imperatores erant. ¶ Aliquando significat rei vsum. *Cicero sexta Verr.* Quo solitus erat vti ad festos dies, & ad hospitum aduentum. ¶ Aliquando officium. Vnde ad manus seruus dicitur, qui & A manu, siue Amanuensis, de quo antea. Sic Ad cyathos stare, dicuntur pincernæ vini administratores, & apud Græcos, παρὰ κύλικι. ¶ Ad limina custos qui est ędituus. Iungitur & cum gerundiis in dum: vt, fuit ad lauandum. *Terentius. in Andr.* Nec satis ad obiurgandum causæ. *Ad tempus duobus modis sumitur: vno ad conditionem temporis, necessitatem & opportunitatem, Cicer. Dolabella*, Neque solum ad tempus maximam vtilitatem attulisti, sed etiam ad exemplum facti. *Plancus Ciceroni*, Si autem in itinere meo se opposuerit, ad tempus consilium capiam. Altero ad spatium temporis: vt, Silebo ad annum, latebo ad tempus, id est vsque ad tempus quoddam. [*Ouid. 4. Fast.* Ad annum Pastorum dominę grandia liba Pali. *Quintil.* Si ad horam constiterit Orator. *Cæs. libr. 1. de bell. ciu.* Misso ad vesperum Senatu.*] Ad vnguem, id est exquisita diligentia, atque exactissima cura. [Ad hunc modum, ad illum modum, Vide Modus. & hic suprà. *Senec. c. 6. de Consol. ad Elb.* Ad cæli naturam intemperantius. *Quintil.* Ad legem & regulam compositus. Item Ad hoc, vide Hoc. *Senec. epist. 72.* Ad litteram locum dicere, Ad perfectum, ad plenum. Et *Liui. lib. 5. d. 4.* Ad liquidum veritas explorata. *Sue. Tib. c. 68.* Ad breue videre. Ad terram deligare nauem. *Cæs. 3. de bell. ciu.* Ad remum ferui *Liu. lib. 4. d. 4.* Ad dignitatem restituere *Cæs. lib. 1. de bell. ciu.* pro indignitatem. Ad tribunos dare nomina *Liu. l. 5. d. 5.* Hæc ad verbum dixit *Suet. in Cæs. 5. c. 30.* Ad flumen prosiluit, *Suet. in Cæsa. c. 12.* pro in flumen. *Ad tribun.* dare nomina *Liui. 5. d. 5.* Hæc ad verbum dixit. *Suet. in Cæs. c. 30.* Ad manum hæc arma debere habere. *Quint.* Ad terram dare & affligere. *Suet. in Calig. c. 96.* Ad supplicium dati. *Ibid. c. 11.* Ad considerandum ponere bellum. *Gell. c. 2. lib. 12.* Ad formulam suam exigere aliquem, *Senec. c. 4. de vita beata.*, Ad manum subministrare tela. *Quint.* Ad hanc regulam non sunt locuti. Idem Ad militares inuisum nomen Populi Rom *Liu. lib. 4. bell. Pun.* Damnatæ Matronæ ad populum. *Liu. lib. 10. ab vrb.* Ad flammam sudare. *Sue. Aug. c. 82.* Marius creatur Consul cum ad exercitum esset. *Liu. lib. 4. d. 5.*] A marmorariis ducta metaphora, qui superinducto vngui commissuras explorant marmorum. *Horat.* Coccius ad vnguem Factus homo. ¶ Sunt aliæ quoque huius præpositionis locutiones: vt, Ad pedes desilire. *Cæs. pro*, de equo descendere: *sis sæpe Liu.* ad dexteram, ad sinistram, scilicet manū. *Terentius in Adelph.* Ad sinistram hac recta platea. [*Plaut. Milit. sc. 4. a. 2.* Respice ad læuam. *Ouid. Eleg. vlt. lib. 4. Trist.* Positos ad lęuam maris, &c.] ¶ Ad extremum, Ad postremum, ad vltimum, quæ aliquando ordinis sunt, vel temporis, & pro Denique, vel postremò, vel tandem accipiuntur, aliquando nullius sunt ordinis. Ad summam & ad summum, vide in SVMMATIM, Ad verbum, idem est quod De verbo ad verbum. *Cicero*, Fabellas Latinas ad verbum de Græcis expressas. *Plinius*, Ad verbum translata sententia. Ad vnum, idem quod nullo excepto. *Liuius 2. ab Vrbe*, Quos Consul Romanus in Algido consequutus, ad vnum omnes occidit. Sic Ad lyram canere, Ad lucernam studere. *Et Cicer.* Ad eum nuntium commoti sunt omnes, id est, audito eo nuntio. *Ouid.* Mortua, crede mihi, tamen ad tua verba reuixi. ¶ Ad eum finem: *Tacit. lib. 14.* Quod ad eum finem memorauimus. Ad genus faciendum, pro ad sobolem procreandum. *Iustinus Histor. libro nono*, Viginti millia nobilium equarum ad genus faciendum in Macedoniam missa. Ad finem mortalitatis accessisse, eleganter dictum de imminenti fato vitę supremæ. *Suetonius in Claudio*, Et in vltima cognitione pro tribunali accessisse se ad finem mortalitatis, quanquam abominantibus qui audiebant semel atque iterum pronunciauit. ¶ Cæterùm notandum quòd Ad, in compositione quum iungitur dictionibus incipientibus à c f g l n p r s t, mutatur d in literas sequentes: vt Accurro, Affero, Aggrego, Allego, Annumero, Appono, Arrogo, Assisto, Attribuo. Excipiuntur Agnosco, in quo d abiicitur, aut in g mutatur, sicut in agnatus euphoniæ causa: similiter Adsum, vbi d remanet, sicut suo dicetur loco. Sed si componatur cum a b d e h i o u, semper d integra manet: vt, Adamo, adbibo, adbreuio, adduco, adeo, adhibeo, adimpleo, adoleo, aduoco. Si verò cum q, d mutatur in c, vt Acquiro. Anquiro autem ab An fit, quod significat circum, vt latius suo loco dicetur. In notis antiquorum, AD, auditor. AD, E. ad exactorem, vel effectorem, vel extortorem. AD. F. ad finem. AD. L. ad locum. ADIAB. Adiabenicus. ADI. adiutor. ADI. P. Adiutor prouinciæ, vel patriæ, vel pop. ADN. Adnepos. ADP. vel AD OP. adoptiuus. AQSR. ad quæstorem. A. D. P. ad diem Pridie, AD. D. ad Dioscoridem, vel ad discordiam, vel ad discendum. AD. E. Adest. AD. F. ad Frontem. ADLR. adulterauit. AD. P. XII. ad pedes duodecim.

ADA, ἄδα, Filia fuit Hecatomni Cariæ regis, & Artemisiæ soror, quę Hydrieo fratri nupsit: *vt tradit Strabo lib. 14.*

ADACHIDAE, gens Lybica, *Steph.*

ADADATA, ἄδαδατα, Ciuitas Pisidarum, ad Taurum montem. *Strabo libro 12.*

ADAD, *teste Macrobio Saturn. lib. 1. cap. 23.* non Adab, quemadmodum hactenus legebatur, Assyriorum summus habebatur Deus: qui etiam deam Atargatim vxorem assignabant: per Adad Solem, per Atargatim Terram intelligentes: quod ex his duobus potissimum cuncta crederent procreari.

ADAE, ἄδαι, Oppidum est Æolidis, 40. stadiis ab Hydera promontorio distans, non procul à Cuma. *Autores Strab. libr. 12. & Plin. libr. 5. cap. 30.*

ădæquē, æquè, pariter, æqualiter, {שׁוה *beschaváh.* ὁμοίως. GALL. Pareillemẽt, aurant. IT. *Parimente.* GER. Gleychlich. HI. *Y gual y semeiantemente.* ANG. *Egallie.*} *Plaut. in Cas.* Neque est, neque fuit me senex quisquam amator adæquè miser. Vide suprà in Ad.

ădæquārĕ, æquare, exæquare, parem facere. {שׁוה *schivváh.* ὁμοιίζειν. GAL. Egaler, faire egal. ITA. *Vguallare, spianare.* GE. Ebnen/eben machen. HIS. *Ygualar vna cosa à otra.* AN. *To mak egal.*} *Cic. de Vniuersit.* Vt Deorum vitam possint adæquare. Idem, Adæquare cum virtute fortunam. *Liu. 1. ab Vrbe*, Romanus passim publica, priuatáque omnia tecta adæquat solo. *Cic. pro Cor.* Qui in summa amicorum copia cum familiarissimis eius est adæquatus.

ădæro, as, are, penul. prod. ab ære deductum, significat Ære æstimare. {הוריך *heberich* תוקיר *tokir.* ἐξαρύρωσις. *Bud. Annot. 2.* GA. Apprecier à argent, adenerer. ITA. *Stimare à contant.* GER. Zu gelt anschlahen/oder schetzen. HI. *Estimar ò apreciar con dineros.* ANG. *To pryse or value.*} Hinc Adæratio, prædia, *apud Iurisconsultos*, ex quibus certum æs præstabatur. Et Adæratio, æstimatio ad æris pretium.

ădæstŭo, as, aui, are. {חמה *hamáh* חמר *chamár.* θερμαίνω. ζέω. GA. S'enfler d'ondes & flots. ITAL. *Hauer gran caldo, ondegiare.* GER. Voll vngestüme außlauffen/vberlauffen. HIS. *Mucho heruer, reboßar.* ANG. *To ouerflowe*} quod est extra æstuo, exùndo incremento. *Virg.*—fundóque exæstuat imo. *Iustin. lib. 1.* Quæ materia in his locis passim è terra exæstuat. *Sueton.* Fossas omnes in quas Nilus exæstuat, oblimatas longa vetustate, militari opere detersit.

ădăggĕro, ras, penu. correp. quasi aggerem facio, cumulo. {צבר *sal tsabar.* θησαυρίζω. GALL. Accumuler, amonceler. ITALIC. *Accumulare, ammassare.* GERM. Zusammen häuffen. HISP. *Amontonar.* ANGL. *To heape.*} Quum ver apperit, terram adaggerato bene. *Colum. libr. 5. cap. 18 Plin. lib. 36. cap. 12.* Compositum ex Ad & Aggero, quod ab Agger, eris, deriuatur.

ădăgĭum, gij, & apud antiquos Adagio, onis, est sententia breuis, rebus temporibúsque accommodata, tectum latentémque in oratione sensum obtinens, {משל *maschál.* παροιμία. GAL. Vn prouerbe, vne ren contre, vne attache. ITA. *Prouerbio.* GER. Ein Sprüchwort. HIS. *Elrefran.* ANG. *A prouerbe.*} Dictum Adagium, quasi circumagium, quod *teste Varrone*, passim per hominum ora obambulet.

ădălligo, as, are, Ad aliquid ligo. {אסר צרר *asár tsarár.* συνδέω. GALL. Allier à quelque chose. ITA. *Legar' à qualque cosa.* GERM. Anbinden. HIS. *Atar vna cosa à otra.* ANG. *To knitt te any thing.*} *Plin. li. 20. c. 21.* Quin & semen tritum adalligant brachio.

ADAM, ἄδαμ, Hebraica lingua (*sicus lib. 1. Iosephus scribit*) idem est quod Ruber: quoniam è rubra terra factus est.

ădămās, pen. corr. {שמיר *schamir.* ἀδάμας. GAL. Diamant. ITA. & HIS. *Diamante.* GERM. *Adamant.* ANG. *An adamant.*} Lapis máximi inter gemmas omnes pretii, ab α priuatiua particula, & δαμάζω, domo, quòd durissimus credatur, & nulla vi domabilis: quod tamen falsum esse sæpius compertum est. Nulla tamen re facilius, quàm hircorum calido sanguine dissoluitur. Sunt autem adamantum genera quatuor:

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

scilicet,Indicus,Arabicus,Macedonicus,& Cyprius. Qui in India nascitur,æquè magnus est ac nucleus auellanæ:cui similis est Arabicus sed aliquanto minor. Qui in Macedonia in Philippico aruo inuentus est olim,cucumeris semini par est magnitudine. Cyprius colorem aerium repræsentat,& in medicamine plurimum valet. Est etiam Adamas cognomine Siderites,quòd ferrei sit splendoris,cæteris adamantum generibus ponderosior,sed dissimili natura, vtpotè qui frangatur faciliùs,& adamante alio perforetur,nempe eo qui Cyprius est. Volunt quidam in adamante Indico(qui omnium pretiosissimus est) tantam inesse vim,vt iuxta magnetem positus ferrum ab eo abstrahi non patiatur,aut abstractum ad se rapiat. *Sed vide Scaligerum, vbi de magnetis effectibus disputat.* Venena præterea,lymphationes, metúsque vanos abigit ex hominum mentibus. ¶Huius lapidis incredibilis durities prouerbio locum fecit,quo hominem inexorabilem, durum & infatigabilem,imò quicquid inuictum atque inexpugnabile Adamantinum vocamus. *Hesiod.* Α'λλ' ἀδάμαντες ὄχον κεκτεφάασιν θυμὸν,id est, Durus at his animus solido ex adamante creatus. [*Ouid.3. Fast.* facta ex adamante securi. & *Eleg.8.lib.4.Tristium*, Nil adeò validum est, Adamas licet alliget illud.] ¶ Est etiam hoc nomine herba,quæ & Hyoscyamus,& Apollinaris vocatur. *vide Dioscor.lib.4.c.65. Plin.li.37. c.4.*

Ădămāntĭnŭs,a,um.pen.corr. Quod est ex adamante. {ἀδαμάντινος. GAL. Fait de diamant,adamantin, dur comme diamant. ITAL. *Diamantino,duro come diamante.* GERM. Von adamant gemacht/oder als hart als ein adamant. HISP. *Cosa do diamante.* ANG. *Made of an adamant, hard lyk an adamant.*} *Horat.lib.1.Carm.ad Agrippam,* Quis Martem tunica tectum adamantina Dignè scripserit?

Ădămāntæus,a,um,penultima producta. ἀδαμάντειος,idem quod Adamantinus. *Ouid. 7. Metamorph.* Ecce adamantæis Vulcanum natibus efflant.

Adamantis,idis,ἀδαμαντὶς,Herba quædam esse traditur à Magis Armeniæ Cappadociæque alumna , qua admota leones resupinari feruntur hiatu laxo. Nominis rationem iidem hanc tradunt , quòd conteri nequeat , quemadmodum nec adamas. *Vide Plin.lib.24. cap.17.*

ADAMASTVS , ἀδάμαστος, Ithacensis fuit, pater Aehæmenidis, socii Vlyssis, vt videre est *apud Virgil.Æneid.libro tertio*, Latinè interpretari possumus indomitum,ab α priuatiua particula , & δαμάζω,domo.

ADAMIANI,vel Adamitæ,Hæretici,ab Adam nominati,cuius imitantur nuditatem,qua fuit in Paradiso ante peccatum. Credebant enim quòd nuptiæ futuræ non fuissent,si nemo peccasset. Nudi itaque mares fœminæque conueniunt,nudi lectiones audiunt,nudi celebrant sacramenta. *Augustlibr.de hæresib.ad Quoduultdeum.*

Ădămo , mas,penultima correpta,valde amo & diligo. {אהב *aháb*, ἐκφιλέω. GAL. Aimer fort,aimer ardemment. ITAL. *Amare teneramente,fortemente,honestamente,amoreuolmente.* GERM. Fast oder hefftig lieb haben. HIS. *Amar come enamorado.* ANG. *To loue ardenlie.* {*Quint.* Me quidem,marite,si quis interroget,omnes matres liberos suos,tanquam adamauerint,amant. *Cicero lib.tertio de Oratore*, Deinde ab Antisthene,qui patientiam & duritiem in Socratico sermone adamarat. ¶Adamare tenerè,prouerbiali forma dicitur in eum qui ita diligit quempiam,vt non patiatur vel leuissimis incommodis à quoquam affici.

ADANA,orum,ἄδανα,τὰ, Vrbs Ciliciæ,ita dicta ab Adano,qui eò coloniam deduxit vnà cum Saro , postquam bello aduersus Tarsenses gesto,inferiores discessissent. *Author Steph.* Meminit vrbis huius & *Plin. lib.5.cap.27.*

ADANI, ἄδανοι,Insulæ duæ sunt in sinu Arabico, *quas commemorat Ptolemæus.*

Ădăpĕrĭo,eris,penult.corr.adaperui,adapertum. {פתח *pathach*. ἀνοίγω. GALL. Ouurir. ITA. *Aprire*. GERM. Auffthun/öffnen. HIS. *Abrir.* ANG. *To open.*}Idem quod aperire,seu patefacere. *Liu.5.Bel.Pun.* Qui improuiso adorti semiplenas stationes,& adapertas fores portæ. *Plin. lib.2.cap.47.* Vnde nubes discussæ adaperuêre cælum. [*Senec.ep.55.* Adaperire caput.]

Ădăpērtŭs,a,um,idem quod apertus. {פתוח *patúach*. ἀνεῳγμένος. GAL. Ouuert. ITAL. *Aperto*. GERM. Auffgethan. HIS. *Abierto.* ANG. *Open.*} *Ouidius 1.Amor.Eleg.5.* Pars adaperta fuit,pars altera clausa fenestræ.

Adapertilis,adiect. ἀνεῳκτικὸς Quod est apertum vel apertu facile. *Ouid. de Trist.3.Eleg.11.* Aspicis à dextra latus adapertile tauri.

*Adapto,adaptas) ἁρμοττω. Idem quod aptare siue accommodare. *Sipont.*

Ădăquo,quas,penultima correpta,ex ad & Aquo:id est Aqua reficio,& irrigo,ad aquam ago {השקה *hischkáh* רוה *riuuáh*. ποτίζω. GALL. Abbruuer,ou arrouser d'eau. ITAL *Adacquare,inaffiare le herbe.* GERM. Wässeren oder tränckẽ. HIS. *Regarlos harboles ò orialiça.* AN. *To water.*} vt, Adaquare arbores. *Plin.lib.17.capite 10.* Ternas simul ferendas triangyli ratione,palmo inter se distantes,denis diebus adaquari,donec grandescant. *Suet.in Galba c.7.* Ita decreuit,vt ad locum vbi adaquare solebat,iumentum ducerentur capite inuoluto.

Ădārces, *Dioscoridi* ἀδάρκης. Salsugo quædam gelata,palustrib. in locis, iisdemque humidis,prouenientes,quibus exiccatis condensari solet,atque arundinibus adhærere. *Plinius libro 16.capite 30. & 36.libro 32. capite 10. & lib.22.capite 24.* Adarcam vocem Latinam agnoscit:traditque nasci in cortice calamorum,sub ipsa coma,ex spuma aquæ marinæ cum dulci commista:& à nonnullis καλαμοχνοῦν,hoc est,arundinaceam lanuginem voceri. *Vide Hermolaum in Plin.& Marcel.Virg. in Dioscor.*

Ădărco,res,rui,penultima correpta,areo,exareo. {חרב *charáb*. ἐκπενθέω. GA. Deuenir sec,assecher. ITA. *Secarsi*. GER. Verdorren/dürr werden. HIS. *Seccarse.* ANG. *To become drie.*} *Verbum est rarum,quo vtitur etiam Cato de Re rust.ca.98.* Amurcam decoquito ad dimidium,& ea vngito fundum arcæ,& extrinsecus pedes & angulos : vbi ea adaruerit vestimenta condito.

ADARVPOLIS,vrbs Persica,*Steph.*

Ădāssint,siue,(*vt Festus legit*) Adaxint,Vetetes dixerunt pro Adigant. *Plaut.* Vtinam diui adassint ad suspendium.

Ădāssus,Species tunicæ,sic dictæ,quòd ab humeris non erat consuta. *Perotus.* Sed quis hac voce vsus est?

Ădaūgĕo,es,xi,Augeo,cumulo. {רבה *rabáh*. ἐπαύξω. GA. Augmenter,accroistre. ITA. *Aumentare,accrescere.* GERM. Sich fast mehren. HISP. *Acrescentar* AN. *To augment,to mak more.*}(minuo,extenuo. *Cic. li.1.de Inuen.* Per quem facti vtilitas aut honestas adaugetur. *Terent. Heaut.* Duritia adaucta.

Ădaūcto,as,are,ἐπαυξάνω. frequentatiuum,idem quod augeo. Quibus rem summam,& patriam nostram quondam adauctauit pater. *Ex Nonio.*

Ădaūgesco,adaugescis,{ἐπαυξάνομαι. ANG. *To beginne,to increase.*} Augeri, crescere. *Lucret.libro secundo,* Nam neque adaugescit quicquam nec deperit inde. *Cicero primo de Diuin.* *Aut densus stridor quum celso è vertice montis Ortus adaugescit scopulorum sæpe repulsu.

Ădaūctŭs,us,ui,verbale,ἐπαύξησις. *Lucret.li.2.* Nam quæcunq. vides hilari grandescere adauctu,id est,*incremento.*

ADBELLVM,oppidum. *Plin.5.7.*

Ădbĭbo,is,adbibi,adbibitum,Bibo. {שכר *schachár* שתה *schatáh* ὑπίνω. GAL. Boire vn peu plus,s'abbreuuer. ITA. *Ber oltra misura.* GER. Zu trincken/zu vil on notturfft trincken. HIS. *Beuea sin medida,ò Beuer prouocado à otro.* AN. *To drink some what more.*} *Ter.in Heautont.* Is mihi,vbi adbibit plus paulò , sua quæ narrat facinora. *Plaut. in Sticho.* Euge,quando adbibero,alludiabo. ¶Accipitur & pro imbibere per metaphoram. *Horat.1. Epist.*-nunc adbibe puro Pectore verba puer.

Ădcōrpŏro,as,adiungo,admisceo. *Solinus*, Et carinis tenaciter adcorporatur

*Adcredo,adcredis,adcredidi,ὑπιστεύω. *Lucret.lib.3.*-tum motus materiai Multimodi quã sint,facilè hoc adcredere possis. Id est, credere.

*Adcresco,adcreui adcrescere. *Horat.in Arte Poet.* Syllaba longa breui subiecta vocatur Iambus , Pes citus,vnde etiam trimetris adcrescerẽ iussit Nomen Iambis,Id est,addi,vel dari.

Ădāx,Animalis quoddam genus est in Africa, quod cornua habet erecta,rugarúmque ambitu contorta,& in læue fastigium exacuta,ita vt lyras diceres: στρεπτοῖσι κέρασι Græci contortis cornibus appellant. *Hæc ferè Plin.lib.11.c.37.*

Ădděcĕt,ὑπαρέσκει,idem quod decet. *Plaut. Amphitr.* Eius studio seruire ad decet. *Plau pseu.sc 5.a.1.* Nouum aliquid adferre addecet. *Vide ibidem sc.4.a.2.*

Addephagia,{ἀδηφαγία. GA. Appetit de manger insatiable. ITA. *Auidità di mangiare insatiabile.* GE. Vnersettliche begird zuessen. HI. *La gargantez̃a.* ANG. *An appetit to eat.*}Inexplebilis edendi auiditas. Hæc apud Siculos pro Dea colebatur:vbi etiam templum habebat sibi peculiariter dedicatum. *Vide Cal.Rhod.lib.7.c.11.*

Ădděnsĕo,ses,sui,ex Ad & Denseò,*teste Seruio*, significat, Densum facio,stipo,constipo. {העבה *heebáh*. πυκνόω. GA. Espessir. ITA *Inspessare.* GERM. Dick machen. HI. *Espessar.* AN. *To mak thik,to waxe thik.*} *Virgil.10. Æneid.* Extremi addensent acies. Verbum rarissimum.

Ădděnso,as,are,idem quod Addenseo, *Plin.lib.20 ca.21.* Mirum, aquam radice ea addita,addensari sub dio,atque lactescere.

Ăddĭco,cis,pen.prod. {מכר *machár* נתן *nathán*. πωλῶ. GAL. Vendre au plus offrant. ITA. *Vendre all' incanto.* GER. Zu sprechen / zu eignen/zu kauffen geben HISP. *Vender en almoneda.* ANG. *To giue ouer, to sell to him which beddeth most.*} Verbum est ex tribus illis, quibus vniuersum prætoris imperium ac potestas continebatur, Do, Dico, Addico. Nam in addicendo ius faciebat. Veluti cùm in cessionibus addicebat,cùm in vindiciis, in bonorum possessionibus , item cùm aliquem suis creditoribus , aut furiosum suis agnatis gentilibúsque addicebat. *Hotomanus in Lexic.* [Addicit & Prætor, cùm in iure fit cessio per tres Personas,ce dentis,vindicantis & Prætoris. *Tacit.lib.2.* Addicentibus auspiciis. *Cas.2.de bell.ciuil.* Addicere bona in fiscum.] *Cic. in Verrem.* Domus etat plena, noua decreta ; noua iura petebantur, mihi det possessionem,mihi ne adimat, mihi bona addicat. *Idem in Pisone*, Nonne Fusidium debitorem creditoribus suis addixisti ? *Idem pro Flacco*, Is cùm iudicatum non faceret,addictus Hermippo , & ab eo ductus est. Hinc Addicti,vt est apud Vallam, κατακεκριμένοι, qui nexi in seruitutem creditoribus ob debitum sunt traditi. Proprium igitur hoc verbum Prætoris:sed tamen ad alia multa traductum. Dicuntur enim quoque addicere præcones in auctionibus, & publicis locationibus , cùm emptori seu locatori nullo maius pretium offerente rem attribuunt. *Cic.pro Rabir.Posthum.* Tua bona Posthume nummo sestertio à me addicuntur. [*Velleius*, Addicere imperia vel se alicui.] *Tranquil.in Cæsare*, Amplissima prædia ex auctionibus hastæ minimo,vel vt alij legunt,nummo addicit. *Cic.3.in Verrem*, Addicitur id opus H.S.D.IX.millibus. [*Quintil.* An is seruus natus, quem cùm addicta est mater,peperit. De Addicto creditori seruiente vide *Fab. Decl. 311.*] ¶Dicuntur deinde addicere in augurali disciplina aues, quando ratum faciunt auspicium. *Liuius*, Fabio auspicanti aues semel atque iterum non addixere. Contrarium Abdicere. ¶ Et Addicere sententiam,pro vendere. *Cicer.Phil.2.* Quum neque principes ciuitatis rogando,neque maiores natu monendo, neque frequens Senatus agendo te de vendita atque addicta sententia mouere potuit. ¶ Addicere supplicio,morti,pro Damnare,destinare,deuouere. *Cic.Phil.3.* gladiatorio generi mortis addictus. Addicere se cupiditatibus,petulantiæ,intemperantiæ,&c. Pro se dare vel dedere. Quemadmodum & apud *Horat.1.Epist.* Nullius addictus iurare in verba magistri. [*Suet. in Claud.c.29.* Addictus vxori,id est vxorius.]

¶Addicere litem in XII.tabul. pro secundum aliquem iudicare. *Gell. lib.17 c.2.* Post meridiem præsenti litem addicito. *Hotomanus in Lexico.* * Addicere aliquem ad iusiurandum , velut adigere & cogere. *Sallust.in Catil.* Quum ad iusiurandum populares sceleris sui conscios addiceret. Fortasse legendum, adigeret.

Ăddĭctē,aduerbium: *vt apud Tacitum lib.de Germanorum moribus*, Trans Lygios Gothones regnantur,paulò iam addictiùs, quàm cæteræ Germanorum gentes,nondum tamen supra libertatem.

Ăddĭctio,onis,verbale, κατάκρισις. *Cic.2.Verr.* Simul in iure dicendo bonorum possessionúmque contra omnium instituta addictio & condonatio.

Ăddĭsco,scis,per duplex d,Bene disco,vel ad ea quæ didiceram, addo. {למד לא *lamádh* אלף *aláph*. μανθάνω. GALL. Bien apprendre. ITA.

Imparar

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Imparar bene. GE. Etwas lehrnen/noch weitter lehrnen. HISP. *Aprender bien, ò de nueuo.* ANGL. *To learne perfectlie.* } *Cicer. de Senectute,* Solon dicebat senescere se in dies multa addiscentem.

Ădditāmēntum, Additus, Vide ADDO, addis.

Ădditīno, as, are, idem quod diuino. {קסם *kasám.* μαντίνομαι. GAL. Deuiner. ITA. *Indouinare.* GER. Errathen. HIS. *Adeuinar lo venidero.* ANG. *To gesse.* } *Plin. lib.* 35. *c.* 10. Vt Appion grammaticus scriptum reliquerit, quendam ex facie hominum addiuinantem, &c.

Ăddo, das, Ad data addo, *μεταδίδωμι. Plaut. in Trucul.* Tuo arbitratu, quod iubebis, addabitur.

Ăddo, dis, Affero accessionem, adiungo. {חוסיף *hosiph.* προστίθημι. GAL. Adiouster. ITA. *Adiungere.* GERM. Darzu thun/darzu geben. HISP. *Añadir.* ANGL. *To ioyne to, to augment.* } Adiicere, adiungere. *Cic. Appio Pulchro,* Illud velim sic habeas, quod intelliges hac re nauata, additum potius aliquid ad meum erga te studium (cui nihil videbatur addi posse) quàm quicquam esse detractum. Contraria nanque sunt Addere & Detrahere. Vnde Adagij quadam forma de perfectis operibus ita dici vulgò solitum ex Aristotele, Nihil potest nec addi, nec adimi. ¶ Addere animum, id est augere. *Plin. in Amph.* Vbi nostris animus additus. [*Ouid. 13. Metamorph.* Est quoque per matrem nobis addita nobilitas. *Plaut. Mane. sc.* 3. *a.* 3. Huic addas auri pondo vnciam. *Plaut. Most. sc.* 3. *a.* 1. Cur non additum est (in adiuratione) ità tu tuum Philolachen ames. *Tib. lib.* 4. Additus eris, &c. *Plaut. Men. sc.* 4. *a.* 2. Palla reconcinnetur, atque opera addantur quæ volo. *Plaut. Men. c.* 2. *a.* 1. Non audes addere de tuo *Idem Most. sc.* 2. *a.* 1. Addóne? D. Adde, id est adscribe. *Pl. pſ. sc.* 3. *a* 1. Ad danistam deuenires, adderes fenusculum. *Idem Aul. sc.* 5. *a.* 3. Quem Ioui Iuno custodem addidit. *Plaut. Mil. sc.* 1. *a.* 2. Quem concubinæ miles custodem addidit. *Plaut. Amph.* Pudicitiæ huius vitium est additum. *Plau. Asin. sc.* 3. *a.* 3. De mea (vita) ad tuam addam.

Ăddītāmēntum, ti, Accessio. {מרבח *marbéh* תוספת *tosspheth.* προσθήκη. GA. Surcroist. ITA. *Accrescimento.* GER. Ein zusatz/ ein zuthuung. HISP. *Añadidura.* AN. *Eikind to augment.* } *Cicer. pro Sestio,* Interceſſit Ligus iste nescio quis, additamentum inimicorum meorum.

Ăddītus, ta, tum, pen. cor. Adiunctus, adiectus. {מוסף *musáph.* προστιθέμενος. GAL. Adiousté. ITAL. *Aggiunto.* GER. Darzugethan. HIS. *Añadido.* AG. *Eiked, ioyned to.* } *Cic. ad Q. Frat.* Additus est vnus annus tuo labori. Ponitur etiam interdum pro inimico. Sic enim interpretatur *Seruius illud Virg.* 6. *Æn.*—nec Teucris addita Iuno Vsquam aberit. *Vide Macrobium lib.* 4. *Addita ætate, quasi aucta & adulta. Plinius l b.* 11. *cap.* 48. Itaque in infantia scabunt aures posterioribus, quod addita ætate non queunt.

* Addito tempore, Quod vulgò dicunt, successu temporis. *Tacit. li.* 12. Atenim noua nobis in fratrum filias coniugia, sed aliis gentibus solennia, nec lege vlla prohibita. Et sobrinarum diu ignorata, tempore addito percrebuisse.

Ăddŏcĕo, idem quod doceo. {למד *limmádh* אלף *illéph.* προσδιδάσκω. GA. Enseigner, & faire apprendre d'auantage. IT. *Insegnare.* GER. Lehren/ noch darzu lehren. HIS. *Enseñar scientiã.* AN. *To teach.* } *Horatius,* Solici tis animis onus exuit, addocet artes.

Ăddōrmīsco, ab Addormio, dormio (Expergiscor. {ישן *iaschán.* ὑπνόω. GAL. S'endormir. IT. *Adormentarse.* GER. Entschlaffen. HISP. *Adormecerse.* ANG. *To sleip.* } *Suet.* Et quoties post cibum addormisceret (quod ei ferè accidebat) olearum ac palmarum ossibus incessebatur. Alij legunt obdormisceret.

ĂDDŪA, Fluuius est in Insubribus, qui per medium Larium lacum fertur, ita vt aquæ non commisceantur. *Claudianus,* Addua quo scissas spumosior incitat vndas. *Vide Plin. lib.* 2. *c* 103.

Ăddūbĭto, as, Aliquantulum dubito, vel simpliciter dubito. {תלוי אני *taluy ani.* ἀμφισβητῶ, διαπορῶ, ἐνδοιάζω. GA. Douter aucunement. ITA. *Dubitare alquanto.* GERM. Ein wenig zweyffeln. HISP. *Dudar cerca de alguna cosa.* ANG. *To doubte somewhat.* } *Cicero Cecinnæ,* Habes augurium meum, quo siquid addubitarem, non potius vterer, quàm illa consolatione. *Idem Volum. libr.* 7. Quòd sine præstomine familiariter, vt debebas, ad me epistolam misisti, primùm addubitaui num à Volumnio Senatore esset.

Ăd dūco, cis, penult. prod. Ad aliquem duco. {הביא *heb.* נחג *nahágh.* προσάγω. GA. Amener. IT. *Condurre.* GERM. Herzuführen. HIS. *Llenar, guiando à lugar.* ANG. *To lead or bring to.* } *Terent. in Andr.* Audiui Archillis iamdudum Lesbiam adduci, &c. [*Plaut. Men. sc. vlt. a.* 5. Ad prandium me adduxit. (an abduxit.) *Ibid. sc.* 2. *a.* 5. Ibo adducam (seruos) qui hunc tollant. *Ibid.* Non te aduocatum mihi adduxi, sed viro, id est, venire iussi, arcessiui. *Idem Pseu. sc.* 4. *a.* 1. Attuli hanc. P. Quid attulisti? Adduxi, volui dicere. *Plaut. Asin. sc.* 2. *a.* 2. hominem si vis adduce.]

¶ Interdũ cogo, & quasi renitentem ad aliquid faciendum impello, induco, incito. *Cicero in Verrem Act.* 1. Adductus sum, Iudices, officio, fide, misericordia. *Idem Attico lib.* 1. Pompeium in eam voluntatem adduxi. ¶ Interdum contraho, συνάγω, sicut Græci, συνάγειν τὰς ὀφρῦς, vel συσπᾶν. *Virgil. libro* 3. *Georgic.*—vbi ignea venis Omnibus acta fitis miseros adduxerat artus. Vnde Adductam frontem irati habere dicuntur, hoc est contractam & constrictam. ¶ Interdum contendere, intendere. *Vir. li.* 9. Ipse tuum adductas circum caput egit habenas. *Cic. de Amic.* Commodissimum est, quàm laxissimas habere habenas amicitiæ, quas vel adducas cùm velis, vel remittas. ¶ Interdum produco, extendo, *Virg. Aen.* 9, Ocyus adducto torquens hastile lacerto. ¶ Aliquandò deduco, redigo. *Cic. in Lal.* Contracta res est, & adducta in angustum. [Adductus. *Ouid. 6. Fast.* Nos tamen adductos intus agemus equos. *Plau. Asin. sc.* 2. *a.* 2. Manus adductæ ad trabem. *Quint.* Adductæ frontis, id est tristis. *Ouid. Eleg.* 2. *lib.* 4. *Trist.* Adducta collum percussa securi.]

Ăddŭplĭco, as, are, idem quod duplico. {כפל *chaphál.* διπλάζω, ἐπιδιπλόω. GA. Redoubler. IT. *Addoppiare.* GER. Suplieren. HI. *Doblar.* A. *To double.* } *Pl. in Pœn.* Adduplicabit omne furtum, leno addicetur tibi.

Adechastus, ἀδέχαστος, Propriè dicitur qui nulla accepit munera. ab *a* priuatiua, & δέχομαι, accipio. Vnde Adechasti iudices, dicuntur incorrupti, & qui nullis muneribus à recta illa iustitiæ trutina possunt deflecti. *Vide Cæl. Antiq. lect.* 23. *c.* 14. ¶ Sed malè apud Cælium: scribendum enim per κατ' ἔκτασιν.

Ădĕdo, dis, pen. cor. Exedo, consumo. {אכל *achál.* κατατρώγω, κατεσθίω. GAL. Manger tout. IT. *Consumare, mangiar tutto.* GE. Gantz auffessen/ hinweg essen. HIS. *Comer hasta el cabo.* ANG. *To eat all.* } Nam ibi Ad, auget. *Vir. 4. Georg.*—nam sæpe fauos ignotus adedit Stellio.

Ădēsŭs, a, um, consumptus. {אכל *vechchál.* κατεσθίων. GAL. Mangé & consumé. IT. *Mangiato.* GER. Gar gessen vnd verzehrt. HIS. *Comido.* ANG. *All eaten and wasted.* } *Cicero secundo Tusc.* Quum verò adesum inflatũ renouatum est iecur. ¶ Adesa pecunia, per metaphoram pro consumptà, apud eundem pro Quintio.

Ădfĭgūrātē, *apud Diomedem Gramm. lib.* 1. Per ablatiuum autem sic, vt dignus hac re, & si quid tale inueniatur per vtrosque casus id adfiguratur.

Ădelphī, ἀδελφοί, Fratres quasi non soli, Delphon enim prisca lingua Græcorum Vnum significat. Vnde Apollo & Sol (Macrobij sententia) Delphios dicitur, quasi vnus & solus. Alij ab *a* deducunt: quod interdum significat ὁμῦ, simul, & δελφύς, quod vuluam vel vterum significat: vt Adelphi dicantur, qui ex eodem vtero prodierunt. Hoc nomine Terentius Cõmœdiam inscripsit, in qua Æschines & Ctesipho introducuntur.

Ădelphĭdes, pen. corr. ἀδελφίδες. Palmæ species est, sapore quàm proximè ad caryotas accedens: vnde & adelphides dictæ sunt, quasi caryotarum sorores. *Autor Plin. l.* 13. *c.* 4.

ĂDELPHĬUS, ἀδέλφιος; Historicus fuit M. Antonio familiaris; qui eius in Parthos expeditionem conscripsit, in qua ipse & adfuit, & præfuit. *Strabo lib* 11.

Ădēmptĭo, Ademptus, Vide ADIMO.

Adenes, penultima correpta, {ἀδένες. GALL. Escrouelles. ITA. *Scrẽuole.* HIS. *Landres y llagas.* } Glandulæ sunt in gutture, ex carne in duritiem contracta, quæ alio nomine χοιράδες, hoc est scrofulæ vocantur. *Plin. lib.* 11. *c.* 17.

Ădeò, secunda syllaba breui, aduerbiũ, Vsque eò, Intantum. {מאד *meódh,* גם *gam.* πάνυ, ἔτι. GAL. Tant, si. IT. *Così tanto.* GER. Also/ so gar/ also fast. HIS. *Tanto que.* ANG. *In so much, so a.* } [Interdum ponitur pro quo que, vt apud *Plaut. Men. sc.* 2. *a.* 4. Dij illum perdant, meque adeò, qui hodie forum oculis inspexi meis. *Item,* Quid feci ego tibi aut adeò isti, quæ mihi molesta es? *Plaut. Mena sc* 2. *a.* 5. Neque te noui, neque te nouisse adeò volo. *Ibid. sc.* 2. *a.* 2. Atque adeò ne me quicquam serues, pro quin etiam. *Ibid. sc.* 2. *a* 1. Atque adeo si facere possem &c. id est, præterea. *Plaut. Pſ. sc.* 3 *a.* 1. Vt sit delectum frumentum quod satis mihi sit, atque adeò vt frumento affluam. *Ibid. sc.* 2. *a* 1. Ibique adeò tibi dabitur lectus. (vacat) *Ibidem.* Atque adeò, vt ne legi fraudem faciam, *Plaut. Mil. sc.* 2. *a.* 2. Nunc adeò edico omnibus. *Ibid.* Nunc adeò vt sci te possis meam sententiam. *Plau. Curc. sc.* 3. *a.* 5. Id adeò expertus sum. *Ibid. sc.* 2. *a.* 5. Respondit paucis verbis, atque adeò fideliter. *Plaut. Cur. sc.* 3. *a.* 2. Fateor me culpam commeruisse, id adeò oratum venio. *Plaut. Aul sc.* 6. *a.* 4. Id adeo tibi faciam. *Plaut. sc.* 2 *a.* 4. Atque ipsum adeò contuor *Idem Asinar. sc.* 3. *a.* 2. Adeò vt meam sententiam noscere possis si accesseris propius (minantis.) *Plaut. Aul. sc.* 2. *a.* 3. Item, Nemo deflere digne id potest, adeo verbis non exprimi potest. Vos potionésque adeò madefacitis (id est etiam.) *Plaut. sc.* 2. *a.* 1. Item, Mira & prope adeò ridicula. *Gel. l.* 6. *c.* 20. Ille adeò impransus ludificabitur. *Plaut. Amph.* Imò nemo præter me, atque adeò tu iudex sies *Ibid.* (id est, etiam.) Quæ facta eloquar multò, adeò melius, quàm ille. *Plaut. Amph.* Non adeò nostro fugit ab ore pudor. *Ouid. El. 1. lib. 2. Trist.* Dij precor atq; adeò Cæsar. (id est, etiam) *Ouid. El. 1. l. 3. Trist.* Adeò non abstulisti lucẽ Ciceroni, vt auxeris. *Velleius.* Adeò ornatus causa. *Fab. Qu. c.* 2. *l.* 3.] *Ter. in Andr.* Et vultu Sosia adeò modesto, adeò venusto, vt nihil suprà. ¶ Quandoque ponitur pro valde, multum, tàm. *Terentius in Eunucho,* Iuuenem adeò nobilem, οὕτως εὐγενῆ. ¶ Post Atque sublectum auget, idem significans quòd Imò, vel Potius. *Cicero pro Cluentio,* De foro, atque adeò de ciuitate sublatus est. ¶ Quãdoq; pro Certè, sine dubio. *Virgil. Geor.* 1. Multum adeò rastris glebas qui frangit inertes, Vimineásq; trahit crateis. ¶ Quandoque pro modò, secundum quosdam. *Terentius Andr.* Tute iam adeò eius audies verba. ¶ Apud poëtas præsertim Comicos, sæpe est particula ornatiua, seu mauis expletiua: quippe nihil ad sensum conferens, sed vel ad sermonis ornatum, vel ad metrũ explendum adhibita. *Ibid.* Propera adeò puerum tollere hinc ab ianua. *Nonnunquam etiam in sententia absoluta ponitur. *vt Virgil. 3. Georg.* Adeò à teneris consuescere multùm est.

Ădĕoūsque, siue vna est dictio, siue duæ, idem est quod Vsque adeò. *Plautus in Asin.*-agè agè mansero Tuo arbitratu, vel adeousque dum peris, pro Vsque dum, id est donec. ¶ Vtitur ea voce *& Marius Victor lib.* 2.—adeousque malignis herbarum dubias posse radicibus escas Explorare iuuat. [*Plaut. Amph.* Adeousque satietatem dum capiet pater illius quod amat. &c.]

Ădĕo, adis, adiui, vel adij, aditum, pen. cor. id est, Accedo. {הלך *hálach* קרב *harãb* נגש *nighghásch.* προσέρχομαι, προσπορεύομαι. GALL. Aller à, ou vers. IT. *Andare.* GER. Zu einem gehn oder kommen. HIS. *Ir à lugar.* AN. *To go to, to come me.* } vt, Adeo prætorem. *Cic. 4. Acad.* Tribunum aliquem censeo, adeant. *Idem App. Pulchro,* Ad me adire quosdam memini. [Ad ædes adiit me *Plaut. Aul. sc.* 2. *a.* 2. pro Accessit. Adibo ad hominem. *Pl. Men. sc.* 2. *a.* 3. Neque eum adire ad me. *Pl. sc.* 2. *a.* 2. & *Aul. sc.* 6. *à* 9. Bis me sol adiit post brumam. *Ouid. Eleg.* 7. *l.* 4. *Trist.* Adire limen, vide limen. Adeamus eam. *Pl. Mil. sc.* 5. *a.* 2. Melius hunc ădire & percunctarier. *Men. sc. vlt. a.* 5. Ignaris illis omnibus adij manum. *Pl. Aul, sc.* 5. *a.* 2. Quum me adiis vt pudentem gnatum æquum est, patrem orauit. *Plau. Asin. sc.* 1. *a.* 1. Priusquam istam adij (id est) amicam. *Plau. Asin. sc.* 2. *a.* 2. Dignos indignos adire. i. supplicari. *Ibid. sc. vlt. act.* 1. Adibo atque alloquar. salue. *Plau. Men. sc.* 2. *act.* 2. & *sc.* 2. *act.* 3. & *sc.* 4. *act.* 1. Adeunt, consistunt, copulant dexteras. *Pla. Au. sc.* 2. *a.* 1. Hanc eam rem vult adire mecum ad pactionem. *Plau. Aul. sc.* 4. *a.* 1. Meam vis adire mammam. *Pl. Most. sc.* 4. *a.* 1. Adire blandis verbis, id est alloqui. *Pl. pſ. sc.* 5. *a.* 1. Adire nomen fortunæ Cæsaris, de Augusto herede. *Velleius.* Adeamus ad cœnam ac decumbamus. *Pl. Curc. sc.* 3. *a.* 2.] ¶ Adire hæreditatem, εἰς τὰ κτήματα παρεισδύεσθαι, μεβαίνειν εἰς τὴν κληρονομίαν, est se hæredem profiteri, & pro hærede se gerere. *Cic.* 2. *Philipp.* Quum ipse patris hæreditatem non adisses.

¶ Interdum pro subire, vel suscipere: vt, Adire labores, Adire periculum capitis, *apud Cicer. pro Sest. Roscio.*

¶ Aliquando adoriri, & aggredi, ἐπιχειρεῖν. *Teren. in Phorm.* Tunc prius

aditò tuto ego in insidiis ero hic succenturiatus, siquid deficies. *Virgil.* 5. *Æneid.* nec quisquam ex agmine tanto audet adire virum. Huius passuum protulit *Columella lib.* 1. Sed grahariâ scalis adeantur, & modicis fenestellis Aquilonibus inspirentur. *Et Cic.* 2. *Tuscul.* Illa pericula adeuntur in præliis.

Ădĕr, {ערר *hedher.*} locus iuxta Bethleem, vbi vel angelorum grex in ortu Domini cecinit, vel Iacob pecora sua pauit, loco nomen imponens, vel (quod verius est) quodam vaticinio futurum iam tum mysterium monstrabat.

Ădĭtŭr, impersonale. *Cic.* 4. *Verr.* Antequam in ius aditum esset. *Idem pro Flacco*, M. Cratidius, ad quem est aditum, negauit, &c.

Ădĭtĭo, onis, est Accessio. {מבוא *mabó קרבה kerabáh.* προσοδος. Gallic. Allee. Ital. *Gita andata.* Germ. Zugang. Hisp. *Aquella obra de yr à lugar.* Ang. *Going to, comming nie.* } *Plaut. in Trucul.* Quid tibi hanc aditio est? pro, cur hanc adis? Vbi dignum notatu, casum verbi additum esse nominis: vt, *apud Ciceronem*, Domum reuersio. Obtemperatio scriptis legibus, *lib.* 2. *de legib. & apud Cæsar lib.* 1. Reditionis demum spe sublatâ.

¶Aditio hereditatis apud Iurisconsultos, id est, Cretio. *D. lib.* 5. *de inoffic. testam.*

Ădĭto, tas, penult. correp. frequentatiuum ab Adeo, adis. {הלך *hillédh.* ποιτῶ, συχνῶς πορεύμαι. Gall. Aller souuent. Ital. *Ire & andare spesso.* Ger. Offt zu einem gehn. His. *Ir muchas veces.* Ang. *To come or go to often.* } *Plaut. in Cap.* Si adires propius. [*sc.* 4. *a.* 3. aliâs adbites. *Vide Diomedem lib* 1.]

Ădĭtus, tus, ingressus, introitus, vestibulum, limen. {מבוא *mabó.* εἴσοδος. Gal. Allee, entree, acces. Ital. *Entrada, salita.* Ge. Ein zugang, oder eingang. Hi. *Entrada à lugar.* Ang. *An entree, acces.* } *C. c.* 15. *Epist.* Duo sunt aditus in Ciliciam ex Syria. *Virg.* 9 Æn Aditúmque per auia quærit. *Cicer.* 1. *Philip.* Forum sepietur, claudentur aditus, armati in præsidiis, multis in locis collocabûtur. [Hic aditus consolandi hoc principium ei fuit. *Senec. cap.* 4. *de Consol. ad Mart.* Vt facilis tuis aditus sit & arduus hosti. *Tibul. lib.* 4.]

¶Transfertur etiam aliquando ad incorporea. *Idem pro Cluentio*, Hominibus ignominia notatis neque ad honores aditus, neque in curiam reditus est. *Idem pro Fonteio.* Magnitudine rei sic occupant eorum, qui audiunt animos, vt difficilis ad tus veritati relinquatur.

Ădĕps, {חלב *cheléb.* στέαρ, πιμελή. Galli. Graisse, fein Ital. *Grassa, lardo, songia.* Germ. Feiste. Hisp. *Enxundia.* Angli. *Greasseneſſe, fatneſſe.*} Medicis cæteriſque qui anatomen ex professo tractant, dicitur vnctuosum illud, quod musculorum extremitatibus membranisve adcrescit ex frigida portione sanguinis, quæ e venis excidens, exanguibus, ideóque frigidis membranis adhæret, ibidémque non secus atque oleum frigore concrescit. Vnde & in corporibus, quibus frigidior est natura, copiosiorin calidioribus parcior gignitur. In ventre inferiore magna in primis eius copia colligitur, quod ea pars membranosa sit, & à fonte caloris longiusculè diffita. ¶Dicitur itaque adeps ab eo quod Latini *pingue, vel pinguedinem*, Græci λιπος, appellant, duplici ratione: Primùm situ ipso, quòd ille musculorum (vt diximus) extremitatibus, aut membranis adhæreat. Pingue, *teste Plin. lib.* 11 *cap.* 37. inter carnem & cutem situm sit. Deinde quòd Adeps frigore concrescat, durúsque fiat & fragilis: Pingue neque congeletur, neque durum aut fragile euadat. Rursus à Seuo Adeps distinguitur, *vt eodem in loco docet Plinius*, quòd adeps in iis duntaxat animalibus dicatur, quæ bisulca sunt, scissíve digitis, & non cornigera: Seuum verò in cornigeris: issque vna tantum ex parte dentatis, & talos habentibus. Hæc tamen differentia ne ab ipsis quidem medicis semper obseruatur. Apud cæteros verò scriptores nullo penè discrimine omnia hæc confunduntur: Adipísque vocabulum latissimè sumitur, vt etiam ad seuum & pingue extendatur. Exempla passim occurrent. ¶Effertur autem hoc nomen modò masculino, modo fœminino genere. *Plin. lib.* 28. *cap.* 9. Massurius palmam dedisse lupino adipi antiquos tradit: idcò nouas nuptas illo perungere postes solitas, ne quid mali medicamenti inferretur. *Item lib.* 30. *cap.* 3. Protinus vel pristinæ, vel alicæ, vel orizæ cremor dandus est, cum quo recens adeps cocta sit. Sæpiùs tamen masculinum est. *Adipes, in plurali. Vt, adipes tenuare. Quinct. lib.* 2. *cap.* 11. Id est ad maciem redigere, vel potiùs excrescentem pinguedinem minuere. *Plin. lib.* 11. *cap.* 38. vocat adipes detrahere.

Ădĭpēs plurali numero legimus: quod tamen rarum est. *Plin lib.* 8 *cap.* 16. Illi sunt adipes medicaminibus apti. [Tenuare adipes Declamatorum. *Quinct. cap.* 11. *lib.* 2.]

Ădĭpālĭs, pen. prod. adiectiuum, Pro pingui, στέατινον. Vnde Festus Adipaleis cœnas sacerdotum vocat, quæ etiam Adiiciales dicuntur. *Cicero ad orationem transtulit, de Orat.* Opimum quoddam & tanquam adipale dictionis genus: *vbi tamen etiam legitur* adipatæ orationis, *atque ita Nonius citat.*

Ădĭpōsus, Adipe abundans. στεατώδης. In sacris literis etiam pro diuite accipitur, & opulento, quemadmodum & Adeps pro diuitiis: *vt annotauit Hermolaus in Plinium.*

Ădĭpātŭs, ta, tum, Adipem admissum habens. {שמן *schamén.* στεατώδης. Gal. Gras, rempli de graisse. Ita. *Ingrassato, vnto.* Germ. Das feist ist/das mit feiste gespitzt ist. His. *Grassiente, lleno de grassa* Ang. *Full of greas or fatneſſe.*} Vnde *Iuuen. Sat.* 6. Adipata dixit, pro cibis adipis admistione confectis. Liuida materno seruent adipata veneno. *Cicero in Oratore, ad orationem transtulit*, Adipatámque orationem dixit, pro pingui, Adsciuêre, (*inquit*) suis artibus opimum quoddam, & tanquam adipatæ dictionis genus.

Ădeptĭo, Adeptus. Vide Adipiscor.

Ădĕquĭto, as. {רכב *rachább.* προσιππάζω. Gal. Cheuaucher aupres. Ita. *Caualcare dintorno.* Germ. Zuhin reitten/nåben/ oder nath einem reitten. His. *Caualcar cerca alguno.* Ang. *To ryde by, or nie to.*} Equitare, equitando propiùs accedere. *Liu. 5. Bel. Macedon.* Numidę adequitare, dein refugere, sed propiùs saltum paulatim aduehi.

Aderco, ἀδέρκω. Hispaniæ vrbs est *Stephano*: cuius ciues dicuntur Adercónitæ, ἀδερκονίτης.

Ădes, ἄδης à Græcis dicitur inferorum deus, quem Ditem & Plutonem appellamus: ita dictus ab α priuatiuo, & ἰδεῖν, videre: propterea quod in densissimis inferorum tenebris, noctéque profunda perpetuò agens nihil cernere videatur. Nam sine aëris lucidi medio (qui *apud inferos* nullus est) visio fieri non potest. Græci tamen Grammatici dictionis huius principium contra etymi naturam aspero spiritu scribendum præcipiunt.

Ades, siue Hades, ἅδης, Molossorum rex, cuius filiam nomine Cotam apud Acherontem fluuium conatus est rapere Pirithous. Vnde factus est locus fabulę, Pirithoum ad inferos descendisse & vxorem Ditis Persephonem, quæ & Cora, κόρη à Græcis dicitur, rapere voluisse. *Vide Catium Rudimentum lib.* 7. *cap.* 15. *& Plutarchum in Theseo*: qui tamen regem hunc non Adem vocat, sed Aidonem.

Adĕsdum, ex Ades, quod imperatiuum est, & Dum particula nihil significante. Est enim productio, & adiectio syllabæ: vt Ehodum ad me.

Ădĕspotus, ἀδέσποτος. Nullius dominio subiectus. {Angl. *Maisterles.*} Vnde ἀδέσποτα libri vocantur, qui nullum titulo domini nomen profitentur. *Et Plutarch. in vita Ciceronis*, ἀδέσποτον ὄνομα vocat, in quo scriptoris nomen erat suppressum. Adespota bona, ἀδέσποτα κτήματα à Budæo vocantur, quæ quum iustum hæredem non inueniant, ad fiscum deuoluuntur. Et rumores ἀδέσποτοι Ciceroni, incerti, & sine author certo.

Ădēsĭt, Vide Adsvm.

Ădēsurĭo, is, esurio. {עבי *rahé'.* βεβιμιάω. Gal. Auoir grand faim. Ita. *Hauer gran fame.* Germ. Großen hunger haben/hefftig hungeren. His. *Auer gana de comer.* Ang. *To be hungrie, to desyre to eat.*} *Plaut.* Adesuriuit magis, & inhiauit acriùs lupus.

Ădēsŭs, Vide Adedo.

[Adfleo, προσδυομαι. *Vet. Glos.* Adfore, vide Fore.]

Ădfrĕmo, is, Ad aliquid fremo. {רחר חמה *dahár hamáh.* προσφρυάττομαι, ἐπιρρέμω. Gal. Grongner contre quelqu'vn. Ital. *Fremere, mormorare.* Ger. Zů jorn oder etwas thůen oder brumlen. His. *Bramar à otra cosa.* Angl. *To murmure or grudge at any thing.*} *Val. Flac. Argon* 1. Adfremit his, quassátque caput.

Ădfrĭngo, is, frango, confringo, {שבר *schibbár.* προσαγνυμι} *Statius* 5. *Theb.* --plenísque adfringere paruos Vberibus, ferróque omnes exire per annos.

Adgandrastrivs, Cattorum princeps, *Tacit. ad fin. libro* 1. *Annal.*

Ădgĕmo, is, pen. corr. ŭi, προστένω. *Stat. lib.* 11. *Thebaïd.* Flent mœsti retro comites, & vterque loquenti Adgemit. *Ouid.* 1. *Trist. Eleg.* 13. Adgemit & nostris ipsa carina malis. [Vide Aggemo.]

Ădgressūra, æ, grassatura, *Suet. D. lib.* 10. *Tit.* 2. *l.* 4. *Vlpianus*, Sed etsi quid ex peculatu, vel ex sacrilegio quæ situm erit, vel vi aut latrocinio, aut adgressura, hoc non diuidetur.

Adgrĕtus, ta, tum, *apud Ennium* Adgretus fari, pro eo quod est aggressus. Venit à Græco. *Festus. Vbi vide Ios. Scaligerum.*

Adhăbĭto, as, παρεχω, iuxta habito, vel iuxta me pono. *Plaut. in Capt.* Ædepol namque si adhabitas propiùs, os densabit tibi.

Ădhæc, siue Adhoc, id est præterea, præter iam dicta. παρὰ ταῦτα, ἔτι πρὸς. *Cicero pro Flacco*, Adhæc prædia incensa, dedicauisti.

Ădhærĕo, Affixus maneo, arctissimè insideo, adhærens sto, approximo nitor, infixus sum. {דבק *dabak.* לוה *lavâh.* προσκολλαω, προσεχομαι. Ga. Estre pres ou contre quelque chose, se tenir à elle. Ita. *Accostarsi, star appoggiato.* Germ. Anhangen. His. *Allegarse.* Ang. *To cleaue to, stick fast to.*} *Cicer.* 1. *Verr.* Tela in tuis visceribus adhærebunt. *Lact. libr.* 5. Quibus postea electis, omnes qui sanati fuerint, adhærent religioni, cuius potentiam senserant. [*Plaut. Asin. sc.* 3. *a.* 1. Vsque adhærebatis (de amatoribus, *Gell. c.* 1. *l.* 20. Adhære iumento.]

Ădhærĕsco, idem quod Adhæreo. *Cic. Offic.* 1 Omninóque iustitiæ, honestatique adhærescet. *Dicitur & adhærescere ad rem aliquam, & in re aliquâ, & in re aliqua. Cicero.*

Ădhæsĭo, verbale, Copulatio, coniũctio. {דבק דבק *debék* לויה *liviáh.* προσκόλλησις. Ga. Entretouchement. Ita. *Accostamento.* Ge. Anhangung. His. *Allegamiento.* Ang. *Sticking or cleauing to.*} *Cic. 1. de Fin b.* Et copulationes, & adhæsiones inter se, &c.

Ădhæsus, us, pro eodem. προσκόλλησις. *Lucret. lib.* 3. Nam neque pulsctis interdum sentimus adhæsum.

*Ădhæsĭm, aduerbium. προσκολλητῶς. *Gellius lib.* 5. *capite* 9. *de Æsle Samio Atheniensi*, Per omne inde vitæ tempus non turbide neque adhæsim locutus est. Id est, non vltra obmutuit. *Budæus.* [sed planè & articulatè locutus est, *Gell. ibid. suprà.*]

Ădhālo, Afflo, aspiro. {הויח *heni'ách.* ἐμπνέω. Gall. Halener quelque chose. Ital. *Aspirare, pigliare fiato.* Germ. Jemzu blasen/anhauchen. His. *Soplar a alguna otra cosa.* Angl. *To beate vpon any thing.*} *Plin. libr & c.* 22. Nunc quidem, si serpentis cauerna iuxtà fuerit, si paresce tes primò adhalauerit.

Ădhāmo, idem est quod obligo. {חעלה בחכה *hehe'láh bechách háh.* ἀλιστρεύω. Gal. Prendre au filé Ital. *Pigliare all hamo.* Germ. Erwůschen als mit einem angel. His. *Tomar como con anzuelo.* Ang. *To cache or tak in a nett.*} *Cicer.* 2. *Academ.* Qui enim serius honores adhamauerunt, vix admittuntur ad eos, nec satis cõmendari multitudini possunt esse. *Hac Nonius.* De cuius sententia doctissimi videntur, videtur enim Ciceronis locus, honores adhamauerunt, sic potiùs intelligendus, quasi ad capiendos honores aspirarunt. Deducitur namque aut à nomine Hamus, aut à ficto verbo Hamo, ab hamus, quod catenam, & vncum quo pisces inescantur, significat.

Ădhĭbĕo, penult. correp. Appono, admoueo, adiungo, adiicio, confero, adfero. Et tàm ad res, quàm ad personas refertur: habétque penè semper accus. {חקריב *hikrib* שום *sum* נתן *nathân* ממך *samách.* προσίχω. Gall. Ioindre à vne autre, mettre pres. Ital. *Aggiungere.* Germ. Zuhin halten/herzu haben. Hi. *Añadir.* Angl. *To ieyne vnto, and put nie to an other thing.*} *Cicero* 1. *Famil.* Adhibui diligentiam, quotiescunque Senatus fuit, vt adessem. *Ter. Phorm.* Nunquam amittam ego à me, quid mihi testes adhibeam. *Cicero Famil.* 5. Rationes confectæ me absente sunt tecũ, ad quas ego nihil adhibui, præter lectionem. *Idem Rufo*, Vt omnes adhibeam machinas ad tenendum adolescentem. *Et Famil.* 2. Tecum loquere, te adhibe in consilium. ¶Adhibere moram, morari, moras trahere ac differre. *Pomponius D. libro* 18. *Titul* 6. *libro decimoseptimo*, Illud sciendum est, cùm moram emptor adhibere cœpit, iam non culpam, sed dolum malum tantùm præstandum à ven-

ditore

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ditore.[Adhibere curam.*Plaut.Mil.sc.1.a.1.*Huc adhibete aures quæ ego loquar.*Plau.Pseu.sc.1.a.1.*Neque quisquam parsimoniam adhibet. *Plau.Mostel.sc.3.a.1.*

Adhinnio,Propriè est equorum, quum se mutuò conspicientes,audientes,aut olfacientes,hinnitum emittunt. {צהל *tsahál.* ἀφεγχρεμπίζω. GALL. Hennir à quelque chose comme font les cheuaux aux iumens.ITA. *Annitrire.* GERM. Anwitheren wie die Ross einanderen thund.HISP.*Relinchar à otra cosa que relincha.*ANGL. *To nie lik ane horse for any thing.*}*Ouid.1.de Arte,*Fœmina cornipedi semper adhinnit equo.

¶Translatè ad orationem alicuius adhinnire,est orationem voluptatis plenam cum plausu excipere.*Cicero in Pisonem*: Sic ad illius hanc orationem adhinniit,vt non magistrum virtutis,sed authorem libidinis à se illum inuentum arbitraretur.

Adhorrĕsco,scis,horrui,horreo.{סמר *samár.* ἀφρίττω.GA.S'esponuanter grandement.ITA.*Espauentarsi molto.*GE. Ein gross abscheuhen haben. HIS.*Espeluzar se con miedo.*AN.*To feare greatlie.*}*Ouid.ad Liuiam de morte Drusi,*Ipse pater flauis Tiberinus adhorruit vndis.Hoc est valde horruit,vel ad equitum clamorem horruit.

Adhortor,aris,idem quod simplex Hortor.{עור חעיר *horér heïir.* ἀφορτέω,ἀφορτέομαι.GAL.Enhorter,admonnester.IT.*Eshortare, ammonire.*GER.Vermanen/ermanen.HISP.*Inluziry atraer con razones.*AN.*To exhort.*}*Cic.1.Offic.*Ne posset aliquando ad bellum faciendum locus hortari.*Idem Philip.4.*Sic ego vos ad recuperandam libertatem adhortabor.

Adhortatio,verbale,Hortatio,incitatio.παράκλησις. *Cic.2.de Orat.* Omissa nostra adhortatione,ad eorum quos proposuimus,sermonem disputationémque,veniamus.

*Adhortator,Verbale,Qui exhortatur *Liu.7.ab Vrbe.*

Adhuc,aduerbium,compositum ex Ad,id est Vsque,& Huc:& significat Etiamnunc,Etiamnum,Hactenus,vel Ad hoc tempus,[Vsque adhuc actum esse probè.*Pl.Mi.sc.6.a.2.*Quod celatum est vsque adhuc. *Pl.Aul.sc.5. a.1.*Optimè vsque adhuc conueniunt signa *Plau.Men.sc. 2.a.5.*Sed cum adhuc naso odor obsecutus est meo,da vicissim gultu ri meo gaudium:*Plau.Curc.sc.2.a.1.* Quem multis laboribus quæsiui vsque adhuc.*Plau.Men.sc.vlt.a.5.*Sinerer me vsque adhuc in taberna *Plau.Pseu.sc.6.a.4.*עוד *hodh.μέχρι τούτου,ἔτι,μέσιτι..*GAL.Encor iusques ici,à present.ITA.*Fin qui.*GERMAN.Biss hernach/ biss yetzund. HISP.*Hasta aqui.*ANG.*Vnto this present tyme yet.*}*Cicer.Attic.libr.7.* Vnam adhuc à te epistolam acceperam.*Et ad Ligar.lib.6.* Ego tamen Cæsari pro te,sicut adhuc feci,supplicabo.*Author ad Herenn.lib.1.*Ad huc,pro etiam vel præterea.*Quintil.*initio periodi. Est adhuc alia in respondendo figura. Adhuc quæ dicta sunt,arbitror mihi constare cum cæteris artis scriptoribus.[*Ouid.3.Met.*Si quid adhuc audax est, præcipitíque petendum est,id est præterea.Item,vide adhuc,vide etiam.*Plau.Mil.sc.6.a.2.* Adhuc amplius(i.pergis male loqui)*Plaut. Amph.sc.2.a.4.*Quin adhuc aggredimur virum,id est item semel,*Pla. Asin.sc.3.a.3.]

¶Adhuc locorum eadem figura qua dicimus,Vbique locorum, &c. *Plaut.in Capt.sc.2.a.2.*Vt adhuc locorum feci,faciam sedulò.* *Locorum* ornatus tantùm gratia ponitur.

ADIABARAE,Populi sunt Æthiopiæ.*Plinius libro sexto,cap.* 30. Deinde contra Meroën Negabari,quos aliqui Adiabaras nominauêre.

ADIABENE,Ἀδιαβηνή,est vltra Armeniam regio,quæ Assyria antè dicebatur,vt placet *Plin.lib.5.cap.12.Ptolemæus* verò,*& Strabo* Adiabenam Assyriæ portionem faciunt, eámque ad ortum collocant vltra Mesopotamiam.Nomen habet à difficili transitu,ab α priuatiuo,& διαβαίνω,Transeo. Amnium enim,qui eam rigant multitudo iter reddit impeditum.

Adiăcĕo,ces,pen.cor.continens sum & affinis,adhæreo. {קרב *karáb* סמך *samáech.* πρόσκειμαι GA.Gesir aupres.ITA.*Giacer vicino.*GER.Bey ligen/nåben ligen.HIS.*Iazer cerca.*ANG.*To lie by or nie to.*}*Liuius 2.ab Vrb.*Thuscus ager Romano adiacet.[*Idem li.7.ab vrb.*fines adiacent Hetruriam.]

Adiacens insula dicitur quæ est propè ædes non tamen coniuncta contextu ædificiorum.*Vlpian.l si finita.§.Iam quid dicemus.ff.de damn. infect.*Item quid dicemus,si insula adiacens domui vitium fecerit.

Adiănŏēta,ἀδιανόητα,Sunt quæ verbis aperta occultos sensus habent,mystica.*Quint.lib.8.cap.2.*Nam διανοέω intelligere declarat.

Adiantum,{ἀδίαντον.GA.Capilli Veneris.IT.*Capel Venere.*GER.Maurrauten.HISP. *Culantrillo de pozo.*ANG. *An herbe called Venus heare.*} Herba quæ aliis nominibus Polytrichon,Callitrichon,& Capillus Veneris appellatur.*Vide Plin.lib.22.c.21.*

ADIATORIX,ἀδιατορίξ,Meclij cuiusdam Galatiæ Tetrarchæ filius fuit, qui quum apud Heracleam Ponticam,coloniam Romanorum eò missam nocte vna iussu Antonij iugulasset,paulò pòst in prælio Actiaco captus,& in triumpho circunductus,vnà cum filio iugulatus est.*Strabo lib.12.*

Adiăphŏrŏn,ἀδιάφορον,*Cicero vertit* indifferens *lib.3.de Finib.*Quod enim illi ἀδιάφορον dicunt,id mihi ita occurrit,vt indifferens dicerem.

¶Vnde Adiaphoria,ἀδιαφορία, quæ est Contemptus siue differentia vitæ, in victu nullus delectus,indifferentia.Adiaphoriam censuit Ariston philosophus summum esse bonum.*Cic.4.Academ.Quæst.* Aristoni summum bonum est,in his rebus neutram in partem moueri, quæ Adiaphoria ab eo dicitur.

Adiectio,Adiectiuum,Adiectus,Vide ADIICIO.

Adigo,gis,penult.corr.ex Ad & Ago,Cogo, vi impello, {תקע *takáh* דחק *dachák* אוץ רצר *vtz patsár* דחף *dachâph* אנס *anás.* βιάζεσθαι, εἰς φέρειν. GALLIC.Faire entrer,faire adheurter à quelque chose. ITAL. *Constitare,far' entrar per forza.*GERM.Zuhin treiben.HISPA.*Constrenir ò empuxar.*ANG.*To constraine,to thrust against any thing.*}*Plin.libr.16. c.12.*In ipsam arborem clauus ferreus adigatur. *Cæs.de Bell. Ciuil.3.* Tantùm aberat à nostro castello, vt telum tormentúmve missum adigi non posset. [Venus hęc mihi bona dat cum huc hos adigit lucifugas (tanquam pecora *Pl.pers.sc.7.a.4.* Greges adegero,tanquam ouium *Ibid.sc.3.a.1.* Adigebantur oues pretij maioris. *Gell.cap.1. lib.11.*]¶interdum pro Concito,impello,*Terent. Adelph.* Tu homo adiges me ad insaniam.Interdum pro ago,compello,πρόσαναγκάζω.*Idem Eunuch.*Noctu te adigent horsum insomnia. ¶Item pro Cogere; vt Adigere in verba,est cogere quempiam vt in verba nostra iuret:Sic adigere iureiurando,siue ad iusiurandum, ὅρκῳ κατακλίνειν,ὅρκον ἐπάγειν, dicitur,qui conceptis verbis,hoc est arbitrio suo dictatis, alium iureiurando obstringit.[*Liu.l.3.d.5.*Adigere iusiurandum] ¶Adigere arbitrum vel arbitrium (vtrumque enim dicimus in eadem significatione)vetus locutio est,pro agere siue adducere ad arbitrum. *Cicer.pro Quin.Roscio:* Quæ cùm ita sint, cur non arbitrum pro socio adegeris Quin.Roscium,quæro?*Idem Offi.3,*Itaque Calpurnius cùm demolitus esset, cognouissétque Clodium ædes postea proscripsisse, quàm esset ab auguribus demoliri iussus, arbitrum illum adegit; Quicquid sibi dare facere oporteret ex fide bona.

Adactus,participium passiuum. {דחוף *dachûph.* ἐπαχθὴς ἐπακτός. GALLI, Mis auant, poussé. ITAL.*Constretto.* GERM. Mit gwalt zuhin getriben/gezwungen. HISP. *Constreñido,ò empuxado.* ANGL.*Thrustio, contrained.*}Vi impulsus.*Pli.lib.16.c.40.* Et ne sic quidem adactus auelli clauus queat.

Adactio,verbale.{מדחפה *madhchephâh* הכרח *hechréach.* ἐπαγωγή. GAL, Contrainte.ITA.*Constrigimento.*GERM.Zwang oder trang.HIS. *Empuxon.*ANG.*Compulsion.*}*Liu.2.Bel.Punic.*A tribunis ad legitimam iurisiurandi adactionem translatum.

Adaxint,pro adigant,*Plaut.in Aulul.sc.1.a.1.* Vtinàm me dii adaxint ad suspendium.*Ex Nonio & Festo.*

Adiicio,cis,penultima correpta, ex Ad & Iacio, cum cæteris à Iacio compositis,per duplex i j,nisi in poemate, vbi quandoque primam syllabam contingit breuiari,*Virg.* Tityre pascentes à flumine reice capellas. Ibi enim altera i abiicienda est,ne syllaba longa positione i duplicis consonantis, contra rationem metri corripiatur. In illo itaque Virgilii; His germana malis oneras, atque obiicis hosti, verbum Obiicis gemino ii est scribendum, alioqui prima produci non posset. In præterito verò per vnicum i scribenda sunt, vbi a in e mutatur:vt abieci, adieci. Significat autem Adiicere propriè, ad aliquid iacere,addere, apponere. {הוסיף *hosiph* προσεμβάλλω, ὑπερβάλλω. GALL. Adiouster. ITAL. *Aggiungere.* GERM. Herzu werffen, HISP.*Anadir á otra cosa.* ANGLIC. *To cast to,to augment.*} *Cæs.Bell. Gall.3.*Vt neque ex inferiore loco satis commodè tela adiici possent. *Colum.libr.12.c.16.*in lixiuiæ sextarios decem, salis tres cyathos adiiciat. Adiicere vires,Adiicere auctoritatem. ¶Adiicere animum rei vel ad rem,est animum appellere,adiungere,applicare. προσέχειν, ἐπέχειν νοῦν τινὶ τῷ γνώμῳ,ἢ τὸν νοῦν.]*Senec.c.4.de Const.ad Polyb.* facilius nos dolor illi(mortuo)adiiciet, quàm illum ad nos reducet. *Idem Senec.legend. cap.15.de tranquill.Catull.de eo.Beren.* Si captam Asiam Ægypti finibus adiiceret.] ¶Adiicere oculos in aliquam rem,ἐπέχειν ὀφθαλμούς,est cupiditate rei visæ teneri.[*Plaut.Asin.sc.1.a.4.*Ad eorum ne quem oculos adiiciat suos.]

¶Adiicere calculum est approbare: Constituitur autem vel cum dativo,vel cum accusativo, & præpositione ad vel In. [Adiicere animum consilio alicui. *Liuius l.5 d.4.* Adiicere animum ad vocabula rerum *Gell.lib.11.c.16.*

Adiectio, verbale. {מרבה *marbéh* תוספת *tosépheth.* προσθολή, ὑπέρβλημα, GAL.Adiousement,addition,ITAL.*Aggionta.* GERM. Ein Zuwurff/ zuthůung.HISP. *Añadidura.* ANG. *Casting ogur puting to,augmentig.*} *Vitruu.lib.9.cap.9.*Sin autem cuneorum adiectionibus & deiectionibus correpriones dierum aut crescentiæ non probabuntur,&c. Adiectio *Liuio*,est accessio,*lib.1.*Et Romanam rem nuper adiectione populi Romani auctam.

Adiectiuum,Quasi adiunctiuum,quia substantiuis adiungitur,ἐπίθετον.

Adiectiuus,προσθετικός.cui opponitur Derogatiuus. *Diomedes Gram.*lib.1. In enim præpositio plerunque derogatiua, nonnunquam adiectiua. *Vide* Derogatiuus.

Adiectus,huius adiectus,verbale,idem quod adiectio. *Vitruu.libr.9.cap. 9.*Cuneorum adiectus aut exemptus in singulis diebus aut mensibus. *Item Senecà.*

Adiiciales cœnæ,Adipalesque,vocantur sacerdotum, vt patet ex *Festo, Plinio,Seneca,& Macrobio*:in his enim multa extra ordinem,iustáque fercula adiiciebantur.*Varro lib.3.de Rerust.* Primus Quint. Hortensius pauones augurali adiiciali cœna posuisse dicitur.

ADILISIVS,ἀδίλισος,Mons est Bœotiæ,de quo *Plin.lib.4.cap.7.*

ADIMANTVS,ἀδείμαντος, Nomen viri Athenensis;fratris Platonis. *Laert.libr.3.* ¶Fuit etiam hoc nomine Corinthiorum dux, qui quum Themistocli exilium obiiceret. Num putas, respondit Themistocles,exulem quempiam esse,qui ducentas habeat triremes. *Ex Suida.*

Adimo,mis, corr. AUFERO,eripio,subtraho. {לקח חסיר *lakách hesír.* ἀφαιρέω. GALL.Oster.ITAL.*Torre,portar via.*GERM.Hinweg nemmen. HISP.*Quitar de alguna cosa.*ANGLIC.*To tak away.*} [*Plaut.Amph.* vbi mihi formam adimis. *Ibid.* Regem inactaui,spolia ademi.*& in Capt.sc.3.a.2.*Nox diem adimat.*Ouid.13.Met.* Pérque Deos oro quos hosti nuper ademi.]*Terent.in Andr.* Hanc, nisi mors adimet nemo. Inde Ademptus,ablatus,ἀφαιρεθείς. [Ademptus Hector.i. interfectus. *Horat.od.4.lib 2.*De exule.*Ouid.El.1.l.1.Trist.* Inuenies aliquem, qui me suspiret ademptum. *Et Ele.4.l.4.* Pro quo nec lumen ademptum (exuli)nec opes.*Et El.vlt.l.4.* Non aliter fleui, quàm me fleturus ademptum. Ille fuit.]

*Ademptæ virilitatis homo,id est spado,exectus.*Tacitus.*

¶Adimere ius verborum, in comitiis, est ius suffragandi tollere, & tanquam sexagenarios de ponte deiicere. Nam per pontem suffragia ferebantur.Componitur autem ex AD & Emo,id est accipio, *vt Festus vult;*

Ademptio,verbale,Priuatio,ablatio.{חסרון *hachádhér.* ἀφαίρεσις. GAL.Ostement,priuation.IT.*Il lenar via.*GER.Hinweg nemmung/ beraubung. HIS.*Quit amiento.*AN.*Away taking.*} *Cic.pro domo sua*, Id autem vt esset faciendum,non ademptione ciuitatis,sed tecti,& aquæ,& ignis, interdictione faciebant.

Adimpleo,idem quod impleo.{מלא *malé.* ἐμπλήρω,ἐκπληρῶ.GAL.Emplir.ITA.*Adempire.*GER.Zufullen.HIS.*Henchir de algo.*ANG.*To fill.*} *Plin. lib.11.cap.37.*Cochleis oculorum vocem cornicula bina præter tatu adimplent. Verbum rarissimum.

Adindo,is,ere,verbum antiquum, compositum ex Indo,quod & ipsum ex Do est compositum, Imponere, Inmittere. {טבח *saphách*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

{ספה *saphàh.* εἰσω θεῖν, εἰσκυκλεῖν. GALL. Faire entrer, appliquer à quelque chose. ITAL. *Imporre, aggiungere.* GERM. hinein thun, hinein setzen. HISP. *Meter à dentro.* ANGL. *To cause to entre, to put in, to applie, to any thing.*} *Cato de Re ruſtic. cap.* 28. Orbem olearium latum pedibus quatuor punicanis coagmentis facito craſſum digitos ſex, ſubſcudes ligneas adindito.

Ădĭnĕo, nis, pen. corr. ădĭnĭi, adĭnĭtum, id est in aliquid vel iuxta mitto, ἐπαείρω. *Colum. libr.* 5. Quum ferula fuerit enata, eam findito, & in medullam eius nucem Græcam vel auellanam abſcondito: & ita adinito. *Hæc Calepinus*, corruptis exemplaribus, vt pleriſque aliis in locis deceptus. Nam in citato Columellæ loco emendatiores codices Adobruito habent, non adinito.

Ădĭnſtăr, idem quod inſtar. {כמו *chemó.* δίκλω καὶ δίκλω. GAL. A la comparaiſon, & l'equipollent. ITAL *In guiſa.* GER. Zugleich/ebenwie. HIS. *A ſemeiança.* ANG. *Lykeas.*} Ad enim (*vt Valla ſcribit*) redundat. Primus autem *Serenus Lyricus* hanc dictionem vſurpaſſe fertur. *Vtitur ea & Politianus in Miſcel.*

Ădĭnuĕnĭo, is, ire, idem quod inuenio, aut comminiſcor. {מצא *matsá.* παρθενίσκω. GALL. Trouuer. ITA. *Trouare.* GERM. Erſinden/erdencken. HIS. *Halar.* ANG. *To finde, or inuent.*} *Plaut. Curc.* Iam huic voluptati hoc adinuentum odium eſt. *Cic. 2. de Nat. deor.* Ex quo intelligitur, adinuenta animo, percepta ſenſibus, adhibitis opificum manibus, omnia nos conſecutos.

Adipale, Adipatum, Vide ADEPS.

Ădĭpiſcŏr, ſceris, ex Ad & Apiſcor, quod non eſt in vſu, à quo Aptus participium viderur fuiſſe. Vnde Adeptus, *Feſtus.* Aptus, cum propria ſignificatione intelligitur: poni tamen ſolet pro Adepto: ſicut Apiſci, pro adipiſci, *Nonius de priſcis dictionibus. Lucil. lib.* 26. Vt ego effugiam, quod ego te in primis cupere apiſci intelligo. Dicitur etiam Apiſcor, ſcaris. *Lucil.* Magnam inde apiſcatus infamiam. Inde etiam Indipiſcor, quod ſignificat aſſequor. *Plaut. tamen in Aulularia*, Indipiſces, in actiua voce dixit. Adipiſcor igitur, quoniam plenius ſonat quàm Apiſcor, in vſum venit, & ſignificat quandoque conſequor ſiue obtineo. [*Catull. de Co. Beren.* Anne bonum oblita es facinus, quo regium adepta es coniugium. *Plaut. Capt. ſc.* 1. *act.* 3. Solebam iis dictis menſtruales epulas adipiſci. *Ibid. ſc.* 1. *a.* 4. Spero me adepturum eibum.] {חרביק *hidhbik* חשיג *hiſſigh* אחז *achàz* קנה *kanáh.* φθάνω, ἐπιτάσσω. GALL. Acquerir, obtenir, attaindre. ITA. *Aſſeguire, acquiſtare.* GERM. Obertommen/erlangen. HIS. *Alcançar lo deſſeado.* AN. *To get, or obtene.*} *Lib.* 4. *ad Heren.* Hæc omnia adipiſcemur, ſi rationes præceptionis diligentia conſequemur & exercitatione. *Plaut. in Trin. paſſiuè dixit*; Non ætate, verùm ingenio adipiſcitur ſapientia. ¶Aliquando Conuenio, peruenio, quando ſcilicet cum perſona iungitur. *Plaut. in Epid.* Nam vt ad portum te conſpexi, curriculò occepi ſequi, vix adipiſcendi poteſtas modò fuit. *Cic.* Nam medio itinere cùm adeptus ſum, hoc eſt, cùm medio itinere ad eum peruenisſem.

*Adipiſcor, in paſſiuo ſignificatu, Vide in dictione proximè præcedenti, *Ex Plauto.*

Ădĕptŭs, ta, tum, Aſſecutus, conſequutus. {אחוז *achúz.* ἐπιτυχών. GAL. Acquis, trouué. ITA. *Acquiſtato.* GER. Der erlanget oder vberkommē iſt HI. *Alcancado.* AN. *Gottin.*} *Plin. li. 7. cap.* 24. Tam multis gloriam eis adeptis. *Cic. de Senect. paſſiuè protulit*, Senectutem vt adipiſcantur, omnes optant, eandem accuſant adeptam. [*Ouid. Eleg.* 8 *lib.* 4. *Triſt.* Ne palmas inhoneſtet adeptas.] Actiuè & paſſiuè ſumitur.

Ădĕptĭo, verbale, idem quod conſecutio. ἐπιτυχία. *Cicer. 2. de Finib.* Nos beatam vitam non depulſione mali, ſed adeptione boni iudicemus.

Ădĭpōsŭs, Vide ADEPS.

Ădĭpſathŏn, ἀδιψάθιον, ἢ ἀσπάλαθος. Frutex eſt furculoſus, multis ſpinis horrens, qui ad Iſtrum, & in Niſyro, Syria, & Rhodo naſcitur, quóque ad vnguentorum ſpiſſationem olim vtebantur. Aliis nominibus Aſpalathus, Eryſiſceptron, Dipſacon, & Diaxylon nominatur. Ruellius putat idem eſſe, quod hodie in officinis *Lignum Rhodium* appellatur. *De hoc Plin. lib. cap.* 13. *Dioſc. lib.* 1. *cap.* 19.

Ădĭpſa, ἀδίψα. Dicuntur quæque medicamenta ſitim aut extinguentia, aut obrepere prohibentia: quemadmodum Alima ἄλιμα, quæ fami obſiſtunt. Vtrorumque meminit *Plutarch. in conuiuio ſeptem Sapient.*

Adipſos, ἀδίψος, Species eſt palmæ viridis, odore mali cotonei, nullo intus oſſe. Naſcitur in Ægypto, ſimillimum myrobalano; in vnguentis vſum habens. Dicitur & Phœnicobalanus, vbi maturuerit, *teſte Plin. lib.* 12. *cap.* 22. ¶Eſt præterea Adipſos radix olim in Scythia, hodie etiam in agro Franconienſi naſcens, quam à dulcedine Glycyrrhizam appellant. Vulgus corrupto vocabulo *Liquiritiari* vocat. *Vide eundem lib.* 22. *cap.* 9.

Ădĭūdĭco, cas, per ſententiam & iudicium aliquid alicui attribuo. {נתוען ידי הדין *nathánhal iedhé hadin.* ὑποδικάζω, ἀποδικάζομαι τινι. GA. Adiuger. IT. *Attribuire, aſſegnare, per ſentenza.* GER. Zuerkennen/mit vortheil zuſprechen. HIS. *Atribuir y dar algo por ſentencia.* ANG. *To aſſigne.*} *Cic. ad Att. li* 4. Nemo enim dubitat, quin domus nobis eſſet adiudicata. Adiudico, ὑποδικάζω. ¶Refertur tamen & ad aliorum, quàm iudicum, ſententiam & iudicium. *Plaut. in Menech.* Adiudicato, cum vtro hanc noctem ſiet. *Cic. ad Attic* 1. Salutem mihi imperij atque orbis terrarum adiudicauit, id eſt, iudicauit, me imperio Romano atque orbi terrarum ſalutem attuliſſe.

Ădĭūgo, gas, penult. correp. id eſt, coniungo, ad aliquid iungo, quaſi ad iugum annecto. {הצמיד *hitſmidh.* ὑποζεύγνυμι. GAL. Accoupler, attacher. ITAL *Accopiare, attacare.* GER. Aniochen/aneinander kuppten. HISP. *Ayuntar vna coſa à otra.* ANGL. *To tie, or couple to.*} *Pacuuius* per tranſlationem poſuit pro addo, vel adiungo. Mater eſt terra, ea parit corpus, anima mater adiugat voluntatem. *Adiugare vitem eſt vitem in iugum diſponere, quod & iugare dicitur. Iugum autem hoc loco ſumitur pro palis quibuſdam, velut in iugum aſſurgentibus, ad quos vites certo ordine componuntur. *Columella libr.* 4. *cap.* 17. Nihil enim refert iugum in ſtellam decuſſari atque diduci niſi & palmites adiugentur.

Ădĭūmēntum. Vide ADIVVO.

Ădĭūngo, gis, alligo, annecto, addo, coniungo, apto, accommodo. {חבר *hidhbik* חכר *chibér.* προσίδημι, συζεύγνυμι. GALL. Adiouſter, adioindre. ITAL. *Aggiognere, accopiare.* GERM. Herzufügen. HISP. *Anadir, ayuntar.* ANG. *To ioyne to, or applie.*} *Cic. 1. de Orat.* Iuris ſcientiam eloquentiæ tanquam ancillulam adiunxit. *Terent. in And.* Vt animum ad aliquod ſtudium adiungant. * Adiungere aliquem alteri, eſt amicum facere. *Cic. Attic. l.* 9. Hic dies me valde Craſſo adiunxit. Adiungere ſe ad aliquem, eſt cum eo familiaritatem inire. *Cic. in Philip.* [*Cæſar. lib.* 1. *de bell. ciu.* Adiungere in amicitia. Et ſimiliter de inimicitiis *Plaut. Aſin. ſc.* 2. *a.* 5. Socium ad rem malam quærit, quem adiungit ſibi. Ad probos propinquitate ſe adiungere *Pl. Aul. ſc.* 4. *a.* 1.

Ădĭūnctio, verbale, {התחברה *hithchabberáh.* σύζευξις, σύνδεσις. GALLIC. Adiouſtement. ITA. *Aggionta* GERM. Ein zuſügung/ein zuthuung. HIS. *Anadidura.* ANGL. *Ioyning to.*} *Cic. de Fin.* In quibus nulla eſt virtutis adiunctio. ¶Interdum ſignificat propenſionem. *Cic. de petit. con.* Tribus rebus maximè homines ducuntur ad beneuolentiam, beneficio, ſpe, adiunctione animi vel voluntate. ¶Interdum ponitur pro exceptione. *Idem de Inu.* Sunt quædam cum adiunctione neceſſitudines, quædam ſimplices. ¶Adiunctio item exornatio quędam verborum eſt, *apud auctorem ad Herennium.*

Ădĭunctor. {מסכת *meſappéach* מחבר *mechabbér.* ὑποζυκτήρ, σύνδεσμος. GALL. Adioigneur, celui qui adioint. ITA. *Coluy che aggionge, ò vnisce.* GER. Ein zuſamen füger. HISP. *Ayuntador.* ANG. *A ioyner, that ioyneth to.*} *Ci. Attic lib.* 8. Ille Galliæ vlterioris adiunctor.

[Adiunctum verbum Dialectitorum eſt. *Gell c.* 8. *l* 15.]

Ădĭūnctŭs, nomen ex participio, annexus, additus, coniunctus. {מדבק *mudhbák.* φθοικτικός. GAL. Adioint, adiouſté. ITA. *Aggionto, accopiato.* GERM. Herzugefügt/herzu gethan HISP. *Añadido, ayuntado.* ANG. *Ioyned tot.*} [*Pl. Curc. ſc.* 3. *a.* 1. Huic voluptati adiunctum eſt odium.] *Cic. pro Cluent* Aceruatim iam reliqua Iudices dicam; vt ad ea quæ propiora huius cauſæ, & adiunctiora ſunt, perueniam.

Ădĭūrgĭum, idem quod iurgium vel obiurgatio. {מצה *matsah.* ὀπτήμενος, ἢ ζυγομαχία. GAL. Noiſe, queſtion. ITAL. *Contentione, queſtione.* GERM. Zanck/hader. HISP. *Renzilla.* ANG. *Brauling in wordes.*} *Plaut. in Men.* Nec pol filia vnquam accerſit patrem ad ſe, niſi quid commiſſi adiurgij eſt cauſa.

Ădĭūrgo, as, are, obiurgo, {הוכיח *hochiach* רב *ráb.* ὀπτημάω, ἐγκαλέω. GALL. Tanſer & reprendre. ITAL. *Fortemente reprendere.* GER. Hefftig beſchelten/vbel beſchelten HISP *Reſiir.* ANGL. *To reproche.*} *Plau.* At pol quin certa res eſt adiurgare hanc, &c. Tu locum conſules.

Ădĭūro, ras, penult. prod. iuro. {נשבע *miſchbáh.* ὀμνύω. GAL. Iurer fort & & ferme. ITA. *Giurare con efficacia.* GER. Hefftig ſchweeren. HISP. *Iurar appreſſuradamente.* AN. *To ſwear with à great othe.*} *Terent. in Hecyr.* Sanctè adiurat non poſſe apud vos Pamphilo ſe abſente perdurare. ¶ Adiurare eſt incantationibus dæmones abiicere, ἐξορκίζειν. *Lactant. lib.* 4. Quanto terrori ſit dæmonibus hoc ſignum, ſciet qui viderit, quatenus adiurati per CHRISTVM de corporibus quæ obſederint, fugiant. [*Plau. Moſt. ſc.* 3. *a.* 1. Ita me tu ames, Ita te tuus amet ſceleſta quem adiuraſti. *Idem Amph.* Satisfaciat mihi, atque adiuret inſuper &c. Item pro Iuro, Adiuro per Iouem & Deos. *Pl. Men. ſc.* 2. *a.* 4. bis Ionem adiuro patrem me herum non eſſe. *Ibi. ſe.* 7. *a.* 5. Inuita, ô Regina tuo de vertice ceſſi inulta Adiuro téque tuúmque caput. *Catulli de Co. Beren. Idem ibid.* Digna ferat ſi quis inaniter adiurarit. *Liuius* Adiurare pro ad iuſiurandum addere.]

Ădĭŭuo, as, penul. corr. Opem fero, ſubleuo, ſuffragor. {עזר *házar.* βοηθέω. GAL. Aider, ſecourir. ITAL. *Adiutare, giouare, dare aiuto.* GER Helffen. HISP. *Ayudar.* ANG. *To help.*} *Ter. in Phor.* Qui me dudum vt dixti, adiuuerit comiter. [Tu quoque cuius adiuuas infamiam. *Plaut. Amph.* 1. auges, & ad aliquid addis. *Et Capt. ſc.* 1. *a.* 2. In re mala animo ſi bono vtare, adiuuat. i. prodeſt. Efficiam id ſi Dij adiuuant. *Ib. ſc.* 4. *a.* 3. Qui monet, quaſi adiuuat. *Pl. Care. ſc.* 3. *a.* 3. Dij te omnes adiuuant, *Plaut. Capt. ſc.* 1. *a.* 4. Dij me omnes adiuuant, augent, amant, *Plaut. Men. ſc.* 5. *a.* 3 Adiutum auxilio Dij me volunt. *Plau. Pſeu. ſc.* 3. *a* 3.]

Ădĭūtor, pen. product. nomē verbale, Auxiliator, adminiſter, ſocius. {עזר *házer.* βοηθός. GAL. Celuy qui aide. IT. *Chi porge aiuto.* GERM. Helffer. HISP. *Ayudador.* ANG. *A Helper.*} *Cic. de Amic.* Adiutor his contra patriam inuentus eſt nemo. *Donatus exiſtimat* Adiutorem *de re bona dici*, impulſorem *de mala. Vnde illud Terentij in Adelph.* Poſtremo hodie in pſaltria iſta emunda adiutor fuit. Ironicē dictum idem annotauit. [Te mihi adiutorem Dij genuerunt. *Plau. Pſeu. ſc.* 2. *a.* 3. Tūne ex adiutor amanti filio. Idem *Aſin. ſc.* 1. *a.* 1.]

Adiutrix, icis, Minerua quæ ſemper adiutrix meorum conſiliorum extitiſti. *Cic. pro Dom.*

Ădĭūtōrĭum, Dicitur officium illud, quod ab adiutore præſtatur. {עזר *hezér.* βοήθεια. GAL. Aide, ſecours. ITAL. *Aiuto.* GERM. Hilff. HISP. *Ayudo.* ANG. *Help.*} *Aſinius Pollio apud Sueton. de Clar. Or.* In eam adiutorium ei fecit maximè quidam. *Valerius Maximus*, Adiutorio deorum immortalium. ¶ Adiutoria ſenectutis, pro adiumenta & præſidia, *Varro in principio de Re ruſtica.* [Cibus adiutorium corporis, nec tamen pars. *Senec. Ep.* 89. Vtetur adiutoriis à natura datis. Egere adiutorio regentis manum. *Fab.*

Adiumentum, auxilium. βοήθημα. *Cic.* 1. *Offic.* Sed iis qui habent à natura adiumenta rerum gerendarum. Adiumento eſſe alicui, *Cic.*

Adiuto, tas, pen. prod. Frequentatiuum ab Adiuuo, quod etiam pro primitiuo accipitur, βοηθέω. *Vt in v. Enn. apud Cic. de Senect.* O Tite, ſi quid ego adiuto, curámve leuaſſo.* Adiuta mihi, vetuſtè dictum pro adiuua me. *Pacuuius in Chryſe.* Ex Donano. [*Plau. Pſeu. ſc.* 4. 1. Iſtoccine modo me adiutas? *Gell. ca.* 22. *lib.* 15.]

Adiutor, aris, deponens, adminiſtro, vetuſtè dictum pro adiuuare. *Pacuuius*, Dulo teſte, Ilium quæro, qui adiutatur.

Ădlăbōro, Vide ALLABORO.

Ădlīmĭnă, ſeruus, Vide LIMEN.

Adlino, Vide ALLINO.

Ăd liquĭdum, Vide LIQVIDVS.

Ădlŏcūtĭo, conſolatio, παραμύθια, παράκλησις. *Cutullus ad Cornificium.* Quæ ſolatus es adlocutione.

Ădlŭbĕſco, Vide ALLVBESCO.

Ădmāndo, mando, commendo, committo. {פקד *pakádh.* ἐπιτάττω, φροντίζω. GALL. Donner charge. ITA. *Commettre ad alcuno.* GER. Befohlen/einem etwas zu verwalten empfehlen. HISP. *Encommendar*

ANG.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

AN G. *To command, to charge.*} *Plautus in Pœn.* Reuertor rursus denuò Carthaginem, si quid admandare vultis, aut curarier: argentum mihi qui dederit, nugas egerit.

Ad mănum. Vide MANVS.

Admātūrārē: accelerare, *Cæsar libro septimo*, Atque horum discessu admaturari defectionem ciuitatis existimabat.

Admētĭŏr, itis, idem quod simplex metiri. {מדד *madhádh.* ὁμμετρέω *mí.* GA. Mesurer. IT. *Misurare.* GER Zumässen/mässen. HI. *Medir.* ANG. *To measure* } vt, Admetiri militibus frumentum. *Cic. 5. Ver.* Quod Græci dicunt πυροδοτεῖν. *Liuius 5. bell. Maced.* Frumentum ab Ætolis, quod militi admetiatur. [*Et Sueton. in Aug. cap. 41.*]

Admētē huius Admetes, ἀδμήτη, pen. prod. Oceani & Tethyos filia, *teste Hesiodo in Theogonia.*

Admētŭs, penultima producta, ἄδμητος Suidæ, Thessalorum rex fuit, cuius armenta nouem annos Apollinem pauisse ferunt, quum ob interfectos Cyclopas, qui fulmina fecerant, quibus Æsculapius filius eius erat necatus, Olympo depulsus, humana specie apud mortales exularet: à quo quum perhumaniter tractaretur, ad referendum patrono beneficium, à Parcis impetrauit vt quum fatalis eius dies adesset, hac lege mortem effugeret, si quis reperiretur qui illius vice mortem oppetere vellet. Quod amici cùm omnes recusarent, vna Alcestis vxor vitæ suæ dispendio mariti vitam redemit. [*Leg. Senec. cap. 17. de Consol. ad Elber. Item Plutar. in Num.* scribit Admetum ab Apolline amatum fuisse.] Qua defuncta stridulæ quædam & lugubres næniæ decantabantur assidue apud Admetum tanti beneficij memorem, donec mora Proserpina remisit Alcestidem: aut vt quidam dicunt, donec Hercules expugnato Orco hanc ad superos reduxit: Hinc locus factus prouerbio, Admeti nænia, ἀδμήτου μέλος. quod accommodari poterit ad orationem querulam ac miserabilem, aut ad cantiones faciles & illaboratas, nimirum quales oportet esse, quæ inter pocula canuntur, & ex tempore. *Callimachus tamen contra receptum Poetarum consensum, ita scribit in Hymno Apollinis.* σοὶ δὲ νόμιον κιθαρίσσομεν ἐξέπι κεῖνε Ε ἔξετ' ἐπ' Ἀμφυσσῷ ζεύγνυτε δ' ἑπτέρεσσιν ἵππους Ἡδὲς ὑπ' ἔρωτι κεκαυμένος, ἀδμήτου. Hoc est, Phœbum & Nomium vocamus, ex quo sub Amphrysso iugales pascebat equos, adolescentis Admeti amore accensus.

Admĭnĭcŭlor, aris, fulcio, adiuuo. Propriè est, adminicula, hoc est pedamenta fulciendarum vitium, aut tenellarum arbusculorum causa erigo. {תמך *tamách.* סמך *samách* סער *saʕádh.* ὑποστηρίζω. GA. Appuyer, estayer, soustenir, aider. IT. *Sostentare, aiutare.* GER. Vnderstützen/beyhülfflich sein. HISP. *Sostener, ò ayudar.* ANG. *To prope, to setta prope to any thing, to help.*} [passiuè: *Gell. c. vlt. lib. 2.* Adminiculari id potest versibus Homeri, id est adiuuari, probari. & Adminiculatus pro Adiutus *Gell. c. 2. l. 14.*] *Cicer. 5. de Finibus.* Quæ sit scientia atque ars agricolarum, quæ circuncidat, amputet, adminiculetur.

¶ Per translationem etiam accipitur pro adiuuo, βοηθέω. Pro quo etiam legitur Adminiculo, voce actiua. *Cato de liberorum educatione.* Quoad potui, adminiculaui tuam voluntatem in scribendo.

Admĭnĭcŭlātor, ris, tertiæ declinationis, συμβοηθός, adiutor. *Gel. lib. 7. c. 3. De Tirone:* Eóque ineunte ætate liberaliter instituro adminiculatore, & quasi administratore in studiis literarum, Cicero vsus est.

Admĭnĭcŭlātŭs, nomen ex participio. *Gell. lib. 20. cap. 11.* Sed eius generis, seminisque sint, ex quo facilè adolescant, aut ingenia hominum vegetiora, aut memoria adminiculatior, aut oratio solertior.

Admĭnĭcŭlum, Propriè idem est quod pedamentum, hoc est palus sustinendis vitibus tenellisve arboribus accommodatus. { מסעד *mishádh* מוט *mot.* χάραξ. GAL. Appuy, soustenement. ITALIC. *Sostengno.* GERM. Ein hülff/auffenthalt/vnderstützung. HIS. *Sostenemiento.* ANG. *A post or prope to susteine any thing.*} *Cic. de Senect.* Adminiculorum ordines, capitum coniugatio, & religatio, & propagatio vitium. [Adminiculis iuncti. *Senec. c. 16. de consol. ad Elb.* Subducto altero adminiculo (Druso) titubabat Augustus. *Senec. c. 4. de Consolatione ad Mart.*]

¶ Translatè pro auxilio ponitur, βοήθημα. *Cicer. 3 de Officior.* Hanc igitur partem explebimus nullius adminiculis, sed, vt dicitur, Marte nostro. [*Plau. Most. sc. 2. a. 4.* Ad lenonem cùm itant, adminiculum eis dannunt, cognatum aliquem.]

Admĭnīstĕr, Qui ministrat, aut iuuat in aliquo vel etiam alicui opem præbet. {משרת *mesharéth.* ὑπηρέτης. GAL. Ministre, seruiteur. ITA. *Ministro.* GER. ein diener/verwalter. HISP. *Seruidor.* ANG. *He that ministreth, à seruand.*} *Cic. 3. de Legib.* Iouique opt. max. se consiliarium atque administrum datum. *Idem pro Quintio*, Administri & satellites Sex. Nævij.

Admĭnīstro, as, are, procuro, guberno, gero, obeo. {נהג *nahágh* פקד *pakádh.* διοικέω. GALL. Administrer, auoir maniment. ITA. *Gouuernare, procurare.* GER. Verwalten/versorgen. HIS. *Administrar y seruir à otro.* ANG. *To rule, to gouerne.*} *Cic. 1. Officior.* Sine seueritate administrari ciuitas non potest. *Idem 1. de Nat. Deor.* Deorum mente ac ratione mundum administrari, ac regi. *Cæs. Bel. Gal. lib. 7.* Reliqua quæ ad oppugnationem oppidi pertinebant, administrare instituit. *Administrare vindemias, aut sementem, pro facere. *Varro de re rustica.* [Administrare bellum. *Cæs. l. 1. de bell. ciuil.*]

Admĭnīstrātŏr, verbale, Qui rem aliquam administrat & gubernat. {נוהג *nohégh* מנהיג *manhigh.* διοικητής. GALL. Celuy qui a le maniment de quelque chose. ITAL. *Ministre che habia alcun maneggio.* GERM. Ein diener so etwas verwaltet. HIS. *El que ministra y serue à otro.* ANG. *A gouernour that ruleth any thing.*} *Cic. 1. de Orat.* Qui quum esset constitutus administrator belli gerendi.

Admĭnīstrātĭo, Curatio, procuratio, gubernatio. {פקדה *pekuddáh.* διοίκησις. GAL. Administration, maniment. IT. *Carico, maneggio.* GER. Verwaltung. HIS. *Obra de seruir à otro.* ANG. *Administration, gouuerning.*} *Cicer. ad Lentul.* In sententiis senatoriis & in omni actione atque administratione Reipublicæ floruissemus. [*Cæs. lib. 1. de bel ciu.* Administrationes portus impedite.]

Admĭnīstrātīuŭs, a, um, a dictiuum πρακτικός. *Quint. lib. 2. cap. 18.* Si tamen vna ex tribus artibus habenda sit, quia maximus eius vsus actu continetur, atq. est in eo frequentissima, dicatur actiua vel administratiua.

Admīrŏr, aris, idem quod miror, aut valde miror. {תמה *tamáh.* θαυμάζω. GALLI. Admirer, s'esmerueiller. ITALIC. *Marauigliarsi.* GER. Sich verwunderen/sich hefftig wunderen. HIS. *Marauillarse de alguna cosa.* ANGL. *To meruell greatlie.*} *Cic. ad Atticum, lib. 6.* Admiratus sum breuitatem epistolæ tuæ. [*Ouid. 13. Met.* Néve in me stolidæ conuitia fundere linguæ Admiremur eum.] ¶ Interdum ponitur pro venerari, suspicere, quod & Græci θαυμάζειν dicunt. *Cic. 4. Academ.* Diodoro quid faciam Stoico, quem à puero audiui, qui mecum viuit tot annos, qui habitat apud me, quem & admiror & diligo.

Admīrāndŭs, Admiratione dignus. { נפלא *niphlá* פלא *palí.* θαυμαστός. GALL. Digne d'admiration. ITAL. *Degno de ammiratione.* GERM. Der zuverwundern ist, HISP. *Digno de amiration.* ANGL. *worthie of admiration, meruellous.*} *Virg. libro quarto Georg.* Admiranda tibi leuium spectacula rerum.

Admīrātŏr. {תומח *toméah.* θαυμαστής. GALL. Admirateur. ITAL. *Chi si marauiglia.* GERM. Der sich verwundert. HISP. *El que se marauillia.* ANG. *He that meruelleth at any thing.*} *Quint. lib. 1. cap. 5.* Admirator nimius antiquitatis.

Ădsignĭfico, Significo. {חורח *horáh.* σημαίνω, προσσημαίνω. GALLIC. Siguiner. IT. *Denotare.* GERM. Bedeuten/anzeigen. HISP. *Significar.* ANG. *To signifie, to shawe*} *Varr. I. de re rust.* Olim tonsores non fuisse, adsignificant antiquorum statuæ.

Ădsĭpĕre & Præsipere, προσσοφίζομαι, ἢ προεσοφίζομαι, dicebant Antiqui à sapiendo: sicut nos quoque modò dicimus ab Æquo iniquum, à Quærendo inquirere. *Hac Festus.*

[Adsisto: vide Assisto. Adsto, vide Asto.]

Ădsĭtus, pen. cor. participium ab Adsero, iuxta satus. παρεφυτεδδνις. *Varro.* Vt vitis adsita ad olus facere solet. *Bud.*

Ădspŭo, is, adspui, utum, pen. pro. {רק *ràk.* προσπτύω. GALL. Cracher contre. ITAL *Sputare contra alcuno.* GER. Speuwen gegen einem ding. HIS. *Escupir contra alguno.* ANG. *To spitte vpon.*} *Plin. lib. 27. c. 4.* Aut si dormiens spectetur infans à nutrice terna adspui.

Ădstĭtŭlŏr, Adstituo, Vide A ante S.

Ădsum, ades, adfui, Præsens sum, interfum, appareo [Conclamat socios. Adsum. *Ouid. 13. met.* vbi summus Imperator non adest ad exercitum. *Plaut. Amph.* Adesse dolori. *Senec. c. 8. de consol. ad Polyb. & c. 7. ad Mart. & c. 2. de Consol. ad Elb.* Non vacat exiguis rebus adesse Ioui, *Ouid. Eleg. 1. libr. 2. Trist.* Rebus adest nomen nominibúsque pudor. Natalis adest. *El. 13. l. 3. Trist.* Lucifer amborum natalibus adfuit. *Ouid. El. vltim. lib. 4. Trist.* Quæsitores reum adesse iusserunt. *Velleius* etsi abest, adesse herum arbitror. *Plaut. pseu sc. 7. a. 4.* Aliud malum aderat. Istuc (i. istud) aborat longiùs. Hi sciunt qui hic adfuerunt. (id est spectatores.) *Plaut. sc. 4. a. 4.* Istic adesto, (id est, asta, & præsto sis.) *Pl. Aul. sc. 1. a 1.* Tu mihi accusatrix ades. *P. Asin. sc. 1. a. 3.* Nisi assint cùm citentur, census capiant. *Plaut. Men. sc 1. a. 1.* Ad socium si adesses. *Plau. Aul. sc. 2. a. 3.* Non adest. At tu cita. *Plaut. Pseud. sc. 1. a 1.* Volo te domi vsque adesse. *Plaut. pseu. sc 5. a. 1.* Quamuis longè regione remotus absim, Vos animo semper adesse meo. *Ouid. Eleg. 4. lib. 3 Trist.* {הנני *hinni*, &c. πάρειμι. GAL. Estre pres, estre present. ITAL. *Esser presente.* GERM. Da sein/gegenwertig sein. HISP. *Estar cercar de lugar.* ANGL. *To be present, to be nigh.*} Nam adesse etiam dicitur, quod paulo pòst futurum est, aut quod aduentat. Vnde dicimus, Adest Scipio, quum iam in itinere est, vel non longè abest: sed præsens est id, quod iam venit. [Hector adest, secúmque Deos ducit. *Ouid. 13. Met.* Vigila, tibi dico Viden' hostes tibi adesse. *Plaut. Mil. sc. 2. a 2.* Omnis res parata est, & nos adsumus. (i. venimus.) *Plau. Cur. sc. 3. a. 2.*] *Cic. 1. Offic.* Inter hominem & belluam hoc maximè interest, quòd hæc tantum, quantum sensu mouetur, ad id solum quod adest, quódque præsens est, se accommodat. Constituitur etiam cum dativo, vel ablativo, mediante In. *Cicer. in Phil.* Omnibus his pugnis Dolabella adfuit. *Idem ad Ser. Sulpit.* Ego verò, Serui, vellem, vt scribis, in grauissimo meo casu adfuisses. ¶Interdum est adiuuo & præsto sum. Desum, *Cic. pro Quint.* Recusabant qui aderant tum Quintio, Id est, qui Quintium defendebant. *Idem in epist.* Ego tamen tuis rebus adero vt difficillimis. *Liu. lib. 1. secundi Bel. Pun.* Sed pueri, fœminæque super animi corporisque vires adsunt, pugnantibus tela ministrant. ¶Sic, Adsint Dij beati, πρὸς δὲ θεοὶ μάκαρες. Sermo est bene ominantis in re quapiam aggredienda. Adagium est vsurpari solitum à rhapsodis, id est, carminum Homericorum recitantibus, & interpretibus. ¶ Adesse animo vel animis, prouerbiali forma, est fauere ei rei cui interes, atque attentum esse. *Cic. pro P. Sylla*, Adestote omnes animis, qui adestis corporibus, quorum ego frequentia magnopere lætor, erigite mentes, aurésque vestras. Hoc modo attentionem captat auditorum. *Cic. Terent. in prolog. Andr.* ¶Adesse animo, in alio significatu dicitur pro præsenti esse & forti animo. *Cic. in Somnio Scip.* Sed ille, Ades, inquit, animo: & omitte timorẽ. Item Adesse animo, pro intentum esse rebus agendis. *Cic. 8. Philip.* Sed etiam nuper summa laus consularium, vigilare, cogitare, adesse animo, semper aliquid pro rep. aut facere aut dicere. ¶Sumitur & pro accedere, præsertim in secunda persona. *Terent. Andr.* Adesdum, paucis te volo. *Virg. Eclog. 9.* Huc ades ô Galatea, & *Eclog. 7.* Huc ades ô Melibœe, caper tibi saluus & hœdi. Adesse pro Aduenire. *Virgil. 2. Æneid.* Iámque aderit multo Priami de sanguine Pyrrhus. *Idem 9. Æneid.* Ergo aderat promissa dies. ¶Interdum etiam pro subsisto accipitur, siue maneo. *Plaut in Aul.* Istic adesto, si hercle tu ex isto loco Digitum crassum transuersum, aut vnguem latum excesseris.

Adreger ἀνορθωτὸς, Tactus & deminutus} integer *Scal. in Fest.*

Adregrare est vinum in sacrificiis augere. Integrare etiam & adtegrare minus factum, est in statutum redigere. *Festus. vbi vide Scalig.*

Ădtēmpŭs, Vide TEMPVS.

¶Adtestata fulgura, quæ iteratò fiebant videlicet significationem priorum attestantia.

Ădtĕxo, Vide ATTEXO.

Ădtĭbĕrnālis, Habitator continuæ tabernæ, πάροικος. quod genus domicilij antiquissimum Romanis fuisse testimonio sunt exteræ gentes, quæ adhuc tabulatis habitant ædificiis. Vnde etiam tecta castrensia quanuis pellibus contegantur, tabernacula tantum dicuntur. *Hac Festus.* Alii scribunt Attibernalis.

Ădtōndĕo, Vide ATTONDEO.

ADVALLAS ἀδουάλλας, Mons est in Rheticis Alpibus, ex quo in Septentrionem profluit Renus, & Addua in Meridiem. *Autor Strab. li. 4.*

[Aduector. Aduectorem *Plau. asin sc. 3. a. 2.* vbi alii Aduentorem.]

Ădŭcho, his, aduexi, aduectum {הבי'א *heli.* ἐπάγω, ἐποχέω. GAL. Apporter, amener par charroy, ou sur quelque autre chose. IT. *Portare, condurre à caricco, portare sopra giomenti ò in carro* GER. Herzu fůren. HI. *Traer à lugar coma quiera.* ANG. *To bring, to cary on a cart to a place.*} *Cicero tertio Offic.* Si quis profectus Rhodum, magnum frumenti numerum aduexerit. *Liu. 1. Bel. Pun.* Impositóque quem secum aduexerat, milite, Romam venerat.

Ădŭctĭo, verbale, ἐπαγωγὴ. *Plinius lib. 9. c. 54.* Nuper excogitatum famem longæ aductionis à Brundusio, compascere in Lucrino.

Ădŭctŭs, us, idem. *Tacit. lib. 20.* Hæc de origine & aductu Dei celeberrima.

Ădŭcto, as, ἐπάγομαι, frequentatiuum ab Adueho. *Tacit. lib. 5.* Addítque quibus è prouinciis & quanto maiorem, quàm Augustas rei frumentariæ copiam aductare.

Ădŭlo, as, Velo, cooperio. {חפה *chippáh.* ἐπικαλύπτω. GAL. Couurir d'vn voile, ou autre chose. ITAL. *Velare, coprire con velo.* GERM. Zudecken. HISP. *Cubrir con velo ò otra cosa.* ANG. *To couer.*} *Virg. 5. Æn.* viridique aduelat tempora lauro.

Ădŭĕnă, penultima correpta communis generis. Qui non est ciuis aut inquilinus, sed externus. {גר *gher.* προσήλυτος, πάροικος. GALLIC. Estranger. ITA. *Forestiere.* GERM Ein frömbdling/vnd ståndiger. HISP. *Auenidizo, estrangero.* ANGL. *A stranger.*} Et propriè qui ex vno longinquo loco in aliquod oppidum veniunt, Aduenæ dicuntur: Conuenæ, qui ex pluribus locis. *Terentius in Heaut.* Est è Corintho hic aduena anus paupercula. [Militaris aduena. *Plaut. pers. sc. 1. a. 4. i.* qui adest à milite.]

Ădŭĕnĭtĭi, *Cic. 2. de legib.* pellex aduena, *Ouid. 9. Epist.*

Ădŭĕnĕrāri, Veneror, colo. {עבר *bai adh.* σεβίζεσθαι. GA. Honorer & reuerer grandement. IT. *Riuerire* GER. Von hertzen / oder inniglich verehren. HI. *Muco honrar.* ANG. *To honour, to reuerence, to worshipe.*} *Varr. lib. 1. de Re rust.* Item aduenerer Minerua & Venerem: quarum vnius procuratio oliueti, alterius hortorum est.

Ădŭĕnĭo, nis, pen. corr. Accedo, appropinquo. {נגש *nighghúsch.* קרב *karáb* בא *ba.* προσέρχομαι. GAL. Venir & arriuer en quelque lieu. ITA. *Arriuare.* GERM. Herzukommen. HIS. *Venir à algun lugar.* ANG *To come nigh, to come to.*} *Ter. in Eunuch.* Si forte huc aduenerit. Aduenire

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

in prouinciam. *Cic* 11. *Phil.* [Saluum te aduenisse gaudeo. *Pl. Mostel. sc.2.a.2.* Aduenit cor meum. *Pl. Most. sc.2.a.2.* Suppetias aduenì tibi tempore. *Pl Men.sc.7.a* 5. Qui à patre aduenit Carysto, neque dum aduenit Athenas. *Plaut.pseud.sc.* 4.*a* 2. principio vt illò aduenimus, vbi primum terram tetigimus *Plaut.Amph.* Id te oratum aduenio. *Plaut. Aul.sc.6.a.4.* Pro redire: siue modò aduenìat senex peregrè. i. redeat. *Plaut. Most.sc.1.a.1* Nunquid vis? A. Etiam, vt actutum aduenias. i. redeas, *Plaut. Amphitr.* Aduenisse tibi filium respondeo. i. rediisse. *Plaut. Capt.sc.1.a* 4.] ¶ Aduenire pro accidere. *Cicer* 11. *Philipp.* Est enim sapientis, quid homini accidere possit, id premeditari: ferendum modicè, si aduenerit, esse.

[Aduenat pro aduenìat. *Pl.sc.1.a.1.*]

Ādŭentĭtĭus, Fortuitus, insperatus, externus) (innatus, insitus. {ἐπακτός, ἐξωπικὸς, συμβεβηκώς GALLI. Qui vient d'ailleurs, forain. ITA. *Venuto di nuouo, d'altronde.* GERM Frembding / der anderswo här kompt. HIS. *Que viene de lexos.* ANG. *That cometh by chance, forraine* } Vnde aduentitia bona quæ non ex recta successione, puta patris aut aui, sed ex legatis, aut aliter casu aliquo nobis aduenìunt. τυχηρὰ τὰ ἐξωπικὰ ἀγαθά. *Aristot. Cic.* 3 *Ver.* Homo Ligurem accusare cœpit, qui in re aduentitia atque hæreditaria, tàm diligens, tàm attentus esset. *Cicer. Topic.* Specie autem comparantur, vt anteponantur quæ propter se expetenda sunt, iis quæ propter aliud: & vt innata atque insita, assumptis & aduentitiis: integra contaminatis. ¶ Aduentitius morbus, qui forte, & nulla nostra culpa venit. συμβεβηκώς Aduentitius casus, πτῶμα *Scaeuola, D. libr.* 40 *Tit.* 9. *l.* 6. Nec aduentitij casus computandi sunt. [Aduenritius fastus crediti. *Liu.* 8. *ab vrb.* Aduentitiæ res. *Senec. de cons. ad Elber. c.* 5.] * Aduentitium donum appellat Budæus quod olim consulibus in prouincias aduenientibus honoris loco dabatur: quod & honorarium dicitur. qualia olim principibus suas primùm vrbes ingressis porrigi solent. * Aduentitia necessitas intelligitur, vbicunque repente aduenit aliquid peragendum, quod ad publicam vtilitatem spectet. *Vide Alciatum enarrantem l. placet. C. de sacr. sanct. eccles.*

Ādŭento, tas, Accedo, appropinquo. {נגש *nigh ghásch* קרב *karáb* בא *ba.* ἐφεστήκω, γειτνιάω. GAL. Approcher pres. ITA. *Approssimarsi, auuicinarsi.* GERM. Zuhin kommen. HISP. *Allegarse el que viene, acerca se.* ANG. *To come nigh, to approche.*} [Te id admonitum aduento. *Pl. Aul. sc.*3 *a.*1. Huc autem cum extemplò aduentas. *Plaut. Amphitr.*] *Cic. Curioni,* Nondum erat auditum te ad Italiam aduentare, & propè adesse iam debes.

Ādŭentōrēs, Qui frequenter aduenìunt. {πλησιάζοντες. GAL. Suruenans. ITA. *Auuentori.* GER. Die offt an ein ort kommen. HIS *Estrangeros.* ANG. *which cometh or approcheth.*} *Plaut. in Truc* Si æquum facias aduento res meos non incusès. Dicti Aduentores, ab aduenìendo. [Aduentorem. i. Hospitem qui aduenit. *Pl. Asin. sc.*2.*a* 2.]

Ādŭentōrĭus, a, um, Quod aduenìenti cuipiam offertur. εἰσιτήριος. Vnde Aduentoria epistola, *apud Martial. in præfat. lib* 12. quæ aduentanti amico mittitur obuiam. *Col An iq. ecl. lib.* 12 *cap* 3.

Ādŭentŭs, tus, verb. Accessus. {בוא *biáh* קרבה *kerabáh.* πλησιάσις, παρουσία. GAL. Venue, arriuement. IT *Venuta.* GERM. Zukunfft. HISP. *La vẽnida.* ANG. *Coming* } [Illis prædam & triumphum adfero aduentu meo. *Plau. Asin. sc.*2.*a.*2. Conseruaui me illic aduentu suo. *Pl. pseud. sc.*3 *a.*2.] *Terent. in Eun.* Salutant, ad cœnam vocant, aduentum gratulantur. Aduentus) (discessus. *Cic ad Attic. lib.* 2. Vt enim me leuarat tuus aduentus: sic discessus afflixit.

Ādŭērbĕro as, Verbero. μαστιγόω. *Stat.* 9. *Theb.* Et auratis aduerberat vngulus armos.

Ādŭērbĭum, {מלת התעם *millath hatta'ám* ῥῆμα.} Quasi iuxta verbum dicitur, quia in oratione prope verbũ ponitur. Nec.n. potest verbi vis significantet exprimi, nisi iungatur aduerbium: vt Dico, & Nauigo, non plenæ significationis sunt, nisi adiiciãtur aduerbia: vt, Benè vel malè dicit: Feliciter nauigat. Donatus quidem Aduerbium scripsit esse partem orationis, quæ adiecta verbo, significationem eius explaner atque impleat. [Hac voce vsus est *Gell. c.*13. *l.*10.]

¶ Fiunt autem aduerbia quandoque à nomine: vt à Bonus, Benè. A verbo, vt à Traho, Tractim. A nomine & verbo, vt Pedetentim, à pede & tento A participio, vt ab Insignitus, Insignitè. A pronomine, vt Hic Illic, ab Hic & Ille. A præpositione, vt ab Ex, Extrà, & à Sub, Subtus. Ab aduerbiis etiam, vt à Prope Propius.

¶ Ennius, *teste Prisciano*, bis vtebatur aduerbiis Ignauiter, Inimiciter, Miseriter, Præclariter, Proteruiter, Properiter, Puriter, (*quo etiam Catullus vsus est*) Reuerecunditer, Superbiter, Temeriter, Toruiter.

Ādŭērbĭālĭtĕr, ὑποβρηματικῶς *apud Diomedem Gram. lib.*1 Per Aduerbia autem, quæ à loco significatum demonstrant, veluti à Roma in Africam rediit, vel à Troia, vel ab Ilio nauigauit Æneas, quod apud illos interpretatur aduerbialiter sic, &c.

Ādŭērsŭs, sa, sum, Contrarius, incommodus, {אשר כנגך *aschér chenégh-hedh* ἐναντίος. GAL. Contraire, oppositе. ITAL. *Contrario, repugnante.* GERM Widerig / streitig / widerwertig HIS. *Contrarie.* AN. *Contraire.*} *Terent. in Andr.* Eorum obsequi studiis, aduersus nemini. ¶ Aduersum absolutè, pro re aduersa, & improspera. *Terent. in Heaut.* Hic si quid fortè aduersi euenerit. [Item Aduersum cui opponitur secundum, vt aduerso flumine ire. *Liu. lib.* 1. *d.*3. Aduerso tardam qui vehit amne ratem, *Ouid. Eleg* 1. *lib.* 4. *Trist.*] ¶ Interdum ponitur pro oppositus, anterior,) (auersus: [ex aduerso missa tela. *Liu l* 4. *d.*4. In aduersa niti Quintil. & scandens aduersum (cliuum) Idem.] vt, Auersa vulnera, quæ à fronte accepimus, *Cicer. de Aruspi resp.* Acceptis à forti ad uersario vulneribus aduersis. *Idem* 2. *de Orat.* Tu & aduersus, & auersus impudicus es. ¶ Interdum pro obiectus, è regione suus. ἀντικείμενος. *Idem* 2. *de Diuin* Eodémque equo aduersam conscendit ripam. *Idem de Somnio Scip.* Intueri solem nequitis aduersum. * Comparat. aduersior, superlat. aduersissimus [*Tibullus li.*4 Aduersis hyberna licet tumeant freta ventis. Quamuis fortuna, vt mos est illi, me aduersa fatiget. *Ibid.* Aduersissque parant acies concurrere signis. *T bul. l.*4. materiam. tua in aduerso lecto sedet. *Gell. c.*9. *l.*16. Aduersis in armis: Mox, arma contraria. *Ouid. El.*4. *l* 1. *Trist.*]

Ādŭērsŭs, vel aduersum, præpositio, Contrà. {נגד *néghedh* לעמת *leûmmáth* κατέναντι. GALL. Cnotre. ITAL. *Contra.* GERM. Zuwider. HISP. *Contra.* ANGL. *Against.*} Significat inimicitias, dissidia, contrarietatémque. *Cic ad Attic.* Si duriorem te præbes, non contendam ego ad uersus te. [Prohibet faciant aduorsum eos quod volunt. i. malè iis faciant. *Plaud. pseud sc.*2.*a.*1.] ¶ Aliquando Erga, in meliorem partem. *Terent. in And.* Et id gratum fuisse aduersum te, habeo gratiam. *Cic.* 1. *Offic.* Adhibenda est etiam quædam reuerentia aduersus homines. [Mansuetudo erga omnes. *Senec. c.*12. *De consol. ad Polyb.* Item, pro Apud, Ne me criminere aduersus Iunonem *Gell. cap.*4, *lib.*13. Item pro obuiam, Ibo aduorsum. Salue multum mi pater. *Pl. Men. sc.*2.*a.*5. Imperaui vt venires aduorsum mihi. *Plau. Men. sc.*8 *a.*5. Aduorsum venire mihi ad Philolachen volo. (sup. te.) *Pl. Most. sc* 4 *a.*1. Venias aduorsum mihi. *Plau. Men. sc.*4. *act.*2. *& sc.*1. *act.* 3. Item pro, è regione, *Liu. l.* 7. *d.*4. Aduersus viam, qua in Capitolium ascenditur: *Et Senec. ca.*12. *De conso'. ad Polyb.*] ¶ Item aliquando significat secundum. *Vip. sit.*28 Bonorum possessio datur aut contra tabulas aut aduersus tab. intestati: *quod paulo pòst interpr.* Secundum tab *Item tit.* 20. Qui dedititiorum numero est, nec quasi peregrinus testari potest, quoniam nullius certæ ciuitatis sit, vt aduersus leges suæ ciuitatis testetur. *Ex Hotomano.* ¶ At licet ita sentiat etiã Cuiacius, nõ desunt tamé qui cõtrà disputẽt. ¶ Item aliquando Ante. *Gell. lib.*7. *c.*12. Nam qui quotidie vnguentatus aduersum speculum ornetur, cúmne quisquam dubitet, quin idem fecerit quod cinædi facere solent.

Ādŭērso, as, antiquè dictum, pro Verso. *Plaut. in Ruden.* Animo aduersaui sedulo. ne herum vnquam præterirem. i. cogitaui.

Ādŭērsor, Contrarius sum. {שטן *satán*, איב *aiáb* ἐναντιόομαι. GAL. Estre contraire, impugner. ITALIC. *Contraporsi, contrastare* GERM. Zuwider sein / widerstehn. HISP. *Contradezir à alguna cosa.* ANG. *To be contraire, to ganeſtand.*} *Cicer. 7. Verr.* Hanc Cleomenes vir amabat: veruntamen huius libidini aduersari non poterat, nec audebat. *Tacitus accusatiuo iunxit lib.* 1. *Annal.* Sua facinora aduersari deos lamentabatur. *& lib.* 17. *duobus in locis.* Construitur autem cum datiuo. *Teren. in Hecyr.* Neque tuæ libidini aduersabor. [Item Bacchæ bacchanti si velis aduersarier, ex insana insaniorem facies. *Plaut. Amph.* Neque me tibi aduersatum esse, benéque hero gessisse morem. *Plau. Cap. sc.*3. *a* 2. An decorum aduersari meis te præceptis? *Idem Asin. sc.*1. *a.*3. Nec tibi aduersari certum est de ista re. (i. à te dissentire) *& Aul 'c.*3. *a.*1.] * Aduersari contrà vel aduersus. *Plaut.* Casin. iam domuisti animum, potiùs vt quid vir velit Fieri id facias, quàm aduersere contrà? Addidit contrà, vt maiorem pertinaciam eius ostenderet in aduersando. *Idem in Mer.* Nolo tuam aduersari aduersus sententiam.

Ādŭērsātĭus, antis, participium, ἐναντιούμενος *Cic. de Orat* Sed tantam vim habet illa, quæ rectè à bono Poëta dicta est flexanima, atque omnium regina oratio, vt non modò inclinantem erigere, aut stantem inclinare, sed etiam aduersantem, & repugnantem, vt Imperator bonus ac fortis, capere possit.

Ādŭērsārĭus, a, um, idem quod contrarius, vel commodis nostris obsistẽs, aduersus, ἐναντίος. *Cicero pro Cecin.* Vis ea, quæ iuri maximè est aduersaria. *Idem pro Planc.*, Ea res in hoc iudicio aduersaria est Cneo Plancio. Construitur autem cum datiuo, quum aduersarius substantiuum, vel genitiuum habeat, vel sine casu ponatur.

Ādŭērsārĭa, orum, Dicuntur tumultuariæ quædam tabulæ, quæ ante codicis confectionem perscribebantur, ne memoria rerum excideret, & ex iis postea tabulæ iustæ & æternæ fierent. { Græci ὑπομνήματα. GAL. Bordereaux, papiers brouillars, minutes. ITA. *Giornale libro de ricordi.* GERM. Verzeichnung viler ding on ordnung zu der gedächtnuß in ein Büch oder Tafel / ein Handbuch. HIS. *El borrador de cuentas ò manual.*} Latini etiam Diaria vocant. Exactiores autem rationum tabulas, Codicem appellabant. *Cic. pro Quint. Roscio.* Quòd si eandem vim, diligentiam, authoritatémque habent aduersaria, quam tabulæ, quid attinet codicem instituere? *Doct ff. vir. I. Cy. fatetur alicubi se rationem eius vocis ignorare.*

Ādŭērsā-ĭus. {איב *ojéb*, ἀντωνυμία. GA. Aduersaire, partie aduerse. ITAL. *Aduersario.* GERM. Ein widersacher / der einem widerpart haltet. HISP. *Contrario, que contradize.* ANG. *An aduersare.*} ab Aduersor, pro repugno: nam Aduersarij dicuntur sibi inuicem repugnantes, ac propriè sunt ij, qui aduersus nos litigant in iudicio: quos aliàs *Partem aduersam* vocant. *Terent. in Phor.* Verùm scientem, tacitum, causam tradere aduersariis, etiámne id lex cogit?

¶ Aduersarius etiam genere fœminino dici potest mulier, quæ aduersus nos iudicio contendit. Præterea quæuis etiam res. *Cicer. Fam.* 2. *ad Curionem.* Est enim tibi grauis aduersaria constituta, & parata incredibilis quædam expectatio.

Ādŭērsātor, Qui aduersatur, ὁ ἐναντιούμενος. Vnde fit aduersatrix, *Terent. in Heaut.* Vllámne ego rem vnquam volui, quin tu in ea re mihi aduersatrix fueris, Sostrata? *Apuleius de Deo Socratis* Quem fautorem bonis quem aduersatorem malis iam vita ciebo? [*Pl. Moste. sc.*3. *a.*1. Nunc assentatrix scelesta dudum aduersatrix erat.]

Aduersè, aduerbium, ἐναντίως. Contrariè. *Gellius lib.*3. *c.*16. Ex quo libro verba hęc sunt, ὃς δὲ ἐν ἔστιν ὀκτάμυος γλῶσσα, id tam obscure atque præcisè, támque aduersè dictum.

Ādŭērsĭtās, Contrarietas & repugnantia. {איבה *eháh.* ἐναντίωσις. GALL. Contrariété. ITAL. *Contrarietà* GERM. Widerwertigkeit. HISP. *Contrariedad.* ANG. *Ganeſtanding, aduerſitie.*} *Plinius lib* 11. *cap.* 25. Magnam aduersitatem tum stellionibus putant esse. De scorpionibus loquitur.

Ādŭērsĭtōrēs, ab Aduersum, id est, obuiam eundo, Serui sunt, qui dominum deducunt, & reducunt. οἱ ἀπαντῶντες δοῦλοι.} *Terentius in Adelph.* Neque seruulorum quisquam qui aduorsum ierant. *Vbi ait Donatus*, propriè loquutum Terentium esse, dicendo aduersum: nam inde aduersitores dici.

Ādŭērsĭo, onis, Vide AVERSIO.

Ādŭērto, ris, Ad aliquem locum verto. {סבב *sáb* הפך *haphách* נהה *panáh* הקשב *hikschíb* στρέφω. GA. Tourner vers quelque chose. IT. *Volgersi. ad alcuna parte.* GE. Zuhin keeren. HIS. *Boluerse hazia otra cosa.* A. *To turneto.*} *Terent. in Eun.* Illa sese interea cõmodũ huc aduerterat, in hãc nostrã plateã. ¶ Trãsfertur quoq; ad Animũ: vt Aduertere animũ, *apud Terentium.* [Animum aduorrite quæ loquar. *Plau. Pse.*2.*a.*1. Huc animum aduorte. *Plau. Curc. sc.*2.*a.*2. Animũ aduortito quæ volo accurarier. *Plau. Mostel. sc.*1.*a.*3. Animum omnes quæ loquar aduertite. *Plau.*

in pro-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

in prolog. Amphit. Et id, & hoc animum aduorte. Audio *Plau. Pseu. sc.3.a.1.* Facetè aduertis animum tuum ad animum meum. *Pl. Milit. sc. 1.a.1.* Hanc rem agite atque animum aduortite. *Plaut. Curcul. sc.2. a.3.* Hanc edictionem animum aduortite *Plau. Pseud. sc.2.a.1. Et Ps. sc.1.a.1.* Iussæ me aduertite terræ. *Oui. El.1.l.1. Trist.* (i. appellite.) Jvel, Aduertere animo, *apud Plautum*, ἐφιστάναι τῷ γνώμῳ. {ANG. *To take heid, to consider.*} In qua significatione etiam absolutè positum inuenitur pro animaduerto. *Cic. Atti. lib.2.* De librariis, si me amas diligenter aduerte.

¶ Ponitur etiam impersonaliter. *Cicer. Lent.* Nam aduertebatur Pompeii familiares assentire Volcatio. ¶ *Plin. quoque epist.16.* pro eo quod est, ad se vertere, & allicere spectatores. Multa in Euphrate sic eminent, & relucent, vt mediocriter quoq; doctos aduertant, & afficiant. *Aduertere in aliquem, pro animaduertere siue punire. Tac. li.2. Annal.* In P. Martium Consules extra portam Exquilinam more prisco aduertêre. * Aduertere parsimoniæ. *Tacit. lib.3.* Fecerant curam, ne Princeps antiquę parsimonię durius aduerteret. Hoc est, attenderet.

Ăduĕspĕrāscĭt, Vespertinum tempus aduentat, vespera fit: {lucescit הערים *hebereb* פנה ערב *panáh béreb* ἐσπέρα γίνεται. GALLICE, Il vient sur le soir, il se fait nuict. ITAL. *Farsi sera.* GERM. Es wirt abend/ es fahet an spath werden. HIS. *Hazer se tarde* ò *anocheter.* ANG. *It groweth night.*} *Cicer. 6. Verr.* Quum iam aduesperasceret, discessimus.

Ăduĭgĭlo, as, vigilo. {שקד *scakádh.* ἀγρυπνέω. GAL. Veiller songneusement à quelque chose. ITAL. *Vigilar à ligentemente, dar opera à qualche cosa.* GERM. Fleyssig wachen/ wachbar vnd mit fleyss etwas thun. HI. *Velar para hazer obra.* ANG. *To wake to watche.* {*Cicero de legibus*, Vt aduigiletur facilius ad custodiam ignis. ¶ Translatè pro alicui rei incumbo, operam do, ἀναγρυπνέω. *Terent. in And.* Nam satis credo, si aduigilaueris, Ex vnis geminas mihi conficies nuptias. *Cic. de petit.* Si aduigilamus pro rei dignitate, id est, si diligentiam adhibeamus.

Ăduīuo, pen. prod. quasi adhuc viuo, ἔτι ζῶ. *Plin. lib.11. cap.18.* Eadem autem fortuito fatu aduiuit in medio foro. *Sic legit Hermolaus, quum alia exemplaria habeant* viuit.

ADVLIS, penult. prod. ἄδουλις, Ciuitas Æthiopiæ, quæ & Panos insula dicitur. Oppidani dicuntur Adulitæ, ἄδουλίται. *Vide Stephanum.*

ADVLITON, ἄδουλίς *Ptolemæo*, Oppidum est maritimum in Troglodytarum regione, siue ea Æthiopiæ parte, quæ sub Ægypto ad mare spectabat, commune Æthiopum, & Troglodytarum emporium, à seruis, qui à dominis profugerunt, conditum. Vnde & nomen habet, *vt indicat Plin. lib.6. cap.29.* Distat à Ptolemaide quinque dierum nauigatione. A *Stephano* Adulis appellatur, *à Ptolemæo* Adulia. Hinc vicino sinui Adulitico nomen factum est, qui in mare rubrum excurrit, ἀ δουλιτικὸς κόλπος.

Ăd ŭlŏr, penult. prod. Assentor, blandior siue voce, siue gestu, omniáque ad voluntatem loquor & ago, non ad veritatem. {החליק *hechelik.* κολακεύω, ἡδυπαθέω. GAL. Flatter, ablandir, & faire feste comme les chiens de leur queuë. ITAL. *Adulare, lusingare.* GERM. Schmeichlen/ flattieren/ liebkosen. HIS. *Lisongear, ò mouer la cola.* ANG. *To flatter.* } *Cicer. de Amicit.* Apertè adulantem nemo non videt, nisi admodum sit excors. *Idem 2. de Diuinat.* Nec adulatus, nec admiratus sum fortunam illius. *Valla lib. 5. cap.59.* Adulari, inquit, est inseruire, & adniti vt fauorem emereamur quoquo modo, vel voce, vel gestu. Estque tractum ἀπὸ τῶν δούλων, quod seruum significat. Est enim sanè quàm seruile, hominéque ingenuo minimè dignum. ¶ Festus ab alluendo deductum putat, paucis literis transpositis. In qua sententia Nonius quoque fuisse videtur, quum Adulationem propriè canum blandimentum esse interpretatur, consuetudine ad homines traductum. Dicuntur enim canes adulari, quum corporis gesticulatione, & caudæ motu nobis blandiuntur. In qua significatione vsus est hoc verbo *Ouid. ib.14. Metamorphos.* Quinetiam blandas mouere per aëra caudas, Nostráque adulantes comitant vestigia. ¶ Veteres etiam dicebant Adulo, actiua voce. *Lucret. lib.3.* Longè alio pacto gannitu vocis adulant. Huius passiuo vsus est *Cic. lib. 1. offic.* Cauendum est, ne assentatoribus assuefaciamus aures, néve adulari nos sinamus. ¶ Veteres etiam pro lambo & ebibo vsurparunt. *Cic.2. Tusc.* Ex Accij Prometheo, Sublime aduolans pennata cauda nostrum adulat sanguinem.

Ăd ulātĭo, verbale, Assentatio, simulatio. {חלקלקה *chalaklakkáh.* κολακεία. GALL. Flatterie, blandissement. ITA. *Adulatione.* GERM. Schmeichlerey/ schmeichelred. HIS. *Lisonia.* AN. *Flatterjng.*} *Cic. in Læl.* Nullam in amicitiis pestem esse maiorem, quàm adulationem, blanditias, assentationem. *Idem 2. de Natur. deor.* Canum verò tam fida custodia, támque amans dominorum adulatio. *Plin. lib.10. c.34.* [Adulatio est ostentatio sui & φιλαυτία. *Cæs. l.1. de bell. ciuil.*]

Ăd ūlātŏr, Assentator, homo fallax, leuis, omnia ad voluntatem loquens. {מחליק *machalik.* κόλαξ. GAL. Flatteur, amadouëur. ITAL. *Adulatore.* GERM. Ein schmeichler/ ein flattierer. HISP. *Lisoniero.* ANG. *A flatterer.*} ¶ *Autor ad Her.* Nolo esse laudator, ne videar adulator. Est igitur adulatori contrarius verus amicus: nempe qui nihil simulat apud eum quem amat, sed liberè ex animo facit ac dicit omnia: Adulatur verò, qui ad alterius non modò sensum, sed etiam vultum atque nutum conuertitur. ¶ Hinc Phocionis ad Antipatrum Adagium, οὐ δύνασαί μοι ἐν φίλοις χρῆσθαι ἐν κόλαξι, Non potes mihi simul & amico vti & adulatore.

Ăd ūlātrīx, Quæ adulari solet. κολακίς. *Trebellius Pollio in Claudio*, Adulator igitur Senatus, adulator P.R. adulatrices exteræ gentes.

Ăd ūlātōrĭus, adiectiuum, κολακευτικός. *Tacit. lib.5.* Vitellius formidine C. Cæsaris, familiaritate Claudii turpe in seruitium mutatus, exemplar apud posteros adulatorii dedecoris habetur.

Ăd ūltĕr, {נאף *noéph.* μοιχὸς: GAL. Adultere, celuy ou celle qui viole son mariage. ITA. *Adultero, ò adultera.* GER. Ein Ehbrächer oder Ehbrächerin. HIS. *Adultero de casada, ò adultera muger casada.* ANG. *An adulterer.*} *Cic. in Salust.* Tu omnium mensarum assecla, omnium cubiculorum in ætate pellex, & idem postea adulter. Componi videntur ex Ad & Alter, seu Altera: quòd ille ad alteram, & hæc ad alterum se conferat.

[Adultera, *Ouid. El.1.l.2. Trist.* Ilias ipsa quid est nisi turpis adultera?

Adulterio, onis, pro Adultero. Et Adulteritas, atis, dicta à Laberio testatur *Gell. cap.7. lib.16.* Item Nonius.

Ăd ūltĕrĭum, {נאוף *niúph.* μοιχεία. GALL. Adultere. ITAL. *Adulterio.* GERMA. Ehbruch. HIS. *Adulterio de Casados.* ANG. *Adulterie.*} Quod propriè cum nupta committitur, *vt Valla scribit libro sexto, Cic. 3. de Orat.* Qualem existimas eum, qui in adulterio deprehensus sit? tardum. *Quintil. libro septimo capite 4.* Non commisi adulterium [*Ouid. El.1.l.2. Trist.* Arguor obscœni doctor adulterii. *Ibidem*, In quibus ipse suum fassus adulterium. Scenica vidistis adulteria *Ibid.*] ¶ Transfertur aliquando ad alia: vt, Adulteria naturæ, pro operibus non verè naturalibus. Adulteria mercis, pro fraude. Adulteria arborum, pro insitionibus, *apud Plin.*

Ăd ūltĕro, as, penultima correpta, Adulterium committo, cubile alterius ineo, {נאף *naáph.* μοιχεύω. GAL. Commettre adultere. ITAL. *Commetter adulterio.* GER. Die Ehbrechen. HIS. *Ayuntarse con muger agena, adulterar los casados.* ANG. *To commit adulterie.*} *Gell. lib.10. capite 23.* In adulterio vxorem si deprehendisses, sine iudicio impunè necares: illa te, si adulterares, non auderet digito contingere. ¶ Est etiam adulterare, arte aliqua quippiam pro veto assimilare, atque ita rem synceram corrumpere. μιξοψευδεῖν. *P. in lib.12. cap.* Piper longum facillimè adulteratur Alexandrino sinapi. Inde etiam Adulterare iudicium, Adulterare tabulas, &c. *apud Cic. Apud Iurisconsultum* monetam adulteratam. [Adulterare matronas *Suet. in Aug. c.67. Ouid. 1. Fast.* Ille suam faciem transformis adulterat arte.]

Ăd ulterātōr, Adulteratores monetæ, *D. lib.49 Tit.19. lib.16.*

Ăd ūltĕrŏr, aris, deponens. *idem Cic 1. de Off.* Latrocinari, fraudare, adulterari, turpe est. * Item passiue, pro per adulterium cognosci. *Horat. Epod.16.* Mirus amor, iuuet vt tigres subsidere ceruis, Adulteretur & columba miluio. Hoc est, à miluio per adulterium inearur.

Ăd ūltĕrŏr, aris, Passiue, μοιχεύομαι, *Horat. Epod.17.* Vide in voce proximè præcedenti.

Ăd ulterātŭs, a, um, Quod alienæ rei commistione corruptum est: vt, Adulteratum gummi, μιξοψευδές. *Plin. lib.19. cap.3.* Huic opponitur Syncerum. * Adulterata mulier, id est adulterio stuprata. *Suet. in Cæsare cap.48.*

Ăd ūltĕrīnŭs, a, um, penultima producta, ex adulterio procreatus, spurcus, nothus. {ממזר *mamzér.* μοιχικὸς, κίβδηλος. GAL. Faux, contrefait, bastard. ITAL. *Bastardo.* GERM. Ein Bastard/ vnehelich. HISP. *Falso, bastardo, contrahecho.* ANG. *A bastard.*} *P. in. lib.10. cap.3. de aquila pullo*, Si conniuentem flentémque animaduertit, præcipitat è nido, velut adulterinum & degenerem. Vnde per metaphoram, Adulterina signa, dicuntur, quæ sunt falsis, assimilatísque annulis facta. *Cic. pro Cluent.* Testamentum in alias tabulas transcriptum, signis adulterinis obsignauit. Sic, Adulterinæ literæ, & Adulterinæ claues, quæ pro veris substituuntur. Item, Nummus adulterinus, *apud Cic.2. Offi.* [Adulterina & barbara verba *Gell. c.2. lib.8.*]

Ăd ūltŭs, Vide ADOLEO.

Ăd ūmbro, as, Vmbram adhibeo, siue vmbram, tegendo facio. {חצל *hetsél.* σκιαζειν. GAL. Couurir pour faire ombre, faire les premiers traits de quelque chose. IT. *Abbozare, ritrare.* GER. Schatten machen/ Entwerffen. HISP. *Hazer sombra, traçar ò debuxar, rayando traçando.* ANG. *To shadow.*} *Columella libro quinto, capite 5.* Sub ortu caniculæ pastineis tegetibus vineas adumbrabat *Idem libro 12.* ¶ Adumbrare etiam est lineari pictura vmbratilíque aliquid fingere & simulare. *Quintil. lib 7 cap.11.* Quis pictor omnia quæ in rerum natura sunt, adumbrare didicit? *Cic. tertio Tusc.* Est enim gloria, solida quædam res, & expressa, non adumbrata, id est, non leuiter, sed expressa, id est scalpta. Adumbrare & Exprimere, contraria. *Cicer pro Cal.* Permulta maximarum non expressa, sed adumbrata virtutum. ¶ Adumbrare pro imitari. *Cicer. 3. de Orat.* Idipsum sumus in eorum sermone adumbrare conati. *Idem 2. de Orat.* Qui non heroum veteres casus fictósque luctus vellem imitari atque adumbrare, dicendo, &c.

Ăd ūmbrātĭo, verbale ἀπεικασμὸς, *Cic. de Perf. Orat.* Nulla est enim vllo in genere laus oratoris, cuius in nostris orationibus non sit aliqua, si non perfectio, at conatus tamen, & adumbratio.

Ăd ūmbrātim, aduerbium, Subobscure, non apertè. *Lucret. lib.4.*

Non tamen vt coram quæ sunt, veréque rotunda.
Sed quasi adumbratim paulum simulata videntur.

Ăd ūnco, as, ab Vncus, significat curuo, ἀπογαμβῶ.

Ăd ūncŭs, Curuus, tortuosus, reflexus, {כפוף *chaphúph.* κεμπύλος. GALL. Tortu & crochu contre bas, recoquillé, courbé. ITA. *Piegato* GERM. Krumb oder das ein hogken hat. HISP. *Cosa corua y retorcida.* ANG. *Hooked, crooked.* } *Cicero pro Cluent.* Serrula aduncа ex omni parte dentium, & tortuosa. *Idem primo de Nat. deorum.* Corpuscula curuata, & quasi aduncа. [*Ouid. 6. Fast.* Tunc oritur magni præpes adunca Iouis.]

Ăd ūncĭtās, Ipsa (vt sic dicam) incuruitas, κεμπυλότης, vt Aduncitas rostri, *Plin lib.8. cap.27.*

Ăd vnguem, Perfectè, absolutè. {מאר מאר *meódh meódh.* ἐπ' ἄκρον. GAL. Exquisitement, auec toute diligence. ITA. *A punto.* GERM. Bey einem nägelin/ gantz fleissig. HISP. *Derecha y ygualmente.* ANG. *Perfectlie.*} Translatio sumpta à marmorariis, qui iuncturas marmorum tunc absolutas existimant, quum vnguis superductus nihil offendit: vel quum iuncturæ ita exactæ sunt, vt Seueros (*sicut ait Persius*) excudant vngues: siue ab iis qui magna diligentia magnóque iudicio aliquid agentes, inter cogitandum vngues mordere solent. *Horat. lib.1. Serm.* Fonteius ad vnguem factus homo: hoc est, omni parte perfectus.

ADVNICATAE, ἀδυνικάται, Populi in Gallia Narbonensi commemorantur à *Plin. lib.3. cap.4.*

Ăd ūno, pen. prod. Congrego {יחד *jachádh.* ἑνόω. GAL. Vnir, assembler en vn. ITA. *Adunare.* GER Vereinigen/ eins machen HISP. *Ayuntar diuersas cosas en vno.* AN. *To makon-, to gather so gether.*} *Plin. lib.19 cap.1.* Vulsum fascibus in aceruo adunatum video.

Ăd ūnāti, Simul congregati.

Ăd ūnātĭo, ἕνωσις, *Diomedes grammat. lib.3.* Sin autem longus sermo effertur, adunationis causa recipitur futurum.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Ad vnum.{אל דבר *gam echádh.μιχεις ἑνὶς.* GALL. Tous. ITAL. *Tutti.* GER. Bey einem/ daß ist/ Alle. HIS. *Todos.* AN. *All, vnto one.*} aduerbialiter sumptum, significat Omnes nullo excepto. *Curt.* Omnes ad vnum perière.

Ăduŏco, cas, penult. corrept. Ad me voco, accerso, in auxilium voco. {קרא *karà. προσκαλοῦμαι.* GAL. Appeller à soy. ITAL. *Chiamare à se.* GERM. Zuher berüffen. HISP. *Llamar para alguna cosa.* ANGL. *To call vpon for to come.*} *Cic. pro Quint.* Viros bonos complures aduocat. Vnde pro consiliorum auxilijve causa amicos accersere, ponitur. *Terent. in Phorm.* Amicos aduocabo, ad hanc rem qui adsient. Propriè hoc verbum ad ius pertinet, & significat homines vel patrocinij vel testimonij, vel consilij causa conuocare. *Hinc Asconius Verr. 1.* Aduocatum in iudicio dicit eum esse, qui vel ius suggerit, vel præsentiam suã amico commodat. Etenim nuoris erat in iudiciis, tùm priuatis, tùm publicis, amicos omnes aduocare, quorum autoritate iudices mouerentur. [Aduocari ad defendendas causas. *Fab.* Aduocari alicui, pro aduocatũ esse. Idem *Fab.* Aduocare arma in gladiatorio certamine. *Idem.* Hunc aduocare mihi volo (i. esse in consilio.) *Pl. Pſ sc. 7. a. 4.* Vtilitas ei oratorem aduocabit. i. dabit patronum. *Fab.* Aduocabit. i. dabit patronũ. *Fab.* Aduocanda tibi maior virtus. *Senec. c. 15. de consol. ad Elb.*] Aduocare pro Allicere, *Pl. li. 1. epiſt. vlt.* Qui aduocet magis quàm distringat. Hoc est, qui delectet magis quàm occupet. Alij tamen legunt auocet: & interpretantur, à curis vrbanis remoueat.

[Aduocata. *Senec. c. 9. de tranq.* Aduocata frugalitatis paupertas se in diuitias conuertet.]

Ăduŏcāti, Dicuntur, qui alteri adsunt in causa. {συνηγόροι. GA. Aduocats. IT. *Aduocati.* GER. Beystender am rechten/ Aduocaten/ Furspråcher HIS. *Abogados para acusar ò defender.* AN. *Aduocates.*} *P aut. in Caſ.* Stultus contriui diem, Dum adsto aduocatus cuidam cognato meo: Quẽ hercle litem adeò perdidisse gaudeo, Ne me nequicquam sibi hodie aduocauerit. [Non equidem te aduocatum mihi adduxi pater, sed viro Aduocatus mihi adsis *Plaut. Amphit. Gell. capite. i. lib. 15.* Barbatulus ex Aduocatorum turba. Aduocatus est qui adest reo. *Fab.* Quibus aduocamur, id est, quibus aduocati sumus. Aduocatos minores interrogare. *Fab.* Aduocatus litium. (causidicus) *Fab. Quint.*] ¶ Inter aduocatum & patronum hoc interesse *Valla existimat*, quòd Aduocatus non tantùm significet eum, qui alterius causam agit (quem propriè Patronum dicimus) verumetiam quicunque adest alteri in causa officij gratia, Aduocatus appellatur, etiamsi nihil dicat, neque agat, sed tantùm paratus sit defendere. Patronus propriè, qui agit causam, sed accusati, non accusantis. *Cic. Trebat. Epiſt. lib. 7.* Quod si scribere oblitus es, minùs multi iam te aduocato causa cadent.

Ăduŏcātio, verbale, {συνηγορία, παράκλησις. GE. Ein beystand am rechten.} Amicorum in alicuius causa congregatio. *Cic. pro Quintio,* Nihil tam copiosa aduocatione vterer, si petendum esset, id est, non tam multos amicos aduocarem, aut congregarem. *Idem pro Sext* Scio, quid grauitas vestra, quid hæc aduocatio postulet. ¶ Interdum significat id quod vulgò Consultationem vocant, propterea quod amicis conuocatis de causa sua consilium quisque capere solebat. *Cic. in Epiſt fam. ad Treb.* In re militari multo es cautior, quàm in aduocationibus. *Idem 3. Verr.* Quò sæpenumero senatus conuocatur, quò maximarum rerum quotidie aduocationes fiunt. *Bud.* Aduocationem suscipere, est aduocati officio fungi. *Vlpian. de Off. Proconſ. D. lib. 1. Tit. 9.* Si quis tam impotenter se gerat, vt omnes metuant aduersus eum aduocationem suscipere. [*Senec. c. 10. de Conſol. ad Mar.* Nimis magnam aduocationem dedi. In aduocationem ducetur causa orator. Aduocatio pro turba aduocatorum. *Liu. 3 ab Vrb.* Cum ingenti aduocatione in forum deducit. *Sen. c. 3. de Tranquill.* Silentium indictum est: tacita aduocatione ciues iuuet.]

* Aduocamentum (σωτηρία) aduocatio vel remedium. *Plin. epiſt. 5. lib. 8.*

Ăduŏlo, las, pen. corr. ad aliquem locum volo. {עיף *huph. προσπέτομαι.* GA. Voler à ou vers quelque chose, s'y transporter en diligence. ITA. *Volar ad alguna parte* GE. Zuhin fliegen. HIS. *Volar ò correr hazia alguna cosa.* ANG. *To flee to any thing.*} & construitur cum accusatiuo, præpositio Ad, vel In, & aliquando dariuo. *Pl.* At in agrum Volaterranum palumbium vis è mari quotannis aduolat. *Idem lib. 19. c. 40.* Platea nominatur aduolans ad eas, quæ se in mari mergunt.

¶ Aduolare translatum ad homines. *Cicero ad Brutum lib. 10.* Quamobrem aduola obsecro. *Idem ad Cassium libro 15.* Sed si insulam Britanniam cœpero cogitare, eius ἐδώλιον mihi aduolabit ad pectus.

Ăduŏlātŭs, tus, Actus aduolandi. *πρόσπτησις, ὁπτίλησις. Cic. 2. Tuſc.* Tristi aduolatu aduncis lacerans vnguibus.

Ăduŏluo, *προσπυλίω.* Quasi voluendo adduco. *Virg. 3. Georg.* —congestaque robora totas Aduoluêre focis vlmos, igníque dedêre.

Ăduōlūtus genibus, *Liuius, πεσὼν ἐς γόνατα.*

Ăduōrſor, *ἐναντιόμαι*, pro Aduersor, & Aduersorem, pro Aduersarium veteres dixerunt, *teste Festo.* Sic Aduorsum, & Aduorto, pro Aduersum & Aduerto.

Ăd vōtum Ex sententia, ad voluntatem. {κατὰ γνώμην. GAL. A ou selon son souhait. ITA. *A sua voglia, secundo il suo desiderio.* GERM. nach dem wunsch/ nach der begird. HI. *Segun su voto ò deſeo.* ANG. *Ef'er my wishe.*} *Quint.* Habesne vxorem ex animi tui sententia? Et alibi, Ad votum omne fluente fortuna lasciuit otium.

Ădūrgeo, es, ere, Vehementer vrgeo. *ἐπείγω, ὑπερίσχω. Celſus,* Is quoniam natus est dens in locum prioris, quotidie digito adurgendus est.

Ăduro, penultima producta, idem est quod simplex Vro. {יקד *jakádh* שרף *saráph* כוה *chavàh* דרך *charáech.* GAL. Bruſler, hauir, hasler. ITAL. *Abrusciare.* GER. Fast brennen/ besengen. HISP. *Mucho quemar.* AN. *To burne.*} *Cicero secundo Offic.* Quid enim censemus superiorem illum Dionysium, quo cruciatu timoris angi solitum, qui cultros metuens tonsorios, candenti carbone sibi adurebat capillum? *Pli.* adusta nimbus dixit.

Ăduſtio, onis, verbale. {שרפה *ſerepháh* מכיה *miehuáh. καῦσις.*} *Plin. lib. 14. cap. 24.* Vitia præter suprà dicta, achor, aut fumidum virus: picis autem aduſtio.

Ăd ăquĕ, id est, Vsque ad. {עד *hádh. μέχρι*, GAL. Iusques à. ITA. *Fin' à.* GER. Biß dahin. HIS. *Hasta à.* ANGL. *Euen vnto.*} *Virgil. 11. Æneid.* Atrides Prothei Menelaus aduscque columnas Exulat. [*Ouid. 3. Faſt.* seu quod aduscque decem numero crescente venitur. *Ouid. Eleg. 4. li. 5.* Aduscque niuosum &c.] *Gell. lib. 15. ca. 2.* Præterea vini libidine aduscque ludibria ebriosius. *Vide suprà.*

Adynamum, *ἀδύναμον*, Vini factitij genus, quod fiebat ex musto albo, dimidia parte aquę addita, quod admotum igni decoquebatur, donec aquæ mensura exaresceret. *Vide Plin. lib. 14. c. 16.* Dictum Adynamum, *διὰ τὸ ἀδυναμίας*, propterea quod esset imbecille & sine viribus: ideóque ægris dabatur, quibus vini noxam metuebant.

ADYRMACHIDAE, *ἀδυρμαχίδαι*, Populi sunt interioris Libyæ, ab ea parte qua Ægyptum spectat. De horum moribus memoriæ proditum est, vxores in vtroque crure armillam æream gestare. Vtrumque autem sexum ex æquo comatum esse, quo fit, vt plurimos alant pedunculos: quos vbi ceperint, præmorsos abiiciunt. Virgines viro maturæ ad regem conueniunt: ex quibus ille vnam deligit, quam vbi vitiarit, statim dimittit. *Vide Cæl. Rhod.*

Ădȳtum, media cor. {ἄδυτον. ANG. *The chauncel or secret place of a churche.*} Locus est secretior templi, ad quem nulli est aditus, nisi sacerdoti: ab *α* priuatiuo & *δύω*, ingredior, quasi inaccessibile. *Virgil. 2. Æneid.* Isque adytis hæc tristia dicta reportat. [*Ouid. 4. Faſt.* Et sic est adytis diua locuta suis. *Vide Cæſ. 3. de bello ciuili sub finem.*]

A ante E

Aē, diphthongus, communis error per multa secula, & malè scribitur, dum ex duobus corporibus fit vnum æ, aut signatur ę caudatum pro æ, & malè pronunciatur, dum solum e sentitur, in prolatione. Scribi debent sciunctim hæc duo elementa, & vtrumque proferendo audiri. In notis antiquorum, ÆDIL. ædilis. ÆDIL. ædiles. ÆDIL. Curul. ædilis curulis ÆD. PL. ædilis plebis. ÆG. æger. ÆQ. P. æqualis persona. ÆR. ærarium. vel ærarij. ÆR. COL. ære collato. ÆR. P. ære publico. Æ. D. ædem dicauit. ÆD. S. ædem sacrauit vel ædibus sacris ÆD. IN. M. ædes inscripsit meridie. ÆR. ST. ærario Saturni.

Aĕă, *Aἶα.* Ciuitas est Colchidis, Æætæ regis opus (*vt scribit Stephan.*) quam Hippos & Cyanos fluuij è diuersis locis in Phasim influentes, peninsulam efficiunt. Fabulantur Poetæ Æan nomen accepisse à puella eiusdem nominis, quæ quum Phasidis amnis vim effugere non posset, miseratione deorum in peninsulam est conuersa, quam etiam nunc, vt veterem illum amorem adhuc possis agnoscere, magna sui parte ambit, & veluti amplectitur Phasis. *De hac Plin lib. 6. cap. 4.*

Aĕæă, *Aἰαία*, Circe dicta, ab aspernantium voce, propter celebratas illic corporum mutationes: *placet Seruio in illud Virgil. 2. Æneid.* Ææque insula Circes. Verisimilius tamen est Ææam dictam ab Æa Colchorum ciuitate, quemadmodum & Cytæis & Cytęa dicta est *κατὰ τὴν Κύταιαν*, à Cyta eiusdem regionis oppido. Quod etiam ab Apollonij interpretibus annotatum est.

Aĕæŭs, *αἰήτης*, Denominatiuum est ab Æa Colchidis peninsula & vrbe eiusdem nominis, in qua nata creditur Circe Solis filia. Vnde peculiari epitheto Ææa appellatur. *Virg. 3. Æneid.* Infernique lacus Ææque insula Circes.

Aĕæē, siue *Ææa, αἰαίη*, insula fuit in mari Tyrrheno: non modico olim freto ab Italia direpta, hodie continens, ita tamen vt paludibus circumquaque cincta insulæ speciem præ se ferat. In hac *Homerus* Circes sedem collocauit, *sic scribens libro 10. Odyſſ.* Αἰαίην δ' ἐς νῆσον ἀφικόμεθ' ἔνθα δὲ ἔναιε Κίρκη ἐυπλόκαμος, &c. Huius meminit *& Virgil. libr. 3. Æneid.* Infernique lacus, Aeæéque insula Circes. Tametsi Seruius ibi res diphthongos videtur agnoscere, vt sit Ææa Circes. Latini quoque locum hunc à Circes domicilio Circæum, vel Circæos appellant: ibidemque antiqui Latii terminum constituunt. *Vide Plin. lib. 2. ca. 85. & lib. 3. c. 5.*

Aĕăcŭs, *αἰακός*, penul. correpta, Iouis filius ex Ægina filia Asopi, qui primus insulam, in qua regnauit, Æginam matris suæ nomine appellauit, quum antea Oenone diceretur, *vt Plinius, Strabo, & Steph. tradiderunt*) aut certè Oenopia, *vt apud Naſonem legitur lib. 7. Met.* Oenopiam veteres appellauêre. sed ipse Æacus Æginam genitricis nomine dixit. Hunc tantæ iustitiæ fuisse dicunt, vt apud inferos animarum creditus fuerit à Plutone delectus iudex, cum Minoë, & Rhadamãtho, & peccantium peccata discutere, & pro meritis pœnas inferre. *Ouid. in Ibin,* tuáque Æacus in pœnas ingeniosus erit. [Æacus huic pater est, qui cura silentibus illic reddit. Æacum summus, prolémque fatetur Iuppiter esse suam. *Ouid. 13. Metam.*]

Aĕăcĭdēs, *αἰακίδης*, Suidæ, Patronymicum masculinum quo significatur filius vel nepos vel aliquis ex posteris Æaci. *Virgil. 1. Æneid.* Sæuus vbi Æacidæ telo iacet Hector. Hoc est, telo Achillis, Æaci ex Peleo nepotis. [*Oui. 13. Met.* Inseris Æacidis alienæ nomina gentis.] ¶ Æacides item Pyrrhus, Æaci ex Achille pronepos. *Virg. 3. Æneid.* Coniugio Æacidæ Pyrrhi sceptrísque potitum. ¶ Pyrrhus item Epirotarum rex ab Æaco trahens originem, Æacides dictus. *Virg. 6. Æneid.* Eruet ille Argos, Agamemnoniasque Mycenas, Ipsúmque Æacidem, genus armipotentis Achilli.

Aĕăcĭdēĭŭs, a, um, adiectiuum sex syllabarum. *Ouid. 7. Met.* Oenopiam Minos petit Æacideia regna.

Aĕăcĭdīnŭs, a, um, ab Æaco Achillis patre. *Plaut in Asinar.* Siquidem hercle Æacidinis minis animísque expletus incedit. Iratus si me retigerit, iratus vapulabit. Non sine prouerbij specie dictum fuit, pro atrocibus & superbissimis minis.

AEAMENE, pen. prod. *αἰαμενὴ*, Regio est Nabathæorum, *apud Stephanum.*

AEANE, *αἰανὴ*, Macedoniæ oppidum, dictum ab Æano Helymi filio, qui eò coloniam deduxit.

Æanæus, *αἰανάιος*, Nomen gentile. *Vide Steph.*

AEANITIS, *αἰανῖτις*, Regio Nabathæorum.

Æanites, *αἰανίτης* Gentile.

AEANTIVM, *αἰάντειον Ptolemæo*, Oppidum Troadis, à Rhodiis conditum eòdem in loco, in quo sepultus est Aiax, & vbi classis suæ habuerat stationem. Vnde & nomen habet. Nam quem nos Aiacem, Græci *αἴαντα* vocant. *Vide Plin. lib. 5. c. 30.* ¶ Est & nomen promontorii in Magnesia, ad sinum Pelasgicum: *de quo idem Plin. lib. 4. c. 9.*

AEAS, antis, *αἴας*, Fluuius qui ex Candauiis Macedoniæ montibus ortum ducit,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ducit,& non procul ab Apollonia Taulantiorum vrbe,in mare Ioniũ illabitur.*Lucanus li.5.*Purus in occasum,parui sed gurgitis Æas,Ionio fluit inde mari.Meminit huius fluuii etiam *Pli.li.3.c.23.*

AEBVDAE, Insulæ quinque Britanniæ, *Stephanus.* Vide Hebudes.

AEBVRA,Oppidum Hispaniæ,*Steph.*Vide Ebura.

AECA,αἴκη,Marsorum ciuitas:à qua Æcani populi,αἰκανοὶ, quorum meminit *Plin.lib.3.c.11.*

AECALVM Oppidum Italiæ,*Steph.*

AECLVS,αἶκλος, Nobilis Athenienſis, qui Eretriam Eubœam ciuitatem coloniam duxit.*Strabo lib.10.* Post res verò Troianas Æclus & Cothus,ex Athenis profecti colonias duxerunt: ille quidem Eretriam, Cothus verò Chalcidem.

AEDEPSVS,αἴδηψος.*Steph.*Oppidum fuit Eubœæ insulæ, cuius meminit *Plin.lib.4.cap.12.*

Aēdĕpŏl, penult.corr.νὴ τὸν Ἀπόλλω. Aduerbium iurandi,quod est quasi per ædem Pollucis.Item Pol,& perpol,quæ idem significant Perpol, quàm pauci,*apud Terent.in Andr.*per tmesin dictum puto, pro, Pol perquam pauci.[Ergo Ædepol me emittas manu *sc.7.a.5.* Ædepol profectò,*Pl.Pſ.sc.3.a.1.& Men.sc.5.a.5.*Quidem ædepol, *Pl.Men. sc.2. a.3.& sc.3.a.4.* Ædepol equidem.*Amph.*Certè ædepol equidem.*Plau. Aul.sc.4.a.1.* Ædpol næ ego.Ædpol dissyllabum hic est, *Pl.Curc.sc. 1.a.3.*Ædepol here næ aduenì tempori,*Pl.Min.sc.7. a.5.* Erat autem Ædepol *teste Gell.lib.11.cap.6.* iuramentum tam viris, quàm mulieribus commune. Per Herculem autem mulieres nunquam iurabant, neque viri per Castorem.

Aēdēs, Tam in singulari quàm in plurali numero, pro templo vel sacrario,sed ferè semper cum adiectione, vt Ædes sacra, vel Ædes sacræ.Ædes Iouis,Ædes deorum,Ædes pacis & huiusmodi. {היכל *hechál.*ναὸς,οἶκος.GAL.Temple.IT.*Il tempio,la chiesa.* GER. Ein tempel/ Kirchen/Hauß.HIS.*Templo.*ANGL.*A temple or church.*} *Cic.2.Verr.* Ædes Mineruæ in fano Apollinis.*Idem 1.Philipp.*Ex eo die,quo in ædem Telluris conuocati sumus.[*Ouid.13.Met.* Suáque eripere æde Deam.De Palladio.]*Ouid.1.Epist Didûs,pro sepulchro posuit, quum ait,* Est mihi marmorea sacratus in æde Sichæus. Nam & sepulchra, vt scribunt Iurisconsulti de sepulchr. & relig. inter loca sacra habentur. [*Gell.cap.7.l.14.*Non omnes ædes sacras templa esse.] Pro ædificio profano,vix aliter quàm plurali numero vtimur.[*Gellius cap.4.lib.14.* Non fuisse in æde sua.i.In ædibus meretricis. Vide exempla infrà in Ædis.]{οἶκος,οἰκία.GALL.Maison.ITA.& HISP.*Casa.*ANG. *A house.*} *Cic.2.Verr.* Quæ vidi egomet apud istum in ædibus. *Idem de Clar.Orator.* Ex testudine quadam exit in ædes. Singulari numero posuit *Curtius de gest.Alexandri,*Excubabant principum liberi seruatis noctium vicibus,proximi foribus ædis,in qua Rex acquiescebat. Vbi Ædem pro cubiculo dixisse videtur. Idem alibi eodem in numero pro cœnaculo posuit,quum ait,Stabat ad fores ædis eius, in qua Rex vescebatur.

¶ Tantæ curæ nobis debent esse ædes nostræ vt his neglectis alia minimè curanda sint.Hinc locus Adagio,Ædibus in nostris quæ prauа aut recta gerantur.Ὅτῃ τοι ἐν μεγάροισι κακοῦν τ' ἀγαθόν τε τέτυκται. Scribit *Gellius* hunc Homeri ex Odyss.versiculum vice prouerbii semper in ore Socrati fuisse.Diocles adscribit Diogeni, *vt refert Laertius.* Quo versu admonemur vt ea potissimum,quæ ad nosipsos pertinent, curemus:externa atque aliena ne inquiramus. ¶Dicitur autem Ædes,(*vt scribit Seruius*) ab Edo, quod in ea sacrificantes edere consueuerint. Nam quædam sunt nomina, quæ initio diphthongum recipiunt,quanuis à verbo monophthongo deriuentur,vt Ædes, Æsculus.*Var.lib.4.de lingua Lat.* ab aditu fieri putat, quòd scilicet plano pede adibant:vnde etiam prima syllaba diphthongum accepit. *Festus,* Ædes quod in edito poni soleret. Alii Ædem dici existimant, quòd in ea æuum degatur,quod Græcè αἰὼν vocatur.¶ Ædis, in nominatiuo singulari.[*Plaut.Most.sc.1.a.1.*Omnia periere & ædis & ager. *Liu.l.2.d.5.Plaut.Most.sc.2.act.2.*Tetigistin' has ædes?i.fores, Quando ædes pultabit senex.i.fores.*Ibid.sc.1.a.2.*ædes plenas conuiuarum & mulierum.Ibidem Ædes fac occlusæ sient.*Ibid.* Vsus ædium nequior factus ædes ruunt.*Pl.Mostell.sc.2.a.1.*Ædes hiscunt. *Pl. Pseud.sc.1.a.4.* Occlusit ædes,*Pl.Men.sc.3.a.4* Ponè ædem Castoris.*Pl. Cur.sc.1. a.4.* Vides vt aperiunt ædes festiuissimè.*Ibid.sc.1.a.1.* Ædes mihi arridebant tuæ.*Plau.Asin sc.3.a.1.*Quid intus seruem? Anne quis ædes auferat?*Pl.Aul.sc.2 a.1.*fac niteant ædes.*Pl.Pseu.sc.1.a.1.* Capitalis ædes facta est.*Pl.Mostell.sc.3.a.2.*Nemo in ædibus seruat.*Plau.Most.sc.2.a.2.* Illa est hîc intùs in ædibus. *Pl.Mil.sc.6.a.2.* Quid tibi hic ante ædes clamatio est?*Pl.Mostell.sc.1.a.1.*In hasce ædes nemo pedes intrò tulit.*Plau.Men sc.2.a.2.& sc.2.a.5.*Non video mihi habitare posse ædes meas.*Plaut.Asin.sc.3.a.2.*Ille homo ædes compilauit.*Plaut. Asin sc.2. a.2.*Ædes non patent.*Plaut.Asin.sc.3.a.3.*Ædes aperiuntur. Item occlusetunt ædes.*Plaut.Amphit.* Vænibunt serui, fundi,ædes,omnia. *Plaut.Men.sc.vltim.a.5.*Tuáne causa me ædes incensurum putas? (de ignis magnitudine) *Plaut.Men.sc.1.a.5.* Nos nostras ædes comburere postulas.(de asseribus.) *Plaut.Aul.sc.3.a.1.* Intra ædes huius vbi habitat penetraui pedem.*Plau.Men.sc.2.a.5.* Ædes dixit esse septimas à portu.*Pl.Pse.sc.2.a.2.*ædificabuntur ædes totæ denuò, *Plau.Most.sc.2. a.1.*fac niteant ædes.*Pl.Pseu.sc.1.a.1.&c.Varro de vita pop.Roman.lib. 1.*Hæc ædis quæ nunc est,multis annis post facta sit,&c. Hoc etiam ex diminutiui formatione videtur consequi, vt Ædis, in recto dicamus, non Ædes.Nam vt Apicula fit à nominatiuo Apis, videtur analogiæ ratio exigere,vt Ædicula sit ab Ædis. Nam ab eo quod est Ædes, potiùs fieret diminutiuum Ædecula,vt à Vulpes,Vulpecula. Verumtamen vt e in compositione sæpè mutatur in i, vt Rego corrigo, Lego colligo:sic potuit & deriuatorum formatione.

AEdĭcŭla,Parua domus.*(pro quo potius vsurpatur pluralis, Ædiculæ) {לשכה *liſchehâh.*חדר *tá.*οἰκίδιον. GAL. Maisonnette, logette.ITAL. *Picciol casa.*GERM.Heuslin/kemmerlin/ oder ein capell. HISP. *Cosa pequeña.* ANGLIC. *A litle house.*} Aliquando pro cellula in ædibus. *Plautus in Epid.* In Ædiculam seorsum isthæc eat,iube. ¶Aliquando pro sacello,quod est ædis sacræ appendix.*Liuius,* Iisdem diebus ædiculam Victoriæ virginis,prope ædem Concordiæ M. Portius dedicauit.Aliquando pro loculamento simulachri. *Plinius libro 26.de Venere Cnidia,*Ædicula eius tota aperitur,vt conspici possit vndique effigies deæ.

AEdĭfico,ædes construo, propriè. {בנה *banáh.*οἰκοδομέω. GALLI.Edifier,bastir,maisonner.ITAL.*Edificare,fabricare.*GERM. Bawen. HIS. *Edificar.*ANG.*To builder,*}Nam ab æde vel ædibus faciendis dictum est.[*Plaut.Mostell.sc.2.a.1.*Ædificantur ædes totæ denuò.] Et ita ferè absolutè ponitur sine casu,*Cicero ad Quint. Frat.* Tribus locis ædificio,reliqua reconcinno.*Horatius prima Epist.* Diruit, ædificat, mutat quadrata rotundis. *Martialis in Gellium*, Poscenti numos vt dicere possit amico Hoc vnum verbum Gellius,Ædifico. Interdum ponitur pro construo,extruo,efficio; & non solùm de ædibus, sed aliis etiam rebus dicitur,& tum accusatiuum semper adiunctum habet.[*Cæs lib. 2.de bell.ciu.*Ædificare locum.]*Cicero pro lege Manilia,* Qui quum maximas ædificasset,exornassétque classes.*Idem pro Sylla,* Ad illius pœnam carcer ædificatus est.*Idem primo Offic.* Vrbes sine hominum cœtu,nec ædificari potuissent,nec frequentari. *Idem,* Qui quum ædificasset in Palatio domum plenam dignitatis. Quo in exemplo accusatiuus DOMVM,additus facilè indicat, Ædificare, simpliciter ibi accipi pro struere;nam alioqui redũdaret.Vt & apud Græcos illa sunt vsitatissima,οἰκοδομεῖν οἶκον,οἰνοχοεῖν οἶνον. *Cicero primo de Natura deorum.* Quibus enim oculis animi intueri potuit vester Plato Fabricam illã tanti operis,qua constructa à Deo,atque ædificari mundum facit? Huius composita sunt Coædifico,Exædificò,Inædifico,Reædificò. *Quorum significata vide suis locis.*

Aēdĭfĭcātio, ipse ædificandi actus. {בנית *binjáh.*οἰκοδομία. GAL.Bastiment,edifiement IT.*Edificio,fabrica.*GER.Ein bawung/erbawung. HISP. *Obra de edificar.*ANG.*Building.*}*Cicero ad Att.*Ædificatio non mouet, [*Pl.Aul.sc 2.a 2.*Non placet mihi illa ædificatio quia columnam mẽto suffulcit suo. Specimen cernitur quò eueniat ædificatio. (*Metaphor.*)*Plaut.Most.sc.2.a.5.*]

Aēdĭfĭcātĭũncŭla,οἰκοδομημάτιον,Parua ædificatio. *Cicero ad Quint.Frat.* Quæsiuitque ex eo,quid de illa ædificatiuncula Laërtii, de qua mecum loquutus es,mandauisses.

Aēdĭfĭcātor,verbale,{בנאי *boneh.*ὁ οἰκοδόμος.GA. Bastisseur, edificur. ITA. *Edificatore.*GER.Ein Bawer.HIS.*El que edifica.*AN.*A builder.*}Cato, de bono ædificatore melius emetur.

Aēdĭfĭcĭŭm,Ædis constructio,& ponitur pro omni structura.{בנין *binjáh.* οἰκοδομία.GAL.Edifice.IT.*Edificio.*GERM.Ein gebeũw.HIS.*Edificio.* A. *Building.* }¶Ædificij quoque appellatione non superficiem signari, sed solum quoque ipsum,cui ædificium superpositum est, Vlpianus putat.*Plinius libro 16.capite 6.*Minus vtilis ædificiis.*Cæs.Bel. Gall. libr. 2.*Omnibus vicis,ædificiisque, quò adire poterant,incensis [*Plaut. Most.sc.2.a.1.*Hæc argumenta ædificiis dixi.(i.ædibus.) Suprà enim & mox infrà ædes dixit.]

Aēdĭlēs,penultima producta,ἀγορανόμοι, dicti sunt ab eo, quòd ædes sacras & priuatas procurarent,*teste Varrone libro quarto de lingua Latina.*Primò ex plebe duo creati sunt Ædiles; deinde procedente tempore duo ex patriciis adiuncti sunt, qui à sella curuli, qua illi soli vtebantur,Curules dicti sunt,(*Gell.c.9.l.6.*Ædilis Curulis,Ædilitia conitia habebat. Idem sellam curulem iubet afferri.] Officium Ædilium erat,ludos publicos exhibere, & sacras priuatásque ædeis procurare,totam vrbem tueri,vt cloacæ & aquæductus, & quæque publica ædificia munda essent: loca in theatro assignare. Si quispiam seruum,aut iumentum morbosum,vitiosúmve, pro integro, sanóque vendidisset, edicto Ædilium emptori succurrebatur: ídque Edictum ædilitium dicebatur,siue Edictiones ædilitiæ. *Cicero tertio de legibus, ex lege* XII.*Tabular* Suntóque Ædiles curatores vrbis,annonæ, ludorúmque solennium: ollísque ad honoris amplioris gradum is primus ascensus esto.[*Ouid.6.Fast.* Ædilium edictum de Tibicinibus. *Plaut. Men.sc.2.a.4.* Apud ædiles dixi causam pro factis plurimis & pessimis.*Idem in prolog.Amph.* Siue adeò Ædiles perfidiosè cui duint (palmam.) Ædilium Curulium edictum.*Plau.*Vide Edictum. Ædiles lictorem non habent, & vocare in ius possunt ad Prætorem. *Gell.cap.12.l. 13.* Annonæ curam gerunt.*Suet.in Tiberio c.34.* Coercent popinas. *Suet.in Claud.c.38.*Ædiles iussu Tribun. plebis, rapiebant ad supplicium.*Plutarch.in Coriolan.* Ædiles olim habebant balnea. *Senec.epist.* 87.] Erant & alij Ædiles, qui frumento præerant, à Cæsare primum creati,& à Cerere Cereales nominati,*vt scribit Pomponius.* His cura ponderum,ne qua fraus fieret,& mensurarum commissa erat, *Vide Hoto.in suo iuris Lexico.*

AEdĭlĭtās, Ipsa dignitas, ἀγορανομία. *Plautus in Sticho.* Sine populi suffragio tamen ædilitatem hic quidem gerit, Prouerbialis est figura, vbi quis imperiosior in alieno negotio aut in ædibus alienis, *Cicero primo Offic.* Crassus cum omnium hominum moderatissimo Qu.Mutio munificentissima ædilitate functus est. *Suetcn.in Cæsar,* Siquidem ante paucos dies,quàm ædilitatem iniret. *Liuius libro septimo ab Vrbe,* Annus hic insignis nouis duobus magistratibus, Prætura,& Curuli ædilitate,hos sibi patricij,quæsiuêre honores,pro concesso plebi altero Consulatu. [Ædilitas curulis, & Ædilitas plebis, *Plut.in Mario.*]

AEdĭlĭtĭus,idem quod Ædilitas.*ἀγορανομία.*

Ædilitius, tia, tium, ἀγορανομικὸς. Nomen possessiuum ab Ædilis: vt Comitia ædilitia, in quibus creabantur Ædiles: & Ædilitium munus:hoc est,officium ad Ædiles pertinens. *Cic.1.Offic.libr.2.* Sed quid ego Ædilitias repulsas colligo,[Ædilitias editiones hic habet.*Plaut, Capt.sc.1.a.4.*]

AEdĭlĭtĭus, tij, qui Ædilitate functus est, quemadmodum & Consularis, qui Consulatum gessit, & Prætorius, qui Præturam administrauit. *Cicer.in Brute,* Sed omnia is summa sperans,ædilitius est mortuus.

AEdĭtĭmus,penultima correpta, Qui ædibus præest. {כמר *chamár.* νεωκόρος GAL.Secretain,garde du temple,marguillier.ITA. *Sacrestano,gardiano di ch esa.*GERM.Kirchenhüter/Sigrist.HI.*El sacristan,guardador del templo.*AN.*A churchwarden*}*Cic.in Top.Gell.lib.12. cap.10.* ait AEditimus dici ea forma,qua finitimus,legitimus, vt timus sit adiectionis cauda.Verùm pro eo nunc dicimus AEdituus, *vt Varro libr. 1.de Re rust.ait,* Et sementinis feriis in ædem Telluris venerat rogatus ab æditimo,vt dicere didicimus à patribus nostris: vt corrigimur à recentibus vrbanis ab ædituo. Vtriusque diuersam notationem tradit *Sosipater libr.*1.AEditimus,*inquit,* dicitur,qui ædem seruat,quasi

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ædis intimus, Ædituus, ab æde tuenda.

AEDITITIVS, iudex quem vna pars elegerit. *Cic. pro Planco.* Neque enim quicquam aliud in hac lege nisi æditicios iudices es sequutus. Scribe per E.

AEDITVOR, & Æditimor, Ædem tueor. *νεωκορέω. Gell. li.* II *c.*10. Qui postquam tibi appareo, atque æditimor in templo tuo.

AEDITVS, a, um. *ὑψηλὸς*, altus & fortis dicitur. [Æditiuum aperire *fanum Pl. Curc. sc.*3. *a.*1.] *Horat. in Ser.* Viribus æditior credebat vt in grege taurus. Et ædita loca dicuntur alta ac sese ædentia, id est, ostendentia. Scribiturque cum diphthongo, vt differat ab Edo pro comedo. *Sic & Cornucop.* Non videtur tamen efficax ratio, cùm in coniugando multum differant edo compositum, & edo simplex. Nec potest editum ab edo deductum videri. Denique per E scribendum est omnino.

AEDITVVS, idem quod Æditimus, Sacræ ædis tutor, id est, curam gerens: ab ædibus sacris, quas tuetur. *νεωκόρος. Cic.* Illi noctu facta manu, armatique veniunt: fores ædis effringunt: æditui, custodésque maturè sentiunt. * *Horat.* 2. *epist.* 1, Sed tamen est operæpretium cognoscere quales Ædituos habeat, belli spectata domique virtus. Hoc est, narratores, vt ait Porphyr. Æditui enim templorum ac numinum quibus inseruiunt, sacrorum originem aduenis & ignorantibus narrant. Alij ædituos pro clientibus ac familiaribus dici putant: ac per hoc laudatores poetásque significant: Valerius Ædituus, poeta vetus cuius aliquot carmina citat *Gell. lib.* 19. *cap.* 9. ad quem fortè respexit Horatius: quomodo etiam rectè dixeris, Quales habeat Virgilios, *Turret.* pro ędituis dixit Æditiuentes, *vt est apud Gell.* Hospitibus loca, quæ complerant æditiuentes.

AEDISIA, *αἰδεσία.* Mulier Ægyptia, vxor Hermeæ, & Syriani Philosophi, propinqua, totiúsque castitatis & probitatis exemplar: cuius vitam laudatissimè describit Suidas.

AEDŒDICA VLCERA *αἰδοιώδη ἕλκη*, Ægineta appellat, quæ circa pudenda nascuntur. Nam *αἰδοῖα* Græci vocant, quæ nos pudenda.

AEDON, dictio trissyllaba, penult. prod. *ἀηδών.* Auis est, quæ aliis nominibus & Philomela, & Luscinia dicitur: dicta Aëdon *ἀπὸ τοῦ ἀεὶ ᾄδειν*, hoc est, à perpetuo canendi quasi instituto, quod etiam tunc canat, quum reliquæ volucres sileant. *Virg. de cantu Syren.* Quódque leues calami, quòd suauis cantat aëdon.

AEDVSII, Socij Romanorum iuxta Galliam Celticam. *Stephanus.*

AEETES, vel Æeta penultima producta, *αἰήτης.* Rex fuit Colchorum, & filius Solis ex Persa Oceani filia, & pater Medeæ, Absyrti, & Chalciopes: qui quum aureum vellus à Phryxo Athamantis filio in luco Martis suspensum diligentissimè asseruaret, à Medea filia proditus, & vellere, & duobus insuper liberis spoliatus est. Nam Medea, quum Iasoni in rapiędo vellere se adiutricem præbuisset, vnà cum illo profugit, fratrémque Absyrtum, quem fugæ comitem assumpsetat, vt patrem insequentem remoraretur, multas in particulas discerpsit. Fabula notissima est ex Valerio Flacco, & Apollonio Rhodio. Hinc fit patronymicum Æetias, *αἰητίας*, quo significatur Medea Æetæ filia. *Ouid. 7. Metam.* Concipit interea validos Æetias ignes.

AEGA, Promontorium est Æolidis, non procul à Caici fluminis ostio. *Strabo lib* 13.

AEGAE, *αἰγαὶ.* Multorum oppidorum nomen est: quorum vnum est in Macedonia, non procul ab Halyacmone fluuio, in quo receptum erat, Macedonum reges sepelire. De hoc *Plin. lib.* 4. *cap.*10. Alterum in Cilicia, non procul à Pyramo fluuio, vt tradidit *Plinius libro* 5. *capite* 27. Tertium in Æolide apud eundem *lib.* 5. *cap.*30. Quartum in Euboea, à quo Strabo mare Ægeum dictum putat. Quintum in Lydia. Sextum in Ætolia, & Septimum in Locride commemorantur à Stephano.

AEGAE, *αἰγαία*, Nomen duarum vrbium, vt scribit *Ptolemæus*, quarum vna in Emathia, alia in Mauritania, Commemorantur & à Strabone duo huius nominis oppida, quorum vnum ad Amanum montem, alterum in Agro Laconico collocat.

AEGAEAE, *αἰγαῖαι.* Insulæ sunt Ioniæ adiacentes, quæ commemorantur à *Plin. libr.* 5 *cap.*31. [AEgeæ Cyclades. *Ouid. El.* 10. *libr.* 1. *Trist.*]

AEGAEON, *αἰγαίων*, Nomen gigantis, quem centum manus, & quinquaginta ventres habuisse fabulantur. Hunc *Homerus* 1. *Iliad.* ab hominibus quidem Ægeonem, à diis verò Briareum vocari tradit. *Vide latiùs in dictione* BRIAREVS.

AEGAEVM mare, *αἰγαῖον πέλαγος, ἢ αἰγαῖος πόντος.* Vulgò Archipelago *Stephano & Suida*, Amplissimus est maris mediterranei sinus, à parte Orientali Isthmi Corinthiaci (*vt Plinio placet*) aut certè à Sunio Atticæ promontorio (*vt tradit Ptolemæus*) ad ipsum vsque Hellespontum extensus, alia aliis in locis à regionibus quas alluit, nomina sortitus. De ratione nominis varia traduntur à scriptoribus. Nonnulli (*in quibus est Suidas*) ad Ægeum Thesei patrem referunt, quem in hoc mare sese præcipitem dedisse ferunt, quum nauim filij, qua ille in Cretam ad Minotaurum vectus fuerat, nigro cum velo (quod ipsi cũ nauclero amissi filii signum conuenerat) redeuntem videret. Alii ab insula quadam seu veriùs scopulo deductum putant, in hoc mari inter Tenedum & Chium sito, quem à capreæ similitudine, *αἴξ*, nautæ appellant. In hac sententia est *Plinius, sic scribens lib.* 4 *cap.*91. Ægæo mari nomen dedit scopulus inter Tenedum & Chium, verius quàm insula, Æx nomine, à specie capræ (quæ ita à Græcis appellatur) repentè in medio mari exilientis. Cernunt eum à dextra parte Andrum nauigantes, ab Achaia dirum & pestiferum. *Idem sentit & Solinus*, cuius verba, quòd parum discrepent à Plinianis, superuacuum esset hic adscribere. *Strabo autem lib.* 8. ab Ægis Euboeæ oppido, Ægæum appellatum existimat: tametsi *idem lib.* 13. *παρὰ τὰς Αἰγάς*, hoc est, ab Ægæ Æolidis promontorio dictum velit, quod suo seculo Canam, siue Canas tradit fuisse appellatum. Hæc etymi diuersitas facit vt nec de orthographiæ ratione idem omnes sentiant. Græcorum tamen codicum consensus, in eam me adducit sententiam, vt Ægęum potissimum per æ diphthongum scribendum existimem. ¶ Hoc mare cæteris est periculosius ob frequentes scopulos. Vnde locus prouerbio, *apud Ælianum*, AEgeum nauigat, *τὸν Αἰγαῖον πλεῖ*, vt subaudias *κόλπον*. Quadrabit in eum, qui in maximis versatur difficultatibus. In hominem quoque ob lucri studium nihil omnino periculi recusantem. ¶ Vtitur & Lucianus in Sectis alio adagio ab hoc mari tracto, Viminea scaphula Ægæum transmittere, *ἐπὶ ῥιπὸς τὸν Αἰγαῖον διαπλεῦσαι*. In eos dicitur, qui rem supra modum arduam leui opera conficere tentant.

AEGALEOS, *αἰγάλεως*, Nomen montis *apud Strab. li.* 8. sub quo antiqua Pylos Messenia ciuitas erat.

AEGEMON, *αἰγήμων.* Poëtæ Græci nomen est, qui bellum Leuctricum inter Thebanos & Lacedæmonios gestum, carmine complexus est.

AEger, ra, rum, ab Ago, agis, per contrarium (vt quidam opinantur) eo quod ægri non probè fungantur suis vitæ muneribus: siue quòd qui morbo correptus est, grauius agitetur. {חלה *choléh. νοσῶν, λυπηρός.* GAL. Dolent, fascheé, ennuyé, malade. ITA. *Infirmo, debole.* GERM. Kranck/be kummert/ vnmögend. HISP. *Enfermò ò passionado del alma.* ANGL. *Sick, feble of courage, ficklie.*} [Æger, ab egendo: quia eget bona valetudine. Vide e pro æ, & contrà: sic vetus poeta, Inops sanitatis. *Vide & Fest.* in ęgrum, qui tamen errat.] Et tam de animo dicitur, quàm de corpore: quanuis Donatus eam fecerit differentiam, vt Ægritudo ad animum, Ægrotatio ad corpus referatur. *Vide infra in* Ægrotatio. [Et in Ægritudo, vbi ipse Donatus ægritudinem de infirmitate & morbo corporis exponit. Et certè id quidem, omnino verum non est. *Sallust. in Catil.* Anton us pedibus æger. *Gell. lib.* 2. *cap.*16. Quem M. Frontonem Consularem pedibus ægrum viseret. *Cicer. Attic. lib.* 7. Tyronem Patris ægrum reliqui. *Idem pro Cal* Medea animo ægra, *δύσθυμος*, amore sæuo saucia. [*Ouid. El.* 6. *lib.* 4. *Trist.* Corpore sed mens est ægro magis ægra. *Et E* .2. *l.*5. *Tri, t.* Mens tamen ægra iacet. *Eleg.* 8. *l.*3. Ægra est vtraque pars æquè (i. Animus & corpus.) *Et El.* 8. *l.*3. Vitiant artus ægræ contagia mentis. *El.* 2. *l.*3. fallebat curas ægráque corda labor. *El.* 5 *l.*3. *Trist.* Æger eram Incertúsque saluris. *Gel. c.* 1. *l.*5. Synceræ aut ægræ animi partes. *Et c.* 9. *l.*17. ægros oculos habere diu.) Consilij æger. *Stat. lib.* 11. *Thebaid.* -obscura vallum dum nocte pererrat Æger consilii. curísque nouissima voluens. Hoc est tristia cogitans, siue consilio imbecillis. Æger delicti, id est dolens ob delictum à se commissum. *Sil. Ital. c. lib.* 13. Sed postquam Oenotriis fundauit finibus vrbem: Æger delicti, Phrygium placare colendo Numen, & Iliacos parat exorare penates. De Diomede loquitur quem rapti Palladii pœnitebat. Transfertur etiam ad res inanimatas. *Cicer. in Ver.* 3. Mihi videor magnam, & maximè ægram, & propè depositam Reipublicæ partem suscepisse.

[¶ Aegrior & Aegrius. Nunquam quicquam animo meo fuit ęgrius *Plau. Amph sc.* 2. *a.*3.

Aegrum substant. *Plau. Amphit.* Plus ægri ex abitu viri, quàm ex aduentu voluptatis cæpi.]

AEgrēsco, is, escere, {חלה *daáh* דאב *daágh. ὀδυνωμοῦμαι.* GALL. Deuenir malade, encourir maladie, fascherie ou ennuy. ITA. *Infermare, attristarsi.* GER Kranck oder schwach werdem. HIS. *Estar infermo ò apassionado d. l alma.* AN. *To waxe sick or feble.*} à nomine Æger deriuatum, significat ægriorem fieri: & proprie refertur ad animum. *Virgil.* 2. *Æneid.* -exuperat magis, ægrescítque medendo. Interdum ponitur pro ægrotare. *Plinius lib.* 10. Corui ante solstitium generant. Item ægrescunt sexagenis diebus siti maximè, antequàm fici coquantur autumno.

AEgrē, molestè, dolenter, iniquo animo. *Terentius in Andr.* Redeo inde iratus atque ægrè ferens. ¶ Ægrè, malè, difficulter, vix. { בקשה *bekasghéh* ברומר *bechomer. χαλεπῶς, δυσχερῶς.* GAL. Griefuement, à peine, auec grande difficulté. ITA. *Molestamente, mal volontieri.* GE. Kümmerlich/ schwerlich. HISP. *A passionadamente, ò con difficultad.* ANGL. *Hardlie panefullie, with difficultie.* } *Virgil.* 3. *Georg.* Ergo ægrè rastris terras rimantur. Neque solùm cum verbo Ferre, sed cum aliis etiam verbis iungitur: vt, Careo ægrè, Sustineo ægrè. *Et Cicer. Attic.* Ab hasta ea ægrè me tenui. ¶ Ægrè est mihi, frequens est *apud Plautum*, pro dolet mihi, aut malè me habet: *vt in Men sc.* 2. *a* 4. *& in Cas.* Quid tibi ægrè est? [*Et Cap. sc.* 1. *a.*3. Hoc mihi ægrè est. *Ibid. sc.* 1. *a.*3. Miser est qui quærit quod edit, & id ægrè inuenit.] Ægrè facere alicui, pro eo quod est, aliquem ægritudine, vel molestia afficere. *Terentius Eunuc.* Voluit facere contrà huic ægrè. Ægriùs, & Ægerrimè pro difficiliùs, difficillimè. *Plin. lib.* 16. *cap.*10. Fragosiùs fidunt, ægriùs reuelluntur. [*Plin. Asin. sc.* 1. *a.*1. Nec magis versutus, nec ab quo caueas ægriùs (i. difficilius,) Et ægrè. i. difficile, *Ouid. El.* 5. *l.*3. *Trist.* Vt illam non ægrè possis dissimulare.] *Cæs.* 1. *Bell. Gall.* Ægerrimè confecerant, vt flumen transirent.

AEgritūdo, Est animi ęgri affectio. {דאון *daahón. λύπη, πάσχειν.* GAL. Douleur, ennuy, fascherie. ITA. *Dolore d'animo, fastidio, malecconia.* GAL. Kranckheit / bekümmernuß/ onmut. HIS. *Enfermedad, à quella passion del anima.* AN. *Dolour, sickenesse.*} *Terentius in Andr.* Si nulla ægritudo huic gaudio intercesserit. *Cicero quarto Tuscul.* Ægritudo est animi aduersante ratione contractio. *Terentius in Heaut.* Prouerbiali figurâ dixit, Diem adimere ægritudinem. *Sic Cicero* 3. *Tuscul. Quæst.* Quod ita esse dies declarat, quæ procedens ita mitigat, vt iisdem malis manentibus non modò leniatur ægritudo, sed in plerisque tollatur. *Terentius in Phorm.* pro corporis morbo vsurpauit. Matrem ipsam ex ægritudine, miseram mors consequuta est. *vbi Donatus.* Ex Ægritudine, inquit, hoc est, ex infirmitate & morbo. *Sic & Plinius lib. octauo cap.*1. Visique sunt fessi ægritudine, quando & illas moles infestant morbi.

AEgrimōnia, penultima correpta, *λύπη.* Idem quod ægritudo, factum ea forma qua ab Acer, Acrimonia. *Plaut in Rud.* Tantisper dum abscedat à me hæc acrimonia. *Cic. ad Attic.* 12. Ferrem grauiter, si nouæ ægrimoniæ locus esset.

AEgrōtus, a, um. {חלה *choléh. νόσιμος.* GALL. Malade. ITA. *Infermo* GERM. Kranck. HISP. *Enfermo.* ANG. *Sick.*} *Seruius:* Æger & corpore & animo dicitur Ægrotus corpore tantùm. *Horat. 1. epist.* Non domus aut fundus, non æris acerruus & auri Aegroto domini deduxit corpore febres. ¶ Aegroto dum anima est, spes est, Sententia prouerbialis admonens ne in afflictissimis quidem rebus abijciendam esse spem. *Cic. ad Attic. l.*9, Vt ægroto, dum anima est, spes esse dicitur: sic ego, quoad Pompeius in Italia fuit, sperare non destiti. Prouerbii quadam specie. *Terentius dixit*, Facilè omnes quum valemus, recta consilia ægrotis damus: tu si hic sis, aliter sentias. [*Plau. Men. sc.* 3. *a.*5. Odiosus (medicus) tandem vix ab ægrotis venit. Leno ęgrotus incubat in fano. *Pl. Curc. sc.* 1. *a.*1. Leno ęgrotus incubat in fano.] *Ter. in Andria.* ad animũ trans-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

transtulit: Animum ægrotum plerunque ad partem deteriorem applicat.

AEgrōto, as. Ægro corpore sum, morbo afficior. {חלה *chaláh*. ασθενέω. GAL. Estre malade. ITAL. *Infermarsi.* GERM. Kranck vnd schwach sein. HISP. *Enfermar.* ANGL. *To be sick.*} *Cic pro Cluent.* Is ibi in morbum incidit, ac satis vehementer, diúque ægrotauit. *Idem de Senect.* Adolescentes faciliùs in morbos incidunt, grauiùs ægrotant, difficiliùs curantur.

¶ Transfertur etiam ad animum. *Cic. 4. Tusc.* Vt ea res, ex qua animus ægrotat, oriatur. Sic Adagii forma dicimus, Animo ægrotanti medicus est oratio, ψυχῆς νοσούσης, οἷον ἰατρικὸς λόγος. *Ex Plutarcho ad Apollonium.* Ab Ægroto, fit & Coægroto. *Hieron.* Quòd si ipsa languerit, coægrotandum est, & nunquam ab eius lectulo cedendum.

AEgrōtātio, verbale, quod & ipsum propriè de corpore dicitur. {חלי *chóli.* νόσημα. GAL. Maladie, infirmité. IT. *Malattia, infirmità.* GER. Kranckheit. HISP. *Enfermedad.* AN. *Sickenesse, infirmitie.*} *Cic. 3. Tusc.* Sed propriè, vt ægrotatio in corpore, sic ægritudo in animo. Aliquando tamen de animo dicitur, quemadmodum & verbum à quo descendit. *Cic. Tusc. 4.* Quis enim dubitarit, quin ægrotationes animi, &c. *Vide in* Æger. [& in Ægritudo.]

AEgĕrĭa, ἀγερία, Nympha fuit, quæ celebratur in luco Aricino, cum qua Numa Pompilius & connubium, & colloquium se habere simulauit super cultu religionum: quò armorum & prædæ studio flagrantem populum Romanum ad pacis artes abstraheret. *Vnde Ouid. in Fast. 3.*

Ægeria est quæ præbet aquas, Dea grata Camœnis,
Illa Numæ coniux, consiliúmque fuit.

AEgēstānī, αἰγεσταῖοι, *Stephano*, Populi sunt Siciliæ, quorum vrbs AEgesta non procul à Lilybæo promontorio sita est, ab AEgesto Troiano nomen habens. Hi Segestani vocantur *à Plin. libro 3. cap. 8.*

AEgeus, per duas syllabas, αἰγεύς, filius Pandionis fuit, & rex Atticnarum, qui ex AEthra Pitthæi Trœzeniorum regis filia Theseum suscepit, ex Medea autem ab Iasone repudiata alterum filium nomine Medum, vt placet Iustino. Hoc iam ad senium vergente, Minos Cretensium rex Athenienſibus ob Androgei filii necem bellum intulit; victíſque durissimas pacis conditiones imperauit, vt septem quotannis iuuenes Athenienses ex suis in Cretam mitterent, Minotauro monstro obiciendos. Quibus legibus, quum triennio paruissent, euênit vt quarto anno sors inter omnes ex æquo ducta Theseum proderet: qui maximo omnium cum dolore nauim conscendens, à patre in mandatis accepit, vt si qua fatorum benignitate hospes remearet, velum nauis quod nigrum, præsentíque fortunæ congruum erat, candido commutaret: idque eo consilio, vt si quid filio accidisset, veli colore suæ fortunæ eminus pater admoneri, & calamitatis suæ nuntium morte posset præuenire. At Theseus occiso Minotauro, opéque Ariadnes è Labyrintho eductus, paternorum monitorum immemor, nigro in patriâ velo reuectus est: quod quum eminus è specula intueretur AEgeus, filium interiisse ratus, doloris impatientia sese in mare præcipitem dedit. Cui vita functo Athenienses Thesei opera grauissima seruitute liberati, diuinos honores instituerunt: Deum marinum, & adoptiuum Neptuni filium appellantes. Mare quoque ipsum nonnulli sentiunt ab eo AEgeum esse appellatum.

AEgĭălē, αἰγιάλη, siue αἰγιάλεια, Vxor fuit Diomedis, quam Venus à viro eius in bello Troiano vulnerata, tanta adulteriorum inuoluit turpitudine, vt Diomedes ad eam in patriam redire recusarit, acceptáque à Dauno agri portione, vrbem condiderit in ea parte Italiæ, quæ magna Græcia dicitur, quam à nomine relictæ patriæ Argos Hippium appellauit: quæ deinde Argyripa, & postremò Arpi fuit appellata. *Vide Seruium in illud Æneid. lib. 11.*

Ille vrbem Argyripam patriæ cognomine gentis
Victor Gargani condebat Iapygis agris.

AEgialēus, αἰγιαλεύς, filius Æetæ fuit, & frater Medeæ, à qua discerptus fuit, vt patri eam persequenti mora iniiceretur. Alio nomine dictus est Absyrtus. *Vide supra suo loco.* ¶ Fuit etiam hoc nomine Phoronei regis Argiuorum filius, cui Apis (quem quidam Phoronei, quidam Iouis filium, ex Niobe Phoronei filia, esse tradunt) postquam Argis regnasset, in AEgyptum trânsiens, Achaiæ regnum reliquit.

AEgialĭa, αἰγιάλεια, Insula est adiacens AEtoliæ regioni. *Plinius lib. 4. cap 12.*

AEgialus, {αἰγιαλός. GAL. Le bord de la mer. ITALIC. *Lito.* GERM. Das gestad des meers. HIS. *La liberæ de mar.* ANG. *The shoare or soáste of the sea.*} Latinè dicitur litus. Vnde Achaia propter vrbes in litore dispositas, antè αἰγιαλὸς vocata est, *teste Plin. lib. 4. c. 5.*

AEgida, Oppidum Istriæ. *Plin. lib. 3. c. 19.*

AEgīdēs, αἰγίδης, pen. producta. Patronymicum masculinum est, formatum à nomine AEgeus: quo Poetæ vtuntur pro Theseo AEgei filio. *Ouid. 3. de Arte,* Perfidus Ægides ducentia fila sequutus.

AEgila, αἴγιλα, Insula est in sinu Megarico XXV. M. passuum distans à Phalasarna Cretæ oppido, & à Cythera XV. M. passuum, *Plinio teste lib. 3. c. 12.*

AEgilips, ipis, αἰγίλιψ *Stephano*, Dicitur locus editus & penè inaccessus. Latinè fonat relictum à capris, hoc est locus tàm arduus, quem ne ipsæ quidem capræ queant ascendere.

¶ Est eriam hoc nomine vrbs Epiri in præruptа rupe sita: vnde & nomen inuenit, *Autor Steph.*

ÆGILODES SINVS, αἰγιλώδης κόλπος, Sinus est exiguus inter Messeniacum & Laconicum medius: *de quo Plin. lib. 4. c. 5.*

Aegĭlōps, ægilopis, {αἰγίλωψ. GAL. Coquiole, auron. ITAL. *Squa'a.* GER. wilder haber/hasenbrot. HIS. *Vna suerta d'auena monteſina.*} Herba est folio verno tempore pilosa, vt lolium, hordeum enecans, quæ & Festuca dicitur, quòd messis tempore, quum semen tam deciderit, vacuum reperiatur in modum festucæ. *Plin. lib. 18. c. 17.* Est herba quæ cicer ene cat & eruum, circumligando se: vocatur orobanche: triticum simili modo æra: hordeum festuca, quæ vocatur ægilops. *Hæc Plin. Virgil. 1. Georg.* Latinè vertit Sterilem auenam, in hoc versu, Infelix lolium, & steriles dominantur auenæ. Est præterea Ægilops, absceſſus inter nares & magnum oculi angulum, qui si incuriosè tractetur (*vt inquit Æginetа*) in fistulam vertitur. Dictus Ægilops, quasi oculus caprinus, quòd capræ huic vitio peculiariter obnoxiæ sint. Huic malo medetur Ægilops herba, *teste Plinio lib. 25. capite 13.* Vnde & ipsa nomen accepisse videtur.

AEgilōps, αἰγίλωψ, ἄνθος, eadem putatur quæ & Cerrus, arboris glandi ferę species *apud Plinium lib. 16. capite 6.* Excellentissima autem Ægilops, incultis amica: *lib. 16. capite 8.* & glandiferis solà quæ vocatur ægilops, fert panos arentes, musculo villo canos non in cortice modò, verum & è ramis dependentes cubitali magnitudine, odoratos, vt diximus inter vnguenta. Est etiam ægilops bulbi genus *apud Plin. li. 19 cap. 5.*

AEgilos, {αἴγιλος, *Isola di Capri.*} Insula est in mari Ligustico, quæ Latinè Capraria dicitur, *teste Plin. l. 3. c. 6.*

AEgimīvs, αἰγίμιος, Senis ætate prouectissima nomen, quem Anacreon Poeta (*referente Plinio lib. 7. capite 48.*) tradidit ad ducentesimum vsque annum vixisse.

AEgimori, αἰγίμοροι, Duæ sunt insulæ in mari Libyco, è regione Carthaginis. *Autor Plin. l. 5. c. 7.*

AEgimvros, αἰγίμυρος, Insula est in mari Libyco, insidiosa naufragiis. *Vide Strab. lib. 6. & 7.*

AEgīnă, αἴγινα, penultimà producta, fuit Asopi Bœotiæ regis filia, & mater Æaci, à qua insula Peloponneso adiacens contra Atticam, Ægina vocata est, quum antea Oenone diceretur (*vt apud Strabonem, Plinium & Stephanum legitur*) aut certè Oenopia, vt placet *Ouid. lib. 7. Metamorph.* vbi sic scribit, Oenopiam veteres appellauêre, sed ipse Æacus Æginam genitricis nomine dixit. ¶ Ab huius insulæ nomine ductum prouerbium, Primùm Ægina pueros optimos alit, πρῶτον αἴγινα παῖδας ἀγαθοὺς ἐκτρέφει. De re quapiam quæ melioribus initiis cœpta, paulatim ad deterius delabitur. *Vide Eras. in Chiliad.*

Æginæa merces. Prouerb. videtur fuisse de vilibus mercibus vsurpari solitum. *apud Strabonem sic effertur,* Αἰγινᾶιον ῥῶπον ἐμπολᾶν.

*Æginæa, orum, n. g. dicuntur grandiora omnia. Quod ex talenti ratione deductum putant, quod in ea insula habebatur maius cæteris. Sũt etiam Æginæa rerum venalium onera miscellanea, id est farcinæ cõplectentes varias merces. Vnde Æginopolæ, id genus mercium venditores. *Ex Cœlio libr. Antiquit. lect. 11. capit. 56. & Erasm. in Chiliad.*

*Æginensis, Αἰγινεύς, Æginæ incola.

*Æginopolæ, *vide* Æginæa, orum.

Ægineta, Αἰγινήτης, Gentile. Vnde Paulus Ægineta medicus clarissimus.

Ægineticus, a, um, αἰγινητικός, vt, Ægineticum æs, quod in hac insula non gignebatur quidem, sed optimè temperabatur: *vt est autor Plin. lib. 34. capit. 2.*

AEginivm, αἴγινιον, Oppidum Macedoniæ, in ea regione, quæ appellatur Pieria. *Plin. lib. 4. c. 10.*

AEginos, cicuta, apud Dioscor.

AEgion, Αἴγιον Suidæ, Oppidum Achaiæ propriè dictæ, quæ regio est Septentrionalis Peloponnesi. *Vide Plin. lib 4. c. 5.*

AEgipanes, αἰγιπάνες, quos nonnulli Semicapros vocant. Monstra sunt caprinos pedes habentia, reliquis partibus humanam referentia figuram. *Plin. lib. 5. c. 1.* Atlantem Africæ montem prodiderunt noctibus micare crebris ignibus Ægipanum Satyrorúmque lasciuia. Veteres huiusmodi monstra pro semideis, siue pro syluestribus diis coluerunt, quemadmodum Fáunos, Syluanósque: Faunos ac Satyros nemorum deos esse dicentes, Panas agrorum, Syluanos syluarum.

AEgīră, pen. prod. αἰγειρα. Oppidum Achaiæ in Peloponneso, *de quo Pl. lib. 4. c. 5.*

Aegirinon, ἀργείρινον, Vnguenti genus est, *teste Ruellio*, ex vua populi arboris confectum, ἀπὸ τῆς αἰγείρου, quam alii alnum, alii nigram populum credunt.

AEgiroessa, αἰγειρόεσσα, Oppidum Æolidis in Asia: cuius meminit *Herodot. lib. 1.*

Aegĭs, idis, αἰγίς, Munimentum pectoris æneum, à Vulcano fabricatum, habens in medio Gorgonis caput. Quod si in pectore numinis sit, Ægis: si in corpore hominis, sicut in antiquis imperatorum statuis videmus, Lorica dicitur. *Virg. 8. Æneid.* Ægidáque horrificam, turbatę Palladis arma. *Hæc ferè Seruius.* ¶ Ægis apud Græcos varia significat, Pelliceum tegmen, quod gestant Afri: prętерea maris intumescentis vndas, ac ventorum procellas & turbines. Alii malunt esse rete ex coronamentis contextum. Nec desunt, qui putent significare sacerdotem, quæ Athenis solita sit ferre sacram Ægidem, & ita ingredi ad eos, qui nuper duxissent vxores. Vnde factum prouerbium, Ægis venit. Quod Suidas indicat dici solitum de iis qui petulanter & impudenter agerent. *Vide Eras. in Chiliad.* ¶ Est præterea Ægis, scutum Iouis, & Palladis, *Iliad. 5.* in cuius medio erat Medusæ Gorgonis caput serpentibus vice crinium terribile: quod qui intuebantur, mox vertebantur in lapides: *vt apud Ouid. 4. Metamorph. habetur.* ¶ Est etiam Ægis, lignum densum, medullæ simile, in larice fœmina nascens, mellei coloris, ex quo pictorię tabulæ fiebant, & codicilli immortali penè materia, nullísque rimis aut fissuris obnoxia. *Autor Pl. lib. 16. cap. 39.*

*Ægisonus, *vt* Ægisonum pectus Palladis, apud *Valer. Flaccum, lib. 3. Argonaut.*

AEgīsthvs, αἴγισθος, Thyestis filius, ex Pelopeia, eiusdem filia, quem infantulum mater causa tegendi sceleris perdendum feris exposuit in syluis: sed à pastore inuentus, eiúsque beneficio nutritus est, & inde αἰγισθος dictus, quòd nutritus sit à capris. Hic prouectior ætate Atreũ, impellente tamen patre, interfecit, & eiusdem filium Agamemnona in balneis, vel vt alii volunt, in primo egressu, adiuuante vxore Clytemnestra, qua etiam turpissimè vsus erat, obtruncauit. Postremò ab Oreste Agamemnonis filio patris mortem vlciscente, è medio est sublatus. *Ouid. de Remed. amor. lib. 1.* Quæritur Ægisthus quare sit factus adulter, In promptu causa est, desidiosus erat. [Meminit *Suet. in Cæsare cap. 50.*]

AEgīstvs, Beli filius. Vide AGYPTVS.

Aegithalos, αἰγίθαλος, Auis est apud Aristotelem quæ à Theodoro Parus vertitur. *Hermolaus in Plinium.*

Aegithus, αἴγιθος, Auiculę nomen est, irreconciliabiles cum asino simultates exercens, quòd nidus eius, quem fere in carduis struit, ab asino dissipetur. Contrà ægithus, quoniam alia parte nocere non po-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

test,asini vlcera erodit.*Plin.lib.*10.*cap.*74.

Aegĭtis,pen.prod.αἰγῖτις,Herba est Dioscoridi,quæ notiore nomine Anagallis dicitur.

AEGIVM,αἰγιεῖον,Oppidum Achaiæ, quæ est in Peloponneso , quo in loco Iouem à capra nutritum ferunt:vnde oppido nomen. αἶξ enim capram dicunt.

AEGLE,ἀἴγλη,Vna Hesperidum fuit,hoc est, vna filiarum Hesperi, Italiæ regis,quæ vnà cum Arethusa,& Hesperethusa,sororibus,amœnissimos in Mauritania hortos habuit iuxta Lixum Romanorum colonia m,iussu Claudij Cæsaris eò deductam:in quibus(vt est in fabulis) aurea mala nascebantur,quæ à perpetuo dracone asseruabantur,quæ postea abstulit Hercules, dracone interempto. *Vide infrà in dictione* Hesperides. ¶Fuit & nympha hoc nomine,vna Naiadum , Solis(*vt volunt*)ex Neærea filia. *Virgil.in Sileno*- timidisque superuenit Ægle Naiadum pulcherrima.

AEGLES,αἴγλης,Athletæ Samii nomen , qui quum per omnem ætatem mutus fuisset,in sacro tamen certamine,quum in sortitione fraudem committi videret,nimio loquendi desiderio, linguæ vinculum rupit, & distinctè,quandiu vixit,loquutus est,quod & Crœsi filio contigisse legimus.*Vide Gell.lib.*5.*c.*9.*&Valer.Max.lib.*1.*cap.*8.

Aegŏlŏgĭ,εἰδύλιον,penultim.correp. Caprarum seu rerum pastoralium sermo dicitur,quasi αἰγῶν λόγος. At Ecloga, ἐκλογή,sine diphthongo,electio vel explanatio, siue elegantia dicitur , *vt inquit Plin libr.*4.*epist.&Euseb.libr.*4.*Eccl.hist.contra Tortellium.* Sed vox Ægloga qua maiores nostri Virgilij Bucolica inscripserant , iampridem est à doctis explosa.

Aegŏcĕphălŭs,αἰγοκέφαλος,pen.corr.Auis est liene carens.*Vide Arist.li.*2 *de Anim.&Plin.lib.*1.*c.*37.

Aegŏcĕrōs,ōtis,αἰγόκερως,Signum cœleste est, quod à nobis Capricornus dicitur:quod Sol ingrediens , Solstitium hyemale efficit. Poetæ fabulantur hunc ex Amaltheæ nymphæ capra natum fuisse,& eodem lacte cum Ioue educatum:qui postea cæli imperio potitus,veterem collactaneum inter astra collocauit.Inuenitur etiam accusatiuus Ægoceron,vt & apud Græcos poeta αἰγόκερων pro αἰγοκέρωτα,& αἰγοκέρω, pro αἰγοκέρωτι.Non ab αἰγόκερως,per o quod est ineptissimum,sed Attica per ως declinandi forma.Lucanus, Ægoceron , Cancrúmque tenet. ¶Est etiam Ægoceros,αἰγόκερως Dioscoridi,siue (*vt apud Plinium legitur*)Ægoceras,herba quæ notiore nomine Fœnum græcum appellatur:ita dictum , quòd semen habeat in siliquis caprino cornu similibus.*Vide Plin.lib.*24.*cap.vlt.*

Aegōn,ōnis,pen.genitiui prod.αἰγών,Idem quod caprile,hoc est, stabulum caprarum.

AEGON,Nomen pastoris apud Virgilium in Palæmone,& Theocritum. ¶Mons prætereà Quirinalis,qui antequam in eum Sabini commigrarent,Ægon appellatus est:portáque ipsa Ægonensis dicta est,quę alio nomine Quirinalis dicitur,*Autor Festus.*

*Item pro mari Ægæo,*apud Statium libr.*5.* Thebaid.*&alibi.vt libr.*1.* Argonaut.*-vix littore puppim soluimus:& quanto fremitu se sustulit Ægon?

Aegŏlethrŏs αἰγόλεθρος : Herba est in Ponto alba, ex cuius flore apes decerpunt mellis genus amarum,quod Heracleoticum , vel Ponticum vocatur : dicta à capris interimendis. αἶξ enim capram & ὄλεθρος perniciem significat.

Ægōlĭos,αἰγωλιὸς,Vlula,Ægolius.*Plin libr.*10. *capit.*60. quam describit ex *Aristot histor.libr.*6.{GALLI. La Dame. ITAL. *Barbagianod.*} Auis est lucifuga:cui vngues aduncí,color rufus nigro conspersus , oculi prægrandes, cuius vox lugubris vlulatu. Hanc & Parram vocat *Plin.libr.*18.*cap.*29.*Cuius prater Horat.*3.*Car.Ode* 27. *meminit Pompeius.*

Aegonŏmŭs,pen.{αἰγονόμος.GAL.Cheurier,gardeur de cheures.IT.*Pastor di Capre.*GER.ein geißhirt HISP. *Cabrero,cabrerizo.*ANG. *Agoate herd,or goatekeeper.*}Caprarum ductor:qui & Æpolus αἰπόλος dicitur. quasi αἶγας νέμων,id est capras pascens.

Aegōnўchŏn,αἰγόνυχον , Dioscoridi herbam illam esse *docet Ruellius,* quæ in officinis Milium Solis appellatur. Alio nomine Lithospermũ vocatur.

AEGOPHAGOS,αἰγοφάγος,Iuno apud Spartanos dicta,quòd illi capras præcipuè sacrificabant.*Celius Antiq.lect.lib.*26.

Ægophthalmus,*à Plin.*27.*cap.*11.gemma quædam appellatur,quæ caprini speciem præ se fert.αἰγοφθάλμος.

AEGOS Potamus seu flumen,αἰγὸς ποταμὸς,Thraciæ fluuius,ad cuius ostia classis Athenienſium,à Lysandro capta fuit.*Plin.lib.*2.*ca.*60. ídque factum interdiu in Thracię parte ad Ægos flumen.Stephanus ad Hellespontum collocat oppidum nomine αἰγὸς ποταμὸν quod nos Caprę flumen interpretari possumus:à quo deducitur gentile Ægopotamites, vel Ægopotamita,αἰγοποταμίτης.

AEGOSTHENIA , αἰγοσθένια , Ciuitas est Locridis , *quam recenset Ptolemæus in descriptione Achaiæ.* Huius incolæ *à Plinio libro quarto capite* 7. *vocantur* Ægosthenenses , Megarensium iurisdictioni attributi.

Aegrē,Ægreo,Ægresco,Ægrimonia,Ægritudo,Ægrotus, Ægroto,Ægrotatio,[Ægrum substantiue:*Vide* AEGER.*supra.*]

Ægyla,Vide supra Ægila.

Ægypios,& Gypas,αἰγυπιὸς, καὶ γῦπας,Græci vocant,quos Latini vultures.

AEGYPSVS,αἴγυψος , Vrbs ad ripam Istrij fluuii sita , nomen habens ab Ægypso Caspio conditore.*Ouid.de Ponto.*4.*Eleg.*7.Stat vetus vrbs,&c. Caspius Ægypsus,&c.

AEGYPTINI,pen.prod.Dicuntur Æthiopes,quia Ægyptis sunt finitimi. *Autor Festus.*

AEGYPTAS,αἰγύπτας,Ciceronis libertus fuit , cuius identidem meminit *Cic.in Epist.ad Tyronem.*Tres autem præcipui numerantur Ciceronis liberti,Tyro,Ægypta,& Laurea,cuius extat Epigramma de aquis Ciceronianis.*apud Plin.lib.*31.

AEGYPTVS,αἴγυπτος,{GERM.Das Aegyptenland.}Regio ab Aphrica(*vt Plinius inquit*)Canopico disterminatur ostio:ab Asia verò Pelusiaco, quam ob rem quidam inter insulas Ægyptum computauere. Qui tamen Asiam dimensi sunt, inter Asiæ regiones Ægyptum quoque dinumerauerunt.Est Aphricæ proxima:ab Ægypto Danai fratre sic appellata,prius Aëria dicta.[*Catul.de co.Beren.*Et captam Asiam Ægypti finibus adiceret.*Plaut.Mostel.sc* 2.*a.*2. Triennio post Ægypto aduenio domum.]Hæc(*teste eodem Plin.lib.*5.)ab Oriente Rubro mari Assyriæque coniungitur,ab Occasu Cyrenem & Aphricæ residuum habet,à Meridie vsque in Æthiopiam protenditur, à Septentrione habet mare Ægyptium. Eius insignes vrbes sunt,Thebæ, Abydos,Alexandria,Babylon,& Memphis.In hac (*vt Plato inquit*) nunquam visum est pluere,sed Nili inundatione fœcundatur.Eius figura triquetra est,quam efficit Nilus, ita se diuidens , vt Δ literam facere videatur.Tempore Amasis regis vrbes habuit 20000.Natio fuit superstitio sissima,adeò,vt non solùm bruta animalia,vt canem, bouem , & similia,verùm etiam res inanimatas,vt allium, & cæpas inter deos collocarit. Dicitur parens terrarum,*vt inquit Crinitus*:nam Ægyptii omnium populorum vetustissimi,disciplinarúmque complurium inuentores,rerumque diuinarum,& siderum peritissimi dicuntur:primíque animam esse immortalem dixere,& de corpore in corpus vagari,*vt auctor Diodorus.* [Idem dicuntur solertissimi. *Suet.in Cæs.c.*53.*Idem in Aug c.*66.]In hanc Dædalus,Melampus,Pythagoras,Homerus, complureſque alii eruditionis causa profecti , dogmata in suam quisque patriam retulêre.

AEGYPTIACVS,pen.corr.adiectiuum. *Plin.lib.*6.28. Ad mare nostrum littúsque Ægyptiacum.

AEGYPTIVS,adiectiuum,αἰγύπτιος.*Sil.Ital.lib.*13.-Ægyptia tellus,*Cic.in Pison.*Nomen ad dignitatem imperii regi Ægyptio vendidit. ¶Admirabiles adeò fuêre in nectendis machinis Ægyptij , vt hinc tractum fuerit prouerbium,Nectunt stupendas machinas Ægyptii,Δεινοὶ πλέκειν τὰς μηχανὰς αἰγύπτιοι.De versutis,&,*vt ait Plautus,* consutis dolis dictitatum.Torqueri potest & in perplexas sophistarum argutias,ac syllogismorum inexplicabiles labyrinthos.Aut in Sycophantas & delatores,qui vera falsis permiscendo,nectunt calumnias.

AEGYPTII præterea quòd gestandis oneribus quæstum non satis honestum factitare consueuerint,vnde & ἀχθοφόροι dicti in iocum prouerbialem abierunt,hoc Adagio , Quos non tollerent centum Ægyptij,οὓς οὐκ ἄραιντ' ἂν οὐδ' ἑκατὸν αἰγύπτιοι.De molestiis dici solitum ac moribus intolerandis seu fastu præturgidis. *Refertur adagium ab Eudemo,à Suida,&ab Aristophane in Ranu.* Huic affine est, Ægyptius laterifer,αἰγύπτιος πλινθοφόρος.*Arist.in Auibus.*Quadrare videtur in sordidum atque infimæ sortis hominem.Aut in eum qui molestis negotiis premitur.

AEGYPTVS,masculin.gener.αἴγυπτος.Beli Prisci filius fuit ; & frater Danai:qui quum quinquaginta haberet filios,totidẽ eos fratris sui filiabus matrimonio coniunxit:quæ à patre Danao instructæ,prima è nutiis nocte suum quæque maritum interfecerunt,præter vnam Hypermnestram,quæ Lynceo marito viro suo pepercit:qui postea,pulso Danao,Argiuorum regnum inuasit.Vnde Adagii figura, Ægypti nuptiæ, αἰγύπτιοι γάμοι,inauspicatæ & infœlices dicebantur.Torqueri poterit in simulatam amicitiam,aut in munus honoris gratia datum in specié, quum reuera quæratur pernicies ei cui datur. *Vide infra in dictione* BELIDES.[& Danaus.]

AEGYS,αἴγυς,Oppidum est Laconicæ regionis,*apud Steph.*

AELANA,siue,vt alii malunt,Lęana,αἴλανα,ἢ λαίανα, Oppidum est Arabię fœlicis, iuxta sinum, qui ab eo Aelaniticus dicitur, siue Lęaniticus, λαανίτης κόλπος.*Ptolem.Plin.li.*6.*ca.*10. Sinus intimus,in quo Læanitæ, qui nomen ei dedêre.Regia eorum Agra,& in sinu Læana,vel *vt alij,* Aelana.Nam & ipsum sinum nostri Aelaniticum scripsêre,alii Elaniticum, Artemidorus Alanaticum,Iuba Læaniticum,

AELIA,αἰλία,Vrbs est Palæstinæ quæ prius Hierosolyma:ita dicta ab Aelio Adriano.*Steph.*

AELIANVS, αἰλιανὸς,Sophista fuit Prænestinus,tanta linguæ Atticæ puritate,vt(μελίγλωσσος& μελιβόμβυξ)cognominaretur.Scripsit historiam de Animalibus,de Varia historia,de re militari , quæ omnia ad nos peruenerunt.Claruit sub Adriano principe.*Suid.*

Aeli,αἴλιοι vel αἰλοὶ dicuntur,quibus duę sorores nupserunt.*Vide Cal.Rhodig.lib.*28.*cap.*24.

AELIVS,αἴλιος,Nomen proprium , quo plurimi ex Romanis viri illustres fuerunt appellati : vt , Aelius Gallus , vir equestris ordinis, qui solus Romanorum Arabiam hostiliter est ingressus , *vt testatur Plin.lib.*6.*cap.*29.*&Strabo lib.*2.

¶Aelius, prænomine Publius , qui eo anno Romæ consulatum gerebat cum Cn.Cornelio,quo Annibal in Africa victus fuit, *teste Plin.li.&cap.*18.

¶Aelius Stilo,nobilis scriptor,cuius meminit *Plin.lib.*9.*cap.*25.

¶Item Aelius Adrianus, & Aelius verus , Romanorum Imperatores *quorum vitam vide apud Eutropium.*

AELLO,ἀέλλω,Trium syllabarum,vna est Harpyiarum:sic dicta,quasi ἀέλλων ἄκκω,hoc est,alienum tollens.*Ouid.*13.*Metamorph.*Strophadúmque receptos Portubus infidis exterruit ales Aello.

¶Est etiam nomen vnius ex canibus Actæonis.*apud Ouid.*3.*Metamor:* dictum(vt videtur)ἀπὸ τῆς ἀέλλης,hoc est,à procella,quam cursus celeritate referebat.

Aelūrus,penultim.product.αἴλουρος.Latinè catus,& felis dicitur. *Aristot. de Animal.* Æluri & Ichneumones tot numero pariunt,quot canes. *Ælian. histor. Animal. libro* 7. Ælurorum mas quidem libidinosissimus est : fœmina autem amantissima prolis , fugit coitum cum maribus,quoniam semen emittunt calidissimum , & quasi ignem genitalia adurens.Hoc cernens mas,communem fœtum dilaniat : illa verò prolis desiderio,mareis libidine ardenteis adit rursus. *Gell.libr.*20. *cap.*7. Ælurorum quoque oculi ad easdem viceis Lunæ,maiores fiunt aut minores.

AEMATHIA,*Vide* Emathia.

AEMILIA,Regio Italiæ:quæ & Flaminia, & Romandiola etiam dicitur. In qua sunt vrbes Ariminum,Cæsæna,Saffina, Fauentia , Forum Liuii,Bononia,Ferraria,Imola.

AEMILIA,αἰμιλία,Vxor fuit maioris Africani:*de qua vide Suidam.*

AEMILIA GENS,Familia fuit Romæ in primis illustris:ex qua fuit Paulus ille Æmilius,qui in consulatu suo Persen Macedonum Regem bello vicit,captúmque in triumpho duxit.

¶Item

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶Item Qu. Æmilius Lepidus, quem *Plin lib.7.cap.53.refert*, quum cubiculo egredi pararet, nihil mali sentiens, offenso ad limen pollice, repentè obiisse. ¶Item Æmilius Scaurus, homo factiosus, & subdolus: *de quo multa Salust in Iugurtha.* Sunt qui Æmylius scribere malint per y, in antepenultima, nominis eius initium referentes ad Mamercum, Pythagoræ Philosophi filium, qui ob singularem morum comitatem, sermonisque lepôrem, quem Græci αἰμυλίαν dicunt, Æmylos est cognominatus [vt autor est *Plutar. in Paul. Æmylio, & in Num.*] Animaduertimus tamen à Græcis ipsis, & præcipuè in Onomasticis, in quibus literarum series dictionum initia non facilè sinit corrumpi, αἰμύλιος, αἰμιλία, & αἰμιλιανὸς scribi per quartam Græcorum vocalem, non per sextam. Præterea Moschopuli in lib. περὶ σχεδῶν hæc sunt verba ; Αἰμύλος ὁ ἀπατεών , διὰ τῦ ὑ φυλῆς ἡ Αἰμύλιος , Αἰμίλιος δὲ ὄνομα κύριον διὰ τῦ ι.

AEMILIA, αἰμιλία, Virgo Vestalis fuit ex nobilissima Æmiliorum familia: de qua sic scribit *Valer. li.1.c.1.* Æmiliæ virginis disciplinam, extincto igne tutam ab omni reprehensione numen Vestę præstitit: qua odorante, quum carbasum, quam optimam habebat, foculo imposuisset, subitò ignis emicuit.

AEMILIANVS, αἰμιλιανὸς, Africanus minor primus appellatus fuit, Pauli Æmilij filius, cùm ex Æmilia gente in Scipionum familiam esset adoptatus. Adoptionis enim indicandæ causa nomen naturalis familię vna aut altera litera producebatur. Posteà & alij plerique eiusdē familiæ viri clarissimi & triumphales, eodē cognomine dicti fuerunt. *Iuuenal. Satyr.8.* —pictósque ostendere vultus Maiorum, & stantes in curribus Æmilianos. [*Sueton. in Claud.c.18.* Æmiliana ędificia.]

AEMINIVM, αἰμινιον *Ptolemæo.* Oppidum Lusitaniæ mediterraneum.

AEMINIVS, αἰμίνιος, Fuuius Hispaniæ à Minio Tarraconensis tractus fluuio distans CC.M. pass. vt ex Varronis sententia *tradit Plin. li. 4.ca.22.*

AEMOCHARES, αἱμοχάρης, cognomen Martis fuit, quasi sanguine gaudens: αἷμα, Latinè sanguis dicitur. Hæmochares potiùs scribendum.

AEMONIA, pen cor. αἱμονία *Stephano*; Regio (quæ postea dicta est Thessalia) ab Æmo monte, cui propinqua est, vel ab Æmone Deucalionis filio: priùs Pyrrhęa dicta à Pyrrha Deucalionis vxore. Quidam cū aspiratione scribunt αἱμονία: quo pacto etiam apud Suidam legitur. [Meminit *Ouid. Eleg.9.lib.1.Trist.* Cyzicon æmoniæ nobile gentis opus. *Ibid. Eleg.1.lib.4.* æmonia curas attenuisse lyra.]

Aemōn, æmonis, gentile, αἵμων *Stephano*: & fœmineum Æmonis, idis, αἱμωνὶς. Et possessiuum Æmonius, a, um. *Ouid. in Epistol.* Laodamiæ ad Protesilaum, Æmonis, Æmonio Laodamia viro. ¶Aemonia item Oppidum est Norici, *apud Plinium lib.3.cap.24.*

*Æmonides, αἱμονίδης, nomen viri, non quidem patronymicum, vt sit Æmonides, quasi Aemonis filius, sed primitiuum, vt Thucydides. *Virgil.* 10. *Æneid. Vide Seruium eo loco.*

AEMVLOR, aris, penult. cor. cum accusatiuo iunctum, idem quod imitor, {חלך כרדך *halach bedhérech.* ζηλόω, φιλονικέω. GAL. Imiter, tascher à faire aussi bien qu'vn autre. ITAL. *Imitar à concorrenza.* GER. Mit eifer nachthun/ nachfolgen. HISP. *Remedar en bien.* AN. *To studie to do as weel as an other, to followe.*} *Cic. pro Flacco.* Omnes eius vrbis institutа laudare faciliùs possumus, quàm æmulari. *Terent. in prol. Andr.* Quorum æmulari exoptat negligentiam potius quàm istorum obscuram diligentiam. *Horat. lib.4. Carm.* Pindarum quisquis studet æmulari ¶Interdum sine casu. *Plaut. in Mercat.* AEmulari quia non licet, inuidet. ¶Interdum ponitur pro inuideo, & tum datiuo ferè semper iungitur. [*Quintil.* Qui veteribus æmulantur. *Liu. 8. bell. pun.* Tanquam ab infimo mihi periculum sit, ne mecum æmuletur. {קנא *kinni.* φθονέω. GAL. Estre marri qu'on n'a ce qu'a vn autre. ITA. *Inuidiare amaramente con dispio di hauere lo altruy.* GERM. Vergönnen/ vergünstig sein. HIS. *Auer embidia, remedar en mal.* ANG. *To enuie.*} *Cic. 2. Tusculan.* Obtrectare alteri, aut illa vitiosa æmulatione, quæ riualitati similis est, æmulari, quid habet vtilitatis? *Et paulò pòst.* Quumque corporis facibus inflammari soleamus ad omnes ferè cupiditates, eóque magis incendi, quòd his æmulemur, qui ea habent, quæ nos habere cupiamus, &c. *Propriè autem Aemulari significat cum quadam inuidia atque ambitione & quasi certamine conari alienum opus superare, vt inde maiorem gloriam consequamur; quàm ille quem æmulamur. *Plin. ad Genit. lib.7.* Tu mihi bonum animum facis, qui libellos meos de vltione Heluidij, Demosthenis orationi Φ μισθῦ confers. Quam sanè cùm componerem illos, habui in manibus, non vt æmularer (improbum enim ac pene furiosum) sed tamen imitarer, & sequerer tantum quantum aut diuersitas ingeniorum maxima & minimi, aut causæ similitudo pateretur.

AEMVLATIO, Imitatio virtutis, inuidia. Nam & in bonam & in malam partem accipitur, {קנאה *kineáh.* ζῆλος, ζηλωμα. GAL. Enuie d'ensuiure quelqu'vn, ialousie. ITA. *Il contrefare, l'imitare altri in qualche opera indiuidiosamente.* GE. Nachfolgung/ Eifer. Item Vergunst. HISP. *Remedamento en bien ò en mal, embidia.* ANG. *Following of vertew, anitie in following the naders of another.*} *Cic. Tusc.* 4. Aemulatio dupliciter dicitur, vt in laude & in vitio nomen hoc sit. Nam imitatio virtutis, æmulatio dicitur: & est æmulatio ægritudo, si eo, quod concupierit, alius potiatur, ipse careat.

AEMVLATOR, oris, idem quod Aemulus. *Cic. Attic. lib.1.* Seruilius æmulator Catonis. ζηλωτὴς.

AEMVLVS, Inuidus. {מקנא *mekanné.* φθονερός. GA. Imitateur, enuieux. ITA. *Imitatore della altruy opera, inuidio.* GERM. nachfolger eines dings/ Vergünstig. HIS. *Embidioso en bien y mal.* ANG. *An follower, that enuyeth.*} ¶Demit honorē æmulus Aiaci (Vlysses) 13. *Metam.*] vt, Aemula senectus, *apud Virg. Æn.* Quæ quasi inuidere nobis videtur iucundioris ętatis fœlicitatem. ¶Item eiusdem rei studiosus, sectator, atque imitator. ζηλωτὴς [*Plau. pseud. sc.2.a.2.* Leonum æmuli lanij, quia vt lenones iureiurando malo rem quærunt.] *Cic. Att.6.* Licebit eum solus ames, me æmulum non habebis. ¶Eiusdem musæ æmulus, pro eiusdem artis studioso, vsurpatur *à Gellio* prouerbii vice. * Æmulus alicuius de re aliqua, Id est contendens cum aliquo de re aliqua. *Plin. lib.15.cap.18.* *Fama æmula Herculei laboris, Id est nō minor quàm quæ de Hercule olim ferebatur: vel quàm si aduentaret Hercules. *Sil. Italic. lib.4.* [*Velleius*, Æmula imperii Carthago.]

AENEATORES, Dicti sunt tubicines ab ænea tuba, {מחצוצרות *machtsir.* σαλπιστὴς. GAL. Trompeteurs. IT. *Trombetti.* GER. Trommeter. HIS. *Tañedores de trompetta.* AN. *Trompetterres, which bloweth the trompette.*} *Ammian. lib.19.* Quum superesset exiguum noctis, æneatorum clangore ductores vrbem, vt mox casuram, terribili corona cinxerunt. *Suet. in Cæs. Dict. cap.32.*

AENI INSVLA, αἰνὶς νῆσος, Est insula in sinu Arabico. *Ptolem.*

AENIA, αἰνία *Stephano*, Oppidum est Perrhæborum non procul ab Achæloo fluuio: *Cuius meminit Strabo lib.8.*

Ænienſis, gentile, quo vtitur *Plin. 4. cap.9.* & Ænian anis, αἰνίαν, *Straboni*, sicut Acarnan, anis.

Ænianicus, denominatiuum: vt Æninicus sinus, αἰνανικὸς κόλπος.

AENIGMA, atis, {חידה *chidháh.* αἴνιγμα. GAL. Enigme, Sentence obscure & couuerte. ITAL. *Enigma, allegoria obscura.* GERM. Ein rätzel. HI. *Sentencia obscura.* ANG. *A riddle, ò intricat question.*} Obscura allegoria, vel quæ difficilè intelligitur, nisi aperiatur, ab αἰνίσσω, obscurè loquor, innuo. Innuitur enim quiddam, quod pluribus explicandum est. Huiusmodi est illud libri Iudicum, De comedente exiuit cibus, & de forti egressa est dulcedo. *Gel. lib.22.c.6.* Quæ Græci dicunt Ænigmata, hoc genus quidam ex nostris veteribus Scrupos appellarunt.

AENIGMATICVS, a, um, αἰνιγματικὸς, Obscurus, & ænigmaticus, inuolutus.

AENIGMATISTES, αἰνιγματιστὴς, Qui ænigmata facit, seu proponit. *Hieronymus contra Iouin.* Sed quid ad nostrum ænigmatistēn, cuius libros multò difficilius est nosse, quàm vincere?

AENIOCHI, Vide Heniochi.

AENOBARBVS, dictus est Domitius. {GE. Der Keiser Domitius von seinem roten oder kupfferfarben bart.} quoniam Castor & Pollux quum victoriam illi nuntiarent, ipseque minimè crederet narrantibus, malas, barbámque manibus permulserunt, & eam ex fusca in flauam conuertit: vnde à barba rutila, æneique coloris Ænobarbus dictus, quod postea Domitiorum cognomen fuit. [*Vide Suet. in Neron cap.1. & Plut. in Paulo Æmyl.*]

AENOS, αἶνος *Stephano*, Oppidum Thracię liberum, cum Polydori tumulo. *Plin. lib.4.c.11 Strabone*, Poltiobria dicitur. Oppidum hoc Virg. credi vult ab Aenea conditum fuisse, & ab eo nomen accepisse, *quum ait, lib.3. Æneid.* -feror huc, & littore curuo Mœnia prima loco, fatis ingressus iniquis, Aeneadásque meo nomen de nomine fingo. *Ser.*

Aenum, genus vasis, ab ære, quod & cacabus siue caldare dicitur, χαλκεῖον. Diuiditur quandoque diphthongus per diæresim, & tunc (*vt Seru. docet*) aspiratio interponitur, *vt apud Horatium*, Sub noctem gelidam lignis calefactat ahenum. *Virg* Aut foliis vndam tepidi despumat aheni.

Aenus, adiectiuum, idem significat quod æreus. *Virg. 8. Æneid.* Et luce coruscus ahena. Quem Virg. locum *Gell. lib.2. cap. 3.* testatur se vidisse in vetustissimo exemplari, & Virgilij (*vt ipse credebat*) archetypo: vbi aspiratio in dictione aena non interposita erat literis, quemadmodum nunc scribimus: sed Græcorum more literis supe. posita.

Ænus, adiectiuum. Vide AHENVS.

AENVS, αἶνος, Germaniæ fluuius est, Vindelicos à Noricis diuidens. *Ptolem.*

AEOLIA, αἰολία *Stephano*, Insula est Siciliæ adiacens, vna earum quæ à Græcis Hephæstiades, à Latinis Vulcaniæ appellantur, & Æoliæ. Putatur eadem esse quæ alibi Vulcaniæ vocat. Ita[illegible]

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Æolus, quamuis Vulcanius omnibus imperaret, præcipuè domicilium habuisse fertur. *Plin. lib. 2. cap. 150.* Æoli insula iuxta Italiam cum ipso mari sit per aliquot dies sociali bello, donec legatio Senatui placuit. Meminit huius & *Homerus lib. 10. Odyss.* Αἰολίῳ δ' ἐν νήσῳ ἀφικόμεθα. *Et huius imitatus Virgil. lib. 1.* Ventorum in patriam, loca fœta furentibus Austris, Æoliam venit. ¶ A quibusdam etiam Æolia dicitur, regio minoris Asiæ, Hellesponto, & Propontidi adiacens, quæ olim Mysia dicebatur. Verùm hanc cum Plinio, Strabone, Mela, cæterisque Geographis melius Æolidem appellaueris. *Vide paulò pòst in dictione* AEOLIS. ¶ AEOLIAE INSVLAE, quæ & Vulcaniæ νησιῶτιδες: Insulæ sunt numero septem, non procul à Peloro Siciliæ promontorio dissitæ: de quibus sic scribit *Plin. lib. 3. capite 8.* Citrà verò Siciliam ex aduerso Metauri amnis XII. millibus fermè passuum ab Italia, septem Æoliæ appellatæ. Eædem Liparæorum, & Hephæstiades à Græcis, à nostris Vulcaniæ. Dictæ Æoliæ, quod Æolus Iliacis temporibus ibi regnabat. Harum insularum nomina sunt, Lipara, Hiera, Strongyle, Dydime, Ericusa, Phœnicusa, & Euonymus, *Plinius eodem lib. capit. 5.*

AEŎLĒS pen. corrept. αἰολεῖς. Populi fuerunt Græci ita dicti ab Æolo Hellenis filio. Hi relicta patria, in Asiam traiecerunt, sedibúsque in Mysia minore fixis, Æolidem à sese vocauerunt. Antea Pelasgi dicebantur, *teste Herod. lib. 7.*

AEŎLICŬS, a, um, αἰολικός: vt lingua Æolica: vna ex quinque Græcorum dialectis.

AEŎLĬDĒS, αἰολίδης, dictus est Vlysses ab auo Æolo, qui filium habuit Sisyphum ex quo & Anticlea ante Laertæ nuptias natus est Vlysses. *Virg. lib. 16.* Comes additur vnà Hortatoꝛ scelerum Æolides. Hoc etiã nomine vocat Virg. Misenum Æneæ rubicinem. Misenum, inquit, Æoliden, quo non præstantior alter Ære ciére viros.

AEŎLĬS, idis, αἰολίς, Regio est in minore Asia, Lecto promontorio à Troade, Hermo autem fluuio ab Ionia diuisa: ita dicta ab Æolibus Græciæ populis qui duodecim in ea vrbes ædificarunt, *teste Herodoto lib. 1.* Antea Mysia dicebatur. *teste Plin. lib. 5. cap. 30.* {GER. Ein landtschafft deß minderen Asiæ.}

AEŎLŬS, αἰολός, pen. corrept. Iouis filius ex Aceste siue Sergesta filia Hippotæ Troianitã quo Hipporades dicitur. {GER. Ein Son Jouis/ ist fur ein Gott der winden gehalten worden.} *Ouid. 11. Metamorph.* Quod facer Hipporades tibi sit, qui carcere fortes Contineat ventos. Hic in hospites benignus fuisse, & Æolias à se nominatas insulas in ora Siciliæ tenuisse perhibetur, & in his Strongylen, ex cuius fumo, quinam flatus futuri essent, in triduum prædicebat. Vnde ventorum rex putatus est. ¶ Æolus Hellenis filius, à quo ventorum rationem primò inuentam tradit *Plin. lib. 7. c. 1.*

AEOS, αἰός, Typhonis fuit filius, quem quidam scribunt Paphon Cypri ciuitatem condidisse: quum tamen sint, qui Paphi Pygmalionis filii opus esse scribant.

AEPEA, αἴπεια *Stephano*, Agri Laconici oppidum, non procul à Pharis. *Strabo lib. 8.* Æpea hoc tempore Thuria dicitur, quàm Pharis conterminam commemorauimus: sita verò est in excelso colle: vnde αἰπεια, id est, celsa, nomen sortita est.

AEPOLŬS, penult. corrept. αἰπόλος. Pastoris nomen apud Theocritum, per syncopen dictum (vt quidam putant) pro αἰγοπόλος, ὅτι τὰς αἶγας, ἢ ποιμὴν τὰς αἰσυρίσμασι: quasi ἐκ τοῦ τὰς αἶγας αἰσυρίζων. Latinè Caprarium vertere possumus. Nã illi αἰπόλιον dicunt, quem nos Caprarũ gregem.

AEPVLO Istriæ rex fuit, *teste Liuio*, qui à Romanis victus, ferro se maluit occidere, quàm viuus in Romanorum potestatem venire.

AEPY αἶπυ, Vrbs fuit sub ditione Nestoris, quam Ὄκτιλον, hoc est, bene munitam dixit *Hom. lib. Iliad. 2.* Et in montibus sitam esse dicit *Stat. lib. 4. Thebai l.* quum inquit, Quos Thryon & summis ingestum montibus Æpy. Vnde & nomen accepisse videtur quòd edito in loco situm esset. Nam αἶπυς, idem est quod altus, siue excelsus. Meminit vrbis huius *& Strabo lib. 8.*

AEQUABĬLIS, Vide AEQVVS.

AEQUÆVŬS, Æqualis, eiusdé ætatis, ab æqualitate æui. {גיל *cheghíl.* ἡμιλίς. GAL. D'vn mesme aage. ITA. *Della medesima eta.* GER. gleiches alters. HIS. *Cosa di ygual edad.* ANGLI. *Of the same eage.*} *Virg. 2. Æn.* Vt regem æquæuum crudeli vulnere vidi Vitam exhalantem. Nomen est propriè poeticum: nam Æqualis oratorium est. *Plin. tamen hac voce est vsus lib. 6. c. 44.*

AEQUAMENTUM, Æquatio est: quod & Libramentum dicitur, æqua vtrique portione propendente: ῥάθμους. *Sic enim vertit Gaza locum Arist. de Animalibus.*

AEQUANĬMIS, & hoc Aequanime, & Aequanimus, a, um, qui est æqui animi, qui nec prosperis extollitur, nec aduersis frangitur. {ארך אפים *ereeh appáim* δυνωμων, δυπεικὴς. GA. Qui prend bien les choses qui surui enent sans se fascher & ennuyer. ITA. *Quello che è d'animo temperato.* GE. Gustmuttig. HISP. *Paciente y suffrido.* ANG. *Patient, which taketh all in a good parte.*} *Ausonius*, Aequanimus fiam te iudice, siue legenda, Siue tegenda putes carmina quę dedimus.

AEQUANĬMITAS, Fauor, & propitius animus. {ארך אפים *óreeh appájim.* δυνωμοσύνη, δυπείκεια. GAL. Patience. ITA. *Temperanza d'animo.* GER. Gustmut. HISP. *Pacientia, y suffrimiento.* ANG. *Patience in aduersitie as in prosperitie.*} *Terent. in Adelph.* Facite, æquanimitas vestra Poetæ ad scribendum augeat industriam.

Aequanimiter, Moderatè, patienter, æquo animo, δυνωμόνως, siue δυσύμως, *Macrob. Satur. lib. 2. c. 4.* Cùm æquanimiter aliqua etiam iocis mordaciora pertulerit.

AEQUATĬO, Vide Aequo, æquas, in AEQVVS.

AEQUATŌR, toris, Circulus in cælo, sphæram diuidens in duas partes æquales, parem vtrinque versus polos mundi distantiam relinquens, in quem quum Sol inciderit (quod bis contingit in anno: semel in principio Arietis, atque iterum in principio Libræ) dies fiunt æquales nocti in toto orbe terrarum. ἰσημερινός.

AEQUĒ *Vide* AEQVVS.

AEQVI, Populi fuerunt Italiæ, Latinis & Volscis finitimi, à Quinto Cincinnato Dictatore ad internecionem deleti.

AEQVĪCVLĀNI, Italiæ populi, Sabinis ad Orientem proximi: quorum oppida sunt Cliternum, & Calceoli. Horum meminit *Plin. li. 3. c. 12.* Iidemà *Vir. 7. Æn.* Aequicolæ vocantur. Horrida (*inquit*) præcipuè cui gens, à suetáque multo Venatu nemorum, duris Aequicõla glebis. Eosdem & Aequicolos dictos inuenimus. *Ouid. 3. Fast.* Quintum Laurentes, bis quintum Aequicolus acer.

[Aequicus, a, um, *Liuius li 3. ab Vrb.* Bellum Æquicum.]

AEQUIDĀLĒ, Dictum ab antiquis, quod nunc dicimus Aequinoctiale, quia nox diei potiùs, quàm dies nocti annumerari debet. ἰσημερινόν. Sic etiam Aequidies ἰσημερία, quod nunc Aequinoctium. Festus. * *Archithrenius lib. 8. c. 9.* Aequator solem statione reflectit Aequidiémque facit.

AEquidici versus dicuntur, qui singulis propositionibus ἀπόδειξις apparant versus dictiones, vt, Alba ligustra cadunt, vaccinia nigra leguntur. Albis enim nigra, ligustris vaccinia, attribuit, & cadentibus legenda assignauit. *Hæc ex Diomede Grammatico lib. 3.*

AEQUIFORMIS, ἰσόσχημος, vt versus æquiformis, *apud Diomedem Grammatic. lib ro 2.*

AEquilatatio, τὸ ἰσοπλατές. Nomen duriusculè compositum ex æquo & latum, quasi æqualium linearum secundum latitudinem productio *Vitruu. lib. 2. c. 8.* Tunc ab centro diducto circino ad lineam planitiæ æquilatatio signetur.

AEQUILĀNIUM, videtur ex equus & lana compositum. *Festus*: Æquilanium significat ex toto dimidium, dictũ à lauatione lanæ quæ dicitur equilanio redire (quum dimidium decidit sordibus. Scribitur in nonnullis codicibus, Æquilauium, vt sit ab Æquus & lauo, lauas.

AEQUILĪBRIUM, Æquario libræ. {משקל *péles mischkál.* ἰσορροπία. GA. Pareil poids, entre deux fers. ITAL. *La languetta della bilanza.* GER. Gleiche der wag/ wann die wag gleich insteht. HISP. *Peso que ygua'a à otro tanto peso.* ANG. *Equall weight.*} quod & Aequamentum & Libramentum dicitur, & Trutina, quum pro bilancis seu stateræ lingua sumitur. βοτὴ. *Gellius*: Nunc cui membrum ab alio ruptum est, si ipse itidem rumpere per talionem velit, quæro an efficere possit rumpendi pariter membri æquilibrium.

AEQUILĪBRIS, & hoc bre, penultima producta, Ex Aequus & Libra compositum, propriè significare videtur, quod ad libram æquali constat pondere, vt si dicas, Hi nummi sunt æquilibres, id est, æquali pondere. {במשקל אחר *bemischkál echádh* שויה *schoveh.* ἰσόρροπος. GALL. Tout d'vn poix, d'vn mesme poix. ITA. *Di vgual peso.* GERM. Gleich gewichtig. HISP. *De peso ygual.* ANG. *Of the same weight.*} Transfertur tamen ad aliam æqualitatem. *Vitruu. lib. 5. cap. 12.* Sesquipedales margines struantur æquilibres ei planitiæ, quæ suprà scripta est, hoc est, omnino æquales, quasi ad libram æquati, vel quasi æqualiter librari.

AEQUILĪBRITAS, atis, æquabilitas, æqualitas. ἰσονομία. {ANGL. *Equalitie, of weight.*} *Cicero 1. de nat. Deorum*: Confugis ad æquilibritatem: sic enim ἰσονομίαν (si placet) appellemus.

AEQUIMANUS pen. cor. idem quod ambidexter.

AEQVIMELIVM, Locus Romæ, vbi domus Melij solo æquata fuit. Spe enim Melius ob frumenti largitionem in suspicionem affectatæ dominationis venit: & quum ad populi fidem fugeret, à Seruilio Halà magistro equitum comprehensus & occisus est; domúsque eius diruta, & area Æquimelium dicta. *Ex Tito Liuio 1. decad. lib. 4. Cicero pro domo sua*, Melii regnum appetentis domus est complanata. Et quid aliud æquum accidisse Melio Populus Rom. indicauit: Nomine ipso Æquimelii stultitiæ pœna comprobata est.

AEQUIMENTUM, *ait Nonius*: sed melius Equimentum: *de quo vide suo loco.*

AEQUĪNOCTIUM, Ab æqualitate noctium dicitur: quòd tunc dies & nox horarum spatio æquales sint. {שוויהיום *schivvúi haiyóm.* ἰσημερία. GAL. L'equinoxe. ITA. *Equinottio.* GERM. Die zeit/so tag vnd nacht gleich sind. HIS. *Laygualdad deldia y de la noche.*} *Cic. ad Attic.* Nunc quidem æquinoctium nos moratur, quod valde perturbatum erat. [Æquinoctij periphrasis elegans est apud *Ouid Eleg. 11. l. 3. Trist.* Impositámque sibi qui non bene pertulit Hellen, Tempora nocturnis æqua diurna facit.] Duo sunt autem æquinoctia. Vernale scilicet & Autumnale. Vernale sit quarto Idus Martias, vel circa octauum Calend. April. & in octaua parte Arietis conficitur. Autumnale decimo octauo Calend. Octobr. ante Vergiliarum occasum, diebus quadraginta. Annum enim olim in duas tantùm partes diuidebant, hoc est, in æstiuum & hyemale solstitium.

AEQUINOCTIĀLIS, adiectiuum, ἰσημερινός. GAL. Equinoctial. ITAL. *Cosa pertinente all equinottio.* GERM. Das zu der tags vnd nachts gleiche gehört. HISP. *Cosa de aquella ygualdad.* ANGL. *Equinoctiall.*} vt, Tempus æquinoctiale, & Horæ æquinoctiales, quarum 24. exæquant diem naturalem. *Plin. lib. 2. c. 73.* Sic fit, vt vario lucis incremento in Meroë longissimus dies XII. horas æquinoctiales, & octo partes vnius horæ colligat. *Catull.* Iam vere gelidos refert tepores, Iam cæli furor æquinoctialis, Iucundis Zephyri silescit auris.

AEQUĪPĂRO, as, penultimà correpta, Comparo, æquo, {שוה *schivváh.* דמה *dimmáh.* ἰσόω. GAL. Egaler, parangonner. ITA. *Agguagliare*, GER. Vergleichen. HIS. *Ygualar vna cosa à otra.* AN. *To cõpare, to mak equal.*} *Cic. 5. Tusc.* Nemo est qui factis me æquiparare possit. *Virgil. 3. Eclog.* Nec calamis solùm æquiparas, sed voce magistrum.

AEQUĪPĂRĀBILIS, & hoc le, Comparabilis, æqualis. {דמה *doméh.* ἰσάσιος. GALL. Equiparable, digne d'estre egale. ITAL. *Cosa che si può comparare.* GER. Gleichlich/ Das wol zuuergleichen ist. HIS. *Cosa que se puede ygualar.* ANG. *Equall, comparable.*} PLAUT. *in Trin.* Ita tu nunc dicis, non esse æquiparabiles vestras cum nostris factiones, atque opes.

AEQUIPĂRĀTIŌ, Comparatio, æquatio. {דמיון *dimjón.* ἴσωσις, σύμβλησις. GALL. Egalement, comparaison. ITAL. *Comparatione, parragone.* GER. Vergleichung. HI. *Ygualdad.* ANG. *Comparaison.*} *Gell. l. 4. cap. 3.* AEquiparatio ipsa plerumque, & parilitas virtutum inter se consimilium.

AEQUIPĒS, ἰσόπους, ἰσοσκελὴς. *Apuleius lib. de Dogmate Platonis*: Æquipedum verò trigonum efficere ex sese quadratum: Quadratum verò cubum. *Diomedes Gram. lib. 3.* Æquipedi sono tubicen spondalium canere iubebant.

AEQUIPŌLLĔO, les, per duplex Ll, Parem potestatem habeo, idem valeo, ἰσοδυναμέω. AN. *To haue equall power.*} & Æquipollentia, æquiualentia. *Perottus*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Æquipõndium, ex adiectiuo Æquum, & Pondus. Ponderis æqualitas, {פלס כמשקל *pelés kemischkál*, ἀισοσταθμία. GAL. Egal poix. ITA. *Contra peso giusto*. GERM. Gleich gewichte. HISP. *Peso que ygual à otro tanto peso*. ANG. *Equall weight*.} Vt si dicas, Aurum dedi ad argenti æquipondium. Legitur hoc nomen *apud Vitruuium, lib. 10. ca. 8. apud quem & Sacoma pro eodem.*

Æquitās, Æquo, æquas, Vide AEQVVS.

Æquiuălĕo, es, penultim. corrept. æquipolleo: assequor, tantundem valeo, {ערך שוה *schaváh* ערך *arách*. ἰσοδυναμέω, ῶ. GALL. Valoir autant. ITAL. *Poter parimente* GERM. Gleich vermögen/gleich gelten. HISP. *Valer otro tanto*. ANG. *To be of alyk valeur*.} *Ouid. de Philomela*, Nam quã uis aliæ uolucres modulamina tentent, Nulla potest modulis æquiualere tuis.

Æquiuŏcum, A Martiano vocatur Pluriuocum; quando pluribus rebus eadem est appellatio: vt Aries. Nam & machinamentum quo muri expugnantur, & sidus in cœlo, & animal in terris Aries vocatur. ὁμώνυμον.

Æquŏr, oris, Mare dicitur, quòd æquam superficiem habeat, siue planum sit nullis iam à tempestate fluctuantibus procellis. {מישור *mischór*. πέλαγος. GALLIC. Vne plaine, le plan de la mer. ITAL. *Mare, pianura*. GERM. Das meer. HIS. *Lanadura del mar ò del campo*. ANG. *The sea*.} *Cicer. Academ. Quæst.* Quid tam planum quàm mare: ex quo etiam æquor illud poetæ vocant. *Virgil. Aeneid.* 1. Heu quæ nunc tellus, inquit, quæ me æquora possunt Accipere? *Idem Georg.* 3. At priùs ignotum ferro quàm scindimus æquor. [*Gell. c. 1. lib.* 12. Ne æquor illud ventis irrugetur.] ¶ Interdum ponitur pro planitie ipsius terræ. *Cic. de Diu.* 1. Sic enim Ægyptij, sic Babylonii in camporum patentium æquoribus habitantes, quum ex terra nihil emineret, quòd contemplationi cæli officere posset, omnem curam in siderum cognitione posuerunt. ¶ Quandoque pro aëre. *Virg.* 1. *Æn.* Aspice bis senos volitantes æquore cygnos.

Æquŏrĕus, a, um, Quod ad æquor pertinet, πελάγιος. *Mart. lib.* 13. Hic scarus æquoreis qui venit obesus ab vndis. *Virgil.* 4. *Æneid.* Et genus æquoreum, pro piscibus. *Bustum æquoreum, Id est sepulchrum in littore maris erectum. *Valer. Flac. lib.* 5. *Argonaut.* Talis ab æquorei consurgens aggere busti Emicuit.

Æquŭs, a, um, in quo nihil eminet, nihilque est inæquale. {ישר *iasschar* שלם *schalém*. ὁμαλὸς, ἴσος. GALL. Plain & vni, esgal, raisonnable, equitable. ITAL. *Vguale, piano, giusto*. GERM. Eben/gleich. HISP. *Cosa ygual, ò iusta ò iusticiera*. ANG. *Plaine, egall.*} *Cic. pro Cæcin.* Sed ne æquo quidem & plano loco. ¶ Interdum ponitur pro integro, probo & iusto, quique nullam in partem se inclinet. *Cicero 6. in Verrem*, Prætor æquus, & sapiens dimitti iubet Senatum. {GERM. Ein billicher/ein gerechter.} [Si animus est æquus satis est, qui bene vitam colas. *Plaut. Aul. sc.* 4 *a.* 1. Æquus erit scriptis. *Ouid. El. vlt. lib.* 3 *Trist.* æqui & iusti hîc eritis omnis arbitri. *Plaut. in Prolog. Amphitr.* Æquum oras, *Plaut. Men. sc.* 2. *a.* 1. Optimum & æquissimum orat. *Pl. Men. sc. vlt.* Item pro, vt decet: iterum saluto primum, vt æquum est. *Pl. pseu. sc.* 5. *a.* 1. Deos maximè æquum est metuere (id est, Iuste & raisonnable) *Pl. pseu. sc.* 3. *a.* 1.] ¶ Ponitur aliquando pro fauente, vel sufffragante: & hoc interdum cum datiuo, [vt æquis oculis aspicienda paupertas. *Senec. c.* 9 *de Tranq.* Scilicet hoc ipso nunc æqua mihi Musa quæ obfuit ante. *Ouid. El. eg.* 1. *l.* 4. *Trist.* Æquo animo ignoscas mihi, id est, placato. Item æquo animo, id est, forti *Cæs. l.* 1. *de bell. ciu.*] Te mihi æquum præbere debebis. *Cicero ad Attic.* Consequêris, vt eos ipsos, contra quos statuas, æquos placabilésque dimittas. Ad rem quoque aliquando refertur, vt Æqui conditio, æqua lex, æqua postulatio. [*Plaut. Asin. sc* 3. *a.* 1. Quid me æquum censes pro illa tibi dare. *Idem Amphitr.* Haud æquum facit, qui quod didicit id dedicit. Æquo maius dolore, *Senec. c.* 3. *de consol. ad Mart.* (id est quàm par est) ex æquo dolorem patiuntur viri & mulieres. *Senec. c.* 15. *de consol. ad Mart.* Mirari non est æquum (id est non decet.) *Plaut. in Amphic. prologo*: item Æquum esse putat, non reputat laboris, quid sit. (i. leue, facile) *Plaut. Ibid. sc.* 1. *a.* 1. Æquis conditionibus bellum componere. *Velleius.*] *Terent. in Eun.* Quare æquum est vos cognoscere & ignoscere. Aliquando æquus, pro æquali legitur, siue æquè magno. *Terent. in Eunucho*, O Thais, Thais, vtinam esset mihi pars æqua amoris tecum. *Virgil. Æneid.* Sequitúrque patrem non passibus æquis. [Æquis manibus dirimere pugnam. *Liu. Senec.* 1. viribus paribus.] Ad pedes quando adiectum est (vulgò alligatus es) æquum centupondium (i. quod te exæquat atque expendit) *Pl. Asin. sc.* 2. *a.* 2.]

¶ Æquum neutr. gener. idem quod æquitas, τὸ ἐπιεικὲς. *Virgil.* 2. *Aeneid.* Cadit & Ripheus iustissimus vnus, Qui fuit in Teucris, & seruantissimus æqui. Estque naturalis quædam moderatio, quæ in pectoribus hominum residet, nec satis legi præscribi potest. Definitur aliter absoluta bonitas & æquitas, & viri medulla, germanáque iustitia. Item ius non lege comprehensum; id est, legitimum, sed legitimi iuris emendatio, Græcè δίκαιον. Æquus iudex, quem vulgus non suspectum iudicat. Æqui bonique facio, in bonam partem accipio. {ὑπολαμβάνειν τινί. GALL. Prendre en bonne part. ITAL. *Pigliare in buona parte*. GERM. Zu dem besten theil auffnehmen vnd verstehn. HISP. *Tomar in buena parte*. ANGL. *To tak in agood part*.} Potest etiam accipi pro non magni pendo. εὐλογιστεῖν πρὸς τι. *Terent.* Cæterùm equidem istuc Chreme, æqui bonique facio. *Liu.* Ne serpat latiùs contagio eius mali, nos æqui bonique facimus. *Cic. ad Attic.* sine copula dixit, Æqui boni facit. Hæc loquendi formula à iurisperitis est profecta. Illi enim Æquum bonum appellant, quando non stricto & summo iure, sed ex æquitate naturali, quæ est legitima iuris moderatrix, negotium deciditur. ¶ Ex æquo & bono statuere, arbitrari, censere, æstimare. ¶ Æquum & bonum impetrare, id est, suum obtinere, rem suam recipere, quod æquum erat auferre. *AEQVVS Cluilius Dux Volscorum qui à M. Geganio Consule ad deditionem coactus, suis sub iugum missis, ante Consulis triumphantis currum ductus est. *Liu. 1. Decad. lib.* 4.

Æquābĭlis, æqualis. {ישר *jaschár*. ἴσος, ὁμαλὸς, εὐνομος. GALLI. Egal, bien proportionné. ITA. *Vguale*. GER. gleich. HISP. *Cosa tambien ygual y amigable*. ANG. *Egall.*} *Cicero Offic.* 1. Sed hoc colendum est æquabile, & temperamentum orationis genus: hoc est, quod vno tenore incedit, nec multis figuris & affectibus variatur, sicut solet orationum stylus. *Idem pro Cecinna*, Quod æquabile inter omnes, & omnibus vnum esse possit. [Vis hostilis fecit meas opes cum isto æquab. l. s. (i. æquauit) *Pl. Capt. sc.* 2. *a.* 2.]

Æquābilitās, æqualitas. {ישר מישור *jóscher mischór*. ἰσονομία, ὁμαλότης. GAL. Egalité. IT. *Vgualita*. GER. gleichförmigkeit. HIS. *Ygualdad*, ANGL. *Equalitie*.} Idem ferè quod æqualitas, hoc est, certus quidam rerum modus, & constantia: vel sibi constans, & nulla parte in vitium inclinans ratio: vt Æquabilitas vitæ, in quâ nulla est perturbatio, neque varietas aut discrepantia. *Cic. 1. Offic.* In liberis verò populis, & in iuris æquabilitate exercenda etiam est facilitas. *Ibidem*, Æquabilitas tum vniuersæ vitæ, tum singularum actionum maximè decora est.

Æquābilĭtĕr, ὁμαλῶς, ἰσονομικῶς. *Idem* 2. *Orat.* Genus facetiarum æquabiliter in omni sermone fusum. *Idem* 2. *de Natur. deorum*, Tactus autem totó corpore æquabiliter fusus est.

Æquālis, par, æquè magnus, æquabilis. {שוה שׁוה *scevéh schaavéh*. ἴσος, ὁμαλὸς. GALLICE. Pareil, esgal. ITALICE. *Piano, vguale*. GERMANICE. gleich. HISPAN. *Cosa ygual à otra cosa*. ANG. *Alyk, equall.*} *Cicer.* 3. *de leg.* Paupertatem diuitiis etiam inter homines æqualem esse voluimus. *Item* 3 *de Oratore*. Et Cretici æqualis Pæan, qui spatio par est syllaba longior. ¶ Interdum accipitur pro simili, ὅμοιος. *Plin.* Quum & ipse æqualem fortunam expertus fuissem. ¶ Refertur & ad ætatem, dicuntúrque æquales, ἥλικες, qui pares sunt ætate, & æquè multos numerant annos. Coætanei verò ἡλικιῶται dicuntur, qui ætate eadem vixerunt, etiamsi alter altero annis multis fuerit maior. Sic Ciceronem, & Augustum coætaneos fuisse dicemus, æquales verò nequaquam. *Cicer. in Catone*, Nec cum æqualibus solùm, qui pauci admodum restant. *Idem de Clar. Oratoribus*, Liuius Ennio æqualis fuit. ¶ Prouerbialiter dicimus, Æqualis æqualem delectat, ἥλιξ ἥλικα τέρπει: pares enim facillimè congregantur. Nam prima familiaritatis conciliatio proficiscitur ab ætatis æqualitate, quam Græci vocant ὁμιλικίαν. Ad quod alludens *Homerus in Odyss. o*, ait, -ἀεὶ δέ τε κ' ὁμήλικας ἐγείρει. id est, quin etiam sumus æque qui æqui. *Vide Aristotelem primo Rhetoric.* [Aequalis huius temporis. *Velleius.*]

Æquālĭtās, Similitudo, paritas, seu æquabilitas. {ישר מישור *jóscher mischór*. ὁμαλότης. GALL. Esgalité. ITAL. *Vgualita*. GER. gleiche. HISP. *Ygualdad*. ANGLI. *Equalitie, lyknes.*} *Cic. Top.* Multa autem sunt quæ æqualitate ipsa comparantur. *Plin lib.* 30. *cap.* 31. Carnésque quæ excrescunt, ad æqualitatem redigit: explet quoque, & ad cicatricem perducit. ¶ Parœmia Pythagorica est, Amicitia æqualitas, Amicus alter ipse, Τὸ φιλίαν ἰσότητα εἶναι, καὶ μίαν ψυχὴν. Τὸν φίλον, ἕτερον αὑτόν. Neque enim quicquam non commune, vbi fortunarum æqualitas, neque dissensio, vbi idem animus: neque diuortium, vbi coagmentatio duorum in vnum. *Vide Arist. Magnor. Moral.* 2. *& Plat. de leg.* 6.

¶ Huic prouerbio est illud simile, Æqualitas haud parit bellum, τὸ ἴσον πόλεμον οὐ ποιεῖ. Æqualitate enim continetur concordia, inæqualitas discordiarum est mater. *Solonis est apophthegma in Plutarcho.*

Æquāliter, æquabiliter, similiter, pariter, ex æquo. {בשוה יחד *beschaváh jachádh*. ὁμαλῶς, ἴσως. GAL. Esgalement, pareillement. ITA. *Vguamente*. GERM. gleich sich. HISP. *Ygualmente*. ANG *Equalie.*} *Cic.* 4. *Acad.* Æqualiter omnibus abrogatur fides: hoc est, tàm his abrogatur, quàm illis.

Æquē, aduerbium, pariter, similiter, æqualiter, iustè. {יחד *iachádh* בשוה *beschaváh* כמי *kemischór* בצדק *betsádek*. δικαίως. GAL. Autant, pareillement, iustement. ITAL. *Giustamente, vgualmente*. GERM. Billigkeit. HISP. *Ygualmente ò por tambien, ò iustamente*. ANG. *Equallie, iustlie.*} *Seneca*, Iudex qui parte inaudita altera aliquid statuit, etiam si æquè statuerit, haud æquus fuit. *Cicero* 1. *Offic.* Beneuolentia ciuium non æquè omnes egent. *Idem Famil.* 13. Literæ vtique nostrum propè æquè gratè erant.

¶ Interdum significat Tàm, vel tantùm, vel Similiter, ὁμοίως, & admittit Ac, vel Atque, vel vt, [Nunquam hic argentum æquè bene collocassem (i. tam benè.) *Plaut. Asin. sc.* 3. *a.* 1. Haud æquè magno periculo. *Pl. Menæh. sc.* 3. *a.* 1. Æquè summum periculum, *Liu. l.* 34. faciam vestra latera ita valde varia, vt ne tapeta quidem æquè picta sint. *Plaut. Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Non est æquè quisquam cui æquè melius velim. *Plaut. Capt. sc.* 5. *a.* 3. Nemo est alter cui credi rectè æquè putem. *Asin. sc.* 4. *a.* 2. Non omnia omnibus æquè suauia. *Ibid. sc.* 3. *a.* 3. Nemo est qui æquè faciat confidenter, quàm mulieres. *Plaut. Mil.* 3. *a.* 3. Nullus est hoc meticulosus æquè. (id est, æquè ac hic) *Plaut. Amph.* Et, Qui me æquè fortunatus (i. ac ego) *Plaut. Curc. sc.* 2. *a.* 1. [*Suetonius in Cæsa* Nihil æquè ac iudicis acerbitas profuit. *Terent. in Andr.* Miser æquè atque ego. *Cicero Attic.* Simul quòd æquè ea quæ sunt, vt ea quæ certè futura sunt videre non possum. Interdum admittit quàm, *vt Suetonius in Claud. cap.* 38. Sed nihil æquè, quàm timidus ac diffidens fuit. [*Idem in August. cap.* 64. Æquè exiguo quàm. *Senec. cap.* 11. *de consol. ad Elb.*]

Æquĭtās, Æqualitas, æquum & bonum, æquum. {מישור *mischór* ישר *jeschér* צדק *isédhek*. GALLIC. Egalité, equité, moderation de droict. ITALIC. *Pianura, iustitia*. GERM. Billigkeit. HISP. *La iusticia que riempla derecho*. ANG. *Iustice, equitie.*} *Cicero* 1. *Offic.* Difficile est cùm præstare omnibus cupieris, seruare æquitatem quæ est iustitiæ maximè propria. Sæpenumerò autem accipitur Æquitas pro perfecta quadam ratione, quæ leges, strictúmque ius interpretatur, & emendat nulla Scriptura comprehensa, sed solùm in vera ratione consistens. *Cicero pro Cecinna*, Omnino iam bene agis: à verbis enim recedis, & æquitate vteris. *Idem pro Plancio*, Fugisti sententiam legis, æquitatem omnem reiecisti. ¶ Pro eodem etiam dicimus Æquum & bonum. *Idem pro Cecinna*, Ex æquo & bono, non ex callido verborúmque iure rem iudicari oportet.

¶ Æquitas animi est constantia quædam ac moderatio, quum æquo animo, patienterque omnia ferimus, & in bonam partem accipimus. δυναμοσύνη. *Cic.* 2. *ad Atticum*, Perspice æquitatem animi mei. *Idem de Senectute*, Noui enim moderationem animi tui & æquitatem. Pro eodem etiam legitur Æquitas absolutè. *Idem in Pisonem*, Quo in spectaculo mira Reipublicæ æquitas erat, vtet eorum periisset, tanquam hausta. *Cicero in partition.* duplicem vim æquitatis cõstituit, cuius altera directi, & veri, & iusti ratione constet: altera ad vicissitudinem referendæ gratiæ pertineat, quæ in beneficio Gratia, in iniuria Vltio nominatur.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*AEquiter, ἴσως, aduerb. pro æquè. Accius Antenoridis, Ad populum intelligo referendum, quoniam æquiter sententię fuere. *Liuius Aegisthо,* Nam vt pergam accensa', & præda per participes æquiter partita est. *Nonius.*

AEquo, as, Æquum, siue Æqualem facio, comparo, complano. {שוה *schiwáh* דמה *damáh.* ὁμαλίζω. GALLIC. Applanir, egaler, faire vni. ITALI. *Spianare.* GERMA. Eben machen, gleich machen HISPA. *Ygualar vna cosa à otra.* ANG. *To mak equal or plane, to mak euen.*} *Plinius,* Æquato deinde pauimento infunditur olim. *Cic. in Verr. 6.* Quo in summo est æquata agri planities, & aquę perennes. Et hæc propria est huius verbi significatio. ¶ Per translationem autem significat æqualiter diuido. *Virgil. 1. Æneid.* -operumque laborem Partibus æquabat iustis. ¶ Aliquando continuo. *Idem 9. Æneid.* fœlix si protinus illum Æquasset nocti lucem. * Æquare solo vrbes, domos, turres, ædificia, Vsque ad superficiem terræ diruere & complanare. *Liu. 4. belli. Pun.* Solo æquata omnia inter salinas ac portam Carmentalem cum Æquimelio Lugarióque vico. Sic sæpe legimus vrbem solo æquaram, id est funditus euersam siue dirutam. Æquare solo dictaturam, Metaphoricè dictum pro abrogare, & omnino abolere. *Liu. 6 ab Vrbe.* ¶ Accipitur etiam frequenter Æquare, pro eo quod dicimus, Æqualem vel parem alicui facere, vel etiam quempiam aliqua in re assequi. Atque ita interdum construitur cum præpositione Cum. *Cic. de legib. 3.* Inuentum est temperamentum, quo tenuiores cum principibus se æquari putarint. Interdum cum datiuo, *Idem Offi. 2.* Vt non solum orationes meas, sed hos etiam de Philosophia libros, qui se iam illis ferè æquarunt, studiosè legas. Interdum absolutè. *Cæs. bel. Gall. 1.* Vt æquato omnium periculo spem fugæ tolleret. [*Ouid. El. 5. lib. 4. Trist.* Sic æquet tua nupta virum bonitate perenni. *Idem Ep. 10. l. 3.* Æquato (sup. glacie) siccis Aquilonibus Istro. Item Aequare causas. (i. similes inter se conferre) *Liu. li. 4. d. 4.*] Huius composita Adæquo, Coæquo, Exæquo, & Peræquo, quæ secundum vim præpositionum significant.

AEquātio, verbale, Æqualitas. {ישר *joscher* מישור *mischór.* ὁμαλότης. GAL. Applanissement, egalement. IT. *Pereggiamento, equalita.* GER. ein ebne/ gleiche. HIP. *Obra de ygualar vna cosa à otra.* ANG. *A making of any thing equall or plane.*} *Liu. 4. ab Vrbe,* Nec excellere vnum aut alterum ordinem in ciuitate, sed æquationem ad dignitates fore credidit, &c. [& *lib. 8.* æquario Iuris.]

AEr, {שחק *schách* אויר *avér.* ἀήρ. GA. L'air, vn des quatre elemés I. *Aere, aria.* GER. Die luft. HISP. *Ayre elemento.* AN. *The aire.*} Proprie dicitur medium spatium inter elementum ignis & terram, plus multò habens raritatis, quàm inferiora elementa. *A Virgilio etiam* inane *vocatur in Sileno,* Namque canebat vti magnum per inane coacta Semina [Aëre fulua, (non fuluo) dixit *Ennius 18. Annali. apud Gell. c. 19. l. 13.* Impellens nutantibus aera pennis. *Catull. de co. Beren.* Quot tenerum pennis aëra pulsat auis. *Ouid. Eleg. 2. li. 5. Trist.* Qualis in immenso deferit aëre tellus. *Tib. l. 4.* Nã circũfuso cõsistit in aëre tellus. *Ib.* Siue ego per liquidum volucris vehar aëra pennis. *Ibi.* Aër fluit (de vẽto.) *Gell. capit. vlt. lib. 2.*] Dictus Aër (vt quidam autumant ἀπὸ τοῦ ἄϋειν, ab eo, quòd ferat terram, vel quòd feratur. Sed credo potiùs dici, ab ἄημι, id est spiro: vnde producit vltimam. *Luc. libro 1.* Aer & longi volent Titana labores. Qui corripiunt, Claudiani deprauata lectione falluntur, dum sic legunt, Lucidus vmbroso miscebitur aër Aquerno. vera siquidem lectio non habet Aër, sed Axis. Alioqui neque quantitatis ratio constaret, neque sensus conueniret. Hic autem aer partim ad terrenam, partim ad cœlestem materiam pertinet. Nam ille subtilis, vbi ventosi ac procellosi motus non possunt existere, ad cælestem pertinet partem: iste verò qui volucribus permeatur, & stadiis quadraginta (vt Possidonius ait) à terra distat, quum sit turbulentior, & exhalationibus humidis corporescat, terræ deputatur, atque ex se multas species reddit. Nam commotus, ventos facit: vehementiùs concitatus, ignem & tonitrua: contractus, nubila: conspissatus, pluuiam: congelatis nubibus, niuem: turbulentiùs congelantibus densioribúsque, grandinem: distentus, serenum efficit. Prouerbiali figura dicimus, In aëre piscari, & in mari venari. Vsurpatur à Plauto in Asinaria *sc. 1. a. 1.* quadrabitque simpliciter *in eos qui* frustra moliuntur πρὸς ὄνους τιθέναι: aut qui præpostrè ibi quærunt aliquid, vbi ne sperari quidem possit. Vt si quis in magistratibus vitam tranquillam, in voluptatibus beatam, in opibus felicem quærat.

¶ Aliquando Aer dicitur ventus, spiritus, vel flatus modicus. *Virg.* Aëra dimouit tenebrosum, & dispulit vmbras. ¶ Aliquando dicitur sonus. *Varro.* Anima vt concluſa in vesica, quando est arctè ligata, perculeris, aëra reddet. Est aër omnium rex, & morborum causa. *Hippo. li. de flatib.*

AEripēs, quatuor syllabarum, pen. corr. Celer, quasi Aërios pedes habens. ἀερόπους, κελήτους. *Virg. synæresin fecit,* Fixerit æripedem cursum licet.

AEriūs, adiectiuum quatuor syllabarum, aut Aëreus, {ἀέριος. GAL. De l'air, qui est de l'air. IT. *Fatto di aria.* GERM. Luffrig/ oder was in der lufft ist oder lebt. HIS. *Cosa ayrosa.* ANG. *That which is of the aire.*} Proprie significat quod in aëre fit aut in aëre viuit. *Cic. in Topic.* Deinceps aerij volatus auium atque cantus. *Virg. 4. Georg.* Protinus aërij mellis, cœlestia dona. Mel aërium vocat, quia ex rore colligitur, qui ex aere defluit. [Gyro deuocet aërio. *Tib. de coma Ber.*]

¶ Aliquando altum significat. *Virg.* Nec gemere aëria cessabit turtur ab vlmo. Et Alpes aëriæ. *Idem 3. Georg.* Arces aëriæ, 3. *Æn.* Diuinatio ex aere. [Cornibus aeriis & in sua terga recuruis (de Capella) *Ouid. 5. Fast.*

AEra, ræ, Numeri nota erat in moneta qua eius pretium designabatur. *Lucilius,* Hæc est ratio peruersa, æra numeri subducta improbè. Astrologi quoque temporis initium, à quo supputationem incipiunt, Æram vocant. *Vide Celium Rhodiginum li. 10. cap. 2.*

¶ Æra, ἔρα, Herba triticum enecans, quæ apud nos Lolium dicitur, vt *Dioscor. Plin. lib. 19 c. 17.* Est herba quæ *cicer* enecat, & eruum, circumligando se: vocatur orchebanche: tritaicum simili modo æra.

Ærarius, ærarium, & æratus, vide Æs.

Ærineus, a, um, Quod ex æra factum est. *Plin.* Panis verò cum melle & & ærinea farina, id est, loliacea.

AERA, αἴρα. Oppidum est Macedoniæ, cuius incolæ Ærei αἰραῖοι dicuntur. Alterum ad Hellespontum: à quo gentile Æratες αἰρατης. Tertium in Ionia. *Vide Steph. de Vrb.*

AERIA, ἀέρια. Olim dicta Ægyptus, *teste Stephano.* Aëria, Narbonensis Gallię oppidum, *apud Plin. lib. 3. cap. 4.*

¶ Item insula in mari Ægeo non procul à Nessi fluminis ostio, quæ alio nomine Thassus dicitur. *Autor Plin. lib. 4. c. 12.*

¶ Hoc etiam nomine dicta est insula, quæ notiore nomine Creta appellatur, *vt idem Pl. testatur loco iam citato.*

AErica, Piscis est carniuorus, qui vnus inter omnes pisces pediculis sub brachiis innatis infestatur. χαλκὶς. *Aristoteles* Chalcidem *vocat, si Gaza credimus, qui lib. 8. Hist. anim.* Æricam *vertit, quem Aristoteles* Chalcidem *appellat.*

AErinus, a, um, Siue (vt alij legunt) AErineus, idem est quod Loliaceus. Vnde Farina ærina, vel ærinea quæ fit ex lolij semine. *Plin. lib. 22. capite 25.* Ærina farina magis cæteris purgat vlcera vetera. *Vide* AERA.

AErizūsa, ἀερίζουσα, Gemma est ex Iaspidum genere, ab aërio colore nomen habens. Nam ἀερίζειν, est aërem imitari. *De hac Pl. lib. 37. c. 8.*

AErŏmĕli, ἀερόμελι, Liquor est in Syria præcipuè & Arabia sereno cælo ex aere defluens sub exortum Vergiliarum, plantisque adhærescens & deinde duritiem quandam colligens. A quibusdam ros Syriacus, à recentioribus Manna dicitur. *Vide Ruellium lib. 1. c. 24.*

AErŏpē, per quatuor syllabas, & pe. corr. ἀερόπη. Vxor Atrei, ex qua Thyestes duos suscepit filios, quos postea Atreus fratri comedendos posuit. Quorum scelerum turpitudine ne polluerctur, Solem auersum fabulantur poetæ. *Ouid. 1. Trist.* Si non Aeropen frater sceleratus amasset, Auersos Solis non legeremus equos.

Ærosus, ab ære, qui multum habet æris. Vnde ærosa dicta est Cyprus *ait Festus,* quòd in ea plurimum æris nascatur. Et pecunia ærosa quæ habet æris admixti plurimum, & proinde est adulterina. *Scæuola l. 102. D. de solutionibus.* Mox pecunia qua illa Respublica vtebatur, quasi ærosa sublata est, Græcis χαλκοῦς nummus dicitur.

AErūgo, pen. prod. æruginis. Rubigo, & propriè in ære, vel argẽto, quum viret erit. {ירקון *jerakón.* ἰὸς χαλκοῦς. GAL. Le rouil ou la rouilleure du cuiure ou airain ou d'autre chose. ITAL. *Ruggine.* GERM. Rost des ertzs oder des silbers. HISP. *El mocho de cobre.* ANG. *Rost, wordegreace.*} Rubigo verò, in ferro, & segetibus. ἰὸς σιδήρου. Quanquam & rubigo pro ęris vitio positum inuenitur. *Plin. lib. 34. c. 9.* Æra excersa celeriùs rubiginem trahunt, quàm neglecta, nisi oleo perungantur.

¶ Transfertur ad segetum rubiginem, *vt est apud Theophrast. lib. 4. de causis plantarum,* appellat enim Græcè ἐρυσίβην ab ἐρεύθω. Est autem Ærugo incidentis segetibus humoris putrefactio, quo vitio spicę macidæ fiunt, & in puluerem fœtidum confriatiles. *Apud Horatium & Iuuenalem accipitur* Ærugo pro pecunia, quæ ex ære fit.

AErūginōsus, a, um, ærugine obductus. {ιώδης. GAL. Plein de rouil, rouillé. ITAL. *Pieno di ruggine.* GER. Rostig. HISP. *Cosa mohosa.* ANG. *Roustie or eankred.*} *Seneca lib. de Breu. vita 5* Maiorem dierum partem in æruginosis lamellis consumit.

AErūmna, ἀπὸ τοῦ αἴρω, Leuo, tollo: nam propriè Ærumnæ, & per diminutionem Ærumnulæ dicuntur furcillæ, quibus viatores sarcinas suas religaras, tabella interposita ferre consueuerunt: quæ à Mario earum inuentore Muli Mariani postea vocatæ sunt: de quibus suo loco. Hinc factum est, vt labores onerosi, Ærumnæ dicantur. {עצבון עצב *béthseb bitsṣaḥon.* ὀιζύς. GAL. Tribulation & vne fascherie pleine de trauail. ITAL. *Granfatica.* GERM. Trubsäligkeit/ beschwerd/ arbeitsäligkeit. HISP. *Trobajo con afan* ANGL. *wretchednes.*} *Cic. lib. 1. de Finibus,* Labores non fugiendos, ærumnas nominarunt. Vnde labores Herculis, Ærumnæ sunt appellatæ. *Plaut. in Persa,* Superauit ærumnis suis ærumnas Herculis. [Vno vt labore exsoluat ætumnas duas, id est, duos labores partus. *Plaut. Amph.* Venter creat omnes has ærumnas *Plaut. Milit. sc. 1. a. 1.* Dij Immortales id voluerunt vos hanc ærumnam exequi. *Plau. Capt. sc. 2. a. 2.* Cuius causa hanc ærumnam exigo. *Ibid. sc. 4. a. 5.* Misera afficitur ærumna. *Plau. Curc. sc. 2. a. 1.* Malam rem magnam, multásque ærumnas danũt (Dij) *Pl. pſ. 1. a. 3.* Ærumna tristior crescit & aucta mora.] *Ausonius,* Prima Cleonei tolerata ærumna laboris. *Cic. lib. 4. Tusc.* Ærumna est ægritudo laboriosa. *Breuiter,* Ærumna dicitur miseria, calamitas, infœlicitas.

AErūmnōsum dicitur quod est laboribus, ac miseriis afflictum. {עצוב *batsúb.* ὀιζυρὸν. GAL. Fascheé & affligé extremement. ITA. *Carico di miserie & disgratie.* GER. Arbeitsälig/ mit elend beladen HISP. *Apassionado.* ANG. *wretched full.*} *Cic. 3. Tusul.* Nec tam ærumnoso nauigassem solo. *Apud Plaut. in Capt.* etiam inuenitur Ærumnatus adiectiuum. Tum igitur ego ærumnatus, deartuatus sum miser.

AErūmnābilis, penult. cor. παλαίπωρος. Ærumnis plenus. *Lucretius libro 6.* Illud in his rebus miserandum magnopere vnum Ærumnabile erat.

AErūmnālis, adiectiuum: vt, Labor ærumnalis, ὀιζυρὸς. *Apul. lib. 1. de Asin.* Mox in vrbe Latia aduena studiorum Quiritum indigenam ærumnali labore aggressus excolui.

* Ærumnula, Diminut. *Festus,* Ærumnulas Plautus refert furcillas, quibus religatas sarcinas viatores gerebant. Quarum quia C. Marius retulit vsum, Muli Mariani postea appellabantur. *Vide suprà* Ærumna.

AErūscārī, Veteres dixerunt pro, pecunias vndique fallaciis colligere. ἀγυρτίζω, χαλκολογέω. GALLIC. Quester, mendier auec mensonges & tromperies, beliſtrer. ITAL. *Buscare denari.* GERM. Gelt mit betrug hin vnd wider vberkommen. HISPA. *Buscar dineros per todas partes.* ANGL. *To conquis money be guile.*} *Gellius lib. 9. capite 2.* Æruscanti cuipiam id genus, & philosophum se ostentanti, dari iussit mille nummum.

AErūscātor, penultima producta ἀγύρτης. Qui malis artibus æs, id est pecuniam corradit vndique: quales sunt mimi, præstigiatores, arioli. *Gell. lib. 14. c. 1.* Sed id præstigiarum, atque offuciarum genus commentos esse homines æruscatores, & cibum quæstúmque ex mendaciis captantes.

AEs, æris, propriè species est metalli rubro colore, primùm in Cypro reperta. {נחשת *nechóschcth.* χαλκὸς. GALLIC. Airain, cuiure, leton.

ITAL.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ITAL.*Rame*.GERM.Ertz.HISP.*Cobre*.ANG.*Brasse*,*Leton*.}Deductum nomen putant alij ab auri similitudine, alii à Græco γαῖα, terra, Varro ab esse. Et quia primùm maximo in pretio fuit, adeò vt pecuniam quoque, iacente auro, ex eo signarent, factum est, vt pro ipsa pecunia accipiatur. *Ouid.in Fastis*, Æra dabant olim: melius nunc omen in auro est, Victáque concessit prisca moneta nouæ. *Cato*, Fundum æribus suis emptum possidebant. Seruius rex, primus post Vrbem conditam signare æs cœpit, cuius in altera parte nota fuit Ianus geminus: in altera rostrum nauis. *Hæc Plin.lib.*33 Macrobius autem primùm ea à Iano ipso signatum fuisse tradidit, eo tempore quo Saturnus, filium fugiens, primùm in Italiam venit. Hócque à Iano tributum existimat aduenæ bene de se meriti memoriæ; quod rudis illa Aboriginum gens monstrato agriculturæ vsu, ab illo ad meliorem vitam esset traducta. Quare etiam à Iano in portionem regni est receptus. Et quoniam naui fuerat aduectus, in signando ære ex vna quidem parte sui capitis effigiem, ex altera nauis rostrum impressit, vt quantum in se esset, Saturni memoriæ consuleret, ne accepti beneficii immemor esse videretur. Ponitur etiam quandoque pro tubis, quoniam ex ære fiunt. *Virg.*6. *Æn.* Ære ciere viros. Vnde Æneatores, tubicines dicuntur.

¶Æs alienum, idem quod debitum. {חוֹב chob שֶׁשִׁי néschi. χρέος, ὀφείλημα. GALLIC. Debte, les deniers d'autruy. ITAL. *El debito fatto*. GERM. Geltschuld. HISPAN. *La deuda de dineros prestados*. ANG. *Debte*.} vt, AEs alienum meum, æs alienum tuum, æs alienum filij, id est quod ego, quod tu, quod filius contraxit & debet. [Æs alienum facere, *Liu.l.*2. *ab vrbe*. Ære alieno demersum, *Liu.l.*2. *ab vrbe*. Per æs & libram adoptare, *Suet.in August.c.*64.] ¶Hinc prouerbiali quadam specie dicimus eum in ære nostro esse, quem nobis officiis obstrictum significamus, ita vt iam totus certóque noster sit. Quo eleganter vsus est *Cic. Famil.*13. Et mehercule sumper sic in animo habui, te in meo ære esse propter L. Lamię, nostri coniunctionem, id est, inter amicos meos esse. *Idem ad Cassium libro* 15. In ære enim meo est, idem est quod meum, & in bonis meis est, in censu meo. Sic, In ære alieno nullo esse, idem quod nihil debere. *Cic.*6. *Verr.* At hominem video auctionem fecisse nullam, vendidisse præter fructus suos nihil vnquam; non modò in ære alieno nullo, sed in suis nummis multis semper fuisse. ¶Dicitur etiam Æs nostrum τὸ χρεωστούμενον, quod nobis alij debent. ¶AEs militare dicebatur, quod tribunis ærariis attributum erat vt militibus redderetur. χρήματα στρατιωτικά. *Plau.in Aul.sc.*5. *a.*3. Cedit miles, æs petit. [Item, æs censet dari (i.stipendium.) *Ibid.* Textores, arcularij, ducuntur: datur æs, *Ibid.sc.*5. *a* 3. Subducam rationculam, quantum æris mihi sit, & quantum alieni sit, *Plaut. Curc.sc.*3. *a.*2. AEs graue supra decies HS. *Senec.c* 12. *ae Consol.ad Elb.* Et tellus ferro, Pontus confinditur ære, (id est, remis & rostris. *Tibul.libro* 4.]

¶AEs ductile, Quod facilè ducitur, attenuatúrque in laminas. χαλκὸς ἐλατός. Hoc & Regulare vocat *Plin.lib.*34. *cap.*9. AEs caldarium, Quod funditur tantum, & malleis fragile est χαλκὸς χυτὸς. *Plin.lib.*34. *capite* 9. ¶Aere diruti milites, vocabantur, quibus propter ignominiam stipendium subtrahebatur. *Cic.in Verr.* Aleatoris castra in quibus quum frequens esset, ære tamen dirutus est. Aere diruti milites dicebantur, quibus propter ignominiam stipendium subtrahebatur, *Bud. in Pandect.*

¶AEris alicuius, id est alicuius precij, & indicaturæ, *apud Gel.li.*18. *c.* 5. Et quid putatis si magistrum prælectorémque habuisset, cuius æris quadrupes equus dicturum fuisse?

AERAMENTUM, ti, Opus ex ære confectum, vt Ferramentum, ex ferro. {χάλκωμα, χαλκούργημα. GALL. Ouurage de cuyure ou d'airain, dinanderie. ITAL. *Cosa fatta di rame*. GER. Erinwerck/das auß ertz gemacht ist/ertzin geschir. HISP. *El alambre*. ANG. *A work of brasse*.} *Plin libr.*15. *c.* 8. Lora etiam accoria omnia, & calceamina, axésque decocta vngi, atque æramenta contra æruginem.

AERARIUM, locus vbi pecunia publica reponitur. {ὁ τοῦ δήμου ταμεῖον. GAL. Le thresor public, ou lieu où il estoit. ITA. *Doue si repone il theforo*. GERM. Schatzkammer/Das ort da ein gemein jr gelt inbehaltet. HISP. *El theforo publico*. ANG. *A publick treseur*.} Romanorum autem ærarium in æde Saturni fuisse constat, propterea quòd aureo illo seculo nullum factum esse furtum creditur. *Cic.in Ver.* primùm mihi literas publicas, quas in ærario sanctiore conditas habebant, proferunt. ¶Interdum ponitur pro ipsa pecunia publica per quandam Synecdochē. *Cic.Auic.* Ariobarzanes nullum ærarium, nullum vectigal habebat, id est, nullam pecuniam publicam. *Cicer.*3. *Tusc.* Et quidem C. Gracchus quum largitiones maximas fecisset, & effudisset ærarium, verbis tamen defendebat ærarium. ¶Distinguitur autem AErarium à Fisco, quòd AErarium sit ciuitatis, fiscus principis. [Ærarium Saturni. *Sueton. in Claud. capite* 24. Præfectus ærario successit Quæstori *Gell.c.*24. *libro* 13.]

AERARIOS præfectos, hodie (vt arbitror) vocare possumus; quos *Generales financiarum* dicunt: qui etiam Quæstores vocari possunt: quod munus olim Prætores, Prætoriique obibant. {GAL. Generaux des finances ITA. *Theforieri, camer linghi*. GERM. Seckelmeister, Schatz meister die vber den gemeinen seckel verordnet seind HISP. *Theforeres*. ANG. *Threfourers*.} Tribunos verò ærarios, ταμίας, quos *Receptores generales* appellant. Illis autem (*vt Varro scribit*) tributa erat pecunia, quam militibus redderent: idque quod attributum erat, dicebatur AEs militare. ¶AErarij milites, dicti sunt ab ære, quòd stipendium facerent, μισθοφόροι.

AERARIUS, a, um, quod ad æs siue ærarium pertinet, {χάλκεος. GALLIC. Qui est fait d'airain ou de cuiure. ITAL. *Cosa fatta di rame*. GERM. Das zu dem ertz gehort. HISP. *Cosa de materia de cobre*. ANGL. *Made of brasse or copper*.} *Plin.libro* 33. Laudationem eandem in ærariis metallis, & proximum in argentariis fieri compertum est. *Cicer. pro Quinct.* Hoc eò per te agebatur, quod non satis erat propter ærariam rationem in tabulis inspexisse quantum deberetur. ¶AErarius substantiuum, qui ærea opera fabricat. χαλκεύς, χαλκουργός. GAL. Qui œuure in airain ou cuiure, chauderonnier, dinandier ou magnin. ITALI. *Chifa opera di rame*. GERMA. Kupfferschmid/ertzschmid. HIS. *Oficial que labra cobre*. ANGL. *A coppersmyth or he which worket in copper or brasse*. {*Plin.lib.*16. *cap.*6. Ærariorum tantum officinis compendio.

¶ Ærarius fieri dicebatur, qui plebeius à Censoribus in Cæritum tabulas referebatur, vt in eo tantum ciuis esset, quòd vna cum ciuibus tributum pendebat. κεφαλικός, ἀπογραφικός. Vnde Ærarium facere, & inter ærarios, siue in ærarios referre, pro eodem leguntur: hoc est, ea ignominia quempiam afficere: quod ius proprie ad Censores pertinebat *Liu.li.*4. *secund Bell.Punic*. His superioribúsque illis equi adempti, qui publicum equum habebant, tribúque moti ærarii omnes facti.

AERATUS, adiectiuum, quod ære tectum est. {χαλκωτός. GALL. Couuert d'airain ou de cuiure. ITAL. *Coperto di rame*. GERM. Bekupffert/mit kupffer vberzogen vnd gedeckt HIS. *Cosa de fuera cubierta de cobre*. ANG. *Gouered with brasse*.} *Plin.lib.*34. *c.*3. Quòd ærata ostia haberet in domo, & triclinia ærata, abacósque & monopodia. [Vidimus ornatos ærata per atria (scenes.) *Ouid.*6. *Fast.* Æratæ naues, *Cæsar libr.*2. *de bell. ciu.*] Æratus homo, ære alieno obstrictus, qui vsitatiùs dicitur Obæratus. *Cicer. Attic.lib.*1. Tribuni non tam ærarij, quàm, vt appellantur, ærati. *Plaut.* pro pecunioso posuit in Mostell. Ferocem facis, quia te æratus amat.

AERĔUS, a, um, quod est ex ære factum. {χάλκεος. GAL. D'airain ou de cuiure. ITAL. *Cosa fatta di bronza*. GER. ertzin/das auß ertz gemacht ist. HIS. *Cosa de materia de cobre*. AN. *Mode of brasse or copper*.} *Virg.*1. *Æn.* Ærea cui gradibus surgebant limina, nexæque Ære trabes: foribus cardo stridebat ahenis.

AERĬFĔR, penultim. corrept. Adiectiuum. χαλκοφόρος, id est, æs ferens. *Ouid* 3. *Fast.* Iámque erat ad Rhodopen Panæáque flumina ventum, Æriferæ comitum concrepuêre manus. Id est, crepitacula ærea ferentes.

AERIFICIUM, quod ex ære factum est. χάλκωμα. *Varro*, Politæ enim quasi ærificio videbantur.

AERĬPES, trium syllabarum Æneos habens pedes. χαλκόπους. *Ouid.*6. *Epist.* Narrat & æripedes Martis arasse boues. Hoc est, habentes pedes ære munitos. *Idem* 12. *Epist.*

AERĬSONUS, a, um, adiectiuum, Æris dans sonum. χαλκοφωνος. *Stat.lib.*1. *Thebaid.*-melius votis Mareotia sumat Captos, & ærisoni lugentia flumina Nili. Ærisoni Nili, hoc est, dantis sonum æris, propter sistra, quibus in Isidis sacris vtebantur.

AERO, as, Ære orno, ære tego. {χαλκόω. GAL. Couurir d'airain. IT. *Coprir di rame*. GER. Mit ertz vermischen/oder mit ertz zieren. HIS. *Cobrir de cobre*. ANG. *To couer with brasse*.} Vnde æratæ fores *apud Virgil. Priscianus*, A metallorum quoque nominibus solent nasci verba: vt ab auro, Auro, auras: ab ære, Æro, ærtas. Vnde Auratus, & Æratus. *Cicer.*3. *Verr.* Lectiærati, candelabra aurea. ¶Huius verbi composita sunt Obæro, Subæro, & Adæro: *de quibus vide suis locis*.

AERŌSUS, a, um, quòd ære abundat, quódve ære mistum est. {χαλκώδης. GALLI. Plein d'airain, mistionné auec force airain ou cuiure. ITAL. *Pieno di rame*. GERM. Voll ertz oder kupffer. HISP. *Cosa que tiene mucho cobre*. ANGL. *Full of brasse*.} Vnde Cyprus ærosa dicta est, quòd in ea æris plurimum nasceretur: vel quòd primùm ibi æs fuerit repertum. ¶Aurum ærosum, quod multum æris habeat ad mistum. *Plin.libr.*33. *capit.*4. Ex diuerso aurum ærosum contrahit se, heberatúrque & difficulter ferruminatur. ¶Lapis ærosus, ex quo ea excoquitur, & quem Cadmiam, καδμείαν, appellari testatur idem *Plinius* 34. *cap.*11.

AESA, æ, Thraciæ oppidum est Pallenæ proximum, cuius incolæ dicúntur Æsæi, αἰσαῖοι. *Ex Stephano*.

AESACUS, αἴσακος, Priami filius ex Alyxothoe nympha, qui quum Hesperies amore captus, eam per auia fugientem insequeretur, euenit vt serpens à puella calcatus pedem eius mordicus apprehenderet, quo ex vulnere quum illa interiisset, Æsacus doloris impatientia sese in mare præcipitauit. Quem Thetys miserata (*vt libro vndecimo Metamor. fabulatur Ouid.*) in mergum auem conuertit.

Æsalon, αἴσαλων, penult. corrept. genus accipitris: in cuius descriptione *Plinius cum Aristotele* non conuenit. *Aristoteles enim libr.*9. *de Histor. animal.cap.*36. Æsaloni inter accipitres: secundum locum post Triochen tribuit. *Plinius verò libro* 10. *capite* 8. Æsalona tertium accipitrum genus esse ait. Deinde perperam *Plinius* Æsaloni tribuit, quod *Aristoteles* Triochi, nempe quòd sola toto anni tempore in nostris regionibus apparear, cùm reliqua accipitrum genera, sub hyemem abeant. Æsaloni inimicitia est (*Aristot.lib.*9. *de Hist.cap* 1.) cum vulture, asino & coruo, quem locum Aristotelis duplici nomine non satis reddidit fideliter *Plin.lib.*10. *cap.*74. Primùm quòd Æsalona paruam auem facit. Deinde quòd verba Aristotelis de inimicitia Æsalonis cum vulpe & coruo euertit, quod ipsum prædicta *Aristotelis & Plinij* loca inspicientibus planum erit.

[AEsar, Hetrusce Deus dicitur. *Sueton.in Aug.cap.*97.]

AESARUS, αἴσαρος. Fluuius, est in magna Græcia, iuxta Crotonem oppidum, *de quo Strabo lib.*7.

AESCHINES, αἰσχίνης pen. prod. {GERM. Ein redner zu Athen.} Athenien-sis orator, Demosthenis æmulus: cuius orationes tres extant, & aliquot epistolæ. [Æschinis pater docuit litteras. *Fab.c.*17. *l.*2.] Præter hunc alij septem hoc nomine claruerunt; *teste Diogene Laertio*. Primus philosophus, Socratis discipulus. Secundus qui artem oratoriā scripsit. Tertius, hic orator. Quartus, Arcadia profectus, Quintus, Mitylenæus, quem flagellum oratorum vocabant. Sextus, Neapolitanus, philosophus Academicus, Melanthii Rhodii discipulus. Septimus, Mileſius scriptor. Octauus, statuarius. [*Plaut. Pseu.sc.*4. *a.*2. Adducite ad trapezitam Æschinum.

[Æschrodora, nomen est meretriculæ apud *Plau. Pseud.sc.*2. *a.*1.]

AESCHYLUS, αἰσχύλος, penultim. corrept. Poëta tragicus Athenien-sis. *Horat.libr.*2. *Epistol. Idem in Arte poetica*, Post hunc personæ, palláque repertor honestæ Æschylus, & modicis instruxit pulpita tignis: Et docuit, magnúmque loqui, nitíque cothurno. *Valer. Max.libr.*9. *capite* 12. eum appellat originem & principium fortioris tragœdiæ. Hic Athenis excedens in Siciliam venit. Quúmque monitus esset, in satis esse, vt ex ictu superne mori eum oporteret: tectum vitans sub dio manebat aperto capite. Itaque mœnibus vrbis, in qua morabatur, egressus, aprico in loco resedit: super quem aquila testudinem ferens, elusa splendore capitis (erat enim capillis vacuum) perinde atque lapidi eam illisit, vt fracta testudine vesceretur: eóque ictu extinctus est anno ætatis LVIII. *Ex Valer.& Volater.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Vide Plin.lib.10.cap.3.Quint.lib.10.cap.1.& Cic.2.Tuscul.

AESCHYLVS, Gnidius, rhetor, Ciceronis præceptor, ornato & faceto verborum genere vsus est. *Cic.in Bruto.*

AESCHYLEVS, pen.corr.adiect. αἰσχύλος. *Proper.lib.2.Eleg.vlt.* Define & Æschyleo componere verba cothurno.

AESCHRION, Αἰσχρίων, Mitylenæus versificator, inter Alexãdri Macedonis comites expeditionis, Aristotelis familiaris, maximéque ei dilectus, vt tradit Nicander Alexandrinus in libro de discipulis Aristotelis. Fuit & alter hoc nomine Galeni præceptor.

AESCVLANVS Deus, & Argentinus, dicti sunt dij æris, & argenti, id est, locupletandorum hominum potestatem habentes. *Bud.libr.5. de Asse.*

AESCVLAPIVS, Ἀσκληπιός. Nomen est Apollinis filii, qui medicinam artem vel laude, vel opere ampliauit, ob eámque rem in deorum numerum receptus fertur. [*Vide Suet.in Claud.ca.25.* Ait se obligasse eius fractum Æsculapio, Apollini autem brachium. *Plaut. Men.sc.3. a.5.* Visus sum tueri procul sedere Æsculapio. *Plaut.Curc.sc.1.a.1.* In Æsculapij fano ægrotus incubat. *Plau.Curc.sc.1.a.1.Et sc.1.a.2* Et Æsculapium salutare. *Ibid.sc.1.a.3.*] {GERM. ein Son Apollinis: ein außbundiger lehrer vnd erleuchter der Artzney.} Cuius duo filii, Podalirius & Machaon, bello Troiano Agamemnonem sequuti, non mediocrem opem commilitonibus attulêre. *Æsculapios multos facit Cicero lib.3.de Natur.Deor.his quidem verbis,* Æsculapiorum primus Apollinis, quem Arcades colunt, qui specillum inuenisse, primúsque vulnus dicitur obligauisse. Secundus secundi Mercurii frater: is fulmine percussus, dicitur humatus esse Cynosuris. Tertius Arsippi & Arsinoæ, qui primus purgationem alui, dentísque euulsionem, vt ferunt, inuenit, cuius in Arcadia longè à Lusio flumine sepulchrum & lucus ostenditur.

AESCVLVS, πλατυφυλλος, pen.corr. *Vide* Esculus.

AESEPVS, penultim. prod. Αἴσηπος, Fluuius est in Minore Mysia, ex Ida monte profluens: cuius meminit *Plin.libro 5.cap.vltim.* Fuit præterea hoc nomine filius Bucolonis filij Laomedontis, & frater Pedasi, quos ille ex Abarbarea nympha suscepit, *vt refert Homerus in principio lib.6.Iliad.*

AESERNIA, Αἰσερνία *Ptolem.* Samnitum vrbs in Italia. *Strabo libr.5.* Æsernia, & Allife, Samnitica sunt oppida, alterum bello Marsico deletum, alterum superstes adhuc. ¶Hinc Æsernini Αἰσερνῖνοι, quorum meminit *Plin.libr. 3. cap.12.* Quanquam ibi Esernini legatur sine diphthongo.

AESIS, {Αἶσις, *Fiemesino.*} Vmbriæ fluuius est inter Anconem & Senogalliam, in mare Adriaticum influens, qui olim Italiam à Gallia diuidebat. Fluuii eius meminit *Ptolemæus in descriptione Italiæ, Pl.li.3.ca. 14. Strabo lib.3.*

¶Hoc quoque nomine à Ptolemæo appellatur eiusdem regionis oppidum, quod à Strabone Æsium vocatur. Nomen vtrumque ab Æsi fluuio dictum videtur, à quo oppidum hoc non longè est dissitũ. Hinc Æsinatæ, Αἰσινάται, quorum meminit *Plin.lib.3.cap.14.*

AESISIVM. {Αἰσίσιον, *Asciesi.*} Vrbs Vmbrorum, *Ptolemæo,* Assisia hodie dicta.

AESON, Αἴσων, Cretheï filius, frater Peliæ regis Thessaliæ, & pater Iasonis, qui ab eo vocatur Æsonides.

AESOPVS, Αἴσωπος, Philosophus, Phryx genere, conditione seruus Xanthi, liber factus ab Idmone cæco, tempore Crœsi Lydorum Regis, cui fabulas suas dicauit. {GERM. der fabeldichter.} Quas antiquitus etiam vulgus idiotarum tenebat. Has qui non legisset, nihil scire videbatur. Vnde locus prouerbio *apud Aristophanem & Suidam,* Ne Æsopum quidem triuisti, ἀδὲ τὸν αἴσωπον πεπάτηκας. De vehementer stupidis & imperitis. ¶Fertur hunc nihil commeritum interemptum fuisse à Delphis: qui oborta pestilentia grauissimas pœnas dedere. Vnde ortum Adagium, Æsopicus sanguis, Αἰσώπειον αἷμα. Dici solitum, quum quis præter meritum acerba patitur: aut vbi propter læsam innocentiam, irati superi pœnam sunt immissuri: aut, *vt etiam refert Plutarchus,* quoties serò pœna datur [Æsopæi legi. *Sene.cap.8.de Consol.ad Polyb.*]

¶ Item alius Æsopus anagnostes Mithridatis eruditissimus. Scripsit de laudibus Mithridatis, & de Helena, *vt autor est Suid.* ¶Præterea Æsopus, Tragœdiarum actor amicitia iunctus Ciceroni, cum quo sæpe in curiam ad videndum pronuntiantem Hortensium profectus est, *teste Val.* Hic ad tantas opes ex histrionica peruenit, vt sexcentis H-s ei patina steterit: filium reliquerit adeo diuitem, simul & prodigum, vt vniones aceto liquefactos cœnis apponeret, *vt scribit Plin.li.10.c.51.*

Æsõpius vel Æsopeus, Αἰσώπιος, *Macrob.lib.1. Comment.in somnium Scipionis 15.c.2.* Æsopiæ fabulæ elegantia fictionis illustres. *Vide suprà.*

AESTAS, {קיץ *kayts.* Διῶρος. GAL. Esté. ITA. *Estate.* GERM. der Summer. HIS. *Estio.* ANG. *Sommer.*} Anni pars incipiens ab æquinoctio vernali & finem accipiens æquinoctio autumnali: constátque senis mensibus. Nam totus olim annus in æstatem tantum & hyemem diuidebatur. Postea tamen anno in quatuor partes diuiso, cœpit Æstatis nomine vocari Trimestre illud ab ingressu solis in Cancrum, vsque ad æquinoctium autumnale, quod fit sole ingrediente Libram. [Vere prius flores æstu numerabis aristas. i. æstate. *Ouid.Eleg.1.lib.4.Trist. Et Eleg. 3.Ibid.*] Ita enim distinguuntur quatuor anni partes, vt Sole ingrediente Arietem, incipiat Ver: Cancrum Æstas, Libram autumnus, Capricornum Hyems. *Varro 4.de lingua Lat.* Ab æstu Æstas: hinc Æstiuum, nisi forte à Græco αἴθειν. *Virgil.1. Æneid.*-nam te iam septima portat Omnibus errantem terris, & fluctibus æstas. [Æstate anni noui, pro Vere *Gell.c.1.l.18.*] ¶Æstati opponitur hyems, vnde quum admonendi quidam sunt, vt omnia suo tempore agant, in eos quadrabit hæc prouerbialis formula, Alia æstate, alia hyeme. *Sic Theocrit.in Idyll.* Ἀλλὰ τὰ μὲν θέρεϊ, τὰ δὲ χείμερι χειμάνι. Id est, Verum alia æstiuo atque hyberno tempore fiunt. ¶ Ad eundem ferè sensum pertinet & illud ex Hesiodo in libro, qui inscribitur Opera & Dies, ἐν δὲι θέρεος ἐργάζεσθαι, ποσσίδεα κελαινά. Æstas non semper fuerit, componite nidos. Hoc dictum oportuit adolescentum pileis inscribi, neque enim tantùm admonet parandam esse rem in senectam, verùm etiam eruditionem, virtutem, honestam famam, quæ præsidia sunt optima senectutis.

AESTIVÆ, orum, pluraliter, Dicuntur loca vmbrosa, nemorosa, in quibus per æstatẽ vitatur Solis ardor. {בית מרוח *báyth meruuách* המכרה *hamkerâh* עלית *ʿaliyth* בית הקיץ *beth hakkayits.* Θερεινὰ. GAL. Lieux pour se mettre à l'ombre en esté. ITA. *Ombria meriggio.* GERM. Summerhauß/summerstuben/ein ort da man im summer ist. HISP. *Lugar fresco, para tener el estio.* ANG. *Shadow places in summer formen or beastu.*} Statius, Et vmbrosi patuêre æstiua Lycæi. ¶Quandoque ponitur pro ipsis gregibus in æstiuo commorantibus: vel contrà pro ipsis locis, in quibus æstate sunt armenta & greges. *Virgil.lib. 3. Georg.*-nec singula morbi Corpora corripiunt, sed tota æstiua repentè. ¶Æstiua castra dicuntur in quibus æstate milites degunt, quemadmodum Hyberna, in quibus hyemem transigunt. *Cic.Epist.li.1.* Mihi erat in animo, quum primùm æstiua attigissem, militaremque rem collocassem, decedere ex Senatusconsulto. *Idem Att.lib. 2.* Ciceroues nostros Deiotarus filius secum in regnum duxit, dum in æstiuis nos essemus.

AESTIVO, as, are, pen.prod. Propter æstum euitandum alicubi morari: quemadmodum Hyberno hyemem aliquo in loco transigo. {Θερίζειν διάγειν. GAL. Passer l'esté, faire son esté en quelque lieu. ITA. *Ombreggiar per fuggire id caldo.* GERM. Das summerlãger haben / An einem ort den summer verschleissen. HISP. *Tener el estio en algun lugar.* ANG. *To duell orbe in a place in sommer tyme.*} *Plin.lib.* 12. Intra sepem eam æstiuant pastores, opacam pariter & munitam vallo arboris. *Varro 2.de Re rust.cap.2.* Nam mihi greges in Apulia hybernabant, qui in Reatinis montibus æstiuabant.

[Æstiuè aduerb. Æstiuè admodum viaticati sumus. *Plaut. Mena. sc.1. a.2*]

AESTIVVS, a, um, pen.prod. Quod est æstatis. {Θερεϊκός. GA. D'esté, appartenant à l'esté. ITAL. *de estate.* GER. Summerlich. HISPAN. *Cosa de estio.* ANG. *Perteyngto sommer.*} Licet ab æstus, non ab æstas formatum sit: vt Æstiui menses, Æstiui dies. [Seu proprior terris (sol) æstiuum fertur in orbem. *Tibul.l.4.* Et, in castris æstiuis *Suet.in Claud. c.1.*] ¶ Æstiuæ fruges, dicuntur milium, panicum, & cæteræ id genus, quæ ante Vergiliarum exortum seruntur: quemadmodum Hybernæ, quæ circa Vergiliarum occasum satæ, per hyemem terra nutriuntur. *Vide Plin. lib.18.cap 7.* Æstiuarum feriarum tempore. *Gell.c.15.l. 9.* Est æstiuarum ludum & iocum agitare. *Idem cap.5.lib.15.*

AESTIMO, as, pen.corr. Considero. {ערך *haráeh* חוקיך *hokér* חשב *chashách.* τιμάω. GALL. Priser, estimer. ITALI. *Istimare, tassare.* GERM. Schetzen/ermässen/achten. HISPAN. *Estimar, appreciar.* ANG. *To wallue, to prise, to esteme.*} sicut Existimo, iudicare: *vt Valla vult lib.5.c.20.* Ponitur etiam pro Taxo, rei alicuius pretium indico, τιμῶ. Habet autem accusatiuum cum genitiuo horum nominum tanti, quanti, quantiuis tandem, quanticunque, magni, parui, pluris, maioris, maximi, plurimi, nihili, & si qua huiusmodi reperiantur. [*Plaut. Mostell.sc.1.a.1.* Neque quæ dixi flocci æstimat. (aliàs æstumat.) *Ouid.Eleg.vlt.l.5.* Si quis leget æstimet ante Compositum quo sit loco. *Plaut.Capt.sc.5.act.3,* parui æstimo. *Ibidem sc.2.a. 2.* & Æstimatum mihi des quem mittam ad patrem. (ter) *& sc.3.a.3.* æstimat xx. minis.] *Cicer.2.de Finibus.* Magni æstimabat pecuniam. Si ramen hæc nomina adiectiuè accipiantur, hoc est, si habeant aliud substantiuum adiunctum, debent poni in ablatiuo. Non enim rectè dixeris, non æstimo hoc parui pretij, sed, paruo pretio: quanquam etiam sine substantiuis inueniuntur, in ablatiuo posita. *Cic.ibidem,* Ne ego istam gloriosam virtutem non magno æstimandam putem. Sic etiam cum aliis ablatiuis. *Idem 4. Verr.* Hæc pecunia æstimari non queunt. *Senecæ,* Data magno æstimas, accepta paruo. Liu. vtrumque casum complexus est, Mancipia minora annis viginti, quæ post proximum lustrum decem millibus æris, aut pluris venissent. Persæpe tamen subintelligitur accusatiuus, & tamen exprimitur genitiuus vel ablatiuus.

¶ Interdum sine ablatiuo, aut genitiuo, cum accusatiuo solùm: quale est illud *Cicer.in Verr.* Deinde crimen sine accusatore, sententia sine consilio, damnatio sine defensione, estimare harum rerum omnia pretia. Similem significationem habent, pendo, facio, curo, est, interest, & refert, quum pretium iungitur: quia eiusdem ferè sunt significationis.

¶ Interdum habet accusatiuum cum ablatiuo, & præpositione Ex: & tunc significat perpendo, metior. *Cicero pro Ros.* Vulgus ex veritate, ex opinione, multa æstimat. Valla, arbitratur hoc verbum componi ex Æs, æris, & nomine, τιμή hoc est, pretium: vt Æstimo, sit idem, quod æris pretio taxo. Qua in re sibi permittit quod in aliis reprehendit, vt dictio aliqua ex Græca, & Latina dictione componatur. Malim itaque scribere Extimo: vt per Syncopen dictum sit ab existimo: vel vt totum Græcum sit, compositum ex præpositione Græca ἐξ & τιμή.

¶ Æstimare litem, est quod vulgò dicitur *Taxare expensas,* τίμημα ἐπιγράφειν τῇ δίκῃ. Vnde Lis æstimata vocabatur (*vt Budæus scribit*) pecunia multatitia, & nummaria sententia: vt hodie quum iudices actorum dispendia & incommoda, certa summa æstimantes, tantæ pecuniæ reos damnant. ¶ Et æstimatur pœna, τιμᾶται, quæ certo ære censebatur vt ouis decussis, id est decem assibus: bos centussis: id est, centũ assibus.

AESTIMATOR, verbale, Qui æstimat, & considerat. {שערין *maʿarikh.* τιμητὴς λογιστὴς. GAL. Estimeur, priseur. ITA. *Preggiatore, estimatore.* GERM. Schetzer/oberschlaher/entscheider eines handels. HISP. *Estimador, appreciador.* ANG. *An valuer, considerer.*} *Cic.3.de Fin.* Et quia te aptissimum habeo eorum studiorum, quæ mihi communia tecum sunt, æstimatorem & iudicem.

AESTIMABILE, Quod facilè æstimari potest, τιμητόν. Cuius contrarium est, Inæstimabile. {יקר *jakkir.* ἀτίμητον. GALLIC. Estimable, digne d'estre prisé. ITAL. *Cosa da stimare.* GERM. Achtbarlich/oder das leichtlich zu schetzen ist. HISP. *Estimable, cosa de precio.* ANG. *Easilie valued.*} *Cic.3.de finib.* Æstimabile esse dicitur, quod pondus habet æstimatione dignum.

AESTIMATIO, ab antiquis æstimia dicebatur. {ערך *ʿerékh.* τίμημα. GAL. Valeur, estimation. ITAL. *Istima.* GER. Schetzung/achtung. HISP. *Aquella obra de estimar ò appreciar.* AN *An pryssing volming* } *Cic.de Fin.* Quod pondus habeat dignum æstimatione.

AESTIMATORIVS, a, um. *Gaius D. lib.21. Tit.1.l.18.* Si quid venditor de mancipio affirmauerit, idque non ita esse emptor queratur, aut redhibitorio

bitorio, aut æſtimatorio, id eſt quanto minoris iudicio agere poteſt. *Et l.* 43. Æſtimatoria agere, quanto minoris. ¶ Æſtimatoria actio, id eſt de æſtimato: cùm res æſtimata vendenda data ſit. *De quo Titulus D. lib.* 19.

AESTRAEVM, αἴστραιον, Oppidum Macedoniæ, & Æſtræi populi ſunt eius vrbis incolæ, *teſte Ptolemæo.*

AESTUS, us, Calor nimius & feruor, flagrantia ſolis. {חם *chom.* καύσων, ἄνθρος, αἴλησις. GAL. Ardeur ou grande chaleur. ITA. *L'ardor del ſole.* GERM. Groſſe werme/hitz. HISP. *Laſieſta ò calor de la ſieſta.* ANG. *Great hoat and bur ning of the ſone.* } *Vir. Geor.* 3. Æſtibus in mediis vmbroſam exquirere vallem. (æſtu anni. *Gell. ca.* 10. *l.* 7. Et venit æſtus (lugenti noctu in lecto ſup.) *Ouid. Eleg.* 3. *l.* 4. *Triſt.* Aeſtus pro æſtate. vide in Æeſtas.]

¶ Aliquando pro motu & agitatione fluctuum. *Cic. de Orat.* 3. Vndique omnes venti erumpunt, ſæui exiſtunt turbines, feruet æſtu pelagus. {זעף *zahaph* סער *ſabar.* κλύδων. GALLIC. Le flot & reflot de la mer. ITAL. *La rouigna & tranaglio del mare.* GERM. Vngeſtüme des meers/ der anlauff vnd ablauff des meers. HISP. *La creciente ò tempeſtad del mar.* } *Plaut. in Aſin.* Quò magis te in altum capeſſas, tam æſtus in portum referet. ¶ Ab hoc ſignificato oritur prouerbialis & frequens apud autores metaphora, ſecundo æſtu procedere, καθ' ῥοῦν πορεύειν. Sumpta à nautis, quibus facilior curſus quùm flumen aut etiam maris æſtus ſecundus eſt. *Lucian. in loue Tragœdo, & Æſchylus in Perſis.* Ab vtraque etiam ſignificatione, ducta metaphora ponitur pro variis animi ægritudinum generibus, cupiditate, amore, libidine. *Cic. de Orat.* 3. Repentè te quaſi quidam æſtus ingenij tui procul à terra abripuit. *Idem in Bruto,* Hunc quoque abſorbuit æſtus quidam gloriæ. ¶ *Sic apud Plin. Iun.* pro ſcrupulo ponitur, & dubitatione non mediocri. Explicat, inquit, æſtum meum, audio me malè legere, duntaxat verſus: orationes enim commodiùs.

AESTUARIA, {נרות *gedhóth.* εἰαχύσεις. GA. Lieux par où l'eau flote & reflote. ITAL. *Stagni, lagune.* GERMAN. Ein arm des meers / ein ſumpff oder graben des meers. HISP. *El eſtero del agua del rio ò mar.* ANG. *Armes of the ſea.* } Loca dicuntur per quæ mare viciſſim tum accedit, tum recedit: ſiue quæ marinis aquis referta ſunt ex inundationibus pelagi: vt docet *Strabo lib.* 3. *Plin. lib.* 3. Illyrici ora mille amplius inſulis frequentatur, natura vadoſi maris, æſtuariis tenui alueo intercurſantibus. *Cæſar,* Pedeſtria eſſe itinera conciſa, æſtuariis nauigationem impediri.

AESTUO, as, Feruео, flagro, algeo frigeo. {חם *cham* רתח *rittách.* κανσῶμαι. GALLIC. Auoir ou ietrer grande chaleur, bouillir. ITALIC. *Bollire.* GERM. Hitzig ſein/groſſe hitz haben. HISP. *Heruir ò auer calor.* ANG. *To be in great hoat.* } *Cic. 2. Tuſc.* Itémque Lycurgi laboribus eruditi iuuentutem, venando, currendo, eſuriendo, ſitiendo, algendo, æſtuando. *Idem 1. Acad.* Ille quum æſtuaret, vmbram ſequutus eſt. Per metaphoram ponitur etiam pro angi & dubitatione torqueri. *Cic. 4. Ver.* Itaque æſtuabat dubitatione, verſabat ſe in vtramque partem. *Idem pro Flac.* Hunc æſtuantem & tergiuerſantem iudicio ille proſequitur. ¶ Aliquando æſtuare eſt fluctuare, agitari, χαοσμεῖσθαι, ἰλιγγιᾶν. *Virg. 6. Æn.* Turbidus hic cœno, vaſtáque voragine gurges Aeſtuat, atque omnem Cocyto eructat arenam. ¶ Aeſtuatio, verbale ἀνάζεσις, κύμανσις. *Plin. libro* 18. *capite* 1. Quorum æſtimatione & gaudio, nos quoque, relictis æſtuationi ſuæ iſtis hominum turbis, pergamus excolere vitam: id eſt, vehementibus deſideriis & gaudiis.

AESTUOSUS, a, um, Quod eſt calore plenum. {חם *chom.* πυριώδης. GALLIC. Plein de grande chaleur, fort chaut. ITAL. *Pieno di caldo.* GER. Hitzig/ voll hitz. HISP. *Coſa caluroſa.* ANG. *Full of heat.* } *Colum lib.* 4. Cœlum neque niuale vinea, nec rurſus æſtuoſum deſiderat. *Cic. Attic. lib.* 2. Iter conficiebam æſtuoſa & puluerulenta via.

AESTIFER, a, um, Quod æſtum, id eſt, calorem affert. {πυριφόρος. ANGL. *which bringeth hoat.* } *Vir. 2. Georg.* Hoc vbi hiulca ſiti findit Canis æſtifer arua. Æſtifer Canis, quòd æſtum afferat.

¶ Æſtiferum etiam dicitur quod æſtum fert & patitur. *Luc. lib.* 1. ſicut ſqualentibus verbis Æſtiferæ Lybies viſo leo comminus hoſte Subſedit dubius, totam dum colligit iram.

[Æſtuia prata, eſt locus. *Plutar. in Valerio.*]

AESYMA, αἴσυμα, *Stephano* vrbs Thraciæ, patria Caſtianitæ, ex qua Priamus Gorgythionem ſuſcepit, qui in bello Troiano ab Aiace fuit interfectus. *Autor Homer. 8. Iliad.*

AESYMNIUS, αἰσυμνίης, Vir fuit Megarenſis, qui regum tyrannidem exoſus, conſuluit Apollinem, quo potiſſimùm modo Megarenſes feliciſſimè Rempublicam poſſent adminiſtrare: quúmque reſponſum eſſet, Si cũ pluribus conſultarent, arbitratus id ad mortuos attinere, qui viuorum numerũ longè exuperarent, tumulum Heroibus congeſſit, qui ab ipſo Æſymnius dictus eſt, Curiámque extruxit, quę ambitu ſuo tumulum includeret, arbitratus ita futurum vt ipſi etiam mortui ipſorum conſultationibus intereſſent.

AESYMNUS, αἴσυμνος, ab Homero inter principes Græcorum memoratur, qui ab Hectore ſunt interfecti, *Iliad.* 11.

AESYRMUS, Vrbs Thraciæ, *teſte Homer. Iliad. lib.* 8.

AETA, Vide AEETA.

AETAS, ab ἀιών, Græco nomine deductum, ab hoc enim Æuum, Ætas, & per ſyncopem Ætas. {עת *beth* דור *dor.* ἡλικία. GALLIC. Aage ITAL. *Eta, etade* GERM. Ein jedes alter. HISP. *Edad, ſiglo.* ANG. *Age.* } Generaléque nomen eſt ad infantiam, pueritiam, adoleſcentiam, iuuentutem & ſenectutem pertinens. Varro quinque gradus facit. In primo vſque ad annum decimum quintum, Pueros dictos vult: quòd ſint puri, id eſt impuberes. In ſecundo ad annum trigeſimum, Adoleſcentes, ab adoleſcendo nominatos. In tertio, vſque ad annum quadrageſimum Iuuenes appellatos, eò quòd Reipublicam in re militari iuuare poſſent. In quarto autem gradu, vſque ad ſexageſimum annum, Seniores nuncupatos, quòd tunc corpus ſeneſcere incipiat: inde vſque in finem vitæ vniuſcuiuſque quintum gradum factum, in quo qui eſſent, Senes appellatos, quòd ea ætate corpus iam ſenio laboraret. Horum tamen ſinguli trifariam diuiduntur: vt prima, pars viridis ſit, deinde adulta, poſtea præceps. *Vnde Virgil.* Viridiſque iuuenta. ¶ Alij aliter diuidunt ętates. Ætas præterea mundi prima, ab Adam vſque ad Noë numerabatur: ſecunda à Noë vſque ad Abraham: tertia ab Abraham vſque ad Dauid: quarta à Dauid vſque ad tranſmigrationem Iudææ in Babyloniam: quinta deinde vſque ad aduentum Seruatoris in carne: ſexta quæ nunc agitur vſque quo mundus iſte finiatur.

¶ Interdum Ætas accipitur pro anno. *Virg.* vbi quarta acceſſerit ætas. *Varro,* Ætatem vix decimam egreſſus.

¶ Interdum pro triginta annorum ſpacio, γενεά. *Cic.* Tertiam iam ætatem hominum viuebat. *Sic Plutarchus:* Aetatem oſtendit eſſe ſpatium triginta annorum, ſecundum Heraclitum.

¶ Interdum pro centum annis. [*Ouid. El. 1. l. 2. Triſt.* Quo tempore ludos Fecit quos ætas aſpicit vna ſemel (i. ſæculum.)] *Ouid 12. Met.* vixi Annos bis centum, nunc tertia viuitur ætas. (Bona ætas. de Adoleſcentia.) *Senec ep* 47. Aetatem malè ferre (i. citius quàm oporteat ſenescere) *Senec. epiſt.* 89. In ætatem venire *Liui. l. 2. d.* 5. Vetus ætas. Vide Vetus. Aetas purpura: Vt ætas mala, mala merx eſt tergo? *Pl. Men. ſc. 1. a.* 5. In te omnis ſpes eſt ætati meæ, id eſt mihi. *Plau. pſ. ſc. 1. a. 1.* In homĩ num ætate multa eueniunt huiuſmodi. *Plaut. Amph.* Væ ætati tuæ, id eſt, tibi. *Plaut. Capt. ſc. 1. a. 4.* Qui ſę ſuámque ætatem bene curant. *Pl. pſ. ſc. 7. a* 4. Media eſt mulieris ætas, *Pl. Aul. ſc. 3. a. 1.* Aetatis atque honoris cauſa id fiet tui. *Pl. Aſin. ſc. 3. a* 1. Aetatem meam ſcis. E. Scio eſſe grandem, itidem vt pecuniam. *Pl. Aul. ſc. 4. a. 1. Ouid. Eleg. 8. l. 4.* Iam iubeunt anni fragiles & conuectior ætas.]

¶ Ponitur & pro quouis tempore humanæ vitæ longiſſimo. Græci ætates χρόνους dicunt.

¶ Aetas mala, dicta eſt ſenectus. *Plaut.* Conſitus ſum ſenectute, onuſtum gero corpus, vires reliquerunt: vt ætas mala eſt, mors mala eſt. E contrario, Bona ætas, Iuuenta appellatur ἀγαθὴ ἡλικία. *Cic.* Quòd ſi ipſis voluptatibus bona ętas fruitur liberiùs, primũ paruulis fruitur rebus.

¶ Aetas media, vocatur illa, quæ eſt inter iuuentam & ſenectam: quã Auicenna vocat ætatem pulchritudinis, ἀκμὴ τῆς ἡλικίας, quæ ferè eſt à trigeſimo vſque ad quadrageſimum annum. Eadem dicitur Aetas conſiſtendi, ἡλικία σταθερά, in qua Hippocrates Aphoriſm. 2. facilè mediam ferri dicit.

¶ Ab ætatè petuntur duæ prouerbiales loquendi formulæ, prima eſt, Aliam ætatem alia decent: nec enim eadem decent canum, quæ aliquando decuerunt iuuenem. *Terent. in Andr.* ſic ait, Nunc hæc dies aliam vitam adfert, alios mores poſtulat.

¶ Altera, Aetate prudentiores reddimur. Congruet quum negabimus nobis eadem probari iam natu grandioribus, quæ quondam ob ætatis inſcitiam arriſerunt, ſed vſu rerum auctam prudentiam. *Fabulam ætatis peragere. Cic. de Senect.* Quæ ſunt igitur voluptates corporum cum authoritatis præmiis comparandæ? quibus qui ſplendidè vſi ſunt, ij mihi videntur fabulam ætatis peregiſſe, nec tanquam inexercitati hiſtriones in extremo actu corruiſſe. Congruenter autem vitæ tempora fabulis comparantur, quia ſicut fabula quinque actibus conſtat, ita hominis vita quinque ætatibus, ſeu gradibus.

AETATEM aliquid eſſe aut facere dicitur pro diuturno & continuato tempore, & ferè habet vim prouerbij. *Plautus,* Vt tibi ſuperſtes vxor ætatem ſit. *Terent.* Iamdudum ætatem lites ſunt inter eos. *Idem,* Iamdudum ætatem abij. *Idem in Hecyr.* Nam neque ille hoc animo erit ætatem. *Plaut.* Aetatem velim ſeruire, Litanum modò vt conueniam. [Do Iouem teſtem te ætatem impunè habiturum id. *Plau. inpſ ſc. 5. a.* 1. Eo modo vt viuas ætatem miſer. *Plaut. Amph.* Adeò vt ætatem nobis ſint obnoxij. *Plaut. Aſin. ſc. 2. act. 2.* Aegrota, ſi lubet, per me ætatem.]

AETATULA, diminutiuum, Aetas modica, & tenerior puerorum ętas. {νηπίων ἡλικία. GALL. Petit aage, bas aage. ITALIC. *Età tenera.* GERM. Klein alter/oder zart alter. HIS. *Edad iterna.* ANG. *Infancie, youth.* } *Cicer. 1. de Finibus.* Facilè eſt hoc cernere in primis puerorum ætatulis. *Idem de Aruſp. reſpon.* Qui primam illam ſuam ætatulam ad ſcurrarum locupletum libidines detulit. *Plaut. in pſeud.* In munditiis, mollitiis, deliciiſque ætatulam agitis.

AETERNUS, perpetuus, quaſi æuiternus, à quo Sempiternus, quaſi ſemper æternus. {אשר לעולם *aſchér leôlá m,* ἀδιάνατος, ἀίδιος. GALL. Eternel, durable à iamais, perpetuel. ITALIC. *Eterno, perpetuo.* GERM Ewig. HISPA. *Coſa que ſemper dura y viue.* ANG. *Perpetuell, eternal, which dureth for euer.* } *Cic. 1. Tuſcul.* id ait eſſe æternum quod per ſe moueat. *Sal. in Cat.* Virtus clara æternáque habetur. [*Tibul. l.* 1. Æterno ſed erunt tibi magna volumina verſu. *Ibid.* Aeterno propior non alter Homero. *Ouid. Eleg. 3. l. 1. Triſt.* Vxor in æternum viuo, mihi viua negatur. *Senec. c. 5. de conſol. ad Mart.* In æternum fixa ſors. *Ibid. c.* 25. In æterna rerum dimiſſæ animæ. *Pl. Capt. ſc. 1. a.* 4. Spero me ob hunc nuncium ęternum adepturum cibum. *Ibid.* æterhum tibi dapinabo victum.]

¶ Differunt tamen æternum & Sempiternum: quod Sempiternum dicunt Deum eſſe, qui ſemper fuit, eritque: Aeternos homines, qui principium quidem habuerunt, & tamen animo ſunt immortales atque perpetui. [Imò ſempiternus, de homine etiam vſurpatur: *Pl. Moſt. ſc. 3. a.* 1. fore amicum ſempiternum & amatorem proprium in vita.] Aeternum, frequenter pro aduerbio temporis accipitur. {לעולם *leôlám* לעד *laôádh.* αἰῶνα, ἀίδιως. GA Eternellement, à iamais. IT. *Eternalmente.* GER. Ewiglich. HISP. *Siempre.* } *Virg. 6. Æneid.* ſedet, ęternúmque ſedebit Infelix Theſeus. loquitur de pœnis inferorum. *Idem,* manet, æternúmque manebit.

¶ Sic Aeternò, idem. *Plin. lib. 2. cap.* 107. Videt æternò hunc fontem igneum contexens fraxinus.

AETERNITAS, Perpetuitas, quæ nulla temporis quantitate menſurari, nullo temporis ſpatio deſignari poteſt: quum omne contineat æuum, & contineatur à nullo. {עולם עד *ſádh, ſolám* αἰδιότης. GAL. Eternité, perpetuité, ITA. *Eternità.* GER. Ewigkeit HIS. *Aquella duracion ſin comiençó y fin.* ANG. *Perpetuitile.* } *Plin. lib. 13. cap.* 5. Materiæ verò ipſi Aeternitas. *Cic.* Sed fuit quædam ab infinito tempore æternitas, quam nulla circumſcriptio temporum metiebatur. [*Quint.* In hac quæ ſuperè æternitate inueniri poterit perfectior.]

AETERNO, as, Perpetuum facio. {ἀθανατίζω. GALLIC. Eternizer, perpetuer. ITAL. *Perpetuare.* GERMA. Ewig/oder vnſterblich machen. HIS. *Durar para ſiempre ſin fin.* ANG. *To mak perpetuell.* } *Varro rerum humanarum. lib.* 2. Literíſque ac laudibus æternare. verbum eſt antiquum. *Hor 4. Carm.* Quæ cura patrum, quæve Quiritium, Plenis

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

honorum muneribus tuas Auguſte virtutes in æuum Per titulos memoréſque factos Aeternet.

AĒTHAEĀ, αἰθαία, Regionis Laconicæ oppidum, *apud Steph.*

AETHALIA, {αἰθαλία, *Strabo*ni. αἰθάλη *Stephano*, Palmoſa.} Inſula eſt in mari Tyrrheno, diſtans à continenti ſtadiis circiter centum, hoc nomine memorabilis, quòd ferri fodinas habet, quæ à foſſoribus exhauſtæ, certo tempore ſuccreſcant. *Author Strabo libr.5.* Alio nomine Ilua vocatur, *teſte Plin.lib.3.c.6. Quo nomine & à Virgilio appellatur Ænei.lib.10.* aſt Ilua trecentos Inſula inexhauſtis Chalybum generoſa metallis.

AETHALIDES, αἰθαλίδης, Mercurij filius creditur, qui à patre impetrauit, vt & viuus, & vita defunctus, omnium quæ gererentur haberet memoriam. Hunc ſe aliquando fuiſſe, Pythagoras gloriari ſolet, atque inde ſibi omnium eorum quæ geſſerat, quum Hermotimus eſſet, aut Euphorbus, memoriam manſiſſe.

AEthaliones, {αἰθαλίωνες, GAL. Cigales. ITAL. *Cicale.* GER. Hewſchrecken. HI. *Cigarras.* ANG. *Grashoppers.*} Cicadæ dictæ, παρὰ τὸ αἰθεσθαι ὑπὸ τῶν ἡλίου, hoc eſt, propterea quòd à ſole adurantur. *Celius ex Theocriti interprete lib.17.cap.6.*

Aēther, {שחו, *ſchachak* αἰθήρ. GAL. L'air ſupreme, ou l'element du feu. ITALI. *Sfera del fuoco.* GERM. Der himmel oder das element des fewrs. HISPA. *Cielo del huego.* ANG. *The aire or skie.*} Ab Anaxagora accipitur pro elemento ignis. *Ariſtoteles verò de Mundo* hoc nomine ſignificari ait, cæli, ſyderúmque ſubſtantiam, hoc eſt, totam ſyderum, & cæli, & ſtellarum compaginem, non quòd ignita flagret, ἀπὸ τοῦ αἴθειν, ſed quòd ſemper motu ſuo circunductili currat, & curſibus rapidiſſimis rotetur, ἀπὸ τοῦ ἀεὶ θεῖν, quum ſit, inquit, illud elementum à quatuor illis diuerſum, tùm diuinum, rùm interitus expers. Hodie quoque Philoſophi duas præcipuas mundi conſtituunt partes, Elementa & Aetherem: ſiue (quod in vnum recidit) Mundum elementarem & Aethereum: elementorum nomine terram, Aquam, Aerem, & Ignem intelligentes: Aetheris autem nomine complectentes quicquid eſt ſupra elementum ignis. Alij Aetherem accipiunt pro aere. *Apuleius*, aqua, tellus, æther, ignis. *Virg.* reſonátque fragoribus æther. ¶Ex quo ſignificato oritur hoc Adagium, Tranquillum æthera remigas, αἰθέρα νήνεμον ἐρέσσεις. Apud Zenodotum refertur de incaſſum laborantibus. Perinde eſt quaſi dicas, Aerem diuerberas, remigantium more. ¶ *Lucret.lib.1.* Aethera *poſuit pro* Ioue, Poſtremò pereunt imbres: vbi eos pater Aether In gremium matris Terrai præcipitauit.

Aēthĕrĭus, a, um, αἰθέριος, Quod eſt ætheris. *Vir.12. Æneid.* Aetheria quos lapſa plaga Iouis ales aperto Turbabat cælo. ¶Aetherea terra *apud Macrob.Commen.in Som.Scip.lib.1.c.11.* A Luna enim deorſum natura incipit. Denique illam ætheriam terram phyſici vocauerunt, & habitatores eius lunares populos. Rurſus: vt ſit Luna pro terra, quam ætheream terram diximus nominatam.

AETHERII, αἰθέριοι, Populi ſubter Ægyptum, qui poſteà ab Æthiope Vulcani filio Æthiopes vocati ſũt. *Aut.Pl.li.6.c 30.* {GER. Morē.}

AETHICES, αἰθικες, *Stephano*, Populi Theſſaliæ *quorum meminit Homerus in Catalogo, & Strabo lib.9.*

AETHONE, Inſula maris Oceani, Macarea antea appellata, *vt tradit Pli. lib.3.cap.31.*

AĒTHĬOPĒ, αἰθιόπη, Inſula Aſiæ adiacens, non procul à Lesbo, quę olim Macaria appellatur, *teſte Plin lib 5.c.vlt.*

AĒTHĬOPĬA, αἰθίοπα, ab Æthiope Vulcani filio, qui illi præfuit, dicta, *vt ait Plin.lib.6.c.56.* vel à Græco αἴθω, cremo, & ὄψ, aſpectus, facies. nam ſolis vicinitate eius regionis incolæ torrentur. eſt enim ibi iugis æſtus. {GER. Morenland, *in dem die leut vor grimmer hitz der ſonnen gantz ſchwartz werden.*} Quicquid eius fertile eſt, ſub meridiano cardine eſt. Circa verò Occiduum, montoſa eſt, arenoſa eſt in medio. Ad Orientalem plagam, deſerta: Cuius ſitus ab Occiduo, Atlantem montem, ad Orientem vſque in Ægypti fines porrigitur: à Meridie Oceano: à Septentrione, Nilo flumine clauditur. Plurimas habet gentes, diuerſo vultu & monſtroſa ſpecie horribiles. Ferarum quoque & ſerpentium referta eſt multitudine. In ea enim rhinoceros, chamæleon, pardus, baſiliſcus, dracones ingentes, ¶ *Strabo li.1. Homerum ſequutus*: duplex eſt Æthiopia. Altera ad plagam Africæ Orientalem primùm ab iis cognitam, qui ex Arabia ſoluerunt: Altera ad Occidentem, cuius notitiam primi habuerunt, qui Gadibus egreſſi Occiduum littus luſtrauerunt.

Aethĭŏpĭs, αἰθιοπὶς, Herba eſt lactucæ folio, in Æthiopia naſcens, vel in Meroe Nili inſula (à qua etiam Merois dicitur (cuius tactu) ſi Magorum vanitati credimus) clauſa omnia aperiuntur, amneſque etiam, & lacus exareſcunt. *De hac Plinius lib.26.cap.4. & lib.27.cap.4.*

AĒTHĬOPS, αἰθίοψ, Vulcani filius fuit, qui Æthiopiam à ſe denominauit, *vt placet Plin.libro 6.capite* 30 ¶Æthiopes quoque dicuntur, qui Æthiopiam incolunt, & mulieres Æthiopiſſæ, αἰθιοπίδες. ¶ Sunt qui Æthiopas dictos putent, à Chus filio Cham. Nam Chus Hebræis, Æthiopem ſonat. Hi olim ad Indum fluuium habitaſſe creduntur, relictiſſque ſedibus ſuis, iuxta Ægyptum conſediſſe inter Nilum & Oceanum ſupra Heliopolim, & paulatim etiam ad interiora Africæ penetraſſe. ¶Æthiopes tam atro ſunt colore, atque adeò immutabili, vt prouerbiali figura dictum ſit, Æthiops non albeſcit, αἰθίοψ οὐ λευκαίνεται: de iis qui nunquam mutaturi ſunt ingenium. Quicquid enim natiuum, id haud facilè mutatur. Fertur in hanc rem Epigramma Luciani nomine. Εἰς παράτιμον αἰθίοπα ἰνδικὸν, ἔσχες τέχνης, Οὐ δύνασαι δυσερεμὲ νύκτα νεφελιάσαι: : id eſt, Abluis Æthiopem fruſtra: quin deſinis artem; Haud vnquam efficies nox ſit vt atra, dies. ¶Eandem vim habent, Æthiopem lauas, αἰθίοπα σμήχεις:: &, Æthiopem dealbas, αἰθίοπα λευκαίνεις. Hoc item peculiariter quadrabit, quum res parum honeſta verborum fucis adornatur: aut quum laudatur illaudatus, aut docetur indocilis. Vide Æſopi apologum, de mercatore, qui empto ſeruo Æthiope aſſidua lotura faciem diuexauit. Nam veſtem mutare poteſt Æthiops, faciem non poteſt. Hinc etiam prouerbialiter dicimus, Æthiopem ex vultu iudico. Τὸν Αἰθίοπα ἐκ τῆς ὄψεως γινώσκω. Præfert quiſque aliquo ſigno cuiuſmodi ſit moribus.

AĒTHŌN, αἰθων, Equus Phœbi dictus eſt. {GERMAN. eins auſs den wagenpferden der ſonnen.} Fuêre autem (vt in fabulis fertur) quatuor equi Solis: Phlegon, Pyroüs, Eous & Æthon, quibus ſignificantur quatuor diei horæ. *Ouid.2. Metamorph.* Interea volucres Pyroüs, Eous, & Æthon, Solis equi, quartúſque Phlegon, hinnitibus auras Flammiferis implent. Latinè Æthon interpretatur ardens: Phlegon, inflammans, Pyroüs, ignitus: Eous, lucifer.

Aēthrā, ræ, ſplendor ætheris, & pro aere ponitur αἰθρη, *Virgil.lib.3.* Nam neque erant aſtrorum ignes, neque lucidus æthra Syderea polus. *Vid. Seruius*, per Æthram ſydeream, intelligit ſplendorem ætheris. ¶Nam æther eſt ipſum elementum, æthra verò ſplendor ætheris.

AĒTHRA, αἴθρη, Filia Pitthei regis, & vxor Ægei, matérque Theſei. *Ouid in Epiſt.* Ariadnes ad Theſeum, Nec pater eſt Ægeus, nec tu Pittheidos Æthræ Filius. *Vide in Aeger.* Alia fuit Æthra Oceani & Tethyos filia, vxor Atlantis, filia Iapeti, qui ex ea XII. filias, & vnum filium, Hyãtem videlicet, ſuſcepit: ſed Hyas in Libya à ſerpente occiſus eſt: cuius mortem quum quinque ſorores nimium deflerent, luctu contabuerunt: ſed Iouis commiſeratione inter ſydera ſunt tranſlatæ, Hyadéſque à fratris nomine dictæ. Reliquæ ſeptem, eò quòd plures ſuperſtites manſiſſent, Pleiades ſunt appellatæ, *vt author eſt Timæus Græcus ſcriptor. ſed de his infrà paulò aliter.*

AĒTHRAEA, αἰθραία, Inſulæ nomen eſt in mari Carpathio, quæ hodie Rhodus dicitur. *Rodus.* {GERM. Die inſel Rodis.} *Author Plin. lib. 5 cap.33.*

AETHRIA, αἰθρία, In Ægeo mari inſula eſt, quæ & Ætria & Thaſſos appellata eſt. *Plin.lib.4.cap.12.*

AETRVRIA, Vide HETRVRIA.

AĒTHŪSA, αἰθουσα, Inſula eſt in mari Libyco, quæ à quibuſdam Æguſa dicitur, *Plin.lib.3.cap.8.*

Aetĭă, orum, αἴτια, *Callimachus* poeta librum ſuum inſcripſit, quem de cauſis & rationibus ſacrorum edidit, eodem penè argumento quo Ouidius Faſtos conſcripſit. Opus hoc temporum iniuria interceptum ad nos non peruenit.

Aetĭŏlŏgĭă, αἰτιολογία. Cauſæ redditio, compoſita dictio ἀπὸ τῆς αἰτίας καὶ λόγος. *Quint.lib.1.cap.* 5. Sententiæ quoque & chriæ, & ætiologiæ ſubiectis dictorum rationibus, apud Grammaticos ſcribantur, quia initium ex lectione ducunt. Quorum omnium ſimilis eſt ratio, forma diuerſa: quia Sententia vniuerſalis eſt vox, Ætiologia, perſonis continetur.

Aetĭŏn, αἰτιον, Cauſa, principium, origo. Vnde Aetia Callimachus librũ ſuum inſcripſit, quo cauſas & origines ſacrorum Græcanicorum eſt complexus, quemadmodum Ouidius in Faſtis Romanorum Latinorúmque ſacrorum initia cauſáſque eſt perſequutus.

Aetītēs, penultim. prod. ἀετίτης, Lapis eſt colore ſubrufo, quem ſi concutias, alium lapidem, quem veluti prægnans in vtero gerit, intus audis ſonantem. Inueniuntur bini in aquilarum nidis: feruntúrque aquilæ ſine iis oua parere non poſſe. Quam ob cauſam nomen illis impoſitum creditur. Mulierum quoque partus, fœmori alligatus aetites, faciles reddere putatur. Quatuor autem ſunt aetitæ ſpecies, quas enumerat *Plin. lib 36.cap.13.* ¶Eſt & Aetites, gemmæ nomen, impoſitum à colore aquilæ candicante cauda. *Vide eundem lib.27.c.18.*

Aĕtĭŭs, ĕ, ἀέτιος, Medicus fuit inſignis, ex Antiochiæ Syriæ vrbe, diſcipulus Eunomii, tempore Conſtantini Imperatoris, Atheos cognominatus, quod diceret nullum eſſe Deum, vt alii quidam impii philoſophi. Scripſit de re medica libros ſedecim, & epiſtolas quaſdam. Nomen deductum eſt ἀπὸ τοῦ ἀετοῦ, hoc eſt, ab aquila. Vnde per quatuor ſyllabas proferri debet.

AĒTNA. {αἴτνη. *Monçibello.* GERM. Ein berg in Sicilien der feur außwirfft.} Mons Siciliæ perpetuo clarus incendio, eóque nomine à Poetis celebratus. [*De quo Senec.epiſt.81. Ouid.Eleg.3.l.5.Triſt.* Flammis rapidæ Aetnæ vri] Incendii autem eius cauſas explicat Trogi abbreuiator. *Iuſtin.lib.4.* Sicilia (*inquit*) terra eſt cauernoſa, & fiſtuloſa, quo fit, vt ventorum flatibus pateat, vnde ignis concipitur. Intrinſecus ſulphur habet & bitumen, quod vbi ventus per ſpiramenta cauernarum incubuit, diu luctatus concipit ignem: ſic Aetnæ durat incendium. Motus ergo ventorum, cauſa incendii eſt. Aetnam & Athonem montes in moleſtiæ tædíque prouerbium abiiſſe teſtatur *Lucill. apud Gell.lib.6.cap.9.*

Aētnæŭs, a, um, αἰτναῖος, Denominatiuum. [*Tib.lib.4.* vel *paruum* Ætnæ corpus committere flammæ.] *Virgil.8. Aeneid.* Cyclopum exeſa caminis Antra AEtnæa tonant. Accipitur interdum pro magno, inſtar Aetnæ montis, *vt annotauit Celius Ant.lect.lib.21.cap.23.* In qua ſignificatione *Virgilius* quoque vſurpaſſe videtur *lib.3. Aeneid.* Cernimus aſtantes nequicquam lumine toruo Aetnæos fratres. [*Et Tibul.l.4.* Ceſſit & Ætnæ Neptunius incola rupis.] ¶Et prouerbialiter. Aetnæus cantharus, Αἰτναῖος κάνθαρος, De magnis & fœdis. Eſt enim cantharus ſiue ſcarabeus infecti genus fœdum, quod vt è ſtercore naſcitur, ita paſcitur. *Ariſtophanes in Pace.*

AĒTNĂ, Oppidum eſt in Sicilia, non procul à Catana. Hieronis opus quod olim, *teſte Stephano.*, Ineſſum dicebatur. Hinc Aetnenſes populi, αἰτναῖοι, quorum meminit *Plin.lib.3.c.8.*

AĒTŌLĬA, {αἰτωλία. *El deportato.* GERM. Ein landeſchafft in Griechenland.} Græciæ regio in tertio ſinu Europæ, Epiro, Acarnaniæ, & Locris finitima: dicta ab Aetolo Martis (*vt Plinio placet*) ſiue (*vt Stephanus mauult*) Endymionis filio: quum antea Hyantis vocaretur.

AĒTŌLŬS, a, um, ſiue Aetolius, αἰτωλὸς, αἰτώλιος. *Virgil. libr.11. Aeneid.* Non erit auxilio nobis Aetolus, & Arpi. Aetolius hetos, Diomedes Tydæi Aetoliæ regis filius, *Ouid.14. Metam.* ¶Ætoli, αἰτωλόποι, dicti ſunt olim ioco prouerbiali, qui iuxta mores Ætolorum petaces eſſent, & improbi. Alluſum eſt ad vocem: Ætoli namque dicti videntur, quòd omnia petant, παρὰ τὸ ὅλον αἰτεῖν. *Meminit Stephanus.* Dicitur & Ætolicus. *Liu. Decad.lib.7.* Ætolicum magis ad Thermopylas bellum, quàm regium fuit. *Iterum libr.eodem*, Ætolica veſtis. *Plaut.in Pœnulo*, Ætolicus ager.

AĒTŌLŬS, αἰτωλὸς, *vt ſcribit Plin.libr.6.c.56.* Martis fuit filius, Homeri autem enarrator, de Ætolo ſic tradidit, Ætolus (*inquit*) filius Endymionis fuit, qui cæde per imprudentiam in patria perpetrata, fugit in eam regionem, quæ poſtea ab ipſo Ætolia dicta eſt: ibíque genuit filium Pleuronem, à quo vrbs Ætolia dicta. Huius autem

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tem alij duo filii fuerunt, Cures, & Calydon: à quibus rursus aliis vrbibus nomina data sunt. [*Pl. in prolog. Capt.* Belligerantur, Ætoli cum aliis.]

AĪTVS, αἴτιος, Olim appellatus fuit Ægypti fluuius, qui postea Nilus dictus est: vt ex Lycophrone annotauit *Calius Rhod. An iq lect. lib. 20. c. 13.* [*Germ.* Der fluß Nilus in Ægypten.] Quod nomen à cursus velocitate illi impositum fuisse apparet, quòd scilicet volatum aquilæ (quam Græci vocant αἰετὸν) propemodum æquare videretur. Commemoratur & in Scythia fluuius nomine Aëtus, qui quod Promethei agrum vberem alioqui, crebris exundationibus infestaret, fecit locum fabulæ, vt Promethei continuò renascens iecur, ab aliqua exedi diceretur. *Ex eiusdem Calij lib. 7. cap. 20.*

Aeuum, {דור *dor*. αἰών. GALLIC. Temps perpetuel, l'aage que peut viure vn homme. ITAL. *Longa etada, tempo longo.* GERM. Lange zeit/ewigwerende zeit. HISP. *La edad, ò siglo que viue vn hombro.* ANGL. *An euerlasting tyme, the eage of a man.*} [Æuum (*inquit Censorin.*) *de die natal.* tempus est maximum, sine origine quod & semper fuit & semper futurum est.] Propriè tempus & ætas longa, siue perpetua à Græco αἰών, u litera interiecta, *vt inquit Apul. Virgil.* Tantum æui longinqua valet mutare vetustas. Pro ætate, *Idem 2. Æneid.* vos ô quibus integer æui Sanguis, ait,] *Suet. in Calig. ca. 34.* Aduersus omnis æui homines. *Senec. cap. 25. De consol. ad Mart.* Omnis æui mortalis situm &c. *Quintil.* Æuum sæculorum omnium consecutus. *Ouid. Eleg. vlt. l. 4. Trist.* Viridi tendebat ab æuo. *Ibid.* Grandior quo Macer. *Velleius*, Non seculi sui, sed omnis æui optimus. [Inde Æuitas, & Æuiternus secundum Priscianum, quod per syncopan Ætas, & Æternus dicitur, pro senectute, longæuitatéque. Hinc deducuntur: Coæuus, & Aqueuus, Grandæuus, Longæuus, & Primæuus. *Æuum item ponitur pro rebus aliquo æuo gestis. *Virgil. 8. Aeneid.* Haud vatum ignarus venturique inscius æui. *Seruius.* Non æui, sed quæ in quo erant futura.

AEuitās, antiqui pro ætas, vel annositas dixerunt. {שובע ימים *sobaʕ iamim*. GA. Aage, vieillesse. IT. *Età, vecchiezza.* GER. Alter. HIS. *Edad, vejez de muchos afios.* ANG. *Eage, oldenesse.*} *Varro Tithono*, Extima attigit metam æuitas *Gell. lib. 20. cap. 11.* Si in ius vocat, si morbus æuitásque vitium esset, qui in ius vocabit, iumentum dato. Hic pro annositate. *Sunt autem verba ex lege* XII. Tab.

AEuiternus, αἰώνιος, Sempiternus, æternus. *Apuleius de Deo Socratis.* Quos Deos Pluto existimat veros, incorporales, animales, neque sine vllo fine, neque exordio, sed prorsus ac retro æuiternos.

AEX, αἴξ, γος, ἡ, Insula scopulosa in mari Ægæo inter Tenedum & Chium quæ capræ speciem procul aspicientibus præbet. Vnde & nomen accepit. Nam αἴξ Græci vocant, quam nos capram. Ab hac insula mari Ægæo nomen factum esse tradit. *Plinius lib. quarto cap. 11.* quanquam alij alias eius nominis afferant rationes.

¶ Est etiam Auis Aex *apud Aristotelem libro octauo capite 3. de Hist. Animal.* quæ Latinè vertitur Capella, sed nomen à voce. Hæc amnes & lacus incolit: satis pulchra est, & cirrhata, (ob id quibusdam Stymphalis Plinij) ac in hortis assuescit, herbisque noxia animalia, vt eruas, depascitur.

AEXŌNĒS, αἰξωνες, Prouerbij specie dicuntur conuitiatores, ab Æxonibus, Atticæ regionis populis, dicacitate & mordaci virulentia famosis. *Gal. Antiq. lect. lib. 18. c. 25.*

AEXONIA, vrbs Magnesiæ, & Æxonæ pars trib. Cecropidis.

AEZICA, pars Thraciæ, *Steph.*

A ante F.

A.F. In notis antiquorum, alio facto. A.F.P.R. aptum fide Publii Rutilii; vel, antè factum, post relatum: vel, Æmilius fecit, plectitur Rutilius.

AFer aut potiùs Apher, λίβις. Vide in AFRICA.

AFFABILIS, Vide Affor.

AFFABRĒ penultima correpta, aduerbium. Significat artificiosè, scitè: sicut Infabrè, sine artificio. {במעשה רייר אמן *bemaʕaseh jedhé omán*. במעשה חרש *bemaʕaseh charasch*. δαιδαλέως. GALL. Artificieusement, elegamment. ITALIC. *Apenello, artificiosamente, lindamente.* GERM. Mercklich/Kunstlich/zierlich. HISP. *Artificiosamente, lindamente.* ANG. *Craftily, cunenglie, with skill, worklike.*} *Cicero secunda Verr.* Deum denique nullum Siculis, qui ei paulò magis affabrè, atque antiquo artificio factus videretur, reliquit. *Pacuuius*, Barbaram pestem nostris nauibus obtulit, noua figura factam, commissam infabrè. *Gell. lib. 7. cap 7.*

Affabrum, pro Affabrè factum, dixêre veteres, ἀφελπεπομένως. *Perottus.*

AFFABŪLĀTIO, Dicitur breue documentum, quod fabulis subnexum, earum explicat vtilitatem. διήγημα.

¶ Notandum tamen quòd nec rus, nec ager villa est, sed villa in rure, siue agro dicitur esse. Ex hoc significato ducitur paræmia, Nihil ex agro dicis, οὐδὲν ἀπ' ἀγροῦ λέγεις, id est, Nihil humile, neque triuiale loqueris. *Meminit Suidas.* Cui similis illa Græcorum ἀγροῦ πλέως, quod *Catullus dixit,* Ruris plenus & inficetiarum.

¶ Quandoque ager significat locum in rure quem colimus, siue arando, siue conserendo: & singularem, pluralémque numerum habet, [*Pl. Aul. Prol.* Agri reliquit ei non magnum modum. *Idem Amph.* præbere vxorem vsurariam perinde est, acsi agrum sterilem fodiendum loces. *Pl. Most. sc.* 1. *a.* 1. priusquam omnia periere & ædes & ager.] *Col. lib.* 1. *c.* 3. Virgilij prouerbialem sententiam explicans, Quippe, *inquit,* acutissimam gentem Pœnos dixisse conuenit imbecilliorem agrum, quam agricolam esse debere, quoniam quum sit colluctandum cum eo, si fundus præualeat, allidi dominum. Nec dubium quin minùs reddat laxus ager non rectè cultus, quàm angustus eximiè. Conueniet in eos qui studeant imperio proferendo, quum hoc ipsum quod habent non possint administrare. Aut qui suscipiunt munus, cui gerendo sunt impares. *Et lib.* 4. Pestilentem annum inopia frugum, neglecto cultu agrorum, vt plerumque fit, excepit.

¶ Ager colonus, *Cic. de leg. agrar.* Cognoscerent qui ager colonus esset, quò milites veterani deducti essent, qui &c. Videtur eam agri partem significare, quæ propriè ad arandum accommodata est, & alio nomine Aruum dicitur.

Ăgellŭs, diminut. Significat paruum agrum. {γήδιον, ἀγρίδιον. GALL. Petit champ, petit territoire & possession. ITA. *Campicello.* HISP. *Campo pequeño.* ANG. *A little feild.*} *Terentius in Adelph.* Agelli est hic sub vrbe paulum, quod locitas foris. Huic demus, qui fruatur.

¶ Hinc fit aliud diminutiuum Agellulus. *Ambros.* Qui fidei exercet militiam, ab omni vsu negotiationis abstinere debet, agelluli sui contentus fructibus.

AGERONCHVS, filius fuit Neli ex Chloride vxore, *vt est apud Hom. lib.* 11. *Iliad.*

AGESIMBA, Æthiopum regio in Africa.

AGESTIS, Apollinis filius, vt habet Iustinus ex Cyrene virgine, Pelioponte Thessaliæ rapta, frater Aristei. Hunc alij nunc Argeum vocant.

ACORA, oppidum, in Chersoneso. *Steph.*

Agrarius, a, um, Quod ad agros pertinet. {ἀγρικός. GAL. Chose des chãps. ITAL. *Cosa apartenente à campi.* GER. Das zu dem acker oder feld gehörit. HISP. *Cosa parteneciente al campo.* ANG. *Of the feeldes, belonging to the feeldes.*} vt, Lex agraria, νόμος κληρουχικὸς γῆς ἀδιαιρέτου, quæ ferebatur de agris populo diuidendis. *Liuius lib.* 2. Tum primùm lex agraria promulgata est.

Agrārĭus, rij, substantiuum, Legis agrariæ suffragator, aut qui agros publicè diuisos possidet. *Cic.* 15. *Phil.* Num rursus reprobos decuriabit: num solicitabit rursus agrarios?

Agrēstĕ, Dicitur quod rusticum est: & ad agros pertinet, quódque in agris, non in hortis nascitur. {ἄγριον. GA. Agreste, rural, rustique, champestre. ITAL. *Villesco.* GER. Bewrisch / wild. HISP. *Casa del campo.* ANG. *Rustical, which perteneth to the feeldes.*} *Virgil.* Cererem pubes agrestis adoret. *Idem,* Dicendum & quæ sint duris agrestibus arma. [Agrestes Deæ Oreades. *Gell. c.* 9. *l.* 9.]

¶ Item Agrestis dicitur, qui syluestrem vitam agit, & feram: quem & Græci ἄγριον dicunt. Vnde in compositione Onager dictus est asinus ferus.

¶ Agrestis substantiuum pro homine rustico. *Virg. l.* 9 *Æneid.* Lydorúmque manum, collectos armat agrestes.

Agrĭcŏlă, pen. correpta, Ex ager, & colo. Cultor agri. {אכר יגב *ichchar jeghéb.* γεωργός. GAL. Laboureur, rustique, villageois. ITAL. *Lauoratore della terra.* GE. Ein ackerman / oder bawman. HISP. *Labrador del campo.* ANG. *A husband man.*} *Virg. 1. Georg.* O fortunatos nimium, bona si sua norint, Agricolas. *Cic. 1. Tusc.* Arbores feret diligens agricola. Est autem nomen generale: nam agricolarum alij Aratores, alij Vinitores, nonnulli Arboratores, multi etiam Pastores, quales erant ferè apud antiquissimos. Nec solùm rustici, & agrestes dicuntur Agricolæ, sed multi etiam oppidani: quòd genus vitæ olim in maximo pretio fuit, atque honore: præsertim apud Romanos. *Cato de re rust. ca.* 1. Bonus agricola, bonúsque colonus. Ita laudabãt antiqui virum bonum.

¶ Prouerbialiter dicitur, Semper agricola in nouum annum diues, ἀεὶ γεωργὸς εἰς ἔτος πλούσιος. De iis dictitatum, qui spe futuri compendij diuites sunt, ac sibimet expectatione rerum amplarum blandiuntur.

Agrĭcolātĭō, onis, idem quod agricultura. {עבורת האדמה *habodhath haadhamáh.* γεωργία. GAL. Labourage. ITA. *Lauoramento di campi.* GERM. Ackerbaw / arbeit des felds. HISP. *La labrança.* AN. *Laboring of the land.*} *Col. lib.* 1. *ca.* 9. Minùs in hoc officio quàm in cæteris agricolatio fructuosa litatem requirit.

Agrĭcŭltŏr, idem quod Agricola. *Liuius 6. bel. Pun.* Seruos agricultores remp. abduxisse. *Sic D. libr.* 22. *Tit.* 3. *l.* 25. *Paulus Miles, & agricultor, &c.*

Agrĭcŭltūră, ræ, Cultus agrorum. {עבורת האדמה *habodhath haadhamáh* GALLIC. Labourage, labeur de terre. ITAL. *Lauoramento ò coltinamento di campi.* GER. Ackerbaw / baurenwerck. HI. *La labrança.*} *Cicero* 1. *Offic.* Nihil est agricultura melius, nihil vberius, nihil dulciùs, nihil homine libero dignius.

Agrĭpĕtæ, pen. cor. κληρῦχοι. Qui petunt ex agrorum diuisione portionem, quæ viritim dabatur, *Cic. ad Attic.* Seruulos autem dicere eum & agripetas electos à Brutotiis.

Agrosus, *Varro libro quarto de Ling. Latina,* agrosum hominem dixit, pro agris abundanti & locuplete, vt arbitror, quemadmodum dicitur pecuniosus. Si ab agro, *inquit,* ad agrosum hominem venero, & agricolam non aberraro.

Ageraton, ἀγήρατον, Herba est ad duorum palmorum altitudinem excrescens, similis Origano, florem ferens bullis aureis non absimilem: ita dicta quod non facilè marcescat. *Vide Plin. lib.* 24. *cap.* 4. De Agerato tamen inter authores non satis conuenit.

Agcratus, ἀγήρατος, Lapis est quo coriarij olim vtebantur in poliendis coriis: cuius loco hodie vtuntur massa vitri. Meminit huius lapidis *Gal. l.* 9. *Simpl.*

*Agerochus, filius fuit Nelei, ex Chloride vxore, vt est apud Homerum *lib.* 11. *Iliad.*

AGERONA, Deæ cuiusdam nomen erat apud Romanos ab agendo dicta, quòd industriæ præsidere putabatur. Sicut contrà Murcea socordiæ Dea credebatur.

AGESANDER, ἀγήσανδρος, Insignis statuarius fuit ex Rhodo insula, qui vnà cum Polydoro & Athenodoro, Laocoontem marmoreum fecit in domo Titi Vespasiani Imperatoris, omnium artificum opera longo interuallo superantem. *Vide Plin l.* 36. *c.* 5. [*Germ.* Ein verrumpter bild hawer auß der Insel Rhodiß burtig.]

AGESIAS, ἀγησίας, Cyrenaicus philosophus, cui à Ptolemæo Philosophiæ professione fuit interdictum, quod animæ immortalitatem docens multos ad spontaneam mortem compelleret, vt Cleombroto Ambraciotæ accidit. *Cicer. in Tusculan. libr.* 1. Hic ab aliis Hegesius appellatur.

AGESIDAMOS, ἀγησίδαμος, Locrensis Epizephyrius nobilis Olympionices, in quem pugilatu vincentem Pindarus hymnum cecinit.

AGESILAVS, ἀγησίλαος, Lacedæmonius, Archidami filius, qui post mortem Agidis fratris sui Rex constitutus, Tissaphernum in Asia, qui principatũ tenebat inter Persas, vicit & Atheniẽses & Bœotios apud Coroneã vrbem Peloponnesi. Breui statura corporis, & altero pede claudus fuit, sed rara virtute præditus. *Vitam eius vide apud Plutarch.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

AGESINATES, Galliæ populi sunt, Pictonibus vicini. *Plinius libro 4. capit. 19.*

AGESIPOLIS, ἀγησίπολις, Lacedæmoniorum dux, qui speciosam sæpius victoriam ab Argiuis retulit. *Vide Xenophontem rerum Græcarum libro 4.*

Agĕsis, aduerbium excitandi: compositum ex particula Sis, pro si vis, quæ verbis imperatiui modi apud veteres addebatur, ἄγε δή, ἄγε δῆτα. *Lucretius libro primo,* Nunc agesis, quoniam docui nil posse creari De nihilo.

Aggemo, is. *Vide* AD GEMO. [*Ouid. Eleg. 3. l. 1. Trist.* Aggemit & nostris ipsa carina malis.]

Aggĕr, ris, per duplex gg, masculini generis, Significat propriè lapidum, aut terræ coaceruationem, quæ fixis vallis aggeritur, castrorum alterius ve loci muniendi gratia. [*Ouid. Ele. 8. l. 3. Trist.* Dum soluitur aggere funis.] {סוללה *solelah*, χῶμα. GALL. Amas ou monceau & tas de quelque chose. ITA. *Argine.* GERM. Ein schütte oder wall/ein zusamen hauffung des erdtrichs/ein damm. HI. *Monton de tierra ò baluarte.* AN. *A heap of stones or turfes.*} Solebant enim Romani milites vallos, hoc est, palos secum circumferre quoties castra mutabant, eósque quoties considerant, humi defigere, terrámque illis aggerere, vt tuti essent ab hostium irruptionibus. Improprie dicitur cuiuslibet rei coaceruatio, qua fossæ, aut valles impleri possunt. ¶ Quin & muros & munimenta aggerem dici voluit *Seruius in illud Virgil. 10. Æneid.* Quin intra portas atque ipsis prælia miscent Aggeribus murorum. ¶ Dicitur etiam Agger media viæ eminentia, ex exaggeratis lapidibus strata. *Idem,* Qualis sæpe viæ deprehensus in aggere serpens. ¶ Agger item dicebatur tumulus ex terra aliáve materia congestus ad oppidi vel arcis cuiusuis piam oppugnationem. *Cic. Atti. libro secundo,* Oppidum cinximus vallo & fossa, aggere maximo *Item 5. Phil.* Græciam per translationem vocat Aggerem oppugnandæ Italiæ, quòd ea aptissima esset, ex qua tanquam ex loco superiore, bellum Italiæ posset inferri. Græcia, *inquit,* vel receptaculum esse pulso Antonio, vel agger oppugnandæ Italiæ. ¶ Agger etiam dicitur ipsa materia ex qua fiebat ipse agger. Fiebat autem ex trabibus, frondibus, cespitibus. *Cæsar. Cicer. 2. 3.* quòd vnde agger comportari posset nihil erat reliquum omnibus arboribus in finibus Massilienſium excisis. *Idem Gell. 2 cap. 6.* Lapidibus telisque subministrandis & ad aggerem cespitibus comportandis. [*Idem Cæsar lib. 1. de bell. ciu.* Longius petendus erat agger, (i. terra aut similis materia) *Item Quintil.* per fora & aggerem, circuli (auditorum.)]

Aggĕro, as, penultim. correp. Accumulo, cumulum facio. {סלל *silál* צבר *sabar.* ἐπισωρεύω, χώω, συμβάλλω. GALL. Amonceler, accumuler. ITALI. *Accumular.* GERM. Zusamen hauffen. HISP. *Amontonar vna cosa sobre otra.* ANG. *To heap, to mak a bulwark.*} Vnde arbores aggerare vel Aggerare circa arbores terram dicimus, quum post hyemem, ætate iam instante, terram circumfundimus, & veluti circummunimus, ne calore nimio radices exarescant: pro quo etiam dicimus, arbores operire vel adobruere. *Colum.* Omnes arbores fructiferæ circunfossæ aggerari debent. ¶ Interdum translatè ponitur pro augere & aggrauare. *Virgil. 11. Aeneid.* Onerat dictis, atque aggerat iras. ¶ Hinc fiunt composita Adaggero, & Exaggero, *quorum significata vide suis locis.*

Aggĕro, is penultima corrept. si, stum, iuxta gero, ad aliquid gero. {צבר *tsabár* נשא *nasá.* ἐπιφορέω, παρατείνω. GAL. Ammasser, apporter en vn tas. ITAL. *Porre à costo.* GER. nåben etwas tragen/her zutragen. HISP. *Añadir ò traer vna cosa à otra.* ANG. *Teir to.*} *Pl. n. l. 17 c. 4.* Nec fluminibus aggesta semper laudabilis *Plaut. in Rud.* Siquidem mihi vltrò his aggerenda etiam est aqua.

* Aggestus, huius aggestus χῶσις, substantiuum verbale. *Tacitus lib. 19.* Et locus ipse castrorum placebat, latè prospectans, tuto copiarum aggestu, florentissimis pone tergum municipiis.

Agglomĕro, Implico, adiungo. {גלם *ghalám.* συναγείρω. GALLICE, Mettre du fil en ploton, deuider & liceler. ITAL. *Inuoltare, inghiamare.* GERM. Herzusugen/an ein fugel wicklen. HIS. *Emboluer vna cosa à otra* AN. *To gather, toyether to wind thre'd in bottomes.*} à Glomero, quod à Glomus seu Glomer deducitur. *Virgil. 2. Aeneid.* Et lateri agglomerant nostro. *Idem 2. Aen.* densi cuneis se quisque coactis Agglomerant.

Agglūtĭno penultima correpta, Ad aliquid glutino, copulo, adiungo. {חרביק *hidhbik.* συγκολλάω. GAL. Coller ensemble. IT. *Coniungere.* GER. Anseumen/an einander kleiben. HIS. *Engrudar ò pegar vna cosa à otra.* ANG. *To glue, or souldour together.*} [*Plau. Men. sc. 2. a. 2.* se applicant, agglutinant meretrices hospitibus. *Plaut. in Aul. sc. 6. a. 2.* Ita mihi ad malum malæ res plurimæ se agglutinant.] *Cicero Attic. libro 16.* Itaque statim nouum procemium exaraui, & tibi misi: tu illud desecabis, & hoc agglutinabis.

Aggrăuo, uas, pen. correp. Onero, grauo, opprimo. {חבביד *hiebbidh.* βαρύνω. GAL. Aggrauer, appesantir. ITAL. *Aggrauare.* GERM. Beschwodren. HISP. *Aggrauiar ò apegar.* ANG. *To burden.*} [*Ouid. El. 4. l. 3. Trist.* Illa meos casus aggrauat, illa leuat.] Ab hoc fit Aggraueſco, quod est, Valde grauis fio, *Liu. bell. Punic. 2. lib. 8.* Nihil aliud ab suis relatum est, quàm inopia aggrauari socios. *Plin. lib. 12. cap. 17.* Odor aggrauans capita, sed citra dolorem. ¶ Aggrauata valetudo, *apud Suetonium in Augusto,* grauior facta: Aggrauata valetudine tandem Nolæ succubuit.

Aggrăuēsco, is, ex Ad & nomine Grauis factum verbum, grauius fieri, aggrauari. *Terent. in Hecyr.* Malè metuo me Philumenæ magis moribus aggraueſcat, id est, grauior fiat: quia morbi graues dicti. Sic aggraueſcens vulnus. *Cic. 3. Tusc.*

Aggrĕdior, Ad aliquem gradior, adeo, accedo, item adorior, inuado, peto, incipio. {בא ברך *ba barak.* προσέρχομαι, παρέρχομαι, ἐπιχειρέω. GAL. Assaillir, aller vers quelqu'vn, s'auancer sur lui. IT. *Assallir in buona & in mala parte.* GER. Zu einem gehn. Item, Einen angreiffen/anfallen. HI. *Acometer, ò arrometer.* ANG. *To sett vpon, to innade to beginne.*} *Cic. pro Cecin.* Quid agat, quomodo aggrediatur iudicem non habet. [*Pl. Milit. sc. 2. a. 1.* Aggrediar hominem (quasi pedem collaturus.) *Pl. Asin. sc. 3. a.* Quin aggredimur virum. *Ibid. sc. 1. a. 1.* Ita me obstinatè aggressus. (i. adiurare cœpisti.) *Idem in Curc. sc. 1. a. 2.* Aggredior hominem, saltodolosè scilicet. *Sic Ouid. 13. Metam.* Te tamen aggredior (dolo sup.) mecúmque reducere nitar. [*Virgil. 4. Aeneid.* Talibus aggreditur Venerem Saturnia dictis. *Cic. de Nat. Deor.* Antequam aggrediar ad ea, quæ à te disputata sunt. *Idem Officior. 2.* De quibus dicere aggrediar. *Iustinus,* Quos ex improuiso aggressus facilè fodit. *Cic. 1. Offic.* Omnibus autem in rebus priùs quàm aggrediare, adhibenda est præparatio diligens. ¶ Aliquando pro tentare. *Salust. in Iugurth.* Omnes asperitates superuadere, naturam etiam loci vincere aggreditur. Hæc autem verba, Aggredior, Adorior, Alloquor, & similia, Ad præpositione eis adiuncta, cum accusatiuo solo elegantiùs ponuntur, quàm si simplicia eorum accusatiuo, Ad præposita iungantur, vt: Aggrediot hominem, non, Gradior ad hominem. ¶ Rem nouam quis prouerbiali specie, aggredi dicitur, quum rem arduam ac nouam molitur, & aliis adhuc intentatam. *Ex Homeri versu Odyss. χ.*

Aggressĭo, verbale, Actus ipse aggrediendi. {קרבה *kevabah.* ἐπίλευσις, ἔπιχείρησις. GAL. Abordement, assaut. ITAL. *Assalto, assaltamento.* GERM. Anfall/angriff HISP. *Acometimiento.* AN. *Setting vpon, inuading.*} *Cic. in Orat.* Quíque animos prima aggressione occupauerit, infirmabit, excludétque contraria.

Aggressŏr, is, grassator. *Vlpianus D. lib. 98. Tit. 9. l. 7.* Vt latronibus, aggressoribúsque daretur, qui patrem interficerent. *Idem, D. libr. 26. Tit. 5. l. 1.* Veluti si quis clamauit vt ad auxilium conueniretur, aut terruit aggressores.

Aggressŭra, æ, *Vlpianus D. lib. 29. Tit. 5. l. 3.* Si cùm omnes domini aggressuram paterentur, vni seruus opem tulit.

Aggrĕgo, as, pen. corr. Congrego, quasi in vnum locum gregem contraho. {אסף *asáph* חבר *hhabás.* συναγείρω. GALL. Amasser en vn troupeau, assembler. IT. *Congregare.* GER. Zusamen samlen. HIS. *Ayuntar como ganados.* AN. *To gather together.*} [*Velleius:* Quos ei comites fortuna aggregauerat.] *Cic. in Catilinam,* Quòd si eodem cæteros vndique collectos naufragos aggregauerit.

¶ Translatè pro adiungere, *apud Cæs. 6. belli Gallici,* Qui se ad eorum amicitiam aggregauerint. (Abgrego.

Aggrētus, Apud antiquos legitur pro Aggressus, *vt apud Ennium,* Aggrerus fari, &c. Scribitur & Adgrettus.

AGILIS, Proprium viri, quem poetæ cum Tyrinthia pube in bello Thebano fuisse commemorant.

Ăgĭlis, penult. corrept. Leuis, dexter: qui se facilè agit, hoc est, qui leui & expedito est corpore: vel pronus, aut voluntarius ad agendum. {מחיר קל *kal* חוש *chúsch* εὐαφής. GAL. Agile, habile du corps, viste. ITAL. *Destro, leggiero.* GERM. Schnell/hurtig/bering. HIS. *Legero para hazer alguna cosa.* ANG. *Nymble.*} *Horat.* Oderunt hilarem tristes, tristemque iocosi, Sedatum celeres, agilem gnauúmque remissi. *Ouid. 2. Fast.* Lassabant agiles aspera bella viros.] *Columella,* Malo vinius agilem industriam, quàm decem hominum negligentem & tardam operam.

Ăgilĭtās, Dexteritas, corporis celeritas. {פחן *páchaz.* εὐαφείτης, δεξιότης. GALL. Agilité, soupleſſe de corps. ITAL. *Agilità, attitudine, destrità.* GER. Behendigkeit/beringe. HISP. *Ligereza de hazer alguna cosa.* ANG. *Nymblines.*} *Cic. Attic. lib. 1.* Nam si ira esse statueris, & irritabiles esse optimorum sæpe hominum, & eosdem placabiles: & esse hanc agilitatem, vt ita dicam, mollitiémque naturæ. Hîc est à corpore ad animum translatio *Columel. lib. 1.* Eiusdem agilitatis homo frugi melius quàm nequam faciet.

Ăgĭlĭtĕr, agiliùs, agilimè, id est, cum agilitate. {מהרה *meheráh.* δεξιότως. GALL. Legerement, viſtement. ITAL. *Agilmente, prontamente.* GERM. Fertigklich/behendig. HISP. *Ligeramente.* ANGL. *Nymblie.*} *Columel. lib. 2. c. 2* Détque requiem in summa, vt spe cessandi, totum spatium bos agilius enitatur.

Ăgĭnă, pen. prod. Est in qua inseritur scapus trutinæ, id est, in quo trutina agitur, & vertitur, ab agendo dicta. *Festus.*

Ăgĭnātor, qui paruo lucro mouetur: nomen ab Agina tractum, quæ minimo pondere huc aut illuc impellitur. *Festus.*

Aginatores, Aurigæ sunt, quæ in ludis Circensibus curuli certamine se exercebant.

Ăgĭnŏr, pen. prod. Vilia negotior.

AGINVM, Vrbs Galliæ, *Ptolemæo.* Vulgò *Angolesme.*

AGIS, ἄγις, Lacedæmoniorum rex, qui cum Athenienſibus cruentissima bella gessit: à suis tandem ciuibus in carcere necatus, quòd Licurgi leges reducere, & bona publicare vellet. *Plutarch. in vita eius & Cic. Offic. 2.*

Ăgĭtātĭo, Agitator, Agito, agitas, Vide AGO.

Agite, Agitedum, [*Plaut. Mostel. sc. 1. a. 1.* Agitè, porrò, pergite.] Vide AGO. [intrà: & Age suprà.]

AGLA, ἄγλα, Hiſpaniæ oppidum in tractu Bætico, *apud Plin. libr. 3. cap. 1.*

AGLAIA, ἀγλαΐα, Vna est ex Gratiis seu Charitibus; Latinè interpretatur Lætitia.

AGLAIS, idis, ἀγλαΐς, Megaclis filia, mira gulositate & voracitate mulier, vtpote quæ carnium libras decem, panis chœnicas quatuor, & vini choam, hoc est, Romanum congium, siue sextarios sex, vnica cœna absumeret. *Cæl. Rhodig. lib. 15. c. 19.*

AGLAONICE, ἀγλαονίκη, Hegemonis filia fuit, astrologiæ perita, quæ quòd eclipses Lunæ prædicere posset, iactabat se Lunam de cælo detrahere: propter quam insolentiam punita, locum fecit prouerbio, πρὸς σελήνην κατασπᾷς, quo vtimur, quoties aliquis sua iactantia in calamitatem incidit.

AGLAOPE, ἀγλαόπη, Vna Sirenum, quasi splendida aspectu. Nam ἀγλαὸς apud Græcos, nobis sonat aspectu splendidum.

AGLAOPHON, ἀγλαοφῶν, Pictor nobilissimus. *Plin. lib. 35. c. 9. & Cicer. 3. de Orat.* Floruit nonagesima Olympiade.

Ăglăŭphōtis, pen. prod. ἀγλαυφωτὶς, Herba est iucundissimi coloris, qua magi vtuntur ad euocandos dæmones. Nascitur in marmoribus Arabiæ, *vnde & Marmoritidem quidam appellant. Plin. libr. 24. cap. 17.*

Aglāpsis, Nomen legionis. *Liu. 5. Decad. lib. 4.* Interuallum, quod inter cerratos, & phalanges erat, impleuit Legio, atque aciem hostium interrupit. A tergo cetrotis erat, frontem aduersus clypeatos habebat.

Aglapsis

Aglapsides appellãbantur.

AGLAVRŌS, ἄγλαυρος, Cecropis regis Athenien sium filia, quæ quum Mercurio Herſen ſororem ſuam adamanti accepta pecunia operam ſuam eſſet pollicita, poſteáque inuidia correpta, limen ingrédienti pernaciter obſtaret, in ſaxum conuerſa eſt. *Vide latiùs hanc fabulam apud Ouid. 2. Metamorph.*

AGLAVS, ἀγλαὸς, Senex fuit Pſophidius, qui ab Apolline Gyge felicior eſt iudicatus, quòd agelli ſui limites nunquam eſſet egreſſus. *Plin. li. 7. cap. 46. Valer. 7. c. 1.*

Aglidia, orum, ἀγλίδια, Dicuntur ſegmenta illa in capitibus allij, quę alio nomine Aglithes dicuntur, *Ruel. lib. 1. c. 2.*

Aglўphos, ἄγλυφος, penult. corrept. Latinè non ſculptus: nam a ſine, γλύφω, ſculpo.

Agmen, multitudo. {אגף *agáph* מחנה *machanéh*. πλῆθος, λόγος, πάγος. GA. Vne compagnie de gendarmes, bende. ITAL. *Moltitudine, ſcadra, ordinanza.* GERM. Ein ſchar volcks/ein zeug. HISP. *Muchedumbre è campaña de gente.* ANGLIC. *A companie aſſolket.*} [*Senec. Epiſt. 60.* Quadrato agmine ire. *Velleius.* In agminibus vel acie directa pugnare. *Tibull. lib. 4.* ſeu ſit opus quadratum, acies conſiſtat in agmen. *Ouid. 13. Meta.* Agmina ferro deuaſtata meo *Senec. cap. 2 de Conſol. ad Mart. Tibul. li. 4.* Cuique pecŭs denſo paſcebant agmine colles.] *Virg. 7. Æneid.* Vocat agmina fœua ſororum. ¶ Interdum ordinatam multitudinem, & aciem exercitúmque significat. *Idem 8. Æneid.* it clamor, & agmine facto [Vide grege facto.] Quadrupedante putrem ſonitu quatit vngula campum. *Cic. 2. Tuſcul.* Cum æſtu magno agmen ducebat, laborabat Marius. [*Liu. l. 4. d. 4.* cogere agmen.] ¶ Interdum impetum, *vt apud Virgil.* Et leni fluit agmine Tybris. *Et 2. Æneid.* illi agminè certo Laocoonta petunt. *Liu. lib. 34.* Vno agmine omnes mulieres obſedere ianuas.]

Agminālis, is, le adiect. πομπικός. Vnde Agminales equi, qui agmen exercitus ſequuntur ad conuehenda impedimenta. *Bud. in Annot. poſt.*

Agnă, gnæ, Vide AGNVS.

Agnāſcŏr, eris, ſci, compoſitum ex ad & Naſcor, Ad alia quæ nata ſunt naſcor, iuxta alia naſcor {נולד *noládh*. γεννῶμαι. GAL. Naiſtre aupres. ITAL. *Naſcere.* GERM. Herzu geboren werden. HISP. *Nacer*, ANGL. *To be borne nigh by*} Itaque filius patri naſci dicitur, quum ad patrem cogitatio refertur: agnaſci verò, quum ad agnatos, vt fratres & patruos. *Cic. 1. de Orat.* Nunquis eo teſtamento, quod paterfamiliàs ante fecit, quàm ei filius natus eſt, hæreditatem petit? nemo: quia conſtat agnaſcendo rumpi teſtamentum. *Ex quibus Ciceronis verbis apparet, Agnaſci eos propriè dici qui naſcuntur alicui poſtquam teſtamentum fecerit. Paulus in l. Qui in adoptionem. De adopt. lib. 1 Pand.* Qui in adoptionem datur, iis quibus agnaſcitur; & cognatus fit. Quibus agnaſcitur, id eſt, in quorum familiam venit per adoptionem. ¶ Agnaſci prætereà dicuntur, quæ in re aliqua naſcuntur ad eius perfectionem minimè neceſſaria, nihílque vtilitatis habentia, vt ſextus in manu digitus, & fungi in arboribus, παρφύεσθαι. Vide ADNASCOR.

Agnātĭo, verbale, id eſt, Agnatorum conſanguinitas {מורעת *modhath*. συγγένεια, ἀγχιστεία. GAL. Lignage ou parentage du coſté du pere. ITA. *Parentela.* GE. Die freundſchafft von dem vatter hãr. HIS. *Parenteſco del parte del padre.* ANG. *Lynage.*} *Cic. 2. de Leg.* Ex quo verè vel agnatio no bis cum cæleſtibus, vel genus vel ſtirps appellari poteſt. *Et paulo pòſt,* In ciuitatibus ratione quadam agnationibus familiarum diſtinguuntur ſtatus.

Agnāti, penult. prod. {מורע *modhâh*. ἀγχιστεῖς, οἱ πρὸς ἀνδρῶν οἰκεῖοι. GA. Parens du coſté du pere. IT. *Parenti da lato di patre.* GERM. Gefreundte von den vätteren hãr. HISP. *Parientes de parte del padre.* AN. *Frindes on the fatheris ſyde.*} Dicuntur, qui per virilis ſexus perſonas cognatione coniuncti ſunt, quaſi à patre congeniti (*inquit Caius Iuriſc.* veluti frater eodem patre natus, filius fratris, nepóſve ex eo. ¶ Inter Agnatos & Cognatos συγγενεῖς hoc intereſt, quòd in cognatis continentur agnati, in agnatis non vtique cognati: vt putà, frater patris, id eſt, patruus, eſt agnatus, & cognatus: matris verò frater, id eſt, auunculus, cognatus eſt, ſed non agnatus. ¶ Ad agnatos & gentiles deducendus, prouerbij loco veteres vſurparunt quum furere aliquem & mente captum eſſe ſignificare volebant, quod ex lege XII. tab. ortum eſt, qua furioſi & mente capti in agnatorum gentiliúmque poteſtate eſſe iubebantur. *Var. de Re ruſtic. li. 1. c.* Qui ſalubrem locum negligit, mente captus eſt: atque ad agnatos & gentiles deducendus. *Cic. 2. de Inuent.* Si furioſus exiſtet, agnatorum gentiliúmque in eo pecuniáque eius poteſtas eſto. *Iuſtinian. lib. 1. Inſtit.* ¶ Agnatum dicimus quicquid vltra debitum natum eſt: hoc eſt, quicquid inutiliter in re aliqua gignitur, ad eius perfectionem minimè requiſitum. Vnde agnaſcentia, & agnata membra appellantur, παραφύσεις, ἢ παραφυάδες. *Plin. c. 52. l. 10.* Membra animalibus agnata, inutilia ſunt, ſicut ſextus hominis ſemper digitus. *Gell. c. 14. l. 47.* Agnata vitia virtutibus, id eſt proxima, & mala bonis. *Gell. c. 1. l. 6.*]

Agnēllus, Agninus, *Vide Agnus.*

AGNICORNV, Promontorium eſt ad Bolbiticum Nili oſtium. *Strab. lib. 17.*

AGNICTS, Fuñius in Tigrim influens. *Plin. lib. 6. c. 27.*

AGNITAS, tæ, vel Agnita, tæ, ἀγνίτης Æſculapij cognomentum apud Spartanos, apud quos eius dei ſimulachrum ex agno, quæ planta eſt, erat exculptum. *Celius Lect. antiq. lib. 18. c. 5.*

AGNO, ἄγνω, Fons Arcadiæ eſſe traditur, cuius aqua cæremoniis quibuſdam commota, nebulæ in morem in aerem aſcendens, largiſſimos demittit imbres: ita dictus ab Agno, vna ex Iouis nutricibus. *Celius Rho. Lib. antiq. lib. 13. c. 17.*

Agnōmĕn, penult. prod. Dicitur quod eſt extrinſecus aliqua ratione vel caſu quæſitum: vt, Africanus, Aſiaticus, Achaicus & ſimilia. {כנוי *ſchem chinnúi*. ὀνωνυμία. GAL. Surnom d'vne famille. ITA. *Cognome di vna famiglia.* GER. Zunam/der nam vom geſchlecht. HISP. *El renombre.* ANGL. *A ſurname gotun by an act.*} *Cic. de Inuent. 1.* Nomen quum dicimus, cognomen quoque intelligatur oportet. *Vide* Nomen *infrà.*

Agnōmentum (vt cognomentum) agnomen. ὀνωνυμία. *Apu/eius in Apologia,* Igitur agnomenta ei duo indita, Charon, vt iam dixi: ob oris & animi duritatem. Sed alterum quod libentius audit, ob deorum contemptum Mezentius.

Agomones, Equi dicuntur, veluti ex quorum dentibus ætas amplius dignoſci non poteſt. ἀγώμονες. *Vide Calium Rhod. Antiq. lect. libr. 12. capite 9.*

AGNON, Nomen autoris apud *Quint. lib. 2. c. 17.*

Agnōſco, Ex ad, & Noſco, exphoniæ cauſa d mutata in g, Recognoſco, & eius notitiam cognitionémque in memoriam reuoco. Propriè eſt id, quod nobis olim aut viſum fuit, aut alia quauis ratione cognitum. {הכיר *hickchír* ידע *iadhâh*. ἐπιγινώσκω. GAL. Recognoiſtre. ITA. *Cognoſcere, recognoſcere.* GER. Bider erkennen. HIS. *Recognoſcer lo ante cognoſcido.* ANG. *To acknawledge.*} *Varro,* Vereor, ne me quoque dum reuertero, præter canem agnoſcat nemo. *Virgil. 1. Ænei.* Agnoſcítque ſuos, lætóſque ad mœnia ducit. Atque hac potiſſimùm ratione differt à verbo Cognoſco, quod propriè dicitur de reb. antea nunquam cognitis. *Idem 4. Ecl.* Incipe parue puer riſu cognoſcere matrem. ¶ Interdum idem eſt quod admittere, recipere, approbare, ἀποδέχεσθαι. *Cic. pro Milone,* Quum rota Italia facti illius gloriam libenter agnoſceret. [*Sueto. in Tiber. c. 23.* Agnoſcere ſigna (de teſtamento) *Idem Aug. c. 65.* Agnoſci infantem vetuit.] ¶ Aliquando ponitur pro confiteri. *Cicer. pro Rab.* Ego ſi mihi eſſet integrum ſuſciperem hoc crimen, agnoſcerem, confiterer. ¶ Agnoſcere onus tributi, i. in ſe ſuſcipere. *D. de pactis. l. 42.* Inter debitorem & creditorem conuenerat, vt creditor onus tributi prædii pignorati non agnoſceret, ſed eius ſoluendi neceſſitas debitorem ſpectaret.

*Agnitus, a, um, Particip. *Valer. Flac. lib. 4.* ſalue ô mihi longum Expectata manus, noſtriſque (ait) agnita votis.

Agnĭtĭo, verbale, Actus ipſe agnoſcendi. {הכרה *hachcharáh*. ἐπίγνωσις. GAL. Recognoiſſance. ITA *Recognitione.* GER. Erkantnuß. HI. *Reconocimiento.* A. *ackvoledging.*} *Cic. 1. de Nat. deor.* Quæſtio de natura deorum ad agnitionẽ animi pulcherrima eſt. *Plin. lib. 10. cap. 70.* Piſces ſui cadaueris agnitionem fugientes.

Agnŭs. Fœtus eſt ouis, qui annum nondum egreſſus eſt. {כשב *cheſeb*. ἀρνός. GA. Agneau. ITA. *Agno, agnelle.* GER ein lamb. HIS. *Corder, ò borrego dentro de año.* ANG. *A lamb.*} *Cic de Senect.* Villa abundet porco, hœdo, agno. *Plaut. Pœnul.* Lupo agnum eripere poſtulant, nugas agunt. Vbi ſpecies quædam eſt prouerbii, quum quis fruſtra conatur prædam recipere cui ſemel manus iniecit rapax aliquis. ¶ Obiicere canib. agnos prouerbialiter dicuntur, qui imbellem & litium imperitum calumniatoribus & exercitatis exponunt. *Refertur à Diogeniano.* Nomen habere putatur ἀπὸ τῆς ἁγνείας, hoc eſt, à puritate ſiue caſtitate: vnde & nonnullis Hagnus, per aſpirationem ſcribendum videtur. ¶ Eſt etiam Agnus, ἄγνος, Dioſcoridi frutex arboreſcens, quem Latini à vinciendi vſu Viticem appellant. Dictus Agnus, quaſi ἁγνός: id eſt caſtus, quòd mulieres in Theſmophoris, hoc eſt Cereris ſacris, pudicitiæ conſeruandę cauſa hunc ſibi fruticem ſubſternerent. Alii Agnum per ſyncopem dictum putant, quaſi ἄγονον, quòd calore & ſiccitate ſua genituram diſſipare putetur. *Vide de hoc nonnulla in dictione* Vitex [*Martial. Epig. 51. lib. 10.* Agnus pro Ariete. *Gell. c. 3. l. 4.* Agnum fœminam Iunoni cædito. *Pla. Aul. ſc. 2. a. 2.* Agnum horum vter eſt pinguior eum ſume: (pro Agnorum, vbi Agni nuptiis celebrandis adhibentur) *Idem Capt. ſc. 1. a. 4.* Qui locant cædendos agnos, duplam agninam dabunt. *Idem Aul. ſc. 5. a. 2.* piſces iudicant caros, agninam caram, caram bubulam. *Plaut. pſeu. ſc. 3. a. 1.* Agninis me extis placari volo.]

Agnēllŭs, diminut. ὁ ἀμνίσκος, τὸ ἀρνίον. GAL. Agnelet. IT. *Agnello* GER. Ein lämblin. HIS. *Pequeño cordero.* AB. *A litle lamb.*} *Plau. Aſin. ſc. 3. a. 3.* Agnellum, hœdillum me tuum dic eſſe.

Agnīnŭs, Quod ex agno eſt, aut ad agnum pertinet. {ἀρνεῖος. GA. D'agneau. ITA. *Coſa de agnello.* HIS. *Coſa de cordero ò borrego.* ANG. *Any thing pertening to à lamb.*} *Plaut. in pſ.* Pol, quia qua opera credam tibi vna opera alligem fugitiuum canem agninis, non modò canem amittit, verùm & prædam vltro dederit fugitiuo. Sic qui credit homini malæ fidei, & rem perdit, & fruſtra habet obligatum eum qui non eſt ſoluendo. Lactes enim dicuntur inteſtina meliora.

Agnă, gnæ, Menſuræ genus in agrorum dimenſione. *Col. lib. 5. c. 16.* Actus quadratus vndique finitur pedibus CXX. hoc duplicatum facit Iugerum, & ab eo quod erat iunctum, nomen Iugeri vſurpauit: ſed hunc actum prouinciæ Bæticæ ruſtici agnam vocant. *Item Agna, fœmineus ouis fœtus. vt Lactens agna, *Ouid. libro quarto Metamorp* [*Idem Ele. 11. l. 3. Triſt.* Montanis vt pauet agna lupis.]

Ăgo, gis, egi, actum. {עשה *haſáh* פעל *pahál* ἄγω. GALL. Faire, beſongner. ITAL. *Fare, oprare, trattare.* GER. Thun/handlen/werckẽ. HISP. *Hazer lo que no queda.* ANG. *To work, todo.*} multa ſignificat: Nam Agere eſt gerere, πράττειν. *Plaut. in Amph.* Dum hæc aguntur. *Cic. lib. 1. epiſt.* Hic quæ agantur, quæque acta ſint, ea te literis multorum cognoſcere arbitror. [*Item* pro facere: *Plau. Milit. ſc. 2. a. 2.* Si ambas videre volet, quid agimus? pro agemus i. faciemus. *Plaut. pſ. ſc. 4. a. 2. & ſc. 7. a. 4.* Quid nunc fiet? quid agimus? *& in Aul. ſc. 2. a. 1.* Rogitant me vt valeam, quid agam. *& in Moſt. ſc. 1. a. 2.* Me rogitas quid agas? Accubas. *Idem Aul. ſc. 6. a. 4.* Quid agam? abeam an maneam. *Plau. Capti ſc. 1. a. 4.* Hanc rem age & ſexcenta ſimilia *apud Plaut.* Quid agitur Euclio? *& alib.* Quid agitur Callidore? Amatur atque egetur. *Pl. pſ. ſc. 3. a. 1.* Quid agitur? Fatur in hunc modum *Pl. pſ. ſc. 5. a. 1.* Dum hæc aguntur, voce maxima exclamat vxorem ſuam, &c.] ¶ Quandoque inducere ſeu impellere. *Lactant. lib. 19.* Tres ſunt affectus, qui homines in omnia facinora præcipites agant, ira, cupiditas, libido.] Quæ intemperiæ noſtram agunt familiam? *Plau. Amph.* Agere præcipitem. Vide præceps. Agere aliquem in lacrymas. *Senec. c. 14. de conſol. ad Elbid.* Vnde agis te? Vnde homo ebrius. *Plaut. ſc. 4. a. 1.* Quò agis te? domum. *In Amp. ſc. 1. a. 1. Item Ouid.* Miſcendas largè riuus agebat aquas, *Idem in Amph.* pro claris factis, diris aguntur malis. i. vexantur, cruciantur. ¶ Item pro vitam traducere, in munditiis, mollitiis, delitiiſque ætatulam agitis. *Pl. pſ ſc. 2. a. 1.*] ¶ Quandoque audire. *Tere. in Andr.* Hoccine agis, an non? id eſt, audis, *vt exponit Donatus.* Sic *Plautus,* Vos agite ſpectatores [*Plaut. Curc. ſc. 2. a. 5.* Hanc rem agite, (i. attendite) ſequitur enim atque aduortite. *Plau. prol. Aſin.* Hoc agite, ſultis. (i. attendite.) *Plaut: pſe. ſc. 2. a. 1.* Hoc vide ſis, vt alias res agunt (dixerat vigila expergiſcere) Hoc agite atque aduortite, huc adhibete aures. *& Men. ſc. 2. a. 5.* Iam ſatis iocatus, Nunc hanc rem a-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ge.] ¶ Quandoque dicere. *Idem in Adelph.* Sed ístine hic ipsus de quo agebam?] Quid opus est multas agere ambages. *Plau. Pseud. sc.1.a.5.* maximas nugas agis. i. loqueris. *Plau. Asin. sc.1.a.1. Idem Men. sc.2.a.4.* Nugas agis, & vana loqueris. (sæpè est repetitum.) vide Nugæ. *Cæs. li. 1. de bell. ciuil.* Pompeius eadem illa, *quę ostenderat, agit. (i. loquitur.)* ¶ Quandoque pronuntiare, ὑποκρίνεσθαι. *Cic. de optimo genere dicendi,* Differri deformitate agendi multi infantes putati sint, vt iam non sine causa Demosthenes tribuerit primas, & secundas, & tertias partes actioni, ὑποκρίσει. ¶ Quandoque cogitare. [*Plau. Asin. sc.2.a.2.* Quid consilij capiendum est? istud ago.] ἔχεις τινὶ εἶναι. *Virg. Eclog. 9.* Id quidem ago, & tacitus Lycida mecum ipse voluto.

¶ Quandoque effingere, ὑποκρίνειν, vt Ago stultum: id est, fingo, siue repræsento me stultum. Vnde Actores comœdiarum, ὑποκριταί, dicuntur, qui diuersorum hominum gestus agunt in scena. *Cic. pro Quint. Roscio,* Roscius lenonem Ballionem quum agit, agit Chæream.

¶ Quandoque ire, incedere, viuere, διάγειν, vt Nudus ago. *Pompon. Mel.* Exercent bellando animos, corpora ad consuetudinem laborum, maximè ad frigora nudi agunt antè, quàm puberes sint. ¶ Agere bonum ciuem, est fungi boni ciuis officio. *Cic. lib. epist.* Dum mihi pacis mandata das ad Cæsarem, mirificum agis ciuem. Sic agere Consulem, vel Senatorem, est facere ea, quæ propria sunt Consulis, vel Senatoris. Cuiusmodi orationes *Valerius Maximus* aliquando nouè per nominationum extulit, vt quum ait, Experiri voluit, an scires Consul agere: id est, fungi Consulis officio. *Idem,* Publius Rutilius, non publicanus in Sicila egit, sed operas publicanis dedit.

¶ Quandoque Agere significat extendere, porrigere: vt, Vera gloria radices agit, atque etiam porrigit. ῥίζας ἐκτείνειν, ῥιζοῦσθαι.

¶ Agere testudinem, est admouere, vel applicare, *teste Seruio in illud Virgil. 2. Æneid.* Obsessúmque acta testudine limen. Sic agere vineas, & turres. *Cæsar bel. Gall. 3.* Quibus fortiter resistentibus, vineas, turresque egit. ¶ Item Agitare. *Plautus,* Ædepol eam agam verberibus, *Vir. 6. Æneid.* Prodigiis acti cœlectibus ossa piabunt.

¶ Agere cum aliquo dicimur, quum quippiam ab eo impetrare, vel aliquid ei persuadere conamur. [*Plaut. Asin. sc.3.a.1.* Dedi, quod mecum egisti, id est, orasti, petiisti.] *Cic. Attic. lib. 5.* Is egit mecum accuratè multis verbis, vt tibi responderem. *Idem in Lælio,* Quum enim sępe mecum ageres, vt de amicitia aliquid conscriberem. ¶ Bene vel præclarè agi nobiscum dicimus, quum res nobis fœliciter succedunt, nihílque habemus, de quo magnoperè queri possimus. κακῶς φέρεσθαι. *Cic. de Amicitia,* Cum illo quidem actum optimè est, mecum autem incommodius. *Ibidem,* Cùm illo quis neget actum esse præclarè? *Idem in Verr. act. 4.* Hæc conditio fuit aratorum, vt secum præclarè agi putarent, si vacuos agros Apronio tradere liceret.

¶ Agitur res nostra, vel, De re nostra agitur, hoc est, ad nos pertinet, vel res nostra in discrimen adducitur. *Cic. pro Sex. Rosc.* Tua quoque res permagna agitur. *Idem pro lege Man.* Agitur enim salus sociorum, aguntur certissima pop. Rom. vectigalia, aguntur bona multorum ciuium. *Idem de Amic.* In quibus eorũ de capite agatur, aut fama. [Id de quo agitur (τὸ κεφάλαιον) *Liu. lib. 34.* Item, Non agitur de me, pro res mea. *Ouid. in epist. Aconitij.* Agitur res hodie apud iudicem. *Plaut. pœn. sc.2.a.2.* Hæc res agetur nobis (vera) vobis fabula. *Plaut. Cap. prolog.*

¶ Agere cum aliquo tabellis obsignatis, est eum conuincere testimonio literarum suarum. *Cic. 5. Tusc.* *Agere cum aliquo, additis aduerbiis, per verbum Tractare declaratur: vt, Pacificè egit mecum, id est, Pacificè me tractauit. Non acerbè egit mecum, non inimicè. *Agere cum aliquo, item alio modo. *Terent.* Quid cum illis agas, qui neque ius, &c. Id est, Quod ius ab illis obtineas: siue (vt Galli loquuntur) *qu'elle raison pourrois tu auoir de ceux &c.*

*Agere cum aliquo, in alia significatione, *Plaut.* Nihil ago tecum: Hoc est, nihil mihi rei est tecum. [Et pro alloqui aliquem, *vt Plaut. pœn. sc.2.a.1.* Hedyllum tecum ago (id est, te alloquor.) *& Asin. sc.3.a.1.* Malè agis mecum. Vbi leua bene agat.] ¶ Agere & ferre, ἄγειν καὶ φέρειν, tristissima quidem, sed tamen prouerbialis est figura. Dicitur enim de hostibus agros nostros excurrentibus. [*Senec. c.15. de consol. ad Mart.* Vastat & agit omnia, vt sua ista &c. *Item Suet. in Galba c.20. & Gell. c. vlt. lib. 1.* Hoc agerent ac ferirent hortantis.] Agunt & ferunt, ἄγουσι καὶ φέρουσιν, pro eo quod est hostili more populantur aut vexant. Id si traducatur ad animum, non paulò fiet festiuius: quemadmodum *Aristoph. in Nebulis.*

¶ Actum est, vel Res acta est, hoc est, periit vel deplorata est. πέπρακται, οἴχεται. [*Plaut. pœn. sc.7.a.4.* Actum est de me, morior, *Et Suet. in Neron. c.42.* Actum de se pronunciauit. *Plaut. pœn. sc.1.a.1.* Actum est hodie de me. *Ouid. 6. Fast.* Nil agis, nil agis. *Plaut. pœn. sc.3.a.1.* Stultus es, rem actam agis.] *Terent. in Heaut.* Vnam ei cœnam atque eius comitibus dedi: quòd si iterum mihi sit danda, actum siet. *Idem,* Acta hæc res est, perij: prouerbialiter his verbis desperationem significamus: quæ res secundum ius Ciuile dicitur. Quo cauetur, nequis rem actam repetat, suámque damnationem rescindat.

¶ Actum agere, id est, nihil agere, τὸ πεπραγμένον πράττειν. *Idem in Phor.* Actũ aiunt, ne agas, τὸ πεπραγμένον μὴ πράττε. Forma Adagij est à iudiciorum consuetudine sumpta, quæ admonet fas non esse iterum agere causam, de qua iam sit pronuntiatum. Sic *Plaut.* Actum agis, id est, incassum laboras. Quod enim iure semel iudicatum fuerit, rescindi, & iterum agi non potest. ¶ Aliud agere vel Alias res agere, est non esse intentum iis quæ aguntur. *Cic. pro Sext. Rosc.* Vsque adeò animaduerti, iudices, eum iocari, atque alias res agere. ¶ Pro vertere. *Virg.* Ipse ter adducta circum caput egit habena.

¶ Pro vrgere, persequi. *Idem.* Pastor agens telis. [Pro contorquere, vt Agere tela in aliquem *Senec. c.16. de Consol. ad Mart.*]

¶ Pro habere. *Virg. 1. Æneid.* Tros, Tyriúsve mihi nullo discrimine agetur, id est, habebitur. Pro ante nos pellere. *Idem 1. Eclog.* En ipse capellas Protinus æger ago. [*Suet. in Cæsa. c.68.* Agere obuios, id est repellere. *Item,* pro præbere. *Suet. in Tib. c.26.* Egit se ciuilem, id est præbuit. *Idem in Claud. c.25.* Egit se non principem, sed ministrum. Pro regere, *Suet. in Claud. c.24.* Agere se pro equite. Ité pro exhibere, vt Agere Comœdiam. *Plaut. Mil. sc.2.a.1. Iouer vne comedie, ou representer.* Vnde Actus Tragicus. *Suet. in Ner. c.24.* Et Actui rerum pro rebus agendis. *Suet. in Claud. c.23.*] Pro vehere, ducere. *Varro,* Non hoc Pactolus aureas vndas agens, eriperet vnquam è nuiseris

¶ Pro foras pellere, fugare: vt, Membris agit atra venena.

¶ Agere in crucem, id est tollere. *Cic. & Liu.*

¶ Pro celebrare: vt, Agere diem festum. ¶ Pro conuocare: vt, Agere consilium. ¶ Pro emittere & exhalare: vt, agere animam. ¶ Agere etiam ad lites pertinet: [significat aliquando nomen deferre, & legibus obligare reum, *Fab. Quint. in Declam.* Item, Nolo hic meam rem agere (i meo commodo consulere) *Plaut. Curc. sc.2.a.5.* Hodie peregrinos absoluam, cras agam cum ciuibus. *Plau. pœn. sc.7.a.4.* Sed ego, quod agò id me agere oportet, *Plaut. Mil. sc.2.a.2.* Item, Nihil ago tecum, Vbi est ipsus, tecum mihi rem esse nolo, sunt verba sumpta è iure. Sic rem actam egit. Vide Actum.] Vnde emerserunt innumeræ penè loquendi formulæ: vt, Furti agere, hoc est, actionem furti intendere. Agere causas, Agere ex syngrapha. [Lege agere: vide lex.] Lege agere ex sponso, de quo infrà in dictione Sponsio. [¶ *Pl. pœn. sc.4.a.2.* Quid illo homine es acturus? (i. quam ad rem vsurus.) *Ibid. sc.4.a.2. & sc.7.a.4.* Quid nunc fiet? quid agimus? *Velleius.* Nihil egisti Marce Antoni occidendo Ciceronem, (i. nihil promouisti, nihil tibi id profuit. *Plaut. pseud. sc.4.a.2.* Quid actum est? (i. quid egisti, quid promouisti?) Porrò innumeræ sunt aliæ huius verbi significationes quæ passim legentibus occurrunt, vt Agere pacem, *Senec. c.5. de consol. ad Elber.* Otia mundus agat, *Ouid. 4. Fast.* Opus est agendo (i. pugnando.) *Idem 13. Meta. Et 4. Fast.* Agit palmes gẽmas. Agere silentium *Qu. & c. Item:* Hoc age, Hoc agite, Hoc agamus. *Plaut.* Vide Hoc.] ¶ Agere reum, αἰτίαν ὑποφέρειν, hoc est, accusare. ¶ Peragere reum, πέρας τοῦ δίκης, hoc est, agendo perficere vt reus condemnetur. ¶ Agere gratias, hoc est, verbis ostendere, nobis aliquid fuisse gratum. Nam gratias habere, χάριν εἰδέναι, pertinet ad animum, quum memorem accepti beneficij mentem animúmque habeo, & inuicem gratificandi voluntatem. Referre verò gratiam, ἀποδοῦναι χάριν, est facto acceptum beneficium remetiri, vt si à me subleuatus aliquo beneficio, vt vicissim aliquo modo me subleuaueris, gratias retulisti, reddidistíque. Et licet *Seneca nolit* malas gratias referri posse: sed reddi: *Cicero tamen in Salustium ait,* Quòd ista inusitata rabie in vxorem & filiam meam inuasisti, qua se facilius mulieres abstinuerũt à viris, quàm tu vir à viris, satis docte ac perite fecisti. Non enim sperasti me mutuam tibi gratiam relaturum, vt vicissim tuos compellarem. *Terentius in Eunuch.* Illis crucibus quæ nos nostrámque adolescentiam habent despicatui, Nunc referam gratiam, atque eas itidem fallam, vt ab illis fallimur. Referre igitur gratiam, tàm in malum, quàm in bonum dicitur, quum sit facto beneficium, aut iniuriam acceptam compensare. Rectiúsque huic verbo singularem accusatiuum Gratiã iungimus, quàm pluralem Gratias. Et contrà, melius dicimus, *teste Valla,* Habere gratias, quàm gratiam: nunquam autem, vel rarissimè, Agere gratiam, sed fere semper, Agere gratias. *Liuius,* Satiatus tandem complexu filij, Renuntiate, inquit, gratias Regi me agere, referre gratiam aliam nunc non posse, quàm vt suadeam non antè in aciem descendat quàm in castra me rediisse audierit. *Cicer* Cui pro me Senatus gratias agendas putauit, ego à me gratiam referendam non putem? Pro eodem etiam dicimus, Respondere officiis. *Planc. Cic.* Immortalestibi ago gratias, agámque dum viuam: nam relatum me affirmare non possum: tantis enim tuis officiis non videor mihi respondere posse.

¶ Agere cum populo est populum rogare, vt suis suffragiis quid iubeat aut veret. ἐν τῷ δήμῳ χρηματίσαι. [Agere cum populo dixit quoque *Gell. cap. 15. lib. 4.* de eo, qui prouocauit ad populum. *Et c.15. l.13.* docet quid sit cum populo agere, & Agi cum populo bifariam non posse.] ¶ Cuniculos agere, est specus subterraneos effodere, per quos occulte in locum aliquem fiat aditus. *Cicer. 3. Offic.* Quòd si fana pater expilet, cuniculos agat ad ærarium. ¶ Agere viam, est viam sibi aperire per loca inuia. *Virg. 1. Æneid.* Alpheum fama est huc Elidis amnem Occultas egisse vias subter mare. [¶ Item pro tenere viam. *Senec. c. 18. de Consol. ad Mart.* Agunt vias diuersas sidera. *Et Tib. lib. 4.* Cæruna nec assuetos egerunt flumina cursus. Item agere principatum, id est, tenere siue gerere, bis *Suet. in Tib. c.24.*] ¶ Denique Agere, pertinet ad omnes actus humanos. ἐνεργεῖν. Nàm qui sedet, qui stat, qui cogitat, qui iacet, qui moritur, aliquid agere dicitur: ita vt nullus qui modò viuat, esse vnquam possit sine actione. ¶ Hinc fit, vt & agere dicamus pro viuere, pro quo etiam dicimus, Vitam agere, βιῶναι. *Terent. in Andr.* Primùm hæc publicè vitam, parcè ac duriter agebat. ¶ Item Annum vigesimum, vel trigesimum agere, Æuum agere, Senectutem agere, & similia. Annus, vel mensis vigesimus agitur, hoc est, currit, vel in cursu est. *Terent in Hecyr.* Tum postquam ad te venit, mensis iam hic agitur septimus. ¶ Agere animam, est mori, vel morti proximum esse. *Cic. Epist. lib. 4.* Qu. Hortensius quum hæc scripsit, animam agebat. ¶ Componitur Ago cum Ad, vt Adigo: cum Ab, vt Abigo: cum Am, vt Ambigo: Com, vt Cogo: Circum, vt Circumago, quod est Circunduco: De, vt Dego: Ex, vt Exigo: Per, vt Perago: Pro, vt Prodigo: Re, vt Redigo: Sub, vt Subigo, à quo fit Prosubigo: Trans, vt Transigo. ¶ Sunt etiam qui putent Castigo, Instigo, Mitigo, Læuigo, Litigo, & Nego composita esse verbi Ago: vt sic Castigo, Castè ago: Mitigo, Mitem ago: Læuigo, Læuem ago, id est, planum: Fustigo fuste ago: Litigo, Lite ago: sed quum sint primæ coniugationis, habeántque quædam i. productam, non videntur ab Ago composita. Agon, victimarij verbum pro agóne. *Ouid. lib. 1. Fastor.* Qui calido stricto tincturus sanguine cultros Semper agit ne rogat: nec nisi iussus agit. *Et Sene. lib. 3. Controuer.* Carnifex manum tollet: deinde respiciat ad patrem & dicat, Agón? quod fieri solet in victimis. Vnde prouerbialiter Agones dicti cunctatores, qui semper deliberant, neque quicquam aggrediuntur.

Ăgĭto, as, penult. corr. Crebrò facio, factito. { מנע חנית *henâh hanit. henidh.* πειρᾶσθαι, ἀναπαύεσθαι. GALL. Agiter, demener fort & souuent. ITA. *Agitare fur spesso.* GERM. Jeytſig thun, offt handlen. Item/ Bewegen hin vnd wider. HIS. *Hazer muchas vezes.* ANG. *To tosse and stirre to do often, to trouble.*] [*Ouid. El. 4. l. 3. Trist.* Quid fuit vt turas agitaret Dædalus alas. *Idem 2. Fast.* Vota feris similis nullos agitata per vsus. *Ouid. El. 4. l. 1. Trist.* Ille (Vlysses) erat assiduè sæuis agitatus in armis.] *Sallust. in Iugurtha,* Ita varié per omnem exercitum lætitia, mœror, luctus atque gaudia agitabantur. ¶ Item Stimulare, compellere. ἐλαύνειν. *Pl. Asin. sc.3.a.3.* Nam iam agitabo quadrupedem calcari. [*Ouid. El. 1. lib. 2. Trist.* Agitante cupidine currus.] ¶ Item obseruare. *Virg. lib. 2. Georg.* Ipse

dies

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

dies agitat festos. ¶Item perturbare, molestare, cruciare, vexare. *Cicer. de Legib.* Furiæ agitant infectantúrque improbos. *Plaut. in Curc. sc.1.a.2.* Tum te igitur morbus agitat hepatarius. [*Plaut. Capt. sc.4.a.3.* Atra bilis agitat hominem. At te atra pix agitet. *Et Amph.* pro claris factis diris aguntur malis. *Plau. Curc. sc.a.1.* Profundis vinum, quæ te res agitant. Laruæ & intemperiæ agitant senem. *Plau. Aul. sc.3.a.4.* Et ibidem, quæ te mala crux agitat? *Et Mil. sc.2.a.2.* Age si quid agis, nisi mauis agitari virgis.] ¶Item venari & insectari feras. *Cicer. lib.3. Offic.* Súntne igitur insidiæ, tendere plagas, etiamsi excitaturus non sis, nec agitaturus? Ipsæ enim feræ nullo insequente sæpe incidunt. ¶Item Exercitare. *Lactant.* Nisi virtus agitetur, proficimus parum. [*Liu. libr.5.d.4.* Agitare animum, id est exercere.] ¶Agitare vitam, idem quod agere, vel ducere. *Salust. in proœm. Bell. Catil.* Etiam tum vita hominum agitabatur sine cupiditate. [*Sic Gell. cap.7.l.20.* Agitare vindemiam hilarè. *Plaut. Asin. sc.1.a.3.* Agitemus hoc conuiuium vino & sermone suaui. ¶Pro Mouere & omnia miscere, *Liu. l.9.d.4.* Agitare, posuit. ¶Item, Eum bene agitare, pro bene valere dixit, *Gell. cap.19.l.16. Item Plaut. Capt. sc.3.a.2.* Quid rerum agitem patri perferat id est, vt valeam.] ¶Item Cruciare, vt apud eundem, Agitabatur magis magísque in dies ferox animus inopia rei familiaris, & conscientia scelerum. ¶Item sæpe administrare. *Idem*, In pace verò beneficiis magis quàm metu imperium agitabant. ¶Item, Sæpe considerare, cogitare, recogitare. *Idem*, Sed ea quæ mente agitari omnes iam antea audistis. [Agitare animo. *Liu. libr.5.d.4.* Agitare cogitationes cum aliquo. *Ibidem l.10.d.4.* Agitare consilia.] *Terent. in Phorm.* Ego quoque id quidem agitans mecum seculò, inueni (vt opinor) remedium huic rei. ¶Aliquando Tractare, disputare, excutere. *Cicer. pro Dom.* Sententia quæ erat tractata in Senatu. ¶Agitare ferociter, est sese ferociter gerere. *Salust. in Catil.* Minari interdum ferro, nisi obnoxia foret: postremò ferociùs agitare, quàm solebat.

¶Agitare lætitiam, est lætitiam præ se ferre, & reipsa gaudium ostendere. *Ibidem*, Ciceronem ad cælum tollere, & veluti seruitute erepta, gaudium & lætitiam agitabat.

Agitātĭo, verbale, Ipse agitandi actus. {מנוד *manódh.* κίνησις, σύγκινησις. GAL. Esmouuement, esmotion, agitation. ITAL. *Smouimento, commotione, agitatione.* GER. Bewegung/trib. HIS. *Obra de acossar aguijadura.* A. *Stirring o troubling.*} *Cic. 2. de Na. deor.* Nec enim ille externus, & aduentitius habendus est lepor, sed ex intimis maris partibus agitatione excitatus.

Agitātŭs, ūs, κίνησις & κίνησις. motus, agitatio. *Macrob. Comment. lib.2.cap.14.* Imò per diuersa, si spontaneo ferrentur agitatu.

Agitātor, Qui est equorum, cutruúmve rector. {מבהיג *manhígh.* ἀγωγεύς, ἐλατήρ, κινητής. GALL. Qui conduit & chasse cheual, asne, ou autre chose. ITAL. *Chi spinge & mena cauallo ò asino.* GERM. Ein rosstreiber/karrer/fuhrmann. HISP. *Aguijador ò acossador de animales.* ANG. *A driuer of a cart or of beastes.*} *Cicer. Attic. libr.13.* Nec est melius quicquam quàm vt Lucullus sustineat currum, equósque, vt bonus sæpè agitator.

Actŭs, a, um, Completus. {נעשה *naásch.* πεπραγμένος. GALL. Fait, parfait. ITAL. *Fatto, perfetto.* GERM. Das schon vberhin vnd volbracht ist. HISP. *Hecho.* ANG. *Done, ended.*} *Virg. lib.6.* His actis propere exequitur præceptà Sibyllæ. Vnde Actum agere, prouerbio dicitur, pro nihil agere. Quod enim (*inquit Donatus,*) in iure semel iudicatum fuerit, rescindi & iterum agi non potest. ¶Ponitur etiam Actus pro Adpulsus. *Idem lib.7.* Siue errore viæ, seu tempestatibus acti. [*Ouid. Eleg. vlt. lib.4. Trist.* Mihi longis erroribus acto.] ¶Pro Admotus. *Idem libr.9.* Accelerant acta pariter testudine Volsci. ¶Pro Coactus, territus. *Idem lib.6.* Prodigiis acti cælestibus ossa piabunt. *Alia significata quære in dictione* AGO.

Actum est, Vide in AGO, & semper in malam partem accipitur: vt, Actum est de Republica: id est, extincta, desperata, perdita est, *ἀπόλωλε, πέπραγται. Terent. in Andr.* Quid ego audio? actum est, siquidem hæc vera prædicat.

Acta, orum. {דברי הימים *dibré hajamím.* πράξεις. GAL. Faicts & actes publiqs, les registres publiqs. ITAL. *Atti publici, registrati.* GERM. Handlungen/geschichten. HISP. *Los echos publicos de cada dia.* ANG. *Gestes or actes.*} Generaliter dicuntur quæcunque aguntur, siue publicè, siue priuatim, siue in iudicio, siue extra iudicium. *Cic. de Orat.* Consilia primùm, deinde acta, postea euentus. [In omnibus actis, Vltima si demas, vita tuenda mea est. *Ouid. El.4.l.4. Trist.* Ille licèt patriis sine fine superbiat actis. *Ouid. in Epist.* At sua Tydydes mecum communicat acta. (id est res.) *Ouid.13. Metam.* Et tua letheis acta dabuntur aquis. *Ouid. El.9. lib.4. Trist.* Quæ vitæ quæritis acta meis. *Ouid. El. vlt. l.4. Trist.* Diuitis ingenii est immania Cæsaris acta Condere: *Oui. El.1. l.2. Trist.* pro rebus gestis.] ¶Acta propriè dicuntur quæ gesta sunt ab eo qui togatus in Republ. cum potestate imperióque versatus est. Nam imperatorum res gestæ dicuntur. *Cicer. Philip.1.* An in commentariolis & chirographis & libellis acta Cæsaris firma erunt, quæ ille in æs incidit, in quo populi iussa perpetuáque leges esse voluit, pro nihilo habebuntur? *Et paulò post*, Ecquid est quod tam propriè dici possit actum eius qui togatus in Rep. cum potestate imperióque versatus est, quàm lex? qua re acta Gracchi leges Semproniæ proferentur. Postea autem consuetudine sermonis factum est, vt literæ omnes de quorumlibet iudicum sententiis perscriptæ, actorum nomine conferentur. *Idem*, quodcunque apud ius dicentem ad causam siue publicam siue priuatam pertinens, gestum eiúsque autoritate mandatum literis esset. *Ex lexico Hotomani.* ¶Acta circunducere, est antiquare, & delere. *Paul. l. Act. ff. de re iud.* Acta apud se habita, si partes consentiant, & iudex hoc permiserit, potest iubere eadem die circunduci. ¶Acta diurna, quæ in singulos dies conficiúntur. Græci ἐφημερίδας vocant, Latini Diaria. [Ad acta maiorum reuerti (id est, ad annales) *Sen. c.1. de const. ad Mart.*] ¶Referre in acta, est inter acta perscribere. *Iuuen. Satyr.2.* liceat modò viuere, fient, Fient ista palàm, cupient & in acta referri. [*Suet. in Calig. c.3.* In acta refert repudia. Item, in fastos actáque publica referre. *In Tib. c.5.* vt Senatus actis continetur. *idē in Aug. c.5.* Intrare in acta principis. *Suet. in Tib. c.26.* Referre de actis superioribus ad Senatum. *Idem in Cæs. c.23.*]

Actŭs, us, Generali vocabulo, dicitur omne quod agitur, aut dicitur, πρᾶξις. *Cicer. in Salust.* Si de mea vita atque actibus huic conuitiatóri respondero. *Idem 1. de Legib.* Non solùm in rectis, sed etiam in prauis actibus insignis est humani generis similitudo. [*Quintil.* In cæteris actibus vitæ. *Idem.* In actu non in effectu posita est Rhetorica. *Sene. epist.38.* Ex minimo in maximos actus diffunditur semen. *Sueton. in Aug. c.78.* Actus diurnus. (an ephemeridis?) ¶Item, Actui rerum, (pro rebus gerendis siue agendis) *Suet. in Aug. c.32.* & Actus rerum, pro iudiciis, *Idem in Claud. c.23. & c.15. & in Nerone c.17.*

¶Actus, Gallicè, contenance. *Quintil.* Amictus habet actum quendam præliantem.] ¶Dicuntur præterea Actus, partes fabularum, inter quas modi fieri solent. Hos in omni fabula quinque exigit *Horatius in arte poetica*, Néve (*inquit*) minor quinto, neu sit productior actu Fabula, quæ posci vult, & spectata reponi. [*Suet. in Nero c.24.* Actus tragicus.] ¶Vnde prouerbiali figura dicimus, supremum fabulæ actum addere, pro eo quod est, extremum finem imponere. *Cicero in Catone transfert ad vitam peractam*, Hi mihi videntur fabulam ætatis peregisse; nec ranquam inexercitati histriones in extremo actu corruisse.

¶Per translationem Actus dicuntur diuersæ vitæ humanæ partes, in quibus non secus atque histriones in Comœdia, alias atque alias quodammodo induimus personas. *Ibidem*, Naturam optimam ducem sequimur, à qua non verisimile est, quum cæteræ partes ætatis bene descriptæ sint, extremum actum, tanquam ab inerti poëta esse neglectum. ¶Item, Actus dicitur spatium in agro centum viginti pedum, quòd in eo boues agerentur, quum araretur vno impetu iusto, *vt inquit Plin. libr.18. capit.3.* Triplices autem reperiuntur Actus, minimus, quadratus, & quadratus duplicatus. Minimus quatuor pedes habet latitudinis, longitudinis pedes centùm viginti: quod spatium in agris erat inter vicinos. Quadratus vndique centum viginti pedibus præfinitur. Quadratus duplicatus Iugerum præstat. ¶Rursus actus (*vt Modestinus de Seruitute prædiorum rusticorum scribit* (est vbi armenta trahere, & vehiculum ducere licet, ἐλασία; hoc est, via qua quis pedes vel eques commeare potest. *Vide Institutiones Iustin. lib.2.tit.3.* Item actus, dispensationem & administrationem pecuniæ significat apud Iurisconsultos. *Scæuola l.40. D. de statu. lib.* Stichus seruus meus actor, si rationem omnem actus sui hæredi meo reddiderit, liber esto.

Actiuus, ἐνεργητικός, δραστικός, δρακτήριος. Qui agit, fictum à Grammaticis: vt Actiua significatio, & verbum actiuum, quod (*teste Prisciano libro 8.*) semper actum significat, & facit ex se passiuum. [Actiua ars. *Quintil.*]

Actiuĭtas, & passiuitas, vocabula sunt Census Grammatici: vt apud Probum in Catholicis: secunda persona actiuitatis, & passiuitatis.

Actuōsus, laboriosus, laboris plenus {עמל *hamél* יגיע *jaghéah.* ἀνακτικός, πραγματικός. GAL. Qui represente bien les mines & contenances. ITAL. *Attuoso, tronio ne gesti del corpo.* GER. Der vil gebärden vnd seltzamer weisen treibt. HIS. *El que haze gestos y visages.* ANG. *Full of labour.*} Actuosi homines, qui motu corporis maximè exercentur: vt histriones & saltatores. Et actuosus ignis, *apud Senecam.* Actuosa vita, quæ in actione & labore versatur, non in studio & contemplatione. Et hæc actiuè: passiuè autem quum accipitur, significat rem in qua multum sit laborandum: vt Actuosa comœdia. *Donat. in Terent.* Hæc scena actuosa est, magis in gestu quàm in oratione constituta.

Actuōsē, aduerb. Magno labore, πραγματικῶς, δραστικῶς. *Cicer. 1. de Orat.* Quid petam præsidii? quàm leniter? quàm remissè? quàm non actuosè?

Actio, verb. Actus, vel operatio, administratio. {פעל *peâl* פעלה *peâlláh* מפעל *miphhal.* πρᾶξις. GAL. Action. IT. *Attione.* GERM. Handlung. HISP. *Obra, hechura.* ANG. *Doing, action.*} *Cic. 1. Offic.* Virtutis enim laus omnis in actione consistit. Apud Rhetores autem significat eam artis partem, quæ in pronuntiando & gestum agendo consistit. ὑπόκρισις. *Cic. in Orat.* Est enim actio, quasi corporis quædam eloquentia, quum constet è voce atque moru. Quid autem sit pronuntiatio, *libr.1. ad Heren.* explicatur: Pronuntiatio, est vocis, vultus, gestus moderatio cum venustate. ¶Quandoque Actio pro Accusatione, siue petitione accipitur, κατηγορία, quemadmodum Actor pro accusatore κατήγορος: vt Ciceronis actiones in Verrem. *Quint. lib.7.* Cuius actionem equidem solam in hoc tempus emisi ram. [Idem, Actiones pupillares habuit puer Demosthenes.] ¶Quandoque dicitur defensio, siue oratio, pro causæ defensione, aut alicuius rei, de qua agitur, δικαιολογία. *Cicer. Q. Valerio*, Actionem meam C. Cæsar primo suo Consulatu lege Agraria comprobauit. [*Item*, Actio Ciceronis pro Sextio, dixit de defensione *Quint.*] ¶Est etiam actio, Ius agendi & iudicium intentandi. δίκη. *Autor ad Heren. libr.1.* Et à causa cadit is qui agit, nisi habeat actionem. [*Gell. c.15. l.5.* Is apud quem est legis actio. *Quintil.* Ius actionis non habes: & mox, non licet agere.] ¶Actiones item certæ formulæ sunt apud Iureconsultos quibus iudicium datur. *vide Hotom. in Lexic.* ¶Dicimus etiam Gratiarum actionem, pro beneficij accepti confessione, & grata verborum redditione. *Cic. Planco.* Quam quam gratiarum actionem à te non desiderabam. *Actio vitæ pro viuendi ratione seu modo. *Cic.5. Tuscul.* Si vitæ modum actionémque quærimus, alterius mens rationibus agirandis exquirendísque alebatur, cum oblectatione solertiæ, qui vnus suauissimus pastus animorum: alterius in cæde & iniuriis, cum & diurno & nocturno metu. (De Archimede mathematico & Dionysio tyranno loquitur.) Si quærimus actionem vitæ, id est, qualem vterque vitam egerit. *Idem 3. Offic.* Ad eas res parandas tuendásque quibus actio vitæ continetur.

Actiūncŭla, æ, diminutiuum ab Actio. *Plin. Epist. lib.8. Falconi*, Retracto enim actiunculas quasdam.

Actĭto, as, pen. corr. frequentatiuum, oriundum, non ortum ab AGO, sed ab Acto, sicut Scripto à Scripro, Lectito à Lecto: & propriè Actitare dicitur in causis. ἀγωνίσασθαι. *Plin. Iunior ad Marcum*, Magis miraberis, si scieris illum aliquandiu causas actitasse. *Cic. de Claris Orat.* Etiam M. Ponridius municeps noster multas priuatas causas actitauit. *Vide & Gell. lib.9. c.6.*

Actŏr, Dicitur omnis qui aliquid agit. {פעל *poêl.* πράκτωρ. GALL. Exploicteur. ITAL. *Operatore.* GER. Ein thäterein verhandler. HISP. *El que*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

haze. ANG. *An worher, doer.* } *Cicer. pro Sest.* Cato & dux, & autor, & actor illarum rerum fuit. ¶ Item is qui in iudicio causam agit, συνήγορος. *Cicer. de Clar. Orat* Eodem anno Miloni Rhodio Romæ dedimus operam & actori summo causarum & magistro.

¶ Apud Iurisconsultos Actoris vocabulum ferè semper accipitur pro accusatore, seu petitore, hoc est, pro eo qui actionem in iudicio intendit aduersus reum, κατηγόρος. *Vlpianus l. Quæ omnia. ff. De procurat. & defensoribus,* Quæ omnia non solùm ex parte rei, sed etiam in persona actoris obseruabuntur. [*Item Tacit. lib.* 2. Actori publico mancipare.] ¶ Actor etiam dicitur histrio qui fabulam agit, ὑποκριτής. *Cic. ad Q. Fratrem,* Poëtæ boni & actores industrij in extremo actu solent esse dili gentissimi. ¶ Item actor seruus, dicitur idem qui dispensator, nimirum qui pecuniæ domini tùm exigendæ tum dispensandæ præest. *L. 5. de de doli excep. L. Sticho. de Statu lib.* Vulgò iam factorem appellare solemus. *Col. li.* 1. *c.* 7. Ita fit vt & actor, & familia peccent, & ager sæpius infametur.

Actuārius. Qui acta describit velocì stylo, eáq; descripta deinde recitat, Notarius. { סופר *sophér* מזכיר *mazchir.* γραφεύς. GA. Notaire. IT. *Notario.* GERM. Ein notari/so die händel schnell vnd in eyl schreibt. HIS. *Aquel que escriue lo que otro dize.* ANG. *whiche writteth gestes* } *Sueton. in Cæsare,* Quam non immerito Augustus æstimabat magnis ab actuariis exceptam malè subsequentibus verba dicentis, quàm ab illo æditam. [Actuarij vice fungi, *Senec. epist.* 33.]

Actuārius, a, um, εὐάγωγος, Agilis, velox, & facilis ad circumagendum. vnde Naues actuariæ, κωπήρεις dicuntur, quæ leuiores sunt, agiliores, quæ que huc illuc quàm minimo negotio flecti possunt. *Liuius* 4. *Decad.* 1. 8. Tradito & naues, armentáque earum, néve plures quàm decem naues actuarias, nulla quarum plus, quàm triginta remis agatur, habeto. [*Vide Gelliumcap* 25 *libr.* 10.] ¶ In eadem etiam significatione actuarium legimus neutro genere. *Cic. Attic. li.* 10. Recordor enim æstate cum illo Rhodiorum ἀφράκτῳ nauigans quàm fuerim solicitus. Quid duro anni tempore actuaria fore censes.

Actuārĭŏlum, diminutiuum, τὸ κελήτιον. *Cic. Attic. lib.* 16. Hæc ego conscendens è Pompeiano tribui actuariolis decem scalmi. Id est, remigibus earum nauicularum, quæ vocantur actuaria, vel actuariola.

Actūtum, pen. prod. aduerbium temporis: ab Actu, id est, celeritate deriuatum, Significat enim confestim, sine dilatione. { פתאם *pitheóm* פתע *péthaē.* αὐτίκα. GA. Tost, incontinent, soudain. ITA. *Di subito, di fatto, incontinente.* GERM. Geschwind/flux/eins wegs. HIS *Presto, luego.* ANG. *Incontinent.* } *Cic.* 12. *Philipp.* Ego mortem actutum ferendam puto. *Terent. in Phorm.* Aggredere actutum.

[Credo istuc nomen tibi actutum fore. *Plaut. Most. sc.* 1. *a.* 2. Cedo arcu lam actutùm, *Pl. Most. sc.* 3. *a.* 1. In pistrinum te scis actutum tradier. *Ibi. sc.* 1. *a.* 1 Exemplò actutum tibi exeundum. *Plaut. Mil. sc.* 4. *a.* 2. nisi actu tùm hinc abis *Plau. Amph. sc.* 1. *a.* 1. Redibo actutum. Illud actutum diu est *Ibid.* Actutùm cloquere. *Plaut. Asin. st.* 1. *a.* 1. Abducito istum actutùm, *Plaut. Cap. sc.* 5. *a.* 3. Age recipe actutum. T. licet. *Plaut. Curc. sc.* 3. *a.* 5. Propera atque actutùm. *Plau. Men. sc* 3. *a.* 1. *bis.*) Abduce istos in tabernam actutum diuersoriam. *Ibid sc.* 4 *a.* 2.]

AGOCE, ces, Nomen vrbis Æthiopiæ, quæ est sub Ægypto. *Plin lib.* 6. *c.* 29.

Agogæ, ἀγωγαὶ, ἢ ἀγωγοί, Fossæ sunt in metallis auratiis, per quas aqua aurum trahens ducitur, *Vide Plin. lib.* 33. *cap.* 4. Hermolaus *Inlices* vocari tradit.

Agōlum, pen. cort. Pastoralis baculus, quo pecudes aguntur. { משענת *mattateh.* שבט *schébet.* λαγωβόλον. GAL. Baston de pasteur. ITA. *Bastone de pastore.* GER. Ein hirten stäck. HIS. *Cayado ò bordon de pastor.* ANGL. *Agoa de iopriforward. ca'ell.* } *Festus.*

Agōn מִשְׁתּוּל *naph úl.* ἀγών. GAL. Tout exercice du combat, comme luictes, ioustes & autres. ITAL. *Agone.* GER. Kampff/übung zum streit. HISP. *Contenci n, porfia.* ANG. *Exercise of combat.* } Græcis idem est quod certamen, studium, contentio, labor cum difficultate coniunctus. Accipitur & pro loco ipsius certaminis. Vnde locus Romę iuxta Tyberim, qui Circus Flaminius dicitur, etiam Agon appellatus fuit, quòd in eo curule certamen soleat exhiberi. ¶ Fuit quoque proprium viri nomen ex Teo, de quo *Plin. lib.* 33 *cap.* 3. Summæ apud exteros licentiæ fuerat, Agonem Teium Alexandri Magni præfectum aureis clauis sufficere crepidas. [¶ Agones, Musici: *Suet. in Nero. cap.* 22. *Vide eundem ibid. c.* 45.]

AGŌNĀLĬA, ium, vel iorum, ἀγώνια, Festa erant apud Romanos, quotannis celebrari solita in honorem Iani (*vt est apud Ouid.* 1. *Fastor.*) aut certè in honorem Agonij Dei (*vt Festus tradit*) qui rebus agendis præesse putabatur. Hoc die Rex sacrorum arietem immolabat, *vt tradit Varro lib.* 5 *de lin. Lat.* Nominis rationes multę afferuntur. Nam Varro loco iam citato, ex ritu sacrorum ductum existimat, in quibus minister strictum ad arietem iugulādum tenens cultrum, identidē rogare solet, Agon'? Quam opinionem *Ouidius* quoque attingit his versibus, Nominis esse potest succinctus causa minister, Hostia cælitibus quo feriente cadit. Qui calido strictos tincturus sanguine cultros Semper agátne rogat, nec, nisi iussus, agit. *Festus* (vt diximus) ad Agonium rerum agendarum deum, dictionis huius etymon refert. Alij ad Agonem montem, in quo die illa sacra fieri solebant, qui postea Quirinalis dictus est, ex quo in eo consederunt Sabini, in vrbis portionem recepti. Alij à certamine curuli dictum putant, quod hisce feriis antiquitus solet celebrari. Nam Græci certamina & ludos ἀγῶνας appellant. In quam opinionem *Ouidius quoque descendit, quum scribit,* Fas etiam fieri solitis ætate priorum Nomina de ludis Græca tulisse diem: Et priùs antiquus dicebat Agonia sermo, Veráque iudicio est vltima causa meo.

Agōnĭa, ἀγώνια, Feriæ erant Romæ mense Ianuario celebrari solitę, postea Agonalia appellata. *Ouid.* 1. *Fastor.* [& 5 *sub finem.*] Et priùs antiquus dicebat Agonia sermo. *Vide paulò ante in dictione* AGONALIA. ¶ Agonias quoque antiqui hostias appellabant, *teste Festo* nomine ab agendo deducto. Sterilitatem quoque & impotentiam generandi, Agoniam, Græco vocabulo ἀζωΐαν, vocamus. ¶ Agonia antepen. prod. ἀγωνία, extrema est conturbationis species, quam Latini Trepidationem vocant. Quam vocem etiam interpres seruauit, *cap.* 22. Et factus (inquit) in agonia, prolixiùs orabat.

Agōnĭsmă, atis, ἀγώνισμα, Græcis est palma, siue præmium certaminis.

Agōnium, Dies appellabatur, quo Rex sacrorum agonias; hoc est, hostias immolabat. *Autor Festus.*

Agōnĭstă, ἀγωνιστής, Qui in agone contendit, certator, pugil.

Agōnĭus, ἀγώνιος, Dicebatur Deus, qui præsidebat rebus gerendis: in cuius honorem Agonalia instituta fuisse existimauit *Festus.*

Agōnīzo, ἀγωνίζομαι, neutrum, Agonizor deponens, significat dimico, contendo. *Hieronymus in Eccles.* Agonizare pro anima tua, pro iustitia. *Cypr. ad Mosen* : Omnis qui agonizatur in omnibus continens est.

Agōnŏthĕtă, ἀγωνοθέτης. GAL. Le maistre ou capitaine ou president aux ieux de combat. ITALIC. *Soprastante ò giuochi di lotta.* GER. Ein hauptman vnd furgesetzter derselbichischulen/der inen die belonnng ausstheilt. HI. *Maestro de aquellos juegos.* ANGL. *He which ouerseeth the combat.* } pecor. ab ἀγών, & τίθημι. Munerarius, quasi agonis dispositor seu præfectus, qui prœmium certantibus in quolibet ludorum genere proponit: qualis Achilles *apud Hom.* in funere Patrocli, & Æneas *apud Virgil.* 5. *Æn. Spartianus in Adriano,* Pro agonotheta resedit. Suidas inter Agonothetam & atholothetam ita distinguit, vt hic sit in gymnicis, ille in senicis ludis, ἀγωνοθέτης, inquit, ὁ ἐν τοῖς σκληροῖς ἀθλοθέτης, ὁ δὲ ἐν τοῖς γυμνικοῖς.

Agōnŏthĕtæ, Dicebantur qui sacris certaminibus præerant, erántque de cemuiri, *vt scribit Iul. Poll.* Prędia quæ his iam emeritis distribuebantur, Agonothetica dicentur, sicut ea quæ ipsi Agonothetæ athletis adiudicant.

AGONAX, Zoroastris fuit præceptor in arte Magica, *Apud Plin. tamen l.* 30. *c.* 1. Azonacem hunc, non Agonacem appellatum inuenimus.

AGONENSIS PORTA, Romę fuit in monte Quirinali, quæ & Collina porta dicebatur.

AGONIS, idis, Liberta Veneris Erycinæ *Apud Cic.* 1. *Ver.*

AGORACRITVS, ἀγοράκριτος, Insignis statuarius fuit, Phidię discipulus, cuius opus esse creditur Veneris Rhamnusię signum, quam Nemesin appellauit. { GER. ein außbundiger bildhawer. } Nam quum de facienda Venere cum Alcamene condiscipulo suo contenderet, suffragio imperiti populi non arte superatus, vsque adeò rei indignitate commotus est, vt signum illud Nemesim appellauerit eáque lege vendiderit ne Athenis esset. *Autor Plin. lib.* 36. *ca* 5.

Agōrāĭus, ἀγοραῖος, Nundinarius, vilia emens: ab ἀγορά, emo. ἀγορά enim forum rerum venalium dicitur: quamuis etiam pro Concione, pro Pretio rei, pro Re vendita, & pro Foro iudiciali quandoque ponatur.

Agorāĭs panis, ἀγοραῖος, ἄρτος dicitur, qui in foro rerum venalium venundatur. *de quo vide Ruel. li.* 2. *c.* 14.

Agoranomus, ἀγορανόμος. pen. cor. prorsus eiusdem significationis est, cuius est Ædilis: de quo in superioribus satis. Dictus Agoranomus, à foro rerum venalium, cui regulam præscribit. *Plau. in Cap.* Mirúmque adeò est, nisi hunc fecerunt sibi Agoranomum Ætoli. [*Plaut. Curc. sc.* 3. *a.* 2. Nec Tyrannus nec Agoranomus. *Idem Cap. sc.* 1. *a.* 4. fecerunt sibi Ætoli Agoranomum.]

AGRA, ἄγρα, Regio Læanitarum, Arabiæ populorum. *Plin. libro* 6. *capit.* 28.

AGRADATVS, ἀγράδατος, Rex Persarum, postea Cyrus dictus, à Cyro Persidis fluuio. *Strab. lib.* 15.

AGRAE, arum, ἄγραι, Oppidum est mediterraneum Arcadiæ, *apud Pli. li.* 4. *c.* 6 Item Atticæ regiuncula, Dianæ ἀγροτέρας templo insignis. *Vide Ge. Rhod. lib.* 20. *c.* 7.

AGRAEI. ἀγραῖοι *Stephano,* populi sunt Arabiæ in sinu Læanitico, quorum oppidum est Agra, ἄγρα, Læanitarum regia: cuius meminit *& Pl. li.* 6. *c.* 28.

AGRAGAS, Qui & Acragas, ἀκράγας, Siciliæ mons est, & in eo oppidum eiusdem nominis, quod hodie Agrigentum vocant, vulgò *Gergento. Virgil.* 3. *Æneid.* Arduus inde Agragas ostentat maxima longè Mœnia.

Agragantinus, idem Agrigentinus. *Lucr. li.* 1. Quorum Agragantinus cum primis Empedocles est. *Vide* AGRAGAS.

Agrāphos, ἄγραφος, pen. corr. { ANG. *Not vvritten.* } Latinè non scriptus dicitur, vel non pictus. Sic Agraphum ius dicitur, quod non scriptum, sed consuetudine receptum, & à maiori populi parte approbatum.

Agrarius, Agrestis, Vide AGER.

Agrę, ἄγρη, Ciuitas est Lydiæ, apud Stephanum.

Agria, ἄγρια, Scabies quædam est statis anni temporibus reuertens, curatu adeò difficilis, vt nulla penè arte sanari possit: vnde & nomen habet: ἄγριος enim idem est quod inmitis, vel ferox. *Celsus* Feram scabiem appellat.

Agriacantha, ἀγριάκανθα ἢ ἄκανθα ἀγρία, Spina est syluestris carduo similis, densis horrens spinis. *Autor Dioscorides.*

Agricola, Vide AGER.

Agrielæa, ἀγριελαία, Olea syluestris, quam Latini vocant Oleastrum.

AGRIGENTVM, ἀγράγας, Vrbs Siciliæ, quæ & Acragas, siue Agragas dicitur, ex qua Empedocles philosophus, & Phalaris tyrannorum sæuissimus originem duxerunt.

Agrigentinus, a, um, ἀγραγαντῖνος, possessiuum, pen. product. vt Tyrannus Agrigentinus, & Sal Agrigentinus, qui in igni fluit, & in aqua vel liquore alio crepitat, quasi torreatur. *Plin. lib.* 31. *cap.* 7. Agrigentinus sal ignium patiens, ex aqua exilit.

*Agrimonia (quam vulgò vocant) verum est eupatorium Græcorum. *Ruell. lib.* 2. *c.* 95. Græce ἀγριμώνη.

Agriocardamum, ἀγριοκάρδαμον, Herba eadem esse creditur cum ea, quæ alio nomine Hiberis dicitur, & Lepidium Galeno. *Vide Ruel. li.* 1.

AGRIODOS, penul. cor. Numeratur *ab Ouidio* inter canes Actæonis, 3. *Metamorphoseos.*

Agrion nardon, { ἀγρία νάρδος. GALLIC. Valeriane. ITAL. *Valeriana.* GERM. Baldrian. HISP. *Hierua benedicta.* ANGLIC. *Valerian.* } Herba est folio oleris atri, quam *Dioscorides* Plu,ῶν: nonnulli etiam Nardum Creticum appellarunt, Recentiores vocant Valerianam maiorem.

AGRIONIA, Festa erant apud Bœotios, quæ in honorem Bacchi quotannis celebrabantur.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

AGRIOPHAGI, ἀγριοφάγοι, Æthiopum populi sunt, solis ferarum carnibus vescentes, *Solinus, Plin. lib. 6. c. 30.*

AGRIOPHAGITAE, Cyclopes dicuntur, vel monoculi, quia vnum habent oculum in media fronte ad modum cycli. Hos India gignit.

AGRYOPHYLLON, {ἀγριόφυλλον. GA. *Fœniculum porcinum.* IT. *Peucedano.* GER. *Harstrang/oder sewfenchel.* HI. *Heruatum.*} Herba est, alio nomine peucedanum dicta. *Vide Dioscor.*

Agriosselinon ἀγριοσέλινον, Herba eadem cum hippolesino. *Dioscor.*

Agripeta, Vide AGER.

AGRIPPA, ἀγρίππας, Syluius Tyberini Latinorum regis filius, qui submerso patri successit in regnum, & quum quadraginta annis regnasset, moriens Romulum filium regni reliquit hæredem. *Vide Liuium l. 1. ab Vrbe.*

Agrippæ, qua si Ægrippæ, ab ægro partu (*vt docet Gellius capite 16. libro 16.*) dicuntur, quorum nascendo non caput, sed pedes primi exierunt, qui partus difficillimus, & ægerrimus habetur: ab ægritudine & pedibus appellati. Confixos autem pueros esse in vtero Varro scribit, capite infimo nixos sursum pedibus elatis, non vt hominis natura est, sed vt arboris. Nam pedes cruráque arboris appellant ramos: caput, stirpem atque radicem. Quando, inquit, contra naturam fortè conuersi in pedes, brachiisque plerunque diductis retineri solent, ægrius tunc mulieres eniituntur. ¶Fuerunt autem multi sic appellati, quorum vnus fuit Menenius Romanus cognomento Lanatus, qui de Sabinis triumphauit & populum qui à patribus secesserat, in gratiam reuocauit, narrato apologo de membris aduersus ventrem conspirantibus. Hic tam pauper decessit, vt collatis in singula capita sextantibus publico sumptu elatus sit. Alter Syluius AGRIPPA duodecimus Latinorum rex, cuius meminimus paulò ante. ¶Item M. Agrippa, Augusti gener, nauali victoria contra Sext. Pompeium insignis. *De quo Virgil. lib. 8.* Parte alia ventis & Diis AGRIPPA secundis. ¶Item Herodes AGRIPPA, secundus Galilæorum Tetrarcha, Herodis primi Iudæorum Regis filius, qui Christum illusum remisit ad Pilatum. ¶Fuit præterea alius hoc nomine Aristobuli filius, quem à Tiberio in vincula coniectum Caligula soluit, regémque Iudæorum constituit. *Vide Iosephum, & ea quæ infrà annotauimus in dictione* HERODES. [AGRIPPA nepos Tiberii, *Ouid. 4. Fast.*]

*AGRIPPIAS, Agrippiadis, pen. cor. vrbs quæ priùs Anthedon dicebatur, ab Herode postea dicta AGRIPPIAS.

AGRIPPINA, pen. pro. ἀγριππίνη, M. Agrippæ filia, & neptis Augusti, & vxor Germanici, quem etiam in Syriam comitata est: vbi quum ille misso à Cn. Pisone veneno interiisset, cineres eius in Italiam reportauit, & Iuliæ familiæ monumento intulit, Pisonémque iudicio persequuta ad spontaneam necem adegit. Postremò apud Tiberium Cæsarem nullo suo merito in inuidiam adducta, inedia sibi mortem conscíuit. ¶Iulia AGRIPPINA, Germanici & superioris AGRIPPINÆ filia fuit, quæ primum C. Domitio Ænobarbo nupsit, cui Neronem peperit, mortuóque Domitio, nouo quodam exemplo cum Claudio Cęsare patruo secundas nuptias contraxit: quem, vt Neroni filio suo expeditam ad imperium viam sterneret, venenato boleto sustulit. Tandem infinitis nobilissimorum virorum cædibus grassata, immissis Neronis percussoribus, multis vulneribus confossa est, illud identidem clamitans, Ferri ventrem, qui monstrum tàm ferum tulit. *Virúmque vitam vide latiùs apud Tacitum.*

AGRIPPINA, siue Agrippinensis Colonia, Vrbs est celeberrima ad Rhenum fluuium, Vbiorum metropolis nomen habens ab AGRIPPINA Neronis matre, quæ vt patriam (ibi enim nata erat) splendidiorem redderet, sociísque etiam nationibus potentiam suam ostentaret, Veteranorum coloniam eò deduci imperauit. {GERMA. Die statt Cöln am Rhein.} *Vide Tacitum Annal. lib. 12.*

Agrippum. Lacones oleam syluestrem vocant. Vnde Adagium, Sterilior Agrippo, ἀκαρπότερος Ἀγρίππα: de iis qui extremæ sunt paupertatis, neque quicquam facultatum possident. Quadrat & in ignauos nulliúsque industria homines. *Autores Zenodotus & Suidas.*

Agrius, Herba tùm præcipua dulcedine, tùm hominibus ac iumentis vtilis in primis vsus, ea potissimùm Ægyptij vescebantur. *Diodor. Sicul. lib. 2. c. 1.*

AGRIVS, ἄγριος, Martis ex Parthaone filio nepos, & Thersitæ pater, *teste Homero* cuius nihil præter nudum nomen ad nos peruenit.
¶Fuit & Agrius Vlyssis ex Circe filius, vt autor est *Hesiod. in Theog.*

AGRON, ἄγρων, Primus qui ex Heraclidis Sardibus regnauit. *Herod. libro 1.* ¶Agron Illyricorum Rex, qui quum Ætolos superbissimos populos bello domuisset, tanta sese præ gaudio vini copia obruit, vt pleuritide correptus, subitò fuerit extinctus. *Autor Polybius.* ¶Agron præterea apud *Cæl. Rhod. lib. 4. cap. 22.* medicus summè laudatus, quòd Athenas magna pestilentiæ vi sæuiùs infestante, affectorum plerisque salutarem tulisset opem, accensis in proximo ignibus. ¶Agron Nini filius à Græcis dictus, quòd in agris natus esset, apud eundem *Cæl. lib. 3. capite 5.*

AGROSPI, ἀγρόσποι, Populi Arabiæ, *apud Pl. li. 6. c. 30.*

Agrostes, ἀγρώστης, Phalangij species, apud Nicandrum.

Agrostis, {ἄγρωστις, GA. Dent du chien. IT. *Gramigna.* HIS. *Grama.*} Herba est geniculatis per terram ramulis serpens, folia habens oblonga acuminata, in modum paruæ arundinis, qua boues iumentáque pascuntur. Latini Gramen appellant. *Vide Dioscor. li. 4. c. 26.*

AGROSVS, Mons est, vbi nunc Roma, quem Faunus rex, Euandro ex Arcadia pulso concessit, quem ille postmodum Palatinum appellauit.

AGVNTVM, ἄγουντον *Ptolemæo*, Oppidum est Norici, quod & à *Plinio* recensetur *lib. 3. c. 24.*

Agvia, ἀγυιὰ *Stephano*, *Vide* AGYIEVS.

AGYIEVS, ἄγυιεύς, per tres syllabas, Proprium est Apollinis epitheton, dictum à viis vrbanis, quas Græci ἀγυιὰς vocant, quibus Apollo præesse creditur: vnde & ἀλεξίκακος, hoc est, malorum depulsor vocatus est. *Ex Stephano.*

AGYLLA, ἄγυλλα, Vrbs Thusciæ, aliàs Cære vocata, & Agyllina, à nomine conditoris, quem *Virg. li. 8.* ex Lydia veniisse ostendit, quum ait, Haud procul hinc saxo colitur fundata vetusto Vrbis Agyllinæ sedes, vbi Lydia quondam Gens bello præclara iugis insedit Hetruscis. *Vide Stephanum.*

*AGYLLEVS, luctator Cleonæus, staturæ prægrandis, nec minor Hercule, palæstra tamen à Tydeo victus, *Stat. 6. Thebaid.*

AGYRIVM, siue AGYRENA, ἄγυριον *Dionysio*, ἀγύρινα *Stephano*, Oppidum Siciliæ. Vnde Agyrini populi, quos recenset *Plin. in descriptione Siciliæ lib. 3. c. 8.* Stephanus Agyrenæos vocat, ἀγυρινάσιους. Vulgò, *Les de S. Philippo, de Agirone.*

Agyrtæ, ἀγύρται, Præstigiatores sunt & circulatores circumforanei. Nam ἀγυρτίζω inter cætera significat, Præstigium exerceo.

A ante H & I.

Ah, siue Aha, הא *hah.* ἆ αἰ [Ahà integrum est, Ah remansit detrita vocali. *Prisc. lib. 1. & lib. 2.*] Est autem interiectio multorum affectuum significatiua. Nam modò dolentis est, siue commiserantis. *Virg. 1. Eclog.* Spẽ gregis ah, filice in nuda connixà reliquit. ¶Modò admirantis: vt, *apud Plautum*, Ah, quíd ais?
¶Aliquando dehortantis, in qua significatione crebrò occurrit *apud Ieremiam & Ezechielem Prophetas.*
¶Ah indignantis, siue increpantis seipsum. *Terent. Andr.* Ah, vix tandem sensi stolidus. *Virg. Ecl. 2.* Ah Coridon, Corydon, quæ te dementia cepit? [*Plaut. pseud. sc. 2. a. 5.* Ah sæuiendum est mihi.] ¶Ah, desiderantis. *Plaut in Asin.* Ah, quanto amplius valeres, si hic maneres. ¶Ah, factum alterius reprehendentis. *Terent. in Andr.* Nam quid egodicam de patre? Ah, tantámne rem tàm negligenter agere? ¶Ah, obiurgantis. *Ibidem*, Ah, quantò satius est te id operam dare, qui istum amorem ex animo amoueas tuo. ¶Ah, Abnegãtis. *ibid.* Ah, ne me obsecra ¶Ah, reclamantis aut contradicentis. [*Plaut. Amphit.* Ah, propitius sit potiùs. *Pl. Aul. sc. 1. a. 5.* Redde aurum. St. Ah vnde.] *Terent. in Hecyr.* Meum receptas filium ad te Pamphilum. BACCHIS, Ah, LACHES, sine dicam. *Vbi Donatus*, Ah, quod falsum est, reclamauit meretrix statim & voluit contradicere, si permitteret senex.
¶Ah, ah, suspirantis. *Plaut. in Milite*, Habe bonum animum. PAMPH. Ah, ah, Quum venit in mentem, mores mihi mutandi vt sient. [¶Item gaudentis vt apud *Plau. Cure. sc. 2 a. 1.* Ah! P. Quid est? Ecquid lubet? vbi Ah videtur esse gaudentis, *Passer.*
¶Dolentis *Ouid. El. 1. lib. 2. Trist.* Ah ferùs & nobis nimium crudeliter hostis.
¶Ah ah, irridentis est. *Diomed. lib. 1.* Ahage laudantis. *Idem Ibid.*]¶In notis antiquis, A. H. Alius homo.

AHARNA, Oppidum Hetruriæ, *apud Liuium Decad. 1. lib. 10.*

Ahenum, Vas est in quo aqua ad lauandum calefit. {סיר *sir* פרור *parúr.* χαλκεῖον. GAL. Chauderon ou coquemar. ITAL. *Caldaio.* GERM. Ein kessel. HISP. *Caldera de cobre.* ANGL. *A vauldron, or any brässen weehell wherin water is made hoat for to wash with.*} *Paul. in L. Quum de lanonis. de instruct. & instrum. legat. lib. 33. Pand.* Nec multum refert inter cacabos & ahenum quod supra focum pendet. Hic aqua ad potandum calefit: in illis pulmentarium coquitur. *Virg. 1. Georgic* Et foliis vndam tepidi despumat aheni. [*Plaut. Pseud. sc. 2. a. 2.* Vasa aheñea rapere.] ¶Ahenum dicimus per h interpositam inter a & e, non aeñum, vt sonus sit gratior, iucundiórque: *teste Gell. lib. 2. c. 3.* ¶Ahenum sæpe numero capitur pro amplissimo vase in quo tingitur purpura. [*Ouid. 3. Fast.* Hanc cole velleribus quisquis ahena paras, id est, infector.] Vndè multa habent epitheta ex iis locis, in quibus claruit vsus purpuræ: vt Agenoreum ahenum, id est, Tyrium, vel Sidonium. Agenor quippe rex fuit Phœniciæ, in qua fuerunt Tyrus & Sidon vrbes purpura nobiles. *Marti. lib. 10 in Caium.* Amyclæum ahenum. *Ouid. lib. 2. de Rem. am.* & alia id genus.

Ahēnus, a, um, Æreus. {חמה *nachúsch.* χάλκεος. GAL. Chose de cuiure. IT. *Cosa di bronzo.* GERM. Ehrin/kupfeun/das von ertz oder kupfer gemachet ist. HIS *Cosa de materia de cobre.* ANG. *Made of brasse.*} *Virg.* Et luce cõ ruscus ahena.

Ahēneus, a, um, Idem. *Horat. 3. Epist.* Hic murus aheneus esto.

Ahertæ, vocantur duæ venæ, quæ ab vmbilico & matrice per pectinem transeunt infra renes.

Ahu, Interiectio animi perturbati significatiua, *ic. Ter.* Ahu, tace obsecro A. I. In notis antiquorum, à iudice. ACI. MT. actione mandati.

AIAX, αἴας, Duorum fortissimorum Græcorum nomen fuit: quorum alter à patre Telamone, Telamonius cognominatus, proximam ab Achille fortitudinis laudem obtinuit in Græcorum exercitu. Hic cùm Hectore singulari certamine congressus est, & victor euasisset, nisi noctis aduentu pugna fuisset dirempta. Qua necessitate adactus, re infecta ad suos rediit, gladio ab Hectore donatus, quem ipse vicissim baltheo donauit: quæ dona (vt exitus declarauit) vtrique fuerunt exitialia. Nam Hectoris corpus hoc ipso baltheo circa Patrocli tumulum tractum est ab Achille. Aiax verò Achille interempto, quum de armis illius cum Vlysse iudicium instituisset, aduersaríque eloquentia superatus, inferior discessisset, rei indignitate in furorem versus, in muta pecora sæuiit, Atridas sese & Vlyssem credens interimere. Verũ vbi ad mentis sanitatem rediit, seque delusum cognouit, acri dolore compulsus, gladio, quem ab Hectore dono acceperat, in loco deserto se confodit: cruórque eius in Hyacinthum florem est permutatus. ¶Aiax alter fuit, qui ab Oilei patris sui nomine Oileus dictus est. [*Ouid. 13. Meta.* eius meminit, Peteret arma moderator Aiax (Oilei filius sup.) *Ibid.* Atque Aiax armis, non Aiaci arma petuntur] Hic Locrensium rex fuit, velox pedibus, & peritus hastæ vibrandæ, multáque fortitudinis exempla in obsidione Troiana edidit. Capto autem Ilio, Cassandram virginem in Mineruæ templo (cuius illa sacerdos erat) violauit. Quam ob causam indignata Minerua, tempestatem Græcis redeuntib. circa Caphareum promontorium immisit, in qua quum alij plerique, tum ipse etiam Aiax periit. *Virg. 1. Aen.* —Pallásne exurere classem Argiuûm, atque ipsos potuit demergere ponto, Vnius ob noxam & furias Aiacis Oilei?

AIDŌNEVS, ἀιδωνεύς, Rex inferorum, quem nos Ditem & Plutonem appellamus. Fuit præterea eodem nomine rex Molossorum, cuius filiam nomine Persephonem Theseus conatus fuit rapere non procul ab Acheronte fluuio. Vnde factus est locus fabulæ, Theseum ad inferos descendisse, & Persephonem Ditis vxorem rapere voluisse. *Vide Plutarch. in vita Thesei, quæ suprà annotauimus in dictione* ADES.

Aiglēnces, αἰγλεγκὲς, Vini genus est, quod musti dulcedinem nõ amisit: ita dictum, quod semper mustum videatur, quale est vinum, quod in lacu nunquam deferbuit. *Plin. lib. 14. c. 9.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Aio, ais, ait, aiunt, Præteritum imperfectum habet integrum, perfecti solùm secundas personas. In imperatiuo Ai. In futuro optatiui, Aias, aiat, aiamus, aiant. Participium habet vnum Aiens. Reliqua omnia tempora desiderantur. Affero, affirmo, dico. {אמר אמר amár חקק hekim. Gr.} Dire, affermer. Ita. *Dicere, affirmare.* Ger. Sagen/oder raden Hi. *Dezir ò afirmar.* A. *To say, to alledge.* } *Ci. 2. de Ora.* Et docebo sus (vt aiunt) Oratorẽ, &c. [Quid ais bone vir? *Curcu. fc. 2. a. 5.* (Minantis) Quid ais propudium? (conuitiantis) *Pl. Cu. fc. 3. a. 1.* peregrinũ aiebas esse te. *Pl. Mo. fc. 2. a. 3.* Ain verò? Aio enimuero. *Pl. Am. fc. 1. a. 1.* Quid ais tu (increpãtis. *fc. 2. a. 3.* Vxor tua geminos peperit filios. A. Ain tu gemi nos? *Ibid.* Me tuæ hospitẽ feciſſe aio iniuriam, id est, fateor. *Pl. Mil. fc. 6. a. 2.* Insanire me aiunt vltro cùm ipſi insaniãt. *Plaut. Men. fc. 2. a. 5.* Ain tu hæc omnia, (lætantis & admirantis) *Curc. fc. 3. a. 2.* Pater iam aderit. Ain tù pater. *Pl. Moſte. fc. 1. a. 2.* Eccum affinem, quid ais Euclio? (Salutantis) *Pl. Aul. fc. 5. a. 3.* Ain tu apud ami cas? (irascentis & neminem alloquentis) *Pl. Aſin. fc. 2. a. 4.* ¶ Aio aliquando accipitur pro affirmo, & ei opponitur Nego: Enim quod tu vis, id aio, atque id nego. *Pla. Men. fc. 2. a. 1.* Nego enimuero & me aduenisse nunc primùm aio. Et, Ain verò? Aio enimuero. *Plaut. Amph. fc. 1. a. 1.* Túne ais? M. si negas, nego. *Plau. Aul. fc. 3. a 1.* Ain tandem ita esse vt dicis? *Ibid. fc. 1. a. 2.* ¶ Sumitur & pro fateor; Me tuæ hospitæ feciſſe aio iniuriam. (i. fateor) *Plau. Mil. fc. 6. a. 2.*] *Plaut. in Aſinaria,* Me vnicè vnum ex omnibus, atque illam amare aiebàt. *Naeuius,* An nata est sponso prægnans? vel ai, vel nega. *Cic. de Finib. bon.* Quasi ego id curem, quid ille aiat, aut neget. *Gell. lib. 6.* Siue aias, siue neges, hærebis in captione. *Priſcianus,* Aiamus *dixit lib. 1. de construct.* ¶ In actionum formulis hoc verbo antiqui vtebantur, Aio te mihi dare facere oportere. Hunc hominem ex iure Quiritium meum esse aio. id est, affirmo, contendo, defendo. Vnde Aientia, *Cicero appellat,* quæ Græci forenſi & litigioso verbo κατηγορικὰ. *Ex Lexico Hotomanni.*

Aiuga, Herba quæ Græcè Chamæpitys. {χαμαιπίτυς. Gal. Yue musicate. Itali. *Iua, Camepitio.* Ger. Feldeypressen. His. *Pinillo.*} cuius tres sunt species, quas vide *apud Plin. lib. 24. cap. 6.* Alij legunt Abiga, adductis verbis Plinij, qui eam ab abortu nomen habere affirmat.

Aius, Deus à Romanis dictus est, ab eo quòd aiebat, id est, loquebatur. Nam olim Romę audita vox est silentio noctis, clarior humana voce, quæ iubebat magistratibus nuntiari, Gallos aduentare, & vt prouiderent ne Roma ab iis caperetur. Propter quod beneficium templum ędificatum est Deo illi talia monenti: quem cùm nomen eius ignorarent, Aium appellarunt. *Ci. li. 2. de Diu.* Quid ergo? Aius iste loquens, quando cum nemo norat, aiebat, & loquebatur: vnde & nomen adinuênit. [*Legen. Gel. c. 17. l. 16.*] Liuius hunc eadem ratione vocat Locutium. [*Plutar. in Camil.*]

Aizoon. {ἀείζωον. Gal. Ioubarbe. Ita. *Sempre viua.* Ger. Hauswurtz/ farzen treubel. His. *Yerua puntera, ſiempre viua.* Ang. *A hoerbe called Eyegrene, Senegrene, or Semegrene* } Herba est folio carnoso, læui, oblongo, & semper virenti: vnde & ἀείζωον à Græcis & à Latinis quibusdam Semperuinum appellatur. *Plin. l. 25. c. 13.* duo eius constituit genera: Maius in fictilibus vasculis seritur, q od aliqui Buphthalmum, id est, bouis oculum à similitudine vocant. Alij Zoophthalmum, id est, animalis oculum: ambitu enim effigiem oculi imitatur. Alij, quòd amatoriis conueniat, Erogenneton. γείνω enim gigno, ἔρως amor. Alij Hypogeson, quoniam ferè in subgrundiis nascitur. Græci enim parteis tecti prominentes γείσα vocant. A Latinis etiam Sedum maius aut Digitellus appellatur. ¶ Aizoon minus, quod & Sedum minus a Latinis, à Græcis etiam ἀγρίοκλες appellatur, quòd ter quotannis floreat. Vulgò Vermicularis à similitudine foliorum, quæ figura oblongo & propemodum ouali, vermiculorum speciem referunt. Nascitur in petris, & parietibus veteris. Hisce à Dioscoride tertium additur Aizoi genus, foliola habens pinguiora, ad portulacæ figuram nonnihil accedentia, sed hirsuta, breuioríque cacumine. Herbarij Vermicularem minorem vocant.

A ante L

Ala, quà aues volant. {כנף chanáph, πτερὸν. Gal. Aile. Ita. *Ala.* Germ. Finge/ flügel. His. *El ala del aue ò cosa que buela* Angl. *A winge.*} *Virg. 1. Æneid.* Vt reduces illudunt stridentibus alis. Alas addere alicui dicuntur prouerbiali figura, qui verbis alicui addunt animum, & in spem bonam erigunt. Græci ἀναπτεροῦν aiunt. [*Ouid. Eleg. 4. lib. 3.* Agitare alas.] *Arist. pb. n Autibus.* ¶ Cicadam ala corripuisti, πτέρυγα πτερορ συνέλαβες, prouerbialiter dicitur in eos qui quempiam prouocant minimè ex vsu nam si cicadam natura garrulam ala prehendas, claríus obstrepit. ¶ Interfectionis ala, ἀπὸ πτερύγων de subito interitu dici solitum. Sumpta metaphora ab alacris iaculis, quæ repentè mortem afferunt. Vel ἀπὸ τῆς ἐκπωμασίας, quòd ipsa mors sit alata. *Zenodotus.* ¶ A cuius similitudine Ala etiam locus ille concauus subter brachium in homine, quià in eò pili quasi pennę nascuntur. {ἡ μασχάλη. Ga. Aiſsel le qui est sous le bras. Ita. *Aſcelle.* Ger. Die achſel. His. *Sobaco.* An. *The hollow place vnder the arme wher hoare groweth.* [*Pl. Pſeud. fc. 4. a. 1.* Quid sapit? Hircum ab alis.] *Plin. lib. 11. cap. 40.* Elephas tantùm sub armis, duas (scilicet mammas) nec in pectore, sed citrà in alis occultat. Hinc illi cinus ille odor concipitur. *Horat. Epod. 12.* Grauis hirsutis cubat hircus in alis. ¶ Pro eodem etiam Axillam dicimus. eóque vocabulo antiqui solum vtebantur. Nam Alæ appellatio recentior est, fuga vastationis literæ ex Axilla effictæ: vt satis docet *Cic. in Oratore, his verbis.* Quinetiam verba sępe contrahuntur, non vsus causa, sed aurium. Quomodo autem vester Axil'a Ala factus est, nisi fuga literæ vastationis? quàm literam etiam è maxillis, è taxillis & vexillo & paxillo consuetudo elegans Latini sermonis euellit. Præterea Ala dicta est equitum turma, quòd pedites tegat alarum vice. Nam in equitum ordinibus circum legiones dextra sinistráque tanquam alæ in auium corporibus locantur. {ἡ πλευρὰ, αἱ ἴλαι. Gal. Les ailes d'vne armee. Ital. *Ale de vna ſquadra.* Ger. ein geſchwader reuter/ oder reisiger. His. *Ala de le gente de caualło tendida.* Angli. *The winges of an armie.*} *Cice. 1. Offi* Quo in bello te Pompeius alæ alteri præfecit. [Hinc Alarum præfectura apud *Suet. in Auguſt. cap. 38.* Et alis præponere. *Ibid.* Alæ autem in re militari vnde dictæ, Gel. docet *c. 4. l. 16.* Et vide de iis *c. 9. lib 10.*]

¶ Alæ etiam nauium dicuntur, vt, Velorum pandimus alas. [*Et Ouid. El. 10. lib. 3. Triſt.* Et quamquam Boreas iactatis insonet alis.] *Ala in herbis dicitur cauus inter caulem & ramulos anfractus, vnde sinuatim noua proles egreditur, facta ab humanis alis translatione. *Plin. li. 27. c. 4.* Caulem quadrangulum, scabrum, multis concauum alis. *Alæ pro velocitate, figuratè ab effectu, quia alæ auibus velocitatem faciunt. *Virg. 3. Æn.* Et ventis & fulminis ocyor alis.

Alāris, alare, denominatiuum ab Ala: & Alarius adiectiuum, pro eodem vt Equites alarij, & Cohortes alariæ, {πτέρυγες. Gal. Qui est des ailes. It. *Chi è dell' ala ò d'vn exercito.* Ge. Der vß einen flugel einer kriegs ordnung ist. His. *Hombre de aquell ala de gente de caualło tendida.* An. *That which perteneth to winges, of a winge.*} *Liu. lib. 10. ab Vrbe,* Cum cohortibus alaribus. *Idem,* Qui præerat alariis equitibus. *Cæſ. 2. bel. ciu.* Cohortes circiter triginta alararíorum addidit.

Alātus, a, um, ab ala auium, Ala munitus & ornatus. {πτερωτὸς. Gal. Qui a ailes. It. *Che ha ale, alato.* Ger. Geflugket/ was flugel/ oder fäsken hatt. His *Cosa que tiene alas para volar.* Ang. *V winged.*} Mercurius alatus [*Ouid. 5. Faſto.* Alato qui pede carpis iter, & ibidem Alipedem Deum, ipsum vocat.] *Virg. 4. Æneid.* Vt primùm alatis tetigit magalia plantis. Alati equi solis. *Ouid. 3. Faſt.* Verba alata prouerbialiter dicuntur, quod facilè euolent: at reuolare nesciant.

Alifer, Alatus, πτερωτὸς. *Ouid. 4. Faſt.* & alifero tollitur axe Ceres.

Aligĕr, Alatus, {πτερωτὸς. Gal. Qui a ailes. It. *Alato.* Ger. Der flügel hat. His. *Qui tiene alas para volar.* Ang. *which beareth winges.*} Vnde Cupidinem alatum & aligerum Poetæ vocant. *Virg. 1. Aen.* Ergo his aligerum dictis affatur Amorem.

Alipĕs, pen. cort. Velox, quasi alas in pedibus habens. {πτερόπους. Angl. *Swift.*} *Virg. 2. Aen.* Alipedúmque fugam curru tentauit equorum, *Sil. Ital lib. 7.* Alipedem planta curru premit. [*Ouid. 5. Faſt.* Alipedem Deus vocat Mercurium.]

Alipilus, li, Alarum pilos in balneis vellens. *Seneca lib. 8. Epiſt. ad Luciliũ,* Alipilum cogita, tenuem & stridulam vocem, quò sit notabilior, subinde exprimentem, nec vnquam tacentem, nisi quum alas vellit, & alium pro se clamare cogit. *Cal. lib. 30. c. 19.*

Alaba, ἀλάβη, *Ptolemæo,* Oppidum est Celtiberorum.

Alabandă, ἀλάβανδα *Stephan.* Cariæ ciuitas est, non procul à Mæandro fluuio, scorpionum copia affluens, duobus montibus ita subiecta, vt ciuitæ inuersæ aspectum exhibeat. Ex hac originem traxerunt tres clarissimi oratores, Menecles, & Hierocles fratres, & Apollonius Molo. Nomen accepit ab Alabando Euippi filio, *vt Stephano placet.* Apud Latinos frequentiùs legimus Alabandæ, arum, plurali numero. *Iuuenalis Satyr. 3.* Hic Andro, ille Samo, hic Trallibus, aut Alabandis. *Plin. lib 37. c. 7.* Adiiciunt Æthiopicos, & Alabandicos in Orthosia caute nascentes, sed qui perficiantur Alabandis. Stephanus quoque admonet, olim Alabandam inter Cariæ ciuitates opulentissimam ac floretissimam fuisse, vt huic prouerbio locum fecerit, Alabanda Carum fortunatissima, Ἀλάβανδα κάρων δυτυχεστάτη: intelligi fortunam amplam, & vitæ genus voluptuarium, à literis & virtutis studio alienum. Veluti si dicat aulicus, aut negotiator quispiam, Alij se in literis macerent, alij cum paupertate philosophentur: Alabanda Carum fortunatissima. Poterit & per irrisionem vsurpari, veluti si ioceris in quempiam parum egregium, qui tamen in gente vehementer barbara & crassa præcellere videatur.

Alăbandĭcus, ἀλαβανδικὸς, gentile. *Cic. 2. de Nat. deor.* Alabandi Alabandum consecrarunt.

Alăbandĭcus, & Alabandiăcus, ἀλαβανδικὸς, ἢ ἀλαβανδιακὸς possessiua: vt Rosa Alabandica, *apud Plin. lib. 21. cap. 4.* Quæ folia habent albicantia, & inter viliora rosarum genera connumeratur.

Alăbarchĕs, Vide Halabarches.

Alăbastrites, {ἀλαβαστρίτης. Gal. Albastre. Ita. & His. *Alabaſtro.* Ge. Ein weysser stein / getheilt mit mancherley farben/ welchen man außhölet zu salbbuchsen.} Lapis humani vnguis candorem referens: vnde & Onyx appellatur: dictus Alabastrites, quòd alabastra ex eo fieri soleant. *Vide in dictione* Alabastrvm. ¶ Est etiam Alabastrites, gemma quędam, candorem habens variis coloribus intercinctum, quæ cremata cum fossili sale ac trita, grauitatem oris, & dentium extenuat. *Plin. lib. vlt. c. 10.*

Alabastrvs, ἀλάβαστος, Fluuius est in Æolide minoris Asiæ regione. *Plin. lib. 5. c. 30.*

Alăbastrum, {ἀλάβαστος, καὶ ἀλάβαστον. Gall. Vaisseau d'albastre. Ita. & His. *Vaſo d'Alabaſtro.* Germ. Ein glatte steinbuchsen. An. *A weshell to keep oynmen in.*} Vasis genus erat ex Alabastrite lapide torno excauatum, ad conseruanda vnguenta maximè idoneum. *Martialis,* Quod Cosmi redolent alabastra, focique Deorum. ¶ Dicitur etiam in masculino genere Alabaster. *Cic. lib. 2. Acad.* Quibus etiam Alabaster plenus vnguenti putere videtur. Prouerbiali figura hęc *Cicero* dixit, pro, optima pro pessimis displicent. ¶ Alabastrites autem ex quo vascula huiusmodi fieri consueuerint, *autore Plin. lib. 36. c. 8.* Lapidis genus est colore candido, quem Onychem à colore humani vnguis nominabant. Alabastrum dictum videtur ab α priuatiua particula & λαμβάνω. Erant enim vascula sine ansis, quæ propter summam leuitatẽ vix comprehendi, teneríve possent. ¶ Est etiam Alabastrum Ægypti oppidum. *Plin. lib. 5. cap. 9.*

Alabes, ἀλαβὴς, Piscis est Nilo peculiaris: inde dictus, quòd ob lubricitatem manibus comprehendi non posset. Meminit eius *Strab. lib. 17. Pli. 5. cap. 9.* Alabetem vocat.

Alabrum, dicitur instrumentum quo fila vertuntur. Filum enim à colo dicitur infusum, de fuso in alabrum, hinc in girgillum, deinde in glomicellum, hinc in pannum, postea in telam.

Alabvrion, ἀλαβύριον. Syriæ oppidum, *Steph.*

Alabvs, ἄλαβος, Fluuius in orientali parte Siciliæ, *Ptolemæo.*

Alăcĕr, alacris, & hoc alacre: vel hic & hæc Alacris, & hoc alacre, penultima correpta. Qui viger sensibus vniuersis (vt inquit Asconius) erectus & sublimis animus. {שׂוּבָר tohúleb מְגִיל mehhil. ἀκμαῖος, ἐνθυμος. Gal. Gay, & deliberé, prompt, alaigre. Ital. *Vigoroſo de ſenſi, allegro.* Germ. Mutig/ frisch/ dapfer. His. *Ligero, con alegria.* Ang. *Luſtie, of courage, glade.*} Nam e contrario Lacer dicitur, amputatis in corpore membris, hoc est, auribus; oculísve. Quod ad animum sępe transfertur, quòd plerunque afflicto animo, sensibus non vtamur erectis. Sic Alacer dicitur is, qui omni sensu & mente bene est constitutus.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſtitutus. Qua re cognita illud quoque intelligitur, aliud eſſe alacrem, aliud lætum. Sunt qui alacrem feſtinantem & properum dici putant, quaſi alis acrem. *Hæc Aſcon. Ped. Donatus in illud Teren.* Quid tu es triſtis? quidve alacris? ſcribit alacrem pro ἀδάημον, id eſt, non triſtem, litera l pro d poſita, dici. [*Plaut. Amphitr.* Impetu alacri fœdant & proterunt hoſtium copias.]

Alacritās, Vigor, & animi erectio, necnon lætitia geſtiens: quæ, *ſecundum Donatum*, propriè eſt mutatio quædam vultus geſtientis in rem aliquam & media eſt inter lætitiam atque triſtitiam. [Hinc *Cic. 2. De diuinatione*: Galli victores alacritate & quaſi lætitia ad canendum excitantur.] {גיל *ghil* גילה *ghilâh*. φαιδρότης. GAL. Gayeté de cœur, courage deliberé. ITA. *Allegreſſa, prontezza, cuor deliberato.* GE. Freudigkeit/leichtſinnigkeit. HIS. *Ligereza con alegria.* ANG. *Quickneſſe of ſprite, liuelineſſe and courage of the hart glaideneſſe.*} ¶Interdum dicitur voluntaria celeritas, ſeu promptitudo, ardór ve, θερθυμία. *Liu. 3.* Poſtquam ingenti alacritate clamor eſt ſublatus (quod bene vertat) geſturum ſe illis morem: poſteróque die in aciem educturum affirmat. *Cic. lib. 1. Tuſc. quæſt.* Pro lætitia geſtiente, quæ in malis habenda ſit, accepit. Vir igitur (*inquit*) temperatus, conſtans, ſine metu, ſine ægritudine, ſine alacritate, nulla libidine vexatus. [*Idem Cic. 4. Tuſc.* Alacritatem, geſtientem lætitiam interpretatur. Itaque hominis lętitia propria, quippe quæ opinione conſtet. Alacritas autem communis omnium animantium.

Alacriter, {בגילה *beghiláh*. θερθύμως, φαιδρῶς. GAL. Gayement, alaigrement, de cœur deliberé. ITA. *Allegramente, prontamente.* GERM. Hurtiglich/dapferlich/häfftiglich/freudig. HIS. *Allegre y ligeramente.* ANG. *Glaidlie, willinglie.*} *Plin. lib. 20. c. 12.* Secuta ætas alacriter defendit. ¶Et alacrè, pro alacriter. *Plaut. in Amph.* Verùm quidem è loco compellemus alacrè.

ALACHROAE, populi Africæ iuxta aras Philenorum, qui etiam Lotophagi appellantur *Plin. lib. 5. c. 4.*

ALALCOMENAE, ſiue ALALCOMENION, ἀλαλκομεναί Straboni, ἀλαλκομένιον *Steph.* Oppidum Bœotiæ, ab Alalcomeneo conditore appellatum, qui & Mineruæ ſimulachrum ibidem conſecrauit, quam à ſuo nomine ἀλαλκομένιδα appellauit? cuius meminit & *Homer. Iliad. 4.*

ALALIA, ἀλαλία. Vrbs inſulæ Cyrni, Phocenſium colonia. *Herod. lib. 1.*

ALANA, Vrbs Æthiopiæ. *Plin. lib. 6. c. 29.*

Alănĭ, Regio eſt Scythiæ Europæ, quæ ad Mæotidas paludes pertingit: eius incolæ Alani: de quibus *Plin. lib. 9. c. 12.*

Alaniticus, ſinus maris rubri, qui & Ænalitius, & Læaniticus dicitur: *Hermol. in Plin. lib. 5. c. 11.* Meminit & *Plin. lib. 6. c. 28.*

Alānvs, pen. prod. Scythiæ fluuius. {GERM. Ein fluß in Scythien.} à quo Alani populi dicti ſunt iuxta Roxalanos: *de quibus Plin. libr. 4. cap. 12.* Ammianus ſcribit Alanos dici, quos priſci Maſſagetas dixerunt. Hi carnibus veſcuntur, & panem non manducant. *Mart. libr. 7.* Nec te Sarmatico tranſit Alanus equo. *Iulius Capitol.* Alanos in parte Daciæ collocat: Ptolemæus verò in ea Scythiæ parte, quæ eſt intra Imaum.

ALANORSI, Populi Scythici ad Septentrionem vltimi. *Ptolemæo.*

Alăpă pæ, Colaphus. {מכה לחי *machcháth lechi*. κόλαφος. GA. Vne iouee, vn ſoufflet, vn coup de poing. ITAL. *Guanciata, moſtacione, punzone.* GER. Ein backenſtreich/ein ſchlappen. HISP. *Bofetada.* ANG. *Ablowe or ſtroke on the cheek.*} Sed alapa Latinum eſt, Colaphus Græcum *Autor Vallæ in Raudenſem.*

Alapathus, {ἀλάπαθος. GAL. Doque, pareille ou patience. IT. *Romlice.* HIS. *Labaca.*} Herba eſt Theocrito, quam Lapathon Dioſcorides, & Latini Rumicem appellant, deiiciendæ aluí vim habens: vnde & nomen inuenit. Græci enim ἀλάπαθα purgationes vocant.

ALAPENI, ἀλαπηνοὶ, populi in Arabia fœlici, *Ptolemæo.*

ALARICVS, ἀλαρικός Nomen Regis Gothorum, qui Romam aliquandiu obſeſſam tandem expugnauit, & ſolo æquauit. {GERM. Ein König der Gothen.} ¶Fuit & alter Alaricus, quartus Gothorum rex, qui & ipſe Romam cepit anno noſtræ ſalutis octingenteſimo quinquageſimo quarto: qua tamen nō diu eſt potitus. Nam in ipſo Paſchę feſto inſidiis circunuentus, vnà cum ſuis omnibus eſt trucidatus. *Vide Paulum Diaconum.*

Alaris & Alarius, *Vide* ALA.

ALARODII, ἀλαροδίοι, *Stephano*, populi ſunt circa Pontum, de quibus *Herodotus lib. 3.*

Alāſtŏr, ἀλάστωρ, A Græcis dicitur animus ſibi malè conſcius, ſiue (vt ita dicam) conſcientiæ remorſus, vel etiam malus genius hominem crucians. ἀλαστέω enim apud Græcos crucior ſignificat, vel graue aliquid patior. ¶Numeratur etiam Alaſtor inter equos Plutonis, quorum nomina *Claudianus recenſuit his verſibus*, Orphnæus crudele micans, Æthónque ſagitta Ocyor, & Stygij crudelis gloria Nyſteus Armenti? Ditíſque nota ſignatus Alaſtor.

ALATA, ἀλάτα, Ciuitas in Arabia fœlici, *apud Ptolem. libr. 6. capite 7.* Item altera eiuſdem nominis in Arabia deſerta, *apud eundem libr. 5. cap. 10.*

ALATA CASTRA, πλησιὰ σεμνότεδα *Ptolemæo.* Oppidum Britanniæ inſulę, quod alij Caſtra puellarum vocant. Credunt eruditi noſtri ſeculi vrbem eſſe Scotiæ, quæ illorum lingua *Edimbourg* vocatur.

Alaternus, (ἀλατέρνος Cretenſium, & φυλίκη Theophraſti, quorundam opinione) arbor eſt, ſiue frutex, cuius folia inter ilicem, & oliuam media quadam ſunt ſimilitudine, viridis coloris, obſcuri. *Plin. lib. 16. ca. 26.* inter infrugiferas repoſuit: fert tamen fructus racematim Lentiſco ſimiles. *Vide Colum. lib. 7. c. 6.*

Alaternus, arbor, ſiue frutex, nullum ſemen aut fructum ferens, cui folia ſunt media quadam ſimilitudine inter ilicem & oliuam. *Plin. libr. 16. c. 26. & Colum. lib. 7. c. 6.*

ALATRIVM, Vrbs Hernicorum. Hernici autem populi fuerunt ſaxoſa Campaniæ loca incolentes. *Volaterranus.* Vulgo *Alatro.* [*Pl. Capt. ſc. 1. a. 4. νὴ τὸν ἀλάτριον.*]

ALATRINATES, Hernicorum populi, *Liuio 2. Decad. lib. 9.*

Alatus, Vide ala.

Alāudă, auis, quæ olim Galerita vocabatur, quia apicem habet, hoc eſt, plumam elatam in capite ad ſimilitudinem galeri, ſiue galeæ. {κορυδαλός. GALL. Alouëtte. ITAL. *Alladola, allodetta.* GERM. Ein lerch. HIS. *Coguiada.*} *Varro* appellat Galericum. ¶Alauda legionis nomen, quam Cæſar dictator in Gallia conſcripſit. *Plin. lib. 11. c. 37.* Atque ab illo Galerita appellara quondam, poſtea Gallico vocabulo etiam legioni dederat Alauda. *Cic. ad Attic.* Antonius cum legione Alauda rum ad vrbem pergit.

Alaudium, *teſte Budæo*, à laudando, hoc eſt, à nominando dictum, quòd qui prædia eo iure habent, laudare, hoc eſt, nominare autorem ſuum nemini teneantur. Vox eſt recentioribus duntaxat iuriſconſultis cognita. Rectiùs dicitur Allodium. *Vide infrà.*

ALAVNA, ἀλαύνα, Oppidum eſt Britanniæ inſulæ, *apud Ptolemæum.*

ALAVNI, populi ſunt Scythiæ regionis, *Ptolemæo teſte.*

ALAVNVS, ἀλαύνος. Duorum fluuiorum nomen eſt in Britannia, quorum alter eſt in Orientali eius inſulæ plaga, alter in Meridionali. *Ptolem.*

Alāusă, æ, vel Aloſa, *Auſonio*, qui viles Alauſas dixit ob abundantiam. *Vide* Clupea.

ALAZON, ἀλαζών, Fluuius ex Caucaſeis montibus in Cyrum amnem defluens, Albanoſque ab Iberibus diuidens *Plin. lib. 6. c. 10.* [Ἀλαζών. Hinc nomen comœdiæ: Id nos Latinè Glorioſum dicimus.]

Alazonia, pen. prod. {גאון *ghaón* גאות *gheuth*. ἀλαζονεία. GALL. Orgueil, fierté. ITALI. *Superbia, arroganza.* GERM. Hochfart/ſtoltzheit. HISPA: *Soberuia ò altiueza.* ANG. *Arrogancie, preudeneſſe.*} Superbia eſt vel arrogantia: quum quis plura pollicetur, quàm potis eſt præſtare. Ἀλαζονεύομαι enim ſuperbire eſt: vel mentiri, vel ſibi plus æquo arrogare. *Virgil.*

Ălbă, ălbæ, Nomen eſt duarum vrbium, quarum vna eſt in Latio, à qua Albani populi, ἀλβανοὶ, & Albanus mons, ſub quo Aſcanius ciuitatem hanc Albam condidit, quæ (*vt Liuius ſcribit li. 1. ab vrbe*) à ſitu porrectæ in dorſo vrbis, Alba longa vocata eſt. Vulgatior fama eſt ab omine porcæ albæ ibidem inuentæ, Albam eſſe dictam.

¶ Altera eſt ad lacum Fucinum, à qua Albenſes dicuntur, ἀλβιεῖς: quàm vis etiam Albani quandoque vocentur. Hoc addere placuit, eſſe & aliam Albam in Pannonia, olim Taurorum, & Belgradum appellatam: nunc Albam Græcam. {GERM. Griechiſch weiſſenburg.}

¶ Item aliam, quæ Alba regalis dicitur, quòd Pannorum reges in ea inaugurari ſoleant & inungi. {GER. Stulweiſſenburg.} Item tertiam in Tranſſyluania, quæ Alba Iulia dicitur, principum Tranſſyluanię ſedes, & habitatio perpetua. [Item Alba filius Latini patet Epyti *Ouid. 4. lib. Faſt.*]

Ălbă, ἄλβας, Flumen eſt Hiſpaniæ citerioris, ad radices Pyrenæi. *Plin. lib. 3. cap. 3.*

Ălbă ſpīnă, ἄκανθα λευκή, Herba eſt aculeata, folia habens Chamæleontis albi ſimili, quam officinæ Bedegarim appellant. *Vide ſuprà* ACANTHALEVCAE.

ALBĀNA, ἀλβανία, *Ptolemæo*, Vrbs fœlicis Arabiæ.

Ălbānĭă, ἀλβανία, Regio in Oriente à colore populi vocata, eò quòd albo crine naſcantur. Hæc ab Oriente ſub mare Caſpium ſurgens, per oram Oceani ſeptentrionalis vſque ad Mæotidas paludes per deſerta extenditur. In ea Albana ciuitas, & Albanus fluuius. Apud hanc habentur canes ferociſſimi, qui tauros & leones occidunt. Hæc Nomadico generi proxima eſt, inter Hiberiam & mare Caſpium, ab Ortu ſolis mari coniuncta, ab Occaſu Hiberiæ finitima, à qua Alazone amne dirimitur. Boreale latus munitur caucaſeis montibus, auſtrale Armeniam contingit. Strabo ſex & viginti linguas Albanorum fuiſſe tradit, & totidem aliquando reges. Fuêre & ſub imperio Perſarum, poſtea Macedonum, deinde Romanorum. Sed Traianus Imperator his Regem dedit. Nunc ſub Magno Came degere creduntur. Ab his Albani orti ſunt, quorum pars hodie in Peloponneſo, pars in Macedonia ſedet, iuxta Dyrrachium, & in Epiro, quæ hodie vulgò *Albania* dicitur. [*Gel. cap. 4. lib. 9.* de Albania mira refert, Gigni homines qui in pueritia caneſcunt, & plus cernunt oculis per noctem, quàm inter diem. &c.

Ălbānvs, ἀλβανὸν ὄρος, Nomen eſt montis, & lacus non procul ab vrbe: vnde vaticinium fuit, nunquam Romanos Veios capturos, ni primò ex Albano lacu emitteretur aqua.

¶Item Albanus nomen eſt duarum vrbium, quarum vna eſt in Macedonia mediterranea, altera in maiori Armenia, vbi diuus Bartholomæus fuit decoriatus. Hoc etiam nomine dictus eſt fluuius Albaniæ: [De Albani lacus miraculo, *Plut. in Cam.*]

Ălbānvs, a, um, ἀλβανὸς, Poſſeſſiuum ab Alba, Latij vrbe: vt, Albani patres, *apud Virg. 1. Æn.* [Albanæ Columnæ *Suet. in Auguſt. c. 72.*]

Albarium, Vide ALBVS.

ALBATENIVS, Medici nomen, qui Galeni libros primus in Arabicum conuertit, idioma, *teſte Iohanne Serapione.* Idem ſcripſit commentarios in Ariſtotelem.

Ălbātŭs, *Vide* ALBVS.

Ălbēdo, *Vide* ALBVS.

Ălbēgmĭnă, partes extorum, quæ diis immolabantur: à colore eorum dicta. *Feſtus.*

Ălbĕŏlŭs, pro Alueolus. *Cic. de Finibus*: aut Albeolum poſcere, aut quærere quempiam ludum.

Albergariæ, cenſus ſunt, ſeu pactiones, quæ debentur pro comeſtionibus. *De hoc gl. in C. Præterea. de iure pact.*

Albeſia, Scuta dicebantur, quibus Albenſes, qui ſunt Marſi generis, vſi ſunt. ¶ Hæc eadem Decumana vocabantur: quòd eſſent ampliſſima: vt Decumani fluctus, qui cæteris longè maiores & periculoſiores creduntur. *Feſtus.*

Albeus, κύβος. per diminutiuum Albeolus, tabula luſoria: *Cic. 1. de Finibus bonorum*: aut albeolum poſcere, aut quærere quempiam ludum. *Plin.* M. Meſſala conſul, pridie Calend. Octobris diem natali ſui egit. Tranſtulit albeum cum teſſetis luſorium, à gemmis duabus latum pedes treis.

ALBIA, ἀλβία, Regiuncula eſt montana, Carnis finitima. *Strab. lib. 7.*

Albicerata ficus, Pediculo minimo latiſſima. *Plin. lib. 15. c. 18.* Androtion λευκαςίνον appellat.

Ălbĭco, Albicus, *Vide* ALBVS.

[Albici populi iuxta Maſſiliam, *Cæſar lib. 1. de bell. ciu.*]

ALBĪI, ἄλβιοι. Olim dicti fuerunt montes, quos nunc Alpes dicimus. *Athenæus.* {GE. Das Alpgebirg.} Alij etiam dicti fuerunt liberi Galliæ populi, in quorum agro conditum eſt Lugdunum. *Plin. c. 4. l. 18.*

ALBIMILIVM, *Ptolemæo*, Liguriæ vrbs, quam alio nomine Vintimi-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

lium,siue corrupta voce Vintimiam vocant.Vulgò *Vintimiglia.*

ALBINGA, Oppidum.Ligurum colonia ad mare deducta,cuius incolę Ligures Ingauni vocantur. Ex hoc loco ad Monœci portum stadia sunt septuaginta. ¶Dicitur & Albingaunum.*Vide in dictione sequenti.*

ALBINGAVNVM,ἀλβίγγαυνον *Ptolem.*& Albium Intemelium, ἄλβιον ἰντεμέλιον, Liguriæ oppida quædam.Nam quum Ligures partim Ingauni, ἴγγαυνοι,partim Intemelij dicerentur,eorum coloniæ ad mare deductæ,altera Albium Intemelium,quasi Alpium Intemelium:altera Albingaunum vocitatæ sunt.Vtriusque oppidi meminit *Pli.l.3.c.4.* Vulgò *Albenga.*

ALBIGERIVS, Magus fuit Carthaginensis, qui quid quisque egisset aut omnino cogitauisset,suggerentibus dæmonibus,respondebat:cuius vaticiniis sæpius interfuisse tradidit Augustinus.

ALBĬNOVĀNVS cognomen Celsi cuiusdam ex familiaribus Horatij, *ad quem extat epistola. cuius initium est,*Celso gaudere,& bene rem gerere Albinouano Musa rogata refert.

ALBĪNVS, ἄλβινος, Nomen Imperatoris Romani ita dicti quòd exceptus sit vtero candidissimus, contra consuetudinem puerorum qui nascendo solent rubere, quum inuoluri secundis erumpente menstruo,periti esse soleant perfluuio sanguinis pariter egredientis.*Hinc illud Satyrici* poetę,-modò primos incipientē Edere vagirus,& adhuc à matre rubentem.*Vide Caelium Rhodig.lib.15.c.23.* ¶Fuerunt & ante hunc plerique apud Romanos eodem nomine appellati: ex quibus *commemorantur à Sallustio* Spurius,& Aulus,Albini fratres,qui rem infœliciter gesserunt aduersus Iugurtham.

ALBION,ἀλβίων *Stephano,* insula est, hodie Britannia à doctis,à vulgo Anglia dicta)ab albis rupibus,quas mare abluit.{GERM.Engelland.}*Vide* ANGLIA.

ALBION,& BERGION,ἀλβίων,καὶ βεργίων,Gigantes fuerunt,& filii Neptuni,in Herculis gratiam à Ioue interfecti.Hercules enim quum Rhodani ostia transiret,ei obuiam facti hi duo fratres,transitum eius impediuerunt,quapropter Hercules cum eis pugnauit:& quum sibi tela deficerent,Iouem patrem in auxilium vocauit,qui lapidum imbrem demittens,inimicos eius interfecit.*Autores Pomponius Mela,& Diodorus Siculus* {GERM.Zwen ryſen/die Iupiter den Herculem zuerretten gut od geworffen hat mit ſteinen.}

ALBIS,ἄλβις,Fluuius est nobilissimus,quem Romani olim voluerunt esse terminum sui imperij.Oritur ex montibus qui Morauiam à Boëmia diuidunt Suscepto deinde Molta fluuio,Pragam Boëmorum metropolim præterlabitur.Influit in mare vastissimo ostio iuxta Hamburgam Vulgus Germanorum hodie Elbam vocat.De hoc *Lucan.lib.* 2. Fundat ab extremo flauos Aquilone Suëuos Albis,&indomitum Rheni caput.Vulgò *Elb.*

ALBĬVM INTEMELIVM,Oppidum Ligusticum,*Pli.l.3.c.5. Vide suprà in dictione,* ALBINGAVNVM.

ALBĬĒS, Proprium nomen viri.*Horat.1.Serm.Sat.* 4.Stupet Albius ære. ¶Albius Tibullus poëta elegiographus Horatio & Ouidio familiaris. *Horat.lib.1.Epist.* Albi nostrorum sermonum candide iudex.Hic Messalam Coruinum in Prouinciam sequens, in Corcyra insula morbo correptus,extremum vitæ diem clausit.*Vide Crinitum de poetis Latinis.*

ALBO,albas,Album facio λευκόω,λευκαίνω. {ANGLI.*To make whyte.*} cuius passiuum Albor,aris,Albus fio.Vnde & Dealbo eiusdem significationis *Curtius Cicero,*Nec solere duos parietes de eadem fidelia de albare.

ALBŎGĀLĔRŬS,Pileum capitis,quo flamines Diales vtebantur. Fiebat enim ex hostia alba,Ioui cæsa.*Festus.*

ALBONENSES,Liburniæ populi in conuentu Scardonitano.*Pl.li.3.capite* 12.

ALBŌR,alboris,Vide ALBVS.

ALBVCILLA, *Apud* Tacitum mulieris nobilis nomen est,sed admodum impudicæ,& multis adulteriis infamis.

Albucum.{ἀφρόδιλος.GAL.Aphrodille.IT.*Aphodello.*GE. Weiß aphrodillen/goldwurtz.HIS.*Gamones.*}Herba est scapum habens cubitalem, radicem similem multis napis simul cóaceruatis.Alio nomine Aspho delon,siue Hastulam regiam vocant.

Albuelis,Vuæ genus.*Plin.lib.14.c.2.*Albuelis summis arboribus est fertilior.

ALBŪGO,pen.prod Macula in oculo.{תבלר *tabl.hul.* τὸ λευκὸν τῷ ὀφθαλμοῦ, λεύκωμα,λεύκωσις.}*Plin.li.*21.Qua alligatá oculo albugines tolli dicuntur.Idem Albuginem vocat album in ouo.

ALBŬLA,ἄλβουλα,pen cor.Fluuius ab albo colore aquæ,qui postea Tyberis à Tyberino Syluio Albanorum rege ibi extincto dictus est.*Liuius,* Pax ita conuenerat,vt Hetruscis Latinisque fluuius Albula, quem nunc Tyberim vocant,finis esset.[*Ouid.4.Fast.*Et tanto est Albula potá Deo.*Et* 5.*Fast.*Albula,si memini,tunc mihi nomen erat.]Albulæ(*interprete Galeno li.9.Methodi*)dicuntur aquæ aluminosæ,cutem lauantium mirum in modum adstringentes,& vulneribus medentes:cuiusmodi *Strabo* non paucas esse tradit in agro Tiburtino.*Martialis li.* 4. Quod siccæ redolet palus lacunæ, Crudarum nebulæ quod albulatum.*Plin.lib.*31.*c.*2.Albulæ aquæ iuxta Romam vulneribus medentur, egelidæ hæ;sed Cutiliæ in agro Sabino gelidissimæ.[*Suet.in Aug.ca.* 82.*& in Nero.c* 31.]

ALBVLATES,Fluuius est in quinta regione Italiæ.*Pli.li.*3.*c.*13.

ALBVM,Promontorium Africæ,v.M.pass.freto à Mellaria Hispaniæ vico diremptum.*Plin.in Pœnio lib.*3.¶Est & alterum eiusdem nominis promontorium,in Phœnice,non procul à Tyro:*de quo Pli.l.*5.*c.*19.

ALBŪMĔN,penultim prod. Quod est in ouo album.{ריר *vir.* λεύκωμα. GALLIC Aubin d'œuf.le blanc d'œuf,la glaire.ITA.*Chiaro del'ouo.* GER. Das weiß in dem eyr/eyerklahr. HIS.*Lo blanco,ò clara de hueuo.* ANG.*The whyte of an egge.*}Vitellius verò quod croceum.*Pli.li.*26.*capite* 28.

ALBVNA,Deæ nomen,quæ in nemore quodam agri Tiburtini colebatur.A Græcis dicitur λευκοθέα, putatúrque fuisse Ino Athamantis vxor,quæ viri furorem metuens,vnà cum Melicerta filio se in mare precipitauit.Alij Sibyllam Tiburtinam fuisse existimant,quæ ob admirabilem sapientiam,humanáque maiorem,à vicinis populis dea credita est.

ALBVNĔĀ,Fons,& nemus iuxta Anienem,siue ab albore aquæ sulphureæ,siue quòd Albuna Latinè sit,quæ Græcè λευκοθέα dicitur.*Virg.Æn.* 6.-lucósque sub alta Consulit Albunea, nemorum quæ maxima sacro Fonte sonat.

ālbūrnum,Adeps arboris.{חלב העץ *chelebhaêts* פצלח לבנה *pitsláh lebanáh.*σὰρ ξύλου. GA L'aubour,laubier d'vn arbre.IT *Rasat ò grasso dell arbore.*GE Das hartz oder gummi so auß dem baum fleußt.HI.*Albura ò blāco de la madera.*A.*The sap or soft part of a tree.*}*Pl.li.16.c.*38.Humor & cortici arborum est,qui sanguis eorum intelligi debet. Est enim in toto corpore arborum,vt reliquorum animalium,cutis,sanguis caro,nerui,venæ,ossa,medullæ.Pro cute,cortex,humor, sanguis, proximi plerisque adipes.Hi vocantur à colore alburnum.Hinc exalburno,as,quod est Alburnum detraho.*Idem lib.19.cap.*40. Et reliquis arboribus siccissima lotos,deinde robur exalburnatum, cui nigricans color.Solent autem robora exalburnari,hoc est,alburno suo spoliari eo quòd ea pars materiæ sit inutilis,propterea quòd facillimè cariem sentiat:eo autem detracto quod reliquum est,aduersus omnem corruptionis iniuriam se præbet inuitum.Id nonnulli esseexistimant,quòd à Theophrasto μαλακίδριον, appellatur: quanquam ille hoc nomine potius quandam roboris speciem videtur designasse.

ĀLBŪRNŬS,Lucaniæ mons à candore verticis dictus,& portus eiusdem nominis.*Virg 3.Georg* Est lucos Silari circum,ilicibúsque virentem Plurimus Alburnum volitas,cui nomen Asilo Romanum est.

Alburnus,piscis apud Ausonium.GA.Albe vel Albette:fluuialis est,digitali magnitudine,aphyis albis similis,oculis magnis, rubescentibus, dorso subuiridi,ventre candido:lineísque duabus distinguitur.

Albulus,Diminut.adiect.ab Albus.*Catull. Epigr.27.in Iulium Cæsarem,* Vt albulus columbulus Dionæus.

ālbŭs,a,um,Nomen coloris notissimi,quod à candido ita differt, vt Album pallori coniunctum sit,quale est plumbum:candidum verò splendori, qualis est in niue.Itémque vt dicatur Album, quòd natura sit: candidum,quòd cura.*Corn.Front.de differ.vocabul.*{לבן חור *labán chiuuár.*λευκὸς,καὶ,ὁν GAL.Blanc IT.*Bianco.*GER.Weiß. HISP. *Blanco* ANG.*whyte*} Albus)(ater,candidus,)(niger.[Hæc antithesis non semper seruatur.*Plaut Menach.*ſc.5.*a.*5. Dic mihi album,an atrum vinum potas?Idem *Capt.sc.*4.*a* 3.Corpore albo,oculis nigris.*Et Ouid. Eleg.* 5.*lib.* 3.*Trist.* Hoc vtinam nitidi solis præmuntius ortus Adferat admisso Lucifer albus equo. *Item,* Albis quadrigis Vide Quadrigæ.] *Festus* vult album à Græco ἄλφον esse appellatum. Alij ab eo, quod Sabini Alpum dicunt.Vnde credi potest Alpium nomen à candore niuium esse deriuatum.Albus an ater sis nescio,solet dici de homine vehementer ignoto *Cic.in Philip.*Et quidem vide quàm te amarit is,qui albus atérve fueris ignorans, fratris filium præteriit. *Vide Quint.lib.*11.*Catul.& Apul.*

¶ Nouit quid album,quid nigrum,οἶδε τὸ λευκὸν,καὶ τὸ μέλαν.Duplicem in sententiam accipi potest:aut,Nouit discrimen rectique prauique: aut,Nouit id quod nemo vel indoctus ignorat. Nam euidentius est albi nigríque discrimen, quàm vt quisquam non videat. *Aristoph.in Equit.*

¶ Interdum per metaphoram Albus ponitur pro bono aut felici,sicut è contrario niger pro malo aut infelici *Cic.pro Cecin.de teste Sex. Clodio Phormione:*Nec minus niger,*inquit,*nec minus confidens quàm ille Terentianus Phormio.*Persius*, Per me equidem sint omnia protinus alba.*Horat.* Hic niger est,hunc tu Romane caueto.

ālbum, substantiuum, Tabula alba,tabula gypsata. {לוח *lúach.* λεύκωμα πρωτοκόλλου, καὶ γεγραμμάτων. GALL. Tablettes enduictes de blanc pour y escrire ce qu'on veut, rolle. ITAL. *Tauola ingessata.* GERM. Ein geweißgete tafel. HISP. *Tabla blanca en que se escriuen las cosas publicas.* ANGL. *A table ouersmered wyrth any whyte colour to writ on.*} In albo Prætores edictum, ex quo anno suo ius dicturi erant, scribebant, & in loco publico proponebant, vt omnibus cognoscendi esset potestas. Si quis verò album corrupisset,puniebatur,quia Prætoris maiestas contempta videbatur.*Paulus*, Si familia alicuius album corruperit,non similiter hic editur vt in furto.Iudex(*inquit Seneca libr.*3.*de Benefic.*) ex turba selectorum,quem census in album & equestris hæreditas misit. Hinc locus factus prouerbio,Non eras in hoc numero.*Plin.in præfation. Histor.mund.*Quum hanc operam condicerem non eras in hoc albo,hoc est,non eras ex eorum numero quos hæc lecturos credebam. Hoc & Pystatium dicitur:vt in Alexandro Cæsare Lampridius. vulgò Matrix appellata.Similiter ea tabula dicitur Album, in qua singulorum annorum acta literis mandabantur à Pontifice maximo, proponebatúrque domi eius,vt potestas esset populo cognoscendi.Híque nunc Annales maximi nominantur,*vt autor est Cicero lib.*2.*de Oratore.*¶Est & album decurionum & citharœdorum. Nam in Digestis titulus est, de Albo: vbi docet Vlpianus quo ordine decuriones in albo scriptos esse oporteat.[Albo adscribi,de Decurionibus, *Suet. in Tiber.c.* 51.Albo iudicum erasit *Suet.in Claud.c.*16.Album profitentium Citharœdorum. *Suet. in Nero.c.* 21. Item Albura describere dicitur accusator ante reiectionem iudicum. *Fab. Decl.* 249. Potentius est quod in Albo lego.(i.Lex)quàm Testamentum *Fab. Decl.*374. Ad album sententiam ferre. *Idem Quintil. Declam.* 63. Item ad Album sedere)de I.C.opinor) *Senec.epist.*49.Si ad nostrum Album verba dirigamus. *Idem epist.*60.] *Vide* PYCTATIVM. ¶ Ponitur etiam Album absolutè pro arbore. *Virg in Bucolicis*, Sparsis etiam nunc pellibus albo. *Idem* 3. *Georg.* Nec mihi displiceat maculis insignis & albo.

ālbārĭŭm, Dicitur quod illinitur tectorio, quum paries pingendus non est,quod fit ex calce. {טיח *tiach.* κονίαμα. GAL Blanchissage ou crepissure de chaux.ITAL.*Et bianco da ombiancare le case.* GERM. Weißge/mit dem man die wend weiß machet HISP. *La blanque adura de la pared.* ANGL.*whyte morter,or such thing to sparge walles with.*} *Plin lib.*35.*c.*16.Eadémque lacte diluta,& tectoriorum albaria interpolantur. ¶ Albarium opus.*Pli.lib.*36.*c.*23. Contra in albario opere: vt macerata calx,ceu glutinum hæreat.

Albātŭs,a,um.Albedine obductus, albis vestibus inductus)(Atratus. {לבושלבן *labúsch laván* לבושחור *labúschchur.* λελευκασμένος. GALL. Vestu de blanc.ITAL.*Vestito à blanco.*GERM. Weiß gekleidet/in weiß angethon.HIS.*Vestido de vestitura blanca.*ANG.*Cladde in whyte*} *Cic. in Vatin.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

in Vatinium, Quum ipse epuli dominus ablatus esset, tu in templum Castoris te cum C. Fidula atrato, cæterisque tuis furiis funestum intulisti. Moris autem apud veteres vt diebus festis albati essent, & cùm conuiuia publica inirent: itaque eam ob causam *Cicero* Vatinium reprehendit, quòd solus atratus esset in supplicationibus publicis, & diebus festis.

[ALBATVS Iupiter *Gell. capite* 15. *libro* 10. Ioui immolata hostia albato.

Albēdo, Albitudo, Pro cādore accipiuntur. {לבן *labán* חור *chur*. λευκότης. GA. Blancheur. ITA. *Biancheʒʒa*. GERM. Weisse farb. HISP. *Blancura*. AN. *whytnesse, whyte colour*.} *Plaut. in Trin.* Et item alterum ad isthanc capitis albitudinem, Calliclem aiebat vocari.

Albĕo, es, Albus sum. {הלבין *hilbín* התלבן *hitlabbén*. λεύκος εἰμὶ, λευκαίνομαι. GAL. Estre blanc. ITALI, *Esser bianco*. GERMANIC. Weiß sein. HIS. *Ser blanco*. ANG. *To be whyte*.} *Virgil.* 12. *Æneid.* Campique ingentes ossibus albent. [*Cæs. libr.* 1. *de bell. ciui.* Albente cœlo, i. prima luce.]

Albĕsco, Albus fio. {הלבין *hilbín*. λευκαίνομαι. GA. Deuenir blanc. IT. *Imbianchire, diuenir bianco*. GE. Weiß werden. HI. *Emblanque cerse*. ANGL. *To waxe whyte*.} *Virgil. lib.* 1. *Georg.* Flammarum longos à tergo albescere tractus. [*Ouid.* 5. *Fast.* An quia maturis albescit messis aristis.] Huius compositum est Exalbesco.

Albĭco, as, pen. corr. Albesco, aliquantulum albus fio. {חור *chavár*. λευκός εἰμι. GALL. Estre aucunement blanc, deuenir blanc & chenu. ITA. *Biancheggiare*. GER. Weißlächtig sein. HI. *Blanquearse*. ANGL. *To be or waxe somewhat white*.} *Plin. li.* 22. Solidum semen coniicitur in oculum, nec turbat, sed se in caliginem contrahit: mutat colorem, & ex nigra albicare incipit & tumescit. *Horatius*, Nec prata canis albicant pruinis. Idem censendum de verbis similiter terminatis: qualia sunt Vellico, Fodico, Candico, Nigrico, Nutrico, & pleraque alia, quæ omnia diminutionem important actionis suorum primitiuorum. *Nonius ex Varrone citat* Albicatur, *passiuè pro* Albescit: Vbi riuus præcipitatur, deorsum rapitur, atque offensus aliquo à scopulo lapidoso albicatur.

[Albicasco: Albicascit Phœbus, *Gell. ca.* 25. *c.* 15.]

Albĭdŭs, a, um, pen. cor. Quod est aliquantulum album. {חוור *chavár*. λευκός. GA. Blanchastre, tirant sur le blanc. ITA. *Alquanto bianco*. GE. Weißlächtig. HIS. *Blanquezino, ò blanco vn poco*. ANG. *Somewhat whyte*.} *Ouid lib.* 3. *Metamorp.* Spumáque pestiferos circumfluit albida rictus. *Col. lib.* 1. *c.* 9. Quod extrinsecus albidum, intus etiam conspicitur candidum, leue, &c. *August. lib. de Ciuit.* pro albo posuit, lapides igne candente percocti, & ipsi fiunt candidi. Et quamuis ille magis rubeat, illi albido colore nitescant: congruit tamen illi luci, quod album est, sicut nigrum tenebris.

Albŏr, oris, masc. gen. Albedo. {לבן *labán*. λευκότης. GAL. Blancheur. ITA. *Albore, biancheʒʒa*. GER. Weisse. HISP. *Blancura*. AN. *whytnesse. whyte colour*.} *Varro*, Qui vident alborem eius, admirantur. ¶ Alborem etiam *Apitius* vocat, quod est album ouo, quod *Plinius* Albuginem appellat, medici Albumen.

Albī cālculī, λευκοὶ ψῆφοι, dicebantur, quibus Cretenses, dies lætos, quos vita agerent, numerare solebant: nam candidos lapillos ad hoc officium eligebant: quemadmodum econtrario infelices, atque infaustos dies nigris lapillis signabant, & ex candidorum numero vitæ tempus metiebantur: malos enim dies in annorum numeros non redigebant. Huc alludit *Horat. in Epist.* Hunc Macrine diem signa meliore lapillo.

Albus spinus, à vulgo Gallorum appellatur frutex, siue arbuscula spinosa, pruni magnitudine: acinis quum pubescunt, viridibus, quum maturuerunt, rubris. *Vide Ruell. lib.* 3. *c.* 12.

ALBVTIVS SILVS, Nouariensis orator, Romam venit, receptus in Planci oratoris contubernium. Iam verò senior ob vitium vomicæ Nouariam rediit, conuocatáque plebe, causis propter quas mori destinasset, in concione redditis, abstinuit cibo, sibique inedia necem conscuit. *Ex Tranquillo*. ¶ T. Albutius cuius M. Varro meminit, dicitque scripsisse Satyras Luciano stylo. Nam & Lucilius eum vt Græca miscentem verba, notat his verbis, Græcum te Albuti, quàm Romanum atque Sabinum, &c. *Vide reliqua apud Ciceronem in principio de Finib.*

Alcæa Leo dicitur: διὰ τὴν ἀλκήν, hoc est, à fortitudine, quod caudæ incitamento ad fortitudinem excitetur. *Gelius lib.* 7. *c.* 29.

ALCAEVS ἀλκαῖος, cum diphthongo, Nomen poëtæ Lyrici Mitylenæi. Hic magnificus, breuis, diligens & plurimum Homero similis.* Alcæus item vocatus est Alcmenæ filius: cui post Herculis cognomen est inditum: non quòd propter Iunonem sit gloriam adeptus, sed quia virtutem prisci illius Herculis Ægyptij imitatus. *Diod. Sic. lib.* 1. *c.* 1.* Alcæus item fuit Amphitryonis pater, auus Herculis: vnde Alcydes dictus est. Sed alij scribunt Alceus, Græcè ἀλκεύς.

Alcaicum carmen, ἀλκαϊκὸν μέτρον, Quod post duos dactylos trochaicâ habet syzygiam: quale est illud apud Horatium, Hesperiæ mala luctuosæ. Nomen autem accepit ab Alcæo inuentore.

ALCAMENES, ἀλκαμένης. Nobilis statuarius fuit, Phidiæ discipulus, qui Agoracritum Parium condiscipulum in facienda Venere, populi Athenensis suffragiis superauit. *Pli. lib.* 36. *c.* 5. {GER. *ein außbundiger bildhawer*.}

ALCANDER, dri, ἀλκανδρος, Vnus à comitibus Sarpedonis Lyciæ regis, ab Vlysse ad Troiam occisus. *Ouid.* 3. *Metam.*

ALCANOR, ἀλκάνωρ, Viri proprium cuius mentionem facit *Virgil. lib. Æne.* 10. Huic frater subit Alcanor, &c.

Alcarmes, siue Carmes Punica lingua, dicitur coccus seu vermiculus, ex quo fit coccineus ille color, quem inde Carmesinum vocant. *Ruell. lib.* 2. *c.* 136.

ALCATHOE, ἀλκαθόη, Vrbs eadem esse putatur, quam alio nomine Megaram vocant. *Ouid.* 9. *Metam.* Alcathoe quam Nisus habet.

ALCATHOVS, ἀλκάθοος, Pelopis filius, qui cædis Chrysippi fratris suspectus, Megaram venit, occisóque leone, qui Cithæronius à loco dicebatur, adscitus à Megareo gener, in regnum illi successit, & vrbem Megaram Alcathoen appellauit. ¶ Alcathous alius fuit Troianus, qui Hippodamiam Anchisæ filiam in vxorem habuit; & in pugna apud Troiam ab Idomeneo Cretensi occisus est.

ALCE, ἄλκη, Canis nomen, *apud Xenoph. de Venatione*.

Alce, nomen meretricis: *Vide Gell. lib.* 4. *c.* 11.

Alce, Iumento ferè similis bestia, in Asia & Africa, ni proceritas auriumi & ceruicis distinguat. *Plin. lib* 8. *c.* 15.

Alcea, {ἀλκέα. GALL. Guimauue sauuage ou rustique. ITAL. *Malua saluatica, buon vischio*. GERM. Sigmars wurtzel. HISPAN. *Malua de Vngria, malua montesina*. ANGL. *Wwylde mallowe*.} Herba est syluestrium maluarum generi assignata, folia habens verbenacæ. *Plin. lib.* 7. *c.* 4. Alcea folia habet similia verbenacæ, quæ & Peristereon cognominatur.

Alcēdĭnes, Sunt quædam aues, dictę quasi algedines, quod frigidis temporibus in mari pariant, ἀλκυόνες. *Plautus*, Nam Hercule tu periisti, nisi illam tam tranquillam facis, quàm mare est olim, quum alcedo pullos educit suos, Dicta est à Græcis ἀλκυόνη, vel ἀλκυών, ὄνος, παρὰ τὸ ὠὰ ἀλίκυειν: ab eo quod in mari fœtus excludat. *Ambrosius lib. Hexa.* Halcyone est auis maritima, quæ in littoribus fœtus suos ædere solet: ita vt arenis oua deponat medio ferè hyemis: nam id temporis fouendis habet deprauatum partubus, quando maximè insurgit mare, litoribúsque vehementior fluctus illiditur, quo magis repentinæ placiditatis solennitate auis huius eluceret gratia. Namque vbi vndosum fuerit mare, positis ouis subitò mitescit, & omnes cadunt ventorum procellæ, flatúsque aurarum quiescunt, ac placidum ventis stat mare, donec oua fouet halcyone suâ. Septem dies fœtus sunt; quibus decursis educit pullos illico: alios septem adiungit dies; quibus enutriat partus suos, donec incipiant adolescere. Tantum autem beneficium auicula hæc diuinitus sibi datum habet, vt hos quatuordecim dies nautici præsumptæ serenitatis obseruent, quos & Halcyonidas vocant, quibus nullos motus procellosæ tempestatis horrescant. Hinc poetæ ansam fabulandi arripuerunt, Halcyonem filiam Æoli fuisse, qui in gratiam filiæ, dum illa in litore oua parit, & fœtus educat, ventos inclusos seruat. Ferunt hanc auem paulò maiorem esse passere, pennis purpureis, candidis admistis; collo gracili & procero; rostro subuiridi, longo & tenui, rarò visam. *Aristot. lib.* 8. *de Animal.* Halcyonum duplex genus esse scribit, alterum vocale, arundinibus insidens: alterum mutum, ampliori corpore. ¶ Ab Halcyone fit Halcionius, a, um: vt Halcyonij dies, ἀλκυονίδες ἡμέραι, fitque à Græco ἅλς, quod mare significat: vnde etiam per aspirationem scribendum videtur Halcyon (quum Alcedo Latinis sine aspiratione notetur.) Eustathius tamen contra etymi rationem ἀλκυὼν tenui spiritu notandum tradidit, adiecto etiam generali canone, quo negat vocabulum vllum esse aspirandum; quod initium sumat ab α subsequente κ.

Alcēdŏnĭa, ἀλκυονίδες, ἢ ἀλκυονίσιδες ἡμέραι. Dies sunt hyberni ferè quatuordecim, quibus alcedo oua parit in mari & excludit, quo tempore summa ventorum est tranquillitas. ¶ Dicti sunt autem Alcedonia ab alcedine, quemadmodum & à Græcis Halcyonides ab Halcyone appellantur. *Plaut.* Tranquillum est, alcedonia sunt circa forum.

ALCENOR, ἀλκήνωρ, Vir Argiuus fuit, qui in ea pugna, qua trecenti Argiui cum totidem Lacedæmonis de finibus certarunt, solus cum Chromio ex suis superfuit, hostibus quoque omnibus, vno Othryade excepto, ad internecionem deletis. *Herod. lib.* 1.

Alcēs, is, seu Alces, æ, siue Alce, es, ἄλκη. Pausaniæ, Animal Galliæ transalpinæ, figura, colore & magnitudine mulæ similitudinem prætendens: sed labium superius adeo protensum habet, vt nisi retrogradè incedens, in terra carpere non possit. Est inuentu rarum, olfactu è longinquo venatorem sentiens, statimque in specus & latibula se condens, media inter camelum & ceruum similitudine. Sed mares ex his in superciliis habent cornua.

¶ De his animalibus *Cæs. lib.* 6. *& Iulius Capitol. mentionem faciunt. Pli. lib.* 8. *cap.* 15. Septentrio fert & equorum greges ferorum, sicut & asinorum Asia & Africa: præterea Alcem; ni proceritas aurium & ceruicis distinguat, iumento similem.

ALCES, Bithyniæ fluuius. *Plin. lib.* 5. *c. vlt.*

Alcēstē, es, siue Alcestis, idis, ἄλκηστις, Fuit Peliæ filia; Admeti Pheræorum regis coniunx, quæ maritum tanto amore dilexit, vt pro eo perire non recusarit. Nam quum Apollo ab Admeto humaniter exceptus, hoc illi à Parcis impetrasset, vt fatalem diem proferre posset, si quis aut cognationis, aut amicitiæ vinculo adductus, spontaneam pro eo mortem obire vellet, cæteris id abnuentibus, sola Alcestis inuenta est, quæ mariti vitam sua morte redimere non recusaret. *Iuuenalis.*—spectant subeuntem fata mariti Alcesten. *Plura apud Euripidem in Alceste.*

ALCETA, ἀλκέτας, Molossorum rex fuit, longa generationum serie, genus suum ad Pyrrhum Achillis filium referens. ¶ Fuit & alter hoc nomine, vnus eorum qui sub Alexandro Macedone ordines duxerunt. *Vtriusque meminit Suidas.*

*ALCETES, Arymbæ filius, Æacida fratre natu maior, Epirotarum Rex; sed impotentis iracundiæ vir, atque idcirco à patre expulsus, quum in Epirotas quoque sæuire, ac furere inciperet, noctu cõspiratione facta, vnà cum liberis de medio sublatus est. Cui interfecto Epirotæ Pyrrhum Æacidæ filium substituerunt. *Pausanias in Attica.*

ALCĒVS, dictio dissyllaba, ἀλκεύς, Pater Amphitryonis, & auus Herculis; à quo & Alcides, ἀλκείδης appellatur.

Alchech, Arabicè, est animal quòd multi Arabici Lyncam vocant. Nascitur ex leone & pardo, & nimium ferox est.

Alchimia, scientia docens facere aurum vel argentum ex pulueribus metallii, vel aurum quoque à cupro separare.

Alchimista, qui hanc artem callet seu profitetur.

ALCHIDAS, ἀλχίδας, Rhodius. Cupidinem nudum Praxitelis manu factũ adamauit, atque in amoris vestigium reliquit. *Plin. li.* 36. *c.* 5.

ALCHIONE, ἀλχιόνη, Mons Macedoniæ, *Plin. lib.* 4. *ca.* 10.

ALCHIPPE, Marsorum oppidum est, lacu Fucino absumptum, extructum à Marsia Lydorum duce. *Plin. lib.* 3. *cap.* 12. Alii tamen Archippe scribunt.

Alcĭbĭădes, ἀλκιβιάδης, penult. corr. {GERM. *Ein furtreffenlicher hauptman der Athenienseren*.} Nomen Athenienſis Imperatoris ſummi, qui genere & forma præcipuus, omnibus rebus aptus fuit: diues præterea, affabilis, patiens, denique ſummis naturæ, ingeniique dotibus egregiè exornatus; cæterum tanto rurſus vitiorum ag-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

mine deformatus, vt si vitia virtutibus penses, meritò addubites, laudéne, an vituperio dignior videatur. Hic quum esset prouectius ad luxum & ad cæteras voluptates, ad bonam disciplinam traductus est à Socrate. Nam discendi studio, & sapientiæ amore pellectus, extemplò cunctis amatoribus, adulatoribúsque repulsis, ad Socraticam disciplinam animum vertit, nunquam recedens à latere philosophi sapientissimi. *Reliqua vide in vita eius apud Plutarc.*

Alcibiadion, ἀλκιβιάδιον. *Dioscoridi*, Herba sic dicta, quòd vti ea ad formam conciliandam solitus sit Alcibiades, magnis foliis & asperis, radice rufa, oblonga, nascens præcipuè in aridis & arenosis locis. Notiore nomine vocatur Anchusa. {Gal. Orchanette. Ita. *Anchusa*. Ger. Ein gattung der roten Ochsenzung. His. *Soagen*.]

Alcibion, ἀλκιβιον, Herba aduersus serpentum morsus remedium habens. *Plin. lib. 27. c. 15.*

Alcida, æ, (*vt Diodor. falsulatur*) Fera fuit immensæ magnitudinis, ignem ore vomens, quo regiones omnes per quas faciebat iter exussit, donec Pallas humani generis miserta, partim viribus, partim ingenio feram interfecit.

Alcidamas, ἀλκιδάμας, Luctator insignis *Stat. 10 Theb.* -túque ô spectate palæstris Omnibus & nuper Nemæo in puluere fœlix Alcidama. ¶ Alcidamas Eleates, philosophus scripsit de musica, discipulus Gorgiæ Leontini. *Suidas* hunc inter scriptores Rhetoricæ annumerat. *Quint. lib. 3. cap. 1. meminit eius & Laertius in Protagora.*

Alcidamvs, Rhetor antiquus in primis nobilis, qui mortis laudationem scripsit. *Cic. lib. 1. Tusc.*

Alcides, ἀλκείδης, pen. prod. Hercules Græca significatione à virtute appellatur: nam ἀλκὴ virtus, robur, fortitudo dicitur. Vel veriùs Alcides (*vt Herod. ait*) nomen est patronymicum ab Alceo, auo paterno, hoc est, Amphitryonis patre.

Alcimachvs, ἀλκιμάχος, Pictor nobilis. *Plin. lib. 35. c. 11.* {Ger. ein verrûm pter maler.}

Alcimedē, penul. corr. ἀλκιμέδη. Vxor Æsonis fuit, mater Iasonis. *Valer. Flac. Argonaut. 1.* - hunc grauis Æson, Et pariter vigil Alcimede spectántque tenéntque.

Alcimedon, ontis, ἀλκιμέδων, Sculptor nobilis, *apud Virg. 3. Eclog.*

Alcimenes, ἀλκιμένης, Poeta tragicus, Megarensis, *Suidas.*

Alcimvs, ἄλκιμος, Orator omnium, qui in Græcia tum florebant, eminentissimus. *Diog Laert. lib. 2. in vita Stilponis.* Fuit præterea Alcimus Lydorum rex præcipua pietate insignis, ingenióque mitissimo. *Gelius Lect. antiq. lib. 19. c. 2.*

Alcinovs, ἀλκίνοος, pen corr. Nausithoi filius *teste Homero Od. 7.* Rex Phæacum in Corcyra insula iustissimus, dicéte Orpheo in Argonaut. κηπεύσειν δηρὸν ἀγαθὸς βασιλῆος Ἀλκίνου. Fuitque diligens hortorum cultor. Quamobrem dixit *Virg. lib. 2. Georg.* Pomáque & Alcinoi syluæ, id est, arbores pomiferæ. Huius meminit *Ouid. li. 2. Metamorph.* Ferunt horum pomariorum tantam fuisse fertilitatem, vt maturis fructibus noui succederent. ¶ Alcinoi apologus. De longis & anilibus fabulamentis. *Refertur à Diogene, & Lalio Pelluce libr. 6* Sumptum *ex Homer. Odyss.* vbi Vlysses in conuiuio Alcinoi Phæacum regis prodigiosas ac deridiculas fabulas & porcentosa miracula commemorat, de Lotophagis, Læstrygonibus, Cyclopibus, atque id genus aliis plurimis miraculis, fictus videlicet Phæacum insciticia: vt sit Alcinoi apologus ficta narratio apud Alcinoum habita. Hoc prouerbio vsus est *Plato de Republ. lib. 10.* Haud tibi sum narraturus Alcinoi apologum. ¶ Fuit etiam Alcinous philosophus Platonicus, qui Epitomen composuit decretorum Platonis.

Alcion, Medicus, *de quo Ioseph. Antiq. Iud. lib 19. c. 1.*

Alciphron, ἀλκίφρων, Magnesius, Alexandri temporibus philosophus. *Suidas.*

Alcippē, ἀλκίππη, Vna ex Halcyonei gigantis filiabus quæ Halcyonides, ἀλκυονίδες dictæ sunt. *Suidæ.* Est præterea Alcippe, non ea rusticæ mulieris proprium, cuius sæpe meminit *Theocritus*, & *Virgil. Eclog. 7.* Quid faceremne neque ego Alcippen, nec Phyllida habebam.

Alcippvs, ἄλκιππος, Lacedæmonius ciuis fuit, inter suos maximæ auctoritatis, patriæque studiosissimus, qui ab inimicis contrarias in c publ. partes fouentibus, in exilium actus fuit. Huic vxor fuit nomine Damocrita quæ quum virum in exilium euntem prosequi prohiberetur, filiæque iam viro maturæ publico edicto matrimonio arcerentur, ne quis ex illis iniuriæ auo illatæ vltor nasceretur, concepit animo facinus supra omnem muliebrem audaciam. Nam quum ex amore fœminæ vrbis primariæ ad nocturnum sacrum in Andronem quendam conuenissent, Damocrita à filiabus adiuta, magnam vim lignorum, quæ ad sacrificia parata erant, ad fores congessit, ignémque iniecit, vt omnes intus exureret. Accurrentibus deinde auxilio viris, illa filias primùm, deinde scipsam interfecit. *Ex Plutarchi narrationibus amatoriis.*

Alcisthene, ἀλκισθένη. Nobilis pictricis nomen *apud Plin. libro 35. c. 11.*

Alcithoe, ἀλκιθόη, Thebana mulier fuit, quæ quum Bacchum eiúsque Orgia contemneret, cæteríque mulieribus, sacra celebrantibus cum sororibus & ancillis lanificio operam daret, ab irato Baccho in vespertilionem mutata est: telæ autem in vitem & hederam. *Vide Ouid. 4. Metamorph.*

Alcmaeon, ἀλκμαίων, Amphiarai vatis, Euriphyles filius fuit, qui matrē suam in vltiónem patris quem illa dolo occiderat, interemit. [*Plaut. Capt. sc. 4. a. 3.* Alcmæon, Orestes, Lycurgus, (Insani sup.)] ¶ Item Alcmæon, Philosophus Croroniates, Pythagoræ auditor, qui *teste Laertio*, de naturæ ratione scripsit lingua Dorica.

Alcman, ἄλκμαν, E Lydia, Messenius, poëta Lyricus, filius Damătis, Claruit xxvii. Olympiade, quum apud Lydios regnaret Ardis, pater Aliattæ. Hic quum nimio amore puellam quandam deperiret, amatorios cantus primus inuenit. Fertur phthiriasi morbo interiisse. *Suidas.*

Alcmania, ἀλκμανία, Ciuitas Cariæ mediterranea: aliàs Heraclia dicta. *Stephan.*

Alcmena, ἀλκμήνη, pen. prod. Nomen proprium fuit matris Herculis: Electrionis filia, Amphitryonis Thebani vxor, quæ Ioui Herculem peperit. [Alcmena Electri filia. *Plauto dicitur in Amphit. prologo.*] {Germ. Die mutter Herculis.} Dicitur ἀπὸ τῆς ἀλκῆς, id est, à robore; quoniam hæc mulier præ se tulerit animi constantiam, ad viros proximè accedens. Aliquando post c, ponitur u, Alcumena: prout versus exigit: *Vide Hesiod. in Aspid.*

Alcomenae, ἀλκομεναί, Ithacæ insulæ ciuitas est, à qua Vlysses Alcomeneus, ἀλκομενεύς, à poëtis appellatur. *Steph.*

Alcon, ἄλκων, Nomen proprium Cretensis sagittarij, cuius filium quum draco inuasisset, tanta arte direxit sagittam, vt ea in serpentis deficeret vulnere, nec transiret in filium. Fuit hic Alcon Erichthei Athenié sium regis filius, qui ex Attica in Eubœam fugit. *Virg. 5. Eclog.* Si quos aut Phyllidis ignes, Aut Alconis habes laudes, aut iurgia Codri.

Alcothvs, Lege Alchatovs.

Alcyon, & Alcedo, *Vide* Halcyon, Halcedo.

Alcyonē, ἀλκυόνη, pen. corr. Æoli regis ventorum filia fuisse creditur, & vxor Ceycis: quæ desiderio mariti, qui naufragio perierat, in mare se dejecit, versáque est, vt poëtæ fabulantur, in auem sui nominis. *Vide Ouid. 11. Metamorph.* [*Gel. c. 10. lib. 3.* Alcyones septem diebus hieme in aqua nidulantur.] ¶ Altera fuit Alcyone Eueni fluminis filia, vxor Idæi, antè Marpessa appellata: quàm Apollo quum rapuisset, non dubitauit maritus arcu & sagittis vxorem vi ab eo repetere. Quod quum frustra conatus esset, parentes filiæ casum lugentes, commutato nomine Alcyonem eam appellarunt, quod fatum superiori Alcyone non dissimile sortita videretur. *Hec Hom. 9. Iliad.* Alii scribunt Halcyone, prima vocali aspirata: *qua de re vide ea, quæ suprà annotauimus in dictione* Alcedo.

Alcyoneus, ἀλκυονεύς, Gigas fuisse traditur, Gorphyrionis frater, ab Hercule telis confossus: cuius & filiæ, quas septem numerant, ob patris mortem in mare præcipitantes se, ab Amphitrite in Alcyones, vt quorundam opinio est, sunt mutatæ. Harum nomina sunt, Phostonia, Antho, Methone, Alcippe, Pallene, Drymo, & Asterie. *Ex Suida.* Alii scribunt, Halcyoneus. *Vide* Alcedo.

Alea, ἄλεα, *Stephano* nomen oppidi in Arcadia dictum ab Aleo conditore. ¶ Item Mineruæ cognomen, quæ circa hanc vrbem colebatur, vt est videre *apud Herod. lib. 1.* Verùm in duabus hisce postremis significationibus primam corripit, quam alioqui producit. *Papinianus in Syluis*, Aut Aleæ lucis vidit Tegæa sacerdos.

Alea, pen. corr. Tessera, ludus tesserarum. {πεττεία, κυβεία. Ga. Tout ieu de hazard. It. *Gioco di sorte, come dadi & carte.* Ger. Brettspyl/alle wurfelspyl so man waget. His. *Qualquier juego de fortuna, como dados.* An. *A dice, playing at the dice or any such play.*} *Horat. in Epist.* Quem damnosa Venus quem præceps alea nudat. {Talos poscit, prouocat me in aleam. *Plaut. Curc. sc. 3. a. 2.* Et, Eluси militem in alea (de talorum lusu) *Ibid sc. 2. a. 5.* Idem Redemptus ex alea, nudus in neruo. *Quint.* Sunt aliis scriptæ quibus alea ludatur artes, Hoc est ad vestros non leue crimen auos. *Ouid. Eleg. 1 l. 2. Trist.*]

¶ Accipitur etiam pro quouis ludo, qui casu potiùs, quàm arte gubernatur. *Mart. in Distichis*, Alea parua nuces, & non damnosa videtur: Sæpe tamen pueris abstulit illa nates.

¶ Per translationem ponitur pro quauis fortuna, siue periculo, siue etiam periculi dubitatione, dicitúrque, Aleam iacere, βίπτειν κύβους, qui se periculo fortunæque committit. *Cic. de Diuinat.* Non perspicitis aleam quandam inesse hostis deligendis? C. Cæsar ad Rubiconem (qui fluuius Italiam à Gallia disterminat) paulisper secum hæsitans, animóque reputans quàm arduam rem moliretur, postea quàm ostento animus est additus, Eamus, inquit, quò deorum ostenta, quò inimicorum iniquitas vocat, iacta esto alea. *Plutar. in Apophth.* ad hunc modum dixisse refert, πᾶς ἀν ἀνερρίφθω κύβος, Omnis iacta sit alea. *Ad quod alludēs Lucanus*, -cadat alea fati, Alterutrum mersura caput;

¶ Contrà, Extra omnem aleam esse aliquid dicimus, de quo dubium non est, quod est extra omne periculum, omnémque controuersiam.

¶ In alea atque vino, genus loquendi antiquum, quemadmodum in vino, in ioco atque vino: *de quo vide infrà in præpositione* In.

¶ Aleę emptio dicitur à Iurisconsultis, cùm incertus euentus & quasi spes emitur, veluti cùm captus piscium, vel auium, vel missilium emitur. *Inst. de heredit. vel action. vendit. Hotom. in Lexico.*

Aleātor, qui alea ludit, {κυβευτής. Ga. Ioueur ordinaire. It. *Giocatore.* Ge. Ein spiler der es wagt/ein brettspyler. His. *Iugade ò tahur de aquel juego.* Ang. *A dicer.*} *Cic. in Cat.* In his gregibus omnes aleatores, omnes adulteri, omnes impuri, impudicique versantur. *Idem 2. Philip.* Domus erat aleatoribus referta, plena ebriorum.

Aleo, aleonis, idem quod aleator, *teste Festo. Nauius*, Pessimorum pessime, audax, ganeo, lurco, aleo.

Aleātōrium, *Apud Sidonium*, pro ludo aleæ. {κυβευτήριον. Ga. Berland. It. *Luogo di gioco.* Germ. Ein spyl mit würfflen. His. *Lugar di juego.* Ang. *Dicing, playing at the dice.*} *Aitenim*, Atque illic aleatorium lassis consumpto sphæristerio faciat. *Suet.* vocat Aleatorium forum. * *Sueton. in Augusto 7. 71.* Lusimus per omnes dies forúmque aleatorium calfecimus. Verba sunt Augusti.

Alebras, ἀλέβρας, pen. prod. Larissæorum in Thessalia crudelissimus tyrannus fuit, ab ipsis tandem satellitibus, quos ad corporis custodiam adhibebat, interfectus.

Alebecerii, Galliæ Narbonensis populi. *Plin. lib. 3. 4.*

Alebria, ἀλέβρια. vereres dixerunt pro bene olentibus. *Festus.*

Alec, & Alecula. Vide Halec.

Alectō, ἀληκτώ, Vna ex furiis infernalibus, & Latinè inceſſans interpretatur, ab α priuatiua, & λήγω, desino: quia cupiditas nunquam satiatur. {Germ. Eine auss den vnsinnigen hellischen weyberen.}

Alector, ἀλέκτωρ, Filius Anaxagoræ, Iphim genuit & Capaneum, qui fuit vnus è septem ducibus Argiuorum apud Thebas. *Volaterran.*

Alectoria, ἀλεκτορίαι, Gemma quæ in ventriculo Galli inuenitur. Gallus enim Græcè ἀλέκτωρ, dicitur: *de qua Plin. li. 37. cap. 10.* Alectorias, *inquit*, vocant in ventriculis gallinaceorum inuentas, crystallina specie, magnitudine fabæ, quibus Milonem Crotoniensem vsum in certaminibus inuictum fuisse videri volunt.

Alectorolophos, ἀλεκτοροφόλοφος, Herba est tussientibus vtilis, foliis galli gallinacei cristæ similibus, caulem tenuem, seménque nigrum in siliquis habens. Latinis Crista dicitur, *teste Plin. lib. 27. cap. 5.*

Alectryon, ἀλεκτρυών, Adolescens fuit (vt fabulatur Lucianus) Marti adeo familiaris, vt adulterii, quo Veneri ille commiscebatur, conscius adhiberetur, foribúsque custos apponeretur, ne Solis inter-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

interuentu deprehenderetur adulter. Verùm quum ille somno oppressus negligentius excubias ageret, amantes eius fiduciam in vtramque aurem dormientes, à Sole deprehensi sunt, & apud Vulcanum delati, adamantinis catenis multò antè eum in vsum paratis, sunt impliciti. Qua de causa indignatus Mars, Alectyronem in auem sui nominis transformauit, quem gallum Latini appellant: qui etiam hodie veteris negligentiæ memor, Solis aduentum cantu suo prænũtiat. [*Germanic.* Der geheime temmerling Martis.]

ALEGENOR, Vnus fuit filiorum Boëthi: quatuor enim fuerunt, Hippodamus, Electrion, Archylicus, Alegenor, *teste Diod. li. 5.*

ALEĪI CAMPI, ἀλήϊα πεδία, Locus est Lyciæ, in quem cecidit Bellerophontes, quum à Pegaso ab œstro agitato excuteretur: sic dictus, quod in eo cæcus errarit Bellerophontes, donec periret.

ALELE, Phazaniorum vrbs in Africa. *Plin. l. 5. c. 5.*

ALEMANNI, {ἀλαμανοὶ. ANGL. *Germanes, Almannes.*} *Stephano*, populi Septentrionales, qui & Germani dicuntur: Rheno fluuio à Gallis, Alpibus ab Italis discreti: ita dicti patrio vocabulo, quasi prorsus viri. [*German.* Die Teutschen.] Quum enim Germani illi Septentrionales, præsertim Transalbiani mutare sedes cogitarent, imitati priores Germanos, qui traiecto Rheno, quò se totos viros ostenderent, sibi hoc nominis, quasi *Gar ein man* imposuissent: & ipsi se, quòd fortissimi bellatores & viri omnes esse vellent, & deberent, Alemannos, quasi *als manner* appellauêre. *Hæc Beatus Rhenanus in Tacitum.*

Alemannus, *Spartianus in Caracalla*, Cùm Alemanni nomẽ ascriberet.

ALEMANVS, Fluuius apud Rysios originem à rubro castro *Rotemburg* trahens, hic ad *Kelheim* oppidum iungitur Danubio. Vulgò *Alimola.* vel *Alimul* appellatur. *Vide Althamerum in Tacitum.*

ALEMVSII, Atticæ populi, apud quos est Cereris legiferæ, & Proserpinę templum, *Pausanias in Attic.*

ALENTICVS, Sinus. *Plin. l. 9. c. 87.*

ALEO, onis, *Vide* ALEA.

ALEOPETRA, Insula in Mœotide.

ALERIA, Corsicæ colonia à Sylla dictatore deducta. *Plinius lib. 3. ca. 6.*

Alēs, huius alitis, dicitur quælibet volucris, ab alis gerendis. [Vel ab alis & eundo vt comites.] * Quidam tamen Alites propriè volunt dici maiores aues: vt sunt gallinæ, anseres, cornices, corui, grues. Et tam masculino quàm fœminino genere profertur. {ים Ḥoph חיה ḥáiyt. οἰωνὸς, ὄρνις, GALLIC. Oiseau grand, comme geline, oye, grue, & autres. ITABI. *Veelio, augello.* GERMA. Ein grosser vogel. HIP. *Aue, ò vtra cosa que buela, como saeta.* ANGL. *Any great or winged foule.*} *Virg.* Namque volans fuluus Iouis ales in æthra. * *Martialis*, Alitis eximiæ cauda superba fuit. Id est pauonis. [Caystrius ales (id est, cignus) *Ouid. Eleg. 1. l. 5. Trist. Et Eleg. 8. l. 3.* protinus ales eris.] * Secunda alite aliquid facere. Id est prospero auspicio, *vt interpretatur Porphyrio, in Horat. Epod. 16.* Secundis alitibus procedere. Id est felici & prospero auspicio. *Claud. Panegyr. 6.* * Lugubris ales, pro malo & infelici auspicio, *vt interpretatur Acron. Horat. 3. Carm.* In genitiuo plurali Alitum, & Alituum, per epenthesin secundum Priscianum. *Virg. libro 11.* Alituum, pecudúmque genus sopor altus habebat. ¶ Auis est quæ parit ouа & pennis prædita, ὄρνεον. ¶ Volucris autem significatio latiùs patet. Nam de omni eo dicitur quod volat, siue pennas habeat, siue non. Vnde vespertilio volucris est, non tamen auis.

Ales adiectiuum omnis generis, velox, celer, {מהיר *mahir.* ταχὺς, ἀκὺς. GAL. Leger, viste. ITA. *Veloce, alato.* GERM. Schnell, flux, HIS. *Ligero.* ANG. *Swift, spedie.*} [*Gell. c. 11. l. 9.* auxilium propugnationémque corui alitis. *Catul. de com. Beren.* Se obtulit Arsinoæ Chloridos ales equus. Aliàs ales eques.] *Silius*, Alite vectus equo. *Virgil. 8. Æneid.* Ignis & alitis Austri. * Plumbum ales, pro glande plumbea, quæ funda emittitur in hostem, *Sil. Ital. lib. 3.* ¶ Ponitur & pro Alato, hoc est, Alas habente. *Cic. 2. de Inuen.* Angues ingentes, alites, iuncti iugo.

ALESA, Ciuitas est Siciliæ, *Ptolemæo.* ¶ Hinc Alesinus, a, um. *Cic. in Epist. Famil.* In Alesina ciuitate, &c.

ALESIVS, ἄλαισος, Oppidum Elidis, Stephano. ¶ Item mons Arcadiæ, non procul à Montinæa, sic dictus ab errore Rheæ. *Autore Pausania.*

ALESIVM, ἄλαιον, Oppidum Peloponnesi *apud Strab. l. 8.*

Āllĭgo, penultim. correpta, propriè ad aliquid ligo, {צרר אסר tsarár asar. ἀπαρτῶ, ἐξαρτῶ, περιάπτω. GALLICE. Allier, lier à. IT. Allegare, legare à qualche cosa. GERMANIC. Anbinden/ anfnupffen. HIS. Atar alguna cosa à otra. ANGL. To bind to any thing.} vt, Alligare vitem palis, vel ad palos. Colum. lib. 2. Arbustiuam vitem antequam putes, alligare diligenter oportet. [Alligare canem fugitiuam agninis lactibus Plau. Pse. sc. 3. a. 1. Alium ego huic rei alligabo ne time. (aliàs allegabo.) Plaut. Amphit. Item, Alligari negotio. Gel. c. 7. l. 3. Iura quibus licentiam fœminarum alligarunt. Liuius lib. 34. Ouid. El. 8. l. 4. Trist. Adamas licet alliget illud. Alij alligati, alii adstricti, alij districti. Sene. de vita beata c. 16.] ¶ Per translationem Alligare, est obstringere, obnoxium facere, Teren. in Eunucho, hic furti se alligat, ἐνεχεμαλωτῆς. Cic. pro Rabirio Post humo, Lex vbi omnes mortales alligat: sic loquitur. ¶ Accipitur & pro suo simplici. Idem de Diuinat. Alligandi essent omnes, qui cubitum irent. Idem 3. de Orat. Neque verba alligata sint, quasi certa aliqua lege versus. ¶ Alligari quoque rei quis dicitur, cui ita est addictus, vt diutius ab ea abesse non possit. Sic adulescentulos scortis alligatos dicimus, qui meretriciis amoribus ita sunt irretiti, vt nonnulli ægrè ab iis possint diuelli. [Senec. c. 17. de Consol. ad Elb. Alligate illius amplexibus.] *Cum Ad, vt Alligare se ad præcepta catholica. Quint. lib. 10. cap. 13.

Āllīgatĭo, Ipse actus alligandi {מסרת masoréth אסר ĭssár כסר esar צרור tsrsror. ἀπαρτισις. GAL. Liaison, lien. ITAL. Legamento. GERMANIC. Anbindung. HI. Atadura. ANG. Binding or knitting to.}

*Āllīgātŏr, Qui alligat. {אסר osér. ἀπαρτιστής. GAL. Lieur, relieur. ITA. Ligatore. GER. Anbinder. HISP. Atador. ANG. Abinder, that bindeth to.} Colum. l. 4. c. 13. Deinde sequitur alligator, cuius officium est, vt rectam vitem producat in iugum.

Āllīgātūra, ἅπλωσις, περίμμα. Idem de arboribus cap. 8. Infra insitionem, & alligaturam falce acuta leuiter vitem vulnerato,

Āllĭno, is, Ex Ad & Lino, Inungo, & linendo rei alicui induco. {טוח túach משח maschách. ἔπιχρίω. GA. Oindre, frotter en oignant. ITA. Vngere. GER. Anstreichen/ anfalben. HIS. Vntar vna cosa à otra. ANG. To anoynt, to quersmere any thing.} Plin. Sunt qui leporino coagulo mel addant, eóque dentem allinant. *Allinere vitia sua alteri, pro Linere seu aspergere aliquem suis vitiis, dixit Seneca Epist. 7.

Āllium, Herbæ genus satis notum, non dissimile porro, grauissimi odoris, quod tamen lassitudini mederi creditur, & serpentes fugare. {שום schum. σκόροδον. GAL. Ail. ITAL. Aglio. GER. Knoblauch. HISP. Ajo. AN. Garlick.} Vnde etiam messoribus solet esse in deliciis. Virgil. in Bucolicis, Thestylis & rapido fessis messoribus æstu. Allia serpillúmque herbas contendit olentes. Horatius eius odorem infectatur festiuo carmine, Parentis (inquit) olim si quis impia manu Senile guttur fregerit, Edat cicutis allium nocentius. ¶ Ne allia comedas & fabas, ἵνα μὴ ῥάφανος σκύροδα, μηδὲ κυάμους, Prouerbiali videtur ænigmate dictum, pro eo quod est, Ne bellis, neve in iudiciis adsis. Nam in bellum inferebantur allia commeatûs militaris: in Iudiciis fabas esitabant ne obdormiscerent. Suidas. Erasm. putat referendum ad calculos fabarios, quibus antiquitùs ferebantur suffragia. ¶ Ego tibi de alliis loquor, tu respondes de cepis: Ἐγὼ σκόροδά σοι λέγω, σὺ δὲ κρόμμυα ἀποκρίνεις. Quum aliud respondetur quàm rogaris: vel contrà, quùm inepte respondetur ineptè scisciranti. Confinia enim sunt inter se cepe & allia. ¶ Ne allij quidem caput: Subaudi dedit vel appositum, vel aliquid simile. Prouerbialis est hyperbole, qua vsus est Aristophanes in Vespis. Conuenit in sordidum & impendio parcum. ¶ Allium in retibus, σκόροδον ἐν δικτύοις. De sordido commeatu dicebatur. Hinc natum, quod Attici nauigationem aut expeditionem adornantes, pro cibo allia in retibus imposita secum ferebant. Locus erit adagio, si quem admoneas, vt Philosophiæ studium aggressurus paret se ad frugalem vitam, ad vigilias & labores, sine quibus non paratur eruditio. [Plaut. Mostel. sc. 1. a. 1. At te Iupiter dique omnes perdant; oboluisti allium.]

Āllĭātus, a, um, {ἐσκορδισμένος. GA. Qui est aillé, qui sent les aulx ITA. Cosa con aglio, agliata. GER. Was knoblauch hatt/ oder dauon schmackt HIS. Ajado, cosa ajo. ANG. wherin melleth of garluk.} Sine me alliato fungi, fortunas meas, hoc est, Permitte me quem allium olere & fœtere dicis. [P. aul. Mostel. sc. 1. a. 1.]

Allium Vlpicum, siue Cyprium, siue ἀγροσκόροδον, atque vt opinor, σκορδόπρασον Dioscoridis Plin. l. 27. c. 6.

Allo, lapis est rotundus, quo fabri instrumenta sua acuunt.

Āllobrŏges, penultima correpta, ἀλλόβριγες, καὶ ἀλλόβρυγες, Stephano. [German. Die Saphoyer.] Populus Galliæ iuxta Rhodanum, nunc Sabaudienses, & Delphinates, victoria Fabij, & Catilinæ coniuratione noti, ad tractum Lugdunensem siti; Ptolemæo. Horatius Epod. 16. Nouisque rebus infidelis Allobrox.

Āllobrŏgĭcus, a, um, adie. ἀλλοβριγικὸς, vt apud Cæs. l. 4. c. 5. Vinum Allobrogicum.

Allodium, res libera, & propria alicuius, ex quo præstatur tributum l. Ar si quis. parag. Interdum. ff. De Relig. & sum. fun. dicitur etiam hæreditas, quam vendere vel donare possum. Deductum putat Alciatus à laudo, & allaudium fundum dictum, qui pleno iure ad possessionem pertinet pro quo nullum alicui laudatiuum præstandum est. ¶ Allodium, barbarum vocabulum est feudo contrarium, à Gothis, quemadmodum & hoc, introductum, quo significatur possessio vel res ita libera & soluta ab omni clientela, vt possessor ob eam rem nemini fidem & clientelam debeat. Ex Hotomano.

Allophylus, la, lum, dici potest alienigena, alterius tribus: Nam ἄλλο significat aliud, & φῦλον genus, gentem, nationem Ambros. lib. Offic. Aduersarios suos Hebræi Allophylos, id est, alienigenas Latino appellant vocabulo. Hoc nomine dicti sunt Palæstini, qui & Philistæi, n in m mutato, vt testatur Iuuus Hieronymus.

Āllœŏthĕta, ἀλλοίωσις, Figura est syntaxin concernens, quum scilicet contra vulgatos constructionis canones aliquid variamus. Vnde & Variatio à Prisciano interpretatur. Confundit autem numerum: vt Pars in frusta secant. vel casum, vt, Tu mihi quodcunque hoc regni, pro, Hoc regnum: vel genus, vt, Dulce satis humor, depulsis arbutus hœdis, Lenta salix fœto pecori, mihi solus Amyntas. Ad dulce enim quod est neutrum, tàm masculina, quàm fœminina reddidit.

Āllóquŏr, Compello. {דבר dibbér. προσαγορεύω, προσκαλέω. GAL. Parler à quelqu'vn. ITAL. Parlare. GER. Anreden/ ansprechen. HISPA. Hablar á alguno. ANGLI. To speak any man.} [Saluus sum, noui homines, alloquor. Plaut. Men. sc. 5. a. 5. Heus tibi dico, te alloquor, Vigila. Plaut. Milit. sc. 2. a. 2. Et ibid sc. 5. act. 2. Tecum loquor, mox, Te alloquor, (pro, Tibi dico) Adito, atque alloquar vltro, Animule mi. Plau. Menæch. sc. 4. a. 2. & Ibid. sc. 2. a. 3. & sc. 2. a. 5. Item, pro Precor, voueo, Diis aduenientem pro meritis gratias agere atque alloqui (. id est, precari, vouere.) Plaut. Amphit. Arma induit Æneas, alloquitúrque Iouem, id est, vouet & precatur.] Autor ad Her. Te nunc alloquor, Africane. Plaut. Amph. Alloqui perparcè liceat obsecro. Var. 5. de Ling. La. Alloquutum mulieres ire aiunt, quum eunt ad aliquem loquutum consulendi causa. [Ita Passer. quum eunt ad aliquam consolandi causa: Senec. c. 14. de conf. ad Poly. Alloquendi partes (i. consolandi.)] *Alloqui familiariter cum aliquo. Curt. lib. 6. Sed etiam familiariter alloqui cum eo, &c.

Āllŏquĭum, ij, {רנרה dabberáh. πρόσρησις. GAL. Parolle auec vn autre. ITAL. Parlamento con vno altro. GERM. Anredung/ das ansprechen. HIS. Hablá à alguno. ANGLICE, Speak ingor talking with another.} Liu. 1. ab Vrbe, Et ipse quoque fortunam benigno alloquio, comitate inuocandi, beneficiis quos poterat sibi conciliando adiuuabat. [Ouid. El. 4. l. 1. Trist. ausus es Attonitum alloquio sustinuisse tuo. Et Eleg. 7. l. 1. Trist. Alloquii patte leuare tui. Idem Ouid. El. 5. l. 4. Cuius ab alloquiis anima hæc moribunda reuixit.] Pl. li. 26. c. 22. Hospitali regis clementia sex mẽsium tempore imbutus alloquio. ¶ Durus alloquiis, ἄπτωτος καὶ ἄφωνος προσηγορήμασιν, Prouerbiali figura dicitur is, qui est inexorabilis.

*Āllŏcūtĭo, Verbale, Ipse actus alloquendi. Venustius est & vsitatius Alloquium, Plin. Epist. vlt. Mutat personam, vertit allocutionem. Id est sermonem. Allocutione solari aliquem. Catul. ad Cornific. [Fatigatæ alloquutiones. Senec. c. 1. de consol. ad Mar. & cap. 1. de consol. ad Elber.]

ALLORIA, ἀλλοῖα Vrbs Cretæ, vt ex Polyhistore refert Steph. Gentile est Alloriates, ἀλλοιάτης.

Alloscorodon, ἀλλοσκόροδον. GA. Cappres. ITALIC. Cappare. HISP. Alcaparra.} Herba est Dioscoridi, quæ notiore nomine Capparis appellatur.

ALLOTRIGES, ἀλλοτρίγες, Populi in tractu Septentrionali Hispaniæ Str. lib. 3.

Āllŭbĕsco, scis, siue Adlubesco, Lubens facio, obedio, faueo, consentio. {יאת jaath. ἐπαρέσκω. GAL. Estre agreable. ITA. Far volontieri. GERMANI. Etwas ansahen lieben/ etwas gutwillig zuthun werden. HI. Hazer à gana ANGL. To do willinghe, to consent.} Plaut. Hercle

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

verò iam mihi adlubescit primulùm.

Allūcĕo, es, ere, alluxi, compositum ex ad & lucĕo, ἐκφλέγω. *Plautus*, Tibi fortuna faculam lucrificam allucere vult. *Suetonius in Vitellio*, Flagrante triclinio ex conceptū camini, tum quidem consternatis, & quasi omine aduerso anxiis omnibus, inquit, Bono animo estote, nobis alluxit.

Allūcĭnor, pen. corr. Proprie oculorum est, quum illi circà obiectum falluntur, alterúmque pro altero conspicere nobis videmur. {פתה *patháh* חותל *hutthál* παρελκύω. GAL. S'abuser & se tromper, errer. IT. *Abagliare, vacillare*. GE. Jelen/Jrren mit dem gesicht. HI. *Ver como luz y tinieblas*. ANG. *To deceaue him selfe, to erre.*} *Col. lib.* 8. Custodis officiū, sublimem celsissimámque oculorum veluti speculam desiderat: vt neque tardiores grauidas, dum cunctantur, neque agiles & fœtas, dum procurrunt, separari à cæteris finat: ne fur, aut bestia allucinantem pastorem decipiat. ¶ Ponitur etiam pro Errare, decipi, falli *Cicer. ad Atticum*. Ego tamen suspicor hunc, vt solet, allucinari. *Gell. lib.* 16. *cap* 12. verbum hoc iubet aspirari, etiamsi ἀπὸ τῆ ἀλύσεως, quod tenui spiritu scribitur velit deduci.

Allūcĭnātĭo, Aberratio. {התול *hatthúl* פתי פתיות *pethi pethaiuth* ἀλυσιτελία. GAL. Faute, fourvoyement, deception. ITAL. *Abbarbaglio*. GERM. Jelung/oder irrung. HIS. *Aquella obra de ver assi*. ANG. *Erring.*} *Nonius*, Et assiduò oscitantem vidit, atque illius quidem, delicatissimas mentis & corporis allucinationes.

Allūdo, pen. prod. Ludendo alicui blandior. {צחק *tsachák* תפף *taphaph* παίζω. GAL. Se iouer à quelqu'vn. ITAL. *Alludere far festa*. GERM. Schmeichlen/mit einem kurtzweyl treiben. HISP. *Burlar mirando à otra cosa* ANG. *To scoffe priuelie, to smyle vpon.*} [Et propriè est puerorū cùm ludentes nutrici vel parentibus blandiuntur: Aut etiam canum cùm motu caudæ suis heris adulantur.] *Lactan. lib.* 3. Aut homini alludunt animalia. ¶ Est item Alludere (*vt scribit Valla l.* 4.) quum aliud dicimus, & ad aliud sententiam latenter referimus, quum aliò quòd dicitur refertur. *Virg.* 7. *Æn.* Nec plura alludens, ea vox audita laborum Prima tulit finem, *Cic.* 1. *de Orat.* Galba autem alludens, variè & copiosè multas similitudines afferre. ¶ Alludere ad historiam, est ad rei fidem verba componere: quod proprium est Poetarum, qui in fabulosis suis narrationibus historiæ veritatem vno atque altero verbo nonnunquam attingunt.

* Alludere Philosophiæ, pro Quasi per lusum & non seriò tractare philosophiam. *Sensc. epist.* 73. Item pro Fauere. *Idem Senec.* Quum tibi alludit huius vitæ prosperitas.

[Alludentia spei nostræ sequamur. *Senec. c.* 10. *de Tranq.*]

Allūsĭo, ad vocis quoque similitudinem refertur, vt possessio quasi positio: magistri, quod monstrent: furtum, quasi futurum: testamentum, testatio mentis: sacellum, sacra cella: interdictum, inter duos dictum.

Allŭo, luis, iuxtà fluo, abluo, allabor. {נזל *nazál* נתך *nathách* שטף *schatáph* παραλύζω. GAL. Couler aupres, arrouser. IT. *Bagnare, scorrere vicino*. GERM. Anfliessen/an etwas runnen. HIS *Lauar con auenida*. ANG. *To watter and wash away by wattering.*} Est autem compositum ex Ad, & antiquo verbo Luo, quod est eiusdem significationis cum verbo Lauo: à quo fiunt & Abluo, Colluo, Diluo, Eluo, & similia. Fluuij dicuntur vrbes alluere, qui eas præterlabuntur: sic & maria terras alluūt. *Cic.* 2. *de Legibus*. Diuisus æqualiter in duas partes, latera hæc alluit. *Idem de Orat.* Ita iactantur fluctibus, vt nunquam alluantur. *Plin. lib.* 6. *c.* 4. Flumen Sidenum quo alluitur oppidum Polemonium. *Cic.* 5. *Verr.* Non alluuntur, à mari mœnia extrema: sed influit in vrbis sinum portus. *Curtius*: Montem leniter alluit præteriens amnis [*Catul. ad Ortal.* Mei Patris lethæo gurgite Pallidulum alluit vnda pedem.]

Allŭuĭo, onis, inundatio. {שטף *schetéph* παράκλυσις. GA. Rauine d'eau, desgorgement d'eau. ITA. *Inundatione*. GER. Anrunſ/anſtoß des waſſers/waſſerguß. HI. *Auenida de agua*. ANG. *A deludge, inundationne or surrounding of watters.*} Immoderata aquarum violentia vel pluuialium, vel fluuialium, similitúmque quæ non tantùm agros confundit, sed quandoque eripit, & nonnunquam funditus destruit. Sed quum pars alicuius agri impetu fluminis aggeritur in alium agrum, tunc cedit in possessionem eius, cuius est ager. Vnde *Lucanus*, Illos terra fugit dominos, his iura colonis Accedunt donante Pado. *Cic. de Orat.* Alluuionum, circumluuionum iura. Circunluuio autem, περίκλυσις, est quum partem alicuius agri rapidus amnis in alueum suum impulerit, & in modum insulæ circumuoluerit, quæ ipso iure vicinioris erit. Alluuies, pro eodem. (Valla tamen exponit sordidam aquam quæ alluit, vbi lutum cum aqua non multa, *Liu. libr.* 2. In proxima alluuie, vbi nunc fictus Ruminalis est, quam Romularem vocatam ferunt, pueros exponunt.) *Col. lib.* 3. *c.* 11. Vel etiam valles quæ fluminum alluuie & inundationibus concreuerint. Proluuies proprie sordis profusio. *Virg. lib.* 3. fœdissima ventris proluuies. Illuuies, ῥύπος, est etiam immunditia in homine, aut veste, aut re quauis alia infita, seu iniecta. *Teren. in Heau.* Pannis obsita, neglecta immunda illuuie. *Vir. l.* 2. Dira illuuies, immissáque barba. Eluuies propriè dicitur quod expurgatur, præsertim aquarum fluxu: quanuis & alterius humoris dici possit. *Plin.* Quod in tutis notatur oppidis, quæ minus quatiuntur crebris ad eluuiem cuniculis cauata. *Lactant. lib.* 7. Eluuiem posuit pro aquarum inundatione, quum ait: Eluuie aquarum euertentur ciuitates. Eluuies per translationem *à Cic. in oratione pro Domo sua*, ponitur pro exitio, & interitu: Idcirco inquit, Tu ad labem atque eluuiem ciuitatis sine summa vi peruenire potuisti. Colluuies, Sordes cœni, aut cuiusuis rei coactæ. *Col. lib.* 1. Tum etiam nantium, serpentium pestes hyberna destitutas vligine, cœno & fermentata colluuie venenatas emittit: Colluuio, idem est quod Colluuies. *Cic. de Senect.* Oprælarum illum diem quum in illud diuinum animorum concilium cœtúmque proficiscar, quúmque ex hac turba & colluuione discedam. *Hier. ad Heliad.* Neget & sacrilegum esse, qui in libidinem se dedit, qui membra Christi, & hostiam viuam, placentem Deo, cum publicarum libidinum victimis nefaria colluuie violauit. Diluuium κατακλυσμὸς, terrarum inundatio: qualem Noë ætate contigisse ex sacris literis constat, aut (vt poëtæ fabulantur) Deucalionis temporibus.

Alluuĭus ager, à Veteribus dicebatur quem paulatim fluuius in agrum reddit.

* Allus, Pollex, proximum digitum scandens, à Græco ἀλλεύω. *Festus.*

ALMEDESSOS, ἀλμηδησσὸς, Oppidum in ora Thraciæ, non procul à Bosphoro. Recensetur *à Plin. lib.* 4 *c.* 11. Ptolemæus vocat ἀλμηδαασσὸν, Halmidassum. Aut potiùs ἀλμήδιασσον sine aspiratione.

ALMĒNE, penult. prod. ἀλμήνη, Oppidum est ad Pontum Euxinum: à quo fiunt gentilia, Almmius ἀλμήνιος, & Almenites ἀλμηνίτης, *Stephanus.*

Almities, Almarum rerum habitus. *Festus.*

ĀLMO, onis, Riuulus est ante portam Capenam, in quo sacerdotes Cybeles deæ simulacrum, & cultros sanguinolentos, & sua vulnera solent abluere. *Ouid.* 4. *Fast.* Est locus, in Tyberim qua lubricus influit Almo.

ĀLMŌN, ἄλμων, Oppidum Thessaliæ, quod à nonnullis Elmon appellatur, *teste Plin lib.* 4. *c.* 8.

¶ Est etiam Almon *apud Virg.* 7. *Æneid.* Pastoris nomen, filii Tyrrhæi, regū pecoris magistri.

ALMOPIA, ἀλμωπία, Macedoniæ pars est, quæ ab Almope gigante, Helles ex Neptuno filio, nomen accepit: à qua etiam incolæ Almopes dicti sunt & Almopii. *Steph.*

ĀLMŌS, ἄλμος, Sisyphi filius, *vt inquit Apollonius*, frater Porphyrionis ex cuius filia Chrysogone, & Neptuno, natus est Minyas rex Orchomeni. Idem tamen Minyæ matrem Hermippem Bœoti filiam appellat.

Almŭs, ma, mum, ab alendo (*vt docet Festus*) idem quod alens, vel alimoniam suppeditans. {אמן *adhón* אמן *omén* חי *chái* τρόφιμος, θρεπτός. GA. Qui nourrit copieusement. IT. *Nutritore*. GERM. ein ernehrer. HISP. *Lo que mantiene*. ANG. *That nurisheth.*} Vnde alma tellus peculiari dicitur epitheto, quòd fruges suggerat, quibus alimur. *Col. lib.* 3. *c.* 22. Quibus alma tellus annua vice, velut æterno quodam puerperio læta, mortalibus distenta musto demittit vbera. Simili etiam ratione ξείδωρον ἄρουραν quidam Homero dictam putant, quasi ζωόδωρον, quòd aruorum feracitati vitam debeamus. *Pisander lib.* 18. *c.* 8. ξείδωρον ἄρουραν dictam manult, quòd zeam suppediter: quod frugis genus olim summo habitum est in honore. Cereri quoque hoc epitheton assignauit. *Virgil. libr.* 1. *Georg* - vos ô clarissima mundi Lumina, labentem cælo quæ ducitis annum, Liber, & alma Ceres. *Apud Plaut. quoque in Curc. sc.* 2. *a.* 2. Parasitus Heram, hoc est, Fortunam (quam nutricem suam appellat) Almam nominat. Inuoco (inquit) alinam meā nutricem Heram. (Cererem sup.) ¶ Accipitur & pro sancto, siue pulchto: vnde & Venerem Almam appellat *Virg. in Epigr. de Venere & vino*, - proli Venus alma creandæ Seruiat. Alma fides. *Cic. 3. Offic. ex Ennio.*

¶ Item pro tranquillo, siue sereno. *Vir.* 5. *Æneï.* Præterea si nona diem mortalibus almum Aurora extulerit.

Almyrodes, Martialis, Inter Spondophorum Telesphorúmque Sidera stare putabis Almyroden: Quum tu simplicius senem fateris. Quod carmen *Alciat. li.* 12. *Parergōn*, ita exponit, Ridet, inquit, poëta caluum quendam, cuius tempora erant crinita, adeo vt tria capita viderentur, duo similia Spondophori & Telesphori puerorum comas nitidas alentium: medium caluitie deforme simillimum Sidæ almyrodi, id est, pomo seu meloni salis. Est autem Almyrodes Græcis ἀλμυρώδης, quod salsum significat.

Alnŭs, Arbor est aquosis locis gaudens, ex qua primùm factæ sunt lyntres: ita dicta, quòd amne alatur. {ελλή *dru*. ANG. *An adder tree.*} Nascitur enim iuxta fluuios, aquísque obruta (*vt inquit Vitruuius*) non facilè corrumpitur: Vnde & lignum eius ad naualem materiam in primis commendatur. *Lucan.* Et fluctibus aptior alnus. Hinc fit vt & pro naui quandoque poni soleat. *Virg. 1. Georg.* Tunc alnos primùm fluuij sensere cauatas. *Claudian.* Qui dubiis ausus committere fluctibus alnum. Scribit Aristoteles Alnos in sola Creta steriles non esse. In alnos sorores Phaetontis mutatas ait *Virgilius.* Non est infrugifera, sed floret ac fructum fert. Flos paruulus rubescit. Semen exiguum in compactili calo, qui mori magnitudine, nec forma dissimilis.

Alo, alis, alui, alitum vel altum, significat nutrio, alimentis sustento, educo. {אמן *amán* חוה *chăjáh* גדל *ghidhél* τρέφω. GALL. Nourrir. ITAL. *Nutrire*. GERM. ernehren/erhalten. HISP. *Criar, mantener*. ANG. *To nurishe, to feed.*} [Quid dotis dabis? C. vt semper dum viuat, me alat. *Plau. Curc. sc.* 2. *a.* 2. Misereat, si familiam alere possim misericordia. *Idem Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Illic homo homines non alit. *Plaut. Men. sc.* 1. *a.* 1. Doceo quo simus alendi modo. *Ouid.* 13. *Met.* Viri boni me pauperant, improbi alunt.] *Cic. de Natura Deor. lib.* 1. Omnia quæ aluntur. & crescunt, continent in se vim caloris. *Idem pro Sexto Roscio*, Anseribus cibaria publicè locantur, & canes aluntur in Capitolio.

¶ Transfertur & ad res incorporeas. *Cic in Catil.* Qui spem Catilinæ mollibus sententiis aluerunt. *Quint.* Sed alere facundias, vires augere eloquentiæ. *Virg.* Hos successus alit, id est, augere facit Sic etiam dicimus, Honor alit artes, hoc est, Auget artes, & ad eas capessendas nos incitat. Speciem prouerbij habet, quo admonemur, honorem esse præmium virtutis. ¶ Duo sunt huius verbi participia præteriti temporis, Alitus & Altus, quemadmodum & duo supina Alitum & Altum. Diomedes tamen Alitum rectiùs dici putauit, quàm Altum, idque ambiguitatis vitandæ gratia. *Apud Ciceronem tamen contrà*, Altum sæpiùs legimus quàm Alitum: *vt in Bruto*, Vidésne igitur, vt ea ipsa vrbe, in qua & nata, & alta sit eloquentia, quàm ea serò prodierit in lucem?

Altŏr, oris, Verbale, qui alit, siue educat. {זן *omén* τροφεύς, θρεπτήρ. GAL. Nourrissier. ITAL. *Balio*. GERM. ein ernehrer. HIS. *Criador ò mantenedor*. ANG. *He which nurisheth, or feedeth.*} *Cic. lib.* 2. *de Nat. Deor.* Omnium autem rerum, quæ natura administrantur, seminator & sator & parens, vt ita dicam, atque educator & altor est mundus.

Altrix, icis, Quæ alit. {זנה *oméneth* τροφός. GALL. Nourrisse. ITALIC. *Balia, nutrice*. GERM. ein ernehrerin / auffertziehern, seuogamm. HISP. *Criadora ò mantenedora*. ANGLI. *She that nurisheth.*} *Pl. lib.* 10. *c.* 64. Altricémque habere per se vitam illam, quæ satis arboribúsque contingat.

Alibilis, le, Quod facultatem habet alendi. {זן *omén* τροφικός. GALL. Nourrissant. ITA. *Cosa da notrire*. GER Das wolnehret. HIS. *Cosa que cria*. ANGL. *which nurisheth, nurishing.*} *Varro de re Rustic. lib.* 2. *cap.* 11. Est enim lac omnium rerum, quas cibi causa capimus liquentium maximè alibile.

Alitūra,

Alitūrā, pro nutricatione. {מחיה *michjáh.* τροφεία. GALL. Nourriture. ITA. *Nutritura.* GERM. ernehrung. HISP. *Crianza.* ANG. *Nurishment.*} *Gell. lib. 12. c. 1.* Alituram feram, & sæuam criminatus est.

Alimentārius, a, um, Quod ad alimentum pertinet. {σιτικός. GALLI. Appartenant à la nourriture. ITAL. *Pertinente al nutrimento.* GERM. Das zu der ernehrung/oder erziehung gehört. HISP. *Cosa perteneciente à mantenemiento.* ANG. *Which perteneth to nurishment.*} vt, Lex alimentaria, qua filij parentes alere tenebantur. ¶ Alimentarius, cui alimenta legata sunt: *sæpe legitur in iure ciuili, & præcipuè in l. Quum. ff. de transact. lib. 1. Pandect.*

Alimentum, Quod datur ad vitæ sustentationem. {מזון מחיה *mazón michjáh.* τροφή. GAL. Nourriture, aliment. ITALIC. *Nutrimento* GERMANICE. ernehrung. HISP. *El mantenemiento.* ANG. *Meate, nurishment.*} Scribunt Iurisconsulti, Alimentis legatis, cibaria, & vestitum, & habitationem deberi: quia sine his ali corpus non potest. *Plin. lib. 11. cap. 13.* Hoc quidam attingi vetant, vt largo alimento valida exeat soboles. *Cicer. de Vniuer.* Nec verò desiderabat mundus alimenta corporis. Inter alimenta igitur & cibaria hoc interest apud Iurisconsultos, quòd illorum nomine ea omnia continent, sine quibus ali corpus non potest. Horum verò tantùm quæ ad cibum pertinent. *Senec. cap. 11. de Consol. ad Marc.* Alimenta metuit sua homo, quorum modum inopia rumpit. *Gell. c. 4. l. 9.* Eius victus alimento vesci. *Et Liu. lib. 5. d. 4.* Alimenta rumoribus addere.]

Alimōnĭa, pen. corr. Idem quod Alimentum, nutrimentum. *Macrobius.* Et *Gell. lib. 17. c. 15.* Amissóque omni naturalis alimoniæ fundamento, homo exhaustus intereat.

Alimonium, nij, idem. *Var. lib. 3. c. 16.* Hæc omnia vocant à mellis alimonio, aluos

Altĭlĭs, & in plurali Altilia. {אבום *ábús.* σιτευτά. GAL. Qu'on engraisse, nourri pour engraisser. ITAL. *Tutte le cose che s'ingrassa.* GERM. Gemeste thier/was mestet. HISP. *Cosa por engordar.* ANG. *Which is made fat by nurishing.*} pen corr. quicquid domi, vel in villis, vel in viuariis saginatur, siue sit auis, siue quadrupes, siue piscis: ab alendo, quasi Alitilis: vt, Altilis gallina, quæ alita est. [*Gell. c. 8 lib. 15.* superiorem partem auium atque altilium qui edunt, eos palatum non habere.] *Apuleius Apologia pr.* Non magis arbitror quàm si quærerem lepores vel apros, vel altilia: *Macrobius*, Altilem sanguinem dixit, non qui alitur, sed qui alit, τρόφιμος, quasi Alentem. *Plaut. in Cist.* Dotem altilem, opulentam dixit.

Altŭs, us, ui, alendi actio, τροφή, *Macro. Satur. l. 1. c. 20.* Vel terræ, vel rerum naturæ altu nutritur vniuersitas.

Alūmnārī, Alere & enutrire, {אמן גדל *amán ghiddél.* τρέφειν. GAL. Nourrir. IT. *Nutrire.* GERM. Ernehren. HIS. *Criar.* ANG. *To nurishe, to foed.*} *Apul. l. 8. de Asin.* Quos ad tutelæ præsidia curiosè fuerant alumnati. Vox non satis recepta Latinis.

Alūmnŭs, Dicitur filius vel discipulus, qui ab aliquo, velut à patre, alitur, siue victu, siue moribus, siue doctrina. {אמון *amón* τρόφιμος. GA. Nourrissant, celuy qu'on nourrit ITA. *Allieuo, chi è nutrito.* GE. ein erzogner/ein jungling. HIS. *Criado.* ANG. *An fostler, he which is nurished, or broght vt ather in meate, maners or learning.*} *Cic. Dolabella*, mihi verò gloriosum, te iuuenem Consulem florere laudibus, quasi alumnum disciplinæ meæ. *Curt. lib 7.* Oro quæsóque, ne humanarum rerum terminos adeuntem alumnum, commilitonem vestrum ne dicam regem, deseraris. *Virg. 6. Æn.* Necnon & Tityon, terræ omnipotentis alumnum Cernere erat. [*Plau. Most. sc. 4. a. 1.* Oh ocellus est meus, tuus sum alumnus. (quid tuam mammam adeo.) *B. August. l. 7. de ciu. Dei*, Alumnus Iupiter dictus quòd omnia aleret.] Nonius putauit tàm actiuè, quàm passiuè accipi posse, hoc est, tàm pro eo qui alit, quàm qui alitur, quo nomine reprehenditur immeritò à Valla. Nam *& Cicer. & Plin. & Corn. Tacit.* in hac significatione posuerunt. *Plin. lib 3. c. 5* Terra omnium terrarum alumna, eadem & parens numine Deûm electa. De Italia dictum. *Sic. Corn. Tacit. in Dialog de Clar. Orat.* Est, *inquit*, magna ista & notabilis eloquentia, alumna licentiæ, quam stulti libertatem vocant.

Alŏë, {אהלות *ahaloth.* ἀλόη. GALL. Herbe tresamere, de laquelle le ius s'appelle aloë. ITAL. *Herba di aloe.* GERM. Aloe/ein kraut so bitter safft hatt. HISP. *Hierua baboſa.* ANG. *An very bitter heerbe the iuice wherof is called Aloe.*} Herba est amarissimi succi, quæ à quibusdam Semperuiuum marinum appellatur. Resistit vermibus & putredini, ac visui vtilis est. Gignitur in India & in Arabia, herba odoris grauissimi, foliis pinguibus, & crassis, & in modicam latitudinem se fundentibus, iisque striatis, & in spinulas retusas desinentibus. ¶ Plus aloës quàm mellis habere, prouerbialis metaphora, perinde declarans, ac si dicas, plus molestiæ quàm voluptatis. *Apud Plautum alicubi legitur*, vitam hominis plus aloës, quàm mellis habere. *Et Iuuenal. de vxore*, plus aloës quam mellis habet.

ĀLŌĒVS, ἀλωεύς. Nomen Gigantis, Titanis & Terræ filij: cuius vxor Iphimedia à Neptuno violata, duos peperit filios, Otum, Ephialtem, quos Alo ëus pro suis educauit: vnde & Aloidæ, ἀλωϊάδαι appellati sunt. Hi quum Gigantibus superis bellum inferentibus, opem ferrent, Apollinis & Dianæ telis confixi sunt. *Virg. 6. Æn.* Hic & Aloidas geminos, immania vidi Corpora, qui manibus magnum rescindere cælum Aggressi.

Alogĭa, ἀλογία, AN. *Lacke of reasone.*} Latinè irrationalitas (vt ita dicam) interpretari potest, quum scilicet quauis in re à rectæ rationis dictamine recedimus. *August. ad Casulanum*, pro immodico conuiuiorum luxu accepit: Attendite (*inquit*) quemadmodum Dominicæ diei non paruo prandio reficiatur, sed alogia delectetur. Sicut enim animalia ratione carentia ἄλογα dicuntur, quibus similes sunt ventri dediti: ita immoderatum conuiuium, quo mens, (in qua ratio dominatur (ingurgitatione vescendi ac bibendi quodammodo obruitur, Alogia nuncupatur. ¶ Dicitur etiam Alogia, quum principis liberalitate, gratiáque necessitas reddendarum rationum cuipiam remittitur.

ALOGIANI, ἀλογιανοὶ, Hæretici fuerunt, sic vocati tanquam sine verbo: propterea quod οὐκ ἔχουσι λόγον, hoc est, Dei filio, qui Patris verbum appellatur, diuinitatem non agnoscerent; Ioannis Euangelium recentes.

Aloia, *iuxta Plinium* dicitur esse animal mulæ, propemodum carens flexura poplitum in anterioribus cruribus. Ideo inter dormientes non cubat, sed innititur arbori. *Tu vide locum.*

Aloite, es, {דודאים *dudhaim.* ἀλοίτη. GALL. Mandragore. ITALIC. *Mandragora.* GERMAN. Alraun. HISP. *Mandragora.* ANG. *A mandrager.*} Herba est vim habens soporificam, quæ alio nomine Mandragora dicitur.

ALONE es, (vt apud Melam legitur) siue Alona, æ, ἄλωνα *Ptolemæo*, Fluuius est Hispaniæ in sinu Illicitano. Est & Alone, ἄλωνη, insula inter Lebedum & Theom repente enata. *Plin lib. 12 c. 89.*

ALONI, Populi Mesopotamiæ Gordyæis iuncti, per quos Zerbis fluuius in Tigrim cadit. *P. in lib. 6. c. 26.*

ALONTIGICEII, Hispaniæ populi in conuentu Hispalensi. *Plin. libr. 3. cap. 1.*

ALONTIVM, *Vide* ALVNTIVM.

ALOPE, es, ἄλοπη Thessaliæ ciuitas est apud *Plin. libr. 4. capit. 7.* dicta ab Alope Cercionis, siue (vt aliis placet) Actoris filia. Enumerantur & aliæ quinque eiusdent nominis ciuitates: *quas vide apud Stephanum.*

ALOPECE, ἀλωπεκή, Insula est Bosphori Cimmerij *apud Pli. li. 4. c. 12.* ¶ Est altera eiusdem nominis insula, è regione Smyrnæ sita, in mari Ægeo: quæ recensetur *à Pli. lib. 5. c. 31.*

Ălōpĕcĭă, {ἀλωπεκία, Morbus in capite humano & barba, ex vitio humorum, qui fit cum profluuio capillorum. Dicta à vulpe, quam Græci vocant ἀλώπεκα: quòd ea crebrò id genus morbi patiatur. *Plinius*, Lingua herba est, quæ circa fontes nascitur, cuius radix combusta & trita, alopecias emendat. ¶ Est & Alopecia *Strabo. lib. 11.* insula Mæotidis paludis ante ostia Tanaidis, Mygdorum domicilium.

ălōpĕcŭs, qui Alopecia laborat.

Alopecias, Piscis marini genus, *apud Plin. lib 31. c. 11.*

Alopecides, ἀλωπεκίδες, Canum genus, ex cane & vulpe prognatum, *Pollux.*

ALOPECONNESVS, ἀλωπεκόννησος, Oppidum est, *teste Stephano*, in Hellespontiaca Chersoneso, ex oraculo nomen adeptum, quo iubebantur Athenienses ibi vrbem condere, vbi vulpinos catulos reperissent. Circa hanc vrbem præstantissima tubera nasci *autor est Plin. lib. 19. cap. 3.* Est præterea eiusdem nominis insula, ante Thraciam Cherronesum, non procul à Cæla, eiusdem Cherronesi portu, *de qua Plin. 4. cap. 12.*

Alopecurus, ἀλωπέκουρος, pen. prod. & fœm. gen. *Theophrasto Hist. libr. 7. cap. 10.* gramen tomentosum Herbariorum. Herba est quæ spicam habet mollem, & lanuginem, densam, albam, ac splendentem, non dissimilem vulpium caudis, vnde & nomen habet. *Plin. lib. 21. ca. 17.* inter spicarum genera recensuit. Aliud rursus spicarum genus ex quo est cynops, alopecuros, telephuros, &c. *Rursus*: Ex iis Alopecuros spicam habet mollem, & lanuginem densam, non dissimilem vulpium caudis: vnde ei nomen.

ALOROS, ἀλωρος *Ptolemæo*, Macedoniæ vrbs, *authore Pomponio lib. 2.*

Ălōsæ, τρίγλαι, Pisces sunt, sic dicti à Gallis & Campanis: quos Hispani *Saualos.* GAL. Allozes. ITAL. *Chippe.* GERM. Alosen/ein fisch den man in dem meer fangt.} Hetrusci autem & Veneti, vetere seruato nomine *Clupeas appellant.* Apud Aristotelem verò, Strabonem, Ælianum, Oppianum, & Athenæum Trissas legere est, quam vocem Alosam interpretatur Gaza. *Ausonius in Mosella*, Stridéntésque focis opsonia plebis alosas.

ALOSTICI, Hispaniæ populi in conuentu Hispalensi. *Plin. lib. 3 cap. 1.*

ALPES, ἄλπεις, τὰ ἄλπεια ὄρη. *Alpi.* GERM. Alpgebirg/ Schneebirg so Italiam von Franckreich vnd dem Schweitzerland absunderet.} A candore niuium dictæ sunt, quia perpetuis ferè niuibus albescunt. Sabini enim Alpum dixêre, quod postea Latini album: vnde Alpium nomen. *Silius.* -clausas niuibus rupes, suppostáque cælo, Saxa vocat. Sunt autem montes altissimi, qui Galliam Transalpinam à Cisalpina diuidebant, nunc verò promotis finibus termini sunt Italiæ. In longitudine centum millia passuum patent, à supero mari ad inferum, vt Celsus tradit: Liuius verò tria millia stadiorum. ¶ Dicitur etiam singulari numero Alpes, Alpis. *Claudian.* -extemplo frondosa fertur ab Alpe. Hinc fit ALPINVS, na, num, ἀλπικός, pen. prod. *Plin.* Gentes Alpinæ, & venti Alpini, qui ab Alpibus flant. Vnde & Cisalpinus, na, num, & transalpinus, composita.

ALPESA, Oppidum est Celticæ regionis in Hispania vlteriori, *apud Pli. lib. 3, cap. 1.*

Ālphă, ἄλφα, Nomen primæ Græcorum literæ. Vnde pro principe, capite, & antesignano accipitur. *Martial. libr. 2.* Non ipse Codrus alpha penulatorum. *Et libr. 5.* Quòd alpha dixi Codre penulatorum. Vbi videtur prouerbiali quadam figura significare, Codrum fuisse primum penulatorum, hoc est, inter plebeios & pauperes primum tenuisse locum. Alpha enim pro principio, sicut ω mega pro fine sumitur, vt in Apocal. scriptum reperitur, ἐγώ εἰμι Α καὶ Ω. Ego sum rerum omnium summa.

ALPHEIAS, ἀλφειὰς, Dicitur Arethusa, *apud Ouid. lib. 5. Metam.* Tum caput Eleis Alpheias extulit vndis. Vbi alludit ad fabulam, qua ferunt Arethusam Alphei amatoris vim fugientem, in fontem sui nominis esse conuersam.

ĀLPHĒNVS, Nomen est sutoris *apud Horat. libr. 1. Serm.* — vt Alphenus vafer in omni Abiecto instrumento artis, clausáque taberna Sutor erat, &c.

ĀLPHĒSĪBŌEA, ἀλφεσίβοια, Phlegei fluminis filia, quam Alcmæon donato illo monili, quod Eryphilæ matri detraxerat, in vxorem duxit.

ĀLPHĒSĪBŌEVS, ἀλφεσίβοιος, Nomen pastoris, *apud Vir. Eclog. 5.* παρὰ τὸ ἀλφεσθαι τοὺς βοῦς, quasi inueniens boues.

ĀLPHĒVS, Per tres syllabas, & penult prod. ἀλφειὸς, Vulgo, *Rosea.* Fluuius est in Elide Peloponnesi regione, quem *Pausanias lib. 5.* tradit occultis meatibus subter mare labi, & in Arethusam Siciliæ fontem desinere. Qua in re sequutus est Poetarum fabulas, qui Arethusam venatricem fuisse tradunt, ab Alpheo adamatam. qui quum illi vim adhibere pararet, Dianæ miseratione in fontem sui nominis esse conuersam: occultísque meatibus, ne amatoris vndis polluerentur, in

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Siciliam vsque fugisse, tandémque in ea parte Syracusanæ vrbis, quæ Ortygia dicitur, magna aquarum vi erupisse, Alpheúmque amatæ Nymphæ desiderio eôdem esse insecutum. *Virg. 8. Æn.* Alpheum fama est huc Elydis amnem Occultas egisse vias subter mare, qui nunc Ore Arethusa tuo Siculis confunditur vndis. Verùm hæc fabulosa esse constat: quum Alphæi aquæ nusquam absorbeantur, *vt docet Strab. 6.* eiúsque ostium manifestè videatur inter Ichthyn promontorium, & Haliartum oppidum.

ALPHEONIAE DIANAE TEMPLVM, locus est ad Alphei fluminis ostium ab Olympia stadiis octoginta distans. *Strab. lib. 8.*

ALPHION, ἄλφειον, Lacus in Pyrrhea, vitiligines tollens. *Plin. lib. 31. capite 2.*

ALPHIVS, Fœneratoris nomen, à quo primùm profecta esse dicitur celebris illa sententia, Vel optima nomina, non appellando, mala fieri. Huius meminit *Horat. in Epod. Ode. 2.*

Alphŏs, ἄλφος, Species est vitiliginis, corporis superficiem maculis albis, issque subasperis, & non continuis, quasi guttis quibusdam aspergens: differtque ab ea specie, quam μέλανα, hoc est, nigram vitiliginem vocat *Celsus*, solo colore. A Leuce verò distinguitur, quòd plus habeat albedinis, altiúsque descendat, adeò vt & carnẽ contingat, ac pilos coloret. Alphi autem minus albescunt, solámque contingunt cutem. *Vide Celsum ad finem lib. 5.*

ALPĪNVS, Malus quidam Poëta fuit, qui Memnonis Auroræ filij bella descripsit, sed tàm malè, vt ab Horatio dicatur, Memnona suis carminibus iugulare. Turgidus Alpinus iugulat dum Memnona, *&c. Vide & suprà* Alpes.

ALSA, Fluuius est Venetiæ, Aquileiam præterfluens. *Plin. lib. 3 cap. 18.*

ALSFELDIA, vrbs Hassiæ.

ALSIA, Villæ nomen est, ditionis Mediolanensis, in Variseñ præfectura. *Vide annotationes Alciati in Cornelium Tacitum.*

ALSĬNE, nes, ἄλσινη, Herba est, quam Muris auriculam vocant Itali, Galli *Mouron*, quod hortorum muris peculiariter delectetur. *Vide Plin. li. 26. c. 4.*

ALSIOSVS, Vide ALGEO.

ALSVM, ἄλσινα *Ptolemæo*, Vbs est Tusciæ litoralis quam hodie *Sanctam Seuerinam* vocant. *Plin. lib. 3. c. 5.*

ALSVS, Nomen est pastoris apud *Virgil. lib. 12. Æn.* Podalirius Alsum Pastorem, primáque acie per tela ruentem Lnse sequens nudo superemi net.

ALtanŭs, pen. prod. Genus venti siue flatus, è terra consurgentis. {GAL. Vent qui souffle de la terre en la mer. ITAL. *Vento da terra.* GER. Ein wind auß dem erdtrich her. HISP. *Viento que corre de la tierra à la mar.* ANG. *wynd ryſing frome the earth which bloweth in the ſea.*} *Plin. lib. 2. c. 43* Nanque & è fluminibus, & è niuibus, & è mari etiam tranquillo videmus & alios ventos, quos vocant Altanos, è terra consurgere: qui quidem quum è mari redeunt, Tropæi vocantur: si pergunt, Apopæi.

ALtārĕ, Ab altitudine dictum est. Nam antiqui in ædificiis à terra eleuatis sacra faciebant diis superis: in terra, diis terrestribus: in effossa, diis infernalibus. {מזבח *mizbeách*, θυσιαστήριον, βωμός. GAL. Autel. ITA. *Altare.* GER. Ein altar. HISP. *Altar.* ANG. *An altar.*} *Plin lib. 15. ca. 30.* Vt ne propitiandis quidem numinibus accendi ex his altaria, aræque debeant. ¶ Altare superis tantùm consecratum erat: Ara tam superis, quàm inferis.

ALte, *Vide* ALTVS.

ALTELLVS, Romulus dictus est, siue quod in tellure altus fuerit à Iupa: siue quod rebus gestis excelsus ac gloriosus esset: seu quòd à Tatio Sabinorum rege in colloquium postularus, alternis vocibus audierit, ac loquutus fuerit. Nam sicut à Macro Marcellus, à Vafro, Vafellus: ita ab Altero Altellus fit *Hæc Festus.*

ALtĕr, altera, alterum, genitiuus alterius, pen. corr. {אחר *achér*, ἕτερος, ἄλλος. GAL. L'autre, le second. ITA. *Altro l'vno de due.* GERMANI. Der ander/auß zweyen einer. HISP. *Vno de dos, ò segundo en orden.* ANG. *An other.*} & de vno ex duobus dicitur: vt, Annibal in transitu Alpium amisit alterum oculum. Siue de duarum partium. *Cic.* Duplices similitudines esse debent, vnæ rerum, alteræ verborum. *Vir. 3. Eclog.* Aurea mala decem misi, eras altera mittam. *Ouid. 5. Fast.* Ego, dimidium voti, párque altera vestri. *Idem El. 4. l. 4. Trist.* Alter ab alterius funere mœstus erat. Nec mihi detractas, possidet alter opes. *Ibid.* In alteram partem errare. *Quintil.* Nihil fecit altero superuacuum. *Idem.* Non soles te respicere cùm dicis iniustè alteri? *Pl. Pſ. sc. 2. a. 2.* Pro Alius: vt, Qui alteri de nihilo dicunt contumeliam. *Pl. Curc. sc. 1. a. 4.* (id est alij.) *Item*, Hominem homini similiorem nunquam vidi alterum. *Plau. Men. sc. vlt. 5. a. 5. Et in Asin.* Tu contumeliam alteri facias, tibi non dicatur? Et, Qui me Thebis alter viuit miserior. *Pl. Amph.* Qui me alter est audacior hominum? *Ibid. sc. 1. a. 1.* Est te alter audacior? *Pl. Mil. 3. a. 2.* Non videor vidisse lænam callidiorem vllam alteram. *Pl. Most. sc. 3. a. 1.* Non est alter Athenis cui credi rectè æquè putet. *Idem Asin sc. 4. a. 2.* Neque illo quisquam est alter parcior *Pl. Aul. sc. 4. a. 1.* Aspicio illam cum altero nescio quo osculantem *Pl. Mil. sc. 3. a. 2.* Ab alienis cautiores sint ne credant alteri, *Pl. pſ. sc. 3. a. 1.* Sic alterum altera reprehendit eos manu perniciter. *Plaut. Amph.* Item, Altera manu fert lapidem, altera panem ostentat. *Pla. Aul. sc. 1. a. 1. Item*, Possidet alter, aquas, alter inane chaos. *Ouid. 4 Fast.* Infelix (Narcisse) quod non alter & alter eras *Ouid. 5. Fast.* Alter dicat opus magni mirabile mundi. *Tibul. lib. 4.* Alius verò ἄλλος, de pluribus dicitur: vt alii virtutem præponunt, alij voluptatem, alij indolentiam. ¶ Interdum tamen Alius de duobus dicitur, & tunc idem ferè significat quod diuersus. Alia est facies mea, alia tua. ¶ Item Alter ponitur pro secundo è duobus, pluribúsve: vt: altero mense repudiauit vxorem: &, Hic est alter annus belli Punici: id est, secundus à belli Punici origine. [*Plau. pſeud. sc. 7. a. 4.* Altero ad meridiam die (huc perueni sup.) *Cicer. de Sene.*] Nec nunc quidem adolescentis vires desidero. Is enim erat alter locus de vitiis senectutis. *Plin. lib. 35.* Tabulas plureis pinxit, è quibus vnam in foro, alteram in comitiis, duas in Pompeij porticibus videmus. * Alter, iunctum numeralibus iis quæ ordinalia dicuntur, pro Primus accipitur. *Liuius 3. ab Vrb.* Anno tricesimo altero quàm condita Roma erat. Id est, tricesimoprimo. * Alter ab illo, *Virgil. Ecloga 10.* Tu nunc eris alter ab illo. Id est post illum primus. ¶ Aliquando pro aduerso (*autore Festo*) & non bono, vt in Auguriis Altera appellatur Auis, quæ vtique prospera non est. ¶ Vnus aut alter, idem valet, quod *vnus aut duo. Cicero pro Cluent.* Quum is vnum iam & alterum diem desideraretur. *Idem Attic.* Vt factum Dolabellæ laudarem, adductus sum tuis vnis & alteris literis. *Terent. in Andr.* Postquam amans accessit vnus, & item alter pretium pollicens: Quem tamen in locum Donatus annotauit, Alterum de tribus dici, quod totidem essent Chrysidis amatores. [*Ouid. El. 1. l. 2. Trist.* Hic ille, alter humum monstrat. (de pluribus dicitur.)] Alter ego, elegans locutio, pro homine mihi charissimo arctissimáque necessitudine deuincto. *Cic. Att. lib. 2.* Meipsum accuso, deinde te, quasi alterum me. *Idem lib. 2. Epist. Fam.* Quam si reliquissem, dicerent iniqui, non me planè post annum ex prouincia decessisse, quoniam alterum me reliquissem. [*Ouid. 5. Fast.*] En ego, dimidium voti, párque altera vestri.] ¶ Alterum tantum, id est, tantundem amplius. *Iulianus de lib. & posth.* Ita enim secundum voluntatem testatoris altero tanto amplius habebit quàm vxor: item vxor altero tanto amplius quàm filia. *Cic. in Orat.* Pes qui adhibetur ad numeros, partitur in tria, vt necesse sit partem pedis aut æqualem esse parti, aut altero tanto: aut sequi maiorem esse. [Altero tanto. *Plaut. apud Charis. in Plure. Item*, Quem vt non excruciem alterum tantum aui non meream. *Plau. Bacch. sc. vlt.* Olim per primam & secundam nominum inflexionem declinabatur, sicut, Niger, a, um. Vnde *Terent. in Heaut.* legitur datiuus Alteræ. Hoc ipsum (inquit) alteræ dum narrat: fortè audiui.

ALtĕr, tĕris. pen. prod. ἄλστρ, & genere masculino. Significat massam plumbeam, qua ad exercenda corpora in gymnasiis vtebantur. *Martial. 14* Quid pereunt stulto fortes altêre lacerti? Exercet melius vinea fossa viros. Dictus est ab ἅλλομαι, quod est salio. Nam massulis huiusmodi plumbeis vtraque manu se librabant, qui saltu se exercebant. Videtur plerisque aspirari oportere Halter *Vide Budæum.*

ALtĕrās, Antiqui dicebant pro Alias. *Festus.*

ALtercŏr, caris, Concerto, contendo, iurgium cum aliquo habeo, & contra aliquem clamo. {ריב חצה *hiſtſah rab* διαμάχομαι, ἀλληλομαχέω, ἐρίζω. GALLI. Debatre l'vn contre l'autre, noiser, tanser l'vn à l'autre. ITAL. *Contendere, Contraſtare.* GER. Haderen/zancken/halgen. HIS. *Contender y porgar con diſputacion.* ANG. *To chyd, to debate.*} *Cæsar Bel. ciui. 3.* Qua ex frequentia T. Labienus prodit, summissa oratione loqui de pace, atque altercari cum Vatinio incipit. [*Liu. 2. Bell. Pun.* populi vnà uersi inter se altercabantur. Item pro Colloqui *Senec. c. 14. de tranquill.* Alrercatis cum Caio (Caligula.)] ¶ Dicitur & alterco. *Terent. in Andr.* Scio, cum patre tuo altercasti dudum.

ALtercātĭo, Concertatio, contentio, qualis erat inter actorem, & reum, quando non perpetua oratione, sed intercisis iurgiis sese mutuò impetebant. {ריב מצה *matſtſah* διαδικασία. GAL. Debat, controuerse, crierie d'Aduocats l'vn contre l'autre. ITAL. *Altercatione, contesa de parole.* GERMAN. Hader/zanck. HIS. *Diſputa contenciosa.* AN. *Chyding, debate.*} *Cic. de Orat.* Nulla est altercatio clamoribus vnquam habita maioribus, *Idem de Nat. Deor.* Oritur mihi de re altercatio cum Velleio. *Liuius*, Altercatio inde, non sermo fuit. [*Plaut. Aul. sc. 5. a. 3.* In pauciores auidè altercatio est. *Suet. in August. c. 54.* Altercationes disceptantur. *Liu. l. 3. dec. 4.* Ex disceptatione altercationem fecerunt.]

ALtercātŏr, oris, Qui altercatur. {רב *rab*, ἐριστής, ἀμφισβητητής. GAL. Noiser, debateur contre vn autre. ITA. *Chi contende de parole.* GER. Zancker, haderer/Rempfer. HIS. *Contendedor con porfia* ANG. *Chyder.*} *Quint. l. 6. c. 4.* Bonus altercator vitio iracundiæ careat. *Idem*, Nec turbidus, & clamosus sit altercator.

ALtercum siue Altercangenum, Apud Arabes herba est, quæ à Græcis ὑοσκύαμος, id est Faba porcina: à Latinis Apollinaris appellatur. *Plin. li. 25. c. 4.*

[Alteres genus exercitij. *Mart. Epig. 40. l. 14.*]

ALternātim, aduerb. per vices. {חליפות *chalipóth.* ἀμοιβαίως. GA. L'vn apres l'autre, par fois. IT. *A vicenda, ſcambiamolmente.* GE. Eins vmb ander/Abgew ächſleter weyß noch. HIS. *Alas vezes vno, alas vezes otro.* ANG. *Course about.*} *Quadrig. Annal. li. 3.* Item gaudium, atque ægritudinem alternatim sequi. Nonius.

ALternē, aduerbium à nomine Alternus, Alternatim, alternis vicibus, ἐναλλάξ. *Plin. lib. 11. cap. 37.* Supercilia homini & pariter, & alternè mobilia.

ALternŭs, adiectiuum, à nomine Alter: Quod fit alternatim, seu Alternis vicibus {חלף *chaléph.* ἀμοιβαῖος, ἐπάλληλος. GAL. L'vn apres l'autre. ITAL. *Vno doppo l'altro.* GERMA. Einer vmb den anderen. HISP. *Alas vezes.* ANG. *which is done by course about.*} *Cic. de Orat.* Pedes aut Heroos, aut alternos esse oportet. *Virg. Ecl. 7.* Alternis igitur contendere versibus ambo Cœpêre. Alternis diebus, ἡμέραν παρ' ἡμέραν. *Plaut. Asin. sc. 2. a. 5.* Alternas noctes cum aliqua frui amica. Alterni cursus & recursus maris. *Senec. cap. 17. de Consol. ad Elb.* Alterno subsidant carmina versu. *Ouid. El. 1. lib. 3. Trist.* Aspicis alternos intremuisse pedes. *Ouid. El. 1. lib. 3. Tri.* Aptáque in alternos cogere verba pedes. *Oui. El. 7. lib. 3. Trist.* Si qua peregrinis vbi sunt alterna columnis Belides. *Idem El. 1. l. 3. Trist.* Aptáque in alternos cogere verba pedes. *Ouid. El. 7. lib. 3. Tri.* Alterno depressior orbe. *Tibul. l. 4.*]

ALternīs, aduerbium, Significat vicissim, Nunc vnum, nunc aliud {חליפות *chaliphóth.* παρεναλλάξ, ἐναμέρει. GAL. L'vn apres l'autre. ITAL. *Vno doppo l'altro.* GERMA. Jen eins vmb das ander abgewächſler. HISP. *Alas vézes vno y alas vezes otro.* ANG. *Course about one efter, an other.*} *Virgil. Eclog. 3.* Alternis dictis, amant alterna Camœnæ. [*Ouid. 4. Fast.*]

ALterno, as, are, Vicissim alterum duorum ponere. {התליף *hetſeliph*, ἀμοίβειν, ἐπαλλάττειν, παρεναλλάττειν, ἐναμφοτερίζειν. G. Faire maintenant l'vn, maintenant l'autre, changer par fois. ITA. *Alternare, ſcambiare.* GER. eins vmb das ander machen, Abwächſlen. HISPANIC. *Dezir ò hazer à vezes.* ANGLICE. *To charge one after an other.*} *Col. libr. 5.* Dabimus operam in ordinibus disponendis, vt pari ordine vernaculas & Atinias alternemus. [*Senec. c. 15. de tran.* Alternanda sunt solitudo & frequentia.]

ALtĕro, as, pen. cor. Vario, & quasi alterum facio. {שנה *ſchanáh.* ἑτεροῦν. GER. Varier, faire autre. ITALIC. *Alterare.* GERM. enderen/anderſt machen. HISP. *Mudar, & To alter ig change.*} *Oui. in Fa.* Ille

suam

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

suam faciem transformat, & alterat arte. [vel, transformis adulterat arte.]

Altĕrātĭo, ἑτέρωσις, quam Philosophi definiunt esse progressionem ab vna qualitate in alteram.

Altĕrplex, A veteribus pro duplici positum inuenitur. *Festus.*

Altĕrtām, pro Alterutra veteres posuerunt. *Festus.*

Altĕrŭtĕr, Alter ex duobus, {זה או זה *zeh ò zeh.* θάτερος.} GA. L'vn de vous qui qu'il soit. ITAL. *O l'vno à l'altro di due.* GERM. Ein weederer/einer auß denen zweyen. HISP. *El vno ò el otro de dos.* ANG. *The one of the two.* } *Cic. in Verr.* Video necesse esse alterutrum. *Cæl. Cic.* Pompeius dicitur valde pro Appio laborare, vt etiam putent alterutrum de filiis ad te missurum.

Altĕrutrīnquĕ, aduer. Videtur significare ab alterutra parte. {מפה ספה אז *mippóh ò mippóh.* ὁποτερωθεν. GALL. De deux costez. ITA. *Di amendue le parti.* GERM. Von eintweederem the il oder seitzen. HISP. *De vna y otra parte.* ANGLI. *Ferme both the parties.* } *Plin. lib. 1. cap. 7.* Eadem in causa alterutrinque modus est.

Althæă, {ἀλθαία. Suidæ. GAL. Guimauue. ITAL. & HIS. *Maluauisco.* GE. Eibisch. ANGL. *Avoylde malowe.*} Alterutrum è maluarum generibus est sylueſtre scilicet: cui grande folium, & radices candidæ. *Virg.* Hibiscum, vulgus autem Seplasiorum, Bilmalam vocat.

¶ Dicitur autem ἀλθαία ab ἀλθαίνειν, id est mederi quasi medicam dixeris. ¶ Est & Althæa proprium Melagri matris nomen: quæ vt fratrum suorum cædem vlcisceretur à Melagro filio suo perpetratam, fatalem illius stipitem igni imposuit, filiúmque vnà cum illo exussit. *Vide infrà in dictione* MELEAGER.

Altĭmĕtĕr, à Geometris vocatur instrumentum quo metiuntur alta.

ALTĪNŬM, pen. prod. ἄλτινον. Vulgò *Altino.* Vrbs olim in littore Venetiæ florentissima fuit: à qua Altinates populi dicti sunt. *Plin. lib. 3. epist.* Arrianus Maturius Altinatium est princeps.

Altĭs ŏnŭs, a, um, {ענה גבורה *ónèh gheburáh.* ὑψηχής. GALL. Qui sonne haut & clair, ou d'enhaut. ITAL. *Chi fa gran suono.* GERM. Das laut/hoch/oder hell tönet. HISP. *Que sueña alto.* ANG. *which soundeth cleare or shrill.* } Quod ex alto sonat, poëticum est. *Cic. 3. Tusc.* Septum altisono carmine templum. *Idem 1. de Diuin.* Hic Iouis altisoni subitò priuata satelles, &c.

Altĭtŏnāns, penultim. corr. {רעם ממרום *rohém nimmaróm.* ὑψιβρεμέτης. GAL. Qui tonne d'enhaut. ITAL. *Altitonante.* GERM. Der vß der hohe tönet oder donderet. HIS. *Lo que truena de alo.* ANG. *That thundereth frome aboue.* } Qui ex alto tonat. *Cic. de Diu.* Nam pater altitonans stellanti nixus Olympo.

Altĭuŏlāns, pen corr. Qui altum volat. {ὑψιπέτης. GAL. Volant en haut. ITAL. *Altiuolante.* GER. Der hoch flugt. HISP. *Cosa che huela alto.* ANG. *which fleeth highe.* } *Cic. 2. de Diu.* at Romulus pulcher in alto Quærit Auentino, seruat genus altiuolantum.

Altĭuŏlus, a, um. *Idem Plin. lib. 10. c. 19.* Sunt ferè omnes altiuolæ, præter nocturnas.

Altor, oris, & Altrix, *Vide* ALO.

Altrīnsĕcŭs, {מפהאו מפה *mippóh o mippóh.* ἑτέρωθεν. GAL. De l'autre costé. ITA. *Altronde.* GERM. Von der vsseren seiten. HISPAN. *Dela vna ò dela otra parte.* ANG. *Frome the other part.* } penul. corr. aduerbium ab Alter formatum, significat ab altera, vel ab vtrauis parte. *Lactant. lib. de Opificio,* Aureis duas, quarum duplicitas incredibile est quantum pulchritudinem præ se ferat, quòd tùm pars vtraque similitudine ornata est, tùm vt venientes altrinsecus voces facilius colligantur. ¶ Item significat iuxta alteram partem. *Plaut. in Pseud.* Assiste altrinsecus, atque onera hunc maledictis. [*Idem in Mil. sc. 5. a. 2.* Quid malum astas? *Et pseud. sc. 2. a. 3.* Si nostrum sumet, tu teneto altrinsecus.] *Idem in Rud.* In ensiculo mei nomen patris post altrinsecus est securicula, item aurea literata. ¶ Quandoque in altiore parte. *Apul. lib. 3.* Tectum scandulare conscendit, quod altrinsecus ædium parte perflabili nudatum, ad omnes Orientales cæterósque aspectus perutile. *Et lib. 5.* Altrinsecus ædium horrea sublimi fabrica perfectè magis congesta gazis conspicit.

Altrōuersum, aduerbium antiquum ex Alter, & versus, in, vel versus alteram partem. {ἑτέρωσε. GALLIC. Vers l'autre part, vers l'autre costé ITALIC. *Verso altroue.* GERM. Gegen/der anderen seyten. HISP. *Dela otra parte.* ANG. *Towardes the other part.* } *Plaut. in Casin.* Verùm autem altrouersum quum eam mecum rationem puto, eius esset mecum postulatio.

Altŭs, ta, tum, quum est nomen, significat idem quod sublimis, aut editus. {גבוה *ghabóh* רם *ram* עליון *Beljón.* ὑψηλός. GAL. Haut. ITA. *Alto, profundo.* GERM. Hoch oder tieff. HIS. *Alto, ò hondo, como el cielo ò el mar.* ANG. *Highe.* } [Nam mihi cum magnis opibus domus alta niteret *Tibul. lib. 4.* Cúmque alto sidera cælo. *Ouid. 13. Met.* Altáque posse capi faciendo. *ibidem:* Visáque & intrata est altæ mihi curia Troiæ. *Ibidem.*] Interdum etiam idem quod profundus, βαθύς: vt quum puteum altum aut mare altum dicimus. [In medio gelidæ fons erat altus aquæ *Ouid. 2. Fast.*] Quinetiam Altum ponitur pro ipso cælo *Virgil. 4. Aeneid.* Hæc ait, & Maia genitum demittitab Alto. ¶ Et pro ipso mari profundiore, & à terris remoto. *Idem 1. Aeneid.* Vix è conspectu Siculæ telluris in altum Vela dabant læti. *Saluſt.* Et piscatoria Scapha in altum nauigat. [Cum ex alto procul nauiræ terram conspiciunt. *Plaut. Mena. sc. 1. a. 5.* Quo magis te in altum capessis, tam tè æstus in portum refert. *Plaut. Asin. sc. 3. a. 1.* Vbi sumus prouecti in altum. *Pl. Milit. sc. 1. a. 2.*] ¶ Per translationem quoque ponitur pro excellenti, glorioso. *Virg. 3. Æneid.* Te sine nil altum mens inchoat.

¶ Et pro magno. *Idem 10. Æneid.* Sic pater ille Deûm faciat, sic altus Apollo. [*Senec. ex. de tranquill.* Altus incedo, In altum reuocare vultus. *Senec. c. 1. de Consol. ad Mart.*]

¶ Transfertur & ad incorporea, pro recondito, seu profundo. *Idem 9. Æneid.* quid me alta silentia cogis Rumpere? *Idem 1. Æneid* manet alta mente repostum Iudicium Paridis.

Altior, & altius. *Ouid. El. 4. l. 4.* Altior humano spiritus ille malo est. *Fab.* Altior cælatura rumpit tenuem laminam. *Senec. c. 1. de Tranquill.* Ne altius in me fiat vitium. *Idem c. 23. de Conso. ad Mart.* Altius concipiunt terrena animi. *Senec. c. 15. de Conso. ad Polyb.* Carthaginem & si quid altius cecidit lamenterur. *Idem c. 16. de consol. ad Elb.* Altius descendunt præcepta quæ teneris imprimuntur æratibus. Altiora medi-

tari. *Suet. in Cæsar. c. 26.* &c. Vide Altè infrà.]

Altè, aduerbium qualitatis, Excelsè, sublimè, profundè, ὑψηλῶς, βαθέως. GAL. Hautement, en haut. IT. *Altamente, profundamente.* GE. Hoch/tieff. HISP. *Alto ò hondamente.* ANG. *Highlie, deeplie.* } *Virg. 6. Æneid.* Ergo altè vestiga oculis. *Li. 1. ab Vrb.* Ferrum haud altè in corpus descendit. [*Senec. c. 15. de consol. ad Polyb.* Altè deiicere aliquem. *Idem* Altè cincti. *Idem epist. 33.*] Altissimè, Superlatiuus. *Suet. in Aug.* Cum altissimè euolasset. Altius, comparatiuum. *Cic. 2. de Diuin.* Quum terra araretur, & sulcus altiùs esset impressus.

Altĭūscŭlŭs, paulo altior. *Suet. in Aug.* Calceamentis altiusculis vsus est, vt procerior quàm erat, videretur. [Vide paulò antè.]

Altĭtūdo, Excelsitas, profunditas. {גובה *ghobáh* מרום *maróm.* ὕψος, βαθύτης. GAL. Hauteſſe, hauteur. IT. *Altitudine, altezza, profunditá.* GERM. Höhe/tieffe. HISP. *Altezzi, dignidad, hondura.* ANG. *Highneſſe, deepneſſe.* } *Cic. de Off.* Demoliri ædes, quarum altitudo officeret auspiciis. *Pli. lib. 10. c. 33.* Merops nidificat in specu, sex pedum defossa altitudine. *Cic. 7. Verr.* Totum opus est ex saxo in mirandam altitudinem depresso. *Altitudo animi, pene idem significat quod magnitudo animi. *Cic. 2. Off.* In liberis verò populis, in iuris æquabilitate, exercenda est etiam facilitas & altitudo animi quæ dicitur. *Idem in Partit.* Altitudo animi in capiendis incommodis.

Alŭĕŭs, pen. corr. {נחל *náchal* שבולת *schibbóleth.* χῶνος. GAL. Canal, auge. IT. *Canale ò letto del fiume.* GER. Die furt eines wassers / Der graben in dem das wasser herein flieſt. HISP. *La madre ò val le por donde core el rio.* ANG. *The channel of a riuer.* } Propriè dicitur fossa, per quam fluuius defluit. *Virgil.* Assuetæ ripis volucres, & fluminis alueo [*Ouid. 2. Fast.* Sustinet impositos summa cauus alueus vnda. Heu quantum fati parua tabella tulit?

¶ Ad eius similitudinem etiam vas quoddam amplum in balneis hoc nomine appellatur. *Cic. pro Cal.* Ex quibus requiram, quomodò latuerint, alueúsne illi an equus Troianus fuerit.

¶ Item tabula lusoria ad aleam & latrunculorũ ludũ accommodata, Alueus dicitur. {Græcè κύβος. GA. Tablier à iouër aux dames, damier. IT. *Il tauogliera da giuocare à scacchi, ò tauole.* GE. Bretspiltafel. HISP. *Tablero para jugar.* AN. *An table to playe at thee dames.* } *Plin.* M. Messalla Consul, pridie calend. Octob. diem natalis sui egit: transtulit alueum cum tesseris lusorium, è gemmis duabus latum pedes tres.

¶ Sed & receptaculum, in quo apes mellificant, Alueus dicitur, à mellis alimonia, vt Varro existimat. *Pl. lib. 11.* Alueos ex cornu spectatos esse, id est apum aluearia. *Alueus item pro ipsis apibus. *Plin. lib. 11. c. 16.* Feruntque societate fraudata alueos mori.

¶ In hac significatione etiam Aluus dicitur. *Varro de Re rust* Si ex aluo minus frequenter exeunt.

¶ Aliquando pro naui, siue pro ipsius nauigij receptaculo, vt apud Propertium, Aut quidnam fracta gaudes Neptune carina? Portabat sanctos alueus ille viros. *Liu. li. 41.* Alucos informeis raptim faciebant, id est, nauiculas. ¶ Declinatur & hoc alueum: *Festus,* Naustibulum alueum est, ad nauis similitudinem factum.

Alŭĕŏlŭs, & Alueolum, diminutiua sunt: tabula lusoria, quæ alio nomine dicitur Latrunculoria & Aleatoria, à latrunculis & aleis. πεττείας, ἀνακειμένας. *Cic. de Finib.* Aut alueolum poscere, aut quærere quempiam ludum. ¶ Est etiam Alueolus, vas ligneum concauum. *Liu. 8. Bell. Pun.* Secures falces, alueolos, molas. *Col. l. 8. c. 5.* Totum ouorum numerum in alueolum ligneum conferat.

Alŭĕārium, rij, quod & alueare, & per apocopen Aluear, Locus vel copia ipsa alueorum. {σμῆνος, κυψέλη. GAL. Les ruſches à mousches à miel ou le lieu où ils sont. IT. *Vaso ò cosa doue le api nidificano, & molti simili cose.* GER. Ein Immenkorb. HI. *El cor mear.* ANG. *An place wherbees do make honie, an beechine.* } *Varr. l 3. de Re ruſt.* Quæ maceriæ ad villam venationis causa clauduntur, & propter aluearia. *Col. l. 9. c. 11.* Quũ vetus alueare numero apum destituitur. *Idem. l. 9. c. 8.* Earum frequentiam apertis aluearibus consideremus.

Alŭĕātŭs, a, um, adiectiuum, In aluei modum factus, cauatus. {κυρτώδης, κυκλώδης. GAL. Caué en façon d'vn canal ou auge. ITA. *Lucco cauato in modo di albio ò canale.* GER. Das ausgehölet ist wie ein känel. HISP. *Cauado en manera de cana, acanalado.* ANG. *Made infashion of an channell.* } *Cato c. 43.* Sulcos, si locus aquosus erit, alueatos esse oportet.

Alŭĕōlātŭs, a, um, κανωτός. *Vitr. lib. 3.* Si enim ad libellam dirigetur, alueolatus oculo videbitur.

Alŭīnŭs, *Vide* ALVVS.

Alum, *Autore Plinio libro 18. capite 6.* Herbæ species est, σύμφυτον πεδίον, quæ in petris præcipuè nascitur, similis cunilæ bubulæ, foliis paruis, ramis tribus aut quatuor à radice cacuminibus thymi, surculosum, odoratum, gustu dulce, radice longa & rutila. Ruel. *Buglum* vulgò credit vocari.

Alūmĕn, penultima producta, Salsugo terræ, ad crystalli colorem accedens, quam Græci ἀπὸ τῆ στύφειν, hoc est, ab adstringendo, στυπτηρίαν vocauerunt. {נתר *néther.* GAL. Alun. IT. *Alume.* GER. Alaun, alat. HIS. *Alumbre.* AN. *Alme.* } [*Gell. c. 1. lib. 15.* Alumine obita non ardere.] Tria huius enumerantur genera, liquidum, rotundum, sciſſile. Liquidum natura primum est: nam ex eo duæ reliquæ species concrescunt. Verùm hoc rarissimum est, quemadmodum & sciſſile.

¶ Inuenitur tamen in Ægypto, lacti persimile. ¶ Alumen rotundum & globosum est, non tamen absolutè sphæricum (habet enim plurimos angulos) sed ad rotundam figuram nonnihil accedens. Huius hodie maxima ad nos aduehitur copia. Tertium genus aluminis est, quòd Græci σχιστὸν, hoc est, sciſſile vocant, eo quòd molle sit, & friabile in minimas partes. Hoc quoque rarissimum est. Nam quòd seplasiarij pro eo supponunt: quódque hodie Galli sua lingua vocant *Alun de Plume,* Amiantus lapis est: *Vide Pli. li. 35. c. 11. & ea, quæ infrà annotauimus in dictione* AMIANTVS. Dictum putatur à Lumine quòd lumen coloribus tingendis præstet.

Alūminātŭs, ta, tum. {στυπτηριώτης. GAL. Mixtionné d'alun. ITAL. *Mesſolato d'alume.* GERM. Das von alaun ist/oder mit alaun vermischt. HISP. *Lo que tiene alumbre.* ANG. *Mixed with alme.* } vt, Aqua aluminata, quæ transit per venas aluminis, apud *Pl. lib. 32. c. 5.*

¶ Aluminosus, *idem Pli. lib. 31. c. 3.*

Alūmnŭs, Alumnari, *Vide* ALO.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ALVNTIVM, siue Alontium, ἄλοντιον *Ptolemæo*, Oppidum Siciliæ non procul à Lilybæo promontorio. ¶Inde Aluntini, siue Alontini, quorum meminit *Plin.lib.3.c.8.*

ALVONA, ἄλβωνα *Ptolemæo*, quæ & Albona: vulgò S. *Angelo*, Oppidum Liburniæ. Inde Aluonenses, siue Albonenses populi, quorum meminit *Plinius in descriptione Liburniæ.*

Alus, symphytum petræum. *Dioscorides.*

Aluſiæ, specus sacer in Thalamo Thuriæ monte, ab Alluſio proximo amne cognominatus, *vt scribit Lucius Ianus Parrhasius in Claudianum.*

Ălută, penult. prod. Pellis mollior, & ad calceos, & ad cætera opera facienda concinnata. {καβασα. GALL. Peau deliee & molle, de quoy on fait gans, & bourses, esguillettes & telles choses. ITAL. *Pelle molcina & delicata.* GERM. Linde vnd weiche fäll/ßart leder. HISP. *Pellà ja ò cuero bien adobado, y curtido.* ANG. *Tawed leather.* } *Cæsar bell. Gall.3.* Pelles pro velis, alutæque tenuiter confectæ. ¶Sumitur etiam quandoque pro sacco, seu marsupio. *Iuuenal.* Appositam nigræ Lunam suo texit alutæ.

Ălūtāmĕn, & Alutamentum, A veteribus dicebatur opus ex concinnatis pellibus factum.

Ălūtārĭus, Coriarius, hoc est, pellium & coriorum concinnator. {σκυτοδιψης. GALL. Megissier, qui accoustre & appareille telles peaux ITALI. *Que' che acconcia tal pelli.* GERM. Ein weißgärber/vñ lederbereiter. HIS. *çapatero de obra prima y polida.* ANG. *A tawer of leather.* } *Plaut.* Hic alutarius cerdo. Propriè tamen Alutarij tenuiorum pellium dicuntur: Coriarij crassiorum.

Ălūtātĭo quid sit, docet his verbis *Plin.lib.33.c.4.* Aurum qui quærunt, ante omnia segullum tollunt, ita vocatur indicium. Alius, vbi id est, arenteque lauantur: atque ex eo quod resedit, coniectura capitur, vt inueniatur aliquando in summa tellure protinus, summa fœlicitate. Alutationem vocant, si & auo ea tellus subest. *Vide in hunc locum Hermolaum Barbarum.*

ALVTAE, Populi Illyrici, in conuentu Scardonitano. *Plinius libro 4. cap.21.*

ALVTRENSES, Istriæ populi. *Plin.lib.3.c.9.*

Ălŭus, {שבא *betén.* κοιλια. GAL. Le ventre. ITAL. *Ventre.* GERMAN. Der bauch. HISP. *Vientre.* ANG *The bellie.* } Ab eluendo propriè dicitur, qua sordes effluunt, siue eluuntur. [Aluus inferior, & venter superior. *Gell.cap.15.l.17.* Aluum subducit & lenigat faba, *Idem cap 11.l.4.* Aluo citæ fiunt timidi. *Idem cap.4.l.19.* Aluo prona & præcipiti. *Idem c.10.l.18.*] *Plin lib.20.* Pepones qui vocantur, refrigerant maximè in cibo, & emolliunt aluum. ¶Quandoque ponitur pro ventre qui apparet. *Colum. libr.8.* Nisi obesam ingluuie atque distentam in pabulis aluum demerserit. Item pro incrementis alui. *Cels.libr.2.cap. 6.de indiciis mortis,* Aluus quoque varia, pestifera est. *Plin.lib.21.cap.* 18. Lilij radices è mulso potæ, inutilem sanguinem cum aluo trahunt. ¶Item Aluus, vbi apes mellificant, qui & alueus. *Varro*, Si ex aluo minus frequentes exeunt. ¶Interdum vas cauatum, vbi quid reponitur. Olim erat tàm masculinum quam fœmininum, hodie tantum fœminini generis. *Virgil.* In latus, inque ferit curuam compagibus aluum. *Accius in Annalibus teste Nonio*, in masculino genere posuit, Aluus quàm frigidissimus. [*Item Plaut. sc.2.a.3.* Cùm has herbas in suum aluum congerunt.]* Sic multi alij, *teste Prisciano lib.5.* Sed id nunc obsoletum est.

Ălumus, qui & lyentericus, κοιλιακὸς : à Græcis dictus, quòd aluo languescat. GALL. Maladif de ventre, qui a le flux de ventre ordinairement. ITA. *Infermo di ventre.* GERM. Bauchflecht/oder der weetag vnd trancken deß bauchs hatt. HISP. *El que tiene camaras.* ANG. *which is sicke of the flixe, Plin.lib.21 cap.27.* Vincaperuinca, aluinis imposita, multum prodesse dicitur.

ĂLYĂCMŌN, Fluuius Macedoniæ. *Claudianus*, Et frustra rapidum damnant Alyacmona Bessi. ¶Legitur & Haliacmon pro eodem.

ALYATTA, ἀλυάττα, Regiuncula Bithyniæ, ita appellata ab Alyatte rege, *Stephanus.*

ALYATTES, ἀλυάττης Lydorum rex fuit, Cræsi pater, cuius memoriæ extructum est monumentum apud Sardos, maxima impensæ parte ab ancillis, quæ omnes apud Lydos corpore quæstum faciunt, in hoc opus collata.

ALYBA, ἄλυβη Regio non longè à Mysia: vbi argentifodinæ esse ab Homero traduntur.

ALYBES, ἄλυβας, Græcorum nonnulli eos putant esse, qui & Chalybes. *Strab.lib.12.*

ALYCVS, Ciuitas Peloponnesi. *Steph.*

Alypon, ἄλυπον *Dioscoridi.* Vulgò, *Turbit di Leuante* : Est herba subrubra, latis festucis, foliis minutis, flore nigro, radice betæ non absimili.

ALYSIVS, ἀλύσιος, Bacchus dicitur ἀπὸ τῦ λύω, id est, soluo. *Cal.libr.7. cap.15.*

ALYSONII, ἀλυσώνιοι, Populi sunt Scythiæ Asiaticæ, *vt docet Herodotus lib.4.*

Alysson, ἄλυσσον *Dioscoridi*, Frutex ex caule tantùm & foliis minoribus à rubia distans, *vt tradit Plin lib.24.c.11.* Nomen habet ab eo, quòd solo conspectu rabiem curare credatur. Quidam eandem putant esse cum ea, quam hodie Rubiam minorem vocamus, alii eam esse malunt, quæ Cannabis agrestis dicitur.

ALYSSOS, Arcadiæ fons est, cuius aqua canis rabidi morsui medetur.

ĂLYXŌTHŌĒ, ἀλυξοθόη, Nymphæ nomen, ex qua Priamus Æsacum suscepit. *Ouid.lib.11.Metamorph.* Æsacon vmbrosa furtim peperisse sub Ida Ferrur Alyxothoë.

ALYZIA, pen.prod. ἀλύζεια, *Stephano*, Acarnaniæ ciuitas est, non procul à littore. *Strab.lib.10. Cic. Tironi*, Tertio die abs te ad Alyziam accessera mus. Is locus est citra Leucadam stadia cxx.

A ante M

Am, Præpositio Græca, quæ nisi apud vetustissimos, extra compositionem reperitur, significátque circum. Caro separauit, quum dixit, Am terminum. Verùm quando componitur cum dictione incipiente ab a, e, i, u, interponitur b, euphoniæ causa: vt, Ambages, Ambio, Ambesus, Ambigo Amburbium, Ambarualis, Ambustus Si verò cum c, h, f, q, mutatur m in n, vt, ancisus, anhelo, anfractus, anquiro. Cùm p, remanet integra: vt amputo. In notis antiquorum, AM. amicus. AM. N. amicus noster. AM P. amabilis persona. AMS. amicus. AVR. aurum vel Aurelius. AMN. amantissimus, AM. NT. AMN. amicus noster amantissimus. AMPHITR. amphitheatrum.

Ama, auis nocturna, quæ & strix, eadem fortè quæ vespertilio. Ama etiam dicitur vas, ad fundendum vinum accommodum.

Ămābĭlis, Amabilitas, Amabiliter, Amabo, *Vide* AMO.

AMADOCA, orum, ἀμάδοκα, τα, siue Amàdoci, Montes sunt in Sarmatia Europæa: à quibus & accolæ, Amadoci dicuntur. *Ptolemæo.*

Ămādryădĕs. *Vide* HAMADRYADES.

AMAEA, æa, Apud Troezenios Ceres dicta: Proserpina verò Azesia, *autore Didymo.* Vnde prouerbium Amæa Azesiam reperit. Dici consueuit de die multúmque quæsita desideratáque. Nota est fabula de Cerere quærente Proserpinam: *refertur à Plutarcho.*

AMALCHIVM, à Scythis appellatur Oceani Septentrionalis portio, quã nos Mare congelatum dicimus. *Plin.lib.4.cap.13.*

Amalecitæ, ἀμαλεκῖται. Gens Hebræorum. *Steph.*

ĂMĂLTHĒA, ἀμαλθεία, penultim. product. Fuit nutrix Iouis infantis. Nam Melissus rex Cretæ duas filias habuit, Amaltheam & Melissam, quæ Iouem caprino lacte & melle nutriuerunt, *teste Lact.lib. 1.Institut.* [*Vide Ouid.5.Fast.*] Alij dicunt capram illam appellatam esse Amaltheam, vt Parmenius poeta Græcus: quæ propterea in cælum sublata, inter sydera cum geminis hœdis fuit collocata. In eius autem ortu & occasu maximæ fiunt pluuiæ. Hinc & illud *Ouid.5.Fast.* Nascitur Oleniæ signum pluuiale capellæ. Porro Olenia dicitur, quia in Oleno vrbe Bœotiæ, vel Achaiæ, vt alii volunt nutrita est. Sunt qui tradant ex altero Amaltheæ cornu fluere ambrosiam, altero nectar, cibum & potum deorum. ¶Est & nomen Sibyllæ *apud Tibullum.*

Amaltheæ cornu, ἀμαλθείας κέρας, idem quod copiæ cornu. Vtimur quoties affatim superesse significamus. Translatum à fabula quæ variè narratur apud Autores. Quidam ad hunc modum narrant: Rhea Iouem enixa metu Saturni patris liberos recens natos deuorare soliti, infantem in Creta occuluit, nutriendum à duabus Nymphis Adrastea & Ida Melissei filiabus. Hæ nutricauerunt illum lacte cuiusdam capræ, cui nomen erat Amalthea, quam Iupiter iam adultus ob acceptum beneficium in sydera retulit. Huius alterum cornu nymphis nutricibus dedit, videlicet officii præmium, hanc adiiciens facultatem vt quicquid optassent, id illis ex eo cornu largiretur. *Ouid.lib.5.Fast.* paulò diuersiùs fabulam narrat: Nais Amalthea Creta nobilis Ida, &c. Aliter narrat *Diod.Sicul lib.4.cap.5.* Rursum aliter *lib. 6.capit.2.* Vide *Strab.lib.10.* Philostratus Dionem sophistam appellat Amaltheæ cornu velut omni genere virtutum expolitum. *Plutarchus* irridens paradoxa Stoicorum, qui suo sapienti tribuunt vniuersa, diuitias, libertatem, sanitatem, & regnum, Qui Stoicam, inquit, acceperit Amaltheam.

Amaltheæ & Amaltheum, Cicero vocat Attici Bibliothecam, propter variam & magnam bonorum librorum copiam, quasi dicas Copiæ cornu. *Cic.ad Attic.lib.1.8.& lib.eodem, epist.11.ad finem.* Velim ad me scribas cuiusmodi sit Ἀμαλθεῖον tuum, quo ornatu, qua ποποθεσίᾳ: & quæ poëmata, quasque historias de Ἀμαλθείᾳ habes, ad me mittas, *& libr.2. epist.16.*

AMANA, ἀμάνα, Ciuitas Mediæ, *Ptolemæo.*

Āmāndo, das, Aliò mando, ablego, aliquò mitto, remoueo. {שלח *schillách.* ἀποπεμπω, ἀποστελλω, ἀποδιοπομπεῦμαι. GALLIC. Enuoyer hors de chez soy, enuoyer en quelque part. ITAL. *Mandare altroue.* GERM. Anderswohin senden/hinweg schicken. HISP. *Embiar de si.* ANG. *To send away.* } *Cic.pro Rosc.* Amandaueras hunc sic, vt esset in agro, ac tantummodo aleretur ad villam, vt commodis omnibus careret. *Idem pro domo sua ad Pont.* Me expulso, Catonem amandato. [*Liu. lib.9 d.4.*

Āmandātĭo, onis, relegatio, reiectio. {שלוח *schillúch.* ἀποπεμψις. GALL. Enuoyer hors de chez soy, esloignement de soy. IT. *Il mandare lontano.* GER. Ein hinwegschickung. HIS. *Embiada de si* AN. *Sending away.* } *Cic.pro Rosc.* Taménne hæc attenta vita & rusticana, & relegatio atque amandatio appellabitur?

ĂMĀNDRĂ, Regio ad Indum fluuium, in quatuor diuisa populos, Peucolaitas, Arsagalitas, Geretas, & Asoos. *Autor Plin.libr.6. cap.20.*

AMANIDES PORTAE, ἀμανίδες πύλαι. Dicuntur angustiæ Amani montis in quas ille desinit à Tauro discedens. *Vide Strab.lib.4.*

AMANOIDES, ἀμανοειδὴς, Ciliciæ promontorium Pomponio sic dictum, quòd formam effigiémque Amani circumnauigantibus exhibet. *Hermolaus.*

Āmāns, Amanter, *Vide* AMO.

AMANTHES. Populi sunt in Africa, Troglodytis proximi, apud quos tum salis tum carbunculorum, gemmarúmque copia est, adeò vt ex sale domos sibi extruere dicantur. *Autor Solinus.*

AMANTIA, ἀμαντία, Ciuitas Macedoniæ, *Ptolemæo. Cic.11.Phil.* C. Antonius qui tenet Apolloniam magnam vrbem, & grauem: tenet opinor Bullidam, tenet Amantiam, &c.

AMANTINI, ἀμαντῖνοι, *Ptolemæo*, Amates *Plinio*, Populi sunt Pannoniæ inferioris, quæ hodie Vngaria dicitur.

Āmānŭenses, Dicti sunt serui, quorum opera & manu in scribendo perinde ac scribarum vtimur Hi & A manu dicuntur. {ספר *sophér.* γραμματεῖς. GAL. Clercs qui seruent à escrire, Secretaires. ITALI. *Serui che s'adopranno à scriuere.* GER. Diener so man zum schreyben brauchet/ Substituten. HISP. *Los que scriuen lo que otro dize.* ANG. *Clerkes which serueth in writting secretars.* } *Suet.in Ner.c.44.* Ne dispensatoribus quidem aut amanuensibus exceptis. *Vide in* A. ¶Vlius est seruus qui dicitur Ad manum.

AMANVS, ἄμανον *Stephano*, pen.prod. Pars Tauri montis, qua Syria à Cicilia diuiditur. *Strabo lib.11.*

ĂMĀRĂCVS, pen.corr. Cynaræ regis Cypri puer, qui casu lapsus, dum ferret

tabuisset, versus est in sampsuchum, quæ ex eius nomine Amaracus cœpta est appellari, ἀμάρακος, σαμψύχινον. *Virg.* 1. *Æn.*--vbi mollis amaracus illum Floribus & dulci aspirans complectitur vmbra. *Plin. libr.* 21. *c.* 22. Sampsuchum, siue amaracum in Cypro laudatissimum, & odoratissimum, scorpionibus aduersatur ex aceto & sale illitum. Herbam hanc vulgò *Maiorcanam* vocamus.

Ămărăcĭnum, ἀμαράκινον, penult. cor. siue sampsuchinum, σαμψύχινον. Oleum seu vnguentum, quod fit ex amaraco, ad calefaciendos emolliendósque neruos; *vt Plin. scribit lib.* 21. *Lucretius*, --postéque superbos Vngit amaracino, & foribus miser oscula figit. Et iterum, Sicut amaracini blandum stactæque liquorem. Huius vnguenti nobilissimus odor locum fecit prouerbio. Nihil cum amaracino sui: quod *Aulus Gellius*, extremo lucubrationum suarum capite eleganter torquet in quosdam ingenio pinguiore homines, & à Musarum sacris alienos, qui elegantiores literas, quas non assequuntur, miro supercilio contemnunt.

AMARAMIS, *vt refert Ioseph*us, fuit nomen patris Mosis.

Ămăranthŭs, ἀμάραντος, Herba est spicam veriùs habens, quàm florem, eámque purpuream, ab immortalitate nomen trahens: vnde, Immortales amaranthi, nunquam enim marcessit. Fítque ab *a* priuatiua particula, & μαραίνομαι, siccor, tabesio. *Plin. lib.* 21. *c.* 8. Amarantho non dubiè vincimur. ¶Est autem non φλόξ siue φλόγιον, Theophrasti (vt quidam censent) sed πορφύρεον potius, quam purpuream transtulit *idem Plin. libr.* 21. *capit.* 11. cui φλόξ flammea est. GAL. *Passeuelours* vocant.

AMARANTHI, ἀμάραντοι, populi inter Colchos, apud quod Phasis fluuius oritur: vnde & Amaranthius à quibusdam appellatur. *Steph.*

AMARBI, populi Scythiæ, Hircanis proximi: quorum meminit *Plin. li.* 6. *c.* 13. *Strab. li.* 11. Amardos vocat.

AMARDVS, Mediæ fluuius, *Ptolemæo.*

Ămārŭs, a, um, {מר *mar* מריר *meriri.* πικρός. GAL. Amer. IT. *Amaro.* GE. Bitter. HIS. *Amargo.* ANG. *Bitter.*} Quod contrarium est dulci. *Vir.* 1. *Ecl.* Et salices carpetis amaras. *Plin.* Esse debet gustu amarum. *Ouid. El.* 11. *l.* 3. *Triſt.* Quid simulacra ferox dictis incessis amaris. *Et Ibid. El.* 2. *li.* 5. Vcque viæ casus & amara ponti. Os amarum habeo. *Plaut. Curc. sc.* 3. *a.* 2. Dulce amarúmque vna nunc misces mihi. De amore. *Plaut. pseud. sc.* 1. *a.* 1. Dulcia atque amara sum elocutus omnia, scis amorem, scis laborem. *Ibid. sc.* 4. *a.* 2.] ¶Translatè pro aspero. *Virg.* 1. *Æneid.* Hostis amare quid increpitas? *Cic. Attic.* Amariorem me fecit senectus. *Plau. in pseu.* non sine prouerbii specie ait dulce & amarum pro lætis & tristibus. Amans adolescens de epistola amicæ, Dulce amarúmque vnà nunc misces mihi. *Idem in eadem fabula*, Dulcia atque amara apud te sum eloquutus omnia.

Ămārēscĕrĕ. Amarum fieri. {מר *mar.* πικραίνεσθαι. GAL. Deuenir amer. ITA. *Diuenir amaro.* GERM. Bitter werden. HI. *Amargar.* AN. *To waxe bitter.*} *Palladius*, Amygdalus, si rodatur, amarescit.

Ămārĭssĭmē, *Suet. in Tiberio. c.* 54. Accusauit per litteras amarissimè congestis etiam probris. [*Idem in Aug. c.* 70.]

Ămāritūdo, & Amaror pro eodem accipiuntur: nam significant insuauitatem & asperitatem illam, quam Græci {πικρίαν. מר *mémer.* GALL. Amertume. ITAL. *Amaritudine.* GERM. Bitterkeit. HISP. *Amargura* vocant. AN. *Bitterneſſe.*} quum scilicet lingua adeò detergitur, vt etiam exasperetur. Huiusmodi enim sapores amaros vocari, docet *Plato in Timæo*, & post eum *Gal. l.* 1. *de Facultat. Sim. med. Vir.* 2. *Geor.* At sapor indicium faciet manifestus, & ora Tristia tentantum sensu torquebit amaror. *Plin. lib.* 11. *cap.* 37. Ideò tantam habent amaritudinem, vt à canibus non attingantur. ¶De voce *Amaror* vide Gellium.

Ămāritĭēs, ei, idem quod amaror: & per translationem accipitur pro solitudine & dolore. *Catul.* Multa satis lusi: non est dea nescia nostri: quæ dulcem curis miscet amaritiem.

Ămārŭlēntŭs, valde amarus. {מרירי *meriri.* πικρός. GAL. Fort amer, plein d'amertume. IT. *Pieno di amaritudine.* GERM. Hefftig bitter. HIS. *Amargo.* ANGL. *Very bitter.*} vt, Succus amarulentus. Per metaphoram ponitur pro animi dolore in inuidiam, aut malevolentiam exacerbato. *Timon*, Amarulentus librum maledicentissimum conscripsit. [*Gel. l.* 5. *c.* 17.]

AMARYSIA, ἀμαρυσία, Dianæ cognomen est, tractum (vt Pausaniæ videtur) ab Amarinthæo Eubœæ vico, vbi summa cum veneratione colebatur Diana.

*AMARYLLIS, huius Amaryllidis, nomen rusticæ, *de qua Virgil. Eclog.* 2. Mirabar quid mœsta deos Amarylli vocares. Amarylli, vocatiuus Græcus est qui breuis est quotiescunque in Is terminatur nominatiuus, vt Pieris *apud Horatium*, Dulcémque strepitum Pieri temperas.

AMARYNTHVS, ἀμάρυνθος, Vicus est Eubœæ insulæ iuxta Eretriam; in quo Diana colebatur, quæ inde Amarusia dicta est. *Stra. li.* 10. [Et Amarynthis. *Lin lib.* 5. *d.* 4.]

Ămăsēnvs, pen. pro. Fluuius Volscorum. ¶Est & alius in Sicilia eodem nomine, *de quo Ouid. li.* 15. *Metam.* Necnon Sicanias voluens Amaseanus arenas.

AMASIA ἀμάσεια, pen. prod. Oppidum Cappadociæ, quod Iris fluuius præterfluit, Strabonis Geographi patria vt idem *Strabo testatur libro* 12.

AMASIAS, ἀμασίας *Straboni*, Fluuius est Germaniæ inter Rhenum & Albim, iuxta Eindam Phrysiæ orientalis metropolim, in Oceanum illabens. Germani sua lingua Ote ems vocant. *Plin.* & *Pom. Melà* Amisius dicitur.

Ămāsĭs, ἄμασις, penult. prod. Nomen proprium regis Ægypti, cuius tumulus fuit vna pyramidum, dicente *Lucan. lib.* 19. Non mihi pyramidum tumulis euulsus Amasis. Hic legem condidit, vt quisque quotannis apud præsidem rationem vitæ redderet, demonstrarétque vnde viueret; aut quo quæstu sustentaretur: qui hoc non faceret, morte afficeretur. Hanc legem Solon ab Ægyptiis transtulit ad Athenienses. Regnauit eodem tempore in Ægypto, quo septem sapientes in Græcia floruerunt. *Multa de hoc Plutarchus in Sympoſio ſeptem ſapientum.*

Ămāsĭŭs, ἐρώμενος, vel Amasia, ἐρωμένη, Qui vel quæ amat vel amatur.

{בעל *boghet.* GAL. Amoureux. ITAL. *Inamorato.* GERM. Ein buler, oder die gebulet wirt. HISP. *Enamorado.* ANG. *A paramour, he or she that loueth, or is loued.*} *Gell. lib.* 19. *c.* 9. Audite ac discite, nostros quoque antiquiores poetas amasios ac venerios fuisse. [*Idem c.* 8. *l.* 7. Venerij & Amasij sunt Delphini: *Ibidem* Amatores.] *Amasius, item Germaniæ fluuius, *Ptolemæo, qui Plinio* Amisius *dicitur, & Pomponio Melæ*: & Amasia siue Amasias, *Straboni.*

Ă'măssŏ, pro Amaueto, scripsit *Laberius & Plautus in Mil.*

AMASSI, *Plin. lib.* 6. *c.* 7. populi circa Mæotim.

AMASTRIS, ἀμάστρις, Metropolis Paphlagoniæ, quæ hodie Cromna dicebatur: postea Amastris appellata ab Amastri, muliere Persica, filia Oxyathræ, fratris Darii aut (vt aliis placet) ab Amastri quadam Amazone. ¶Est & vrbs Bithyniæ, *Ptolemæo.*

AMATH, Nomen filii Chanaan, qui (*autore Iosepho*) Amathones instituit, qui & Amathei dicúntur.

AMATA, à Pontifice appellabatur Virgo Vestalis, quum ad ministerium Vestæ capiebatur: quòd primâ, quæ hoc ritu capta fuit, hoc fuerit nomine. Capi autem idcirco dicebatur, quòd veluti bello capta à parente, vel ab eo, in cuius potestate erat, manu à pontifice maximo apprehensa abducebatur. *Vide Gellium lib.* 1. *cap.* 12.

AMATAE, populi Indiæ, *Plin. lib.* 6. *c.* 20.

AMATHA, orum, ἄματα τά, Regio Arabiæ. Vnde Amathæi, ἀματθαῖοι, Arabiæ populi. *Plin. lib.* 6. *c.* 22. Horum meminit *Ioseph. lib.* 1. *Antiq. cap.* 12. & *Steph.*

AMATHE, es, ἀμάθη *Stephano*, Oppidum est Phœnices, & alterum Siciliæ: Ab vtroque deducitur gentile Amathæus, ἀμαθαῖος.

Ă'mă'thvs, pen. corr. thuntis, ἄμαθος, Cypri ciuitas est Veneri sacra, in qua & Adonis colebatur. *Virg. lib.* 10. Est Amathus, est celsa mihi Paphos, atque Cythera. *Ouidius*, Piscosámque Gnidon, grauidámque Amathunta metallis.

Ă'măthūntēus, tea, teum, pen. prod. *Idem lib.* 10. Lactanteis vitulos, Amathunteásque bidentes.

Ă'măthūntĭus, tia, tium. *Virgil. in Cyri*, Quòd si animo quouis álio iactaris amore: Nam te iactari, non est amathuntia nostri Tam rudis, vt nul lo possim cognoscere signo. Vbi tamen in castigationibus exemplaribus non Amathuntia legitur, sed Amathusia.

Ă'măthūsĭī, ἀμαθούσιοι, Cyprij sunt ab Amathunte vrbe. *Strabo libro octauo.*

Ă'MĂ'THVS, amathi, ἄμαθος, Fluuius Pylon vrbem, Nestoris patriam præterlabens: à cuius nomine Pylos ipsa Amathoessa videtur appellata. Hic etiam Pamisius vocatur. *Strabo lib.* 8. & Mamaus, & Arcadicus. *Auctor Strab. lib.* 8.

ĂMA'THVSĬA', ἀμαθουσία, Insula in mari Cilicio, ab Amathunte vetustissima vrbe sic appellata. Nunc Cyprus dicitur. *Plin. lib.* 5. *c.* 31.

Ă'măthūsĭăcŭs, a, um, adiectiuum. *Ouid. Metam.* 10. Lactanteis vitulos Amathusiacásque bidentes.

Ă'mātŏr, Amator, Amatorius, *Vide* AMO.

Ă'maurōsis, ἀμαύρωσις, Latinè dicitur oculorum obscuritas, quum sine vllo euidenti vitio, & citra dolorem, visus obscuratur: quod solet contingere ex obstructione nerui visiui.

Ă'MĂ'XA', ἄμαξα *Stephano*, Bithyniæ locus: à quo gentilia Amaxæus, ἀμαξαῖος, & Amaxites, ἀμαξίτης.

ĂMĂXĬA', ἀμαξία, Ciliciæ vrbs est, materia ad fabricandas naues maximè abundans, quam Cleopatra ab Antonio dono accepit. *Strab. lib.* 14.

AMAXOBII, populi inter Sarmatas. *Vide* HAMAXOBII.

AMAXITVS, ἀμάξιτος *Stephano* Troiadis locus, ara duodecim deorum insignis, quam Agamemnon construxit.

¶Hinc Amaxitani dicuntur, Amaxiti incolæ, quos Apollodorus Amaxitenos, ἀμαξιτηνούς appellat. Meminit huius loci *Plin. lib.* 5. *cap.* 30. & *Strabo lib.* 13.

¶Est præterea Amaxitus, oppidum in sinu Doridis, *apud Plin. libr.* 5. *cap.* 9.

ĂMĂZŎNĔS, ἀμαζόνες, penult. corrept. Fœminæ bellicosissimæ, Scythiam iuxta Tanaim primùm, deinde ad Thermodoonta incolentes, quę magnam Asiæ partem occupauêre. {GE. Streitbare weiber in Scythien.} Dictæ Amazones, eo quod mammis carerent: ab *a* sine, μαζὸς mamma. Mos enim fuit Amazonibus interfectis maribus, quos genuissent, seruare fœminas, earúmque infantium mammas dextras inurere, ne impedimento essent ad pugnam conserendam, & ne sagittarum iactus impediretur. Vel Amazones ab *a*, & μάζης, id est, pulte, seu pane quasi sine pane, eo quòd non pane vescerentur, sed carnibus. Alij ab ἅμα & ζῶ, cum aspiratione in principio, tanquam in commune viuentes, dictas putant, Stephanus dictas putat à nympha Amazonide, filia Samor næ. Fuêre & in Lybia Amazones, vnde *Sirius Ital. lib.* 2. Hasbiten Harbæ filiam Amazonica pelta insignem facit. Alij ab Amazone puella, Dianæ sacerdote, & regina Ephesi, Amazones volunt appellatas. Amazonia, ἀμαζονία, Illarum regio dicitur. ¶Amazonum cantilena ἀμαζόνων ᾄσμα, in delicatos & parum viros. *Philostratus in Apollonij vita libr.* 4. ¶Amazones pro pauperioribus, & tenuiori promiscuóque victu vtentibus apud Græc. scientissimos reperiuntur, veluti qui mazam, id est, panem, non habebant. *Vide Cæl. lib.* 5. *ca.* 31. & *Hermolaum in Plin. lib.* 6. *cap.* 7.

Ămāzŏnĭcŭs, idem quod Amazonius: *apud Suet. in Nerone c.* 44. Peltæ Amazonicæ. [*Ibid.* Amazonicæ secures.]

ĂMĀZŎNĬŸS, Mons Cappadociæ, præter cuius radices labitur Thermodoon fluuius. *Plin. lib.* 6. *c.* 3.

*Ămāzŏnĭdes, plur. num. Id est AMAZONES. *Virgil. l. Aeneid.* Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis Pœthesilea furens. *Vbi Seruius*, Amazonides deriuatio est pro principalitate: sicut Scipiadas duros bello, pro Scipionibus.

ămbactŭs, ambacti; apud Ennium, *inquit Festus*, lingua Gallica significat seruum. *Cæs. libro* 6. *Bell. Gall.* Eorum vt quisque est genere copiisque amplissimus, ita plurimos circum se ambactos, clientésque habet.

Ămbāgēs, penult. prod. Significat verborum circuitus. {עקל קלות *Haikalkallóth.* περιαγωγή. GAL. Propos ambigu, ambageois. [ab AMBIGO fortasse.] ITAL. *Giro de parole, ciancie.* GERM. Vmbschweiffende red. HISP. *Los rodeos de palabras.* ANGL. *A circuit words, discreat full*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

speech.{*Virg.lib.*2.*Georg.*non hîc te carmine ficto, Atque per ambages & longa exorsa tenebo. *Plaut.pſ.ſc.*1.*a.*3. Quid opus est nunc multas agere ambages, *Ouid.*4.*Fast.* Obscuræ sortis patres ambagibus errant.] Veteres quoque ambagio dixerunt, de quo nomine *Varr.lib.*6.*de lin. Lat.* Ambagio, inquit, dicta ab eo quod ambit orationem.

Ambāgiōsus, sa, sum, Quod abundat ambagibus. {עקלתון *hakallathon.* σκολιὸς. GAL. Plein d'obscurité & ambiguité. ITA. *Pieno di giri.* GE. Das vil vmbſchweiffig iſt. HIS. *Pleno de rodeos.* ANG. *Fell of deceat full wordes.*} *Gell.* Neque præcepta dicunt, sed lubrica atque ambagiosa coniectatione nitentes inter falsa & vera.

AMBARRI *à Cæsare* inter Galliæ Lugdunensis populos numerantur.

Ambārualis hostia, ab ambiendis aruis dicta, victimæ genus erat quotannis pro frugibus sacrificari solitum. Solebant enim huiusmodi hostiis, antequam cæderentur, arua lustrari. *Virgil.* Térque nouas circum fœlix eat hostia fruges. *Festus* tamen ab ambo videtur compositione deducere, *dicens*: Ambaruales hostiæ appellabantur, quæ pro aruis à duobus fratribus sacrificabantur. Huic autem sacrificio præfecti erant sacerdotes numero XII. à Romulo primùm instituti, quos Fratres Aruales vocabant, *de quibus latiùs, suo loco.*

Ambarum, Odoramenti genus est, quod ab Ætio, recentioribúsque Græcis ἄμβαρ appellatur, quod teste *Rud.lib.*1.*c.*27. vulgò *Ambragrysea* vocatur.

AMBASTAE, populi sunt Asiæ. Et Ambastum, fluminis nomen in Asia *autore Ptolemæo.*

AMBE, ἄμβη, Ciuitas est Arabiæ fœlicis. *Ptol.*

Ambēdo, ambedis, ambedi, ambedere, ex Am, & Edo, id est, circumedere. {אכל *achál.* ἀπεσθίειν. GA. Manger & ronger tout autour. IT. *Roder ò mangiar tutt' intorno.* GER. Vmbessen/zu rung vmbnagen. HISP. *Comer en derredor.* ANG. *To eat about, to gnawe about.*} *Plaut.in Merc.* Sue vxoris dotem ambedisse oppido mihi illud videri mirum, vt vna illæc capra Vxoris simiæ dotem ambederit.

Ambēsus, a, um, Circúsquaque esus. {אכל *n. achál.* ἀπεσθιόμενος. GA. Rongé tout a l'entour. IT. *Roduto d'intorno.* GE. Vmbgeessen/vmbnagen. HISP. *Comido en derredor.* AN. *Eaten on all partes.*} *Virg* 3. *Aeneid.* Quam vos dira fames, nostræque iniuria cædis Ameęsas subigat malis absumere mensas. ¶ Legitur & Ambesi, tertia persona ab Ambedo, quemadmodum Edi ab Edo. Reliqua tempora & personæ regulariter per tertiam verborum declinationem inflectuntur.

Ambegni, à veteribus bos & veruex appellabantur, quum ad eorum vtraque latera agni ad sacrificium deducebantur. *Festus.* Apud Varronem ambiegni est: Ambiegna bos, inquit, est circum quam aliæ hostiæ constituuntur.

AMBIANI, siue AMBIANENSES. ἀμβιανοὶ, Populi sunt Galliæ Belgicæ, quos *Plin.lib.*4. Bellouacis contingit. GAL. *Ambiens.*

[Ambiætinus vicus: *Suet.in Calig.c.*8].

Ambidentes, Oues dictę à veteribus inueniuntur, quæ in vtraque mādibula habeant dentes. Hæ & bidentes dicuntur. *Autor Festus.*

Ambidexter, qui ita læua manu vtitur vt dextra. {איש אטר יד ימינו *ischaitér jadh jemino.* ἀμβιδέξιος, ἀμφοτερόχειρ. GAL. Gaucher & dextrier. ITA. *Dritto & mancino.* GERM. Der die lincke handt als die rechte braucht. HIS. *Diestro de entrambas las manos.* AN. *He vohich is alyk able of the left hand as of the ryght.*}

AMBIGATVS, Celtarum rex fuit, qui vbi maiorem vidit suorum multitudinē, quàm vt commodè ab ea regione ali possent, Bellouesum & Sigouesum sororis suæ filios cum magna Senonum parte ad quærendas nouas sedes, alterum in Italiam, alterum ad saltus Hercinios misit. *Vide Liu.ab Vrb.cond.lib.*5.

Ambifāriam, bifariam *Apuleius in Apologia,* Item Zenonem illum antiquum. Velia Oriundum, qui primus omniam dictionem solertissimo artificio ambifariam dissolueret.

Ambīgo, gis, pen. corr. ex am & ago, propriè significat circumago, circundo. {סבב *sabáb.* περιάγω. *Augusti.* Quibus muris ambigere. Vnde & Ambactus, & Ambages ¶ Item Ambigere, est dubitare. {תלה *talah.* ἀμφιβάλλειν, ἀπορεῖν. GAL. Estre en doute, estre en different. ITAL. *Dubitare, stare in dubio* GE. Zweiffen/in einem zweifel stehn. HI. *Dudar.* ANG. *To bring about, to doubt.*} Interdum ponitur pro litigare, & controuersiam mouere, ἀμφισβητεῖν. *Terent.in Heaut.* Simo & Crito, vicini nostri, hic ambigunt de finibus: me accepêre arbitrum. *Ambigendi naturam habere. *Cic.*3.*de Orat.* Omnis igitur res eandem habet naturam ambigendi, de qua quæri, & disceptari potest. Hic Ambigendi videtur accipi passiuè. Non enim res ambigit, sed ambigitur & controuertitur.

Ambīgitur, impersonale, disceptatur. *Cic.*3.*Verr.* Si de hæreditate ambigitur.

Ambīguus, a, um, Dubium, quod in ambas agi partes potest, {תלוי *talui nabúch.* ἀμφίβολος. GAL. Ambigu, douteux. IT. *Ambiguo, dubio.* GE. Zweiffelhafftig. HIS. *Cosa dudosa à dos partes.* ANG. *Ambiguouse, doubtsome.*} *Liu.*6 *ab vrb.* Nunquam ambigua fide in amicitia populi Rom. fuerant. *Idem l.*7.*bel.pun.* Ambiguo inter marem & fœminam sexu Androgyni. *Ouid.El.*3.*l.*4.*Trist.* Cur labat ambiguo spes mea mixta metu. *Gel.c.*20.*l.*15. per ambiguam ætatem non est receptus in Athletas. *Idē c.*16.*l.*3. Non ambigua pudicitia mulier. Ambiguum nullum esse verbum, & contrà *Gel.c.*12 *li* 11. *Item,* Quicquid incerti & ambiguum in animo fuit, nunc liquet *Plaut.sc.*4.*a.*2.*in pseudolo.* Ambigui iuris loca. *Sue.in August.c.*32. *Ouid.*11.*Met.* Non foret ambiguus tanti certaminis hæres.] *Lib.*1.*ad Heren* Ex ambiguo controuersia nascitur, quum scriptum duas sentētias aut plureis significat, hoc modo: Tullius meus hę res Terentiæ vxori XXV. pondo vasorum argenteorum dato quę volet: Post mortem eius preciosa vasa, & cælata magnificè perit mulier, Filius sc, quæ ipse vellet, in triginta pondo ei debere dicit. Constitutio est legitima ex ambiguo.

¶ Habet etiam Ambiguus nonnunquam genitiuum, quemadmodum & dubius *Cor.Tacit.lib.*2. Tiberium anceps cura distrahere, vine mili tum seruum suum coërceret, an inanem crudelitatem tempore vanescere sineret, ambiguus pudoris, ac metus reputabat.

Ambīguitās, dubia, anceps & incerta verborum potestas. {מבוכה *mebuchâh* מחל קה *machaloketh.* ἀμφιβολία. GALLIC. Ambiguiré, doute. ITAL. *Ambiguita, dubiosità.* GERM. Zweiflung. HISP. *Aquella duda de vnba partes.* ANGL. *Ambiguitie, doubtfomneſſe.*} *Cic.de Inuent.*1. Sed nobis ambiguitate nominis videntur errare. Ambiguitas nominis est quod Æquiuocationem vocamus.

Ambīgŭē, aduerbium, Dubiè. ἀμφιβόλως. GALLI. Ambigueusement, douteusement. ITALI. *Dubiosamente.* GERM. Zweifelhafftiglich. HISP. *Dudosamente,* ANG. *Doubt somelie.*} *Cic.*3.*Academ.* Si quid ambiguè dictum sit.

Ambio, bis, ambiui, vel ambij, ambitum, pen prod. ex Am, & Eo, is, permutatione e in i, & b interposita, Vndique cingo, circumeo, concludo {סבב *sabab* הקיף *hikkiph.* κυκλόω, περιβάλλω. GALLIC. Enuironner. ITAL. *Girare.* GERM. Vmbgeyn/vmbgeben. HIS. *Rodear y cercar.* AN. *To compasse, to go about, to enuiroune.*} {Siue etiam qui ambirent palmam histrionibus. *Plaut.prolog.Amph.* Ambire magistratum sibi, alterive. *Ibid.* Virtute ambire oportet, non fani foribus. *Ibidem* Ambienti vt soluerentur legibus, (id est petenti.) *Suet.in Cæs.c.*18. [*Virg.*6. *Æneid.* Quæ rapidus flammis ambit torrentibus amnis. *Iulius Firmicus,* Pompeij post tot triumphos ad Nili fluminis ripam ceruices inuictas, & regias, & quas toties purpura triumphalis ambierat. ¶ Per translationem vero ambire ponitur pro blandiri, interpellare, περιφρονεῖν, μαπάζειν. *Virg. li.*4.-quo nunc reginam ambire furentem Audeat affatu. ¶ Quoniam verò Romani, dum honores & magistratus quærerent, circumire singulos solebant, pensare dextras, rogaréque vt se suffragiis adiuuarent: fit etiam est, vt Ambire capiatur pro honores quærere, σπουδαρχεῖν, φιλοτιμεῖσθαι. *Cic.*11.*Phili.* Quod si comitia placet in senatu habere, petamus, ambiamus, tabula modò noua detur nobis, sicut populo data est. ¶ Interdum etiam significat simpliciter desiderare. *Hier.ad Damasum:* Nihil aliud ambiunt, quàm vt autoritate communionis nostræ fulti, treis hypostaseis cum antiquo sensu prædicent. *August.lib.*3. *Confess.* Quæso te, omnibus istis laboribus nostris quò ambimus peruenire, quid quærimus?

Ambitio, Circuitio. {מסבב *mesáb.* περίοδος. GAL. Enuironnement, ambition, appetit d'honneur. ITAL. *Aggirata, ambitione.* GERM. Ehrgeyrigkeit. HISP. *Rodeo, Codicia de honras.* ANG. *Going about, desire of honour, ambitione.*} *Ambros.* Sinus in quo Christus requieſcit, non corporis gremio præparatur, nec vestimentorum ambitione componitur, sed virtutum operatione colligitur. ¶ Sumitur & pro rerum magnarum, honorum, & imperiorum scilicet immoderata cupiditate. {גאון *ghaón* גאוה *ghaavâh* גבהות *ghabhuth.*} *Cic.*2.*Tusc.* Quid de nostris ambitionibus, quid de cupiditate honorum loquar? *Idem* 1.*Offic.* Miserrima est omnino ambitio, honorúmque contentio, φιλονεικία Græci appellant. *Ouid.Eleg.v/t.lib.*4.*Trist.* Sollicitæ fugax ambitionis eram. *Liu.*3.*ab Vrb.* Querente petitore quod ius sibi per ambitionem dictum non esset. *item,* Magna ambitio fuit (id est magna petitio, contentio.) *Liu. lib.*5.*de.*4. *Item,* Ambitio pro gratia. *Liu.lib.*3.*d.*4. Per ambitionem, i. gratiam: Nam dicitur paulò post, gratiosa missio. Per ambitionem data ciuitas. *Suet.in Cæs.c.*29. *Item Suet.in Otho.c.*4. Nullum officij aut ambitionis genus in quemquam omittere. *Suet.in Oth.cap.*4.] Ambitio etiam studium conciliandæ gratiæ significat. *Cic.Ver.*4. Si abs te pater tuus istam rem alicuius amici togatu, benignitate aut ambitione inductus petisset, &c. *Idem ad Quint.Frat* præsertim quum mores ad nimiam lenitatem atque ambitionem incubuerint. Et hinc ambitiosa decreta dicūtur, quæ sunt in alicuius gratiam concessa, *ab Vlpiano,* L.1.*D.de minoribus.*

Ambitiōsus, Qui immoderatè appetit honores. {גאה *gheéh* גבה לב *gebáh lēb.* φιλόνικος. GAL. Ambitieux, qui brigue ou pourchasse honneur. ITA. *Ambitioso.* GERM. ehrgeyrig/Der nach ehren stellt. HIS. *Codicioso de honras.* ANG. *vohitis desyreth honoures greatlie, ambitious.*} *Cic.in Sallust.* Si forte fui in honoribus petendis nimis ambitiosus. *Item pro Flacco,* Qui ita ambitiosus est, vt nos omnes quotidie persaluter. [Ambitiosus dicitur, & qui ambit, & qui ambitur. *Gell.c.*12.*lib.*9. Turbáque cœlestes ambitiosa sumus. *Ouid.* 5. *Fast.* Vt ambitiosi pauperis supellex. *Fab.Quintil.c.*4.*l.*2. Ambitiosus in diem. *Senec.e.*1.*de Tranq.vitæ.* Quod precibus perlit ambitiosa suis. Semele. *Ouid El.*3.*l.*4.*Trist.* pro nato Cærula mater Ambitiosa suo. *Ouid.*13.*Metam.*] ¶ Dicitur etiam ambitiosus, qui habitu, sermone, vultu, denique modis omnibus misericordiam captat. *Quintil. libro* 1. Non sum ambitiosus in malis, nec lacrymarum causas augere volo: vtinam esset ratio minuendi. *Ouid. lib.*3. *de Ponto*, Sed tamen hoc factis adiunge prioribus vnum, Pro nostris vt sis ambitiosa malis. ¶ In propria sua significatione significat quod magni ambitus est, siue multa ambiens. *Plin.lib.*5.*cap.*15. Amnis amœnus, & quantum locorum situs patitur, ambitiosus.

Ambitiōsè. *Cic. ad Att.* Petiuit à me vt eius orationem ne ambitiosè corrigerem. ¶ Ambitiosiùs. *Idem in Epist. fam.* Quum in isto genere multò etiam ambitiosiùs facere soleam, quàm honos meus & dignitas postulat.

Ambitor, is, tertiæ decl. *Lampridius in Alex. Seuero,* Ita & patronis authoribus damnatus ambitor est. De quodam loquitur, qui per ambitionem ad militiam aspirasset.

Ambitūdo, ambitus, περίοδος. *Apuleius in Hermetis Asclepio,* Tempus autem quod definitur, potest vel numero, vel alternatione, vel per alterius ambitudinem rediens æternum esse.

Ambitūs, ta, tum, pen. prod. partic. Circumdatus. κυκλούμενος. *Ouid.* 1. *Metamorph.* Iussit & ambitæ circumdare littora terræ.

Ambitus, bitus, pen. corr. nomen, Propriè circuitus. {מסב *mesáb.* περίοδος, περίοδος. GAL. Vn cercle, circuit ou tour. ITAL. *Giro.* GERM. Vmbgang/vmkreiß. HIS. *Rodo.* ANG. *Compaſſing.*} *Cic.de Vniu.* Quum se octo ambitus, confectis suis cursibus, ad idem caput retulerint.

¶ Ambitus ædium dicebatur locus inter ædificia relictus, pedum duorum & dimidiati: ab ambiendo dictus, quòd domum ambiret, vel quòd per eum domus posset circunquaque ambiti. *Cic. in Top.* Qu. Scæuola id esse solùm ambitus ædium dixit, quantum communis parietis tegendi causa tectum proiiceretur. ¶ Et quoniam qui honores petebant, si virtuti aut meritis diffiderent, tribus circumire solebant, eásque aut largitionibus, aut pollicitis corrumpere, factum est, vt Ambitus ponatur pro crimine honoris malis artibus affectati: quod seueriſsimis apud Romanos legibus coërcebatur. *Cic.* 2. *de Orat.* Rarò illud datur, vt possis liberaliratem ac bénignitatem ab ambitu atque largitione seiungere. *Idem ad Quint. Fratr.* Senatusconsultum factum est de ambitu, in Afranij sententiam

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

etiam. [in ambitu ſtare. i. antè oſtium, vel ante domum. P. Valerius de nece M. Antonij oratoris. *Item*, Ambitus pro ambitione de eo, qui famæ ſtuder, & videri bonus. *Fabius.* proprio quodam ambitu eligendi. i. iudicio ambitioſo. *Idem Fab. Quintil.*]

¶ Capitur interdum pro captatione miſericordiæ, quum habitu, vultu, geſtu, & oratione, præſentium commiſerationem aucupamur. *Quint.* Si iuuenis innocentiſſimus, Iudices, vti vellet ambitu triſtiſſimæ calamitatis, poterat allegare vobis amiſſam in oculis omnium cogitationum temeritatem, id eſt, miſericordiam captare ex commemoratione malorum. ¶ Eſt item Ambitus prolixior verborum circuitus, ex colis, hoc eſt, membris & commatibus conſtans: Græci περίοδον vocant. *Cicer. de Clar. Orator.* Comprehenſio, & ambitus ille verborum, ſi ſic Periodon appellari placet. *Idem in Orator.* Arguti, certique, & circunſcripti verborum ambitus [*Suet. in Tib. c.* 71. pro periphraſi.]

Amblothridion ἀμβλωθρίδιον, Pharmacum abortum faciens.

Ambo. Ex Græco ἄμφω videtur deductum, & non dicitur niſi de duobus, quæ præceſſerint. {שניהם *ſchenehem.* GALLI. Tous deux enſemble. ITA. *Amendue, l'vno & l'altro.* GER. Beidſambt. HISP. *Dos juntamente en numero.* ANG. *Both the two.*} Plato & Ariſtoteles ambo Philoſophi. *Ter. in prol. And.* Qui vtranuis rectè norit, ambas nouerit. [*Pl. Moſtel. ſc.* 4 *a.* 1. Iacentes tollet nos ambos aliquis. Vter eratis maior natu? æquè ambo pares. (ſuprà duo) *Plau. Mena. ſc. vlt. a.* 5. Gemini ambo eramus. *Ibid.* In patriam redeamus ambo. *Ibid.* Si ſimulauimus voces crimen ſimulauimus ambo. *Ouid.* 13. *Metam.* Oſtende manum. Ambas profero. *Plau. Aul. ſc.* 3. *a.* 4. Quæ me ambæ obſecrauerint. *Plaut. Mil. ſc.* 1. *a.* 1.] ¶ Vel cum hac dictione Duo: vt, Vidi duos homines ambos mihi amicos. ¶ Vel quum de his loquimur, quæ tantummodo ſunt duo: vt, Perdidi ambos oculos, & ambas manus. *Cicero de Diuin.* Quorum amborum generum vna ratio eſt. Ambabus manibus haurire, ἀντλεῖν ἀμφοτέραις, ſubaudi, χερσίν. De iis dici conſueuit, qui ſummo conatu quippiam agunt. *Itidem Ariſtoph. in Equitib.* ¶ Accuſatiuum facit communiter ambos, ſed tamen reperitur etiam ambo in accuſatiuo, imitatione Græcorum: illi enim ἄμφω dicunt. [Faciam vos ambo, *Pl. Cur. ſc.* 3. *a.* 5. (huc Ambo eſt in 4. caſu) *Sic & in Amph.* Erroris ego ambo illos & dementiæ complebo (pro Ambos) Puer ambo angues enecat (pro ambos) *Ibid. ſc.* 2. *a.* 5.] *Afranius in Pantaleo*, Reuocas nos ambo ad prælium. *Terent. in Andr.* Hem Charine, ambo opportunè, vos volo. *Maro Georg.* 4. Verùm vbi ductores acie reuocaueris ambo. *Idem in Bucol.* Nam ſæpe ſenex ſpe carminis ambo Luſerat. *Sol. pater lib.* 1.

Ambones, ἄμβωνες, ſiue ἄμβητες, Calicis genus. *Vlpianus D. libr.* 33. *Ti.* 7. *l.* 13. Ambones, calices, trullæ, vbi tamen mendosè legitur ancones.

AMBRACIA, ἀμβρακία. Vulgò *Arta*, Vrbs in Epiro, Pyrrhi regia, ab Ambrace rege, Theſproti filio, à quo proximus ſinus Ambracius dictus eſt. [*Gell. c* 16. *l.* 7. Ex Ambracia hœdi optimi.]

Ambraciensis, & Ambraciotes: ſiue Ambraciota, ἀμβρακιώτης. Ex hac vrbe originem traxit Theombrotus, Ambraciota dictus, qui quum Platonis librum de æternitate animarum perlegiſſet, præcipitem ſe dedit in mare.

Ambrices, pen. co. Sunt tegulæ, quæ transuerſæ aſſerib. & tegulis interponuntur, *vt inquit Feſtus.* Vbi per aſſeres, cantherios etiam intelligimus. Imbrices verò tegulæ, quibus incuruis domus tegitur.

AMBRONES, Gentes quædam Galliæ, quæ ſubita inundatione maris quum ſedes ſuas amiſiſſent, rapinis ſe alere cœperunt. Hos cum Cimbris, Teutonicíſque Marius deleuit. Hinc tractum eſt, vt turpis vitę homines, Ambrones dicantur. *Vide de hoc latiùs in Epitom. li.* 68. *& Plut. in vita Marij.*

Ambrosia, ἀμβροσία. Latinè immortalitas dicitur, ab *a* priuatiua, & βροτὸς mortalis: vel quia mortales eam non comedunt, vel quia qui comederent, efficerentur immortales: ſed *μ* interponitur ob euphoniam. Fabulæ ferunt eſſe deorum cibum, nectárque potionem. Ex quo illud Martialis, Iupiter ambroſia ſatur eſt, & nectare viuit. *Cic. l.* 1. *Tuſc. Qua.* Nõ enim Ambroſia deos, aut nectare, aut Iuuẽtute pocula miniſtrante, Lætari arbitror. ¶ *Dioſc.* Ambroſiã ſcribit Romanis vocari Caprũ ſylueſtrem, aliis Botryn, aliis Apium ruſticum. *Plinius* herbam eſſe ſcribit odore non iniucundo, vagi nominis, & circa varias herbas fluctuantem. ¶ Ambroſia alendus, prouerbiali figura dicitur, qui eſt egregius & velut diis æquandus, quum ambroſia deorum cibo mereatur ali. *Vſus eſt Cic. lib.* 2. *de Orat.*

Ambroſius, ſia, ſium, adiectiu. Pro immortali, diuino odorifero, fraganti *Virgil.* 2. *Æneid.* Ambroſiæque comæ diuinum vertice odorem Spirauere.

AMBROSIVS, ἀμβρόσιος, Proprium nomen, diuinus ſeu immortalis dicitur.

AMBRYSVS, ἄμβρυσος, penultima producta, Nomen eſt duarum vrbium, quarum vnam Strabo locat in Phocide, alteram in Bœotia. ¶ Eſt & hoc nomine fluuius Magneſiæ, iuxta quem Apollinem Admeti regis pecus pauiſſe Poëtæ fabulantur. Alij ſcribunt Amphryſus. *Vide infrà.*

Ambubeiæ, Sunt (*Porphyrione autore*) mulieres vagæ, ac viles, quibus nomen ab ebrietate balburientium verborum videtur eſſe inditum. Nonnulli Ambubaias, tibicinas Syriaca lingua putant dici. *Horat.* Ambubaiarum collegia, &c.

Ambubeia, Herba eſt quam alij Ambugiam, alij Intubum agreſtem, & notiori nomine Cichorium appellant, κιχώριον.

Ambulacrum, *Vide* AMBVLO.

AMBVLATRI, *A Plin. li.* 4. *c.* 19. referuntur inter populos Galliæ Aquitaniæ.

Ambulo, las, Eo, incedo, iter facio, inambulo, deambulo. {הלך *haláeh. βαδίζω, πορεύομαι.* GALL. Aller, cheminer, ſe pourmener. ITAL. *Andare, caminare, paſſeggiare.* GERM. Wanderen/gehn/ſpatzieren. HISP. *Andar paſſearſe.* ANGLIC. *To go, to walk.*} *Cic. Attic.* Si enim rectè ambulauit is, qui hanc epiſtolam tulit, in ipſum tuum diem incidit. *Plin. libr.* 10. *capit.* 66. Mures Ægyptij bipedes ambulant, ceu Alpini. [*Item*, Ambula in ius. Non eo. *Plaut. Curc. ſc.* 2. *a.* 5. In medio foro boni & dites ambulant. *Ibid. ſc.* 1. *a.* 4. Demiror vbi nunc ambulet Meſſenio. *Pl. Mena. ſc.* 1. *a.* 5. Sinito ambulare ſi foris, ſi intùs volet (captiuos) *Capt. ſc.* 2. *a.* 1. Si non vbi ſedeas locus eſt, eſt vbi ambules,

Plaut. Capt. Prolog. Qui hoc noctis ſolus ambulem. *Idem Amph. ſc* 1. *a.* 1. Bene ambula & redambula *Plaut. Capt.* Eo ad forum. n. ſi quid vis. D. Etiamne ambulas? *Plaut. Aſin. ſc.* 1. *a.* 1. Bene ambulato. (alloquitur diſcedentem) P. Bene vale. *Plaut. Capt. ſc.* 2. *a.* 2. Inſanine eſtis? Quidum? Sic quia foris ambulatis. *Plaut. Moſt. ſc.* 2. *a* 2. Niſi ambulaui dormiens in tegulis *Plaut. Mil. ſc.* 3. *act.* 2. Prius conuiuæ ambulant ante oſtium, quàm obſonatu redeo. *Pl. Men. ſc.* 2. *a.* 2. Non domi eſt: abiit abiit ambulatum (animi cauſa) *Plaut. Mil. ſc.* 2. *a.* 2.] ¶ Transfertur etiam ad alia vt quùm dicimus, Ambulare maria, *Cic.* 2. *de Fin.* Ambulant naues, *Cato de Re ruſtic.* [*Gell. c.* 26. *l* 10. Amnis & mare, qua naues ambulant.] Ambulant aues, *Plin. lib* 10. *c* 18.* Ambulat hoc caput per omnes leges P *in. lib.* 18. *c.* 50. Hoc primum antiquis cœnarum interdictis exceptum inuenio iam lege C. Fannij. *Et paulò pòſt*, Quod deinde caput tranſlatum per omnes leges ambulauit. *Quaſi dica*, peruagarum eſt. vt pote in legibus paſſim repetitum.* Ambulari, paſſiuum in 3 perſonis. *Plin. lib.* 23. *c.* 14. Si ſtatim bina ſta lia ambulentur. ¶ Huius compoſita ſunt, Anteambulo: ante alios ambulo à quo Anteambulones προπεμπτοὶ, dicti ſunt ſtipatores & ſatellites, qui honoris gratia comitando principem ſolẽt præcedere. *Suet. in Veſp.* Dum eum itidem per contumeliam anteambulonem fratres appellant. *Martial. lib.* 3. Sum comes ipſe tuus, tumidique anteambulo regis. Deambulo, *vide alibi.* Inambulo, ſpatior. [Redambulo. i. ex ambulatione redeo, vel ſimpliciter redeo, *Paut. Capt. ſc.* 1. *a.* 4. Benè ambula, & redambula.] Et propriè inambulare eſt Peripateticorum, qui deambulantes diſputare conſueuerunt. Obambulo, aduerſus alios ambulo, & quaſi ambulanti opponor. aſcendo. Perambulo, per aliquid, ſiue ad finem vſque ambulo.

Ambulatio. {חליכה *halichâh. βάδισις, ὁρεία.* GAL. Allee, pourmenement. ITA. *Spaſſeggiamento.* GERM. Spatzierung. HISP. *Aquella obra de andar paſſeando ſe.* AN *Walking, going, pourmening.*} Ipſe actus eſt ambulandi. *Cic. 5. de Finib.* Conſtituimus inter nos, vt ambulationem pomeridianam conficeremus in Academia.

¶ Eſt & locus ad ambulandum, & idem quod ambulacrum. *Vitru libro quinto capite* 9. Circa theatra ſunt porticus & ambulationes. *Cic. ad Quintum fratr. epiſt.* 17. Sed tamen ei nihil reſtabat præter balnearia, & deambulationem, & auiarium. [*Suet. in Aug. c.* 1. Ambulationes in vrbe.]

Ambulatiuncula, diminutiuum. {μικρὸς ἢ ὀλίγος περίπατος. GAL Petit pour menoir ITAL. *Paſſeggiamento picciolo.* GERM. Ein gängle. HISPA. *Pequeño lugar para ſe paſſear.* ANG. *A litle walking or, pourmening place.*} *Cic. ad Cal.* Cum vna mehercule ambulatiuncula, cùmque vno ſermone noſtro omneis fructus prouinciæ non confero.

Ambulator, Qui huc, & illuc ambulat. {הלך *helech. περιπατητικός.* GALLI. Qui aime à ſe pourmener. ITAL. *Caminatore.* GERM. wandler, ſpatzierer HISPAN. *El que anda como paſſeandoſe.* AN. *That walketh b therand thither, a runner.*} *Colum. l.* 3. *c.* 8. Villicus (*vt ait Cato*) ambulator eſſe non debet.

Ambulatrix. *i* περίδρομος *Cato c.* 134. Ad cœnam ne quò eat, néve ambulatrix fiet.

Ambulatorius, a, um. Quod ambulat, quódque moueri poteſt. {περιπατικὸς, μεταβατικός. GALL Qu'on fait marcher, & aller çà & là ITAL. *Paſſeggiante, che paſſegga.* GER. Das geth/ſpatziert oder bewegt wirt HISP. *Coſa para andar.* ANGL. *which walketh or is moued hither an thither.*} Turris ambulatoria, quæ rotis & machinis admouebatur muris, ad vrbes oppugnandas, vt ſcribit Vegetius. *Hirt. de bell. Alex.* Quæque partes vrbis inferiores erant, has altiſſimis turribus denorum tabulatorum munierant: præterea ambulatorias totidem tabulatorum confecerant. *Plinius libro* 21. *capite* 14. Operculum à tergo eſſe ambulatorium.

¶ Ambulatorius interdum ponitur pro Mutabilis apud Iuriſconſultos: vt quum voluntatem teſtatoris dicunt eſſe ambulatoriam vſque ad mortem. *Vlpian D. lib.* 34. *Tit.* 4. *l.* 4. Ambulatoria enim eſt voluntas defuncti, vſque ad virę extremum exitum.

¶ Ambulatoria legis poteſtas. i. ſub alternatiue concepta. *Paulus D. lib.* 23. *Tit.* 4. *l.* 10. Erit ergo poteſtas legis ambulatoria, quia dotalis fuit obligatio.

Ambulacrum, penult. prod. Eſt locus ad ambulandum, vbi commodè ambulari poteſt animi cauſa. {רחיט אולם *vlám rahit* אתיק *attik στοὰ ἢ περίπατος* GALL. Pourmenoir, galerie, lieu à ſe pourmener. ITAL. *Leggia, cortile.* GERM. Ein ort da man ſpatziert/Spatzierplatz. HISP. *Eſtuga para ſe paſſea.* ANG. *A walking place, a galerie.*} *Feſtus*, Ambulacra, ambulationes. *Plinius*, Tam fora atque gymnaſia, & pro ſuis extenta porticibus ambulacra miremur.

*Ambulatilis, Adiect. περιπατικός. Hinc ambulatiles fũduli. *Vitruuio l.* 10. *c.* 13.

Amburbiale, vel Amburbium, Sacrificij genus erat, quo ciuitas luſtrabatur: ita dictum, quod victima, antequam immolaretur, vrbem ambibat: vnde & ipſæ victimæ Amburbiales dictæ ſunt, eadem forma quæ hoſtiæ ambaruales, quæ circum arua ducebantur, antequam cæderentur, vt fruges faciliùs prouenirent.

Amburo, pen prod. *Circumuro.* {חורר *charárah. περιπυρόω.* GAIL. Bruſler autour, demi bruſler. ITAL. *Bruſciar d'ogni parte.* GERM. Rumg vmb anbrennen. HISP. *Quemar enderredor.* ANG. *To burne about.*} *Pl in Epiſt.* Nam ille quidem Vulcani iratí eſt filius: quaquà tangit omne amburit.

Amburſtus, ſta, ſtum, Circumuſtus, aduſtus, non planè combuſtus. {חרור *clarâeh. περιπεπυρωμένος.* GALLIC. Bruſle autour, ou à demi. ITAL. *Abbraſciato d'intorno ſcottato.* GERM. Vmbgebrent. HIS. *Quemado al derredor.* AN. *Half burnt about*} *Cic. pro Domo ſua*, Qui denique amburſtas fortunarum mearum reliquias ſuis domos comportari iuberent. *Plin. lib.* 10. *c.* 33. Hirundinum pulli ad cinerem amburſti multis morbis medentur.

Amburſtio, onis verbale. {יקוד *jekódh. πυρίκαυσις.* GAL. Bruſlure, eſchaudure. ITA. *Scottatura, arſura.* GERM. Ein brand. HIS. *Quemadura alderredor.* ANG. *Burning.*} *Plin. lib.* 23. *cap.* 4. Myrteum oleum medetur eruptionibus, & amburſtionibus.

Amecum, & Amecam, Pro amico & amica antiqui dicebant. *Laberius*, In lacu Auerno mulierem fuiſſe amecabundam ſcripſit, hoc eſt, Amantem.

AMELES, Lyciæ oppidum *Plin. lib.* 5. *c.* 27.

Ameles angulus, ἀμελὴς γωνία, id eſt neglectus angulus, de eo dicebat-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tur,qui ſupinus & oſcitabundus deſidêret,nihil bonarum rerum tentans.Aiunt in Lybia locum eſſe,qui ἀμελὴς γωνία,hoc eſt,ſecurus angulus vulgò dictus ſit.ob id fortaſſe,quod neglectus & incultus iaceret, ſcriptum reperitur & ἀμελὴς γωνία,id eſt,negligentis angulus. Recenſent *Zenodotus & Heſychius.*

AMELIVS,Philoſophus Apamienſis,diſcipulus Plotini,Porphyrij magiſter,Ammonij & Origenis coætaneus.*Suidas.*

Amĕllă,Herba quæ naſcitur iuxta Mellam Galliæ fluuium , à quo nomen accepit.Amellus flos eius.*Vide Seru.in illud Virg.4.Geor.* Eſt etiam flos in pratis,cui nomen Amello Fecère agricolæ.

Amen:{ אמן ἀμὴν.Dictio Hebræa, verè aut veritas:particula ad confirmandum aliquid. *Deuteron.*27. 16.Reſpondebítque vniuerſus populus אמן Amen,id eſt,verè,vel veritas erit hoc.*Aquila in erpretatus eſt* Fideliter:*Septuaginta*,Fiat:quòd ea quæ ſuprà dicta ſunt, vera ſint.

Āmēns,Qui à mente ſua diſceſſit,mente motus,de ſtatu mentis deiectus.{ משוגע *meſchughghâh.*ἄνους.GALL.Inſenſé,hors du ſens, forcené.ITAL.*Furioſo,pazzo.*GER Vnſinnig/taub.HISP.*Sinſeſo* ANG. *Madwood.*}*Cic.1.de Fin.*An me tam amentem putas,vt apud imperitos iſto modo loquar?[*Senec.c.7.De Conſol.ad Mart.*Vagus & amens diſcurſus equarum.*Quintil.*Velut amentis neruíſque intenti.*Ouid.El.1.Tri.* Illa dolore amens.*Ibi.El.3.l.3.* Vt foret amentis nomen in ore tuum.] Quidam Dementem ab Amente ita diſtinguunt, quòd Demens ſit, qui non cogitat quid agat, aut loquatur:Amens, qui prorſus inſanit.

Āmentātŭs,a,um,*Vide* Amentum.

Āmentiă,{ שגעון *ſchighghaâôn.*ἄνοια.GAL.Forcenement.IT.*Pazzia* GE. Vnſinnigkeit.HIS.*La perdida del ſeſo ò la locura.*AN.*Madneſſe,woodneſſe.*}*Ter.1. And.*Cut meam ſenectutem ſolicito huius amentia? *Cic.3. Tuſ.* Nec minùs illud acutè, quòd animi affectionem lumine mentis carentem nominauerunt amentiam,eandemque dementiam.[*Senec.c.3.de conſol ad Marc.*Quæ malum eſt amentia.]

Āmentum,Omne ligamen , veluti lorum, quo media haſta religatur,vt iaci longiùs poſſit. { מיתר עבות *methár habóth.*λῶρον , ἱμὰς, ἄμμα.GALLIC.Lien,courroye,comme dequoy on lie vn foulier, ou vn dard pour le ietter plus roide.ITAL.*Ogni ſorta di legame.*GERM. Ein jedes band/ein riem.H.*Amiento para tirar.*AN.*Aleope,à thong.*}*Silius lib.* 4.Haſta iuuatur amẽto.¶Hinc Amentatæ ſoleæ,& Amentata iacula dicuntur.*Cicero de Orator.*Amentatas haſtas ab alio accipere eáſque Oratoris viribus lacertíſque torquere,metaphoricè dixit pro argumentis,quaſi telis,quibus vtatur orator.¶Et Amẽtare *apud Lucanum pro* iacere,aut circundare,aut amento munire,Iaculum amentauit habena. Videtur autem Amentum propriè ea ligamina ſignificare,quæ infrà mentum pertinent & pileum retinent,quæ dicuntur etiam offendices,quòd ſe mutuò offenderent,& conuenirent:ita vt metaphora quadam,vel potiùs Synecdoche ad cætera ligaminum genera tranſlatum ſit.*Amentum,etiam cachryn roboris ſignificat.*Ruel.l.1. c 86.in Hermol.in Plin.lib.*16.c.8.

Ameia.*Colum.*ſemen vlmi,*Plin.* Samariam vocat.

ĂMĔRĬA,ἄμερια *Stephano.* Vulgò *Ameria*,Ciuitas in Vmbria,ante Perſicum bellum annis nonningentis ſeptuaginta quatuor condita: vnde Salix Amerina apud *Plinium.*4.c.29.¶Et,Amerina retinacula , pro viminibus.*Virg.*1.*Georg.* atque Amerina parant lentæ retinacula viti Vbi *Seruius* Amerina retinacula virgas de quibus vites religantur:quæ virgæ abundant circa Ameriam oppidum Italiæ , cuius crebram in Roſciana fecit *Cicero* mentionem.

Ămĕrīmnon,{ ἀμέριμνον.GAL.Ioubarbe.IT.*Sempre viua.*GERM.Hauſswurtz.HISP.*Hierua puntera.*} ¶Herba eſt quæ alio nomine Aizoon maius appellatur *Autor eſt Pl.li.25.cap.*22.Nomen habet ab eo quòd curam & ſolicitudinem leuare putetur.ἀμέριμνος enim idem eſt quod ſolicitudinis expers.

Ămĕrină.Species eſt ſalicis arboris,quæ & Sabina appellatur.*Plin. lib.* 24.*ca.*9.Amerinæ nigræ ſemen cum ſpuma argenti pari pondere pſilothrum eſt.

AMĔRĬOLĂ,Oppidum in Latio.*Plin.li.3.ca.5.*

Ămēs,amitis,maſc.ge.{ AN. *A perche ſor an halk.*}Pertica aucupalis. *Ho. in Epodo,* Aut amite leui rara rendit retia.*Pallad.li.9.c.*12.Nunc in amitibus apparet aucupium noctuæ.

AMĔSTRĂTĪVS,ἀμέστρατος Siciliæ oppidum:cuius incolæ dicuntur Ameſtratini , ἀμεστρατῖνοι.*Autor Stephanus.*Horum meminit *Cicer.5. actione in Verrem* , Quid Ameſtratini miſeri,impoſitis ita magnis decumis?

AMĔSTRĪS,ἀμέστρις,Regina fuit Perſarum,vxor Xerxis,de qua multa *Herodotus.*

Ămĕthystŭs,{ אחלמה *achlámeh.*ἀμέθυστος.} Gemma eſt diluto violæ colore,fulgore purpuræ,non prorſus igneo,ſed in vini colorem deſinente:ita dicta ab α priuatiuo & verbo μεθύσκω, quod eſt inebrior:ſiue quod ebrietati credatur reſiſtere,*vt Ariſtoteli cum Magis conuenit:* ſiue (*vt Plinio placet*) quod vſque ad vini colorem accedens,prius quàm eum deguſtet,in violam deſinat.*Pl.lib.*37.*c.*9.quinque enumerat amethyſti ſpecies,ex quibus palmam tribuit Indico. ¶Amethyſtus quoque à nonnullis vocatur vuæ quædam ſpecies,virium tam infirmarum,vt nullo modo inebriet:vnde *Plin.lib.*14.*cap.*2. eam ſua ætate Inerticulam appellatam fuiſſe teſtatur.¶Ab Amethyſtus fit adiectiuũ Amethyſtinus,a,ũ, quod ex Amethyſto cõſtat,aut quod amethyſti colorem refert.[*Suet.in Ner.c.*12.Amethyſtino Tyrii coloris veſtis interdictus.Et Amethyſtinæ lanæ.*De quibus Martial.Epigram.*154. *l.*14.]¶Item Amethyſtinatus,amethyſtino colore ornatus,ſicut purpuratum dicimus veſte purpurea exornatum.*Mart.lib.*2. Hic quem videtis greſſibus vagis lentum , Amethyſtinatus media qui ſecat ſepta.

Ămĕthystīzōntĕs carbunculi,ἀμεθυστίζοντες ἄνθρακες,Optimum carbunculi genus, cuius extremus igniculus in Amethyſti violam exit. *Plin.lib.*37.*c.*7.

Ămĭă Piſcis eſt Pelamidi ſimilis,cuius incrementum ſingulis diebus in telligitur *Plin.li.*9.*c.*15.

Ămĭantŭs,ἀμίαντος,Lapis eſt friabilis in modum lanæ; alumini ſciſſili adeò ſimilis , vt pro eo à Seplaſiariis ſupponatur.Vulgus Gallorum vocat *Alumen plumeum* , falsò exiſtimans ſpeciem eſſe aluminis.Ex hoc lapide tenuiores conficiunt ellychnia,propterea quòd ab igne non conſumatur.Texitur quoque in veſtes & mappas , quæ ſordidatæ,igni purgantur. Diſcernitur ab alumine ſciſſili:quòd hoc aquæ innatet:amiantus autem mergatur. Guſtu quoque dignoſcitur: nam alumen ſciſſile ſubſtantiæ tenuitate linguam mordicat , & tandem exulcerat;amiantus verò acrimoniæ omnis,mordacitatíſque expers eſt.Ad hæc , Amiantus in ignem coniectus,perpetuo durat:alumen autem liqueſcit:bulláſque excitat.

Ămĭcĭnium,pen.multùm.prod.Veteris pediculus,ex quo vinum diffunditur. *Feſtus.*

Ămĭcĭo,cis, pen. corr. Præteritum amicui & amixi,amictum,veſtio,operio,&c.[*Vide Diom.lib* 1.]*Brutus in laudatione Appy Claudy* , Quæ te toga prætexta amicuit.*Varro aliter.*Sceleris magiſter amixit. *Horatius*,Et piper & quicquid chartis amicitur ineptis. *Suet.in Veſpa.* Dum ſalutabatur,& calciabat ipſe ſeſe,& amiciebat. Veteres amicibor dixe‹unt pro amiciar.*Plautus*,Subnixus alius me inferam,atque amicibor gloriosè.

Ămictorium,Veſtimentum puellare , candidum,& ſubtiliſſimum,ex lino. { מעטפת *maâtapháh* כתנת בר *chetoneth baah* צעיף *tzaâiph*, ἀμπεχόνιον.GAL.Vn habit de fin lin ſeruant aux filles.ITAL. *Boccaſſino.*GERM.Ein rein weyß vberkleid de döchteren HISP.*Veſtidura de lino.* ANG.*A rayle for a woman.*} de quo *Martial.in diſtichu.*{ *Epig.*149.*libr.* 14 }Mammoſas metuo,teneræ me trade puellæ , vt poſſint niueo pectore lina frui.

Ămĭctŭs,ctum,parrici.Idem quod veſtitus. { עטוף *hatéh.*ἀμπεχόμενος.GAL. Veſtu,couuert.ITA.*Veſtito.*GER Bekleidet/angethon.HIS *Veſtido.*ANG. *Cladde,clothed.*}*Cic.2.Philipp* Sedebat in roſtris collega tuus amictus toga purpurea in ſella aurea coronatus.

Ămĭctŭs,us. { מעטה *maâtéh.*ἀφίεσις,ἀναβολὴ,ἀμπέχωμα,ἀμπεχόνη. GAL. Veſtement,habit.ITAL.*Sopraueſte* GERM.Kleidung/vberkleid.HIS.*Veſtidura.*ANG.*An cholthing.*}Veſtis quæ ſupponitur aliis veſtibus , quaſi pallium.*Ci.1.Tuſc.*Mihi amictui eſt Scythium tegmen. *Tibullus*,Fruſtra tam veſtes,fruſtra mutantur amictus. ¶ Prouerbiali figura dixit *Catullus*,Contra nos tela iſta tua euitamus amictu,id eſt facile depel limus non ſecus quàm muſcarum inſultus.

Ămĭcŭlum,Genus veſtimenti,*autore Feſto*,à circumiectu dictum.{ תרדין *tachrich.*ἀμφίεσμα.GAL Manteau.ITA.*Manto.*GER.Ein kleid das man vber andere anlegt.HIS.*Cierta veſtidura.*AN.*A clooke.*}[*Velleius*,Amiculo pullo velatus.Amiculum purpureum muliebre.*Liu.lib.*34.Decet hoc amiculum.*Plau.Moſt ſc.*3 *a.*1.]*Cic.2.de Diuin.* Viſus eſt in ſomnis anticæ eſſe amictus amiculo. *Valer.Maxim.* Detracto etiam Ioui Olympio magni ponderis aureo amiculo , iniectóque ei laneo pallio. ¶Inde Amiculatus,amiculo indutus.*Solinus ca.*65.Pars nudi,pars obſcœna tantùm amiculati.

Ămĭcă,cæ, Quam quis amat inhoneſtè. { רעיה *raâáh.*ἑταίρα. GALL. Amie,amoureuſe.ITAL. *Amica,amoroſa.* GERM.Ein buel. HISP.*Amiga* ANGL *Alemmand*}*Horat ebiſt* 1.Vt nox longa quibus mentitur amica,diéſque.*Terent.in Andr.* Siue iſta vxor,ſiue amica eſt,grauida è Pamphilo eſt.

Ămĭcŭlă,diminutiuum ab amica. { φιλάριον. GALL. Amiette,petite amie.ITAL.*Amichetta.*GERM.Ein bule. HISP.*Pequeña amiga.* ANG. *A litle lemmande.*} *Plin.*Miſerat etiam epiſtolas Romam ad amiculam quandam.*Suet.in Calig.* Quotics vxoris vel amiculæ collum exoſcularetur.

Ămīcŭs,ſubſtantiuum,Beneuolus,neceſſarius , qui honeſto amore aliquem complectitur , & indiſſolubili familiaritatis iure eſt ei coniunctus)(inimicus. { אוהב *ahub* רעה *reâéh.*φίλος.GAL. Ami.ITA.*Amico.* GER.Ein freund.HIS.*Amigo.*AN.*An freind.*}*Paul.Iuriſ* Amicos appellare debemus,non leui notitia coniunctos,ſed quibus fuerint iura cũ patrefamiliàs,honeſtis familiaritatis quæſita rationibus.Intereſt autẽ inter amicum & amatorem:quòd amator venereè amat ad tempus:amicus verò honeſtè & in perpetuum.[Imò & pro Amatore. *Plaut.ſc.* 4.*a.*2.Oſculari viſa amicum ſuum(eum ſuprà amatorem)*Item,* Stulta es,qui æternum illum tibi amicum fore putas.*Plautus Moſtell.ſc.*3.*a.*1. Niſi ex fundis amicorum veſtrorum penus affertur(i.amatorum *Plaut. Pſeud.ſc.*2.*a.*1. Bis tantò ſunt amici inter ſe,quàm priùs (*Plaut.Amphitru.* (De amantibus dicitur.)fore amicum tibi ſempiternum atque amatorem proprium in vita.] Denique vt Donatus tradit:Amicus,animi eſt:Amator,corporis.*Cic.5.Verr.* Poteritne Alba tuus antiquiſſimus non ſolùm amicus,verumetiam amator abſoluere? ¶Mores amici noueris,non oderis,φίλου τρόπους γνῶναι μισήσῃς δὲ μή. *Porphyrion in Hora.* hunc verſum prouerbialem fuiſſe ait:quo admonemur, in amicorum moribus quædam vitia diſſimulanda ſic,vt intelligantur quidem,ſed tamen tolerentur,ne ſeuerior & oculatior in obſeruãdis amici malis ſubuertas amicitiam. [Niſi quis meliorem,quæ mihi atque amicis placeat conditio magis. *Plaut.ſc.*2.*a.*1. Ibo & conſulam hanc rem amicos , quid faciendum cenſeant. *Plaut.Meneh.ſc.*3 *a.*1. Narraui amicis conſilium.*Plaut.in Aulul.ſc.*Narraui. Amici compulerunt(illum reddere debitum)*Plaut.Curc.ſc.*3.*a.*5. Serua tibi perpetuum amicum me.*Plaut.Capt.ſc.*3.*a.*2. Noluit fruſtrarier vt decet velle hominem amicum amico , atque opitularier. *Plaut.Curc.ſc.*3.*a.*2. Pauci è multis amicis,qui certi ſient. *Plaut.Pſeud.ſc.*3.*a.*1.Amici autem & Amantis differentia quæ ſit,docet *Sen.Epi.*34. Quid facis ingenio ſemper amice meo.*Oui.Eleg.vltim.l.*3.*Triſt.Ibidem Eleg.* 2.*libro quarto* , Donáque amicorum templis promiſſa Deorum. *Et* 13.*Metamorph.* trepidóque fugam exprobrauit amico *Velleius.* Amicum habere malles Brutum , Inimicum Caſſium *Gell.c.*14.*lib.*16. Iscùm amicum amatúmque habuit.] ¶Amicorum communia omnia, τῶν φίλων κοινά. Ex hoc prouerbio Socrates colligebat omnia bonorum eſſe virorum non ſecùs quàm deorum. Deorum, inquit, ſunt omnia. Boni viri deorum ſunt amici:& amicorum inter ſe communia ſunt omnia.Bonorum igitur virorum ſunt omnia. *Refertur apud Euripi.in Oreſte.in Phœnic & in Andromacha:Apud Terent.in Adelp, apud Cice.1.Offic.& 1.de Leg.Citatur ab Ariſtot.lib. Moral.*8. *& à Plat. de Leg.*5.

¶Amicus certus in re incerta cernitur. *M.Tull.in Lal.* Seriarium hunc

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

hunc ex Ennio citat prouerbii ſpecie. Quo ſignificatum eſt amici fidem in rebus aduerſis explorari. ¶Nihil homini amico opportuno amicius. Gratiſſimum officium quod præſtatur in tempore: contrà intempeſtiuum officium plerunque moleſtum eſſe ſolet. ¶Viri infortunati procul amici, Ἀνδρὸς κακῶς πραύσαντος ἐκπροθὲν φίλοι. Parœmia notat mores amicorum vulgarium, qui hirūdinum ritu, pro ratione temporum aduolant ac deuolant. Aduolant, vbi res ſecundæ: deuolant, ingruente rerum tempeſtate.

¶Felicitas multos habet amicos, εὐτυχία πολύφιλος. Notior eſt ſententia, quàm vt requirat interpretem. ¶Amicus magis neceſſarius quàm ignis & aqua, Ἀναγκαιότερος πυρὸς καὶ ὕδατος ὁ φίλος. Herpobole prouerbialis, admonens neminem eſſe tàm diuitem aut potentem, quin opus habeat amicorum officiis. Ob id ipſum Latini amicos neceſſarios vocant, vt amicitiam neceſſitudinem. *Cic. ad hoc alludens ait in Lal.* Hodiéque vulgus indoctum habet in ore quod eſt veriſſimum, Tolerabilius viui ſine pecunia quàm ſine amicis. Nouos parans amicos, ne obliuiſcere veterum, Νέους φίλους ποιοῦ, τοὺς παλαιοὺς μὴ ἀπολλαττόμενον. Torqueri poteſt & ad mutua ſtudia, ad quæ conuenit nonnun quam reſpicere, etiam poſteaquam diuerſæ te addixeris diſciplinæ. *Hermol. Barbar. in epiſt quadam ad Picum Miránd.* ¶Mendico ne parentes quidem amici, Πτωχοῦ φίλοι οὐδ' οἱ γονῆς. Diuitiæ conciliant amicos: paupertas nec illos habet amicos quos natura coniunxit. ¶Vnus Deus, & plures amici. Εἷς Θεὸς, οὐ πολλοὶ φίλοι. Heſiodo tamen non probatur πολυφιλία, neque rurſum ἀξενία. ¶Amicos tragœdos æmulatur, τοὺς ὑπαίθρους τραγῳδοὺς ἀγωνίζεται, Suidas è Didymo citat, addens dici ſolitum de iis, qui ſeſe accommodarent, & morum ſeueritatem ſumerent, ad æmulationem aliorum. Sumptum ab hiſtrionibus. ¶Lingua amicus, ὁπὸ γλώττης φίλος, qui verbis oſtendit, non re præſtat beneficium. Aut qui non amat ex animo ſed beneuolentiam oratione præ ſe fert. ¶Cum amico non certandum æmulatione, Cum amico non certandum inuidia, Cum amico & bene merito non eſt ſuſcipiendum certamen, nequid obſcuretur amicitia propter æmulationem huiuſmodi comitem contentionum. Id innuit *Homer. in Odyſſ. 8.* τίς κε φιλέοντι μάχοιτο, id eſt, quis namque benigno cum hoſpite pugnet? ¶Pereant amici, dum vnà inimici intereant. Verſiculus refertur à *Cic. in Orat. pro Deiotaro* vt prouerbio iactatus. Congruet in illos, qui nec inimicis parcunt, nec amicis, modò quod ſmpensè cupiunt, aſſequantur. Verſus autem eſt immanis: quum humanitatis ſit & inimicos multos ſinere, ne lædas amicos. ¶Neque nullis ſis amicus, neque multis. Carmen illud Heſiodi, ſicut & alia pleraque, ceſſit in prouerbium: Μήτε πολύξεινος, μήθ' ἄξεινος καλέεσθαι, id eſt, Nec multis, aut nec nulli dicaris amicus. *Ariſt. lib. 9. Moral. 9.* tanquam prouerbio iactatum citat, quod prorſum citra vllius amici conſuetudinem viuere, ferinum atque injucundum eſſe videatur: rurſum nec vehementer amare poſſumus ſimul multos, nec pluribus morem gerere. Diuerſa tamen ſentit *Cic. in Lælio, & Plutarch. in Comment.* περὶ πολυφιλίας.

¶Vbi amici, ibi opes. *Plaut. in Truculento*: Verum eſt verbum, quod memoratur: Vbi amici, ibidem opes. Citatur & à Fabio prouerbij vice. *libr. Orator. Inſtitut. 5.* Senſus eſt, potiores eſſe amicos quàm pecuniam, & ad vitæ præſidium plus habere momenti amicos citra pecuniam, quàm abſque amicis opes. Valeat amicus cum inimico, ἐρρέτω φίλος σὺν ἐχθρῷ. Quadrat in eos qui toti ad ſe ſpectant, nec amici magis quàm inimici rationem habent, cuiuſmodi fertur Timon ille Miſanthropos. ¶Vſque ad aras amicus, μέχρι τῦ βωμοῦ φίλος εἰμί. Hoc reſpondit Pericles amico cuipiam, qui eum rogauerat, vt in cauſa quadām falſum deieraret. Admonet Adagium nonnunquam quo conſulamus amicorum commodis, eorúmque voluntati morem geramus, fas videri paululum à recto deflectere: verùm catenus, ne propter hominem amicum numinis voluntatem violemus. *Gell. Noct. Attic. lib. 1. cap. 3.* & *Plut. in libello*, περὶ δυσωπίας. ¶Verbo tenus amicus. In eum qui ſimulat oratione beneuolentiam, cæterùm longè diuerſa parans in animo, quadrabit illud ex *Homer. Odyſſ. 6.* Εἶπε δὲ θυμὸν Μειλιχίοις ἐπέεσσι, νόος δέ οἱ ἄλλα μενοίνα, id eſt, Animum præmollibus iſti Lenibat dictis, at mens diuerſa parabat. [*Item* adiectiuè ponitur. *Ouid. eleg. 3. libr. 3. Triſt.* Nec labentes oculos condet amica manus. *Idem Eleg. 4. lib. 1.* Si tamen hæc nauis vento ferretur amico. *Ouid. 5. Faſt.* Verbis ſolabar amicis. *Et El. 3. l. 3. Triſt.* Nec labentes oculos condet amica manus.] Amicus, ſi cum re inanimata iungatur, ſignificat vtile, vel gratum, vt, Amicus pratis humor, Amica frugibus æſtas. *Virgil. 2. Aeneid.* Tacitæ per amica ſilentia Lunæ. *Vbi Seruius*: Sibi grata. Amica quies, hoc eſt, Grata, iucunda, placida. *Ouidius.* Amicior, comparat. Amiciſſimus, ſuperlat. [*Plaut. Moſtel. ſc. 7. a. 1.* Salue amiciſſime mihi hominum omnium. *Item* Amiciſſimam amicitiam propinantes. *Plau. Pſ. ſc. 1. a. 5.*]

Ămīcŭlŭs, Diminutiuum ab Amicus. {GAL. Petit ami. ITAL. *Amichete.* GER. Ein freundlin. HIS. *Pequeño amigo.* ANG. *A litle freind.*} *Cic. 5. Ver.* Decimus amiculus meus. *Hor. in epiſt.* Diſce docendus adhuc, quę cen ſet Amiculus. Amiculus dulcis, *Catullus.*

Ămīcē, aduerbium: Beneuolè, cum amore & beneuolentia. {באהבה *beahabáh.* φιλοτέρως, φιλοφρόνως. GAL. En ami, amiablement. IT. *Amicheuolmente.* GE. Freundtlich. HIS. *Amigablemente.* AN. *Freindlie, amiablie.*} Bene atque amicè dicis, Verba domini ad ſeruum, *Plau. Pſ. ſc. 5. a. 1.* {*Ci. in Lælio*, Qui mihi tantum tribui dicis, quātum ego nec agnoſco, nec poſtulo, facis amicè. *Idem de Finib. 1.* Quos tu paulò antè, cùm memoriter, tùm etiam erga nos amicè, & beneuolè collegiſti. ¶Amiciter, ad uerb. pro Amicè. *Plaut. Perſ.* Quia meo amico amiciter hanc commoditatis copiam danunt, &c.

Ămīcābĭlĭs, le, {φίλιος. GA. D'ami, amiablement fait. IT. *Conueniente ad amico.* GE. Das zur freundtſchafft gehört. HIS. *Coſa digna de amigo.* AN. *Pertening to a freind.*} *Pl. Mil.* Vos modò porrò vt occepiſtis, operam dare amicabilem, hoc eſt, quam dare debet amicus.

Ămīcārĭŭs, ab amica [Amicarius qui amicam præbet: Amicoſus, qui multas amicas habet: *Diomed. l. 1.*] vt à charta, chartarius, chartoſus, à lactuca, lactuarius, lactuoſus, à culcitra, culcitrarius, culcitroſus. *Diomedes Gramm. lib. 1.*

Ămīco, as, are, Concilio, propitium reddo. {עזר *hathár.* φιλοποιῶμαι, συνάγω. GA. Faire ami. ITAL. *Fare amico.* GERM. Freundt machen. HIS. *Hazer amigo.* ANG. *To make freind fullor amiable.*} *Stat. 3. Theb.* Ac prior Æolides ſolita prece numen amicat.

Ămīcĭtĭă, Famillaris neceſſitudo, beneuolentiæ coniunctio. {אהבה *ahabáh* ידידות *jedhidhúth.* φιλία. GALL. Amitié. ITALL. *Amicitia, amiſtà.* GERMAN. Freundtſchafft. HISPANI. *Amiſtad.* ANGL. *Freindſkipe, amitie.*} ab Amicus, eſt ſtudiorum omnium voluntatúmque conſenſus. *Cic. in Lal.* Eſt autem amicitia nihil aliud, niſi omnium diuinarum, humanarúmque rerum cum beneuolentia & charitate ſumma conſenſio. [*Ouid. El. 7. l. 1. Triſt.* Illud amicitiæ ſanctum & venerabile nomen. *Ibid. El. 5. l. 4.* Teque præſta conſtanter ad omne Indeclinatæ munus amicitiæ. *Gell. c. 6. l. 8.* Amor amicitiæ.] Contrarium eſt inimicitia. *Ennius*, Amicitiam atque inimicitiam in fronte promptam gero Sed in frequentiore vſu inimicitiæ dicuntur plurāli tantùm numero ¶Ollæ amicitia, χύτρης φιλία: &, Feruet olla, viuit amicitia, ζεῖ χύτρα, ζεῖ φιλία, in amicos iſtos vulgares quadrabit, quos patina, non beneuolentia conciliat.

¶Amicitiæ perſonam detrahere, τὸ πρόσωπον ἀφελεῖν τῇ φιλίᾳ dicitur, quum aperte quæ ſentimus animo, tùm facimus, tùm loquimur apud amicos, & quicquid in pectore clauſum eſt, id præ nobis ferimus. Vultus enim ab animo diſcrepans, perſona verius eſt quàm vultus.

¶Amicitiæ ſtabilium, felicitas temperantium. *Ariſtot. Martial. Eudem. 7.* Ὀρθῶς λέγεται, ὅτι ἡ φιλία τοῖς βεβαίοις, ὥσπερ ἡ δυσμενία τοῖς αὐτόρροις. Quo admonemur, Amicitiam quidem virtute (quæ ſola eſt ſtabilis, fortunæque ludibriis non obnoxia) conciliari oportere: felicitatem verò hominis non in facultatibus ſitam eſſe (quæ cupiditatem animi non explent, ſed irritant) verùm in hoc vt ſuam quiſque fortunam bóni conſulat.

¶Amicitias immortales, inimicitias mortales eſſe oportet: *Tit. Liuius vice prouerbij ſumi refert lib. 10. de bell. Maced. & Aſiatico.*

¶Multas Amicitias ſilentium diremit, πολλὰς φιλίας ἀφεστηκυῖα διέλυσεν. Admonet adagium aſſiduo conuictu ac frequentibus alloquiis neceſſitudines ali, intermiſſione & abſentia diſſolui. *Meminit huius adagij Ariſt. lib. Moral. 8.* [Amicitia etiam cum malis eſſe dicitur: *Plau. pſ. ſc. 3. a. 1.* Amicitia eſt antiqua (mihi cum lenone ſup.)]

ĂMĪLCĂR, aris, pen. genitiui corr. ἀμίλκαρ. Punicum nomen eſt, quo vocati ſunt aliquot illuſtres Carthaginenſium duces, quorum præcipuus fuit Annibalis pater qui filium irreconciliabili illo erga Romanos odio primus imbuit. ¶Fuit & alter Alexandri magni tempore, qui quum ciues ſui creſcentes Alexandri vires extimeſcerent, exulem ſe fingens, ad eius caſtra transfugit. Receptus itaque ab Alexandro in militiam, & conſiliis adhibitus, ſuis omnia ciuibus in tabellis ligneis, cera ſuperinducta perſcribebat.

AMILVS, Vrbs Arcadiæ *Steph.* & fluuii nomen *Vida*, Anulus.

Ămīnĕum, Genus vitis: vnde Aminæa vua, & Aminææ vites. *Virg.* Sunt & aminææ vites firmiſſima vina. A regione autem ita vocabantur: & Aminæi fuerunt, ibi nunc Falernum eſt, vt Macrobius teſtatur. Quod facit vt mirer Seruium tantum Grammaticum ſcripſiſſe Aminæum dictum quaſi ſine minio, hoc eſt, ſine rubore, quoniam natura album eſt. Alij Ammineum ſcribunt, geminato m pen. corr. Vnde & verſum Virgilii ſupra citatum ſic reſtituerunt. Sunt etiam Ammineæ vites, &c. Et ita eſt. Nam ſine diphthongo eſſe ſcribendam penul. etiam *Beroaldus ex Auſonij verſu in Columellam* demonſtrat: Solus qui Chium miſcet & Ammineum.

ĂMĪPSĬĂS, ἀμειψίας, Poëta comicus Athenienſis, *Suida.* Huius meminit Laërtius in Vexate.

AMISIVS: Fluuius eſt Germaniæ, quem Amaſiam à Strabone vocari ſuprà diximus: Hic in Friſia Orientali iuxta Emdam ciuitatem in Oceanum influit. Germani hunc fluuium ſua lingua *Die Embs* vocant, quaſi Emy ſium dicas. *Meminit eius Plin lib. 4. c. 14.*

AMISTIDES, , lapis eſt, quem qui ſecum geſtauerit, inebriari non poterit.

AMIS, itis, eſt lignum bifurcatum, per quod venatores expandunt retia, ad capiendas feras.

AMISVM, ἄμισον, ſiue Amiſus, ἄμισος *Stephano*, Oppidum eſt inſigne in confinio Paphlagoniæ & Cappadociæ, diſtans à Sinope cxxx. M. paſſus. *De hoc Plin. lib. 6 c. 2.*

Ămĭtă, penultima correpta, Theop. Patris mei ſoror, quaſi à me tertiā ſit, atque auia videri poſſit, vel quia à patre meo amata eſt. {πατρὸς ἀδελφή, ἢ πατρὸς θεία. GAL. Tante du coſté du pere. ITAL. *Zia.* GERM. *Des vatters ſchweſter.* HISPA. *La tia, hermana de mi padre.* ANG. *The faſher ſiſter.*} Nam plures ſorores à fratribus, quam fratres diligi ſolent, propter diſſimilitudinem perſonarum, quæ ideò minus diſſenſionis habent, quo minus æmulationis. Maior amita dicebatur, aui & auiæ amita: ſicut & Maior auunculus, aui & auiæ auunculus. *Liuius*, Adoleſcens inde ſe ad Ebutiam amitam contulit. * Amita item Pediculorum oppidum eſt. Ager autem Pediculorum eſt Brunduſio coniterminus.

AMITERNVM, ἀμίτερνον, vrbs Campaniæ, ex qua Criſpus Salluſtius natus perhibetur. *Hodie* Aquila *dicitur. Plin. l. 3. ca. 5.*

Ămĭtĕrnŭs, adiectiuum: vt, Amiterna cohors *apud Sil. Ital. libro 8.* Item Amiternus ager, *Mart. lib. 13.* Nos Amiternus ager fœlicibus educat hortis.

ĂMĪTHĂŌN, ἀμιθάων, Pater Melampi vatis. *Stat. Theb. 3.* ſolers tibi curā futuri Amphiaraë datur, iuxtaque Amithaone cretus Iam ſenior, ſed mente vireṅs, Phœbóque Melampus. ¶Amithaonia domus. *Propertius* Mox Amithaoniā nupta futura domo. [*Tib. 4.* Queis Amithaonius ne queat certare Melampus.]

AMITHOSCVTA, Regio Arabiæ. *Plin. l 6. c. 28.*

AMITHINENSES, Italiæ populi in tractu Herruriæ. *Plinius lib. 3 c. 5.*

Ămĭtīnī, penultima producta, *autore Nonio* dicuntur ii, quorum alter ex fratre, alter ex ſorore eſt genitus. {οἱ παῖδες τῶν ἀδελφοῦ, ἢ τῆς ἀδελφῆς ἀνεψιοί. GALLIC. Couſins germains, les fils du frere & de la ſœur. ITAL *Figlioli di fratelli & ſorelle, cugini germani.* GERM. Geſchwiſteren kinder. HISP. *Primos hijos de hermanos.* ANG. *Brother and ſyſter ſones.*} Duorum autē fratrū filii patrueles, ſororū verò liberi Conſobrini appellantur.

Ămittō, Dimitto, [Abire permitto] ἀποπέμπω. *Terent. Heaut.* Nam ſi ſemel tuum animum intellexit, Priùs proditurum te tuam vitam & priùs pecuniam omnem, quàm abs te amitti filium. Hui, &c. *Sic Pla. in Capt.* [Et te, & hunc amittam: hinc alio pacto abire non potes. *Et Men. ſc. 2. a 5.* Perditum amittunt domum. *Item*, Vt nos te hinc amittamus, (ſuprà, ſaluum ſi te mittamus hinc) *Plaut. Milit. ſc. 5. act. 4.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Amittere captiuum. (i. finere abire) *Pl. Capt. prolog. Et sc. 2. a. 2. ter.* Parasitum ne amiseris. (i. ne abire finueris) *Plaut. Curc. sc. 2. a. 5.* Me amisisti liberum: Liberum te ego iussi abire? Ne quid animæ amittat dormiens. *Plaut. Aul. sc. 1. a. 2.* Animam amittunt, priusquam loco demigrant. *Plaut. Amph.* Manibus amissis prædam. *Pl. Mil. sc. 5. a. 2.* Qui occasionem amisisti tam bonam. *Pl. Most. sc. 2. a. 2.* Certum est istam rem inquisitam non amittere (i. relinquere illam) *Plaut. Amphitr. sc 3. a. 2. & sq. 2. a. 4.* Nucleum amisi, reliqui putamina *Plaut. Capt. sc. 4. a. 3.* Item, Ad patrem hunc amisi Tyndarum (i. curaui vt ad eum mitteretur) *Pl. Capt. sc. 4. a. 3.*] Item amittere, significat perdere, & iacturam facere. [*Plaut Capt. sc. 2. a 1.* Tùm nostra bona intelligimus, cum amisimus *Item*, Nihil nobis magis placet, quàm quod amissum est. *Sen. c. 16. de Consol. ad Mar.* Amissa coniuge mœstus erat Orphæus. *Ouid. El. 1. lib. 4. Trist. bis.* Non es vt amisso coniuge digna fleas. *Ouid. Eleg. 3. lib. 4. Trist.* Amittere agros, mox perdere dicit *Velleius.* Amissámque meam virtutem voce reposco. *Ouid. 13. Metam.*] {אבד *ibbádh.* ἀπόλλω. GALL. Perdre. ITA. *Perdere.* GERMA. Verlieren. HIS. *Perder.* ANGL. *To letgo, to ose.*} *Sallusti.* Iampridem equidem nos vera rerum vocabula amisimus, quia bona aliena largiri liberalitas: malarum rerum audacia fortitudo vocatur. ¶ Item ignoscere. *Idem in Eunucho*, Vnam hanc noxam amitto, si aliam admisero vnquam, occidito. ¶ Item adimere. *Plautus in Asin.* Cur ergo minaris te tibi vitam esse amissurum.

*Amissio, Verbale, ἀπώλεια. Rei alicuius petitio, & iactura. *Cic. 3. de Fin.* Amissio sensuum. *Et in Pisonem*, Amissio dignitatis. *Ibidem*, Oppidorum turpis amissio.

Ammiios, ἄμμι *Dioscoridi*, Herba est caule rotundo, surculis multis & exiguis, folio oblongo, angusto, per ambitum incisuris diuiso, flore paruo & candido, vmbella anethi, semine multo exiliore quàm cuminum, gustu origanum præ se ferente, acri nimirum & subamaro, radice candida & capillosa, à nonnullis pipercula dicitur. *Apud Plin. l. 20. cap. vlt.* Legitur genitiuus Ammij, tanquam à nominatiuo Ammium. Anethi, inquit, & fœniculi seminis, & ammij. Officinis vocatur Ameos.

Ammōn, onis, ἄμμων, Suidæ, siue (vt alij malunt) Hammon, Iupiter appellatus fuit, qui in desertis Libyæ sub arietis forma colebatur. [*Germ.* Ein zunam Iouis.] Cuius appellationis ratio hæc fuisse traditur: Quum Liber pater per desertum Lybiæ exercitum duceret, vniuersa iam Asia deuicta, & siti admodum laboraret, imploratse à patre auxilium dicitur. Qui facto, apparuisse ei extemplò arietem: quem dum fugientem persequitur, peruenisse illo duce ad fontem amœnissimum. Quapropter desiderio potitum, existimasse arietem illum fuisse Iouem, eique templū miræ magnitudinis in arena constituisse, & Deū Iouem, eique templū miræ magnitudinis in arena constituisse, & Deū vocasse Ammenonem, hoc est, Iouem arenarium. Sunt qui dicant linguā Ægyptia Ammon Iouem dici: hinc corrupto nomine Ammonem vociratum. Alij tradunt Ammonem dictum ab Ammone quodam pastore, qui primus illic templum ædificauit. Huius meminere Suidas, & Aristophanes ἐν ὄρνισιν.

Ammochrysus Gemmæ nomen, ἀμμόχρυσος. *Pl. l. 37. cap* 11. Arenarum similitudine est in ammochryso, velut auro arenis misto.

Ammodites, ἀμμοδύτης, Serpens est viperæ sim lis arenosi coloris, vnde nomen accepisse videtur. A nonnullis Cenchrias dicitur, quod caudam habeat duram instar milij. *Aet. lib. 13. c. 25* ¶ Alij Ammoditem piscem esse volunt, fusi formæ ad longitudine, maxima parte album, suauem & elixum, & frixum. Arenis sese occultat, eruiturque à piscatoribus palā: aut in æstuariis calcando excipitur fagenæ, vel verriculi genere.

AMMONETHVS, Insula Arabiæ. *Pl. l. 6. c. 8.*

Ammōnĭa, ἀμμωνία, Regio mediterranea Libyę, in qua Iupiter Ammon colebatur, ita dicta ab arenæ copia, quæ ἄμμος Græcis dicitur. [*Germ.* Ein sandechtige landschafft in Lybyen.]

Ammōniacum, ἀμμωνιακόν, Est gutta siue lachryma ferulæ in Libya nascentis quæ à Dioscoride Agasyllis, à Plinio Metopion appellatur. Nomen habet ab arenis, quas Græci ἄμμους appellant, propterea quod ab arbore sua destillans, in subiectas arenas decidat atque in iis in grumos quosdam thuris more concrescat. Aut certè ab Ammone Ioue, qui in desertis Libyæ in locis arenosis templum habebat, circa quod hoc ferulæ genus præcipuè nascebatur. *Plin.* Ammoniaci lachrymam vocat, eo (opinor) consilio, ne quis homonymia deceptus, Ammoniacum salem intelligeret, qui ab ammoniaci gutta omnino est diuersus. *Vide Dios. l. 3. Plin. l. 12. c. 23.*

Ammōnĭăcus sal, ἀμμωνιακὸν *Dioscoridi*, Terræ salsugo est in Libyæ arenis crescente luna efferuescens, alumini scissili non dissimilis, glebis oblongis, venisque in longitudinem rectis. Inuenitur potissimum in tractu Cyrenaico, & iuxta Iouis Ammonis templum, vbi ab accolis effoditur, terræ tumorem, veluti certissimum indicium, sequentibus. ¶ Ammoniaci igitur nomen sortitus est, aut ab arenis sub quibus inuenitur, ab Ammonia regione Libyæ, in qua Iupiter Ammon colebatur, circa quam præstantissimus erui perhibetur. *Vide Plin. li. 31. ca. 7. & Dios. li. 5.* Hodie natiuo, veróque Ammonico sale caremus: nam qui à Septasiariis nobis offenditur factitius est.

Ammōnis cornu, ἄμμωνος κέρας, Gemma est aureo colore, arietini cornu effigiem repræsentans, quæ somnia vera afferre perhibetur. *Auior Pli. lib. vlt. cap.* 10.

Ammōnĭtrum, ἀμμώνιτρον, Massa est constans ex arena molis trita, & tertia parte nitri: ex qua recocta fit nitrum purum & candidum. *Plin. lib. 36. cap. 26.*

Ammōnĭus, ὁ ἀμμώνιος, Alexandrinus philosophus fuit, Origenis & Porphyrii coætaneus: *de quo vide Euseb. in hist. Eccl.*

Ammothĕa, ἀμμόθεα, Nymphæ nomen est, ita dictum ἀπὸ τῆς ἄμμου καὶ θέειν: quasi per arenam currens.

Amnenses, Amnium accolæ. {ἀμφιποτάμιοι. GALLI. Ceux qui demeurent pres des riuieres. ITA. *Quelli ch'habitano appresso'l fiumi.* GER. Die bey pechen wohnen. HISP *Moradores cerca del rio.* ANG. *which dwelleth by riuers.*}

Amnestĭa, {נשיה *neschijáh.* ἀμνηστία. GALL. Oubliance. ITAL. *Dimenticanza, oblio.* GERM. Vergässung. HISP. *Olu dança.* ANGLIC. *Forgetting, oblion.*} Cum accentu in penultima, Latinè præteritorum iniq; perpetuum obliuio dicitur, quasi lex obliuionis: ab ἀμνηστέω: id est, immemor sio, obliuiscor. *Cic. 1. Phil.* Ieci fundamenta pacis, Atheniensiumque renouaui vetus exemplum, Græcum etiam verbum ἀμνηστία vsurpaui, quod tum in sedandis discordiis vsurpauerat ciuitas illa, atque omnem memoriam discordiarum perpetua obliuione delendam censui.

Amnis, {נהר יאור *nahár* יאור *jeór.* ποταμός. GAL. Fleuue, riuiere. ITAL. *Fiume.* GERM. Ein fluss/ein bach. HISP. *El rio.* ANG. *A flude, a riuer.*} Fluuius: ab Am, circum, & No, fluo, quoniam flexuoso meatu labitur: vel ab ambio. Omnia enim flumina circumeunt, ideóque cornuta pinguntur. Nec desunt, qui à Græco ἀμνὸς deduci malint, quod etiam Suidas fluuium interpretatur. Hinc etiam ἀμνισίδας νύμφας à Callimacho dici putant, pro amnicis. Sic enim habet ille in Hymno Dianæ, Δὸς δὲ μοι ἀφ' ἑλείους ἀμνισίδας ἕπτα νύμφας. Hoc est, Da mihi fabulas Amnisidas viginti Nymphas. Verùm hoc potiùs deductum videtur ἀπὸ τοῦ ἀμνισοῦ, quod proprium nomen est fluuij in Creta, à Suida quoque commeratum: quod etiam Callimachi interpres annotauit his verbis, ἀμνισὸς ποταμὸς Κρήτης, ἀφ' οὗ ἀμνισίδες, Κρητικῶς, id est, Amnisus fluuius Cretæ, à quo Amnisidas, hoc est, Creticas. *Virg. 1. Geor.* Atque alius latum fundā iam verberat amnem. *Plin. lib. 20. cap. 32.* Halcyones subeunt & in amnes.

¶ Ponitur & pro torrente. *Virg. 4. Æneid.* Ruunt de montibus amnes. [*Ouid El. 2. l. 4. Trist.* Amnes, lacus, montes in triumpho. *Ibid. El. 1.* Aduersa tardam qui vehit amne ratem.]

Amnĭcŏla, læ, {ποτάμιος. GALLI. Qui habite pres de riuiere. ITA. *Quello ch'habita appresso'l fiume.* GERM. Der bey einem fluß wohnet. HIS. *El morador que mora cerca del rio.* ANG. *which dwelleth by a riuer.*} Amnis accola. *Ouid. 10. Metam.* Amnicolæque simul salices, & aquatica lotos.

Amnĭcŭs, a, um, Significat fluuiale. {ποτάμιος. GALLIC. De riuiere. ITAL. *Di fiume.* GERM. Das des fluß oder bachs ist. HISP. *Cosa perteneciente al rio.* AN. *which belongeth to a riuer.*} vt Stirps Amnica, *apud Apulæum Plinius libro. 3. cap* 35. Insula in Sao Matubarrhis, amnicarum maxima.

Amnŭs, Insulæ Dolicæ in Arabia fluuius. *Plin. l. 6. 28.*

Amo, amas, amare, Diligo, charum habeo, studio prosequor, beneuolentia complector, magno amore in aliquem sum. {אהב *ahább* חבב *chabáh.* φιλεῖν. GALL. Aimer. ITAL. *Amare.* GERMAN. Liebhaben/lieben. HISPAN. *Amar con affection.* ANGL. *To loue hartelie.*} [Ita tu me ames, ita te Philolaches amet vt venusta es! *Plaut. Most. sc. 3. a. 1.* Neque amatorem inuenire queo qui amet me. *Idem Pse. sc. 1. a. 3.* Quamobrem vitam amet. *Plaut. Ibidem sc. 1. a. 5.* Næ si te dij amant (alias amabunt) linguam comprimes. *Plaut. Mil. sc. 6. act. 2.* Amant te omnes mulieres. *Plau. Mil. sc. 1. a. 1.* Dij me seruant atque amant. *Plaut. pse. sc. 2. a. 2.* Pariter pereunt amando atque insaniunt. *Plaut. Curc. sc. 3. a. 1.* Quum est pauxillum amare sanè, Insanè, non bonum. *Plaut. Curc. sc. 3. a. 1.* Dij me omnes adiuuant, augent, amant, *Plaut. Men. sc. 3 a. 3.* Qui amat si egeat misera afficitur ærumna. *Plaut. Curc. sc. 2. a. 1.* Id quod amo, careo. Et quod amas, adducam. *Plaut. Curc. sc. 2. act. 1.* Qui quod amat videt, nec potitur. *Plaut. Curc. sc. 3. a. 1.* Ita me amabit sancta saturitas *Plaut. Capt. sc. 1. a. 4.* Ita te amabit Iupiter, vt tu nescis. *Plaut Aul. sc. 6. a. 4.* Ita me dij amabunt. *Plaut. Aul. sc. 5. act. 3.* Amo quia non adest. *ibid.* Scibo vtram me magè amet, an marsupium. *Plaut. Menæh. sc. 4. a. 2.* Amando ne exorarier te vis, an osculando. (i. blandiendo. *Plaut. Asin. sc. 3. a. 2.* Hic homo te amat. *Ibid sc. 1. a. 5.* Amat, sapit, rectè facit, animo quandoque obsequitur suo. *Plau. Amph. Idem Asin. sc. 1. a. 3.* Vt miser est qui amat? *Plau. Asin. sc. 3. a. 3.* Salue Dij te ament. *Plaut. Mostel. sc. 4. a. 1.* Decet me amare. *Plau. Men sc. 1. a. 1.* Dii te ament Megadore. *Plau. Aul sc. 4. 1.* Ita me bene amet Lauerna. *Plaut. Aul. sc. 2. a. 3.* Libet amare potare. *Plaut. Mostel. sc. 1. a. 1.* Quid agitur? Amatur atque egetur. *Plau. sc. 3, a. 1.* Ita me Venus amet. *Plaut. Curc. sc. 1. a. 4.* Dii te, Deæque ament, & neque ament neque faciant bene. *Plaut pseud. sc. 3. a. 1.* Ita me dii ament vt sapit multum. *Plaut. Most. sc. 3. a 1.* Te amo, & metuo. *Plaut. Pseud. sc. 1. a. 4.* Quod te amo, operam nusquam potui melius ponere: tu me amas ego te, meritò fit. *Pl. Most, sc. 3. a. 1. Cæsar.* Nunquam te aspiciam posthac, At certè semper amabo. Verum amo. vide verum. Amo medullitus, vide Medullitus. Corde amare, Vide Cor. Amare à Lenone. Vide Leno,] *Cic. Dolab.* Quis erat, qui putaret ad eum amorem, quem erga te habebam, posse aliquid accedere? tantum tamen accessit, vt mihi denique nunc amare videar, antè dilexisse. *In eodem sensu idem Cic. ad filium*, Sed tamen vt scires eum non à me diligi solùm, verumetiam amari. *Terentius tamen contrarium posuisse videtur, quum inquit*, Non pol, quò plus quenquam amem, aut plus diligam, eò feci. Quòd si Amo absolutè ponatur, capitur pro Amore captus sum: hoc est, esse in amore. *Plaut.* Amat filius: certum est. [Amare pro Orare: Amare te multùm ait, vt hoc ad Aurificem deferas. *Plaut. Men. sc. 3. a. 3.* Scin quid te amabo vt facias? *Plaut. Ibid. sc. 4. a. 2.*] Amat item pro Solet. [*Quintil.* Amat fieri] *Tacit. libr. 4.* Memorię Drusi eadem quæ in Germanicum decernuntur, plerisque additis, vt fermè amat posterior adulatio. Tractum à Græcis apud quos φιλεῖ, Solet interdum significat. Composita huius verbi sunt Adamo, Deamo, Redamo, & Peramo.

Amābo, {נא *na.* ποιῶ δή. GAL. Pour Dieu mon amy, s'il vous plaist. ITA. *Di gratia.* GERMA. Ey lieber. HISP. *Por mi amor.* AN. *I pray yowe, I beseik yowe.*} Interiectio blandientis Comicis. *Plaut.* Noli, amabo, verberare lapidem, ne des manum. *Idem Curc. sc. 3. a. 1.* Noli amabo verberare. *Item*, Amabo aduorte animum. *Plau. Men. sc. 4. a. 2.* Quin amabò is intrò, *Ibid.* Iam amabò, desine ludos facere. *Pla. Men. sc. 4. a. 2.* Amabo te palàm redde: Cedo amabo decumbe. *Plaut. Molest. sc. 3. a. 1.* Duce me amabò. *Ibid. sc. 4. a. 1.* Quin amabò accubas, *Ibid.*] ¶ Quidam exponunt, Græcum erit. *Gell. l. 11.* Amabo mi fili quiescas. ¶ Sæpe etiam habet adiunctum accusatiuum. *Cic. ad Attic.* Cura, amabo te, Ciceronem nostrum.

Amāns, particip. Significat eum vel eam, qui vel quæ amat, pudicè vel impudicè. {אהב אהבת *ohéb* חבב *chobéb.* φιλῶν, ἐρῶν, ἐρῶσα. GALL. Amant, amoureux. ITAL. *Amante in amoreto.* GERM. Ein liebhaber/oder ein liebhaberin. HISPA. *El que ame, amador.* ANG. *Louing, which loueth.*} *Cicero*, Nihil difficile amanti puto. Amo autem, & semper amaui nimium studia & mores tuos. [Accubantes, potantes, amantes. *Plaut Pseud. sc. 1. act. 5.* Tuæ amantis abeuntis egeo. *Plaut. Asin. sc. 3. act. 3.* Amantem vo-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

xoris,mox oſorem. *Ibid.ſc.2.a.5.* Vbi amans adoleſcens ſcortum liberet. *Plaut Capt.ſc.5.a. 5.* Amantes propinantes vinum dabant Veneri. *Idem Curc.ſc.1. a.1.* Miſero amanti ebibit ſanguinem Amica. *Pl.Curc.ſc.3.a.1.* Impreſſiones arctę amantum corporum *Pl.Pſ.ſc.1.a. 1.* Non iucundum eſt,niſi amans facit ſtultè. *Plau.Pſeu.ſc.3. a.1.* Vbi amans adoleſcens ſcortum liberet *Plaut.Cap.ſ.5.a.5.* Amantum animo inlecebra munditia.Et amanti amœnitas malo. *Plau.Men.ſc.3. a. 2.* Senſit amans ſua damna,ſerè tamen hæret in illis. *Ou.El.1.l.4 Triſt.* An quod amantes non longè à caro corpore abeſſe volunt, *Catul. de Com.Beren.*] Cum genitiuo conſtructum,tranſit in nomen:vt,Amans quietis,ἡσυχίου. ¶Interdum ſubſtantiuè accipitur in eadem ſignificatione qua amator,ἐραστής. *Ouid.1.de Arte*,Palleat omnis amans: color eſt hic aptus amanti.[Amicum & amatum eum habuit *Gel.cap. 19.libro 16.*]

Ămānter,aduerbium.Significat benevolè,vel cum amore.{באהבה *beahaváh.*φιλικῶς. GAL.Amoureuſement,en amy. ITAL. *Amarevolmente.* GERM. Freundlich/mit liebe. HISP. *Amoroſa y amigablemente.* ANGL. *Louinglie.*} *Cic. Attico*,Valde hoc velim amanter diligentérque conficias. *Plin Epiſt.* Nos,vt amicos paternos,& amanter & modeſtè complectebatur.

Ămāſco,veteres inchoatiuo dixerunt ab amo. *Diomed.Gram.li.1.* Item ab amo veteres inchoatiuo dixerunt amaſco,vnde & amaſcos amatores dicebant.

Ămāſcŭs,id eſt,amator ἐραστὴς *Diomed.Gram.li.4.& Plau.in Truculento.* Iucundulos amaſcos.

Ămātĭo,Amor Venereus. ἔρως. *Plau.in Pœnul.* Acerba amatio eſt *Idem in Mere.* Cum tua amica,cumque amationibus.[*Idem in Cap ad fin.* Nulla hic amatio eſt.]

Ămātor. {מאהב *meahéb.* ἐραστὴς. GALLIC. Amoureux. ITA. *Amatore.* GER. Ein liebhaber. HISP. *Amador.* ANGL. *A louer.* }& in bonam & in malam partem accipitur.In bonam. *Cic.de Vniu.* Qui ſapientiæ amatorem ſe profitetur. *Cic.ad Attic.* Bibliothecam tuam caue cuiquam deſpondeas,quanuis acrem amatorem inueneris. ¶In malam: vt,Amator mulierum.[Amator meretricis. *Plaut.Moſtell.ſc.3. a. 1.* Tu magnus amator mulierum es. *Pl.Men.ſc.1.a.2.* Callidoro amatori ſuo. *Plau.Pſe.ſc.1.a.1.* Non eſt iuſtus amator niſi qui perpetuat danda. *Ib. ſc.3.a.1.* Amatorem non inuenire. *Ibid.* Amatoribus fiat. *Ibid.ſc.4.a.1.* Age ſurge amator,i domum. *Plaut. Aſin.* (*ter*) Quantuſque amator, *Pl. prol.Amph.* Amator quaſi piſcis eſt. *Aſin.ſc.3.a.1.* Vbi ſunt amatores mariti. *Pl.Men.ſc.2.a.1.* Amatores aues ſunt. *Ibid.* Auro contrà cedo modeſtum amatorem. *Plaut.Curc.ſc.3.a.1.* Amatores ſic decet animatos eſſe,vt ad mendacitatem ſe properent detrudere. *Plaut.Curc.ſc.2.a. 1.* Non veſtem amatores mulieris amant,ſed fartum(i.corpus) *Pl. Moſt. ſc.3.a.1.* fore amicum ſempiternum & amatorem proprium in vita. *Ibidem.*] *Terent.in Eunuch.* Amatores audigram eſſe mulierum eos maximos. *Cic.3.Tuſcul.* Aliud eſt eſſe amatorem,aliud amantem ¶Sunt qui ita diſtinguant inter Amatorem,& Amantem,vt Amator dicatur,qui multis ſe amoribus implicat,naturáque ad amandum eſt procliuis: Amans qui ex cauſa amat,etiamſi alioqui natura ſua in amorem admodum ſit propenſus. Amator item fingere poteſt in amante nihil ſimulati.

Ămātŏrcŭlŭs,diminutiuum,ἐρωτύλος. Nam quæ ſedulò munditer nos habemus,vix ægrè amatorculos inuenimus.

[Amatrix. *Plaut.Aſin.ſc.1.a.3.* Satis dicacula es amatrix.]

Ămātōrĭē, aduerb. Quod eſt ad ſimilitudinem amantis. {ἐρωτικῶς. GAL.Amoureuſement,en amoureux. ITAL. *Amantemente.* GERMA. Liebhabender weyſe nach. HIS. *Amoroſa y amigablemente.* ANGL. *Louing ie,after the maner of louers.*} *Cic.2.Phi.* Erat enim amatoriè ſcripta epiſtola. ¶Amatorię quoque nonnulli vnam ex Muſis eſſe voluerunt,quæ Græcis Erato dicitur,decepti nimirum corrupto Ouidij verſiculo ex Epiſt.Sapphús ad Phaonem,quem ſic legunt. Tilis Amatorie,vilis mihi candida Clio. Quem Ouidij locum ſi quis propiùs expendat,facilè deprehendet,non de Erato & Clio eſſe intelligendum: ſed de Amythoue & Cydno Lesbiis mulierculis,quibus illa ad portenſam libidinem abutebatur. Subdit enim, Quas non ſine crimine amauit: Quod,quàm rectè conueniat Muſis virginibus,quiuis facilè intelligat.

Ămātōrĭum,Quod ad amoris inſaniam impellit,φίλτρον: vt amatorium poculum. Sic amatorium virus,*apud Plin.l.8.c.22.& l.13.c.23. Quint.l.7.* An amatorium venenum ſit nécne.

Ămātōrĭŭs,a,um,Quod ad amorem pertinet,ἐρωτικῶς. *Cic.3.Tuſ.* Anacreontis tota poëſis eſt amatoria.

Ămābĭlĭs,le,Dignus amari,dulcis,ſuauis.{ידיד *jedhédh.* ἐράσμιος. GA. Digne d'eſtre aimé,amiable. ITA. *Amabile,digno d'eſſer amato.* GER. Lieblich/Das wirdig iſt lieb zu haben. HI. *Digno de ſer amádo.* ANGL. *worthie to be loued.*} *Plau. Aſin.ſc.3.a.3.* Nimis bella es atque amabilis. *Cic. ad Attic.* Filiolam tuam tibi iam Romæ iucundam eſſe gaudeo:eámq; quam nunquam vidi,tamen & amo,& amabilem eſſe certò ſcio. Cuius contrarium eſt Inamabile. *Mart.* Inamabilis ſciurus & frequens phœnix.[Amabiliſſimus Gorgonius Rhetor.]

Ămābĭlĭtās,{ידידות *jedhidhúth.* φιλότης,φιλοφροσύνη. GAL. Amiableté. ITA. *Amoreuolezza.* GER. Holdſäligkeit. HIS. *Amiſtad.* ANG. *Amiableneſſe,loueſomneſſe.*} Morum comitas,formæve venuſtas,ad amorem alliciens: *Pl.in Stic.* Si amabilitas tibi noſtra placet,ſi tibi ambo accepti ſumus. *Idem in Pœ.* Qui amabilitati animum adduceret.

Ămābĭlĭtĕr,aduerb.{ἀγαπητῶς,ἐφαμίλως. GA. Amiablement IT. *Amáreuolmente.* GERM Holdſäligklich HISP. *Amigablamente.* ANG. *Amiablie.*} *Ant.ad Cic.in Epiſt.ad Attic.* Sed mehercule ſi humaniter & ſapienter, & amabiliter in me cogitare vis, facilem te profectò præbebis.

Ămāta,omnis virgo quæ à Pontifice max.capitur ad ſacerdotium Veſtæ appellatur:quoniam quæ prima capta eſt,hoc fuiſſe nomine traditur. *Gel.li.1.cá.12.*

Ămœbæŭs,ἀμοιβαῖος,in pen.cum æ,& in antepenult.cum œ diphthongo;Genus carminis,in quo qui canunt, vtuntur æquali numero verſuum,& ita ſe habet ipſa reſponſio,vt aut maius,aut contrarium aliquid dicat, *vt eſt apud Virg.in Buc.* Ab Ioue principium Muſæ,Iouis omnia plena:ille colit terras,&c. Nomen deductum, ὅτι τῷ ἀμοιβέδην, quod inter cætera ſignificat alternis reſpondere.

Ămœno,nas,Delectatione afficio. {שמח *ſimmách* חטיב *hetiv.* ἡδύνω. GALL.Delecter,recreer. ITAL. *Dilettare,aggredire.* GERM. Belustigen. HISP. *Deleytar.* ANG. *To deyte,to recreate wi.h pleaſure.*} *Cyprian. ad Don.* Et dum in arbores & vites,quas videmus oblectante proſpectu,oculos ămœnamus,animam ſimul & auditu inſtruit, & paſcitur obtutus.

Ămœnŭs,a,um,cum œ diphthongo,iucundus aſpectu. {נעים *naím.* ἡδὺς,ἀγαθός. GAL. Plaiſant,recreatif. ITAL. *Ameno,* GERM. Luſtig/lieblich vnd hubſch anzuſehen. HISP. *Naturalmente,delectable.* AN. *Pleſant,delyteſome.*} Componitur ab A,id eſt,ſine, & munus, quòd ſit res grata,vel ſine fructu. Vel(*vt inquit Seruius*)à Mœnio, munio, vel fructum capio: Vnde qui nihil præſtant,Immunes vocantur. *Feſtus* ab amo deriuat,quum ait,Amœna loca dicuntur,quæ ad ſe amanda alliciunt. *Virg.6. Æneid.*-& amœna viretà Fortunatorum nemorum. *Cic. de Orat.* Nec amœnum nec ſalubrem locum cenſeo. *Idem Att.* Prędiola noſtra bellè ædificata & ſatis amœna. [Amœno ingenio. *Gell.c.2.l. 29.* Puer Delphino amœnus(i.ab eo amatus) *Gell.c.8.l.17. Item*,Amœnior. *Liuius 4.ab Vrb.*

Ămœnĭtās,iucunditas illa,quæ ex rebus amœnis percipitur. {נעם *nóſham.* τερπνότης,ψυχαγωγία. GAL. Plaiſance,recreation. ITA. *Crocendita,piacevolezza.* GER. Luſtbarkeit. HIS *Deleyte.* ANG. *Pleſantneſſe,delyſomneſſe.*} *Cicer.1.de Legib.* Præſertim hoc tempore anni & amœnitatem & ſalubritatem hanc ſequor. *Plinius libro 12.cap 1.* Gelidi fontis amœnitate.[Amœnitates ingenij *Gell,c.7.l.7.*]

Ămœnĭtĕr,aduerb.pro Amœnè. ἀβρῶς,τρυφερῶς. *Gell lib.20.c.7.* Annianus Poëta in fundo ſuo,quem in agro Faliſco poſſidebat, agitare erat ſolitus vindemiam hilarè atque amœnitèr.

Ămœnĭſſĭmē,aduerb.ſuperl. *Plin.Epiſt.lib.4.Pomponio:* habitare amœniſſimè.

Ămōlĭor,lĭris, Ex a, & Molior, Amoued, & propriè de iis dicitur, quæ cum magna difficultate ſubmouentur. {נער *bíher* תסיר *heſír.* ἀποθέω,ἀποκενίζω,ἀποπρίομαι. GALLIC. Chaſſer & oſter de quelque lieu auec grande peine. ITAL. *Rimouere.* GERM. Dannen thun mit arbeit. HISP. *Apartar,arredrar.* ANGL. *To put or tak away with pare or difficultie.*} *Plinius libr. 11.cap.10.* Amoliuntur omnia è medio [*Pl Moſt.ſc.1.a.2* Iube hæc hinc omnia amolirier. *Item,* Hæc iſtuc amolimini. *Ibid Item,* Noſtra properes amoliri hinc omnia. *Pl.Pſ ſc.2. a.3.* Amoliri & diruere. *Liu.libr.9.d.4.*] ¶Interdum ponitur pro Recedo, *Terent.in Andr.* Proinde hinc vos amolimini: nam mihi impedimento eſtis. ¶Accipitur & pro refellere, *Quint.libr.3 capit.* 13. Videndum etiam an ſimul nobis plura aggredienda,an amoliendá ſingula.

*Amolitio,nis,Verbale. *Gel.lib.12.cap.1.* Nam vbi infantis aliorſum dati facta ex oculis amolitio eſt, vigor ille maternæ flagrantiæ ſenſim ac paulatim reſtinguitur.

AMOMETVS,ἀμώμητος,de Scribus priuatim condidit volumen, ſicut Hecatæus de Hyperboreis. *Plin.lib.10.ca 17.*

Ămōmĭs,pen.prod.ἄμωμις. Herba eſt,*teſte Plinio*,amomo ſimilis, minùs tamen venenoſa,& durior,minúſque odorata.

Ămōmŭm,ἄμωμον,penultima producta, Frutex eſt ex ligno ſe conuoluens in racemi modum,flore,ceu candidæ violę,foliis vitis albę ſimilibus. ¶Eſt autem triplex,Armeniacum,Medicum,& Ponticum. Ætius ſcribit,amomum viribus eſſe acoro ſimile,ſed ſiccius(ξηρότερον)acorum digeſtiuum verò magis(πεπαντικώτερον)amomum.[*Ouid.El.3.l.3.Triſt.* Atque ea cum foliis & amomi puluere miſce.]

Ămŏr.{אהבה *óhebh.* ἔρως GAL.Amour. ITAL. *Amore.* GERM. Liebe. HISP. *Amor.* ANG. *Loue.*} Plus eſt quàm beneuolentia, licèt plerumque pro eodem accipiantur. Ex amore enim naſcitur beneuolentia, ſicut oſtendit *Cicer.* Amor enim (ex quo amicitia nominata eſt) princeps eſt ad beneuolentiam coniungendam. Differt autem Amor à Charitate: quod Amor ſit Charitatis ſpecies. Ille ad omnes pertinet animantes:hæc ad homines tantùm. [Amor amicitiæ, *Gelli cap.6.l.8.* Amoris verò ſimulacrum dicatum in Academia. *Plutar. in Solon.* Amoris & amicitiæ differentia. *Senec.Epiſt.34.*

¶Eſt autem Amor(*vt inquit Auguſt.libr.de Amicitia.*) animæ rationalis affectus,per quem ipſa aliquid cum deſiderio quærit, & appetit; ad fruendum,per quem & fruitur eo, & cum quadam ſuauitate interiori amplectitur, & conſeruat adeptum: vt, Amor quietis, ἡσυχία. ¶Amor ſingulari humero plerumque honeſtus eſt; vt, Amor fraternus, Amor patriis in filium, *Cicero*, Incenſus ſum amore incredibili virtutum tuarum. Poteſt tamen & in veneream partem accipi, & tunc (*ſecundum Auguſtinum*) cupiditas aut libido vocatur. *Virgil.* Omne adeò genus in terris hominumque ferarúmque,Et genus æquoreum,pecudes,pictæque volucres In furias ignemque ruunt:amor omnibus idem. [Eius(Vi) vi Amos me cupidam pellicit. *Pl.Curc.ſc.2.ă.1.* Vini vitio & amoris feci, & amoris cauſa. *Pl.Aul.ſc.6.a.4.* Nimis vile vinum & amor, ſi ebrio & amanti quidquid impunè licet. *Plau.Rud.ſc.6 a.4.* Quibus lenonibus(vt ſeruiant ſuus amor cogit, *Plau.Pſeu.ſc.2.a.1.* Amor & Cupido in pectus perpluit meum, *Pl.Moſtell.ſc.3.act.1.* Si amor ſuperat amantem,retinendus homo non impellendus. *Pl.Aul.ſc.1.a.4.* Quo Venus Cupidóque imperant ſuadétque Amor. *Plau.Curc.ſ 1.a.1.* Fateor me ex amore eius corruptum. *Plau. Aſin.ſc.2.a.5.* Ex amore tantùm eæ homini incendium. *Ibid.* Amoris cauſa percitum id feciſſe. *Plaut.Aſin.ſc.3.ă. 4.* Salus interioris corporis, ſi amoriſque Imperator : *Item*, Donum decuſque amoris ? *Plaut. ſc.3.act.3.* Et amore & inopia argentaria pereo: *Plaut.pſeud. ſc.3.a.1.* Addebat veri multa fauentis amor. *Ouid.Eleg.3.l.4.Triſt.* Tantus amor &c. *Idem Eleg.8.l.3 Triſt* Et omnes exemplum veri Phocæus amoris *Ibid.El.4.l.b.4.*] Amor(*inquit Plautus*) melle & felle fœcundiſſimus eſt,guſtu dulcedat, amarum ad ſatietatem vſque aggerit. Amor formæ (*ait Seneca*) rationis obliuio eſt,& inſaniæ proximus, fœdum minimè conueniens animæ ſoſpiti vitiúmirurbat conſilia, alros & generoſos ſpiritus frangit, à magnis cogitationibus ad humillimas detrahit. ¶Amores verò plerumque laſciui ſunt. *Cicero pro Cælio*, Mulier amorum turpiſſimorum quotidie fœdera ferions. *Idem 4.Tuſcul.* Atque horum omnium libidinoſos amores eſſe videmus.[Amores iungere. *Tibul.Eleg.1.libr.1.* Denique compoſui teneros non ſolus amores: Compoſito pœnas ſolus amore dedi. *Ouid. Eleg.1.l.2.Triſt.* Inuocat Planeſium. *Ph.* Meóſne amó-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

res? *Plaut. Curc. sc. 3. a. 2.* Nunc nostri amores, mores, consuetudines. *Pl. Pseu. sc. 1. a. 1.*] ¶ Nonnunquam tamen etiam honestos amores dicimus. *Idem libro primo Offic.* Formam quidem ipsam, Marce fili, & tanquam faciem honesti vides, quæ si oculis cerneretur, admirabiles amores sui excitaret. ¶ Amor item pro cupidine (quem veteres Deum amoris esse putauerunt) accipi solet. *Propert.* Quicunque ille fuit puerum qui pinxit amorem.

* Amorabundus. *Gell. lib. 11. cap. 9.* Laberius mulierem amantem verbo inusitatius ficto amorabundam dixit.

Ámōrgēs, ἀμόργης. Fuit ex Darij ducibus vnus, qui à Caribus insidiis circumuentus, vnà cum Dauriše, & Sisamace, & Myrse Gygis filio fuit obtruncatus. *Herodot. lib. 5.*

Ámorgĭnē, {ἀμοργίνη. GALL. Parietaire vocant. ITA. & HISP. *Parietana, vitreola.* Herba est quæ notiore nomine Helxine dicitur. *Dioscor. lib. 4.*

Ámōrgŏs, ἄμοργος, Insula vna ex Sporadibus. *Strab. lib. 10. & Plin. libr. 4. cap. 12.*

Ámōrrhaēi, ἀμορραῖοι, populi dicti sunt ab Amor patre Sichē, vel ab Amorrhæo filio Canaan.

Āmŏuĕo ues, pen. corr. Abigo, remoueo. {חסיר *hesir. Σπουνίω.* GAL. Oster. ITAL. *Remouere.* GERM. Hinweg thun/dannen treyben. HIS. *Quitar alguna cosa de otra.* ANG. *To put away, to take away.* } *Plaut. in Amph. per translationem dixit*, Amouiē foribus maximam molestiam, id est, abegi, siue abire compuli: quia prius dixerat, Abigam ego iam hunc venientem ab ædibus. Quo item modo *Terent. in Adelph. vsus est.* Ego hunc amouebo. *Cicer. ad Attic.* Et nebulonem, si quo pacto potes, ex istis locis amoue. [Molestus ne sis, hinc te amoue. *Plaut. Mostell. sc. 1. a. 1.* Abs te scordiam omnem rejice atque segnitiem amoue. *Plaut. Asin. sc. 1. a. 2.* Etiam tu istum abs te amoues? *Plaut. Asin. 3 a 3* Hinc Amouemini intrò vos *Plaut. Pers. sc. 5. a. 1.* Inde huc exij crapulam amouerem. *Pl. Pseu. sc. 5. a. 1. Item*, Se è medio amouere. *Suet. in Tiber. c. 10.*] Amoueri in insulam, id est, Deportari vel relegari. *Tacit. lib. 4. Anna.* At P. Suillium amouendum in insulam censuit. *Amouere, pro Auferre, Interuertere. *Vlpian. in l. Rei pro socio, libr. 17. Pandect. & alibi.* [Fraude amotæ claues vrbis, vbi dolus inest. *Liu. 7. Bell. Pun.*]

Āmōtio, *Cic. lib. 2. de Finib.* Augendæ voluptatis finis est doloris omnis amotio.

Āmpĕ, ἄμπη, Oppidum Arabiæ non procul à mari rubro: cuius meminit *Herod. lib. 6.* Gentile est Ampæus, ἀμπεύς *Steph.*

Ampela, Ciuitas est Cretæ insulæ, *apud Plin. 4. c. 12.*

[Ampelinus color, Interpres *Iuuenal. Satyr. 16.*]

Ampelopralon, ἀμπελόπρασον. Herba est foliis porri, sed angustioribus, flore candido, radice bulbosa. Nascitur in vinetis, vnde & nomen accepit. *Vide Plin. l. 24. cap. 15.* Vulgus Porrum vinearum vocat.

Ampelitis, dis, ἀμπελῖτις, Terra est bituminis similis, circa Seleuciam Syriæ nascens, qua rustici vites illinire solent, ad necandos vermiculos, oculos illarum depascentes, quos Ipas, siue Scinipas vinitores appellant. ¶ Eadem & Pharmacitis, φαρμακῖτις dicitur, quod vitium morbo medeatur. *De hac Dioscorid. lib. 5. & Gale. 9. Facult. Simpl. med.*

Ampelodesmos, ἀμπελοδέσμη. *Plin. libr. 37. cap. 11.* Herba est, qua vites religari solent apud Siculos: qui quamuis felicibus abūdent, quia tamen earum vincula duriuscula sunt, malunt eam ad rem ampelodesmo vti.

Ampelos melæna, ἄμπελος μέλαινα, Vitis nigra, herba est foliis similacis, sed maioribus, clauiculis quibusdam obuia quæque complectens. Semen habet racemosum, initio herbaceum, sed vbi maturuerit, nigrum. Radicem foris nigram, intus buxei coloris. Vitis nomen inde nacta videtur, quòd serpat in modum vitis, quódque arbores, frutices, que clauiculis suis, velut pedamenta apprehendat. Nigræ autem cognomentum à radicis, seminisque nigredine videtur esse sortita.

Ampĕlos, ἄμπελος à Græcis dicitur, quam nos vitem appellamus. ¶ Est & nomen ciuitatis Macedoniæ, *a. quâ Plin. lib. 4 c. 10.* ¶ *Ptolemæus* quoque Ampelon vrbem in Creta collocat, *Steph. auctus* aliam in Cyrenaica regione ¶ Est præterea Ampelos, promontorium Sami insulæ, è regione Drepani Icariæ insulæ. *Autor Strab. lib. 14.*

[Ampelos, Iuuenis amatus à Baccho, *Ouid. 3. Fast.*]

Ampelos leuce, ἄμπελος λευκή. Herba est, quæ aliis nominibus Bryonia, Philothrum, & à Latinis Vitis alba dicitur. Vitis quidem, non quòd re vera sit vitis, sed quòd ad eius similitudinem accedat: nam & sarmenta habet & folia, & capreolos, sativæ viti similia, omnia tamen hirsutiora. Alba vero, à radicis colore dicta putatur.

Ampelossa, ἀμπελόεσσα, Oppidum est in Decapolitana regione, quæ Syriæ proxima est. *Autor Plin. lib. 5. c. 18.*

Ampelos agria, ἄμπελος ἄγρια, Labrusca, id est, vitis agrestis. *Plin. libr. 23. cap. 1.*

Ampelvsia, ἀμπελουσία. Nomen est promontorij in ea Africæ parte, qua Atlantem alluit Oceanus, à vitium copia impositum. *Plin. libr. 5. cap. 1.*

Amphapalia, Locus est Cretæ, *apud Strabonem*, in ipsius insulæ descriptione.

Amphe, ἄμφη Vna Cycladum. *Vide* Casos.

Amphea, ἄμφεια, Vrbs Messenæ, *Steph.*

Amphemerinos. ἀμφημερινός, Febris species est, quam quartanam exquisitam vocant medici. Fit ex pituita extra vasa putrescente.

Amphiala. Oppidum est Atticæ. *Strab. lib. 9.*

Amphiaraus, pen. pro. ἀμφιάραος, Argiuus Oeclei, aut (vt alij malunt) Lini & Hypermnestræ filius, vates & Augur fuit, futurorum peritissimus: qui quum præuideret fore, vt in bello Thebano interiret, domi latitauit. Tandem tamen ab vxore prodirus, inuitus à Polynice ad bellum est pertractus: vbi quum fortiter pugnaret, vnà cum curru terræ hiatu absumptus est. *Vide hæc latiùs apud Statium.*

Amphias, ἀμφίας, Tarsius fuit, qui ex infima sorte ad summas opes euectus, quum amicum, tanquam degenerem, multis probris affecisset, tandem, velut resipiscens, subiecit: Sed & nos ex iisdem seminibus sumus. Quæ vox ab astantibus summa lætitia excepta est.

Amphĭbĭa, ἀμφίβια. ANG. *Beastis that liueth in two elementes.* } Animalia tam in terris quàm in aquis viuentia: Amphibion Græci dicunt, quod est duplicis vitæ *Colum. lib. 9.* Venio nunc ad aueis, quas Græci vocant ἀμφίβια, quia non tantùm terrestria, sed aquatilia quoque desiderant, ab ἀμφὶ & βίος, quòd in ambobus elementis degant. *Var. 4. de ling. Lat.* Græci ea quæ in aqua, & in terra possunt viuere, vocant amphibia. *Hæc Cic.* Aucipites bestias vocat *li. de Nat. Deor. 1.* Bestiarum autem terrenæ sunt aliæ partim aquatiles, aliæ quasi ancipites, *in* vtraque sede viuentes.

Amphibŏlĭa, ἀμφιβολία, Ambiguitas.

Amphibŏlŏgĭa, ἀμφιβολογία, Dubium dictum, sermo dubiam sententiam indicans. Figura quæ fit vitio compositionis, quum in ambiguo posita est sententia. Et modò fit per duos accusatiuos à verbo infinito iectos: vt, Aio te Æacida Romanos vincere posse.

¶ Modò per verbum commune: vt quum dicimus, Cato insuste crimi natur: incertum est enim, an ipse ab alio criminetur, an ipse alium.

¶ Modo per participium: vt, Vide statuam auream hastam tenentem. Modò per homonyma: vt si quis dicat aciem, nec exprimat oculi, vel gladij, vel exercitus. Potest etiam fieri aliis modis.

Amphĭbŏlŏn, ἀμφίβολον, Ambiguum dicitur, quasi vtrinque percutiens, ἀπὸ τοῦ ἀμφὶ καὶ βάλλειν. Gr.

Amphibrachŭs, ἀμφίβραχυς, pen. corr. Pes est ex prima & vltima breuibus, media producta: sic dictus, quod in vtraque parte breuem habeat, vt Timere. Ab ἀμφὶ, vtrinque, & βραχὺς, breuis.

¶ Huic opponitur Amphimacrus, qui breuem habet syllabam inter duas longas.

Amphicaustis, ἀμφικαυστίς, Hordeum montanum, quod & ἄκριθον Græci vocant. *Vide Ruell.*

Amphictyones, ἀμφικτύονες. Publicum Græciæ concilium, vt scribit *Cic. de Inuention. lib. 2.* Vnde decreta Amphictyonum citat Demosthenes in oratione pro Ctesiphonte. Constabat autem Amphictyonum conuentus ex septem Græciæ ciuitatibus, vt docet *Strab. lib. 9.* Vnde autem Amphictyonum nomen deducatur, *docet Dion. l. 14.* Amphictyonem Heleni filium commentum esse Amphictyonicum concilium, cui ab ipsius nomine nomen indiderint. ¶ Hinc Amphictyonicus, ca, cum: vt, Leges Amphictyonicæ, quibus ad concordiam colendam muitabantur. {GER. Ratsbotten oder landsrädt, so bey der gantzen versamlung Griechenlandts waren. } ¶ Amphictyonum consessus, ἀμφικτυονικὸν συνέδριον. De frequenti grauium virorum conuentu. Vel venustius fuerit adagium, si per ironiam torqueatur ad indoctorum conuentum, qui sibi tamen Solones esse videntur. [*Plutar. in Cat. Censo.*]

Amphicyrtos, ἀμφίκυρτος. à Græcis appellatur quod est vtrinque decliue & gibosum. Hinc fit vt & Lunam ἀμφίκυρτον vocemus peculiari epitheto, quum nondum semiplena est, circa decimum scilicet aut duodecimum à coniunctione diem: tunc enim cornua & conuexitatem quandam oculis nostris exhibet. ¶ Est & Amphicyrton, lignum quoddam incuruum, quo onera gestari solent, non dissimile illi, quo mulieres quibusdam locis aquam gestant, æqualibus vtrinque situlis propendentibus.

Amphidamas, ἀμφιδάμας, Busiridis fuit filius, quem Hercules vnà cùm patre hospites immolantem, interfecit.

Amphĭgĕnīa, ἀμφιγένεια. Oppidum Peloponnesi, in tractu Messeniaco, cuius meminit *Statius 4. Theb.* Huic parere dati, quos fertilis amphigenia, Planáque Messene, montanaque nutrit Ichome. *Meminit etiam eosdem & Homerus.*

Amphĭlŏchi, ἀμφίλοχοι, Acarnaniæ populi, Argo Amphilochium incolentes.

Amphilochvs, ἀμφίλοχος, Athenien sis philosophus, & agriculturę scriptor, *vt testis est M. Varro lib. 1. de re Rustica.*

¶ Fuit & Amphilochus filius Amphiarai vatis ex Eriphyle susceptus, *vt in Odyss. testatur Homer.*

Amphilytvs, ἀμφίλυτος, Atiolus ex Acarnania, qui Pisistrato tertio Athenarum tyrannidem repetenti autor fuit, vt noctu Athenienses inuaderet. *Herod. lib. 1.* Hic diuina pompa fungens Amphilytus Acarnan vir atiolus, Pisistratum cui assistebat, adiit, atque hæc hexametro carmine vaticinatus est, *inquiens*, Est nummus proiectus, item sunt retia tenta, Nocte meant thynni claro sub sydere lunæ.

Amphĭmăchvs (ἀμφίμαχος, Cteati filius, vnus ex quatuor ducibus Epeorum: *de quo Homer. in Catalogo.*

Amphimalis, ἀμφιμαλὶς, Sinus est Cretæ insulæ, *vt testis est Ptol.* Hodie S. Nicolaus vocatur *Stephano* Amphimallum, vel Amphimalla ciuitas est Cretæ. Meminit etiam *Plin. lib. 3. c. 12.*

Amphĭmacrŭs, & Amphimacer, ἀμφίμακρος, pen. corr. pes ex tribus syllabis constans, prima & vltima longis, media correpta: vt, Palladi. Sic dictus, quòd vtraque parte longam habeat syllabam. ἀμφὶ enim vtrinque sonat, & μακρὸς, longum. Est autem contrarius Amphibracho.

Amphimălla, {אדרת שער *addéreth sehár.* ἀμφίμαλλα. GALL. Habit velu de deux costez ITALI. *Veste peloſa di amendue le parti.* GERM. Ein harechtig oder zotechtig kleid zu beyden seyten. HISPA. *Vestidura velloſa dentro y fuera.* ANG. *A clothing rhoug on both the sydes.* } Erant tunicæ gausapinæ, ex vtraque parte pilos habentes, quæ & Gausapia dicebantur. *Plin. lib. 8 cap. 48.* Patris mei memoria cœpêre amphimalla nostra, sicut villosa etiam ventralia. Quæ verò ex altero tantùm latere villos habebant, Heteromalla dicebantur.

Amphĭmāschălă, ἀμφιμάσχαλα, Vestes erant liberorum, duas habentes manicas: Heteromaschala autem, quæ seruorum vestes erant, vnam tantùm habebant manicam. Vtraque nomen acceperunt ab axillis, quæ à Græcis vocantur μασχάλαι.

Amphĭmĕdōn, Nomen Libyci cuiusdam, qui in Aula Cephei regis aduersus Perseum pugnans, occisus est. *Ouid. 5. Metam.*

Ecce Syenites genitus Methione Phorbas,
Er Libys Amphimedon, auidi committere pugnam.

Amphīnŏmē, ἀμφινόμη, Nympha, à circumpascendo, quod proprium est aquarum quæ ripas & littora circumquaque depascuntur.

Amphīōn, ἀμφίων, penultim. prod. Iouis & Antiopes vel secundùm aliquos, Mercurii filius, à quo accepta lyra adeò suauiter canebat, vt saxa ad struendos muros Thebanos traxisse dicatur. *Horatius*, Dictus & Amphion Thebanæ conditor vrbis, Saxa mouere sono testudinis. Quod ideò fictum, quia eloquii suauitate homines rudes, & inculti moribus ad obsequii ciuilis pellexit disciplinam. Quod idem

Horatius

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Horatius expoſuit: nam quum diſſeret, Sono teſtudinis, addidit, Et prece blanda. Ferunt hunc inueniſſe Muſicam. *De Amphione li. 1. Apollonius Rhodius in Argonauticis.*

¶Hinc Amphionius, a, um.

AMPHIPOLIS, ἀμφίπολις, Ciuitas in ea parte, qua Thraciam Macedonia contingit: dicta quòd eam Strymon amnis circunfluat.

Āmphippi, ἀμφίπποι. Milites qui duobus equis in bello vtuntur, & ex eſſo in recentem tranſiliunt. *Liu. 2. Bell. Pun.* Deſultores vocat: & equi Deſultorij appellantur.

AMPHIRRHOE, ἀμφιῤῥόη, Nympha ab vndecunque fluendo.

Āmphīsbaenă, ſiue (vt & aliis placet) Amphiſbæna, ἀμφίσβαινα, ἡ ἀμφισβαῖνα, Serpens eſt in Libyæ deſertis, duo habens capita: vnde & circulatis tractibus creditur incedere. *Lucan. lib. 9.* Et grauis in geminum ſurgens caput amphiſibæna.

Āmphīscii, ἀμφίσκιοι. Appellantur ij, qui ſub æquinoctiali habitant circulo eò quòd quadruplici verberentur vmbra. Nam ſole exiſtente in alterutro punctorum æquinoctialium, hoc eſt, in principio Arietis aut Libræ, vmbra eorum matutina iacitur verſus Occidentem, veſpertina verſus Orientem. Sole autem Cancrum, aliquódve ex cæteris ſignis Septentrionalibus perambulante, vmbram habent Auſtralem: contrà verò Septentrionalem, Sole ſub Capricorno aliquóue alio Auſtralium ſignorum iter faciente. {GER. Die einwohner deß erbodens ſo

accusaui amplius. *Plaut. Men. sc. 2. a. 5.* Domi hunc deuinciant, ne quid turbarum faciat amplius. *Idem ibidem*] Et in hac significatione, nominatiuo, accusatiuo, & ablatiuo coniungitur. *Cicero in Verrem,* Cùm eum Syracusis amplius centum ciues Romani cognoscerent. *Cæsar Comment. lib. 5.* Amplius octingentæ quæ vno erant tempore, à littore discesserant. Accusatiuo, *Cicero in Verr.* Qui cum amplius centum ciues Rom. haberet ex conuentu Syracusarum. *Virgil. 1. Æneid.* Noctem non amplius vnam. Ablatiuo, *Cic pro Roscio Comœd.* Hoc nomen triennio amplius in aduersariis relinquas. *Cæsar,* Milibus amplius quingentis in latitudinem patet. Genitiuo coniunxit *Hirtius in Comm.* Amplius duorum milium terga vertebant. ¶ Ponitur etiam pro Præterea, sine casu. *Cicero de Aruſp. Respons.* Quid enim si illi inimicissimus esset amplius ad eius laudem minuendam facere potuisset? ¶ Irem aliquando pro deinceps, aut posthac, *vt annotauit Sosipater Lucilius Satyr. 1.* Quo pacto populum atque vrbem seruare potis sit Amplius Romanam Atque inde verbum est Ampliare, in sequentes dies differre: de quo paulo post.

Ampliúscŭlùs, paulò ampliot. *Apuleius in Apologia,* Quid enim faciat homo miser, ampliuscula fortuna deuolutus.

Amplitūdo, *vt Cic. lib. 2 de Inuent. scribit,* est potentiæ, aut maiestatis, aut aliquarum copiarum magna abundantia. {רוב *rob.* ἀξίωμα, ἀξιωτρεπεια. GAL. Longueur, & largeur, maiesté & dignité. ITA. *Amplitudine, ampiezza.* GERM. Grösse/herrligkeit/grossmechtigkeit. HISP. *Anchura honra.* ANG. *wydneſſe, dignitie, largneſſe.* } *Idem ad Lentulum,* Tuæ sapientiæ magnitudinisque animi est, omnem amplitudinem, & dignitatem tuam in virtute, atque in rebus gestis tuis, atque in tua grauitate positam existimare. ¶ Amplitudo corporis. *Plin in Epist.* Nam meatus animæ, quæ illi propter amplitudinem corporis grauior & sonantior erat.

Amplŭāgŭs, ga, gum, penultima cotrep. πολυπλανὴς, πολύγωνος, Quod in amplum vagatur. *Autor ad Heren. lib. 4.* Ampluagas imagines reddunt.

Amplĭo, plias, Augeo protraho, dilato. {הרחיב *hirchib* הרבה *hirbáh.* πλατύνω, μεγεθύνω. GAL. Amplier accroistre, augmenter. ITAL. *Ampliare, amplificare.* GERM. Weiteren/Groß machen. HISP. *Ensanchar o estender.* ANG. *To amplifie to augment, to mak wyde.* Vt ampliare ætatis spatium, *Martial. lib. 10.* Ampliare vires, *Plin lib. 23. ca. 2.* Ampliare plagam *Celsus lib. 7. c. 5.* [Ampliare numerum (i augere.) *Suet. in Cæs. c. 41. & in Neron. c. 12.* Item Ampliato templo *Suet. in August. c. 18.*]

¶ Pertinet etiam hæc vox ad iudicia, vt cùm reus ampliari dicitur: quod tum fiebat, quum iudicibus causa non satis erat probata. *Ad Heren lib. 4.* Nam quid fuit, iudices, quare in sententiis ferendis dubitaueritis? aut istum hominem nefarium ampliaueritis? *Liu. lib. 4. ab Vrbe cond. scribit,* Posthumiam virginem Vestalem ampliatam, deinde absolutam pro collegij pontificum fuisse sententia, hoc est, per ampliationem in secundam actionem interposita dilatione protractam, vt scilicet, bis causam dicere posset. Romani enim iudicia hoc modo per agebant. Nam aut statim sententia ferebatur à iudicibus, si absoluendus esset reus: aut amplius pronuntiabatur, si causa obscurior esset: & tunc duabus hisce literis N. L. iudices significabant sibi non liquere quid esset statuendum, causamque denuò esse dicendam.

¶ Hinc Ampliatio nascebatur, παρόλλυσις, ἑτέρωσις, quæ appellata videbatur, quasi amplius dicendi pronuntiatio: Quia qui ampliabatur, interposita dilatione, rursus ad agendam causam redibat. De hac ampliatione *intelligit Cic. 3. in Verrem a fine, quum ait,* Etsi lex ampliandi faciat potestatem, tamen isti sibi turpe existiment non primò iudicare. Differt autem Ampliatio à Comperendinatione, quod Ampliatio certum numerum actionum non habebat: Comperendinatio, iteratam actionem in tertium diem. *Cicero in Verr. 2.* Glaucia primus tulit, vt comperendinaretur reus: antea vel iudicari primò poterat, vel amplius pronuntiari. Deinde quòd comperendinatio in diem perendinum duntaxat alteram actionem differebat: Ampliatio vero in tempus quod iudicibus placebat. Tertio, quod comperendinatio necessaria fuit & lege constituta: Ampliatio vero in iudicum potestate posita.

* Ampliātĭo, *vide in proximè præcedenti voce* Amplio.

Amplĭfico, as, Augeo, amplum facio, dilato, multiplico. { הרבה *hirbáh* הרחיב *hirchib.* αὔξω GAL. Amplifier agrandir. ITAL. *Amplificare.* GER. Groß machen/Erweyteren. HIS. *Mucho honrar ò ensanchar.* ANG. *To dilate, to mak wyd.* } *Cic. 1. de Nat. deorum.* Fámque facultatem amplificauit Academia. *Idem 3. Tusc.* Nam attrectatu sæuum amplificatis dolorem. *Idem pro domo sua,* A populo semper sum defensus, amplificatus atque ornatus.

Amplĭfĭcātor, verbale. {מרבה *marbéh* מרחיב *marchíb.* αὐξητής. GAL. Fflargissseur, agrandisseur ITAL. *Chi aumenta.* GERM. Ein mehrer/zuhinthůer / der ein ding gross macht. HIS. *Enſanchador.* ANG. *An enlarger.* } Qui rem aliquam aut personam maiorem aut ampliorem reddit. *Idem 3. Tusc.* Pythagoras non solùm nominis inuentor, sed etiam rerum ipsarum amplificator fuit.

Amplĭfĭcātĭo, onis, augmentatio. {מרבה *marbéh.* αὔξησις. GAL. Accroissement, amplification. ITAL. *Aumento, accrescimento.* GERM. Mehrung/Grossmachung. HIS. *Enſanchamiento.* ANGL *Amplifying, enlarging.* } *Cic. 1. Ofic.* Nec vero amplificatio rei familiaris, nemini nocens, vituperanda est. ¶ Apud Rhetores autem Amplificatio (*Definiente Cicerone in partitione*) est grauior quædam affirmatio, quæ motu animorum conciliet in dicendo fidem.

Amplustrĕ, *Vide* APLVSTRE.

AMPSAGA, ἄμψαγα *Ptolemæo,* Fluuius est Mauritaniæ Cæsariensis: cuius meminit & *Plin. l. 5. c. 2.*

AMPSALIS, ἄμψαλις, Ciuitas Sarmatiæ in Asia, *Ptolemæo.*

Ampŭllă, geminato *ll,* Vasis genus ex vitro, aut alia materia, ad seruandum oleum in balneis, item in mensa ad aquam, vel potionem, aliósque vsus accommodatum. {צפחת *sappáchath.* λήκυθος. GA. Fiole, bouteille ITAL. *Ampolla.* GERM. Ein Oelgutterem von glas/ Ein krug / Ein gschirr das ein weyten bauch hatt. HISP. *Ampolla ò redoma de vidro.* AN. *A litte bottle or viole.* } *Apul. in Floridis,* Hippias prædicauit ampullam quoque olearium, quam gestabat semet sibi fabricatam. *Cic. lib. 4. de Finibus.* Si ad illam vitam quæ cum virtute degatur, ampulla aut strigilis accedat, sumpturum sapientem eam vitam potiùs cui hæc adiecta. Erat autem hoc vasis genus turgidum, veluti ventre inflato: vnde per translationem dixit *Horat.* Proiicit ampullas & sesquipedalia verba: pro eo quod est, verba turgentia & sufflata abiicit. Vtebantur etiam Romani ampulla ad hauriendas potiones, *Suet. in Domit.* Prandebátque ad satietatem, vt non temere super cœnam præter Martianum malum & modicam in ampulla potiunculam daret. [Ampulla pototia. *Martial. Epigr. 110. lib. 14.*] ¶ Est etiam Ampulla, tumor inflatus, quem & Bullam vocamus, Græci modo πομφόλυγα, modo φύσημα appellant.

Ampŭllārĭus, rij, substantiuum, Artifex ampullarum { λικνοποιός. GALLIC. Faiseur de telles fioles. ITAL. *Artifice di ampolle.* GERM. Der die gläser macht mit weyten bauchen. HISPAN. *El que haze ampollas.* ANG. *A bottlemaker.* } *Plaut. Rud.* Ni erit tam syncerum, vt quiuis dicat ampullarius, Optimum esse opere faciundo corium & synceriſſimum.

Ampŭllārĭus, a, um, adiectiuum, vt, Ampullariæ vnctiones. *Plautus Stich.* Vel vnctiones Græcas sudatorias, Vel alias malis malacas ampullarias.

Ampullāceŭs, a, um, Quod ex ampulla est, {זוגג *gheéh.* λιθοβολώδης. GALLIC. Enflé comme vne bouteille. ITA. *A fogia ai ampolla.* GER. Das aufgeblasen ist wie ein gutter. HISP. *Cosa inchada como ampolla.* ANGL. *Made lyke ab ottle.* } Vt, Fructum ampullaceum, *Col. l. 8. cap. 2. Put. in Menah.* videtur vocare mulierem magnificè cultam, ampullaceam.

Ampullācĕa pyra, Quæ ab ampullæ forma nomen habent. *Plin. libr. 15. cap. 15.*

Ampullŏr, laris, ab Ampulla, pro superbio, tŭrgeo. { גאה *ghaáh.* GALLIC. Deuenir gros & enflé, empouler. ITAL. *Insuperbire, gonfiare.* GER. Auffblasen/oder stoltz sein. HISP. *Ampollarse ò hinchar se.* AN. *To waxe proude.* } Quo verbo vsus est *Suet. in Domitiano, & Horat. 1. Epist.* An tragica desæuit & ampullatur in arte.

Amputo, as, penul correp. Circuncido, reseco. {זמר *zamár.* ἀποκόπτω, περιαιρῶ, ἀπαίρω. GAL. Rongner, couper à l'entour. ITA. *Pottare, mozzar via* GER. Abhawen/beschneiden HI. *Cortar en der redor.* ANGL. *To cutt of, to gnaw away.* } *Cic. 3. de Finib.* Quæ sit scientia atque ars agricolarum quæ circuncidat, amputet, erigat, extollat, adminiculetur. * *Idem 8. Philipp.* In Reip. corpore vt totum saluum sit, quicquid est pestiferum amputetur.

* Amputātĭo, Verbale, Ipse amputandi actus. *Cicer. de Senec.* Propagatio vitium sarmentorúmque, ea quam dixi, aliorum amputatio & aliorum immissio.

AMPȳCVS, ἄμυκος, Titanoris filius, qui ex Chloride (vt ait Apollonij Commentator) Mopsum augurem suscepit, à quo Ampycides appellatur. *Ouid. 12. Metam.* Nec tu credideris tantùm cecinisse futura Ampyciden Mopsum, &c.

Amsegetes, dicuntur quorum ager viam tangit. *Festus.*

AMSANCTVS, Locus est in medio Italiæ apud Hirpinos, sulphureas habens aquas, quæ quòd vndique syluis angustiísque clausæ sint, tam pestilentem emittunt odorem, vt propiùs accedentes eò, enecentur. ¶ Hinc factus est locus fabulæ, in Amsancti vallibus, inferorum spiraculum esse. *Cicero primo de Diuin* Quid enim non videmus, quàm sint varia terrarum genera? ex quibus & mortifera quædam pars est, vt & Amsancti in Hirpinis, & in Asia Plutonia quæ videmus. *Virgil. 7. Æn.* Est locus Italiæ in medio sub montibus altis Nobilis, & fama multis memoratus in oris Amsancti valles: densis hunc frondibus atrum. Seruius ea omni parte sanctus interpretatur, sed malè, cum non sit nomen adiectiuum, sed proprium.

AMSTERODAMA, Hollandiæ vrbs.

Āmŭlă, penult. correpta, Genus vasculi ad aquam gestandam, quod religionis & expiandorum malorum gratia gestabatur. περίρραντήριον, dictum quasi amola, ab amoliendis periculis. Huius diminutiuum Amulula.

Āmŭlētum, penult. prod. Omne genus remedij aduersus cuncta mala medicamenta, & præsertim contra veneficia, ἀλεξιφάρμακον, ἀποτρόπαιον *Plin.* Infantibus alligatur succinum amuleti ratione, formam vasculi habens. Græci etiam ἀποτροπαίαν hæc vocant, ἀπὸ τῦ ἀποτρέπειν, quod est amoliri, summouere, depellere. Dictio hæc frequens est *apud Plin.*

Āmŭlĭŭs, ἀμύλιος, Porcæ filius, & Numitoris frater, qui regnum fratris abstulit, atque omnem eius stirpem virilem necauit. Fratris quoque filiæ, Rheæ Syluiæ, per speciem honoris, quum Vestalem eam legisset, perpetua virginitate spem partus ademit. *Liuius 1. ab Vrbe.*

Āmurcă, {פשולת *peſoleth.* ἀμόργη. GALL. La lie d'huile. ITAL. *Fece d'oglio.* GERM. Oelstrussen/oder hepfen. HISP. *Alpechein de azeyte.* ANG. *The dregges of oyle, or lies.* } Sordes olei, quæ præcedunt. Nam quæ sequuntur, Fæces vocantur. *Virgil. Georg. 1.* & nigra perfundere amurca. Hoc nomen per c scribitur, sed profertur per g vt fit in Caius, & Cnens. Amurca contra culices & limaces vim habet maximam. Hinc Examurcatus, sordibus purgatus.

Āmūrcārĭa dolia, in quæ amurca infunditur. *Cato de re Rustic. cap. 10.* Dolia queis vinacia constat, decem, amurcaria decem, πίθοι ἀμοργικοί.

Amusium, Ventis discernendis excogitatum organum, vt ait Cælius. *Vitruuius libro primo ca. 6.* Collocetur ad libellam marmoream amusium mediis mœnibus: aut locus ita expolietur ad regulam & libellam vt amusium non desideretur.

Āmūssĭs, huius amussis, fœm. gen. {אנך *anách* פלס *pelés.* κάθετος. GAL. Le cordeau ou la ligne des charpentiers, esquierre. ITA. *Archipendolo, squadra* G. Ein richtscheit/ein senckelschnur/ein richtschnur/welche die zimmerleut brauchen HISP. *Hilo de almagre que vsan los carpinteros.* ANG. *A carpenters rule or line.* } Filum est, quod fabri materiarij rubrica oblinunt, aut alio colore. *Sic Budæus.* Festus autem regulam vocat, ad quam aliquid adæquatur. Ex quo videtur innuere & Amussim & Normam idem esse. Late tamen pro omni ordine ponitur.

Āmūssĭm, aduerbium, & ab eo compositum, Ad amussim. {בשפט *bemischpát.* ἐπὶ κάθετον. GALLICE, Auec toute diligence, à plomb, à esquierre. ITAL. *A punto.* GERM. Eben/fleyssig. HISP. *Der echa ò*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ygualmente. AN. *with diligence, made of ter rule or line.*} Vt Iudicium adamussim factum apud *Gellium.*[*ca.4.l.1.*] Legitur & Examussim, adverbiũ, pro rectè & examinatè. *Plaut. in Amphitr.* Si vera hæc loquitur examussim, est optima.[Examussim rem enarrat. *Ibid. sc.4.a.4.*] *vbi Sisenna & Sosipater pro* examinatè *interpretantur,* Amussis enim est regula rubricata, quæ dimittitur, examinandi operis causa.

Ămūssĭ alba, λόγχη σάθμη, hoc est, nullo delectu ac citra discrimen. *Gell. in Noct. Attic.* Namque illi omnes & eorum maximè Græci, multa & varia lectitantes in quas res cunque inciderant, alba, vt dicitur, linea sine cura discriminis solam copiam sectati conuertebant. *Plut. in Commentario* ὅτι τῆς ἀδιλεσχίας. Nonnulli sic efferunt Adagium, In albo lapide amussis alba. Vtitur *Plato in Charmide,* vbi Socrates ait se erga formosos adolescentes perinde esse, vt albam amussim in albo lapide, propterea quòd neque discerneret satis inter formas, & omnes ex æquo amaret. Dicitúrque vel in eos, qui nullo sunt iudicio, vel in stupidos, vel in eos, qui in certis probant vel significant incerta.

Ădămūssim, Examussim, & Amussatim, frequens est apud autores, pro eo quod est exquisita diligentia atque exactissima cura. *Gellius lib.1.cap.9.*

Āmūssĭtātă opera dicuntur, quę ad amussim facta sunt. σαθμηθέντα ἔργα. *Plaut in Mil.* In hoc amussitata sua sibi ingenua indoles. *Nonius.*

Āmūsŭs, penult. product. {בער *báar.* ἀμουσος. GALL. Qui est sans lettres, ignorant. ITAL. *Indotto.* GERM. Vngelehrt / vngeschickt. HISP. *No ensẽado, no elegante.* ANG. *Vnlearned, vnskilfull.*} Inelegans, & indoctus: hoc est, à Musis alienus. Antiquitus enim nihil eruditum habebatur sine musica: vnde apud Comicos, qui literas se didicisse negãt, aiunt se non didicisse musicam. *Vitr.l.1.c.1.* Nec musicus, vt Aristoxenus: sed non amusus.

AMYCLA, ἀμύκλη, Vna è filiabus Niobes, quam tradit Pausanias cum Meliboea sorore seruatam, implorata Latonæ venia. Homerus tamen omnes interisse tradit. *Hermol. in Plin.l.36.c.5.*

ĂMŸCLAE, ἀμύκλαι, pluraliter, nomen est vrbis Laconiæ, Tyndari regia, in qua nati sunt Castor & Pollux: Alia est in Italia inter Tarracinam & Fundos in paludibus, à Laconibus condita iuxta Seruium: cuius ciues, quum Pythagoricam sectam sequerentur, & abstinerent cædę animalium, nec vicinæ paludis serpentes interimerent, ab illis deleti sunt. Alij non à serpentibus, sed hostium repentino aduentu hanc vrbem deletam prodiderunt. Nam quum aliquoties falsò nuntiatus esset aduentus hostium, postea cautum est, ne quis amplius nuntiaret. Inde ex improuiso captæ sunt Amyclæ. Hinc prouerbium, Loqui volo: nam scio Amyclas tacendo periisse. Hinc Virgil. tacitæ Amyclæ, dictæ sunt.

Ămyclæŭs, a, um, adiect. ἀμυκλαῖος.

AMYCLAS, ἀμύκλας, Lacedæmonis filius, *vt est autor Dictys Cretensis in libro quem de expeditione Gracorum in Troianos composuit.*

ĂMŸCŬS, ἄμυκος, Neptuni & Melies Nymphæ filius, Bebryciorum rex, qui eam consuetudinem habuit, vt aduenas in Bebrycium nemus ad cæstuum certamen prouocaret, & insidiis circumuentos ibidem interficeret. Quum itaque Argonautæ in Bebrycium venissent, Pollux ab eodem ad certamen prouocatus, cognitis insidiis, socios conuocauit, ab iis adiutus Amycum interfecit. *Virgil.5.Æneid.* qui se Bebrycia veniens Amyci de gente ferebat. ¶Amycus item vnus è Centauris fuit, Ixionis & Nubis filius. ¶Alius fuit Æneæ comes. *Virg.9.* inde ferarum Vastatorem Amycum, &c.

ĂMŸDŌN, ἀμυδών, pen. corr. Ciuitas Pæoniæ quæ auxilia misit Troianis. *Iuuen. Satyr.3.* Hic alta Sicyone, ast hic Amydone relicta.

Āmygdălă, {שקד *schakédh.* ἀμυγδαλῆ. GALL. Amandier. ITALI. *Mandorlo.* GER. Ein mandelbaum. HISP. *Almendro.* ANG. *An almond tree,*} Arbor, amygdala, hoc est, nuces Græcas proferens. *Columel. libr.6. cap.14.* Amygdala, si parum ferax erit, forata arbore lapidem adiicito. ¶Hinc Amygdalinus, na, num, penult. correpta. *Serenus,* Fertur amygdalinæ succus nucis esse bibendus. Amygdalinum oleum, *Plinius libro 23. capite 4.*

Āmygdălicĕum folium, *Plin, l.26.c.11.*

Āmygdălă, læ, {שקדים *schekedhim.* ἀμυγδάλη. GAL. Amande. IT. *Mandorla.* GER. Mandelnuß / mandelkern. HIS. *Almendra.* AN. *An almond.*} Penultima correpta, Nux Græca, quæ & Thasia dicitur. *Plin.* Intus nucleus amygdalæ est. ¶Amygdalum, ἀμύγδαλον, etiam neutro genere dicitur pro fructu. *Palladius,* Græci asserunt nasci amygdala scripta, si aperta testa nucleum sanum tollas, & in eo quodlibet scribas, & iterum luto? & porcino stercore inuolutum reponas.

Amygdalites, ἀμυγδαλειδὴς, *Dioscoridi,* Herba est ex genere tithymali, à similitudine foliorum amygdali, quæ & Corymbites dicitur, & Platyphyllos, à latitudine foliorum. *Plin.l.26.c.8.*

Amygdalinus, Adiect. ἀμυγδάλινος. Id quod est vel fit ex amygdalis: vt Amygdalinum oleum. *Plin.lib.23.cap.4.*

Ămylon, {ἄμυλον. GAL. Amidon. IT. *Amido.* GER. Ameln̄. HISP. *Amidon.* AN. *A kynde of wafer made of fine wheat.*} Placẽtæ genus, quod ex tritico fiebat, aut siligine sæpius elorata: dictum quòd ἀνὰ τὸς μύλας, hoc est, sine mola fieret. Macerabatur enim sæpiùs quotidie triticum aut siligo, donec ita molleſceret, vt cremor exprimi posset, qui deinde in sole siccabatur. A vulgo Seplasiorum vnica litera immutata Amydon vocatur. Rationem conficiendi amyli *vide apud Pli.li.18. ca.7. & apud Catonem de Re rust. cap.87.*

AMYMONE, ἀμυμώνη, Vna ex quinquaginta filiabus Danai regis, quæ dum se in syluis iaculando exerceret, Satyrum percussit imprudens, qui impetu in eam facto, vim ei voluit inferre. Quapropter implorato Neptuni auxilio, id ab eo passa est, quod à Satyro formidarat. Itaque prægnans facta, Nauplium peperit. *Vide Strabonem libro 8.* ¶Est & Amymone apud eundem, fons iuxta Lernam, cuius meminit *& Pl. lib.4.cap.5.*

ĂMYNTĬS ἀμύντας. Pater fuit Philippi Macedonis. ¶Est item pastoris nomen apud Theocritum, *Virg.3.Eclog.* At mihi sese offert vltrò meus ignis Amyntas.

ĂMYNTŌR, ἀμύντωρ, Dopolum rector. *Oui.12.Met.* Quem Dopolum rector bello superatus Amyntor. Hic *Homero teste Iliad.2.* pater fuit Phœnicis. *Oui.8.Meta.* Amyntore cretus Phœnix.

Āmȳtĭs, ἄμυτις, Strenuæ potationis genus erat apud Thracas, quum potus ingurgitabatur, vt vinum in dolium infunditur, neque spiritu reciprocato, neque ore contracto. Vndè ἀμυτίζειν Græci dicunt, pro ingurgitare, & sine respiratione affatim bibere. *Horatius libro primo Carm.* Bassum Threicia vincat amystide. ¶Alij Amystidem poculi speciem interpretantur, quo Thraces vtebantur, quoties ἀμυστὶν ἀντιμετρεῖ, hoc est, citra labrorum contractionem, & spiritus reciprocationem potare volebant. Vt Germani potatores aiunt. [*Germ.* On schnauffen vnd wusschen.]

ĂMŸTHĀONĬŎ, ἀμυθωνία, Elidis pars est, *teste Stephano,* ita dicta ab Amythaone Crethei filio.

ĂMŸTHĀŌN, ἀμυθάων, Melampodis insignis auguris & medici pater fuit, quem ab illo Amythaonium vocat. *Virg.3.Georg.* Phillyrides Chiron, Amythaoniúsque Melampus. [*Tib.li.4.* Queis Amythaonius nequeat certare Melampus.]

AMYSON, ἀμύζων, *Ptolemæo,* Cariæ oppidum est, *cuius meminit Plin. libr.5. cap.29.*

A ante N

An, aduerbium interrogandi & pro Nunquid ponitur, ἢ μή. *Cicero,* An verò Romulus ille, aut pastores aut conuenas congregasse videtur? [Statim an non. *Plau. Pseud. sc.1.a.5.* Licétne obsecro betere, an non licet? *Plaut. Pseud. sc.3.a.1.* Es ne tu an non es ab illo? *Plaut. Pse. sc.2.a.2.* Album an atrum vinum potas? *Pl. Men.* An quia latrocinamini arbitramini quiduis vobis licere? *Plaut. Milit. sc.6.a.2.* Estne herilis concubina, an non est ea? *Plaut. Milit. sc.5.a.2.* Die mihi an vnquam tibi intestina crepant? *Pl. Men. sc.3.a.5.* Quid faciam, maneam an abeam? *Plau Curc sc.4.a.4.* Redin an non virginem? *Plaut. Curc. sc.4.a.4.* An non iusta caussa, vt &c. *Pl. Capt. sc.2.a.2.* Abin an non? *Pl. Aul. sc.3.a.4.* facis mihi iniuriam an non? *Ibid.* Estne inuocatum an non? Est planissimè. *Pl. Capt. sc.1.a.1.* Iubes an non? *Ibid. Plau. Capt. sc.1.a.4.* Mittis me an non mittis? *Pl. Milit. sc.5.a.2.* Perij an non? *Pla. Pf. sc.3.4.1.* An sis arbitura à viro? *Pl, Men. sc.1.a.5.* An ne bonum oblita es facinus? *Catul. de Comm. Ber.* Anne parentum frustrantur falsis gaudia lacrimulis. *Ibid.* An quod amantes Non longè à caro corpore abesse volunt? *Ibi.* An & hunc sibi posceit Vlysses? *Ouid.13.Met.* fallor, an. Vide Fallor. Finem vitæ, sponte an fato. *Tacit. lib.2.* Veróne an falso iactabantur? *Suet. in Gal. c.12.* An arua colentem. *Ouid 4. Fast.* Sed legendum fortè est (*aut arua*). [Sed aliquando transit in vim coniunctionis si, et, quum sermo dubitatiuus est, & tunc ferè subiunctiuo iungitur; vt, Nescio an pater viuat. ¶An diuersis in locis collocatur. Primo loco, *Cic.2. Philip.* An tu, Narbonæ in mensas hospitum quum vomeres, Dolabella pro te in Hispania dimicaret? Secundo loco. *Cicero quinto Verr.* Errauit, an potiùs insaniuit Apronius? Et hic & in similibus subaudis An vel vtrum. ¶An, ter repetitum. *Cicero in Orat.* In quo quæsitum est, in totóne circuitu illo orationis, an in principiis solùm, an in extremis, an in vtraque parte numerus tenendus sit. ¶An, quater repetitum. *Cicero de Orat.* Refert etiam qui audiant: Senatus, an populus, an iudices frequentes, an pauci, an singuli. ¶An & Ne coniungi solent pro An. *Terent. in Andr.* Anne est intus Pamphilus? *Cicero in Pisonem,* Anne gesto? An & Ne interpositis aliquot dictionibus. *Cicero primo de Finibus,* An partus ancillæ sine fructu habendus. ¶An si coniunguntur. *Ouidius in Epist.* An si quis rapiat stabulis arma recluſis, Arma feras, rapta coniuge lentus eris? In notis antiquorum AN. Annius. AN.N. ante noctem. AN.M. actionem mandat. ANN. vel AN. annis. ANT. anté vel antea: ANT.T. ante terminum constitutum. ANG. P. angelus percussit. ANM. anima, ANN. SEN. Anneus Seneca.

ANA, siue (*vt apud Melam legitur*) Anas, ἀνὰς *Ptolemæo,* Fluuii nomen est apud Hispanos, Bæticam, hoc est, Granatam, à Lusitania, quam hodie vocant Portugalliam, diuidit. *Vide Plin. lib.4.ca.1.& 22.* Vulgò *Guiana.* ¶Est quoque nomen animalis cuiusdam Orientis.

Ănăbăsis, ἀνάβασις *Dioscoridi,* Herba quæ Equisetum Latinè dicitur, à Græcis Hippuris. {זנב חסוס *zennáb hassús.* GALLIC. Queuë de cheual, apresle ou presle. ITAL. *Coda di cauallo, asprella.* GERMAN. Schaffthew. HISPANIC, *Cola de mula, rabo de mula.* ANGLI. *An heerbe called the horse tayle.*} *Plin. lib. 26. cap.13.* Recentiores Caudam equinam vocant.

Ănăbăsĭus, ἀναβάσιος. Qui emittitur in exteras regiones, rumorem aliquem dissemināturus, qualem Triptolemum fuisse in fabulis legimus, quem semina per orbem sparsurum, Cererísque beneficia annunciaturum, à dea rapidissimo curru emissum fabulantur. Nomen deductum est ἀπὸ τῦ ἀναβαίνειν, hoc est, ab ascensu, curruum scilicet, vel equorum. Hieronym. contra Ruff. Idcircóne cereales, & anabasij tui per diuersas prouincias cucurrerunt, vt laudes meas legerent?

Ănăbāthră, ἀναβαθρα, Scalæ, pulpita, gradus superiores scanciles, aut instrumenta scabellorum, aut subsellia: ab ἀναβαίνω, id est, sursum ascendo *Iuuen. Satyr.7.* Et quæ conducto pendent anabathra tigillo.

ANABIS, ἀναβὶς, Oppidum Hispaniæ, in Tractu Tarraconensi, *Ptolem.*

Ănăbŏlăgĭŭm, ἀναβολάγιον, vel Anaboladium: ἀναβολάδιον. Sindonis genus est, quo humeri operiuntur: dictum ἀπὸ τῦ ἀναβάλλομαι, quod interdum Indui significat, interdum reiicio. Solebant enim mulieres in negligentiori cultu hoc ornamento pectus & humeros protegere, & quum visum esset, reiicere.

Anabula, læ, *vt scribit Plinius,* animal Æthiopicum, capite cameli, collo equi, cruribus bouis prætendens similitudinem, per totum corpus nitentem habens rubedinem, albis maculis immistam. Est & miri decoris, longo collo, & altis anterioribus & posterioribus cruribus.

ANABVRA, ἀνάβυρα, Pisidiæ oppidum *apud Strab. lib.12.*

Anacacabea, ἀνακακάβεια, λατὸς. A vulgo Græcorum arbuscula quædam appellatur, *teste Ætio,* quæ Homer. Loros dicitur. Galli Alysam & Alisarum nominant. Fructus quoque, *eodem Ætio teste,* à recentioribus Græcis Anacacabon appellatur; Latini vocant Fabam Græcam. *vide Ruell. lib.1.cap.95.*

Anacampseros, otis, ἀνακαμψέρως, Herba est, cui à Magis reuocandi amoris vis tribuitur: ita dicta ab ἀνακάμπτω, reflecto, & ἔρως amor. *Plin.li.24. ca.17.* Anacampserotem celeber arte Grammatica paulò antè, cuius omnino tactu redirent amores, vel cum odio depositi.

Anacardium, ἀνακάρδιον, Arbor Indis familiaris, fructu auiculæ cor-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

culo non dissimili: vnde nomen putant inditum, rubente intus cruore, quo veluti sanguine scatet. *Ruell. lib. 1. c. 37.*

ANMACE, ἀμνάκη, Oppidum Achaiæ, *apud Steph.*

ANACEPHALÆŌSIS, {ἀνακεφαλαίωσις penultim. prod. ANG. *A short repetition of thinges said.*} Breuis capitulatio, in qua repetitio rerum summatim fit. *Quintilianus libro sexto, cap. 1.* Rerum repetitio, & congregatio, quæ Græcè dicitur ἀνακεφαλαίωσις, à quibusdam Latinorum enumeratio, & memoriam iudicis reficit, & totam simul causam ponit ante oculos iudicis. Græcè κεφάλαιον, caput dicitur in ea significatione, qua nonnulli capituli appellatione vtuntur.

ANACHARSIS, ἀνάχαρσις, Philosophus ex Scytharum genere, sapientiæ admirandæ, *vt scribit Cic. lib. 5. Tuscul.* qui studio cognoscendi ritus & mores Græcorum in Græciam se contulit, eodem tempore, quo septem Sapientes florebant. Huius imaginibus inscriptum erat, Lingua, venire, pudendis abstinendum esse. Plin. tradit Anacharsim inuenisse rotam figuli, cuius circuitu vasa formantur. Sed si (*vt inquit Seneca*) apud Homerum longè antiquior inueniatur figuli rota, non video quo modo Anacharsis esse autor huius rei potuit. Ibat nudis pedibus, dormiebat in terra, & famem pro pulmento habebat. Hic leges aranearum telis quàm simillimas esse dicebat, quòd muscas quidem & cætera eius generis infirmiora animalcula irretirent, à fortioribus autem perrumperentur. Interrogatus autem quo pacto absternius fieret, respondit, si ebriosorum motus sibi ante oculos ponat. De genere mortis eius tradit Lacrtius, quod quum in patriam se recepisset Græcóque ritu sacrificaret, à fratre suo Scytharum rege, fuerit interemptus.

Anachites ἀναχίτης, Gemma est omnium pretiosissima, quam notiore nomine Adamantem vocamus: ita dicta quòd vanos motus, animique lymphationes credatur abigere, & aduersus venena habere vim antidori. *Plin. lib. vlt. cap. 4.*

ANACHŌRĒSIS, ἀναχώρησις, Eremus, secessus: vnde monachi eremum incolentes & quicunque procul ab hominibus secesserint, ἀναχωρῆται vocantur. *Cassianus in Col.* Cuius sectatores anachoretæ, id est secessiones meritò nuncupantur, eò quòd nequaquam contenti hac victoria, qua inter homines occultas insidias diaboli calcauerunt, aperto certamine ac manifesto conflictu dæmonibus congredi cupientes vastos eremi recessus penetrasse non timeant.

ANACLINTERIUM, {משכב *mischeváh*, κλιντήριον. GA. Lict de matlas pour se reposer sur iour. ITAL. *Letticiolo, mattarazzo.* GER. ein gutschen ein ruwbetstein/lotter bett. HISP. *Lugar para dormir.* ANG. *A flokbedes, or matres.*} Lectulus, super quo quiescimus interdiu, qualia celebrantur Florentiæ Tuscanica: *vbi apud Lampridium Heliogabulo*, Accubita: à quibusdam quoque Stabadia dicuntur: *Spar. in Ceiono Commodo.* Nam lectum eminentibus quatuor anaclinteriis fecerat, minuto reticulo vndique inclusum.

¶Vocantur huiusmodi lecti etiam grabati & Græc γρέβατοι.

Anacollia, vocantur quorum lacryma incommodantes pilos corrigit. *Aetius.*

ANACŌLŪTHŌS, ἀνακόλουθος, Latinè inconsequens: vnde Anacoluthon figura est, quum non redditur quod superioribus respondeat, vt si in oratione ponatur μὲν & non sequatur δέ. Aut è contrario, quum particula quæ non nisi posteriori loco poni consuecuit, sola ponitur sine ea quę solet præcedere: vt si, verbi gratia, relatiuum ponatur sine antecedente. *Virgil. 1. Æneid.* Millia quot magnis nunquam venêre Mycenis. *Vbi Seruius*, Anacoluthon est: nam dicit Quot, quã non præmiserit Tot.

ANACRĔŌN, ἀνακρέων. Nomen proprium poëtæ lyrici, à quo metra Anacreontica dicta sunt. Ortus fuit ex Teo Ioniæ ciuitate: ex qua etiam Hecatæus historicus. Amauit puerum nomine Batyllum visenda pulchritudine spectabilem. *Horatius*, Non aliter Samio dicunt arsisse Batyllo Anacreonta Teium. Perijt acino vuæ passæ strangulatus, *vt tradit Plin. l. 7. c. 7.*

*Anacreontius, Adiect. *Quint. lib. 9. c. 4.* Anacreontium protinus colon efficias. Anacreontius versus, *Miseri inuidi vi imus scientes.* Recipit Pyrrhichium, Chorium, Spondæum, Brachysyllabum, Anapæstum. Primus semper est Pyrrhichius. *Censorinus de Die natali. cap. vlt.*

Anacrisis, {חקן *bóchan*. ἀνάκρισις. GAL. Examen, information, question. IT. *Esamina.* GER. Befragung eines vbeltäters es sey mit marter oder ohn marter. HIS. *Examen, ò questión, ò information.* ANG. *Examination, question of the giltie.*} Quæstio de reo habita, siue ea per tormenta fieret, siue sine tormentis. ¶Inde interrogatio testium, quam vulgus *Informationem* vocat. *Vide Bud. in Comment.*

Anactorion, ἀνακτόριον. Herba est, quæ notioribus nominibus ξυλίον Græcis, & Latinis Gladiosus appellatur. *Dioscor. li 8.*

ANACTORIA, ἀνακτόρια *Stephano*, Oppidum est Acarnaniæ, coloniæ olim Corinthiorum ad sinum Ambracium, *Plin. li. 4. c. 1.*

¶Est item hoc nomine Ioniæ vrbs in minore Asia, postea Miletus appellata, *vt testatur idem Pli. lib. 5. c. 29.*

Anadema, ἀνάδημα, pen pro. Corona, sertum aut simile capitis ornamentum. A verbo ἀναδέω, corono, vel circumligo. *Luc. lib. 4.* Et bene parta patrum fiunt anademata, mitræ. Paulus inter ornamẽta capitis mulieb ria recenset *in l. 26. de auro & argent. leg.* Item & Hesychius, qui scribit esse εἶδος κόσμου ὑπὲρ τὰς ὄπισθεν τρίχας. Itaque à *Polluce li. 5.* in mundo muliebri ἀναδήματα numerantur.

Anadendrades, pen. cor. ἀναδενδράδες, vocantur à Græcis vites arbustiuæ, quæ scilicet arboribus fulciuntur.

Anadendromalache, ἀναδενδρομαλάχη, Malua arborescens, quam *Galenus* 4. Therapeuticæ eandem facit cum Althæa.

ANADIPLŌSIS, ἀναδίπλωσις, pen. pro. Dici potest reduplicatio. Est enim dictionis in vltima parte præcedentis versus sitæ, in prima sequentis repetitio. *Virg. Eclog. 8.* Certent & cygnis vlulæ, sit Tityrus Orpheus, Orpheus in syluis, inter Delphinas Arion.

Anadyomene, penult. corr. ἀναδυομένη, Participium esse fœmininum verbi ἀναδύομαι. Latinè reddi potest Emergens. Hoc nomine Apellis opus dictum est, quod Venerem habebat è mari emergentem. *Vide Pli. li. 35. c. 10.*

ANAEA, ἀναία *Stephano*, Vrbs Cariæ contra Samũ: à qua fiunt gentilia, Anæus, ἀναῖος, & Anaites, ἀναίτης. Hinc ortus fuit Menelaus Anæus, Peripateticæ familiæ Philosophus, & historiarum scriptor egregius.

ANAETIA, ἀναητία. Oppidum maioris Armeniæ, quod ab Euphrate alluitur. *Plin. lib. 5. c. 24.*

An gallis, {ἀναγαλλὶς. GAL. Mouron ou morgeline. ITA. *Anagallo.* GER. Gauchheil. HIS. *Mururges.* Herba est quam Morgelinam, vel Gallinæ morsum vulgò vocant, *si Ruellio credimus.* Duæ eius à Plinio traduntur species floris colore distinctæ. Mas enim florem habet Phœniceum, fœmina cæruleum.

ANAGLYPHA. {משוה *pittuách*. ἀνάγλυφα. GAL. Choses taillees en bosse ou reuelees. ITAL. *Cose di releuo.* GERM. ein auß getriben werck/ was getriben, truckt/ oder auß gestochen ist/ das es bilder hat. HI. *Vasos labrado, de buril ò sinzel.* ANGL. *A ford of carued work.*} penult. corrept. Dicuntur vasa, aliáve opera, sculpturis aspera, quæ scilicet ita exsculpta sunt, vt in eis imagines emineant: ita dicta ab ἀνὰ, quod sursum significat, vel suprà, & γλύφω sculpo: eò quòd sculpturæ in superiori parte eminent. Vnde & à Gallis *Releuata* dicuntur. Eadem & Anaglypta inuenimus appellata. *Pl. lib. 33. cap. 11.* Nunc anaglypta in asperitatémque incisa circa linearum picturas quærimus. *Martial. libr. 11.*

Nec desunt tibi vera Glaniana, Nec mensis anaglypta de paternis.

ANAGLYPTĒS, {מפתח *mephattéach*. ἀναγλύπτης. GA. Tailleur, insculpteur. IT. *Scultore.* GER. Ein meister der getribne arbeit mit bildwerck *machet*/ bildhawer. HISPA. *Platero que labra por sinzel.* ANG. *A caruer, à grauer.* Sculptor qui ita quippiam exsculpit, vt in eo imagines promineant.

ANAGLYPTICĒ, siue Anaglyphice, ἀναγλυφικὴ, ἢ ἀναγλυπτικὴ. GALL. L'art de tailler. ITA. *L'arte da sculpir di releuo.* GER. Die kunst des bildwercks/ durch getribne oder getruckte arbeit. H. *La arte de labrar de buril ò sinzel.* ANG. *The art of caruing or grauing.*} Ars & ratio ita sculpendi, vt in opere imagines emineant. Huic opponitur Diaglyphice, διαγλυφικὴ quum imagines superficie operis sunt depressiores, & ita excauatæ, vt eminentes imagines ceræ alterive corpori molli possint imprimere: cuiusmodi sunt annulli & sigilla tam publica, quàm priuata, quibus literæ, & diplomata obsignantur.

ANAGNIA, ἀναγνία *Ptolemæo*, Ciuitas Hernicorum in Latio, vbi Antonius sorore Augusti contempta, & Cleopatra in vxorem ducta monetam ferire iussit. *Virgi. li. 7.* Quos dies Anagnia pascit, &c.

ANAGNŌSTES, {ἀναγνώστης. ANG. *A reader.*} Latinè lector dicitur. Nam ἀναγινώσκω, lego, ἀνάγνωσις recognitio, lectio. *Cic. Att.* Nam puer festiuus anagnostes noster Sosistheus decesserat.

Anagyris, ἀναγυρὶς, Herba est grauissimi odoris, quæ ob id à rusticis lignum putidum vocatur. Huius folia, virgásque si quis decerpserit, fœdissimo odore manus imbuit, quo non nisi frequenti lotione potest liberari. ¶Hinc factus est locus prouerbio, vt qui sibi offutura commoueat, ἀνάγυριν κινεῖν, hoc est, Anagyrin mouere dicatur. ¶Anagyrus ἀναγυρούς populus Athenien sis, trib. Erechtheidis. *Vide Stephanum.*

ANAITIS, idis, Deæ cuiusdam nomen, quæ in Sacasena Armeniæ regione præcipuè colebatur. Huius deæ ministerio moris erat optimatum filias forma præstantissimas dedicare: quæ vbi aliquandiu omnibus corporis sui copiam fecissent, tanquam nobiliores redditæ, deinceps viris tradebantur. Dies festus huic numini dicatus, Sacra vocabatur, quo se viri mulieribus permisti ad stuporem vino ingurgitabant. Sunt qui tradant, hæc festa in memoriam victoriæ, quam Cyrus de Saccarum gente retulit esse instituta. Ferunt enim Saccas Cyri castra ingressos, quæ ille simulata fuga, epulis vinóque differta reliquerat, ita se vino obruisse, vt à Cyro omnes ad internecionem penè deleti fuerint priùs quàm possent expergisci. *Strab. libro 11.*

ANALECTA. {שחחת שלחן *schettáchat schulchán* פת *path*. ἀνάλεκτα. GAL. Ce qui tombe sous table, miettes. ITAL. *Immunditie d'ella ta vola.* GER. Zusamen vouschung was von dem tisch felt/ so man zusamen list vnd ausschuttet. HIS. *Los relieues de manjar que sobra.* ANG. *Crommes, that falleth from the table.*} Purgamenta cœnarum, & quisquiliæ ciborum sub mensam cadentes, quæ manu colligi solent, & extra triclinium efferri. *Martial. libro 7.* Colligere longa nec turpe putat dextra Analecta, quicquid & canes reliquerunt. Dicta Analecte, διὰ τὸ ἀναλέγεσθαι, hoc est colligendo, propterea quòd manu colligerentur, non scopis euerterentur. Inuentis enim lirhostrotis, cæterísque id genus pretiosioribus pauimentis, cessauit vsus scoparum. Illa enim, quod ex minoribus testulis constabant, scopas non admittebant, vnde etiam Asarota dicebantur, quòd non verterentur, sed quòd manu purgamenta colligi soleant, & pauimenta ipsa spongiis lauari, *Martial. lib. 14.*

In pretio scopas testatur palma fuisse, Otia sed scopis nunc analecta dabunt.

ANALĒCTĒS, æ, {ἀναλέκτης. GALL. Qui recueille les miettes & autres reliquats. IT. *Chi raccoglie le euanzature di tauola.* GE. Ein zusamen lâser der tischlachenschutte. HI. *El que barre los relieues.* A. *A gatherer of the crommes of the table.*} Qui colligit, aut vertit analecta. Dicitur etiam per translationem, *teste Calio Rhod. lib. 31. cap. 31.* qui multa lectione exercitatus memoria est firmissima, ità vt quicquid vnquam legerit, vel audierit habeat ad manum. Nomen deductum est à verbo ἀναλέγεσθαι, quod inter cætera significat, ἀναμιμνήσκειν ἔχειν, ἢ ἐννοεῖσθαι, hoc est, memoria concipere, & firmiter tenere. *Seneca*: Suasit illi Satellius Quadratus, vt Grammaticos haberet analectas.

Analectides, ἀναλεκτίδες, dicuntur, quibus è xylino lino, vel quauis materia, puellæ tanquam puluillis constipant scapulas prominentes, vt videri habitiores possint. *Ouid. 3. de Arte aman.* Conueniunt tenues scapulis analectides altis, Angustum circa fascia pectus erat. *Cal. lib. 13. c. 31.*

*Analemma, ἀνάλημμα, est ratio conquisita Solis cursus & vmbræ crescẽtis à brumæ obseruatione inuenta, è qua per rationes architectonicas circinsque descriptiones est inuentus effectus in mundo. *Vit. li. 9. c. 4.*

Analesia, dicta est eò quòd sanas partes capitis sensu priuet. Fit, vel nascitur ex negligentia, aut ex nimio cibo, aut ex luxuria, aut potu frigido bibendo, vel nimium cogitando, vel ex indigestione ciborum.

ANALITAE ἀναλῖται, populi Arabiæ *apud Pl. li. 6. c. 28.*

ANALŌGIA, Proportio, proprietàs, commentitia similitudo. {משקל *mischkál*. ἀναλογία. GAL. Analogie, proportion, conuenance. ITALIC. *Proprietà, conuenienza.* GE & M. Gleychförmigkeit, ähnligkeit. HISPA. *Proprietad,*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

prietas, conuenientia. AN. *Proportion likneſſe.*} *Cicero*, Quod analogiam Stoici, nos appellamus conuenientiam, ſi placet. *Quint. lib.* 1. Analogia præcipuè, quam proximè ex Græco transferentes in Latinum, Proportionem vocauerunt. [Analogia quid ſit, docet *Gell. cap.* 15. *libro* 2. dicitur ratio proportionis ab eodem *cap.* 9. *lib.* 15.] Hæc eſt eius vis, vt id quod dubium eſt, ad aliquid ſimile, de quo non quæritur, referat, vt incerta certis probet, vt ſi quæratur, funis maſculini, an fœminini generis ſit, ex eius diminutiuo cognoſcitur, quia funiculus generis maſculini eſt.

* Analogia apud Mathematicos, eſt quum numeri duo aut plures, quum item magnitudines inter ſe comparantur, ad ſimilitudinem ſecundæ comparationis, iuxta æqualitatem vel inæqualitatem. vt ſi dicas, Vt ſe habent quatuor ad duo, ſic octo ad quatuor: &, quanto eſt longior pes Herculanus alterius alicuius pede, tanto item ſtadium Herculano pede ſexcentis commenſum, longius eſt eo ſtadio quod alterius pede toties tranſmiſſum eſt

Ănălŏgĭſmŭs, *ἀναλογισμός*, A dialecticis vocatur firmiſſimum illud argumenti genus, quod à cauſa propinqua dicitur. Cui opponitur Epilogiſmus, qui ſolet ſumi ab effectu, aut certè à cauſa remota. Dicitur autē Analogiſmus à verbo Græco *ἀναλογίζομαι*, quod inter cætera ſignificat ratiocinari, & firmiſſimis argumentis aliquid colligere.

Analogiſtæ, tutores qui non tenentur rationem reddere tutelæ.

Analogos, *ἀνάλογος*, Proportione reſpondens.

Ănălytĭcă, orum. *ἀναλυτικά*, Nomen eſt duorum librorum Ariſtotelis, quibus ille iudicandi, ſiue (vt alij loquuntur) argumenta reſoluendi, partem exequitur. Nomen deductum eſt à verbo *ἀναλύειν*, quod reſoluere ſignificat, nonnunquam etiam diiudicare. *Budæus in Comment. linguæ Græcæ.*

Ănălphăbētī, *ἀναλφάβητοι*, A Græcis dicuntur, qui ne elementarias quidem literas nouerunt, quos Fulgentius Abecedarios appellat, in 3. Mythologicôn. *Bud. in Pandect.*

Ănămnēsĭs, *ἀνάμνησις* Latinè commemoratio dicitur.

Ănăncæŏn, *ἀναγκαῖον*. Neceſſarium Latinè dicitur: Figura quum volumus oſtendere neceſſitudinē, aut naturæ, aut temporis, aut alicuius perſonę: quale eſt illud Democharis, Nihil valebat aſſidua pro fratre ac miſericors deprecatio, quum iudicaret tyrannus, cuius crudelitas omnem naturæ neceſſitudinem extinguebat. *Rutilius Lupus lib.* 1.

Ananchitis, ananchitidis, *ἀναγχίτις*, Gemma, *de quæ ſic Plin. lib.* 37. *ca.* 11. Ananchitide in hydromantia dicunt euocari imagines deorum. *Vide Suprà* Anachites.

Anantapodoton, *ἀναπαπόδοτον*, Schema eſt, quo Græci frequentiùs vtuntur quàm Latini, quum ſcilicet oratio aliquo membro deſtituitur.

Ănăpæſtŭs, *ἀνάπαιστος*, Pes ex duabus ſyllabis breuibus, & ex tertia longâ. Componitur ex *ἀνά*, re, & *παίω*, ferio, eo quòd repercutiat dactylum ſono reciproco. A Græcis, *ἀνάπαλιν τος* dicitur, quaſi dactylo contrarius. *Cic. lib.* 3. *Tuſcul.* Non adhibetur vlla ſine anapæſtis pedibus exhortatio.

ANAPAVOMENOS, *ἀναπαυόμενος*, Fons eſt in Dodone, Ioui ſacer: ita dictus, *παρὰ τὸ ἀναπαύεσθαι*, eoquòd ſub meridiem, quotidie deſinat fluere. {GE. Ein brunn in Dodon/ſo zu mittag erſiget.} *De hoc ſic ſcribit Plin. l.* 2. *c.* 103. In Dodone, Iouis fons quum ſit gelidus, & immerſas faces extinguat, ſi extinctæ admoueantur, accendit. Idem meridie ſemper deficit: qua de cauſa Anapauomenon vocant: mox increſcens ad medium noctis exhuberat: ab eo rurſus ſenſim deficit.

Anaphalis, *ἀναφαλὶς*, Herba eſt, quæ notiore nomine Gnaphalium, & à quibuſdam Centunculus appellatur.

ANAPHE, *ἀνάφη*, Inſula eſt vna Sporadum, inter Theraſiam & Aſtypalæam, quam *Plin. lib.* 2. *cap.* 87. enumerat inter eas, quæ diu aquis tectæ, tandem emerſerunt. Nominis ratio Stephano hæc traditur, quod Argonautis intermeſtri luna tempeſtate iactaris opportunè apparuerit.

Ănăphŏra, *ἀναφορά*, ſeu Epanaphora. *ἐπαναφορά*, penult. corr. Figura quam nos relationem ſeu repetitionem dicere poſſumus, quæ fit quoties in principio ſingulorum membrorum, autverſuum eadem pars orationis repetitur, hoc modo, Verres calumniatores apponebat, Verres de cauſa cognoſcebat, Verres pronuntiabat. *Virgil.* 1. *Æneid.* Nate meæ vires mea magna potentia, ſolus Nate patris ſummi.

¶ Anaphoræ etiam ſcanſiones ſeu aſcenſiones ſignorum vocabantur ab Oriente circumactu mundi quotidiano factæ, ex inclinatione cæli varia, nunc maiores. *Firmicus*, Sed iſtis tandiu vitiis laborabit, quoad ſigni eius fuerit anaphora completa.

ANAPIS, *ἀνάπις*, pen. prod. Siciliæ fluuius leniter decurrens, decem ſtadiis procul à Syracuſis in mare defluens. *Ouid.* 5. *Met.* Præterit & Cyanen & fontes lenis Anapis.

Ănăpŏlŏgētŏs, *ἀναπολόγητος*, Latinè inexcuſabilis.

Anarchus, *ἀνάρχος*, Sine principe, vel principio *Ambr. lib. Hexam.* Dedit ergo principium mundo, dedit etiam creaturæ infirmitatem, ne anarchon, id eſt, principio carentem crederemus.

ANARIACAE *Straboni*, Anariaci *Plinio*, *ἀναριάκαι Stephano*, populi ſunt ad mare Caſpium ad Ortum incolentes: quorum oppidum Anariace, *ἀναριάκη* commemoratur.

Anarrinon, *ἀνάῤῥινον*, Quod & Antirrhinum, herba eſt Anagallidi ſimilis, radice nulla aut perexigua, ſemine vitulinas nares imitante: vnde & nomen habet. Galenus Bueranion appellat. Gal *Oculum cati. Vide Plin. lib.* 25 *c.* 10. *& Ruel. lib.* 3. *c.* 131.

Ănās, ătis, pen. genitiui correp. Auis notiſſima ex genere amphibiorum, ita dicta ab aſſiduitate natandi. {*νῆττα*. GALLIC. Cane ou canart. ITA. *Anitra*. GER. Ein ent. HISP. *Anade*. ANGL. *A dooke, a drake.*} *Martial. lib.* 13. Tota tibi ponatur anas, ſed pectore tantùm, Et ceruice ſapit, cætera redde coquo. [patriciis pueris dantur anates, coturnices. *Plaut. Capt. ſc.* 4. *a.* 5. Anatem ponticæ veneno victitant. *Gell. c.* 16. *lib.* 17.] * Anaten morbum anuum dicebant, id eſt, vetularum: ſicut ſenium morbum ſenum. *Feſtus.*

Ănăticŭlă, diminutiuum eſt, {*νηττάριον*. GAL. Petite cane ou petit canart. ITAL. *Picciola anitra*. GERM. Ein entle, en vögelin. HIS. *El anadino ò anadina*. ANG. *A litle dook or drake.*} *Cicer. 5. de Finibus*, Serpere anguiculos, euolare merulas, nare anaticulas, cornibus vti videmus boues. [Dic me tibi Anaticulam, Columbam, vel Catellum. *Plautus Aſin. ſc.* 3. *act.* 3.]

Ănătīnŭs, na, num, pen. prod. {*νήττιος*. GALLIC. De cane ou canart. ITAL. *Coſa di anitra*. GERM. Das zu der enten gehöret. HISP. *Coſa perteneciente alas anades*. AN. *Vnſch perteneth to a duck or drake.*} *Pl. in Rud.* Vtinam fortuna anatina nunc vterer: vt quum exiſſem ex aqua, arerem tamen.

Anatarius, Qui anates cuſtodit, paſcitve, *νηττοφύλαξ*. * Anataria aquila, quæ anates circa lacus venatur. *Ex Sipontino.* De anataria aquila, *Plin. lib.* 10. *c.* 3.

Ănătārĭŭs, a, um, Quod ex anate eſt: vt Anatariæ plumæ: ſiue quod ad anates pertinet: vt, Anataria aquila, *νηττοφόνος ἀετός*, quæ anates venatur. *Plin. ib* 10. *c.* 3.

ANASA, *ἄνασα*, Oppidum Germaniæ, *apud Plin. lib.* 6. *c.* 8.

ANAS, *ἄναπος*, Fluuius vlterioris Hiſpaniæ, Bæticam diuidens à Luſitania: *de quo Pomp Mela. lib.* 2. ¶ Antiqui præterea Anatem vocabant annuum morbum, ſcilicet vetularum. *Feſtus.*

Anaſphoros, *ἀνάσφορος*, A quibuſdam vocatur herba, quam Græci *λινοείδα*, Latini Linum appellant. Legitur hoc nomen in quibuſdam Dioſcoridis exemplarib. Quidam verò hoc vt pleraſque alias herbarum nomenclaturas apud eundem inter notha referre malunt.

Anaſtomoſis, *ἀνάστομωσις*. A medicis appellatur apertio venarum, quando ſcilicet venarum orificia amplius æquo aperiuntur: quod fit aut propter vaſorum imbecillitatem, aut propter ſanguinis ad orificia affluentis copiam. *Gal. libr.* 4 *&* 5. *Method.* Eſt autem nomen hoc deductum à verbo Græco *ἀναστομόω*, quod Latinè ſonat Aperio.

Ănāſtrŏphē, *ἀναστροφή*, Inuerſio, vel peruerſio dicitur. eſt enim (*vt docet Diomedes*) duorum verborum ordo præpoſterus: vt, Italiam contra pro contra Italiam.

Ănăthēmă, Deteſtatio, execratio. {חרם *cherem ἀνάθημα*. G. Excommunication, execration. IT. *Scommunica*. GE. Ein fluch/em verbanter. HISP. *Deſcommunion*. ANG. *Excommunication, execration.*} Ponitur interdum pro donario, quod diis ſuſpenditur in columna, vel pariete templi, *ἀπὸ τοῦ ἀναθεῖναι*, hoc eſt, ſeponendo, vel ſuſpendendo: aut certè ab eo, quòd nefas eſſet ea loco mouere. ¶ Homines quoque ſacri, quorum capita deorum alicui dicata ſunt, Anathemata appellantur. *Vide Bud. in Comm. linguæ Græcæ.*

Ănăthēmătīzo, zas, Deuoueo, deteſtor, *ἀναθεματίζω*.

Ănătŏcĭſmŭs {*ἀνατοκισμός*. GA. Ronouuellement d'vſure, quand les arrierages ſe baillent encores à vſure, & fortiſſent nature de ſort & principal IT. *Rinouamento d'vſure quãdo l'vſura acquiſtata entra nel principale & fa vſura*. GER Der wucher da man zinß anlegt/ das die ſelbigen wider zinß tragend/zinß von zinſen. HISP. *Renouamiento de vſura, vſura ſoore vſura*. ANGL. *Yeare ie vſurie, and vſurie of vſurie.*} Eſt vſuræ anniuerſaria reuolutio, & quas vſuras vſuratum vocant. *Cic ad Attic.* Interim quum in edicto tranſlatitio centeſimas me obſeruaturum haberem cum anatociſmo anniuerſario. Latinè autem Cicero ipſe hoc verbum interpretatur in Epiſt. Confeceram, inquit, vt ſoluerem centeſimis ſexennij ductis cum renouatione ſingulorum annorum.

Ănătŏmē, *ἀνατομή*, Diſſectio, vel conſectio, quum ſcilicet humanum corpus diſſecatur, vt venæ, & nerui, à medicis conſpici poſſint.

¶ Inde Anatomice, *ἀνατομική* ſcilicet *τέχνη*, ars diſſecandi & aperiendi corpora.

ANAVA, *ἄναυα*, vrbs Phrygiæ. Steph.

Ănāvros, *ἄναυρος*, Fluuius Theſſaliæ, ex Pelio monte fluens, quaſi abſque aura dictus. *Luc. lib.* 6. Quique nec humenteis nebulas, nec rore madentem Aëra, nec tenues ventos aſpirat Anauros. De hoc fluuio, vel potiùs torrente, *vide plura apud Apoll. Argo. lib.* 6.

ANAVSIS, *apud Flaccum in Argon.* Procus eſt Medeę, Alanorum & Heniochorum rex, poſtea à ſtilo riuali interfectus.

ANAX, *ἄναξ*, proprium viri nomen, qui fuit Cæli & Terræ filius, à quo Miletus olim dicta fuit Anactoria. *Cæl. Rod. lib.* 5. *c.* 1.

ĂNĂXĂGŌRĂS, *ἀναξαγόρας*, penult. corr. Clazomenius philoſophus fuit, in phyſicis præcellens, qui non modò generis gloria & diuitiis, verùm animi quoque magnitudine clariſſimus fuit, quippe qui totum patrimonium ſuis ſponte reliquit. Et quum ab eis negligentiæ inſimularetur, Quid ergo, inquit, nónne vos iſta curatis? Mox abſcedens, ad ſpeculandum rerum naturam ſe contulit, ſtudio doctrinarum flagrans, rei priuatæ & publicæ omnino negligens, & incurioſus, adeò vt cuidam ipſum ita compellanti, Nullane tibi patriæ cura eſt? dixerit, Mihi verò patriæ cura, & quidem ſumma eſt: digitum in cælum intendens. Hic cùm poſt diutinam peregrinationem in patriam rediiſſet, poſſeſſionéſque deſertas vidiſſet: Non eſſem, inquit, ego ſaluus, niſi iſtæ periiſſent. Digna profectò vox philoſopho, qui pluris faceret culturam ingenij, quàm prædiorum. [Anaxagoræ opinio de aſtris, & de lapide cælitus ruituro. *Plut. in Lyſ.*] *Vide plura de hoc apud Laertium.*

ANAXANDRIDES, *ἀναξανδρίδης*. Poëta Græcus, Comœdiarum ſcriptor, patria Rhodius, qui tempore Philippi Macedonis floruit. Docuit fabulas 65. vicit vna, *vt ſcribit Suidas.*

ANAXANTINI, Populi Italiæ, *Plin. lib.* 3. *c.* 12.

ANAXARBANI, Populi Ciliciæ, ab eadem vrbe ſic dicti, apud Plinium.

Ănāxărchŭs, *ἀνάξαρχος*, Nomen proprium philoſophi Abderitæ, dictatoriſque Democriti. Hic habuit inimicum Nicocreontem Cypri tyrannum, à quo comprehenſus, conjectúſque in pilam ſaxeam, quam Græci *ὄλμον* vocant, ibique ferreis malleis contuſus, adeò toleranter pertulit aſperrimos illos cruciatus, vt verbum illud memorabile conduplicauerit, Tunde, tunde Anaxarchi follem. Anaxarchum enim non tundis. Ad vltimum amputationem linguę minitante tyranno, protinus dentibus abſciſſam, & commanducatam linguam in os eius ira patulum dicitur expuiſſe. *Val. Laer. Valer. Cic.* Floruit Anaxarchus Olymp. cx. vt ſcribit Suidas.

Ănāxărētē, *ἀναξαρέτη*, Puella fuit Cypria, ex Salamine oppido, forma inſignis, & regia ſtirpe ſuperba, quam quum Iphis infimæ ſortis iuuenis perditiſſimè amaret, & ab ea ludibrio haberetur, doloris impatientia ſeſe ad fores eius ſuſpendit. cuius funus quum Anaxarete ſiccis, immotiſque oculis intueretur, in ſaxum eſt conuerſa, *vt fabulatur Ouid.* 14. *Metam.*

ANAXARVS, ciuitas mediterranea Ciliciæ, *vt ſcribit Plin.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ANAXENOR, ἀναξήνωρ, Citharœdus fuit, quem Magnesia ciuitas valde extulit: sed magis M. Antonius, qui quatuor ciuitatum ei tributa legenda tribuit, *vt scribit Strabo lib.* 14.

Anaxetum, ἀναξήτον, *apud Dioscoridem libr.* 3. legitur inter nomenclaturas Gnaphalij herbæ. Quanquam non desunt, qui & hoc malint inter notha referre.

ANAXILAS, ἀναξίλας, Poetæ comici nomen, cuius meminit Suidas.

ANAXILAVS, ἀναξίλαος, Rheginorum in agro Brutio tyrannus fuit, & Messanæ in Sicilia conditor, qui ex testamento liberos suos Mycithi seruti sui tutelæ commendauit. Micythus autem prouinciam sibi impositam, tanta fide, moderationéque administrauit, vt Rhegini serui imperium non detractarent. Pueris deinde ad legitimã ætatem prouectis, bona fide & imperium, & paternam hæreditatem restituit, sibique exiguo seruato viatico, reliquum vitæ priuatus peregit. ¶ Fuit præterea Anaxilaus quidam ex Lacedæmoniorum principibus, qui vnà cum Lycurgo in vincula coniectus fuit, & paulò post cum eodem absolutus. *Vide Plutarchum in Alcibiade.*

ANAXYLIDES, ἀναξυλίδης, Nomen philosophi, *de quo Hieronymus contra Iouin. scribit.* quod in lib. 2. Philosophiæ asserat Potonam matrem Platonis phantasmate Apollinis fuisse oppressam, quòdque sapientię principem non aliter arbitretur, nisi ne partu virginis editum.

ANAXIMANDER, ἀναξιμανδρος, Milesius philosophus, Thaletis auditor, primus terræ marisque circuitus descripsit, & sphætam insuper construxit, *vt inquit Laertius.* Hic dixit infinitum, rerum omnium generationis atque corruptionis causam esse, & partes quidem vniuersi corrumpi, totum autem esse immutabile. ¶ Præterea cylindri formæ esse terram asseruit, tantæ profunditatis, vt ad latitudinem profunditas tertia inueniatur.

ANAXIMENES, ἀναξιμένης, Philosophus fuit Milesius, Eurystrati filius, Anaximandri discipulus successitque, qui eo die obiit, quo Sardeis à Cyro captæ fuerunt. Hic primus rerum æra opinatus est, quem genere infinitum, qualitatibus finitum aiebat, cuius condensatione ac rarefactione cuncta gigni putauit. Motum verò ab æterno esse dixit: Terram ex aere constiparo, primum omnium factam, latam, magnam: idcirco non absque ratione super aërem contineri: Solem, Lunam, cęteráque stellas à terra ortum habere.

ANAXINI, populi in quarta regione Italiæ. *Plin. lib. 3. cap. 12.*

ANAXIVS. Fluuius qui fluit per Feltrensem agrum.

ANAXO, ἀναξώ, Ancei cuiusdam filia fuit, quam quidam Alcmenes matrem faciunt, non Lysidicen sororem Pithei ex Pelope & Hippodamia, *vt habet Plutarchus.*

Anaxyris, ἀναξυρίς Herba est notissima, quam & Oxaliden Græci, & Latini Rumicem appellant. Ita dicta, quod folia eius calceorum soleas imitentur, quæ & anaxyrides quandoque à Græcis appellantur.

ANAZARBA, ἀνάζαρβα *Stephano*, oppidum est Ciliciæ, Dioscoridis illustrissimi medici patria.

Ancæus, dicta suat ab antiquis vasi quæ clara vocamus, quòd circunciendo talia fiant. Ipsum quoque Cælue verbum ab eadem causa dictum est, id cum l permutata. *Festus.*

ANCAEVS, ἀγκαῖος, Samiorum rex, qui strenuissimus agricola habitus fuit. Huic, quum seruos nimio labore premeret, prædictum fuit à seruo, nullum illum eius vineæ, quam tum plantabat, vinum bibiturum. Paucis post annis, coacta eius vineæ vindemia, iussit sibi ex lacu vinum hauriri, increpans eum, qui futurum prædixerat, vt nunquam eius vineæ vinum biberet. Iámque calicem ori admoturo nuntiat quidam, aprum miræ magnitudinis vineam vastare. Abiecto itaque poculo, quum aprum vellet interficere, ab illo dente ictus interiit. *Hoc alludit Horat quum ait.* inter calicem supremáque labra multa cadunt. *Vide Erasmi Adagia.* ¶ Fuit & alter hoc nomine filius Lycurgi.

Anceps, ancipitis, Quod vtrumque acutum est. {פיפיות *piphijoth.* ἀμφίτομος.} Anceps (*inquit Festus*) significare videtur, quod ex vtraque parte caput habet, vt securis, bipennis. Sed magis à capiendo, quòd ex vtroque parte æquè capiatur, appellatum est *Lucil.* Verte, atque ancipiti ferro effringam cardines. ¶ Accipitur pro dubio, siue ambiguo, {תלוי *talúi.* ἀμφίλογος, ἀπαμφοτερίζων. GALL. Douteux, incertain. IT. *Dubio.* GER Zweifelhafftig. HISP. *Dudoso.* AN. *Doubte, or two edged, doubtsome.*} *Cic. pro Marcel.* Incertus est, exitus, & anceps fortuna. *Idem 1. de Nat. Deor.* Bestiæ quasi ancipites, in vtraque sede viuentes. [Ex ancipiti morbo *Sueton. in Aug. cap. 59.* Ancipitia monumenta. *Liu. 5. ab Vrb.* Anceps Deorum ira quæ vtrumque vrget, *Liu. lib. 10. ab Vrb.* Anceps genus Elephantorum quod tam nocere solet quàm prodesse. *Idem 7. Bell. pun.* Anceps prælium vtrinque vrgemur, *Cæsar de Bell. ciui.* Anceps terror intra & extra munitiones, *Cæs. 3. de Bell. ciu.* Ancipitibus telis hostem summouere, *Liu. lib. 7. d. 4.* Securum capiam ancipitem. *Plaut. Men. sc. 1. a 5.* Quod quoniam est anceps (incertum an velitis nominari) *Ouid. El. 4. l. 3. Trist.* Quors fors iniqua in ancipiti posuit. *Sen. c. 10. de Tranquil.* Ancipitia verba & media. *Gell. c. a. 9. l. 11.* Dubia & interdum ancipiti fortuna gestum bellum. *Velleius.* Ancipitis fortuna temporis & tempestate. *Velleius.*] Veteres ancipites in nominatiuo dixerunt non sine ratione, ne in genitiuo ancipitis duabus syllabis videretur cacscere. *Sosipater lib. 1. Pla. in Pul.* Post altrinsecus est securicula ancipes. *Vide Priscianum libr. 6.* *Vocabula ancipitia, quæ & in bonam & in malam partem accipi possunt. vt, tempestas, valetudo, facinus, &c. *Vide Gell lib. 12. c. 9.*

ANCHACES, Nomen ducis in exercitu Persæ contra Æeten Colchorum regem, fratrem Persæ. *Valerius 6. Argonaut.* Doctus & Anchaces, patulo vaga vincula gyro Spargere, & extremas laqueis adducere turmas.

ANCHEMOLVS ἀγχέμολος, Rhœti regis Marrhubiorũ filius fuit, qui quũ Casberiæ nouercæ stuprum intulisset, à patre ad supplicium petitus, ad Turnum in militiam profugit. *Hæc Seruius in illud Virg. 10. Æn.* Hinc Strelenum petit, & Rhœdi de gente vetusta Anchemolum, thalamos ausum incestare nouercæ.

ANCHIALE, ἀγχίαλη, Ciuitas Ciliciæ, *de qua Strabo.* Post Zephyrium, *inquit*, Anchiale supra mare, Sardanapali opus. Ex hac vrbe fuit Athenodorus, qui non à Sardanapalo, sed ab Anchiale Iapeti filia conditam vult Cydni matre, à quo nomen vicino flumini. *Ex Ste.*

ANCHIALOS, ἄγχιαλος, Vrbs Thraciæ sita in intimo sinu, atque vbi Pontus alterum sui flexum angulo finit, non procul à magna Apollonia. *Hæc Pomponius.* Est & Anchialos, astrologi nomen, *cuius meminit Cic. lib. 2. de Diuinatione.*

ANCHISES, ἀγχίσης, Capyos filius, ante bellum Troianum, nemorum latebras & solitudines coluisse fertur, gregibus & armentis intentus: quibus cùm vacaret, à Venere adamari cœpit, & cum ea concubuit, vnde natus est Æneas apud Simoënta Troiæ fluuium, *vt scribit Seruius.* {GER Der vatter Æneae.} Porro quum se Veneris concubitu vsum fuisse iactasset, à Ioue fulmine est afflatus. Propterea dicunt eũ Troianorum consiliis non interfuisse. Ardente Troia, quum nulla salutis spes appareret, senio confectum Æneas humeris imposuit, secúmque Drepanum vsque Siciliæ vrbem vexit, vbi fatis concessit. *Virg. 1. Æn.* Túne ille Æneas, quem Dardanio Anchisæ Alma Venus Phrygij genuit Simoëntis ad vndam?

*Anchisiades, Patronymicum. *Virgil 8. Æneid.* Æneas Anchisiades & fidus Achates. Anchisiade Vocatiuus. *Virg. 6. Æn.* Dux Anchisiade nec me Deus æquore mersit.

Anchŏra, penult. corr. Ferreum instrumentum quo naues retinentur, quod & à Græcis ἄγκυρα vocatur. vnde & Latini vocem hanc proculdubio mutuarunt, a tenue in suas aspiratam, & v in o commutantes. {GALLIC. Ancre, ou croc de fer dequoy on retient les nauires. ITAL. *Anchora.* GERMAN. Ein ancher/ Der groß eysin hack an dem man in dem meer die schiff behaltet. HISP. *Ancla à ancora de lanaue.* ANGL. *An anker.*} *Cic. 7. Verr.* Vela fieri, præcidi anchoras imperauit. [Anchoris sublatis. *Cæs. lib. 1. de bell. ciuil.* Ad anchoram stare. *l. 3. de bel. ciu. Idem*, Ad anchoras collocatæ naues. *Suet. in Calig. c. 19.* Anchoræ sublatæ sunt, prouecti sumus. *Quintil.* Dum sequitur celeres anchora tracta manus. *Ouid. El. 9. l. 3. Trist.* Anchora iam nostram non tenet vlla ratem. *Ouid. 13. Metamorph.*] ¶ Et quia nautæ tempestate iactati, quando fœliciter nauigandi nulla spes supereſt, ad anchoram confugiunt, qua iecta nauim eodem in loco retinent, donec felicius nautgandi se offerat occasio: factum est vt Sacram anchoram prouerbialiter dicamus pro extremo perfugio. Vnde etiam prouerbiali figura apud Euripidem Hecuba Polydorum familiæ gentísque suæ anchoram nominat, Ὃς μόνος εἶκεν ἄγκυρά τ' ἐμῶν. Qui iam solus generis supereſt anchora nostri. Dicemus itaque Anchoram domus pro refugio & columna domus. ¶ Præuertit anchoræ iactum Deus. Ἀλλ' αἰσίπεσον πλοῦ ἐτ' ἄγκυραν θεός, dicimus quum res præter spem euenit. Traductum à nautis, quibus accidit sæpenumero, vt quum nituntur anchoram iacere, in portum appulsuri, repellantur à ventis & in mediam tempestatem reuocentur. ¶ Duabus anchoris fultus, δυσὶν ἀγκύραις, Duabus nixus in portu, subaud. anchoris. De firmis & immotis, & qui rem suam probè constabilierunt. *Meminit Aristot. in Panath.* Huic simile est, Bonum est duabus niti anchoris. ¶ His contrarium est, Rupta anchora, de his qui repentè tanquam magnum quiddam facturi prodiissent: deinde in falsa omnium expectatione turpiter & indecore se gessissent in negotio. ¶ Sacram anchoram soluere, ἱερὴν ἄγκυραν χαλᾶν, prouerbialiter dicitur, quoties ad extrema refugia confugitur. Translatum à nautis qui maximam ac validissimam anchoram sacram vocant: cámque tum demum mittunt, quum extremo laborant discrimine. *Vide Lucian. in Ioue, & in Drapetu, & Euripidem in Hecuba.* ¶ Anchoras tollere dicitur à Varrone non sine prouerbiali specie pro moliri discessum.

Anchorārius, ἀγκυρέτης, Qui curam anchoræ habet, vt eam vel demittat, vel eleuet. [*Cæs. l. 2. de bell. ciu.*]

Anchorārius, a, um, Quod ad anchoram pertinet. ἀγκυρᾶιος. vt Funes anchorarij, *Hircius*, Storias autem ex funibus anchorariis tres fecerunt.

Anchorālis, le, adiectiuum ἀγκυραπὸς. *Plin. li. 16 cap. 9.* Vsus eius anchoralibus maximè nauium piscantiúmque tragulis. Anchoralis tractus. *Liu. 7. belli Maced* [*& l. 7. d. 4.*]

Anchorāgo, Piscis est, qui & Salmo à rostri aduncitate (vt in Anchora) Anchorago vocatus, *Cassiodorus Variarum li. 12. c. 4.* Destinet carpam Danubius, à Rheno veniat Anchorago. *Vide* Tonsicula.

ANCHORE, ἀγκώρη, Vrbs Bithyniæ, Antigonia postea dicta.

ANCHVRVS, ἄγκουρος, Midæ regis filius fuit, *de quo hæc tradit Plutarchus in Parallell.* Circa Celænon Phrygię oppidum terra ingenti hiatu diuisa, quum Midæ responsum esset, futurum vt terra coiret, si res in hiatum pretiosissimas deiecisset, Anchurus regis filius nihil hominis animã pretiosius existimans, conscenso equo, se in specum præcipitauit. Nec ita multò pòst terra in pristinam coiit figuram.

Anchūsa, ἄγχουσα, Herba est lactucæ foliis radicem habens digitali crassitudine, colore sanguineo, æstate manus inficiens, qua mulieres colorem purpureum malis inducunt. Galli vocant *Orchanettam.*

Ancīle, per l simplex, penultima producta. {אנה *tsinnáh* מגן *maghén.* ἀγκύλιον. GAL. Vn escusson court, ou bouclier. ITAL. *Scudetto, brochiero.* GERM. *ein ronder schilt den man im frig braucht/ein rondellen.* HISP. *Escudo redondo.*} Scutum breue erat, autore Festo, ita ex vtroque latere recisum, vt nullus angulus videri posset, & summum infimúmque eius latus medio pateret. Dictum ab Am & Cæsum, quasi Ancisum: vel ab ἀγκὼν, quod est cubitus, vel ab ἄνω remedium, quoniam pestilentiæ remedium fuit. Fertur Numæ Pompilij tempestate de cœlo decidisse, vnáque editam vocem, omnium potentissimam fore ciuitatem, quandiu in ea mansisset. Itaque facta sunt eiusdem generis plura, quibus id misceretur, ne internosci cæleste posset. *De hoc Ouid. libr. 3. Fastorum*, Ecce leui scutum versatum leniter aura Decidit, à populo clamor ad astra venit. *Et paulò pòst*, Idque ancile vocat, quod ab omni parte recisum est, Quemque notes oculis angulus omnis abest. *Liuius libr. 1.* Salios item duodecim Marti grauido legit, tunicæ pictæ insigne dedit, & tunicam, æneum pectori tegmen: cæleſtiáque arma, quæ ancilia appellantur ferre, ac per vrbem ire canentes carmina cum tripudiis, solennísque saltatu iussit. *Hor. lib. 3. Carm.* hoc Ancilium, declinauit, quum ait, Ancilíorum nominis & togæ. *Iuuenalis* verò adiectiuum posuit, quum dixit, clypeis ancilibus. [Motis nec dum ancilibus quod infaustum antiquitus. *Suet. in Othon. c. 8.* De Ancili delapso è cœlo & vndecim aliis fabricatis. *Plut. in Num.*]

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Ancilla, {שפחה *schiphchah.* מון *amáh.* δμωή. GALLI. Chambriere, seruante. ITA. *Fante, serua.* GERMA. ein dienſtmagt/dienſtiungfraw. HISP. *Sierua è ſclaua, ò moça de ſeruicio.* ANGLIC. *Amaid/ſeruand.*} Mulier serua. Nomen deductum putauit *Festus* ab Anco Martio, quòd is in bello magnum fœminarum numerum cœperit. Siue quòd Antiqui Anculare dicebant ministrare. Ex quo dij quoque ac deæ seruntur coli, quibus nomina sunt Anculi, & Anculæ. *Plin. libro 2. capite 63.* Terra mortalium semper ancilla. ¶ Quæ semel ancilla, nunquam hera. Vt vulgò iactatum refertur in Græcis Epigram. Μήποτε δουλεύσασα γυνὴ, δέσποινα γένηται, Ἐὰν πανομιακὸν, id est, Siqua ancilla semel fuit, haud vnquam dominetur, vt prouerbium habet. Videtur ideo dictum quod qui ex humili fortuna subuehuntur ad res amplas, soleant esse in cæteris insolentiores, minúsque tolerabiles quàm qui fœlices nascuntur. [Meáne ancilla libera vt sit quam ego numquam emiſi manu. *Plaut. Curc. ſc. 2. a. 5.* Non pluris facio, quàm ancillam quæ latrinam lauat. *Idem Curc. ſc. 4. a. 4.* Ancillas, mulos, muliones, pedisſequas. *Plaut. Aul. ſc. 5. a. 3.* Vult placere amicæ, vult mihi, vult pedisſequæ, vult ancillis. *Plaut. Aſin. ſc. 3. a. 1.* Ego tibi præbeo ancillas, lanam, penum. *Pl. Mena. ſc. 2. a. 1. & ſc. 2. a. 5.* Ancillæ respondent aut seruæ, *Plaut. Mena. ſcen. 2. a. 4.* Lanam carpere. Inter ancillas sedere, lanam carpere, *Plaut. Mena. ſcen. 2. a. 5.* Labor Ancillæ. *Ouid. El. 1. lib. 4. Triſt.*]

Ancillula, θεραπαινίδιον. ANG. *A litle maid/ſeruand.*} Diminutiuum ab ancilla. *Ter. in Eun.* Nónne vbi mihi dixti cupere te ex Æthiopia ancillulam, &c. *Cic. de Orat.* Iuris scientiam eloquentiæ, tanquam ancillulam pedisſequámque adiunxisti. [Ei Lenoni ancillula est *Plaut. Curc. ſcen. 1. act. 1.* Ad portum mittunt seruulos, ancillulas *Plaut. Mena. ſce. 3. a. 2.*]

Ancillāris, adiectiuum quod ad ancillam pertinet, δουλικὸς, δουλικός. *Sallu. in Ciceronem,* Cui insidias in ciuitate feciſti ancillares. *Cic. in Tuſcul. queſt.* Ancillari sordidóque artificio regiæ virgines vt tonſtriculæ tondebant barbam.

Ancillāriolus, Ancillæ addictus, qui ancillam amat. δουλοπρεπὴς, *Mar. lib. 12.* Ancillariolum tua te vocat vxor & ipsa Lecticariola est: estis Alauda pares. *Seneca lib. 1. de Benef* Si quis nulla se amica fecit insignem, nec alienæ vxori annulum præstat: hunc matronæ humilem, & sordidæ libidinis, & ancillariolum appellant.

Ancillōr, laris. {עבד *hatdah* δουλεύω. GAL. Seruir, s'assuiettir à quelqu'vn comme son seruant. ITALIC. *Miniſtrare, ſeruire.* GER. Ein dienſtmagt ſein/dienen. HISPA. *Seruir como eſclauo ò moça.* ANG. *To ſerue to ſubiect him ſelfe as a ſeruand.*} Ministro, vel dedico me ad ministrandum, ac seruiendum, more ancillarum, quæ suis ministrant ac seruiunt heris. *Cic. in Sal.* Non enim vni priuatim ancillatus sum.

Anclābra. Vasa sunt quibus sacerdotes vtebantur. Anclabris *(inquit Festus)* est mensa ministeriis apta diuinis. Vasa quoque in ea, quibus Sacerdotes vtuntur, anclabra appellantur. Sunt qui legant Antlabra ἀπὸ τῦ ἀντλεῖν, hoc est, ab hauriendo.

Ancōn, onis siue Ancona, æ penultima producta. ἀγκών. [*Germanic.* Ein ſtatt in Italienam Venediſchem meer gelägen.] Vulgò *Ancona.* Vrbs est tomus Piceni celeberrima, portum habens insigni opere à Traiano Cæsare extructum. Nomen habet à situ qui cubiti flexuram refert. Græci enim cubitum, & locum cubiti modo sinuosum, ἀγκῶνα appellant. *Pli. lib. tertio cap. 13.* Ab iisdem colonia Ancon: appoſita promontorio Cumero in ipso flectentis se otæ cubito. ¶ Fuit item Ancon, apud Carthaginenses obscurum domicilium, in quo detrudebantur, quibus ira tior erat tyrannus. ¶ Ancones item vasa sunt cubitalia, vt origo vocabuli declarat, *quorum meminit Paulus in L. 13. M. De inſtruct. vel inſtr. leg.*

Ancōniſci, ἀγκωνίσκοι. Instrumenta territoria. ¶ Item ferramenta onerib. sustinendis idonea, quæ à Gallis corruptè Angones vocantur, cuiusmodi in cellarum vinariarum columnis videmus, quibus incumbunt ligna, quæ dolia ferunt. Dicta à similitudine cubiti, quem ἀγκῶνα Græci appellant. Nam vt plerique dormientium cubitis, ita hisce ferramentis onera innituntur.

Ancvs, ἄγκος, cognomento Martius, quartus fuit Romanorum rex, Numæ Pompilij ex filia nepos, qui & Latinos bello domuit, & Ianiculum ponte sublicio Vrbi coniunxit, Romanorúmque limites ad mare vsque promouit, vbi & Ostiam condidit. *Reliqua vide apud Liuium li. 1. ab Vrbe condita.* [*Germ.* Der vierd König der Römer.] Dictum autem volunt Ancum ἀπὸ τῦ ἀγκῶνος, hoc est à cubito, quem incuruum habebat, nec poterat exporrigere. *Vide Seruium in illud Virg. 6. Æn.* Quem iuxta sequitur iactantior Ancus.

Ancteres, ἀγκτῆρες, Vincula sunt, quibus vulnerum labra constrũngtur, ne latior fiat cicatrix. *Gal. 3. Therapeut.* Item pars colli, suffocationi maximè obnoxia. ἀπὸ τῦ ἄγχειν. *Vide Celium Rhodig. libro quarto capite 2.*

Ancyloglossum, ἀγκυλόγλωσσον. Vinculum netuosum sub lingua, in pueris præsertim, quòd filum vulgò appellatur. Eximitur autem instrumento, quod ἀγκυλότομον appellant. *Vide Paulum Aeginetam li. 6. c. 29.*

Anculi. Et Anculæ dij deæque ancillarum putabantur. *Feſtus.*

ANCYRA, ἄγκυρα. Nomen duarum vrbium, quarum altera est Phrygiæ, altera Galatiæ, à qua Synodus Ancyritana, in iure Pontificio sæpe nominatur. Dicta Ancyra ab anchoris nauium captarum à Mithridrate, quas Ptolemæus Ægypti rex suppetias Gallogræcis miserat. *Vide Step. & Plin. l. 5. c. vlt.*

Ancyranus, adiectiuum ab Ancyra, quæ secundum Ptolemæum & alios, Metropolis est Tectosagum Bithyniæ populorum. *Claudian. in Eutrop.* Cum duce mutat æ vires. Byzantia robur Fregit luxuries, Ancyra níque triumphi.

Ancyromachus, ἀγκυρόμαχος, penultima correpta, Genus nauigij ita dictum, quòd anchoris, & reliquis nauigij instrumentis vehendis sit aptum.

Andabatæ, ἀνδαβάται. ITAL. *Combatenti à la cieca.* Gladiatores erant, qui oculis clausis digladiabantur. *Cic. Trebatio,* Quem antea ne Andabatam quidem defraudare poteramus. De andabatis sic scribit Erasmus, Andabatæ fuerintne populi clausis oculis soliti pugnare, an gladiatorum genus, qui clausis oculis tenderent in aduersarium, an potius lusus genus, vt propemodum ex Seneca licet coniicere, nondum (vt ingenuè fatear) satis compertum habeo. ¶ Quidam legunt Antibadiastæ. *Vide Leunclauium in Eclogam Baſ.*

ANDANIA, ἀνδανία Stephano, Oppidum est Peloponnesi in tractu Messeniaco *cuius meminit Strabo lib. 8.*

ANDANIS, ἄνδανις, Fluuius est Carmaniæ regionis, *cuius meminit Pli. li. 6. c. 23.*

ANDARVM, Vrbs Cariæ. *Vide Stephanum in Bargylla.*

ANDEGAVI, Galliæ Lugdunensis populi, qui & Andes. *Cornel. Tacitus l. 3.* Erupêre primi Andegaui ac Turonij, quorum Andegauos Acibius Auiola legatus, excita cohorte, quę Lugduni præsidium agitabat, coërcuit. *Horum meminit & Pl. li. 4. æ. 8.* Vulgò *Angeuins.*

[Andelium maius. *Gell. Le grand Andely:* Normaniæ superioris oppidum est peramœnum: Cuius ager fertilis ac fructuosus vino, frumento, ac fructibus omnis generis abundat. In eo natus est magnus ille Adrianus Turnebus Criticorum ac eruditorum parens. Est & Andelium minus, vulgò *le petit Andely,* Oppidulum à superiori distans iv. vel v. millia passuum, cuius latus alluit Sequana nobilis Galliæ fluuius.]

ANDĒLVS, ἀνδηλος, Ciuitas est Hispaniæ in Vasconia non procul à Pompeiopoli, quę vulgò *Pampilona* appellatur: metropolis regni Nauarrę.

ANDIS, ium, populi inter Celtas, Carnutibus & Turonibus finitimi, ac ducatui Bituricensi, Oceanóque proximi, quos Ligeris flumen alluit. *Plin* Andegauos appellat, Cęsar Andes. Vulgò *Angiers.*

ANDĒS, Vicus non procul à Mantua, Virgilij patria. {GER. Ein dorff bey Mantua in Italia/Virgilij vatterland.

Andinus, adiectiuum: vt Andinus vates: cantus Andinus. *Sil. lib. 8.* Mantua musarum domus, atque ad sydera cantu Euecta Andino, id est Virgiliano.

ANDOCIDES, ἀνδοκίδης, Vnus ex decem precipuis Athenienſium Rhetoribus, Leogari filius, qui fuit ex Telemachi & Nausicaæ posteris, *vt ex Heſanici ſententia tradit Suidas.*

Andrachnē, ἀνδράχνη, Herba est, quæ à Latinis Portulaca dicitur.

Andrachne agria, ἀνδράχνη ἀγρία. Herba est maiori sempertiuo similis, sed foliis minoribus, quæ à Latinis illecebra appellatur, & Portulaca syluestris. *Vide Ruell. lib. 2. c. 140.*

Andrāgo, ἀνδραγὼ, pen. prod. Mulier animum virilem habens, ἀπὸ τῦ ἀνδρὸς ἔχειν, Latini Viraginem vocant.

[Andremones, *Ouid. 13. Metam.* Claróque Andremone satus.]

ANDRIA, ἀνδρία, Phrygiæ oppidum, *apud Plinium libro 5. capite vltimo.* Stephanus præterea Andriam in Elide collocat, & alteram in Macedonia.

ANDRIACA, ἀνδριακὴ, *Ptolemæo:* Oppidum est in Media: & alterum in Lycia, *Ptolemæo.* Rursum aliud in Thracia, *Straboni.*

ANDRĪCVS, ἀνδρικὸς, pen. cor. Ciciliæ mons, *vt inquit Strabo lib. 14.* Quo etiam nomine dictum est flumen quoddam eiusdem regionis, non procul ab Amani portis, *Plin lib. 5.*

ANDROBIVS, ἀνδρόβιος, Nobilis pictoris nomen, qui Scyllin pinxit, anchoras classis Persicæ incidentem. *Plin. lib. 35. c. 11.*

ANDROCLEVS, ἀνδροκλεὴς, Fuit philosophus, Porphyrij discipulus, cuius ipse Porphyrius mentionem facit, *vt refert Volaterranus.*

Andrōdamās, ἀνδρόδαμας, Lapis est ex genere hæmatitarum, colore nigricante, pondere ac duritia insignis, qui attritus coti succum reddit sanguineum. *Vide Plin. lib. 36. c. 20.* ¶ Est præterea Androdamas, gemmæ nomen, quæ argenteum nitorem habet: vt adamas, quadrata, & semper tessellis similis: cui Magi putant nomen impositum ab eo, quòd impetus hominum & iracundias domet, ἀπὸ τῦ δαμάζειν τοὺς ἀνδρας: hoc est, à domandis viris. *De hac Plin. lib. 37. c. 10.*

ANDRODAMVS, ἀνδρόδαμος, Rheginus, qui leges condidit Chalcidensibus, qui sunt in Thracia, *vt ſcribit Ariſtoteles.*

ANDRODVS, Nomen proprium filij Codri Athenienſium regis, qui Ephesum condidit, & Ionum regiam ibi constituit. ¶ Fuit & alter Androdus seruus, hospes, & medicus Leonis: *De quo vide hiſtoriam cognitu dignißimam apud Aulum Gellium.*

ANDROGEOS, ἀνδρόγεως, Præclarè indolis adolescens, Minois Cretensium regis filius fuit, qui ab Athenienſibus & Megarensibus per inuidiam occisus est, quod palæstra cæteros superaret. Quapropter suscepto à Minoe aduersus hos populos bello, primò Megarenseis subegit, deinde Athenienseis sibi tributarios fecit, & in Androgei memoriam pueros Athenienseis Minotauro cœpit obiicere. [*Vide Plutarch. in Theſeo.*] Genitiuus, Androgei, & Atticè Androgeo. *Virgil. 6. Æneid.* In foribus lethum Androgeo, &c. ANDROGEONA Accusatiuus à nominatiuo Androgeon. *Propert. 2. Eleg.* Et Deus extinctum Cressis Epidaurius herbis Restituit patris Androgeona focis. * Androgeonæus, Adiectiuum. *Cæſ. in Argon.* Androgeonææ pœnas exoluere.

ANDROGYNI, ἀνδρόγυνοι. Sunt populi in Africa supra Nasamonas, *vt lib. 7. c. 2. Plin. ſcribit,* vtriusque naturæ, inter se vicibus coëuntes. Dextera mammas his virilis, læua muliebris.

Andrōgynos, ἀνδρόγυνος. penultim. correpta, Qui vtrinque habet sexum, & maris & fœminæ: cuiusmodi Hermaphroditum fuisse Poëtæ fabulantur, & Mercurij & Veneris filium, ἀνὴρ & γυνὴ. *Cicero de Diuinat.* Quid ortus Androgyni? nónne fatale quoddam monstrum fuit?

ANDROLITIA, Oppidum. *Plin. lib. 29. c. 41.*

ANDRŌMACHĒ, ἀνδρομάχη, pen. cor. Ætionis regis Thebarum, quæ in Cilicia sunt, filia, & Hectoris Troiani vxor, & mater Altyanactis, quæ à virili pugna nomen sortita est. Fuit enim virili animo septa & quædam veluti virago. Hanc mortuo Hectore Pyrrhus in Græciam adduxit, & ex ea Molossum filium suscepit: posteáque Heleno vati Priami filio eam vxorem tradidit, regníque portionem eidem assignauit.

ANDROMACHVS, ἀνδρόμαχος, adulator Crassi, à quo tamen Crassus ipse Parthis prodituş est. *Autor Plut.* ¶ Fuit & Andromachus sophista è Neapoli Syriæ, filius Zonæ, qui Grammaticam docuit Nicomediæ, Diocletiani principis tempore, *vt autor est Suidas.*

ANDROMATTVNVM, Lingonum ciuitas in Gallia. *Ptolem.*

ANDRŌMĒDĒ, ἀνδρομέδη, pen. cor. Cephei & Cassiopes filia, quæ ob matris superbiam, quæ se Nereidas forma antecellere gloriabatur, à Nymphis scopulo fuit alligata, & ceto deuoranda exposita, sed Persei virtute liberata, qui illac opportunè iter faciens, & cetum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

interemit,& Andromedem vxorem duxit.Postremò Minerua beneficio inter astra collocata dicitur.Oritur in parte piscium duodecima.

ANDROMON,Nomen eius,qui Colophonem ædificauit.

Ăndrŏn,ἀνδρὼν,A quibusdam putatur esse locus in ædibus,parietibus vndique septus,sed fere sine tecto.*Plin.lib.Epist.* Tam alti abditique secreti illa ratio est,quod interiacens andron parietem cubiculi hortíque distinguit, atque ita omnem sonum medij inanitate distinguit. Festus locum esse in ædibus longitudine augustiorem,in quo viri plurimùm versantur,vt γυναικῶνιτις,in quo mulieres.Solebant enim viri publico scito in conuiuiis maximè à mulieribus seiungi,ne illorum moribus accumberent. Suidas quoque Andronem interpretatur locum in ædib.in quem viri solent conuenire. Dicebatur huiusmodi locus etiam Andronitis:quòd in eo viri sine interpellationibus mulierum versarentur,*vt scribit Vitru.lib.6.* ¶Est etiam Andron(*sicut scribit Ptolem.*) oppidum inferioris Nili.

ANDRONICVS,Rhodius,Philosophus Peripateticus,*cuius meminit Strabo.* ¶ Fuit & alius Andronicus grammaticus desidiosior in professione Græca,ex quo minus idoneus ad tuendam scholam, vt refert Tranquillus.¶Andronicus item alius fuit historicus,qui res Alexandri scripsit,vt scribit Volaterranus.

¶ Fuit item Andronicus Liuij cognomen,poëtarum Latinorum vetustissimi*cuius vitam vide apud Crinitum.*

Andronium,Medicamentum est vuæ,quæ in fine faucium nasci solet, curandæ vtile.Eius confectionem *vide apud Celsum lib.6.c.14.*

ANDROS,siue Andrus,ἄνδρος,Insula est vna Cycladum, Euboeæ adiacens, *de qua Plin.lib.4.c.12.* ¶ Est item Andrus,insula Oceani Septentrionalis,inter Hyberniam & Britanniam.*Plin.lib.4.c.16.*

Androsæmon,ἀνδρόσαιμον,Herba est similis Hyperico, cauliculis tamen maioribus,ac magis rubentibus.Florem habet lutei coloris,qui digitis attritus,succum emittit sanguini similem:vnde & nomen habet. Αἷμα enim apud nos sanguinem significat.*De hac herba vide Plinium libr. 26.cap.5.*

Androsaces,ἀνδρόσακες, Herba est in maritimis Syriæ locis copiosissimè proueniens,alba,carens foliis,folliculos in cirris habens,& in folliculis semen.*Vide Plin.l.27.c.4.*

Aneclogistus,ἀνεκλόγιστος,rationibus reddendis liber & solutus. *Vlpian. de admin.tut.* Quidam decedens filiis suis dederat tutores.adiecerat, Eósque aneclogistos esse volo.*Et ait Iulianus,* tutores nisi bonam fidem in administratione præstiterint,damnari debere : quanuis testamento comprehensum sit,vt aneclogisti essent.Idem est anexetastus ἀνεξέτασος.*Horomanus in Lexico.*

Ănĕlĭus Vide infrà Anulus.

ANEMO,Fluuius est in octaua Italiæ regione.*Plin.lib.3.c.15.*

Ănĕmŏnĕ,pen.prod.{ἀνεμώνη.GA.Coquelourdes ou passefleur.IT.*Anemone.*GE.Klein oder groß Klappermosen.HISP.*Ama pollas de flor chiquita.*}Herba est florem habens eiusdem nominis, caduca leuitate statim euanescentem, quem poëtæ fabulantur ortum esse ex sanguine Adonidis ab apro interempti.Galli vocant Herbam venti,quòd flante vento floribus suis spolietur, quos illi *Coquelourdes* appellant. *Meminit huius herbæ Nicander in Theriacis, & Theocritus in Bucol.* Flos est purpureus,aspectu satis amœnus,sed nulla odoris gratia commendatus.Vnde ortum est prouerbium,ῥόδον ἀνεμώνη συγκρίνειν,hoc est, Rosam cum Anemone confers Conuenit in eum,qui vehementer imparia inter se componit.Dicta putatur Amen one,quòd nisi vento flante (quem ἄνεμον vocant Græci) non aperiatur.

ANEMOREA,ἀνεμώρεια *Homero*,Oppidum Phocidis,quod postea Anemoleam appellarunt.

ANEMVRIVM,Oppidum in Cilicia.*Plin.lib.5.c.27.* Anemurij,*l.1.c.27.*

ANETIA,Oppidum.*Plin.l.5.c.5.*

ANETICVS,Asiæ locus est,arundinibus abundans.

ANETVSSA,ἀνήτουσα,Vrbs est Libyæ.*Steph.*

Anemosphoros,ἀνεμόσφορος,Herba est ex naporum generibus,quæ recè priore nomine Bunion appellatur.

Ănēthum,{ἄνηθον.GALL.Aneth.ITAL.*Aneto.*GER. Dill.HISP.*Eneldo.* ANG *Dill,anet.*} Genus herbæ boni odoris,etiam hodie in officinis nomen retinens,ructus mouens,tormina sedans,& singultus cohibens *Plinius lib.20.c.18.*

Ănfrāctŭs,dicuntur obliqui viarum flexus,in sese recurrentes,ab Am & frango, quod recta via crebris inæandris vndequaque sit interrupta. {חקלקלה *hakalkalláh.*קלקלה.GALLI.Vn destour en rond,vn destour. de rue.ITA.*Rottura & rouina de ti.*GERM.Krumb vnd vmbgang der wägen/vmbwendung oder rünck wie mā den ſtrecken ſind. HISPA. *Rodeo de camino aspero.* ANGLIC. *Onerth wart winding or turning streates.*}Cæsar,Oppidi murus ab planitie,atque initio ascensus,recta regione,si nullus anfractus incederet.MDD.passuum aberat. [Anfractus,diuerticula,suffugia,*Quint.* Anfractus iuris adire.*Idem Quint.*]

¶ Transfertur & ad alia,accipiturque simpliciter pro quouis circuitu *Cic.de Parti..Orat.* Oratio circunscripta longo anfractu. *Idem de Diuin.* Iam verò quid opus circuitu & anfractu?

¶ Legitur & Anfractum neutro genere apud vetustissimos,*Accius Eurysace,stante Noni* ,Super Oceani stagna alta patris terrarum anfracta reuisam.

Angari,ἄγγαροι,*teste Suida*,Nuntii erant regii apud Persas, qui & ἀγγαρῆται vocabantur.Quod ramen nomen postea latiùs vsurpari cœpit,pro quibusuis qui seruorum aut iumentorum onera baiularent.Horum diuersoria,in quæ peracto diei penso diuertebant,Angaræ,ἀγγαρεῖα vocabantur.*Quod etiam annotauit Calius Rhodig.lib.18.c.8.*

Angaria,{עברית *habdúth* לחץ *láchats.*ἀγγαρεία.GALLIC.Charge,contraincte.ITAL *Angaria,graueZZa.* GER. Ein genötiger dienſt / zwang. HISP.*Duana ò seruidumbre.* ANGL. *Compelled seruice,the charges of postes.*}Pen.prod.Munus angari.In iure autem Romano angaria sæpe legitur,& signif.Munus præstandi equos ad cursuram publicam.Differunt autem,angaria & parangaria,*vt docent Iurisconsulti ad tit.Cod.de cursu publico,angarijs & parang.* Angariari verbum, *quo vtitur Vlp.l. pen.D.de vet.*vbi naues dicuntur angariari quæ onerum vehendorum necessitate astringuntur.*Sic ferè apud Mat.cap.* 27. ἀγγαρεύειν vsurpatur.

¶ Budæus sic habet:Apud Persas erat ἀγγαρεῖον δρόμημα ; cursus pernicissimus equitum,*vt scribit Herod.in* 8.vnde nomen Angariæ,& Perangariæ in libris iuris lectitatum manauit : est enim nomen Persicum, Nostrates *Postas*, quasi positos collocatósque in certis locis,& semper in procinctu excubantes,appellant.

ANGARIS,Mons est Idumeæ,*apud Plin.lib.5.c.13.*

Ăngĕlŭs,{ἄγγελος.ANGL.*An Angel.*} Latinè nuntius:nam officii nomen est,non naturæ:Semper enim spiritus sunt, sed quum mittuntur , vocantur Angeli. Angelicum metrum Diomedi, celeritate nuntiis aptum.*Angelica,radix vulgò herbariis nota, Laserpitium est Gallicum.Ruell.lib.3.c.52.*

ANGER,genus serpentis,qui cruciator & expatharius dicitur. Est & nomen fluuii in Illyrico.

ANGERONA,ἀγγερώνη,Vocitata est voluptatis dea,quæ & Volupia dicebatur,cui sacra à Romanis instituta sunt,quum angina ciuitas vexaretur,ab angore tollendo sic dicta. { GERM.Die Göttin deß wollusts.} Eius festa Angeronalia sunt vocitata. Putabant enim ab hac dea populum eo morbo promisso voto fuisse liberatum. Huic Pontifices in sacello Voluptæ sacrum faciebant.

Ăngĭnā,Vide ANGO.

Ăngĭpŏrtŭs,quarti ordinis:& angiportum, Via est exitum non habens: vel vicus angustus & flexuosus in modum anguis : quasi angustus ad portam aditus:ab angendo & portu. { עקל קלה *hakalkalcáv.* ſtrictis. GAL.Vne ruelle,ou qui est sans issue.ITAL.*Via senza capo,angiporto.* GERM.Ein eng gäſſin das nit durch gengig iſt. HIS. *Calle angosta ò sin salida.*ANG.*Anarrow streate with many windinges.*} Vlpian. Angiportum à portu dictum est. Portus verò , conclusus & munitus locus est quemadmodum & statio:ab importandis,exportandisque mercibus nomen habens.*Terentius in Adelph.* Id quidem angiportum non est peruium.*Cic.4.in Verr.*Vt omnibus in angiportis prædonis improbissimi statuæ ponantur.*Idem 1.de Diuin.*Ex horreis direptum effusúmque frumentum vias omnes angiportúsque constrauerat.[Hàc quidem non venit angiporto,illàc per hortum circuit.*Plautus Asin.sc.4. a 3.*Hoc est sextum à portu angiportum in id me dimorti iusseras,mox separat ab ædibus.*Plaut.Pſ.sc 2.v.4.*]

¶ Alii à Græco ἄγχι,quod significat propè,deductum volunt,quia non longiùs extenditur.

ANGITIA , Æetæ filia , & soror Medeæ ; quæ prima Marsis remedia contra venena ferturostendisse. *Silius libro* 8. Æetæ prolem Angitiam mala gramina primam Monstrauisse ferunt,tactúque domare venena.

ANGLIA,{ἐρεσπαλία.GALL.Angleterre.ITA.*Inghilterra.* GERMAN. Engelland.HISP.*Inglaterra.* ANG.*Ingland*} Quæ Britannia à veteribus dicta,Insula insignis in Oceano,quæ vndique à circunfuso mari complexa est, nusquam iuncta continenti, sed ab omni orbe nostro diuisa:quæ quondam ab albis rupibus,quas mare vndique abluit ; Albion dicebatur.Hanc primum Troes incoluerunt : qui Troia diiecta fugerunt excisam patriam , Palladísque oraculo classe in hanc insulam migrauerunt: atque gigantes,tunc insulam tenentes, multis victos præliis expugnauerunt. Hanc postmodum longo temporum tractu Saxones , qui sunt illustres Alemanniæ populi, oppressere,agrósque & opes inter legatos Saxonum regina Angela diuisit. Atque vt linguæ pariter & gentis memoria in deuicta insula sempiterna foret,ab Angela , cuius ductu victa est, Angliam tellurem illam vocauit. Quanquam plerique Angliam veluti nostri orbis angulum prædicent dictam,Sita est (*vt inquit Plinius lib.4.cap.16.*) ex aduersó Galliæ,Germaniæ,atque etiam Hispaniæ , licet longiore interuallo. Agrippa longitudinem eius prodidit esse DCCC.M.passuum latitudinem verò CCC.M.

Ăngo,angis,anxi,sine supino vsitato,[pro Ancho *Prisc.lib.*1.] Constringo,premo,crucio. {חאריב *hidheib* חצר *hetsár.*ἄγχω. GAL.Estrangler, tourmenter,angoisser.ITAL.*Affannare,anfiare,ansare.* GER.Zringen/ trucken/engstigen.HISP.*Angustiar ò congoxar.* AN.*To vexe,to anguish, to torment.*}Et modò ad animum,modò ad corpus,modò ad vtrunque promiscuè pertinet. ¶ Ad animum.*Cicer. Epist.famil.lib.16.* Audio te animo angi.*Gellius,* Chilo præstabilis homo sapientiæ , quónam vsque debuerit contra legem contráque ius pro amico progredi , dubitauit : eáque res in fine quoque vitæ ipso animum anxit. ¶ Ad corpus.*Colum lib.* 9. Cauendum est vt tenerior seperatur à validioribus, quia robustus angit imbecillum. ¶ Ad vtrunque promiscuè.*Gell.* Dum Pyrrhus rex intra Italiam esset,& vnam atque alteram pugnam prospere pugnauisset,satisque angerentur Romani,& pleraque Italia ad regem desciuisset.*Plaut.pro* absumo *posuit in Aulular.* Tum anxisse aquam,siquis petet.Deducitur ἀπὸ τῆ ἄγχω,quod est suffoco,strangulo: à quo Synanche morbus faucium acutus, vt dictum est in dictione Angina. Dicimus autem,Angor animi,vel animo,ἀνσθυμίης ἀνσθυμῆσ ἔχειν.

Ānxŭs,particip.ab angor,*teste Diomed Grammat.lib.*1.

Ăngŏr,oris,Corporis vel animi cruciatus.{דאגת *deaágáh.*ἀθυμία.GALL Angoisse.ITA.*Affanno,doglia.*GERM.Angſt/bekummernuß.HISP.*Angustia,anfia,ò congoxa.*ANG.*Greiffe,anguishe.*} *Cic.4.Tusc.* Angor,est ægritudo premens.*Idem 1.de Finib.*Sic robustus animus & excellus,omni est liber cura & angore,quum & mortem contemnit.[Angor animi, *Suet.in Tib c.7.*]

Ăngīnă,pen.prod.{συνάγχη,κυνάγχη.GALL.Squinancie.IT.*La schinantia.* GE.Geſchwulſt im halß oder der kelē/ſo die luffröhr verhinderet/zůpflnwee. HISP.*Esquinancia.*ANG.*The quinsey, a kind of disease.*} Genus morbi acutissimi,quo fauces anguntur ac strangulantur. Imperitum vulgus medicorum Squinantiam vocat.Dicta angina,quòd angat guttur, viámque spiritui præcludat.*Plaut.*[*Mostell.sc.3.a.1.*] Vellem me in angi nam verti,& huic anículæ fauceis præoccupatem.

¶*Festus Pompeius* indicat ioco iactatum in eos,qui vino præfocantur,laborare vinaria angina,quam οἰνάγχιν possis dicere.

ANGOLVS,*Ptolemæo* Angula,*Plinio* Vestinorum vrbs in Italia,vulgo Angelus.

ANGRVS,ἄγγρος.Fluuius est ex Illyricis,versus boream fluens.*Herod.li.*4. Quin ex Illyricis in Aquilonem tendens Angrus,planitie Triballiam interfluens,Brongum intrat,Brongus iste Istrum.

Ănguīllæ, Piscium solæ exanimes non fluitant : quas non ouo; non coitu procreari scribit Aristoteles.{ἰγχέλεις. GALL.Anguilles.ITA. *Anguille.* GERM.Aal.HISP.*Anguillas.*ANGL.*Eles.*}Dictæ anguillæ quòd

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quòd ſpecie anguem repræſentent. *Plin.libr.9.cap.51.* Anguillæ arterunt ſe ſcopulis, ea ſtrigmenta viuiſcunt, nec alia eſt earum procreatio. *Plaut.pſeu.ſc.4.a.2.* Anguilla eſt, elabitur [cum manifeſtè tenetur.] ¶Cauda tenes anguillam, ἀπ' οὐρᾶς τὸν ἔγχελυν ἔχεις. Prouerbium eſt, in eos aptè dici ſolitum, quibus res eſt cum hominibus lubrica fide perfidíſque : Aut qui rem incertam aliquam habent, quam tueri diu non poſſint. ¶Ἐπὶ τῷ θείῳ τὸν ἔγχελυν, Folio ficulno anguillam, ſubaudiendum, tenes. Vbi quis alioqui fugax & lubricus, arctiore nodo tenetur, quàm vt poſſit elabi. ¶ Anguillas captare, ἐγχέλεις θηρεύειν. Quadrabit in eos, quibus tranquillò Reip. ſtatu nihil eſt emolumenti: Proinde ſeditiones gaudent exoriri, quo ciuitatis publicum malum in ſuum priuatum vertant commodum. Inde ducta ſimilitudine, quòd quum aqua ſtat immota, nihil capiunt qui captant anguillas: quum verò ſurſum ac deorſum miſcent ac perturbant aquam, ita demum capiunt. *Prouerbium extat apud Ariſtoph.in Equitibus.*

Anguis, Tam fœminini quàm maſculini generis, ſerpentis genus eſt ſatis notum, & propriè illud (*ſi Seruio credimus*) quod in aquis degit. {זוחל זוֹחֵל תנין *tannin.* ὄφις. GALL. Serpent, couleuure. ITAL. *Serpente.* GE. Ein ſchlang. HISPAN. *Culebra* ὁ *ſerpente.* ANGLI. *A ſerpent, an edder.*} Frequentiſſimè tamen etiam de terreſtribus dictum inuenitur *Virg.3.Eclog.* Frigidus, ô pueri, fugite hinc, latet anguis in herba. *Val.li.1.* Sylla Conſul, ſociali bello, quum in agro Nolano ante prætorium immolaret, ſubitò ab vna parte aræ prolapſam anguem proſpexit. *Cor. Tacit.* Vnam omnino anguem in cubiculo viſam narrare ſolitus eſt. [Vulnus ab angue datum tumidò id eſt, Hydra. *Oui.Eleg.2.lib.5.Triſt.* Deuolant angues iubati in impluuium duo. *Plaut.Amph.* Anguis LX. cubitorum. *Suet.in Aug.ca.43.*] Frequentius tamen maſculino genere profertur.

Anguĭcŭlus, diminutiuum ab anguis. {ὀφίδιον. GAL. Serpenteau, petite couleuure. ITAL. *Serpentello.* GERM. ein ſchångle/ein kleine ſchlang. HI. *Pequeño ſerpiente.* ANG. *A litle ſnake or edder.*} *Cic.5.de Finib.* Serpere anguiculos, nare anaticulas.

Anguĭfer, pen.cor. Signum cæleſte, quod à Græcis dicitur ὀφιοῦχος. *Colum.* Anguifer quum mane occidit, tempeſtatem ſignificat.

Anguĭnĕus, a, um, adiectiuum, Quod anguium eſt, aut quod ex anguibus conſtat. {ὀφιώδης. GAL. De ſerpent. ITA. *Coſa de ſerpente.* GERM. Das von der ſchlangen iſt/oder zu der ſchlangen gehört. HISP. *Coſa de ſerpiente.* ANG. *Of à ſerpent.*} [Anguineo repente hoſtes peperit ſeminio. *Plaut.Amph.* Ora Meduſæ Gorgonis anguineis aucta fuiſſe cunis *Oui. Eleg.7.li.4.Triſt.* Vt, Anguineæ comæ Meduſæ, *apud Ouid.4.Triſtium,* & Anguineus capillus Eumenidum, *apud Catullum.* ¶ Item quod ad anguis ſimilitudinem accedit: vt, Anguineus cucumer. *Colum.lib.2.ca.9.* Hoc eſt, oblongus, & ad anguis ſimilitudinem contortus. *Plin.dicitur* Erraticus, *lib.20.c.2.*

Anguĭnŭs, a, um, Idem. vt, Anguina vernatio, γήρεως ὄφεως, pro pelle quam verno tempore angues exuunt. *Plin.lib.30.ca.3.* Anguinum ouum: *Plin.lib.29.c.3.* Præterea eſt ouorum genus in magna Galliarum fama, omiſſum Græcis. Angues innumeri æſtate conuoluri, ſaliuis fauciũm corporúmque ſpumis artifici complexu glomerantur: Anguinum appellatur.

Anguĭmănus, ni, Elephantorum epitheton eſt, propterea quòd proboſcis eorum, quæ manus vocatur, in omnem partem, anguium more, facilè flectitur, & vertitur. *Lucret.lib.5.* Anguimanos belli docuerunt vulnera Pœni Sufferre, & magnas Martis turbare cateruas.

Anguĭpĕdes, A poëtis dicti ſunt Gigantes, quaſi loripedes, quòd pedes tortuoſos habuiſſe finguntur, ſicut angues ſe tortuoſos faciunt, ὀφιόποδες. *Ouid.1.Metamor.* -qua centum quiſque parabat Inijcere anguipedum captiuo brachia cælo.

Anguĭtĕnens, huius anguitenentis, ὀφιοῦχος. Sydus cœleſte, quod & Anguifer dicitur. *Cic.2.de Natur.deorum.* Atque hæc quidem à tergo, propter caput autem anguitenens, Quem claro perhibent ὀφιοῦχον nomine Graii: Hic preſſu duplici palmarum continet anguem.

Angŭlus, penultima correpta, A geometris dicitur id, quod conſtat ex duabus lineis in idem punctum deſinentibus. {מאזן מקצוע *peáh* מקצוע *mikſoáh.* γωνία. GALLIC. Angle, coing. ITAL. *Angolo,* ὁ *cantone, canto.* GERM. Ein eck/ winckel. HISP. *Rincon.* ANGLIC. *A corner.*} ¶In ædificiis item anguli dicuntur, vbi duo parietes coëunt. ¶ Item in agris & regionibus, vbi duo latera conueniunt, atque in acutum deſinunt, angulus appellatur. *Cæſar 5.Belli Gall.* Huius lateris alter angulus, qui eſt ad Cantium, &c. [In angulo defixus (Seneca exul) *Senec.c.13.ad conſol.ad Polyb.* Humilimi & in angulo iacentes. *Senec.de conſo. ad Polyb.c.7.* Angulos omnes mearum ædium peruios facitis. *Pl.Aul. ſc.2.a.3.* Angulos omnes furum impleuiſtis. *Ibid.ſc.5.a.3.* Non ſum vni angulo terræ natus. *Senec.Epiſt.28.* in angulo barbariæ eſſe. *Ibid.* Procurrit in illo angulus, *Ouid.6.Faſt.* In angulos ſe retrahens animus. *Senec.ca.2.de Tranquil.* Inque domo lacrymas angulus omnis habet. *Ouid.Eleg.3.lib.1.Triſt.* Angulus Normalis. *Vide* Normalis.] ¶Et quoniam anguli in ædificiis, reliquis partibus ferè ſunt obſcuriores, & ſecretiores, factum eſt, vt angulus accipiatur pro loco quouis ſecreto & abdito. *Ter.in Adelph.* Interea in angulum aliquò abeam. *Cic.in Catil.* Nemo non modo Romæ, ſed ne vllo quidem in angulo totius Italiæ fuit, &c.

Angĕllus, γωνίδιον. Paruus angulus. *Lucr.lib.2.* Sed magis angellis paulum proſtantibus.

Angŭlātus, a, um, ad modum & formam anguli factus. {מחקצע *mechukt-ſah.* γεγωνιωμένος. GALL. Fait à angles. ITAL. *Fatto à cantoni.* GER. Geeckt. HI. *Hecho à rincones.* ANG. *Made eſther the fashion of a corner.*} *Cic.de nat.deor.* Eſſe corpuſcula quædam leuia, alia aſpera, rotunda alia, partim autem angulata.

Angŭlōsus, Habẽs plures angulos. {מקצוע מקצוע *mikſoáh mikſoáh* γωνιώδης. GAL. Qui a pluſieurs coins. IT. *Di piu cantoni.* GER. Das viel eck hatt/eckechtig. HIS. *Pleno de rincones.* AN. *Ful of corners.*} *Plin.li.37.c.12.* Figura oblonga maximè probatur, deinde quæ vocatur lenticula, poſtea clypeodes & rotunda: angulosis minima gratia.

Angŭlāris, & hoc lare, Quod habet angulos, γωνιαῖος. AN. *which hath many corners.*} *Cato de Re ruſt.cap.15.* Pilas ex lapide angulari.

Angularius, idem quod angularis ſiue quadratus. *Procul.in L.69.D.de contrah.empt.* Rutilia Polla emit lacum Sabbatinum angularium, & circa eum lacum pedes decem. *Ex Hetomano.*

Angŭlātim, κατὰ γωνίας. Aduerbium ſignificans per Angulos : *Diomedes Grammaticus lib 1.Grammatices.*

Angŭlātus, a, um, ab angulus. {ערֹ *ſtar* אַתְ *ats* στενός. GAL. Eſtroit, ſerré IT. *Stretto.* GER. eng. HI. *Angoſto, y eſtrecho, ò appretado.* AN. *Narrow, ſtreict.* Arctus eò quòd anguli ſemper coarctentur: vt Anguſta domus *Cic.1.de Finib.* Anguſtiſſimæ fauces, *Cæſar 1.Bell.Ciuil.* Anguſtioribus foliis. *Plin.lib.13.c.21.* [Non foret anguſtæ mors tua crimen aquæ. *Ouid.El.10.lib.3. Triſt.* Qui non anguſtior amne Iſter. *Ibid.* Anguſtior ex Italia erat fides. *Cæſ.1.de bell.ciu.* Anguſtiùs pabulari. *Idem lib.1.de Bell. ciu.* Anguſtus clauus. Vide clauus.]

Angŭſto, as, id eſt, ſtringo, coarcto, contraho. {חצר *hetſár* חטיק *hotik* στενοχωρίω. GALLI. Eſtrecir. ITALIC. *Strignere.* GER. eng machen. HI. *Angoſtar, eſtrechar.* ANG. *To mak narrow, or ſtreict.*} *Lucr.lib.5.* Quâ maris anguſtat fauces ſaxoſa Caryſtos.

Angŭſtans, Anguſtatus, Anguſtandus, participia. *Catul.* Cuius iter cæſis anguſtans corporum aceruis. *Cic. Somn.Scip.* Omnis enim terra quæ colitur à vobis, anguſtata verticibus, lateribus latior. *Senec.de Tranq. vite.* Anguſtanda certè patrimonia ſunt, vt minùs ad iniurias fortunæ ſimus expoſiti.

Angŭſtē, aduerbium, Arctè, ſtrictè, exiguè, exiliter, tenuiter, preſſè. {στενῶς. GAL. Eſtroittement, ſerreement. ITA. *Strettamente.* GERM. eng. HISP. *Eſtrecha y apertadamente.* ANG. *Narrowlie, ſtreictlie.*} *Cæſar.3.Belli Ciuil.* Ad rem frumentariam expediendam, qua anguſtè vtebantur.] Tãtum nauium reperit, vt anguſtè euntes tranſportaret.

Angŭſtĭæ, æ, Locus arctus, & minimè amplus, cuiuſmodi ſunt montium fauces. {צרה *tſaráh* עקה *hakáh.* στενοχωρία. GALL. Deſtroit, deſtreſſe. ITAL. *Anguſtia, ſtretiezza* GER. enge eine ortā. HIS. *Angoſtura, eſtrechura.* AN. *Narrowneſſe, diſtreſſe.*} *Cæſar 5.Bell. Gall.* Tamen anguſtiis viarum quàm maximè poteſt, contrà it. *Idem.* Qui prior has anguſtias occupauerit, ab hoc hoſtem prohiberi nihil eſſe negotii. Transferrur & ad alias res: vt, Anguſtia orationis, Anguſtia etiam corporis & animi. *Cæſar,* Neminem, qui ei in tot rerum anguſtiis ſubueniret, habebat. * Anguſtiæ temporum, Vbi difficilià & quaſi maligna ſunt tempora aut propter bella, aut famem & rerum penuriam, aliúdve incommodorum genus. *Cic.de Orat.* Sed tamen in his vel aſperitatibus rerum, vel anguſtiis temporis, obſequar ſtudiis noſtris. * Anguſtiæ etiam dicuntur, quum quis tantis difficultatibus premitur vt nè ſciat quò ſe vertere debeat. *Cic.de Fato,* Anguſtiis vrgeri. *Cæſ.de bell. ciu.* Anguſtiæ rei frumentariæ.]

[Anguſticlauius *Suet.in Othone c.10.* vbi legitur malè Anguſticlauus.]

Angŭſtĭtās, atis, vetus nomen, pro Anguſtia. *Actius,* Sed anguſtitatem incluſam, ac ſaxis ſqualidam. *Nonius.*

Anhelo, as, penultima producta, ex Am, & Halo, m, in n mutata, ſignificat ægrè halo: quum videlicet ex curſu, aut alio quouis labore vehementi, crebris quaſi ſingultibus ſpiratur, ac reſpiratur {נפח *naphách* רוח *rvách* שאף רוח *ſchaáph rúach.* ἀσθμαίνω. GAL. Haleter, halener, ſouffler. ITAL. *Spirare, fiatare, anſare.* GER. Reichen/mit arbeit athmen. HISP. *Acezar* ὁ *ſoſpirar deſſeando.* ANG. *To breath and blowe.*} *Col.lib.1.c.3.* Sed ante ad præſepia boues religari non expedit, quàm ſudare atque anhelare deſierint. [Sæuus anhelanti mœnia luſtrat equo. *Ouid.Eleg.1.lib.4.Triſt.* Nullus anhelabat ſub adunco vomere Taurus. *Idem 2.Faſt.*] ¶ Tranſlatè poſuit *Cicer. in Cat.* Tandem aliquando, Quirites, Catilinam furentem audacia, ſcelus anhelantem, peſtem patriæ nefariè molientem &c.

Anhēlātor, Qui eſt ſuſpirioſus & pneumaticus, quod vitium conſiſtit in ſpirandi difficultate. {נפח *naphéach.* ἀσθματικός. GAL. Qui a ſon vent & haleine à grand peine. ITA. *Chi an a & ſpande groſſo fiato.* GERM. Reichig/ der mit arbeit auß engbruſtigkeit oder ſunſt athmet HISPANI. *El que mucho* ὁ *aſeſa.* ANGL. *which breatheth with difficultie, or pur ſey.*} *Plin.22.* Anhelatoribus, & in tuſſi vetuſta cum porro ex aceto datur.

Anhēlātus, participium, ἀσθμαίνησις. *Ouid.in Epiſt.* Medeæ ad Iaſonem, Iſſet anhelatos non premeditatus ad ignes. [Ætna, Cuius anhelatis ignibus ardet humus. *Ouid.4.Faſt.*

Anhēlātio, onis, ſpirandi difficultas. מפח *mappách.* πνευμάτωσις. GALL. Difficulté d'auoir ſon haleine. ITA. *Aſmo, difficulta di reſpirare.* GER. Das Keichen/das ſchwär athmen. HISP. *Aceço* ὁ *ſoſpiro.* AN. *Difficultie or peine of breathing.*} *Plin.lib.11.cap.21.* Prodeſt & orthoponoicis, & anhelationi.

Anhēlĭtus, penultima correpta, Spiritus, reſpiratio. {רוחה רוח *revacháh* מפח *mappách.* ἄσθμα. GAL. Haleine, ou difficulté d'alener, comme quand quelqu'vn a couru. ITA. *Fiato.* GERM. Der athem. HISPA. *Aceço* ὁ *ſoſpiro.* ANG. *The breath.*} *Plau.in Epid.* Animo malè eſt, accipiam anhelitum. [Ex ſpiritu & anhelitu Nebula conſtat. *Plau.in Amp.* Non vides me ex curſura anhelitum ducere.]

Anhēlus, a, um, Anhelans, ſpiritum ægrè ducens. {נפחי *nophéach.* ἀσθματίων, πνευματώδης. GALL. Qui a peine peut auoir ſon haleine. ITAL. *Che ſpira con difficultà.* GERM. Der ſchwärlich athmet/keychet. HISP. *El que mucho ſoſpira* ὁ *aceça.* ANG. *which bratheth panefullie.*} *Virgil.1. Georg.* Nóſque vbi primus equis Oriens afflauit anhelis. *Idem 2.Geor.* ſenibus me dicantur anhelis, ideſt, ſuſpirioſis.

Ania, Romana mulier, quam quum propinquus moneret, vt alteri viro nuberet: eſſe enim ei & ætatem integram, & faciem bonam: Nequaquam hoc faciam, inquit. Si enim virum bonum inuenero, vt ante habui volo timere ne perdã: ſi malum, quid neceſſe eſt poſt bonum peſſimum ſuſtinerè? { GERM. Ein ehrlich verſtendig Römiſch weib.}

Anicētum, ἀνίκητον. GAL. Anis. ITA. *Aniſo.* GERM. Enis. HISP. *Anis.* ANG. *Aniſe.*} Aquibuſdam appellari ſemen, quod notiore nomine Anisum vocamus, *autor eſt Plin.lib.20.cap.17.* propterea quòd appetentiam excitet. A Græcis quæcunque orexim adiuuant, ἀνίκητα dicuntur quaſi inuicta. Non aliam etiam ob cauſam *Dioſcoredes,* eandem appellationem anetho tribuit, *libro 3.capite 60. Vide ea quæ ibi annotauit Marcellus Virgilius.*

Aniciana, Inter pyrorum genera reponuntur. *Vide Col lib 5.c.10.& Catonem c.7.*

Anicularis, Vide ANVS.

Anĭgrvs, ἀνιγρός, penultima producta, Fluuius eſt Theſſaliæ, in quo Centauri ab Hercule vulnerati abluerunt ſua vulnera. Vnde quum antea haberet aquas puriſſimas, Centaurorum ſanguine ſo

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

didæ redditæ sunt & impuræ. *Autor est Ouidius Metamorp. lib. vl.* Ante videbatur, nunc quas contingere nobis, Fundit Anigrus aquas, &c.

Anilis, Anilitas, Aniliter. *Vide* ANVS.

Animă, {נשמה *neschamáh* נפש *néphesch*. ψυχή. GALL. L'ame, la vie, l'air que nous respirons. ITALIC. *Alma, anima, fiato, aria.* GERMANI. Die seel. HISPAN. *Anima, ayre.* ANGLIC. *The saull, the lyfe.*} Corporum viuentium, hoc est, stirpium, & animalium tàm rationalium, quàm ratione carentium, pars nobilior, qua vnumquodque illorum viuit, alitur, sentit. Ea in stirpibus simplex est, quam Altricem appellant, qua scilcet illæ alimentum attrahunt, retinent, & in vniuersas sui partes distribuunt, illisque assimilant, & quod in alimoniam verti non potest, excernunt. Brutis verò animantibus anima duplex est, quę à nobiliori sua actione Sentiens appellatur, sub se comprehendens Altricem, non secus atque in tetragono trigonus comprehenditur. [Animam expirauit equus. *Gel. c. 2. l. 5.*] Longè autem nobilissima homini est anima à ratione, qua solus homo vtitur, rationalis appellatur. Hæc re quidē vna est, ex triplici autē actione tria sortitur nomina, modò Altrix siue Vegetatrix: modò sentiens, modò Ratiocinatrix appellata. ¶ Accipitur item Anima, pro animo, pro vita, pro spiritu: de quibus vide testimonia in dictione animus. ¶ Item accipitur pro iracundia. *Plaut. in Amphitr.* Animam comprime. ¶ Item pro vento. *Virgil. lib. 8.* Quantum ignes animæque valent. *Lucret.* Aurarúmque leues animæ calidíque vapores. Surgit amans animamque tenens [*Ouid. 1. Fast.* O animam suauiorem, quàm vxoris meæ? P. Fœtétne anima vxoris. *Plaut. Asin. sc. 2. a. 5.* Obstringit gulam (folli) ne quid animæ amittat dormiens *Plaut. Aul. sc 1. n. 2.*]} Anima & vita, ζωὴ καὶ ψυχὴ, de re suprà modum suaui. Prouerbium natum in cubilibus, atque inde deductum in communem sermonem: quo vtuntur Iuuenalis & Martialis. [Perpetuúsque animæ debitor huius ero (id est, vitæ) *Ouid. Eleg. 4. lib. 1. Trist.* Anima priuabo virum (id est vita) *Plaut. Mena. sc. 5. a. 5.* Seruauíque animam inertem. *Ouid. 13. Metam.*] ¶ Animam debet, πλὴν ψυχὴν ὀφείλει: *Donatus in eo loco Phormionis Terent.* Quid si animam debet? admonet prouerbium esse de eo, qui de immodico ære alieno teneatur, vt plus quàm omneis facultates debeat, ac denique seipsum debeat. ¶ Simili figura, Omnia præter animam tradita, de illis qui nihil non dederunt aut debent præter animam, quo vsus est *Cic. pro Rosc. Amer.* [De ea parte hominis, quæ rationalis est. *Ouid. eleg. 3. libro 3. Trist.* Atque vtinam pereant animæ cum corpore nostro. *Idem Ele. 5. l. 4. Trist.* Cuius ab alloquiis Anima hæc moribunda reuixit.] Anima putei pro aqua. *Plaut. Amph:* Ni ego illi puteo, si occœpso, animam omnem interraxero. Fortasse pro Halitu & vapore prodeunte ex puteo. Nam si pro Aqua, Plautinum certe & nimis durè figuratum est.

Animŭlă, Parua anima, diminutiuum ab anima. {ψυχάριον. GALL. Petite ame, vie tendrette. ITAL. *Animetta.* GERM. Ein kleinfüge seel. HIS. *Pequeña anima.* ANG. *A poore saull.*} *Seruius Sulpit. ad Ciceronem libr. 4.* In vnius mulierculæ animula si iactura facta est, tantopere commoueris?

Animăl, ab anima, Est substantia animata sentiens. {חיה *chajjáh*. ζῶον ἔμψυχον. GAL. Vn animant, ce qui a vie auec sens, comme les hommes & les bestes. ITA. *Animale.* GERMA. Ein thier/was das läben hart vnd empfindt. HIS *Animal que tiene anima.* ANG. *A liuing creature.*} *Plin. lib. 10. cap. 63.* Bipedum solus homo animal gignit. *Cic. 1. de Legib.* Animal prouidum & sagax homo. [*Senec. c. 11. de tranquil.* Quo te referuem malum atque trepidum animal? (de homine) *Tibul. lib. li 4.* Nulla nec exustas habitant animalia partes. *Liuius lib. 34.* Date frenos in domito animali (id est mulieri.)]

Animālis, & hoc animale, Quod est ex animali, siue quod habet in se animam. {ἔμψυχος. GAL. Viuant & sentant, ayant ame. ITALIC. *Vitale.* HIS. *Cosa de vida.* AN. *That which hath lyse.*} Vnde veteres, Animales deos dixerunt, qui de animis essent facti, vt Penates.

¶ Animalis aliquando ponitur pro spirabilis & aërius. *Cicero libro 3. Tuscul.* Siue illi animi sint animales.)(Exanimalis, qui non est animal, vel qui sine anima est. *Plaut. in Bacch.* Nam neque Bellona mihi vnquam, neque Mars creduat, Ni illum exanimalem saxo, si conuenero, Nívę exhæredem fecero vitæ suæ. *Animalis spiritus. Plin. li. 8. c. 42.* Equas Fauonio flante obuersas, animalem concipere spiritum: idque partum fieri. Id est, viuificum.

Animālis hostia dicitur quæ ob eam solùm causam mactabatur, vt eius anima Deo alicui offerretur. θυσία ψυχική. Duo enim (*vt inquit Macrobius*) erant hostiarum genera: vnum, in quo voluntas Dei per exta disquiritur: Alterum, in quo sola anima Deo sacratur: quas Aruspices Animales hostias idcirco appellant.

Animābilis, le, adiectiuum, Quod animam & spiritum habet, spirabilis. {πνευστικὸς, πνευματικὸς.} *Cic. 2. de Nat. Deor.* Principio enim terra sita in media parte mundi circunfusa vndique est hac animabili spirabilíq; natura, cui homen est aër.

Animālitas, Pro ipsa animali essentia, τὸ ψυχικόν.

Animāduĕrto, Animum aliquò verto, sensus in illud quod fit intendo, cogito, intueor; considero, deprehendo, sentio, intelligo. {ראה *raáh* הקשיב *hikschéb* הבין *hebín*. ἐπιστρέφω τὸν νοῦν, διανοοῦμαι. GAL. Aduiser, prendre garde, apperceuoir. ITAL. *Considerare.* GER. Warnehmen/steyfftig merckē. HISP. *Mirar y estar attento hazia alguno.* AN. *Lo consider to, to perceaue, to ty apply the mynd o ane thing.*} [*Gell. capit. 28. l. 2.* In animaduertendis Diis immortalibus casti. Vide animum aduerto, in aduerto *Plaut.* animaduertite hominem subalbidum. *Cic. 1 de Diuinat.* Experrecta nutrix animaduertit dormientem circumplicatum serpentis amplexu. ¶ Interdum ponitur pro punio & castigo, iunctum accusatiuo, mediante præpositione. {פקד *pakadh*. κολάζειν. GALLIC. Punir, chastier. ITALIC. *Punire.* GER. Straffen. HISP. *Punir y castigar alguno.* ANG. *To punish, to chastice.*} *Cic. 6 in Verr. Act. 3.* Tu qui statueras animaduertere in eos, qui perperam iudicassent. Inrerdum sine præpositione. *Idem in Verrem act. 2.* Atque ea sunt grauiter animaduertenda peccata, quæ difficillimè præcauentur. ¶ Inuenitur etiam ablatiuo iunctum, in eadem significatione mediante præpositione A, vel ab. *Terent. in Andr.* Ea primùm ab illo est animaduertenda iniuria; id est, castiganda & vindicanda. [Animaduerto, id est, punio, quia cæteri animum aduertunt cum aliquis punitur, & exemplo sibi cauent.] Animaduertere & punire differunt. Nam punire est quoruncunque, siue iure, siue iniuria: animaduertere est eius qui in alterum habet potestatem ordine ac ritu id est cum animaduersione puniendi.

Animāduersĭo, obseruatio. {בונה *bináh*. διάνοια, διαλογισμός. GAL. Consideration. ITA. *Consideratione.* GER. Warnemmung/Aufmerckung. HIS. *Aquella obra de mirar hazia alguno.* ANG. *Perceauing or marking of a thing consideration.*} *Cic. 1. de Fin.* Interesse enim inter argumentum, conclusionémque rationis, & inter mediorum animaduersionem.

¶ Sæpè etiam pœnam & castigationem significat, quam κόλασιν Græci vocant. {מוסר *musár*. GAL. Chastiment, punition. ITAL. *Punitione.* GER. Straff. HIS. *Punition, castigo.* ANG. *Chastisement, punishement.*} *Idem 1. Offic.* Omnis autem & animaduersio, & castigatio contumelia vacare debet. [*Gell. c. 8. li. 10.* fuit hæc quoque militaris animaduersio, iubere ignominiæ causa, militi venam solui & sanguinem dimitti. Cæterum est Animaduersio dictatoria, cui opponitur censoria nota apud Velleium. *Item*, animaduersione crudelissima aliquem afficere (i. supplicio.) *Senec. c. 17. de Consolat. ad. Polyb.*

Animāduersŏr, Punitor. {ער *pokédh*. κολαστής. GAL. Qui punit, chastieur. ITA. *Chi punisse.* GER. Ein einsähr/strauffer. HISP. *Castigador.* ANG. *A punisher, which chastreth.*} *Cic. 1. Offi.* Si acres ac diligentes esse volumus animaduersores vitiorum, magna sæpe intelligimus ex paruis. *Apuleius*, Exponam breuiter, quid animaduersor meus fecit.

Animāduersŭs, Perspectus, cognitus. {מובן *mubán*. διανοούμενος. GALL. Congneu ITAL. *Conosciuto.* GERM. Verstanden/gemerckt. HISP. *Conosçido.* ANG. *Knawin perce aued.*} *Cæsar*, Hac re animaduersa Cæsar iubet signa conuerti. ¶ Item Animaduersus, qui supplicio affectus est. {עונש *palkédh* מוסר *mei ussár*. κολασθείς. GAL. Chastié ITAL. *Punito.* GER. Gestraffe. HISP. *Castigado.* ANG. *Chastise l, punished.*} *Paulus Iurecon.* Corpora animaduersorum, quibuslibet petentibus, ad sepulturam danda.

Animŭs, & Anima, in hoc differunt, quod anima sit vitæ, animus consilij. Nam anima in homine est, qua viuimus, & sentimus, & mouemur: ita vt contineat vim vegetandi, mouendi, & sentiendi quæ omnia cómunia sunt nobis cum cæteris animantibus. Nam Ipsa aluntur, crescunt & gignunt, mouentur præterea, & sentiunt.

¶ Animus verò est, quo homines sumus, quo sapimus & intelligimus. {רוח *rúach* לב *léb* דעת *dáath*. διάνοια. GALLIC. Ame, esprit, courage. IT. *Lo spirito humano.* GER. Das gemüt. HISP. *Animal racional con que entendemos.* ANG. *The mynde, courage or spryt in doing any thing.*} Quæ vis non est educta de potentia materiæ, sed à Deo immortali de nihilo creatur eodem tempore, quo & infunditur in corpus nostrum. *Cicer. lib. 1. Iusc. sic disserit,* Animum autem alii, animam etiam ferè nostri declarant nominari. Nam & Agere animam, & Efflare animam dicimus, & Animosos, & Bene animatos, & Ex animi sententia: Ipse autem animus ab anima est dictus. Sciendum tamen est, animum pro anima plerunque sumi, *vt apud eundem in Catone*, Qui si in hoc erro, quòd animos immortales credam, libenter erro. *Et iterum*, Sic mihi persuasi, sic sentio, quum tanta celeritate animarum, &c.

¶ *Plaut. in Mostel. prouerbialiter dixit.* Nihil est miseriùs, quàm animus consicius. Consicientia enim mille testes. ¶ Aliquando accipitur pro voluntate siue affectu & delectatione. ψυχαγωγία. *Plaut. in epid.* Captiuam adulescétulam de præda mercatus est. Quid ergo ex te audio? T. Hoc quod fabulor. E. Cur eam emit? T. Animi causa. E. Quot ille animos habet? Hinc fit Vnanimus, ὁμόψυχος, qui vnius est animi, id est voluntatis. *Animi pro cogitationibus. Plaut. Epid.* Quot illic homo animos habet.

¶ Munerum animus optimus, --ξενίων δὲ τὰ θυμὸς ἄριστος: Græcis hemistichium Heroicum prouerbiale, quo significatur, in amicorum muneribus non esse spectandum rei missæ pretium, sed mittentis potius animum. ¶ Volens nolente animo -ἑκὼν ἀέκοντι γε θυμῷ. Hemistichium *Homeri Iliad. lib. λ*, dicendum vbi quis fingit se nolle quod cupit: vel contra. Nonnunquam de ambigente, animíque incerto dicitur *vt apud Euripid. in Hecuba.* ¶ Animus habitat in auribus, ἐν τοῖσιν ἀσὶ τῆς ἀληθείας εἰσὶν ὁ θυμός. *Herod. in Polym.* Cuius adagii is est sensus, quòd ex iis, quæ audiuimus, maximè placatur aut irritatur animus.

¶ Quandoque pro spiritu, siue flatu, ac vento: vnde anima vel animus nomen accepit. Nam ἄνεμον Græci dicunt, quem nos Ventum: *Cicero 1. Tuscul.* Si anima animus est, fortasse dissipabitur. *Terent. in Adelph.* Animum recipe, id est respira. Pro eodem etiam legitur Anima: & (vt opinor) frequentiùs quàm animus. *Cicero de Vniuersit.* Inter ignem & terram aquam Deus, animámque posuit. *Virgil. 8. Æneid.* Quantum ignes, animæque valent. ¶ Ponitur etiam animus pro Animositate, siue fortitudine & animi alacritate. *Cicero Attic. libro secundo*, Nostris animus accessit: timor hostibus iniectus est. *Idem libro tertio*, Labieni aduentu noster Cneus multò animi plus habet. ¶ Quandoque etiam pro memoria. *Cicer* Illa quæ sæpe audistis & tenetis animis prætermitto. *Idem in Catil.* Percipite quæso ea quæ dicam, & ea penitus animis vestris mandate. *Virgil. 9. Eclog.* Omnia fert ætas animum quoque, &c. *vbi Seruius* animum *pro* memoria *dici annotauit.* ¶ Animus heptaboëus, Θυμὸς ἑπταβόειος de forti dictum. Epithetum sumptum à clypeo Aiacis, quem Homerus ἑπταβόειον appellat, quod septem boum tergoribus esset obductus, atque ob id impenetrabilis. *Ouid*--dominus clypei septemplicis Aiax: Sumptum est Adagium ex Ranis Aristoph. ¶ Aut minus animi, aut plus potentię, ἢ φρενῶν ὕλασσον, ἢ δύνασθαι μείζων. Conuenit inferoces, quorum arrogantiæ non suppetant vires: Aut, qui non timent irritare quem vincere non possint. *Vitiur Plutarch. in Lacon.*

¶ Mulieris animus, γυναικὸς φρένες. *Diogenianus* ostendit dici solitum in stultos. Videtur autem magis quadrare in imbelles & inconstantes. ¶ Non abiicit animum. De eo qui ne afflictissimis quidem rebus spem aut consilium abiicit. ¶ Recipere animum Conueniet, quum quis re subitaria consternatus, postea recipit sese.

¶ Animos quoque plurali numero eleganter dicimus, pro temeritate, quæ scilicet habeat arrogantiæ nonnihil coniunctum *Cicero pro Flacco*, Remittant spiritus, comprimant animos, sedent arrogantiam. *Idem pro Cluentio*, Noratis animos eius & spiritus Tribunitios. ¶ Frequenter etiam Anima pro vita accipitur. *Salust.* At nobis est domi inopia, foris æs alienum, mala res, spes multò asperior: denique quid reliqui habemus præter miseram animam? *Martialis*, Hinc, & ventis animam committe, dolato Confisus ligno.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

gno, digitis à morte remotus Quatuor aut ſeptem, ſi ſit latiſſima teda. ¶Animam quoque pro animo poſitam legimus, hoc eſt, pro mente. *Macrobius*, Tunc enim anima libera eſt, & nulla corporis cogitatione impedita. ¶Item pro vento, vt ſuprà oſtendimus. ¶Sæpe etiam pro habitu oris, ſiue ſpiritu. *Plau. in Aſin.* Dic, amabò an fœtet anima vxoris ſuæ? *Virg. 3. Georg.*--animas & olentia Medi Ora fouent illo. *Terent.* Hoc vbi audiui, ad fores ſuſpenſo gradu, placidè ire perrexi, acceſſi, aſtiti, animam compreſſi, aurem admoui. *Plaut.* Ne quid emittat animæ dormiens. ¶ Pro eodem etiam Græci ψύχω dicunt à verbo ψύχω, quod eſt refrigero: Nam quæ plus æquo calent, anima, hoc eſt ſpiritu refrigeramus. ¶Anima item accipitur pro ira. *Idem*, Animam cõprime. ¶Hinc Animoſus, & Animatus, pro iracundo: *de quibus infrà.* ¶Varro poſuit animam pro ſono. Et Phrygias audire animas. *Virgil.* pro ipſo homine, Ite, ait, egregias animas quæ ſanguine nobis Hanc patriam peperêre ſuo, &c. In homine autem quatuor animas eſſe conſtat: Vitalem, ſcilicet vt quæ in vermibus, quæ tantum mouentur. Senſualem, vt in brutis animalibus, in quibus eſt ſenſus timoris & gaudii: Intellectualem, quæ eſt in hominib. tantùm, qui & cogitare & iudicare poſſunt: & quę infrà omnes eſt. Phyſicam, hoc eſt, naturalem, vt ea quæ eſt in arborib. & herbis quæ etſi non mouentur, vitam tamen habent, quum naſcantur, creſcant & pereant. [Animum ſuum conſulere. *Quintil.* Animus eſt circa campos. *Horat. Ode 5. libro 2. Carm.* Titubante animo, corde, & pectore. *Pl. pſeu. ſcen. 1. act. 1.* In animo eſſe, *Cæſar libr. 1. de bell. ciuil.* (id eſt, certum & fixum) Bonus animus in re mala dimidium eſt mali. *Plaut. pſeud. ſc. 5. act. 2.* Vincam animum meum (id eſt iram) Ignoſcam tibi. *Plaut. Milit. ſcen. 6. a. 2.* Teneo quid animi veſtri ſuper hac re ſiet. id eſt conſilij ſiue quæ ſit veſtra ſententia.) *Pl. in prol. Amphitr.* Animum oſtendere, vide Oſtendo: ſuo animo morem gerit *Plaut. prolog. Amph.* Ibi noſtris animus additus eſt, id eſt, animi. *Plaut. Amphitr.* Nequeo cum animo inueſtigare. *Plaut. Aul. ſcen. 6. a. 4.* Id petam perſequãrque corde, animo atque viribus. *Plaut. Capt. ſc. 3. a. 2.* Iſtic animus meus eſt non in pectore. *Pl. pſeu. ſc. 1. a. 1.* Habe animum bonum. Quî poſſim animum habere (in metu) *Plaut. pſ. ſc. 2. a. 3. & ſc. 1. a. 4.* Tu tamen corpore prodes, non animo. *Ouid. 13. Metam.* Sunt mihi vires: Eſt animus certè videns, ſenſurus honores. *Ouid. 13. Met.* facetè aduertis Animum tuum ad animum meum. *Milit. ſc. 1. a. 1.* Mi animule (Lena virum alloquitur. *Plaut. Curc. ſc. 2. act. 1.* Tuus animus apud nos eſt fixus clauo Cupidinis.) *Plaut. Aſina. ſce. 3. a. 1.* Niſi me animus fallit, ii ſunt gemini germani, *Plaut. Mena. ſc. vlt. act. 5.* Vbicunque libitum fuerit animo meo. *Pl. Aſin. ſc. 1. a. 1.* Animum meum iſti dedi (de amica) *Plaut. Aſin. ſc. 2. a. 1.* num non vis anime mi, *Pl. Moſtel. ſc. 4. a. 1.* Da mi anime, da mea roſa, da meus ocellus. *Ibid. ſc. 3. act. 3.* Sequere hac me mi anime. *Ibid. ſc. 2. a. 5.* Impos animi, vide Impos. Satis dolui ex animo. *Pl. Capt. ſc. 1. a 5.* Anime mi, Menæhme, ſalue. *Plaut. Mena. ſc. 2. a. 1.* Animus æquus, Vide Æquus. Animo amantum mundi tia eſt illecebra. *Plaut. Mena. ſc. 3. a. 2.* Ama, animo obſequens. *Pl. Amph. ſc. 1. act. 1.* periclitamini quid animi habeam. id eſt, quomodo ſim affecta. *Pl. Amphit. ſcen. 2. act. 2.* Dico me illò aduenisſe, animi cauſſa. *Plaut. Curc. ſc. 3. a. 2.* ſine me amare Agyrippum animi cauſſa. (id eſt, non lucri.) *Plaut. Aſin. ſc. 1. act. 3.* Lingua poſcit, corpus quærit, animus orat, (de meretrice) *Plaut. Aſin. ſc. 1. a. 3.* Animo ſi malè eſſe occeperit (id eſt, furere, vel ægrotare) Animo malè eſt, Aquam velim. *Item.* Hiſcunt: animo male eſt, vomunt. *Plaut. pſeud. ſc. 1. a. 4.* Si fecerit animo ſuo volupe. *Plaut. Aſin. ſc. 2. a. 5.* Me fraudaui animúmque meum, geniúmque meum. *Pla. Aul. ſcen. 6. a. 4.* Bono animo es. *Plaut. Amph. ſcen. 2. act. 5.* Bonum animum habe modò. *Plaut. Moſtel. ſc. 1. a. 2.* & paſſim. Homo iracundus atque animi perciti, (aliàs perditi. *Pl. Men. ſc. 1. a. 2.* Mihi animus etiam nunc abeſt. (de metu) *Plau. Amphit.* Hoc animo decet animatos eſſe amatores, vt ad mendacitatem ſe detrudant. *Plaut. Mena. ſc. 3. a. 1.* Animus ad meam ſententiam. *Plaut. Aul. ſc. 5. a. 2. & ſc. 1. a. 2.* Eundem animum gratum mihi oportet atque olim. *Plaut. Moſtel. ſc. 3. a. 1.* Animo meo. id eſt, mea ſententia. *Men. ſc. 3. a. 1.* Tua oratione, omnem animum oſtendiſti tuum. *Plau. Aſin. ſc. 1. a. 1.* Egomet hic ſum, animus domi eſt. *Plaut. Aſin. ſc. 4. a. 1.* Volui animum confirmare, vt bene me haberem filiæ in nuptiis. *Ibid. ſc. 5. a. 2.* Animum inducere. vide Induco. Meo animo ſi idem faciant cæteri, fiat ciuitas concordior. Et meo animo facias rectius (id eſt, mea ſententia) *Plau. Aul. ſc. 5. a. 3.* Et eodem ſenſu *Curc. ſc. 2. a. 4. bis.* Animum oblectat ſpes reliquiarum. *Plaut. Mena. ſc. 4. a. 2.* In re mala, animo ſi bono vtare ädiuuat. *Plaut. Capt. ſc. 1. a. 2.* Mel meum, anime mi. *Plaut. Curc. ſc. 3. a. 1.* Niſi mors meum animum à te abalienauerit. *Plaut. Curc. ſc. 3. a. 1.* Quo pacto poſſim animum vincere. *Plaut. pſ. ſc. 3 a. 1.* (id eſt iracundiam) Ne in re aduerſa animo auſcultes. *Ibid.* (i. ne aurem præbeas.) Iuro hunc animum fauiſſe tibi, & mentre fauiſſe tuum. *Ouid. El. 1. lib. 2. Triſt.* Quem mihi tunc animum eſſe putas? *Ouid. Ibid. El. 3. l. 3.* Timidi commenta retexit Naupliades animi. *Ouid. 13. Met.* Fuerat animis coniuratis (i. deſtinauerant.) *Su. in Ca. c. 82.* Arma animũ motura virilem. *Ouid. 13. Met.* Animo occupa vnumquèm que (i conſidera) *Senec. cap. 14. de Conſol. ad Mart.* Dura Anime, hodie dura. *Quint.* Eloquio & animo (i. ingenio) *Velleius.* Animos faciebat cunctatio hoſtium. *Liu. lib. 4. d. 4.* Ad animum reſpondere. (id eſt placere) *Sue. in Caſ. c. 40.* Animum fateba (id eſt metum.) *Ouid. 6. Faſt.* Ex animo vel è fato miſer. *Quintil. c. 1. lib. 14.* Amplectens animo proxima quæque meo (i. mihi cariſſima.) *Ouid. El. 3. l. 1. Triſt.* Vt quæ contingere non eſt Corpore ſint animo cuncta videnda meo. *Ouid. Eleg. 4. libr. 3. Triſt.* Vos animo ſemper adeſſe meo, quamuis abſim. *Ibid.* Inueniet animus quà currus ſpectet eburnos (id eſt mens) *Ouid. El. 2. libr. 4. Triſt.*]

Ănĭmŭlus, diminut. Σωμίδιον. *Pla. in Caſ.* Mi animule, mi Olympio, mea vita. [*Et Mena. ſc. 3. a. 2.*]

Ănĭmo, as, Animum do, incito, incendo. {חזק *chizzek* החזיק *hechezik* אם ץ *immets*, κατασαρώσεως, θυμὸν ἐμβαλεῖν. GALL. Donner courage, enhardir. ITAL. *Incorare, inanimare.* GERMA. Mutig vnd gemerzt machen. HISP. *Esforçar, das coraçon.* ANGL. *To encourage, to stirre vp.*} *Claudius lib. 3.* Qualis peſtiferas animare ad prælia táxos Torua Megæra ruit. *Macrobius*, Animati ſunt ergo veteres ad faciendam diſcretionem. ¶Aliquando animare eſt animam inducere, animum inſpirare, viuificare. {חיה *chijáh* החיה *hechejah*. ψυχόω. GALLIC. Baillér vie ou ame viuante ſentant. ITALIC. *Mettere l'anima.* GER. Das läben gäben. HISP. *Dar anima y vida.* AN. *To giue life or faull.*} *Colum. libr. 9.* Diebus quibus animantur oua, & in ſpeciem volucrum conformantur. *Cic. de Diuin.* Quicquid eſt hoc omnia animat, format, alit, auget.

Ănĭmans, ſubſtantiuum, fœmi. vel neut. generis, ferè pro animali accipitur. {חיה *chaijáh* quod Græci ζῶον vocant. GA. Vn animant, qui à vie & ſens. ITA. *Animale, animante.* GER. Ein thier/oder was ein läben hatt. HIS. *Animal.* ANG. *Aleuing creature.*} *Cicer. de Natur. deorum*, Animantium aliæ coriis tectæ, aliæ villis veſtitæ. *Idem 1. de Legibus*, Nam quum cæteras animantes abieciſſet ad paſtum, ſolum hominem erexit. Inuenitur & genere maſculino. *Horat. 2. Sermon.* -ſed hic ſtylus haud patet vltrò Quenquam animantem. *Cicero de Vniuerſ.* A quo enim animante omnes reliquos contineri vellet animantes, hunc ea forma figurauit, qua omnes reliquæ formæ concluduntur. ¶Nonnunquam latiùs extenditur Animantis appellatio, præſertim in neutro genere, ad omnia ſcilicet, quæ habent animam: vt ſunt arbores, frutices, & herbæ, quibus animam alentem ineſſe conſtat, quam philoſophi recentiores Vegetatiuam appellant. Itaque viuere & mori illa dicimus: nec animalia tamen, ſed animantia nuncupantur, vt *docet Senec. lib. 8. Epiſt. moral.*

¶Animans verò adiect. ἔμψυχος. Idem eſt quod animam habens. *Autor ad Herennium libr. 4.* Sed inuentio ſimilium facilis erit, ſi quis ſibi res omnes animantes, & inanimantes frequenter ob oculos ponerit ponere.

Ănĭmātŭs, ab animo fit, ſicut à tunica, Tunicatus, à Galea, Galeatus; & ſignificat idem quod Animo aut voluntate aliqua affectus. {מחוץ *mechuzzák*. θυμωθείς. GAL. Qui a cœur, oũ courage. ITAL. *Diſpoſto nell' animo ad vna impreſſa.* GERM. Gemarcket/geſinnet. HI. *De animo y voluntad.* ANG. *That hath courage or luſe.*} *Cic. D. Bruto*, Ita paratus, ſeu animatus eſſe debes, vt nihil facias niſi iuſſus, id eſt, eam voluntatem habere debes. [*Plaut. Amphit.* Neque dedi, neque dixi ita animatus fui (i. volui dare) An tu ita es animata, vt quæ expers matris Imperii ſies. *Idem Aſi. ſc. 1. a. 3.* Cùm ſciet, vt lucris animatus erga gnatum (id eſt beneuolus) *Plaut. Capt. ſc. 3. a. 2. Item*, Hoc animo decet animatos eſſe amatores. *Vide ſupra in Animus.* Sin aliter ſient animati. (i. aliter ſentiant) *Plaut. Amphitr.* Animati vos vincere hoc (flagrum) duritia tergi. *Plau. Pſe. ſc. 2. a. 1.*]

Ănĭmātus, participium, Qui habet animam. ἔμψυχος. *Cicero Tuſcul. 1.* Animatum quod eſt, id motu cietur interiore & ſuo.)(Inanimis, Exanimis ſiue exanimus. ¶Interdum ponitur pro affectus. *Cicero in Verr.* Ciuitatem vt abs te affecta ſit, ita te animatam videmus. ¶Interdum pro fortis & magnanimus & animoſus. *Cicero in epiſt.* Pompeius animatus meliùs quàm paratus.

Ănĭmātĭo, verbale, ab animando, {חיות *michjáh*. ἐμψύχωσις. GALL. Don d'ame, don de vie. ITAL *Riempimento di vita.* GE. Läbendmachung. HI. *Obra de dar anima.* ANG. *The gift of the life or of the ſaull.*} *Cicero de vniuerſit.* Erant autem animantium genera quatuor, quorum vnum diuinum, atque cæleſte, alterum pennigerum, & aërium: tertium terreſtre: quartum diuinæ animationis.

Ănĭmātŭs, us, verbale nomen, idem quod animatio. {ἀνάπνευσις. *Plin. libr. 11. capite 3.* Volare quidem aliqua, & animatu carere in ipſo ſpiritu viuentia docuimus.

Ănĭmōſus, Habens in ſe vehementiam animi, ſiue qui eſt elati ſpiritus, quique ad iracundiam eſt procliuior. {נלבב *nilbáb* אמיץ *ammits*. θυμώδης, θυμοειδής. GAL. Courageux, hardi, de grand cœur. ITAL. *Animoſo coraggioſo.* GERM. Gehertzt/muttig/vnerſchrocken / herzhafft. HISPA. *De grando animo y esfuerço.* ANGLIC. *Courageous, of great ſpirite and hart manlie.*} *Ouidius*, Pyrrhus Achilleides animoſus imagine patris. *Cicer. in Cat.* Ex quo fit, vt animoſior etiam ſenectus ſit, quàm adoleſcentia. *Virgilius*, Quos animoſi Euri aſſiduè frangi ntque ferúntque, Ea quoque animæ potentia, qua ad iram incitamur, Animoſa. θυμικὴ appellatur. ¶Inuenitur etiam Animoſus, pro nodoſo, per tranſlationem poſitum, *Virg. 3. Georg.* Luxuriátque toris animoſum pectus. *Vbi Seruius* Animoſum interpretatur nodoſum, non malè tamen Animoſum pectus intellige. [*Ouid. de Equo. Eleg. 6. l. 4. Triſt.* Tempore paret equus lentis animoſus habenis. *Ibid. Eleg. 2. lib. 4.* Collaque Romanę præbens animoſa ſecuri.]

Ănĭmōſĕ, aduerbium, Fortiter, ſtrenuè. {θυμοειδῶς, ἐμψύχως. GALL. Courageuſement, de grand cœur. ITAL. *Animoſamente, con gran core.* GER. Mannlich/dapferlich. HISP. *De animo y de coraçon.* ANG. *Courageouſlie, ſtoudlie. Cicer. 4. Philip.* Nec ſolùm id animosè & fortiter, ſed conſideratè etiam, ſapientérque fecerunt.

Ănĭmōsĭtās, Eſt vehementia, & impetus animi, ſedem habens in corde, quem Speuſippus definit eſſe impetum violentum partis animæ irrationalis, abſque ratione & ordine mentis. {גבורה *gbeburáh*. θυμώσις. GALL. Courage, grand cœur. ITAL. *Animoſita, coraggio.* GERM. Hertzhafftigkeit/manligkeit/dapferkeit. HISP. *Grandeza de animo y esfuerço.* ANG. *Courage, manlineſſe.*} *Iulius Firmicus Matheſeos lib. 2.* Secura mẽtis animoſitate perdiſce. *Macrobius Comment. lib. 1. cap. 6.* Animoſitas quàm θυμικὴν vocant, &c.

Ănĭō, Anienis, pen. prod. ἄνιον. Nomen fluuij in agro Tiburtino, qui è ſublimi in vallem ſubiectam præceps fertur. *Horatius*, Et præceps Anio, & Tyburti lucus. Vulgò *Teuerone.*

Ănĭēnŭs, ha, num, *Propertius*, Siue Aniena tuos tinxerit vnda pedes. Anieni nomen indidit Anius rex Hetruſcorum, qui inſequens Cethegum filiæ raptorem, quum eum aſſequi non poſſet, in fluuium inſilit, ibíque extinctus, vt Anio vocaretur effecit.

*Anienicola, anienicolæ, Qui incolit Anienem. *Sil. lib. 4.*

Ănīſum, {ἄνισον GALL. Anis. ITAL. *Aniſo.* GER. Enniß. HISP. *Matalahuga.* ANGLIC. *Aniſe.*} Herba eſt, caulem, folia, & florem habens fœniculo ſimilia: vnde etiam à quibuſdam fœniculum Romanum appellatur. Semen fert in vmbilicis, cibis condiendis in primis vtile, herbæ ſuo nomine Græcis, Latinis, Germanis, & Gallis cognitum. *Plin. libr. 20. capite 17.* Aniſum à Pythagora inter pauca laudatur, ſiue crudum ſiue decoctum. *Item*, Vide aridúmve omnibus quæ condiuntur quæque intinguntur, deſideratum: fœtorem tollit manducatum, mox vino collutum vultum iuniorem præſtat: appetentiam ciborum facit.

ANITIVS, Viri Præneſtini nomen, qui vnà cum Cn. Flauio, Appii Cæci ſcriba, Ædilis curulis fuit eo anno, quo vſus annulorum etiam plebi permiſſus eſt, quum antea ſoli Senatores, & Equites annulos geſtarent. *Vide Plin. lib. 33. cap. 1.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ANIVS, Apollinis fuit filius, & rex in Delo, qui habuit Andrum filium. *Virgilius libro 3. Æneid.* Rex Anius, rex idem hominum, Phœbique sacerdos.

ANNA, ἄννα, per duplex nn, Beli filia, soror Didonis, quæ postquam mortuam sororem vidit, & Carthaginem ab Iarba Getulorum rege occupatam, relicta sede patria, ad Battum regem, qui Melitæ insulæ imperabat, cursum arripuit. A quo iure veteris hospitij benignè susceptа, duos & vltrà annos ibi mansit. Sed quum Pygmalionem fratrem iam cum armis aduentare didicisset, Battus veritus potentiam illius, Annam vt inde abiret hortatus est. Mox igitur mare ingressa, dum Camèram nauigare contenderet, vi tempestatis acta, in Laurentem oram peruenit, vbi iam Æneas pacatis rebus, & ducta vxore Lauinia, imperabat. Hic tum fortè solo Achate comitatus, in littore nudis pedibus ambulabat. Qui quum errantem Annam aspexisset, & vix sibi persuadere posset eam esse, randem agnitam compellat. Timuit illa principiò, sororis casum ante oculos ponens, postea verò ab illo benignè inuitata, in regiam cum eo profecta est. Cui mox Lauinia amorem coniugis suspectum habens, tendere insidias cœpit. Sed Anna in somnis à Didone monita, vt infaustam domum relinqueret, statim per fenestram exiliit. Quúmque citato cursu ad Numicium amnem peruenisset, in eum se præcipitem dedit. Orta deinde luce, magno clamore eam quæritantes per Laurentem agrum profiscuntur. Apparent vestigia pedum vsque ad Numicium amnem, vltrà nihil videtur. Quod dum admirantes secum animis volutant, ipsa loqui visa est, placidi sum Nympha Numici, Amne perenne latens, Anna perenna vocor: Quapropter læti conuiuia celebrarunt, eam pro dea venerantes, quem ritum postea longissimo tempore seruarunt.

ANNA, ciuitas Iudææ supra Hierichuntem, *Steph.*

Annālēs, Annalis, Annarius, *Vide* ANNVS.

Innatcór, Iuxta nascor, {συμφύομαι. ANG. *To be borne nigh a nother.*} *Gellius*, De mensis quoque in septem primis mensibus, & septenos ex vtraque parte gigni, & cadere annis septenis, & geminos annasci annos fere bis septenis. Hinc Agnatus, Agnatio, in quibus subtrahitur n, quæ pro d ponitur, & mutatur in g.

Annauigo, as, pen. corr. Ad locum aliquem nauigo. {παραπλέω. GAL. Nauiger iusques à quelque lieu. ITA. *Nauigare fino à qualche luoco.* GER. Zůhin schiffen/anlenden. HISP. *Nauegar hazia algo.* ANG. *To sayle to any place.*} *Plin. libro 36. cap. 12.* Sanè conspicue vndique annauigantibus sitæ sunt in parte Africæ.

{ Anne pro An: *Ouid 6. Fast.* Magis dubito glorier anne viro.]

Annēctó, is, annexi, annexum, Agglutino, alligo, ad aliquid necto, {אסר *asár* הדבק *hidhbik.* προσείρω. GALL. Attacher ou lier à quelque chose. ITAL. *A tachare ò ligare à qualche cosa.* GERM. Anbinden/ anknüpfen. HISP. *Trauar vna cosa à otra.* ANGLI. *To knit to, or bind to any thing.*} *Plin. libro 10. c. 37.* Epistolas annexas eorum pedibus, *Cels. lib. 4 cap. 3.* Morbus qui modo caput scapulis, modò mentum pectori annectit. *Cic 2. de Nat. Deor.* Paulo suprà, quàm ad linguam stomachus annectitur. *Plin. lib. 28. capit. 8.* Cor annexum in lana ouis nigræ.

Annēxūs, huius annexus, {συμπλοκή. Igitur numero colonorum opportunitate fluminum vber agri annexu connubiisque gentium adoleuit florutque.

ANNIBAL, ἀννίβας, {GERM. ein Dapfferer Hauptman der Carthaginenser.} Amilcaris filius fuit, quem adhuc impuberem iureiurando ante aras patri astrinxisse ferunt, vt quum primum per ætatem liceret, arma contra Romanos sumeret. Quapropter iam adultus in Hispaniam transiecit, ibique quibusdam ciuitatibus subactis per Galliã in Italiam transiecit, Alpibus, quo expeditiùs rei faceret, igni & aceto patefactis. Ibi occurrentem sibi Tiberium Sempronium Consulem apud Trebiam profligauit: Flaminium fudit ad Trasimenum lacum, cæsis 15000. Romanorum. Postea tamen vires eius à Fabio Maximo multum sunt imminutæ. Sed rursus collectis viribus, tertio Paulum Æmilium & Terentium Varronem nouos Consules creatos apud Cannas vicit: in quo prælio ad quadraginta millia peditum, & duo millia, supra septingentos equites, cæsa dicuntur, adeò vt tres modios & dimidium annulorum Carthaginem miserit. Quum vrbem capere facillimè posset, in Campaniam reuertitur, & Capuæ voluptate detentus, omnem animi vigorem remisit, ita vt apud Cumas à Sempronio Graccho magna suorum cæde repulsus, obsidionem reliquerit. Postea etiã apud Nolam non mediocre damnum à Marcello accepit. Deinde à Carthaginensibus, qui à P. Scipione acerrimo bello premebantur, ex Italia reuocatus, cum eodem apud Zamam Africæ oppidum congressus est: in quo conflictu viginti millia Pœnorum cæsa sunt, & totidem capta. Dux ad Antiochum profugit, cuius auxilio bellum redintegrauit: sed Antiocho quoque debellato, Romani Annibalem sibi captiuum dedi petierunt: quod Pœnus sentiens, ad Prusiam Bithyniæ regem confugit: à quo quum iterum deposceretur, Pœnus Prusiæ leuitatem suspectam habens, hausto veneno, quod sub gemma in annulo gesserat, voluntaria morte obiuit. ¶ De Annibale latiùs scripsere *Liuius & Plutarchus.*

¶ Annibales multi fuêre: primus Senior appellatus, Asdrubalis filius, quem *Orosius lib. 4.* dicit ob rem malè gestam à Charthaginiensibus lapidibus obrutum. *Liuius* autem cruci adfixum tradit.

¶ Fuit item Annibal huius filius, qui nullus est ab Amilcone duce in Lilybæum quod à Romanis oppugnabatur, ad Siculos in officio continendos, *vt auctor est Polybius.* ¶ Fuit præterea Annibal alius Rhodius, dux item Carthaginensis in eodem bello, qui tandem à Romanis interceptus est, vt scribit Polybius.

¶ Fuit postremò Hannibal Amilcaris filius, qui omnes hos fama virtutéque superauit. Ille sæpius Romanos vicit, fudítque. *Vide Liuium, Plutarchum, & Polybium.*

Annītor, penultima producta eris, Ad aliquid applico siue applicor, innitor. *Cicer. De amic.* Sic natura solitarium nihil amat, semperque ad aliud tanquam adminiculum annititur, quod in amicissimo quoque dulcissimum est. ¶ Ponitur etiam aliquando pro valde Conor, & incumbo ad aliquid agendum {עמל *hamal* יגע *jaghah.* φιλοπονέω. GALL. S'efforcer à faire quelque chose. ITAL. *Sforzarsi, fare sforzo.* GERM. Dapfer etwas zuthun vnderstehn. HISPAN. *Esforbar.* ANGL. *To do any thing with the force and strend by all meanes.*} *Sallust.* Postea Piso in citeriorem Hispaniam Quæstor pro Prætore missus est, annitente Crasso, qui eum infestum inimicum Cn. Pompeio nouerat. [Hæc vt me vultis approbare adnitier luctum vt perenne semper vobis suppetat. *Plaut in prol. Amph.*]

Annīsūs & Annixus ἐπιχειρήσας, καταπονδάσας. *Liuius 5. ab vrbe*, Et patres interficere intercessores legis annixi sunt.

Annīsūrus, & Annixurus. *Liuius 2. ab Vrbe*, Annisurum, vt appareat exilio sibi iratos, non fractos animos esse. *Idem lib. 1.* Quòd annixurus pro se quisque sit.

Annōmĭnātĭo, Est (*inquit autor ad Heren. lib. 4.*) quum ad idem ærbum & nomen accedit*ur* commutatione vocum, vel additione vnius litęrę, aut literarum: aut syllabæ, aut syllabarum, aut quum ad res dissimiles similia verba accommodantur. A Græcis vocatur παρονομασία.

Annōtō, as, pen. corr. Iuxta siue ad aliquid noto: & significat aliquando inscribo. {בתם *chathám* רשם *raschám* סמן *samán.* ὑπομιμνήσκω, χαράσσω. GALL. Noter, marquer. ITAL. *Annotare.* GERM. Darzu zeichnen/ aufzeichnen/ aufschreiben. HISP. *Notar ò senalar sobre otra cosa* ANG. *To note, to marke.*} *Lactant. lib. 6.* Et ausus est libros suos nefarios, ac Dei hosteis annotare. ¶ Interdum annotare, significat memoriæ causã in commentarium referre. *Col. lib. 12. c. 3.* Sciret vnde daret, & meminisset, atque annotaret, quid, & quãdo, & cui dedisset. ¶ Annotare [laudandos, id est, designare.] *Sueton. in Caligul. c. 27.* Quum ad saginam ferarum muneri præparatarum carius pecudes compararentur, ex noxiis lanandos annotauit. *Budæus.*

¶ Annotari etiam dicitur, qui absens in reos refertur. Nam in grauioribus criminibus Magistratus qui absentem in reos recipiebat, edicta proponebat, quibus illi denuntiabat fore, vt nisi intra annum adesset, eius bona confiscarentur, vti Marcianus & Macer docent de requirendis reis. Hinc annotatio apud Macrum ibidem, illa in reos relatio. *Ex Hotomano.*

Annōtāmēntă, plur. Annotationes, ὑπομνήματα. *Gell. lib. 1. c. 7.* Apud veteres scriptores, locutionum talium copiam offendimus, atque his vulgo annotamentis insperssimus. [*Idem c. 2. l. 17. & c. vlt. lib. 20.*]

Annōtātor, oris, συμφώνως. Qui aliquid annotat. *Plin. in Paneg.* Num enim ante medium diem distentus solitaria cœna spectator, annotatórque conuiuis tuis immines? Hoc est, obseruator, vt videlicet notes, & obserues quantum quisque aut edat, aut bibat,

[Annotatio *Fab. Quint.* Breuis annotatio, & libelli.]

Annŭātim, Quotannis, seu singulis annis. {שנה שנה *schanáh schanáh.* κατ' ἔτος. GALL. Par chacun an. ITA. *Ogn' anno.* GERM. Jårlich. HISP. *Cada vn año* AN *Year'ie*} Qua voce vsus est Hieronymus, referens Plinium prodidisse, singula millia talentũm thuris annuatim pensitasse Arabas regibus Persarum. *Locus Plin quem citat Hier. est lib. 12. c. 17. vbi tamen* Annua *legitur, non* Annuatim.

Annŭlŭs, li, *Vide* ANVLVS.

Annūmĕro, as, pen. cor. In aliquorum numero pono, in eũdem numerum refero. {ספר *saphár* מנה *manáh.* ἀριθμέω. GAL. Annombrer, adiouster au nombre, conter & payer. ITA. *Aggiungere ad vn numero, annomerare.* GERM. Dazu zehlen/zu der zal thun. HIS. *Contar vna cosa sobre otra.* AN. *To counte and cast to, to others.*} *Plaut. Asin. sc. 4. a. 2.* Argenti talentum solus soli annumerauit. *Item*, Audet me non fastiditis annumerare viris. *Ouid. El. 1. l. 2. Trist.* Omnes velut annumerare litteras. *Quintil.*] *Cic. 2. de Diuin.* Atque his libris annumerandi sunt sex de Republ. ¶ Interdum idem est quod simplex numero, *Cic. 1. de Nat. De.* Vt eorum molestum sit annumerare sententias. *Idem de Opt. gen. Orat.* numerare verba lectori.

Annūntĭo, as, are, nuntio, denuntio. {בשר *bischchár* הגיד *highghidh.* ἀγγέλλω. GAL. Annoncer, porter nouuelles. ITA. *Annontiare.* GER. Verkunden. HIS. *Denunciar ò traer nueuas.* ANG. *To bring newes to tell tydinges.*} *Plin. lib. 7. c. 52.* Animam relicto corpore errare solitam, vagamque è longinquo multa annuntiare. *Cic. Attic.* Eique interea, vt scribis, salutem annuntiabis. [*Et Suet. in August. c. 49.*]

Annŭo, is, ere, Propriè est nutu, id est, capitis signo assentior. {קרץ *karás* יאת *iaáth* רצה *ratsáh.* κατανεύω. GAL. Faire signe de la teste qu'on est content, s'accorder & consentir à quelque chose. IT. *Assentire, accennar de si col capo.* GE. Mit dem haupt winckẽ oder zeichen geben/ Verwilligen. HIS. *Otorgar inclinando la cabeça.* ANG. *To nod with the head in signe of aggreing, to consent or grant.*} *Cic. 1. Verr.* Id mihi significasse & annuisse visus est. *Idem de Orat.* Id quoque toto capite annuit. *Virg. 9. Aeneid.* Annuit & totum nutu tremefecit Olympum. Annuere, pro affirmare. *Plaut. Bacchid.* Ego autem venturum annuo [Annuo me visitasse. *Idem Plau. Curc. sc. 3 a. 2.* Annuens Centurioni vt testis esset. *Senec. c. 14 de Tranquil.* Annuimus vel abnuimus motu capitis vel oculorum. *Gell. c. 4. lib. 10.* Annuere nutum & numen alicui. *Liu. l. 7. ab vrb.*] * Annuere, item pro nutu scisciatari. *Tacit. lib. 15.* Idem Subrio Flauio assistenti annuentique an inter ipsam cognitionem distringeret gladium, cædémque parraret, retinuit, fregitque impetum. * Item pro fauere *Plin. epist 22.* Superest vt promissis Deus annuat. * Et pro Concedere: cuius contr. Abnuere. *Virg. lib. 12. Æneid.* Annuere nutum *Liu. 7. ab Vrbe*, Annuite Patres Conscripti, nutum numénque vestrum inuictum Campanis, & iubete sperare incolumem Capuam futurã. Hoc eadẽ figura dicti est, qua Viuere vitam, & Seruire seruitutẽ.

Annŭs, Tempus est 365. dierum, & horarum circiter sex, quo Sol cursum suum conficit. {שנה *schanáh* ἐνιαυτὸς, ἔτος. GAL. An, Annee. ITAL. *Anno.* GER. Ein Jar. HISP. *Ano.* ANG. *Ayeare.*} Nominis ratio varia traditur. Quidam enim dictum existimant ab Am, circum & No, fluo. Seruius ab annulo deducit, quod in se redeat, quasi annulus. Ad quam originem etiam Virgilius alludere videtur, quum ait, Atque in sua per vestigia labitur annus. Nam mensibus in se currentibus voluitur. Sol enim per duodecim Zodiaci signa excurrens, annum conficit. Vnde apud Ægyptios, ante inuentas literas dracone picto suum mordentẽ caudam indicabatur. Alij à verbo Græco ἀνανεόω deriuant, quod significat renouo, quia semper renouatur. Alij à Græco ἔννυμι, vnde & τρίννυμι, dicunt quod nos Trimum. [Próque tot annorum curis quos anxius egi. *Ouid. 13. Meta.* Quandiu id factum? hic annus incipit vicesimus. *Plaut. Capt. sc. 3. a. 5.* Istanc emi anno (depuis vn an, l'an passé) *Pl. Mens. 3. a. 1.* Canities pulsis melioribus venerat annis. *Ouid. Eleg. vlt. lib. 4. Trist.* Primis mihi cultus ab annis. *Ouid. El. 4. l. 4. Trist.* Anno nouo hilarè se acci-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

se accipiebat. *Senec.epist.*88. Namque senex vitæ peragit dum sæcula vitæ: Iam subeunt anni fragiles & inertior ætas *Ouid. Eleg.*8.*libro* 4. frumentum quod in hunc annum satis sit. *Plaut.pseu.scen.*2.*act.*4. Vel ducentos annos poterunt viuere. *Plaut.pseud.sc.*2.*a.*3. Tacito passu, labentibus annis. *Ouid.Eleg.vlt.l.*4.*Trist.* Hic annus sextus est postquam huic rei operam damus, *Plaut.Mena.sc.*1.*act.*2. Plus triginta annis natus sum. *Plaut.Mena.scen.*1.*a.*2. Quot eras annos natus. *Pl. Mena.sc.vlt.act.*5. Quem multis annis post conspicor. *Ibid.* At mihi impendit per tot Telamonius annos Sanguinis. *Ouid.*13.*Met.* Annos ferent hæc musta. *Fab.ca.*4.*lib.*2. Oriente die duce fertilis anni, *Tibul.lib.*4. Hinc placidus nobis per tempora labitur annus. *Tibul.* 4.*Ibidem,* Cum memor accitos semper dolor admouet annos. *Ibid.* Multos annos est hanc domum possideo. *Plaut.Aulul.prolog. Item* Denuò demùm pugnauimus anno. *Ouid.*13.*Met.* Æstu anni. *Gell: capite* 10.*libro* 17. Æstate anni noui id est vere. *Gel.capit.*1.*libr.*18. Anno nouo delibabant opera sua. *Senec.Epist.*84. De Anni mensibus & vario numero, ac compositione, *Plutar.in Numa.*] Triplex autem olim fuit annus. Lunaris, triginta dies habens: Solaris, qui duodecim continet menseis, qui dicitur Solis anfractus, quum peractis trecentis sexaginta quinque diebus & quadrante, ad eadem syderum loca redit: qui etiam Annus vertens dicitur. Item Magnus annus, quem esse voluerunt omnibus planetis in eundem locum recurrentibus. Et hoc fit secundum Ciceronis Hortensium, post annos duodecies mille, noningentos, quinquaginta quatuor solares. Anni verò quatuor sunt tempora, diuisa in ternos menseis. Ipsorum quoque temporum faciunt talem discretionem vt primo mense, Ver nouum dicatur, secundo Adultum, tertio Præceps vel extremum, vnde est, Extremæ sub casum hyemis. Idem quoque de æstate, autumno, & hyeme dicendum est. Annum primo Eudoxus, post Hipparchus, deinde Ptolemæus, ad vltimum Cæsar deprehendit. ¶Annus Saturni (χρόνου ἐνιαυτὸς) à quibusdam dicitur, qui est quadraginta annorum. ¶Annus mundanus, siue vertens, est magnus annus Platoni, qui conuersione mundi, id est, cæli (nempe octauæ sphæræ quod ἀπλανὲς) & plenæ vniuersitatis, efficitur, nempe post quindecim millia annorum peracta, quo temporis spatio octaua sphæra proprio motu circumuoluitur. *Macrob.Commen l.*2.*cap.*11. ¶Annus Arcadum trimestris fuit. Ægyptij Lunæ senio annum terminabant, apud quos etiam singula millia annorum quidam vixisse produntur. ¶Prouerbiali schemate dictum à *Iuuenale* in vetulam iam ἕξωρον quidem, & ad Veneris lusus prorsum intempestiuam, sed quæ verborum nequitiis puellam etiamdum ageret, facies tua computat annos. Hoc est frontis rugæ numerum annorum tuorum præferunt: quanquam libido nondum in te consenuit.

¶Magnum os anni, μέγα στόμα τῦ ἐνιαυτῦ, Dicebatur quoties vberior rerum prouentus, aut vilior annona animos & loquendi libertatem adderet, alioqui timidioribus. Solent enim rustici magnificentiùs loqui, largiúsque polliceri spe prouentus vberioris.

¶Anno senior fio. Quoties aliquid nobis magnopere molestum significamus, senescere nos etiam vulgò dicimus. *Arist.in Ranis.* ¶ Semper superioris anni prouentus melior, Α' εἰ τὰ πέρυσι βελτίω, Quum præsentia displicent, & anteferuntur acta. *Diogenianus.* Sumpta metaphora ab agricolis qui semper de præsentis anni fructibus queruntur apud dominos. ¶Annum gerere, pro agere annum *apud Suet.in Vespasiano.* Extinctus est annum gerens ætatis sexagesimum. Annos exuere, ponere exuuias, de serpentibus, cum leberidem, annuámque vernationem deponunt. *Tib.l.*1.*Ec.*4. Serpens nouus exuit annos.

Annālēs, Dicuntur res gestæ, quæ de anno in annum in historias rediguntur memoria publica. {דברי חימים *dibre hayamim.* ἐπιτομὴ πράξεων ἐνιαυσιαίων. GAL. Annales, Chroniques. ITAL. *Annale.* GER. Jarbůcher, Chronicken in welche man verlauffne ding verzeichnet. HISP. *Cronica de tiempos.* ANG. *Cronicles of thinges done frome yeare to yeare.* } *Vnde Virgil.* 2.*Æneid.* Et vacet annales nostrorum audire laborum Historia res gestas narrat, & ab ætatis nostræ memoria remotas. *Cic.lib.*2.*de Orat.* Erat enim historia nil aliud nisi annalium confectio. [Libri Annales. *Gellius capite* 18. *libro* 5. *& capite* 11. *libro* 9. Item Annales de viro priuato Annalibus suis vir consularis inseruit. *Suet. in Tiber. c.*61. *Senec.c.*14.*de Consol. ad Pol.* Ad fastos te & annales perducam publicos. *Oui.Eleg.*1.*lib.*1.2.*Trist.* Sumpserit annales, nihil est hirsutius illis.] *Gellius sic habet c.*10.*l.*5. Rectè annaleis historias appellaueris, sed non continuò quicquid historia fuerit, annales appellare possis. sunt enim vtræque rerum gestarum narratio. Earum propriè rerum sit historia, quibus gerendis interfuit is qui narrat: Annales verò, quum res gestæ plurium annorum seruato cuiusque anni ordine, memoriæ traduntur. Quum autem non per annos, sed per dies singulos res gestæ scribuntur, Diarium, ἐφημερὶς vocatur. Præterea historia non solùm res gestas longo ordine explicat, sed & consilia quibus gestę sunt exponit, & conciones facit, & acies instruit, & situs locorum describit. Annales singulorum annorum gesta breuissimè notant. Vnde Annales Pisonis, & Salustij historias dicimus.

Annālis, & hoc Annale, quod ad annos pertinet. {ἐνιαύσιος. GALLI. Annuel. ITAL. *Annale, annuale.* GERM. Das zu dem Jar gehört. HISP. *Añal.* ANGLIC. *which perteneth to the yeare yearlie.* } Vnde Legem annalem dixerunt, quæ præscribebat legitimam ad petendum magistratum ætatem. *Cic.de Legibus,* Ciuitatem annali lege seruato. ¶Dicitur & tempus annale, quod est vnius anni. *Varro,* Et quoniam tempora duorum generum sunt: vnum annale, quod sol circuitu suo finit: alterum menstruum, quod luna circumiens comprehendit. *Annalis, in singulari pro Annalibus. *Cic.Attic.lib.*12. Et vt scias me ita dolere, vt non taceam quibus coss Carneades & ea legatio venerit Romam, scriptum est in tuo Annali. Pro, in tuis annalibus. *Sic Plinius libro* 7. *ca.*28.

Annārĭus, a, um. Idem quod annalis. Vt, Lex annaria ab antiquis dicebatur, qua præscribuntur annui magistratus capiendi, *vt inquit Festꝰ.*

Annārĕ, *Macrob.Satur.li.*1.*c.*12. Eodem quoque mense & publicè & priuatim ad Annam perennam sacrificatum itur, vt annare perennaréque commodè liceat.

Annellus, *Cicero quinto de Finib.* Epicurei imaginem non modò in tabulis nostri familiares, sed etiam in poculis & in annellis habent.

Annicerij, *Cic.*3 *Offic.* Annicerij philosophi ab Aristippo.

Annĭcŭlus, Quod est vnius anni: vt, Anniculus puer, Annicula puella, Anniculum iumentum. {בן שנה *ben schanáh,* ἐνιαύσιος. GALL. D'vn an. ITAL. *D'vn anno.* GERM. Jārig, das eins Jars alt ist. HISP. *Cosa pequeña de vn año.* ANG. *Of one yeare.* } Nec de animalibus tantùm, sed etiam de inanimatis: vt, Anniculæ vites. *Plin.lib.*13. Ergo plantaria instituunt, anniculásque transferunt, & iterum bimas. De pueris tamen magis dicitur per diminutionem, & iis omnibus quę adhuc incrementum accipere possunt, *Vide Vallam El.lib.*1.

Annifer, adiectiuum ἐνιαυσίους. *Plin.lib.*19.*cap.*7. Quædam & radice & semine, vt cæpa, allium, bulbi, & siquorum radicem anniferorum relinquunt.

Annilis, hoc annile, penultima producta, dicitur quasi senilis & ætate grandi, πολυετὴς. *Columella libro secundo.* Parentem omnium terram sicut muliebrem sexum ætate annili confectam, progenerandis esse fœtibus inhabilem. Quanquam in castigatioribus exemplaribus non annili legitur, sed anili: quod etiam comparationi illi, quam ibi Columella ab ætate mulieris senio effœtæ, ad terræ sterilitatem transfert, multò est accommodatius. Satius itaque erit, nisi aliud testimonium afferatur, ab hac voce abstinere. Nam *apud Columell.* procul dubio anilis legendum est vnicum. Est autem anilis, denominatiuum ab anus, idem significans quod ad anum pertinet, vt anilis fabula: anilis ætas, γραώδης.

Anniuersārĭus, a, um, Quod singulis annis statuto tempore reuertitur. {שנה שנה *schanáh schanáh.* ἐνιαύσιος. GALLI. Qui se faict tous les ans d'an en an. ITA. *Quel che si fa vna volta à l'anno.* GERM. Das vff be stimpte zeit Jārlich wider kompt/ Jarzeit. HISPAN. *Cosa de cada vn año.* ANGLIC. *That cometh euery yeare, or yearelio.* } *Cic.in Verrem* 6. Mercurius sacris anniuersariis colebatur. *Scribit Valerius Maximus,* quòd Antipater Sidonius poëta, omnibus annis, vno die natali tantùm correptus febre, quæ idcirco anniuersaria dici poterat. *Suetonius c.*8. *de August.* Quasdam & anniuersarias, ac certo tempore recurrentes experiebatur.

[Anniuersaria Æquorum arma vocat *Liu.lib.*4.*ab vrb.* Sacrum anniuersarium. *Idem lib.*5.*d.*4. *Item* Anniuersario peruigilio colere fortunam. *Suet.in Galba c.*4. Anniuersarium sacrificium excusat militem. *Gell c.*4.*lib.*16.]

Annōna, æ, pen. pro. Res frumentaria, res omnes quæ ad annuum victum reponuntur. {שבר *schéber.* βίος. GALL. Prouision de viures pour vn an, viures ou autres choses de prouision pour vn an. ITAL. *La viuanda ò vittuaglia di vno anno di ogni cosa.* GER. Jārliche frücht. HIS. *Pan, trigo, ceuada y cada cosa para viuir, vituailla.* ANG. *The prouision of victailes for a yeare.* } [Annona grauis vrebat populum. *Velleius.* Annona creuit (i. caritas Annonæ) *Cæs.lib.*1. *de bel.ciu.* Annonæ arctioris. *Suet.in Tiber.c.*8. Cœnas decem mihi dant cum cara annona sit. *Plaut. Capt.sc.*1.*a.*3.] Hoc enim nomine non solùm fruges comprehenduntur verùm etiam omnia quæ annus suppeditat ad alimoniam nostram. *Col.lib.*9. Vel lactis annona permittit. *Cic.lib.*2.*de Diuin.* Putarem annonam in macello cariorem fore. *Iuuen.Sat.*9. His opibus nunquam cara est annona veneni.

¶ Annona etiam pro certa definitáque annorum cibariorum ratione vsurpatur *à Lampridio.* Alexander, *inquit,* medicis annonas binas & ternas dedit. Vnde etiam in Iurisconsultorum libris annonæ ciuiles appellatæ sunt, quæ & panes ciuiles alibi nominantur. *Ex Lexico Hotomani.* ¶Abusiue pro ipso victu capitur.

¶ Annonam etiam veteres mensuram, vel annuam mercedem ac stipendium nominauerunt. *Veget.de re Milit.* Torques aureus solidæ virtutis præmium fuit, quem qui meruisset, præter laudem duplas consequebatur annonas.

¶ Annona etiam pro pane capitur, sicut panis quoque pro annona: *præsertim apud Iustinianum in Authent de non alienand.* §. *hac ergo. Idem Leg.vlt.C.de iur.dot. L.hac edictali.* §. *his illud.C. de secund. nupt.* ibi fit mentio de annona ciuili, & de pane ciuili. Hinc

Annōtīnus, a, um, adiectiuum ab annona, Quod ad annonam pertinet: vt, Naues annotinæ, quibus annona comportatur. σιτηγὸν ἐπιτηδειότητος. *Cæsar.*5.*Bell.Gal.* Multitudine nauium perterritæ, quæ cum annotinis priuatisque, quas sui quisque commodi causa fecerat, amplius octingentæ vno erant visæ tempore. Quidam legunt annonarias, sed mendosè.

Annōnārĭus, a, um, Quod ad annonam pertinet. {σιτωνικὸς. GALL. de viures. ITA. *Cosa pertinente al viuere, di vno anno.* HISPA. *Cosa perteneciente à vitualla.* ANG. *Pertening to victailles.* } Vt Lex annonaria νομὸς σιτικὸς, quam Clodius tulit, & summè popularis fuit. Vegetius Annonarias expensas vocat, eas frugum pabulique species, quas prouinciales militibus expendunt.

Annōsus, a, um, Quod est vetustum, quasi multorum annorum. {ישן *noschán.* πολυετὴς. GALL. Vieil, fort vieil. ITALIC. *Annoso, carico d'anno.* GER. Alt/wolbetagt. HISP. *Viejo de muchos años.* ANG. *Olde, of many yeares.* } Vt annosa mater, *Colum.lib.*6.*cap.*28. Annosum Falernum, *Mart. lib.*6. Annosa ornus. *Virg.*2.*Æneid.* Annoso degit æuo, *Plin.lib.*4.*cap.*12. [Ecce anus in mediis residens annosa puellis. *Ouid.*2.*Fast.* Vsibus annosæ facta caduca moræ. *Ouid* 5.*Fast. Item,* Scilicet exiguis prodest annosa vetustas. *Ouid.Eleg.*2.*lib.*5.]

Annōtīnus, [שנה ב *henschanáh.* ἔτος, ἐνιαύσιος. GALL. D'vn an. ITAL. *D'vn anno.* GERM. Jārig. HISP. *Cosa de vno anno.* } Quod est vnius anni, *Columella libro quarto capi.*e 24. Vngues custodum annotinos resecato.

Annŭus, a, um, Quod vnius anni spatio continetur. {ἐπέτειος, ἐνιαύσιος. GAL. qui dure vn an, annuel. ITAL. *Cosa d'vn' anno.* GERM. Das ein Jarlang wōret HISP. *Cosa de vn anno.* ANGL. *That aureth one yeare.* } Sicut Diurnum, quod diei *Cicero Cassio, libro quinto,* Ad hanc prouinciam, quam & senatus, & populus annuam esse volunt. ¶ Annuum quoque dicimus quod fit singulis annis. *Virgil.*1.*Georg.* arque annua magnæ Sacra refert Cereri. ¶ Annua absolutè, dicuntur alimenta in singulos annos. *Iuuen.* Sunt quæ tortoribus annua præstent. *Sueton in Tiber.* Peculio concesso à patre, præbitísque annuis fraudauit per speciem publici iuris. ¶Annua, bima, trima die, vetus est locutio Iurisconsultis visitata, pro anno, biennio, triennio. *vide Hotom. Lexicon.*] Nisi penus annuus conuenerit, mox in annum hunc quod sit satis. *Plau.pſ.sc.*2.*a* 1. Tondetúrque seges maturos annua partus *Tibul.lib.*4.

Anōdĭnă, ἀνώδυνα, A medicis appellantur Pharmaca dolorem sedantia, quæ cruciatus quidem minuunt, partem autem affectam non

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

lanant,sed sensum eius obstupefaciunt.Ab *a* priuatiuo,& ἀδίνω,doleo:v licera euphoniæ gratia interiecta.

Anōmălĭă,{שלא במשפט *schelló chemisephat.* ἀνωμαλία.GAL. Inesgalité. IT.*Disugualità.*GE.Vngleychheit.HI.*Irregularidad,desigualdad.*AN.*Inequalitie, irregularitie.*}Inæqualitas,}(analogia.*Gell.l.2.c.* 15. In Latino sermone,sicuti in Græco,alij analogiam sequendam putauerunt, alij Anomaliã.¶Ἀναλογία,est similium similis declinatio quam quidam Latinè Proportionem vocant:ἀνωμαλία,est inæqualitas, declinationum consuetudinem non sequens.[*Hæc Gellius.*]

Anōmălum,penultima correpta,Inæquale,{ἀνόμαλον.GAL.Inesgal, ITA. *Disuguale.*GERM.Das vngleych ist.HIS.*Desigual.*ANG.*Vnequal,unlike.*}Ab *a* sine,& ὁμαλὸς,æqualis.Anomalum etiam dicitur asperum,va rium.

Anonis,pen.prod.quæ & Ononis.{ἀνωνὶς,ὄνωνις.GAL.Bugrattes & bugrindes.ITA*Bonagra.*GER Ochsenbrech/hawhechel/Stallkraut.HI.*Gatillos,gatinos.*}Herba ex genere aculeatarum,quam recentiores herba rij *Restam bou s* appellant.*Vide Dioscor.li.*3.

Anōnўmum,pen.cor.ἀνώνυμον,Sine nomine &obscurum.¶Legimus autem populos esse in Africa Atlantes dictos,qui sunt anonymi,hoc est, sine propriis nominibus,qui in vniuersum Atlantes tantùm vocitantur.*Horum meminit Plin.li.*5.*c.*8.

Anormis,me,sine norma,qui aliorum normam non sequitur. {במשפט שלל *schéllo chemischpat.* ἀνώμαλος.GAL.Desreglé,desmesuré.ITA.*Senza regula.*GER.On ordnung/on alle masz.HISP.*Irregular.*ANG.*without order or rule.*}*Horat.*2.*Serm.*Rusticus anormis,sapiens, crassĕque Minerua.*Vide* A ̓NORMIS.

Anquīnă,penultima producta,Funis nauis,quo ad malum antenna constringitur.*De qua Cinna,*Atque anquina regit stabilem fortissima cursum.

Anquīrere,Antiquum est verbum.{חקר *chakár.* דרש *daráh.* ἀναζητεῖν. GALLICE. Faire information ou enqueste , s'informer,ITALIC. *Informarsi,far inquisitione.*GERM.nachfrag haben/nachhin suchen/erforschen.HISP.*Buscar por'information.*ANGL. *To make information or inquisition.*}*Liu.*4.*Bell.Pun.*Sen legibus seu moribus mallet,anquireret. Id est, vt vulgò loquimur,*faceret inquisitionem* siue *informationem:* Quod Cicero tùm Quærere tũ Inquirere in aliquem dicit. *Hac Bud.* Sed constat ex antiquorum monumentis hoc verbum idem esse quod accusare.*Liuius libr.* 8.Capite anquisitum eb rem bello malè gestam. *Idem libro* 26. Quum Tribunus plebis bis pecunia anquisisset & tertiò capitis se anquirere diceret. Id est, Quum accusasset ad populum vt multa itrogaretur pecuniaria : tandem capitis accusare voluit ,[vt reus capite plecteretur.]¶Item aliquando positum iudicare & quærere. *Liu l.*6.Sunt qui Duumuiros qui de perduellione anquirerent creatos autores sunt. *Vide Hotomani Lexicon in* Anquiro.

Ansă , Vasis auris , vtrimque prominens , quæ sine manibus teneti solet.{חבלי אזן *ózén hachcheir* κάδη. GAL. Anse ou courroye,par laquelle on tient quelque vaisseau ou autre chose. ITAL. *Manico d'ogni vase.*GERM.Ein handthaben,ohne an einem geschirr.HIS. *Asidero ò corchette, macho y hembra* ANGLIC. *The handle of a cuppe or pott.*}*Virg.in Sileno,*Et grauis attrita pendebat cantharus ansa. ¶Ansa quoque manubrium , vel quicquid omnino à toto corpore exit. Vnde ponitur quandoque profibula , seu fixula quæ calceis insuitur.περόνη. *Tibull.*1 , Ansaque compressos alligat arcta pedes. ¶In catenis quoque ansæ vocantur annuli, ex quorum connexione tota constat catena. Prouerbiali figura dicitur , In eandem ansas venisti,εἰς τὰς ὀμπὰς λαβὰς ἐλήλυθας , in eum qui sic irretitus est , vt quocunque se vertat,teneatur,nec explicare se possit.*Platoin Phæd.& Lucian.in Hermotimo.* ¶Per translationem Ansa ponitur pro occasione. *Cicer.de Amic.*Quinetiam necesse erit cupere,vt quàm sæpissimè peccet amicus, quo plures det sibi tanquam ansas ad reprehendendum.*Idem pro Planc.* Si locus habet reprehensionis ansam aliquam. ¶Hinc prouerbialiter dicitur,Ansam quærere,λαβὴν ζητεῖν, pro capiendo occasionem.*Plautus Persa,*Annon vides hunc ansam quærere. Sic Ansam præbere,λαβὴν παρέχειν.*Arist.ph.in Lysistrat.& Plat.lib.de leg.*3.

Ansŭlă,Diminutiuum ab ansa. {אזנים *iulaón.h.* ἐγχεις. GALL. Anse ou petite courroye pour tenir quelque chose. ITA.*Agella della catena.*GERMA. Ein kleine handthaben.HIS *Eslauon de cadena.* ANG. *A litle handle of a cuppe.*} quo vsus est *August lib.*8.*Confess.*pro annulo quo fiunt catenæ,licet per translationem.Ex voluntate(*inquit*)peruersa facta est libido:& dum seruitur libidini,facta est consuetudo:& dum consuetudini non resistitur,facta est necessitas:quibus quasi ansulis quibusdam sibimet innexis(vnde catenam appellant) tenebar me obstrictum dura seruitute.¶In calceamentis quoque ansulæ vocantur fibulæ,quibus ligantur.*Valer.lib.*8.*cap* 13. Mirificè & ille artifex , qui in opere suo moneri se à sutore suo de crepida & ansulis passus,de crure eum disputare incipientem supra plantam ascendere vetuit.

Ansātŭs,adiect. Quod ansam habet.{ὁ κωπήεις. GALL.qui a anse par où on le puisse prendre.ITA.*Cosa di un manico.*GER.Das ein ôre oder ein handthaben hatt.HISP.*Cosa con ansas ò asideros ò corchettes.*ANGL. *That hat an handle.*}vt,Vas ansatum.*Columel.l.*9.*c.*15. Ansatus homo. Plautus Persa,Subnixus alis me inferam atque amicibor gloriosè. T. Sed quis hic ansatus ambulat? Ansatum hominem ioco dixit,qui incedit vtróque brachio ansarum in modum ad latera applicato:siue vt ipse loquitur,qui subnixis alis sese infert.

Anser,Auis est nota.{χὴν GALLIC. Oye ou iars. ITAL. *Oca , papero.* GERM.Ein gans.HISPAN.*Ansar ò pato ò ganso.*ANGL.*A gonose,a gander.*} Hæc nocturnas excubias celebrat : vigilias enim suas clangore testatur. Anseres olim publicè in capitolio alebantur , quòd custodibus omnibus sopitis, Romanos ad defensionem arcis excitauissent,& arcem suis veluti excubiis,à Gallorum vi seruassent. [Legen. *Plutar. in Camil. Æcius Cassius ad Tiberium*(apud *Diomed. lib.*1.In Adoleo)maximum sacrificium vbi integrum anserem adoleuerunt.]Anserum autem alij domestici,alij agrestes , *de quibus Plin. lib.*10.*cap* 22.¶Anser item nomen poëtæ quem *Ouidius* procacem *vocat.libr.*2.*Trist.*Cinna quoque hic comes est,Çinnáque procacior Anser.

Anserīnŭs, a , um ; Quod est anseris.{χήνιος.GALLIC.De oye.ITALI. *Cosa di oca.*GE.Das zu der gans gehört.HISP.*Cosa de ansar.*AN. *Of a goose or gander.*}*Plin.* Tubera & quæcunque emolliri opus sit,efficacissimè anserino adipe curantur.

Anserculus, li,diminutiuum.{χηνάριον.GAL. Oyson,petite oye. ITA.*Vn pap ro,pollo di oca.*GER. Ein ganssle.HI.*Pequenno ansar.*AN.*A goesling a litle goose.*}*Colum.lib.*8 *cap.*14. Nec noceri possit excussis anserculis quos enecant vrticæ.

Antacæi,ἀνταῖοι.Pisces sunt Delphinos magnitudine æquantes , quos ad Mœotim & Borysthenis ostia,in glacie effodi autor est *Strabo li.*7. Eorum naturam *vide apud Aelian lib.*13.*c.*7.

Antachātes,ἀνταχάτης,Gemma ex Achatę generibus,myrrham redolens quum vritur,& ob id mulieribus grata.*Plin.li.*37.*ca.*19.

Antæ,arum,tantùm pluraliter , Ostiorum latera dicuntur. παραστάδες. à quibus Antepagmenta dicuntur ornamenta valuarum quæ antis appinguntur,hoc est , affiguntur. *Festus.* ¶Antes sunt extremi ordines vinearum,vnde etiam nomen trahunt Antæ , quæ sunt latera ostiorum.Idem,Antes sunt quadraturæ , vnde & Antæ dictæ sunt quadræ columnæ. ¶Anta in singulari legitur apud Vitruuium,& Antatius *apud eundem libro* 14.*capite tertio.*His explicatis antarij fines antelaxi collocentur.

A ̓NTAĒOPŌLĪS,ἀνταιόπολις,Ægypti oppidum,cuius incolę dicuntur Antæopolitæ *Steph.*

A ̓NTAĒVS,cum diphthongo & sine h,ἀνταῖος, Gigantis Libyci nomen, Neptuni ex terra filij,magno ac procero corpore: quippe qui in quadraginta cubitos excreuerit.Hic cum Hercule congressus,quoties mẽbra labore defecta essent,tactu terræ recreabatur. Quæ re animaduersa Hercules,altè sublatum,terræ tactum prohibuit,pectoríque suo arctiùs astrictum,enecuit.Scribit *Plutarchus* Sertorium Romanorum ducem , apud Tygænam oppidum in sepulchro Antæi cadauer inuenisse.*Eusebius in Chronicis scribit,*Antæum palæstricæ artis fuisse doctissimum,& quoruncunque certaminum , & ob id se arbitrari fictum quòd fuerit filius Terræ,& quòd viribus restauraretur ab ea. [Antæi cadaueris prodigiosa magnitudo *Plut.in Sert.*]

ANTALCIDES,Fuit nomen proprium viri Lacedæmonij, qui præ cæteris visus est honore præstitisse.*Plutarchus in vita Pelopida.*

Antănāclăsĭs,ἀνταναάκλασις,ad verbum transferri potest , Ex aduersõ refractio. Figura,cùm id quòd ab altero dictum est,non ea mente qua dictum est,intelligitur:sed in aliam aut contrariam accipitur. *Vide Quint l.*8.*c* 3.

Antandrŏs,ἀνταν́δρος,Phrygiæ vrbs ad meridiem posita , quam habitauere Leleges,finitimi Cilicibus,*Virg.*3.*Æneï.*-classĕmque sub ipsa Antandro.& Phrygiæ molimur montibus Idæ.

Antăpŏdŏsĭs,pen.corr.ἀνταπόδοσις, Figura est quum media primis & vltimis respondent: vt , Vestrum hoc factum reprehendo:P.C. Non meum,ac pulcherrimum quidem factum, verum, vt dixi , non meum sed vestrum.

Antarcticus circulus,ἀνταρκτικὸς κύκλος,qui arctico ex diametro opponitur,terræque obiectu à nobis cerni non potest. Huius circuli centrum polus Antarcticus appellatur,qui Articopolo oppositus est,& alio nomine Australis appellatur.

Antĕ,Modò aduerbium,modò præpositio est.{קדם *kedhém.* GAL.Paráuant,auparauant.ITAL.*Prima innanzi.*GERM. Dorhin/zuuor. HISPA: *Ante,delante.*AN *Before,in tymes bygone.*} Aduerbium,quando nulli deseruit casui,& significat Antea,πρόσθεν.*Virgi.Eclog* 1.Ante leues ergo pascentur in æthere cerui. Hoc enim accidit multis præpositionibus. Nec mirum , quando aduerbiis etiam quibusdam liceat vim præpositionis assumere,vt,Pridie Calendas, pridie Nonas. ¶Itaque Apud,Circum,Ante,Post,& reliquæ , tunc præpositiones iure appellantur , quando casibus adiunctæ transitionem facere offenduntur, quod est proprium ipsarum:quando verò sine casibus ponuntur , sunt aduerbia. ¶Sciendum quòd Ante & Post , quum casibus præponuntur,accusatiuum exigunt:vt,Ante,Post annum,diem : quum verò casibus subiiciuntur , ablatiuum. *Plautus in Asin.* Vix anno post exegi. *Cicero de Naturæ deorum* , Ille multo ante lucem surrexit. Nisi malis dicere,ibi esse aduerbia. ¶Ante præpositio , πρό , extra compositionem,quandoque personam, quandoque locum , quandoque tempus denotat:Ante ora parentum,Ante templum , Ante duos annos.[Abiunctæ paulò ante comæ.*Catul.de Coma Beren.* Vide quę sint& quæ fuit ante.*Plaut.Mostel.*s.3.*a.*1. Quid tibi hic ante ædes clamatio est?*Ibid.sc.*1.*a.*1.Euocate Erotium ante ostium,*Pl.Men.sc.*2.*a.*4. Ante me ito inanis.*Aul.sc.*3.*a.*3.Ludificasti eam ante ædes (i.in via) *Pl.Mil.sc.*6.*a.*2. Ante hunc diem non vidi.*Pl.Men.sc.*2.*a.*3.Scito illum ante omnes minimi mortales pretij madidum nihili. *Pl.Asi.sc.*2.*a.*5. Neque Athenas aduenit ante hesternum diem. *Plau.Pseud.sc.*4.*a.*2. Ante diem quartum Kalendas tanquam inominalem diem plerique vitant.*Gel.c.*17.*l.*5.Certum est mihi ante tenebras persequi tenebras. *Plaut.Pseud.sc.*1.*a.*1. Heri ante dixeram omnibus.i.prædixeram, denunciaueram. *Plaut.Pseud.sc.*1 *a.*1. *Ouid. Eleg.vlt.lib.*4.*Trist.* Qui (frater) tribus ante quater mensibus ortus erat. *Sueton.in August. ca.*96. Ante præsensit.]¶Composita plerunque significat sicut sonat, & componitur cum dictione incipiente ab A : vt, Anteambulo:à c, vt Antecapio:e;vt,Anteco:f,vt,Antefero:g,vt,Antegradior:l, vt Antelucanus:p,vt Antepono:s,vt Antesto. ¶Ab Ante fiunt deriuatiua, Antica,Anticum,Antes,Antenna,& huiusmodi. ¶ANTE,id tempus notat quod actum præcedit,post quod subsequitur communis doctorum opinio,quæ sententia in actu momentaneo expeditum intellectum habet,sed in actu tractum habente, idem est , vt quum dicimus rem ante bellum factam,intelligitur cœptam,*Legatur Atc.in leg ff. Si cert.pet.*

Antĕă,Antehac,ante hoc tempus, superioribus diebus. {קדם *kédhem.* πρότερον GAL.Par ci deuant,deuant ce temps là. ITAL. *Innanzi prima.* GER.Vorahin/vor der zeyt.HI.*Antes ò delante.*ANG.*In tymes bygone.*} *Horat.Epist.*11.Peĉti,nihil me,sicut antea,iuuat Scribere versiculos amore perculsum graui.

Antĕ alios Præ aliis in comparationibus locum habet , quum in vno aliquo vel nonnullis aliquid inesse ostendere volumus, quàm in aliis omnibus,πρὸ τῶν ἄλλων.*Virgil.*12.*Æneid.*Ille mihi ante alios fortunatúsque laborum Egregiúsque animi.*Idem,Æneid.*O felix vna ante alias Priameia virgo.

Antĕă-

Antĕactŭs, participium ex ante, & actus, Præteritus, superior, elapsus. {קדמוני *kadmoni.* GAL. Faict deuant. ITAL. *Cosa fatta innanzi.* GER. Zuvor volbracht/vergangen. HISP. *Cosa hecha delante.* ANG. *Done before, bygone, past.*} *Cic. pro M. Marcello.* Ille quidem fructum omnis anteactæ vitæ hodierno die maximum capit. *Idem 5. in Verr.* Nihil putas valere in iudiciis coniecturam, nihil suspicionem, nihil anteactæ vitæ existimationem.

Antĕāmbŭlo, penult. corrept. anteambulonis. {חולך לפני *holéah liphné.* προπομπός. GAL. Escuyer allant deuant son seigneur. IT. *Scudiero che camina auanti suo signore.* GE. Ein knecht der vor seinem herren hin reytet oder geht. HIS. *Escudero que anda adelante.* ANG. *An vsher or treader that goeth before his maister or maistresse.*} ab ante & ambulare, qui aliquem superiorem honoris causa præcedens comitatur. *Mart. libr. 10.* Anteambulones & togatulos inter, Centum merebor plumbeos die toto. *Suetonius in Vespas.* Dum eum identidem per contumeliam anteambulonem fratris appellat.

Antĕcănis, *à Cicer. de Natura deorum* dicitur sydus illud, quòd à Græcis προκύων: inde nomen habens quòd ante maiorem Canem exoritur. Hic, *teste Higino*, in lacteo circulo est defixus, pedibus æquinoctialem circulum tangens. Spectat ad Occasum, vtpote qui inter Geminos & Cancrum sit constitutus. Tres tantùm habet stellas. Ab aliquibus Abticanis appellatur, sed illorum error ex Græca dictionis compositione facile deprehenditur.

Antĕcăpio, Præuenio, anticipo. {קדם *kiddém.* προλαμβάνω. GALLI. Preuenir, anticiper, preoccupper. ITAL. *Preuenire, anticipare.* GERM. Vorthin nemmen/furkommen. HIS. *Venir delante.* AN. *To preueine, to preoccupie.*} *Salust.* Consul optimum factu ratus, noctem quę instabat, antecapere, ne quid eo spatio nouaretur. *Tacitus libro 20.* Qui pontem Mosæ fluminis anteceperat.

Antĕcāptŭs, participium, προληφθείς. *Liuius libro quinto ab Vrb,* Non loco castris antecapto, non præmunito vallo. *Anteceptus etiam legitur, si locus mendo vacat. *Cic. 1. de Natura deorum,* quam appellat πρόληψιν Epicurus, id est, anteceptam animo rei quandam informationem.

Antecapio, onis, *Cic. de Nat. deor.* dixit, pro antecapta animo rei quadam informatione. Græci προλήψιν vocant.

Antĕcēdo, pen. prod. Præcedo, anteeo, præeo, & aliquando supero, excello. {קדם *kiddém* חותיר *hothir.* προέρχομαι. GAL. Aller deuãt, preceder. ITA. *Precedere, andare innanzi.* GER. Voranhin gehn. HI. *Ir ò estar delante.* AN. *To go before.*} *D. Brutus Ciceroni,* Biduo me Antonius antecessit, itinere multo maior fugiens, quàm ego sequens. *Cic. pro Archia,* Celeriter antecedere omnibus ingenij gloria contigit. [Virtute Agathocli regi antecesseris. *Pl. Pf. sc. 5. a. 1.* Nemo antecedat filio meo (i. anteponatur) *Plaut. Pseud. sc. 5. a. 1.*]

*Et cum accusatiuo rei. *Plaut. Pseud.* Virtutem regis Agathocli antecesseris.

Antĕcēdens, participium. προηγούμενος. *Plin.* Antecedens annus. *Cic.* Antecedens dignitate.

¶ Antecedentis gradus homines qui latioris sunt dignitatis, quibus opponuntur inferioris gradus homines *à Marcello Iurisconsl. D. lib. 23. Tit. 2. l. 49.*

Antĕcessŏr, oris, Qui antecedit. {נגיד *naghidh.* προήγεμος, προηγητής. GA. Auantcoureur. IT. *Quel che corre ò camina innanzi.* GE. Vorgenger/vorleuffer/vorbott HIS. *Anteceßor, ò que esta delante.* AN. *That goeth before.*} *Suet. in Vitel.* Irruperant iam agminis antecessores, & singula rimabantur. ¶ Anteceßor, priorem magistratum quoque significat cui alter succedit. ¶ Item antecessorum nomine, Iuris doctores & magistri à Iustiniano appellantur. ¶ Antecessores equites, *Hirtio de bello Afrio*, antecursores *Cæsari*, προόδεμοι.

Antĕcessĭo, onis, Præcursio, prægressio προέλευσις, προόδος. *Cic. 1. Offic.* Consequentia cernit, causas rerum videt, earúmque progressus, & quasi antecessiones non ignorat.

Antĕcessŭs, siue Antecessum dicitur id quod priùs datur, vt pòst aliquid recipiatur, προόδως. *Senec. lib. 4. de Benefic.* Vnde apud me istæ expensorum acceptorúmque rationes distinguuntur. Ego, quòd qui debeam scio, aliis post longam diem repono, aliis in anteceßum. *Et alibi.* Sed non ero difficilis, bene credi tibi scio: itaque in anteceßum dabo.

Antĕcēllo, præcello, antecedo, supero. [An à κέλης, vnde Celsus? an Cello pro cedo, siue Ceddo?] {נצח *nitstsách.* ὑπερέχω. GALL. Exceller, estre plus auancé. ITA. *Auanzare, vincere.* GERM. Zutreffen/vbertreffen. HISP. *Sobrepujar à otro, adelantarse.* ANG. *To excell, to surmont more the an other.*} *Cic. pro Cornel.* Qui eloquentia cæteros antecellis. *Idem Offic. 1.* Omnes participes sumus rationis præstantiæque eius, qua antecellimus bestiis. * Antecellor, pass. *Author ad Herennium lib. 2.* An ad præsidia est in eisdem partibus animi, corporis, fortunarum positos: an ad inferiores, qui omnibus his rebus antecelluntur.

Antĕcēllens, particip. ὑπερέχων. *Cic. pro Muræn.* Q. Catulum humanitate, sapientia, integritate antecellentem.

Antĕcœnium, Cibus, qui ante cœnam sumitur: vulgò Merenda. {τὸ μεσ' ἄριστον. GALL. Le reciner ou gouster. ITAL. *Merenda.* GER. Das abendessen/abendbrot. HI. *Merenda ò comida ante de la cena.* ANG. *Meat before supper.*} *Apul. libr. 2.* Prorsus gladiatoriæ Veneris antecœnia.

Antĕcursor, Qui præcurrit, ab Ante, & Cursor. {נגיד *naghidh.* πρόδρομος. GAL. Auantcoureur. ITAL. *Chi corre innanzi, ò staffiere.* GER. Vorleuffer. HIS. *Corredor, ò arrajador del campo.* ANG. *That runneth before.*} *Cæsar 1. bel. Ciuil.* Ibi cum antecursoribus Cæsaris prælio commisso. *Idem 5. Belli Gallici.* Hora circiter tertia ab antecursoribus de Crassi aduentu certior factus, *& 3. de bel. ciu.*

Antĕdīco, is, ere, Prædico, {προείπω. GAL. Predire, dire deuant. ITA. *Indouinare.* GER. Vorsagen/weyssagen HISP. *Dezir delante.* ANG. *To say or speak before.*} *Cic. 2. de Diuin.* Hæc qui ante dicunt, quam rationem sequantur, vides.

Antĕĕo; Præcedo; præeo, præcello, antecedo, supero, tàm dativo, quàm accusatiuo iungitur. {קדם *kiddém* נצח *nitstsách.* πρόειμι, ὑπέρχω. GALL. Aller deuant, preceder. ITA. *Andare innanzi.* GER. Vorgehn/voranhingehn. HISP. *Ir delante.* ANG. *To go before.*} *Cic. 2. Offic.* Barbarum districto gladio iubebat anteire. *Plaut. in Amphitr.* Virtus omnibus rebus anteit. *Cic. Off. lib. 1.* Cæteros virtute anteeunt. *Sal. in Iug.* Et quum omneis gloria anteirent, omnibus tamen charus erat.

Ante expectatum, siue Antexpectatum, vna dictione (*vt Seruius placet in illud Virg.* Antexpectatum positis dat in agmine castris) ponitur pro aduerbio temporis, & idem est quod Antè vel citius, quàm expectabatur. ὡς τὰ προσδοκώμενα, ἢ ὅτε προσδοκῶνται.

Antĕfĕro, pen. cor. Antepono. {קדמים *kiddim,* προτιμῶ. GALL. Preferer, prifer plus. ITAL. *Anteporre.* GERM. Höher halten/vberschetzen. HISP. *Poner delante.* ANG. *To estime better, to preferre.*} *Cic. Cæcin.* Quum iniquissimam pacem illustrissimo bello anteferrem.

Antĕlātŭs, part. Prælatus. {מקדם *mukdám.* προτιμηθείς, προκριθείς. GALLI. Preferé, esleué sur les autres. ITALI. *Preferito, piu stimato.* GERM. Höher gehalten/höher geschetzt fur andere leut. HI. *Antepuesto, puesto delante.* ANG. *Preferred.*} *Cic. de prouinc. Conf.* Quum ipse cæteris omnibus esset honore antelatus.

Antĕfixă, Dicuntur quæ ex opere figulino sub tectis affiguntur sub stillicidio, *Festus.*

Antĕgĕnĭtālis, pen. prod adiectiuum. προγονικός. *Plinius li. 7. c. 55.* At quanto facilius certiúsque, sibi quemque credere, ac specimen securitatis antegenitali sumere experimento?

Antĕgrĕdĭor, Præfero, præeo, {קדם *kiddém.* προηγέομαι, προέρχομαι. GAL. Marcher deuant, preceder. ITAL. *Andare innanzi.* GERM. Vor gehn/voranhintratten. HISPA. *Andar delante.* AN. *To go before.*} *Cic. 1. Offic.* Quicquid est quod deceat, id tum apparet, quum antegressa est honestas. *Idem de Nat. deor.* Lucifer Latinè dicitur, quum antegreditur Solem.

Antĕhăbĕo, Præfero. {חקרים *hikdim.* προτιμῶ. GALL. Preferer, estimer plus. ITAL. *Anteporre.* GERM. Höher halten. HIS. *Poner delante.* AN. *To esteme more, to preferre.*} (Posthabeo, postpono, *Tacit. lib. 4.* Ne diuulgara, atque incredibilia auidè acceptaueris, neque in miraculum corruptis, antehabeas.

Antehāc, Ante hoc tempus, ante illud tempus {קדם *kédhem.* πρότερον. GAL. Par ci-deuant, auparauant. ITAL. *Per adietro, nel passado.* GER. Vor der zeyt/ vormalen. HISP. *Adelante.* ANGL. *Before this tyme, in tymes bygone.*} *Terent. in And.* Nam quod antehac fecit, nihil ad me attinet, id est, Ante hoc tempus, siue hactenus, vel vsque modò. *Sallustius,* Sic erat accensa libidine, vt sæpius peteret viros, quàm peteréretur: sed ea sæpe antehac fidem prodiderat, id est, Ante illud tempus: quemadmodum Posthac, non tantùm post hoc, sed etiam post illud tempus significat. [Nemo antehac magis parcus habitus. *Plau. Most. sc. 1. a. 1.*]

Antĕlŏquium, πρωτολογία, Primus in loquendo locus, seu principatus loquendi. *Macr.* Huic assensi omnes, Prætextato anteloquium detulerunt, id est primas loquendi vices, ait Budæus.

¶ *Idem Saturn. lib. 1. c. vlt.* Philosophia, quod vnicum est munus Deorum, & disciplina disciplinarum, honoranda est anteloquio.

Antĕlūcānus, a, um, Quod est ante lucem. {ἀμφιλύκιος, λυκαυγής. GALL. Qui est ou est fait deuant le iour. ITAL. *Nanti giorno.* GERM. Das fur tag ist. HISP. *Ante de la luz del dia.* ANG. *That is done before day light.*} *Cic. M. Catoni,* Ex antelucano tempore vsque ad horam diei decimam magna multitudine hostium occisa. Sic & Antelucanæ cœnæ. ¶ Antelucani flatus, πρωϊαίνουσι αἴραι, Venti sunt dilùculò flantes, verno præsertim tempore, sole autem inualescente cadentes. Oriuntur ex vicinis fluminibus, aut conuallibus, aut ex sinu aliquo, neque vltra terræ conspectum feruntur.

Antĕlūcŭlō, aduerb. quasi ante lucem, {לפני חשחר *liphne hashshachar.* λυκαυγῶς. GALL. Deuant iour. ITA. *Nanti giorno.* GERM. Vor tag zeyt. HISPA. *Delante el luz.* ANG. *Before day light.*} *Apul. l.* Optimum itaque factu visum est, antelucùlo furtim euadere.

Antemalorum, hyphen est, id est, subunio, quia sub vno accentu duæ dictiones proferuntur. Est enim Vnitas quasi compositio, nam significat præteritorum malorum. *Sic apud Terent.* Semper lenitas, pro perpetua lenitas, *Virg. 1. Æneid.* Neque enim ignari sumus ante malorum.

Antĕmĕrĭdiānus, Quod est, vel fit ante meridiem. {προμεσημβρινός. GA. De deuant midi. ITA. *Nanti mezzo di.* GE. Vormittag. HISPA. *Cosa antes del medio dia.* ANGLIC. *That is before midday.*} *Plin. lib. 36. c. 15.* Antemeridiano Ludorum spectaculo edito *Cic. Attic. lib. 3.* Antemeridianis tuis literis heri statim rescripsi. *Hoc est, quæ mihi ante meridiem redditæ fuerant.

Antĕmnæ, αἴτεμνα, cum m, ante n, Vrbs Sabinorum, quasi ante amnem dicta, quòd eam amnis præterfluat, *de qua Virgil. libr. 7.* Antemnæ Tegmina tuta cauant capitum.

Antĕmŭs, untis, ἀντεμοῦς. Fluuius est Colchidis, Coraxos vrbem præterfluens. *Plin. lib. 6. c. 5.*

Antĕnnă, Lignum transuersum in naui ad malum, cui velum alligatur à circunteneudo dictum. {κεραία. GALLI. Le bois qui trauerse le masst du nauire, à quoi est lié le voile. ITAL. *Antenna.* GE. Die segelstang in einem schiff. HIS. *Antenna de la nao.* AN. *The sayle yard.*} *Plin. lib. 1.* Non antennas solùm, verùm ipsa nauigia contorta frangens. *Virg. 3. Æne.* Cornua velatarum obuertimus antennarum. [*Ouid. El. 4. l. 3. Trist.* Effugit hybernas demissa Antenna procellas.]

Antĕnŏr, ἀντήνωρ, Troianus fuit patriam prodidisse existimatus; qui & legatos, qui ad repetendam Helenam venerant, suscepit hospitio, & Vlyssem intra mœnia dissimulato habitu cognitum non indicauit. Capta Troiâ, adiunctis sibi Henetis & Paphlagonibus, in intimum maris Adriatici sinum sese contulit, ibique vrbem condidit non procul à mari, quam de nomine suo Antenorium appellauit. Postea Patauium dictum est, & hodie Padua. *De hoc Virgil. 1. Æneid.* Antenor potuit mediis elapsus Achiuis, Illyricos penetrare sinus. *Et paulò pòst.* Hic tamen ille vrbem Pataui, sedésque locauit Teucrorum. *Et Liu. meminit in principio lib. 1.* [*Ouid. 13. Met.* Et monco Priamum, Priamóque Antenora iunctum.] * Antenoreus, Adiectiuum. vt, Antenoreus lar, *apud. Mart. lib. 1. ad Flac.*

Antĕ oculos, πρὸ ὀφθαλμῶν. Minus est, quàm Coràm. Nam Coràm proximitatem significat. Ante oculos potest etiam de remotiore loco intelligi, modò extrà conspectum non sit. *Terent. in Eun.* Quæ mihi hic ante oculos amatorem coràm adduxti tuum.

Antĕŏccŭpo, anteoccupas, penul. corr. Præoccupo. {קדם *kiddém.* προλαμβάνω. GALLIC. Preuenir, anticiper, ITA. *Preuenire, preoccupare.* GE.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

guvor ein nemmen / furkommen. HISP. *Tomar de primero.* ANG. *To preuene, to preoccupie.* } *Cic. in Orat.* Vt anteoccuperet quod putat opponi.

Anteoccupatio, onis, *Cic. in Orat.* Erroris inductio, in hilaritatem impulsio, anteoccupatio.

Antĕpāgmentă, Sunt valuarum ornamenta, quod antè valuas appingantur, id est affigantur: vel quod appingantur antis, seu valuis. *παρατηγμα. Cato cap. 14.* Fullonicam vnam antepagmenta, vasa, torcula duo Sunt qui legant Antipagmenta.

Antĕpīlāni, In Romana militia secundæ aciei milites erant scutati omnes, robustioríque ætatis, qui, quòd ferè ex optimatibus essent, & armis maximè insignes etiam principes sunt appellati. Dicti autem sunt Antepilani, quòd ante Pilanos, hoc est, ante Triarios, qui pilis pugnabant, prælium capesserent. Ita enim apud Romanos, *teste mal is in locis Liuio,* acies instruebatur, vt primo loco hostes aggrederentur manipuli hastatorum ex flore iuuenum pubescentiũ collecti: qui si hostem propulsare non possent, sensim retrocedentes à principibus scutatis, quos Antepilanos vocari diximus, in interualla ordinum recipiebantur: principesque in eorum locum succedebant: hastati autem post eos subsequebantur. Si à principibus quoque non satis fœliciter esset pugnatum, à prima acie ad Triarios paulatim referantur, vnóque facto agmine, iam nulla spe post se relicta, vnà omnes in hostem procedebant. Ex his itaque Triarij, qui nouissimi prælium ineabant, Pilani dicti sunt, quòd pilis præcipue in bello vterentur. Erat autem Pilum teli genus longum pedes quinque & semis: Romanis familiare: quemadmodum Sarissæ Macedonibus, & Gæsa Gallis. Principes verò scutati, qui ante hos in acie consistebant, Antepilani dicti sunt, *Haec ferè Liu. lib. 8. ab Vrbe condita.*

Antĕpōno, Ante aliquid pono. {הקרים *hickdím.* προτιθημι GAI. Mettre deuant. ITAL. *Anteporre.* GERMANI. Voranhin senen. HISP. *Poner delante.* ANG. *To put before, to preferre.* } *Plaut. in Curcul. sc. 1. a. 3.* Quid antepones Veneri aleatoribus? *Plaut. Men. sc. 2. a. 2.* Bonum anteponam prandium prandiosis.) ¶ Sæpe ponitur pro præfero, antefero & priorem duco, προτιθημι, *Cicero in Lælio,* Vt amicitiam omnibus rebus anteponatis.

Antĕquam, penult. cor. Aduerbium, Prinsquam. {קדמם *kadhmáih* בטרם *beté em* πρίν ἢ, πρὶν. GAL. Deuant que, auant que. IT. *Auanti che prima che.* GERM. Ee dann. HIS. *Antes que.* ANG *Before that.* } Hoc modo iunctum legitur modo disiunctum, aliquo scilicet interiecto. Iunctum construitur cum subiunctiuis *Cic. 1. Phi ipp.* Antequam de Repub. P. C. dicam. Disiunctum cum indicatiuis. *Virgil. 4. Æneid.* Ante pudor quàm te violo, &c. *Autor est Diomedes.* Illa tamen differentia (nisi forte corrupta sunt auctorum loca) non semper obseruatur. *Cic. pro Murena.* Antequam pro Muræna dicere instituo. *Idem Attico.* Antequam discedimus. *Virg. 1. Georg* Antè nouis rubeantque prata coloribus. *Cic. pro Rab.* Quæ causa antè mortua est, quàm tu natus esses.

Antĕrĭus, Antehac vel priùs προτερον. Fit enim ab ante: sicut à post Posterius. & à Sub, Subterius, quo vsus est Boethius. *Sidon ad Domitium.* Quænam potissimum anteriores caulibus nostris culina fumaret.

Antĕrmĭni, Qui circum terminos prouinciæ habitant, *Festus* περίοικοι.

ANTERŌS ôtis, ἀντέρως. Veneris est & Martis filius: *cuius meminit Cic. li. 3. de Nat. Deor.*

Anterotes, ἀντήρωτες, Gemmæ sunt ex generibus amethi; *de qua Plin. l. 37. c. 9.*

ANTĒS, ἄντης, Mons est Achaiæ, non procul ab Argis. *Plin. li. 4. c. 5.*

antē, Nomen ab ante deductum, quo significantur eminentes lapides, siue vltimæ columnæ quadratæ quibus sustinetur fabrica, {παραστάτης. Nonius tamen simpliciter antes quadratas esse scribit: antas verò columnas quadratas. Hinc dicti videntur Antiani magistratus in vrbibus, qui semestrem magistratum exercent: qui, velut antes columnæ, totius vrbis onera sibi incumbentia sustinent. ¶ Antes etiam dicuntur primi ordines virium: sic dicti, quòd antè stent, & se primos offerant. *Virgil. libr. 2. Georg.* Iam canit extremos effœtus vinitor antes.

Antĕsignānŭs, Miles qui ante signum in acie collocatus, Signorum, hoc est, vexillorum propugnator, siue defensor. {דגול *daghél.* προσημαχος. GALL. Qui marche en bataille deuant le porte enseigne ou le guidon. ITAL. *Capitano di bandiera, Gonfaloniere.* GERM. Der vor dem fändlin oder panier stelt vnd streitet. HISP. *A fiere.* ANG. *One nixt the standerd to defendit, that geth before the standerd.* } Nam signum pro vexillo militari ponitur *Liu. 4.* Signa nunc resistentia deseruntur ab antesignanis, nunc inter suos manipulos recipiuntur. Signifer est, qui vexillum fert. *Liuius ibidem,* Ita primo statim prælio, quum Dictator equitatu immisso antesignanos hostium turbasset, legionum inde signa inferri properè iussit, signiferúmque ex suis vnum cunctantem occidit.

Antĕsto, as, Præsto, antecello. {יתר *hothir.* προϊσχομαι. GALLI. Estre deuant, estre plus auancé. ITA. *Stare innanzi.* GER. Den vorgang haben, furtreffen. HISP. *Estar delante.* ANG. *To be in greater honour or valour.* } *Cic. de Inu.* Omnibus corporum viribus antestetterunt. [*Gel. c. 9. l. 12.* Qua in re quanto vniuersi me vnum antestatis. *Idem*] *Gell. libro 9.* Qui & viribus & magnitudine, & adolescentia, simúlque virtute cæteris antestabat, id est, antecellebat: sed hoc per translationem: nam propriè significat sicut sonat. Vnde Antistes & Antistita *de quib. infrà.*

Antestŏr, aris, *teste Budæo,* Vetus est Iurisconsultorum verbum, significans accipere in testem. Apud veteres enim qui aduersarium [qui vades dare volebat] in ius pertrahere volebat prius aliquem de præsentibus antestabatur, hoc est, antestabatur, vel testem capiebat, eius antingens auriculam, & sic interrogans, Licétne antestari, illo autem respondente, Licet: tum iniecta manu aduersarium in iudicium rapiebat. Solos autem liberos antestari fas erat: serui autem testes esse non poterant. *Ad hoc alludit Horat. libro 1. Serm. Sat. 9,* Quum ais, quò tu turpissime? magna Exclamat voce, & licet antestari? ego verò Oppono auriculam: rapit in ius. Hanc etiam iuris solennitatem elegantissimè depinxit *Plautus in Perſa,* Age (*inquit ibi Saturio*) ambula in ius leno. DORP. Quid me in ius vocas? SAT. Illic dicam apud Prætorem: sed ego in ius voco: DORP. Nónne antestaris? SAT. Tuan' ego causa carnifex cuiquam mortali libero aurem atteram. [*Idem Curc. sc. 2. a. 3.* P. Ambula in ius. T. Non eo? P. Licet antestari? T. Non licet. P. Intestatus viuito. Mox, Seruum antestari? Sequitur, At ego, quem licet, te antestor. *Ibid.* Seruum antestari? (sub. equúm ne est?) Quare autem antestantes testium aures apprehendamus, *docet Plin. lib. 11. c. 45.* Est (*inquit*) in aure ima memoriæ locus, quam tangentes antestamur.

Antĕuenio, Præuenio. {קדם *kiddém.* προφθανω. GALL. Anticiper, venir deuant vn autre. ITAL. *Venire innanzi.* GERM Furkommen. HISP. *Venir delante.* ANG. *To preuene, to come before.* } *Salust. in Iugurth.* Ac per tramites occultos exercitum Metelli anteuenit. *Paul. in Triumvirum,* datiuo iunxit, pro Coràm, siue obviam venio: Tempori huic hodie anteueni. *Anteuenire est etiam alicui malo nobis imminenti occurrere. *Plaut. Milite sc. 2. a. 2.* Viden' hostes tibi adesse? *Et paulò post,* Anteuenio aliquid alios. Anteuenire per metaphoram pro antecellere, præstare. *Plaut. Casin.* Omnibus rebus ego amorem credo & nitoribus nitidis Anteuenire. *Sallust. in Catil.* Etiam hominés noui, qui antea per virtutem soliti erant nobilitatem anteuenire, furtim & per latrocinia potiùs quàm bonis artibus ad imperia & honores nituntur.

Antĕuĕrto, Præuenio, præuerto, anteuenio. {קדם *kiddém.* φθανω. GALLI. Deuancer, anticiper ITA. *Anticipare, trapassare chi camina.* GERM. Furlauffen, furkommen. HISP. *Preuenir, ò anticipar.* AN. *To preuent.* } *Cic. in Lel.* Id ipsum quum tecum agere conarer, Fannius anteuertit. id est, præuenit. *Anteuertere, præferre, præponere, *Plaut. Bacch.* Rebus aliis anteuortam Bacchis quæ mandas mihi. Quasi dicat, Cætera omnia posthabeo tuis mandatis [mihi mœrores anteuertunt gaudiis. *Plaut. Capt. sc. 1. a. 4.*]

Antĕuŏlo, as, {προφθανω. GAL. Voler deuant. IT. *Volare auanti.* GE. Voranhin fliegen. HISPA. *Volar de lante.* AN. *To flee before.* } *Virg. 9. Aenei.* anteuolans tardum præcesserat agmen.

ANTĔVŌRTA, Dea est Romanorum quòd futura prospiceret. *Vide* Postuorta.

Antĕŭbānus, a, um, Quod est vrbi propinquum. προάστιος. Vnde Anteurbana prædia dicuntur, vrbi propinqua. *Festus.*

ANTEXPECTĀTUM, *Vide* ANTE EXPECTATVM.

Anthalium, ἀνθάλιον, Malum est rotundum, magnitudine mespili, in locis Ægypti arenosis nascens, non procul à Nilo, quòd bellariorum vicem in secundis mensis apud Ægyptios obtineat, *Vide Plin. lib. 12. cap. 15. Theophrastus,* Anthali malum vocat, ab Anthalo planta, in qua nascitur, quam *Plin.* cyperi folia habere tradit.

ANTHANA, ἄνθανα, *Stephano,* Vrbs est Laconica quæ ita dicta ab Anthe Neptuni filia: vt ex Philosophani sententia tradit *Stephanus.*

ANTHARIS, Rex Longobardorum, Theolindæ maritus, quum sex regnasset annos, insidiis domesticorum apud Ticinum extinctus est venenato poculo, *Autor Paulus Diaconus de rebus gestis Longobardorum.*

Anthĕdŏn, pen. prod. ἀνθηδών, Mespili arboris genus, pomum ferens minus cæteris, sed odore præstantius, & quod diutius seruetur. Flos amygdalæ flori similis, folium magna ex parte fissum, quod antequam decidat, valde rubescit. Non fuit in Italia hæc arbor Catonis tempore. *Vide* P. *in lib. 15. c. 20.*

ANTHEDON, ἄνθηδών, Vrbs est Bœotiæ, habitata quondam Thracibus; *de qua Pomp. & Strab. lib. 9.* Nomen habet (*vt Stephanus existimat*) ab Anthedone Neptuni pronepote, aut certè διὰ τὸ πασῶν ἀνθηροτάτην εἶναι, hoc est, quod omnium floridissima sit. Sita est in extremo litore Bœotiæ, è regione Euboeæ insulæ, Vnde *Homerus* ἀνθηδόνα ἐσχατόωσαν, hoc est, vltimam vel extremam Anthedonem appellat.

ANTHEMION, ἀνθεμίων, Vir Troianus, Simoisi pater. *Autor Hom. lib. Iliad. 4.* De Simoisio, *vide suo loco.*

ANTHĔMĪS, ἀνθεμὶς, Insula est Thraciæ adiacens quæ & Imbrasus aliquando vocata fuit, & Parthenia à Parthenio fluuio: notiore nomine Samothrace appellatur. *Strab. lib. 10.*

Anthĕmis, ἀνθεμὶς, Herba est fœniculi folio: quam nonnulli Leucanthemida, alii Leucanthemum, nonnulli Melanthemon vocant. Hanc medici recentiores barbarè *Camomillam* vocant. *Ruellius lib. 3. ca. 60. & Plin. lib. 22. cap. 21.*

ANTHEMVSIA, ἀνθεμουσία, Oppidum est Mesopotamiæ, ad Abotram flumen situm. *Strabo lib. 16.*

Anthericeum, ἀνθερίκιον. Balsamí genus tenui & capillacea coma. Antherices enim Aristæ dicuntur.

Anthericus, ἀνθέρικος, Scapus est, siue caulis Asphodeli herbæ: quam Hastulam regiam quidam hodie appellant. *Vide Plin. lib. 22. cap. 21.* ¶ Huius herbæ caules Herodotus antherices vocat, *teste Suida:* quos & tenaciores ait esse, quàm vt frangi queant. Hinc locus factus Prouerbio, Anthericum metere, Ἀνθέρικον θερίζειν. Quadrat in eum, qui laborem inanem ac sterilem caperet.

ANTHEVS, ἀνθεύς, cum h, Anrenoris filius fuit, quem Paris amauit & imprudens interfecit. Quo nomine etiam dictus est vnus ex Æneæ ducibus: *de quo Virg.* Anthea Sergesthúmque vocat.

ANTHĬA, ἄνθεια, Vrbs fuit propinqua Pylo, sub ditione Agamemnonis, vna earum quas ille Achilli obtulit, vt secum in gratiam rediret, *vt scribit Hom. lib. Iliad. 9.*

Anthias, ἀνθίας, Piscis nomen est, qui circa Chelidonias Asiæ insulas capitur: cuius naturam *vide apud Plin. l. 9. c. 59.*

Anthĭnum mel, ἀνθινὸν μέλι vocatur, quod vere factum est, quoniam ex floribus faui construitur, quos Græci ἄνθη appellant. Mel verò æstiuum vocatur ὡραῖον, quod Græci omneis fructus æstiuos nominant ὡραίους, quoniam id tempus per excellentiam Horam vocant.

ANTHIVM, ἄνθιον, Oppidum Thraciæ, *de quo sic Plinius in Thracia descriptione.* Asiæ regio, *inquit,* oppidum habuit Anthium, nunc est Apollonia.

ANTHŌ ἄνθω Fuit Amulij Albanorum regis filia.

ANTORĒS, Nomen est proprium viri, *de quo Virgil. lib. 10. Æneid.* Egregium Anthoremi latus inter & ilia figit; Herculis Anthorem comitem.

ANTHŌS ἄνθος, vnus ex filiis Nestoris est, & Latinè Flos interpretatur. Hinc carduelis Anthus dicitur quòd flore pascatur. *Vide* ANTHVS.

[Anthrax, Nomen est Coqui *Plaut. in Aulul.*]

ANTHRAX, נחל *ghechál.* ἄνθραξ. GALLI. Charbon ou anthan. ITALI. Car-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Carbone, carbonchio. GERM. Eindolen. HISP. *Carbon ò carbonclo.* AN. *A coal.*} Latinè carbo. ¶Est & anthrax, gemmæ nomen pretiosissimæ, rubræ & translucidæ: ita dicta ab igniti carbonis similitudine: vnde & à Latinis Carbunculus dicitur. ¶Hoc præterea nomine medici vocãt vlceris genus (*teste Galen. lib. 6. de composit. medic. secundum genera*) celeriter crustam faciens, cum vehementi totius circunstantis particulę inflammatione.

ANTHRĂCĪTĒS, ἀνθρακίτης Gemma est, in qua veluti scintillæ ignis discurrere videntur. *Plin. l. 37. c. 7.*

ANTHRĂCĪNŬS, ἀνθρακῖνος, Color niger, à carbone, quòd carboni similis sit: siue quod huiusmodi color fiat ex tritis in mortario carbonibus. *Var. de Vit. Past.* Propinquæ adolescentulæ, etiam anthracinis proximo amiculo nigello, capillo demisso sequuntur luctum.

ANTHRĪSCŬS, siue Anthriscum, ἄνθρισκος, Herba est Scandici adeò similis, vt eadem videri posset, nisi tenuioribus & odoratioribus foliis ab ea distingueretur. Peculiaris eius laus est, quòd fatigato venere corpori succurrat, iámque senio marcescentes coitus excitet, & alba fœmina rum sistat profluuia. *De hac Plin. l. 20. c. 15.*

ANTHRŌPŌGRĂPHŬS, ἀνθρωπογράφος, Dictus est Dionysius, quòd nihil aliud quàm homines pinxerit. *Plin. l. 35. c. 10.*

ANTHRŌPŌMŌRPHŌN, ἀνθρωπόμορφον, à Pythagora dicta est herba quædam somnifera, quam alio nomine Mandragoram appellamus: ab humana nimirum forma impositio nomine, quam radix eius vtcunque videtur imitari.

ANTHRŌPŌPHĂGĪ, ἀνθρωποφάγοι, populi Scythiæ, qui humana carne vescuntur (*Germ.* Menschenfrässer/sind grausame Völcker in Scythien) Hi populi sunt ad Orientem ac Septentrionem Massagetis vicini, circa quos tristissima solitudo, & mare, quod Thabin vocant. *Vide Plin l. 4. c. 12. & l. 6. c. 10. & Gell.* [*cap. 4. lib. 9.*]

ANTHŬS, ἄνθος, *Arist. Hist. lib. 8. cap. 3.* Florus Gaza, ἄνθος Suida. Auis est pulchri coloris, magnitudine fringillæ, circa amnes ac paludes degit. Hæc aduentu equorum herbæ pabulo pulsa vt iniuriam vlciscatur, hinnitum irridendo imitatur. *Plin. li. 10. ca. 42. ex Aristotele sic describit,* Est quę equorum quoque hinnitus, Anthus nomine, herbę pabulo aduentu eorum pulsa imitatur, ad hũc modum se vlciscens. *Rursus c. 74.* Ægithum verò Anthus in rantum odit, vt sanguinem eorum credant non coire, multísque ob id infamem veneficiis.

ANTHRŌPŌMŌRPHITĂE, ἀνθρωπομορφῖται, Dicti sunt, qui simplicitate rustica Deum, ἀνθρωπόμορφον esse, hoc est, humanam formam, & membra habere arbitrabantur. Vnde & Anthropomorphitica hæresis.

ANTHYLLĂ, ἀνθυλλα, Ægypti vrbs est, *autore Herod. lib. 2.* quæ reginæ in calceamenta dabatur.

ANTHYPŌPHŌRĂ, ἀνθυποφορά, Figura est apud Rhetores, quam Quintilianus subiectionem vocat, quum tacitè aduersariorum obiectioni occurrimus, eorúmque nobis dicta, sententiásque proponimus in hoc tantum, vt illis respondeamus *De hac Iul. Rufian. l. 2.*

ANTHYLLĬŎN, ἀνθύλλιον, Herba est lenti simillima, quæ in vino pota, vesicam vitiis liberat, & sanguinem sistit, *Plin. l. 26. c. 8.*

ANTHYLLIS, ἀνθυλλις, Herba est chamępityos similitudine, flore purpureo, graui odore, radice intubi. *Plin. l. 26. c. 8.*

ANTĬA, ἀντία, Vxor fuit Præti Argiuorum regis, Abantis filii.

Antiă lex, dicebatur quam Antius Restio tulit: quæ licet optima esset, luxuriæ tamen obstinatione nullo abrogante obliterata est: propter quod Restionem ipsum tradunt, quandiu postea vixit, foris non cœnasse, ne legem à se latam contemnere videretur. *Vide Macrob. l. 3. c. 17.*

Antiă, siue Antiæ, arum, *Apuleius Floridorum libr. 1. de Apolline*: Iam primum, inquit, crines eius præmulsis anthiis, promissis capronis anteuentuli & propenduli. Sunt muliebres capilli, in fronte demissi, quod ante faciem siti sint. {תואר *tsammáh.* ϖερικόμιον. GALL. Cheueux de femmes. ITAL. *Capelli de donne.* GERMA. Der weyberen haricht vornen an der stirnen. HISP. *Copete de los cabellos.* ANGL. *Heare in vomens forehead.*}

Antiades, ἀντιάδες, *à Paulo Aeginetа* dicuntur tonsillæ, quum in tumorem obduruerunt, cibi, potúsque, & spiritus viam præcludentes.

ANTIATAE, ἀντιάται, Dicti sunt populi Italiæ, qui Antium Vrbem Latij maritimam incolebant. Apud hos fuit insigne Fortunæ templum, quam Antiatem Fortunam vocauêre. *Horat. lib. 1. Carm.* O diua, gratum quæ regis Antium. ¶Antiates plurimùm classe valebant. *Vide Ti. Liu. 1. Dec. lib. 6.*

Antibacchius, ἀντιβακχεῖος, Pes Bacchio contrarius. Constat ex duobus longis & vltima breui: vt, Natura.

ANTĪBACCHĬAE, Insulæ sunt in sinu Æthiopico, Bacchis oppositę, *quarum meminit Plin. l. 6. c. 29.*

Antică, *Vide in dictione* POSTICA.

Anticanthărus, ἀντικάνθαρος, à quibusdam appellatur flos, quem Romani Lilium agreste vocant.

Anticanis, *Vide* ANTECANIS.

Anticatēgŏrĭă, ἀντικατηγορία, Latinè dici potest Recriminario, siue mutua accusatio: & est genus controuersiæ iudicialis. *Quint. lib. 3. c. 11.* Adiecerunt quidam numero mutuam accusationem, quæ ἀντικατηγορία vocatur.

Anticatōnes, ἀντικάτωνες, Dicti sunt duo libri, quos Cæsar contra Catonem scripsit. *Suetonius*, Reliquit & de Analogia duos libros, & Anticatones totidem. *Iuuen. Sat. 6.*, quæ psaltria penem Maioré quàm fuit duo Cæsaris Anticatones, intulerit. Nomen est compositum ex Græco & Latino. Nam (*vt Quintilianus inquit*) ex peregrino & nostro cõponuntur dictiones: vt, Epitogium, & Anticato.

Anticellium, Herba est lenti simillima quæ & Anthyllion dicitur. *Plin. l. 22. c. 29.*

Antichresis, ἀντίχρησις, mutuus vsus, vt verbi notatio declarat. Sic enim is contractus dicitur, quo pignus ita datur, vt quoad debitor satisfaciat, eo creditor vsurę nomine vtatur, fruatur. *Hotom.*

antichrīstŭs, ti, ἀντίχριστος, vox Theologicis scriptoribus notissima, significans Christi aduersarium, Pseudochristus. Licet differant Antichristus & Pseudochristus. Vox enim Antichristi latius patet quàm nomen Pseudochristi, quia Christo aduersari potest, qui tamen sese pro Christo non venditet: Hunc Apostolus nomine sceleratissimi hominis designauit.

ANTĪCHTŌNĒS, ἀντίχθονες, populi qui habitant in Zona hyemali. [*Germ.* Die leut auff Erdtrich so vnß entgegen stehnd vnd wohnend.] Hos Martianus seiungit ab Antœcis & Antipodibus, qui Zonam nobis aduersam & contra pedes nostros habitant. *Pomponius tamen videtur* Antichthones *pro* Antipodibus *accipere.*

anticĭpo, as, Ante capio, ante occupo, prævenio. {קדם *kiddém.* ϖροκατα-λαμβάνω, ϖροφθάνω. GAL. Anticipet, s'auancer de prendre, occuper de uant. ITAL. *Anticipare.* GERM. Vornemmen/furkommen HIS. *Venir delante.* ANG. *To preuent.*} *Virgil. in Eclog.*, Strictior eos præcesserat aura iugales, Æstiuum suadens anticipare diem. *Cic. Attic.* Quid igitur proficis, qui anticipas eius rei molestiam, quam triduo sciturus sis? [*Suet. in Tib. c. 61.* Anticipare mortem.]

Anticipātĭo, onis, verbale. {קדמה *kadmáh.* ϖρόληψις. GALL. Anticipation. ITAL. *Anticipatione.* GER. Zukommung. HISP. *Obra de venir delante.* ANG. *Anticipation, preuenting.*} *Cic. 1. de Natura Deorum*, Quæ est enim gens, aut quod genus hominum, quod non habeat sine doctrina anticipationem quandam deorum, quam appellat ϖρόληψιν Epicurus. id est antecepram animo rei quandam informationem: sine qua nec intelligi quicquam, nec quæri, nec disputari potest. Anticipatio à Seruio dicitur figura, quæ Græcè ϖρόληψις. *Vide* Prolepsis. Alij præsumptionem vocant.

ANTĪCĪTĒS, ἀντικεῖται, pen. corr. Amnis Sarmatiæ Asiaticæ, non procul à Rhombite minore in Mœrim influens. *Strabo l. 11.*

ANTICLEA, penultima producta, ἀντίκλεια. Fuit mater Vlyssis, quæ quum duceretur ad Laërtæ nuptias, ab Sisypho Iatrone, Æoli filio, capitur & adulteratur. Alij dicunt quum Laërtæ iam nupsisset, & ad oraculum pergeret consultura, captam à Sisypho Iatrone, & vt multi putant, ex eo Vlyssem concepisse. Quod Aiax *apud Ouid. 13. Metam.* vitio vertit Vlyssi, —& sanguine cretus Sisyphio.

ANTICRAGVS, ἀντίκραγος, Mons Lyciæ, Cragoopositus, *teste Strabone libro 14.*

Anticus, a, um, adiectiuum, vt posticus penult. prod. Hinc veteres anticas vocabant fores templorum, vel ędium anteriores, vt posticas posteriores, *autor est Cornutus in Pers. Sat. 1.*

ANTĬCȳRA, ἀντίκυρα, penultim. corrept. Insula ad sinum adiacens Maleacum, & Oetam montem, cuius meminit *Strabo libr. 9.* vbi, *autore Plinio*, helleborum rutissimè fumitur: *Ouid. libr. 4. de Pont.* I, bibe, dixissem, purgantes pectora succos, Quicquid & in tota nascitur Anticyra. Vnde quoties insanum hominem significare volumus, Anticyra egere: aut, Nauiget Anticyras, ϖλεῦσον εἰς Ἀντίκυρας, Prouerbialiter dicimus. *Horatius eleganter nouauit adagij quasi faciem quum ait in Serm.* Nauiget Anticyras. Quibus verbis Stoicum insanum significat. *Idem*, Si tribus Anticyris caput insanabile, nunquam Tonsori Licino commiserit [*Sueton. in Calig. c. 29.*] ¶Est & Anticyra ciuitas iuxta Cyrrham in Phocide regione, in Corinthium conuersa sinum, ab Anticyreo quodam, Herculis ætate: Capparissus ab Homero dicta. Hãc alii Anticyrrham appellant, duplicato r. Videtur enim inde nomen accepisse, quòd sita sit in promontorio in mare excurrente, è regione Cyrrhæ.

Anticyrĭcŏn, ἀντικυρικόν, Sesamoidis herbæ species, similis Erigeronti, quæ in Anticyra insula crescit.

[Antidhac. i. antea. *Plaut. Amphitr.* Salutare aduenientem me solebas antidhac. *Idem Aulul. sc. 5. a. 2.* Cui in re tali subuenisti antidhac. *Item*, Nam tu me antidhac summum habuisti comitem consiliis tuis. *Plau. Pseu. sc 2. a. 1 & sc. 2. a. 2.*

Antidōră, penultima producta; Remunerationes quæ à nobis pro acceptis pecuniis redduntur. {שרים *schillúm.* ἀντίδωρα. GALLIC. Recompense d'vn don, la pareille. ITAL. *Rimunerátione, guiderdone.* GERMAN. Widergeltung/Ein Gegenschencke. HISPANIC. *Galardon.* ANG. *The recompensation of an gift.*} *Vlpianus titul. de petition. hereditatis*, Planè si antidora acceperunt, dicendum est eatenus locupletiores factos, quatenus acceperunt, velut genus quoddam hoc esset permutationis.

Antidōsis, pen. corr. ἀντίδοσις. Latinè Retributio: significat enim quicquid ex aduerso datur, ab ἀντιδίδωμι, retribuo.

Antidōtum, penultima correpta, Remedium quod contra venena, aut morbos quos timemus datur. vulgò *præseruatiuum* vocant. {רפואה *rephuáh* ἀντίδοτον. GALL. Contrepoison, drogue, breuuage contre vn autre. ITAL *Rimedio contral' veneno.* GERM. Artzney wider gifft. HIS. *Medicina contra ponçonna.* ANGL. *A remedie or drink against venome.*} ex ἀντὶ ϗ δίδωμι, id est, Contra, & Do: nam contraria contrariis curantur, *Quintil. libr. 7.* Tyrannus suspicatus à medico suo datum sibi venenum, torsit eum. Et quum id dedisse se negaret, accersit alterum medicum. Ille datum ei venenum dixit, sed se antidotum daturum. [Antidotum aduersus Cæsarem. *Suet. in Calig. cap. 29.* Antidotum obolere. *Idem ibidem cap. 23.*] ¶Dicitur & Antidotus, genere fœminino. *Gell. lib. 17. ca. 16.* Huius regis antidotus celebratissima, quę Mithridatios vocatur.

ANTĪGĔNĒS, ἀντιγένης, Nomen pueri rustici, *apud Virgilium in Daphnide*, At tu sume pedum, quod, me quum sæpe rogaret, Non tulit Antigenes.

ANTĪGĔNĪDĒS, ἀντιγενίδης, *Autore Suida*, Thebanus musicus, tibicę, Philoxeni discipulus, qui primus celeumatis Milesiis lasciuioribus vsus fuisse dicitur. Huius meminit *Plin. 16. c. 36.* Hic etiam, *vt autor est Cic. in Bruto*, discipulo frigenti ad populum ait, Mihi cane & Musis. *De eo vide Gellium lib. 15 ca. 17. & Valer. li. 3. c. 7.*

Antigĕrĭo, Veteres pro Valde, & pro statim vtebãtur, quasi antequam res gereretur. *Festus.* [*Item* pro oppido, *Fab. lib. 8.*]

ANTĪGŎNĒ, ἀντιγόνη, Oedipodis Thebanorum regis filia, quæ patri cæco à Creonte in exilium acto, se viæ ducem præbuit: fratribúsque suis Polynici & Eteocli mutua cæde interemptis, contra Creontis edictum, funebre officium præstitit: ob quam pietatem postea vnà cum Argia Polynicis coniuge iussu tyranni est interfecta. Hæmon quoque nobilis adolescens, qui mutuo eius amore tenebatur, sua sese manu ad tumulum eius iugulauit. ¶Fuit etiã hoc nomine vna filiarum Laomedontis, quam quum formę suę fiducia nimis arroganter reddidisset,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

à Iunone in ciconiam mutata est. *Vide Ouid. l. 6. Metam.*

ANTIGONIA, ἀντίγονεια, Oppidum Troadis, Romanorum colonia, quæ & Troas, & Alexandria dicta est. *Plin. lib. 5. cap. 33. & Strabo libro 13.* Est præterea eiusdem nominis oppidum in Arcadia, non procul à Tegea. *Pli. li. 4. c. 6.*

ANTIGONVS, ἀντίγονος, penultima correpta, Nomen proprium regis Macedonum, qui ob multa sua in Græcos beneficia Euergetes est dictus. Nam quum Cleomenem Lacedæmoniorum regem prælio vicisset, Spartámque cepisset, militem victorem ab omni iniuria continuit, priſtinámque ciuitati libertatem restituit.

Antigrapheus, {ἀντιγραφεύς. GAL. Contrerolleur. ITA. *Contrascrittore.* GERM. Zinsschreiber/Rentschreiber. HI. *El que debuxa segundo de cotra cosa.* ANG. *A contreroller.*} Dicitur, cui id muneris iniunctum, vt obseruet pecuniam, quam in vsum principis, vel ciuitatis collegerunt exactores. *Hoc Cicero* Custodes *appellat in oration. pro lege Agraria contra Rullum, & de reditu suo. Et Vlpian. lib. tertio de administ. tutor. Budæus in Annotationibus.*

Antigrăphum, {ἀντίγραφον. Dicebatur Antigrapheorum nota siue diuersum exemplar.

Antilēnă, {חֵץ *chazeh* θηρσιδίον. GALLIC. Poitralde-cheual. ITALIC. *Pettorale.* GER. Ein brustriemen. HI. *Petral de bestias.* ANG. *A peitrel for an horse.*} Qua pectus iumenti cingitur: sicut Postilena, quę sub cauda ponitur.

Antilēpsis, ἀντίληψις, Græcè dicitur quam Latini intercessionem, vel interiectionem nominant.

ANTILIBANVS, ἀντιλίβανος, Mons est Libano oppositus, non procul à Sidonio mari incipiens, & ad Montes Arabiæ desinens, qui sunt supra Damascum. *Vide Strab. lib. 16.*

ANTILOCHVS, ἀντίλοχος, penultim. correpta, Nestoris filius maior natu, quem in bello Troiano Memnon Auroræ filius interemit. Vnde patris prece motus Achilles Memnona occidit. *Ouid.* autem vult ab Hectore fuisse occisum Antilochum. Ita enim ait in Epistola Penelopes. Siue quis Antilochum narrabat ab Hectore cæsum, Antilochus nostri causa timoris erat.

Antilogĭa, ἀντιλογία, Dici potest contradictio, refragatio, vel quasi contraria oratio.

ANTIMACHVS, ἀντίμαχος, Colophonius poëta Græcus. Is quum poëma quoddam obscurum in auditorio recitaret, atque omnes, præter Platonem, quòd minimè illud intelligerent, discessissent: *Plato*, Mihi, *inquit*, pro omnibus. *Hæc Cicero. De eodem Plutarchus in Lysandro.* Hic aggressus belli Thebani materiam vigesimum quartum volumen impleuit antequam duces Thebas vsque perduceret. ¶ Antimachos quoque alios duos Suidas ponit, alterum Ægyptium, patria Hieropolitanum, qui Cosmopœiam heroico carmine conscripsit, alterum poëtam Melicum cognomento Pfecam. ¶ Fuit item præter hos etiam alius Antimachus Troianus, qui donis Alexandri, auróque corruptus, impedimento fuit, quò minus Helena redderetur: quin pro concione Troianos hortatus est, ne Menelaum, dum legatus ad eos in vrbem venisset cum Vlysse, redire ad suos sinerent: sed in vrbe asseruarent, trucidarentque, *Hom. autore lib. Iliad. 11.* [*Pl. Aul. ſi. 6. a. 5.* Antimachus pater Lyconidis.]

Antimelon {דודאים *dudhaim.* ἀνδρόμεον. GAL. Mandragore. ITA. *Mandragora.* HISP. *Mandragola.* ANG. *mandragore.*} Herba est *Dioscoridi*, quam alio nomine Mandragoram appellamus.

Antimetăbŏlē, ἀντιμετάβολη, Latinè dici potest Ex aduerso mutatio: Figura qua verba declinata repetuntur, vt, Non vt edam viuo, sed vt viuam edo.

Antinŏmĭă, ἀντινομία, Duarum legum contrarietas, pugna. *Quint. libr. 7. cap. 8.* Proximum est de legibus contrariis dicere: quia inter omnes artium scriptores constat, in antinomia duos esse scripti & voluntatis status, &c.

ANTINOE, ἀντινόη, *Stephano*, Vrbs Ægypti, ita dicta ab Antinoo Adriani amasio, *vt scribit Hieronymus in Iouinianum.*

ANTINOVS, ἀντίνοος, Nomen vnius ex procis Penelopes, *apud Ouid. in Epist. Penelopes.* ¶ Fuit præterea Antinous, puer quidam Bithynicus, tanta formæ elegantia, vt Adrianus Cæsar, qui illum adamabat, templum ei apud Mantineam constituerit, & vrbem quandam Ægypti Antinoeam à nomine eius appellarit. *Hæc Pausanias.*

ANTIOCHIA, {חמת *chamáth.* ἀντιόχεια.} Syriæ vrbs est, ad Orontem fluuium sita, totius regionis caput, à Seleuco Nicanore condita, & à patris sui nomine Antiochia appellata, *vt tradit Strabo lib. 15. Stephanus Byzantius* duodecim alias enumerat eiusdem nominis vrbes, quarum vnam collocat in Lydia, & ab Antiocho Epiphane ita nominatam existimat (*Germ* Die Hauptstat in Syrien.) ¶ Alteram in Mesopotamia, quæ & Mygdonia, & Asibe appellatur: in qua Apollophanes Stoicus, & Pharnuchus Persicæ historiæ scriptor, nati dicuntur, Vulgò, *Alepa.* Tertiam in Pisidia constituit, *cuius meminit & Strabo lib. 12.* ¶ Quartam inter cauam Syriam & Arabiam, Semiramidis opus. ¶ Quintam in Cilicia, ad Pyramum fluuium.

¶ Sextam in Pieria, quæ & Arados à Syris appellatur. ¶ Septimam ad Callirhoem lacum. ¶ Octauam ad Taurum montem, in Comagena regione. ¶ Nonam in Scythia. ¶ Decimam in Caria, quæ & Pythopolis fuit appellata. ¶ Vndecimam in Margiana, ab Anthiocho Sotere conditam. ¶ Duodecimam eandem facit cum Tarso Ciliciæ oppido. Hinc Antiochenus, & Antiochensis, ἀντιοχεύς, καὶ ἀντιόχειος.

ANTIOCHVS, ἀντίοχος. Nomen secundi regis Syriæ, Seleuci filij huius nominis primi, qui Soter cognominatus est, & regnauit annis XX. ¶ Secundus Antiochus, huius filius dictus Achios, regnauit annis XX. venено ab vxore Laodicea extinctus. Tertius Antiochus Galericus. ¶ Antiochus quartus, Rex, cognomento Magnus, regnauit annis XXXVI. Dictus est etiam Hierax, quòd accipitris more in rapiendis alienis viram duceret. Hic Ptolemæum Philomeroren prælio superauit. ¶ Quintus Antiochus Syriæ rex, dictus nobilis siue illustris, qui regnauit annis XI. Hic Hierosolymam deuastauit, & multa mala intulit Iudæis. ¶ Sextus Antiochus Syriæ & Asiæ rex, dictus est Eupator. ¶ Fuit & alius Anthiochus Ascalonita, philosophus, Ciceronis, Brutíque præceptor.

ANTIOPA, ἀντιόπη, Nyctæi filia fuit, & vxor Lyci Thebanorum regis. Hæc quum Iupiter in Satyrum mutatus compressisset, Lycus repudiauit, vxorémque Dircem superinduxit, quæ Antiopam in carcerem conjecit. Verùm instante partus tempore, illa ruptis vinculis in Cithæronem montem se recepit, vbi & Amphionem & Zetum peperit: qui à pastoribus inuenti & educati, maternæ iniuriæ vltores exiterunt, Lycum cum Dirce vxore interfecto. Vnde locus factus Prouerbio, Antiopæ luctus, ἀντιόπης θρῆνος. Dici consuevit vbi quis immerens calamitatibus affligitur, deinde malis eximitur. Alij paulò aliter tradunt hanc fabulam, Lycum non maritum Antiopæ, sed fratrem Nyctæi.

Antipagmenta. *Vide* ANTEPAGMENTA.

Antiparastăsis, ἀντιπαράστασις, Figura est frequens *Demosthenis & Ciceronis*: habens confessionem quandam coniunctam cum maiore inficiatione. Sic Demosthenes aduersus Leptinem, vbi docuit etiam apud maiores in vsu fuisse, vt viris fortibus prænua persolueretur, postea ostendit, se sine causæ detrimento, eius contrarium posse confiteri, neque ex eo sequi, immunitates illa ætate viris de republica bene meritis concessas, sine manifesta aliqua culpa esse eripiendas, nisi ostenderet aduersarius, idem quoque à maioribus esse factitatum. Sic etiam *Cic. in Orat. pro Rabirio Posthumo*, vbi ostendit falsum esse, Rabirij manu occisum esse Saturninum, subdit, Si integrum sibi esset, libentissimè se hoc confessurum, & meritum eo nomine præmium petiturum, quòd ciuem seditiosum è medio sustulisset.

ANTIPATER, ἀντίπατρος, penultima correpta, Nomen proprium poëtæ Sidonij, seu ex Tyro Phœniciæ, Stoicæ sectæ, qui post Panætium de officiis scripsit. Hic quo die natus fuit eodem quotannis febre laborauit. Et quum diu vixisset, postquam ætatis suæ tempus destinatum appropinquasset, eo die & eodem morbi genere consumptus est. Hic Antipater nobili epigrammate in Sappho, decimam inter musas eam cooptat. Ex tempore innumerabiles pene versus faciebat, *vt testantur Cicero & Quintilianus.* ¶ Antipater alius, Iolai filius fuit, è Paliura ciuitate Macedoniæ, miles Philippi, deinde inter Alexandri duces, & regni successores, discipulus & ipse Aristotelis, vir præter scientiam rei militaris litteratissimus, vt tradit Suidas. De hoc Antipatro sic scribit Plutarchus Antipater successor Alexandri in regno Macedoniæ, post bellū Athenienſibus illatum, legatis ad eum de pace venientibus, quorum princeps erat Xenocrates, respondit se in amicitia permansurum, si sibi Demosthenes, & Hyperides dederentur: si eius præsidium in Munichiam, id est, Athenarum arcem recepissent: si denique absumptam in eo bello pecuniam, acceptáque damna resarcirent. Quibus illi conditionibus consenserunt. ¶ Item Antipater Tyrius, philosophus Stoicus, & Catonis Vticensis præceptor, *vt author est Plutarch. in Cat.* ¶ Alius item Tarsensis philosophus, vt idem autor est. ¶ Fuit præterea Antipater Herodis regis pater, Ascalonita, vir maximus & potentia præditus, *de quo Volaterranus in historia Hierosolymitana.* ¶ Fuit & Antipater Hieropolitanus, Sophista nobilis, præceptor liberorum Seueri principis, cuius etiam res gestas scripsit, ac eidem magister epistolarum fuit, *vt est autor Philostratus.* ¶ Fuêre & alij eius nominis, inter quos fuit Cassandri Macedonum regis filius.

Antipătēs, ἀντιπάτης Gemmæ nigræ species, non translucentis, quæ in lacte decocta, id myrrhæ simile facit. *Plin. lib. 37. c. 10.*

Antipathiă, ἀντιπάθεια, Naturalis rerum differentia siue repugnantia: ad verbum sonat contrapassionem, cui opponitur Sympathia συμπάθεια, quæ mutuam quandam rerum inter se cognationem significat. *Pli. lib. 32. c. 2.* Quod ad repugnantiam rerum attinet, quam Græci antipathiam vocant, nihil est venenatius vsquam, quàm in mari Palestinaca. *Idem li. 34. cap. 15.* A rubigine vindicatur cerussa & gypso, & liquida pice. Hęc est temperatura, à Græcis antipathia dicta. Est igitur antipathia, inter ea, quæ veluti naturali quodam odio inter se dissident: vt brassica antipathiam quandam habet cum vite. Contrà ostrea & concha sympathiam habent, quòd pleniluniо plenæ sint: & decrescente luna decrescant.

Antipelārgēsis, pen. prod. siue Antipelargia, Remuneratio, mutua beneficiorum compensatio. {שְׁלוּם *schillúm.* ἀντιπελάργησις. GALL. Recompense, la pareille. ITALIC. *Retributione de benefici.* GERM. Widergeltung der empfangnen gutthaten. HI. *Retribution del bien hecho.* ANG. *The lyk recompensation.*} Græci enim ἀντιπελαργεῖν vocant, de nobis bene meritis officiorum vicissitudine respondere. Sumpta est metaphora à ciconiis, quas illi πελάργους vocant. Illis enim naturalis quædam pietas insita est, qua parentes senio defectos alunt, & quum sub hyemem mutanda sedes est, eos inter se medios recipiunt, & deficientes alis sustinent. Quod etiam latini quidam ad imitationem Græcorum Ciconiare vocauerunt.

Antiperistăsis, ἀντιπερίστασις, Latinè circumobsistentia, reciprocatio, compressio vndique circumfusa, per quam vbi calidum est, inde frigus expellitur: vbi frigidum est, inde calor expellitur. Hinc puteі per hybernum tempus calent, quia illò se calor contulit, cedens frigori superiora possidenti.

ANTIPHATES, pe. cor. ἀντιφάτης, Rex fuit Læstrygonum, Melampodis, seu vt alij volunt, Lami filius, qui Formiarum oppidum condidit. Hic cum cæteris Læstrygonibus humana carne vescebatur. *Politianus*, Et Lamium Antiphaten, & virgam, & pocula Circes. Dicitur & Antiphateus. Alius filius nothus Sarpedonis, *vt est apud Virg. lib. 9.* Et primum Antiphaten, is enim se primus agebat Thebana de gente nothum Sarpedonis alti. Hic Æneam in Italiam sequutus à Turno Rutulorum rege occisus est.

ANTIPHELLVS, ἀντιφελλός, Oppidum Lyciæ *apud Plin. lib. 5. c. 27.*

Antipherna, ἀντίφερνα, iuncto ex ἀντὶ & φερνὴ nomine: dicuntur apud Iurisconsultos ea, quæ maritus constante matrimonio vxori suæ quasi remunerandæ dotis causa largitur. *Hotom.*

ANTIPHON, ἀντιφῶν, Rhamnusius orator antiquus, Athenis precepta dicendi tradidit, *teste Quintiliano*: quo nomine melius orauisse causam capitis, quum se ipse defenderet, *locupletes est author Ilueus. l. 9.* Huius meminit *Cicero in Bruto.*

ANTIPHVS, ἀντιφος, Priami filius ex Hecuba quem Agamemnon vnà cum Ilo fratre, sed illegitimo thoro nato in bello Troiano interfecit. ¶ Antiphus,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tiphus,filius Theſſali & nepos Herculis, qui cum fratre Philippo dux triginta nauium cum aliis Græcis ad Troiam nauigauit, *vt eſt apud Hom.lib.Iliad.2.*

Antiphōnă,pen.prod.ἀντίφωνον.Vox reciproca duobus choris alternatim pſallentibus.Antiphonas Græci primi compoſuerunt,& apud Latinos ſanctus Ambroſius inſtituit. Exhinc in cunctis regionibus Occiduis vſus increbuit.

Antīphrāsĭs,ἀντίφρασις,pen.corr.Sermo per contrarium intelligendus, vt Parcæ,quia nemini parcant.Sic Manes,quòd non ſint boni:Manum enim antiqui bonum dicebant.

ANTIPODES,penul.corr.ἀντίποδες,Dicuntur terræ incolæ,qui contra nos poſiti ſunt contrariis veſtigiis,vel qui aduerſa nobis,vt Cicero loquitur vrgent veſtigia.{GE.*Die einwohner des Erdtrichs ſo ire füß vnſeren entgegen wenden.*}*Cicer.4. Acad.* Nónne etiam dicitis eſſe è regione nobis,è contraria parte terræ,qui aduerſis veſtigiis ſtent contra noſtra veſtigia,quos Antipodas vocaris?

¶ Declinatur Antipus,tipodis,vel antipodos.*De his copiosè Ioachimus Vadianus in Melam.*

ANTIPOLIS,ἀντίπολις,*apud Ptol.* vrbis nomen eſt in Gallia Narbonenſi, Galli pauculis literis immutatis,etiam hodie *Antiblam* vocant.

Antipophorā,Vide ANTHYPOPHORA.

Antīptōsĭs,pen.prod.ἀντίπτωσις,Figura eſt quando caſus pro caſu ponitur:vt,Vrbem quam ſtatuo veſtra eſt. Componitur enim ex ἀντὶ pro, πτῶσις caſus,à πίπτω,cado

ANTIPYRGVS,ἀντίπυργος,Vbs Lybiæ eſt Marmaricæ, quæ eadem eſſe creditur,quam vulgò *Lucho* vocant.

Antīquus,Vetus,priſcus:ab Ante & Æuum,vt Varroni placet. {קדמון *kadmón* עתיק *hátik* ישן *iaſchiſch.*ἀρχαῖος,παλαιός.GALL.Ancien, antique,vieux ou vieil.IT.*Antico.*GERM.Alt HISP.*Antiguo ò viejo* ANG. *Ancient,olde.*}*Virg.2.Geor.*-antiquáſque domos autum.[Vir antiquus & grauis.*Velleius. Plaut.Moſtell.ſc.2.a.2.* Sceleus iamdiu factum antiquum & vetus.Antiquam adeo id nunc factum inuenimus.*Item,* Alcmenam Iuppiter rediget antiquam coniugis in concordiam. *Plaut. Amph ſc.2.a.1.*Cum vxore antiqua in gratiam redi. *Plaut.Amph ſc.1.a.5.*Antiquis adoleſcens moribus.*Plaut.Capt.ſc.2.a.1.*Antiquum poëtam audiui ſcripſiſſe.*Plaut.Curc.ſc.1.a.5.* Amicitia eſt antiqua(mihi cum illo.)*Plaut pſeud.ſc 2.a.1.*Fricari ſe ex antiquo volunt.*Plau.pſe.ſc.7.a.4.*(i.de more veteri) Antiquas miſcuerátque comas Canities.*Ouid. El.vlt.l.4.Triſt.* Rugáque in antiqua fronte ſenilis erit. *Idem El.7.l.4. Triſt.* Neque prius,neque antiquius habuit.*Velleius.*]¶ Quoniam verò quæ antiquiora ſunt,ferè meliora eſſe cõſueuerũt,vt mores,vinũ,& ſimilia : factum eſt, vt antiquum pro probo,bono,& ſimplici dicamus. *Terent.in Andr.*Pol Crito hoſpes,antiquum obtines.*Cic.pro Sext.Roſc.* In qua mulier e veſtigia antiqui officij remanent. Sic & antiquius dicimus,pro meliore,chariore,potiore, πρεσβύτερον,πρωτεύοντος. *Cicer ad Attic.lib.*1.Nihil mihi antiquius noſtra amicitia eſt. *Idem* 1 *de Inuen.* Qui pauperes ſunt,iis antiquior officio pecunia eſt. *Antiqui homines,pro optimis & probatiſſimis.*Cic.pro Roſ.Amerino,Vſque adeò autem ille pertimuerat,vt mori mallet quàm de his rebus Syllam doceri. Homines antiqui, qui ex ſua natura cæteros fingerent. * Antiquus etiam dicitur, qui nobis ex longo & diuturno tempore coniunctus eſt, vt Antiquus amicus,antiquus hoſpes.. *Plaut. Bacchid.* * Antiquum pro Priſtino.*Terent.Adelph.*Eandem illam rationem antiquam obtine.

¶ Prouerbialiter dicimus,per antiquum diem,Διὰ παλαιᾶς ἡμέρας: de re admodum obſolera,priſcaque,*Refertur à Dioeniano.* Finitimum illi, quod hodie non inſcitè iactatur in ſcholis philoſophorum , Magno Platonis anno.¶ Antiquus tamen & Vetus ita *à Corn.Frontone* diſtinguuntur in differen vocab.vt Antiquum dicatur id, quod multorum annorum eſt,aut menſium.

Antīquārĭus,a,um. Qui verba ab vſu remota,& commentarios pontificum,& vetuſtiſſima fœdera , & exoletos ſcrutatur autores , vt ex his contrahat,quę non intelligantur,vtque quædam ſolus ſcire videatur. {φιλάρχαιος.GALL.Curieux de l'antiquité.IT.*Amator de l'antiquità* GER.*Der mit fleiß alte wort braucht/die niemandts verſteth.*HISP.*Amador de las antiguedades.*ANG.*A fauorer of antiquitie.*} *Iuuenal.*Ignotóſque mihi tenet antiquaria verſus.*Suet.in Auguſt.* Cacozelos & antiquarios pari ſtudio ſpreuit.

Antīquĭtās,Vetuſtas.{קדם *kédhem.*ἀρχαῖσμος.GAL.Antiquité,ancienneté.IT.*Antiquità,vecchiezza.*GER.*Die elte.*HISP.*An.iguedad ò vejez a.*ANGL.*Antiquitie,ancientie.*}*Cic.1.de Finib.*Quòd quàm magnum ſit,fictæ veterum fabulæ declarant,in quibus tam fabulis multis,támque variis ab vltima antiquitate repetitis,tria vix amicorum paria reperiuntur.[Antiquitates Rom.*Gell c.12.lib.*13.Multæ antiquitatis homo,*Virg.Senec.c.17.de Conſo .ad Elb.*Si illi ſimplex Antiquitas contigiſſet.]¶ Antiquitas pro ipſis antiquis.*Plin.lib.*12.*c.* 19. Cinnamomum & caſias fabuloſa narrauit antiquitas.

¶ Item in alio ſignificatu accipitur *apud Salluſtium,Seruio teſte,* Tantum antiquitatis,curæque maioribus pro Italica gente fuit.Id eſt,antiqui & præcipui amoris ſiue charitatis,ab eo quod eſt antiquum pro charo.

Antīquĭtŭs,{מקדם *milkkédhem.*ἀρχαίας,πάλαι.GAL.Anciennement,d'ancienneté.IT.*Per il paſſato & antichamente.* GERM. *Von alter her/ Von alten zeyten her.*HISP.*Antiquay viejamente.* ANG.*In olde tymes.*} Idem quod olim,vel tempore antiquorum. *Cæſ.lib.6.bell.Gall.* Quod ſumma autoritas antiquitus erat in Heduis.[Antiquitus.i.ex omni antiquitate.*Cæſar. lib.2.de bel. ciuil.*]

Antīquo.as,Abolleo,abrogo,irritum facio. {בלה *billáh* הסיר *hesir* בער *biber.*ἀπαρχαιόω,καταχίω GALL. Abolir,mettre hors d'vſage,deſcrier. IT.*Vetare,ſcancellare,indebilire,far' vano.* GERM. *Abthun/hinweg thun/Vntrefftig machen.*HISP.*Quitar de vſo lo antiguo.* ANG. *To abolishe,to put out of vſe.*} Vnde legem antiquatam dicimus, quam populus ſuffragiis ſuis improbauit,nec perferri paſſus eſt. Abrogatam autem dicimus legem,quæ quum accepta fuerit,& perlata, poſtea contraria lege fuerit ſublata. *Liuius* , Omnium rerum cauſa vobis antiquandas cenſeo iſtas rogationes.*Cic.3.de leg.*Vos item,vt video,legem antiquaſtis ſine tabel'a

Antīquātĭo,onis,ve bale,Abolitio,abrogatio.{בלי *beli.* ἀποπαλαίωσις,καταργησις.GALL.Deſcrieu.ent,abolition.IT.*Scancellamento.*GERM.*Abſtellung/caßierung.*HISPA.*Quitamiento del antiguo.* ANGL. *Abolishing putting out of vſe.*}*Gell.*Facta mox eſt antiquatio legis.

Antīquē,aduerb. Hoc eſt ad morem antiquorum: vt , Antiquè dictum. {בקדם *chekédhem.*παλαιῶς. GAL. Antiquement,à la maniere antique. ITAL.*Antichamente.*GER.*Auff alte gattung/Altfreundſch.*HISP.*Antiguamente.* ANG. *Ancientlie,efter the maner of the anciennes.*} *Horatius 2.epiſt.* Si quædam minus antiquè, ſi pleraque durè Dicere credat eos.

ANTĪRRHĪVM,ἀντίρριον,Promontorium eſt Ætoliæ,ſitum ad ipſum ſinus Corinthiaci oſtium,è regione Rhij,quod eſt Achaiæ promontorium, ab Antirrhio ſeptem tantùm ſtadiorum freto diuiſum *Thucydides* vtrumque Rhium appellat,cognominibus tantùm ea diſtinguens.Nam quod in Peloponneſo eſt Achaicum cognominat : alterum Molycricum,à vicina vrbe Molycria.

Antīrrhĭnum,ἀντίρριον,Herba eſt eadem cum illa,quam ſuprà Anarrhinon appellauimus,*de qua vide Plinium lib.25.c.10. & ea qua ſuprà annotauimus in dictione* ANARRHINON.

Antiſcorodon,ἀντισκόροδον.Herba eſt ex generibus allij,quæ & Vlpicum & Allium Cyprium appellatur.*Vide Plin.lib.19.c.6.*

Antiſophiſtēs,æ,ἀντισοφιστής. *Quintil.* Vrbanéque .Virginius interrogauit de quodam ſuo antiſophiſte , quot millia paſſuum declamaſſet.

Antiſpodĭum,ſiue Antiſpodĭa,ἀντίσποδος *Dioſcoridi,*ἀντισποδία *Galeno,*Vocantur à medicis omnia ea quæ eandem cum ſpodio habent facultatem,quæque in ſpodij inopia pro eo poſſunt ſupponi. Quid autem ſit Spodos,ſiue Spodium *vide ſuo loco.*

Antīſmŏs,quod hìc corruptè legebatur,*vide* ASTEISMOS.

ANTISSĂ,ἀντίσσα *Stephano* , Lesbi inſulæ oppidum eſt , ex quo Terpander nobilis Citharœdus originem traxit. Gentile eſt Antiſſæus ἀντισσαῖος.

Antīſtes, itis,ex ante & ſto,tã fœminini,quàm maſculini generis,à verbo antiquo Antiſto,pro anteſto,quòd cæteris anteſtet,id eſt excellat. Primarius vnius templi ſacerdos.{כהון ראש *chohén haróſch.* פקיד *pakidh* נגיד *nagidh.*προεστὼς ἢ προεστάτης, GALLIC. Premier entre les autres,prelat,preſident.ITAL.*Antiſte,preſidente,* GERM Ein vorſtender/ ein prelat HIS.*Prelado,preſidente.* ANG.*A bis hopor prelat,a preſident.*} *Ouid. 4.de pont.* Non ſinit illa ſui vanas antiſtitis vnquam Eſſe preces.[*Idem Ouid.Eleg.vlt .li.3.Triſt.* Cultor & antiſtes doctorum ſancte virorum.*Gell.c.4.l.14.*Iuſtitiæ antiſtes iudex eſt.] *Liuius* 1.*ab Vrbe,* Potitij ab Euandro edocti,antiſtites ſacri eius per multas ætates fuerunt.*Valer.lib.*1.Nec deæ vetuſtis ritibus perita deeſſet antiſtes. ¶Per tranſlationem verò Antiſtes dicitur , qui in re aliqua excellit, atque principatum tenet.Vnde Seruius Sulpitius , *Quint.teſte lib.11.c.1.*Iuris antiſtes appellatus eſt.Item Plato ſapientiæ antiſtes.

Antīſtĭtă,æ,{πρεσβεία.GAL.Abeſſe qui a charge des choſes ſainctes.IT. *Abadeſſa,ò prioreſſa.* GER. Ein vorſtenderin/ als ein Priorin/ oder âptiſſin.HISP.*Muger prelada.*ANG.*An abeſſe.*} *Gell.lib.13.cap.*19.Sacerdotes quoque fœminas M.Cic.Antiſtitas dicit:Sacerdotes,*inquit.* Cereris atque illius fani antiſtitæ. *Sic enim locus in Verrem quem hic citat Gell legendus eſt,præter Gellium etiam Priſciano autore.*

Antīſtĭtĭum,Excellentia,antiſtitis dignitas. {מקרה *pekuddáh.* πρεσβεία. GAL.Eminence,excellence. ITAL.*Eccellenza.*GERM. Furtreffenheit. HISP *Prelacia.*ANG.*The prelatis dignitie.*} *Martianus Capella,* Antiſtitio præminebat Athanaſius.

Antīſtĭtor,penult.corr.Præſes,præfectus,quaſi anteſtator. {שטר *ſchotér* נשיא *nasi.*ἡγεμών. GAL.Le maiſtre de l'œuure. ITAL.*Preſidente,preſeſo.*GERM.Ein furgeſetzter/vorſtender. HISP.*Prelado,preſidente.* ANG. *A preſident,te maiſter o any worke.*} *Co'um.lib.*4. Neque enim ſingulis totidem antiſtitores poſſit dare,qui obſeruent,quique præcipiant,ne acerbæ vuæ demetantur.* Nonnulli tamen hîc legunt antiſtites.

ANTĪSTHĔNĒS,ἀντισθένης,pen.corr.Socraticus philoſophus , acutus magis quàm eruditus,præceptor Diogenis. Hic quum magno auditorũ concurſu docuiſſet Rhetoricam,audito Socrate, dixiſſe fertur ad diſcipulos,Abite,& magiſtrum quærite:ego enim iam reperi : ſtatímque quæ habebat,publicè diſtributis,nihil ſibi præter palliolum reſeruauit,Patientiam,& duritiam in Socratico ſermone adamauit,*vt ſcribit Cic lib.3.de Orat.ad Q frat.* ¶Fuêre item alij tres eodem nomine:vnus è ſchola Heraclíti,alius Epheſius,tertius Rhodius hiſtoricus, *vt tradit Diogenes Laertius.*

Antīſto,as,are,antiquum verbum pro anteſto,id eſt,antecello.{יתר *iathár* היתיר *hothir.*προεξιστάμαι.GA.Preſider.ITA.*Eſſere preſidente,* GER. Ein furgeſetzter oder vorſtender ſein. HISP. *Ser preſidente en alguna dignidad.*ANG.*To haue prehem nence.*}*Cato c* 156.Braſſica eſt, quæ omnibus oleribus antiſtat.*Lucret.lib.*5. Herculis antiſtare autem ſi facta putabis,Longiùs à vera mulrò ratione ferére.

Antīſtœchŏn,ἀντιστοιχον,Literarum permutatio,quum ſcilicet litera pro litera collocatur:ab ἀντὶ,pro,& στοιχεῖον,elementum:vt Sella profedda, & Magalia pro magaria,l pro r.nam Magal pro Magar dicitur , quod Pœnorum lingua villam deſignat.

Antīſtrŏphē,ἀντιστροφὴ,Dicitur quum inter coniuncta duo quæ à ſeſe mutuò pendeant,fit alterna conuerſio:vt Seruuus domini , & Dominus ſerui.

¶ Lyricis autem poëtis Antiſtrophe eſt ſaltationis genus , quo modò in dextram,modò in ſiniſtram choros agerent,ac reuocarent.

ANTITAVRVS,ἀντίταυρος, Tauri montis pars eſt reliquis Tauri partibus oppoſita:inſignis olim Comana ciuitate,& Bellone fano. *Strabo libro* 11.*&* 12.

Antithĕsĭs,pen.corr. Color rhetoricus,quum contraria contrariis opponuntur.*Quint.*Contentionem vocat.

Antithĕtŏn,pen.corr.{ἀντίθετον. Figura eſt,quum contrariis opponuntur contraria,*vt apud Ouid.*1.*Metam.* Frigida pugnabant calidis,humentia ſiccis,Molliacum duris,ſine pondere habentia pondus.*Perſius,* crimina ſatis Librat in antithetis, doctas poſuiſſe figuras Laudatur. *Cicer.ad Brutum,*Semper hæc quæ Græci antitheta nominant , quum contrariis opponuntur contraria,numerum oratorum neceſſitate efficiunt.

[Antiſtrephon.*Gell c.vlt.lib.*9.]

Antĭtўpum,ἀντίτυπον,pen,cor.Latinè exemplar,ſimilis formæ, vel contrarium.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ANTIVSTAEVM, Promontorium Britanniæ, quod etiam dicitur Bolerium, apud *Ptolemæum. Diodoro* Bellenium, vulgò *S. Burien*: in Cornubia, seu Cornaualia.

ANTIVM, ἄντιον, Vulgò, *Nettuno*. Vrbs Latij, Volscorum caput Romanorum colonia: dictum, quòd ante alias vrbes in ipso littore sita sit ad otium rerúmque vrbanarum vatiationem accommodata. Habebat hæc vrbs celeberrimum Fortunæ templum. *Horat. in Carm.* O diua gratum quæ regis Antium. [Sueton. *in Calig. cap.* 57. Antiatinæ sortes.] ¶ Hinc Antiates dicti sunt vrbis huius incolæ: *de quibus vide suprà suo loco.*

Antlare, ἀντλέω, Vetustissimi dicebant pro haurire, verbo à Græcis mutuato. *Liuius Andronicus*, Florem antlabant liberi ex carchesiis. ¶ Hinc Exantlare, exhaurire, *de quo infrà.*

Antlia, æ, machina ad hauriendam aquam. {משאבה *masche'ah.* ἀντλία. GALL. Vn engin à tirer de l'eau. ITAL. *Instrumento con che si cauua aqua.* GERMA. ein instrument damit man wasser schöpffet. HISP. *Anoria para acar agua.* ANGL. *An ingyne to draw water.*} Nam ἀντλεῖν, Latinis haurire est. *Martial. libro* 6. Curua laboratas antlia tollit aquas. *Et Fest.* Antlare, haurire: à Græco ἀντλάω, id est haurio. *Liu.* Florem antlabant liberi ex carchesiis.

ANTOECI, ἀντοίκοι, populi trans æquinoctialem habitantes circulum, eótque graduum latitudine ab eodem Austrum versus distantes, quot nos versus Septentrionem. Ita dicti, quòd zonam nobis non contrariam, vt Antipodes, sed diuersam incolant. {GERMAN. *Die gegenwohner des Erdtrichs/doch nit also das ire füß gentzlich gegen vnseren gewentet sein.*}

[Anton Herculis filius. Vnde Antonii. *Plutar. in Antonio.*

ANTONINVS, cognomento Pius, Romanorum Imperator, qui Ælio Adriano successit. Hic quum filium non haberet, M. Antonium Philosophum adoptauit, eúmque moriens imperii successorem reliquit. ¶ Fuit & Antoninus cognomine Caracalla, qui post Seuerum, Romanum tenuit Imperium. ¶ Alius præterea cognomento Heliogabalus, qui Opilio Macrino successit.

ANTONIVS, ἀντώνιος, Nomen viri proprium. Antoniorum familia Romæ nobilissima, vetustissimáque fuit, vtpote quæ ab Antone Herculis filio & nominata & oriunda proditur.

ANTONIVS GNYPHO, Ingenuus in Gallia natus, sed expositus, & à nutritore suo manumissus Romæ docuit Rhetoricam & poemata in domo Iulii Cæsaris pueri adhuc. Cuius etiam scholam Cicéro & alii nonnulli clari adolescentuli frequentasse dicuntur. Fuit alioqui miti facilique natura, nec vnquam aliquid de mercedibus pactus, eóque plura ex discentium liberalitate consequutus est. Vixit annos quinquaginta. *Ex Tranquillo.*

ANTONIVS MVSA, Medicus fuit Augusti temporibus, qui Cæsarem periculosissimè ægrotantem potu balneisque frigidis sanitati restituit. *De hoc Plin. lib.* 29. *c.* 1. *& Horat. lib.* 1. *epist.*

MARC. ANTONIVS ORATOR. Triumuiri auus, de quo scribit Cicero in Bruto, Nunc ad Antonium Crassúmque peruenimus. Nam ego sic existimo, hos oratores fuisse maximos, & in his primùm, cum Græcorum gloria Latinè dicendi copiam æquatam. Omnia veniebant Antonio in mentem: eáque suo quæque loco, vbi plurimum proficere & valere possent, vt ab Imperatore equites, pedites, leuis armatura, sic ab illo in maximè opportunis orationis partibus collocabantur. Erat memoria summa, nulla meditationis suspicio, imparatus semper aggredi ad dicendum videbatur: sed ita erat paratus, vt iudices illo dicente nonnunquam viderentur non satis parari ad cauendum fuisse. Verba ipsa non illa quidem elegantissimo fuerunt sermone, itaque diligenter loquendi laude caruit, neque tamen est admodum inquinate loquutus, interfectus est à Mariana factione, vnà cum plurimis aliis clarissimis ciuibus, quorum capita in rostris pependere. [De huius M. Antonii oratoris vita, *Legend. Plutarch. in Mario.* Antonii autem ab Antone Herculis filio *Plutarch. in Antonio.* ¶ Huius filii M. & C. Antonii fuere: quorum M. Antonius gratia Cottæ Consulis, Cethegi factione in Senatu curationem rei frumentariæ & totius oræ maritimæ nactus, Siciliam & prouincias omnes depopulatus est. Et ad postremum inferens Cretensibus bellum, ibi morbo interiit. Hunc *Sallustius* ait perdendæ pecuniæ genitum, & vacuum à curis, nisi instantibus. *Autor Ped.* ¶ C. Antonius, alter Oratoris filius multos in Achaia spoliauit, nactus de exercitu Syllano equitum turmas: quo nomine à Græcis tractus est in ius ad M. Lucullum prætorem, qui ius inter peregrinos dicebat. Egit pro Græcis Cæsar etiam tum adolescentulus, & quum Lucullus id quod Græci postulabant decreuisset, appellauit Tribunos: iurauítque se ideo eiurare, quod æquo iure vti non posset. Hunc Antonium Gellius & Lentulus Censores, sexennio post petitionem Consulatus, senatu mouerunt: causásque subscripserunt, quod socios diripuisset, quòd iudicium recusasset, quòd propter æris alieni magnitudinem prædia mancipasset, bonáque sua in potestate non haberet. *Pedianus.* Hunc item Cicero in Verr. vocat in exercitu Syllano prædonem, in introitu gladiatorem, in victoria quadrigarium. Nam inter eos fuit qui iussu Syllæ in Circensibus, quos ipse post victoriam fecit, quadrigas agitauerunt. Hic cum Cicerone Consul fuit: eique maximè est aduersatus, vt qui Catilinæ coniurationi fauerit. Placatus ab eo demum pactione prouinciæ, rectáque de Republica sentire persuasus est. ¶ M. Antonio, Oratoris filio, tres filii fuerunt, M. L. & C. quorum M. Antonius postea Triumuir, causa & fax totius belli ciuilis extitit. Nàm quum esset Tribunus plebis, Cæsarísque partibus in ciuitate tuendis sese imparem videret, vnà cum C. Curione (qui & ipse Tribunus plebis erat) conducto vehiculo, habitúque maximè miserabili in Galliam ad Cæsarem profugit, eúmque adhuc hærentem, ad bellum sine mora suscipiendum inflammauit. Cæsarem quoque occisum laudauit pro rostris: vestémque eius sanguinolentam ostendens & testamentum recitans, quo ille pop. Rom. drach. 75. viritim legauerat, perfecit vt percussores ob metum ab vrbe profugerent. Deinde quum D. Brutum Murinæ obsideret hortante Cicerone, à Senatu hostis iudicatus est: & ab Hircio & Pansa Consulibus, & Octauio adhuc adolescentulo, ingenti prælio superatus. Post hæc Triumuiratus fœdere inter eum & Lepidum ac Cæsarem inito, Brutum & Cassium in Macedonia apud Philippos superauit. Quo bello confecto, Octauius valetudinis causa Romam rediit: Antonius in Græciam Asiámque profectus, honore, quaquauersus proficisceretur, ingenti est exceptus. Quum illi Oriens, Augusto Occidens, Lepido Africa obtigisset, multos per Orientem reges & tetrarchas debellauit. Inter quos Antigonum Iudæorum regem securi percussit: quod antea Regum nulli contigit. Caprus amore Cleopatræ, multa ipsius gratia nefanda admisit, eique regna multa concessit in Syria, Fuluiam vxorem statim inito Triumuiratu repudiauit, ac Octauiam Augusti sororem duxit: quam & ipsam deinde ob Cleopatram contempsit. Ad bellum Parthicum Ventidium legatum misit, qui interfecto Pacoro, regis filio, ab Antonio missus Romam triumphauit. Inde Cleopatra in Ægyptum remissa, per Armeniam Arabiámque profectus, copias vndique contraxit: cum Phraate Medorum rege prælio congressus, ac victor eum vsque ad Araxam fluuium persequutus est. Dein in Armeniam reuersus, eius regem in triumphum Alexandriam duxit. Repudiata igitur Octauia, causa fuit inter eum & Octauium dissensionis. Quo quum postremò ad Actium nauali prælio congrediens, superatus est: Alexandriámque confugiens, atque ibidem ab eodem obsessus gladio sponte occubuit, anno ætatis LVI. Huius viri illud in primis admirabile dicitur, quòd in otio luxuriosissimus, in negotio laboriosissimus fuit. Nec ob res malè gestas quicquam de solita voluptate remisit. *Hæc ex Plutarcho.* ¶ L. Antonius Triumuiri frater, apud Perusiam ob Octauio obsessus, famèque adactus, venit in deditionem cum CCC aliis: quibus. vt ait Florus in Epitome Liuii, Octauius pepercit: at verò Tranquillus omnes ad aram Cæsaris necari crudeliter iussit. ¶ C. Antonius, Lucii & Marci frater in Macedonia à Bruto captus, Ciceronis & Hortensii Manibus inferias missus est. *Autor Plutarchus in Antonio & Bruto.* ¶ Antonius Iulianus rhetor Romæ, perquàm fuit honesti atque humani ingenii: doctrina quoque ista vtiliore ac delectabili, vetérumque elegantiarum cura & memoria multa fuit. Adhæc scripta omnia antiquiora tam curiosè spectabat, aut virtutes pensitabat, aut vitia rimabatur, vt iudicium ab eo factum examussim diceres.

[Antonianæ, sunt Philippicæ Ciceronis contra Antonium. *Gell. cap.* 1. *li.* 13. *& cap.* 11. *lib.* 7.]

ANTONOMASIA, ἀντονομασία, Dici potest, pro nomine, id est, vice nominis positio. *Diomed.* Antonomasia est vocabulum quod sine nomine positum, loco eius fungitur: vt est, Arma virúmque canoibi intelligitur Æneas. Fit autem tribus modis: Ab animo, vt, Magnanimus Anchisiades, id est, Æneas. A corpore: vt, Ipse arduus, id est, Polyphemus. Extrinsecus, vt, Infœlix puer, atque impar congressus Achilli, hoc est, Troilus. ¶ Inde Antonomasticùs, hoc est, per Antonomasiam.

Antræ, arum, *autore Festo*, Dicuntur conualles, vel arborum interualla.

ANTRONIA, Pomponio Melæ ciuitas est Magnesiæ, regionis Thessaliæ, quæ *Stephano & Straboni* Antron, ἄντρων dicitur: ab antris nimirum quoque nomine deducto, quorum magnam circa hanc vrbem copiam fecerant, molarum lapidum fodinæ. {GER. *Ein statt in Thessalien/bey deren man vil olystein graben hatt.*} Circa hanc vrbem procerrimi gignebantur asini: vnde factum est, vt Antronius asinus prouerbio dicatur de homine corpulento & robusto, in quo tamen ingenium & animi vigor desiderentur.

ANTVERPIA, Vrbs est Brabantiæ & Belgicæ totius emporium celeberrimum. {Vulgus Germanorum Antorff appellat. GALL. Anuers. ITAL. *Anuersa.*]

Antrum, Specus, cauerna. {מערה *me'arah.* ἄντρον, σπήλαιον. GAL. Fosse fous terre, cauerne, creux. IT. *Antron, spelonca.* GER. Ein hule. HIS. *La cueua.* ANG. *A caue or denne.*} [Dictum putant Antrum παρὰ τὸ αἰτεῖν, quod est supplico, quia in iis Deos, quos inesse putabant, venerabantur. *Ouid. lib.* 13. *Meta.* Syluestribus abditus antris Philocteta.] *Virgil. 6. Æn* Excisum Euboicę latus ingens rupis in antrum. *Mart. li.* 13. Gaudet in effossis habitare cuniculus antris. *Item pro cauo. Virg.* 4. *Georg.* Pumicibúsque cauis, exesæque arboris antro.

Anubias, adis, ἀνουβιάς, A quibusdam dicitur herba, quæ notiore nomine Conyza appellatur, & vulgo Cimicaria, seu Publicaria. Legitur hæc vox in quibusdam Dioscoridis exemplaribus: quam ramen à peritioribus inter nomenclaturas nothas, falsóque Dioscoridi attributas video.

ANVBIS, Genitiuum facit Anubis, vel bidis, ἄνυβις, Lingua Ægyptiaca dicitur canis, sub cuius forma colebatur Mercurius, *vt inquit Seruius.* {GERM. Ein Gott der Aegyptieren so sy in einer hunds gestalt verehreten.} *Virg. 8. Aen.* Omnigenúmque deûm monstra, & latrator Anubis. *Ouid. in Elegiis*, Per tua sacra precor, per Anubidis ora verendi. *Diodorus scribit*, Anubim filium fuisse Osiridis, qui canem gestabat, tanquã arborum insignia. Ex quo Ægyptij canem venerantur, & Anubim deum canino capite effingunt.

Anulus. Pro digitorum ornamento à circuitu vocatus est, siue à rotunditate, quasi annus. Græci à digitis δακτύλιον appellauerunt. {טבעת *tabla'ath.* GALL. Anneau, vne verge à mettre au doigt. ITAL. *Anello.* GERM. ein fingerring. HIS. *Anillo.* ANG. *A ring.*} [Pater moriens anulum mihi dedit, tanquam suo, vt æquum erat, filio. *Plau. Curc. sc.* 2. *a.* 5. Pater ipsum annulum gestauit. *Plaut. Curc. sc.* 2. *a.* 5. Spectandum, ne cui anulum det, neque roget. *Plaut. Asin. sc* 1. *a.* 4. Qui anulo meo obsignatas tabulas adferet, ei det virginem. *Plaut. Curc. sc.* 3. *a.* 2. Expressam in cera rex anulo suam imaginem. *Plaut. Pseu. sc.* 1. *a.* 1. Pono pallium (pignori) ille suum anulũ oppositi. *Plau. Curc. sc.* 3. *a.* 2. Et ei subduco anulum. *Ibid.* Perdidisti tu anulum miles pulchre &c. *Plau Cur. sc.* 4. *a.* 4. Anulus in digitis nullus in sacris. *Ouid.* 4 *Fast.* In anulo gestabant imagines amicorum. *Oui. Eleg.* 6. *li.* 1. *Trist.* In gradus ac anulos comptum corpus. *Quintil.* Anulos aureos ponere, & ferreos sumere. *Suet. in Aug. cap.* 100. Anulis aureis donare. *Suet. in Galba c.* 4. De anulorum munere, *Martia. Epig.* 122. *lib.* 14.] *Cic. 5. Verr.* Sæpe enim nostri imperatores superatis hostibus, optimè Republica gesta, scribas suos anulis aureis in concione donarunt. ¶ Fuerunt homines tam inepti, qui anulos etiam digitos à Latinis vocari crederent, adducti autoritate Plauti in Pœnulo, Atque, vt opinor, digitos in manibus non habent. AN. Quid iam? MIL. quia incedunt anulatis auribus. Sed hi profectò nimis pueriliter delirant, neque Poetæ iocum assequun-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tur. Irridet enim ibi poëta Pœnorum morem, qui ac si digitos in manibus non haberent, annulos à manibus ad aures transferebant. Apud nos prisci Vngulum & Vnguinum vocabant: posteà & nostri & Græci, Symbolon dixére. Nam Symbolum, nota est & signum. Anuli autem equestris ordinis notæ erant. ¶Condulum quoque & Condulium veteres anulum nuncupauêre, *teste Festo. Plaut. in Trin.* In thermodolio condalium es oblitus. ¶Mos fuit veterum gerere anulum in digito sinistræ manus, qui est minimo proximus. [*Gel. c.* 10. *l.* 10.] Eius rei duplex redditur ratio à Macrobio. Prior, quia in eo digito gemma anuli ab omni læsione esset tutissima: altera, quia dissectis humanis corporibus repertum est, neruum quendam tenuissimum (vt credi vult) ab eo digito ad cor hominis peruenire. Et ideò visum est veteribus, vt ille digitus anulo tanquã corona, circundaretur. Prim⁹ Promethè⁹ fertur circulum ferreum, incluso lapide, digito circundedisse, qua consuetudine homines vsi annulos habere cœperunt. Anuli autem per diminutionem dicti à circulis & anis, qui sunt circa brachium & circum crura. Apud Romanos anuli de publico dabantur, & non fine discrimine: nam dignitate præcipuis viris gemmati dabantur, cæteris solidi. Anulum aureum neque seruus, neque libertinus gestabat in publico: sed anulo aureo liberi vtebantur, libertini argenteo, serui ferreo. Apud veteres vltra vnũ anulũ vti infame habitum viro. Gracchus in Mœuium, Considerate Quirites sinistram eius: en, cuius autoritatem sequimini, qui propter mulierum cupiditatem, vt mulier est ornatus. Crassus, qui apud Parthos periit, in senectute duos habuit anulos, causam præferens, quòd pecunia ei immensa creuisset. Fœminæ non vsæ sunt anulis, nisi quos sponsus miserat: neque amplius quàm binos anulos aureos in digitis habere solebant. Inter genera annulorum sunt Vngulus, Samothracius, Tynius. Vngulus est gemmatus, vocatúsque hoc nomine: quia sicut vngula carni, ita gemma annuli auro accingitur. Samothracius, aureus est quidem: sed capitulo ferreo, à loco ita vocatus. Tynius purus est, primùm in Bithynia fabricatus, qui olim Tynam vocabant. Flaccus, Lugente mea vita nec smaragdus beryllúsque mihi Flacce nec nitentes per candidam margaritam quæro, nec quos Tynica lima polluit anellos ne iaspios lapillos. *Isidorus de Etymologiis.* ¶Anuli cura, Cancellarij (vt loquimur) dignitas. *Iustinus Histor. libr.* Trogus dicit patrem suum sub Caio Cæsare militasse, epistolarúmque, & largitionum simul & anuli curam habuisse. ¶Arctum anulum ne gestato, μὴ φορεῖν στενὸν δακτύλιον. Hoc est, *interprete D. Hieronymo*, Ne vixeris anxiè: & ne temet in seruitutem coniicias, aut in eiusmodi vitæ institutum, vnde te non queas extricare. Siquidem quisquis anulum angustum gestat, is sibi quodammodo vincula iniicit. ¶In anulo Dei figuram ne gestato, ἐν δακτυλίῳ Θεοῦ εἰκόνα μὴ φορεῖσθαι. Fortassis admonet non passim admiscendam Dei mentionem. ¶Per medium anulum traharis oportet, διὰ δακτυλίου δεῖ σε ἕλκυσθῆναι. In eũ quadrabit, qui sit vehementer extenuato graciliúe corpore, seu morbo, seu cura, seu studio, seu qua alia re. *Aristoph. in Pluto.* Διὰ δακτυλίου τοῦτο ἐμεγ' ἂν διελκύσαι: id est, Itaque profectò per annulum me traxeris. Verba sunt anus volentis se videri vsque adeò maceratam atque exhaustam dolore, vt per anulum trahi posset. Equidem opinor adagium esse sumptum à lusu, quo ouum aceto maceratum per anulum trahitur. Cuius rei meminit *Plin. li.* 10. *c.* 16. ¶Anulus, item Fluuius est Mauritaniæ, in quo elephantes luna noua apparente se abluunt. *Plin li.* 8. *c.* 1. Autores sunt, in Mauranię saltibus, ad quendam amnem, cui nomen est Anulo, nitescente luna noua, greges elephantum descendere, ibíque se purificantes solenniter aqua circunspergi, atque ita salutato sydere in syluas reuerti.

Ānēllŭs, idem quod anulus. *Cic. de fin. bonor. & mal. lib.* 5. Nec tamen Epicurum licet obliuisci si cuipiam, cuius imaginem non solùm in tabulis nostri familiares, sed etiam in poculis & anellis habebant. *Ex Nonio. Horat. in Serm.* Sæpe notatus Cum tribus anellis modo lęua pri scus inani.

Ānŭlārĭus, artifex qui anulos facit, {צרף השבעת *tsoréph hattabbaʕath*} δακτυλοποιός. GAL. Orfeure qui fait anneaux. ITA. *Orefice, chefa anella.* GERM. Der diering macher. HI. *Flatero que haze los anillos.* ANG *A gold smyth, that maketh ringes.* {*Cic. 4. Aca.* An tibi etiit quærendus anularius, quoniam gallinarium inueniſti, Delicatum illum, qui ova cognosceret? [Anulariæ scalæ. *Suet. in Aug. c.* 72.

Ānŭlāris, quod anuli est. Digitus anularis dicitur, qui proximus est auricolari. δακτυλικόν. Quare autem veteres in hoc potissimùm digito anulos gestauerint. *vide Macr. li.* 7. *Satur. c.* 13.

Ānŭlātŭs, δακτυλιωτός, Anulis ornatus, *Plau. in Pœnulo.* Quid iam? quia incedunt cum anulatis auribus.

Ānŭs, us, gen. fœm. & prima correpta, Vetula dicitur, ab annorum multitudine ita vocata, quum antiqui consonantem non geminarent. {זקנה *zekenáh.* γραῦς. GALL. Vieille. ITALIC. *Vechia.* GERMANI. Ein alt weib/ein vettel. HISPANIC. *Vieja.* ANG. *An old weyfe.*} Vel ab α, & νοῦς sensus, intellectus: quòd iam deliret, & quodammodo mente careat. *Cic* 1. *Tusc.* Quæ est anus tam delira, quæ timeat ista quæ vos vi delicet, si physica non didicisſetis, timeretis? [Quibus anus domi vxores sunt ἔφη. *Plaut. Mostel. sc.* 3. *a.* 1. Deuortor apud anum illam crassam. *Plaut. Pseud. sc.* 2. *a.* 2. Viden vt anus tremula medicinam facit. *Plaut. Curc. sc.* 3. *a.* 1. Gallus, qui erat anui peculiaris. *Plaut. Aul. sc.* 4. *a.* 3. Anum foras extrudit. id est, ancillam. *Plaut. Aul.* prologo, Sceleſtiorem hac anu atte, ſcientia, vidiſſe nunquam. *Ibid. sc.* 1. *a.* 1 Exquiram ex gnatæ pe diſequa nutrice anu. *Plaut. Aul. sc.* 6. *a.* 4. Anus hic ſolet cubitare: Mox nomen ei lena multibiba. *Plaut. Curc. sc.* 1. *a.* 1. & *sc.* 2. *a.* 1. Cenſeo hanc appellandam eſſe anum. *Plaut. Curc. sc.* 1. *a.* 1. & *sc.* 2. *a.* 1. Cenſeo hanc appellandam eſſe anum &c. Anus audi *ibidem.* Quare vilis anus populo ad ſua liba vocet. *Ouid.* 3. *Faſt.* ¶Anus bacchatur, γραῦς βακχεύει, in eos dici ſolitum qui præter ætatem indecore laſciuiunt. ¶Anus hircisſans, γραῦς κατρώσα, de anu intempeſtiua libidine prurienti, &, *vt ait Plaut.* catullienti. *Ariſtophanes in Pluto.* ¶Anus cothoniſſat, γραῦς καθωνίζουσα. De verulis indecorè laſciuientibus. Κάθων enim temulentum ſignificat: inde fictum verbum, καθωνίζειν. ¶Anus hircum olet, γραῦς ἀναθυᾶ, De vetula libidinante: propterea quòd alarum ac reliquarum partium odor excitatur ad libidinem incenſis. ¶Anus ſaltat, γραῦς χορέυει. In eum conuenit, qui indecorè quippiam facit: velut ſi ſenex ludat nucibus: aut ſi theologus rhetoricis floſculis laſciuiat: aut princeps exemplo Neronis muſicetur. ¶Expectat anus meum filium te ſuauiaturum, ὡῶς γραῦς ἐμὸν υἱὸν σοῦδε φιλήσοντα. Nam priuſquam adoleſcat puer, illa deceſſerit. Vtimur, quum ſera ſpes oſtenditur. ¶Anus velut equis profundam habebis foſſam, γραῦς ὡς πρὸ ἵππου τὸν χαράδραιον τάφον ἕξεις. De iis qui penitus abiiciuntur, tanquam prorſus inutiles. Præſtat eanem irritare quàm anum, πολυχέρσιον ἢ γραῦν ἐρεθίσαι γραῦν ἢ κύνα. *Refertur ex Menandro.* * Anus ficus. *Plin. lib.* 35. *cap.* 19. Seneſcunt in arbore, anúſque diſtillant gummi modo lachrymam, ſiccantúrque.

Ānĭcŭlă, diminutiuum, Vetula. {γραιδίον. GAL Vieillotte, vieille radotee. ¶ITA. *Vechitella.* GE ein altsweible. HI. *Vejezuella, ò poqueña vieja.* AN. *An litle e d wyfe.*} *Cic. pro Fla.* Aniculæ minimè ſuſpicioſæ purgat ſe. ¶Anicularum deliramenta, γραῶν ὕθλος. De nugis inanibus, cuiuſmodi ſolent effutire vetulæ, quum iam ſexus vitio vitium ætatis accedens nugacitatis morbum conduplicat. *Extat prouerbium apud Platonem in Theæteto.*

Ānĭlĭs, & hoc anile. Quod est anus, vel quod ad anum pertinet. γραϊκός. *Virg. 4. Æn.* illa gradum dum ſtudio properabat anili.

Ānĭcŭlārĭs, & hoc aniculare, idem est quod Anilis, ψιχαῖος. *Aug.* Deliraro tibi videor, auare, quum hæc loquor: anicularia tibi videntur hæc verba.

Ānĭlĭtās, atis, Senectus. {זקנה *zikenáh* או γραῶν γῆρας. GAL. Vieilleſſe des femmes. ITAL, *Vecchiezza di vecchia.* GRRM. Das grawe oder weyſs alter der weiberen. HI. *Vejez de la vieja.* ANG. *Old age of women.*} *Cæcil.* Vſquam dum tremulum mouens Cana tempus anilitas, Omnia omnibus annuit.

Ānĭlĭtĕr, aduerbium, γραϊκῶς. *Ci. 3. de Nat. deo.* Neque id dicitis ſuperſtitioſè atque aniliter, ſed phyſica conſtanríque ratione.

Ānŭs, ani generis maſculini, & prima producta, pars poſterior, podex {טחור *techór.* πρωκτός. GAL. Le trou par où ſe purge le ventre. IT. *El buco, donde eſce el purgamento del ventre.* GER. Der arß. HI. *El culo.* ANG. *The a[illegible]se, the hole wherby the bellie is purged.*} *Cicero Pato*, Anum appellas alieno nomine: cur non ſuo potiùs? ſi turpe eſt, ne alieno quidem: ſi non eſt, ſuo potiùs.

Ānxĭŭs, a, um, Sollicitus, mœſtus, ab ἄγχω. {דאג *doégh* חרד *charéd.* ἀθυμῶν. GAL. Chagrin, Qui eſt en grande faſcherie & ſouci. ITALIC. *Pieno d'affanno, anxio, ſolecito.* GERM. Angſthafftig/ſorgfeltig HISP. *Congoxoſo, ò diligente.* ANGL. *Carefull, penſife.*} *Cicer. 5. Tuſc.* Itaque dicimus grauedinoſos quoſdam, quoſdam torminoſos, non quia ſemper ſint, ſed quia ſæpe ſint: alij ad metum, alij ad aliam perturbationem procliues. Ex quo in aliis anxietas, vnde anxij: in aliis iracundia dicitur, quæ ab ira differt: Eſtque aliud iracundum eſſe, aliud iratum, vt differt anxietas ab angore. Neque enim omnes anxij, qui anguntur aliquando, neque anxii ſemper anguntur. [Suam vicem anxius. *Liu l.* 8. *ab Vrb.* Pióque tot annorum curis, quas anxius egi. *Ouid.* 13. *Metamorp.*]

Ānxiē, aduerbium, Sollicitè, curioſè. {בהרדה *bacharadháh.* φροντιστικῶς. GALL. Auec ſoing, faſcherie & chagrin. ITA. *Anxiamente con affanno di cuore.* GER. Angſthafftiglich / Sorgfaltiglich. HIS. *Congoxoſamente.* ANGL. *Carefullie, curiouslie.*} *Salluſt in Iugurt.* Nobilis ſatis compertum eſt, illum magis honore Marii quàm iniuria ſua excruciatum: neque tam anxiè laturum fuiſſe, ſi adempta prouincia alii, quàm Mario traderetur. *Plin. libr.* 11. *capi.* 52. Ne in ſe quiſque & anguria anxiè quęrat.

Ānxĭĕtās, & Anxietudo, Procliuitas ad angorem. {חרדה *charadháh* דאגה *daaʕáh.* ἀθυμία. GA. Chagrin & ſoucy. ITA. *Anxietà, affanno di cuore.* GER Anghaffigkeit/ Sorgfältigkeit. HISP. *Congoxa.* AN. *Penſifeneſſe.*} *Cicer. de Repub. vt citat Nonius*, Quartáque anxietudo prona ad lętum, & mœrens ſemper. *Pli. li.* 7. *c.* 53. Quem eucnti anxietate diximus mortuum. *Inuenalis Satyra* 13. Perpetua anxietas, nec menſæ tempore ceſſat.

Ānxĭfer, pen. corr. Quaſi angorem, anxietatémque ferens. ἀλγεινὸς. *Cic. li.* 2. *Tuſc.* Nunc nunc lorum anxiferi torquent vertices. *Ib. 1. de Di.* Tu tamen anxiferas curas requiete relaxas.

ĀNXĪVS, fluuius ex Armenio monte oriens, per Caucaſum in Meſopotamiam defluit, & Pactolo flumini ex Caucaſo cadenti occurrit, vnúmque facti, in Euphratem demerguntur.

ĀNXŪR, tam maſculini, quàm neutri generis, Vrbs eſt Italiæ, quam nunc *Tarracinam* dicunt. *Mart.* Siue ſalutiferis candidus Anxur aquis. *Horat. 1. Ser. Sat.* 5. Millia tum pranſi tria repſimus, atque ſubimus Impoſitum ſatis lapidem candentibus Anxur. ¶Dicitur autem Anxur (*vt Seruius docet*) quia illic colebatur Iupiter Imberbis, quem idcirco Anxurum, quaſi ἄνξυρον vocabant, quaſi ἀνὴρ ξυρῶν, hoc eſt, ſine nouacula. *Virg. Æne.* 7. Circeúmque iugum, queis Iuppiter Anxurus aruis Præſidet.

ANYGER, ſiue **ANYGRVS**, *Vide ſuprà* ANIGROS.

ANYSIS, Ægypti rex eſt, *autor Herod. l.* 2. *Steph.* vrbs eſt ἄνυσις Ægypti.

ĀNȳTŭS, ἄνυτος, Rhetor Athenienſis fuit acerrimus Socratis inimicus: à quo & reus peractus eſt. *Horat. 1. Serm Sat.* 4. qualia vincunt Pythagoran, Anytíque reum doctúmque Platona. *De hoc vide Plut. in vita Socratis.*

A ante O

A. O. in notis antiquorum, alii omnes. AO. P. auro puro, vel auro poſito.

ĀŌN, ἄων, Neptuni filius, vt dicit Lanctantius, qui factione ſuorum ex Apulia pulſus, naugio ad Euboëam venit, & inde ſe in Bœotiam contulit, vbi populis montes habitantibus imperauit, eóſque Aones; ex ſuo nomine appellauit: à quibus Neptuni filius eſt habitus, quum Onchesti ditiſſimi cuiuſdam Appuli filius fuerit, ex Parichia coniuge: filium Dyamantem reliquit, qui ei in regno ſucceſſit. *Perottus.*

ĀŌNĬA, ἀονία, Regio Bœotiæ, ab Aone rege Neptuni filio dicta, quem factione ex Apulia pulſum, in Bœotiam tradunt veniſſe, ac de ſuo nomine montanam regionem Bœotiæ vocitaſſe Aoniam, & incolas ipſos Aonas.

Ā ōnĭŭs, ἀόνιος, adiectiuum. *Ouid. 1. Metam.* Separat Aonios Actęis Phocis ab aruis. [Aoniæ ſorores. *Ouid. Eleg. vlt. libr. 4 Triſt.*

Ā ōnis, i dis, ἀονὶς, patronymicum fœmininum: quo poëtæ frequentiſſimè vtuntur pro ipſis Muſis. *Iuue. Sat.* 7. aptúſque bibendis Fontibus Aonidum.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

AORIS, ἀορίς, Arátis filius, venator & bellicosus, &c. *Stephanus.*

AORNOS, ἄορνος, πέτρα. Fuit petra apud Indos, præceps & inuia, monumentis historicorum celebrata, ita dicta ob admirandam altitudinem, quasi ipsis etiam auibus inaccessa. *Scribit Plutarchus*, Alexandrum quum intellexisset hanc petram teneri ab homine meticuloso, dixisse, Nunc locus iste facillimus est captu. ¶ Est & Aornos locus in Epiro, ita dictus à pestifera auibus exhalatione, *teste Plinio in Proœmio lib. 4.*

¶ Hoc eriam nomine dictus fuit lacus inter Puteolas & Baias, qui postea Auernus est appellatus. *Vide infrà.*

AOROS, ἄορος, Cretæ ciuitas, ab Aora Nympha ita appellata: quæ alio nomine Eleuthera dicitur, ab Eleuthere, vno ex Curetib. *Ex Steph.*

AORSI ἄορσι, populi Scythiæ intra Imaum, quos *Ptolemæus collocat* non procul ab Iaxarte fluuio, qui in mare Hyrcanum defluit. {GERM. Nöt ker in Sythia innerhalb dem gebirg Imas gelägen.} *Strabo lib.* 11. duplices facit Aorsos, quorum alteros maris Caspij oram maxima ex parte tradit tenuisse, alteros iuxta Tanaim habitasse, quos superiorum exules esse opinatur. *Pl. verò li.* 4. *c.* 12. Aorsos quosdam in Europa collocat iuxta Hamaxobios.

Aorta, ἀόρτη, Atteria est omnium maxima, ex sinistro cordis ventriculo exoriens, spiritum vitalem in totum animantis corpus deferens: natiuúmque calorem per diastolem & systolem temperans. Hæc vbi primùm à corde emersit, imparibus sectionibus bifariam diuiditur: quatum altera, quæ minor est, sursum fertur, omnibus quæ sunt supra cor partibus, vasorum propagines præbitura. Altera, quæ maior est, fertur deorsum, partibus omnibus inferioribus arterias immittens. *Ex Galeno de dissectione arteriarum, & lib. 16. de Vsu partium.*

AOTI, pen. pro. ἄωτοι, populi sunt in finibus Daciæ, Getis finitimi, non procul ab Istro. *Meminit horum Plinius l. 4. c. 11.*

AOVS, pen. prod. ἄους, Fluuius est in ea parte Macedoniæ quæ mari Adriatico adiacet: non procul ab Apollonia in mare illabens. Sunt qui Æantem appellent, *teste Plin. l. 3. c. 3.*

A ante P.

AP. In notis antiquorum, apud. AP. IVD. apud iudicem. APP. Appius. APP. appellat. A.P.Q. Aulus, vel Auli Publij Quint. A.P.R.C. anno post Romam conditam. AP.N. apud nos. APPN. appellantur. APPS. CLV. Apius Claudius. AP.CLN. ad pedes columnæ.

APAEI, ἄπαιοι, populi in Æthiopia sub Ægypto, Memnonibus ad Austrum proximi: *de quibus Ptol. l. 4. c. 8.*

Apăgĕ, & apagete, Abigentis vox & fastidientis aliquid. {לך *lech* אש *tse.* ἄπαγε. GAL. Ostez, ostez, arriere de là, retire toy. ITAL. *Leua via, leuate via.* GERM. *Hinweg mit/dannen met heb dich.* HIS. *Quitta day.* ANG. *Hence away, away out of this.*} Comicis præcipue poetis vsitata dictio, à verbo Græco ἀπάγω, quod significat abduco, abigo, remoueo. *Plaut. in Curc.* Apage hanc caniculam. [Apage istanc caniculam *Plau. Curc. sc.* 1. *a.* 5. Apage, Apage te à me (Neptune) *Plau. Most. sc.* 2 *a.* 2. Apage non placet illa ædificatio. *Plau. Milit. sc.* 2. *a.* 2. Apage non placet me hoc noctis. isc. *Pl. Amph* Apage te à me, pestis te teneat. *Ibid.* Apage te Harpax non places. *Pl pseu. c.* 2. *a.* 2. fugam sine vitio. Apage non decet nos fugitiuos imitari. *Pl. Capt. sc.* 1. *a.* 2.] *Apage sis*, Apagete factorem extremæ latinæ *Vatin. ad Cic.* Apagete cum nostro Sext. Seruilio, nam mehercule ego illum quoque amo.

Apăgĕsis, pen. cor. (quod & ipsum frequens est apud comicos) Familia iter corripientis est, & significat Aufer, vel remoue si vis. {ἄπαγε δή. *apud.* Apagesis iam cruentos deos Vel etiam absolutè, pro Abi si vis. *Pl. in Pœn.* Apagesis negotij in muliere quantum vna est.

Apălæstri, ἀπαλαίστρους. Græci vocant ignaros palæstræ, hoc est, qui sese in lucta non exercuerunt.

APAMIA, siue Apamea, ἀπάμεια, Vrbs celeberrima in Tetrapoli Syriæ à Seleuco Nicanore condita, & à nomine vxoris eius ita appellata, *vt testatur Strabo lib.* 15. ¶ Est & Apamia, Parthorum ciuitas, Heracleæ, & Rhagis finitima: *de qua apud eundem lib.* 11. ¶ Tertia est in ora maritima Bithyæ, inter Rhyndaci & Ascanij ostia, Antiochi Epiphanis opus *cuius meminit Stephanus, & Ptolem. lib.* 5. *c.* 1.

¶ Quartam collocat *Plinius lib* 5. *c.* 29. in eo ipso Marsyæ fluminis ostio, vbi scilicet Marsyas in Mæandrum influit, quam antea Celænas, deinde & Ciboton ait appellatam. Hanc *Strabo* ab Antiocho Sotere conditam scribit: & à nomine Apamiæ matris eius (quæ Artabazi filia fuit, & vxor Seleuci Nicanoris) Apamiam fuisse appellatam. Fuit hæc vrbs olim clarissima, totiúsque Asiæ emporium post Ephesum celeberrimum.

APAMESTE, Oppidum in ea Italiæ parte, quæ olim Magna Græcia dicta est. Huius incolæ dicuntur Apamestini: *quorum meminit Plin. lib.* 3. *cap.* 11.

Aprŭctias, {ἀπαρκτίας, Ventus ab arcto flans, hoc est, à Septentione.

Apărine, ἀπερίνη, Lappæ genus, quod alio nomine Philanthropos appellati, quod vestibus hominum adhærens, eos amare videatur.

Apăte, ἀπάτη, Genus intybi, *apud Theoph.* quam *Theodorus* Fraudem conuertit: eo quod gustantes amaritudine decipiat.

Apăth ē {ἀπαθὴς GAL. Sans passion. ITAL. *Senza passione, & perturbatione.* GERM. Ohn anfechtung vnd betrübnuß/Vnbewegtlich am gemüt. HIS. *Sossega lo, sin turbacion.* ANG. *without passion.*} Latine dicitur sine vlla animi perturbatione, quasi impassibilis, qualem Stoici volebant esse sapientem. Negabant enim sapientis esse aut dolore aut voluptate, aut metu, aut odio, aut misericordia commoueri. *Plin. lib.* 7. *c.* 20. scribit quosdam sapientiæ sectatores torpitate quadam naturæ duræ & inflexibili præditos, humanis affectibus caruisse, qui & ipsi Apathes nominantur. ¶ Vnde Apathia, ἀπάθεια, animi tranquillitas, nullis affectuum motibus obnoxia.

APAVORTENE, ἀπαυορτηνή, Regio est Scythiæ, in qua est Hyrcania prouincia.

Apeliotes, tæ, pen. prod. ἀπηλιώτης. Ventus est ab Oriente æquinoctiali flans, quem Latini Subsolanum vocant. [Meminit *Gell. c.* 22. *lib.* 2.

Apĕllă, Dici potest sine pelle. {מול *mul.* λεπιδόφορος. GALL. Circoncis. IT. *Circonciso.* HISP. *Circoncidado.* ANG. *Circoncised.*} Quo nomine vocati sunt Iudæi circuncisi. *Horat. lib.* 1. *Ser. Sat.* 5. — credat Iudæus apella, Non ego Masculini generis, aut potius com. generis. Nomen fictum ab A priuatiua particula, & nomine Pellis.

APELLES, Apellis, ἀπέλλης, Nomen pictoris eximij, patria Coi, qui omnes ptius genitos, futuróque postea artificio superauit, & picturæ plura solus propè contulit, quàm cæteri omnes. Fertur Alexandrum Macedonem à nullo pingi voluisse, quàm ab Apelle. *De hoc Ouid.* Si nunquam Venerem Cois pinxisset Apelles, Mersa sub æquoreis illa lateret aquis. *De hoc vide multa apud Plin. l.* 36. *c.* 10. [Apelles Tragœdus. *Suet. in Calig. c.* 33.]

Ăpelleus, a, um, adiectiuum. *Stat. lib.* 5. *Syl.* Vt vel Apolleo vultu signata colore.

Ăpello, lis, apuli, apulsum, ex à, & pello, significat Amoueo, ἀπωθέω, vt Apulsus ab vrbe, id est, amotus. Sunt tamen qui putant Aspello, non apello scribi debere, & componi ex abs, seu ab, b, in s mutata, ne ex AD compositum videatur. Nam ita *in Capt. Plaut.* legitur, Hic est ille dies, quum nulla vitæ salus sperabilis est mecum, Neque exilium exitio est neque adeò spes, quæ mihi hunc aspellat. *Cic. 2. Tusc.* Sed longè à læto numine aspellor, Iouis.

APENESTE, Lege APAMESTE.

APENNINVS, {ἀπεννῖνον ὄρος. Vulgò *Il monte Apennino.* GERM. Das gebirg so sich mitten durch Italiam wie ein ruck gradt zeucht.} per duplex nn, vel Apœninus cum œ, diphthongo, *vt scribit Seruius*, quasi Alpes Pœni, quòd eas Annibal primus superauit. Mons est, qui Italiam mediam diuidit, incipítque à Genua, & supra Carnos incumbit. *Eius descriptionem vide apud Lucanum.*

APENNINIGĔNA, qui Apenninum inhabitat, aut in Apennino versatur. vt Apenninigenæ pastores. *Claudianus*, Apenninigenis cultas pastoribus aras.

APENNINICOLA, idem. *Virg.* 11. *Æn.* Apenninicolæ bellator filius Anni.

Apepsia, {ἀπεψία. Ventriculi vitium est, quod Latini Cruditatem appellant: quum scilicet cibi in vētriculo non immutantur, sed tales ferè egeruntur, quales sunt ingesti. Quo modo autē differat à dyspepsia, & à tertia specie, quam Græci βραδυπεψίαν vocant, *vide in dictione* DYSPEPSIA.

Ăpĕr, Porcus syluester à Græco κάπρος, remota prima litera. {חזיר *chazir* GA. Sanglier, porc sanglier. IT. *Porco seluatico, cinghiale* GER. ein eber, ein wild schwein. HISP. *El jauali, puerco montes.* ANG. *A wyldbore.*} *Iuuenalis*, quanta est gula, quæ sibi totos Ponit apros animal propter conuiuia natum. *Var. de ling. Lat. lib.* 4. Apri ab eo, quòd in locis asperis versantur: nisi à Græcis deductum malis, qui hos κάπρους vocant. [Aper ferus. *Sueton. in August. c.* 67.]

Aprārĭus, adiectiuum ab Aper. *Paul. D. lib.* 23. *Tit.* 7. *li.* 22. Fundo legato, vt optimus maximúsque est, retia apraria, & cætera venationis instrumenta contineburtur.

Aprīnus, {καπρεῖος. GAL. De porc sanglier. ITA. *Cinghiarino, cosa di cinghiale jauali.* G. Das zu dem wildschwein gehört oder darvon kompt. HIS. *Cosa de puerco jauali.* ANG. *Of an wyldbore:* ab Apro deducitur: vt, Aprina caro. Sic scribi quidem debet secundum analogiam. Antiqui camen scribebant Aprugnus. *Plin. lib.* 8. *c* 61. Catonis censoris orationes aprugnum exprobrant callum. In tres tamen patres diuisa apro, media ponebatur, lumbus aprugnus appellata.

APERANTIA, ἀπεραντία, Vrbs Thessaliæ, *Steph.*

Ăpĕrĭo, ex Ad & Pario (*vt inquit Priscianus.*) abiecta d, quia d, sequente p, nonnunquam abiicitur,) Patefacio, palam facio, illustro, expono, nudo, detego. {פתח *patách.* ἀνοίγω. GA. Ouurir. IT. *Aprire.* GER. Auffthun/ öffnen: HIS. *Abrir lo ferrallo.* ANG. *To open.*} *Cicero de Diuinat.* In templo Herculis valuæ clausæ repagulis subitò seipsæ aperuerunt. *Idem pro Cluent.* Quæ in diuturna obscuritate latuerunt, sic aperiam, vt ea cernere oculis videamini. *Idem de Finib.* Aperiendum est quid sit voluptas. *Idem in Anton.* Quum mulier vberiùs fleret caput aperuit, & in eius collum inuasit. ¶ Interdum ponitur pro communicare: vt, Aperire rem familiarem, id est, de ea impartire & communicare aliis.)(claudere. *Cic. in Offic.* ¶ Interdum pro instituere. *Cic. in Epist.* Dionysius Corinthi ludum aperuit.

¶ Interdum ponitur pro, se ad solutionem esse paratum ostendere. *Cic. ad Atticum*, De Oppio factum est, vt volui, & maximè quòd DCCC. aperuisti. Id quod alio loco ad eundem. De Oppio, inquit, bene curasti, quod ei DCCC. exposuisti. ¶ Aperire fenestram, ianuam, prouerbialiter dicuntur, pro occasionem & velut ansam præbere. Huius verbi composita sunt Adaperio, & Exaperio. * Aperiri cælum dicitur à poëtis matutino tempore quum fit dies: claudi verò noctu, quum finitur. *Ex Seruio in illud Aenei l.* 10. Panditur interea domus omnipotentis olympi. Aperuit diem dispulsa nebula. *Liu. 2. belli Punici*, Quum calescente sole dispulsa nebula aperuisset diem. *Sic ibidem lib.* 6. [Heus ecquis est is Aperit mihi fores *Plau. Most. sc.* 2. *a.* 2. Ædituum audio aperire fanum. *Pl. Cur. sc.* 3. *a.* 1. Aperite aperite heus. *Idem pseud. sc.* 1. *a.* 5. Sed aperite ostium. *Plaut. Men. sc.* 1. *a.* 1. Atque aperiuntur ædes. *Pl. Amph. c.* 2. *a.* 3. Aperite hoc heus, ecquis hic est, ecquis hoc aperit ostium? *Plaut. Amphitr.* Ego iam aperiam istæc tua flagitia. *Plaut. Mena. sc.* 1. *a.* 5. Tam aperto capite ad lenonem ire &c. Aperto capite condemnant reos. *Plaut. Capt. sc.* 1. *a.* 3. Operta quæ fuere aperta sunt. *Ibidem sc.* 3. *a.* 3. Apertis, vt aiunt, tibiis. *Quintil.* Apertis inambulationibus vagandum *Senec. cap. vlt. de Tranquil.* Interdum pro vulnerare, *Iuuenal.* fuste aperire caput candelam apponere valuis. *Item.* qui veritus non es pottus aperire fideles rati (meæ) *Ouid. Eleg.* 5. *l.* 4.]

Ăpērtē, aduerbium, Clarè, manifestè. {בגלוי *beghalúj.* φανερῶς GALL. Apertement, clairement. ITA. *Apertamente.* GERM. Offentlich/ hetter. HISP. *Claramente.* ANG. *Planelie, openlie.*} *Cic. Attico*, Quæ verbà aperte indicant, posse rationem haberi etiam absentis. Hinc Apertius. & apertissimè. *Idem pro Q. Roscio*, Planiùs, & apertiùs dicam. *Idem Attico*, Lætitiam apertissimè tulimus omnes.

[Aperto, as, *Plaut. sc.* 5 *a.* 5. Cur apertas brachium.]

Ăpertĭo, onis verbale, פתחון *pitchón.* ἀνοίξις. GAL. Ouuerture. ITAL. *Apertura.* HISP. *Obra de abrir.* ANGLI. *Opening.*} *Var. l. de Re rust. c.* 36. sub terra, qui habeant frumentum in iis, quos vocant syros, quò cum periculo introitur recenti apertione, ita vt quibusdam intercluса sit anima.

Ăpertum Ius, clarum & indubium. *Autor. Cic. & Quint.* Sicut varium, quod vagatur in opinionibus Iureconsl. controuersum autem, id est, contrarietate opinionum.

Ăpertŭs, a, um, Patens, manifestus, planus, ante oculos positus. ¶ *Hinc*

per

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

per tranſlationem Apertum pectus dicimus, id eſt, liberum, ſimplex, & non ſimulatum, vt in amicitia pectus apertum eſſe debet, *quod Cic. & Plinius Epiſt. lib. Fab.* Epiſtolarum quas mihi (vt ais) aperto pectore ſcripſiſti, obliuiſci me iubes. *Apertum cœlum, Id eſt purum & ſerenum, *inquit Seruius Virg. 1. Æneid.* Cœlóque inuectus aperto. [Nec aperti copia Martis Vlla fuit. *Ouid. 13. Metam. Item,* Apertioribus locis. 1. patentioribus campis. *Caſ. 3. de bel. ciu.*] Apertus campus, planiſſimus & latiſſimè patens. *Virg. 2. Georg. Liu. 9. belli Maced.* Sic apertum mare, *apud eundem 5. belli Pun.* *Apertum, item quod fraude vel inſidiis caret. *Virg. 11. Aeneid.* Saltus ingreſſus apertos. Id eſt, vacantes inſidiis, *ait Seruius.* Aperti & ſupplices homines, Qui nihil habent ſimulatum, qui ſunt minimè fraudulenti. *Cic. 1. Offic.* *Apertum, abſolute. *Liu. 1. ab Vrbe*, Et caſtris in apertis poſitis, id eſt, in loco vndique patenti. *Cic. in Paradoxis*, Hoc tamen opus in apertum vt proferas nihil poſtulo.

Apĕrtūra, ræ, Idem. *διάνοιξις. Vitruu. lib. 5. c. 5.* Contráque eas cellas relinquentur aperturæ inferiorum graduum cubilibus, &c. *Idem lib. 10. c. 9.* Circa frontem eius figuntur tabulæ, relictis ſemipedalibus aperturis, ad aquam intrò concipiendam. ¶ Apertura tabularum apud Iuriſconſultos. *Vlpianus D. lib. 28. Tit. 5 l. 3.* Aperturæ tabularum dilatio neceſſarii hæredis ius non mutat.

Apēs, vel Apis, in nominatiuo ſingulari. {דבורה *deboráh. μέλισσα.* GALL. Mouſche à miel. ITAL. *Ape.* GERM. Ein Imb/oder Byn. HIS. *Abeja.* ANG. *Bee.*} *Columel. lib. 10.* Nam quanto grandior apis atque rotundior, tanto peior. *Ouid. lib. 12. Metamor.* Non apis inde tulit collectos ſedula flores. ¶ Hoc nomen compoſitum exiſtimant plerique ab *a* ſine, & pes, quòd ſine pedibus naſci videantur, dicente Vergilio, Truncа pedum primo. Sed quum non ſeruet analogiam, ſicut cætera compoſita, Bipes, edis, Tripes, edis, Compes, edis, magis ſimplex iudicandum eſt. Creantur apes ex boum fimo, ſicut crabrones ex equorum, fuci ex mulorum, veſpæ ex aſinorum excrementis. ¶ Neque mel neque apes, *μήτε μέλι, μήτε μελίσσας.* In eos dici ſolitum, qui recuſant commodum ferre, quod ſit cum incommodo quopiam coniunctum. Veluti, ſi quis apes, quòd ſint aculeatæ, nolit perpeti, is nec melle quidem, quod optat, fruetur. Tryphon ex Sappho poëtria Lesbia. ¶ In apes irruiſti, *εἰς μελίσσας ἐκπέμπεσας.* Vbi quis præter opinionem in ingens agmen, veluti examen malorum immergitur: quemadmodum euenire ſolet iis, qui imprudentes in apum nidos incidunt. * Apium & Apum, in genitiuo plurali. *Iuuenalis* [*ſatyr. 13.*] Examénque apium longa conſederit vua. *Sic bus aut ſapius.* Columella modò vno, modò altero vtitur genitiuo: ſed Apum frequentius vſurpat, ſine i.

Apĕcŭla, ſiue Apicula, diminutiuum, Parua apes. {*μελίττιον.* ANG. *A lis le bee.*} *Plin. lib. 7.* Quadrigam ex eadem materia, quam muſca integeret alis, fabricatam, & nauem quam apicula pennis abſconderet. [Apicularum opera congeſtum. (cereum) *Plaut. Cure. ſc. 2. a. 1.*]

Appianus, *vide infrà.*

Apiārium, Locus vbi apes conſidunt, hoc eſt, vbi aluei apium tenentur, quod Mellarium, ſiue aluearium nominatur. {*μελισσών.* GALL. La ruche, lieu où ſe nourriſſent les mouches à miel. ITAL. *Luoco done ſtanno l'api.* GERM. Ein ymben heuſſlin/ein ympenbanck. HISPA. *El colmenar.* ANG. *Aplace whor bees maketh honie.*} *Col. lib. 10.* Non eſt dubitandum qui in ædificio iunctum apiarium maceria circúdemus, ſed in ea parte, quæ tetris latrinæ ſterquiliniſque & balnei odoribus libera eſt. *Idem lib. 8. c. 14.*

Apiārius, Qui curat ſiue qui poſſidet apeis. {*μελιττουργός.* GAL. Celuy qui à la charge & gouuernement des mouches à miel. ITAL. *Gouernatore ò poſſeditore d'ell api.* GERMAN. Der ymben hat / mit den ymben vmgeht/zuden ymben ſorg tregt HISPAN. *Colmenero.* ANGL. *That hath the charge of bees.*} *Plin. lib. 31.* Prouentum enim ſperant apiarii latgè floreſcente thymo.

Apiaſtrum, *μελισσόφυλλον*, Herba eſt, qua apes delectantur: vnde & Melyſſophyllon, & per ſyncopen Meliphyllon appellatur. Vulgò *Meliſſa. Vide latiùs in dictione* MELISSOPHYLLON.

Apiaſtra, æ, alias Merops, *μέροψ, Ariſtot. lib. 9.* in Creta à comedendis apibus, *μελισσοφάγος.* GALL. Cueſpier. ITAL. *Gauio. Seru. in 4. Georg. Virg.* Meropes aues vocantur apiaſtræ, quia apes comedunt. *Vide* Merops.

Apĭātus, a, um, ab apibus: ſicut à vermib. Vermiculatus. Dicitur quod apiũ impreſſam habet ſimilitudinem: vt, Apiata menſa, *apud Pli. lib. 13. cap. 15.* vbi de menſis cedrinis loquitur.

Apĕsus, ſuntis, pen. corr. *ἀπεσοῦς.* Montis nomen eſt qui Nemeæ ſuperiacet, vbi Theſeus Ioui primum operatus creditur. Dictus ab heroe, cui Apeſas nomen erat. *Papinius*, Mons erat audaci ſeductus in æthera dorſo, Nomine Lernæi dicunt Apeſunta coloni, Gentib. Argolicis olim ſacer. In caſtigationibus tamen exemplaribus hoc loco apud Statium Apheſanta legitur à nominatiuo Apheſas. *Apud Pli. autem lib. 4. c. 5.* Apelas abſque aſpiratione.

Apex, icis, faſtigium in ſummo Flaminis pileo, in cuius extremo modica lana eſt, quòd primùm conſtat ad Albam Aſcanium inſtituiſſe. Ponitur tamen pro ipſo pileo Flaminis acuminato. *καρφία ἀκροστιχὶς.* Hodie pontificum inſula hoc nomine appellari poteſt. *Valer. lib. 1.* At Sulpitio inter ſacrificandum à capite apex prolapſus, eidem ſacerdotium abſtulit. ¶ Sumitur aliquando pro ſumma verticis parte quod longè ſit à pedibus, & pro cuiuſcunque rei ſummitate acuminata. {ראש *roſch* גג *gá.*} GAL. La pointe ou ſommet de quelque choſe. ITAL. *La ſommità de qualche coſa.* GERMA. Ein ſpitz/das euſſerſt oder oberſt theil jedes dings. HISP. *El altura ò combre de qualquier coſa.* ANGL. *The point or toppe of any thing.*} *Columella libro quinto.* Eiuſque velut apex pronus imminens vocatur. *Cicero* tranſtulit ad ſummam rei alicuius dignitatem: Apex, *κολοφὼν*, inquit, ſenecturis eſt authoritas, quanta fuit in M. Cæcilio Metello. ¶ Apices iuris etiam dicuntur in libris Iuriſconſultorum, pro iure ſummo & ſubtili, ſpinoſáque diſputatione. *Vlpianus L. 29. D. mandat.* De bona enim fide agitur, cui non congruit de apicibus iuris non diſputare. ¶ Apices literarum dicuntur accentuum notæ. *Gell. lib. 13. cap. 29.* *Apex auium, criſta, vt in pauone, galerita, vpupa, & gallinaceo genere, *Plin. lib. 11. cap. 17.* In capite paucis animalium, nec niſi volucribus, apices diuerſi quidem generis.

[Apicatus, i. apicem geſtans, *Ouid. 3. Faſt.* His etiam coniux Apicati ſancta Dialis.]

Apĭcŭlus, Diminutiuum, Paruus apex. *ἀκροστιχὶς*, quod & apiculum dicitur. *Feſtus*, Apiculum, filum eſt quo Flamines velatum apicem gerunt.

Apexābo, onis, Inteſtinum ſanguine plenum, admiſto pinguiſ: ſic dictum quòd in ſummitate quiddam, quaſi in capite apicem habet. *Varro lib. 3. de lingua Latina.*

Aphaca, æ, ſiue Aphace, ces, *ἀφάκη*, Herba eſt in aruis naſcens, paulò altior lente, foliis admodum tenuibus, terna aut quaterna ſemina nigra in ſiliquis ferens. *Hæc. Pli li. 27. ca. 5.* Ruellius eandem eſſe putat cum ea, quam vulgus Viciam agreſtem appellat.

APHACE, *ἀφάκη*, Vrbs Lybiæ *Steph.*

Aphærĕſis, pen. corr. *ἀφαίρεσις*, Dici poteſt abſciſſio, Figura quæ à principio dictionis literam vel ſyllabam auferet: vt, Pone metum, pro Depone. Ex *ἀπὸ καὶ αἱρῶ μαι.*

APHANNAE, regio Siciliæ ignobilis: vnde prouerbium, Ad Aphannas, de obſcuris & relegatis, *Steph. ἀφάνναι.*

APHAREVS, per tres ſyllabas, pen. corr. *ἀφαρεύς*, Patris Lynceï nomen eſt: *à quo Ouid.* Lynceum prolem Aphareiam vocat. 1. 8. Metam.

APHARVS, Locus in Euxino, Abſyrtus antea dictus.

APHEDAS, nomen regis Athenienſium, vel, *vt Stephanus*, Molooſſorum, *ἀφείδας.*

APHESAS, antos, Montis nomen eſt ſupra Nemeam *Vide* Apeſus.

APHETAE, *ἀφεταί*, Vrbs Magneſiæ in Peganetico ſinu. cauſam nominis lege *apud Steph.*

Aphĕteria, *ἀφετηρία.* GALLI. La barriere ou le lieu duquel partoyent les cheuaux pour courir. ITA. *Moſſe.* GERMAN. Schrancken in welcher man die roß leſt ſich mit lauffen zu vben. HISPAN. *La cuerda que empareja los caualos.* ANGL. *An place out of the which horſe beginneth to runne.*} Latini dicunt carceres, vnde equi emittuntur ad curſum. ¶ Sunt & Aphatoria, *vt inquit Suidas*, organa ad expugnandas vrbes accommodata.

APHIDANTES, *ἀφιδάντες*, populi ſunt ex Moloſſis (*vt inquit Stephanus*) ita dicti ab Aphidante rege.

APHĪDNAE, arum, *ἀφίδνα, Stephano*, Locus celebris in Attica. *Seneca in Hip.* -paruas alius Calcet Aphidnas. Eſt etiam ciuitas Laconiæ.

APHNEVM, *ἄφνειον*, ciuitas Phrygiæ, & alia Lydiæ, *Steph.*

APHNITES, palus circa Cyzicum, Artynia prius, *ἄφνιτις Steph.*

APHORMIVM, *ἀφόρμιον*, locus Theſpienſium, *Steph.*

Aphractă, *ἄφρακτα.* Sunt aperta, intectáque nauigia. *Cicer. ad Attic.* Nos Rhodiorum aphractis tanquillitates aucupaturi eramus, *Item ad Tironem*, Noſti aphracta Rhodiorum, nihil eſt quod minus fluctum ferre poſſit. ¶ Legitur & Aphractus maſculini generis. *Cic. ad Attic. libr. 6.* Nos Ereſiæ vehementiſſimè tardarunt: detraxit viginti ipſos dies etiam aphractus Rhodiorum.

APHRICA, *λιβύη*, tertia orbis pars, ab Aſia Nilo fluuio, ab Europa mari mediterraneo diſcreta: ita dicta quaſi Aprica, quòd ſolis æſtibus maximè ſit expoſita. GER. Ein er auß den drey theilen deß erdbodems oder der welt. } Alij à Græcis ſumptum putant nominis huius etymon, vt Africa dicta ſit, quaſi *ἀνευ φρίκης*, hoc eſt, ſine horrore aut frigore. Eſt enim hæc regio calidiſſima, vt quæ magna ſui parte inter Topicos ſita ſit. *Vide Plura ſuprà in dictione* Africa.

Aphrodīſĭa, *ἀφροδίσια*, Dicuntur Veneris feſta, vel venereæ voluptates.

APHRŎDĪSĬAS, *ἀφροδισιάς*, Inſula eſt in mari Perſico, vbi Perſis à Carmania ſeparatur: ſic dicta, quòd in ea Venus quàm religioſiſſimè coleretur: alio nomine *κολίαι* dicta. Inſulæ huius meminit *Plin. lib. 6. c. 25.* ¶ Eſt præterea Aphrodiſias Ciciliæ oppidum, *teſte Stephano.*

¶ Eſt item inſula in Oceano Hiſpanico, non procul à Gadibus: *de qua Plin. lib. 4. ca. 22.*

APHRŎDĪSĬVM, *ἀφροδίσιον*, Oppidum fuit in Latio maritimum, quod poſtea mutato nomine Antium dictum eſt. *De hoc Plin. libr. 3. cap. 5.* ¶ Apud Græcos hoc nomine ſignificatur ſtatua Veneris, atque adeò res ipſa venerea. Vnde & *ἀφροδισιάζειν* dicunt, pro eo quod eſt Rem veneream exercere.

APHRODISIVM, *ἀφροδίσιον*, Cariæ promontorium eſt *Pomponio*, quod Aphrodiſias *Plinio* appellatur. ¶ Eſt & Aphrodiſium *Ptolemæo* vrbs Africæ. ¶ Eſt præterea Aphrodiſium Hiſpaniæ Tarraconenſis promontorium, *eodem autore.*

APHRODISIVS, *ἀφροδίσιος*, Præſul Bituricẽſis, Petri diſcipulus, genere Ægyptius, qui diem ſuum obiit apud Bituriges, *teſte Volaterr.*

APHRŎDĪTĒ *ἀφροδίτη.* {GE. Ein Junam Veneris.} Veneris cognomen eſt, dictum *ἀπὸ τῦ ἀφρῦ*, hoc eſt, à ſpuma. Venerem enim ex ſpuma maris ortam eſſe Poëtæ fabulantur.

Aphrŏnĭtrum, {*ἀφρόνιτρον.* GAL. Eſcume d'vne ſorte de Salpetre. ITA. *Schiuma di ſalnitro.* GERMAN. Schaum del ſalpeters. HISPAN. *Alairon*, ANG. *Salpeter.*} Spuma nitri: *de qua Plin. lib. 31. c. 10. & Martial. lib. 14.* Ruſticus es? neſcis quid Græco nomine dicar? Spuma vocor nitri, Græcus es? Aphonitrum.

Aphron, Plinio herba eſt ex generibus papaueris, foliis (ſi propiùs intueris) paſſerum ſpeciem repræſentantibus, radicem habens in ſumma terræ cute, ſemine ſpumeo. A Dioſcoride *μήκων ἀφρώδης*, hoc eſt, ſpumeum papauer appellatur. *De hoc Plin. lib. 20. c. 19.*

Aphroſcorodon, *ἀφροσκόροδον*, Genus eſt alterius maioris incrementi, quod à Plinio Vlpicum vocatur. Nominis ratio diuerſa traditur. Nam *Columella* ab Aphris nomen ſumpſiſſe exiſtimat. Vlpicum (*inquit*) quod quidam allium Punicum vocant, Græci Aphroſcorodon. *Plin* à ſpuma dictum exiſtimat, quam gignit in pulmentariis, quibus adhibetur: ita enim habet *li. 19. c. 6.* Vlpicum quoque in genere Græci appellauerunt allium Cyprium, præcipuè Aphricę celebratum inter pulmentaria ruris, grandius allio. Tritum in oleo & aceto mirum quantum increſcat ſpuma.

Aphroſelenus, *ἀφροσέληνος*, Lapis alio nomine Selebites dictus, *διὰ τὸ ἐν ἑσπέρᾳ αὐτὸν νυκτὸς μεσοῦσαν ἐν τῇ τῆς σελήνης παρουσίᾳ.* Naſcitur in Arabia, colore candido, pellucidus & minimè ponderoſus. A Latinis etiam Lunaris appellatur. *Vide Dioſcor. lib. 5.*

Aphthæ, *ἄφθαι.* Exulcerationes ſunt in ſummo ore, infantibus peculiares, prouenientes vitio lactis quo nutriuntur, calido humore

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

corrupti. Oriuntur & in ætate prouectioribus cum ora illis intumescunt, rubescúntque, calidis humoribus eò commeantibus. *Vide plura apud Cæl. Rhodig. lib 9. c. 20.*

APHTHIDES, pars Ægypti, *Steph.*

APHTHONIVS, ἀφθόνιος, Sophistæ cuiusdam nomen, qui in Rhetorica Hermogenis προγυμνάσματα, hoc est, præexercitationes conscripsit, quę etiam hodie extant.

Aphya, ἀφύη, Piscis genus, candidum, molle, ac tenerum, quod admotum igni protinus decoquitur. Vnde prouerbium, Aphya ad ignem: in ea quæ celeriter intereunt, aut consumuntur. Piscis huius meminit *Aristot. lib. 6. Animal.* Theodorus Apuam vertit. Athenienses πτωχικὸν ὄψον, hoc est, mendicorum opsonium vocare solent ob nimiam rei vilitatem. *Cic. Attic. lib. 4.* Aphyam populi vocat sentinam, & sordes populi. Quare (inquit) vt homini curioso, ita perscribere ad me quid primus dies, quid secundus, quid Censores, quid Appius, quid illa populi aphya, denique etiam quid de te fiat, ad me velim scribas. *Vide Cæ. libro 5. c. 19.*

Aphythagoras, Ctesias (*referente Plinio*) arbores quasdam esse voluit iuxta Hypobarum Indiæ fluuium, electrum ferentes: vocéque hac prædulcem suauitatem significari tradidit. *Vide Plin. libro 37. c. 2.*

APHYTE, es, ἄφυτα, siue Aphytis, ἄφυτις, Oppidum est Thraciæ, non procul à Pallene, Apollinis oraculo insigne: ab Aphyo quodam indigena ita appellatum. Huius incolæ dicuntur Aphytæi, ἀφυταῖοι *Stephano.*

Apianus, na, nũ, Quod apes auidæ sumunt, μελισσήσιος. Vnde Apianę vuę dictæ sunt, quas muscæ insectantur: nunc vulgò à muscis, *Muscatellæ* dicuntur. *Plin. libro 13. c. 2.* Apianæ, apes dedêre cognomen, præcipuè earum auidæ. *Colum. lib. 12. c. 34.* Passum si ex vua apiana facere volueris, vuam apianam integram legito. *Idem lib. 3. cap. 2.* Magnis etiam dotibus tres apianæ commendantur, omnes feraces, iugóque & arboribus satis idoneæ: generosior tamen vua, quæ nudis foliis est. Nam duæ latæ quanuis frondibus, & palmitum facie fluxuræ, qualitate sunt dissimiles, quum tardius altera recipiat cariem vetustatis. Pingui solo feracissimæ, mediocri quoque fœcundæ, præcoqui fructus. Ideóque frigidis locis aptissimæ, vini dulcis, sed capiti, neruis, veníque non aptæ, nisi maturæ lectæ. Pluuiis, ventísque, & apibus afferunt prædam quarum vocabulo propter hanc expopulationem cognominantur.

Apĭa, ἄπιος, A Græcis arbor dicitur, quam Latini Pyrum vocant.

Apĭcæ oues, dictæ sunt, quæ non amplo corpore sunt, nec multum lanam habent circa corpus totum. {σπανιόδη μεσίβοια. GAL. Brebis pelees sous le ventre. ITAL. *Pecore che non hanno molta lana.* GER. Schaaff die nicht wol bey leib sind vnd wenig wollen haben/ Durre vnd blutte schaff. HIS. *Las ouejas que tienen el vientre lampino.* ANGL. *A kind of sheep with an litle bodie, an litle woll.*} *Plin. lib. 8. cap. 48.* In ipsa oue satis generositatis offenditur breuitate crurum, ventris vestitu: quibus nudus esset, Apicas vocabant, damnabántque. *Idem scribit Var. lib. c. 2.*

APĬCULA, *Vide* APES.

Apiculus, *Vide* APEX.

APĪDANOS, ἀπίδανος, Fluuius est Thessaliæ, cui Enipeus, Melas, & Phœnix miscentur, quos ipse secum in Peneon defert, *vt habet Lucanus lib. 1.* it gurgite vasto Apidanus, nunquámque celer, nisi mistus Enipeus.

APILASCUS, ci, pen. prod. *Plin. lib. 33. c. 4.* Nam aurum quod ad pilas cudunt, APILASCUDEM vocant.

APĪNA, & TRĪCA, Duo oppida Apuliæ fuerunt, quæ Diomedes euertit tanta ignominia, vt in prouerbij ludibrium transierint. Quoties enim rem nullius pretij ostendere volumus, apinas & tricas nominamus. *Mart. lib. 13.* Sunt APINÆ, Tricæque, & si quid vilius istis.

APĬNE, pen. corr. Nuces vocantur (*inquit Perottus*) quæ cutem verius, quàm putamen, adeò mollem habent, vt simul mandatur. *Apud Plin. tamen lib. 15. cap. 10.* vnde Perottus hæc ad verbum descripsit, Sapinem hoc nucis genus, non APINAM nominatum inuenimus.

APĪRĬA, ἀπειρία, Inexperientia. *Cic. de Finib.* vertit Infinitionem. Quarum, *inquit*, incursionem non solum videamus, sed etiam cogitemus infinitionem ipsam; quam APIRIAM vocant.

APĬS, ἆπις, Bouis nomen apud Ægyptios, quem pro Deo colebant: alio nomine Serapis dictus. {GERM. Ein Ochs welchen die Ægyptier für ein Gott verehren.} Corpore erat niger, candida fronte, in tergo alba nota insignis, duplicibus pilis in cauda, & lingua cantharo notatus; quem certos vitæ annos excedere non licebat. Hunc in lacum demersum Ægyptij, indicto iustitio, veste scissa, & laceratis crinibus defunctum plangebant: inuento verò alio nutrifice lætabantur. Responsa autem dare non vt reliqua oracula solitus, sed si manu oblatum pabulum sumpsisset è consulentibus, secundos euentus, atque omnia prospera decernebat: si verò abnueret, omnia sinistra portendebat. Ideó quum à Germanico Cæsare pabulum oblatum renuisset, funestum omen & indubiam necem, quæ paulo pòst sequuta est, prænuntiauit *Hæc Alexander ab Alexandro lib. 6. c. 2. & eadem ferè Marcellinus lib. 22.*

APĪSCOR, eris, cuius præteritum volunt esse aptus sum, ACQUIRO. {קנה *kánah.* τυγχάνω. GALL. Renouurer, iouir. ITAL. *Acquistare.* GERM. Vberkommen/erlangen. HISP. *Alcancar lo deſſeando.* ANGL. *To get, to obtene, to recouer.*} Verbum est penè obsoletum, quod nonnisi apud antiquissimos legitur. {Hæreditatem sum aptus. *Plaut. Capt sc. 3. a. 4.*} *Lucr. l. 1.* Nec ratione animi, quam quiuis possit apisci. *Idem li. 6.* Quippe etenim nullo cessabant tempore apisci, Ex aliis alios audi contagia morbi. In iurisconsultorum libris adhuc frequenter legitur apisci possessionem, pro adipisci. Huius composita sunt Adipiscor & indipiscor. *de quibus suis locis.*

APĪTŌS, (quod hactenus hic perperam pro gemine nomine lectum est) lege Apsyctos ἄψυκτος.

APĪCĬVS, ἄπικιος, Omnium nepotum fuit princeps, cui parum visum est & principum congiaria, & Capitolij vectigal comessationibus deuorasse, nisi suæ etiam gulæ monimentum posteris reliquisset, conscriptis de gulæ irritamentis aliquot libris. Hunc vixisse suo seculo testatur *Seneca in li. de consol. ad Albinam.*

APIUM, Herba est hortensis. {σέλινον. GALLIC. Persil. ITAL. *Petrosemolo* HISP. *Perexil.* ANG. *Persley.*} Ex hac fiebant apud antiquos coronæ victoribus in Nemæorum sacris certáminibus. *Iuuenalis*, Gaudentes fœdo peregrina ad pulpita saltu Prostitui, Graiaque apium meruisse coronæ. Quidam hoc nomen ab apice deducunt: quia antiqui apicem capitis apio coronabant: vnde est illud dictum, Quòd apex hoc ferre solebat Victoris, veterum fieret dum more triumphus, Ipse sibi talem prior imposuisse coronam Dicitur Alcides. Alij hoc nomen ab apibus deductum putant, quæ illo præcipuè delectari putantur. ¶ Ne inter apia quidem sunt: οὐδὲ ἐν σελίνοις εἶναι: pro eo quod est, ne in gressum quidem, aut initium rei attigerunt. Sumpta metaphora ab iis qui hortos ingrediuntur. Nam antiquitus extremus illic hortum ambitus apio conserebatur, quem qui nondum præteriissent, velut in horti limine adhuc esse videbantur. *Aristop. in Vespis.* ¶ Apio est, τῷ σελίνῳ δέπτει. Ita loquebantur quoties morbum capitalem innuebant, & vitæ periculum imminere. Nam olim monumenta defunctorum apio coronabantur. *Plutarch. in Symposiacis.*

Apium montanum, Herba est cicutæ foliis, quę apium agreste vocatur, in montibus fere, locísque petrosis nascens: vnde & nomen habet, {ὀρεοσέλινον. GAL. Persil de montagne. ITA. *Petrosemolo agreste.* GERM. Ein wilder eppich. HISP. *Perexil montesino.*}

Apium palustre, Herba est apio satiuo maior: sic dicta quòd in paludibus, & aquosis locis proueniat. {ἑλειοσέλινον GALL. Persil de marets. ITA. *Petrosemolo dello aqua.* GERM. Pfützeneppich. HI. *Perexil del aqua.* ANGL. *A kind persley that groweth in marashes.*}

Apium saxatile, Herba est semen proferens ammeos semini non dissimile, sed odoratius: quæ quoniam in Macedonia optima nascitur, vulgò Petroselinum Macedonicum vocari cœpit, πετροσέλινον. Nascitur in petris: vnde & nomen accepit. Pro hoc officinæ hipposelinum perperam substituunt, quæ est herba à petroselino omnino diuersa, quam Latini Olusatrum appellant. *Vide suo loco.*

APLANES, pen. prod. Inerrans, minimè vagus. {ἀπλανὴς. *Macrob. lib. 1. de Som.* Primá illa stellifera sphæra, quæ proprio nomine dicitur cælum, Aplanes apud Græcos vocatur continens & arcens cæteras.

[Apluda, id est, furfureus panis. *Gell. c. 7. l. 11.*]

Apulæ, arum, antiquorum rusticorum vocabulum, *de quo ita Nonius.* Apludas, *inquit*, frumenti furfures dicunt rustici veteres. Hoc in antiquis inuenitur quorum in dubio est autoritas. itaque exemplis supersedebimus: quanquam & *Plaut. in Astraba vsus sit. Hæc Nonius.*

APLUSTRE, & in numero plurali Aplustra, vel APLUSTRIA. Nauis est ornamentum in summitate mali; [Interpres Iuuenalis *saty. 10.*] & omnino scribendum est absque m, quia apud Poëtas inuenitur prima correpta: quæ si per m scriberetur, ratione positionis necessario produceretur. *Cic. in Arato*, Nauibus absumptis fluitantia quærere aplustra. *Festus* vtroque modo scribi posse existimauit. Aplustra, *inquit*, nauium ornamenta: quæ quia erant amplius, quàm essent necessaria vsui, etiam amplustria dicebantur. *Hæc ille.* Nos contrà putamus, non ab aduerbio amplius hoc nomen deduci, sed ab α, priuatiua, & verbo πλέω, quod ad nauigationem non sit necessarium.

APLYSIÆ, ἀπλυσίαι, Illotarias vertit Theodorus, Spongiarum genus vilissimum, maximas habens fistulas, & reliquam partem admodum spissamita dictum, quòd elui non possit. *Vide Plin. lib. 9. cap. 45.*

APOBAEOTI, ἀποβαῶται, populi Ætoliæ, *Steph.*

APOCHA, æ, pen. cor. Schedula est, qua faremur nobis de pecunia esse satisfactum. {ἀποχή. GAL. Quitance. ITAL. *Quitanza.* GERM. ein quittierung/ein quittans. HIS *Aluala de paga y fin y quito.* ANG. *An acquittance or discharge.*} Vulgò *Quittantiam* vocant. ¶ Antapocha verò est, quàm debitor dat creditori. ¶ Acceptilationis autem nomen generalius est, quàm Apochæ. Illa enim quanuis liberationem continet, etiamsi nulla præuenerit numeratio. Apocha autem solùm dicitur, quum pecunia soluta est. *Vlpian. de Acceptil. l. Si acceptilatum.*

APOCOPĒ, ἀποκοπή, Amputatio, ex ἀπὸ, quæ re vel Ab significat, κόπτω scindo, amputo. Figura, quando vltima litera, vel syllaba tollitur, vt peculi pro peculij.

APOCOPI {ἀπόκοποι. GAL. Chastrez. ITA. *Castrati.* GER. Verschnittene. HI. *Castrados humbres.* ANG. *Gelded.*} Dicti sunt à Iulio Materno castrati quasi excecti & spoliati.

APOCROTUS, idem quod durus, asper, rigidus. {ἀπόκρυτος. *Firmicus lib. 7.* Nascentur serui: miseri, apocroti, oligochronij, & infœlices.

APOCRYPHUS, a, um, pen. corr. {סתר *sathám* נסתר *nistár*, ἀπόκρυφος. GAL. Apocryphe, caché, sans autheur. ITA. *Ascoso, secreto, non prouato, non autentico.* GERM. Verborge, hiemlich. HISP. *Escondido, cosa que non tiene autoridad.* ANG. *Hid, but an authour.*} Latinè absconditus, secretus, ex ἀπὸ quæ exaggerat rem, & κρύπτω, abscondo. Illa verò scriptura dicitur Apocrypha, cuius occulta origo est, & in qua, licet inueniatur aliqua veritas, tamen propter multa falsa, non habet scripturæ canonicæ pondus. (Apocrypha non ἀδέσποτα & incerti authoris, sed occulta quòd illis publicè in templis non licebat vti: nam in docenda religione nolebant admisceri humana scripta, itaque commentarios hominum non recipiebant in templa, nec authoritatem illorum valere voluerunt & iusserunt ἀπόκρυφα esse, hoc est, latentia. Hæc Melanchthon.) Qui verò sint apocryphi libri *vide in Decr. dist. 15. c. Sancta Rom. ecclesia.*

Apocrisis, ἀπόκρισις, responsum.

Apocrisiarij, non Apocrysarij, necnon Ipocrysiarij, quanuis perinde barbarum, vt hæc esse videatur: attamen illud rectius ab ἀποκρίνομαι, quod respondeo significat, dicitur. Est autem apocrisiarius, vt quidam putant, Responsalis, & legatus episcopi: inde dictus, quòd aliquando pro Episcopo respondere cogatur. Vsi sunt hac voce Pontifices. Melius tamen alij qui aiunt, Apocrisiarios dictos, velut locum tenentes Episcoporum, vt res Ecclesiæ gubernarent, negotia singulorum audirent referrentque ad Episcopos.

APOCŸNON, ἀπόκυνον, Officulum in ranæ sinistro latere, quod si in aquam deiectum fuerit, statim feruere ferunt: amorem eo & iurgia si in potionem addatur concitari: multáque præterea alia de hoc tradit magica vanitas. Sic dictum, quoniam canum impetus eo cohibentur. *Vide Plin. lib. 32. cap. 5.*

Apodectæ, Athenis dicebantur, qui collationibus & vectigalibus præerant, quorum iudicio quicquid controuersiæ erat in publicis collationibus decernebatur.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Apŏdes, penultima correpta, ἄποδες, aues quædam sine genere hirundinum, ita dictæ quòd careant vsu pedum. Alio nomine Cypselli dicuntur, volant plurimùm, nidificant in scopulis atque in editioribus domibus. Quies eis nisi in nido nulla: aut pendent, aut iacent. *Pl. l.* 10. Plurimùm volant, quæ Apodes vocantur, quia carent vsu pedum.

Apŏdīxis, Euidens probatio, demonstratio, documentum. {תוכחה *tochachâh*. ἀπόδειξις. GAL. Preuue euidente, demonstration claire. IT. *Prona euidente, demonstratione chiara.* GER. Ein gewisse anzeigung vnd bewärung eines handels. HI. *Fuerte demonstracion.* ANG. *A plane probation.*} Vnde Apodixes grammaticas *Quintil.* vocat potentissimas Geometrarum demonstrationes.

Apŏdos, penult. prod. scribitur enim per ω ἀπόδος. Est vox galli intempestiua, siue immatura, & vox quę neque choro, neque fidibus concordat.

Apŏdōsis, penul. corr. Schema iucundissimum, quum præcedentium membrorum singulis singulæ particulæ respondent. ἀπόδοσις. Exemplum eius est *apud Terentium in Andria.* Adeón me ignauum putas? Adeón' porrò ingratum, aut inhumanum, aut ferum, Vt neque me consuetudo, neque amor, neque pudor Commoueat, vt seruire mi fidem? Ibi enim consuetudo feritati, amor inhumanitati, pudor ingratitudini respondet. Latinè enim redditionem sonat.

Apodўterium, Spoliatorium. Locus in quo loturi aut sudaturi, vestes deponebant, quas capsarij seruabant. {ἀποδυτήριον. GAL. Le lieu ou on laisse les habillemens, quand on veut entrer dans les estuues. ITALI. *Luoco da lasciare ispogliare quando si va instuffa, spoliatoio.* GERM. Ein abziechstuben/ein ort in dem bad da die kleider abgezogen vnd bewart werden. HISPAN. *Lugar donde se ponen los despojos.* ANGLIC. *An place where thay put thair clothes which entereth in the stewes.*} nam ἀποδύειν exuere dicitur. *Plin. ad Apollinarem*, Inde apodyterium balnei laxum & hilare excipit cella frigidaria, in qua baptisterium amplum atque opacum.

Apŏēnīnvs, *Vide* APENNINVS.

Apœninígena, & Apœninícola, Qui Apœninnum inhabitat, aut in Apœnino versatur. 4. *Paneg.* Apœnnigenis cultus pastoribus aras. *Virgil.* II. *Æneid.* Apœninicolæ bellator filius Anni.

Apŏgæum, ἀπόγειον, ab Astrologis vocatur pars media cæli, quæ & μεσουράνημα dicitur: sicut contra Hypogæum, pars ima cæli appellatur. *Vide Cælium Rhodig. li. 2. c. 21.*

Apogæi, Venti sunt à terra flantes. {ἀπόγαιοι. GAL. Vents de terre ITAL. *Venti da terra.* GER. Die wind so von dem erdtrich ausgehnd. HI. *Vientos de la tierra.*} *Plin. li. 2. c. 43.*

Apográphum, Exemplum, descriptio libri, quasi dicer es descriptum, aut exscriptum. {משנה *mathschéghen*. ἀπόγραφον. GALL. Copie ou double, transcript ou extrait. ITA. *Essamplare.* GER. Ein abgeschrifft/ein copey/ein auszug. HIS. *El ducado para labiar ò pintar.* AN. *A copie, which is written out of another, a paterne.*} Vnde *Cicero*, libros suos philosophos Apographa vocat, quasi scriptorum Græcorum imagines & exempla. *Plin. li. 5. c. 11.* Huius tabulæ exemplar, quod Apographon vocant, L. Lucullus duobus talentis emit.

Apŏlactīzo, as, ἀπολακτίζω. Calcibus inuado, Per translationem Parui facio, contemno. *Plaut. in Epid.* Auxilia mihi, & supperiæ domi sunt, apo lactizo inimicos omnes.

Apŏlectī, ἀπόλεκτοι, Senatores erant, sanctiúsque concilium, quod ex delectis virís constabat: ita dicti παρὰ τὸ ἀπολέγεσθαι, eo quòd ex multis soleant deligi. *Liuius li. 6. belli Mace.* Vbi quum in concilio delectorum, quos apolectos vocant, Phaneas & quæ imperarentur, & quæ ipsis prope accidissent, exposuisset. *Ibidem*, Concilium quidem vniuersæ gentis Ætoli post dimissos Romanos non habuerunt: per apolectos autem (ita vocant sanctius concilium, quod ex delectis constat viris) id agitabant, quomodo res in Græcia nouarentur.

¶Est & genus piscis, ex pelamidum genere. *Pl. li 9. c. 15.* Pelamides apolectos, particulatimque confectæ in genera cybiorum dispartiuntur. *Idem lib. 32. c. 1.* Pelamis earum generis maxima, apolectus vocatur, durior tritone.

Apoliopolitis, Præfectura. *Plin. lib. 5. c. 11. 20.*

Apolis, {גר נדחה *gholéph*. ἄπολις. GA. Bandit, estranger IT A. *Bandito.* GE. Ein bandit/der auß seiner statt vnd heimet vertriben ist. HIS. *Desterrado, ò fuera de su tierra.* AN. *That hath, not a citie, a stranger, banished.*} Latinè exterris dicitur, qui caret ciuitate, quales sunt exules, aut deportati, aut in metallum damnati, quibus ciuitatis ius ademptum est, *Mart. l. Quidam de pœnis.* ¶Item quidam apolides sunt, vt sunt opus publicum perpetuò dati, & in insulam deportati.

Apōllo, inis, Ἀπόλλων. Creditus fuit Deus: quem etiam Græci φοῖβον, hoc est, Solem appellant. Cui, vt Macrobius inquit, variæ fuerunt potestates. Nam fuit autor carminis, præses vaticinij, sagittandi peritiam habuit, artem medicinæ percalluit, & citharam adinuenit. Vnde Adagium, Quid tibi Apollo cecinit? Hoc est, quid tibi respondit? Allusum est autem ad Apollinis citharam, quam illi tribuunt poëtæ. *Vsus est Æschyl. in Aiace Locrensi.* Refertur à Zenodoto. Conueniet, vbi quis à principe redeuntem percunctabitur quid responsi tulerit, τίνα τοῦ Ἀπόλλωνα κεκιθάρικεν. [*Idem* Arte Medicinæ clarus, *vnde Plau. sc. 3. a. 5.* Ait se obligasse crus fractum Æsculapio: Apollini autem brachium. *Idem Plaut.* τοῦ τὸν Ἀπόλλω. *Cap.* Apollo confige sagittis fures Thesaurarios. *Pl. Au. se. 5. a. 2.* Apollo me iubes equos capere. *Pl. Me. sc. 2. a. 5.* Ecce Apollo mihi ex oraculo imperat vt illi oculos exuram lapidibus ardentibus, perij. *Pl. Me. sc. 2. a. 5.* Apollo me iubes equos rapere. *Pla. Men. sc. 2. a. 5.* Chrysé & Cillan Apollinis vrbes. *Ouid. 13. Metam.* Cæterùm Apollinis recto casu in numo æreo Heraclij Imperatoris. *& Plaut. Capt. sc. 2. a. 5.* Imperium tuum demutat atque edictum Apollinis. {An denutat an ratum esse non patitur?} [¶Idem dicitur Liber, quod liberè vageturper aërem. ¶Nomius etiam, i. pastor, dictus est ab eo, quod Admeti regis pauerit armenta. Apollinis tripodem vas aureum fuisse constat trium pedum, à Vulcano fabrefactum, ac pro munere Pelopi datum, quum vxorem duceret. Porphyrius ait eundem esse Solem apud superos, Liberum patrém in terris, Apollinem apud inferos. Vnde etiam tria insignia circa eius simulachrum videmus: Lyram, quæ nobis cælestis harmoniæ imaginem monstrat: Grynæum, quod terrenũ numẽ ostẽdit: Sagittas, quibus infernus deus indicatur & noxius. Vnde & Apollo dictus est, vt quidam existimant, ἀπὸ τῆς ἀπολλύειν, quod perdere significat, siue destruere, quòd non paucos nimio æstu crederetur extinguere. Vnde etiam spicula ei assignauit vetustas: quę tamen non dextera gestat, sed sinistra, quòd ad iuuandum promptior sit, quàm ad nocendum. Vnde etiam nonnulli παρὰ τὸ ἀπαμύνειν τοὺς νόσους, hoc est, ab abigendis morbis, Apollinem dictum existimant.

Apollinĕus, a, um, adiectiuum, ἀπόλλειος. vt Apollinea ars, pro arte medica. *Ouid. El. 3. lib. 3. Trist.* Nullus, Apollinea qui leuet arte malum est. Et ars Apollinea, pro arte vaticinandi. *Ouid. in Ibin*, Apollinea clarus in arte senex, Tiresiam intelligit.

Apollinares Ludi, Qui in honorem Apollinis fiebant: de quorum institutione vide Liuium *lib. 15. & Macrob. Sat. 1.* Ἀπολλώνια. *Cic. ad Att.* Ludis Apollinaribus Diphilus tragœdus in nostrum Pompeium petulanter inuectus est.

APOLLOBORVS, Ἀπολλόδωρος, Nomen pictoris excellentis, & nomen oratoris Pergameni. Apollodori sex memorantur. Primus Athenienſis Comicus. Secundus Celetis, cuius comœdiæ fuerunt Philadelphi, & Syſiphus. Tertius, Tarsensis Tragicus. Quartus item Athenienſis grammaticus, Aristarchi discipulus. Quintus Pergamenus rhetor, præceptor Calidii, qui docuit Augustum. [*Suet. in August. c. 88.*] Sextus Alexandrinus Comicus, Menandri æmulus.

APOLLONIA, Ἀπολλωνία, Oppidum in ea parte Macedoniæ, quæ Adriatico mari adiacet, Corinthiorum colonia, optimis olim instituta legibus. Vulgo his temporibus *Valona* nominatur. *De hac Strabo.* Condidêre Apolloniam Corinthii Corcyræique ab Æante fluuio stadiis decem, à mari sexaginta. ¶Est & Apollonia inter insulas Thraciæ, cis Istrum amnem locata. ¶Est & Apollonia ciuitas in Creta, & alia in Syria. *Vide Stephanum.*

APOLLONIATAE, Ἀπολλωνιάται, populi Apolloniæ. *Valer. Max. lib. 1.* Apolloniatæ quidam pœnitentiam egerunt.

APOLLONIAS, Ἀπολλωνιάς. Vrbs in Parnasso iuxta Delphos, aliàs Cyparissus dicta. *Steph. Vide in Syparissò.* Troezen etiam Peloponnesi olim Apollonias dicebatur. *Stephanus.*

APOLLONIVS, Ἀπολλώνιος, Nomen philosophi Alexandrini, qui Rhodi vixit: vnde & Rhodius appellatus est. ¶Fuit etiam hoc nomine Alabandensis Philosophus, dictus à Suetonio clarissimus dicendi magister, sub quo (vt Plutarchus scribit) Cic. & Cæsar condiscipuli fuêre. Præter hos fuit & Apollonius Tyaneus, Pythagoricus Philosophus, & magus, cuius vitam scripsit Philostratus, Græcorum omnium mendacissimus. Fertur hic dum Ephesi vitam ageret, & fortè in multitudine disputaret, per eam horam, qua Domitianus interficiebatur, defixus & elinguis steriſſe, atque vbi primùm loqui potuit, exclamasse, Euge Stephane, pulchrè, Stephane percute sceleratum: pulsasti, vulnerasti; & interfecisti.

Apŏlŏgĭa, defensio, excusatio, responsio & satisfactio. {תשובות *hithnatsélúth*. ἀπολογία. GALL. Apologie, defense. ITAL. *Apologia, difesa.* GER. Ein verantwortung/beschirmung/gegenantwort. HISPAN. *Respuesta, escusation.* ANG. *An excusation, a defence.*} Dicitur & Apologeticon, & Apologema, ἀπολόγημα. vnde Apologeticus liber, quo nos expurgamus, aut aduersario satisfacimus.

Apŏlogŭs, penult. corr. Fabula in qua bruta animalia introducuntur loquentia. {משל *maschâl* שנינה *schenināh*. ἀπόλογος. GAL. Fable. ITAL. *Fauola.* GER. Ein fabel/ein gedicht/fabelred. HIS. *Ficion, ò nouela fingida.* ANG. *A fable where brute beastes ar fayned to speak.*} Nam est quædam ex humilibus rebus composita forma ac species accommodata ad ridendum, quæ & Apologia dicitur. *Cic. 2. Orat.* Et ad hoc genus adscribamus etiam narrationes apologorum. *Vide Quin. l. 5. ca. 11.* [*Et Gell. c. 29 lib 2.*]

Apŏlŏgo, as, Postulo. {לשאול *schinnén*. ἀπολογοῦμαι.} *Senec. epist. 47.* Et sæpè illum inuicem apologauit. Gallicè dicitur *Brocarder.*

Apŏlŏgātio, onis, ἡ μυθολογία. *Quint. lib. 5. c. 11.* Nostrorum quidam, non sanè recepto in vsum nomine, Apologationem vocant. De fabulis loquitur.

Apomen, itis, ἀπόμελι. Potus confectus ex maceratis aqua fauis, medium inter mulsum & oxymeli locum obtinens: cuius plurimus est vsus circa Peloponnesum: *vt scribit Galen l. 8. Method.*

APŌNVS, pen. corr. ἄπονος, Fluuius seu fons calidis aquis, haud longè à Patauio, vel vicus ipse, in quo Balneæ sunt. *Lucan. lib. 6.* Colle sedens Aponus terris vbi fumifer exit, Atque Antenorei dispergitur vnda Timaui. Aponus autem dicitur non tam quod morbis medeatur quàm quòd sine dolore remedium afferat. [Aponus fons, *Suet. in Tib. c. 14.*]

Apŏphăsis, penul. correp. ἀπόφασις, Negatio, abnuentia, depulsio, ἀποφημί. Vide de hac figura *Quint. lib. 9. cap. 2.* ¶ Apophasis etiam dicitur catalogus & index bonorum: qualis fere fieri solet à morte alicuius. Iurisperiti suo quodam more vocant Inuentarium. Dicitur autem Apophasis in hac significatione ab ἀποφάω, quod est, in rationes tutelæ refero.

Apophlegmatismi, ἀποφλεγματισμοί, Vocantur remedia, quæ in ore retenta, vel manducata aut linguæ subdita, noxios quosque humores ex capite detrahunt. Fit à verbo Græco ἀποφλεγματίζω, quod est, capitis pituitas expurgo.

Apophўades, ἀποφυάδες, Latinè Appendices vocari possunt, quæ scilicet rei alicui agnascuntur. Vnde & Aristoteles ἀποφυάδας vocat intestinorum appendices, quæ & ἐπιφυάδες dicuntur.

Apŏphŏrēta, penult. prod. Munera quæ dari solent Saturnalibus: quem morem hodie quoque seruant mense Decembri in natali Saluatoris, & initio anni. {מתנה *masseét*. ἀποφόρητα. GAL. Estrenes. ITAL. *Mancia.* GERM. Schenckinen zu dem guten jhar. HISP. *Cosas que se dan como presente.* ANG. *Giftes gewin on certane dayes, as new yeare giftes.*} Munuscula quoque quæ à cœna conuiuis dabantur domum auferenda, etiam Apophoreta dicebantur: ita dicta à verbo Græco ἀποφέρειν, quod auferre significat. *Suetonius in Calig. capit. 55. in Domit.* Dabat sicut Saturnalibus viris apophoreta, ita per Calendas Martias fœminis. *Vide Turnebum & interpr. vet. Martialis.*

Apŏphthēgmă, atis, {משל *maschâl*. ἀπόφθεγμα. ANGL. *A brieffe or short maner of speaking full of sentence.*} Breuis & acuta sententia, siue argutum dictum, non cuiuslibet, sed illustrium tantum virorum. Vnde Plutarchi Apophthegmata. *Cicero primo Officiorum.* Multáque multorum facetè dicta, vt ea quæ à sene Catone collecta sunt, quæ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

vocant ἀποφθέγματα. GALLICE. Apophthegme, breue parole ſentencieuſe. IT. *Sentenza, ouero detto breue.* GE. Ein kurtzer aber ein weyſer ſpruch vnd ſentenz. HI. *Dicho gratioſo y ſententioſo.*

Apoplectici, ἀποπληκτικοί. Sunt quorum videlicet & corpus, & mens ſtupet ictu fulminis, aut morbo. *Cel lib.3.c.16.* vocat Attonitos.

Apoplexia, ἀποπληξία. GAL. Apoplexie, quand on eſt entrepris de tous les membres. IT *Gocciola.* GER. Der ſchlag/der troff ob welchem alle glider erſtarren. HISP. *Apoplexia enfermedad.* ANG. *The palſey, a depriuing of feeling or mouing in the bodie.* } ſiue Apoplexis, Eſt ſtupefactio neruorum totius corporis cum priuatione ſenſus & motus. Ita dicta à verbo Græco ἀποπλήσσω, quod eſt percutio, afflo, attonitum reddo. *Cel.l.6.cap.28.* Attonitos quoque raro videmus, quorum & corpus & mens ſtupet. Fit interdum ictu fulminis, interdum morbo, ἀποπληξίαν hunc Græci appellant. *Idem capite proximè ſequenti:* At reſolutio neruorum frequens vbique morbus eſt: ſed interdum corpora, interdum partes infeſtat. Veteres autores illud Apoplexiam, hoc Paralyſin nominauerunt, nunc vtrunque Paralyſin appellari video.

Aporior, aris, Verbum ex Græco ἀπορέω tractum, quo vetus interpres tertiamenti noui vſus eſt 2. *ad Cor.c.4.* Significat autem modò hæreo, & conſilij inops & perplexus ſum: modò ad ſummam angustiam redigor: modò indigeo:

Aporia, æ, ἀπορία, Indigentia, vel dubitatio, & conſilij inopia.

Apŏrŏn ἄπορον, Controuerſiæ genus inexplicabile, cuius exemplum proponitur à *Gel.l.9.c.15.*

Apŏrrŏgas, ἀπορρῳγάς. Græci vocant defluxus quoſdam aërios qui ad terram labentes, ſtellarum caſus imitantur.

Apŏsiōpēsis ἀποσιώπησις, pen.prod. à *Cic.* dicitur Reticentia, à *Celſo* Obticentia alij interruptionem appellant. Nam eſt quaſi interceptum ſilentium. Figura indignantibus familiaris, in qua verbum extrinſecus ſubintelligitur. *Virg.1. Æneid.* Quos ego? deeſt enim Puniam, vel quid ſimile. *Quint.li 9.* Omne in quo aliquid deeſt, Apoſiopeſis poterit appellari.

Apoſirmata, deſquammationes.

Apoſyrma, ἀποσύρμα. Id omne quod detractum eſt & ἀποσυρμάδιον.

Apoſpaſmata, i. auulſiones. Apoſtematis quoque ſpecies eſt, ſed cuius nomen nunc non ſuccurrit, vbi phlegmoni harena innaſcitur, ligna, carbones, amurca, fœces, ſetę porcinæ, calculi, quiſquiliæ, & id genus alia quædam quæ malis medicamentis fieri, inſana vulgi arbitratur crudelitas, fit autem, *vt inquit Galenus*, inuereraris abſceſſibus ob varias humorum qualitates, materiam in huiuſmodi quiſquilias, & iſtiuſmodi formam conuertentes.

Apoſphragiſma ἀποσφράγισμα, ſigilli celatura forma expreſſa. *Pli. Traiano*, Signata eſt anulo meo, cuius eſt Apoſphragiſma quadriga. Sic Ecty pa dicuntur.

Apoſtaſion, repudij libellus.

Apŏſtă, pen.cor. defector, & deſertor ſui ducis, ſiue religionis & inſtituti. {נפל *naphél* סרר *ſorér* ἀποστάτης GA. Apoſtat, rebelle, IT. *Sfratato, ribelle.* GERM. Ein abtrunniger, ein abfelliger HIS. *Ceſa rebelde ò que rebeba.* ANG. *An apoſtat, rebell, which reuolteth.*} Huiuſmodi autem defectio, Apoſtaſia, ἀποστασία appellatur.

Apŏ ſtăto, as. pen.cor. Deficio, deſero, oppugno quod antea defendebam. {נפל נפש *naphá paſchá*. ἀποστατέω. GAL. Rebeller, ſe reuolter. ITA. *Ribellare.* GE. Abfallen/abtrinnig werden/ſich widerſetzen. HISPA. *Rebelar.* ANG. *To mak defection, to reuolte.* } *Cyprianus ad Cornelium*, Eos qui velut apoſtatauerunt & ad ſeculum, cui renunciauerunt, reuerſi gentiliter viuunt, vel ad hæreticos transfugæ facti, contra Eccleſiam pernitialia arma ſuſcipiunt.

Apŏſtēma, atis, pen.prod. {מזור *mazór* ἀπόστημα. GAL. Apoſtume. IT. *Poſta, poſtema.* GE. Ein geſchwär/ein böſe beul. HISP. *Botor.* ANG. *An impoſtume, an vnnatur ad ſwell ng of any matter in the bodie.*} Eſt tumor præter naturam, quum pus eſt phlegmone reſolutum in quendam quaſi ſinum colligitur: vel etiam nulla præcedente phlegmone, quum humor quidam acris ſtatim ab initio in parte aliqua colligitur, ſpatiúmque ſibi moliens vel inter duas tunicas, vel ſub certis membranis, nimia diſtenſione eam excoriat. Tria autem præcipua horum genera, quorum ſingula propriam appellationem ſunt ſortita à rebus in ipſis contentis. Nam ſi quiddam melli ſimile contineant, Melicerides, μελικηρίδες appellantur. Si pingue quippiam in morem ſeui, Steatomata, στεατώματα. Quòd ſi pultis ſimilitudinem referat quod in is continetur, Atheromata, ἀθέρωματα dicuntur? Dicitur autem Apoſtema à verbo Græco ἀφίστημι, quod eſt abſcedo: vnde & Latini verbum ex verbo exprimentes, Abſceſſum appellarunt. *Cel.l.2.c.1.* Abſceſſus corporis, quæ Apoſtemata Græci nominant. *Plin.li.20 ca 33.* ſuppurationem interpretatur: Cato (*inquit*) eius interior clauis pedum & ſuppurationibus medetur, quæ Græci vocant Apoſtemata.

Apŏſtŏlus, {ἀπόστολος. ANGL. *A meſſinger, ambaſſadeur.*} Latinè miſſus, ſiue nuntius dicitur, ab ἀποστέλλω, mitto. Apoſtolorum autem quatuor ſunt genera. A Deo miſſi, non per hominem: vt Moſes: à Deo, ſed per hominem, vt Ieſus Naue: per hominem tantùm ſicuti noſtris temporibus multi fauore vulgi in ſacerdotium ſubrogati ſunt: ex ſe autem, ſunt ipſi pſeudo-apoſtoli & pſeudoprophetæ. ¶ Apoſtoli etiã dicebantur literæ dimiſſoriæ: quæ ab eo, à quo appellatum erat, ad eum qui de appellatione cognoturus erat, teſtandæ appellationis cauſa dabantur; *de quibus Alciat. de rerum & verborum ſignificat. & Hotomanus in Lexico ſuo.* ¶ Athenis quoque Apoſtoli, magiſtratus quidam erant, quorum officium erat recte atque ordine curare atque inſtruere claſſem.

Apŏſtrŏphē, ἀποστροφή, dici poteſt conuerſio: Figura quum ſermonem à iudice vel auditore ad abſentem aliquem conuertimus. Te nunc alloquor Africane, cuius nomen ſplendori ac decori eſt ciuitati. ἀποστρέφω enim auerto.

Apŏſtrophŭs, ἀπόστροφος, Colliſionis nota in fine alicuius dictionis, denotans vocalem præcedentis dictionis eliſam propter hiatum: vt ἀλλ', pro ἀλλά.

Apŏtĕlĕſmă, ἀποτέλεσμα, Effectus horoſcopi, hoc eſt, quicquid cælum ex aſtrorum compoſitione & aſpectu mutuo affectum, in natali hora cuiuſque efficit. ¶ Hinc Apoteleſmatici, ἀποτελεσματικοί, poſt Homeri ætatem dicti ſunt, qui nunc Matheimatici & Chaldæi vocantur: quorum curioſitas nihil reliquit, quod planetarum non ſubiiceret poteſtati: *vt in primum librum Iliados annotauit Euſtathius.*

Apŏthēca, {אוצר *otsár* משכנות *miſchchenáh* ἀποθήκη. GALLI. Boutique, lieu où on ſerre quelque choſe pour la garder. ITAL. *Cauena, bottega.* GER. Ein weinkeller/ein iedes orth darinn man etwas behaltet. HISP. *Bodega ò tauerna ò tienda.* ANGL. *A place where any thing is layde to be keept, as shope, ſtorehouſe.* } Quælibet cella dicitur in qua aliquid reponitur, taberna, vbi vinum & conſeruatur & venditur, vt cella vinaria. *Plinius*, Tantum pecuniarum detinent vini apothecæ: nec alia res maius incrementum ſentit. *Idem*, Vina in apothecis Canis ortu mutantur. Quum omnium domos, apothecas, nauéſque furaciſſimè ſeruarent. *Cicer. Idem in Antonium*, Apothecæ totæ hominibus nequiſſimis condonabantur.

Apŏthĕōsis, ἀποθέωσις. GAL. Deification, conſecration. ITA. *Conſecratione, deificatione.* GERM. ein vergöttung/Da man ein meſchen zu einem gott ſetzt vnd auffrufft. HISP. *Conſagration.* ANGL. *Conſecratiõ, deificatiõ.* } Conſecratio, ſeu deificatio, relatio in numerum deorum: quæ quibus cæremoniis apud Romanos fieri ſoleat, eleganter ſcribit *Herodianus li.4.*

Apŏtŏmiă ἀποτομία. Maior pars ſemitonij, quæ à Latinis diſciſſio dici poteſt: à verbo Græco ἀποτέμνω, quod eſt abſcindo.

Apŏxўŏmĕnŏs, ἀποξυόμενος, Signum æreum *Lyſippi*, quod à M. Agrippa ante thermas ſuas dedicatum Tiberius Cæſar detraxit, & in cubiculum ſuum tranſtulit: quod tamen, populi clamoribus adactus poſtea repoſuit. Erat autem imago diſtringentis ſe: ita dicta à verbo Græco ἀποξύω.

Apozĕmă, ἀπόζυμα. GALL. Apozeme, decoction. ITALIC. *Aqua cotta con varij condimenti.* GERM. Ein tranck/waſſer das man mit ſpecereyen kochet vnd zurueſtet. HISPAN. *Cozimiento de muchas coſas.* ANGLIC. *water ſodden with diuerſe ſortes of ſpices and herbes.*} Aqua cocta cum variis condimentis, decoctum ex herbis. A verbo Græco ἀποζέω, quod eſt deferuefco.

Apparatus & Apparatio, [*Senec.c.10. de Conſol. ad Marc.* Apparatus ãlieni & commodati ſunt opes &c.] *Vide* APPARO.

Appārĕo, es, penult. corr. Video, compareo, adſum, exto, exiſto, in conſpectum venio. {נראה *nireáh.* φαίνομαι. GAL. Apparoiſtre, eſtre veu. ITAL. *Aparire.* GERM. Erſcheinen. HISPAN. *Aparecer.* ANG. *To appeare, to to be in ſight.*} *Virgil.1. Georg.* Apparet liquido ſublimis in aëre Niſus. *Cicero*, Quum equites Antonii apparuiſſent. *Virg. lib.2.* Hæc Iouis ad ſolium, ſæuíque ad limina Regis Apparent. *Ter. in Eunuch.* Ille autem bonus vir nuſquam apparet. *Plin. in Epiſt.* Interceptúſne ſit à ſuis, an cum ſuis dubium: certè non ipſe, non quiſquam ex ſeruis eius apparuit. [Queis nunquam candelæ dies apparuit ortu. *Tibul. lib.4.* face vt Oculi locus in capite appareat. *Pl. Men. ſc.1.a.2.* Si quod es appares, & te tua bona cognita produnt *Ouid. Eleg.4.lib.4. Triſt.* pro precio facio, vt opera appareat. *Plaut. Pſeud. ſc.2.a.3. Triſt.* Patera nulla in ciſtula eſt. *Amph.* At cum cruciatu mi apparet tuo. So. Hæc quidem apparet. *Plau. Amphit.* Nec pes nec caput ſermonis apparet. *Plaut. Aſin. ſc.4.a.3.* Ego mox apparebo domi. *Plaut. Capt. ſc.3.a.2.* Apparet virtus, arguitúrque malis. *Oui. Ele.3.lib.4. Triſt.* Significat etiam idem quod Audiri, vt, Equi facilè ſonitus vngularum appareant. (i. planè audiantur. *Pl. Me. ſc.2.a.5.* Item pro apparitorem ſiue miniſtrum eſſe à ſcribendo, *Gell.c.9 l.8.* Scriptum faciebat & Ædili Curuli apparebat &c.]

Appāritio, Oſtenſio dicitur. & officium apparitoris qui magiſtratui præſtò eſt. {מראה *mareáh.* {vel} *mareéh* ἐπιφανία. GALL. Apparition aſſiſtence. ITAL. *Apparitione.* GERMA. Ein erſcheinung HISPA. *Aparecimiento.* ANG. *Appearing or ſtanding before, to offyce of a ſergeant.*} *Cice. ad Thermum*, Ego quum antè ſtudioſè commendabam Marcilium, tùm multò nunc ſtudioſiùs, quòd in longa apparitione ſingularem, & propè incredibilem patris Marcilii fidem, abſtinentiam, modeſtiámque cognoui.

Appāritōres, Satellites, ſtipatores & miniſtri magiſtratuum. Dicti ſunt quòd adpareant, & præſtò ſint ad obſequium. {שוטר *ſchóter.* κήρυκες, ὑπηρέται, ὀπαδοί, ὑποδεκτοί. GA. Appariteurs, comme ſergeans, huiſſiers & bedeaux. ITA. *Apparitori, birri.* GER. ein diener der da warten vnd auffſehen ſoll wo man im etwas befehle. HIS. *Que eſtan en pie para ſeruir à otro.* ANG *Sergeantes, officers, porters.*} Hi & Statores dicuntur, quòd magiſtratibus circunſtent parati ad obſequendum. [*Item* Accenſi, vide ſupra.] Intelliguntur autem apparitorum nomine omnes qui magiſtratui apparere ſolent, vt ſcribæ, accenſi, interpretes, lictores, viatores, præcones. *Ci. pro Cluen.* Quid ſibi autem illi ſcribæ, quid lictores, quid cæteri quos apparere huic quæſtioni video?

Appāritūră, Miniſterium apparendi, apparitio. { παρεδρεία. ANG. *Sommonning, or attaching.*} Scribit *Suet. lib. de Grammat.* Orbilium apparitorem miniſtrúmque magiſtratuum: quod à Græcis appellatur παρεδρεύειν.

Appārō, as, pen.corr. Paro, comparo, præparo, cum magnificentia quadam & ſplendore adorno. {זמן *zimmén* חבן *hechin* תכן *tichchén.* παρασκευάζω, ἑτοιμάζω. GAL. Appareiller, appreſter, faire appreſt. IT. *Apparare, apprechiare.* GER. Zubereiten/zuruſten. HIS. *Aparejar con mucho apparado.* ANG. *To mak readie, to prepare.*} *Cic.3. Phil.* Facilùs apparabitis ea quæ neceſſitas poſtulat. *Idem pro lege Manilia*, Pompeius extrema hyeme bellum apparauit, ineunte vere ſuſcepit, media æſtate confecit. *Idem ad Q. Fratrem*, Ludos apparat magnificentiſſimos, ſic inquam, vt nemo ſumptuoſiores. [Item pro cupere, velle, Vah delinire apparas. *Plaut. Aſi. ſc.4.a.2.* (i. vis, cupis) iam vt eripeſes apparabas (aliàs eripere apparabas) *Idem Aul. ſc.1.a.5.* Iube vaſa pura apparari. *Pl. Capt. ſc.1.a.4.* Tibi & mihi iubebo apparari prandium. *Pl. Men. ſc.2.a.1. & ſc.2.a.4. & ſc.vlt.a.5.* Ego iſtic mihi apparari iuſſi prandium. *Plaut. Men. ſc.2.a.1.*]

Apparatus, a, um, Participium, ſiue nomen ex participio, Inſtructus. *Cic. 1. de legi.17.* Atque ad illam cauſarum operam, ad quam ego nunquam niſi apparatus & meditatus accedo.

Appărātus, Apparatio, præparatio, magnificentia. {מתכנת *mathchóneth.* παρασκευή. GALL. Appareil, appreſt. ITA. *Apparecchio.* GERM. ein zubereitung/ein aufruſtung. HISP. *Aparamẽto.* ANG. *Preparation, making readie.*} *Cic.3. Philip.* Quid prandiorum apparatus proferam? *Idem in Som. Scipion.* Poſt autem regio apparatu excepti.

*Apparatus belli *apud Cic. 4. Arruid.* De hoc autem *Valla lib.5.* Apparatus,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

paratus,*inquit* ; videtur interdum significare & apparatum ipsum & præparationem: vt Apparatus belli, quasi præparatio. Sed vt dicimus, naues non modò instructas, sed etiam ornatas, quòd quò res instructio res ad bellum, eò pulchriores sunt: ita Apparatum belli vocamus vbi instrumenta bellica etiam adornata sunt.

Ăppărātĭo, idem quod apparatus. παρασκεύασμα. *Cic.2.Off.* Est enim multus in laudanda magnificentia, & apparatione popularium munerum. *Idem 1.de Inuent.* Propterea quòd ex his suspicio quædam apparationis, atque artificiosæ diligentiæ nascitur.

Ăppărātē, aduerb. Cum apparatu. {παρασκευασμένως, δεόντως. GA. Auec grand appareil. IT. *Con gran apparecchio.* GER. Mit grosser rustung / prächtig. HI. *Con mucho aparejo.* AN. *with great preparation.*} *Cic. Attic.* Itaque & edit, & bibit ἀδεῶς, & iucundè, opiparè, sanè, & apparatè. *Liu.1.bell. Maced.* Ludi magnificè, apparatéque facti.

Ăppēllo, as, Nomino. {קרא *kará.* ὀνομάζω, προσαγορεύω. GALL. Nommer, appeller. ITAL. *Nominare, appellare.* GERM. Nennen/mit nammen ansprechen. HISPA. *Llamar ò appellidar con voçes.* ANG. *To call, to name.*} *Cic.3.Offic.* Publ. Scipione, qui primus Africanus appellatus sit. [Pro fano loqueris cùm me meo appelles nomine. *Pl.Men.sc.2.a.2.* Appellat & rectè me meo nomine. *Ibi.sc.4.a.2.* Censeo esse appellandam anum. *Pl.Curc.sc.2.a.1.* Appellare aliquem contumelioſe (scripto) *Gell.cap.17.lib.3.* Volo te de communi re appellare. Mea & Tua. *Plaut. Aul.sc.4.a.1.* Habeo quod appellem (i. mortem) *Senec.cap.20. de consol.ad Mart.* (Si) appellauerit Natura, quæ tibi credidit, vitam. *Senec.ca.11 de Tranq.Item*, Appellare est alloqui, apud *Liu.lib.4.D.5.*] ¶Item appellare, est comiter seu familiariter compellare, alloqui, vocare, ἐντυγχάνειν, καταλογεῖσθαι. *Cic.pro Cluentio*, Appellat hilari vultu hominem Balbus, vt blandissimè potest. [Cur me deridiculi gratia sic salutas atque appellas, quasi dudum non videris (i. blandè alloqueris.) *Plaut.Amphitr.* Appellare quid sit ibidem ostenditur: *Amphi.* Salutare aduenientem me solebas ad antidhac appellare itidem, vt pudicæ suos viros quæ sunt, solent. *Alcm.* Salutaui & valuisse, vsque exquisiui simul mi vir, & manum prehendi. *Item Alcm.* Quid causa amabo? *Amph.* ne me appella. Ea est, Adeamus, appellemus. *Plaut.Mil.sc.5.a.2.* Non temerarium, vbi dies blandè appellat pauperem. Sequitur, Salutat blandius. *Plaut.Aul.sc.4.a.1. Et Sueton.in Tiber. c.29.* Appellare singulos & venerari.] ¶Hinc etiam appellare, *teste Vlpiano de iniuriis*, est blanda oratione alicuius pudicitiam attentare, πειρᾶν λόγοις προσφέρειν τὴν σωφροσύνης. ¶Pro accusare. *Liu.* Blaccius Dasium de proditione appellat. [*Et Quintil.* Appellata de stupro Nouerca.] ¶Item auxilii, vel testimonii gratia quempiam implorare. *Ouid.2.Fast.* Iámque potens misso genitorem appellat amicæ Perdendi Gabios qui sibi monstret iter. *Item*, Viri iurantes non appellabant Castorem. *Gell c.6.lib.11.*] *Cic.pro Roscio*, Te nunc Publ. Scipio appello. ¶Appellare debitorem, est rem nobis debitam à debitore exigere. *Quintil.* Appellabatur à creditoribus vt soluerer debitum. [*Senec.c.10.de Cons. ad Mart.* Appellatos reddere oportet data fu certum diem. & *Quint.* Vt obligatum promisso tacitus appellat. Vide eundem *Quinti.7.1.& lib.5. Suet.in Cæs.c.34.& in Neron.c.12.*] ¶Interdum etiam est post sententiam, tanquam iniquam, ad superiorem iudicem prouocare. {καταλέσθαι πρὸς δίκαιον, ἐφίεναι, ἐπικαλεῖσθαι. GAL. Se porter pour appellant, appeler deuant le iuge. ITA. *Appellare da giudice ad vn' altro.* GER. Appellieren / eines anderen Richters nach gefallnem Senteng vnd Vrtheil begeren. HISP. *Apelar de vn juez para otro.* ANGL. *To appeal, to bring any cause before another iudge.*} *Vlpian.* Qui appellat, maiorem iudicem debet appellare. Dicimúsque Appello principem, & ad principem. ¶Appellare ex aduerso, Est nomina per antistrophen imponere, παλιν κατ' ἀντιστροφὴν. Vt qui herbam illam omni duritia carentem ὀλίσσον, vocauit, quasi totam ossea m.

Ăppēllātor, oris, verbale, Qui appellauit, hoc est, qui ab alio iudice ad alium prouocauit. *Cicer.6.Verr.* Quo quidem die nihil ægriùs factũ est multo labore meo, quàm vt manus ab illo appellatore abstineretur.

Ăppēllātōrĭus, {ὀπικλητικὸς. vt libelli appellatorii. *D.lib.49 Tit.1.l.1.& 5. vt Tit.5.l.5.* Intra appellatoria tempora.

Ăppēllĭto, as, are, frequentatiuum. [*Gell.c.7.9 lib.18.& c.10.li.17.*] *Vnde Festus*, Appellitauisse, *pro* appellauisse. *Macro. Satur.li.1.ca.7.*

Ăppēllātĭo, Compellatio, allocutio. *Cæs.2.de Bell.ciu.* προσφώνησις, προσαγόρευσις. Interdum idem quod nominatio. *Cic.pro Domo sua.* Regum appellationes vænales erant. ¶Apud Iurisconsultos Appellatio est prouocatio, quum ob sententiam iniquam, maioris iudicis auxilium imploramus. *Vide supra in Verbo* APPELLO. [*Suet.in Calig.c.16.* Iurisdictio libera sine appellatione. *Et in Cæsar.c.77.* Appellatio nomen sine corpore. *Item*, Appellationes ab omnibus iudicibus ad Senatum. *Suet.in Nero.c.17.& Liu.3.ab vrb.* Ne Tribunitium quidem auxilium cedentibus inuicem appellatio ne decemuiris quærebat (i. prouocatione.) Sed tamen *eod.lib.* quid interfit ostendit.] *Appellatio litterarum pro ipsa prolatione. *Quint.lib.11.cap.3.* Ideóque laudatur in Catulo suauis appellatio litterarum,

* Appellatiuus, προσηγορικὸς ; Adiectiuum est fictum à Grammaticis, vt quum dicunt Appellatiuum nomen. *Priscianus lib.2.* Appellatiuum nomen naturaliter commune est multorum quos eadem substantia siue qualitas vel quantitas generalis aut specialis iungit. Generalis vt Animal: Specialis, vt Homo.

Ăppēllo, lis, appuli, appulsum, Applico, admoueo. {נגש *nighgásch* קרב *karáb* בא *ba.* προσεγγίζω, προσορμίζω. GA. Aborder, arriuer, mener à bord. IT. *Arriuare, giungere, accostarsi.* GER Zufugen/mit macht herzu treyben/ ankommen/Lenden. HI. *Empuxar hazia otra cosa, venir.* AN. *To arriue, to comenigh, to bringe to the or coact shoare.*} *Cic.2.Verr.* Quum Persæ mille numero nauium classe Delum appulissent. *Idem Attico*, Quum ad villam nostram nauis appelleretur. *Virg.3.Æneid.* Hinc me digressum vestris deus appulit oris.

¶ Legitur etiam appellere absolutè & sine casu, pro accedere. *Cicer. de Diuin.* Visus est in somnis pastor ad me appellere. Hinc Appulsus, us, Pro accessu pecoris ad aquam, καταγωγὴ, προσβολή. *Iureconsultus*, Totum corrumpat pecoris ad aquam appulsum. [Appellere turres ad opera. i. adiungere. *Cæs.lib.1.de bell.ciu.* Idem Appulsas scaphas habeant 2. *de bell.ciu.*]

¶ Appellere animum, significat animum ad aliquid agendum intendere, προσέχειν τὸν νοῦν. *Terent.in Prolog.And.* Poëta quum primum animum ad scribendum appulit. ¶Interdum idem quod adduco, compello, cogo. *Plaut.in Asin.* Argenti viginti minæ me ad mortem appulerunt, id est adduxerunt. [*Ouid.6.Fasto* Huc captas attulit ille boues.]

* Ăppŭlsŭs, us, Verbale, Ipse appellendi actus: hoc est accessus qui fit nauigio. *Liu.7. Bel. Pun.* Appulsus Solis per metaph. pro Solis accessu. Item, *apud Iurisconsul.* Ius appellendi. *Vlpianus D.lib.8.Tit.3.l.5.* Nec ratius ex Plautio ait, nec hausturn pecoris, nec appulsum, nec cutis eximendæ calcisque locandæ ius, posse in alieno esse, nisi fundum vicinum habeat.

Ăppēndo, is, di, sum, Suspendo, quasi ad aliquid pendo. {חלה *haláh.* κρεμάω. GAL. Prendre à quelque chose. ITALIC. *Sospendere, attacare.* GER. Anhencken/vmb etwas anders hencken. HI. *Colgar vna cosa à otra.* ANG. *To hang to any thing or nigh.*} vt, Appendi vuam ad tigna. *Plin.* Atque vuas iam maturas ad solem appendere. ¶ Interdum ponitur Appendere pro Ponderare, vel Pondere alicui tradere. {שקל *schakál.* ζυγοστατίζειν. GALLIC. Peser, bailler à poids. ITAL. *Pesare.* HIP. *Pesar.* ANG. *To weighe, to giue by weigt, to pay.*} *Cic in Ant.* Vt iam appendatur pecunia, non numeretur. *Sit.pro Sext.Rosc.* Omnia sua tibi concessit, adnumerauit, appendit.

Ăppēnsŭs, participium, suspensus. ἀναρτηθείς. *Cic.5.Tusc.* In hoc medio apparatu fulgentem gladium è lacunari seta equina appensum demitti iussit. ¶Appensum aurum, *Liu.5.ab vrbe*: id est, ponderatum.

Ăppēndix, Dicitur quod alii adiectum est & adpensum, additamentum, corollarium. προσθήκη, προσθετικὴ. GAL. Depence, accessoire. ITA. *Pendici, giunta.* GER. Ein anhang. HIS. *Lo que cuelga à otra cosa.* ANGL. *That dependeth an another.*} *Cic.in Hort.* Vidit, quod videndum fuit, appendicem animi esse corpus. [Appendices pro Auxiliis *Liu.l.1.d.*] Appendices personarum & temporum *Gell.c.3.l.1.*] ¶ Est & Appendix genus spinæ, ita dictum quòd bacchas puniceas habeat de se pendentes, quæ & ipsæ Appendices nominantur. *De hac Plin.lib.24 c.13.*

Ăppēndĭcŭla μικρὰ προσθήκη. *Cic.pro Rabir.* Est enim hæc causa, quo ea pecunia peruenerit, quasi quædam appendicula causæ iudicatę atque damnatæ.

Ăppĕto, is, pen. corr. Auidè cupio. {אוה *iuvál*, חמד *chamádh* תאוה *thaavah* חמדה *chemdáh* תשוקה *tes. hukáh* ὁρμὴ GAL. Appetir, desir d'auoir quelque chose. IT. *Appetito, desiderio.* GER. Ein ernstlich begärung wunsch. HIS. *Desseo.* AN. *Appetit, desire to aue any hing.*} *Cic.2.de Finib.* Appetitio animi, quæ Græcè ὁρμὴ dicitur. ¶ Accipitur & pro appetentia cibi, quam Græci ὄρεξιν vocant. *Gell.lib 16.c.3* Quòd quum antehac semper edundi fuerit appetens, nunc post imperatam inediam tridui, omnis eius appetitio pristina languerit.

¶ Item pro conatu aliquid apprehendendi. *Cic.1.de Diui.* Nam quum dormienti ei Sol ad pedes visus esset, ter eum scribit frustra appetiuisse manibus, quum se conuoluens Sol elaberetur, & abiret: eique magos dixisse, ex triplici appetitione Solis, triginta annos Cyrum regnaturum portendi.

Ăppetentĭa, Appetitio, seu cupiditas, motúsve animi, quo ad aliquid agendum impellimur. {תאוה *thaavah* תשוקה *teschukáh* ὁρμὴ. GALLIC: Appetit, desir. ITA. *Appetito.* GERM. Begird / begärung. HISPA. *Desseo.* ANG. *Appetit, desire of any thyng.*} *Cic.4.Tusc* vt aegritudo quasi morbum aliquem doloris efficiat, inotus re[illegible]sum quenda animi &

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

gam, lætitia profusam hilaritatem, libido effrænatam appetentiam. ¶ Appetentia cibi *πεῖρα, Plin. Cibi appetentiam faciunt lactucæ. * Appetentia gloriæ, id est appetitio, *in Epit. Sex. Aur.* Victoris in Antonino Pio: Appetentia gloriæ carens, & ostentatione.

Appetibilis, ὀρεκτός. *Apuleius lib. de Philosoph.* Solitudinem & laborem si naturales essent, & ab ipsa virtute descenderent, & essent pro aliqua præclara administratione susceptæ, appetibiles dicebant esse. *Vide Macrob. Satur. l. 1. c. 1.* Appetibiles venustate.

Appetitus, us, Concupiscentia, impetus animi, quo ad rem aliquam impellimur: cuius sedem Philosophi constituerunt in iecore. ὁρμή. *Cic. 3. Offic.* Duplex est animorum vis atque natura, Vna pars in appetitu posita est quæ est ὁρμή Græcè, quæ hominem huc atque illuc rapit. Altera in ratione, quæ docet & explanat quid faciendum fugiendumve.

Appetones, *inquit Nonius*, qui appetunt. *Laberius in Virgine*, Alienum appetonibus viæ perditæ, diuerticula sequi.

Appianum, *ni*, Coloris viridis genus, *apud Plin lib. 35. c. 6.*

Appianus, ἀππιανός, Alexandrinus nobilis historicus, qui Adriani Imperatoris temporibus claruit. Scripsit Romanæ historiæ libros XXII. quorum nouem tantùm ad nos peruenêre.

Appingo, egi, actum, compositum est à Pango: Addo, vel adiungo. {חסף *hosph* προσγράφω. GAL. Adiouster. ITA. *Aggiungere.* GER. Zu im thun/zu im setzen. HISP. *Anadir à otra cosa.* ANG. *To ioyne to, to bind any thing vnto another.*} *Cic. ad Attic. lib. 2.* Epistolam superiorem restituc nobis, & appinge aliquid noui. ¶ Alterum est Appingo, xi, ctum, compositum à Pingo, quod significat iuxta pingo. {ANG. *To peint or write more to.*} *Horat. in Art. Poet.* Delphinum syluis appingit, fluctibus aprum.

Appion, ἀππίων. Nomen fuit Grammatici Ægyptij Platonici filij, qui à laboris magni udine cognominatus est Mochthus. Hunc Tiberius Cæsar per contemptum Cymbalum mundi appellabat, quum publicæ famæ tympanum potiùs videri posset. Author Plinius in præfatione. Immortalitate à se donari scripsit, ad quos aliqua componebat. De hoc etiam Iosephus scripsit, quod esset malus & indoctus, totiusque vitæ temporibus importunus calumniator omnium, cor asini habens. *Tu vide Iosephum.* Floruit temporibus Dionysij Halicarnassei & Iosephi.

Appius Claudius, qui posteà Cæcus cognominatus fuit, inter oratores numeratur à Cicerone in Bruto. Hic cum Caio Fabio Censor creatus, viam ex lapide quadrato strauit, quæ à Porta Capena Brundusium vsque duceret, Aquam quoque, quæ ab illo Appia dicta est, in vrbem duxit. Idem postea cæcus factus, quū audisset Romanos de Pyrrhi pace consultare, in Curiam sese deferri iussit, grauissimáque oratione obtinuit, ne cum Pyrrho, nisi priùs Italia decessisset, pax iniretur. {Alius Appius est apud *Suet. in Tib. c. 2.* Item Appij forum. *Ibi. Idem*, Appius Clausus & eius historia. *Plu. in Public.*

*Appias, adis, Patronymicum fœmin. Vnde Appiades Deæ, quæ sunt (vt Grammatici putant) Pallas, Pax, Concordia, Venus, Vesta, quarum templa propè forum Cæsaris erecta sunt. Sic appellatæ sunt ab aqua Appia, quæ in idem forum deducta erat. Huc alluſit *Cic. in epi. ad Appium Pulchrum*, cùm dixit, Non solùm Pallada, sed etiam Appiada nominabo.

Appia via, ὁδὸς ἀππία, Via erat Romæ saxo quadrato strata per portum Capenam, Capuam, vel vt alij volunt, Brundusium vsque ducens, ab Appio Claudio Cæco strata. *Ci. pro Cælio.* Appius Claudius Cæcus pacem Pyrhi diremit, aquam adduxit, viam muniuit.

Appiānā poma, ἀππιανὰ μῆλα, ab Appio ex Claudia gente cognominata: odor his maximus est, ferè cotoneorum magnitudo non multo inferior. *Plin lib. 15. c. 14.*

Appiosus, morbus in pecudibus vocatur, quum noxius sanguis membranam cerebri, & ex vna parte perfoderit, & eandem colore nimio cæperit prægrauare, cuius & mens & visus habetatur.

Applaudo Allido, pedibus terram concutio, ἐπιτυπῶ, ἐπικροτέω. *Apuleius li. 9* Incussis in eam posteriorum pedum calcibus, protinus applaudo terræ. ¶ Aliquando Applaudere est manuum, vel pedum plausu fauorem ostendere. {ספק *saphák* מחא *machah*. GAL. Frapper les mains l'vne contre l'autre en signe de faueur. IT. *Applaudere.* GER. Frolocken/die hend vor freuden zusammen schlagen. HI. *Dar fauor.* ANG. *To strykt the earth with the feet, to clappe handes in token of fauour.*} *Pl. Pseu.* Si vultis applaudere, Atque approbare hunc gregem & fabulam, in crastinum vos vocabo. *Cicero pro Sext.* Quid ego nunc dicam, quibus viris, aut cui generi ciuium maximè applaudatur? [Nobis clare applaudite. *Plaut Mene. sc. vlt.* Aliàs, Plaudite. Vultis applaudere & approbare hunc gregem. *Plaut. Pseud. sc. 1. a. 5.*]

Applausor, oris, verbale, Qui applaudit. {ספק *sophek*. ἐπικροτητής: GALLI. Frappant ses mains en signe de faueur. ITA. *Chi applaude col' batter d'elle mani.* GERM. Frolocker/der auß freuden die hend zusammen schlecht. HI. *Elque dalsauor.* A. *He that clapperth his handes in token of fauour.*} *Plin. in Panegyr.* Idem ergo populus ille aliquando senici Imperatoris spectator & applausor, nunc in Pantominis quoque aduersatur.

Applausus, a, um, particip. ἐπικεκροτημένος. *Ouid. 4. Metam.* Ille canis velux applauso corpore palmis Desilit in latices.

Applausus, us, Nomen {ספק *Sephek* κρόκος, ἐπικρότησις. GAL. Applaudissement. ITALIC. *Applauso sol' batter dille mani.* GERM. Frolockung/das hend zusamen schlagen. HIS. *Obra de dar fauor à otra.* AN. *Craping of the handes.*} *Cicero 3. de Diuin.* Ennius qui magno applausu loquitur, assentante populo, &c.

Applico, as, penultima correpta, aui, atum, & applicui, applicitum, Appello. {חקריב *hikrib* חבר *hibbér* חרכיב *hidhbik* שפל *taphál.* καταγω, προσσυμζω, ἐπιφορμίζω, προσπλέω, προσκαθίημι, προσεγκλίνω. GAL. Adiungo, annecto, ἐπέγω, προσσυμβάζω, προσκαθίημι, προσεγκλίνω, & construitur cum datiuo, vel accusatiuo mediante Ab. GAL. Faire arriuer, accommoder, appliquer. ITALIC. *Applicare, accostare, aggiungere.* GERM. Zu im fugen/herzu legen HISPAN *Arrimar vna cosa à otra.* ANGLIC. *To applyeto mak any thing meete with another.*} *Virgil 1. Æneid.* Quæ vis immanibus applicat oris. *Cicer. Appio Pul.* Omnes vires ciuitatis se ad Pompeij ductum applicauerunt. id est, adiunxerunt. *Lib. 1. ad Her* Qui in itinere se tam familiariter applicuerit, id est, se sociauerit. *Tere. in An.* Tum ille egens fortè applicat primùm ad Chrysidis patrem se, id est, confert vel recipit. * Applicare, item ad aliquem vsum quippiam accommodare. *Col. lib. 11. c. 2.* Sarmenta quoque, atque arbustorum ramos sepibus, aut rubos nunc egère re, & ad sepem applicare oportet. *Cic. 2. de Finibus*, Vt ad honestatem applicetur, Id est accommodetur. [Applicare se ad conuiuia, *Gell. c. 2. lib. 11.* Ingeniis se applicare (i. ad doctos) *Senec. 2. de Consol. ad Polyb.* Applicare se ad exemplum alicuius *Idem c. 3. de cons. ad Mart.* Applicant se & agglutinant meretrices hospitibus. *Pl. Men. sc. 2. a. 3.*] De voluptate loquitur. * Applicare annum, *Martial. lib. 6.* Bissenis modò mensibus peractis Vix vnum puer applicabit annum. Id est vix ad vnum annum accedebat.

Applicatio, verbale, Admotio animi. {רבק *débek*. ἐφαρμογή, προσπλοκή. GAL. Application. ITAL. *Appli atione.* GERM. Zufugung. HISP. *Arrimadura à otra cosa.* ANG. *Application, making any thing meete with another.*} *Cic. 1 de Orat.* Cui Romæ exultare ius esset, si se ad aliquem quasi patronum applicuisset, intestatóque esset mortuus, nónne in ea causa ius applicationis obscurum sanè & ignotum, patefactum in iudicio, atque illustratum est patrono? *Idem in Lælio*, Quapropterà natura videtur mihi potiùs, quàm ab indigentia orta amicitia: applicatione magis animi cum quodam sensu amandi, quàm cogitatione, quantum illa res vtilitatis esset habitura.

Applicatus, & Applicitus, Participium. προσπλοκώδης, ἐφαρμοστός. *Cæs. 3. Bel. ciu.* Applicatisque nostris ad terram nauibus. *Plin. in Epist.* Applicitum est in cubiculo hypocaustum perexiguum. [Non tam insertum & locum communem quàm applicitum. *Quint. c. 4. lib. 2.*]

Applodo, is, pen. prod. Applaudo. ἐπικροτέω. Veteres enim plodo dicebant, quod nos Plaudo. ¶ Applodere fulgoris, *apud Plin.* est fauere, testarique honorem illo motu.

Applóro, as, are, Apud aliquem ploro, vel vnà cum aliquo ploro. {προσδακρύω. GAL. Plorer apres. ITA. *Piangere appresso alcuno.* GER. Bey einem weynen. HIS *Llorar cerca.* ANG. *To weepe nigh an other.*} *Horat. li. 3. Car.* Contráque lucrum nil valere candidum Pauperis ingenium, querebar applorans tibi.

Applūda, pen. pro. {ANG. *Branne.*} Antiquis idem significabat quod fulsur, *vt docet Gell. li. 11. c. 7.* κονιάβιον. *Plin. lib. 18. c. 10.* docet appludam vocari purgamenta milij, & panici, & zizaniæ, quum in frumento palea dicatur. Dicta appluda ab applodendo, quod propter tenuitatem quia minutissima est, spiritu deiiciatur. *Nauim.* Ne hercle appluda est hodie, quàm tu, nequior.

Applūdere, {προσπαίζειν. GALL. Plouuoir aupres. ITA. *Piouere vicino.* GER nach bey einem ding regnen/zu im regnen. HISP. *Llouer cerca.* ANG. *To raine nigh.*} Ex ad & pluere: idem quod pluere vel iuxtà pluere. *Plin. lib. 9. c. 16.* Quippe & arundines quamuis palude prognatæ: non tamen sine imbre adolescunt, & aliàs vbicunque pisces in eadem aqua assidui, nisi appluat exanimantur.

Applūmbo, as, Plumbo, metallo quę disiuncta erant coniungo. {חרביק *hidhbik* προσκολλάω. GAL Plomber. ITAL. *Implombare.* GERM. Verbleyen/mit Bleyuberziehen HISP. *Soldar con plombo.* ANGL. *To conioyne or ioulde with lead.*} *Vlpian. in l. 2. de sepulc. violat.* Idem quærit, si statua neque applumbata fuerit, neque affixa, an pars monumenti affixa sit, &c.

Applumbatura, idem quod plumbatura, {μολύβδωσις. ANGL. *Conioying or ioulding with leade.*} Conglutinatio quæ fit plumbo. *Paul. de rei vindic.* inter applumbaturam & ferrumination distinguit ita, quod hæc per eandem materiam facit confusionem, illa non idem efficit, sed coniungit & connectit tantùm.

Appono, apponis, pen. prod. apposui, appositum, pen. corr. Appingo, ad aliquid pono, admoueo. {הוסיף *hosiph* חריב *hikrib* תכן *tichchén.* προσγράφω, προσεπιτίθημι, προστίθημι, προσκάλλω, ἐπιπαρέθω. GALL. Mettre aupres, apposer. ITA. *Mettere appresso.* GERM. Zuhin thun/herzusetzen. HISP. *Añadir vna cosa à otra.* ANG. *To putor laye any thing nihg another.*} *Cic. 1. Phil.* Aristarchus qui notam apponebat ad malum versum. *Idem 1. Verr.* Reticulúmque ad nares sibi apponebat plenum rosæ. *Ouid. 1. Amor. Eleg. 5.* Apposui medio membra leuanda toro. * Apponere accusatorem alicui, id est ex composito adhibere. {GAL. *Attirer.*} *Cic. 7. Verr.* [Puero appone mensulam. *Plaut. Mene. sc. 3. a. 1.* Dum hæc appono ad Vulcani violentiam, id est, coquenda curo. Indunt coriandrum, apponunt rumicem & brassicam. *Plaut. pseu. sc. 2. a. 3.* Apponere sellam in limine. *Gell cap. 9 l. 6.* pueri mensam apponite. *Plaut. Asin sc. 1. a. 5.* Apponere de notis. *Gell 2. l. 4.* Hoc quoque nescio quid nostris appone libellis. *Ouid. Eleg. vlt. l. 3. Trist.* Cur tamen apposita velatur ianua lauro. *Ouid. Eleg. 1. lib. 3. Trist.*]

Appositus, a, um, Quod est iuxtà, vel ad aliquid positum. {מוסף *musáph* מחבו *metuchchán* προσκείμενος. GAL. Mis aupres, apposé, adioint. ITAL. *Posto appresso, atto, accommodato.* GER Herzugethon/zuhim gesetzt. HISP. *Añadido à otar cosa, idoneo y atauiado* ANG. *vohich is layed or put nigh another, apte, meete.*} *Cic. de Inuent.* Gladium propè appositum è vagina eduxit, & illum alterum occidit. ¶ Aliquando sumitur pro conueniens, aptus, accommodatus, ἁρμόδιος. *Idem ibidem*, Eam ipsam scripturam, in qua inerit illud ambiguum, de quo quæritur, totam omnibus partibus perrentare, siquid aut ad id appositum sit, quod nos interpretamur: aut ei quod aduersarius intelligat, aduersetur. Hinc cum paratiuus, Appositior. *Cic. in Verr.* Operatius appositior ad deferenda quam ad auferenda signa. * Appositum, absolutè pro repositio. *Sen. de Benefi. 4.* Si quis intelligit adeò per hoc nihil se consecuturum, vt multa etiam ex appositio & acquisito perdenda sint, non libens in detrimenta descendet. * At Appositus, ûs, nomen est verbale. *Plin. lib. 24. ca. 5.* Abortus non exeuntes trahit appositu, vel suffitu, id est, si ponitur admoueatur, adhibeatur. Quod alibi dicit, admotu. [Apposita statio est. *Liuius.*]

Appositè, Conuenienter, aptè, accommodatè. {ἁρμοδίως. GALL. Bien & proprement, conuenablement. ITAL. *Acconciamente, pr. priamente.* GER. Zumlich/füglich/fein vnd wol. HISPAN. *Conuenientemente.* ANG. *Properlie, aptlie comelie.*} *Cic. Attic. lib. 8* Cætera appositè tibi mandabo. *Idem de Inuent.* Officium eius facultatis videtur dicere appositè ad persuasionem. [Appositè (i. verè & aptè ad verisimilitudinem *Plau. Amph. sc 4. a. 4.* sub finem.]

* Appositio, onis, Figura constructionis apud recentiores Gramm. quam veteres expexegesim (id est expositionem siue interpretationem

nem)vocabant:vt.Vrbs Roma,quasi dicas,Vrbs quæ est Roma.

Apporrigo,apporrigis,penul.cor.exi,apporrectum,Iuxtà porrigo.{שטח *natáh.* προτείνω.GAL.Estendre aupres.ITA.*Porgere appresso.*GE.Zuhin streicken/zuhin bieten.HIS.*Estender cerca.*AN.*To reach out nigh another.*}*Ouid.2.Metam.* Infantémque vident apporrectúmque draconem.

Ăpporto,affero,)(asporto.{רוביל *hobil.* φορέω.GAL. Apporter,amener.ITALIC.*Portare,condurre.*GER. Herzu tragen:zuhin bringen.HISP.*Traer algo.*ANG.*To bring or beare to another.*}Sæpius tamen pro aduehere accipitur.*Plaut.Stich.*Magnásque apportauisse diuitias domum.*Cic.3.Ver.*Lapis aliquis cædendus,& apportandus fuit machina sua.¶Apportare,Nuntiare.*Terent.Andr.* Quidnam apportas?hoc est,quidnam nuntias?quid affers noui?[*Plaut.* Aduentum apporto meum(pro porto meum)*Amph.sc.1.a.3.*Quam subito rem mihi apportas nouam.*Plau.Most.sc.2.a.2.*]

Ăppōsco,is appoposci,ex ad & posco.{προσαιτέω.GAL.Demander d'auantage,ou par dessus.ITA.*Dimandare oltre quello che ci viene.*GER. Darzu fordern/noch mehr darzu begeren.HIS.*Demandar sobre lo demadado.*AN.*To require,or aske moreouer.*}*Terent.Heaut.* Porrò hæc talenta dotis apposcent duo.

Ăppŏtŭs,valde potus,qui multum potauit.{שכור *schaehúl.* οἰνόλιπος. GALL.Qui a bien beu,yure.ITAL.*Chi a ben beuuto.*GERMANI. Der wol trouncken ist/wol besoffen.HISP.*Elque beuto demasiadamente.*ANGL. *which hath dronken dronkenmuch,dronken.*}[*Vide Gel.ca.7.li.7.*] *Plaut.in Curc.sc.3.a.2.*Postquam cœnati,atque appoti,talos poscit in manu. *Idem in Amph.*Credo quidem dormire Solem,atque appotum probè.

Ăpprĕhendo,& in carmine Apprendo:& Attrecto,capio,vel ad me traho,arripio.{החזק *hecheżik* אחז *achaż.* καταλαμβάνω.GAL.Prendre auec la main,empoigner.ITAL.*Apprendere.*GE.Ergreyffen/erwuschen.HI.*Tomar ò prender.*AN.*To atrache and pulle tome,to senze.*}*Cic.2.de Nat. Deor.*Vites clauiculis adminicula,quasi manibus apprehendunt.*Virgil.2.Æneid.* Quo res summa loco Panthu?quam prendimus arcem? ¶Interdum ponitur pro discere & percipere:*Cic.de Orat.* Ex Socratis disputationibus variis,alius aliud apprehendit.*Idem ad Attī.*Necesse est illum apprehendere historias. ¶Interdum pro comprehendere. *Callistratus D.l.23.Ti.2.l.64.*puto hęredem quoque tutoris extraneum sententia apprehendi,i.comprehendi sententia.[Si te apprehendero hodie,ad id redigam miseriarum,vt semper sis miser.*Plaut.Amphit.*Si datur hodie illum apprehendere.*Ibid.* Alterum altera apprehendit eos manu.*Ibidem.*

Apprehensio.{ANG.*Seizing of a thing.*}assimulatur traditio,*l.pœnale, de usucap.*

Ăpprīmē,penul.pro.aduerb.In primis,egregiè,valde.{צאר מאר *meódh meódh.* εἰς τὰ πρῶτα.GAL.Grandement,excellentement.IT.*Sopro tutto,in prima,grandemente,molto.*GER.Hefftig/vberauß.HIS.*Primera y principalmente ò señaladamente.*AN.*Veri much,very weell.*}*Terent.in Andr.* Nam id arbitror apprimè in vita esse vtile.¶Fit ab antiquo nomine Apprimus,quo veteres vsi sunt pro longè primo,vt docet *Gel.lib.7.ca.7.citans illud ex Hom.Odyss.*Ibi deque vir summus apprimus,Patroclus.

Ăpprimo,is,ere,ex Ad,& Premo:Ad aliquid premo,premendo adigo. {הרץ *hetsár.* הביק *hebik* προσπίλω,προσδιάζω.GA.Presser ou serier.IT. *Premere.*GER.Antrucken/zu hin trucken.HIS.*Apretar.*ANG. *To presse or thrust any thing to another.*}*Plin.l.b.24.cap.9.*Sedare ventris dolores assueuerauit impositam,ita vt tunica cinctúque corpori apprimeretur.

Ăpprobŭs,penultima correpta,Valde probus. {טוב חסיד *tób chasiah.* πάνυ δίκαιος.GAL.Bon & honeste.ITA.*Molto buono.*GER. Gar fromm. HISP.*Mucho bueno.*ANG.*Very goode and honeste.*}*Gellius,*Et in versu est Cæcilij poëtæ comici,Hierocles hospes est mihi adulescens approbus.

Ăpprŏbo,as,are,Probo,comprobo,laudo,auctoritatem & fidem alicui rei tribuo,{שבח *scibbách* הלל *hillél* קים *kijám.* δοκιμάζω.GAL. Approuuer,trouuer bon.ITA. *Laudar grandamente, approbare.*GER. Hefftig loben/ furgaben /bewaren.HISP.*Aprouar alguna cosa por buena.* ANG.*To approue,to alowe,to commend.*}*Cic.4.Aca.* Nec tamen ego is sum,qui nihil vnquam falsi approbem.*Idem App.*Quicquid feceris approbabo. * Approbare, item efficere vt quid probum rectúmque iudicetur.*Cic.in Ver.* Non vereor ne hoc meum officium P. Seruilio iudici non approbem.[*Plaut.in Prolog.Amphit.* Hoc me vultis approbare.(id est, annuere) Si vultis applaudere & approbare hunc gregem & fabulam. *Pl.pſſc.2.a.5.* Potest Eloquentia tua quæ parua sunt,approbare pro magnis. *Senec.cap.18.de Consol.ad Polyb. Suet.in August.cap.96.* Iis qui sibi filios approbarent. *Quintil.* Non sensissem modò sed etiam approbassem.] * Approbare opus, siue probare est (vt vulgus loquitur) rectè & probè consummatum præbere. Id autem redemptoris est non locatoris. *Vitruuius,* Redemptor ad tempus opus manu factum subtiliter regi approbauit: * Approbare,est etiam dicta nostra rationibus,aut alio modo confirmare:vt fieri solet in argumentatione, quod & Probare dicitur. *Cicero primo de Inuent.* Hoc quia perspicue verum est,nihil attinet approbari.

Ăpprobātĭŏ, verbale,{δοκιμασία. ANG.*Approuing,alowing.*}*Cic.2.Tuscul.*Effectus eloquentiæ,est audientium approbatio.* Approbatio apud oratores,Est pars argumentationis,qua aut præpositio confirmatur,aut assumptio,aut vtraque si opus videtur.*Cic.1.de Inuent.*Approbatio,aliter item acceptum.*Cic.4.Acad.*Ne vinolenti quidem quæ faciunt,eadem approbatione faciunt qua sobrii.Dubitant,hæsitant,reuocant se interdum.Id est non tali mentis firmitate,certitudine,constantiā.

Ăpprŏbātŏr,oris,verb.Autor comprobator.{δοκιμαστής.ANG.*One that alloweth approueth.*}*Cic.Atti.* Quanuis non fueris suasor & impulsor profectionis meæ:approbator certè fuisti.[Subscriptor &approbator *Gel.cap.vlt.lib.5.*]

Ăpprōmittō,is,Pro altero promitto, quod alter promisit idem promitto.{ערב *hará.* ἐγγυῶμαι.GAL.S'obliger pour vn autre,promettre pour luy.ITA.*Promettre per vn altro.*GERMAN. Zur ein anderen sich verstrechen/vmb das so er verheissen hatt.HISPANI.*Prometter por otro.* ANG. *To promise for another,to oblish him self for another man,o come fuertie.*}*Cic.At.*De Oppio factum est vt volui:& maximè quòd D C Gc. appromisisti:quæ quidem ego vtique vel vsuram facta solui volo.

Ăpprōmissŏr,oris,verbale.{ἐγγυητής.ANG.*Suertie,that confirmeth anther mannes promise.*}*Vlpianus,* Appromissorem vocat fideiussorem; *leg.in omnibus ff.de solutionibus.*

Ăpprōnārĕ,in genua se prosternere.{ברך *bárach.* γονυπετίζεσθαι.GAL.S'a genouiller.ITA.*Ingenocchiarsi.*GER.Sich neigen/bucken.HIS.*Arrodillar,hincar las rodillas.*ANG.*To kneele,to fall on the knees.*}*Apul.lib.6.* Planiore in ripę margine implicitus,in genua appronat se,auidiùs affectans potionem. Videtur esse compositum ex Ad præpositione & nomine Pronus:vnde gemino p,scribendum est.

Ăppropĕro,as,are,Propero,accelero. {מהר *mihér.* σπεύδω. GALLIŌ; Se haster,s'auancer.ITAL.*Affrettare.*GERMANI.Herzu eylen. HISP. *Appresurarse en venir.*ANG. *To haste,to speed.*} *Terentius in Andr.* -postquam ante ostium Me audiuit stare, approperat; *Cicero Attic.* Quare appropera,& vale.¶Approperatum opus, id est,acceleratum: *Liu.4 ab Vrb.*Cœptúmque opus adeò approperatum est,vt Sole orto &c.[*Idem l.3.Bell.pu.*Approperata de Industria res erat, ne impediri posset. *Plaut.Asin.sc.2.a.2.*Approperabo ne post tempus prædæ præsidium parem.]

Ăppropĭnquo,as,are,Propiùs accedo,aduento,propè sum: & simul de loco & tempore dicitur.{קרב *karáb.* ἐγγίζω. GALL.Approcher,venir pres.IT.*Accostarsi.*GER.Sich nähren.HIS.*Acercarse ò allegarse.*ANG. *To come nigh to approche.*}*Cæsar 1.Bel.Gal.*Heduos finibus Bellouacorum appropinquare cognouerant.*Cicero ad Quint.frat.* Sed eius rei maturitas neque dum venit,& tamen iam appropinquat. [*Liu.lib.5.d.4.*Appropinquare Euripo dicebatur Cum eodem casu*lib.6.d.4. Et Cæsar l.1.de bell.ciu.& lib.2.de bell.ciu.*Imò vbique].

Ăppropinquātĭo,verbale.*Cicero de Senect.* {קרבה *kerabáh.* προσπέλασις. GA.Approchement.ITAL.*Auiciamento.*GERM.Die nehung.HISPA: *Acercamiento,allegamiento.*AN.*Comming nigh,approching.*} Quartà restat causa,quæ maximè angere,atque solicitam habere nostram ætatem videtur,appropinquatio mortis.

Aprarius,*Vide* Aper.

Ăprīcus,a,um, penultima producta; Soli expositus,Soli apertus: {προσηλιώτης,ἀνάλιος,προσήλιος.GALL. Tourné vers le soleil, où le Soleil bat,abri.ITAL.*Esposto al Sole,aprico.*GERM.Ein Sonnechtig ort/eitl ort das vil Sonnen hat HISPAN.*Cosa abrigada,que esta al abrigo.*ANG: *which lieth to the sunne,beated wish te sunne.*} Dicitur autem quasi αἴσιον φέγος,hoc est,sine frigore,s,aspirata in π,suam tenuem conuersa. *Virgil.Georg.*Mitis in apricis coquitur vindemia saxis. ¶Apricus homo,vel Aprica auis,quæ Sole gaudet,*Idem 5.Æneid.* Apricis statio gratissima mergis.

Ăprĭcŏr,apricissimus *Colum.lib.10.cap.3.* Nonnulli hanc eandem locis apricioribus à Calendis Martiis deponunt.*Idem lib.9.c.14.* Eum adhuc autumni reliquiæ sunt,apricissimo die purgaris domiciliis.

Aprĭcārī, Est in aprico loco esse,hoc est,in loco Soli exposito versari {ἡλιοτρεφεῖν,ἡλιάζεσθαι. GALL.Estre en l'abri,se tenir au Soleil.ITAL: *Essere in luogo aprico,stare al Sole.*GERMA.An der Sonnen sein/sich an einem Sonnechtigen ort halten.HISP.*Abrigarse en lugar abrigado.*ANG: *To vse à sunn e place.*}*Varro in ministerio,*Licet videre multos quotidie in hyeme in Sole apricari.*Plin.lib.36.de columbis,*Apricantur aliæ scalpentes sese.*Cic.in Catone,*vbi enim potest illa ætas aut calescere vel apricatione melius,vel igni,aut vicissim vmbris aquisve refrigerari salubribus.

Ăprĭcātĭo,onis,{ἡλίασις.GA.Abri.IT.*Aprico.*GER.wonung oder haltung in der Sonnen.HI.*Abri.*AN.*A sitting in a sunne place.*}verbal.*Cic.Attī.* Sibi habet suam fortunam,vnam mehercule tecum apricationem in illo Lucretino tuo sole malim,quàm omnia istiusmodi regna.

Ăprĭcĭtās,atis,Est hybernus ille tepor in locis apricis.{ἡλιασία.ANG.*Warnesse of the sunne.*}*Columella lib.8.cap.15.*Cum apricitate diei gestiunt aues.*Idem lib.7.cap.7.* Si diei permittit apricitas.*Plin.libr.6.cap.26.*Apricitatis inclytæ regio.

Ăprĭcŭlŭs,Piscis est qui κωφίσκος dicitur,cuius dentes acutissimi, ac validissimi,*teste Oppiano,*diuersúsque ab eo qui Aper dicitur, Græcè κάπρος.*Apuleius in Apologia:*Tam ridiculum argumentum, quàm si dicas venandis apris piscem apriculum.*Ennius:*Apriculum piscem sciro primùm esse Tarenti.

APRIES,ἀπρίης.Psammis Ægypti regis filius,cui in regno successit.Hic,*vt testatur Herodotus lib.2.*ab Ægyptiis,qui à se ad Amasim defecerāt, strangulatus est,& sepultus in paternis monumentis.

Aprīlis, Mensis dictus est, quasi apertilis,quòd terram aperiat. [*Plutarch.in Numa.Et Ouid.4.Fasto.*] {אדר *yjár.* πορλιος,ἀπρίλις,διαγωνιών. GALL,Le mois d'Auril.ITAL.*Aprile.*GERM. Der monat April.HISP: *El mes de Abril.* ANGLIC.*The monet called Aprile.*} Nam vernā temperie plantarum germina aperiuntur. Vel dicitur Aprilis, quasi Aphrilis ab ἀφρὸς spuma, quòd Venus, cui hic mensis sacer est,ex spuma maris fingitur nata. *Horatius 4.Carm.* Idus tibi sunt agendæ, Qui dies mensem Veneris marinæ Findit Aprilem. ¶Accipitur præterea adiectiuè:vt Nonis Aprilibus.*Cic.ad Len.*Quinetiam Marcellino,& Philippo Consulibus, Nonis Aprilibus mihi est fenatus assensus.

Apronia,Herba est,quam alii vitem nigram,alii Bryoniam,alii Chironiam,alii Gynecanthen vocant,ἄμπελος μέλαινα *Plin.l.23,c.1.*

[Aprugnus,a,um,Aprugna(caro),*hair de sanglier.Plaut.* Et Aprugnum callum callet.*Idem in Persa.Et Plin.cap.51.l.8.*]

APRVS,ἄπρος,ου,Vrbs Thraciæ.*Steph.*

APRVSTINI,populi,*Plin.l.3.11.15.*

APRVTIVM,Italiæ regio inter Apuleium & Picenum.Hæc etiam Samnium dicebatur,vbi multi populi erant.In ea ciuitates,Aquila,Adria, Sulmo,Orrona,Arpium,Aquinum,& multæ aliæ.

Ăpsĭs,idis,*Vide* Absis.

APSILAE,ἄψιλαι,Gens Scythica,Lazis vicina,*Steph.*

APSORVS,ἄψορος,Insula in mari Adriatico,adiacens Liburniæ,in qua ciuitas eodem nomine,*vt Ptol.l.2.scribit.*

APSVS,ἄψος,Fluuius est in parte Macedoniæ,quę mari Adriatico incumbit,nòn procul à Dyrrachio:de quo *Strabo lib.7.Lucan.li.5.* Tellus quā volucer Genusus,quam mollior Apsus Circumeunt ripis.

Ăpsўchŏn,ἄψυχον, Inanimatum, quod est sine anima, & spirare non potest.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Apſyctos, ἄψυκτος. Gemma eſt nigra & ponderoſa, rubentibus venis diſtincta, ita dicta quaſi irrefrigerabilis. Nam ſemel igni excalfacta, ſeptem diebus calorem ſeruat. *Autor Plin. l. 36. c. 10.*

APTERA, ἄπτερος, neutri generis, Vrbs in Lycia & altera in Creta à Sirenibus vocatur, quòd victæ ibi cantu à Muſis, præ mœrore, exutę pęnnis in mare deſiliſſent. *Autor Steph.*

Aptotum, aproti, penult. prod. Interpretatur, ſine caſu. Sunt enim aptota nomina, quæ neque per caſus, neque per numeros declinantur: vt Frugi, Nihil, Nequam, Fas, Nefas. *Autor Donatus in 2. editione.* Hæc alio nomine dicuntur indeclinabilia.

Aptus, ta, tum, Accommodatus, appoſitus, conueniens, congruens. {נכון *nachón* ראוי *raui.* ἁρμόδιος, & ἄντος. GALL. Bien ſortable, conuenable, propre. IT. *Atto, accommodato, acconcio.* GER. Geſchickt/ bequem/ tomlich. HI. *Coſa idonea y atuiada.* AN. *Apte, proper and meete ſitte.*} *Perſ. Satyr. 1.* Si fortè quid aptius exit. *Tib. lib. 4.* Apta vel herbis, Aptáque vel cantu veteres mutare figuras, *Ouid. Eleg. vlt. lib. 4. Triſt.* Spohte ſua carmen numeros veniebat ad aptos. *Idem Ibid.* Nec mens fuit apta labori. *Tib. lib. 4.* Nam te non alius belli tenet aptius artes. *Cæſar lib. 1. de bell. ciu.* Omnia ad bellum apta ac parata. *Ouid. 5. Faſt.* Inuentor curuæ furibus apte fidis. &c.] ¶ Interdum elegans, *vt apud Cic. lib. 2. de Orat.* Ita porrò verbis eſt aptus & preſſus, vt neſcias verum ſententiæ orationę, an verba ſententiis illuſtrentur. *Idem 1. Offic.* Vt enim pulchritudo corporis apta compoſitione membrorum mouet oculos. ¶ Interdum connexus. *Virgil. lib. 2. Georg.* ipſos è torquibus aptos, Iunge pares. *Cic. de Nat. Deor.* Balbus multa dixit, etiam ſi minus vera, tamen apta inter ſe & cohærentia. ¶ Interdum ponitur pro compoſitus, creatus ſiue factus. *Idem lib 3. de Finib.* Itaque natura ſumus apti ad totius conſilia ciuitatis. ¶ Eſt etiam Aptus participium ab Apiſcor, idem ſignificans quod Adeptus. *Varro,* Ea omnibus oſtendat, quę bello eſt aptus.

Aptè, {διαρμόσως, ὁπτιμδείως. GAL. Conuenablement, proprement ITALIC. *Propiamente, accenciamente.* GER. Geſchicklich/ bequemlich/ fuglich. HI. *Conuenientemente.* ANG. *Aptelie, properlie.*} aduerbium qualitatis, aptiùs, aptiſſimè, conuenienter & accommodate. *Cic. 1. de Finibus.* Quum inciderit, vt id aptè fieri poſſit. *Plin. lib. 16. c. 25.* Ratio aptius redditur ab hoc tertio volumine. *Idem lib. 19. c. 5.* Parilibus tamen aptiſſimè. ¶ Apte dicere. *Cic. 1. Offic.* Quod eſt Oratoris proprium, aptè, diſtincte, ornatè dicere. *Idem 1. de Orat.*

Apto, as, Conuenienter aliquid rei alicui iungo, ſeu accommodo. {חכין *hechin* חכין *richen* προσάπτω. GALLIC. Approprier, accommoder, agencer. ITAL. *Adattare, accommodare.* GERM. Zuſammen fugen/ oder ordnen. HISPAN. *A tauiar ò ayuntar vno con otro.* ANG. *To make apte and proper, or meete with any thing.*} Conſtruitur cum dativo vel accuſatiuo mediante Ad. *Cicer. in Philip.* Cuius denique fortunæ ſtudia tantæ laudi & gratulationi tuæ ſe non aptarint? *Idem 3. de Orat.* Hoc verbum eſt ad id aptatum, quod antè dixerat. [Aptare vela, & aptare armamenta. *Quintil.* Aprare anulum digito. *Suet. in Tiber. c. 73.* Aptatæ naues. *Idem Iuuid. c. 65.*] ¶ Huius compoſita ſunt Adapto, & Coapto.

Apua, æ, Piſciculus eſt minimus & viliſſimus, quem Græci, quòd ex pluuia naſcatur, ἀφύας vocant. *Vide Plin. lib. 31. cap. 8 & ea quæ ſuprà annotauimus in dictione* Aphya. ¶ Eſt etiam ex Apuarum genere quæ vulgo Anchoię, *Ariſtoteli* ἐγκρασίχολος, *Ælian* κυκόρομος. Ex qua liquamentum atque elæogarum optimum ad excitandum appetentiam conficitur. Addito oleo, vino, & aceto, totus piſcis ſubiectis prunis liquatur: nec ſpinæ veſtigium remanet. ¶ Eſt & alia Apua quæ *Ariſtoteli* ἀφύα πυξίνης (vel vt alii κωβίτης) vulgo loche. Fœtus eſt gobii. ¶ Eſt & Apua phalerica ἀφύα φαληρική, vulgò Nadelle, vel Melete, Rhotomagi Crudo. Piſcis molliſſimus atque pinguis, ſardinis ſimilis, niſi quòd minor & lætior. ¶ Denique eſt in cenſu apuarum piſciculus, qui *Ariſtoteli* ἐλάττης dicitur, Narica *Plauto apud Feſtum*, Et Apua membras, Μεμβρὰς, vulgo Celerin.

APVANI, Vulgò *Geneueſi*, Ligures ſunt, *teſte Liu. lib. 10.* Sempronius (*inquit,*) è Piſis in Apuanos Ligures vaſtando, aperuit ſaltus, &c.

Apud, Præpoſitio eſt, quæ nunquam compoſita reperitur: appoſita verò caſibus, quandoque locum denotat. {אצל *étſel* παρά, παρὲκ. GAL. Aupres, chez, deuant. ITAL. *Appo, appreſſo, preſſo.* GERMA. Bey HISPA. *Cerca.* ANGLIC. *By or nigh.*} vt, [Nec edes nec bibes quicquam apud me. *Plaut. Moſt. ſc. 3.* Apud me cœnabis hodie. *Pl. Curc. ſc. 3. a. 5.* Apud te habitabo. *Pl. Mena. ſc. 7 a. 5.* Metui ne apud prætorem ſolueret. *Plaut. Curc. ſc. 3. a. 5.* Haud diu apud hanc ſeruitutem ſeruio. *Pla. Mil. ſc. 1. a. 2.* Hic apud me nunquam delinges ſalem. *Pl. Curc ſc. 4. a. 4.* Apud haſce ædes, (i. in, vel ad, vel prope, *Plaut. Menæc. ſc. 8. a. 1.* Haud diu apud hãc ſeruitutem ſeruio. *Plaut. Mil. ſc. 1. a. 2.* Etiam decem minæ apud te ſunt (i. pro te impenſæ) & eas mihi debes. *Plaut. Moſtell. ſc. 3. a. 1.* Quid apud haſce ædes tibi eſt negotii? *Plaut. Amphitr.* Apud hoſtes dum ſedemuis. *Idem ibid.* Quæ apud legionem vota voui. *Idem ibi.* In medicinis, in conſtitutis, apud omnes ædes ſacras, *ibi.* Seruire apud te. *Pl. Capt. ſc. 2. a. 1.* Quid audio? Vix apud me ſum. *Pl. Mena. ſc. 4. a. 4.* Neque apud amicam, neque domi, &c. *Plaut. Menæc ſc. 3. a. 4.* Tuus animus apud nos eſt fixus clauo. *Plau. Aſin. ſc. 7. a. 1.* Apud orcum te videbo, *Plaut. Aſin. ſc 2. a. 1.* Ego mihi apparari iuſſi illic apud te. *Plaut. Mena. ſc. 2. a. 1.* Conduxit equos apud forum. *Plaut. Aul. ſc. 2. a. 1.* Herus maior, apud forum eſt, *Idem Aſin.* Apud vos id prolequar. *Plau. Capt. Prolog.* Apud me menſam loquebatur. *Gell. c. 22. lib. 2. bis. & c. 9. lib. 9.* Apud cœnam cùm diſcubitum erat, legebatur, *Idem cap. vlt. l. 3.* Vbi iſtuc eſt loci? Apud Tuſtitudinas inſulas, *Plaut. Aſin. ſc. 1. a. 1.* Potius, quàm hoc pacto apud te ſeruiam, *Plaut. Aulul ſc. 1. a. 1.* (i. tibi) Credo Deos voluiſſe vt apud te me in ſeruo enecem; *Aul. ſc. 6. a. 4.* Apud hunc confeſſus es diuitias meas, *Plaut. Capt. ſc 4. a. 3.* Eſſétne apud te acceptiſſimus (i. tibi) *Plau. Capt. ſc. 5. a. 3.* Apud Nouercam quærere, *Pl. Pſeud. ſc. 3. a. 1.* Res agitur apud iudicem. *Plaut. pſeu. ſc. 3. a. 2.* Apud menſam plenam homini roſtrum deliges. *Pl. Men. ſc. 3. a. 1.* Demoror apud anum illam. *Plaut. Pſeud. ſc. 2. a. 2.* Apud te ſeruire tibi poſtulas viros? *Plaut. Men. ſc. 2. a. 2.* Oratores, qui apud Concliones Athenienſium floruerũt *Gell. c. 3. l. 18.* Apud lecti fulcrum capſula *Gel. l. 15. l. 10.* Apud ſe eſſe (i. ſui compos ſuprà) *Senec. ca. vlt. de Tranq. vitæ.* Apud aram ſupplicare. *Suet. in Calig. c. 35.* Apud animos quid ſtatuere. *Liu. 6. ab Vrb.* Apud milites concionatur. *Cæſ. lib. 1. de bell. ciu.* Apud Senatum, pro in. *Suet. in Tib. c. 42.* Accipias apud te alienum (i. domi) *Plaut. Men. ſc. 2. a. 5.* Lupos apud oues linquere (i. cum, vel inter) *Plaut. Pſeud. ſc. 2. a. 1.*] Apud Manuam hæc ſcripſi.

¶ Quandoque perſonam: vt, Apud regem. Quandoque loci & perſonę conjunctionem, vt, Cœnam apud Pompeium. Sed quum ad perſonam refertur, plerunque familiaritatem ſignificat, non dominium, vt, Fuit apud te, id eſt, tecum vel domi tuæ. Penes verò & poteſtatem, & perſonam, & dominium (ſim cum datiuo) *Ouid. lib. 1. Faſt.* Me penes eſt vnum faſti cuſtodia mundi. Quanquam etiam ſine dominii ſignificatione aliquando inueniatur: vt latiùs docebimus ſuo loco. Apud, aliquando accipitur pro In: vt *apud Terent. in Andr.* De Dauo modò apud forum audiui.

¶ Apud ſe dicitur eſſe qui omiſſis negotiis ſe in receſſum recipit. *Cic. lib. 1. de Orat.* Marcus vero Scaurus, quem non longè ruri apud ſe eſſe audio. Magis tamen videtur Apud ſe *in hoc Cic. loco,* accipi pro, Domi ſuæ: quemadmodum frequenter *apud Terent.* Apud nos, pro Domino ſtræ. ¶ Apud, etiam iuxta ſignificat. *Cic. de Offi.* Cuius focum mirari ſolitus Cato, apud quem ille ſedens, Samnitum quondam hoſtium iam clientium ſuorum munera repudiabat. *Idem de Orat. 2.* Quum etiam tum in lecto Sulpitius eſſet, apud eum Craſſus ſederet. ¶ Apud aliquem obligari, pro alicui, *Iulianus de Fideiuſſoribus,* Fideiuſſor obligari non poteſt ei, apud quem reus promittendi obligatus non eſt. * Apud exponitur etiam per Inter. *Cic. pro Fonteio,* Studiis militaribus apud iuuentutem obſoletis. Hoc eſt, inter iuuenes. Tale eſt quum dicimus, Mos fuit apud Romanos, pro eo quod eſt inter Romanos. * Apud maiores vel patres noſtros, pro temporibus maiorum vel patrum noſtrorum. * Apud Platonem, id eſt, in Platonis libris, *Cic. 1. de Diuin.* * Apud aliquando poſtponitur ſuo caſui. *Tacit. lib. 5.* Ripam apud Euphratis. *Et lib. 4.* Miſenum apud & Rauennam.

Apus, vel cypſelus, {ἄπους πύψελος. ANG. *A martinet birde.*} Auis eſt de genere hirundinum, cuius pedes curti, & mutili, quaſique inutiles *Pl. lib. 10. c. 39* Plurimum volant quæ Apodes quia carent vſu pedum, ab aliis Cypſelli appellantur, hyrundinum ſpecie. ¶ Eſt & aquilæ ſpecies apud Auicennam Arlachine. ¶ Apud Pauſaniam verò aquilæ cygneæ fit mentio *in Arcad.* Et quæ variis pedibus ἑπόμενος recentium.

APVLI, *Puglia,* Italiæ regio mari Adriatico cõtermina, inter Dauniam & Calabriam, quæ & Iapygia, ab Iapyge Dædali filio, qui eam regionem retinuit, dicta eſt ἰαπυγία. {GERM. Ein landtſchafft Italiae/ wirt gemeinlich Puglia genennet.} Corripit autem hoc nomen primam ſyllabam, & vnico p, ſcribendum eſt: aſſumit tamen interdum alterum p, vt eandem producat. Secundam autem ſyllabam ſemper producit. Contrà Apulus ſemper primam producit, & corripit mediam. *Horat. lib. 3. Carm.* Nutricis extra limen Appuliæ. *Iuuenal.* Vendit agros, ſed maiores Appulia vendit: vbi & prima producitur. ¶ Hinc Apulus, a, um, ſiue Appulus, adiect. *Luc. lib. 5.* Appulus Adriacas exit Garganus in vndas.

Apyrinon, ἀπυρῖνον Genus eſt mali Punici dulciſſimi, ita dictum, quaſi ἄνευ πυρῆνος, hoc eſt, ſine nucleo: non quòd prorſus nucleis careat, ſed quod eos habeat minùs lignoſos. Quò fit, vt & acinos habeat blandiores & minus amaros. *Plin. lib. 13. c. 19. Mart. lib. 13.* Lecta ſuburbanis mittuntur apyrina ramis, Et vernæ tuberes, quid tibi cum Libycis? [*Sene. Ep. 86.*] ¶ Legitur & adiectiuum Apyrinus, a, um: vt Apyrinus fructus, hoc eſt, dulcis, nucle iſque minus lignoſis, quales habent apyrina. *Colum. lib. de Arboribus, c. 23.* Ea res & fertilem arborem reddet, & primitiuis annis fructum vinoſum, poſtea verò etiam dulcem, & apyrinum faciet.

Apyrum ſulphur, ἄπυρον θεῖον, *Pli. lib. 33. ca. 15.* vocat ſulphur viuum, quòd que ignem non eſt expertum: ἄπυρον enim Græci vocant incoctum, & quòd igni non eſt admotum. Vnde & Apyri tripodes, ἀπυροτρίποδες dicebantur: qui ignibus intacti erant, vt qui non culinario vſui, ſed domorum templorúmque ornatui dicati erant.

Apyrotus, ἀπύρωτος, Gemma ignati carbonis ſimilitudinem referens, quam *Ouid. 2. Metamorph.* Pyropum vocat, Latini carbunculum: inde Apyrotus dicta, quod ignem non ſentiat. *Plinius libro 7. cap. 7.* Principatum habent Carbunculi; à ſimilitudine ignium appellati, quum ipſi non ſentiant ignes: ob id à quibuſdam Apyroti vocati.

A ante Q

Aqua, cõponi videtur ex a & qua, quaſi à qua viuamus. {מים *máyim.* ὕδωρ, GAL. Eau. ITALIC. *Acqua.* GERM. Waſſer. HISP. *Agua* ANG. *Water.*} Vnde aqua & agni interdici ſolebat damnatis. [Aqua & igni interdicere: *Velleius.* Aqua deficit (i. clepſydra) *Quintil.* Aquam perdere (de clepſydra) *Idem Quintil.* Panis & aqua ei defuit, & fame ac ſiti periit *Sen. cap. 11. de Tranq.* Aquæ metalla. (i. vrinæ,) *Plaut. Amph.* apud Nonium in Matella. Reſpiratio ſub aqua *Quintil.* Diem, aquam, Salem, argento non emo. *Plaut. Aſin. ſc. 3. act. 1.* Cedo aquam manibus puer, *Plautus Moſtell. ſc. 3. act. 15.* aquam hauſiſſe dicito ſi quis petet, *Pl. Aul. ſc. 2. a. 1.* Aquam hercle plorat &c. *Pl. Aul. ſc. 2. a. 1.* Neque aquæ aquæ, neque lac lacti ſimilius. *Pl. Me. ſc. vlt. act. 5.* Ex vno puteo ſimilior nunquam poteſt aqua aquæ ſumi. *Pl. Mil. ſc. 6. a. 1.* Quaſi aquam frigidam fouentem eſſe ita putatis. Ita putatis leges, *Pl. Curc. ſc. 2. a. 4.* pernam, callum, ſumen, facito in aqua iaceant. i. macerentur, *Pl pſeu. ſc. 2. a. 1.* Nec cœlum patior, nec aquis ſueuimus. *Ouid. Eleg. 3. lib. 3. Triſt.* Nec cœlum nec aquæ faciunt. *Oui. El. 8. l. 3. Triſt.* Icariæ numerum dicere coner aquæ. *Ouid. Eleg. 2. l. 5. Triſt.*] Aquam & ignem ſumebant nuptæ, & qui funus perſecuti fuerant redeuntes ignem ſupergrediebantur aqua aſperſi, quod purgationis genus vocabant Suffitionem. Hoc elementum cæteris omnibus videtur imperare, Terras enim deuorant aquæ, flammas necant, ſcandunt in ſublime, & ipſum quoque ſibi vendicant cælum. Quid eſſe mirabilius poteſt, quàm ſtare in cœlo aquas? At illæ non modo in tantam altitudinem, ſed ſecum quoque piſcium examina, & lapides rapiunt Eædem cadentes omniũ in terra naſcentiũ cauſa fiũt: fruges, arbores, frutices iuuant, migrant in cælũ, vt vitalem animam deferant herbis. Præterea alibi calidæ ſunt, alibi frigidæ, alibi repidæ, & penè omnibus morborum generibus auxiliantur. Aliæ ſulphuris, aliæ ferri, aliæ aluminis, aliæ ſalis, aliæ nitri, aliæ bituminis, aliæ æris. Aliæ acidæ ſunt, aliæ ſalſæ, & cunctæ hominum tantùm cauſſa videntur erupiſſe. Generatim neruis proſunt omnes aliæ pedibus, aliæ coxendicibus, aliæ luxatis, aliæ fractis: aliæ exinaniunt aluos, aliæ ſanant vulnera, aliæ capi-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

capiti auribúsque & oculis priuatim medentur: aliæ sterilitatem mulierum, & virorum infamiam abolere produntur, nonnullæ iuuant calculosos, aliquæ prohibent abortum. Sunt quæ tollunt vitiligines, aliæ podagris prosunt, aliæ tertianas febres discutiunt, aliæ dentes fistunt, aliæ vngulas etiam iumentorum indurant, aliæ subtiliores faciunt sensus, aliæ memoriam auferunt, aliæ obliuionem inducunt, aliæ canoras voces faciunt. *Hæc Perottus ex Plin.* quibus illud præterea addit, se deduxisse aquas in agro Viterbiensi, quæ lethargicos, & hydropicos & colicos curant, luxatos statim sanant, dentes ea collutos sistunt, scabiem, lichenas, vitiligines mira celeritate tollunt, famem omnino sublato fastidio inducunt, fœcunditatem mulierib. afferunt, venerem debilitatam excitant, calculorum vitia discutiunt. *Hæc ille.* Alij aquam, quasi æquam, hoc est, æqualem dictam volũt, ablato e, quòd aqua, nisi ventis agitetur, nihil sit æqualius. ¶ Aspersisse aquam prouerbialiter quis dicitur, qui dicto quopiam reddiderit animum, ac metum ademerit, *Plaut. in Bacc.* Euax aspersisti aquam. *Idem Trucul.* Aspersisti aquam, iam rediit animus [*Idem Amph. sc. 1. a. 5.* Animo malè est, aquam velim. *Pl. Am. sc. 2. a. 5. Pla. Cur. sc. 3. a. 2.* Datin aqualem cum aqua. *Cur.* Animo malè est. *Ph.* vin aquam? *Cu.* Si frustulenta est,] transfatum ab iis qui in deliquio quem Græci λειποθυμίαν appellant, aspersa in faciem aqua ad sui sensum reuocantur.

¶ Aquam bibens nihil boni parias. ὕδωρ δὲ πίνων, χησὸν οὐδὲν αἰτήσῃς: Cuius prouerbij sensus est, à poetis nihil præclarum aut venustum proficisci, si biberent aquam, hoc est, si pauperes fuerint & tenui victu. *Demetrius Halicarnassæus.* ¶ Inaniter aquam consumis. Ἄλλως ἀναλίσκεις ὕδωρ. In eos quadrabit qui frustra fuadent. A prisco more iudiciorum sumptum, in quibus ad clepsydræ modum dicebatur. ¶ In aqua hæret. In eos competit, qui sic implicantur negotio quopiam vt se nequeant extricare. *Cic. 3. Offic. de Epicuro.* Dicit ille quidem multa multis in locis, sed aqua hæret, vt aiunt: Translatum apparet vel à fluitantibus: vel certè ab Oratorum clepsydra.

¶ Aquam cribro haurit, κοσκίνῳ ὕδωρ ἀντλεῖ, ἢ ὑποτρέφει: In aqua scribis, κατ' ὕδατος γράφεις: In aqua sementem iacis, εἰς ὕδωρ σπείρεις: Aquam in mortario tundere, ὑπὲρ ὕδωρ πλήσσειν, & similes paræmiæ, in eos quadrant, qui laborant inaniter. ¶ Ad aquam malus, Ἐπ' ὕδωρ κακός. In infimę sortis homines olim dicebatur, ac sordidissimis quæstibus addictos: propterea quòd antiquitus infames habebantur multóque omnium contemptissimi, qui litigantibus aquam subministrare consueuerunt. ¶ Aquam igni miscere, πῦρ ὕδατι μιγνύναι inter prouerbia, quibus ἀδύνατον significamus, referendum est. Pugnat enim aqua cum igne. *Plutar. in li. πρώτου ψυχροῦ.*

¶ Mitte in aquam, βάλλε εἰς ὕδωρ, hoc est, aufer è medio. Dicitur vel in hominem vel in rem exitio dignam. Tractum à supplicio quorundam, qui in profluentem aut mare mittebantur.

¶ Aquam è pumice postulas, pro eo quod est frustra ab alio petere, cuius ipse à quo petas maximè sit indigus.

¶ Cœno puram aquam turbans, nunquam inuenies potum, βορβόρῳ ὕδωρ λαμπρὸν μιαίνων, οὐποθ' εὑρήσεις πότον. Dici solitum, vbi quis ea quæ sunt per se pulcherrima, contaminata admistis iis quæ sunt turpissima.

Aquŭla, diminutiuum ab aqua. {ὑδάτιον. AN. *A litle brooke.*} Mane. suffundam aquulã (ne crepent cardines) *Pl. Cu. sc 3. a. 1.*] *Ci. l. de Pr.* Quæ mihi videtur non tam ipsa aquula, quę describitur, quàm Platonis oratione creuisse. *Et li. 2.* Vbi non secluſa aquula teneatur, sed vnde vniuersum flumen erumpat. ¶ Est & aquula *Ptolemæo* oppidum Hetruriæ: vnde Aquulenses, quos Aquenses vocat *Pli li. 3. c. 5.*

AQVAEBVRGVM, vrbs Bauariæ, vulgò Wuasserburg.

Aquædūctŭs, us, ui, ab aqua ducenda. {תעלה *teẖalah.* ὑδραγωγία. GALLI. Conduite d'eau. *Acquedoto.* GE. Wasserleitung/wassergräben/wasserfurtt. HIS. *Aguaduc para traer aqua.* AN. *A conueyance or cundite of water.*} Est enim aquarum deductio, hoc est quum alicunde aqua deriuatur, vt per cuniculos impositis canalibus aliò inducatur, siue ad bibendum siue ad irrigandum, vt est videre apud *Iulium Frontinum in l. de Aquæ ductibus Romanorum.* Erat autem apud veteres duplex ratio ducendæ aquę. Nam aut per subterraneos cuniculos ducebatur, aut opere arcuato. Vtriusque generis etiam hodie Romæ non pauca extant vestigia. *Vlpian. de Seruit. rust. prad.* Seruitutes rusticorum prędiorum sunt hæ, Iter, actus, via, aquæductus.

Aquælĭcĭum. Dicitur quum aqua pluuialis remediis quibusdam elicitur: quod in magnis siccitatibus aliquando factum creditur.

Aquæ nĭuālēs, men sæ adhibebantur antiquitus, quæ decoquebantur vt vt essent salubriores, ὕδατα χιονώδη. Postea coloniuario & sacco attenuabantur, deinde refrigerabantur.

Aquāgĭum, quasi aquæ agium, *inquit Festus.* Idem quod aquędectus, ὑδραγωγία, ὑδραγωγεῖον, ἀγωγός. {AN. *A conueyance or cundite of water.*} *Pom. l. hoc iure. de aq. quotie.* Dum ne fundum domino, aut aquagium riualibus deterius facit.

Aquāintercus, Morbus est, quem Græci Hydropē appellant. {AN. *The dropsie.*} quum inter cutem aqua colligitur, qua corpus turgescit, ὑδρωψ ὑδερος *Nonius,* Aqua intercus, hydrops morbus, quasi aqua inter cutem. *Cic. 3. Offic.* Si quis medicamentum cuipiam dederit ad aquam intercutem. A Celso Aqua inter cutem appellatur: Ita enim habet ille *libro 3. c. 2.* Longius verò fieri potest morbus eorum, quos aqua inter cutem malè habet. *Plinius* vocat aquam subter cutem fusam.

Aquālĭcŭs, pen corr. aluus, quò sordes defluunt. Item genus quoddam lanti intestini, ex quo farcimina fieri solent. *Apicius,* Reple aqualicum, sic vt laxamentum habeat, nec difficiliat in coctura.

Aquālĭcŭlus, diminutiuum est ab aqualicus, Vas est in quo porci sorbent {χάσμων. GALLICE. Auge où mangent les porceaux. ITALIC. *Albio, Albiuolo da porci.* GER. Ein seutrog. HISPAN. *Baxo ò barriga, Dornajo donde comen los puercos.* ANG. *A troughe for swyne.*} Per translationem pro ventre siue aluo sumitur, tam occulta quàm apparente, in quam sordes fluunt. *Persius Saty. 1.* nugaris, quum tibi calue pinguis aqualiculus propenso sesquipede extet. in quod *Cornutus* scribit aqualiculum proprie ventrem esse porci, & per translationem de humano ventre dici.

Aquālis, generis masculini, Genus vasis ad aquam tenendam, quo aqua manibus datur quod & Matellio dicitur, teste Varrone. {בוס *cos* נפל *sẽphel* גביע *gheẖiá h* חד *chádh.* ὑδρία. GALLIC. Eguiere, pot à eau. ITALIC. *Vrna.* GERM. ein wasergeschirr/ein gieſsfaß. HISP. *Larro de agua para beuer.* ANG. *A lauer, or ewer to wash te handes.*} *Plæu in Curc.* Date isti sellam vt sedeat, & aqualim cum aquâ.

Aquārĭolā. {ANG. *Places where water is vyded.*} Dicuntur latrinæ, in quas lotura proiicitur: nec in culina tantùm, sed & in triclinĭis, & cubiculis, & cœnationibus cum dignitate & elegantia fiunt.

Aquārĭolī, Dicuntur mulierum impudicarum sordidissimæ assectlæ. *Festus* {παραγωγεῖς, πανδοκεῖς. GALLIC Maquereaux. ITAL. *Roffianelli.* GERM. Hũring / hurenfürer. HISP. *Alchauetes.* ANG. *Baudes, merchaunies of hoores.*}

Aquārĭolum, siue aquarium, ὑδροδοχεῖον, Locus in eadem sordida aqua demittitur, qui & Lauatrina dicitur à lauando, & per tyncopen, Latrina.

Aquārĭum, ij, Locus in flumine, aut alia quauis aqua, ad quem animalia potum aguntur. {שקת *schóketh.* ὑδροδόκη, ὑδρεῖον. GALL. Euier, abreuoir. IT. *Luoco da abbeuerare.* GER. Ein ort da sich das wasser versamlet/ vnd das vieh darob tremckt/ Brunntrog. HISP. *Abreuadero donde beuen bestias.* ANG. *A place where beastes may drink at inriuers or any waters.*} *Cato c. 1.* Si poteris, sub radice montis fiet, in meridiem spectet, loco salubri, operariorum copia fiet, boúmque ibi aquarium.

¶ In Glossario sic legitur, aquarium ὑδραγώγιον.

Aquārĭus, a, um, Quod ad aquam pertinet, ὑδατικός. vt, Cos aquaria. {AN. *A grindstone going in troughes of water.*} *Gell.* Re aquaria defectos. [Aquarius vrceus, *Gell. c. 29. lib. 10.*] *P in. lib. 34.* Quippe quum in exacuendo oleares cotes, & aquariæ differant, oleo delicatior ei fiat acies. [Aquarii, serui dicuntur aquarum custodes & hydrophylaces.

Aquārĭus, rii, Vndecimum signum Zodiaci, est proximum Capricorno, quod oritur xv. Kalend. Febr. {ὑδροχόος. GAL. Vn des douze signes du ciel. ITA. *Acquario* GER. Wassermann. HISP. *Aguador.* ANG. *One of the tweute signes of heauen.*} *Iuuenal. Satyr. 6.*) Veniet conductus Aquarius] Fabulantur Poetæ hunc fuisse Ganymedem, quem Iuppiter eius pulchritudine captus, ab aquila in cælum raptũ, ministrum suum fecisse existimatur.

Aquārĭus sulcus, Qui aquam educit, ἀῦλαξ ὑδατικός. *Col. lib. 2.* Crebrósque sulcos aquarios, quos & nonnulli Elices vocant.

Aquātĭcus, ca, cum, Qui in aqua degit. {ἔνυδρος. ANG. *That liuet in the water.*} sicut Terrestris, qui in terra viuit. *Plin.* Terrestres & aquatici pisces. *Aquaticum dicitur etiam quod in aquis aut propè aquas nascitur. *Plin. lib. 15. c. 36.* Inter ea quæ frigidis gaudent, & aquaticos frutices dixisse conueniat. * Aquaticus etiam dicitur Auster, quod pluuiam inducat. *Ouid. 5. Met.*

Aquātĭlĭs, pen. corr. aquaticus, ὑδατικός. {ANG. *whatsoeuer liueth in the water.*} *Pl. lib. 9. c. 12.* Aquatilium tegmenta plura sunt. *Cicero de Nat. Deor.* Bestiarum autem terrenæ sunt aliæ, partim aquatiles, aliæ quasi ancipites, in vtraque sede viuentes.

Aquĭlĕx, pen. corr. Qui aquam illicit & ducit. {ὑδραγωγός. GAL. Maistre fontenier. ITA. *Co ui che rancoglie l'acqua.* GER. Der die Brunnen ersind/ Brunnmeister. HISP. *El que coje de ramada, ò el que tiene donde ay agua.* ANGLIC. *A welmaister that gatehred waters together.*} *Varro in Quinquatrib.* An hoc præstat Herofilus Diogeni (*vt legit Scaliger*) quod ille è ventre aquam mittit? an hoc te iactas? at hoc pacto vtilior te Tuscus aquilex. *Ex Nonio.*

Aquiminale, vas Aquarium dicitur *à Paulo in l. 3. de supel. leg.* Nam & pelues argenteas, & aquiminalia argentea.

Aquiminarium, Vas quoddam escarium fuit. *Pompon. in l. 21. §. 1. D. de aur. & arg leg.* Sed de aquiminario Cassius ait, quum alteri argentum potorium, alteri escarium legatum esset, escario cedere. Item *Vlpian.* Si cui escarium legatum sit, argẽtum aquiminarium continetur. Nam & hoc propter escam paratum est.

Aquŏr, aris, verbum castrense est, Aquam haurio, siue aquam fero, ad vsum exercitus, vel alterius rei. {שאב *schaáb* ὑδρίνω, ὑδροφορέω. GALLIC. prendre eau, se fournir d'eau. ANGL. *Cauar aqua, andar per acqua.* GERM. Wasser schöpffen/sich mit wasser versähen. HIS. *Ir por agua para el real.* ANG. *To furnish water, to drawe and beare water to an hoste.*} [*Cæs. 1. de bell. ciu.* Aquabatur ægrè.] *Curtius,* Quum miles aquatum profectus esset. *Virgilius,* Sub mœnibus vrbis aquantur. *Vide in dictione* ADAQVO.

Aquātĭo, onis, verbale, Actus aquandi, hoc est, aquam ad castra afferendi. {ὑδρεία. GAL. Puisement d'eau ou apport, abreuement. ITAL. *L'anacquare, l'andare à pigliar aqua.* GE. wasser schöpffung/ein waßerolung. HIS. *El traer del agua para el real.* ANGLICE, *Drawing or bearing of watter to an armie.*} *Cæs. 4. de Bell. Gall.* Tamen sese non longius millibus passuum quatuor aquationis causa processurum eo die dixit. * Aquatio, item aquatum pluuialium abundantia. *Plin lib. 32. c. 7.* Et hoc vtebatur in multis variisque per aquationem Autumni nascentibus.

Aquātor, oris, Qui aquandi ministerium, præsertim in exercitu facit. {שאכמים *schoéb máym.* ὑδροφόρος. GAL. Porteur d'eau, celui qui fournist d'eau au champ. ITA. *Chi va per acqua per fornire vno exercito.* GERM. Der ein Läger mit wasser versihet/ wasserschöpffer. HISP. *Aguador del real.* ANGL. *VV hich draweth and furnisheth water a bearer of water to an armie.*} *Cæs. 1. bell Ciu.* Hæc consultantibus eis nuntiatur aquatores ab equitatu premi nostro.

Aquātŭs, ta, tum, Aqua mixtus, aqua dilutus. {ממזג *mazúgh.* ὑδρωχόος. GALL. Mistionné d'eau, ou on amis de l'eau. ITAL. *Adacquato, aquoso.* GER. wasserechtig/ mit wasser wermischet. HISPAN. *Aguado* ANGL. *Minglod or mixed with water.*} vt Aquatum vinum. Interdum idem quod aquosus, vt Lac aquatum. *Plin. 28. c. 9.* Omne autem vernum aquatius æstiuo.

Aquĕus, a, um, Quod ex aqua est. ὑδατώδης: vt Color aqueus.

Aquōsus, sa, sum, Quod copiam aquæ habet. {ὑδατώδης. GALL. Plein d'eau, aqueux: fort humide. ITAL. *Acquoso, abondante d'acqua.* GERM. Gewässeret/ das vil wasser hat HISP. *Lleno de agua* ANGL. *Full of water, waterish, very weet.*} vt Hyems aquosa. *Colum. lib 4. de ficis,* Locis, *inquit,* frigidis, & autumni temporibus aquosis præcoces serito. ¶ Huius compositum, & contrarium est inaquosus, ἄνυδρος.

Aquōsissĭmus, Superlatiuus, *Senec. Quæst. natur. 3. c. 11.* Quia ferè aquosissima sunt, quæcunque vmbrosissima.

*Piscis aquosus. *Virgil. 4. Georg.* Id est Australis piscis, qui Aquarij vndam suscepit, nam oritur quo tempore pleiades occidunt.

AQVAEAVGVSTAE, ὕδατα αὐγούστα, Vrbs in Gallia Aquitanica, *Ptolemæo* Hanc vulgò *Baionam* vocant.

AQVAE CALIDAE, ὕδατα θερμά, Vrbs Britanniæ insulæ, *Ptol.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

AQVAE MORTVAE, Hodie vocatur oppidum Narbonensis prouinciæ, ad alterum ex Rhodani ostiis situm. *Ptolemæus* Marianas fossas appellat, à propinqua fossa, quam Marius ex Rhodano duxit in vicinum lacum, ostreis (*vt scribit Strabo*) abundantem. De hac fossa *vide Plin. li. 3. c. 4. & Melam li. 2. & Stra. li. 4.* Vulgò *Aigues mortes.*

AQVAE SEXTIAE, ὑδατα σέξτια *Ptol.* Vrbs Galliæ Narbonensis, iuxtà quem sunt aquæ calidæ, quæ agros curare solent: ita appellatæ à Sexto quodam Romanorum duce, qui perdomitis Salybus oppidum extruxit. *Autor est Strab. lib. 4.*

Aquifolĭă, Species est ilicis, mespilum foliis referens. πρινοπαγὼν ἢ πρινομέσπιλος *Theophrasto*: vnde & Mespilus syluestris, μέσπιλος ἄγρια à nonnullis appellatur. *Vide Plin. li. 24. c. 13. & libr. 27. cap. 8.*

¶ Aquifolia etiam diuersa arbor est, semper viridis, cuius folia per ambitum oculeata, ac spinosa, fructus rotundus ac rubeus. Ex cuius corticibus in fimo putrefactis fit viscum capiendis auibus. Olim vocata est aquus pro acus. *Theophrasto* ἀγεία, non verò vt putauit *Plin.* περίπαγος.

AQVILA, Vrbis nomen est in Brutiis, ex ruinis Furconiis antiquissimi oppidi à Longobardis ædificato. *Volater.*

Aquĭlă {עזניה *néscher.* ἀετός. GALL. Aigle. ITAL. *Aquila.* GERMA. Ein Adler. HISP. *Aquila.* ANGL. *An egle.*} Regina auium quam poëtæ Iouis alitem, eiusdemque armigeram appellant & fulmina ei subministrare fabulantur. Cui fabulæ occasionem dedit aquilæ natura, quia sola auium & fulminis ictu non læditur, & Solis fulgorem oculis inconniuentibus potest aspicere. [De Aquilæ pullis & quot *Plutar. in Mario.* Vbi Aquila Catamitum rapit. *Plaut. Mena. sc. 2. a. 1.*] Sex autem Aquilarum genera enumerantur à *Plinio libro 10. capite 3.* Primum est Valeria μελαναιετὸς *apud Eustathium*, minima magnitudine, viribus præcipua, colore nigricans: sola aquilarum fœtus suos alit, sola sine clangore, sine murmuratione conuersatur in montibus. Secundi generis est Pygargus, πύγαργος, eo quod πυγὴν καὶ γλωὸν, id est caudam albam habeat, & albicante sit cauea, cognomine νεβροφόνος, id est hinnularia. In oppidis & campis mansitat. Tertij generis est Anataria dicta ὑποφόνος μορφνος, κλάγγος, melius quàm πλάγγος *apud Aristot.* Hanc Homerus περκνὸν percnum, & Latini plancum vocant, secunda magnitudine & victu: quæ vita circa lacus, vt plurimum. ¶ Sex autem aquilarum genera enumerantur à *Plinio*, Melanaetos, quæ & valeria: Pygargus: Morphnos, quam & Percnon *Homerus*, Latini Plancum & anatariam vocant: Percnoperus: Oneos, & Halyaetus. ¶ Aquila non captat muscas. ἀετὸς δ' οὐ θηρεύει τὰς μύιας. quo significatur, summos viros negligere minutula quæpiam. Animus enim excelsus res humiles despicit. Aut egregiè docti nonnunquam in minimis quibusdam labuntur. Ex maximis occupati negotiis ad pusilla quædam conniuent. Effertur & citra negationem adagium, ἀετὸς μύας θηρεύει, Aquila venatur muscas, quoties magnis minima sunt curæ.

¶ Aquila nubibus, ἀετὸς ἐν νεφέλαις: plerique interpretantur de re magna quidem illa, sed quam non facilè assequaris: alij de iis qui longè reliquis præcellunt. *Aristoph. in Equit.* ¶ Iupiter aquilam delegit, ζεὺς ἀετὸν εἵλετο. vbi quis asciscit sibi præclaros, suisque rebus accommodos. ¶ Aquilam cornix prouocat, ἀετὸν κορώνη ἐρεθίζει. Locus fuerit adagio si quando leuiusculus quispiam homuncio, qui neque prodesse queat: neque lædere, maximis viris allatrat. ¶ Aquilæ senecta, ἀετοῦ γῆρας. In senes dicebãtur bibaces magis quàm edaces. Aquila thripas aspiciens, ἀετὸς θρῖπας ὁρῶν. De magnis qui pusilla negligunt. Est enim θρὶψ auicula minutissima, aut vermiculi genus. ¶ Aquilam testudo vincit, accipi potest per ironiam: aut simpliciter, vbi quis potentiorem arte vincit: & quod viribus non potest, astuitate conficit. ¶ Aquilam volare doces, ἀετὸν ὑπαεῖν διδάσκεις. In eos competit qui monere quempiam conantur in ea re, in qua quum sit ipse exercitatissimus, nihil egêt docto te. ¶ Aquila præterea, sydus cæleste est, cuius ala dextera circulum æquinoctialem attingit, sinistra autem non longè à capite Ophiuchi videtur figurata. Rostrum eius à reliquo corpore diuidit circulus à Cancro ad Capricornum perueniens. Exoriente Leone occidit: exoritur tamen cum Capricorno. Habet in capite stellam vnam, in vtraque ala vnam, & vnam in cauda. ¶ Est etiam aquila, piscis nomen ex genere planorum, quem & Græci ἀετὸν appellant, *teste Plin lib. 9. capite 24.*

[Aquilaria loci nomen. *Cæs. 1. de bel. ciu.*]

Aquĭlīnŭs, a, um, Quod est aquilæ, vel quod ad aquilam pertinet. ἀετώδης. GALLIC. D'aigle. ITALIC. *Aquilino.* GERMANIC. Das zu dem Adler gehört. HISPAN. *Aquilento, cosa de aquila.* ANGLI. *Of an eggle, belonging to an eggle.*} vt Aquilinæ vngulæ. *Plautus in Pseud.* [*scena 2. act.*] An tu inuenire postulas quenquam coquum, Nisi sit miluinis, & aquilinis vngulis? Vbi Aquilinas vngulas dixit pro manibus rapacibus, quales sunt vngues aquilarum.

Aquĭlĭfĕri, Dicti sunt signiferi in Romana militia, ἀετοφόροι, ab aquila, quam Romani legionibus Marius in secundo Consulatu suo propriè dicauit: fuitque tanquam princeps totius legionis signum. *Cæs. 3. de bel. Ciu.* In eo prælio quum graui vulnere esset affectus aquilifer. [*Vide Sueton. in Cæs. cap. 62.*] Habuerunt & Romani alia quatuor signa, videlicet lupos, minotauros, equos, apros, quę singulos ordines anteibant. Item & Dracones: vnde Draconarij. Postea tamen repulsis cæteris, vnam seruauerunt aquilam.

Aquĭlĕgĭum, Aquæ collectio, & aquæ ductus. {ὑφορμός. AN. *A cundite or conueyance of water.*} *Plaut.* Si pluet, aquilegio inuabo.

AQVILEIA, ἀκυλήια, Vulgò *Aquilia*, Carnorum metropolis, iuxta quam defluit Timauus. à legendis aquis dicta. *Martialis*, Et tu Ledæo fœlix Aquileia Timauo. *Plin.* Aquileiam collocat decima regione Italiæ. Fuit autem Romanorum colonia duodecies mille passibus à mari sita. Ad eam flumine aduerso onerariis nauigatur nauibus per Natisonem fluuium. Ex qua orti sunt Chromatius, ad quem Hieronymus sæpe scripsit & Rufinus Græcè Latinéque eruditus, qui Iosephum conuertit in Latinum, cuius archetypum est Mediolani in sancti Ambrosij fano, Longobardis characteribus curiosissimis.

Aquĭlex, *Vide* AQVA.

AQVILIVS, ἀκύλιος. Cognomen Iurisconsulti, factum à colore subnigro. [Item Historicus. *Suet. August. c. 11. De quo Gel. c. 22. li. 2. Item* Aquiliorum coniuratio. *Plu. in Publi.*

Aquĭlō, penultima correpta, Ventus Septentrionalis, frigidus & siccus, ita dictus à vehementissimo volatu instar Aquilæ. {צפון *tsephón.* βορέας. GALLIC. Le vent de Bise, le vent de Septentrion. ITAL. *Aquilone, borea.* GERMANI. Nortwind/der Byser/der Schindtenhengst vonn mitnacht. HISPANI *Reganon, viento entre Norte y Solano.* ANGL. *The northwind.*} [*Ouid. Eleg. 10. l. 3. Trist.* Æquato siccis Aquilonibus Istro. *Ibidem*, Tantáque commoti vis est Aquilonis, vt altas æquet turres, &c. *Et Eleg. 10. lib. 1.* strident Aquilone rudentes.] De hoc scribit *Ouid. l. 6. Metam.*

Apta mihi vis est, quæ tristia nubila pello,
Et freta concutio, nodosáque robora verto,
Induróque niues, & terras grandine pulso.
Idem ego quum fratres cœlo sum nactus aperto,
(Nam mihi campus is est) tanto molimine luctor,
Vt medius nostris concursibus insonet æther,
Exiliántque cauis elisi nubibus ignes.
Idem ego quum subij conuexa foramina terræ,
Suppositique ferox imis mea terra cauernis,
Sollicito manes, totúmque tremoribus orbem.

Flat autem hic ventus, *teste Plin. l. 2. c. 47.* inter Septentrionem & ortum solstitialem, è regione Cauri.

Aquĭlōnārĭs, re, adiectiuum. {צפוני *tsephoni.* βορέος. ANG. *Toward the north.*} *Cic. de Nat. deor.* Sed etiam regio, quæ tum est Aquilonaris, tum Australis.

Aquĭlōnĭŭs, a, um, vt loca Aquilonia, in quibus flat Aquilo. *Plin. l. 27. cap. 3.* Omnes verò herbæ vehementiores effectu viribúsque sunt in frigidis locis, vt in Aquiloniis.

Aquĭlus cŏlŏr, Fuscus & subniger, ab Aqua. {שחור *schachór.* ὑδατώδες χρῶμα. GAL. Brun, tirant sur le blanc & sur le noir. IT. *Fosco, alquanto negro.* GER. Braun/dunckelfarb. HIS. *Vn poco negro.* ANG. *Dunne colour, the colour of water, half whyte half blake.*} Nam quum antiqui duos omnino naturales colores noscerent, album scilicet & nigrum, intercenit is quoque, qui ita neutri similis est, vt tamen ab vtroque proprietatem trahat: quem potissimum ab aqua nominauerunt, cuius incertus est color. *Plaut. in Pœn.* Statura haud magna, colore aquilo. *Sue. in August.* Nasum à summo eminentiorem, & ab imo deductiorem, colorem inter aquilum candidúmque.

Aquiminarium, Vide AQVA.

AQVINVM, ἀκουῖνον, *Ptolemæo.* Vulgò *Acquino*, Oppidum est Latij aut (*vt aliis placet* Campaniæ.) *Cicero 2. Phil.* Quum Romam proficiscens ad Aquinum decederet, obuiam processit magna sanè multitudo.

AQVISGRANVM, Germaniæ nobilissima ciuitas, priùs Vegeta dicta, Caroli Magni sepulchro nobilitata. Vulgò *Aquisgrano.* [*German. Aach.*]

AQVITANIA, ἀκουιτανία. Regio & tertia Galliæ pars, ab obliquis aquis Ligeris. Vulgò *Guienne.* Hæc à Circio Oceanum habet, qui Aquitanicus dicitur: à Meridie Hispaniam, à Septentrione Lugdunensem prouinciam: ab Ortu Narbonensem: In ea Tholosa, & Burdigala ciuitates. ¶ Hinc Aquitanus, na, num: vnde Aquitani populi, ἀκουιτανοί.

AQVĪTĒS, penultima correpta, Sacerdotis nomen apud Phasidem. *Val. Flac. lib. 6.* magníque sacerdos Phasidis arctois Aquites errabat in agris.

AQVVLA, Oppidum Hetturiæ, vnde Aquulenses & Aquenses. *Plinio & Ptolemæo* dicti.

A ante R.

ARM. P. In notis antiquorum, arma publica. ARM. E. arma eius. ARC. arca. ARG. argentum.

Ārā, Quasi ansa, *vt Var. placet*, dicta est à tripodibus, quòd sacrificantes ansas tenebant: vel potiùs, quia precantes manibus aras apprehenderent. {מזבח *mizbéach.* βωμός. GAL. Autel ITA. *Altare.* GER. Ein altar. HISP. *Ara, ò altear.* ANG. *An altar.*} Hinc *Virgil. lib. 4. Æneid* Talibus orantem dictis, aráſque tenentem. Primò ergo ansæ dictæ, deinde commutatione literarum aræ. [Aræ apud Antiquos Asæ dicebantur. *Terent. Scaur. de Orthogr.* deinde Aræ, mutata litterula.] Sunt qui aras ab ardendo deriuent, quòd in iis victimæ adolerentur. Alii ab ἀράομαι, quod est oro (vnde & ἀρὴ oratio dicitur) quòd in sacrificando oretur. Iurantes etiam olim aras tangebant. Vnde celebratur nobilis illa Periclis sententia, Ad aras vsque me amicum esse oportet: qua significatur, neminem amici causa aut peierare, aud quidpiam inhonestum facere oportere.

¶ Quibus nec ara neque fides. Aristoph. ἐκ ἀχαριτώτων, οἷσιν οὔτε βωμὸς οὔτε σπονδὴ ἔρκος ὑφίστηται. Queis nec ara nec fides nec vlla durant fœdera. De vehementer perfidis. Dictum est in Spartanos, quorum perfidiam taxauit Euripides. ¶ Tanquam ad aram confugere prouerbiali figura dicimus, quum extremum refugium intelligi volumus. Inde sumptum, quòd olim qui extrema necessitate vrgebantur, ad aras deorum solerent confugere, vnde nefas erat quenquam extrahere. *Cic.* vsus est hoc prouerbio, *in Orat. pro Rosc. lib. 3. de Natur. deor. & 4. act. in Verr. & Pl. Mostellaria.* [Aræ pro Penatibus, numeri plur. sumit *Diomed. lib. 1.* ferè in principio. Ara quam sepulchrum Scipionis arbitrabar. *Senec. epist. 87.* Est & Ara signum cœleste. Aræ etiam locus in mari, de quo *Virgil. 1. Æneid.* fumida cingatur florentibus ara coronis. *Ouid. Ele. 13. lib. 3. Trist.* Ara (Tauricæ Dianæ) cruenta ante fores. *Ouid. Eleg. 4. lib. 4. Trist.* Vnica fortunis ara reperta meis. *Ouid. Eleg. 4. lib. 4. Trist.* Sacram quamuis inuisus ad aram Confugiam nullas submouet ara manus. *Ouid. Eleg. 2. l. 5. Trist.* Additus aris Lætior eluxit structos super ignis aceruos. *Tibul. l. 4.* Ara Veneris ante (alias iuxta Lenonis fores.) *Plaut. Curc. sc. 1. a. 1.* Siquidem mihi statuam & aram statuis, & vt Deo mihi immolas bouem. *Plaut. Asin. sc. 3. a. 3. & Aul. sc. 1. a. 4.*] ¶ Pro aris focísque dimicare dicimur, quum nobis de re chara setiáque certamen est ineundum, fortíque animo pugnandum. ¶ Est etiam Ara ciuitas, Arabiæ regia, necnon & insula Arabiæ adiacens, *vt scribit Ptolemæus.* Habet autem hoc nomen priorem syllabam productam. Hara autem cum h, eandem corripit, & significat porcorum seu auium stabulum, συφόρβιον, συφεός. *Ouid. in Epist. Penelopes ad Vlyssem*, Tertius immundæ cura fidelis haræ. *De hoc plura suo loco.* Ara sydus cæleste. *Cicer. de Natur.* deinde Nepæ cernes propter fulgentis acumen Aram, quam flatu permulcet spiritus Austri. Aræ dicuntur etiam saxa quæ inter Africam & Sardiniam medio mari eminent. Aræ

dictæ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

dictæ propterea quòd ibi Afri & Romani fœdus inierunt, & fines imperii sui illic esse voluerunt. *Hæc ferè Seruius in illud Virg. 1. Æneid.* Tres Notus abreptas in saxa latentia torquet, Saxa vocant Itali mediis quæ in fluctibus, aras.

ARabarchēs, ἀραβάρχης (*vt pulchrè ostendit Alc. lib. 1. Præterm issorum*) Dicebatur publicanus, qui præerat exigendo vectigali de pecoribus, quę ex Arabia in Ægyptum adducebantur. Horum autem officium Arabarchia, ἀραβαρχία vocatur. Super hac re extat Constitutio *Val. Grat. Theod. Imp.* in hæc verba, Vsurpationem totius licentia submouemus circa vectigal arabarchiæ, per Ægyptum atque Augustaneam constitutum, nihilque super transductione animalium vendicari permittimus. Hinc facilè intelligi potest sententia horum versuum *apud Iuuenalem*, Atque triumphales inter quos ausus habere Nescio quis titulos Ægyptius, aut Arabarches. Inuenitur enim in T. Alexandrum natione Ægyptium, quem Arabarchem vocat, hoc est, Ægyptium publicanum.

ARABIA, ἀραβία, Regio inter Iudæam & Ægyptum, ab Arabo Apollinis ex Babylone filio. Solinus Arabiam interpretatur sacram. [GER. Ein ex Babylone filio. Solinus Arabiam interpretatur sacram. [GER. Ein landtschafft in Asia zwischen dem Judischen land vnd Egypten gelegen.] ¶ Est autem triplex Arabia, *secundum Plin. lib. 2.* Vna fœlix, εὐδαίμων, altera Petræa πετραία: tertia deserta, ἔρημος, de quibus pluta in dictione sequenti: In Arabia est mons Sina, qui & Oreb, in quo Moses legem accepit. In eadem & Phœnix auis nascitur & Sardonix gemma. ¶ Arabia Petræa, ἀραβία πετραία. Sic dicta à Petra vetustissimo oppido, pars illa Arabiæ, quæ est Ægypto Iudææque confinis. *Autor Ptolem. Straboni at Plin* alio nomine Nabathæa dicitur. ¶ Post Petræam, sequitur alia Arabiæ pars, Arabia deserta *Ptolem.* vocata, *Straboni* autem Scenitis, διὰ τὸ σκηνοῦν, quòd gens vaga, & sine ædificiis in tentoriis habiter. Hæc à meridie montibus Arabiæ Fœlicis cincta est, à Septentrione Mesopotamiam habet, ab Occidente Petræam. ¶ Cauam Arabiam ferere, τὸν κοῖλον Ἀραβίαν σπείρειν, Pro frustra sudare, aut in re perdifficili, nec admodum frugifera operam sumere. *Luc. in Apologia.* ¶ Arabia Fœlix Meridiem versus, inter duos sinus Arabicum & Persicum, veluti peninsula excurrit, fluminibus scarens: quæ, *vt Strabo scripsit*, bis quotannis, vt India, feritur ob fœcunditatem. *Vide Plin. lib. 6. c. 28.*

ARabs, bis. ἄραψ, Gentile nomen est, quo is significatur qui ex Arabia ortum traxit. *Virg. 4. Æneid.* -omnis eo terrore Ægyptus, & Indi, Omnis Arabs, omnes vertebant terga Sabæi. [*Plaut. Curc. sc. 1. a. 3.* Arabs, Syros subegit. *Plaut. Curc. sc. 1. a. 1.*]

ARabius, & Arabicus, ἀραβικός, adiectiua, vt Arabicus odor. *Plaut. Mer. sc. 5. a. 2.* Vt arabico ei (Dianæ) fumificem odore.] *Virg. li. 7.* Hircanísve Arabísve parant. *Propert.* Nec si qua Arrabio lucet bombyce puella. vbi metri causa legendum est Arrabio. ¶ Arabius tibicen, Ἀραβικὸς αὐλητής: aut, Arabius nuntius, Ἀραβικὸς ἄγγελος. In eos dici solitum, qui à semel cœptis nunquam desistunt. Adagium hinc natum existimant, quòd olim sola mancipia musicam exercerent, quæ plerumque ex Arabia producebantur. *Citatur ex Menandro, illiúsque meminit Iul. Pollux.*

ARabicè, aduerb. vt Arabice olere, id est, bene olere, & odoribus Arabicis ἀραβικῶς ὀζειν.

ARabilis, *Vide* ARO.

ARABVS, ἄραβος, Apollinis fuit filius ex Babylone, *vt inquit Plin. lib. 7. c. 56.* quem medicinæ artis quidam voluerunt extitisse reperrorem. ¶ Est & Arabus lapis, *teste Plin. lib. 36. c. 21.* eburnei candoris, qui in pulverem redactus, aptissimus est dentifriciis.

ARāchnē, ἀράχνη, nomen puellæ Lydiæ, quæ quum de lanificio ausa fuisset cum Pallade certare, victrice dea percussa radio, in araneam est commutata. Verùm hoc à poëtis fictum est. Constat enim, *autore Plin.* Arachnem linum & retia inuenisse: Closterem autem filium eius fusos in lanificio, *Suidas* scribit ἀράχνιον filum esse & licium tenuissimum: ἀράχνιον, fœminini generis, telam, seu texturam: masculino genere, ἀράχνιον, pusillum animal ita dictum, quòd rara molliaque habeat vestigia.

ARachosia, ἀραχωσία, regio est Scythiæ Asiaticæ, Drangianis, & Gedrosiis finitima: cuius præcipuæ ciuitates sunt Alexandria, & Arachotus, ἀραχωτός, quæ regioni nomen dedit. *Vide Strab. lib. 11. & Ptole. lib. 6. cap. 20.*

ARachthvs, ἄραχθος, Fluuius est Epiri, non procul à Nicopoli, in sinum Ambracium influens. *Meminit huius fluuij Plin. l. 4. c. 1. & Ptolem. lib. 3. c. 14.*

Araciæ ficus, Dicuntur albæ, pediculo minimo, latissimæ, *de quib. Plin. lib. 13 c. 18.*

ARacvs, ἄρακος siue ἀρακίς, Theophrasto: (sylu estris verò Arachus, ἔρακος *Galeno.* Vide Clymenum) leguminis genus: Gallis *Vesceron.* Italis *Mocho.*

ARācynthvs, ἀράκυνθος, Mons est Acarnaniæ, *teste Plin. lib. 4. capite 2.* ¶ Est & alter in Attica mons eiusdem nominis: *de quo Virg. 2. Eclog.* Amphion Dircæus in Actæo Aracyntho. Sunt tamen qui putent ibi Virgilium personæ pastoritiæ rationem habuisse: ideóque in Attica montem collocasse, qui re vera est in Acarnania: cuius generis pleraque etiam apud Theocritum animaduertimus. *Stephanus* prærerea Aracynthum in Bœotia collocat: à quo Mineruam Aracynthiam dictam scribit.

ARadvca, ἀράδουκα, Vrbs Lusitaniæ, quæ vulgò ab Hispanis *Arzua* dicitur. *De hac Ptol. l. 2. c. 5.*

ARadvs, ἄραδος. Insula est, siue potiùs vrbs in petra sita, habens in ambitu septem circiter stadia, distans à Phœnice, cui adiacet, viginti stadiis. Estque vt tradit *Strab. lib. 16.* vna ex Phœniciæ vrbibus, quæ Tripolim efficiũt: reliquæ duæ sunt Tyrus ac Sidon. Huius etiã meminit *Plin. lib. 5. c. 31.* In Phœniceo, inquit, mari est ante Ioppen Patia, tota oppidum, in qua obiectam Andromedam belluæ ferunt, iam dicta Arados: inter quam & continentem quinquaginta cubita alto mari (*vt autor est Mutianus*) è fonte dulcis aqua tubo coriis facto vsque à vado trahitur. E regione eius insulæ, ad Meridiem, vrbs est huic opposita quæ olim Antarados, hodie *Tortosa* vocatur.

RAEPLAVIAE, Vrbs Germaniæ, non procul à Danubio fluuio, quam Germani sua lingua Nördlingen vocant, alii putant Heydenheim.

ARAETHYREA, ἀραιθυρέα, Regiuncula est Achaiæ propriè dictæ, postea Aræphis dicta, vrbem habens eiusdem nominis, quam Homerus in Catalogo ab amœnitate commendat, ἀραιθυρέα ἐρατεινὴν eam appellans *De hac Plin. l. 4. c. 5. & Strabo l. 8.*

ARAGVS, ἄραγος, Fluuius Massagetarum agrum irrigans, *cuius meminit Strab. l. 11.*

ARAMEI, *teste Plin. l. 6. c. 17.* ab antiquis dicti sunt Scythæ, alio nomine Sacæ à Persis appellati.

ARānea, æ, idem quod araneus. {ἀράχνη. GAL. Araigne. ITA. *Ragno, aragna.* GER. Ein Spinnwupp. HISP. *Arana.* ANG. *Aspider.*} *Ouid. 4. Met.* -non illud opus tenuissima vincant Stamina, nec summo quæ pendet aranea tigno. *Virgilius 4. Georg.* Laxos in foribus suspendit aranea casses. *Ouid. 6 Metamorph.* - Stamen & antiquas exercet aranea telas. *Salicis fructus ante maturitatem in araneam abit. *Plin. lib. 24. cap. 9.* Id est in lanuginem araneæ similem. [Aranearum telis similes leges. *Plut. in Solon.*]

ARāneus, nei, Animalculum ex genere insectorum, quod Græci {ἀράχνιον appellant. עכביש *bachchabish* שממית *semamith.* GALL. Araigne. ITA. *Ragno, aragna.* GERM. Ein Spinn. HISP. *Arana* ANGLI. *Aspider or cowebbe.*} Huius multa sunt genera: vnum tamen præcipuum, nullíque incognitum, quod miro quodam artificio telas orditur, quibus muscæ irretiuntur. *Pl. in Asi. sc. 4. a. 2.* Iussin' columnis deiici opera araneorum? *Idem in Sticho,* Vt operam omnem araneorum tergam, & texturam improbem, deiiciámque eorum omnes telas. [*Pl. Aul. sc. 2. a 1.* Inaniis oppleræ sunt atque araneis. *Item,* Araneas ego illas mihi seruari volo.] ¶ Sunt & ex araneorum genere Phalangia Italiæ ignota (*vt scribit Plin. l. 29. c. 4.*) quorum noxij morsus, corpus exiguum, varium & acuminatum. Hæc rursus in multas secantur species, *quas vide apud eundem loco iam citato.* Sunt & alia araneorum genera, quæ latius explicat *idem Plin. libr. 11. cap. 54.* ¶ Araneorum telas texere, τὰ ἀράχνια ὑφαίνειν, id est in re friuola; nullíusque frugis infinitum atque anxium caperé laborem. *Refertur à D Basilio initio enarrat. Hexamer.* ¶ Est præterea Araneus, vitium peculiare vitibus & oliuis, quum veluti telæ inuoluunt fructum & absumunt. *De hoc Plin. lib. 17. c. 24.* ¶ Est etiam piscis quidam hoc nomine, mari peculiaris, noxiam in dorso spinam ferens: *de quo Plin. lib. 9. cap. 48. & lib. 32. c. 11.* ¶ Araneus mus, Animal est ex genere mustellarum, morsu venenato, quod si orbitam transierit, statim emoritur. μυγάλη. *De hoc Plin. lib. 8. cap. 58. & Aelianus lib 8. c 30.*

*Araneolus ἀραχνίδιον, paruus araneus, *Virgil. in Catul.* Atque vt araneoli tenuem formauimus orsum.

ARāneŏla, æ, idem quod Araneolus. {AN. *Alitle spider or cobwob be.*} *Cicer. de Nat. deor.* Vt in araneolis aliæ quasi retexunt, aliæ eximprouiso obseruant.

ARāneōsus, a, um, Aranearum faciem habens. {ἀραχνοειδὴς. GALLI. Araigneux, plein d'araignes, semblables aux toiles d'areignes. ITAL *Pieno de ragni, simile à teledi ragno.* GERMA. Das der Spinnwuppen gleich ist/oder von Spinnwuppen ist HISP. *Pleno de arauas ò tela arana.* ANG. *Full of spiders vebbes.*} vt, Araneosus caulis. *Plin. lib. 21. c. 15.* Huic similis est spina illa quam Græci Acanthion vocant, minoribus multò foliis aculeatis per extremitates, & araneosa lanugine obductis, *lib. 24. cap. 12.* Araneum est quod textum est ab araneis, tela siue tete arancorum. Neque in hac significatione Aranea, dicendum est, quod vsque adhuc falsò hic notatum fuit. Repudiat enim hoc primùm Latine loquentium vsus, deinde etiam autoritas *Cor. Front.* qui aperte scribit, Araneam esse quæ texit: Aranеum quod textum est. * Araneosus vomitus. *Plin. lib. 29. c. 4* Peior vtroque est cærulcus, lanugine nigra caliginem concitans, & vomitus araneosos. Hoc est in quibus telæ araneę conspiciuntur, vt ait Sipontinus.

ARārīs, pen. corr & per apocopen Arar, ἄραρ, Fluuius Galliæ Lugdunensis, à monte Vogeso per fineis Heduorum & Sequanorum in Rhodanum fluens. *Luc. lib. 6.* -Rhodanúmque fluentem Præcipitauit Arar. Hodie *Saona* dicitur. ¶ Alius est ab eo qui per Heluetios lapsus, hodie Arola, vulgò *Ar* dicitur.

ARARVS, ἄραγος, Fluuius Scythiæ Europeæ, in Istrum influens, cuius meminit *Herod. lib. 4.*

ARātĭo, Aratiuncula, Arator, Aratro, Aratrum, *Vide* ARO.

ARātor, Poëta Christianus, Romanus subdiaconus fuit, qui Apostolorum acta hexametro versu conscripsit, *vt notat Volaterranus.*

ARATVS, ἄρατος, Poëta Cilix, Astronomiæ peritissimus, cuius Phænomena extant Græcè, & Latinè à Cicerone adhuc adolescente versa. ¶ Fuit & alter Aratus dux Sicyonius, vir optimus, qui patriam suam à tyrannide liberauit: *de quo Cic. 3. Offic.*

ARAVRIVS, ἀραύριος, *Ptolemæo*, vel, (*vt Straboni placet*) Rauratis, Fluuius est Galliæ Narbonensis, non procul à Massilia.

ARAVSIO, Ciuitas est Galliæ Narbonensis, prope Auenionem, principatu nobilissimo insignis, vulgò *Auranze.* Huius oppidi meminit *Plin. l. 3. c. 4. Strab. l. 4.*

ARāxēs, ἀράξης, Fluuius est Armeniæ eodem in monte, ex quo Euphrates nascitur, ortum habens, Armeniámque ab Atroparia diuidens. [GERM. Ein fluß Armente.] De hoc scribit *Pomp. lib. 3.* Araxes Tauri latere demissus, quoad campos Armeniæ secat, labitur placidus, nequo in vtram partem eat, quanquam intuearis, manifestum. Quum in aspera deuenit, hinc atque illinc rupibus pressus: & quanto angustior, tantò magis pernix. Frangit se subinde ad apposita cautium: atque ob id ingenti cum murmure, sonansque deuoluitur, adeò citus, vt quà ex præcipiti casurus est, in subiectam non declinet statim vndam, sed vltrà quàm canalem habet, euehat plus ingeris spatio, sublimis, & aquis pendentibus semetipsum sine alueo ferens. Deinde vbi incurvo, arcuaróque amne descendit, fit tranquillus, iterum per campos tacitus & vix fluens, in littus elabitur. *Hæc ille. Meminit huius fluuij & Plin. l 6. c. 9.*

ARāxvm *Plinio*, ἄραξος *Ptolemæo*, Promontorium in occidua parte Peloponnesi, non procul à Patris. *Vide Plin. libr. 4. cap. 5. & Ptol. libro 3. capite 5.*

ARBA, ἄρβα, *Plin. 3. cap. 21.* Insula est ante Illyricum, *Ptol. verò li. 2. cap. vlt.* Arbam ciuitatem esse tradit Scardonæ, quæ est in insula, Illyrico adiacens.

ARbĭlla aruina, id est, pinguedo corporis. *Festus.*

ARBĭli, ἄρβηλοι, ἡ ἀρβίτη, *Stephano* populi sunt Indis finitimi, non procul ab

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Arianis,& Gedrosis:ita dicti ab Arbi vicino fluuio. Recensentur *à Pli. lib.6.c.23.*

ARBIS, ἄρβις. Fluuius est in finibus Carmaniæ,non procul ab Arianis & Gedrodsiis:à quo vicini populi Arbij ἄρβιοι,dicuntur.*Vide Plin.li.7. cap 2.*

Arbitĕr,tri,pen.cor.Iudex honorarius non à lege datus, sed ab iis qui litigant,lectus,qui totius rei habet potestatem: dictus ab arbitrando, id est,existimando.{פלילי *pelili.διαιτητής*.GALL.Arbitre, ITAL.*Giudice arbitro*.GERMAN.Ein Scheidtmann.HISP.*El iuez arbitro*. ANGL. *An arbyter,an vmpyre*.} Eius enim officium est iudicare, non ex lege & stricto iure,sed prout ipse æquum esse existimet. Iudex vero ex officio dictus est.*Terent.in Heauton.*Simo & Crito vicini hic ambigunt de finibus,Me cepere arbitrum.*Cæsar 3.bell.Ciuil.* De his rebus quum ageretur apud Cæsarem , isque maximè vellet pro communi amicitia atque arbitro controuersias regum componere.¶Arbitrorum duo ponit genera Proculus *D.lib.17.Tit.pro socio.l.76.* Arbitrorum,*inquit*,duo sunt genera, vnum eiusmodi, vt siue æquum sit siue iniquum parere debeamus, quod obseruatur,cum ex compromisso ad arbitrum itum est Alterum eiusmodi vt ad viri boni arbitratum redigi debeat : Etsi nominatim persona sit comprehensa cuius arbitratu fiat.*Ouid.5 Fast.* Superis,inferisque Deorum Arbiter(Mercuri,) Arbiter Imperii (Augustus)*Ouid.Eleg.3.lib 5.Trist.* Arbiter armorum, de cuius sanguine credor natus.*Ouid.3.Fast.*Te arbitrum adduximus an adigimus?*Senec Ep. 66.*Ad arbitrum tecum veniam.i.agam mitius.) *Senec.c.4 de Consol.ad Marc.*Mihi arbitri vicini sunt meę quid fiat domi (mox,Introspectat) *Plau.Merc.sc.2.a.2.*Ne arbitri nostra dicta arbitrari queant.*Plau.Capt. sc.1.a.2.*Æqui & iusti sic eritis omnes arbitri(de spectatoribus) *Plaut. prolog.Amph.*Arbiter muneris sui(Deus,fortuna,&c.)*Sen.c.10.ad Con. ad Marc.*Immunis ab omnibus arbitris domus. (i. in quam nemo despiceret.)¶Legitur & fœmininum Arbitra: *Ambros.lib 1.Offic.*Conscientia vera atque incorrupta pœnarum,præmiorúmque arbitra.*Sine arbitris aliquid facere,Id est nemine vel vidente vel audiente *Plau Cistel.*in latebras abscondas pectore penitissimo Tuam stultitiam. sola facito vt scias,sine arbitris.*Liuius lib.1.* Lucus erat,quem medium ex opaco specu fons perenni rigabat aqua : quò quia se persæpe Numa sine arbitris, velut ad congressum Deæ inferebat, camœnis eum lucum sacrauit.Id est,clam,solus,nemine comitante. *Sic Cicer.3.Offic.Et 7.in Ver.*Amœno sanè & ab arbitris remoto loco.Id est, Interpellatoribus crebris carente.

Arbitrārium , Dicitur quod alicuius arbitrio est relictum:ita dictum ab arbitrorum more,qui totius controuersiæ suo arbitrio finiendæ potestatem habent.{פלילי *pelili.τὸ ἐν κρίσει*.GAL.Arbitraire.ITA.& HISP *Arbitrario*. GERM. Vnd tomlich / das eines guten willen heimgestelt ist. ANGL.*That is committed to any mannes arbitrie opinion*. } Illi enim non ad summum iuris rigorem sed quod ipsis æquissimum videtur, solent decidere.Vnde arbitraria pœna dicitur, quæ non lege statuta est,sed iudicis arbitrio relicta. *Martianus*, Quam celebrem cuperent, fictor arbitrarius variabat.*Plaut.in Amph.* Hoc quidem profecto certum est non arbitrarium.

Arbitrārius,pro voluntarius , qui est nostri arbitrij. *Gell.l.18.capit.10.* Σφυγμὸς autem est intentio , motus , & remissio in corde , & in arteria naturalis non arbitrarij. [Arbitraria esse verba , *Idem cap. 4. lib.10.*]

Arbitrātus,us,Arbitrium,voluntas,opinio. {חפץ ררצין *rarsin chephets*. θέλημα.GALL.Arbitrage.ITAL.*Parere, voluntá*.GERMA.Ein will / gutdunckẽ.HISPA.*Parescer,voluntad*.ANG.*Vvhil,opinion, arbitrement*.} *Plaut in Amph.*Mane,arbitratu tuo iusiurandum dabo. [*Idem Mena. sc 5.a.5.*Deferatur ad me ibi meo arbitratu potero curare hominem. *Item,*Tuo arbitratu maximè.*Plaut.Pseud.sc.2.a.2.*Si meo arbitratu liceat,omnes pendeant. *Plau.Ps.sc.5.a.1.* Dijre ament vel huius arbitratu vel meo.*Plaut.Pseud sc.3.a.1.* L. Concede(id est recede)C.tuo arbitratu.*Plau Cur sc.1.a.3.sc.1.a.1.* Dedunt se in deditionem & arbitratum Thebano populo.*Plau.Amph.*Mansero tuo arbitratu(i.quandiu voles)*Idem Asin.sc.2.a.2.*perscrutatus es me tuo arbitratu.*Plaut. Aul.sc.2.a.4.(bis)*Esurio,non tibi.Tuo arbitratu *Pl.Cap.sc.1.a.4.*]*Cic. in Lal.*Cuius disputationis sententias memorię mandaui,quas in hoc libro exposui meo arbitratu.

Arbitrārio,siue Arbitrariè,aduerbium κατὰ διαίτην, idem quod pro arbitrio,hoc est,pro voluntate.*Plaut.Pœn* Nunc pol ego perij certò,haud arbitrario.

Arbitrium,trij,Sententia est quæ ab arbitrio statuitur. {פלילית *pelilijáh διαίτη*. GAL.Sentence d'arbitre,arbitrage.ITAL.*Sentenza arbitraria*.GERMAN wilkömlicher vnd gütiger entscheid/ein will.HISPAN. *Sentencia des juez arbitrario*.} ANGL. *The sentence that the vmpyres or arbiter giueth,the vmpyres decrees*.} Interdum dicitur potestas arbitrio data. Vnde Arbitrarium suscepisse dicitur , qui partes iudicis suscepit.*Cic in Proœmio Offic.* Iudicio,arbitrioque nostro , quantum quoque modo videbitur hauriemus. [Arbitrium classici certaminis commissum Agrippæ. *Velleius.* Non fuit arbitrij littera nostra tui. *Ouid.Eleg.4.lib.4.Trist.*Arbitria captans armorum.]*Velleius.* ¶Interdum id est quod opinio,siue voluntas.γνώμη,τὸ αὐτάρεσκον : vt, Omnia pro meo arbitrio facio,id est,vt mihi videtur,& vt opinor faciendum. *Cicer. 1.de Finib.* ad arbitrium suum scribere. [Arbitrii alieni esse. *Suet.in Claud.cap.2.*Homo sui arbitrii.*Idem in Tib.ca.17.* Statur & arbitrium Romulus vrbis habet. *Ouid.4.Fast.l.3. Fast.* Arbitrium est in sua tecta Ioui.Sui arbitrii homo.*Suet.in Tib.c.17.* Iuris & arbitrij sui. *Seneca c.8.de Consol.ad Pol.*Ius arbitriúmque.*Sueto.in Calig.4.* Arbitrium tu Dea floris habe.*Ouid.5.Fast.*]*Arbitrium,item Potestas. *Liu. 4.bell.Macedon.* Scilicet si legem Oppiam abrogaueritis, non vestri arbitrii erit,siquid eius vetare volueritis,quod nunc lex vetat. *Hor.* Quem penes arbitrium est , & vis & norma loquendi. * Item Arbitrium pro præmio , *Cicer.in Pison.* Eodem in templo , eodem & loci vestigio & temporis , arbitria non mei solùm sed patriæ funeris abstulisti.

Arbitrŏr,tri aris,pen.corr. Existimo , censeo. {חשב *chaschàb*.פלל *pillél*. ἡγέομαι.GALL. Arbitrer, donner sentence par arbitrage,peser,cuider, estimer.ITAL.*Giudare,pensare,existimare*.GERM.entscheiden / achten/ schlichten/meinen.HISPA.*Iuzgar como arbitro,pensar*.ANG.*To think, to suppose,to iudge,to giue a decrette as vmpyre*.} *Cicer.6.Verr.* Si hoc,quod abs te postulo,minus ad officium tuum pertinere arbitrabere , succedam ego vicarius tuo muneri , suscipiam partes, quas alienas esse arbitrabar. *Terent. Hecyr.* Neque enim quenquam esse arbitrabor. [Velim te arbitrari id me facere tuæ rei caussa , *Plaut. Aul. sc.2.a.1* Quem me hominem arbitrare nescio. *Plaut.Menac.sc.1.a.5.* Dabo Iusiurandum arbitratu meo tu me meam vxorem pudicam esse arbitrarier.*Plaut.Amphitr.* Nouarum ædium similem arbitror esse hominem *Plaut.Mostel.sc.2 a.1.* Arbitrari è tenebris quid alter agat. Te si arbitrarem dignum (salute) mississem tibi. *Plau.Pse.sc.2.a.4.* Nota Arbitrarem pro arbitrarer dictum.]

¶Interdum accipitur pro speculari,κατασκοπεῖν,& inquirere,seu auscultare.*Plaut.in Aul.l.sc 1.a.4.*Hic ego huc & illuc potero , quid agant arbitrarier.¶ Apud Iurisconsult. Arbitrari,pro iudicare ponitur , & litem arbitrio finire:quod & διαιτᾶν à Græcis dicitur. *Vlpian.de recept. arbitr.*Si quis litigatorum defuerit,quia per eum factum est , quò minus arbitrerur,pœna committetur.[Sic Arbitrata quæstio,i. diiudicata.*Gell.c.13.lib.2.*] ¶Arbitrari in patiendi significatione *Vlp.posuit in dicto loco,& in l.12.de religiosis* Sumptus funeris,*inquit*, arbitrantur pro facultatibus vel dignitate defuncti.

ARBŎR, Piscis est in Oceano Gaditano,tam vastis dispansus ramis , vt fretum nunquam ingressus credatur. *Amor Plin.lib.9.c.4.*

Arbŏr,oris, notæ significationis nomen : cuius appellatione continentur plantæ maiores,& dissoluta contumaces , quæ simplici caudice, ramisque brachiorum more porrectis assurgunt:cuiusmodi sunt olea, vitis,quercus,& similes. {עץ *ets*. δένδρον,καὶ δένδρος τὸ.GALL.*Arbre*. ITAL.*Albero,arbore*.GERM.ein baum.HISP.*Arbol*.ANG.*A tree*.} *Plin. in Proœm.lib.12.*Summúmque munus homini datum arbores, syluæque intelligebantur [Cingit & angustas arbor opaca comas(i.laurus) *Ouid. Eleg.1.l.3 Trist.* Generosioris arboris planta statim cum fructu est.*Quintil.*folia nunc cadunt,cadent arbores. *Plaut.Menac.sc.4.a.2.* Ascendam in aliquam arborem, inde obseruabo. *Plau.Aul.sc.3.a.4.*] ¶Dicitur & arbos in nominatiuo, *Vir.4.Georg.* Obuiáque hospitiis teneat frondentibus arbos.Hinc *Festus* Arbosem, pro arbore antiqui dicebant,& Robosem pro robore.¶Arborem fici,sicut arborem ficum dici posse,*ostenait Colum.lib.6.quum ait*, In scrobem fici arbusculam deponito.*Ibidem.*Tum arborem fici detrunca.*Cic.pro Flacco*, Hominis enim Phrygi,qui arborem nunquam vidisset, fiscinam ficorum obiecisti. Quod est contra Laurentium Vallam. ¶ Annosam arborem transplantare,γεγηράσαι μεταφυτεύειν.In eos dicitur qui serò atque exacta iam ætate conantur dedisscere , quibus diu iuuenes assueuerint. Aut simpliciter de iis quæ frustra molimur. ¶ Post folia cadent in te arbores. Quoties admonebimus leuiores iniurias si quis ferat, sequi atrociores:Veluti arborum decidua folia negliguntur: verùm aliquando fit vt ipsæ arbores putres in caput subuecti decidant. *Plaut. Menæch.*¶Arbore deiecta quiuis ligna colligit , δρυὸς πεσούσης πᾶς ἀνὴρ ξυλεύεται.Si quem fortuna præcipitem dederit, in hunc passim omnes incurrunt,quisque quod potest diripit : iam enim sibi putant impunè fore. ¶ Quo id innui videtur egregia beneque nata ingenia,statim matuescere & ad frugem peruenire.*Arbor,item pro malo nauis ponitur.*Iuuenal,Satyr.12.*Pro remo posuit *Virgil.lib.10.Æneid.* Arbores, resinam fudantes,sunt sex:pinus,pinaster,picea,abies,larix,teda:quibus addi potest & septima,pinaster in Hispania. Quarum singularem descriptionem lege suis in locis.

Arborideus ramus dicitur,qui alitur vt arboresçat,hoc est, vt arbor fiat, & arborea magnitudine adolescat.*Colum.lib.5.c.4.*

Arbŏrārĭus,a,um,adiectiuum, δενδρικός. ANG. *Vvhich breedeth in trees*.} vt, Arborarius picus.δρυοκολάπτης, qui in arboribus nidificat. *Plin.30.c. 16.*Eò vsque qui arborarii pici rostrum habeant, Arboraria falx , *apud Catonem cap.11.*

Arbŏrātor , Nomen verbale,ab Arboro,ras, quod significat eum qui arbores putat:qui & frondator dicitur.{δενδροτόμος. GALL.Celui qui plante,esmonde& cultiue les arbres,iardinier.ITA.*Potatore d'alberi*. GER.ein beumsembeter,der die beum erhawet HISP. *El que corta los arboles*.ANG.*A woodman,he that lopperh trees*. } *Plin.lib.18.* Frondem medio die arborator ne cædito.*Colum.lib.11.cap 3.* Nam & arator reperitur aliquis bonus,optimus fossor,aut fœnisector, nec minus arborator & vinitor.

Arbŏrēscĕre, Arborem fieri,vel in arborem crescere.{δενδρόομαι.GAL.Deuenir arbre,croistre en arbre.ITA.*Farsi arbera*.GERM.Zu einem baum werden.HIS.*Hazerse poco à poco arbor,arbolecer*.ANG.*To growne a trees to waxe and become a tree*.}*Plin.lib.9.* Tradunt autores,in Arabia malu as septimo mense arborescere.

Arbŏrētum,δενδρών.[Arboreta *Gell.c.2.lib.17.*] *Vide paulò pòst in dictione* ARBVSTA.

Arbŏrĕŭs,rea,reum, Quod est arboris.{δένδρινος.GAL.D'arbre.ITA.*D'arbore*.GER.Das des baums ist.HI.*Cosa de materia de arbol*. ANG. *Of a tree*.}*Virg.lib.1.Georg.*Arborei fœtus alibi.

Arbŭscŭlă,diminutiuum ab Arbor. {שיח *siach*.δενδρίον GALL.Arbrisseau,petit arbre.ITAL.*Arboscello*.GERM.ein beumle. HISPA. *Pequeño arbol*.ANGLIC.*A litle bree.a shrubbe*.} *Varr.lib.3.de Re rust.*in eo arbusculas esse oportet,quæ ferant glandem.¶Significat etiam machinulam,quæ Græcè ἀμαξόπους dicitur , in qua versantur rotarum axes concluſi laminis ferreis:*de qua Vitruu.lib.10.c.17.* ¶Arbuscula præterea nomen est mulieris cuiusdam mimæ.*Horat.1.Serm. Satyr.vlt.* nam satis est equitem mihi plaudere,vt audax , Contemptis aliis explosa Arbuscula dixit.

Arbūstă , Loca consita arboribus. {אשל חרש *èschel choresch* שיחים *sichim*.יער *jaar*. δάμνοι δενδρώνες. GALL.Boscage,ou bosc,lieu planté d'arbres.ITAL.*Luoghi doue sono malti alberi,arborate,bruoli*.GER.ein ort da beum stehnd / ein ort mit beumen / an welchen die rãben auffzogen seind.HISP.*Arboledas de arboles*.ANG.*A grones, a places planted with trees*.}*Col.lib.5.c 5.*Qui vineam vel arbustum constituere volet , seminaria prius facere debebit. Docet etiam *Plinius* quomodo arbustum sit faciendum.*Cic.in Arat.*arbusta ornata regmine foliorum. [*Senec. epist.87.* De Arbusto annoso transferendo & vite annosa disserit.]¶Hoc & Arboretum aliqui vocant.*Gell.lib.17.c.2.*Conualles,*inquit*, & arboreta magna erant.

Arbŭs-

Arbūſtiuūs, a, um, adiectiuum: vt, Arbuſtiuæ vites, quæ in arbuſtis plantatæ ſunt, & arboribus applicatæ, ἔνυδρα δένδρεσι δενδρήεντα *Pallad.* Locum, quem arbuſtiuis vitibus deſtinabis implere. *Columel. de arboribus, capit.* 16. Arbuſtiuam vitem, quàm putare, tam alligare diligenter oportet.

Arbuſto, ſtas, Agrum, arboribus conſecro ad maritandas vites. {אשל נטע *natáh éſchel* עץ נטע *natáh ḗtz.* δένδρα φυτεύω. GA. Complanter d'arbres, garnir d'arbres pour ſouſtenir la vigne. IT. *Plantar alberi per ſoſtegno de le viti.* GERM. Beum zů weigen/pflantzen/diebäben daran zu auffzůziehen. HI. *Plantar arboles, para vinas.* ANG. *To plante trees for the holding vp of ſo ne trees.* } *Pli. li.* 17. *c.* 23. Tranſpadana Italia præter ſupradicta, corno, populo, tilia, acere, orno, carpino, arbuſtat agros,

Arbutĭs, pen. cor. arbor folio citro ſimilis, ſed raris frondibus, cuius fructus arbutum, ſed vnedo vocatur. } κόμαρος. GAL. arboſier. IT. *Corbezzolo, albatro.* GER. Ein baum der frucht bringt wie rotht kirſen. HISP. *Madronno, arbol conocido.* ANG. *A crabbe tree.* } Hæc arbor in Arabia excreſcit in altitudinem 30. cubitorum. *Vir. Ecl.* 7. Et quæ vos rara viridis tegit arbutus vmbra.

Arbutum pomum rubrum ſyluarum, quod *Plin.* vnedonem vocat quòd aſperitate ſua plura edi non poſſint {κόμαρον. GA. Arbouſſe, fruit d'arboſier. IT. *Corbezzolo.* GER. Die frucht von diſem baum. HI. *Madronno.* AN. *The frute of a crabbe tree.* } *Virg. li.* 2. *Geor.* Dant arbuta ſyluę. Duo eius traduntur eſſe genera, Comaron, & Memeclyon. *De quo vide plura apud Plin lib.* 14. *c.* 15.

Arbŭtĕus, a, um, Ex arbuto factum. {κομαρέινος. GAL. Qui eſt d'arboſier. IT. *Coſa fatta di corbezzolo.* GER. Das auß ſolchem baum als vorgemelt gemacht wirt. HI. *Coſa de madronno.* ANG. *Made of a crabbe tree.* } vt, Arbuteæ crates, & Arbuteæ virgæ, *Vir. I. Geor.* Arbuteæ crates & myſtica vannus Iacchi. *Idem I. Æn.* & molle pheretrum Arbuteis texunt virgis.

Arcă, cæ, Scrinium, capſa. {ἀρών. κιβωτός. GALLI. C. Coffre, huche, arche. ITAL. *Arca, coſſa.* GERMANI. ein kiſt/ein tog/kaſt/ein sarch. HISPA. *Arca è caxa de guarda.* ANGLIC. *An cheſte, a coffer.* } ab arcendo dicta (*vt inquit Varr. libr.* 4. *de lingua Latina*) quòd ab ea clauſa arceantur fures. [Arca alicuius vti, vel de domo numerare. *Senec. in Ep.* 26. Quantum ferrata diſtet ab arca ſacculus. *Iuuen. Saty.* 11. Vbi id aurum in arca apud me. *Plau. Aul. ſc.* 1. *a.* 5. Supillat aurum & pallam in arcis. *Plau. Mina. ſc.* 2 *a* 5. (i. ex arnario) Ex arcula prolata veſtis. *Senec. e.* 1. *de tranquil.* Veluti ad arculas ſedent, & tela agentibus ſubminiſtrant. *Fab.* Cedo mihi ſpeculum & cum ornamentis arculam. *Plau. Meſtel. ſc.* 3 *act.* 1.] *Cic. in Parad.* Animus hominis diues, non arca, appellari ſoler. * Arca pro monumento vel loculo in quo mortui conduntur in terra. *Plin. lib.* 13. *ca.* 13. *Arcas appellat *Vitruuius* tabulationes intra aquam circundatas, ab arcendis aquis ab opere. Alij aquaria ſepta vocant.

Arca camerata, i. arcuata & conformicata. *Vlp. in l. ſi inquilinus. Locati. Vide in hunc locum Bud.*

Arcalia, pro fiſci quodam iure particulari. Reliqua (*inquit Theodoſius*) tam arcaliam, quàm vtriuſque ærarij vſque ad incipientem primam indictionem, iubemus ad indulgentiam pertinere, id eſt remitti.

Arcŭlă, diminutiuum, Parua arca. {κιβώτιον. GALLI. Caſſetin, petit coffre ou bahu. ITAL. *Caſſeta.* GERM. ein kiſtlin/trödlin/kaſtlin. HISP. *Arquila, pequeña caxa.* ANG. *A litle coffer or cheſte.* } *Cicero* 2. *Offic.* Præmirtebáque de ſtipatorib. ſuis qui perſcrutarentur arculas muliebres, & ne quod in veſtimentis telum occultaretur, exquirerent. ¶ In auſpiciis quoque Arcula dicebatur, *teſte Feſto*, auis quæ aliquid fieri vetabat: ab arcendo nomen habens, quòd conſulentem à re aliqua aggredienda arceret, hoc eſt, prohiberet. ¶ Eſt & Arca vrbs Cœleſyriæ antiquum adhuc nomen inter Barbaros retinens: *cuius meminit Ioſeph. lib.* 5. *Antiq.*

Arcularij *Plaut. Aul. ſc.* 5. *a.* 3. Textores, limbolarij, arcularij.

Arcārĭus, quod ad arcam pertinet. AN. A *treaſurer, chamberlaine.* } Hic arcarius Seruus, qui arcæ in qua domini pecunia condita eſt procuratio commiſſa eſt. Idem qui actor aut diſpenſator. *Scæu. de fid liber.* Stichus arcarius probante domino nomina fecit. &c. *Hot.*

ARCĂDIA, ἀρκαδία. Peloponneſi regio intima, à mari vndique remota: ab Arcade Iouis filio ex Caliſto Lycaonis Arcadiæ regis filia ſic appellata. Hæc, *vt Euſtathius docet*, aliquando dicta eſt Pelaſgia à Pelaſgo rege magno, ſapiente viro qui viræ cultioris autor eis fuit victum ex ſtirpibus herbarum arborúmque frondibus tranſtulit ad glandem, maximéque ad fagineam. Aliquando etiam Lycaonia, aliquando Gigantes, & Parrhaſia dicta eſt, *teſte Stephano.* Arcas autem quum Pelaſgos in deditionem redegiſſet, eorum regionem Arcadiam nominauit. Scribit *Plin.* hanc vniuerſam, veluti penſante equorum incurſus natura, in montes 76. attolli hæc regio aſinos proceriſſimos, qui ob corporis magnitudinem in prouerbium abierunt. Habet & lapidem asbeſton, hoc eſt, inextinguibilem. Oppida eius præcipua ſunt Mantinea, Tegea & Stympholus. Montes Pholoë, Cyllene, Lycæus, Menalus, & Nonacris. Fluuij Lidon & Erymanthus. ¶ Arcadiam poſtulas, Ἀρκαδίαν μαστεῖς. [Diogenianus Prouerbij duplicem oſtendit vſum: conuenit enim vel in magna vel in vtilia petentem, *Herodot. li.* 1. innuere videtur natum ex Oraculo: [Mutatos Atticos in Arcadia homines. *Plaut. Amph.*

Arcădĭcŭs, ca, cum, ἀρκαδικός. Quod eſt ex Arcadia: vt Arcadici mores, Arcadicũ pecus, Arcadicum germen. Ἀρκαδικὸν βλάστημα. De grandibus & ignauis dici ſolitum. Arcades enim olim malè audierunt ob ſtuporem ingenij [Arcadici Aſini. *ſc.* 2. *a.* 2.]

Arcas, cadis, ἄρκας. Nomen Iouis filij ex Caliſto, à quo Arcades originem ducunt. ¶ Eſt & gentile ab Arcadia. *Ouid.* 5. *Faſtor.* Arcadis Euandri nomen tibi ſæpe refertur. ¶ Arcadas imitantes. Ἀρκάδας μιμέσθαι. Zenodotus indicat dictum in eos qui aliis, non ſibi laborant. *Plato* Piſandro ſcribit illum Arcadas imitari, quòd comœdias à ſe conſcriptas aliis edendas traderet ob inopiam. Adagium hinc ductum, quod Arcades olim inter Græcos bellicoſiſſimi, ſuis auſpiciis: ſuóque titulo nunquam hoſtem vllum ſuperarunt: verùm aliis ſuppetias ferentes perſæpe. Vnde illud illis fatale videbatur, aliis vincere non ſibi.

Arcădĭus, a, um, Arcadius deus, pro Pane, *apud Propertium.* Arcadium ſydus, Vrſa, vel Arctos, *Senec. in Oedipo.*

ARCADĬVS. ἀρκάδιος. Theod. filius, Romanorum imperator fuit cum Honorio fratre, quo tempore Gothi Romam ceperunt. ¶ Fuit præterea hoc nomine Gramm. Antiochenus, qui librum de Orthograph. & alterum de Syntaxi conſcripſit. *Suid.*

Arcānum, Secretum, adſconſum, occultum: ab arca, in qua quæ clauſa ſunt, ſecreta manent. {סוד *ſodh* κρύπτειν. GALL. C. Vn ſecret, choſe ſecrette. ITA. *Secreto.* GER. Das heimblich vnd verborgen/ein verholen ding. HIS. *Secreto y guardado.* AN. *A ſecret. any ſecret thing or hidde ſome many.* } Poteſt & ab arce dici, quæ tutiſſima pars vrbis eſt. *Virgil. I. Æneid.* Longius & voluens, fatorum arcana mouebo. ¶ Qui continet arcanum: Conueniet in eum qui celat arcanum ſibi commiſſum, neq; cuiquam effutit. *Sumptum eſt ex Homeri verſu Odyſſ.* φ. τῷ δ' ἀπέρος ἔπλετο μῦθος, i. huic pennis dicta carebant. ¶ Arcanè, & Arcanò, aduerbia κρυπτῶς, κρυφιαίτερος. *Col. li.* 3. *c.* 2. Sed de hac ſententia, quanquàm & ipſe paulò antè id cenſuerim, quid tamen arcaniùs iudicem, ſuo loco mox dicam. *Cæſar* 2. *Bel. ciuil.* Ipſe arcanò cum paucis familiaribus ſuis colloquitur [Ibi legitur, arcanè, non arcanò.]

Arcānŭs, a, um, adiectiuum, Occultus, tectus, minimè loquax. {מחרישׁ *mácharisch.* κρύπτος, κρυφιαῖος. GA. Secret, caché. ITAL. *Secreto.* GER. Heimlich/verborgen/ſecret. HISP. *Coſa ſecreta y guardada.* ANG. *Priuie, ſecret, hidde.* } vt, Arcanus homo, qui quæ audit, tacet, & continet optimè, *Plaut.* Caue ſic dixeris me dixiſſe hoc. P. Dixiſti arcanò ſatis. Arcanus ſenſus. *Virgil.* 4. *Æneid.* ſolam nam perfidus ille Te colere, arcanos etiam tibi credere ſenſus.

Arcārĭus, eſt qui pecuniam publicam adſeruat. *Scæuola de Fideic. li.* 11. Thais Stichum (*in fuit*) rationibus redditis, manumiſit. volo. Stichus arcarius, probante domino, nomina fecit. *Et in C. Iuſt. eſt*, de Suſceptoribus, & præpoſitis, & arcariis.

Arcārĭi, & Atriarij à Iureconſultis inter ſeruorum ſpecies numerantur. Ea refert *Alex. Neapolit c.* 15. *tertij Gen. dier. & Pyrrhus lib.* 2. *Quæſt. magiſt.*

Arcātus, *Vide* ARQVATVS.

Arcellă, Videri poteſt diminutiuum, ab Arcera, *de qua infrà.* Vnde Arcella vitis quæ in formam arceræ depoſita eſt. *Colum. li.* 3 *cap.* 22. *de diſtinctis generibus vitium loquens*, Hinc partes his heluolæ reſpondent, illinc arcillæ, rurſus illinc ſpioniæ baſilicæve conuiuunt. Fortaſſis arcellatæ legendum, *vt tapit* 2. Vnam etiam præcocem vitem, nobis ante hoc tempus incognitam, Græca conſuetudine Dracontion vocari comperimus, quæ fœcunditate iucunditatéve arcellatæ, baſilicæque & Bituricæ comparari poſſit, generoſitate vini Aminneæ. Et paulo antè omnium quas cognouimus, copioſiſſima arcellata.

Arcellula, cellulæ diminutium ab arcella, id eſt arcula ab arca. *Diomedes Grammat. lib.* 1.

Arcĕo, es, cui, Sine ſupino vſitato. (Nam arcitum non dicimus: licet in compoſitis Exercitum dicamus, & Coercitum) Propulſo, abigo, prohibeo, pello. {מנע *manáh* בלא *chalá.* ἀμύνω, ἀπερύκω. ἔρκω. G. Garder d'approcher, chaſſer, empeſcher. ITA *Scacciare, rimuouere, impedire.* GER. Hinweg treyben/wehren/hinderhalten. HISP. *Conſtreñir, arredrar, apartar de lugar.* ANG. *To ſtoppe fromme comming to, to hinder, to put bake.* } *Cicero in Catil.* Tum tu Iupiter hunc à mœnibus vrbis arcebis. *Idem* 4. *Phil. p.* Brutus illum non vt conſulem recepit, ſed vt hoſtem arcuit [mala frigora pellibus arcere. *Ouid. Eleg.* 10. *li.* 3. *Triſt.* Arcuit eos rapinis data facultate ſine rapto viuendi. *Velleius.*] ¶ Aliquanno legitur pro ſtringo, ſiue coerceo. *Virg* 2. *Æneid.* Teneras arcebant vincula palmas. ¶ Interdum ponitur pro continco. *Cic. de Nat.* Aliius arcet & continet illud quod recepit. *Idem in Som. Scip.* Orbis extimus arcens & continens cęteros.

¶ Arcere vim hoſtium, eſt vim vi propulſare & operam dare ne noceant. *Liu. I. ab Vrbe*, Ad arcendam vim aduenarum, armati ex vrbe atque agris concurrunt ¶ Arcere aquam pluuiam. *Idem pro Murana.* Ille ſcit vt hoſtium copiæ, tu vt aquæ pluuiæ arceantur. Ab arceo fiunt Ars; arcis, Arctus, a, um, & Artus pro membris: *de quibus infrà ſuo loco.*

Arcĕſſo, ſis. ab Arceo naſcitur, Accuſo, poſtulo. [*Diomedes li.* 1.] {דגל *ighghál.* κρίνω, κλαύω. GAL. Accuſer. IT. *Accuſare.* GER. ein verklagen. HISP. *Acuſar.* ANG. *To accuſe.* } *Lib. I. ad Heren.* Arceſſitur Cæpio maieſtatis *Cic. lib.* 2. *Offic.* Atque etiam hoc præceptum officij diligenter retinendum eſt, ne quem vnquam innocentem iudicio capitis arceſcas. ¶ Eſt & Arceſſo, aduoco. {πεπατέμπω. GAL. Hucher, appeler. IT AL. *Chiamare.* GERM. Berüffen/ein holen oder reichen. HISP. *Llamar.* AN. *To call for, to crie on.* } ab Adcio, d, in r, mutata. Antiqui enim (*teſte Priſciano libr.* 1. d. literam mutabant in r, nos in c *Plau. Amphitr.* Blepharonem arceſſat, qui nobiſcum prandeat. [Arceſſe hoſtias, victimas, lanios, *Plauti. Pſeud. ſc.* 7. *a.* 1. Qui tuam amicam arceſſebir (i. miſſus erat ad abducendum.) *Pl. Pſeu ſc.* 5. *a.* 2. Herus ſi me quæret, hic ero, hinc me arceſſito. *Pl. Mil. ſc.* 6. *a.* 2. Malam rem ſibi arceſſit iumento ſuo. *Plau Amphitr.*] *Cic. pro Roſc. Amer.* Quum aratro arceſſebantur, qui conſules fierent. ¶ Arceſſere à capite. *Cic. in Top.* Quum autem à genere ducitur argumentum, non erit neceſſe id vſque à capite arceſſere. A capite arceſſere argumentum, eſt à capite & origine rei argumentum eruere, *Budæus.* * Arceſſitus particip. *Cic. 2. de Orat.* Caucndum eſt ne arceſſitum malum putetur.

Arcto, ctas, frequentatiuum eſt, formatum ab Arctum inuſitato ſupino verbi arceo, Conſtringo, vehementer arcto. {הצר *hetsár* חציץ *hetsik* אוץ *uts* σφίγω. GALLI, Serrer pres, eſtreindre, eſtrecir. ITAL. *Stringere.* GE. Ein machen/zuſammen zwingen HIS. *Eſtrechar eſtreñir à apretar.* ANG. *To maknarrow or ſtreict.* } *Colum. lib.* 12. *cap.* 4, Nonnulli adiecto defruto, contenti ſunt tranſuerſas perticas arctare. *Plin. lib.* 17. *c.* 23. Quando contineri debet vimine, non arctari. [In tranſcurſu tam arctati operis. *Velleius*, Omnia in arctata in honoribus. *Liuius lib.* 5 *d.* 5.] ¶ Eſt item Arctare, Anguſtius facere. *Plin. libr.* 3. *c.* 6. Etiam num anguſtias eas arctantibus inſulis paruis, quæ Cunicularię appellantur. *Ma.* Atriáque immodicis arctat imaginibus.

Arctus, cta, ctum: Anguſtus, ſtrictus, ab arcendo, id eſt conſtringendo. {צר *tſár* אנה. στενός. GALL. Serré, eſtroit. ITAL. *Stretto*, GER. Ein zuſammen gezogen. HI. *Eſtrenido, eſtrecho.* ANG. *Narrow, ſtreict.* } [In arctum retraxit virtute mulierum natura *Senec. cap.* 15. *de Conſol. ad Marc.* In

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

arctum contracta,&c. *Velleius.* Arcto freno equum compescere. *Tibul. lib.*4. Inuida me spatio natura coercuit arcto. (Ingenii) *Ouid. El.*1. *lib.* 2. *Trist* Compressiones arctæ. *Plaut. Pf. sc.*1.*a.*1.] *Cicero* 3. *Verr.* Mihi credite arctioribus apud populum Romanum laqueis tenebitur. [arctior annona, *Suet. in Tib. c.*8. Quo magis intendas hæc vincla, tantò astringunt arctius. *Item,* arctissimo somno quieuit *Suet. in Othon. c.*11. arctissimę tenebræ *Suet. in Neron. c.*46.] Arctè, aduerbium γενικὸν. *Col. lib.*3. In tributum fictile vel cornu arctè inserito. [Mater illum arctè & contentè habet. *Plaut. Asin. sc.*1.*a.*1.]

Arcērārius, ab arca deducitur, & significat plaustrum tectum vndique ex tabulis, quasi arca quædam magna, vestimentis instrata vt inquit Asconius, quo vehiculi genere senes & ægroti cubantes vectabantur. {עגלה tsáb φορεῖον. GALL. Chariot couuert de tous costez comme vne littiere ou chariot branslant. IT. *Letthiga.* GE. Ein hangender wagen/ein senffte ein roß bar. HISP. *Andas.* ANG. *A litter, a chariot couered on all partes.*} *Gell. lib.*20. *c.*1.

Arcĕsĭlās, Siue (*vt apud Laertium legitur*) Arcesilaus, ἀρκεσίλαος, ἢ ἀρκεσίλαος, Philosophus fuit, ex Pitane Æolica ciuitate ortus, qui relicto natali solo, Sardeis se primùm, deinde & Athenas contulit: vbi initio Crantorem, deinde & Ptolemonem audiuit. Post hæc eximius & ipse Philosophus effectus, mediam primus Academiam inuexit. Fuisse autem traditur miro ingenii acumine, sed nimia in disputando pertinacia. Fuit enim assertor ἀκαταληψίας: vnde & Ignorantiæ magister *à Lactantio* appellatur. Hic est ille, quem *Cic. lib.*5. *de Finib.* ait euertisse omnem philosophiam, quemadmodum Gracchi euerterunt Rempu. Induxit etiam philosophiæ quoddam genus ἀσύστατον, hoc est, quod subsistere non potest, asserens nihil omnino sciri posse: quod certè absque repugnantia intelligi non potest. Si enim sciamus nihil sciri posse, falsum est nihil sciri posse, quum iam aliquid sciamus.

Arcĕsĭlāus, penultima producta. Vnus è quinque ducibus Bœotorum qui ad Troiam cum quinquaginta nauibus aduenerunt. *Homer. lib. Iliad.*2.

Arcēsĭus, ἀρκείσιος, Iouis fuit filius, pater Laertis, vt testatur Vlysses *apud Ouid.*13. *Met.* Nam mihi Laërtes pater est, Arcesius illi, Iupiter huic, &c. scilicet Arcesio.

ARCHADIVS, Grammaticus, *lege* ARCADIVS.

Archāĭsmŭs, ἀρχαϊσμός. Latinè Antiquitas dicitur. Figura est, vetustè aliquid dictum significans. *Terent. Andr.* Quod plerique omnes faciunt adolescentuli. Vbi *Donatus,* Plerique omnes pro vna parte orationis dixere veteres *Ibid.* Ille instat factum. Vbi *Donatus,* Instat factum, ἀρχαϊσμός, vetustè, id est, instat dicere factum esse.

ARCHAGATHOS, ἀρχάγαθος, Medicus in Peloponneso, Lysaniæ filius, qui primus è medicis Romam venit, L. Æmilio, & Liuio Coss. anno vrbis D. XXV. cui & ius Quiritum datum est, & taberna in compito Acilio. Hic primò Vulnerarius cognominatus est: miréque gratus aduentus eius initio fuit: mox à sæuitia secandi vrendique Carnifex appellatus. Hæc Plin. *lib.*29. *c.*1.

ARCHANDĔR, ἄρχανδρος, Phthii Achæi filius, & Canai gener. de quo *Herod. lib.*2.

Archārĭus, Præfectus & moderator dicitur. {שליש *schalit.* οἰκονόμος. GA. Recteur, gouuerneur. ITA. *Sopraſtante.* GERM. Ein oberster / ein regent. HISPAN. *Regidor, antepuesto.* ANG. *A gouernour, a ruler or ouerseighter, he which hath charge of any thing* } *Paulus ad Romanos,* Salutat vos Erastus archariusciuitatis. ἀρχή, à nostris participium, à quo ἄρχω, impero, præsum.

ARCHEDICVS, ἀρχέδικος, Poëta comicus, scripsit contra Democharem Demosthenis propinquum Fabulæ ipsius, Thesaurus & Diamartanon. *Autor Athenæus in Dipnosoph. lib.*

ARCHELAVS, ἀρχέλαος, Philosophus Athenien sis, seu Milesius qui patrem habuit Apollodorum, & fuit author successiórque Anaxagoræ, à quo Socrates Philosophiam audiuit Hic physicam philosophiam ex Ionia Athenas inuexit: éstque Physicus appellatus, quòd in eo defecerit philosophia naturalis, Socrate Ethicen introducente. Quanquam ne hic quidem Ethicæ rudis fuit, qui de legibus, de honesto, & de æquo philosopharus est. ¶ Fuit & alter Archelaus, Antenoris Troiani filius, quem Homerus scribit rei militaris peritissimum fuisse. ¶ Alius fuit Geographus, qui terram omnem ab Alexandro peragratam descripsit. ¶ Alius de rerum naturis carmina scripsit. Alius Oratoriam docuit. *Autor Diogenes Laertius.*

ARCHEMOLVS, *Vide* ANCHEMOLVS.

ARCHĔMŌRVS, ἀρχέμορος, Lycurgi Thracum regis filius, & Hypsipyles Thoantis filiæ alumnus: quæ quum sitientibus, qui ad Thebarum expeditionem proficiscebantur, Langiam fontem ostenderet, Archemorum puerum super viridi herba deposuit, qui à serpente vulneratus periit. Vnde fons ille Archemorus vocitatus est, & annuus agon in pueri illius memoriam celebrari cœptus, quem Nemæos ludos appellarunt. *Vide Statium lib.*6. *Theb.* ¶ Alius fuit Archemorus, Amphionis ex Niobe filius, quem *Ouid.* Antegorum nominat.

ARCHEPTOLEMVS, ἀρχεπτόλεμος, Filius Iphyti, auriga Hectoris, Enipeo interfecto à Diomede suffectus.

[Archestrata mihi mutrix fuit. *Plaut. Curc. sc.*2.*a.*3.]

Archĕtўpŭs, ἀρχέτυπος, pen. corr. adiectiuum. Est quodcunque ita primùm fabricatum est, vt exemplar reliquis sit. *Mart. lib.*8. Archetypum Myos argentum se dicit habere. *Idem lib.*3. Sic tanquam tabulas, scyphósque Paule, Omnes archetypos habet amicos.

¶ Est & Archetypum substantiuum, quo significatur primùm exemplar, quod quis sibi imitandum proponit. {תבנית *tabnith.* GALL. Le patron, l'exemplaire premier. ITAL. *Modello.* GERM. Ein vorbild/ein exemplar das einer fur sich nimpt vnd nach dem ein anders macht. HISP. *En original de donde se saca el exemplo.* ANGL. *The first exemple, or paterne.*} *Plin. Iunior ad Antonium.* Vt pictores pulchram absolutámque faciem, rarò nisi in peius effingunt: ita ego ab hoc archetypo labor & decido.

¶ Dicuntur etiam Archetypa, signa, statuæ, vasa, & tabulæ, non ad aliorum similitudinem efficta, sed à nobili quopiam artifice primùm confecta. *Martial. lib.*1. Archetypis veluti nihil est odiosius Aucti.

Archezostis, ἀρχέζωστις, *Dioscoridi,* Herba quam Latini vitem albam vocant, Græci etiam ἀμπελόδηλυν satiuæ viti foliis, sarmentis, & pampini similima *Vide Plin. lib.*25. *c.*5. & *Ruell. lib.*3. *c.*151.

ARCHIAS, ἀρχίας, Poëta Antiochenus, Romæ fuit in amicitia multorũ clarorum Oratorum, præsertim Lucullorum: & à nonnullis Græcis populis honoratus, & eorum ciuitatibus donatus. Ciceroni in primis familiaris. Hic cùm discederet à Sicilia, cum L. Lucullo Heracleam venit, & adscribi in eandem voluit: quod & sua virtute, & Luculli amicitia facile impetrauit. Postea vero mota ei de ciuitate controuersia, quum eo nomine in iudicium vocatus esset, defensus est à Cicerone, breui quidem, sed tamen ornatissima illa oratione, quæ etiam nunc extat, in qua multa de poëticæ, atque ipsius Archiæ laudibus obiter admiscentur. ¶ Fuit item Archias, qui condidit Syracusas, *vt scribit Volaterranus.* Rursum alius Hyblæus quidam præco celeberrimus: qui tervicit Olympia & Pythia vbi icon ipsius & epigramma Græcum. *Pollux.* ¶ Alius item fuit Mitylenæus, musicus.

Archiater, & Archiatrus. {ἀρχιάτρος. ANG. *Choeffe maister of medicine.*} Medicorum princeps, ἰατρὸς enim medicus, ἀρχὸς princeps dicitur. Hic vulgò Protomedicus appellatur. Archiater dictus est Æsculàpius, tanquam præses deúsque medicorum. ¶ In codice Imperatorio legimus, Priuilegiis Imperatoriis archiatros decorari.

ARCHIBIVS, ἀρχέβιος, Alexandrinus grammaticus qui docuit Romæ sub Traiano principe. ¶ Fuit etiam alter eiusdem nominis Grammaticus, qui Commentarios conscripsit in Callimachi Epigrammata. *Vtriusque meminit Suidas.*

[Archibulus argentarius. *Pl. Asin. sc.*1.*a.*1.]

ARCHIDĀMŬS, pen. corr. ἀρχίδαμος, princeps Lacedæmoniorum, vir bello clarus, Telidis filius, Methonem ad Athenienses deficientem recepit: in bello contra Pylũm primus è naui prosiliens, nec vulneratus est, nec scutum amisit Denique aduersus Amphipolim strenuè decertauit. Insimulatus postremò, quod Agonis Thraciæ regis amicitiæ studeret, damnatus est, *vt scribit Suidas.* ¶ Archidamicum bellum, ἀρχιδάμειος πόλεμος, de bello sæuo crudelíque dicebatur.

Archigallus *Iulius Firmicus Mathes. libro tertio,* Archigallos facient, & qui virilia propriis sibi amputant manibus. Alibi abscisci archigalli.

[Archidemus, Nomen viri. *Plaut. Asin. sc.*2.*a.*5.]

ARCHIGĔNES, penul. corr. ἀρχιγένης. Medicus fuit ex Apamia Syriæ ciuitate, Agathini discipulus, qui rem medicam Romæ exercuit Traiani temporibus. Hæc *Suidas.* In hunc Archigenem, tanquam in hominem imperitum, sæpissimè inuehitur Galenus. Meminit eiusdem & *Iuuen. Satyr.*7. tunc corpore sano Aduocat Archigenem.

Archigerontes ἀρχιγέροντες, Latinè Principes seniorum seu summi senes. *Alcatus de epis. & c. er. C.*

Archigrammătĕi, Scribarum principes. {ראשי ספרים *roschhassopherim.* ἀρχιγραμματεῖς. GALL. Chanceliers. ITAL. *Gran cancelleri.* GER. Die oberſten vnd furnempſten ſchreyber/ die cantzler/die ſtatſchreiber. HIS. *Chancilleres.* ANGLI. *Chanceleres.*} *Plut.* Eumenem Cardianum fuisse archigrammatea Alexandri Magni.

Archigubernus, ex ἀρχὴς & κυβερνήτης, iuncto nomine, Princeps gubernator, omnium gubernatorum primus, siue classis, præfectus. {ANG. *Chiefſe gouernour.*} *Iauolenus ad S.C. Trebel.* Seius Saturninus archigubernus testamento reliquit hæredem Valerium Max.

ARCHĬLŎCHVS, pen. corr. ἀρχίλοχος, nomen poëtæ Lacedæmonij. Hic fuit inuentor carminis Iambici, quod ab eo Archilochium vocatur: quo Lycambem quendam, quod filiam sibi pactam alteri locauisset, ad suspendium creditur adegisse. *Horat. in Arte post.* Archilochum proprio rabies armauit Iambo. ¶ Archilochia edicta Ciceroni sunt contumeliosa & virulenta. *ad Attic. lib.*2. Itaque Archilochia in illum edicta Bibuli populo ita sunt iucunda, vt eum locum in quo proponuntur, præ multitudine eorum qui legunt, transire nequeamus: ipsi ita acerba, vt tabescat dolore. Sic ad finem epist. præcedentis. ¶ Archilochi patriam, Ἀρχιλόχου πατρίδα, *Diogenianus* testatur dici solere de mordacibus ac maledicis. Archilochi poëtæ mordacitas vulgò celebratissima fuit. ¶ Alius fuit Archilochus Nestoris filius, qui patrem in expeditione Troiana secutus, à Memnone interfectus est.

¶ Alius fuit Siculus qui Africam vrbem cõdidit. [Archilochum honorarunt Dii post mortem. *Plut. in Num.*]

Archĭmăgīrus, penult. product. Princeps & magister coquorum, summus coquus. {רב מטבחים *rab hattabbachim.* ἀρχιμάγειρος. GALLI. Maistre cuisinier, maistre queux. ITALIC. *Maſtro de cuochi.* GER. Ein thenmeister. HIS. *Maestro cozinero.* ANG. *Chieffe cooke, or maister cooke.*} μάγειρος enim Latinè coquus, *Iuuen.* Finxerunt pariter librarius, archimagiri.

Archimandritæ, pen. prod. ἀρχιμανδρίται. GAL. Abbez, Prieurs, Prociaux. ITA. *Abbati, priori, gardiani, generali.* GER. Ein abt/ein prelat HIS. *Prelados de monges y semejante dignidad.* ANG. *Abbotes, priors, prelats.*} Dicuntur præpositi consectaneæ turbæ, haud longè dissimiles ab episcopali dignitate: ita dicti quòd principes mãdræ & agminis sint. Mandræ quoque significant speluncas, in quibus greges solent stabulari. Hinc Episcopi archimandritæ à Græcis dicti possunt videri, non dissimili ratione, ab ea, quæ à nobis dicuntur pastores. *Alcimus* scribit, Archimandritam id significare, quod dicimus Abbatem. Prisci enim monachi eremos colentes ἐν ταῖς μάνδραις, id est, in speluncis & cauis montium habitabant.

ARCHĬMĒDES, ἀρχιμήδης, Nomen proprium viri Siracusii, qui Geometricæ, ac machinalis, syderalísque scientiæ consultissimus fuit, & celeberrimus, testimonio Liuii, Plinii, Plutarchi. Vnde quum rem mira arte factam, atque ita summo studio elaboratam, perfectámque significare volumus, prouerbii specie nobis vulgare est dicere, Archimedes non posset melius describere. Vsus est *Cic. in Orat. pro A. Cluentio.* Hic velut deus terrenus mechanico artificio sphæram vitream facit, in qua mira arte dissimiles motus circulorum visebantur. De qua sic scribit *Claudianus.* -iura poli regnúmque deorum, Ecce Syracusius transtulit arte senex. Percurrit proprium mentitus signifer annum, Et simulata nouo Cynthia mense redit. Marcellus in expugnatione Syracusarum interdixit, ne Archimedes vnus violaretur; verum quum Syracusæ caperentur, & ipse animo ac oculis in terra defixis formas geometricas describeret à milite ignaro quis esset, interfectus est.

Archi-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Archĭmīmŭs, mi, princeps mimorum, & summus. {ἀρχιμίμος. GALL. Le maistre des ioueurs de farces. ITAL. *Principe de buffoni.* GER. Der oberist bossentreiber. HISP. *Maestro de momos.* ANGLI. *Chiosse aman the players of enterludes, maister scoffer.*} Sunt autem Mimi, qui in scena gestus eorum quos volunt irridere, exprimunt & imitantur, ἀπὸ τοῦ μιμεῖσθαι, quod est imitari. *Tranquillus in Vespasiano,* Fauo archimimus personam eius ferens, sustinénsque (vt est mos) facta & dicta viri, &c. Vtitur etiam hac voce *Iulianus de operis liberorum. l. patronus.* Nam si quis (*inquit*) archimimum, vel pantomimum, &c.

Archiotæ, *Vide* ARCHIVM.

Archipirata, tæ, Prædonum dux. {ἀρχιτειρατής. GALL. Le capitaine des coursaires & escumeurs de mer. ITAL. *Capitano de Corsali.* GER. Ein oberster der Meerräuberen. HISPAN. *Principe de Cossarios.* ANGLIC. *Maister pyrat.*} *Cicero 7. in Verrem,* Archipiratam ipsum vidit nemo de quo supplicium sumi oportuit. *Idem 2. Offic.* Ille qui archipirata dicitur, nisi æquabiliter prædam dispertiat, aut occiditur à sociis, aut relinquitur.

Archippocomos, pen. corr. ἀρχιππόκομος, dicitur hippocomorum præfectus. {ANG. *Maister of the horses.*} Hippocomi autem dicuntur equorum curatores, ab ἱπποκομέω, verbo neutro, quod significat equos curo. ¶Est itaque Archippocomus quem GALL. *Magnum scutarium* vocant.

ARCHIPPVS ἄρχιππος, Nomen philosophi qui Thebis scholas habuit (*vt scribit Hieronymus*) & Pythagoræ auditor fuit.

Architĕctŭs, {רבחבנים *rab habbonim* חרש *charásch.* ἀρχιτέκτων. GAL. Maistre ouurier, maistre charpentier ou masson. ITAL. *Architetto, Soprastante alle fabriche.* GERM. Ein werckmeister/ein Bawmeister HISP. *El maestro de obra para edificar.* ANG. *Maister of work.*} Nomen compositum ex ἀρχὸς princeps, & τέκτων, faber: Principalis faber, fabricandi artem habens, vel qui structuris ædificiorum præest, & qui fabricanda præscribit. Architectus (*vt inquit Plato lib. de regno*) magno ministerio non vtitur, sed vtentibus præsidet Fabri autem, qui aliquid manu faciunt in ædificiis, alij funguntur ingenio, alij opera valent, [Queis bene factis meus pater Deum regnator Architectus omnibus. i. autor & effector eorum bene factorum) *Plaut. in Amphit.*] *Cicero. Varr.* Si quis adhibere volet non modò vt architectos, verum etiam vt fabros ad ædificandam Rempublicam, potissimus & nos libenter accurrere. *Mart. lib. 5.* Si duri puer ingenij videtur, Præconem facias, vel architectum, *Architectus item pro authore & principe inuentore. *Cic. 1. de Finib.* Eáque ipsa quæ ab ipso inuentore veritatis, & quasi architecto beatæ vitæ dicta sint, explicabo.

Architecton, onis, idem quod Architectus. {ANG. *A deuiser of building.*} *Plaut. Pœn.* Me dolis iam superat architectonem. *Idem Mustell.* Nam sibi laudasse ædes aut architectonem Nescio quem, esse ædificatas sanè bene.

Architectŏnĭcŭs, a, um, adiect. ἀρχιτεκτονικός, Ad architectonem pertinens. *Vitr. li. 9. c. 4.* Et qua per rationes architectonicas, circinísque descriptiones est inuentus effectus in mundo.

Architectŏr, ctaris, Construo, fabricor. {בנה *banáh.* ἀρχιτεκτονέω. GAL. Deuiser & bailler l'ordonnance de quelque bastiment, bastir, edifier. ITAL. *Fabricare.* GERMAN. Bawen/ein werck machen HISPAN. *Obrar por artificio.* ANGL. *To build to deuise funaris sortes of building to prescriue rules in building.*} *Vitr. lib. 9. cap 4.* Namque in his locis naturalis potestas ita architectata est, collocauítque cardines, tanquam centra. ¶Translatè ponitur *à Cic. 2 de Finib.* Cur tam lem sapientia tantopere laudatur? an quòd ita callida est, vt optimè possit architectari voluptates? id est formam & rationem fruendarum voluptatum comminisci & præscribere: quèmadmodum architecti opera maioris sumptus & magnifica ingenti ratiocinatione architectari solent, *Bud.*

Architectŏnĭcē, ces, fœm. gen. ἀρχιτεκτονική. GALL. Architecture. ITAL. *Architettura.* GERM. Die kunst des bawens. HISP. *Arte de edificar.* ANGL. *An artin deuysing, buidings, skille of building.*} Ars ipsa architectandi. *Quint. lib. 2.* Aliæ quoque artes minores habent multiplicem materiam, velut architectonice: namque in omnibus quæ sunt in ædificio vtilia versatur.

Architectūrā, Ædificandi scientia, Græcè ἀρχιτεκτονική, Architectonice dicitur. Hoc nomine *Vitruuius* opus suum inscripsit, quod de ædificandi ratione conscripsit. *Cic. li. 1. Offic.* Quibus autem artibus aut prudentia maior inest, aut non mediocris vtilitas, quæritur, vt medicina, vt architectura, vt doctrinæ rerum honestarum.

*Architectio, onis. *Plin. lib. 10. cap. 71.* In quo vel præcipua naturæ architectio.

Architriclīnŭs, pen. prod. Qui præest triclinio. {מלצר *melisár.* ἀρχιτρίκλινος. GAL. Sommelier. ITA. *Scalco.* GER. ein Truckses/ein Hoffmeister. HISP. *Repitolero.* ANG. *Amarshall of the hall.*} Erat autem Triclinium cœnaculum tribus ad accumbendum lectis stratum. *Iuuenalis,* Tertia ne vacuo cessaret culcitra lecto. Architriclini erat curare, vt eduliorum variorum fercula seriatim & in tempore conuiuis exhiberentur, vtque rectè omnia disposita essent.

Archīuum, {בית ספרים *beth sepharim* ἀρχεῖον. GALL. Le lieu où sont serrez les vieux registres, papiers ou chartres. ITAL. *Cancelaria.* GERMAN. Ein Cantzley/ein ort da ein Statt ire Brieff/Bücher behaltet/ &c. HISPA. *Libreria de los originales.* ANGL. *A place wher charters or euidents or such writings concerning the commone welth arkepe.*} Armarium librorum, seu locus publicus, in quo acta vrbis & ciuiũ recondi consueuerunt. Romani Tabularium dicunt: Græci Chartophylacium, *Bud.*

Archioræ, penultima producta, ἀρχειῶται, Dicebantur qui publico archio præerant. In scholiis Græcis traditum est, aulam locum esse in quem fontes ducerentur, eúmque à iunioribus ἀρχεῖον appellari. *Alciat.*

Archōn, ontis, ἄρχων, Summus principatus Athenis, sicut Suffes apud Carthaginienses, Romæ Dictator Fuerunt enim, *teste Suida,* Archontes nouem, quorum sex Thesmothetæ, hoc est, legislatores dicebantur, vnus Rex, vnus Polemarchus, & præter hos vnus qui per excellentiam Archon dicebatur. De hoc magistratu sic scribit *Budæus,* Archontes qui fuerint, non planè constat. Suidas nouem fuisse autor est: & inter eos numerat Thesmothetas: rectè, vt opinor, quum idem sentire videatur enarrator Demosthenis, quippe qui Archontas etiam Thesmothetas appellet. Sed ex his vnus erat princeps collegii & præfectus, qui & Hegemon & Prytanis vocabatur. Prytanes autem erant numero quinquagintà, decimam partem concilij & curiæ quinquagenariæ efficientes, in orbem πρυτανεύοντες, hoc est, magistratum eum gerentes, & in singulos mensis vices mutantes. Verùm is, qui inter Archontas peculiarem appellationem retinuit, simili etiam ratione Prytanis dictus est. Quemadmodum autem Romæ Prætor iudicibus præerat, atque ideo quæstionis iudex dictus est & quæsitor, ita hic Archon Athenis iudicibus præsidebat, *Cic. de Fato,* Morietur Epicurus, quum duos & septuaginta annos vixerit, archonte Pytharato.

Archontici, ἀρχοντικοί, Hæretici quidam à principe appellati, qui vniuersitatem quam Deus condidit, opera esse principum dicebant, & negabant resurrectionem carnis.

ARCHYTAS, penultima correpta, ἀρχύτας, Hestiæi, siue (vt alii malunt) Mnesarchi filius, Philosophus fuit Pythagoricus, Parria Tarentinus, qui Platonem aduersus Dionysii insidias præstitit incolumem. Hic in Mathematicis maiorem humano captu progressum fecisse traditur, adeo vt & cubum primus inuenerit, & columbam ligneam tam affabrè effinxerit, librauerit, & inflauerit, vt viuæ volatum imitaretur Primus etiam plataген, hoc est, crepitaculum puerorum traditur inuenisse, quo pueros nunquam interquiescentes, & à periculosioribus ludis auocaret. Hinc factus est locus prouerbio, Archytæ crepitaculum, Ἀρχύτα πλατάγη, quo garrulos, desipientes, & puerilia tractantes, ad Archytæ plataген dicimus recidisse.

Arcifinĭus ager, dictus est, qui certis linearum mensuris non continetur, sed arcentur fines eius obiectu fluminum, montium, arborum: vnde & in his agris nihil subsecriuorum interuenit. Sic *in lib. Var aut.* de limitibus. *Siculus autem Flaccus,* Occupatorii, *inquit,* agri, quos quidam arcifinales vocant: ii autem arcifinales dici debent, quibus agris victor populus occupando nomen dedit. bellis enim gestis victores populi terras omnes, ex quibus victos eiecerunt, publicè: atque vniuersaliter territorium dixerunt, intra quos fines ius ducendi essetideinde vt quisque virtute colendi occupauit, arcendo vicinum, arcifinalem dixit. *Hæc apud Frontinum leguntur.* Ager arcifinius, *sicut ait Varro,* ab arcendis hostibus est appellatus qui postea, interuentu litium, per ea loca, quibus finit, terminos accipere cœpit. in his agris nullum ius subsecriuorum interuenit. Arcifinales agri, & Arcifinii dicuntur, quorum fines deprehendi non possunt.

ARCILALIS, ἀρκιλαλίς, Oppidum est Hispaniæ in tractu Bætico. *Ptolemæus.*

ARCINNA, ἄρκιννα, Oppidum est Daciæ, *Ptolemæo.*

Arcĭo, arcis, arcĭui, arcĭtum, pro Indere, & adigere accepisse videtur *Cato de Rust. cap. 40.* Antiquum est verbum.

ARCIROESSA ἀρκιροέσσα, Ciuitas in Ponto Heracleæ subdita *Steph.*

Arcĭtĕnens, adiectiuum, Apollinis epitheton, ab arcu tenendo quod semper cum arcu & pharetra pingeretur Apollo. {AN. *which beareth or shooteth with a bowe.*} τοξοφόρος. *Virg. 3. Æneid.* Quam pius arcitenens oras & littora circum Errantem Mycone celsa, Gyaróque reuinxit. *Ouid. 1. Metamor.* Huic Deus arcitenens & nunquam talibus armis Antè, nisi in damis, capreísque fugacibus vsus Perdidit, &c [Arquitenens, *Prisc. lib. 2.*]

Arcophthalmon, ἀρκόφθαλμον, A quibusdã appellatur herba quę Chrysogonon *Dioscoridis* dicitur. Est autem hæc nomenclatura ex iis, quæ inter notha *Dioscoridis* à doctoribus numerantur.

Arcŏphўtŏn, ἀρκόφυτον, Ex iis nomenclaturis, quæ Bechio, seu Tussilagini herbæ in quibusdam *Dioscor.* exemplaribus tribuuntur.

Arctanes, ἄρκτανες, Gens Epirotica. *Steph.*

Arctātĭō στερεοχωρία, στέναιτις, *Diomedes Gramm l 2.* Cum quadam arctatione sermonis, quæ ἐμφατικὰς à poëtis congeruntur.

Arctax, Mons est Propontidis *apud Strab.*

Arctŏmўs, ἀρκτόμυς, Animal habens similitudinem muris & vrsi.

ARCTONNESVS, pen. product. ἀρκτόννησος, Oppidum est Milesiorum, ad Propontidem situm, quod alio nomine Cyzicum appellatur. *Plinius li. 5. cap. vlt.*

ARCTON, ἄρκτον, Mons, qui imminet Cyzico, ita dictus à Iouis nutricibus, quas illic in ἄρκτους id est, in vrsas migrasse tradunt.

Arctŏphўlax, penult. corr. ἀρκτοφύλαξ, Sydus iuxta maiorem Vrsam, alio nomine Bootes. *Cicer. in Phænom. Arati,* Arctophylax vulgò qui dicitur esse Bootes. Latinè Vrsæ custodem interpretari possumus: nam veluti custos quidam Vrsæ adhibitus, à tergo eam subsequitur: similiter etiam ratione Bootes appellatur, quòd in modum bubulci plaustrum sequatur: rustici enim Septentriones Plaustra vocant. Fabulantur autem Poetę, hunc esse Calistûs ex Ioue filium, cui nomen Arcadi fuit. [*Ouid. 3. Fast.*]

Arctŏs, ἄρκτος, Apud Græcos vrsum, vel vrsam significat. Quo fit, vt pro duobus signis Septentrionalibus accipiatur, quæ & à Latinis Vrsę appellantur. Sunt autem Arcti duæ Septentrionali polo, velut axe quodam, nixæ Arctico circulo clausæ, & ita collocatæ, vt vtraque resupinata, alterius contegat caput: sed caput eius quæ superior est, ad caudam inferioris contendat. Alteram maiorem Vrsam siue Elicen: alteram minorem Visam, siue Græcorum lingua, Cynosuram, id est, Canis caudam nominant. Illam Græciæ populi notare soliti, hanc Sidonij obseruant inter nauigandum. *Ouid.* Esse duas Arctos, quarum Cynosura vocatur Sidoniis. Elicen Graia carina notat. Elicen scribit *Hesiodus* Calisto Lycaonis Arcadiæ regis filiam fuisse. Hãc, studio venationis inductam, relicto patre, sese in syluas contulisse, factámque vnam ex comitibus Dianæ, à qua quum mirificè amaretur, quodam die solam in syluis inuętam, à Ioue compressam fuisse. Quod facinus quum aliquandiu celasset, tandem iussam cum cæteris virginibus lauari, tumore vteri crimen detexisse. Quamobrem indignatam deam, In Vrsæ effigiem eam commutasse, quæ Græcis ἄρκτος appellatur: in ea specie non multò post filium peperisse, quem Arcada nominauit: à quo postea dicta est Arcadia Peloponnesi regio. *Arctos, item *Claudianus* dixit pro illis qui Septentrionalem regionem inhabitant sub Arctis positam. 4. *Paneg.* Atque indignantes in iura redegerit Ar-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ctos.[Versáque ab axe suo Arctos erat.*Ouid.Eleg.10.li.1.Triſt.* Sub arcto axe tremente.*Ouid.Eleg.10.li.3.Triſt.*] ¶Ab Arcto oritur Arctous, Arcticus,Antarcticus.

Arctĭcŭs,a,um,adiect.{ἀρκτικός,ANG.*Northward or northen.*}vt,Polus arcticus,hoc eſt,Septentrionalis, cui oppoſitus eſt Antarcticus polus, hoc eſt,Meridionalis.

Arctōŭs,{ἀρκτῶος.AN.*Northward or northen.*}pen.prod.adiect. ab Arcto, Idem quod Septentrionalis.*Mart.lib.*10. Fælices quibus vrna dedit ſpectare coruſcum Solibus arctois, ſyderibúſque ducem. ¶Arctous orbis.*Lucan.lib.*1.Arctoa ſedes,& arctous polus,*Seneca in Hercule Oetæo.*

Arctūrŭs,ἀρκτοῦρος,Stella in ſigno Bootæ poſt caudam maioris Vrſæ, cuius ortus & occaſus tempeſtates facit.dictus Arcturus παρὰ τὴν οὐρὰν τῆς ἄρκτου ἔχων, hoc eſt,ab Vrſinæ caudæ ſimilitudine.*Virgil.*1.*Georg.* Atſi non fuerit tellus fœcunda ſub ipſum Arcturum,tenui ſat erit ſuſpendere ſulco.

Arcŭlă,*Vide* ARCA.

Arcŭlată,Circuli qui è farina in ſacrificiis fiebant.*Feſtus.*

[Arcularius.Vide Arca,Arcula,ſuprà.

Arcŭs,huius arcus,quartę tantum declinationis,Inſtrumentum eſt notum,è quo ſagittæ emittuntur.{קשת *kéſcheth.*τόξον, GALLI.arc,ITA. & HIS.*Arco.*GERM.Ein Bogen.ANG.*A bowe.*}*Ouid.*1.*Metam.*- figat tuus omnia,Phœbe,Te meus arcus,ait.*Cic.de Senect.*Appius animum intentum,tanquam arcum habebat.Dictus eſt autem arcus ab arcendo,quòd eminus arceat hoſtem,non comminus propulſet,quemadmodum enſis aut haſta.[Nunc porrigit arcus Parthus eques.*Ouid.Eleg.*1.*libr.*2.*Triſt.*Arcus marmoreus ei decretus.*Suet.in Claud.c.*11.[¶eſt præterea arcus,curuatura in ædificiis,quæ alio nomine Fornix appellatur.Ita dictus ab arcendo,hoc eſt,continendo , vel conſtringendo ædificio.κεκαμένος,κύρτωμα.{ANG.A *vault in a building.*{*Cicer.*Iam enim atriolum,& arcus duos abſoluerat,atq; in hac ſignificatione in ſecundo ordine vſus eſt *Varro de vita pop.Ro.*Eoque,inquit,pecuniam magnam conſumpſiſſet,quos arci,quod ſummopere fecerat,feſſi pondere diu facti,celeriter corruiſſent. *Ex Nonio.*¶Arcus item,ſiue(*vt Nonio placet*)Arquus ἶρις.{ANG.*The raynbowe.* }accipitur pro arcu cæleſti, quem pluuio tempore variis coloribus expreſſum in nubibus conſpicimus.*Horat.in Arte,*Quum flumen Rhenum,aut pluuius deſcribitur arcus.[Bibit arcus,pluet hodie.(de Lena curua ſenio) *Plau.Curc.ſc.*2.*a.*1.[In hac autem ſignificatione,etiam per ſecundam declinationem inflexum legitur.*Cic.de Nat.Deor.*Cur autem arci ſpecies in deorum humerum non reponitur?*Ennius* genere fœminino protulit.Formatur autem arcus cœleſtis hoc modo:Dum enim Sol in nubibus rareſcentibus ex aduerſo refulſerit,radióſque ſuos directa linea humori nubilo transfundens impreſſerit , fit repercuſſio ſplendoris eius in nubibus,ex quibus fulgor emicans,arcus ſpeciem format. Sicut enim impreſſa cera anuli imaginem exprimit,ſic nubes ex aduerſo ex rotunditate Solis figuram ſumentes,orbem efficiunt,& arcus effigiem ſinguntAppareat autem hoc non ſemper,ſed quum rareſcunt nubila cęli. Nam rurſus quum coëunt in ſe nubes atque denſantur,confeſtim arcus forma reſoluitur.In nubium enim denſitate , arcus imperfecto gyro complectitur. Denique ſine Sole & nubibus nunquam apparet arcus.Quadricolor autem eſt,quia ex omnibus elementis in ſe rapit ſpecies.De cælo enim trahit igneum colorem,de aquis purpureum, de aëre album,de terris colligit nigrum.Nonius hoc diſcrimen ſtatuit inter Arcum,& Arquum,vt Arcus dicatur fornix ſuſpenſus:Arquus autem nonniſi qui in cælo apparet,quem Irim poëtæ dixerunt. Vnde etiam Arquatos dictos vult,quibus color & oculi virent,quaſi in arqui ſimilitudinem.Verùm eam differentiam non vſquequaque obſeruari, abundè magno illud eſt argumento quòd & arquatum dicimus pro camerato,& Arquites pro ſagittariis.

Arcŭlŭs Diminutiuum ab arcus,{τοξάριον.ANG.*A litle bowe.*}à quo aliud diminutiuum Arcellus.¶Arculus præterea,*teſte Feſto,*dictus eſt Deus, qui tutelam gereret arcarum ¶Item Arculus,*vt idem Feſtus teſtatur,* dicebatur circulus , qui capiti imponebatur ad ſuſtinenda commodiùs vaſa,quæ ad ſacra publica capite portabantur.Erat enim ritus apud Athenienſes,poſtea ad alias quoque nationes tranſlatus,vt virgines nubiles Dianæ ſacra capite gererent in caniſtris(vnde Canephoræ κανηφόροι dictæ ſunt)circulis quibuſdam ſuppoſiti, vt firmius inhærerent:hoc ipſo Dianæ fidem facientes,ſe virginitatis pertæſas cupere exautorari.

Arcŭo,as,are,In modum arcus curuare. {כפף *chaphaph* אכף *achaph* κάμπτειν,κάμπτω ἰδίως,κυρτοῦν,GA.Faire en voute,courber en forme d'arc IT. *Piegar in modo d'arco,inarcare.*GERM Biegen/als ein Bogen krummen. HIS.*Encoruar.*AN.*To bowe or crooke like a bowe , to mak lik a vault.*} *Plin.li.*29.*c.*6.Illam autem,quæ non arcuatur,Sepa Græci vocant, alij Scolopendram.

Arcŭātĭis,a,um,particip.Curuatus in modum arcus,{כפוף *chaphúph,* κυρτωθείς.GAL.Vouté,courbé en forme d'arc.ITAL.*Inarcato.*GERM. Gebogen/gewelbt.HI.*Encoruado.*ANG.*Crooked lyk a bowe , vaulted.*} *Liu.*1.*ab Vrbe,*Ad id ſacrarium Flamines bigis curru arcuato vehi iuſſit.*Plin.in Epiſt.*Sicut initio tentatum vrcuato opere. ¶Dicitur etiam arcuatus,correptus ictero,hoc eſt,morbo regio :*de quo vide infrà* ARQVATVS.

*Arcatus pro Arcuatus,apud Ouid.legitur 11. *Metam.*Iris & arcato cœlum curuamine ſignans.

Arcŭātim,aduerb.in modum arcus.{ἀγκυλοειδῶς,κάμπτωτικῶς.GAL.En façon d'arc.ITAL.*A foggia di arco.*GER.wie ein Bogen.HISP.*Aguiſa de arco.*ANG.*Ef er the maner of a bowe,or waulte.*}*Plin.lib.*29*c.*6. Millepeda,ab aliis centipeda , aut multipeda dicta,animal eſt è vermibus terræ,piloſum,multis pedibus arcuatim repens,tractúque contrahens ſeſe.

ARDALIDES,vel Ardabotides,Muſæ coluntur in Trœzene , ab Ardalo quodam conditore,aut à loco dictæ.*Stephanus.*

ARDĔA,πόλις,Nomen vrbis in Latio , Turni & Rutulorum regia,à Danae Perſei matre:vel,vt alij malunt,à Dauno Pilumni filio condita, & à feruore regionis ſic dicta,quæ decem & octo milliaria ab vrbe eſt poſita.*Martialis,*Ardea ſolſtitio,Præſtanáque rura petantur, Quique Cleonæo ſidere feruet ager.*Seruius* Ardeam dictam ait,quaſi arduam,id eſt,magnam & nobilem. Higinus verò ab augurio auis ardeam dictam vult. Hanc vrbem poſt Turni mortem igni conſumptam,& in auem ſui nominis commutatam eſſe fabulatur *Ouid.*14. *Metam.*

ARDĔĀTĒS,pen.prod.ἀρδεάται,Populi ſunt Ardeæ incolæ.

Ardĕās,atis,adiect *Cic.*3.*de Nat.Deor.*Cui in agro Ardeati rem diuinam facere ſolemus.Legitur &Ardeatino.

Ārdĕă, Auis quædam,quaſi ardua,quoniam volando alta petit. {שולך *ſchalách.*ἐρωδιός.GA.Heron.IT.*Hierone.*GER.Ein reiger.HISP.*Garça.* ANG.*An hearn.*}*Virgil.*1.*Georg.* Atque altam ſupra volat ardea nubem.Cuius diminutiuum eſt Ardeola. Ardearum tria genera pronuntur ab Ariſtotele,Leucon ab albedine dictum:Areſtias à fulgore aſtrorum: & Pelos ab aduerb.πέλας,quod propè ſignificat,quoniam hoc terreſtium non ita altè volat.

Ārdelio,Homo inquietus & huc atque illuc ſemper volitans,ſaliens, & omnibus negotiis ſeſe immiſcens.{πολυπραγμων.GA.Qui de tout ſe meſle.ITA.*Inquieto,che vorrebbe far ogni coſa.*GER. Ein vnrůwiger menſch/der ſich aller ſachen vnderzeucht HI.*Hombre ligero,ſin golgunça,ò perdido por glotonias.*ANGL. *A medler with many thinges,à ſmatterer.*} *Mart.ad Atta.*Tis dicam quid ſis,magnus es ardelio.

Ārdĕo,ardes,arſi in præterito:arſum in ſupino ardere,Flagro, deflagro, conflagro.{דלק *dalák.*καίομαι,πυρίομαι.GALLIC.Ardre, bruler.ITA.*Ardere.*GER.Brunnen.HISP.*Arder.*ANGLIC.*To burne.*}*Virg.*5. *Æneid.*Namque volans liquidis in nubibus arſit arundo. Ardent iam omnia de acerrima parte orationis & affectibus.*Quin.*Scena viget ſtudiíque fama diſtantibus ardet.*Ou.El.*1.*lib.*3.*Triſt.* Ardent oculi,&c. *Plaut.Cap.ſc.*4.*a.*3.Ardere cenſui ædes,ita tum conſulgebant. *Plaut. Ampho.*]¶Per tranſlationem Ardere ponitur pro ardenter ſeu impatienter amare,ſiue alicuius cupiditate, vel ſtudio teneri:& ſic modò cum accuſatiuo,modò cum ablatiuo conſtruitur.*Virgil.*2.*Eclog.*Corydon ardebat Alexin.[Sic ardere pueros pro incenſi amare;*Gel.c.*8.*li.*7.]*Hora.in Epod.*Non aliter Samio dicunt arſiſſe Batillo Anacreonta Teium.*Cic.*Quoniam nimio videndi te deſiderio ardebam.Et cum infinitiuo,*Virg.*- patriæque mori pro mœnib.ardent.*Plin.*Ardeo te videre.¶Interdum pro feſtinare,σπεύδειν:vnde ardens pro feſtinante,ingenioſo,acutóque ponitur,quod inſtar ignis omnia penetret:ſicut è contrario Segnis dicitur tardus,quaſi ſine igne.*Virg.*1.*Æneid* Inſtant ardentes Tyrij.¶Interdum pro fulgorem emitto,αἴθω, *Idem* 4. *Æneid.*- Tyrióque ardebat murice læna,vnde & ardens,αἴθων,pro fulgido , ſeu flammeo.¶Interdum furere vel iraſci,*vt apud eundem lib.* 10. Proxima quæque metit gladio,latúmque per agmen Ardens limitem agit ferro,te Turne ſuperbum Cæde noua quærens.Huc pertinent illa ardere bello,auaritia,cupiditate,cura,dolore,flagitio,iracundia , inuidia,&c.*Ardere,actiua ſignificatione pro adurere.*Virgil.*4.*Æneid.*-ardebat Sirius Indos.¶Huius compoſita ſunt Exardeo,ἐκφλόμαι, Inardeo,& Perardeo,in quibus præp.auget vim ſignificationis.

Ārdēſco,ſcis,ardens fio,iterum atque iterum ardeo , ardorem concipio. {יקד *jakàdh* בער *habár.*πολλάκις καίομαι,ἐκκαίομαι.GAL.S'allumer,s'embraſer. ITAL.*Deuenir ardente.*GER. Brunnend werden / einbrunſtig werden. HISP.*Hazerſe ardente.*ANG.*To be or waxe very hoat or fierie.*}*Virg.*1. *Æneid.*Expleri mentem nequit,ardeſcítque tuendo. Inde Exardeſco & Redardeſco.

Ārdēns,nomen ex participio.{בער *boêr* θερμαίνων.GA.Ardent.IT.& HISP. *Ardente.*GERM.Brunnend.AN.*Burning,very hoate.*}vt, Ardentiſſimæ diei horæ.*Plin lib.*31.*c.*3.Ardentiſſimus color.*Pl.l.*21.*c.* 4. Addidere alij Mileſiam,cuius ſit ardentiſſimus color,id eſt,fulgentiſſimus color.[Ille ferox,& adhuc oculis hoſtilibus ardens.*Ouid.El.*2.*lib.*4.*Triſt.* Vt oculos exuram lampadibus ardentibus.*Plaut.Mena.ſc.*2.*a* 5.Cretæis ardens campis. *Tibul.libr.*4.Ardente bello in Africa.*Sueton. in Cæſar. cap.*70.]

Ārdēntĕr,aduerbium.{θερμαινῶς.ANGLIC.*Earneſtlie,feruentlie.*}*Plin.libro* 32.*capit.* 19.Auſtros ibi tam ardenter flare,vt æſtatibus ſyluas accendant.

Ārsūrŭs,participium.futurum.*Ouid.*14.*Meta.* Luridáque arſuro portabat membra pheretro.[Portat & arſuris arida ligna focis.*Ouid.*4.*Faſt.* In arſuros carmina noſtra rogos.*Ouid.Eleg.*1.*li.*4.*Triſt.*Ab arſuris carinis. *Item* 13.*Meta.*Arſura bello Græcia *Li.l.*5.*d.*4.]

Ārdŏr,oris,Vehemens calor & incendium.{דלקת *dalleketh.*καῦμα.GALL. Ardeur,vehemence chaleur.ITAL.*Ardore.*GERMANI. Brunſt/ groſſe hitz.HISP.*Ardor,calor eſt anno.*ANG.*Great heat.*}*Cice.* 4. *Academ.* Fore tamen aliquando,vt omnis hic mundus ardore deflagret. *Plin. libr.*14.*capit.* 16. Singulare remedium habent ad refrigerandum in morbis coruorum ardores.[Tanto ardore oris in eos inuectus eſt,*Vellius.*]

ARDIA,Ciuitas Illyriæ.*Steph.*ciues Ardiæi dicti ſunt.

ARDISCOS, ὄρος, *teſte Ariſtarcho*, fluuius Scythiæ,*de quo Herod. libro* 1.

ARDVENNA , Sylua eſt miræ magnitudinis,quæ olim à ripis Rheni & Treuirorum finibus ad Neruios vſque pertigit, & in longitudinem,teſte Cæſare,millibus ampliùs quingentis patuit. Vulgò *Ardene.*

Ārdŭm veteres pro aridum dicebant,*inquit Nonius citans illud Lucilij ex libro* 27. Ardum miſerrimum atque infelix lignum ſambuchum vocat.

Ārdŭŭs,a,um,Aſcenſu difficilis,{קשה נשגב *kaſchéh niſghab.* ἀνάντης,ἀνωφερής.GALLIC.Haut & mal-aiſé à atteindre.ITALIC.*Arduo,alto,difficile , malegeuole.*GERM.Hoch/ſtotzig HISPA.*Alto y arriſcado.*ANGL. *High,which may not be eaſilie clymmend or paſſed vp.*} *Ouid.*2.*Metamorph.*Ardua prima via eſt. [Ardua per præceps gloria vadit iter. *Ouid.El.*3.*li.*7.*Triſt.*Arduum an ab arida & aſpera via,an verò ab arduo,is , pro addo,quia quæ adduntur ad magnitudinem rei alicuius eam altiorem faciunt. *Proper.*Romani montes & montibus addita Roma.Sic Aruenio,Arcedo,Arbiter,Arcio. *Tibul. libro* 4. Vt facilíſque tuis aditus ſit & arduus hoſti.*Tibul.libr.*4.Arduis ſuperciliis homo.*Gell.c.*1.*libr.*4.]¶Per metaphoram accipitur pro difficili ,laborioſo & moleſto. *Salluſt.in Catilin.*At mihi quidem tametſi haudquaquam par gloria ſequatur ſcriptorem & autorem rerum , tamen in primis arduum videtur res geſtas ſcribere. Quod verbum exponens *Gell.libro* 4.*capite* 15.*inquit*,Sed arduum Salluſtius non pro difficili tantùm , ſed pro eo quoque ponit , quod Græci δυσχερὲς aut χαλεπὸν

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

χαλεπὸν appellant, quod est, cum difficile, tum molestum quoque & incommodum & intractabile. *Plin. lib. 2. c. 46.* tam ardua inuentu perquirere, inter bella præsertim & infida hospitia. ¶ Hinc nascitur prouerbium, In arduis constanter agendum: quo admonemur, in arduis ac periculosis negotiis non esse præcipitandum consilium.

ARdŭĭtās, tis, Altitudo. {משגב *misgháb* ὕψ *keschi.* ὑψηλότης. GAL. Hauteur difficile à monter. IT. *Altezza.* GE. Höhe. HISP. *Altura arrisca da.* AN. *Highnesse vneasinesse in climming.*} vt montium arduitas atque asperitas *Varro* 1. *de Re rust. c.* 10.

ARDYS, ἄρδυς, Filius Gygis Lydorum regis, cui etiam in regno successit. *Herod. lib.* 1.

Arĕa, Propriè locus est vbi frumenta secta teruntur & arescunt, indéque area dicta est. Ad huius similitudinem locus in vrbe purus sine ædificio area dicitur *Varro lib. 4. de Lingua Lat.* quem Græci πλατεῖαν dicũt.

{גרן *ghoren*, ἅλως ἡ ἄλων. GALL. Aire, place sans bastiment. ITAL. *Aia, piazza.* GER. Ein ort/oder platz on ein gebew / ein hoffstatt. HIS. *Era.* AN. *The floore of an house, a plane or euen place.* } *Varro*, Campus, est planities ampla & grandis, ideóque spatiosæ plateæ areæve, campi nomen accipiunt. Vnde Romæ campus Martius: Nam locus huiusmodi vocatur area. *Cic. in Parad.* Etenim si calidi isti rerum æstimatores, prata & areas quasdam magni æstimant, quòd ei generi quasi nocere nihil possit. *Suet. tamen in Cæsare*, posuit Aream pro loco puto, accommodato foro extruendo, quum inquit, Forum de manubiis inchoauit, cuius area super sestertium mi Illies constitit. *Virg. lib. 1. Georg.* Area tum primùm ingenti est æquanda cylindro. *Columell. lib. 1.* Area quoque si terrena erit, vt sit ad trituram satis habilis, primùm radatur. [Bis frugibus area trita est. *Ouid. El. 6. lib. 4. Triſt.* Area Vulcani, *Gell. c. 5. lib. 4.* Areæ exiguæ describendi arte parent in multos vsus. *Senec. c. 10. de Tran.* Et patet in laudes area lata tuas. *Ouid. El. 3. lib. 4. Triſt. Item, Plaut. Asin. sc. 3. a. 1.* Auceps quando concinnauit aream, offundit cibum.]

¶ Prouerbiali figura dicimus, In area latitas, ἐν λαῷ φρασσόμενος. De eo qui in eo versatur negotio, vt non possit non esse conspicuus: aut qui sic latitat, vt à nemine tamen non conspiciatur: nam in area nullæ latebræ. ¶ Item Area, & per diminutionem Areola, est terra probè subacta, fitque sata, seu serenda: quales sunt in hortis quadrata quædam & bene subacta, & coæquata spatia, in quæ mox semina iaciantur. *Colum.* Areæ sic informandæ sunt vt facilè runcantium manus ad dimidiam partem latitudinis perueniant. ¶ Apud Geometras area sumitur pro spatiovacuo in aliqua figura, vt in triangulo, vel quadrangulo. ¶ Item area morbus est capitis cum profluuio capillorum, ita dictus quòd areas quasdam, hoc est loca capillis nuda in capite efficiat. [Area de caluitie, *Mart. Epig. 50 lib 5.*] *Celsus lib. 6. c. 4.* Arearum genera duo: commune vtrique, quod emortua summa pellicula, pili primùm extenuantur, deinde decidunt. Ea quę ἀλωπεκία, appellatur, sub qualibet figura dilatatur: sic & in capillo & in barba. Id verò quod à serpētis similitudine, ὄφιασις appellatur, incipit ab occipitio, & duorum digitorum latitudinem non excedit. *Hæc ille.*

¶ Area præterea à quibusdam nominantur species vel imago sydereæ claritatis, illustrata vndique, quæ & ἅλως à Græcis dicitur: differens ab iride, quòd hæc aduerso sole appareat: area verò totum sydus ambitu suo cingat. *Vide commentarium de Mundo, qui Arist. adscribitur.*

AREA, ἄρεια, siue aria, media prod. Insula est in Ponto versus Colchos, Marti consecrata. Item Area, ἄρεια, fons & lacus in Thebis, incolæ Arii dicuntur. *Stephanus.*

Arĕātŏr, Qui aream purgat, & in ea frumentum triturat. {ἀλωνίστης. ANG. *That wypeth the floore.*} *Colum. lib. 2. c. 21.* Atque hoc supremum arcatoris emolumentum percipiendorum seminum, quæ terræ crediderat. *Hæc Calepinus.* Mox tamen sententia Aratoris, non Areatoris legendum est.

Arĕŏlă, diminutiuum ab area, ἀλώνιον. AN. *A litle floore.*} *Col. lib. 6.* Quum terram bene suberis, areolas facito. ¶ Aliter accipitur à Geometris pro spatio scilicet in figuris vacuo inter lineas.

ARECOMICI, orum, populi sunt Galliæ Narbonensis, trans Rhodanum, in Occasum versi, quorum Metropolis est Nemausum. Vulgò *Nimes.* De his *Plin. lib. 1. c. 4. & Pomp. lib. 2. Strabo* Aricomiscos vocat, *Ptolemæus* Areconios.

ARELATE, ἀρέλατη, ciuitas est in mediterraneo Narbonensis Galliæ, à Plinio dicta colonia Sextanorum, quoniam ex sexta legione coloni eò deducti sunt. [*Suet. in Tib. c. 4.*] Vulgò *Arle.* ¶ Est & Germaniæ ciuitas in Norico, Ptolemæo, quæ vulgò *Lintz* appellatur.

ARemorica, Gallię comatę pars tertia, à Celtis Garumna fluuio diuisa: alio nomine Aquitania dicta, *teste Plinio lib. 4. cap. 17.* vulgò *Guienne.*

ARENA, ἄρεια, Peloponnesi ciuitas est iuxta Pylum, quæ flumine Myneio abluitur. Vrbis huius meminit *Homerus lib. 2. Iliad. & Strabo lib. 8.*

Arēna, Tenuissimus puluis & aridus, ideóque ab ariditate deductum nomen quidam existimant. {חול *chol.* ἄμμος. GALL. Sable, arene, sablon, graue. IT. *Arena.* GER. Sand. HIS. *Arena.* ANG. *Sand, grauel.*} Caret enim omni humore, & succo, vnde & plurimum aquæ ebibit: & ita sine aspiratione scribi debet. Nec quenquam mouere debet, quod Arēna habeat primam breuem, Arco verò productam, quum deriuatiua non semper primitiuorum naturam seruent. Alii per aspirationem scribunt, volúntque dici ab hærendo, quod sibi inuicem propter tenuitatem cohæreat: vel quòd cum calce parietibus inhæreat, sicut in fabricis videmus. Eius verò tres sunt species: scilicet Fossilis, fluuiatilis, & marina, inter quas crassior, sabulum, ψάμμος nuncupatur. [Arena sine calce *Suet. in in Calig. c. 53. Metap.* Arenæ scenæque deuoti. *Suet. in Calig. c. 10.* Arenæ, vel scenæ operam edere. *Suet. in Tib. c. 35.* Arenarum remedio confirmare claudicationem. *Suet. in August. c. 88.* Morbum intercutem curare, *Gell. autor est. c. 8. l. 19.* vbi disputat Arenas numero multitudinis non dici.] ¶ Littoris arenas furari prouerbialiter dicitur, qui rem ab omnibus neglectam & incustoditam tollit. *Ouid. de arte amandi.* Ille potest vacuo furari littore arenas, Vxorem stulti quisquis amare potest. ¶ Ex arena funiculum nectis, ἐξ ἄμμου σχοινίον πλέκεις. In stultè frustráque conantem dicebatur: aut vbi quis ea connectere laborer quæ nequaquam cohæreant. In summa quadrabit in quiduis ἀδύνατον ἢ ἄπορον. * Arena interdum terram aridam significat, quæ est sicut arena. *Authore Seruio. Virg. 1. Georg.* Exiguus sterilem ne deserat humor arenam. ¶ Quandoque Arena ponitur pro loco, in quo pugnabant gladiatores, quod locus ille arena & puluere solet esse conspersus. [Scilicet vt victus reperit gladiator arenam. *Ouid. El. 1. lib. 2. Triſt.* Fortior in fulua nouus est luctator arena *Oui. El. 6 l. 4. Triſt.* Integer est melior nitidis gladiator arenis. *Ibid.* Quod flauas Tibris arenas (habet) *Ouid. El. 1. l. 5 Triſt.* Quot littus Arenas, quótque fretum pisces. *Ouid. El. 1. lib. 4. Triſt.* Sparger ramen acer arenam Taurus, & infesto iam pede pulsat humum *Ouid. El. 9. l. 4. Triſt.* Ne in arenam quidam aut littus explodet. *Senec. c. 10. de Consol. ad Marc.* Innitens pronus arenæ qui vehit ratem. *Ouid. El. 1. lib. 4. Triſt.*] *Sue. in Aug.* Quodam autem muneris die Parthorum obsides tunc primum missos, per arenam mediam ad spectaculum induxit. ¶ Hinc arenarii dicti sunt gladiatores qui in arena depugnabant. ¶ Per translationem aream dicimus, pro foro, quia illic sic depugnabant actores causarum, vt in arena gladiatores digladiabantur. *Senec.* Hoc ita habitum est, scholam quasi ludum esse, forum aream. *Hinc Plin.* Aream suam appellat Centumuiros: quoniam in iudicio centumuirali certabāt frequenter telis oratoriis. Hoc nomen licet rarò pluralem numerum habeat, *Virg.* tamen dixit, Quàm multæ Zephyro turbantur arenæ.

¶ Ab hac significatione oritur adagium, In sua ipsius arena, hoc est in sua arte: neque enim parum gladiatorum referebat nota an ignota dimicarent arena.

Arēnācĕus, a, um, Quod ex arena est. {ἀμμώδης. GAL. De sablon. ITA. *Di arena.* GE. Das von sand ist/sandechtig. HI. *Cosa de la materia de arena.* ANG. *Of sand.* } *Plin. lib. 17. c. 7.* Est enim alba, rufa, columbina, argillacea, cophacea, arenacea. *Idem lib. 13. c. 15.* Inueniuntur in corniculis cochlearum arenaceæ duritiæ.

Arēnārĭus, ria, rium, Quod ad arenam pertinet. {ἀμμώνιος. GALLI. Appartenant à sablon. ITAL. *Pertinente all' arena* GERMA. Das zu dem sant gehört. HISP. *Cosa perteneciente à la arena.* ANG. *That belongeth to sand.* } vt Iuppiter arenarius quem Græci Amnonem dicunt.

Arenarius, substantiuum, {ἀνθρωπομάχος. bestiarius qui in arena atque amphitheatro cum bestiis depugnat: qui infamis Iurisconsultus ac satyris: *Iulius Capitol. in Antonino.* Tum sancti principis filius his moribus fuit, quibus nullus lanista, nullus scenicus, nullus arcnarius, &c. [Item qui arenam vendit. *Diomed. lib. 1.*]

Arēnārĭæ, arum, Arenæ fodinæ. {ψαμμοδήκαι. GAL. Sablonieres. ITA. *Done se cauad' arena.* GE. Sandgrub. HISP. *El lugar de donde se saca la arena.* AN. *Sandpittes.*} *Cicero pro Cluentio*, In arenarias quasdam extra portam Esquilinam productus occiditur *Varro*, Neque lapidicinæ, neque arenariæ ad agriculturam pertinent.

Arēnātŭs, ta, tum, Quod arena mixtum est ψαθυρός. {ANGL. *Mingled with sand.*} vt Calx arenatus. *Cato de re Rust. ca. 10.* Postea cæmentis minutis & calce arenato, semipedem vnumquodque corium struito.

Arēnātŭm, substantiuè, pro eo quod ex arena factum est: sicut marmoratum, quod ex marmore. {ἀμμαδωτὸν, ψαμμωτὸν. ANGL. *Morter made of lyme & sand.*} *Vitr.* Quæ autem tectorio fundata areniati & marmorati soliditate sunt. *Varro de Re rustica*, Vbi libraueris de glarea & calce, arenatum primo corio facito. *Plinius*, In Græcia tectoris etiam arenatum quòd ducturi sunt, priùs in mortario ligneis vectibus subigunt. Arenatum alio nomine Intritam vocamus: Barbari etiam *Mortarium.* nonnulli & cæmentum, sed perperam. Nam cæmenti appellatione lapides significantur impoliti, vel potiùs lapidum frusta, quæ arenato coniunguntur: vt latius docebimus suo loco.

Arēnōsŭs, sa, sum, Quod arena abundat. {ψαθυρός, ψαμμώδης. GALL. Sablonneux, plein de sable. ITA. *Arenoso, pieno d'arena.* GERM. Dolsand/ sandechtig. HISP. *Cosa llena de arena.* ANG. *Full of sand or grauell.*} *Plin.* Litus non arenosum, sed alga & fluuiorum sordibus plenum. *Virg. 4. Æneid.* Litus arenosum Libyæ.

Arēnŭlă, diminutiuum ab arena. {ψαμμίδιον. GAL. Menu sablon. ITA. *Minuta sabbia.* GER. Klein sand. HISP. *Arena delgada.* ANG. *Small sand.*} Arena tenuissima. *Plin. lib. 30 c. 3.* Arenulæ quæ inueniuntur in cornib. cochlearum, canis dentium inditæ, statim liberant dolore.

Arĕo, es, rui, Aridus sum. {יבש *iabesch* חרב *charáb* σκλῆν. GAL. Se secher. ITA. *Essere secco.* GER. Dürr sein. HISP. *Secarse.* ANG. *To be drie.*} *Paul. in Rud.* Vtinam fortuna nunc anatina vterer, vt cùm exissem ex aqua arerem tamen. *Plin. lib. 13. cap. 4.* In totum arentes Thebaides. Quidam hoc verbum ab ara deducunt, in qua quæ Diis immolabantur, torrebant. Alij verò per contrarium sensum ἀπὸ τοῦ ἄρδειν quod significat Irrigare, quòd aridum minimè sit irrigatum. * Arere pro Sitire dixisse videtur *Ouid. lib. 2. de Remedio amoris*, Tantalus in media garrulus aret aqua. Huius composita sunt, Adareo, Exareo, Inareo, Obareo, Perareo & Subareo: *de quibus suis locis.*

Arĕfăcĭo, Aridum facio {הֶחֱרִיב *hecheriv* ξηραίνω, ἀνάνω, σκληρύνω. GAL. Secher où desecher quelque chose. ITAL. *Seccare.* GERMAN Dürr machen/derren. HIS. *Secar otra cosa.* AN *To mak drie.*} *Cato de Re rustica. cap. 69.* Postea amurcam eximito, & arefacito. *Plin lib. 13. cap. 22.* Quidam caulem incidunt per messes, & in ipsa excauant radice, quo succus confluat, arefactúmque tollunt. ¶ Huius passiuum est Arefio, ξηραίνομαι, pro exiccor.

Arĕsco, scis, Aridus fio, viriditatem amirto. {יבש *iabesch* חרב *charáb.* ξηραίνομαι, μαραίνομαι, αὐάνομαι, ἐξαμύζομαι, κατασκληρύνομαι. GAL. Deuenir sec, se secher. IT. *Secarsi.* GE. Dürr vnd Trucken werden. HIS. *Hazerse seco.* AN. *To waxe drie.*} *Autor ad Heren. lib. 2.* Nihil lachryma citiùs aresci. *Idem in part.* Citò arescit lacryma, præsertim in alienis malis. * Arescit in gemmas, Id est concrescit. *Plin. lib. 8. c. 38.* Lyncum humor ita redditus glaciatur, arescitve in gemmas carbunculis similes. ¶ Huius composita sunt Adarésco, Inaresco, Obaresco, Peraresco, Exaresco, siue Exaresco, *quorum significata vide suis locis.*

Arĭdŭs, da, dum, pen. cor. Siccus, exiccatus, tenuis. {יבש *iabesch.* αὖος, ξηρός, σκληρός, ἀπαλαλκώς. GAL. Sec, aride. IT. *Secco.* GE. Das durr ist/verdorret/ außtrucknet. HIS. *Seco. enxuto de toda humidad.* AN *Drie.*} vt, Fons aridus. *Catu.* At qui corpora sicciora cornu, Aut si quid magis aridum est. ¶ Interdum ponitur pro puro & lucido. *Plaut in Rudent.* Argento aridо. Interdum pro horrifico, acuto, quum de sono loquimur: quin ea

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quæ arida sunt, quum frangi cœperint, nimium atque horrificum sonum edunt. *Virg. lib. 1. Georg.* & Aridus altis Montibus audiri fragor. **Plin. lib. 2. cap. 12.* distinguit inter aridum & siccum, quum ait, Arida sint potiùs quàm sicca folia. *Catullus* non distinguit: nam *ad Furium* 20. Atqui (*inquit*) corpora sicciora cornu, Aut si quid magis aridum est haberis. [Arida vita, *Cic. pro Quintio.* Pumex non æquè aridus (i. parcus) atque hic est senex. *Plaut. Aul. sc. 1 a* 2. Et longo periit arida facta situ. *Ouid. Eleg. vlt. li.* (vena.)]

Aciditās, quę & aritudo, Siccitas. {יבשׁ *tsijjáh*, αἶανος, γηρασία, ξηρότης. GAL. Sechereſſe. ITAL. *Aridita, ſiccità.* GERMAN. Dürre/ Trucfne. HISPAN. *Secura.* ANG. *Dryneſſe.*} *Plin. lib. 11. cap. 35.* Sitit enim arameus, & omnem humorem absorbens, ariditatem ampliat. *Varro de Re ruſt. libr. 1. c. 12.* Quod & bestiolæ si quæ propè nascuntur, & inferuntur, aut afflantur, aut aritudine citò pereunt.

Aritūdo, pro parsimonia *apud Plaut. in Rud.* Qui semper seruas gloriam aritudinis.

AREOPAGVS, pen. prod. {ἄρειος πάγος. *Stephano.* [*Senec. cap. 3. de tranq.*] {GERM. Ein platz zu Athen genant vom tempel Martis/ in welchem man vber das blut vnd andere wichtige sachen richtet.} Vicus erat Athenis à templo Martis sic cognominatus, vbi primum iudicium capitis actum fuisse scribit. *Plin. lib. 7.* Nam quum Mars Halirrhothium, Neptuni filium, qui vim Alcippæ filiæ suæ intulerat, occidisset, à Neptuno homicidij reus factus est, causáque à duodecim diis in Areopago cognita, sex sententiis est absolutus. Meminit huius iudicii Hellanicus 1. *Hist. Liban.* quoque pereleganti declamatione Martis causam tuetur.

AREOPAGITAE, pen. prod. ἀρειοπαγῖται. Illi dicebantur, qui in templo Martis iudicabant: quod iudicium exquisitissimum habebatur. {GER. Die ernsthafften Richter zu Athen im tempel Martis.} Nam quum Mars, qui Græcè dicitur ἄρης, homicidii crimine reus factus esset à Neptuno, iudicantibus duodecim diis in eo pago sex sententiis absolutus est, vt *Stephanus Byzantius* docet, & multi alii Græci. De his vide copiosius *apud Alexandrum ab Alexandro, li. 3. c. 5. & li. 4. ca* 11. *& lib. 6. c.* 31. *Apud Celium Rhod. Antiq. lect. lib. 7. c. 19. Budæum in Pandectis, & Eraſ. in Chiliad.* qui duas ab hac voce ortas paræmias recenset. Vna est, Areopagita, Ἀρειοπαγίτης. De tristi seueróque dicebatur, aut etiam de iudice vehementer incorrupto. Inuenitur & Σκυθρωπότερος Ἀρειοπαγίτης, id est, Tristior Areopagita. Alluſit ad hoc prouerbium *Cic. ad Att. lib. 1. & 4.* Altera est, Areopagita taciturnior, Ἀρειοπαγίτης σιγηότερος. Dicebatur de eo qui commissum arcanum optimè contineret. [*De iis Plutar. in Solon.*]

AREOPOLITAE, pen. prod. ἀρειοπολῖται. Qui habitant Areopolim. Areopolis autem ciuitas est Arabiæ, quæ alio nomine dicitur Moab. *De qua in dictione* MOAB.

Arepennis, apud Gallos mensura est dimidii iugeri, qua illi agros suos metiuntur. *Col. lib. 5. ca.* 1. Galli Candetum appellant in areis vrbanis spacium centum pedum: in agrestibus autem pedum CL. quod aratores Cantedum nominant, semiiugerum quoque Arepennam vocant.

ARES, Aretis, ἄρης, Regio Eubœæ, *Stephano*: hinc Aresius gentile.

ARESTOR, ἀρέστωρ, Pater Pelasgi. *Vide in* Parrhasia.

Arestum, {ἄρεστον. ANG. *An ordinance or law agreed vpon.*} Vnicor, Latinè sonat placitum, à verbo ἀρέσκω, placeo. Hinc factum est, vt sententiæ Præfecti prætorio, quæ appellatione rescindi non possunt, Aresta dicantur. *Budæus.*

ARETA, ἀρίστη, Fuit Aristippi philosophi filia, quæ ei successit in schola, summum bonum in voluptate, quæ maxime sensum moueret, posuit. Huius filius fuit Aristippus, qui quòd à matre philosophiam hauserit, μητροδίδακτος cognominatus est. Fuit præterea hoc nomine Alcinoi Phæacum regis vxor, *de qua Hom in Od.*

Arĕtălŏgus, pen corr. {ברד *badh*. ἀρεταλόγος. GALL. Ioueur de moralitez, farceur, plaisanteur. ITAL. *Garrulo, loquace, ciarlatore, cianciatore, ciantatore.* GERMAN. Ein schwetzman/ der sich seiner Tugenden vil bertümp. HISP. *Componedor de nouelas fingidas, el que parla vanamente.* ANGL. *He which speaketh many vaine wordes, which vaunteth much.*} *Porphyrione teſte*, garrulus & loquax dicitur in ostentationem virtutis: vnde nomen deducitur. ἀρετὴ enim virtus est, & λόγος sermo. *Suet. in Aug.* [*Et ibidem c. p.* 74.] Frequentius aretalogos & festos & solenneis, nonnunquam tantùm iocularitatem celebrabat. *Iuu. Sat.* 15. risum fortasse quibusdam Mouerat, vt mendax Aretalogus. ¶ Aretalogus etiam dicitur, qui in fingendis mendaciis auditores mouet arte verborum. Sed nunc contra Porphyrionem ab ἀρέσκω placeo, fierer, vt sit Aretalogus, facetus, vrbanus, quique sermonis lepore oblectat auditores.

ARETHOVS, ἀρεθοῦς. Rex fuit in Arna Bœotiæ.

Arĕthūsa, ἀρέθουσα, Virgo venatrix, Dianæ comes, ab Alpheo amata, cuius vim quum effugere non posset, Dianæ miseratione in fontem sui nominis dicitur commutata: qui ne amatoris aquis pollueretur, per subterraneos cuniculos in Siciliam aufugit, & iuxta Syracusas vberrimo aquarum gurgite emergit. Vnde & Syracusæ Arethusides dictæ sunt, forma patronymici fœminini. *Ouid. libr. 4. Fast.* Vtque Syracusas Arethusidas abstulit armis Claudius. ¶ Fuit & Arethusius fons Smyrnæ: tertius in Chalcide: quartus in Ithaca: quintus in Eubœa: sextus in Bœotia prope Thebas. Didymus octo eius nominis fontes commemorat: adeò vt epitheton esse putetur cuiuscumque fontis, ab irrigando. ¶ Est præterea Arethusa, lacus Armeniæ maioris, pondera omnia sustinens, & nitrum nebulis exhalans: per quem Tigris fluuius tanto fertur impetu, vt aquæ non commisceantur. Vnum eipiscium genus est & hoc transcurrentis fluuii aluco non miscetur, sicut nec è Tigri pisces in lacum transnatant. *Autor Plin. lib. 6. c. 27.* ¶ Est & Arethusa locus Syriæ munitus iuxta Emesam sexdecim millibus passuum: à qua Arethusii, *vt inquit Strabo.* ¶ Est item Arethusa vrbs vna Eubœæ, altera Syriæ, *auctore Volaterrano.*

Arĕtĭum, ἀρήτιον, *Aretzo*, Ciuitas Tusciæ, à Græcis condita eo tempore quo populus Israël sub Iudicibus regebatur: à qua incolæ dicti sunt Aretini. ¶ Vasa quoque fictilia quę in ea fiebant, Aretina appellabantur. *Mart. lib. 4.* Aretina nimis spernas ne vasa monemus. Laurus erat Tuscis Porsenâ fictilibus.

Arfĕrĭa, æ, Aqua quæ inferis libabatur, seu vas vini, quod adhibebatur sacris, & à Fero deducitur. *Festus.*

ARGAEVS, ἀργαῖος, Pelopis fuit filius, & Alectoris pater. ¶ Alius fuit Licymnii, qui ab Hercule abductus, vi morbi peregrè periit, cuius crematos cineres Hercules retulit, vt iusiurandum, quod dederat se illi reducturum, seruaret. Hunc dicunt primum fuisse qui crematus sit, & ab eo deinde morem seruatum. ¶ Est item Argæus, Cappadociæ mõs arduus, & perpetuis pruinis rigens, cui Mazaca ciuitas Cappadocum metropolis subiacet, ἀργαῖον. *Autor Strabo lib.* 12.

ARGANTE, ἀργάντη, Ciuitas Indiæ, *Step.*

ARGĀNTHŌNĬVS, ἀργανθώνιος, Rex fuit, vt testatur *Herodot. libr.* 1. In Arnæ ciuitate Bœotiæ. ¶ Fuit item Arganthonius, Tartessiorum rex in Hispania, quem *Pli.* 3. ait vixisse cxx. annos: *Silius* autem CCC. qui eius meminit *libr* 3. Arganthoniacos armat Carteia nepotes, Rex proauus fuit humani ditissimus æui, Terdenos decies emensis belliger annos.

ARGATHON, ἀργάθων: Mons in Mysia, vbi raptus Hylas. Dictus ab Argathone Rhesi coniuge, cui & Argathon, vt monti quoque nomen fuit.

ARGEMĂ, pen. prod. Loca quædam Romæ appellantur, quòd in iis sepulti essent quidam Argiuorum illustres viri. *Hæc Fest. Liu.* Argeos vocat masc. gen. Sic enim scribit *lib. 1. ab Vrbe*, Multa alia sacrificia locáque sacris faciendis, quę Argeos Pontifices vocant, dedicauit. *A Var. lib. 4. de Ling. Lat.* Argeorum sacraria appellantur. Reliqua (*inquit*) vt bis loca olim discreta, quam Argeorum sacraria in septem & viginti partes vrbis sint disposita.

Ārgĕmă, atis, pen. bre. ἄργεμα. Morbus est oculorum, quum scilicet albidum quoddam vlcus oculi infestat oculum, quem Irim Græci dicunt, quod mali genus affine est illi, quod Latinis Albugo vocatur, Græcis etiam λεύκωμα. *Plin. lib. 29. c. 6.* Eadem vis est in Gallinacei felle alligato ad argema & albugines. Apud eundem (nisi fortè vitiata sit lectio) legitur & Argema, æ, per primam nominum declinationem: *vt lib. 29. c. 5.* Succo & cicatrices oculorum, & albugines, & argemas inunxêre. Item *c. 8. lib. eiusdem.* Folia trita cum oleo argema iumentorum sanant. Quibus tamen in locis nonnulli legunt Argemos. A Græcis certè ἄργεμα, ατος, & ἄργεμις, ι, indifferenter effertur.

Argemon, Herba est *apud Pli. lib. 24. c. 19.* quæ Iuppa canaria dicitur.

Argemone, es, pen. prod. ἀργεμώνη, Herba est syluestri papaueri omnino similis: sic dicta ab effectu, quòd oculorum albugines, quæ argemata appellantur, sanet. *Vide Dio. lib. 2. c. 169. Plinius* Argemoniam appellat *lib. 25. c. 9.*

ARGENVSA, ἀργοῦσα *Stephano*, Insula est Lesbo adiacens, iuxta Argemon promontorium: in qua Alcibiades extinctus est. *Plin. lib. 5. c. 31.* Arginusam vocat.

ARGENTINA, vel ARGENTORATVM, ἀργυρόεσσα, *Ptolem.* Vrbs Galliæ ad Rhenum fluuium: quam tamen Germani habitant, sicut pleraque alia cis Rhenum oppida. Vulgò *Strasburg* dicitur.

Argentum, Metallum est post aurum pretiosissimum, quod gignitur (si chymistis credimus) ex argẽto viuo, & sulphure albo, {כסף *cheseph* ἄργυρος, ἠ ἄργυρος. GALL. Argent. ITA. *Argento.* GERM. Sylber. HISPA. *La plata.* ANGL. *Syluer.*} [Petito argentum à me præsentarium. *Plaut. Mostell sc. 1. a. 2.* Metuo ne oleant argentum manus. *Ibid. sc* 3. *a.* 1. Ne argentum te accepisse suspicetur. *Ibidem.* pro capite argentum dare. *Ibid.* Namque sine argento emeris liber seruibo tibi. *Plaut. Menæch. sc. vlt. a.* 5. Resolui argentum cui debeo, *Plaut. Menæc. sc. 5. a. 5.* Vasa & argentum tibi referam (i. vasa argentea) *Pl. Mena. sc. perergo.* Tu argentum eluito, & idem extruito. i. vasa. *Pl pseud. sc. 2. a. 1.* Quod vis tibi argentum accipias, *pseud.* Si non feres argentum, pedem intrò non feres. *Plaut. Men. sc. 3. a. 4.* pro capite argentum numera. *Plaut. pseu. sc. 2. a.* 1. promisisti argentum redditum iri, xxx. minas. *Plau. Curc. sc. 2. a.* 1. Cui nec paratus numus argenti fiet. *Plau. pse. sc. 1. a. 1. & sc. 3. a. 1.* Respondit sibi esse argenti inopiam. *Plaut. Curc. sc. 3. a. 1.* Vt argenti faceret copiam. *Ibidem.* Sportulam cape & argentum, Eccos tres numos. *Plaut. Men. sc. 4. a. 1.* Misi petitum argentum mutuum. *Plaut. Curc. sc* 1. *a.* 1. Misi petitum argentum mutuum, *Pl. Curc. sc. 1. a. 1.* Quid *id* tua refert pecierare dum argentum accipias. *Pl. Amphitr. sc. 1. a. 3.* Non sinam nisi argentum mihi redditur, viginti minæ. *Plau. pseu. sc. 7. a. 4.* Argentum accepi, nihil curaui cæterum. *Plau. Capt. sc. 3. a. 5.* Argentum accepi de te Imperium vendidi. *Plau. Asin. sc. 1. a. 1.* Hæc argento non emo. *Plau. ibid. sc. 7. a. 1.* Diuidere argenti nummos in viros. *Plau. Aulul. sc. 2. a. 1.* Quantillum argenti mihi apud Trapezitam. *Plaut. Capt. sc. 2. a. 1.* Solutos sinat quos argento emerit. *Ibi.* præsenti pecunia. Quod lamentare non esse argentum tibi. *Plaut. sc. 3. a. 1.* Nemo prohibet, quin quod palam venale est, si argentum est, emas. *Plaut. Curc. sc. 1. a. 1.* Allaturus est cum argento marsupium: suprà cum viatico. *Plau. Mena. sc. 7. a. 5.* Quis est qui cupiat argenti facere aliquid lucri. *Pl. Most. sc. 1. a. 2.*] Eius spuma vulnera sanat, neque finit superfluas carneis excrescere, & sordes cordis mundificat. Argentum factum dicitur, quod elaboratum est, & in vasa, aliámve supellectilem fabricatum: Græci ἀργυρώματα appellant. *Pomp. ff. de auro & argen. legato.* Argento facto Q. Mutius ait, vasa argentea contineri, veluti trullas, paropsides, pelues, & his similia.)(Argentum intectum, hoc est rude & nondum laboratum. ¶ Argentum signatum, ab eo dicitur pecunia argentea, quòd signum principis, vel magistratus habeat impressum. ἀργύριον. *Seneca li de Benefis.* Libentiùs donabo argentum factum, quàm signatum. ¶ Interdum etiam Argentum absolutè positum legimus pro argento facto, siue supellectili argentea. *Plaut.* Tu esto lectisternator, tu argentum eluito. *Cicero*, Quum essent triclinia strata, argentúmque expositum in ædibus. ¶ Item pro argento signato, hoc est, pecunia argentea. *Terent. in Phorm.* Emunxi argento senes. *Idem in Heaut.* Argentum cudo. ¶ Argentum primò signatum est anno Vrbis 585. Quinto Fabio consule, quinque annis ante bellum Punicum primum. Nota argenti bigæ & quadrigæ fuerunt, inde Bigati, & Quadrigati nummi appellati sunt. Aureus verò nummus 60. anno post argenteum percussus est, in quo primò Consulum, deinde Imperatorum capita imprimi cœperunt, & ab iis sæpe nomina accepêre. Argenti venæ, *ar-*

gindis

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

χυσίνας φιάλας. ¶Argentum inpustulatum, *vide infra statim post dictionem* PVSTVLA. ¶Argentum accepi, imperium vendidi. *Plaut. prouerbij quadam specie in Asinaria dixit*, Nihil hac sententia decantatius, qui accepit beneficium, perdit libertatem. ¶Argenti fontes loquuntur, Ἀργύρου κρῆναι καλῶν. Hoc adagio notabantur ij, qui stolidè qui dem atque indoctè, sed arroganter tamen & confidenter loquerentur, opibus videlicet suis freti. ¶Argentum sublimatum nusquam apud antiquos reperiri traditum est. Planè venenum est, quod semihora & minori spatio exedendo interficit. Nam omnia intrinseca, & præsertim præcordia velut ignis vrit. ¶Argentum rasile, *Velleius Paterculus Histor. 2. de Cæsare*, Quinque egit triumphos. Gallici apparatus ex Citro, Pontici ex Acantho, Alexandrini testudine, Africi ebore: Hispaniensis argento rasili constitit. Argentum viatorium, & argentum balneare: *de quibus D. lib. 34. Tit. 2. l. 39. & 40.* [Aquam argento non emo. *Plaut. Asin. sc. 3. a. 1.*

Argentārium, Argentea supellectilis instrumentum, ἀργυροθήκη *Vlp. D. lib. 24. Tit. 2. lib. 19.* Vt in iunctura argentea scio me dixisse, quod nō in argentario paterfamilias reponebat.

Argentārius, rij, substantiue, Qui argentum exercet, hoc est, apud quem pecuniam deponimus, quam tempore locóve alio nobis reddat. τραπεζίτης, ἀργυρομοιβός. GAL. Banquier, changeur. ITA. *Cassiere, banchiere.* GE. Wechßler. HIS. *Cambiador ò banquero publico* ANG. *A bankerot vel leadenhmoney.*] *Pl. Asin. sc. 1. a. 1.* Apud Archibulum ero Argentarium. Et paulò post. ibo ad forum, ibi manebo apud argentarium. Miles æs petit, itur, putatur ratio cum argentario. *Plau Aul. sc. 5. a. 3. Item Cur. sc. 2. a 5.* Argentariis malè credi, & bene credi ridiculum est, *& pſ. sc. 3. a. 1.* periphraſtic. Postquam à mensa isti surgunt, Romæ cum pecunia alicui aut assignabatur aut soluebatur, ea ab Argentariis curari consueuit.] *Plaut. in Curcul.* Habet hunc morem plerique argentarij, vt alius alium poscant, reddant nemini. Eundem etiam Trapezitam & Mensarium appellamus. *Idem ibidem*, Ibi me interrogat, Ecquem in Epidauro trapezitam Lyconem nouerim. *Cic. pro Flacco.* Ciuitas, in qua nummus nullus moueri potest, sine quinque Prætoribus, trib. Quæstoribus, quatuor Mensariis. ¶Propriè autem argentarij dicuntur (*vt docet Iureconſſ. de eden.*) maiores mensarij, qui multorum pecunias acceptas custodiunt, quum opus fuerit, reddituri, & quorum officium atque ministerium publicam habet causam: hique rationes conficiunt. Autor est *Seneca*, argentarios præesse publicis actionibus. *Vide Budæi annotationes in Pandectas.*

Argentārius, ia, um, adiect. Quod est argenti, quod ad argentum pertinet. ἀργύρεος, ἀργυρικός. GAL. D'argent, appartenant à argent. ITA. *Cosa d'argento, ouero ch'appartiene all'argento.* GERM. Das zu Sylber gehört. HIS. *Cosa perteneriente a la plata.* ANG. *Belonging to syluer, of syluer.* *Plin. lib. 33. cap. 5.* Laudationem eandem in æratis metallis & proximâ in argentariis fori compertum est. Ratio argentaria, id est, pecuniaria. *Cato de re Ruſt. cap. 2.* Rationem putare argentariam, & frumentariam. ¶Auxilium argentarium. *Plaut. in pſ. sc. 1. a. 1.* Spero alicunde hodie me bona opera, aut malà tibi inuenturum esse auxilium argentarium. [Ita miser & amore perco, & inopia argentaria. *Pl. pſ. sc. 3. a. 1.* Illecebræ argentariæ meretrices. *Pl. Men. sc. 4. a. 2.*]

Argentāria, riæ, Mensa, taberná ve argentarij, vel etiam officina, in qua argentum cuditur, aut præparatur, ἀργυρεῖον, ἀργυροκοπεῖον. GA. Boutique ou forge, où on bat ou forge l'argent. ITA *Banco. Zecca, ò bottega doue ſo batte l'argento.* GER. Wtechſelban ch oder ein Sylberſchmitten. HI. *Plateria, ò la casa de la moneda.* AN. *A bankers table or shoppe.* *Plaut. in Epid.* Per myropolia & lanienas, circúmque argentarias. ¶Significat & Argentaria officium seu functionem argentarij. *Vlpianus tit. de edend.* Sed & quod solui constituit argentarius, edere debet: nam & hoc ex argentaria venit. ¶Argentariam facere vel exercere, ἀργυροκοπικὴν ἐργάζεσθαι. *Idem eodem titulo*, Is etiam qui desiit argentariam facere, ad editionem compellitur, vbi argentariam exercuit.

Argentātus, ata, atum, Argento rectus. ἀργυρωτός. GAL. Argenté, couuert ou vestu d'argent. ITA. *Coperto d'argento.* GER. Vberſylbert. HIS. *Cosa plateada por defuera.* AN. *Couered With syluer, ouerlayae With syluer.* *Liu. 9. ab Vrb.* Tunicæ auratis militib. versicolores, argentatis linteæ candidæ. [Ad me cum argentata accediro querimonia. *Pl. pſ. sc. 3. a. 1.* Drachmæ siue lacrumæ argenteæ, *Plaut pſ. sc. 1. a. 1.*]

Argenteus, a, um, Quod est ex argento. ἀργύρεος, GAL. D'argent. ITAL. *Fatto d'argento.* GER. Sylberin. HIS. *Cosa toda de materia de plata.* AN. *Made of syluer.*] vt Argenteus denarius, & argenteæ sphæræ *apud Pl.* Argenteum solium, argenti splendorem referens, *apud eundem lib. 16. cap. 18.* Argentea amica, quæ argento vendita est. *Plaut. in Pseud. sc. 3. a. 1.* Quid ego ex te audiam amicam tuam esse factam argenteam. [*Ibid. sc. 1. a. 1.* pro lignea salute, argenteam vis remittere.] ¶Argenteis hastis pugnare, Ἀργυρέαις λόγχαις μάχεσθαι, dicuntur, qui quum negotium alio pacto confici nequit, muneribus & largitione perficiunt. Nihil aūt tā arduum, quod pecunia non explicetur. Ortam aiunt paroemiam ab oraculo quodā Apollinis, qui Philippo regi consulenti, quo pacto posset victoria potiri, respondit ad hunc modum, Ἀργυρίοις λύγκας μάχου, ἢ πάντα νικήσεις, i. Argenteis pugna telis, atque omnia vinces. ¶Bos in qua dra argentea, βοῦς ἐπὶ πίνακος ἀργυροῦ. In eos qui personam sustinent, officium aliquod egregium pollicentem, nec vlli tamen sunt vsui, nisi ad voluptatem aut fastum.

Argentōsus, Cui immistum est argentum. ἀργυρομιγής. GA. Plein d'argent, argenteux. IT. *Che tien d'argento.* GER Das mit Sylber vermiſcht iſt. HISP. *Cosa que esta mezclada complata.* ANG. *Full of syluer, wherwith syluer is mingled.*] vt Aurum argentosum. *Plin. lib. 33. ca. 5.* Ita ferruminatur aurum quod argentosum vocant.

Argentifodīna, næ, Vbi foditur argentum, quam Argenti minam vocamus. ἀργυρεῶν, ἀργυρωρυχία, GAL. Mine d'argent. IT. *Minera d'argento.* GER. Ein Sylbergrub. HISP. *Minero de donde ſacan plata.* ANG. *A syluer mine*] *Plin lib. 33 cap. 6.* Odor ex argentifodinis inimicus est omnibus animalibus, sed maximè canibus.

Argentum viuum, Genus est metalli liquidi, argentum colore, fluida vero consistentia aquam referens: vnde & nomen accepit. *vide ejusdem Aristoteles* ἄργυρος χυτός, hoc est, fusile, seu liquidum argentum vocat.] GALL. Vif argent. ITALI. *Argen o viuo.* GERM. quecksylber. HIS. *Azogue.* ANGLIC. *Quicke syluer.*] Huius duæ sunt species, Natiuum seu Fossitium, & Factitium, quod ex minio excoquitur. Vtrumque Hydrargyros *Dioscoridi* dicitur. *Plinius* Hydrargyron ab argento viuo distinguit, quod fossile est & natiuum. Argentum viuum, quod ex minio purgatur, Hydragyron appellans. Sic enim habet *lib. 3. capit. 3.* Æs inaurari argento viuo; aut certè hydrargyro legitimum erat. Vtraque species pestilentem exhalat odorem, auramque planè exitialem.

Argentangīnā; Vocabulum est Latinum, ex Græco ἀργυραγχη effictum: quo significatur angina ex argenti, hoc est pecuniæ cupiditate proficiscens. Vnde Argentangina laborare dicuntur, qui pecunia corrupti reticent ea, quæ ad Reipublicæ commoda iudicant pertinere. *Vide infra in dictione* ARGYRANCHE.

Argēstes,] ἀργέστης. ITAL. *Vento di maestro.* ANG. *The Dorth west wind.*] Ventus flans ab occasu æstiuo, qui à Latinis Corus & Caurus dicitur. *Pli. l. 2. c. 47.* Ab occasu æquinoctiali Fauonius, ab occasu solstitiali Corus: Zephyron & Argestes vocāt. [Frigidus Argestes summas mulcebit aristas. *Ouid. 5. Fast 7.*]

Argeus, gea, geum, ἀργεῖος, Denominatiuum deductum ab Argis Peloponnesi vrbe, idem significans quod Argiuus. *Horat. lib 4. Carm num.* Tybur Argeo positum colono. ¶Argei quoque, *teste Varrone*, dicebantur simulachra effigies, quæ per Virgines Vestales iaciebantur singulis annis in Tyberim per pontem Sublicium. [Ire ad argeos dicitur Flāminica. *Gell. c. 15. l. 10.*

Argia, penultima producta, ἀργεία, Adrasti regis Argiuorum filia, & vxor Polynicis: de cuius in defunctum maritum pietate, *vide Statium lib. 12. Theb.*

Argiae, pen. prod. ἀργείαι, Insulæ sunt numero viginti, Cariæ adiacentes: *vt scribit Plin. l. 5. c. 31.*

ARGILA, ἄργιλλα, Vrbs Cariæ. *Steph.*

Argilētum, Locus erat Romæ iuxta Palatium, ita dictus (vt quidam volunt) ab Argo Argiuorum duce, qui ab Euandro hospitio exceptus, quum in affectati regni suspicionem venisset, ab Arcadibus, inscio (vt volunt) Euandro, est occisus. Cui postea Euander tumulum erexit, quem de nomine eius Argiletum appellauit. Huc alludit *Virgil. 8. Æneid.* & letum docet hospitis Argi. Alij Argiletum dictum putant, quasi argilletum, ab argilla, hoc est, creta, cuius eo in loco erat magna copia. Vtramque opinionem refert *Varro libro quarto de Linguâ Latina.*

Argilla, Terra tenax, qua figuli vtuntur ad facienda vasa.] חמר *chemér.* ἄργιλλος. GAL. Argille ITA. *C eta, terra.* GER. Eidtrich, weicher Leim oder Lett. HI. *Barro ò arzilla.* AN. *Potters claye.*] *Cicero in Pisonem.* Quid cessat hic homulus ex argilla & luto factus Epicureus? *Horatius secum do Epist.* idoneus a ti cuilibet, & argilla quiduis imitabitur vsu. Sunt qui vnico l, scribant, quod etiam conuenire videtur cum Græca origine: contra tamen vsus obtinuit.

Argillācēus, a, um, Quod ex argilla est, aut quod tenax est in modum argillæ. ἀργίλλινος. GALLIC. Chose d'argille, ou gluant & prenant comme argille. ITAL. *Cosa fatta di creta.* GERMA. Das aus Leim iſt/ Lettechtig/ Schlipperechtig. HISPAN. *Cosa de materia de barre.* ANGLI. *Of potiers claye.*] *Plin. lib. 17. c. 7.* Est enim alba terra, rufa, columbina, argillacea.

Argillosus, a, um, Abundans argilla.] ἀργιλλώδης. GALLIC. Argilleux; plein d'argille. ITALICE, *Abundante di creta.* GERM. Das Lettechtig oder Leimechtig iſt. HISP. *Lleno de barro.* ANGLIC. *Full of potiers claye.*] *Plinius libro 22. capite quarto*, Seri nec pinguibus vult nec argillosis locis. Colles argillosi. *Columella*, Olea maximè collibus siccis & argillosis gaudet.

Argilus, pen. cor. ἄργιλος, *Hero. li. 7. hiſt. teſte*, vrbs fuit Æmathiæ, nō procul ab ostiis Strymonis fluuii versus occidentem.

Arginvsa, æ, ἀργινοῦσσαι, Insula est exigua, Lesbo adiacens inter Methymnam, & Mitylenem, iuxta Argennum promontorium: vnde & nomen habet. Meminit huius insulæ *Plin. lib. 5. ca. 31.* Stephanus ἀργυοῦσσαι vocat. *Strabo autem lib. 13.* tres facit insulas Arginusas modico interuallo discretas.

Argiphontes, ἀργειφόντης, Cognomen est Mercurii, tractum ab Argo centoculo, Iûs custode, quem Iouis iussu interfecit.] GER. Ein zunam Mercurij/ welchen er bekommen hatt/ das er den Argum vmbbracht hatt.] Mythologici interpretantur Argum sphæram esse stellatam, quod illi insit species quædam cælestium oculorum. Io autem terram esse volunt, quam Ægyptii in hieroglyphicis literis bouis imagine exprimunt. Hanc Argus, hoc est, cælum stellatum nocturno tempore desuper videtur obseruare. Mercurium autem Solem interpretantur, qui Argum tunc dicitur occidere, quum luminis sui magnitudine stellas omnes obscurat, earúmque conspectum mortalibus eripit. *Vide Macrob. Saturn. lib. 1. ca. 19.*

Argippēi, orum, ἀργιππαῖοι, Populi sunt Scythiæ; iuxta Sarmatas & Thussagetas, ab ipsa natiuitate calui, simis naribus, & ingenti mento, proprio quodam oris sono; ex arboribus victitantes. Hi quum arma nulla habeant, à nemine tamen afficiuntur iniuria, propterea quòd sacri putentur. Iidem finitimorum controuersias diriment, & ad se confugientes tuentur ab iniuria. *Plura de his Herod. libro 4.*

Argis, ἐν ἄργει, aduerbialiter in loco. *Plin. lib. 26.* Argis etiam olea durare dicitur.

Argissa, ἄργισσα, Thessaliæ ciuitas est prope Peneum, condita à filiis Lariſſæ, deinde Argussa vocata, *vt scribit Strabo libro 9.*

Argō, gener. fœmin. ἀργώ. Prima nauis fuisse creditur, qua Iason, vnà cum flore iuuentutis Græciæ, Colchida nauigauit, vellúsque aureum, à Medea adiutus, in Græciam reportauit. [*Ouid Eleg. 1. 1. Triſt.* Is quoque Phasiacas Argon qui duxit in vndas.] Volunt autem hanc nauem Argo appellatam ab Argo architecto; *de quo Flaccus;*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

-ad charùm Tritonia deuolat Argum, Moliri hunc puppim iubet,& dimittere ferro Robora.Diodorus à velocitate dictam putat : nam ἀργὸς inter cætera significat velocem. Alii ab Argiuis, qui in ea vecti fuerunt,malunt appellatam.Quod sentire videtur *Cic.li.1.Tusc.quæst. quum ait*,Et eas angustias,per quas penetrauit ea , quæ est nominata Argo,quia Argiui in ea delecti viri vecti,petebant pellem inauratam arietis.Est & Argo,signum cæleste,quod & nauis appellatur. Oritur pridie Idus Martii.

Argonautæ,ἀργοναῦται,Dicti sunt heroës illi,qui cum Iasone in Colchos profecti sunt,numero amplius quinquaginta: ex quibus præcipui fuêre Castor & Pollux,Telamon,Orphæus,Hercules,& Hylas puer. Sic cognominati à naui qua nauigauerunt.*De his Orpheus lib.1. & Apollonius in Catal.heroum.& Flacc.in Argon.*[Dicti sunt à tarditate.*Martial.epigr.26.lib.3.*]

ARGOPELASCOS,*Homerus* vocat Thessalos.

ARGŎS,eos,& in plurali numero Argi,orum,ἄργος,τὸ, Clarissima ciuitas Peloponnesi,non procul à Mycenis,quę ad discrimen aliarum eiusdem nominis vrbium Argos Hippium dicebatur,quòd agrum haberet pascendis equis in primis idoneum. {GEtrvmpte ſtat der Griechen in Morea gelägen } Dicitur & Dipsion,ab aquæ penuria:quo sit vt plures eodem vtantur puteo : quod genus est apud illos arctissimæ societatis. Aliquando & Phoronicum dictum est , *teste Stephan* ;à Phoronco primo rege.Est autem hoc nomen in singulari numero neut.gen.quod apud Græcos declinatur, τὸ ἄργος, τοῦ ἄργους : apud Latinos autem tantùm in vsu habet nominatiuum, accusatiuum & vocatiuum,In plurali verò masculinum est secundę nominum inflexionis. *Horatius*, Aptum dicit equis argos ditésque Mycenas.*Virg.7.Æn.*Ecce autem Inachiis sese referebat ab Argis. ¶Est item Argos oppidum Thessalię quod & Pelasgicon dicunt,à Pelasgis.*Lucanus* , -vbi nobile quondam Nunc super Argos arat.¶Aliud in Acarnania, Amphilochicum cognominatum,quod Alcmæon eiusque liberi condidêre, *vt inquit Strabo lib.7.*¶Fuit & Argos Apuliæ oppidum,à Diomede conditum,& primum à nomine relictæ patriæ Argos Hippium appellatum, quod deinde Argyrippam,& postremò Argos vocitarunt.¶Thessaliam quoque aliquando Argos Pelasgicum appellatam fuisse, *autor est Plin. lib.4.c.7.*¶Ipsam præterea Peloponnesum antiqui Argos,& Argos Achaicum appellauêre:*vt scribit Strabo li.8.* ¶Est item Argos,siue Argus,canis nomen *apud Hom.li.17 Odyss.*qui solus Vlyssem vigesimo demum anno in patriam redeuntem agnouit.

Argiuus,pen.prod.adiectiuum,ἀργεῖος,id est,Græcus,*Virgil.2.Æneid.* Argiua phalanx.*Cicer.2.de Orat.* Argiuus orator. ¶ Argiua calumnia,ἀργεία συκοφαντία.De calumniosis & delatoribus dici solitum.Nam Argiuos olim notauit antiquitas,tanquam sycophantas & litium auidos.Eustathius ex Pausania,& Diogenianus in collectaneis.¶Argiui fures , Ἀργεῖοι κλῶπες.De palam improbis. Nam Argiui furacitatis infamia laborabant antiquitus.Extat & hoc apud Suidam.¶Argiuos vides , Ἀργείας ὁρᾷς,id est,stupentibus & attonitis oculis.

Argolicus,ca,cum,ἀργολικός,idem quod Argiuus:vt *Virg.1.Æn.* Argolicis excindi Pergama telis.*Cic.in Arat.*Argolica nauis.

Argolis,idis,fœm.gen.ἀργολίς,id est,Argiua , *Ouid.9.Metam.*-at longis anxia cuitis Argolis Alcmene.

Argous,a,um,ἀργῶος,idem quod Argolicus.*Horat in Epod.*Non huc Argoo contingit remige pinus.

Argulus,Filius fuit Amyclatis,quem primum apud Achæos quadrigam iunxisse dicunt,quum alii Arogilo illud ascribant.

ARGVSA-Ciuitas Thessaliæ,quæ priùs Argissa dicebatur. *Vide* Argissa. Est & locus Euboeæ.*Vide Steph.*qui loci illius incolas etiam Argiuos,& Leontinos vocari scribit.

Argŭo,arguis,argui,argutum, Accuso , reprehendo. {הוכיח *hochiach* התוכח *hi hvachchách.*ἐλεγχω.GALL.Reprendre,conuaincre. ITAL. *Imputare reprendere,accusare.*GE.Schelten/ſtraffen/antlagen HIS.*Redarguir y reprender.*AN.*To accuse,to rebuke.*}[Arguere pro obiicere & accusare *Suet.in Cal.g.c.38.& ibi.c.8.* Quid quod me duri fugientem mœnia belli Arguit incœpto secum accepisse labori.*Ouid.13.Met.*Ego met te vidi facere:Egomet ecce arguo.*Pl Men sc.5.a.5.* Qui arguit?(furti sup.)Ego.*Plau.Men.sc.2.a.4.* apparet virtus arguitirque malis.*Ouid. Eleg.3,lib.4.Trist.* Arguor obscœni doctor adulterij.*Ouid.Ele.1.li.2.Trist.* Qui arguet se,eum contra vincat iureiurando suo. *Plau.Mil.sc.2.a.2.* conciminatus sit eum,contrà arguat.*Plaut.Ibid* Non vt te arguerem,id dixi,sed ne arguerer *Velleius.* Quæ me arguit hanc surripuisse.*Plaut. Men.sc.2.a.5*]Et genitiuo sæpius quàm ablatiuo iungitur. *Curtius*, Orsinem modo auaritiæ,interdum & defectionis arguebat. *Plaut.in Amph.*Et eccum video,qui me miseram arguit stupri dedecoris.Si verò id quo quis arguitur non exprimitur , accusatiuum tantùm habet. *Lact.lib.3.*Tui ergo te liberi arguunt. Interdum idem significat quod ostendere.*Virgil.4.Æneid.*Degeneres animos timor arguit. *Arguere teum,est Demonstrare & argumentis probare ab eo commissum crimen *Vlpian.de Verb.signif* Indicasse teum est detulisse: arguisse,accusasse & conuicisse.*Argui de crimine.*Cic.2.de Inuent.*Negare oportebit de vita eius & morib. quæri , sed de eo crimine quo de arguatur. *Arguere pro vetare & prohibere dictum videtur *ab Ouidio li.1.de Ponto,ele.7* Me quoque conantem gladio finire dolorem. Arguit, iniecta tollentique manu.

¶Aliquando in discrimen vocare.*Festus* , Argutum id est,in discrimen vocari.Huius composita sunt,Coarguo,& Redarguo.¶Sciendum est,quòd licet Arguo,Argutum supinum faciat, ex quo Argutus, participium tamen futuri temporis est Arguiturus. *Salust.libr.2.histor.* Quos aduersum multi ex Bithynia volentes occurrere, falsum filium arguituri.Nam,*vt docet Priscianus*,quædam sunt verba in utum supinum formantia quorum participia futuri terminant in iturus, & verbalia in irio,vt argutum,arguiturus:Tutum,tuiturus:Sputum, spuiturus:Plutum,pluiturus,pluitio.

Argūtus,ta,tum, participium passiuum ab Arguo ; Accusatus , reprehensus , ἐλεγχθείς. *Plaut.in Pseud.* Argutus malorum facinorum. ¶ Quandoque est nomen , idem significans quod subtilis & acutus. {ὄρρ *kosem.*ὀξὺς,ἀγχινοώς GALLI.Subtil,ingenieux.ITALIC. *Argutto,sottile.*GERM.Beſcheiden/Spitzfundig/oder Listig.HISPAN. *Agudo ò ingenioſo:* ANGL *Subtill,wittie,ingenuous.*} *Plin.in Epistol.* Vitassem tum dudum, ne viderer argutior ; nisi proposuissem omnes angulos tecum epistola circuire.¶Interdum significat canorus,resonans,ἠχητικός:vt,Arguta hirundo,& arguti homines, qui multum & celeriter loquuntur.*Virgil.Eclog.9.* Argutos interstrepere anser olores.¶Interdum exilis,breuis,acutus.*Idem lib.3.Georg.* Argutúmque caput breuis aluus, obesáque terga.*Arguta exta, Quæ maximè declarant & ostendunt quid futurum sit.*Cic.2.de Diuin.*[Ita ne probi & stupri dedecoris à viro arguta meo?*Et Pſ sc.4.a.2.* Ecquid argutus est?*&c.* Arguti otelli, *Ouid. Et.3 Amor.& El.23.*]

Argutè,aduerbium,Subtiliter,acutè.*Cic.pro Cecin.* Si mihi acutè argutéque responderis.*Idem de Orat.*De rebus difficillimis argutissimè disputare.

Argutissimè.*Gell.lib.11.c.5* Super qua re Phauorinus subtilissimè, argutissimèque decem libros composuit.

Argutulus {τραυλὸς ἐγχειρηματικὸς.ANGLIC.*Some what subtill,shrill.*} Diminutiuum ad contemptum,& non blandiendi causa,vt Homunculus & Homulus.

Argutiæ,tiarum,Dicuntur acutè & malitiosè dicta vel facta.{סכם *kesem* συσταμα.GALLIC.Subtilitez & finesses,Sophisteries.ITAL.*Argutie] ſottiglieze* GERM Klüge/beſcheiden/ſpitzſundige wort oder werck.HISP. *Gratias ſutilezas ò malicias.*ANGL.*Subtill and sawcie ſaunges or doing, perauenture chatting.*}*Plaut.in Mostell.*Exi à culina,sis foris mastigia , Qui mihi inter patinas exhibes argutias *sc.1.a.1. Cicer.* Sed nihil est quod illi non affequantur suis argutiis. [Argutias omnes in gestu persequi. *Quint.* verborum , & argutiarum fuligo. *Gell.cap.2.l.1.* Argutiæ quæstionum.*Gell.cap.13.lib.6.* Argutiæ pueri,i. blanditiæ *Senec.e.16.ad Elber.*]

Argutiola,læ,diminutiuum.*Gell lib.2.c.7. & lib.18.c.1.* Argutiola quippe hęc friuola atque inanis est.λεπτολόγημα,πομπικόν.[*Et c.14.lib 9.*

Argūtor,taris,pen.prod.depon.ab Argutus fit,& significat procaciter loquor.ceite Nonio.{התוכח *hochiach* התוכח *hith vachchách.*σοφίζομαι,παλιλογῶ.GALL.Iaſer,trop subtilement arguer.ITA.*Parlare argutamente.* GERM.Liſt vnd ſpitzſundigkeit der red brauchen/ſchweitzen.HISPAN.*Parlar.* argudamente.ANG.*To coat piertlie.*}*Nauius*, Quandoque ad ludos venit,alii quum tacerent,totum diem argutatur,quasi cicada.[Pergin argutarier?*Plaut.Amphit.sc.1.a.1.*]

¶Est & argutari,subsilire.*Terentius in Fullonia , vt citat idem Nonius*, Terra hæc est noua,quasi vbi tù solitus argutari,pedibus cretam dum compescis,vestimentáque lauas.

Argŭto,as,ἐλέγχω,*Properti*us, Illa mihi totis argutat noctibus ignes,id est argutè obiicit,*aut (vt ait Budæus)*imputat.

Argūtātio,Strepitus.{קול *kol* חמלה *hamullah* δυσχέρεια,δυσχέρεσμα,διαλογία.GALL.Iaſerie,caquet.ITAL.*Parlamento importuno.*GER.Geſchwetz HISP.*Obra de mu. hoy demaſiado parlar.*AN.*A quarelling,or chatting.*}*Catul.* Puluinúsque peræque, & hic & illic attritus , tremulíque quassa lecti Argutatio,inambulatióque.

¶ Cùm verò dicit *Catullus*:Tremulíque quassa lecti argutio , intelligitur crepitantis lecti quasi garrulitas,de qua *Ouid.in 3. Amor.* Spondáque lasciua mobilitate premat.

Argutātor,oris,verbale,{מוכיח *mochiach.*συσσιτώς,σοφιστής.GALL.Iaſeur, sophiste. ITA *Sophiſta.*GER Ein geſchwinder Sophiſt. HISP. *El que mucho ò demaſiadamente parla.*AN.*A quereller,a chatter,that chattetth peartie Gellius lib.17.cap 5.* Processisset autem argutatori isti fortasse reprehensio. Argutatorem pro sophista argutulo , vel argumentatore accipit.

Argūmentum {תוכחת *tochácháth* קצמה *tatsumáh.* ἐπιχείρημα , πίστις. GALLIC.Argument ITALIE.*Argumento.*GERM.Ein anzeigung/ein bewärung eines zweyfelhafftigen dings.HISPAN.*Argumento.* ANG. *An argument.*}[Argumentum huius eloquar tragœdiæ. *Amphitr.prolog.* Argumentis vincit,aliud nomen quærendum est mihi.*Plaut.Amphit. sc.1.a.1,* Sine modò argumenta dicat.*Plaut ibidem sc 3.a.2.*Auscultate argumenta dum dico ad hanc rem. *Plaut.Mostel sc.2.a 1.* Quod ad argumentum attinet breue est.(de summa fabulæ) *Plaut.prolog. asinaria , & in Milit.sc.1.a.1.*Quo argumento istuc?&c.*Pl.Moste.sc.2.a.1.& sc.2.a.2.*Filius est tuus.Vt hic argumenta loquitur.*Pl.Capt.sc 3.a.5.* Súmque argumenti conditór ipse mei.(suprà materiam dixit,) *Ouid. Eleg 1.lib.5.Trist.Item,*Argumentum & Titulus libri. *Suet. Augu.ſt. c.8.* *Item*, Argumenta explicare , *Suet.in Calig.cap 57.*] *Quintil.* Est ratio probationem præstans,qua colligitur aliud per aliud,& quæ quod est dubium,per id quod dubium non est,confirmat. Sumitur interdum etiam pro materia,quæ aliquo in opere tractatur:quam Græci ὑπόθεσιν vocant.*Cicer.*Quoniam nullum scribendi argumentum mihi relictũ. Sic dicimus Argumentum Comœdiæ,quod Græci Periocham vocant id est,summam totius Comœdiæ , paucis versibus expressam vt supra videre est. ¶ Interdum pro coniectura. *Idem in Catil.* Certissima argumenta atque indicia sceleris *Idem 2.Verrina*,Quæ res pertenui nobis argumento indicióquepatefacta est [Et ad argumentum conditæ rursus vrbis.1.ad indicium.*Suet. in Calig c.16.* ¶ Item pro sententia ab Arguo,pro demonstro.*Cic.lib.2. Offic.* Tabulæ verò nouæ quid habent argumenti,nisi vt emas mea pecunia fundum? Argumentũ præterea pro ingenioso artificio ponitur.*Idem 6.Verr.* Ex ebore diligentissimè perfecta erunt ædificia in valuis.Sic alibi legimus Argumenta rotarum, & Argumentosa opera,pro ingeniosis. [Li. Centum pondoes.Le. Quo argumento istuc. L. hæc argumenta ædificiis dixi. *Plau. Most.sc.2. a 1.* Item Argumentum pro eo quod pictum in Tabula est; *Suet.in Tib.c.44.*] Argumentum,est ficta res, quæ tamen fieri potuit. *Cic.de Inuent.1.* Argumentum est probabile inuentum ad faciendum fidem.*Idem de Part.*Argumentum est ratio quæ rei dubiæ facit fidem. *Cic.in Top.*Ad probandum duplex est subiecta Oratori materies: vna rerum earum quas non excogitat Orator,sed in re proposita ratione tractantur,vt tabulæ, testimonia,pacta,conuenta,quæstiones, leges, senatusconsulta,res iudicatę,decreta,responsa,& reliquiæ si quę sunt, quæ non ab Oratore præterenuntur, sed ad Oratorem à causa atque à reis deferuntur. Altera est quæ tota in disputatione & argumentatione Oratoris collocata est.*Cic.in Orat 1.*Proptiæ notæ argumẽtũ quod nunquam aliter fit,certúmque declarat, vt fumus ignem.*Cic.in Part.* *Argumentum esse erroris alicuius id est,causam seu occasionem.*Ouid. 4.de Ponto,eleg. 15.* Erroris nam tu vix est discernere nostri. Sic argumentũ maius,an auxiliũ.Numorum argumenta. *Cic.pro Rab.& Posth.* Alexandriã nunc cognoscimus:illinc omnes præstigiæ,illinc omnes fallaciæ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

fallaciæ, omnia denique ab his nummorum argumenta nata sunt.

Argumentalis, Adiectiuum, ἐπιχειρηματικὸς. *Ascon. Pedian. in Diuin.* Narrationem in exordio multi admirantur hac reprehensione, sed non rectè. Est enim argumentalis narratio ad priorem diuisionem.

Argūmēntōr, aris, argumentis ostendo vel probo, argumentis persequor. {הוכיח *hochiach* התוכח *hith vachchách.* ἐπιχειρέω, συλλογίζομαι. G. Argumenter, amener raisons pour prouuer quelque chose. IT. *Argomentare.* GE. Etwas mit gutten anzeygungen vnd grunden bewären. HIS. *Argumẽtar.* ANG. *To prooue he argumentis, to proue any thing by reasons.* } *Cic. 1. Ver.* Nonne argumentatur, quò ista pecunia peruenerit? *Idem de Fini. 1.* Sed & argumentandum, & accuratè disserendum, & rationibus conquisitis de voluptate & dolore disputandum putant. [Sed quid ego hæc ita argumentor? *Liu. l. 8. d. 4.*]

Argumentandi duo sunt genera: quorum alterum ad finem directè spectat, alterum se inflectit ad motum. Dirigitur, quum proposuit aliquid quod probaret, sumpsitque ea, quibus monstretur: atque his confirmatis, ad propositum sese retulit, atque concluſit. Illa autem altera argumentatio, quasi retrò & contrà prius sumit quæ vult, eáque confirmat. Deinde id quod proponendum fuit permotis animis iacet ad extremum.

Argūmēntātĭo, Est rei propositæ, per argumenta probatio. {תוכחת *tochḗcháth* קצמה *hatsumáh.* ἐπιχείρησις. GALLICE. Piobation ou preuue par raison ou coniecture. ITAL. *Argomentatione.* GER. Bewärung / beweysung. HISPAN. *Argumento luengo.* ANG. *Prooving be argumentes reasons.* } *Autor ad Heren. l. 1.* Argumentationes, quas Græci ἐπιχειρήματα appellant. *Cic. 2. de Orat.* Altera est, quæ tota in disputatione & argumentatione oratoris collocata est. *Idem lib. 1. de Inuent.* definit hoc modo, Argumentatio, est inuentum ex aliquo genere, rem aliquam, aut probabiliter ostendens, aut necessario demonstrans. *Vide plura in eodem libro.*

Argūmēntōsŭs, ſa, ſum, Quod est factum magno argumento, hoc est, artificio. {ελεγχώδης. GA. Artificiel, ingenieuſçment fait. IT. *Argomentoso, ingenioso.* GER. Das vil bewärung hat / Kunſtreich. HI. *Lleno de argumentos, sutil.* AN. *That is made craftelie, with ingine and skill.* {*Quint. lib. 5. c. 9.* Vulgóque paulò numerosius opus, dicitur argumentosum, id est nimia argumentorum mole refertum. In picturis quoque Argumentosa opera vocamus, id est ingeniosa.

ARGŬS, ἄργος, Nomen proprium regis Argiuorum, filij Apis, à cuius nomine Argiui appellati sunt. Hoc regnante cœpit vti frugibus Græcia, & habere segetes in agricultura, delatis aliunde seminibus. Et post obitum Deus haberi cœpit templo & sacrificiis honoratus. [Argus adiectiuum. id est. Argiuus, inquit Nonius. *Pl. Prolog. Amphitr.* Amphitruo natus Argus ex Argo patre.] ¶ Fuit præterea Argus filius Phryxi, qui aurato ariete in Colchidem transuectus est. ¶ Fuit & alius Argus, πανόπτης à Græcis cognominatus, quod totus oculis scateret, quem Poëtæ fabulantur à Iunone constitutum fuisse custodem Inûs Inachi filiæ, quam Iuppiter in iuuencæ formam commutauerat. [Quos si Argus seruet, qui oculeus est totus: *Plaut. Aul. sc. 5. a. 3.*] {GERM. Einer dises nam meins der nach Poetischen gedicht hundert augen gehabt hat. } Hunc postea Mercurius Iouis iussu interfecit: vnde & ἀργειφόντης cognominatus est. Iuno autem oculos eius, auis suæ, hoc est, pauonis caudæ inseruit. ¶ Hinc, Argum fallere prouerbialiter dicimus de vehementer astuto. Hanc fabulam latissimè describit *Ouid. lib. 1. Metamorp.* Mythologici Argum interpretatur sphæram esse stelliferam, innumeris oculis, hoc est, stellis refulgentem: Mercurium autem Solem esse volunt, qui tunc Argum dicitur occidere, quum diurno suo lumine stellarum lucem obscurat. *Vide Macrob. 1. Saturn. cap. 19.* vnde & ἀργεϊφόντης, cognominatus est, quòd Argum peremerit. Mysticè autem Argus est cælum stellarum, luce distinctum, quibus ineſſe quædam species cęlestium videtur oculorum. ¶ Argus quoque vocatus fuit nauis illius architectus, quæ ab illo Argo dicta est, qua Iason, vnà cum Minyis in Cholchidem vectus est.

ARGYRA, ἄργυρα, Ciuitas Siciliæ: vnde se *Diodorus Siculus* oriundum facit: à qua Argyrini. ¶ Est & Argyra, Taprobanæ insulæ metropolis, cuius incolæ dicuntur Argyritæ. ἀργυρῖται. *Steph.*

Argyranche, es, {ἀργυράγχη, A Græcis dicitur, quam Latinorũ quidã verbum ex verbo exprimentes, Argentanginam appellauêre, cuius vocabuli hæc traditur fuisse origo. Milesiorum legati Athenas missi, quum Demosthenem postulatis suis magnopere aduersari viderent: pecunia eum corrũpunt, nequid in posterum commodis ipsorum obsisteret. Postridie itaque, quum res denuo apud populum ageretur, Demosthenes collum fasciis obuoluit, anginâque sese laborare simulauit. Qua re audita, quidam ex populo, cui fucus subolebat, non synanchen illam, sed argyranchen esse exclamauit. ¶ Hinc prouerbio locus factus est, vt argyranche laborare dicantur, qui pecunia muti redditi sunt, eáque supprimunt, quæ ex Reipublicæ vsu esse nouerunt.

Argyraspides, ἀργυράσπιδες, dicuntur qui argentea scuta ferunt. Sic Chrysaspides ab aureis clypeis nominati. *Lampr.*

ARGYRIPPA, ἀργύριππα, *Stepha.* Apuliæ ciuitas est, à Diomede condita: qui primùm à nomine relictæ patriæ Argos Hippium appellauit. Postea corrupto vocabulo Argyrippa dicta est & Arpi. *Virg. lib. 11.* alterum præiecit metri causa. Ille (*inquit*) vrbem Argyripam patriæ cognomine gentis. Victor Gargani condebat Iapygis agris.

Argyrini, ἀργύρινοι, populi Epirotici, *Steph.*

[Argyrippus nomen Adolescentis in *Asin. Plaut.*

Argyritæ, arum, pen. prod. ἀργυρῖται, Agones quidam dicebantur, ab argento, pecuniarióve præmio. *Budæus.*

Argyritis, spuma argenti. {סיג *sigh* ἀργυρῖτις. GAL. Escume d'argent. IT. *Schiuma d'argento.* GER. Sylberschaum. ITA. *Eschuma de plata.* ANG. *The dresse of sylver.* } *Plin. lib. 33. c. 6.* Fit in iisdem metallis & quæ vocatur spuma argenti: Genera eius tria: oprima, quam chrysitin vocant: secunda, quam argyritin: tertia, quam molybditin.

Argyrocopus, ἀργυρόκοπος. GALL. Changeur, ou qui œuure en argent. IT. *Banchiere ò colui che intaglia l'argento.* G. Ein wechsler / oder der das Sylber ausſticht oder stempfft. HIS. *Cambiador ò esculpidor y entallador de plata.* ANG. *That work eith in sylver, à sylver smyth.* } à Græcis appellatur numularius campsor, vel ipse etiam argenti sculptor. παρὰ τὸ κόπτειν τὸν ἄργυρον, hoc est, ab incidendo argento.

Argyrologus, {גזבר *ghizábr.* ἀργυρολόγος. GALL. Threſorier. ITALI. *Gazzerlengo, Teſoriere.* GERM. Ein Seckelmeister / dem der Gemein Seckel befolhen ist. HIS. *Cantador mayor.* AN *Threasurer, or sylver maister.* } à Græcis vocatur, quem Latini Quæstorem appellant, cuius officium est, vt argentum, hoc est, pecuniam colligat, & in ærarium, siue æs factum redigat.

Argyrodamas, ἀργυροδάμας. Lapillus argenti nitorem habens, vt adamas de quo *Plin. lib. 37. c. 10.* addubitat, sitne idem cum eo quem Adromanta vocant, quoniam impetus hominum & iracundias domat.

Argyrognomones, (ἀργυρογνώμονες. GAL. Banquiers. IT. *Banchieri.* GE. Wächsler. HISP. *Los cambiadores* AN. *Banquers, changer of money.* } Vocantur à Græcis pecuniæ permutatores, quos Campsores vulgo vocamus, quasi pecuniæ spectatores dicas. *Budæus.*

ARGYRONDAS, ἀργυρόνδας, Ætoliæ fluuius, ita dictus ab argenteo aquæ candore.

ARGYROTOXOS, ἀργυρότοξος, Apollinis epitheton, quasi argenteum arcum gerens.

ARGYRVS, ἄργυρος, Ciuitas quædam apud Philistium. *Steph.*

ARGYRVS, ἀργυρῦς, Mons, *Vide* Tarteſſus.

ARIA, ἀρία, Regio est inter Indos & Parthos sita, iuxta Gedrosos, & Drangianos: quam recentiores Geographi *Turqueſtam vocant.*

¶ Est etiam Aria, insula in Ponto, versus Colchos, Marti sacra, aliàs Chalceritis dicta. *Plin. lib. 6. c. 12.*

Aria, ἀρία, Arbor est apud Theophrastum, hyemis initio fructificans; materie tam dura, vt necesse sit, prius quàm terebretur, aqua eam macerari.

ARIABIGNES, ἀριαβίγνης, Fuit Darij filius ex filia Gobryæ, qui vnà cum Præxaspe & Megabazo præpositus fuit classi Xerxis. *Herod. lib. 7.*

ARIADNA, ἀριάδνη, Filia Minois regis Cretæ ex Pasiphaë vxore, cuius industria Theseus ab Athenienſibus Cretam missus à Minotauro deuorandus, labyrinthum filo duce, quod Ariadne dederat, euasit, occiso prius Minotauro. Theseus autem eius amore captus, quum in patriam reuertetetur, eam abduxit: sed prioris beneficij immemor, abductam in Insula Chio, seu Naxo perituras deseruit, quam Bacchus postea in vxorem duxit, eiúsque coronam nouem festis ornatam, quàm à Venere acceperat, astris intulit, vocatúrque corona Gnosia. Postremò à Diana sagitta dicitur occisa, eò quod virginitatem non seruasset. [*Catulli de com. Beren.* Ne sola in limite cæli ex Ariadnæis aurea temporibus fixa corona foret.]

ARIAMNES, Fuit nobilissima Armeniæ ciuitas. *Tertellius.*

ARIANTHE, Ciuitas Oenothrorum ἀριάνθη *Steph. Vide in Arinthe.*

ARIANVS, Poëta cuius carminibus Tiberium principem delectatum fuisse Tranquillus scribit. Eius autem opera *Suidas* commemorat Metaphrasim Georgicorum Virgilij; Alexandriada, Poëma videlicet de rebus gestis Alexandri Magni.

Arianis, ἀριανίς, Herba igni colpris, cuius tactu Magi tradunt ligna oleo peruncta accendi. Nascitur apud Arianos: quæ est Scythica gens; Gedrosis finitima, à quibus & nomen accepit. *De hac Plin. lib. 24. c. 18.*

ARIARATHES, ἀριαράθης, Cappadociæ rex fuit, à populo Romano in societatem acceptus. Fuit hic Antiochi gener, qui Ariaratheam ciuitatem condidit in finibus Cappadociæ, *de qua Steph.*

ARICANDVS, Fluuius est Niliadis (quæ est minoris Asiæ regiuncula in confinio Pamphyliæ, Cariæ, & Lycaoniæ sita) qui in Lymirum amnem influit. ¶ A fluuii huius nomine vicinum oppidum ARICANDA appellatur. Vtriusque meminit *Plin. lib. 5. c. 27.*

ARICĬA, ἀρικία, Vrbs est in Italia, quam ędificauit Hippolytus Thesei filius, & à nomine coniugis Ariciam appellauit. Abest ab Vrbe ad decimum lapidem. *Martial.* Mittit præcipuos nemoralis Aricia porros. *Lucanus,* Distat ab excelsa nemoralis ARICIA Roma.

ARĪCĪNUM nemus, Erat iuxta Aritiam vrbem, in quo Ægeria Nympha erat, cum qua loqui solitum ferunt Numam Romanorum regem.

ARĪCĪNŬS lacus, erat iuxta Aritiam vrbem, qui Speculum Dianæ vocabatur: in quo nunc quoque insulæ proceris arboribus nobiles conspiciuntur.

ARICOMISCI, populi in tractu Narbonenſis Galliæ trans Rhodanum, inter Volcas numerati, quorum metropolis est Nemausum. *Plin. lib. 3. c. 4. & Pomponius lib. 2.* Arecomicos vocant. *Ptolemæus* Arecomios. De his sic scribit *Strabo lib. 4.* Vlteriores fluuij (Rhodanum intelligit) partes Volcæ, quos Aricomiscos appellant, maximum incolunt spatium; quorum portus & nauium receptaculum Narbo dicitur.

Arida, {ἔχιον. GAL. Bugloſſe sauuage ou herbe à bouc. ITAL. *Bugloſſa ſelvatica.* HISP. *Hierua de la biuora.* } Herba est, quæ & Echium, & Alcibiadion dicitur, *de qua Dioſc. lib. 4.*

ARIEL, {אראיל *ariel.* ἀρίηλ. Quidam putant esse Acropolim acidolum Martis, quod illic situm est: interpretatur autem Leo Dei, Hierusalem figuraliter significans.

ARIES, etis, penult. corr. Mas ouium, & dux gregis, qui integer est: & tenetur ad generandam sobolem. {איל *áyil.* κριός. GAL. Mouton, belier, belin. ITA. *Montone.* GERM. Ein Wider HISP. *Carnero.* ANG. *A ramme.* } Veruex verò, cui inuersi vel adempti sunt testiculi. Ab ara dictus est aries, quòd aris imponi ad sacrificia soleret. *Virg. 3. Eclog.* Ipse arietes etiam nunc vellera siccat. ¶ Arietem emittit, Ἄρνα πορεύεται. In rixæ pugnæque cupidum dicebatur. Antiquitus enim bellum suscepturi, fœcialem mittebant, qui arietem adductum, in hostium fines immitteret: hoc significans pacto, ciuitatem & agros illorum hostibus compascuos fore. *Autor Diogenianus.* [*Vide Plaut. Cap. sc. 1. a. 4.*] ¶ Aries cornibus lasciuiens, κριὸς ἀσωτεύμενος. *Diogenianus* ostendit conuenire in magnos ac lasciuos. Prurium cornua arietibus bene pactis. ¶ Arietis ministerium, κριοῦ διακονία. Suidas & Zenodotus sic referunt, quasi dici solitum de officio in ingratos collocato. Si quidem aries cornibus ferit pascentem. *Hesychius* ita refert, quasi congruat in eos qui spe cuiusuis præmioli inseruiunt indigni. Quum pueros inuitamus ad ministerium, pollicemur aliquid, puta talos aut nuces. ¶ A cuius similitudine bellica machina Aries appellatur. *Veget. Libr. 4. capite 14.* Materia ac tabularis testudo contexitur, quæ ne flammis exuri possit, corio siue cilicio vestitur. Intrinsecus recipit trabem quæ si adunco pręfigitur ferro, falx vocatur: ab eo quòd incuruata est, vt ex muris lapides extrahat. Si verò caput ipsius ferro regitur, aries appellatur, quòd instar arietini capitis fieri soleret: vel quod habet duriſſimam fron-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

teri,qua ſordat muros: vel quòd more arietum retrocedit,vt vehementius feriat.*Cæſar libro ſeptimo Bel.Gal.* Quod ab incendio lapis, & ab æſtate materia defendit.*Cic.1.Offic.* Quamuis murum aries percuſſerit.*Liu.1.ab Vrb.* Quum effractis portis,ſtratiſve ariete muris. *Pli. libro ſeptimo ca.56.* Equum qui nunc Aries appellatur in muralibus machinis,Epeum ad Troiam ferunt inueniſſe. Eadem & Teſtudo dicitur à ſimilitudine naturæ teſtudinis: quia ſicut illa modò reducit caput, modò profert,ita eiuſmodi machina interdum reducit caput, interdum effert,vt vehementius feriat. ¶Eſt & Aries cœleſte ſignum, primum in Zodiaco. ¶Aries etiam marinus piſcis,ſiue marina bellua eſt: candore tantùm cornibus aſſimilatis.*De hoc Plin.lib.9.c.44.* Graſſatur (*inquit*) aries,vt latro:& nunc grandium nauium in ſalo ſtantium occultatus vmbra,ſi quem nandi voluptas inuitet,expectat: nunc elato extra aquam capite,piſcantium cymbas ſpeculatur,occultúſque adnatans mergit.

ARIETĀRIVS,ria,rium, Quod ad arietem pertinet,ſeu quod arietis habet ſimilitudinem,κριώδης.*Vitruuius*, Conſtituitur autem in ea arietaria machina.

ARIETĪNVS,na,num,pen.pro. Quod eſt ex ariete,ἀπὸ κριοῦ. GAL. De belier. ITA.*Di montone.* GE. Das von dem wider iſt. HI.*De carnero.* ANG.*Of or like a ramme.* ¶*Plin.* Arietinum iecur ad id vtile eſt. [Arietinum oraculum,*Gell.c.3.lib.3.*]

ARIĒTO as,penultima correpta, Percutio, deiicio. נגף *nagháph* מחת *machát* חפיל *hippil.* κοπτόω. GAL. Heurter des cornes,cotir, ietter par terre. IT.*Percuotere,cozzare.* GE. Zu boden ſtoſſen wie ein wider mit den hörneren. HIS.*Dar en vayuen,ò topetar.* AN.*To ſacke and caſt to the ground, to ſtrike with the hornes.* ¶Tractum ab arietum ſimilitudine, cuius firmiſſimum caput & ſoliditſſima cornua faciunt, vt magno impetu quicquid obieceris percutiant & deiiciant.*Plaut.in Truc.* Quis preterue noſtras ædeis arietat? *Id eſt vehementer pulſat,quaſi in modum arietis bellici.Iocus Plautinus.*Curtius li.9.* Macedo gladium cœperat ſtringere,quem occupatum complexu,pedibus repentè ſubductis Dioxippus arietauit in terram.Id eſt,præcipitauit.*Arietat in portam,id eſt ruit more arietis,bellici machinamenti.*Seruius apud Virgil.lib.12. Æneid.* Arietare,neutrum, pro labeſcere. *Senec.de prouid.* Quæ caſus incitat,ſæpe turbari & cito arietare. *Idem de vita beata,* Nihil praui,nihil ſubiti ſupereſt,nihil in quo arietet(.i.incurſet) aut labet. [*Et Senec.cap.11.de Conſ.ad Mart.& c.1.de Tranquil.*]

ARII,ἄριοι, populi ſunt iuxta Indiam,Gedroſiis & Drangianis finitimi. *Herod.lib.4.Hiſtor.*

[Arilator & Coccio,*Idem Gel.c.7.lib.16.*]

ARIMA,ἄριμα. Locꝰ Ciliciæ,vel Syriæ,vel in Pithecuſis iuxta Tyrrhenos, vbi Typhoëum terra obrutum in fabulis eſt.*Stephanus.Vide* Inarime.

ARIMANIVS,ἀριμάνιος, Plutonis cognomen apud Perſas. [Arimanius Maximus Deus Perſarum *Plut.in Themiſt.*]

ARIMASPI,ἀριμασποὶ, populi Scythiæ Europææ,verſus Aquilonis exortum,*vt libr.7. Plin.* refert,qui vnicum in media fronte habent oculum,& cum gryphis auri cuſtodibus continuè præliantur. [*Ge.*Dötſcher in Scythien ſo nur eineugig ſind.]

ARIMASPVS,Fluuius eſt Scythiæ in Aſia,aureis arenis abundans. *Vnde Luc.lib.3.*– autóque libatas,Subſtringens Arimaſpe comas.

ARIMINVM,ἄριμινον. Vulgò *Arimino*, Ciuitas Italiæ,à flumine propinquo eiuſdem nominis ſic dicta. Hæc quondam Vmbrorum colonia fuit,ſicut & Rauenna: verùm vtraque accepit Romanos inquilinos. Habet auem hæc ciuitas portum non ignobilem,non procul à Rubicone amne,qui olim Italiam à Gallia diſcernebat. Ædificata ea autem anno ante Chriſti exortum ducenteſimo ſeptuageſimo,Ptolemæo Lagi filio Ægyptiis imperante,P.Sempronio & Appio Claudio Conſulibus. Ad quã viſendam,cõpoſitis Siciliæ rebus,Sempronius nauigauit. Eam Octauius ampliauit,& à Liburnis diruram Diocletianus repoſuit,fuſíſque Liburnis arcũ triumphalem in ea extruxit ¶Eſt etiã Ariminum vrbs Galliæ Aquitaniæ prouinciæ quæ *teſte Plinio* Armoriaca dicta fuit,vnde adhuc hodie eius pars Arminac vulgo appellatur. *Eutropius l.2.de bello Tarentino:* Conditæ ſunt à Romanis ciuitates Ariminum in Gallia,& Beneuentum in Samnio.

ARIMPHAEI,ἀριμφαῖοι, Sunt populi Aſiæ Septentrionalis propè Riphæos montes. Habent pro domibus nemora,pro alimentis baccas,& tam fœminæ,quàm mares comam tondent. De his Ammianus ſic habet, Vbi montes Riphæi deficiunt Arimphæi inhabitant,iuſti homines,& morum placiditate cogniti.

ARIMVS,Rex Myſię ſeu Męonię. *Autor Varro,* Xanthum citans antiquum rerum ſcriptorem.

Arinca,Gallicum eſt vocabulum,quo,*teſte Plinio*,ſignificatur frumenti genus,quod Græci Olyram,Latini Siliginem vocant. ὄλυρα. *Vide Ruellium l.2.c.21.*

ARINDELA,ἀρίνδηλα, Pars quædam,aut vicus Paleſtinæ,*Steph.*

ARINTHE,*Vide* Arianthe.

ARIOBARZANES,ἀριοβαρζάνης, Cappadocum rex fuit,populi Romani amicus,qui Pompeij partes aduerſus Cæſarem fouit.

ARIODVNVM,vrbs Bauariæ,vulgò Erding.

Ariolus,& Ariolor,*Vide* Harſolus.

Ariolatio. Pro diuinatione, ac vaticinio.*Gel.l.12.c.18.* At Cornelij Sacerdotis ariolatio leuis tum quidem viſa eſt,& vecors,ſed magnę mox admirationi fuit.

ARIOMACHVS,Fuit,*teſte Herod.* Darij filius.

ARIŌN, ἄριων, penult.prod. Citharœdus nobilis fuit,& Poëta lyricus, ex Methymna Leſbi ciuitate ortus,qui primus dithyrambos creditur inueniſſe. Hic quum ex Italia,vbi ingentem pecuniæ vim arte ſua meruerat,Corinthum traiiceret,viderétque à nautis,qui opibus ſuis inhiabant,ſibi inſidias ſtrui,nonnihil ſpatij ab aliis ſibi concedi poſtulauit, quo veluti cygnus moriturus,ſuas ſibi exequias caneret. Quod quum impetraſſet,ſtans celſa in puppi,carmen orthium diis marinis cecinit: quo peracto, ſe in mare præcipitem dedit: ſtatímque à delphino exceptus: ad Tænarum Laconiæ promontorium eſt peruectus: vnde ſeſe ad Periandrum Corinthiorum tyrannum contulit:qui emiſſis nauigiis cum militibus,nautas comprehendit:qui rem,vti geſta erat,confeſſi,grauiſſimo ſupplicio eius iuſſu ſunt affecti. Refert hiſtoriam hanc, ſiue potius fabulam,*Herodot.libr.1. & Plutarch.in Sympoſio ſeptem Sapientum.* [*Vide Gell.ca.19.l.6.*] ¶Fuit & Arion equi nomen.*Propertius,*

Qualis & Adraſti fuerit vocalis,Arion,
Triſtis ad Archemori funera victor equus.

Ariopagus.*Vide* Areopagus.

Ariſaron,ἀρίσαρον, Herba eſt exigua,radicem habens oliuæ magnitudine,maiore acrimonia,quàm Aron.*A Plinio* Aris appellatur.

ARISBE,ἄρισβη, In agro Troiano ciuitas fuit,ab Achille euerſa. ¶Item alia in Lesbo inſula.*Vide Strab.l.13.*

ARISBVS,Fluuius Thraciæ,ἄρισβος.*Steph.*

ārīſtă, Extremæ ſpicæ partes,quæ vt acus tenues è grani gluma eminent & frumentum ab auium minorum morſu tuentur. {שבלת *ſchibbóleth.* ἄκρα, ἀκρεία, αἰκρεξ. GAL. La barbe de l'eſpi de ble,ou l'eſpi. ITALIC.*Spiga.* GERM. Das ſpitzlin an den ähren. HIS.*Raſpa.* ANGLIC. *The beard of corne,the eare of corne.*} Dicitur autem ariſta ab ariditate,quòd ſit omnino arida. *Cicer.in Catone,* Fundit frugem ſpicæ ordine ſtructam & contra auium minorum morſus munitur vallo ariſtarum. [Nihil eſt acutius ariſta.*Seneca Epiſt.*83.* Vere prius flores æſtu numerabis ariſtas,*Ouid.Eleg.1.lib.4.Triſt.Ibidem Eleg.6.lib.4.*] ¶ Apud Poëtas quandoque accipitur pro ipſo frumento.*Virg.1.Georg.* Chaoniam pingui glandem mutauit ariſta. ¶Nonnunquam etiam pro ipſa æſtate,*Idem 1.Eclog.* Poſt aliquot mea regna videns, mirabor ariſtas, hoc eſt,poſt aliquot æſtates,ſiue aliquot annos. ¶Perſius pro pilis poſuit,*Satyr.3.* Alges quum excuſſit membris timor albus ariſtas. * Ariſtas odoratas,nardi ſpicas intelligit. *Stat.5.Sylu.*–odoratus nec Arabs decerpſit ariſtas. Nam (*vt inquit Plin.lib.12.cap.11.*) nardi cacumina in ariſtas ſe ſpargunt.

ARISTADIVM,Thuringiæ vrbs,vulgò Arnſtatt.

ĂRĪSTAEVS,ἀριστάιος, Filius fuit Apollinis ex Cyrene filia Penei fluuij Arcadiæ,qui deinde in Arcadia regnauit,& primus apum,olei,& mellis vſum,lactíſque coagulum demonſtrauit, & alia quamplurima adinuenit:vt refert *Iuſtinus libr.*14. Primus quoque apum bubulis viſceribus reparandarum rationem traditur inueniſſe. Nam quum Eurydicæ Orphei vxori amore eius captus,vim inferre conaretur, illa per ſaxa fugiens,morſu ſerpentis eſt occiſa:in cuius vltionem Nymphæ omnes apes perdiderunt. Quapropter matris auxilium implorauit,quę illum ad Protea conſulendum perduxit: à quo infortunii cauſam edoctus,Eurydicen ſacrificiis placare iuſſus eſt:quod quum faceret, tauróſque quatuor & totidem iuuencas immolaret, ingens apum multitudo è bobus erupit,atque hoc pacto apes ſuas recuperauit, vt ſatis copioſè tradit *Virgilius ferè in fine lib.4.Georg.ibi.* Paſtor Ariſtæus fugiens Peneia Tempe,&c.

ARISTAGORAS,ἀριστογόρας, Fuit præfectus exercitus Darii contra Græcos,*teſte Herod.lib.5.*

ĂRĪSTĂRCHVS,ἀριστοῦρχος, Nomen Grammatici, qui tantùm ſibi in Homeri poëmate permiſit, vt verſus quos vellet velut ſuppoſititios partus,ab Homeri familia ſubmoueret. Vnde etiam hodie Ariſtarchos vocamus alienorum ſcriptorum cenſores. Alius fuit Tegeates, poëta Tragicus,cuius meminit *Horat.* Fiet Ariſtarchus. ¶Fuit item alius Mathematicus.

ARISTĒAS,ἀριστέας, Patria Proconneſius,nobilis poëta fuit, qui Cręſi & Cyri temporibus claruit.Scripſit Theogoniam,& tres libros eorum carminum,quæ Aripaſmea dicuntur.*Suidas.*

ĂRĪSTIDĒS,ἀριστείδης, Cognomento δίκαιος id eſt,iuſtus,Athenis à Themiſtocle in adminiſtranda Republ.diſſen ſit, quum eſſet diuerſis moribus:Catoni alter,Cæſari Themiſtocles comparandus. *Autor Plutarchus.* Hic tanta fuit rei familiaris tenuitate, vt quoties Imperator deſignaretur,neceſſe eſſet aliquid ei pecuniæ in crepidas, & pallium decernere. In ſenatum quandoque vocatus, ea excuſatione vſus eſt, quòd pallium lauiſſet,nec aliud haberet,quo indueretur. Eo mortuo, in ædibus eius nihil prętet veru ferreum inuentum eſt. Ciuitas tamen beneficiorum eius non immemor,filias eius ex publico egregiè dotauit. ¶Fuit etiam hoc nomine Sophiſta quidam,ex Adrianis Myſiæ, ſiue Bithyniæ vrbe ortus, qui quum Smyrnæ profiteretur, aduenienti fortè M.Antonio principi vnus omnium non proceſſit obuiam, eóque modo in cognitionem & amicitiam venit Imperatoris. ¶Ariſtides item Thebanus pictor fuit,Apellis tempore.Is omnium primus animum pinxit,& ſenſus expreſſit omnes,quos Græci vocãt ἦθη, duriori aliquantulum in coloribus.Huius pictura illa præcipuè laudatur: Infans adrepens ad mammam matris ex vulnere morientis,ac manu prohibentis.Sentire mater & timere videtur, ne è mortuo lacte ſanguinem infans lambat, quam tabulam Alexander tranſtulit Pellam. Ex *Plinio libr.35.cap.10.*

ĂRĪSTIPPVS,ἀριστιππος. Nomen philoſophi Cyrenaici. Hic dicere ſolebat, quòd lautior victus nulli erat impedimento ad bene viuendum. Socratis etiam auditor fuit,primúſque Socraticorum mercede philoſophatus eſt. Habuit ingenium ad omnia pro tempore, loco & perſona ſimulanda omnino promptum, & ob hoc Dionyſio præter omnes erat charus. Et vt præſentibus voluptatibus libenter fruebatur,ita & abſentes facile contemnebat. Hic quum è patria in Græciam philoſophandi cauſa proficiſceretur,iuſſit ſeruos aurum proiicere,vt expeditiores ad iter capeſſendum eſſent. Voluptatem,bonorum: dolorem, malorum finem conſtituit:cæteras ſcientias excluſit,illud ſolùm vtile putans,Vt quæras,ſi quid domi mali aut boni tibi contigit. Summum bonum poſuit in leui motu ad ſenſum emananti,id eſt, in voluptate corporis ſenſus titillante. Qui ab eo fluxerũt,& in dogmate permanſerunt,ab hominis patria Cyrenaici ſunt appellati. Tradunt Platonẽ dixiſſe,ſoli Ariſtippo & chlamydem & pannum ferre datum eſt. *Horat.* Omnis Ariſtippum decuit ſtatus & color & res. ¶Fuit & alter Ariſtippus,huius nepos ex filia,Metrodidactus dictus,quaſi à matre doctus. Hic in naugio à tempeſtate deprehenſus timuit,& expalluit. Et interrogatus à quodam,quare philoſophus timeret,quum ipſe contrà nihil metueret,feſtiuiter reſpondit,Non eándem ſibi & illi cauſam eſſe: quoniam is non eſſet magnopere ſolicitus pro anima nequiſſimi nebulonis,ſeſe autem pro Ariſtippi anima timere.

ARISTO,ἀρίστων, Philoſophus cognomento Scepticus,quod Latinè quæſtor & conſiderator dicitur. Semper enim in quærendo conſiderandóque fuit. Hic natione Cous,& Zenonis fuit auditor. Apud hunc omnia indifferentiá,vt etiam inter optimè valere, & grauiſſimè ægrotare,nihil intereſſe diceret: quare etiam tanquam naturam ipſam excludens,ab omnibus fuit reiectus.

ĂRĪ-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ARISTOBVLVS, Ἀριστόβουλος, Iudæus ex Paneade, Agathobuli Hebræi discipulus, vnus fuit ex illis LXXII. interpretibus, qui missi fuêre ad Ptolemæum, tunc Iudææ dominum, vti sacros libros in Græcum sermonem conuerterent. Qui multa ex præceptis Moseos proponenti regi, percontantique, sapienter respondit. [*Germ.* Einer auß den 72. Dolmetschen der heilgen geschrifft.] Hic commentarios etiam in legem Hebræorum edidit. *Autor Eusebius.* ¶ Aristobulus alter historicus item Iudeus, qui res gestas Alexandri Magni conscripsit, comésque peregrinationis fuit. *Volaterranus.*

ARISTOCLES, Ἀριστοκλῆς, Philosophus fuit Messanensis Peripateticus, scripsit de philosophia libros decé, Vter esset studio & doctrina prior, Homerúsne an Plato: in quibus Philosophorum omnium catalogum contexit opinionésque recenset. ¶ Fuit item Aristocles Lampsacenus philosophus. ¶ Item alius Megarensis sophista, sub Traiano & Adriano, scripsit de Rhetorica epistolas, & declamationes ad Imperatorem, Suidas. ¶ Nomen item fuit aui paterni Platonis, qui & ipse Aristocles vocabatur: postea Plato ab humerorum latitudine dictus. *Vide Laertium.*

ARISTOCLIDES, Ἀριστοκλείδης, Orchomeni tyrannus, qui Stymphaliden virginem adamauit. *Vide in dictione* STYMPHALVS.

ARISTOCRATES, Ἀριστοκράτης, Ciuis quidam Rhodius fuit, qui quòd plurimum dignitatis, strenuitatísque præ se ferret, ciuium omnium consensu belli dux delectus est: in quo spem suorum egregiè fefellit: vtpote qui in rebus gerendis, tanquam adulterinus nummus in igne, degener plane apparuerit, & omnino alius, quàm prima fronte promiserat. *Ex Suida.*

ARISTOCRATIA, Ἀριστοκρατία. Optimatum principatus, vbi optimates Remp. tractant: quasi ἡ τῶν ἀρίστων κράτησις, qualis etiam hodie est apud Venetos.

ARISTOLOCHIA, {Ἀριστολοχία. GALL. Aristologie ou sarrasine. ITALIC. & HISP. *Aristologia.* GERM. Ronde osterlucey/oder holtz würtz.} Herba est etiam hodie nomen seruans: cuius duæ sunt species, alia longa, alia rotunda, Aurium sordes emundat, & cum melle mista, si in aures instillata fuerit, auditum iuuat.

ARISTODEMVS, Ἀριστοδήμειος, pen. prod. Nobilis Grammaticus fuit Pompeii liberorum præceptor: mane Rhetoricam, meridie Grammaticam docebat. *Strabo.*

ARISTOGENES, Ἀριστογένης, Medici Thseie nomen, qui varios de re medica libros conscripsit ad Antigonum Macedoniæ regem. ¶ Aristogenes alter Gnidius, item medicus, seruus Chrysippi, famam adeptus est ex curatione Antigoni Gonatæ. *Autor vtriusque Suidas.*

ARISTOGITON, Ἀριστογείτων Nomen ciuis cuiusdam Athenien sis, qui adiutus ab Harmodio Pisistratum tyrannum interemit: vnde vtrique ab Athenien sibus in foro positæ sunt statuæ. *Vide Hero.* ¶ Fuit etiam hoc nomine Orator Athenien sis, qui canis dictus est, quod optimo cuique allatraret. Scripsit enim inuectiuas aduersus Timotheum, Timarchum aliósque complures. *Vide Suidam.*

ARISTOLAVS, Ἀριστόλαος, Pictor, Pausię discipulus, è seueriss imis pictoribus fuit. Eius opera nonnulla commemorat *Pli. li. 35. c. 11.*

ARISTOLOCHIA CRETICA, tertium eius genus, radice longissima, flore purpureo, colore buxeo, bacculas ferens vt capparis.

ARISTOMACHE, Ἀριστομάχη, Nomen sororis Dionysii tyranni, & vxoris Dionis. *Vide Plutarchum in vitâ Dionis.*

ARISTOMACHVS, pe. cor. Ἀριστόμαχος, Solen sis quidam fuit, qui tanto apũ amore flagrauit, vt annis duodesexaginta nihil aliud egerit. Quinetiam librũ de eorum cura, & ratione mellificii edidit. ¶ Fuit & alter Aristomachus, qui de arte vini apparandi volumen conscripsit. *Vtriusque meminit Pli. illius quidem, li. 11. c. 9. huius verò, li. 14. c. 19.*

ARISTOMENES, pen. cor. Ἀριστομένης, Nomen Messenii viri, qui iustissimus fuit, *vt scripsit Hieron.* Hic Lacedæmoniis quodam tempore nocturna sacra celebrantibus, quæ vocabantur Hyacinthia, rapuit de choris ludentium virgines duodecim, & tota nocte gradu concitato fugiens, excessit de finibus Spartanorum: quúmque eas comites eius vellent violare, monuit quantum potuit, ne hoc facerent: & ad extremum quosdam non parcentes interfecit, cæteris metu coërcitis. Redemptæ postea à cognatis puellæ, quum Aristomenem viderent cædis reum fieri, tamdiu ad patriam non sunt reuersæ, quandiu iudicum aduolutæ genibus, defensorem pudicitiæ suæ cernerent absolutum. Hic dux tanta calliditate fuisse fertur, vt sæpe etiam Lacedæmonios deciperet: quorum sæpe vrbem ingressus est, & aliquando captus, atque in vincula coniectus calliditate sua aufugit: quòd quum semel atque iterum & tertiò feci sset, tandem occisus est à Lacedæmoniis, & execto corpore inuentum est cor eius pilosum fuisse. [De Aristomenis virtute incredibilia *Plutar. in Rom.*]

ARISTON, onis, pen. genitiui cor. Ἀρίστων, Sculptor cuius meminit *Pli. li. 34. c. 8.* ¶ Et Iurisconsultus quidam doctissimus *apud Gell. li. 11. c. 18.*

ARISTONICVS, Ἀριστόνικος, Eunuchus fuit, summus alioqui belli dux, cuius fidelis opera Ptolemæo plurimum in bello profuit. ¶ Fuit etiam hoc nomine Grammaticus, qui in Hesiodi Theogoniam commentarios conscripsit. *Vtriusque meminit Suidas.*

ARISTONIDES, Ἀριστονίδης, Statuarii insignis nomen, qui quum Athamantis furorem, Learcho filio præcipitato residentem, ciúsque pœnitentiam vellet exprimere, ferrum, & æs miscuit, vt ferri rubigine per nitorem æris reluceute, exprimeretur verecundię rubor. *Pli. li. 34. c. 14.*

ARISTONYMVS, Ἀριστώνυμος, Insignis comœdiarum scriptor fuit, qui Ptolemæi Philadelphi temporibus floruit, cuius etiam bibliothecæ fuit præfectus. *Suid.*

ARISTOPATRA, Ἀριστοπάτρα, Mater Crateri cuiusdam, qui sub Alexandro militauit, *vt autor est Strabo.*

ARISTOPHANES, penult. corr. Ἀριστοφάνης, Poëta comicus ex Lindo Rhodi oppido. [*Germ.* Ein Griechischer poet auß der Insel Rhodis bürtig.] lege verò Athenien sis, patre Phillo maledicus, & in carpendis hominum vitiis liberrimus ac mordacissimus: inuentor tetrametri & octometri versus. Filios habuit Ararota, Philippum, Philetrum, Comicos omnes. Docuit fabulas XLIII. *Suidas.* Hic Atticæ linguæ nobilitate adeò præpollet, vt Dionysio roganti aliquem eius sermonis eruditum, autorem hunc miserint. Socratis æmulus fuit, quem exagitat, & insectatur in Nubibus.

¶ Aristophanes alter, Byzantinus Grammaticus, Apellis filius, dux etiam exercitus, discipulus Callimachi, Zenodoti & Dionysii. *Autor Suidas.* Aristophanis Grammatici *Quint. lib. 1.* mentionem facit.

ARISTOPHON, Ἀριστοφῶν, Pictoris nomen *apud P in. l. 35. c. 11.*

Aristophontes, ontis, Ἀριστοφόντης, Quasi optimatum occisor.

Aristophorum, pen. corr. Ἀριστοφόρειον, Vas quo prandium defertur: Latinè discus, Ἄριστον enim prandium dicitur, φορῶ, porto.

ARISTOR, oris, pen. genitiui correpta, Ἀρίστωρ, Croton filius fuit, & pater Argicentoculi, qui ab eo Aristorides vocatur. *Ouid lib. 1. Metam.* Donec Aristoridæ seruandam tradidit Argo.

ARISTOTELES, pen. corr. Ἀριστοτέλης, Nomen Stagiritæ philosophi, Peripateticorum principis. {GERM. Ein hoch gelehrter philosophus.} Hic habuit patrem Nicomachum medicum, matrem verò Phæstiaden. Fuit paruus, gibbosus & deformis, balbutiens, sed diues, vt qui socius, & præceptor, & secretarius Alexandri esset. Septendecim annos natus, Athenas profectus est, vbi viginti annis Platonis se auditorem præbuit. Deinde à Philippo in Macedoniam euocatus, decem annis Alexandrum instituit: cui quàm fuerit charus, vel illud vnum abundè magno est argumento, quòd Stagiram patriam eius, quam diruerat, in gratiam eius instaurauerit. Alexandro deinde in Asiam profecto, Athenas rediit, & in Lycæo tredecim annis philosophiam professus est. Postea accusatus, quòd de diis non rectè sentiret, cedens inuidiæ, abiit in Chalcidem, ibique reliquum vitæ transegit. Excessit ætatis anno LXIII. sub idem ferè rempus, quo & Demosthenes extremum vitę diem clausit. De hoc *Quint.* Quid Aristotelem? quem dubito scientia rerum, an scriptorum copia, an eloquendi suauitate, an inuentionum acumine, an varietate operum clariorem putem. ¶ Hinc fiunt adiectiua, Aristoteleus, & Aristotelicus.

ARISTOXENVS, Ἀριστόξενος, Tarentinus, Mantineæ tamen agens, philosophus & medicus nobilissimus, audiuit patrem & Lamprum philosophum Erythræum, dein Zenophilum Pythagoreum, postremò Aristotelem, cui morienti cõuitium dixit, quod Theophrastum sibi in schola successione præponeret. Scripsit omnis generis libros, musicos præsertim. *Suidas.* Hic animam dixit harmoniam esse, *vt tradit Cic. Tusc.* ¶ Aristoxenus alter Cyrenæus, qui adeò delicatus fuisse dicitur in hortorum cura, vt vesperi lactucas mulso irrigaret, vt luxuriosius succresceren t, & saporis essent præstantioris. *Autor Suidas.*

ARITHMETICA, Ἀριθμητική, Numerorum scientia, quæ tractat de numeris & supputandi ratione. Hæc inter disciplinas Mathematicas prima esse dicitur, quoniam ipsa nulla alia indiget disciplina: Musica autem, & Geometria, & Astronomia istius auxilio egent. *Plin. ib 33. c. 10.* Sed primus in pictura omnibus literis eruditus, præcipuè Arithmeticè & Geometricè. Dicta Arithmetica, ἀπὸ τῶν ἀριθμῶν. hoc est, à numerando.

Aritudo. *Vide* AREO.

ARIVS, Ἄριος, Fluuius qui Ariam regionem irrigat, quæ est inter Parthos & Indos: à quo Arii populi *De hoc Plin. lib. 6. c. 23.*

ARMA, ab armis dicuntur, id est, humeris, à quibus dependent, *vt inquit Festus*: vt scutum, gladius, tela, & ea quibus præliamur. {כלים *chelim.* ὅπλα. GALL. Armes, armures, harnois. ITA. *Arme & armi.* GER. Waffen/ Geweer vnd hárnisch. HISP. *Las armas pari armar.* ANGL. *Armour, harnes, weapons, all maner of instrumentes and tooles.* *Seruius* docet Arma esse, quæ armos tegunt. *Varro* ab arcendo Arma dicta existimat, quod his arceamus hosteis: vt fustes, lapides, & huiusmodi. Quidam à verbo Græco deriuant, ἁρμόζειν, id est, conuenire. Inutilia enim sunt arma, nisi ita quadrent corpori, vt neque ampliora sint, neque angustiora: vt neque corpus lædatur angustia, neque amplitudine impediatur. Sed te vera non solùm hoc nomine bellica, sed etiam omnium ferè artium instrumenta intelliguntur. Vnde rusticorum arma vocamus, rastra, ligones, & huiusmodi. *Virg. 2. Georg 1.* Dicendum & quæ sint duris agrestibus arma. [Pauper natus in armis. *Tib. lib. 4* Nulla tibi aduersis regio sese offeret armis. *Tib. lib. 4.* Corpus Achillis & simul arma ferre laboro. *Ouid. 13. Met.* Cur non arma capit. *Ibi.* Eadem nobis iuratus in arma. *Ibi.* Se arma tulisse &c. *Ibi.* Arma negãda mihi. *Ibi.* Hastis, pila, disco, cursu, armis, equo, (exerceo) *Plau. Most sc. 2. a. 1.* Summissis armis cessere victoriã. *Vell.* Induet infelix arma coacta dolor. *Ouid. El. 9. l. 4. Trist.* Miles vt emeritis non est satis vtilis armis (i. stipendiis) Ponit ad antiquos, quę tulit arma lares. *Ouid. El 8. li. 4. Trist.* Lusus equis nunc est, leuibus nunc luditur armis. *Ouid. El. 12. l. 3. Trist.* Arma submittunt victi gladiatores. *Sen. Epi. 37.* Aduersúsque minas frigoris arma parat. *Ouid. 4. Fast.* Arma rhetoricarum disciplinarum *Gell c. 3. l. 7.* Vouerãt hæc iuuenis tunc cum pia sustulit arma. *Ouid. 5 Fast* Non contraria dicor arma secutus. *Ouid. Eleg. 1. l. 2. Trist.* Cum armis aureis. *Plaut. Merc. sc 1. a. 1.* Si hic nunc patitur nunc timet arma locus. *Ouid. Eleg 3. lib. 5. Trist.* Arma aduocare. *Quintil.* Contulit in Tytios arma virúmque toros. *Ouid. Eleg. 1. l. 2. Trist.* Nec nisi lusura mouimus arma manu. *Ouid. Eleg. 1. lib. 4. Trist.* Aiax armis, non Aiaci arma Peruatur. *Ouid. 13. Metam.* Proposita arma petunt. *Ibid.* Arma peto, vinco dederam, post fata reposco. *Ouid. 13. Metam.* fortísque viri tulit arma distertus. *Ouid. 13. Metam.* Conclamatur ad arma. *Cæsar lib. 1. bell. ciuil.*] ¶ Arma coquinaria sunt lebes, patella, tripos, olla. *Plautus*, Quàm eleganter instructum coquinariis armis. ¶ Arma scholastica, stylus, pugillares, libri. *Plinius*, Cuius arma erant, non venabulum, & lancea, sed stylus, & pugillares.

¶ Nautarum quoque & pistorum instrumenta arma dicuntur. *Virgil. lib. 5. Æneid.* Colligere arma iubet validísque incumbere remis. *Et lib. 1.* cerealiáque arma Expediunt. ¶ Quandoque arma capiuntur pro bello, sicut toga pro pace: vt cedant arma togæ. ¶ Fraudes quoque & consilia, Arma dicuntur. *Virgil. 2 Æneid.* & quærere conscius arma. ¶ Omnibus armis præsidiisque destitutus prouerbialiter dicitur qui prorsus omni caret auxilio, quod & indicabimus hoc versu, qui est Iliad. 9, Θυμὸς ἀτερ κόρυθός τε καὶ ἀσπίδος, ἔν θ' ἔγχος ἔγχος, id est, Et clypeo simul & galea nudatus & hasta. ¶ Bis interimitur qui suis armis perit. Minus est prouerbialis, incertum cuius, Senecæ titulo celebratur, sed falsò, hoc est, magis dolent incómoda quibus ipsi dedimus occasionẽ.

ARMATVRA, Armandi genus & forma. {פשׁ *néschek.* ὁπλισμός, ὅπλα, παντοπλία, σκεύη. GALL. Armure. ITAL. *Armatura.* GERM. Rustung/ waffen. HISPAN. *Armadura.* ANGLIC. *Armour, or arming, weapening.*} *Cæsar. Attic. libro sexto*, Habet autem cohortes quadragentarias, nostrã armatura XXX. id est similibus, quibus non armati, armis. *Veget. libr.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

3.cap.14. Tertius ordo disponitur de armaturis velocissimis, de sagittariis iuuenibus. Leuis armatura. *Cic. γυμνητικὸν. Thuc.*

Armifer, a, um, adiectiuum, Arma ferens. ὁπλοφόρος. *Silius l.6.* Queis cedat toga, & armiferi gens sacra Quirini. ¶ Armifera dea, periphrasis Mineruæ, *Ouid. ad Liuiam.* ¶ Armiferum aurum. *Senec. in Medea.*

Armiger, armigeri, pen. cor. Substantiuum, Qui lanceam, scutum, galeámque ferens, armatum equitem in prælio sequitur. {נשא כלים *nosé chelim.* ὁπλοφόρος, ὁπλίτης. GAL. Celui qui porte les armes apres son maistre. ITALIC. *Seruitore di lancia, scudiero.* GER. ein waffentrager/ein troßbub. HISP. *Seruidor que trae armas, ò escudo.* ANGL. *That beareth armour, or weapons, an esquier for the bodie of his maister.*} Et planè apud antiquos Armigeri fuerunt sumi viri, vt Patroclus fuit armiger Achillis, & Achates Æneæ. *Plin. lib.35.* Pinxit Apelles Clytum equo ad bellum festinantem, & ei galeam poscenti armigerum porrigentem. [Armigeri principis, *Suet. in Aug. cap.* 48. Armigeræ Mineruæ. *Ouid. Eleg. vltim. lib.4.*]

*Item Armiger, Adiectiuum pro armifero. vt, Armigera cohors quæ fert arma. *Silius lib.*10. Armiger Deus, id est Mars, *apud eundem lib.* 7. Armiger equus, id est, indutus armis, *Propert li.5. eleg.*4. Iras armigeras dixit *Statius*, quòd facilè nobis arma suppeditent. nam (*vt inquit Virgil. lib* 1. *Æneid*) furor arma ministrat.

Armigera, æ, quæ arma gerit dominæ. *Ouid. 13. Metam.*

Armipotens, armis valens. κραταιὸς μάχαις. GA. Puissant en armes. ITA. *potente nell' armi.* GERM. Mächtig mit waffen. HIS. *Poderoso en armas.* AN. *Valiant or mightie in armour, or weapons.*} Vnde Pallas siue Bellona, armipotens dicitur. *Cicero, Antequam iret in exilium*, Nam ego te Iupiter optime maxime, cuius nutu ac ditione sola terrarum gubernantur, téque particeps connubij, socia regni, regia Iuno, téque Tritonia armipotens, Gorgonta Pallas, Minerua. *Virgil. 2. Æneid.* Penelei dextra diuæ armipotentis ad aram Procumbit.

Armisonus, notæ significationis, vt Pallas armisona. *Virg. 3. Æid.* tum numina sancta precamur Palladis armisonæ.

Armo, mas, Armis induo, seu munio. {נשק *naschák* ὁπλίζω. GALL. Armer, equipet. ITA. *Armare.* GER. Bewaffnen/wapnen/mit waffen anthun. HI. *Armar.* ANGLIC. *To harnesse, to put vpon on armour.*} *Virgil. 8. Æneid.* Tunc quoque fas nobis Teucros armare fuisset. *Plaut. ad Ci.* Qui quidem quum in fraudem se deductum videret, manus quas iustius in Lepidi perniciem armasset, sibi afferre conatus est. *Liu. ibr. 2. bell. Pun.* Itaque & muri reficiebantur, & propugnaculis armabantur. [Armare naues, Cæsar sæpius *lib. 1. de bel. ciu.* Doceo quo simus alendi armandique modo. *Ouid. 13. Met*]* Armare ferrum veneno, pro eo quod est veneno ferrum tingere vt præsentiùs vulneret. *Virgil. 6. Æneid.* Composita sunt, Dearmo, Exarmo, Obarmo, Petarmo, *quorum significata vide suis locis.*

Armati, Dicuntur non solùm, qui scutis telisque parati sunt, sed etiam qui globis, aut saxis aut fustibus instructi. {נשק *n schék* ὁπλίτης. GALL. Armez. ITALI. *Armati.* GER Gewaffnete/die waffen antragen. HISPA. *Armados* ANG. *Furnished with armour or weapons, weapened, armed.*} *Cic. pro Cecin.* Armatos, si Latine loqui volumus, quos appellare vere possumus? opinor eos qui scutis telisque parati ornatique sunt. *Idem pro domo sua.* Incredibili armatus audacia. *Idem* 1. *Philip.* Quid legati egerint nondum scimus: at verò erecti, citati, armati animis esse debemus. ¶ Armatos *Virgilius* substantiuè dixisse videtur pro Militibus, Armatos mediis in mœnibus adstans Fundit equus.

Armatissimus, Superlatiuus. *Sene. lib 5. de Benef. c.*4. Tamen tam par tibi sum, quàm multis armatissimis nudi aut leuiter armati.

Armator, ὁ λισσὰς, & Armatrix, verbalia sunt ab Armo, as.

Armatus, huius armatus, Idem quod armatura. {ὅπλισις. AN. *Armour, harnesse.* {*Liu. bell Ma.* Inde Neocretes mille, & eodem armatu Cares & Cilices mille & quingenti. Hoc est paribus & similibus armis induti.

Armamenta. Omnis generis instrumenta, vt nauis, plaustri, belli, כלי זין *kéith* אומים *a genim.* ὁπλοθήκη, σκευή. GA. Vtensiles & instrumens seruans à quelque chose que ce soit. IT *Munitione d'armi & cose simili.* GER. Allerlei rustzeug/oder werckzeug HI. *Ayuntamiento de armas.* ANGL. *All kind of instruments.*} *Col. li.4.* Nonnulli strenuè fabricant nauigia, nec consummata perinde instruunt armamentis, ministrisque Dicuntur etiam de aliis rebus. Nam *Plin* etiam vinitorum instrumenta, armamenta vocat [Armamentis fusis. *Sueton. Augusti. capite* 17. Aptare armamenta & vela. *Quintilianus.*]

Armamentaria, Naualia, loci vbi armamenta, armáque seruantur. {ὁπλοθήκη, σκευοθήκη. GALLICE. Lieux où on serre toutes sortes d'vtensiles IT. *Luogo da ripor l'armi, luogo da munitii ne, arcenale.* GE. ein zeughauß/ein ord da man allerley rustung zu dem krieg behalter/harnischkammer HI. *Almuzen para guardar armas.* ANG. *Armouries or storehouses for ordinance, or shipes.*} Armamentum insigne Athenis Philon fabricauit, mille (*teste Plinio*) capax nauium. [in iis artifices inclusos solitos fabricari ostendit. *Liu. li. 9. bel. Pun.*] *Liuius de bel. Mace.* Conflagrarunt & horrea regia, armamentarium cum ingenti apparatu machinarũ & tormentorũ. *Ci pro Ra.* Ex ædificiis armamentariisque publicis arma populo Rom. distributa sunt. Visitur etiam hodie amplissimum armamentarium Venetiis, quod illi sua lingua *Arcenale* vocant.

Armarium, rij, ab armis. Locus vbi cibaria, libri, vestes, & similia reconduntur. {ארון *oisár.* ἀπόθεσις. GAL. Armoire. ITAL. *Armare.* GER. ein ort da man allerley ding hin behaltet/ein kensterlin. HIS. *Armario para guardar cosas.* ANG. *A store house, or wher any thing is layed vp to bekerped.*} *Pl. in Cap. sc. 3 a.4.* Cellas refert omneis intus reclusitque armarium. [Vxori ex armario surtipuisse Spinther. *Plaut. sc. 4. a.3.* Et ab iis in armario muricibus præfixo destitutos necari. [*Gell. c.1. lib.6.*]

*Armarium, item machina ferro munita *Gel. lib.6. c.4.* Idque vbi Romę cognitum est, nobilissimos Pœnorum captiuos liberis Reguli à Senatu deditos, & ab iis in armario muricibus præfixo destitutos, eadémque insomnia cruciatos interisse.

¶ Huius diminutiuum est Armariolum, ἀρμάριον, paruum armarium. *Plaut. in Truculent.* Aut lectus dapsilis, aut armariola Græca.

ARMENIA, ארדט *ararat.* ἀρμενία, Regia Asiæ inter Taurum & Caucasum montes sita, & à Cappadocia ad Caspiũ vsq; mare protensa: ab Armeno quodam Rhodio (*vt ex Antipatri sententia tradit Stephanus*) ita appellata. {GERM. Ein furneme landtschafft in Asia zwischen dem Berg Tauro vnd Caucaso gelegen/stossend an das Hircanisch Mee / so heut Mare de Bechan genennet wirt } *Et vt Plin. lib.6.* autor est, duplex est: maior scilicet, & minor. Maior post Mediam ad Occidentem occurrit. Ea (*vt ait Ptolemæus*) à Septentrione Colchidem habet, Iberiam, & Albaniam: ab Occasu magnum Euphratis cursum, qui Cappadociam minorem, Armeniam, & Syriam Comagenem relinquit à dextris: ab Oriente partem Hyrcani maris: ac Mediam, qua montes Caspii assurgunt: à Meridie Mesopotamiam atque Assyriam, Montes in Armenia sunt Moschici, qui supra partem Ponti ad Cappadociam se efferunt Pariedus, in quo fontes habent Euphrates, & Araxes fluuii: Antitaurus: qui ab Euphrate scissus & Mediam percurrens, postremò Abus appellatur: Gordiæus, ex quo Tigris oritur: Taurus, ac Niphates, qui Mesopotamiam atque Assyriam ab Armeniis disterminant: Caspii, qui vergunt ad Medos & Caucasii, qui Septentrionalia, Iberiam versus, Albaniámque concludunt. Flumina sex, Cyrus, qui monte ortus Caucaso, à sinistris Iberiam, Albaniámque demittens, Armeniam à dextris, in Hyrcanum defertur pelagus: Araxes, Phasis, Lycus, Tigris, Euphratésque. In Armenia pretiosum inter reliqua aromata nascitur amomum. ¶ Armeniam Hebræi Ararath vocant. In ea ciuitas insignis Artaxata.

Armenius, a, um, adiectiuum, Quod est ex Armenia. *Hor. 1. Epod.* Cantaber Agrippæ, Claudi virtute Neronis Armenius cecidit, *Virg. 5. Eclog.* Armenias curru subiungere tigres.

Armeniacus, a, um. vt, Mala Armeniaca, μῆλα ἀρμενιακὰ. GAL. Abricots. Poma sunt medium quendam locum obtinentia inter persica & pruna. Sunt enim minora persicis, sed citiùs matureścunt. Ossibus ad prunum, carne ad persicum quàm proximè accedunt. *Dioscorides* alio nomine Præcocia vocari testatur. *Galen. verò lib. de Alim. facul. & lib. 7. Simpl. medic.* Armeniaca discernit à præcocibus: hæcque illis multò præstantiora esse testatur. Illud tamen fatetur, vetus Armeniacorum nomen sua etiam ætate in vsu esse desiisse, & vtranque speciem nullo discrimine præcocium nomine appellari cœpisse.

Armentum, *inquit Festus*, id genus pecoris dicitur, quod est idoneum ad opus armorum: vt sunt equi & boues. {בקר *bakár.* ἀγέλη. GALL. Haras, troupeau de gros bestail. ITALIC. *Armento.* GERM. Ein herd groß viehs/als ochsen vnd roß. HIS. *Ganado mayor, como buey ò cauallo.* ANGL. *A heard of bigge cattel, as of horses, oxen, &c.*} Nam equis in bellum curritur, clypei verò boum coriis armantur. *Varro* autem boues. Armenta vocari voluit, quasi Arameuta, tertia litera sublata, quòd eorum præcipuè opera in arandis agris vtamur. *Vnde Coll. lib.7.* Iumenta & armenta nomen à re traxêre, quòd nostrum laborem vel onera subuectando vel arando, iuuarent. Propriè itaque Armenta boues dicuntur & equi: quanuis etiam alia maiora animalia eo nomine dici possint: quanuis sint ad arandum, aut ad gestanda arma inutilia. Nam cerui, qui ad hoc non sunt idonei, inter armenta computantur *à Virgi. lib.1.* quum ait, Hos tota armenta sequuntur. *De hoc vide plura in dictione* Grex. ¶ Dixerunt etiam antiqui, armenta, æ, in fœminino, vt annotauit *Nonius ex Ennio & Pacuuio. Ennius*, - ad armentas ipsius easdem. *Pacuuius*, Tu curui frontes pascere armentas soles Ita enim scitè correxit hunc Nonii locum *Scaliger.*

Armentalis, le, Quod est ex armento, ἀγελαῖος. *Vir. 11. Æneid.* Hic natam in dumis interque horrentia lustra, Armentalis equæ mammis, & lacte ferino Nutribat teneris immulgens vbera labris.

Armentarius, rii, Armenti custos, {בקר ἀγελάρχης. GAL. Gardeur de gros bestail, comme vacher, bouuier. ITA. *Custode de l'armento.* GERM. Ein viehhirt/als ochsenhirt/rosshirt. HISP. *Gardadero de ganado mayor.* ANG. *A heardman.*} *Virg. lib.3. Georg.* omnia secum Armentarius Apher agit, tectúmque laremque. *Lucret. lib.6.* Præterea iam pastor, & armentarius omnis.

Armentosus, Armentis abundans. {נוקר *nokédh.* ἀγελώδης. GAL. Plein ou abondant en gros bestail. IT. *Ricco ò abondante di bestiami.* GE. Viehreych. HISP. *Lleno de ganado mayor.* AN. *Riche or abunding of bigge cattell.*} *Gell. lib. 11. c.1.* Quòd Italia tunc esset armentosissima.

Armentinus, na, num, Quod est ex armento. {ἀγελαῖος. GALLIC. Du troupeau de gros bestail. ITAL. *Cosa di armento.* GER Das von dem grossen vieh ist. HIS. *Cosa de aquel ganado.* AN. *Of a heard of bigge cattel.*} *Plin. lib.28. ca.17.* Fimi ceruini, maximè fubulonis, sed & bubuli de armentinis loquor, &c.

Armentitius, a, um, Armentinus. *Varro li.2. de re Rust. c.10.* In alimoniis armentitium pecus sic continendum.

Armillæ, arum. {צמיד *tsamidh*, אצעדה *etsbadhah.* GAL. Brasselets. ITA. *Abbigliamenti militari, come bracci aletti d'oro & simili.* GERM. Armzierd. HIS. *Manillas ò manyas del escudo ò braço.* AN. *Braceletes.*} Sunt ornamenta in circulorum modum, quæ viri militares ab Imperatoribus donata, in sinistris brachiis gerere consueuerunt. Hæc *Priscianus* brachialia vocat: quemadmodum Græci βραχιονιστῆρας. Dicuntur autem Armillæ ab armis, quod antiqui humeros cum brachiis armos vocabant. vnde arma ab his dependentia armillæ sunt vocata. *Liu. lib.* Additur fabulæ, quòd Sabini aureas armillas magni ponderis brachio læuo gemmatósque magna specie annulos habuerunt. [Armillæ brachio gestabantur, *Suetonius in Ner c.6.* Armillis donari. *Gell. ca.11. lib.2.* Vbi sunt armillæ, quas vnà dedi cum Spintere. *Plaut. Men. sc.3. a.3.*] Quod Galli vulgò *Bason*: *Budæus* Armillam vocat. vnde Armillati cursores, quas postea dicimus, videlicet quia id insigne gerunt, quod potest armilla aut spinter dici.

Armillatus, Dicitur qui armillas habet. {ψελιοφόρος. AN. *VVhich weareth braceletes.*} *Proper.* Atque armillatos colla Molossa canes. [Armillatus *Suet. in Calig. c.52. & Nero. c 30.*] ¶ Fuit & Armillatus nomen viri, qui sub Nerone & Domitiano vixit.

Armillum, Vas vinarium in sactis, ita dictum, quòd ab armo, id est, humero deportaretur. *Varro de vitâ pop. Rom. lib.1.* Etiam nunc poculas quæ vocant Capulas, & Capides, quod est poculi genus: item armillum, quod est vrceoli genus vinarii.

[Armillustrium. locus Romæ. *Plut. in Rom.*

ARMILVSTRVM, Festum apud Romanos, quo res diuinas armati faciebant, & sacrificantes canebant tubis. Item locus in quo huiusmodi ludi fiebant. *Varro* hoc nomen ab ambitu lustri dictum existimat: quòd ibi circumferretur pompa, & equi currerent.

Armon

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Armon, *Plin.li.* 19.*ca.*5. Raphani syluestris genus Pontica lingua dici ostendit, quod Latini Armoracion vocant.

ARMÓRICAE CIVITATES, A Cęsare appellantur ciuitates Galliæ ad Oceanum occidentalem sitæ: quas incolebant Rhedones, Curiosolites, Ossismi, Cadetes, & Vnelli. ¶ Ea esse creditur, quæ hodie, *la Duché de Bretaigne.*

Armoracea, ceæ, ἀρμωράκιον, *teste Pallad.* Agrestis Raphanus est. {AN. *A wilde radish.*} *Plin.* Armoracium vocat, sic scribens. *li.* 19.*cap.*5. Etiamnum vnum syluestre: Græci ἄγριον vocant, Pontici Armon, alij Leucen, nostri Armoracion, fronde copiosius, quàm corpore. ¶ Est & hoc nomine fluuius, qui de montibus Arabiæ descendens in stagnum Asphaltitem erumpit, diuidens Moabitidem & Ammonitidem, *Ioseph.lib.*4.

Armus, Humerus. {שׁכם *schok* ὦμος. GAL. L'espaule ou l'extremité d'icelle. IT. *Homero, Spalla.* GER. ein schulteren/ein spalen. HIS. *Espalda.* ANG. *The soulder of a beaste of a bird, the soulder of a man.*} *Virg.lib.*3. *Georg.* Densa iuba & dextro iactata recumbit in armo. Differt tamen Armus ab humero. Nam humeri propriè eorum sunt, qui recti in cælum spectant: vnde homini soli humeros esse dicimus. *Virgil.*4. *Æneid.* Os humerósque deo simili. Armi verò sunt brutorum (quanuis & de hominibus quandoque dicantur) *Horat.Satyr.*4. Fœcundi leporis sapiens sectabitur armos.

ARNA, ἄρνα, Ciuitas Lyciæ, Xanthus posteà dicta, *Steph.*

ARNEVS, *Vide* IRVS.

ARNATES, apud *Plin.lib.*3.*c.*14. Populi sunt in sexta regione Italiæ, ab Arna Vmbrorum ciuitate dicti.

ARNE, ἄρνη, Ciuitas est iuxta sinum Maliacum, primùm à Bœotis inhabitata, deinde à Thessalis occupata: vt est author *Thucyd.lib.*1. *Bell.Pelop.* ¶ Sunt & aliæ eiusdem nominis ciuitates, quæ recensentur à Stephano.

ARNOBA, *vt habet Plin.* Abnoba, *vt Pto'emæus*, Arbona, *vt Cornelius Tacitus*, Mons est ex aduerso Raurici Galliæ oppidi, ex quo Danubium oriri ferunt. {GER. Der nauchen oder die Baar/ist daß gebirg/ so sich bey Doneschingen verleurt/an dem die Donaw entspringt.} *Vide Plin.lib.*4. *cap.*11.

Arnoglossum, ἀρνόγλωσσον. GA. Plantein. IT. *Plantagine.* GER. Schaffszung/wägerich. HI. *L'antem.* ANG. *An plantayne, or waybred.* } Latinè, Lingua agni, vulgò Plantago dicitur. ἀρνὸν enim Græci agnum dicunt, γλῶσσαν, linguam Hæc alio nomine dicitur Heptapleuron, id est, habens septem costas, nam in folio eius sunt septem costæ. Sunt enim septem nerui instar costarum animalium. *Vide Ruel.iib.*1.*cap.*20. *& li.*2.*cap* 58.

ARNVS, ἄρνος, Vulgò *Arno.* Fluuius est Hetruriæ, Florentiam alluens, etiam hodie nomen seruans.

ARO, aras, Aratro proscindo. {עבד *charáfch.* ἀρόω. GAL. Arer, labourer la terre. IT. *Arare.* GERM eren das feld/zů acker gehn HISP. *Arar y labrar la tierra.* ANG. *To tille, to plough, to husband the ground.*} *Plinius*, in arando magnopere seruandum est Catonis oraculum. Quid est primum? Agrum bene colere. Quid secundum? Bene arare. Quid tertiũ? Stercorare. Alienum arare fundum. ἀ'λοτρίαν ἀρόυειν ἀρόυν, prouerbiali mataphora dictum est pro Alienum agere negotium, aut cum alienis vxoribus habere rem. *Plaut.* Fundum alienum arat, incultum, familiarem deserit, i. alienas mulieres subagitat, vxorem suam deserit. *Arare æquor, Nauigare significat apud Poëtas. [Non ego latum mutandis mercibus æquor Aro. *Ouid.Eleg.*2.*lib.*1.*Trist.*] *Virg.*4. *Æneid.* *Arare littora pro inanem operam sumere. *Oui.*5.*epist.*23. Non profecturis littora bobus aras. ¶ Composita huius verbi sunt, Dearo, Exaro, Peraro, Inaro, & Subaro.

Arātĭo, onis, Ipse arandi actus. {עבדה *charéfch.* ἄρσις. GAL. Labourage, labour. ITAL. *Aratione.* GERM. Das eren/zů acker farung. HIS. *Aquella obra de labrar la tierra.* ANG. *Tilling, ploughing.*} *Plin.li.*18.*cap.*20. Aratione per transuersum iterata, occasio sequitur. ¶ Citra arationem citráque sementem, quæ citra operam nostram casu nobis eueniunt. ἀπαώρατα καὶ ἀπόβλητα contingere dicunt Græci. ¶ Nonnunquam sumitur pro ipso aruo, seu agro culto. Nam (*vt rectè inquit Valla*) nomina quæ positionem habent in so, latiùs significare solent: nec actionem modò, sed rem etiam & corpus significant. *Cic.*5.*Ver.* Quum dederint Apronio quod popposcerit, relinquent arationes, relinquent larem familiarem suum? *Plin.lib.*27.*c.*8. Nascitur in arationibus.

Arātĭuncŭla, læ, diminutiuum. {ἀρόβεσον. GAL. Petite terre la bourable, petit labourage. ITAL. *Picciola terra de arare.* GERM. Ein ackerbewte. HI. *Pequeña terra para arar.* ANG. *A small laboring or tilling.*} *Plautus in Trucul.* Malè vortit res pecuaria mihi apud vos: nunc vicissim volo habere arationculam pro copia apud vos. A. Non aruus hic, qui arari soleat; sed pascuus est ager.

Arātŏr, Qui arat. {חרש *choréfch*, ἀρότης. GAL. Laboureur de terre. IT. *Aratore.* GERM. Ein ackerman/ einer der die acker eeret. HISP. *Gañan que ara la tierra.* AN. *A tiller, or ploughyer.*} Et sumitur tam pro boue, quàm pro homine bouem ducente. *Plin.lib.*18.*cap.*19. Arator nisi incuruus, præuaricatur. Quod prouerbij speciem habet, præcipit enim *Plinius* vt arator aruũ primùm rectis sulcis proscindat, mox & obliquis subigat. Id fieri non potest, nisi toto corpore incumbat labori, vnde & *Virgilio* dictus est curuus arator. Cæterùm præuaricari est à recto sulco diuertere. Conuenient igitur in negotium, quod absque magnis sudoribus peragi non potest. [Aratores & negotiantes opponuntur apud *Suet. in Aug.c.*42.

Arābĭlis, le, verbale, Quod arari potest. ἀρότος. *Plin.li.*17.*c.*5. Contrà in Byzantio Africæ illum centena & quinquagesima fruge fertilem campus, nullis quum siccus est, arabilem tauris.

Arātro, as, pen.prod. siue Artro, litera vna per syncopen ablata, quasi arando itero. {ἀρότριάω. GALL. Labourer la terre pour la seconde fois. IT. *Souesciare.* GE. Widerumb eeren HISP. *Arroyar ò tornar à arar lo sembrado.* ANG. *To tille or plough ouer the secound tyme.*} Significat autem segetes iam natas rursus arando proscindere, quod impinguandi causa fit. *Plin.li.*18 *c.*20. At illæ messes duplicatæ docuerunt quod nunc vocant artrare, i. aratrare, vt credo tunc dictum. Hoc fit vel incipiente calamo, quum iam his bina vel terna emiserit folia.

Arātrum, tri, penult. producta instrumentum quo aratur. {כליחבקר *cheliabbakar.* ἄροτρον. GALLIC. Vne charrue, ane araire. ITAL. *Aratro.* GER Ein pflug. HI. *Arada para arar.* ANG. *A plough.*} dictum ab Aro verbo, sicut à Lauo Lauacrum, & à Simulo, Simulacrum. *Virg.*7. *Æn.* Et terram centum vertebat aratris. [Non ergo presso tellus consurgit aratro. *Tibul.li.*4.] ¶ Aratrum inducere, moris fuit Romanis quum vrbẽ aliquam euertissent, vt eam funditus delerent. Hinc *Horat.li* 1. Iræ aliis vrbibus vltimæ fuerẽ causæ Cur perirent funditus; imprimerétque muris Hostile aratrum. *Modest.lib.*2. *quib.mod. vsusfruct amitt.* Si vsusfructus ciuitati legetur, & aratrum in eam inducatur, ciuitas esse desinit. *Ex Lexico Hotomani.*

ARMALCHAR, alio nomine Euphrates fluuius. *Plin.autor*

ARO, ἄρη, Ciuitas Achaiæ, à cultu terræ sic dicta, aliàs Patræ. *Steph.*

AROERNI, ἀ'ρόερνοι, gens bellicosa Gallorum, *Steph.* nimirum Auerni.

AROGYLVS, is fuit qui primus quadrigam in Græcia iunxit regnante Argis Phorbante. *Vide* Argulus.

AROMA, pen.corr. ἄρωμα, Lydiæ, siue Mæoniæ oppidum est; cuius meminit *Strabo lib.*14. & Æthiopum vrbs; *Steph* & Cappadociæ, cuius meminit *Capella post Plin.*

Aromata, {ἀρώματα. AN. *Spices, as ginger, pepper, nutmegges.*} Sunt quæ vulgò *Species* dicuntur, vel alia etiam odoramenta. *Colu.lib.*12.*cap.*20. Deinde quum videbitur mediocriter calere defrutum, reliqua aromata contusa, & vibrata paulatim insperges.

Aromaticus, a, um, adiect. ἀρωματικὸς. AN. *which smelleth or hath the smell of spices.*} Odorem habens aromatum.

Aromatopola, {ἀρωματοπώλης. GA. Espicier, vendeur de drogues. ITA. *Aromatario speciale.* GER. Ein wurtzkrämet / der gewürtz vnd specereyen verkaufft/ein puluerträmer. HI. *Especiero.* AN. *A seller of spices, a grocier & spicer.*} Qui aromata vendit, quem nos Aromatarium dicimus.

Aromatites, ἀρωματίτης, Gemma, quæ in Arabia gignitur: ita dicta; quòd myrrhæ odorem habeat. *Pli.li.*37.*c.*10. Aromatites & ipsa in Arabia traditur gignised & in Ægypto circa Pisas, vbique lapidosa, & myrrhæ coloris & odoris, ob hoc reginis frequentata. ¶ Est item Aromatites, vinum aromatibus conditum. {ANG. *Hippocras wine.*} *Plin.li* 14. *cap.*13. Lautissima erant apud priscos vina myrrhæ odore condita. Ideò quidam aromatite delectatos maximè credunt. Hoc vini genus quo pacto confici soleat, docet *Dioscor.lib.*5.

Aron, ἄρον, Herba est è bulborum genere, *teste Plin.li.*19.*ca.*5. scillæ proximum amplitudine, foliis lapathi, caule recto duorum cubitorum, baculi crassitudine, radice mollioris naturæ, quæ & cruda editur. Folia quoque eius in aceto decocta mandũtur. Officinæ corrupto, vt solent, nomine *Iarum* appellant. Quidam ex vulg. *Pedem viruli*, alij *Serpentariam minorem* vocant.

A'ρωπῆς, *Vide* Megasa.

ARPANDES, fuit Ægypti pro Cambyse præfectus, qui posteà à Dario interfectus est. *autor Herod.lib.*3.

ARPI, Vrbs Apuliæ, *vt annotat Seruius in* 7. *Aenei.* primò Argi, post Argyrippa, post Arpi dicta est. *Vide* Argyrippa.

ARPI, Vrbs est Apuliæ, à Diomede condita, quàm priùs Argyrolophum; vel, vt alii volunt, Argos Hippium vocauit: deinde Argyrippa dicta est. *Virg.* alterum p elidit, *quum inquit lib.*11.

Ille vrbem Argyripam patriæ cognomine gentis, &c.

ARPINA, ἄρπινα, Ciuitas Elidis, ab Arpina Asopi filia. *Steph.* Vide Olympia.

ARPINA, Asopi filia ex Marte Oenomaum peperit, *Steph.*

ARPĪNVM, ἄρπινον, penult. product. Ciuitas inter Foram & Aquinum, posita in monte, ex qua orti fuêre M. Cicero. Plautus Comicus, & C. Marius, qui septies Consul fuit. Vnde Arpinas, atis, quod modò substantiuum est, significans eum qui Arpini natus est. Modò adiectiuum; ea denotans quæ ad id oppidum aliquo modo pertineant. *Cicero pro Lege Agraria*, Meus paternus auitúsque fundus Arpinas. *Idem ad Atticum, lib.*16. In quo flexus est ad iter Arpinas.

Arquātŭs, a, um, siue Arcuatus, adiectiuum ab Arcus; Dicitur quicquid arcus figuram vllo modo imitatur. {ἀγκύλος. GALL. Courbé en forme d'arc, voulré. ITA. *Inarquato.* GERM. Gebogen/gekrümmet. HISPAN. *Arcado, torcobado.* ANGL. *Crooked or bowed lyke a bowe, vaulted, made archwyse.*} *Ouid.*11. *Metamorph.* Dixit, & arquato cælum curuamine signans. ¶ Vnde opera illa quibus aqua duci solet, Arquata dicuntur; quòd multis arcubus æqualiter distantibus fulciantur. ¶ Arquatus morbus est, quem regium nominant, sic dictus à colore cælestis arcus, quẽ Poëtæ Irim vocant. Nam antiqui per Q. Arquus scribebant quod nos per C. arcus. *Celsus lib.*3.*cap.*14. Æquè notus est morbus quem interdum arquatum, interdum regium nominant. *Plinius libro secundo capite* 24. Varro regium cognominatum morbum arquatum tradit; quoniam curetur mulso, Regius autem dicitur, *vt ait Ouid.* Molliter excelsa quoniam curetur in aula. ¶ Dicuntur etiam Arquati, quos Græci ἰκτερικὸς vocant; quod virentibus oculis arqui cælestis colorem imitentur. Et dicimus Arquatum pecus, quod morbo icterico, id est, regio laborat. *Colum.lib.*7. Bilis æstiuo tempore non minima pernicies, potione depellitur humanæ veteris vrinæ, quæ ipsa remedio est etiam pecori arquato.

[Arquitenens. *Prisc.lib.*2.]

Arquītĕs, Dicebant antiqui arcu præliantes, quos nunc sagittarios vocant. {קשת *kaschschách.* τοξότης. GAL. Archiers. ITAL. *Sagittari, arcieri.* GER. Bogenschützen. HISP. *Archeros ò flecheros.* ANG. *Archers, shooters.*} *Vide suprà in dictione* Arcus.

ARRAS, Vulgò dictum oppidum, *vide* Alexia.

Arrĕptĭtĭus, Qui à dæmone rapitur, qui etiam Abreptitius dicitur; ἀναπαρὸς. Veteres Arreptitium dicebant latuarum, quasi à latuis arreptum. *Perottus.*

* Arrepto, as, are, Frequentatiuum ab arrepo, pro quo frequentiùs Adrepo vsurpatur; *Plin.lib.*33.*cap.*10. Et item nobiles Bacchas arreptantibus Satyris.

ARRHA, Oppidum Arabiæ felicis *apud Ptol. Steph.* ἄρρια ciuitas Illyriæ est.

Arrhă, rhæ, & Arrhabo, onis, penultimâ correptâ, Id quod dari solet ad confirmationem contractus. [*Vide Gell.cap.*2.*lib.*17.] {ἀρραβών. GALLIC. Arres, denier à Dieu. ITALIC. *Arra, caparra.* GERM. Ein hafftgelt/ein Gotspfenning. HISPA. *Señal de la rompra.* ANGLIC. *Earnest money at a bargayne making.*} *Plin lib.*33.*c.*1. Argumento est consuetudo vulgi, ad sponsiones etiamnum annuo exiliente, tracta

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

eo tempore quo nondum erat arrha velocior ¶ Arrhabo, *inquit Var.* Pecunia est sic data vt reliquum reddatur. ¶ Arrhabo pro Obsidibus, *Gell. lib. 17. cap. 2.* M. Cato in L. Veturium: Quum tantus (inquit) arrhabo penes Samnites Populi Romani esset: Arrhabonem dixit, DC. obsides: & id maluit quàm pignus dicere: quoniam vis huius vocabuli in ea sententia grauior, acrióreque est. Sed nunc arrhabo in sordidis verbis haberi cœptus: ac multo rectius videtur arrha: quamquam arrham quoque sæpe veteres dixerint. *Hac Gellius.* Aliquando idem quod pignus. *Terent. in Heaut.* Reliquit filiam adolescentulam. Ea relicta huic arrhaboni est, pro illo argento. Hinc Arrho, rhas, à quo Subarrho, quod est arrham facio. *Ambrosius*: Annulo suo subarrhauit me Dominus meus. Est præterea oppidum Arabiæ. Sunt & qui scribunt sine aspiratione.

Arrhă, id est, quod datur in emptione & venditione, in testimonium vel signum venditionis. Sunt & arrhæ sponsalitiæ, quas vtrinque sponsus & sponsa mutuo dant in signum contrahendi matrimonii.

ARRHECHI, ἄῤῥηχοι, Gens Mæotorum, *Steph.*

ARRHENTIA, ἀῤῥήνα, Ciuitas Italiæ, *Steph.*

ARRHETIVM, ἄῤῥητον, Ciuitas Tusciæ, *Steph.* Vide Aretium.

Arrĭa, Romana fuit mulier (licet alii Pœtinam faciant) quæ damnato Pæto marito suo, corpus gladio fodit, quem vulnere educens, ipsi Pæto quærenti dedit, vt idem faceret. *Mart.* Casta suo gladium quum traderet Arria Pæto, Quem de visceribus traxerat ipsa suis. *Vide Tacitum & Dionem.*

Arrĭănvs, ἀῤῥιανός, Philosophus fuit Nicomediensis, qui Romæ Adriani temporibus floruit: à quo etiam summis honoribus eruditionis nomine est affectus. Scripsit Epicteti Philosophi vitam, & Alexandri Magni historiam, quæ opera etiam hodie in bibliotheca Vaticana asseruantur. ¶ Fuit etiam Poëta quidam hoc nomine, cuius versibus Tiberium Cæsarem vnicè delectatum ferunt. [*Suet. in Tiber. cap. 70.*]

Arrīdĕo, es, Ridendo applaudo, vel risu lætitiam ostendo, {שרק *sarák* צחק *tsachák.* γελάω. GAL. Rire à quelqu'vn, soubrire. ITAL. *Ridere verso alcuno* GERM. Anlachen/frölligkeit mit dem lachen erzeigen. HISP. *Reir à la risa de otro que se rie.* ANG. *To laugh or smyle vpon.*} *Cic. de Somn. Scipio.* Hic leniter arridens Scipio. ¶ Accipitur & pro placeo. *Idem Attico.* Inhibere illud tuum, quod valde mihi arriserat, vehementer displicet: [Ædes quoque mihi arridebant tuæ. *Plaut. in Sinist. act.* 1. Si non arriderent, saltem dentes restringerent. (i. ringerentur) *Plaut. Capt. sc.* 1. *a.* 3. Id Flauius arrisit. *Gell. c.* 9. *l.* 9.] Arrideri & Derideri contraria. *Cic. de Opt. gen. Orat.* Quoniam nonnullorum fermo iam increbuit, partim seipsos Atticè dicere, partim neminem nostrum dicere: alteros negligamus. Satis enim his res ipsa respondet, quum aut non adhibeantur ad causas, aut adhibiti rideantur: nam si arrideantur, esset idipsum Atticorum.

Arrisio, onis, Risus, applausus. *Autor ad Heren.*

Arrīsŏr, ris, *Seneca Epist. 27. lib.* 3. Suasit illi Satellius Quadratus, stultorum diuitum adrosor, & quod sequitur arrisor, & quod duobus his adiunctum est, derisor, vt Grammatice s haberet analectas.

Arrĭgo, is penultima correpta, arrexi, arrectum, arrigere. Ex ad & rego compositum, Erigo. [Anne refert vbi, aut in quam arrigas? *Suet. in August. capit. 69.*] {חקים *helim* זקף *zakáph.* ἀνατείνω. GALL. Dresser en haut. ITAL. *Arrizzare, rizzare.* GERMAN. Auffrichten/auffrecken. HISPAN. *Enhestar lo caiado.* ANGLIC. *To lift vp, to applie the mynd to any thing.*} *Virgil. 10. Æneid.* Comásque arrexit. ¶ Arrigere aliquem, siue alicuius animum, per metaphoram, *Sallust.* Eos non paulò Marius oratione sua arrexerat. ¶ Arrigere aures. *Terent. in Andria.* Arrige aures Pamphile. *Virgil Æneid. 1.* Arrectisque auribus adstant. *Plautus Rud.* Suo mihi hic sermone arrexit aures. Vnde proverbij loco à Diogeniano refertur, Auribus arrectis, ὠσὶ ἑστῶσι. Quadrat in illos, qui patienter atque auide auscultant quę dicuntur, aut expectãt, quid dicendum sit.

Arrĕctŭs, Participium. *Virg. 1. Æneid.* Arrectæque horrore comæ. {מוקם *mukám* זקוף *zakúph.* ὀρθοῦμαι, ἱστάμενος. GA. Dreſſe, droit, eſleué. ITA. *Diritto.* GER. Aufgerichtet/aufgereckt. HIS. *Enhiſtado.* AN. *Lifted vp, which ſtandeth euen vp.*} Arrectārĭus, adiectiuum à participio Arrectus. {ὀρθὸς. AN. *Lifted vp, which ſtandeth euen vp.*} Quod est arrectum: Vt asser arrectarius in cratitio pariete, qui arrectus est: sicut Transuersarius, qui in transuersum ponitur. *Vitruu. l. 2. c. 8.* Etiam qui sunt in tectoriis operibus, rimas in iis faciunt arrectariorum & transuersariorum dispositione.

Arripio, is, Ad me rapio, attraho, apprehendo, per vim adduco. {חטף *chataph* סרף *taráph.* ἁρπάζω. GALL. Empoigner rudement, rauir & prendre soudain. ITAL. *Torper forza.* GERM. Ergreiffen / erwuſchen. HISP. *Arrebatar.* ANG. *To grippe and plucke or drawe to me trough, forte.*} Arripuit gladium, *Plaut. Capt. sc. 3. a. 4.* Talos arripio. *Pl. Curc. sc. 3. a. 2.* Manum arripuit mordicus, *Pl. Curc. sc. 1. a. 5.* Hoccine pacto me indemnatum arripi? (pro abripi.) *Ib. sc. 1. a. 5.* Te obstricto vallo hac arripiam: pro abripiam, trahã. *Plaut. Amph. sc. 4. a. 4.* Arripui ensem. *Ouid. 13. Met.*] *Cicero in Cato.* Non cani, non rugæ repente autoritatem arripere possunt, sed honeste acta superior ætas fructus capit autoritatis extremos. *Item pro Sext.* Qui cognomen sibi ex aliorum inimicitiis arripuit. *Idem 2. de Nat. deor.* Quærit apud Xenophontem Socrates, vnde animam arripuerimus. *Liu. l. 1.* Tum Tarquinius, necessitate iam cogente, vltima audere: ipse multò & ætate & viribus validior, medium arripit, elatúmque è Curia, in inferiorem partem per gradus deiicit. ¶ Interdum ponitur pro subito euado. *Plautus in Circulione.* Vix me foras arripui. ¶ Aliquando pro celeriter inuado. *Virg. 2. Æneid.* Hanc arripe velis.

Arrĭvs, ἄῤῥιος, Philosophus Alexandrinus fuit, tanto in honore apud Augustum habitus: vt ex aliqua parte Alexandrinorum salutem illi deberi fateretur. Tribus enim ex causis se Alexandrinis peperciſſe memorabat: primùm ne vnà cum vrbe Alexandri Magni memoriam videretur delere: secundò propter vrbis ipsius pulchritudinem, tertiò propter Arrium Philosophum. *Autor Plutarchus in Antonio.* ¶ Fuit etiam hoc nomine Hæresiarcha quidam, à quo Arriana secta originem cepit.

Arrōdō, dis, penult. prod. arrosi, Rodo, circumrodo. {אכל סביב *achál sabib.* περιτρώγω, περιτραγίω. GALL. Ronger à l'entour. IT. *Rodere acanto.* GER. Benagen/vmbnagen. HISP. *Mucho roer ò en derredor.* ANGLI. *To gnawe on.*} *Plin. lib. 11. c. 30.* Semina arrosa condunt formicæ ne rursus in fruges exeant e terra. ¶ Arrodere Rempublicam, per translationem. *Cic. pro Sestio*, Quoniam id etiam fatum ciuitatis fuit, vt illa ex vi speculis exacta nitedula Remp. niteretur arrodere.

Arrŏgo, as pen. cor. Assumo, vendico, plus satis mihi tribuo. {נשא *naſa* לקח *lakách.* ἀναιρέω, ἐπαίρω, ἀλαζονεύομαι, ὑπερηφανεύομαι. GALL. S'attribuer trop. IT. *Attribuirsi troppo.* GERM. Jm ſelbs zumeſſen/zu vil im ſelbs zůſchreiben. HIS. *Atribuyr ſe, ò atribuyr aſi o que no tiene.* AN. *To attribute vnto, to boaſt ſelf, to clayme.*} Huic opponitur Derogo. *Cicero pro Sexto Roscio*, Non enim tantum mihi derogo (tametsi nihil arrogo) vere copiosius putem, quàm me posse dicere. *Hieronymus in prologo Esdræ*, Interrogent Hebræos, & ipsis autoribus translationi meæ vel arrogent vel derogent fidem. *Cic. 7. Philip.* Ego itaque pacis (vt ita dicam) alumnus, qui quantuluscunque sum (nihil enim mihi arrogo) sine pace etiam certè non fuissem.

¶ Ponitur aliquando pro adopto & filium facio. {לקח לבן *lakách lebn* υἱοποιέω. GALL. Adopter & prendre à fils. ITAL. *Adottare vno per figliuolo.* GERM. Einen zum kind oder hausgenossen aufnemmen. HISP. *Adoptar el emancipado.* ANGL. *To adopte or take for his sone.*} Hinc fit arrogatio, quæ est quum quis voluntate & iussu populi ascisit sibi in locum filii eum, qui sui iuris erat. Dicitur autem arrogatio, quòd & populus rogabatur vellétne eum qui arrogandus erat ita filium iure legéque esse adoptantis, atque si ex eo & eius matrefa. natus esset, & prętera is qui arrogabatur, &c. *Vide Gell. lib. 5. c. 19.* * Arrogare Dictatorem consuli. Id est præficere, *Liu. 7. ab vrb.* Inter cæteras tristia eius anni cos. alter ap. Claudius in ipsò belli apparatu moritur, redierántque res ad Camillum: cui vnico cos. vel ob aliam dignationem haud subiiciendam Dictaturæ, vel ob omen faustum ad Gallicum tumultum cognominis, Dictatorem arrogari haud saris decorum visum est Patribus Dictatorem creari cum ipse esset Consul.]

Arrogans, Qui sibi temerè atque insolenter tribuit quæ in se non sunt} insolens {זדון *hoch.* ἀλαζών. GAL Arrogant, preſomptueux, outrecuide. ITAL *Arrogante, preſumptuoſo.* GER. Vermeſſen/der vil ůff im ſelbs haltet/ſtoltz. HIS. *Soberuio, El que ſe attribuye lo que ni tiene ni mereſce.* ANG. *Arrogant, preſumptuous, proud, deſpiteful.*] *Cæſar 3. bell. Ciu.* Statuerat enim hos prius iudicio populi debere restitui, quàm suo beneficio videri receptos: ne aut ingratus in ferendâ gratia, aut arrogans in præripiendo populi beneficio videretur. *Arist. in Ethicis*, Arrogans præclara, & ea quæ non insunt, & maiora quàm insint, sibi fingit. Dissimulator vero aut inesse sibi negat, aut imminuit. * Arrogans minoribus, id est erga inferiores. *Tacit. lib. 11.* Aduersus superiores tristi adulatione arrogans moribus, inter pares difficilis.

Arrōgantĭa, Vitium est, quum sibi aliquis in fortunæ aut animi bonis plus tribuit quàm oportebat Superbia, insolentia. {זדון *zeúth.* ἀλαζονεία. GAL. Arrogance, preſomption, outrecuidance IT *Arrogantia, preſumptione.* GER Vermeſſenheit/vbermutigkeit HISP. *Preſumption y ſoberuia.* AN. *Arrogancie, preſumption, pryde, clayming much to him ſelf.*} *Cæſar 3. bell. ciuil.* Accidisse igitur his, quod plerunque hominibus nimia pertinacia atque arrogancia accidere solet, vt eò recurrant, & id cupidissimè petant, quod paulò antè contempserint. Est autem arrogantia ferè idem quod superbia: hoc tamen interest, quòd superbia ex diuitiis oritur, arrogantia autem in paupertate esse potest. *Vide infrà vocem* Superbia.

Arrogānter, Superbè. {ἀλαζονικῶς. GAL. Arrogamment, preſomptueuſement. ITA. *Arrogantemente, preſuntuoſamente.* GE. Vermeſſenlich/ vbermůtiglich. HI. *Preſumptuoſa y ſoberuiamente.* AN. *Prydfully, preſumptuouſly.*] adverbium. *Cic. 2. de Orat* Si aspere, si arroganter, si turpiter, si sordide, si quoquo animi vitio dictum esse aliquid videatur.

Arrosĭo, onis, vel Arrosĭa, æ, {διάβρωσις, ἀβρώσημα. GALLIC. Maladie. ITAL. *Malatia.* GERM. Krandtheit HIS *Enfermedad.* ANG. *Sickneſſe.*} Latinè ægrotatio, ab ἄῤῥωστος, ægroto. ¶ Arrhostos, ἄῤῥωστος, ægrotus. *Cic 4. Tusc* Deinde ægrotationes, quæ appellantur à Stoicis ἀῤῥωστήματα hisque item oppositę contrariæ offensiones.

[Arruns. vide Aruns.]

Arrugia. Cuniculus subterraneus, ex quo effoditur aurum. {χρυσωρυχία. GAL. Mine d'or, lieu sous terre d'ou on tire l'or. ITALIG. *Foſſa donde ſi caua l'oro.* GER. Goldgrůb HIS. *Mina de donde ſe saca el oro.* ANGL. *A goldmine. Vide Plin. lib 3 cap. 4.*

ARRHYBA, ἄῤῥυβα, & gentile Arrhybas. *Stephanus.* nec aliud addit.

Ars, {מלכה *melachah* דקת *dabath.* τέχνη. GALL. art, science, meſtier, industrie. ITA. & HISP. *Arte*, GERM. Ein kunſt ANG. *Craft, or art, or compaſſion, a trade of liuing.*} Multipliciter dicitur. Nam quædam est ars, quæ in speculatione tantum consistit, vt Astrologia: & hæc Theorice, id est, speculatiua, dicitur, nullum exigens actum, sed ipso rei, cuius studium habet, intellectu contenta. Quædam in agendo, quæ actu perficitur, & Practice, id est, actiua dicitur, vt saltatio. Quædam in effectu, quæ operis, quod oculis subiicitur, consummationem, id est, finem accipit, qualis est pictura: & sic definitur, Ars, est recta ratio rerũ faciendarum. Dicta ars ἀπὸ τοῦ ἀρεστοῦ, id est, à virtute, quam Græci vniuscuiusque scientiam vocant. [Ars apud veteres pro virtute. *Diomed. lib. 1. Ouid.* Imus ad insignes vrbis ab arte viros (i. doctrina.) *Ouid. El. vlt lib. 4. Triſt.* Siue per ingenuas aliquis caput extulit artes. *Ouid. El. 8. lib. 1. Triſt.* Non hæc ingenio, non hæc componimus arte. *Ouid. Eleg. 1. lib. 5. Triſt.* Inque bonas artes, & tua sacra redi (id est ad poësin.) *Ouid. Eleg. 7. l. 1. Triſt.* Hic artem nandi præcipit, ille Trochi) *Ouid. El. vlt. l. 2. Triſt.* Artis opus tantæ Vulcani. *Ouid. 13. Metam.* Cœpit artem ludicrã facere. *Plaut. Aul. sc. 3. a. 4.*]

¶ Est etiam Ars, quæ constat ex præceptorum collectione, ab Arcto, ctas, quod arctis præceptis, id est, angustis & breuibus concludatur, vt est Ars Seruii, Ars Donati, Ars Prisciani.

¶ Ars etiam astutia, siue sit in virtute, siue in vitio, dicitur, qua quis nõ facilè falli, sed magis alios fallere potest, quæ Græcè quoque dicitur τέχνη. *Virg. 2. Æneid.* dolis instructus & arte Pelasga. [Aliqua perducet callidus arte. *Ouid. 13. Met.* Nam te non alius belli tenet aptius artes. *Tib lib. 4.* Exceptis solis artib. (Amandi sc.) artifici, quę nocuere suo. *Ou. El. vlt. l. 3 Triſt.* Cui tria gaudia dé artib. trib. (i. dolis) *Pl. Pſ. sc. 4. a. 2.* Paret artem & disciplinam (meretriciam) obtinere ar (i. sit impudens in pernegando. *Plaut. Mil. sc. 2. a. 2.* Plicet paratis ice arti in malam crucem.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

cem. *Pl. Cap. sc. 1. a.*] His artibus vitam quæsiit Codrus, quibus ab ignauis vita quæri solet. *Velleius*, Malis artibus popularem esse. *Liuius li. 2. ab vrbe.*] Ab Ars fiunt composita Iners, Solers, Artifex, & diminutiuum, Articula, τεχνίδιον. ¶ Caput artis est docere quid facias. quo vtitur *Quinti. lib. Institut. Orat.* 11. Id vsurpare licebit non solùm vbi quid fieri parum decorè, verùm etiam quum negabimus quibuslibet quiduis esse decorum. ¶ Duodecim artium, δωδεκαμήχανον appellabant callidum, versutum, versipellem, vafrum ac variis instructum dolis. ¶ Lædolio figularem artem discere, ἐκ πίθῳ κεραμεῖον μανθάνειν. De iis qui protinus maximis in rebus artificij sui capiunt experimentum, quum paulatim à minutis ad summa proficisci conueniat. Neque enim figulus primùm à dolio, id est, vase maximo artem auspicatur sed à pusillis quibus sam vasculis, in quibus non sit graue dispendium, si quid secus accidat. ¶ Quam quisque norit artem, in hac se exerceat. Locus est *Cicer. Tusc. Quæ. i.* 1. quo admonemur, vt quarum rerum sumus periti, in his dũtaxat disputandis tractandísque versemur: quarum verò sumus rudes, eas doctioribus concedamus, neque professionem alienam nobis vindicemus, neque in messem alienam mittamus falcem, néve sutores vltra crepidam iudicemus. ¶ Ars ipsa inopiæ portus est mortalibus, λιμένι ἀτυχίας ἐστὶν ἀθρόοις τέχνη, hoc est, Vnicum confugium in egestate est ars. ¶ Simile hoc est, Artem quæuis alit terra, τὸ τεχνεῖον πᾶσα γαῖα τρέφει. Quo significatum est, certissimum viaticum esse eruditionem aut artificium aliquod.

Ars est similium comprehensionum congeries, quæ ad finem quendam vitæ commodum referri possunt. Vel sic: Ars est comprehensionum similium adiectio, quæ ad finem vnum referuntur. *Galen. de Defin.*

Ars earum rerum est, quæ sciuntur. *Cic. 2. de Orat.*

Ars medica, *ab Hippocr. in lib. de Arte*, sic definitur, medicinam hoc nomine appellante, vt sit quæ à morbis & ægritudinibus liberat affectos, & laborantes grauiter, & vehementiores morborum impetus sedat: & ne malefactis admoliamur, monet: scientes, hæc omnia medicinam præstare posse. Sunt & alij non pauci, qui sic definierunt: Medicina est ars non minus sanitati iuuandæ, atque morbis sanandis accommoda. *Galen. de Defin.*

Artifex, qui artem aliquam exercet, aut nouit: dictus quòd arte quippiam faciat. {אמן *omán. δημιουργός, τεχνίτης.* GAL. Ouurier. ITA. *Artefice.* GER. Ein kunstler/ein handtwercksman. HI. *Hazedor de alguna arte ò obra.* AN. *A craftsman, or workman.*} *Cicero 4. Acad.* Quem si subtraxeris, qui distingues artificem ab insscio? [Imperator artifex omnium quę pugnando scit. *Quint.* Solis artibus (amandi) exceptis artifici quæ nocuere suo. *Ouid. Eleg. vlt. lib. 3. Trist.* Item Artifex decollandi. [*Sue. in Calig. ca.* 32. *Quinti. lib. 2. cap.* 14. Artifex est, qui præcipit artem. *Festus*, Artifices dicti, quod scientiam suam per artus exercent, siue quod aptè opera inter se arctent, qua ex causa etiam artes appellatæ sunt.* Dicendi artifices & doctores Græci, *Cic. 1. de Orat.* Artifex statuarum, *Quintil. libr. 5. cap.* 12.

Artificium, Ars & scientia, {מלאכת *melachâh* רעת *daãath. τέχνη.* GA. Artifice, fineſſe, ruſe. IT. *Artificio.* GE. ein kunst/ein handtwerck. HI. *Artpara hazer alguna cosa.* ANGL. *Trade or occupation, deceat, guile.*} *Cæs. 7. bell. Gall.* Neque acie vicisse Romanos, sed artificio quodam, & scientia oppugnationis. *Cic. pro Cluent.* Nisi fortè hæc causa est, quod medici nihil præter artificium, oratores etiam auctoritatem præstare debent. ¶ Artificium pro fraude, dolo. *Cic. Attic.* Quorum artificiis effectum est, vt Respublica in hunc statum peruenirent. *Idem 4. Ver.* Audit hæc etiam Verres, & primo illo suo leuiore artificio, Heraclitum aggredi conatur.

Artificiōsus, a, um, Plenus artificio. {τεχνικὸς. GAL. Artificieux, ingenieux, fait de main de maistre. ITA. *Artificioso.* GER. Kunstreich. HISP. *Cosa muy bien hecha por arte.* ANGLIC. *Ingenious, craftie, cunin le made.*} *Cic. de Finib.* Epicurus autem, vt opinor, necnon vult, si possit, planè & apertè loqui, nec de re obscura, vt Physici: aut artificiosa, vt Mathematici, &c. Sic artificiosa eloquentia, *apud eundem de Inuentione.* ¶ Dicitur & Artificiosus, qui aliquid arte facit. *Cic. 2. de Nat. Deor.* Zeno igitur naturam ita definit, vt eam dicat esse ignem artificiosum ad gignendum.

Artificiōsē, aduerbium. {τεχνικῶς. GAL. Artificieusement, auec art. ITAL. *Artificiosamente, ingeniosamente.* GERM. Kunstlich/meisterlich. HISP. *Artificialmente.* ANGL. *Skilfullie, cuninglie made ingeniouslie, wormanlie.*} *Cic. de Orat.* Nulli fuerunt, qui illa artificiosè digesta, generatim componerent.

Artificiālis, le, Quod arte factum est. {τεχνικὸς. GA. Fait d'art, artificiel. IT. *Artificiale.* GERMAN. Das mit kunst gemachet ist. HISP. *Cosa que se haze ò que se puede hazer por arte.* ANG. *Artificiall, made by art and skill.*} Huius compositum, & antitheton est Inartificialis, Qui arte caret. ἄτεχνος. *Quintil. libr. 5 capit. 5.* Aliis probationibus æquè inartificialibus soluitur.

Artificiāliter, aduerbium, Artificiosè, τεχνικῶς, cui opponitur Inartificialiter, ἀτέχνως, hoc est, sine arte. *Idem lib. 2. cap.* 18. Sed nec illa omittenda sunt, qua in re alius se inartificialiter, alius artificialiter gerat.

Artītus, pen. prod. Dicitur bonis artibus instructus. *Fest.*

ARSACES, ἀρσάκης, pen. cor. Nomen proprium Parthorum regis, cuius memoriæ hunc honorem Parthi tribuerunt propter quæsitum, constitutúmque ab eo regnum, vt omneis deinde reges suos Arsaces appellauerint, quemadmodum Ægyptij reges suos vocauerunt Ptolemæos. Quin & Parthi ipsi ab eo dicti sunt Arsacidæ.

ARSACIA, ἀρσακία, priùs vocata Europus, Vrbs est in Media, sic à Parthis appellata. *Autor Strab. lib.* 11.

ARSANCA, Vrbs Germaniæ, *Ptolemæo.*

ARSANIAS, ἀρσανίας, Fluuius est Armeniæ: qui cum Tigri circiter quatuor passuum millia fluit: deinde diuisus, in Euphratem illabitur. Meminit huius fluuij *Plin. lib. 4. c. 24.*

Arsenicum, ci, {ἀρσενικὸν. GALLICE. Orpin, arsenic. ITA. *Arsenico, orpimento.* GER. Operment. HISP. *Oropimente.* ANG. *Arsenike, colour called orpin.*} Genus est coloris lutei, quod à *Plinio* auripigmentum vocatur, eo quòd in picturis auri colorem referat. Duo eius sunt genera, natiuum, & factitium. Natiuum rursus est duplex, alterum crustosum & in squamas scissile, aureo colore micans, nullique materiæ permistum. Hoc à nonnullis vocatur foliatum. Huius generis magnam vim Caius princeps auri auidissimus, excoqui iussit, & fecit planè aureum excellens, sed tam exiguum vt detrimentum sentiret. Alterum genus glandis effigie, pallidius, & colore sandaracham referens Hoc ignobilius est, nullúmque ex eo excoquitur aurum. Sæpe in eadem inuenitur gleba cum sandaracha: à qua solo colore differt & coctione, vim alioqui eandem habens Ex hac specie fit Arsenicum factitium: quod quo pacto fiat, *vide apud Dioscor. lib.* 5.

Arsenogonon, ἀρσενόγονον, Herba ferens semen testibus simile: ita dicta quòd vino in quo macerata est epoto, mares generari credantur: quemadmodum Thelygono fœminæ. *Autor Plin. lib. 26. capite vltim.*

ARSENOTHELEAS, ἀρσενοθήλεις, Deos antiqui dixerunt, vtriusque sexus participatione, quasi masculo fœmineos. Quo nomine quędam animalia ab *Aristotele* nominantur semetipsa ineuntia.

ARSENARIA, ἀρσενάρια *Ptolemæo*, Mauritaniæ Cæsariensis colonia, tribus passuum milibus à mari sita: Recensetur à *Plin. lib. 5. cap. 2. & à Ptolem. lib. 4. cap.* 2.

ARSENIVM, ἄρσηνιον Germaniæ oppidum apud *Ptolemæum libro 2. capite* 11.

ARSIA, Hetruscorum sylua fuit, Rom. cum Veientibus & Hetruscis pugna celebris.

ARSICINA, Vrbs Germaniæ. *Ptol.* hodie Brunna,

ARSICORAS, Sardorum rex tempore Annibalis, *vt scribit Liu.*

ARSINOE, ἀρσινόη Fuit filia Ptolemæi, Lagi filij, qui Ægyptum post Alexandrum tenuit, & vxor Lysimachi regis Macedoniæ, forma præstantissima: à cuius nomine Ptolemæus Philadelphus eius frater vrbem condidit in Cyrenaica regione.

Arsis ἄρσις Latine vocis eleuatio: sicut & θέσις positio vocis: vt. Arma: ar, eleuatio est: ma, positio. In his duobus per diuisionem pedes legitimi colliguntur.

ARSONIVM, Vrbs Germaniæ, *Ptol.*

[Arsius lucus siue Nemus. *Plut. in Valer.*]

ARSYSIA, ἀρσυσία, Regio Pyrorum, & Chij: *Steph.*

Arseuerse, Auerte idem significat. Thuscorum enim lingua Arse, auerte, Verte ignem constat appellari. Vnde Afranius ait, Inscribat alius in ostio arse verse. *Festus.*

ARTABANVS, pen. prod. ἀρτάβανος, Vltimus Arsacidarum fuit Parthorum rex, quem Artaxerxes miles Persa interemit, suíque regnum restituit, quod post Darium regem ab Alexandro victum semper penes Parthos fuerat. ¶ Fuit & alter Artabanus Hystaspis filius, & patruus Xerxis quem expeditionem in Græciam parantem frustra conatus est ab instituto reuocare. In ipsa quoque expeditione quum Regis consilia identidem improbare videretur, veluti militiæ inutilis, ad regni administrationem in Persidem remissus est: vbi postea Xerxem obtruncauit. *Vide Herod. l. b. 7. & Iustinum lib* 3.

Artaba, æ, siue Artabe, es, ἀρτάβη, Mensura frumentaria apud Persas capiens Atticum medimnum, & chœnicas tres. *Author Herodot. libr. 1.*

ARTABAZVS, ἀρτάβαζος, Armeniæ rex fuit, filius Mithridatis, vir tam remota barbaria omnium tamen literarum peritissimus. Hic quod exercitum Antonij Parthis prodidisset, ab eo Alexandriæ ad ludibrium per vrbem circunductus, tandem in carcere necatus est. ¶ Fuit & alter hoc nomine ex ducibus Xerxis, qui re infeliciter aduersus Græcos gesta, cum paucis suorum effugit. *De hoc Herod. lib. 9.*

ARTABICIA, inter insulas Propontidis *Stephano* numeratur.

ARTABRI, orum, ἀρτάβροι, Hispaniæ populi in extremis finibus Lusitaniæ, ad Septentrionem & Occasum, auro, argento, & stanno abundantes; ita dicti ab Artabo vicino promontorio. Meminit horum *Strabo libro* 3.

ARTACA, siue Artace, ἀρτάκη, In Cyzicenorum insula, mons est arboribus plenus, in fronte habens quandam paruam insulam eodem nomine: propè est promontorium, quod Nigri appellatur: id in præterna nigatione est è Cyzico priapum delatis. Hæc *Strabo li. 12. & 13.* ¶ Est etiam Artace *Stephano* Phrygiæ oppidum, Milesiorum colonia: quod tamen *Ptol. lib. 5. cap* 1. villam appellat, *Plin.* portum.

ARTACENA, ἀρτακηνὴ, Regio est Syriæ, Lyco, & Capro fluuiis irrigata, in qua Darium ab Alexandro victum fuisse tradit *Strabo in princ. lib.* 16.

ARTACHAEES, ἀρταχαίης, Vnus fuit ex ducib. Xerxianis, totius exercitus, vno Rege excepto, procerissimus, quippe cui ad staturam quinque cubitorum quatuor tantùm digitorum deerat latitudo. Hunc apud Acanthum (vbi foliæ ducendæ præerat) fato functum, Xerxes eximio sepulturæ honore est prosequutus.

[Artace fontis nomen *Homero lib.* 10. Nobilis Artaciæ irrigat vnda. *Tibul. li.* 4.]

ARTAXATA, orum, ἀρταξάτα, Clarissima Armeniæ vrbs, ad Araxem amnem sita quam Annibal Artaxiæ regi condidit, à quo & nomen accepit. Alio nomine Artaxiasota, ἀρταξιάσωτα appellata, *teste Strabone lib.* 11.

ARTAPHERNES, ἀρταφέρνης, Hystaspis filius fuit, & frater Darij, & primus Sardium præfectus, qui apud Marathona debellatus fuit: *vt scribit Herod. li. Hist. 7.*

ARTAXERXES, ἀρταξέρξης, Nomen proprium Xerxis filij qui Longimanus dictus fuit, quoniam manum alteram haberet longiorem. Hic ex cõcubinis, c. v. filios suscepisse traditur, & ex legitimo matrimonio tres, Darium, Ochum, Ariathen: quorum Darius à patre Rex declaratus leuem ob causam cum quinquaginta exfratribus aduersus eum rebellauit: qui postea separati, ad vnum omnes cum vxoribus & liberis iussu regis sunt interfecti. Ab hoc profecta est celebris illa sententia, Beneficium addere longè magis regale esse, quàm auferre. Fuit & alius Artaxerxes, Cyri iunioris frater cognomento Mnemõ. Huic quum pauper quidam malum ingentis magnitudinis obtulisset, iucunde suscepit. Per Solem, *inquiens*, hic is mihi videtur, quem vrbem quoque ex parua magnam reddere posse existimem.

ARTAYCTES, ἀρταύκτης, Persa fuit, Sesti præfectus sub Xerxe, qui quum multa nefarie perpetrasset, tandem à Xantippo Atheniensium duce captus viuus palo suffixus est. *Herod. lib.* 7.

ARTEATAE, ἀρτεάται, Gens fuit Persica, ita dicta ab Artea Persidis regione: *de qua Steph. lib.* 1.

ARTEMBARES, ἀρταμβάρης, Vir in primis clarus inter Medos, cuius filius

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quum à Cyro adhuc puero, & incognito, iniuria affectus esset, Artembanes eum apud Astyagem accusans, occasionem præbuit, vt regius puer, & Astyagis nepos agnosceretur. *Herod. lib. 1.*

ARTĔMĬDŌRVS, pen. pro. ἀρτεμίδωρος, Cnidius Philosophus fuit, Bruto familiaris: qui quum coniurationis in Cæsarem factus esset particeps, oblato Cæsari libello, rem ordine exposuit: sed ita iam vrgente fato cecidit, vt Cæsar libellum, tanquam alio tempore lecturus, in sinum reiiceret, qui postea ipso interfecto inuentus est.

¶ Fuit & alter Artemidorus, Philosophus Daldianus (est autem Daldis Lydiæ ciuitas) qui de somniis, auspiciis, & chiromantia libros quatuor conscripsit. ¶ Suidas præterea alium quendam Artemidorum commemorat, cognomento Pseudaristophanem, qui rei culinariæ voces congessit.

ARTĔMĬS, ἀρτεμις, Diana, siue Luna, quasi ἀειτομὴ, id est, aërem secans, vt quidam volunt: vel quòd integros faciat partus. *Strabo lib. 14.*

ARTEMISIA, ἀρτεμισία, Mausoli Cariæ regis vxor, quæ insignis pudicitiæ fuisse perhibetur, & virum vltra humanæ affectionis fidem amasse creditur. Nam & mortui cineres vino commisto ebibit: & memoriæ eius tam splendidum erexit sepulchrum, vt magnifica omnia monumenta, Mausolea deinceps ab illius nomine fuerint appellata. [*Vide Gell. c. 18. l. 10.*]

Artemisia, herba insignis, absinthij modo fruticosa, maioribus foliis, pinguioribúsque: cuius duo sunt genera, alterum latioribus foliis, alterum minoribus & tenerioribus, non nisi in locis maritimis nascens. {GAL. Armoise. ITA. *Artemisia.* GER. Beyfuß/Bucken. HIS. *Artemisa.*} Artemisiam autem vocatam existimant ab Artemisia Mausoli regis vxore, quæ eam adoptando sibi cognomen fecit. {ANG. *Mugwort.*} Nomen accepisse putatur ab Artemisia regina, quum antea Parthenis diceretur. Alij ab Artemide cognominatam putant, hoc est, à Diana quę ἀρτεμις dicitur, quod ea huius herbæ vires prima ostenderit: & quemadmodum Dea illa inuocata, parturientibus adesse solebat, sic herba hæc Deæ huius beneficio, malis mulierum medetur, menses secundos fœtúsque trahendo, & matris conclusiones, & inflammationes sanando. *Vide Plin. lib. 25. c. 7.*

ARTEMISIVM, ἀρτεμίσιον. Vt Demosthenes pro Ctesiphonte docet, promontorium Eubœæ est. Artemisium item lucus est propè Ariciam, Dianæ sacer, quasi Dianium dictum: Latini nemus, & agrum vicinum Nemorensem dixerunt, vnde & Nemorensis rex dictus est sacerdos illius regionis. [*Vide Plutarch. in Themist.*]

ARTEMISIVS, ἀρτεμίσιος, Apud Macedonas mensis Maius dicitur: quo nomine etiam vocatur mons Arcadiæ. *Plin lib. 4. c. 6.*

ARTEMITA, ἀρτεμίτα, τὸ ἀρτεμίτης, insula Tusciæ, iuxta Thaliam insulam: Straboni ciuitas est iuxta Parthyæorum. Artemidorus Cherronesum circa ostia Acheloi sic vocari scribit. ¶ Est etiam insula prope Oxeas insulas. *Steph.*

ARTEMITE, ἀρτεμίτη. Insignis est ciuitas quingentis stadiis à Seleucia distans. *Auctor est Strabo lib. 15.* Alii dicunt insulam Ortygiæ proximam quam vocant Celadusam.

ARTEMIVS ἀρτεμίος, Romæ fuit præfectus carceris, qui vnà cum vxore Candida, & Paulina filia iacent in via Aurelia, martyres sub Adriano principe. *Autor Volaterr.*

Artĕmōn, monis. {ἀρτέμων. ANG. *A truckle or pullie in wherein ropes do runne, also an instrument which hath troudles as a crayne also the sayle of a shipe.*} Quid sit inter eruditos non satis conuenit. Baysius credit esse velum maximum in naui, eo argumento freti, quod etiam hodie Veneti maximum nauis velum hoc nomine vocant. Alciatus verò credit esse velum additicium, quod scilicet maiori velo additur & assuitur dirigendæ nauis causa. Nam Græci ἀρτάω dicunt assuere, vel appendere: ἀρτεμὼν, appendicem. Alii verò volunt esse nauis antennam, ex qua velum suspenditur. *Vitruu. lib. 10.* docet Artemonem esse, quam nostri Traeleam, Græci ἐπάγλωτα vocant. Hac autem in nauibus funes ductarii trahuntur, & armamenta explicantur, vt meritò additamentum magis quàm pars nauis esse videatur. Ait idem scriptor, machinas id genus tractatorias ad onerandas naues esse accommodatas, fierique his trochleis nauium subductiones.

ARTEMON, Medicus, quem *Plin. lib. 28 c. 1.* ex hominis cremati calua aquam propinasse scribit aduersus morbum comitialem.

¶ Alius item pictor nobilis fuit cuius opera enumerat *Plin. lib. 35. c. 11.*

¶ Artemon præterea Syrus quidam fuit ex infima plebe, Antiocho regi adeò similis, vt Laodice, necato Antiocho, regni successionem per eum fuerit adepta, *vt tradit idem Plin. lib. 27. c. 12.*

¶ Alius fuit Artemon adolescens certatim adamatus à mulieribus ob insignem formam. Vnde locus factus prouerbio, Versatilis Artemon, ὁ ἀπεριφόρητος ἀρτέμων. De iis dici solitum quorum gratia vehementer decertatur.

ARYĔMŌNĒ, ἀρτεμώνη, Apud Plautum dicta est mulier quædam: ab ἀρτίζω, perficio, quòd perficeret quæ vellet, quòd esset egregiè dotata.

Artērĭă, Vena vitalis, seu semita in qua est vitalis spiritus. {בית בלע *beth belá'*. ἀρτηρία. GAL. Artere. ITA. *Arteri, la canne de la gola, strozza.* GER. Ein pulsäder. HIS. *Donde passa el ayre.* AN. *An arteirie or vayne wherein vitale spirite myed with blonde doth runne in the bodie.*} *Plinius lib. 11. cap. 37.* Inter hos latent arteriæ, id est spiritus semitæ. *Gell. lib. 3. c. 10. & lib. 17. c. 11. & lib. 18. c. 10.* Arteria est, *inquit*, conceptaculum spiritus naturalis misti confusique cum sanguine, in quo plus spiritus est & minus sanguinis, quæ motu atque pulsu habitum & modum febrium demonstrat. Antiqui arterias vocant. Super arterias locantur venæ, præterquam in dorso, in quo magna arteria est posita super venam. Læduntur arteriæ si antequam vox bene permulsa est, ęri clamore compleantur. Ergo interuallis longioribus vti conuenit, recreatur enim spiritu vox, & arteriæ reticendo acquiescunt. ¶ Ponitur quandoque vena pro arteria. *Persius*, Tange miser venas, & pone in pectore dextram, Nil caler hîc. Neque enim venas ægrotorum, sed arterias pertentamus. *Celsus lib. 3.* Si protinus venæ conciderint, & sæpius eodem die: si inter plures accessiones vis perinde corporis deest. Dicta est autem Arteria ab eo, quòd aër, hoc est, spiritus in ea seruetur, quasi τὸν ἀέρα τηροῦσα. ¶ Aspera arteria, τραχεῖα ἀρτηρία, est fistula exterior colli, ab ore prorepta ad pulmonem per quam spiritus attrahitur & emittitur. Genere neutro *Lucretius lib. 4.* vsus est, vbi an vox corporea sit, latius perquirit: Corpoream quoque enim vocem constare fatendum est, Et sonitum, quoniam possint impellere sensus: Præterea radit vox fauces sæpe, facítque Asperiora foras gradiens arteria clamor. [Arteriis (pro arteriæ) parcere. *Suet. in Neron. c. 25.*] Arteriare, arteriaces, ἀρτηριακὸν, Medicamentum quod & Diacodion vocatur. *Plin. 20. c. 19.*

Artesis, dicitur artuum morbus. *Prudent.* Nodosa quos podagra distorquet, & artesis.

Artericus, Qui illo morbo laborat.

Arthritis, idis, {ἀρθρῖτις. GALLI. Goutte. ITAL. *Infirmità ò dolor di gionture.* GERM. Die kranckheit vnd schmertzen in gliedern / das Zipperle. HISP. *Enfermedad de los artejos ò articulos.* ANGL. *The gouth.*} Morbus articularis, ita dictus, quòd τὰ ἄρθρα, hoc est articulos & iuncturas infestet.

Arthriticus, {ἀρθρικὸς, ὁ ἀρθριτικός. GAL. Goutteux. ITA. *Gottoso.* GER. Der das zipperle/oder podagram hat. HIS. *Enfermo de los artejos.* AN. *Sicke of the gouth.*} Qui laborat arthritide, hoc est, morbo articulari. ἄρθρον enim apud Græcos articulum significat. *Cic. ad Petum*, Non enim arbitror cocum etiam te arthriticum habere.

ARTIGIS, ἀρτιγις, *Ptolemæo*, Hispaniæ ciuitas, in tractu Bætico, alio nomine Alhama dicta.

ARTISSA, *Vide* Aretissa.

Ārtō, as, *Vide suprà* ARCTO.

ARTŌCHMĒS, ἀρτοχμὴς, Vnus fuit è Xerxis ducibus, qui Darii filiam vxorem duxit, *vt testis est Herod. lib hist. 7.*

Artŏcŏpus, pen. cor. Pistor, {נכן *ophéh*. ἀρτοπώλης. GAL. Boulenger, fournier. ITA. *Pistore, panatiere, fornaio.* GER. ein brotbeck. HIS. *Hornero que cuez̃e en horne el pan.* ANG. *A baker of bread.*} Interdum & pro dispensatore accipitur, cui panis distribuendi officium incumbit. *Iuuen. Satyr. 5.* Salua sit artocopi reuerentia.

Artocrĕās, atis, {ἀρτόκρεας. GAL. Pasté de chair. ITA. *Viuanda di pane & di carne.* GER. Ein paßtet/ein speysi von brot vnd fleisch. HISP. *El pastel de carne.* ANGL. *A pie or paßtie of fl. she.*} neut. gen. sicut simplex πρέας, ατος, Cibi genus est ex pane & carne minutim concisa confectum. Quod quo pacto fieri consueuerit, vide in eo libello qui *Apicij* nomine circumfertur. Sunt qui inflectant per primam inflexionem: an rectè, ipsi viderint: certè apud Apicium legitur nominatiuus Artocreas. Ita etiam videtur exigere ratio analogiæ, quam habet cum simplici. Neque obstat *Persii* autoritas, *Sat. 6.* oleum artocreásque popello Largior: an prohibes? Non doctorum omnium iudicio Artocreas ibi est accusatiuus singularis neutri generis.

Artolaganus, ni, pen. corr. {ἀρτολάγανος. ANG. *Fine cake bread, afflawne, custarde.*} Panis genus delicatissimi, quod cum pusillo vino, lacte, & pipere coquebatur, vt placet *Ruell. lib. 2. c. 14. Plin. 18. c. 11.* Panis ipsius varia genera persequi superuacuum videtur: aliàs ab obsoniis appellati, vt ostrearii: aliàs à deliciis, vt artolagani. *Cic. Pato. l. 9. ep.* Dedisce-dæ sunt tibi sportellæ, & artolagani tui.

Artŏptă, {נכן *ophâh*. ἀρτάνη. GAL. Boulengere ou fourniere, qui cuit & rostit le pain. ITAL. *Femina que cuoce il pane, ouero instrumento da cuocerlo.* GERM. Ein brotbeckin/ein pfisterin. HISP. *Hornera que cuez̃e en horno el pan.* ANG. *A kneading trong.*} A quibusdam dicitur mulier, quę coquit panem in clibano vel in furno: ab ὀπτάω, coquo. Erat enim id officium mulierum: neque ante bellum Persicum (*teste Plin. lib. 18. c. 11.*) Romani pistores suos habuerunt. Hunc morem hodie Pannonij obseruare dicuntur qui virilia & muliebria munia sedulò distinguunt. *Plaut. in Aulul.* [*fo. 6. a. 2.*] Ego hinc artopeam ex proximo vtendam peto. At Pollux dicit esse instrumentum artocopi, *in quo panes torrebantur.* {ANGL. *A rundell or rolling pinne that they vse to knead with all.*} Alij accipiunt pro vase in quo farina subigitur.

Artoptitius panis, Qui ex fermento duriore conficitur, torretúrque in artopta. *Plin. lib. 18. c. 9.* Siliginea farinæ modius Gallicæ, viginti duas libras panis reddit: Italicæ duabus tribúsve amplius in artoptitio pane. Nam furnaceis binas adiiciunt libras. *Vide Ruell. lib. 2. c. 14.*

Arttedines, vocantur, quæ ab apibus sunt minores: harum meminit *Aristot.* qui inter crabrones collocat, etiamsi in veteribus exemplaribus teuthedron corruptè legatur, pro arttedon.

[Artotrogus nomen Parasiti, apud *Plaut. in Mena.*]

ARTOTYRITAE, ἀρτοτυρίται, Populi, quibus oblatio eorum nomen dedit. Offerebant enim panem & caseum, dicentes à primis hominibus oblationes de fructibus terræ & ouium fuisse celebratas.

Ārtŭs, artuum, artubus, pluralis tantùm numeri. {ἄρθρα, μέλη. GAL. Membres. IT. *Nodi.* GERM. Glyder. HISP. *nudos, ò membros del cuerpo.* ANG. *Membres, of the bodie, or limmes.*} Propriè dicuntur nodi in corpore animalis, ex duorum ossium coëuntibus extremitatibus resultantes: ita dicti ab arctandis, hoc est continendis, & colligandis ossibus. *Virg. lib. 5.* Et magni membrorum artus. Quidam sic distinguunt ARTUS à membris, quòd ARTUS ossa cum neruis & venis: Membra autem propriè vocamus carnem artus tegentem. Vnde membrana, superior membri pars, hoc est, pellis. Sed hæc sæpenumero confunduntur. [Artus argumentorum nudi. *Fab.* Seu vitiant artus ægrè contagia mentis. *Ouid. Et 8. lib. 3. Trist.*]

¶ Apud *Plaut. in Men.* Artua dicuntur, à nominatiuo ARTUA. Ita mihi imperas, vt ego huius membra, atque ossa, atque artua Comminuam illo scipione, quem ipse habet.

Ārtŭo, tuas, ab Artus fit. {ἀνάρθρω. à quo Deartuo, quod est pet artus diuido. *Maternus lib. 5.* Vt sic artuatis viscerum partibus, membra omnia crudelis artificii præsidi proferantur.

Ārtĭcŭlārĕ, ἀναρθρῶ, *Apuleius Florid. lib. 2.* Eò facilius verba hominis articulantur, patentiore plectro, & palato.

Ārtĭcŭlŭs, diminutiuum ab Artus, & ponitur pro iunctura siue nodo vel parte membri. {ἄρθρον. GAL. Poincture, nœud. IT. *Nodo, giuntura.* GER. Glied. HISPA. *ñudo, artejo, articulo.* ANG. *A toynte, a knore.*} Articulis membra distinxit ¶ Sed & in vite dicuntur articuli, nodi ex quibus gemma erumpit. Cic. in Catone, Iraque ineunte vere, in iis quæ relicta sunt, existit tanquam ad articulos sarmentorum, ea quæ gemma dicitur. [Articulo molli tractare, *Quint.* Membra & articuli causſæ, & Orationis. *Idem.* Commoditatis omnes articulos scio. *Plaut. Men sc. 2. a. 1.* Mollis articulus Aduersarii excipit eum ruentem. *Quintil. cap. 12. l. 2.* Necesse est deteratur fulgor & durescat articulus. *Quint.* Manus,

pars,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

pars digiti, digitorum articuli, *Quintil.* Articulorum & digitorum vſus in geſtu. *Quintilian.* Articulos infrigendi geſtus. *Idem,* Articulos noſſe, *Seneca Epiſt.* 90. per eoſdem articulos & gradus perducendus eſt. i. inſtituendus. *Suet. in Claud. c.* 24.] ¶Articuli etiam in montibus dicuntur. *Plin. in calce operis,* Etenim contingit recurrentis Italiæ poſitio in partem vtiliſſimam, & inter ortus occaſúſque mediam, aquarum copia, nemorum ſalubritate, montium articulis, ferorum animalium innocentia, ſoli fertilitate, pabuli vbertate. Vbi montium articulos videtur accepiſſe pro colliculis, & cliuis molliter ſurgentibus: qui editioribus montibus veluti corpori membra, ſunt annexi. ¶Sic articulos fidei, tanquam membra religionis noſtræ dixerunt. ¶Interdum ponitur pro digito, *vt apud Ouid. lib. 2. de Ponto,* At reditus iam quiſque ſuos amat, & ſibi quid ſit Vrile ſolicitis ſupputat articulis. [Eo ſenſu. *Sueton. in Tiber. c.* 68.] Interdum pro momento, ῥοπῆς, & tempeſtiua rerum faciendarum hora, ſiue puncto, ἀκμῇ, ſeu alicuius rei aut temporis particula. *Teren. in Adelp.* Vide vt in ipſo articulo (ἐν αὐτῷ τῷ καιρῷ) oppreſſit eam.

¶Item Articulus membrum eſt periodi, quod etiam à Græcis κῶλον appellatur: de quo *Autor ad Heren. lib.* 4. Articulus habetur quum ſingula verba interuallis diſtinguuntur cæſa oratione. ¶Similiter Articulus, ἄρθρον, à Grammaticis dicitur particula, quæ in declinandis nominibus diſcernendi generis cauſa præponitur: cuiuſmodi ſunt apud Latinos Hic, hæc, hoc, apud Græcos ὁ, ἡ, τό Quanquam eſt & aliud genus articulorum apud Græcos, quos illi ſubiunctiuos vocant, eundem vſum præſtantes, quem relatiua apud Latinos, ὅς, ἥ, ὅ.

Artĭcŭlāris, & hoc, are, Quod ad articulos pertinet. {ἀρθριτικός. GALLI. Appartenant aux iointures. ITALI. *Pertinente à giouture.* GERMAN. Das zu den gliedern gehört. HISPAN. *Perteneciente à artejos ò articulos.* ANGL. *That belongeth to the ioyntes.*} VT, Articularis morbus, ἀρθρῖτις, ita dictus, quòd per omnes artus vagetur. Hoc morbo Ennius laborasſe fertur. *Serenus,* Si verò articulos, tabes inimica per omnes Hæſerit, ex ficu baras cum melle iugabis, Vel pelagi latices, ſimul & Baccheia dona Sumere curabis, nimio ſed parcito vino. Ennius ipſe pater dum pocula ſiccat iniqua, Hoc vitio tales fertur meruiſſe dolores.

Artĭcŭlārĭus, a, um, idem. *Plin. libro* 21. *capite* 20. Articularios morbos ſedat, caniſque morſus. *Idem lib.* 20. *cap.* 9. Podagræ autem, morbíſque articulariis illini cum rutæ, coriandri, & ſalis mica, hordei farina.

Artĭcŭlārĭŭs, rij, ſubſtantiuum, Qui articulari morbo laborat. {ἀρθριτικός. GALLICE, Goutteux. ITALICE, *Gottoſo.* GERMAN. Der ein gleichen ſchmertzen hatt/as Lame/Krampfft/Podagran. HISPA *Gottoſo.* ANG. *Sick of the gout.*} *Plau. Mercur.* Nec podagricus, nec articularius eſt, quem rus ducunt pedes.

Artĭcŭlātim, Significat per articulos, ſeparatim, ſeorſim. {ἐνάρθρως. GALLI. Par les ioinctures, de poinct en poinct, diſtinctement. ITAL. *Per le gionture, à pezzo à pezzo, di punto in punto, diſtinctamente.* GERM. Von gleich/zu gleich ſtuckechtig. HISP. *De articulo en articulo, diſtincta y partidamente.* ANGL. *Frome toynte to ioyntes, diſtinctlie, frome poynte to poynte.*} *Plaut. in Epiſt.* Hem iſtic homo te articulatim occidit ſenex. *Cicer. de legib.* Quæ fuſe olim diſputabantur ac liberè, ea nunc articulatim diſtinctéque dicuntur.

Artĭcŭlātē, Diſtinctè. Inde dicimus Articulatè pronunciare, id eſt, diſtinctè & quibuſdam veluti articulis. [Articulatè loqui, *Gell. ca. 9. li. 5.*] Interdum ponitur pro clarè, apertè. *Cic. Att.* Valebis igitur, & puellę ſaltem dices [Atticulæ. ita legit *Paſſer.*]

Artĭcŭlātĭo, onis, ἀρθρωσις, *Pl. li. 16. c. 5.* Claréque & tunc cernitur excreſcẽtium cacuminum articulatio. *De Germinatione & partu arborum loquens. *Item morbus vitium: *apud eundem Pli. li. 17. c. 24.* Vitibus præter vermiculationem & ſyderationem morb. peculiaris articulatio, tribus de cauſis. Vna, vi tempeſtatum germinibus ablatis: Altera, vt notauit Theophraſt. in ſupinum exciſis: Tertia, culturæ imperitia læſis. Omnes enim earum iniuriæ in articulis ſentiuntur.

Artĭcŭlōſŭs, ſi, Plenus articulis. {ἀρθρώδης. GA. Plein de ioinctures & de neuds. ITA. *Articuloſo.* GE. Voll gleich/oder Knöpff. HI. *Lleno de ñudos.* ANG. *Full of ioyntes, that hath many knottes or ioyntes.*} *Plin. lib.* 24. *c.* 16. Alii radice longa, veluti ſignata, articuloſáque monſtrauêre, trib. omnino cauliculis. *Quin. lib.* 4. *c.* 5. Euitanda vtique maximè conciſa nimium, & velut articuloſa partitio.

ARTYNIA, Stagnum eſt minoris Aſiæ, Olympo Myſiæ monti propinquum, & iuxta Miletopolim ciuitatem, ex quo Rhyndacus fluuius, antea Lycus denominatus, effluit Aſiam & Bithyniam diſterminans. *Pli. lib.* 5. *cap.* 32.

ARTYMNESSVS, ἀρτυμνησσος, Ciuitas Lyciæ, Xanthiorum colonia. *Steph.*

ARVĀLES FRATRES, Dicti ſacerdotes, quos Romulus primus inſtituit, ſéque inter illos duodecim fratres appellauit: quorum officium erat Cereri & Baccho pro frugum & vinivbertate ambaruales hoſtias mactare: quæ idcirco Ambaruales dicebantur, quod antequam mactarentur, ter circum arua ducebantur. {GE. Prieſter zu Rom ſo den Got teren opfferten damit wein vnd korn wol geriete.} *Virgil. 1. Georg.* Térque nouas circum fœlix eat hoſtia fruges. Ei ſacerdotio Acca Laurentia, quæ poſtea populum Romanum hetedem inſtituit, Romuli nutrix, tribuit inſulas albas, & ſpiceam coronam pro religioſiſſimo inſigni, quæ prima apud Romanos corona fuit. Et hic honos nonniſi vita finitur, exuléſque & captos comitatur. [*Ex Gell. ca. 7. lib.* 6.]

ARVERNI, ἀρυέρνοι, *Stephano.* Galliæ populi ad Ligerim ſiti, qui multis hominum millibus Vercingentorige contra Cæſarem profecti ſunt, quũ priùs aduerſus Maximum Æmilianum & Domitium Ænobarbum etiam ducentis hominum millibus conflixiſſent. *Strab. li.* 4. Vulgò *Auuergne & Auuergnats:*

Arŭīnă, pen. product. Durum pingue inter curem, *vt autor eſt Seruius.* {חלב *chéleb.* λίπος, π. GALL. Graiſſe, ſaing doux. ITAL. *Graſſo/lardo.* GER. Schmär/feiſte. HIS. *Graſſa que eſta pueſta ſobre la carne.* ANGL. *Suet, or tallow.*} *Virg. lib.* 7. Pars læueis clypeos, & lucida ſpicula tergent Aruina pingui.

ARVſĭVM, Chij inſulæ promontorium. Inde Aruiſia vina. *Vir. in Daph.* Vina nouum fundam calathis Aruiſia nectar. Nunc adiecta vna litera *Maruiſia* dicitur.

ARVNCA, Vrbs fuit antiquiſſima in Italia, ab Auſone condita.

Arūncĭus, a, um. *Virg. 7. Aen.* Atque equidem memini (fama eſt obſcurior annis) Aruncos ita ferre ſenes. *Idem lib.* 10. occurrit Halæſus Aruncęque manus. Rectius ſcribitur Aurunca, & Aurunci.

Arūncŭs, Villus eſt à caprarum mento dependens. {κρύγος. GAL. Barbe de chieure. IT. *Barbetta della capra.* GER. Geißbart. HIS. *La barua de las cabras ò cabrones.* ANG. *Agoates berde.*} *Pli. li. 8. c.* 50. Dependet omnium mento villus, quem aruncum vocant.

Arūn do, Aquaticus frutex. {קנה *kaneh.* κάλαμος. GAL. Canne, roſeau. ITAL. *Canna.* GERMA. Ein Ror. HISP. *Caña.* ANG. *A reede, or cane.*} *Liu. 7. bell. Pun.* Erant autem pleraque ex cratibus, aut tabulis facta; alia arundine texta, ſtramento intecta. ¶Et quoniam ex arundinibus fiebant ſagittæ, quandoque Arundo ponitur pro ſagitta. *Virg. libr. 7. Aeneid.* -actáque multo Pérque vterum ſonitu; pérque ilia venit arundo.

Arūndĭnĕŭs, nea, neum, Quod eſt ex arundine. {καλάμινος. GALL. De cane ou roſeau. ITAL. *Di canna.* GERMA. Das vom dem Ror iſt. HISP. *Coſa toda de caña.* ANG. *Of a reede, made of a cane.*} *Pli. li. 10. c. 29.* Addita in tranſuerſas labias, fronde arundinea, [*Ouid. Eleg. 1. l. 4. Triſt.* Paſtor Feſſus arundineo carmine mulcet oues.] ¶Scipioni arundineo ihniti, apud Hebræos in prouerbio fuiſſe videtur. *4. Reg. ca. 18. Eſai. cap. 36. Ezechiel. cap. 29.* De eo qui ſpes ſuas figit in iis, qui non ſolùm non poſſunt eſſe præſidio, verùm etiam nocent deſtituto. Siquidem arundineus ſcipio non modò non ſuſtinet innitentem, verùm etiam manum penetrat ac vulnerat.

Arūndĭnācĕŭs, a, um, Similis arundini. {καλαμοειδής. GALL. Semblable à vne cane ou roſeau. ITAL. *Coſa che ha forma di canna.* GERMANI. Einem Ror gleich. HISPAN. *Coſa ſemejante à la canna.* ANGLIC. *Lyke a reede, lyke a cane.*} VT Folium arundinaceum. *Plin. libr. 18. cap. 7.* Frumentis folium arundinaceum, fabæ rotundum & magnæ legumini num parti.

Arūndĭnētum, pen. prod. Locus arundinibus abundans. καλαμών. GALLI. Le lieu où croiſſent cannes ou roſeaux. ITAL. *Luogo doue ſono molte canne, canneto.* GERMAN. Ein ort da vil Ror wachſen. HISP. *Eleànaue val, lugar donde nacen cañas.* AN. *A place where reedes grouw or canes.*} Sicut Salictum & Oliuetum dicimus, pro locis in quibus magna eſt copia ſalicum & olearum. *Plin. libr. 10. c. 31.* Minores halcyones in arundinetis canunt.

Arūndĭnōſŭs, a, um adiect. Abundans arundinibus. {καλαμώδης. GA. Plein de roſeaux ou de cannes. IT. *Pieno di canne.* GER. Norecht/das vil Ror hati. HI. *Lleno de cañas* ANG. *Ful of freedes or canes.*} *Catul.* Quæque Ancona, Cnidúmque arundinoſum colis.

Arūndĭfĕr. adiect. Ferens arundines. {καλαμοφόρος. ANGL. *That beareth or bringeth reedes or canes.*} *Ouid. 5. Faſt.* Tibris arundiferum medio caput extulit aluo.

ARVNS, Vates Tuſcus fuit diuinandi ſcientia inſignis. *Lucan. lib.* 1. Accíri vates, quorum qui maximus æuo, Aruns incoluit deſertæ mœnia Lunæ, &c. {GERMAN. Ein warſager in Thuſcia.} Eſt item nomen viri, qui Camillam occidit, de quo *Virg. libr. 11. Aeneid.* ¶Fuit etiam hoc nomine Tarquinii Superbi filius natu maximus, qui in ea pugna, quæ ad Regillum lacum facta eſt, Iunium Brutum interemit, & ab illo viciſſim (dum vterque hoſtis potius feriendi, quàm corporis ſui tegendi rationem habet) haſta traiectus eſt. *Vide hiſtoriam apud Liuium lib. 2. ab Vrbe.* [Aruns filius Porſenæ. *Plutarch. in Public.*]

ARVPENVM, Iapodum oppidum in confinio Iſtriæ, & Illyrici: cuius meminit *Strabo li. 4. & 7.*

ARVPINVS, eſt Pannoniæ vrbs, cuius meminit *Strabo lib. 7.*

ARVS Fluuius, *Vide Dryſ.*

Arūſpex. {ANG. *A diuinour, à coniectour of thinges to come.*} *Vide infrà in dictione* HARVSPEX, ὀιωνοσκόπος.

Arvum, ui, ab Arando dictum, Ager aratus, necdum ſatus, qui tamen ſementi datur. {שדה *ſadhéh.* ἄρουρα. GALLIC. Champ labouré, terre labouree. ſemer ou à ſemer. ITAL. *Campo.* GERMAN. Ein Feld das ſchon zu dem ſayen geruſtet iſt. HIS. *Campa que ſe labray ſiembra.* ANG. *A tilled feild, ſollowed feeld, land eared to be ſowen.*} *Varro 1. de Re ruſtic. cap.* 19. Aruum, quod aratum, nec ſatum eſt. *Salluſt.* Quia Numidæ pabulo pecoris magis, quàm aruo ſtudent. [Non illic colit arua Deus Bacchúſve, Cereſve. *Tibul. l.* 4. Vicinus Phœbo tenet arua Pedæus *Tib. l.* 4.] Pro eodem etiam dicitur Ager aruus *Plau. Truc.* Non aruus hic qui arari ſoleat. Sed paſcuus eſt ager. *Aruo aliquem paſcere, Id eſt, frumento & iis quæ in aruo naſcuntur. *Horatius in 1. Epiſt.* 17. Ne perconteris fundus meus, optime Quinti Aruo paſcat herum, an baccis opulentet oliuæ.

Arx, Ab arceo, quia arcet, id eſt; prohibet hoſtes accedere caſtellum. {משגב *miſgháb.* ἀκρόπολις, ἄκρα. GALL. Forteresſe, chaſteau de defenſe, haute tour. ITA. *Forteresza, caſtello, difeſa.* GERM. Schloß/ein Feſte/ein Burg HISP. *Fortaleza, roquera, ò alcaçar de cuidad.* ANG. *A caſtell, à forteresſe, à high tower.*} Eſt enim locus vrbis in monte ſitus natura munitus. Inde etiam ſummitates montium & cuiuſcunque altitudinis, ex quibus facilè poſſunt depelli hoſtes, Arces dicuntur. Vel (*vt Solinus ir quit*) ab Arcadibus dicta eſt Arx, qui munitiſſimos quoſque colles ſub Euandro renuerunt. *Virgil. 2. Aeneid.* Quo res ſumma loco Pantheu? quam prendimus arcem? *Cicer. in Paradox* Hoc opus in aperto vt proferas, nihil poſtulo: non enim eſt tale, vt in arce poni poſſit, quaſi illa Minerua Phidiæ: ſed tantùm vt ex eadem officina exiſſe appareat. [Non mœnia Troiæ, verùm etiam ſummas arces intrare. *Ouid. 13. Meta.* Nec comes hic Phrygias vnquam veniſſet ad arces. *Ouid. 13. Met.* Arcem muſicæ poſſidere. *Priſc.* Inter arcem & Capitolium. *Gell. c. 12. lib.* 5. An meus Vlyſſes habeat ſignum ex arce. *Plau. Pſeud. ſc. 6. n.* 4. Sæuum præluſtri fulmen ab arce venit. *Ouid. Ele. 4. lib. 3. Triſt.* Ex arce cœleſti (i. Cælo) *Senec c. 26. de conſol ad Marc.* Ipſe quoque ætherias meritis inuectus in arces, *Ouid. Eleg. 4. lib. 5. Triſt.* Cicerone arcem eloquentiæ tenente, *Quintil.* Inde petes arcem (i. capitolium) *Ouid. El. 2. lib. 4. Triſt.* Ætheriam cinges amplexibus arcem. *Ouid. Eleg. 3. lib. 4. Triſt.*]

¶ Tranſlatè hac voce vtimur quum turriſſimum ac validiſſimum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

præsidium significamus. *Cic. in Verr. Act.* 6. Idem ad vos priuatim, iudices, confugit, vtitur hac lege qua iudicium est communi arce socio runt. *Rursus in eadem*, Hic locus est igitur vnus quò perfugiant, hic portus, hęc arx, hęc ara sociorũ. *Idē pro Rosc. Com. Idem pro Sylla. Idem in Epist. ad Lentul.* quod erat in causa præcipuum, arcem vocat. Non potuit, *inquit*, magis in arcem causæ illius inuadere. ¶ Arcem ex cloaca facere, prouerbialiter dicuntur, qui rem hominémve nihili laudibus magnificis attollunt. *Cic. pro Cn. Plancio*, Nunc venio ad illud extremum quod dixisti, dum Plancij in me meritum verbis extollerem, me arcem ex cloaca facere, lapidem è sepulchro venerari pro Deo, neque eum insidiarum periculum vllum neque mortis fuisse. In cuius verbis & illud prouerbij figuram habet, lapidem è sepulchro venerari pro Deo, quod tum locum habet quum aliquem laudamus & extollimus qui laude dignus non est.

ARXATA, vrbs Armeniæ, *de qua Strabo lib.* 11.

ARYANDES, ἀρυάνδης, Ægypti prætor fuit à Cambyse constitutus, qui aliquanto pòst tempore, quum æmulari Darium vellet, ab eo est interfectus. *Autor Herod. lib.* 4.

ARYCANDA, ἀρύκανδα, Ciuitas Lyciæ, *Steph.*

ARYPE ἄρυπη. Ciuitas Ægypti, cuius ciues Arypes, *Steph.*

A ante S

AS. TT. In notis antiquorum, à suprà recto. ASL. à sua lege fecit. AS. à suis.

As, assis, Libra. {מנה *manéh*: à Græcis μνᾶ Mna. ANG. *A pound weight.*} Mina à nostris, interpositione ı, literæ quæ ex nonaginta sex drachmis conficitur, siue duodecim vnciis, ἀσσάριον. [Asses decem denarium faciunt. *Plut. in Camil.*] Vncia verò ab vno dicitur ἀγγία. ¶ Sextans, vnciæ duæ, quasi sexta pars assis, ἑκτημόριον. ¶ Quadrans Vnciæ tres, quarta pars assis, qui & Triuncium dicitur. τετραημόριον. ¶ Triẽs, Quatuor vnciæ, tertia pars. τριημόριον. ¶ Quincunx, Vnciæ quinque. ¶ Semis, Vnciæ sex, dimidium assis, siue selibra, id est, media pars libræ, quasi semias. ἡμιαλήριον. ¶ Septũx, Vnciæ septem. ¶ Bes, Vncię octo, demptotriente ab asse, quasi Des. διμοιρία. ¶ Dodrans, Vnciæ nouem, ab asse dempto quadrante, quem & Nouuncium dicimus. τριμοιρία. ¶ Dextans, Vnciæ decem, dictus, quòd assi desit sextans, hoc est, vnciæ duæ. ¶ Deunx, Vnciæ vndecim, quasi vnica dempta ex asse vncia. [Asses olim librarij fuerunt. *Gell. c.* 1. *lib.* 20. Et viginti quinque æris & viginti quinque asses. *Idem Gel. c.* 1. *lib.* 20. Asses porrigentibus manum præbere paulò antè stipem, *Sueton. in August. cap.* 91.] ¶ Æris autem minima pars Sextula dicitur, quòd sit sexta pars vnciæ. ¶ Semuncia, Dimidia pars vnciæ. ¶ Sicilicum, Semuncię dimidium, ita dictum quòd semunciam secer. Sicilire enim antiqui dicebant, quod nos Dimidere: vnde etiam Siciliæ nomen mansit. Et sciendum quod veteres volentes aliquid diuidere in partes æquales, vt hæreditatem & quiduis simile, id assem appellauerunt, & partes vncias. Vnde illud *Plinij de Luna lib.* 2. *cap.* 14. Haud dubium est lucere dodranteis semuncias horarum ab secunda adiicientem vsque ad plenum orbem. ¶ Vnde etiam habemus, Ex asse hæredem fecit, ἐξ ὅλης κλήρου, i. totius hæreditatis. *Sue. in Cæsare*, Nonissimo testamento tres instituit hæredes sororum nepotes, Octauium ex dodrante, Pinarium & Pedium ex quadrante. ¶ Interdum etiam As dicitur numus æreus libralis, quòd esset vnius libræ, ita dictus ab ære. *Horat.* Quem si diminuas, vtilem redigatur ad assem. Valebat autem as (*inquit Budæus*) quaternos denariolos nostros paulò pluris. Inde dupondius, ex duabus libris. Et Sestertius, duarum librarum & semissis. Interdum Triens, Quadrans, Quincunx, & similes partes assis apud Poëtas accipiuntur pro calicibus, aut mensura poculorum. *Propertius*, Quum fuerit multis exacta trientibus hora *Martial.* Te conuiua leget mixto quincunce. ¶ Componitur autem as cum eo quod est Tres, & fit Tressis. *Persius*, Hic Dama est, non tressis agaso. ¶ Ex Octo & As, fit Octussis. *Horat.* Quanti emptæ? Parui. Quanti ergo? Octussibus. Et sic per omnes numeros vsque ad centũ, vt Centussis. *Pers.* Et centũ Græcos curto centusse licetur.

Assārius, ῥ, ἀσσάριος, numus siue genus ponderis. *Ioseph.* Quatuor drach. venderetur assarius.

[Asse apud antiquos dicuntur, quæ nobis Aræ. *Terent. Scaur. de Orthogr.*

ASAE, ἄσαι, Vicus est Pelꝛ ponnesi in agro Corinthio non procul à Genea ciuitate, *vt autor est Stephanus.*

ASACHAEI, Populi sunt in montibus Æthiopiæ, qui abesse à mari dicuntur dierum quinque itinere, viuentes elephantorum venatu. De his *Plin lib.* 8. Asachæi vocantur Æthiopes, apud quos maximi nascuntur dracones.

ASACVS, Fluuius est Heracleam alluens ciuitatem, sitam ad radices montis Oetæ, *teste Liuio lib.* 5. *de bell. Maced Plin. lib.* 4. *c.* 10. Apylam vocat.

ASAEA, ἄσαια, Nomen proprium montis. *Autor Suidas.*

ASAEVS, ἄσαιος. Vnus ex principibus Græcorum interfectus ab Hercule, *Autor Hom. li.* 11. *Iliad.*

ASANDER, dri, ἄσανδρος. Viri proprium, *apud Stra. li.* 7. qui Tauricam Chersonesum à continente separauit, ducto per eius Isthmum muro à sinu Carcinitico vsque ad Mæotim paludem.

ABSARIS. Fluuius est Heracleam Oetam alluens.

ASĂRŌTUM, penultima producta, {ἀσάρωτον. ANG. *Pauing tile of diuers coulours, finelie set with figures of birdes or other thinges, or hauing like figures, carued vpon them.*} Pauimentum picturæ arte elaboratum, à Græcis inuentum. sic dictum, quòd verri non debeat. Nam deducitur ab α pr. particula, & σάρω, verro, purgo scopis. Scopæ quoque à Græcis σάροι dicuntur. Solebant quippe purgamenta cœnarum, quæ ἀνάλεκτα dicuntur. Solebant quippe purgamenta cœnarum, quæ ἀνάλεκτα vocantur, e pauimento euerri, dum subtegulanea pauimenta in vsu erant. Postea asarotis inuentis, cessauit vsus scoparum, manibúsque colligi purgamenta cœperunt, pauimenta verò spongiis mundari. Xenodorus primus claruit in faciendis asarotis, quæ miro artificio patuulis testulis in varios colores tinctis, & imagines pictis struit. Nam Pertesani in asaroto columbam effecit bibentem, quæ aquam capitis vmbra offuscabat, alia sibi escam eripiente *Papinius lib. Syluarum.* varias vbi pacta per arteis Gaudet humus, subet antque nouis asarota figuris. *De hoc vide plura apud Plin.*

ASĂRUM, penultima correpta, {ἄσαρον, GALLICE. Cabaret. ITA. *Asaro.* GERM. Haselwurtz. HISP. *Asaro baccare.*} Macer Asarum Latinè vulgi nem dici scribit, *teste Plinio lib.* 12. *cap.* 13. Herba est folia habens similia hederæ, rotundiora tamen & molliora, florem purpureum, radicem Gallici nardi, semen acinosum, saporis calidi & vinosi. Hæc herba etiam hodie (*vt Ruellio credimus*) Gallorum lingua *Asarum* appellatur *Baccara & Cabara.* Id certum est vel Dioscoridis testimonio eandem herbam esse cum ea, quæ alio nomine Baccar siue Baccaris sine aspiratione dicitur: at Baccharis aspiratè alia herba est, quam describit *Dioscor. lib.* 3 *ca.* 31. quæ in coronis expetebatur.

ASASOBAS, ἀσασόβας, Fluuius Æthiopiæ, iuxta Meroen. *Heliodorus Æthiopiæ historiæ lib.* 16.

ASASVS, Fluuius est Thessaliæ iuxta Heracleam vrbem, quæ est in radicibus Oetæ montis, effluens *Hunc Plin.* Apylam *vocat.*

ASBESTAE, Lybiæ populi, vbi Ammon oraculum fuit, *autore Volaterrano.*

ASBITAE, *Vide* Hasbytæ.

Asbestinum, {ἀσβεστινόν. GAL. Vne sorte de lin qui ne bruſle point. IT. *Linoche non si abbruggia.* GER. Ein gattung deß flachs/ der von dem feur nitht mag verzehret werden. HI. *Cierto lino que no se quema.* ANG. *A sort of line or flaxe that burneth not.*} Genus est lini, quod ignibus non absumitur. Vinum id vocant, ardentéſque in focis conuiuiorum ex eo vidimus mappas, sordibus exustis splendescentes igni magis quam possent aquis Vocatur autem à Græcis asbestinum ex argumento naturæ. *Hæc Plinius libro* 29. *cap.* 1.

Asbestus, Inextinguibilis. {ἄσβεστος. GAL. Chose qu'on ne peut esteindre. ITA. *Cosa che non se può stegnere.* GER. Vnerlöſchlich HI. *Cosa que no se puede apagar.* AN. *That can not be quenched.*} Nomen lapidis est, ferrei coloris, in montibus Arcadiæ nascentis, qui quum ignem non habeat proprium, tamen sic ardet, vt non possit extingui. *De hoc Plin. l.* 37. *c.* 10.

Asbŏlus, numeratur ab *Ouid.* 3. *Metam.* inter canes Actæonis. Nomen est fictitium, dictum à colore pilorum fuliginem referente. ἄσβολος enim apud nos fuliginem sonat.

ASBOTVS, pen. prod. ἄσβωτος, Vrbs Thessaliæ. *Steph.*

ASBYLVS, Crotoniata, cuius meminit *Pausanias. & Plato in libris de Republ.*

ASCA, Oppidum est Arabiæ, *apud Strab. li. vlt.*

Ascalabotes, ἀσκαλαβώτης, Animal venenatum, ex genere stellionũ, lẽtigine plenum, acerbi stridoris diuersum ab eo, quod Itali sua lingua Tarantulum vocant. *Vide Plin. li.* 29. *c.* 4 Dictus autem putatur Ascalabotes, παρὰ τὸ ἀσκαλᾶν, τὸ πονεῖν, ἢ τὸ βόσκειν παυσάμενα τὰ σ.

ASCALAPHVS, ἀσκάλαφος, Acherontis & Orphnes Auernalis nymphę filius fuit, postea à Proserpina in bubonem mutatus. Nam post raptam à Plutone Proserpinam, quum Ceres filiæ suæ reditum à Ioue ea lege impetrasset, si nihil apud inferos gustasset cibi, Ascalaphus eam prodidit, quòd de cerptum ab arbore malum comedisset. Indignata itaque Proserpina, sibi Ascalaphi indicio negatum esse reditum, conuertit eum in bubonem auem funestam, & tristium semper rerum nuntiam. *Ouid.* 5. *Meta.*

ASCALINGIVM, *Ptol.* vrbs Germaniæ, hodie *Hildesheim.*

ASCALON, pen. cor. ἄσκαλων, Ciuiras Palæstinæ, ab Ascalo Hymenęi filio condita: à qua Ascalonite, ἀσκαλωνῖται, homines in ea nati. Vulgo *Escalena.*

Ascalonia, siue Ascalonium, {ἀσκαλώνιον κέφμμιον. GALLI. Escallottes, vne sorte d'oignon, appetit. ITAL. *Scalogna.* GERM. Ein gattung der zwybelen. HIS. *La ascalonia sebolla para semiente.* ANGL. *A sort of ony non called ascalion.*} Cæpe genus, quod in Ascalone plurimum nascitur. *Plin. lib.* 19. *cap.* 6.

ASCALVS, Tantali frater fuit, Hymenæi filius, *vt scribit Xant. Steph. in Ascalon.*

ASCĂNĬA, æ, ἀσκανία, Insula est vna Sporadum, non procul ab Anaphe, & Astypalæa, *de qua Plin. lib.* 4. *cap.* 11. ¶ Est & Ascania, Phrygiæ locus, *de quo Plin li.* 5. *cap. vlt.* ¶ Item alius in superiori Mysia, siue Bithynia, iuxta Ascanium lacum: quam Mysiacam vocat Strabo ad differentiam superioris, quam Phrygiam appellat. *Vide ipsum lib.* 12. *&* 14.

ASCĂNĬVS, ἀσκάνιος, Ænęæ filius, *teste Virg.* ex Creusa regis Priami filia, fugæ, laborúmque in quærendis sedibus partis socius. {GERMAN. Ein son Eneae.} *Liu. lib.* 1. *ab vrbe condi. a*, dubitat Creusæne, an Lauiniæ filius fuerit, sed poetæ omnes & cæteri historici cum *Virgilio* Creusæ filium fuisse affirmant. Dictus est autem primùm Ascanius ab Ascanio Troiæ fluuio, deinde Ilus ab Ilo Troianorum rege, postea Iulius à prima barbæ lanugine. Vnde *Virgil.* 1. *Æneid.* At puer Ascanius, cui nunc cognomen Iulo Additur: Ilus erat dum res stetit Ilia regno, &c. Huic quum auus & pater iam diruta Troia, de fuga disceptarent, flammula quædam in capitis vertice apparuit, quæ tamen nihil læsionis intulit, neque etiam manibus extingui potuit: vnde illi futuri imperij omen sumpserunt. Post hæc cum patre post multos errores in Italiam venit, vbi Turno occiso, & patre etiam mortuo, quum apud Lauinium 30. annis regnasset, Albam longam condidit, restituta tamen prius in regnum nouerca, quæ antea ob timorem in syluas aufugerat. Tandem quum vniuersis 38. annis imperij gubernacula tenuisset, iam moriens, quum videret filium Iulum Syluium regno non satis aptum, Syluium Posthumum fratrem, sed ex diuersa matre, pietate & iustitia præstantem, regni heredem reliquit. ¶ Est præterea Ascanius Mysiæ superioris, siue Bithyniæ lacus, fluuium emittens eiusdem nominis, qui circa Eribœam in Propontidem illabitur. *Virgil.* 3. *Georg.* trans Gargara, tránsque sonantem Ascanium. *Vide Strab. libro* 12. *&* 14.

Ascarides, ἀσκαρίδες, Vermes sunt exigui ex genere lumbricorum. *de quibus Galenus lib. vlt. Methodices.*

Ascendo, dis, Ex Ad & Scando, sed d abiicitur: Significat sursum, siue ad aliquid scando. {קלה *ḥaláh*, ἀναβαίνω. GAL. Monter. ITAL. *Ascendere, salire, montare.* GERMANI. Auffsteigen/ hinauf gehen. HISP. *Subir arriba.* ANGLIC. *To go vp, to ascende.*} *Terent. in Andr.* Natum ascendit. Ascendere in concionem, hoc est, in eum locum vnde oratio solet haberi ad populum. *Cic. ad Attic.* Tum subitò ille in concionem ascendit, quam Appius ei dedit. * Ascendere in rostra pro eodem: *apud Liuium bel. Pun.* Publius Ælius Prætor, senatu misso, & concione inde aduocata, cum L. Lælio in rostra ascendit. [Ascendere puluinum. *Senec. epist.* 15. *de Consol. ad Marc.* In id euectus Pompeius suprà quod ascendi non potest. *Velleius.* Item Ascendere in turrim, & in scendere turrim;

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tum. *Plaut. Men. sc. 2. a. 5.*] Ascendere equum, & in equum. *Liu. Cic.* * Ascendere gradum dignitatis. *Cicero 2. Offic.* * Ascendere ad honores, & in honorem. *Cicero.* * Vox etiam ascendere dicitur, apud eundem *3. de Orat.*

Ascensus, pro ascendendi actu. {ἀνάβασις. ANG. *Going or climming vp.*} *Cic. pro Domo sua*, Homines audaces ab eius templi aditu atque ascensu prohibuisti.

Ascenteria, {ἀσκητήρια. ANG. *Monasteries, minsters.*} Vocantur monasteria *in Codice Iustiniani*, à verbo ἀσκῶ, quod est mentem exerceo in contemplatione rerum diuinarum.

ASCHALITAE, ἀσχαλῖται, Populi iuxta Indicum sinum. *Stephanus* in Ασκίτης.

ASCHIVM, ἄσχιον, Ciuitas Achaiæ. *Steph.*

Ascia, Fabri lignarij instrumentum est, quo fabricæ materiæ dolantur. {כשיל *chaschschil.* מקצר *maßatsádh.* ἀξίνη. GAL. Vne coignée ou hache doloire. ITA. *Ascia.* GER. Ein beihel/hobel. HIS. *El seguron ò aquella para dolar.* ANG. *A chippe axe.*} *Plin. lib. 16. c. 40.* Mollissima tilia, eadem videtur & calidissima: argumentum afferunt, quòd citissimè ascias retundat. Huius diminutiuum est Asciola.

ASCIBVRGIVM, Vrbs est inter Germanos, quam illi sua lingua *Emerich* vocant.

Ascio, Ascia cædo. {πελεκίζω. GAL. Doler, hacher auec vne coignée. ITA. *Asciare, polire.* GE. Gebawen/zimmeren. HIS. *Dolar.* ANG. *To hew or chippe.*} *Vitru. lib. 7. c. 2.* Sumatur ascia, & quemadmodum materia dolatur, sic calx in lacu macerata ascietur. Sic Exascio, as: vnde Exasciatum opus dicitur *à Plauto* pro polito, perfectóque, ἐξεσμένος.

Ascisco, scis, asciui, ascitum: vel etiam (vt quibusdam placet) Ascio, is, Aduoco, aliunde sumo, accerso, expeto, adscribo, adiungo. {קחלקח *hálakách* חבר הרבים *chibbár hidhbbik.* ἐπάγομαι, προσάγομαι, εἰσάγομαι, προσηλοῦμαι. GA. Prendre ou appliquer à soy, s'attribuer, vsurper & prendre pour soy. ITAL. *Attribuire, chiamare ad se.* GERM. Zuſnemmen/an ſich nemmen/zu ſich beruffen. HIS. *Attribuyr, llamar ò traher de lexos.* ANGL. *To vsurpe, to tak to him as his awin, to clayme to him.*} Accusatium post datium semper fermè postulat. *Quin. lib. 8.* Quo in genere idem præcipuè custodiendum, ne id quod similitudinis gratia ascisimus, aut obscurum sit, aut ignotum. *Cic. pro domo sua*, Istam sapientiam mihi non ascisco. *Lactant. lib. 4.* Et illos qui temere sapientium sibi nomen asciuerunt, erroris, stultitiæque damnarunt. *Cic. pro Arch.* Quod si mihi à vobis tribui, concedíque sentiam, perficiam profectò, vt Aulum Licinium non modo non segregandum (quum sit ciuis) à numero ciuium, verumetiam, si non esset, pucetis ascisc endum fuisse, id est donandum ciuitate. * Dicitur & Ascisci in ciuitatem, pro Donari ciuitate. *Liu. 6. ab vrbe.* * Ascisc ere, pro appetere. *Cic. 3 de Finib.* Eas ipsas cognitiones per se ascisc endas arbitramur, quòd habeant quiddam complexum & continens veritatem. *Budæus.* * Ascitus, Participium.)(Natiuus, *Corn. Nepos in vita Attici*, Atticus Græcè loquebatur, vt Athenis natus videretur. Tanta autem erat suauitas sermonis Latini, vt appareret in eo natiuum quendam leporem esse non ascitum. Item pro longè accersito. *Ouid. 6. Fast.* Prisca Dea est, alitúrque cibis quibus ante solebat, Nec petit ascitas luxuriosa dapes.

ASCITAE, ἀσκῖται, Arabes dicti sunt ab vtribus, quos Græci ἀσκοὺς vocant, quoniam bubulos (*vt Plinius lib. 5. c. 29. inquit*) vtres binos sternentes Piraticam exercent.

Ascites, ἀσκίτης, species est aquæ subter cutem fusæ, in qua plus sese humoris promit, spiritus autem minus. Cui opponitur Tympanites, in quo plus spiritus est, quàm aquæ. *Vide Cels. lib. 3. c. 21.*

ASCLEPIADES, Ἀσκληπιάδης, Nomen historici Cyprii, qui floruit eodem tempore quo Pygmalion regnabat, in Oriente: quo etiam tempore scribit esum carnium in vsu non fuisse. ¶ Alius fuit Philosophus cæcus, quem ferunt (*vt Cic. lib. 5. Tusc. quæst. ait*) quum quidam quæreret, quid ei cæcitas attulisset, respondisse, vt puero vno esset comitatior. ¶ Fuit & alius Asclepiades Prusiensis medicus, qui lapsu scalarum interiit. ¶ Fuit & alius Asclepiades poëta, à quo carmen Asclepiadeum dictum est.

Asclepias, adis, ἀσκληπιάς, Herba est, ramos oblongos, & hederæ folia habens, & radices numerosas: ita dicta ab Asclepio inuentore. *De hac Dios. l. 3. & Plin. lib. 26. c. 5.*

ASCLEPIODORVS, pen. prod. Ἀσκληπιόδωρος, Nobilis pictor fuit, quo nemo fœlicius symmetriam membrorum obseruauit. *Autor Plin. lib. 35. c. 10.* ¶ Fuit & Asclepiodorus Alexandrinus, singulari ingenio ad omnia mathematica, ad inquisitionem cognitionémque herbarum & lapidum, *inquit Suidas.*

ASCLETARION, Ἀσκληταρίον, Mathematicus fuit temporibus Domitiani, qui aliquando dixerat se discerptum iri à canibus: ea propter à Domitiano iussus est interfici, & accuratissimè sepeliri, vt vanitas eius artis redargueretur. Sed repentina tempestate disiecto funere semiustum canes discerpsere.

ASCONIVS Pædianus, Grammaticus fuit & Historicus, sub Nerone clarissimus, qui in Ciceronis orationes reliquit commentarios, quorum nonnulla extant fragmenta. Hic LXXIII. ætatis anno captus luminibus, XII. postea summo cum honore, & hominum gratia vixit annos, *autore Eusebio.*

Scopera, {כיס *chís* צרור *tseror.* ἀσκάτιον. GAL. Vne pouchette ou sachet de cuir. ITA. *Sachetto, borsa di cuoio.* GERM. Ein ledersäckle/ein ledriner seckel. HISP. *Sacco pequeno, ò costal de cuero.* ANGL. *A bagge of leather pur se, pouche.*} Sacculus pelliceus, marsupium: dictum ab ἀσκὸς, & πήγω. *Suet. in Ner.* Alterius collo ascopera deligata. Ex quo datur intelligi, cullei symbolum fuisse deligatum Neronianæ statuæ: quoniam matricida fuit.

ASCRA, ἄσκρη, Vicus Bœotiæ in aspero & sterili loco, in dextra parte Heliconis, Hesiodi patria. De quo *Gell. lib. 2.* Ascram rus miserum penes hic Helicona colebat, Hyberno dirum, triste æstu, optabile nunquam.

Ascræus, a, um, adiect. ἀσκραῖος. *Virg. 2 Georg.* Ascræúmque cano Romana per oppida carmen. *Et Ouid. 9. Fast* Ascrææ oues.

Scribo, psi, ptum, ex Ad & Scribo, Subscribo, hoc est, ad scriptum aliquod nomen vel sententiam meam subiungo. {כתב על *chathábh ʿal.* προσγράφω, προσεπιγράφω. GAL. Adiouster à ce qui est escript, attribuer. ITA. *Suttoscrinere, attribuire.* GERM. Herzuſchreiben/zumeſſen. HISP. *Escriuir matriculando, attribuyr y escriuir persona para alguna cosa.* ANGL. *To subscriue, to write to more to that which is written, to nomber and put to the rankes of others.*} *Cic. de Leg. 1.* Ascribito me fratris sententiæ. & *de Opt. genere Orat.* Qui Thucydidem laudauit, ascribet suæ nostram sententiam. Idem *Attico*, Nam quòd me non esse ascriptum vides, id est, nomen meum. Sic *ad Qu. fratr.* In qua primum erat quod antiquior in tuis fuisset ascripta literis, quàm in Cæsaris. *Idem ad Attic.* Igitur tu quoque salutem vtrique ascribito.

¶ Significat quoque ascisco. *Cic. pro Archia*, Venit Heracleam, quæ quum esset ciuitas antiquissimo iure ac fœdere, ascribi se in eam ciuitatem voluit, id est, ciuis fieri voluit, & aliis ciuibus adiungi. dicimus autem ascribere ciuitati, in ciuitatem, vel in ciuitate.

¶ Interdum Ascribere, est attribuere, adiungere, assignare, & vel dativo vel accusatiuo cum præpositione in vel ad, iungitur. *Cicero*, Quòd vulgò hominum opinio socium me ascribat tuis laudibus. Vbi cum dativo poni vides. ¶ *Idem Offic. lib. 3.* Admiratus eorum fidem tyrannus, petiuit, vt se in amicitiam tertium adscriberent. *Et ad Q. fratr.* Hunc ad tuum numerum libenter ascribito. [*Senec. c. 16. de Consol. ad Eber.* Nouatillam mihi adscripseram. i. pro meo habebam.] Interdum Imputare, προστίθεσθαι, εἰσφέρειν. *Cic.* Neque mihi negligentiam velim ascribas. ¶ Ab Ascribo Ascripti dicebantur, qui in coloniis nomina dedissent, vt cæteris coloni adderentur. ¶ Item Adscripti milites, qui supplendis legionibus ascribebantur: quos etiam Accensos dicebant, quòd ad legionum censum essent ascripti. Et velatos, quia vestiti inermes sequebantur exercitum. Et Ferentarios, quia fundis præliaturi, ea modò ferrent, quæ in hostes iacerent. Et Rorarios, quòd id hominum genus antequam acies coiret, in modum rorantis tempestatis dimicarent.

Ascriptitius, Allectus, qui ad aliquam rem ascriptus est. {כשום *chatuph.* παρίγλωσσος, προσγεγραμμένος. GALL. Enregistré, escrit, comme vn officier nouellement creé, & adiousté au nombre ancien. ITA. *Colui che è ordinato à qualche cosa.* GERM. eingeſchrieben/angenommen. HISPA. *Persona escrita para alguna cosa.* ANGLIC. *That is writ ten and chosen to any office amangis the rest, registred or enrolled.*} vt qui vulgò in collegiis magistratuum Extraordinarij vocantur. ¶ Et Dij adscriptitij, qui diis maiorum gentium opponuntur: de quib *Budæus in Pandectis.* ¶ Item ciues adscriptitij, quòd natis ciuibus adiuncti, se iam in alterius imperium dediderunt. * Ascriptitij dicuntur illi quos villanos vocamus, quòd villæ (vnde villici dicti) ascripti, & colonariæ conditioni addicti aut ipsi sunt, aut eorum maiores fuerunt. *Budæus. Idem alio loco.* Ascriptitius non multum à seruo differebat, qui scilicet cum terra & possessionibus vendi poterat, vt seruus cum peculio. *L. Ne dimitius. De agricolis & censitis. lib. 10. C.*

Ascriptor, oris, Qui rei alicui nomen suum adscribit, alterius ve acta approbat. {προσγεγραφώς. ANG. *whith subscriueth to any thing, à registrer or enroller.*} *Cic. pro domo sua*, Denique ille nouitius Ligur venalis ascriptor tuus quem M. Papirij sui fratris esse testamento & iudicio improbatus, mortem eius se velle persequi dici. *Idem ad Quir. post red.* Itaque is fuit non modò salutis defensor, verùm etiam adscriptor dignitatis meæ. Id est fautor.

Ascriptiuus, idem est, quod Ascriptitius. { ANGL. *Registred, enrolled with others.*} *apud Plautum in Menæch.* Idem istuc aliis ascriptiuis ad legionem solet. Dicebantur inermes adscripti, qui succederent armatis militibus, id est, si quis eorum deperisset. *Varr. lib. 6. de ling. Lat.*

ASCVLVM, ἄσκουλον, Oppidum est Piseni memorandum clade illata Pyrrho à Curio & Fabritio Romanis consulibus: *vt latè ostendit Plutarchus in vita Pyrrhi.*

ASCVRIVM, Ἀσκούριον, Vrbs Liburniæ *Ptolemæo. Plin lib. 3. ca. 22.* Ascriuium appellat.

ASCVS, ἄσκος, Gigas, quem quomodo Dionysius vinctum cum Lyeurgo in fluuium coniecerit, *Vide apud Stephanum in Damasco.*

Ascyron, ἄσκυρον. { ANG. *Great S. Iohnes wort.*} Herba est hyperico similis, comas habens, quæ manibus tritæ, succo sanguineo manant: vnde & Androsæ appellatur. Fab. ἀνδρὸς αἷμα, id est, hominis sanguis. *Vide Plin. lib. 27. cap. 4.*

ASDRVBAL, Ἀσδρούβας. Genet Amilcaris patris Annibalis fuit, qui post eius mortem septem annos imperium tenuit, fauente factione Barchina: demum à seruo barbaro, cuius dominum occiderat, interfectus est in medio suorum. Comprehensus deinde à circunstantibus seruus, haud facti pœnitens, inter cruciatus & tormenta, speciem semper ridentis præbuit. *Autor Liu. lib. 21.* ¶ Asdrubal item alius fuit Annibalis frater, qui quum in Italiâ traiecisset cum magnis copiis vt fratri suppetias ferret, iuxtá Trasimenum lacum à Cl. Nerone, & M. Liuio Salinatore Consulibus victus, & occisus: capútque eius præcisum in Annibalis castra proiectum est. *Historiam hanc vide latius apud Liu. in 2. bello Punico, & Plutarchum in Annibale.* [*Et Suet. in Tiber. c. 2.*]

¶ Fuit præterea Asdrubal, cui Caluo cognomen erat, qui in Sardiniam dux classis missus, tempestate reiectus est ad insulas Baleares, vbi tantisper, quoad quassas reficeret naues, resedit. *De quo plurà apud Liuium.* ¶ Asdrubal præter hos alius fuit dux bello tertio Punico à Scipione Æmiliano tanta clade superatus, vt mox ciuitatis sequuta sit deditio. Huius vxor, quum paucis ante diebus à viro impetrare non potuisset, vt ad victorem transfugeret, in medias vrbis flammas sese cum filiis iecit. *Autor Liuius lib. 35.*

¶ Asdrubal item, Giscónis filius, cuius meminit Plutarchus in vita Scipionis.

ASEA, vel Aseates, ἄσεα ἢ ἀσεάτης, vicus Arcadiæ, ex quo Alpheus profluit *Stephanus.*

ASELLIVS SEMPRONIVS, historicus, & Tribunus, militauit sub Scipione Æmiliano apud Numantiam, qui illud bellum literis mandauit. Citatur sæpè testis *à Gellio.*

¶ Aselius autem Claudius, eques Romanus, Tribunus militum sub Claudio Nerone, qui apud Lucanos memoranda fortitudinis exempla edidit. *Huius meminit Volaterr.*

ASEMBOBITI, populi dicti quasi post Simbobitim insulam, de *qua Plin.*

ASIA, ἀσία, penult. corr. Nomen tertiæ partis orbis, quoad numerum: nam quoad magnitudinem, dimidia reperitur. {GERM. Ein auß denen drey theilen der welt ſo ſich weit bis an Auffgang der Sonnen erſtrecken vnd der

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

aller grösten ist. } ¶Est autem duplex Asia: maior scilicet & minor. Asia minor in quatuor partes diuiditur, in Phrygiam, Lydiam, Mysiam & Carjam. Maior autem Asia distinguitur ab Europa Tanaide fluuio: ab Africa autem Nilo. Dicta est autem Asia ab Asia nympha, Oceani & Tethyos filia, Lapethi coniuge, ex qua Prometheum ortum ferunt: siue, vt quidam volunt ab Asio, Manei Lydi filio. [*Catul. de Co. Beren.* Et captam Asiam Ægypti finibus adiiceret.] ¶Ab Asia fit Asius, sia, sium, Asiacus, Asiaticus, Asianus, & Asis: de quibus infrà. Est & Asia, ἀσία λίμνη, Nomen paludis in Mysia, prope Caystrum fluuium, à quo vicinos campos Asia prata vocauit *Virg. 1. Georg.* Iam varias pelagi volucres, & quæ Asia circum Dulcibus in stagnis rimantur prata Caystri. In hac autem significatione Asia primam syllabam producit: aliter eandem corripit, Europa atque Asia pulsus.

Asiacus, a, um, ἀσιακός, possessiuum ab Asia formatum. *Ouid. 13. Metam.* Ecquid, vbi Asiacas casuras aspicis arces, Ingemis?

Asiāticus, a, um, ἀσιατικός, idem quod Asianus, vel Asiacus. *Cic. de Clar. Orat.* Genera Asiaticæ orationis duo sunt. Sic Asiaticæ pecuniæ, *apud eundem pro lege Manilia.* [Asiaticorum oratorum inanes sententiæ. *Sueto. in August. c. 86.*]

Asiānus, a, um, ἀσιανός, denominatiuum ab Asia formatum: vnde Asiani oratores dicti sunt, qui inflato & redundanti orationis genere vtebantur, cuiusmodi ferè fuit oratio eorum, qui in Asia aut nati erant, aut instituti. [Asianè dicere & Asianum genus dicendi. *Quintilian.*]

Asis, idis, possessiuum fœmininum, patronymica forma ab Asia deductum ἀσὶς, ἀσιάς. *Ouid. 9. Metam.* -celerisque carina Ægæas metiris aquas, & in Aside terra Mœnia constituis.

ASIARCHAE, ἀσιάρχαι, Viri erant communi Asiaticarum ciuitatum consensu delecti, qui communia negotia curarent: *de quibus Strabo libro 14.*

ASIBE, ἀσίβη, aliàs, νισίβη καὶ νισὶς, ciuitas Mesopotamiæ ab incolis vocatur, quæ alio nomine Antiochia nominatur. *Steph.*

ASIDA, æ, Oppidum mediterraneum in Bætica, Hispaniæ regione: *cuius meminit Plin. lib. 3. ca. 1.*

Asīlās, ἀσίλας, Auguris nomen, qui Æneæ in auxilium venit contra Turnum. *Virgil. libr. 12.* Tertius ille hominum, diuúmque interpres Asilas, &c.

Asilus, pen. prod. {οἶστρος. GAL. Taon, vne mouche fort piquante qui moleste fort les bœufs & les vaches. ITA. *Tafano, ò tauano.* GER. ein brem/ ein roßmuck/ fliegen HISP. *Mosca rda que ahuyenta las vacas ò vases.* AN. *A great flie lyting beastes, also à worme found in fishes.* } Muscæ genus gregibus maximè infestum: vnde etiam à Græcis Oestros appellatur. Hoc insecto Iuno pellicem Io mutatam in iuuencam adegit ad insaniam: De hoc *Virgil. 1. Georg.*

Est lucos Silari circa, ilicibúsque virentem
Pluribus Alburnum volitans: cui nomen Asilo
Romanum est: œstron Graij vertêre vocantes,
Asper, acerba sonans, quæ tota exterrita syluis
Diffugiunt armenta. Nascitur è latiusculis quibusdam bestiolis quæ in fluuiis supernatant. Vnde circa aquas magna asilorum copia, vbi id genus bestiolarum est ¶Asinus marinus, ἐσχατος θαλάσσιος, animal ita vocatur ab Asili terrestris tantùm natura, quòd Thynnos gladiósque pisces, & interdum delphicos vigente canicula exagitet. De quo *Arist. Hist. anim. lib. 5. cap 31. Plin. lib. 9. cap. 5.* Animal est paruum scorpionis effigie, aranei magnitudine. Hoc se & Thynno, & ei qui gladius vocatur, crebrò delphini magnitudinem excedenti: sub pinna affigit aculeo, tantóque infestat dolore, vt in naues sæpenumero exiliant. Pro ore tubulum siue fistulam habet, vtrinque quippiam manus vice, sensíque pedibus nititur.

Asina, Asella, *Vide* ASINVS.

Asīnē, es, pen. correp. ἀσίνη. Vulgò *Farenomeni.* Oppidum Peloponnesi in sinu Messenio. *Lucan lib. 8.* Quas Asine cautes, & quas Chios asperat vndas. ¶Hinc Sinus Asineus, *Strab. lib. 8. & Pomp. Mel. libr. 2.* ¶Asine item insula est, vna ex Sporadibus, quas Electridas nonnulli vocant, in mari Adriatico, *cuius meminit Pomp. lib. 2. & eius interpres Vadianus,*

Asinius, ἀσίνιος, Viri nomen. Asiniorum Romæ illustris familia fuit: ab asinis dicta: sicut Porciorum à porcis. Ex hac familia erat Asinius Pollio, Augusti familiaris, cui Quintilianus multam tribuit inuentionem, summámque diligentiam: tam longe tamen à Ciceronis iucunditate & nitore dicit abesse, vt seculo prior videatur. Huius filius Asinius Gallus librum conscripsit de Comparatione patris sui & Ciceronis: quem ideirco *Aulus Gellius* monstrum vocat verius, quàm hominem. *Vide Aulum Gellium lib. 7. cap. 1. [Et Suet. in Claud. cap 41.]*

Asinus, animal notum. { חמור *chamór.* ὄνος, ὁ. GALL. Asne. ITAL. *Asino.* GERMAN. ein esel. HIS. *Asno, animal domestico,* ANG. *An asse.* } *M. Varro de Re rust. lib. 2. c 8.* Ex equa enim & asino fit mulus: contrà ex equo & asina hinnus. Asini in Achaia optimi sunt Arcadici, In Italia Reatini: *vt tradit Plin lib. 8. c. 43.* [Asini Arcadici. *Plau. Asin. sc. 2. a. 2.* Neque homines magis asinos vnquam vidi, ita costæ plagis callent. *Plau. pseud. sc. 2. a. 1. Idem sc. 4. a. 1.* plura de asinis. (i. pauperibus & contemptis hominibus.)] ¶Ab equis ad Asinos, ἀφ' ἵππων ἐπ' ὄνους, prouerbiali figura dicimus, vbi quis à studiis honestioribus ad parum honesta deflectit: Aut vbi quis à conditione lautiore ad abiectiora deuenerit. *Procopius Sophista in epistola quapiam,* τὸ δὴ λεγόμενον, ἀφ' ἵππων ἐπ' ὄνους μεταβεβηκαμεν. i. iuxta prouerbium, Ab equis ad asinos transiuimus. ¶Huic aduersum est illud *Plaut. in Aulular. sc. 4. a. 1.* Ab Asinis ad boues transcendere pro eò quòd est, ex humiliore conditione ad ditiorum partes transire. Ab asino delapsus, ἀπ' ὄνου καταπεσών, in eos dicitur qui inconsultè quippiam agunt & imperitè: aut in eos qui à præsentibus commodis quibus ob insciti am vti nesciunt, excidunt. Vtitur hoc adagio *Plato libr. de legib. Plut. in Grillo, & Aristoph. in Nub.* ¶Asinus ad lyram, ὄνος λύρας, subaudi ἀκροατής, auscultator. In eos, qui propter imperitiam nullo sunt iudicio, crassisque auribus. Rectè etiam torquebitur in eos, qui indecorè tentant artificium cuius sunt imperiti; & à quo natura abhorrent. ¶Germanum huic est, Asinus ad tibiam, ὄνος πρὸς αὐλόν. Dicendum vbi quis ea quæ scitè dicuntur, nec animaduertit, nec intelligit, nec laudat. Asinus asino & sus sui pulcher. ὄνος ὄνῳ κάλλιστος, σὺς δὲ συΐ. Id est, simile simili placet. Conueniet vbi inter inhonestos similitudo morum & instituti conciliat beneuolentiam: veluti quum miles placet militi, aleator aleatori, potator potatori, sophista sophistæ. ¶Asinus balneatoris, ὥσπερ ὄνος βαλανείου. Dictum est in eos, qui ex suis laboribus ipsi nihil fructus caperent. *Plu. in libel.* οἷον τῆς φιλοπλουτίας, Οὐδὲν δὲ πάσχουσιν, ὥσπερ ὄνος βαλανείου ξύλα καὶ φρύγανα καταφορτίζων, ἀεὶ καπνοῦ καὶ τέφρας ἀναπιμπλάμενος, λύστρου δὲ μὴ μετέχων, μηδὲ ἁλείας, μηδὲ καθαριότητος. i. Nihil inde capiens commodi, velut asinus balneatoris, qui ligna & sarmenta defert, semper fumo ac fauillis oppletus, nunquam autem particeps balnei, neque teporis neque munditiei. Loquitur de diuite parco & sordido, qui quum sit onustus diuitiis, non vtitur tamen. ¶Asini caput ne laues nitro, Ὄνου κεφαλὴν μὴ πλύνειν νίτρῳ. Ne multum sumptus operæve impendas in rem vilem ac sordidam. ¶Asini mandibula, ὄνου γνάθος. Conuenit in edaces, alioqui stolidos & ignauos. Asini mortes. Ὄνου θάνατος, subaudiendum narrat. Dicebatur in eos qui narrarent absurda, ridiculáque dictu. *Suidas.* ¶Asinus compluitur, Ὄνος ὕεται. Dicitur in eos qui maledictis nihil omnino commouerentur. Quemadmodum asinus ob cutis duritiem adeò pluuia nihil offenditur, vt vix etiam fustem sentiat. ¶Asinus esuriens fustem negligit, Ὄνος πεινῶν ῥοπάλου ἀμέλει. In eos conuenit qui ventris compendiive gratia quamuis contumeliam perferunt. *Refert Aristot. lib. 3. Moral.* ¶Asinus in palleas, ὄνος εἰς ἀχυρας, subaudiendum, incidit. Dici solitum vbi cuipiam fortuna lautior præter spem obtigerit, aut nactus forte fuerit aliquis quo vel præcipuè gaudeat. Conuenit & in hunc vsum, vbi quis inscitia rem contaminat, veluti si barbarus & illiteratus bonum authorem malis commentariis inquinet. Adagium ab euentu natum nemo non videt. ¶Asinus inter simias, Ὄνος ἐν πιθήκοις. Vbi quis incidit in homines nasutos & contumeliosos, ipse stolidus, à quibus impunè rideatur. *Gell. lib. 1. c. 21.* ¶Consimilem habeat cum proximo sensum, Asinus inter apes, Ὄνος ἐν μελίτταις. Dici solitum vbi quis infelicitet incidit in homines improbos atque importunos. ¶Asinus in vnguento, Ὄνος ἐν μύρῳ. Quum deliciæ adhibentur iis quos haudquaquam decent, neque qui vel vti norunt illis, vel delectantur. Asinus stramenta mauult quàm aurum, *Aristot. Mora. Nicomac 10* disputans, non eandem omnibus esse voluptatem, quum aliis rebus delectetur canis, aliis equus, aliis homo, citat Heraclitum qui dixerit ὄνοις σύμματ' ἂν ἁλοίησαν μᾶλλον ἢ χρυσὸν ἥδιον· τὸ γὰρ σῦτον τρέφει ὄνους, id est, Asinos stramenta malle quàm aurum: quòd asinis pabulum auro sit iucundius. ¶Asinus portans mysteria, Ὄνος ἄγων μυστήρια. In eum dicebatur, qui præter dignitatem in munere quopiam versabatur. *Aristophan. in Ranis.* Rex aut asinus, βασιλεὺς ἢ ὄνος. hoc est, aut victor aut victus. *Eustat. Odyss. 9. enarrans librum,* ostendit metaphoram ductam ab iis qui ludunt sphæra, quibus qui vicisset rex appellabatur: qui victus fuisset, huic asino nomen erat. *Vtitur Plato in Theateto.* ¶Asinum sub frænum currere doces, hoc est, doces indocilem: *Horat.* Infelix operam perdas, vt si quis asellum In campum doceat parentem currere freno.

¶E tardigradis asinis equus prodiit, ἐκ βραδυπόδων ὄνων ἵππος ὄρνυται. Quum clarus euadit qui spiam obscuro genere natus: aut quoties ab indocto præceptore proficiscitur discipulus eruditus. ¶Ab asino lanam, παρὰ τοῦ ὄνου ζητεῖς. De iis qui stultè quærunt ea quę nusquam sunt. *Aristo. in Ranis.* ¶Eundem sensum habet τὸν ὄνον κείρας, Asinum tondes. De iis qui rem absurdam atque inutilem ingrediuntur, propterea quod asinum neque pectere possis propter villos: neque tondere, quum lanam non habeat. *Aristoph. in Ranis.* ¶De asini vmbra, Τπέρ ὄνου σκιᾶς: pro eo quod est, de re nihil. *Sophocles, Aristophanes & Plutarch. in vita Demosth.*

Asellus, diminutiuum ab Asinus. {ὀνάριον. GA. Asnon, anischon, petit asne. IT. *Asinello.* GER. Ein eselin HI. *Asnillo, pequño asno.* AN. *A litle asse, an asse colte.* } *Mart. lib. 6.* Hunc verò acuto capite, & auribus longis, Quę sic mouentur, vt solent asellorum. [Asellus pro paupere Te bouem est se, & me asellum. i. pauperem. *Plaut. Aul. sc. 4. a. 1.*] ¶Asellus etiam est nomen piscis sic dicti, quòd sit colore cineritio, sicut asinus, quē vulgò *Merlusium* vocamus. *De quo vide Plin. li. 9. c. 17.* ¶Est & nomen duarum stellarum in signo Cancri. *Plin. l. 18 c. 35.* Sunt in signo Cancri duæ stellæ paruæ Asselli appellatæ.

Asella, diminutiuum ab Asina. {חמורה *athón.* ὀνίσκη. GALLIC. Petite asnesse. ITAL. *Asinella.* GERMAN. Ein eselin. HISPAN. *Asnilla, pequeñna asna.* ANG. *A litle se asse* } sicut Asellus, ab Asinus. *Ouid. 3. de arte,* Vt rudit á scabra turpis asella mola.

Asinārius, adiectiuum, Quod ad asinos pertinet. {ὀνικός. GALL. D'asne, appartenant à vn asne. ITAL. *Cosa pertenente ad asino.* GERMAN. Das zu dem esel gehört. HISPAN. *Cosa que pertenesce à asno, de asno.* ANG. *Off asses, belonging to an asse* } vt, Mola asinaria, quam circumagit asinus. Et Asinaria *Plauti* comœdia, ita dicta, quòd de Asinorum venditione tractet.

Asinārius, rij, Qui asinos pascit vel custodit. {ὀνηλάτης. GAL. Asnier. ITA. *Asinaio.* GER. Ein eselhirt/ein eseltreyber. HIS. *Asnero.* ANG. *The pastour of asses.* } *Cato de Re rustic. cap. 10.* Operarios quinque, bubulcos tres, subulcum vnum, asinarium vnum. *Suet. in Aug.* apud Actium descendenti in aciem, asellus cum Asinario occurrit.

Asinīnus, a, um, adiect. Quod est asini. {ὀνικός. GA. D'asne. ITAL. *Di Asino.* GER. Das des esels ist. HIS. *Cosa de asino.* ANG. *Of an asse.* } vt, Pullus Asininus, *Varro 2. de Re rust. c. 8.* ¶Lac Asininum. *Plin. li. 28. c. 10.* Asinino lacte poto venena restinguuntur.

Asio, onis, {ἀσίς. ANGLIC. *A bustarde, or bistarde, abir de so called.* } Auis est ex genere noctuarum, minor bubone, plumas tectas habens aurium modo. *Plin. libr. 10. ca. 23.* Oris bubone minor est, noctua maior, auribus plumeis eminentibus: vnde & nomen illi: quidam Latinè Asionem vocant.

ASIS, idis, *Vide suprà post* ASIATICVS.

ASISIVM, *Vide* AESISIVM.

ASIVS, ἄσιος, Filius fuit Dymantis, & frater Hecubæ, sed ex diuersis patribus, & Hectoris auunculus. Hic etiam Priamo aduersus Græcos auxilium tulit, *vt Hom. 2. Iliad. tradit.* Fuerunt & alij huius nominis, quorum passim meminit Homerus. ¶Est & Asius, *Ptolemæo,* Senonum fluuius, iuxta Senogalliam in mare Adriaticum influens, idem (vt opinor) cum eo, quem *Plinius* Æsim appellat.

Asōpus

ĂSĬVS CAMPVS, siue Asium pratum, ἄσιος λειμών, Campus est vliginosus, iuxta Caystrum Mysiæ fluuium, *de quo supra in dictione* ASIA.

Asinatrographi, ἀσιναγγεῖοι, Dicti sunt Poëtæ, qui ad barbiton, citharam, aliúdve musicum instrumentum cantica conscribebant: cuiusmodi fuêre, Automedes, Demodocus, & Lares Corcyrei, & Ithacensis Phemius: vt post Demetrium Phalereum refert *Cal. Rhod. libr. 7. c. 4.*

Asomatos, ἀσώματος. GAL. Sans corps. ITA. *Senza corpo.* GER. Ein ein leib. HIS. *Lo que no tiene cuerpo.* ANG. *without a bodie, bodieleſſe.* } Id est, sine corpore, & impalpabilis. *Cic. 1. de Nat. deor.* Quòd verò sine corpore vllo deum vult esse, vt Græci dicunt, ἀσωμάτου, id quale esse possit, intelligi non potest. sic eonuerso Origenes, σωματικὸν appellat id, quod solidum, & palpabile est.

ASOPIADES, patronymicum masculinum, ἀσωπιάδης, Quod apud Poëtas accipitur pro Æaco, Asopi nepoti, qui pater fuit Æginæ matris Æaci, *Ouid. lib. 7. Metamorph.* Huic Asopiades, Petis irrita, dixit &c.

ASOPIS, idis, ἀσωπίς, Regiuncula est Peloponnesi, in tractu Achaiæ propriè dictæ circa Phileuntem. ita dicta ab Asopo fluuio, cui adiacet. Ab Homero Aræthyrea dicitur, *teste Plin. lib. 4. cap. 5 Strab. li. 8.* etiam Asopiam appellat.

ASOPVS, ἀσωπὸς, Fluuius Peloponnesi, è Chronio monte mediam præter fluens Corinthi regionem, in sinum labitur Corinthiacum. } GERM. Ein fluß in Morea so nit weit von Corintho in daß Meer laufft. } Est alius eiusdem nominis fluuius in Bœotia, qui Thebas, Plateas, & Tanagran præterfluit. ¶ Interdum alius in Asia propriè dicta, qui vnà cum Capro fluuio Laodicem vrbem celeberrimam alluit Lyco flumini impositam. ¶ Est & quartus in Paro insula. Horum omnium meminit *Strab. in li. 8.* ¶ Hinc Asopis, idis, ἀσωπὶς, patronymicum fœmininum, quo Poëtæ vtuntur pro Ægina Asopi filia.

ASORVS, Fluuius est, *teste Liuio li. 6. Deca. 4.* alluens Heracleam ciuitatem, sitam in radicibus montis Oetæ. Hunc esse conijci potest, *de quo Plin. lib. 4. c. 10.* In ora Heraclea, flumen Apylas. Hic à Boccatio Asassus, ab aliis Asarus vocatur.

ĂSŌTĬA, Luxus, luxuria. } ἀσωτία. GA. Itemperance, luxure. IT. *Incontinenza, luſſuria.* GER. Vnmäßigkeit/muthwill/verschwenderey. HISP. *Superfluidad.* ANG. *Riotousneſſe prodigalitie.* } *Gellius*, Cedere equidem vobis debui, vt in tali asotia, id est luxu, prodigalitate, atq; nequitia, artium nos vinceretis, ex α, καὶ σώζω, seruo.

ĂSŌTUS, pen. prod. Prodigus, luxuriosus, helluo. } זולל *saruách* ζολέι. ἀσωτὸς. GALLI. Lasiif, prodigue. ITAL. *Lasciuo, prodigo.* GERMANI. Ein vnmäßiger vergeuder/verschwender. HISP. *Prodigo, gajtador.* ANGL. *An riotous and prodig all perſone a reueller, spendgood.* } *Cicero 2. de Natur. deor.* Posse Asotos ex Aristippi, acerbos ex Zenonis schola exire.

¶ Inde aduerbium Asōtŏs, ἀσώτως, idem significans quod incontinenter & nequiter. *Martialis*, Viuis asōtŏs, id est, lasciuè, incontinenter.

Aspalathus, } ἀσπάλαθος. GALLICE. Bois d'aloë de Rhodes. ITAL. *Legno aloes da Rhodes.* GERM. Rhodiß holtz. HISP. *A larguez.* } Spina est candida, *teste Plin. libro 12. capite 24.* magnitudine arboris modicæ, flore roſæ, cuius radix vnguentis experitur. Putatur idem esse cum eo, quod hodie officinæ Lignum Rhodium appellant. *Vide Ruel. libro 1. capite 18.*

Asphaltion, ἄσφαλτον, Species est trifolij, *apud Dioscorid. libro tertio.*

ĂSPĂRĂGŬS, gi, penultima correpta, ἀσπάραγος. GAL. Asperges. ITA. *Spatagi.* GERM. Spargen. HISPA. *Esparagos, ò esparraguerra.* } Herba est fœniculi folio, baccisque, quum maturuerint, rubris: tam hodie in seplasiorum officinis, quàm vsu vulgi, indubitata veteris nomenclaturæ vestigia retinens. Duo eius sunt genera, alterum satiuum, siue altile, quod propriam sibi asparagi appellationem vendicauit. ¶ Alterum syluestre, quod peculiari vocabulo Corrudam vocauerunt. *Plinius libro 19. c. 4.* Syluestres fecerat natura cortudas, vt quisque demeteret passim: ecce altiles spectantur asparagi. ¶ Dicitur autem asparagus, quòd qui sunt in his præcipui non seruntur, vt Athenæus dixit. ¶ Huius herbæ summa priusquam durescant, leuiter coquuntur, tantùm vt cruditas absit. Hinc locus factus prouerbio, Citiùs quàm asparagi coquuntur. De re vehementer properata *Sueton. in Tranq.*

¶ Asparagus etiam planta spinosa absque foliis est, *de qua ex Theophraſt. Histor. libr. capite 6. Plinius libro 21. capite 15. in hunc modum scribit.* In totum spina est Asparagus, Scorpio, nullum enim folium habet.

ĂSPARGO, inis, Vitium ex pluuia vndáve contractum, *Callistrat. libro 4. ff. ad legem Rhodiam de ia.* Sivicenûm merces duorum fuerunt, & aspargine decem esse cœperunt. In aliis tamen aspergine ibi legitur.

ASPASIA, ἀσπασία, Mulier Milesia fuit, acutissima sophistria, & (quod in eo sexu rarissimum est) Rhetorices peritissima. Hanc ab Atheniensibus captam Pericles duxit vxorem, infausto patriæ matrimonio, vtpote quod duorum maximorum bellorum Peloponnesiaci, & Sami originem præbuit.

ASPASIVS, ἀσπάσιος, Sophista fuit Rauennas, Demetriani filius, auditor Pausaniæ & Hippodromi: qui Romæ docuit sub Alexandro Seuero. Scripsit contra Aristonem & maledicos diuersas orationes. De hoc multa Philostratus. ¶ Fuit item Aspasius cognomento Byblius, qui de Byblo patria sua librum condidit, ac artem rhetoricam scripsit, & Panegyricum in Adrianum principem, cuius temporibus floruit. *Autor Suidas.* ¶ Præterea Aspasius quidam fuit Tytius historicus, qui de Epiro variam historicam scripsit: *vt idem autor Suidas.*

ASPATHINES, ἀσπαθίνης, Ex Persis vnus, qui cum Dario in Smerdim Magum coniurarunt. *Herod. lib. hist. 3.*

ĂSPĔLLO, is, Amoueo, abigo, arceo. } נדף *nadáph.* ἀποκινέω. GAL. Repousser, chasser arriere de soy. ITA. *Rimouere.* GE. Dannen treiben/hindersich stossen. HI. *Echar de algun lugar.* AN. *To driue or chaſſe away.* } *Pl. Cap. sc. 3. a. 3.* Neque exilium exitio est: neque adeò spes, quæ mihi hunc aspellat. *Cic. 3. Tusc.* Sed longe à læto nomine aspellor Iophis: id est, expellor, arceor.

ASPELLA, Vnum ex Cypri insulæ nominibus, *apud Plin. li. 5. cap. 31.*

ĂSPĔNDĬVS, citharœdus, ἀσπένδιος, κιθαρῳδὸς, prouerbio dici solet in eos, qui rei nullius, quàm priuati sui compendij rationem habent. GERM. Eigenutzige leut/ die in allen dingen iren nutz vnd vortell suchen. } Tractum ab artifice quodam Aspendio qui tam leuiter simistra manu citharæ suæ chordas mouebat, vt sonus ad ipsum tantùm citharœdum, aut certè ad proxime astantes peruenire. *Sic. 3. Verr.* Atque etiam illum Aspendium citharistam, de quo sæpe audistis id, quod est Græcis hominibus in prouerbio, quem omnia intus canere dicebant, sustulit, & in intimis suis ædibus posuit, vt etiam illum ipsum artificio suo superasse videatur. In quo Ciceronis exemplo, Intus canere prouerbialiter dictum est, pro eo quod est, omnia priuato metiri emolumento.

ĂSPĔNDVS, ἄσπενδος *Stephano*, Pamphyliæ vrbs, Argiuorum ædificium *teste Pomp. li. 1.* Hic Veneri suibus sacrificabant: eò quòd autor eius generis Mopsus ex Argis huc proficiscens, primum obuium sacrificare vouerat: occurrit autem sus.

ĂSPĔR, ra, rum, Quod visu vel gustu, vel tactu, alióve sensu insuaue est *vt inquit Sipontinus*, Scaber, durus) (lenis, læuis. } קשה *kaschéh* שעיר *schabir.* τραχὺς. GALL. Aspre & rude à voir, ouir, gouster & toucher, raboteux. ITA. *Aspre, insaoue.* GER Rauch/herb/vnlieblich. HIS. *Aspero.* AN. *Rough, rud e vnpleaſant aſmeillio the sigthas the other senſes.* Videtur deductum à Græco ἄσπερος. Hinc asperam arteriam vocat *Plinius*, atque adeò medici omnes, quam Græci τραχεῖαν, propter multorũ semicirculorum asperitatem. *Cic. 2. de Finib.* Sensus iudicat dulce amarum, leue asperum, prope longè. &c. *Cic. in Part. orat.* In locis autem & illa naturalia, læues an asperi, salubres an pestilentes, &c. ¶ Aspera signis pocula. *Virgil. 2. Æne.* Cymbiáque argento perfecta, atque aspera signis Pocula. ἀνάγλυφα. ¶ Transfertur & ad alia quæ dura sunt, σκληρὸς *Terent.* Asperum pater hoc est, aliud sodes para. Vnde & pro nocente quandoque capitur. *Virgil. 3. Georg.* Asper, acerba sonans. [Sed licet asperiora cadant spoliérque relictis, *Tibul. lib. 4.* Nec quadrupes densas depascitur aspera syluas. *Ibidem*, Asperi & montani homines *Cæs. li. 1. de bel. ciui.* forsitan & nobis olim minùs asper. id est, iratus. *Ouid. Eleg. 1. libro 3. Triſt.* Aspera militiæ iuuenis certamina fugi. *Ouid. Eleg. 1. li. 4. Triſt.* Asper meus est victus *Plau. Capt. sc. 2. a. 1.* Redibo huc ad senem ad cœnam asperam. *Ibidem sc. 1. a. 3.* Aspera leniuntur ferendo placidè *Senec. epist. 12. de Conſol. ad Mart.* Asperiorem frontem habet. Asperæ sunt eæ vrbes vt tuus victus. *Pl. Capt. sc. 1. a. 4.* Aspergere infamia *Sueton Nero cap.* Aspergere suspicione *Liu. 3. bell. pun.* Asperſus auditiuncula. *Gell. c. 17 lib. 13.* Et pro iniquo. *Idem 1. Æneid.* quin aspera Iuno. *Cicero pro Cn. Plan.* Eodémque adiungas, quod natura putes asperos, atque omnibus iniquos. ¶ Pro fastidioso, & ingrato. *Virgil. 8. Æneid.* Rebúsque veni non asper egenis. ¶ Aspera & horrida oratio. *Cicer. in Orat.* Quod ipsum alij aspera, tristi, horrida oratione, neque perfecta neque concluſa, &c. ¶ Aspri, pro Asperi, synæresis vsitata Poëtis *Virgil. 2. Æneid.* Improuiſum aspris veluti qui sentibus anguem Preſſit.

ĂSPĔR nummus dici putatur, qui recenter cusus signatúsque est, quòd plusculum habeat asperitatis, quàm ille, qui iam manibus tritus est *Perſ.* quid asper Vtile nummus habet. *Sueton. in Neron.* Exigítque ingenti fastidio & acerbitate nummum asperum.

ĂSPĔRĬTAS (lenitas, } קשי *keſ. hi.* τραχύτης. GAL. Aspreté, rudeſſe, austerité. ITA. *Aspreza.* GER. Herbe/rauhe/vnmildigkeit. HISP. *Aspereza.* ANG. *Roughneſſe vnpleaſant, esse to the senſes, rudeneſſe.* } *Cicer. 4. de Finib.* Quam illorum tristitiam atque asperitatem fugiens Panætius, nec acerbitatem sententiarum, nec differendi spinas probauit. ¶ Asperitas animi, siue animæ, pro difficultate spirandi. *Plin. libro 22. capite 24.* Ergo & hæc animi asperitas, seu potiùs animæ, dulciore succo mitigatur.

ĂSPĔRĔ, aduerb. Durè, & insolenter. } τραχέως, χαλεπῶς. GAL Asprement. ITA. *Aſpramente.* GER. Rauchlich/vnlieblich. HIS. *Aſperamente.* ANGL. *Roughlie, chuslihlie.* } *Cic. de amic.* Vt igitur & monere, & moneri proprium est veræ amicitiæ, & alterum liberè facere, non asperè: alterum patienter accipere, non repugnanter: ita &c. *Idem 1. de Orat.* M. Cato Galbæ grauis atque acer inimicus, asperè apud pop. Rom. & vehementer est locutus.

ĂSPĔRĬTĔR. } ANG. *Rudelie churlishlie.* } *Ouid. eodem apud Nauium in Pullis.* Vbi tu nequaquam cubares asperiter. *Nonius.*

ĀSSŎLĔT, penult. cor. Solet. {היקהא *cfok hu* מנהג *minhágh hu.* ἐωθε, φιλεῖ. GALL. La coustume est, on a de coustume. ITA. *Suole.* GERM. Man ist also gewont/es ist breüchig. HIS. *Mucho acostumbra facle.* ANG. *It vseth, it is coustumable.* } Legitur autem in tertiis tantùm personis, & ferè impersonaliter. *Cic. de Amic.* Quum in hortos D. Bruti commentandi causa (vt assolet) veniissemus. *Liu. 1. ab Vrbe*, Vbi illuxit, paratis omnibus, vt assolet, vocari ad concionem vtrunque exercitum iubet. *Cic. 2. de Nat. deor.* Gracchus ad senatum retulit, Senatus ad quos assoleret referendum censuit. Nonnunquam etiam personaliter. *Terent. in And.* Adhuc Archillis, quæ assolent, quæque oportet Signa ad salutem esse omnia, huic esse video.

ĀSSŌNO, nas, pen. cor. Sonitum reflecto, vel sono respondeo. {חמה *hámah.* ἀπηχέω. GA. Resonner, retentir, sonner auec. ITA. *Ribombare.* GER. Zustimmen/zutönen. HIS. *Hazer retumbar y resurtir la voz.* AN. *To sound with an other, to sound agane.* } *Persius Satyr. 1.* Euyō ingeminat, reparabilis assonat Echo. *Ouid. 3 Metam.* Planxerunt Dryades, plangentibus assonat Echo, id est, velut respondet.

ASSORVM, ἀσωρὸν, Mons Sami, à quo fluit Amphilysus. *Steph.*

ASSORIVM, vel assorum, ἀσωρὸν, ἡ ἀσωρὸν, Ciuitas Siciliæ. *Steph.*

ASSERVS, *sicut testatur Iosephus*, fuit Cyrus, Xerxis filius, qui post Darium patruum Persidis rexit imperium. Hunc Cyrum idem dicit Artaxerxen apud Græcos vocatum fuisse, cognomento Longimanum, qui regnauit quadraginta annis.

ĀSSŬESCO, is, ex Ad, & Suesco compositum, Consuetudinem capio, In consuetudinem venio. {לבר *lummádh.* ἐθίζομαι, κατασθίζομαι. GAL. S'accoustumer, se duire, auoir de coustume. ITALI. *Auezzarsi, assuefarsi.* GERMA. Gewonen mit langem brauch. HIS. *Acostumbrarse.* ANGL. *To come in vse or accustome, to practise by long custome to do a thing.* } [Assuescere reipu. *Sueto. August. c. 8.* Assuescunt oculi multa pudenda pati. *Ouid. Eleg. 1. l. 2. Trist.* Assuescat tuis sermonibus. *Senec. cap. 6. de Consol. ad Elber.* Si nunquam (studiis) assuesces, *fuem ibidem c. 16.* Auceps offundit cibum, aues assuescunt. *Pl. Asin. sc. 3. a. 1.* Nec aquis assueuimus istis. *Ouid. Eleg. 3. lib. 3. Trist. Cic. 5. de Fin.* Quo in loco ad fluctum, aiunt declamare solitum Demosthenem, vt fremitum assueseret voce vincere. *Virg. 8. Æneid.* -tua cernere facta Assuescat. *Cum datiuo. *Celsus lib. 8 cap. 10.* Atque ita deligando, assuescere iterum vetustæ sedi cogit. Loquitur de osse reposito in sedem suam. *Assuescitur, Impersonale. *Liu. 2. ab Vrbe*, Charitásque ipsius soli, cui longo tempore assuescitur, animos eorum consociasset.

ĀSSŬĒTŬS, Vsitatus. {למוד *lummúdh* συνήθης, συνηθικός. GALL. Accoustumé, vsité & duit. ITA. *Assuefatto auezzato.* GER. Gewonet/oder gewehnet. HIS. *Acostumbrado.* ANG. *Vsed, accustomed, broght in vse, wonted.* } *Plin.* Assuetis eò dona mittere iam & regibus Romanis. *Cic. pro Plancio*, Vicinitas non assueta mendacijs, *Assuetus labore assiduo. *Cic. 3. de Orat.* Non assuetas ad sceptra manus. Post terga dabit. *Senec. in Troa.* Assuetus in iura. *Liu. 4. bel. Pun.* Et iam inde à puero in omnia familiaria iura assuetum. **Et apud eundem 8. bel. Mac.* cum genitiuo: Romanis Gallici tumultus assuetis, etiam vanitates notæ sunt. *Assuetior, comparat. *Liu. 2. bel. Pun.* Ea assuetior montibus, & ad concursandum inter saxa, rupésque aptior ac leuior.

ĀSSŬĒTŪDO, Consuetudo. {מנהג *minhágh* דרך *dérech.* συνήθεια. GAL. Accoustumance, vsage. ITAL. *Vsanza, consuetudine.* GERMA. Gewonheit. HISP. *Costumbre.* ANG. *Vse, accustome. Ouid. 2. de arte*, Nihil assuetudine maius. *Idem 1. de Trisiib.* Assimilémque sui longa assuetudine fecit. *Tacit. lib. 18* Degenerabat à labore ac virtute miles assuetudine voluptatum, & contemptu ducis.

ĀSSŬĒFĂCĬO, cis, ex Ad præpositione, & duobus verbis, nempe Sueo, sues, & Facio compositum: Vsu doceo, in consuetudinem induco. {הרגיל *hirghil* למד *limmádh.* ἐθίζω. GA. Accoustumer, duire. ITA. *Assuefare, auezzare.* GER. Gewohnen. HIS. *Acostumbrar à otro.* AN. *To teach or accustome by vse, to wont him self with any thing.* } *Cic. de prouin. Cons.* Imperio populi, Romani parēre assuefecit. ¶ Huius passiuum est assuefio. *Cic. 3. de Orat.* Quorum sermoni assuefacti qui erunt, non poterunt nō lautè loqui. *Liu. 2. bel. Pun.* Ea secretis viri alieni assuefacta sermonibus. [Et lanificio. *Suetonius in Aug. c. 64.*]

[Assum: *Plau. Pseud. sc. 1. a. 4.* Vt ille palam ibidem assiet, qui adest à milite. *Ibid. sc. 7. a. 4.* Ne cum assiet (herus) metuam.]

ĀSSŪMO, mis, pen. prod. Suscipio. {נשא *naſá.* προσλαμβάνω. GA. Prendre vers soy, retirer vers soy, s'attribuer. ITA. *Assumere, prendere.* GERM. Herzu nemmen/ annemmen. HISP. *To attribuir te him self, to tak to him.* } *Cic.* Neque id onus inuitus assumpsit. ¶ Interdum ponitur pro attribuo, arrogo. προστίθημι, σεαυτῷ ζητῶ. *Idem 1. Offic.* Si id mihi assumo, videor id meo iure quodammodo vendicare. *Assumere aliquem. *Pli. Iunior*, Assumo te in consilium rei familiaris, vt soleo. *Assumere pro esitare & cibum sumere. *Celsus*, Iuuenum minus interest, quę assumant, & quo modo curentur.

ĀSSŪMPTĬO, onis, verbal. Acceptio. {מקח *mikkách.* πρόσλημψις. GALL. Prinse. ITA. *Presa.* GER. Ein annemmung / aufnehmung. HI. *Tomamiento.* ANGL. *Attributing, or taking to him self.* } *Lic. 3. de Fin.* Artes etiam

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ipsas propter se assumendas putamus, tum quia sit in his aliquid dignum assumptione, tum, &c.

Assumptiuus, ver. Quod assumit, *Cic. 1. de Inuen.* Ac iuridicialis quidem ipsa in duas distribuitur partes, absolutam, & assumptiuam. *Et paulò pòst:* Assumptiua est, quæ ex se nihil firmi dat ad recusationem, &c.

[Assumptus, a, um, Assumpta verba. *Quintil.*]

Assum, *Vide* ADSVM.

Assuo, assuis, pen. corr. assui, assutum, pen. pro. Suendo annecto. {תפר *taphár.* ῥαπτίζω. GAL. Coudre à ou sus vn autre, rapetasser, empiecer. IT. *Cucire vna cosa all' altra.* GER. Herzu sticken/ansetzen. HI. *Coser vna cosa à otra.* AN. *To sew to, or together.* } *Horat. in Art. poet.* Purpureus latè qui splendeat vnus & alter, Assuitur pannus.

Assurgo, gis, rexi, Est & honoris vel beneuolentiæ caussa surgo. {קום *kam.* ἀναστασιάζω, ἐξανίστασθαι. GALLI. Se leuer, se dresser contre, se leuer deuant quelqu'vn. ITA. *Leuarsi.* GERM. Auffstehen / einem ehr erbieten mit auffstehn. HISPA. *Leuantarse à otro por honrarlo, à euantarse*, simpliciter. ANG. *To rise for to do honour to another.* } *Virg. 5. Eclog.* Vtque viro Phœbi chorus assurrexerit omnis. ¶ *Ausonius*, Assurgit Musæ nostra Camœna tuæ. *Virg. 2. Georg.* Tmolus & assurgit quibus & rex ipse Phanæus. ¶ Accipitur pro excesco, & altus fio. *Virg. 3. Georg.* Sed iacet aggeribus niueis informis, & alto Terra gelu latè, septémque assurgit in vlnas. ¶ Hinc & plantas dicimus assurgere, quum crescunt, & in altitudinem accipiunt incrementum. ¶ Colles quoque assurgere dicuntur, qui non ardui sunt, sed accliues, quíque paulatim in altitudinem tendunt. *Col. 2.* Collem molliter assurgentem, montem sublimem, & asperum, sed nemorosum & herbidum maxime probauerunt. * Assurgere ex morbo, id est, conualescere. *Liu. & Tacit.* *Assurgere dicitur Orator, qui sublimiter loquitur. *Quintil.* Rarò assurgit Hesiodus.

Assus, a, um, geminato ss, ἄσσος, Vrbs est Troadis, *teste Strab. lib. 13.* & natura, & arte munita, ab ea parte qua mare spectat, arduum & erectum ascensum habens. Vnde factus est locus vulgatissimè illi Stratonici sententiæ, Qui celeri passu Assum it, magnum vitæ periculum adit. Circa hanc vrbem sarcophagus effodiebatur, à quo cadauera omnia in eo condita intra quadragesimum diem solis dentibus exceptis, absumebantur. *Autor Plin. li. 38. c. 17.* Ex hac vrbe ortum traxit Cleantes Stoicus philosophus, qui Zenoni in schola successit, quam ipse Chrysippo tradidit. ¶ Asus autem vnico s, siue (*vt apud Plin. legitur*) Asum, Cretæ oppidum est: de quò infrà suo loco.

Assius, a, um. ἄσσιος, adiectiuum est ab ea vrbe deductum: vnde Assius lapis, quondam sarcophagi genus, in quo condita cadauera, intra dies quadraginta, vnà cum ossibus, solis dentibus exceptis, consumuntur, vt iam dictum est. *Vide Plin lib. 36. cap. 17.*

Assus, a, um, Torrefactus, aridus, eò quòd igni assueuerit (*vt Varroni placet lib. 4. de ling. Lat.*) Sudando enim assum distillat ob calorem. {אליי *ishali.* ὀπτός. GA. Rosti. ITA. *Arrosto, arrostito.* GER. Das gebraten ist. HI. *Cosa assada* AN. *Rosted.* } [*Plau. Asin. sc. 3 a. 1.* Panis & assa bubula. *Idē Curc. sc 3. a. 2.* (Piscem) quouis pacto condias, vel patinarium vel assum.] Vel dicitur assum (*vt Nonius manuit*) quasi solum, quemadmodum merum, solum dicimus: quoniam in opsoniis siue pigmento saporis alieni asiæ carnes inferebantur. *Vide* ASSA.

Assyria, אשור *aschschúr.* ἀσσυρία. GERM. Ein landtschafft in grösseren Asia gelägen. } Regio est maioris Asiæ quam Ptolemæus ab ortu Mediæ parte terminat, ab Occasu Mesopotamia, à Septentrione parte minoris Armeniæ, iuxta Niphatem montem, à Meridie Susiana *Plin. lib. 5. cap. 11.* Assyriam docet Syriæ partem esse, quæ postea vocata est Adiabene. *Strabo* autem longè latiores Assyriæ fines assignat, eo nomine comprehendens Babyloniam, & maximam circumiacentium regionum partem. Eadem & Syria à Græcis vocata est, *teste Iustin. l. 1. & Herod. lib. 7.* quanquam multò latiores Syriæ fines fuerunt, quàm Assyriæ. ¶ Dicta est autem Assyria, *teste August. lib. 15. de Ciuit. Dei*, ab Assur filio Sem. * Assyrius, Adiectiuum, Qui est ex Assyria: vt ammomũ Assyrium; *Virg. 4. Eclog.* [Vastatum fines iuerat Assyrios Rex Ptolemæus. *Catul. de Com. Beren.*]

Ast. Coniunctio est, qua Poetæ Carminis gratia vtuntur, pro At, siue Sed. {כי־אם *chiim* אבל *abál.* ἀλλά. GALL. Mais. ITAL. *Ma.* GERMAN. Aber. HISP. *Mas* ANGL. *But.* } *Virgil. 1. Aeneid.* Ast ego, quæ diuûm incedo regina. * Vtuntur & Oratores. *Cic. Attico lib. 1. Epist. 11.* Tu si vno in loco es futurus, crebras à nobis litteras expecta: ast plures etiam mittito. [Item Comici. *Pl. Capt. sc. 5. a. 3.* Si ego hic peribo, Ast ille huc non redit. Vide quis sit vsus huius particulæ in eó genere loquendi, Bellonâ si nobis victoriam duis, Ast ego templum tibi vouebo. *Liuius lib. 10. ab vrb.*]

Asta, ἄστα, Ciuitas est Bæticę, inter sacrum promontorium, & Herculeas columnas, *de qua Pli. li. 2. c. 1.* ¶ Est & Asta, Insubrię vrbs, non lõgè à Nouaria distans. De hoc *Claudianus*, nec plus Pollentia rebus Cõtulit Ausoniis, aut mœnia vindicis Astę. Meminit *Pli. li. 35. c. 12.*

Astaboras, vel Astabores, *teste Plin. l. 5. c. 9.* Alter est ex alueis Nili, qui Meroen insulam à sinistra alluit: alle verò, qui à dextera parte est, Astu sapes appellatur. *Strab.* verò Astaborem fluuium esse docet diuersum à Nilo, circa Meroen insulam in Nilum influentem.

Astaces, ἀστακός, Fluuius est in Ponto, Asiæ regione, cuius aquis irrigati campi oues pascunt, nigro lacte accolas alentes. *Autor Plin. lib. 2. c. 103.*

Astaci, ἀστακοί, E genere sunt cancrorum. *apud Pli. li. 9. c. 31.*

Astacvm, *Plinio*, siue Astacvs, ἄστακος *Stephano & Straboni*, Bithyniæ oppidum fuit, ita dictum ab Astaco quodam Neptuni, & Olbiæ Nymphæ filio. A quo vicinus sinus Astacenus appellatus est, *testibus Plin. lib. 5. cap. vlt. & Strab. lib. 12.* ¶ Fuit & altera eiusdem nominis vrbs in Acarnania, quæ & ipsa propinquo sinui Astaceno nomen fecit: *teste Strab. lib. 10.*

Astaothia (quòd hic hactenus corruptè lectum est) *Vide* ASTYOCHIA.

Astapaei, Lybiæ populi, *Steph.* ἀστάπεις.

Astaphylinos, Pastinaca syluestris, quæ & Staphylinos dicitur: *Vide Ruell. lib. 3 c. 41.*

Astapvs, Straboni fluuius est circa Meroen, in Nilum influens, qua in re *à Plinio* nonnihil videtur dissentire. *Plinius* enim Nilum ipsum suprà Meroen Astapum asserit vocari, quòd sæpe terra receptus, velut è tenebris in lucem erumpat (sic enim vocant Ægyptij aquas è tenebris emergentes) Nili autem nomen antè non assumere, quàm se concordibus aquis iunxerit. *Vide Strab. lib. 17. & Plinium li. 4. c. 9.*

Astaphis, dis, {עסוקים *ssimmukin.* ἀσταφίς. GALLIC. Raisin confit, passes, passerilles. ITA. *Vua passa.* GER. Meer trauben. HISP. *Vua passada.* AN. *A confite or raisin confected.* } A nobis vua passa vocatur. *Plin. lib. 23. c. 2.* Vua passa, quam Astaphida vocant stomachum, ventrem, interanea tentaret, nisi pro remedio in ipsis acinis nuclei essent. ¶ Viri senis astaphis caluaria, ἀνδρὸς γέροντος ἀσταφὶς τὸ κεφάλαιον, id est, viri senis velut vua passa cranium Admonet adagium, inualidum & flaccidum esse senile corpus exhausto succo carnibúsque adesis.

Astaphis agria, {ἀσταφὶς ἀγρία. GAL Staphis agria. IT. *Staphisaria, semen, & de frutti.* GERM. Staphisagria/Leusamen. HIS. *Auarraz.* AN. *Stauis agre.* } Herba est cauliculis nigris, rectis, foliis labruscæ: fert follicu los veriùs, quam acinos, virides, similes ciceri. Hæc à Romanis, *teste Dioscoride*, Pedicularis herba dicebatur, eò quod nucleos haberet phthiriasi curandæ vtiles. Vocatur & Staphis agria, prima vocali à capite sublata. Nam quam ἀσταφὶς Attici, reliqui Græci σταφὶς appellant. Quineriam hodie ab Officinis Staphis agria dicitur.

Astaroth, {עשתרת *Bashtaroth*, Antiqua ciuitas Og regis Basan, in qua habitauerunt gigantes, & postea cecidit in sortem tribus Manasses, regionis Bethaniæ. Fuit autem castella in Bethania hoc vocabulo nonem inter se millibus separata, inter Aderam & Abellam vrbes.

Astartē, {עשתרת *Bashtoreth.* ἀστάρτη. GERMANICE Ein Abgott der Syrer. } Syrorum Dea erat, quam alio nomine Atergatim aut Decreto nominatam volunt *Cicero 3. de Nat. deor.* vult fuisse Venerem, quæ Adonidi nupsit. Hanc sacræ literæ Astartem Sidoniorum deam vocant: cui Salomon rex vni pallacarum suarum obsequi volens, altaria condidit

Asteismos, Vrbanitas. {שפר *schéphar.* ἀστειισμός. GA. Gentillesse, ciuilité, courtoisie. ITAL. *Gentilezza, vrbanita, ciuilità.* GER. Höfligkeit/stattligkeit. HISP. *Nobleza, hidalguia, ciudidad.* ANGLIC. *Ciuilitie, courtesie, good maner, gentleneſſe in ſpeach and behauiour, pleſant teſting.* } Est tropus multiplex, numerosæque virtutis. Nã asteismos putatur quicquid rustica simplicitate caret, & faceta satis vrbanitate exponitur, *vt apud Virgi. Ecl.* Qui Bauium non odit, amet tua carmina Mæui. Id est, pro pœna ei contingat & diligat Mæuium peiorem Poetam. Atque idem iungat vulpes, & mulgeat hircos. Id est, faciat ea quæ contra naturam sunt. Nam ἀστεῖος, Vrbanus, ἀστειζόμαι, Vrbanus sum.

Astēr, & Astrum, {ככב *chochób.* ἀστὴρ ἢ ἄστρον. GAL. Estoile. IAL. *Stella.* GER. Ein stern. HIS. *Estrella è planeta.* ANGL. *Aſtarre.* } Hoc modo inter se differunt: quòd hoc congregationem significat stellarum, vel signum ex stellis coactum, vt est Leo, Libra, &c. Illud verò vnam tãtùm stellam. Apud Græcos etiam eadem obseruatur differentia: ἄστρον enim apud illos vnicam tantùm stellam, ἀστέρα sydus totum significat. *Suidas, Cic.* Quum autem ver esse cœperat, cuius initium iste non à Fauonio, neque aliquo astro notabat, &c. *Idem de Vniuers.* Has igitur ob causas nota sunt astra.

Asteriscus, ἀστερίσκος, diminutiuum, Signum est ad paruæ stellæ similitudinem, quo vtimur quum aliquid in scribêdo omissum est, vel quum variant exemplaria. *Hieronym.* Qui editioni antiquæ Theodosionis miscuit asteriscos & obelos.

Astrifer, ri, Ferens astrum. {ἀστροφόρος. GALL. Qui porte astres, ou estoilles. ITA. *Chi porta le ſtelle.* GER. Sternentrager. HISP. *Coſa que tienne en ſi eſtrellas.* ANGLI. *Which beareth or hath ſtarres.* } *Mart. lib. 8.* An tua multifidum numerauit lana Timauum, Quem prius astrifero Cyllarus ore bibit?

Aster Samius, ἀστὴρ σάμιος, Species est terræ cuiusdam ad multos medicinæ vsus conducentis, quæ in Samo insula effoditur: ita dicta à stellæ imagine quæ illi impressa sigillo consueuit. Huius terræ meminit *Galen. lib. 9 Simpl.*

Aster Atticus, vel asticus potius, q. d littoralis, non inuenitur nisi in littoribus. Astragalus, cicer rusticum vel montanum. *Cice.* dicta est herba quòd radicem crassam & astragalo ossi similem habeat. ἀστὴρ ἀττικὸς Herba est *Plinio*, quæ quòd præsens est inguinum remedium, à Romanis Bubonium dicitur, & vulgò Inguinalis. *Vide Plin lib. 25. c. 5.*

Asterīa, æ, vel ASTERIE, es, ἀστερία, Nomen Latonæ sororis proprium. ¶ Est & Asteria Deli, & Rhodi insularum nomen, *teste Plin. lib. 4. c. 12. & lib. 5. c. 31.* ¶ Significat & gemmam, inclusam quandam lucem pupillæ modo continentem, quæ oppositæ Soli, radios regerit candicanteis. *Plin. lib. 37. cap. 9.*

Asteria, filia fuit Cei, Titanis filij, vt Theodosio placet. Hæc autem, *vt ait Fulgentius*, post vitiatam Latonam à Ioue dilecta est, à quo in aquilam versa oppressa fuit: eíque ex eo concubitu Herculem peperit. Quæ tandem, vt quibusdam placet, aduersus Iouem sentiens, & eius fugiens iras, deorum miseratione in coturnicem versa est, quæ Græcè vocatur ὄρτυξ: noménque dedit insulæ, in quam aufugerat, vbi à Ioue in lapidem mutata est, vndísque demersa, & ab eisdem huc illuc agitata, quæ tandem ob susceptam Latonam firmata est. *Ex Bocatio.* Hæc insula ob susceptam Latonam supernatauit: & primò Neptuno ac Doridi consecrata est: postea Delos dicta, in qua insula Latona Apollinem & Dianam peperit.

Asterias ἀστερίας, A uis ex genere ardeolarum, à fulgore astrorum. *Pl. lib. 10. cap. 60.*

Astericum, ἀστερίσκον, Vulgò volubilis minor, & campanula. Herba est ocymi folio, quæ & Helxine dicitur, ὅτι τὸ ἕλκει, eo quòd asperitate suâ tenaci nexu vestes quibus hæserit ad se trahat, & Vrceolaris herba, eò quòd vitreis vrceolis detergendis in primis sit idonea. Nascitur in tegulis, parietibusque: vbde & Parietaria, & Muralis herba vulgò dicitur. *De hac Plin. lib. 22. c. 17.*

Astericus, ἀστερίσκος, *Vide* ASTER.

Asterion, ἀστέριον, ciuitas Thessaliæ, sic dicta, quòd in alto sita monte velut astrum quoddam procul aspicientibus fulgere videatur, *vt tradit Stephanus*, qui eam suâ ætate Pyresiam vocatam asserit.

¶ Est & altera vrbs eius nominis in Syria. ¶ Est & fluuius Achaiæ, in Nemæa sylua leniter fluens, & fructuum iuxta ripam abundantissimus, *vt testis est Lactant.* ¶ Item mons Peloponnesi, ad sinum Argolicum de quo *Plin. lib. 4. c 5.* ¶ Est & herba quædam hoc nomine apud Pausa-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Pausaniam, in agro Argiuo nascens ad ripam fluuij eiusdem nominis, cuius folia Iunoni sacra accolæ in coronas nectunt. {GER. Schattenblum/oder Sterntraut.}

¶ Asterion item, ἀστερίων, Comeræ filius, qui Iasonem Colchos nauigantem secutus est: vt habet Apollonius, *Valer. lib. 1. Argonaut.* celer.

Asterion, rij, ἀστερίον. {AN. *A sort of spider.*} {Species est aranei, cuius morsu genua labefactantur, *vt tradit Plin. li. 29. c. 4.* ¶ Est & Asterion herba quæ & Spondylium dicitur, quòd semen habeat Asterij animalculi figura. *Vide Dioscor. li. 3. in descriptione* Spondylij.

ĀSTĔRĬS, pen. cor. ἀστερὶς, Insula in medio Sami, & Ithacæ sita, *Strabo libro 1.*

ā̆stĕrno, is, re, astraui, astratum, Iuxtà sterno. {פרר *raphádh* חדבין *hirbits* חציץ *hisschchib* חשבים *hisschchis* ἀπὸ τοῦ παρασρώννυμι. GA. Coucher & estendre aupres. ITA. *Distendere.* GER. Herzu streuen/ Nåben etwas legen. HISP. *Derrebar a'go haʒia otra cosa.* ANG. *To lie and spread out nigh another.*} *Ouid. vtitur eius passiuo 2. Metam.* Nocte diéque vocant, asternuntúrque sepulchro.

ĀSTĔRVSIA, ἀστερουσία, mons Cretæ ad meridiem, mare aspiciens: à quo & Asterusia Indiæ vrbs nomen habet, quòd illic Cretenses coloniam collocarint. Huius incolæ Asterusiani vocantur, & Asterusij, ἀστερουσεῖς, *Stephano.*

ā̆sthmătĭcŭs, cũ h. {ἀσθματικός. GA. Pouslif, qui a son aleine à grande difficulté. ITA. *Chi spira con difficultà, chi à l'asmo.* GERM. ein keichiger/der schwarlichen vnd mit keichen athmet/ein engbrustiger. HIS. *Cosa que tien difficile respiracion.* ANG. *Wich breathed panefullie pursey.*} Anhelus & spiriosus dicitur: quum scilicet spirare fine sono & difficultate quispiam non potest. ¶ Id autem morbi genus Asthma, ἄσθμα vocatur, hoc est, spirandi difficultas.

ASTICE, ἀστικὴ, Regio est Thraciæ, supra Bosphorum, Ponto Euxino imminens, cuius vrbes sunt Apollonia, Thynnias, Almedessus, Deuelton, & Phinopolis. {GERMA. ein landtschafft in Thracien so an das Euxinisch Meer stosset. *De hac Plin. l. 4. c. 11.*}

ASTIGI, ciuitas Bæticæ, à qua Astigitanus ager. *Plin. li. 3. c. 1.*

ASTIOCHIA, *Vide* ASTYOCHIA.

ā̆stĭpŭlŏr, pen. cor. Assentior. {יאת *jaáth* רצה *ratsáh.* ἀποδέχομαι, ἐπαινέω, συνίημι, συνατανεύω. GA. Consentir à quelque chose. ITA. *Consentire.* GERM. Der willigen/vberein kommen. HI. *Consentir con otro, y otorgar.* ANG. *To consent, to any thing, to aggree.*} *Liu. 9. bell. Macedon.* Non pendere ex alterius vultu ac nutu, nec alienis monumentis animi circumagi, astipularíque irato Consuli Tribuni plebis.

ā̆stĭpŭlātĭo, Assensus. {רצון *ratsón.* συνίημι, συγκατάθεσις. GALL. Consentement & accord. ITAL. *Consentimento, accordo.* GERMA. Derwilligung/mitstimmung. HI. *Consentimiento.* ANG. *Consenting, according with another.*} *Plin. lib. 29. cap. 1.* Qua de re extat etiam Annei Senecæ astipulatio.

ā̆stĭpŭlātŭs, us, Attestatio, vel assensus, *Plin. lib. 7. cap. 47.* Consecratus est viuus, sentiénsque, oraculi eiusdem iussu, & Iouis deorum summi astipulatu.

ā̆stipulātŏr, oris, Qui assentitur. {רוצה *rotséh.* συγκατατιθέμενος. GA. Qui s'accorde de à aucun & est de son opinion. ITALIC. *Chi si accorda à concorre in opinione con alcuno.* GERM. ein verwilliger/mitstimmer. HIS. *El que assi consiente con otro.* ANG. *He that consenteth with another.*} *Cic. 4. Acad.* Sed illud falsum esse & Stoici dicunt, & eorum astipulator Antiochus.

ā̆stĭtŭo, is, astitui, astitutum, compositum ex Ad & Statuo, Iuxtà statuo, præsentem exhibeo. {העמיק *hehemidh.* παρίστημι. GAL. Ranger, agencer. IT. *Collocare.* GER. Herzen setzen/ neben etwas stellen HIS. *Estallegar.* ANG. *To sett or place nigh by.*} *Autor ad Heren. li. 1.* Ægrotum in lecto cubantem faciemus, & reum ad lectum eius astituemus. ¶ Est item Astituo ad ignem colloco. *Plaut. in Cap. sc. 1. a. 4.* Iuben'an non iubes astitui aulas, patinas eluì?

ā̆sto, as, astiti, astitum, Præsens, aut firmus, seu erectus sto. {עמד *Famádh.* παρίστημι. GAL. Estre pres, assister, estre debout pres quelque chose. IT. *Esser presente, estar fermo in piede.* GER. Beystehn/Zugegen stehn/ nåben etwas stehn. HIS. *Estar en piece cerca de otro.* ANG. *To stand by, to be present.*} Ponitur interdum absolutè. *Plaut. in Capt.* Ego miser vix asto præ formidine. *Idem in Ciste.* Adolescens asta, atque audi. *Idem in Cas.* Strultus contriui diem, dum asto aduocatus cuidam cognato meo. *Idem,* Continuò in genua astanti. [*Plaut. Mostel. sc 4. a. 1.* Caue ne cadas, asta. *Item,* Astans somniat. *Pl. Mene. sc. 4. a. 2.* Vidi te astare ante ædes cum corona. *Plaut. Men. sc. 2. a. 4.* Dicam te hic astare foris: *Pl. Men. sc. 2. a. 2.* bis & astare foris. Quid, malum, astas? quin retines (i. otiosus es?) *Pl. Merc. sc. 5. a. 2.* Egóne istuc dixi? Alc. atque astante hoc Sosia: *Pl. Amph.* Solarij astant, astant molochinarij (creditores.) *Plau. Aulu. sc. 5. a. 3.* Vide vt astitit seuera fronte, curas, cogitas, *Plaut. Merc. sc. 2. a. 2.* Sic sine astet, i. stans expectet. *Pla. Asin. sc. 4. a. 2.* Vix asto præ formidine. *Pl. Cap. sc. 4. a. 3.* Vt confidenter mihi contrà astitit. *Pl. Cap. sc. 5. a. 3.* Postquam ille hinc abiit, tu astas solus, pseudole. *Plau. Pseud. sc. 3. a. 1.*] *Cic. pro Archia,* Quum in Sigeo ad Achillis tumulum astitisset. ¶ Aliquando significat simpliciter sto. *Virgil.* Arrectíque auribus astant. ¶ Interdum Sum, quum de rebus loquimur, quę cadere non possunt: vt quum dicimus terram astare.

ĀSTŎMI, ἄστομοι, Indiæ populi sine ore, anhelitu tantum viuentes, & odore. {GERM. Völcker in India/die kein mund habend/vnd nur vom geschmack lebend.} ab *a* priuatiua, & στόμα quod Latine os significat, *Plin. lib. 7. c. 1.*

ĀSTRAEA, ἀστραία, Astræi & Auroræ, siue (vt alij malunt) Iouis & Themidos filia, Iustitiæ antistita, quâ Poetæ fabulantur aureo illo seculo è cælo in terram migrasse, & tandem, mortalium sceleribus offensam, cælum repetiuisse. *Ouid. 1. Meta.* Vltima cœlestum terras Astræa reliquit.

ĀSTRAEVS, ἀστραῖος Vnus fuit ex Titanibus, qui contra deos arma sumpserunt. Hic cum Aurora fertur concubuisse, & ex ea ventos genera sse: qui ab eo Astræi fratres dicti sunt. *Ouid. 14. Metam.* Aeráque, & tumidum subitis concursibus æquor Astræi turbant, & eunt in prælia fratres.

Ā̆străgălŭs, pen. corr. Os est pedis in animalibus quibusdam supra calcaneum, à Latinis Talus dictum. {ἀστράγαλος. GAL Vn osselet qui est au talon, ou au bout d'vne esclanche de mouton, duquel on loue au lieu de dez, garignon. ITA. *Tallone.* GER. Knoden/stein ein spil mit wurffen. HIS. *Carnicol.* AN. *Te hukle bone.*} ¶ Astragalus item ludi genus erat, in quo astragalis, hoc est, talis vtebantur, iisque, aut naturalibus, aut ad earum similitudinem ex ebore, aliáve materia effictis: de quo ludi genere vide plura in dictione Talus. ANGLIC. *The play at the dice, the play at the hukle bones.*} ¶ Astragali quoque dicuntur septem spinæ vertebræ, quibus collum incumbit, quos σπονδύλους τῆς τραχήλου Suidas appellat. Vnde *Hom. lib. 10. Odyss.* Elpenorem tradit in Circes ædibus de scalis delapsum, astragalos fregisse. ¶ Est item Astragalus (*vt ex Dioscoride colligit Ruellius*) herba quam Montanum vel rusticum cicer appellamus.

¶ In ædificiorum quoque columnis Astragalus erat cælaturæ quoddam genus, ab herbæ fortasse huius similitudine dictum, cuius meminit *Vetruuius,* quum ait, Astragali faciendi sunt octauæ partis.

ā̆străgălĭzo, Talis ludo. {ἀστραγαλίζω. GA. Iouer au garignon ou aux dez. ITA. *Giocare à dadi.* GERM. Mit wurffen spilen. HIS. *Iuyar al carnicol.* ANG. *To play at the dice, or at the hukle bones.*} Vnde Astragalizontes, ἀστραγαλίζοντες; talis ludentes, quo nomine dictum fuit opus nobilissimum Polycleti ex ære, quod duos habebat pueros talis ludentes: de quo *Plin. lib. 34. c. 8.*

Astrapias, ἀστραπίας, Gemma est colore partim albo, partim cyanco, fulminis radios in medio habens discurrentes. Vnde & nomen accepit. *De hac Plin. lib. vlt. c. 11.*

ASTRAPAEVS, ἀστραπαῖος, Dictus est Iupiter, ab Astrape, quæ est coruscatio. ¶ Item Astrapæus ventus, qui fulgetras excitat.

*Astrepo, is, ui, tum, ere, vt *Plin. in Paneg. 42.* Ac plerique irritis precibus surdas principis aures astrepebant. *Tacitus,* Astrepebat huic alacre vulgus. Id est, applaudebat. *Budæus.*

ĀSTRĔVS, ei, Dictio dissyllaba, ἀστρεύς, Nomen vnius ex iis, qui à Perseo in aula Cephei regis sunt occisi. *Ouid. 5. Met.* Occidit & Celadon Mendesius, occidit Astreus.

ā̆strĭngo, Coniungo, contraho, coarcto, {רצ *tsár* אץ *ats* חחץ *dachátz* קפא *kaphá* חסם *chasám* בלם *balám.* συσφίγγω GAL. Serrer, estreindre, lier, contraindre. ITA. *Stringere, ligare.* GE. Zusammen ziegen/zu einander zwingen. HISP. *Appretar mucho.* ANG. *To draw together, to make streict.*} *Plau. Cap. sc. 5. a. 3.* Astringite isti vehementer manus. *Idem Men. sc. 1. a. 1.* Quum magis astringas (hæc vincula) tantò astringunt arctiùs. *Col. lib. 3.* Quam omnes surculos, quos arbor patietur, dimiseris, libro vimi vel vimine arborem astringito. *Virgi. 1. Georg.* Seu durat magis, & venas astringit hiantes.

* Astringere frontem, pro Corrugare, *Sen. epist.* to. [Astringere superciliì vultum. *Quint.*]

* Astringere se furti, *subaudi* scelere, *Plaut. Pœnulo.*

¶ Per translationem Astringere ponitur prò obligare, ἐνέχειν: & sic genitiuo iungitur, sicut Gellius notauit Sabinum scripsisse, Qui alienum tacens lucrifaciendi causa sustulit, furti astringitur, siue scit, siue non scit. ἐνέχεσθαι κλοπῆς. ¶ Quandoque pro promittere: quia promissa, vincula fidei dicuntur. *Terent. in Eunuch.* Meam astringo fidem. [Astringere milites ad stipendiorum certam formulam. *Suet. in August. ca. 49.* Astringere milites parsimonia, (de regione inopi.) *Liu. l. 9. d. 4.* Alii alligati, alii adstricti. *Senec. c. 16. de vita beat.*] Est item Astringere, ἐνοῦσθαι, medicorum verbum, quod significat Densare, & poros, siue meatus contrahere) (Dissoluere.

* Astrictus, a, um, particip.) (Relaxatus. *Cicer. in Parad.* Voluptatibus astricti, i. alligati. Astricta frons, pro contracta, *Mart. lib. 11.* [Astricto terra perusta gelu. *Ouid. El. 4. l. 3. Trist.*]

ā̆strictĭo, verbale, Astringendi actus. {חנפ *kippáon.* στύψις στεγνότης. GA. Restriction, aspreté. IT. *Stringezza.* GE. Zusammen ziehung/oder bindung. HIS. *Apretamiento, aspreza.* ANG. *Making streight.*} *Plin.* Gustus amari cum astrictione.

ā̆strictōrĭus, a, um, Quod astringit. {συστικὸς. GALL. Qui restreint ou peut restreindre. ITA. *Cosa che vale perstringere.* GER. Das enge macht, zusammen zeucht. HISP. *Cosa para mucho apretar.* ANG. *That bindeth.*} *Plin lib. 24. c. 13.* Paliuri folia astrictoriam vim habent.

ā̆strictē, aduerb. Arctè, στεγνῶς, ἀλύσεως, σφιγκτῶς. GAL. Estroitement, ferrement. ITA. *Strettamente.* GERM. Eng/nach zusammen. HISP. *Apretadamente, estrechamente.* ANGL. *Narrowlie, streictlie.*} *Cic. 3. de Orat.* Qui putat orationem, quæ quidem sit polita, atque facta quodammodo non astrictè, sed remissius, numerosam esse oportere.

ā̆strĭtis, otis, Gemma crystallo propinqua, quæ si astris opponitur, fulgorem eorum rapit & regerit. *Plin. lib. 37. c. 9.*

Āstrŏbŏlismŭs, ἀστροβολισμὸς, Arborum vitium est, quum Caniculæ æstu (quam *Theophrastus* peculiariter ἄστρον appellat) humore absumpto arescunt. Larinorum nonnulli Siderationem interpretantur. ¶ Transfertur & ad animalia, quum pars aliqua corporis cum ipsis etiam ossibus exarescit: quod mali genus σφακελισμὸς à *Galeno* appellatur.

ā̆strŏītes ἀστροίτης; Gemma quæ oculis pistilli similis esse perhibetur. *Autor Plin lib. 37. c. 9.*

ā̆strŏlābium, ἀστρολάβιον, Instrumentum ex quo actorum motus colliguntur.

ā̆strŏlŏgĭa, ἀστρολογία, Scientia tractans de cognitione & motu astrorum: quæ & Astronomia dicitur: quanquam non desunt, qui hæc ita distinguant, vt Astronomia sit quæ de motu astrorum disserit: Astrologia autem, quæ de iudiciis agit ad vitam fortunámque pertinentibus. Verùm hæc differentia non obseruatur. *Cic. de Senect.* In astrologia C. Sulpitium audimus. *Idem 3. de Diuin.* Eudoxus in Astrologia facilè princeps.

ā̆strologŭs siue Astronomus, {ἀστρολόγος, ἢ ἀστρονόμος. ANGL. *which hath skill and knawledge of the starres.*} Qui astrologiæ, siue astronomię gnarus est. *Cic. 2. de Diuin.* Quid astrologus? cur stella Iouis aut Veneris coniuncta cum Luna ad ortum puerorum saluatis sit, Saturni, Martísve contraria? Astrologorum prædictiones, apud eundem, ibidem.

ASTROPHE. (Quod hìc pro vna ex Pleiadibus corruptè legebatur) Vide ASTEROPE.

ā̆strum, ἄστρον. *Vide in dictione* ĀSTER.

ā̆strŭo, is, Iuxtà struo & ædificium ædificio iungo. {בנה *banách* חרכיב

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

hidhlik חבר *chibbér.* συγκαταπαυκδλίζω. GALL. Bastir & edifier ioignant autrui. ITA. *Fabricare appresso, fortificare, confirmare.* GE. Zuhin bawen. HIS. *Fabricar, afirmar, ò confirmar.* ANG. *To build by or nygh any thing.* } *Colu. lib.* 1. Nam quum veteri astruitur recens ædificium, quasi surgenti reluctans onori cedit. ¶ Translatè, pro affirmare sumitur. *Plin. li.* 18. *c.* 12. Periti rerum astruxerunt, non ferre tantum annuo fœtu, quantum, &c. *Astruere auditis pro Augere audita, & plura affingere. Sil. l.* 4.

ĂSTŬ, generis neutri, vt cornu, Pro ciuitate Athenienſi, quam ἄστυ vocabant, ſed à Latinis mutatur y, in u, & fit Astu, vt inquit Priſcianus. *Ter. in Eun.* An in astu venit? *Prob. Aemi in Alcibiad.* Poſtquam in astu venit, concione aduocata verba ſic fecit. ¶ Apud Latinos verò Astu, ſiue Astus, idem quod calliditas, πανουργία, quæ & Astutia dicitur. Feſtus Pompeius, Astu apud Poëtas astutiam ſignificat: cuius origo à Græco ἄστυ, hoc eſt, ab oppido deducitur, in quo qui verſati aſſidue ſint, cauti & acuti eſſe videntur. [*Ouid. 13. Metam.* Astu decipienda fuit.] *Vide infrà in actione* ASTVS.

ĂSTŪ, aduerbialiter pro astutè ponitur, πανούργως. *Terent. in Eunucho,* Quod ſi astu rem tractaſſet, dij voſtram fidem, Quantam & quàm veram laudem capiet Parmeno? [*Plau. Gap. ſc.* 1. *a.* 2. Doli non doli ſunt, niſi astu colas.]

Astus, adiect. videtur finxiſſe *Plaut. Trucul.* - ſi venerit Neiſtum ecaſtor hodie astis confectum fallaciis.

ĂSTŬPĔO, es, ui, ère, Eſt ad rem vel auditam vel viſam obſtupeſcere. *Stat. Thebaid. lib.* 3. Astupet oranti.

ASTVRA, ἄστυρα, Flumen Latii, & inſula in fluuii oſtio. *Plin. li.* 3. *cap.* 5. Antium colonia, flumen Astura, & inſula. *Et li.* 33. Tenuit & noſtra memoria nauem Caii principis ab Astura Antium nauigantis. Ab aliquibus etiam Stura dicitur. Vnde Feſtus, Stura, flumen in agro Laurenti eſt, quod quidam Asturam vocant.

ASTVRĬA, ἀστουρία, Regio Hiſpaniæ in tractu Tarraconenſi, Artabris, Gallæcis, Cantabris, & Vardulis finitima: equis tolutariis nobilitata, qui ab ea Asturcones vocati ſunt.

ĂSTŭR, ris, ἀστούριος, Gentile nomen eſt, cum ſignificans, qui ortus eſt ex Asturia Tarraconenſis Hiſpaniæ regione. *Martialis* pro poſſeſſiuo vſus pauit, Asturem equum dicens, pro Asturico, ſiue Asturicenſi. Ira enim habet in Diſtichis, Hic breuis ad numerum rapidos qui colligit vngues, Venit ab armiferis gentibus Astur equus. ¶ Eſt item Aſur, Hetruſci cuiuſdam proprium nomen, qui Æneæ ſuppetias tulit aduerſus Turnum: de quo *Virg. lib.* 10. *Æneï.* ¶ Astur item, Ariſtotelì ἱέραξ ἀστερίας, *Gallis* Auſtour, auis eſt. Asturum & Falconum meminit *Iulius Firmicus lib.* 5. *Matheſeos.* Vide Trioches.

ĂSTŪRĒS, ἀστόρικοι, Sunt Hiſpaniæ populi memoratiſſimi, Gallæcis, Artabris, Vardulis, & Cantabri: proximi, aurifodinis & equis quondam eam tolutariis nobilitati, quibus non vulgaris in curſu gradus, ſed mollis alterno crurum explicatu glomeratio eſt. *Pl. li.* 8. meminit Asturum multis locis libri 3. *Silius.* Eorum tractus. Asturiæ nomen habet.

ASTVRIA, Germaniæ vrbs *Ptolem.* vulgò Baydenhauſen.

ASTVRICA AVGVSTA, Hiſp. Tarraconenſis vrbs in finibus Asturiæ. *Ptolemæus*

ĂSTVRCŌNES, Equi ab Asturia regione Hiſpaniæ ita appellati, quibus non vulgaris in curſu gradus, ſed mollis alterno crurum explicatu glomeratio eſt {GER. Zeltnerroß. ANG. *Ambling geldings, or hackneys, as a genet of Spaine.* { vt tradit *Plin. li.* 8. *cap.* 42. *Silius lib.* 3. His paruus ſi nipes neque matri notus: at idem aut inconcuſſu glomerat veſtigia dorſo, aut molli pacata celer trahit eſſeda colle. Talem greſſum Græci ἄδρομον vocant, à bonitate curſus. Latini dicunt tolutarios equos, à tollendis pedibus, & tollutim glomerandis. [*Suet. in Nero. c.* 46. *Et Sen. Epiſt.* 88. *Et Mart. Epigr* 199. *lib.* 14.]

ĂSTŭS, us, maſc. gen. πανουργία, Astu, astutia, à Græco ἄστυ, quod Latinis oppidum ſonat. Nam qui in vrbibus frequentes ſunt, ſolent eſſe callidiores. *Iduis u.* 16 Non ars aut astus belli, vel dextera deerat. Callidi astus. *Sen. in Troade.* Acris astus. *Valerius* 2. *Argonaut.*

ĂSTŭTUS, ta, tum, adiect. Verſutus, cautus. {עָרוּם. *Iaróm.* πανοῦργος. GA. Fin, cauť, ruſé, malitieux. ITA. *Aſtuto, malitioſo.* GERM. Listig/geſcheid. HIS. *Aſtuto y cauto oſo.* ANGL. *Craftie, ſubtil, wylie.* } *Seruius,* Propriè astutos malitioſos vocamus *Cic* 2. *Ver* ita fiet, vt tua ista ratio exiſtimetur astura, meum hoc conſilium neceſſarium. *Idem* 3. *Off.* Certè non aperti, non ſimplicis, non ingenui, non inſti, nō viri bonique verſuti potiùs, obſcuri, astuti, taillacis, malitioſi, callidi, vereteratoris, vafri. *Pl. Caſin.* Nec fallaciam astutiorem vllus fecit Poëta. [*Idem Aſin. ſc.* 2 *a.* 3. Astutos, audaces, valentes, &c. *Et in Pſe. ſc.* 3. *a.* 1. Opus eſt hominem astutum, doctum, ſcitum & callidum.]

ĂSTŪTĬA, tiæ, Calliditas, malitia {עָרְמָה. *Hormáh.* πανουργία. GA. Ruze, fineſſe, astuce, cautele. IT. *Aſtutia, calliditta, malitta.* GER. Listigkeit/geſchcydigkeit. HIS. *Aſtutia, cautela* ANG. *Craft in eſſe, malice, wylineſſe* } *Cic. 5. de Fin.* Quibus abeſt ad præcauendum intelligendi astutia. *Ter. in Eunuc.* nunc opus eſt tua Mihi ad hanc rem exprompta memoria atque astutia. [Ita hanc inſtituam astutiam. *Pl. Mil ſc.* 2. *a.* 2. Dum te in regionem astutiarum mearum te induco. *Pl. Merc. ſc.* 2. *a.* 2 Noſtris ſycophantiis, dolis, astutiis. *Pl. Aſin. ſc.* 3. *a.* 3. Inceſt ſpes nobis in astutia, ſiue dolo. *Plau. Capt. ſc.* 1. *a.* 2.]

ĂSTŪTĔ, aduerb. Callidè, verſutè. {עַרְמָה. *beHormáh.* πανούργως. GAL. Finement, cauteleuſement. ITA. *Aſtutamente.* GER. Listiglich. HISP. *Con aſtucia.* AN. *Craftie ie. with wylineſſe ſubtillie.* } *Cic. ad Q. Frat.* Nihil tamen nec temerè dicere nec astute reticere debeo. [Vt lepidè, vt astutè venit in mentem malam *Pl. Moſt. ſc.* 3. *a.* 1. Quid istuc quod voluis astutè tecum in corde, *Pl. Mere. ſc.* 2. *a.* 2.]

ASTYAGĒS, ἀστυάγης, Gyaxaris filius, Perſarum & Medorum rex, & pater Mandanes, quę Cambyſi mediocris dignitatis Perſę nupta, Cyrum peperitque auus, inſomnijs quibuſdam exterritus, Harpago cuidam ex intimis familiaribus necandum tradidit. Qui quum tam crudele miniſterij per ſcipſum nollet exequi, Mitradati regio bubulco onus illud iniūxit. Erat Mitradati vxor nomine Spaco, quod Medorū lingua canem ſonat. Hęc tum fortè mortuū ediderat partum, quem pro Cyro magnificè curat ſepelirì: Cyrū autem ipſum, tanquam filium ſuum, domi educat. Qui poſtea ab auo agnitus, & in Perſidem ad parentes remiſſus, ſimulatq; adolcuit, Harpagi inſtinctu auo bellum intulit, eúmque, in prælio captum, quoad vixit, penes ſe habuit. *Ex Hero. lib.* 1.

ASTYALVS, *Vide* ASTYLVS.

ASTYANASSA, ἀστυάνασσα, Helenæ Menelai vxoris ancilla laſciuiſſima, dominámque prorſus ſe dignam nacta, quæ prima de variis concubitus modis librum conſcripſit: cuius exemplum poſtea imitatæ Philenis, & Elephantine, idem argumentum tractarunt. *Autor Suidas.*

ASTYANAX, ἀστυάναξ, [*German.* Ein ſon Hectoris.] Vnicus fuit filius Hectoris ex Andromache, natus poſt inchoatum bellum inter Troianos & Græcos, quem Vlyſſes, antequam naues è Sigeo ſoluerent, è turri miſera inhumanitate dedit in præceps, ne quid reliquiarum ſupereſſet, quod excidium Troiæ, & populi ruinam vlciſceretur. Hector vt plurimum vocabat Scamandrium. *Virgil. lib.* 3. *Æneid.* Paruúmque manu Aſtyanacta trahebat. Latinè principem ciuitatis ſonat, quaſi ἀναξ τῦ ἄστεος.

ASTYCRATIA, filia Acoli, *teſte Hom. Odyſſ. li.* 10.

ASTYDAMAS, ἀστυδάμας, Athenienſis, & filius eiuſdem nominis, ambo Tragici poëtæ fuerunt: pater etiam ſimmus philoſophus, & Socratis auditor. *Suidas.*

ASTYDAMIA, ἀστυδαμία Ormeni filia, quam Hercules, patre prius occiſo, rapuit. *Ouid.* Nec referam partus Ormeni Nympha tuos.

ĂSTŸLIS, idis, ἀστυλὶς. Lactucæ latioris genus, ſine caule, quæ ob inſignem frigiditatem Veneri maximè creditur reſiſtere: vnde & Eunuchion, & Spadonion à nonnullis eſt appellatum. *Vide Ruel. libr.* 2. *capite* 10.

ĂSTŸLŬS, ἄστυλος, Vnus fuit ex Centauris: & quoniam augurio valebat, futura prænoſcens, fratres monuerat, ne bellum aduerſus Lapithas aſſumerent: ſed exorto in nuptiis bello, ipſe ſibi timens, vna cum Neſſo Centauro fugam arripuit. De hoc ita *Ouid. 12. Met.* Astylus ille etiam metuenti vulnera Neſſo, Ne fuge, ad Herculeos, inquit, ſeruaberis arcus.

ASTYLVS, ἀστύλος, Crotoniata curſor tribus Olympicis continuis vicit, ſtadio, diaulo & dolicho. Quod autem in vltimo ſe Hieronis magiſtrum ac Syracuſanum à præcone declarari fecerit, & Crotoniatæ tranſtatuam eius fregerunt, bona inſuper publicarunt. *Autor Pauſanias.* Meminit eius *Plato* in legibus, qui eum non tàm ex victu, quàm perpetua virginitate clarum prædicat. ¶ Fuit præterea Aſtylus quidam, Troianus, à Menelao occiſus, *teſte Homero in prin. 6. Iliad.*

ASTYMEDVSA, ἀστυμέδουσα, Oedipi fuit vxor (hanc enim repudiata matre, quam primùs matrimonio ſibi coniunxerat, ſed incognitam, in vxorem duxit) quæ vt liberis prioris coniugis infenſum parentem faceret (vt ferè omnium nouercarum mos eſt) apud patrem eos accuſauit, tanquam qui ſe de ſtupro appellaſſent, quapropter Oedipus iratus regnum cruentum reliquit.

ASTYNOME, ἀστυνόμη, Chryſę Apollinis ſacerdotis filia (vnde & Chryſeis dicta eſt) quæ, Chryſa oppido à Græcis expugnato, in prædæ diuiſione Agamemnoni ceſſit. Quam tamen poſtea peſtilentia ab Apolline immiſſa adactus, patri reſtituit. *Autor Homerus primo Iliad.*

ASTYNOVS, ἀστύνοος, Princeps quidam Troianus, quem Diomedes in bello Troiano interfecit, *vt ſcribit Hom lib.* 5. *Iliad.*

ASTYOCHIA, penultima producta, ἀστυόχεια, Actoris filia fuit: quæ quum ſola in ſummum paternæ domus cœnaculum aſcendiſſet, à patre compreſſa creditur. ¶ Fuit & altera eiuſdem nominis, quam Hercules rapuit, & ex ea Tlepolemum genuit: *de qua Homer. in Catal. nauium.*

ASTYPALAEA, ἀστυπάλαια, Inſula eſt in mari Carpathio aut certè Icario è regione Cnidi, oppidum habens eiuſdem nominis. *De hac Pl. li.* 4. *c.* 12. ¶ Eſt item Aſtypalæa oppidum in Cō inſula, cuius meminit *Strabo l.* 4.

ASTYRA, ἄστυρα, vel Astyrum in ſingulari, Ciuitas Myſiæ, iuxta Troadem. Eſt & vicus prope Adramytteum, item ciuitas Phœniciæ, vbi Minerua colebatur, & Bœotiæ iuxta Potniam: Item Italiæ regio. *Stephanus.*

ASVLA, per ſimplex ſ, oppidum in agro Brixiano.

ASVRVS *Vide* ASORVS.

ASVS, ſiue ἄσος, Stephano, ſiue (*vt apud Plin. legitur*) Aſum, Oppidum eſt Cretæ inſulæ mediterraneum: *de quo Plin. lib.* 4. *c.* 12.

ASYCHIS, ἄσυχις, Ægyptiorum rex, poſt Mycerinum, cuius opus fuit lateritia pyramis apud Memphim, *vt teſtatur Herod. c.* 2.

Aſyla, herba eſt, qua ſibi pecora medentur, ſi quando anagallidem fœminam imprudenter guſtauerint. Latini Ferum oculum appellant, *teſte Plin lib.* 26. *c.* 13.

ĂSŸLUM, {מקלט *miklá.* ἄσυλον. GALLI. Temple où il y a franchiſe, lieu de franchiſe. ITALIG. *Luogo priuilegiato & inuiolabile.* GERM. Ein Freyheit/ein Ort da einer frey iſt HIS. *Lugar priuilegiato para los mal hechores.* ANG. *Sanctuarie, a place of refuge.* } Templum aliuſve quiuis locus inuiolabilis, conſecrationis lege tutus à direptione, ad quem confugientes ſine ſummo piaculo auelli non poterant. Dictum Aſylum ab α priuatiuo, & verbo συλάω, quod eſt, rapio, prædor, & ſacrilegio polluo. *Serv.* tamen Aſylum dictum mauult, quaſi ἄσυρον, à verbo σύρω, quod eſt traho: propterea quod inde auelli quemp. nefas eſſet. ¶ Aſylum autem primùm Athenis ſibi conſtituerunt Herculis poſteri, veriti vim eorum, qui ab illo fuerant vexati. *Statius* 12. *Thebaid.* Fama eſt, defeſſos acie poſt buſta paterni Numinis Herculeos ſedem fundaſſe colonos. ¶ Hos deinde imitatus Romulus, & ipſe Romæ aſylum conſtituit inter Capitolium & Palatium in ſacro luco, quod Quercetum dicitur. [Aſilæi Dei templum ſtructum à Romulo *Plutar. in Rom.*] Vnde *Pedian. in Varronem* III. à principio tres fuerunt tribus: Tatienſes vna à Tatio rege: Ramnes altera, à Romulo: Luceres tertia, à Lucomone, ſiue à luco, quem lucum Aſylum vocauerat Romulus. *De hoc Virgil. lib.* 8. hinc lucum quem Romulus acer Aſylum Retulit. Scribit *Liu. lib.* 5. *Bell. Maced.* Templum Apollinis Delij fuiſſe Aſylum, atque ſacra templa à Græcis vocari Aſyla. [Idem oſtendit initio *lib.* 2. *ab Vrb.*] Ad aſylum confugere, prouerbialiter dicimus, quum extremum refugium intelligere volumus. *Cic. actione in Verrem* 3. Se quæſtorem prohibitum eſſe dicebat quominus è phano Dianæ ſeruum ſuum, qui in illud aſylum confugiſſet, abduceret. *Aſylum, item ſtatua ad quam confugientibus ius erat aſyliæ. Bud.* [Aſylorum ius & morem aboleuit Tiberius Impe. *Suet. in Tiber. c* 37.]

ASYLIA, ἀσυλία. Ius libertatis, immunitatis & veniæ, quòd is conſequebatur, qui ad aſylum confugiebat: quod immunitatis genus etiam hodie obſeruari videmus in iis, qui ad diuorum templa confugiunt, *Budæus in Annotationibus in Pand.*

Asymbŏlus,[ἀσύμβολος.GAL.Franc d'escot.ITA.*Franco de pagare lo scotto.*GE.Der kein ürten gibt/Zach frey.HI.*El que some y no escoto.*AN.*Scot-free,that ayed nothing.*}Qui symbolum non dedit, & sine collatione accessit ad confessationem.*Terent.in Phorm.*Téne asymbolum venire vnctum,atque lautum è balneis &c.[*Gel.c.13.l.6.*]

Asymphōnĭa,ἀσυμφωνία,Latinè inconsonantia,ἀσύμφωνος,discors.

Asyndĕtŏn,ἀσυνδετον,siue Asyntheton,ἀσυνθετον,dici potest, incompositum,vel disiunctum.Est enim figura, quum plura sine coniunctionis vinculo proferuntur,vt,Veni,vidi,vici. [*Plau.Cur.sc.3.a.1.* Strepitum claustrorum audio,Ædituum aperire fanum.*&c.*]

Asynthĕta,ἀσυνθετα.*Pli.*appellat crystalla,quæ pura sunt & sine vitio.

Asystătŏn,ἀσύστατον, Idem quod instabile,aut adeò repugnans, vt subsistere non queat.Vnde genus quoddam philosophiæ quod Arcesilas introduxit ignorantiæ magister,à Gellio Asystaton appellatur. Affirmabat enim Arcesilas,sese hoc vnum scire,quòd nihil sciri posset.Cuius assertionis veritas subsistere non potest. Nam si hoc scias, nihil sciri posse:sequitur aliquid esse quod sciatur.Sic inducitur, dogma sibiipsi repugnans,seseque dissoluens.

Asystătŏs,id est,Non consistens status.Africanus hac voce vsus est in l. qui quadraginta ad leg.Falcid.vt vulgati habent codices : tametsi in Not.tex.τῶ ἐλαδοτῶρι legatur:iuxta Alciat.vtraque lectio videtur posse defendi,nisi quòd altera ad Rhetores,altera ad Dialecticos pertinet. *Vide eum capite 8. libri parerg.*

A ante T

AT.In notis antiquorum, aut. A. TE.à tergo. A.T.M.D.O. aio te mihi dare oportere. ATQ. atque. A.TRE B. Aulus Trebonius.ATR. autoritas vel autor.A.TP. annuo tempore.A.TT.ante titulum.ATR. TP.ad turrem Tarpeiam. A. T.AB. adolescentis testiculos abscidit.

Ăt,Particula principiis apta,præsertim quum aut indignationem,aut dolorem exprimere volumus,vt iræ æstum,aut querelas significantiùs ostendere valeamus.{כי *chi* אך *aeh* אבל *abal.ἀλλά.*GALLI.Mais. ITA. *Má.*GERM.Aber.HISPA.*Mas,empero,pero mas.*ANG.*Bot.*} *Virgil.2. Aeneid.*At tibi pro scelere,exclamat, pro talibus ausis Dij(si qua est cœlo pietas,quæ talia curet)Persoluant grates dignas. *Terent.* At tibi dij dignum factis exitium duint.Quandoque superiorum dictorum discretiuum est:*vt apud eundem in Andria*, At mihi scrupulus vnus restat. Quandoque rerum differentiam denotat:vt,Scipio est bellator,at Cato Orator. ¶Quandoque ponitur pro Saltem. *vi.Ouidius,* Crudeles somni quid me tenuistis inertem? At semel æterna nocte premenda fui.Et apud *Virgil.1. Aenei.*Si genus humanum,& mortalia temnitis arma,At sperate deos memores fandi atque nefandi. [Nunquam te aspiciam posthac: At certè semper amabo.*Catull.*]Quandoque aduersatiuum.*Virgil.4. Aeneid.* At regina graui iamdudum saucia cura.Nam quum Æneas quiesceret, Regina turbabatur,quod est contrarium.[Nec Romulus illas Condidit,at nostri Roma nepotis erat.(pro Atqui,vel tamen)*Ou.6.Fast.*At ego te sacram coronam surripuisse Ioui scio.*Pl.Me.sc.5.a.5.*Si me derides, At patrem meum non potes.*Ibi sc.1.a.5.*At non per dubias errant mea carmina laudes(.i.ne que verò)*Tibul.l 4.*Non dedit,at dabit. *Pl.pseud.sc.3.a.1.* Iuppiter te perdat. P.Te volo.B.At ego vos ambos. Mox, Non licet colloqui? At mihi non lubet.*Pl.Pseud.sc.3.a.1.* Elleborum potabis xx.dies : at ego te fodiam xxx.*Pl.Me.sc.5.a.5.* At mehercule id dixisti cum cruciatu tuo.Irascentis.*Pl.Curc.sc.3.a.1.*Non habeo aurum.E.At tu quando habebis tum dato,*Ps sc.3.a.3.*At vt scelesta sola secum murmurat? *Idem Aul.sc.1.a.1* At scelesta, Viden'vt ne me quidem dignum existimat, quem adeat.*Pl.Asin.sc.2.a.1.*Domum ire cupio.At vxor non sinit. *Pla. Men sc.5.a.5.*Feci insipienter,At non malitiosè tamen. *Pl.Mer.sc.6.a. 2.*At tu ne clam me comesses prandium?*Pl.Men.sc.2.a.4.*Bellator vale.L.At tu ægrota.*Plau.Curc.sc.3.a.4.* At faciem eorum cum videas haud videntur mali.*Pl.Ps.sc.2.a.1.*At ita me machęra & clypeus iuuĕt, nisi virgo mihi &c (.i.Minantis & irascentis.) *Pl.Curc.sc.4.a.4.* At Iuppiter te perdat diíque omnes.*Pl.Mo.sc.2.a.1.*At Iupiter bene te amet.*Pl.Mer.sc.2.a.2.*Potin aliam rem vt cures.C.At.P.Bat.*Pl.Ps.sc.3.a. 1.*]¶Componitur cum enim,vt,Atenim,ἀλλὰ γὰρ δὴ ἀλλά.Est autem hęc particula anthypophoris in primis accommodata. *Cicero 2.de Natur. deorum:*Atenim minora dij negligunt:sic enim dicitis. *Idem in Diuinat.in Verrem,*At enim istum soli Siculi persequuntur,ciues Romani, qui in Sicilia negotiantur,defendunt,diligunt.[Atenim ille amat meretricem *Gall.voire-mais.Pl.Me.sc.2.a.2.*Atenim scin' quid est? *Pl.pse. sc.2.a.2.*Nolo faciat.C. Atenim ne quicquam me vis.*Pl.ps sc.5.a.1.* Atenim,*Sen.e.7.de Consol.ad Mart.*]

Atăbŭlus,ἀταβυλος. Ventus Apuliæ peculiaris : vnde etiam Apulus peculiari epitheto appellatur. *Horat.2.Satyr.5.*Incipit ex illo montes Appulia notos Ostentare mihi quos torret Atabulus. Quem locum explicans Porphyrion, Atabulum dictum ait, παρὲ τὸ πλὼ ἀτλως ϛάλειν,hoc est, à noxa, detrimentóque inferendo. Est enim frigidissimus,*teste Plin.libr.17.cap.24.* & si flauerit circa brumam, omnia exurit, frigore arefaciens, vt nullis postea possint solibus recreari, [*Gell.c.22.lib.2.*]

Atabyria,æ,ἀταβυρία,Vnum est ex vetustis Rhodi insulæ nominibus. [*Germ.*Ein alter nam der Insel Rhodis.]ductum ab Atabyro rege, *vt Plinio placet lib.5.ca.13.* siue (vt alii malunt)ab Atabyri,editissimo totius insulæ monte.

Atabyris,ἀταβυρις,Mons est editissimus totius Rhodi insulæ,Ioui Atabyro sacer,*cuius meminit Strab.l.14.*

Atacini, orum, ἀτακῖνοι, Populi Narbonensis prouinciæ, Atacis amnis accolæ, qui circa Narbonem Martium fluit : à quo & nomen acceperunt. Meminit horum *Pompo.lib.2. & Hermolaus in Plinium:* qui etiam Atacinorum familiam Romæ illustrem,nomen hinc traxisse existimat.

Atălantă,ἀταλάντη, Schœnei, vel vt alij malunt, Iasij Argiuorum regis filia,virago, & forma, & viribus corporis præstans, quæ prima aprum Calydonium sagitta vulnerauit. Hæc quum mira corporis velocitate præstaret,& à nuptiis omnino abhorreret, syluis tantùm & venatu sese oblectabat, procíssque suis cursus certamen proposuit,in quo victum, mortis pœna : victorem, coniugij sui præmium sequeretur. Multis itaque superatis, tandem ab Hippomene, Veneris consilio victa,nupsit victori : quúmque in æde Magnæ matris, nulla numinis habita reuerentia, cum illo concubuisset, in leænam conuersa est,& Hippomenes in leonem. Vide fabulam *apud Ouid.lib.10.Metam.Vide Muretum ad Catul.* ¶Fuit & Atalanta,vxor Acasti, regis Iolci, quæ Pelei amore capta quum a eo repulsam tulisset,amore in odium commutato, Peleum apud virum detulit, quòd vim sibi inferre conatus esset. Quamobrem Acastus vxoris delationi temerè fidem habens, Peleo bellum intulit: qui Tyndaridis (quorum in Colchica nauigatione socius fuerat)in auxilium vocatis, Acastum prælio superauit,captóque Iolco, Atalantam supplicio affecit. *Ex Suida* [Imò duæ Atalantæ apud poëtas reperiuntur Arcadica vna: Argiua seu(vt alij aiunt) Bœotica altera : illam Iasij,aut Iasonis, aut Iasionis:Hanc Schœnei filiam fuisse ferunt:Illam Milonioni:Hanc verò Hippomeni nupsisse: Vnde Schœneida Atalantam vocant Poëtæ: Atalantæ etiam meminit *Suet.in Tib.c.44.*]¶Est & Atalanta, fons in portu Cyphantarum : dictus quòd ibi venatrix fœmina situ & æstu, languida consederit,& petra venabulo eius percussa,lacicem prębuerit,sicut scribit *Pausanias.**Hinc Atalantæus, Adiect. *Stat 4.Thebaid.* Iámque Atálantæas implerat nuntius aures.

Ătălantēs,ἀταλάντη, Exigua est insula Eubœæ adiacens,è regione Opuntiorum:cuius meminit *Thucyd lib.2.* [*Germ.*Ein Insel nahe bey Negropont gelägen.]

Atarbicis,ἀτάρβικις,ciuitas in Propontide insula,*Stephan.*

Atargata,*apud Strab.lib.16.*deæ cuiusdam nomen est,quæ apud Assyrios colebatur,Ab aliis Atergatis dicitur.*Vide infrà.*

Atarna,æ,ἄταρνα,*Stephano,*Vrbs fuit in ora Mysiæ,è regione Lesbi.

Atarnes,ἀτάρνης, Darij Persarum regis frater, filius Hystaspis, cuius filiam vnicam nomine Phratagunam Darius vxorem duxit : *vt testatur Herod lib.7.*

Atarphyni,ἀτάρφωνοι,Gens magna Arabiæ,*Steph.*

Ătăt,interiectio est paulatim percepti atque intellecti mali,ἀτὰ ἀτὰ,εἰ εἰ.*Ter. in Eunuch.*Atat,data hercule verba mihi sunt. *Seruius in Arte.* Atat; est aliquid de improuiso deprehendentis. Quandoque est interiectio timoris,*Terent.in Eunuch.*Atat mihi homo formidolosus es?[Atat illic homo huc iturus est,ibo ego illi obuiam,*Plau.Amph.*Atat modo in mentem venit.*Pl.Asin.sc.2.a.3.* Atat perij,aperitur bacchanal,adest: *Idem Aul sc.3.a.4.*Atat senem Eccum ipsum *Ibide.sc.5.a.4.*Atat autem Timentis est ex improuiso, *Diomedes lib.1.*]

Ătăuus,pe corr.Est abaui,vel abauiæ pater.{אב *ab.πάππος* GALL.I'ayeul ou pere grand du bisayeul.ITA.*Terzo auolo.*GER.Drâne des grossvatters/oder der Grosmuter HISP.*Tercero abuelo.*ANG.*Mygreat grandfathers father.*}*Terent.in Phorm.*memoriter Progeniem veltram vsque ab auo atque atauo proferens. *Cicero pro Cæl.* Non patrem tum videras?non patruum,non auum:proauum : atauum audieras Consules fuisse?

Ătax,ἄταξ,Fluuius est Galliæ Narbonensis, ortum habens ex Pyrenæo monte,qui infunditur in mare Tyrrhenum.*Luc.lib.1.* Mitis Atax gaudet Latias non ferre carinas.

Ătē,ἄτη,Latinis Noxa dicitur.Ab *Homero* dea fingitur,quæ homines malis implicat,mentéque seducit, & perturbat : cui repellendæ & placandæ,Litæ Iouis filiæ oppositæ sunt,quæ tanto sunt tardiores,quanto noxa est grauior.*Vide Erasmum in Adagio,* Ira omnium tardissimè senescit.

Ătĕchnĭă,pen. cor.{ἀτεχνία,ANG.*Vnskilfulnesse,lack of knawledge.*}Ruditas,imperitia.*Quin.l 2.c.21.*

Ătĕr,a,um,Obscurus,niger,ab atterendo dictum:quòd quæ atteruntur, liuorem contrahant.{שחור *schachor.μέλας.*GA.Noir,obscur. IT.*Nero, obscuro.*GER.Schwartz/finster.HIS.*Negro,obscuro y no lympio.*ANG.*Blacke as a cole,browne,stinking.*}*Ci.5.Tusc.*Alba & atra discernere non poterat Democritus luminibus amissis *Teren.in Adelph.*Tam excoctam reddam atque atram,quàm carbo est.[*Pl.Men.sc.5.a.5.*Dic mihi albumne an atrum vinum petas? Atram vestem laureatis foribus inducere.*Sene. e.16.de Con.ad Polyb.*) Atra bilis,succus est frigidus & siccus, qui ex multa adustione atri colorem ĕtraxit:Græci μελαγχολίαν vocãt *C.3. Tuscul.*Hanc enim insania,quæ iuncta stultitiæ patet latiùs, à furore disiungimus.Græci volunt illi quidem,sed parum valent verbo,quem nos furorem,μελαγχολίαν ipsi vocant. Quasi verò atra bili solùm mens; ac non sæpe vel iracundia grauiore,vel timore,vel dolore moueatur. [Atra bilis agitat hominem.At te atra pix agitet.*Plau.Capt sc.4 a.3.*] ¶Interdum Atrum capitur pro funesto:vnde Atri dies, aduersi & infœlices vocabantur, quibus Romani insignem aliquam cladem acceperant:vt dies ante quartum Calen.Nonas,vel Idus ater habebatur: quod ante quartum Calen.Sextiles clades ad Cannas credatur accepta.*Gell.l.5.c 17.*[De atris diebus *Plaut.in Lucullo.*]Atrum agmen,Pulueris nube coopertum,*Virgi.12.Æneid.*campóque atrum capit agmen aperto *Seruius.** Cupressus atra,*Virgil.3. Æneid.* Id est nigra & funesta:nam inferis consecrata est,quia cæsa nunquam reuirescit.*Et paullò post,* Atra autem,quòd atratos lares significet. *Hæc Seruius.*

Ătrātŭs,a,um,Ater factus,{קודר *kodhér.μελανείμων.* GAL.Noirci, portant le dueil.ITA. *Fatto nero.*GER.Geschwertz/schwartz gemacht.HISP.*Hecho negro,ò vestido de vestidura negra* AN.*Black-d, made blacke.*} Vt atratus fluuius,atro colore tinctus.*Cic.2.de Diuin.* Quid, quod fluuius atratus sanguine fluxit?¶Atratus item, veste lugubri indutum significat.[ANGLIC.*Cladde in mourning apparell.*]Albatus.*Cic.in Vatin.* Cedo, quis vnquam cœnauit atratus? ita enim illud epulum est funebre,vt munus sit funeris,epulæ quidem ipsæ dignitatis.

Ătrĭtās,,atis,Nigredo.{קדרות *kadrúth.μελανότης.*GALL.Noirceur.ITAL. *Nerezza,Negrezza.*GERM. Schwertze. HISP. *Negror, negrura.*ANGLIC.*Blacknesse.*} *Plaut.in Pœn.*Ita replebo atritate, vt atrior multò fiet Quam Ægyptij.¶Aliquando pro immunitate capitur.

Ātror,oris,pro Atritate.*Gell.lib.2.cap.26.*Rubidus autem est, rufus atrore,nigroréque multò mistus.

Ātrāmēntūm,ab atro colore dicitur.{דיו *deió.μέλαν τὸ.*GAL.Encre,peinture noire.IAL.*In.biostro.*GERMANICE.Schwartze farb/Dinten. HIS. *Tinta para escriuir,o tinta delos pinteros,ò tinta delos,capateros.*ANGL. *Inke.*} Cuius duo sunt genera, scilicet Scriptorium, μέλαν γραφικὸν, Herm. quod & Librarium dicitur, quòd librarij in transcribendis libris eo vterentur: & Tectorium, à tectoriis, quo pictores vtebantur. ANGLI.*Pinters inke.*] *Cic. ad Quint.Frat.* Calamo & atramento temperato, charta etiam dentata res agitur. ¶Ebur atramento candefacere,dixit.*Plaut.*[*sc.3.a.1.*]pro, genuinæ formæ cul-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tum atque ornatum externum inducere, quò decus illud natiuum obscuretur magis quàm illustretur. Proinde lena puellæ naturali forma præditæ, tamen cerussam ad oblinendas malas postulanti, vna, inquit, opera ebur atramento candefacere postules. ¶Est & Sutorium atramentum quod in inficiendis pellibus sutores coriarij vsurpant. χάλκανθον. Vulgò hoc à vitri similitudine Vitriolum nominant. *Plin.lib.34.ca.22.* Græci cognationem æris fecerunt nomine & atramento Sutorio: appellant enim Calchantum. [AN *Copperas or vitrie. Cic.lib.Epistol.9. ad Pet.* Iam pater eius accusatus est à M. Antonio: Sutorio atramento absolutus putatur. Subesse videtur prouerbium, Sentit, opinor, hominem absolutum fuisse iudicum corruptela, non citra infamiam. ¶Atramentum pro sanguine est sepiis. *Plin.l.9.c.29.* Vbi sensêre se apprehêdi, effuso atramento, quod pro sanguine his est, infuscata aqua absconduntur.

Ἀτραμēntārium, Vasculum, quo atramentum continetur. {πδρkéseth. μελανδοχεῖον. GA. Cornet à encre. ITAL. *Calamaro deue se tien l'inchiostro.* GER. Dintenfaß/Dintenhorn. HIS. *El tintero de tinta para escriuir.* ANG. *An inkehorne.*

Ἀτĕrāmnă, ἀτέραμνα. A Theophrasto appellantur legumina coctu contumacia: cuiusmodi Plato ea esse tradidit, quæ per boum cornua ferendo in terram ceciderunt. Græcis enim ἀτέραμνος, idem est quod incoctilis, & indomitus. *Vide Ruell.lib.2.c.38.*

ATERIVM, ἀτέριον, Ciuitas Siciliæ. *Steph.*

ATHACVS, ci, Genus volucris gradiens super quatuor pedes, longioráque retro crura habens, de quo fit mentio in Leuitico.

ATHAMANIA, Regio Illyriæ, secundum alios Thessaliæ. *Steph.*

ATHANA, Oppidum. *Plin.l.6.c.28.*

ATHANES, Fluuius est Scythiæ Thraciæ in Istrum defluens.

ATHARABIS, Vrbs Ægypti. *Steph.*

ATISCOTI, Populi Britannici.

ATERGATIS, ἀτεργατίς, quam & Atergatam & Decreto *Strab.lib.16.* appellat, Deæ cuiusdam nomen, quæ apud Ascalonem Syriæ ciuitatem colebatur. {GERM. *Ein abgöttin der Ascalonirer in Syrien war oben auß weibsbild vnnen auß ein fisch.*} Hanc Plinius prodigiosam Atergatim vocat, quòd simulachrum eius monstro simile effingeretur, superiore parte mulierem, reliqua piscem referens. Hanc ferunt fuisse matrem Semiramidis, quæ ob amissam pudicitiam tantum animo dolorem cõcepit, vt sese in lacum præcipitem dederit: quúmque cadauer eius ab vrinatoribus inueniri non posset, creditum est eam in piscem fuisse transformatam. Quo factum est, vt deinceps à piscium esu vicini populi religiosissime abstinerent. Vnde & Atergatim dictam volunt, quasi ἀτιρτανδος, quod Syris sine piscibus sonat. *Macrob.1.Satur.* duo fuisse Assyriorum numina tradit, Adad, & Atergatim, ex quibus omnia gigni arbitrantur: per Adad nimirum Solem, per Atergatim terram intelligentes. *Vide Cæl.Rhod.li.23.c.5.*

ATERNVS Fluuius est Italiæ, in ora Ferentanorum, per agrum Adrianum in mare Adriaticum illabens. *Plin.li.12.& 13.*

ATESTE, Ciuitas regionis Venetæ, *vt tradit Plin.lib.3.c.19.*

Ἄthāmās, ἀθάμας, Suidæ, Ætoli fuit filius & Thebarum rex, qui Nephelem in vxorem duxit, & ex ea Hellen & Phryxum genuit. Sed quum Nephele, furore Liberi patris concitata, in syluas abiisset, Athamas liberis suis Ino Cadmi filiam superinduxit nouercam: quæ priuignos identidem apud patrem accusans, eò illos compulit, vt consecto aureo ariete (quem quidam è Neptuno & Thcophane genitum tradunt, & eius vellus à Phryxo mari consecratum, postremò inter sydera relatum) fuga sibi consulerent. Quapropter Iuno irata furias in Athamantem immisit, quæ in tantam rabiem eum duxerunt, vt quum Ino ad se euntem videret, hanc lœnam & filios suos eiusdem catulos arbitratus, raptum Learchum ex filiis alterum saxo illiserit. Quod Ino vidēs cũ Melicerta altera prole fugiens, se ex rupe in mare præcipitē dedit, & deorum miseratione in deam marinam mutata est: quam Græci quidem Leucotheam, Latini autem Matutam appellant. *Vide infrà in dictione Ino.* ¶Hic Athamantis, id est, Helle eiusdem filia.

Ἀthāmantĭădēs, Id est, Phryxus, Melicertes, vel Learchus Athamantis filius. ¶Athamas etiã est Thessaliæ mons, *vt habet Pl.li.4.cap.8.* Est etiam fluuij nomen, qui decrescente luna ligna sibi admota incẽdit, *vt autor est Ouid.15.Met.* Admotis Athamantis aquis incendere lignum Narratur, minimos quum Luna recessit in orbes.

ATHAMANES, ἀθαμᾶνες, Populi sunt Ætoliæ: *de quibus Plin.lib.4.c.2.*

ATHANASIVS, ἀθανάσιος. Præsul Alexandrinus, educatus ab Alexandro eius ciuitatis Præsule, olim Diaconus in Concilio Niceno fuit. Arrianorum deinde maximas perpessus insidias, ad Constantem Galliarum principem aufugit. {GER. *Ein frommer bischoff zu Alexandria.*} *De quo plura Volaterranus.*

Ἀthānătŏs, pen.cor. {ἼΠ *chai* ἀθάνατος. GAL. Immortel. ITA. *Immortale,* GER. Vnsterblich. HI. *Cosa que non puede morir.* ANG. *Immortell, no subiect to death.*} Dicitur immortalis, quod nomen Deo Opt. Max. conuenit ¶Fuit autem Athanatus vir incredibili corporis robore, quippe quem thorace plumbeo quingentorum pondo, & cothurnis totidem pondo indutum, per scenam ambulantem, *Plinius* se vidisse testatur *li.7.c.20.*

Ἀthărā, ἄθαρα. Puls ex olyra siue siligine, infantibus vtilissima: qua tamen & adultos illinunt. *Vide Plin.lib.2.c.25.*

Ἀthēnae arum, ἀθῆναι, Ciuitas Græciæ totius celeberrima, disciplinarum omnium altrix & amplissimarum coloniarum fœcundissima genitrix, in ea Achaiæ parte sita, quæ quòd magna sui parte litoralis est, olim Acte, & deinde Attica vocata fuit, quasi Actica. {GER. *Die statt Athen in Griechenland/so von vrer hochenschulher/auß deren so vil furbundiger gelehrter kommen seind/treffentlich verrumpt geweseu ist.*} Hanc Cecrops primus condidit, vnde & Cecropia dicta est: postea à Mopso Mopsopia, & ab Ione Xuthi filio Ionia, & à Minerua Athenæ. Græci enim Mineruam, ἀθηνᾶ dicunt. *Horat.2.Epist.* Adiecêre bonæ paulo plus artis Athenæ. [meretricem Athenis, *Plaut.Milit.sc.1.a.2. Et Pseud.sc.1.a.1.* Serue Athenis pessime. *Plaut.Pseud.sc.3.a.1.* Athenis nemo nequior. *Ibid.*] *Cic.1.de Orat.* Vt omittam Græciam, quæ semper eloquentiæ princeps esse voluit, atque illas omnium doctrinarum inuentrices Athenas, in quibus summa dicendi vis & inuenta est, & perfecta. Tres autem (vt quidam asserunt) fuêre Athenæ, ab vnis Athenæi: ab alteris Athenienses: ab aliis Athenipolitæ dicti sunt.

Ἀthēniēnsis, adiectiuum, ἀθηναῖος. *Cic.pro Flac.* Adsunt Athenienses, vnde humanitas, doctrina, religio, fruges, iura, leges ortæ, atque in omnes terras distributæ putantur. ¶ Athenienium inconsulta temeritas, ἡ τῶν Ἀθηναίων δυσβουλία. Quadrat in eos quibus malè consulta vertunt bene. Nam id olim vulgo tributum est Athenienibus, quòd ipsi quidé socorditer consultarent, parúmque prospicerent: verum Minerua ciuitatis præses illorum malè instituta bene vertere consueuit.

ĂTHĒNAĒVM, ἀθηναῖον, Locus erat Mineruæ dicatus, ad quem Poëtæ aliique scriptores Græci scripta sua deferebant, quemadmodum Poëtæ Latini ad Apollinis templum. Accipitur item pro auditorio publico, ad quod conuenichant studiosi, vt aut Poetas recitantes, aut Rhetores declamantes, aut Philosophos aliarúmve disciplinarum professores audirent. {GER *Ein ort da man gute kunst profitiert vnd lehrt.*} Dictum est autem Athenæum, ἀπὸ τῆς ἀθηνᾶς, hoc est, à Minerua, studiorum antistita *Iul.Capit.* Postea verò vbi adoleuit in Athenæo controuersias declamauit, audientibus etiam Imperatoribus suis. *Lamprid.* Ad Athenæum audiendorum & Græcorum, & Latinorum Rhetorum vel Poëtarum causa frequentior processit.

¶ Est & Athenæum promontorium Campaniæ non procul à Pompeiis in extrema sui parte Mineruæ facellum habens, ab Vlysse conditum. *Autor Strab.lib.5.*

ĂTHĒNAĔVS, ἀθηναῖος, Cilix Peripateticæ sectæ Philosophus fuit tempore Augusti. ¶Fuit etiam hoc nomine Grammat. Naucratites, qui sub M. Antonio claruit, qui libros Dipnosophistarum varia eruditione refertos conscripsit: quos Hermolaus Byzantius in Epitomen contraxit. *Plura de hoc vide apud Suidam.*

Ἀthēnĭōn, ἀθηνίων, Pictor insignis fuit, Glaucionis Corinthij discipulus cuius opera numerantur à *Plin.lib.35.c.11.*

ĂTHĒNŌDŌRVS, ἀθηνόδωρος, Philosophus fuit, Augusti familiaris, quem quum natura ad iram procliuiorem videret, hoc illum præcepto instruxit: Quum ira, Cæsar, te ceperit, nihil priùs neque dixeris, neque feceris, quàm ipsa quatuor & viginti elementa literarum Græcarum tecum ipse percurreris, & memoria recensueris: vt ita concitatio illa quæ momentosa est, mente aliò traducta, parui temporis interiectu languescat. Hic fuit discipulus Dionysij Areopagitæ. Composuit opus varium, quòd διάφορα inscripsit.

¶ Fuit & Athenodorus sculptor eximius. *Plin.lib.34.c.5.*

ATHENOPOLIS, ἀθηνόπολις, Oppidum Massilienium. *Plin.lib.3.c.4.*

Ἄthĕos, ἄθεος. Impius, qui negat Deum esse, qui est sine Deo.

Ἀthĕrōmătă, ἀθερόματα, Tubercula sunt ex genere apostematum: ita dicta, quod humorem pulli similem in se contineant. Nam ἄθηρα, Græcis pultis genus ex olyra siue siligine confectum. *Vide Galen.lib.vlt. Method.*

Ather, eris, ἄθηρ. In hordeo dicitur summa spicæ cuspis: vt ex *Galeni* autoritate docet *Ruellius lib.1.c.2.*

ATHESINVS, pen.prod. ἄθεσις. Fluuius effluens è lacu, qui in Apennino est, suprà Carnos incumbente, & labitur in Istrum. *Autor Strabo lib.4.*

ATHESIS, penult.product. ἄθεσις. Fluuius qui ex Tridentinis alpibus Tridentum alluit, & Veronam diuidit: deinde per latas Padi paludes gradiens, non longe à Brundulo portu in Adriaticum mare influit. *Plinius lib.3.cap.16.* {GER. *Ein fluß so von dem Tridentischen gebirg durch Italien ins Meer laufft/welchen die Itali Ades/ Germani die Etsch nennend.*}

Āthlētă, pen.prod. Pugil, luctator ad luctationem & certamen institutus. {ספכן *neebák.* ἀθλητής. GAL. Luicteur. ITA. *Maestro di lotta.* GER. *Ein fechter/ein ringer/tempffer.* HI. *Luchador.* AN. *A great vorastler or runner at games, à champion.*} Ab ἄθλιω, quod est certo. Pollux hoc nomine Gymnicos omnes intelligit, παλαίστας, δρομέας, πυγμάτας, διαπαλαίοντας καὶ ἀλλομένους, hoc est, luctatores, cursores, pugiles, item disco & saltu certãtes. *Cic.2.Tusc.* Faciunt idem, quum exercentur, athletæ. [*Ex libro Varronis 2.& 3. probat Victorius* Athletas etiam vocaros, qui in aliquibus rebus cæteris antecellerent. *c.9.l.24.* Athletarum spectaculum (& mox sequitur) pugilum. *Suet.in August.c.44.*]

Āthlētĭcă, Absolute dicitur pro arte certandi, ἀθλητικὴ. Subaudita voce τέχνη, vt cùm dicimus Dialectica, Rhetorica, Grammatica, & cætera artium nomina, quæ ferè sunt Græca. {ANG. *The art or skill of vorastling.*} Vnde apud Iurisconsultum legitur, ignominiosos non esse, qui athleticam virtutis gratia exerceant.

Āthlētĭcŭs, a, um, ἀθλητικός. {ANGL. *Belonging to vorastlers or champions.*} Quod athlerarum est: vt, Athletica certamina.

Āthlētĭcē, Id est, optimè & firmissimè. {AN. *Stronglie, plightlie, like a champion*} *Plaut. in Bachi.* Benéque vsque valuit. C. Pancraticè, atque athleticè.

ATHLIBIS, Vrbs Ægypti, & alia Arabiæ. *Steph.*

Āthlŏthĕtēs, ἀθλοθέτης, Certaminum iudex: {ANGL. *Iudge of vorastlers or champions.*} Quo verbo vtitur *Suetonius*, Athlothetæ in gymnicis ludis erant, hoc est, curatores, constitutoréque certaminum, iidem qui βραβευταί, & Agonothetæ. Horum erant lictores mastigophori, id est, flagiferi, ad summouendã turbam, & cohibendas seditiones. *Bud.*

ATHMODVM, Pars Cecropidis tribus. *Steph.*

ATHOCHARI, populi sunt Scythici in Asia. *Herod.*

Ἄthōs, ἄθως *Stephano*, Vulgò *Monte sancto.* Mons inter Macedoniam & Thraciam tantæ altitudinis, vt vsque ad insulam Lemnon vmbram porrigere dicatur. {GER. *Ein hoher storziger berg/zwischen Thracien vnd Macedonien gelägen.*}

¶ Vnde locus factus prouerbio, Athos celat latera Lemniæ bouis, Ἄθως κρύπτει πλευρὰς λημνίας βοός. Vbi quis officit, aut molestus est, aut gloriam cuiuspiam obscurat, aut alioquin obsistit. Tradunt in Lemno bouis fuisse simulachrum ingens, candido factum lapide. Id Athos mons tametsi longo dissitus interuallo, tamen ad summam celsitudinem obscurat vmbra sua. Ita dictus à Gigante eiusdem nominis. Situs est hic mons in Cherroneso, quæ Chalcidicæ regioni angusto Isthmo annectitur: quem Xerxes bellum Græciæ inferens, perforauit, montémque ipsum à continente abscidit. Huc alludit *Iuuen.Sat.10.* creditur olim Velificatus Athos. Seruius in illud *Virg.2.Æneid.* Quantus Athon, aut quantus Eryx: Athon metri necessitate, non Athos legendum præcipit: existimans nimirum posteriorem syllabam corripi. Qua tamen in re fallitur, quum apud Græcos ἄθως, scribatur per ω magnum, [*Meminit Cæsull.de com.Beren.*]

Athri-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Athribitis, Præfectura Ægypti. *Vide Stephan. in* Pſenaco *& in* Achlibis.

ATHRYS, huius Athrys, fluuius eſt Thraciæ in Iſtrum fluens.

ATHYMBRA, Vrbs Cariæ iuxta Menandrum, ab Athymbro condita, & Niſſa poſtea dicta. *Steph.*

ATGYRAS, Portus & fluuius iuxta Byzantium, & ſinus quidam, & fluuius Scythiæ, *Steph.*

ĂTĬMĒTŬS, pen. prod. ἄτιμητος. Libertus Cæſaris fuit, vt deprehenditur ex inſcriptione ſarcophagi, quem Homonææ vxori ſuæ defunctæ poſuit cum elegantiſſimo Epitaphio: cuius exemplum videto *infrà in dictione* HOMONAEA.

ĂTĪNA, pen. prod. ἄτινα, ciuitas iuxta Pontinas paludes: dicta à morbis, qui Græcè ἄται dicuntur, quos paludis vicinitas creat. *Mart. lib.* 10. Quo ciue priſca gloriarur Atina. ¶ Inde Atinates populi, quorum meminit *Plin. li.* 3. *c.* 5.

Atinia, æ, Genus vlmi, rariſſimam ferens ſameram (ita enim vlmi ſemen vocant) eámque inter frondes, quas prima germinatione edit, latentem. *Colum. lib.* 5. *ca.* 15.

ATINTANIA, ἀτιντανία, Pars Macedoniæ, ab Atintane Macedonis filio dicta.

Atizoes, ἀτιζόης, Gemmæ ſpecies argenteo nitore fulgens, magnitudine trium digitorum, ad lenticulæ figuram, odoris iucundi. *Vide Plin. libr.* 37. *c.* 10.

ATLANTICAE INSVLAE, ἀτλαντίδες νῆσοι. Vulgò *Iſole beate*: quas Beatas vocant: ſeptem quidem hæ ſunt, paruo inter ſe diuiſę mari, decem millibus ſtadiorum ab Atlante diſtantes. Imbres illic rari mediocréſque, venti autem plurimum ſuaues ac roriferi. Solùm verò pingue: nec arari vllo modo, plantaríve deſiderat, ſed etiam ex ſe abſque vllo humano ſtudio fructum producit, dulcem quidem & otioſam multitudinem nutrire ſufficientem. Aër ſyncerus, ac temperatus & mediocri mutatione per tempora contentus. Nam qui à terra perflant venti, vt Boreas & Aquilo, propter longinquitatem per vaſta & inania incedentes ſpatia fatigantur, & deficiunt priuſquam ad eas inſulas peruenerint. Qui verò à mari perflant Argeſtæ & Zephyri, raros quidem & temperatos imbres ex pelago afferunt. Plurima verò per humiditatem aëris cum ſumma facilitate nutriunt, vt etiam apud Barbaros increbuerit fides, ibi Elyſios campos eſſe, & beatorum domicilia ab Homero decantata.

ĂTLĀS, antis, ἄτλας, Mauritaniæ rex fuit, qui humeris cęlum ſuſtinuiſſe dicitur, quod primus curſum Solis & Lunæ, ſyderúmque omnium verſationum rationes, vigore animi, ſolertiáque deprehenderit. {GE. Ein König in Mauritania/der sternen sahen vnd der kunſt vom deß himmels lauff wol berichtet.} Hic fuit Promethei frater, qui quum monitus eſſet oracvlo, vt caueret à Iouis filio, nullum hoſpitio ſuſcipiebat: quod Perſeus Iouis ex Danaë filius indignè ferens, oſtendit ei caput Gorgonis, quo conſpecto Atlas in montem conuerſus eſt tàm excelſum, vt eius cacumen cerni nequeat. Hinc factus eſt locus fabulæ, vt Atlas rex Mauritaniæ cœlum humeris ſuis fulcire dicatur. Ferè medio monte nubes incipiunt: hyeme & æſtate niuem habet. Columnam cœli indigenæ appellant. ¶ Atlas cœlum, Ἄτλας τὸν οὐρανὸν, ſubaudiendum ἐστήριξεν, i. ſuſtinuit. Dici ſolitum de iis qui ſeſe magnis & moleſtis inuoluunt negotiis, ipſique ſibi malum accerſunt. Nam hic Cœlum hoſpitio excepit: deprehenſus autem quòd illi ſtruxiſſet inſidias, præceps datus eſt in mare Atlanticum.

¶ Ab eo monte populi incolentes Atlantes dicuntur, qui ſoli ſunt ἀνώνυμοι, hoc eſt, ſine nominibus: nam in vniuerſum Atlantes nominantur: ſingulis nullum proprium nomen imponitur. Solem orientem, occidentémque dira imprecatione contuentur, vt exitialem ipſis, agríſque. Neque inſomnia viſunt qualia reliqui mortales. *Plinius, Solinus, Herodot. autores.* Ex Atlante ingentia flumina oriuntur, inter quæ Nilus. *Auguſt. lib.* 18. *de Ciuit.* Frater Promethei Atlas, magnus fuiſſe aſtrologus dicitur: vnde occaſionem fabula inuenit, vt eum cœlum portare confingeretur: quamuis mons eius nomine nuncupetur, cuius altitudine potiùs cœli portatio in opinionem vulgi veniſſe videatur. *Diodorus lib.* 4. Ferunt Atlantem aſtrologiæ fuiſſe peritiſſimum, déque ſphæra primùm inter homines diſputaſſe: qua ex re viſus eſt cœlum ſuis humeris ſuſtinere, locum præbente fabulis ſphęræ inuentione. Scribunt quidam duos eſſe montes in Mauritania Atlantes dictos: alterum columnis Herculis viciniorem, alterum in interiore Lybia. Remotior ab Atlante rege in eum conuerſo dictus eſt, quem cæli columnam nominant. Tres autem Atlantes fuiſſe memorantur. Vnus rex Italiæ, & pater Electræ vxoris Coryti. ¶ Alter rex Arcadiæ & pater Maiæ, ex qua natus eſt Mercurius. ¶ Tertius Maurus, qui dictus eſt Maximus. Hic primus nauim conſtruxit, nauigauítque. ¶ Sumitur nonnunquam à Poëtis Atlas pro hominis ſimulachro, ſuſtinente columnas ædium, aut ipſum ædificium, ad ſimilitudinem Atlantis cœlum humero torquentis, qui etiam Latino vocabulo Telamones appellantur. Fiebant autem fere gibboſa figura, more eorum, qui onera dorſo geſtant: erántque omnino duo, interdum auerſi, interdum ſe inuicem ſpectantes. *Martial.* Non aliter ridetur Atlas cum compare gibbo.

¶ Eſt & Atlas, *teſte Herod. lib.* 4. Fluuius ex Hæmo monte naſcens: & Aquilonem verſus in Iſtrum defluens.

Atlāntĭcus, a, um, ἀτλαντικὸς: vt, Atlanticum mare, id eſt, ea pars Oceani, qui Mauritaniam ab Occidente alluit: ita dictum ab Atlante monte, qui eam Oceani partem reſpicit. *Cic. de Somnio Scipionis.* Omnis terra quæ colitur à vobis, parua quædam inſula, circunfuſa illo mari, quod Atlanticum, quod magnum, quod Oceanum appellatis in terris. *Mar. Oceano.*

Atlāntĕus, a, um, pen. prod. *Horat. 1. Carm.* Atlanteúſque finis Concutitur. Pleiades Atlanteæ, *apud Ouid. 3. Faſt.*

Atlāntĭdēs, æ, & per epentheſin Atlantiades, ἀτλαντιάδης, ἢ ἀτλαντιάδης. Patronymicum maſculinum: quo Poëtæ vtuntur pro Mercurio Maiæ filio & nepote Atlantis. *Ouid. 8. Metamorph.* Venit Atlantiades poſitis caduciſer alis.

[Atlantides Inſulæ fortunatæ, *Plutarc.* Atlantidos arua Calypſus. *Tibul. lib.* 4.

Atlāntis, idis, ſiue Atlantias, adis, ἀτλαντὶς, ἢ ἀτλαντιὰς, Patronymicum fœminínum, ſignificans filiam vel neptem Atlantis. *Virg. 8. Æneid.* Electra Atlantide cretus. *Silius lib.* 16. Víxque Atlantiadum rubefecerat ora ſororum. Vbi Atlantiades ſorores vocat Pleiades: de quibus ſuprà. ¶ Atlantides, ἀτλαντίδες. Vergiliæ dictæ ſunt. Atlas enim ex Pleione Oceani filia, vt ait Higinus (vt alij, Deucalionis) habuit quindecim filias, quæ vno vocabulo Atlantides dicuntur. Verùm quinque ex his Hyades ſunt nominatæ, à fratre Hyante à ſororibus plurimùm dilecto: reliquæ Pleiades à matre dictæ.

¶ Vergiliæ dicuntur, quia cum Vere exoriuntur. Et ſunt ſeptem, quarum ſex clariſſimè apparent: ſeptima verò, quia Siſypho nupſit, non videtur. *Cicero* ait, Hyadas à pluendo dictas. Noſtri Siculas vocant à ſuibus, quoniam ſues luto gaudent. Indicant enim pluuias.

Atlāntĭus nodus, Primus ſpinæ articulus vocatur à *Pli. l.* 18. *c.* 8.

ĂTNĔPŌS, ōtis, Filius abnepotis, vel abneptis, ἀνεψιὸς. GALL. Le neueu de mon neueu en droite ligne. ITAL. *Nipote di mio nipote per dritta linea.* GERM. Der enckel meines enckels. HISP. *El tercero nieto ò nieto del nieto.* ANG. *My nephews nephewe.*}

ĂTNĔPTIS, Filia abnepotis, vel abneptis. *Inſt. lib.* 3. {ἀνεψιὰ. GAL. La niepce de ma niepce en droite ligne. ITAL. *Figliuola della nipote in terza generatione.* GER. Die tochter meines finds tochter. HIS. *La tercera nieta, nieta de la nieta.* ANG. *My neece ſe neece.*}

ĂTŌCĬUM, ἀτόκιον, Dicitur omnis medicina quę conceptum abigit, hoc eſt, ſpem partus intercipit. *Pli. li.* 29. *c.* 4. Tertium genus eſt eodem phalągii nomine araneus, lanuginoſus, grandiſſimo capite: quo diſſecto inueniri dicuntur intus vermiculi duo, adalligatique mulieribus ceruina pelle, ante Solis ortum, pręſtant, ne concipiant. Vis ea annua eſt, quam ſolam ex omni atocio dixiſſe fas ſit: quoniam aliquarum fœcunditas plena liberis tali venia indiget.

ĂTŎMUS, pen. corr. gen. fœm. indiuiduum corpuſculum, quod τεμνω, id eſt, ſectionem non recipit. {ἄτομος. GALLI. Choſe ſi petite qu'on ne la ſauroit partir. ITAL. *Atomo, indiuiſibile.* GERM. ein ding das man nit kan zertheilen. HIS. *Coſa non partibile en partes, que non ſe puede partir.* ANGL. *A mote in theeſunne.*} res quę τεμνω, id eſt, ſectionem non recipit. Nam atomos inſecabilis dici poteſt, ab ἀ, & τέμνω, diuido, ſecto. Vnde & Atomi dictæ ſunt quas *Lucretius* minutiores dixit eſſe illis corpuſculis quæ infuſis per feneſtram radiis Solis, videmus. Vnde Epicurus ex ſuis atomis mundum ſtruit, & vniuerſa conformat, & earundem diſſolutione diſſoluit. *Cic. 1. Acad.* Quid eſt enim magnum, quum cauſas rerum efficientium ſuſtuleris, de corpuſculorum (ita enim appellat atomos) concurſione fortuita loquì? *Vide Giſanium in Lucretium.* ¶ Sunt etiam atomi in corpore, vt lapis quum diuiditur vſque ad minutiam quæ diuidi & ſecari non poſſit. ¶ Dicitur etiam eadem ratione Atomus, minimum, & inſecabile temporis momentum. ¶ Similiter in numeris vnitas.

ĂTŌSSĂ, ἄτοσσα, Filia fuit Cyri, quæ primùm Cambyſi, & poſt eius mortem Dario nupſit, *Herod. lib.* 3.

Atque, Coniunctio copulandi vim habens. {ו ום ‫גם‬. GALL. Et meſmes, enſemblement. ITAL. *Inſiememente.* GERM. Vnd auch. HISP. *Semejantemente.* ANG. *And, alſo.*} [*Plau. Capt. ſc.* 3. *a.* 2. Corde, & animo, atque viribus Clauim cedo, atque abi intrò, atque occlude oſtium. *Pl. Moſt. ſc.* 1. *a.* 3. Qui ſtellarum ortus comperit atque obitus: *Catull. de Com. Beren.*] *Virgil.* genus vnde Latinum, Albanique patres, atque altæ mœnia Romæ.] ¶ Quandoque pro Atqui, vt, Atque here ante dixeram. (i. Atqui) *Pl. Pſ. ſc.* 2. *a.* 1. Atque ego (i. atqui) *Pl. pſeud. ſc.* 3. *a.* 2. Atque ædepol monuiſti probè (i. atqui) *Plaut. Menæ. ſc.* 4. *a.* 1. Atque ille minus, minúſque curare (pro atqui, vel tamen) *Pl. Prol. Aul.* Ad cœnam atque condicam foras (pro atqui.) *Pl. Men. ſc.* 2. *a.* 1. Atque hoc haud veriſimile videtur vobis (pro Atqui) *Pl. Moſt. ſc.* 2. *a.* 1.]

¶ Quandoque aduerbium, quod pro Quàm poni ſolet, ὡς: vt *Perſius:* -qui tu impunitior exis, Atque hic? *Suet. in Caſ.* Velut grauius atque ipſe ſenſiſſet. *Cic. in Cat.* Simulachrum Iouis contrà, antea fuerat, ad Orientem conuerſum. *Idem de Somnio Scipionis.* Stellæ errantes verſantur retrò, contrario modo, atque cælum. *Idem Attic.* Hoc ad officium meum æquè, atque vllam rem pertinet. [Eundem animum mihi gratum eſſe oportet, atque olim (i. quàm) *Plau. Moſt. ſc.* 3. *a.* 1. Longè aliam atque olim orationem prædicas. *Plaut. Aſin. ſc.* 3. *a.* 1. Tam conſimilis eſt atque ego. *Plaut. Amphitr.* Nullus eſt adæquè Acherons atque ego, vbi fui in lupidicinis (i. quàm) *Pl. Capt. ſc.* 4. *a.* 3. Me verberare alio modo, atque ego te ſoleo, vis. *Pl. pſ. ſc.* 5. *a.* 1.] Quandoque pro celeriter & ſtatim, ὡς δὲ. *Vir.* Atque illum in præceps prono rapit alueus amni. [Vbi cœnauimus (inquit) atque illi tacent. (i. ſtatim.) *Pla. Capt. ſc.* 1. *a.* 3. Audio. B. atque in pauca confer. (i. confeſtim) *Plaut. Pſeud. ſc.* 3. *a.* 1. *Vide Gell. c.* 29. *lib.* 10. *Et Catull.* ad Ortallum. Atque illud præceps agitur de curſu.] Item pro Sed. *Cic. ad Teren. lib.* 14. *epiſt.* 4. Sed ſi hoc fuit liberis noſtris gratius, nos viuere: cætera, quanquam ferenda non ſunt, feramus. Atque ego qui te confirmo, ipſe non poſſum. [¶ Quandoque pro Ecce, Atque id mihi prodeſt. *Plaut. Men. ſc.* 6. *a.* 5. Atque hic quidem Euclio eſt. *Plaut. Aul. ſc.* 6. *a.* 1.] ¶ Quandoque pro feſtinè & intrepidè geminatum inuenitur. *Ennius*, Atque aſcendit ſuper muros Troiana iuuentus. ¶ Quandoque pro Poſtquam. *Plau. in Amph.* Neque ſe Luna mutat quoquam, atque exorta eſt ſemel. ¶ Atque adeò, particula eſt augmentatiua: qua vtimur, quum ſignificantius grauiúſque verbum leuiori ſubiungimus. *Cice. pro Sex. Roſc.* Hoc conſilio, atque adeò hac amentia impulſi. *Idem Att. li.* 1. Ego princeps in adiutoribus, atque adeò ſecundus fui. [Tu me vidiſti? Atque his oculis quidem. *Plau. Mil. ſc.* 4 *a.* 2. Reſpondit his verbis, atque adeò fideliter. *Plaut. Curc. ſc.* 3. *a.* 2. Vide Adeò. Vidiſſe oſculantem, âtque id cum aliéno. *Pl. Men. ſc.* 4. *a.* 2. Atque arguo eam me vidiſſe oſculantem: (i. præterea, inſuper) *Plaut. Ibid. ſc.* 3. *a.* 2. Ecquid habet aceti in pectore? C. Atque aciditſimi. *Pl. pſ. ſc.* 4. *a.* 2. Magnificus atque etiam maleficus. *Pl. pſ. ſc.* 2 *a.* 1. Atque ita, vide ita: Atque vtinam, Vide vtinam.]

ĀTQUĪ, Sed, ſed enim, at enim. {‫אבל‬ ‫אך‬ *abál.* ἀμέλει, ἀλλὰμὴν, ἴκουν. GAL. Mais toutesfois. ITA. *Ma certamente, perciocche.* GE. Aber. HISP. *Mas empero, mas.* ANG. *But, bot, neuertheleſſe.*} [Atquí ego certè cognoram à parua virgine magnanimam. *Catul. de Com. Ber.* At pol quin dixti rectius. *Plaut. Aſin. ſc.* 3. *a.* 4. Atquí pol non feres. *Ibidem ſc.* 3 *a.* 3.]

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Ter.in Adel. Atque ex me hic non eſt natus,ſed ex fratre. *Ci.pro Milo.* Atqui excelſo loco ſuperiorem ſe fore putabat Milo.

Atractylis,{ἀτρακτυλὶς,GALL.Eſpece de chardon qu'on appelle ſaffran baſtard.ITA.*Specie di cardo.*GE.Ein gattung einer diſtlen mit rören.HIS. *El cardo huſo.*AN. *An kinde of thiſtle.*}Spina eſt,ex qua mulieres colus faciebant,vnde & nomen habet.Ἀτρακτυλὶς enim dicitur ἀπὸ τῦ τὰς ἀγροίκων γυναῖκας ἀτράκτους ποιεῖν ὀξείας βάβδους. i.ex eo quòd ruſticæ mulieres hinc fuſos comparent.Eius duæ ſunt ſpecies,quarum vnam Cartamum agreſtem,alteram Carduum benedictum vocant officinę.*Vide Pl.l.21. cap.17.& Ruellium lib.3.cap.55.*

ATRAMITAE,populi Arabiæ fœlicis.*Pl.lib.9.c.28.*

ATRANI,Populi Hirpinorum in Italia,*apud Plin.li.3.c.11.*

ATRATINVS,Oratoris nomen eſt,qui Cælium accuſauit, defendente Cicerone.

ĀTRAX,ἄτραξ,Fluuius Ætoliæ : à quo Atraces quidam populi cognominati ſunt,vt ſcribit *Plin.libro 4.cap.2.* ¶Eſt item Atrax,Theſſaliæ oppidum à quo Hippodamia Pirithoi vxor Atracis Ouidio dicta eſt: & Atracia ars, Statio pro Magia, quæ apud Theſſalos plurimum viguit.

Atrăcĕs,pen.cor. ἄτραξες,populi ſunt Ætoliæ, quibus nomen dedit Atrax fluuius per agrum eorum in mare Ionium illabens,*teſte Pl. lib. 4.cap.2.*

Atrăcĭs,idis.ἀτραξίς,Gentile fœmininum ab Atracibus deductum Ætoliæ populis:aut etiam ab Atrace Theſſaliæ ciuitate.Vnde *Ouidius* Hippodamiam Pirithoi vxorem Atracidem vocauit.Atracis(*inquit*)ambi guos traxit in arma viros.

Atrăcĭus,a,um,ἀτράκιος,poſſeſſiuum deductum ab Atracia Ætoliæ regione:ſiue ab Atrace Theſſaliæ oppido.Vnde Atraciam artem *Statius* appellauit Magiam,quæ apud Theſſalos plurimùm viguit.Sic enim habet ille *li.1.Thebaid.* - qualis per nubila Phœbes Atracia rubet arte color.

ATRAE,ἄτραι,Ciuitas inter Euphratem & Tigrim.*Steph.*

ATREBATES,appellantur à Cæſare populi inter Belgas,quos hodie Arteſienſes vocamus.Vulgò *Arras*,vel,*Artois.*{GER.Dölcker deß Niderlands/ſo gemeinſich Arras oder Artois genennet werden.}

Atrebaticæ veſtes,χιτῶνες ἀτρεβατικοὶ,Veſtes erant coloris xerampelini, hoc eſt,ſiccatis vitium frondibus ſimiles,quæ apud Atrebates oprimę fiebant.*Suidas* Atrabaticas vocat,alij Atrabapticas, à coloris ſcilicet nigredine.*Vide Cæl.Rhod.l 16.c.10.*

ĀTRĔVS,diſſyllabum,ἀτρεύς,Pelopis & Hippodamiæ filius fuit:pater Agamemnonis & Menelai:qui ab ipſo Atridæ dicti ſunt. Fratrem habuit Thyeſtem,qui fratris vxori ſtuprum intulit.Atreus verò fratri filium epulandum appoſuit.Ob quæ facinora,Sol,ne pollueretur,curſum retrorſum dicitur conuertiſſe.¶Hinc prouerbiali figura dicimus,Atrei oculi,Ἀτρέως ὄμματα,de toruo truculentóque aſpectu.His enim oculis in Tragœdiis inducebatur Atreus.

Ātrĕŭs,a,um,ἀτρεῖος,Adiectiuum eſt trium ſyllabarum.*Stat ius 8. Theb.* Iprecor, Atrei ſi quid tibi ſanguinis vnquam.

Ātrĭdēs,dæ,pen.prod.ἀτρείδης , pluraliter Atridæ,arum,Atrei filij,Agamemnon & Menelaus.*Virg.1.Æn.* Atridas,Priamúmque,& ſæuum ambos Achillem.Atrides minor,& maior.*Ouid.12.Metam.* Non minor Atrides,non bello maior,& æuo.[Faſſóque ignoſcat Atrides. *Ouid.13. Met* peteret maioris frater Atridæ.*Ouid 13. Met.* Pugnandi tempore mecum Eligit Atrides.*Ouid.13.Met.*] ¶Non ſoli Atridæ amant vxores.Dici ſolitum,quoties ſignificabimus ſuam cuique dolere iniuriã, contumeliã aut dãnum:nec oportere quenquam impunè lædi. *Hom. Iliad.1.*Ἦ μοῦνοι σπέρχεσθ' ἀλόχοις μεμελημένον ἀνδρῶν Ἀτρεΐδαι. Num ſolis hominum Atridis affectus amórque Vxorum eſt?

ATRIA,Oppidum fuit inſigne Tuſcorum,portum habens inſignem non procul à Padi oſtiis:a quo vicinum mare Atriaticum vocatum eſt, & poſtea Adriaticum.*Autor Plin.lib.3.c.16.*

Atri dies *vide ſuprà in dictione* ATER.

Atricăpillă,μελαγκέφαλος,Auis eſt ex ficedularum genere,*Feſtus*, Melancoryphi,genus auium,quæ Latinè vocantur Atricapillæ,eo quòd ſumma earum capita nigra ſint.

Atricilium,eam partem ſignificat,in qua olim licia etiam texebantur *teſte Aſcon Pedian.*

Atrĭum,atrij, Primus intra ædes aditus, {חצר *chatsér* עורה *hazaráh*, αὐλή.GALLIC.Premiere ſale d'vne maiſon,l'entree de la grand ſale. IT. *Cortile,corte de la caſa.*GER.ein Vorhof eines hauſes.HIS.*El portal d'entro de caſa,primera parte de la caſa.*ANG.*A porche or portall before an houſe:alſe a hall,an inner court.*}[Trecenti in atriis.*Plau.Aul.ſc.5. a.3.* Atria libertaris 4.*Faſt.* Atria ampla & veſtibula referta clientum turba.*Senec.c.2.de Conſol.ad Mart.* Atria Tiberina.*Ouid.4.Faſt.* Atrium impleuere imagines *Sen.c.14.de Conſ. ad Polyb.*] Prima pars domus, quæ continet mediam aream in quam collecta ex omni tecto pluuia deſcendit,& in qua priſci(*vt ait Cato*)aperto oſtio epulabantur, vbi etiam penuarias & cætera pretioſiora ſeruabant:ſeruóſque quibus tanquam honoratioribus earum rerum cuſtodiam committebant,Atrienſes appellabant.*Vitruu.libro ſexto,*In vrbe atria proxima ianuis eſſe debent *Gell.libro 6.cap.5.* Animaduerti enim quoſdam haudquaquam indoctos viros , opinari veſtibulum eſſe partem domus priorem,quam vulgus Atrium vocat.Dictum Atrium ab Atriatibus Hetruriæ populis,*vt inquit Varro libro primo de lingua Latina*,quia id genus ædificij Atriæ primum in Hetruria fit inſtitutum:vel quòd à terra oriatur,quaſi Aterrium:vel quod atrum eſſet ex fumo culinæ. In atrio enim triclinia erant habitacula : veſtibulum , locus ſportularum, qui & ipſe Sportula dicebatur , vbi proponebantur eo die quæ dono danda erant:& culina:quanquam veſtibulum propriè locus ſit ante ædes,*Vide ſuol. eo.*

Atriŏlum,{αὐλίδιον,ANG.A *litle porche or litle inner court.*}Patuum atrium.*Cic.ad Quæſt.*Quo in loco te in porticu ſcribere aiunt,vt atriolum fiat:mihi,vt eſt,magis placebat,neque enim ſatis loci eſſe videbatur atriolo.

Ātrĭcĭ,{שמרי הסף *ſchoaré haſſiph* שערי הסף *ſchomeré haſſáph.* αὐλικοὶ. GALL.Portiers,huiſſiers de ſale.ITAL.*Portinari,portieri.* GERMANI. pförtner Thurſchlieſſer.HISP.*Los porteros de la caſa.*ANGL.*Portero,huſhere.*} & Iuriſconſultis dicuntur,qui excubant ad atrium,qui & ad limina vocantur,& Atrienſes.

Ātrĭēnsĭs.{שמר הסף *ſchomér haſſáph* שער הסף *ſchoʒér haſſáph* שער *ſchoʒér hecḥatſer.*αὐλικὸς GALLIC.Maiſtre de ſale,portier. ITAL. *Maeſtro,ò portinaro di ſala.*GE.Hoffmeiſter/der zu dem vorhoff ſorgtregt. HISPA.*Portero de la caſa* ANGL.*Aporter agate or porter magiſter.*} Is erat,cui credebatur cura atrij:eſt autem ſeruus præcipuus in familia. *Cic.in Piſ.* Serui ſordidati miniſtrant,nonnulli etiam ſenes: idem coquus,idem atrienſis.*Col.lib.12.c.3.* Tum ſiſtere atrienſibus,vt ſuppellectilem exponant.[facio me facetum ac magnificum virum,dico me eſſe Atrienſem,*Plaut.Aſin.ſc.2.a.2.*Ego ſum promus condus procurator peni:quaſi te dicas eſſe atrienſem.Imò Atrienſi ego impero. *Plaut. Pſeud. ſc.2.a.2.*Colla palatina Atrienſis,*Suet in Calig.c.57.*]

Ātriplĕx,ἀτράφαξις. *Dioſcoridi*,Herba eſt ſylueſtris & hortenſis,frigidæ & humidæ ſubſtantiæ.{GALL.Arroches bonnes dames.ITAL.*Armola,trapeſe,reppeſe.*GER.Mälten/oder molten kraut.HISP. *Los armuelles yeruа.*}Aluum mollit,& ictericis prodeſt:ab atro colore,vtaiunt,quòd homines liuidos & decolores faciat.*Macer*,Atriplicem tritam cum nitro, melle & aceto , Dicunt appoſitam calidam ſedare podagram. Accuſatur hæc herba à Pythagora , quòd hydropicos homines faciat , & regium morbum inducat. Atreplexum veteres dixêre *teſte Feſto.*

ATROPATIA,ἀτροπατία,*Stephano*,Altera eſt ex partibus Mediæ:ita dicta ab Atropato duce,qui eam à Macedonum vi tutatus eſt. Media enim in duas diſtributa eſt partes,quarum altera Media maior appellatur: cuius metropolis ſunt Ecbatana.Altera minor,quæ Atropia dicitur.*Vide Strab.lib.11.*

ATROPATVS,ti,ἀτρόπατος,*Vide* ATROPATIA.

Ātrŏphĭă,ἀτροφία,AN.*Leanneſſe of the bodie.*} Macies vel totius corporis,vel alicuius tantum partis,proueniens ex vna vel pluribus naturalis facultatis partibus vitiatis:vt ſi contingat,exempli cauſa,partis alicuius facultatem attractricem a deò eſſe imbecillam,vt alimentum ſuum attrahere non poſſit:neceſſe erit eam partem nutrimento ſuo deſtitutam,macie extenuari & veluti exareſcere. Idem cenſendum eſt,ſi alia quæuis ex facultatibus naturalibus munus ſuum exequi non queat.Qui autem hoc morbi genere laborant,Atrophi, ἀτροφοι,appellantur.*Vide Galenum in tractatu de Symptom.differentiæ.& Celſum lib.3.c.12.*

[Atrum olus,*Vide* Olus atrum,]

Ātrŏpŏs,pen.cor.ἄτροπος,Vna ex tribus Parcis,ita dicta quaſi immutabilis, quod ad nullius preces conuertatur.{GER.ein auß den dreyen Göttinen.deß lebens ſo den faden deß lebens abſchneut.} Copioſius in dictione PARCAE.

Atrŏx,aſper,crudelis,atro horrendóque aſpectu.{אכזרי *Nachʒari.*ἀπλώτης. GALL.Cruel,felon,outrageux,ſans pirié.ITA. *Atroce,crudele,aſpro.* GERM.Grauſam/grimm/erſchrockenlich.HIS.*Inhumano,terrible,y cruel.* ANGLIC.*Outrageous,pitieleſſe,cruell.*}*Terent.in Hecyra*, Incredibili re,atque atroci percitus.*Virg.1.Geo g.*[atrocibus oculis aſpicere.*Gell. l.8.c.17.* Accius eſſet atrox,conuiua Terentius eſſet. *Ouid.Eleg.1.lib.2. Triſt.* Niſi reperio atrocem aliquam aſtutiam.*Pl.Capt.ſc.4.a.3* Atrocius nullum prælium initum.*Velleius.*]Ecce inimicus atrox magno ſtridore per auras Inſequitur Niſus. *Feſtus* à Græco nomen hoc deriuat. quòd illi ἀτρώπια appellant, quæ cruda ſunt:ſiue ab eo quòd atroces nihil de ſe timeant.τρῶ enim ſignificat timere.Vnde & pro conſtanti quandoque ponitur. *Horatius libro 2. Carm. Ode 1.* Et cuncta terrarum ſubacta , Præter atrocem animum Catonis. * Atrox , cum genitiuo. *Tacitus lib. 12.* Iiſdem Conſulibus atrox odij Agrippinæ ac Lolliæ infenſa,quòd ſecum,&c.Id eſt atroce odio percita.

Atrōcĭtās , atis,Crudelitas אכזריות *aehzerijúth.*ὠμότης,ἀπλώτεια. GALL. Felonnie,cruauté,outrage.ITALI.*Atrocità,crudelità.*GER.Grauſamkeit/grimme HI.*Inhumanidad y crueldad.*ANG. *Outrageouneſſe , cruelltie,fierceneſſe.*}*Cic.6.Ver.* Donec populus,atque vniuerſa multitudo atrocitate rei miſericordiáque commota,ſenatum clamore coëgit, &c. [Atrocitatem temporum mitigare(de annona)*Suet.in Tib. cap. 48.*]

Atrōcĭtĕr,aduerb.Crudeliter.{ὠμῶς GALL.Cruellement,felonnement. ITAL.*Crudelmente,atrocemente.*GER Grauſamlich/grimmiglich.HIS. *Inhumana y cruelmente.*AN. *Cruellie.*}*Cic.pro Roſc.Amer.*Nam quum omnibus horis aliquid atrociter fieri videmus,aut audimus,etiam natura mitiſſimi ſumus, aſſiduitate moleſtiarum ſenſum omnem humanitatis ex animis amittimus.

Ātrōcĭſſĭmē,aduerb.*Vlpian.D.lib.1.Ti.6.l.2.*Diuus etiam Hadrianus Vmbricam quandam matronam,in quinquennium relegauit,quòd ex leuiſſimis cauſis ancillas atrociſſimè tractaſſet.

ATTACVM,ἄτταλον,Hiſpaniæ oppidum in tractu Celtiberorum. *Ptol.li.2. c.6.*

Āttă,ἄττα,Ciuitas Arabiæ felicis.*autore Ptol.li.6.c.8.*

ATTABES,& Numenius latrones fuerunt famoſiſſimi , adeò vt prouerbio locum fecerint.Conuenerunt Attabes & Numenius.

Āttăcĕō,ces,cere,ex ad & taceo,ſimul taceo.*Cic.pro Flac.*Liceat hęc nobis ſi obliuiſci non poſſumus attacere : liceat mihi potiùs de leuitate Græcorum quæri.

Āttæ,*teſte Feſto*, dicti ſunt , qui per vitium crurum ,aut pedum plantas à terra non ſubleuant,& atterunt magis terram,quàm ambulent: quod cognomen fuit Quintio Pœtæ. *Horat.lib.2. Epiſt.ad Auguſtum.* Rectè , nécne crocum floréſque perambulet Attæ Labula, ſi dubitem clament periiſſe pudorem Cuncti penè patres , ea quum reprehendere coner,Quæ grauis Æſopus, quæ doctus Roſcius egit.

Āttăgēn,pen.cor.genet.maſcul.& Attagena,æ,ἀττα γᾶς;*Suida & Ariſtophani*,Auis Aſiatica inter nobiliſſimas habita,maximè verò quæ in Ionia naſcitur,& inter eſculentiores aues præcipuo ſapore cenſebatur. GAL.Oiſeau nommé Francolin.IT.*Vccello detto Francolino.* GERM. Ein Haſelhun.HIS.*El francolin au è precioſo.*}*Plin.li.10.cap.46* Attagen maximè Ionius celebratur,vocalis aliàs , captus verò obmutescens, quondam exiſtimatus inter raras aues.*Martialis*, Inter ſapores fertur alitum primus Ionicarum guſtus attagenarum. [Attagena Phrygia præſtantiſſima.*Gell.c.16.l.7.*]¶Attagen,ἀτταγᾶς.Suidas indicat hoc cognominis prouerb.ioco dici ſolere in ſeruos ſtigmaticos:quod hæc auis plumas habeat variis colorum notis diſtinctas. *Ariſt.in Auibus.*

¶Depingitur

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶ Depingitur ab Alexandro Myndio *apud Athen. lib. 9. Dipnosophist.* ¶ Est (inquit) perdice paulo maior, cuius dorsum versicoloribus mycu lis distinctum est, testæque figulinæ coloris speciem gerit, nisi quod magis rufum est. Poloni nihil hac aue frequentius habent.

Attălvs, ἄτταλος, pen. cor. Nomen Pergami regis, pecunia ditissimi, & splendida, abundantíque supellectile: à quo omnia magnifica, Attalica dicta sunt: *vt inquit Plinius lib. 8. c. 48. Propertius,* Nec sit in Attalico mors mea nixa toro. Hic quum liberis careret, populum Romanum testamento suo hæredem instituit. Fuit & Attalus nomen medici, cuius meminit Plin. *lib. 32. c. 8.*

Attălia, æ, ἄτταλεια *Stephano*, Oppidum est Æolidis, *apud Plin. lib. 5. c. 30.* ¶ Item alterum in Pamphylia: cuius meminerunt *Ptol. li. 5. c. 5. & Stra. lib. 14.* Vulgò *Satalia.*

Attămen, Coniuncto est composita ex Ad & tamen, Verumtamen. {אבל *abal* אך *ach.* ἀλλὰ ὅμως. Gall. Neantmoins, mais toutesfois. Ita. *Nonostmeno* Germani Aberdoch/ jedoch. Hispa. *Empero.* Angl. *Bot neuertheless.* ¶ *Cicero in Epist.* Attamen ne mirere vnde hoc acciderit. ¶ ¶ Aliquando etiam legitur diuisa. *Idem 4. de Ora.* Atque ei nequaquam parem eius ingenio, at pro nostro tamen studio meritam gratiam referre debemus.

Attămino, Contamino. ἁπλῶ. *Iustinus Historicus lib. 21.* Omnibus antequàm iuratis vitis, ne quis vllam attaminet. *Vide* Contamino.

Attĕgĭæ, arum, Id est, mapalia, & tuguria. {ברות *chéroth.* σκηναὶ ἐξ ὕλης, ἀπὸ ἐγίνου Gal. Maisonnette à berger, loge, cabanne Ital. *Capanne.* Ger. Hutten/ Hirtenheuslin. Hisp. *Choças, cabañas ò casas pobres.* An. *Tenues chaz occupyers makes infaires.* } *Iuuen.* Dirue Maurorum attegias castella Arigantum.

Attegrare, Veteres dixerunt pro Integrare, siue augere. Vt notat *Festus.*

Attēĭvs philologvs, Libertinus Athenis natus, quem Capito Atteius Iurisconsultus eius patronus, inter Grammaticos rhetorem, & inter rhetores Grammaticum fuisse ait. Eum iuuisse scripta Salustij in componendo autor est *Pollio.* Coluit familiarissimè Salustium, eóque mortuo, Pollionem. *Autor Tranquillus.*

Attelabus, ἀτέλαβος. Paruæ locustæ species est quæ alis caret. *Vide Plin. lib. 29. c. 4.*

Attĕlla, ἄτελλα, Oppidum Campaniæ, inter Capuam, & Neapolim, quam nunc *Auersam* dicimus.

Attellānus, a, um, adiectiuum. *Cic. Cluuio,* Loquutus sum de agro vectigali municipij Attellani. ¶ Attellani histriones, ab Attella oppido dicti. *Cic. in Epi. fam.* Quandoque tu secundum Oenomaum Accij, non vt solebas Attellanum, sed vt nunc fit mimum introduxisti.

Attellānātis, a, um, aliud adiectiuum, *Cic. 2. de Diu* Totum omnino rarum etiam Attellanio versu iure mihi esse irrisum videtur.

Attellānæ, ἀτελλανικὰ δράματα, Latinæ sunt fabulæ, quæ ab Attella Oscorum ciuitate sumtæ fuerunt, in quibus ridiculæ personæ inducebantur, & argumentis dictísque iocularibus respondebant Satyricis fabulis Græcis. Propriè autem Atellanicum dicebatur exordium. *Liu. li. 7.* Iuuentus histrionibus fabellarum actu relicto, ipsa inter se more antiquo ridicula intexta versibus iactitare cœpit, quæ exordia postea appellata, confertáque fabellis potissimùm Atellanis sunt: quod genus ludorum ab Oscis acceptum tenuit iuuentus. ¶ Vide Adrianum Turnebum *c. 17. l. 3. Aduers. Suet. in Calig. c. 2.* Atellanę poctarum. *Item in Galba c. 13.* Atellanus canticum exarsus]

Attēmpĕro, as, Adapto {תקן *tikken.* προσάπτω. Gal. Addresser vers quelque part. Ital. *Accomodare.* Germ Etwas zu im fügen. His. *Aiautar* Angl. *To mak meete orfitte.* } *Sene. epist. 30.* Sic gladiator, tota pugna timidissimus, iugulum aduersario præstat, & errantem gladium sibi attemperat.

Attēmpĕrātē, aduerbium, Tempestiuè, in tempore. {ἐυκαίρως. Gallic. En temps & lieu, tout à poinct. Ital. *Temperamente, con modestia.* Ge. Eben recht/ zu rechter zeit. His. *Abuen tiempo.* Ang. *In season, in tyme and place euenrigh.* } *Terent. in Andr.* Itáne attemperatè venit hodie in ipsis nuptiis?

Attĕndo, Aduerto, cogito, considero, & quasi animum intendo. {חצשיב *hikschib.* προσέχω, διατείνομαι. G. Estre attentif, estendre ses yeux ou son esprit vers quelque chose It. *Attendre, considerare.* Ger. Warnemmen/ auffmercken. His. *Cõsiderar, estar attẽto.* An. *To tak heed, to consider, to haue thee eyes and mynd fixed on any thing* {Ponitur aũt interdũ absolutè *Cic. 2. de Inuent.* Si diligenter attendimus hæc apta esse inter se intelligemus. ¶ Nonnunquam cum accusatiuo *Ibid.* Hoc autem in horum locorum expositione oportebit attendere. *Idem pro Archia,* Quoniam me in hoc nouo genere dicendi tam diligenter attenditis. ¶ Aliquando accusatiuus mutatur in ablatiuum. *Terẽt.* Nunc quid petam mea causa, æquo animo attendite. ¶ *Suetonius.* [*In Galba c. 5. In Calig. c. 53. & in Neron. c. 56.*] iunxit dariuo, Inter liberales disciplinas attendit & iuri, id est, operam dedit. ¶ Ponitur quoque cum præpositione Ad. *Terent. in Adelph.* Nimium ad rem in senecta attenti sumus. Dicimus etiam animum attendere, pro intendere & mentem in re aliqua fixam habere. *Cic. 3. Offic.* Et quum animum attenderis turpitudinem videas adiunctam. προσέχειν τὸν νοῦν. ¶ Hinc Attentos, φιλοκόους, dicimus auditores, qui ad ea quæ dicuntur intendunt animum. *Cic. 3. de Nat. deor.* Præbebo igitur me tibi vicissim attentum contra Stoicos auditorem ¶ Et attentum patrem familias id est, consideratum, prudentem, sui negotij bene gerentem. *Cic pro Quintio,* Quintus fuit P. Quintij huius frater, sanè cæteratum rerum paterfamiliás & prudens & attentus: vna in re minus consideratus, qui, &c. ¶ Et attentam vitam pro diligente & curiosa. *Cic. pro Roscio Amer.* Taménne hæc attenta vita & rusticana relegatio, atque amandatio appellabitur?

Attĕntio, vt *Speusippus* inquit, Est intentio animi ád dicendum. { קשב *késcheb.* προσοχη. Gal. Attention, soing d'ouir ou faire quelque chose. Ita. *Attentione.* Germ. Auffmerckung/ warnemmung. Hisp. *Attencion.* Angl. *Attention, or earneste in hearing.* } *Cic. 3. de Orat.* Reliqua quæ sunt in cura, attentione animi, cogitatione, vigilantia, &c.

Attĕntè, aduerbium, Animo intento, diligenter, {φιλοκάλως. Gal. Attentiuement, soigneusement. Ital. *Attentamente.* Ger. Fleyssiglich versuchen. Hisp. *Con attencion.* Angl. *Heede fullie, attentiuelie.* } *Cic. ad Catonem,* Scis enim, quàm attentè te audire soleam, [parum attentè dictum (i. oscitanter, non exactè) Gal. sans y penser. *Gell. c. 15. l. 4.*]

Attĕnto, as, ex Ad & tento, Tento, pertento, periculum alicuius rei facio. {נסה בחן *bachan* נסה *nissáh.* πειράω. Gal. Attenter, essayer, esprouuer. Ita. *Tentare.* Ger. Vnderstehn. His. *Tentar.* Angl. *To essay, to propue, to assaille, to sett, vpon decastte.* } *Pli. in præf. lib. 6.* Nemo apud nos quidem, qui attentauerit. ¶ Aliquando videtur idem esse quod inchoare. *Cicero in Orat.* Melius est præterire, quàm attentatum deserere. * Item manu inuadere, vel insidiis adoriri. *Cicero pro Sestio,* Capuam propter plurimas belli importunitates, ab illa impia & scelerata manu attentari suspicabatur. * Attentari sententia dicitur, quum per appellationem an iusta fuerit discutitur. *Vlp. in l. eleganter, §. tunc enim ff. de cond. ind* Tunc enim rescriptis locum esse credendum est, quum de sententia indubitata quæ nullo remedio attentari potest, transigitur. [Attentare locos singulos in agendo. *Quintil.*] * Attentari pudicitia dicitur, quum id agitur vt ex pudico impudicus fiat. *Paul. l. C. Et Seneca, lib. 2 de Ira,* Serui pudicitiam attentari non vult, qui non pepercit fuæ * Lachrymis attentare aliquem. *Valer. 4. Argon.* Tum precibus, tum me lachrymis, & supplice dextra Attentare veto.

Attĕnŭo, as, Significat subtilem facio, minuo, imminuo, {מרק *hedhák.* λεπτύνω. Gal. Amenuiser, attenuer, appetisser, amoindrir. Ital. *Attenuare, assottigliare.* Ger. Kleineren/ ringer/ kleiner vnd subtiler machen Hisp. *Adelgaçar lo grueſſo.* Angl. *To diminish, to make thin ne or lesse, to appayre, to make woorse.* } *Ouid. El. 6. lib. 4. Trist.* Cuncta potest igitur tacito pede lapsa vetustas, Præterquàm curas attenuare meas. [*Et El. 1. 4.* curas attenuasse lyra. Attenuare magna (eloquentiâ suâ) *Senec. c. 18. de Consol. ad Polyb.*]

Attĕnŭātē, aduerbium. {λεπτομερῶς, ψιλῶς. Gal. Potitement, sobrement, chichement. Ita. *Attenuatamente, sottilmente.* Ger. Geringerter weiß. His. *Adelgaçamiente* Ang. *Breisflie, skarselie.* } *Cic. de Clar. Orat.* Oratorum bonorum duo sunt genera: vnum attenuatè, pressèque: alterum sublatè, ampléque dicentium.

Attĕnŭātio, onis, verbale. {λεπτυσμός. Ga. Amoindrissement, diminution. Ital. *Attenuatione, diminutione.* Ger. Mindering/ Kleinerung. Hisp. *Adelgaçamiento.* Ang. *Diminishing, or making thinne and woorse.* } *Autor ad Her. lib. 4.* Defensoris narratio simplicem & dilucidam expositionem debet habere cum attenuarione suspicionis.

Attĕnŭātus, a, um, Imminutus, depressus, vt, Attenuata oratio, id est, humilis & depressa. *Cic. ad Heren.* Attenuata oratio est, quæ demissa est, vsque ad vsitatissimam puri sermonis consuetudinem. [*Suet. in Tib. c. 21.* Attenuatus continuatione laborum.]

Attĕro, iui, itum: Facit atterui præteritum *apud Tib. lib. 1. El. 4.* Ab operi insuetas atteruisse manus. Rem aliquam ad aliam tero, & quodam modo confrico. {רכא *rich há* כתת *chathátה* הרק *hedhák.* συντρίβω, τρύπω. Gall. Frotter l'vn à l'autre, frayer à quelque chose. Ital. *Fregare.* Germ. Anreyben/ zerreyben Hisp. *Gastar vsan do la cosa, fregar.* Ang. *To weare by rubving.* } [Atteruntur eo ingenia. *Quint.*] *Plin. lib. 9. ca. 5.* Anguillæ atterunt se scopulis. ¶ Significat & comminuo. *Col. lib. 5. c. 6.* Nam demissum ex eo palmitem germinantem inferior atteret, & fructum decutiet *Virg. 4. Georg.* - aut errans bucula campo Decutiat rorem: & surgentes atterat herbas.

Attrītus, tior, tissimus, Imminutus, detritus. {מרכא כתות *meduchchá chathúth* מורק *muchák.* παρατριβείς, παρατρυμμένος. Gallic. Vsé, consumé, frotté, frayé. Ita. *Vsato, consumato, frusto, frollo.* Germ. Zerriben/ zerschlissen. Hispa. *Gastado vsando.* Ang *worne, bruysed muche vsed.* } *Cic. 6. in Verrem,* Vt rictus eius, ac mentum paulò sit attritius: quòd in precibus & gratulationibus non solùm id venerari, verumetiam osculari solent. Attritæ opes, apud *Liuium* pro imminutæ.

Attrītus, us, penultima producta, verbale. { רבי *dochi* מכתת *michtáth* מכות *machchoth.* τρύψις, παρατριβή. Gal. Frottement, vsure. Ita. *Friamento, consumamento.* Germ. Anreibung/ zerschleissung. His. *Gasto por vso.* Ang. *Wearing, bruysing, much vsing.* } *Plin. lib. 9. capite 45.* Contactos pisces, a tritúque petræ scalpentes pruritum, inuadit, (Attritæ facultates. *Suet. in Galba cap. 3.* Et attritum patrimonium: *idem in August. cap. 40.*)

Attĕstŏr, aris, Testor, testem facio siue aduoco. {העיד *hebidh.* μαρτύρομαι. Gallic. Prendre ou appeller à tesmoin, attester, tesmoigner. It. *Accetar per testimonio, affirmare.* Ger. Bezeugen. His. *Tomar por testigo, ò dezir testimonio.* An. *To call or tak in wotnesse.* } *Cic. pro Mil.* Is qui ita natus est, & ita consueuit, te Magne tamen attestatur. *Plin. lib. 11. ca. 45.* Est in aure ima memoriæ locus, quem tangentes attestamur. Pro eodem veteres dicebant Antestor. *Vide suo loco.* ¶ Ponitur etiam pro testimonium dico, affirmo, comprobo. *Plin. in prafat. lib. 4.* Hoc attestabatur vel inimico iudici se approbari posse. *Cic. pro Syll.* De his tantùm dicam quod satis est, attestante memoria omnium. [Attestatus est Cato, pro testatus. *Gell. c. 14. lib. 4.*] * Attestata fulgura dicebantur, quæ iterato fiebant, videlicet significationem piorum attestantia. *Festus.*

Attēstātio, διαμαρτύρησις. *Macrobius Comment. lib. 2. c. 9.* Sed describi hoc nostra attestatione non debuit, cuius situs nobis incognitus perseuerat.

Attĕxo, is, ere, attexui, attextum, Addo, adiungo, applico. {חרכיק *hidh bik* הקריב *hikrib.* προσσυνάπτω. Gallic. Tistre auec, adiouster auec. Ita. *Tessere appresso, aggiungere.* Germ. Anwäben/ zu im setzen. Hispa. *Texer sobra otra cosa, añádir.* An. *To weaue or adde to another.* } *Cicer. de vniuers.* Vos autem ad id, quod erit immortale, partem attexite mortalem. *Varro libro 2. capite 5.* Nos interea secundum actum de maioribus attexamus. Cæsar, Pinnæ, loricæque ex cratibus attexuntur.

Attthis, idis, ἀτθίς, Cranai filia, à qua regio Attica (vt quidam existimat) dicta est, quum prius Actica ab Actæone diceretur siue ab Actæo rege, vt Fauorino & Lycophroni placet: siue ab ἀκτὴ, quod litus significat, propterea quod ea regio, sicut scribit *Strabo,* magna ex parte litoralis sit. Qua voce etiam vtuntur Latini. *Virgi 5. Æneid.* at procul in sola secretæ Troades acta Amissum Anchisen flebant. Præcipuè regionis huius ciuitates fuerunt Athenæ, Eleusis, Marathon, & aliæ nonnullæ. Atthidem præterea Poëtæ Luscinian appellant, ad fabulam nimirum respicientes, qua Philomela Pandionis Athenienſiũ regis filia in hanc autem dicitur esse transformata. *Martial.* Sic vbi multisona feruet acer Atthide lucus.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ATTICA Ἀττική, Regio est Achaiæ, ab agro Megarensi vsque ad Sunium promontorium extensa: olim Acte appellata, & Actica, quòd maxima ex parte littoralis sit, teste Strab. lib. 9. Vrbes præcipuas habet Athenas, Eleusinem, Marathonem, & alias nonnullas.

Atticus, ca, cum, ἀττικός, Quod ex Athenis est, vel quod ad Athenas pertinet: vt Regio Attica, ἀττική. ¶ Atticus aduena, Ἀττικὸς πάροικος. In violentos & feroces vicinos dicebatur. Duris apud Zenodotum ait ex Atticorum moribus natum, quòd olim finitimos è sedibus suis exigere consueuerint. Cæterus inde manasse putat quòd Athenienses, qui Samum missi fuerant, indigenas expulerint, *Arist. lib. Rhetor. 3.* Prouide propriè quadrabit in eos, qui ita nuper in munus aliquod ascisci sunt, vt superiores eiiciant. [Athenæ atticæ. vide Athenæ. Atticum Talentum, vide Talentum.] ¶ Attica bellaria, πέμματ' Ἀττικά: de cupediis. Transferri potest ad rem quamcumque maiorem in modum suauem ac iucundam. *Plaut. Polit. lib. 3.* ¶ Lepos Atticus, Attica eloquentia pro summa. *Ter. Eunuch.* Dixin' in hoc Atticam esse eloquentiam? ¶ Huic finitimum est, Attica musa, Ἀττικὴ μοῦσα: pro venusta lepidáque oratione. Nam inter dicendi genera laudatur in primis Atticum. [Neque vlla lingua loqui sciat, attica. *Plaut. Asin. sc. 1. a. 4.* Hunc hominem volere pati iuuentutem Atticam? *Plaut. pseud. sc. 2. a. 1.* Nemo adæquè pareus iuuenute ex omni attica? *Plaut. Mostel. sc. 1. a. 1.*] ¶ Atticus testis, Ἀττικὸς μάρτυς, legitur in Collectaneis Diogeniani pro probatissimo atque incorruptissimo teste. Quod si quis per ironiam torqueat in testem vanum, non inconcinnè dixerit. ¶ Attica fides, Ἀττικὴ πίστις, legitur apud eundem de minimè vanis, miniméque periuris: inde natum, quod apud Atticos templum esset Fidei deæ constructum, cuius etiam meminit *Plautus in Aulularia.* ¶ *Velleius Paterculus Histor. 2.* Adeò enim certa Athenienſium in Romanos fides fuit, vt semper & in omni re, quicquid syncera fide gereretur, id Romani fide Attica fieri prædicarent. ¶ Atticus in portum, Ἀττικὸς εἰς λιμένα: In eos dicebatur, qui illic virtutem ostentare solent vbi tutum est, vbi nihil opus. A nautis Atticis sumptum, qui portum ingressuri, ostentandi sui gratia magnificè sese gerebant, in ipsa re, hoc est, in prælio nauali, non perinde strenui.

Atticè, aduerb. ἀττικῶς: vt, Atticè loqui, hoc est, lingua Attica. *Cicer. de Clar. Orator.* Nam si quis eos, qui nec ineptè dicunt, nec odiosè, nec putidè, Atticè putat dicere, is rectè nisi Atticum probat neminem.

Atticismus, ἀττικισμός, Est quædam peculiaris Attici sermonis elegantia. *Cicero de Clar. Orat.* Et ille Latinus Atticissimus ex interuallo regustandus.

Atticisso, as, Atticè loquor. ἀττικίζω. *Plautus.* Non Atticissat, sed Siliciſsat. Nam quemadmodum Attici inter Græcos omnes ornatissimè loquebantur, ita Siculi omnium pessimè. Vnde etiam *Cic.* Q. Cæcilium irridet, quòd linguam Græcorum non Athenis, sed in Sicilia didicisset.

Attigo, sine n, idem quod Attingo. {AN. *To touche softelie.*} Nam sicut Tango, ità & Tago dicimus. *Plaut. in Mostell.* Abscedite, telis ne attigant. [*Ibid. sc. 2. a. 2.* ædes ne attigatis.]

Attiguus, Proximus, {AN. *That is nigh or toucheth another.*} Ab Attingêdo, sicut Contiguus à Contingendo. ἐφαπτός. *Apul. li. 4.* Contra procliue montis attigui fuga me liberaui.

ATTILIVS REGVLVS, Consul Romanus qui primo bello Punico quũ Carthaginenses sæpe vicisset, tandem per insidias captus, & postea Romam missus est à Carthaginensibus pro permutandis captiuis: sed quum Romam venisset, ipsemet permutationem dissuasit, & Chartaginem rediens, crudelissimè est necatus. {GER. Ein Burgermeister zu Rom/welchen die Carthaginenser durch list im krieg fiengend.} *De hoc multa Cic. lib. 3. Offic.*

Attilus. pen. prod. Piscis satis grandis, qui in Pado inertia pinguescens, ad mille aliquando libras captus est, catenato hamo, nec nisi boum iugis extractus. *Plin. lib. 9. c. 15.*

Attineo, attines, attinui, ex ad & teneo, idem quod Teneo. {אחז achaz פתח chazak. κατέχω. GAL. Retenir. ITA. *Ritenere.* GERM. Behalten. HIS. *Retener.* ANGL. *To hold, to retene.*} *Plaut Capt. sc. 2. a. 2.* Nunc iam cultros attinet. *Tacit. lib. 1.* Ni proximi prehensam dextram vi attinuissent. [Tu pallam ante oculos attines. (i. tenes) *Pl. Men. sc. 1. a. 5.*] Attinère, Pertinere, decere, conuenire. {προσήκειν, ἀρμόττειν. GALLI. Il appartient, il conuient, il est besoing. ITAL. *Pertenere, conuenire.* GE. Gehören/antreffen/gezimmen/zustehn. HIS. *Atener ò pertenecer algo.* ANGL. *It belongeth, it pertaineth.*} *Terent. in Adelph.* Iámne me vis dicere, quod ad te attinet? [Quid ea messis attinet ad meam lauationem? nihilo plus quàm lauatio ad messem *Plaut. Mostel. sc. 3. a 1.* Nam quod attinet ad argumentum breue est, *Plaut. prologo Asin.* Quid istæ picturæ ad me attinent? *Plau Mene. sc. 2. a. 1.* Te de alia re rescisse censui, Quod ad me attinet. *Plau. Aul. sc. 6. a. 4.* Quid istuc ad vos attinet? *Plaut. Curc. sc. 2. a. 5.* Nihil hoc Iouis ad iudicium attinet. *Plau. pseu. sc. 1. a. 1.*] Aliquando significat Retinere. [*Plau. pseu. sc. 1. a. 1.* Ita me attinuit, ita me detinuit cliens.] *Tacit. lib. 14.* Seneca rarus per vrbem, quasi valetudine infensa, aut sapientiæ studiis domi attineretur. * Attineri publica custodia, *idem lib. 3.*

Attingo, gis, attigi, attactum, Leuiter tango: minus est enim quàm tango, *vt inquit Donatus.* {נגע nagháph משש maschásch. ἅπτομαι, θιγγάνω. GALLI. Attaindre, toucher tant soit peu. ITAL. *Tocare leggiermente.* GERM. Anrüren. HISP. *Alcançar tocando alguna cosa.* ANG. *To touche softelie, to mention or hande briefflie.*} *Terent. in Adelph.* Tetigin' tui aliquid? AE. Si attigisses, ferres infortunium. [Non oportet ætatem istanc pigmentum attingere. *Pl. Most. sc. 3. a. 1.* Me quidem si attigeris. *Pl. Men. sc. 2. a 5.* Ne me attingas si sapis. *Plau. Asin. sc. 3. a. 2.* Aliquando pro retinere vi. *Pl. Mer. sc. 5. a. 2.* Ausus es mulierem attingere. (i. retinere vi.) *Pass.*] Nihil attingit ad rem. *Plau. Mer.* hoc ideo fit, quia quę nihil attingunt ad rem, &c. Id est, quæ nihil ad rem attinent, siue pertinent. * Attingit me sanguine, cognatione *Plin. Epi. 144.* Nec iis tantùm quos sanguine attingit &c. *Cic. 4. Verr.* Quo quisque te maximè cognitione, affinitate, necessitudine aliqua attingebat. * Attingere rem aliquam pro Tractare. *Cic. 4. de Finib.*

Attactus, verbale. {ἁφή. GALL. Attouchement. ITALIC. *Toccamento.* GERM. Anrüring. HISP. *Toramiento.* ANGLIC. *Touching softelie, briefflie mention.*} *Virg. 7. Æn.* Ille inter vestes & læuia pectora lapsus Volnificum attactu nullo.

Attollo, is, Eleuo, erigo, {נשא naſá חרים herôm. ἐπαίρω. GAL. Leuer haut, esleuer. ITA. *Eleuare, inalzare, togliere.* GER. Erheben/auffheben. HISP. *Alcar ò quitar.* AN. *To lift vp, to exalte.*} *Liu.* Quúmque se quisque attollere, ac leuare vellet. [Attollebantur Ciceronis studio Brutus & Cassius. *Velleius.*] ¶ Aliquando ponitur pro Aufero. *Pacuuius,* Custodite istum vos ne eum quis attollat, néve quis attingat.

¶ Aliquando pro Affero. *Pl. in Casina,* Quid si propius attollamus, fiamúsque obuiam? Hoc verbum facit præteritum Attuli. *Diomedes,* Affero, attuli, quoniam & à fero Tuli dicimus: quanquam & id perfectum quod est attuli, ex alio proficisci reperimus apud veteres, ex eo quod est Attollo. * Attollere pro Educare. *Plin. libro 11. c. 39.* Ne fœminæ quidem in pectore mammas habent, nisi quæ partus suos attollere possunt.

Attondeo, es, attondi, attonsum, Tondeo. {גלח ghalách. ξυράω. GAL. Tondre tout autour, raire. ITAL. *Radere, tondere à fatto.* GER. Gar beschören. HI. *Mucho tresquilar.* ANGL. *To sheare, to shaue.*} ¶ Attondere aliquem auro, per metaphoram. *Plau. Bacch.* – is me sæclus Auro vsque attondit doctis indoctum dolis.

Attondens, participium. {ANG. *Which shareth or shaueth.*} *Virg. 2. Georg.* -curuo Saturni dente relictam Persequitur vitem attondens.

Attonsus, part. {ξυρημένος. AN. *Shorne, shaued, shred.*} *Cel. l. 4. c. 3.* Neque inutile erit caput attonsum habere. *Cic. 5. Tusc.* vt Epaminundas, Con filiis nostris laus est attonsa Laconum. [Item Attonsurus. *Plau. Cap. sc. 2. a. 1.* Strictim attonsurum dicam: id est, emuncturum.]

Attono, attonas, attonui, ἐκπλήσσω. Verbum rarissimè lectum: quod stupe facere videtur significare, *Ouid Epist. 4.* Aut quas semideæ Dryades Fauníque bicornes Numine contractas attonuére suo.

Attonitus, Consternatus, perturbatus, propriè propter casum fulminis stupefactus. {נרהם nirhám נבהל nibhál. ἔκπληκτος, ἐμβρόντητος. GALL. Estonné, esbahy, esperdu. ITALI. *Stupefatto, attonito.* GER. Erstaunet/erstitteret/erschrocken. HISP. *Attonado, espantado.* AN. *Astonied, greatlie affrayed, abashed.*} *Seruius,* Attonitus dicitur, cui casus vicini fulminis, & sonitus tonitruum dant stuporem. *Virg. 3. Aeneid.* Talibus attonitus visis ac voce deorum. [Pallor in attonitæ virginis ore fuit. *Ouid. Eleg. 9 l. 3. Trist. Periphrasis.* Non aliter stupui, quàm qui Iouis ignibus ictus. *Item* Attonitus. i. stupefactus. *Suet. in Cæs. cap. 28.* Attoniti sacerdotes Bacchi vino, sono, &c. *Liuius lib. 9. d. 4.*] *Virgilius 6. Aeneid.* -nec enim antè dehiscent Attonitæ magna ora domus. *Vbi Seruius,* Attonitæ domus, Stupendæ, non stupentis. [Attonito non taceare sono. bacchantium. *Ouid. Eleg. 4. l. 1. Trist.* Sic attonitus Aiax, trunculentus Hercules. *Quint.*] Ergo attonitæ facientis attonitos: vt, Mors pallida. Tristis senectus.

Attonitè, aduerb. ἐμβροντήτως, ἐκπληκτικῶς. *Plin. lib. 30. c. 1.* Britannia, hodiéque eam attonitè celebrat tantis cæremoniis, vt dedisse Persis videri possit.

Attrăho, his, ad me traho, allicio. {משך maschách. ἕλκω, προσέλκω. GAL. Attirer, attraire, tirer à soy. ITAL. *Allettare.* GER. Zu im ziehen/an sich ziehen. HISP. *Traer à si.* ANGL. *To draw to me, to intise, to pull to me.*} *Cicero Attico,* Quum id malim, quod vitare poteras, vtrò accersas, atque attrahas.

Attractio, verbale, ἑλκυσμός. Attractionem apud Quintilianum legimus pro eo posita, quod Donatus aduerbia congregandi vocat: qualia sunt Summatim, Viritim, Ostiatim, & id genus similia. Eius verba sunt *lib. 4. c. 1.*

Attractus, partic. ἐφελκυσθείς, vt Attractus spiritus. *Virg. 3. Geor.* Tum verò ardentes oculi atque attractus ab alto Spiritus, interdum gemitu grauis. Intelligit difficilem respirationem.

Attrecto, significat manib. tracto, palpo. {גשש gaschásch משש maschásch. h. תשש taphás. ψαυστικεύομαι, ψηλαφάω. GAL. Manier, taster, toucher doucement. IT. *Maneggiare.* GE. Berüren/betasten/angreiffen. HIS. *Tratar scbajando la cosa.* ANG. *To handle often, to touche softelie.*} *Plaut. in Persa,* Ne me attrecta subigatrix. *Liu. 5. ab Vrbe.* Quòd id signum more Hetrusco, nisi certè gentis sacerdos, attrectare non esset solitus. Sic *Cic. de Aruſp. Resp.* attrectare contaminatis manibus. *Et Virg. 2. Aenei.* Attrectare sacra. [Regias etiam attrectamus gazas. *Liu. lib. 34.*] *Cic. pro Cæcilio.* Est enim dictum ab illis, fore qui dicerent vxores suas à cœna redeuntes attrectatas esse à Cælio, [*Sueton. in Nero. c. 26.* attrectare vxorem alienam.]

Attrectatio, ψηλάφησις. attrectatus. *Lampri. in Heliogabalo,* In conuiuiis exoletos maximè iuxta se ponebat, eorúmque attrectatione, & tactu præcipuè gaudebat.

Attrectatus, us, verbale, Tactus. {ψηλάφησις. GAL. Maniémẽt, attouchement par plusieurs fois. ITA. *Maneggiamento.* GER. Betastung/oder angreiffung. HI. *Souajamiento.* ANGL. *Of en handling or touching.*} *Cic. 2. Tusc.* Nam attrectatu, & quassu sæuum amplificatis dolorem.

Attremo, is, ere, Ad vocem alicuius contremiscere, ἀντιτρέμω. *Statius 8. Theb.* Dixerat, atque illi iamdudum regia tristis Attremit oranti.

Attribuo, is, Impono, committo, assigno, ascribo, destino, tribuo. {נתן natán. προστίθημι, καταθέτω, προσγράφω. GA. Attribuer, bailler, assigner. ITAL. *Assegnare, attribuir.* GER. Zugeben/zum essen. HISP. *Attribuir à alguno ò dar.* ANGL. *To gyue, to impute, to assigne.*} *Liu. 6. bel. Pun.* Cæterorum curam benignè tuendorum C. Flaminio Quæstori attribuit. *Cæs. libr. vlt.* Nostri sicut superioribus diebus, vt cuique erat locus attributus, ad munitionem accedunt. ¶ Vide Attributæ pecuniæ, quas nunc *Assignationes* dicimus, ἀποτεταγμένα χρήματα. *Varro de lingua Latina,* Tributum, inquit, dictum à tribubus, quòd ea pecunia quæ à populo imperata erat, tributim à singulis pro portione cẽsus exigebatur. ab hoc ea quæ assignata erat, attributum dictum. ab eo quoque, quibus attributa erat pecunia vt militi reddant, Tribuni ærarij dicti. Id quod attributum erat, Æs militare dictum.

ATTROPATIA, *Vide* ATROPATIA.

ATVACVTVM, ἀτουάκουτον *Ptolemæo,* vrbs est inter Tungros, post Tabullam flumen sita. Sunt qui antuerpiam esse credant: sed hoc *Ptolemæi* descriptioni non conuenit. Antuerpia enim sita est ad Scaldem fluuiũ, qui etiam à Cęsare eodẽ nomine dicitur, O ceaníq; sinu alluitur.

Tungri

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Tungri verò in Mediterraneo sunt, multum à Scalde dissiti. *Vide Beda ni Origines.*

ATVRA, Oppidum est Galliæ Aquitanicæ.

ATVRIA, ἀτουρία, pars Assyriæ, in qua Ninus ciuitas est. *Strabo ab initio lib. 9.*

ATVRIVS, Galliæ fluuius, *teste Ptolem.* vulgò *Le Dou.*

ATTYLA, Ἀττίλας, Hunnorum rex fuit ex Scytharum genere qui subacta Pannonia, Italiam ingressus, Aquileiam subuertit: & in Germaniam transiens, plurimas vastitates edidit: indéque domum reuersus, dum nouis nuptiis operam dat, vino plenus, effuso è paribus multo sanguine suffocatus est. GERMANICE. Ein mechtiger vnd grimmer kõnig der Hunnen.} Hic tot cladibus rem Christianam afflixit, vt apud omnes Dei flagellum fuerit appellatus.

ATYPVS, πάτυπος, Dicitur, qui non satis expedito plectro linguæ vtitur: quasi aërem non feriens, vel quasi non satis verba exprimens, conformánsve. *Gell. lib. 4. c. 2.* Balbus autem, inquit, & atypus vitiosi magis, quàm morbosi sunt. Huius vitii meminerunt & *Iurisc. de Aedil. edict.* ¶ *Vlpianus D. lib. 21. Tit. 1. l. 10.* Quæsitum est an balbus, & blæsus, & atypus, isque qui tardius loquitur, & varus, & vitius sanus sit.

ATYS, ἄττυς, Apud Poëtas pueri formosissimi nomen est, quem Cybele casto amore adamauit, eúmque sacris præfecit ea lege, vt perpetuò castitatem conseruaret. Sed quum postea voti sui parum memor, Sangaritidem nympham compressisset, ab irata dea in furorem actus, testes sibi execuit: quúmque etiam manus sibi afferre conaretur, miseratione Cybeles in pinum arborem mutatus est. Vide *Ouid. 10. lib. Met.* ¶ Atys alius, fuit Crœsi, Lydiæ regis filius, qui quum antea semper mutus fuisset, in eo tandem prælio, quod Lydiæ seruitutem attulit, quum Cyri militem videret sublato ense patri suo cædem illaturum, nimia loquendi cupiditate linguæ vinculum abrupit, claráque voce patris sui interitum deprecatus est. *Autor Herod. lib. 1.* [*Et Gell. c. 9. l. 5.* vbi tamen non nominat.] ¶ Atys alius fuit ex Hercule & Omphale progna tus, qui filios habuit Lydum, à quo Lydia dicta est: & Tyrrhenum, à quo Tyrrheni appellati sunt, *de quibus Strab. libro 5.*

¶ Atys alius fuit ex India, ex Limniace Gangis filia progenitus, in Andromedes nuptiis occisus est à Perseo. corripit autem primam. *Ouid. li. 5. Metam.* erat Indus Atys, quem flumine Gange Edita Limniace vitreis peperisse sub vndis Creditur.

ATYS SYLVIVS, Albæ Syluij filius, quem Eusebius Ægyptum Syluium vocat. Hic quum vigintinouem annis regnasset, Capy filio relicto diem clausit.

A ante V

AVG. In notis antiquorum, Augustus, vel aug. AVG. Augustus. AVG. N. Augustus noster. AVR. Aurelius. AVT. vel AVTS. vel AVC. auctoritas, vel auctoratus, vel auctor. AVT. PR. R. autor prouinciæ Romanorum.

Au, Interiectio est conturbatæ mentis. *Terent. in Andr.* Dicturáne quod rogo? M. Au. D. Concede ad dextram Au, interiectionem esse silentium iniungentis, docet *Linacer ex Terentij Eunucho,* au, Ne comparandus hic quidem ad illum est: Quod tamen rectius Hau, per aspirationem legitur. Est quoque hæc particula apud Afranium in Emancipato. Au mi homo, immo ædepol vos supremum meum concelebretis diem. Item in eodem, Au quid me censes, obsecro non audiuisti. *Sospater li. 2.* Atque his in locis videtur exclamandi particula potius, quàm silentium imponendi.

[Au etiam præpositio, vnde aufero, & aufugio, de qua vide *Gell. capite 3. lib. 15.*]

AVALITES, sinus, αὐαλίτης κόλπος. in dextra parte rubri maris. *Vide* Abalites. *Stephanus.*

AVALIA, *Vide* Abella.

AVANTICI, αὐαντικοὶ *Ptolemæo,* populi Heluetiis finitimi, quos *Ptol. li. 2. c. 9.* inter Sequanos collocar. {GER. Wiltspurg.}

AVARICVM, Oppidum fuit Biturigum, flumine & paludibus cinctum: de quo multa apud *Cæs. de bell. Gall.* Sunt qui credant hoc oppidum esse, quod Galli vocant *Viarron en Berry.*

AVĀRVS, Quasi auid° æris, tenax, parc°, restrict°. {כילי *chilát* φιλαίνυστος, φιλοχρήματος. G. Auaricieux, chiche, cõuoiteux de biens. ITA. *Auaro, auaiao, ingordo.* GE. geytzig/karg. HI. *Auariento, ò codicioso.* AN. *Niggarde, greedie couetous of goodes.*} Dictio cõposita est (*vt Nigidius voluit, referēte Gellio*), siue (*quod Ge. c. 5. l. 10. magis placet*) simplex nomen est, ab auendo dictum: & semper in reprehensione est. AVIDUS verò ab auendo, etiam in laude ponitur. *Salustius,* Laudis auidi, pecuniæ liberales erant. *Horat. 1. Epist.* Semper auarus eget. *Terent. in Eunuch.* Ab meretrice auara. Auara terra dicitur, quum id, quod in se recipit, ampliore fœnore non reddit.* ADULATIONES auaræ, pro auarorum. *Pli. in Panegyr. 67.* [*Oui. Eleg. vlt. li. 4. Trist.* Nec auara Tibullo Tempus amicitiæ fata dedere meæ.]* AVARIOR, comparat. *Plaut. Cap.* Ne tuum animum auariorem faxint diuitiæ meæ.

AVĀRITIA, vox ab Alc. obseruata *in codice Theodosiano*, functionis nomen, etiam quæ collocatione lustrali exigebatur de rebus promercalibus & venalitiariis: eam sustulit *Iustian. li. 21. Codic.*

AVARITIA, Cupiditas, auiditas, tenacitas. {בצע *betsáh.* φυλαργυρία. GALLICE. Auarice, chicheté, conuoitise de biens. ITALICE. *Auaritia.* GERMANICE, Geyt/geytzigkeit. HISPANICE, *Auaritia ò codicia.* ANGLICE. *Niggardnesse, hardeneſſe in spearing expences.*} *Cic. 4. Tusc.* Auaritia est opinatio vehemens de pecunia, quasi valde expetenda sit, inhærens & penitus insita. *Terent. in Phorm.* Quia ea rens relicta est misera, ignoratur parens, Negligitur ipsa: vide Auaritia quid facit. [Hominum auaritia factus sum improbior coquus. *Plau. pseud. sc. 2 a. 3.*] Auaritia gloriæ, pro cupiditate. *Curtius lib. 9.* Rursum auaritia gloriæ, & insatiabilis cupido famæ nihil inuium, nihil remotum videri sinebat.

AVARITIES, tiei, idem. {ANG. *Niggardneſſe.*} *Lucret. li. 3.* Denique auarities, & honorum cæca cupido, Quæ miseros homines cogunt transcendere fines iuris.

AVARĒ, aduer. Tenaciter, parcè, {πλεονεκτικῶς. GA. Chichement, auaricieusement, escharsement. ITAL. *Auaramente.* GE. geytzlich. HIS. *Auarientaj codiciosamente.* ANGL. *Niggardlie, greedelie.*} *Cic. 3. Off.* Nihil tamen auarè, nihil iniustè, nihil libidinosè, nihil incontinenter esse faciendum.

AVARITER, Auidè. *Plau. Curc. sc. 2. a. 1.* Hoc vide, vt ingurgitat impura in se merum auariter.

AVASIS, αὔασις, Vrbs Ægypti, quæ & Ouasis vocatur: causam nominis *Vide apud Steph.*

AVATHA, vel Auara, αὔαθα, ἢ αὔαρα, τό, Oppidum. σωτειρία est Arabum *Steph.*

AVCEPS, aucupis, Qui vel quæ aues capit. {יקוש *jakúsch.* ὀρνιθοθήρας. GALLICE, Oiseleur, preneur d'oiseaux. ITAL. *Vccellatore.* GERMANICE. ein vogler/oder ein voglerin. HIS. *Cacador de las aues.* ANG. *A birder, a taker of birdes, à hauker.*} *Colum. lib. 8. c. 10.* Qui ab aucupibus in hunc vsum nutriti, quasi allectores sint captiuorum. *Plaut. Asin.* [*scen. 3. act. 1.*] Auceps quando concinnauit aream, effundit cibum, aues assuescunt.* Auceps syllabarum per translationem dictum à *Cicer. de Orat.* *Et Plaut. in Milite,* Circunspicito dum, nequis nostro auceps sermoni siet.

AVCVPIVM, & Aucupatio, Auium captio. {מוקש *mokésch.* ὀρνιθοθηρεσία. GALLICE. Oiselerie, chasse aux oiseaux, prinse d'oiseaux à la glu ou autrement. IT. *Vccellatione.* GE. Vogler/vogelfahung. HI. *Caca de aues.* AN. *Hauking, tuking of birdes.*} *Plau. in Asin.* [*sc. 3. a. 1.*] Hic noster quæstus aucupij simillimus est. [de quæstu lenonio.] ¶ Per translationem accipitur pro illecebris. *Cic. de Ora* Sic minimè animadueerteretur delectationis aucupium *Aucupia pro captis auibus, *Senec. de Prouidentia,* Quid ergo? felicior esset, si in ventrem suum longinqui littoris pisces & peregrina aucupia congereret.

AVCVPOR, pen. corr. deponens, Aues capio. {יקש *jakásch.* ὀρνιθοθηρῶ, ἰξεύω. GA. Chasser aux oiseaux, tendre aux oiseaux, tendre à quelq; chose. IT. *Vccellare, cercare.* GER. Vogler/vögel fahen. HISPA. *Caçar aues, buscar.* ANG. *To hauke, o take or chasse birdes or foules.*} ¶ Per translationem verò significat artificio quodam & solertia quæro, capto, magna diligentia consector. θηρῶμαι: vt Aucupari gratiam alicuius. *Cic. ad Luc. lib. 1.* Non vereor, ne assentatiuncula quadam aucupari ruam gratiam videar.

¶ Aucupari rumusculos imperitorum hominum, *Cic. li. 3. de Leg.*

¶ Reperitur etiam Aucupo, as, voce actiua. *Plaut. Mostel.* [*sc. 1. a. 2.*] Circunspice dum, nunquis est Sermonem nostrum qui aucupet. *Idem in Asinaria.* [*sc. 2. a. 5.*] paulisper mane, Aucupemus ex insidiis clanculum quam rem gerant. [*Plaut. Men. sc. 2. a. 4.* Huc concedamus ex insidiis aucupa.]

AVCVPATORIVS, a, um, Quod ad aucupium pertinet. {ἰξευτικός. GALLICE. Appartenant à prendre oiseaux. ITA. *Cosa que appartiene à pigliare vccelli.* GE. Das zu dem vogler gehöret. HIS. *Cosa perteneciente à caçar aues.* ANG. *That belongé to to hauking.*} Vnde aucupatorij calami viscati, quibus vtimur ad capiendas aues. *Plin. lib. 16 ca. 36.* Quum igitur anno permanserit inundatio, proficiunt in aucupatoriam quoque amplitudinem.

AVCTONVS, filius Apollinis & Cyrenes Pœnei filiæ.

AVCVLA, Vrbs Tusculorum *Ptolemæo,* alij Aquula.

AVDĒO, audes, ausus sum, Non dubito, fidens sum. {בטח רלך *daláh batách* τολμῶ. GAL. Oser. IT. *Ardire, essere audace.* GER. Dörffen. HISP. *Osar.* ANGL. *To be bold or hardie.*} *Pl.* Vix domo egredi auder. [Ecquis audet mihi suppetias ferre. *Plaut. Men. sc. 6. a. 5.* Itane me obstinate aggressus, vt nõn audeam quin promam omnia *Pl. Asin. sc. 1. a. 1.* Etiámne mentiri audes? *Pl. Men. sc. 1. a. 5.* Pol si te, audeam, meum patrem nominem. *Pl. Cap. sc. 1. a. 2.* Nihil me adiuuare audes? (pro potes, conaris) *Plaut pſ. sc. 1. a. 1.* Hon audes mihi, scelestè, subuenire? (vis) *Pl. Asin. sc. 4. a.* Ecquid audes de tuo addere? *Pl. Men. sc. 2. a. 1.* Quis vnquam de egestate cogitare ausus est? *Senec. c. 9. de Conso. ad Mart.* Etiam audes reuorti, mea gratia *Pl. Men. sc. 3. a. 4* pro vis, dignaris. Sic Sodes. i. si vis. Et ausus erat reges incessere dictis Thersites *Ouid. 13. Metam.* Cur ausus es facere? *Pl. pſ. sc. 1. a. 1.*] Iungitur aliquando cum accusatiuo. *Ouid. li. 6. Metamorph.* Et nihil est, quod non effræno captus amore Ausit: nec cæpiunt inclusas pectora flammas. [Et quodcunque meæ poterunt audere camœnæ. *Tib. li. 4.*] Aliquando sine accusatiuo, & fere semper infinitiuus tum adiungitur. *Virg. 12. Æn.* hæc præmia, qui me Ferro ausi tentare ferunt. *Vide suprà.*

AVDĒNS, participium, Non timidus, τολμῶν, ὤν. *Virg. 10. Æn.* Audentes fortuna iuuat. [*Suet. in Cæs. c. 58.* Dubium cautiórne an audentior. *& Quint.* Audentior & excelsior Æschines.]

AVDĒNS, nomen ex participio, Confidens, θαρσαλέος. {AN. *Bolde, hardie.*} *Quin. lib. 9.* Illa adhuc audentiora, & maiorum (*vt Cic. existimat*) laterum, quæ prosopopœiæ dicuntur. *Vir. 6. Æn.* Tu ne cede malis, sed contrà audentior ito.

AVDĒNDUM, τολμητέον. {ANG. *worthie or meete to be aduentured.*} *Tib. 1 Eleg.* Audendum est fortes adiuuat ipsa Venus. [Audendis omnibus paratissimus Antonius. *Velleius.*]

AVDĒNTER, aduerb. Audacter. {בטח *betách.* θρασέως, τολμηρῶς. GALL. Hardiment. IT. *Audacemẽte.* GE. Frauenlich/dapfferlich. HI. *Osadamente.* AN. *Boldelie, hardelie.*} *Tacitus li. 4.* Quidam audentius apertis in collibus visebatur.

AVDĪTVS, a, um, particip. τολμώμενος. *Liuius,* Exules, obærati, ausi capitalia plerique. [*Quin* Hoc genus iniuriæ (stupri) verecundius ineſt passis, quàm ausis] *Ouid. 3. Trist.* Conscia percussit meritorum pectora Colchis Ausa, atque ausura multa nefanda manu.

AVSVM, ausi, nomen substantiuum, Cœptum, cogitatum. {τόλμημα. AN. *An aduenturous ſea ſt, an interpriſe.*} *Silius li. 5.* Funditur vnanimo visu & concordibus ausis Pilorum in Pœnos nimbus. *Vir. 6. Æn.* Ausi omnes immane nefas, ausóque potiri.

AVDAX, modò fidens dicitur. {רלך *dolék* בטוח *botéah* בטוח *batúch.* τολμηρός, vel quod ἀπρονόητος, est, τολμητής. GAL. Hardi, remeraire, audacieux, auantureux. ITAL. *Audace, ardito, temerario.* GER. Fräuel/Dapffer/tũfel. HIS. *Atreuido, osado, sin prudencia.* ANGL. *Bolde rashe hardie.*} *Virgil. 5. Æneid.* Quique pedum cursu valet, & qui viribus audax. [Audacem fecerat ipse timor. *Ouid. 3. Fast.* Audaces cogimur esse metu. *Ouid. Eleg 3. l. 1. Trist.* Incedit ornatus audax suis virtutibus *Plaut. Capt. sc. 3. a. 5.* Ille per ignotas audax errauerit vrbes *de Vlysse Tibul. lib. 4.* Lanx simul audacis veniunt certamina Martis *Tibul. lib. 4.* Si quid adhuc audax ex præcipitique petendum est, *Ouid. 13. Met.* Audax aues id di-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

cere? *Plau. Men. sc. 8. a. 5.* Quid potis muliere atque audacius? *Plaut. Merc. sc. 3. a. 2. & Amph. sc. 3. a. 1.* Surriperet hic patri audaciſſimè. i. improbiſſimè. *Plau. pſ. sc. 3. a. 1.* Ego vnam vidi mulierem audaciſſimam. *idem Aſin. sc. 1. a. 3. Ibid. sc. 2.* Aſtutos, audaces viros. Latis audax Hiſpania terris. *Tibul. l. 4.* Item facinus audax incipit, (i. periculoſum) *Plau. Aul. sc. 4. a. 3.*]Modò temerarius. *Plaut.* Pergin' audax hoc facinus perſequi? ¶Intereſt tamen inter temerarium & audacem: quòd Temerarius eſt is, qui ſine reſpectu ſalutis obiicit ſe periculis nihil timens: Audax verò qui ſine ratione impetum facit nihil prouidens. *Atque hoc modo Cor. Fronto de vocab. diff. diſtinguit.*

Aūdācŭlŭs, diminutiuum. {ANG. *A pretie hardie felow.*} *Gell.* Aderat reprehenſor audaculus verborum.

Audacia, Nimia confidentia. {מבטח *mivtách.* θράσος. GAL. Audace, preſomption, temerité. ITA *Audacia, ardire, temerità.* GERM. Frdueltheit/ vermeſſenheit. HISP. *Pſadia, atreuimiento.* ANG. *Boldneſſe, rashneſſe, hardineſſe.*} Speuſippus, eſſe ſecuritatem, inquit, qua quis malum neque futurum expectat, neque præſens horreſcit. Et accipitur in malam partem pro nimia confidentia, quum quis ſine vllo aut periculi metu, aut pudoris reſpectu rem aliquam temerè aggreditur. *Cicer.* Nec vires eis, nec audacia, nec tela defuêre. *Saluſt.* Audacia pro muto habetur. [Homini cui nulla in pectore eſt audacia. *Plau. Moſtel. sc. 1. a. 2.* Quę iſtæc audacia eſt? *Plau. pſ. sc. 2. a. 5. O* hominis impudentem audaciam. *Plaut. Men. sc. 1. a. 5.*]

Aūdācĭtĕr, & Audacter per ſyncopen, Audenter, confidenter. {מבטח *bétach.* θρασέως. GAL. Hardiment, audacieuſement. ITAL. *Audacemente.* GE. Fräuenlich. HISP. *Oſadamente.* ANGL. *Boldie, rashlie.*} *Cic. pro Roſc.* Multa ſceleratè, multa audaciter, multa improbè feciſti. *Idem de Clar. Orat.* Magis audacter quàm paratè veniebat ad dicendum. [Mulier es. audacter iuras. *Plaut. Amph.* porrige audaciter ad ſalutem brachium *Pl. pſ. sc. 4. a. 2.* Loquere audacter, *Plaut. Capt. sc. 2 a. 2.* Gaude audacter *Idem Cap. sc. 1. a. 4.* prorogare vitam? audacter dicito, *Plaut. pſe. sc. 2. a. 3.* Audaciter dicunt contumeliam. *Plau. Curc sc. 1. a. 4.*]

Aūdĭo, audis, audiui, auditum, Propriè ſignificat ſonum auribus ccipio, ὅτι τῇ αὐδῇ, id eſt, à voce, cuius proprium eſt vt audiatur. {שמע *ſchamáh.* ἀκούω. GALL. Ouir, eſcouter. ITAL. *Vdire.* GER. Hören/loſen. HIS. Oyr. ANGL. *To heare.*} ¶*Virgi.* audiendi vocabulum etiam ad ea tranſtulit quæ auribus & ſenſu carent, quum ait *lib. 1. Georg.* & fruſtra retinacula tendens Fertur equis auriga, neque audit currus habenas.

¶ Aliquando Audire eſt intelligere. *Virg. 1. Æneid.* Progeniem ſed enim Troiano à ſanguine duci Audierat.

¶ Interdum eſt poſtulata petenti concedere. *Virgil. 9. Æneid.* Audiit, & genitor cæli de parte ſiniſtra Intonuit læuum. ¶Interdum credere, accędere. *Cic. in Tuſcul.* Nec Homerum audio, qui Ganymedem à diis raptum ait.

¶ Interdum præcipienti parêre, ὑπακούειν, ἀκούειν: & hoc tàm cum accuſatiuo quàm cum datiuo. *Cic. de Nat.* Tu Cotta ſi me audias eandem cauſam agas. [Si me audias, obſerues. *Plau. Amph. sc. 3 a. 4.* Et cum datiuo: Ego ſum Ioui dicto audiens, *Plaut. Amph.* Audientem dicto filium. *Idem Aſin. sc. 1. a. 3.* Audientem dicto haud Imperatorem ſibi me herus emit. *Pl. Men. sc. 4. a. 2. Quint.* Audientem dicto non eſſe. *Cic.*] Et audiens eſſet huic ordini, id eſt, obediens. ¶ Inuenitur & Audio cum aduerbio bene vel male, & ponitur pro laudor & Vituperor: κακῶς ἀκούω, *Ariſtoph. Teren.* Bene dictis ſi certaſſet, audiſſet bene. *Cic. in Verrem,* Ne gratia in prouincia malè audiret. * Audire Socratem aut Platonem: pro diſcipulum eſſe Socratis. *Cic. 1. Acad.* Iam Polemonem audiuerant aſſiduè Zeno & Archeſilas. * Audio à, è, ex, & de. Vt, Audiui à vel ex vel de patre meo, idem ſignificant, *inquit Valla.* [Quid ego ex te audio? *Plau. Moſt. sc. 1 a. 2. & Mil. sc. 3 a. 2. & Men. sc. 9. a. 5.* Eſt Deus qui omnia audit, & videt. *Plau. Capt. sc. 2. a. 2.* Audin' quæ loquitur? *Pl. Men. sc. 5. a 5. & sc. 1. & 2. a. 2. & pſ. sc. 3. a. 1.* Me vocem loquentis audire viſus ſum. *Plau. Aul. sc. 6. a. 4.* Ex me audibis vera, *Plau. Capt. sc. 4. a. 3.* Audin' vt deliramenta loquitur? *Plau. Men. sc. 5. a. 5.* Quid ais bone vir, Audio. *Plau. Curc. sc. 2. a. 5.* Vigila. i. expergiſcere. P. Audio. *Plau. Men. sc. 2. a. 2.* Pietas prohibet. B. Audio. (ἀρχὼν.) Pietatem igitur noctu ample xator pro Phœnicio. *Plau pſ. sc. 2. a. 1.* Quaſi affuerim ſimulabo, atque audita eloquar. *Plaut. Amph.* Verum eſt, quod olim eſt auditum fabularier. *Plau. pſ. sc. 2. a. 1.* Neque vidi neque audiui peiorem, nec dici fingíve poteſt. *Plaut. Curc. sc. 1. a. 5.* Ex me audibis vera. *Plaut. Capt. sc. 4. a. 3.* Audire quaſi per nebulam. Vide Nebula.] Audire de, aliter acceptum. *Terent. Adelph.* De Pſaltria hac audiuit, id illi nunc dolet. *Audire de capite, pro Cognoſcere. Sen. lib. 2. de Benef.* Parum fœdè furioſeque ſuperbus erat, qui de capite viri Conſularis ſoccatus audiebat. *Sic & Cic. pro Flac.* * Audibo pro Audiam, more antiquo: *Plau. Capt.* ¶Huius verbi compoſita ſunt, Exaudio, Inaudio, Obaudio, Subaudio, de quibus omnibus ſuo loco.

Aūdĭtĭo, Ipſe audiendi actus, auditus. {שמע שמועה *ſchemáh* שמועה *ſchemuháh* משמע *miſmáh.* ἀκρόασις GAL. L'ouye. IT. *L'vdire.* GER. Hörung. HISP. *Obra de oyr.* ANG. *Hearing.*} *Cic. de Finib.* Dántque ſe ad ludendum, fabellarúmque auditione ducuntur. [Eaſdem auditiones & doctores colere. *Gell. c. 2. lib. 18.* Egreſſus ex auditione. *Ibid. c. 1. lib. 14.*] ¶ Audientia, âudiendi attentio, eſt enim aliud paulò quàm auditio. *Pla.* Exuige præco, fac populo audientiam, hoc eſt, fac vt populus audiat. *Cic. 1. Ve.* Quantam denique audientiam orationi meæ improbitas illius factura ſit. ¶Auditiuncula diminutiuum. *Gell. lib. 13. c. 18.* Auditiuncula quædam de Catonis familia aſperſus eſt.

Aūdĭtōrĭum, Locus vbi audiuntur præceptores, aut Oratores. ἀκροατήριον. GAL. Auditoire, parquet d'audience. IT. *Auditorio.* GERM. Ein ort da man einem redenden zuhört. HISPA. *Lugar para oyr.* ANG. *An auditorie, a place where oratours or maiſters teacheth.*} *Quint. lib. 2. c. 11.* Sed cuius rei gratia plenum ſit auditorium. [Circa ſcholas & auditoria aſſiduus. *Suet in Tib. c. 11. Idem Quintil.* Auditoris ſe non indiciis comparat.] Per metonymiam accipitur pro ipſa auditorum turba. *Plini. in Epiſt.* Nàm proximè frequenti auditorio inter ſe coràm multi ordinis noſtri clarè iocabantur. ¶Auditorium etiam pro foro & Tribunali ponitur. *Paul. in l. contra de re iud.* Is qui ad manus auditorium vocatus eſt, ſi litem inchoatam deſeruerit, contumax non videatur. *Quintilianus* tamen forum & auditorium opponit *libro 10. cap. 1.* Sed alia ratio eſt litium & diſputationum fori & auditorij, præceptorum & periculorum.

Aūdĭtŏr, oris, verbale, Diſcipulus, is qui audit, is apud quem agitur {שמע *ſchomeáh.* ἀκροατής. GAL. Auditeur. ITAL. *Auditore.* GER. Ein Zuhörer. HISPA. *Oydor.* ANGL. *That heareth, an auditour.*} *Cicero Att. libro 16.* Sed notentur Eclogarij, quos Saluius bonos auditores nactus, in conuicio duntaxat legat. *Iuuen. Satyr. 1.* Semper ego auditor tantum.

Aūdĭtŭs, Senſus audiendi, vis illa, qua ſoni percipiuntur. {משמע *miſchmáh* ἀκοή. GA. Ouye. ITA. *Vdito.* GER. Gehör. HISPA. *El ſentido de oyr.* AN. *Hearing.*} *Plin. lib. 10. c. 69.* Auditus cui hominum primò negatus eſt, huic & ſermonis vſus ablatus. *Cicero pro Marc.* Vereor vt hoc quod dicam, non perinde intelligi auditu poſſit, atque ego ipſe cogitans ſentio.

Aŭē, verbum defectiuum: in ſecunda perſona ſingulari Aue, & plurali Auete: infinitiuo Auere, *teſte Diomede lib. 1.* {שלום *ſchalom.* χαῖρε.} *Mart. libro 5.* Exprimere, Ruffe, fidiculæ licet cogant Aue Latinum, χαῖρε, non poteſt Græcum.

Ā uĕho, is, Abduco, ſiue aliò veho. {ἀπάγω. GALL. Charier ou porter de lieu en autre. ITAL. *Condure, altronue.* GERM. Dannen fären/hinweg furen HIS. *Traer à algun lugar.* ANGL. *To carye frome, or away.*} *Suet. in Cæſ.* Stipendiarium quoque pronuntiatum, & abſtrahentibus ſtatim eripuit, occultauítque apud ſe diu, & mox ex præfectura proficiſcens *in Hiſpaniam*, inter officia proſequentium facéſque lictorum lectica ſua auexit. *Teren. in Adelph.* Is venit vt ſecum auehat. [Quot eras annis natus cùm te pater à patria auehit? *Plau. Men. sc. vlt. a. 5.* Illam inuitam in Epheſum auehit (alias aduehit) vbi Athenis aduectam ſcio. *Ibid.* Memini me deerrare à patre (in turba) atque inde auehi. (de ſurreptione) *Pl. Men. sc. vlt. a. 5.*]

AVELBVRGVM, Marchiæ Brandenburgenſis.

*AVELLA, oppidum Campaniæ: à quo Auellanæ nuces. *Silius libro octauo.*

Aŭellānă, næ, penult. prod. {לוז *luz* καστανοφόρειον. GAL. Noiſette, auline, noix de haye ITA. *Nociuola, noſella, nochia.* GERM. Ein Haſelnuß. HISP. *El auellana.* ANGLIC. *A ſilbert or haſill nutt.*} Nux eſt coryli arboris, quæ alio nomine dicitur nux Pontica, quòd in Aſiam Græciámque primò è Ponto venerit: eadem & Prænestina dicitur, quòd Prænestini his abundent, ſiue (*vt Macrobio placet*) quòd Prænestini ab Annibale obſidione cincti, his nucibus famem tolerauerint. Primùm autem dictæ ſunt Abellinæ ab Abellino Campaniæ oppido, quòd à *Virg.* appellatur Abella, à *Silio* Auella. *Plin. lib. 15. c. 21.* Cæteris quicquid eſt, ſolidum eſt: vt in auellanis, & ipſo nucum genere, quas antea abellinas patrio nomine vocabant.

Aŭellō, lis, auelli, & auulſi, auulſum, A loco vello, abſtraho, aufero. {נתק *naták* עתק *hathák.* κινούμαι. GALL. Aracher, retirer à force, oſter bon gré mal gré. ITAL. *Sbarbicare, ſtirpare à forza.* GERM. Abreiſſen/dannen reiſſen. HIS. *Arrancar de lugar.* ANGL. *To drawe or pluck away through force.*} *Cic. de Senect.* Et quaſi poma ex arboribus, ſi cruda ſunt, vi auelluntur. *Virg. 2. Æneid.* Fatale aggreſſi ſacrato auellere templo Palladium. *Terent. in Andr.* Ita magnæ, vt ſperem poſſe auelli. id eſt, abduci, diſiungi.

Aūŭlſŏr, ὁ ἐκσπαστής, & Auulſio, ἐκσπασμα, verbalia. *Plin. lib. 17. cap. 10.* Aut enim ſemine proueniunt, aut plantis radicis, aut propagine, aut auulſione. *Idem lib. 9. c. 45.* Vbi auulſorem ſenſêre, contractæ multò difficilius abſtrahuntur.

Aŭēnă, æ, penult. product. Herba eſt nota ex frumentaceo genere, equorum præcipuè pabulis naſcens, tritico foliis & culmo ſimilis, ſemen habens eiuſdem nominis, è ſummo pendens culmo, locuſtarum quandam ſimilitudinem referens, duplici crure diuaricatarum. {βρόμος. GAL. Auoine. ITAL. & HISP. *Auena.* GERM. Haber. ANGLIC. *Oates.*} Nomen accepiſſe putatur ab eo, quòd ad fructum non veniat. Numeratur enim inter vitia ſegetis, veluti quidam frumenti abortus, Solis enim cælique vitio interdum accidit, vt triticum, hordeúmve in auenam degeneret. Nonnunquam etiam idem euenit vitio ſeminis, ſi illud aut imbecillum fuerit, aut carioſum. *Vide Plin. lib. 17.*] Et leuis obſeſſo ſtabat auena ſolo. *Ouid 4. Faſt.*] ¶Eſt, & alterum auenæ genus, quæ Auena Græca à *Plin* vocatur, & à Græcis ἀγρώλυ, quod morbum curet eiuſdem nominis. Hæc in hordeo naſci gaudet, vt lolium in tritico, multiplicíque radice ſolum emacians, illi præripit alimentum. ¶Ponitur interdum Auena pro calamo, ſiue culmo ſegetis, ex quo paſtores ſibi fiſtulas conficere ſolent: quo fit, vt pro ſtylo, ſiue charactere bucolico accipiatur. *Vir. 1. Ecl.* Sylueſtrem tenui muſam meditaris auena.

Aŭēnăcĕŭs, a, um, Quod ex auena confectum eſt. {ὁ καὶ βρόμιος. GAL. D'auoine. ITAL. *Di auena.* GERM. Das von Haber iſt. HISPA. *Coſa de materia de auena.* AN. *Og oates.*} *Plin. lib. 30.* Vel cum farina hordeacea, vel auenacea.

Auenaria, Cicadæ ſpecies eſt, quam nonnulli Frumentariam vocant, quoniam ſimul cum frumentis areſcentibus apparet. *Autor Plin. libr. 11. cap. 27.*

AVENIO, onis, {*auénion Stephano.* Vulgò *Auignon.*} Oppidum eſt Narbonenſis Galliæ, ad Rhodanum, Cauarum metropolis: *de quo Plin. lib. 3. c. 4.* Hodie Pontificiæ ditionis eſt. Clementi enim ſexto eius nominis Pontifici, vrbem hanc cum vicino agro vendidit Iohanna Siciliæ regina: vt eſt videre apud Volaterranum.

AVĔNTĪNŬS, ni, pen. prod. *auéntinos.* Vnus ex ſeptem vrbis Romæ montibus, cuius radicem Tyberis præterlabitur. GERM. einer auf den ſieben hügelen in der ſtatt Rom an dem die Tiber vnden hin lauffe. } ita dictus ab auibus (*vt ex ſententia Nauij refert Varro*) quarum obſitus opportunitatem, amníſque vicinitatem maxima ibi copia erat. Vel ab Auentino Albanorum rege, qui in eo extinctus eſt, & ſepultus. [*Ouid. 4. Faſt.* Cur autem Auentinus mons extra pomerium eſſet, docet *Gell. c. 14. lib. 13.*] ¶Vel ab aduentu hominum, qui ad Dianæ templum, quod eo in monte à communi Latio conditum fuit, commeabant. ¶Vel ab aduectu: quod Varroni magis probatur. Erat enim hic mons reliquis paludibus diſcretus. Vnde ratibus ad eum aduehebantur, quadrantem pro naulo perſoluentes. ¶Fuit item Auentinus, cognomento Syluius, Albanorum rex, Romuli Syluij filius, & pater Procæ, à quo nonnulli Auentino montiſi (in quo ſepultus eſt) nomen factum exiſtimant. ¶Eſt preterea Auentinus apud *Vir. 7. Aen.* nomen filij Herculis ex Rhea, qui Turno aduerſus Æneam ſuppetias tulit.

Aŭēn-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

AVentīnus, a, um, adiectiuum vt Arx Auentina, *apud Ouid. 6. Fast.* Et Auentinum iugum *apud eundem lib. 3.*

AVĕo, es, verbum defectiuum sine præterito & supino. Significat concupisco. {אוה *aváh* אבה *abáh.* γλίχομαι. GALLI. Souhaiter, desirer, conuoiter. ITA. *Desiderare, appetere.* GE. Begaren, erwunschen. HI. *Codiciar.* ANGL. *To couer, to desire greatlie.*} *Cic. lib. 1. Offic.* Itaque quum sumus negotiis curisque vacui, tum auemus aliquid audire & discere. *Idem ad Att. lib. 1.* Valde aueo scire quid agas. ¶ Auere etiam à nimia cupiditate pro gaudere ponitur, vnde salutantes quoque Aue, χαῖρε dicimus, id est, gaude & lætare.

AVens, particip. *Horat. 2. Serm.* non est mihi tempus auenti Ponere signa nouis præceptis. [Auens pro libens. *Gellius c. 7. l. 19.*

AVĔRNVS, ἄορνος, gen. masc. in plurali Auerna, orum, Lacus Campaniæ prope Baias, quem locum Plutoni dicatum, & inferorum limen esse rudis vetustas credidit Vulgò *Lago de Tripergola.* Vnde & pro inferorum sede à poetis vsurpatur. ¶ Dictus Auernus quasi ἄορνος, hoc est, auibus carens, siue quòd aues superuolantes graui eius odore enecentur, siue quòd sulphureæ exhalationes aërem vsque adeo extenuent, vt aues sustinere non possit. *Lucret. lib. 6.* Principio quod Auerna vocant, non nomen id ab re Impositum est, quia sunt auibus contraria cunctis. *Strabo lib. 6.* Contiguus Baiis Lucrinus adest sinus intra quem Auernus est.

AVĕrsus, a, um, adiect. *Ouid. 17. Metam.* Ne flectat retro sua lumina donec Auernas Exierit valles. *Virgil. 2. Georg.* Tyrrhenúsque fretis immittitur æstus Auernis.

AVĕrnālis, le, adiect. vt, Aquæ auernales: *Horat. 5 Epod.* Auernales nymphæ. *Ouid. 5. Met.*

AVĕrrūncāre, auerto, depello, à runcando deductum. {חסיר בער *hesir bá'ar* ἀποτρέπειν, ἀποπέμπειν. GAL. Oster & deschasser, pousser & chasser ce qui nuit. ITAL. *Discacciare, rimuouere.* GER. Außtreuten/ hinweg thun. HIS. *Roçar, ò arancar rayzes* AN. *To put or ta away that woh hurteth to weed.*} Est autem runcare, herbas vel frutices noxios ex agro eu lere. *Liu 8. ab Vrbe,* Placuit ad auerruncandam Deûm iram, victimas cædi. ¶ Inde Auerruncasso pro eodem *Lucilius lib. 26.* Dij maluerint meliora atque amentiam auerruncassint tuam.

AVERRVNCVS, ci, Dei nomen erat apud Romanos, qui mala auerruncare, hoc est depellere atque auertere putabatur, ἀποπομπαῖος. Cuiusmodi apud Græcos habebantur Hercules & Apollo, quos idcirco ἀλεξικάκους, ἀποπομπαίους & ἀποτροπαίους appellabant. *Pacuuius apud Varro. lib. 6. de Ling. Latin.* Deus qui meis rebus præest Auerruncus.

Auertæ, tarum, sunt lora (*vt Budæus scribit in Annotat. post.*) latiora, quę per terga equi iugalis excurrunt, sub alis eius succincta. *Accursius,* Auertam, equorum pectorale vult esse, ita dictum, quòd auersum colloceturi: sicut Postilena. *Plauto* incuruum illud corium dicitur, quòd à sella in caudam desinit, ab eo quod Post sellam sit. *Alciato* placet hoc vocabulo ornamentum capitis intelligi quo habenæ figuntur: & id quoque ab auertendo, quòd equi per eam vertantur, prout sessori visum est.

Aire, viento sotil ò resplandor. ANGL. *A soft coole of wind the aire.*} *Virgil. lib. 4. Aeneid.* -at illi Dulcis compositis spirabat crinibus aura. [*Ipse genu nixus flammas excussit ab aura.* i. à flatu. *Ouid. 5. Fast.* Vlla nec aërias volucris persabitur auras. *Tibul. l. 4.* Isque per ætherias me tollens aduolat auras (aliàs vmbras) *Catul. de Com. Beren.* Difficile est tamen hic remis vtaris, an aura dicere (Metaph.) *Ouid. Eleg. 1. l. 1. Trist.* Dum tecum vixi, dum me leuis aura ferebat. *Ouid. Eleg. 4. lib. 3. Trist.*] ¶ Interdum ponitur pro splendore. *Idem 6.* Discolor vnde auri per ramos aura refulsit. ¶ Interdum ponitur pro afflatu, & fauore: quia quum flat aura æstate, videtur æstuantibus fauere. *Idem ibidem,* Iam quoque nunc nimium gaudens popularibus auris. [Aura popularis. *Quint.* Luctare dum veniet mollior aura Deo.] ¶ *Horatius* per translationem posuit pro venustate, & illecebris mulierum, & quodam quasi philtro, quo illæ amantes ad se alliciunt. Sic enim *habet 2. Car. Ode. 9.* Te suis matres metuunt iuuencis, Te senes parci, miseræque nuper Virgines nuptæ, tua ne retardet Aura maritos. ¶ Metaphora sumpta est à nauigantibus, quorum cursum aduersi ventorum flatus sæpe remorantur. Hinc *Cicero* prouerbii specie dixit, *in Verrem actio. 6.* Video quid egerim: erigit se, sperat sibi auram aliquam posse afflare in hoc crimine: id est, ostendi spem. Fit autem (vt quidam volunt) Aura ab aëre, quòd motus aër & splendorem faciat & ventum: & proculdubio Græcum est. Suidas, ἀὴρ ἔστι πνοή. Aura, inquit, id est, spiritus, vel si mauis, flatus. *Auras, Græcus genitiuus, pro Auræ *Virg. 11. Æneï.* - nihil ipsa nec auras. Nec sonitus memor. Item Aurai pro Auræ. *Æneï. 6.* Æthereum sensum atque aurai simplicis ignem.

AVRAS, ὦρας, Fluuius ab Hæmo in Istrum defluens, *Herod. lib. 4.*

Aūrātă, {χρυσόφρυς. GA. Doree IT. *Orata.* GE. Ein Goldtfarber fisch. HIS. *Doradilla.* ANG. *A gilthead.*} Piscis qui ab auri colore nomen accepit cuius amator Sergius, Orata cognominatus est, vt refert *Macrob.* quasi Aurata: sicut Plostrum pro Plaustrum. *Mart. li 13.* Non omnis pretiũ, laudémque aurata meretur.

Aūrĕæ, Sunt fræni, qui circa aures equorum religantur, imò pars habenę, qui circa aures ponitur. {παρωτία GA. Chanfrain. ITA. *Testiere.* GE. Das theil an dem zaum das vmb die ohren ist HIS. *Frenos.* AN. *The headstalles of bridles that cometh ouer the forehead.*} *Fest.*

AVRĒLĬA, æ, ὠρηλία, Nomen matris Cæsaris Dictatoris: vt est videre apud *Sueton. Cæsare.* ¶ Aurelia familia Romæ in primis celebris fuit, à Sabinis (vt Festo credimus) oriunda, cui locus publicè designatus erat, in quo Soli sacra faceret. ¶ Ex hac Aurelij plerique illustres Romani originem traxerunt, primum Aurelij dicti, sicut Papyrij, qui postea Papyrij.

Aurichalcum, Vide ORICHALCVM.

Aūrīga, penult. prod. & gen. communis, *secundum Priscianum,* Qui vel quæ currum regit. {רכב *rachchab.* ἡνίοχος. GALL. Chartier, ou roulier. ITAL. *Carratiero.* GERM. Ein karrer/ein furman. HIS. *Carrero, ò el que rige el carro.* ANG. *A carter, a wayne man.*} Quæ vox ab aureis agendis [siue regendis] dicta videtur: sunt autem aureæ (*vt supra ex Festo docuimus*) lora quædam, quæ circa equi iugalis aures religantur. *Virgil 12. Æneid.* Circunstant properi aurigæ, manibúsque lacessunt Pectora plausa cauis [Aurigam video vela dedisse rati (i. gubernatorem) *Ouid. El. 3. l. 1. Trist.*]

Aūrīgo, as, Currum rego. {ἡνιοχῶ. GA. Chartier, mener & gouuerner vne charrette. ITA. *Menar ò guidare la carreta.* GER. Karren/ein wagen füren. HIS. *Regir el carro.* AN. *To drive a cart.*} *Suet. in Calig.* Nec vllis nisi ex Senatorio ordine aurigantibus. *Idem in Nero.* Mox & ipse aurigare, atque etiam spectari sæpius voluit. [Aurigare. *Suet. in Calig. c. 54. Et c. 18.* paucis aurigantibus. *Et in Nero. c. 22. Et Gell. c. 1. li. 14.* Ducentibus stellis & aurigantibus.]

Aūrīgŏr, aris, Moderor, rego. *Varro Modio,* Natura aurigatur, non necessitudo. *Ex Nonio.*

Aūrīgātĭo, onis, verbale. {ἡνιοχεία. ἡνιόχησις. GAL. Conduite de charrette. IT. *L'officio di menar carro.* GER. Die Wagenfürung/das karren. HIS. *Obra de regir ò gouernar carro.* AN. *Driuing of a cart.*} *Gel. li 7. c. 8.* Quibus verbis delphini amantis & pueri non abhorrentis, consuetudines, lusus, gestationes, aurigationes refert.

Aūrīgārĭus, {רכב *rachchab.* ἁρματηγός. GA. Chartier. ITAL. *Carratiero.* GER. Ein karrer. HIS. *Carretero.* AN. *A carter, a wayne man.*} Videtur vsurpari à *Suet. in Nero. ca. 5.* pro eo qui curam habet instruendi aurigas in spectaculis. Perfidiæ verò inquit, tantæ, vt non modò argentarios pretiis rerum coemptarum, sed & in Prætura mercede palmarum aurigarios fraudauerit.

Aūrīpigmēntum, ti, ἀρσενικόν. GALL. Orpin, arsenic. ITAL. *Orpimento.* GER. Orpement/arsenick. HISP. *Oropimente.* ANG. *Arsenike, colour called Orpin.*} Genus est coloris quod in Syria inuenitur in summa tellure, auri splendore, sed fragile, lapidum specularium similitudine. *Vide Plin. lib. 33. c. 4.* Duo autem sunt auripigmenti genera, quæ vide suprà in dictione ARSENICVM.

Aūrĭs, huius auris, fœm. gen. Pars capitis qua vocem accipimus & haurimus. {ΩΤΙΝ ὄζεν. οὖς, οὔατος. GALL. Oreille. ITAL. *Orechia* GERM. Ein ohr. HISP. *Oreja.* ANG. *The eare.*} Ab hauriendo dicitur, aspiratione detracta, quòd vocem accipiat, & quasi haurire videatur. Hinc *Virgil. 3. Æneid.* -Vocémque auribus hausi, hoc est, intellexi. *Terent. Phorm.* Astiti, animam compressi, aurem admoui. [Aures suas clausit aduersus Latium. *Senec. c. 2. de Consol. ad Mart.* Nemo est cuius referatur ad aures: *Ouid. Eleg. vlt. lib. 4. Trist.* Pendeant Auditores auribus. *Plaut. Pf. sc. 5. a. 1.* Huc adhibete aures quæ loquar. At mihi auribus hic fructus percipiendus erit. *Ouid. El. vlt. l. 4. Trist.* Aure explorata non surda, nec iacenti: Et ad aurem iucundius sonat. *Gel. c. 7. l. 1.* Ne id quod fabulantur in aures immittas tuas. *Pl. Curc. sc. 4. a. 3.* Aure agresti esse. Habeo aures, loquere quid vis. *Pl. Mil. sc. 4. a. 2.* In vtrũuis oculũ conquiescito. C. Oculum vtrum, an in aurẽ? *Pl. pf. sc. 1. a. 1.* fac vacuas ædes aurium vt migrare dicta possint quò volo. *Pl. pf. sc. 5. a. 1.* Intentáque tuis precibus se præbuit aure. *Tib. l. 4.* Auribus hæc peraudienda sunt. *Pl. Mil. sc. 1. a. 1.* Aurium ligamenta sunt ęgrotorum, *Item* Aurium tenus percipere. *Quin.* prębebã versibus aures. *Oui. El. 7. li. 3. Tri.* Nullus hic cuius intellecturis auribus vtar, adest. *Oui. El. vl. l. 3. Tr.* Nec qui Auribus accipiat verba Latina suis. *Ou. El. 1. l. 4. Tri.* Ad aurẽ inuocare. *Quin* Aures super bas habere. *Li. l. 34.* Ne hoc aures delicatas redderet. *Quin.* Secũdis & auribus aduersis aliquid accipere. *Liu. l. 6. ab vrb.* Auersis auribus. *l. 8. d. 4.*

Et secundis, *l. 2. d. 5.*] Alij à Græco ὠΐδιον deduci malunt, quod vocem significat, quæ solo aurium instrumento percipitur: aut certè à verbo Audio: vt Aures dictæ sint, quasi Audes. Intelliguntur autem hoc nomine tam cartilagines foris prominentes, quàm ipsa foramina. *Lucretius lib. 6.* Solicitæ porrò, plenæque sonoribus aures. ¶ Aures autem dicuntur in rebus inanimatis, quibus rem aliquam apprehẽdimus, quas alio nomine Ansas vocamus. *Vir. 1. Georg.* Binæ aures, duplici aptantur dentalia dorso. ¶ Hinc Inauris, ἐνώτιον, & Auritus, ὠτώεις: *de quibus infrà.* ¶ Auribus prouehi, ἀκοῇ παραγίγεσθαι, dicitur quando audientes aliquid de lectabile, laborem pedum non sentimus, tanquam aures non vehant. *Apuleius,* Me vsque ad istam ciuitatis portam meis auribus prouecto. ¶ Aures regiæ ὠτακουστοί, ministri regij renunciationibus, delationibus que præpositi. *Apuleius lib. de Mundo,* Erant diuisa officia in comitatu regio: Sed & inter eos aures regiæ & imperatoris oculi quidam homines vocabantur, &c. Vbi & Otacustarum vocabulo tali casus inclinamento vtitur. ¶ Ad ambas vsque aures, μέχρι τῶν ἀμφωτίδων, impleri dicuntur qui supra modum ingurgitant se. Sumpta metaphora à vasculis ad ansas vsque impletis. Extat *apud Suidam.* ¶ Cæcus auribus & mente, τυφλὸς τά τ' ὦτα τὸν τε νοῦν, τά τ' ὄμματ' ἐσί, id est, Tu simul & aure, & mente & oculis cæcus es. Quadrat in hominem plane stupidum. est autem *Sophoclis* versus. ¶ Auris dextra tinniit. Quo significabitur alicubi sermonem de se absentibus factum cum laude. Idémque *Plinius* testatur, vulgò quandoque creditum fuisse, vt qui laudaretur absens, ei dextra tinniret auris, qui vituperaretur, sinistra. *Lucianus in Dialogo meretricu.* ¶ Ad Deorum aures peruenit. Εἰς Θεῶν ὦτα ἦλθεν. Vbi facinus aliquod clanculum patratum, resciscitur ab iis, qui possunt vel remunerari rectè factum, vel punire secus admissum. Simile est, Iouis auribus seruare. ¶ Procul auribus nuntius veniat, Χαὶ ἄχρις ἀγγέλος ἔλθοι, id est, procul absit nuntius aure. Sermo deprecantis malè auspicatum. *Suidas ex Callimacho citat. Homer. item. Iliad. 6.* ¶ Purgaris auribus, pro attentis & vacuis prouerbium resipit. *Plau. in Milite,* Perpurgatis ambo damus tibi operam auribus. ¶ Ne ad aures quidem scalpendas otium est. Prouerbialis est hyperbole, quum ne minimum quidem otij superesse significamus. *Luc. in his accusato,* οὐ δ' ὅσον κνῆσαι τὸ ὠτίον σχολὴν ἄγων, id est, Ac ne tantisper otiosus, vt aurum, sicut aiunt, scalpere vacet. ¶ Aurem vellere, Veteres dicebant pro admonere, à prisco ritu sumpta figura, quo in ius vocantes quempiam, aurem vellicabant; attestantes eum, quem quasi testem meminisse volebant. ¶ In vtramuis dormire aurem est animo otioso, securo, vacuóque esse, *Terentius Heaut.* Vtitur eo & *Basilius in epistola quadam,* sed malam in partem ita vt supinam securitatem intelligi velit. *Menander in Plotio apud Gell.* Ἐπ' ἀμφοτέρω, ὦ 'δελφὲ, κοιμᾶσθ' ἡδέως, μᾶλλον καθεύδουσιν, Id est, In aurem vtranque, si dorata fuerit, est cubatura. Eodem sensu dixit *Plin.* In dexteram aurem.

Aūrĭcŭlă, quanuis diminutiui formam habeat, non tamen paruam aurem significat, sed exteriorem auris partem, aut certè mollem illam particulam, quæ etiam infima vel ima auris appellatur. {λοβὸς, ὠτίον. ANGL. *The lug.*} *Cic. ad Quintũ Fratrem,* Ad inimicitias res venisset, si quum Esermino Samnite Pacideianus comparatus videretur: auriculam fortasse mordicus abstulisset: cum Clodio quidem certè rediisset in gratiam. Adagium est quod conuenit in eum qui quantumuis indigneturmagis cupiat quàm possit lædere. Martialis tamen pro tota aure posuisse videtur, quum ait *lib. 5.* Auriculam Mario grauiter mirãris olere: Tu facis hoc, garris Nestor in auriculam. [Auriculis rubentibus mulier. *Suet. in August. c. 69.*]

¶ Demittere auriculas vulgò dicuntur, qui sua spe frustrantur: & qui deiecto sunt animo. Auriculas super humeros habere, *ait Plato libro tertio de Rep.* 10. τὰ ὦτα ἐπὶ τοῖς ὤμοις ἔχοντες. id est, Auriculas super humeros habentes, hoc est animis deiectis & ægris. *Flaccus,* Demitto auriculas vt iniquæ mentis asellus, Quum grauius dorso subiit onus. ¶ Auricula infima mollior, hyperbole prouerbialis in homines minimè iracundos, lenique ingenio præditos: nihil est enim in humano corpore mollius, aut flexibilius lentiúsque, quam ea auriculæ pars quæ nec osse rigeat, neque cartilagine durescat, neque neruis intendatur. *Cic. ad Quint. Fratrem li. 2.* Tu quemadmodum me censes oportere esse in rep. & in nostris inimicitiis, ita & esse & fore auricula infima scio molliorem, *Vide Ammian. l. 19.*

Aūrĭcŭlārĭus, a, um, Quod ad aures pertinet, {ὠτικός. GALL. des oreilles ou des apparenances des oreilles. ITAL. *Cosa pertinente all' orecchia.* GER. Das zu den ohren gehört HISP. *Cosa perteneciente à la oreja.* AN. *That belongeth to the eares.*} Vnde auricularium specillum, chirurgorum instrumentum, quod curandis purgandisve auribus adhibetur. ¶ Pro eodem etiam dicimus Auricularis & hoc auriculare: vt verminatio auricularis, quum putridæ aures vermibus scatent. Et auricularis digitus, parùs quo aues mundantur.

Aūrĭscālpium Instrumentum quo aures purgantur. ¶ ὠτογλυφὶς. GAL. Vn cureoreille. ITA. *Il cura orechie.* GERM. Ohrengrubel. HIS. *Instrumento para limpiar las orejas.* AN. *An eare pike.*}

Aūrītŭs, a, um, pen. prod. Magnas aures habens. {ὠτώεις. GAL. Qui a grandes oreilles, bonne ouye, & attentif à ouyr. ITA *Chi ha grandi orechie, buona vdita, & attonte ad vdire.* GER. Der groß ohren hatt. HIS. *Cosa de grandes orejas, ò que las inhiesta, ò que oye mucho.* ANGL. *That hat great eares, that heareth weel.*} *Virg. 3. Æneï.* Auritŏsque sequi lepores. ¶ Auritus item dicitur qui bene audit. *Hor. l. 1. Carm.* Doctus auritas fidibus canoris Ducere quercus. ¶ Auritus populus, id est, aures intentas habens. *Pla. Asi.* Face omnem auritum populum.

Aūrōră, æ, pen. prod. Prima diei lux, qua sub solis aduentum aër illustratur. {שחר *schachar.* ὄρθος. GAL. L'aube du iour, le poinct du iour. IT. *L'aurora.* GER. Die morgenröte/die zeit so es anfacht tag werden HIS. *El alud que antecede el dia.* ANG. *Daybrek, the morning.* Item tempus ipsum, hoc est, prima pars diei, qua lux quędam dubia in Oriente cernitur ad uenientę solem. *Varr. 6 de Ling. Lat.* Aurora dicitur ante solis ortum ab eo quod ab igne Solis aureo aer aurescit. ¶ Poetæ fingunt Auroram deam esse Tithoni coniugem & matrem Memnonis, quæ quòd maritum habeat senem, relicto eius cubili, ortum Solis anteuertit.

Aūrūm, ri, {זהב *zahab.* χρυσὸς. GALL. Or. ITA. & HISP. *Oro.* GER. Gold. ANGL. *Gold.*} Pretiosissimum omnium metallorum, ab aura, hoc est, à splendore ita appellatum: aut certè à Græco ὠρὸς, quod diuitem & potentem significat. *Plin. lib. 33. cap. 2* Vtinam posset è vita in totum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

abdicari aurũm,sacra famcs,vt celeberrimi autores prodidere , proſciſſum conuitiis ab optimis quibuſque , & ad perniciem vitæ repertum. ¶ Falluntur autem qui deducunt hanc vocem à Græco ὠρὸς, quòd diuitem ſignificat,quum Græcis ea vox ſit incognita, ſed eius loco eſt ἁβρὸς,qua voce mollis & delicatus homo ſignificatur. ¶Aurum factum,χρυσὸς εἰργασμένος dicitur,quod artificis manu aliquem in vſum eſt laboratum.*Vlpian l.Quin.Mutius.ff.de auro & argent.leg.* Cui aurum vel argentum factum legatum eſt,ſi fractum vel colliſum fuerit,non continetur.Seruius enim exiſtimat , aurum vel argentum factum id videri,quo commodè vti poſſumus. ¶Huic opponitur aurum infectum,hoc eſt,rude & non laboratum. *Virg.*10.*Æneid.*-ſunt auri pondera facti,Infectíque mihi:¶Aurum ſignatum,eſt pecunia ex auro cuſa.*Vlpian.*Si autem aurum vel argentum ſignatum legatũm eſt, id paterfamilias videtur teſtamento legaſſe,quod aliqua forma eſt expreſſum.¶In eadem etiam ſignificatione legimus aurum abſolutè & ſine vlla adiectione poſitum,*Plaut.in Aulul.* Effodio aulam auri plenam.¶Ponitur item aurum pro ornamentis muliebribus, ex auro confectis.*Terent.in Eunu.*Interea aurum ſibi clàm mulier demit,dat mihi vt auferam.[Aurum coronarium quid ſit docet *Gel.c.6.l.5.* Eſt autem.] Aurum coronarium,quod imperatori triumphaturo in coronam decernebatur. Triumphalis enim corona,quæ antiquitus incorruptis adhuc Romanorum moribus ex lauro fiebat,poſtea ex auro fieri cœpit. ¶ Aurum igni probatum.ἐ χρυσὸς τῷ πυρὶ δοκιμασθείς,dicitur is cuius fides rebus aduerſis explorata ſpectatáque eſt. *Vtitur hac ſimilitudine M. Tull.in epiſt.famil.Pindarus item in Nemeis hymno 4.pluréſque alij probatiſſimi authores.* [Vetus dictum vt Aurum igne, ſic innocentiam iudicio ſpectari.*Calpur.Flacc.Decl.*31.Hinc *Ouid.El.4.l.1.Triſt.*Vt ſulum ſpectatur in ignibus aurum,Sic.&c.]¶Auro habet ſuppactum ſolum,prouerb.figurâ dixit *Plau.in Bacch.*de prædiuite,cui tanta ſuppetat auri vis,vt pedibus calcet [Necauit? (hoſpitem)aurúmque huic ademit hoſpiti.*Pl.Moſtel ſc* 2.*a.*2. Ipſe nitor galeæ claro radiantis ab auro Inſidias prodet.*Ouid.*13.*Met.*Oſtendit quod iam præfoderat aurum.*Ibid.*Effigiemque meam fuluo complexus in auro(annuli) *Ouid. Eleg.6 lib.*1.*Triſt.*Statuam auream,ex auro Philippæo.*Plau.Curc.ſc.*1.*a.* 3.Auro & purpura ſibi amapor emit meretricis mores.*Plaut. Moſtel.ſc.* 3.*a.*1.Auro contra cedo mihi modeſtum.P. Cedo contra Aurichalco. Emi virginem,veſtem,aurum,*Pl.Cur.ſc.*3.*a.*1.Dij immortales! Aurum quid valet?*Pl.Aul ſc.*4.*a.*1.Contempta aurum & pallam, ſatin' me deceat.*Pl.Moſt.ſc.*3.*a* 1.Æquum eſt mihi purpuram,atque aurum dari(inquit dotata) *Pl.Aul.ſc.*5.*a.*3. (Huic Spintheri) Addas auri pondo vnciam.*Plau.Men.ſc.*3.*a* 3. Neque rectè , quæ in nos dicis aurum atque argentum merum eſt. *Plaut.Aſin.ſcen.*3.*a.*1. An tu verba blanda eſſe aurum rere? *Plaut.Aſin.ſcen* 1.*a.*3. Pallam & aurum domo ſuppilas(i. aureum ſpinther)*Plau.Men.ſc.*1.*a.*5 *& ſc.vlt a.*5.Pallam & aurum hoc mihi dedit.Odi aurum,multa multis ſuaſit perperam.*Pl.Cap.ſc.*2.*a.*2.]

[Auratura,æ,*Quintil.*]

Aūrātŭs,a,um, Quod in ſuperficie habet aurum. {διάχρυσος, χρυσοῦφής. GAL.Doré ITA.*Dorato,indorato.*GER Vergulđet/vbergulđet. HIS.*Dorado por parte de fuera.* ANG.*Gilde with gold.*} *Cic.poſt reditum in Senat.*Lentuli beneficio excellenti atque diuino non ſolùm reducti ſumus in patriam,ſicut nonnulli clariſſimi viri,ſed equis inſignibus , & ſigno aurato reportati.*Sue.in Neron.*Piſcatus eſt reti aurato ,purpura coccóque funibus nexis.[Quando te auratã & veſtitã bene habet.*Pl. Mostn.ſc.*1.*á* 5.]Abuſiuè tamẽ auream domum & aureã portam dicimus pro aurata Milites auraci,*Li* 9.Tunicæ auratis militibus verſicolores. [Et contrà auratara tecta dicit *Fab.Quin.*pro Aureis.]

Aūrāmentum,Videtur inſtrumentum eſſe effodiendo, aut purgando auro accommodatum,χρύσωμα,*Plin.l.*33.*c.*3.Hiſpania ſtrigiles vocat auri parutulas maſſas,quod ſuper omnia ſolùm in maſſa auramento capitur, quum cætera in metallis reperta igni perficiantur.

*Aurārūrā,pen.prod. *Quint.l* 8.*c.*6.De hypallage,Sed nomen immuto,vt quum aurata tecta,aurea puſillum à vero diſcedo, quia non eſt niſi pars, auratura.

Aūrārĭŭs,a,um,adiectiuum,{ὁ τῷ χρυσῷ,ὁ χρυσοῦς GA.D'or.IT.*Di oro.*GER. on gold,oder was zum gold gehört HIS.*Coſa perteneſciente à oro.* AN. *Of g l.*} vt, Auraria metalla.*Pl.l.*37.*c.*12.Aurarium negotium,*P' in Bac chid.* Auraria fodina, vbi fodítur aurum:quæ & Aurifodina dicitur. {χρ σωρυχία.GAL.Miniere ou mine d'or.IT *Minerà de cauare oro.*GE. Von gold/oder was zu gold gehört.HI.*El minero de donde ſe ſaca el oro.* AN &.*Agolde mine.*}*Pl.li.*34.*c.*4.

Aūrā i,Aurifices,qui aliquid ex auro conficiunt,aut inaurant.{ἀρὴχ *iſoréph.*χρυσοχόος.GAL.Orfeures.ITA.*Orefici.*GE.Goldſchmid.HIS.*Plateros q ue labran en oro.*AN.*Goldeſmythes,gilders.*} Aurarij etiam fautores dicũtur,*teſte Sor.*à nomine Aura,quod nõnunquam pro fauore accipitur.

Aūrĕŭs, ſubſtantiuum,Numinus eſt ex auro cuſus.{χρυσέιον,χρυσοῦς. AN.*Anoble,in golde.*}*Pl.l.*33.*c.*10.Immane tabulæ pretiũ accepit,aureos mẽſura,non numero.Aureus autem valet vigintiquinque denarios . ſiue centum ſeſtertios nummos,quum denarius quatuor eſſet ſeſtertium. *Vide Hotomanum in ſuo lex ¶Vide Antonium Aug.l.*2.*c.*9.

Aūrĕŭs,a,um. Quod ex auro eſt confectum.{χρυσᾶς,χρύσεος.GA.D'or,fait d'or.ITA.*Coſa fatta d'oro.*GER.Guldin/was von gold gemacht iſt.*HIS. Coſa de oro to.de maciça* AN *Golden,made of gol ie.*}*Cic.*4.*Philip.*Sedebat in roſtris Cæſar,in ſella aurea coronatus.[Ædes tuæ totæ cõfulgebãt quaſi eſſent aureæ.*Pl.Amph.*Scin' quod hoc ſit ſpinther,neſcio niſi aũteũ pici aureos mõtes colunt.*Pl.Aul.ſc.*5.*a.*4.Statuam aureã ex auro Philippeo.*Pl.Cur.ſc.*1.*a.*3.Illum dicis cum armis aureis. *Pl.Mer.ſc.*1. *a.*1.Ex ariadneis Aurea temporibus fixa corona foret. *Catu.de Co.Bete*]¶Item quod auri colorem habet.*Virg.*3.*Eclog.*Aurea mala decem miſi,cras altera mittam. ¶Interdum idem quod pulchrum.*Idem* 10. *Æneï.*-at non Venus aurea contrà Pauca refert. ¶Aureo piſcari hamo dicuntur , qui mediocris commodi cupiditate periculum adeunt vt maximarum rerum faciant iacturam. Fit enim nonnunquam vt piſcis hamum etiam ipſum ſecum auferat. Commemorarur inter facetè d'cta Octauij Cæſaris à Suetonio. ¶Aureos montes pollicẽri,χρυσᾶ ὄρη ὑπισχνεῖσθαι, Prouerbialis hyperbole , de iis qui immenſa promittunt , ſpéſque ampliſſimas oſtent antrà Perſarum arrogantia ducta,qui propter auri venas montes aureos iactabant. *Plaut.& Terent.*¶Aureæ compẽdes, χρυσοῦ πέδαι, Prouerbiali metaphora dicitur Ser tus ſplendida, & amabilis:qualis eſt ferè aulicorum vita.*Diogenes* in epiſtola quadam ſcriptum reliquit,Ariſtippum in aula regia,aureis teneri compedibus,ne poſſet auolare,*Hora.de amica formoſa.*-tenérque grata Compede vinctum.

Aūrĕŏlŭs,a,um,diminutiuum ab adiectiuo Aureus, Aureolum collum, auri colorem referens.*Varro* 3.*de Re ruſtic.c.*9.Aurcolus libellus. *Cic.* 4. *Acad.*Malum aureolum,*Catullo.*

Aūrĕŏlŭs,ſubſtantiuum diminutiuum ab aureo nummo. *Martial. lib.*5. Qui crepat aureolos,forſitan vnus erit.*Iaem lib.*10.Aureolos vtrò quatuor ipſe petit.

Aūrōsŭs,adiect.vt Auroſa arena.*Lampridius in Heliogab.*Scobæ auri portum ſtrauit & argenti,dolens quòd non poſſet & electri. Idque frequenter quacunque fecit iter pedibus vſque ad equum, vel carpentum,vt fit hodie in auroſa arena.

Aūrēſco,ſcis,χρυσόομαι,χρυσαυγέω.*Varro de ling.Lat.* Auroram ſplendorem ſolis exiſtimant,ſeu matutinum ſplendorem , eo quòd ab igne ſolis, aut æuro aër aureſcit.

Aūrīchălcum,compoſ.ex ære & auro,ſiue quòd colorem habeat aureum *inquit Feſtus.Vide Orichalcum.*¶Sed aurichalcum nunquam fuiſſe in rerum natura,& Ariſtotelis & Heſychij authoritate probatur : huius verba ſunt hæc,Ὁ ῥεὶ χαλκὸς, ἦν ἐκεῖ διαφανὲς ὡς χρυσὸν τὸ ὄρος. οἱ δὲ πλεῖστοι τὸν ἀρχαῖον αὐτὸ.*Vide Scal.in Feſt.*

Aūrīcŏmŭs,penult.corr. Qui aureos crines,ſeu auream comam habet. {χρυσοκόμος.GAL.Qui a les cheueux iaunes comme fin or,qui a le chef doré.ITA.*Biondo.*GER.Das guldin har hat/oder goldgelt. HISP.*Lo que tiene cabelladura de oro.*ANG.*VVhich hath heare of the coulour of goid.*} vnde Phœbus vocatus eſt auricomus.Barauus auricomus.*Si.l.*3.

Aūrĭfer,a,um, Quod fert aurum.{χρυσοφόρος. GA.Portant or. ITAL. *Che produce oro.*GER Das gold tregt. HISP.*Coſa que tiene ò trae oro.*ANG. *VVhich bringeth or beareth gola.*}Vnde aurifera flumina dicuntur,Tagus in Hiſpania,Padus in Italia,Hebrus in Thracia,Pactolus in Aſia, Ganges in India.Aurifera arbor.*Cic.*2.*Tuſ.*.Auriferum nemus *Plin.lib.* 5 *c* 1.Aurifera terra,*Martial.lib.*10.

Aūrĭfex,ficis Faber aurarius,qui auri laborandi artifex eſt.{ארף *tſoréph.* χρυσοχόος.GA.Orfeure,affineur d'or.ITAL.*Orefice.*GERM.Goldſchmid. HIS.*Flatero que labra oro.* ANGLIC. *Agold ſmyth.*}*Cic.*1.*orat.* Ad ea probanda quæ non aurificis ſtatera,ſed quadam populari trutina examinantur. *Plin.* Velut aurificum arte alternis inter folia candicantibus margaritis.[Fullo, Phrygio,Aurifex,lanarius. *Plau. Aul.ſc.*5 *a.*3. Hoc ſpinther ad aurificem deferas,iubeáſque reconcinnarier. *Plaut. Men.ſc.*3.*a.*3.(vt) Pallam ad Phrygionem & ſpinter ad aurificem ferres.*Plau.Men.ſc.*3.*a.*4.

Aūrĭfĭcīna,pen.prod.{AN.*A goldſmythes ſhoppe.*}pro aurificis officina. * Aurifodina,pen.pro.locus vnde effoditur aurum.*Plin.libr.*33.*c.*4.

Aūrĭfŭr,Qui furatur aurum.{χρυσοκλέπτης.AN.*VVhich ſtealeth gold.*}*Pla.* Et mihi hic aurifur eſt.

Aūrĭgĕr,ra,rum.adiect.χρυσοφόρος. vt auriger taurus.*Cicero* 2.*de Diuin.*Aurigeris diuũm placantes numina tauris.Arbor aurigera,*Valerius* 8.*Argonaut.*

Aurigo,{ANG.*The iaundis.*}Scribonio Largo,à fellis ſiue bilis ſuffione coloris aurei,ἴκτερος.Hippoc.ἰκτερικὸς νόσος:morbus regius *Horatio,*& arquatus *Celſ.lib.*3.*c.*24.GAL.Iauniſſe.ITAL.*Traboco di fiele.*}Eo morbo qui laborant ἰκτερικοὶ,Icterici,*Hora.* Auriginoſi:morbus ipſe etiam bilis ſuffio à *Plin.*vocatur.

Aūrĭlĕgŭs, penult. corr. Qui aurum legit,id eſt furatur.χρυσολόγος,χρυσοκλέπτης.

Aūro,as,{χρυσόω. AN.*To gilde.*}Aurum ſuperpono,à quo Deauro,& Inauro:inde auratum,inauratum,deauratum.

AVRVNCĂ , Latij ciuitas,ab Auſone Vlyſſis & Calypsûs filio condita:à qua Aurunci dicti fuerunt vetuſtiſſimi Latij populi , quorum meminit *Plin.l.*3.*c.*5.

AVSA,Ciuitas eſt Hiſpaniæ,*Ptolem.*

Aūſcărīpĕdăm,dixerunt veteres pro vermiculo piloſo qui ſolet in fronde naſci cum multis pedibus,*teſte Varro.libro* 6.*de ling. Lat. Sed vide ibi Scalig.*

AVSCI,populi ſunt Aquitaniæ in Gallia. *Plini.lib.*4.*cap.*16. vulgò, *Auxe.*

Aūſcŭlāri,Veteres pro oſculari dicebant. Et ab oſculo, hoc eſt,paruo ore deducitur,quod auſculum dicebant.*Feſtus.*

Aūſcūlto,cum accuſatiuo ſignificat Audio & diligenter attendo.{שמע *ſchamáh* הסכית *hiſchith* , ἀκροάομαι.GALLI.Ouyr,eſcouter.ITA *Auſcultare,vdire,ſtar attento.* GER. Zuloſen/zuhoren/auffmercken. HISPA. *Oyr eſcuchando,eſcuchar.* ANGL.*To hearken,to giue goode eare vnto.*} Hinc illud Catonianum,Auditis enim,non auſcultaris,tanquam pharmacopolam.[Veſtra ad auſcultandum benignitas(ſæpè de argumento Comœdiæ.)*Plau.Mil.ſc.*1.*a.*1.Libenter te auſculto loqui.*Plau.pſeu. ſc.*5.*a.*1.Auſcultate,atque operam date.*Plaut.Aſin.ſc.*3.*a.*3. Hunc auſculto lubens.*Pl.Aul.ſc.*5.*a.*3.Qui geſtant,quique auſcultant crimina *Plaut.pſ.ſc.*5.*a.*1.Ego dicam,auſculta.*Plau.Moſt.ſc.*2.*a.*1.Hinc auſcultemus quid agat(i.ſpectemus)*Plaut.Curc.ſc.*1.*a.*2.]¶Auſculta & perpende,*ex Homer.*Conueniet quoties ſignificabimus nos aliquid dicturos quod ad rem pertineat,quódque ratum ac certum futurum ſit. ¶Aliquando obedío,ſed cum datiuo.*πείθομαι,ὑπακούω.Terent.in And.* Pamphilúmne adiutem,an auſcultem ſeni.[Si rectè facias,auſcultates mihi.*Plau.Curc.ſc.*1.*a.*2.Vicine,auſculta queſo,Egon' auſcultem tibi?*Pl. Merc.ſc.*6.*a.*2.In re aduerſa ne animo auſcultes(i.credas)*Pl pſ ſc.*3.*a.*1. Omnes qui mihi auſcultabunt(i.volent credere)*Pl.Aſin.ſc.*1.*a.*1.]

¶Item aſpicio,cerno.*Afran.Priuigno(vt citat Nonius)*Ludos hinc auſcultaui procul.*Auſcultabitur, Imperſonale. *Plau.Merc.* excuſato me feciſſe ſedulò ad portum ne ires,dico iam tibi.c.auſcultabitur.

¶ Hinc auſcultatio,ἀκρόασις,& Auſcultator,ἀκροατὴς,verbalia.

AVSER,vel AVSERIS,Fluuius eſt Hetruriæ,non procul à Luca.*Strab.li.*5. Æſarem vocat.Vulgò *Serchio.*

AVSIGDA,gen.neut.αὐσίγδα,Vrbs Lybiæ(Hecateus inſulam eſſe ſcribit) *Stephan.*

Aūſim,auſis,auſit,ponitur pro Audeam ; audeas,audeat,πολμῶ ; *Liu. in Procemio lib.* 1.*ab Vrbe* , Nec ſi ſciam ,dicere auſim.*Virgil,*1.*Georg.* Auſim vel tenui vitem committere ſulco. [Auſim , vel rapidas auſim maris ire per vndas. *Tibul.lib.*4. Qui me hodie præſentem auſit indignè præuortier, prò,Auſus ſit.*Plau.Amphi.ſc.*3.*a.*4.Hunc non auſim præterire.*Plau.Aul.ſc.*4.*a.*3. Mars haud auſit dicere.*Plaut.Mena.ſc.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

1.a.1.Ausoniæ matres nutríſque.*Ouid.El.1.li.2.Triſt.*Ausonia lyra dum feris carmina.*Ouid vlt.li.4.Triſt.*]

Aūsŭs, Ausus, & Ausum, ὑποτολμηθέν, τόλμημα, pro temerè præſumpto accipiuntur. *Maro:*Hoc vbi pro meritis & talibus imprecor ausis.

AVSITIS, idis, ἀυσῖτις, Regio, quæ Hebraicè dicitur עוץ *huts*, ſeu Hus, in qua natus eſt Iob.

AVSŎNĬA, ἀυσονία, Olim pars Italię dicebatur, in qua ſunt Beneuentum, & Calesita dicta, *teſte Feſto*, ab Ausone quodam Vlyſſis & Calypsûs filio, qui & Auruncam traditur condidiſſe.

¶Huius regionis incolæ propriè Ausones, ἀυσονες dicti ſunt, & Ausonij: quanquam id nomen poſtea toti Italiæ fuerit communicatum. [Ausonis, idis, *Ouid.2.Faſt.*Captáque erat lyricis Ausonis ora ſonis]

AVSŎNĬVS, αὐσόνιος, Sophiſta, ſcripſit epiſtolas & alia quædam ad Nonnũ, *vt ait Suidas.* ¶Fuit & Ausonius poeta Gallus, patria Burdegalenſis, cuius extant epigrammata & opuſcula quædam.

[Ausonius, a, um, Ausoniæ matres nutríſque. *Oui.Ele.1.li.2.Triſt.*

Ausonia Lyra dum feris carmina. *Ouid.Ele.vlt li.4.Triſt.*

Aūsŏnĭum mare, αὐσόνιος πόντος, ὠκεανὸν αὐσόνιον πέλαγος, Ionij maris pars eſt, quę ab Orientali Siciliæ parte vſque ad Salentinos extenditur, in tres diuiſa ſinus, vt ex Polybij ſententia *Pl l.3.c.5 & 10. Strab.l.6.* alio nomine Siculum mare vocari teſtatur. {GER Das meer ſo von auffgang an Sicilien ſtoſſet } Ausonium autem dictum putat, ab Ausonibus populis, qui eo in tractu primùm habitarunt, *autore Pl.li.3.c.10.* quod tamen loco tam citato negat *Strabo. Feſtus* ab Ausone quodam Vlyſſis & Calypsûs filio mari huic nomen factum exiſtimat.

Aūspĕx, icis Propriè dicitur qui ex auium volatu, cantu, aut paſtu futura diuinat: quem & Augurem appellari, ſuprà oſtendimus. {οἰωνοσκόπος. GAL. Pronoſticateur, Augure ITA. *Pronoſticatore.* GE. Ein weyſſager vß warnemung der vögel. HIS. *Adeuino de agueros de aues.* ANGL. *A ſouthſayer, a geſſer.* } *Cic ad Attic.lib.1.* Latores & auſpices legis curiatæ. Auſpices autem in omnibus ferè rebus publicis & priuatis ſcil. negotiis adhibebantur. Nam & in nuptiis adhibebantur contrahendis, vt de nuptiarum ſucceſſu auſpicia ſumerent. Vnde *apud Suetonium*, [*in Claud.c.26.*] legimus Sporum puerum Neroni nupſiſſe, dote inter auſpices conſignata *Cic.pro Cluen.* Nubit genero ſi cerus nullis auſpiciis. *Liu.l.2 d.5.* Nuptiæ velut auſpicibus nobiliſſimis populis deductæ.] Qua de cauſa falſum eſt quod hìc antea ſcriptum erat, Auſpices etiã vocari, pronubos qui à patre mariti in nuptiis adhibentur, quemadmodum pronubæ ex parte ſponſæ. ¶Auſpicem præterea vocamus, cuius ductu, & autoritate rei aliquid gerimus. { ANG. *A foreman, a guide.* } *Horat.lib.1.Carm.Ode 7.* Nil deſperandum eſt Teucro duce, & auſpice Teucro.

Aūspĭcĭālis le, Quod ad auſpicium pertinet οἰωνοσκοπικὸς: vt Auſpicialis piſciculus, qui aliquid portendit, aut ſignificat futurum. *Plin.lib.32.c.1.* *Alij legunt *Auſpi alis.*

Aūspĭcĭum, Augurium, diuinario ſumpta ex geſtu vel cantu auium, cuius inuentionem Tireſiæ Thebano aſſignat. *Pli.l 7.c.56.* {οἰωνισμός, οἰωνοσκοπία. GAL. Conſideration des choſes à venir par contempler & obſeruer le vol ou cri d'oiſeaux ou telles choſes. ITA. *auſpicio.* GERM. Ein weyſſagung die mann nimpt ab den gebärden der vögle HIS. *El aguero, tomado de las aues.* ANG *Geſſing, a ſigne or token obſerued by birdes of thinges to come.* Dictum Auſpicium quaſi Auiſpecium, ab auibus ſpectandis: quemadmodum Augurium, quaſi auigarrium ab auium ſcilicet garritu, quem auſpicantes obſeruabant. [Partim ductu, partim auſpiciis ſuis. *Suet in Auguſt.c.21.* Auſpicium excuſat militem. *Gel. capite quarto libro 16.* Auſpicia maiora quæ dicantur *Idem Gel.c.14 l.13.* Auſpicium excuſat militem. *Gell.c.14.l.16.* Opus eſt meliore auſpicio. Veni huc auſpicio malo. *Pl. Aul.ſc.2.a.3.* Ne malo cum auſpicio nomen commutaueris. (*à la malheure*) *Plau. Aſin ſc.3.a 2.* Quantum ex augurio auſpicij intelligo. *Plau.Aſin ſc.2.a.2.* Imperio atque auſpicio heri Amphitruonis expugnatum oppidum. *Item* ductu, imperio, auſpicio ſuo. *Pl Amph.* Auſpicia turbare, aut retinere vel vitiare, *Gell.c.14.l.13.* Aue ſiniſtra, auſpicio liquido. *Pl.Pſe.ſc.4 a.2.* *Cic.2.de Diuin.* Nihil publicè ſine auſpiciis neque domi, neque militiæ gerebatur. Auſpiciorum duo fuiſſe genera Dion narrat: vnum ſine obnunciatione: alterum cum obnuntiatione. Vtroque genere poteſtas agendi cum populo tollebatur: primò, vel ſi nulla omnino ſigna de cælo monſtrarentur, nec obnuntiaretur quidquam: altero quum cæleſti aliquo ſigno viſo, quod publicam calamitatem portendere videretur obnuntiaret is, qui auſpicabatur, et, qui agere cum populo vellet. Vtrumque genus lege lata, ſuſtulit P. Clodius Trib. Pleb. Ciceronis inimicus: de quo ſic in oratione pro Sextio, iiſdem Conſulibus ſedentibus atque inſpectantibus, lata lex eſt, ne auſpicia valerent, ne quis obnuntiaret, ne quis legi intercederet. *Ex Commentariis Atticin Oratione pro Sextio.* ¶Sumitur etiam latiùs, vt ad alia diuinandi genera extendatur. *Cic.3. de Diuin.* Fulmen optimum auſpicium habetur, ſi ſiniſtrum fuerit. ¶Ponitur & pro ductu, fortuna & autoritate. { AN. *Conducte or diſpoſition of a captaine: auctoritte.* } *Virgil.5.Æneid* En huius, nate, auſpiciis illa inclyta Roma Imperium terris, animos æquabit Olympo. ¶Nonnunquam etiam pro imperio & poteſtate. *Item 4.Æneid* Communem hunc ergo populum, paribúſque regamus Auſpiciis ¶Dicimus & Meis auſpiciis, pro meo arbitrio, meo Marte, meiſque præſidiis. *Virgil.4. Æneid.* Me ſi fata meis paterentur ducere vitam Auſpiciis, & ſponte mea componere curas.

Aūspĭcŏr, aris, Auſpicia ſumo, de cælo ſeruo, ex auium cantu geſtúque futura diuino, de rei euentu aues conſulo, {οἰωνοσκοπῶ. GALL. Conſiderer par les oiſeaux, deuiner, encommencer. ITAL. *Augurare, comminciare.* GERMA. Das vogler achtung tragen/vnd etwas weyſſagen. HISP. *Adeuinar por agueros, començar.* AN. *To diuine, ty birdes* } *Cic.2.de Nat. deor.* Gracchus quum pomerium tranſiret, auſpicari eſt oblitus. ¶Et quoniam veteres nihil niſi auſpicato gerebant, fit vt auſpicari dicamus pro incipere, & negotium aliquod aggredi. {ANG. *To beginne, or interpriſe a buſſineſſe.* } *Suet.in Aug.* Militiam auſpicantibus non tribunarum modò legionum, ſed etiam præfecturas alarum dedit, i. militiam incipientibus & fœlici auſpicio inchoantibus. [Auſpicari iuriſdictionem præfecti. *Sue.in Neron.c.7.* Auſpicatis Reip. ominibus Liuiam duxit vxorem. *Velleius.*] *Col.l.12.* Poſſit ab Idibus Ianuariis auſpicari culturarum officia.

*Auſpicatus, Nomen ex participio. αἴσιος, felix. *Quint,lib.10.c.1.* Itaque vt apud illos Homerus, ſic apud nos Virgilius auſpicatiſſimum dederit exordium. Id eſt feliciſſimum. *Catul.42.* Quis vllos homines beatiores vidit? quis Venerem auſpicatiorem?

Aūspĭco, as, Antiqui dixerunt pro Auſpicor. *Plau.in Perſa*, Ego auſpicaui in hunc diem. *Idem in Rud.* Non hodie iſti auſpicam rei. *Nonius*, M. Cato de conſulatu ſuo, Poſtquam auſpicaui atque exercitum adduxi ponè caſtra hoſtium, &c. *Soſipat. Inſti.Gram.lib.11.* [*Item Gel.c.2.li.3.* vbi de ratione auſpicandi.]

Aūspĭcātŏ, aduer. Auſpicio ſumpto, augurato. {αἰσίως. GALLI. A la bonne heure, de bonne fortune. IT. *In buona hora.* GER. Mit zuſtimmung der vögler/ gluckſelich/ zu einer guten ſtund HISP. *Con buena aicha y agueró.* AN. *Fortunatlie, luckelie.* } *Cic.2.de Diuin.* Romulus vrbem auſpicato condidit. *Idem pro Deiotaro*, nihil Deiotarus, niſi auſpicato gerit. ¶Sumitur nonnunquam pro Fœliciter. *Teren.in And.* Haud auſpicatò me huc appuli. Huius compoſitum eſt inauſpicatò, hoc eſt, infeliciter, vel nullo auſpicio præuio.

Aūſtĕr, Ventus meridionalis: ab hauriendis aquis dictus, licet non aſpiretur in principio. {תימן *temán.* GAL. Vent de midi. ITA. *Vento oſtro.* GERM Der Sudwind von Mittag. HI *Viento de medio dia.* ANL. *The ſouthwind.* } Nam nebuloſus atque humectus eſt: vnde etiam Græcè eadem ratione νότος appellatur: quoniam νοτὶς Latinè humor dicitur. *Vir. 4.Geor.* Frigidus vt quondam ſyluis immurmurat Auſter. [Authyadas fœuis hauſerat Auſter aquis. *Oui.El.10.l.1.Tri*] ¶Ventus hic ob violentiam floribus eſt inimiciſſimus. hinc locus factus prouerbio *apud Maronem* in carmine Bucolico, Floribus auſtrum, fontibus apros immiſi, vbi quis optat nocitura.

¶Auſtrum perculi ineptiſſimè hic ex Plauto legebatur. Nam in loco Plauti Plauſtrum legendum eſt, non Auſtrum. Vide PERCELLO. ¶Ab Auſter fiunt duo adiectiua, Auſtralis, & Auſtrinus. νότιος, *Cic. de Somn Scip.* Duo ſunt habitabiles, quorum Auſtralis ille in quo inſiſtũt, aduerſa vobis vrgent veſtigia. *Plin.li.16.c.26.* Pyrus & amygdala, etiam ſi non pluat, ſed fiat auſtrinum cælum, atque nubilum, florem amittunt.

[Auſtrinis tempeſtatibus tentari. (i. auſtro) *Suet.in Aug.c.81.*]

Aūſtro, as, Humecto, νοτίζω. *Plaut.* Auſtrati ad ignem ſedent.

Aūſtērŭs, a, um, pen. prod. {קשה *kaſchéch.* αὐστηρός. AN. *Seuere, cruell, rude, ſower.* } Immitis, ſubacerb. qualis eſt ſapor fructuum qui nondum plenam maturitatem ſunt conſequuti. Differt autem ab Acerbo (*vt docet Plato in Timæo, & Gal.li 3.de Fac Simpl.*) tanquam minus à maiore. Vtraque enim guſtata aſtringunt & contrahunt linguam: minùs tamẽ eam exaſperant, quę auſtera ſunt Hinc Auſterum vinũ dicimus, quod vulgus *viriae* appellat. ¶Per tranſlationem accipitur pro duro, aſpero, graui. *Horat.in Serm.* Molliter auſterum ſtudio fallente laborem. *Pr per.li.3.Eleg.* Qui volet auſteros arte ferire viros.

Aūſtērĭtās, atis,) (ſuauitas. {קשי קשי *keſchi* פרך *pérech.* σφοδρότης, σφοδρότης. GALL. Auſterité, aſpreté, rudeſſe. ITAL. *Auſterità, aſprezza, ſeuerità.* GERM. Rauche/herbe, ſtrenge. HISP. *Aquella aſprezza tocante alguſto.* AN. *Rudneſſe, ſeuerite.* } *Quint.li.2.c.2.* Non auſteritas eius triſtis, non diſſoluta ſit comitas.

Aūſterē, aduerb. Duriter, ſeuerè. {αὐστηρῶς. GALLI. Auſterement, aſprement, rudement. ITAL. *Auſteramente, auſperamente, duramente.* GERM. Rauch/ernſtlich/ mitſaur ſehen. HISPAN. *Aſperamente.* ANG. *Sowerlie, rude ie.* } *Cic.pro Murana*, Attamen agit mecum auſterè & Stoicè Cato.

AVSTRANA, Inſula eſt in Occeano Septentrionali, aliàs Gleſſaria dicta. *Plin.lib.4.c.13.*

AVSTRĬA, Regio eſt Germaniæ ad Danubium, olim Pannonia ſuperior dicta. Metropolim habens Viennam, frequentibus Turcarum oppugnationibus nobilitatam. {GE. Oſterreich }

Aūſtrum, Vide HAVSTRVM.

AVSVGANI, Populi ſunt inter Feltriam & Tridentum, ab Auſugo oppido dicti, nunc vallis Sugana vulgò appellari ſolet, vbi lanæ copia ſit.

Aūt, Coniunctio ſeparatiua. {או. GAL. Ou. ITAL. *Ouero, ouer amente.* GER. Oder. HI. Q. ANG. *Ather.* } *Virgil.1. Aeneid.* Aut onera accipiunt venientum, aut agmine facto Ignauum fucos pecus à præſepibus arcent. [Quid tibi eſt mecum aut tecum? Aut ἐπαίτιος? *Pl.ſc.3.a.5.* Non ancillæ tibi, aut ſeruæ reſponſant, pro Et, *Plau.Men ſc 2.a.4.* Sibíque aut materiæ, pro & *Plau .Moſtel.ſc.2.a.1.*] ¶Aliquando dubitatiua: vt, Aut librum volo, aut pretium. ¶Si ſemel ſubiiciatur, diminutiua eſt: *vt apud Virgil.1.Æneie.*-aut age diuerſas (quod enim grauiſſimum erat, Iuno primùm optabat, vt ſcilicet ſubmerſas puppes obrueret) aut ſi id grauius videretur, vt ſaltem in partes diuerſas eas diſiiceret. ¶Aliquando coniunctiua: *vt apud eundem 9.Aenei.*-me primam abſumite ferro, Aut tu magne pater diuûm miſerere.

AVTANDER, αὐτανδρος, Filiam habuit Tagitam, *Steph in Tauchira.*

AVTARIATAE, αὐτοριάται *Stephano*, populi in Illyrico bellicoſiſſimi: qui quum Triballos, & Ardiæos vicinos ſuos debellaſſent, poſtea à Scordiſcis attriti, & tandem à Romanis penitus deleti ſunt. *Autor Strab.li.7.*

Aūtem, pro ſed, ſiue verùm, Coniunctio eſt tantùm ſubiunctiua. {ו אכל *a al.* δὲ τοῦ, δ'ἐπεί. GAL. Mais, or, ains. IT. *Ma.* GERM. Aber. HIS. *Mas.* ANG. *Bot.* } *Valla*, Verò & autem, idem ſignificant, & eodem in loco poni poſſunt, antecedente vtique aliqua dictione, nunquam enim ab ſententia incipit. Collocantur autem frequenter, vt nuſquam referantur, ſed tantùm diſtinguant ſententiam à ſententia *Hactenus Valla li.2.Terent.in Adelph.* Æſchinus odioſè ceſſat, prandium corrumpitur: Cteſipho autem in amore eſt totus. *Autem inter multas copulatiuas ponitur, quaſi reſpirationis cauſa *Cic.2.de Nat deor.* Tum autẽ rurſus aperiuntur, tũ recedunt, tum antecedunt, tũ autẽ ſubſequuntur, tum celerius mouentur, tum tardius [Illa illum neſcit neque compreſſam autem patet. *Plau.Aul.prolog.* Quid triſtis es? Quid autem ille abs te natus deſtitit? pro, *Item Plau.Men.ſc.2.a 5.* Ille me obſeruat canis, poſt autem ille hircus. *Pl.Men.ſc.1.a.5.* Ecce autem, Vide Ecce. Tum autem Vide Tum.] Autem vtimur, quum verbum iam dictum repetimus cum interrogatione, corrigentes quod minus nobis dictum videbatur. *Cicero Attico*, Sed ferendus tibi in hoc meus error, ferendus autem? imò verò etiam adiuuandus. *Bud.*

AŸTHĒ, Alcionei gigantis filia fuiſſe perhibetur, quæ ob dolorem paternæ necis cum reliquis ſororibus ſe in mare præcipitauit. Sex

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

autem Alcionēi filiæ fuisse creduntur, Pausania, Authe, Asterie, Alcippe, Methone, & Drimo, quæ ob desiderium patris ab Hercule occisi, quum in mare se dejicere vellent, in Alcyones aues sunt mutatæ. Apud Suidam tamen, vnde hæc videntur esse descripta, ωὐσὴ legitur non αὐδὴ.

Aŭthēnticum, {αὐθεντικὸν. GALL. Authentique & approuué par gens d'authorité ITA. *Authentico, approbato.* GER. Das durch vil angenom men vnd bewäret ist/glaubwirdig. HIS. *Cosa que tiene authoridad.* ANG. *Authentik, approued.*} dicimus, Græcos sequuti, quod Latinè Authoratum diceremus. Hinc lex authentica, & decretum authenticū, quod multorum authoritate comprobatum est.

Aŭthēpsa, αὐθέψα. ANGL *A brasen pot wherein meate is solden with little fire.*} Ollæ æneæ fuit genus, ita dictum, quasi per seipsum coquens, quod tam artificiosè factum esset, vt minimo supposito igne facile bulliret. ¶ Meminit huiusmodi ollæ *Cic pro Sext. Rosc. Amerino*: cuius tantum pretium fuisse dicit, vt prætereuntes audito, totum fundum vænire arbitrarentur.

Author, Lege in nomine AVCTOR, in AVGEO.

Authoritās, Est pondus & eminentia quædam, vitæ probitate, scientia, ætate, meritis, potentia, vel honoribus parta, cuius gratia dictis factisque cuiuspiam plurimum deferimus. {יבולת *jeeholeth.* τὸ κῦρος ἢ σύστασις, τὸ ἀξίωμα πικὸν, αὐθεντία. GALL. Authorité, dignité, credit, pouuoir. ITAL. *Autorità, potestà, grauità, forza, credito.* GERM. Ansehen/gewalt/wirdigkeit HISPA. *Autoridad.* ANGLIC. *Authoritie, preheminence.*} *Cicer. 1. de Diuin.* Hunc ergo antepones Platoni? qui vt rationem non redderet, authoritate tamen hos minutos philosophos vinceret. *Idem libro primo Epist. Famil.* Nos eò minorem in causa authoritatem habemus, quòd tibi deerimus. [Authoritatem Deorum non expleuit Polycletus (i decus augustum formæ) *Quintil.* Item Auctoritas pro sententia, *Liu. l. 1. d. 4.*] *Liuius libro 2. ab vrbe*, Nec ante mouerunt de sententia Consulem, quàm Tribuni se in authoritate Patrum futuros esse polliciti sunt. *Cic. Philip. 1.* A vobis peto, vt si æqui minus audebit is orationem atque authoritatem meam, benignè me tamen vt feciſtis, adhuc audiatis. ¶ Authoritas quæ que titulus est, siue ius quo quid possidemus, apud Iurisconsultos. [Legis veteris Atimiæ verba sunt: Quod subreptum erit, eius rei æterna auctoritas esto. *Gell. c. 7. lib. 17.*] Idem euictio, siue periculi præstatio. *Paulus lib. 2. Sentent. ea. 17.* Venditor si eius rei quam vendiderit, dominus non sit, pretio accepto authoritatis manet obnoxius, id est, euictionis. Melius fortasse scribetur sine aspiratione, à Græco pronomine αὐτὸς. Vide suprà in AVCTOR

Aŭthōrāre, Est aliquem sacramento & stipendio astringere, & propriè de militibus dicitur. {ὁρκῳ στρατιώτας, στρατεύειν. GALLI. Obliger pour quelque bien faict, ou par serment faict & gages receus, comme gendarmes. ITAL. *Obligar' a cuno con sacramento.* GERM. Ein verbinden / verpflichten HIS. *Obligar alguno entrepuesto iuramento.* ANG. *To bind one by couenant.*} *Suetonius*, De legendo, vel authorando milite, ac legionum, & auxiliorum discretione. *Cicero in Epist. Famil.* Quia quum depressus in ludum, bis gratis depugnasset, authorari sese nolebat, & apud populum confugerat. [Auctorare se gula dicitur gladiator cùm pugnat vt saginetur. Et de ea re plura vide apud *Quintil. Declam. 333.* Populo Rom victoriam, partibus suis excidium, sibi mortem pessimo authorauit exemplo. *Velleius.*]

Aŭthōrāmēntum, Sumitur pro obligatione, nexúque ac veluti stipendio, pretióque eius qui sit authoratus, id est, obligatus. {ὀψώνιον. GA. Guerdon ou bien fait par le quel on est esmeu & quasi obligé à faire quelque chose. IT. *Premio, guiderdone, obligo, per lo qua e alcuno si mette à fare q elche impresa* GE. Die besoldung oder lohn/dardurch einer verbunden wirt etwas zu thun. HIS. *Obligacion de alguno, an trepuesto iuramento, ò otra co à* ANGLICE, *Obligacion wher by one is bound to serue, an indenture.*} *Cic. lib. 1. Offi.* Mercedem ait esse authoramentū seruitutis. Vbi authoramentum capitur pro illa obligatione, qua mercenarius accepta mercede cogitur seruire. *Seneca ad finem operis*, Magno authoramento labor peruenit. *Idem Sen epist. 70.* Nullum sine auctoramento malum: (mox, mercede.) *Veleius*: Iugulati ciuis publice auctoramētum constituere (i. prēmium cædis.) Et Auctoramentum funeris. (i. mercedes cædis Ciceronis.) *Idem Vell.* Auctoramento centum reuocati rudiarij, *Sueton Tib. c. 7.* Auctoramenta impudentiæ. *Apul. Apol. 1.* Auctoramenti verba Vri, vinciri, ferro necari. *Sene epist 37.*]

Aŭthōrātus, Authoramento obligatus, mercede conductus: quod nomē ad gladiatores refertur, qui vitam suam venalem habent, vilíque mercede ad apertissima pericula sese addicunt. ὠνητοπώλης. ¶ Huic opponitur Exauthoratus, hoc est, authoramento solutus. *Plinius lib. 14.* Vindemiatorem authoratum dixit, hoc est, à mercede conductum, & sublimitate vitis periclitantem. *Idem lib 36.* populum Romanum Authoratum appellat, in spectaculis periclitantem, instar gladiatorum. Authoratus proditor dictus, quasi obligatus. [*Liu. l. 7. d. 4.* Authoratum sibi proditorem ratus.] *Manil. lib. 5.* Astronomicôn, ministros perpetuo quasi epitheto Authoratos vocat, tanquam perpetuos mercenarios obligatósque dominis, à quibus mercede comparantur: *sic enim ait*, Atque authoratos in tertia iura ministros. Sic *Seruius* dixit solos parentes habere potestatem authorandi.

AVTIVI, αὐτιοι, Hiberniæ populi sunt *Ptolemæo.*

AVTOCANES, Mons ponitur ab *Homero in* Hymnis.

Aŭtŏchthŏnes αὐτόχθονες. Epitheton est Athenienſium, & aliorum nōnullorum populorum: quasi indigenæ, & in eodem nati solo quod incolant, eúmque terræ primi cultores, vt quæ illis sedes eadem sit & origo: *Cic. Ac. lib. 7.* Curius autem ipse sensit quantum vellet à me diligi, & eo sum admodum delectatus, & mehercule est, quàm facilè diligas, αὐτόχθων in homine vrbanitas: id est ingenita, nativa.

Aŭtŏdidactus, αὐτοδίδακτος, Qui seipsum magistrum habet; qualis fuit diuus Augustinus Ecclesiæ doctor eximius.

Aŭtŏgrāphum, propria manu scriptum. {αὐτόγραφον. GAL. Escrit de la main de celuy qui en est auteur. ITA. *Escrito di propria mano.* GER. Eigne hand geschrifft. HISP. *Escritura de su propria mano.* ANG. *The authours owne write.*} Vnde Autographa epistola, *apud Sueton. in Augusto c. 7. & 87.* ipsius manu scripta significatur. ¶ Antigrapha verò, scripta

Aŭtŏlecythus, peu. corr. {αὐτολήκυθος, ANG. *A begger.*} Mendicus, Scurra. Nam λήκυθος, est vrceolus olei, αὐτὸς ipse. quoniam non aliud possidet, *ait Suid. Vide Erasmi Adagia.*

AVTOLYCVS, αὐτόλυκος, Fur maximus perhibetur: auus paternus Sinonis, & maternus auus Vlyssis. *Mar. l. 6.* Non fuit Autolyci tam piceata manus. [Autolycus quis *Plin in Lucu.*] Alter fuit Parnassi incola, de quo *Strab lib. 9.* scribit quod furto vicinorum bona surripuerit.

AVTOLOLES, penul cor. αὐτόλολες, populi sunt Africæ ad Atlantem montem. *Vide Plin. lib. 5. cap. 1. & 2. & Silium libro 3.* Necnon Autololes leuibus gens ignea plantis, Cui fonipes cursu concesserit incitus amnis Tanta fuga est.

AVTOMALAX, *Pto* AVTOMALA *Strab.* Castellum est in intimo Cyrenaici sinus recessu situm. Sunt, qui hodie *Estam* vocari credant.

Autŏmăta, αὐτόματα. Sunt instrumenta arte mechanica ita subtiliter fabricata, vt sua sponte, nulláque apparente causa moueantur: qualia sunt horologia, machinæque versatiles. αὐτόματον enim interpretatur vltroneum, & suę spontis. [Meminit *Suet. in Claud. c. 34.*] Scribit *Vitru.* hydraulicas machinas & aquarum expressiones Automatas à Ctesibio primo repertas fuisse. ¶ Mors naturalis & fatalis dicitur à Demosthene αὐτόματος: quasi suæ spontis, & nulla extrinsecus vi coacta.

AVTOMEDON, pen. corr. Nomen aurigæ Achillis. *Vir. 2. Æneid.* & equorum agitator Achillis Armiger Automedon.

Aŭtŏmŏlī, siue Automoli, αὐτόμολοι. A Græcis dicuntur profugi. ANGL. *They ye ich fleeth away.*} *Pomponius* scribit, Æthiopum alios vocari à vitæ spatio Macrobios: alios, quia ex Ægypto aduenêre Automolasita enim Græci profugos appellant.

AVTONOE, noes, αὐτονόη, Cadmi Thebarum conditoris, & Hermiones filia fuit, & Actæonis ex Aristæo mater, qui & ipse à nomine matris, Autonoëus vocatur ab *Ouid. lib. 3. Metam.*

Autonŏmĭa, αὐτονομία Libertas viuendi suis legibus.

Autonomus, pen. corr. αὐτόνομος, Qui viuit suis legibus.

Autophoros, pen. prod αὐτόφωρος. A Iureconsultis vocatur fur manifestus, qui scilicet in ipso furto, aut cum re furtiua antè quam quo destinauerat pertulisset, est deprehensus. Vetustissimi enim Græci φῶρα vocauerunt quem recentiores κλέπτην vocant.

Aŭtŏpўrŏs pen. cort. αὐτόπυρος, Epitheton panis, ex quo furfures non sunt sublati, quasi totum in se tritici non imminutum habens. *Celsus lib. 2. c. 17* Firmius est triticum, quàm milium: idipsum, quàm hordeum & ex tritico firmissima siligo, deinde simila: deinde cui nihil ademptum est, quam Autopyron Græci vocant, infirmior est ex polline: infirmissimus cibarius panis ex quibus Celsi verbis satis constat, non eundem esse panem autopyron cum eo, quem Cicero Cibarium vocat. Autopyros enim (qui & a *Galeno* appellatur) is est, ex quo nihil neque pollinis neque furfuris excretum est. Cibarius verò dicitur, cui bona pars pollinis adempta est, quíque magna ex parte furfuraceus est, quem *Paulus Ægyneta* ῥυπαρὸν videtur appellare.

AVTRICVM, αὐτρικιον, Apud *Ptolem. lib. secundo cap 8.* Galliarum vrbs esse creditur, quæ vernacula lingua *Chartres* appellatur, à Cæsare Carnum.

Aŭtumnus, {יקב *kájits.* ὠρα, ὀπώρα. GAL. L'automne. ITAL. *Autunno.* GERM. Der Herbst. HISPA. *Otoño.* ANGL. *The harueſt, or haruest time.*} Vna ex quatuor anni partibus, inter æstatem & hyemem media, qua vindemia fit, & arborum fructus colliguntur. Vnde etiam ab augendo quidam autumnum dictum putant, quòd eo tempore coactis fructibus, agricolarum opes maxime augeantur. *Vir. 1. Georg.* Quid tempestates Autumni, & sydera dicam? *Idem 6. Æneid.* Quàm multa in syluis Autumni frigore primo Lapsa cadunt folia.

¶ Pulchrorum etiam autumnus pulcher est, πρὸς καλῶν ἡ ἐπὶ πᾶσι καλή. Metaphora prouerbialis nata ex Archelai apophthegmate, quod ab eo dictum Plutarchus refert in Euripidem qui iam pubescentem atque exoletum Agathonem in conuiuio suauiabatur. Quadrat igitur in ea quæ quum natura sint egregia, nè tum quidem fastidienda videntur quum maturuerint.

Aŭtumnĭtās, Autumni tempestiuitas: sicut Oliuitas, quando olea legitur, ὠρομὸς. *Cato de re Rustica, ca. 5.* Circum oleas autumnitate ablaqueato *Idem, cap. 156.* Prima autumnitate, quum pluuia est, tum maximè ab aqua periculum est.

Aŭtumnŭs, a, um, vt Æquinoctium autumnum, *Plinium lib. 19. cap. 6.* [Autumna tempestas, i. autumnalis, *Gell. c. 7. l 9.*]

Aŭtumnālis, adiectiuum, ὠρεῖος: vt, Tempus autumnale. *Varr. lib. 1. c. 39.* Nonne videmus alia florere verno tempore, alia æstiuo neque eadem autumnali, quæ hyberno? Autumnal dixit *Varro* linguæ Latinæ magister eximius: vt, Æquinoctium Autumnal. *Autor est Sosipater lib. 1.*

Aŭtumo, as, pen. corr. Existimo, censeo affirmo. {אמר *amár.* חקים *hékem* σταμβάω. GAL. Estimer, iuger, penser, croire & affermer. ITAL. *Stimare, pensare, creaere & affermare* GERM. Achten/Schetzen/meinen. HISP. *Iuzgar o pensar, creer.* ANG. *To iudge, think, be eue.*} *Cic. in Topic* Bene quam meritam esse autumas, dicis malè mereti. (Perinde vt autumo, haud aliter dicens. *Plau. Mostel. sc. 2 a 5.* Quem tu mississe eam Epistolam autumas? *Plau pseu. sc. 2. a. 4.* faxo vt neget se esse qui scit & me esse autumet. *Pla. Pseud. sc. 1. a. 4.* Quatuor viros sopori se dedisse autumat. *Plaut. Amph* (i. narrat) *Ibid.* Egomet mihi non credo cùm illæc illum autumare audio. Hic quidem quæ illic res sunt gestæ, memorat memoriter. *Ibidem sc. 1.* Audistin' me illic dicere ea, quæ illa autumat? Vt te volo esse mihi autumo (i. duco.) *Plaut. Capt. sc. 1. a. 2.* Si vera autumas. *Ibid bis sc. 1. a. 4.* Et falsa autumas, *sc. a. 5.*] *Plautus*, Nisi hoc ita factum est, perinde vt factum esse autumo, non causam dico, eum quin simules probri. *Vide Gell. lib. 15. cap 3.*

Aŭus, Patris, vel matris pater. {πάππος. GALL. Ayeul, pere grand. ITAL. *Auolo.* GERM. Grosvatter HISP. *Abuelo.* ANGLIC. *A grandfather.*} Ab æuo nominatus, quòd patre antiquior sit: vel à Græco αὖος, quod siccum significat & aridum. aut certe à verbo αὔω, quod inter cætera significat clamo, strepo. Est enim ætas illa clamosa, & impendio loquacior. ¶ Hinc Proauus, προπάππος: auus paterni vel materni pater, quod sit prope auũ. Abauus, ἀππάππος, Proauus paterni vel materni pater. Tritauus, quasi Tetartauus, quòd quartus sit ab auo. Post tritauũ, maiores, πρόγονοι, προγεγονότες dicuntur. [Ibi maiores mei sũt fari pater, auus, pro auus, abauus. *Plaut. Mer. s. 4. a. 2.* Nego nouisse patrē meũ.

Idem

Idem dicam si auum vis adducere. *Plau. Mene. sc. 1. a. 5.*]

AVVS, ăŭos, Fluuius Thesprotiæ ad quem Parauei populi habitant, *Stephanus.*

Ăŭūncŭlŭs, Nomen diminutiuum, quod non seruat significationem integri, sed est matris meæ frater. {θεῖος ωεῖς μητρός, μητράδελφος. GA. L'oncle du costé de la mere, le frere de la mere. ITA. *Zio da lato di matre.* GER. Meiner mutter bruder. HIS. *Hermano de la madre.* ANG. *The vncle by the mothers side, à mother brother.* } sic dictus, quòd æquè tertius à me, vt auus est, sed non eiusdem iuris: ideóque vocabuli facta diminutio est, perinde ac minor auus, Vel dicitur Auunculus, quòd aui locum teneat, & proximitate gneatur sororis filios: quemadmodum frater patris, à patre Patruus, πατράδελφος, θεῖος ωεῖς πατρός appellatur, quòd sit quasi alter pater. Vnde & ipsi fratrum ac sororum filij nepotes ex fratre & nepotes ex sorore dicuntur *Cicero 3. de Finibus.* Eámque controuersiam diiudicabis, quæ mihi fuit cum auunculo tuo, diuino ac singulari viro. Auunculus maior, θεῖος ὁ μείζων *Theophilo*, est auiæ maternæ frater. *Persius*, Maior auunculus exit. [C. Cæsar auunculus maior Augusti. *Velleius.* Mox Auunculus tantùm. *Item Suet. in Aug. c. 7.* Auunculum maiorem Augusti vocat C. Cæsarem. Erat enim Auiæ maternæ frater, vt constat *ex c. 4.* Is adolescentis illius est Auunculus. *Plau. prolo. Aul.*]

Ăŭīă, æ, Patris vel matris mater. {μάμμη. GAL. La mere grand, soit du coste du pere ou de la mere. ITALI. *Auola ò paterna, ò materna.* GERMA. Großmutter. HIS. *Abuela de padre o de madre.* AN. *A granda me, a grand mother.* } *Cicer. de Arusp. respon.* Tete Cn. Lentule, cuius ab auia Mater deûm manibus esset accepta, spectatorem esse voluit.

Ăŭītŭs, a, um, pen. pro. Quod ab auo, aut auia ad nos peruenit. πάππος, ωρωτογονικός. {ANG. *Thatis lefte by ancetours, ancient.* } *Ci. in Verrem.* Nulla res cuiusquam tam patria, atque auita fuit, quæ non ab eo imperio istius abiudicaretur. [Et cinis in tumulo positus iacuisset auito. *Ouid. Eleg. 3. l. 4. Triſt.*]

AŭXĭlĭum, lij, Subsidium, adiumentum, quam & opem Latinè dicimus. {עזר *hezér*, βοήθεια. GA. Aide, secours. ITA. *Aiuto, aita.* GERM. Hilff/beystand. HIS. *Ayuda.* ANG. *Aide, helpe, succour.* } *Cicero antequam iret in exilium.* In meis miseriis diuinum aliquod auxilium, & numen ostendite. *Idem pro Rabir.* Dij quorum ope & auxilio hæc resp. gubernatur. [En eget auxilio, qui non tulit. *Ouid. 13. Metam.* Spero me inuenturum tibi auxilium argentarium *Pl. Pseud. sc. 1. a. 1.* Auxilium vt feras obsecro mihi qui abripiet. *Pl. Curc. sc. 3. a. 5.* Arripe opem auxiliúmque pro perè. *Pl. Merc. sc. 2. a. 2.* Adest auxilium, ne time (laboranti puerperæ) *Plau. Amphit. sc. 1. a. 5.* Assum auxilio tibi & tuis. *Pl. Amphitr.* Obtestor mihi auxilio sitis. *Pl. Aul. sc. 6. a. 4.* Spes, opes, auxilia segregant. *Pl. Cap. sc. 3. a. 3.* Tibi auxilium in iureiurando tulit Iuppiter. *Pl. Curc. sc. 2. a. 2.* propè adest exitium mihi, nisi quid in te mihi est auxilii.] ¶ Accipitur & pro ipsis militibus qui alicui auxilio mittebantur. *Cicer. 6. Philip.* Non vt ex ea acie auxilium haberemus, sed vt ipsa acies subsidium haberet etiam transmarinum. ¶ In qua tamen significatione frequentiùs vtimur plurali numero, *Idem in Parad.* Magna equitum & peditum auxilia. *Idem pro Deiotaro*, Et imperatoribus nostris auxilia mitteret. [*Cæsar. 1. de bell. ciu.* Magnos equitatus, magna auxilia. Vbi Auxilia, sunt peditum copiæ.] Dictum autem putatur Auxilium ab Augendo, quod vires eius augeat, cui accedit. ¶ Post bellum auxilium, μετὰ τὸν πόλεμον ἡ συμμαχία. Quoties seriùs adhibetur remedium. *Refertur à Suida.* ¶ Differunt autem aliquo modo Auxilium, præsidium, & subsidium. Nam auxilium repentinum est, & ex insperato venit: Præsidium est quod imponitur & ad custodiam collocatur: Subsidium, quod subest deficientibus, in quorum locum succedit. *Corn. Fronto de diff. vocab.* ¶ Antiqui etiam auxiliatum pro auxilio dixerunt. *Lucret. li 5.* Alituum porrò genus alis omne videmus Findere, & à pennis tremulum petere auxiliatum; *Ex Nonio.*

[Auxilio, as, are, *Diomedes lib. 1.*]

Ăuxĭlĭor, aris, Adiuuo, auxilio sum: & datiuo construitur. {עזר *hazár.* βοηθῶ. GAL. Aider, secourir, donner aide, confort & secours. ITA. *Aiutare, aitare.* GE. Helffen/handreithung thun. HIS. *Ayudar ò traer gente para ayuda.* AN. *To help, to succour.* } *Ter. in Adel.* Vt si omnes cuperent, nihil tibi possent auxiliari. *Auxiliari contra aliquid. Pl. li. 24. c. 12.* Spinæ albæ semen contra scorpiones auxiliatur. ¶ Reperitur & in terminatione actiua pro significatione passiua, auxilio pro auxilior, vt Grauus aduersus Furium: Quibus ego primùm cum auxilio. *Refert Diomedes Gram. lib. 1.*

Ăuxĭlĭārĭs, & Auxiliarius, Opifer, medicinalis, suppetias ferēs. {עזר *hozer.* βοηθητικὸς, ἰατρικὸς, συμμαχικός. GAL. Secourable, qui aide. ITA. *Auitatore d'altri.* GER. Behilfflich/der da hulff beweißt. HIS. *Ayudador.* AN. *That helpeth.* } *Pl. l. 23. c. 1.* Vinúmque & accrum ex his factum, auxiliarem contra eandem vim habent. *Asinius Pol. Ciceroni*, Militem non modò legionarium, sed ne auxiliarium quidem vllum quoquam misi. ¶ Auxiliaria cohors, *apud Ciceronem de prouinciis consularibus.*

*Auxiliator, pen. prod. Verbale [pro patrono.] Qui auxiliatur. *Quin. l. 12. c. 3.* Et ipse litigantium auxiliator egebit auxilio.

Ăuxillam, Ollam paruulam Antiqui dicebant, *vt inquit Festus.*

ĂVXĬMVM, pen. prod. αὔξιμον, Piceni vrbs: à qua Auximates populi dicti sunt, quorum meminit *Pl. l. 3.* Vulgò *Osimum* dicitur.

A ante X.

A. X. In notis antiquorum, annus X.

Ăxāmēntă, Carmina quæ à Salis in vniuersos homines componebantur. *Festus.*

AXANTOS, Insula est in Oceano Septentrionali post Hyberniam *Plin. li. 4. c. 16.*

Ăxārĕ, Antiqui pro nominare posuerunt. *Festus.*

AXENVM MARE, ἄξενος πόντος, εὔξεινος, Olim dicebatur quod hodie Ponticum, & Euxinum dicitur: [*Germ* Das vngeheur Pontisch meer von wegen der grausamkeit der vmbligenden völcker. } sic à truci accolarum barbarie appellatum, ἄξενος enim inhospitalis est. Nam, *vt Strabo libr. 7. tradit*, solebant Scythæ, maris huius accolæ, hospites immolare, eorumque carnibus vesci, caluisque vti loco poculorum, *Ouidius de Ponto*, Frigida me cohibent Euxini littora Ponti: Dictus ab Antiquis Axenus ille fuit.

[AXIA, ἀξία, Vrbs Locrorum Ozolorum, ab Axia filia Clymeni. Est & alia Italiæ. *Steph.*

[AXIACAE, ἀξιάκαι, populi sunt Sarmatiæ Europæ, inter Tyran & Borysthenem amnes. Peucinis & Carpianis proximi. Ita dicti ab Axfluuio, ex Peucinis iugis nascente, qui Carpatho monte adhæret: autem populos iustissimos fuisse tradit *Pomp. lib. 2.* vt qui furti o ignari, nec sua custodirent, nec aliena contingerent. Meminit & P... *lib. 4. c. 12. & Ptol. l. 3. c. 5.*

AXIACES, ἀξιάκης, Fluuius est Sarmatiæ Europæ, in Peucinis iugis nascens qui Carpatho monti cohæret: à quo vicini populi Axiacæ nominati sunt: vt docent *Mela lib. 2. Ptolem. lib. 3. cap. 5 & Plin lib. 4 capite 12.*

*Axiculus, pen. cor, Diminutiuum σανίδιον, Paruus assis, siue asser. *Col lib 6. c. 19* Ita vt à posteriore parte, quæ latior est, velut in cauea quadrupes possit induci, nec exire alia parte prohibentibus aduersis axiculis. *Vitru. lib. 10. c. 2.*

ĂXĬĒS, Mulieres dicebantur, siue dij vnà agentes. *Festus.*

ĂXĬLLĂ, {אצילה *atsilah.* ωμοχάλη. ANGLIC. *The arme hole.* } Locus concauus subter brachium, vbi nascuntur pili. Quidam putauerunt diminutiuum esse ab Ala. *Ci. tamen in Orat. autor est.* Alam potiùs ex Axilla contrahi, sublata asperitate literæ x: vt ex Maxilla Malam, & ex Paxillo Palum.

Ăxĭm, pro egerim. *Pacuuius Peribœa*, Vt quæ egi, agoʒ vel axim verruncent bene. *Nonius.*

ĂXĪNŌMĂNTĬA, ἀξινομαντία, Genus magicæ diuinationis, per dolabellas securésque, quas Græci ἀξίνας vocant. *Plin. lib. 36. ca. 19. de gagate lapide.* Hoc dicuntur vti Magi in ea quam vocant Axinomantiam.

AXIOCHVS, ἀξίοχος, Nomen Athenienſis cuiusdam clari, quem *Plato in libro de Morte contemnenda*, vnà cum Socrate disputantem introducit, fortè quòd Socrates illi fuerit familiaris.

ĂXĬŌMĂ, {כלל *chelál.* ἀξίωμα. GA. Authorité, dignité, vne maxime ITA. *Dignita, sentenza, parlar perfetto & intero.* GER Wurdigkeit/herrligkeit oder ein Glaubwirdiger vnd vngezweyfelter Spruch. HISPA. *Dignidad, sentencia.* AN. *A principle or generall of any art.* } Pen. prod. Dignitas, & amplitudo propter honores gestos, aut magistratum, vel etiam authoritas, quam δύναμιν Græci vocant. Dictum Axioma, à verbo Græco ἀξιῶ, quod inter cætera significat dignum iudico. ¶ Axiomata item à Dialecticis dicūtur disciplinarum principia, & propositiones quędam demonstrabiles, quæ in communi sensu conceptúque versantur, neq; vlla egent probatione, sed per seipsas fidem faciunt: cuiusmodi est illud, Quę sunt æqualia eidem, inter se quoque æqualia esse necesse est. ¶ Accipitur item Axioma, pro oratione perfecta, veri aut falsi significatiua, quam *Cicero* nunc Pronuntiatum, nunc effatum, *Varro* Profatum & Proloquium appellat: nonnulli ex recentioribus Propositionem, nóminant: cuiusmodi sunt, Annibal Pœnus fuit. Scipio Carthaginem deleuit. *Gell. lib 6. c 8.* Et omnino quicquid ita dicitur plena atque perfecta verborum sententia, vt id necesse sit aut verum, aut falsum esse, id à Dialecticis ἀξίωμα appellatum est. ¶ Quidam in hac significatione vertunt Dignitas, quod & apud *Priscianum* legas ¶ Est præterea Axioma quod alij Adiunctum, alij Connexum dixêre, συνημμένον ἀξίωμα, nonnulli ex recentioribus Propositionem hypotheticam appellauêre. Cuius generis sūt hęc, Si Plato ambulat, Plato mouetur. Si dies est, sol est super terrā.

AXION, ἄξιον, Frater fuit Alphesibœæ, quæ Alcmæoni nupsit, à quo Alcmæon ipse interfectus esse creditur, vel vt sentire videtur *Ouid.* à filiis Callirhoes.

Ăxis, Lignum illud teres, circa quod rota currus vertitur. {גרי האפן *beriach ophán.* ἄξων. GA. Le bois rond autour duquel les roues tournent. IT. *Asse, cardine, polo.* GER ein achs an einem kart/oder wagen. HISP *Exe de carro ò de carreria, abla, ripio, cabrio.* ANG. *Around tree vpon the which the cart wheele turneth.*} Dictum ab agendo, quòd rota circa illud agatur, hoc est, moueatur *Virgil. 3. Georg.* Pòst validò nitens sub pondere faginus axis. [Cum Hectóra Thessalico vidit ab axe rapi. *Ouid. El. 3. li. 4.* Omnia cum summo positæ videatis in axe (Vrsæ.) *Ouid. Eleg. 2. l. 4. Triſt.* Tum patet has gentes axe tremente premi. *Oui. El 30 ib 3. Triſt.* Parrhasiæ gelido virginis axe premor. *Oui. El. 1. lib. 2. Triſt.* Versáque ab axe suo &c. *Ouid. El. 3. lib. 1. Triſt.* Quæque Lycaonio terrā sub axe iacet. *Ouid. El. 2. lib. 3. Triſt.* Vita procul patria peragenda sub axe boreo est *Ouid. El. 8. lib. 4.*] Nonnúquam pro toto curru ponitur: *vt apud Iuuenalem*, Dignus Aricinos qui mendicaret ad axes. ¶ In cœlo item, Axem vocant mundi diametron, hoc est, lineam quandam imaginariam quæ ab vno mundi cardine in alterum tendit, quòd tota mundi machina circa eam versari existimetur. [Circum Axis longitudinem septem circulos esse, è queis duos minimos, qui Axem extimum tangunt, πόλους appellari dicit P. Nigidius apud *Gell. ca. 10. l. 3.*] ¶ Alio modo pro ipsis polis accipitur, qui & Cardines dicuntur, quòd circa eos rotari orbis videatur. Vnus Australis, siue Antarcticus ἀντάρκτικος appellatur, Arctico oppositus, qui terræ obiectu à nobis cerni non potest: alter Septentrionalis, siue arcticus, siue Arctous, aut Boreus, ἀρκτικὸς βόρειος, qui nunquam occidens, semper conspicitur *Virgi. 1. Georg.* Hic vertex nobis semper sublimis: at illum Sub pedibus Styx atra videt, manésque profundi. *Cic. 1. Tuscul.* Tum globum terræ eminentem è mari, fixum in medio mundi vniuersi loco, duabus orbis distantibus habitabilem & cultum. Quarum altera, quam nos incolimus, sub axe posita, ad stellas septem, vnde horrifer Aquilonis stridor gelidas molitur niues. Altera australis ignota nobis, quā vocant Græci ἀντάξονα. Item Axis dicitur totum cælum. *Virgi. 4. Æneid.* vbi maximus Atlas Axem humero torquet, id est, cęlum sustinet. ¶ Item Axes, tabulæ sectiles sunt, *inquit Festus*, quæ & a Græcis Axones appellantur, cuiusmodi erant Athenis, quę leges Solonis habebant insculptas. *Gell. lib. 2. cap. 12.* In legibus Solonis illis antiquissimis, quæ Athenis axibus ligneis incisæ sunt.

¶ Axis quoque fera est in India, hinnuli pelle, pluribus candidioníbúsque maculis, sacra Libero patri, *vt est author Plin. lib. 8. cap. 21.*

[Axitia, *Plaut. Curc. sc. 4. a. 4.* Pecten & axitia.]

ĂXĬTĪŌSĪ, à veteribus dicti sunt factiosi, quum plures vnà quid agerent, facerēntque. *Autor Festus.*

AXIVM, ἀξίπολις, Vrbs in Mysia inferiori, *Ptolemæo*, vulgò *Chilia.*

Ăxĭvs, ἄξιος, Vulgò *Vandari*, Fluuius Macedonię in sinum Thermaicum influens, de quo *Plin. libr. 4. 10.* Europus, *inquit*, ad Axium fluuium, & *paulò pòst*, Mox in ora Ichniæ fluuius Axius.

AXON, ἄξων, Ionum fluuius in minore Asia, *Plin. lib. 15. c. 27.*

Ă XŌNĂ, penult. corr. ἄξωνα, Fluuius est in extremis finibus Rhemorum:

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Auſonius in Moſella, Non tibi ſe Liger anteferet,non Axona præceps.

Axos, Vrbs Cheroneſi Thraciæ.

Āxūngĭă, Interior pinguedo porci inueterata. {ἕτερον εἶδος *Dioſcoridi*, ὀζύγιον *Æginetæ*. GAL. Oing, ou viel oing. ITA. *Sogna, ſongia*. GER. Narchſalb/ſchweinin ſchmär. HI. *Vnto an eja, como para vntar exes*. ANG. Swynes greaſe.} Hæc ab axe plauſtrorum vngendo dicta, vt facilius circa eum rota vertatur. Hæc quanto vetuſtior, tanto vtilior eſt, & multas vireis habere creditur, quoniam id animal herbarum radicibus veſcitur. *Vide Plin. lib. 28. cap. 6.*

ĀXYLŬS, ἄξυλος Phrygis cuiuſdam nomen eſt, ſingulari beneuolentia, & humanitate erga hoſpites, quem Diomedes apud Troiam interemit, *vt tradit Homerus Iliad. 6.*

A ante Z

AZA, ἄζα, Oppidum eſt Armeniæ minoris, cuius meminit *Plin. libr. 6. capit. 9.*

AZAN, anis, ἄζαν, Mons eſt Arcadiæ, Cybelæ Deorum matri ſacer, à quo nonnulli vicinam regionem Azaniam vocatam volunt: quam tamen Stephanus ab Arcadia quadam muliere nominatam mauult, cui Azano nomen erat. *Statius*, Venit & Ideis vlulatibus æmulus Azan.

Azania, æ, ἀζανία *Stephano*, regio eſt Arcadiæ: ita dicta à monte editiſſimo, cui Azan nomen eſt: ſiue (*vt Stephano placet*) ab Arcadia quadam muliere, quæ Azano dicebatur, vt dictum eſt.

¶Azanea mala, Ἀζανῆς κραναί, Dici ſolitum, vbi quis in re perdifficili & infrugifera plurimum ſumeret laboris, aut vbi res eſſet cuipiam cũ homine difficili, moroſo, intractabili, tenaci.

¶Huius regionis incolæ Azanes dicti ſunt, ἀζανῆς. Arcades enim, *eodem Stephano teſte*, olim in tres præcipuos diuiſi erant populos: Parrhaſios, Azanes, & huſce recentiores Trapezuntios.

¶In hac regione fons fuit, cuius aquam guſtantibus tanquam deinceps aquarum oboriebatur faſtidium, vt ne odorem quidem earum ferre poſſent. Non me latet, pleroſque in ea fuiſſe ſententia, Azanij fontis aquas, vini, non aquæ faſtidium generare: quorum iudicio quò minus ſubſcriberem, fecit Eudoxi ipſius authoritas, cuius verba ex ſexto de terræ circuitu libro refert Stephanus hunc in modum, Ἐστι κρήνη τῆς ἀζανίας, ἣ τοὺς γευσαμένους τοῦ ὕδατος ποιεῖ μὴ δέχεσθαι ἔτι τὸ ὕδατος ἀνέχεσθαι. Huic fonti contrariam vim obtinet, qui in agro Clitorio eſt, cuius aquas qui guſtauerit, abſtemius redditur, *vt tradit Plin. li. 31. c. 2. & Ouid. 15. Met.*

AZANI, norum, ἄζανοι, *Stephano*, oppidum eſt ea parte Phrygiæ, quæ Epitectica cognominatur. *de quo Strab. lib. 12.*

AZENIA, Pars tribus Hippotoontidis in Attica, *Steph.*

AZILIS, Aziris, Azirus, Locus vel vrbs, vel fluuius Libyæ. *Steph.*

AZIRIS, ἄζιρις, *Ptolemæo*, Ciuitas eſt Armeniæ minoris.

AZON, Vide AZAN.

AZORVS, Vrbs Paphlagoniæ Tripolitidis. *Steph.*

ĀZŌTŬS, ἄζωτος, penult. prod. Vrbs Syriæ inter Aſcalonem & Ioppen, quam vt ait Stephanus condidit quidam è mari rubro profugus, nomine vxoris ſuæ Azæ. Hæc eſt vna è quinque Philiſtinorum vrbibus, quondam clariſſima. ¶Eſt & Azotus vrbs Achaiæ, *cuius meminit idem Steph.*

ĀZŌTĬUS, a, um, adiectiuum, ἀζώτιος: vt Viri Azotij, ἄζώτιοι, qui Azotum habitant.

ĀZȳMŬS, a, um, {ἄζυμος. GA. Sans leuain. IT. *Senz a leuato, ò fermento*. GE. Ongeſchefflet/vngeſeuret. HI. *Concedo ò ſin leuadura*. AN. *Vvithout leauē, vnlea vened.*} Sine fermento: vnde azymi panes, hoc eſt, infermentati: מַצּוֹת *maſſſáh*. ¶Per tranſlationem accipitur pro ſincero, & non elato. Nam infermentata conſperſio non attollitur.

B



Literâ muta eſt, quæ non in ſonum ſuum, ſed in ſonum e literæ finitur. Hanc Græci βῆτα nominant. Non modò impeditus & obſcurus eius ſonus, ſed nullus apparet: dúmque ſibi exitũ parat, irrito laborat conatu & omnino incaſſum nitere tur, ſi vocalis deſtitueretur adminiculo: hæc enim, velut cæteri, mancipatum & vinctum eripit, ac ſoluit: quo morbi vitio laborant & cæteræ mutæ. Dum profertur incipit à labiorum compreſſione, & B vocalem ſibi ſociã aſſumés, diducũtur labra, & exit. [B eũ P conſentit, vt quẽ Greci Pyrrhiã, noſtri Byrrhiã: Pyrrhum, Byrrhũ: Palatium, Balatium: Poplicolam, Boblicolam: *Ter. Sc. de Orthog.*] Gerit virtutem, & poteſtatem medi am inter p & ph. Quare nos ob literarum affinitatem dictiones Græcas traducentes, nonnunquam p & ph in illam conuertimus, vt cùm apud Græcos πύξος ſcribatur, apud nos buxus: & quod illi ἄμφω, nos ambo tranſcribimus. ¶ At è contrario, quod illi per b ſcribunt, nos in ph commutamus: vt θρίαμβος, triumphus. ¶Conuertitur quandoque b in u, euphoniæ vel differentię cauſã, idque in duobus tantùm verbis, *teſte Cicerone*, Aufero pro Abfero, Aufugio pro Abfugio. Tranſit etiam in f, ut Sufficio: in c, vt Occurro: in g, vt Suggero, in m, vt Summitto: in p, vt Nubo, pſi. ¶Sonum eius & auger & minuit ratione loci, qualitate antecedentium, aut ſubſequentium vocalium, aut conſonantium ſimplicium geminatarum, aut diuerſarum coeuntium inter ſe: hac ſola ratione, b amat m ante ſe quod m terminat in labiorum compreſſu in quo b incipit. In fine cuiuſcunque dictionis ſyllabam corripit. In notis antiquorum B. bonus, vel Brutus, vel bene, vel balbus B. Balbius, vel bonæ, vel bene. B. A. bonam actionem, vel bonis auſpiciis, vel bonis auibus, vel bonus amabilis, vel bonam actionem, vel bonis auguriis. BB. bona. B. ARA bona aurea. B. A bonorum. B. C. bonorum conceſſum.

BAAL, בַּעַל *bá-al* βααλ Suidæ, ait Auguſt. eſt nomen apud Tyrios, quod datur Ioui. Nam Baal Punici videntur dicere dominum, vnde Balſamen, quaſi dominum cæli dicunt: Samen quippe apud eos cælum appellatur. *Vide in* BAHAL.

BABACTES, βαβάκτης, Vnum ex nominibus Bacchi, ἀπὸ τῦ βαβάζειν, quod eſt vociferari. Bacchæ enim in Liberi patris Orgiis inconditos quoſdã vlulatus edebant.

Bābæ, βαβαί, aduerbium Græcum, pro quo nos interiectione admirantis Papæ vtimur. *Plaut. Pſeu.* [*ſc. 5 a. 4* Exultantis, initio ſcenæ.] Babæ nũc demum mihi animus in tuto eſt loco. [Et ibidem *ſc. 3. a. 1.* P. Fur. B. Babæ.]

BABBA, *Plinio*, βαββή, *Stephano* Africæ oppidum eſt, ad Atlantem montem. Huc ab Auguſto colonia tranſlata eſt, & à nomine auunculi Iulia campeſtris appellata *Plin. lib. 5. c. 1.*

BABILIVS, Animal volatile, quod vulgò Barbelius dicitur, de quo *Amb. lib. 9. Hex.* Fertur hic corniger termis conuerti primùm in ſpeciem caulis atque in eam mutari naturam, inde proceſſu quodam fieri bãbilius, nec tamen formam figurámque cuſtodit, ſed laxis & latioribus foliis pinnas videtur aſſumere. Ex his foliis mollia illa Seres depectunt vellera, quæ ad vſus ſibi proprios diuites vendicarent.

BABRANTIVM, βαβράντιον, locus circa Chium, *Steph.* videtur autem etiam Babras dici apud eundem. Babras enim inquit oppidum eſt Æolidis prope Chium, à quo Gentile Babrantius.

BĂBȳLŌN, {בבל *habel*. βαβυλών.} pen. correp. Vrbs nobiliſſima ad Euphratem fluuium ſita, olim Chaldææ totius caput, à qua magna Meſopotamiæ, Aſſyriæque pars Babylonia appellata eſt: *vt ſcribit Plin. libr. 6. cap 26.* GERM. Die groſſe vnd gwaltige haupſtatt Babylon in Chaldaea am fluß Euphrate gelägen.} Hanc *Strabo lib. 16.* à Semiramide conditam tradit. Hebræorum verò literæ originem eius ad Nimrod gigantem referunt, & à linguarum confuſione ita nominatam volunt. Hæc poſtea à Nino vel Semiramide inſtaurata, mœnibus ac hortis penſilibus, templóque ac arce maximè fuit admirabilis: campi planitie vndique conſpicua, natura loci lætiſſima, caſtrorum facie, mœnibus per quadrum diſpoſita. Murorum eius vix credibilis relatu firmitas, & magnitudo, vt pote qui in latitudinem cubitos quinquaginta habuerint, in altitudinem ducentos. Ambitus eius quadringentorum octoginta ſtadiorum fuiſſe traditur, Euphrate fluuio mediam eam interfluente. Murus coctili latere atque interfuſo bitumine compactus. Quem tam larum fuiſſe quidam ſcribunt, vt quadrigę ſibi inuicem incurrentes, facilè pertranſire poſſent. Vnde & inter ſeptem ſpectacula orbis numeratur. Foſſa extrinſecus latè patens, vice amnis circunfluit. A fronte murorum centum portæ æreæ. Hæc vrbs cùm aliquando defeciſſet, & Semiramis circa cultum corporis occupata eſſet, ſoluta adhuc altera crinium parte, ad eam recuperandam cucurrit: nec priùs decorem capillorum redegit in ordinem, quàm vrbem in ſuam poteſtatem reſtitutam vidit. ¶Eſt & Babylon Ægypti caſtellum, *vt ait Strabo li. 17.* natura munitum, à Babyloniis quibuſdam conditum, qui relicta patria, ſedem ibi permittente rege, ſibi delegerant. Hic poſtea collocata fuit vna ex tribus legionibus, quæ Ægypto præſidij gratia impoſitæ erant. *A Ptolemæo* Babulis, Βαβυλὶς appellatur. Non procul diſtat à Delta Nili inſula, eam partem ſpectans, in qua ſita eſt Memphis ampliſſima Ægypti vrbs, quæ hodie Cayrum appellatur.

Bābȳlōnĭă, Βαβυλωνία, Regio eſt maioris Aſiæ, à ſeptentrione Meſopotamiæ partem ſpectans, ab ortu Suſianam, à meridie ſinus Perſici partem, & ab occaſu Arabiam deſertam: ita dicta à Babylone vrbe ſplendidiſſima, quæ olim Aſſyriorum regia fuit, & Chaldææ totius caput.

Bābȳlōnĭcŭs, a, um, βαβυλωνικός, Poſſeſſiuum à Babylone formatum: vnde Babylonicæ veſtes, & Babylonica ſtragula dicta ſunt, quæ diuerſos colores habebant intextos: quod genus Babylone maximè celebratum fuit, *teſte Plin. lib. 8. c. 48.* [*Et Plutar. in Caton. Cenſore.*] Eadem Babylonica ſubſtantiuè dicuntur. *Plinius loco iam citato*, Metellus Scipio Babylonica triclinaria ſeſtertiũ octingentis millibus veniſſe, in crimi nibus Capitonis poſuit.

Bābȳlōnĭŭs, Βαβυλώνιος, Gentile nomen à Babylone formatum. *Cic. 2. Diu.* Nam quod aiunt, quadringenta ſeptuaginta millia annorum in periclitandis experiundíſque pueris, quicunque eſſent nati, Babylonios poſuiſſe, falluntur. Babylonius adiectiuum. *Lucan. lib. 6.* Mœnia mirentur refugi Babyloniæ Parthi.

BABIR-

BABYRSA, Caſtellum munitiſſimum Atropatiæ regionis Mediæ propè Artaxata vrbem, *Strab. lib.* 11.

BABYTACE, βαβυτάκη. Vrbs Perſica. *Stephanus.*

BACCALES, (quod huc ex Herod. corruptè tranſlatum erat) *Vide* Canabales.

BACCAEVM, βακχεῖον, Hiſpaniæ gens. *Stephan.*

Bāccæ, geminato cc, & ſine aſpiratione, continent intra ſui nominis ambitum fructus diuerſorum generum, lauri, oliuæ, corni, myrti & aliorum huiuſmodi. {τὰ ἀκρόδρυα. GAL. Graine qui croiſt aux arbres, ou menu fruict, comme de laurier, d'oliuier. IT. *Frutti minuti d'alberi, comme le chiocciole.* GE. Kleine frucht/als da ſind die beer. HISP. *El fruto menuto, como aʒeituna.* ANG. *Small fruite notpreſſed thogether, as bayebeares, oliues.*} Differunt ab acinis, quòd acini denſiùs naſcantur, vt in vuis baccæ diſperſiùs & rarius. *Vide P'in lib.* 15. *c.* 14. *Vallam l.* 6. *c.* 14. *Cic.* 1. *Tuſc.* Ergo arbores ſeret diligens agricola, quarum aſpiciet baccam ipſe nunquam. *Idem* 1. *De diuinatione*, Vt agricola quum florem oleæ videt, baccam quoque ſe viſurum putat.

¶ Baccæ egent oleo, τὰ σίμουλα δεῖται ἐλαίῳ. De re abſurda. Nam incredibile eſt, illi opus eſſe oleo vnde naſcitur oleum. E baccis autem oliuarum exprimitur oleum. ¶ Eſt & Bacca gemma candida & baccæ more rotunda, quam vnionem dicimus, μαργαρίτης. ANGLICE, *Apearle. Virg. in Culice*-nec Indi Conchea bacca maris pretio eſt.

Bāccĭfĕr, Ferens baccas. {ANG. *Thatbeareth bearies as ſloen of gooſebearies.*} *Plin. lib.* 16. *c.* 10. Ex omnibus ſola baccifera. *Sen. in Oedip.* Hedera baccifera.

Bāccŭlă, diminutiuum, parua bacca. {ANG. *Litle ſmall fruite, as haroe earies.*} *Plin. lib.* 25. Omnes colore buxeo, caulibus paruis, flore pulpureo, ferunt bacculas paruas, vt cappares.

Bāccātŭs, a, um, Gemmatus, vnionibus ſeu margaritis ornatus, διάλιθος. *Virgi.* 1. *Æneid.*- colloque monile Baccatum.

Bāccālĭă. Lauri ſpecies eſt, à baccarum fertilitate dicta. *De qua vide Pli. lib.* 5. *c.* 13.

BACCHA, Villa quædam circa Mæotidem.

Bācchăr ĭs, βάκχαρις, *Dioſcoridi* herba eſt radice odorata, folio aſpero, magnitudine inter violam & verbaſcum, angulоſo caule, quæ coronis admiſceri ſolet. Ruſtici in Gallia, *Diuæ Mariæ chirothecas* appellant, *vt tradit Ruel. lib.* 5. *c.* 37. ¶ Virgilius hac herba faſcinum depelli ſcribit. *Plin. ſcribit hanc* alio nomine à Græcis Melampraſon: officinæ vocãt Marrubium nigrum. [Non illic colit arua Deus Bacchúſve, Cerésve, *Tib. l.* 4. Bacchus vt coleretur Liberalibus. *Ouid. El.* 4. *l.* 5. *Triſt.* Tu bacchus es, haud Amphitruo (i. inſanus.)]

BACCHEMŌN, *teſte Lactantio*, Perſei fuit filius & Andromedæ, & vt idem dicit, apud quoſdam populos Orientales imperauit (ex Bocatio) quæ poſtea ab Achæmenide Baccho montis filio Achæmenides appellati ſunt: hi Apollinis ritus ſe inueniſſe aſſerunt.

BACCHIDES, βακχίδης, pen. corr. Nomen proprium viri, quod apud nos luctus fortis, vel vetuſtas in vomitu dici poteſt.

BACCHIDES, Ducis proprium, qui Sinopem vrbem Lucullo prodidit. *Strabo lib.* 12.

BACCHILIO, Fluuius qui de Vicentinis montibus defluit.

*BACCHIVS, Gladiatoris nomen, de quo *Horat. in Serm. ſat.* 7.- Bruto prętore tenente Ditem Aſiam, Rupili & Perſi par pugnatiuti non Compoſitus medius cum Bitho Bacchius: in ius Acres concurrunt. *Vbi Acron*, Bithus & Bacchius gladiatorum nomina celebrata apud Suetonium Tranquillum ſub Auguſto.

BACCHVS, βάκχος, Iouis ex Semele filius, putatus eſt deus vini, & pro ipſo vino poni conſueuit. Hic multi nominis fuit: nam primùm Dionyſius, deinde Liber pater dictus eſt, & poſtremò Bacchus, *vt Diodoro placet*, à Bacchis mulieribus, quas βακχεύοντας, hoc eſt, inſanientes, & immode ſtè ſe gerentes, in Indiam expeditionem parans, multas ſecum habuiſſe fertur. Idem & Oſiris dicitur, & Bromius, & Lenæus. A Græcis etiã διμήτωρ, quòd bis natus fuiſſe, & duas quaſi matres habuiſſe fingatur. Ferunt enim Semelen ex Ioue grauidam, quum ab eo amatore deo (qui ſe illi daturum quicquid petiiſſet, per Stygiam paludem iurauerat) Iunonis dolo hoc ſibi munus rogaſſet, vt talis ſecum, qualis cum Iunone ſolebat, nocte vnà concumberet, fulmine fuiſſe exuſtam, puerúmque vtero exemptum, Iouis femori fuiſſe inſertum, quem ille poſtea maturo partus tempore, more grauidæ mulieris eſt enixus. Hic orbem ferè terrarum peragrauit: multas nationes domuit: Indos debellauit, & primus omnium triumphauit, vectus Indico elephanto, vt ſcribit Diodorus. Primus emere ac vendere inſtituit, & diadema regum ac triumphum inuenit. Dictus etiam Bacchus fertur, ἀπὸ τῶ βακχεῖν, hoc eſt à vociferando, & vlulando, adiecta litera κ, quo vaſtior ille Mænadum ſonus in ipſo dei nomine redderetur.

¶ Cicernus Bacchus, ὑροβλῆτος διόνυσος. De re vehementer contempta: ſumptum adagium à potu ex leguminibus confecto, qui vinum imitatur. ¶ Crudelis Bacchus, ὠμηστὴς διόνυσος. Baccho quondam viuos homines ſacrificare mos erat: vnde in crudeles conuenit: ſiue quòd temulentia feroces reddat & immites. ¶ Nihil ad Bacchum: οὐδὲν πρὸς διόνυσον: vbi quis ea nugatur, quæ ad rem præſentem nihil attinent: quæ eleganter dicimus ἀπὸ σκοποῦ διόνυσε.

¶ Multi thyrſigeri, pauci Bacchi, πολλοὶ τοὶ ναρθηκοφόροι παῦροι δέ τε βάκχοι: id eſt plures thyrſigeros, paucos eſt cernere Bacchos. Carmen hexametrum prouerbio Græcis celebratum, quo ſignificatum eſt compluribus mortalium adeſſe virtutis inſignia aut etiam famam, qui tamen vera virtute vacent.

Bācchă bacchæ, {Et Bacche, es, *Ouid. Eleg.* 1. *lib.* 4. *Triſt.* Vtque ſuum Bacche non ſentit ſaucia vulnus. Bacchis initiari. *Liu. li.* 9. *d.* 4. Bacchæ bachanti ſi velis aduerſarier, ex inſana inſaniorem facies *Plaut. Amph.* Ad bacchas veni in bacchanal coqui natum. *Plaut Aul. ſc.* 1. *a.* 3.] βάκχη μαίνας, Bacchi ſacrificula, quæ & Mænas, & Thyas, & Baſſaris appellatur. Mulieres etiam tertio quoque anno ad Citheronem montem cateruatim cum Thyrſis conuenientes, vt ibi Bacchi Orgia magno cum vlulatu celebrarent, Bacchæ dicebantur. *Ouid.* 9. *Metaph.* Vtque tuo motæ, proles Semeleia Thyrſo Iſmariæ celebrant repetita triennia Bacchę. *Cic. Fab. li.* 7. Bacchis verò vbi eſt apud me locus? At pulchellæ ſunt: noui optimè, & ſæpe vidi. ¶ Bacchæ more, βάκχης τρόπον. De tetricis ac taciturnis dictitari ſolitum, quòd eſſent huiuſmodi Mænades illæ, Bacchico aſflatæ furore. *Autor Diogenianus. At Iuuenalis* retulit ad vitam intemperantem, Qui Curios ſimulant, & Bacchanalia viuunt.

Bācchānăl, vel Bacchanale, {διονύσιον, βακχεῖον. ANG. *Dayes whereon thay ſolemniſed. Bacchus feaſtes in viote and dronkenneſſe.*} Locus in quo Bacchi feſta celebrantur. *Plaut. in Aul. ſc.* 1. *a.* 3. Ad Bacchas veni in Bachanal coquinarum. [Item, Aperitur Bacchanal, adeſte. *Plaut. Aul. ſc.* 1. *a.* 3. Bacchanal te exercuiſſe oportet. *Idem in Amph.*] Bacchanalia, quæ & Dionyſia, διονύσια, Bacchi feſta, in quibus viri per noctem fœminis & teneræ ætati turpiter miſcebantur per dolum. Vnde eſt illud *apud Iuue. Satyr.* 2. Qui Curios ſimulant, & Bacchanalia viuunt. Hæc à multis Græciæ vrbibus triennio quoque celebrabantur. ¶ Eſt autem hoc nomen pluralis numeri tantùm: facítque genitiuum Bacchanalium, vel Bacchanaliorum: quod & in cæteris feſtorum nominibus obſeruatur.

Bācchări, Furor, inſanio, {משתנע *hiſchtaghghéah.* βακχίαν. GAL. Yurongner, eſtre fol & enragé, viure diſſoluement. IT. *Impazzire, furiare.* GERM. Wüten/toben/ſchreyen/als die trunck nen/halb vnſinnig ſein. HIS. *Enloquecerſe, embriagarſe.* ANGL. *To rage, to rayle like a dronken man, to be woode angrie.*} Propriè eſt Baccharum, quæ furore quodam correptæ, magnis clamoribus Liberi patris Orgia celebrabant: quãquam & Latiùs ſumitur pro furere, inſanire, & clamoribus tumultúque omnia implere. *Virg.* 4. *Æneid.* Sæuit inops animi, totámque infenſa per vrbem Bacchatur: qualis commotis excita ſacris Thyas, vbi audito ſtimulant trieterica Baccho Orgia, nocturnúſque vocat clamore Cithęron. *Cic. de Clar. Orat.* Quòd eos quorum altior oratio actióque eſſet ardentior furere & bacchari arbitraretur. * Bacchari dicuntur venti, dum flant impetuoſius. *Horat.* 1. *Carm.* Thracio bacchante magis ſub interlunia vento. *Ouid.* 1. *Triſt. el.* 2. Boreas bacchatur ab Arcto. [Genus dicendi quod in anibus locis bacchatur. *Quint.*]

Bācchātŭs, partic. *Virgil.* 2. *Æneid.* medias Italûm bacchata per vrbes.

¶ Legitur Bacchatus, in paſſiua ſignificatione, pro eo quod eſt à bacchantibus frequentatus, aut peragratus *Vir.* 1. *Georg.*- virginibus bacchata Lacænis Taygeta Vbi Taygeta bacchata, dixit ea forma, qua alibi, Terra aeri regnata Lycurgo. *Sed hoc rarius.*

Bācchans, antis, aliud participium. *Cic.* 4. *in Catil.* Verſatur mihi ante oculos aſpectus Cethegi, & furor in veſtra cæde bacchantis. [Bacchæ bacchanti aduerſarier. *Plau. Amph.*]

Bācchātio, onis, verbale, βάκχευσις. {ANG. *Dronkenneſſe, ſurfetting.*} *Cic.* 3. *Ver.* Sileatur de nocturnis eius bacchationibus ac vigiliis. Huius verbi compoſitum eſt Debacchor.

Bācchātim, aduerbium, ſignificat More bacchantium. βακχικῶς. *Apul.* Quin igitur ſoror hunc primum bacchatim diſcerpimus?

Bācchēĭs, dos βακχεῖος, Denominatiuum fœmininum à Baccho formatum, *Stat.* 2. *Syl.* Qualis ſi iubeas Ephyres Baccheidos altum Culmen ab Inoo fert ſemita teſta Lechæo.

Bācchēŭs, a, um, per tres ſyllabas, quarum pen. prod. βακχεῖος, poſſeſſiuum à Baccho deductum. *Colum. lib.* 10. per omiſſa ſilentia Muſis Pierij nemoris Bacchea voce frementem. *Vir.* ei diphthongum diuidens, per quatuor ſyllabas extulit, *l.* 1. *Georg.* Quid memorandum æquè Baccheia dona tulerunt.

Bācchĭcŭs, a, um, βακχικὸς, poſſeſſiuum à nomine Bacchus deductum. *Ouid. El.* 6. *lib.* 1. *Triſt.* Deme meis hederas Bacchica ſerta comis.

Bācchīdēs, pen. cor. βακχίδης, patronymicum maſculinum à Baccho formatum, quo ſignificatur Bacchi filius vel nepos.

¶ Fuit & Bacchides, nomen vnius ex ſatrapis Aſſyriorum, qui à Demetrio Seleuci filio aduerſus Machabæos miſſus, ab illis eſt interfectus.

Bācchīum, ſiue Baccheum pen. prod. βακχεῖον, Genus vaſis vinarij, quo in ſacrificiis Bacchi vtebantur. Quin ipſum etiam Bacchi templum à Græcis hoc nomine appellatur.

Bācchīŭs, ſubſtantiuum, Genus pedis eſt ex tribus ſyllabis conſtans, quarum prima breuis eſt, reliquæ duæ longæ, βακχεῖος: vt, Honeſtas. Hoc pedis genere vtebantur in carminibus ſacrorum Bacchi: cui contrarius eſt Antibacchius, conſtans ex duabus longis & vltima breui: vt, Fortuna.

BĀCCHĬĂDAE, βακχιάδαι, Dicti fuerunt, qui è Corintho exules in Siciliam deuenerunt, & vrbem inter Pachynum & Pelorum ædificantes Siculi facti ſunt. ¶ Hi à Bacchia Dionyſij filia originem duxerunt. *Strab. li.* 8. *de Corintho loquens*, Bacchiadæ, inquit, annis fermè cc. vrbem dominatione tenuerant, & tyranni locupletiſſimi, & numero plurimi & genere clari euadentes, emporium ipſum adempto metu fructuoſum poſſidere, &c. *Ouid.* 2. *Met.* Et qua Bacchiadæ bimari gens orta Corintho Inter inæquales poſuerunt mœnia portus.

Baceli, {βάκηλοι, Ab Auguſto dicti ſunt ſtulti, *teſte Suet cap.* 87. à Bacelo quodam eunucho (*vt Alciatus credit*) qui corpore quidem procero fuit, ſed adeò ſtolidus, vt ceſſerit in prouerbium, Ἴκελος βακήλῳ, ἢ βάκηλος εἶ, id eſt, Bacelo ſimilis, & Bacelus es. In cinædos ac parum viros dictum, ſed animo ſtupidos. [Græci βάκηλον vocant ſtupidum & ridiculum.]

BACIS, Vates quidam Bœotius, cuius meminit *Cicero in libro de Diuinat.*

Bāctĭōnem, Dicebant genus vaſis longioris manubrij, quod alij trullam appellant. *Feſtus.* De vſu autem huius vaſis, *Vide infrà in dictione* TRVLLA.

BĀCTRĒS, βάκτης, Bacchi nomen, quemadmodum & Badactes, ἀπὸ τῶ βάζω, id eſt, clamo, vociferor. Solent enim Baccho, hoc eſt vino madidi, & mulieres Liberi patris Orgia celebrantes, omnia tumultuario quodam & incondito clamore replere.

BĀCTRĂ, orum, βάκτρα, Scythiæ prouincia, vltra Aſſyriam, à flumine Bactro cognominata. *Virg.* 2. *Georg.*- neque Bactra neque Indi Laudibus Italiæ certent. Eius prouinciæ populi Bactri, Bactrij, & Bactriani, βάκτροι, βάκτριοι, & βακτριανοὶ vocati ſunt, quorum rex fuit Zoroaſtres, magicæ artis inuentor. Bactrianum regnum olim mille vrbibus fuiſſe inclytum ferunt. ¶ Bactra item ſiue Bactrum (*vt apud Plinium lib.* 6. *cap.* 16.) oppidum eſt eiuſdem regionis, Bactrianorum regum regia, & totius regni caput, ita dictum à Bactro fluuio, quum antea Ariaſpe appellaretur. De Bactrianorum moribus memoriæ proditum eſt ab Onesicrito, canes apud illos ali, quos Sepulchrales vocant, quibus parétes

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

morbo, ætatéve confectos obiiciunt dilacerandos. Mulieres autem earum splendido cultu & vnguentis vti, à seruis & ancillis multò magis quàm viros coli, nec nisi equo insidentes, magnóque & auri & gemmarum apparatu excultas, in publicum prodire : matrimonij autem castitatem non seruare, sed tam seruis, quàm aduenis promiscuè sese commiscere: nec à viris eo nomine accusari, quibus ipsę dominari videntur.

BACTROS, Fluuius est in finibus Scythiæ Asiaticæ, à quo Bactra regio & Bactrum vrbs nomen sumpsit. *Lucan. lib.* 3. Errantes Scythiæ populi, quos gurgite Bactros Includit gelido, &c.

Bāculūs, li, masculini generis. Fustis, stipes, scipio : pro quo legitur & baculum neutri gen. {שכמ *schébet* מקל *makkél* משען *mischbâm*. βάκτρον, βακτηρία. GAL. Baston. ITAL. *Bastone*. GERM. Ein stäck. HISP. *Cayado ó bordon*. ANGL. *A staffe, a rud gell.*} *Ouid. lib.* 15. *Metam.* Baculúmque tenēs agreste siniſtra, ¶ Absque baculo ne ingreditor, *αὖδι ξύλου μὴ βαδίζε*: Inermis ne sis: verùm semper ad manum sit quo depellas, si quis fortè quærat lædere. ¶ Viro seni maxillæ baculus, *ἀνδρὸς γέροντος σίγυνος βακτηρία*. Dici solitum de iis qui ob defectas ætate vires, lautiore pariter & copiosiore victu coguntur vti, quò quod senecta deterit, vtcunque farciatur cibo.

Bācillum, neutri generis, diminutiuum. {τὸ βακτηρίδιον. GAL. Bastonnet, perit baston. ITA. *Bastoncello*. GERM. Ein stecklin. HISP. *Pequeño cayado ò bordon*. ANG. *A litle staffe.*} *Cicer. de Finib. bon.* Bacillum aliud inflexum & incuruatum, aliud ita natum. ¶ Bacillus in masculino genere in vsu non est: à quo tamen videtur manasse compositum, Imbecillus, a, um, & Imbecillis, imbecille. Vnde Imbecillitas pro infirmitate.

BADAS, Syriæ fluuius est, Memnonis sepulchro nobilitatus. *Strabo libro* 15.

BADACVM, βάδακον Ciuitas est Norici, *apud Ptolem. lib.* 2. *c.* 14. quam non nulli putant eandem esse cum ea, quam hodie à *Salitza* vicino fluuio *Salitzburgum* vocant.

BADENA, Vrbs aliàs in Heluetia, alia in Marchia : à Thermis apud Germanos nomen suum habens.

BADEOS, βαδεῖος, Vrbs Fœlicis Arabiæ, iuxta rubrum mare. *Steph.*

Badius color, is est, quem & Phœniceum vocamus, à colore dactylorum, quas φοίνικας vocant Græci. {φοινικοῦν χρῶμα. ANG. *Browne as a chestene.*} Idem & Spadiceus dicitur, & Baius : ab eo quòd termitem vnà cum fructu à palma reuulsum, Græci Σπάδικα καὶ Βαῖον, appellant. *Vide Thylesij libellum de coloribus.*

Bādīzārē, Significat ire. {βαδίζειν. ANG. *To go, to walke.*} *Plautus in Asin.* Demam hercle iam de hordeo, tollutim ni badizas.

BADIZA, βαδίζα, Vrbs Britanniæ. *Steph.*

BAEA, βάια, Mons Cephalinæ à Bæo Vlyssis gubernatore. *Steph.*

BAEACA, βαίακα, Ciuitas Chaoniæ, *Steph.*

BAEBAE, βαίβαι, Oppidum Cariæ, *Steph.*

BAECYLA, βαίκυλα, Vrbs Iberiæ iuxta Herculis columnas. *Steph.*

BAENACVS, *Vide* Benacus.

BAENNA, *Vide* Benna.

BAENIS, βαῖνις, Apud *Strab. li.* 3. Fluuius est Lusitaniæ omnium eius regionis fluuiorum longè maximus, cuius fons est apud Cantabros. Alio nomine vocatur Minius.

BAESAMPSA, βαισάμψα, Ciuitas in Arabico sinu circa rubrum mare, quæ domus est Solis.

BAESI, βαῖσι, vide Scythopolis.

BAETARRHVS, βαίταρρος, Magnus vicus in Palæstina. *Steph.*

BAETHARRHA, βαίθαρρα Vrbs Celticæ, *Steph.*

BAETIRAE, βαιτῖραι, Vrbs Galliæ Narbonensis. *Ptolem. lib.* 2. *c.* 10. fortè *Besiers.*

BAETICA ἐπαρχία, {*Il regno di Granata.* GE. Das Königreich Granaten in Hispanien.} Hispaniæ regio Australis, à Lusitania Ana fluuio discreta: ita dicta à Bæti amne, qui eam mediam perfluit. *De hac Pli. l.* 3. *c.* 1. & 2. Hodie bona huius regionis pars *Granata* dicitur, à grani tinctorij copia, quod Græco nomine Coccum appellamus.

BAETIS, βαῖτις, {GER. Ein fluß in Hispanien des Königreichs Granaten.} Fluuius est vlterioris Hispaniæ, qui ex Tarraconensis agri finibus labens, Australémque regionem, quæ ab eo Bætica appellatur, mediam percurrens : tandem non procul à Gadibus in Oceanum Occidentalem illabitur. Huius fluuii aquis lanas optimè tingi, *autor est Martialis quum ait*, Bætis oliuifera crinem redimite corona, Aurea qui nitidis vellera tingit aquis. [De eo *Plutar. in Sertor.*]

Bætĭcŏlă, læ, pe corr. Accola Bætis fluuii. *Sil. lt.* i. & vulgus Iberum, Bæticolásque viros spatiis agitabat iniquis.

Bætĭcus, ca, cum, adiectiuum, {βαιτικός. ANGL. *Puke colour, betwene russet and blake.*} vt Bæticus color, obscurus, qui & pullus dicitur, & Hispanus, & Natiuus. Nam in Bætica Hispaniæ regione vellera natura pulla sunt, ex quibus tenuiores sibi vestes conficiunt, quæ fidelissimè colorem suum seruant, neque facilè maculis inficiuntur.

Bætĭcātus, a, um, aliud adiectiuum. Pullatus. {ANG. *Chalde in mourning apparell.*} *Mart lib.* 1. Et bæticatus, atque leucophæatus.

BAETIVM, βαίτιον. Vrbs Cappadociæ, *Steph.*

BAETVLO. βαίτυλον, Hispaniæ fluuius est in Tarraconensi tractu, circa montem Iouis, non procul à Barcione in mare influens. Hispani hodie sua lingua *Besonem* vocant: meminit huius fluuii *Pomponius Mela li.* 2. ¶ Est item Bætulon oppidi nomen in eodem tractu: quod recensetur. *P in li.* 3. *& Ptol.* 2. *c.* 9.

Bætylus, βαίτυλος, dicitur saxum illud fasciis obuinctum, quod pro Ioue deuorauit Saturnus, vt testatur Hesychius. Vnde locus factus prouerbio, Etiam bætylum deuorares, *καὶ βαίτυλον ἂν κατεπιοις*. In voracem & omnia concoquentem. ¶ Vide Priscianum qui docet eum Addir & Abaddir dici à Latinis.

BAEVS, Gubernator Vlyssis. *Vide* Bæa.

BACADONIA, Pars Macedoniæ maximè australis. *Ptolem.*

BAGANVM, Autore *Ptolemæo*, Neruiorum ciuitas, alio nomine Tornacum.

BAGOAS, βαγώας, *teste Curtio*, Eunuchus fuit, ab Alexandro Magno turpiter adamatus. Hunc Orsines Satrapes inter Persas nobilissimus, quum Regis amicos omnes muneribus afficisset, solum præteriit, admonitúsque à quodam, eum regi esse charissimum, respondit, se amicos Regis, non scorta colere.

BAGVNTINVS, Pannoniæ fluuius est, in Sauum influens. *Autor Plin. lib.* 3. *cap.* 25.

BAHAL, {בעל *baâl*. βαάλ.} numero singulari, *inquit Hieronymus*, Tyriorum Deus habebatur. Bahalim pluraliter, deos siue idola significat, & est masculini generis. Vbicumque enim in fine Hebraicæ dictionis IM syllabam legimus in numero plurali est generis masculini. Vbi autem OTH, numero plurali, generis fœminini.

BAIAE, arum, βάϊαι, Ciuitas Campaniæ, secus Campanum mare sita, situs amœnitate, & aquarum salubritate celeberrima: ita dicta à BAIO Vlyssis socio illic sepulto. In huius agro aquæ calidæ sunt, & ad voluptatem, & ad varios morbos commodæ. *Silius.* docet illę tepentes, Vnde ferant nomen Baiæ, comitémque dedisse Dulichiæ puppis stagno sua nomina monstrat. *Horat. lib.* 1. *Epist.* Nullus in orbe sinus Baiis præ lucet amœnis. [De Baiarum luxuria. *Senec. Epist.* 52.] ¶ Hinc fit Baianus, a, um, vt sinus Baianus, qui hinc Miseno monte, illinc Puteolis claditur. Baiana littora, & Oræ Baianæ, *apud Statium.*

BAIRON, Historicus scripsit breuiarium rerum ab Alexandro gestarum. *Autor Suid.*

Bāiŭlo, as, Porto. {נשא סבל *sabâl* נטל *natâl*. βαστάζω GALL. Porter sur ses espaules. IT. *Portare*. GER. Tragen. HISP. *Lleuar ò traer carga a cuestas*. ANG. *To beare vpon the shoulders. Plau. in Asin.* [*sc.* 3. *a.* 3.] Ego baiulabo, tu, vt decet dominum, ante me ito inanis. *Quint. li.* 6. *c.* 1. Ego te baiulare non possum.

Bāiŭlus, pen. corr. Operarius, & propriè qui onera corpore suo, victus quærendi gratia portat. [*Ex Gell. c.* 3. *l.* 5. {נשא נטיר *nosé netil*. φορτοβαστάκτης, ὑποβαστάζων. GA. Portefais, crocheteur, gaigne denier. IT. *Facchino, baiulo*. GERM. Der schwäre burdinen tregt. HISP. *Bastaje ò ganapan*. AN. *A bearer of burdens, or porter.*} *Cic. in Parad.* Vtrùm potiùs de bonis est quærendum quid baiuli atque operarii, an quid homines doctissimi senserint? *Idem* 2. *de Orat.* Remigem aliquem, aut baiulum nobis oratorem describerat.

BAIVS, Seruio βάϊος, vel Baias Straboni, βάϊας, Vnus ex sociis Vlyssis fuit, à cuius nomine Baiæ appellatæ creduntur. *Vide* BAIAE.

Baius color, idem est cum spadiceo, siue badio, in equis inprimis laudatus. {φοινίκεον χρῶμα. GAL. Baye, bayard. ITA. *Baio*. GER. Kestenbraun farb. HIS. *Vayo*. AN. *Browne as a chostен.*} ita dictus est παρὰ τὸ βαΐον, quo nomine Græci appellant palmæ termitem vnà cum fructu auulsum qui huius est coloris.

BALA, βάλα, Ciuitas Galilææ. *Steph.*

Bālæna, æ, Vastissima maris bellua, ex genere cetorum, quam *Plin.* tradit in Oceano Indico ad quaternùm iugerum magnitudinem increscere. {חנין *tannin*. Græcis φαλαίνα dicitur, παρὰ τὸ εἰς φῶς ἀνιέναι. Vnde & Latini Balænam appellarunt, e aspirata in β mediam suam conuersa. *Vide Plin. lib.* 9 *c.* 3. 4. 6. GA. Balene. ITA. *Balena pesce*. GER. Ein wals fisch. HI. *Ballena*. AN. *A great fishe named a whirlepole.*}

BALANEA, *Plinio*, βαλανεῖα *Stephano*, Oppidum in confinio Syriæ & Phœnices, *cuius meminit Plin. lib.* 5. *c.* 23.

BALANI SARDIANI, βάλανοι σαρδιανοί, A Græcis olim appellabantur, quas nos Castaneas dicimus. Primùm enim Sardibus creduntur prouenisse: *vt tradit Plin. lib.* 15. *c.* 26.

Bălănŭs, ni, pen. cor. gen. fœm. {βάλανος. ANGLIC. *All kinde of acornes or mast.*} Generale nomen est, omnia continens, quæ apud nos Glandis vocabulo comprehenduntur. Præcipuè tamen hoc nomine dactyli appellantur, & oliuæ, & si qua sint alia, quæ nucleos intus habent. ¶ Balanus myrepsice, βάλανος μυρεψική, *Dioscoridi*, Fructus est arbusculæ myricæ similis, magnitudine nucis auellanæ, ex cuius cortice oporiferus liquor exprimitur, quem vocant Oleum balaninum. Sunt qui credant esse glandem eam, quam vulgò nucem muscatam vocant: quibus tamen non arbitror adhibendam fidem, quum descriptio ei non conueniat. Constat enim glandem myrepsicam lignoso intus esse osse, quod nux odorata non habet. Potius itaque *Ruellio* crediderim nucem odoratam, quam nos muscatam vocamus, veteribus fuisse incognitam. Glandem autem myrepsicam *Plin.* vno nomine vocat Myrobalanum quasi dicas glandem vnguentariam. *Ita enim de eo scribit lib.* 12. *c.* 21. Myrobalanum, Troglodytis & Thebaidi, & Arabiæ, quæ Iudeæ ab Ægypto disterminat, commune est, nascens vnguento, vt ipso nomine apparet. Quo item indicatur, glandem esse arboris, heliotropio, quam dicemus inter herbas simili folio, fructus, magnitudine auellanæ nucis. *Hactenus ille.* Myrobolanum *Celsus* videtur accepisse pro vnguento ipso, quod ex glandis myrepsicæ commisto liquore conficitur. *Ita namque ait lib.* 4. *c.* 9. Fit ex vnguento & palmulis, quod Myrobalanon vocant. Ad hanc etiam significationem alludisse videtur *Mart. lib.* 4. Quod nec Virgilius nec carmine dixit Homerus, Hoc ex vnguento constat, & ex balano. Nam si de glande ipsa intelligas, non video quo modo dicat Myrobalanum cōstare ex balano & vnguento. ¶ Balanus etiam à Græcis vocatur extrema membri virilis pars, quam etiam Latinè Glandem vocamus. ¶ Hoc etiam nomine dicuntur quæ à pharmacopolis vocantur *Suppositoria*, quæ ad subducendam aluum podici inseruntur: ita dicta, quòd figura glandis similitudinem referant. ¶ Balanus item est nomen vrbis in Epiro. *Balanus, item piscis marinus. *Plin. lib.* 31 *c.* 11. *Plau. Rud.* Ostreas, balanos captamus, conchas marinam vrticam. *Balani, Castanearum genus excellens. *Plin. lib.* 15. *c.* 25. Sardibus eæ prouenere primùm. Ideo apud Græcos Sardianos balanos appellant: nam diuus Tiberius posteà balanum nomen imposuit excellentioribus satu factis. *Hic autem* Balanus aut est etiam masculinum, aut Sardianas legendum est.

Bălănītēs, huius balanitæ, βαλανίτης, Gemma subuiridis, & Corinthio similis æri, fecante mediam flammea vena. *Autor Plin. lib.* 37. *c.* 10.

Bălănītis, idis, {βαλανῖτις. Genus castaneæ rotundius & maximè purgabile, & sponte prosiliens: à rotunda glandis effigie ita appellatum. *Plin. lib.* 15. *c.* 23.

Bălănātŭs, ta, tum, adiect. Hoc est balanino oleo perfusus. *Persius Sat.* 4. Tu quum maxillis balanatum gausape pectas.

Bălănīnus, na, num, aliud adiectiuum, Ex balano factum: vt, Balaninum oleum. *Pli. li.* 23. Balaninum oleum repurgat varos. *Idem li.* 13. *c.* 1. Increuit deinde Mendesium, balanino resina missa.

Bălărē

Bālarē, Proprium est vocis ouis, aut hœdi {βληχᾶσθαι. GAL. Beeller. IT. *Belare.* GERM. Blärren/schreyen wie ein schaaff oder geyß. HIS. *Belar las oue jas ò corderos.* ANG. *To bleate.* } *Quint. lib. 1. c. 5* Iam ne balare quidem, aut hinnire fortiter diceremus, nisi iudicio vetustatis niterentur. *Ouid. 4. Fast.* Tactáque fumanti sulphure balet ouis. *Sil. l. 15.* cui mille sub altis Lanigeræ balant stabulis. *Balare, ad hominem translatum. Varr. 2. de Re rustic. capite 3.* Cui Cossinius, Quoniam satis balasti, inquit, ô Faustule noster, accipe à me cum Homerico Melanthio Cordo de capellis Id est tractasti & docuisti de ouib quarum propriū est balare. [Balatium dicebant Antiqui, quod nos Palatium. *Vide* suprà in littera B. statim initio.]

Bālito, as, frequentatiuum. {ANG. *To bleate often.* } *Plaut. in Bacch.* pastor harum dormit, quum eæ eunt. Sic à pecu balitantes.

Bālātūs, us, nomen {βληχὼ, βλάγμα. GAL. Beellement, cri de brebis. ITAL. *Voce di pecora ò di agnello.* GER. Das blärren eins schaffs. HIS. *El balido de oue jas ò corderos.* ANG. *Bleating.* } *Plin.* Gustatum à pecore, captísque balatum concitat.

Bālātronēs, *inquit Festus,* & Blateas, antiqui appellabant, bullas luti ex itineribus, aut quod de calceamentorum soleis raditur. Balatrones pro nihili hominibus, & nullius pretij videtur accepisse *Varro de Re rust. lib. 2. c. 5. quum inquit,* Videbo iam vos balatrones, & huc afferam meum corium, & flagra.

¶ Dicti autem putantur Balatrones à balatu & vaniloquentia, *vt anno tauit Porphyrion in illud Horatij* 1. *Ser Satyr.* 1. Mendici, mimæ, balatrones, hoc genus omne Mœstum, ac solicitum est cantoris morte Tigelli.

Bālaustium, {βαλαύστιον. GALLIC. La fleur d'vn grenadier. ITA. *Fior di melagrana.* GERMAN. Granatapfelblütt HI *Flor del granado.* AN *The floure of an pomegarnette.* } Flos mali punici, vtilis non modo medicinis, sed etiam tingendis vestibus, quas sibi concolores facit. Propriè autem hoc nomine appellatur sylvestris punicæ flos: nam satiuæ Cytinus dicitur.

Balaustinus, a, um, pen cor. vt Balaustinus color, à floris huius similitudine dictus.

BALBINA, Virgo Romana & martyr Quirini, liberata à strumę vitio per Alexandrum pontificem, sepulta in via Appia iuxta patrem: qui ambo sub Traiano sunt passi. *Autor Volater.*

BALBYRA, βάλβυρα τα. Vrbs Lyciæ. *Steph. Vide* Bubo *apud eundem.*

BALBVS Cornelius. Vide Cornelius.

Bālbūs, Qui vitio linguæ non bene potest exprimere verba, & obscurè loquitur, hæsitans. ¶ Hoc vitio laborauit Aristoteles & Alcibiades, qui R in L detorquebat. *Scul. l. 1. de Causis ling. Lat. c* 14. {עלג *hilégh.* φελλὸς. GAL. Begue. ITAL. *Balbo.* GERM Stammler/staggler. HIS. *Tartamudo.* ANGL. *A staffler, a stammerer or stutterer.* } *Persius Saty.* 1. Rancidulum quiddam balba de nare loquutus. *Cic. 1. de Orat.* Quúmque ita balbus esset, vt eius ipsius artis, cui studeret, primam literam non posset dicere, &c.

Bālbē, aduerbium, Obscurè, imperfectè, blæsè. *Nonius ex Varrone.*

Bālbūtio, tis, Imperfectè loquor, quadam linguæ hæsitatione & confusione trepido, {לרג *lilhágh.* φελλίζω, φέλλωμα, φέλλισις GAL. Beguoyer, parler mal & indistinctement. ITAL. *Balbetare.* GERMAN. Stammlen/sich hefftig an der red stossen. HIS. *Tartamudar.* AN. *To faffle, stammer or stutter in speaking* } *Horat. in Serm.* Balbutit Scaurum prauis fultum male talis. *Id est, balbutiendo appellat Scaurum. Solent enim parentes filiorum puellorum adhuc infantiam imitari, blandius cum illis colloquuturi. Cic. 3. Tusc.* Me quidem aurore etiam Peripatetici, veteresque Academici balbutire desinant aliquando.

Bālbūcīnāri, significat, lingua balba loqui, sicut senes. { φέλλειν, φέλλισθαι. AN. *To faffle or stutter in speaking.* }

BALCEA, Vrbs circa Propontidem. *Steph.*

BALDRACA, Puella generis obscuri, peregrinæque conditionis, quæ quamuis multarum rerum ob paupertatem esset indiga, noluit tamen corporis sui facere copiam Othoni imperatori, quamuis multa promittenti, *vt scribit Volater.*

BALEARES, {Γαλαισίδες. Vulgò *Maiorica & Minorica.* } Duæ insulæ ante Hispaniam, 10000. passuum interuallo à se inuicem distantes, quarum maior, quæ Orientem spectat, 100000 passuum longitudinem habet, circuitum autem passuum 480000. cuius præcipua oppida olim fuerunt Palma, & Pollentia. Alterius in 60000. tantùm passuum longitudo extenditur: circuitus autem in passuum 150000. ¶ Dictæ Baleares, (vt quidam volunt) à Baleo quodam Herculis comite ibi relicto. Aut certè ἀπὸ τῦ βάλλειν, hoc est à iaculando, propterea quod fundæ iaculatione Baleares peritissimi habiti sunt. Tradit enim *Lycophron, & post eum Florus lib. 3. ca. 8.* eam hisce in insulis obseruatam fuisse consuetudinem, vt e furiculis filiis à matribus tentaculum in sublimi trabe proponeretur, quod illi contingere non poterant, nisi prius funda deiecissent. A Græcis dicti sunt γυμνητες, eo quòd nudi aliquandiu vitam egisse dicantur, nec vestibus vtentes, nec calceis. In hisce insulis tantus olim cuniculorum prouentus fuit, *teste Pli. li. 18. c. 52.* vt in eos præsidium militare ab Augusto petere sint coacti. Hodie ab Hispanis quorum imperio parent, Maiorica, & Minorica appellantur. [*Ger.* Zwo insulen diser namen in vnserem Meer das in Hispaniam von Auffgang stosset.] ¶ Baleares etiam dicuntur incolæ harum insularum. ¶ Inde fit possessiuum Balearis, & are. *Vir. l. 1. Geor.* Stupea torquentem Balearis verbera fundæ.

Balēāricus, a, um: vt, Balearica funda *Oui. 2. Met.* Non secus exarsit, quàm quum Balearica plumbum Funda iacit: volat illud, & incandescit eũdo. ¶ Balearica vina. *Pli. li. 12. c. 7.* Balearica vina ex insulis conferuntur Italiæ primis. Balearicæ cochleæ quæ herbis non viuunt, sed vuæ modo interse cohærent, à terræ cauis non prorepentes vnde & cauaticę à Balearibus appellantur. *Autor Pl. li. 8 c. 39*

BALESIVM, autore Plinio, Apuliæ oppidum est maritimum, non procul à Brundusio. *Pl. l. 3. c. 11.*

BALIARDVS, Philosophus quidam Græcus ac Peripateticus, Parisiis prodiit vir doctissimus, ab orthodoxis tamen in quibusdam aberrans, à quibus nec per synodum iussu regis Ludouici huius gratia coactam auelli potuit, sed in quodam loco deserto, cum sociis nonnullis omne æuum abstinendo exegit. *Volat. errarum li. 12.*

BALIAS, siue Balius, (nam & in Græcis quibusdam codicibus βαλίας legitur in aliis βάλιος,) Vnus fuit ex equis Achillis, à Balio colore ita dictus. Commemorat autem *Hom. l. 16. Iliad.* tres Achillis equos, quorum duos Baliam & Xanthum immortales fingit, ex Zephyro vento, & Podarge Harpyia prognatos: tertium autem mortalem, nomine Pedasum.

BALIENVS, Aunnculus Catilinæ, Lucretium Asellam, consulatum contra voluntatem Syllæ ad perturbandum ciuitatis statum petentem, occidit iussu Syllæ tunc dictatoris, accusatus postea, ac damnatus. *Praual. nus.*

BALIMENSES, Populi in Latio, qui aliàs Trebulani dicuntur. *Plin libr. 3. cap. 5.*

Balinēum, & Balineæ, arum, idem quod Balneum, & Balneæ, arum. {מרחצת *marchétseth.* βαλανεῖον, GA. Bain ou estuues IT. *Bagño* GE. Bad. HISP. *Baño.* AN. *Stewues or bayne.* } *Cic. Attic. lib. 2.* Balineum calefieri iubeo. *Plau. Pœnul.* Núm nam ita balineis circunductus pallio? *Plinius Epistol. 3.* Quid balineum illud, quod pluribus sol implet, & circumit? Dictum autem putatur Balineum, ἀπὸ τῦ βαλάνου hoc est à glandibus quæ in balneis succendi solent. Scribit enim Suidas glandes hominibus apud antiquissimos, cortices verò earum igni alimenta præbuisse.

BALIS Vrbs iuxta Cyrenem, βάλις, dicta quòd Balis Deus in ea coleretur. *Steph.*

Bālius color, {βαλία χροιὰ. GALLIC Bay, bayard. ITA. *Baio* GER. Kesten braune farb. HISPAN. *Vayo.* ANGL. *Browne like a chesten.* } In equis laudatissimus est, à quo Homerus vnum ex equis Achillis Balium, siue Baliam appellauit. Nonnulli varium interpretantur, maculísque multis distinctum. Tylesius autem in libello de coloribus, eundem esse existimat cum eo qui & Spadiceus, & Baius, & Phœniceus appellatur.

BALLA, Vrbs Macedoniæ. *Steph.*

Bāllāriă, æ, A Romanis appellata est herba, quæ à Dioscoride λυχνὶς ἀγρία καμαιπίτυς, hoc est Lychnis coronaria, & à Gallorum vulgo *Candelaria* dicitur. *Vide Ruel. lib. 3. c. 57.*

Bāllīsta, gemino ll, à βάλλω, *Iacio:* Machina est qua saxa torquentur, vel sagittæ. De saxa iacienre (quæ & maior balista appellari potest; *Vale. Maxim lib.* 1 Quum telorum iactu perforari nequiret (intelligit serpentem ab Attilio Regulo interemptam) ad vltimum ballistarum tormentis vndique petitam, filicum crebris & ponderosis verberibus procubuisse, &c Et siue trabs, quæ versilis appellatur, fuerit, siue alterius generis, modò saxa maiora & grauiora iaciat, hoc nomine intelligitur. [Quam grauc Ballistæ mœnia pulsat onus. *Ouid. Eleg. 2. l. b. 1. Trist.* Meus est ballista pugnus, *Plaut Capt. sc. 1. a. 4. Vide* Exballistare.] ¶ De sagittas iaciente (quæ & minor) *Lucan. lib. 1.* Tortáque per tenebras validis ballista lacertis Multifidas iaculata faces. *Et Hieronymus contra Iouin.* Ballista quanto plus retrahitur, tanto fortiùs emittitur {Hãc Heb. מחי *mechi.* Græci βάλισταν. GA. Arbaleste, instrument de guerre à ietter pierres ou autres pierres ou autres choses. ITA. *Balestra.* GE. Ein gwerff/ein instrument mit dem man schisset/ein schlingen. HI. *Trabuco or ingeño ballestra.* AN. *An engin of warre to cust dar es or stones, à sling.* } dicunt, quam & Phœnicas inuenisse *Plin. traditi l. 8. ca. 56.* aliis Saturnum à Ioue pulsum & in Græciam profugum ballistarum vsum docuisse scribentibus.

Bāllīstārium, Locus vbi sita est ballista. *Plautus,* Intenta est balista probè, quam ego haud multò post emittam è ballistario. Vbi etiam Ballistam accipere videtur pro telo.

BALLISTĀRIVS, rij, Qui facit ballistas, ballistarum artifex. {ANG. *A maker of slinges.* } *Paternus in L. vlt. D. de iur. immunitatis.*

Ballōtē, {βαλλωτὴ. GA. Marrubin noir. ITAL. *Marrobio nero.* GER. Stinckender andorn. HIS. *Marrubios negros.* } Herba est marrubio similis, quæ & Melamphrasion à Græcis appellatur. Officinæ Marrubiastrum vocant, aut Marrubium nigrum. *Vide Dioscor. lib. 3. Plin. lib. 27. cap. 8. & Ruell. lib. 3. c. 58.*

Bāllūcă, cæ, *Vide* BALVX.

Bālnēum, {מרחצת *marchétseth.* βαλανεῖον. GAL. Bain ou estuues. ITA. *Bagno.* GER. Bad/badstuben. HIS. *Baño.* AN. *A bayne or stewe, a vvashing place.* } & in plurali numero Balneæ, arum, vel Balnea, orum, Loca sũt publica, vel priuata, in quibus aut sanitatis, aut abstergendarum sordium causa lauamur. *Cicero Terentiæ vxori,* Labrum si in balneo non est, fac vt sit. *Idem Attico,* Balneum calefieri iubebo. *Idem pro Sext. Rosc.* Occiditur ad balneas Palatinas rediens à cœna Roscius. Illud autem ferè obseruatur à scriptoribus: [Ille (hospes) in balneas iturus est, Huc veniet postea *Plau. Asin. sc. 2. a. 2.* De vsu & ratione lauandi in balneis ac religione legen. *Plutar. in Cato. Cens.*] Balnea in plurali numero de publicis tantum dicantur: Balneum in singulari, locus in domo nostra, vbi priuatim lauamur. Ratio huius diuersitatis videtur, quòd in publicis balneis plura ad lauandum fuerint loca. Habebant enim mulieres lauationes suas à viris separatas. Erant præterea in balneis tria veluti cœnacula (nisi regiones malis appellare) quorum summum plenum erat aeris calidi, qualia hodie sunt Germanorum hypocaustа: hæc balneorum pars Laconicum vocabatur. In medio cœnaculo erant aquæ calidæ: in imo, frigidæ. Ex his facilè ostendi potest quid sit discriminis inter balneas. Balnea enim tantùm dicuntur in quibus lauamur. Vnde summa illa balneorum pars, quam Laconicum vocari diximus, & cryptæ quædam siccæ in littore Baiano calidi aëris plenæ, balneorum appellatione non veniunt, quæ tamen Thermæ aptè dici possunt. Thermæ enim dicuntur quęcunque loca calida siue illa sicca sint, siue calidis lotionibus accommodata. Frigidum itaque balneum sub thermarum appellationem non venit. Nam θέρμη calorem significat. *Valla in Raudensem* huiusmodi ponit differẽtiam, vt Thermæ dicantur quæ natura calida sunt. Balnea etiam quæ calefiunt igni. Quod non omnino verum esse constat multis rum Martialis, tum aliorum testimoniis, qui Neronis & Titi balnea Thermas vocant, quæ certè igni calefiebant. Vnde autem dicatur Balneum, *vide suprà in dictione* BALINEVM. ¶ Teneri calidis balneis. φιλόθερμος: In molles & luxu diffluentes dicebatur. nam antiquitus calida balnea deliciarũ nomine taxata fuisse *vel Homerus* testis est Od. 8. in ter voluptariæ vitę delicias ea cõmemorans. ¶ Herculana balnea, αἱ κλεινὰ λουτρὰ. De impendio feruentibus balneis dicebatur, quales legimus & thermas Neronianas. *Aristoph. in Nebu.* ¶ Quid cani & Bal-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

neo? τὸ κοινὸν κακὸν ἐφ βαλανείῳ. Quadrabit in eos qui ad rem quampiam prorsus sunt inutiles: ita vt in balneo nullus est omnino canum vsus. Hoc Adagio vtitur *Lucianus* aduersus ineruditum, & in Parasito.

Bālnĕŏlŭm, diminutiuum est. *Iuuena. Satyr. 7.* -quum iam noti celebréſque poëtæ Balneolum Gabiis, Romæ conducere furnos Tentarent.

Bālnĕārĭă, orum, Ea pars villæ, siue ædium, in qua balnea sunt, & nonnunquam etiam ipsum balneum. {τὸ λέτρον, τὸ βαλανεῖον. GAL. Le lieu ou la maison ou sont les bains & estuues. IT. *Luoco da bagni ò ſtuffe.* GE. Das orth im hauſs/da die badſtub oder das bad iſt. HI. *El lugar donde ay baños* ANG. *Places where baynes, or ſtewes ar.* } Cic. *ad Quint. Frat. lib. 3.* Sed tamen nihil ei restat præter balnearia, & ambulationem, & aluearium. Ibidem: In balneariis, assa in alterum apodyterij angulum promoui. *Col. lib. 1. ca. 6.* Balnearia, Occidenti æstiuo obuertantur, vt sint post meridiem, & vsque in vesperum illustria.

Bālnĕārĭs, re, Quod ad balneum pertinet, vt Balneare argentum, quo qui in balneo lauabant vtebantur. *Scæuola in L. vlt. de auro & argento legat.* Semproniæ dominæ meæ hoc amplius argentum balneare: quæsitum est an etiam id argentum quo diebus festis in balineo vti consueuit, legato cedat. *Spartianus in Adria.* Ex quo ille locus balnearis innotuit.

Bālnĕārĭŭs, a, um, Balnearis, quod ad balneum pertinet. {βαλανικός. GALL. Estant du bain, ou estuues. ITALIC. *Cosa pertinente à bagni ò ſtuffe.* GERM. Das zu dem bad gehört HISPA. *Cosa del baño.* ANGL. *Belonging toa bayne or ſtewe.* } vt, Vestis balnearia, Seruus balnearius. Item Balnearia instrumenta cuiusmodi sunt olearia, lintea. Pro quibus etiam Balnearia absolutè, *Apul. lib. 3.* Milonem iussit cum balnearibus assequi.

Bālnĕātŏr, Qui curam habet balnearum, {βαλανεύς. GA. Maistre des bains ou estuues. IT. *Maeſtro de bagno, ſtuffaro.* GERM. Ein bader. HISP. *El bañador.* ANG. *Maiſter of the baynes or ſtewes.* } *Cicero pro Cal.* Familiaris facta erat balneatori. *Plau. Truc.* Omnes amatores balneatores fient ¶ Huius fœmininum est balneatrix, βαλανίς Mulier cui balnei curandi cura incumbit.

Bālnĕātōrĭŭs, a, um. ¶ Balneator, {βαλανεύς. ANG. *Maiſter of the baynes or ſtewes.* } Id nominis vulgato conuitio dicebatur in hominem alienarum rerum plus satis curiosum. Propterea quòd huiusmodi genus hominum, quoniam in otio viuit, neque suis negotiis destinetur, aliena curare consueuit. Quod ad balneum pertinet βαλανεύτικος. *Mart. Iurec.* Instrumento balneatorio legato balneatores continentur, quoniam sine his balneæ vsum suum præbere non possunt.

BALOEVM, βάλοιον, Vrbs Macedoniæ, *Stephanus.*

Bālsă, βάλσα, *A Plin. lib. 5. c. item 5.* numeratur inter Cyrenaicæ regionis oppida. ¶ Est etiam hoc nomine vrbs Lusitaniæ, non procul è Sacro promontorio, & Anæ fluuij ostiis, quæ vulgò nunc *Tauila* dici creditur. Commemoratur à *Plin. lib. 4. cap. 22. & Ptolem. lib. 2. cap. 5.*

Bālsămītă, vt inquit *Dioſcorid.* albæ violæ, lilij autem pyracanthæ magnitudine conspicitur, folium rutæ proximum, atque longè candidius, perpetuò virens. In Iudæa solum quadam valle, & Ægypto nascens, his differens modis: sc abritia, proceritate, gracilitate: quòd igitur tenui & capillacea coma est. Theristum vocant, quasi demessile. Fortasse quoniam ob gracilitatem facilè demetatur. *Plura Plin. lib. 12. cap. 25. Theoph. lib 9. c. 6.*

Bālsămŭm, neutri generis. {ארן בּ *pannágh* עצי *tſori*, βάλσαμον. GAL. Baume. ITAL. & HISP. *Balſamo.* GERM. Balſam. ANGL. *Balme hearbe.* } Arbuscula vni terrarum Iudææ quòdam concessa, viti similior quàm myrto. *Virg. 2. Georg.* Quid tibi odorato referam sudantia ligno Balsamáque, & baccas semper frondentis acanthi? Seritur maleolis, vt vitis, & colles implet vinearum modo, sustinens sese sine adminiculis. Intra tertium annum est fructifera: proceritas intra bina cubita subsistit. Præfertur omnibus odoribus. Inciditur vitro, lapide, ossèisve cultellis, & succum emittit eximiæ suauitatis, quem Opobalsamum dicunt. Nam ὀπὸς Græcis succus est. Summa Opobalsami probatio est vt lac coagulet, & in veste maculas non faciat. Lignum quoque eius in pretio est, Xylobalsamum appellatum, quòd officinæ vnguentariorum pro succo substituebant. Carpobalsamum, fructus balsami: καρπὸς enim Latinè fructus. *Vide Plin. lib. 12. c. 25.*

Balsamelæon. {βαλσαμέλαιον. ANG. *Iuice of balme hearbe.* } Succus est oleo persimilis, qui ineunte autumno, ex imis balsami fruticis partibus scarificatis profluit: *vt post Aetium refert Ruell. lib. 1. c. 35.*

Balsaminus, na, num, adiectiuum, penultim. correp. vt Balsaminum oleum. { βαλσάμινος. *Plin. lib. 23. cap. 4.* Balsaminum longè pretiosissimum omnium, vt in vnguentis diximus, contra omnes serpentes efficax.

Balteŭs, & Balteum in singulari, in plurali neutrum tantum. { אבנט *abnét.* אזור *ezór*, ζωστήρ. GALL. Baudrier. ITA. *Corregia, cinta da ſpada.* GER. Ein lederner gurtel mit eysen beschlagen. HISP. *Vanda de caualleros.* ANG. *A rword girdle.* } Militare cingulum, vel zona bullis ornata. *Virg. 12. Aen.* infœlix humero quo apparuit alto Balteus. Balteum, *inquit Varro*, est cingulum è corio bullis ornatũ. *Idem vt autor est Sosipater*, Tuscum ait esse vocabulum, *in li. 18. rerum humanarum.* *Plinius* vult masculino genere funiculum significare: neutro autem lora ad alligandum apta. [Balteus gladij *Senec. Epist. 77.* Sinus togæ velut Balteus *Quintil.*]

BATIA, Insula est in mari GERMANICO, quæ mari baltico nomen dedit. Meminit huius insulæ *Plin. l. 4. c. 13.*

Bălux, lucis, Minutior auri particula ab Hispanis dicitur, cuiusmodi in arrugiis, aut puteis penè puræ inueniuntur, nulláque opus habentes coctione. A Græcis χρύσαμμος, quasi aurea arena dicitur. Hispani *Oro de tibar no apurado* vocant {ANG. *A peece or wedge of gold.* } *Plin. lib. 33. capit. 4.* Aurum arrugia quæsitum non coquitur, sed statim suum est. Inueniuntur ita massæ, nec non in puteis etiam denas excedentes libras. Palacras Hispani, alij Palacranas, iidem, quod minutum est Balucem vocant.

Bămbăcĭon, βαμβάκιον, βάμβαξ, ἡ βαμβακὶς. Suidæ. {ANGLI. *Cotton.* } Lanæ genus candidissimum, in exiguo nascens frutice, quem nonnulli Gossipion, plures Xylon appellant, *teſte Plin. libr. 19. c. 1.* Fert hic frutex fructum barbatæ nuci non dissimilem, quæ dehiscens velut inculcatum lanæ glomum deregit, ex qua deinde vestes fiunt, quæ à nonnullis bambacinæ appellantur, à peritioribus Xilinæ, vel Gossipinæ. Vulgus *Cotonium* vocat, à similitudine forsasse illius lanuginis, quæ foris in malo cotoneo gignitur. *Vide Ruell. libro 2. cap. 150.*

Bambalio, Socer M. Antonij, quod *Cic.* à balbutiendo deducit *Philip. 2.*

BAMBERGA, Vrbs Episcopalis Franconiæ.

BAMBORVM, Flumen Mauritaniæ crocodilis & hippopotamis refertum, *vt scribit Plin. lib. 5. c. 1.*

BAMBYCE, βαμβύκη, *Straboni* Mesopotamiæ ciuitas est, siue (*vt Plinio placet*) Syriæ Cœles, in qua Atergatis dea colebatur. Hæc alio nomine Hieropolis, hoc est sacra ciuitas, appellatur, & Edessa. *Vide latiùs in dictione* EDESSA.

BANASA, Apud *Plin. lib. 5. ca. 1.* Romanorum colonia est in Mauritania Tingitana, Valentia cognominata.

BANAVRIDES, βανανρίδης, Insulæ Thusciæ, à Banauro filio Aiacis, *Stephan.*

Bănāusŭs, {חרש *charáſch.* βάναυσος. GAL. Mecanique artisan. ITA. *Mecanico, artigiano, artiere.* GERMA. Ein handwercksman/der ob dem feur vnd in dem ofen sein arbeit machet. HISP. *Suzio, hazedor de alguna arte ò obra.* ANG. *A handie traf itſman, a man of occupation.* } Propriè dicitur artifex, qui circa caminos & fornaces exercetur, quique opera sua igni conficit καύνος enim Peloponnesis caminus est, & αὔειν, incendere. Per transiationem tamen latiùs sumitur ad viliores omnes operas, quæ manuum opificio victum quæritant. *Id quod & Hieronymus annotauit libro 1. aduersus Pelagium. Ariſt. in Polit.* inter seruum & banausum hoc vnum interesse ait, quòd ille natura seruit, banausus mercede.

Bănchŭs, βάγχος, Piscis marini genus quem & Myxona vocari autor est *Plin. lib. 32. c. 7.* ¶ Est & Banchus inter mugiles minimus, quem Aristoteles Chelonem vocat.

BANISAE, al. Balsaniſæ, populi Thraciæ, *Stephan.*

BANTIA, βαντία, Vrbs Italiæ *Steph.*

BANTI Populi Thraciæ: βάντοι, *Stephan.*

Bannum Exilij species, quæ antiquis dicebatur Proscriptio. ANG. *A maner of condemnation that who ſoeuer findeth a man may kill him.* } Hinc Banniti dicebantur qui carebant iure togæ, quibus aqua & igne interdictum erat. C *de Epiſc. & cler. in no.*

BANVRBI, Getuli sunt, incolæ Tingitanæ prouinciæ, *vt scribit Pli. libr. 5. c. 2.*

Băphiă, pen. prod. {βαφεῖα. GAL. Tinturerie, le lieu où on teind. IT. *Tintoria.* GERM. Die färbe/ein orth da man färbt. HIS. *Tintoreria, lugar de tintores.* AN. *The place where thay die, a deeing houſe.* } Dicuntur loca tinctutæ in quibus tinguntur panni: nos Tinctoria dicimus. *Lampridius in Alexand.* scribit Probum fuisse baphijs præpositum. βαφὴ enim tinctura dicitur: vnde Dibapha, bis tincta. *Hinc adiectiuum Baphicus. Id est, tinctorius, vt Coccus baphicus, granum tinctorium. Vide Dioſcoridem & Galenum.*

BĂPTAE, βάπται, Athenis erant sacerdotes Cotyttûs, impudicitiæ deæ, cui nocturna sacra peragebant saltationibus, & omni voluptatum generi indulgentes. {GERM. Geile pfaffen zu Athen der göttin der vnkeuſchheit. } Dicti autem sunt Baptæ, ἀπὸ τῶ βάπτειν, quod qui sacris illis initiabantur, aqua calida tingerentur. *Iuuen. 2. Sat.* Cecropiam soliti Baptæ lassare Cotytto. In hos Eupolis Comœdiam conscripsit, quam ab illorum nomine Baptas appellauit, in qua mollitiem eorum & libidinem depinxit. Quam ob causam ab illis in mare præcipitatus est, & submersus. *Vide plura de his apud Suidam, & Politianum Miſcellaneorum c. 10.*

Bāptēs, βάπτης. Gemma est mollis, sed præstantissimi odoris. *Plin. libr. 37. c. 10.*

Bāptīſmŭs, & Baptisma, atis, βάπτισμος, & Baptisma, atis, βάπτισμα, Latinè immersio vel intinctio dicitur, à βάπτω, immergo. {טבילת *tebiláh.* GAL. Bapteſme. ITAL. *Bateſimo.* GERM. Tauff. HISP. *Baptiſmo.* ANGL. *Baptiſme, dipping.* } *Gregorius*, βάπτισμα Græco eloquio dicitur, quod Latinè Tinctio: quia ibi homo Spiritu gratiæ in melius immutatur, & longè aliud quàm erat, efficitur. Primum enim fœdi eramus deformitate peccatorum, in ipsa tinctione reddimur pulchri dealbatione virtutum.

Bāptīſtēr̆ĭum, Est locus vel vas ex ligno aut lapide ita ædificatum, vt in illud aqua infundi possit, in quam lauandi causa aliquis se possit immergere. {βαπτιστήριον. GAL. Cuue, ou autre grand vaisseau dans lequel on se laue, lauoir. ITAL. *Lauatorio.* GER. Tauffſtein/badſtein/badzuber. HISP. *Lauador, lugar do ſe lauan.* ANG. *A fonte or veſhell, to waſhin* } Hoc in cellis, id est, in locis secretioribus solet constitui: quarum aliæ Chaldariæ sunt, in quibus calida lauamur: aliæ Frigidariæ, in quibus lauamur frigida: aliæ Tepidariæ, in quibus tepida aqua abluimur. *Plin. lun. ad Apollinarem*, Cella frigidaria, in qua baptisterium amplum, atque opacum.

BARABBAS, בר-אבא *bar-abbá.* βαραββᾶς, per duplex bb, est Syra dictio, sicut & sequentes duæ, qua apud nos significatur filius patris. {GE. ein vatterſone. } Componitur enim ex בר *bar*, quod apud illos filius dicitur, & אבא *abbá* pater. *Sedulius.*

Tum coluêre Bahal, tunc elegêre Barabbam.

BARACE, Insulæ Gedrusiæ. *Steph.*

BARACH, ברק *barák.* Nomen viri proprium, & apud nos significat fulmen.

BARACVM, βάρακον. Oppidum Africæ in tractu Cyrenaico, *cuius meminit Plin. lib. 5. c. item 5.*

BARACVRA, βαράκουρα, Emporium Indiæ extra Gangem, *autore Ptolem. lib. 7. cap. 2.* hodie *Bangella* ciuitas fœcundissima, & regnum latissimum.

BARAGASA, Æthiopiæ oppidum, *de quo Plin. lib. 6. c. 29.* Aliqui vnum Æthiopię oppidum vltrà ponunt in littore Baragasa.

BARAMALACVM, Nabathæorum oppidum non spernendum in ea parte Arabiæ, quæ est contermina Syriæ, *vt author est Plin. lib. 6. cap. 28.*

BĂRĂTHRVM, {תהום *tehom.* βάραθρον, GALL. Abisme, gouffre, lieu profond &

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

fond & dangereux. ITA. *Abysso, profunditá.* GERM. ein grausame tieff e grub/oder loch war vortzeiten zu Athen ein solchs vnden voll mor vnd kaat/in welches jydie vbelthäter versancken. HISPAN. *Lugar sin hondon.* ANGLIC. *A deep and dangerous gulfe or pitie.* } Locus Athenis fuit immensæ profunditatis, in imo mollis & cœnosus, in quem noxios & damnatos deturbabant. Hinc factum est, vt loca omnia profunda, vnde quis emergere non possit, ab illius similitudine Barathra dicantur: cuiusmodi apud inferos Tartarum fingunt poetæ, qui Bis patet in præceps tantùm, tenditque sub vmbras Quantus ad ætherium cæli suspectus Olympum. ¶ Hoc etiam nomine appellantur terræ cauitates, quæ fluuios hauriunt, aliis in locis rursus emersuros. Transfertur quoque ad alia. *Martialis* Barathrum fœmineum, pro locis muliebribus dixit. Idem stomachi imum hiatum Barathrum appellauit, quum ait, Extremo ructus si venit à barathro. *Horat.* de lurcone quodam loquens *lib.1.epist.16.* vsurpat pro ingluuie & voragine. *Apud Demosthen.* ponitur pro pernicie, *vt annotauit Harpocration.*

Barbă, Vtroque numero, non solùm hominum, sed & brutorum quadrupedum est. {βάρβαξ. GAL. Barbe. ITA. & HISP. *Barba.* GER. ein bart. ANG. *A beard.*} *Plaut. Bacchid.* Cano capite, atque alba barba. *Virg.2. Aeneid.* Squallentem barbam & concretos sanguine crines. *Horat. lib.1. Serm.* Vtque lupi barbam variæ cum dente colubræ. *Plin. lib.28. cap.13.* Afferunt & magni sua commenta: primum omnium, rabiem hircorum, si mulceatur barba, mitigari. *Silius* numero plurali etiam de homine dici posse ostendit *lib.13.* Indociles nunc propexis in pectora barbis Verrere humum. Huius nominis composita possiunt declinari secundum tertiam & secundam declinationem: vt Imberbis, & hoc Imberbe: & Imberbus, a, um, quod est sine barba. [Et niteri inducto candida barba gelu. *Ouid. Eleg.14 l.3. Trist.* (Tum) Barba resecta mihi bisve, semelve fuit. *Oui. Eleg. vlt. lib.4. Tri.* Barbam radere & rasitare desinebant rei. *Gell. c.4. l.2.* Veteres quando barbam radebant, *ibidem. Et lib.13. c.8.* Homines desides operti barba & pallio. *Idem cap.2. lib.9.* Heus tu qui cum hircina astas barba. *Plaut. pseud sc.2. a.4.*] ¶ Ante barbam doces senes πρὸ τῆς γενειάδος διδάσκεις τὺς γέροντας. Quum imberbis maiorem natu docet. Est autem figura prouerbialis, quod ait *Persius* Ante pilos. ¶ Barba non facit Philosophum, οὐ φιλόσοφους ποιοῦσιν. *Plutarch.* Conuenit in eos qui barba pallióque philosophos se profitentur, quum cætera cultui non respondeant. [Hæc non conueniunt barbæ illi atque togæ Philosophorum *Quint.* Barba autem ponebatur in luctu. *Suet. in Calig. c.5. & 10. Et Suet. in Neron. c.12.*] ¶ Πεπλόμου πώγων. De prolonga barba dicebatur *Aristoph. in Concionantibus.* ¶ Barba tenus sapientes, Ἐκ πώγωνος σοφοὶ, καὶ Ἀπὸ πώγωνος σοφισταὶ, καὶ Ἀπὸ πώγωνος φιλόσοφοι. Id est: Barba tenus sapientes, & sophistæ & philosophi. *Vsurpatur apud Plutarch.* Huc allusit *Horatius* quum ait, iussit sapientem pascere barbam. ¶ Barbam vellere, τὸν πώγωνα τίλλειν. Sumptum à gestu, quo summũ contemptum ac lubrium significamus.

Bărbŭlă, læ, diminutiuum {πωγωνάριον, GA. Barbette, petite barbe. IT. *Picciola barba.* GE. ein bärtlin. HI. *Pequena barba.* ANG. *A litle beard.*} *Cic. pro Calio,* Aliquis mihi ab inferis excitandus est ex barbatis illis: non hac barbula, qua ista delectatur, sed, &c.

Bărbātŭs. Dicitur qui barbam habet, { ἐμπώγων. GALL. Barbu. ITAL. *Barbuto.* GERM. Gebartet/der ein bart hatt. HISPA. *Barbado. cu barba.* ANGL. *That hath a beard, bearded.* } *Vnde illud,* Si promissa facit prudentem barba, quid obstat Barbatus possit quin caper esse Plato? *Cicer. 1. de Natur Deorum,* Isto enim modo dicere licebit, Iouem semper barbatum. Barbati prouerbiali ioco apud Romanos dici consueuerunt, homines priscis ac simplicibus moribus, rusticanæque veritatis: quòd illic serò receptum sit barbam radere aut tonderi. *Plin. lib.8. c.59. Cic.4. de Finib.*

Bărbătŭlus, diminutiuum. {ΑΝ. *That hath a yond beard.*} vt Barbatuli iuuenes, & Mulli barbatuli. ὑπογενείων. *Cic. in Paradox.* Barbatulos mullos excęptare de piscinis. *Idem ad Attic. lib.1.* Concurssabant barbatuli iuuenes: totus ille grex Catilinæ.

Bărbĭgĕr, ra, rum, adiectiuum, Qui barbam gerit. {πωγωνοφόρος. GALL. Qui porte barbe. IT. *Chi porta barba.* GER. Der ein bart tregt. HIS. *Cosa que tiene ò trae barbas.* AN. *That beareth a beard, bearded.* } vt Barbigeræ pecudes. *Lucr. lib.5.* Quippe videre licet pinguescere sæpe cicuta Barbigeras pecudes: homini quæ'st acre venenum.

Bărbĭtĭum, ponitur pro barba. {AN. *A beard.*} *Apuleius,* Hircino barbitio Philosophum mentiebatur.

BARBALISSVS, βαρβάλισσος, Castellum in oriente muris cinctum. *Steph.*

BARBARA, Virgo Nicomediensis Dioscori nobilis viri filia, à quo in turrim est coniecta, quòd se Christianam profiteretur: ac post omnibus probris nudatum, conuerberatúmque corpus, ab eodem, ad præsidem ducta, iugulatáque in eadem vrbe sub Maximiliano. Demum Venetiis (quò translata est) condita. *Autor Volaterranus.*

BARBARIVM, βαρβάριον, *apud Strab. li.3.* Promontorium est Lusitaniæ, inter Tagi & Calybis ostia.

Bărbărălexis, βαρβαρολέξις, Figura, qua dictionem barbaram & peregrinam Latinæ aut Græcæ admiscemus orationi: vt Gaza & Magalia, *apud Virgilium.*

Bărbărī, {לועֲזִי, βάρβαροι. GALL. Barbares, qui ne sont point de nostre langue, estrangers, inciuils, mausades. ITAL. *Rozzi nel parlare, mal costu mati lingua & prouincia esterna.* GERMAN. Die ein rauhe vnd grobe spracth habend/Außlender mit frömbden sprachen. HISP. *Peregrinos en lengua y costumbres* ANGL. *Barbarous, that ar not of our language, that hath no ciuilitie.*} Factitio nomine, *inquit Strab. li.14.* dicti sunt ab initio, qui difficulter, aspere, atque duriter loquebantur, quasi durilóqui, & crassilingues: quemadmodum blesi atque balbi dicuntur, qui lingua impediti sunt. Dicti Barbari à βάρβαρ, absona voce, in quam peregrini homines Athenas aduentantes, quum primùm Græcè loqui conarentur, identidem incidebant. Omnes igitur qui crasse loquuntur, Barbari dicuntur: quales olim habiti sunt omnes gentes, præter Græcos. Vnde *Plautus* Næuium Poëtam Latinum, Barbarum dixit. Nunc etiam ab hoc nomine exempti sunt Latini, quòd hi mitiorem linguam habeant ac magis cultam. Quinetiam inter hos, si quis non recte proferat, barbarè loqui dicitur. In summa, Barbari dicuntur illiterati, malis moribus, feri, crudeles. *Cic. pro Fonteio,* Immanis ac barbara consuetudo hominum immolandorum. ¶ Barbatus ex tritio, βαρβαρος ἐκ τριόδου. In hominem dicebatur extremæ humilitatis ac prorsum nullius pretij: perinde quasi dicas, extremum ac vilem se ramulum alicunde è triuiis emptum non dono datum aut domi natum. *Lucianus.* [Barbarus aliquando pro Latinus ponitur. Rite causa mea Lydij barbari (id est Italici.) *Plaut. Curc. sc.2. a.1.* Os columnatum inesse poetæ auditui barbaro, (i. Latino, Næuio sc. *Passo.*) *Plaut. Mil. sc. 2. a.2.* Et Barbarè vertit, id est, Latinè, *apud Plaut. in prolog. Asin.* Et barbarica lex, i. Romana, de qua re infrà. Contrà etiam Barbarus Latino: Item barbarè scribere, & latinè, opponuntur, sicut Barbara, & Latina terra *Ouid. Eleg.1. l.3. Trist.* Si qua videbuntur casu non dicta Latinè: In qua scribebar barbara terra fuit. *Idem El.1. l.5. Trist.* Non sunt ipsa (scripta) suo barbariora loco. *Et Velleius.* Sermone barbarus, rudis studiis, &c.]

Bārbărē, aduerbium, {βαρβαρικῶς, βαρβαρικῶς. AN. *Barbarously, rudelie.*} vt Barbarè loqui. *Cic.2. Tusc.* vt enim si Grammaticum se professus quispiã, barbarè loquatur. [Barbarè vertit. i. latinè. Vide paulò ante. Quod nunc barbarè loqui, olim rusticè dicebant. *Gell c.16. l.13.*]

Bārbărĭcŭs, a, um, pe. cor, {βάρβαρος. AN. *Barbarous, that speaketh rudelie.*} Eiusdem significationis est cum Barbarus, hoc est ferus, & malis moribus. *Apul.* Feris ac barbaricis moribus. *Virgilius* Barbaricum aurũ dixit, pro multo, aut ex babaria adiecto. *Aen.2.* Barbarico postes auro, spoliisque superbi Procubuêre. ¶ Barbarica pauimenta, quæ & Subtegulanea dicebantur, ex testis tusis, rudere & calce constantia, & fistucis pauita: de quibus *Plin lib.36 cap.25.*

¶ Cœnum barbaricum, βάρβαρος, βαρβαρικὸς, pro vehementi stupore mentis, *apud Plat. de Repub. lib.5.* [Barbarica lege ius meum persequar. (i. Romana.) *Plaut. Capt. sc.1. a.3.* Barbarica lege ius meum persequar. id est Romana. Quid tu vrbes Barbaricas iuras (i. Italas.) *Ibid. sc. 1. a.4.*]

Bārbărĭcum, neu. gen. Clamor exercitus dicitur: quòd eo vociferandi genere Barbari vtantur. *Festus.*

Bārbărĭcārĭī, {ANGL. *weauers of cloth of baudkin, embroderers.*} Textores artificésque barbaricæ Vestis, qua ex auro & coloratis filis effigies hominum & animalium exprimuntur. Aliter Phrygiones dicuntur. *Alciatus.*

BĀRBĂRĬĂ, penultima corr. βαρβαρία, Barbarorum regio, & gens fera. *Cic. 3. in Catil.* Quale bellum nulla vnquam barbaria cum sua gente gessit. [Inter inhumanæ uomina barbariæ vrbes Graiæ. *Ouid. Eleg.9. l.3. Trist.* Me sciat in media viuere barbaria. Barbara quædam mentis exilium, tempus barbarúmque locum scriptorum, *Ouid. Eleg. vlt. l.3. Trist.* Barbariam, rigidos effugiámque Getas. *Ouid. Eleg.1. lib.6. Trist.*] Barbaria, item Rusticitas, duritia, cœuitia, *Cic.1. de Orat.* Neque enim si multitudo litium, si varietas causarum, si hæc turba, & barbaria forensis dat locum vel vitiosissimis oratoribus, &c. Hic *Cicero* videtur barbariam pro barbariem posuisse, per communem oratorum phrasin. *Ouid.3. Amorum. El.7.* Ingenium quondam fuerat pretiosius auro; At nunc barbaria est grandis, habere nihil. Id est hic agrestis & rudis habetur, qui pauper est.

Bārbărĭēs, {βαρβαρότης. GALL. Barbarie, inciuilité, ignorance, mausadeté. ITAL. *Barbaria, inciuilità, crudelta.* GERM. Grobheit/vngeschickligkeit HISPAN. *Barbaríe, fiereza, crueldad.* ANGL. *Barbaritie, inciuilitie, lack of knawledge. & good maners.* } Ad imitationem pertinet, & significat inciuilitatem feritatémque. *Cic pro Corn. Balbo,* Inueteratam quandam barbariem ex Gaditanorum moribus disciplináque deleuit. ¶ Accipitur etiam pro ipsis barbaris. *Idem 1. de Nat. deorum,* Ægyptij, & Syri, & ferè cuncta barbaries. ¶ Item pro vitioso, & inquinato sermone. *Idem de Clar. Orat.* Sed omnes tum ferè, qui nec extra vrbem hanc vixerant, nec eos aliqua barbaries domestica infuscauerat, rectè loquebantur.

Bārbărĭsmŭs, βαρβαρισμός. [Ea voce non vtebantur ante Augusti ætatem. *Gell. c.6. l.13. & c.20. l.5. Vide Martial. Epigr.17. libr.6.*] Est contra Romani sermonis legem, aut scripta, aut pronunciata vitiosè dictio. Fitque duobus modis, scripto & pronunciatione: & hoc quadrifariam: adiectione, detractione, mutatione, transpositione literæ, syllabæ, temporis. Adiectione literæ, vt Relliquias Danaũm, pro reliquias: syllabæ, vt Mauors pro Mars: temporis, vt Italiam fato profugus vbi prima syllaba quum corripi debeat, producitur. Detractione literæ, vt Argyripa, pro Argyrippa, *apud Virg. 12. Aen.* syllabæ, vt Salmentum, pro Salsamentum: temporis, vt: Feruere Leucaren, auróque effulgere fluctus: Mutatione literæ, fit barbarismus, vt Olli pro Illi: syllabæ, vt Pernices, pro Pernicies: temporis, vt Vnius ob noxam. Transportatione literę, vt Tymbre, pro Tymber: temporis, vt dominus penultima producta.

BARBESVLA, Hispaniæ Bæticæ oppidum est, in conuentu Gaditano: & fluuius, qui vrbi nomen fecit. *Vide Plin. lib.3. c.1.*

Bărbĭtŏs, βάρβιτος. pen. corr. gen. masc. Instrumentum musicum quod pulsatur plectro vel calamo. *Hor. lib.1. Carm. ode 32.* -age dic Latinum barbite carmen, Lesbio primùm modulate ciui. Fœminino autem genere vsus est *Ouid. in Epistol. Sapphûs ad Phaonem,* Nec facit ad lachrymas barbitos vlla meas. ¶ Dicimus etiam Barbitum in neutro genere. *Ausonius in Philomusum,* Hoc genere & chordas & plectra & barbita conde.

Barbus, siue Barbo, {ANG. *A barbill fishe.*} Piscis mugilis specie, etiam barbatus, cuius rostrum longius, caudæ pinna rubescit: ouis vis purgatrix ad ὑπερκάθαρσιν vsque. *Ausonius,* Liberiùs laxos exerces barbe natatus. *Vide* Millus.

BĀRCĒ, βάρκη, Vna est ex quinque Lybiæ Cyrenaicæ vrbibus, quæ Pentapolim efficiunt, ita primùm dicta à Barce regina: postea Ptolemais appellata: *vt testantur Strab. li. vlt. & Pli. li.5. c. item 5.*

BĀRCAEĪ, βαρκαῖοι, Regionis huius incolæ. *Vir.4. Aen.* Hinc deserta siti regio, latéque furentes Barcæi. ¶ Est item Barcæ promontorium in occidua Africæ parte, Oceano imminens: *cuius meminit Pli. li.5. c.1.*

BĀRCĒNĪS, Sylua est Germaniæ, Sueuos à Cheruscis diuidens. *Volaterranus* credit eam esse, quæ hodie Sylua nigra vocatur non procul ab agro Badensi. {GER. Der Schwartzwald.}

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

BARCHA, Cognomen fuit nobilissimæ apud Carthaginenses familiæ, ex qua fuerunt Annibal & pater eius Amilcar. ¶Inde Barchina factio est, quæ Barcharum potentiæ fauebat, & eorum in gerendo bello auctoritatem sequebatur. Frequens eorum mentio est *apud Liuium lib. 2. bel Pun.*

BARCINO, pen. cor. βαρκινων *Ptolemæo*, Vrbs est apud Hispanos, totius tractus Tarraconensis celeberrima, quæ vulgò *Barcelona* dicitur. *Ausonius ad Paulinum*, Tarraco, & ostrifero superaddita Barcino ponto.

[Bardaicus Iudex. *Iuuenal.* 16.]

BARDERATE, Vrbs est Galliæ Togatæ ad Apenninum. *Autor Plin. libro 3. ca. 5.*

BARDESANES, βαρδησανης, Nomẽ proprium historici Babylonij, qui in duo dogmata Indos gymnosophistas diuidit, quorum alterum appellat Brachmanas, alterum Samaneos: qui tantæ continentiæ sunt, vt vel pomis arborum iuxta Gangem fluuium, vel publico orizæ & farinę alantur cibo: & quum Rex ad eos venerit, adorare illos solitus sit. Hic doctrina rerum cælestium, omnium Chaldæorum excellentissimus fuit. *Cuius mentionem facit Euseb. li. 6. Præparat. Euang.*

BARDESENE, Mesopotamiæ præsul, Syrorum lingua doctissimus. & vehemens dialecticus, aduersus Marcionem patria lingua scripsit: sed & Græcè ad Antoninum, sub quo fuit, librum de Fato, aliáque complura, *vt ait Euseb. lib. 4.*

BARDINES βαρδινης, Fluuius iuxta Damascum. *Steph.*

Bardocucullus, Genus vestis omni tempore commodæ, cum qua etiam cubare soliti erant imbrium tempore in castris milites, & in agris ruiticí. *Martial.* [*Epigr. 128. l. 14.*] Gallia Santonio vesti te bardocucullo, Cercopithecorum penula nuper erat. ¶Sunt qui dicant Bardocucullum esse tegmen capitis villosum, cuius vsus translatus sit à populis Galliæ, qui dicuntur Bardi.* Bardiacus autem genus vestis quod cucullum non habet. *Martial. l. 4.* Lassi bardiaci os quod euocati. *Versus est Phaleucius.*

BARDVLI, Sunt Cantabrorum in Hispania populi, qui & Turguli & Tupari dicuntur, *Plin. li. 4. c. 22.*

Bardus, Stultus, stupidus, hebes, tardus. { נבל *nabál* כער *bábar.* Χλαῦος. GALLICE. Morne, lourdaut, estourdi. ITAL. *Stolto, pazzo, grosso.* GERMAN. Ein narr/ein dõtpell/vnuerstendiger. HISP. *Grossero, bouo, que poco sabe.* ANGLIC. *Foolish, sluttish, dull and slaw.* } *Cicer. pro Cecin.* Nimis audacem, nimisque bardum. *Idem de Fato*, Stupidum esse Socratem dixit, & bardum, quòd iugula concaua non haberet. Bardi etiam apud Gallos vates erant, aut philosophi, qui virorum fortium laudes decantabant: *de quibus Lucanus*, Plurima securi fudistis carmina Bardi.

BAREA, Oppidum est Hispaniæ citerioris, Beticæ tamen adscriptum, *vt scribit Plin. li. 3. c. 3.*

BARENE, βαρηνη, Vrbs Mediæ, vicina Ecbatanis. *Steph.*

BARETIVM, βαρητιον, Regio ad mare Adriaticum, *Steph.*

BARGASA, Vrbs Cariæ, à Bargaso filio Barges & Herculis, quem Lamus Omphales & Herculis filius persequutus est. *Stephan. Vide* Cyarda.

BARGENI, Populi sunt Africæ, ex Troglodytis, *vt scribit Plinius libro 6. capite 29.* in descriptione sinus Maris rubri, Troglodytici, & Æthiopici.

BARGVS, Thraciæ fluuius est in Hebrum cadens. *Plinius libro quarto, capite 11.* Flumina in Hebrum cadentia, Bargus, Suemus: vnde Bargusij.

BARGYLLA, orum, βαργυλλα, τα, *Stephan.* Oppidum est Cariæ, ita appellatum à Bargyllo Bellerophontis comite, qui ex Pegasi ictu interiit. ¶Vnde Bargyllitici campi, quorum meminit *Plinius libro 5. capite 29.*

BARGYLVS, Mons Syriæ, in confinio Phœnices, cuius meminit *Plin lib. 5. ca. 20.*

BARIADES, βαριαδης, Indorum rex, bellum aduersus Dionysium gessit: *meminit Steph in ciuitate νικαια.*

Baris, βαρις, Apud Ægyptios dicebatur cymba, qua cadauera vectabant ad sepulturam. *Prope t. li. 3.* Baridos & contis rostra Liburna sequi. ¶Est item Baris Pamphyliæ oppidum, in præfectura Pisidica: cuius meminit *Ptol. lib. 5. c. 4. item 5.* ¶Est item fluuius Indiæ.

BARIVM, βαριον, *Ptolemæo*, Apuliæ oppidum est, *teste Plinio libro 3. capite 11.* quod seruato antiqui nominis aliquo vestigio, vulgò *Barri* vocatur. *Horat. 5. Satyr. 5.* Barí mœnia piscosi. Vbi Bari dixit, pro Barij.

BARNICHIVS, βαρνιχιος, Fluuius est Peloponnesi, in Alpheum influens, qui & Enipeus appellatur *à Strab. li. 8.*

BARNVS, Barnutius, Oppidum est Macedoniæ, prope Heracleam. *Autor est Strabo lib. 7.*

Barones, Pro viris fortibus, quidam putant esse Latinum, citántque locum. *Cicer. ad Attic. l. 6. 5.* Apud Patronem & reliquos Batones te in maxima gratia posui. Verùm quum de Epicureis, à quibus tantoperè in philosophia dissentiebat, in hac epistola loquatur, accipiatur sanè hic eadem in significatione, qua Cicero tribus aliis in locis vsus est, ni mirum pro Bardo & stolido. *Cic. Epist. lib. 9.* Ille Baro te putabat quæsiturum, Vnum cœlum esset an innumerabilia? *Idem de Diuinat. libr. 2.* Ad interpretem detulit, aquilam se in somnis visum esse factum. At ille, vicisti. Ista enim aue volat nulla vehementior. Huic equidem Antipho. Baro (*inquit*) victum te esse non vides? Ista enim auis insectans aphas aues & agitans, semper ipsa postrema est. *Item de Finib.* Semper tibi in ore sunt, recta, honesta, digna imperio, omnia pericula pro Republ. mori pro patria. Hæc quum loqueris, nos Barones stupemus. Atque in eadem significatione *Persius* dixit Varo Sat. 5. sic enim rectè ibi legitur, & propter cognationem literarum B & V. facilè ex Baro Varo fieri potuit. Nam & in antiquis libris Cibius, Fauius, &c. pro Liuius & Fabius reperitur.

Batoptenus, *Pl. l. 37. c. 10.* gemma est nigri coloris, sanguineis & albis notis distincta.

Bãrõniã, æ, Prouincia est Vngariæ siue Pannoniæ inferioris, soli fertilitate, panis & præsertim vini abundantia & præstantia reliquas omnes ferè Vngariæ prouincias vincens, vnde etiam Pannonum lingua nomen traxit Baranya, quasi Bor annya, mater vini. Hæc prouincia duplex est, superior, cuius caput est Tholna, & inferior, cuius metropolis Lasco, vtraque Danubio celebris.

BARRA, Oppidum Orobiorum in Italia Transpadana, regione vndecima. *Autor Plin. lib. 3. c. 17.*

BARTHGADOTH, Καρθηδαθ, Filius Tristitiæ: vt Timor Martis.

BARVTVS, vel Barutum, *Vide in dictione* Berytos.

BARYGASA, Insigne emporium Gedrosiæ. *Steph.*

Barrus, {פיל *pil* ἐλέφας. GA, Elephant. IT. *Elephante.* GER. elephant. HISP. *Elephante, animal conocido.* AN *An elephant.* } Maximum animalium terrestrium, quod Elephantem vocant Græci pariter & Latini. *Hor. in Epod.* Quid tibi vis mulier nigris dignissima barris? ¶Hinc Ebur dictum putant elephanti dentes, quòd sit è barro.

Barritus, us, pen. prod. Vox elephantis. {ἐλέφαντος φώνημα. GALLICE. Le cry d'vn Elephant. ITALI. *La voce d'ell Elephante.* GERM. Das geschrey der elephantem. HISPAN. *Bramido de los Elephantos.* ANGL. *The crying of an elephant.* ¶Barritus etiam dicitur Romanorum clamor militum, qui fit quum vtræque acies se iunxerint. *Autor Vegetius libro 3. ca. 18.*

BASABOCAMES, Galliæ populi sunt, *teste Plin. lib. 4. c. 19.* Pictonibus vicini.

Basaltes, æ, βασανίτης, Genus est marmoris ferrei coloris, & duritiæ, ab Ægyptiis in vicina Æthiopia inuentum: cuius generis longè maximum Vespasianus Cæsar in templo pacis dedicauit. *Autor Plin. libro 36. c. 7.*

BASAN, בשן *Iaschán.* βάσαν, Regio trans Iordanem est, quam duæ & dimidia tribus possederunt, quæ interpretatur vberrima & pinguis.

BASANISAE, vel (vt aliis placet) BANISAE, per tres syllabas, βασανίσαι, ἢ βανισαι, Populi sunt Thraciæ. *Steph.*

Basanites, tis, βασανίτης, Lapis ex quo fiunt cotes *Pl. l. 36. c. 20.* Experimentum eius esse in cote ex lapide basanite. Dictus basanites ἀπὸ τῆ βασανίζειν, quod est explorare & examinare: vnde & βάσανον dicunt Græci probatorium, cuius attritu exploratur aurum.

Bascauda, Vas Britannicum, postea in Romanorum vsum receptum. *Iuuenal. Sat. 12.* Adde & Bascandas, & mille escaria. *Mart. libro 14.* Barbara de pictis venit bascauda Britannis: Sed me iam mauult dicere Roma suam.

BASERA, pen. prod. βάσηρα, Oppidum Phœnices, *Steph.*

Basilea, æ, pe. prod. βασιλεία, Rauracorum vrbs celeberrima, ad Rhenum fluuium in agro Gallico sita, à Germanis tamen (vt pleræque cis Rhenum loca) habitata, eadem, aut certè proxima ei, quæ Augusta Rauracorum Ptolemæo appellatur. Vulgò *Baste.* {GER. Basel.}

Basilei, orum, βασιλεῖοι, Straboni, Populi sunt Sarmatiæ Europææ ad vtranque Istri ripam incolentes, Iazygibus, & Vrgis finitimi, maxima ex parte è Nomadibus, hoc est, pastoribus constantes: iidem (opinor) cum iis, quos Pomponius à regiis moribus Basilidas vocari tradit.

Basilia, βασιλεία. Insula in Oceano septentrionali, immensę magnitudinis distans à Scytharum littore tridui nauigatione, quæ alio nomine Baltia dicitur, *teste Plin. l. 4. c. 13.*

Basilicã, cæ, {בית חיכל *bitán heehál.* βασιλικὴ. GAL. Maison royale, maison magnifique, maison de Prince, Hostel de ville. ITA. *Luogo publico doue se fanno le facende d'importanza, Palazzo.* GERMAN. Ein pallast/ein schön herlich vnnd weit hauß/das gemeinem händlen bestimbt ist/als ein rathhauß. HISP. *Casa real, palacio.* ANG. *A kinges or princes house or hall, a palace.* } Principio dicta fuit domus ampla & spatiosa, causarum cognitioni destinata: dicta ab eo, quòd principes eò ad ius dicendum conuenirent: aut rectè, quod Græci τὸ βασιλεὺς appellatione etiam iudicem intelligerent, astipulante etiam Hesiodo, qui δωροφάγους appellat βασιλῆας, hoc est doniuoros iudices, *interprete Budæo. Plin. in Epist.* Descenderam in Basilicam Iuliam, auditurus quibus proxima comperendinatione respondere debebam. [Basilica Porcia vbi & à quo: *Plut. in Caro. Censo.* In Basilicam transferre subsellia, *Quintilian. Cap 37.* Sub Basilica locus Romæ. *Vide* Subbasilicanus.] Erat autem Basilica templo persimilis, ambulationibus amplissimis instructa ad quam multi tota ex vrbe, alij causas agendi, alij aliud agendi gratia confluebant. Vnde venustum in primis est illud *Cicer. ad Attic. libro secundo*, Basilicam habeo, non villam, frequentia Formianorum. Postea etiam basilicæ ædificatæ fuerunt in vsum negotiatorum, eæque in locis calidissimis, foròque proximis: vt haberent mercatores, quò se hybernis mensibus subitò ingruente tempestate possent recipere. *Vide Vitr. libro 5.*

Basilicus, a, um, Regius, regalis. {βασιλικὸς. GALL. Royal, magnifique, sompteueux, grand. ITA. *Regale, da re.* GERM. Königtlich. HIS. *Real, ò pertenociente al rei.* ANG. *Kinglie magnifico* } *Plau. in Capt.* Basilicas edictiones, atque imperiosas habet. *Et in pseud.* Basilicus status, & Basilicus victus, id est, regalis & excellens, & Basilica facinora, hoc est, regia. ¶Basilica nux, siue Basilicon absolutè, βασιλικὸν κάρυον Inglandis genus optimum quod & Persicum dicitur, quòd ex Perside primùm fuerit aductum. Dictum autem videtur Basilicon, siue à præstantia, quòd inter nuces principatum obtinere videatur: siue à regibus, qui eas primi à Perside in Græciam transtulerunt, vt non obscurè *innuit Plin li. 15. c. 22.*

Basilicè, aduerbium, {βασιλικῶς. AN. *Richelie, magnificklie.* } Regiè magnificè, splendidè, egregiè. *Plau. in Pœn.* Basilicè ornatus incedit, & affabrè ad fallaciam.

BASILICVS SINVS, βασιλικὸς κόλπος, qui Ioniam, Asiæ minoris regionem alluit. *Plin. l. 5. c. 29.*

BASILIDAE, βασιλεῖδαι, Populi sunt Sarmatiæ Europææ, Gerrho amne à Nomadibus discreti, ab Hercule & Echidna generis originem trahentes: ita dicti à regiis moribus, *vt tradit Pomp. lib. 2.* Meminit horum & *Plin. l. 4. c. 12.*

BASILIDES, βασιλείδης, Nomen proprium cuiusdam hæretici, qui trecentos sexaginta quinque cælos esse credebat, quo dierum numero annus includitur: cuius sectatores dicti Basilidiani.

Basilinda, βασιλίνδα, Ludi genus est, quo Rex sorte creatus, negotij aliquid ministro similiter sorte creato imperat.

BASILIS, Cosmæ, Ciuitas Arcadiæ. *Steph.*

Basiliscus, βασιλίσκος. GALLICE. Vn serpent nommé Basilic. ITALIC. &

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

HISP. *Baſelisco.* GERM. Ein Baſiliſchg. ANG. *A cockatrice.*} Genus ſerpentis, quod (*teſte Plin. lib. 8. c. 21.*) in ſolitudinibus Africæ habitat, candida in capite macula, velut quodam diademate, adornatum. Acutiſſimum habet caput, rubeos oculos, & colorem ad nigredinem vergentem. Reliquos ſerpentes ſibilo fugat, vt ſolus regnare videatur. *Lucanus lib. 9.* Sibiláque effundens cunctas terrentia peſtes, Ante venena nocens, latè ſibi ſubmouet omnes Vulgus, & in vacua regnat Baſiliſcus arena. Latinorum nonnulli Regulum vocant. Baſiliſcus nomine notius animal, quàm viſu, Cyrenaicæ potiſſimum prouinciæ 12. non amplius digitorum magnitudine, candida in corpore macula, vt quodam diademate inſigni: ſibilo reliquos omnes fugat ſerpentes, nec vt reliqui ſerpentes corpus impellit: ſed celſus & in medio erectus incedens, frutices & herbas necat, & non contactu ſolùm, ſed & afflatu: huic tamen tali monſtro muſtelarum virus exitio eſt. *Plin. lib. 8. c. 21.*

BAſĭLĭVS, Cæſarienſis, Gregorij Nazianzeni, & Ioannis Chryſoſtomi temporibus floruit. [*Germ.* Ein frommer Biſchoff zů Cæſarea. Is Cæſareæ Cappadocum præſul factus, iuſſus à Valente, qui Arianis fauebat deſerere officiũ, atque in exilium abire. Quúmque ille minimè obtemperaret, atque vti contumax tribunali præfecti adhiberetur, ac minis parere principi diu fruſtra tentaretur, nox ei ſpatium ad deliberandum datur. Baſilius, Nequaquam ego, ait, tu potiùs in hoc ſpatio ab incœpto deſiſtes. Itaque in ea nocte vxore Valentis maximis correpta doloribus, & filia inſuper paruula extincta, Valens rogatum miſit ad Baſilium, vt precibus ad Deum fuſis, ipſe ſaltem ſeruaretur. Sic ita que accidit vt Baſilius ſeruaretur. *Hac ex hiſtoria Ruffini.*

¶ Baſilius Ancyranus præſul, arte medicus, ſcripſit contra Marcellum de virginitate librum, & nonnulla alia. Hic etiam imperante Conſtantino, in parte Macedoniæ cum Euſtathio & Sebaſtiano princeps fuit. *Author Hieronym.* Alium quoque eius nominis *Suidas* commemorat, præſidem Ciliciæ ſub Anaſtaſio principe floruiſſe: haud abſimilem primo & abſtinentia, & vitæ inſtitutis, ſcripſiſſéque contra Archelaũ quendam presbyterum Colonienſem. ¶ Baſilius item Aſiæ fluuius. *Strab. lib. 16.* Inter Euphratem atque Tigrin fluit aliud flumen quod Baſilius appellatur.

BAſĭLVS, vnus ex interfectoribus Cæſaris ponitur ab Appiano. Item alter fuit pirata infamis. *Lucanus:*

Et Baſilum videte ducem, noua furta per æquor.

BASINNI, *βασιννοι*, Populi Arabiæ. *Steph.*

BāSĭo, Vide BASIVM.

BāSIS, {מבנה *mechonáh. βάσις.* GAL Vn ſoubaſſement de colonne ou d'autres choſes, ſouſtenement. IT. *Baſe, ſuſtegno.* GERM. Ein vnderſatz/ ſtud oder ſaul darauff etwas ſtehet/des es nicht falle. HI. *Et pie de la columna y otra coſa.* ANG. *The fondation ground of any thing.* } A noſtris dici poteſt Suſtentamentum. Sunt enim baſes, fulcimenta, & quidam veluti pedes columnarum, ſtatuarum, ſeu fabricarum quæ à fundamento conſurgunt, & ſuperpoſitæ fabricæ, ſuſtinent pondus. *Cic. 5 Tuſc.* Animaduerti columellam non multum è dumis eminentem, in qua inerat ſphæræ figura & cylindri. *Et paulò poſt,* Quò quum patefactus eſſet aditus, ad vniuerſam baſim acceſſimus: apparebat epigrammata exeſis poſterioribus partibus verſiculorum. A qua ſimilitudine orbiculi illi, quibus vaſa in menſis collocantur, ne toralia polluantur, vocari ſolent baſes. *Trebatius Iureconſult. de legat. libr. 3.* Cui Corinthia vaſa legata eſſent, & baſes huic quoque horum vaſorum collocandorum cauſa paratas, debent reſpondet ¶ Eſt & baſis, figura in narrationibus, quum omnia pedetentim inſinuandi gratia proferuntur, vt *apud Ter. in Eunuch.* Ibi tum matri paruulam Puellam dono quidam mercator dedit, Ex Attica hinc abreptam. *Et paulò poſt,* Mater vbi accepit, &c.

BāSĭum, ſij, Oſculum, ſuauium. {נשיקה *neſchikáh. φίλημα.* GAL. Vn baiſer. ITALIC. *Bacio.* GERM. Ein kuß. HIS. *Beſo, como de enamorade.* ANG. *A kiſſe.*} *Martial. lib. 2.* Baſia dimidio quòd das mihi poſtume labro, Laudo, licet demas hinc quoque dimidium. Donatus tria ponit oſculandi genera: Oſculum, Baſium, & Suauium: quæ ſic diſtinguit, vt oſcula ſint officiorum, baſia pudicorum affectuum, ſuauia libidinum vel amorum. Quæ differentia aut nulla eſt, aut certè non obſeruatur: vt latiùs infrà oſtendimus in dictione Oſculum. Hic ſatis fuerit hoc oſtendere, baſia ſæpenumero impudicorum affectuum eſſe. *Catullus ad Leſbiam,* Da mî baſia mille, deindè centum. *Idem paulò poſt,* Ne tantum ſciat eſſe baſiorum. *Et mox,* tam te baſia multa baſiare. Veſano ſatis, & ſuper Catullo, Quæ nec pernumerare curioſi poſſint, nec mala faſcinare lingua. *Idem ad Iuuentium,* Nunquam iam poſthac baſia ſurripiam.

BāSĭo, baſias, Oſculor, oſculum do. {נשק *naſchák. φιλέω.* GAL. Baiſer. ITA. *Baſiare.* GERMA. Kuſſen. HISP. *Beſar como enamorado.* ANGL. *Kiſſe.*} *Mart. libr. 7.* Et rotam Line baſiare Romam. Baſiare baſia, *Catul. lib. 7.*

BāSĭātĭo, verbale, {נשיקה *neſchikáh. φίλημα.* GALL. Baiſement. ITAL. *Baſciamento.* GER. Das kuſſen/kuſſung. HIS. *Obra de beſar.* AN. *kiſſing.*} *Mart. lib. 6.* Hybernas Line baſiationes. *Idem lib. 7.* Quæris quot mihi baſiationes Tuæ Lesbia ſint ſatis ſuperque.

BāSĭātŏr, {*φιλητής*, ANG. *which kiſſeth.*} verbale. *Mart.*

BASISTANI. *Strab. lib. 11.* Populi ſunt Hiſpaniæ, in tractu Bætico, qui & Baſtuli dicuntur.

BASOROPEDA, Regio Medorum Armeniæ contributa, *vt tradit Strab. lib. 11.*

BASSIANVS, patria Syracuſanus, Romã ſtudiorum cauſa miſſus, vbi Chriſtianus factus, Rauennam inſectante patre fugit. Inde Laudenſis præſul electus, ibidem deceſſit nonagenarius 14. Calend. Febr. clarus prodigiis, ab vlceroſis maximè inuocatur: emicuit Ambroſij temporibus, quem ægrotantem adiit, morientique interfuit. *Autor Volaterr.*

BASSARIS, is, vel idis. *βάσσαρις.* Baſſarei, hoc eſt, Bacchi ſacrificula. *Perſ. Satyr.* Et ſectum vitulo caput ablatura ſuperba Baſſaris. ¶ Eſt etiam veſtis genus ad talos vſque demiſſa, qua in Bacchi ſacrificiis vtebantur ſacerdotes. Dictus autem eſt Bacchus Baſſareus à Baſſa Lydiæ oppido, vbi præcipuè colebatur: vel *ἀπὸ τῦ βάζω*, quod eſt clamo, quòd eius ſacra maximis clamoribus à Bacchis celebrarentur, vel à genere veſtis, *vt inquit Cornutus in Perſium, Sat 1.* qua Liber pater vtitur demiſſa ad talos, quam Thraces Baſſarin vocant. *Horat. lib. 2. Car. Ode 18.* Non ego te candide Baſſareu Inuitum quatiam. Hinc Baſſaricus, Adiectiuum. *Propert. 3. Eleg. 17.* Candida laxatis onerato colla corymbis, Cinget Baſſaricas Lydia mitra comas. Id eſt Bacchicas, hoc eſt tuas. ſcribit enim ad Bacchum, qui & Baſſareus vocatur.

BĂSSVS, Poëta Epicus, cuius fuit, *teſte Quint. lib. 10. c. 1.* vehemens, ac poëticum ingenium nec ipſum ſenectute maturum, præueniente fato, quemadmodum & Valerio Flacco contigit. Item, Aufidius Baſſus hiſtoricus, Quintiliani temporibus, qui bellum Germanicum ſcripſit. *Vide Quintil. libro decimo capite 11.* [Ventidius Baſſus. *Gell. cap. 4. l. 15.*]

¶ Cæſius item Baſſus inter Lyricos ab eodem ponitur: de quo ſcribit Probus, Cæſium Baſſum poetam Lyricum fama eſt in prædiis ſuis, ardente Veſeuo, & latè vagantibus ignibus, cum villa ſua flagraſſe. *Quintilianus* quoque ſe eum vidiſſe ait. ¶ Baſſus item Romanus medicus fuit, cuius vnguentum arthriticum citatur *ab Aetio lib. 12.*

¶ Præter hos fuit Baſſus martyr, ſub Decio clauis ferreis confixus. *Autor Volaterr.*

Baſtagia, æ, Munus erat ferendi res neceſſarias ad exercitum. *Alciatus.* Hinc Baſtagiarij *in L. 4. de murileg.* qui illud munus ſuſceperunt: *ἀπὸ τῦ βαστάζειν*, à portando ita dicti.

BāSTĀRNAE, *βαστάρναι, Stephan.* Populi ſunt Sarmatiæ Europæ, ad Boryſthenem amnem non procul à Peucinis: quorum meminerunt *Ptolem. lib. 3. c. 5. Plin. lib. 4. c. 13. & Strabo lib. 7.*

Baſtĕrnæ, Genus vehiculi. *Serv. in Virgi. lib. Æneid.*

BASTVLI, Bæticæ Hiſpaniæ populi prope Turdulos, quorum oppida ſunt, Sexi, Abdera, Ilurgis, Obulco, quod & ab Hiſpanis Vbida. Mons item Calpe, circuitu quidem non magnus, cæterùm adeò erectus, vt procul aſpicientibus columnæ effigiem repræſentet. *Vide Strab. lib. 3. Ptol. lib 2. c. 5. & P in. libr. 3. c. 1. & 3.*

BASVLII, *βασυλεῖς*, Populi Lybiæ.

Băt, Vox eſt qua vti ſolemus quum quempiam corripimus, iubemúſque eum tacere. *Pla. Pœn.* quid opus eſt? P. Potin', aliã rem vt cures? c. at. P. bat c. crucior. P cor dura. c. Non poſſum. P. fac poſſis.

BATA, orum, *βάτα τὰ*, Vicus eſt & portus in Sarmatia Aſiatica, ſupra Boſphorum Cimmericum, non procul à ſinu Cercetico. *Vide Ptol. lib. 5. c. 9. & Strab. lib. 11.*

BATALA, Antiquiſſimum Sidicinorum in Italia oppidum, cum aliis eorum oppidis à Liuio commemoratum.

BATALVS, li, *βάταλος*, Epheſius tibicem fuit, *teſte Libanio*, qui omnium primus in ſcena calciamentis fœmineis vſus eſt, & fractis cantibus artem tibiarum emolliuit. Vnde factum eſt, vt effœminati & parum viri prouerbiali figura, Batali à Græcis dicantur: quo etiam cognomento Demoſthenes ab inimicis notatus eſt, *vt ipſe teſtatur in oratione pro Cteſiphonte.*

BATANA, *βάταια*, Locus iuxta Euphratem, *Stephan. Vide* Agbatana *apud eundem.*

BATANAE, *βατανίαι*, vel Batanea in ſingulari, Vicus, *σωμία*, Syriæ, *Steph.* Vide Bethania.

BĂTĂVĬ, Germaniæ prouincia duobus Rheni alueis bona ex parte incluſa, quæ hodie *Hollandia* appellatur.

BATE, *βάτη.* Pars tribus Ægeidis. *Stephan.*

BVTETARA, *βυτίταρα*, Vrbs Ligurum. *Steph.*

Bătăvŭs, a, um, penult. indifferente. *Luc. libr. 1.* Vangiones, Batauíque truces, quos ære recuruo Stridentes acuêre tubæ. *Corn. Tacit. de ſitu Germaniæ.* Omnium harum gentium virtute præcipui Batani, non multum à ripa, inſulam Rheni colunt. Cattorùm quondam populus, & ſeditione domeſtica in eas ſedes tranſgreſſus, in quibus pars Romani imperij fierent. Manet honos, & antiquæ ſocietatis inſigne. Nam nec tributis conteruntur, nec Publicanus atterit. Exempti oneribus & collationibus, & tantùm in vſum præliorum ſepoſiti, velut tela atque arma bello reſeruantur. [Batauos cuſtodes habebat Caligula. *Suetonius in Calig. cap. 43.* Rufi perſona Batani. *Martial. Epigr. 176. libro 14.* Spuma batâua. *Martial. Epigr. 33, lib. 8.*] *Hæc ille.* Fuerunt autem Batani olim craſſitiæ, & ſtupiditatis notati: quo fit, vt Auris Batana prouerbio dicatur de craſſo, ſtupido, & nullius iudicij homine. *Vide Eraſm. Adag.*

BĂTĂVODŪRVM, *βατανοδοῦρον*, Ptol. Batauorum oppidum ad Rhenum fluuium, cuius meminit *Tacitus Annal. lib. 21.* Creditur idem eſſe cum eo, quod in agro Traiectino hodie Vicum appellant.

BATVA, ſiue Batia, pen. pro. *βάτια*, Filia Teucri Scamandri fluuii filii, vxor Dardani. *Diodorus lib. 5.*

BĂTŸLLVS, li, *βάτυλλος*, Poeta Tragicus fuit inſignis, in Comœdiis non æquè fœlix. ¶ Fuit item Bathyllus adoleſcens, Anacreontis Poetæ amaſius. *Hor. in Epod.* Non aliter Samio dicunt arſiſſe Bathyllo Anacreonta Teium.

BATIAE, *βάτιαι*, Ciuitas eſt mediterranea Epiri, cuius meminit *Strabo lib. 7.*

Batiola, *βάτιον.* Vaſis genus, quo vinum è cado hauſtum ad menſam ferebatur. *Plaut. in Colace, vt citat Nonius.* Batiolam auream octo pondo habebat.

BATIEA, pen. prod. *βατίεια Steph.* Locus eſt editus in agro Troiano, qui & Ili tumulus appellatur, *teſte Strab. lib. 13.*

BătīLLum, {*τύφανον.* GALL. Vne palette à feu. ITAL. *Badile.* GERM. Ein feurſchaufel/ein feurfellen. HISPA. *Badil, ò la pala de hierro.* ANGLIC. *A fier shoull or a pan of yon, to beare fier in a chaulfing dish.*} Ferreum inſtrumentum eſt ſimilitudine palæ, quo pruna colligitur: primùm Batulum dictum, quaſi patulum: à quo deinde diminutiua forma deductum eſt Batillum. *Plin. lib 33. cap. 8.* Batillis ferreis, candentibus, ramento argenti impoſito, quod candidum permaneat probatur. *Apicius de peraſone.* Et armillam illius candenti batillo vris & melle contegis. ¶ Batillum etiam ruſtici vocant ferreum inſtrumentum, quo ad ſulcos, ilices, foſſáſque in agris faciundas vtuntur. *Varro 1. de Re ruſtic. capite ſexto.* Itaque paſtorem earum batillo circuire oportet, ac ſtercus rollere ac conſeruare: quod & ad agriculturam idoneum. ¶ Eſt item Batillum meſſorium inſtrumentum, quo Picentes vtebantur. *Idem 1. de re Ruſtica capite.* 10. Altero modo metunt, vt in Piceno: vbi ligneum habent incuruum batillum, in quo fit extremo ſerrula ferrea: hæc quum comprehendit, faſcem ſpicarum deſecat, & ſtramenta ſtantia in ſegete relinquit, vt poſtea ſubſecentur.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

BATĪNĀ, pen. prod. βάτνα, Oppidum Apuliæ. *Vnde Horat. 3. Carm. ode 4.* faltúſque Batinos & aruum.

Bătĭŏcŭs, maſculin. gener. prima breui. {סד *ſaph.* τὸ βάτον. GALL. Vaiſſeau à vin, vn broc. ITAL. *Il bocale.* GERM. Ein kanten/ein geſchirr mit welchem man den weyn auß dem Keller auff den tiſch tregt. HIS. *Vn genere de vaſo parar tener vino.* ANG. *A kind of vos hell wherin vine is brought to the table.* } Genus vaſis à quo vinum è cado hauſtum ad menſam ferturi. *Plaut.*

Bătĭs, idis, vel Batus, ti, βατὶς, ἢ βάτος. Piſcis mollis & delicatiſſimi ſpecies eſt: quem *Pli. li. 32. ca. vlt.* enumerat inter eos qui mari peculiares ſunt. ¶Hinc βαπδοπώπωνες, homines delicatos, & gulæ proceres Græci appellant. Huius piſcis fel recens quidem, ſed vino inueteratum auribus medetur, *teſte Plin. li. 32. c. 7.*

Bătĭs, Herba eſt fruticoſa, pingui folio in modum portulacæ, ſed craſſiore, latiuſculo, & guſtu ſalſo, floribus candidis, & ſemine libanotidis, quam *Dioſcorides* κρίθμον, ſiue κρίθαμον appellat. {GALL. Creſte marine, bacille, percepierre. ITAL. *Finochio marino, herba diſan Pietro.* GE. Bacillen. HIS. *Perrexil de la mar.* AN. *A ſampier hearbe.*} Eius duo ſunt genera, quorum alterum in locis petroſis & marinis naſcens, ad nos defertur ſale & aceto conditum. Hoc officinæ *Cretam marinam* appellant. Alterum in hortis naſcitur, quod *Plin.* à quibuſdam Aſparagũ Gallicum vocari tradit. *Columella* Olus chordum appellauit, quaſi ſerotinum, quemadmodum & Fœnum chordum dixit Varro, quod autumnali demum tempore colligitur. Vulgus *Bacilias* vocat, quaſi baticulas. *Vide Dioſc. lib. 2. & Ruell. li. 2. c. 61.*

BATNAE, βάτναι, Ciuitas Orrhoenæ. *Steph.*

BATO, βάτων, Hiſtoricus fuit Sinopæus, qui hiſtoriam de rebus Perſicis ſcripſit. *Strab. lib. 12.*

Batos. {βάτος. ANG. *A bramble, a blake berrie tree.*} Frutex ſpinoſus, lenta habens flagella per terram ſparſa, quem Latini Rubum appellant: de quo *Dioſc. lib. 4 c. 40.* Diuerſas eius ſpecies *vide apud Ruel. lib. 3. cap. 93.*

Batrachītēs, βατραχίτης, Lapis ranæ viridi ſimilis, colore atque effigie. *Plin. lib. 37. c. 7 ⊙.*

Batrăchĭum, pen. cor. βατράχιον, Coloris ſpecies, quo ante inuentas per ſonas faciem obungebant. Vnde apud Athenienſes, Paulania autore, forum Batrachium erat, à colotibus denominatum.

¶ Eſt & genus herbæ quam & Latini Ranunculum vocant, *de qua Plin. lib. 25 c. 13.* ¶Eſt & Batrachium chymiſtis chryſocollæ quoddam genus, ex diuino, quem vocant, latice prouenies, cui tanta ineſt veneni vis, vt vel ſolo halitu incautum interficiat. *Vide Caium Antiq. lect lib. 26. c. 9.*

Batrăchŏmўŏmăchĭă, {βατραχομυομαχία. ANG. *A figth betweene frogges and myſe.*} Ranarum & murium pugna: quo titulo elegantem *Homerus* conſcripſit libellum.

Batrachus, chi, pen. cor. {βάτραχος.} Medicis eſt tumor quidam ſub lingua naſcens, cum inflammatione, quam ranulam vocat Auicenna. Eſt item Batrachus piſcis mari peculiaris, *apud Plin. lib. 32. cap. 11.* Fuit præterea nobilis hoc nomine ſtatuarius ex regione Laconica, qui vnà cum Scauro, Octauiæ templa Romæ extruxit porticibus incluſa: *de quo Plin. lib. 36. c. 5.*

BATTĬĂDĒS, Dictus eſt Callimachus Poeta Elegiographus, à Batto patre. *Ouid. in Ibin*, Nunc quo Battiades inimicum deuouet Ibin, Hoc ego deuouco téque tuóſque modo. [*Ouid. Eleg. lib. 2. Triſt.* Nec tibi Battiade nocuit quod ſæpe legenti Delicias verſu faſſus es ipſe tuas. *Catull. ad Ortalum*, Mitto hæc expreſſa tibi carmina Battiadæ.]

BATTĬS, βαττὶς, Puella fuit formoſiſſima, quam Philetas Poeta Elegiographus adamauit, ſuiſque carminibus celebrauit. *Ouid. lib. 1. Eleg. 5. Triſt.* Nec tantum Coo Battis amata ſuo.

Bătțŏlŏgĭă, βαττολογία. Verborum redundantia, eiuſdem rei vitioſa repetitio. Nomen deductum eſt à Batto quodam inepto Poeta, qui in carmine ſuo eadem ſæpiùs repetebat, eandémque iterum atque iterum occinebat cantilenam. Huic opponitur Laconiſmus, quum Lacedæmoniorum more ſermonis ſtudemus compendio.

BĂTTŌN, onis, βάττων, Poeta Comicus fuit, cuius tres fabulæ enumerantur à Suida.

BĂTTŬS, Paſtor quidam fuit equarum, de quo talem fabulam recitat *Ouid. lib. 2. Metam.* Quum Apollo Admeti regis armenta paſceret, Mercurius boues quaſdam, quæ longiùs proceſſerant, furto abactas in ſylua occultauit, Battóque cuipiam equarum cuſtodi, à quo vno viſus fuerat, mandauit, ne cuiquam illud furtum indicaret: quod vt libentius faceret, vaccam pulcherrimam ei dono dedit. Mercurius vero abiens, vt hominis experiretur fidem, ſumpta alia figura, paulò pòſt ad eum redit, rogans, an vaccas quaſdam illac tranſeuntes vidiſſet, pollicénſque ſi indicaret, vaccam cum tauro daturum. Battus itaque ſpe muneris corruptus ſub quo monte paſcerentur, indicauit, ob quam perfidiam Mercurius eum in lapidem, qui Index dicitur, conmutauit. *Ouidius.*

Senſerat hoc furtum nemo, niſi notus in illo
Rure ſenex, Battum vicinia tota vocabat.

¶ Alius fuit rex Melitæ inſulæ, de quo ſuprà in dictione Anna. *Vide* Battiades. ¶Fuit item Rex quidam nomine Battus, qui Cyrenem in Africa condidit: quem linguæ adeò impeditæ fuiſſe ferunt, vt verbum βατταρίζειν ab eo originem traxiſſe putetur. ¶Batti ſilphium βάττου σίλφιον, Græci nouum & rarum quempiam honorem prouerbio vocant. *Ariſtoph. in Pluto.* Battus item inepti cuiuſdam Poetæ nomen eſt, *de quo paulò antè in dictione* BATTOLOGIA.

BĂTŬLVM, Caſtellum eſt Campaniæ, cuius incolæ Turno in auxilium venerunt aduerſum Æneam. *Virg. lib. 7. Æneï.* Quique Rufas, Batulúmque tenet, &c.

Bătŭo, is, Verbero. {נגע *nagháph.* ἀλοάω. GALL. Battre, meurtrir. ITAL. *Battere.* GERMAN. Schlagen. HISPA. *Batir ò ſobajar.* ANG. *To beat, to kille.*} *Plaut. in Caſina*, Quid quæſo potiùs, quàm ſculponeas, Quibus batuatur tibi os, ſenex nequiſſime? *Sueton. de Calig.* [*Cap. 32. & 54.* Trauſlatum à Gladiatoribus quos Batuatores vocabant. *Victor cap. 8. lib. 11.*] Mirmilonem è ludo rudibus ſecum batuentem, & ſponte proſtratum confodit ferrea ſica. *Cic. ad Patum*, trauſtulit ad rem obſcœnam, quum inquit, Equidem iam etiam non obſcœna verba pro obſcœnis ſunt. Batuit enim, impudenter depſit, multò impudentiùs, atque neutrum eſt obſcœnum. βατδίειν enim Syracuſis dicebatur quum mas init fœminam. *Theocrit.* ὡς ἴσον τὰς μυιάδας, οἷα βατοῦντας. Hinc *Cicero* batuere ſumpſit. *Item pro Pugnare. Suet. in Calig. c. 54.* Thrax & auriga, idem cantator atque Saltator batuebat pugnatoriis armis. *Et c. 32.* Mirmilonem è ludo rudibus ſecum batuentem, & ſponte proſtratum confodit ferrea ſica, ac more victorum cum palma diſcurrit.

Batūs, ti, {βάτος.} Hebraicæ menſuræ genus fuit, *teſte Ioſepho Antiq. libr. 1.* quæ continebat ſextarios 72. vt docet *Budæus in commentario de Aſſe.*

Baubātī, deponens. {נבח *nabách.* βαύζειν. GA. Abayer. IT. *Abbaiare.* GE. Bellen. HI. *Ladrar, ſpecialmente à los canos ò perros.* AN. *To barck like a dogge.*} Factitium verbum à voce canum quum latrant. *Lucr. lib. 5.* Et quum déſerti baubantur in ædibus omnes.

BAGYRI, vel Bacyriani, βάκυροι καὶ βακυριανοί, Gens Parthis & Medis vicina. *Steph.*

BAVCIS, βαύκις, Anus paupercula eſt apud *Ouid. lib. 8. Metamor.* quæ cum Philæmone marito Iouem & Mercurium ſuſcepit hoſpitio. *Cornutus in Perſii Sat. 4.* ſcribit anum fuiſſe pannoſam, quæ quum ocymum veneret, non ſine modulatione & adulatione ementes incitabat. Sic enim de illa *Perſius*, Dum ne deterius ſapiat panuccea Baucis, Quum bene diſcincto cantauerit ocyma Vernæ.

BAVIVS, & Mœuius ineptiſſimi Poëtæ fuerunt & maleuoli, Auguſti temporibus, qui Virgilio ſuam gloriam inuiderunt. De quibus *Virgilius ipſe in Bucol.*

Qui Bauium non odit, amet tua carmina Mœui.

BAVLI, Villæ nomen eſt, quæ inter promontorium Miſenum Baiarúmque lacum flexo mari alluitur. *Seruius* cauſam nominis inde factam memorat, quòd olim Hercules iuxta Baias fecit caulam bobus, & eam ſepſit, qui locus primò Baulia dictus, mox dici cœpit Bauli.

Băxĕæ, {κρηπῖδες, αἷς ἐχρῶντο φιλόσοφοι. GA. Vne maniére de pantouffles ou ſoulers, dequoy vſoyent les Philoſophes. IT. *Pianelle, Zoccoli.* GERM. ein gattung der ſchuh oder pantoffelen/wie es die geleerten tragen. HIS. *Chinelas ò alcorques.* AN. *Pettenor woodden shooes.* } Sunt crepidæ & calciamenta: & propriè calcei philoſophorum, vt oſtendit *Apuleius in li. de Aſino aureo*, qui ait, Nec quid pallio, baculóque, & baxeis, & hircino barbitio Philoſophum fingeret. *Pl. in Menah.* Quis is eſt peniculus? quî extergentur baxeæ?

B ante D

BD. in notis antiquorum, bonorũ datum B.F. bona fide, vel bona fides, vel fortuna, vel filia vel fœmina. B.F. beneficium, vel bonum factum, & aliquando benefecit. B.F.C. beneficium, vel benefecit. B.F.C. B.FI. C.B.F. CT. bona fide contractum, bonæ fidei contracti. B.FL. bonorũ filius. B.F.P. bonę fidei poſſeſſor. B F.R. bona fortuna. B.GR. bona gratia B.H. bonus homo, vel bona hæreditaria. B.H.S.I. bona hic ſita inuenies B.HTS bonorum hæreditas.

Bdellium, {בדלח *bedho'ách.* βδέλλιον.} Arbor nigra, magnitudine oleæ, folio roboris, fructu caprifici, gummi genus exudans, quod & ipſum Bdellium vocatur. Maxime commendatur quod in Bactriana naſcitur: quanquam & in Arabia, & in India, & Media, & Babylonia prouenmat. *Galen. lib. 6. Simpl.* duo bdellij conſtituit genera, Scythicum & Arabicum: quorum Scythicum nigrius eſt, magiſque reſinoſum: Arabicum tranſlucidius & ſiccius. Vide plura de hoc *apud Plin. lib. 12. c. 9. & Dioſcor. libr. 1. ca 69.* [Tu Crocum, tu Caſia, tu bdellium. *Plaut. Curc. ſc. 2. a. 1. Apud Priſcian. lib. 1.* Bdellium βδέλλιον genus lapidis.

B ante E

BEATRIX, virgo Romana & Martyr ſub Diocletiano Fauſtinum & Simplicium item martyres fratres, quos prius tumulauit, paulò pòſt eodẽ ſupplicio ſecuta, quòd prædium cuidam potenti vendere noluerat. Hæc enim diues erat, ac vnà cum beata Lucina occiſorum corpora in agro ſuo condebat. *Autor Volaterr.*

Bĕātŭs, a, um, Fœlix, fortunatus, cui bene eſt. {אשרי *meuſchchár.* μακάριος. GAL. Heureux, bien heureux, bien fortuné. ITA. *Beato.* GER Sälig/gluckhafftig. HISP. *Bienauenturado y perfecto.* ANG. *Blif ſed, happie, fortunat.*} Qui ſint dicendi beati, *Senec. lib. 6. epiſt.* declarat his verbis, Hoc nos docet beatum non eum eſſe, quem vulgus appellat, ad quem pecunia magna confluit: ſed illum cui bonum omne in animo eſt, erectum & mirabilia calcantem: qui neminem videt, cum quo ſe commutatum velit: qui hominem ea ſola parte exiſtimat, qua homo eſt: qui natura magiſtra vtitur, ad illius leges componitur: ſic viuit quomodo illa præſcripſit: cui bona illa nulla vis excutit: qui mala in bonum conuertit: certus iudicij, inconcuſſus, intrepidus: quẽ ſi aliqua vis mouet, nulla perturbat: quem fortuna quum in eum quod habuit telum nocentiſſimum vi maxima intorſit, pungit, non vulnerat. Sed talem hactenus videre haud licuit. Nemini enim ſumma illa beatitudo, niſi exuto corporis impedimento poteſt contingere: adeò vt veriſſima videatur Solonis illa apud poetam ſententia, ſcilicet vltima ſemper Expectãda dies homini eſt, dicíque beatus Ante obitum nemo ſupremáque funera debet. *Cic. lib. 5. Tuſcul.* Hos exiſtimo beatos, qui ſint in bonis nullo adiuncto malo. ¶Accipitur & pro diuite: quæ ſignificatio ex vulgi opinione tracta eſt, quod ſolos diuites fœlices exiſtimat. *Iuuen. Sat. 1.* optima ſummi Nunc via proceſſus vetulæ veſica beatæ. *Hor. lib. 2. Carm. Ode 4.* Neſcias, an te generum beati Phyllidis flauæ decorent parentes. [*Plaut. Curc ſc. 1. a. 3.* Beatus videor, ſubduxi ratiunculam (i. diues.) *Plaut. Cur. ſc. 1. a. 3.* ſequitur enim ſtatim (Diues ſum.) ¶Tranſfertur & ad alia. Vnde beatam vocem dixit *Quintilianus* prò ſonora, & rara, cuique ad perfectionem nihil deſit. [Beata vox, inquit, & pronunciatio. Item, Iube te ſis operiri, beatus ſi conſurdaueris. *Plaut. pſeud. ſc. 2. a. 2.*] ¶In beato omnia beata, ἐν ὁλείῳ ὅλεια πάντα *Theocrit.* Vſus erit ſi dicas, ab homine docto omnia doctè fieri, à pio piè, à rege regaliter.

¶ Non eſt beatus, eſſe qui ſe neſciat, *Seneca libr. Epiſt. Famil. 16.* Senſus eſt, haud eſſe ſatis vt adſit fœlicitas, ni fœlicitatem tuam intellexeris. Huc alludens *Virgil.* O fortunatos nimium, bona ſi ſua norint.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

norint Agricolas. ¶Nihil est ab omni parte beatum. *Horat. in Odis.* Pro uerbialem habet sententiam, quam Græci sic efferunt, Οὐκ ἔστιν ὅστις πάντ' ἀνὴρ εὐδαιμονεῖ, id est, Felix per omnia nullus est mortalium. Hunc senarium citat *Arist. l. Rhetor. 2.*

Bēātŭlŭs, pen. cor. diminut. πλούσιος, εὐτυχέστερος. *Persius Sat. 3.* – tandémque beatulus alto Compositus lecto.

Bēātē, aduerbium, Feliciter. {μακαρίως, εὐδαιμόνως. GALLI. Heureusement, bien heureusement. ITA. *Beatamente.* GERM. Säligklich/glücklich. HIS. *Bienauenturadamente, y perfectamente.* ANG. *Blisfedlie, happelie.*} *Cic. 1. de Finib.* Quoniam igitur omnis summa philosophiæ ad beatè viuendum refertur. *Idem in Paradox.* Profectò nihil est aliud bene beatéque viuere, nisi honestè & rectè viuere.

Bēātĭfĭcŭs, ὀλοεργός, ὀλοεδότης. *Apuleius l. de dogmate Platonis:* Deus beatus, & beatificus, optimus.

Bēātĭtās, & Beatitudo. {אשר *óscher* אשרי *aschré*. μακαριότης. GAL. Beatitude, felicité. ITA. *Beatitudine.* GERM. Säligkeit/glückhafftigkeit. HIS. *Bienauenturança.* ANG. *Blessednesse.*} Ciceronis seculo vocabula fuerunt dura, quæ tamen ille putauit vsu fieri posse molliora. Sic enim scribit *lib. 1. de Nat. deor.* At ista siue beatitas, siue beatitudo dicenda sit, (vtrunque enim durum, sed vsu mollienda verba sunt) verùm ea quæcunque est, cur aut in solem illum, aut in hunc mundum, aut in aliquam mentē æternā figura membrisque corporis vacuam, cadere non potest?

Bēo, as, Beatum facio. {אשר *ischschér*. μακαρίζω. GALL. Faire heureux, donner felicité. ITA. *Beatificare, beare.* GE. Sälig oder glückhafftig machen. HIS. *Hazer bienauenturado, ò beatificar.* AN. *To bleſſe.*} *Plau. in Amph.* Hoc me beat saltem, quod perduelles vicit, & domum compos laudis reuertit. *Terent. in And.* O factum benè. Beasti, metui à Chrysíde. *Cælo aliquē beare. Id est donare cœlo, cœli participem facere & in cælū efferre. *Hor. 4 Car. Ode 8.* Dignum laude virum Musa vetat mori, Cœlo Musa beat. *Semet beare, est indulgere animo: phrasi quadam Epicurea, qui summum bonum voluptatem aiebant esse. *Horat. 2. Car. Ode 3.* Seu te in remoto gramine per dies Festos reclinatum bearis Interiore nota Falerni. [Animum aduerte. L. Tacco. Le. Beas. *Pl. Asin. sc. 2. a. 2.* Non iuuat quod edo domi, quod foris gusto id beat. *Plaut. Capt. sc. 2. a. 1.* Nimis beat quod commeatus est trans parietem. *Plaut. Capt. sc. 2. a. 3.*

¶Hinc Beatus, beatior, beatissimus: *de quibus paulò antè.*

BEBIVS, cui cognomen fuit Massa, Delator insignis fuit Vespasiani temporibus, cuius meminit *Iuuenalis Satyra prima*, -quem Massa timet quem munere palpat Carus. ¶Fuit & Bebius Pamphilus Consul Romanus, cum P. Cornelio, eo anno, quo Numæ Pompilij libri in agro C. Petilij effossi sunt. *Vide Valer. Maxim. li. 1. ca. 1.*

BEBRIACVM, ci, Vicus est inter Cremonam, & Veronam, apud quem Vitellius, Othonem superauit. *Iuuenal. Sat. 2.* Bebriaci in campo spolium affectare Palati. *Cornel. Tacit. Annal. l. 8.* Eo die, quo Bebriaci cernebant, auem inusitata facie apud Regium Lepidi celebri luco consedisse in colle memorant, nec inde cœtu hominum, aut volantium alitum territam, pulsámve, donec Otho se ipse interficeret. Hunc vicum Itali hodie *Labinam* vocant. [*Ge.* Ein dorff zwischen Cremona vnd Dietrichs bern in Italien.]

Bēbrĭācēnsis, se, adiectiuum: vt, Aues Bebriacenses, ita dictæ, quòd eius pugnæ tempore, quæ apud Bebriacum inter Othonem, & Vitellii cō missa est, primùm in Italia apparuerunt. *Plin. li. 10. c 49.* Venêre in Italiam Bebriacenses bellis ciuilibus trans Padum, externæ & nouæ aues, (ita enim adhuc vocantur (turdorum specie paulùm infrà columbas magnitudine, sapore gratæ.

BEBRYCES, Βέβρυκες: *Stephano*: vel Bebrycij, Populi à Thracibus oriundi, qui eam partem Asiæ incoluerunt, quæ postea Bithynia, & aliquando Mygdonia dicta est: *vt est videre apud Strab. li. 7. & 12.* Hos Arrianus originem à Bebryce trahere vna filiarum Danai scribit, quæ vnà cum Hypermnestra præter iussa patris viro pepercit, quare fugiens parentem, vnà cum viro in hæc loca peruenit, incolásque ritus docuit Ægyptios: pro quibus meritis regionem ab eius nomine Bebryciam ferunt appellatam. Tenebant olim totum tractum vsque ad Ephesum & Magnesiam Ioniæ oppidum, vt scribit enarrator Apollonii, Charontem adducens autorem, qui dicit Lampsacenorum regionem olim Bebryciam appellatam. *Ex Volaterrano.*

BEBRŸCĬĀ, Βεβρυκία, Regio est minoris Asiæ ad Propontidem, postea Mygdonia à Mygdonibus Thraciæ populis, & Bithynia à Bithyno rege appellata. ¶Bebryces populi eiusdem regionis, quos *Strab. l. 7. & 12.* Thraces fuisse putat. ¶Bebrycium nemus: *de quo suprà in dictione* AMYCVS.

Bēbrўcĭŭs, a, um. Βεβρύκιος, Possessiuum è Bebrycia, Asiæ regione. *Vir. 5. Æneid.* -qui se Bebrycia veniens Amyci de gente ferebat.

BĒBRŸX, ycis, Βέβρυξ. Rex fuit in montibus Pyrenæis, *teste Silio*, quos etiam à Pyrene illius filia nomen traxisse, idem autor est. ¶Est item Bebryx, nomen gentile, eum significans, qui ex Bebrycia ortus est: de quo vide paulò antè in dictione BEBRYCES. Huius autem nominis obliquí indifferenter efferuntur à poetis, secundam syllabam modò producentibus, modò corripientibus, *Valer. Flaccus Argonaut.* Bebrycis, & Scythici procul inclementia saxi. *Silius l. 3.* Possessus Baccho sæua Bebrycis in aula.

Bēchĭŏn, βήχιον. Herba est, Latinè Tussilago dicta, quia tussim sedat. Vnde etiam Bechion à Græcis dicitur, παρὰ τὸ τὴν βῆχα διαχεῖν, hoc est, tussi sananda. *Pl. li. 26. c. 6.* Officinæ Vngulam cabellinam vocant.

Bechica, Medicamenta, βηχικὰ φάρμακα, à medicis appellantur, quæ tussi medentur, βῆχα enim Græci tussim appellant.

BECHIRES Plinio, Βέχειρες *Stephano*, populi Themiscyræ, Asiæ regionis, Cappadociæ conterminí: *de quibus Pl. l. 6. c. 4.* Hi quum Attilæ ductu in Italiam venissent, vinúmque antea ipsis incognitum gustassent, breui mortalium omnium bibaciſſimi euaserunt.

BEDA, Natione Anglus. [*Germ.* Ein gelehrter Engellendischer Theologus. ob vitæ modestiam Venerabilis cognomentum adeptus, claruit sub Iohanne sexto Pontifice, quum Saraceni ex Africa soluentes, Hispaniam inuaserunt: ex quo Beda literis Principes ad eam recuperandam sollicitauit. Græcè Latinéque eruditus fuisse traditur. Scripsit in Acta Apostolorum & in Lucam. *Autor Volaterranus.*

BEDVINI, Ex Arabum, ac Saracenorum secta, aliis addicti opinionibus sunt, quapropter Hæretici sunt appellati. Ij nulla ratione, inter-

méſque vnâ cum Saracenis in bellum ruunt, dicentes mortem vitari non posse, fatóque omnia referunt. Hircinis amiciuntur pellibus. Solem orientem adorant. *Volaterr.*

BEGIS, Βῆγις, Vrbs Trallianorum, sic verto quod apud *Stephan.* scribitur πόλις τραλλείων.

BĒĒL PHĔGŌR, {בחל פעור *báhal peór*. Βεελφεγώρ. GERM. Ein Abgott der Moabiten.} Idolum fuit Moabitarum, nomen Behel siue Baal, quod in monte Phegor colebatur. Idem creditur cum Saturno: vt annotauit *Cæl. Rhod. Ant. lib. 13. c. 3.*

BĔĒL ZĔBŪB. {בעל זבוב *báhal zebúb* Βεελζεβούλ. Idolum fuit Accaronitarum: quo nomine idolum muscæ significatur. [*Germ* Der muckengot oder der oberist der Teüffel.] Bel, inquit Hieronymus, & Beel, & Baal idem Hebræis est: nam iis vocibus indicatur idolum. Zebub autē muscam signat: vnde Beelzebub (etiam si Beelzebub Græci pronunciāt) tanquam muscæ dicatur idolum. Sed & pro dæmoniarcha ponitur, hoc est, dæmoniorum principe.

BEERGIOS, (quod hîc pro Neptuni filio corruptè legebatur) lege BERGION.

BELA, Pánoniæ rex regno per fratris cędem potitus, bonus alioqui princeps habitus, populos à multis vectigalibus immunes fecit. Primus Byzantios nummos, argenteámque monetam percussit. Decessit post annos regni tres, membris equi lapsu fractis. Fuêre quatuor huius nominis Pannoniæ reges, *vt autor est Volaterr. lib 8.*

BELBINA, Βέλβινα, *Strab. li. 9.* Insula è regione Anaphystiorum, apud quos Panos templum est, & aliud Veneris Coliadis.

Bēlbŭs, quæ & hyanę, ὕαινα, Feratum omnium astutissima, quæ imitatur sub noctem humanos gemitus, vt homines pietate motos, & ad succurrendum egredientes deuoret.

BELEA, Βελέα, Velia, *vide* Elea.

BELEDONII, Βηλεδόνιοι, Populi iuxta Oceanum. *Steph.*

Belenium, Βελένιον, Aristoteli, (si modò Aristotelis opus sit, quod de plantis nomine eius circunfertur) olim deliburorium in Perside venenum erat: translatum autem in Ægyptum & Palæstinam, sine periculo mādi cœpit. Putatur idem esse quod Crateias medicus Helenium Ægyptium vocat. *Vide Ruell lib. 2. c. 12.*

BELITRA, Βέλιτρα, Ciuitas Italiæ non procul à Roma. *Steph.*

BĒLGAE, arum, Βέλγαι, Populi Galliæ Comatæ, inter Sequanam & Scaldem fluuios siti, in quindecim olim populos diuisi [*Germ.* Die Niderlendischen völcker/vom Rhein biß an daß Britannisch meer.] *Plin. lib. 4. cap. 17.* Gallia omnis Comata vno nomine appellata, in tria populorum genera diuiditur à Scalde ad Sequanam Belgica: ab eo ad Garumnam Celtica: eadémque Lugdunensis: inde ad Pyrenæi montis excursum, Aquitania.

Bēlgĭcŭs, a, um, adiect. vt, Essedum Belgicum, Currus quoddam genus, apud Belgas primùm inuentum. *Virg. 3. Georg.* Belgica vel molli melius feret esseda collo.

Bēlgĭum, gĭj, *apud Cæs. 3. bell. Gall.* Oppidum est inter Belgas, aut certè ipsa Belgarum regio.

BELGITES, Pannoniæ populi, *apud Plin. l. 3. c. 25.*

Belion, βέλιον, Herba quæ à *Dioscoride* πόλιον ὀρεινὸν, hoc est, Polium montanum appellatur. Est autem hæc nomenclatura ex iis, quæ inter nota Dioscoridis à doctioribus numerantur.

BELIPPO, Oppidum Hispaniæ Bæticæ in conuentu Gaditano, *apud Plin. l. 3. c. 1.*

BELISARIVS, Βελισάριος, *Suida*, Fœliciſſimus pro Iustiniano principe belli dux fuit, qui Persas in Oriente, Gothos in Italia, VVandalos in Africa prælio superauit, eorum rege Gilismere in triumphū ducto. Hic tamen strenuus belli dux, & in hostibus perdomandis fœliciſſimus inuidiam vincere non potuit. Nimia eius potentia eum apud Iustinianum in suspicionem affectati imperij adduxit, qui vtrunque ei eruit oculum. Quare quum principis ingratitudinem aliter vlcisci non posset, exiguum extra vrbem tuguriolum extruxit, vbi per omnem vitam, à prætereuntibus stipem emendicauit: illud identidem repetens, Da obolum Belisario, viator, quem inuidia, non culpa cæcauit. *Vide Crinitum, & Volaterr.*

BELLA, *Vide* ABELLA.

Bellāria, orum, plural. num. Fructus & cibi saccharo aut melle conditi, aut alia id genus gulæ irritamenta, quæ & Secundæ mensæ appellātur. {τραγήματα, ἡδύσματα, πίμματα, τραγήματα. GAL. Le dernier mets, la deserte de table ITA. *Frutti & confettioni doppo pasto* GER. Schlácken hafftige speiß/die man zuhem nachtisch auffregt/als sebtuchen/zuckerladen/latwergen. HIS. *La mesa de la fruta.* ANG. *Banketting dishes, as tartes, marchpaines, fruites with sugar and such lik thinges.*} *Macro. in Sat.* Adhuc dicente Furio, secundæ mensæ illata bellaria nouo sermoni principium dedêre. ¶Vina quoque dulciora est inuenire in comœdiis antiquioribus hoc vocabulo appellata, dictáque esse ea Liberi bellaria. *Gel. li. 3. c. 11.* [Vbi quæ Bellaria dicantur, docet.] *Bellarium & bellare, res bellis aptas appellant. *Festus.*

Bellātor, Bellatrix, Bellax, *Vide* Bello.

BELLĔROPHŌNTĒS, tæ, seu Bellerophon, tis, Βελλεροφόντης. Fuit Glauci regis Ephyræ filius, inclyto decore conspicuus, & virtutis maximæ. Hic quum à Stenobœa vxore Præti de coitu interpellatus esset, veritus hospitalis Iouis irā, lasciuam fœminam repulit. Vnde exardens repulsa mulier, apud virum innocentem hospitem accusauit: qui hospitij iure motus, illū domi interficere non sustinuit, sed datis codicillis, ad Iobatem socerum in Lyciam misit. Lectis ergo codicillis, Iobates in vltionem criminis ad Solymos domādos Bellerophontem misit, vt sub prætextu memorabilis pugnæ interiret. Verùm quum & Solymos facilè vicisset Bellerophontes, & aliis pèriſque periculis obiectus sēper victor rediisset, postremò ad interimendam Chimæram missus est: quem etiam laborem, nactus Neptuni beneficio Pegasum equum, summa cum laude superauit. Quapropter Iobates virtutem iuuenis admiratus, alteram illi ex filiabus cum regni parte vxorem dedit: ex qua Isandrum, Hippolochum, & Laodamiam suscepit, *vt l. 6. Ilia. refert Homer.* Quod quum audisset Stenobœa, sibiipsi mortem cōsciuit. Bellerophōtes autē fœlici rerum successu elatus, quum in cœlū euolare cum Pegaso conaretur, immisso à Ioue œstro, equo excussus est, decidítq; in eum cāpum, qui postea Aleius appellatus est. Pegasus autē à Ioue inter sydera est relatus. Hic primùm Hipponous dict⁹ est,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Bellerophontes postea appellatus,à Bellero quodam Corinthiorum primate,quem de medio sustulit. ¶Bellerophontis literas, βελλεροφόντης τὰ γράμματα. Subaudiendum verbum aliquod accommodum sententiæ,affert,aut aliud aliquod.Locus erit huic prouerbio quum quis literas velut commendatitias perfert,quę contra ipsum sint descriptæ. Vulgò literas Vrię vocant.neque dissimilis est historia apud Hebræos.

BELLERVS,βέλλεγος,Corinthiorum primas quidam,à quo interfecto Bellerophontes dictus est,quum antea Hipponous diceretur.*Vide Calum Rhod.lib.13.c.9.*

Bēllică,cæ,Dicebatur columella illa ante templum Bellonæ,super quā iaciebant hastam quum bellum indicerent.*Fest.*

Bellĭcum,ci,substantiuum,Cantus ad arma vocans,signum prelij incundi tuba datum, {תרועה *teruáh.*πολεμικὸν.GA.Le son de la trompette quand on sonne à l'arme.IT.*Suono della trombetta quando suona à l'arme.* GE. Das auffblasen zum streyt im krieg/ein termen.HIS.*Sonido de bozina para acometer pelea.*AN.*An alarme,the sound of trompett when thay blowe to the bataille.*Vnde bellicum canere propriè est milites tubæ cantu ad prelium animare.Per metaphoram accipitur pro instigare seu inflammare ad dissidium.*Cic.6. Phil.*Atque iidem bellicum nie cecinisse dicunt.*Idem 1.de Or.*Thucydides incitatior fertur,& de bellicis rebus canit quodammodo bellicum.*Idem pro Murana,* Simulatque motus aliquis nouus bellicum canere cœpit.

Bellis ,vel Bellus herba est:Gallis Marguerite,Italis *Primo fiore,Plin.lib. 26.c.5* Bellis in pratis nascitur,flore albo aliquatenus rubente.*Et li.21. c.8.*Luteus(nempe calyx)& Bellio pastilicantibus quinquagenis quinis barbulis coronatur.Pratenses hi flores,&c.

BELLITANI,populi Edetaniæ,quæ est regio citerioris Hispaniæ ad Iberum fluuium.*Plin.l.3 c 1.*

BĒLLŌNĂ,æ,penult.prod. ἐνυώ,Bellorum dea & Martis soror. [*German.* Ein schwester Martis/ein göttin deß kriegs.]*Virg.9.Æneid.* Quam cum sanguineo sequitur Bellona flagello. De ea & quæ sit *Plutar.in Sylla.* Bellona inducebatur in Tragœdiis. *Plaut.Amph. prologo.* Huic proprio sanguine sacerdotes sacrificabant. Ante Bellonæ templum columna erat,quæ bellica dicebatur,super quam hastam iaciebat Fecialis bellum indicens: *vt post Festum annotauit Alexander ab Alex. lib.3 cap.12.* Hæc ab antiquis Duellona à duello, quod illi ipsi bellum appellabant.

Bellōnārĭi,sacerdotes Bellonæ, qui lacertos humerósque concidebant, sanguine suo Bellonæ sacrificantes.*Aeron.*

BELLOVACI,Βελλόακοι,Populi Gallię qui belli gloria Belgas omnes superarunt,quos Cęsar duce eorum interfecto,in potestatem redegit.

BĒLLŌVĂCVM,pen cor.Oppidum Bellouacorum,*apud Cæsarem Comment.lib* 8.Vt Igò *Beauuais.*

*Bellua,*vide* in Belua,infrà.

Bēllŭm , Belli contentio , certamen belli, tempus belli,arma:)(pax. {מלחמה *mil'chamáh,*πόλεμος.GAL.Guerre,bataille.ITA.& HI.*Guerra.*GER Krieg ANG.*Warre,a bataille.*} Prælium autem est conflictus ipse,& hostium congressio , quæ & pugna dicitur & certamen: quanuis hoc etiam nudis verbis peragi possit.Hæc differentia non obscure colligitur *ex Liuio,quum ait,* Populum Romanum nullo bello, multis vero prælijs fuisse superatum. Item ex loco *Virgil.11.Æneid.* Infantem fugiens media inter prælia belli Sustulit exilio comitem. ¶Aliquando tamen bellum capitur pro prælio.*Sallust.*In eo bello trecenti milites desiderati.*Belli vocabulo,bellatores,milites,& ea quæ ad bellum pertinent,omnia complexus est *Ouid.li.11.Metam.* Permanet Aonijs Nereus violentus in vndis,Bellaque non transfert. Id est,maris tempestas traiicere Græcos in Asiam non patitur. Sic *Silius libr.7.* Sed victę fera bella Deæ,vexere per æquor,Atque excisa suo pariter cum iudice Troia est.*Bellum sine hoste , Ciuile bellum vocauit *Lucanus lib.1.* -tela manúsque Romanæ miscent acies , bellúmque sine hoste est.Dictum bellum*(vt Priscianus sentit)*per antiphrasim, quod minimè bellum sit. Alij à bono deducunt:non tamen per contrarium, sed quòd boni gratia bella olim susciperentur , nec ad inferendam, sed ad propulsandam iniuria n pacémque parandam. Alijà duello deriuant,abiecto d,& digamma in b conuerso. *Festus* à belluis , quod belluarum sit mutuo se laniatu conficere. ¶Dulce bellum inexpertis, γλυκὺς ἀπείρῳ πόλεμος. Elegans quamprimus & multorum literis celebratum adagium *Citatur ex Pindaro.* Sunt quædam in rebus mortalium,quæ quantum habeant discriminis ac malorum , non intelligas nisi facto periculo.¶Multa in bellis inania, πολλὰ κενὰ τῶ πολέμου. Deinani suspicione aut pauore sine causa oborto,quem Græci πανικὸν vocant.¶Non licet bis in bello peccare, ἁμαρτῶν δὶς οὐκ ἔνεστι δὶς ἐν πολέμῳ. In rebus periculosis non tutum est labi. Nam si semel erretur,actum est de capite:nec est secundo errori locus. Vel quòd in bello (quia cuncta tumultu peragantur)non detur spatium reuocandi restituendíq; si quid perperam sit institutum.¶Initium belli,ἀρχὴ πολέμου. vbi quis prior lacessit iniuria,seu conuitio.¶Talia gignit bellum , τοιαῦτα τὰ πολέμων πόλεμος ἐξεργάζεται,id est,Similia calamitosum bellum perficit.Senatius *Cic.epist.ad Qu.Frat.lib.1.*quo sentit,è dissidiis eorum qui Rempadministrant,multa gigni absurda.Id translatum ad priuatam discordiam plusculum habebit gratiæ.¶Bello parta,ἐκ πολεμίας.Vbi quis immodicè insumeret. Solemus enim celeriùs ac temerè profundere , si quid hostibus sit ereptum.[Bellum facere.*Liu.li.3.d.4.* Nam te non alius Belli tener aptius artes.*Tibul.li.4.* Vt in bello fit,capitur alter filius.*Pl.Capt.prol'* Spatiosi tempore belli.*Ouid.13 Met.*Nam bellis experta cano.*Tib.li.4.*Duri fugientem munera belli.*Ouid.13.Met.* Tibi dextera bello vtilis.*Ouid.13.Met.*Iunctis ludis cedunt verbosi garrula bella fori.*Ouid.Eleg.12.lib.3.Trist.*]

¶Bellum recuperatorium, Quod scilicet ob recuperationem rerum ablatarum infertur:Defensorium verò,quòd videlicet necessariæ defensionis gratia non interuallo,sed ex continenti suscipitur. Verum hoc nõ propriè belli nomen meretur,sed potius defensionis censetur facultas,cu libet omni iure ipsóque rationis ductu permissa,quandoquidem vim a que iniuriam propulsare ius gentium permittit. *leg.vt vim.ff de iustit.& iu* .Bellum offensiuum,Bellum defensiuum,vt vulgò loquuntur,in barbarorum schola nota sunt vocabula.

Bēllĭcŭs,a,um , adiectiuum . Qi od ad bellum pertinet:vt Bellica disciplina. {πολεμικὸ GALL.Bellique,seruant à la guerre. ITAL.*Di guerra.*GERM.*Das zů dem krieg gehörtt,*HISP.*Cosa perteneciente à la guerra.*ANGL.*Perteining to warre warelike.*}*Cic.2.de Natur.deor.* Bellica corona,quæ bellatoribus victoribus dabatur. *Plin.lib. 16.cap.4.Ouid.3. Fast.*Dea bellica Pallas.*Bell cum,substantiuum,vide suprà post bellica.[Summa Regem virtute bellica illis præfeci Cephalũ.*Pl.Amph.*

Bēllĭcōsus,a,um,Fortis,ferox,& ad bella gerenda aptus. {אישמלחמה *isch mil.chamáh.*πολεμικὸς.GALLIC.Belliqueux,vaillant en guerre.IT. *Feroce.*GERMA.Kriegisch/streytbar.HISP.*Mucho guerreador.* ANGL. *Valiant in armes,fierce,warrelike.*}*Salustius in Iugurtha,*Lybies quàm Getuli minus bellicosi erant. *Liu.9.ab vrbe* , Cepisse enim eos non Romam,sed quod multò bellicosius fuerit,Romanam virtutem, ferociámque.

Bēllicōsē,aduerbium,Fortiter,ferociter,vt virum bellicosum decet.{πολεμικῶς.GALL.Vaillamment,belliqueusement.ITAL.*Ferocemente, gagliardamente,bellicosamente.*GERM Kriegisch/vff weyß n ie dapffere krieges leut.HIS.*Brauo è bellicosamente.*ANGL.*Valiantlie,warlike.*}

Bēllicrĕpă,Genus veteris saltationis à Romulo institutæ,in qua cum armis saltabant.

Bēllĭfer,a,um,Bellicosus,ad bellum gerendum idoneus. πολεμικὸς,πολεμοφόρος.*Claudianus in Rufinum* , quid belliferam communibus vrunt Italiam maculis?

Bēllĭgĕr,a,um, Ad bellum gerendum idoneus. {איש מלחמה *isch milchamah.* ὁπλοφόρος,πολεμιστής.GALL.Qui fait la guerre,ITALI.*Chi guerregia.*GERM.Der geschitt ist ein krieg zu füren.HISPA.*Cosa que haze è trahe guerra.*ANG.*That maketh warre.*}*Martial.lib.*15.Hermes belligera superbus hasta.

Bēllĭgĕro,as,Bello,bellum gero.{נלחם *nilchám.*πολεμῶ.GAL.Guerroyer,faire ou mener guerre.IT.*Guerreggiare* GERM.Ein krieg füren/kriegen. HISP. *Guerrear.* ANG.*To make warre.Cic.pro Fonteio,*C.Marius qui Induciomaro isti minaci atque arroganti par in belligerando esse possit *Ennius apud eundem lib.1.Offic.* Non cauponantes bellum,sed belligerantes.*Liuius 1.lib.3. Bellĭ Punici,* Et cum gallis tumultuatum magis,quàm belligeratum.[Postquam belligerant Ætoli,cum &c. *Pl. Capt.prolog.Item Suet.in Aug.c.94.*]

Bēllĭpŏtēns,pen.cor.Qui bello pollet.{ὁπλίτης,δεξιώτατος. ANG.*Mightie in warre.*}*Statius Theb.2.* Bellipotens cui torua genis horrore decoro Cassis,& aspersa crudescit sanguine Gorgon.*Cic.3.de Diuin.*Æacidæ bellipotentes magis sunt,quàm sapientia potentes.

Bēllo,as,Bellum gero,confligo.{נלחם *nilchám.*πολεμῶ.GAL.Guerroyer, mener ou faire guerre.ITA.*Combattere,guerreggiare.* GERM.Kriegen. HI.*Gurrear,hazer guerra.*ANG.*To warre,or to make warre.*}*Plin.lib.5. c.1.*Romana arma primùm Claudio principe in Mauritania bellauêre Ptolemæum regem à C .Cæsare interemptum vlciscente liberto Ædemone. *Cic.pro leg Man.* Fuit proprium popul. Rom,longè à domo bellare.*Idem de Senect.* Quid enim est aliud gigantum more bellare cum diis,nisi naturæ repugnare?*Bellare alicui,id est contra aliquem *Stat.lib.8.Thebaid.*Et magno bellare parenti.

¶Est & bellor,aris deponens.*Virg.11.Æneid* Et pictis bellantur Amazones armis ¶Composita sunt Debello & Rebello:*de quibus infrà suis locis.*

Bēllātor,oris,Bellicosus vel qui bellum gerit. {איש מלחמה *isch milchamáh.*πολεμιστής.GAL.Gerroyeur,homme de guerre. ITA.*Combattitore.guerriere.*GER.Ein krieger/kriegsman/kriegfürer HIS.*Muchoguerreador.* AN.*A warrour,a man of warre.*}*Cic.4.Tusc.* An accusatori maiores nostri maiora præmia,quàm bellatori esse voluerunt.¶Dicitur etiam de brutis animalibus *Vide Virg.lib.*10.equum animosum &ad prælium incitatum bellatorem vocat , quum inquit, -& inter Bellatoris equi caua tempora conijcit hastam.

Bēllātrix,cis,Mulier quæ bellum gerit,seu bellicosa. {אשתמלחמה *éscheth mil'chamáh.*πολεμίστρια.GAL.Guerriere,femme vaillante en guerre.ITAL *Guerriera.*GER.Ein kriegerin/ein kriegisch weyb.HIS.*Guerreadora.*ANG.*She that warreth,a woman that figthth the warre.*} *Virg. Æneid.*Aurea subnectens exertæ cingula mammæ Bellatrix.]Bellatrix diua(i. Minerua)*Ouid El.4.lib.1 Trist.*]

Bēllīx,acis,adiect Bellicosus,vel belli apperens.πολεμικὸς,μαχικὸς.

Bellatulus,belle,bellissimè,bellitudo,bellulus,*Vide* Bonus.

Bellus,*Vide* Bonus.

BELLOGRADVM,Vrbs,vrbs,ad confluxum Sai,&Danubij sita,vulgò Griechisch Weissenburg

Bēllōsus,a,um , Vetustum est nomen,idem significans,quod bellicosus. {πολεμικὸς.AN.*Warlike* {*Cal.apud Nonium,*Tantum bellum susciratæ conati aduersarios contra bellosum genus.

Bĕllŏn,βέλον,per simplex l. Nomen vrbis & fluuii in Hispania Bætica. *Strabo lib.3.*

Bĕlŏnĭ,βελόνη,per simplex l.Piscis est qui alio nomine dicitur Acus: vtroque nomine à tenui,recta,& oblonga figura deducto, qualem ferè in acu sartoris cernimus.De hoc *Plin.lib.9.c.51.*Acus,inquit,siue belone,vnus piscium dehiscente propter multitudinem vtero parit:à partu coalescit vulnus:quod & in cæciliis serpentibus tradunt. Vulgò *Anguicula* dicitur.

Bĕlŏs,eos,{חץ *chets.*βέλος,Sagitta,telum,ἀπὸ τῦ βάλλειν,quod significat iacere.GAL.Sagette,fleche.IT.*Saetta.*GERM.ein pfeyl.HI.*Saeta,ò vira, ò flecha* AN.*An arrowe or dart.*} *Caius de Verb.sign.* Quod nos telum appellamus;illi βέλος appellant:cóque nomine vulgo quidem id significatur,quod ab arcu mittitur.

Bĕlŭă,siue(vt alii malunt)Bellua geminato ll,Immanis fera. {חיה *chayáh* בעיר *behir.*θηρίον.GAL Beste cruelle & sauuage.IT.*Bestia.*GE. ein grausam thier HISP.*Bestia comun à tierra ò à mar.* ANGL. *A great and terribile wildebeast.*}A bello,hoc est bono,vel pulchro. κατ' αἴσθησιν (vt quidam existimant) dicta: aut(vt aliis placet)à substantiuo Bellum,quòd Bestiarum sit bellum sibi mutuò inferre , quibus natura ad hoc ipsum arma videtur concessisse.*Ter.in Eunuch.*Eóne es ferox, quia habes imperium in beluas?[Martigenam ille aggressus belluam draconem.*Pl.Amph sc.3.a.4.* In belluæ marinæ alicuius immensæ ventrem eos detrudit *Senec.10 de Consol.ad Marc.*Bellua Inda sui magistri iussis optemperat. *Ou.El.6.li.4.Trist.* Quanta bellua imperium. *Suetan T.b.c.24.*]¶Belua etiam de homine fero,stupido & hebeti dicitur.*Ter.in Phorm.*Sed quid pertimui autem belua? *Idem in Eunucho* Age nunc belua,credis huic quid dicat.

Bĕlŭātă tapetia, Dicta sunt à *Plaut. in pśud.* beluarum figuris picta intex-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

intextáque ἐνωτά.

Beluális, vel Bellualis, beluinus. *Macro. Satur. l. 5. c. 1.* Educationem quoque nutricationis tanquam bellualem & aſperam criminatur.

Bĕlŭīnús, a, um, Quod eſt beluæ: vt Beluina rabies, {θηριώδης. GA. De beeſte, beſtial, cruel. ITA. *Beſtiale.* GE. Das des tiers iſt/zumthier gehört. HIS. *Beſtial, coſa de beſtia.* AN. *Of a beſtlie, cruell.* } *Amph.* Tum ipſa habitudo corporis ſuauis & grata, vt neque beluina vaſtitas horrori ſit, nec gracilitas infirmitati.

Bĕlŭōsŭs, a, um, ſiue Belluoſus, Quod abundat beluis. θηριώδης. Vnde Oceanus dictus eſt beluoſus, κητώδης, à beluarum multitudine & magnitudine quæ ibi ſunt. nam inter beluas marinas numerantur balenæ, priſtis, phyſeter, & orca. *Horat. 4. Carm.* Te beluoſus qui remotis Obſtrepit Oceanus Britannis.

BELVNIVM, *Mon e beluzio*, Venetiarum oppidum in Italia, vt Patauium, Opitergium, Altinum, Concordia, Colonia. *Pli. li. 3. c. 19.*

BĒLVS, Βῆλος, per ſimplex l, Nomen proprium primi regis Aſſyriorum & patris Ninj, à Sole deductum, qui Aſſyriorum lingua Bel dicitur. Huic vita functo templum erexerunt Babylonij, diuiniſque eum honoribus ſunt proſequuti. {GERMA. Der erſt Aſſyriſch tõnig.} ¶ Fuit item Belus, cognomento Priſcus, Epaphi, vel (vt alij malunt) Neptuni, & Libyes filius, cui Iſis poſt Apidis mortem nupſit, regnante Athenis Cecrope. Huius filij fuerunt Danaus, & Ægyptus, quem alij Ægiſthũ vocant: à cuius etiam nomine quinquaginta Danai filiæ Belides appellatæ ſunt: vt paulò antè oſtendimus ſuo loco. ¶ Hoc etiam nomine dictus fluuius Syriæ, vbi primò repertum fuiſſe vitrum *Plinius ſcribit libro 5. capite 29. Ioſeph. li. 1. belli Iudaici.* Stadiis, ait, duobus à Ptolemaide Belum amnem diſtare, iuxta quem ſepulchrum Memnonis ſit, & vitrea in rotunda valle arena, quam venti ex circundatis iugis conuehant, inexhauſta ſeculis vi, ſed ante omnia mirabili natura mutandi alia quoque in vitrum, quæ attigerit, metalla. ¶ Belus alius fuit Phœnices rex, & pater Didûs, vir militaris ſcientiæ peritiſſimus, qui Cyprios Phœnicum littus infeſtantes piratica ſubegit, *vt eſt apud Virgi. libro 1. Æneid.* genitor tum Belus opimam Vaſtabat Cyprum, &c. Alio nomine dicebatur Metres, *vt ait Seruius.* ¶ Belus *Stephano*, Oppidum eſt Hiſpaniæ, non procul ab Herculis columnis, idem fortaſſis cum eo, quod à *Plinio* Belon appellatur. ¶ Belus, gemma eſt vitrea ſpecie, magnitudine nucis iuglandis in Arbelis naſcens, *vt ex Democriti ſententia refert Pli. li. 37. c. 10.*

Bĕlĭdēs, huius Belidæ, {Βηλίδης, pen lon. patron. maſcul. quo ſignificatur filius, ſeu aliquis de genere Beli. *Virgil. 2. Æneid.* Fando aliquid ſi forte tuas peruenit ad aures Belidæ nomen Palamedis, &c. {Signa peregrinis vbi ſunt alterna columnis Belides, & ſtricto ſtat ferus enſe Pater. *Ouid. Eleg. 1. li. 1 Triſt.*

Bĕlis, huius belidis, Βηλὶς, patronym. fæm. quo ſignificatur filia vel neptis Beli. Vnde Belides dictæ ſunt quinquaginta filiæ Danai, Beli filij: quas cum Ægyſthus Danai frater (quem alij Ægyptum vocant) totidem filiis ſuis peteret vxores. Danaus deſpondere noluit: didicerat enim ex oraculo, ſe à genero interfectum iri. Sed poſtea coactus à fratre promiſit ſe Ægyſthi petitioni ſatisfacturum In nuptiarum autem nocte filias ſubornauit, vt clàm ſe cultris armarent, & viros iam vino luxuriáque ſopitos iugularent. Virgines itaque patri obedientes captato tempore necarunt viros. vnaquæque ſuum, excepta ſola Hyperm neſtra, quæ Lynceo ſeu Lino viro ſuo pepercit, qui poſtea occiſo Danao, regnum apud Argos inuaſit. ¶ Hæ & Danaides appellantur, à patre Danao. Vnde Danaidum dolium, prouerbio celebratur pro barathro quodam inexplebili, & inſatiabilis cupiditatis homine. Finguntur enim à poetis, Danai filiæ apud inferos eo ſupplicii genere perpetuo damnatæ eſſe, vt dolium quoddam pertuſum aqua conentur implere, vnde tantum effluat, quantum illæ poſſint infundere. *Ouid. 4. Metam.* Moliríque ſuis lethum patruelibus auſæ, Aſſiduè repetunt, quas perdant, Belides vndas. *Vide* BELVS.

Belioculus, Gemma eſt albicans, Belo Aſſyriorum deo dicata, pupillam nigram è medio aureo fulgore lucentem. *Vide Plin. libro 37. capite 10.*

BEMARCHĬVS, βημαρχίας, ex Cæſarea Cappadociæ ſophiſta, qui ſcripſit res geſtas Conſtantini Magni principis libris decem: præterea declamationes quaſdam & orationes. *Autor Suidas.*

BEMBINA, Βεμβῖνα, *Stephano*, Nemeæ vicus eſt, quem Hellanicus Bembinon, Βεμβινον appellat, vnde Nemeæus leo à Poetis Bembinatis bellua dicitur. *Pl. Mil.* Bembinatidis belluæ inſtar, hoc eſt Nemeæi leonis inſtar.

BEMBINADIA, Regio Arcadiæ inter Alitorium & Cleonem oppida. *Plin. lib 4. ca. 6* Clitorium, Cleone, inter quæ duo oppida regio Nemeæa, Bembinadia vocitata. Sic enim Hermolaus: cuius verba hæc ſunt, Legendum eſt Bembinadia. fuit enim vicus Bembina: vnde Nemeæus leo à Poetis Bembinates dictus. Sed & in Plautino milite: vbi dicitur, Bombamatides elutum inſtar: cogitent legentes, an emendandum ſit, Bembinatidis belluæ inſtar, hoc eſt, Nemæi inſtar, *Vide* BEMBINA.

BĒNĀCVS, pen. prod. {βλάκος. Vulgò *Lago di garda* GER. Der Gardſee in Italia.} Lacus Ciſalpinæ Galliæ, non procul à Brixia Venetorum oppido, quem aiunt aureas arenas euoluere, & ex eis nutrire piſces, quos indigenę Carpiones vocant, nuſquam alibi repertos. Ex hoc Mincius fluuius excurrit in Padum. De hoc lacu *Virg. li. 2. Geor.* Fluctibus & fremitu aſſurgens Benace marino.

Bendidia βενδίδεια. Sacra fuiſſe apud Thraces narrat Strabo, ex quibus Orphica originem ſumpsère. *Vide Celium Rhodig. Lect. antiq. libro 18. c. 23.*

BENE, Βλάνη *Stephano*, Oppidum Cretæ ſub Gortyne ſita: cuius incolæ dicuntur Benæi, Βλανεῖοι.

Bĕnĕ, Benedico, Benefacio, Beneficiarius, Beneficium, Benè in BONVS.

BENEDICTVS, patria Nurſinus, primò Sublacum ſeceſſit, vbi ordinem monachorum inſtituit, in Italia primùm, quem antea Baſilius in Oriente conſtituerat. Deinde quum à frequentibus adiretur vitandæ gloriæ gratia, Caſinum venit vbi templum Apollinis Ioanni Baptiſtæ dedicauit. Ad quem Totilas rex Gothorum experiundi vaticinii gratia dicitur incognitus veniſſe, ſeruo præmiſſo cultu regio, ab eóq; patefact⁹ fuiſſe. Deceſſit Caſinii Benedictus, vbi & ſepult⁹ cũ Scholaſtica ſorore, imperante Iuſtino ſeniore. Fuit & alter eiuſdem nominis, eodem ferè tempore quo ſuperior Benedictus, qui à Gregor. tertio memoratur in dial. Viuebat monachus in Latio, xr ab Vrbe Lapide.

BĔNĔVĒNTVM, Βενουήντον *Ptolemæo*, Βενουέντον *Suida, & Stephano*, Hirpinorum vrbs, quæ quum eò colonia duceretur, boni ominis cauſa ita vocari cœpit: nam antea Maleuentum vocabatur Vulgò *Beneuento.* Hæc vrbs, à Diomede condita fertur: apud quam xxx. millia Samnitum cæſa fuerunt Sulpitio & Petilio conſulibus. *De hac Plinius lib. 3. c. 11.*

BENIS, *Vide* Nebis.

Bĕnnă, æ, *teſte Feſto*, Lingua Gallica genus eſt vehiculi {ANG. *A wagon.*} Vnde Combennones in eadem benna ſedentes. *Cato de Re ruſtic. cap.* 23 Bennæ emantur: oleæ caducæ ſaliantur.

BENNA, vel per diphthongum Bæna cum ſimplici n, vrbs Thraciæ, vnde Bennicus ſinus, *Steph. apud eundem*, Benna vnus eſt ex ſenatoriis ordinibus Epheſi. cuius Senatores Bennij.

BEREBCOMAGVS, vrbs, hodie Speyr dicta.

BERBENA, aliàs Verbena.

BERBERION, vel Berberi, Conchæ genus ex qua vniones & margaritæ velluntur, *autor Barbat. in Corol. Chamæion. lib. 2.*

BĔRĔCYNTĬĂ, βερεκυντία, (*inquit Seruius*) Mater deûm dicta à monte Phrygiæ Berecynto: cuius vltima ſyllaba caret aſpiratione, quam addimus, quoties montem Deli Cynthum dicimus. ¶ Eſt autem tenuis iſta diſcretio, quibus nominibus ſubtrahi debeat aſpiratio. Nam Ripæi montes Arcadiæ, non ſcribuntur cum aſpiratione: quam addimus, quum Riphæos montes Scythiæ ſignificamus. *Hæc Seruius in illud Virg. lib. Æneid. 9.* Ipſa Deum fertur genitrix Berecyntia, &c.

BĔRĔCYNTVS, βερέκυντος *Stephan.* nomen montis eſt Phrygiæ, & nomen oppidi, in quo Cybele mater deûm priſcorum ritu colebatur: vnde Berecynthia dicta eſt. *Plinio libr. 16.*

Bĕrĕcȳntĭus, a, um, adiect. βερεκύντιος: vt Cornu Berecyntium, *apud Horat. 1. Carm.* hoc eſt, quo excitantur ad furorem Cybeles Berecyntiæ ſacerdotes. ¶ Tibia Berecyntia, *idem 3. Carm.*

BĔRĔNĪCE, es, pen. prod. βερενίκη, Ptolemæi Lagi vxor, & regina Ægypti, à cuius nomine Ptolemæus Philadelphus eius filius inſignem vrbem, quam in ſinu Arabico condidit, Berenicem appellauit. *autor Plin. lib. 6. ca 29.* ¶ Fuit & alia eiuſmodi nominis Ægypti regina, Ptolemęi Philadelphi & Arſinoes filia, quæ Ptolemæo Euergetæ fratri ſuo nupſit. qui quum paucis à nuptiis diebus, in Aſiam expeditionem ſuſcepiſſet, Berenice crinem ſe detonſuram vouit, ſi ille ſaluus reuerteretur, cuius voti damnata, abſciſſam comam in templo Veneris cõſecrauit: quæ quum poſtridie non apparuiſſet, ægrè id ferenti Regi, Conon Mathematicus Regis gratiam per adulationem captans, inter ſydera collocatam affirmauit, ſeptem ei figura vacuas ad caudam Leonis oſtendens ſtellas: in quas Berenices crinem mutatum aſſerebat. ¶ Fuit item Berenice, Herodis Antipatri filij ex Salome ſorore neptis, cuius meminit *Strab. lib. 16.*

¶ Berenice præterea à *Valer. Max. appellatur lib. 8. c. 6* quam *Plin lib. 7. c. 41.* Pherenicem vocat, cui ſoli ex muliebus, quòd filia, mater, & ſoror eſſet Olympionicarum, conceſſum eſt, vt gymnicos ludos poſſet ſpectare, fœminis omnibus interdictos.

*Bereniceus, Adiectiuum. *Catull. Epigr. 61.* E. Bereniceo vertice Cæſariem. Vide totum hoc Catulli carmen.

BERENICE, es, βερενίκη, Multarum vrbium nomen eſt, quarum prima in Lybiæ Cyrenaica eſt, in extimo maioris Syrtis cornu ſita, vna ex iis quæ Pentapolin efficiunt *de qua Plin. lib. 5. c. 5.* ¶ Secunda, ad ſinum Arabicum, à Ptolemæo Philadelpho condita, & à nomine matris ita appellata: in qua ipſo Solſtitij die hora ſexta vmbras penitus abſumi tradit *Plin. lib. 6. c. 29.* ¶ Tertiam cognomento Panchryſon, & quartam Epidiren dictam enumerat *idem Plin* loco iam citato. ¶ Duę præterea eiuſdem nominis vrbes recenſentur à *Steph.* quarum alteram in Ciſicia collocat, alteram Chium olim vocatam aſſerit.

Bĕrĕnīcēs cŏmă, κόμη βερενίκης, Sydus ad caudam leonis ſitum, ex ſeptem conſtans ſtellis, trigoni figura collocatis: ita dictum à capillis Berenices, Ptolemæi Philadelphi filiæ, & Euergetæ fratris ſui vxoris, quos quum illa voti ſoluendi gratia detondiſſet, & poſtridie nuſquam apparerent, in haſce ſtellas creditum eſt eſſe commutatos; *Vide latius paulò antè in dictione* BERENICE.

Bĕrĕnīcĭdæ, βερενικίδαι, Ptolemaica tribus populi apud Athenienſes. *Stephano.*

Bĕrĕnīcĭs, idis, βερενικὶς, Tractus Africę Cyrenaicę, qui eſt circa Berenicen vrbem. *Luc. lib. 9.* nam quidquid puluere ſicco Separat ardentem tepida Berenicida Lepti, Ignorat frondes.

BERES, Βέρης, vrbs Thracię, à Berete filio Macedone, *Steph. vide Mieζά apud Steph.*

BEREX, βέρεξ, Gens inter Indiam & Æthiopiam, *Steph.*

BERGE, Βέργη, vrbs aut vicus Thraciæ, ex qua natus eſt Antiphanes Bergęus Comicus, qui incredibilia conſcripſit, vnde prouerbium βεργαΐζειν pro nihil veri dicere. Vſurpatur & Bergium diminutiuè. *Stephan.*

BERGEPOLIS, βεργέπολις, vrbs Abderitarum, *Steph.*

BERGIDIVM, βεργίδιον, Oppidum Ilergetum, in eo tractu Tarraconenſis Hiſpanię, qui Vaſconibus proximus eſt.

BERGION & ALBION, Gigantes, filij fuêre Neptuni, ab Hercule interfecti, *vt ſcribit Pomp. Mel. lib. 2. vide ſuprà* ALBION.

BERGOMVM, Oppidum eſt Italiæ, trans Padum, à Plinio in nona Italiæ regione collocatum, etiam hodie nomen retinens. ¶ Hinc Bergomates eius oppidi incolæ dicti ſunt.

Berillus, *Vide* BERYLLVS.

BERITHRVS, Βήρυθρος, Vrbs Troiana, *Steph.*

BERITINVM, Vrbs Marchiæ Brandeburgicę.

BERNARDVS, Abbas inter Burgũdos nobili ortus genere, anno ferè XII. ętatis ſub abbate Stephano, qui tertius fuerat in Cœnobio Ciſtercię ſi paulò antè inſtituto, vnà cũ xxx. ſociis monachũ profeſſus, doctrinæ vitæque laudata famâ adeò profecit, vt Clareuallenſi cœnobio tunc primùm Roberti viri illuſtris impęſa conſtructo, præpoſitus ſit: cui annos XXXVI. præfuit. {G. S Benhart der fromm Abbt.} Plura reliquit ſcripta: Cõment. in Cantica. Cõſiderationes diuinæ contẽplationis ad Eugenũ Pontificẽ. Vnde Põtificij muneris ratio dicatur, Varias inſuper epiſtolas, ſermones etiam in diebus ſolennibus habitos. *Volaterr.*

BERNAVA, *Apud Ptolem. lib. 2. cap 6.* Oppidum eſt Hiſpaniæ Tarracõ-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

nensis,non procul à Cæsarea Augusta, Celtiberis & Bessetanis ad Orientem proximum.Vulgò *Benauar.*

Bero,Saccus,quasi pero à pera dictus.{ANG.*A bagge,a satchell.*} Vide priores Budæi annotationes.

BĒRŌĒ,*Βερόη*,Epidauria fuit anus:& nutrix Semeles,in quam se mutauit Iuno,Semele persuasura,vt à Ioue veram illius formam peteret:quia cum Iunone congredi soleret : vt superius de Baccho dictum est. *Ouid. Metam.* 3. Ipsaque erat Beroë Semeles Epidauria nutrix. ¶ Beroes quoque cuiusdam Dorycli Ismarij coniugis meminit *Vir.lib.*5.Fit Beroe Ismarij coniunx longæua Dorycli, &c. ¶ Est item Beroe Stephano,vrbis nomen in Macedonia, non procul à Pella, Alexandri Magni patria:quæ aliàs Boroëa,siue (vt quidam malunt)Berrhoe vocatur,*vide infrà suo loco.*

BERŌA,siue BERRHOA,*Βέροια Stephano*, *Βέρροια Suidæ*. Vrbs Macedoniæ ad Haliacmonem fluuium sita,non procul à Pella, Alexandri Magni patria. Meminit vrbis huius *Plin.lib.*4.*c.*10. Vulgo *Veria.* ¶ Est etiam in Cœa Syria huius nominis oppidum : in quo Bassianus Rhetor natus traditur,à quo dicti sunt Beroenses,*Βεροιεῖς*,quorum meminit *Pt.lib.* 5.*c.*13.

BERONICE,*Vide* BERENICE.

BEROSVS,Collis est Taurorum,tres habens fontes,sine remedio, & sine dolore mortiferos.*Pl.l.*2.*c* 103.

BEROSVS, Chaldæus fuit,Astrologiæ peritissimus,cui propter admirandam prædicendi futura scientiam , Athenienses in Gymnasio posuerunt statuam lingua inaurata. {GERM. ein fürbundiger Astrologus auß Chaldea.*Autor Pl.l.*7.*c* 37.

BERSABE, באר שבע *beér-shéba*, Vrbs Iudææ, quæ puteus iuramenti interpretatur,quia quum ibi habitaret Abraham cum Abimelech,mactatis septem ouibus in fœdus mutuò iurauerunt. Hæc terminus fuit terræ promissionis possessæ à populo Iudæorum, postquam reuersus est ex Ægypto, & tenditur vsque ad Dan,spatio in longum CLX. milium,sicut scribit *Hier. ad Dardanum.*

BERSANE, Vidua fuit Damascena,ab Alexandro Magno adamata.*Autor est Diod.*

Beruli.*Vide* Sisymbrium.

BERVNVS,*Βέρουνος*,*Steph* Italiæ ciuitas,nimirum Verona.

BERYLLVS,*Βήρυλλος*,Bostrenæ,vrbis Arabicæ Præsul fuit,qui quum plura rectè pro religione scripsisset , postremò omnia corrupit, peregrina quædam adducens , & procul à veritate abhorrentia Quam ob rem conuocata Præsulum non paucorum synodo, maximè annitente Origene,ad sanitatem reductus est. *Vide Volaterranum lib.*6.

Beryllus,*βήρυλλος*.Gemma est subuiridis,& transparens,vix alibi vnquam quàm in India reperta:cuius nouem enumerantur species *apud Pl.l.*37. *c.*5. Probatissimi tamen sunt ex iis, qui viriditatem puri maris imitantur. Poliuntur omnes sexangula figura artificum ingeniis : quoniam hebescunt,ni color surdus repercussu angulorum excitetur,*Prope.li.*3. Et solitum digito beryllon adederat ignis.

BERYTIS,*Βερυτις*,Troica, vrbs videtur addendum.*Step.*

BERYTOS,pen.prod.*Βηρυτός*,Vrbs est Phœnices in ora,Libano monti subiecta, Iustiniani temporibus legum studiis celeberrima. Vulgo *Barutum* vocant.Hic Berytia vina,hodie quoque nominatissima:*de qua Pl. lib.*15.*cap.*17.

BERYTVS,Alia est vrbs Arabiæ,Diospolis priùs dicta.*Steph.*

Bes, bessis,masculini generis, compositum est ab Asse, octo significans vncias : *διμοιρία.Festus* , Bes appellatus est,quod bis trieus fit: quanuis dura compositio fiat bessis ex triente. *Cic.ad Att. libro* 4. Fœnus ex triente factum erat bessibus. *Plin.lib* 18.*c.*11. Græci in binos semodios farinæ sacis esse besses fermenti constituere. ¶ Legitur & nominatiuus Bessis *apud Festum*, modò emendata sit lectio,Bessis,*inquit*,vnciæ octo , trieus quatuor. ¶ Bes etiam est Geometrarum mensura , continens octo partes iugeri in duodecim partes diuisi. *Vide Colum.lib.*5. *cap.*1.

BESCIA,*Βεσκία*, Vrbs Ausonum.*Steph.*

BĒSĂ, simplici s,*Βῆσα* Fons est Thessaliæ, inter Ossam & Olympum iuxta Cycesium oppidum : *de quo Strab.lib* 8. ¶ Est & Besa tribus nomen in agro Attico:cuius meminit *idem Str.lib.*9.

BĒSSĂ, geminata ss, *βῆσσα*, Campus est Locridis, densis arbustis refertus: vnde & nomen accepit, *βῆσσαι* enim saltus à Græcis nominantur. *Vide Strab. lib.*9. ¶ Est & *βῆσσα* , Bessa,eiusdem regionis oppidum,*apud Steph.*

BESBICVS , *Βεσβικὸς Steph.*Insula est exigua Propontidis,18. M. passuum circuitu, è regione ostij Rhyndaci fluuij *Vide Pl.l.*5.*c.*31.

BĒSĪPPO, *βισσιππώ*,*Ptol.* Hispaniæ Baticæ portus,& oppidum non procul à Mellaria vrbe,patria Pomponij Melæ, *vt ipse testatur Geographia sua l.*2.

BESSARA,*βίσσαρα*,Ciuitas est Assyriæ *apud Ptol.*16.*c*1.

BĒSSI,*Βέσσοι*,Populi Thracum,*teste Pl.lib.*4.*c.*11. magna ex parte Hæmum montem incolentes,rapto & latrociniis victitantes,de quib. *Ouid.lib.*6. *Trist.*Viuere quàm miserum est inter Bessósque,Getásque.

Bessicus,*βέσσικος*,Adiect.pen.corr.vt Bessica gens,*Cic.in Pisonem.*Idémque tu Rabocentum Bessicæ gentis principem , quum te trecentis talentis regi Cotto vendidisses,percussisti.

BĒSSŸGA,pen.corr.*βέσσυγα*,*τα*:Emporium in India,vbi & amnis Bessygas: vnde Bessygitæ populi,qui humana carne vescuntur.*Steph.*

BESTIA , Appia legitur *apud Volaterr.lib.*14. *ex Liuy lib.*2.*bel.Pun.* apud quem nunc legimus Vatia Oppia.

Bestiă,Bellua,{בעיר *beéir*,בחסה *behemáh*.*θρέον* GAL.Beste.ITA.*Bestia.* GE.ein thier.HIS.*Bestia,animal brauo y fiero.*ANG.*A beast.*}Nomen est generale,omnia animalia rationis expertia complectens : Nam & de piscibus & volucribus dicitur.*Cic.c.Tusc* Namque alias bestias nantes, aquarum incolas esse voluit : alias volucres cælo frui libero,serpentes quasdam esse gradientes. *Idem de Amic.*Quòd si hæc apparent in bestiis volucribus , agrestibus, natantibus, &c. [Fera bestia, luxuria. *Liu.lib.*34. Sus terrestris bestia est. *Plaut.Capt. sc.*2.*a*1. Cui pereundum est propter nihili bestiam (i. simiam.) *Plaut.Merc.sc.*2 *a*2. Bestias autem pecudum in numero haberi Caius Iurisconsultus negat *Libro* 9. *Digest. ad L. Aquil.* eásque ferociores scribit, vt vrsos, Leones, &c.] ¶ Bestia quoque prænomine Lucij commemoratur à Sallustio inter eos qui cum Catilina aduersus Rempublic. coniurarunt.

¶Bestia bestiam nouit,*ἴγνωκε δὲ θὴρ θῆρα*,Nouit profectò fera feram.*Aristot.lib.Rhetor.*). Congruet vbi conuenit inter duos pariter improbos.¶Ne bestiæ quidem ferre possent.Prouerbialis hyperbole est apud M.Tullium actione *in Verrem* 5.Postremò vt odor Apronii teterrimus oris & corporis,quem vt aiunt,ne bestiæ quidem ferre possent, vni ibi suauis & iucundus videretur.

Bestiola,læ,diminutiuum *θηρίδιον*.{AN.*An little beaste.*}*Plin.lib.*11.*cap.*6.Apes alucum illinunt amarioribus succis contra aliarum bestiolarum auditates.

Bestiării,Dicebantur qui ad depugnandum cum bestiis damnati erant. *θηριομάχοντες*.Hinc à Seneca.[*Epist.*7.]Iudus bestiariorum nuncupatur, quo bestiarij depugnabant.*Cicero Sestio*,Præclara ædilitas, vnus leo, ducenti bestiarij *Idem in Vatinium*, Milonem dicas gladiatoribus & bestiariis obsedisse rempublicam.[*Suet in Claud.ca.*34.]

Bĕtă,tæ,Herba est notissima , etiam hodie nomen retinens, quæ quòd insipida sit,fatua peculiari quodam epitheto appellatur.{*σεύτλιον*,siue *τεῦτλον*.GA.Poree,iotte,blette.IT.*Beta,betiola.*GER.Mangolt/oder tôl. HI *Asegas.*ANG.*A beete*}*Martial.lib.*13. Vt sapiant fatuæ fabiorum prandia bętæ,O quàm sæpe petet vina,pipérque coquus. [*Pl.Psc.*2. *a.*3.Apponunt brassicam,betam,blitum.*Pl psc.*2 *a.*3.] ¶Betæ quoque à Diogene appellabantur homines molles & cinędi.Vnde & Betizare dixit Augustus,pro languere,& effœminari. [*Suet.in Augu.cap.*87.] *Vide Celium lib.*15.*c* 11.

Beta nomantia,(quod in quibusdam editionibus huc perperam fuit in gestum)*Vide* BOTONOMANTIA.

BĒTHARMONĒS,*βαθέρμονες* , Ab Homero Corybantes votantur , *Odyss* 8.

BETACHARVM,Vicus inter Hierosolymam & Thecuam in mõte situs. Compositum nomen ex lingua Syriaca & Hebræa. Immò,vt videtur esse בית כרם *bet h-hachchérem*,mere Hebraicum est.

BETHANIA,בית עניא *beth-ħaniá*, *Βηθανία*. Villa secundo milliario ab Hierusalem,in latere montis Oliueti,Marthæ,ac Mariæ memoria insignis.¶Est & altera Betania trans Iordanem , vbi Ioannes quondam baptizabat.*Volaterr.*

BETHEL,בית-אל *beth-el*. Vrbs Samariæ, quam Iesubæi condiderunt, quæ prius vocabatur Luza.

BETHLEMA,*vide* Bethlehem.

BETHLEHEM.בית לחם *bethléhem*. *βηθλεέμ* , Nomen ciuitatis Dauid, quæ alio vocabulo dicitur Ephrata,Christi seruatoris nostri natalibus insignis [*Ger.*Die geburtsstatt Christi vnsers heilandes.] Nunc viculus esse dicitur,qui ab Ioppe quadraginta millibus distat. Ex hac ciuitate ortus,atque ibidem in regem vnctus est Dauid. Ibi Rachel occubuit:& sepulchrum Iesse patris Dauid ostenditur Est autem hic locus *in* tribu Iuda,sexto ab Hierusalem *milliario positus*, *contra Meridiē* in itinere,quo itur Hebron. Quando autem Iacob ibi pecora sua pauit,loco Bethlehem nomen impositum est, quod domus panis interpretatur:propter eum panem qui ibi de cælo descendit.A Stephano *βηθλεέμ* appellatur neutro genere.& plurali numero. ¶Hinc Bethlehemitæ,penult prod.dicti sunt eius incolæ.

BETHPHAGE,penult.prod.בית פגי *beth-phagé*.*βηθφαγή* , Vici nomen est in Iudæa, non procul ab Hierosolymis , quod Syris domum oris, vel maxillæ sonat.[*Germ.*Ein dorff nit weit von Jerusalem am Oelberg gelégen.]

BETHSAIDA,בית-צידא *beth saidá*,*βηθσαϊδά*,Galilææ ciuitas, Petri,Andreæ & Philippi patria,ad Lacum Tyberiadis sita.

BETHSAMES,בית שמש *beth-schémesch*.Nomen vrbis Galilææ,vbi Dominus perhibetur multa signa fecisse:à qua Bethsamitæ populi.

BETHSVRA,& Bethsurę,rantùm plurale,pe.pr.בית-צור *beth-súr*.Munitum fuit Iudæorum præsidium,de quo multa *lib.*2.*Machab.*

BETIS,fluuius Hispaniæ vlterioris.*Vide* BAETIS.

Bĕto,is,Vado,quasi bene ito.*Varro*, Mulierem quod parere ea non poterat,foras bętere iussit.*Pacuuius*, Vos hinc defensum patriam in pugnam betite,*ex Nonio.Plau.Curc.sc.*2.*a.*1 Si illa ad me betet. [Licétne bętere obsecro,an non licet?*Pla.pseud.sc.*2.*a.*1.]

Bĕtŏnĭcă,*βετόνικη*.*Dioscoridi*.{GAL.Betoine ou vetome.ITA.&HIS.*Betonica.*GER.Betonien.}Herba Gallis dicitur,quæ ab Italis *Serratula*, *teste Pl li.*25 *c.*8.¶Est & altera Betonicæ species,*teste Aeginetæ*,herba vnicaulis,ramulos habens pulegii,sed tenuiores,& gustu fatuos,quæ à superiore specie differt,non est.tu. ¶Est & alia species Betonicæ, seu vetonica coronaria:seu vetonicum altile,vulgo flores tunici, aut garyophylli *teste Ruellio.*{AN.*Vitoune.*}

Bĕtulă,per simplex l melius quàm Betulla per duplex ll *σημὸς*,Theophrasto *σανδαράκη*.*Histor. Plin.libr.*3.*c.*14.Arbor est satis vulgaris cortice candidissimo,quam Romani ex Gallia in Italiam transtulerunt : & ex ea fasces conficiebant qui magistratibus solebant præferri.Indéque nomen sortita est à Batuendo(batuere enim cædere)batula,leuíque mutatione betula.Quo error insignis corrigitur Matthæoli(viri alioqui meo iudicio maximi)*in Dioscoridem c.de Populo*:qui betulam à bitumine deduci existimauit,

BETVLO,Hispaniæ fluuius est in tractu Tarraconensi , Barcinonensem agrum irrigans.Rectius scribitur Bætulo per diphthongum. *Vide suprà suo loco.*Vulgo *Becon.*

BEVA,*βεύη*,Vrbs Macedoniæ.*Steph.*

BEVOS,*βοῦος*,Fluuius.*Steph.*

B ante I

B.I.In notis antiquorum,Bonum iudicium,B.I.I. Boni iudicis iudicium.

BIÆON,*βίαιον*,Vini factitij genus erat , valetudinis causa excogitatum. Fiebat ex vuis ad solem siccatis , & aqua marina : dictum est à cura, quia multum in eo condendo laboris adhibetur: siue quia violentum esset,& efficax contra morbos:siue à festinatione atque impetu. *Plin. lib* 14.*cap.*8.Apud Græcos iure clarissimum nomen accepit, quod appellauerunt Biæon,ad plurimos valetudinum vsus excogitatum. Fit autem hoc modo,Vuæ paulùm ante maturitatem decerptæ, siccantur acri sole,ter die versatæ per triduum,quarto exprimuntur, dein cadis sole inueterantur.

BIARCHI,*βιάρχοι*. Qui præsunt commeatibus,vitæque necessariis comparandis , *βίος* enim Græcis non modo vitam,verumetiam victum significat.

BIANOR,*βιάνωρ* ; Nomen viri qui & Ocnus dictus est,filius Manthus fatidicæ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tidicæ,& Thuſci flaminis, qui Mantuam vrbem à nomine patris appellauit. *Virgil.Æ.9.* -namque ſepulchrum Incipit apparere Bianotis,hic vbi denſas,&c.Fuit item vnus ex Troianis principibus, qui cum Oileo auriga,ab Agamemnone interemptus eſt , *teſte Homero Iliad.11.*

BĬĀS,Biantis,βίας. Nomen philoſophi Prianenſis, qui fuit vnus ex ſeptem Græciæ ſapientibus.[*Ger.*Einer auß den ſiben weiſſen des Griechenlandts.]Hic(Laërtio teſte)vir fuit totus regius,& ciuium ſuorum princeps,quos diu aduerſus pericula tutatus eſt.Sed tandem capta patria , quum vniuerſi fugerent rerum pretioſiſſimarum ſarcinulis onuſti,ipſéque interrogaretur,cur ex bonis ſuis ſolus nihil ſecum ferret, reſpondit,Omnia bona mea mecum porto: fortuita enim inter bona ſua non numerabat.

BIĀTĬĀ *Ptolomæo*,oppidum eſt Hiſpaniæ Tarraconenſis, fortaſſe idem cum eo,quod hodie *Baeça* nominatur.

BIBACVLVS,Patria Cremonenſis,*vt ſcribit Euſebius*,qui ſimul & Catullus inter poetas Iamborum Latinorum ponuntur.*Quin.*Eſt & Bibaculus alter,cuius meminit *Cæſar in Commentariis.*

BIBAGA,inſula eſt Indiæ,oſtreis & conchyliis referta , *vt ſcribit Plin. lib.6.c.21.*

BIBASTVS,βίβαστος,Vrbs Thraciæ *Steph.*

BIBERIVS,Tiberij agnomen per deriſum, propter nimiam vini auiditatem.

BIBIANA,Virgo Romana & martyr ſub Iuliano,quæ vnà cũ parentibus martyrum corpora ſepeliebat : ſepulta eſt apud palatium Lucianum. *Autor eſt Volaterr.lib.3.*

BIBLĬĀ, ſiue (*vt alij vocant*)Billia. Vxor Duellij Romani qui primus Romæ ex nauali certamine triumphauit ; quæ tantæ pudicitiæ fuit, vt illo ſeculo pro exemplo fuerit , quo impudicitia monſtrum erat, non vitium. De hac memoriæ proditum eſt , quòd quum Duellio in iurgio quodam , oris graueolentia obiecta eſſet , eóque nomine à viro accuſaretur, quod vitij eius ipſum nunquam monuiſſet , Bibliam reſpondiſſe,id quidem ſe facturam fuiſſe,niſi viros omnes credidiſſet ira olêre.

Bĭblĭă,bibliorum,plur.numer. βιβλία , Libri,quo nomine Libri ſacri per excellentiam appellantur. Sunt namque, *teſte Chryſoſtom.Hom. 9.in epiſt.ad Coloſſ.* ſalubris animæ pharmaca,quæ(*vt Baſilius ait in Comment.ſuper pſalm.primum*) ſimilia ſunt medici officinæ , è qua quiſque petere poſſit aptum ſuo morbo remedium. Quare & *Irenæus libr.5.contra Valent.*comparauit Biblia arboribus ligni Paradiſi.De omni,*inquit*,ligno Paradiſi manducate,id eſt,ab omni ſcriptura diuina manducate.

Bĭblĭŏgrăphŭs,βιβλιογράφος,Librarius.παρὰ τὸ βιβλίον,καὶ γράφω.

Bibliolathas à Demetrio Trœzenio dictus eſt Didymus Grammaticus: quoniam ſupra ter mille quingentos libros conſcripſit. *Vide Cæl.libr. 19 c.9.*

Bĭblĭŏpōlă,librorum venditor.{βιβλιοπώλης GAL.Libraire,vendeur de liures.IT.*Libraio,venditore de libri.* GER.Ein büchfüret/ein buchtrager/ der da bücher verkaufft.HIS.*Librero.*AN.*A booke ſeller,ſtationer.*} *Mart.* Non habeo:ſed habet bibliopola Thryphon.*Plin.iunior.* Bibliopolas Lugduni eſſe non putabam:ac tantò libentiùs ex literis tuis cognoui venditari libellos meos.Componitur autem ex βιβλίον,quod eſt liber, & πωλῶ,vendo,per ω in prima.

Bibliotaphi,βιβλιοτάφοι,Ab eruditis appellantur qui vt ſoli ſapere videantur,librorum aliquid inſignium nacti, nemini eorum copiam faciunt, ſed in arca,velut in ſepulchro quodam incluſos aſſeruant.

Bĭblĭothēcă,pen.prod.{בית-ספרים *be-h-ſepharim* βιβλιοθήκη. GALL.Libraire,eſtude,chambre aux liures. ITA.*Libraria.* GERM. Ein liberey/ ein ort da man die bucher bey einander behaltet.HIS.*Libreria.* ANG. *A libravie,a ſtudie,a great nomber of bookes.* } Tam librorum per ſe magnus numerus,quàm locus vbi libri ſunt,appellatur , *vt lib 32.Digeſt. ſcribit Vlpian.Cæc.ad Sulp.* Dionyſius ſeruus meus,qui meam bibliothecam multorum nummorum tractauit , quum multos libros turripuiſſet,&c. Latinis Libraria dicitur. Gel.Fortè in libraria ego,& L. Paulus poeta,vir memoria noſtra doctiſſimus, conſideramus. ¶ Eſt & bibliotheca titulus ſiue inſcriptio, qua Diodorus hiſtoriam ſuam nominauit.*Pli.in Proœmio operis*,Apud Græcos deſiit nugari Diodorus, & Bibliothecas hiſtoriam ſuam inſcripſit.Bibliothecæ (*vt ſcribit Vitruuius*)ad Orientem ſpectare debent. Vſus enim librorum matutinum expoſtulat lumen.

Bĭblĭothēcālis,le, Quod eſt Bibliothecæ: *vt apud Mart.* Bibliothecalis copia.

BIBLINA,æ,βίβλινα,Thraciæ regio, vino generoſo inſignis quod Biblinum ab ea appellatur:tametſi alii à biblia vite appellatum malint.Demus autem Delius Biblinum vinum,Naxium interpretatur , eò quod Biblus Naxi inſulæ fluuius ſit.*Vide Steph.*

Bĭblo,is,verbum eſt factitium,à ſimilitudine ſoni,qui fit in vaſe. *Nauius*,Biblit amphora.*Feſtus.*

Bĭblos,βίβλος , fœmin.gener. iuncum ſignificat,item Ægypti arborem, quæ & Papyrus,cuius cortice ad chartas,ligno autem ad nauigia vtebantur. *Lucan.lib.3.* Nondum flumineas Memphis contexere biblos Nouerat.

BIBLVS,βίβλος,Naxi inſulæ fluuius,à quo nonnulli,Biblinum vinum nominatum putant.*Vide ſuprà in dictione* BIBLINA.

Bĭbo,bibis,bibi,bibitum,Potum haurio,humorem attraho.{שתה *ſchatáh*.πίνω.GA.Boire.IT.*Bere.*GE.Trincken.HIS.*Beuer.*ANG.*To drink.*} *Plau.in Stich.*Vide quot cyathos nos bibimus. [Cedo vt bibam. *Plau. Moſt.ſc.1.a.2.*Bibite,pergrecamini.Eſte.*Pl.Moſt.ſc.1.a.1.*Date illi quod bibat.*Ibid.ſc.4.a.1.*Monſtra quod bibam,tuam qui poſſim perpeti petulantiam,*Pl.Men.ſc.1.a.5.*An iſtic vbi bibiſti?(de ebrio) *Pl.Amph.ſc. 1.a.2.*Mihi decretũ eſt bibere aquam.*Pl. Aul ſc.1.a.3.*Metuo malum morem ne mixtum bibam.*Idem Aul.ſc.4.a 1.*Agite,bibite fores,porate. *Pl.Curc.ſc.1.a 1.*Et foribus dat aquam quam bibant.*Ibid.ſc.3.a.1.* Bibit arcus,pluet hodie.(de lena)*Pl.Cur.ſc 2.a.1.*Calidum bibunt,*Ibid.ſc.3. a.2.*rape,clepe,bibe,& fuge.*Pl.pſeu.ſc.2.a.1.*Bibenda fuligo lucubrationum.*Quin.*Hinc ille iuſtitiæ hauſtus bibat.*Idem*,Da nunc bibat ordine dixit Iuppiter.*Ouid.5.Faſt.*Bibat ſolem cuticula *Iuuen Sat.11.* Itẽ transfertur ad alia,Bibunt ſuccum ingenii nudæ artes.]*Virg.lib.11.* etiam his iunxit,quę vim attrahendi humoris nullam habent ; Haſta ſub exertam donec perlata papillam Hæſit.virgineumque altè bibit acta cruorem.¶Bibere etiam accipitur pro auſcultare,ſeu ſi dicere audire.*Horat.l.Car.2.* Pugnas & exactos tyrannos Denſum humeris bibit aure vulgus.¶ Inuenitur etiam paſſiuum huius verbi bibo in tertia perſona,*Iuuenalu*,- ſed nulla aconita bibuntur Fictilibus. *Plaut. Moſt.ſc.3.a.1.*Eſtur,bibitur dies noctéſque.]Aut bibat aut abeat *Cic.5. Tuſc.*Mihi quidem in vita ſeruanda videtur illa lex quæ in Græcorum conuiuiis obtinetur,Aut bibat,inquit,aut abeat. Et rectè. Aut enim fruatur aliquis pariter cum aliis voluptate potandi , ne ſobrius in violentiam vinolentorum incidat: aut diſcedat. *Hæc nus Cicero.* Hoc Adagio (*inquit Eraſmus*) monemur vt aut tempori , locóque nos accommodemus: aut ab hominum conſuetudine nos ſubducamus.

Bĭbāx,& Biboſus,Qui eſt bibendi auidus,vel nimius potator.{שתה *ſchothéh* סבא *ſobé*.πότης,ποτικός.GA.Grand beueur,qui boit beaucoup ITA. *Beuitore,cinciglione.*GERM.Ein trincker/ein ſauffer/der vil trinckt HISP. *Grand beuedor* ANGL.*A great drinker.*}*Gell.lib 3.c.12.* Bibendi auidum, P. Nigidius in Commentariis Grammaticis bibacem,& biboſum dicit.*Laberius in Mimo lib.1.*Non mammoſa,non annoſa,non biboſa,non procax Biboſus tamen(*ſi Gell. credimus*)vocabulum eſt nouum &à Labetio vocum innouatore confictum.Nomina enim in oſus potiùs fiunt à nominibus,quàm à verbis.

Bĭbācŭlus,diminutiuum à nomine Bibax, Qui largiùs & frequentiùs bibit.{οἰνοπότης.¶ Idem nomen fuit Poetæ, quem *Hieronym.in Chronicis* Cremonæ natum eſſe ſcribit,paulò minorem Cicerone.

Bĭbācĭtās,atis,Propenſio ad largiùs bibendum.{οἰνοποσία.GALL.Beuerie excelſiue.IT.*Eccelſiuo beuere.*GERM.Das vbermůſſig trincken. HISP.*El habito y obra de mucho beuer.*ANG.*Great drinking.*}

Biber,Nomen antiquum neutro genere vſurpatum.τὸ πίνειν.*C.Fannius annalium 8.*Domina eius vbi ad villam venerat,iubebat biber dari. *Cato quoque in Originum libris vſus eſt,& Tinuinius in prol.*Date illi biber; iracundia eſt.*Soſipater lib 1.*

Bibeſia,æ,Vocabulum eſt à Plauto confictum pro nimia bibendi auiditate.φιλοποσία,quemadmodum & Perediam idem dixit pro fame,& voracitate.*Feſtus.*

Bĭbŭlŭs,a um, Quod facilè ſorbet. {שתי *ſchothéh* סבא *ſobé*.πότης,ποτικός. GALL.Qui boit volontiers.ITALI.*Che beue volontieri.* GERM. Das gern trinckt/oder auffſupfet. HIS.*Que ſe paſſa como papel.*ANGL.*That ſo ſketh vp quickelie,deſirous to drink and ſwoil.*}*Vir.ad Meſſalam*,Inuerſo bibulum reſtinguens lumen oliuo.Lumen enim bibit oleum,id eſt ardendo conſumit.¶Vnde & bibulorum cognomen ductum eſt,& Bibula papyrus, quæ ſorbet atramentum.*Lucanus* , Conficitur bibula Memphytis charta papyro.¶Hinc fit Meribibulus;de quo alibi.¶ *Horat paſſim dixit.*Bibulum Falernum.

Potores bibuli media de nocte Falerni;
Oderunt porrecta negantem pocula.

BIBRACTE,Heduorum oppidum eſt apud Gallos,*autore Cæſare.* Hodie Sequanis,hoc eſt,Burgundis annumeratur.*vulgò Beaulne.*

BIBRACVM,Vrbs Sueuiæ,Biberach vulgò.

Bĭbrŭĭs,pes,pyrrichius,*Diomedes Grammat.lib.3.*

BIBRVCVM,Daniæ vrbs.Vulgò *Eiborg.*

Bĭbŭlŭs , Collega Cæſaris fuit in conſulatu,nomine potiùs quàm re. Cæſar enim ſolus quicquid viſum erat,inconſulto collega,pro ſuo arbitrio gerebat. Vnde quicquid illo anno factum erat,homines vrbani Caio & Cæſare Coſſ.geſtum dicebant.*Vide Eraſmum in Apoph.*Extat etiam apud Tranquillum in vita Cæſaris ea de re diſtichon huiuſmodi,Non Bibulo quicquam nuper,ſed Cæſare factum eſt. Nam Bibulo fieri Conſule nil memini. [Bibulus homo ſceleſtiſſimus.*Gell: c 7.lib.2*]

Bicĕps,Biclinium,Bicolor,Bicornis,Bicorpor, Bicubitalis. *Vide* BIS.

BĬCVRGIVM,βικύργιον *Ptolemæo*,Germaniæ vrbs eſt, quam *Erfordiam* vocant.

BIDINI,Populi ſunt Siciliæ,Citariis, & Cacirinis vicini : *vt autor eſt Plin.lib.3.c.8.*

BIDIOS,βίδιος,Caſtellum in agro Taurominit.*Steph.*

BIEMVS,Vrbs Cretæ, Vide hiſtoriam *apud Stephan.* Vbi ait de Vienna Galliæ.

BĬĔNDĬVM,Citerioris Hiſpaniæ portus eſt,*apud Plin.l.4.in deſcriptione citerioris Hiſpaniæ.*

BIGARGITANI,Populi ſunt Hiſpaniæ in tractu Tarraconenſi.*Vide Plin: lib 3.c.3.*

BIGERONES,Aquitaniæ populi ſunt,*apud Cæſarem*, Tarbellis & Sontiatibus vicini.

BIGERRA,βίγερρα,*Ptolem.*Hiſpaniæ ciuitas eſt,Setabis contermina, quæ hodie *Beiar* ab incolis vocatur.

BILAEVS,βίλαιος Fluuius eſt Ponti,in finibus Paphlagoniæ,non procul ab Heraclea.*Vide Plin.l.6.c.1.*

BĬLBĬLĬS,βιλβιλις,Oppidum Celtiberorum in Hiſpania Tarraconenſi ad Salonem fluuium,optima ferri temperatura nobilem. Ex hoc oppido Martialis poëta originem traxit,vt ipſe multis in locis teſtatur.Vulgò *Calatayut.*

BILBINA,Vrbs Perſica.*Seph.*

BĪLĪS,{חמת *chemáh* מרורה *merorâh* ממר *mémer*.χολή.GALLIC. Colere; fiel. ITAL. *Colera.* GERMA. Die gal HISP. *Colera, hyl.* ANGL. *Choler , anger , the gall.* } Nomen eſt commune duobus præcipuè humani corporis humoribus: quorum alter , qui calidus eſt & ſiccus , ab aureo colore Flaua bilis appellatur. Alter , qui frigidus eſt & ſiccus,quoniam nigræ fauillæ colorem imitatur, Atra bilis dicitur. Vtrumque genus rurſus in duas primarias ſpecies finditur : in naturalem ſcilicet, & non naturalem.¶ Bilis flaua naturalis(quæ bilis appellationem ſibi peculiariter vendicauit)rurſus duplex eſt. Quædam enim apta eſt nutritioni , quæ vnà cum ſanguine miſcetur in venis: partim vt ille hoc veluti vehiculo commodiùs penetret in venas exiliores,partim vt alat partes naturæ ſuæ affines, hoc eſt, calidas & ſiccas. Deindè munere ſuo functa,quod reliquum eſt , vnà cum ſudoribus foras effluit per poros.Hæc tenuis humoris permiſtione mutatur in bilem pallidam, quæ & ipſa à naturali quàm minimum recedit

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶Altera excrementitia eſt,& inepta nutritioni,quæ à ſanguine expurgata recipitur in veliculam bilis,quam χολήδοχον Græci appellant,& in de proprio meatu in inteſtina delabens,deiectionem ſtimulat,& tingit excrementa.¶Non naturalis iterum in quatuor diſtinguitur ſpecies,in vitellinam,λεκιθώδη, quæ fit ex bile pallida,acrimonia caloris non naturalis vſta:in porraceam πρασοειδῆ: in æriginoſam ἰώδη:& in eam quæ cæruleo colore glaſtum imitatur, vnde ὑαλώδης à Græcis appellatur.Tres hæ poſteriores ſpecies potiſſimùm fiunt in ventriculo,in alimentis acribus, vt porro,ſinapi,& ſimilibus: ex quibus primùm fit porracea bilis,deinde æruginoſa,& poſtremò cærulea.Non nunquam etiam in iecinore ex vitellina vehementiùs vſta,vt accidere ſolet in morbis ardentiſſimis.¶Atra bilis & ipſa in Naturalem diuiditur,quam proprie μέλαιναν χυμὸν, id eſt,atrum ſuccum,ſiue ſuccum melancholicum medici appellant,& Non naturalem : & Naturalis rurſus:in Aptam nutritioni, quæ miſcetur ſanguini in venis,alitque partes frigidas & ſiccas,oſſa ſcilicet,& cartilagines:& in Excrementitiam,quæ nihil aliud eſt,quàm excrementum ſanguinis,quòd à iecore lien ad ſe allicit,eiuſque tenuiſſima parte alitur:reliquum per proprium meatum(quem & ſtomachum vocant)in ventriculum regurgitans,vt illum aſtringat & roboret:vbi munere ſuo functa,vnà cum excrementis per inteſtina deiicitur. ¶Non naturalis autem (quæ propriè Atra bilis dicitur,)in triplici eſt differentia.Alia enim fit ex ſucco melancholico,putredinis aut caloris vi in cinerem quodammodò conuerſo.Alia ex bile vitellina,primùm in porraceam,deinde in æruginoſam,& poſtremò in cæruleam mutata.Alia ex pituita in venis putreſcente,& vehementiùs vſta. Hæc tam exactè diſcutere,ad medici officium magis attinebat:verùm quoniam hic tam craſsè impegiſſe videbamur Dictionarij huius conſarcinatores,vt atram bilem eam eſſe traderent,quæ à veſicula fellis excipitur,flauam autem bilem inteſtinorum vitium interpretarentur , viſum fuit hæc paulò altiùs repetere:vt intelligerent vel rei medicæ imperiti,aliud eſſe ſpecioſis doctorum titulis lectori fucum facere & purria ſalſamenta (quod dici ſolet) origano condire:aliud ex fumo lucem præbere,& præter ſummam fidem & diligentiam,iudicij etiam nonnihil ad opus aliquod afferre.¶Accipitur item Bilis pro ira,quæ à bile excitatur.*Horat.2. Sermon.Satyr.1.*-tantum maledicit vtrique,vocando Hanc Furiam, hunc aliud,iuſſit quod ſplendida bilis. [Delirat vxor,atra bili percita eſt, nulla res tam deliran.es homines concinnat cito.*Plaut.Amph.*]¶Ineſt & formicæ & ſerpho bilis.Ἐνεστι καὶ μύρμηκι καὶ σίφωνι χολή. Admonet adagium non eſſe contemnendum mimicum quempiam,nec vllum temere laceſſendum:quandoquidem nullum animal tam minutum aut imbecillum,quod irritatum non excandeſcat ira.Quadrabit & in homũculos nullis præditos viribus,tamẽ vindictã molientes , ira vt ſolet animos ſuppeditãte.Serphus minutulũ animal non diſſimileformicæ.

Bilis apud Afros appellatur ſemen humanum,humi profuſum.*Feſtus.*

Bilĭōſŭs,a,um,in quo bilis abundat:{χυλώδης.GA.Bilieux,colere,facile à courroucer.IT *Colerico,ch facilmente corruccia* GE.Jn dem vil gallen/oder bitterkeit iſt/zornmütig.HI.*Melancolico,ò colerico.* AN.*Colerik:, angrie.*}vt ſanguis biliоſus,ipſum biliоſum,*apud Cornelium Celſum.*

BION,βίων,Boryſthenites philoſophus fuit,& ſi philiſta callidus,qui philoſophiam vario orationis flore veſtiuit. Hic primùm Crateris Cynici philoſophi auditor fuit,à quo ſeſe ad Theodorum contulit.Ferur hic dixiſſe ad eum qui fundos ſuos ingluuie vorauerat , Terra Amphiaraum abſorbuit,ſed terram tu.Fuerunt & alij eiuſdem nominis philoſophi,*quos vide apud Laertium.*

*Bionei ſermones prouerbiali figura dicuntur ab Horatio:vt in ſuis Chiliadibus annotauit Eraſmus,vt prouerbium explicat,Dente Theonino rodi.Ait enim ex Acrone,Bionem philoſophum fuiſſe, qui mordaciſſimis dialogis lacerauerit poetas ; ſit vt nec Homero parceret.Porphyrion autumat Ariſtophanis comici patrem fuiſſe.Verſus apud *Horatium li 2 Epiſt.2.* ſunt iſti,Carmine tu gaudes,hic delectatur Iambis, Ille Bioneis ſermonibus,& ſale nigro.

Bĭothănătos,Violenter mortuus.{חלל *chalál*.GALL.Occis violentement.ITA.*Veciſo violentemente.*GERMA Der vnzeitig tod/ſo mit gwalt einem angethon wirt.HIS.*Matado fuercoſamente.*ANG.*That is killed violently.*{βιοθάνατος,ex βία violenta ,& θάνατος mors:vt quum quis ferro, vel alia vi interficitur,& non ſua,*i.*naturali morte moritur,quæ naturaliter contingit:& mors ipſa Biothanata dicitur , quæ per vim infertur.De qua intellexit *Virg.l.4 Æneid quum dixit*,Nam quia nec fato; merita:nec morte peribat,Sed miſera ante diem. Scribit *Lampridius* prædictum fuiſſe Heliogabalo,ipſum biothanatum futurum.*Iul.Firm.* Si luna,inquit,applicuerit ſe Saturno deficiens lumine ; facit matres biothanatas interire.*Seruius* ait Biothanatorum animas non recipi in originem ſuam.

BĬPEDIMVI,Galliæ in Aquitania populi,*de quibus vide Pl l.4 c.39.*

BIRACELIVM,Thuſciæ oppidum eſt *Ptolemæo*:hodie *Vicarellum.*

Bĭs,aduerb.Duabus vicib⁹,iterum {פעמים *paámáyim.du.*GA.Deux fois. ITA.*Due fiate* GE.Zwey maal.HIS.*Dos vezes.*AN.*Two tymes. Cic.de Amic.*Bis vnà conſules.*Plin.*Vt aliquæ bis die pariant. Multa habet compoſita de quibus mox dicemus.[Filia me bis fecit auum.*Ouid.Ele. vlr.li.4.Triſt.*Barba reſecta mihi eſt biſve ſemelve fuit *Ibid.* Bis tantò pluris redimam tibi aliam pallam *Pl.Mena ſc.3.a.4.* Affligantur(etuci) bis pedes,bis brachia.Bis nudo pede diſſiluit,*Ouid.Ele.6.li.4.*Bis tanto ſunt amici,quàm prius.*Pl.Amph.*

Bĭcĕps,ĭpitis,Qui habet duo capita.{δικέφαλος GALL.Ayant deux teſtes ou deux ſommitez.ITA.*Coſa que ha due capi.*GER.Zweyköpffig das zwey haupter hatt.HIS.*Coſa que tiene dos cabeças.*ANG. *That hath two heades.*}*Plin.li.10. c.62.*Serpentes coeunt complexũ,adeò circunuolutæ ſibi,vt vna exiſtimari biceps poſſit. *Cic.1.de Diu.* Et ſi puella nata biceps eſſet.

Bĭclĭnium,locus vbi duo lecti ſunt,ſicut Triclinium,vbi tres. {δυκλινον. GALLIC.Chambre où il y a deux licts dreſſez.ITAL.*Luogo done ſtanno due letti.*GERMA.ein ort da zwey bet ſtehnd.HIS.*De dos lechos ò meſas.*ANGL.*A chambe with two baddes.*}Eſt autem hæc dictio ex Latino & Græco compoſita:nam Bis Latinum eſt,& κλίνη Græcum,quod eſt um ſignificat.*Plaut.in Bacch.*In Biclinio cum amica ſua vterque cubitum ĕatis.

Bĭc lŏr,adiect.Duorũm colorum {δίχρους.GALLICE.De deux couleurs ITAL.*Di due colori.*GERM,Das zweierley forben hatt.HIS.*Coſa que tiene dos colores.* ANG. *Of two coloures.* } *Plini.lib.10.c.52.* Intus omne ouum volucrum bicolor.*Ouid.li.Met.*Myrtea ſylua ſubeſt bicoloribus obſita baccis.

Bĭcornĭs,ne,quod habet duo cornua.{δίκερως. GAL.Ayant deux cornes ou deux fourchons.ITAL.*Di due corna.*GERM. Das zwey hörnet hatt. HISP.*Coſa que tiene dos cuernos.*AN.*That hath two hornes.*}vt Bicorne ferramentum.*Col.lib.10.c.5.*Bicornes furcæ.*Virg.1.Georg.*Exacuunt alii vallos,furcáſque bicornes.

Bĭcōrpor,{δίσωμος.GAL.Ayant double corps.ITAL.*Di due corpi.*GERM. Das zwen leyb hatt.HISPA.*Coſa que tiene dos cuerpos.*ANGL.*That hath two bodies.*}Omnis generis.Duorum corporum.*Cic.2.Tuſc.*Hęc bicorporem afflixit manum.

Bĭcubĭtālis,le,quod duorum eſt cubitorum.{δίπηχος. GALL. Qui a deux coudees de long.ITA *Di due cubiti.* GER. Das zwo elenbogen lang iſt. HISP.*Coſa que tiene dos codes de medir.* ANGL.*I yoo cubites long.*}vt Bicubitalis caulis.*Plin.lib.20 c 23.*

Bĭdentāl, Locus erat,aut ædificium fulmine tactum:ita dictum ab oue bidente,quæ ad prodigij procurationem à ſacerdote immolata,ibi ſepeliebatur.*Horat.*Minxerit in patrios cineres, an triſte bidental Mouerit inceſtus,certè furit,ac velut vrſus.*Nonius Marc.* Bidental dici vult,quod binæ pecudes mactarentur.*Corn in Perſ.Sat.2.* ipſum fulmẽ bidental appellari ſcribit,aut quòd duos dentes habeat, aut quia vbi ceciderit,bidentes mactentur.

Bĭdentēs. Quidam intelligunt oues , aut alia pecora , quæ per ætatem duos dentes altiores habent. Nam *Higinus* dicit,Quæ Bidentis hoſtia, oportet dentes habeat octo, ſed ex his duos cæteris altiores per quos appareat ex minore ætate in maiorem tranſcendiſſe. Alij Hoſtias binas, id eſt, duos annos habentes, hoc nomine intelligunt , quod in commentariis ad ius Pontificum pertinentibus legatur Bidentes primo dictas, d , litera ex ſuperfluo interiecta (ſicut in Redeo) ad hiatum duarum vocalium præcauendum. Ergo Bidennes primò dictæ ſunt quaſi Biennes : poſtea autem vocabulo longo vſu loquendi corrupto,quæ prius Bidennes dicebantur , poſtea bidentes ſunt dictæ. *Vide Gell.lib.10. cap.4.* [*Et lib.15.*] *Virg.6.Æneid.* Totidem lectas de more bidentes.

¶ Item Bidens, ὁμωνύμ. *Pollux* , vbi ἐστὶ δὲ γεωργικῶν ἐργαλείων, inſtrumentum ruſticum foſſorium,quod duos dentes habeat.*Iuuen.* Viue bidentis amans,& culti villicus horti.

Bĭdŭum, Spatium duorum dierum:à quo biduanus,a,um:vt Biduanæ inducię, {ימים *jamáym* δύο ἡμέραι. GAL. L'eſpace de deux iours, deux iours.deux iours entiers. ITAL. *Il ſpatio di due giorni.* GERMA.zween tag. HISPA. *El eſpacio de dos dias.* ANGL. *The ſpace of two dayes.*} *Terent in Eunuch.* Ego impetrare nequeo hoc abs te biduum Saltem vt concedas ſolùm.¶ Biduo continenti ſignificat duobus diebus continentibus. *Suet.in Caligu.* Per hunc pontem vltro citro commeauit biduo continenti.

BIENDIVM,Citerioris Hiſpaniæ portus.*Plin li.4.*

Bĭennĭs, Qui eſt duorum annorum.{διέτης. GAL De deux ans.ITA. *Di due anni.*GER.Zwey iar alt / von zweien iaren.HIS *Coſa de dos anos.*ANG. *Of two yeares.* } *Plin lib.2.cap. 82.* Vtpote quum quidam annuo & bienni ſpatio duraſſent.

Bĭennĭum,Spatium duorum annorum. {שנתים *ſchenatháyim.* δίετια.GA. Deux ans entiers,l'eſpace de deux ans.ITAL. *De due anni.*GER.Zwey iar.HIS.*Coſa de dos años.* ANGL.*The ſpace of two yeares.*} *Cic.de Amicit.*Primò Gabinia lege:biennio autem poſt Caſſia.

Bĭfārĭām, Duobus modis,duplici ratione.{δίχως. GAL.En deux parties, en deux ſortes,en deux manieres ITA.*In due parti.*GERM.Off zween weg/off zwo weyß. HISP. *En dos partes.* ANG.*Two fold or two maner of wise* }vt Trifariam,τριχῶς,aduerbia ſunt,quibus ſignificatur quod duobus vel tribus modis,vel quod in duas vel tres partes fari poteſt. *Cic. 3. Tuſc.* Bifariam quatuor perturbationes æqualiter diſtributæ ſunt. nam duæ,&c.[Bifariam agi cum populo non poteſt. *Gell.c.15.l.13.* Diſpartire opſonium bifariam. *Pl.Aul ſc.1.a.2.*] ¶ Sic Multifariam,Omnifariam , Plurifariam ſignificat multorum generum , omnis generis, plurium generum: ſiue in multas , in omnes, & in plures partes : ſiue quod multis,omnibus,& pluribus modis fari poteſt.Dicimus etiam Bifarie,Trifariè,Multifariè,&c.

Bĭfĕrŭs,a.um. Quod bis quotannis fructum fert. { δὶς ἔτους,δίκαρπος GAL. Portant deux fois l'an.IT.*Che fa frutto due volte all' anno.* GER. Das iärlich zwey maal frucht treg HIS.*Coſa que trae dos vezes enelano.* ANG. *That beareth fruite twise in one yeare.*}*Virg.4.Georg.*-biferique roſaria Pæſti. ¶ Biferæ ficus. [*Suet.in Aug.c.76.*]*Colum.lib.5.cap.10.* Fabulantur poëtę Alcinoi Phæacum regis pomaria fuiſſe bifera, hoc eſt,bis quotannis fructum protuliſſe.

Bĭfĭdus, a, um, pen. corr. Quod in duas partes fiſſum eſt , {δίχηλος.GAL. Qui eſt fendu ou ſe fend en deux.IT. *Feſſo in due parti.* GER.Zu zwey theil zerſpalten. HIS.*Coſa endida en dos partes.* ANG.*Clouen in two.*} *Pl. lib.11.c.37.* Lacertis bifida & piloſa lingua.*Ouid.4. Met am.*-bifidóſque relinquit Rima pedes.

Bĭfĭdātŭs,a,um,adiect.Idem quod Bifidus.*Pl.l.13.c.4.* Folia cultrato mucrone lateribus , in ſe bifidatis, bellas primùm demonſtrauêre gemmas.{ANG.*Clouen in two.*}

Bĭforĭs,re,Quod habet duas ianuas.{δίθυρος GA.Ayant deux huis qu'on ouure çà & là.IT.*Che ha due porte.*GER.Das zwo thueren hatt.HI.*Coſa que tiene dos agujoros,ò hornados,ò puertas.* ANG.*That thath two gates or leafes.* } *Ou.3.de Pont 0.El.3.* Non erat,& bifores intrabat Luna feneſtras. Biforis cantus. *Vir.9.Æn.* Vbi aſſuetis biforem dat tibia cantum *Vbi Seru.* Biforem,biſonum,imparem.

Bĭfōrmĭs,is,& hoc biforme,Duas habens formas.{δίμορφος. GAL.Double de forme,ayant deux formes ITA.*Di due forme.*GERM.Zwey geſtältig/das zwo geſtaltem hatt.HI.*Coſa que tiene dos formas ò figuras.* AN.*That hath two shapes.*} *Virg.6.Æn.*-miſtúmque genus,proléſque biformis. *Colum.lib.10.* Inter laſciuos Satyros Panaſque biformes.

Bĭfōrmātŭs,a,um,adiect Idem quod biformis:δίμορφος.*Cic.2.Tuſ.*Non biformatus imperu Centaurus ictus corpori infixit meo.

Bĭfrōns,tis, Qui duas frontes habet. {δίμετωπος. GALL. Qui a deux faces , ou deux viſages. ITA. *Di due fronti.* GERM. Der zwo ſtirnen hatt. HISP. *Coſa que tiene dos frontes.* ANGL. *That hath two viſages or faces.* } Eſt autem hoc Iani epitheton , quem ideo dicimus bifrontem, quòd

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quòd præterita sciuerit,&futura præuiderit:vel quia superûm,& inferûm ianitor est.*Virg.*12.*Æn.*Latonæque genus duplex, Ianúmque bifrontem.

Bĭfurcŭs,Geminas furcas habens.{*διμερίσαυχος.*GA.Qui a deux fourchons, fourchu.ITA.*Biforcato.*GER.*Das zween spitz oder zuncken hat* HIS.*Cosa de dos horcas.*ANG.*Two forked.*}vt,Bifurcum ferramentum.*Col.li.5.c.18.* Bifurci ramusculi.*Idem lib.5.c.11.*

Bĭgæ,Currus duobus equis vectitata dicti,quasi Biiugi,quòd duorum equorum iugo agantur.{*συνωρὶς,ζεῦγη.* GAL.Chariot ou charrette de deux cheuaux,deux cheuaux attelez l'vn auec l'autre.ITA.*Carretta di due caualli,Biga.*GER.*ein karch so von zweyen rossen gezogen wirt.*HISP. *La yunta de dos cauallos.*ANG. *Chariots or carts drawn with two horses.* ¶Equi verò ipsi Biiugi,Biiugésve dicuntur. [Biga singulari numero. *Sueton in Tiber.c.26.*]

¶Sic Quadrigæ,quę à quatuor equorum iugo trahi solent:& equi ipsi Quadriiugi.*Virg.*5.*Æn.*Et nox atra polum bigis subuecta tenebat.¶Apud veteres tamen Bigam,& Trigam,& Quadrigam inuenimus *Suet. in Tib.*Vix vnius bigæ adiectione honorari passus est.*Papi.in The.*Roriferum gelida tenuauerat aëra biga. *Plin.*In summo Mausaleo est quadriga marmorea. Bigas primùm iunxerunt Phrygij, quadrigas Erichthonius,*teste Plin.li.7.c 56.*

Bīgāti,Nummi bigas impressas habentes.*Plin.li.33.capite* 3. Nota argenti fuêre bigæ atque quadrigæ:& inde bigati,quadrigatíque dicti.*Tacit.de Germ.*Pecuniam probant veterem,& diu notam serratos,bigatósque.

Bĭgămŭs,{*δίγαμος,*GALL.Remarié.ITA.*Rimaritato.*GER.*Der zwey mal geweyhet hatt.*HIS.*Casado dos vezes.*ANGL.*VVhich hath had two wiues.*}Qui duas vxores duxit,à quo Bigamia,*γάμος* enim nuptiæ dicuntur.*Sipontinus.*

Bĭgēmmis,me,Quod habet duas gemmas.*Colum.lib.*9.Pro materiis Ionioribus pollices quaternûm aut quinûm gemmarum relinquuntur, pro custodibus autem bigemnes reseces efficiunt in ea.

Bĭgĕnĕră,Animalia ex diuerso genere nata,vt Leopardus ex leæna & pardo,non(vt aliqui putant)ex leone & panthera,*ὑβρὶς. Var.li.2.de Re rust.*Nam muli & hinni bigeneri,atque insititij,non suopte genere ab radicibus.Ex equa enim & asino fit mulus:contrà, ex equo & asina hinnus.

Bĭgnæ,Geminæ dicuntur,quia bis vna die natæ sunt.*Festus.*

Bĭiugi,Equi dicuntur,bini ad vnum iugum nexi.{*δίζυγοι.*GAL.Accouplé à coste d'vn autre.ITAL.*Due caualli ad vn giogo.*GER.*Zwey ross nebeneinanderen eingezuget/oder angeschirret.* HIS. *Dos cauallos de vna yunta.*ANG.*Two horses in one yoke.*}*Martialis,* Gestatus biiugis Regulus esset equis.*Vir.*10.*Æn.*Interea biiugis infert se Lucagus albis.[Biiugi curriculo.*Sueton.in Calig.c.*19.]

Bĭlānx,cis,Statera,quæ duas habet lances.{*ζυγὸς.*GA. balance.ITALIC.*Balancia.*GER.*ein waag mit zweyen schusslen.*HISPA. *Peso de dos balanças.*ANG.*Ballaunces.*}alio nomine Libra dicitur. *Perottus.*

Bĭlibris,bre,Duarum librarum.{*δίλιτρος.*GALLIC. Pesant deux liures. ITALIC.*Di due libre.*GER.*Zweypfundig.* HISPA.*Cosa que pesa dos libras.*AN.*Of two pound weight.*}*Mart.lib.*11.Nunc vt emam grandémve lupum,mulúmve bilibrem.*Plin.li.*18.*c.*11.Ex aqua hordeóque bilibres offæ.

*Bilibra,bilibræ,*δίλιτρον,*duarum librarum pondus,*Liu.4.*ab Vrbe,* Sp. Melium, cui tribunatus plebis magis est optandus quàm sperandus fuerit,frumentarium diuitem,bilibra farris sperasse libertatem se ciuium suorum emisse.

Bĭlinguĭs,Qui duas habet linguas,hoc est,qui modò vnum,modò aliud loquitur.{*δίγλωττος.*GA.Qui parle deux langues,Trópeur,qui tantost dit d'vn,tantost d'autre.ITAL.*Di due lingue,bilingue,fallace.* GERM. *Der zwo zungen hatt/yetz dises dann ein anders sagt/lugner* HI.*El quetiene dos linguas,engañoso.*AN.*That hath two tounges,deceatfull.*}Vnde etiam pro fallaci posuit *Virgil.*1.*Æn.*Quippe domum timet ambiguam, Tyriósque bilingues.[Vbi alter alterum bilinguas manifestò prehendunt(osculantes sup.)*Plautus Pseud.scen.*1.*act.*5.] * Item,qui callet duas linguas. *Horat.libro* 1.*Ser.Satyr.*10.- Canusini more bilinguis. Canusinum ideo bilinguem vocat,quia & Græci & Latini apud Canusium vrbem Italiæ,non procul à mari, sitam:à Diomede conditam habitant,vtroque sermone vtentes,Latino & Græco. *Ex Acrone. Curt.libro* 7.*de Branchidis,*Mores patrij nondum exoleuerant : sed iam bilingues erant,paulatim à domestico externóque sermone degeneres.

Bĭlix,adiectiuum à Licium,{*δίμιτος.* GAL.Renforcé à double fil,tissu en double.ITA.*Maglia à due lici.*HIS.*Cosa que se texe con dos lizos.*ANG. *Double wouen.*}vt,Bilix lorica *à Virgilio* dicta,quæ duo licia & fila in summitate haberet ad ornatum. *l.*12. *Æn.*-rumpítque infixa bilicem Loricam.

Bĭlūstrĭs,stre,quod est duorum lustrorum, id est,decem annorum,vt, Bellum bilustre,quod duo lustra,hoc est decem annos durauit.{*δεκαετὴς.*GAL.De dix ans,qui a duré deux fois cinq ans.ITA. *Di due lustri.* GE.*Zähen jährig.*HI.*Cosa de espacio de dos lustros.*AN.*which lasteth ten yeares,of ten yeares.*}*Ouid.*2.*Amor.*Pergama quum caderent bello superata bilustri.

Bĭmărĭs,re,adiectiuum,pen.cor.Quod inter duo maria situm est. {*διθάλασσος.*GAL.Qui est entre deux mers IT *Cosa posta tradue mari.*GER. *Das zwischen zweyen meeren ist.*HISP.*Cosa que participia de dos mares.* AN.*That is betweene two seas.*}vt,Bimaris Corinthus.*Hora.l.*1 *Car.*Aut Ephesum bimarísve Corinthi Mœnia.[Adriacumq patens latè bimarémq; Corinthum.*Ouid.*4.*Fast.*At postquam bimarem cursu superauimus Isthmon.*Ouid.El* 10.*lib.*1.*Trist.*]

Bimaritus,qui duas vxores habuit.

Bĭmāter.Agnomẽ Bacchi,quod duas matres habuerit,Semelẽ & Iouẽ,matris fungentem officio.*διμήτωρ.Vide supra in nomine* BACCHVS.

Bĭmembris,Duarũ partiũ,quasi mẽbrorũ.{*δίμελὴς.*GA.Ayãt doubles mẽbres,ou deux mẽbres.IT.*Di due parti.*GER.*Das zwey theil oder glyder hatt.*HI.*Cosa que tiene dos miẽbros.*AN.*that hath two partes or mẽbers.*} *Ouid.*Est malè confisum pedibus,formáque bimembri. ¶Et bimembres substantiuè,pro Centauris.*Ouid.*2.*Met.*Ecce ruunt vasto trepidi clamore Bimembres.*Vir.*8.*Æn.*-tu nubigenas inuicte Bimembres,&c.

Bĭmēnsis,huius bimensis,tempus duorum mensium. {*τὸ δίμηνον* GA.L'espace de deux mois,deux mois entiers.IT.*Spatio di due mesi.*GE.*Zween monat.*HIS.*Spacio de dos meses.*AN.*The space of two monethus.*} *Liuius Dec.*3.Et ad opera quæ locassent probanda, anni & bimensis tempus prorogaretur.*[Liuius l.*5.*d.*5.]

Bĭmēstris,stre,Duos menses habens,aut dúos annos à luna computatos. {*δίμηνος.*GAL.De deux mois ITA.*Chi ha due mesi.*GER.*Das zwen monat hatt.*HI *Cosa de espacio de dos meses.*ANG.*Of two monethis.*} *Horat. lib.*3.*Carm.*-& porco bimestri Cum famulis operum solutis. Sic Trimestris, Quadrimestris, Quinquemestris.*Plin.*Castrari agnos,nisi quinquemestres,præmaturum existimant.

Bĭmŭlus,pen.corr. Qui in bimatu est,hoc est,qui duos annos ætatis habet.{*διετὴς.*GAL.De deux ans.ITA.*De due anni.* GER. *Von zweyen jaren/zweyjdrig.* HIS.*Cosa de espacio de dos años.*AN *Of two yeares.*} Et proprie de iis dicitur(*teste Valla*)quæ post eam ætatem adhuc incrementum possunt accipere,vt puerum proprie bimulum dicas, bouem aut canem non ita.[*Suet in Calig.c.*9.]

Bĭmŭs, *δίμνος*, Trimus, Quadrimus, Quimus(vnde Bimatus,Trimatus, Quadrimatus,Quimatus)pro eo quod ætatem habet duorum, trium, quatuor,aut quinque annorum.*Cato de Re rust.ca.*17.Dum sint nuces bimæ,inde semen excidet.*Varr.de Re rust.c.*5. Vnum anniculum,alterum bimum.[Et solet in multis bima(nix sup.)iacere locis,*Ouid. Eleg.*10 *li.*3.*Trist.*]Bima sententia,*Cic.ad App.*De hac quoque sententia bima decedat,id est qua censuit vt per duos annos remaneren in provincia.*Plin.*Vita fœminis quindecim annis longissima,maribus viginti robur in quimatu.*Suet.in Aug.*Quadrimus parre mansit.*Plin.li.*11.*c.* 21.Vita vesparum bimatum non transit.

¶ Bima dies pro biennio. *Pomponius D.li.*13.*tit.*7.*l.*8. Si annua,bima, trima die triginta stipulatus acceperim pignus, id est anno, biennio, triennio.

Bīnī,æ,a,Propriè distributi numeri vox est,significans duo non separatim,sed coniunctim intellecta.{שְׁנַיִם שְׁנַיִם *schenáym schenáym.Hebr.* GALL.Deux ensemble,doubles,gemeaux.ITAL.*Duerni,à due à due.* GER.*ie zween vnd zween.*HI.*Cada dos è de dos en dos.*ANG.*A Two,and two,by couples.*}*Cic.*4.*Verr.* Describebat censores binos per singulas ciuitates Timarchides.i.duos in singulis ciuitatibus.*Idem Att.* Pompeius distribuit binos,singulis patribus familiarum,hoc est,vnicuique duos.Sic binos,ternos,quaternos,aut quinos dicimus milites incedere,hoc est,duos,tres quatuor,aut quinq; in singulis lineis aut ordinibus.[Cui bini custodes accubant.*Plaut.Mil.sc.*3.*a.*2. Bináque damna fero(quia æger & corpore & animo) *Ouid.Eleg.*8.*lib.*3 *Trist.* Iteni Binos codicillos exarauit.*Suet.in Oth.cap.*10.]Nonnunquam etiam simpliciter accipitur pro duobus:& sic frequentiùs iis iungitur, quæ singulari numero destituuntur. ¶Sic binas literas dicimus,& bina castra,non duas literas aut duo castra.*Cicero* 6.*in Verr.* Cn Pompeius cum P.Vectio intra bina castra colloquutus est. *Idem* 2.*in Verr.* Vt dies 45.inter binos ludos tollerentur. Nam castra pro militum tentoriis,& ludi pro magnificis & splendidis spectaculis singularem numerum non agnoscunt. ¶ Aliquando tamen etiam in hac significatione iis coniungitur,quæ vtrunque habent numerum,sed hoc frequentiùs apud poetas.*Virg.*1.*Æneid.*Bina manu lato crispans hastilia ferro.*Idem* 8.*Æneid.*Frenáque bina meus quæ nunc habet aurea Pallas.¶Interdum etiam in oratione soluta.*Plin.li.*9.*ca.*30.. In nostro mari oligines capiuntur quinûm cubitorum,sæpe binûm. *Cic.*3.*de Orã.* Demosthenes vna contentione verborum binas contentiones vocis & remissiones continebat.

Bĭnōctĭum(dicitur vt Trinoctium)*δινύκτιον.Corn.Tacit.li.*3.Quotiens valetudo aduersa Flaminem incessisset, vt Pontificis Maxim. arbitrio plusquam binoctium abesset.

Bĭnōmĭŭs,dicitur qui geminum habet nomen:vt Ister,& Danubius, Iulius & Ascanius.{*διωνυμία.*GA.Qui a deux noms.ITA.*De du nomi.*GE. *Der zween nammen hatt.*HISP.*Cosa que tiene dos nombres.* ANG.*That hath two names.*}

Bĭnōmĭnis,ne,idem *Ouid.*14.*Met.* Inde sub Ascanij ditione binominis Alba Resque Latina fuit.

Bĭpālĭum,Instrumentum rusticum quo terra foditur. {*ὄρυξ* GALL:Vne houe,ou beche,houyau à faire fosses ou fossez.ITAL.*Vanga.* GERM. *Ein karst/ein hauen.*HISP.*Cierto instrumento para cauar.*ANG. *A mattok,pikaxe or spedde.*}*Varro,*si locus humectus sit, ibi cacumina populorum seruanda,& arundinetum:id prius bipalio vortiro,&c.*Liu.*5.*ab Vrb.*Ibi ab Legatis salute data, &c. seu fossam fodiens bipalio innixus,sed quum araret,&c.

Bĭpālmis,me,duorum palmorum.{*διπάλαιστος.*GA.de deux palmes de lõg, large ou profond.ITAL.*Di due palme.*GERM.*Zwo hand breit* HIS. *Cosa que tiene dos palmos in luengo.*ANG.*Of two spannes.*}*Varr* 3.*de Re rust. c.*7.Intus ternorum palmorum ex omnibus partibus sub ordines singulos tabulæ fixæ sint bipalmes,quo vtantur vestibulo, ac prodeant. [Bipalme spiculum.*Liuius lib.*2.*d.*5.]

Bĭpărŭs,a,um,Qui vel quæ bis peperit.*δίτοκος.*

Bĭpătēns,penult.corr.Quod ex vtraque parte aperitur.{*δίθυρος.* GALL. Ayant deux ouuertures.ITAL.*Che s'apre da due parti.* GER. *An zweyen orten offen.*HIS.*Cosa abierta en dos partes.* ANG. *Open on both the partes.*}vt,Bipatentes portæ,pro geminis.*Vir.*2.*Æn.* Portis alij bipatentibus adsunt.*Idem lib.*10.Confidunt tectis bipatentibus,hoc est,vtrinque apertis.

Bĭpĕdālis,le,quod habet longitudinem duorum pedum. {*διποδιαῖος,δίπους.*GA.de deux pieds de long,large,ou profond.IT.*Di due piedi.* GE. *Das zwen schuch lang.*HIS.*Cosa que tiene dos pies.*AN.*Two foote long.*} vt,Trabs bipedalis.*Cæs bell.Gall li.*4.Insuper bipedalibus trabibus immissis.[Bipedali minor adolescentulus.*Suet.in Aug.c.*43.]

Bĭpĕdānŭs,a,um,Sive Pipedaneus.idem quod bipedalis.*Colu.li.*2.*c.*2.Frumentis autem sat erit,si æque bona fuberit bipedana humus : arboribus altitudo quatuor pedum abunde est.*Idem lib.*4 *c.*1. Quippe seminibus vineaticis nimium ne profundos censuisse fieri scrobes, adiecto dodrante super altitudinem bipedaneam

Bĭpēnnis,ne,quod duas habet pennas,*διπτέρυγος.Plin.lib* 11.*cap.* 18. de insectorum pennis, Nullis eorum pennæ reuiuiscunt auulsæ:nullum cui aculeus in aluo est,bipenne est. ¶Bipenne item dicitur,*teste Nonio,* quod vtrinque est acutum.*Virg.*11.ferto sonat acta bipenni Fraxinus:

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

[Bipennis à pinna, quod acutum notat. *Fab. Quin. c. 6. l. 1.*] ¶ Hinc bipennis substantiuum significat securim vtraque ex parte aciem habens. {שׁלוּ כַּשׁ *casshchil.* πέλεκυς. GA. Besague. IT. *Bipenne, scure da due tagli.* GE. ein hellparten/ein beyel so vff beiden seyten hawt. HI. *Hacha de ambas partes aguda.* AN. *An halbard, a twibil.* } *Virg. 2. Æneï.* Ipse inter primos correpta dura bipenni Limina perrumpit. *Idem 4. Georg.* Vre fata & validam in vites molire bipennem.

Bĭpĕnnĭfĕr, a, um, ferens bipennem {πελεκυφόρος. GA. Qui porte vne besague. IT *Portatore di tal scure.* GE. ein hellparten trager/ oder der ein solch zweyschneydend beyel tregt. HIS. *Cosa que trae, aquella hacha.* AN. *That beareth an halbard or twibill wherwith carpenters mak mortasses.* } *Ouid. 2. Metam.* Ecce furens contra sua fata bipenniter Arcas. *Idem 5. Trist.* Ossa bipennifera sic sint mala pressa Lycurgi.

Bĭpertĭo, is, & Bipertior, iris, vel bipartior, in duas partes diuido. {διχάζω. GA. Partir en deux IT. *Diuidere in due parti.* GE. In zwey theyl zerschneiden oder zertheylen. HIS. *Partir en dos partes.* AN. *To deuide and part in two.* } *Col. li. 11. c. 2.* Vndecimo Calendas Maias ver bipertitur, pluuia, & nonnunquam grando. *Cic. in Cat.* Atque ibi proximis villis ita bipertiti fuerunt vt Tyberis inter eos & pons interesset.

Bĭpertītŏ, Bifariam, dupliciter. {διχα, διχῆ. GAL. En deux parts ou parties. IT. *In due parti.* GER. Auff zween wäg oder theil. HIS. *en dos partes* AN. *In two partes.* } *Cic. de Inuent.* Nam id fit bipertito: nam tum causa, tũ res ipsa remouetur. *Cæs. 1. bell. Gall.* Romani conuersa signa bipertito intulerunt. Hoc est duobus locis.

Bĭpēs, bipedis, adiect. Quod habet duos pedes. {δίπους. GAL. Ayant deux pieds. IT. *Chi ha due piedi.* GER. Zweyfüsig. HI. *Cosa que tiene dos pies.* ANG. *That hath two feete.* } *Iuuenal.* -itaque alium bipedem sibi quærat asellum. ¶ Ponitur etiam substantiuè, quod facilè intelligatur substantiuum. *Cic. pro domo sua,* Hoc ministro omnium non modò bipedum, sed etiam quadrupedum impurissimo.

¶ Bipedum nequissimus. De homine vehementer improbo, qui-que vel pecudes nequitia superet. *Vsus est Cic. pro domo sua, & Plin. in Epist.*

*Bipennella, Herba hortensis, dicta quod in duas pinnas folia per totum cauliculum diducta habeat. Hanc corrupto vocabulo quidam pimpinellam vocant.

Bĭrēmĭs, nauis, quæ ex duobus remorum ordinibus agitur: ab Erythræis (vt creditur) primùm inuenta. {δίκροτος. GALL. Nauire à double rang d'auirons ou de rames. IT. *Fusta.* GERM Ein schiff das auff beyden seyten ruder hatt HISPAN. *Naue de dos ordenes de remos.* ANGL. *A galey with two oares on the seat.* } *Plin li. 7. c. 57.* Biremem Demosthenes auctor est Erythræos fecisse: triremem Thucidides Amoclem Corinthiũ: quadriremem Aristoteles, Carthaginenses. *Virg. li. 8 Æn.* -geminaque legit classe biremes.

Birri, genus est vestis. *Vopiscus in Carino,* Donati sunt ab Atrebaticis birri petiti: donati birri Canusini.

Bĭsĭ, Illium, lij, Subsellium duorum capax. {δίκλινον GA. Vne selle ou siege pour deux. IT. *Sedia capace di dui.* GER. ein stul auff welchem zween sitzen mögen. HI. *Silla de dos assientos.* AN. *A seat or benche for two.* } *Autor Varro lib. 4 de lingua Latina.*

Bĭsĕtă, Porca dicitur, à cuius ceruice setæ bifariam diuiduntur, quum iã esse incipit maior ætate sex mensium. *Festus.*

Bĭsĕxtŭs, siue Bissextus, Dies intercalaris, qui quarto quoque anno interseritur, vt anni ratio cum cursu Solis conueniat. {ἐμβόλιμος ἡμέρα. GA. Bissexte. IT A. *Bisesto.* GERM. Schaldtag. HIS. *Bissiesto.* AN. *A day that is put to euerie fourt yeare.* } Inuenta est autem hæc intercalandi ratio à Cæsare Dictatore Is enim quum animaduertisset, Solem cursum suum conficere diebus 365. & horis circiter sex, quarto quoque anno diem vnum curauit adiiciendum ¶ Dictus est autem bissextus, quod bis, hoc est duob. diebus continuis numeraretur sexto Calendas Martias, duos videlicet dies pro vno computantes Vnde qui est natus bissexto Calendas, nihil refert (*vt inquit Celsus de verborum significat. l. Quum Bissextus*) vtrum priore, an posteriore die natus sit, quum illud biduum pro vno tantùm die habeatur. Erat autem huic intercalationi constitutus dies certus, qui est post xxiii. Februarij diem inter Terminalia iam peracta, & Regifugium. Februarij verò duabus de causis huic rei aptissimus visus est, tum quòd pauciss imos haberet dies, tũ etiam quòd inter menses vltimum haberet locum. Nam quum antea decem tantùm essent menses, quorum primus erat Martius, duo postea in fine sunt adiecti, Ianuarius & Februarius.

Bĭsulcŭs, Qui vngulas non solidas habet, sed scissas. {δίχηλος. GAL. Fourché, fourchu. IT A. *Qui a l'vngue fesse.* GER. Der zerspaltene klawen hatt. HI. *Lo que tiene las oñas hendidas.* AN. *Clouen footed.* } *Plin lib. 11. cap. 37.* Cornigera vna parte dentata, & quæ in pedibus talos habent, seuo pinguescunt: bisulca, scissisve in digitos pedibus, & non cornigera adipe *Ouid. 3. Meta.* Pulueremque solum pede pulsauêre bisulco. ¶ Accipitur & latiùs pro omni eo quod in duas cuspides diuisum est. Vnde bisulcam caudam dixit *Plin. lib. 9. ca. 29.* & bisulcos arborum surculos, *Colum. de Arboribus cap 6.*

Bĭsŭltŏr, Martis cognomen, à bis vlciscendo impositum. Augustus enim, quum Brutum & Cassium vicisset, & signa à Parthis recepisset, Marti templum dedicauit, quem bisultorem cognominauit, quod primùm C. Cæsaris, deinde & Crassorum necem vltus esset. *Ouid. 5. Fast.* Ritè deo templúmque datum, nomenque Bisultor.

Bĭvĭum, Quod duas vias habet, sicut Triuium, Quadriuium, quod tres aut quatuor habeat anfractus. {ἀμφοδος. GAL. Deux chemins, vne fourchee, carrefour de deux voyes ou sentiers. IT. *Di due vie.* GER. ein ort da zween wäg sich von einander scheyden. HIS. *El lugar donde se recuentran dos camios.* AN. *where two wayes or streates domeete.* } *Virgil. 9. Æneid.* -locum insidiis conspeximus ipsi Qui patet in biuio portæ, quæ proxima ponto.

Bĭvĭus, adiectiuum, ἀμφοδος. *Virg. 11. Æn.* Vt biuias armato obsidam milite fauces, id est, quæ ad duo loca ducunt. ¶ Biuius agrorum cultus, per Meboram. *Varro 1. de Rerust. c. 18.*

Bĭumbrēs, ἀμφίσκιοι, populi sunt quicunque inter Tropicos cancri habitant ad Meridiem: quãdoque enim incedentes habent vmbras quum à Meridie sol ad gnomonem accedit rectum, ad subiacens planum: quandoque autem in aduersum, quum sol in aduersum consistit. *Verba sunt interpretis Strab. lib. 2.*

BISALTES, *Vide* Bisaltia.

Bisăltĭă, βισαλτία, *Steph.* Regio Macedoniæ libera, ad Strymonem amnem: ita dicta à Bisalte Solis & terræ filio, aut à Bisalte vicino fluuio.

Bīsăltæ, βισάλται *Steph.* Populi liberi Macedoniæ ad Strymonem amnem: *teste Plin lib. 4. c. 11.* qui famem in bello lacte concreto, & sanguine equino tolerant. *Virgil. 3. Georg.* Bisaltæ quo more solent, acérque Gelonus, Quum fugit in Rhodopen, aut in deserta Getarum, Et lac concretum cum sanguine potat equino.

Bisăltĭs, idis, βισαλτίς, Genrile fœmininum à Bisaltia Macedoniæ regione formatum. *Ouid. 6. Metam.* -tu visus Enipeus Gignis & Aloidas, aries Bisaltidis fallis. *Scribitur Bisalpis *apud Boccatium lib. 11. c. 11.* Vbi de Iarba rege loquens, natum illum ait, teste Paulo Perusio, è filia Bisalpis regis quam Iuppiter in forma arietis vitiauerit.

Bisanthe, βισανθη *Steph.* Oppidum est Macedoniæ, non procul à Melalane fluuio, eoque oppido, cui μακρὸς τεῖχος, hoc est longus murus nomen est. *Vide Plin. lib. 4. c. 1.*

Bisargis, βισαργις, Oppidum Hispaniæ in tractu Tarraconensi, ad Iberum fluuium: cuius meminit *Ptol. lib. 7. c 6.*

Bīsŏn, βίσων *Pausaniæ,* Animal ferum & deforme prolixitate iubarum, & reliquo corpore, cerui figura, media fronte inter aures vnum cornu habens. *Martial. in Ap. ph.* Illi cessit atrox bubalus, atque bison.

Bistŏnĭs, ĭdis, βυστονίς, Regio Thraciæ, inter Nessum & Hebrum fluuios, ita dicta à vicino lacu, quem Bistonidem appellant: siue (vt quibusdam placet) à Bistone rege. ¶ Bistona præterea *Stephano,* oppidum est eiusdem regionis non procul ab Abderis.

Bistones, βυστόνες, Populi Thraciæ inter Nessum, & Hebrum fluuios, ita dicti à Bistonide lacu, siue (*vt Steph. placet*) à Bistone rege. ¶ Inde βιστονις, patronymicum fœminini generis, quod fæpissime tamen accipitur adiectiuè & possessiuè. *Ou. in Epi.* Paridis ad Helenam. Tuta tamen bello Bistonis ora fuit.

Bistonĭus, a, um, βυστόνιος, possessiuum: quod Poetæ suo more accipiunt pro Thracio. *Ouid.* Brachia Bistonia candidiora niue. *Idem,* Fessáque Bistonia membra lauabis aqua. [Bistonios campos. *Ouid. Eleg. 9. lib. 1. Trist.* Et bistoniæ aquæ. *Ibidem.*]

Bistonĭs, βυστονίς, siue Bistonius lacus in Bistonia Thraciæ regione est, nõ procul ab Abderis: in quo narantia omnia demerguntur: vnde & nomen accepit, à verbo scilicet Græco, βυστάω, quod est demergo. Vnde & Bystonis per y Græcum scribendum videtur. Stephanus tamen & Suidas βιστόνη, βιστονία, & βιστονὶς scribũt, per quartam Græcorũ vocalem.

BISVRGIS. *Strabonis lib. 7.* Germaniæ est fluuius, sexcentis à Rheno stadiis distans. *Pompo.* Visurgim *appeliat lib.* } {GERM. *ein fluß in Teutschland / der Weser genennet / fleußt durch Sachsen vnd das Land Brunschweig.*

BITHALBE, βιθάλβη. Vide Hellenopolim *apud Steph.*

BITHIA, Pharaonis filia, quæ Mosen adoptauit.

Bĭthus & Bacchius nobile par gladiatorum fuit, quorum mentionem quoque *Suetonius* facit, pares audacia. Proinde quoties duo æqualiter improbi contendunt inter sese, ita vt neuter alteri velit concedere, non intempestiuiter dicemus Bacchium cum Bitho commissum. *Horat. in Serm.*

Bithyæ, βιθύαι, Populi sunt Thraciæ, *apud Stephanum;* quorum autor fuit Bithys Martis, & Setæ sororis Rhesi filius. ¶ Bithyæ quoque mulieres fuerunt in Scythia, in singulis oculis binas habentes pupillas, ideóque visu effascinantes: vt ex sententia Apollonidæ tradit *Plin. lib. 7. cap. 2.*

Bithymum mel, *Vide infrà in dictione* THYMVM.

Bĭthynĭă, βιθυνία, Regio minoris Asiæ, aduersa Thraciæ, & proxima Troiadi, quæ (*vt Solinus scribit & Seruius*) primùm Bebrycia, postea Mygdonia, deinde à Bithyno Bithynia dicta fuit. {GER. ein landtschafft deß namens Asiae. } In Bithynia Libyssa est, vbi Annibal sepultus est. Sunt qui scribant Thynos populos transisse ex Thracia, qui deinde Bithyni dicti sunt, & regio ipsa Bithynia. *Claud.* Thyni Thraces erant quæ nunc Birhynia fertur. ¶ Ex Bithynia fuerunt viri in disciplinis memorabiles, Xenocrates philosophus, & Dionysius dialecticus, & Hipparchus, & Theodosius, & filij eius mathematici & Clophanes orator ex Myrlea, & Asclepiades medicus Prusiensis.

Bīthўnĭcŭs, a, um, βιθυνικός, quod Romanorum quibusdam in cognomen cessit à deuicta nimirum Bithynia. *Mart.* Iam te rem factam Bithynice credis habere. De origine Bithynorum vide latiùs *apud Strab. li. 12. Herodot. lib. 7. & Dionysium Afrum de Situ orbis.*

Bithynus, na, num, aliud adiectiuum, βιθυνὸς *Steph. Iuuen.* Quanquam & Cappadoces faciant, equitésque Bithyni. Vbi illud animaduertendum est, à Iuuenale corripi primam nominis huius syllabam, quæ à cæteris omnibus producitur.

BITHYNIVM, βιθυνίον, *Steph.* Ciuitas in Bithynia, à qua Bithyniatæ & Bithynienses populi dicti sunt.

BITHYNOPOLIS, Vrbs à Bithye dicta. *Seph.*

BITHYNVS, Iouis & Thraces filius *Steph.* βιθυνὸς. fratrem habuit Doloneum, à quo Dolonei Thraciæ populi dicti sunt.

BITHYS, βίθυς, nomen viri, *de quo Steph.* in Bithyæ & Bithyniæ, & Bithynopolis.

Bĭtĭās, fuit vnus ex Carthaginiensium principibus. *Seru. in illud Vir. 1. Aen.* Tum bitiæ dedit increpirans, &c. ait bitiã fuisse præfectum classis Punicæ. Meminit etiam Bitiæ cuiusdam *Vir. lib. 9.* qui frater Pandari fuit ex Alcanore Troiano, & Hiera. Hi cum Ænea post Troiæ excidiũ in Italiã venerunt, & quum apertis etiã portis ausi essent Rutulos, absente Ænea, lacessere, ab iisdem sunt trucidati. [BITO, Vide BETO, IS.]

BITON, βίτων, Alter fuit ex filiis Argię sacerdotis, & frater Cleobis: de quibus sic scribit *Cic. 3. Tusc.* primum Argiæ sacerdotis Cleobis & Biton filij prædicantur. *Vide Plut. in Solon.*] Nota fabula est. Quum enim illam ad solenne & statutum sacrificium curru vehi ius esset, satis longè ab oppido ad fanum, morarentur que iumenta, tunc iuuenes ij, quos modò nominaui, veste posita, corpora oleo perunxerunt, ad iugum accesserunt. Ita sacerdos aducta in fanum, precata à Dea dicitur, vt illis præmium daret pro pietate, quod maximum homini dari possit à Deo. Pòst epulatos cum matre adolescentes somno se dedisse, manè inuentos esse mortuos. *Hæc ille.*

BITVITVS, Aruernorum rex in Gallia, specie colloquij comitet hospitio inuitatus à Cn. Domitio, & vinctus est, & Romam deportatus.

Bitu-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Bitumen,inis, Limus quidam eſt tenax,& ſulphurei odoris,in Iudææ lacu emergens,qui inde Aſphaltites dicitur. {חמר כפר *chémer chopher.*ἄσφαλτος.GALLIC. Terre limonneuſe ou limon glueux comme poix,bruſlant comme ſoulphre.ITA.*Bitume.*GER.ein zähet leim/bäch. HIS.*El beton,generalmente.*AN.*Akind of gleuish claye and tough which burneth lik brimſtonne.*} Inuenitur & durum in Syria,non procul à Sidone,terreæ glebę,vel eorum carbonũ ſimilitudine,qui in vſum ferrariarum fabricarum è terra effodiuntur. ¶Eſt præterea & liquidum bitumen,in Zacyntho inſula & circa Babylonem naſcens, & in agro Apollinatarum,quod Græci πισσάφαλτον appellant,argumento picis & bituminis. ¶Gignitur & pingue,liquoris oleacei,in Sicilia,Agraganti no fonte inficiens riuum:quo incolæ vtuntur ad lucernarum lumina, olei vice. Huius generis Bitumen apud Prutenos ex ſaxis effluit,ex quo maris frigiditate,in quo defluit,ſuccinum ſiue electrum coaleſcit.Apud Babylonios bitumen calcis vſum præbet,ita ferruminatis Babylonis muris.*Vide plura apud Plin li.35.c.15.*

Bitūmĭnĕus,a,um.{ἀσφάλτειος.GALLICE,De bitume.ITALIC. *De bitume.*GER. Was von dem zähen leim iſt. HISPA.*Coſa de betun.*ANG.*Of ſuch earth or glewish claye.*} vt Bitumineæ vires.*Oui.15.Met.*Siue bitumineæ rapiunt incendia vires.

Bitūmĭno,as,Bitumine linio.{כפר *caphár.*ANGL.*To ouer ſmere with glewish claye.*} aqua bituminata,*apud Plin.libro 31.ca.6.*cui admiſtum eſt bitumen,vel quæ per venas terræ bituminoſas tranſit, ὕδωρ ἀσφαλτωδές.

BĬTVRĪGĬA,βιτουρία.Oppidum fuit Thuſciæ,*teſte Pto.l.3.c.1.*non procul à Manliana,hodie Pontificum villa.

BĬTVRĪGĒS,Populi ſunt Galliæ Aquitanicæ,*teſte Pli.lib 4.c.10.* quorum frequens eſt mentio apud Cæſarem.Hi vno die viginti oppida incenderunt,vt Cæſarem pabulatione & commeatu prohiberent. Horum metropolis Auaricum erat:hodie *Bourges en Berry.*Singularis nominatiuus eſt Biturix,quo vſus eſt *Lucan.li.1.*Et Biturix,longiſque leues Axones in armis.

Biuira,æ,Antiqui dicebant pro vidua,*teſte Nonio.Varro,*Ad biuiram venio,quum vellem oſtendere quid vellem,Metamelos inconſtantiæ filius me reprehendit.

BIZEN,Ciuitas Thraciæ.Steph.*Βίζη,πόλις Θρᾴκης τῶν ἀνω Βασιλειων.Pli.l.4.c.11.*Biziam vocauit:Bizia,inquit,arx regum Thraciæ Terei nefaſto crimine,inuiſa hirundinibus.

BĪZĬĀ,Arx eſt regum Thraciæ,*teſte Pli li.4.c.11.*ad quam hirundines non aduolant.{GE.Ein ſchloß der königen Thracie/zu welchem kein ſchwalm fleugt.}Eius rei cauſa ad Terei inceſtum,Et Prognes flagitium refertur à Græcis ſcriptoribus.*Vide* BIZEN.

BIZON,Thraciæ oppidum fuit, inter Apolloniam & Calatidem ſitum, magna ex parte terræ motibus hauſtum.*Plin.libro 4.capite 11.& Strabo 7.*

B ante L.

B.L.In notis antiquorum Bona lex, B.LB. Bonorum liberi.B.M. Bonæ memoriæ,Bona materia,Bene merentis.B.MR.C.Benè mereat cibum.B.MR SE.H.Benè merentibus ſerua hoc.BM.F.Benè meritæ fecit.B.M H.E Bona memoria hic eſt.B.MN.Bona munera.B.M. P. Benè merenti poſuit,vel benè meritæ. B.MT Bona materia.B.N. Bona noſtra.BN.H.I.Bona hic inuenies.BN.M.FEC.Benè merenti fecit.

BLABERVRA,βλαβέρουρα,Oppidum eſt Tarraconenſis Hiſpaniæ non procul à Pyrenæis montibus:cuius meminit *Stephan.in voce ἰνδική.*

Blactero,ras,*Vide* Blatero.

BLAENA,triſſyllabum,Ponti regio ferax,per quam Amnias flumen labitur.Hoc in loco Mithridates cognomento Eupator,Nicomedis Bithyni copias funditus deleuit,haud quidem præſens,ſed per legatos:vnde ille cum paucis domum fugiens ſeruatus eſt,& inde in Italiam nauigauit.*Verba ſunt interpretis Si abonis lib.duodecimo.*

Blæſŭs,Qui linguam habet impeditam:aut qui inter pronuntiandum aliquam literam aut excludit,aut malè profert. {לעג *lúeg.* βλαισός, τραυλός.GA.Begue.ITA.*Balbo,tardo à parlar.*GER.ein liſper/ein ſtamler. HISP.*Tartamudo.*AN.*That ſtammere thor ſtuteth in ſpeaking.*} quo vitij genere Demoſthenem laboraſſe accepimus, qui aliquandiu primam artis ſuæ litteram enuntiare non potuit.*Iuuen.*Blæſis atque mero titubantibus.*Mart.lib.5.*Et nomen Blæſo garriat ore meum: *Idem li.10.*Os blæſum tibi,debiliſque lingua eſt. ¶Græci etiam hoc nomen ad alia membra transferunt. Blæſóſque appellant quibus membrum aliquod ſolutum eſt,quos & paralyticos appellamus:& generaliter omnes eos,quibus aliquod eſt membrum,quod actiones ſuas commodè obire non poſſit,quódve ſitu aut figura ſit deforme: quales ſunt qui crura habent in diuerſum acta,quos Latini Valgios,& Vatios appellant.*Vide Cel.Rhod.l.8.c.1.& Budæ.in annot.Pand.*

BLĀNDA,Italiæ oppidum in agro Brutio,non procul à Bato flumine & Parthenio portu.*Plin li.3.c.5.* ¶Eſt & Blanda,ſiue Blande,oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis,in agro Barcinonenſi, iuxta Larnum flumen. Vulgò,*Blanes.*

BLĀNDĒ,Fluuius eſt Hiſpaniæ Tarraconenſis in agro Barcinonenſi iuxta oppidum ſui nominis.*Auctor Plin.li 3.c.3.*

Blāndē,& Blanditer,*Vide* BLANDVS.

Blāndĭor,iris,Aſſentor,adulor,blanditias dico. {החליק *hechelik.* σάινω, ἀϊσκομαι,κολακεύομαι. GALL Flater, amignarder,amignoter,amadouer. IT.*Luſingare,piacere.*GE.Schmeichlen/liebkoſen.HIS.*Halagar ò liſongear.*ANG.*To flatter,to ſpeak faire,for ò allure,by faire ſpeaking.*}*Cic.de Amic.*Qui aduerſario aſſentatur,& litigare ſe ſimulans, blanditur. *Idem pro Flacco,* Cur matri blanditur?cur epiſtolis & matris & ſororis imbecillitatem aucupatur?[Ne inepta ſpe tibi blandiaris.*Senec.ca.14. de tranquil* Meretrix rantiſper blanditur,dum id quod rapiat,videt. *Plau.Men.ſc.3.a.1.*]¶Refertur & ad ſenſus interiores, pro eo quod eſt placeo,arrideo,animum vel affectum titillo. *Cic.1.Acad.* Vide quàm ſuauiter voluptas ſenſibus blandiatur.Blandior calamitatibus meis, *dixit Quint.*pro eo quod eſt mitigo,lenio calamitates,vel æquo in calamitatibus me animo gero.

Blāndĭtŭs,us,ui.Ipſe blandiendi actus,ſiue blanditiæ, & quædam quaſi illecebræ ſenſum titillantes. {חלקה *chelkáh.* χρηστολογία ἐπωδή.GA.Blandiſſement,flaterie.IT.*Il luſingare.*GE.Das ſchmeichlen/liebkoſung.HIS. *Liſonja ò halago.*AN.*Flattering,faire ſpeaking.*}*Lucret.lib.2.*Vt res per Veneris blanditum ſecla propagent.

Blāndĭtus,a,um,particip.à verba Blandior.*Plin.lib.10. capite 23.* Hanc principio blandita peregrinatione auidè profectam,pœnitentia in volatu cum labore ſcilicet ſubit. Vbi blanditam peregrinationem dixit,pro grata,iucunda,quæque principio adblandiebatur & arridebat.

Blāndŭs,adiectiuum,Placidus & comis in ſermone,& hilaris.{חלק *chalák.* χρηστολόγος,εὐπροσήγορος GALLICE.Plaiſant,attrayant,courtois,gracieux,doux en parler.ITALI.*Piaceuole.*GER. lieblich mit reden/ wolgeſchlacht/freundlich.HISP.*Coſa blanda ò halagueña.*ANG. *Faire ſpeaking and pleſant.*}*Cicer.ad Attic.*Scis me minimè eſſe blandum. [An tu blanda verba eſſe aurum rere?*Plau.Aſin.ſc.1.a.3.*Nemini credo qui largè blandus eſt diues pauperi.*Plaut.Aul.ſc.4.a.1.*Adire blandis verbis.*Plau.Pſeu.ſc.5.a 1.*Non temerarium eſt vbi diues blandè appellat pauperem.*Plaut.Aul.ſc.4.a.1.*Salutat me blandius.*Ibid.* Et pro delictis hoſtia blanda fuit.(i.exorauit.)*Ouid.5.Faſt.*Nuſquam meretrices blãdiores gentium.*Plau.Men.ſc.1.a.2.*Iſthæc blanda dicta,quò eueniant, madeo metu.*Plau.Moſtel.ſc.1.a.2.* Inueniet eadem blandi præcepta Properti,*Oui El.l.1.2.Triſt.*]*Terent.in Hec.* At tu ecaſtor morem antiquum obtines,Vt vnus hominum homo te viuat nunquam quiſquam blandior *[Blandiſſimus puer:*Senec.l.6.de Conſol.ad Elb.*] *Blandus amicus,cui opponitur Verus.*Cic.de Ami.*Secerni autem blandus amicus à vero,& internoſci tam poteſt adhibita diligentia quàm omnia fucata & ſimulata à ſynceris atque veris.

Blāndŭlus,a,um,diminutiuum ab adiectiuo Blandus.

Blāndē,aduerbium.{λίαν,μειλιχίως.GALLI.Doucement,gratieuſement, courtoiſement.ITA.*Piaceuolmente.*GER.lieblichen/freundlicher weiſſe. HIS *Liſonjera,ò halagueñamente.* ANG. *Pleſantlie,with faire wordes.*}*Cic.ad Atticum,*Sed amabo te mi Attice:videſne quàm blãdè?*Idem pro Cluen.*Tum appellat hilari vultu hominem Bulbus,vt blandiſſimè poteſt.

Blāndĭtĕr,Idem quod blandè.*Plaut. Pſeud.*[*ſc.1.act.5.*] Magis cogito, ſæuiter,blanditérne alloquar.[Compellando blanditer. *Idem Aſin. ſc.3.a.1.*]

Blāndĭcŭlus,& Blandicellus.{ANG.*That ſpeaketh ſomewhat pleſantlie.*} Diminutiua ſunt à Blandus:ſicut ab eo quod eſt Mollis,fit Molliculus & Mollicellus.Nam blandicus & Mollicus(à quibus nonnulli hęc tra hi voluerunt) Latinæ linguæ periti non agnoſcunt.Inde Blandicella verba,*apud Feſtum.*

Blāndĭdĭcus,Qui blandè loquitur.{חלק *chalák.* χρηστολόγος.GAL.Parlant doucement.ITA.*Chi da belle parolle.*GER Der liebliche vnd glatt wort gibt.H.*El que habla con liſonja.*AN.*That ſpeaketh ſweetlie.*}*Plaut.Pœnul.* Nunc mihi blandidicus es:heri in tergo meo tres facilè corios contriuiſti bubulos.

Blāndĭfĭco,Blandum facio.*πάω Perottus.*

Blādĭloquus,pen.cor. Blanda verba loquens,ad voluntatem dicens. {חלק *chalak* χρηστολόγος.GAL.Beau parleur,parlant doucement.ITAL. *Luſinghiere.*GER.Ein liebkoſer/ der feyne/ſüſſe/vnd lieblich wort braucht: HIS.*El qui habla liſonjas,ò halagos.*AN.*Afaire and pleſant ſpeakerà* vt vox blandiloqua.*Sene.in Agam* Quid voce blandiloqua mala conſilia dictas?

Blāndĭlŏquēns,pen.cor.Idem *Macro.2.Satur.*Submiſſa placidè blandiloquens oratio.

Blāndĭlŏquentŭlus,Diminutiuum,*Plau.Trinum.*

Blāndĭlŏquentĭa,æ. {חלקה *chelkáh.* χρηστολογία.GA.Doux langage,beau parler,papelardiſe.IT.*Parlar placeuole & gratioſo.*GER. Ein liebliche/ ſüſſe oder angenãme red.HIS.*Hablar de liſonjas.*ANG. *Flatering,faire ſpeaking.*} *ic.3.de Nat.deor.*Nam & ego illis ſupplicarem tanta blandiloquentia.

Blāndĭmentum,ti,Idem quod blanditia,Oblectamentum,illecebræ,χρηστολογία,ἐπωδή.*Cicero pro Calio,*Multa enim blandimenta nobis natura ipſa genuit.

Blāndĭtĭa,æ, & Blanditiæ,tiarum,Adulatio,illecebræ. {חלקות *chalakóth.*חלקלקות *chalaklakkóth,*χρηστολογία,ἐπωδή.GAL.Flatterie,blandiſſement.ITA.*Careſſe,lanſighe.*GE.Schmeichlende red.HI.*Liſonjas,ò halagos.*ANG *Flatterie.intyſement.*}*Plautus in Bacch.* Viſcus merus veſtra eſt blanditia.[per blanditias quid dicere,*Suet.in Neron.capite 34.* Blanditiæ de blandis appellationibus.*Suet.in Auguſt.capite 53.* Blanditiæ dulces & pueriles.*Senec.c.5.de Conſol.ad Mart.*]*Cicero pro Planc.* Facilis eſt illa occurſatio,& blanditia popularis:aſpicitur,non attrectatur.*Idem primo de Finibus,*Blanditiis præſentium voluptatum delíniti atque corrupti.

BLĀNDŬSĬA,In agro Sabino regio eſt,in qua Horatius habuit villam,& in ea fontem,quem celebrat eleganti carmine,cuius principium eſt, O fons Blanduſiæ ſplendidior vitro,&c.

Blāpsĭgŏnĭa,βλαψιγονία,quaſi prolis detrimentum.Quùm apes morbo,ignauia,aut infœcunditate naturali fœtum non peragunt.*Pli,l.11.cap. 19.*A βλάπτω noceo & γόνος fœtus ſiue proles.

BLĀSCŌN,βλάσκων,Inſula in Rhodani oſtio,prope Metinam.*Pl.l.3.c.5.& Strabo l.4.*{GE.Ein Inſel im auſlauff deſ ſtuß Rodani.}

Blāsphēmĭa,pen.cor.Execratio,maledictio,vituperatio,conuicium,& quaſi nocens dictum,ſacrilega infamatio,vel obtrectatio nefaria. Budæus,{נאצה *neatſáh* גדוף *ghiddúph.*βλασφημία.GAL.Blaſpheme. ITA. *Beſtemmia.*GER.Ein leſterung.HIS. *Maldicion,maldezimiento.* ANG. *Blaſpheme.*}

Blāsphēmo,as,penultima producta. Significat execror,maledico, & verbis calumniam infero, ac dignitati honoríque alterius derogo. {נאץ *niets* גדף *giddéph.*βλασφημῶ.GALL.Blaſphemer.ITAL. *Beſtemmiare.*GERM.Leſtern.HISPA.*Maldezir,mal agorar.*ANGL.*To blaſpheme.*}

Blātĕro,as,Blatio,is.{צפצף *ſiphtſéph.*τραυλίζω,ψελλίζομαι. GALL. Babiller,parler mal,begueyer.ITA.*Parlare goffamente,cinguettare.*GERM. Pladeren/ſchwätzen/vnnutze vnd vnſletige reden treyben.HI.*Hablar vana y vaziamente.*ANG.*To blable,to ſtammer in ſpeach.*}Veteres dicebant pro inconditè & inaniter loqui:vt ſunt,qui extra propoſitum loquuntur,vel verba immoderata emittunt,& quorum lingua (*vt ait Cel.l.1.c.15.*)tam prodiga,infrænisque ſit,vt fluat ſemper & æſtuet col

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

luuionem verborum teterrimam. Hoc hominum genus Locutuleios, & Blaterones, & linguaces Latini dixerunt. *Plaut. in Amphi.* Qui malum, intelligere quisquam potis est, ita nugas blatis? *Idem in Aulul.* Vbi tu es, quæ blaterauisti iam vicinis omnibus, me meæ filiæ daturum dotem? Sunt autem factitia verba, à camelorum voce tracta, qui quum vocem edunt, blaterare dicuntur. Quidam tamen à Græco deducunt, apud quos βλάξ, dicitur, qui se inaniter iactat: quapropter c, literam ad dentes, blacteronem & blacterare existimant scribendum *Oui. de Philomela* (si tamen credamus hoc carmen esse Ouidij) produxit, Blacterat hinc aries, & pia balat ouis. *Horatius in sermo.* siue c, & prima corr. Audit, quum magno blateras clamore, furisque.

Blătĕro, onis, Homo immoderatæ loquacitatis, & iactantiæ: à blaterando dictus. {מְשַׁפְתֵּי *méiſaphiſeph.* βλάξ. GAL. Babillart, bauard, languart. IT. *Cicalone, ciarlone.* GERM. Ein plauderer/ein klappermann. HIS. *Hablador, parlero y mentiroſo.* ANG. *A babler.*} *Gell. lib. 3. c. 15.* Nec minus insigniter veteres quoque nostri, hoc genus homines in verba prouectos, loquutuleios, & blaterones, & linguaces dixerunt.

Blătĕrātŭs, inaniter effutiuus. *Ap. in Apo.* Quæ & si possent ab his vtiliter blaterata ob mercedem, & auctoramenta impudentiæ deprehensa haberi.

Blătta, Vermis qui alucaria lędit: à βλάπτω, noceo. {DD *ſas* עש *haſch.* σίλφη. GAL. Vermine, comme cloportes & semblables qui rongent les liures & habillemens. IT. *Tarma.* GERM. Ein ſchaben/oder ein klein wurmlin/ oder mötlin. HISP. *Polilla.* ANGL. *A mothe, a worme that eateth clothes or bookes.*} *Col. lib. 10.* appellat Lucifugas blattas. *Mart.* tamen posuit pro verme libros & vestes rodente. Constrictos (*inquit*) nisi das mihi libellos, Admittam tineas, truceisque blattas *Horat. in Serm.* cui stragula vestis Blattarum ac tinearum epulæ putrescit in arca. ¶ Blatta etiam ponitur pro purpura. *Sidon. in Paneg.* Pontus castoria, blattam Tyrus, æra Corinthus. ¶ Blattam recentiores scriptores vermiculum Bombycem intellexerunt, cuius textu vestes sericæ conficerentur: vnde Blattea vestis, & Blatteum paludamentum apud Lampridium, Capitolinúmque, pro serico & pretioso: vel (*vt Paulus Ægineta*) pro purpura: quoniam Indicum conchylium vulgò Blatta dicitur. Sic Cassiodorus in Epistolis Blatteum pro purpureo cepit; Chamæleon (*inquiés*) modò prasina, modò cyanea, modò Blattea varietate se commutat.

¶ Eutropius scribit Neronem solirum piscari reti aureo blatteis funibus annexo: quum ab Orosio dicatur purpureis. ¶ A quo colore Blatta etiam frumentum dicitur, quòd rubidum sit, fementi accomodatius in purpuram declinans. ¶ Blattæ lucifugæ Virgilij, nigra animalia sunt scarabeis vel gryllis simillima, velocia, quæ interdiu delitescunt. Græci σίλφας vocant.

Blāttārĭŭs, adiect. *Seneca epistola* 17. At nunc blatteria vocant balnea, si qua non ita aperta sunt, vt totius diei solem fenestris amplissimis recipiant.

Blāttārĭa, Herba est verbasco similis, foliis minus candidis, cauliculis pluribus flore luteo: hæc abiecta blattas in se contrahit: vnde & nomen accepit. *Plin. lib. 25. c. 9.*

Blāttĕŭs, a, um, Purpureus, {πορφύρεος. GALL. Rouge, vermeil. ITAL. *Rosſo.* GER. Purpurfarb. HIS. *Roxo ò vermejo* ANG. *Purple coloured, redde.*} *Eutropius in Nerone*, Nero incitata luxuria fuit, vt qui exemplo Caligulę frigidis & calidis lauaretur vnguentis, hamis aureis argenteisque piscaretur, quæ blatteis funibus extrahebantur. *Suet.* vocat purpureos, Piscatus est (*inquit*) reti aurato, purpura, coccóque funibus nexis. *Orosius*, Luxuriæ, inquit, tam effrenatæ fuit Nero, vt retibus aureis piscaretur, quæ purpureis funibus extrahebantur. *Cassiodorus in Epist.* Chamæleon modo præsina, modò cyanea, modò blattea varietate se commutat.

Blāx, Stolidus, mollis, delicatus, lasciuus, qui nescit res discernere, & qui se inaniter iactat. *Festus.* {מְלוּכָּד *ſaruách* βλάξ. GAL. Luxurieux, delicat. ITA. *Troppo delicato, pazzo.* GER. Ein thor/dölpel/vnflat. HI. *Luxurioſo, delicato, Bouo.* ANG. *Foolish, luxurious, delicat.*}

Blēchnōn, βλήχνον, Dioſco. Herba est notissima, { quam Græci πτερίδα, Latini Filicem appellant. ANGL. *Abrake or fearne.*} *Vide Plin. lib. 27. cap 9.*

Blēchon, {βλήχων. ANG. *wilde peniriall.*} *Plin.* Syluestre est pulegium, simile origano, minoribus foliis quàm satiuum: quod à pecore gustatum balatum excitat: vnde etiam literæ vnius commutatione γλήχον appellatum est, ἀπὸ τοῦ γλήχειν. sic enim Græci pulegium vocant. *Vide Plin. lib. 20. c. 14.*

BLEMMYES, *Plin. lib. 5. c. 8.* siue Blemyes vnicorn. βλέμμυες, *Stephan.* Populi sunt in Æthiopia versus Austrum, capitibus carentes, ore & oculis pectori affixis: ita dicti, (*Steph. teste*) à Blemye quodam, vno ex tribus ducibus, qui sub Dionysio in iis regionibus militarunt. Hi alio nomine Bleptæ vocantur.

BLĒMNAĒ, narum. Populi sunt Africæ, faciem in pectore habentes. {GER. Wölcker in Africa die das angeſicht an der bruſt habēd.} *Claudianus*, -errat per Meroen, blemnásque feros, atrámque Syenem. Quo tamen loco Blemyas legendum crediderim. *Vide in præcedenti dictione.*

Blennōs, Stulto, esse *Plaut. in Bacchid.* indicat, qui ait, Stulti, stolidi, fatui, fungi, bardi, blenni, buccones *Festus.*

Blĕpharo, {βλεφαρώδης. A. *That hath great eye liddes.*} Dicitur supercilio fus homo, qui habet supercilia magna. *Plau. in Amph.* Raptant pro mœchis Blepharo captus arbiter.

BLEPTAĒ, βλεπταί, Populi Africæ, sine capitibus, habentes oculos in pectore. Eosdem & Blemyas vocat *Pomp. lib. 1.*

BLERANI, Italiæ populi in tractu Hetruriæ Cortonensibus, & Capenatibus vicini. *Autor Plin lib. 3. c. 5.*

Blesti, quibus extrorsum sunt crura, sicut rœdi, quibus introrsum sunt, *autor Ptol.*

Blĕsŭs, seu Blæsus est, qui literam aliquam exprimere non potest, eámque non quamlibet, sed certam.

Blotes, Species calceamenti dicta, quòd pedes offendat.

Blĕtrā, βλίτρα, appellare solent Græci, offendentia præsertim pedes.

Bletrus, Herba. *Vide* Blechnon.

BLITERAE, Oppidum prouinciæ Narbonensis, *de quo Plin. lib. 3. c. 5.* Mediterraneo (inquit) colonia Arelate Sextanorum, Bliterę Septumanorum, Arausio Secundanorum.

Blitum, vel Blitus, vel Blætum, differenter dicitur Græcè & Latinè. erumpit ocyssimè bliti semen, vt bletæ corticeum, copiosum racemosúmque arripiat, radice non vna crassa in rectum tendente, vt betha & lapathon, & maxima pars olerum, sed continua, multiplici, ac prolixa insipidum & sine acrimonia. duorum generum habetur, rubrum & candidum. Nullum in morbis aut sanitate vsum habet, in aliquibus tamen locis vulgari plebeculæ edendo est.

Blītum, {βλίτον *Dioſcoridis*, βλίτος *Suidæ.* GAL. Blete. ITAL. *Bledoni, blito.* GERM. Ein gattung Rôſ oder mangolte. HISP. *Bredos.* ANG. *The hearbe ſpinach.*} Olus est betæ foliis, *teste Hermolao*, iners nulliúsque saporis aut acrimoniæ. [Apponunt brassicam, betam, blitum. *Plau. pſſc. 2. a. 3.*] ¶ Inde Blitum dicitur, quod vile est & nullius pretij. Vnde apud Menandrum (*teste Plin. lib. 20. c. 21.*) vxores per conuitium blitęæ vocantur à maritis, & *apud Plaut. in Truc.* Merettix blitea.

B ante O

B.O. In notis antiquorum BEN è, optimè. BN. EM. Bonorum. emptores B.P. Bona possessio, vel bonorum possessor. B.P. Bona paterna. B.P.C pecunia B.P. Bonum publicum, vel bona paterna, vel bonorum potestas. B.Q. Bona quæsita.

Boă, æ, Serpentis genus est, quod in miram magnitudinem excrescit: ita dictum, quòd lactis bubuli succo primùm alatur. De hac scribit *Plin. lib. 8. c. 14.* Faciunt his fidem in Italia appellatæ boæ, in tantam magnitudinem exeuntes, vt diuo Claudio principe, occisæ in Vaticano solidus in aluo spectarus sit infans. Aluntur primò bubuli lactis succo: vnde & nomen traxere. *Hæc ille.* ¶ Est etiam Boa morbi genus, quum corpora papularum multitudine rubent, à simo bubulo, cuius hitu maximè tollitur, ita dictum. *Plin. lib. 28. cap. 18.* Boas simus bubulus abolet: vnde & nomen traxere. *Idem libro vigesimo quarto, cap. 11.* Ebuli folia contrita, & è veteri vino impota, boam sanant, id est rubentes papulas. creditur hic morbus esse, qui pueros præcipuè infestat, quem *Rubellam* vocant.

Bŏăgrĭŭs, βοάγριος Locrensium amnis, siue potiùs torrens, qui Thronion vrbem præterfluit: interdum tam exiguus, vt ne pedes quidem transeuntis tingat: interdum tam latus, vt ad bina diffundatur iugera. *Strabo lib. 9.*

Bŏālĭă, Boarius, *Vide* BOS.

Bŏārĭa lappa, Herba nota, cuius radix è vino pota, articulis mirificè prodest.

BOAVLIA, βοαυλία, Vrbs Scythiæ. *Stephan.*

[Boblicola. Poblicolam siue Publicolam antiqui Boblicolam vocabant. *Teren. Scaur. de Orthogr.*]

BOVIVM, Oppidum est ad Apœnini iuga situm, vbi cœnobium *dicitur* à Theolinda regina Longobardorum extructum: quo in loco nuper huiusmodi libri reperti sunt: Rutilius Numatianus, Heroicum Sulpitij carmen, LXX. epigrammata, Terentianus Maurus de literis, syllabis, & metris omnis generis, Cæsius Bassus, Velius Longus de Orthographia, Adamantius Martyrius de litera muta B, & V, vocali. Probi Catholica, Cornelij Frontonis Elegantiæ Latinæ, Seruius grammaticus de litera, Liber persimilis Iulio Polluci de vocabulis rerum, Paraphrasis super sex Virgilij libris, Trium Eclogarum Virgilij enarrationes: & alia præterea multa, quæ Volaterranus enumerat.

BONONIA, βονώνεια, Vrbs Iraliæ, *Steph.*

BOCALIVM, Arcadiæ oppidum est, iuxta Megalopolim & Catinam, *teste Plin. lib. 4. c. 6.*

Bŏcās, *inquit Festus*, Genus piscis: à boando, id est clamando appellatum. *Hæc ille.* βῶκες (*vt ex Speusippo annotauit Hermolaus*) sunt leucomænides, hoc est mænæ candidiores, quas nos *Girros*, siue *Girrulos* vocamus.

BOCATIVS, Scriptor Italus fuit, sua lingua quàm Latina tersior. Scripsit Latinè Genealogiam deorum, de illustribus mulieribus, item de fluminibus & montibus, & pleraque alia sua lingua.

BŌCCHŪS, Rex Mauritaniæ fuit & Getuliæ, qui Iugurtham Syllæ tradidit. *Vide Sallustium in Iugur.* [*Plutar. in Mario, & Sylla.*]

BŌCCHYRIS, pen. prod. βόκχυρις, Rex quidam fuit Ægyptiorum, qui iustè sinceréque iudicasse fertur, adeò vt eius nomen in prouerbium venerit iustissimè iudicantium.

BOCCORI, qui & Concordienses, Populi Lusitaniæ, *teste Plinio libr. 4. cap. 22.*

BOCCENES, Sardiniæ populi, *teste Plin. l. 3. c. 7.*

BOCCHIANA, Oppidi nomen Troglodytarum apud *Plinium libro 6. capite 29.* in descriptione sinus Maris rubri, Troglodytici & Æthiopici.

BODERIA, *Ptolemæo*, Æstuarium maris Britannici, *Tacito* Bodotria dictum *in vita Agricolæ.*

BODINCOMAGVM, Oppidum est ad Padum, alio nomine Industria: ita dictum à Pado, qui Ligurum lingua Bodincus fuit appellatus, quasi fundo carens. *Plin. lib. 3. c. 16.*

BODINCVS, Ligurum lingua dictus fuit Padus fluuius, propter immensam altitudinem, & quasi fundo carens. Vide in præcedenti dictione. {GERM. Der boden loſ/ fluß in Italia/die po genant.}

BODONAEVS, *Vide* Dodone *in Steph.*

BODONA, βοδώνη, Vrbs Perrhebiæ, vel potiùs Thessaliæ. *Steph.*

BODOTRIA, *Vide* Boderia.

BŌĔĂ, Oppidum est Peloponnesi in sinu Argolico, non procul ab Epidauro, vt scribit *Plinius libro quarto, capite 5.* in descriptione Achaiæ.

BOĒBE, βοίβη. Oppidum est Cretæ, non procul à Gortyne. *Steph.* ¶ Est & Bœbe Thessaliæ oppidum, lacui adiacens, qui ab eo Bœbeis appellatur. *Strab. lib. 9.*

BOĒBIS, idis. siue Bœbias, adis, siue Bœbeis, idis, βοΐβη, ἡ βοίβιας, ἡ βοιβηὶς λίμνη. *Stephano*, Lacus in Thessalia ad radices Ossæ. *Lucanus lib. 7.* Ire per Ossæam rapidus Bœbeida sanguis. *Valer. Flac.* Perderet & pingui miseros in Bœbide crineis.

BOEMIA, Regio Germaniæ, trium ferè dierum longitudine, & totidem latitudine, Hercynia sylua vndique cincta, & Albi fluuio irrigata: ab Oriente spectans Morauos, ab Arcto Saxones, ab Occidente Noricum, à Meridie superiorem Pannoniam, quę Augustria hodie dicitur.

{GAL.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

{GALL. Boheme. ITA. & HIS. *Boemia.* GE. Böhem. ANG. *Beame, the name of a cuntree.*} ¶Huius incolæ Boëmi appellantur, lingua & moribus à Germanis omnibus distincti. *Vide plura de hu apud Æneam Sylvium*, qui Boëmorum historiam conscripsit.

BOĒTĬA, βοιωτία, Regio est in finibus Græciæ, Eubœæ insulæ obiecta ab Attica autem Cithærone monte discreta. {GER. Ein landtschafft in Griechenland/nach bey der Inſel Euboea ſo jetz Nigropont heißt gelegen} ita dicta (vt nonnulli putant) à boue, cuius ductu Cadmus peruenit ad eum locum vbi postea Thebas Bœotias condidit. Ad quam nominis rationem alludit. *Ouid. 13. Metamorp. quum ait*, Bos tibi, Phœbus ait, solis occurret in aruis Nullum passa iugum, curuique immunis aratri: Hac duce carpe vias, & qua requieuerit herba, Mœnia fac condas, Bœotiáque illa vocato ¶Alij alias afferunt nominis huius rationes: *quas vide apud Stephanum.* ¶Olim etiam Aonia dicta est, & Ogygia, & Hyantis, & Messapia, & Cadmeis *Thucydidi.* ¶Hinc Bœoti, βοιωτοὶ, dicti sunt regionis huius incolæ, qui stupiditatis, & crassi ingenij nomine malè audierunt. Hinc est illud *Horat. lib. 2. Epist.* Bœotûm in crasso iurares aëre natum.

Bœotĭus, a, um, adiect. *Cic. 1. de Diuinat.* Quod & somniantibus sæpe contingit, & nonnunquam varicinantibus per furorem, vt Bacis Bœotius, & Epimenides Cres. ¶Bœotia auris βοιώτειον ὠς. In pingui iudicio hominem quadrat: Bœotorum stoliditas compluribus prouerbiis locum fecit. Similimum illi, Auris Bataua, *Diogenianus meminit Adagij.* Bœoticum ingenium, βοιωτικὸς, pro stupido & stolido Quicquid enim insulsum esset ac stolidum, id Bœoticum dicebatur. *Lucian in Ione Tragœdo*, λέγεις τὸν εἰρηκότα ἢ δεινὸς βοιωτικὸν, id est, Istud quod dixisti, prorsus agreste est & vehementer Bœoticum. *Horat in Epist.* Bœotûm in crasso iurares aëre natum. ¶Eundem sensum habet, Bœotica sus, ἡ βοιωτία ὗς. Vetustissimum adagium. Qui enim priscis temporibus Bœotiam regionem incolebant, ὕες appellabantur, gens barbara & agrestis: proinde quidam deprauata voce pro, ὗες, ὗας, id est sues appellabant Idque scomma cessit in prouerbium. ¶Bœotica cantilena, βοιώτιος νόμος, dicebatur si quibus rerum initia tranquilla ac prospera fuissent, posteriora turbulenta ac tristia. Natum ex historia: nam Bœorij primùm liberam ac pacatam agebant vitam: deinde mortuo Laio in varias calamitates inciderunt, vt illorum cantilena à læto initio in luctum desisse videatur. *Citatur à Zenodoto.* ¶Bœotica ænigmata, βοιώτια αἰνίγματα, dicebãtur obliquè atque obscurè dicta, quęque perdifficilè percipi possent.

Bœōtĭus, a, um, aliud adiectiuum. *Oui. 12. Met.* Bœotáque tellus Aulide piscosa puppes tenuisset ituras.

Boëthi, Adiuratores. {עזרים *Bozerim.* βοηθοί. GAL Qui donnent aide, secourables. ITALI. *Coadiutori* GERMAN. Ein mithelffer HISPAN. *Los que ayudan, ayudatores.* ANGL. *That which aideth or helpeth.*} Ἀπὸ τοῦ βοηθεῖν, hoc est ab adiuuando. Vnde scribarum adiutores Boëthi vocantur ab Imperatore *in l. Vnicuique. C. de prox. sacr. scrin* Hinc etiam Seuerinus Boethius dictus est, non Boetius, vt vulgò scribitur.

BOETHIVS, Zenone imperante ob affectatæ libertatis suspicionem à Theodorico rege auxilio damnatus, deinde custodiæ traditus, plura conscripsit. Tandem simul cum Symmacho Senatore, socero suo, aliisque præstantibus viris interficitur, *vt ait Eusebius.*

BOETHVS, ineptus quidam poeta fuit Tarsensis, qui Philippensem Antonii victoriã carmine conscripsit: quo nomine præter alios summos honores, quibus ab illo est affectus, gymnasii etiam Tarsensis præfecturam est assequutus. *Strab. lib. 14.*

BOETVS, *vt inquit Strabo*, Hispaniæ fluuius, ex eisdem nascens locis, ex quibus Anas, & Tagus.

BOGADIVM, *Ptolemæo* oppidum est Germaniæ, quod hodie Forſtfleiß vocatur.

BOGES, Fortissimi cuiusdam Persæ nomen est; qui ab Athenienſibus obsessus, quum nihil commeatus supereſſet, maluit vxorem primùm & liberos, deinde seipsum interficere, quàm viuus in hostium manus peruenire. *Hero lib. 7.*

BŌGVD, dis, pen. corr. Rex fuit Mauritaniæ Tingitanæ, quæ ab eo Bogudiana vocata est, *teste Plin. li. 5. c. 2.* ¶Fuerunt autem plures eiusdem nominis, ex quibus postremus fuit, qui in Actiaco bello Antonii partes sequutus, ab Agrippa supplicio affectus est. *A Strabone* Bogus dicitur *lib 8.* barbara voce in suauiorem sonum, & terminationem declinationi aptiorem transmutata.

Bŏĭæ, arum, {πέδαι. Genus vinculorum tàm ligneorum quàm ferreorum, *teste Festo*, seu torquis damnatorum, quòd quasi iugum in boue sit. *Plin. in Asin. fo. 2. a. 3.* Carceres, numellas, pedicas, boias, tortoréſque acerrimos. [*Idem Capt. fo. 1. a. 4.* Et Boius boiam terit.]

BOĪĀNVM, hodie Boiano, Oppidi nomen est inter Samnites, *Ptolemæo.*

Bŏĭi, βοῖοι, *Strab.* Populi fuerunt Galliæ Lugdunensis, *teste Plin. lib. 4. cap. 18.* qui putantur agri Borbonien sis tractum incoluisse. Hi postea Alpes transgressi, iuxta Padum consederunt, vbi & Laudam Pompeiam vrbem condiderunt, *teste eodem l. 3. c. 17.* Iidem postea à Romanis expulsi, in Germaniam se contulerunt, *teste Strab. lib. 7.* vbi Hercyniæ sylvæ partem incoluerunt quæ Pannoniis proxima est: quæ regio ab eis primùm Boiohemia, & postea abiectis aliquot literis Boemia appellata est, quod sonat nihil aliud quàm Boiorum patriam.

BOIN, Oppidum Africæ, in tractu Cyrenaico. *Plin. lib. 5. c. 5.*

BOION, Βοιὸν *Stephano*, Doridis oppidum in Græcia, *teste Plinio libro 4. ca. 7.* Doris (*inquit*) in qua Sperchios, Erineon, Boion, Pindus, Cytinum.

BŌLĂ, βῶλα, *Stephano*, Oppidum agri Campani in Italia: cuius meminit *T. Linius.* Vnde Bolani, Coriolanis & Fidenatibus vicini, *apud Plin. libr. 3. ca. 5. Virg. 6. Æneid.* Pomerios, castrúmque Iuui, Bolámque Corámque,

BOLBITINA, βολβίτινα, Vrbs Ægypti.

BOLBVLAE, Insulæ nomen in mari Ægeo, non procul à Teo: *vt refert Plin. in descriptione insularum ante Asiam, lib. 5. c. 31.*

BOLBITINVM, *à Plin. li. 5 c. 10.* numeratur inter ostia Nili.

Bolbiton, ti, {פרש *péresch.* βόλβιτον. GALL. Fiens de bœuf. ITAL. *Letame di boue.* GERM. Kinder mist/Kuh mist. HISP. *Estiercol de buey.* ANGL. *Oxen dung.*} Græcis fimum significat, & propriè bubulum: vnde Imbulbitare dictum putat *Festus*, pro eo quod est, puerili stercore inquinare. *Plin. lib. 28. cã. 17.* Fimi ceruini, maximè subulonis, sed & bubuli, de armentinis loquor (quidam Bolbiton vocant) cinis, cochlearium trium in mulsi hemina bouis fœminę in mulieribus efficax, & ex altero sexu in viris.

BOLENTIVM, Pannoniæ superioris oppidum est *apud Ptolem.* quod illi sua lingua Rächelspurg vocant.

Bolēnĭa. Gemma quæ nimbo inuenitur glebæ similitudine. *Plin lib. 37. c. 10.*

[Boletaria genus vasis *Martialis Epigramm. 101. l. 14. & interpr. in Sat. 11.*]

Bŏletus, βωλίτης, Ægineta genus fungi, inter omnes optimi: de quo abũde *Plin. lib. 22. c. 22. Iuuen.* Vilibus ancipites fungi ponentur amicis Boletus domino, sed qualem Claudius edit. [*De eo Suet. in Claud. c. 44.* Boleti & ficedulæ certamen. *Suet. in Tiber. c. 43.*]

BOLINE, βολίνη, Vrbs Achaiæ. *Steph.*

BOLINGAE, Populi sunt Indiæ. *Plin. lib. 6. c. 19.*

Bŏlis, idis, hasta missilis, iaculum. {βολὶς. GALL. Vn flambeau comme vn dard apparoissant en l'air. ITAL. *Dardo.* GERM. Ein schäfelein/ein pfeyl. HI. *Eli ii, o, qüe se lança à embia.* ANG. *A flamme like a dart appering in the aire.*} παρὰ τὸ βάλλω, iacio. Ad cuius similitudinem faces quædam igneæ bolides vocantur, quæ in suprema aeris regione gignuntur. *Plin libr. 2. cap. 26.* Duo genera earum: lampades vocant, plane faces: alterum bolidas, quales Mutinenſibus malis visum est. Distant, quod faces vestigia longa faciunt priore ardente parte: bolis verò perpetua ardens, longiorem trahit limitem. ¶Bolis βολὶς. GALL. Vn poids attaché à vne corde, qu'on iette en la mer pour sçauoir ſi on est pres ou loin de la terre, vne sonde. ITA. *Vn piombo ò pelo legato ad vna corda per tentare & tastare il fondo della acqua.* GE. ein bleyklotz an ein schnur gebunden / mit dem man die tieffe des meers ergründet. HIS. *La sonda ò sonda para medir el agua.* ANGL. *The sounding lead, or plommet which is lett doune into the water to trie the ground.*} etiam est pendiculum nauticum, hoc est funis cum plumbeo aut ferreo pondere annexo, quo nautæ maris altitudinem explorant. *Eius meminit Lucas in Act. Apost.*

BOLISSVS, βόλισσος, Vrbs Æolica in edito sita, prope Chium. *Steph.*

BOLOGESIA, βολογησία, vrbs iuxta Euphratem, à Bologesso rege condita. *Steph.*

BOLOGESIPHORA, βολογησιφόρα, Vrbs Persica. *Step.*

BOLVRVS, βόλυρος, vrbs Tralleorum in Illyria; & aliæ Thesphrotiæ. *Stephan.*

Bŏlus, pen. prod. cuiusque rei frustum. {בצע *path* βῶλος. GALL. Vn morceau, vne bouchee. ITAL. *Boccone.* GER. Ein stuck von einem ieden ding. HISP. *Pedaço ò parte de ventero.* ANGL. *A morsell, gobbet, or lampe.*} Cui iusque rei frustum: vnde Bolum terræ, glebam dicimus: Bolum argenti massam argenteam. *Terentius Heaut.* Crucior, bolum tantum mihi ereptum tam subitò è faucibus. Quod dici solet, *inquit Erasmus in Chiliad.* quoties commoditas, quæ iam propemodum tenebatur, inopinatò præripitur: translatione, (*vt ait Donatus*) ab animalibus sumptâ, quibus aufertur præda. ¶Ne bolus quidem relictus, οὐδ' ἔγκοος λάπαθος, hoc est, nec vel pauxillum. ¶Tribus bolis. *Plaut. in Curc.* Si vis tribus bolis, velim chlamydem. Tribus bolis dixit; pro compendio, quasi tribus verbis. Nam bolum *Terentius* accipere videtur pro eo quod Græci vocant βλωμόν. Quod autem continuò deuoratur, tribus bolis edi dicitur. ¶Bolus autem penult. breui, iactum significat, vel rete ipsum piscatorium quod Fundam vocamus; *Plaut. in Rud.* ô Neptune lepide, salue. Nec te aleator vllus est sapientior: pro facto Nimis lepidè iecisti bolum, periurum perdidisti. Verba sunt Trachalionis serui ad Neptunum exist mantis lenonem naufragio periisse. Perdere autem, perimere & euertere interdum significat: vnde iocus resultat. Aleatores enim & piscatores bolum iaciunt. Perdidisti igitur Neptune hominem perditissimum, id est lenonem maximè perdendum, propterea Neptune aleam pulchrè iecisti, pulcherrimum iactum fecisti. *Hæc ex Budæo in Pand.*

Bŏlus armenia, βῶλος αἰμωδία, Gleba est terræ, quæ inuenitur in ea Armeniæ parte, quæ Cappadociæ contermina est; colore ochræ, miram ad desiccandum vim habens. Hæc hodie apud nos admodum rara est inuentu. Nam quam Sephasiarii hodie pro bolo Armenia vendunt, aut ex Hispania, aut ex Normannia aduehitur, penè ad rubricam accedens.

BOMAREI, Asiæ populi sunt à Caspiis montibus Orientem versus incolentes, *vt autor est Plin. lib 6.*

Bŏmbăx, A veteribus vsurpatum est pro aduerbio contemnentis, vel negligentis *Plaut. in pseu.* Fur. B. babæ. P. fugitiue. B. bombax. c. fraus populi. B. plaussimè.

BOMBINA, lege Bembina.

Bŏmbŏs, Ciliciæ fluuius. *Plin. lib. 5. c. 27.* Præterea intus flumina Liparis Bombos, Paradisus.

Bŏmbŭs, Sonus tubarum raucus. {המיה *hemjáh* המו *hamon.* βόμβος. GA. Son de trompette, qui n'est cler, ou bourdonnement à mouſches à miel. IT. *Ribumba.* GER. Der bomb/ oder das brommſen einer trommeten. HISPA. *Zumbido, ò sonido ronco.* ANG. *The so vone of a trompet, humming of bees.*} Vox tracta ab ipso sonitu, sicut mugitus boum. *Persius*, Torua Mimalloneis implerunt cornua bombis. ¶Est etiam bombus sonus apum.

Bŏmbilo, as, pen. corr. Bombum emitto. {המה *hamáh.* βομβέω. GAL. Bourdonner ou bruire comme font les mouches à miel. IT *Ribumbare.* GE Rauſchen/oder brumen wie immen. HISP. *Zumbar como las abejas.* ANG. *To humme like a bee.*} *Autor carminis de Philomela.* Bombila ore legens munera mellis apis.

Bŏmbilātĭo, Sonus Apum. AN. *Humming of bees.*

Bombylius. {βομβυλιὸς. AN. *A drone or humming kinde of bee.*} Apis quoddam genus obstreperum, à Bumbo, quem edit, appellatum: ingens, sed ad mellificium inutile: fauos sibi nectit è luto. Hinc prouerbiali figura, Homo bombylius, βομβύλιος ἄνθρωπος, dicitur verbosus, multíque stre pitus, cæterùm inutilis.

Bombilis, Vermis genus est, ex quo necydalus, & deinde bombyx pro-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

creatur. *Plin. libr. 11. c. 12.* Est & alia bombycum origo è grandiori vermiculo, gemina protendens sui generis cornua. Hi erucæ sunt. Fit deinde, quod vocatur Bombylis, ex ea necydalus, ex hoc in sex mensibus Bombyces.

Bombyx, {βόμβυξ. GALL. Ver à soye. ITAL. *Verme da far la seta, bigatto.* GERM. Ein seydenwurm. HISPA. *Gusano della sedaya perfecto.* ANGL. *The silke worme.*} per y, Vermis genus est similis erucæ, qui apud Indiam, Æthiopiam, & Seres in aranearum morem tenuissima fila ducit ad vestem faciendam. Primùm bombylis, deinde necydalus, demum bombyx appellatus. *De hoc Aristoteles & Plinius ferè idem tradunt.* ¶In sex mensibus bombyces telas araneorum mundè texunt, ad vestem luxúmque fœminarum, quæ bombycina appellantur. Primò eas in filum torquere, & rursus texere inuenit mulier Pamphila Latoi filia.

Bombycĭnă, orum, βομβύκια, Vestes sunt tenuissimæ, ex bombyce confectæ. *Mart.* Fœmineum lucet sic per bombycina corpus.

Bombycĭnus, a, um, pen. cor. βομβύκινος. GA Faict de soye de vers. ITA. *Fatto di seta.* GER. Seyden waat/seydenwerck/was auß der wurm seyden gemacht et ist. HI. *Cosa de seda ò de sirgo.* AN. *Made of silke.*} Quod ex bombyce est confectum: vt, Panniculus bombycinus, *apud Iuuen. Sat. 6.* quarum Delicias & panniculus bombycinus vrit.

Bōmĭ, Βῶμοι, Ætoliæ colles sunt quorum incolæ Bomij, Βωμῖοι, commemorantur à *Thucydide lib. 3.*

BOMILCAR, Carthaginiensis fuit, Amilcaris filius, qui quum apud suos in suspicionem venisset, quod cum Agathocle sentiret, in crucem sublatus est. *Vide Iustinum Trogi abbreuiatorem libro trigesimo tertio.*

BOMITAE, Oppidi nomen est in Amano monte, qui Syriam à Cilicia dirimit. *Pl. li. 5. ca. 22.*

Bōmŏlŏchŭs, penulti. corrept. {βωμολόχος. ANG. *A sawcie scoffer, à flatering jester.*} Dictus est apud Græcos qui facilis, atque idem humilis omnia lucri gratia perfert iocando, cauillandóque, quales apud nos Scurræ appellantur, qui vt sumptuosioribus cœnis interfint, à nullo scurrilitatis genere se continent. ¶Sed propriè qui alteri insidiantur vt furentur oblata, quasi περὶ τοὺς βώμους λοχῶντες. *Vide Cal. Rhodig. Antiq. lect lib. 19. c. 6.*

Bona caduca, Bona dea, Bonæ fidei possessor, Bonæ frugi hominem, Bona hereditaria, Bona venia, Boni consulere. *Vide* BONVS.

Bonasus, Βόνασος, pen. product. Fera est quæ, *vt scribit Aristoteles*, in monte Mesapo, qui Pœoniæ ac Mœsiæ limes est, inuenitur, cuius meminit & *Plin. l. 8. c. 15.* Habet caput taurinum, corpus vero & iubas equi: latiore tamen corpore est quàm bos, sed pilo molliore quàm iuba equina, & compositiore, color pili totius corporis flauus, iuba prolixa & ad oculos vsque demissa. Cornua adunca, multo flexu in se recuruata, & pugnæ inutilia gerit, magnitudine palmari: vocem similem boui emittit: caret superiore dentium ordine, crura, hirsuta habet, & pedes bisulcos: Ab Æliano Monops appellatur. Meminit eius & Solinus, qui circa Lydiam & Phrygiam bonasum nasci tradit.

BONAVENTVRA, Franciscanus theologus, ex oppido Bagico regio, ob vitututem & commentarios editos, in Cardinaliũ numerum ex generali (quo nomine, vt peculiari vtuntur Franciscani) à Gregorio X. relatus est. Habitum quo nunc vtuntur Franciscani cardinalis instituit, quum priùs aliorum cardinalium modo incederent. Dum priuatus esset, ne gratis victitaret, sacros aliquot libros scripitare solebat, & custodi tradere mercedis loco venundandos. Postremo à Xysto IIII. in catalogum relatus est. Huius postea libros in Epitomen redegit Gulielmus Fulginas eiusdem ordinis. *Autor Volaterranus.* ¶Fuit item Bonauentura alter eiusdem ordinis Patauinus Cardinalis S. Ciciliæ factus, sub Ioanne XXII. doctrinæ sanctitatē adiecit, vt qui pro martyre ferè colatur, à Carranēsi principe sagitta peremptus, dum Ecclesiæ libertatem contra tyrannos tueretur. *Vtriusque autor Volaterranus.*

BONCHAE, Βόγχαι, Populi Carthenis vicini, inter Euphratem & Cyrum fluuium. *Steph.*

BONCHIS, βῶγχις, Ciuitas Æthiopiæ iuxta tertium cataractem. *Stephan.*

BONICIVS, Præsul Auernensis, vt sanctitate clarus, cuius tunica etiam hodie monstratur, qua à diuina genitrice fuit donatus in excessu mentis, eodémque primùm sacrificauit. *Autor Volaterranus.*

BONIFACIVS, Romanus apud Tarsum Aglaës diuitis viduæ res procurabat, cum qua rem habebat, ebrietate, cæterísque moribus infamis. Factus repentè alius, martyrium sub Diocletiano subiit, relatúsque deinde à seruis Romam, eíque templum in Auentino dicatum, quod & Alexio postea commune fuit. ¶Alius fuit Britannicus natione, præsul Moguntinus, apud Phrysios & ipse martyr, quòd iussu Stephani II. Pontificis Pipinum Caroli patrem regem oleo sacro perunxerit. ¶Alius eius nominis præsul Carthaginensis Zenone imperante. ¶Alius item præsul Ferentinas. Ambo confessores. Quintus præterea martyr Bostrensis, Othonis tertij consanguineus. *Autor Eusebius.* His additur *à Volater.* Bonifacius Africæ comes, sub Honorio Ælij ducis æmulus, Augustino amicissimus.

BONONIA, Βονωνία, Princeps Hetruriæ colonia, Felsina olim vocitata, in octaua Italiæ regione: *vt tradit Pl. li. 3. c. 15.* Vulgò *Bologna.*

BONOSVS, Romanorum tyrannus miræ bibacitatis: de quo *Aureliani* illud celebratur, non vt viueret illum esse natum, sed vt biberet. Hic quantumlibet bibisset, semper securus erat & sobrius, & nunquam non vino prudentior: & quantum bibisset, tantundem reddebat vesica ad æquilibrium. Hunc ad laqueum quum coëgisset Probus imperator, iactatum est militari ioco, Amphoram pendēre, non hominem.

BONVS, Presbyter Romanus, simul cum Fausto & Mauro diaconis, Romæ sub Valerio principe passus, sepulti omnes in via Latina. *Autor Volaterranus.*

Bŏnŭs, na num, (malus. {טוֹב τοῦ ἀγαθοῦ. GALLIC. Bon. ITALIC. *Buono.* GERM. Gut. HIS. *Cosa buena generalmente.* ANGL. *Good.*} *Cicer. 2. Offic.* Vir bonus innumerabilibus officiis & laudibus continetur. ¶Bonum absolutè à Philosophis appellatur, quod sui causa expetitur. Vnde Aristot. τ' ἀγαθὸν hoc est, bonum appetitus sensitiui obiectum facit. Idque dupl. x est, Verum, & Apparens. Voluptas enim corporis tanquam bonum expetitur, non quòd re vera bonum sit, sed quòd eiusiusmodi appareat. Summum autem bonum appellabant, quod esset rerum omnium expetendarum extremum: quod Stoici in vita naturæ conueniente, Epicurei in animi voluptate, siue indolentia, Cyrenaici in voluptate corporis, alij aliis in rebus collocabant. Peripatetici triplicia constituunt bona, animi, corporis, & fortunæ. Quo fit, vt opes & faculeates à nostris etiam Bona, ἀγαθὰ χρήματα appellentur. *Cicer. pro Cecin.* Ad incertum reuocari bona, fortunas possessionésque omnium. *Idem in Topicis*, Mulier, cui vir bonorum suorum vsumfructum legauit. [Bonum pro gaudio, lætitia. *Ouid.* Immunes oculos tanti nec finit esse boni. Item pro voluptate, cui plus vnquam dedistis boni, qui minus sperauerit? Prandi, potaui, scortum accubui. *Plaut. Men. sc. 2 act. 3.* Venus mihi hæc bona dat, *Plaut. pseu sc. 7. a. 2.* Nec haud pœnitet bona dimidium diuidere cum Ioue (deliberis Iphicle, & Hercule) *Plaut. Amphitr.* Bona progenies Drusus. *Ouid. Eleg. 2. libro 4. Trist.* Tua te bona cognita produnt. (candor & facundia) *Ouid. Eleg. 4. libro 4. Trist.* Grandi pecunia, & re bona multa copiosus. *Gell. capite 19. libro 19. & capite 18. libro 10.* Homo non bonæ rei, & vita turpi, *Gell. capite 2. libro 14.* Bonis malisque bellare didici (id est, commodo & damno meo. *Libro 6. D. 4.* Bonum est pauxillum amare sanè, insanè, non bonum est. *Pl. Curc. sc. 3. act. 1.* In re mala si bono animo vtare adiuuat. *Plaut. Capt. sc. 2. a. 3. Plaut. Curc. scen. 1. act 4.* Te esse bonum è vultu cognosco. (id est non mendacem) *Plaut. Aul. scen. 6. act. 4* Meum bonum me, te tuum manear malum. *Plaut. Mostel. scen. 1. act. 1.* Bona facere alicui. Commemorare quæ vobis bona fecissent. *Plaut. prolog. Amphit.* Boni homines atque dies. *Plaut. Curc. scen. 1. a. 4.* Quid ais bone vir? *Plaut. Curc. sc. 2. act. 3* Et iam bone magister, (irridentis) *Gel capite 1. libro 4.* Bonæ frugi, *vide* frugi. Bono modo, *vide* Modus. Ius bonum, *vide* Ius. Bonum facinus, *vide* Facinus. Bona fortuna, *vide* Fortuna. Bona res. *vide* res. Æcastor ambæ. Æquum bonum, *vide* Æquum. Bona scena. *vide* Scena. Bonus mos, *vide* Mos. Bona fides, *vide* Fides. Bona lux, *vide* Lux. Bona verba, *vide* Verba. Bonæ partes, *vide* Partes. Bona quæ propriè appellanda. ex I. C. *Quintil. Declam. 273.* Bonam opinionem eripere alicui. *Senec. capite 2. de Consol ad Polyb.* Si bonam famam seruasso, sat ero diues. *Plaut. Mostel. scen. 3. act. 5.* Bonum esse certum est, quia metuo malum. *Plaut. Men. scen. 6. act. 5. Pl. Mostel. sc. 1. a. 1.* Bono vsui estis nulli, (lenones) *Plaut. Curc. sc. 2. act. 4.* Benè merenti mala es, malè merenti bona. *Plaut. Asin scen. 1. act. 1.* Bono & amplo lucro auctare. *Pl. in prologo Amph.*] Bonum item dicitur, quod exequitur officium suum, quódque actiones suas probè obit. Hinc si virum bonum dicimus, intelligemus probum: si bonum militem, fortem: si bonum imperatorem, prudentem: si bonum Grammaticum, literarum: si bonum Oratorem, facundum: si bonum iudicem, iustum. Sic econtrario, Malum generale est nomen, & turpia simul, & detrimentosa complectens. Vnde malum virum dicimus flagitiosum: malum militem imbellem: & sic de reliquis. ¶Aliquando Bonum sumitur pro bonitate, & humanitate: vt quum dicimus, Ex æquo & bono iudicare. ¶Aliquando pro magno [Bona pars montis. *Ouid. 5. Fast.*] *Salustius*, Bona pars militum inde discesserat. ¶Aliquando pro non vili, quia (*vt Donatus ait*) boni non sunt viles. *Terent. in Phormion.* Illam ciuem esse Atticam bonam, bonis prognatam. ¶Aliquando pro vtili: vt, bonum est pecuniæ parcere. [Bono id futurum est tibi. *Senec. capite 2. de Consol. ad Polyb.* Bono publico aliquid facere. *Liuius libro 34.* Gaudeo si quid propter me tibi euenit boni. *Plaut. Mina. scen. vltim. act. 5.* Benè rem gerere bono publico, *Plaut. Capt. sc. 2. act. 3.* Quid mihi sit boni, si meutiar. *Plaut. Mostel. sc. 1. a. 2.*] ¶Item pro otio & quiete: sicut malum pro labore *Seneca*, Delicatus & bono semper assuetus. ¶Item pro miti, & fauente *Statius*, -tu corda parumper Huc aduerte libens, atque has bonus accipe voces. ¶Item pro pulchro, Vnde forma bona. *apud Terent. in Andr* [Tam bona ceruix (id est formosa) *Suet. in Calig. capite 33.* Bonus dies in bruma (id est pulcher) *Senec.* de vita beata.] ¶Item pro apto & idoneo. *Virg. 2. Georg.* -& bona bello Cornus. ¶Item pro docto *Horatius*, Quandoque bonus dormitat Homerus [*Gell. capite 5. libro 13.* Erāt tunc in eius ludo boni multi. id est, docti.] ¶Bona caduca, In iure ciuili dicuntur ea, quæ deficiente eo, cui iure ciuili debebantur, in alium ceciderunt: veluti quum lex Papia Poppæa iubet, vt quę ad orbos testamentis perueniunt, eorum pars decima fisco attribuere tur. ¶Bona dea, quam veteres Faunam, siue Fatuam, siue Sentam dixēre. ἀγαθὴ θεός. Hanc *Var.* scripsit tantæ pudicitiæ fuisse, vt nemo illam dum vixit, præter virum, mas viderit, nec nomen eius audierit, propter quod illi in operto mulieres sacrificabant, & Bonam deam appellabant. *Vide Alexandr. ab Alexandr. libro 6. capite 8.* ¶Bonæ fidei possessor esse videtur, qui rem possidet non suam, quam tamen suam esse putat, & eum qui vendidit, ius vendendi habuisse, putà procuratorem, aut tutorem fuisse. κακοπιστίας ὑπεικός. Contrà verò Malæ fidei possessorem dicimus, qui nec rem suam possidet, & eam scit suam non esse. ¶Bona fides, ὑπόθεσις, χρησότης: & bona fide, ἀγαθοπιστίως. ¶Bonæ frugi hominem dicimus, cum laude, hoc est, vtilem & bonum, χρηστόν. *Apul. libro 4.* Statui iam dolis abiectis asinum me bonæ frugi dominis exhibere. Hæc loquendi formula vetus admodum videtur, & penè obsoleta: frequentiùs tamen apud Plautum & veteres Iurisconsultos occurrit, quàm vt librariorum culpæ debeat ascribi. Illud tamen dubium non est, vsitatiùs dici Bonæ frugis hominem, quàm Bonæ frugi. Ad bonam frugem redire, hoc est, ad bonos mores, probitatémque. *Reliqua vide infrà in dictione* FRVGI. ¶Bona hæreditaria, quæ hæreditate veniunt. κλῆρος. ¶Bona venia, Dicimus, quod est sine ira, sine indignatione. ὑπεικῶς. *Teren. in Phorm.* Adolescens, primùm abs te bona venia peto. ¶Boni consulere, hoc est, bene statuere, in bonam partem, vt aiunt accipere. {ἀγνωμονεῖν. GALL. Prendre en bonne part. ITA. *Pigliare in buona parte.* GER. Furgut auffnemmen. HIS. *Tomar in buona parte.* ANG. *To tak in good part.*} ¶Boni ad bonorum conuiuia vltrò accedunt, Κ' ἀγαθοὶ μάρτοι δ' ἀγαθοὶ ἀγαθῶν ὅτι ἵενται, id est, Sponte bonis mos est conuiuia adire bonorum. Hexameter prouerbialis, tunc vsurpandus, vbi vir bonus fiducia virtutis & amicitiæ, quæ generalis inter omnes probos intercedit, ad sui similem accedit, non expectatis vulgaribus istis inuitatiunculis. ¶Bona Cilicum ἀγαθὰ Κιλίκων. Subaudiendum, facit aut habet. Conuenit vbi quis malefactis ac fœdis artibus sibi parauit opes. Huic adagio locum fecit Cilicon quidam, natione Milesius: qui pro-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

prodita Prienenſibus Mileto patria, ampliter quidem, ſed fœdè dilatus eſt. Is quum prodítionem moliens rogaretur quidnam eſſet factu opus, reſpondit, πάντ' ἀγαθά, id eſt, omnia bona. ¶Ego ex bono in bonum traductus ſum. Ἐγὼ ὑπὸ τῶν κακῶν εἰς καλὸν μετέβην. *Suidas* indicat dici ſolitum de iis, qui bonum inſtitutum bono commutant. Innuit autem natum à quodam, qui ex bono citharœdo factus ſit poeta tragicus Bonum malum ſit tempore haud datum ſuo, κακὸν τὸ καλὸν ὧν μὴ καιρὸς τύχῃ. Nihil gratum quod intempeſtiuum. Pharmacum in tempore datum ſaluti eſt: ſecus datum, mortem affert. ¶Bonorum myrmecia, ἀγαθῶν μυρμηκία. De imméſis opibus. Nam myrmecia Græcè ſignificat cauernam aut agmen formicarum. ¶Eodem ſenſu dicimus, Bona terræ, τὰ τῆς γῆς ἀγαθά, de bonis & immenſis & omnigenis: quaſi dicas, quidquid terra progignit omnium rerum parens.

Melior, & hoc melius. Comparatiuum à Bonus. {ὁ ἢ τὸ ἀμείνων, κρείττων, βέλτιων. ὁ τὸ ἄμειον, κρεῖττον, βέλτιον. GAL. Meilleur. ITAL. *Megliore.* HIS. *Mejor.* AN. *Better.*} *Cic. Att.* Hircium per me meliorem fieri volunt. *Idem pro Flac.* Phrygem plagis fieri meliorem. *Idem de Aruſp.* Meliore loco eſſe, Deteriore ſtatu eſſe, contraria. [Meliorem ſuppono tibi (i. Doctiorem.) *Plau. Curc. ſc. 2. a 2.* Vter melior bellator & auctor, *Plau. Men ſc. 3. a. 1.* Sed vter veſtrorum eſt celerior, Ego vt multo melior, *Plaut. Aul. ſc. 2. a. 2.*]

*Meliuſculus, Diminutiuum. *Colum. lib. 9. cap. 3.* Alias magis exiguas, nec tam rotundas, ſed obeſas tamen & latas coloris meliuſculi: De opibus *Plaut. Capt.* Rem tuam facies ex mala meliuſculam. * Meliuſculè, aduerbium. *Cicer. ad Tyronem lib. 16.* quem quum trinas ante legeram, quibus meliuſculè Lentulo eſſe ſcriptum erat.

Mĕlĭōro, are, Meliorem reddere. {ANG. *To make better.*} vt, Meliorare agrum, id eſt, quemadmodum *Cic.* loquitur, ſtercorare: & meliorare pro prietatem. *Vlp. L. 15. D. de vſufruct.* Si quidem vſufructuario permittitur meliorare proprietatem.

Mĕlĭōrēſco, is, Melior fio. {βελτιοῦμαι. GAL. Deuenir meilleur. ITA. *Diuenir migliore* GERM. Beſſer werden/ſich beſſeren. HI. *Mejorarſe.* ANGL. *To waxe better.*} *Colum. lib 2. c. 10* Aquoſus deuexam amat & ſiccam, tenuíque propiorem terram, atque ſabuloſis, glareoſíſque aruis melioreſcit.

Optĭmus, ſuperlatiuum eſt à bonus. {טוֹב מְאֹד *tob meodh.* ἀρίστος, κράτιστος, βέλτιστος. GALLICE. Tresbon. ITAL. *Ottimo, perfetto.* GERM. Der aller beſt HISP. *Muy mucho bueno, perfecto* AN. *Beſtof all.*} Optimo iure prædia eſſe dicuntur, quæ immunia prorſus ſunt, id eſt, vt nunc loquuntur, a laudialia. *Cic. de leg. Agr.* Optimo enim iure ea ſunt profecto prædia, quæ optima conditione ſunt. *Quint. in Proœm. lib. 1.* Optima facere quàm promittere maluerunt [Optimum & æquiſſimum oras. optimus & æquiſſimus hominum es homo. *Plaut. Capt. ſc. 2. a. 2.* Quod in rem tuam optimam eſſe arbitror, i. ex vſu & vtilitate. *Plau. Aul ſc. 3. a. 1.* Quam proximè te ad probos adiunxeris tam optimum eſt *Plau. Aul. ſc. 4. a. 1. & Capt.* Iam hoc tenetis? Optimum eſt, *cela va bien.* Vt quique optimi maximi ſunt, huic morem habent. *Plaut. Aul. ſc. 4. a. 1* Optimo optimam operam das. *Plaut. Amph.*] Optimus Maximus, Iouis titulus. *Cic. 2 de Nat. deorum,* Sed ipſe Iupiter, id eſt iuuãs pater, quem conuerſis caſibus appellamus à iuuando Iouem, à poetis pater diuúmque hominúmque dicitur. à maioribus autem noſtris optimus maximus: & quidem antè optimus, id eſt beneficentiſſimus, quàm maximus: quia maius eſt, certéque gratius prodeſſe omnibus, quàmopes magnas habere.

Optĭmē, aduerbium. {הֵישִׁיב *hetéb*, ἄριστα, κάλλιστα, μάλιστα, πάμπαν εὖ. GAL. Treſbien. IT. *Ottimamente.* GER. Gar wol/zu dem aller beſten. HIS. *Muy bien.* AN. *Beſt, very wel.*} *Cic. ad Quint. Fratr.* Si perficiunt optime, ſi minùs, &c. *Idem Epiſt. Famil.* Sed hæc tu meliùs vel optimè omnium.

¶ Ponitur aliquando pro opportunè. *Terent. in Eunuch.* Adeſt optimè frater. [Optimè aduenis *Plaut. Amph* Eccum incedit ad me Optumè (*cela va bien*) *Pla Amph.* facta pax eſt. Optumè eſt. *Amph. ſc. 2. a. 3.* imo optumè *Pl. Au. ſc. 4. a. 1.* Optumè imò. *Plau. Capt. ſc. 2. a. 2.* factum optumè. *Pl. Moſtel ſc 2. a. 2.*]

Optĭmĭtās, atis, Vtilitas, commodum. {שׁוֹת מ *metáh.* ὠφέλεια. GALLI Vtilité, commodité. IT. *Vtilità, commodo* GER. Nutzbarkeit/fromligkeit. HI. *Prouecho.* ANG. *Profite, vtilite.*} *Pl.* Maximas optimitates, gaudioque offertiſſimas Suis heris ille vnà mecum pariet.

Optĭmās, huius optimátis, comm. gen princeps in ciuitate, vir primarius, (popularis. נְסִיא *nasi*, οἱ ἀριστεῖς, οἱ ἐν τῷ ἀριστοκρατικῷ τάγματι. GAL. Les principaux d'vne communauté, les plus nobles perſonnages. ITA. *Primai, nobili.* GERM. Der frömbſt/furnembſt/oberſt HI. *Hombres buenos y nobles.* ANGL. *Chiefe and principall men of a citie.*} Optimates dicuntur, *vt ait Perottus,* qui primum in ciuitate locum tenent: vel quod opulentiores ſunt, & in maiori cenſu, vel quòd in primis opem ferre poſſunt oppreſſis. *Cic. pro Seſt.* Duo genera ſemper in hac ciuitate fuerunt eorum qui verſari in Repub atque in ea ſe excellentiùs gerere ſtuduerunt: quibus ex generibus alteri ſe populares, alteri optimates & haberi & eſſe voluerunt. Qui ea qui faciebant, quæque dicebant, multitudini iucunda volebant eſſe, populares. Qui autem ita ſe gerebant, vt ſua conſilia optimo cuique probarentur, optimates habebantur *Ibidem,* Omnes optimates ſunt qui neque nocentes ſunt, nec natura improbi nec furioſi, nec malis domeſticis impediti *Priſcian. lib. 5.* Optimates ſunt, qui defendunt Senatores: populares qui defendunt populum. *Cic. Attic. l. 10.* Vide ne dum pudet te parum optimatem eſſe, parum diligenter quod optimum ſit eligas. ¶Optimates matronæ. *Cicer. ad Trebat. l. 7.*

Bellĭus, a, um, per duplex ll, diminutiuum eſt à bonus. {יָפֶה *iapheh.* κόμψος. GALL. Bon, beau, gentil, honneſte. ITA. *Bello, buono.* GERM. Gut/ſein/lieblich. HIS. *Bello y buono.* ANGL. *Good, faire, beautifull, honeſt* } *Varro,* Ita cum eis bellum geras, vt bella omnia domum auferas, id eſt, bona omnia. *Idem,* Venio nunc ad vltimum teſtamentum, quod dicitur phyſicum, in quo Græci belliores quàm Romani noſtri. [Bellus blanditur tibi. *Plau. Men. ſc. 2. a 4.* Bella es, & amabilis *Pl. Aſin. ſc. 3. a. 3.* Bel a belle. *Ibid.* Iſtuc nec bellum eſt nec memorabile. (N'eſt ny beau ny honneſte à raconter) *Pl Curc ſc. 1. a. 1.* Belliſſimum oſtium. *Ibid.* Et feſtiuæ fores, quia morigeræ.]

¶ Et quoniam bonum quandoque pulchrum ſignificat (vt apud *Terentium,* Forma bona fortaſſe) Bellum quoque pro pulchro accipitur: vt Bellus puer: Bella puella: Bellum corpus. *Martial* Belle es, nouimus & puella: verum eſt, Hinc Belli homines aliquando boni & prudentes, aliquando formoſi atque elegantes, & feſtiui dicuntur.

Bellĭor, comparatiuum de quo paulò ante citauimus ex Varrone teſtimonium. {κομψότερος. ANG. *More gallant, or gaye*

Bellĭſſĭmŭs, ſuperlatiuum idem ſignificans quod optimus; vel pulcherrimus. {κομψότατος. ANG. *Moſt gallant.*} *Terent. Adelph.* Ego iam proſpiciam mihi atque vnum quodque, quod erit belliſſimum capiam.

Bellātŭlŭs, a, um, vocabum blandientis eiuſdem ſignificantiæ cum Bellulus *Plau* Cur ergo non imus cubitum bella bellatula?

Bellŭlŭs, a, um, diminutiuum formatum à Bellus, Pulchellus. {καλλίας ὑποκορ. GAL. Ioliet, tout gentil. ITA. *Bellino.* GER. Ein klein hupſch/fein holdſelig Kis. *Bello vn poco.* AN. *Gallant or gaye.*} *Pl. in Milit.* Ædepol equidem bellula es. A quo aduerbium Bellulè. *Pl.* Nam nurus bellulè ſe habet.

Bellĭātŭs, a, um, adiect. Bellulus. *Plau. in Rud.* Hem tibi aquam mea tu belliata Sunt tamen qui hoc in loco Bellatula legere malint quàm Belliata

Bellē, aduerb. Pulchrè, egregiè, feſtiuè. {καλῶς. GALL. Gentiment, ioliment, bien. ITAL & HISP. *Bellamente* GERM. Wol/fein ANG. *Very well. Plaut. Truc.* Qui iſtas buccas tàm bellè purpuri ſtatas habent. *Dorlabella Cauere,* Terentia minus bellè habuit: ſed certum ſcio iam conualuiſſe eam. *Cic. Terentia,* Belliſſimè vel mecum, vel in noſtris prædiis eſſe poteris.

Bellĭrūdŭs, ĭnis, Ornatus, pulchritudo *Feſtus,* κάλλος, ους, ους.

Bonĭtās, capitur pro virtute, & honeſtate, atque iuſtitia. {טוֹבָה *tobáh* טוּב מ *metáb.* ἀγαθότης. GAL. Bonté. ITA *Bonta* GERM. Güttigkeit/güte HIS. *Bondad* ANG. *Goodneſſe.*} *Cic. 3. Offic.* Quum enim fidem alicuius bonitatemque laudant, dignum eſſe dicunt, quicum in tenebris nunc (malitia. ¶ Frequentiùs tamen Bonitas pro benignitate, & quadam ingenij ſimplicitate ponitur. *Plin* Bonitas & ſimplicitas, vt vitiis Malitia e contrario pro verſutia: vnde Malitioſum, callidum ac verſutum dicimus. *Cicero,* Virtutis contraria eſt vitioſitas. ſic enim malo, quàm malitiam, appellare, quam Græci κακίαν appellant. Nam Malitia certi cuiuſdam vitij nomen eſt, vitioſitas omnium. ¶ Eſt & alia Bonitas, non ex induſtria, ſed ex natura prouenientis *Idem 3. Offic.* Quæ & bonitate ingenij multi aſſequuntur, id eſt, excellent à ingenij (Malitia. *Plinius,* Quod modò cæli, modo terræ malitia facit.

Benĕ, aduerbium à Bonus. {הֵישִׁיב *hetéb.* εὖ. GALLIC. Bien. ITAL. *Bene.* GERM. Wol HISP *Bien ò buenamente.* ANG. *weel.*} *Terent. in Andr.* O factum bene. [Bene agitare. i. pulchrè valere. *Gell. cap 19. l. 16.* Argentariis & bene & malè credi. Ambigue (male) quia nonquam reddunt. Et benè quia diu debent: Ergò benè, multùm ac diu. *Pla Curc. ſc. 2 a. 5* Sic, cum bene circumiſſes (i. diu multúmque) *Senec. c 2. e Conſ. ad Pol.* Benè doctus. *Gell. Quint* Benè literati homines. *Gell. c. 3. lib 2* Benè actum eſt Inuides quia mihi benè eſt. *Plaut. Moſtell ſ 1. a 1. & Truc ſc.* lepidè. Benè acciderit conſilium. *Plaut. pſeud. ſc 3. a. 2.* Bene ego illum tetigi. *Plaut. pſeud. ſc. 8. a. 4.* Benè confidenterque aſtitiſſe te intelligo, *Pl pſeu. ſc. 5. a. 1.* Benè vendite. i. magno. *Pl. Curc ſc. 2. a. 4* Bene emere, vide Emo. Benè morigerus. *vide* Morigerus. Benè monſtrare, *vide* Monſtro. Quando te auratam & veſtitam benè habet. *Pl. Men. ſ. 2 a. 5.* Bene habere, *vide* Habere. Benè pudicéque educatus. *Pl. Cap ſc 3 a. 5.* Benè ſalutando conſueſcunt. i benignè. *Plaut. ſc. 2. a. 1.* fert benè procellas nauis modò facta. *Odi. El. 6. lib. 4. Triſt.* Benè dicere, benè loqui. *Plaut. Moſt ſc. 3. a. 1.* Eamus, vt prandeamus: benè vocas *Pl. Men. ſc. 4. a. 2.*] ¶Aliquando ponitur pro commodè: vt Bene habito. *Cic. 2. in Offic* Domus bene & ratione ædificata. ¶Interdum fœliciter ſiue proſperè. *Cicer. 3. Diui.* Quæ autem deorum inconſtantia eſt, vt primis minentur extis, bene promittant ſecundis? ¶Nonnunquam pro valde. *Idem de Lege Agraria contra Rullum,* Adoleſcens non minus bene nummatus, quàm bene capillatus. *Idem 3. de Orat.* Habetis ſermonem bene longum. ¶Bene cogitare, εὐφρονεῖν, vel malè cogitare, κακοφρονεῖν, referuntur ad alterum, ſignificántque beneficium, aut perniciem. *Plinius,* Hoc tuo ſtudio bene de te cogitantem & liberaliorem reddes. *Cic. de Senect.* Carthaginem diu malè cogitantem non priùs timere deſinam, quàm exciſam cognouero. ¶Bene de te mereor, εὐποιῶ σε, id eſt, bona in te confero, aut bene tracto. ¶Bene vertere, καλῶς τρέπεσθαι, Eſt in vtilitatem vertere: ſicut Malè vertere, eſt in perniciem. ¶Benè alicui vel alicuius cauſſa velle, cupere, id eſt, alicui fauere. Hinc Beneuolus εὐνοϊκός, & benenolentia, quæ eſt inclinatio animi cum deſiderio bene faciendi. *Melius, comparatiuum, Optime ſuperlatiuum.

Bĕnĕdĭco. {בָּרַךְ *boréch.* εὐλογέω, εὐφημῶ GALL. Bien dire d'aucun, le louër, en parler en bien. ITAL. *Laudare, benedire.* GERMA. Gutt reden/loben/ſegnen. HIS *Deſir bien de alguno.* ANG. *To bleſſe.*} Bene loquor, duæ ſunt ſeparatæ dictiones: & conſtruitur cum datiuo. *Cicer. pro Seſtio,* Cui bene dixit vnquam bono? benedixit? imò quem, &c. Nonnunquam vna eſt dictio, quæ in ſacra Scriptura accipitur pro laudo, quod non temere inuenias apud veteres, *teſte Valla libr. 1. capit. 12.* *Benedicere, interdum diuiſim legitur interpoſita vna aut altera dictione, interdum pluribus. *Plautus in Milite,* Bene quæſo inter vos dicite, & mi abſenti tamen. ¶ Benedico, ponitur aliquando pro ſcienter, peritè & ornatè dico. *Cic. de Opt.* Bene dicere, inquit, eſt Atticè dicere. Sed ineptum eſt ibi vna voce legere benedicere, cùm bene dicere ſit εὐλέγειν, non εὐλογεῖν & hîc & alibi *apud Ciceron.* [Indignis ſi malè dicitur, maledictum eſt; ſi dignis, benedictum. *Plau. Curc. ſc. 2. a. 4.*]

Bĕnĕdĭctĭo. {εὐλογία. *Apuleius in Hermetis Aſclepeio:* Tanti operis effector, & reſtitutor Deus ab omnibus qui tunc erunt, frequentibus laudum præconiis, benedictionibúſque celebretur.

Bĕnĕdĭctă, εὐφήμως. Bona verba, placida, & beneuolentiæ plena: quibus opponuntur Maledicta *Ter. in Phorm.* Benedictis ſi certaſſet, audiſſet bene. ¶Bene dicta etiam diuiſis dictionibus dicimus proiis, quę commodè, prudenter, & appoſitè dicta *Cic. de Nat deor. li. 2.* Bene dicta, malè interpretari. *Idem de Clar. Orat.* Philoſophia mater omnium bene dictorum beneque factorum.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Benĕdĭcē,pen.cor.aduerb. εὐφήμως.*Plaut.in Asin.* Aliam,atque olim,quum illiciebas blandè ad te & benedicè.

Bĕnĕfăcĭo,Rectè,& quod me decet,facio.{חיטיב *heiib.* καλῶς ποιῶ.GA. Faire bien,faire du bien.ITAL.*Ben fare.* GE. Wolthun/oder beweyſen. HIS.*Bien hazer.* ANG.*To do good or weell.*} *Ter.in Eunuch.* Benefacis merito te amo.*Vbi Donatus,* Benefacis non iudicantis, ſed gratias agentis eſt.¶Benefacto cum datiuo,eſt beneficium in aliquem conferre,de aliquo bene mereor.*C ſ.2.de Iament.* Ab iis quibus benefecerimus,male tractari.

Benefactum,ſubſtantiuum,Beneficium,{חסד *chéſedh.* εὐεργέτημα.GA Biĕ fait,benefice.ITAL.*Benfatto,beneficio.*GER. Ein gutthat.HISP.*El bien hazho,ò beneficio* ANG.*Pleaſure or ſeruice doone.*} *Liuius 5.bel.Pun.* Reſpondit non plura per annos quinquaginta benefacta Hieronis,quam paucis his annis maleficia eorum,&c.*Cic.2.Offic.* Benefacta male collocata,malefacta arbitror.Bene facta item diuiſis dictionibus dicuntur,quæ recte atque ordine geſta ſunt,quæ vulgo dicunt Bona opera. *Idem 4.Tuſc.* Omnia enim bene facta in luce ſe collocari volunt.*Idem de Senect.* Multorum bene factorum recordatio iucundiſſima eſt. [Neque enim benefacta detrectare meum eſt.*Ouid.13.Metam.* Queis benefactis meus pater Deûm regnator.*Plaut.in Prol.g.Amphi.* Vtinam pro benefactis Dij &c. *Ibid.ſc.1.a.4.* Bene facta,pro præclarè geſtis, *Propert.*]

Bĕnĕficŭs,Liberalis,qui beneficium præſtat. {חסון גדיב *chasidh nadhibh.* εὐεργέτης.GALLICE.Liberal qui faict volontiers plaiſir & ſeruice. ITAL.*Beneficoſo,chi fa beneficio.*GER.Gutthätig/der geneigt iſt gutes zu beweiſen.HISP.*Bienhechor y franco.*ANG *Liberall,that doeth pleaſure or benefitt.*}*Cic.1.de Nat.deor.* Vt enim omittam vim & naturam deorum,ne homines quidem cenſeris,niſi imbecilli eſſent,futuros beneficos,& benignos fuiſſe.¶Comparatiuum habet,Beneficentior,& ſuperlatiuum Beneficentiſſimus.*Cic.Ibidem,* Iuppiter optimus,id eſt,beneficentiſſimus.¶Legitur tamen & Beneficentiſſimus apud antiquos: *vt apud M.Catonem,* De Prolemæo rege optimo & beneficentiſſimo. [*Vide Gell.c.5.l.7.*]

Bĕnĕficiārĭŭs,Qui beneficium accepit {חסיד *chasid.* εὐεργετούμενος. GAL. Qui a receu plaiſir ou bien fait d'autruy.ITAL.*Quello che ha riceuuto beneficio.*GERM. Der gutthaten entpfangen hatt.HISP. *El à quien ſe da el beneficio.*ANGL.*That hath receiueth a benefitte or pleaſure.*} Vnde à veteribus,Beneficiarij dicti ſunt illi,quos Imperator ſuo beneficio promouiſſet in militia.[Beneficiaria res non eſt ſapientia(i.aliis non debetur) *Senec.Epiſt.xl.*]*Cæſar lib.1.belli Hiſpanici.* Petreius verò non deſerit ſe,ſeq;armat familiam:cum hac,& Prætoria cohorte certamen init,barbarisque equitibus paucis beneficiariis ſuis,&c.¶Beneficiarij etiam dicebantur milites,qui vacabant à militia beneficio Imperatoris,& è contra munifices qui non vacabant,ſed munus Reipub. faciebant.

Bĕnĕficĭum,Meritum,{חסד *chéſedh.* εὐεργέτημα. GALL.Benefice.ITAL.& HIS.*Beneficio.*GERM.Ein gutthat.AN.*Benefitte,pleaſure or ſeruice doone.*}*Cicer.Plancio.l.10.* Quod ſi erit factum,& Reipub. diuino beneficio affeceris,& ipſe æternam gloriam conſequere.*Ter.in Eunuch.* Vt ſolidum parerem hoc mihi beneficium Chærea. *Ibidem,* Cupio aliquos parare amicos beneficio meo.[Quod bonis bene fit beneficium, ea gratia grauida eſt bonis.Beneficium peritum non facere.*Gel.c.20. l.7.& c3.li.5.*] ¶Beneficium in iure Ciuili,pro Iure quondam præcipuo alicui conceſſo,quod & priuilegium dicitur.

Bĕnĕficentĭă,æ, beneficiorum collatio. {נרבה *nedhubáh.* Περιουσία.GAL. Largeſſe,liberalité,vouloir de bien faire à quelqu'vn.IT. *Beneficenza.* GER.Gutthätigkeit. HISP.*Aquella vèra de bien hazer.*AN.*Beneficence, liberalitie,doing pleaſure.*}*Cic.1.de Nat.deor.* Quid eſt melius aut præſtantius bonitate aut beneficentia?

Bĕnĕuolens, idem eſt quod beneuolus. {ANG. *Fauorable bearing good will.*} *Plaut.in Capt.* Ecquem alium beneuolentem videris. *Idem in Mercatore,* Non ſum moleſta,ſed beneuolens. [Amicam & beneuolentem. *Plaut.pſeud.ſc.4.a.2.* Quæ ſperes amicum & beneuolentem *Plaut. Moleſt ſc.3.a.1.* Herus mihi eſt,imo beneuolens.*Pæn.Capt ſc.l. 2.a.4.*]

Bĕnĕuolus,a,um,adiectiuum,Benè cupiens alicui. {חפץ *chaphéts.* εὐφρὴς. GAL.Bien voulant,portant bonne affection à quelqu'vn.ITA.*Beneuolo.*GER. Gutwillig HIS. *Amigable y bien quiſto.*ANG *Fauourable,that be areth good wil.*}*Ter.in Hec.* Facilem,beneuolumque,lingua tua iam tibi me reddidit. *Cic.2.in Ver.* Beneuolo animo me,vt magnopere cauerem,præmonebat. ¶ Beneuolus trucidator,εὔνους σφαγεύς,prouerbiali figura dicitur,qui quum ſummam adferat perniciem,tamen beneuolentiæ ſpem admiſcet.

Bĕnĕuolē,aduerb.pen.cor.benignè,amicè.{חרצון *beraiſon.* Εὐφρῶς.GAL. D'vn bon vouloir.ITA.*Ben gnamente.*GER.Gutwilligklich/freundtlich. HISPAN. *Bien quiſta y amigablemente.* ANGL. *Fauorabillie,with bearing good will.*} *Cic.de Amicit.* Et hæc accipienda amicè,quum beneuolè fiunt.

Bĕnĕuolentĭōr, oris, comparatiuum à Beneuolus,ſiue ab antiquo Beneuolens: quo *Plautus* identidem vtitur, vt paulo antè oſtendimus ſuo loco.{AN.*More fauorable.*}*Cic.l.1.Ep.* Beneuolentior tibi quàm fueram, nihilo ſum factus. *Idem ad Sibi,* Nam beneuolentior quàm ſemper fui,eſſe non poſſum.

Bĕnĕuolentĭa, æ, Studium,fauor,amor.{חפץ רצון *chéphes ratſon.* εὐφροσύνη. GAL. Beneuolence,amour & bon vouloir enuers quelqu'vn.ITA.*Beneuolenza* GERM.Gutter will/gunſt/gutwilligkeit. HIS.*Amiſtad y bienquerencia.*ANGL. *Fauour,loue,good will.*}*Cic.1.Offic.* Beneuolentia beneficiis capitur maxime. *Idem 3 de Ora.* Hæc omnia beneuolentiam maximè conciliant. ¶ Intempeſtiua beneuolentia nihil à ſimultate differt. Ἄκαιρος εὔνοια ἐκ τῶν ἐναντίων διαφέρει, id eſt,par odio importuna beneuolentia.Senarius eſt Græcis prouerbij vice celebratus. Quadrabit in eos,qui dum officioſi ſtudent eſſe,non habita temporis ratione,nocét, aut moleſti ſunt ſedulitate. ¶ Reperitur & in plurali Beneuolentiæ,arum.*Spartianus in Caracalla,* Non in beneuolentiis ſegnis.

Benignus, Liberalis,munificus,à bene gignendo,vt quibuſdam videtur. {חסיד *chasidh* נדיב *nadiob* טוב *tob.* εὐεργετικός,ἐλευθέριος. GAL. Courtois, benin,liberal,gracieux.ITA. *Benigno,liberale.*GER.Guttig/treuw.HIS. *Franco y liberal.* ANG. *Liberall,gentill,courteous.*} Vnde benignam terram dicimus,fructus abundè reddentem. *Pl.de Ægypto,* Nulla eſt benignior tellus,nullus ager feracior. *Cic.2.de Nat.deor.* Ne homines quidem cæteris,niſi imbecilli eſſent,futuros benignos, & beneficos fuiſſe. *Pla Rud.* Quando ergo tibi benignus fuit.

Bĕnigne,aduerbium,Liberaliter, amicè,beneuolè. {εὐφρόνως,εὐφυῶς. GAL.Courtoiſement,liberalement,gracieuſement,benignement. IT. *Benignamente.*GER.Treulich/freygebigklich.HI.*Liberalmente.*AN.*Liberalie,with good will.*} *Cic.1.Offic.* Nam vt opera benignè ſit indigentibus aut pecunia. *Idem pro Flacco,* Iſta Ciuitas neque fenere Flaccum oppugnarit,neque benignè defenderit. *Idem in Verrem Act. 4.* Frumentum(inquit)me abs te emere oportet. Optimè.Modium denario, Benignè, ac liberaliter. [Benigne interpretari aduerſa. *Senec.e.14.de Tranq.*]

Bĕnignĭtĕr,idem quod Benignè.{AN *Gëtlie,liberalie,courtuouſlie.*} *apud Titinium in Geminos, vt ceriat Nonius,* Nimium te patrocinari cenſeo benigniter.

Bĕnignĭtas,atis,Liberalitas,munificentia. {חסד נדבה *chéſed nedhabáh.* εὐφροσύνη,εὐεργεσία.GAL. Courtoiſie,liberalité,benignite.ITAL.*Benignità,beneficenza.* GER. Gutigkeit/treuw/freundtligkeit HISP.*Largueza, liberalidad.*ANG.*Liberalitie ,gentlenesſe,courteſſie*}*Terent.in Eunuc.* nunquibi meam benignitatem ſenſiſti in te claudier?*Vbi Donatus,* Benignitas eſt in quantitate rerum,aut in facilitate præſtantis.Nam plerunque ingrata dona ſunt in quibus facilitas non apparet.*Cic.1. Offic.* Ne maior benignitas ſit quàm facultas.

Bŏos cŏētē βοὸς κοίτη, Helleſponti vrbs eſt,quæ Helgas & Germanicopolis poſtea dicta eſt *Pl.l.5.c.vl.*

Bŏos vrā, βοὸς ἀγρᾶ, quaſi Latinè Bubulam caudam dicas,Vrbs eſt Cypri inſulæ, cui vicina eſt Treta & Palæpaphus, quæ antiquum Veneris templum habet.*Autor eſt Strabo l.b.14.*

Bŏōtēs,tis,vel Bootes,tæ,βοώτης,a bouc deductum nomen, Latinè Bubulcus,cæleſte ſydus, quod Arctophylax vocatur, & more bubulci plauſtrum ſequi videtur.¶Fuit autem Bootes(*vt refert Higinus*)Iouis ex Caliſto filius nepos Lycaonis regis Arcadiæ,qui vnà cum matre in cælum eſt tranſlatus,& illi veluti cuſtos appoſitus. *Cic.2.de Nat. Deor.* Septentriones autem ſequitur Arctophylax, vulgò qui dicitur eſſe Bootes. Quod quaſi temone adiunctam per ſe quatit Arcton. *Ouid.* Arctophylax formam terga ſequentis habet.*Iuuen* Frigida circumagunt pigri ſarraca Bootæ.Habet quatuor ſtellas in dextra manu, quæ non occidunt.*Gel.lib.2 c.21.*

Borago, Herba quæ alio nomine Bugloſſum. *Vide* in dictione Bugloſſum.

BORAMA,Phœnices oppidum eſt,non procul à Beryto & Byblo. *Autor Strab.lib.16.*

BORCANI,Populi Hirpinorum in Italia,non procul à Collatinis,*vt autor eſt Plin.lib.3,c.11.*

BORCOBE,Thraciæ oppidum, Eumeniæ & Parthenopoli vicinum, *vt autor eſt Plin.lib.4 cap.11.*

Bŏrĕās,reæ,Aquilæ. {צפון *tſaphón.* βορέας.GALL.Vent debiſe ITAL. *Borea.*GERM.Nortwind von Mitternacht/ der ſchinder hengſt. HISP. *Reganon,viento entre Nortey Solano.*ANGL.*The northeaſt wind*}Ventus frigidus,& ſiccus,ſpirans inter Septentrionem, & exortum ſolſtitialem, *teſte Plin.lib.2.c.47.* à quo Hyperborei montes nomen traxerunt.¶De hoc in dictione AQVILO.¶Dictus Boreas, ὁσὸν τῶ βοᾶν,καὶ ἰσχύειν: quoniam vt violenti flatus eſt,ita etiam ſonori. *Virg.1.Georg.* -aut Boreæ penetrabile frigus adurat.[Alij ὁσὸν τῆς βορᾶς.i.à nutrimento, quòd alat,nutriat,& ſana corpora reddat *Vide Gell.c.22.l.2.*]¶Fuit item hoc nomine Thrax quidam Strymonis filius,raptor Orythiæ, Erichthonij Athenarum regis filiæ: vnde poetis fabulandi occaſio ſubminiſtrata eſt,Orithyiam à Borea vento fuiſſe raptam,eique Zethem & Calaim peperiſſe.

Bŏrĕus,a,um pen.prod.Septentrionalis. {βόρειος.GALL.Septentrional. ITALI. *Settentrionale.* GERM.Mitnächtiſch. HISPAN.*Coſa de aquel viento.*ANG.*Northward,or toward the north.*} vt Axis Boreus,qui & Polus arcticus dicitur.*Ouid.4.Triſt.* Vita procul patria peragenda ſub axe Boreo eſt.

Bŏrĕæ,Gemmæ ſunt ex Iaſpidum generibus,cælo autumnali matutino ſimiles:vnde & Aërizuſæ appellantur.*Vide Plin.li.37.c.8.*

BŎRĔŌSTŎMĂ,pen.corr. Βορεόστομα, Vnum ex oſtiis Danubij fluminis: {GERMA. eins auß den außgengen der Thonaw in das Eurinisch meer.} *Plin.lib.4.cap.12.*de Danubij oſtiis: Primum oſtium Peuces: mox ipſa Pſeudinſula:à qua proximus alueus appellatus,XIX.M.paſſuum magna palude ſorbetur. Ex eodem alueo & ſuper Iſtropolin lacus gignitur LXIII.M.paſſuum ambitu:Haimirim vocant. Secundum oſtium,Naracoſtoma appellatur. Tertium, Caloſtoma iuxta inſulam Sarmaticam.Quartum,Pſeudoſtoma & inſula Conopon diabaſis.Poſtea Boreoſtoma & Spireoſtoma.Singula autem ora & oſtia tãta ſunt, vt prodatur in XL.M paſſuum longitudinis vinci mare, dulcémque intelligi hauſtum.

BORGODI,Aſiæ populi,in inſula Aſgilia,*teſte Plin.lib.6.c.38.in deſcriptione Arabiæ.*

BORION,ſiue Boreon,penult.prod.βόριον *Ptolemæo*, Africæ promontorium eſt,quod maiorem Syrtim includit, dicente *Plin.libr.5.cap.4.* Promontorium quod maiorem includit (Syrtim intelligit) Borion appellatur. Huius etiam meminit *Strab.lib.17.* Vltra Berenicen eſt paruum quoddam promontorium nomine Borion, quod eſt Syrtis oſtium.

BORMISCVS,Βορμίσκος, Regio Macedoniæ vbi canes Euripidem lacerarunt.*Stephanus.*

BORON,Eſt Troglodytarum oppidum,vt tradit *Plin.lib.6 c.29.*

Borſycites,*Plin.lib.37.c.11.*Gemma eſt,in nigro ramoſa,candidis aut ſanguineis frondibus.

Boryptes, Gemma nigra,ſanguineis & albis nodis. *Plin.libr.37.capi 10.*

BŎRSĬPPA,βόρσιππα,ciuitas eſt Meſopotamiæ,Dianę & Apollini ſacra: in qua præcipuè viguit lanificium. Circa hoc oppidum maxima eſt veſpertilionum copia,qui ad eſum condiuntur.*Strab.lib.16.*

BŎRŸSTHĔNĔS,pen.corr.{Βορυσθένης. Vulgò *Neper.* GERM.ein groſſer fluß im nächsten Scythia/wirt genent Neper.} Fluuius Scythiæ ſecundum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

dumIstrum omnium maximus,cuius aquæ ad potandum sunt suauissimæ,& magnos pisces alunt nulla habentes ossa. ¶ Est item Borysthenes oppidum,quod Borysthene amne abluitur:vnde & nomen accepit. ¶ Alio nomine Olbia dicitur,*teste Strab.lib.7.& Ptol.lib.3,cap.5. Pomponius Mela* Borysthenidem *appellat lib.2.* ¶Est & insula eiusdem nominis,ante fluuij huius ostia sita:cuius etiam meminit *Ptol.loco iam citato.* ¶ Lacus quoque est eiusdem regionis, qui & ipse Borysthenes appellatur,*teste Plini.lib.4.c.12.*

Bŏrysthĕnĭdæ, βορυσθενίται, *Steph.* Populi Borysthenem amnem, Olbiam vrbem incolentes, quæ & ipsa Borysthenes, siue Borysthenis appellatur. *Proper.* Gloria ad hybernos lata Borysthenidas.

Bŏrȳsthĕnĭus,a,um,adiect. *Ouid.4.de Pont.Eleg.10.* Cumq; Borysthenio li quidissimus amne Dyaspes.

BORYZA,βόρυζα,Vrbs Pontica,*Steph.*

Bŏs,bouis,{שור *schor.* βοῦς; GAL.Bœuf.ITALIC.*Bue.* GER.ein rind. HIS. *Buey.*ANG.*An oxe or cowe.*}generis communis,datiuum & ablatiuum plurales Bŏbus per syncopen facit,& more veterum Bûbus. *Col.lib.2.* Nihil dubium quin equis melius quàm bûbus res conficiatur. *Cic.2.de Nat.deor.* Quid de bubus loquar? *Idem de Senect.* Olympiæ per stadium ingressus esse Milo dicitur, quum humeris sustineret bouem vium. ¶ Hinc fiunt adiectiua, Bouinus,a,um, cuius diminutiuum est Bouillus.Bubulus,Bucerus,ra,rum, vnde Forum Boarium,vbi vendebantur boues. ¶ Dictus Bos,ἀπὸ τῦ βόσκω,quod est pasco,quod homines pascat laboribus suis. ¶ Iuuenci autem in bubulo genere dicuntur iuniores,qui iam vituli esse desinunt,secundo scilicet ætatis anno: ita dicti à iuuentute,*teste Varr.lib.2.de Re rust.cap.5.* vbi quatuor ponit ætates in genere bubulo:vt prima sit vitulorum,secunda iuuencorum, tertia boum nouellorum, quarta veterum. Bos piscis etiam est, βοῦς & βοῦς. Est vastissimus ranarum genus,ac latissimum:de quo *Arist.in Hist.Animal.Strab.lib.17. Oppianus lib.Halieut.2.Plinioque meminit,* inter planos pisces reponens *lib.9.c.24.*[An non sunt rursi,quæso,quos cures boues,*Plau.Molest.sc.1.a.1.* Vbi vinos homines mortui incursant boues. *i.* lora bubula.] ¶ Bos ad præsepe,βοῦς ἐπὶ φάτνη.In emeritis dici consueuit,quique iam ob ætatem otio vitæque molliori indulgent. Effertur ad hunc modum,βοῦς ἐν ἀγελείᾳ, bos in stabulo. Congruit & in eos quis nullis negotiis exercentur, sed turpi otio atque abdom.ni seruiunt. ¶ Bos apud seipsum puluerem mouet, βοῦς ἐφ' ἑαυτῦ κονιορτὸν ποιεῖται. Vbi quis ad suum ipsius malum volens lubénsque ducitur.Nam boues vt sunt mansueti, facilè se præbent vinciendos, neque grauatim obtemperant iugo. ¶ Si bouem non possis, asinum agas,εἰ μὴ δύναιο βοῦν, ὄνον ἄγων.id est,si non potes vt vis,vtcunque potes facito,*Auctore Suida.* ¶ Volentem bouem ducito, θέλοντα βοῦν ἕλαυνε. Vtere illorum opera qui ex animo faciunt.Refertur ab interprete Theocriti. ¶ Ex ipso boue lora sumere, ἐκ τῦ βοὸς τοὺς ἱμάντας λαμβάνειν dicuntur,qui quo lædant quempiam,id ab ipso quem lædunt accipiunt. ¶Expecta bos aliquando herbam,ὦβε βοῦς ποτὶ βοτάνιν.Dicendum vbi quid serò contingit. Laborat enim bos in agricolando,sed aliquando gustatura herbam enatam. ¶ Boues messis tempus expectantes, βοῦς ἀμητὸν ὑπομενοῦντες. Dicti solitum vbi quis ingentium emolumentorum spe laborem sumeret. ¶ Immolare boues, [*Plaut sc.1.a.3.*] βοῦθυτῆν, tanquam prouerbialiter dicebantur,qui amplos magnificósque sumptus facerent. ¶ Bos in ciuitate,βοῦς ἐν πόλει. Dicitur vbi quis ad nouos honores euehitur Lysias bouis imaginem æream in arce collocauit. Athenis in vulgi locum cessit:nam in agris boum vsus est, non in vrbibus.Bouem in faucibus portat,βοῦν ἐπὶ γνάθοις φέρει. In eadem olim dicebatur,*vt in iocant Zenodotus & Suidas* *Bos nummum aliquando significat,quòd antiqua pecunia quædam boues signatos haberet,quædam etiam pecudes,vnde nomen pecuniæ tractum. *Plin lib.18.cap.3.* Seruius rex, ouium boúmque effigie primus æs signauit. *Plaut. Persa,* Boues bini hîc sunt in crumena. Vnde tractum prouerbium, Bos in lingua,βοῦς ἐπὶ γλώσσης. In eos qui non audent quod sentiunt dicere, Translatum vel à robore animantis, quasi linguam opprimens non sinat eam eloqui: vel hinc quod Athenienssium numisma quondam bouis obtinuit figuram.¶Bos alienus subinde foras prospectat,βοῦς ἀλλότριος τὰ πολλὰ ἔξω ἐλεύσεται. De his qui apud alienos non satis ex animi sententia tractantur eó que sæpius desiderant.

Bŏālĭă,βουφονία,apud antiquos Atticos,quæ & Bupetiæ,siue Bupetij dicuntur, Ludi boum gratia instituti. In eo enim festo solennis boum & taurorum venatio fieri solebat, quemadmodum nunc quoque Venetiis,& ferè per totam Italiam fieri solet eo die,qui Quadragesimæ proximus est.

Bŏārĭŭs,a,um,adiect. Quod ad bouem pertinet.{AN. *Belonging to an oxe or cowe.*}vt Boarium forum Romæ dicebatur locus,in quo vendebantur boues.βοῶν ἀγορὰ.*Huius meminit Pli.libr.28.cap.2.& lib.34.cap.2.*

Bŏo,as, Mugio,clamo,à βοάω, vel à boum mugitibus. {גהה *ghahah.* μυκάομαι. GAL.Beugler,ou meugler,crier en bœuf ou toreau.ITAL.*Mughiare,Ribombare.*GER Lŭyen/schreien.HISP. *Resonar,bramar el buey ò vaca.* ANG. *To crie lik acowor oxe,to lowe,ò bellowe* }*Plaut in Amph.* Tela frangunt, boat cælum fremitu virûm. ¶Et Boo,bois,boire,eiusdem significationis,verbum antiquum. *Varr.Parmenone, vt citat Nonius,* Exunt citi,strepunt, bount. *Pacuuius Medea apud eundem.* Clamore & sonitu resonantes bount. ¶Bouare dicuntur boues, quum vocem emittunt, *teste Varr.lib.6.de ling. Lat.* verum boare magis est in vsu. ¶Hinc Reboo, as.

Bŏstār, Locus vbi boues stare consueuerunt. {βόσταθμον. ANG. *A place wherin oxen standeth.*}

Bŏuātim, Ad similitudinem bouis. {ANG. *Like an oxe or cowe* } *Nigidius Figulus apud Nonium,* Sunt etiam assimilanter dicta hæc,Canatim,Suatim,Bouatim,quæ ab animalibus sumuntur.

Bŏuīlĭă, Dicuntur loca,in quibus boues morantur. {רפתים *rephatim.* βουστάσια. GAL. Estable à bœufs.ITA.*Stalli di buoui.* GERM. ein ochse stelle/rinderstal.HI.*Terillos,para ganado vacuno* ANG.*Stalles for oxen.*} sicut Ouilia in quibus oues. *Colum.lib.2.* Domitis armentis duplicia bouilia sunt:hyberna,arq. æstiua.Eadem etiam Bubilia dicuntur.*Plaut. Persa,*enim metuo,ne possim In bubile reducere,ne vagentur.*Cato ca.4.* Bubilia bona,benéque ædificata,&c

Bŏvīllæ,arum,*Stephano,*Oppidum fuit in Latio,haud procul ab vrbeRoma , via quæ Aricinam ducebat , *vt inquit Asconius.* Nam ad Bouillas interfectus est Clodius,Aricia rediens.Dictæ Bouil'æ,quasi bouis ilia,quòd eò vulnerata bos sua trahens intestina deuenerit.Vn de populus Bouillanus dictus est.

Bŏuīllŭs,a,um,Bouinus.{βόειος. GALL.De bœuf.ITA.*Di bue.*GER. Das zu rinderen gehört.HIS.*Cosa de buey,* ANGL.*Of an oxe or cowe.*} *Pl.* Bouillæ carnis iure facilè curatur.In eadem significatione dicimus & Bubulus.

Bŏuīnŏr,ris,pe.pr.Conuitior,& quasi in aliquem mugio.{λοιδορέομαι. AN. *To rayle,to checke,to speake despite fullie.*}Vnde bouinatores dicti sũt, λοίδοροι, quos derisores dicimus:& Bouinatio,λοιδορία,conuitium. Hæ tamen dictiones ab *Aulo Gel.lt.11.c.7.*num rantur inter obsoletas ; & desitas:eásque(iuxta sententiam Cæsaris)non minus quàm scopulum præcipit esse fugiendas.

Bŭbsĕquă,pen.cor.Bubulcus qui boues sequitur. {כוקר *bokér.*βουκόλος. GAL.Bouuier,vachier.ITAL.*Guardiano de buoi,vaccaro.*GERM.Ein ochsen oder rindertreyber. HIS.*Vaquero ò boyero.* ANG *That fede k and followeth oxen,an heerdman.*}*Sidonius ad Eu ropium,*Si relinquare inter bubsequas rusticanos subulcósque runcantes , tunc est tibi summa votorum beatitudo.

*Bubile,βούσταθμον,βουστασία,Locus vbi boues morantur.*Colum.lib.1.c.6.*Domitis armentis duplicia bubilia sint, hyberna aque æstiua.[Nomen Romanum.*Plutar.in Publ.*]

Bŭbŭlcŭs, Qui bobus arat,siue qui boues fundi ara orios pascit {בקר *bokér.*βουκόλος.GA.Bouuier.ITA.*Beolco,boaro.*GER.Ein rinderhirt HISP. *Boyero.*ANG *Anfeeder of oxen,an heardman.*}*Cic.1.de Natura deorum,* Hoc verò eum somnio commotum,mane bubulco præsto ad portam fuisse:quæsisse ex eo qui esset,in plaustro.[Stridula Sauromares plaustra Bubulcus agit.*Ouid.1.Eleg.12.lib.2.*)

Bŭbŭlcĭtor,aris,pen.cor,Bubulci officium facio.{בקר *bakár.*βουκολῶ GAL. Traitter les bœufs,faire office de bouuier ITAL.*Fare officio de buiceo.* GERM.Ein rinderhirt oder ein rũhirt sein.HISP *Hazer officio de boyero.* ANG.*To handle or take aire of oxen,to do the an heardman.*} *Pl in Mostel.* Decet me amare,& te bubulcitarier.

Bŭbŭlcĭtārĕ,Bubulcorum more clamare est.{ANG.*To crie like an heardman.*}*Var* Vicinus meus quòd apud Plotium rhetorem bulbulcitaret, alteri in dolore non defuit *ex Nonio.*

Bŭbŭlus,a,um,penult.corr.adiectiuum à boue formatum,Bouinus.{GA. De bœuf,ou vache.ITA.*Bouino.*GE Rinderin.HIS.*Cosa de bueyes ò vacas.*AN *Of an oxe or cowe.*}*Pl.l.28,c.13.*Stomachum exulceratum lactis agnini ac bubuli potus reficit.*Col.l.7.*Defricari bubula vrina conuenit.Pro eodem dicimus & Bouillus. [Agninam caram,caram bubulam.Panis & assa bubula.*Plaut.Curc sc.3.a.3.* Faxo vt bubulis coriis onustus sis Saturni hostia.*Plau.Amphi.*]

Būcerĭa,æ,Boum armentarij,siue bubuli generis grex.{ANGL.*A troupe of oxen or of any such cattaill.*}*Lucretius l.2.*Lanigeræ pecudes,& equorum duellica proles Buceriæque greges.

Būcĕrŭs,penultim. correpta,βούκερως.{ANG.*Horned like an oxe or cowe.*} Bubuli generis epitheton,idem significans quod bubula habens cornua,ἀπὸ τῆς βούσης τὰ κέρατα. *Ouidius in Metamorph.*-armentáque bucera pauit.

[Bucera,siue vt alij legunt Buceta.*Gel.c.1.li.11.* Buceráque in ea terra gignt.]

Būcolĭcă,orum,βουκολικά.Pastorale carmen,ita dictum ἀπὸ τῶν βουκόλων, hoc est,à bubulcis:quod pastorum genus apud rusticos maximo habetur in pretio.

Būcollĭcón,βουκολικόν..Genus est Panacis,quod ex Macedonia affertur ita dictum,quòd armentarij succum eius sponte profluentem excipiant. *Vide Plin l.25.c 4.*

Būcŭlă,per simplex c diminutiuum est à boue,vaccam iuuenem, & adhuc teneram significans.{פרד *parâh.*GALL. Bouueau ou bouuillon, genisse ou genisson.ITAL.*Vachetta.*GE.Ein kälblin/ein junge kuh.HI. *Pequeña vaca.*AN.*A yonge cowe,a halfer.*}*Pl.* Eidem morbo buculæ iecur contritum prodest.*Virgil.lib.3.Georg.*- aut bucula cælum Suspiciens patulis captrauit naribus auras.¶Item Buculus masculinum:paruus bos.{ANG.*A stier,a bullooke.*}*Columella libro sexto capit.2.* Quum deinde buculos comprehenderis,perducito extra stabulum,& ad stipites religato.

Bŏscas non Bŏscis,idis,βοσκάς,Auis est palmipes,similis anati,minor tamen quæ lacus amnesque incolit.*Apud Colume.libro 8.capite 15,legendum* boscades,non boscides,& separat à querquedulis.Bŏscadum alterum genus posuit *Athen.lib.9.cap.16.*maius anate,minus Chenalopse.

Bŏscĭs,idis,βοσκίς,volucris est(*teste Co.l.18.c.15.*]quę clausa pascitur,quemadmodum anates,& coturnices.

BOSGOEDARIZA,Locus est in confinibus maioris Armeniæ situs.*Autor Strab.lt.12.*

Bŏsmorus , *teste Strab.lib.15.* frumenti religiosi genus est,tritico minus, apud Indos inter amnes prouenientis , quod excusum protinus torretur : iuramentóque adiguntur messores , non asportaturos prius quàm coxerint,ne semel in alias terras transferri possit. Apud *Diodorum* Bosphoron vocatum legimus,corruptis(vt videtur) exemplaribus.

BŎSPHORVS,pen cor.βόσπορος Græcè,sine aspiratione : & ita ratio vera postulat.Angustas maris fauces significat,à meabili bouis transitu impósito nomine,*vt testatur Plin.li.6.ca.1.*quasi βοὸς πορεία.Sunt autem duo Bosphori,Thracius & Cimmerius,tanta vterque angustia, vt & alitum cantus,& canum latratus ab vlteriore littore inuicem audiantur:manente etiam humanæ vocis inter duos orbes commercio nisi quum id auferunt venti. ¶Thracius Bosphorus iuxta Byzantium est, quingentorum non amplius passuum freto , Asiam dirimens ab Europa:quà Darius pater Xerxis copias ponte transuexit.Valerius Flaccus fabulatur Io puellam in vaccam commutatam,per hasce angustias in Asiam tranauisse:indéque ferum illud Bosphori nomen traxisse: Sic enim scribit *libr.4.Argonaut.* Iámque dies,atque aura vocant,rursúsque capessunt Æquora,quà rigidos eructat Bosphorus amnes. Illos, Nile,tuis nondum dea gentibus Io Transierat fluctus:vnde hæc data nomina Ponto.Vulgò *Estrecho de Constantinopla.*[*Germani* Der engestlund deß meers bey Constantinopel/welchen ein mal ein rind durchgeschwummen hatt.]¶Alter in introitu est Mæotidos paludis,iuxta Tauri

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

cam Cherroneſum, duorum millium paſſuum latitudine, per quem palus Mæotica in Pontum defluit. Hic Cimmerius Boſphorus dicitur à Cimmeriis populis, qui partem eius frigidiſſimam incolunt. Vnde qui terras frigoribus occupatas habitant, Cimmerii appellantur. ¶Inter Boſphorum Thracium & Cimmerium, vt ex Polybij ſententia ſcribit *Plin. lib. 4. c. 12.* intercacent millia quingenta. ¶Eſt & Boſphorus vrbs Francorum in Germania, vulgò *Ochſenfurt.*

Bōſphŏrānŭs, & Boſphorius. *Cic. pro Lege Man.* Boſphoranus finitimis ſuis bellum inferre ſimulaſſet. *Ouid. 2. Triſt.* Egerit Ionio, Boſphorióque mari. ¶Eſt item Boſphorus *Steph.* duarum vrbium nomen: quarum alteram ad ſinum Cimmerium, & fretum eiuſdem nominis collocat: quę & Boſphoropolis dicitur: alteram in India conſtituit.

BŌSRĂ, {בצרה *boſráh.*} Non eſt altera ciuitas, vt multi putant, ſed Idumæa, iuxta illud: Quis eſt iſte qui venit ex Edom tinctis veſtibus de Boſra? *Eſa. 63.*

BŌSTRĂ, Βόστρα, Phœnices ciuitas eſt, ad mare ſita. *Strab. lib. 16.*

BOSTRATA, Vrbs Ægypti. *Steph.*

Bōſtrўchītēs, βοστρυχίτης, Gemma crinibus mulierum ſimilis. *Plin. lib. 37. cap. 10.*

Bōſtrўchŭs, {βόστρυχος. ANG. *A bushe of heare.*} Dicitur capillus plexus, & cæſaries, in modum muliebris comæ ornata. *Firmicus lib. 3.* Venus criſpos crinium facit, & boſtrychis comatos, id eſt, capillis muliebribus cæſariatos.

BOTACHIDAE, Lacus Arcadiæ in Tegea. *Stephan.*

BOTIAEI, ſiue Bottiæi duplicato tt, βοττιαῖοι, Populi ſunt Thraciæ, quorum meminit *Plin. lib. 4 c. 11.*

BOTIAEVM, βοτιαῖον *Steph.* Oppidum Phrygiæ, Attæam habens paludem ſale fœcundam.

Botanomantia, βοτανομαντία, Magiæ ſpecies eſt, quæ fit per herbas, qua Circem & Medeam excelluiſſe Poëtæ prodiderunt.

BOTRODIVS, Vicus non longè à Segobria: quondam oppidum, ſed à Tiberio Graccho dirutum, *vt refert Polybius.*

Bōtrŭs, tri, Vua, racemus: à Græco βότρυς, quod παρὰ τὸ βοᾶν, τὸ πατεῖν. *Moſchopulus* deduci arbitratur. {אשכול ענב *eſchchol henab.* GAL. Grappe de raiſin. ITA. *Grappolo, racemo.* GERM. Ein weintraub. HIS. *Gajo en que ſe juntan las vuas.* ANGL. *A grape, a cluſter of grapes.*}

Botryo, onis, βοτρύων. Botrus vel vua, præſertim condititia. *Mart. lib. 11.* Nec toto dignam ſe botryone purat.

Botrypes, (quod hîc pro nomine gemmæ corruptè legebatur.) Vide BORYPTES

Botrytis, Cadmiæ ſpecies, quæ teſtudini æratiarum fabricarum vuę modò adhæret: vnde & nomen habet. *Vide Galen. l. 9. Simp.*

Botrўs. {βότρυς. Herbam Hieruſalem appellant. ANG. *Mugwort.*} *Dioſcoridi*, herbæ genus, quod alio nomine Ambroſia, & à quibuſdam Artemiſia vocatur: ita dictum, quòd circa imum caulem ſemen habeat in ramulis, vnarum modo dependens, odore vinoſo: βότρυω enim Græci racemum vocant. *Vide Plin. lib. 27. c. 4.*

BOTRŸS, βότρυς *Steph.* Oppidum eſt Phœnices, cuius mentionem facit *Plin. lib. 5. c. 20.* in deſcriptione montis Libani.

Botrytes βοτρύτης, Gemma, quæ incipienti vuæ ſimilis eſt, alia nigra, alia pampinea. *Vide Plin. l 37. c. 10.*

[Botularius & Cruſtulatarius. *Senec. c. 57.*]

Bŏtŭlŭs, ſiue Botellus. {GAL. Sanciſſe, boudin, andouille. ITA. *Salciccia.* GERM. Ein wurſt. HIS. *Morcilla ò longaniza.* AN. *A pudding called a ſaweſage.*} Farcimin's genus, ex carne ſuilla: à bolis, id eſt fruſtulis carnis, vt quidam putant, appellatus. *Mart. lib. 5.* Et pultem niueam premens botellus. *Idem lib. 4. epigr. 72.* Qui venit botulus medio tibi tempore brumæ, Saturni Septem venerat ante dies. [*Vide Gell. ex Laberio cap. 7. lib. 16.*]

BOVIANVM, Samnitium colonia vetus, *dicente Plin. l. 3. cap. 12.* Samnitium quos Sabellos, & Græci Samnitas dixere, colonia Bouianum vetus, &c.

Bŏx, ocis, βοξ, Genus piſcis marini, à boando, vt putatur, dictum, cuius meminit *Plin lib. 4. c. vlt. Vide ſuprà* BOCAS, & Boces.

B ante R

BR. In notis antiquorum, bonorum. BR. SI. bonorum ſerui. B. R. Bononorum rector. BRITANNIC. Britannicus. B.RP.N. bono Reipublicæ nato. BRT. Britannicus. B.S. bene ſatisfecit, vel bona ſua. B. T. bonorum tutor.

BRABASTENES, Mons, quem *Liu. l. 4. de bel. Maced.* decem millibus paſſuum à Lacedæmone diſtare dicit.

Brăbēutæ. {βραβευταί. AN. *Iudges of players which rewardeth the victours.*} à Græcis dicuntur iudices ſpeculatorum, qui victoribus in certamine exhibent præmium & coronas: qui verò præfectus eſt certaminis, ἀγωνοθέτης dicitur. Græci (*autore Philoſtrato*) ludis Olympicis decem iudices præficere ſolebant. *Suet. de Ner.* Nec aliter certamina gymnica Græcia tota ſpectauerat, quàm Brabeutarum more in ſtadio humi aſſidens, *Suidas*, βραβευτὴς ἀγωνιστῶν, κριτὴς τῶν βραβεῖον τῶν ἐπὶ τοῖς ἀγῶσι. Sunt & Brabeutæ, funebrium pomparum curatores, quos etiam Latinè Deſignatores vocamus: qui ſcilicet cuique incedendi ordinem præſcribunt. *Vide annot. Bud.*

Brăbīum, pen. prod. & per literam b in ſecunda ſyllaba. {βραβεῖον. ANG. *A fee, the reward of victorie.*} Dicitur victoria, vel certaminis præmium.

BRACARI, ſiue BRACARES, Populi Hiſpaniæ Tarraconenſis, ad Minium fluuium, qui vnum conſtituunt ex ſeptem Hiſpaniæ citerioris conuentibus, quem Bracarum conuentum vocat *Plin. lib. 3. cap. 3.* Nũc, inquit, vniuerſa prouincia diuiditur in conuentus ſeptem, Carthaginenſem, Tarraconenſem, Cæſarauguſtanum, Clunienſem, Aſturum, Lucenſem Bracarum. *Ptol. lib. 2. cap. 6.* Bræcaros appellat, eóſque inter Callecos annumerat: eorúmque metropolim Bræcaram Auguſtam vocat.

Brăccæ, {מכנסים *michnesáijm.* βρακανικὴ, διαζωσίδες. GALL. Brayes. ITAL. *Braghe* GER. Vngeſchorne kleider/die vilerley farb haben. HISPAA. *Las bragas* ANG. *Breeches or menes ouer ſtockes.*} A quibuſdam accipiuntur veſtes fluxæ, intonſæque ac varii coloris, quibus vtebantur frigidioris plagæ gentes, *vt inquit Diodor. lib. 6.* à quibus bracata Gallia vocata eſt. Narbonenſis prouincia, quòd veſtes ferret intonſas, & varii coloris. Braccis vſos fuiſſe Scythas *docet Ouid.* [*Eleg. 10. lib. 3. Triſt.*] *ſcribens*, Pellibus & ſutis arcent mala frigora braccis. *Vide Alexandrum ab Alexandro lib. 5. cap. 18. & Gell. lib. 10. cap. 21. Pomp. Mela.* Braccati ſunt, inquit, totum corpus Sarmatæ, & Myſi, qua vident etiam ora veſtiti. *Suet. in Cæſ.* Iidem in curia Galli braccas depoſuerunt, latum clauum ſumpſerunt. *Corn. Tacit. lib. 8. ſic ait*, Ornatum Ceciunę municipia, & coloniæ in ſuperbiam trahebant, quòd verſicolori ſagulo braccas, barbarum tegmen indutus, togatos alloqueretur. Alij ſcribunt braccheæ, per h, ſed ſine ratione: fit enim à Græco βάκκος, vnde braccæ quaſi βάκκαι. [Braccataque turba Getarum. *Ouid. Eleg. 6. lib. 4. Triſt.*]

Brăccārĭi, braccarum veſtium confectores {AN. *VVhich maketh breeches. taylours of ouerſtockes.*} *Lampri.* Ob quod Alexander imperator, veſtigal inſtituit braccariorum linteonum & pellionum.

Brăccātŭs, Braccis indutus. {ANGL. *That weareth breeches.*} *Cic. pro Fŏr.* Si exiſtimatis eos hic ſagatos, braccatoſque verſari animo demiſſo, atque humili, vt ſolent ij, qui affecti iniuriis ad opem iudicum ſupplices, inferiorę ſque confugiunt. ¶Braccatam Galliam, *ex Plinio, Pomponio Mela & aliis*, conſtat dictam eſſe Galliam Narbonẽſem, Romanorũ prouinciam, à braccis, genere veſtis, quo eius regionis homines præ cæteris vtebantur. Hęc Alpibus ab Italia diſcernitur, & Varo amne. Reliqua autem Gallia à ſtudio nutriendę comę Comata dicta eſt.

Brăchium, {זרוע *zeroah.* βραχίων, ονος. GAL. Bras. IT. *Braccio.* GERM. Ein arm. HIS. *Braço.* ANG. *The arme.*} Aliquando totum membrum cum manu comprehendit. *Vir. lib. 5.* Et euinctis attollit brachia palmis. Aliquando ab humero ad cubitum, id eſt pars ſuperior quæ Armus dicitur. Nam armos humeros cum brachiis, ſed non econtrario dicimus: à cubito verò vſque ad vertebram manus, Lacertus nuncupatur. *Ouid. lib. 1. Meta.* laudat digitóſque manúſque Brachiáque, & nudos media plus parte lacertos. ¶Molli brachio & leni bracchio, aliquid fieri dicimus, quum indiligentem operam ſignificamus. *Cic lib. Epiſt. ad Atti. 2. & 4.* [In numerum pulſa brachia verſat aqua. (Remex) *Oui. Ele. 1. li. 4. Triſt.* porrige audacter ad ſalutem brachium. *Pl pſeu. ſc. 3. a. 4.* Circundato me brachiis. *Plaut. Aſin. ſc. 3. a. 3.* Elephanto perfregiſti brachium. *Plaut. Merc. ſc. 1. a. 1.* Et per corium & viſcera Elephanto brachium trãſmitteres. *Ibid.* Aut obligaſſe crus fractum Æſculapio: Apollini autem Brachium. *Pl. Men. ſc. 3. a. 5.* Affigantur (cruci) bis pedes, bis brachia. *Pl. Moſt. ſc. 3. a. 2.* Brachiáque excepi preſſo pendentia collo. *Oui. Ele. 5. l. 5. Triſt.* Læno brachio cõtorta togæ laciniaſad pugnã. *Velleius.*] ¶Trãsfertur interdum ad maris & montium ſinuoſos flexus. *Ouid. 1. Metam.* -nec brachia longo Margine terrarum porrexerat Amphitrite. *Brachia, de piſcibus. Plin. lib. 9. ca. 29. de nautilo*, Poſtea prima brachia retorquens, membranam inter illa miræ tenuitatis extendit. Qua velificante in aura cæteris ſubremigans brachiis, media cauda vt gubernaculo ſe regit. * De equo, vel potiùs Centauro. *Ouidius 3. Metamorph.* Edidit hinnitus, & brachia mouit in herbis. * Brachia in vitibus ſunt, vt flagella, palmites, duramenta. *Columella lib. 6.* Brachia ſunt quæ duramenta Græci vocant. * De arboribus *Virg. 6. Æneid.* In medio ramos annoſaque brachia pandit Vlmus opaca ingens.

BRACHIŎLUM, li, diminut. {βραχιόνιον. ANG. *A litle or tender arme.*} *Catul.* Mitte brachiolum teres, Prętextate, puellulæ.

Brăchĭāle. {πλεβραχιόνιον, καρπὸς, *Theodoro.* GAL Braſſelet, ou mancheron, ornement de bras. IT. *Giontura, della mano & manile.* GE. *Das gleich/ oder der knopff/an welchem der arm vnd hand zuſamen kommen/oder armzierd.* HIS. *Munęca de la mano, braçat ò manilla.* AN. *A bracer or bracelet.*} Dicitur nodus, quo manus cum brachio iungitur coarctatúrque. Brachialia, {πλεβραχιόνια. ארזת *etz hadhâh.* Brachiorum ornamenta & tegumenta, ſicut Ventralia ventris, Frontalia frontis, Tibialia tibiarum. *Plin. lib. 18.* Lais & Salpe canum rabioſorum morſus, & terrias quartanáſque febres aiunt, leniri menſtruo in lana arietis nigri & argenteo brachiali incluſo.

Brăchĭātĭus, a, um, Quod eſt ad brachiorum modum factum, & ad vites præcipuè pertinet. βραχιωδὴς *Colume. lib. 6.* Alij capitatas vineas, alij brachiatas magis probant, quibus cordi eſt in brachia vitę componere.

BRACHMANES, vel brachmanæ, βραχμᾶνες Stephan. Indiæ ſapientes diligentiſſimi ſyderum obſeruatores GERM. *Der nam der weiſſen vnd hoch gelehrten in Indien.*] Horum vitam deſcripſit Bardeſanes Babylonius (vt ſuprà admonuimus) qui Gymnoſophiſtarum duo tradit genera: quorum illi qui ex generis ſucceſſione veluti hæreditariam ſapientiæ poſſeſſionem amplectebantur, Brachmanes *dicti ſunt*: qui verò electione ad philoſophiæ profeſſionem aſſumebantur, Samanei. Ad hos profectus Apollonius Thyaneus vt Iarcham in ſolio aureo ſedentem de ſyderum motu audiret diſſerentem, *vt teſtatur Hiero. in præfatione Bibliorum. Vide Strab. li. 15. Pl. libro ſexto, c. 7.*

BRACHODES, βραχώδης, Promontorium eſt Africæ propriè dictæ, in extimo Syrtis paruæ cornu. *Autor Pt. l. 4. c. 3.*

BRACHYBII, à Dionyſio vocantur Æthiopes, à vitę breuitate. Siquidem quadrageſimum annum non excedunt. GERM. *Die Moren/ haben diſen nammen/darumb das ſy kurtzes lâben ſeind.*

Brăchўchătălēctŏn βραχυκατάληκτον, Breuis terminatio verſus, cui deſunt in fine ſyllabæ. Nam in eo vt perfectus ſit deeſt integer pes, Vnde & metrum Brachycatalecticum dicimus.

BRACHYLE, βραχύλη, Vrbs Ceretum, qui Iberis vicini ſunt. *Steph.*

Brachўlŏgĭa, βραχυλογία, Breuiloquium, Laconiſmus. *Vide Quint. lib. 9. cap. 3.*

Brăctĕă, & Lamina, (*vt ſcribit Valla li. 4. c. 57.*) ſic differunt, quòd lamina craſſior, ex qua armatura conficitur, & qua incenſa olim homines torquebantur. Poteſt autem eſſe ferrea, ærea, & argentea, electrea, orichalcea, plumbea, aurea, lignea, cornea, ſiue ex alia materia. Bractea tenuis magis eſt, & ſua ſponte plicabilis, quæ crepitat, {רקיע *rikkûah* πεπάταλον, ἔλασμα, τὸ αἰγύειον ἢ χαλκοῦ ἢ τινος ἄλλου μετάλλου. GAL. Fueille d'or, ou d'argent, ou d'autre metail. ITA. *Feglietta d' oro ò d'argento, ò di altro metallo ben ſottile.* GER. Ein blech/ oder ein blat von einem metal. HISP. *Chapa ò hoja de metall.*} *Virg. lib. 5.* Sic leni crepitat bractea vento. Bracteis inaurari ſimulchra ſolebant, ſed Vnguibus plerumque auferebantur. *Mart.* An magis aſtuti deraſa eſt vngue miniſtri Bractea. Et ſeruus qui bractea deraſerat (*apud Sue.*) damnatus eſt. ¶Dicta Bractea ἀπὸ τῆ βράχειν, hoc eſt, à reſonando.

Brăctĕŏlă

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Brāctĕŏlă, diminut. {τὸ πετάλιον. ANG. *A litle raye or a thinne leaue of gola, or any metall.*} Folium auri, alterĭusve metalli. *Iuuenal.* Qui bracteolam de Castore ducat.

Brāctĕātŏr, idem quod Bractearius, {ὁ χρυσοπετάλων κουντής. GA. Bateur d'or & d'argent. IT. *Battitore di tai fogli.* GER. Ein blechmacher/oder der die dünnen bletter von denn metallen schneydet. HIS. *El batidoja.* AN. *A golde ater, a gold laier.*} *Firm.* Quicunque habuerit horoscopum in XVII. parte Scorpii erit aurifex, inaurator, & bracteator.

Brāctĕārĭŭs, Qui bracteas facit: cuius ars Bracteatia. {AN. *A gold beater.*} & bracteatum quod bracteis tegitur. *Bud. in Pand.* πεταλίσης.

BRACTIA, Insula, *Vide* BRATIA.

BRAECARA Augusta, Oppidum Tarraconensis Hispaniæ, non procul à Minio fluuio. *Vide Ptolem. lib. 2. cap. 6. & quæ suprà annotauimus in dictione* BRACARI.

BRAESI, βραισοὶ, Populi Macedoniæ, *Steph.*

BRAGADA, penult. corr. βραγάδας, Fluuius qui iuxta Vticam labitur, apud quem ab Attilio Regulo, & à toto exercitu cum ballistis & catapultis serpens, centum, & viginti pedes longus occisus est. In castigatis tamen codicibus Bagrada nominatur hic fluuius, non Bragada. [Meminit *Cæsar 2. de bell. ciu.*]

BRAGAE, Insulæ quædam sunt desertæ, *vt tradit. Plin li. 6. c. 28.*

BRANA, Turdulorum oppidum est in Hispania, in conuentu Cordubensi, *Plin. l. 13. c. 1.*

BRANCHIDAE, βραγχίδαι, Apollinis Didymæi sacerdotes sunt apud Posideum oppidum & promontorium Ioniæ, qui locus teste *Pli. l. 5. c. 29.* priùs Branchidarum oraculum dicebatur, deinde Didymæi Apollinis à litore distans stadiis 20. *Vide Strab. lib. 14.*

Brānchĭæ, arum. {βράγχια. GAL. L'ouye ou l'oreille des poissons. ITA. *Branche, barbole di pisce.* GE. Fischoren. HI. *Las agallas del pesce propria mente.* AN. *The gilles of fishe.*} Dicuntur in piscibus secundum cetuicè follium more hiantes partes, quibus anhelitum reddere ac per vices recipere existimantur. *Pl. l 9. c. 7.* Branchiæ non sunt balænis, nec delphinis Hæc duo genera fistulis spirant, quæ ad pulmonem pertinent balænis à fronte, delphinis à dorso.

Brānchŭs, {βράγχος. ANG. *Hoarseneſſe of voice by falling doune of humoures in the throate.*} Raucedo & asperæ arterię passio, quum humor ad guttur descendit, ita vt madente interiore pellicula vox rauescat. Vnde & Arteriacum hoc vitium appellãt, quod asperam arteriam peculiariter infestet. Cõtingit etiam interdum citra humoris defluxum, nimia vociferatione vel frigidi aëris inspiratione, vt & Ægineta asserit, & experientia ipsa confirmat.

BRĀNCHŬS, *vt scribit Lactantius,* Filius fuit Apollinis, ex filia Iaucis & Sucronis coniuge susceptus, qui quum Apollinis malas deosculatus esset, ab eo captus, coronam & virgam accepit, cœpítque vaticinari, & subitò nusquam apparuit: post hoc ingens templum est ei ædificatum, quod Branchiadon nominarunt *Idem autor alibi dicit* Brãchum, quendam Thessalum fuisse, ab Apolline dilectum, cui post mortem in suo templo sacra fieri idem iussit. ¶Hinc Apollo Branchiades dictus est, & Branchiadæ communes Apollinis & Branchi sacerdotes, qui Apollinis Didymæi oraculo præfuerunt. ¶Branchi meminit *Stat. lib. 3. Theb. & Strab. lib. 14. & alibi.*

BRANCOLI, Populi sunt Indiæ, quorum meminit *Pli. lib. 6. c. 20.*

BRANDA, a Poetis breuitatis causa appellatur Apuliæ vrbs Brundusium. *Vide suo loco.*

BRANDEBVRGVM, Vrbs celebris Germaniæ inferioris.

BRASIDAS, Σπαρτιάτης, Lacedæmoniorum dux fuit, qui circa Amphipolim cum paucissimis, cinctus ab Athenienſibus, qua hostium copiæ rarissimæ erant, sibi ferro iter aperuit. *Vide Suidam.*

Brāsĭcă, pen. cor. {κράμβη. GA. Choux IT. *Cauoli.* GER. Kõl. HIS. *Verça generalmente.* AN. *Colewortes.*} Herba est vulgò caulis nomine nota: ita dicta quasi præsecta, teste *Varr.* quia ex eius scapo, quem maximum habet, folia minutatim præsecantur. [Apponunt rumicem, brassicam, betam, blitum. *Plau. Pseu. sc. 2 a 3.*] *Cato de Re rust. c. 156. & 157.* brassicarum tria facit genera, vnum extensis foliis, caule magno: alterũ crispo folio, quam Apianam vocant & Selinadam: tertiũ minutis caulibus. Hunc herbę tantum traditur esse cum vite diffidij, vt vitis, si prope ipsam lata sit brassica, in diuersam refugiat partem. *Cic. de Natur. deor.* Iam verò vites sic clauiculis adminicula, tanquam manibus apprehendunt: atque ita se erigunt vt animantes: quinetiam à caulibus, brassicísque si propè sata sint, vt à pestiferis & nocentibus refugere dicuntur, nec eos vlla ex parte contingere.

BRASIAE, βρασιαί, Vrbs Laconica. *Steph.*

BRAVTIA, Insula est vna ex iis quæ Illyrico adiacent. Scribit enim *Pli. l. 3. c. vl.* Illyrici oram quòd vadosum ibi sit mare, mille ampliùs insulis frequentatam esse, inter quas enumerat Brattiam, bobus & capris laudatam.

BRAVRŌN, βραύρων, Atticæ oppidum, vbi Dianæ Brauronię sacellum est, *autor Strab. lib. 9. & Plin. 4. c. 7.*

BRAVM, βράουον, Vrbs Hispaniæ Tarraconensis, sub Cantabris sita, *autore Ptolem.* quæ eadem esse creditur cum ea, quam illi sua lingua *Burgos* vocant.

Brauium, *Vide* BRABIVM.

BREA, βρέα, Ciuitas in quam Athenienses coloniam miserunt. *Steph.*

BREGI, & B reges, & Phriges iidem sunt. *Strab. lib. 12.*

BREGMENTANI, Asiæ populi in Troade, *autor Plin. li. 5. c. 36.*

BREMIS, Vrbs Saxoniæ, vulgò Bremen.

BREMEN, *Vide* Phabitanum.

Brĕgmă. βρέγμα, à medicis propriè appellatur anterior pars capitis suprà fontem capillis tecta, quę & Sinciput à Latinis dicitur: quanquam etiam frequenter apud Græcos pro toto capite positum inuenitur. {AN. *The fore parte of the head.*}

BRENNVS, vel (vt aliis placet) Brenno, βρέννος, Dux Gallorum, qui Brenonam Venetiæ vrbem ædificauit, quæ postea literarum mutatione Verona dicta est. {GERM. ein Furst vnd hauptman der Gallier/der Italiam verherget hatt/vnd Dietrichs Bern gebawen.} Hic cum trecentis armatorum millibus in Italiam irrumpens primùm Romanos apud Alliam fluuium profligauit: deinde ad vrbem pergens, eandem cepit totámque exussit, præter Capitolium: in quod nobilior iuuentus confugerat: sed quum & illud aggrederetur, Romani cum illo cõuenerunt vt acceptis aliquot auri talentis, obsidionem relinqueret. Quum igitur aurum penderetur, ipse dux gladium suum vagina educens, & hunc pensari imperauit: sed quum hoc Romani, vt rem iniustam, recusarent, atque ita inuicem contenderent, Camillus exul, qui absens Dictator creatus erat, collectis iis qui Roma profugerant, Gallos ex improuiso adortus est: qui relicto, auro, cum maximo suorum detrimento fuga sibi consulere coacti sunt. Camillus verò eos continuò persequens, ex Italia expulit. Postremò Brennus Apollinis Delphici templum prædæ causa ingressus, ira numinis se interfecit. *Propertius,* Torrida sacrilegum testantur limina Brennum. Vnde quoque prouerbium, Quid victis, nisi dolor? [*De eo Plutar. in Camil.*]

BRENTHA, Βρέανθα, Vrbs Arcadiæ, & fluuius Brenthiates. *Stephan.*

BRENTVS, βρέντος, Herculis filius, à quo Brundusium, βρεντήσιον dictum. *Steph.* Est & Brentus Herculis filius.

Brĕphŏtrŏphīă, βρεφοτροφεῖα. Latinè paruulorum hospitalia: quibus infantes expositi alũtur. βρέφος enim infans nominatur. τροφὴ educatio. *De quibus in decretis 23. q. 8.*

BREPIVM, Promontorium est Achaiæ, *teste Plin. lib. 4.*

BRETENA, Vrbs Italiæ sub Venetia, Ptol. *Brintum* hodie.

BRAETOLAEVM, *Ptolemæo,* Lusitaniæ oppidum est, quod hodie *Britium* dicitur.

BRETTANIS, Insula. βρεττανὶς, *Vide* Brettotia.

BRETTIVS, *Vide* Brettotia.

BRETTOTIA, βρεττωτία, insula in Adriatico mari.

BRĒVCI, *teste Plin. lib. 4. c. 35.* sunt Pannoniæ populi ad Saum fluuium. [Breucorum meminit *Suet. in Tib. c. 9.*]

BRĒVNI. *Plin.* inter Alpinas gentes numerantur: sic enim scribit *l. 3. c. 20.* Gentes Alpinæ deuictæ, atque sub imperium populi Romani redactæ, Triumpilini, Canuni, Veunotes, Venonetes, Hisarci, Brenni, &c.

Brĕŭĭs, & hoc breue, Curtus, paruus, pusillus, contractus, concisus. Longus, productus. {קצר *kaiśer* קטן *katán.* βραχὺς. GAL. Bref ou brief, court. ITAL. *Breue, corto, picciolo.* GER. Kurtz. HIS. *Cosa breue ò corta.* ANGL. *Short.*} *Cic. pro Archia.* Quid est quod in hoc tam exiguo vitæ curriculo, & tam breui, tantis nos laboribus exerceamus? *Horat. 4. Carm.* sed Cynaræ breues Annos fata dederunt. Et differt breuis & pusillus; quòd breuis est in natura, vt breuis dies, annus, &c. Pusillus in corpore. *Sospater lib. 1.* ¶ Breui manu, per compendium, à vitiatò circuitu: *Vlp. D. lib. 23. tit. 3. l. 43.* Nisi fortè si accepto tulit, vt velit mulieri in totum donatum, tunc enim credendum est breui manu acceptum à muliere, & marito datum.

Breui, aduerbium, breuiter, paucis verbis, propediem, breui tempore. {ἐν βραχεῖ. GALL. En brief, en peu de temps, incontinent. ITALIC. *Breuemente.* GER. In einer kurtze/einer kurtzen zeyt. HISP. *Breue y cortamente.* ANGL. *Sortlie, in few wordes, quickelie.*} *Cic. Curioni,* Breui tamen sic habeto, in eum statum temporum tuum reditum incidere. Potest esse & ablatiuus, vt subintelligatur Tempore: *Cic. in Verr* Breui postea mortuus est. *Idem ad Terentiam suam scribens cum tempore coniunxit,* Etiam illud verendum est, ne breui tempore fames in vrbe sit. *Et ad Octauium posuit cum præpositione In,* O miseram, & in breuitatem celebrem, & tam vanam reipub. commutationem *Aliter Gell. lib. 13. cap. 17.* Fuit autem, *inquit,* Æschylus non breui antiquior Euripide: hoc est, non multo tempore ante Euripidem. [Breui pro mox. *Sueton. in August. cap. 65.*

Brĕŭĭo, as, are, {קצר *kitśśár.* βραχύνω. GA. Abreger, accourcir. ITA. *Abreuiare, accortare.* GERM. Kurtzen/kurtzer machen. HISPA. *Abreuiar, accortar.* ANG. *To mak short, or abbrid ge.*} *Quintil. lib. 1. c. 15.* Qua & breuiare quædam, & exornate, saluo modò Poetæ sensu permittitur. [*Item lib. 5. & 11.*]

Brĕŭĭă, {βραχέα. ANG. *Fourdes, shallowe places where men may go ouer.*} *Thucydid.* Vadosa loca sunt mari, nauibus insidiosa. *Vir. Æn.* In breuia & Syrtes vrget.

Brĕŭĭārĭum, Compendium, summarium, opus concisum. [Oratio ordinaria quod Breuiarium nunc vocant. Latinè olim summarium. *Senec. epi. 39.*] {σύντομα. GAL. Abregé, sommaire. ITAL. *Sommario.* GER. Ein summary/ein kurtzer begriff. HISP. *Libro abbreuiado.* ANG. *A hort compendious draught, an abbridgment.*} *Plin. lib. 18.* Verum vt pariter omnis culturæ breuiarium peragatur. *Suet. in August.* Fecit & breuiarium totius Imperij, quantum militum sub signis vbique esset, quantum pecuniæ in ærario, & fiscis, & vectigaliorum resíduis. ¶ Breuiariæ rationes, quæ in breue contractæ sunt. *Sue. in Caligula cap. 12.* Ordinario quidem dispensatori breuiarium rationum offerenti, paropsidem leguminis porrexisse. *Scauola de pecul. legat.* An peculio prælegato & centum aurei & vsuræ eorum debentur, cum rationibus breuiariis.

Brĕŭĭlŏquēns, tis. {βραχυλογίων. GAL. Qui dit en peu de paroles ce qu'il veut. IT. *Chi par la breuemente.* GE. Kurtzredend. HIS. *Eque habla breuemente.* ANG. *A speaker in few wordes.*} *Cicer. ad Att. li. 7.* Breuiloquentem iam me tempus ipsum facit.

Brĕŭĭlŏquēntĭă: siue breuiloquium. {βραχυλογία. GALL. Bref & court parler. ITALIC. *Il parlar breue & corto.* GE. Ein kurtze red. HIS. *El hablar abreuiado.* AN. *Short speaking, breffneſſe, wordes.*} *Cic. de Repub. ex Gell. lib. 12. c. 1.* Breuiloquentiam in dicendo colat.

Brĕŭĭlŏquŭs, Qui aliquid paucis scribit, aut dicit. {AN. *hat speaketh quickelie and briefelie.*}

Brĕŭĭtas, tatis, Angustia, contractio. {קצר *kótser.* βραχύτης. GAL. Briefueté. ITA. *Brevitá.* GER. Kurtze. HIS. *Breuedad o cortedad.* AN. *Shortneſſe, rieſeneſſe.*} *Cic. Offic. lib. 1.* Breuitatis causa vno exemplo contenti erimus.

Brĕŭĭs item, & Breue, masculini & neutri generis, à quibusdam dicuntur in eo significato, quo vulgus vsurpat Breue Apostolicum, {βραμμή.} *Lampridius,* Milites suos sic vbique sciuit, vt in cubiculo haberet breues, & numerum, & tempor militantium. *Flauius Vopisc. in Aurel.* Breue nominum conscripsit. [Ad breue videbar, & *Suet. in Tib. c. 68.* Est breue præterea, de quo mihi quærere restat.]

BRIAREVS, βριάρεως, Gigas cæli & terræ filius, quem Poetæ finxerunt centum habuisse brachia, & quinquaginta ventres. Hunc fingit Homerus, quum Pallas, Iuno, Neptunus, aliíque ex Diis nonnulli, aduersus Iouem coniurassent, persuasum à Thetide in cælum ascendisse, vt Ioui suppetias ferret, deósque coniuratos illius aduen-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tu territos à cœptis deſtitiſſe,& cum Ioue in gratiam rediiſſe. *Hæc Homerus Iliad.* vbi etiam hoc addit,à ſuperis quidem Briareum dictum fuiſſe,ab hominibus autem Ægeonem.Alij Briareum inter eos numerant gigantes,qui aduerſus Iouem conſpirarunt: vnde *à Virgil. libro 6.* cum aliis monſtris in veſtibulo inferorum collocatur. Dictus Briare⁹ à corporis robore.Nã βριαρὸν,Græci pro forti dicũt & robuſto.

BRIAS,adis,Βρίας,Vrbs eſt Piſidiæ regionis in Aſia.*Autor Strab.l.12.* Artemidorum antiquum ſcriptorem citans.

BRICINNIA,βρικιννία.Vrbs Ciciliæ,*Steph.Vide* Bucina.

BRIGANTES,βρίγαντες,Hyberniæ populi ſunt,*teſte Ptol.l.2.c 2.* Horum ciuitas hodie *Gonaforda* vocatur.

BRIGANTIVM,Oppidum eſt Rhetiæ ad lacum Acronium,ſiue Podamicum,qui &Brigantius ab oppidi huius nomine appellatur.Vulgo Bregentz am bodenſee.

BRICIANI,Populi inter Alpinas gentes,*Plin.li.3.cap.12.*

BRIGIDA,Mulier vitæ ſanctitate inſignis.Romam venit à Suetia,Vrbano v.Pontifici maximo quatuor liberos mares,totidem fœminas omnes ſanctos habuit,inter quos Catharinam,quæ eam vidnam Romam comitata eſt,cuius etiam cura atque opera in patriam relata eſt.*Autor Volaterranus.*

BRILESSVS,Atticæ mons eſt.*Pl.li.4.c.7.*

BRILETVS,Atticę mons,in quo bina leporibus ſunt iecinora,ceruis renes quarenũ:pẽnatis autem & ſquamoſis nulli.*vt ſcribit Pl.l.11 ca.37.* Suſpicor eundem eſſe cũ eo,quem idẽ *l.c.7.*Brileſſum vocat:vn de & Brilettus ſcribendum videtur Atticorum more,qui dictiones eas,quę κοινῶς per duplex ττ ſcribi ſolent,geminato τ efferunt.

BRIMO,βριμώ,Vnum eſt ex Hecates,ſiue Proſerpinæ nominib⁹:ἀπὸ τῆς βεβριμῆσθαι,hoc eſt,à terendo impoſitum:eò quod nocturna terriculamenta ab ea immitti credebantur:vt ex Apollonij interpretibus annotauit *Cælius Rhodig.li.11.c.6.*Brinthus βρίνθος,*Ariſt.Hiſt.l.9 cap.11* Auis canora, quæ in montibus ſyluiſque verſatur.

BRIS,Iucundum dicitur,*inquit Cornutus.* vnde etiam quidam Briſeida dictam,quod ea iucunda fuerit Achilli.

BRISA,βρίσα,Promontorium Lesbi in quo Dionyſius colitur, qui ab eo Briſæus appellatur,*vt autor eſt Stephanus.Cornutus autem in Perſii Sa.* 1.Briſæum appellatum eſſe ſcribit vel à mellis vſu,quòd ipſe primùm mel inueniſſe dicatur,& ex fauis exprimere,vel ab vua quòd vuam inuenerit & expreſſerit,quum Briſare ſit exprimere:vel à nympha quæ eum nutriſſe dicitur.Briſæus etiam poetarum epithetum eſt,quòd ij in Liberi patris tutela eſſe credantur.*Perſ.Sat.1.*Eſt nunc,Briſęi,quem venoſus liber Acci.

Briſa,æ,Vinaceorum maſſa,ex qua vini vel aquæ effuſione fit vinũ ſecundarium. *Colum.l.12.c.19.*Poſtea vinaceos calcare,adiecto recentiſſimo muſto,quod ex aliis vuis factum fuerit,quas per triduum inſolaueris: tum permiſcere,& ſubactam briſam prælo ſubiicere,paſſúmq; ſecundarium ſtatim vaſis oblinitis includere,ne fiat auſterius.

BRISA BRITAE,Indiæ populi trans Indum fluuium,quorum mentionem facit *Plin.li.6.c.20.in deſcriptione fluminis.*

BRISEIS,pen.pro.βρισηΐς,Lyrneſia puella fuit,à patre Briſe ita appellata, quum vero nomine Hippodamia vocaretur.Hæc capta Lyrneſſo vrbe,Achilli victori in ſortem ceſſit,& poſtea ab Agamemnone erepta, implacabilis diſſidii cauſa fuit inter Agamemnonem & Achillem.Detrectabat enim Achilles Agamemnonis imperium,neque vnquam ad duci potuit vt arma ſumeret,donec Patrocli mors nuntiata cum ad vindictam extimulauit.*Extat huius Briſeidos ad Achillem epiſtola apud Ouidium in Epiſtolis Heroidum.*

Briſo,as,re.{ANG.*To preſſe or wring out.*}Exprimere eſt,*inquit Cornutus in Perſium.*vnde BriſæumLiberum patrem dictum putat,de quo ſuprà. ¶Puto quoque Briſare idem antiquis fuiſſe quod comedere & conſumere.Itaque apud *Nonium* pro Braſire,exiſtimo legendum eſſe Briſare,tranſpoſitis literis quibuſdam.*Afranius Diuortio,* Qui coner noctu clanculum briſare dotem.

BRITANNIA.{βρεττανία *Straboni.*GALL. Angleterre.ITA.*Inghilterra.*GE. Engellãd.HIS. *In laterra.*ANG.*Ingland ana Scotland* {per duplex nn, inſula in Oceano Septentrionali,omnium,quæ Europæ adiacent,maxima:vnde & orbem alterum quidam ex poetis appellauêre:à Britone rege Britannia dicta,quum prius Albion diceretur ab albis montibus, qui ad eã nauigantibus primò apparent.Hodie in duas diuiſa eſt partes:quarum alteram,quæ in Septentrionem vergit,Scoti incolunt,Caledoniæ ſyluæ nomine cognitam:alteram,quæ cultior eſt, & Belgis vicinior,Angli tenent,Saxoniæ populi,prioribus incolis,qui Britones dicebantur,inde expulſis.Hæc ab Ortu Germanico, ab Occaſu Hybernico,à Septentrione Caledonio Oceano abluitur:ad Meridiem verò anguſto freto à Belgis dirimitur.Porrigitur in longum octingentis millibus paſſuum.In ea Gagates lapis inuenitur,qui ardet in aqua,& oleo reſtinguitur.Vrbem habet Londinum,nunc *Londram*,copia negotiatorum celebrem.Inter Septentrionem & Occidentem(vt celebres Geographi tradunt)duę ſitæ ſunt inſulæ,Britannia & Hybernia paulò minor Britannia,vltra quas ſunt quadraginta inſulæ Orcades appellatæ,modicis ſpatiis inter ſe diſtinctæ.Apud Britannos longiſſimus dies ſeptendecim horarũ deprehenditur,& aſtare lucidæ sũt noctes,*autore Pl.* ¶Britanniæ,arũ,vt Galliæ etiam dicuntur multitudinis numero.*Cat.in Cæſ.*Hunc Galliæ timent,timent Britannię.*Pl.l.33.*Galliæ Britanniæq; inde modico dicuntur vſæ. [Te manet inuictus Romano marte Britannus.*Tibul.lib.4.*]

BRITANNICVS,a,um,Quod ad Britanniam pertinet,quod ex Britannia eſt. βρεττανικός.ITA.*D'Inghilterra,Ingleſe.*GER.engellendiſch.ANG.*Belonging to ingland or Scotland.Iuu.Sat.7.*Quantum delphinus balena Britannica maior.*Cic.3.de Na.deor.* Qui æſtus maritimi,vel Hiſpanienſes vel Britannici,eorúmque certis temporibus vel acceſſus,vel receſſus, ſine Deo fieri nónne poſſunt?

BRITANNVS,ni,βρεττανὸς,Gentile à Britannia inſula deductum.*Vir.Ecl.1.* Et penitus toto diuiſos orbe Britannos.**Lucretius* vero primam producit,*li.6.*Nam quid Britannus cælum differre putamus?

BRITANNICA,*Pl.l 25.c.2* herba eſt foliis oblongis & nigris,radice item nigra, neruis & dentibus ſalutaris,& contra anginas,& ſerpentũ morſus efficax remedium habens.Huius flores Vibones vocantur, quibus ante tonitrua deguſtatis,milites aduerſus fulminum ictus prorſus ſecuri reddebantur.Scribit *Plinius* loco iam citato,promotis à Germanico exercitus Rhenum caſtris,in maritimo tractu fontem fuiſſe inuentum aquæ dulcis,qua pota intra biennium dentes decidérent, compageſque in genibus ſoluerentur.Ei autem malo Britannicam herbam auxilio fuiſſe,à Friſiis Romano militi commonſtratam.

BRITANNICVS,Nomen fuit filii Claudii Cæſaris,ex Meſſalina,quem primò Germanicum & mox Britannicum appellauit:qui quanuis adhuc infans à patre in caſtris ſæpe circunlatus fuiſſet,& militibus commendatus,Neronis tamen opera veneno ſublatus eſt: *vt eſt videre apud Tacit lib.13.*

BRITIVM,Luſitaniæ oppidum *apud Plin. lib.4.c.21.*

BRITOMARTIS,Puella fuit ex Gortyne Cretæ ciuitate, Iouis & Charmes filia,Dianæ *in primis chara,alio nomine* Dictynna appellata,ἀπὸ τῶν δικτύων,hoc eſt,à retibus,quorum vſum in venatione traditur inueniſſe.Hanc Minos Cretæ rex ferunt adamaſſe, cuius vim quum alioqui effugere non poſſet,ex altera ſeſe rupe in mare præcipitauit.*Vide Virgilium in Ciri,& Diodorum lib.5.*

BRITONA,Puella Cretenſis fuit inſignì forma,& Dianę in primis dilecta,quę quum Minois vim alioqui declinare non poſſet,in fluuium ſe præcipitauit:leuius rata vitæ,quàm pudicitiæ iacturam facere. *Hæc à Diodoro lib.5.& Virg.in Ciri,* Britomartis dicitur.

BRITONES, Vulgò *Bretons*, Populi ſunt minoris Britanniæ quæ eſt Galliæ Celticæ regio ad mare Oceanum ſita, Northmannis ac Pictauis contermina.Hi olim Britanniam inſulam dicuntur incoluiſſe, indéque ab Anglis Saxoniæ populis expulſi,in aduerſo littore ſedes fixiſſe.*Iuuenal.ſat.15.* Qua nec terribiles Cimbri, nec Britones vnquam. [Britonis ſecunda producta & prima,*Mart.epigr.22.lib.11.*]

BRIVATES,Lugdunenſis Galliæ portus,*Ptol.l.2.c.8.*

BRIXELLVM.Oppidum inter Mantuam & Cremonam.*Volaterr.*[Brixillum videtur dici *Suet.in Oth.c.9.*]

BRIXENTES,Populi Alpini,Lepontiis finitimi,quorum meminit *Plin.li.3.c.20.*

BRIXIA,Vulgò *Breſcia*,Vrbs eſt Tranſpadanæ regionis, opus Cenomanorum,qui poſt inſubres in Italiam venerunt, *Liuio & Polybio teſtibus.* {GERM.Brixien ein ſtatt in Italia.} Eſt item Brixia fluuius Elymaidis: quæ eſt regio Perſidi finitima.

BRIXILLVM,Vulgò *Bercelle*,Oppidum Hetrurię apud Mutinam.*Plin.lib.* 8.c.15.in deſcriptione octauæ regionis Italiæ.

BRIZO,Βριζώ,Apud Delios variciniorum,quæ ex ſomniis ſumuntur, Dea habita eſt:eique ſcaphas omni genere bonorum plenas, ſolis piſcibus exceptis,offerebant Dicta autem putatur Brizo,ab eo quòd βριζειν priſci Græci pro dormire dicebant *Vide Cal.Rhodig.lib.2 .c.10.*

Brochus, adiectiuum eſt,idem ſignificans , quod Bronchus. *Vide ſuo loco.*

Brochon, Arbor eſt nigra,magnitudine oleæ,folio roboris,fructu caprifici,ex qua Bdellium manat.Hanc aliqui Malachram, alii Maladocon appellant *Autor Plin lib.12 c.9.*

[Bromia nomen Ancillæ *in Amphitr.& Men.ſ.2.a.5.apud Plaut.*]

BROMIVS,βρόμιος,Bacchi cognomen,ἀπὸ τῆς βρόμου,id eſt, à fremendo: vel ἀπὸ τῆς βροντῆς,hoc eſt,à tonitru,eò quòd natus ſit cum tonitru,eius genitrice fulmine peremptæ.

Brõmos βρῶμος.Herba eſt folio & culmis tritico ſimilis,in ſummo ſemen habens ſimile locuſtis duplici crure diuaricatis, iumentorum potius, quàm hominum naſcens pabulo.Latini Auenam appellant.*Vide Plin. lib.22.c.vlt.*

Brõnchus,{βρόγχος.ANGL.*Any thing of griſſle,the winde pipe* } Corpus quoddam eſt cartilagineum,*Galeno*,ſecũdum aſperam arteriam.quod & βρογχίον appellatur,ita dictum παρὰ τὸ βρέχεσθαι ἐν τῷ πόσει ἢ σιτίοις. ¶ Accipitur & pro gutture : vnde βρογχοκηλὴ dixerunt pro gutturis tumore.

Bronci,(*vt Nonius ſcribit*)Dicuntur,qui producto ore, & dentibus prominentibus ſunt.{ANG.*Great lippes.*}*Plin.lib.*11.c.37.Labra,à quibus Bronci Labeones dicti.*Lucil.in Satyr.* Broncus nouit,Lanius dente eminulo. Hic eſt Rhinoceros. *Varro de Re Ruſtic,lib.*1.non Broncos, ſed Brochos canum vocat. Ex eo , inquit, enatis duobus dentibus dextra & ſiniſtra paulò eminulis ſuperioribus, directis potiùs quàm brochis , & acutis. ¶ Hinc Brochitas.*Plin.lib.*11.*cap.*37.Senectus in equis & cæteris veterinis intelligitur dentium brochitate, ſuperciliorum canitie.

Bronchocelè,βρογχοκήλη, Tumor magnus & rotundus in ceruice inter cutem & aſperam arteriam,qua modò humor aliquis includitur : interdum etiam minuris oſſibus pili immiſti Creditur gigni hoc vitium aſſiduo potu aquæ,quæ ex niuibus reſoluitur : vnde iis præcipuè peculiare eſt , qui Alpibus ſunt vicini:Sabaudis ſcilicet & Pedemontanis.Qui hoc vitio laborant,Gutturoſi dicuntur.

BRONGVS,gi,βρόγγος,Fluuius eſt ex Illyrico Boream verſus fluens, & excepto Angro,in Iſtrum influens.*Herod.lib.4.*

BRONTES, βρόντης Vnus ex miniſtris Vulcani,qui Ioui cudunt fulmina, παρὰ τὸ βρέμειν βροντᾶν, hoc eſt à tonitru dictus. { GERM. Einer auß den ſchmidknechten Vulcani/ſo dem Juppiter ſtralen ſchmiden.} Tres autem præcipue a Virgilio numerantur Vulcani miniſtri , Brontes,Steropes & Pyracmon,quem *Ouid.4.Faſtor.* Acmonidem appellat. Hos *Heſiodus in Theogonia* Cœli & Terræ filios facit: quanquam alij ex Neptuno & Amphitrite natos malint.*Virgi.4.Æneid.* Ferrum exercebant vaſto Cyclopes in antro,Brontéſque,Steropéſque,& nudus membra Pyracmon.

Brontẽum,pen.prod. βροντεῖον. Machina erat ſub ſcena,æneum habens vas.in quod decidentes calculi & in eo circumacti,tonitrui ſonum imitabãtur:quod genus Claudiana tonitrua *Feſtus* appellauit,à Claudio Pulchro inuentore.

BRONTEVS,Dictus eſt Iuppiter,à βροντῶ,quod eſt tonitru.

Brontĭa, æ, βροντία, Gemmæ nomen,quæ cum tonitruis cadere creditur,teſtudinis capiti ſimilis. {ANGL. *A thunder ſtone.*} *Vide Plin.lib.* 37.c.10.

BRÕTEAS,& AMMON.Gemini fratres fuerunt,cæſtibus clari,qui ab Ibãneo occiſi ſunt in aula regis Cepheni.*Quid lib.5 Metam.* Hinc gemini fratres Broteáſque & cæſtibus Ammon Inuicti,vinci ſi poſſent ęquibus enſes,Plinicea cecidere manu.

BRÕTHEVS, per *duas* ſyllabas , Vulcani filius fuit , qui irriſus propter oris deformitatem,coniecit ſe in ignem,& vitam incendio finire maluit quàm omnium ludibrio eſſe expoſitus. { GERM. Ein ſon Vulcani der ſich von ſeiner vngeſtalte wägen ſelbs verbrent hatt. } *Ouid. in Ibin.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Ibin. Quódque ferunt Brotheum feciſſe cupidine mortis, Des tua ſuccenſæ membra cremanda pyræ.

Brūchūs, {יל *jélek.* βροῦχος. GAL. Chenille, vne vermine qui mange les herbes. IT. *Ruga che mangia le herbe.* GE. ein raup/hewſchreckkäfer. HIS. *El pulgon que rue las vinas.* ANG. *A worme that eateth hearbas.*} Genus vermis è locuſtarum genere, ſine alis tamen, herbas & arborum frondes erodens: vnde & nomen accepit, παρὰ τὸ βρύκειν τὸ ἐσθίειν. ¶ *Huius meminit Hieron. in Malac.*

BRVLLITAE, Populi Aſiæ, quos Epheſiorum conuentui attribuit *Plin. lib. 5. ca. 29.* Epheſum (*inquit*) alterum lumen Aſiæ remotiores conueniunt Cæſarienſes, Metropolitæ, Cylbiani, inferiores & ſuperiores, Myſomacedonienſes, Maſturenſes, Brullitæ, Hypæpeni, Dioshieritæ.

Brūmă, Dicitur dies ſolſtitij hyemalis: qui eſt ad XVIII. Kal. Ian. quo die fit in capricorno hyemale ſolſtitiū. {יוֹם *ſethâu* χειμερινὴ τροπή. GALL. Les plus courts iours de l'an, le milieu de l'hyuer. IT. *I minori di tutto l'anno.* GER. Der kurtzeſt tag im winter. HIS. *Los menores dias de todo el año.* ANGL. *Winter.*} *Cic. 2. de Diuin.* Nam & muſculorum iecuſcula bruma dicuntur augeri, & puleium aridum floreſcere brumali ipſo die. ¶ Et ponitur quandoque pro hyeme, aut rectè pro frigidiſſima illa hyemis parte, qua dies breuiſſimi ſunt. *Virg. Æned. 2.* Frigida ſub terra tumidum quem bruma tegebat. *Martial. lib. 1.* At quum December canus, & bruma inpotens Aquilone rauco mugitet. ¶ Inde Brumalis ad iectiuum: vt, Brumale tempus, & Brumalis dies *apud Cic. de Diuin.* [Iactor & indomito Brumali luce profundo. *Ouid. Eleg. 10. l. 1. Triſt.*] Dicta Bruma, quaſi βραχυτάτη ἡμέρα, id eſt, breuis dies. {ANG. *winterlik, belonging to winter.*}

Brūmālĭa, à Romanis dicebantur Bacchi ſacra, quæ & Liberalia dicebantur: quæ bis quotannis celebrabantur, ſemel 11. Cal Martij, atque iterum XVII. Cal. Septem. διονύσια. *Plin.* Priora & poſteriora Vinalia appellat. Brumalia autem à Brumo dicebātur: quo nomine Romani Bachum appellabant. *Vide Cal. Rhodig libro 28. c. 25.*

BRVMVS, *Vide* BRVMALIA.

BRVNDVLVM, Portus, quem Atheſis amnis ex Tridentinis Alpibus fluens facit. *Autor Plinii. 31. 16.* Vulgò *Brondolo.*

BRVNDVNVM, Vrbs Bauaræ, vulgò *Braunaw.*

BRŪNDŬSĬVM, {βρεντήσιον. GERMA. Ein ſtat in Calabrien am Adriatiſchen meer gelägen/heißt jetzt Trandiſio/Brandizio.} Vrbs Calabriæ, ad mare Adriaticum ſita, via Appia eouſque perducta, & portu inſigni nobilis, ex quo Romans tritiſſimus olim fuit in Græciam tranſitus: ita dicta à ceruini capiti ſimilitudine, quod Brunduſium Meſſapij ſua lingua appellabant, Græci Brenteſium appellant, à Brento quodam (*ſi Stephano credimus*) Hœculis filio. Ex hac vrbe Pacuuius poeta ortum traxit.

BRVSA, Lege PRVSA.

Brūſcum. {ANG. *A knag bunshe, or knot in woode.*} Tuber eſt aceris arboris intortius criſpunnam quod ſimplicius ſparſum eſt, Molluſcum dicitur. *Autor Plin. l. 19. 19.*

BRVSIS, Pars Macedoniæ βρῦσις, à Briſo Emathii filio, *Steph.*

Bruta, Arbor eſt ſoli Orienti cognita, cupreſſo fuſæ ſimilis, albicantibus ramis, odore cedri, cirã Paſitigrin naſcens, in finibus oppidi Sitacæ, monte Zagro, *Vide Plin. 11. c. 17.* ¶ Sunt qui hanc arborem hodie in Europa paſſim naſci exiſtiment, eandemque eſſe cum ſecundo ſabinę genere. *Vide Ruel. li. 1.*

BRVTIDIVS, nomen eſt uiuſdam viri, qui tempore Iuuenalis poetę, tractus eſt ad iudicium inquam fautor & amicus Seiani apud Imperatorem accuſati. De quo *dem Iuuenalis Satyra 10. ſic ait,* pallidulus mi Brutidius meus ad Martę fuit obuius aram.

BRŪTII, βρέττιοι, Italiæ pouli in eo tractu, qui hodie Calabria dicitur, poſt Laum fluuium incipientes, & in fretum Siculum in modum peninſulæ procurrentes: oriti quaſi bruti & obſcœni. [*Germ.* Völcker zuhinderiſt in Italien am Siciliſchen meer geſägen.] Fuerunt enim Brutij, ſerui & paſtores Lucanorum, qui inde aufugêre, & furtim in regione conſederunt, vbi Conſtantia eſt, quæ fuit eorum metropolis, quam regionem priùs Auſones habitauerunt. Hi multo pòſt tempore & ab Annibale & à Romanis propter eorum perfidiam plenè deleti fuêre, ſine dignitate, ſine honore, ad ſeruilia opera ſemper coacti. Hæc regio (*vt autor eſt Strabo. 6.*) Oenotria quondam dicta fuit. Suprà Cõſentiam eſt Pandoſia, vi Moloſſorum rex Alexander trucidatus eſt. ¶ Eſt & Rhegium ciuitas olim potentiſſima, in extrema agri Brutij parte ſita, vbi Siciliam ab Italia tradunt fuiſſe abciſſam.

Brūtĭānæ parmæ, dicta ſunt ſcuta quibus Brutij vtebantur.

Brūtĭāni à Romanis dicebantur, qui officia ſeruilia magiſtratibus præſtabant, nomine tracto à Brutiis: qui quòd primi Annibali adhæſiſſent, & cum eo perſeuerauiſſent, donec ex Italia diſcederet, hac ignominia à Romanis notati ſunt vt vilißima quæque munia per illos obirent. *Vide Alex. Genial. dier lib. 1.* [*Et Gellium c. 3. li. 10.*]

BRVTINA, Vrbs Hiſpaniæ, *Pto. Vide* Brutobria.

Brūtĭus, a, um, aliud adiect. à Brutiis Italiæ populis, vnde Brutia pix, ſecundus liquor qui ex tæda exoquitur & aceto coagulatur: doliis, aliiſque vaſis illinendis vtilis, abalia pice lentore differens. Primus autẽ tædæ liquor Cedrium appellatur, quo Ægyptij defunctorum corpora incorrupta conſeruabant. *Vide Plin. l. 16. c. 11.* Huiuſmodi pix optima in agro Brutio excoquebatur: vnde & nomen accepit.

BRŪTĬUM, Promontorium Italiæ extimum: vbi Sicilia olim agro Brutio adhæſit. *Plin. libr. 3. cap. 1.* Primus Europæ ſinus à Calpe extimo Hiſpaniæ mõte Locros Brutium vſque promontorium immenſo ambitu flectitur. *Itolemæus* Scyllæum appellat. Vulgo *Burſano in Calabria.*

BRŪTŎBRĬA, πρωτοβρία, *Stephano*, Oppidum eſt Hiſpaniæ in tractu Bætico, quod & Brutina appellatur. Dicta Brutobria quaſi Brutia ciuitas: ea forma, qua Selymbria & Boltyobria: in quibus Bria ciuitatem ſignificat.

BRVTVS, Cognomen familiæ Iuniæ quod primus tulit L. Iunius Brutus, propter ſtultitiam, quam Tarquinij metu ſimulabat. [*Plutar. in Public.*] Hic exactis regibus, ciuitateque in libertatem vindicata, primus Romæ cum L. Tarquinio factus eſt Conſul: rebuſque multis præclarè geſtis, tandem eo in prælio, quod ad Regillum lacum commiſum eſt, occubuit: eúmque matronæ, vt fortiſſimum muliebris pudicitiæ vindicem, annum integrum luxerunt. ¶ M. Brutus vnus fuit ex Cæſaris Dictatoris percuſſoribus, qui in campis Philippicis ab Octauio & Antonio victus, necem ſibi conſciuit. ¶ D. Brutus, acerrimus publicæ libertatis propugnator fuit, qui Mutinæ aliquandiu ab Antonio obſeſſus, eáque obſidione Hircij & Panſæ opera liberatus, tandem à militibus ſuis deſertus eſt, & ab hoſtibus occiſus. [Bruti puer de quo *Mart. Epigr. 171. lib. 14. & alibi.*]

Brūtŭs, a, um, adiectiuum, Stupidus, grauis, tardus, hebes)(Prudens, acutus. {עֵר *bâbar.* ἀναίσθητος. GALL. Inſensé, ſans raiſon, beſtial. ITA. *Crane, tardo, inſenſato.* GERM. Vnuernünfftig/toll/vngeſchickt. HISP. *Bruto, beſtial y ſinſeſo.* ANG. *Brutish, dull, without reaſon, beaſtlie.*} *Cyprianus ad Demet.* Nullus effectus offert lumen cæco, ſermonem ſurdo, ſapientiam bruto: quum nec ſentire brutus poſſit, nec cæcus lumen admittere, nec ſurdus audire. *Horat. lib. Carm.* Brutam tellurem dixit, pro graui & tarda, quod terræ perpetuum eſt. ¶ Inde bruta animalia, pro tardis & irrationalibus *Plin. l. 11. c. 37.* Bruta exiſtimantur animalia quibus cor durum riget, vbi bruta animalia accipit pro hebetioris, tardioriſque intellectus. Inde Iunij Bruti cognomen, qui ſe ſtolidum ſimulauit.

BRVXELLA, Brabantiæ vrbs celebris. [*Germ.* Brüſſel.]

Brȳă, æ, Pumilus quidam frutex in Achaia appellatur, quem *Dioſcor.* μυρίκιλον. Romani Tamaricen appellant. Vulgo, *Tamarice.* {עֵרְעָר *harbar.* GALL. Briere, dequoi on fait les verges à nettoyer les habillemens. GERM. Tamariſce. HIS. *Tamariz ò atarce.* AN. *A birche tree.*} Eius duo ſunt genera, ſatiuum, fructum ferens gallæ ſimilem: & ſylueſtre, nihil ferens præter muſcoſum florem. *Vide Plin. l. 13 c. 21.*

BRYANION, Βρυάνιον, Theſprotiæ ciuitas. *Steph.*

BRYAXIS, inſignis ſtatuarius fuit, qui cum Leochare, & Timotheo, Mauſoleum in Caria ex marmore excidit. *Plin. l. 36. c. 5.*

BRYAZON, Amnis Aſiæ in Bithynia. *Plin. l. 5. c. 32.*

BRYGES, Βρύγες, Populi Thracię fuerunt: qui poſtea Phryges dicti ſunt, à quibus Phryges Aſiæ populi originem traxerunt. *Autor Strab. li. 7. Step.* Brygas in Macedonia collocat.

BRYGION, Inter vrbes Macedoniæ à *Plin. poniitur l. 4. c. 10.*

BRYLLIVM, βρύλλιον, Propontidis oppidum *Steph.*

Brȳŏn, βρύον. {AN. *Moſſe, or moſſeneſſe of trees.*} Villoſum quiddam eſt, in quercu præcipuè, in cedro, & in populo naſcens, quod Latini Muſcũ arborum appellarunt. *Vide Dioſc. li. 1. c 20.* ¶ Eſt & Bryon herba quędã quam Plinius Lupum ſalictarium, officinæ Lupulum appellant. {AN. *Hoppes hearbe.*} Cuius flore Gallię aliquot & Germaniæ populi ceruiſiæ ſuæ ſaporem commendant. *Vide Ruell. l. 12 c 141.*

Bryon marinum, βρύον θαλάσσιον. Herba eſt marina, lactucæ foliis, rugoſa & veluti contracta, ſine caule, exeuntibus è radice foliis. Naſcitur in ſcopulis maximè, teſtiſque terra comprehenſis. *Vide Plin. li. 27. c. 8.*

Bryonia, βρυωνία. Herba eſt, ſarmenta, capreolos, & folia habens ſatiuę viti non diſſimilia, omnia tamẽ hirſutiora. Alio nomine Vitis alba à noſtris, & à Græcis ἀμπελος λευκὴ appellatur: à nonnullis etiam Pſilothrum: quòd acinos ferat rubentes, quibus coriarij ad tergora depilanda vtuntur. *Vide Plin. li. 23. c. 1. & Dioſc. l. 4. c. 163.*

BRYSACION, Vrbs Partynæ. *Steph.*

BRYSAE, Thracię populi, *apud Plin. l. 4. c. 11.* in deſcriptione Thraciæ.

BRYSANI, Cyconum vicini inter Scythicas gentes *Plinio referuntur, lib. 9. cap. 17.*

BRYSEA, Vrbs Laconiæ, à qua Bacchus Bryſeus cognominatus eſt, quòd ibi coleretur. Quidam tamen Bacchum Bryſeum dici putant ab antiquo verbo βρύω, quod eſt ſcaturio: quoniam ex aluearibus mella, vel ex vuis muſta exprimere primus docuit. Alij Byrſeũ potiùs quàm Bryſeum volunt cognominatum, à byrſa, hoc eſt, pelle, quam in bello induebat. Nam *teſte Diod. li. 5.* Bacchum in prælijs pardalium pellibus vſum conſtat. Byrſa autem corium ac tergus ſignificat.

BRYSEVS, βρυζεύς, Vnum ex agnominibus Bacchi, ἀπὸ τοῦ βρύειν, quod ſignificat inundare & madefacere: vel (vt alij malunt) à Bryſea Laconię ciuitate. *Vide dictionem præſentem, & ſuprà* BRISA.

BRYSIAE, βρυσιαί, Vibs Elydis. *Steph.*

BRYSTACIA, βρυσταλία, Vrbs Oenonorum. *Steph.*

Bryton, {βρύτον. Potionis genus ex hordeo, cuius meminerunt *Sophocles in Tryptolemo, & Æſchylus in Lycurgo. Ariſt.* πῖνον vocat.

BRYX, & Brygæ, Gens Macedoniæ Illyriis finitima. *Steph.*

[Bryxellum, Vide Brixillum ſuprà.]

B ante V

Bu, βᾶ, Particulam ſolebant magnis & amplis rebus præponere, à magnitudine ſcilicet bouis: *etiam Varrone teſte.* Hinc Bupędas, magnos pueros: Bupodas, magnos pedes: Bulimiam, magnam famem dixêre.

Bua, Puerorum infantium potio eſt. βρυῶ *Ariſtophani. Varro*, Quum çibũ ac potionem Pãppas & Buas vocent, & matrem mammam, & patrem Tatam. *Lucil. li. 8.* Quum vinolentas diceret, vini buas deſignauit.

Būbălŭs, pen. cor. {יחמור *jachmûr* מריא *meri.* βούβαλις, βούβαλος. GAL. Buffle, bœuf ſauuage. ITAL. *Bufolo.* GE. Ein büffel. HIS. *Bufalo, animal conocido.* AN. *A buffle, bugle, or wild oxe.*} Animal eſt ſimile boui, vel ſylueſtris bos colore niger, fortiſſimis cruribus, & breuibus, reſpectu ſui corporis: cornua habet longa & inflexa, nigráque, parua pili, & paruæ caudæ, præterea eſt magnæ velocitatis. Plinij ætate bubali Romæ erant ſolo nomine noti, vnde non mirum videri debet, ſi cerui aut vituli figura eſſe dixerit. Primi autem bubali creduntur ex Africa eſſe aduecti: nunc autem tanta eorum in Italia copia eſt, vt vix alio animali ad agriculturam vtantur.

Būbălīnŭs, a, um, vt Thorax Bubalinus. {βουβάλινος. GA Vn colet de buffle. IT. *Coraccio ò coracçina di bufolo.* GER. Das zu dem büffel gehört/oder von dem büffel gemachet iſt. HISPA. *Jubon de buſalo.* ANG *A breaſt plat or couering of the boaie of buffle.*} Bubalina ſtragula à Iureconſulto dicta ſunt, quæ equis inſterni ſolebant: ex pellibus enim bubalinis fiebant antiquitus ſtragula ad equos. *Bayſius.*

BVBALVS, Pro pictoris nomine, vide BVPALVS.

BVBĀSTĬS, βούβαστις, *Herodoto*, ſiue Bubaſtus βούβαστος *Stephano*, Ægypti vrbs in qua quotannis conuentus celebrabatur, in honorem Dianæ, quę & ipſa Bubaſtis ab vrbis huius nomine fuit appellata. *Ouid. 9. Meta.* cum qua latrator Anubis, Sanctáque Bubaſtis. ¶ Hinc Bubaſtites nomos appellabatur quædam ex Ægypti præfecturis, vrbi huic proxima, *cuius meminit Plin. lib. 5. c. 9.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

BVBĂSIVS, Cariæ regio est, cuius mulieres ab Ouidio vocantur Bubasides, quum inquit *lib.4. Metam.* Bubasides vidêre nurus.

BVBEIVM, Natio est vel oppidum Cyrenes, *teste Plin. lib.5. c.5.*

BVBETANI, Campaniæ populi, Coriolanis vicini. *Autor Plin. libr.3. capite 5.*

Bŭbĕtiă, *Vide* BVBETII.

Bŭbĭlĕ, *Vide* BOS.

BVBINDA, Fluuius est in orientali latere Hyberniæ, *apud Ptol. libr.2. capite 2.*

Bŭbīno, as, pen. prod. Menstruo mulierum sanguine inquino, cuius compositum est Imbubino. *Lucil. apud Nonium*, Hæc te imbubinat, at hic contrà te imbulbitat. Nam imbulbitare, βολβιτίζειν, est pueri stercore fœdare, tractum à fimo, quod βόλβιτον Græci vocant.

Bŭbo, nis. {כוס *chos*, βύας. GALL. Chathuant, hibou. ITA. *Aloco.* GERM. Ein eul/ein huw. HISP. *Buho.* ANGL. *An owle.* } generis masculini & fœmminini, *secundum Priscianum.* Auis feralis, debilis ad volandum, in cauernis commorans à bouis mugitu quem imitari videtur, ita appellata. *Ouid. lib 8. Metam.* Ignauus bubo durum mortalibus omen. *Virg. libr.4.* Soláque culminibus feralis carmine bubo. ¶Bubones, βύβωνες tumores quidam sunt, præter naturam in quacunque corporis parte prouenientes, sed maximè circa inguina, vnde & nomen acceperunt: nam & inguina ipsa Græci βυβῶνας appellant. ¶Bubo canit luscinias. Κάξ ὀρέων τὶ σκωπτὸς ἀνὴρ βουβῶνα μελῴδει, id est, Bubóque montanus philomelis occinat ipsis. Quum infans suadere conatur eloquenti, aut inerudi tus docere doctissimum.

*Bubulo, as, are, βυάζω *Author carminis de Philomela apud Ouid.* Bubulat horrendum ferali carmine bubo.

*Bubo, is, ere, Verbum est significans actum canendi quem reddit butio auis palustris. *Ouidius aut quius alius in libello de Philomela*, Inque paludiferis butio bubit aquis.

BVBON, βουβών, Ciuitas est Cabaliæ, quæ Lyciæ est regiuncula. tribus oppidis habitata, Onoanda, Balbura, & Bubone, *autor Pli li. c.17. Steph.* Bubonem à Bubone latrone appellatam tradit: quemadmodum & Balburam ab alio latrone nomine Balburo.

BVBONA, Boum dea habita est, quemadmodum Pomona pomorum.

Bubŏnĭum, βούφθαλμον, Herba est quæ alio nomine Aster Atticus dicitur, à capitulis quibusdam quæ in cacumine habet, stellæ in modum radiata. Latinis etiam Inguinalis appellatur eadem ratione, quæ à Græcis Bubonium, quòd scilicet præsentaneum sit affectorum inguinum remedium. *Vide Plin. l.27. c.5.*

Bubonocele, βουβωνοκήλη, *teste Manardo*, hernię species est, quum intestinum aut omentum non intra scrotum descendit sed in inguine retentum ipsum tumefacit. Latini inguinis ramicem appellant.

BVBVLA, (quod hic pro Lybiæ Cyrenaicæ oppido malè legebatur) *vide* BVLVLA.

¶Bubulcus. Vide in Bos suprà.]

BVCA, Oppidum est Frentanorum in quarta Italiæ regione, *autor Plin. lib.3. cap.12.*

Bucardĭa, βουκαρδία, Lapillus bubulco cordi similis in Babylone tantùm nascens *Plin. ib.37. c.10.*

Bŭccă, cæ, Oris concauitas intra malas à mento ad oculos, quæ spiritu à pulmone reuocato & oppressis labiis retento inflatur. {πὴ *peh.* κόῤῥηγμα. GALL. Bouche. ITAL. *Bocca.* GER. Die höle des munds die man auffblasen kan. HISPAN *Boca.* ANGL. *The cheeke.*} *Horat. libr.1. Serm.* Quid causæ merito quin illis Iupiter ambas Iratus buccas inflet? *Plaut. in Truc.* pro maxillis exterioribus posuit, Quæ istas buccas tam bellè purpurissatas habes: id est, ipsas malas. ¶Et sonus ille qui ex inflatione buccarum erumpit, fictitio nomine Scloppus dicitur. *Persius*, Nec scloppo tumidas intendis rumpere buccas. ¶Buccas inflare est, τὰ γνάθους φυσᾶν, & *apud Lucian.* κατορυοδοκᾶν. Quicquid in buccam venerit ex tempore & impræmeditate, αὐτοσχεδίως. *Cicer. ad Attic.* Si rem nullam habebis, quod in buccam venerit, scribito. ¶Item bucca tuba dicitur. *Iuuenal. Sat.6.* Et Phrygia vestitur bucca tiara. Hinc Buccina.

Buccones, Qui tumidioribus sunt buccis, & pro stultis accipiuntur. {AN. *which hath great cheekes.*} *Plaut. Bacch.* Stulti, stolidi, farni, fungi, bardi, blenni, buccones, solus ego omnes anteeo stultitia. Hi à physionomis habentur leues & futiles.

Bucculentus, a. um, Qui magnam habet buccam: *Plaut. in Merc.* Ego dicam tibi canum, vanum, ventrosum, bucculentum.

Bŭccŭlă, per duplex cc, diminutiuum à bucca, oris parte: id est, pusilla bucca. {πτόμιον. GA. Petite bouche, bouchette. ITA. *Boschina.* GERM. Ein kleine höle des munds/ein meüle. HISP. *Pequeña boca.* ANGL. *A litle cheeke.*} *Apul. in lib.6* de Asino, Tunc Iupiter perpressa Cupidinis buccula, manúque ad os suum relata cóbasiauit [Buccula apprehensa. *Suet. in Galb. c.4.* de osculo pueri.] Quandoque ponitur pro parte cassidis per quam mittitur spiritus, ita dicta quod buccam tegat: vnde & buccatum regmen à Cęsare appellatur. Cassis enim caput, bucculæ autem barbaras partes armat. Aut certè pro summo galeæ conio, in quo defiguntur cristę, quod buccę paruę habeat similitudinem. *Iuuen. Satyr.10.*] Lotica & fracta de cassidę bucculą pendens.

Bŭccŭllă, diminutiuum à bucca. {ψωμίον. AN. *A bitte or morsell.*}

Bŭccĕă æ, A bucca fit pro ore, significat frustulum alicuius rei esui aptæ, quantum scilicet bucca commodè capit: quod & bolus dicitur. {πὴ *peh.* ἔνθεσις, ψωμός, βλωμός. GALL. Bouchee, morceau. ITALI. *Boccone* GERMAN. Ein mumpffell/ein mund vol. HISPAN. *Bocado que cabe en la boca.* ANG. *A morsell of any meate, or a cheeke full of meate.*} *Augustus Cæsar ad Tiberium*, Ne Iudæus quidem, mi Tiberi, ram diligenter sabbathis id ieiunium seruat, quàm ego hodie seruaui, qui in balneo demum post horam primam noctis, duas buccas manducaui prius quam vngi inciperem. [*Idem in August. cap.76.*] *Martialis lib.7.* Buccas dixit pro Bucceas, vel Buccellas: Buccis (inquit) placentæ sordidas linit mappas.

Bŭccellārĭi, Gallogręci vocabantur: & Buccellariorum regio Gallogręcia, *vt est apud Suidam, citante Alciato.* Sunt & Buccellarij equites cataphracti per Orientem, qui subetant magistro militum.

Bŭccellātum, Panis ca[illegible]rensis & frumentacei genus. {ψωμοειδὲς. GAL. Biscuit, pain biscuit. ITAL. *Pan biscotto, pan biscottato, biscotto.* GERM. Brot das zwey mahl gebochen ist als man es etwan in krieg braucht. HIS. *Viscocho.* ANG. *Biskette twise baked & made in cakes.* } *de quo Spartianus scripsit*, Pescennium Imperatorem prohibuisse pistores exercitum sequi, ac iussisse milites omnes buccellato in locis pacatis accepto esse contentos. *Ammianus verò sic scribit.* Viginti dierum frumentum ex eo quod erat in sedibus consumendum, ad vsus diuturnitatem excoctum, buccellatum, vt vulgò appellant, humeris imposuit libentium militum. Vbi buccellatum accipere videtur pro pane nautico, quem vulgus *bis coctum* appellat. Dictum est ex eo, quòd in buccellas & quasi tessellata frusta confectum sit. In Codicis volumine legimus, milites expeditionis tempore buccellatum primis diebus, mox lardum, carnem veruecinam accipere debere.

BVCCELLĀRĬVS, *Suidas* Buccellarios Gallogræcos fuisse scribit: & Buccellariorum regionem, Gallogræciam. *Coprosius Alciatus lib. 6. Disputat.*

Buccĭnă, æ, pen. corr. Propriè est cornu recuruum, quod tubæ modo inflatur: ita dictum à Bucca: quum tubam significat. {שופר *scophár.* σάλπιγξ, βυκανιστήριον. GA. Vn cornet. IT. *Corno, tromba.* GER. Ein zinckhorn/ein horn mit welchem man auffblaset als mit einer trommeten. HISP. *Bozina para tañar.* ANGL. *A blowing horne, a trumpett.*} *Hieron. ad Dar.* Buccа vocatur tuba apud Hebræos: deinde per diminutionem Buccina dicitur. *Varro*, Orphea vocari iussit: qui cùm eò venisset, cithara cantare iussus, buccinam inflauit. *Ouid.* caua buccina sumitur illi Tortilis in latum. [Buccinis adhibere purpuram. *Quint.*] ¶ Est quoque buccina pastoralis, qua oues & porci appellantur. *Col lib.7. c.23.* Ad quem saturæ pabulo libenter recurrunt, quum pastorali signo quasi receptui canitur. nam id quoque semper crepusculo fieri debet, vt ad sonum buccinæ, pecus, si quod in syluis substiterit, septa repetere consuescat.

¶ Buccinas à tubis nonnulli sic distinguunt, quòd illę ex recuruis animalium cornibus, tubæ ex ære, argentóve confici soleant, ad animos militum & equorum inflammandos. *Apul. serià l.3. Florid.* buccinam manifestè à tuba secernit, *quum ait*, Siquidem vox hominis & tuba rudiore toruior, & lyræ concentu variator, & tibię questu delectabilior, & fistulæ susurro iucundior, & buccinæ significatu longinquior. Sæpe tamen buccinam pro tuba positam inuenimus, aut certè pro instrumento tubę simili, eundem in bello vsum labente. *Cic. pro Mur.* Te Gallorum, illum buccinatum cantus exuscitat: tu actionem instituis, ille aciem instruit. ¶ Buccina etiam nomen oppidi in Sicilia, *cuius meminit Dionys.* quo nomine etiam dicta est insula, Pontiani pontificis exilio, & morte clara.

Bŭccĭno, pen corr. Buccina cano. {תרע *heróa.* σαλπίζω. GALLI. Cornet. ITALIC *Sonare di cornetto.* GERM. Horn blan. HISPA. *Tañar con aquella bozina.* ANGL. *To sound the trumpette blow an horne.*} *Varr. de Re rust.* Primùm quum incluserunt, quum buccinatum est, aperiunt, vt exire possint, &c.

Bŭccĭnātor, Qui buccina canit ad incitandę ad prælium militum animos. {מרעיד *marádh* מחצר *machtzir.* σαλπιγκτής, βυκανιστής. GALL. Corneur, trompeteur, ou trompete. ITAL. *Sonatore acornetto.* GE. Ein hornbla ser/zinckenblaser. HIS. *Tañedor de bozina.* A. *He that soundeth a trumpet or blometh an horne.*} *Cæsar 2. bell. Cin.* qua re animaduersa Varus & terrore exercitus cognito, buccinatorem castris, & paucis ad speciem castrorum in tabernaculis relictis, decertia vigilia silentio exercitum in oppidum reducit. ¶ Per translationem Buccinatorem pro laudatore ponimus. *Cic. Tironi*, Quòd pollices te buccinatorem fore existimationis meæ, firmo id, constantique animo facias.

Bŭccĭnum, ni, Buccina, cornu recuruum: quo tubæ modo inflatur. {σάλπιγξ, βυκανιστήριον. ANG. *A horne which soundeth lik a trumpett.*} ¶ Buccinum item conchæ genus, purpura minus, quod petris adhærescit, & circa scopulos legitur. *Plin. li.9. c.36.* vno inoco vtranque significationem expressit. Buccinum, inquit, est minor concha, ad similitudinem eius buccini, quo sonus editur: vnde & casa nominis, rotunditate oris in margine incisa.

Bŭcĕă, per simplex c, Folliculus grani fabæ interior, qui albus est. {AN. *The white inwarde huske or hull of a beane*}

Bŭcĕntaurŭs, βουκένταυρος, *Bucentauro.* Cõposita dictio à βοῦς, quòd magnũ quiddam signat, & Centaurus, id est, magna nauis Centauro insignita. Veteres enim solebant magnis rebus βοῦν syllabam præponere, à magnitudine scilicet bouis.

Bŭcĕntēs, Tabanus. {βουπρηστις. GAL. Taon. IA. *Tafano.* GE. Bremen/horn nausse[illegible]. HISP. *Moscarda que abuyenta lauacas ò reses.* ANG. *A flie suckind te blood of beastes, called a horse flie r dogge flie.*} A pungendis bobus: κεντεῖν enim pungere significat. Latini hoc insecti genus Asilum vocant, Græci alio nomine οἶστρον. Non dissimile est apibus, quamuis hoc maiore corpore, armentis præcipuè infestum. *De quo ita Virg. in Georg.*

Est lucos Silari circa, ilicibúsque virentem
Pluribus Alburnum volitans, cui nomen Asilo
Romanum est, œstrum Graij vertere vocantes:
Asper acerba sonans, quæ tota exercita syluis
Diffugiunt armenta. *Vide* ASILVS.

Bŭcĕntrum, {βούκεντρον. AN. *A goade ti pricke forword cattell.*} Stimulus quo boues agitantur.

Bucephalus, {βουκέφαλος, pen. cor. Quasi bouis caput: quo nomine dictus est equus Alexandri, ab aspectu toruo, seu ab insigni taurini capitis armo impressi. In cuius demortui memoriam, Bucephalam Indiæ vrbem condidit, [*Vide Gell. n.1. l.3.*] ¶ Est etiam Bucephalus herba eadem cum tribulo: ita dicta, quòd bubuli capitis imaginem referat, duobus cornibus & rictu. *Vide Marcell. Virg. in Dioscor*

BVCEPHALA *Plin.* βουκέφαλα *Stephano*, Indiæ oppidum et ad Hydaspem fluuium, ab Alexandro Magno conditum, & à nomine bucephali equi ita appellatum, qui ibi interfectus fuit, eo in prælio, quo Alexander Porum vicit. *Vide Plin. lib.6. c.20* {GER. Ein statt in Inda so Alexander der groß gebawen hatt/da im sein Gaul der Bucephalus imstreit vmbkommen ist/vnd von dem her der statt den nammen gegäben.}

BVCEPHALAS, βουκέφαλας, Portus est in sinu Saronico, non procul ab Isthmo Peloponnesi: *cuius meminit Plin lib.4. c.5.*

Bŭcĕrās, βουκέρως, Herba est Theophrasto, quæ notiore nomine Fœnum græcum appellatur: ita dicta à figura seminis, quod coniculorum simile

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

similitudinem quandam præ se fert. *Vide Pl.li.24.c.vlt.*

BVCHA, Mißniæ, Buech vulgò.

BVCHIA, (quod hîc pro Ioniæ loco perperam legebatur) *Vide* BVTIA.

BVCINA, Insula est exigua, Siciliæ adiacens, à Lilybęo promontorio in Africam vergens. *Vide Pl.lib.3.c.8.*

BVCOLION, βουκόλιον, Laomedontis filius natu maximus, qui ex Abarbarea nympha Pædasum & Æsopum suscepit. *Autor Homer.6.Iliad.*

[Bucolicus, a, um, Phyllidis hic idem teneræque Amaryllidis ignes, Bucolicis iuuenis luserat ante modis. *Ouid.Ele.1.l.2.Trist.*

Būcrānĭum, βουκράνιον, Herba est Galeno alio nomine Antirrhinon appellata. *Vide Ruell.lib.3.c.131.*

BVDA, Vngariæ siue Pannoniæ metropolis est. Buda non ita procùl à Danubij ripa dissita: olim munitissimum totius Germaniæ propugnaculum, nunc Turcarum ditioni paret, vt penè tota Pannonia. Germani vocant Ofen. ¶ Fuit sedes & inhabitatio Regum Vngariæ longè pulcherrima & munitissima, vnde dicterio locus in tota Europa tres omnium pulcherrimas esse vrbes, Venetias in aquis, Budam in monte, Florentiam in planitie.

BVDDA, Gymnosophistarum apud Indos princeps extitit, quem illi ex virginis latere natum fuisse credi voluerunt. *Rhodig.lib.14. cap.1.*

BVDEA, βοῦδεια, pen. longa, *Stephano* Magnesiæ ciuitas, à Budeo quodam conditore dicta, à qua etiam Minerua, quæ in ea ciuitate colebatur, Budea dicta est. *Homerus* βοῦδειον appellat.

¶ Est & Budea Phrygiæ oppidum, *Steph.*

BVDEI, βοῦδειοι. Mediæ populi. *Steph.*

BVDINI, βοῦδινοι, Scythiæ Europææ populi non procul à Borysthene amne, Gelonis, Thussagetis, & Basilidis finitimi, quorum meminit *Plin.li.4.c.12.*

BVDORAE, Insulæ duæ prope Cretam insulam, vt scribit *Plin.li.4.ca.12.* {GERM. Zwo inseln nahe bey Candia gelegen.}

BVDORGIS, à Ptol. dicta creditur Germaniæ ciuitas in Schlesiæ tractu: quæ hodie Vratislauia dicitur, vulgò Breßlaw in der Schlesy.

BVDORIS, Germaniæ vrbs est sub ditione Comitis Palatini: vulgò Heydelberg.

BVDORVM, βούδωρον, Promontorium est apud Salaminem, *Steph.*

Būfo, {μύξος. GALL. Crapaut. ITAL. *Botta, rospo.* GE. ein krott. HI. *çapo ò esuerço.* ANG. *A toade.*} Rana terrestris venenata. *Vir.1.Geor.* Inuentúsque cauis bufo, & quæ plurima terræ Monstra ferunt. ¶ In bufonis capite inuenitur lapis, qui batrachius dicitur. Hunc & hac arte euomit: Apponuntur panni plurimi diuersi coloris, bufo omnes contemplatur, atque in placiti coloris pannum lapillum egerit, quem tamen auidè rursus vorat, nisi mox bufo interceptus insidiantis hominis spiculo transfigatur.

BVGES, Amnis est Scythiæ Europææ qui flexum Mæotidis secat, *vt autor est Pomp. Mela.* Supra Bugen verò, amnes sunt Agarus (quem Sagarim *Ouidius* nominat) & Lycus, clarissimi. *Plin. autore li.4.c.12.* Buges lacus est, non fluuius, à Coreto Mæot. sinu petroso discluſus dorso, & fossa in mare emissus.

Būglōssum, siue buglossos. {βούγλωσσον. GALL. Bourroches ou bugloſſe. ITA. *Borana, borragine.* GERM. Boretsch oder ochsenzung. HIS. *Borraja, yerua nota.* ANG. *Bugloſſe, borage.*} Herba est officinis & herbariis *Boraginis* nomine nota: diuersa ab ea quam vulgus hodie *Bugloſſam* vocat: nam ea Circion est, siue Bugloſſum maius. Dictum autem est Bugloſſum à linguę bubulę similitudine.

¶ Alio nomine Euphrosynum dicitur, propterea quòd in vinum deiecta animi hilaritatem gignere credatur. *Vide Pl.l.25.c.8.*

Būgŏnĕs, βούγονοι. à Græcis dictæ sunt apes, quoniam ex boue putrefacto nasci perhibeantur. *Varro de Re rustic.li.2.c.5.*

Būlāpăthŭm, βουλάπαθον. Herba est ex Lapathi generibus, ab oxylapatho sola radicis altitudine differens. *Vide Plin.lib.20.c.21. & Rue.li.1. ca.49.*

Būlbīne, es, *teste Pl.li.20.c.9.* Herba est, porraceis foliis, rubicundo bulbo, quæ vulneribus mirum in modum vtilis est. Officinæ Maurorum vocabulo *Bubigerim* appellant, *teste Ruell.l.2.cap.100.*

Būlbito, as, pen. cor. βολβίζω. Puerili stercore fœdo. *vide in dictione* Bulbino.

Būlbŭs, βουλβός. GAL. Eschalotte. ITA. *Cipolla maligia.* GER. Eschlauch. HISP. *Vn certo genero de cebolla.* ANGL. *A litle onyon called ascalion, or wild garlicke.*} Latinè Allium agreste, siue Allium marinum, caulem & folia habens lilio similia: cæpæque genus est, non absimile Ascaloniæ, quod venerem impendio excitat. *Mart.li.12.* Quum sit anus coniunx, quum sint tibi mortua membra, Nil aliud bulbis quàm fatur esse potes. *Colum.libro 10.* quæque viros acuunt, armántque puellas, Iam Megaris veniant genitalia semina bulbi. ¶ Generaliter verò apud idoneos autores bulbi sunt radices rotundæ, membranis suis tunicatæ, siue pluribus capitulis coagmententur, vno folliculo omnes ambiente, siue quadantenus distinctæ separentur: cuiusmodi sunt croci, narcissij, colocasiæ, scillæ, & arundinum. {GAL. Toute racine ronde ayant plusieurs tayes & pelures l'vne sur lautre, comme lis, saffran, oignon. ITAL. *Scalogni che nascono con piúcipollette attacate insieme.* GERMA. Allerley ronde wurtzlen die vil schelffen vbereinanderen habend. HISP. *Qualque ria raiz como de cebollas.* ANGLI. *All ro und kind of roote where many rootes groweth together in one, as in garlicke.*} *Pallad.* Nunc & liliorum bulbos ponemus, vel lilia zatè habita sarriemus summa diligentia, ne oculos circa radices, & minores bulbos sauciemus, qui à matre subtracti, atque in alios digesti noua lilieta formabunt. *Idem*, Violarum plantæ, & croci bulbi serendi sunt. *Varro & Apicius ita scribunt.* Aqua decoquant bulbos, qui veneris vsum quærunt. ¶ Ex bulborum genere Cato maximè celebrauit Megaricos: ita dictos, quòd è Megaride Attici agri regiuncula mittebantur. Alij Scillam nobilissimam faciunt medicamentis, & aceto exacuando natam. *Vide Pl.l.19.c.5.* ¶ Bulbos quærit, βουλβοὺς ζητεῖ. Iocus prouerbialis in eos, qui *iuxta Persium*, Obstipo capite defigunt lumina terræ.

Būlbōsŭs, adiect. βολβώδης. GALLI. Ayant plusieurs petites testes comme oignons en la racine. ITA. *Pieno di picciole coperte nella radice.* G. Rondlechtr wie ein ronde knopfechtige wurtzel. HISP. *Cosa que tiene mucho de tal rayz.* ANGLI. *That hath many litle heades, in y rootes as garlicke.*} vt Radix Bulbosa, in qua bulbi conspiciuntur; quales in radicibus arundinum. *Plin.lib.21.c.17.* Semipedali radice, bulbosa, molli, tribus aut quatuor agnatis.

Būlēută, tæ, Consiliarius, senator, decurio. {זקן *zakén.* βουλευτής GALLI. Conseiller de ville, Escheuin. ITAL. *Consigliere, Senatore.* GERM. Ein Rathsher/rathgeb. HIS. *Conseiero, Senador.* ANGL. *A consailour, à senatour.*} à βουλή, Senatus, Consilium. *Plin.in Epist.* Claudiopolitani quoque in depresso loco, imminente etiam monte, ingens balineum defodiunt magis quàm ædificant, & quidem ex ea pecunia, quam Buleutæ addunt beneficio tuo. [Buleutarum ius Alexádrinis dedit Spartianus in Seuero.]

Būlēutērĭŏn, Locus consiliis publicis destinatus, Senaculum, Curia; {בית דין *beth din.* βουλευτήριον. GAL. Senat, Cour. ITA. *Luogo ò sala doue si fanno i consigli, corte.* GER. Rathhauß/richthauß. HIS. *Sonado, lugar dondo esta el consejo.* ANG. *A place appointed for to hold coun sell in a senate.*} *Cic.4.Verr.* Deinde vt in curia Syracusis, quem locum illi Buleuterion vocant. *Plin. lib.36.c.15.* Insigne buleuterion Cyzici fuisse tradit, sine ferreo clauo, ita dispositа contignatione, vt eximerentur trabes sine fulturis, ac reponerentur: quod item Romæ in ponte Sublicio religiosum fuit, postea quam Coclite Horatio defendente ægrè reuulsus est.

Būlgă, gæ, *autore Fest.* Sacculus erat ex corio, aut alia materia confectus quo circunferebant peregrinantes pecuniam, aut alia viæ necessaria; à Græcis ab equis quibus ferebatur, ἱππικῆς appellabatur. {ילקוט *jal kút.* δερματίνη πήρα. GAL. Bougette de cuir. ITA. *Bolgia, beſaccia.* GERM. Ein bulgen/weischger. HISP. *Bolsa de cuero.* ANGL. *A bouget of leather. Lucil. Satyr.lib.6.* Cui neque iumentum est, nec seruus, nec comes vllus. Bulgam, & quicquid habet nummorum, secum habet ipse: Cum bulga cœnat, dormit, lauit: omnis in vna Spes hominis bulga: hac deuincta est cætera vita.

BVLGARIA, à recentioribus appellatur Europæ regio supra Thraciam inter Danubium & Pontum Euxinum sita, Daciæ & Mœsiæ contermina. ¶ Hinc Bulgari dicti, qui eam incolunt.

Būlīmĭă, {βουλιμία, ἡ βόλιμος. GAL. Grand' faim. ITA. *Gran fame.* GERM. Grosser hunger/vnmäßige begird zů essen. HIS. *Grande hambre.* ANG. *Excéading great famine or hunger.*} Immodica appetentia interpretari potest, quum scilicet ciboquantolibet sumpto fames non extinguitur. ¶ Componitur ex βοῦ particula, quæ magnum quid indicat in compositione, & λιμός, fames. ¶ Est & Bulimia, siue bulimos, *Galeno 2. Aphor:* orificij ventriculi morbus, & casus appetentiæ, ex frigiditate exteriore, qui à fame quidem inchoauit, sed non habet eam ampliùs adiunctam. Et in hoc differt ab appetentia canina, quæ perpetuò cibum appetit, sumptúmque statim euomit.

BVLINI, βούλινοι, Gens circa Illyriam, Artemidorus non gentem, sed βουλίνους, Bulinem ciuitatem esse dicit. *Stephan.*

BVLIS, βουλίς, Phocidis oppidum, inter Parnassum & Heliconem situm: ità dictum à Bulone conditore. Hinc Bulij & Bulienses. *Cic. in Pisonem;* Parthenii & Bulienses illusi.

Būllă, σῦμα. Insigne erat triumphantium, quam in triumpho præ se gerebant inclusis intra eam remediis, quæ crederent aduersus inuidiam valentissima. Hinc deductus mos, vt prætexta, περιπόρφυρος, quæ magistrá tuum erat, etiam in vsu puerorum ingenuorum vsurparetur ad omen & vota conciliandæ virtutis, ei similis, cui primis in annis munera ista cesserunt. Erat hæc bulla rotunda (*vt Macrobius scribit*) in cordis figuram formata, quam ante pectus annectebant in collo, vt bullam inspicientes, ita demum se homines esse cogitarent, si corde præstarent. Romani depositа adolescentia eam exuebant. ¶ Dicta est autem Bulla *teste Macrobio*, παρὰ τὸ βούλειν, hoc est, à consilio: quòd effrænis illius ætatis impetus, consilio præcipuè esset regendus. Primus autem Tarquinii Prisci filius, quòd se in bello viriliter gessisset, bulla aurea donatus est, & toga prætexta. Deinde omnibus pueris ingenuis facta est communis. Libertinorum verò filii, lorum in collo pro bullæ decóre gestabant. [Bulla puerorum vnde dicta. *Plut.in Rom.* pendebat è collo. *Idem in Sexto.*] *Ascon.* Bulla suspendi in collo infantibus ingenuis solet aurea, libertinis scortea quasi communiens pectus puerile Actius rei specie (*Plut. autore in prob.*) dicta bulla. {אבעבוּעה *ababbuháh.* πομφόλυξ. GALLIC. Bouteille, ou bouillon, s'esleuant sur l'eau quand il pleut ou autrement. ITA. *Ampolla, sonaglino d'acqua.* GER. Ein bratter deß wassers. *Babbuia ò ampula.* ANG. *A buble rising in water when it rayneth.*} tumor quidam excrescens tàm in aqua quum bullit, quàm in vrina quum spumam facit, & repentè euanescit. Ex quo etiam prouerbialiter apud Varronem dicitur, Homo bulla, quòd scilicet similis bullæ vita hominis sit fluxa, & momento caduca. [*Plaut.Curc.sc.2.a.5:* I in malam crucem cum bullis.] *Idem in Asi. sc.4.a.2.* Accepit bullam pro capite clauorum, Iussisti in splendorem dari bullas has foribus nostris: Nam clauorum capita more bullæ quasi turgentia formata sunt; & splendent ad fores decorandas. Sic *Cicer. tradit.* Verrem bullas aureas, ex valuis templi magnificentissimis abstulisse. ¶ Bullę etiam dicũtur ornamenta quibus cingula decorantur. *Calphur. in Buco.* Alternat vitreas lateralis cingula bullas. {ANG. *A stude on a girdle, the bosse of a bridle.*} Apud *Apuleium lib.6.* accipitur pro ornamentis illis orbicularis extuberantibúsque, quibus tanquam oculis ephippia equorum, & pectoralia, & habenæ exornari solent. ait enim, Bullis multis aureis inoculatum, veluti stellis relucentem.

Būllŭlă, dim. Parua bulla, {φυσιδάριον. ANG. *A litle stud on a girdle, or bosse of a bridle.*} *Cels lib.2. de Vrina,* Aut si quasdam, inquit, maculas repręsentet, vt si bullas excitet.

Būllātŭs, ta, tum, Bulla insignitus. {ὁ κάλυξι κεκοσμημένος. GAL. Ressemblant aux bouillons ou bouteilles d'eau, orné de bagues. ITA. *Ornato di bolle.* GER. wolgeziert mit bullen/als mit bisentnöpfen/&c. HIS. *Cosa llena de bollones ò chatones.* ANG. *Garnished with studes or lik blabes of watter or bubbles.*} Vestis bullata in qua erat bulla. ¶ Accipitur pro inani, humido, & inflato. ἐμπεφυσημένος, πεμφολυγώδης. *Persius,* Non equidem hoc studeo, bullatis vt mihi nugis Pagina turgescat. Bullatas nugas prouerbii specie appellans inanem perstrepentium votum congeriem; in quibus nihil subsit solidioris sententiæ.

Būllio, is, iui, itum. Feruео, bullas emitto. {רתח *ratách* ἀναβράζω, ἐκβράζω. GALL. Bouillir ITALIC. *Bollire.* GERM. Sieden/wallen/strudlen. HISP. *Bullir como lo que hierue.* ANGLI. *Tu bubble as water weeth it seething.*} Dictum à bullis, quas in aqua feruida videmus. *Cels lib.5 cá:*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

19. Aut ſpumæ argenti ſelibra,ex olei hemina , & aquæ marinæ altera,cocta donec bullire deſierit,cui paulum ceræ ſit adiectum. ¶Huius compoſitum eſt Ebullire,ἐκφυσᾶσθαι, efferueſcere , & inter bulliendum effundi,ſicut aqua in aheno calefacta ebulliens,non ſeipſam capit,ſed intumeſcit & effunditur.Per metaphoram accipitur pro iactare vel oſtentare.*Cic.3.de Finibus,* Dixerit quidem hoc Epicurus,ſemper beatum eſſe ſapientem,quodquidem ſolet ebullire nonnunquam. *Idem 3.Tuſ.Quæſt.* Qui ſi virtutes ebullire volent & ſapientias, nihil aliud dicent.

Bŭllo,as,Bullio.ἐκφυσάω. {A.*To bubble as water doeth in ſebething.*} *Cato de Re ruſtic.* Vinum Græcum ſic facito : Muſti quadrantalia viginti in ahenum,aut plumbum infundito,ignem ſubdito, vbi bullabit vinum,ignem ſubducito.*Plin.l.8 c.6.* Magna ſigna ſunt vrinæ bullantis, & craſſæ. ¶Sic Ebullo,i.erumpo,crepo.*Perſius,* O ſi ebullet patrui præclarum funus.

BVLLĂRĒGĬĂ,Liberum eſt Numidiæ oppidum , *teſte Plin.libro 3. capite 3.*

BVLLENSES,Oppidum & Populi Locrorum,*apud Pt.li.4.c.5.*

BVLLEVM,Βούλλαιον,Britanniæ inſulæ oppidum,*apud Pto.l.2.c.3.*

BVLLIONES,Barbari incolæ Macedoniæ,dicente *Pt.l.14.c.23.* Apollonia quondam Corinthiorum colonia,VII. M.paſſuum à mari recedens. Cuius in finibus celebre Nympheum accolunt Barbari,Amantes , & Bulliones.*Hæc Plin.*

BVLLĪS,idis,Βυλλίς,Oppidum in ea parte Macedoniæ,quæ mari Adriatico adiacet,non procul ab Apollonia,*teſte Pto.l.3.c.13.Plin.* Bullidenſam coloniam vocat *l.4.c.10.* & popʾlos ipſos Bulliones.

BVLŪĂ,{Βούλουα.Vulgò *Bodoua.*}Oppidum Liburniæ,non procul à Drilone fluuio,*Ptol li.2.c.17.*

BVLVBA,Libyæ Cyrenaicæ oppidum,*apud Plin.l.5.c.5.*

Bumamma,ſiue(*vt apud Macr.l.3.Satu.c.3.legitur*)Bumammia, vua eſt eadem quæ & Bumaſtos dicitur. *Vide in ſequenti dictione.*

Bŭmāſtŏs,βούμαστος.fœm. gen. Vuæ genus,craſſioris mammæ cuiuſdam modo intumeſcentis:à βοῦ augmentatiua particula,& μαστὸς, mamma: quaſi magnam mammam dixeris.*Plin.li.14.c.1.* Tument verò mammarum modo bumaſti.

Bŭmĕlĭă,βυμελία,Fraxini ſpecies in Macedonia ampliſſima & lentiſſima,cuius folia contra ſerpentes ſucco expreſſo ad potum,& impoſita vlceribus maximè proſunt.*Plin.l 16.c.13.*

BVNAE,Nomen loci.*Plutarch in libello,Vtra plus ſapiant:*καὶ γὰρ ἐμοὶ πρὸ αἰ πύκυαν ἐωρακαμεν οὐ πόλιν καὶ πρότερον ἐστρατευσαν ἐπὶ πόρρω βυνᾶν ἐξοικίλαντες καὶ καταστάντος λειμῶν χρυσέου. Fortè eadem quæ Bunnus.

BVNARTIS,βουνάρτις,Vrbs Libyæ.*Steph.*

BVNEMA,βουνῆμα,τα,Vrbs Epiri ab Vlyſſe condita,*Steph.*

Bŭnĭās,βουνίας,Napi ſpecies eſt,diuerſa à Bunio.*Plin.li.22.c.4.* duas napi ſpecies facit,quarum altera Bunion,altera Bunias vocatur.Bunion autem anguloſis foliorum caulibus eſſe tradit,eiúſque decoctum purgationibus fœminarum,& veſicæ,& vrinæ vtile eſſe:idque *Dioſcorides* à Romanis Scopam regiam vocari aſſerit.

¶Buniada autem idem *Plinius* raphano & rapo ſimilem facit,cuius ſemen antidotis,quæ contra venena fiunt admiſceri tradit.Hodie Buniias napi nomine nulli non cognita eſt. ¶Bunium autem id eſſe,quod vulgus Gallorum *Carpentariam* herbam vocat,plerique ſuſpicantur. Vtriuſque autem generis appellatio à tumente radicis figura tractum videtur.Nam colles,terræque tumores βουνοὺς Græci appellant.Napum autem Buniadis nomine ne *Columella* quidem ignorauit,*qui ſic ſcribit l.10.* Atque Amiterninis defertur bunias aruis.

Bunion.*Vide* BVNIAS.

BVNITIVM,βούνιτον,Vrbs Germaniæ in climate magis Septentrionali:*de qua Pto li.2.c.11.* Vrbs GE.Sund. vt quibuſdam videtur.

BVNOMVS,Βούνομος,ἡ Βουνόμη,Macedoniæ ciuitas,Pellea poſtea dicta :*Stephan.*

BVNNŬS,Βούννος,Illyridis oppidum eſt:cuius gentile eſt Bunnius, Βούννιος *Steph.*

Bŭpæ̆dās,βούπαιδας,Magnos pueros dicunt Græci,qui fecerunt finem excreſcendi.Latini vocant Exoletos.

BVPALVS,pali,βούπαλος,Pictoris inſignis nomen,qui quum Hipponactem Poetam deformi figura pictum omnium riſui expoſuiſſet , ram mordaci ab eo carmine fuit perſtrictus,vt laqueo vitam finierit.{ GERM. ein ſurbundiger maler.} *Horat.in Epod.* Qualis Lycambæ ſpretus infido gener, Aut acer hoſtis Bupalo.Bupali huius meminit & *Plin.libro 36. ca.5.*

BVPHIA,βυφία,Sicyoniæ vicus *apud Steph.*

Bŭphŏnium βούφονον,Genus herbæ,quæ à bobus deuorata anginam procreat,eoſque necat.Græcè quippe φόνος,dicitur mors.Hãc herbam quidam Camæleontam vocant:alij Cynozolon,quod fœtore eius ricini è canum auribus decidant. κύων enim canis,ζέω fœtere.*Vide Pl.li.22.ca.* 18.vbi tamen Vlophonum legitur,non Buphonum.

Bŭphthălmŭs,βουφθαλμὸς.Herba eſt quam Romani Boariam appellauere,caulículis teneris & ſubtenuibus,foliis fœniculi,floribus luteis,maioribus quàm anthemidis,& bubulorum oculorum ſimilitudinem referentibus:vnde & nomen accepit.*Vide Plin.l.25.c. 8.* ¶Buphthalmos etiam apud Dioſcoridem recenſetur inter appellationes Sedi , ſiue Semperuiui maioris.

Bŭpleurŏn,βούπλευρον,herbæ nomen,quam ſic deſcribit *Plin.l.22.ca.22.* Bupleuron in ſponte naſcentium olerum numero Græci habent,caule cubitali,foliis multis,longiſque capite aneth,laudatum in cibis ab Hippocrate in Medicina,à Glaucone & Nicandro.

BVPRASIVM,Βουπράσιον,Epæorum oppidum,Elidi finitimum:*cuius meminit Hom.in Catalogo nauium. Plin.lib.4.c.5.* Achaiæ propriè dictæ annumerat.

Bŭprēſtĭs βούπρηστις,*vt ſcribit Plin.lib.30.c.4.* Animal eſt ex genere cantharidum,ſcarabeo longipedi ſimile,venenatum,rarum in Italia:fallit inter herbas bouem maximè,vnde & nomen inuenit. Apud Iuriſconſultr. Titulo Ad legem Corneliam,ſcribitur,Si cui temerè pigmentarij dederint pyrrocampas,aut bupreſtes,quæ ambo venenata ſunt,teneri pœna legis Corneliæ de ſicariis & veneficis. ¶Eſt & bupreſtis herbæ genus,quam in laudibus ciborum habuere.*Vide Ruell.l: 2.c 127.*

Būtă,ſiue Buris,Pars aratri poſterior ; quæ manu bubulci tenetur : ita dicta,quaſi βοὸς οὐρά,quòd ad ſimilitudinem bubulæ caudæ ſit incuruata.{ σχέτλη. GAL.Le bout de la charrue,le manche. IT.*Manica dell aratro.* GER. Die geirzen hinden an den pflug. HI.*La manga ò cola del arado.* ANG.*The plough tayle,or handle.*} *Varro li.1.de Re ruſt.* Et ſæpe fracta bura relinquunt vomeres in aruo.*Virg.lib.1.Georg.* Continuò in ſyluis magna vi flexa domatur In Burim.

BŪRĀ,βῦρα,Achaiæ propriæ dicta vrbs,ad ſinum Corinthium ſita , olim florentiſſima;nunc vnà cum Elice vicina vrbe , maris impetu hauſta: *de qua Ouid.lib.15.Metam.* Si quæras Elicen,& Buran,Achaidas vrbes. Inuenies ſub aquis:& adhuc oſtendere nautæ Inclinata ſolent cum mœntibus oppida merſis.*Plin.lib.2.ca.92.* Pyrrham & Antiſſam circa Mœotim Pontus abſtulit:Elicen & Buran in ſinu Corinthio,quarum in alto veſtigia apparent.

BVRCHANA,Inſula(*vt li.3.c.11.Plin.docet*)in Oceano Germanico:à Romanis Fabaria,à frugis ſimilitudine ſponte proueniens appellata.

BVRCHANIS,βύρχανις,Inſula in Celtica.*Steph.ex Strabone.*

BVRDEGALA,ſiue(*vt apud Suidam legitur*)Burdigala,βουρδίγαλα, Galliæ Aquitanicæ vrbs clariſſima,Auſonij Poetæ patria. Strabo Burdigallam appellat.Vulgò *Bordeaux.*

Būrdo , Dicitur qui ex equo & aſina natus eſt. {פרד *péredh.* ἡμίονος. GALL.Mulet né d'vn cheual & d'vne aſneſſe.ITAL. *Mulo nato di cauallo & aſina* GERM. Ein mauleſel / der von einem roß vnd einer eſlin geboren wirt.HISPAN.*Bardegano,hijo de cauallo y aſna.* ANG.*A mule engendred of an horſe and she aſſe.*} Vtitur hac voce *Vlpianus Iureconſ. de Leg.iij.item legato.*

BVRGI , quorum mentio *in titul.C.de fund.rei priuata.* Qui collegio vel curiæ , vel burgis cæteriſque corporibus ſeruierit , *Andr. Altham.* vir eruditus præcipuúſque Germaniæ illuſtrator , Rhenani noſtri ſententias firmans,à Græco pyrgo deductum putat , colligitque aut abſurdè ab hac voce eos qui caſtellis , munitionibus , & turritis mœnibus habitant Burger , quod ciues ſignificat , quaſi dicat pyrgios,& Burggraf , appellatum præfectum atque Comitem & arcis & caſtri. Conſtans autem eſt opinio à Burgis Burgũdiones Germaniæ populos eſſe.

BVREA,Vrbs Italiæ à Bureo condita.*Steph.*

BVREA , Burris , vel Burrhina, βουρεια,βουρρὶς,ἡ βούρρινα. Fons eſt in loco quodam inſulæ Co,ſic dictus , quod bouis naribus ſimilem habeat meatum vnde ſcaurit,interpres Theocriti.*Meminit enim eius Theocrit tus Idyllio 7.*

BVRGVNDĬ,Galliæ Celticæ prouincia,ducatus titulo inſignis: quum antea ſub Regibus fuerit:à quo Burgundi,& Burgũdiones. Eam olim Sequani ac Hedui tenuerunt.Burgundiones *Pli.li.4.c.14.* inter genera Germanorum ponit:ſic enim ſcribit , Genera Germanorum quinque,Vindelici,quorum pars Burgundiones,Varrini,Carini,Guttones. Vulgò *Bourgongne.*{GE.Das Hertzogthumb Burgund.}

BVRNISTAE,*Plin.lib.3.cap.21.* Populi Illyrici,Scultinis & Albonenſibus finitimi.

Būrrhānĭcum,Genus vaſis,*Feſto.*

Būrrhānĭnă,Genus Potionis,lac ſapa miſtum , à rufo colore nomen ductum.*Feſtus.*

Būrrhŭs,{ אדום *Adhamdhám.*GA.Rouge,vermeil.IT.*Roſſo* GE.Rhotafarb HIS.*Roxo ò bermejo.*ANG.*Hauing a ſwart redde.*}Color à veteribus dicebatur,qui hodie Rufus dicitur.Græci enim πυῤῥὸν rubrum, ſeu rufum vocant.Hinc burrhus vel burrha ſine vel cum aſpiratione, veſtis genus aliquantum vilioris & pilis hirſutæ:qua indutus Cyprianus fuiſſe ſcribitur quum ad ſupplicium duceretur. ¶ Hinc Burrhæ per tranſlationem pro rebus ineptis & nugis.*Auſonius,* At non illepidum rudem libellum,Burrhas,quiſquilias,ineptiáſque.

BVRSANOENSES,Hiſpaniæ citerioris populi ſunt,Calagurritanis,& Cõplutenſibus vicini.*Vide Plin.3.c.3.*

BVRTINA,*apud Ptol.lib.2.c.6.* Ilergetum ciuitas in Hiſpania Tarraconenſi.Vulgo,*Barcáſtro.*

BŪSAE , βοῦσαι , *Herodot.libr.1.* Populi ſunt Medorum , quos ſubegit Dioces.

BVSCVM,Ducis Brabantię vrbs:vulgò Herzogenboſch.

Buſclinum,βούσκλινον,Herba eſt ſatiuo apio ſimilis,ſoláque caulis breuitate,& rufa radice ab eo differens.*Auctor Plin.lib.20.c.12.*

Būſĭcŏn, βούσικον , Ficus erat præcipuè magnitudinis,ſed fatuo ſapore; quæ alio nomine Mariſca dicitur.*Ex Feſto.*

BŪSĪRĬS,pen.prod.βῦσιρις,Neptuni & Libyces filiæ Epaphi filius,crudeliſſimus Ægyptiorum tyrannus fuit,quo tempore Danaus Argiuis imperauit.Hic quum hoſpites omnes Ioui immolaret,ab Hercule in Ægyptum delato,quum eaſdem illi inſidias pararet , vnà cũ Amphidamante filio,& præcone Chalbe & miniſtris arę interfectus eſt. ¶Huius dictionis media ſyllaba producitur.*Vi.3.Geor.*-quis aut Euryſtheæ durum, Aut illaudati neſcit Buſiridis aras?*Oui in Epiſt.Heroid.* Si te vidiſſet cultu Buſiris in iſto.*Statius tamen lib.12.Thebaid.*(ſi modò emẽdata ſic lectio)corripuit : ſic enim ibi legitur ; Non trucibus monſtris Buſirim,infandúmq; dediſti Cercyona. ¶Eſt & Buſiris nomen vrbis in Ægypto ad Nilum fluuiũ,à Buſiride conditain qua fuit templũ magnum Iſidis.Hinc Burſiritica prę fectura,*apud Strã li.17.*

BŪSTŬĀRĬI,Gladiatores dicti ſunt,qui ante ſepulchra in honorẽ defuncti digladiabantur.ζωνιμβίοι.GAL.Spadacins,ioueurs d'eſcrime deuãt le ſepulchre à l'honneur des morts.IT. *Spadacini.* GERM Fechter die vor zeyten mit ſchwerteren vor den greberen fochten/zu ehren den abgeſtorbenen.HI.*Eſgremidores de eſpada.* AN.*Skirmishers at the graue in honour of the dead* } *Cic.in Piſon.* Si mihi cum illo buſtuario gladiatore, & tecum,& cum collega tuo decertandum fuiſſet.

Būſtum , propriè dicitur locus , in quo mortui cadaver combuſtum eſt,& ſepultum. {קבר *ſerephâh.* τύμβος. GAL. Sepulchre,tombeau; le lieu où l on bruſloit les morts. ITAL. *Tomba.ſepolcro , ſepoltura.* GERM. Ein grab HISP.*La ſepultura,ſepulcro.* ANG. *A graue or tombe.*} Dicitúrque Buſtum, quaſi bene vſtum. *Hæc Feſtus. S ruius verò in 12.Æne.* Pyra,(*inquit*) eſt lignorum congeries : Rogus,quum ardere cœperit dicitur:Buſtum verò,iam exuſtum vocatur. Quem ordinem ſeruat Poëta dicens,Conſtituêre pyras. Item , ſubiectiſque ignibus atris , Ter circum accenſos cincti fulgentibus armis Decurrêre rogos.Item poſtea,ſemiuſtáque ſeruant Buſta. [Buſtirape conuicium eſt *apud Plaut.pſe.ſc.3.a.1.*] *Liuquoque libr.5.* ſcribit locum fuiſſe iuxta Æqui-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Æquimelium, nomine Busta Gallica, quoniam illic aceruatos cumulos suorum defunctorum ex pestilentia vsserant Galli. *Cic. verò li. 3. de Legibus*, Bustum appellauit tumbam, aut monumentum, Pœna (*inquis*) fuit Solonis lege cõstituta, si quis bustum aut violasset aut deiecisset. *Suet. in Cæs.* Iudæi, qui etiam noctibus continuis bustum frequentarunt. *Cic. ad Attic.* Vnas video à te non esse redditas, quas L. Quintius familiaris meus quum ferret, ad bustum Basilij vulneratus, & despoliatus est. Apud *Sospatrum lib. 1.* legitur Bustar, quod ille locum vbi mortuorum corpora cremantur, interpretatur.

BVTADAE, βύταδαι, Populi Attici ex Ægeide tribu, *apud Steph.*

Bŭtĕo, Ex accipitrum genere auis est, quam Græci à numero testium πετόρχιν vocant: ὄρχις enim testiculus dicitur. Huic aui Phœmonoë Apollinis filia in auguriis principatum dedit. {GA. Busard. IT. *Sorte di vcello di rapina.* GE. Ein buszist ein raubvogel auß dem geschlecht der habichten HIS. *Vn genero de aue arrebatadora.* ANG. *A busit ard or bistarde, a birde so called.*} Buteonum item nobilis Romæ familia fuit, ita dicta à buteone aue, quæ prospero auspicio in Fabij ducis naue consedit, referente *Plin. lib. 10. c. 8.*

BŪTĒS, βύτης, Filius fuit Amyci Bebryciorum regis, qui ob sæuitatem patris ab Argonautis cæsi, regno pulsus, paruo nauigio Drepanum in Siciliam confugit, vbi à Lycaste nobili meretrice hospitio susceptus est: à qua quũ ob formæ, morũmque & gratis elegantiam diligeretur, eius concubitu vsus, Erycem filium ex ea suscepit: & quoniam Lycaste ob eximiam pulchritudinem Venus vocabatur, datus est locus fabulæ, Buten ex Venere filium Erycem suscepisse. *Contrà Vir. li. 5. Æneid.* Buten à Darete iuxta tumulum Hectoris occisum tradit, inquiens, Idémque ad tumulum, quo maximus occubat Hector, Victorem Buten immani corpore, qui se Bebrycia veniens Amyci de gẽte ferebat Perculit, & fulua moribundum extendit arena. ¶ Alius fuit Butes Troianus, à Camilla occisus, *vt est idem auctor li. 11.* ¶ Commentarius Apollonij, alterius quoque Butæ meminit, filij Cecropis cuiusdam.

¶ Est & Butes, Scytharum fluuius, cui propinqui sunt Agatyrsi & Sarmatæ.

BVTHĬĂ, βύθια Ioniæ oppidum, *teste Steph.* aut certè regiuncula, *vt idem refert ex sententia Theopompi.*

Buthœ, vel βοθοὶ, si rectè scribitur *apud Steph.* Vrbs Illyridis, &c. Qui βοθοὶ putant legendum, falluntur in analogia.

BVTHROTVM, siue Buthrotos penultima producta, Romanorum colonia est, *teste Plin. li. 4. ca. 1.* in finibus Epiri, ad sinum Ambracium: Apud Græcos nominatiuus est βουθρωτός. *Stephan. ae vrbibus* βουθρωτὸς νῆσος ἀπὸ κορωνείας ἕστι καὶ πόλις. *Sic etiam Ouid. lib. 13. Metam.* Epiros ab his, regnatáque vati Buthrotos Phrygio. *Cicer. ad Tironem*, Septimum iam diem Corcyræ tenebamus: Quintus autem Frater & filius Buthroti. *Seru. explicans illud Virgil. 3. Æneid.* portúque subimus Chaonio & celsam Buthroti ascendimus arcem: Arcem, inquit, Buthroti, id est, Buthrotiũ: Ex quo loco (si emendata esset lectio) videretur Buthroti, genitiuum esse conditum per synæresim à nominatiuo Buthrotium: quem tamen nusquam arbitror reperiri. Quo fit, vt apud Seruium Buthrotum legẽdum putem: & ita in vetustissimis quibusdam exemplaribus scriptum inuenimus.

Būthysĭam, βοθυσία, magnum sacrificium appellauêre, qualis est Hecatombe, & immolatio magnarum hostiarum. *Suet. in Ner.* Inter Buthysiæ apparatum barbam primam posuit. Deducitur à βοὺ augmentatiua particula, & θυσία, quod hostiam, vel sacrificium significat. *Plautus* Buthytas appellat sacerdotes.

BVTHOS, Vide Butos.

BVTIS, βοῦτις, Syriæ ciuitas, Pella postea dicta. *Steph.*

Butio, *Vide* Buteo.

BVTOS, βοῦτος, Oppidum est Ægypti, *apud Ptolem. lib. 4. c. 5. & Plin libr. 5. cap. 19.* Stephanus alterum eiusdem nominis oppidum in Gedrosia collocat.

Būtŏmum, βότομον. Frutex est in paludibus nascens: folia ferens iridis proxima, ex vna radice non singulos scapos, sed plures veluti virgas emittens, ad vitilium nexus vtiles. Frondibus autem boues maximè oblectantur: vnde & nomen accepit. Vulgus hodie *Iuncum cabacinum* appellat, quod ex foliis eius sportulæ texantur, quibus ficus & vuę passæ ad nos afferuntur. *Vide Ruell. lib. 2. c. 127.*

BVTRA, Insula est maris Mediterranei prope Cretam insulam. *Autor Plin. lib. 4. c. 5.*

BVTRIVM, trij, βούτριον, Oppidum Italiæ, non procul à Rauenna, *cuius meminit Strab. lib. 5.*

BVTVA, *Plinio* inter oppida Liburniæ recensetur, *lib. 4. c. 12.*

BVTVNTINENSES, Populi sunt Calabriæ in Italia, *quorum meminit Pli. lib. 3. c. 11.*

Būttŭbātă, Veteres vsurpauerunt pro eo quod nugatorium est, & nullius valoris. *Festus ex Naeuio. Vide ibi Scalig.*

BVTVS, βοῦτος, Pandionis filius, vnde Butadæ pars tribus Ægeidis. *Steph.* Est & Ægypti ciuitas. *Vide suprà* Buthos. *Herodianus* vicum esse scribit Buto, βοῦτον dictum, vbi oraculum fuerit, vnde & Latona Buto. Est & alia Gedrosiæ. *Steph.*

Būtyrum, {חמאה *ebemeáh.* βούτυρον. GAL. Beurre. ITA. *Buttiro.* Venetiis *Onto sottile.* Alibi *Smalzo.* GER. Ancker/ butter. HIS. *Manteca.* AN. *Butter.*} Portio lactis pinguior, quæ frequenti agitatione, à sero separatur. dictum Butyrum, quasi βοὸς τυρὸς: hoc est, bubulus caseus. Fit enim (*teste Plin. lib. 28. cap. 9.*) ex lacte bubulo vt plurimum. Habet autem penultimam syllabam indifferentem, quanuis apud veteres poëtas non temerè inuenias. *Macer & Serenus* corripuerunt: *Stdonius vero, aliique nonnulli* produxerunt.

BVXENTVM, πυξοῦς, Oppidum Lucaniæ, quod Græci Pyxunta vocant, à buxo arbore, quæ copiosa illic prouenit. *Plin. lib. 3. cap. 5.* Vulgò *Beluedere.*

Bīxŭs, πυξός. GALL. Bouys. ITAL. *Bosso.* GERMANICE, Buchßbaum. HISPAN. *Box.* ANG. *Boxe or the boxe tree.*} Arbor exigua semper virens & tonsilis. Producit ex se viscum, & semen, seu granum, quod Cartegon dicunt, omnibus animalibus inuisum. Lignum habet adeò durum, vt cariem non sentiat, & tam ponderosum, vt in aqua subsidat. Hoc Buxum appellatur. Nam in plerisque nominibus arbores sunt fœminini generis: fructus verò & ligna neutri. *Virgil.* Dant arbuta syluæ: Cruentáque myrta: & Cerea pruna, Volubile buxum. & [Nec mihi detonsõ crines depectere buxo. *Ouid. 6. Fast.*] Quandoque tamen Buxus dicitur pro ligno. *Virg. lib. 9.* Buxóque vocat Berecynthia mater. Ex buxo fiunt tibiæ multiforatiles, & pectines ad capillos explicandos, & pyxides ad vsus plurimos. * Vnde buxus pro tuba vel tibia buxea sæpe legitur apud poëtas, iuxta eam figuram (metonymiam videlicet) qua materia ponitur pro re ex ea confecta. *Statius 2. Thebai.* Fœda Celenæa committere prælia buxo. *Claud. de raptu Proserp.* Si buxos inflare velim, &c. Id est. Si tibias inspirem. ¶ Buxum quidam non aliud esse quàm guaiacum lignum volunt, quòd pluries compertum sit, eius decocto etiam felicius eos sanatos esse, qui Gallica lue affecti erant.

Būxĕus, a, um, Quod ex buxo est, vel quod buxi colorem imitatur. πυξινὸς. GA. De bouys. IT. *Di bosso.* GE. Buchsbeumin auß buchs beumen gemacht. HIS. *Cosa de madera ò de color de box.* AN. *Of boxe or like boxe.*} *Mart.* Et tres sunt tibi Maximina dentes, Sed planè piceique, buxeique.

Būxētum, locus buxis consitus. {πυξίων. GAL. Boscage de bouys. ITA. *Luogo doue sono multi bossi.* GERM. Ein ort da buchsbeum wachsen HI. *Boxedal, lugar de aquellos arbores.* ANG. *A place sett with boxe trees.*} *Martial.* Non otiosis ordinata myretis, Viduáque platano tonsilíque buxeto Ingrata lati spatia detinet campi.

Būxōsus, a, um, Quod buxo simile est. {πυξοειδὴς. GALL. Plein de bouys, ou fort ressemblant à bouys. ITAL. *Pieno dy bosso, simile al bosso.* GERM. Das dem buchs gleych ist. HIS. *Lleno de box, ò semejante al box.* ANGL. *Full of boxe trees or lik boxe trees.*} vt Lignum balsami buxosum *Plin. lib. 12. cap. 25.* Ex hoc Buxosum est optimum, quod est odoratissimum.

Būxĭfĕr, Ferens buxum. {πυξοφόρος. ANG. *which beareth boxe trees.*} vt Buxifer Cytorus, *Catullo.*

BŸZAE, *Plinio* inter Indicas gentes ponuntur, *lib 6 c. 20.*

BVZERI, Gens Themiscyræ regionis in Asia. *Plin. lib. 6. cap 4. Vide* BYZERES.

BVZYGIVS, Mons est Thessaliæ. *Plinius lib. 4. c. 8.*

B ante Y

BYBASSVS, βυβάσσος, Cariæ oppidum *Stephano*, ita appellatum à Bybasso pastore, qui Æsculapium maris tempestate in Cariam delatum seruauit.

BYBE, βυβή, Thraciæ oppidum apud *Steph.* cuius incolæ Bybi, βυβοὶ, appellantur à *Steph.*

BYBLESIA, Cariæ regio, ab Isthmo Cnidiorum initium sumens: de qua sic scribit *Herod. lib. 1.* Nam quum initium Byblesiæ ex peninsula auspicetur, finitque Cnidij propemodum circumfluì, eam partem, qua Boream spectat, Ceraunius claudit sinus, Australem verò Symanum, Rhodiúmque mare: reliquam frontem, hoc est, Isthmum, qui perexiguus est, nempe quinque stadiorum, Cnidii tentauerunt perfodere.

BYBLĬS, βύβλις, Suidæ, Filia Mileti fuisse fertur ex Cyanee nympha, à fratre Cauno, cuius amore deperibat, repulsa, impatientia amoris in fontem sui nominis est mutata. Vide latiùs totam fabulam *apud Ouid. 9. Metam.*

BYBLIS, βύβλις, *Milo*, Parua maris mediterranei insula est cum oppido, alio nomine Mulos dicta. *Arist.* Zephyriam, *Callimachus* Mimallida, *Heraclides* Siphnum & Acyton vocant. Hæc insularum rotundissima est. *Verba sunt Plin lib. 4. c. 12.*

BYBLVS, est Phœnices vrbs, Beryto vicina, in qua Adonidis olim insigne fuit templum. Eam tyranno oppressam Pompeius liberauit, illo secuti percusso. Sita est in excelso quodam loco, non procul à mari. *Hæc est Strab. lib. 16.* Hodie Gæta.

BYCVS, Sarmatiæ Europææ fluuius est *apud Ptolemæum*, qui Pomponio Buges dicitur.

BYLI, βύλα, Vrbs. *Vide* Elea.

BYLLIS, βύλλις, *apud Steph.* Illyrici oppidum est, quod à Ptol. βύλλις appellatur: & in ea parte collocatur Macedoniæ, quæ Adriatico mari imminet, in Illyrici confinio; *vbi & Plin.* Bullidensium *meminit.*

BYMAZVS, βύμαζος, Vrbs Pæoniæ *Stephan.*

Byne, Ex coniectura Cornarii qui in commentariis *in 2. lib. Galeni de Compos. medic.* secundum locos hæc scribit: Byne velut nos ex Ætio vetimus, est hordeum madefactum quod germen emisit, & deinde vnà cum enatis ligulis tostum est. His verbis Ætius planè describit hordei præparationem, quomodo per omnem Poloniam & Germaniam ad zythum siue ceruisiam, vt vocant, coquendam parare solent. Neque scio alium qui bynem, hunc parandi modum appellet, vulgò Polonis Slod appellatur digno literis nomine vt pote cuius beneficio fit vt Bacchi indignationem ac numen à nostra Polonia auersum mitiùs feramus. Alludit autem ad bynem appellatio Germanica ipsius cereuisiæ, Vna enim litera mutata Byre dicunt.

[Byrrhia, quem Græci Pyrhiam, nostri Byrrhiam vocant. *Terent. Scaur. de Orthogr.* Et Pyrrhum, Byrrhum.]

Byrsă, {עור *bor. βύρσα.* GALL. Cuir. ITALI *Cuoio.* GERM. Leder. HIS. *Cuero.* ANG. *The hide or skinne of a beast.*} Corium ac tergus Græcis dicitur: vnde & βυρσία coriarium appellarunt. Hinc arx in media Carthaginiensium vrbe Byrsa appellata. Dido enim quum fratrẽ fugiẽs in Africã peruenisset, emit ab Iarba rege tantum soli quantum taurino tergore posset circundare. Dissecto deinde tergore in minutissimas laminas, tantùm loci eo circundedit, quantum arci extruendæ sat esset. Ad hanc fabulã alludit *Virg.* quum ait.

Mercatíque solum facti de nomine Byrsam,
Taurino quantum posset circundare tergo.

BYSNAEI, Genus Bebrycum, *Steph.*

Byssŭs, {בוץ *buts, βυσσός.* GALLIC. Crespe, fin lin. ITALIC. *Bisso.* GERM. Rostliche vnnd reine leinwat. HISPA. *Cierto genero de lino muy delicato.* ANGL. *Silk fine flexe.*} Tenuissimi lini genus, proximam ab asbesto dignitatem obtinens, ex quo subtilissimæ fiunt vestes, quæ mulieribus olim præcipuè in deliciis erant *Plin* circa Elim Achaiæ nasci credidit: *Pollux* verò ex India & Ægypto gigni prodidit. *Philostratus autor est*, byssum ex quadam arbore nasci, quæ altitudine populos æquat foliis autem salicis æquiparatur. Quam quum vidisset Apollonius, gauisus est, quòd fusco amictui, quem gestabat, non dissimilis admodum esset.

Byssĭnŭs, a, um, Quod ex byssо est. {βύσσινος. GALL. De crespe ou de fin

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

lin. ITA. *Che è di tal lino.* GER. Das auß köstlicher vnnd reiner leinwat gemacht iſt. HISP. *Coſa de materia de aquel lino.* ANG. *Of ſilk or fine flexe.*} vt Byſſinæ veſtes, quæ lutei coloris erant, & fulgore aurum imitabantur. quanquam poſtea inuenta eſt ratio byſſum quouis colore inficiendi.

BYSALAS, βυσαλὰς, Regio iuxta Syrtes. *Vide* Byzantes *in Steph.*

BYSVS, vel Byſſus, Gens quædam, *Steph.*

BYSACIVM, Africæ regio, *Plin. l. 4. c. 5.* in deſcriptione Africæ. *vide* Byzantium.

BYZANTHES, Populi Africæ. *Vide* Byzantium. De Byzante & Strabone eius fratre, *vide Steph. in Bynacopolis.*

BYZANTIVM, {βυζάντιον. vulgò *Conſtantinopoli.* GER. Conſtantinopel. *Turcis Ζoraudum.*} Vrbs Thraciæ ad ipſum ſita Boſphorum: primùm à Pausania Spartanorum rege condita: poſtea à Conſtantino in maius aucta, & ſacri imperij ſedes eò tranſlata, ab illius nomine Conſtantino polis dicta eſt. Hodie non ſine grauiſſima orbis Chriſtiani ignominia crudeliſſimi Turcarum tyranni paret imperio. ¶ Eſt item Byzantium Libyphænicum regio in Africa, quam ſic deſcribit *Plinius libro quarto, capite 5.* Libyphœnices appellantur, qui Byzantium incolunt. Ità appellatur regio ducentorum quinquaginta millium paſſuum per circuitum, fertilitatis eximiæ, cum centeſima fruge agricolis fœnus reddente terra. Hic oppida libera Leptis, Adrumetum, Ruſpina, Tapſus. *Hæc ille.*

Byzantius, a, um, adiect. vt Littora Byzantia. *Ouid. 1. Triſt.* Byzantij exules *Cic. pro Domo ſua.*

BYZERES, penultima producta βύζηρες *Steph* Populi in Ponto, qui Strabo ni Byzares vocantur, olim Chalybes, & deinde Chaldæi dicti. *Valer. Flac. 5. Argon.* Byzeréſque vagi, Phyliræque à nomine dicta Littora. *Pl. l. 6. c. 4.* Buzeros vocat. ¶ Ab his portus quidam Ponti Buzericus βυζηρικὸς λιμὴν appellatur; cuius meminit & *Steph.*

C

LITERA muta eſt, quæ ante n, ſequente vocali in eadem ſyllaba ponitur, ſed profertur ſub voce g, ob cognationem literarum, vt Cnidius, Cneus. tranſit etiam per compoſitiones & deriuationes in g, vt Quadringenti. In ſ, vt Parco, parſi. In x, Duco, duxi, Noceo noxa. Libera triſtis appellatur, quòd nota condemnandi eſſet, quam Prætor in publicis iudiciis dare iudicibus ſolebat, in tabellæ cerata ſcriptam, vt ſi reus damnandus videretur, eam in vrnam conijcerent. C, tertio loco ponitur à Latinis, variato à Græcis & Hebræis ordine. Medium eſt inter G & CH. Vnius horum cognita natura, facilè noris reliquarum duarum. Dum profertur extremæ linguæ pars, anteriores dentes percutit, fitque ex eo repercuſſu obtuſior ſonus. Diuerſæ regiones diuerſimodè pronunciant, aliæ ita proferunt vt magis ad ſonum ſ videatur accedere: aliæ vero nonnihil de ſono G admixt habent. Sed nil mirum, quando nulla apud nos eſt recta elementorum pronunciatio, vt facilè percipi poteſt. Sed diffuſiùs vbi de elemento, H, verba facerimus. Auget hæc litera ſonum & minuit eadem ratioqua & B. In fine dictionis producit ſyllabam, præterquam in donec, nec & hic, quæ corripiuntur. In notis antiquorum C. comitia, comitia lem diem. C. cauſa, cauſat, centum, con, contra, cum, cornibus, condemno, condemnatio, Cæſo. C. vel CA. AM. cauſa amabilis. CB. Corymbus. C. con, Caia C. C. calumniæ cauſa. C. C. E. cauſa conuenta eſt. CC. circum. CCC. DP tercentum duplex. CCC. T. P. tercentũ terræ pedes. C. C. F. Caius Caij filius. CS. cauſa. CA. vel CAM. Camillus. CÆ. Cæſar. CÆS. AVG. vel A. Cæſar Auguſtus. CÆS. AVG. Cæſaris Auguſti. CÆS. AVGG Cæſares de tribus. CAR. COIV. cariſſimæ coniugi. CARIS. chariſſimus. C. B. commune bonum, cuius bonus. CC. ducenti. C. CL. R. cauſam claram regi. CR contrarius. CC. conſilium cepit vel ceſſit calumniæ, cauſa contractus. CS. cuius. C. D. C Quadringentis condemnatus. C. D. condignum. [C. cognationem habet cum Gnideo alij dicunt Caunacem, alij Gaunacem: Item Camelum, alii Gamelum,]

CABALACA, Albaniæ in Aſia oppidum *Pl. l. 6. c. 10.* Præualent oppida Albaniæ Cabalaca: Iberi e Harmaſtis iuxta flumen, &c.

CABALES καβαλεῖς, Populi ſunt Lyciæ regionis, quarum Regio Cabalia appellatur: in qua ſunt vrbes Oenoanda (quam *Strabo* Oenoandron vocat) Balbura & Bubon. *Vide Plin. lib. 5. cap. 27. & Herodotum libro 4.*

CABALLO marinus, vide Hippocampus.

CABALIS. καβαλὶ, Oppidum eſt Cabaliæ regionis Aſiæ, *cuius meminit Steph.* ¶ Eſt autem Cabalia Lyciæ pars.

Caballitio ſiue Caballatio, onis, in Conſtitutionibus munus alendi equos publicos, à caballis dicta. *Feſtum autorem habet Alciatus: vnde apparet exemplaria in hoc variare.*

Cāballus, Equus {ΔΙΟ *ſus. ἵππος.* GAL. Cheual. IT. & HISP. *Cauallo.* GE. ein roß/ein cabal/ein hengſt. ANG. *An horſe.*} *Lucil. lib. 2.* Succuſſator terri tarique caballi *Varr. in Parm.* Alius caballum arboris ramo in humili alligatum reliquit. *Senec. 1 piſt. 27.* O quantum erat dies eius ſeculi Imperatorium, triumphalem, Cenſorũmque ſuper omnia, hoc eſt Caloncum vno caballo eſſe contentum. [Supra dixerat Chanterium]

Caballus ab equo diſtat, quòd caballus ferè nunquam ſine deriſione dicitur: equus verò ſemper de apto & probato. *Pomponius de Fund. inſtru. l* Si ita caballus air, qui in piſtrinis eſſet, tanquam dicat malus.

Cāballīnus, a, um, penu. prod. {ἱππικὸς. GALLI. De cheual, appartenant à cheual. ITA. *Di Cauallo.* GER. Das zu dem roß gehört. HISPAN. *Coſa de cauallo.* ANG. *Of an horſe, or belonging to an horſe.*} vt Caballina caro, *Plin. lib. 28. cap. 20.* ¶ Caballinus fons, eſt in monte Helicone Bœotiæ, quem Pegaſus in eo loco ſaxum feriens, aperuit. ἱπποκρήνη. Vnde & Pegaſeus vocatur. *Author Strabo. Vide infra in dictione* HELICON.

CABASSVS, καβασσὸς, vel Cabeſſus, καβησσὸς, *Homero*: Oppidum Cappadociæ: quod tamen alij trans Hemum montem collocant. ¶ Appion verò vicum eſſe ait inter Tarſum & Mezacam. *Vide Stephan.*

CABELLIO, Narbonenſis prouinciæ oppidum eſt, prope Druteniam fluuium, & Carpentoracte. *A Strab.* Caballio vocatur. vulgò *Cauaillon.*

CABERA, Protei filia fuiſſe fertur, quæ ex Vulcano tres Caberos genuit, totidémque nymphas Caberides: quibus omnibus dicata fuiſſe templa *autor eſt Strab. lib* 10.

CABERON, Aſiæ fluuius eſt, *vt tradit Plin. lib. 6. cap. 23.* in deſcriptione Carmaniæ.

CABIRIA, æ, καβειρία, Oppidum citerioris Aſiæ, quod Cabirij inhabitant. Sunt & Cabirij Bœotiæ populi. *Vtriuſque autor Steph.*

CABVLLINVM, καβύλλινον, *Ptolem.* Sequanorum oppidum eſt, ad Ararim, quod alio nomine Catalaunum, GALLICE, *Chalons ſur Saone* dicitur.

CABYRA, æ, Fons Meſopotamiæ, præter aquarum omnium naturam egregiè odoratus: cuius fabuloſam rationem reddunt, quòd Iuno eo aliquando fuerit perfuſa. *Vide Plin. lib. 31. c. 3.*

Cabus, Frumentaria eſt menſura: vnde cabaſi, qui expiari nequeunt.

CABYLE, καβύλη, Vrbs in Thracia, *vt inquit Polybius.*

CACA. Soror fuit Caci, quam quidam volunt fratris furtum Herculi indicaſſe, & ob id meruiſſe ibidem diu ará ſacríſque venerari. *Sed longè aliter Virg. lib. 8. & Ouid lib. 1. Faſt. ſentiunt.*

Cācābo, pen. cor. Propriè eſt vocis perdicum. {κακκαβίζειν, πτυβίζειν. GA. Chanter la perdrix. ITAL. *Cantar de ſtarne.* GE. Hüttelen wie ein rebhun. HIS *Cantar de la perdiz.* ANG. *To ſing lik a partrich.*} *Ouid. de Philomela* (ſi modò id carmen Ouidij dicẽdum ſit) Cacabat hinc perdix, hinc graciat improbus anſer.

Cācăbŭs, pen. corr. Vas æneum in quo pulmentarium coquimus. {ΠΙΝΤ *dadh.* λέβης, χάλκωμα. GAL. Chaudiere ou chaudron, marmitte. ITA. *Laueggio, caldarone.* GERM. ein keſſel. HIS. *Caldera para coſer al huego.* AN. *A great pan or pottage pot.*} *Plin. lib. 25. c. 8.* Succus in cacabo nouo coquitur mellis craſſitudine. *Paul. Iureconſ.* Inter ahenum quod ſupra focum pendet, & cacabum non multum intereſt. Nam hoc pulmentarium coquitur, in illo aqua ad potandum caleſcit. Antiqui enim calidam & frigidam cœnis adhibebant. *Apicius*, Capita porrorum ſimul elixabis in cacabo nouo, vt aqua ad tertiam deferueat.

Cacalia, κακαλία, Herba eſt quæ & Leontice vocatur, in montibus frequè naſcens, folia ferens candida & magna, inter quæ ſemen dependet eiuſdem nominis, minutis margaritis ſimile. *Autores Plin. lib. 25. c. 11. & Dioſc. lib. 4. c. 108.* Officinis *Carui* agreſte vocatur, *teſte Ruell. lib. 3. c. 128.*

CACCABE, κακκάβη. Olim appellata fuit vrbs totius Africæ celeberrima, quæ notiore nomine Carthago dicitur. *Vide Stephanum in dictione* κορχηδὼν.

Cācemphătŏn, κακέμφατον, vel cacophaton, κακόφατον, Durior in oratione ſonus, ex mala vt plurimum compoſitione naſcens: quale eſt illud, Numerum cum nauibus æquat. Item illud, O fortunatam natam me conſule Romam. ¶ Huic contraria eſt Euphonia, εὐφωνία.

Cācēxĭă, κακεξία, A medicis appellatur malus corporis totius habitus, quo alimenta corrumpuntur, quod fit quum longo morbo vitiata corpora, etiamſi illo vacant, alimentum tamen in ſui ſubſtantiam non conuertunt. Qui hoc vitio laborant, Cacectici, κακεκτικοὶ appellantur.

[Cachinno, onis, *Perſius Satyr. 1.*]

Cāchinnŭs, Solutus riſus, à ſono riſus fictum vocabulum. {צחק *tſechok.* καγχασμός. GAL. Ris deſmeſure, moqueries, riſee à pleine gorge. IT *Riſo immoderato.* GERM. Das vnzimlich lachen/ſitteren/das gafflen. HISP. *Riſa con carcajada.* ANGL. *A lowd laughter.*} *Iuuenalis*, Sed facilis cuius rigidi cenſura cachinni. *Perſius*, Ingeminat tremulos naſo criſpante cachinnos. Hinc *Seneca* præcipit vt riſus ſit ſine cachinno, vox ſine clamore. Apud antiquos non de riſu tantùm dicitur, ſed & de quouis alio ſono vehementiore. *Catullus*, Procedunt, leuitérque ſonant clamore cachinni. [Cachinnum tollere. *Suet. in Augu. cap. 98.* In cachinnos effuſus. *Suet. in Calig. ca. 32.* & cachinnos reuocare. *Sueto. in Claud. cap. 43.*]

Cāchinnor, aris deponens: & cachinno, as, neutrum, Immoderatè rideo. {צחק *tſachak.* καγχάζω. GAL. Rire à pleine gorge ou deſmeſurement. IT. *Ridere immoderatamente.* GER. vnzimlich oder die maß lachen. HISP. *Reir demaſiadamente, ò da carcajadas de riſa.* ANG. *To laugh a lowde or vnmeaſurablie.*} *Cic. 5. Verrina*, Ridere conuiuæ, cachinnari ipſe Apronius: niſi fortè exiſtimatis eum in vino ac luxu non riſiſſe, qui nunc in periculo ac exitio ſuo riſum tenere non poſſit. *Lucret. libr. 4.* Quam famulæ longè fugiant, furtúmque cachinnant. ¶ Dicitur & de alio quouis ſono vehementiore. *Accius*, Sæua ſonando crepitu clangentes cachinnant.

Cāchinnātĭo, diſſolutior riſus. {καγχασμός. GA. Grand ris, riſee. ITA *Riſo diſſoluto.* GE. Das gafflen/das vnmäſſig vnſtätig lachen. HIS. *Reir demeſiado.* AN. *Vnmeaſurable laughing.*} *Cic. 4 Tuſc.* Vt ridere conceſſum ſit vituperetur tamen cachinnatio.

Cachla, *Plin. lib. 25. c. 8.* Herba eſt quæ alio nomine Buphthalmus appellatur. *Vide ſuprà.*

Cachryes, καχρυὲς. Sunt oblonga panicularum modo nucamenta, quæ ſquamatim compacta propendent è ramis. Creſcunt hyeme, vere dehiſcunt in flauentes ſquamulas, & folio prodeunte decidunt: qualia

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

qualia multa in abiete,picea,cæteríſque id genus arboribus conſpiciuntur *Vide Plin.lib.16.cap.7.*

Cacia,{מרמה *mirmáh.κρυσία.* GALL.Aſtuce,malice.ITAL.*Aſtutia,Vitioſita.*GERMAN.Boßheit/bößlißigkeit.HISPA.*Mal.cia,aſtutia.*ANGL. *Malice.*} Græca dictio in Latinorum vſum non recepta, quam Cicero vitioſitatem interpretari mauult, quàm malitiam : quum vitioſitas nomen ſit generalius ad omnia vitia pertinens, malitia ſpecialius. Apud veteres malitia inter adiaphora,hoc eſt,indifferentia, connumerabatur,quaſi ſit & bona & mala : vt Dolus bonus & malus. *Vnde apud Plautum dicitur cum laude*, Te ciuem ſumma omni malitia.

CACIDIRA,inter celeberrimas Scytharum gentes *Plinio ponuntur lib. 6.cap.17.*

CACIDINI,Siciliæ populi Latinæ conditionis, *vt ſcribit Plin.libro 3. cap.8.*

Căco,Aluum exonero,ventris onus depono,excerno. {חסיך דגליו *hesieh raglâv.χίζω.*GAL.Chier,aller à la ſelle.ITAL.*Cacar.*GERM. Scheyſſen/ſein notturfft thun.HISP.*Cagar.*ANG.*To shyte.*} *Martialis.* Ventris onus miſero(nec te pudet)excipis auro:Baſſe bibis vitro:cariùs ergo cacas.

Căcātŭs,a,um,Excrementis fœdatus.*κατακεχεσμένος.Catullus,*Annales Volusi cacáta charta.

Cacaturio,ris,deſyderatiuum à caco.{χεζησάω,χεζείω.GAL.Auoir faim de chier,vouloir aller à ſelle.ITA.*Hauer voglia di andar del corpo* GER. Scheyſſeren/einem zuſcheyſſen not thun. HISP. *Auer gana de cagar.* ANG. *To haue a deſire to shyte.*} *Martial.lib.11.in Vacer.*Cœnaturit Vacerra, non cacaturit.

Căcŏchylă, ſiue cacochyma, *κακόχυλα,ἡ κακόχυμα.* Dicuntur illa quæ malum ſuccum habent:quibus contraria ſunt Euchyla,εὔχυλα, & Euchyma,εὔχυμα.

Căcŏdæmon,malus genius.{שד *ſchedh.κακοδαίμων.*GAL.Eſprit, malin, foullet,phantoſme.ITA.*Spirito noturno,ſpirito maligno.*GER.Ein böſer geiſt/ein böß geſpenſt. HIS. *Fantaſma que parece de noche, Angel malo.* AN.*An euill ſpirit*}

Căcoēthēs,dictio tetraſyllaba,neutrius generis,& pen.prod. {κακόηθες. GAL.Mauuaiſe nourriture,mauuaiſe couſtume IT. *Cattiua creanza, mala conſuetudine.*GER.Ein böſe gewonheit/böſe ſitten.HISP.*Mala coſtumbre.*AN *Euill cuſtome and maners.*}Mala & præpoſtera conſuetudo.Nam *κακὸν* malum,& *ἦθος* morem vel conſuetudinem ſonat. *Iuuenalis* pro ambitione ſumpſiſſe videtur per tranſlationem, quæ quum ſemel animo inſederit,non facile amouerí poteſt:tenet(*inquit*) inſanabile multos Scribendi cacoethes.*Hermolaus in Caſtig. Bud.in Pandect.Politianus Miſcel.c.49.*¶Cacoethe præterea à medicis appellantur vlcera maligna,quæ quum omnia rectè atque ordine feceris, non tamen curantur:quia in ipſo vlceris loco, *Galeno teſte*,ineſt malignitas,ſanari ea prohibens, quum in aliis vlceribus malorum humorum influxus aliunde recipiatur.

Căcōſtŏmăchŏs. {κακοστόμαχος.GAL.Qui a mauuais eſtomach. ITA. *Quello che ha debole ſtomacho.* GERMAN. Der ein blöden vnd böſen magen hatt. HISP.*El que tienne eſtomago enfermo.* ANGL.*That hath an euill ſtomack or diſeaſed.*} Qui malum ac debilitatum ſtomachum habet,hoc eſt, ventriculum. Os enim ventriculi,qui ſtomachus dicitur,pro ipſo ventriculo ſumi ſolet. *Cicer.ad Tironem*, De medico & tu bene exiſtimari ſcribis,& ego ſic audio : ſed planè curationes eius non probo:ius enim dandum tibi non fuit:quum *κακοστόμαχος* eſſes.

Căcōſynthĕtŏn,*κακοσυνθετον.* Mala,ſeu deformis compoſitio:*vt apud Virg.lib.9.Æn.*Terga fatigamus haſta.

Căcŏtēchnĭa,*κακοτεχνία*, Ars mala interpretatur, & ad perniciem inuenta.*Quint.lib.2.cap.20.*Cacotechniam quidam nominauerunt artis prauitatem.

Căcōzēlĭa, *κακοζηλία.* Dicitur mala & indecora affectatio, quoties inſcitè virtutem aliquam imitantes, in vitium labimur. Veluti ſi quis,Atticiſmum affectans,ieiunus fiat & aridus:aut contrà copię ſtudens,in ineptam incidat loquacitatem. Cacozeliæ genere peccare. *Quint.lib.2.cap.2.*

Căcōzēlŭs,pen.prod.*κακόζηλος.*Ineptus imitator. [*Sueton.in Auguſt.cap. 86.*]

Căctŏs,*κάκτος.*{AN.*Artechokes,an hearbe ſo called.*} Herba eſt,*teſte Plinio.*21.*c.*16.in ſola Sicilia naſcens,quæ caules habet à radice emiſſos,& in terra ſerpentes,quos etiam cactos vocant. *Athenæus* eam eſſe credit,quæ Latinis carduus,Græcis cinara vocatur.

Cacubalum,Herba acinos ferens nigros,quæ à Græcorum nonnullis Strychnos,à Latinis verò,quòd ſtrumis medeatur,ab effectu Strumun appellatur.*Vide Plinium,27.cap.8.*

Căcŭlă,penult.correp.Militis ſeruus,ſuſtibus clauibúſque ligneis armatus ad tutelam dominorum. {נשא כלים *noſé chelim.τῶ σκηπτὸν ἀκόλουθος.*GALL.Vn goujart d'homme de guerre. ITAL. *Ragazzo.ſeruitore, maſſimamente in guerra.*GERM.ein gwardyknecht / ein troßbub HISPA *Moço à rapaz deleſcudero.*ANGL.*A man of warres slaue.*} Dictus ἀπὸ τῶν κάλων,hoc eſt,à lignis quæ ferebat.*Plaut* Video caculam militarem me futurum.[Harpax Cacula. *Plaut.pſeu.ſc.2.a.2.*]¶Vnde & Calones dicti.

Căcūmĕn,pen.prod. Summitas cuiuſque rei,{ראש *roſch.κεφαλή.*GAL. Sommet ou coupeau de quelque choſe.ITAL.*Cima,ſommità.*GERM ein gipfel/Das oberſte theil eines ieden dings. HISPAN. *Cumbre ò altura.*ANG.*The toppe or higt of any thing,the ridge of an houſe.*} vt,ca cumina montium, cacumina arborum. *Cæſar 7.bell.Gall.* Itaque truncis arborum, aut admodum firmis ramis abſciſſis, atque horum deliberatis atque præacutis cacuminibus, perpetuæ foſſæ quinos pedes altæ ducebantur. [Nunc epulæ è tenera fronde cacumen erant.*Ouid.4.Faſt.* Erexit è tepida mole cacumen(Herba)*Ouid.Hele n.lib.3.Triſt.*]*Virg.6.Æn.*-dehinc ſumma cacumina linquunt.*Lucre. lib.5.*ad ſummum poſtquam venere cacumen.Id eſt, Ad ſummam abſolutionem & conſummationem. De artium inuentione loquitur, quæ ex paruis initiis paulatim ad ſummum perfectionis faſtigium peruenerunt.

Căcūmĭnārĕ,Acutum reddere,*ὀξύνω.* GAL.Faire poinctu ou aigu.IT. *Far acuto,apuntato.*GER.Spitz machen.HIS.*Encumbrar,ò alçar,ò empinar.*ANG.*To make point ed and sharpe.*}*Quid ? Mela.* Dat ſpatium collo,ſummáſque cacuminat aures. De Actæone loquitur in ceruum mutato.

Căcūmĭnātŭs,a,um,adiectiuum. {ὀξυωθὲς.GALL.Aigu,pointu.ITA. *Acuto,penjuto.*GERM.Geſpitzt. HISPA. *Agudo,empinado.*ANGL.*Pointed, sharped,that hath a sharpe toppe.*} *Plin.libr.10.cap.* 52. Auium ova ex calore fragilia, ſerpentium ex frigore lenta, piſcium ex liquore mollia, aquatilium rotunda, reliqua ferè faſtigio cacuminata.

CĂCŬS,*Κάκος*, Filius fuit Vulcani, qui Latium vndique latrociniis & incendiis infeſtabat ; demum Herculis quoque ex Hiſpania, occiſo Geryone,redeuntis,& apud Euandrum hoſpitantis,boues noctu caudà traxit in antrum ſuum : quas quum manè diminutas cerneret Hercules,nec quorſum erraſſent,ſcire poſſet fortè fortuna ad hoc antrum peruenit: ſed quum veſtigia omnia foras verſa videret, cum reliquis abiit.Abeuntibus autem cæteris, occluſæ boues aliarum deſyderio mugierunt. Hercules igitur audito mugitu, Caci fraudem cognouit, raptáque claua iratus recurrit, ſed Cacus ſpelunca fretus, in eadem ſe abſcondit, clauſis foribus ingenti ſaxo. Quod Hercules videns, ad montis cacumen tendit, & ad extremum deiecto ſilice, qui antri ori ſummo incumbebat, intrepidè deſiliens, Cacum ſtrangulauit,bouéſque ſuas recepit, vt copiosè deſcribit *Virgil. lib.8.Æneid.* {GERM. Ein ſon Vulcani der dem Hercules ſeine vnder geſtolen hatt.} ¶Sunt qui affirment hunc Cacum Euandri fuiſſe ſeruum,qui in eo loco Italiæ omnia latrocinio & incendio vaſtauerit, & ob id Vulcani filium appellatum. *Ouidius* fabulatur illum tricipitem fuiſſe,quum inquit,Mænalio iacuit fuſus tria tempora ramo Cacus,&c. Veritas tamen ſecundum philologos hiſtoricos hoc habet, hunc fuiſſe Euandri nequiſſimum ſeruum,ac furem. Nouimus autem malum à Græcis *κακὸν* dici, quem ita illo tempore Arcades appellabant,poſtea tranſlato accentu Cacus dictus eſt,vt Helene Helena.Ignem autem dictus eſt vomere,quòd agros igne populabatur. Hunc ſoror ſua eiuſdem nominis prodidit. Vnde etiam ſacrum meruit, in quo ei per virgines Veſtæ ſacrificabatur. Hæc *Seruius* enarrans cum Virgilij locum *lib.Æneid.*8. Hic ſpelunca fuit vaſto ſubmota receſſu, Semihominis Caci,&c.

Căda-ĕr pen.prod. Corpus mortuum,à cadendo (*vt inquit Hieronymus*)ab eo quòd poſt mortem ceciderit. Sic Hebræi נבלה *nebeláh* à radice נבל *nabál*, cecidit: & Græci πῶμα παρὰ τὸ πίπτειν, cadere, deducunt.τὸ πεσὸν ἢ ὁ πεσὼν,τὸ πῶμα.GALLIC.Vn corps mort, charongne.ITAL.*Corpo morto.* GERM. ein todter cörpel HISP. *Cuerpo de animal muerto.*ANGL.*A carcage, dead bodie or coarſe.*} *Cæſar 7. bell. Gall.* Quid hominum millibus octoginta vno loco interfectis, propinquis,conſanguineiſque noſtris animi fore exiſtimatis, ſi penè in ipſis cadaueribus prælio decertare cogerentur?¶Transfertur & ad alia,vt etiam de oppidis ſolo æquatis quandoque dicatur.*Ser.Sulp.Ciceroni*,Tot oppidorum cadauera proiecta iacent. *Seruius* etiam à Carendo deducit. [Cadauerum & ruderum egeſtio,de ruinis ædificij. *Suet.in Nero.c.38.*]

¶Viuum cadauer,ἔμψυχος νεκρός. Prouerbiali figura dixit *Sophocles in Antigone*,-ὃ πᾶσιμ' ἐγω ζῶ τοῦτον,ἀλλ' ἔμψυχον ἡγοῦμαι νεκρόν.id eſt, -hunc ego viuere Haud arbitror,viuum at cadauer iudico. In eos dicetur,qui ſic viuunt,vt nihil dignum vita agant.

Cădauĕrōsŭs,a,um, {νεκρώδης. GAL.Pourri comme charongne,hideux. ITAL.*Pieno di caregne.*GER.Das einem cörpel gleych iſt HIS.*Coſa ſemeiante à cuerpo muerto.*ANG.*Deadlie face or countenance, a cruell locke.*} Quod cadaueris ſimilitudinem habet:vt,Cadauerosa facies,*apud Terent.in Heaut.*

CADDVSII,*Strabo libr.*11.populi ſunt Mediæ, prope Albanos & Caſpios.

CADENA,Regia fuit,in vrbis modum inſtructa in montibus Lycaoniæ, *vt autor eſt Strab.lib.*12.

CADI,orum,*apud Strab.lib.*12. Phrygiæ vrbs eſt:quam tamen nonnulli ad Myſiam pertinere dicunt.

Cădīſcŭs,Vaſculum quo ſuffragia colliguntur. {Græcè καδίσκος.diminutiuum à cadus. ¶Fuerunt autem duo apud veteres cadiſci,in quos calculos mittebant iudices,alterum κύριον, in quem condemnationis, alterum ἄκυρον, in quem abſolutionis calculos proiiciebant. Hic καδίσκος ἐλέας,id eſt,miſericordiæ,vocabatur, in quem αἰσώζουσαι mittebantur, alter θανάτου hoc eſt,mortis erat,priore loco poſita.Bud.Com. ¶Eſt etiam Cadiſcus mons Cretæ,*Plin.lib.4.cap.*12.

Cădmītes, *καδμίτης*, Gemma, quam cæruleæ interdum bullæ cingunt.

CĂDMĒĂ,*καδμεία,autore Plutarcho in vita Pelopidæ*,Arx fuit Thebana:licet nonnunquam pro ipſa ſumatur vrbe.

Cădmēŭs,a,um,per tres ſyllabas & pen.prod.*κάδμειος.*idem eſt quod Thebanus.*Statius* 8.*Thebaid.*-pudeat Cadmea iuuentus.¶Cadmea victoria,*καδμεία νίκη*,hoc eſt,Thebanorum victoria: quod prouerbij vim habet,quoties ſignificare volumus,tam magno conſtitiſſe victoriam, vt non ita multum interſit inter victoris ſortem & victi.Tractum eſt adagium à bello Thebano inter duos fratres geſto *Vide Eraſmum in Adagiis Stephanus autor eſt*,ipſam etiam Carthaginem,olim Cadmeam fuiſſe appellatam.

CĂDMĒĬS, pen prod *καδμεὶς*,Regio eſt Achaiæ, è regione Eubœæ ſita, quæ poſtea dicta eſt Bœotia *Autor Thucyd.bell.Peopon lib* 1.

Cădmīă,*καδμεία*, Corpus eſt metallicum:cuius duo ſunt genera : alterum,quod in venis & montibus reperitur earum regionum, in quibus æris ſunt metalla:idque Cadmiam lapidoſam vocat *Galen.lib 9 Simpl.* Namre vera nihil aliud eſt quàm pyrites æroſus, ex quo excoquitur æs.Atque hoc quidem cadmiæ genus et am *Plinio* cognitum fuit: qui eius ſic meminit *lib.*34.*cap.*1. Fit & æs è lapide æroſo,quem vocant Cadmiam.Item *cap.*10.*eiuſdem libri*,Namque ipſe lapis,ex quo fit æs, Cadmia vocatur. ¶Alterum eſt genus cadmiæ quod in ærariis officinis inuenitur:idque rurſus duplex. Nam quod ex fuligine ſiue fauilla,quæ ex fornace perpetuo egeritur,ſenſim colligitur, altioribúſque ædium partibus,in quibus æs excoquitur,adhæreſcit,Botryitis appellatur, quòd vuæ quandam imaginem repræſentet. Alterum in for-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

nacibus ipſis inuenitur ſupra diphryges, cruſtæ ſimilitudine: vnde & Placitin appellauere. *Vide Gal. libro 1. Simpl. & Agricolam de metallica.*

CĀDMVS, κάδμος, Agenoris Phœnicum regis filius fuit, qui à patre miſſus ad quærendam Europam ſororem, iuſſúſque ſine ea non reuerti, deſperato reditu, Thebas in Bœotia cõdidit. {GE. Ein ſon Agenoris des kõnigs in Phœnicia ſo die gewaltig ſtatt Thebas erbawen hat.} Ab huius nomine ipſe etiam Thebæ Cadmeæ dicuntur à Cadmo conditore. *Propertius*, Quum tibi Cadmeæ dicuntur Pontice Thebæ. Poſtea autem à Zetho, & Amphione regno pulſus, ad Illyrios ſeſe contulit: vbi deorum miſeratione, & ipſe, & vxor in ſerpentes mutati ſunt. Filias habuit Semelen, Agauen, Ino, & Autonoen. ¶Ferunt Cadmum decem & ſex literas è Phœnicia in Græciam detuliſſe, αβγδειλμνοπρστυ. His Palamedē Troiano bello quatuor adieciſſe, ξθφχ: & totidem poſt eum Simonidem Melicum, ζηψω. Aiunt quoque Cadmum hiſtoriam inueniſſe, & primum proſaicam orationem inſtituiſſe. Paulò iunior fuit Orpheo. *Hæc Suidas. Apu'eius* verò hoc adſcripſit Pherecydi. Fertur item inueniſſe auri metalla, atque conflaturam. Eſt & Cadmus mons qui Laodiceæ imminet, ex quo Lycus fluuius fluit. *Autor Strab. li. 12. & Plin. li. 5. c. 26.*

CADMVS Fluuius Ceſtrinus, *vide* in Cammania.

Cādmēĭus, a, um, per quatuor ſyllabas, κάδμειος vt Æmon Cadmeius. *Stat. Theb. 8.* -leuius Cadmeius Æmon Tela rotat.

Cādmēĭs, idis fœm. gen. patronymicum à Cadmo. κάδμις. *Ouid. 4. Met.* Æquora diſtinguunt ſummis Cadmeides alis.

CĀDMVS, item Mileſius fuit, *teſte Suida*, Orpheo aliquantò recentior, qui de Meliti origine, & rebus Ionicis li. 4. conſcripſit. Hic primus fuiſſe creditur, *teſte Plin. li. 5. c. 26.* qui proſam orationem ſcribere aggreſſus ſit: vt iam ſuſiùs dictum eſt.

Cădo, is, ccidi, caſum, Concido, labor, corruo, præcipito. {נפל *naphál.* πίπτω GALL Cheoir, tomber. ITAL. *Cadere, morire, caſcare.* GERM. Fallen. HISP. *Caer, morir, y acontecer.* ANG. *To fall.*} *Cic in Orat.* Si ſemel conſtiterit, nunquam cadet. Ponitur autem cum datiuo. *Plaut. in Menæch.* Quid clamas? quin taces? Quot eras annos natus quum te pater à patria auehit? MEN. Septennis: nam tum dentes mihi cadebant primum. *Plin. li. 16. c. 22.* Cadũt plurimis autumno, de foliis loquitur, quæ maximè illo tempore arbores amittunt. [Spes mihi, reſpicio, cum mea facta cadit. *Oui. Eleg. 1. li. 1. Triſt.* Cadendo deſcendere e faſtigio. *Senec. c. 10. de Tranquil.* Ne cadat, & palmas inhoneſtet equus. *Ouid. Eleg. 8. li. 4. Triſt.* Per ſpes nunc ſocias, caſuráque mœnia Troum. *Oui. 13. Metam.* Nihil ex illo impetu (doloris) cecidit. *Senec. c. 1. de Conſol. ad Mart.* Sed licet aſperiora cadant ſpolierque relictis. *Tib. li. 4.* Nec illis Semper inaurato Taurus cadit hoſtia cornu. *Tib. l. 4.* Thebæ cecidere. *Ouid. 13. Met.* Caue ne cadas, (de ebrio,) *Pl. Moſt ſc. 4. a. 1.* Cadit Sol, (id eſt, occidit) *Gell. c. 22. lib. 2.*] Cadere, item mori. *Cæſar 3. belli ciuilis.* Ad duorum millium numerum ex Pompeianis cecidiſſe reperiebamus *Virg. 1. Æn.* Multa tibi ante aras noſtra cadet hoſtia dextra. Id eſt, occidetur, maſtabitur, immolabitur. *Oriri & cadere (de ſtellis) contraria. Ou. 1. Faſt.* Quis verat & ſtellas, vt quæq; oriturque cadíque, Dicere? ¶Cum præpoſitione Ab *Plin. lib. 16. cap. 8. de auibus*, Impingi putes aliquas, aut rurſus ab alto cadere has, illas ſalire. *Cicero* per aduerbium dixit, Magnum tamen periculum non adibit: altè enim cadere non poteſt. ¶Cum præpoſitione De. *Cic. de Fato*, Si Daphitæ fatum fuit de equo cadere atque ita perire. ¶Cum præpoſitione Ex. *Plin. lib. 7. c. 20.* Perfrigi ſolùm debet ſupra ex Nouembr. menſe in Februarium: quo ſolutæ, ſponte cadunt ex arbore atque ſubnaſcuntur. Habet hoc verbũ multas egregias & venuſtas translationes, locutionéſque. *Terent. in Adelph.* Lau latiert te audit libenter: facio te apud illam deum: Virtutes narro. CTES. meas? SY. tuas. homini illico lachrumæ cadunt. Quaſi puero, gaudio. *Virg. Ecl. 1.* Et iam ſumma procul villarum culmina fumant, Maioréſque cadunt altis de montibus vmbræ. *Idem*, Cadit & Ripheus iuſtiſſimus, pro Occidit, moritur. ¶Item Cadere commodè, opportunè, optatè: pro euenire, contingere.

¶Cadere in ſuſpicionem, in cogitationem, in deliberationem, in offenſionem, pro incidere, venire [Cadere victoria. *Quin.*] Cadere cauſa, vel à cauſa: pro Amittere litem. ¶Cadere formula. [*Quintil. c. 6. l. 3. & Sen Epiſt. 79.*] pro Rem ipſam per formulas non rectè explicare. ¶Cadere animum, cadere oculos, vultus, verba, &c. pro Frangi, debilitari, opprimi, perire. *Et Cic. in Orat.* Quod verba melius in ſyllabas longiores cadunt, pro Terminant, deſinunt. *Idem ad Atticum*, Accedit illud, ſi maneo, & illum comitatum optimorum & clariſſimorum ciuium deſerò, cadendum in vnius poteſtatem: pro Venire, redigi. Tracta eſt metaphora à ludo talorum. Tunc enim talus fœliciter cadere dicebatur, quum in ſummitate Venerem, hoc eſt, numerum ſeptenarium oſtenderet, aut etiam ſenionem: contrà ſiniſtrè vel infeliciter cadere dicebatur, quum vnionem quem illi Caniculam vocabant in ſummo latere oſtenderet. ¶Hinc etiam res nobis feliciter cadere dicuntur, quoties aliquid nobis pro voto obtingit. *Cic. ad Att.* Nihil mihi fœliciùs cadere potuit. ¶Cadere in curſu. *M. Tullius li. de Cla. Orat.* dixit pro eo quod eſt, exp etira laude fruſtrari. Metaphora ſumpta eſt à publicis certaminibus pedibus aut equis currentium. *Non cadit in aliũ tam abſolutum opus. Id eſt, non poteſt ab alio tam abſolutum opus perfici. *Plin. li. 35. c. 10.* Cadunt in malos omnia ſcelera. *Quintil libro 7. capite 3.* Si cadit in ſapientem animi dolor, qui profecto cadit. *Cic. de Amic.* Id eſt, ſi ſapientis eſt dolere. *Idem in Orat.* Iambus enim & dactylus in verſum cadunt maximè. Id eſt, conueniunt. ¶Huius compoſita ſunt, Accido, Decido, Excido, Incido, Intercido, Occido, Concido, Procido, Recido, & Succido, quæ habent penultimam correptam. ¶Deriuatiua ſunt, Caſa, Caſo, as, & Caſito, *he quibus infrà.*

Căsŭs, us, propriè idem quod ruina, à cadendo. {נפלת *mappélet* קרי *keri* אידע *edh.* πτῶσις. GALL. Cheute, ruine, cas, fortune. ITAL. *Coſa, fortuna, ruina.* GERM. Ein fal, oder gluckſal. HISP. *Coſa y fortuna, ò cayada.* ANG. *A fall, chance or fortune.* {*Curtius*, Inopinato rhedæ caſu oppreſſus. [In eius diei caſu. *Cæſ. de bel. Ciuil.* Nimium fortunæ caſibus permittere. *Suet in Tib. c. 19.* Illa meos caſus aggrauat, illa leuat. *Ouid. Ele. 4. l. 3. Triſt.*] ¶Interdum idem quod fortuna, vel inopinatus euentus. συμπτωσις, τύχη. *Cicer. de Amic.* Vt ſi in eiuſmodi amicitias ignari caſu aliquo inciderint. ¶Modò calamitas & infortunium. σύμφορα. *Virgil. 2. Æneid.* Sed ſi tantus amor caſus cognoſcere noſtros. ¶Caſus temerarius à Græcis αὐτόματον dicitur: à Cicerone Temeritas. ¶Item caſus dicuntur vocabulorum formæ, quibus in aliam cadunt effigiem. [Caſus nominandi & rectus caſus. *Gel. cap. 5. libro 20.* Caſus interrogandi, quem Genitiuum Grammatici vocant, *Ibidem, cap. 25. lib. 13.* Caſus rectus & vocatiuus. *Idem. c. 5. lib. 14.* Caſus interrogandi & genitiuus. *Idem c. 25. l. 13.* Inclinare in caſus. *vide* Inclino.] ¶Hinc etiam veteres Caſcum, antiquum dicebant, quaſi iam cadentem. Caſus item Latinus dicitur ſextus Ablatiuus, quo Græci carent, cuius vis apud Græcos per genitiuum explicatur. Sic appellatur *à Varrone, authore Diomede Gram li. 1.*

Căsuālis, {πτωτικός. vt Caſuales declinationes apud Probum: & Caſualis forma *apud Diomedem Grammatices l. 1.* In ſingulari numero nominum formæ Caſuales ſunt ſex.

CADREMA, κάδρημα. vrbs Lyciæ, Olbiorum colonia, ἐρημωθεῖσα δὲ ὑπὸ τῶν γειτόνων πόλις. *Stephanus.*

Căso, ſas, are Frequenter cado: à quo fit aliud frequentatiuum Caſito, as, {πολλάκις, ἢ πυκνὸς πίπτω. GA. Cheoir ſouuent, choir par le menu. IT. *Cadere ſpeſſo.* GE. Stätig fallen/Offt fallen. HIS. *Caer muchas vezes.* ANG. *To fall often.*} *Paul. Iureconſ de ſeruit. vrb. prædior. l. Seruientes*, Si antea ex tegula caſitauerit ſtillicidium, poſtea vel ex tabulato, vel ex alia materia caſitare non poteſt.

Căsūra, ræ, πτῶσις. ANG. *Falling.* Caſus ſeu cadendi actus. *Hieron.* Totum amiſit in caſura, quod erat ædificatum in ſabulo.

*Căsūrus, Particip à cado. *Cic. ad Senatum lib. 15.* Quid caſurum ſit, incertum eſt. Id eſt euenturum. *Apud Ouidium 1. Amor. ele. 15.* nomen nullo tempore caſurum, pro perpetuo nomine.

Cădūcus, a, um, pen prod. Fragilis, mobilis, mortalis, à cadendo. {πλαστὸς, GA. Caduque, corruptible, ruineux, allant en decadence. ITAL. *Caduco, mortale, fragile.* GER. Hinfellig/zerbruchlich/zergenglich. HI. *Debil, que legeramen e puede caer.* ANG. *Falling into decase, which falleth which do not laſt.*} ¶Item Caducus dicitur is, qui morbo eo laborat qui hominem cadere facit. *Firmicus libro ſeptimo.* Si luna in horoſcopo fuerit inuenta, ſtultos, lentos, fatuos & caducos efficiet. *Plin. li. 17.* In drupis quoque, quæ matureſcentes tunc ſunt præcipuè caducæ, id riguis magis euenit, etiam ſi non ceciderint, faſtidiendis. [Caduca & decocta poma (i. nimiũ matura. *Gel. c. 11. l. 10.* Zephyri verba caduca ferunt. *Ouid. Epiſt. Sapph.* Nec fronde caduca carpitur laurus.] ¶Quandoque caducus mortuus dicitur. *Virgil. lib. 6.* Hinc multum fleti ad ſuperos, bellóque caduci Dardanidæ. ¶Caduca hereditas dicitur, & caduca bona quæ ab eo cui iure debebantur in alium cecidérunt. ¶Caduca auſpicia veteres dicebant, quum aliquid in templo excidit, veluti de manu virgæ. ¶Caducæ literæ, γράμματα δικαστήρια, quę obſcuriores ſunt, & viſum propemodum fugiunt. *Plin. lib. 12. cap. 12.* Scabritia læuigatur dente, conchâue, ſed literæ caducæ fiunt. *Caduca aqua Frontino dicitur, *inquit Fud.* quæ de lacu abundat. *Sic Varro*, Caduca aqua, quæ de canalibus defluit, hoc eſt, quæ ſuperfluit, & non continetur, i. abundat. *Ouid. verò 2. de Ponto, eleg. 7.* -vtque caducis Per curſu crebro ſaxa cauantur aquis, Id eſt cadentibus.

Cădūcĭtĕr, aduerbium antiquum, *teſte Nonio*, idem ſignificans quod præcipitanter, σφοδρῶς {ANG. *Rashelie.*} *Varro.* Frigido nimbos aqua iſta caduciter ruentes pertimuerunt aquatiles querquedulæ natantes.

Cădūcus, pe. prod. Quod per ſe cecidit. {ἀκαρπάλωτος. GA. Qui cheoit aiſéement & de luy meſmes. ITAL. *Caduto da per ſe.* GER. Das von im ſelbs hinfelt. HIS. *Coſa que por ſi ſe cae como fruta.* ANG. *That fallet by the ſelf, tranſitorie.*} vnde Caduca poma dicuntur, quæ non manu collecta, ſed ſua ſponte in terram cecidere: & Caduca folia, quæ per ſe ex arboribus cadunt. *Plinius*, Colligi mala poſt æquinoctium autumnale, caduca ſeparari, ſtramentis ſtoriis, paleiſve ſterni.

Caduceum, Mercurij virga fuiſſe fertur, qua ille ad diſſidia & diſcordias tollendas vtebatur: a cadendo dicta, quòd contentiones & bella cadere faciat. {κηρύκειον. GAL. Vnde verge blanche que portoyent ceux qui alloyent en embaſſade pour la paix. ITA. *Vna verga picciola che portauano gl' ambaſciadori & mediatori di pace.* GER Ein ruten oder ſcepter des Mercurij/mit welchen er die ſtreytigen befridiget hatt. HISP. *Varadel Embaxador.* AN. *A white wand which meſſingers or ambaſſadours that ſoeth for peace do beare.*} Nam quemadmodum per Fæciales bella indicebantur, ita per Caduceatores finiebantur. Non immeritò itaque Mercurio qui orationis deus, & deorum nuntius habebatur, aſſignatum eſt caduceum, quòd diſſidentium animi oratione præcipuè ſedentur. Caduceum Ægyptij in ſpeciem duorum draconum, maris & fœminæ figurauerunt, qui parte media ſui volumi nis, nodo, quem Herculeum vocant, ſibi allegantur, primíſque partibus reflexi, in modum circuli oſcula iunguut. Hanc virgam Apollo dicitur inueniſſe, & Mercurio donauiſſe lyra vicíſſim ab illo accepta. De draconibus autem caduceo additis hanc afferunt rationem: Mercurium, quum hanc virgam manutenens in Arcadiam proficiſceretur, duos ſerpentes pugnantes inueniſſe, virgáque interpoſita dicto citiùs prælium diremiſſe. Ad cuius rei memoriam poſteri caduceum duorum draconum ſimilitudine fecerunt, qua etiam in palæſtra reliquíſque certaminibus tollendis vſi ſunt. ¶Haſta caduceum, δόρυ κηρύκειον. Dici ſolitum quoties aliquis ſimul & minaretur & ad concordiam inuitaret. Caduceator, dicitur legatus qui pacem petebat: à caduceo quem manu geſtabat. [Oratorem cum Caduceo etiam appellat. *Liu. l. 4. d. 5.* Oratores cum Caduceo mittit.] ציר *tſir.* κήρυξ. GALL. Ambaſſadeur de paix. ITALI. *Ambaſciadore.* GERM. Ein fridbott/ein Legat ſo manauß ſchickt friden zu machen. HISP. *Embaxador.* ANG. *An ambaſſadour of peace, an harauld.*} *Cato*, Caduceator ne mo homo nocet. *Liu. 6. bel. Pun.* Aſdrubal, ne in arcto res eſſet, caduceatorem miſit, &c.

Caducifer, nomen quo Mercurius vocitatus eſt. Quum enim Mercurius lyram in Cyllene monte Arcadiæ ſeptichordem ad Atlantidem numerum inſtituiſſet, quòd Maia mater eius illarum numero eſſet: ac nõ multò pòſt deprehenſus fuiſſet ab Apolline boues ſuas abigere, quò faciliùs veniam ab eo impetraret, Apollini traditur conceſſiſſe, vt lyram à ſe primò inuentam prædicaret. Quamobrem Apollinem ferunt virgam quandam Mercurio dediſſe quam quum manu tenens, in Arcadiam proficiſceretur, inuentos ab eo ſuiſſe dracones duos ſimul liga-

tos, &

tos,& inter se mutuò pugnantes:quo viso,virgam interposuisse & dicto citius prælium diremisse. Qua re conspecta,huiusmodi virgam pacis gratia creditum est constitutam. ¶ Vnde factum est,vt legati pacis Caduceatores dicerentur, posterique eius rei exemplo Mercurio virgam deinceps duorum draconum similitudine vbique affinxerint. Huius virgæ potestatem describit *Virg.Æneid.4.*

Tum virgam capit,hac animas ille Euocat Orco
Pallentes,alias sub tristia Tartara mittit:
Dat somnos,adimitque,& lumina morte resignat.
Illa fretus,agit ventos & turbida tranat Nubila.

CADVENI,Sardaniæ iurisdictionis in Caria populi:*vt autor est Plin.lib.5 cap.29.*

Cădurcum,{ANG.*A carteine, a quilte,a vaile*} Tentorium,siue culcitra,qua merces tegunturà Cadurcis Galliæ populis,*vt inquit Plinius*, apud quos lini præstantia palmam obtinet in culcitris.*Iuuenalis*, Institor hybernæ tegetis,niueique cadurci. Sunt qui putent esse vela illa pensilia,quæ lecto obtenduntur:aut etiam tegmen quoddam quadratum, quale est illud,sub quo principes in solennioribus pompis vehi videmus. *Iuuena.*-violato pœna cadurco. * Cadurcum , item vas illud quod ex piscina & puteo aquam haurit iumento rotam versante. Solent ex his etiam fieri canales in parietibus domorum, per quos aquæ ex tectis defluant in cloacas: etiam in quibusdam vrbibus, per quos aquæ pluuiæ cisternas impleant. *Hæc Valla in Raudensem.*

CADVRCI,κάδουρκοι,Galliæ Aquitanicæ populi. *Plin.lib 4.cap.19.* Vulgò *Cahors.*

Cădus,{כד *radh.κάδος.*GAL Vne cacque.ITAL.*Barille,botta.* GERMA. Ein weynfas. HISPA.*Vasija de vino.* ANGL. *A wine vessell, a pipe,a barell.* } Vas vinarium, quo vinum conditur,vt vult Acron : cuius prima corripitur.*Martialis*, In Vaticanis condita musta cadis. Continet congios decem, vel (vt alij volunt) duodecim. [Iubebo cadum vini veteris à me afferrier.*Plaut.Aul.sc.5.a.3. Et Apin. sc 3.a.1.*] Primi in Alpibus rustici cados ligneos circulis cinctos excogitarunt.

CADVSII, καδώσιοι,Asiæ populi,inter mare Caspium,& Pontum. *Strab. lib.11.*

CADYTIS,Vrbs Syriæ maxima,*Herodoto lib.2.*

CAEI(quod hic pro insulæ nomine corruptè legebatur)Vide CEA.

Cæcĭās,καικίας, Ventus qui ita flare dicitur ab Aristotele,non vt nubes propellat,sed vt ad se vocet.Flat inter Aquilonem & exortum Æquinoctialem.*Plin.lib.2.c.47* Narrant & in Ponto Cæciam in se trahere nubes.De hoc vide multa *apud Erasm.in Adagijs.*

CAECILIA,prænomine Caia,Tarquinij Prisci vxor,maximi animi mulier & lanificii peritissima,quæ priùs Tanaquil dicebatur.*Vide Plin.lib. 8.ca.48.& Liuium lib 1.ab Vrbe.*

Cæcĭlĭă, Genus serpentis cæci, vnde & nomen accepisse videtur, {ANG. *A Slowe worme being blinde.* } *Colume.lib 6. capit 17.* Est & magnorum animalium noxium virus. Nam & vipera,& cæcilia sæpe quum pascua bos improuidè supercubuerit , lacessita onere morsum imprimit.*Vide eiusdem cap 17.lib.6* * C. Cæcilia, vxor Tarquinii Prisci,mulier morum integritate laudatissima, *vt scribit Varro terranus.*

CAECILIVS,Epirota,libertus Attici equitis Romani,ludum Grammaticæ Romæ aperuit. Primus dicitur Virgilium,& alios poëtas nouos prælegere cœpisse:quod etiam Domitii Marsi versiculus indicat, Epirota tenellorum nutricula vatum.*Ex Tranquillo.Huius etiam meminit Macrobius.* ¶ Cæcilius Gallus,in disciplina iuris, atque legibus pop. Ro, noscendis,interpretandisque scientia,vsu autoritatéque illustris fuit, tempore Gellii: cuius etiam ipse meminit : dicitque librum scripsisse de verborum significatione,quæ ad ius ciuile pertinerent.

¶ Cæcilius item Claudius Isidorus , qui C. Asinio Gallo , & Martio Censorino coss. ad VI. Calend. Feb, testamento suo edixit,quamuis multa ciuili bello perdidisset , tamen relinquere seruorum quatuor millia CXVI,Iugaboum tria millia DC reliquum pecoris CCLVII. millia:in numerato HS. DCM *Autor Plin lib.33.c.10.* ¶ Fuit & Cæcilius Callantianus(Callantis autem ciuitas Siciliæ est)Iudæorum religionis sectator,qui Romæ docuit sub Augusto vsque ad Adrianum. Scripsit librum contra Phrygas:Dictionarium ex ordine literarum, Comparationem Demosthenis & Ciceronis,& alia. *Autor Suidas.*¶ Præter hos Cæcilius Argiuus,versificator fuit,qui scripsit de piscibus. *Autor Suidas.*¶ Cæcilius item Statius,poëta Comicus,quem *Cicer.ad Attic.* malum Latinitatis autorem vocat.Volcatius tamen Comicorum palmam ei concedit.Fuit natione Gallus,& Ennii contubernalis : quidam Mediolanensem faciunt. Decessit anno post Ennium:sepultus in Ianiculo. *Autor Eusebius.*

CAECINVM , κάικινον *Steph.* Oppidum in finibus Italiæ,inter Locros & Rheginos,à Cæcino vicino amne ita appellatum.

CAECINOS,κάικινος,Fluuius in finibus Italiæ,qui Rheginum agrum à Locrensi diuidit *Plin.lib.3.c.10.*

Cæcŭbum,κάικυβον,*Straboni*,Vinum generosissimum : sic dictum à Cæcubis Campaniæ populis,apud quos nascitur.*Plin.l.*4.Setini & Cæcubi obtenduntur agri,His iunguntur Falerni,Caleni.*Mart.lib.*13.Cæcuba Fundanis generosa coquuntur Amyclis.

Cæcŭs,Oculis captus,visu carens {עור *hivvér.τυφλός.*GALLIC. Aueugle.IT.*Cieco.*GER.Blind.HIS.*Ciego.* ANG.*Blinde.*}[Cæcum crimen: *Liuius lib.5 d.5* Cæcus animi,*Quint.c.17.l 1 & Gell.c.13.l. 2.*]

¶ Quandoquidem est quod insidiosus,occultè malus,latens,tacitus, qui videri non potest.*Col lib.1.*Ex quibus sæpe contrahuntur cæci morbi quorum causas ne medici quidem perspicere queunt. *Cic. contra Rullum*,Cur hoc est tam obscurum aque cæcum?*Idem de Orat.* Rès cæcæ,& ab aspectus iudicio remotæ. Sic *Virg.* etiam Vada cæca,& Cæcos scopulos vocat:qui ita sub aquis occultantur,vt oculos fallant. Transfertur etiam ad animum , vt quum aliquem Cæcum esse auaritia,furore,amore,aut odio dicimus.*Cic.pro Sex.o Roscio*, Ipsos cæcos reddit cupiditas,atque auaritia

¶ Sic dicimus Cæcam noctem,in qua non videmus.¶ Vestigia quoque cæca dicuntur,quæ in obscura aut incognita via versantur. *Virgil.6. Æneid.* Cæca regens filo vestigia.¶Item Locus cæcus dicitur,in quo non videmus.Cęcę fossę,cęci aditus,qui sunt obsepti.¶ Cęcum vallum in quo præacuti pali affixi herbis vel frondibus occuluntur. ¶ Item Cæcum intestinum,quod inter ileon,& colon situm, paruo oblongóque ventri simile est:cęcum appellatum ab eo,quod ingressum exitui aduersum non acceperit,sed hos tam vicinos habeat,vt plerunque in vnum coire,& exitu carere videatur.

¶ Vel cæco appareat, prouerbialis hyperbole frequens apud autores, de re vehementer perspicua. ¶ Cæcus cæco dux,τυφλὸς τυφλῷ ὁδηγός. Adagium Euangelicis quoque literis celebratum , quo vti licebit , quoties indoctus indoctum docere,inconsultus imprudenti consilium dare conabitur. Allusit ad prouerbium *M.Tullius lib.de Finib.vltimo*:Cæci præscriptio , τυφλοῦ παραπέλευσις , dicitur absurda: quoties ipse qui præscribit , non intelligit quid dicat.*Socrates apud Platonem in Thæteto.* ¶ Huic prorsus simile est , Cæca speculatio,ἀλαοσκοπιά. ¶ Neque cæcum ducem,neque amentem consultorem , μήτε τυφλὸν ὁδηγὸν μήτε ἀσύνετον σύμβουλον Subaudiendum adhibeas: Disce sed à doctis :Consilium pete, sed à consultis. ¶ Quid cæco cum speculo ? τί τυφλῷ ἢ κατόπτρου:Citatur *à Stobæo* versiculus ex Epicharmo , τίς χρὸ κατόπτρου ἢ τυφλῷ καινουία? id est, Luminibus orbo cum speculoquid est rei?Quorsum opus'est libris illiterato?quò regnum iuueni stulto?quò diuitiæ ei qui nesciat vti?*Cæca die emere aliquid,Plau.Pseud.*Eme die cæca hercle oliuum,id vendito oculata die.Id est,eme non præsente pecunia,sed in diem pacta, reuende pecunia præsente. Vocant & Iurisconsulti cæcam dem & cæca testimonia , quæ scripto perhibentur absentibus.nam cæca sunt non tantum quæ non vident, sed quæ non videntur & absunt. *Erasmus in Chiliad.*

Cæcŭlŭs , diminutiuum à Cæcus.¶Est & nomen proprium filij Vulcanii huius mater quùm iuxta ignem sederet,fortè fortuna scintilla quædam in eiusdem gremium euolauit , ex qua mulier concepit, peperitque filium,quem postea ob oculorum paruitatem Cæculum vocauit:à quo Cæcilios ortos putant , quorum familia Romæ nobilissima fuit. Hic collecta multitudine , postquam diu latrocinatus esset , Præneſtinam ciuitatem in montibus condidit:& quum ad ludos vicinos populos inuitasset, cœpit eos admonere,vt secum habitarent,& pro gloria iactare se filium Vulcani. Quod cum illi non crederent,nuncato Vulcano vt se filium comprobaret , omnis illius multitudinis chorus est flamma circundatus. Quo facto commoti omnes,simul habitauerunt,& Vulcani filium esse crediderunt *Hæc Seruius in illud Virg.lib. 7.Æneid.*Nec Prænestinæ fundator defuit vrbis:Vulcano genitum pecora inter agrestia regem Inuentúmque focis, omnis quem credidit ætas Cæculus,&c.

Cæcĭtās, atis, Priuatio visus: Tàm ad corpus,quàm ad animum refertur, {עורון *hivvarón .τυφλότης.*GAL.Cecité,aueuglement.IT.*Cecità,l'esser cieco.* GERM.Blindtheit.HISP.*Ceguedad* ANG.*Blindnesse.* } *Cic.de Aruspic.respon.* An tibi luminis obesset cæcitas plus,quàm libidinis?*Idem pro Dom.sua*,Pœna omnis oculorum ad cæcitatem mentis esteǒuersa.

Cæcĭgĕnŭs,nĭ, Qui cæcus natus est. {τυφλόγονος. GAL. Aueugle né. ITA. *Nato cieco.*GE.Ein geborner blinder.HISP.*Nacido ciega.*ANG.*Borne blinde.* } *Lucr.lib.2.* Nam quum cæcigeni , solis qui lumina nunquam Aspexêre,tamen cognoscant corpora tactu.

Cæco,as,Cæcum facio,excæco, {עוּר *hivvér.τυφλῶ.*GAL,Rendre ou faire aueugle ITAL.*Accecare.*GER Blind machen/Blenden. HIS. *Cegar à otro,hazer ciego.* ANG.*To make blinde* } *Plin.de viris illustrib.* Potitios Herculis sacerdotes pretio corrupit,vt sacra Herculea seruos publicos edocerent: vnde cæcatus est.*Cicer.4.Philipp.*Sed spes rapiendi atque prædandi cæcat animos eorum.Idem pro domo sua,argenti & supellectilis meæ cupiditate esse cæcatum.Cuius compósita sunt,Excæco,quod est valde, seu perfectè cæco. *Plin.* Vt quum lauatur,si oculos attingat,excæcet.Obcæco,de quo infrà.

Cæcūtĭŏ,is,Parum video. {ἀμβλυώττω.GAL.Estre aueugle,ne voir goutte, ou ne voir pas clair. ITA. *Veder poco,esser bornio.* GER.vbel oder nur ein wenig sähen/ein blöd vnd abnemmend gesicht haben. HIS. *Cegar ò ceguejar.* ANGL.*To be dimme sighted,to see bot à litle or not cleerelie.* } & Cæcutiens,quasi semicæcus.*Varro*,Vtrum oculi mihi cæcutiunt,an ego vidi seruos in armis contra dominos ? *Hieronymus ad Paul.*Vt rarus sit,qui non eorum cæcutiat lectione.

Cæcūlto,as, Obtusum visum habeo,cæcos imitor.{ἀμβλυώττω.GALL. Ne voir pas fort cler,Auoir les yeux comme esblouys.ITA.*Veder poco,contrefare i ciechi.*GERM.Ein blöd vnnd schwach gesicht haben.HISP. *Contrahazer à algun ciego* ANGL.*To be dimme in sight.*}*Festus*,Cæcultare est,cæcos imitari. *Plaut.* Númmam mihi oculi cæcultant? éstne hic noster Hermio?

CAEDICVS,Vir ditissimus,cuius meminit *Virg.li.9.& 10.Æned.*

Cædĭtĭæ tabernæ, Dictæ sunt à Cæditio quodam, qui eas in via Appia ædificauit.

Cædo, is,cecidi, penult prod. cæsum,actiuum , Percutio, ferio , verbero. {הכה *hicchâh.πλήττω , τύπτω , μαστιγῶ.* GALLI. Frapper, couper trencher,tuer.ITAL.*percuotere.*GERM.Schlagen/streychen. HISPAN., *Herir ò matar ò hierro.* ANG.*To beat,to whippe,to cutt,to strike,to kill.*} *Terent.in And.*Verberibus te cæsum in pistrinum Daue dedam. ¶Interdum idem quod amputo,præcido. *Cic.3. de Diuin.* Arbores simul cum luna senescentes tempestiuè cædi. *Et paulò pòst* , Qui robur illud cecidit,dolauit,inscripsit.¶Item Occido.*Virg.2.Æneid.* Cæduntur vigiles. ¶ Ponitur quandoque pro immolo, sacrifico , *vt apud eundem*, Cædunt binas de more bidentes [Cædere agnum Iunoni.i.immolare,*Gell c.3.l.4.*locant cædendos agnos.*Plaut.Capt.sc.1.a.4.*Cædendum illum (agnum) conduxi,(i.immolandum)*Plau.Aul.sc 5 a.3.* Cædere virgis,vide virgæ. ¶Item pro frango. *Cicer.3.Verr.* Cædere ianuam saxis,instare ferro. ¶ Cæditestibus,*apud eundem ad Q. Fratrem*, est testium multitudine vrgeri,premi,conuinci ¶Huius compósita sunt Abscido,Concido, Circuncido,περιτέμνω,Decido,Excido,Incido,Intercido,Occido, Præcido , Recido,& Succido:quorum pen.producitur. ¶At Cedo sine diphthongo cessi præteritum,& supinum cessum facit, multáque significat. {סור *sar χωρέω.* GA.Se retiret.donner lieu,ceder, obeir.ILA.*Ritrarsi,dar luogo,accordarsi con alcuno.*GER.Weychen I. *Ir,dar lugar libre.*ANGL.*To giue place,to obey.*} Nam quandoque cedere significat abire, & locum victori dare.ἐκκλίνω. CIC.Cui quidem exercitus nostri , imperatorésque cesserunt. ¶ Ex transuerso cedit,quasi

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Cancer sõlet. *Plaut. pseud. sc. 1. a. 4.* Cedendi & abeundi tempus. *Gell. c. 29 lib. 2.* Hæc cessere in remedium. *Senec. c. 9. de Tranquill.*] ¶ Quandoque discedere, euitare atque subterfugere rem aliquam. *Plaut.* Cedamus imbri. Hinc cedere iræ, κτλ. dare locum iræ, & quasi ab ira discedere. Cedere bonis, Discedere à bonis, & quicquid nostrum erat, tradere creditoribus, ἐκχωρεῖν τῶν ὄντων. ¶ Cedere in iure, Ius quod habemus alteri tradere: quod & De iure cedere, dicimus. ¶ Cedere item, Est in ius alicuius venire: vt Cedunt mihi ea bona, id est, in ius meum veniunt. [Item cum Accusatiuo, Cedere victoriam alicui. *Veleius.* Cedo aquam manibus. *Plaut. Most. sc. 3. a. 1.* Cede cerussam. *Plaut. Mostell. sc. 3. a. 1.* Cedo mihi tuam dexteram (salutantis) *Plaut. Curc. sc. 3. a. 2.*] ¶ Et cum accusatiuo mediante In. *Hier. super Matt.* Ita fiebat, vt oblatio liberorum sub occasione templi & Dei, in sacerdotum lucra cederet. ¶ Cedere lite, pro victum se fateri, & à iudicio victum abire. ¶ Item cedere, ponitur pro accidere, euenire. Omnia ex sententia cedunt. In magnopere fortunatos, quibus & rectè & secus instituta feliciter cedunt. ¶ Item cedere ponitur pro dare. *Enn.* Saluete optima corpora, cedite manus vestras, meásque accipite. ¶ Pro concedere, obsequi, non repugnare. παραχωρεῖν. *Virgil. 2. Æneid.* Cedo equidem, nec nate tibi comes ire recuso. ¶ Pro succedere, seu in sortem contingere. *Idem,* Cesserit Ausonio si fors victoria Turno. ¶ Pro incidere. *Plaut. Aulul.* In hostem absolutus cedas. ¶ Inuenitur & Cedo imperatiuum, Dic, εἰπέ, εἰπὲ: nec habet aliam personam, nisi tantùm Cedite pluraliter, habétque primam correptam. *Terent. in Andr.* Cedò, cuium puerum apposuisti hîc ante ianuam? *Cicer. in Caton.* Cedò, qui vestram Rempubl. amisistis? id est, dic. *Terent. in Phorm.* posuit pro Da, Quin tu mihi argentum cedò? PHOR. imò vxorem tu cedo. Inuenitur cette, pro cedite. *Nauius,* pro industria ne te regem prognatum patrem Lycurgum cette. *Ennius in Medea,* Saluete optima corpora, cette manus vestras, meatque accipite. *Vide Nonium.* ¶ Cedere diem, χωρεῖν τὴν ἡμέραν, *inquit Vlpianus,* significat incipere debere pecuniam: sicuti Venire diem, significat eum diem venisse, quo pecunia peti possit. [Cedere semita. *Senec. epist. 65.*] ¶ Cedere è vita, est mori. *Cicer. de Clar. Orat.* Hortensius è vita cessit. Hinc Cessicus tutor dicitur in iure, cui tutela cessa est, & Cessitia tutela, quæ ita cessa in iure & translata est. Item Cessim ire, pro retro cedere, vel retrò redire. *Alfenus in L. 52. D. ad leg. Aquil. Item Iustinus lib. 2.* Commisso prælio ite cessim, inhibete remos, &c. Huius verbi composita sunt, Abscedo, Accedo, Antecedo, Concedo, Decedo, Discedo, Excedo, Incedo, Intercedo, Præcedo, Procedo, Recedo, ἀφίσταμαι, Retrocedo, & Succedo, quæ habent penultimam productam.

Cæsŭs, participium à cædo. {κεκομμένος. GA. Taillé, batu, tué. IT. *Tagliato, battuto.* GE Geschlagen. HIS. *Cosa herida o muerta.* AN. *Cutt, killed, beaten.*} vt, Cæsis copiis, *Cic. ad Brut. lib. 10.* Cæsis victimis. *Idem ad Attic. lib. 2.* Cæsæ arbores, *Plin. lib. 16. ca. 11.*

Cæsum, *vide* CAESA.

Cæsurā, rae, propriè Incisura. {זמיר *Zamir* דמי *demi* מכחצ *machtseh* קצב *kétseb.* διακοπή. GALL. Coupe, taillade, incision. ITAL. *Taglio.* GERM. Erhawung/beschneydung. HISPA. *Cortadura.* ANGL. *A cutt, a gash.*} *Plin. libr. 17.* Ante Calendas Martias crescit ad brumam vsque, desinitque quum durescere incipit hoc signum, quod tempestiuam habet cæsuram. ¶ Cæsura item in carmine dicitur, quum in medio versus vox pronuntiantis quasi inciditur, pedis alicuius principio finem dictionis terminante. Hæc quadrifariam diuiditur, alia Penthemimeris dicitur, siue semiquinaria, alia Hepthemimeris, siue Semiseptenaria: tertia Trochaica: quarta Bucolica. ¶ Penthemimeris est, quũ post duos primos pedes superans syllaba inuenitur, quæ dictionem terminet: vt, Arma virúmque cano, & Italiam fato: habet enim ex quinque dimidium.

¶ Hepthemimeris est, quum post tres pedes similiter syllaba dictionem terminans inuenitur: vt, Arma virúmque cano Troiæ. Continet enim seprenarij medietatem. ¶ Trochaica est, quum post duos pedes trochæus partem orationis perficit: vt, Nil nostri miserere. Bucolica, quum post quatuor pedes syllaba superat in partem orationis terminans: vt, Omnia vincit amor, & nos cedamus amori.

Cæsūrātim, Succinctè, breuiter. {συντόμως. GA. Succintement, brieuemẽt. GER Beschneydig/kurtz/behaultich. HIS. IT. *Succintamente, breuemente.* ANG. *Shortlie, in few wordes.*} *Vtitur hac voce Sidonius in Epistola quadam ad Claudianum.*

Cæsim, aduerbium significãs cedendo, siue per incisionem gladij. {κατὰ μέρος, κοπτικῶς, τμηδόν. GAL. Par membres. ITAL. *Appezzi, à minuto, à brauo à brauo, di taglio.* GERM. Durch beschneiden oder hawen. HISP. *Cortando, à cuchilladas, de miembro en miembro.* ANG. *By cutting in parts or membres.*} sicut Punctim, κατὰ διαλείψεως, pungendo. *Liu. 2. bel. Pun.* Hispano punctim magis quàm cæsim assueto perere hostem. *Colu. li. 5.* Maior autem pars operis in vineam ductim potius, quàm cæsim faciendi est, id est, cum maturitate potius, quàm vno impetu. ¶ Cæsim vero genitiuo ſ: & sine diphthongo aliud significat: *de quo vide infrà suo loco.*

Cæsĭo, onis, verbale, Incisio. {זמיר *Zamir* מחצ *machtseh* קצב *kétseb.* τμῆσις. GAL. Coupeure. ITA. *Taglatura.* GER. Erhawung HISP. *Cortadura.* ANG *Cutting.*} *Col. ib. 4. c. 33.* Et post quinquennium cæsa, more salicti recreatur, atque in pallum formata, ferè vsque in alteram cæsionem perennat.

Cæsĭtium, tij, {ANGL. *A handkerchefe.*} Linteolum erat purum & candidum: dictum quòd cædendo ad candorem peruenirent: vel quòd oras circunciſas haberet. *Plin in Epid.* Linteolum cæsitium. *Ex Nonio.*

Cædēs, dis, Mors ferro, aut alia vi illata, præsertim ab eo qui occidere, aut ferire volebat. {רצח *rétsach.* φόνος. GAL. Meurtre, tuerie. IT. *Vccisione, morte violenta.* GER. Todtschlag/mord. HIS. *Muer te con fuerça, ò matança à hierra.* AN. *Slaughter, murther, killing.*} [Cædes propriè de sanguine & ferro dicitur. *Quintil. Declam. 350.* Item Cædes malignorum. *Gell. c. 12. l. 19*] *Cicer. in Bruto,* Nam quum in sylua ita facta sua cædes esset. *Ouid. 13. Metamorp.* modò vulnera fratum Ante oculos mihi sunt, & tantæ cædis imago. *Pli. lib. 14. c. 13.* Inuenimus inter exempla, Mecennij vxorem, quòd vinum bibisset è dolio, interfectam fuste à marito, eúmque cædis à Romulo absolutum. ¶ Inde dicimus aliquem commisisse cædem. *Cædes pro sanguine. *Oui. 4 Meta.* Arborei fœtus aspergine cædis in atram Vertuntur faciem. Id est, sanguinis aspersione. ¶ Huius diminutiuum est Cædicula.

Cædes, de cæsura lignorum, taliúmque, *Gel. lib. 19. c. 12.* Cur tantam ligni atque frondium cædem faceret percontatus est.

Cædŭus, adiectiuum, κοπτικὸς, vt Cædua sylua, quæ scilicet religiosa non est, sed quoties opus est, ad ignis vel ædificiorum vsum cæditur. {ὑλοτομία, ὑλοτόμιον. GAL. Taillis. ITAL. *Bosco da tagliare.* GERMA. Der zuhawen ist. HISPAN. *Bosque que se corta ò puede cortar.* ANGL. *A wood that is cutt as often as neede is.*} *Plin. lib. 13. c. 4.* Cæduæ palmarum sylua. *Seruius* sylua cæduam vocat, quæ succisa, rursus ex stirpibus aut radicibus renascatur. ¶ Contrà Incidua sylua dicitur, quæ non cæditur.

Cælatura, *Vide* CAELO.

Cælĕbs, generis communis, Vir sine vxore, aut mulier sine marito viuens. {ἄγαμος, ἄνυμφος. GAL Qui n'est point marié, sans femme. IT. *Huomo ouer donna, non maritati.* GERM. Der oder die ausserthalb dem eestand tãbt/ein man oder ein weyb on ein man. HIS. *Varon soltero ò muger soltera.* AN. *Chaste, vnmaried, that is single.*} Dictus cælebs (*vt inquit Hieronymus*) quòd cælo dignam vitam agat, qui coitu careat. *Auguſt.* Cælebs qui non habet vxorem, vel quæ non habet maritum: qualia sunt numina in cælo, quæ absque coniuge sunt, si agapetas non attendamus. Hi accipiunt Cælibes non ram pro vxore carentibus, quàm pro castis & omni venere abstinentibus. Sed propriè dicitur Cælebs, qui vxorem non habet, etiamsi concubinas habeat. Nam Cælebs & maritus contraria sunt. *Mart. lib. 12.* Corrumpis sine talione cælebs. Hoc est, corrumpis alienas vxores, quum ipse viuas in cælibatu, nec habeas vxorem, quam illi vicissim possint corrumpere. *Quint.* Num clarus, an obscurus: magistratus, an priuatus: ciuis, an peregrinus: liber, an seruus: maritus, an cælebs: parens liberorum, an orbus sit. *Cic. de Legi.* Cælibes esse prohibento. Inde dicimus Torum cælibem, & vitam cælibem, actã in cælibatu. *Oui.* Quæ si non fuerat cælebs te vita deceret. [Cælibem vitam viuere. *Gell. c. 11. l. 5.*]

Cælĭbātūs, us, pro vita, quæ agitur sine vxore. {ἀγαμία. GAL. Estat de vn homme non marié. ITAL. *Lo stato di castita ò di non esser maritato.* GERM. Der ledig stand ausserthalb der ehe. HISP. *Soltura de no ser casado.* ANGL. *Chastitie, singlenesse, or the estat of one vnmaried.*} *Martialis.* Constituit Mercurius pellere cælibatum. *Sueto. in Galb. cap. 5.* Verùm amissa vxore Lepida, duobúsque ex ea liberis, mansit in cælibatu.

CAELESTĪNI, populi Vmbriæ sunt, qui *à Plin. lib. 3. c. 14.* in sexta Italiæ regione collocantur.

Cælĭa, potus genus ex frugibus confecti: cuius meminit *Plin. libro 22. cap. 25.*

Cælibaris hasta, dicebatur, qua caput nubentis comebatur, quæ in corpore gladiatoris occisi stetisset, vt sicut illa coniuncta fuerat cum corpore gladiatoris, sic cum viro noua nupta esset copulata, *Festus.*

CAELĪVM, Oppidum Calabriæ, non procul à Brundusio, *apud Plin. libr. 3. c. 11.*

CAELĪVS, Mons vrbis Romæ ex septem: à Cælio Vibeno nobilissimo duce Tusco dictus: quòd Romulo aduersus Latinum regem cum auxiliatibus venerit: à quo Cælimontana, aut Cælimõtana porta. {GERM. S. Johans port in der statt Rom.} Hunc montem Tullius Hostilius vrbi addidit, ibíque ipse habitauit, quò frequẽtiùs habitaretur, *vt inquit Liuius*: in eo habitauit Ennius poeta. ¶ Fuit & Cælius nomen patris Saturni.

CAELĬVS, Orator acerrimo ingenio fuit, discipulus Ciceronis, de quo extat illud *Quintiliani* elogium, longiore illum vita, & meliore mente dignum fuisse. {GERMAN. ein Scharpffsinniger redner/ein lehrjung Ciceronis.} Hic postea ab Atratino quodam accusatus, quòd cum Catilina conspirasset in perniciem Reipùb. quódque aurum à Clodia Clodij sorore extorsisset, eique venenum propinasset, defensus est à Cicerone elegantissima illa Oratione, quæ hodie quoque habetur in manibus. ¶ Alius fuit Cælius Pontius, Prætor vrbanus, cui ius dicenti, quum picus capiti eius insedisset, ab Aruspice responsum est, dimissa aue, hostium victoriam fore: occisa, Reipublicæ: eum tamen interiturũ, qui eam occidisset: intrepide tamen auem occidit: vnde non ita multò post cum quadraginta suæ familiæ hominibus est interfectus.

[Cælla, vide Cella.

Cælo, as, Sculpo, incido. {מחה *pittách.* γλύφω. GALL. Grauer, ou estoffer fer. ITAL. *Scorpire, intagliare.* GERM. Außgraben/außstechen/getruckte arbeit machen. HISP. *Labrar de buril ò sinzelar.* ANGL. *To carue, graue or incayle.*} *Cic. 1. de Diuin.* Hanc speciem Praxiteles cælauit argento, & noster expressit Archias versibus. *Virgil.* Cælatáque in auro Fortia facta virûm. ¶ A quo Cælata vasa dicuntur, quæ veteres Ancæsa vocabant, quòd circunsidendo fiant: & cælum, γλυπτήριον, ipsum instrumentum, quo quippiam cælatur. *Plin. lib. 33* constituxit hoc verbum instar eorum, quæ pretium signant. L. Crassus, *inquit,* orator duos scyphos habuit Mentoris artificis manu cælatos, sestertiis centum: confessus est tamen, nunquam se his vti propter verecundiam ausum. *Opus cælare, metaph. pro componere. *Horat. 2. Epist.* Carmina compono, hic elegos, mirabile visu, Cælatúmque nouem Musis opus. *Vbi Porphyrio,* Cælatum, variatum & quasi pictum. [Quem modò cælatum sistellis Delphina videbas. *Oui. 2. Fast.* Nec clypeus vasti cælatus imagine Mundi. *Ouid. 13. Metam.* Sic ducere opus, vt cælandum, non fabricandum sit.]

Cælātūrā, Ars est cælandi, aut ipsa scalptura & incisio. {מחות *pittúchẽ.* γλυφή. GA. Graueure ou estoffeure, mestier de graueur. ITA. *Intagliamento, l'arte di tal lauore.* GER. Die kunst. deß außgrabens/ außstechens / oder bildwerck zumachen. HIS. *Obra de sinzelo o la arte de sinzelar.* ANG. *The art of grauing or caruing.*} *Plin. lib. 19. c. 4.* Supérque prisinarum operibus, & cælaturis viuere. *Idem lib. 35 c. 12.* Qui plasticen matrem statuariæ, sculpturæque, & cælaturæ esse dixit. [Cælatura rumpit tenuem laminam. *Quintil.*]

Cælatos

Cælātor, oris, {חרש *mephatteách.* γλυφίτης. G. Graueur qui estoffeur. ITA. *Scultore, intagliatore.* GERM. ein außgraber/ außstetcher. HISP. *El que labra de sinzel.* ANG. *A grauer, caruer or imayler.*} *Quint. l. 2. cap.* 4. Cælator cæsum desiderat, & pictor penicilla. ¶ Argenti cœlatores. *Plin. libr.* 34. *cap.* 8.

Cælāmĕn, inis quod cælatura, γλυφή. {AN. *Engrauing, entayling.*} *Ouid.* 13. *Metam.* neque enim clypei cælamina nouit Oceanum, & terras, cúmque alto sydera cælo.

Cællo, cællis, diphthongo, & gemino ll, scriptum. Verbum antiquum & quo solùm in compositis vtimur, significat percutio aut frango, πλήσσω, πτίσσω. Præteritum facit Ceculi, vel culsi, & supinum Culsum. ¶ Hinc fiunt composita Percællo, Procællo, & Recællo, Præcello, idem est quod percutio, pulso, frequenter ad animum transfertur: *Terent. in Andr.* Perculsit illico animum. Procello idem est quod propello, vel euerto. Inde Procella: de quo suo loco dicemus. Item Recællo idem quod reclino. Est & Cello, sine diphthongo scriptum, *de quo vide infrà.*

Cæltes, 1. instrumentum ad sculpendum aptum. Quidam à cælo, alij à cello deductum putant.

CAĔLŌS, Thraciæ portus apud *Pli. li. 4. c. 11.*

Cælum, Instrumentum, quo vtuntur argentarij, dum vasa sculpunt, aut quo sculptores, aut statuarij vtuntur in ligneis, aut lapideis simulachris scalpendis. {חרט *cherét.* γλυπτήριον, γλυφίον. GAL. Burin ou autre instrument à grauer. IT. *Scalpello.* GER ein außstticher/ein schrötreysen/ein grabemeissel. HI. *Sinzel ò buril.* ANG. *A grauing or caruing instrument.*} Vnde est illud, Cælo fabricata Myronis.

Cælum, {שמים *schamáÿm.* οὐρανός. GAL. Le ciel, les cieux. ITA. & HISP. *Cielo.* GERM. Der Himmel. ANG. *The heauen, the firmament.*} Vno nomine dicitur tota illa mundi pars, quæ est supra elementum ignis, quam philosophi Æthera appellant: ita dictum à celando, hoc est, occultando: quòd inferiora omnia celet, & tegat: siue à stellarum imagine, quæ in eo quodammodo cælatæ apparent. *Ambrosius lib. Hexam.* Cælum, quòd impressa stellarum lumina habeat, quasi Cælatum appellatur: sicut argentum, quod signis eminentibus refulget, cælatum dicimus. Varro cælum, quasi κοῖλον, hoc est, cauum, dictum putat: & sic per œ diphthongum scribendum videretur. *Cic. pro Pomp.* Pompeium omnes, sicut aliquem non ex hac vrbe missum, sed de cælo lapsum intuentur. ¶ In cælum ferre vel tollere. Est summis honoribus afficere, ἐς οὐρανὸν φέρειν. *Cic. Attic. libro* 3. Salaminij nos in cælum decreris suis fustulerunt. ¶ De cælo detrahere. Est de summo honoris gradu deturbari. *Cic. 6. Philipp.* Collegam de cælo detraxisti. [Cælum adorare. *Suet. in Nero. c.* 49. Item Cœlo receptus Romulus. *Quinti.* Videntur Terram, Cœlum, Mare consequi. *Plaut. Amph.* Is odor dimissis pedibus in cœlum volat. *Plaut. pseu sc. 2. a.* 3. Libero cælo se permittunt aues. *Quinti.*] ¶ Philosophi, decem cælos esse dixerunt, quorum septem à planetis appellauêre: octauum, syderum, seu stellatum: nonum verò quum nescirent cuius conditionis esset, vocauerunt cælum aqueum, crystallinúmve, non à frigiditate, sed transparentia, quòd per illud sydera appareant, & pelluceant. Decimum locum sibi vindicat cælum illud, quod vltimum philosophi putantes, Primum mobile vocauerunt. Vn decimum cælum beatorum sedes, ab Ethnicis philosophis ignoratum, quod idcirco theologi Empyreum vocauerunt non quòd calore, sed splendore & claritate cæteris antecellat. ¶ Sunt igitur vndecim cœli, scilicet cælum empyreum, primum mobile, cælum crystallinum, cælum stellatum, cælum Saturni, cælum Iouis, cælum Martis, cælum Solis, cælum Veneris, cælum Mercurij, & cælum Lunæ. *Hæc fusiùs tractantur in lib. de Cælo ab Aristotele, Cic. 4. Tusc.* Cælum hoc in quo nubes, imbres, ventíque coguntur, quod & humidum, & caliginosum est propter exhalationes terræ. ¶ De cælo ici, est fulmine afflari. *Cicero lib. secundo de Diuin.* Summanus de cælo ictus. [De cælo tacta statua. *Gellius capite* 5. *li.* 4.] ¶ De cælo seruare. Est cæli statu obseruato, auspicia inde sumere. Auspicia enim non nisi sereno cælo rata erant: contrà fulmine aut pluuia turbabantur. *Cic. in Vatinium.* Quòd eo die scires, de cælo esse seruatum. *Idem Attic. libro* 2. Milo proscriptus se per omnes dies comitiales de cælo seruaturum. *Plin libro* 18. *capite* 37. cælum capitis, cranium videtur appellasse, eò quòd caput totum eo tegatur, vt inferiora hæc cælo: Hoc (inquit) est viscerum excellissimum, proximúmque cælo capitis, sine carne, sine cruore, sine sordibus. ¶ Interdú Cælum sumitur pro aëre. *Virgil.* 1. *Æneid.* Maria ac terras, cælúmque profundum. *Idem Georg.* 1. & varium cæli prædicere morem. *Vbi Seruius*, Cæli, id est, aeris. *Lucret.* In hoc cælo qui dicitur Aër. *Plin. lib.* 2. Et hoc cœlum appellauêre maiores, quod alio nomine Aëra. Hinc grandines sunt, & pruinæ, imbres, procellæ, turbines ventorum. ¶ Cælum pro viuorum regione, id est, terra sumitur etiam, *vt in illo Virg. lib.* 6. *Æneid.* Sed falsa ad cælum mittunt insomnia manes: quia sicut Dij nobis, ita nos inferis superi habemur. *Macrob. in Somn. Scip. capite* 3. ¶ Cælum οὐρανὸν antiquissimum deorum fingunt Poetæ, qui Terra sorore in matrimonium ducta, Saturnum, Betillum, Dogana, & Atlanta genuit. A cuius nomine formosissimum supremum corpus Cælum dictum fuisse appellatum. ¶ A cælo ad terram, ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ μέχρι γῆς. Prouerbialis figura, perinde valens ac si dicas, quacunque de re ab extremo initio vsque ad supremum finem. *Plaut. in Persa.* ¶ Neque cælum, neque terram attingit, Οὔτε γῆς, οὔτε οὐρανοῦ ἅπτεται. De re vehementer absurda atque aliena, quæque nulla vicinitate pertineat ad id, de quo agitur. *Lucian. in Pseudomante.* ¶ Cælum digito attingere, prouerbiali Hyperbole dicuntur, qui longè supra mortalium conditionem, ac diis proximi esse videntur, *Cic. ad Attic. lib.* 2. ¶ In cælo esse aliquem, prouerbiali hyperbole dicimus, qui est supra modum fortunatus ac gloriosus. *Cic. ad Attic. lib.* 2. ¶ In cælum expuis, εἰς τὸν οὐρανὸν πτύεις, id est. Facis quod in tuum ipsius recidat caput. Aut obloqueris iis qui facilè possint lædere. ¶ In cælum iacularis, εἰς τὸν οὐρανὸν τοξεύεις. Est apud Zenodotum & Suidam, de iis qui frustra laborant: aut qui audent eos lacessere, quos non possunt lædere, nihil enim ferire potest, qui in cælum sagittam torquet, nisi quòd diuos videtur petere. ¶ Cælo ac terræ loqui prouerbij specie dicuntur, qui frustra vociferantur. Sic enim solent, qui diffidunt hominum præsidiis, exclamare, ô cælum, ô terra. *Theognetus apud Athenæum.* ¶ Mare cælo miscere, Prouerbialis hyperbole, pro eo quod est, omnia perturbare, nihilque non facere. *T. Liuius*, Quid est quod cælo terram, terræ cælum misceam. *Lucianus in Dialogo Prometheo & Mercurij.* ¶ Cælum territat: Prouerbialis hyperbole. *apud Virgil.* & cælum territat armis. Conuenit in minaces & feroces, Thrasonésque magniloquos. ¶ Toto cælo errare, prouerbium est, in eos qui vehementer aberrant. *quod vsurpat Macrob. Saturn. lib.* 3. ¶ Adhuc cælum volui-tur, Prouerbium quo vti licebit, quoties significabimus adhuc superesse spem, & nondum omne tempus, quod melioris fortunæ solet occasionem adducere, exactum esse. *Theocr. in Charit.* Οὔπω μιᾶς ἄγαν ἐκφὰς ἐγένετο ἐνιαυτός, i. Nondum defessus prouoluere defuit æther Menses atque annos. Quod enim vnus annus negat, alter vltrò defert. In masculino genere vsus est *Ennius*, Quem cælus genuit. *Idem*, Cælus profundus. *Autor est Sospater lib.* 1.

Cælestis, ste, Diuus, diuinus è cælo proficiscens. {οὐράνιος. GALLICE. Celeste, de l'air, du ciel, diuin. ITALL. *Celeste.* GERM. Himmelisch. HIS. *Celestial.* ANG. *Heauenlie.*} *Virgil.* 1. *Æneid.* - tantæne animis cælestibus iræ? *Liu. 4. ab. Vrbe*, Siccitate eo anno plurimum laboratum est: nec cælestes modò defuerunt aquæ, sed terrâ quoque ingenito humore egens. Cælestes etiam substantiuè dicimus pro cælitibus, & diis superis. *Cic. 6. Philip.* Quid est, quod de voluntate cælestium dubitare possimus? *Idem 3. Offic.* Hercules quem hominum fama beneficiorum memor in cælestium consilio collocauit. [Cæleste aquæ. *Ouid. 4. Fast.* Cœlestis vir in dicendo. *Cic.* Cœlestis vox Neronis. *Suet. in Neron. c.* 21. Et cæleste ore. *Velleius.*]

Cælestissimus, superlatiuus. *Velleius Paterculus Hist.* 2. Cælestissimorum eius operum pro captu mediocritatis meæ adiutor fuit.

Cælicŏla, Qui vel quæ cælum habitat. {οὐρανίων. GA. Celeste, qui habite au ciel. ITA. *Habitatore del cielo.* GE. einwoner deß himmels. HIS. *Morador del cielo.* ANG. *That welleth in heauen.*} *Virgil.* 2. *Æneid.* Mò si cœlicolæ voluissent ducere vitam.

Cælicus, a, um, οὐράνιος. Cæleste: vt, Cælica regna.

Cælifer, Atlantis epitheton est, quem poetæ ob insignem Astrologiæ peritiam finxerunt sustinere cælum. οὐρανοφόρος. *Virgil. 6. Æneid.* vbi cælifer Atlas Axem humero torquet stellis ardentibus aptum.

Cælites, cælitum, pen. cor. Dij cælestes, qui cælum inhabitant. {οὐράνιοι. GALL. Celestes, habitans au ciel. ITAL. *Dei celesti.* GERM. Die im himmel sind/die himmelischen. HISP. *Los dioses ò santos del cielo.* ANGL. *Thay which auelleth in heauen.*} Cælum autem appellabant veteres, illam mundi partem, quam nos Æthera, siue Æthereum mundum vocamus: hoc est, omne illud, quod est supra elementum ignis. Vnde Solem & Lunam, & cæteros planetas inter deos cælestes numerabant. *Cicer. 2. de Diuin.* Ego Deûm genus esse semper dixi, & dicam cælitum. *Idem in Somn. Scipion.* Et grates, inquit, tibi ago summe Sol, vóbísque reliqui cælites. ¶ Legitur & apud *Ouid. 1. de Ponto*, singulare Cœlite: Quale tamen potui de cælite, Brute, recenti Vestra procul posítus carmen in ora dedi. Vbi vocat Augustum Cælitem.

Cælitŭs, penultima correpta, aduerb. Significat è cælo: sicut Diuinitus, à Deo. οὐρανόθεν. {ANG. *Freme heauen.*} *Hieronymus*, Tandem cælitus inspiratus præcisam morsu linguam in osculantis se faciem expuit.

CAĔLVS, οὐρανός, Cognomen indigenæ fuit, qui ex terra sorore in matrimonium ducta, Saturnum, Betillum, Dogana, & Atlanta genuit. A cuius nomine mira varietate, formosissimum supremum corpus Cælum dicunt fuisse appellatum.

Cæmentum, {חמר *chómer.* χάλιξ. GALL. Moilon, blocaille. ITAL. *Pietre & simile materia da murare.* GERMA. Allerley vngewerckte steyn zu dem mauren. HISP. *Cimiento ò pared de piedra manpuesta.* ANG. *Morter, parget, rubbishe.*} à Cædo, vt quidam putant. Sunt enim Cæmenta, omnis rudior materia, à qua ædificia constituuntur: quales sunt rudes lapides nulla arte ad ædificium accommodati aut politi, sed quales inueniuntur temerè congesti. Fodinas quoque rustici Campaniæ Cæmentarias appellant. *Liuius 1. bel. Pun.* Nec erat difficile murum subruere, quòd cæmenta non calce durata erant, sed interlita luto; structuræ antiquæ genere. *Colum. libro* 9. Sub porticibus quadratæ aræ cementis, vel etiam laterculis extruuntur. ¶ Aliquando ponitur pro ipso opere, i. ædificio, quod structo lapide erigitur. *Plin. lib. 2. c.* 22. E reliquis pallidus in cæmento rarò vtilis: Globosus contra iniurias fortis, ad structuram tamen infidelis est. ¶ Interpres vtitur in Bibliis pro calce, aquâ fabulóque fermentata. Habuerunt lateres pro saxis, & bitumen pro cæmento.

Cæmentārii, {χαλικοδόμοι. AN. *Roughe masons.*} Dicuntur Cæmentorum, hoc est, ædificiorum, quæ ex lapidibus sunt, structores, quos Fabros murarios appellant.

Cæmentĭtĭus, a, um, Quod ex cæmento est. χαλίκινος. GALL. Fait de moilon. ITAL. *Fatto di rotame di calce.* GERMA. Von allerley zusamen gelest steinen gemacht. HIS. *Cosa edificada de tal manera.* ANG. *Made of morter or parget.*} vt, Parietes cæmentitij. *Vitru. lib. 2. cap.* 8. Itaque pilis lapideis, structuris testaceis, parietibus cæmentitiis altitudines extructæ.

CAENARGIA, χώρα Πτολεμαίου, regio quædam, *Vide infrà in* Thyrea.

CAĔNĔ, χώρα Πτολεμαίου, Sinus Laconici oppidum, non procul à Tenaro promontorio. ¶ Hinc Cænites portus, *apud Plin. libro 4. capite 5.* & Cæneus Iupiter dictus est. *Ouid.* Victor ab Oechalia Cæneo sacra parabat Vota Ioui. ¶ Cæne item parua quædam insula in mari Siculo in Africam versa, cui vicina est Gaulos & Melite. *Plinio scribitur libro 3. cap.* 8.

CAĔNĔVM, χερρόνησος, Promontorium est Eubææ ad Septentrionem, *de quo Plin. lib. 4. c. 12.*

CAĔNĔVS, Elati filius, à prima ætate puella fuit forma venustissima, adeò vt Neptunus illius forma tactus, cum ea concubuerit: in mercedem autem concubitus perijt illa, vt in virum mutaretur, & esset inuulnerabilis: quod factum est. ¶ Vnde locus factus prouerbio, inuulnerabilis es, vt Cæneus, ἄτρωτος ὑπάρχεις ὡς Καινεύς, de iis qui lædi non possunt. Cæterùm quum postea Cæneus superbia elatus, contemptis diis iuberet Lapithas, quibus imperabat, per hastam suam iurare, Iupiter illius superbiam vltus est. Nam pugnans cum Centauris, quum ferro violari non posset, tanta arborum mole oppressus est, vt viuus sub terram detruderetur, atque hoc modo interiit. Post mortem autem in auem mutatum dicit *Ouid. libr. 2. Metam.* - salue Maxime vir quondam, sed auis nunc vnica Cæneu. *Virgil. verò lib. 6. Eneid.* post mortem in sexum rediisse dicit, It comes & iuuenis quondam, nunc fœmina Cæ-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

neus, Rursus & in veterem fato reuoluta figuram. ¶ Fuit & alius Cæneus philosophus, *cuius mentio est apud Laertium & Aristotelem in Organo.*

CAENICA, Thraciæ regio, *Plin. autore lib. 4. c. 11.*

CAENINA, à Plinio inter Latij oppida nominatur *libr. 3. capite 5.* Hinc Cæninenses populi à Romulo victi, vt est videre *apud Liu. libr. 1. ab Vrbe.*

CAENIS, (*vt fabulatur Ouid. lib. 12. Metam.*) Thessalica puella fuit, quæ à Neptuno compressa, ab eo muneris loco impetrauit, vt in virum transformaretur, nullísque vnquam vulneribus posset sauciari. Mutato itaque sexu etiam nomen mutauit, & ex Cænide factus est Cæneus. Hic in prælio Lapitharum, quum nullo teli genere lædi posset, congesta arborum mole, obrutus est, & in Cænidem auem transformatus.

CAENITES, pen. prod. Achaiæ portus fuit, non procul à Saronico sinu, querno nemore exornato. *Plin. lib. 4. c. 6.*

CAENYS, καινὸς, Italiæ promontorium est, quod aduersum habet Pelorum in Sicilia, XII. stadiorum interuallo. *Autor Plin. lib. 3. c. 6.*

Cæpe, gen. neut. & indeclinabile, à capitis magnitudine dicitur: vnde & prima vocalis diphthongum accepit. {בצל *batsál.* κεφάλωον. GAL. Oignon. ITA. *Cipolla.* GER. Zwybel. HIS. *Cebolla.* ANGL. *An onyon.*} *Plin. lib. 19. cap. 6.* Ergo omnibus annis separatim semen cæpe causa seritur, separatim cæpe seminis. ¶ Dicitur & Cæpa, cæpæ. *Ouid. 4. Fast.* Cedenda est hortis eruta cæpa meis. ¶ Cæparum plura sunt genera, nobilissima Ascalonia, ab Ascalone oppido Iudææ. Nam vt refert *Strab. lib. 16.* Ascalonienſium regio precipuè fert Cæpas. *Columella,* Pompeiam vel Ascoloniam cæpam eligito, & componito in fidelia. Cæpa oculos mordet, vnde à Græcis nomen impositum βολβωνες, quasi pupillam oculi comprimi cogeret, *sicut scribit Aristoteles in Problematibus.* Vnde Lacrymosa dicitur à *Columella.* ¶ Cæpas edere aut olfacere, κρόμμυα ἐσθίειν, dicebantur ioco prouerbiali, qui lacrymari viderentur. Ductum est hinc prouerbium, quòd cæparum odor vt est acris, consueuerit lacrymas oculis excutere. ¶ Quis vsus cæpis putridi? τί χρεία πυθομένου κρομμύου? De rebus aut etiam hominibus ridiculis, & quorum nusquam est vsus. Etenim quum cæpe sit herba per se viliſſima, simul atque computruit, nihil esse potest abiectius.

Cæpulla, diminutiuum à Cepa. {AN. A *litle onyon.*} *Pallad.* Hoc mense cepulas seris.

Cæpitius, a, um. {ANGL. *Of onyons.*} & Cepitium substantiuum, *secundum Priscianum,* pro eo quod est ex genere cæparum.

Cæpetum, pen. pro. {κρόμμυον. ANG. *An onyon bed.*} *Gell. lib. 20. c. 7.* Cæpetum reuiresci t, & congerminat decedente luna. Quo loco legitur & cæpitium, id est, *teste Prisciano,* cæpe.

Cæpina, pen. prod. est locus cæpis consitus, vel ipsarum cæparum vno in loco consitarum multitudo {ὁ κρομμυών, κρομμύων πλῆθος. GALL. Le lieu où croissent les oignons, oignonniere, ciues, ciuots, oignons. IT. *Luogo femineto de cipolle.* GER. Ein zwibelgarten/ein ort da vil zwibel stehnd. HISP. *Cebollino, ò simiente de cebollas.* AN. *A place planted with onyons, a bed of onyons.*} *Columella lib. 11. c. 3.* Cæpina magis frequenter subactam postulat terram, quàm altiùs conuersam. *Et paulò pòst,* Sed Cepina vel seminis, certè non minus debet quàm quater sarriri.

CAEPORI, Hispaniæ citerioris populi sunt. *Plinius lib. 4. c. 20.*

CAEPYS, facie Satyro similis, cætera inter canem & vrsum, nascitur in Æthiopia. *Strab. lib. 17.*

Cærã, & eius deriuata, Vide CERA. ¶ Malè enim quidam per æ scribunt, quum nec origo quæ est Græca, nec libri veteres id suadeant. *Vide Manutij Orthographion.*

CAERE, Κῆρε, aut Κηρὸς *Steph.* neutro genere, & indeclinabile, Vrbis insignis nomen in Hetruria, quæ olim regionis totius caput fuit. Hanc quondam Agyllam nominatam, & à Pelasgis è Thessalia profectis conditam fe unt. Deinde verò Lydis, quos postea Thyrrhenos nominauerunt, aduersus Agyllinos bellum gerentibus, quum quidam murum subiens, vrbis eius nomen percontatus fuisset, eíque à Thessalo quodam de muro χαῖρε responsum esset, eo veluti omine à Tuscis accepto, capram postea vrbem, murato priori nomine, Cære vocauêre. Verùm tam splendidæ, támque gloriosæ ciuitatis, *Strab. lib. 5.* asserit, vix vlla suæ ætate extitisse vestigia: & solo vicinorum balneorum nomine, quæ Cæretana dicebantur, fuisse celebratam. *Festus.* Cæremoniarum causam aliqui ab oppido Cære dictam existimant. ¶ Declinatur & Cæres, itis, pen. obliquorum correpta. *Virg.* Est ingens gelidum lucus prope Cæritis amnem. ¶ Legitur & ablatiuus Cærete, pen. pro. tanquam à nominatiuo Cæres, etis *Virg. 10. Æneid.* Qui Cerete domo qui sunt Minionis in aruis. Quanquam non desunt, qui Cærete ibi adiectiuum esse contendant.

¶ Ab hoc oppido Cærites tabulæ appellatæ sunt, in quas Censores referri iubebant, quos notæ causa suffragij & reliquo ciuitatis iure priuabant, præterquam quòd vt ciues tributum conferre cogebantur. Nam vrbe à Gallis capta, quum Cæretani eos, qui una cum sacris æternæque Vestæ ione ad se profugerant, comiter hospitio suscepissent, illorum deinde restituta in statum meliorem vrbe, satis malignam illis gratiam retulerunt. Nam ciuitate quidem eos donauerunt, suffragij autem ius eis non concesserunt. [*Vide Gell. cap. 13. lib. 16*] Hinc factum est, vt quum aliquem ignominia & contumelia dignum volumus significare, Cærite cæra cum dignum esse dicamus.

Cæremoniæ, pen. corr. {חקות *chukkóth.* Ἀρητεία, τελετή. GALL. Ceremonies. ITA. *Cerimonie.* GER. Allerley heilige breuch/Kirchengepräng. HIS. *Las ceremonias.* ANG *Ceremonees, rites.*} vel ab oppido Cære, vel à carendo dictæ sunt. [*Legend. Gel. c. 9. lib. 4.*] Nam Vrbe à Gallis capta, quum Vestales virgines simulachra deorum ex hostibus erepta traducerent, in oppidum Cære potissimum conuenêre, vbi benignè fuerũt hospitio susceptæ, donec à Gallis ciuitas per Camillum liberata fuit. In cuius beneficij memoriam Romani præstiterunt, vt omnis diuinus cultus Cæremoniæ à Cære diceretur. *Liuius libro quinto scribit,* L. Albinum de plebe virum, virgines sacerdotes, sacraque plaustro Cære peruexisse: vnde Cæremonijs sit enatum nomen. *Macrob. lib. 2. c. 3.* innuit Ceremonias à carendo dictas. Seruius Sulpitius (*inquit*) Religionem esse dictam tradidit, quæ propter sanctitatem aliquam remota & sepositа à nobis sit: quasi à relinquendo dicta, vt à carendo Cæremonia. In quo exemplo illud notandum est, dici etiam Cæremonia in singulari. *Cæsar. 7. bell. Gall.* Quod more eorum grauissima cæremonia continetur. * Cæremoniam legationis, quasi sanctitatem & religionem. *Cicer. metaphoricè dixit, de mandati iudicio loquens, pro Roscio Amer.* Qui non negligentia priuatum aliquod commodum læserit, sed perfidia, legationis ipsius cæremoniam polluerit, maculáque afficerit. *Bud.*

Cærete, Vide CAERE.

CAERETVM, Vmbriæ oppidum inter Spoletum ac Nursiam, à quo Cæretani appellantur, totum orbem vano quondam ac turpi superstitionis genere ludificantes: ob quam causam ferè continuè peregrinantur, familia atque vxoribus domi relictis.

Cærũleãtus, cæruleo colore infectus. *Velleius Paterculus Hist. 2.* Cùm in omnia & in omnibus venalis, cùm cæruleatus & nudis genibus innixus glaucum salcasset.

Cærũleus, a, um, Quod cæli puri, & nubibus vacui colorem imitatur: quasi cæluleus. {κυανεος. GAL. De couleur bleue comme le ciel. IT. *Color verdone ò d'azzurro.* GER. Himmelblaw. HIS. *Color verde ò azul escuro.* ANG. *Skie coloured, or blew like azure.*} Vnde & mare, quòd à cælo colorem suum accepit, propriè Cæruleum dicimus. *Virg 12. Æneid.* Fontésque fluuiósque voco quæque ætheris alti Religio, & quæ cæruleo sunt numina ponto. Sic etiam *Cic. lib. 1. de Nat. deor.* Neptuni oculos dixit esse cæruleos, ad maris nimirum colorem respiciens. [Iámque vbi cæruleum variabunt sidera cælum, *Ouid. 3. Fast.* Cæruleis aquis. *Ouid. Eleg. 6. lib. 1. Trist.*]

Cærũlus, a, um, pen. corr. Quod cærulei coloris est per se suáque natura, θαλασσικὸς. {ANG. *wich is skie coloured by nature.*} *Catullus,* Cærula vertentes abiegnis æquora palmis. *Et apud Virg. lib. 10. Æneid.* Freta cærula. Interest igitur inter cærulum & cæruleum, quod Cærulus naturæ color est: Cæruleus naturam fingit & imitatur. *Cornelius Fronto. lib. de diff. voc. ab.* [Pro nato cærula ambitiosa suo (i. Thetis.) *Ouid. 11. Metamorph.*

Cærũlum, substantiuum, seu potiùs in plurali numero Cærula, pro mari frequentissimè accipitur apud Poëtas. *Virg. 3. Æneid.* Adnixi torquent spumas, & cærula verrunt.

Cærũleum, Arenæ genus est, quæ in auri atque argenti metallis nascitur pictorum vsui: cuius tria sunt genera, Ægyptium, Scythicum, & Cyprium, *Vide Plin. lib. 34. c. 12. & 13.*

Cæsã, quæ & incisa vocantur, sunt particulæ orationis, quæ Græci κόμματα vocant: differúntque à membris, quæ κῶλα. Membrum enim est pars periodi ex pluribus verbis absolutè aliquid significans, hoc modo, Etsi vereor, iudices, ne turpe sit pro fortissimo viro dicere incipientem. Cæsum autem pars orationis ex duobus aut pluribus verbis nondum quicquam absolutè significans, hoc modo, Etsi vereor, iudices, ne turpe sit. Cæsa oratio dicitur quum non efficiuntur membra ex connexione verborum, sed singula verba aliquid significantia proferuntur, hoc modo, Quis est ille Gellius? Armiger Catilinæ, stipator tui corporis, concitator tabernariorum, latrator fori. ¶ Veteres etiam Cæsa vocabant, quæ postea Gæsa dicta sunt: quæ erant tela Gallis peculiaria, ficuti Romanis pila, & Macedonibus sariſſæ. *Varro,* Qui gladiis cincti sine scutis, cum binis cæsis essent.

CAESAR, κῆσαρ, Cognomen Iuliorum est. Ille enim qui primus Cæsaris nomen adeptus est, ab eo dictus fertur, quòd cæso matris vtero fuerit natus. Vel ab elephanto in pugna occiso, qui lingua Maurorum Cæsar appellatur. Vel quòd oculis cæsiis, hoc est, glaucis fuerit. Vel à cæsarie, cum qua natus proditur. Hoc cognomen posteri deinde ex Iulia familia nati tanquam suæ familiæ proprium gesserunt. Nam Iulius Cæsar, à quo omnes Imperatores postea Cæsares appellari sunt, non est natus cæso vtero materno, qui matrem Aureliam habuit, quam amisit quum in Gallia bellum gereret: cuius etiam pater Cæsar est nuncupatus, qui prætura functus Pisis obiit. Hic Iulius Cæsar omnem Galliam, quæ a saltu Pyrenæo, Alpibúsque, & monte Gebenna fluminibúsque Rhodano & Rheno continetur, nouem annis in prouinciæ formam redegit: Germanos, qui trans Rhenum incolunt, primus Romanorum ponte fabricato aggressus est. Aggressus est & Britannos, ignotos antea, superatísque pecunias & obsides imperauit. Deinde quum obtinere non potuisset, vt sui absentis in Consularibus comitiis ratio haberetur: arma in patriam conuertit: neminéque repugnante Galliam Cisalpinam, Picenum, Vmbriam & Hetruriam occupauit: Pompeiúmque Italia expulit. Post hæc in Hispaniam trangressus, validissimas Pompeii copias, quæ sub tribus legatis, M. Petreio, L. Afranio, & M. Varrone erant, superauit. Pompeium funestissimo in campis Pharsalicis prælio superauit. Ptolemæum in Ægypto subegit. In Africa deuicit Scipionem & Iubam: in Hispania liberos Pompeij. Triumphauit quinquies, primùm de Gallia, postea de Alexandria, deinde de Ponto, & Africa, & de Hispania. Liberalissimus fuit omnium, & maximè post hos triumphos: de quibus Suetonius. ¶ Cæsares præterea duo alij fuerunt, C. & L. quorum C. Poëta tragicus fuit, & Orator, (*vt testatur Padianus*) frater vterinus Catulli Oratoris, cuius & *Cicero sic meminit in Bruto,* C. Iulius, L. F. & superioribus & æqualibus suis omnibus præstitit, oratórque fuit minimè ille quidem vehemens, sed nemo vnquam vrbanitate, nemo lepôre, nemo suauitate conditior. Sunt eius aliquot orationes, ex quibus, sicut ex eiusdem Tragœdiis, lenitas eius sine neruis perspici potest. *Hactenus Cicero.* ¶ L. verò, huius frater, Prætor & Consul fuit: ambo Syllam sequuti, iussu Marij interfecti sunt, quo tempore item M. Antonius Orator, Crassi æqualis, simili fato periit. ¶ Cæsar præterea alius fuit, prænomine L. M. Antonij Triumuiri auunculus, Pompeianarum partium, missus vtrinque aliquoties Orator de pace. Postremò inter proscriptos ab Octauio relatus est, & interfectus: in cuius locum obtinuit Antonius, vt M. Cicero item proscriberetur: *Vide Plutar. in Augusto, Cicerone, & Antonio.*

CAESAREA, penul. producta, καισάρεια *Stephano.* Vrbs Palæstinæ in littore maris magni, quæ turris Stratonis vocabatur: sed postea ab Herode in honorem Cæsaris nobilius ædificata, Cæsarea est appellata: in qua idem Herodes in honorem Cæsaris magnificam domum albo marmore constituxit. GERMA. Ein statt deß gelobten lands am meer gelägen.] Vbi nepos eius Herodes ab Angelo percussus, eò quòd non dedisset honorem Deo, consumptus à vermibus expirauit. In hac Cornelius Centurio à Petro baptizatus est. [*Vide Suet. in August. c. 80.*] ¶ Altera Cæsarea Philippi à Philippo

Philippo Herodis filio, in honorem Cæsaris ad radices montis Libani ædificata, vbi duo fontes, Ior scilicet, & Dan oriuntur. ¶Tertia Cappadociæ, sic à Tiberio nominata, pulso Archelao, quum antè Masaca diceretur *Autor Eusebius.* ¶Quarta Mauritaniæ, nobili portu insignis, antè Iol vocitata: quam quum Iuba Ptolemæi pater muniret, Cęsareā appellauit. *Autor Strabo lib.7.*

CAESAR AVGVSTA, κτίσμα σεβαστόν, Vrbs Hispaniæ Tarraconensis: quam *Strabo* Augustam Cæsaream nominat: antea Numantia dicta, *teste Pomponio.* Vulgus Hispanorum *Sarragossam* vocat.

Cæsăreus, a, um: vt Domus Cęsarea. *Ouid.1. Trist. eleg.1.* Vultus Cæsarei. *Idē 2. de Ponto eleg.8.* [*Et Eleg.1. lib.4. Trist.* Et, qui Cæsareo iuuenes sub nomine crescunt. *Et Eleg.5. lib.3.* Non mihi quærenti pessundare cuncta petitum Cæsareum caput est.]

Cæsăriānus, a, um, *Cic. ad Attic. lib.16.* Facilè me ille esset assequutus: aiunt enim eum Cæsariana vti celeritate. ¶Cæsariani, *in Codice Iustiniani & Theod.* dicuntur serui procuratores Cæsaris, *vt in l.5. De iure fisci lib.10.*

Cæsărĭēs, riei, Coma. A crebra cæsione: ideóque propriè virorum est. {צִיצִית *ṣiṣṣith* פֶּרַע *péra'* צֶמֶּה *ṣammáh.* κόμη, κουρά. GA. Perruque. ITA. *Zazzera.* GER. Das haar der mans personen/ welches man offt abschneydet. HIS. *Cabelladuras.* ANG. *The heare, or bushe of heau heare.*} *Plaut. in Mil sc.1. a.1.* Vide cæsaries quàm decet. ¶Cæsaries promissa, id est, longa, *apud Liu bel. Pun.8.* [*Catul. de Com. Beren.* è Berenices eo vertice Cæsariem] Vnde Cęsariati, comati dicuntur. *Pl. in Mil.* Qui miles admutiletur cæsariatus.

Cæsărĭātŭs, *Cum Plauto vtitur ita Apuleius lib. de Mundo,* Videas & viridantibus comis cæsariatam esse comam.

CAESARIENSES, Ioniæ populi, in Ephesiorum conuentu. *Plin. lib.5. c.29.* Ephesum verò, alterum Asiæ lumen, remotiores conueniunt Cæsariēses, Metropolitæ, Cylbiani.

CAESARIENSIS MAVRITANIA, *Vide infrà in dictione* MAVRITANIA.

CAESARIVM, Ægypti emporium est, & fecessus quidam *Straboni libro 17.*

CAESAROBRICENSES, Lusitanicæ Hispaniæ populi, *apud Pli. lib.4. capite 22.*

CAESĒNNA, Vrbs Flaminiæ prouinciæ, à cædendo, quòd exiguo amne cæsa, id est, diuisa sit: vel quòd ager eius duobus fluminibus, Sæpi, & Rubicone sit diuisus. ¶Hinc Cæsennates dicti sunt, Cæsennam habitantes: & Cæsennaria vina, quæ inter generosa numerabantur. Vulgò *Cesena.*

Cæsion, Cæsim. Vide CAEDO.

Cæsĭus color, Oculorum proprius est, quem & Felineum à felium oculis nonnulli appellauerunt. {γλαυκὸν χρῶμα. GALL. De couleur du ciel, pers. ITAL. *Color del cielo, azurro.* GERMAN Himmelblawe farb der augen besonders. HISPAN. *Turquesado, color del cielo.* ANGL. *Gray of colour.*} quemadmodum & Græci γλαυκῶν quod nocturnorum oculorum similitudinem repræsentet. [Cæsius quasi Cælius, vnde Cæsia Minerua. *Gell.c.26.l.2.*] Est autem hic color subuiridis, igneo quodam splendore intermicans: qualem in leonis oculis potissimum conspicimus. Huiusmodi oculos Mineruæ Poëtæ tribuerunt, bellorum præsidi, vtpote præferocis animi indices: vnde γλαυκῶπις à Græcis, à nostris Cæsia peculiari epitheto appellatur. Est autem hic color diuersus à cæruleo, manifestè eos distinguente *Cic. de Nat. deor.* vbi sic habet, Apollinem semper imberbem, cæsios oculos Mineruæ, cæruleos Neptuni.

Cæsōnes, pen. prod. Qui cæso matris vtero nati sunt. *Pli. li.7. ca.9.* Primúsque ex Cæsarum familia, à cæso matris vtero dictus: qua de causa & Cæsones dicti.

Cæspēs, gener. masculin, à Cædo fit, & significat terram cum herba auulsam, seu in modum lateris cæsam. {רֶגֶב *régheb* מַגְרֵפָה *megrapháh.* βῶλος. GAL. Motte de terre, glazon, blette de terre herbue. ITA. *Ceppo, ceppite,* Κοππα. GERM. Ein wasen/ ein grasboschi. HISP. *Ceped, tierra con rayzes.* ANGL. *A sodde, or turffe.*} *Virg.1. Eclog.* Pauperis & tugurii congestum cæspite culmen. ¶Ex cæspite agger castrensis fit. *Lucan. lib.1.* Et subitus rapti munimine cæspitis agger Præbet securos intra tentoria somnos. Docet *Veget. lib.3.* qua altitudine, ac latitudine cæspes circuncidi debeat. [Purpureum viridi genitum de cæspite florem. *Ouid.13. Meta.* Leui cæspite obrutum corpus. *Suet. in Calig. c.39.* Cęspitem portare. *Suet. in August cap.24.* In cæspite nudo cibum capere, *Suet. in Tib. c.17.*]

Cæspĭtĭtĭus, a, um, Quod fit ex cæspitibus. {ὁ ἐκ βώλων πεποιημένος. GAL. Fait de mottes de terre. IT. *Fatto di terra & di herba.* GER. Daß auß wasen gemacht ist. HIS. *Cosa hecha de cespedes.* AN *Of foddes or turffes.*} Vnde Tribunal cæspititium, vocatur suggestum ex cæspitibus factum. *Flauius Vopiscus,* Deinde concursus ad cæspititium tribunal. ¶Atę cęspititiæ, ex cæspite congestæ. *Iulius Capitol.* Centum aræ vno in loco cæspititiæ extruuntur.

Cæspĭto, as, pen. correct. Pedem offendo vt quasi ruere cogar, ad cæspitem offendo, vacillo. {כָּשַׁל *chaschál.* προσκόπτειν, βαδίζων. GALL Broncher, trebucher. ITAL. *Scapucciare, inciampare.* GERMA. Stürchlen/ Sich mit den füssen stossen. HISP. *Tropeçar andando.* ANGL. *To stumble, falter.*}

Cæspĭtātōres, {AN. *which stumbleth, which faltereth.*} equi, qui sæpe in cæspitem, vel lapidem, aut aliquid huiusmodi impingunt.

Cæstrum, Instrumentum, quo ebur cauatur. *Pli. lib.35. c.11.* Lala Cyzicena perpetua virgo M Varronis iuuenta, & penicillo Romæ pinxit, & cæstro in ebore imagines mulierum maximè, &c. *Ibidem,* In encausticę pingendi duo fuisse antiquitus genera constat, cera, & in ebore cæstro, id est, viriculo, donec classes pingi cæpêre.

Cæstŭs, us, Genus clauæ pilas plumbeas lotis bubulis appensas habens, quo Daretem & Entellum pugnasse legimus: à cædendo dictum. *Virgil. lib.5.* Sin crudo fidit pugnam committere cæstu ¶Cestus verò, cesti, sine diphthongo sumitur pro cingulo, & zona illa virginea, quam maritus prima nocte dissoluebat: & est fœminini generis, quamuis & masculini reperiatur: à variis punctis sic dicta: κεντεῖν enim pungere est. Vnde cingulum illud Veneris, quo ipsa Martem, & Iuno Iouem conciliabant, à Poëtis Cestus, ἱμὰς dicitur. *Martialis* [*Epigr. lib.14.*] Vt Martis reuocetur amor, summíque tonantis, A te Iuno petit cestos, & ipsa Venus. Vnde cestum veneris, τὸν κυθερείας κεστὸν, habere dicuntur, qui nouis modis quemlibet in amorem sui pelliciunt. ¶ Sed & lorum, aut opus interpunctum, acúve pictum, commune ornamentum fœminarum, Cestos Græci vocant. {חֲגוֹר *pethighil* חֲגוֹרָה *chaghoráh.* GALL. Ceinture d'espousee. ITAL. *Cintura di donne.* GERM. Vberley hupsche band so die weyber zu der zierd brauchen. HISPA. *Corea ò cinta de la muger.* ANG. *A brides girdle.*} ¶Proin de Celsus Africanus, contra quem scripsit *Orig.24.* libros edidit, quos à rerum varietate κεστοὺς appellauit. Hinc Incestus: & Cestilus diminutiuum.

Cæsuliæ, A vetustissimis dicti sunt, qui cæsiis sunt oculis, *Festus.*

Cæsum, Cæsi, Vide CAEDO.

Cæsūra, Cæsuratim, Cæsus, *Vide* CAEDO.

Cætĕrŭs, Cætera, Cæterum, in singulari numero vsitato, ex Græco; κατὰ ἕτερος id est, & alter. {אַחֵר *acher* מִשֶּׁהוּ *mischeár.* GALL. L'autre la reste. ITA. *Il resto, l'altre cose.* GER. Das vberig. HIS. *Lo restante.* ANG. *The rest, that remaineth.*} *Ter. in Hec.* Quam fortunatus cæteris sum rebus. *Cic.4. Acad.* Cætera series deinde sequetur. *Idem 6. Verr.* Argentum illi cæterum purum apposuerat. [Argentum accepi, nihil curaui cæterum. *Plaut Capt. sc.1. a.1.* Cæterum cura tu. *Plaut. Men sc.4. a.1.* Cætera quis nescit? *Pl. pseu. sc.1. a.2.*] ¶Cærera doctus, figurata locutio, deriuata à Græcis, qui κατὰ præpositionem frequenter subaudiunt. [Cætera doctissimus. *Gel. cap.17. l.7.* Cætera sanctissimus. *Veleius. Cic. 1. de Nat. Deor.* Non solum enim poeta suauis, verumetiam cætera doctus, sapiénsque traditur, in quo tamen Ciceronis loco in plerisque exemplaribus, Cæteroqui legitur. *Martialis,* Visceribus bonus est, cætera vile sapit, id est, quantum ad cętera. *Ad cętera, pro eodem, Gallicè *Au reste:* id est, quod ad cętera attinet. *Horat. 1. Epist.10.* -hac in re scilicet vna Multum dissimiles, ad cætera penè gemelli. *De cætero: *Cic. 1. de Finib.* De cætero vellem equidem, aut ille ipse doctrina fuisset instructior, &c.

* Et cætera, absolutè positum. *Cic. in Topic.* In partitione quasi membra sunt, vt corporis, Caput, humeri, manus, latera, crura, pedes, & cætera. ¶ Nominatiuo singulari Cæterus in masculino genere vsus est *Cato de Re rust. c.22.* vbi sic habet, Cæterus ornatus domi Pompeij emptus est.

Cætĕrō, aduerb. {אָחַר *áchar.* τῷ λοιπῷ, εἰς τὸ λοιπόν. GA. Au reste, au demeurant. IT. *Quanto al resto.* GERM. So vil das vberig HIS. *A cende de esto.* ANG. *Moreouer, as touching the rest.*} *Plin. lib 10. c.58.* Palumbes fœmina incubat, posmeridiana in matutinum, cætero mas: hoc est, quod reliquum est temporis.

Cætĕroquīn, vel Cęteroqui, pro alioquin. {ἀλλως τε, εἰ δὲ μή. GAL. Sans cela, autrement. ITA. *Altramente, oltre di questo.* GER. Sunst HIS. *En otra manera.* ANG. *Otherwise.*} *Cic. de Orat.* Illam autem cõcinnitatem adhibet quidem hic subtilis: quem, nisi quòd solum, cæteroquin rectè quidam vocant Atticum.

Cætĕrum, {אבל *a-bál.* μέντοι GALL. Toutesfois, neantmoins. ITAL. *Ma, quanto al reste.* GERM. Aber. HISP. *Mas.* ANGL. *Moreouer, neuertheless.*} coniunctio, significat Alioqui, aut Reliquum, siue in posterum. *Sallust. hist 4.* Scio equidem tibi magnas opes virorum, armorum & auri esse, & ea re à nobis ad societatem, ab illis ad prędam petieris. Cæterùm consilium est Tigranis regno integro procul à domo per nostra corpora bellum conficere: vbi scribit Sosipater pro alioqui positum esse. *Plaut. Pœn.* Dehinc cæterùm valete, id est, in reliquum & posterum tempus. [Cæterùm, quo pacto faciet, ipse dixero. *Plaut. pseu. sc.4. a.2.*]

Cæterā, etiam quandoque aduerbialiter capitur pro deinceps, τὰ ἀπὸ τοῦδε: *Virg.9. Æneid.* Cætera parce puer bello. *Curtius,* Cætera opimam prædam fore, id est, in posterum.

CAETOBRIX, κητοβρίξ, Lusitaniæ vrbs est, alio nomine dicta Cezimbria: *Ptol. lib.2. c.5.* Vulgò *Cezimbra.*

* Cæyx, cæycis κάϋξ, Genus auis. *Plin. lib.32. cap.8.* Fit in mari & halcyoneum appellatur, ex nidis (vt aliqui existimant) halcyonum & cæycum.

[Cęuere obscœnum verbum est. *Vide* Iuuenalem & Persium & eorum interpretes.

Cāia, Caianus, *Vide* CAIVS.

CAICVS, κάϊκος pen. prod. Fluuius est Mysiæ, in Theutrania nascens, & per campum sui nominis in Elaiticum sinum defluens. *Virg.4. Georg.* Saxosúmque sonans Hypanis, Mysúsque Caicus.

CAIETA, Nomen mulieris Troianæ, quam alij Æneæ, alij Ascanij, alij Creusæ nutricem faciunt. Hanc Æneas ab inferis reuersus fato cessisse inuenens, eam non longè à Baiano sinu sepelit: ibíque & vrbem condidit, quam vnà cum adiacenti portu Caietam dixit. *Virg. lib.7* Tu quoque littoribus nostris Æneia nutrix, Æternam moriens famam Caieta dedisti. *Strabo autem lib.5* Caietam à sinus curuitate appellatam existimat, Laconum idiomate, qui curua omnia Caiattas solent nominare. Vulgò *Gaeta.*

CAINAS, Indiæ fluuius nauigabilis, Brachmanarum agrum irrigans. *Autor Plin. lib.6 c.17.*

CAIRVS, vel Acarinon, Ægypti ciuitas, *Vide* in Babylon.

CAIVS, γάϊος, Prænomen à parentum gaudio sumptum. Et est dictio dissyllaba, nisi per diæresim ex i, consonante facias vocalem, *vt apud Mar.* Perugil in pluma Caius ecce iacet. Profertur per G, & notatur per C, quæ inuersa C, mulierem Caiam declarat; *Quintiliano autore li.1. c.13. Cic. pro Muræn.* Putarunt omnes mulieres, quæ coëmptionem facerent, Caias vocari. Apud priscos autem pro domino ponebatur, sicut & Caia, γαῖα pro domina. *Vide Plutarchum.*

Caiānus, a, um, *Statius li.4. Sylu.* Emptum plus minus asse Caiano.

Calæ, {ANG. *Billets.*} *teste Seruio,* à maioribus dicebantur fustes quos portabant serui sequentes dominos ad prælium: vnde etiam Calones dicebantur. Nam consuetudo erat militis Romani, vt ipse sibi arma portaret, & vallum: vallum autem dicebãt Calas. *Lucil.* Scinde calam, vt caleas, id est, scinde lignum, & focum accende, vt & calefias.

CALAI, arum, Ciuitas in India.

[Calabarrunculi & Calabarriones, vox ficta à Laberio. *Gell. capit.7. lib.16.*]

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Cālābrā curia, Romæ erat proxima casæ Romuli, à calando id est vocando dicta, quòd ibi ante fastorum cognitionem Pontifex conuocata plebe pronuntiabat, quot dies inter Calendas & Nonas intercederent. ¶ Hinc Curia ipsa, *teste Macro. l. 1. c. 15.* Calabra dicta est, quòd in ipsam populus calaretur.

CALABRIA, pen. cor. καλαβρία, Extrema Italiæ regio est: peninsulæ formā referens, cuius Isthmus est, vnius diei via, quæ à Tarento Brundusium ducit. {GER. Die allerhinderste landtschafft Italiae so an das meer stost} Aliis nominibus Messapia, & Salentina, & Peucetia dicta est, *teste Str. li. 6. & Plin. li. 3. c. 11.* Oppida eius præcipua sunt Brundusium, & Hydrus totius Italiæ extremum. *Horat. 1. Carm. Ode 31.* Non æstuosa grata Calabriæ Armenta.

Cālăbĕr, bri, Calabriam incolens. ¶ Et Calaber, bra, brum. *Ouid. li. 3. de Arte,* Ennius emeruit Calabris in montibus hortos. Dicitur ἀπὸ τῶ καλὸς, καὶ βοῆσαι, quòd sit regio in primis fertilis, in qua arbores fructibus mirum in modum onerantur.

Cālăbrĭcŭs, a, um, Calabrica olea. *Colum. l. 12. ca. 49.* Veruntamen habetur præcipua in hos vsus olea Calabrica, quam quidam propter similitudinem, oleastellum vocant.

Cālăbri, καλαβροί, Calabriæ populi in finibus Italiæ, quorum regio Calabria est, fructibus in primis abundans: quos quoniam hospitibus obtrudebant, sibi alioqui nulli vsui futuros, factum est vt Dona Calabri hospitis in prouerbium cesserint, pro nullius pretij muneribus, quæ donanti oneri magis sunt, quàm vsui.

CALAENVS, καλαηνός, Fons Lyciæ, *apud Stephanum,* qui & Calbius dicitur.

CALAGVRITANI, Hispaniæ citerioris populi in conuentu Cæsaraugustano: quorum alij Nasciſci, alij Fibularenses cognominati sunt. Vtrorumque oppidum Caligurium dictum est. *Plin. li. 3. c. 3.* [*Suet. in Aug. ca. 49.*]

CALAIS, καλαΐς, Boreæ ax Orithyia coniuge filius alatus, qui vna cum Zethe fratre similiter alato cum Argonautis Colchos profectus est. Qua in expeditione, quum à Phineo rege humaniter essent accepti, Harpyias, quæ regnum illius infestabant, persequi constituerunt: quas quum & alarum auxilio, & sagittandi peritia in Plotas vsque insulas fugassent, ab Iride admoniti sunt, ne Iouis canes vlterius persequerentur. Inde itaque retrorsum conuersi, duas illas insulas, in quibus Harpyias reliquerunt, à conuersione sua Strophadas appellarunt, quum antea Plotę dicerētur. Postremò ab Hercule occisi dicūtur, & in ventos commutati, qui Caniculæ exortum dies ferè octo præcedunt: vnde πρόδρομοι, i. præcurrentes appellantur. ¶ Est etiam Calais gemma saphiro similis, candidior tamen & litoroso mari similis. Hanc pleriq; eandem esse existimant cum Augite.

Calamagrostis, καλαμάγρωστις, Graminis genus foliorum magnitudine ad arundinem penè accedens, iumenta apud Babylonem (vbi iuxta vias copiosè nascitur) enecans. Latini Græcorum imitatione Gramen arundinaceum appellant.

Cālămārius, a, um, Theca calamaria. {סְפָר *késeth.* καλαμοθήκη. GALLI. Calamar, ou escritoire. ITAL. *Pennaiuolo.* GERMA. ein schreybzeug / ein federrohr. HISP. *Caxa de escriuanjas.* AN. *A pennar, a case for pennes.*} ¶ Calamariæ thecæ. *Sueto. in Claud. c. 35.* Sero enim ac vix remisit, ne cuiuis comiti, aut librario calamariæ & graphiariæ thecæ adimerentur. *Mart. de his Epig. 19. li. 14.* Sortitus thecam calamis armare memento.

CALAMAE, καλαμαί, Vrbs Peloponnesi, *Steph.*

CALAMENTHE, καλαμίνθη vel καλαμινθή, Vrbs Lydiæ vel Phœnicum, melius per iota in penultima.

Cālāmēnthă, pen. pro. *apud Col. li. 4. c. 27.* ponuntur pro fragmentis veterum calamorum, hoc est, pedamentorum, quæ ex calamis, hoc est, ex arundine fiebant.

*Calametum, καλαμών, *Co. li. 4 c. 27.* Sic deinde ordinata vineta festinabimus emendare, sarmentisque & calametis liberare.

Cālămīnthă, æ, {καλαμίνθη. GAL. Pouliot sauuage, ou l'herbe au chat. ITA. *Nipotella.* GE. Bergminny / Steinminy. HIS. *Laneuada.* ANG. *Vvil peniriall or puddinggrasse.*} Herba est montibus familiaris, folia habens ocymi incana, surculos aridos, caulos angulosos, & florem purpureum. Hoc autem calaminthæ genus officinæ, seruata propemodum antiqua appellatione, Calamentum vocant. ¶ Sunt aliæ duæ Calaminthæ species, quarum altera pulegio est similis, & figura & odore, licet aliquanto maior sit: vnde & pulegium syluestre à vulgo appellatur, Altera menthastro similis, foliis oblongioribus, caule & ramulis maioribus, quàm superior. *Vide Dioscor. li. 3. c. 30.*

CALAMIS, Nomen statuarij, qui equos absoluros & perfectos effinxit. *Ouid.* Vendicat vt Calamis laudem, quos fecit equorum. *Huius meminit Plin. li. 34. c. 8. & Quint. li. 12. c. 10.*

Cālāmīstĕr, vel calamistrum, tri, Tenue ferrum, quo in cinere calefacto crispantur capilli, vnde sunt illi ranquam annuli, qui cincinni vocātur. {חֵרִית *charit.* καλαμίς, ίδος. GA. Vn instrument ou fer pour griller ou frizer les cheueux. *Ferro da increspare i capilli.* GERM. Ein pfriemb mit dem man das haar krausz machet. HI. *Hierro para encrespar los cabellos.* ANG. *A frysyng lingyron to frizle the heare with.*} *Cicero* in masculino genere vsus est in Orat. id quod & *Sospater Grammaticus* annotauit. Remouebitur omnis insignis ornatus quasi margaritarum, ne calamistri quidem adhibebuntur: Et *Varro* de scenicis originibus in masculino item posuit, *teste eodem Sosip. li. 1.* In neutro genere vsus est *Plaut. Aurea to e,* Pecten, speculum, calamistrum meum. ¶ Hinc Calamistrarius, a, um, adiectiuum, id quod calamistro inustum, & ornatum est. {ANG *Frizzled or crisped.*} *Cic. post reditum,* Calamistratus saltator. *Idem Pro Sextio,* Calamistrata coma. *Pl. in Asin.* Quisnam istuc tibi accessit, cinœde calamistrate?

CALAMISVS, Locrorum oppidum, *Plin. lib. 4. c. 3.*

Cālămītæ, {καλαμίται. GALL. Perites grenouilles. ITA. *Ranochi picciolí.* GER. Ein laubfrosch. HIS. *Ranas pequeñas que se hallan enel canaueral.* ANGL. *Litle frogges.* Ranæ minimæ sunt, & vitidissimæ, quæ à quibusdam Driopetæ vocantur: sic dictæ quòd inter calamos versentur. *Plin. li. 31. cap. 7.*

Calamītēs, Gemma, à Calamo nomen habens, quòd plures simul iunctæ inueniantur. *Plin. l. 37. c. 10.*

Calamochanus, καλαμόχανος, ἀλφάκης, Est falsa quædam lanugo in locis palustribus calamis tenuioribus adnascens, ex aqua dulci & marina, vbi se miscent. ¶ Alio nomine Adarca dicitur. *Vide Plin. lib. 22. cap. 10.*

CALAMOS, Phœniciæ oppidum in ora subiecta Libano monti. *Plin. 5. cap. 20.*

Cālămŭs, Frutex aquaticus ex quo quū multę res fierēt, multa significat. {קָנֶה *kanéh.* κάλαμος. GA. Roseau ou canne, tuyau de blé, chaume, chalumeau, gluot. ITA. *Canna sottile, penna da escriuere.* GERM. Ein rot/ ein schreybfäder. HI. *Cana, o paja como de trigo, caña para escriuir ò otrà.* ANGL. *A recede, a stalk, a wheaten or eaten straw, a pipe or whistell, a penne.*} ¶ Primum significat sagittam. *Virgil. Eclog. 3.* -quum Daphnidis arcum Fregisti, & calamos. *Plin. li. 16.* Calamis populi Orientis bella conficiunt. ¶ Deinde instrumentum quo scribi solet. [Quasi in libro cum scribuntur calamo literæ stylis me totum vlmeis conscribis. *Plaut. pseu. sc. 5. a. 1. Item,* Calami aucupatorij, *Martial. epigr. 218 lib. 14.*] Primi calami ex arundine conficiebantur. *Martialis in Distichis.* Dat chartis calamos habiles Memphitica tellus: Texantur reliqua tecta palude tibi. ¶ Ponitur aliquando pro fistula. *Virgil Eclog. 5.* Nec calamus solùm æquiparas, sed voce magistrum Huius inuentorem fuisse Pana volunt poetæ. *Item Eclog. 3.* Pan primus calamos cera coniungere plures Instituit. ¶ Calamus item est virga, cui hamus filo longo alligatur ad capiendas aues viseo illita. *Mart.* Galbula decipitur calamis, & retibus ales. ¶ Aliquando accipitur pro fistula, & pro quacunque re tereti, ac fistulosa ob similitudinem arundinis. Vnde arborum quoque ac vitium calamos dicimus, id est, tereres particulas & virgas ad serendum in terra aptas. *Plin.* Quod si longiùs afferantur pomorum calami, rapis infixos optimè custodire succum arbitrantur. ¶ Est etiam calamus mensura sex cubitorum & palmi. ¶ Calamus odoratus, κάλαμος μυρεψικός. *Dioscoridi,* arundini similis est aspectu multis geniculatus nodis, casiæ sapore, tactu mollis, & quum frangitur, scissilis, intus araneosus. locum in quo nascitur, suauissimo replens odore. Prouenit in Arabia, India, & in Syria iuxta Libanum montem. *Vide Plin. li. 12. c. 20.* ¶ In officinis appellationem retinet.

Cālămĭtās, tis propriè significat calamorum fractionem, quæ fit grandine aut tempestate. {אוֹדָה *edh* רַעַבְתָּה *rabáh* שְׁחָאָה *schóah* שְׁמָמָה *schemamáh* χάλαζα GAL. Calamité, malencontre, perte, malheur, misere, propremẽt greſle qui rompt le tuyau du blé. IT. *Grandine, calamità, miseria.* GER. Ein hagel der die saat zerschlecht / Arbeitsälig keit / iamer / Noht. HISP. *Daño que haze la tempestad, generalmente daño, ò desastre ò perdida qualquiera* ANG. *Miserie, calamitte, the breaking of the stalkes of cornes by tempest.*} *Plaut. Casin.* Profectò hercle non fuit quicquam olerum, Nisi quicquid erat, calamitas profecto attigerat nunquam. *Terent. in Eunuch.* Ipsa egreditur nostri fundi calamitas. [Clades, calamitas, intemperies (de parasito) *Plaut. sc. 3. a. 4.*] ¶ Transfertè, pro omni miseria, & pernicie ponitur. *Cicer. Attic.* Nemo maiorem calamitatem morte Pansæ accepit.

*Calamitas dicebatur etiam in scenicis ludis, quum fabula exigebatur. *Terent. in Prologo Hecyra,* Hecyram ad vos refero, quam mihi per silentium Nunquam agere licitum est: ita eam oppressit calamitas. Eam calamitatem vestra intelligentia sedabit. A Græcis πάθημα dicitur. *Budæus.*

Cālămĭtōsŭs, pen. pro. adiectiuum, Quod calamitate lædi solet. {σίτωσις. GAL. Suiet à greſle & à estre gaste par mauuais temps. ITA. *Rouinato dalla tempesta, dalla gragnola & mali tempi.* GER. Das vom hagel mag zerschlagen werden. HISP. *Perdido per dano que haze la tempestad.* ANG. *Broken and cast doune by tempest.*} *Plin. li. 18. c. 7.* Hordeum ex omni frumento minimè calamitosum: quia tolli cur antequam triticum occupet rubigo, Calamitosus ager apud Catonem: & calamitosum cælum *c. 11. & 35.* ¶ Calamitosus etiam ærumnosus est, malis calamitatibúsque pregrauatus, *inquit Nonius.* {שְׁמֵם *schomém* רָעַב. πανσίπονος, πολυώδυνος, ἄθλιος. GA. Miserable, poure malheureux, calamiteux, affligé d'ennuis & fascherie. ITAL. *Pieno de miserie, disgratie, auersità.* GERMA. Ellendhafft / Arbeitsälig / iamerhafft / Mitnoht beschwert. HIS. *Cosa perdidosa ò desastrada.* AN. *Miserable, full of miserie, worstohed.*} *Cic. 1. Ver.* Et honoris amplissimi puto esse, & accusare improbos, & miseros, calamitosósque defendere.

Cālămĭtōsē, aduerbium. Miserè. {δυσχώς, ἀθλίως. GALLI. Malheureusement, miserablement, piteusement. ITA. *Meschinamente.* GERM. Arbeitsälig lich / iämerlich. HISP. *Perdidamente.* ANGL. *Miserablie, wretchledlie.*} *Cic. 3. Offic.* Nam quod aiunt minima de malis, id est, vt turpiter potiùs quàm calamitosè: an est vllum maius malum turpitudine?

Cālāntĭcă, Tegmẽ muliebre quod capiti accommodatur. {צְנִיפָה *tsenipháh.* τιάρα. GA. Sorte de couurechef ou chaperon de femme, calote en Champaigne. ITALI. *Cuffie di donna.* GER. Ein tüchle der weyberen schleyer. HISP. *Vn cierto tocado de mugeres an se dize cofia.* AN. *An hoode or kerchief for a woman.*} *Cic. in Clo.* Túne, quum vincirentur pedes fasciis, quum calantica capiti accommodares, &c.

CALANVS, pen. prod. κάλανος. Fuit philosophus ex Gymnosophistis Indis, qui secutus Alexandrum Magnum extra Indiæ fines, quum apud Pasagardas ægrotare cœpisset, facta pyra, & aurea lectica superimposita, in ea cubans combustus est, stramẽtis opertus. Fertur, quum Alexander Magnus rogaret eum, si quid vellet, dixisse, Propediem te videro. Quod non multò post contigit: nam in Babylone paucis post diebus Alexander mortuus est. Lege Arrianum de gestis Alexandri. Indi autem quenque sapientem Calanon vocant, *vt scribit Suidas.*

CALAPIS, Pannoniæ amnis est, in Saum influens inxta Siscíam, duobus alueis insulam efficiens, quæ *Segestica* vocatur. *Plin. lib. 31. capit. 25.*

CALARIS, Ciuitas in Sardinia, *apud Plin. li. 2. c. 170. cuius meminit & Claudianus de Bello Gildonico* {GE. Die haupstatt in der Insel Sardinia.} *Vide in dictione* Sardinia.

Calaritani, Sardiniæ populi, ad Meridiem sitis quibus Calaris oppidum nomen fecit, cuius meminit *Plin. lib. 2. c. 109.* Vulgo *Caller.*

Calaritanum, Sardiniæ promontorium Africam spectans: *apud Plin. lib. 3. c. 7.*

CALARNA, καλάρνα, Vrbs Macedoniæ. *Steph.*

CALARVS, κάλαρος. Insula, aliàs dicta Alopecia, vel Alopeconesus, quum vulpem

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

vulpem catulos suos ferre & deponere vidiſſent: deinde Calarus à Calero (ἀπὸ καλέω) rege. Alij ciuitatem Calerum dictam volunt. *Steph.*

CALASIRIS, καλάσιρις, pars Ægypti, incolæ Calaſirij, & Calaſiriæ, *Steph. ex Herodoto lib. 2.*

Cālāsĭris, *autore Feſto.* Veſtis genus fuit apud veteres, quod Græci καλάσιριν vocant. Sunt qui dicant tunicæ muliebris nodum eſſe, quo circa cervicem connectitur.

Cālātă comitia, *Vide in dictione* COMITIA.

CALATHE, καλαθη, quam alij Calathuſam vocant. Nomen vrbis ad Herculis columnas ſitæ. *Autor Stephanus. Plin. verò lib. 4. capit. 12.* Calathuſam inſulam eſſe aſſerit in mari Ægeo, non procul à Cherſoneſo ſitam.

Călăthŭs, pen. corr. ab aliquibus Qualus, & Quaſillus, ab aliquibus Fiſcella, Vas vimineum, ſecundum Porphyrionem, in quo mulieres penſa vel tramam reuoluunt: aut in quo flores, vel fructus, aut aliquid id genus ferunt. {סל סלסלה *ſal ſalſilláh.* κάλαθος, πάλαγος. GALL. Panier de cliſſe ou d'oſier. ITALIC. *Seſto, paniere.* GERMAN. ein Korb/ein zeinen auß weyden oder geren geflochten. HISP. *Canaſta de varas.* ANGL. *A panier, frayle, or basket.* } *Virgil. in Alexi.* tibi lilia plenis Ecce ferũt Nymphæ calathis. *Oui. li. 4. Faſtor.* Hæc implet calathos lento de vimine nexos: Hæc gremium, laxos degrauat illa ſinus. Erat autem calathi forma ſuperne latior, paulatim in anguſtum deſinens, qualem etiam in turbine conſpicimus. Accipitur interdum pro calice ad ſacrificium apto. [*Martial. epig. 17. l. 14.*] *Virgilius in Daphnide,* Vina nouum fundam calathis Ariuſia nectar. *Seruius* ait eſſe vas æneum in quo lac, vel recens caſeus diſtrahitur.

Călăthĭſcŭs, diminutiuum, καλαθίσκος. {ANG. *A litle frayle, or basket.*} Paruus calathus. *Catullus,* Ante pedes autem candentis mollia lanæ Vellera, virgati cuſtodibant calathiſci.

Calathiana viola, Flos eſt præter violarum naturam Autumno proueniens, lutei coloris, foliis minutis, ſine odore: à calathi figura ita appellatus. *Vide Plin. lib. 21. c. 6.*

CALATHVS, Filius Iouis & Antiopes, *vt autor eſt Homer. in Odyſſ.*

CALATHVSSA, καλάθυσσα, *à Pl. li. 4. c. 11.* numeratur inter inſulas deſertas, quæ inter Cherſoneſum, & Samothracen interiacent.

CALATIS, κάλατις, *Steph.* Thraciæ ciuitas, non procul à Tomis, Ponto Euxino imminens. *cuius meminit Plin l. 4. c. 11. & Stra. li. 7.*

¶ Ex hac ciuitate ortus fuit Iſter Poeta, qui de ratione ſcribendæ Tragœdiæ opus inſigne conſcripſit.

CALATIAE, καλατίαι, Indiæ populi apud Stephanum. ¶ Calatiæ præterea inter vrbes Italiæ ponitur à *Plin. lib. 3. capit. 5.* non procul à Bouillis, & Caſino.

Călātōres, καλάτορες, Dicebantur ſerui, ἀπὸ τοῦ καλεῖν, quod eſt vocare, quòd ſemper vocari poſſent ob neceſſitatem ſeruitutis.

CALATYBVS, καλάτυβος, Vrbs Libyæ, *Steph.*

CALAVREA, ſiue Calauria, καλαύρεια *Stephano,* Inſula eſt in ſinu Argolico, contra Trœzenem, nulla alia re, quàm morte Demoſthenis nobilior. In hac enim inſula templum erat Neptuni: quò Demoſthenes audito Archiæ ſatellitis Antipatri aduentu, confugit, & ne viuus in Antipatri poteſtatem peruenire, hauſto veneno ex calamo, vitam finiuit. Hanc nonnullis in locis Calabriam appellatam inuenimus, ſed mendosè. Vulgò *Sidra.*

CALAVRIA, inſula eſt iuxta Cretã, à Calauro Neptuni filio denominata. ¶ Eſt etiam vrbs Locrorum, in qua Latona maximè colebatur. *Vide Ouid. lib. 7. Metam.*

Călbĕi, *Autore Feſto,* dicebantur apud veteres armillæ, quibus triumphantes vtebantur, & milites ob virtutem donabantur.

CALBIS, Cariæ amnis, *vt ſcribit Pomp. Mela li. 1.*

CALBĬVS, *Vide* Calenus.

CALE, *A Strabone li. 5.* numeratur inter Campaniæ ciuitates, non procul à Theano Sidicino.

[Calceus, Calceatus. *Sueton, in Aug. capi. 77. Vide* Calcatorium infrà in Calx.]

Călcēnĭdix. *Feſto* conchæ genus eſt.

CALCHAS, antis, κάλχας, Proprium nomen Græci auguris, Theſtoris filij (à quo Theſtorides à Poetis appellatur) qui cum Græcis ad expeditionem Troiæ profectus eſt: & quoniam diuinandi arte plurimum præſtabat, eius conſilio multa geſta ſunt. [*Germ.* Ein Griechiſcher warſager.] Nam in Aulide oſtendit quomodo placata Diana, venti ſedari poſſent: & aquod Troiam in caſtris docuit, quæ ratio Apollinis placandi, vt peſtilentia ceſſaret, foret: & ex paſſere, quæ cum nouem pullis à Dracone vorabatur, indicauit decennalem obſidionem Troiæ futuram. Quapropter inter cæteros Achilli acceptiſſimus erat, adeò vt eius præſidio plerunque defenderetur, præcipuè verò quum ſuaderet Chryſeidem patri reddendam eſſe. Tum enim Agamemnon non ſolùm in vatem, ſed etiam in ipſum Achillem incenſus ferebatur. Diuta aũt Troia reuerſus, cũ Amphilocho Amphiarai filio terreſtri itinere, Colophonẽ (quę vrbs eſt Ionię) quũin luco Apollinis Clarij extra vrbẽ apud fanũ in Mopſũ præſtantiſſimũ Augurem incidiſſet, artis peritia ab illo ſuperatus, dolore contabuit, quòd propoſita ſibi à Mopſo capri fico (*vt refert Heſiodus*) aut (*vt Pherecydes mauult*) ſue grauida, coniicere non potuiſſet quot in illa ficus eſſent, quótve hæc vtero ſuculas gereret: quod tamen Mopſus ſine vllo errore diuinauit. De Calchante *vide multa apud Hom li. 1. Iliad. & Virg. 2. Æneid.*

Călcifrăgă, æ, Herba eſt in marinis petris ſeterè naſcens, à calculis frangendis ita dicta: *ſumeregyn: de qua vide Plin. lib. 27. cap. 9. & Ruel. lib. 1. ca. 129.*

Calcioli (quod hîc corruptè legebatur) Vide CARTIOLI, & CARSEOLI.

CĂLCĬOPĒ, καλκιόπη, Filia Æetæ Colchorum regis, ſoror Medeæ & Abſyrti, & coniunx Phryxi, ex quo Cytorum peperit. *Ouid. in Epi. Helen. ad Paridem,* Non erat Æetes, ad quem deſpecta rediret, Non Ipſea parens, Calciopéque ſoror.

Calco, & calceus, *Vide* CALX.

Călcŭlŭs, Lapis breuis terræ admixtus: ſic dictus, quòd moleſtiam calcantibus exhibeat: vel, quòd calcem, hoc eſt, pedem offendat. {מעת אבן *meẽáh tſerór.* ψῆφος, λιθίδιον. GALLICE. Petite pierre, grauois, la pierre ou gauelle, mereau ou getton à conter ou iouer. ITALIC. *Saſſo picciolo.* GERM. Ein ſandſteinlin HIS. *Pedreẽ ita.* ANG. *A pebble or grauell ſtone, the ſtone in the bodie, a cheffe or table man counters. Virg. 2. Georg.* Tenuis vbi argilla, & in dumoſis calculus aruis. *Cic. de Orat.* Demoſthenes cohiectis in os calculis ſumma voce verſus multos vno ſpiritu pronuntiabat. *Calculi pro difficultatibus. Plin Iunior lib. 2. Epiſt.* Omnes quos ego moui in vtraque parte calculos, pone, id eſt, difficultates. Eſt item Calculus, Lapillus in renibus, aut veſica generatus, meatum vrinæ prohibens, aſperrimúmque gignens cruciatum: quod morbi genus Græci λιθίασιν appellant. *Plin. lib. 11. c. 37.* Sed hominum quibuſdam diro cruciatu ſubinde naſcentes calculi, & ſetarum capillamenta. ¶ Qui autem eo morbo laborant, Calculoſi dicuntur. *Plin. lib. 20. cap. 21.* Hic & calculoſis, & inflationi, & torminibus illinitur. *Celſus lib. 7. cap. 26.* de curatione calculoſorum. A Græcis λιθιῶντες. *Plin. lib. 21.* Vtuntur ad alopecias, lithanicos, opiſtotonicos: ¶ Item Calculus, ψῆφος dicitur, quem Latronem ſeu Latrunculum antiqui appellauerunt, vulgus *Scacum* vocat. *Martialis,* Hic mihi biſſeno numeratur teſſera puncto, Calculus hic gemino diſcolor hoſte perit. [Calculi & Tabula in ludo latrunculorum, & vno antecedere. *Senec. c. 14. de tranquil.* Diſcolor Calculus. *Ouid. Eleg. 1. l. 2. Triſt.* Alea, Calculi, Alueolus. *Gell. 1. l. 14.*] Quoniam autem calculis ſubducere rationes ſolemus, calculus pro ipſis rationibus ponitur. Hinc reuocare, ſiue Reducere ad calculum, eſt aliquid exactiùs ſupputare. *Cic. de Amicitiã.* Hoc eſt quidem nimis exiguè & exiliter ad calculum reuocare amicitiam, vt par ſit ratio acceptorum & datorum. *Idem,* Itaque tibi concedo, vt ſi re alicuius dati pœnitet, ad calculum reducas. [De Calculis cognoſcitur in tutela. i. de rationibus. *Quintil.* Calculorum paucorum cauſſæ, i. pecuniariæ. *Quint.* Calculos ponere de ſupputatione: *Senec. epiſt. 82.* Calculorum anxiæ ſolicitudines (i. rei familiaris, & pecuniariæ) *Idem*] ¶ Calculis olim Græci ſententias & ſuffragia colligebant candidis abſolutionem, nigris condemnationem ſignificantibus, vnde factum eſt, vt Calculum pro ſuffragio, ſententia, & iudicio ponamus. *Calculum de ſe permittere. Plin. in Paneg.* Quotannis diis ipſis tanquam iudicibus calculum de te petmittis an dignus ſis incolumitate. Id eſt cenſendi poteſtatem facis & calculum ponendi: vtque nunc loquimur, opinandi. Eundem autem ferè modum habent hi loquendi modi, Mittere in conſiliũ, Cenſendi poteſtatem facere, Calculum permittere, Calculum porrigere, Calculũ proponere, *ex Budæo.* ¶ Dicitur etiam prouerbialiter, Album calculum addere, λευκὴν ψῆφον προσθεῖναι, pro approbare, ſubinde legimus apud doctos. ¶ Connæ calculus, Κόννης ψῆφος. In hominem aut rem nihili nulliúſque momenti. Prouerbium manauit à Conna quopiam citharœdo.

¶ Calculo mordere, ψήφῳ δάκνειν, dicuntur, qui ſuffragio lædunt aut vlciſcuntur hominem. *Ariſt. ἐν ἀχαρνεῦσι.* ¶ Plurium calculus vincit, πλειόνων ψῆφος νικᾷ. Quoties in conſilio creditur multitudini.

Călcŭlo, as, are, ψηφίζομαι. {ANG *To compte, to caſt accompte.*} Rationem facio. Inde

Călcŭlātŏr. A Calculis, id eſt, lapidibus minutis, quos antiqui in manu tenentes numeros componebant. { מחשב *mechaſcheb.* λογιστής. GAL. Calculeur, conteur, dreſſeur de conte. ITAL. *Chi fa conte, calculatore.* GER. Ein Rächenmeiſter. HIS. *Contador como cantante.* ANG. *which caſteth accomptes.*} *Martial. lib. 12.* Nec calculator, nec notarius velox Maiore quiſquam circulo coronetur.

Călculōsŭs, a, um, Calculis plenus. {λιθώδης, λιθῶν. GAL. Pierreux, IT. *Pieno di pietruccie.* GER. Voll ſteinlinen. HIS. *Pedegroſo.* ANG. *Full of grauellor (mall ſtones.*} *Colu.* Loca aprica, calculoſa, glareoſa, interdum & ſaxoſa amat. *Et apud Plin. lib. 35. cap. 14.* Calculoſum ſolum.

[Caldarium (in Balneo) *Senec. epiſt. 87.*]

CĂLDĬVS, militari ioco dictus eſt Claudius Cæſar, pro Claudio, quemadmodum & Biberius pro Tiberio, & Mero pro Nerone. *Suetonius in Tiberio,* In caſtris tyro etiam tum propter nimiam vini auiditatem pro Tiberio Biberius, pro Claudio Caldius, pro Nerone Merò dictus eſt.

[Caldor, & calor. *Gell. c. 4. l. 19.* ex Caldonia vox ficta à Laberio.]

CĂLĔDŎNĬA, ſylua in ea parte Britanniæ fuiſſe putatur, quæ hodie Scotia dicitur, ſæuiſſimis olim vrſis nobilitata. *Martialis,* Nuda Caledonio ſic viſcera præbuit vrſo. Inde etiam Britanni peculiari epitheto Caledonii dicuntur à poetis. *Idem.* Quinte Caledonios Ouidi viſure Britannos. Corripit autẽ hoc nomen in hac ſignificatione antepenultimam ſyllabam, ſecundam verò producit. Apud Græcos enim ſcribitur per α. Contrà quum Ætoliæ ſyluam ſignificamus, ſecunda ſyllaba ſcribitur per υ Græcum, & vbique corripitur, ſequens autem producitur, eo quòd apud Græcos ſcribatur per αι. *Vide plura de hoc ſuo loco.*

CALESIA, *Ptolemæo* Germaniæ ciuitas putatur inter Saxones, quam vulgò *Vuitembergam* vocant.

CALENA, apud *Ptolemæum* ciuitas in Anglia eſſe creditur, quę hodie Oxonia appellatur, [*Germ.* Oxenfurt ein ſtatt in Engelland.]

Călendæ. {חדש *chodéſch.* καλένδαι *Plutarcho*, Primus dies menſis: ab eo quòd hoc die calentur dies menſis à pontificibus, Nonæ quintanæve an ſeptimanæ ſint futuræ. Quinque calo Iuno Nouella. Septem calo Iuno Nouella. *Hæc Varro lib. 5. de ling. Lat. Macrobius autem in 1. Saturn. totam hanc rem copiosè tradit.* Priſcis, *inquit,* temporibus antequã faſti à Cn. Flauio ſcriba inuitis patribus in omnium notitiam proderentur, pontifici minori hæc prouincia delegabatur, vt nouæ lunę primum obſeruaret aſpectum, viſúmque regi ſacrificulo nuntiaret. Itaque ſacrificio à rege & minore pontifice celebrato, idem pontifex calara, id eſt, vocata in capitolium plebe, quot numero dies à Calendis ad Nonas ſupereſſent, pronuntiabat & quintanas quidem quinquies dicto verbo Calo, ſeptimanas repetito ſepties prædicebat: Et hunc diem qui ex his diebus, qui calarentur primus eſſet, placuit Calendas vocari. *Hæc Macrobius.* Eam autem ob cauſam populo quotnam dies Calendarum eſſent prędici neceſſe erat, vt ſciret, quinam Nonarum dies eſſet futurus, quo confluere in Vrbem populus ſolebat, vt addiſcerent quid eo menſe in diuinis, humaniſque rebus facto opus eſſet. [Calendæ dictæ à celando. *Plutar. q. rerum Rom.* Calendæ excuſant militẽ. *Cap. 4. lib. 16. Quid. 6. Faſt.* Quæ duo mixta ſimul ſextis quicunque Calendis Ederit, huic lædi viſcera poſſe negant.] ¶ Sciendum, quum dico Tertio Calendas, certum ſemper diem me ſignificare. Ad tertium verò Calendas, etiam incertum, vt qui eſt circi-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ter tertium calendas. ¶Græci autem calendas non habent, vnde pro uerbiali forma dicere solebat Augustus, *vt refert Suetonius*, Ad calendas Græcas soluturos eos quos nunquam soluturos significare volebat. *c.87. [Idem in Tib. c.35.* Calendis Iulij locabantur ædes.]

Cālēndārīs, re, Quod ad calendas pertinet, vt Iuno calendaris dicta, quòd calendarum dies ei sacer esset. *Macro. l.1. cap.15.* Idus, *inquit*, Ioui dedicatæ, calendæ Iunoni: vnde Laurentes calendarem Iunonem appellauêre.

Cālēndārĭus, a, um, idem est: vt calendarius liber, *λογεκφόρος ἡμερῶν.*

Cālendāria, {AN. *Calēdars A/manaches.*} Dicebantur tabulæ, ab obseruatione singulorum mensium: vt Diaria, à singulorum dierum ratione obseruata. ¶Accipitur etiam calendarium apud iurisconsultos pro negotiatione nominum faciendorum. *Vlpianus*, calendarij quoque curatio & quæstura in aliqua ciuitate inter honores non habetur, sed personale munus est. *Africanus*, Itaque ipsæ pecuniæ si adhuc calédario, i. nominibus faciendis destinatæ essent fideicommisso cedere solent, *Bud.* [Magni Calendarii liber. *Senec. Ep.88.*]

CĀLĒNVM, *καλλωνὸν, teste Plinio*, Campaniæ oppidum est non procul à Capua, in cuius agro mite & generosum vinum nascitur. ¶Inde Caleni populi dicti, qui hanc vrbem, aut agrum vici num incolunt. *Horum meminit Plin. li.3. ca.5.* ¶Hoc etiam oppidum Cales, Caliũ, in numero plurali appellatum inuenitur. *Virg.7. Æneid.* -quique Cales linquunt, amnisqu vadosi Accola Vulturni. *Idem Horat. l.4. Car.* Sed pressum calibus ducere Liberum Si gestis. Vulgò *Carinola.*

Cālēnŭs, a, um, *καλλωὸς*, possessiuum, a calibus, siue Caleno Campaniæ vrbe deductum. *Horat. li.1. Car. Ode* 20. cæcubum, & prælo domitam caleno Tu bibes vuam.

CALEPIVM, *καλέπιον*, Oppidum est in Cenomanis, ad XIIII. lapidem à Bergomo Brixiam versus, ad colles in sinistra parte positum à bonitate vini denominarum, *καλὸς* bonus, & *πίνω* bibo.

CALES, *καλέται*, Oppidum in Gallia: aliud in Campania, à quo Cales populi iuxta Falernos & Massicos, *de quibus Virgil. l.7.* Æquora quique Cales linquunt. Hinc Calenum vinum.

CALESIA, *καλεσία*, Vrbs Italiæ, *Steph.*

CALESTRA, Oppidum est Thessaliæ ad mare situm, iuxta quod Axius fluuius in mare Ægæum defluit. *Herod. lib.7.*

CALETE, Ignobilis insula inter Samothracem & Chersonesum, *Pl. lib.4. cap.12.*

CALETI, vel (vt alij volunt) Caletes. Populi sunt Galliæ Belgicæ ad mare, contra Britanniam, quorum vibs à *Ptolemæo* Geforiacum nauale vocatur, hodie *Caleiz. Pl. li.19. cap.1.* Cadurci, Caleti, Ruteni, Bituriges, vltimique hominum existimati Morini, imò verò Galliæ vniuersæ, vela texunt. ¶Apud hos erat Itius portus, ex quo breuissimus erat in Britanniam traiectus, cuius frequens est mentio in Commentariis Cęsaris.

CALETRANVS AGER, non longè à Vadis Volaterranis in Thuscia. *Plinius*, in eadem parte oppidorum veterum nomina retinent agri Custumius, Caletranus.

CALIANASSA, & CALIANERA. *Vide* CALLIANASSA, & CALLIANIRA.

CALICADNVS, *Vide* GALYCADNVS.

CALICVLA, Vrbs Hispaniæ, *Ptol.* Calucula *Plin. dicta.*

Caliculus, *Vide* CALIX.

Cāliendrum, Ornatus est muliebris capitis, vel certè omnia ascititia, interpretatur *Aeron in illud Horat. 1. Serm.* altum Sapanæ caliendrum Excidere, atque herbas, atque incantata lacertis Vincula cum magno risúque iocóque videres.

Cālĭgă, penultima correpta, Tibiarum tegumentum. {*καλίγα*. GA. Chausse, botine & chaussure de guerre insques à my-jambe garnie de cloux. ITA. *Armatura dalle gambe, gambiere, calze.* GER. Gusse/hosen bis auff die waden. HIS. *Calça ò cierta armadura à vestidura de piernas.* ANG. *An hoze, or neather stock.*} cuius diminitiuum est Caligula. *Cic. 1. Phil.* Cum caligis & lacerna cucurristi. *Plin. lib.7. c.42.* Quanquam Massurius autor est, bis in triumpho ductum. Cicero multonem castrensem suffarraneum fuisse, plurimi iuuentam inopem in caliga militari tolerasse. ¶Caliga Maximini, vulgo dicitur est in homines insulsos & immodicæ procritatis. *Id Adagij refert Iulius Capitolinus in vita Maximini Imperatoris.* *Caligas Epicratis oratoris lasciui videtur Cicero accipere pro oratione lasciuiuscula, quum ad *Atticum. li.2.18.* sic scribit, Valerius absolutus est Hortensio defendente. Id Iudicium Attilio condonatum putabatur, & Epicratem suspicor, vt scribis, lasciuum fuisse. Etenim mihi eius caligæ, vt fasciæ crectatæ, non placebant. Ita interpres Bipt. Pius.

Cālĭgātŭs, ta, tum, adiectiuum. Caligis indutus. {*καμπαδούμβος*. GAL. Portant botines, chausse de telle chaussure. ITAL. *Calzato di tali calze.* GER. Mit solchen hosen oder stifften angethon. HIS. *Cosa armada de aquel la armadura.* ANG. *That hath hozeon.*} *Iuuen.* Venium caligatus in agros. ¶Dicebantur autem milites caligati, tenuissimæ sortis, & postremarum classium milites, qui ocreas æneas gestabant. *Autor est Liu. lib.1. ab Vrbe condita.*

Cālĭgārĭŭs, a, um, Quod pertinet ad caligas. {*ὀπὶς καμπιδούμβος*. GAL. Debotines, se mant aux botines. ITA. *Che serue à tali calze.* GER. Das solchet hosen oder stifften ist. HIS. *Cosa para aquella armadura.* ANG. *Belonging to hoze or neather stockes.*} *Plin li.10. cap.18.* In quibus pisces omnibus annis Virgiliarum ortu existunt squamis conspicui crebris atque præacuris, clauorum caligariorum effigie. *Idem lib.34.* Aliud breuitate sola placet, clausque caligariis. ¶Caligarius, artifex caligarum *apud Lampridium in Alex. Seuero.* Corpora omnium constituit vinariorũ, lanariorum, caligariorum & omnino omnium artium. *Iulius Firmicus Matheseos li.3.* Coriorum confectores, aut caligarij.

Cālĭgārĭs, & hoc caligare. {AN. *Belonging to hoze or neather stockes.*} Idẽ *Plin. li.22. cap.22.* Si enim caligaris clauus, vel ferri vel chalybis aliqua rubigo, &c.

Cālĭgo, penultima producta, Tenebræ, obscuritas, opacitas, aëris similitudo. {*אפל עדפל ḥaraphél.*} OEC. GA Obscurité, tenebrosité, esblouissemẽt. IT. *Nebia folta.* GER. Finsternus/Dunckle. HI. *Escuridad ò regnedad* AN. *Darkneſſe, din neſſe like miſſe. Virgil. 4 Æneid.* Quis globus ô ciues, caligi nevoluitur atra? [Experior ob oculos caliginem mihi obtigisse. *Plau. Mer. sc.4. a.2.* Caligine induxit. *Velleius.*

Cālīgonōsŭs, a, ũ, Obscurus, caligine tectus. {*אפל aphél. γνοφώδης, ὀμιχλώδης.* ANG. *Darke or verie obscure.*} *Cic. 1. Tusc.* vt penetret & diuidat omne cœlum hoc, in quo nubes, imbres, ventique coguntur, quod & humidum, & caliginosum est, propter exhalationes terræ.

Cālīgo, as. Cæcutio. {*חשׁה chaſchách. ἀμβλυώττω.* GAL. Estre esbloury, ne voir gueres clair. IT. *Oscugarsi.* GE Finster sähen/Dunckle augen haben. HISP. *Escurecerse, ò cegarse.* AN. *To be darke or dimme.*} *Pli. li.20. c.22.* Iungunt quoque scabras genas, aut caligantes cum melle. ¶Caligare in sole *apud Quint. lib.1. ca.2.* legitur, vel eleganter, ita & prouerbialiter dictum, pro eo quod est in re clarissima cęcutire: idque solet accidere vitiosis oculis qui nihil vident in luce quàm maximè perspicua, videlicet sensum debilem obruente vi splendoris. *Caligare ad aliquid, *Plin. lib.30. cap.1.*

Cālīgans, participip. {*ἀμβλυώττων*. ANG. *Dimme, darke.*} *Virg.4. Geor.* Et caligantem nigra formidine lucum Ingressus.

Cālīgātio, onis, verb. {*מאפליה מאפליות maapheljáh.* GA. Esblouissement. IT. *Offuscatione.* GE. Verfinsterung/ verdunckelung. HIS. *Escuridad, ò regnedad.* AN. *Darkneſſe, of dimneſſe of ſight.*} *Pli. l.20. c.6.* Aquilæ misto felle cum melle Attico iunguntur nubeculæ, & caligationes, suffusionésque oculorum.

CĀLĪGVLĂ, Dictus fuit Caius Imperator à caligis, quas margaritis refertas primus portauit: vel potius à caliga militari, qua frequenter in exercitu vtebatur ad conciliandos sibi militum animos. Id enim militibus gratissimum fore credebat, si Imperatorem vestibus nihil à gregario milite differre viderent. *Ausonius*, Caius cognomẽn caligæ, cui castra dederunt. In exercitu enim natus erat. [*Suet. in Calig. c.10.*] Caligulas *Cornutus in Persium* idem esse vult quod Crepidas, quibus Græci vtebantur: sed dubitandum non est quin diminutium sit à caliga, qua quum Imperator vteretur, minori fortasse quàm milites, dictus est Caligula.

Călim, Veteres pro Clàm vsurparunt. *Autor Festus.*

CALINGAE, Populi sunt Indiæ maritimæ, quorum fœminæ quinquennes feruntur concipere, octauum autem vitæ annum non excedere. *Autor est Plin. lib.6. ca.17.*

CALINGII, Arabiæ populi, quorum oppidum est Mariaba. *Autor Pli. lib. 6. cap.6.*

CALINGON, Indiæ promontorium. *Plin. lib.6. cap.20.*

CALINIPAXA, Indorum oppidum, non procul à Gange fluuio. *Plin. lib.6. cap.17.*

CALINVS, Statuarius, *cuius meminit Quintil.*

Călix, Poculum. {*כוס chos. κύλιξ*. GALL. Calice, coupe, hanap. ITAL. *Calice.* GERM. Ein trinckgeschirr/ein Kelch/ein becher. HISP. *Vaſo, come de vidro, para beuer.* ANG. *A chalice or cuppe.*} Ita dictum quòd eo calidam bibebant: nam & calidam, & frigidam conuiuiis veteres adhibebant. *Plautus in Captiu.* [*sc.3. a.4.*] Aulas calicésque omnes confregit, nisi quæ modiales erant. Quandoque ponitur pro maioti vase. *Cic. lib.1. Tuscul.* Quid? huic calyx mulsi impingendus est, vt plorare desinat. [Calicum genera *Mart. lib.14.*] ¶Quandoque pro vase in quo legumina & olera coquuntur. *Ouid. lib.4. Fast.* Stant calices, mihor inde fabas, olus alter habebat *Varro*, Calix à caldo, quòd in ea calidà puls apponebatur. ¶Multa cadunt inter calicem supremáque labra, *πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος καὶ χείλεος ἄκρου.* Adagium est, quo monemur, nihil tam certum sperari, neque quicquam esse vicinum, quod non repentinus aliquis casus queat interuertere, adeóque non esse tutum venturis fidere, vt vix etiam illa sint certa, quæ manibus tenemus. ¶Calices amariores, *Catullus Epigram.24.* Minister vetuli puer falerni, Ingere mi calices amariores. Citat sic *Gellius lib.7. c.20.* Vinum vetus intelligit. *Seneca Epist.64.* Quomodo in vino nimis veteri ipsa nos amaritudo delectat.

Călĭcŭlŭs, li, diminutiuum à Calice deductum, quum vas potorium significat. {*κυλικίον*. GA. Gobelet, petit hanap. IT. *Calicetto.* GER. Ein trinckgeschierle. HI. *Pequeño vaſo.* AN. *A litle chalice or cuppe.*} *Cat. de Re rustica* 108. Vinum si voles experiri, duraturum sit néche polentam grandé dimidium acetabuli in caliculum nouum indito.

Călla, Herbæ genus est aro simile, in arationibus nascens, vsúsque eosdem habens quos arum. ¶Est altera callę species, quam Anchusam nõ nulli, alij Rhinochusiam appellant. *Vide Plin. lib.27. c.9.*

Căllæ, *καλλαὶ*, Gallinaceorum barbę dicuntur, eò quòd colorem purpureum, quem *κόκκινον* Græci dicunt, imitantur. *Vide Callim. Rhodig. li.11 c.16.* ¶Sed melius sic scripsisset Rhodig. *κόκκιον, τὸ*, barba seu palea galli gallinacei. Nam *κόκκιον* dicunt Gr. non *κόκκινον*. & de colore quod addidit, autorem quære.

[Callaicæ, genus vestis, *Mart. Epig.139. lib.14.*]

CALLAICI, *καλλαϊκοὶ, οἱ Ptol. lib.2 c.9.* appellantur Hispaniæ Tarraconensis populi, ad Occidentalem Oceanum siti, Artabris & Asturibus finitimi: qui à Plinio Galleci appellantur.

Căllăis, idis, *καλλαὶς*, Gemma est ex viridi pallescens, oculi figura extubérans, leuitérque adherens petris, non vt agnata, sed vt eisdem appositа. Nascitur in finibus Indię, amplitudine conspicua, sed fistulosa, & fordium plena *Vide plura de hac gemma apud Pli. li.37. c.8.*

Callarias, Piscis est mari peculiaris, ex asellorum genere, nisi minor esset. *Vide Plin. lib.32. ca. vlt.*

Calleo, Callens, *Vide* CALLVM.

CALLET, Oppidum vlterioris Hispaniæ, in conuentu Gaditano. *Autor Plin. lib.3. cap.1.*

CALLIAE, *καλλίαι*, Vna ex tribus Ætoliæ vrbibus, *teste Steph.*

CALLIANASSA, *καλλιάνασσα*, & Callianira, *καλλιάνειρα*, duo Nympharum marinarum nomina: alterum à bene imperando, alterum à viris honestandis dictum.

CALLIARVS, ri, *καλλίαρος*, Locrorum oppidum, ita dictum à Calliaro Oedoci & Laonomes filio: vt ex sententia Hellanici tradit *Stephanus. Meminit huius oppidi & Strabo lib 9.*

CALLIAS, *καλλίας*; Atheniensis poëta fuit, Comœdiarum scriptor, quem Schœmon appellatum fuisse Suidas tradit, quòd ob paupertatem funes torqueret. ¶Callias item Lacoplutus cognominatus, dux Atheniensium nobilis, contrà Artaxerxem missus. *Autor vtriusque Suidas.* ¶Callias Methymnæus Grammaticus, quem *Strabo* dicit Alcæum, Sapphóque poëtas enarrasse.

Callĭblĕphărŏn, *καλλιβλέφαρον*, Medicamen accommodatum vitiis oculorum,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

oculorum,præsertim cum palpebræ cohæreſcunt,& vlcera oculorum malè curata ſunt. *Plin lib.23.cap.4.*

Callicia,Herba,qua Pythagoras aquam conglaciari tradidit. *Vide Plin. lib.24.cap.17.*

CALLICRATES,καλλικράτης,Sculptor fuit,qui formicas, & id genus mira animalcula,tam parua fecit ex ebore,vt earum pares cerni non poſſent. *Vide Plin.l.36.c.8.*

CALLIDORVS,καλλίδωρος,Viri proprium nomen, quaſi munus pulchritudinis

CALLIDROMVS,καλλίδρομος,Mons eſt iuxta Thermopylas,*Pli.li.4.c.7.*

Callielæa καλλιελαία,Olea ſatiua. *Vide Ruel.li.1.c.104.*

Callĭdŭs,Callide,Calliditas, *Vide* CALLVM.

Callĭgŏnŏn,καλλίγονον,Herba eſt(quam nonnulli Sanguinariam dicunt)à multitudine ſeminis,& denſitate fruticis ſic dicta. *Plin.lib.27. c.32.*Dicitur & Polygonon.

CALLIMACHVS,penultima correpta,καλλίμαχος, Nomen poëtæ Cyrenenſis, qui apud Græcos princeps inter Elegiacos habetur. ¶ Fuit & alius hiſtoricus Ægyptius, filius Batti & Meſamæ,diſcipulus Hermocratis Iaſei Grammatici. Vixit *apud Ptolemæum* Philadelphum vſque ad Euergeten,bibliothecæ regiæ præfectus. Omne poëmatis genus attigit. In aduerſarium poëma acerbiſſimum ſcripſit, quem ficto nomine Ibin appellat: vnde *Ouidius* poëta nomen & argumentum mutuatus eſt. Edidit elegias quoque & epigrammata, & hymnos, aliáque complura. *Ex Suida.* Horum omnium nihil extat præter elegiam vnam in lauacrum Palladis, & quoſdam hymnos in deos. ¶Callimachus alius ſculptor fuit,qui ſe πύξινον nominari voluit,quaſi artis interpolatorem,& qui eam in tenuiorem exquiſitioremque diſciplinam reduxiſſet. πύξινον enim liquefacere. conflaréque eſt.Nam ipſe primus lapidem perforauit,minutatímque tractauit. *Autor Pauſanias.*

Callĭmŭs,καλλιμος, Lapis eſt ex genere aëtitarum : *de quo Plin.libr.37. capite 21.*

CALLINICVS,καλλίνικος,Sophiſta Syrus,vel Arabs, quí Athenis profeſſus eſt. Scripſit de cacozelia,de Rhetorica ad Cleopatram,de rebus geſtis Alexandri,& alia quædam. *Autor Suidas.*

Callion,καλλιον,συρυχὸς ἐστιν ἁπλῶς, Herba eſt,quam aliis nominibus Solanum ſomniferum,Halicacabum,& Veſicariam appellant. *Vide Plin. lib.21.c.31.*

Callĭōnўmŭs,καλλιώνυμος,Genus piſcis,cuius fel cicatrices ſanat,& cruentes oculorum ſuperuacuas conſumit. *Plin lib.32.c.7.*

CALLĬŌPĒ,pen.cor.καλλιόπη. Vna Muſarum,& quidem præſtantiſſima, quæ etiam Calliopeia,καλλιόπεια dicitur:ſicut Penelope Penelopeia:à pulchra voce dicta.Præeſt heroicis verſibus. [*Ouid.Bleg.1.lib.2.Triſt.* Quem mea Calliope læſerit vnus ero.]{GE.eine auß den neun Muſis/ hatt den nammen von der guten vnd feine ſtimm. } ¶Eſt item Calliope, oppidum Parthorum. *Steph.*

[Callipho,nomen ſenis. *Plau.pſeu.ſc.4.a.1.*]

CALLIPIA,καλλιπία.Fons eſt Epheſiorum, *apud Plin.lib.5.c.29.*

CALLIPIDAE,καλλιπίδαι,populi Scythici,Hypanim fluuium accolentes, *vt autor eſt Herodotus.*

[Callipides quidem prouerbio locum fecit qui cubiti menſura non longius progrediebatur. *Suet.in Tiber.cap.*38.]

CALLIPOLIS,καλλίπολις , Vrbs Thraciæ in extremo Helleſponti,è regione Lampaſci,à quo quadraginta tantum diſtat ſtadiis : *vt ſcribit Strab.lib.* 3.¶Eſt item Callipolis Peloponneſi ciuitas,in tractu Occidentali,non procul ab Araxo promontorio, inter Cyllenem & Patras:*cuius meminit Pompon.Mela li.*2. ¶Callipolis præterea inſula eſt maris Ægæi,vna Cycladum,quæ notiore nomine Naxus appellatur. *Autor Plin.li.4.c.12.*

CALLĬPŎS,καλλίπος, Philoſophus, qui honeſtati voluptatem adiunxit, ſicut & Dinomachus.

CALLĬPPŸS,καλλίππος,Athenienſis,Platonis auditor,interfectus à Syracuſanis,quòd tyrannidem poſt Dionyſium aggrederetur, Dionémque patriæ liberatorem prodidiſſet. *Plutarch.in Dione.*

CALLĬRŎĒ,καλλιρόη,Fons apud Athenas.*Papin.li.*12.*Thebai.* Et quos Calliroë nouies errantibus vndis Implicat.Hic poſtea à tyrannis reparatus,ἐννεάκρουνος dictus eſt.*Valla ex Thucy.* Nouē fiſtulas vertit.*Martianus de hoc fonte*,Fontes mulri Atticę, inter quos Calliroë prædicatur.

CALLĬRŎĒ,item Lyci crudeliſſimi tyranni filia fuit,quę Diomedem liberauit ab inſidiis patris,qui hoſpites omnes immolabat,à quo quum ſe deſertam videret,vitam laqueo finiuit.¶Fuit item Calliroë,Acheloi fluminis filia,quæ Alcmæoni nupſit,*vt ſuprà docuimus in dictione* ALCMAEON.

Calliſcere.*Vide* CALLVM.

CALLĪSTĒ,καλλίστη,Inſula maris Ægæi , Vna Sporadum, alio nomine Thera appellata. *Autor Plin.lib.4.c.12.*

Calliſtephanos,καλλιστέφανος,Genus eſt oleaſtri,quo victores Olympiorum coronabantur:vnde & nomen accepit. *Author Pauſanias.*

CALLĪSTHĒNĒS,pen.corr.καλλισθένης, Nomen Philoſophi Olynthii Alexandro Magno familiaris, eiuſdémque ſub Ariſtotele condiſcipulus,quem ille poſtea in Aſiam accerſuit, vt res ſuas memorię prodęret. Huic nocuit immodica libertas,grauitáſque inuiſa Regi,quum haudquaquam aſſentantium accommodatus ingenio eſſet. Nam quũ Alexander ex Perſico bello arrogantior factus, regio more adorari vellet, acerrimus inter recuſantes Calliſthenes fuit, palàm dictitans, Alexandrum non adorandum eſſe: quę res & illi & multis principibus Macedonum exitio fuit.Si quidem Alexander Calliſthenem propter adorationis Perſicæ interpellatum motem, coniurationis conſcium fuiſſe criminatus eſt,eúmque truncatis membris, abſciſſiſque auribus,ac naſo,labiiſque deformatum , cum cane in cauea clauſum circunferri iuſſit:diúque tortum tandem necauit. *Vide hæc latiùs apud Quintum Curtium de geſtis Alexandri.*

CALLĪSTŌ,ûs,καλλιστώ,Lycaonis Arcadię regis filia,quæ à Ioue compreſſa,grauidáque effecta,quum vnà cum Pallade lauaretur, tumore vteri prodita,& ab ea repulſa, Arcadem filium in ſyluis peperit : à quo poſtea Arcadia dicta eſt.Hæc poſtea à Iunone in vrſam commutata, & Iouis miſeratione in cælo collocata maiorem efficit vrſam:quę & Arctos à Græcis dicitur,*Propert.lib.*2.Calliſto Arcadios ereuerat vrſa per agros: Hæc nocturna ſuo ſidere vela regit.

CALLISTRATVS, pen. corr. καλλίστρατος, Nomen ſtatuarii,*cuius meminit Plin.lib.*24.*c.*8.

Calliſtruthiæ,ψυχρότητα,Ficorum omnium frigidiſſimę. *Plin.lib* 15.*c.*18.

CALLISTVS,κάλλιστος, Libertus fuit Claudii Cæſaris potentiſſimus,qui ipſum etiam Craſſum opibus longè ſuperauit.Hic ſcenam Romæ ædificauit, triginta ſolidis ex onyche columnis ſultam. *Vide Plin.lib.*36.*c.* 7.*& lib.*33.*c.*10.

CALLISTVS,Vnus inter comites Iuliani principis expedit.onis. heroico verſu eius hiſtoriam conſcripſit. *Volaterr.*

CALOENVM,*Vide* Calenum & Caleni.

CALOACTIES,*Vide* καλοακτίη.

Callitrichon,καλλίτριχον Herba eſt,quæ alio nomine Polytrichon dicitur,quòd multos & pulchros crines nutriat.nam in vino cocta cum ſemine apii,adiecto oleo copioſè,& fluere capillum prohibet,& criſpũ denſúmque facit. *Dioſcorides* Adiantum appellat:quo nomine & *Plin. vtitur libr.*22.*c.*21.Aliud(*inquit*)adianti miraculum:æſtate viret :bruma non marceſcit:aquas reſpuit perfuſum,merſúmq; ſicco ſimile eſt: tanta diſſociatio deprehenditur: vnde & nomen à Græcis , aliquin frutici topiario.Quidam Callitrichon vocant,alij Polytrichon:vtrunque ab effectu.*Hæc ille.*¶ Legitur & nominatiuus Callitrix. *Idem lib.* 26.*c.*14.Aſtragali radix in puluerem trita , humidis vlceribus prodeſt: item callitrix decocta in aqua.

Callithrix,icis,καλλίτριξ,Animal eſt ex genere ſimiarũ,à pili pulchritudine ita dictum. *Plin. lib.* 8. *cap.* 54. Callithrices toto penè aſpectu à ſimiis differunt : barba eſt in facie: cauda latè diffuſa primam partem. Hoc animal negatur viuere in alio , niſi Æthiopiæ , quo gignitur, cælo.

Callitrix,icis , Herba quæ decocta in aqua,humidis vlceribus prodeſt; *Plin.lib.*25.*c.*14.

Callius,mas Tripolicum, *Dioſc.lib.*4.*c.*136.

Callos,κάλλος,Pulchritudo,honeſtas.

CALLŌN,κάλλων,Statuarius nobilis fuit,qui 87. Olympiade floruit: *teſte Plin lib.*34.*c.*8.*& Quint.l b.*12.*c.*10.

Callŭs,in maſculino genere,& Callum,li , (vtroque enim modo dicitur)Eſt cutis labore viæ pedibus,aut alio opere in manibus, partéve alia corporis denſior facta,cuiuſmodi eſt in ſuis roſtro,ceruice bouis, animalium plantis,& duritia illa quæ in manibus ex labore naſcitur. τύλος,τύλη.{GAL. Cal,durillon,quand la peau eſt endurcie,comme és mains par trop labourer,& aux pieds par trop cheminer.ITAL. *Callo, picciola durezza nelle mani per lauorare,ò ne i piedi per caminare troppo.* GE.Harte/dicke/oder ſchwullechtige haut / die von vil gehn oder vil arbeit erhartet.HISP.*El callo de pie ò mano ò de otra parte.*ANG.*Hardneſſe in the skinne throngh muche labour.*}[Pernam,callum,ſumen,facite inaqua iaceant.*Plaut.pſ.ſc.*2.*a.*1.]*Plautus in Perſa*,Plus calleo,quàm aprugnum callum callet.Eſt autem Callum aprugnum caro apri calloſior, & ob id ſaporis iucundioris. ¶*Et in Captiuis ſc.*2.*a* 4. Quanta ſumini abſumedo?quanta callo calamitas? ¶Vnde Callum obducere dolori, vel labori,per metaphoram dicimus,pro eo quod eſt longa aſſuetudine ita nos comparare,vt laboris,vel doloris moleſtiam non admodum ſentiamus.*Cicer.lib.*9.*epiſt.ſamil.*Conſuetudo diuturna callum iam ob duxit ſtomacho meo.*Idem* 2.*Tuſc.* Et ipſe labor quaſi callum quoddam obducit dolori.τυλοῦται.[Ingenio alendo callum inducere. *Quint.* Callum videtur duxiſſe triſtitia.*Senec.cap.*2.*de Conſol. ad Marc.* Item Calli in corpore ex prurigine.*Suet.in Auguſt.c.*80.]

Callus,eſt ſubſtantia lapidoſa & rigida,compactáque,alba,atque expiratione priuata caro. Vnde etiam dolorem non ſentit : quippe quum neque vena neque neruus ipſam pertingat. Curationem eius vide *apud Paulum lib.*6.*c.*77.

Callōſŭs,adiectiuum,Durus,callis plenus.{τυλώδης:. GA. Plein de cals & durillons,dur comme vn cal,rabouteux. ITA.*Pieno di calli* GERM. Das hart vnd dick iſt.HI.*Coſa llena de callos.*AN.*Hard ſleninck throngh labour.*}*Col.lib.*3.*c.*1.Humido loco ſciet non rectè mandari fructus teneri & amplioris acini,ſed calloſi,& anguſti.*Autor Carminis ad Piſonem,quod Ouid.à quibuſdam tribuitur*,Humida calloſa quum pinſeret hordea dextra.

Callĕo,les,lui,propriè Calloſus ſum.{τυλόω.GA.Auoir des cals & durillons.LT. *Far il callo.*GE Harte oder ſchwullechtige haut haben an henden oder füſſen.HISP.*Hazer callos,Ser calloſo ò tener callos.*AN.*Te be hardnedni the skiner throngh long vſe.*}*Pl.in Pſ.ſc.*2 *a.*1. Neque ego hominesmagis aſinos vnquam viditita plagis coſtæ callent : quos dum ferias,tibi plus noceas. ¶Transfertur & ad animum. *Cic.Sulpitio*, Aut qui non in illis rebus exercitatus animus callere iam debet. ¶ Interdum Callere,eſt perfectè ſcire.{יָדַע *iadháh.*εἰδέναι. GAL. Sçauoir par experience quelque choſe,l'entendre bien. ITA. *Sapere perfettamente.*GERM.Ein ding wolſtönnen/eines handels woſ bericht ſein. HISP. *Saber muy bien.*AN.*To know well,to perteine.*} quod ſicut pes vel manus ex longo labore callum acquirit,ita mens longa experientia colligit habitum quendam rerum,in quibus verſatur.Et ſic neutrum tranſitiuum eſt.*Perſius*,Dicenda,tacendáque calles.*Horat in arte*, Legitimúmque ſonum digitis callemus & aure [*Plaut.Moſt.ſc.*3.*a* 1 Vt perdoctè cuncta callet.]¶ Huius compoſitum eſt,Occalleo: à quo Occalleſco,*de quo ſuo loco.*Callere,cum infinitiuo. *Horat.*4.*Carmode*,9.- qui deorum Muneribus ſapienter vti,Durámque callet pauperiem pati.Id eſt,ingeniosè nouit.*Acron.* Sic *Lucret.lib* 2. Multáque de rerum natura dicere callent.

Callens,nomen.*Plin.lib* 21.*c.*31 Halicacabi radicem bibunt qui ſunt vaticinandi callentes.ANG.*which perceiueth andknaweth weel.*}[Callens vtriuſque linguæ *Gel c.s.l.*1]

Calliſcĕrĕ,veteres dixerunt pro calleſcere,ſiue occalleſcere. *Cat.* Aures nobis calliſcunt ad iniurias,id eſt,occalleſcunt.*Nonius.*{AN. *To waxe hard in the skinne by labour.*}

Callĭdŭs per duplex,ll,Aſtutus:differtque à verſuto,quòd callidus ſit ille (*vt ſcribit Cic.*)[3.*de Nat.Deorũ.*]cuius animus vſu,vt manus opera cõcalluit:Verſutus,cuius mens celeriter verſetur.{πανοῦργος. GA.Fin,caut,ruzé,bié apris,prudẽt.IT.*Scaltrito,aſtuto.*GE.Klug / Geſchwind/liſtig.HI.*Aſtuto y recatado.*AN *VVi ie,guile full,craftie*}*Ci.*4. *Acad.*Ego enim,vt agitator callidus priuſquã ad finẽ peruenią equos ſuſtinebo.*Callidus ad aliquid *Cic.pro Cluentio*, Quòd hi ad fraudẽ calli-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

di sunt.[*Plaut. Asi. sc.7.a.1.*Ad suum quæstum quemque callidum esse oportet.*Idem Asin. sc.1.a.2.*Qui ad heri fraudationem callidum ingenium gerunt.*Plau. Asin. sc.1.a.2.*Aliquas perducet callidus arte:(εἰρωνικῶ.)*Ouid. l.13. Met.*Non videor vidisse lunam callidiorem alteram,*Pla. Most sc.3.a 1.*]*Cum infinitiuo.*Horat.3.ode 11.*Tuque testudo resonare septem Callida neruis.

Cāllidē,adueribium,Astutè,vafrè,malitiosè.{πανούργως.GA.Finement, par ruze.IT.*Astutamente,accortamente.*GE.Listiglich/behendiglich. HIS. *Astuta y recadamente.*ANG.*Guilefullie or trafielie.*}*Cic.de Orat.*Calli de,argutéque dicere.*Idem 2.de Fini.* Sed omnia callidé referentem ad vtiliratem.

Cāllidĭtās,atis,Vafritia,astutia.{ערמה *hormáh.*πανουργία.GAL.Finesse,ruze.IT.*Accortezza,astutia.*GE.Geschwindigkeit/Listigkeit.HI.*Astucia y recatamiento.*AN.*Guile,deceir,trafiuesse.*}*Cic.1.Offic.*Scientia,quæ est remota ab iustitia, calliditas potiùs quàm sapientia appellanda est.

Cāllĭs,lis,callo perdurata.{מסלה *mesilláh.*τρίβος.GALLIC. Chemin frayé.ITAL.*Calle,strada.*GE.Ein gebanneter weeg.HIS. *Camino hondo y estrecho.*ANGL. *A path,or footway.*}*Virg.li.8.* Rara per occultos ducebat semita calles. *Idem* 4.Æn.-prædámque per herbas Conuectant calle angusto.

Cālo,as,Verbum antiquum à Græcis deductum,idem significans quod voco.[*Gel.capi.27.lib.15.*]{קרא *kará* καλέω,καλῶ.GALLIC.Appeler.ITA. *Chiamare.*GERM.Ruffen/nennen.HISPA.*Llamar.*ANG.*To call.*}Hinc dicta sunt Comitia calata, quæ pro collegio Pontificum haberi solent,aut Regis sacrorum,aut Flaminum inaugurandorum causa.Dicta autem sunt Calata comitia,quod classes per ordinem calarentur,hoc est,vocarentur. Equites enim vocabantur primi: octoginta deinde primæ classis centuriæ, & deinceps suo ordine cæteræ inferiores classes.*Budæus.*Itaque omnia comitia Calata à veteribus appellabantur.Hinc & calendæ dictæ sunt,*vt Macrobius scribit lib.1. Satur. capite* 15.

Cālātor,pen.prod.*Fest.*Calatores serui ἀπὸ τοῦ καλεῖν,quia semper ob necessitatem seruitutis vocari possent.[Harpax calator meus est ad te qui venit.*Pl pseu sc.2.a.4.*]

*CALON,statuarius,cuius meminere *Quin l.12.& Pli.c.9.li.34.*

Cālōnēs,{καλοποδία,calcei ex ligno facti.*Festus.*GA. Sabot ou galloche. ITA.*Zoccolo de legno.*GER.Holtzschuch.HI.*Sabato hecho demadera.*AN *Petten,of shooes of woode.*}

Cālōnēs, penul.prod. {חטבי עצים ושאבי מים *chotebé hetsim veschabe majim.*σκυτοτόμοι G.Les goujas des gẽdarmes.IT.*Seruitore di gente d'arme* GE.Troßbuben.HI. *Los leñadores que lieuan leña al real.*ANG. *Souldieurs staues.*}serui militum castra sequentes dicuntur,qui clauas ligneas,& fustes gerebant,vel qui militibus ligna subministrabant,καλοφόροι.*Horat.*Hunc peninxerunt calones atque caballi. *Liuius 3.Bell. pun.*Impedimenta subsequi iussit.calones,l'xásque,& inualidos milites vallum ferre.Quidam tamen Calones à calando deriuant:quòd ad ministerium aduocare naturali à Calendis,quod Calendarum die cibaria caperent pro toto mense.

Calŏphantă,καλοφάντης.*Plau in Curc.*Ædepol nugatorem lepidum lepide hunc nactu'est Phædromus,Calophantam ac Sycophantam magis hunc dicam nescio Videtur autem hoc nomine appellari qui in speciem apparet bonus, quum sit malus,quales Græci χρησιλογους vocant.*Aristatus* παρέργων.XI.

Călŏpŏdĭŏn,καλοπόδιον,Calceamenti lignei genus est,quod alio nomine dicimus Soccum,& per diminutionem Socculum.

Calŏpŭs,καλὸς ὄπους,Animal Syriæ,iuxta Euphratem habitans:austerum ac velox,cornibus longis,quibus arbores deiicere fertur.

Călŏr,& Caliditas,{חם *chom,*θέρμη καλία.GA.Chaleur.ITA.*Calor.*GER. Werme/hitz.HIS.*Calor naturalò de estera.*ANGL. *Heat.*}idem significant:à calendo.*Plin Mil.*-nam mihi nimius calor Comburebat guttu rem [At medio est Phœbi semper subiecta calori.*Tibul.lb.4.*] Calor, pro festinatione operis *Virgil.1.Georg.*Magnáque cum magno veniet tritura calore.*Vbi Seruius*, per calorem festinationem operis significat:vt alibi,Feruet opus,vt ostendat,eo anno pro copia frugum festinatam & studiosam trituram futuram.¶Hactenus ille. Potest tamen aliter exponi. Calorem atque impetum sequi.*Quint.*Id calore cogitationis extinguit.]

Căldor,doris,idem quod Calor.θέρμ.{ANG.*Heat.*}*Varro li.1.de Re rust. capite* 55.Olea lecta,si nimium diu fuerit in aceruis,caldore fracescit, & oleum fœtidum fit.

Călĭdŭs,a um,à calore fit.Modò feruentem significat.{חם *cham.*חם *chõ.* θερμός.GA.Chaud.IT.*Caldo.*GE.warm.HIS.*Caliente.*AN.*Hoat,or warme.*}*Virg.Æn* 9.Voluitur ille vomens calidu de pectore flumen.¶Modò ferocem,inconsultum.*Pacuuius,*Caue sis,ne nimis calidè loquaris & turbam concites.¶Modò velocem.*Varro,*Quum hæc dixisset, ecce calidus quidam nauicularis irrumpit in curiam.[Cedo calidum consilium citò.*Plautus Merc sc.2.a.2.*Calidum bibunt.*Pl.Curc.sc.3.a.2.*Calida & audacia consilia,*Liuius.*]Dicitur & Caldus per syncopen.*Martial.*Frigida non deerit calda petenti.

Căldārĭum,Alueum quo aqua calida hauritur:vel in quo aqua igni admouetur.{דוד *ludh.*λέβης,ἀπνοκέδιον.GALL. Chaudiere. ITALIC.*Caldaio.*GERMANIC.ein kessel.HISPANI.*Caldera.*ANGLI.*A cawdron or kettle.*}In balneis item Caldarium erat locus in quo calida lauabantur:quemadmodum Frigidarium,in quo frigida:& Tepidarium in quo tepida.

Căldārĭus,a,um:vt,Caldaria cella,in qua calida lauabantur.*Plin.li.5. Ep.* Frigidariæ cellæ connectitur media:cui sol benignissimè præstò est, caldariæ magis:prominet enim.¶Caldarium æs,ex quo caldaria, hoc est,aliena fiebant *Plin.lib.34.c.8.*

Călĕŏ,les,lui,per simplex l,Ferueo calidus sum. { חם *chamán.*יחם *iachám.*θέρμομαι.GALLICE.Estre chaud.ITALIC.*Scaldarsi.*GERMAN. Heiß oder warm sein HISP *Escalentarse.*ANG.*To be hoate.*} *Plaut. in Rud.*Ostibi calet.*Virgil 1.Æneid.*Centum calent aræ, [Iámne illum tomesus es,dum recens est,dum calet?*Plaut pseud.sc.7.a.4.* Conciliatis animis Iudicum & iam calentibus.*Quintilian.*] ¶ Calere dicitur res per translationem,dum adhuc recens est.*Plaut. Pœn.*Ate nim nihil est,nisi dum calet,hoc agitur. Tracta metaphora à fabris ferrariis,qui ferrum candens simul ac igni exemerunt, statim cudunt, ne mora interposita durum fiat,& intractabile.¶ Aliter tamen calere res *apud Cicer.accipitur 3.in Verrem,*Posteaquam satis calere res Rubrio visa est:quæso(inquit)Philodame,&c.id est,vbi vidit eos inflammatos & accensos multa comparatione. Calere pro desiderare,*Stat. 4.Thebaid.*Arma,tubas audire calens.*Fœmina aliqua seu puella calere.Horat.*4. *Carm.ode* 21.Non enim post hac alia calebo Fœmina. ¶Composita sunt Concaleo & incaleo.¶Caletur,impersonale,à Caleo.[*Plau.Capt.sc.1.a* 1.

Călēfăcio,is,Calidus,vel calidior fio,{חם *chamán* יחם *iachám.*θερμόνομαι GAL.S'eschauffer,deuenir chaud.ITA.*Scaldarsi.*GERM. Heiß oder warm werden.HIS.*Escalentarse.*ANGL.*To waxe hoate.*}*Plin.li.20.c.21.* Succúsque tribus modis exprimitur in fictili, calescítque in eo sole modicè.*Ouid 6.Fast.*Est Deus in nobis,agitante calescimus illo.

¶ A quo Concalesco,& Incalesco.

Călefăcio,& Calfacio,Calidum reddo.{חמם *chimmém.*θερμόνω.GALLI. Eschauffer.IT.*Scaldare.*GE.wermen/heiß oder warm machen. HIS. *Calentar à otra cosa.*AN.*To make hoat to warme.*}*Plin.lib.21.c.20.*Chrysochomes radix calfacit & stringit.*Cicero 2.de Nat. Deo.* Partim ad calefaciendum corpus igni adhibito.[Calefacimus forum, *Sue.in Aug. c.71.*Aut humilem grato calfacit igne focum.*Ouid.4.Fast.*]¶Transfertur ad animum,*Cic.ad Quint. frat.lib.3.*Eodem die Gabinium ad populum luculenter calefecerat Mammius, id est,vexarat,exagitarat. Hinc Excalfacio:à quo Excalfactorius,a,um, θερμαντικός. Idem excalfactorias habet vires. Concalfacio,calidum reddo.συνθερμόνω.*Cic.2. de Orat.*Et ait idem,quum brachium concalfecerit, tum se solere pugnare.

Călĕfactĭo,θέρμανσις.Calefactus,*Plin.Secundo D.lib.32.Tit 1.l.36.*Videri testatorem super calefactionis & præbitionis onus,de his quoque sensisse.Calefactiones thermarum,*apud Hermogenianum D.lib.vlt.Tit.4.l.1. & l.4.*Calefactio publici balnei.

Călĕfactŭs participp.{מחמם *mechammam.*θερμαντὸς.GA.Eschauffé.ITAL. *Scaldato.*GERM.Gewermbt/warm gemacht.HIS.*Escalentado.*ANG,*Made hoat or warmed.*}*Ouid in Ibin.*Vtque petit primò plenum flauentis arenæ Nondum calfacti velitis hasta solum.

Călfactŭs,nomen {חמה *chammáh.*GALLIC.Eschauffement.ITAL.*Scaldamento.*GERM.erwermung/verhitzigung.HISPA. *Escalatamiento.*ANG. *Heating or warning.*}*Plin.lib.29 c.3.* Cibo quot modis iuuent, notum est,quum transmeent faucium tumorem, calfactúque obiter foueant.

Călfăcto, as, are, {θαλωῶ ἐκ θερμαγωγῆς. ANGL. *To mak hoate,to warme often.*} *Horat. 2. epist.* Sub noctem gelidam lignis calfactat ahenum.

Calefio, Calidus fio,sub voce neutrali passiuam habet significationem. {חמם *chamám* יחם *chátham.*θάλπομαι.GALLI.Estre eschauffé,deuenir chaud.ITA.*Scaldarsi.*GER.warm werden HI.*Ser escalentado.*ANG.*To be made hoat,to waxe hoat.*}*Cic.ad Attic.lib.2.* Balneum calefieri iubebo. A quo Concalfio,& Excalfio.

Călŏrĭfĭcŭs,a,um, Quod calorem facit. {מחמם *mechammém.*θερμοποιὸς GAL.Chose qui eschauffe.IT.*Cosa que scalda.*GER. *Das hitz oder werme macht.*HISP.*Cosa que haze calor.* ANG. *That doeth heath,or warmeth.*}sicut à Frigore Frigorificus.¶*Gell.lib.17. cap.* 8. Oleum quoque calorificum est.

Καλὸς λιμήν,id est,bonus portus:ita Græci nominarunt(à re scilicet,vt solent frequentissimè)Scythiæ Europææ portum in Euxino super Tauricos.*Pompon.lib.2.*

CALOSTOMA,καλόστομα,vel καλὸν στόμα,commemoratur à *Plin.lib.4.ca.12.* inter Danubii fluuii ostia.*Vide supra in dictione* BOREOSTOMA.

Călpăr,κάλπη,Dolium,& vini genus,quod sacrificii causa è dolio emittebatur,priùs quàm degustaretur. *Varro lib.1.de vita pop. Rom.* Quia antequam nomen dolii prolatum esset, quum etiam id genus vasorum Calpar diceretur,id vinum Calpar appellatum. *Festus* docet esse genus vasis fictilis.

CĂLPĒS,κάλπη, *Stepha.*Bithyniæ portus est prope Rhesum fluuium,& Sangarium.*Autor Plin.lib.6.c.1.*

¶ *Straboni* tamen amnis est:*sic enim scribit lib.*12.Inter Chalcedonem & Heracleam multi amnes fluunt,è quibus est Psillis,& Calpas,& Sangarius,&c.

CĂLPĒ,κάλπη, Hispaniæ mons,circuitu non magnus,altitudine ingens, oppositus Abylæ monti Africæ,altera ex columnis Herculis, in cuius radicibus vrbs est nomine Calpe,*vt inquit Strabo,*quo etiam nomine dicta est insula in occasu post Gades,angusto discreta freto. Vulgò *Monte Gibaltar.* { GERM. Ein hoher spitziger berg/einer auß den seulen Herculis.

CĂLPHVRNĬA,Mulier fuit importunissima,quæ sexus sui verecundiæ oblita,per seipsam causas egit,adeóque molestam se iudicibus præbuit vt occasionem dederit edicti,quo cautum est, ne mulieri in posterum causas agere liceret.*Vide Iurisc.*

CĂLPHVRNĬVS BESTIA,Nobilis fuit Romanus,qui pecunia corruptus rem aduersus Iugurtham malè gessit. Huic à M. Cæcilio accusatore obiectum est,quòd vxores suas dormientes interemisset,*Vide Plin.lib. 17.c.2.*[Calphurnii(siue Calpurnii)dicti à Calpo Numæ filio. *Plutar. in Num.*]

Călthă,χρυσάνθ. ANG.*Marigold.*} Viola est lutei coloris. *Virg. in Bucol.* Mollia luteola pingit vaccinia caltha.*Vide latiùs apud Plin.lib.21.ca.6.* Vulgus Gallorum *Solsiam* vocat,quasi solsequiam.

Călthŭlă,læ,Vestis à caltha viola coloris lutei.*Plaut,*Indusiatam, pœnulam,calthulam,ac crocotulam.

Călua,ę,Dicitur os capitis,vbi capilli esse consueuerunt.{גולגלת *ghulghôleth.*κρανίον.GA.Le test de la teste,ce qui ouure le cerueau.ITA. *Crepa,osso della testa* GER.Ein hauptschedel.HIS.*La calauerna.*ANG.*The scull or bare scalpe of the head.*} *Mart.* Psilothro faciémque lauas & dropace caluam.[*Item Liu.li.3 bel.pun.*

Călŭārĭă,Totum caput carne nudum:& tam de brutis, quàm de hominibus dicitur,κεφάλεια.{AN.*The scull of the head.*}*Caper* Caluam vocat.*Palladius,*Equæ caluaria,sed non virginis, intra hortum ponenda est,vel potiùs asinę.¶Caluarię descriptionē *vide apud Celsum lib.8.c.1.* ¶Et Caluarię,loca sepulturę publica,τολυανδρία,seu loca in quib. supplicio afficiebātur dānati ¶Caluaria piscis etiā est,*Pli.*Orbis,ὄρκυς *Ar. Ap in Apol.*Tā ridiculū argumentū fore,quàm si dicas,venandis apris piscem Apriculum,aut eliciendis mortuis marinā Caluariā. *Ennius in*

Phagitico

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Phagiticis, Corcyræ polypus, Caluaria pinguis A carne. Sic enim legendum, *teste Gesne.o.*

Căluāstĕr, Subcaluus, cui capilli partim deciderunt ἀναφαλαντίας. {ANGL. *A balde man.*}

Căluātă vinea, In qua vites quidem sunt, verùm paucæ, taræque, vt in caluitio capilli. *Plin.li.17.c.22. Cato de Re rust.cap.33.*

Căluĭtĭēs, & Caluitium, Defluuium capillorum à capite: seu locus capitis, ex quo capilli defluxerunt. {קרחת *korchâth*, φαλάκρωσις, φαλακρότης. GAL. Chauueté. ITA. *Calue zza*. GER. Kalheit des haupts von des hars ausfallen. HI. *Caluez za di cauellos*. ANG. *Baldenesse.*} *Sue. in Cæs.* [*ca.45.*] Caluitij verò deformitatem iniquissimè ferebat, sæpe obtrectatorum iocis obnoxiam expertus: ideò deficientem capillum reuocare è vertice consueuerat. *Cic.3.Tusc.* Proinde stultissimum Regem in luctu capillum sibi euellere, quasi caluitio mœror leuaretur.

Căluĕo, es, Caluus sum. {קרח *karach*. φαλακρόω. GA. Estre chauue. IT. *Esser caluo*. GERM. Kal sein. HI. *Encaluarse*. ANG. *To be balde.*} *Plin.li.11.c.37.* Et quædam animalium naturaliter caluent, sicut struthiocameli, & corui aquatici. ¶Hinc componitur Recalueo, ἀπαφαλαίνω, quod est, rursus in caluitiem reuertor.

Căluescĕrĕ, Est caluum fieri. {קרח *charách*. φαλακροῦμαι. GA. Deuenir chauue. ITA. *Diuenir caluo*. GE. Kal werden/ein glatzkopf vberkommen. HI. *Encaluecer*. AN. *To waxe balde.*} *Plin.li 11.ca.29.* Proprium huic caluescere omnibus annis, quum seritur rapa. ¶Dicitur & de agris. *Col.li.5.* Propter mures atque talpas sæpe nouella castaneta caluescunt, id est, rarescunt.

Căluĕfio, fis, Caluus fio. {ἀναφαλαντίας γίνομαι. AN. *To waxe balde, or pilde.*} *Varro de Re rust.lib.11.cap.17.* Ego ista etiam, *inquit Agrasius*, non solum in ouibus tondendis, sed in meo capillo à patre acceptum seruo, ne decrescente luna tondens caluefiam.

Căluo, as, Caluum facio. {AN. *To make balde, or pilde.*} à quo Decaluo, & recaluo. *De quibus suis locis.*

Căluo, uis, Decipio, Frustror. {נכפתה *niphthâh* נעקב *naʃekâb*. παραπαίζομαι. GA. Frustrer, tromper. IT. *Ingannare*. GER. Betriegen. HIS. *Engañar, falsar en lo prometido*. ANG. *To beguile, to deceiue.*} cuius passiuum est Caluor: tractum à caluis militibus, qui omnibus solent esse frustratui. *Salust.in*. *hist.* Contrà ille calui ratus. Hoc est decipi.

Căluor, deponens. *Plau. in Casin.* Nam vbi domi sola sum, sopor manus caluitur, id est, decipit. *Pacuuius*, sed quid conspicio? nunc me lactans caluitur ætas? *Accius Euryface*. Sed memet caluor, vos istum vt iussi ocyus abstrahite: tractum à caluis mimicis, quòd sint omnibus frustratui.

Căluŭs, Dicitur à cuius capite capilli defluxerunt, siue qui sine capillis natus est [Et per translationem, qui raso est capite. *Plaut. Amph.* vt capite raso caluus capiam pileum.] {קרח *kerêach*. φαλακρός. GAL. Chauue. ITAL. *Caluo*. GER. Kal/glatzechtig. HI. *Caluo di cabellos*. ANGL. *Balde.*} Vnde *Plin.li.11.* docet esse gentes naturaliter caluas, quales Myconij, qui capillo carentes gignuntur. *Sueton. in Cæsare.* Vrbani seruate vxores, mœchum caluum adducimus. ¶ Caluus comatus *apud Martialem* haud dubiè figura prouerbiali dicitur: conueniétque in eum qui veris bonis nudus, ascititiis se venditat. Veluti si quid indoctus aliena pro suis ederet: aut si quis dissimulet esse quod est. ¶Caluum vellis, φαλακρὸν τίλλεις. Vbi inanem operam quis sumit, aut vbi quis auferre conatur quo vacat is, à quo petitur. Veluti si quis à paupere conetur extundere pecuniam, ab indocto literaturam. [A caluo ad caluum duci possit. *Suet.in Calig.c.72.*]

[Caluus poeta *Suet.in Cæs.c.37.* Et orator, *Idem in August.c.72.*]

CALVCVLA, Oppidum est Hispaniæ Bæticæ ex stipendiariis. *Plin.li.3.c.1.* Vulgò *Cabra.*

Călūmnĭă, Vexatio alicuius in litibus per fraudem, & frustrationem: aut rei alicuius malitiosa interpretatio. {דבה *dibbâh* דופי *dôphi* עשק *hôschek* διαβολή. GA. Calomnie. IT. *Calumnia*. GE. Ein schmachred/ein falsche anklagung. HIS. *Accusacion falsa, calomnia*. AN. *A false or craftie accusacion, à forged crime.*} *Nonius* malitiosam & mendacem infamationem interpretatur. *Cic.1.Offic.* Existunt sæpe iniuriæ, calumnia quadam & nimis callida, atque malitiosa iuris interpretatione. *Idem in Sallust.* Sed est quædam calumnia, quam vnusquisque nostrûm testan te animo suo fert de eo, qui falsum crimen bonis obiectat. *Iurare calumniam in aliquem, dicitur de accusatoribus, quos priùs quàm audirentur, iurare oportebat se calumniæ causa ad accusandum non venisse. *Calius ad Cic.li.8.* Nam de diuinatione, Appius quum calumniam iurasset, contendere ausus non est, Pilióque cessit. *Liu.3.belli Maced.* Itaque diu repugnante Scipione Africano, quia parum ex dignitate sua ducebat subscribere odiis, accusationibúsque Annibalis, & factionibus Carthaginensium inserere publicam authoritatem: nec satis habere, bello vicisse Annibalem nisi velut accusatores, calumniam in eum iurarent, ac nomen deferrent: tandé peruicerunt vt legati Carthaginem mitterentur. [Cũ fide & sine calumnia, *Suet.in Cali.* De calumnia damnandus qui non probat quod petit. *Gel.c.2.li.7.*]

Călūmnĭŏr, aris. Significat per fraudem & subdolam rationem causa vincendi in litibus, mendactis alios vexo: vel falsa crimina intendo. [Calumniari est verba nimium consectari. *Quint.*] {הוציא דבה *hotsi dibbâh*. διαβάλλω, συκοφαντέω. GAL. Calomnier, desguiser la verité pour blasmer quelqu'vn. ITA. *Calumniare*. GER. Schmähen/lesteren/falsche nachreden treyben. HISP. *Acusar falsamente, calumniar* ANG. *To accuse falsely, to forge à crime.*} *Cicero ad Varronem*, Nam quod antea te calumniatus sum, indicabo malitiam meam. ¶ Domesticum thesaurum calumniaris, τὸν οἰκοι θησαυρὸν διαβάλλεις, hoc est, tua ipsius carpis lacerásque, conueniet & in illos, qui sua ipsorum arcana non celant. ¶Calúniari cum dandi casu, *Asconius Pedianus in Diuinat.* Frustra calumnian tur Ciceroni homines.

Călūmnĭātŏr, Qui calumniam facit, qui falsum crimen obiicit. {מוציא דבה *motsi dibbâh*. συκοφάντης. GAL. Calumniateur. ITA. *Calumniatore*. GER. Ein schmäher/lesterer HIS. *Calumniador, falso accusador.* ANG. *He that accuseth falsely, and forgeth crimes.*} *Vnde in lege duodecim Tabularum*, Calumniator idem patiatur quod reus, si conuictus fuerit. *Cic.pro Cluent.* Est hic ennius egens quidam calumniator mercenarius Oppianici.

Călūmnĭātrīx, Quæ calumniam facit, ἡ διάβολος. *Vlpianus D.lib.37. Titul.* 9.l.1. Nisi manifesta sit calumniatrix mulier.

Călūmnĭōsŭs, Qui calumniam inferre solet. {συκοφαντικός. AN. *Ready to accuse or forge crimes.*} *Augustinus*, Nemo illic calumniosus tenticulam verborum requirit [*Apul.Apolog.1.*]

Călūmnĭōsē, aduerbium. {συκοφαντικῶς. ANG. *By false accusing, by forging of crimes.*}

Căluo, caluus: *Vide* CALVA.

Călx, pro calcaneo, extrema pedis parte ponitur, qui & pes imus appellatur, à calcando dictus. {עקב *chakêb*. πτέρνα, σφυρόν. GALL. Le dessus du talon. ITA. *Calcagno*. GERM. Die versen des fůss. HISP. *Calcanar, ò coce, golpe del pie ò del calcaño*. ANG. *The heele.*} *Virg.5.Æneid.* Calcémque terit iam calce Diores. ¶Vnde & pro fine metaphoricè ponitur: vt, A vertice ad calcem. *Cic.* Quoniam sumus ab ipsa calce eius interpellatione reuocati. ¶Ad calcem peruenire, pro eo quod est, ad metam finémque. Prouerbialem habet figuram, quoties ad aliud quippiam deflectitur quàm ad corpus humanum. *Cicero l.de Amic.* Vt cum æqualibus possis, quibuscum tanquam è carceribus emissus, cum iisdem ad calcem, vt dicitur, peruenire. *Simile huic reperitur apud eundem lib.de Senect.* Nec verò velim quasi decurso spatio à calce ad carceres reuocari. [Ad eandem virtutis calcem pergere. *Gell.c.3.l.14.*] Aliquando pro ictu calcis, & percussione pedum, plagáque, λάκτησιν. *Terent.in Phorm.* nam quæ inscitia est, Aduersum stimulos calces *Inuenalis*, Aut dic accipe calcem. ¶Et tam pro calcaneo, quàm percussione; modò masculino, modo fœminino genere vsurpati solet. *Silius*, Iam compós voti ferrata calce cruentat Cornipedem. *Virgilius*, Cornipedémque citum ferrato calce fatigat.

Călcăr, aris, pen.prod. Ferreus stimulus ad vrgendos equos: sic dictus; quòd ad calcem alligetur. {מגף *maghgâph*. πλῆκτρον, κέντρον. GA. Vn esperon. ITA. *Sprone*. GERM. Ein sporen. HISP. *Espuela de hierro*. ANG. *A spurre.*} *Ouid.* Non opus est celeri subdere calcar equo. *Cic.de Orat.* Quod dicebat Isocrates doctor singularis, se calcaribus in Ephoro egere: contrà autem in Theopompo frænis vti solere. ¶Currenti calcar addere, prouerbialis metaphora, pro eo quod est, eum qui sua sponte ad rem aliquam satis incitatus est; vehementiùs adhuc inflammare, τὸν ἠχοῦντα ἐπιτείνειν. ¶ Tolle calcar, ἆρον πλῆκτρον ἀμωμητήριον: id est, tolle calcar vltorium. *Aristo. in Auib.* ἆρον πλῆκτρον, εἰ μάχει, tolle calcar, si pugnas. In eum dici solitum, qui iam vltionem parat. Calcaria, in gallinis. *Colum.lib.8.c.2.* Generosissimæque creduntur quę binos habent digitos, sed ita ne eruibus emineant transuersa calcaria. Calcar pro impetu. *Varro Sesquiulysse.* Ventus suo casu vehementius suffla re & calcar ádmouere. *Nonius*, [Calcari quadrupedem agitabo aduersus cliuum. *Pl.Asin sc.3.a.3.*]

Călcānĕŭs, & Calcaneum (vtroque enim modo dicitur.) Pars posterior pedis imi. {עקב *chakêb*. πτέρνα. GAL. Le talon, le derriere du pied où se mettent les esperons. IT. *Calcagno*. GE. Die versen. HIS. *Calcanar*. AN. *The heele.*} *Vir.in Moreto*, Continuis rimis calcanea scissa rigebant.

Călcĕŭs, à calce, Pedis indumentum; quod fit ex pellibus animalium. {נעל *naʃal*. ὑπόδημα, καλτίδιον. GA. Soulliers. IT. *Scarpa*. GE. Ein schůch. HISP. *çapato*. AN. *A shoe.*} *Cic.de Inuent.* Si multus erat in calceis puluis, ex itinere eum venire oportebat. *Plau.in Truc.* Iam quos capiam calceos? ¶ Dextrum pedem in calceo, sinistrum in peluim, δεξιὸν εἰς ὑπόδημα, ἀριστερὸν εἰς ποδόσφαιρον. Subaudi verbum ad sententiam accommodum, Mittit aut ponit. *Suidas ex Aristophane citat.* atque dici solere in eos, qui se norunt commodè ad rei præsentis conditionẽ applicare, próque loco, tempore, negotiis, aliam atque aliam sustinere personã. ¶Ne supra pedem calceus, μὴ ὑπὲρ τὸν πόδα τὸ ὑπόδημα, id est, ne maiora viribus suscipias: aut ne magnificentius te geras, quàm pro tua conditione. *Lucian. in imagin. & in Gallo.*

Călcĕŏlŭs, diminutiuum à calceus. {ὑποδημάτιον. GALL. Petit soulier; scarpin. ITAL. *Piccolo scarpa*. GERM. Ein schůchle. HIS. *çapatillo*. ANG. *Litle shooe.*} *Cic.de Nat.deor.* Cum pelle caprina, cum hasta, cum calceolis repandis.

Călcĕārium, ij, in singulari numero pluralis vim habet: quemadmodum & vestiarum; ὑποδήματα, ὑποδήσεις. Nam quum alicui calcearium, aut vestiarium legatum dicimus, non calceum vnum, non vestem vnam significamus, sed tantum vestium, aut calceorum, quantum illi corpori honestéque tegendo, pedibúsque armandis fuerit satis. *Vlpian.de Alt. leg.* Diariis, vel cibariis relictis, neque habitationem, neque vestiarii, neque calcearium deberi palam est.

Călcĕŏlārĭŭs, Qui calceos conficit. ὑποδηματοποιός. GA. Cordonnier. ITA. *Calceolaro*. GER. Ein schuchmacher. HI. *çapatero*. AN. *Shooe maker, a sower.*} *Plau.in Aul.* [*sc.5.a.3.*] Propolæ, linteones, calceolarij.

Călcĕāmĕn, & Calceamentum, pro ipso calceo. {נעל *naʃal*. ὑπόδημα. GA. Chauſſure. IT. *Scarpe, ò altro vestito del piede* GE. Geschuch. HIS. *çapato ò qualquier calceado*. AN. *A shooe.*} *Pli.li.19.* Hinc calceamina & pastorum vestis. *Cic.5.Tusc.* Mihi amictui est Scythicum tegmen, calceamẽtum solorum callum, cubile terra.

Calcĕātŭs, idem quod calceamen. {AN. *A shooe.*} *Plin.* ita longo itinere sine calceatu atteruntur pedes. *idem li.11.c.45.* Pes imus vestigio carnosa: qua de causa in longiore itinere sine calceatu fathiscunt.

Călcĭo, & Calceo, as, Calceos induo. {נעל *naʃal*. GAL. Chausser. IT. *Calçare, ò ferrar muli, ò caualli, ò asini*. GERMAN. Schůh anlegen. HISPA. *Calçar los pies, ò herrar las bestias.* ANGL. *To put on shoes, to shooes.*} Et modo accusatiuum habet eius rei, qua quis calceatur: modo ablatiuum. Accusatiuo iunxit *Plin.lib.36.cap.5.* Arcesilaum quoque (inquit) magnificat Varro, cuius se marmoream habuisse leænam tradit, aligeróque ludentes cum ea Cupidines, quorum alij religatam tenerent, alij e cornu cogerent bibere, alij calciarent soccos omnes ex vno lapide. ¶Ablatiuo autem idem iunxit *lib.7.c.20.* Nos quoque vidimus Athanatum nomine, prodigiosæ ostentationis, quinquagenario thorace plumbeo indutum, cothurnisque quingentorum pondo calciatum per scenam ingredi. *Item Gell.* Die feriato tunicis & lacernis indutos, & gallicis calciatos. [*Plaut.Capt.sc.2.a.1.* cum calciatis dentibus veniam.] ¶ Calciati item equi dicuntur, quum pedes eorum aduersus saxorum iniuriam ferramentis muniuntur. *Testimonium vide apud Suetonium in Vespasiano.* ¶Huius compositum est, Excalcio, *de quo suo loco.*

[Si quem vider (ianua) ad se ire calcitronem. *Plau Asin.sc.3.a.2.*]

Călcĭtro, as, pen.corr: Pede percutio. {בעט *baʃat*. λακτίζω. GALL. Ruer

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

des pieds,regimber.ITAL.*Trare di calci.*GERM. Mit den fussen hinder sich schlagen/scharren/stampfen. HISP. *Acocear.* ANG. *To kicke,to spurne,to winse,to flinge.*} *Plin.lib.30.c.6.* Mulas non calcitrare quum vinum biberint. ¶Hinc Calcitrones,dicti sunt equi, qui calcibus infestant. {ἵπποι λακτιστῆ. GAL.Cheuaux qui ruent & regimbent. ITA. *Caualli ò muli che tranno di calci.*HIS. *Caualos acoceadores.*} *Gell.li. 4.cap.2.* Equus mordax aut calcitrosus, vitiosus,non morbosus est. *Calcitrare,per metaphoram *Cic,pro Calio,*Illum filium familias patre parco & tenaci habere tuis copiis deuinctum non potes : calcitrat,respuit,non putat tua dona esse tanti. ¶Huius compositum est Recalcitro.

Călcitrātŭs,us,nomen verbale, Actus ipse calcitrandi. {λακτισμός. GAL. Regimbement,ruade. *ITA Percosso con calci.*GERMAN Das hinden auf schlagen oder scharren mit den füssen.HISP.*Obra de acocear.*ANG.*A kicking or winsing.*}*Plin.lib.8.cap.44.*Mulæ calcitratus inhibetur vini crebriore potu.

Călcitrōsus,Qui sæpe calcibus ferit.{λακτιστής.GA.Qui a de coustume de ruer & regimber.IT.*Solito à calcitrar.*GER.Der gern mit den füssen hinden ausschlegt.HI.*Cosa acoceadora.*AN.*That kicketh,or winseth often.*} *Colu.li.2.* Iuuencumque teste tractum calcitrosum reddit.

Călco,as,propriè significat Pede comprimo. {דרך רמס *ramás. darách* πατέω,τρίβω.GAL.Fouler aux pieds,mettre le pied dessus.ITA.*Premere col'pie,calcar.* GERM. Mit füssen tretten.HISPAN.*Hollar ò acocear con los pies.*ANG.*To treade,to stampe doune,to trample,or go vpon.*}*Virgil.2. Æneid.* mistaque cruor calcatur arena.*Ouid.3.Trist.* -durum calcauimus æquor. *Pl.n.* Ita ferratis vectibus calcari solent,parietésque similiter.[Durum calcauimus æquor.*Ouid.Eleg.10.l.3.Trist.*] Carbones calcare,ἐξάπτειν ξύλοις. Calcare solum,terram,πατεῖν.Pedibus calcare,λακτίζειν ἐνάλλεσθαι.Terra animantium vestigiis calcata,ἡ γῆ ζώοις πατουμένη. Transfertur etiam ad animum:vt idem significet quod contemno. Autor carminis *ad Pisonem,*Raráque non humilem calcat fastosa clientem. ¶Sic dicimus, Calcare voluptates, aut alias animi passiones. ¶Composita sunt Conculco,Inculco,& Proculco. ¶Tuam ipsius terram calca.Adagium est,quo iubebimus cuipiam,vt in suo loco se contineat,neque se recipiat in nostra. *Theocr.in Hodœpo,*τὸν σεαυτοῦ πατέων, ἴχε τὰς δρυός,id est, Quin propriam calcans terram, querceta teneto. Conueniet vbi parum fidemus alicui,nec volemus in domesticam recipere consuetudinem.

Călx,fœmin.gen. Lapis vstus,ex quo arenæ admixtione fit intrita : ita dictus à calcando:nam ita lapides simul adstringit,vt calcari videantur. {שיר *sîdh* גיר *ghîr.* ἄσβεστος.GALL.De la chaux. IT. *Calcina.* GER. Kalck.HIS.*La cal.*ANG *Lime for morter.Cic pro Mil.* Repente lyntribus in eam insulam materiam,calcem,cæmenta, atque arma conuehit. *Palladius,*Calx quæ erit ex spisso & duro saxo,structuris conuenit : ex fistuloso verò,aut mollíore lapide, tectoriis adhibetur vtilius. *Vide Plinium libr 36.ca.25.*

Călcārĭă fornax,in qua calx coquitur. {κάμινος ἀσβέστου.GAL.Fournaise à chaux,chaufour.IT.*Fornace da calcina.*GER.Kalchofen.HISP.*Calera donde se cueze la cal.*AN.*A lime fornace.*}ficut Sulphuraria,in qua sulphur.*Plin ib.17.c.9.*Nuper repertum,oleas gaudere maximè cinere è calcariis fornacibus ¶Est autem adiectiuum Calcarius,a,um. ¶Calcarius verò substantiuè qui præest fornaci calcariæ. {γυψοποιός.GALL. Qui fait la chaux,chaufournier.ITA.*Chi cuoce la calcina nelle fornaci.* HIS.*El calero que haze la cal.*AN.*A lime maker.*}*Cato de Re rust.* Calcarius ligna conficit ad fornacem.

Călcātă ædificia,Dicuntur calce correcta. { ANG. *Buildinges parged and ouerdawbed with lime.*} quam artem Loricationem & Tectoriam appellant,& præcipuè si læue politúmve fuerit, vt superinduci possit peniculus vel albarium,vel pictura, vel aliud quippiam ad venustandam structuram.

Călcātōrium,{ΑΝ *The place where thay stampe grapes.*}*apud Palladium lib.1.cap.18.* videtur esse semita quædam editior in cella vinaria,inter duos lacus. Verba eius sunt hæc,Cellam vinariam Septentrioni debemus habere oppositam,ita instructam necessariis, vt non vincatur à fructu:sic autem disponam,vt basilicę ipsius forma calcatoriũ habeat altiore loco constructum:ad quod inter lacus,qui ad excipienda vina hinc inde depressi sunt,gradibus tribus ferè aut quatuor ascendatur. *Et pau'ò po,l,* Quòd si cupis,locum suum depurabimus: is locus ad calcatorij similitudinem,podiis breuibus,& testaceo pauimento solidetur. ¶ Dictum autem videtur Calcatorium,siue à calcando,hoc est, eundo : siue ab opere calcato , hoc est , loricato, quo conficiebatur.

CALIDIVM,Italiæ oppidum est in via Appia,qua Brundusium itur.*Strabo lib.5.*

CALYBA,κάλυβη.Thraciæ vrbs est,à Philippo Alexandri patre condita, *ex Strab lib.7.*

CALYCADNVS,κάλυκάδνος,Ciliciæ fluuius est,Seleucium præterlabens, iuxta Sarpedonem promontorium.*Strab.lib.14.*

CALYDNA,κάλυδνα,Insula est vna Sporadum , Calymnis proxima, *teste Pli li.4.c.12.Hom.Iliad.2.*duas facit Calydnas insulas. *Vide Strab.ad finem li.10* ¶Est etiam,*teste Steph.*Calydna oppidum Cariæ,cuius meminit & *Pli li.5.c.27.*Vnde Calydneus,καλυδνεύς,nomen Gentile.

CĂLȳDŌN,penultima correpta,καλυδών, *Stephano* , Ætolorum ciuitas, regia Oenei patris Meleagri,à qua regio vicina Calydonia, καλυδωνία, dicitur. Distat à mari septem millium quingentorum passuum spatio, per quam Euenus fluit. *Lucanus,* Et Meleagream maculatus sanguine Nelli Euenos Calydona secat. ¶ Ab hac etiam vrbe vicina sylua Calydonia dicta est , in qua Meleager miræ magnitudinis aprum interfecit,quem & ipsi poètę Calydonium aprum vocant.¶Fuit præterea in ea Britanniæ parte,quam hodie Scotiam vocant, Caledoma sylua Sed hoc ferè obseruant poetæ , vt quum Ætoliæ syluam denotare velint , secundam nominis huius syllabam per y, Græcum scribant,eandémque corripiant,producant autem antepenultimam. Contrà quum Britanniæ syluam sunt declaraturi , secundam syllabam per e,scribant,eandemque producant,correpta antepenultima, *De quo plura suo loco.*

Călȳdōnĭŭs,a,um,& Calydonis,dis. *Ouid.li.8.Met.* Plangunt se matres Calydonides.

CALȲMNA ἡ κάλυμνα , Insularum duarum nomen est inter Sporadas, non procul à Calydna.*Vide Plin.lib.4.c.12.*

CĂLȳPSŌ,καλυψώ , Nympha Oceani & Tethyos filia:vel (*vt aliquibus placet*)Atlantis.Regnauit in Ogygia insula,Lacinio promontorio adiacente , quam postea à nomine ipsius Calypsus insulam nominarunt vbi Vlyssem naufragum humaniter excepit , & in septimum vsque annum apud se retinuit , *coniugium* illi suum & immortalitatem offerens : quæ tamen illi patriæ,& Penelopes suæ amori omnia posthabuit.*Vide Hom Odyss lib.5.*

Călyptră,æ,{עיט *ishaiph.*καλύπτρα.ANG.*A womans hoode or cappe.*}Genus vestimenti,quo mulieres capita tegebant:à καλύπτω,tego.

Călȳx.{κάλυξ.GAL.Bouton de rose ou autre fleur, ou la petite peau ou pellure qui couure le fruit,comme vne noix ou amande. ITAL.*Guiscia à pelle di qualche frutto come di noce à mandole,bottone è boccolo di rosa,cioé quelle parti che tengono chiuse prima che spandisca.*GER.Die hulsen oder die haut einer jeden frucht/als der nussen/mandel/festen. HISP. *El cuezo como ei castaña ò bellota.*ANG.*The yonge bourgeon or bulde of a rose,or other floure,a thinne hull or shel of fruittes.*} Significat folliculum, quo primum flos,& deinde semẽ herbarum,vel fructus arborum cooperitur:vt amygdalæ,nuces,& castaneæ habent suos calyces , περὶ τὸ καλύπτειν hoc est,à contegendo.*Plin.15.c.22.*Nec non & honor his naturæ peculiaris gemino protectis operimento,puluinari primum calycis,mox ligneí putaminis.

Călȳculŭs,diminut.*Plin.lib.16.c.44* Quod verò in spina fullonia gignitur hypophæston,calyculis inanibus,foliis paruis.

CAMACAE , Populi inter Scythicas gentes *Plin. commemorantur lib. 6. capite* 17.

CAMAE,Populi inter Scythicas gentes.*Plin.lib.6.c.17.*

CAMALDVNVM,*Plin.*oppidum est Britanniæ *libro secundo,cap.75.* Vulgo *Duncallre.*

CAMARA,καμάρα,*Steph* Vrbs Cretę est,Laro prius dicta,*Camera.*

CAMARENI,καμαρῆοι,Insulæ Arabum & earum incolæ.*Stephan.*

CAMARIA , καμάρια,Vrbs in Italia ab Albanis condita. *Vide* Camerinum.

CAMARICA , *Ptolemæo,*est vrbs Hispanię,quam alio nomine Victoriam vocant.

CĂMĂRĪNA,καμαρίνα, {GER. Ein gifftiger vbelstinckender weyer/oder see in Sicilia }*Stephan.* Palus est Sicilię (*teste Seruio*)iuxta oppidum eiusdem nominis,cuius aquæ quum fœtore suo pestem generarent, consuluerunt Apollinem,expediretne ipsis Camarinam exiccari:quibus ab Apolline responsum est,Camarinam non esse mouendam. Neglecto tamen oraculo siccauerunt paludem,per quam mox ingressis hostibus,contempti oraculi pœnas dederunt.Hinc manauit prouerbium Camarinam mouere,pro eo quod est,sibi malum accersere.¶ Alij dicunt Camarinam fruticem esse,cuius ramos si quis commoueat quatiátque,tetrum quendam edere odorem.*Vide Erasmi Adagia.* Vulgò *Camparan.*

CAMBADES,*Vide* Chambades.

CAMBALA,Cambalorum,Asiæ locus est in Cyspiretide regione,vbi metalla effodiuntur.*Strab lib.11.*

CAMBALIDVS,Mons,Caucasi ramus in Susianis,*Plin.li.6.c.27.*

Cămbĭo,is, pſi,Commuto,{חלף *chalaph.*μεταλλάττω. GAL.Changer. ITALIC.*Cambiare.* GERM. Vertauschen/wechseln.HISPA. *Cambiar,*} *trocar.*ANGL.*To change money.* } Apud antiquos verò Cambire accipitur pro pugnare,iter inchoare, flectere:à quo Campso,as,quod est iter flecto.

CAMBODVNVM,Vindelicorũ vrbs est in Germania.Hodie Monachum. Vulgò *Munchen.*{GE.Munchen in Beierland.

CAMBOLECTRI populi,inter Galliæ Narbonensis gentes *Plin.commemorantur lib.3.c.4 & lib.4.c.19.*

CAMBVSIS,Æthiopiæ vrbs est.*Plin.lib 6.c.23.*

Cambysena,καμβυσηνή,Regio Asiæ,à Cambyse sic appellata : vt Xerxena à Xerxe.*Steph.*

CAMBYSSENI populi,καμβυσσηνοί,*Steph.*

CĂMBȳSĒS,pen.prod.καμβύσης,Mediocris dignitatis Persa fuit,cui Astyages Persarum & Medorum rex,Mandanen filiam suam collocauit: ex qua natus est Cyrus,qui postea victo auo regnum inuasit.

¶ Cambyses item alius fuit,Persarum & Medorum rex, Cyri filius, & superioris Cambysæ nepos : qui patriis regnis Ægyptum adiecit:sed offensus illorum superstitionibus,Apidis,cæterorúmque deorum ędes dirui iussit.Ad Ammonis quoque remplum expugnandum exercitum misit,qui in Lybia deserta arenis obrutus,vniuersus interiit *Vide Herod.lib.1.& 2.*¶Est etiam hoc nomine fluuius Hyrcaniæ,ortum habens in montibus Caucasus, Septentrionem versus per Iberos & Albanos defluens.*Autor Plin.lib.6.c.13.*

CAMELANI,Italiæ populi sunt,qui *à Plin.lib.3.c.14.*in sexta Italiæ regione collocantur,Narnienfibus,& Nuccrinis vicini.

CAMELIDES , Insulæ duæ sunt,Ioniæ adiacentes,non procul à Mileto. *Autor Plin.lib.5.c.32.*

Cămēllă , Genus vasis est apud *Ouid lib.4.Fast.*vbi sic habet,

Dum licet,apposita,veluti cratêre,camella,
Lac niueum potes,purpureámque sapam.

CAMELOCOMI,καμηλοκόμοι,populi Arabię.*Steph.in Chatramotites.*

CAMESENE,καμισηνή,Suidæ,καμισηνὴ *Strabeni,*regio in qua regnauit Cămesis.

Cămēlŏpārdălis,{καμηλοπάρδαλις.GALL.Giraffe,beste resemblant au chameau & panthere.ITAL.*Giraffa.*GER. Ein Greyff.HIS *Girafa, animal raro.*ANG.*A beast lik a camel and panthere.*} Animal est camelí proceritate,colore pantheræ,maculis veluti florentibusvariegatum; postremæ infra aluum partes humi subsidunt , sicut in leonibus videmus,humeri pedésque priores , atque item pectus præter cæterorum membrorum rationem procera , tenuis ceruix:camelo capite simile, pedibus & cruribus boui.*Plin.lib.8.c.18.*

Cămēlŭs,simplici l,{גמל *ghamál.*κάμηλος.GAL.Chameau.ITA. *Camello.*GER. Ein kameelthier.HIS.*Camello.*ANGL.*A Camell.*}[Camelum,alij Gamelum vocant. *Terent.Scaur.de Orthogr.*] Animal quadrupes quod crura prolixa,collum oblongum habet Sitim per triduum tolerat,sed quum inuenit aquam , tantum bibit, vt & præteritæ,& futuræ siti satisfaciat.Bactri camelos mittunt & Arabes , *vt scribit Diodorus,* sed in hoc differunt,quòd Arabici in dorso bina habẽt tubercula(hos Dro-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Dromedarios vocant)Bactriani singula. De camelis multa *Plin.li.8.c. 28. Cic.de Nat.deor.* Cameli adiuuantur proceritate collorum. *Hora.2. Epist.* Diuersum confusa genus panthera camelo. ¶Camelus vel scabiosa complurium asinorum gestat onera, κάμηλος ψαρίασα πολλῶν ὄνων ἀναπίδητα φορτία. De iis qui vsque adeo pręcellūt quosdam, vt etiam senes, aut alioqui ægroti, præstantiores tamen sint illis integris: aut de iis, qui rebus prosperis, tamen plus valent ob pristinæ fortunæ reliquias, quàm alii rebus integris. *Vsus est Synesius.* ¶Est & Camelus funis nauticus, quo anchore religantur. De quo aliqui intelligunt illud in Euangelio, Facilius est camelum per foramen acus intrare, quàm diuitem in regnum cælorum.

Cămēlīnŭs, a, um, adie. {καμήλειος. GAL. De chameau. ITA. *Di camelo.* GE. Das von kamelthier ist. HI. *Cosa de camellos.* AN. *Of a camell.*} vt Camelinum, camelinum lac. *Pli.l.28.c.9.* Dulcissimum ab hominis efficacissimum ex asinis.

Cămēlārĭŭs. masc. gener. {καμηλίτης. GA. Celuy qui meine les chameaux. ITA. *Cardiano di cameli.* GE. ein kamelhirt/ein kameltreyber. HIS. *El que cura los camelos.* AN. *A guider of camels.*} qui custodit pascitque camelo. *Bud.*

Camelasia, siue Camelaria, Camelorum curatio & præfectura: & Camelarij, ipsorum curatores. *Arcadius in L. vltim. de muner. & honor.* Camelasia similiter quoque personale munus est, &c.

[Camellia vox Laberij. *Gel.c.7.li.16.*]

Camelopodium. {καμηλοπόδιον AN. *Horehound.*} Herba est quibusdam, quam *Dioscorides* σφόμον, Latini Marrubium vocant.

Cămĕră, pen. corr. {בפה *chippáh.* אולם *vlám.* καμάρα. GALLIC. Voulte, berceau, comme celuy qu'on fait aux iardins pour soustenir la vigne en treille. ITA. *Volto.* GER. ein gewelb. HIS. *Boueda.* ANG. *An voulte or stele, an archeroofe.*} Arcus ædificium sustinens, tectúmque deuexum & incuruatum: quod & Fornix & Testudo à Latinis appellatur. *Seruius* deductum existimat ab adiectiuo Camurus, quod curuum significat & & inflexum. [Cameræ ruina, de naui, *Suet.in Nero.cap.34.*] *Cic.ad Quin. fr.* Cameras quasdam non probaui, mutarique iussi. *Salust.in Catil.* Eum muniunt vndique parietes, atque insuper camera lapideis fornicibus iuncta, sed inculta tenebris. *Verrius Flaccus* camaram dicendum putauit, vt autor *est Sosipater l.1. Nonius* cameram à camero deducit. Camerum, *inquit*, obtortum significat. inde camerę tecta in ciuitatem formata.

Cămĕrārĭŭs, a, um, adiect {καμαρικός. GALL. De treille ou berceau. IT. *Di perloga à volta* GE. Das deß gewelbs ist. HIS. *De boueda.* ANG. *Of a vaulte or stele, or archeroofe.*} *Plin.loquens de cucurbitis l.19.c.5.* Inde hæc duo prima genera, camerarium & plebeium, quod humi repit. Camerarium, genus cucurbitæ vocat, quod in pergulas arrepit in hortis, non quod humi serpit.

Cămĕro, as, are, Cameram facio. Hinc Concamero. {καμαρῶ. GA. Voulter. ITA. *Edificare in volto.* GE. Welben/ein gewelb machen. HIS. *Edificar de boueda.* ANGL. *To vaulte, to make an archeroofe.*} *Plin.lib.14.* Dinocrates architectus Alexandri, Arsinoes tẽplũ concamerare inchoauerat.

Cămĕrātĭo, {καμάρωσις. AN. *vaulting, making of an archeroofe.*} *Spartianus in Caracalla,* Ex ære vel cupro cancelli, quibus cameratio tota concredita est. Ab hoc verbo fit Concameratio, *de quo suo loco.*

Cămĕrātŭs, a, um: vnde Concamerata loca, dicimus testudinea, hoc est, quæ fornicibus constant. {GA. Voulte. IT. *Fatto in volto.* G. Gewelbet. HISPANI. *Cosa hecha de boueda.* ANGL. *Vaulted.*} ¶Camerata vehicula, quæ Græci καμαρωτὰ vocant, qualia sunt pensilia, quibus matronæ gestantur: cuiusmodi etiam hodie fiunt corio contecta.

CAMERACVM, oppidum Galliæ Belgicæ, in finibus Picardiæ. Vulgò *Cambray.*

CAMERINVM, κάμερινον *Ptolemæo,* Vulgò *Camerino,* pen. prod. Vmbriæ vrbs pręclara, à cuiuitate situs ita appellata: quam Liuius scribit P. Scipioni in Africam traiecturo, cohortem vnam sexcentorum millium præbuisse.

*CAMERINVS, pen. pro. Poeta, cuius meminit *Oui.li.4. de Ponto elegia 16.* Quique canit domito Camerinus ab Hectore Troiam.

CAMEROPIS, Ciuitas est Indiæ, *Straboni.*

CĂMĔRTĒS appellati sunt Vmbriæ populi, in montibus Piceno conterminis: quorum meminit *Plin. li.3.c.14. & Strab.li.5. Cic.pro Corn. Balbo,* Neque Fulginatium, neque Camertium fœdere esse exceptum. Rectus singularis est Camers. *Silius lib.8.* Et armis Vel castris laudande Camers. Adiectiuum est. *Cic.pro Syll.* In agro Camerti, Piceno vel Gallico.

Cămĕrtīnŭs, a, um, *Cic.pro Cor.Bal.* Is igitur M. Annium Appium fortissimũ virum, singulari virtute prædituin, ciuitate donauit, quum Camertinum fœdus sanctissimum, atque æquissimum sciret esse.

CAMERIVM, Latij oppidum iuxta Collatiam *apud Plin.l.3.c.5.*

CAMESES, siue CAMESIS, Italiæ indigena fuit, consors Iani, qui cum illo bonam Italiæ partem Tyberi vicinam possedit, potentia ita participata, vt regio Camesene, oppidum Ianiculum vocaretur.

CAMICVS, κάμικος, Vrbs Siciliæ, in qua Colacus Dædali filius imperauit. Charax hanc vrbem Inicum vocat, *Steph.* vide Inyx.

CĂMĪLLĂ, καμίλλη, Regina Volscorum, Metabi & Casmillę filia, cuius pater Metabus, propter inuidiam suorum pulsus, Dianæ eam vouit: quum autem iam adolesceret, solis armis studuit: iámque in omni armorum genere instructissima, Turno & Latinis aduersus Æneam in auxilium venit, & post multas res præclarè gestas, ab Arunte occisa est: vt copiosè describit *Virg.li.11.* matrísque vocauit Nomine Casmilæ mutilata parte Camillam.

Cămīllŭs, Propriè puer ingenuus, qui flamini diali ad sacrificia ministrabat, Antiqui n. Camillos & Camillas vocabant ministros & ministras impuberes in sacris. Vnde Mercurius Hetrusca lingua Camillus, quasi deorum ministet dictus est. [*Plutar.in Num.*] ¶Camilli, *Pom.Latus de Sacerdot.Rom.* Sed rerum omnium sacrarum administri Camilli dicebantur.

CĂMĪLLVS, Qui & alter Romulus dictus est, Romanorum suæ ætati clarissimus fuit, qui Veios toto decennio obsessos per cuniculos cœpit. {GERMAN. Ein verrümpret/vnd weidischer man zu Rom.} Nec multò post, quum crimini illi daretur, quòd albis equis triumphasset, & prædam iniquè diuisisset, die dicta ab Apuleio Saturnino Tribuno plebis, damnatus Ardeam concessit. Mox quum Galli Senones vrbem diripuissent, ipsúmque Capitolium arctissima premerent obsidione, absens Dictator factus, collectis ex fuga Romanorum reliquiis, Gallos pendendo auro intentos, incautos oppressit. Post hæc populum Romanum Veios migrare volentem, elegantissima illa quę *apud Liuium* legitur concione retinuit: in qua omnes vrbis dotes laudésque licet cognoscere. Tertiùm deinde Dictator creatus, Satricum sociam pop. Romani vrbem, ab impetu Latinorum tutatus est. Quartum Dictator ad sedandam populi seditionem factus, valetudinem excusauit aliúmque sibi subrogandum curauit. Quintùm Dictator Gallos iterum Romam petentes, & ad flumen Anienem castrametatos, superauit. Postremò Romæ octogenarius pestilentia interiit (*ex Liuio & Plutarcho,*) qui Gallos, qui capta vrbe Capitolium obsidebant Italia expulit, patriámque in libertatem vindicauit. *Vitam eius vide apud P.ut.*

Cămīnŭs, penult. prod. Græca dictio à Latinis mutuata, Fornax. {כבשן *cibschán* תנור *tannur* ארבה *arubbáh.* κάμινος. GALLI. Fournaise, cheminee. ITAL. *Fornace, camino.* GER. Ein ofen/ein camin. HISP. *Horno, à cheminea.* ANG. *A chemnie or fourneis.*} *Virg.lib.3. Æneid.* ruptis flammam expirare caminis. *Iuuenal.Satyr.* Iam striduut ignes, iam follibus atque caminis Ardet adoratum populo caput. ¶Est etiam structura quæ fumum excipit, vel locus in quo ignis struitur. *Cicer. ad Treb.* Luculento camino vtendum censeo. *Suet.Vitell.* Nec antè in prætorium rediit, quàm flagrante triclinio ex conceptu caminũ. Addere oleum camino. *Hor.2.Ser.satyra.3.* Adde poëmata nunc, hoc est oleum adde camino. Id est adde maioris insaniæ materiam. Prouerbialis locutio de qua *Erasm.in Chiliad.*

Cămīno, as, are, In modum fornacis & camini struo. καμινεύω. GAL. Faire fournaise ou en façon de fournaise. ITA. *Far vna fornace.* GE. Etwas wie ein camin machen. HIS. *Hazer orno à cheminea.* ANG. *To make like a chimnie or fourneis.*} *Plin lib.16.c.6.* Acerui confertis taleis retentibus luto caminantur. *Idem lib.17 c.15.* In prunis palmo amplius, & vbique caminata fossura ore compressiore fuit.

CAMIRVS, κάμιρος, Vrbs fuit in Rhodio, ita dicta à Camiro Herculis filio quem ex Ioue Eurytii regis filia susceperat, *cuius mem nit Homerus in Catalogo nauium.*

Cammaron, κάμμαρον, Herbarum venenosissima, quę notiore nomine Aconitum appellatur. Cammaron autem dictum existimant à radicis flexura, quam *Dioscorides* scorpionis caudæ assimilat. ¶Mandragoram item herbam nonnulli Cammaron appellant.

Cămmărŭs, penult. corrept. {καμμάρος. GA. Efcreuisse de mer. ITAL. *Gambaro.* GERM. Gattung der krebsen im meer. HISP. *El camaron.* AN. *Crabbe fishe.*} Piscis est ex cancrorum genere, molliorem testam habens pro cute. *Vide Plin.lib.31.c.8. Mart.lib.2.* Concolor in nostra cammare lance rubes.

CAMMANIA, καμμανία, Pars Thesprotiæ (quę Cestrinia postea dicta est, ex qua Cadmus fluuius Cestrinus) condita à Cestrino Heleni Priamidæ filio: populi Cammani, *Stephano.*

Cămœnæ, cum œ diphthongo, Musę, Iouis & Memoriæ filię, à cantus amœnitate ita dictæ. *Varro autor est,* ab antiquis camœnas & Casmœnas dictas fuisse, quæ postea abiecto r, vel s, Camœnæ appellatæ sunt. *Aliter Festus,* Camœnæ (*inquit*) à carminibus sunt dictæ, vel quòd canunt antiquorum laudes, vel quòd sint castæ mentis præsides. *Virg.3: Eclog.* Alternis dicetis, amant alterna Camœnæ.

¶ Dicimus etiam Camœna numero singulari. *Persius Sat.5.* tibi nunc hortante Camœna Excutienda damus præcordia. *Seneca in Med.* Ille vocali genitus Camœna.

CĂMPĀNĬĂ, καμπανία, Regio Italiæ fertilissima, in qua summum est Liberi patris (*vt venustè à Plinio dictum est*) & Cereris certamen: sic dicta, quòd campestris sit. *Iuuenalis,* Prouida Pompeio dederat Campania febres. {GERM. Ein fruchtbare landtschafft Italiae in welcher Neaples ligt.} A qua Campani qui in ea habitant. Vrbes præcipuas olim habuit Capuam, Neapolim, Cumas, Puteolos, Nolam, aliásque complures.

Campagna

Cămpānŭs, a, um, adiectiuum: vt, Vrbs Campana. *Virg.10. Æneid.* Et Capys: hinc nomen Campanæ ducitur vrbi. Littus Campanum *Statius 3. Syl.* Morbus Campanus. *Hora.1.Ser.* Campanum ob morbum in faciem permulta iocatus. ¶ Campana superbia, dici solet pro intoleranda arrogantia. *Cicer. in oratione pro Rull.* alíque locis vbi colonos Capuæ in domicilio superbiæ atque in sedibus luxuriæ ait esse collocatos.

Cămpē, κάμπη, plur. nu tantùm, & neut. gen. Vermis genus hortensis, herbas & arborum frondes infestans, à verbo Græco κάμπτειν, quod est flectere: eo quòd flexo obliquis tractib. corpore progrediatur. *Col.lib.10.* Nec solùm teneras audens erodere frondes Implicitus conchæ limax hirsutáque campe. ¶Hinc Hippocampæ pisces, qui & equi appellantur, à flexu caudarum, quæ piscosæ sunt.

CĂMPĪ DIOMEDIS, in Apulia sunt: & est regio quæ Diomedi cessit in Apuliæ diuisione.

CAMPIDONA, Vrbs Ger. in Alegoia, vulgò Rempten.

CAMPONI, Populi inter Aquitanicas gentes. *Plin. lib.4.c.19.*

CĂMPSĬĀNI, Germaniæ populi indigentia laborantes, commemorantur *Strab.lib.7.* Sunt (*inquit*) aliæ Germaniæ populi, indigentia magis laborantes: Sugambri, Caubi. Bucteri, Cimbri, Cauci, Caulci, Campsiani cæteríque complures.

Cămpsŏr, ōris, qui ex pecuniæ permutatione lucrum facit. {καπηλεύς. ANG. *A banker or exchanger of money.*

Cămptāulēs, Qui canit inflexa tibia. tali in bello vtuntur Helueti j. *Vo piscus in Carino,* Exhibuit centum salpistas, vno crepitu concinentes & centum camptaulas.

Cămpŭs, Est grande atque amplum spatium tertæ planæ, vt plateæ, areæque. {איל כבר *áiil chichchál* שדה *sadhéh.* πεδίον. GALLIC. Vn champ, vne plaine. ITAL. *Campo.* GERM. Ein feld. HISP. *Campo raso, ò vega para labrar.* ANGL. *The fields or the plane.*} *Oppius 3. bell. Ciuil.* Sed quum esset inter bina castra campus circiter millium passuum sex, Domitius castris Scipionis aciem suam subiecit. *Virg.7. Æneid.* Filius ardentes haud secius æquore campi Exercebat equos. [Equum rigidos percurrere campos Docti. *Tibul.l.4.*] ¶Dictus Campus à capiendo, quòd animalium, seu rerum aliarum multitudinem facilè capiat: seu quòd veteres ex agro tantum plano capiebant fru-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ctus:vel potiùs,*vt Scaliger in Varronem notauit*, à verbo Siculo,qui Circum aut Hippodromum κάμπον vocabant,à flexu equorum & quadrigarum quæ ibi certabant.Inde omnia plana κάμποι dicti. Solet tamen accipi pro qualibet re,in qua quis studium habeat. *Cic.2. Acad.* Quum sit enim campus in quo possit exultare oratio,cur eam in tantas angustias,& in Stoicorum dumeta compellimus?Latissimum dicendi campum alio loco dixit Cicero, pro vbertate materiæ,quam vocant.¶Martis campus,Ἄρεως πεδίον,Suidas ex Alexandridis Pisandro. In eos torquebatur,qui militari confidentia præditi viderentur, quique rem vi non iudicio gererent:& quibus ius est in armis:quos *Hesiod.* eleganter compositæ voce χειροδίκας vocat.Cæterùm in quo quis valet, id Græci campum illius vocant.[Campus Tyberinus qui & Martius à quo donatus Pop.Rom.*Gel.l.c.7.l.6.Et Plut.in Valerio.*] ¶ Oblitionis campus,λήθης πεδίον. Dicetur,vel de vehementer obliuiosis,vel de rebus commentitiis ac friuolis quæ nusquam sint.*Aristoph.*¶Famis campus,λιμοῦ πεδίον.In ciuitates dicitur ingenti fame pressas.Est autem locus quispiam hoc nomine.¶Venti campus,ἀνέμου πεδίον.In hominem instabilem,leuem & inconstantem dicebatur. *Refertur à Diogeniano.* Nam in planitie venti liberius huc atque illuc diuagantur, nullo coerciti obstaculo.*Campus,item pro comitiis.*Cicero.3.de Orat.*Grauis est modus in ornatu orationis, & sæpe sumendus,ex quo genere hæc sunt, Martem belli esse communem, Cererem pro frugibus, Liberum appellare pro vino,Neptunum pro mari,curiam pro Senatu, campum pro comitiis,togam pro pace,arma ac tela pro bello.

Cāmpēstrīs,stre,denominatiuum à Campo formatum.{πεδινός. ANGLI. *Belonging to the feeldes or plane.*}vt, Campestres operarij,qui in campo Martio seruilem operam candidato impertiebantur.[Campestres exercitationes.*Sueton.in Neron.capit.*10.]¶Campestria,Loca plana,à Campo deductum nomen.τὰ πεδιὰ χωρία.¶Campestria item dicuntur genitalium succinctoria, eo quòd ludentes in campo vestibus omnibus exuebantur,& nudi ludebant solis campestribus tecti virilia.{περιζώματα. GALLICE.Des brayes à luicter. ITALIC. *Le bracche.* GERMAN.ein bruch/ein schamdeck.HIS.*Bragas mas veneras.*AN.*Breethes to wraſtle or strugglein.*}*Horatius*, Penula solstitio,campestre niualibus auris.Vnde qui ita succincti sunt, Campestratos vulgus appellat.

Campter,pteris,metæ in campis.*Nonius ex Pacuuij Tantalo*, Extremum intra campterem,ipsum Iam progreditur Parrhenopæum.

CĀMPVS LAPIDEVS,λίθινον πεδίον, Galliæ Narbonensis campus est,centum ferè stadiorum diametrum habens,lapidibus qui singuli manum impleãt plenissimus:sub quib.gramé exoritur:à quo pecoribus pabuli suppeditatur vbertas,in medio salsę scatent aquæ, salisque vis magna.GE. Das Steinfeld im Delphinat dritthalb grosser Teutscher meil wegs breit.} Vniuersa circum adiacens ora,ventis exposita est:validissimé autem Melamborij venti procellis infestatur:qua saxa ipsa distrahi & volui traduntur,homineſque ex curribus excuti,& vi ventorum armis vestibusque nudari.Huius rei originem ad huiusmodi referunt fabulam,Herculem cum Albione & Bergione Neptuni filiis pugnantem, quum deficientibus telis in vitæ discrimen venisset,Iouem patrem orasse,vt sibi tela administrarct,statimque imbrem lapideum ea in loca decidisse,quo gignantes fuerunt interempti. Vide de hoc plura *apud Strab.li.4.*

Cămūră,æ,pen.prod.{ANG.*A cuppe in olde tyme borne couered before a bride.*}Vasis genus quod opertum in nuptijs ferebant,in quo erant nubentis vtensilia.*Festus.*

Cămūrŭs,a,um, Inflexus,seu curuus. {עקוּה *naḥavéh* נפוּף *caphuph* מעקל *meḥukkál.*σκεκάμενος,καμπύλος.GA.Courbe ou courbe,camus, recroquillé.IT.*Torto,piegato.*GER Gebogen/krumb.HIS.*Retuerto ò de boneda.*ANG. *Crooked or bowed.*}*Virg.3.Georg.* Camuris hirtæ sub cornibus aures.

Cămūs,mi,Genus vinculi, {מתג *méthegh* רסן *resén* מחשם *maḥsóm* χάλως,θέμις.GA.Frein,bride ou licol.IT.*Laccio,fune.*GER.ein band,ein strick/ein halffter.HIS.*Lazo cuerda.*ANG *A bridle bitte.*} *Plaut.in Cas.* posuit pro fune,quo damnati alligantur furcæ,quum ait, Camum & furcam feras.¶Item equorum retinaculum,frænum,& muliebre ornamentum. ¶Græcis etiam Cadum iudicialem significat,coni figuram referentem,in quem iudices calculos coniiciebant.¶Est & genus tibiæ,pabuli & lilij & quædam herba.¶Item mechanicum instrumentum ignifcrum.¶Chamos aspiratum,idolum est,quod alio nomine dicitur Beelphegor,*vt inquit Hieronymus.*

Camum,mi,neutr gen.Genus potionis est *apud Vlpianum lib.9.D.de tritic.vin.*

CANA, siue CANAE, *Strab. lib.* 13. promontorium Asiæ, quod contrà lectum consurgens, Adramyttenum sinum efficit, cuius pars est Elaiticus. ¶ Sunt & Canæ eidem, Locrorum oppidulum, situm in agro Canæo. ¶ Cana præterea vicus Galilææ est,& vrbs Lycaoniæ *κατὰ.*

Canabis,*Vide* CANNABIS.

CANACE, κανάκη,Æoli filia fuit,& Macareï soror:*de qua Ouid.scribit in epist.*11.

CANAE,κάναι,Oppidum Eubolæ vel Locridis,iuxta promontoria Lesbi. Est & Cane κάνη,mons,& ciuitas,& stagnum.

CĂNĂCHE,*Ab Ouid.3.Metamorph.* numeratur inter canes Actęonis:quod nomen ἀπὸ τῆς κυναχῆς,hoc est,à clamore & strepitu impositum videtur.

CANAIVS,Amnis Æolidis.*Plin lib.5.c.*30.

Cănālĭcŏlæ,pen.corr.Forenses homines pauperes:dicti quòd circa canales fori consisterent.*Festus.*

Cănālĭs,pen.prod & tam masculini quàm fœminini generis, à canna fit,vna litera detracta. Est autem Canalis lignum ad cannæ similitudinem cauatum,quo aqua deducitur.{שקת *scokéth* תעלה *teḥaláh* רחש *rahát.*σωλών.GALL.Canal,conduit,esuier,tuyau.IT.*Cannale,condotto.*GERM.ein kánel HI.*Cañal.*ANG.*A cundite pippe,a cannel.*}*Festus*,Canales;per quos aqua confluit in viis lapide stratis,*Virg.3.Georg.* greges ad stagna iubeto Currentem illignis potare canalibus vndam.¶Dicitur & hoc Canale.*Stat lib.1.Syl* Flumina demerso trahit interrata canali.¶Canalis animæ,*Plinio*, canalicula siue fistula per quam spiritus vtreciprocatur. *Aul. Gell. libro.* 17. *capit.* 11. τραχεῖα ἀρτηρία, aspera arteria, siue quibusdam canna pulmonis cuius caput λάρυγξ.GA Sifflet.IT.*Canna de la gula.*}

Cănălĭcŭlŭs,diminutiuum à Canalis in masculino genere. {σωληνάριον. GAL.Petit canal,petit esuier,auget.IT.*Piccioli canali.*GE.Ein kleiner kánel.HIS.*Caño pequeño.*ANG. *A little cunnaite pippe.*}*Colum.lib.*9.Longiore cibo celeriùs pinguescit: semper tamen etiam canaliculi milio repleri apponuntur.

Cănălĭcŭlă,diminutiuũ,Parua canalis.{σωληνάριον.*Gel.li.*7.*c.*11.Ipsum autem Erasistratum dicere,duas esse canaliculas quasdam, seu fistulas, &c.*Canaliculæ,Forenses homines pauperes dicti, quòd circa canales fori consisterent. *Festus.*

Cănălĭcŭlātŭs,a,um,Quod est in canalis modum factum.{σωληνοειδής.GA. Fait en façon de canal ou tuyau.ITA.*A foggia di canuale.* GER.Gemacht wie ein kánel.HI.*Cosa accañalada.*AN.*Made lik a cundite pippe.*}*Pli.lib.*19.Quibusdam angusta & canaliculata,vt cumino: paucis folliacea & lata,vt atriplici.

Cănălĭtĭŭs,a,um,adiectiuum.{σωληνώδης.GA.De canal ou tuyau.ITA. *De canale.*GER.Das zum kánel gehört.HIS.*Cosa de cañon.*AN. *Of a cundite pippe.*} vt, Canalitium aurum,dicitur in puteis effossum,quod venarum canalibus per saxa vagatur huc atque illuc, & per latera puteorum. *Pli.li.*33.*c.*4. Quod puteis foditur,canalitium vocant:alij Canalitense,marmoris glareæ inhærens.

CANAN,dicta est Arabia à Cam,qui in ea consedit:à qua Cananei.{GE. Das Arabier land.} Hæc fuit prima gens quæ Deum ignorauit: quia princeps eius,& conditor cultum à patre non accepit,maledictus ab eo:itaque ignorantiam Diuinitatis minoribus reliquit.

CANANAEA,{ארץ כנען *chenaḥan.*χαναναία.}Syrię regio à Canaam filio Cam, qui eam regionem,quæ nunc Iudæa nuncupatur,inhabitans,à se Cananæam nuncupauit.GER.Das globt land Cănaan.

Cananitis,dis,χαναναῖτις,pe.cor.possessiuum est patronymici fœminini formam deductum à nomine Canaan,vt regio Cananitis.

Cănārĭă,Herba est,quam vernacula lingua etiam Herbam canis vocamus,quod canes ægroti ea præsentem vomitum eliciant. *Plin.lib.*25. *c.*8.¶Inuenerunt & canes canariam,qua fastidium deducunt, eámque in nostro conspectu mandunt: sed ita, vt nunquam intelligatur quæ sit,etenim depasta cernitur. *Ruellius* humilem esse herbulam ostendit,foliis tritici multò minoribus, calamulo tenui,geniculis pyxidatim cohærentibus articulato, internodiis tibiarum modo in se inserctis,quæ tracta suis ex vaginulis exeruntur: euanidam spicæ loco paniculam habens:denique folio & culmo triticum, cacumine arundinem imitans.

CĂNĀRĬĂ,insula est Atlantiçi Oceani,ad lævam Mauritaniæ, vna ex iis quas veteres ob insignem aëris temperiē,fortunatas vocauēre.Canaria dicta à multitudine canum ingentis magnitudinis, *vt ex Iubæ sententia tradit Plinius libro sexto,capite trigesimo secundo*,Hodie omnes illę insulę,quas veteres Fortunatas dixere,vno nomine Canariæ appellantur:quarum nobilissima est Palma, præstantissimo saccharo, quod Canarium vocant,insignis.Vulgus nomen retinuit.

CANARII,Africæ populi sunt circa Atlantem, habitantes in saltibus pleni elephantorum,ferarum & serpentum:ita dicti,quòd canum victus ipsis promiscuus sit *Vide Plin l.*6.*c.*1.

CANAS,Oppidum Lyciæ regionis Asiaticæ.Lycia quondam{*inquit Plin. li.*5.*c.*27.}LX.oppida habuit,nunc XXXVI.habet.Ex his celebertrima, præter supra dictas,Canas,Candyba.

CANAS TRAEVM,κανᾶς τρῆχυς,Promontorium est Macedoniæ,Pallenę proximum,in sinu Thermaico.*Plin.lib.*4.*c.*10.

CANATHA,κάνα θα,*Stephano*,Oppidum est in Decapolitana regione,quę Syriæ iungitur.*Plin.lib.*1.*c.*18.

Canatius,*ab Apuleio dicitur in Flor.pro* clara seu præconis voce. Canatius inquit lunam dabo,vt per omnes prouincias eat.Sed hoc à canando,id est,Calando videtur dictum. Nam *Varro* scribit consuetudinis fuisse,vt classicus in arce circúmque muros canatum iret.

Cancanos,κόγχανος,Herba est *Galeno quæ Dioscoridi & Plinio* Calcalit dicitur,& Leontice.*Vide Ruellium lib.*3.*c.*128.

Cāncēllī,lorum,Ligna aut ferramenta,modicis interuallis in transuersum instar retis inuicem annexa,quibus scenæ & tribunalia atque fenestræ muniri solent,aditúsque eorum præcludi. {שבכה *sebaḥáh.* γραῖδες,δρυφακτοί.GA.Treillis,claires voyes.ITA.*Gelosie ferrate.*GERM. Getter auß holtz oder eysen.HI SP.*Rexas ò verjas de hierro para apartar.* ANG.*Lattasses,windowes made with barres of tymber or yron.*}Et apud priscos ferè semper fuerunt ærei,quorum multi extant per basilicas distributi,ad lignorum similitudinem fabrefacti,quorum lineolæ altrinsecus in quincuncem superpositæ foramina linquunt,quibus quũ aër aspectúsque admittatur,prohibetur accessus, seruatáque vsus eiusmodi claustra vineis pro valuis,foribúsque apponi. *Cic.pro Sestio.* Tantus est à fori cancellis plausus excitatus. ¶Cancellos alicui circundare,per translationem dicitur pro eo quod est,limites quosdam angustos cuipiam præscribere, extra quos non liceat euagari. *Idem pro Quintio*,Si extra hos cancellos,quos mihi ipse circundedit, declinauero. ¶Sunt cancelli loca cancellatim, hoc est, cessellatim facta transuersariis lignis accommoda sessui.*Ouidius*,Cancellis primos imposuisse pedes. ¶Cancellos agere,à cancellis esse:posteriorum temporum scriptores dixerunt, quum Cancellarium esse significare vellent.*Cassiodorus lib.*11.*Instit.diuin.& hum.& lib.*11. *Varr.Ericus monachus libro* 6.*de vita Germani.* Volusianus erat præcelso nomine quidam Vrbis patritio toti delectus & vrbi, Atque à cancellis prisco de more minister. Atque eam ob causam Cancellarius à cancellis dictus videtur. In sacris literis Cancelli vocantur specilla foraminibus plena,& transuersim plagulis fenestrata, quas vulgus *Zelotypias* vocitat. *Vnde in Prouerbiis*, De fenestra domus meæ per cancellos perspexi iuuenem.Hos cancellos delicioſos *Cic.lib.*1. *de perfecto genere dicēdi*,appellat Transenuas,ab oculorum videlicet & foraminum transitu:*dit enim*,Quasi per transennam prętereuntes strictim aspicimus.

Cāncēllo,as,are. *Col.l.*4.*c.*2.*de vite loquens*:Hæc autem quæ toto prostrata corpore, quum infertus solum quasi cancellauit atque irretiuit, cratem facit, & pluribus radicibus inter se connexis angitur, nec aliter quàm si multis palmitibus grauata, deficit. ¶ Aliquando significat Concido,dilanio,dispungo,erado, deleo. {קצץ *katsáṣ* מחה

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

מחק *macbah.* Δικτύωτα. GAL. Canceller, rayer, casser. ITALIC. *Cancellare, cassare, terre vin.* GER. Vergätteren/oder zerreyssen/ausstrauen. HIS. *Truncar, cessar, ò borrar como la escriptura.* ANG. *To crosse out any thing written.*} Nam sicut ex transuerso ducuntur ligna in cancellis, ita deiendis scripturis transuerso calamo notæ, lineæque atramentariæ. *Iu. reconsult. tit. De his quæ in testamento deleatur.* Cancellarat quis testamentum, vel induxerat.

Cancellātus, a, um, adiectiuum, Quod cancellorum figuram imitatur. {κατὰ πλεγμάτων ὑφός. GAL. Fait en façon de treillis ou de retz. ITA. *Fatto in gelosia.* GERMA. Das der gätteren form hatt. HISPA. *Cosa apartada con rexas.* ANG. *Madelik a lattu window.*} *Plin. lib. 3. c. 10.* Durissimum dorso tergus, ventres molles, setarum nullum tegumentum: ne cauda qui dem præsidium abigendo tædio muscarum (nanque id & tanta vastitas sentit) sed cancellata cutis, & inuitans id genus animalium odore. Ergo quum extenti recepere ex anima, arctatis in rugas repente cancellis, comprehensas enecant. Vbi cancellatam cutem appellat, quibusdam cancellis distinctam, hoc est, tessellatim quadratam & in modum capsularum factam.

Cancellātim, ad similitudinem cancelli. {δίκην κιγκλίδων. GALL. En façon de treillis, en maniere de retz. ITA. *A foggia de gelosia.* GERM. Nach weyss vnd form der gätteren. HIS. *Apartadamente.* ANG. *Lattis wise, or like a lettis window.*} *Plin. lib. 11. c. 37.* Terrestrium aliis venter denticulatæ asperitatis, aliis cancellatim mordacis.

Cancellārii, {סופרים *sopheriym.* ὑπογραμματεῖς. GAL. Chanceliers. ITA. *Scrittani, cancellieri.* GER. Canitzler. HISP. *Chancilleres.* ANG. *Chancellours*} Degenerante iam tum paulatim lingua Latina, dicti sunt scribæ principum, quorum opera illi in conficiendis, examinandisve diplomatibus vtebantur. *Vitur hac voce Flauius Vopiscus, scribens* à Carino Imperatore factum esse præfectum vrbis vnum ex Cancellariis suis.

Cancĕr, cri, {καρκίνος. GAL. Escreuisse. ILA. *Gambaro.* GERM. Ein krebs. HIS. *Congrejo.* ANGL. *A crabbe.*} Piscis genus est mollem testam habens pro tegumento, cuius multæ sunt species, quas vide *apud Plin. lib. 9. c. 51.* [Transuersus cedit quasi cancer. *Plaut. pſ. sc. 1. a. 4.*] ¶ Est item Cancer vnum ex duodecim Zodiaci signis, à quadam cancri piscis similitudine ita dictum: eò quod Sol mense Iunio signum hoc perambulans, paulatim incipit à nobis recedere, & cursu retrogrado ferri, in modum cancri. Refert Hyginus, hunc fuisse cancrum, qui à Iunone in Herculem cum Hydra Lernæa pugnantem, immissus fuit: qui quum pedem eius momordisset, ab Hercule occisus est, & à Iunone inter sydera collocatus.

¶ Cancer item, {καρκίνος, καρκίνωμα. GALLI. Chancre. ITAL. *Cancaro infermità.* GERM. Der krebs/ein krankheit die vmb sich frisst. HI. *El cancer ò çaratan enfermedad.* AN. *A canker, or spreading disease in the bodie.*} morbus est ab atra bile efferuescente proficiscens, cum alias corporis partes, tum mulierum mammas in primis infestans, quæ menstruo non purgantur. Dictus cancer, vel quòd paulatim serpat cancri piscis similitudine: vel quòd venas circa se habeat extensas, instar brachiorum cancri: vel quòd pertinaciter hæreat, vt solet cancer, si quid chelis non apprehenderit. Est autem & in hac significatione, vti in duabus præcedentibus, masculini generis & secundæ declinationis. *Cato de re rust.* Eadem brassica vulnera putrida, cancrósque purgabit, sanósque faciet. ¶ Grammaticorum nonnulli in hac significatione neutri generis esse tradiderunt, & tertiæ declinationis, decepti *Ouidij* loco, quem opinionis suæ corroborandæ causa solent adducere, Vtque malum late solet immedicabile cancer Serpere, & illæsas viriatis addere partes. Qua in re nimium profectò pueriliter falluntur, non animaduertentes, adiectiuum Immedicabile, non cum nomine Cancer, sed cum dictione Malum, cohærere. ¶ Cancros Orci, *dixit Apuleius*, pro faucibus & tenacibus stationibus, quasi cancellos. ¶ Cancros lepori comparas, καρκίνους δασύποδι συγκρίνεις. De supra modum dissimilibus. Est enim vt leporum celeritas, ita & cancrorum tarditas nota est. ¶ Cancer leporem capit, καρκίνος λαγὼν αἱρεῖ. De qua re nequaquam verisimili, dictúque absurda, velut si quis dicat ab indoctissimo superari doctum. Cancrum rectè ingredi doces, καρκίνον ὀρθὰ βαδίζειν διδάσκεις. De eo qui docet indocilem. Refertur *in Plut. Collectaneis*, pertinétque ad genus ἀδυνάτων. ¶ Huic finitimum est quod Aristoph. in pace, οὔποτε πείσεις τὸν καρκίνον ὀρθὰ βαδίζειν. Οὐδ' ὅτι τοὶ πρωκτὸν ποιήσεις ὑγιέστερον. Id est, Ambulet vt cancer rectà, haud efficeris vnquam: Nec quicquam efficies vbi res erit antè peracta. Hoc velut oraculum poëta facetus pronuntiat. Quod à natura sit insitum, nullo corriges negotio. Nam cancris genuinum, obliquè ingredi.

CANCER, Nomen poëtæ Tragici.

CANCHLEI, Arabiæ populi, Cedreis & Nabathæis finitimi. *Autor Plin. lib. 5 c. 11.*

Canchrys, κόγχρυς, Libanotidis fœcundæ semen est, *Dioscoridi libro 3. cap. 70.*

CANDACE, es, κανδάκη *Suida*, Æthiopum regina fuit, tempore Augusti, quæ maximi animi mulier, tantíque in suos meriti fuit, vt omnes deinceps Æthiopum reginæ, eius nomine fuerint appellatæ. {GERM. Ein verrumpte königin der Moren.} *Strab. lib. 17.* Candace per nostra tempora Æthiopibus imperauit, virilis sanè mulier, sed altero oculo capta. *Plin. lib. 6. cap. 29.* Regnare fœminam Candacem: quod multis iam annis nomen ad Reginas transiit.

CANDARA, κάνδαρα, Paphlagoniæ oppidum, trib. schœnis à Gangris distans, & Thariba vico. Gentile est Candarenus, κανδαρηνός.

CANDARIA, Promontorium est in Coo insula. *Autor Strab lib. 14.*

CANDASA, Castellum Cariæ, κάνδασα, *Stephano.*

CANDAVIA, Mons est in ea parte Macedoniæ, quę in mare Adriaticum vergit, LXX. M. passuum à Dyrrhachio distans. *Luc. lib. 6.* Deuia qua vastos operit Candauia saltus. *Plin.* Candauias montes, multitudinis numero appellat, *lib. 3. c. 23.*

CANDAVLES, κανδαύλης, Lydorum rex fuit, qui quum vxorem haberet formosissimam, non contentus, secreta voluptatum suarum conscientia eam Gygi amico nudam ostendit: quo pacto sodalem forma Reginæ captum ex amico hostem fecit, & tanto proposito præmio in necem suam pellexit, vxorémque & regnum dotale veluti in manum tradidit.

CANDAVLUS, κάνδαυλος, Opsonij genus fuit ex carinę elixa, pane, & caseo Phrygio, cum aneetho, & pinguiiure. *Vide Calium Rhod. lib. 20. c. 14.*

CANDAR, *Vide* CANDACE.

CANDEROEA, Paulus Phœnices, in radicibus Carmeli montis: *de qua Pl. lib. 36. capit. 26.* Pars est (*inquit*) Syriæ, quæ Phœnice dicitur, finitima Iudææ, intra montis Carmeli radices paludem habens, quæ Candeboea nominatur. Ex ea creditur nasci Belus amnis.

Candefacio, *Vide* CANDEO.

CANDEI, Populi sunt in sinu Arabico, qui, quòd serpentibus vescantur Ophiophagi vocantur. *Autor Plin. lib. 6. c. 29. Pomp. lib. 3. in descriptione sinus Arabici.*

Cāndēla, à candore luminis dicitur. {נר לפיד *lappidh* נר *ner.* λύχνος, κηρός. GA. Chandelle, torche, cierge, ou telle chose esclairante. IT. *Candela.* GER. Ein kertz. HI. *Candela y candil.* ANG. *A candell.*} *Iuuen. Satyr. 9.* Candelam apponere valuis. *Plin. lib. 13. ca. 13.* Lapidem fuisse quadratum circiter in medio, arctè vinctum candelis quoquò versus. Loquitur de lapide in quo reperti sunt libri Numæ. *Hermolaus*, Candelæ, *in quit*, sunt quacunque constant materia, scirpis, tæda, seuo, cero: vt mirum non sit, libros Numæ candelis inuolutos tradi. Candelas sebare, *Col. l. 2, ca. 2. cap. 22.* (*Vide Martia. epig. 40. li. 14.*]

Cāndelābrum, penultim. prod. Instrumentum in quo figitur candela ad lucendum. {מנורה *menoráh.* λυχνίον, κηροπήγιον. GA. Chandelier. ITA. *Candeliero.* GERMANIC. Ein kertzstock/ein liechtstock. HISPA. *El vgar donde se pone el candil.* ANG. *A kand lestick*} dicitur, quòd in eo candelæ figantur, *autore Festo. Cicer in Verr.* Iam verò lectos æratos & candelabra ænea. *Martial. de candelabro Corinthio, lib. 14.* Nomina candelæ nobis antiqua dederunt, Non notat parcos vncta lucerna patres.

Cāndĕo, es, ui, Candidus sum. {חלבין *hilbin.* λευκός εἰμι. GA. Estre blanc. ITAL. *Essere bianco.* GE. Weiss sein. HIS. *Emblanqueperse.* ANG. *To be white or shyning.*} *Virg. 4. Æneid.* Candentis vaccę media inter cornua fundit. *Ouid. 11. Metam.* Candida de nigris, & de candentibus atra. ¶ Significat etiam ignitum esse. {קרח *k. dhách.* πύρωσις, ἀπύρωσις. GAL. Estre embrasé, ou reluire & estre blanc de force d'estre embrasé & cuit au feu. ITA. *Deuenir di fuoco.* GER. Glüend sein/feurig sein. HIS. *To be hoate and glowing redde.*} *Cic. 2. Offic.* Qui cultros metuens tonsorios, candente carbone sibi adurebat capillum. Composita, Excandeo, & Incandeo, à quibus Excandesco, propriè vehementer incendor, inflammórque. *Cato de Re rustica.* Nàm si sub tecto coquas, quum bitumen & sulphur addirum est, excandescet, hoc est, incendetur, & inflamabitur. Transferuntur etiam ad iram θυμοῦσθαι, quòd ea est velut ignis animum incendens, & vultum hominis quodam candore perfundens: vel quia, vt sol quantò candidior, tanto ardentior: ita animus, dum concitatus est, inflammatus, incensus & candescens dicitur, vt tanta mentis commotio significetur. *Calius. Cic.* Id postquam resciit, excanduit, & me causam inimicitiarum quærere clamitauit, id est, ità vehementer incensus est. Hinc Excandescentia, quæ est (*vt Cic. 4. Tusc. inquit*) ira nascens, & modò existens, θυμωσις. Incandesco, candens & ignitus fio. *Metam. li. 7.* Non secus exarsit, quàm quum Balearica plumbum Funda iacit: volat hoc, atque incandescit eundo: Et quos non habuit, sub nubibus inuenit ignes. Est & recandeo, à quo recandesco, quod est rursus candesco. & accipitur pro Calefacio *Ouid. l. 1. Metamorph.* Ergo vbi diluuio tellus lutulenta recenti, Solibus æthereis altróque recanduit æstu.

[Candens quid propriè dicatur, docet *Gel. cap. 10. lib. 17.* Queis nunquam candente dies apparuit ortu. *Tibul. l. 1.*]

Cāndēsco, Ignitus fio. Ignesco. {קרח *kadhách.* πυρώσομαι. GA. Sembtaser, deuenir feu. IT. *Diuenir di fuoco.* GER. Glüyend oder feurig werden. HIS. *Encederse.* ANG. *To waxe hoat or glowing redde.*} *Ouid. 2. Metamor.* -curvísque suos candescere. etiam album fieri significat. *Tibullus lib. 1.* Licéatque caput candescere canis.

Cāndor, oris, Albedo splendori coniuncta. {לבן *labán.* λευκότης. GA. Blancheur, lueur, pureté, bonne foy. I. *Biancheꝛza, candore.* G. Weysse/glitze rechte. HI. *Blancura con lustre.* A. *whitnesse, glowing reddenesse, vprightnesse.*} *Plau. in Men.* O solem vides, statim vt occæcatus est, prę huius corporis candoribus. *Plin. lib. 12. cap. 14.* Thus probatur candore. *Cic. 2. de Nat. deor.* Nam solis calor & candor illustrior est, quàm vllius ignis: quippe qui immenso mundo tam longè latéque colluceat. Dicitur & per metaphoram candor animi *à Cic.* multis in locis, pro synceritate & puritate animi. [Quique est in caris animi tibi candor amicis. *Ouid. El. 6. lib. 3. Trist.* Gratia candori, si qua relata meo est. *Ouid. Eleg. 1. lib. 2. Trist.*

Cāndĕfăcio, Cādidum facio. {חלבין *hilbin.* λευκαίνω. GA. Faire blanc, blanchir. ITA. *Imbiancare.* GERM. Weyss machen/weyssigen. HI. *Emblanquecer.* ANG. *To make white.*} *Plaut. in Mostell.* Vna opera ebur atramento candescere postules. ¶ Aliquando etiam candefacere, est candentem & ignitum reddere. {ἐμπυρίζειν. GALL. Eschauffer tellement quelque chose qu'on la face reluisante & comme blanche. ITAL. *Scaldare talmente vna cosa che ti paia bianca.* GERM. Glüyend machen. HISPA. *Encender.* ANG. *To make glowing hoat or fine.*} *Plin. lib. 34. c. 8.* Vbi inter lapides candefactos funditur. [Excoctum & candefactum argentum. *Gell. c. 5. lib. 6.*] Hinc excandefacio, candens & ignitum facio: vnde Ferrum excandefactum, hoc est, candens & ignitum. Per translationem accipitur pro ira inflammare, θυμοῦ.

Cāndĭco, as. pen. cor. candorem habeo, subcandidus sum. {ὑπολευκοῦμαι. GAL. Estre blanc, tirer sur le blanc. ITA. *Essere vn poco bianco.* GERM. Weyssglitzerechtig sein. HIS. *Ser blanco per defuera.* ANGL. *To be somewhat white.*} *Plin li. octauo*, Insigne ei in dextro latere candicans macula.

Cāndĭcāntĭă, æ, pro albedine, λευκασμός. GA. Blancheur, couleur blanchastre, tirant sur le blanc. IT. *Biancheꝛza.* GA. weysse. HIS. *Blancura.* AN. *Bleaching, making faire or white.*} *Plin. li. 37. c. 13.* Fictitiæ sacrificationis candicantiam fugiunt.

Cāndĭdātŭs, Alba veste indutus. {λευχειμων, λευχείμων. GALLIC. Vestu de blanc, blanchi. ITAL. *Vestito di bianco.* GERM. Mit weyssen kleidern angethon. HIS. *Cosa vestida de vestę blanca.* ANG. *Clothed in white.*} *Plautus Rud.* Ergo vos æquius erat candidatas venire, hostiatásque. Item, qui luce quadam nitente est perfusus. Vnde *Lactantius* immortalitate nos veluti candidatos esse, eleganter dixit. ¶ Candidati etiam

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

dicebantur, qui ad alicuius magistratus, aut dignitatis petitionem aspirabant, οἱ παραγγέλλοντες τὰς ἀρχὰς, οἱ διεκδικοῦντες, à toga candida, quam per id tempus induebant, siue ad denotandam integritatem, quod solus hic color syncerus ac purus, & minimè inquinatus est: siue, vt perspici ab omnibus possent. Ire autem candidari per comitia solebant, suadendo, rogando, submittendo se omnibus, & nudato etiam corpore, cicatrices ostendendo. *Cicer pro Murana*, Nec candidatis ista benignitas adimenda est, quæ liberalitatem magis significat, quàm largitionem. Inde per translationem aliarum quoque rerum petitores candidati dicuntur, *sicut ad Quint.* Candidatus eloquentiæ, & *à Plinio in Paneg.* Candidatus gloriæ, & immortalitatis *ab Hieronymo* Candidatus fidei. Ex quibus ostenditur Candidatus construi cum genitiuo: vt sit candidatus Consulatus, Prætura, Quæstura, qui petit consulatum, Prætura, Quæsturam. [Candidati erant discincti, & sine tunica, & cur. *Plutar. in Coriol.* Candidatus equestris gradus. *Suet. in Galb. c.14.*] Candidati milites, *inquit Vegetius li.2.* Hi sunt principales qui priuilegiis muniuntur. Reliqui munifices appellãtur, quia munera facere coguntur. *Candidatorius, Adiect. Cic. ad Att. li.1.* Nos in omni munere candidatorio fungendo summam adhibebimus diligentiam.

Cāndĭdŭs, da, dum, Albus, lucens. {לבן *laban*. λευκὸς, φωτεινός. GAL. Blanc, reluisant, resplendissant. ITA. *Candido, bianco.* GERM. weyß/ gleissend. HIS. *Blanco con lustre.* ANGL. *white, skyning.*} *Seruius in 3. Georg.* Aliud est candidum esse, id est, quadam nitente luce perfusum, aliud album quod pallori constat esse vicinum. Itémque candidum propriè dicitur quod sit cura: album quod sit natura: & candido nigrum, albo verò fuscum opponitur: *Cor. Front. de diff. vocab.* [Candida & fusca vox. *Quintilian.* Reus candido sudario frontem terges? Idem dignus es & fato candidiore frui. *Ouid. Eleg. 4. l. 3. Trist.* Candidum panẽ edo. *Quinti.* Candide Lector. *Ouid. Eleg. 10. l. 1. Trist.* Item candida manu propinare. *Pl. pseud. sc. 1. a. 5.*] ¶ Sumitur etiam Candidum, αἴθων, Pro ignito. {ANGL. *Fiery, bright shyning like fire.*} vnde ferrum candidum vocamus, quum accensum est & ignitum. ¶ Et quia inter colores candidus purissimus est, accipitur etiam Candidum pro puro, & syncero, & minimè fucato. *Horat. 1. Epist.* Albi nostrorum sermonum candide iudex. Et candidus sermo, λευκὸς λόγος, Græcis dicitur oratio dilucida perspicuáque, à calore qui inter cæteros plurimum habet lucis. ¶ Interdum candidus ponitur pro Fœlici: tractum à Thracibus, qui diem fortunatum, albo: aduersum nigro designant. *Catullus*, Fulsêre verè candidi tibi soles. *Horat. li. 2. Ser.* -huncine solem Tam nigrum esse mihi? id est, tristem & exitiosum.

Cāndĭdē, Purè, syncerè, benignè. {ἀφελῶς. GAL. A la bonne foy, simplement. IT. *Da huomo dabe, di puro cuore.* GE. Ein fettigkeit/ trewlich/ one betrug/ gütigkeit. HIS. *Simple y puramente.* AN. *Simplie, vpright lie.*} *Celius Ciceroni*, Cauendum tibi erit, ne parum simpliciter, & candidè posui te inimicitias videaris.

Cāndĭdŭlus, a, um, diminutiuum. {λευκύτατος. AN *Somewhatte white.*} *Cic. 5. Tusc.* Candiduli dentes, venusti oculi, color suauis.

Cāndĭdo, as, candidum facio. {לבן *hilbin*. λευκαίνω. GALL. Blanchir, faire blanc. ITAL. *Imbiancare.* GERMA. weyssgen/ weyss machen. HI. *Emblanquecer.* ANGL. *To bleache, to make white.*} *Pomponius*, Vestem Lixiuio candidans. *Plinius*, Cuius radice vtuntur ad candidos capillos.

Cāndĭfĭco, as, idem. {λευκαίνω. ANG. *To make white.*} *Nasica*, Polens sese, & succis herbarum candificans cutem.

Cāndĭdātōrĭus, a, um, παραγγελτικὸς: vt, candidatorium munus. *Cic. ad Atti. lib.1* Nos in omni munere candidatorio fungendo summam adhibebimus diligentiam.

Candetum, Galli appellant in areis vrbanis spatium centum pedum, quasi Centeatum. In agrestibus autem pedum centum quinquaginta quadratorum iustum Candetum vocant. *Ex libello variorum autorum de Limitibus.*

CANDIDVM, λευκὴ, Zeugitanæ regionis (quæ propriè Africa dicitur) promontorium est. Sunt enim in minore Africa tria promontoria, *teste Plin. lib. 5. ca. 4.* Candidum, circa quod Scipio in Africam proficiscens, copias suas exposuit: mox Apollinis aduersum Sardiniæ, & Mercurij adsum Siciliæ: quæ in altum procurrentia, duos efficiunt sinus, Hipponensem & Diarrhytum.

CANDIOPE, Καυδιόπη, Oenopionis filia & Orionis soror (*vt Theodotius asserit*) quam quum frater in venatione in autrum traxisset, vim illi intulit, & ex ea Hippolagum suscepit: quod quum Oenopion resciuisset, indignatus, filium exulatum abire iussit, qui oraculo edoctus, versus Orientem in Thraciam cum Candiope & paruo filio delatus, ibique ob insignes virtutes in magno pretio fuit.

Candosoccus, in vitibus quid dicatur, docet *Columel. libro 5. capit. 4. his verbis*, Nonnullos tamen in vineis choracatis animaduerti, & maximè heluenaci generis prolixos palmites, quasi propagines summo solo adobruere, deinde rursus ad arundines erigere, & in fructum summittere, quos nostri agricolæ Mergos, Galli Candosoccos vocant.

CANDYBA, Κάνδυβα, τὰ, *Steph.* Lyciæ regionis ciuitas est, vbi laudatur Oenium nemus. *Hæc Plin. lib. 5. c. 27.*

CĂNĒNS, entis, Nympha fuit, Pici Laurentium regis vxor, quæ quum virum à Circe in auem mutatum supra modum lugeret, extabuit, & loco cuidam ad ripam Tyberis, vbi hæc contigerunt, nomen, suum reliquit. *Fabulam hanc vide latiùs apud Ouidium 14. Metamorph.*

CANE, Oppidum Æolidis regionis. *Plin. lib. 5. c. 30.*

CANE, vel Cana promontorium Æolidis, olim Ægeates. *Vide Steph.*

CANEBIVM, Καναῖβιον, Vrbs Cariæ, Cyon post appellata. *Steph.*

Caneo, *Vide* CANVS.

Canentas, Capitis ornamenta veteres dixêre. *Festus.*

Cănēphŏră, pen. corr. κανηφόρος, Virgo dicitur quæ more Attico sacra in cistulis reposita capite sustinebat. κάνα enim Græci dicunt, quę nos Canistra, & per diminutionem Canistella. *Cic. in Verrem*, Habe Canephoras, deorum simulachra restitue.

Cani, canorum. *Vide* CANVS.

Cania, æ, Vrticæ syluestris genus. *Plin. li. 21. c. 15.* Et in syluestri quæ dicitur Cana, acrior, caule quoque mordaci, fimbriatis foliis.

Cănĭcĕa, Furfures ab antiqu s dicebantur, { ANG. *Skourfe or braine of wheate.*} *teste Festo.* eò quòd canes iis pascerentur. Vnde Canicaceum panem, furfureum dicimus. *Pacuuius*, Qui apud te, quasi seruus, est canicaceum panem.

Cănĭcĕps, Genus animalis faciem caninam habens. κυνοκέφαλος. *Plin. lib. 7 c. 2.* tradit in Asiæ montibus genus hominum esse canino capite, pro voce latratum edentium, quos vocat κυνοκεφάλους: nos etiam Canicipites vocare possumus.

Canicula, *Vide* CANIS.

CĂNĬDĬă, Vnguentaria fuit Neapolitana, in quam, tãquam veneficam, sæpe inuehitur *Horatius.*

CANINIVS, Septem horarum Consul fuit, in quem iactatum est *scomma illud* Ciceronis, *Mira fuit Caninij Consulis vigilantia*, qui toto suo Consulatu somnum non vidit. C. Caninius alter eques Rom. quum in Siciliam otiandi causa venisset, hortósque à Pythio argentario viro doloso emisset, instructos piscibus & piscatoribus de industria positis, postera die, quum ad eosdem ipse amicos inuitasset, nullos ibi neque pisces, neque piscatores reperit. *Vide Ciceronẽ lib. 3. Offic.*

Cănīnus, *Vide* CANIS.

Cănĭs, gen. comm. Animal domesticum satis notum. {כלב *chelēb*. κύων. GAL. Chien ou chienne. ITA. *Cane.* GER. Ein hund. HISP. *Can, perro.* ANGL. *A dogge, or bitche.*} A canendo dicitur, quod nocte in custodia, & in venando signum voce det. *Terent. in Phorm.* Introiit in ædes ater alienus canis. *De hoc Columel. lib. 7. cap. 12.* Quis hominum clariùs, aut tanta vociferatione bestiam vel furem prædicat, quàm ille latratu? quis famulus amantior domini? quis fidelior comes? quis custos incorruptior? quis excubitor inueniri vigilantior? quis denique vltor aut vindex constantior? De genere autem & natura canum, *vide Plin. lib. 10. cap. 63. & Xenophontem in opere de Venatione.* [Vt minuti canes latrantes ad occursum ignotorum. *Senec. de vita beat cap. 19.* Ita me ab læua rabiosa fœmina obseruat canis. *Plaut. Men. sc. 2. a. 5. Item sc. 5. a. 5.* Vxorem suam canem esse aiebat. Canem hanc esse par fuit, sagax nasum habet. *Plaut. Curc. sc. 2. a. 1.* Hecubam Græci canem esse prædicabant. *Plaut. Menach. sc. 1. a. 1.*] ¶ Dicebant & veteres etiam in singulari Canes, quemadmodum *Varro lib. de lin. Lat. 6. probat ex Ennio*: Tantidem quasi fœta canes sine dentibus latrat. *Lucil. de litera R*, Irritata canes. ¶ Canis item piscis marinus est, ita dictus, quòd cani similis sit. ¶ Canis præterea ludi talaris signum, quod vnum duntaxat punctum continebat: ideo damnosus canis appellatur *à Propertio*: Semper damnosi subsiluêre canes. *Canes pro furijs. Virg. 6. Æneid.* visæque canes vlulare per vmbram Aduentante dea. *Vbi Seruius*, Canes furias dicit. Semidei canes *Lucan. lib. 8.* Nos in templa tuam Romana accepimus Isin, Semideósque canes. Videlicet Mercurium quem Anubim vocant. Nam colitur apud Ægyptios in forma canis, & lingua Ægyptia Anubis canis dicitur. *Canis, est etiam vox qua impudentibus inimicis conuitium fieri solet. *Terent. in Eunucho*, Diminuam ego caput tuum hodie nisi abis. G. ain' tu verò canis. *Donatus*, Canis ad cibum, κύων ἐπὶ σῖτον. De iis qui in suum properant exitium. Qui canem volunt occidere, cibo ostenso alliciunt. ¶ Teipsum non alens, canes alis, αὐτὸν μὲ τρέφων, κύνας τρέφεις. In eum dicebatur, qui quum per inopiam sibi quæ sunt ad vitam necessaria, suppeditare non posset, conaretur, aut equos, aut famulos habere domi, splendidísque vestibus indui. ¶ Cum cane simul & lorum, σοὶ τῷ κυνὶ καὶ τὸν ἱμάντα. Eudemus indicat dici quoties simul omnia pereunt, & nihil omnino sit reliqui, ne spes quidem recuperandi quod periit. ¶ Cani das paleas, asino ossa κυσὶ δίδως ἄχυρα, ὄνῳ δὲ ὀστέα. Quum res præposterè distribuitur: veluti si quis indocto munus mittat literarium, erudito floscules & gladium, balteúmve, militi librum. ¶ Canis ad proprium vomitum, κύων ἐπὶ τὸ ἴδιον ἐξέρασμα. Quadrat in eos qui relabuntur in eadem flagitia, à quibus aliquando sunt expiati. *Refertur in Epist. D. Petri.* ¶ Digna canis pabulo, ἀξία ἡ κύων τῷ βράμματι. Fermè perinde valet ac si dicas, Dignus operarius mercede sua. Refertur à Suida. Quadrabit in hominem non vsquequaque reiiciendum atque inutilem. ¶ Canem excoriatam excoriare, κυνὰ δέρειν δεδαυμένον, Suidas ait dici solere de iis qui iterum ea patiuntur, quibus aliquando fuerunt afflicti. *Aristoph. in Lysistrata.* Diogenianus ait conuenire in eos qui frustra sumunt operam. Sunt qui putant magis quadrare quum quis affligit afflictum. ¶ Canis festinans cæcos parit catulos, ἡ κύων σπεύδουσα τυφλὰ τίκτει. In eos iaciebatur, qui nimio festinandi studio, rem parum absolutam edunt: vt si quis operis parum elimati præcipiter editionem. *Galen. lib. 2. de Semine.* ¶ Canis in præsepi, ἡ κύων ἐν τῇ φατνῇ. In eos dicitur, qui nec ipsi fruuntur re quapiam, neque reliquos item sinunt vti. Quandoquidem canis in præsepi nec ipse vescitur hordeo, & equum vetat vesci. *Lucian. aduersus indoctum.* ¶ Obiicere canibus agnos, προβάλλειν τοῖς κυσὶν ἀρνας, dicebatur qui imbellem & litium imperitum calumniatoribus & exercitatis exponeret, quòd genus sit animal omnium maximè imbelle. *Refertur à Diogeniano.* ¶ Ex canis podice, ἐκ κυνὸς ὠμοπλάτης. Dictum videtur *à Luciano* pro eo quod est, rebus anxiis atque angustis, quòd ea pars arctior sit huic animanti: quamobrem & excernunt difficiliùs. ¶ Canis sæuiens in lapidem, κύων εἰς τὸν λίθον ἀγανακτῶσα. Competit in eos qui mali sui causam imputant non ipsi autori, sed alteri cuipiam. *Plato de Rep. & Pacuuius apud Nonium.* Inuitis canibus venari. Hoc Adagio *Plautus in Stycho* significare videtur non sat feliciter succedere quod à nolentibus extorquetur. ¶ Canis vindictam, κυνὸς δίκην. Macedonicum adagium, in eos qui præter expectationem pœnas dãt iis quos aliquando læserunt. Natum ab Euripidis tragici poëtæ interitu, qui à canibus fuit discerptus. ¶ Canis caninam non est. Prouerbium, ad quod alludit *Iuuenalis*, parcit cognatis maculis similis fera. *Varro lib. 6. de lingua Latina.* ¶ Canis sydus leporem fugientem sequitur: habet in lingua stellam vnam quæ propriè appellatur Canis, magnam quidem & splendidam, in capite alteram, quam nonnulli Sirion dicunt. Sunt ergo duo canes in cælo, maior scilicet & minor: sed Canem dicendo, maiorem intelligimus. Minor enim canis Canicula dicitur: quæ quia integrum diem in ortu atque occasu Canem præcedit, à Græcis προκύων vocatur. Hæc etiam Antecanis, & Sirius dicitur. *Cic.* Antecanem, Procyon Graio qui nomine fertur. Oritur XVII.

Calend.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Cal. Au. Occidit, sed non tota, post dies quadraginta: idque dierũ spatium, Dies caniculares appellamus, eò quòd sydus hoc iis diebus in medio cæli centro sit: coniunctúmque cum sole, duplicet calorem quo dissoluuntur corpora, & euaporantur. ¶ Dicta Canis, quod corpora morbo afficiat, & nimio calore mordere instar canis animalis videatur. [Canis &c. *Suet. in August. c.* 71.]

Cănĭcŭlă, diminutiuum à Cane, quum est fœm. gen. {κωνίδιον. GAL. Petite chienne. IT. *Vna picciola cagna.* GE. Ein hundlin HISP. *Perra pequeña perrita.* ANG. *A litle bitche* } *Cic. 3. de Nat deor.* At illud non modò non arrogantis, sed potiùs prudentis, intelligere se habere sensum & rationem, hæc eadem & caniculam non habere. ¶ Accipitur & pro signo cæsti, σείριος. *Columella lib.* 10. Quúmque peracto solstitio vsque ad ortum Caniculæ, qui ferè dies triginta sunt. ¶ Hinc caniculares ἀπὸ μέρους τοῦ σείριος ἡμέρας. Dicebatur prætereà, hoc nomine tali latus, quod vnitatem ostendebat, in quod conuerso talo deponebatur ab eo qui iactauerat, nummus vnus, aut quantum inter se pacti fuerant, sine aliquo lucro: idcirco damnosa canicula vocabatur. *Persius*, damnosa canicula quantum Raderet. ¶ Canicula idem genus piscis marini, *apud Plin. li. 32. c.* 11. ¶ Canicula item de homine mordaci *apud Gellium li. 4. c.* 20. Qui iurabat cauillator quidam, & Canicula, & nimis ridicularius fuit. [Item de muliere. *Plaut. Curc. sc. 1. act. 3.* Age istam caniculam.

Cănīnŭs, a, um, Quod est ex cane. {κωνικός. GAL. De chien, des appartenances de chiens. ITAL. *Di cane.* GERM. Hundisch/was vom hund ist. HISP. *Cosa de can ò porro, perruno.* ANG. *Of a dogge, doggish or churlish.* } *Plinius*, Sanguine canino nihil contra toxica præstantius est. Vnde canini dentes, post primores: de quibus in dictione DENS. Et caninum prandium abstemium, in quo nihil vini potatur, quoniam canis vinum non bibit. *Vide Aulum Gellium libro* 13. *capite* 20. Canina cœna, idem. *Plaut. in Cas.* Hâc ibo, caninam cœnam spero meliorem fore. Et canina facundia, *Salustius apud Nonium Marcellum in dictione* Fabula, Canina, *vt ait Appius*, facundia exercebatur. *Hieronymus ad Rusticum monachum*, Pomparum ferculis procedunt in publicum vt caninam exerceant facundiam. ¶ Caninum studium, aut oratoria per contemptum, vt Canina eloquentia, *apud Quintil. lib* 12. *capite* 9 *Et Isid. libr.* 3. *de summo bono. Columella initio operis.* Sed ne caninum quidem (sicuti dixere veteres) studium præstantius, locupletissimúmque adlatrandi, & contra innocentes, ac pro nocentibus neglectum à maioribus, à nobis etiam concessum intra mœnia, & in ipso foro latrocinium.

Cănārĭŭs, a, um, Quod ad canem pertinet. {κωνικός. GA. De chien ITAL. *Canino, cagnesco.* GER. Das zum hund gehört. HI. *Cosa de can ò perro, perruno.* ANG. *Of a dogge.* } vt, Lappa canaria, quæ canibus adhæret. Augurium canarium. *Plin. l.* 18. *c.* 3. Augurio canario agendo dies constituatur, prius quàm frumenta vaginas exeant, & antè quàm in vaginas perueniant.

Cănātim, aduerbium significans ad similitudinẽ canis. {δίκην κωνός. G. En chien, en façon de chien. ITA. *Cognescamente, in cagnesco.* GER. Auff hundischewey. HIS. *En manera de can ò porro.* ANG. *Like a dogge.* } Sicut Bouatim, ad similitudinem bouis. *Cnidius Figulus in Comm. Gram. vt citat Nonius*, Sunt etiam assimilanter dicta hæc Canatim, Suatim, Bouatim, quæ ab animalibus sumuntur.

Cănīstrum & Canister. {סל. *sál.* κάνεον. GALLI. Panier ou corbeille faicte d'osier. ITA. *Canestro, cesto, paniere.* GER. Ein korb. HIS. *Canasta.* AN. *A panier or basket made of wicker or osiars.* } Fiscella, cista vimínea: à Græco κάναστρον, α, in mutato. aut à κάνναστρον quod idem significat, *teste Hesychio Virgilius*, Cererémque canistris Expediunt. *Palladius*, Salignis canistros fieri debere virgultis, quia genus hoc oleum dicitur adiuuare. ¶ Hinc fiunt diminutiua Canistella & Canistellum. κανάζιον, κανίσκιον.

CANIVS, Poeta fuerit temporibus Martialis, eíque familiaris: qui natura ita hilaris erat, vt semper rideret. *De quo idem Martialis li. 1. epigram. m. ad Maximum.*

Cănnă. {קנה *kanéh.* κάννα, δόναξ. GA. Canne, roseau. IT. *Canna*, GER. Ein ror HIS. *Cana.* ANG. *A cane or reede.* } Arundo, licet minor sit, & maior calamo. *Ouidius*, Et pigram velabat canna paludem: *Columel. l.* 3. *de Arundineto*, Ea est autem senectus, quum vel exaruit situ, & inertia plurium annorum, vel ita densatum est, vt gracilis, & cannæ similis arundo prodeat. *Strabo scribit*, in Africa ad cubitos quinos longas, crassitudine verò digiti minoris cannas nasci.

Cănnĕŭs, a, um, adiectiuum. Quod ex cannis conficitur. { καλάμινος. GAL. De canne ou roseau ITALIC. *Di canna.* GERMA. Rörin das aufs roren gemacht ist. HIS. *De canna.* ANGL. *Made of canes or reedes.* } *Vnde Columella*, Canneas tegetes vocat, storias ex cannis confectas, quę ad excipiendum oliuam arboribus substerni solebant. *Sic enim ait li.* 12. *c.* 50. Vrcei quibus oleum progeritur, canneæ tegetes, quibus oliua excipitur.

Cānnētum, Vbi cannarum copia est. {καλαμών. GALLI. Lieu ou croissent les cannes ou roseaux ITALI. *Canneto.* GERM. ein ort da vil ror wachsen. HISPA. *Canaueral, Lugar donde nacen canas.* ANGL. *A place wheres canes or reedes groweth.* } *Palladius*, Lilicta canneta ponenda sunt.

*Cannitius, Adiectiuum. Titulus est *apud Palladium l. 1. ti.* 13. de Cameris cannitius: de quibus sic ait, Cameras in agrestibus ædificiis, ex materia vtilius erit formare, quæ facilè inuenietur in villa. Itaque aut tabulis faciemus, aut cannis hoc genere.

Cănnăbĭs. {κάνναβις. GAL. Du chanure, chenevis. IT. *Canapo.* GE. Hanff. HIS. *El que canamo.* AN. *Hemp.* } pen. cor. Herba est, ex qua fiunt chordæ. *Persius.* Tun' mare transiliasti: tibi torta cannabe fulto Cœna sit in transtros?

¶ Dicitur & Cannabum, *Palladius li. 3. ca* 6. Hoc tempore cannabum seris.

Cănnăbăcĕŭs, a, um, & Cannabinus, a, um, Quod est ex cannabe. {κανναβινος. GA. De chanure. IT. *Di canapo.* GE. Hänffin/das auß hanff gemacht ist. HI. *Cosa de canamo.* AN *Of hemp.* } *Colum. li.* 7. Cannabinique fumib. cornua iumentorum ligato.

CĂNNAE, arum, κάνναι: tantùm pluraliter, Vicus in Apulia, Romanorum clade clarus, *Lucan. lib.* 7, non illum Pœnus humator Consulis, & Libya succensæ lampade Cannæ Compellunt, hominum ritus vt seruet in hostes.

Cānnēnses, Populi Cannas inhabitantes, Corinenſibus & Collatinis vicini, *teste Plin. li. 3. c.* 11. Pugna Cannensis, *Propert. li.* 3. Cannensis calamitas, *Cic. de Clar. Orat.*

CANNENYFATES, Populi sunt insulani, Batauis finitimi, *apud Plin. lib.* 4. *c.* 15.

Cānnĭtiæ cameræ. Dicuntur in agrestibus ædificiis ex cannis constructæ. καλαμῶνες καμάραι, *vt est apud Palladium lib. 1. tit.* 13.

Cănō, is, ccecini, cantum: sed eius composita faciunt præteritum in ui, di uisis syllabis, significátque proprie canere, modulari. {זמר *schár zimmer.* ἀδω. GAL. Chanter. ITA. *Cantare.* GERM. Singen. HI. *Cantar.* ANG. *To singe.* } *Plin. lib.* 10. *cap.* 29. Merula canit æstate, hyeme balbutit. *Cic.* 4. *Acad.* Quum cornix cecinerit. ¶ Hinc canere poetæ dicuntur: quoniam versus rhythmica ratione compositos, cantando pronunciare consueuerunt. *Virgil. l. Æneid.* Arma virúmque cano. [Tubæ vtrinque canunt: *Plaut. Amph. sc.* 1. *a.* 1. Item, Quíque canent vincto pede, siue soluto. *Tibul. li.* 4.] ¶ Canere etiam dicitur, qui fides, organáq; pulsat, aut qui tibias inflat. *Cic. 1. Tusc.* Igitur Epaminondas, princeps meo iudicio Græciæ, fidibus præclare ceciniſſe dicitur. *Idem 2. de Orat.* Quemadmodum tibicen sine tibiis canere, sic orator sine multitudine audiente eloquens esse non potest. ¶ Canere receptui, τῷ σάλπιγγι ἀνακαλεῖσθαι ἀνακλητικὸν σημαίνειν, significat post conflictum milites à pugna reuocare quod fit cantu tubarum & clangore. *Liuius 6 bel. Pun.* Legionum ardor ingens ad hostem insequendum fuit: sed Flaccus receptui cani iussit. ¶ Contrà, Canere bellicum, καὶ κελεύειν σημαίνειν, τὸ πολεμικὸν σημαίνειν. Est milites tubæ clangore ad bellum accendere *Cic. in Orat.* Alter incitatior fertur & de bellicis rebus canit etiam in quodam, modo bellicum. ¶ Sed quia veteres laudare versibus solebant, factum est, vt Canere pro laudare capiatur. *Virgil. 7. Æneid.* -regémque canebant. Et pro prædicare, & cum quodam, vt exaudiri possit, canore proferre. *Martialis*, Quicquid fama canit, donat arena tibi ¶ Canere idem etiam quod vaticinari. *Cic. in Sextiana*, Non hæc à me tanquam fata canebantur. *Idem in Catil.* Quæ ita nobis consulibus facta sunt, vt hæc quæ nunc sunt, canere dij immortales viderentur. *Idem in Orat. pro dom. Et Virg.* Sola mihi tales casus Cassandra canebat. ¶ Canere eandem cantilenam dicitur is, qui molestus est, sæpius eadem inculcans. *Terent. in Phorm.* Cantilenam eandem canis. ¶ Intus canere dici solet is, qui priuati commodi studiosus, quicquid agit, id omne ad domesticam fert vtilitatem *Cic. in Rullum, aduersus legem Agrariam*, Atque hoc carmen hic Tribunus plebis non vobis, sed sibi intus canit. ¶ Haud canit paternas cantiones, ὁ πατρῴαις χαίρει μέλη. De eo iactatum, qui à paternis moribus degeneraret. ¶ Canis, ἄδεις ὑγιαῖ, pro nugaris, ineptis, frustra loqueris. etenim qui canunt non videntur rem seriam agere. Frustra canis, ἀλλως ἄδεις. De iis qui frustra suadent. ¶ Sibi canere, ἑαυτῷ φάλλειν, dicitur qui nonad alienũ arbitriũ facit quippiam, sed animo obsequens suo. Huius verbi composita sunt, Accino, quod est ad aliquid, vel iuxta cano: προσᾴδω, καθοπαυλῶ, ἐπαυλῶ. Concino, simul cano. Intercino, inter agendum cano. Occino, siue Occano, κατάδω, contrarium facio. Percino, canendo perseuero. Procino, canendo profero. Præcino, prædico, prædiuino, & ante cano. Recino, rursus cano. *Horat. lib.* 1. *Carm.* Quem deum cuius recinit iocosa Nomen imago. ¶ Interdum significat in contrarium cano. Inde frequentatiuum Recantare, idem significans, quod retractare, & quod semel à nobis malè aut dictum aut scriptum est, reuocare: & corrigere: quod Græci eodem modo dicunt παλινῳδεῖν. *Item libr.* 1 *Carm.* Nunc ego militibus Mutare quæro tristia, dum mihi fias recantatis amica Opprobriis. Et Succino, quod est summissa voce cano. Et omnia habent penultimam correptam.

Cantĭo, onis, Cantus. {זמירה שיר *schir. zemiráh.* ἄσμα. GA. Chant, chanson. IT. *Canto, canzone* GER ein gesang. HIS. *Canto ò cancion.* ANG. *Singing, a songe.* } *Plaut. in Sticho.* [Cantio in Olympicis *Sueto. in Nero. cap* 25.] Lepidam & suauem aliquam cantionem occipio. *Cantio pro incantatione. *Cic. de cl. Orat.* Subitò totam causam oblitus est, idque venefi ciis & cantionibus Ticiniæ factum esse dicebat.

Cāntiūncŭla, diminutiuum, {ᾠδάριον. ANGL. *A songe of slight maters.* } *Cic.* 5. *de Finib.* Vidit Homerus probari fabulam non posse, si cantiunculis tantus vir irretitus teneretur.

Cănor, oris, Cantus, & elegantia quædam, ac consonantia. {זמרה *zimiráh.* μέλος GAL. Son accordant ITA. *Canto, concento, eleganza.* GE. ein liebliches/zusammen stimmender thon HIS. *Canto accordado, lindeza, gala ò gentileza.* AN. *Melodious singing* } *Ouid. 5. Metam.* Nec tamen ille canor mulcendas natus ad aureis. *Virg. 4. Georg.* -namque morantes Martius ille æris rauci canor increpat.

Cănōrŭs, a, um, adiectiuum, Vocalis, sonorus, λιγυρός, φωνήεις, καλλίφωνος. GA. Resonant, doux & accordant. ITA. *Sonoro, canoro.* GE. Wolönend/wolsingend. HIS. *Cosa que mucho suena ò resuena.* ANG *Lowde, shrill.* } *Plaut. in Pœn.* Canora hic voce tinnire temperent. *Cic. de Senec.* Omnino canorum illud in voce splendescit. *Virg. 6. Ænei.* Threcia fretus cithara, fidibúsque canoris.

Cănōrōsŭs, a, um. idem. {ANG. *Shrill.* } *Gellius*, Collectam coactámque vocem, & magis claros, canorósque tonitus facit.

Cāntilēnă, Carmen, canticum. {זמירה *zemiráh.* μελῳδία, ᾄσμα. GAL. Chanson. ITAL *Canzone.* GER. Ein gesang/ein lied. HISP. *Cancion, canto.* ANG. *A songe.* } *Cic. 1. de Orat.* Neque ex scholis cantilenam requirunt. ¶ Accipitur & pro verborum iactatione, denuntiatione, & rumore. {ANG. *A speache or tale commonelie vsed, a ramour.* } *Brutus ad Cic. lib.* 11. Nam de tuo periculo, crede mihi, iactatione verborum, & denuntiatione periculi sperare eos te perterrefacto, adolescente impulso, posse magna consequi præmia: & totam istam cantilenam ex hoc pendere, vt quàm plurimum lucrifaciant. Cantilena rhetorica *ca.* 19. *l.* 10.] ¶ Cantilenam eandem canis, τὸ αὐτὸ ἄδεις ἄσμα. De eo qui molestus est sæpius eadem inculcans: nihil enim odiosius, quàm quod semper idem est. *Dorio in Phormione Terent.*

Cāntĭcum, Propriè est elegans & lasciuus cantus. {שיר *schir.* ᾠδή, ANG. *A balade, the ditte or mater of a songe.* } *Quintilianus* [*cap.* 14 *libro* 1. *& ca.* 17. *l.* 1.] Sit poetæ lectio cum suauitate quadam grauis, & non quidem prosæ similis (quia carmen est, & per se poetæ canere testantur) non

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tamen in canticum dissoluta. *Idem*, hæc cantici quiddam habent. *Item*, Cantico desaltato, id est, fabula & Tragœdia. *Sueton. in Calig. cap.* 54.

Cāntŏr, & Cantrix, Verbalis, Qui vel quæ canit. {שר *schar.* ψαλτὴς, ᾠδός. GALLI. Chantre. ITAL. *Cantore.* GERM. Ein senger/oder sengerin HIS. *Cantor.* ANG. VVhiche *singeth.*} *Plaut. in Trin.* Cantrices, cistellatrices, nunti j, raptores panis & peni. *Cic. 1. de Orat.* Ita & tibi Iureconsultus ipse per se nihil, nisi leguleius quidam cautus & acutus, præco actionum, cantor formularum, auceps syllabarum. Mentiuntur multa cantores, πολλὰ ψευδόμενοι ἀοιδοί. In eos quadrabit qui ad gratiam loquuntur, & auribus blandiuntur. Inde ductum, quòd cantores hoc modo spectantes vt delectent ac placeant, pleráque canunt in laudem auditorum falsa. *Arist. lib. 1. Meta.* [Cantores probos. i. conuiciatores: *Plaut. pſ. sc. 3. a. 1.*]

Cāntŭs, us, à Cano: Cantio, symphonia, vocis inflexio. { זמירה *zemiráh* זמרת *zmráh*, μέλος. GAL. Chant, chanterie. ITA. *Canzone.* GERM Ein gesang. HISP *Cancion.* AN. *A ſonge, ſinging.*} *Virgi.* 8. *Æneid.* Tum Salij ad cantus incensa altaria circum Populeis adsunt euincti tempora ramis. *Cic. de Orat.* 2. Qui enim cantus moderata pronuntiatione dulcior inueniri potest? ¶ Cantus etiã pro incantatione, seu magicis carminibus accipitur. {ANGL. *A charme, inchaunt ment.*} *Tibull.* nempe hæc eadem se dixit amores Cantibus, aut herbis soluere posse meos. [*Tibul. libro* 4. Apta vel herbis, Aptáque vel cantu veteres mutare figuras.]

Cāntŏ, as, frequentatiuum à Cano. { השיר שר *ſchár* זמר *zimmer.* ᾄδω. GAL. Chanter. ITA. *Cantare.* GERM. Singen/eines singen. HISPA. *Cantar.* ANG. *To ſinge.*} *Plin. lib. 11. c. 26.* Mares cantant in vtroque genere. *Terent. in Eunuch.* Cantatum prouocemus Pamphilam. *Plaut. in Epid.* Conducta veni, vt cantarem fidibus seni. ¶ Item Cantare, pro incantare. {ANGL. *To charme, to enchaunte.*} *Virg. in Pharmaceutria.* Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis. *Vbi Seruius*, Cantando, dum incantatur. Nam gerundiuus modus ab omni verbo similiter procreatur: vnde modò cantando à passiuo, ait, quum suprà ab actiuo dixerit, Cantando tu illum. Sonus cantat ab læua manu. *Plaut. Aul. sc. 3. a. 4.* Si legis cantas. *Quintil. c. 14. lib. 1.* ¶ Cantare item pro celebrare, tollere laudibus, ἐγκωμιάζειν. *Cicer. ad Attic.* Nam, vt scis, iam pridem istum canto Cæsarem. *Cantare alicui aliquid, pro Sæpius dicere, admonere, inculcare. *Plaut. Trinum.* Hæc dies noctésque tibi canto vt caueas. *Terent.* Qui harum mores cantabar mihi. Ab hoc verbo fiunt Cantatio. ᾠδή. ¶ Composita sunt Accanto, Excanto, Incanto, & Recanto.

[Cantabundus. *Gell. c. 13. l. 9.*]

Cāntĭto, as, penultim. corr. frequentatiuum à Canto frequentatiuo formatum. {πυκνῶς ᾄδω. GAL. Chanter souuent. ITA. *Cantare ſouente.* GERMA. Offt singen/vnnd alsdann singen. HIS. *Cantar muchas vezes.* ANG. *To ſinge often.*} *Terent. Adelph.* Factorum credo, vt habeas qui cum cantites. *Cic. de clar. Orat.* Vtinam extarent illa carmina, quæ multis seclis ante suam ætatem in epulis esse cantitata à singulis conuiuis, &c.

Cāntātŭs, participium. ᾀσθείς. {AN. *which is ſonge, praiſed.*} *Statius* 1. *Syl.* Asteris & Battis totam cantata per vrbem.

Cāntātŏr, Qui consuevit canere. {שר *ſchar.* משורר *meſchórer.* ἀοιδός, μουσουργός. GAL. Chantre. IT. *Cantore.* GERM. Ein senger. HIS. *Cantor.* AN. *A ſinging man.*} *Mart. lib. 13.* Cantator cygnus funeris ipse sui. ¶ Cantator fidibus, Fidicen κιθαρῳδός. *Gell. lib. 16. c. 19.* Vetus, inquit, & nobilis Arion cantator fidibus fuit.

Cāntātrix, {משוררה *meſchorerâh.* ψάλτρια. GALLIC. Chantereſſe, chanterelle. ITALIC. *Cantatrice.* GERM. Ein sengerin. HIS. *Cantora.* ANG. *A ſinging woman.*} *Claudian.* Imploret citharas, cantatricésque choreas.

Cāntāmĕn, inis, pro incantatione accipitur. {לחש *lachaſch.* γοητεία. GAL. Enchantement, enchanterie. ITAL. *Incantamento, incanto, incantesimo.* GER. Verzauberung. HISP. *Obra de encantar de palabras, encantacion.* AN *Inchauntment, witcherie.*} *Proper.* O vtinam magicæ nossem cantamina Musæ.

CANNOBVS & CANNOBITAE, *Vide* CANOPVS.

Canocersca, Helxine *apud Dioſc. lib. 4. c. 42.*

Canon, κάνων, Tributum eratum frumentarium, quod Ægyptus, Africa, & Sicilia statum populo Romano quotannis pendebant. *Asconius Pedianus* tria facit tributorum genera, Canonem, vt in portoriis & vectigalibus: Oblationem, vt in vini distractione, & Indictionem, quæ & Collatio, & collecta dicitur à *Cicerone libro secundo de Orat.*

Cănŏn, ŏnis, pen. gen. corr. Latinè regula. {קו *kav* משקל *miſchkál.* κανών. GA. Reigle. IT. *Regula.* GERM. Ein regel/ein richtſcheyt. HIS. *Regla.* AN. *A rule.*} *Cic. ad Tiron.* Sed heus tu, qui κανὼν esse meorum scriptorum soles, vnde illud tam σώφρων, Valetudini fideliter inseruiendo? *Plin. lib. 34 cap. 8.* Fecit & quem canona artifices vocant, lineamenta artis ex eo petentes, velut à lege quadam. ¶ Canon etiam lorum scuti, in quod brachium immittitur.

Canonicus, a um, Regularis. κανονικός.

Canor. Canorus. Canoroſus, *Vide* CANO.

CĂNŎPĬCVM, Zeugitanæ regionis, quæ propriè Africa, & Minor Africa *Plinio* dicitur, oppidum est, *eodem autore lib. 5. c. 4.* ¶ Est item Canopicum vnum ex Nili ostiis Africæ proximum, quo Ægyptus à Lybia Mareotica dirimitur. *Plin. lib. 5. c. 10.* [*Germ.* Ein auß den auſſgengen des fluſs Nili.]

CĂNŎPĬTANVM, Oppidum liberum Zeugitanæ regionis, siue Africæ minoris. *Plin. lib. 5. c. 4.*

CĂNŎPVS, pen. pro. κάνωπος. Suidæ, Ciuitas Ægypti, distans ab Alexandria CXX. stadiis, ex qua ortum ferunt Claudianum poëtam: dicta quasi Canobus, à Canobo Amyclæo Menelai nauis gubernatore, ibi sepulto. [*Ger.* Ein verümpte ſtatt in Ægypten vier groß Teutſch meil von Alexandrien gelägen.] Nam deuicta Troia in Ægyptum vi ventorum delatus cum Helena, gubernatorem ictu serpentis, quem Hæmorrhoida vocant, amisit, in eúsque memoriam vrbem condidit, relictis ibi iis, qui ad nauigandum inutiles erant. Hæc salubris aëris benignitate homines allicit. *Iuuen. Satyr. 15.* Sed luxuria quantum ipse notaui, Barbara famoso non cedit turba Canopo. *Virg 4. Georg.* Nam qua Pellæi gens fortunata Canopi Accolit effuso stagnantem flumine Nilum. Vulgò *Damieta.* [Canopi luxuria. *Seneca epist. 52.*] ¶ Est ibi Nili ostium quod Canopicum, κανωπικὸν στόμα vocant, cuius meminit *Strab. lib. vlt. Plin. lib. 5. cap. 10. Pompon. lib. 1. Arumienus lib. 22.* Sunt exemplaria quædam in quibus Canobum & Canobitas legimus. ¶ Est præterea Canopus syderis nomen, cuius meminit *Plin. lib. 4. c. 22.* in descriptione Taprobanæ insulæ.

CĂNŌPĪTAE, pen. prod. Qui Canopum habitant.

cĂNŌPĭcŭs, a, um, possessiuum à Canopo. *Varro*, Nobis Sarpedæ videmur, quum simus Canopici.

Cāntă, pro cantata veteres vsi sunt. *Feſtus.*

CĂNTABRI, {κανταβροί, Vulgò, *Viſcaya, y Lepuzcua.*} penult. corr. Hispaniæ Tarraconensis populi sunt Asturibus finitimi: à quibus proximus Oceanus Cantabricus appellatur. Hi efferi sunt, & nullam vitam sine armis esse existimant. *Silius Ital. libro* 3. Cantaber ante omneis hyemísque, æstúque, famísque Inuictus. *Et mox*, Nec vitam sine Marte pati. quippe omnis in armis Lucis causa sita est, damnatum viuere paci. ¶ Cantabrorum regio Cantabria, καντάβρια dicitur. Memoriæ proditum est, Cantabros solitos canere pæana lætitiæ suffixos cruci ab hostibus.

Cāntabrĭus, a, um: vt Cantabria gens.

Cāntabrĭcŭs, a, um: vt Cantabricum bellum, & Cantabrica herba: *de qua Plin. lib 25. c. 8.*

CANTANVS, κάνταρος, Vrbs Cretæ, *Stephano.*

CANTANVS, Poeta comicus Athenienſis, cuius feruntur fabulæ nonnullæ positæ à Suida.

Cāntĭtŭs, *Vide* CANTHARVS.

Cāntēs, pluralis numeri tantùm, & fœminini generis. Fistulæ sunt organorum.

Cāntātor, Cantatrix Cantatio, *Vide* CANO.

Cānthălĭas, Gemmæ species, quæ scarabæorum effigiem habet: quippe Græci καντάρους vocant scarabæos. *Plin. lib. 37. c. 11.*

Cānthărĭs, cantharidis. {κανθαρίς. GA. Cantharide, ver ou mouſche verde & venimeuſe. IT. *Cantarella verda & lucida come oro, che ſi paſce ſui rouiſtici.* GER. Cantarides/ſind grüne feſer. HISP. *Abade jo animal pequeno punçonoſo.* ANG. *Agrene worme venimouſe and shyning lik gold.*} Vermis terrenus viridis, auri colore superlucens: in summitate ramorum fraxini & oliuæ nascens cuius succus in venas ingressus, & venenum interimit, & humano corpori applicitus, vesicas plenas humore facit. *Ouid.* Cantharidum succos dante parente bibat. *Plin. lib. 29. c. 4.* In cantharidibus magna quæstio. quoniam ipsæ venena sunt potæ, vesicæ cum cruciatu præcipuo. *Cic. ad Patum lib. 9.* Caius accusante L. Crasso cantharidas sumpsisse dicitur. ¶ Cantharis etiam à quibusdam appellatur herba, quæ κατὰ Dioſcor. Latinis Fumaria, & Officinis *Fumus terræ* dicitur.

CANTHAROLETHROS, καθαρόληθρος, Locus Thraciæ exiguus, à cantharo exitio dictus, quòd ibi ex omni animalium genere solus necetur cantharus.

Cānthărŭs, κάνθαρος, penultrima correpta, Poculum quod Baccho tribuitur, sicut Scyphus Herculi: à charo, nauigij genere. {A. *A ſugor great pott to drinke in.*} [Datur cantharus, bibi. *Pl. ſc. 1. a. 5.* Cantharo mulsum dare. *Idem Aſin. ſc. 2. a. 5.* Melior bellator cantharo. *Pl. Men. ſc. 2. a. 1. & pſ. sc. 4. a. 4. & ſc. 1. a. 5 & Moſtel. sc. 4. a. 1.*] *Plin. lib. 33. cap. 11.* C. Marius post victoriam Cimbricam cantharis potasse Liberi patris exemplo traditur. *Virg. Eclog. 6.* Et grauis attrita pendebat cantharus ansa. *Vlpianus* scribit Cantharos esse, per quas aquæ saliunt. ¶ Et Cantharus piscis nomen est *apud Plin. lib. 32. cap. 11. Columel. lib. 8.* Nam & halaecula modo capta, & cantharus, exiguúsque gobia. ¶ *Ouidius*, Cantharus ingratus succo tum concolor illi Orphus, &c. ¶ Est item Cantharus Græcis, quem Latini Scarabæum vocant, ex genere insectorum, qui circa animalium fimum ferè versatur, pilulas ex eo conficiens, auersísque pedibus volutans. *De hoc multa Plin. lib. 11. cap. 28. & Aristophanes in Cantharo. Vide Calium libro octauo, capite 5.* ¶ Ætneus cantharus, Αἰτναῖος κάνθαρος, De magnis & fœdis. *Aristoph.* ¶ Cantharus pilularum. Adagium est in eos qui castigati sæpius, nihil proficiũt: sed quod pertinaciter semel arripuerunt, pertinaciùs fouent. Quod enim est animali ingenitum, nulla prorsum arte viceris. Ductum adagium à pilularum, id est, orbicularium stercorum illa volutatione, quæ est cantharis admodum familiaris. *Calius libro 8. cap. 5.* ¶ Est item Cantharus, cæleste signum in Aquario, ex tribus constans stellis. ¶ Cantharus item Comicus Athenienſis fuit, cuius scripta memorantur à Suida.

CANTHELE, καν θήλη, Vrbs Libophœnicum. *Steph.*

CANTHELIA, καν θηλία, Vrbs iuxta Carthaginem.

CANTHERIVS. *vt autor est Varro*, mons in Sabinis.

Cānthērĭum, καν θήριον, Vehiculi genus, *de quo Sen. Epi. 87.* M. Cato Censorius canterio vehebatur Æthiopico.

Cānthērĭŭs, {κάμαξ τῇ ἀμπέλῳ. GALLICE, Chantier ou cheuron. ITAL. *Canthiero.* GERMA. Ein gehel der räben. HIS. *Percha delà parra.* ANCL. *A rayle or barre, a kind of inſtrument in a vineyarde.*} Genus iugi in vinea, *de quo Columel. li. 4. cap. 12.* Itaque aut veteres, ne nouæ radicem agant, arundines binas singulis viribus applicabimus: aut si regionis conditio permittit, vetera deponemus hastilia, quibus annectuntur singulæ transuersæ perticæ in imam partem ordinis: quod genus iugi Cantherium vocant rustici. ¶ Cantherius equus, {ἵππος τραχὺς, ἠνίοχος. GAL. Cheual chaſtré, hongre. IT. *Cauallo caſtrato.* GER. Ein roß dem verſchnitten iſt/ein münch. HIS. *Cauallo caſtrado.* ANG. *Ageldinger gelded horſe.*} Cui testes amputati sunt, vt fiat mansuetior. [Cantherio vehebatur Cato. *Seneca epist. 88* mox Caballo.] *Varro. [cap. 7. lib. 2. de re ruſt.*] Et ideo quòd semine carent ij, Cantherij appellantur: distat ab equo, sicut capus à gallo. ¶ Cantherii item dicuntur, qui subiici solent à fabris materiariis, dum moles arborum secant: Vulgus *Caballos* vocat. ¶ Item Cantherij tigna dicuntur. *Vitruu. libro 5.* Et Cantherii prominentes ad extremam suggrundinationem. Supra cantherios templa. ¶ Item Cantherius, *vt autor est Varro*, mons est in Sabinis.

Cānthĕrŏlŭs, diminutiuum, pro paruo pedamento. {καμάκιον, χαράκιον.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ANG. *A litle rayle or barre.*} *Colum.li.ca.3.* Deinde quum fecerint cancellum, humilioribus quasi Cantheriolis interpositis, rigorem stylorum conseruato, &c. Apud eundem *Columellã* sunt in cepinis, id est, Ceparum locis, munimenta quædam ceparum, ne thalli earum à ventis prosternantur. Sicut in rapinis etiam cantherij, quum operiuntur rapæ, vt à pruinis semina defendantur. *Calius li.8.c.4.*

Cantherinus, a, um, adiect. *Plau.in Menech.* [*sc.4.a.2.*] Certè hæc mulier cantherino ritu altans somniat. Solent enim equi somniare, *autore Pl. lib.10.c.vlt.* Cantherinum hordeum. *Colum.lib.2.ca.9.* Proximus est his frumenti vsus hordei, quod rustici hexasticum, quidam etiam cantherinum appellant. ¶ Cantherinum lapathum, Latini Rumicem appellant. *Plin.lib.20.c.21.*

Cānthērĭātŭs, a, um, *Col.lib.5.* Quæ pædaminibus adnixæ singulis iugis imponuntur, eas rustici cantheriatas appellant.

Cānthŭs, thi. {חשן *chischschúk.* κανθός. GAL. Le fer du tour d'vne rouë, les bandes d'vne rouër. [*Vide Quintil cap.9.l.1.*] ITA. *Il ferramento che va intorno à vna ruota.* GER. Ein eysin schinen der rederen. HI. *Cincho de la rueda de carreta.* ANG. *The strake of a carte, the yron wherewith the carte wheeles ar bounde.*} Ferrum quo rotæ extremitates vinciuntur. *Persius*, Verrentem sese frustrà sectabere canthum. ¶ Canthos etiam Græci angulos oculorum vocant.

CĀNTHŪS, Abantis filius fuit, qui ab iis, qui Argonautica scripserunt, numeratur inter Argonautas.

CANTIA, Regio vbi ciuitas est Cantuaria.

CĀNTĬŌBĬS, κραυγασίς, *Ptol.li.2.c.11.* Vrbs est Germaniæ ad Albim fluuium, quæ vulgò *Hamburga* dicitur.

Canticum, Cantilena, Cantio, Cantito, *Vide* CANO.

CANTIVM, κάντιον, Vulgò *Kent, apud Ptol.lib.2.ca.3.* Britanniæ est promontorium, à quo regio ipsa Cantia dicta est, & ciuitas Cantuaria, Vulgò *Cantorberi.*

Canto, Cantus, *Vide* CANO.

CANTVARIA, Angliæ vrbs.

C. CANVLEIVS, Tribunus plebis, rogationes duas tulit, Vt connubia plebis cum patribus essent communia: & vt alter Consul de plebe crearetur. Orationem eius aduersus Consules *vide apud Liuium libro 4.*

Cānŭs, a, um, Cui canent, siue albent capilli præ senectute. {שב *sáb.* πολιός. GAL. Chenu, grison, qui a les cheueux blancs. IT. *Canuto, bianco.* GE. Graw/der weysse oder grawe haar hatt von seines alters wägen. HIS. *Blanca ò cano dem cabellos.* AN. *Hoare, grayfor age.*} *Plautus in Asin.* Cano capite, cuculum vxor ex lustris rapit. *Idem in Bacch.* Cano capite, atque alba barba. ¶ Transfertur & ad alia: vt, Cani montes, albi ex niue. [Canas alueus haurit aquas. *Oui.3. Fast.* canas producit aristas *Oui. El.6.li.4. Tri.*] Cana, fides. *Vir.1. Æneï.* Cana fides & Vesta. *Vbi Nonius*, Canam fidem, veterem, & antiquam interpretatur. ¶ Cana veritas. *Varro in Eude.* Et ecce de improuiso accidit cana veritas, Atticæ philosophiæ alumna.

Cānī, orum, subst antiuè, pluraliter tantùm. {שיבה *sebáh.* πολιά. GA. Blãcs cheueux, grisons, chenus. IT. *I capegli canuti.* GERM. Die grawen haar. HIS *Las canas de la cabeça.* AN. *Gray or whyte heares.*} Capilli albi in capitibus senum. *Cic.de Senect.* Non cani, non rugæ repentè autoritatem afferre possunt.

Cānĕo, es, ui, propriè de capillis dicitur in senibus, quum albescunt. {שב *sab.* πολιῶ. GAL. Grisser, grisonner, deuenir chenu & blanc. ITA. *Venir canuto.* GER. Graw werden. HIS. *Encanecer.* AN. *To haue gray heares.*} Per translationem de aliis etiam rebus quæ capillorum canitiem imitantur. Canent herbę, hoc est, albę sunt, maturino rore aspersæ. *Vir.3. Georg.* Luciferi primo quum sydere frigida ruta Campanus, dum mane nouum dum gramina canent. *Idem 2.Georg.* Et glauca canentia fronde salicta. [(vbi) canuerint herbæ rore recente quater. *Ouid.3. Fast. Et Eleg.3.lib.5. Trist.*]

Cānēsco, is, Canus fio: & propriè de senibus dicitur, quum capilli eorum in albedinem vergunt. {שב *sab.* λευκαίνομαι πολιοῦμαι. GALL. Grisonner, deuenir chenu & blanc. ITA. *Deuenir canuto.* GER. Graw oder weyss alters halb werden. HISP. *Encanece.* ANGL. *To waxe gray, or haue white heares.*} ¶ Per translationem autem accipitur pro senescere: & de aliis rebus quàm hominibus dicitur. *Cic 1.de Legibus*, Quercus huic loco non deerit, quę Mariana dicatur: eáque (vt ait Scęuola) de fratris mei Mario, canescet seculis innumerabilibus. *Idē de Clar.orat.* Quisque ipsa oratio iam nostra canesceret, haberétque suam quandam maturitatem, & quasi senectutem.

Cānĭtĭēs, & Canitudo, Capillorum albedo, qualem in senibus conspicimus. {שיבה *seḗáh.* πολιότης. GALL. Blanchissure de cheueux, blanche vieillesse, quand l'homme est chenu & grison. IT. *Bianchezza, canutezza.* GERM. Grawe des haars von alt besonder. HI. *Canas de los cabellos.* ANGL. *whitnesse of heare for age.*} *Plin.* Et ipsa iam canitie venerabilis. *Idem lib.11.c.37.* Canities homini tantùm & equis. [Iam mihi canities pulsis melioribus annis Venerat. *Oui.Eleg.vlt.l.4. Trist.*] *Plaut.* Stultus est aduersus ætatem & capitis canitudinem. *Varro Aborginum*, Sed neque vetulus cantherinus, quàm nouellus, melior: nec canitudini comes virtus.

CĂNŬSĪVM, κανύσιον: Apuliæ oppidum ad Aufidum fluuium, laudatissimæ lanæ ferax, quæ Canusina dicitur, cuius color rutilus. Vulgò *Canossa.*

Cānŭsĭnātŭs, Dicitur qui est indutus Canusina veste. [*Sue.in Nero.c.30.*] *Mar.li.9.* Vt canusinatus nostro Syrus assere sudet. [Canusinæ, fuscæ vestes. *Epig.127.l.14.* rufæ *ep.129.l.14.*]

CANYTIS, κάνυτις, Vrbs Syrorum magna, *Steph.*

CAPAE, κάπαι, Vrbs Hellesponti. *Steph.*

Căpācĭtās. *Vide* CAPIO.

CĂPĂNĔŬS, per tres syllabas, penultima correpta, καπανεύς, Argiuus fuit, qui vnà cum Polynice ad bellum Thebanum profectus, quum scalas muris admouere vellet, à Thebanis lapidibus fuit obrutus. Hinc factus est locus fabulæ, Capaneum, quum deorum contemptor esset à Ioue fulmine esse percussum. *Veget.lib.4.de Re militari*, Qui scalis (*inquit*) in obsidione vrbium vtuntur, frequenter periculum sustinent, exemplo Capanei, à quo primùm scalarum oppugnatio perhibetur inuenta: qui tanta mole lapidum fuit obrutus à Thebanis, vt fulminibus dicatur extinctus. *Vnde Oui.lib.4. Trist.* Quum cecidit Capaneus subito temerarius ictu.

Căpānēŭs, a, um, adiectiuum tetrasyllabum, pen. prod. καπάνειος: vt, Capanea pinus *apud Statium 8.Theb.* Capaneáque pinus Iam procul Aoniis volet agnoscenda cateruis.

Căpānĭŭs, a, um, aliud a diect. *Statius 12. Thebaid.* Ausa ante alias Capaneia coniunx.

CAPARA, Vrbs est Hispaniæ, in tractu Lusitaniæ, *apud Ptolemæum libr.2. cap.5.*

CAPASTITE, *à Plin.lib.5.c.9.* numeratur inter Ægypti præfecturas, quas vocant Nomos.

Capax, *Vide* CAPIO.

Căpēdo, inis, Vas in sacris vsitatum, à capiendo dictum. {יָם *jam.* δεπαστική. GALL. Vn grand vaisseau, qui n'estoit de grand valeur, & seruoit aux sacrifices. ITAL. *Vaso da sacrifici.* GERM. Ein groß weyt geschirr. HISPA. *Vaso para sacrificar.* ANGL. *A great vessel of great value that serueth in sacrifices.*} *Plin.lib 37.cap.2.* Sed Nero, vt par erat, pr nceps vicit omnes, quadringentis sestertiorum millibus capedinem vnam parando. *Cic.in Paradox.* Minúsne gratiis diis immortalibus capedines ac fictiles vrnulas fuisse, quàm delicatas aliorum pateras arbitramur?

Căpēdūncŭlă, diminutiuum. ἐλαπομάτιον δεπαστίς. *Cic.de Nat.deor.* Docebo me liciora me didicisse de colendis diis immortalibus iure pontificio, & more maiorum, capedines, capedunculis, quas Numa nobis reliquit.

Căpēllă. *Vide* CAPER.

CĂPĒNĂ, pen. pro. Oppidum vicinum Romæ, iuxta fontem Ægerię ¶ Capena porta Romæ, à Capena vrbe, quam Italus rex ædificauit, *vt inquit Solinus.* Hæc etiam porta Appia dicta est, per quam Capuam ituri: *vt Frontinus libro de Aquæduct.* ¶ Dicta est & triumphalis, quòd triumphantes per eam potissimùm in vrbem inuehi soleant. Hodie portam *D.Sebastiani* vocant.

CĂPĒNĀS, atis, pen. prod. Fluuius qui Feroniam præterlabitur *Silius libro 13.*

Căpĕr, pri, Mas castratus in genere caprino. {עז צפיר *tzaphir.* τραγός. GAL. Vn bouc chastré. ITA. *Caprone.* GER. Ein heilboch. HISP. *El cabron ò chibo castrado.* AN. *A male goat gelded.*} *Mart.* Dum iugulas hircum, factus es ipse caper. Nam *Virgilius* impropriè Caprum pro hirco posuit, quum dixit, Vir gregis ipse caper: sicut etiam impropriè brutum animal Virum appellauit. ¶ Dicitur Caper siue Capra à carpendis virgultis: rodit enim omne virgultum, & in primis vites, propter quod Baccho immolari caper solebat.

Caprā, quasi carpa, quòd virgulta carpat: vel quòd captet aspera: vel à crurum crepitu. Vnde & crepas eas antiqui vocabant. {עז *tez* αἴξ. GALL. Cheure. ITAL. *Capra* GERM. Ein geiß. HISP. *Cabra.* ANGL. *A she goate.*} *Pallad.de Re rust.lib.2.cap.3.* Studiosè enim de agrestibus fruticibus pascuntur: atque in locis virgulta carpunt: itaque à carpendo capræ nominatæ. ¶ Matris vt capra dicitur, τῆς μητρὸς οἷα αἴξ καλεῖται In spurios dictum videtur, quorum pater incertus est, eáque gratia à matre denominãtur. Dictum ab hœdis qui in caprilibus à matre dignoscuntur: nam à patribus haudquaquam possis. Potest & in iocum verti prouerbium, veluti si quis per lusum neget se patrem agnoscere, matrem scire, τῆς μητρὸς οἷα αἴξ καλοῦμεθα, id est, Matris velut capra vocor.

¶ Capra ad festum, αἴξ εἰς πλὼ ἑορτάν. Dici solitum vbi quis in tempore ad negotium aliquod accederet: Aut, vbi quis commodè in suam perniciem offert sese. Nam in festis, maximè Bacchi, capram immolabant. *Refertur à Plutarcho.* Liberæ capræ ab aratro -ἐλεύθεραι αἶγες ἀρότρων. Hemistichium est heroici carminis prouerbiale, dictum olim ab iis qui se ab onere quopiam aut molestia liberatos gloriarentur. ¶ Est etiam Capra signum cæleste, quæ (vt poëtis placet) Amaltheæ capra fuit, cuius lacte educatus est Iupiter: quare postea rerum potitus, inter astra eam collocauit. *Col.li.11.ca.2.* Decimo Calend. Ian. Capra occidit manè, tempestatem significat. ¶ Capram cælestem orientem conspexerunt, αἶγα πλὼ οὐρανίαν ὀρθὴν ἀνατέλλουσαν ὁρᾶσιν. Hoc dici solitum in eos quibus omnia feliciter, éque animi sententia succederent, propterea quòd antiquitus opinione vulgi cõprobatum est, qui capram illam Iouis altricem, & ob id in siderum relatam numerum, conspexissent, quicquid votis conciperent, eius compotes futuros.

Căpēllă, æ, diminutiuum à capra. {χίμαιρα. GALL. Cheurette, petite cheure. ITAL. *Capretta.* GER. Ein geisslin/ein gißlin. HISP. *Cabra pequeña.* AN. *A younge goate.*} *Columel.lib.7.c.6.* Anniculæ, vel bimæ capellæ (nam vtraque ætas partum edit) submitti hœdum non oportet. *Virgil. Eclog.3*, Tityre pascentes à flumine reiice capellas. *Est etiam stella. *Plin.lib.18.cap 31.* Quinto Idus Septembris Cæsari capella oritur vesperi.

Căprārĭŭs, custos, exercitórque caprarum. {αἰπόλος, αἰγονόμος. GALL. Gardeur de cheures, cheurir. ITA. *Caprajo.* GERM. Ein geisshirt. HIS. *Cabrerizo que garda capras.* ANG. *A keeper or feeder of goates.*} *Varro 2. de Re rustica cap.3.* Is enim quum in suburbano haberet agrum iugerum mille, & à caprario quodam, qui adduxit capellas ad vrbem, denarios sibi in dies singulos dare audisset, &c. *Colum.lib.tertio capite 10.* ¶ Caprarius in æstu, αἰπόλος ἐν καύματι In hominem insatiatæ, aut etiam intempestiuæ libidinis dictitabatur. Nam his horis caprarij, dum seductis gregibus in vmbra latitant lasciuire soliti scribuntur. *Autores Zenodotus, & Suidas.*

Caprĕă, penultima correpta. {צביה *tzebiyjah.* δορκὰς ἀπὸ τοῦ δέρκεσθαι, id est, à videndo. GAL. Cheure sauuage. ITAL. *Capra saluatica.* GER. Ein reh/ein rehbock. HIS. *Cabra montes.* ANG. *A wilde goate.*} Animal syluestre, non solùm videns, seu perspiciens acerrimè, sed & aliis visum præbens. [Ad capream paludem raptus Romulus. *Ouid.2. Fasto.*] ¶ Visserunt enim medici huic animali intra viscera humorem quendam inesse, qui caliginem depellat oculorum, & obtusiores quosque vsus exacuat, *Martialis in distichis*, Pendentem summa capream de rupe videbis, Casuram speres, decipit illa canes. Caprearum genera vide *apud Plin.*

¶ Est & Caprea vitis, dicta (*vt inquit Varro*) quòd pariat capreolum.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶Ne caprea contra leonem, μὴ πρὸς λέοντα δορκάς, hoc est, ne longè inferior cum potentiore decertes. *Dioge. & Suidas.* *Capreæ prius iungentur lupis. De re dicitur incredibili. *Horat. 1. Carm. Ode. 33.* prius Appulis iungentur capreæ lupis, Quàm turpi Pholoe peccet adultero.

Caprĕŏlŭs, li, diminutiuum à Capreus. {צבי *tsebi.* δορκάδιον. GA. Petit cheureul sauuage. IT. *Capreolo.* GER. Ein rehböcklin/ ein steinbocklin. HISP. *El hijo de la cabra montes.* ANG. *A litle wild kid or roe, a roebucke.* } *Vir. Ecl 2.* Præterea duo, nec tuta mihi valle reperti Capreoli: sparsis etiam nunc pellibus albo. ¶Sunt etiam Capreoli, clauiculi intorti in vitibus, & veluti quidam cincinni in tenuioribus pampinis apparentes, quibus vitis, veluti manibus quibusdam adminicula complectitur. {αἱ ἕλικες ἀμπέλων. GALL. Les petis tenons de vignes dequoy elles se tiennent, lient & entortillent entour quelque chose pour s'aider à monter plus haut. ITALI. *I vitticci cioe tralci non che le viti se legono à i pali & intra se.* GERMA. Die gabten so anden weynräben wachsen. HI. *Carcil los ò çijeretas de la vid.* ANGL. *The tendrel of a wine wherewhie hit taketh holde or winneth about somthing.* } Præterea Capreolus, Instrumentum rusticum est bicorne. {GAL. Instrument de fer qui a deux cornes pour mouuoir & rompre la terre. ITA. *Instrumento à modo d'una zappa con dot denti de cauar à piedi delle viti.* GER. ein farst. HIS. *Açada de dos dientes para cauar.* ANGL. *An instrument of yron seruing a viner to digge with and hath two forkes.* } *Colum. libr. 11. capi. 3.* Vere deinde prius quàm cœperit germinare, capreolis (quod genus bicornis ferramenti est) terra commouenda. *Capreolus, etiam dictio tectonica. Cæsar 2. bel. ciuil.* duæ primùm trabes in solo æquè longæ, distantes inter se pedes IIII. collocantur: iisque eis columnellæ pedum in altitudinem V. defiguntur. has inter se capreolis molli fastigio coniungunt.

Caprĭgĕnŭs, a, um, pe cor. Quod est ex caprarum genere. {αἰγογενής. GAL. Qui est du genre des cheures. IT. *Di specie di capra.* GE Von dem geschlecht der geissen. HI. *Cosa de linaie de cabras.* AN. *That is of the kind of goates.* } *Pla. in Epid.* Caprigenum hominum non placet mihi, neque pantherium genus.

Caprīle, pen. pro. Stabulũ caprarum. Locus vbi capræ seruantur. {αἰγών. G. Le lieu & estable où les cheures logent, parc à cheures. IT. *Caprile.* GERM. ein geisstall. HISPA. *Chibital ò apriseo de capras.* ANGL. *A goate stable.* } *Plin l. 28. c. 10.* Atque in totum difficilius se recolligentes à serpentium ictu, in caprilibus optimè conualescunt.

Caprīlis, adie vt, Caprilis casa, *apud Eutrob. lib. 5 de bel. ciuil.*

Caprĭmŭlgŭs, Dicitur qui capras mulget, {αἰγοβόσκος, αἰγονόμος. GAL. Terte cheure. IT. *Quello che mo'ge capre.* GE. ein geissmelcker. HIS. *Ordenador ò chupador de las cabras.* ANGL. *That milketh goates.* } *Catul.* Suffenus vnus caprimulgus aut fossor Rursus videtur. ¶Caprimulgi, Aues sunt merulæ aspectu, aliquanto grandiores, fures nocturni, interdiu non videntur, nec ipsæ videnr: intrant pastorum pabula, caprarúmque vlceribus propter suctum lactis aduolant, quia iniuria emoriuntur vbera. Hos *Aristoteles* à caprarum mammis, αἰγοθήλας vocat. *Plin. li. 10. capite 40.*

Caprīnŭs, a, um Capreus. {αἰγεῖος. GA. De cheures, des appartenances de cheures. ITAL. *Cappigno, di capra.* GER geissin. HI. *Cosa de cabras.* AN. *Of goates, or belonging to goates.* } vt Caprinus grex, *Liu. 2. bel. Pun.* Caprina pellis, *Cic. 1. de Nat. deor.*

CAPER, *Strab. l. 12.* Fluuius est qui Laodiceam Cariæ vrbem cum Lyco & Asopo alluit. *Plinio* Coprus dicitur.

Caprīpēs, penultim. cor. capripedis, {αἰγίποδες, αἰγόποδες. Qui pedes caprinos habet. *Propert. libr. 3. eleg. 17.* Capripedes calamo Panes hiante canent.

Caprĭcōrnŭs, *Vide suo loco.*

Caprĭfĭcŭs, *Vide suo loco.*

Căpĕro, as, pen. cor. Frontem rugis contraho, & asperitatem vultus ostendo. {חבח *chabáh* קמט *kamát.* συσπάω τὸ ὄφρυν. GALL. Rider, refrongner. ITA. *Crespar la fronte.* GER. Die stirnen rumpfen/ saur vnd scheuwlich sehen. HI. *Rugar la frente* ANG. *To mak wrinckles on the forehead or browe, to frowe, to lowre.* } quò à crispis caprorũ frõtib⁹, vel à cornuũ caprinorum similitudine tractum est. Vnde & Caperatum, rugosum dicitur συωτὸ αλῶδες. *Plautus*, Quid illud est, quòd illi caperat frons seueritudine? *Varro Eumenidibus*, Quin mihi caperatam tuam frontem Strobile omittis.

Căpĕsso, *Vide* CAPIO.

Căpĕtvs, pen. cor. Albæ rex fuit, Capyos filius, & Tybetini parer.

CĂPHĔRĔVS, trissyllabum, pen. prod. καφηρεύς, Euboœ mons altissimus, versus Hellespontum, ad quem Græcorum classis à Troia rediens Nauplij dolo magna ex parte allisa, naufragium fecit. Nam quum ab Vlysse Palamedes eius filius proditionis falso accusatus, iniquo Græcorum iudicio esset interemptus, Nauplius, vt iniustam filij necem vlisceretur, obscura nocte redeuntibus Græcis ex Caphareo promontorio ignem ostendit: vnde illi portum arbitrantes, impegerunt in scopulos.

Căphārĕŭs, a, um, adiectiuum tetrassyllabum: vt, Saxa Capharea. *Propert. lib 3.* Saxa triumphales fregêre Capharea puppes, Naufragâ quum vasto Græcia tracta salo est.

Capharnaum, seu potiùs Capernaum, καπερναὰμ, totius Galileæ metropolis fuit, multis Christi Seruatoris miraculis nobilitata.

CAPHERIS, inter desertas insulas, quæ inter Chersonesum & Samothracem sunt, *numerantur à Plin. li. 4. c. 12.*

Caphura, καφοῦρα, Ætio & Actuario, Indiæ arbor est tantæ magnitudinis, vt sub singulis hominum centuriæ possent quiescere. Nascitur in montibus mari vicinis, materie leui, & ferulacea: gummíque exudat eiusdem nominis, quod à recentioribus vnguentis admiscetur: cuius longè maximus est prouentus, quum cælum fulgetris coruscat. Officinæ *Camphoram* appellant.

CAPHYIA, καφυία, Vrbs Arcadiæ, à Capy patre Anchisis, vel à Cepheo. Gentile καφυεύς, Caphyates. *Steph.*

Capidum Genus vestimenti (*inquit Festus*) quo caput tegebatur.

Căpillŭs, Quasi capitis pilus. {שער *seêar.* κόμη. GA. Cheueul ou perruque, poil. ITA. *Capello.* GERM. Haar des haupts. HIS. *Cabello de la cabeça.* ANG. *The care, of the head, the bush.* } [Capillum reponere & vngues polire. *Quintil.* Componere capillum. *Plaut. Sc. 3. a. 1.* Nec scinde capillos. *Ouid. Eleg 3. lib. 3. Trist.*] *Cic. in Pisonem*, Erant illi compti capilli, & madentes cincinnorum fimbriæ. Quamuis & pro omni pilo sumatur θρὶξ. *Plin. li. 11. ca. 2.* Ossibus humanorum capitum bibere, cutibusque cum capillo pro mantilibus ante pectora vti. *Gellius.* [*c. 1. lib. 12.*] capillum pro hœdino pilo posuit, *quum ait*, Nam si ouum lacte hœdi, aut caprarum agni alterentur, consstat fermè in his lanam duriorem, in illis capillum gignier inferiorem. Capillorum affectus nouem sunt, scilicet: Contorsio, decoloratio quassatio, fractio, nutrimenti penuria, ἀτροφία, canities, alopecia, fluxio. Contorsio in extremitate est capillorum habitus & connexio indiuisibilis, adeò vt non possint augescere crines. Conquassatio autem hæc est inæqualis crinium dissidentia, quæ fit forcipibus combinatis, aut tonsis non dissimilis Atrophia, id est, nutrimenti indigentia, & vehemens ex defectu graciliras, propter quam non possunt crines crescere: ξηρασία autem est quum lanuginosa est crinium superficies, similis his, qui sunt puluere diuisi & dissoluti. Defluxio capillorum est decidentia, sequens plerunque deficientes, aut qui ex morbo longo conualescunt. Canities est mutatio crinium in alborem ante maturum ætatis tempus. Alopecia, mutatio crinium est in candorem, quum crines veteres radicibus excidunt. Ophiasis est mutatio coloris, similis suprà dictis, at multò densior, etiam tunc quum tortuosi fiunt, & caput diuiditur.

Căpillācĕus, adiectiuum. {τριχωδὴς. GA. De cheueux, delié & menu comme cheueux. ITAL. *Di capello sottile come capelli.* GE. Harin von har gemacht. HISP. *Cosa de cabellos.* ANGL. *Of heare, made small lik heare.* } *Plin. lib. 12. c. 25.* Balsamum tenui & capillacea coma, quod vocant entheriston.

Căpillo, as, are, Est capillos facere, {τριχόω. GA. Faire auoir cheueux, produire cheueux. IT. *Metteri capegli.* GE. Har machen HIS. *Hazer cabellos.* ANG. *To cause, to haue heare.* } *Plin li. 37. c. 11.* Polythrix in viridi capillatur, sed defluuia comarum facere dicitur.

Căpillātŭs, a, um, Qui crines longiores habet. {שעמים *tsommim* τριχώδης. GAL. Cheuelu, qui porte longs cheueux, qui a grosse perruque. ITAL. *Capigliato di longi capelli.* GER Harechtig/ der vil oder lang har hatt. HI. *Cosa de luengos cabellos.* AN. *Hearie, longheared.* } *Cic. de leg. Agr.* Non minus bene nummatus, quàm bene capillatus.

Căpillāmentă, Dicuntur ipsi capilli. {ציצית *tsitsith* צמה *tsammáh.* τριχώματα. GAL. Cheueleure, perruque. ITA. *Crini.* GER. Die haar. HIS. *Los pelos.* ANGL. *The bushes of head heare.* } *Apul. l. 2. de Asi.* Tanta est capillamenti dignitas, vt quamuis auro, veste, gemmis, omníque cætero mundo exornata mulier incedat, tamen nisi capillum distinxerit, ornata non possit videri. *Plin. li. 21.* Herba crocei est folio anguste, pene in capillamenti modum. ¶Transfertur quoque ad hebas & arbores. *Colum. lib. 5.* Qui non solùm in eo errabant, quòd primi anni capillamenta seminum intecta patiebantur, &c. * Capillamentum, quod vulgus falsam perruquam vocat. *Suet. in Calig, c. 11.* Naturam tamẽ sæuam atq. probrosam nec tunc quidem inhibere poterat, quin & animaduersionibus pœnisq; ad supplicij datorum cupidissimè intereffet, & ganeas atque adulteria capillamento celatus & veste longa noctibus ambularet. Galericulum aliàs Latini dicunt, *Ex Budæo.* *Capillamentum in crystallo, rimæ simile, pro eo quod gemmarij fellaturam vocant, accepit *Plin. li. 37. c. 2. teste eodem Budæo.*

Căpillārĕ, huius capillaris, neut. gen. Reticũ quo mulieres crines inuoluunt. {רדיד *redidh.* τριχοδύτιον, ἡ μίτρα. GAL. Vne coiffe. ITA. *Retcella.* GE. ein haarhauben HIS. *El haluanega, ò capilleio de muger.* AN. *A caule to couer the heare as maidens doo.* } *Mart. 5. li. 3.* Non erubescit muri ce aureo nobis Diuidere mœcæ pauperis capillare. ¶Capillaris & Capillara arbor appellatur, in qua tonsum capillum adolescentes suspẽdebant, quando deponebant comam, deo eam sacrantes. Erat in vrbe Roma, *teste Festo*, arbor antiquissima, quam supra trecentos & septuaginta annos durasse compertum est, quæ capillata appellabatur, quòd Virginum Vestalium capillos ad eam deferre mos erat: cuius arboris meminit & *Plin. li. 16. c. 44.*

Căpillitĭum, Cappillamentum. {κόμη. AN. *The bush of head heare.* } Sic enim à Capillo Cappillirium dicitur, vt à Famulo, famulitium, à Satellite satellitium. ¶Capillitium flauum. *Apul.*

Căpīllŭs Veneris, Herba sic dicta, quòd delapsos post alopeciam capillos recreat, siue quod capillorum fluores coercet. {ἀδίαντος. GALLIC. Capilli veneris. ITAL. *Capel venere.* GERMAN. Mauirrautem / die man nennet frawenhaar. HISPANIC. *Culantrillo de pozo.* ANGLIG. *The hearbe venus heare.* } *Plin.* Adiantum, polytrichon, & callitrichon appellat.

CĂPILLĀTI. Populi inter Alpinas gentes. *Plin. lib. 3. ca. 20.* Capillatorum plura genera ad confinium Ligustici maris.

CAPINNA, καπίννα, in singul. vel plural. Vrbs Tyrrhenica. Gentile Capinates, possessiuum Capinnarius *Steph.*

Căpĭo, is, cepi, captum, significat arripio, Comprehendo, Prehendo, {לקח *lukách* לכד *lacháah* חכיר *hechir.* λαμβάνω. GA. Prendre, contenir, comprendre. ITA. *Pigliare* Nemmen/ empfahen/ fassen. HISP. *To tak receiue, to containe, to hold* } *Virg. 1. b. 3. Georg* cape sacra manu, cape robora pastor. Sed differunt: quia capere est cum affectu: Accipere quum quis nõ sic accipit, vt habet Idco, vt Vlpianus scribit, nõ videtur quis capere, quod est restituturus. Et capere est sponte, vel non sponte. Accipere tantum, sponte. Vnde dicimus, Cepi labores, Cepi molestiam, Cepi vel suscepi inimicitias: Accepi calamitatem, contumeliam, vulnus. *Valer. Max.* Vt non coactus ensem accipere, sed sua sponte sumere videretur. Habet interdum reciprocum vsum: vt idem sit, Cepi voluptatem: &, Cepit me voluptas, Cepisti dolorem, ἤδονὴν, εἴληφας: Cepit te dolor, ἤδονη σε εἵλησε. ¶ Quandoque significat facere. *Terentius in And.* Non si capiundos mihi sciam inimicos homines omnes. ¶Quandoque delectare. τέρπειν, inescare, irretire, ex translatione ferarum, venatúsque. *Horat. 2. Ser.* Te coniunx aliena capit, meretricula Dauum. ¶Quandoque propitiari. *Lucret. lib. 2.* Nec bene prò meritis capitur, nec tangitur ira. ¶Quandoque decipere, πλανάω. *Virg. 2. Æneid.* captique dolis, lacrimísque coacti. ¶ Quandoque eligere, αἱρέω. *Teren. in Hecyr.* Quum illum gnatum cepimus ¶ Quandoque perpetiri: *vt apud eundem in Heaut.* Dum abs te absum, omnes mihi labores, quos cepi, fuêre leues. ¶ Quandoque tenere, κρατεῖν: *vt in Eunucho*, Dij

bene

boni quid turbæ? ædes noſtræ vix capient. Quandóque inuadere, occupare, χειροῦσθαι. *Cic.* Nauem quandam piratarum præda onuſtam cepêre. *Varro.* Quid hic venator non capit? Hinc vincti, Captiui dicuntur, quòd non ſui iuris ſint, ſed in poteſtatem aliorum redacti, αἰχμάλωτοι. Quoniam autem qui ita capti ſunt, non ſunt amplius ſui iuris, ſed libertate priuati, ideo Captos quandoque pro priuatis, ſine impeditis accipimus. [Capere virginem Veſtalem (i. eligere) *Gell. c.* 12. *l.* 5. Vſuram corporis cepit ſibi, *Pl. prolog. Amph.* Satietatem dum capiat pater eius quam amat. *Plaut. Amph.* Ob iſtuc omen ominator capies, quod te condecet (i. malum accipies) Capiunt voluptates, capiunt rurſus miſerias. *Ibid.* Dabitur lectus, vbi haud ſomnum capias. *Pl. ſc.* 2 *a.* 1. Capere oculis ſpectaculum. *Ouid. El.* 2. *lib.* 4. Vix credo tota auctione capiet quinquagies *Pl. Men. ſc. vlt. a.* 5. capere detrimentum, *Cæſar* 3. *de bell. Ciu. Suet. in Aug. c.* 53. Capi & hærere in captione (de ſophiſmate) *Gell. c.* 2. *lib.* 16. pro vincere. *Plaut. in Amph. Vide* in Capto, as.] ¶ Mente capti, amentes, hoc eſt, qui mentis compotes non ſunt. Capti oculis, πεπηρωμένοι, qui officio oculorum priuati ſunt. ¶ Aliquando Capi, eſt amore accendi: vnde Capti amantes dicuntur. *Luri.* Ne aſpectu & forma capiare aliena. [Capti pro Captiui, *Pl. Capt. ſc.* 4. *a.* 3. Satis me illi ſceleſti capti ceperunt dolo. *Et ſc.* 2. *a.* 2. *Ibid.* Ipſe cautor captus eſt. i. deceptus.] ¶ Item Capere vſu, capere poſſeſſione, & præcisè capere, ſine vlla adiunctione, pro acquirere ponitur à Iureconſultis, *l. ei à quo, & l.* 23. *D. de vſurp. & vſucap. & aliis multis in locis.* ¶ Capere, verbum ad affectum acquiſitionis magis refertur, quàm accipere. Nam plerunque accepiſſe dicitur, qui tamen adhuc non acquiſiuit. *l naturalis.* §. 1. *D. de acquir. poſſeſſ.* Capere præſcript. *verb* Quamuis etiam capere dicimus eum qui rapit, vel ſimpliciter aufert. *l. ſi de tutel.* Sunt & qui accipere de manu alterius, capere vero propria autoritate intelligunt. Sed hęc confundi aliquando monuit iam antea *Alciat.* Attamen fas eſt capere quàm accipere. *l aliud eſt capere. de verb. ſign.* ¶ In ſumma hoc verbum ſua habet ſignificata pro diuerſitate rerum, cum quibus iungitur: vt Capere manu, eſt comprehendere: Capere oculis, videre: Capere auribus, audire: Capere mente, intelligere: Capere conſilio, eligere: Capere aſtu vel dolis, decipere: Capere cantu aut voluptate, delectare *Virgi.* 4. *Georg.* Carmine quo captæ dum fuſis mollia penſa Deuoluunt.

¶ Capere conſilium, eſt deliberare. *Cic.* Quum autem conſilium hoc princeps cepiſſet. ¶ Capere rationem, eſt modum inuenire, μεθοδεύειν. *Plaut.* Rationem cepi, vt & amanti obſequerer, & parrem non offenderem. [*Idem pſ. ſc.* 2. *a.* 2.] ¶ Huius verbi compoſita ſunt, Accipio, à quo Præaccipio, Concipio, Decipio, Excipio, Incipio, Intercipio, Percipio, Præcipio, Recipio, Suſcipio & Vſucapio, quæ antepenultimam correptam habent. ¶ Deriuata ſunt quæ ſequuntur, Auceps, Princeps, Municeps, Particeps.

Căptus, us, Comprehenſio, capacitas, intelligendi facultas. {לקח *lékach.* κατάληψις. GAL. Capacité & portee. ITA. *Capacità, la potenza à p ſſanza d'alcuno à fare è intendere qualche coſa.* GERM. Das ergreyffen deß verſtandts. HISP *El temo de algo para azer è entender alguna coſa.* AN. *Taking, capacitie or perceuing.* } *Cic. lib.* 2. *Tuſc.* Græci homines non ſatis animoſi, ſed prudentes, vt eſt captus hominum: quaſi diceret, tàm prudens quàm capax prudentiæ eſt hominum natura. *Apuleius* ait, ſuprà captum cogitationis, pro eo quod eſt ſuprà quàm quiſpiam cogitatione capere & complecti poſſit. ¶ Accipitur item Captus pro ſorte & conditione. *Terentius in Adelph.* Præterea (vt captus eſt ſeruorum) non malus, hoc eſt, vt ſe habet ſeruorum conditio, ſicut exponit Donatus.

¶ Est item Carbunculus, tumor præter naturam, siue vlceris genus celeriter crustam faciens, cum vehementi partis inflammatione: ita dictus à carbonis igniti similitudine. {רשף *réscheph.* ἀνθρακ. GA. Apostume nõ mé charbon. ITA. *Carbonællo.* GE. ein böß gufftig geschwär/ein Carfunckel blater. HISP. *El caruoncol.*} Eius hæ notæ sunt: Rubor est, superque eum non minimum pustulæ eminent, maximè nigræ, interdum subluuidæ, aut pallidæ. In his sanies esse videtur, infrà color est niger, ipsũ corpus aridum & durius quàm naturaliter oportet. *Plin. l. 23. c. 4.* Nomas repurgant, carbunculos rumpunt.

¶ Est item Carbunculus, Gemma igniti carbonis similitudinem referens, ipsisque etiam noctibus lucens, & quibusdam quasi radiis refulgens: quæ apud Indos, & Garamantas inuenitur. {אקדח *ekdách.* ἀνθρακίτης. GALLI. Pierre precieuse appellee escarboucle. ITAL. *Pietra pretiosa detta carboncolo.* GER. ein Carfunckelstein der zu nacht scheynt. HIS. *El caruoncol piedra.*} *Plin. lib. 37. cap. 7.* Principatum habent carbunculi, à similitudine ignium appellati, quum ipsi non sentiant ignes: ob id à quibusdam Apyroti vocati. ¶ Sumitur quandoque Carbunculus, pro terra, vbi tessellæ lapideæ, & nigræ reperiuntur. *Palladius*, In Ianuario mense carbunculus, nisi stercoretur, macras vineas reddit. *Plin. li. 16.* Maximæque fabulum humidum, aut carbunculum, aut tophaceam formam. ¶ Hinc Carbunculosus ager dicitur, in quo id genus carbunculi abundat. *Colum li. 3 c. 11.* Nam carbunculosum agrum nisi stercore iuues, macras vineas efficere dixerunt. *Pl. li. 31. c. 3.* Sabulosum masculum, & arena carbunculosa certas promittit venas stabilésque & salubres. ¶ Carbunculus præterea in vitibus & arboribus dicitur; quum earum flores adurũtur, & ad carbonis siccitatem nigredinémque redigũtur, σφακελισμός. *Plin. l. 17. c. 24.* Syderatio tota è cælo constat: quapropter & grando in causis intelligi debet, & carbunculatio, quod pruinarum iniuria euenit. Hæc enim verno tempore inuitatis, & erumpere audientibus satis mollibus insidens, adurit lacteſcentes germinum oculos: quod in flore carbunculum vocant.

Cārbūncŭlo, a, neut. absolutum, & Carbunculor, aris, deponens, pro eo quod est, carbonis similitudine aduro, seu inflammo. {קרח *Kadhách.* σφακελίζω. GAL. Estre enflammé & rouge comme vn charbon. IT. *Essere infiammato come carbone.* GERMAN. Brennen oder entzunden wie kolen oder wie ein glut. HIS. *Ahornargarse la tierra.* ANG. *To be inflammed and redde lik a cole.*} *Pl. l. 23. c. 3.* Succus eorum carbunculantibus circa oculos vlceribus, & pustulis, procidentique pupillæ efficax. *Idem li. 12. c. 7.* Verùm & his sua iniuria est, atque cæli intemperie carbunculantur, fiuntque semina cassa, & inania. *Idem li. 12. c. 28.* In hoc temporis interuallo res summa vitium agitur, decretorio vuis sydere illo, quod Caniculam appellauimus: vnde carbunculare dicuntur, vt quodam vredinis carbone exustæ.

Carbunculatio, onis, Verbale. vide in carbunculus.

Cārbōnārĭus, subst. Qui carbones conficit. {ἀνθρακεύς. GAL. Charbonnier. ITA. *Carbonnario.* GE Der da kolen macht/koler HISP. *Carbonero.* AN. *A colier.*} *Pla. in Cast.* Sine modò rus veniat, remittam ad te virum Cum furca in vrbem, tanquam carbonarium.

Cārbōnārĭus, a, um, adiect. {ἀνθρακικός. GALLI. De charbon, des appartenances de charbon ITA. *Di carboni.* GER. Das zu kolen gehört HIS. *Cosa pertenecciente à carbon.* ANG. *Pertining to coles.*} vt, Fornax carbonaria. Carbonarium negotium exercere. *Plin. de viris illust.* Nam pater eius, quanuis patricius, ob paupertatem carbonarium negotium exercuit.

CARBVLO, *Autore Pl. l. 3 c. 3.* Oppidum est Bæticæ prope Cordubam.

CARCASES, Populi sunt Narbonensis Galliæ, quorum oppida sunt Anatilia, Acria, Bormannico, Macina, & Cabellio *Plin. l. 3. c. 4*

CARCASVM, *Pl. l. 3. c. 4.* vocatur oppidum Galliæ Narbonensis, quod hodie *Carcassonam* vocant.

CARCATHIOCERTA, Armeniæ maioris vrbs Tigri proxima, *vt autor est Plin. l. 6. c. 11.*

Cācer, ceris, Locus in quo seruantur noxij: vel vndecunque quis exire prohibetur: quasi Coarcer: à coercendo, *vt docet Varro*: quòd vincti in eo custoditi prohibeantur exire. {כלא *chéle.* δεσμωτήριον, συναλή. GALLIC. Prison. ITAL. *Carcere, prigione.* GERM. Ein kercker/ein gefengnuß. HISPA. *Carcel, lugar de prison.* ANGL. *A prison or gaill.*} *Liu. libro 1.* Carcer ad terrorem increscentis audaciæ, media vrbe, imminens foro ædificatur. *Cic. 7. Verr.* Cur carcer ædificatus? cur tot supplicia in improbos more maiorum constituta? [Te surripuisse aiunt colonam & compactum in carcerem. *Plaut. Men sc. 5. a. 5.* An expugnauit patriam carcerem patriam tuam? *Plau. pseud sc. 7. a. 4.* Quid faciam si me viri tres in carcerem compegerint? *Pl. Amph. sc. 1. a. 1.* In robusto carcere vt peccatis. *Plaut. Curc. sc. 3. a. 5.* Item Carcer pro ipso corpore, Carcere diutino emissus animus. *Sen. ep. 8. de Cons ad Polyb.*]

¶ Vnde & in circo, vnde emittebantur equi, Carceres sunt appellati, quòd coerceãtur equi, ne inde exeant. antequam magistratus signum miserit. {βαλβίδες, ἀφετήρια. GALL. La barriere, ou le lieu duquel partoyent les cheuaux pour courir es ieux de pris publiques. ITAL. *Luoco donde si partanno i cauali per correre al palio, le mosse.* GERM. Schrancken/in welchen die ros gehalten werden/ee das man sy herauß lasse zu dem turnier oder anderem schawspyl. HIS. *La cuerda que empare ja los caualos.* ANG *Places out of which horses is letten to runne, a goale.*} Terminum autem ad campi finem, vbi cursum sistunt, Metam pro fine ponimus. Et licet quidam dicant in singulari tantum significari custodiam publicam, in plurali currentium equorum repagula, vel funes, qui equis ad metam currere volentibus opponuntur. *Cicer.* tamen vtrunque indifferenter posuit. Nam *in Catone sic inquit*, Nec vero velim quasi decurso spatio ad carceres à calce reuocari. *Et lib. 4. ad Herem.* Quasi si si quis ad Olympiacum cursum venerit, & steterit vt emittatur, impudentésque illos dicat esse, qui currere cœperint, ipse intra carcerem stet. [*Suet. in in Claud. c. 21. & 26.* Carceribus marmoreis & aureis metis.] ¶ Hinc dicimus, A carcere, ἀπὸ βαλβίδος, pro, ab ipso rei principio. Et, à carcerib. ἀπὸ βαλβίδων, pro eodem. ¶ Carceres interdum pro furibus, seu captiuis poni solent: Græcè δεσμώτης, idque per metonymiam, continens pro contentis: quemadmodum etiam Ergastula sæpe accipimus pro iis qui ergastulis sunt inclusi. *Cic. in epist.* Quacunque iuit, ergastula soluit.

Carcĕrārĭus, a, um, Quod ad carcerem pertinet. {δεσμωτικός, ὁ ἐπὶ τῷ δεσμῷ, ὁ ἀπὸ τῶ δεσμωτηρίου. AN. *Belonging to a gaill.*} *Plau. in Capt.* [*sc. 2. a. 1.*] Ægrè mihi est, hunc quæstum facere carcerarium.

CĀRCHĒDŌN, pen. prod. καρχηδών, à Græcis appellata vrbs Africæ totius olim potentissima, infestissimáque Romani imperij æmula. {GE Die gewaltig statt Carthago in Africa.} Vnde Carthaginienses ab iisdem Carchedonij καρχηδόνιοι appellantur. Hinc etiam *Paut.* Comœdiam suam Penulum Carchedonium nominauit. ¶ Carbunculos quoque Germanicos *Plin. autor est l. 37. c. 7.* ab huius vrbis opulentia Carchedonios fuisse vocatos, non quòd circa Carthaginem inuenirentur, sed quòd à Pœnis negotiatorib. Romam afferrentur. Dicta Carchedon à Carchedone conditore, *cuius meminit Appianus.* Sed vulgatior fama est, conditam fuisse à Didone. *De hac multa Eustath. in Dionys.*

Cārchēdŏnĭus, καρχηδόνιος, σμαραγδίτης, Genus inter metalla æris repertum, viliſſimum, minimúmque: idem fragile, & colore incertum: ac virentium in caudis pauonum, columbarúmque collo plumis simile. Alio nomine Smaragdites dicitur. *Vide Plin. lib. 37. c. 5.*

CARCHESIA, Insula vna Cycladum, alias Amargus, *Steph.*

Cārchēsĭum, καρχήσιον. Poculi genus. *Virg. 1. Æneid.* Hic duo rite mero libans carchesia Baccho. Tradũt Iouem, quando cum Alcmena concubuit, in pretium ei cõcubitus carchesium aureum dedisse. ¶ Est autem id vasis genus procerum, ac circa mediam partem compressum, ansatũ mediocriter, ansis à summo ad infimum pertingentibus. ¶ Est præterea Carchesium in nauibus suprema pars mali, à qua veli latera, quę cornua vocantur, vtrinque diffunduntur: à cuius figura Asclepiades, *referente Macrobio*, vascula eiusdem nominis dicta arbitratur. ¶ Mali autẽ nauium in tres omnino partes distinguuntur: quarum infima Pterna vocatur, media πέρχμος, suprema Carchesium. *Plura de hoc vide apud Macrobium, Crinitum, Bayfium, & Nonium.*

CARCINA, καρκίνη, Ciuitas est Scythiæ Europęę, à qua sinus Carcinites. *Pl. li. 4. c. 12. Pomp. li. 2.* & Carcinites amnis, eam ciuitatem præterfluens, *vt autor est Ptol. l. c. 5.*

Cārcĭnethron, καρκινήθρον. Genus herbæ, quòd Græci polygonon vocant: cuius succus naribus infusus supprimit sanguinem: & cum vino potus cuiuslibet partis profluuium execrationésque cruentas inhibet, Geniculatam Latini vocant. *Plin. li. 27. c. 12.* ¶ Vulgò Centinodia. Dicimus hîc, herba sancti innocentis.

Cārcĭnĭās, καρκινίας, Gemma est marini cancri colore. *Plin. l. 37. c. 11.*

Cācĭnōdes, *Vide* CARCINVS.

Cārcĭnoma, pen. product. Cancer morbus. {καρκίνωμα. GALLIC. Chancre, maladie és parties superieures. ITA. *Cancaro.* GERM. Der krebs/ein krancheit. HIS. *Cancer ò çaratan.* ANG. *A canker or disease in the superiour partes.*} De quo vide *Plin. lib. 20. c. 9. Cato. de Re rust.* Et si quid in mammis vlceris natum, & carcinoma, brassicam tritam apponito, sanum faciet. Celsus tria facit eius genera: primum Caoëthes, quum vlcus quidem pressum est, sed quæ circa sunt intumescunt: secundum sine vlcere: tertium quod Thymum vocat. *Vide plura in dictione* CANCER.

Cārcĭnus, pen. cor. Cancer animal & signum cæleste. {καρκίνος. GAL. Vn cancre. IT. *Gambaro, granchio, cancro.* GER. Krebs/das thier. HI. *Cangrejo.* AN. *A crabbe or heauenlie signe.*} *Vide in dictione* CANCER. *Luc. li. 9.* Par geminis Chiron, & idem quod Carcinus ardens, Humidus Ægoceros. ¶ Est item Carcinus, καρκίνος, duorum poëtarum Tragicorum nomen, quorum alter Athenienſis fuit, alter Agrigentinus: quorum scripta enumerat *Suidas.*

Cārcĭnōdes, neut. gen. καρκινώδες, Vitium, seu morbus cancri naturam imitans, similíque modo serpens. *Plin. lib. 20. c. 17.* Narium quoquè carcinodes consumit illitum ex aqua.

Cardaces, Apud Persas appellabantur, qui ex rapto viuebant: nã Carda apud eos bellicosum & violentum significabat. *Autor Strab. l 15.*

Cardamine, {καρδαμίνη GAL. Mente aquatique. IT. *Balsamita, herba aquatica.* GE. Bachmunß. HIS. *Hierua buena be la agua.* AN. *water cresses.*} Sisymbrij genus est, quod officinæ Nasturtiũ aquaticum vocant. *Vide Dioscor. l. 2. c. 117. & Ruell. l. 2. c. 60.*

Cārdămōmum, {καρδάμωμον. AN. *Graines.*} Frutex est amomo similis, odoratus, oblongo semine & angulosa metitur eodem modo quo amomum. *Vide Plin. l. 12. c. 13.*

Cārdămŭm, {καρδαμον. GALLIC. Cresson alenois. IT. *Agreto.* GE. Brun-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

nen cressig. HISPANI. *Nasturcio, malpica.* ANGL. *Garden cresses.*} A Græcis vocatur herba, in hortis passim prouenies, quam Latini Nasturtium hortēsevo cant. Cardamū autē dicti putatur ὅτι τὴν καρδίαν, quòd cor foueat, & in syncope illa, quam Cardaicam vocant, plurimum valeat. Alij diuersa ratione vsi, sic dictum arbitrantur, quòd caput edomet, quasi καρὶ δαμον. Nam arcem mentis obsidens suo ferit acremento, & iguea vi præditum caput tentat. Capitis tamen vitia purgare creditur: vnde ortum est prouerbium, ἐσθιε κάρδαμον, hoc est, Ede nasturtium: in eos dici solitum, quibus sanum non est cerebrum.

CARDAMYEA, καρδαμύλη, Vrbs fuit Peloponnesi propinqua Pylo sub dominio Agamemnonis: vna earum quæ reconciliationis ergo Achilli ab Agamemnone offeruntur. *apud Homer. l. 9. Iliad.*

CARDAMYLESSVS, καρδαμυλήσσος Vicus quidam. *Steph.*

CARDAX, καρδάξ, Saltatio obscœna & Comica, *inquit Budæus.*

CĀRDĬA, siue CARDINEA, Dea apud Romanos, quæ cardinib. præerat, quasi Card a *Vide* CARNA.

Cārdĭă, Græca dictio, Latinè Cor. {לב *leb.* καρδία. GALL. Cœur. ITA. *Cuore.* GER. Das hertz. HI. *Coraçon* AN. *the hart.*} quanquam etiam à priscis medi is, *teste Galeno*, pro superiori ventriculi orificio ponebatur: quo pacto ipsum etiam Hippocratem aliquando loquutum esse ostendit. Hinc factum est vt Cardiacus morbus dictus sit, non qui cor, sed ipsum infestet ventriculum: quippe qui fiat ex humoribus mordacibus, & venenatis, in ventriculo congestis, nimióque dolore syncopem afferentibus, quam Cardiacam appellant. Cardiacus, aci, Pro illo qui cardiaco morbo tentatur. καρδιακός. *Cicero 1. de Diuinat.* Ego autē haud scio an nec cardiacis hoc tribuendum sit, nec phreneticis. *Iuuen.* Cardiaco nunquam cyathum missurus amico. ¶Est & Cardia nomen vrbis in Thra cia, ad Melanem sinum, à cordis similitudine vocata, *teste Plin libr. 4. cap. 11.*

Cārdĭălgĭă, {καρδιαλγία. ANGL. *Sorowe of the harte.*} Dolor cordis, & mentis t stitia. Item ventriculi erosio, quæ & Cardiogmos dicitur. *Vide infrà.*

CĀRDINEĀ, Dea, quæ & Cardina dicta est: cardinibus præesse dicebatur.

Cardinum, (quod hîc pro nasturtio hortensi perperam legebatur) *vide* CARDAMVM.

Cādĭcgmus, mi, {καρδιασμός. AN. *Griping of the stomacke.*} Morbus est ventriculi, ortum habens ex humoribus acribus & mordacibus, ipsum ventriculi orificium (quod prisci Græci, *teste Galeno*, etiam καρδίαν appellarunt) intolerabili punctione erosionéque infestantibus, nonnunq am etiam syncopen inducentibus. Ea enim pars corporis exactissimo tactus sensu est prædita, propter insigne par neruorum ad eam à cerebro transmissum. Quo fit vt dolores ea in parte sint maximi, quibus quum vires ferendis pares non sint, solet subsequi ea syncope, quam stomachicam vocant.

Cārdĭscē, καρδίσκη, Gemma est, quæ fit ex draconis cerebro, viuenti abscisso, alio nomine Draconitas dicta, *Plin. li. 37. c 10.* Draconites, siue dracontias è cerebro fit draconum: sed nisi viuentibus abscisso nunquam gemma ascit, inuidia animalis mori se sentientis. Igitur mos est, vt dormientibus animalibus caput amputent. Encardia cognominatur & Cardisce.

Cārdo, inis, Ferramentum circa quod fores vertuntur. {ציר *tsir.* γόγγυλος, στρόφιγξ, στρόφιγξ. GA. Le gond d'vn huis ou porte, le p uot d'vne porte, le renon qui se met en vne morraise. ITA. *Canghero.* GER. Der angel an der thur. HI. *El quicio sobre qu se buelue la puerta* ANGL. *The hinge, hingell, or hooke of a gate or dore.*} *Virg. 6. Æneid.* Foribus cardo stridebrahenis. *Plaut in Amphit.* Penè effregisti, fatue, foribus cardines. [Hisce ilico (fores) toto demoliar cardine. *Plaut. Amphit.* Quis tam vasto impetu has fores toto conuulsit cardine? *Ibidem.* Ne foribus effringantur cardines. *Idem Asin. sc. 3 a. 2.* Non mutit cardo est lepidus. *Plau. Curc. sc. 1. a. 1.* Prohibe sonitum forium & strepitum cardinum. *Plau Curc sc. 3. a. 1. Ibi.* Mane suffundam aquulam ne crepent cardines.] Hinc apud Romanos fuit dea Cardea, siue Cardinea, quæ Cardinibus præerat, quasi Cardina. ¶ Cardines etiam dicuntur duæ cæli partes, immobiles sibi mutuò oppositæ, quarum altera ad Septentrionem, altera ad Austrum: Græci πόλους vocant: vnde etiam stella Boreali polo proxima, quæ est in cauda minoris Vrsæ, Polaris stella vocatur: non quod sit polus ipse, sed quòd sua circumuolutione circulum minimum efficiat, cuius polus est centrum. Linea autem recta, quam Astronomi ab vno cardine ad alterum imaginantur: propriè Axis appellatur. Sæpe tamen Cosmographi Cardinum nomine quatuor præcipuas cæli regiones intelligunt, Ortum, Occasum, Septentrionem, & Meridiem [*Quint.* Venti quatuor à totidem mundi cardinibus *Liu. l. d. 4.* Terminus est nunc imperij vestri mons Taurus quicquid intra eum cardinem est.] ¶ Cardo etiam in agrorum limitatione quid intra eum cardinem est.] ¶ Cardo etiam in agrorum limitatione appellatur limes, qui per agrum currit à Meridie ad Septentrionem: sicut Decumanus vocatur limes ille, qui secat agrum ab Exortu ad Occasum, *vt inquit Plinius & Columella.* ¶ Ponitur interdum Cardo pro opportunitate, ἀπὸ καιροῦ, καιρός. *Virgil. 1. Æneid.* Haud tanto cardine rerum. Quod *Seruius* inde tractum existimat, quòd in prouerbio dicitur, Res in cardine est, & Circa id vetti cardinem dicimus: in quo summa rei est. *Vnde Cardo litis, id est summa totius causæ *Quintil. lib. 12. c. 8.* Negligentium oratorum nihil refert vbi litium cardo vertatur, dum sint quæ extra causam ex personis ac communi tractatu locorum occasionem clamandi largiantur, *Budæus.*

*Cardines temporum à Plinio dicuntur Ver, Æstas, Autūnus, & Hyēs: *lib. 18 c. 25.* Cardo temporum quadripartita distinctione constat, per incrementa lucis. *Extremus æui cardo *Seneca in Troade*, Mortalis æui cardinem extremum premens, id est, exitum.

Cārdo, à veteribus dictus est limes, qui à Meridiano ad Septentrionē dirigeret: à mundi cardine. *Hoc Aggenus & Hyginus tradiderunt.*

Cārdĭnātŭs, a, um, ἐγκλιτος, κορυφὴ. vt Tignum cardinatum. *Vitr. li. 10. cap. 22.* Coniuncta capitibus transuersario cardinato tigno, & altero mediano inter duos scapos cardinato.

Cārdĭnālis, & Cardineus, adiectiua sunt à cardine deducta, quibus recentiorum nonnulli vsi sunt pro præcipuo seu principali.

Cārdŏpās, {καρδόπος. GAL. Coffe au pain. ITA. *Cassa dal pane.* GB. Brotkosten, brotkorb. HIS. *Caxa del pan.* AN. *A cofer or cheste for bread.*} Significat arcam panariam.

CARDVCHI, καρδούχοι *Stephan.* Parthorum populi, ad Tigrim fluuium quorum meminit *Strab. lib. 16.*

Cardŭēlis, ἀκανθὶς. GAL. Chardonneret, ou chardonnerette. IT. *Cardarollo, gardellino.* GE. Ein distelfinck, ein distelvogel. HI. *Sirguerito aue.* AN. *A finche birde, or linnet.*} Auis parua, capite rubro, alis luteis, albo nigróque distinctis: dicta quòd carduorum semine pascatur. *Plin. li. 10. ca. 24.* Minimæ auium cardueles imperata faciunt: nec voce tantùm, sed pedibus & ore pro manibus.

Cārdŭŭs, Herba vulgò nota, à qua Carduelis auis appellata. {דרדר *dardár.* σκόλυμος. GA. Chardon. ITA. *Cardo.* GE. ein jede distel. HISP. *El cardo generalmente assi cho.* ANG. *A thistle.*} *Virg. 1. Georg.* -segnísque horreret in aruis Carduus.

Care, *Vide* CARYS.

Carectum, *Vide* CAREX.

CARDYTVS, καρδυτός, Vrbs magna Syrorum, *Steph.*

CARENE, καρήνη, Vrbs Mysiæ, *Steph.*

CARENSES, Hispaniæ Tarraconensis populi sunt, Complutensibus vicini. *Plin. lib. 3. c. 3.*

CARENTANI, Italiæ populi sunt, in quarta regione à *Plin. lib. 3. c. 12.* locati prope Frentanos.

Cārĕo, es, carui & cassus sum, & caritum, & cassum, *secundum Priscianum*, est rem desideratam non habere: & propriè de eo dicitur, *teste Cicerone*, quod aliquando habuimus, & quo nunc indigemus. {חסר *ch. ser* κενεῖσθαι. GAL. Auoir faute de ce qu'on voudroit bien auoir. ITA. *Mancare, essere senza.* GER. Manglen. HISP. *Care er.* ANGL. *To lack that which we wald haue, to want.*} ita enim ait *Tusc. lib. 1.* Triste est nomen ipsum Carendi, quia subiicitur hæc vis, Habuit quis, non habet, desiderat, requirit, indiget. *Et mox*, Carere igitur hoc significat, egere eo quod habere velis: inest enim velle in carendo, nisi cùm fit tanquam in febri dicitur, alia quadam notione verbi. Dicitur enim alio modo etiam carere, quum aliquid non habeas, & non habere te sentias: etiam si id facilè patiare. *Hactenus Cicero.* Ex quo patet, Carere non modò de iis rebus dici, quæ ad nostrum vsum naturámque accommodatæ sint, sed etiam de aliis: vt, Carere febri, Carere dolore, Carere molestia, & his similia. [Caruísne febris te hodie? *Plaut. Curc. sc. 1. a. 1.* Acerbum funus filiæ facier, si te carendum est (Amante) *Plaut Asin sc. 3 a. 3.* Haud molestum quòd collus collariâ caret. *Plaut. Capt. sc. 2. a. 2.*] Construitur autem hoc verbum aliquando cum genitiuo. *Terent. in Heautont.* Nam dum abs te absum, omnes mihi labores fuêre, Quos cepi, leues, præterquam tui carendum quòd erat. [Carendum tui est. *Gellius ca. 7. lib 19.*] ¶ Aliquando cum accusatiuo. *Plautus in Curcul.* Sed quid est, quod lubet perditum dicere te? PH. Quia id, quod amo careo. ¶ Sæpiùs verò cum ablatiuo: vt, Carere domo, patria. *Cicero pro Mil ne*, Comprehensus est in templo Castoris seruus P. Clodii quem ille ad Cn. Pomp. interficiendum collocarat: extorta est cōfitenti fica d. manibus: caruit foro postea Pompeius, caruit Senatu, caruit publico: id est, in forū non venit, in senaru nō fuit, in publico nō versatus est. *Idem de Finib lib. 2.* Itaque non placuit Epicuro medium esse quiddam inter dolorem & voluptatem: illud enim ipsum quod quibusdam medium videtur, cum omni dolore caret, non modò voluptatem esse, verumetiam summam voluptatem. *Et Epist. Fam. lib. 6. Ægypta* ad me venit pridie idus Aprilis: is etsi mihi nuntiauit te planè febri carere, & belle habere, tamē quod negauit te potuisse ad me scribere, curam mihi attulit. Quod autem *Plaut. in Curc.* dixit, Caruísne febris te heri, vel nudiustertius? hypallage quędam est, & præpostera omnino loquutio.

¶ Aliquando ponitur pro abesse. *Cic ad Attī. li. 9.* Ego meo Ciceroni, quòniam Roma caremus, Arpini potissimum togam puram dedi.

CARES, pro statuarij nomine, *Vide* Chares.

CĀRĒS, numero plurali, κᾶρες, Populi Cariæ, qui sub Minoë Leleges dicebantur, & insulas habitabant. Postea Asiæ minoris partem meridionalem occupauerunt, quæ Rhodum spectat, ab eáque Cares appellati sunt. Ea enim regio Caria dicebatur, à Cara eius oræ rege. Despectissimam olim fuisse hanc nationem clarissimè ostendit *Cic. in Orat. pro L. Flacco*, Vestra, inquit, Asia, vt opinor, constat ex Phrygia, Mysia, Caria, Lydia. Vtrum igitur nostrum est, an vestrum hoc vetus prouerbium, Phrygem plagis fieri solere meliorem? Quid de tota Caria, nōne hoc vestra voce vulgatum est, Si quid cum periculo experiri velis, in Caria id potissimùm esse faciendum? ¶ Huius iraque populi mores prouerbiis aliquot fecere locum: vt, Cum Care cariza, κᾶρες κᾶρα καρίζειν. Hoc est, rusticè agis cum rustico, barbarè loqueris cum barbaro, crassè cum crasso. ¶ In Care periculū, ἐν κᾶρας τὸν κίνδυνον, subaudi facito. Hoc est, in homine autre viliore fac periculosam experientiam, in qua, si parum feliciter cesserit, non multùm sit dispendij faciendum.

CĀRĬă, καρία, Vulgò *Lango*, Regio minoris Asiæ inter Liciam & Ioniam. [*Germ.* Ein Landtschafft deß Mindern Asie wirt jetz *Lango* genennet.] Strabo Cariam à Borea Mæandro flumine clausit, ab Occidente Icario, & Myrtoo pelago, à meridie Rhodiensi: ab ortu Lyciis, & aliis gentibus, magnámque Tauri montis partem in Caria concluſit, omnem Rhodiam ei attribuens, quæ Meridionalis est. Dicta Caria à Caria rege, qui primus auguria auium dicitur inuenisse. Huius populi Cares, κᾶρες dicti, de quibus vide suprà. Multitudo Imperatorum Cariam perdidit, πολλοὶ στρατηγοὶ καρίαν ἀπώλεσαν, Multi duces deperdidere Cariam. Admonet Senatus, nihil esse perniciosius licentia multitudinis, dum nulli paretur, sed pro sua quisque libidine rem gerit. [Parasitum in Cariam misi (Epidauro) *Plau. Curc. sc. 3. a. 1. Et sc. 3. a. 1.* Misi Cariam, *Et sc. 1. a. 2.* Non rediit Caria.]

Careum, Frutex peregrinus, gentis suæ nominè appellatus culinis principalis: laudatissimus ex sua gente, id est, Caria, *vt Plin. lib. 19. c. 8.* testatur. Non igitur legendum Carreum à carris, *vt Alciat.* putat, neque Carinon, neque Cæreum.

Cārĭcŭs, a, um, penultima correpta, καρικὸς. Quod est ex Caria: vt Carica charta. *Stat. 4. Syl.* Charæ Charicæve Thebaicæve. ¶ Caricus hirtus, καρικὸς τράγος. *Diogenian.* indicat dictitatum de vilibus & contemptis. *Plato* καρικὸν ἀνδράποδον, Caricum homuncionem, dixit pro vili nihilique. ¶ Sic More Carico, σχῆμα καρικὸν, fieri dicebatur quod sordidè incompositéque fiebat: præsertim in rebus obscœnis.

Carice

¶Carica musa, καρικὴ μοῦσα. De lugubri aut rustica, atque indocta seu molesta cantione dici solitum, Quadrabit in poëtam aut oratorem indoctum. ¶Caricum sepulchrum, καρικὸς τάφος. De re magnifica sumptuosáque. Sumptum à Mausoli sepulchro, quod est apud Caras.

CARESVS, κάρησος, Fluuius est Troadis, *Hom.12.Ilia.* celebratus: cuius *Plinius* ait nulla sua ætate extitisse vestigia, *lib.5.cap.30.*

CARETHA, Insula est in mari Lycio, quæ postea Dionysia dicta est. *Autor Plin.lib.5.ca.30.*

Carcum, siue Carium, *Plinio*, κάρης *Dioscoridi.* Herbæ genus est, gētis suæ cognomento ita appellatum, semen habens eiusdem nominis. *Athenæus* Pastinacam maiorem interpretatur, vulgata pastinaca multò præstantiorem. Officinę *Carui* appellant. *Vide Ruell.lib 3.c.43.*

Carex, fœm.gen. Herba acuta & durissima, similis sparto, vliginosis & palustribus locis plurima nascens. {אגם *agám* סוף *suph.* δούκιον. ANGL. *Segges or shere grasse.*} *Virg.4.Georg.* Et carice pastus acuta. *Colu.lib.11. cap.2.* Filix quoque, aut carex vbicumque nascitur, Augusto mense rectè extirpatur: melius tamen circa Idus Iul. ante Caniculæ exortum.

Cārĕtum, ēti, Locus caricibus plenus. {אגמון *agmón* אחו *achú.* δρυκεών. AN. *A place where segges doos growe.*} *Virg.3.Eclog.* Tu post carecta latebas. *Col.lib.6.c.12.* Melius nemoribus herbidis, & frutetis, & carectis, quàm lapidosis locis durantur vngulæ.

Cārĭcă, æ, Genus fici, à loco sic dictum. *Plin.li.13.c.5.* Syria præter hanc peculiares habet arbores, &c. In ficorum genere, caricas, & minores eius generis, quæ coctana vocant. *Cic.2.de Diuin.* Quum M. Crassus exercitum Brundusij imponeret, quidam in portu caricas Cauno aduectas vendens, Cauneas clamitabat.

Cārĭco, as, pen.corr. Onero. βαρύνω, φορτίζω. *Hieronymus,* Origenes maiora cogitans, propriúmque ingenium ferre non sufficiens, oneribus maioribus caricabat se: & quum sic incedere non posset, ruina magna deuolutus est.

CARICON, καρικὸν, Locus est in Memphide, à reliquis separatus, in quo Cares habitarunt, qui affinitate cum Memphitis contracta, Caromemphitæ appellati sunt. *Autor Steph.*

Cārĭēs, riei, Putrilago ex vetustate. {רקב *rakáb* ריקבון *rikkabón.* σῆψις. GAL. Pourriture de bois & vermoulissure, moisissure. IT. *Tarlo.* GER. Schimmel vnd feüle so von der elte eines dings kömpt. HISP. *çarcoma de madera ò de otra cosa.* AN. *Rooteneſſe of wood by long continuance, wormeating.*} *Lucil.lib.4.* Nec auriculam obsidat caries, ne vermiculíque. *Auson.* Tineas, cariémque pati te charta necesse est. Propriè autem Caries in lignis dicitur, quum à vermiculo, qui à Græcis κὶς dicitur, eroduntur. *Col.lib.12.* Omnis materia in ædificia succidi debet luna decrescente, ab vigesima vsque in trigesimam, quæ sic cæsa iudicatur carie non infestari. *Plinius,* Cedri oleo peruncta materies, nec tineam, nec cariem sentit. *Idem li.2.* Celeriter ea cariem sentit.

Cārĭōsŭs, a, um, Quod est carie plenum. {רקב *rokéb.* σῆψις. GAL. Fort vermoulu, pourri & corrompu. ITAL. *Roduto, corrotto da tarl.* GERM. Schim techtig/wurmstichig. HISP. *Cosa çarcomida de çarcoma.* ANGL. *Full of rooteneſſe, wormeaten.*} *Colum.lib.4.* Alia summouenda, quæ vel carriosa, vel iusto breuiora sunt. *Ouid.1.Amor.* Quid precer iratus? nisi vox carriosa senectus Rodat. *Colum.lib.2.cap.4.* Quam terram rustici variam, carriosámque appellant. *Vide Catonem c.34. & Plin.lib. 17.c.5.*

CĂRĪLLAE, arum, Picentum oppidum fuit, ab Annibale secundo bello Punico deletum. Meminit huius oppidi *Silius lib.8.* exhaustæ mox Pœno Marte Carillæ.

Cărīnă, næ, pen prod. Pars nauis est, quam aluum aut ventrem vocant, hoc est, ipsa nauis concauitas. {τρόπις, σκάφος. GA. Le fond du nauire, la carine. IT. *Il fondo della naue.* GE. Der boden oder bauch des schiffs. HI. *Carena, el hondo de la naue.* AN. *The kele or botome of a ship.*} Est & infima trabs, cui inædificatur nauis, quæque illi est pro fundamento. *Ouid.14.Metam.* medíisque carina Subdita nauigiis, spinæ mutatur in vsum. *Idem lib.2.de Pont.* Dum mea puppis erat valida fundata carina. *Cæsar 1.bel.Ciui.* Catinæ primùm ac statumina ex leui materia fiebāt: reliquum corpus nauium viminibus contextum coriis integebatur. Poëtę καὶ σκαφιδίοις Carinam accipiunt pro tota nauí, *Vir.1.Geor.* Quū iam portum tetigēre carinæ. *Idem 4.Æneid.* Huc cursum Iliacas vento tenuisse carinas.

Cărīnārĕ, Est in modum carinæ formare. {τρόπιν δίκην διατιθέναι. GA. Former en maniere de fond de nauire, cauer. IT. *Fabricare à foggia di fondo di naue.* GER. In ein gstalt eines schiffbodens machen. HIS. *Dar carena al lado de la naue.* AN. *To mak holow or lik the kele of a ship.*} *Plin. li.9.c.33.* Saliunt pectines & extra volitant, séque & ipsi carināt, id est, sua sibi concha instrumentum porrigunt ad nauigandum, & ceu carinam quandam ex testa effingunt. ¶Aliquando Carinare est probra obiicere, quòd qui se mutuis probris infectantur, sint infimæ sortis homines, sicut & carina nauis pars est infima. *Festus.* Obsoletum.

[Carinarij. *Plaut.Au.sc.5.a.3.* Flammearij, Violarij, Carinarij, (i. infectores aërei coloris.)]

Cărīnātŭs, a, um, adiectiuum est à carina deductum, Concauus & in carinæ modum incuruatus. {κυρτώσεις, κοιλοκωφώσις. GALL. Caué, & faict en façon de fond de nauire. ITA. *Fatto come vn fondo di naue.* GERMA. Gebogen wie ein schiffboden. HISP. *Hecho à guisa de hondo de naue.* AN. *Holowlik the botome a shipe.*} *Plin lib.11.ca.37.* Pectus homini taurùm latum, reliquis carinatum. *Idem lib.9.cap.30.* Concham esse acatij modo carinatam.

Cărīnātim, significat ad similitudinem carinæ.

CĂRĪNAE, arum, Nomen vici Romani ad pedem cliui Capitolini, in quo fuit domus Pompeij. *Virgil.8.Æneid.* pasímque armenta videbant Romanóque foro, & lauris mugire Carinis. *Varro* Carinas dici putat, ab eo quòd hinc oriretur caput sacræ viæ, κάρη Latinè caput dicitur.

CARINI, Germaniæ populi. *Plin.lib.4.ca.14.* forsan ducatus hodie VVirtembergensis.

Carĭōsus, *Vide* CARIES.

CARIOSVELITAE, Galliæ Lugdunensis populi sunt *apud Plin.libr.4. cap.18.*

CARIS, olim vocabatur Cos insula, καρὶς *Steph.*

CARISA, Cognomine Aurelia, ciuitas est Hispaniæ ad Bætim fluuium, in Gaditano conuentu. *Plin.lib.3.ca.1.*

Caritas, *vide* CARVS.

CARIVS, κάρος, Nomen filii Iouis & Torthebiæ qui Torrhebiam lacum oberrans, Nympharum cantum dicitur audiuisse, ab eis musicam didicisse, cámque apud Lycios propagasse. Quapropter diuinos honores apud suos meruit, templo illi magnifice extructo in monte, qui & ipse Carius à nomine eius appellatus est. *Autor Stephan.*

CARMACAE, Asiæ populi circa Mæotim. *Autor Plin.lib.6.c.7.*

CARMANIA, καρμανία, vulgò *Narsinga,* Regio est Indis contermina, quam duplicem Ptolemæus esse tradit: cultam alteram, alteram desertam. {*Ger.* Ein landt/schafft Asiae/so an Indiam stosset/wirt heut Narsinga genennet.} Huius regionis incolæ Carmani dicuntur, Ichthiophagi cognominati, quòd solis piscibus vescantur, quorū etiam coriis vestiūtur *Pomp.lib.3.* Carmani sine veste & fruge, sine pecore, ac sedibus, pisciū cute se velant, carne vescuntur præter capita toto corpore hirsuti.

CARMELVS, {כרמל *chamél.* κάρμηλος.} pen.prod. & vnico l, duorum montium nomen, *teste Hier* quorum alter est in Galilæa, ad Australem plagam, in quo habitauit Nabal Carmelus matitus Abigail: alter Phœnices iuxta Ptolemaidem mari imminens, in quo Elias propheta flexis genibus pluuiam impetrauit. Posterioris huius meminit & *Plin.lib. 5.c.19.* Promontorium, inquit, Carmelum & in monte oppidum eodem nomine, quondam Ecbatana dictum.

Cārmĕn, quasi canimen à canendo, dici potest quicquid est metricè scriptum {משמר *mishmór* שיר *shir.* ὕμνος. GA. Chanson, vers, rithme, poësie. ITAL. *Verso.* GER. Ein sang/oder gedicht. HIS. *El cantar, cancion vers.* ANG *Verse, meter, poesie.*} Vnde *Virg.3. Æneid.* versum vnum carmen dixit, & rem carmine signo, Æneas hæc de Danais victoribus arma. Et duos similiter *in Daphnide,* tumulo superaddite carmen: Daphnis ego in syluis, &c. Tota insuper Æneis, heroicum carmen dicitur: item Eclogæ, carmen bucolicum. ¶Quandoque carmen dicitur incantatio, {ἐπῳδή. ANG. *A charme.*} vt, Carmina de cælo possunt deducere lunā. *Carmen pro vaticinio. Virg. Ecl.4.* Vltima Cumei venit iam carminis ætas. *Et pro cantu bubonis auis. Virg.4 Æneid.* Soláque culminibus ferali carmine bubo Sæpe queri. [Exorant magnos carmina sæpe Deos *Quid.El.1.l.2.Triſt.* Dum ferit Ausonia carmina culta lyra. *Ouid.El. vlt.l.4. Triſt.* Tristia quo possum carmine fata leuo. *Ouid.El. vlt.l.4.Triſt.*] ¶Dicebantur etiam carmina apud veteres, formulę quędam conceptis verbis & solennibus compositæ. Vnde Iurisconsulti illi vetustissimi dicuntur habuisse carmina quædā excogitata, à quibus non licebat recedere. *Cic.pro Murena.* Prætor præterea, ne pulchrum se ac beatum putaret, atque aliquid ipse sua spōte loqueretur, ei quoque carmen compositum est, cum cæteris rebus absurdum, tùm verò nullo vsu, &c. Istam viam dico, inite viam, &c. ¶Erant & Salios sua carmina, quæ Saliaria vocabant, Marti peculiariter dedicata. Habebant & feciales suum quoddam carmen ad res repetendas, & bellum destinatum. ¶Habebant & patres patrati sua carmina, quibus ad feriendā fœdera vtebantur, quorum formulam depingit. *Liu.lib.1. ab Vrbe condita.* ¶Erat aliud carminis genus In vrbium obsidionibus solenne, quo dii tutelares, ne cum illis quoque bellum susceptum videretur, solent euocari. Hoc *teste Macrobio,* ferè his verbis constabat, Si deus, si dea est cui populus, ciuitásque Carthaginiensis est in tutela, téque maximè qui huius vrbis populique tutelam susceptisti, precor, venerórque, veniámque à vobis peto, vt vos populum ciuitatémque Carthaginiensū deseratis: loca sacra, templa, vrbémque eorum relinquatis, absque iis abeatis; eíque populo & ciuitati metum, formidinem, obliuionem iniiciatis, proditíque Romam ad me, meósque veniatis: nostráque vobis loca sacra, vrbs acceptior probatiórque sit, mihi quoque populóque Romano, militibúsq. meis præposita sitis, vt sciamus; intelligamúsque. Si ita fecitis, voueo vobis, templa deósque facturum. Erat & aliud carminis genus, quo hostium exercitus solent deuouēri, cuius formam *Macrob.tradit Satur.lib.3 c.9.*

CARMENTA, καρμέντα, & Carmentis. Euandri mater: ita cognominata à carminibus, quibus dabat responsa (erat enim fatidica mulier) quum propriè Nicostrata vocaretur. ¶Hinc Carmentalis porta, quæ postea Scelerata dicta est, quòd per eam sex & trecenti Fabii cum clientum quinque millibus egressi, aduersus Hetruscos ad amnem Cremaram omnes interfecti sunt. *Virg.8.Æne.* Et Carmentalem Romano nomine portam. *Ouid.2.Fast.*

Carmentis portæ dextro est via proxima Iano,
Ire per hanc noli, quisquis es, omen habet;
Illâ fama refert Fabios exisse trecentos:
Porta vacat culpâ, sed tamen omen habet.

CARMINA, κάρμινα, Insula Indiæ, insulares Carmini & Carminæi, *Steph.*

Cārmĭno, as, are, Est pectere & lanas ab immunditiis purgare. {שלג *ghaláſch.* מרש מרק *marak marái marák.* κτενίζω, διαξαίνω. GA. Carder ou peigner la laine. IT. *Pectinare, carminare.* GERM. Die wollen streichen / oder seubereri. HISP. *Carmenar ò cardar lanā.* ANGL. *To carde woll.*} *Plin. libro nono, capite primo,* Iustum est è quinquagenis fascium libris quinas denas carminari. *Idem libro nono capite 38.* Quinis lana potat horis, rursúsque mergitur carminata, donec omnem ebibit saniem. [Vide Caro, is, ere.]

Cārmĭnātĭo, verbale, {κτενισμὸς, διάξανσις. ANG. *Carding of woll.*} *Plin.lib. 11.c.23.* Hanc ab his quoque cogi, subigíque vnguium carminatione; mox trahi inter ramos tenuari ceu pectine.

Cārmĭnātōrēs, {GAL. cardeurs. ANG. *which cardeth woll.*}

CĀRMŌN, κάρμων, est locus in Messenia, & templum Apollinis in Laconia & in Achaia flumen; & mons in Peloponneso.

CĀRNĂ, κάρνα, siue CARDINEA, Dea quæ vitalibus humanis seu cardinibus præesse existimabatur. *Ouid.lib.6. Fast.* Prima dies tibi Carna datur: dea cardinis hęc est. Hęc striges nocturnas puerorum (vt dicebāt) cunas infestantes, à limine summouebat.

CARNANA, κάρναια, Vrbs Minæorum, & populi iuxta mare rubrum: cives Carnanatæ. Sunius Carnaniam & Carnanitem (gentilia nimirum) vsurpat. *Steph.*

CARNAPAE, Populi sunt circa Mœotin. *Plin.lib.6.c.7.*

Carnarium, Carnarius, Carneus, Carnifex, Carnificina, Carnosus, *Vide* CARO.

CĀRNĒ, κάρνη, Phœnices oppidum est ad montem Libanum; à Carne

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Phœnicis filio ita appellatum; *cuius meminit Pl.l.c.*20. ¶Est item Carthe *Stephano*, Æolidis ciuitas: à qua fit Gentile Carneus, à superiori vel ò Carnites.

CARNEADES, καρνεάδης, Cyrenæus nouæ Academiæ princeps fuit, qui aduersus Zenonem Stoicæ sectæ principem scripturus, cerebrum helleboro candido purgauit, ne quid ex eo corruptis stomachi humoribus ad cerebrũ redundaret, & constantiam vigorémque mentis labefactaret. Hic tanta eloquentia præditus fuisse perhibetur, vt quum Romam cum Diogene Stoico, & Critolao Peripatetico legatus venisset, M. Catoni reddiderit legationem suspectam: qui identidem Senatum monuit, vt ab illorum eloquentia caueret, quia quicquid etiam ab iniustis posset extorquere. *Autor est Gell.l.*16. *Idem etiam penè dicit Quin. lib.*12.*c.*1. ¶Fuit & alter Carneades, Philosophus Athenienſis, Anaxagoræ discipulus, *cuius meminit Suidas.*

CARNI, καρνοί, Populi sunt Istris finitimi, ab ea parte qua Alpes Iuliæ Aquileiæ incumbunt, qui *à Plinio* collocantur in decima regione Italiæ ad Tergestum fluuium, qui in Venetiarum ora in sinum Adriaticum influit. {GERMAN. *Die Kernter.*}

CARNODVNVM, καρνόδουνον, Oppidum est Vindeliciæ, ad Danubium, *teste Ptol.li.*2.*c.*13.

CARNVTORVM, Regio est totius Galliæ media, καρνῦτοι, Druidum sedes, de quibus in dictione Druides.

CARNVS, κάρνος, *vide* Carne. Est etiam insula Acarnaniæ, *Steph.*

CARNVNTI, Populi Germaniæ inter Danubium & syluam Hercyniam in confinio Pannoniæ. *Plin.lib.*4. Superiora inter Danubium & Hercynium saltum vsque ad Pannonia hyberna Carnuti tenent, Germanorúmque ibi confinium est.

CARNVTVM, Oppidũ in confinio Germaniæ & Pannoniæ inter Danubiũ & Hercynium saltum. *Plin.l.vlt.* Abest centum M. passuum à Carnunto litus Panoniæ, quo à Germania succinum importatur.

CARNVTES, siue Carnuti, καρνοῦται, Galliæ Lugdunensis populi, Andegauensibus & Turonensibus finitimi: apud quos Druides suas habebant sedes, *teste Cæs.l.*6. *Comm.* Horum oppidum est Carnutum, quod Galli sua lingua *Chartres appellant.*

Cāro, nis, Propriè mortuorum animalium est, quòd careat anima, inquit Donatus. {בשר *basár*. κρέας, σάρξ. GA. Chair. ITALIC. & HISP. *Carne* GER. Fleisch. ANG. *Fleashe.*} At *Hieronymus* inter carnem & pulpam sic distinguit, vt caro sit quæ sanguine, venis, ossibus, neruisque constringitur, pulpa quæ manducatur, eò quòd pulsetur & concidatur. *Plin.lib.*6. *cap.* 30. Agriophagi pantherarum & leonum carnibus maximè viuentes: Pamphagi omnia mandentes: Anthropophagi, humana carne vescentes. ¶Et non solùm de animalibus, sed etiam de piscibus pomísque Caro dicitur. *Plin.li.*9.*c.*17. de mullis piscibus: & aliorum piscium carne *Idem li.*16.*c.*38. Atque in toto corpore arborum vt reliquorum animalium cutis, sanguis, caro, nerui, venæ, ossa, medullæ. Quidam hoc nomen à Græco derivant, κρέας, à quo fit Creo verbum, pro corpore, Animo cum graui carne certamen. *Sen.c.*24. *de Consol. ad Marc.*]

Cārnārius, Qui carnes vendit ac etiam qui carne delectatur. {κρεοπώλης. GALL. Boucher, chaircuitier. ITA. *Beccaio.* GE. Ein mentzger. HIS. *Carnicero, amador de carne.* ANG. *A seller of fleashe, a butcher.*} *Mart.libro* 11. Carnarius sum, pinguarius non sum, hoc est, carnosa muliere delector, pingui non delector.

Cārnārium, Locus propriè vbi caro salsa suspenditur, seu reponitur. {τὸ κρεῶν. GALLICE. Salloir, boucherie. ITAL. *Carnario.* GERM. Ein fleischkammer/ein ort da man das gesaltzen fleisch auffhencket oder hinlegt. HISPA. *Lugar donde se guarda la carne.* ANGL. *A butcherie, a cardour horse.*} *Plin.* Quippe à macello, aut carnario viuendum est. *Plaut.in Cap.sc.*3.*a.*4. Aduenientes modo deturbauit totum cum carne carnarium. Quando quæ etiam dicitur locus vbi carnes tantummodo venduntur. κρεοπώλιον. *Plaut.* Cœnam è carnario emit, iam factus fatur. *Var.* tabernam carnariam vocat. [*Vide Plaut.Curc.sc.*3.*a.*2 *& pseu sc.*2.*a.*3. ¶Interdum carnarium accipitur pro ipsa carne, sicut cibarium pro cibo. *Plau.* Qui mihi carnarium parauit, ridiculus ad rem tandum. ¶ Carnarium item instrumentum, dicitur cum plurib⁹ vncis, quibus succidiæ, hoc est, carnes salitæ appendũtur.

Cārnārius, a, um, Quod ad carnem pertinet. {σαρκικός. ANG. *Belonging to fleashe.*} vt Carnaria taberna, vbi carnes venduntur.

Cārneus, a, um, Quod ex carne est {σαρκώδης. GA. De chair, carnel. IT. *Di carne.* GER. Fleischin. HI. *Carnai, cosa de carne.* AN. *Offleashe.*} *Cor. Gallus*, Carnis ad officium carnea membra placent.

Cārnifex, Tortor, lictor. Qui carnes ex hominibus facit. {δήμιος. GALLI. Boucher, bbourreau, meurtrier. I. *Baio, manigoldo.* G. Ein nachrichter/ein henckers knecht. HIS. *Sayon ò verdugo de los hombres.* AN. *A butcher, a tormenter of malfactours.*} *Cic.*7. *Ver.* Aderat ianitor carceris carnifex Prætoris, mors terrorque sociorum, & ciuium lictor. [Non superfuit quod Carnifex traheret. *Senec.*11. *de Tranquil.* Tibi suppliciũ de nobis carnifex detur? *Plaut. Asin.sc.*4.*a.*2. Nisi effecero cruciabiliter carnifex accipito. Ob furtum te ad carnificem dabo. *Plau.Capt.sc.vlt.a.*5. Item illorum carnificum scelera. *Sene.c* 1.*ae consol.ad Mart.*] Hinc Excarnifico, as, pro excrucio. *Terent.in Heaut.* Huiusmodi semper comminiscere, vti me excarnifices.

Carnificīna, pen pro. Locus publicus in quo iussu magistratus homines sontes à carnificibus occiduntur. {κιλασήριον. GAL. Le lieu où on fait mourir les malfaicteurs, gibbet, tuerie. IT. *Luogo della giustitia.* GERM. Ein Richtstat/ ein wallstatt da man die vbelthäter ertödet. HI. *Lugar donde atormentan los hombres.* ANG. *A place where malfactours ar tormented.*} *Plaut.* Quid si desperatis rebus carnificinam petas? *Suetonius de Tiberio*, Carnificinæ eius ostenditur locus Capreis, vnde damnatos pòst longa & exquisita tormenta præcipitari coram se in mare iubebat. ¶ Carnificina item dicitur ipsa excarnificatio & cruciatus. *Plaut.in Capt.scen.*2.*act.*1. Vel carnificinam hanc facilè posset perpeti. *Cicer. pro Sestio*, Non ea est medicina, sed carnificina est ista atque crudelitas. *Cato*, Carnificinas dixi plurali numero, pro tormentis & crudelitatibus, βάσανοι. Vbi societas (inquit) vbi fides maiorum? insignitas iniurias, plagas, verbera, vibices eos dolores atque carnificinas per dedecus, atque ignominiam te facere ausum esse? *Plaut.in Cistel.* singulari vsus est. Credo ego amorem primũ apud barbaros carnificinam commentum. *Cicero prima Tuscul.* per transla-

tionem vsus est, Nam cùm omnis perturbatio misera, tum carnificina est ægritudo, quia instar carnificis cruciat, laniat præcordia, lacerat animum, excarnificatúmque conficit.

Cārnificium, Ipse actus carnificis, quod & carnificina dicitur. {AN. *Rennting or cutting in peaces.*} ¶Carnificium cribrum, adiectiuè legitur *apud Plau.in Mostel.* O carnificium cribrum quod credo fore, Ita te forabunt patibulatum per vias Stimulis.

Cārnifico, as, corpus humanum in frusta dissecto, more carnificis. {חתך *nittách.* σχίζω, διατέμνω. GALL. Tuer en bourreau, faire mourir. ITAL. *Stracciare, sbrenare.* GER. Eines menschen leyb in stuck zerhawen. HISP. *Despedaçar, encarniçar.* ANGL. *Torent a mans bodie in peaces, tokill.*} *Liu.*4. *bel Punic.* Quod vbi tribuni militũ Graccho nuntiauerunt, neminẽ stantem iam vulnerari hostem, carnificari iacentes, & in dextris militũ pro gladiis humana capita esse, signum dari propere iussit.

Cārnīuorus, pen. cor. Carnes vorans. {σαρκοφάγος. GAL. Qui deuore & mãge chair, goulu de chair. IT. *Deuorator de carni.* GER. Fleisch fresser. HIS. *Tragador de carne.* AN. *That deuoreth fleashe.*} Vnde dicimus aquilam carniuoram, quòd carnibus vescatur. *Plin.lib.*10. *cap.*73. Serratorum dentium carniuora sunt omnia.

Cārnōsus, a, um, Carne, seu musculis abundans: vt Carnosum femur, Carnosum palatum. {πολύσαρκος. GALL. Charnu. IT. *Carnoso, grasso, corpulento pieno di carne.* GER. Fleischechtig. HIS. *Cosa de mucha carne, carnuda.* AN. *Fleashie, grosse.*} *Plin.lib.*12. *cap.*37. Sed in gustatu linguæ vitio carnosum aquatilibus {latum.

Cārnŭlentus, adiect. idem quod carnosus. {ANG. *Fleashie, grosse.*} *Solin.c.* 62. Sunt enim illis reciprocis quibusdam pulmunculis vestigia carnulenta. De camelis.

Cārnōsitas, Musculorum plenitudo, qualis in obesioribus esse consueuit. πολυσαρκία.

cārūncŭla, à Caro diminutiuum est. {σαρκίον, κρεάδιον. GA. Vn peu de chair, vn morcelet de chair. IT. *Carnicina.* GER. Ein stucklin fleisch. HIS. *Carne poca ò pequeña.* AN. *A litle morsell of fleashe.*} Carunculã verò à Carnis nominatiuo antiquo, *Cic.*2. *de Diuin.* Antiquit, carunculæ vitulinę manis, quùm Imperatori veteri credere: *Cæsius.* Si vrina crassa carunculas quasdam exiguas, quasi capillos habet.

Caro, is, ere, Vetus verbum est, Carminare, & lanam pectere & purgare. {ξαίνω, κτενίζω. GAL. Carder ou peigner la leine. ITAL. *Pettinare, Carminare.* GERM. Diewollen streychen/oder senberen. HIS. *Carmentar ò cardar lana.* ANGL. *To carde wol.*} *Varro lib.*6. *de ling. Lat.* à carendo deducit, quod purgatur lana, ac deducitur spurcitia. Sed sine dubio est à Græco κειρειν, κειραντες, vt *docte tradit Scaliger in Varro. Plau.in Men.* Inter ancillas sedere iubeas lanam carere. *Sic enim locus ille etiam Varronê & Nonio ictibus legendus est.*

CARODVNVM, *Vide* CARNODVNVM.

CAROEA, χαροία, *Vide* Caria.

CAROLOBERGOMVM, Vrbs Bauariæ, Vulgò Kalsperg.

CAROLOSTADIVM, Franconiæ vrbs, Vulgo Carolstat.

CARONIVM, καρώνιον, Oppidum est Tarraconensis Hispaniæ in tractu Calaicorum non procul à Nerio promontorio. *Autor Ptol.li.*2.*c.*6. Vulgò *Cherga.*

Caromemphytæ, *Vide* CARICON.

CAROPOLIS, καροπόλις, Vrbs Cariæ, *Stephan.*

CAROSCEP, καροσκήπτου, id est, Caris horti, parua Regio Thraciæ, *Steph.*

Cārŏs, κάρος. ANGL. *Surfetting.*} Crapularis redundantia: à καίρω perturbo, vexo, agito: seu à κάρη, quod est capite aggrauor, oblinor, velut ab oppressura capitis, & ingenii offensione. ¶Apud Medicos Caros est somnus iusto profundior, proueniens ex humore frigido, & viscido, cerebrum, & præcipuè anteriores eius ventriculos occupante, sensúmque pariter & motum ad tempus impedientre, spiratione tamen integra relicta. *Hæc Gal.li.*4. *De locis affectis c.*2.

Caros, κάρος, *Dios.lib.*3. semen est exiguum, anisi proportione respondens cuius radix pastinacæ modo estur, ab Edo, *Plau.* & *Ouid.* estur. *Plin.* Careum, siue Carium dicitur, Officinis *Carui.*

Carotides venæ, {καρωτίδες φλέβες. Circa colli iugulum sunt, quę & σφαγίτιδες. *Arist.* id est, iugulares dicuntur. Carotides appellatæ: quòd iis vehementiùs compressis, Caros morbus gignatur.

CARPASIVM, Cypri insulæ oppidum est, apud *Plin.lib.*5. *cap.*31. Stephanus Carpasiam, καρπασίαν, vocat, & à Pygmalione conditam asserit. ¶Carpasiam etiam nonnulli appellarunt insulam inter Cretã & Rhodum sitam, quæ notiore nomine Carpathus appellatur. Demetrius Salaminius Carpasiam maluit appellare, quòd ad ventum καρπαίαν, hoc est, Africum sita videatur.

CARPATHVS, pen. cor. καρπάθος. Vulgò *Scarpanto.* {GER. ein insel gegen Aegypten vber gelãgen/zwischen Rhodis vnd Candia/vorr heut genennet Scarpanto.} Insula contra Ægyptum, media inter Rhodum & Cretam, ducentorum stadiorũ circuitum habens, quatuor insignis vrbibus: à qua vicinum mare ad Ægyptum vergens Carpathium. {καρπάθιον πέλαγος. ITA. *Il mar de Scapunto.* GER. Das Carpathisch meer.} dictum est. *Hom.*2. *Iliad.* duabus literis transpositis κερπάθον appellat: Νίσους Νίσυρόν τ' ἠδὲ Κάρπαθόν τε, Κάσπαθόν τε. ¶Carpathi⁹ lepores, Καρπάθιος ἀστὴρ λαγώς. Dicebatur in eos, qui sibi rem noxiã accerserent. Hinc deductum adagium, quòd quum in Carpathiorum insula lepores non essent, illi curarunt importandos alicunde. Verùm vbi eius animantis magna vis increuisset, vt est mira fœcunditas, fruges insulæ populari cœpêre. Referunt & interpretantur *Iulius Pollux* 5. *de rerum vocab.* & *Aristot. libro Rhetor.*

CARPATVS, sine aspiratione καρπάτος Mons est Iazygibus, Metanastis, & Dacis imminens, & in Mysiam inferiorem ad ipsa penè Danubij ostia excurrens, *Vide Ptolemæum in tabula nona Europæ.* Vulgò Crapolti.

CARPEIA, vel Carpeo. *Vide* Carpentani.

CARPENTORACTE. *Plin. lib.*3.*c.*4. Ciuitas est Galliæ Narbonensis. Vulgò *Carpentras.*

Carpentum, Vehiculi genus, ita dictum: quasi Carmentum à Carmenta Euandri matre. {ἅρμα τέθριππον. GALLICE. Vn chariot branslant. IT. *Cocchio, careta.* GE. Ein gattung der wagen/ein rollwagen. HIS. *Vn cierto genero de carro.* ANG. *A charriot or wagon.*} *Ouid.l.*1. *Fast.* Nam prius Autonias matres carpenta vehebant: Hæc quoque ab Euandri dicta parente reor. *Plin de viris illustr.* A qua iussa turba recedere, quum demum rediret, viso patris corpore, mullione euitantem super ipsũ eorpus carpentum agere præcepit. [*Suet.in Claud.c.* 11. Honos carpenti

quo per circum ducebantur Marronę.

Cārpentārĭus, Faber qui carpenta facit, faber lignarius. {חרש עצים *charáſch hetsim-*} ἁμαξουργός. GA. Charpentier. ITA. *Legnaiuolo.* GER. Ein wag gner. HI. *Carpintero.* AN. *A carpenter.* } *Hieronymus*, Carpentarius artifex fecit ſcamnum. ¶ Carpentarius equus, qui carpentum ducit. Carpentarium opus, quod ad fabrum lignarium pertinet. ¶ Carpentarium vehiculum: *Spartianus in Zenobia.*

CARPESII, καρπήσιοι, Gens Iberica inter Iberum fluuium, *Steph.*

CĀRPĔTĀNĪ, καρπητανοί, Populi, quos *Plin. l. 3. c. 3.* in Hiſpania collocat ad Tagum fluuium, iuxta Vacceos.

Carpheotum, Thuris genus puriſſimum, & candidum, quod Autumno legitur ex partu æſtiuo. *Autor Plin. l. 12. c. 14.*

Cārphŏs, Herbæ genus, quæ alio nomine Fœnogræcum dicitur, & Buras à ſimilitudine cornuum bouis: à nonnullis etiam ægoceras, quod ſemen eius caprarum cornibus ſimile ſit. Græci μῶλιν nominant. *Plin. l. 24. c. 19.* Nec fœnogræco minor autoritas, quod Telin vocant, alii Carphos. {GA. Senegré. ITA. *Fien greco.* GE. Griechiſch hew in der Apoteck. HISPANI. *Alforuas, alholuas.* } ¶ Herba paluſtris caule arundineo trian gulari, folio teli inſtar formato, flore albo, deciduo, in medio echinato.

CĀRPĪ, Populi ſunt Africæ in Zeugitana regione, quæ minor Africa dicitur. *Plin. lib. 5.*

Carpinus, {ξυγία. Arbor nota de acerum genere. *Co l. l. 6.* Quinetiam cor nus, & carpinus, & ornus, nonnunquam & ſalix à plerisque in hoc ipſum diſponitur. *Palladius*, Carpinus vltima arbor.

Cārpĭnĕus, a, um, Ex carpino factum. *Plin. l. 16. c. 43.* Hyginus manubria ru ſticis carpinea fieri iubet.

Cārpĭo, onis, à Benaci lacus accolis appellatur piſcis, vni huic lacui pe culiaris, quem aureis arenulis victitare tradunt. {ANG. *A carpe.* } Caue autem accipias pro illo piſce, quem *Carpam* vulgò dicimus: nã longè ab eo diuerſus eſt. Vocatur autem Carpa à quibuſdam Cyprinus.

CARPIS, καρπίς, Scythiæ fluuius eſt. *Herod. li. 4.*

Cārpo, pis, carpſi, tum, Decerpo. {לקט *lakát* כלם *balas* ארח *aráh.* δρέπομαι. GALLI. Cueillir, prendre doucement, tirer & oſter ſans violence. ITA. *Torre, carpire, pigliar ſenza violenza.* GE. Nemmen/abbrechen / etwreyffen. HIS. *Tomar, ſuccar ſin violencia, cojer.* ANG. *To gather as flours and fruite are biplucking.* } *Virgil. Ecl. 9.* Inſere Daphni pyros: carpent tua poma nepotes. *Idem 3. Georg.* Luciferi primo cum ſydere frigida ru ra Carpamus, dum mane nouum, dum gramina canent. ¶ Ponitur aliquando pro eligo. *Terent. in Adelph.* vnum quodque, quod erit belliſſimum, carpam. ¶ Aliquando pro reprehendo. [Sunt qui hoc carpant, (i. culpent.) *Velleius.* Decretum legatorum clam muſſantes carpebant. *Liuius li. 3. d. 4.*] {κακίζω, διασύρω. ANG. *To rebuke, to reproche.* } *Martialis*, Carpere vel noli noſtra, vel ede tua. [Sunt qui hoc carpant (id eſt, culpent.) *Vell.*] Ab hac ſignificatione ortum eſt Adagium, Carpet citius aliquis, quàm imitabitur, μωμήσεταί τις μᾶλλον ἢ μιμήσεται. Aptè dicetur de re quapiam artis abſolutæ atque inimitabilis: nam res egregias multò procliuius eſt carpere, quàm æmulari. ¶ Item lædere: *vt Virgil. Georg. 3.* Carpit enim vires paulatim vrítque videndo Fœmina. Carpere viam, eſt ambulare. [Carpere vias. *Ouid. 5. Faſtorum*: Iter. *Ibid. & Eleg. 9. li 1. Triſt.*]

¶ Carpere vitales auras, eſt haurire ſpiritum. Carpere lanam, eſt pectere, & attenuare. [Inter ancillas ſedere, lanam carpere. GA. carder. *Plau. Men. ſc. 2. a. 5.*] ξαίνειν ἔριον. *Virgil. lib. 1. Georg.* Nec nocturna quidem carpentes penſa puellæ Neſciuêre hyemem. Carpere linum eſt euellere. Carpere cibum, eſt paſci. *Carpere agmen, hoc eſt aliquos ab agmine ſegregatos intercipere & occidere, & velut agminis particulas decerpere. *Cæſar.* Equitatu præmiſſo, qui nouiſſimum agmen carperet. *Carpere exercitum in multas partes, id eſt ſeparare. *Liu. 6. belli Punici.* Multorum Annibal Italiæ populorum animos auerterat, quos ne que omnes tenere præſidiis, niſi vellet in multas paruáſque partes carpere exercitum, quod minimè tum expediebat, poterat. [Item carpere vires i. attenuare, minuere *Liu. li. 3. ab vrb. Virg. 3. Georg.*] Carpere faciem, laniare, lacerare. Seruius in illud 12. Æneid. Et roſeas laniat genas: Moris (inquit) fu erat vt ante rogos humanus ſanguis effundere tur vel captiuorum vel gladiatorum: quorum ſi fortè copia non fuiſſet, laniantes genas ſuum effundebant cruorem, vt rogis illa imago reſtitueretur. Tamen ſciendum, cautum lege duodecim tabularum, ne mulieres carperent faciem, his verbis, Mulier faciem ne carpito. * Itẽ pro deſpoliare, & (*vt vocat Terent.*) emungere. *Ouid. 1. Amor. eleg. 8.* Et ſoror & mater, nutrix quoque carpat amantem: Fit citò per multas præda petita manus.

¶ Compoſita ſunt, Decerpo, Excerpo, Diſcerpo, *de quibus ſuis locis.*

Cārptim, aduerbium, Hinc atque illinc carpendo, non ipſam ſeriem ſequendo, {διαστηματικῶς. GA. Par ci par là, en recueillant çà & là par icelles. IT. *Per particelle, ſcegliendo di quà & di là.* GER. Hin vnd wider on alle ordnung angebrochen oder genommen. HI. *A pedaços.* ANG. *By pikind out here and there. Salluſt. in Catil.* Statui res geſtas populi Rom. carptim, vt quæque memoria digna videbuntur, perſcribere.

Cārptŭs, huius carptus, & Carptura, ræ, {λέκτη *léket.* δρέψις, καρπωσις. GALL. Cueillette, cueillement. IT. *Scarpimento.* GE. Abbrechung/abzwickung. HISP. *Obra de coger, cogimento.* AN. *Gathering and pluckind as it were fruite of a tree.* } Ipſe decerpendi actus, & nonnunquam id quod decerpitur. *Plin. libro 24. capite decimo*, Flos cuiuſque generis trium digitorum carptu, dyſentericos & aluum citam emendat, in vino auſtero bis die potus, hoc eſt, quantum tres digiti decerpere poſſunt. *Varro 2. de re Ruſtic. c. 16.* Nec non etiam aliud diſcrimen ſequantur in carptura, &c.

Cārptŏr, oris, verbale, Reprehenſor. {מוכיח *mochiach.* διασυρτής. GA. Repreneur. ITA. *Carpitore.* GE. Ein etgreyffer. HIS. *Reprehendedor.* AN. *He that reprocheth.* } *Gel. l. 19. c. 7.* Quale illud eſt, quod vituperones ſuos, ſubducti ſupercilij carptores appellauit.

Carpŏbālsămum, καρποβάλσαμον, Balſami fructus eſt. Nã καρπὸς Græcis fructum ſignificat. *Vide Plin. l. 12. c. 25.*

CARPOCRATES, καρποκράτης, Nomen cuiuſdam hęretici, qui negabat mundum à deo factum.

Cārpŏphŏrŭs, pen. cor. {καρποφόρος. ANGL. *Frutefull, that beareth fruite.* } Latinè fructifer. *Hieronymus ad Euſt. de morte Paulæ*: Saluę Ephrata regio vberrima, atque καρποφόρος, cuius ſterilitas Deus eſt. Fuit etiam Carpophorus proprium nomen cuiuſdam ex familiaribus Domitiani Cæſaris, cuius in conficiendis feris dexteritatem extollit *Martialis in Amphitheatro.*

Cārptim, Cārptus, Carptura, Carptor. *Vide* CARPO.

Carpophyllon, li, {καρπόφυλλον. Genus lauri, non niſi in montibus haſcens, foliis mollioribus: vnde etiam ad opera topiaria longè aptiſſimum perhibetur, & ad coronas conficiendas accommodatiſſimum: *de quo Plin. lib. 15. cap. 30.*

CĀRRACA, Italiæ vrbs ſub Venetia, *Ptolemæo.*

CĀRRHĒ, Χαῤῥαί, Ciuitas Arabiæ ad rubrum mare: à qua Carrhęi dicti ſunt populi. *Plin. lib. 6. cap. 28.* Carrhæis latiſſimos & fertiliſſimos agros: ¶ Sed Carrhæ, arum, Χαῤῥαὶ *Stephano*, ciuitas Meſopotamiæ trans Edeſſam, Craſſi & Romani exercitus cruore nobilis. *Luc. lib. 1.* Aſſyrias Latio maculauit ſanguine Carrhas.

Carrago, apud Pollionem in Claudium, pro impedimento accipi videtur, vt vulgò noſtri Carriagium vocant. *Budæus.*

Cārrŭs & Carrum, Currus quatuor rotarum, cuiuſmodi erant quibus exercituum impedimenta vehebantur: à ſono, vt quidam putant, & rotarum ſtridore dictus. {עגלה *hagalaháh.* ἅρμα ἁμαξα. GA. Char ou chariot. IT. *Carro.* GE. Ein karch. HI. *Carro ò carrota.* ANG. *A chariot with foure wheales.* } *Cæſar.* Inter Carros, impedimentáque prælium commiſerunt. *Hircius lib. 6.* Pompeius eo die pex viarum anguſtias carra cõplura, multóſque laniſtas retraxit. *Cæſar bel. Gal. lib. 1.* Alteri ad impedimenta, & carros ſuos ſe contulerunt.

Cārrŭcă, penult. corr. Genus vehiculi duas habens rotas, quod & Ciſium dicitur. {מרכבה *merchabáh* רלב *réchev* צב *tsáh.* ἅρμα, ἁμάξιον. GAL. Petit char, ou chariot. IT. *Carrúcola.* GER ein karch mit zweien rederen. HISP. *Carreta para lleuar cargos.* ANG. *A carre or carte.* } *Martial. libr. 5.* Nec feriatus ibat ante carrucam. *Plin. lib. 33. c. 11.* At nos carrucas ex argento cælate inuenimus.

¶ Carruca dormitoria: *Scæuola D. lib. 34. Titul. ſecundo, l. decimatertia*, Quæſitum eſt an carruca dormitoria cum mulis, cum ſemper vxor vſa ſit, ei debeatur.

Cārrŭcārĭus, {רכב *rachchab.* ἁμαξοπηγός. GAL. Charretier. ITA. *Carretiere.* GE. ein karrer. HI. *Carretero.* ANG. *A carter or carman.* } Qui carrucam regit. *Vlp. in l. Item quaritur in princip ff. loc.* Si ciſſarius, id eſt, carrucarius, dum cæteros tranſire contendit, ciſſium euertit.

Cārrŭcārĭus, a, um. {ἁμαξικός. AN. *Belonging to a carre or carte.* } Quod ad carrucam pertinet. *Pomponius*, Pleraſque mulas carrucarias tales eſſe, vt tranſiungi non poſſint.

CARSEOLI, Oppidum eſt in via Valeria, non procul à Pelignis, à quo ipſi etiam incolæ Carſeoli dicuntur. Horum meminit *Ouid. 4. Faſtor.* Frigida Carſeolis, nec oliuis apta ſerendis Terra, ſed ad ſegetes ingenioſus ager.

Cārſĕōlānŭs, a, um, *Oui. 4 Faſt.* nam dicere certam Nunc quoque lex vulpem Carſeolana vetat.

CĀRTĂ, ſine h, nomen vnius ex Darij ſatrapis, *apud Curtium.*

Cartăllŭs, {κάρταλλος. ANG. *A hamper or baſbette.* } Græca dictio ſignificans caniſtrum.

CĂRTĒIĂ, καρτηία *Ptolemæo*, Oppidum eſt Hiſpaniæ Bæticæ, in tractu Baſtulorum ad radicem Calpes promontorij. Tarteſſos, ταρτησσὸς à Græcis dictum. Vulgò *Tarifa.*

Carteſius, a, um, vt Litus Carteſium, in quo freti anguſtiæ ſunt.

CĀRTĒNNĂ, Auguſti colonia in Mauritania Tingitana. *Pli. li. 5. c. 1.*

CARTHAEA, καρθαία *Stephano*, Vrbs in Cea inſula. Hæc *apud Pli. li. 4. ca. 12.* corruptè (vt ſuſpicor) Cartheia appellatur: certè *apud Stephanum* per ει diphthongum ſcribitur.

Carthæĭus, a, um, *Ou. li. 12. Met.* Tranſit & antiquę Carthęia mœnia Ceę.

Cārtæŭs, adiectiuum. *Idem 10. Metam.* Namque ſacer Nymphis Carthęa tenentibus arua Ingens ceruus erat.

CARTHĀGO, Vrbs Africæ totius celeberrima, quæ poſt Troianum bellum (vt docet Euſebius) à Didone condita fuit, & tertio bello Punico à Scipione Æmiliano penitus euerſa. χαρχηδών. {GERMA. *Die gwaltigſt ſtatt Carthago in Africa am mehr gegen Sicilian vber gelägen.* } ¶ Eſt & alia Carthago in Hiſpania, quam Aſdrubal condidit, quæ noua perpetuo epitheto dicitur ad differentiam Carthaginis Libycæ. Vulgò *Cartagena.* Hæc etiam à ſparti copia, quod in eius agro copioſiſſimè prouenit, Spartaria appellata eſt. Carthaginis autem nomen quidam à Carthaginopido haud procul à Tyro dici putant. *Cicero verò libr. 2. de Natur. deor.* ſcribit dictam à Carthagine Herculis filia, quam Byrſa prius diceretur.

Cārthāgĭnĭēnsĭs, καρχηδόνιος. Dictio ſex ſyllabarum eſt: nam autore *Priſciano* inter n, & e interponitur i: ait enim *lib. 4.* Si Tertię ſint declinationis, abiiciunt extremam genitiui, & aſſumunt enſis, vt Piſtor, piſtoris, Piſtorienſis: Carthago, Carthaginis, Carthaginienſis. *Ennius*, Hoſtẽ qui feriet, mihi erit Carthaginienſis.

Carthegon, Buxi granum eſt. *Plin. lib. 16. c. 30.*

CĀRTĪI, Populi Perſiæ, *vt ſcribit Strab. lib. Geograph. 31.*

Cārtĭlāgo, inis, Pars ſimilaris corporis ex ſpermate genita, quę tamẽ neque os eſt, neque caro, ſed quoddã intermedium, qualis eſt rota auris: & extremę partes oſſium motoriorũ. {כרל *bedhál.* χόνδρος. GA. Cartilage, tendron ou tendrillon, cõme celuy de l'oreille ou du nez. IT. *Cartilagine, tenerume, come è quel de l'orecchie.* GE. Knorpelbein. HI. *Ternilla.* AN. *Griſtle.* } *Pli. li. 11. c. 4.* Inſecta non videntur habere cartilaginẽ. *Idem li. 9. c. 24.* Planorum piſcium alterum eſt genus, quod pro ſpina cartilaginem habet. *Cartilago mori. *Pli. l. 15. c. 28.* Callo placent pyra & mala, corpore melimela, mora carthilagine, nuclei genus.

Cārtĭlāgĭnĕŭs, a, um, Quod ex cartilagine conſtat. {χονδρώτυπος. GAL. De cartilage. ITA. *Di cartilagine.* GE. Von knorpelen oder knorpelbeinen. HISP. *Coſa de ternilla.* ANG. *Of griſtle.* } *Plin. li. 11. c. 37.* Sed auriculæ omnibus, exceptis quæ cartilaginea appellauimus.

Cārtĭlāgĭnōsŭs, a, um. {χονδρώδης. ANG. *Full of griſtle, griſtlie.* } *Pli. li. 12. c. 25.* Quod maximè laudant cartilaginoſum, purum, ad ſimilitudinem ammoniaci, miniméque lignoſum.

Cartris, Cimbrorum peninſula, *dicente Pli. li. 4. c. 13.* promontorium Cimbrorum excurrens in maria longè peninſulam efficit, quæ Cartris appellatur.

CARVENTVS, καρούεντος, aliàs καρύεντος, vrbs Latinorum, gentile Carientanus, *Steph.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Cărūncŭl.ă, *Vide* CARO.

Cărŭs, a, um, Gratus, dilectus, iucundus, suauis. {יקר *jakár* חביב *chabib.* πφοσφιλος. GAL. Cher, precieux. ITA. *Caro, prezioso, diletto.* GERM. Lieb/angenãm/theur/köstlich. HISP. *Agradecido, caro en precio.* ANG. *Deare, pretious.* } *Virg. 4. Ecl.* Cara Deûm soboles. *Cicero post reditum ad Quirites,* Mihi verò & propter indulgentiam meam, & propter excellens eorum ingenium, vita sunt mea cariores. [Vides me pro tuo caro capite carum meum offerre caput vtilitati. *Plaut. Capt. sc. 1. a. 1.* Mihi meus, suus cuique carus est. *Plaut. Capt. sc. 3. a. 2.* Amantes non longè à caro corpore abesse volunt. *Catul. de cor. Beren.* Cara annona, *vide* Annona.] ¶ Et quia quod omnibus gratum est, magno pretio solet vendi, hinc est factum vt Carum etiam significet, id quod non vile est, quod magno constat. *Cic. 2. Diuinat.* Putarem annonam in macello cariorem fore. Sunt qui ita distinguant, vt Charus per aspirationẽ, significet idem quod dilectus: Carus sine aspiratione, quod magno vẽditur. Hanc tamen differentiam non esse veram, vel ex eo solùm ostẽditur, quòd alteram significationem ex altera videmus esse deflexam Satius itaque erit vtrunque sine aspiratione scribere, quum dictiones sint prorsus Latinę. Nam qui à Græca dictione χάρις deduci volunt, refragatur primæ syllabę quantitas, quæ in dictione Carus producitur, quum χάρις eandem corripiat.

Cārē, aduerbium à Carus. {πολυτίμως. GAL. Cherement, à grand pris. IT. *Caramente de gran precio.* GER. Theur/in grossem wert. HIS. *Mucho precianio.* AN. *Of agreat price, of great dearth.* } Magno pretio, & pluris quàm pro rei valore: vt, Carè æstimare, Carè venire. *Cic. ad Brutum,* Valde carè æstimas tot annos, quot ista ætas recipit. *Varro,* Quæ pingues, væneunt carè.

Cāritās, sine h, à careo, significat exuberans rei alicuius precium, ex penuria ferè & raritate prouenies. {יקר *jekár.* πολυτιμία. GALL Cherté, grand pris. ITA. *Carestia, inopia.* GERM. Theure/köstligkeit. HISP. *Carestia ò careza de precio.* ANG. *Dearth, great price.* } *Cic. 5. Verrina,* Biennio prouinciam obtinuit, quum alter annus in vtilitate, alter in summa caritate fuerit. *Liu. lib. 11.* Caritas primùm erat annonæ. Differunt autem Caritas & Inopia: quòd Caritas sit rerum penuria, quæ adhuc extant: Inopia earum quæ non extant. *Cic. pro Domo sua,* Qua ex re primùm caritas nata est, deinde inopia.

CARVSII, Populi sunt Troglodytis finitimi paritèr & Æthiopibus in finibus Africę, ad Iarus meridiem spectans inhabitantes. *Sipontin.*

CARYA, κάρυα, Ciuitas Peloponnesi, quæ cum Persis hostibus contra Græciam consensit: vnde postea à Græcis deleta fuit. *Vitru. lib. 1.*

CARYANDA, καρύανδα, Lacus est in insula eodem nomine Carię regionis, non procul à Myndo. *Ex Strab. Georg. lib* 14.

Caryatides, Statuæ muliebres in ædificiis, *vt ait Vitruu.* sicut viriles, quæ mutulos aut columnas sustinent, Telamones à nostris, τελαμῶνες, à Græcis appellatæ. Nam euersa Carya Peloponnesi ciuitate, & interfectis viris, matronæ in seruitutem adductæ fuerunt: nec passi sunt victores eas stolas deponere, vt æterno seruitutis exemplo graui contumelia pressę, pœnas pendere viderentur pro ciuitate Ideo qui tunc architecti fuerunt, earum imagines ędificiis publicis designauerunt oneri ferendo, vt etiam posteris pœna Caryatidum memoriæ traderetur.

Cărўcă, penultima correpta, καρύκη. Genus edulij ex sanguine & variis condimentis constans, quod καρύκευμα à Græcis dicitur. *Vide Cæl. Rhodig. lib. 27. cap. 23.* ¶ Carica verò per i nostrum ficus genus est, *vt suprà docuimus suo loco.*

Caryites, per tres syllabas, media produc. Tithymalli species, foliis myrthi, acutis & pungentibus. *Vide Plin. lib. 26. c. 8.*

Cărўŏn, γ y, neut ge. {κάρυον. AN. *A wallnut or wallnut tree.* } Quãuis Græcis generale sit ad omne nucis genus vocabulum, vnde κάρυον ποντικόν, auellanam & κάρυον βασιλικόν, iuglandẽ appellant, peculiariter tamen ἐξοχὴν ἐξοχῶν, hoc sibi nomen iuglandes vendicarunt. *Pli. li. 15 c 22.* Caryon à capitis grauedine, propter odoris grauitatem conuenit dictum.

Carynus, a um, adiectiuum: vt, Carynum oleum. *Idem li 23. c. 4.* E nuce vero iuglande oleum, quod carynum appellauimus, alopeciis vtile est, & tarditati aurium infusum.

Cărўŏpŏs, pi, καρύοπος, Genus cinnami, quod in Syria gignitur. *Plin lib. 12. cap. 28* In Syria gignitur & cinnamon, quod Caryopon appellant. Hic est succus nuci expressus, multum à surculo veri cinnami differens, vicina tamen gratia.

Cărўŏtæ, siue, Caryotides, καρυωτίδες, Palmulæ genus est in Iudæa præcipuè circa Hiericuntem nascens: ita appellatum à capitis grauedine, quam gignit. *Plin. li. 13. c. 4.* Ab his Caryotæ maximè celebrantur, & cibo quidem, sed & succo vbertimę: ex quibus præcipua vini Orienti, iniqua capiti: vnde pomo nomen. *Var. de Re rust. li. 2.* Non scitis palmulas caryotas in Syria parere in Iudæa, inuectas in Italiam non posse? *Papin. in Syluis,* Prægnantes caryotides cadebant.

CARYSTOS, siue CARYSTVS, κάρυστος, Euboeæ insulæ oppidum, in litore situm, ad radicem Ochæ mõtis, è regione Andri: cuius meminerunt [Qui à patre aduenit Caryſto. *Plaut. pseud sc. 4. a. 2.*] *Plin. lib. 4. cap. 12. & Pompon. lib. 2.* Circa hoc oppidum gignitur Amiantus lapis textilis, ex quo olim mantilia fiebant, quæ igni purgabantur. Item marmor nobilissimum & macularum varietate in primis commendatum, quod à loco Carystium appellabant: *de quo vide Strab. lib. 10. & Plin. lib. 36. cap 6. Lucan. lib. 5.* Qua maris angustat fauces saxosa Carystos. Sita est ad pelagus Myrtoum sub Ocha monte, cui à Iouis & Iunonis concubitu nomen inditum est, aut quòd oues illic pastæ concipiant. ὀχεύω γὰρ κυίσκεσθαι, ὀχλὼ enim Achæi pastum & cibum vocant. Dicitur etiam ὀ ὀχής. Lapis in hac ciuitate mirabilis gignitur ex quo pannus contextus, vt sordes abstergat in ignem iniicitur. Vocatur etiam Ægea ab Ægone loci domino, à quo & mare Ægeum. ¶ Est item Carystus locus in Αἰγυος iuxta Arcadiam, vbi columnæ Caryſtiæ ex latomiis, & vinum Carystium celebrantur. *Steph.*

Cărўstĕŭs, a, um, penult. prod. *Ouid. 3. Fast.* Quáque Caryſteis frangitur vnda vadis.

Cărўstĭŭs, a, um, *Plin. Epistol. 101.* Vitem quatuor columellæ Caryſtiæ subeunt.

Caryum, *Vide* CARYA.

Cāsa, Domus rustica: ita dicta quasi caua, vt nonnulli existimant; eò quod primi agricolæ in cauis montium, hoc est in antris solerent habitare. {נוה *navvéh* סכה *sucháh* גדרה *ghedheráh* חרח *cheráh.* χαλυβίδιον. GALLI. Logette, maisonnete, tente ITA. *Casa.* GE. Ein schlechts bawrenheusslin/ein hütt. HISPA. *Cosa pagiza ò choça.* ANG. *A cotage, a litle house.* } Alij à casu, id est, ruina deductum malunt: propterea quòd rustica ædificia, quum ex leuiore ferè materia conficiantur, minus sunt diuturna, magisque ruinæ obnoxia, *Virg. 2. Eclog.* Atque humiles habitare casas, & figere ceruos. *Hircius lib. 6.* Et harpagones ad casas, quæ stramentis ab nostris hybernorum causa ædificatæ erant, diruendas. *Varro 2. de Re rustica c. 10.* Qui autem sunt in saltibus, & syluestribus locis pascunt, & non in villa, sed casis, repentinos imbres vitant. ¶ Fores habet tritas, vt pastorum casæ, πρὸ θύρας ἔχει τεθριμμένας ἀστοῖς ἀποίμνοις. Ironia prouerbialis in homines inhospitales, aditu difficiles, sibi viuentes, semper occlusis foribus: quòd pastores procul ab hominum commercio semotos vix vnquam quisquam interuisat. *Diogenianus.*

Cāsŭlă, pen. corr. {καλυβίδιον. ANG. *A litle cotage.* } diminutiuum. *Plin. lib. 35. c. 10.* Casula Protogenes contentus erat in hortulo suo.

Cāsābūndŭs, Crebrò cadens, {πώποτε. *Festus. Varro libro sexto,* à cadendo deducit, & Næuium Poëtam antiquum adducit. Risi egomet casabundum ire ebrium: diabathia in pedibus habebat, atque amictus erat epicroco.

Cāsārĭă, Dicitur mulier quæ casam custodit. {καλιωτὶς, καλιαρχὶς. *Festus.*

CASANDRA, insula in Oceano meridionali, contra Persidem. P *in. lib. 6. c. 25.* Contra Persidem, inquit, insulæ, Philos, Casandra, Aracia, &c.

CASCANDRVS, *inquit Plin. lib. 6 c. 25.* Insula est deserta in Oceano Indiam versus.

Cāscŭs, ca, cum {זקן *zaken* קדמוני *kadmoní.* γέρων. GA. Vieil, ancien. IT. *Vecchio.* GERM. Alt. HISP *Cosa muy antigua.* ANG. *Old, ancient.* } Significat vetus: cuius verbi origo Sabina est. *Ennius,* Quàm primùm Casci populi genuere Latini. Refert Varro Manilii nomine celebratam fuisse hanc sententiam, Casçum duxisse casçam non mirabile est, id est, vetulam nupsisse seni. *Vide Erasmi Adagia.*

Cāsĕŭs, à coëundo, vel (vt inquit Varro) à lacte coacto dicitur. {גבינה *ghebináh.* τυρός. GA. Fourmage. ITAL. *Formaggio.* GER. Käss. HIS. *Queso.* ANGL. *Cheſe.* } nam fit ex lacte coagulato, hœdino in primis, vitulóve coagulo. *Virg. in Buc.* Pinguis & ingratæ premeretur caseus vrbi. *Cic. de Senect.* Villa quæ tota locuples est, abundat porco, hœdo, agno, gallina, lacte, caseo, melle. [Caseus bubulus manu pressus. *Suet. in Aug. c. 76.*] Caseus mustus, id est, recens & mollis, qui magis alibilis, quàm vetus & aridus. Caseus oxygalacticus commendatur à Galeno, dicitúrque quasi acetosum lac: nam Græci τὸ ὄξος acetum vocant, & γάλα lac. ¶ Caseorum varia genera *vide apud Plin. lib. 11. ca 42.* ¶ Si caseum haberem, non egerem opsonio, Εἰ τυρὸν ἔχων, καὶ οὐ ἀδέομαι ὄψου. Dicendum vbi quis minimis vilissimisque contentus. *Refertur apud Plut. in Laco.* ¶ Caseum neutro genere dixit *Pomponius in Leone,* Caseum molle. *Sospater lib. 1.*

Cāsĕālĕ, lis, neutri generis, Locus aluo exonerandæ destinatus: quam Sellam familiarem vocat Varro. *Colum lib. 2. c. 15.* Nam vbi greges quadrupedum versantur, quædam quotidie, vt culina, & caseale: quædam pluuiis diebus, vt bubilia & ouilia debent emundari. ¶ Sunt tamen qui existimant Caseale declarare locum in quo aut fit, aut seruatur caseus. {τυροκαμεῖον, τυροφορεῖον. ANG. *A cheſe preſſe.* } locúmque Columellæ sic intelligi debere, vt caseale (hoc est, locus conficiendi casei) sicut & culina quotidie purgetur.

Cāsĕārĭŭs, a, um, adiectiuum, A caseo formatum: {ANG. *Belonging to cheſe.* } vt Taberna casearia. *Vlp. l. si. uti. §. Arist. ff. si seruit. vend.* Aristo Cerelio Vitali respondit, non putare se, ex taberna caseariæ fumum in superiora ædificia iure immitti posse, nisi eius rei seruitutem talem admittat. τυροκαμεῖον, τὸ τυροπώλιον.

Cāsĭă, vnico s, quanuis apud Græcos κασσία gemino σσ, scribatur. {קציעה *ketsiʕáh* קרה *kiddáh* Frutex est Theophrasto, salicis Amerinæ magnitudine, multis surculosisque brachiatus ramis, crassiore quàm cinnamonum, sarmento, folóque cortice commendatus. *Virg. 2. Geor.* Nec casia liquidi corrumpitur vsus oliui. *Dioscor. lib. 1.* tria facit præcipuæ casiæ genera: vnum ex nigro purpurascens & rosæ odorem referens, Zyger appellatum: alterum longius & angustius, & fistulis plenum, aromatum & vini mistum odorem repræsentans: quod Arabum lingua Lada, ab Alexandrinis autem mercatoribus Daphnitis dicitur. Tertium genus superioribus paulo vilius, quod Rubum mosylicum vocitarunt. ¶ Hyginus autor est, à Latinis Casiam appellari cocci Cnidii fruticem, quem Græci Cneorum vocant, & Thymelæam: cuius folia & in coronamenta veniunt. Vnde est illud *apud Virg. Eclog.* Tum casia, atque aliis intexens suauibus herbis. quanquam ibi casiam herbam quandam, non fruticem videtur designare. ¶ Casia fistularis, κασσία συριγγώδης, à recentioribus medicis appellatur, quam ex doctioribus nõnulli Siliquam Ægyptiam malunt nominare. Est autem siliqua oblonga & teres, concretum intus atramentum cõtinens, non vna coalescens serie, sed ex interuallis lignosis tenuibúsque membranis septum ossáque quædam habens immersa, non dissimilia iis quæ nostra profert siliqua.

Casignete, καστγνήτη, Herbæ genus est *apud Plin. lib. 24. c. 17.* ita dictum quod cum sui generis herbis tantùm nascatur. Eandem & Dionysionymphadem appellant, quòd vino mirè conueniat.

CASILINI, Italiæ populi sunt in agro Campano, quorum oppidum etiam Casilinum appellabatur, quod Plinij temporibus interciderat, *vt ipse testatur lib. 9. c. 5.*

CASINA, penult. corr. Plauti fabula est, nomẽ habens à Casina ancilla, quam Stalino senex, eiúsque filius, certatim deperibant. Scribitur autem vnico s, vt facilè colligi potest ex fabulæ eius argumento, in quo versuum literæ capitales Casinæ nomen exprimunt.

CASINVM, pen. prod. Campaniæ oppidum est in Italia. Silius lib. 4. Mittebant saxa & nebulosi rura Casini. Huius meminit *Plin. lib. 3. c. 5.*

CASIOTIS, κασιῶτις, *Ptolemæo,* Regiuncula est Arabiæ Petrææ, Pelusio ostio ab Ægypto diuisa: in qua Casius mons est, Pompeii Magni tumulo insignis: à quo & Regio ipsa nomen accepit.

Casius mons, κάσιον ὄρος; trans Pelusium est, extremum Nili ostium in ea Arabiæ Petrææ parte, quæ ab hoc monte Casiotis *Ptolemæo* appellatur: in quo & Iouis Casii templum erat, & Magni Pompeii tumulus ab Adriano instauratus, vt in Adriano testatur Capitolinus. {GER.

Cin

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Ein berg in dem steinechten/oder felssechten Arabia.} ¶Est & in Syria Antiochena Casius mons supra Seleuciam cognomine Pieriam, vt autor est *Plin. li.5.c.22.* cuius altitudo in directum est quatuor millium passuum. ¶*Ptolemæus prætera l.5.c.18.* Casium quendam montem collocat in Mesopotamia, non procul à Singra alterò eiusdem regionis monte: cuius meminit & *Suidas.*

Casius, a, um, *Lucan. li* 10.

CASMENÆ, κασμῆναι, Vrbs Siciliæ, *Steph.*

Cāsnār, Senex dicitur Oscorum lingua. *Festus.* {ANG. *Olde.*} Id quod *Varro de lingua Lat.6.* confirmat his verbis: Cascus, inquit, significat vetus, eius origo Sabina, quæ vsque radices in Oscam linguam egit. Quod igitur Osci Casnar, hoc Sabini Cascus: & illos secuti Romani dixerunt. Nonius Casnares, seniles dixit: apud quem malè legitur Carnales sedales.

Caso, as, are, à cado frequentatiuum: *Vide* CADO.

CASOS, penult. correpr. κάσος, Vulgò *Caso*, Insula iuxta mare Carpathium ambitu octoginta stadiorum, in qua est oppidum eiusdem nomin. à Caso Cleomachi patre dicta, qui eò colonos deduxit: à quo Casius mons in Syria nomen traxisse creditur. Meminit huius insulę *Plin. lib. 4.c.12. & li.5.c.31.*

CASPAPYRVS, κασπάπυρος, Vrbs Gandarica: Scytharum verò κώμη, id est, litus. *Steph.*

CĀSPĔRĬA, Rhæti regis Marrubiorum vxor fuit, quæ cum Anchemolo priuigno corpus commiscuit. *Vide* ANCHEMOLVS. Est item Casperia oppidum in Sabinis, fortasse idem cum eo, quod Silius Casperulam vocat. *Virg.7.Æn.* Qui Tetricæ horrentes rupes, montemque Seuerum Casperiámque colunt.

CASPERVLA, Sabinorum oppidum est apud Silium, vt dictum.

CĀSPĬAE PORTAE, κασπίαι πύλαι, Angustiæ sunt circa mare Caspiũ, quod alio nomine Hyrcanum dicitur, ad octo millia passuum, teste Solino, in longitudinem extensæ, latitudine tam exigua, vt vix plaustro sint peruiæ. Non satis tamen conuenit inter autores ad quam in ris partem coniungantur. {GER ein enge Clauß durch den berg Taurum in Media welche zwo gmeiner Teutscher meil wegs lang ist / so eng das kaum ein wagen dadurch hin kommen mag} Quidam Amazones portis Caspiis egressas, ad Alexandrum venisse in Hyrcaniam prodidêre: sed illę Caucasiæ fuerunt, per quas transitus est ex Hyberia in Scythiam. Neronis quoque principis comminatio ad Caspias portas (*vt inquit Plin.*) ad eum transitum respiciebat. Verùm mons Taurus tribus in locis interruptus quasi portis quibusdam pertransitur in Armeniam, in Ciliciam, & in Mediam. Sed illæ tantùm Caspiæ portæ appellantur, quæ apud Medos existunt, *sicut ex Ptolemæo, Plinio & Strabone licet intelligere.* Per has transitus est ex Babylone, & Perside ad mare Caspium. Vnde etiam Caspiæ dictæ sunt.

¶Iuga verò Caspia procul hinc absunt, & ad Armenios, vlteriorésq; populos pertinent.

CĀSPĬI, Populi Scythiæ ad Caspium mare, *vt autor est Pompon. li.3.* apud quos sæuissimi sunt canes, *vt scribit Valer. Flac. li.6.* *Hinc Adiect. Caspiacus, vt Porta Caspiaca. *Stat.4.Syl.* Aut Istrum seruare latus, metuendá que portæ Limina Caspiacæ.

Cāspĭum mare, {κασπία θάλασσα. IT. *Dar di bacù.* GE. Das Hircanisch meer in Asia.} Immensæ magnitudinis locus est inter Caspios & Hyrcanos montes, à quibus nomen accepit. Huius maris accolæ Turcæ fuisse creduntur, qui deinde cæli clementioris desiderio adducti, primùm Armenios, deinde reliquis Asiæ populis sua sede pulsis, & bona Europæ parte occupata, à sinu Persico adusque mare Adriaticum imperium suum extenderunt.

CĀSPĬRVS, pen. product. κάσπειρος, Vrbs Parthorum, finitima Indiæ: cuius incolæ cursu velocissimi sunt, *vt ex Dionysij Bassaricu annotauit Steph.*

CASSANDANE, Filia fuit Pharnaspis, vxor Cyri, & mater Cambysæ, *teste Herodoto historiarum libro 2.* quam immatura morte sublatam & Cyrus ipse defleuit, & publico regnorum suorum luctu decorari voluit.

CĀSSANDRĂ, κασσάνδρα, Priami & Hecubæ filia, quæ quum ob formę elegantiam ab Apolline amaretur, eidem corporis sui copiam promisit, si vates ab illo fieret: quod Apollo se facturum firmauit. Sed quum illa promissis non staret: iratus deus fecit vt eiusdem vaticiniis nulla fides adhiberetur, quum ex Helenæ raptu futura incommoda prædiceret. Postea desponsata fuit Chorœbo, *vt ait Maro* (*Homerus* verò Orthryon eũ nominat) qui in auxilium Troianis veniens, in postrema nocte periit. Hanc quoque Aiax Oileus in Mineruæ templo vitiauit, vt prius auditum est. Tandem deuastata Troia, Agamemnoni in sortem contigit, cui omnia fata, quæ à coniuge seruarentur, prædixit: sed more solito nihil ei creditum est. Veniens igitur cũ Agamemnone domũ cum eodé in conuiuio iussu Clytęnestræ occisa est. *Vir. Æn* Sola mihi tales casus Cassandra canebat. ¶Alia fuit Cassandra Iobatis filia, quã Bellerophonti nupsisse *Homerus* autor est. ¶Est & Cassandra oppidum, & Cassandria colonia, *de quibus infrà in* POTIDAEA.

CASSANITAE, κασσανῖται, Populi sunt in littore maris rubri incolentes, *Stephanus.*

CASSERA, Macedoniæ oppidum, *apud Plin.lib.4.c.10.* in descriptione Macedoniæ.

CASSANORVS, κασσάνορος. Vrbs Ægyptia. *Steph.*

Cassida, dæ, Vide infrà in cassis, cassidis.

CASSIENVS martyr apud forum Cornelij, vbi & iacet, & quò venerat peregrinationis gratia è Brixina vrbe Germaniæ, cuius erat ciuis & præsul: quúmque apud forum Cornelij doceret, iussu Iuliani Imperatoris, qui prohibuerat Christianos docere, stylis discipulorum confossus est.

¶Alius eiusdem nominis Alexandrinus sub Iouiniano in Italiam veniens, apud Ortanum templum constituxit. cuius & præsul electus: inde peregrinando Augustodunum venit, & episcopo Simplicio, vito sancto successit. ¶ Alius monachus Honorij tempore à Hierosolymitana Ecclesia ab Hæreticis eiectus, Massiliam venit, vbi duo condidit cœnobia, scripsit & de monachorum institutis, vbi dicit cibi abstinentiam omnium virtutum esse fundamentum. *Volaterranus*

CASIPEA *Vide* Cassiope.

CASSILIVM, vulgò *Cassel*, vrbs Hassiæ, *vide* Sterenontium.

CASSINVM, *Teste Varr. lib.6. de ling. Lat.* Oppidum Samnitium fuit qui à Sabinis orum traxerant: ita dictum à vetusto nomine Cascus quod Sabinorum lingua antiquum significabat: vnde & forum vetus Cassinum appellatum est.

CĀSSIODŌRVS, κασσιόδωρος Rauennas fuit Theodorici Gotthorum regis præceptor, qui ex Senatore factus monachus, Psalterium Dauidis explanauit. Extant & eius ad Theodoricum Epistolæ. *Volaterranus.*

CASSIOPE, siue CASSIOPEA, κασσιόπη. {GERMA. ein hochprachtige königin der Moren/ein mutter Andromedae.} Cephæi regis Æthiopũ vxor & Andromedes mater: quæ quod gloriaretur Nereidibus sese corporis pulchritudine præstare, illarum indignationem incurrit. Nymphæ enim iactantia eius irritatæ, incredibilis magnitudinis cetum immiserunt, filiámque eius vnicam, nomine Andromedam saxo alligarunt, cetóque deuorandam proposuerunt: quæ tamen Persei virtute liberata, eidem nupsit. Cassiope verò tandem generi meritis in cælum translata traditur, & in siliquastro sedens, vertente sese cælo, resupinato capite ferri, pedibus ipsius in ipsa Arctici circuli circunductione positis, Æthiopum circulum capite, & dextra manu tangit, & prope Medeam circulo lacteo diuiditur, non procul à Cephei signo. Occidit cum Scorpione, exoritur cum Sagittario. In capite eius stella ostenditur vna, in vtroque humero singulæ, in mammilla dextra clara vna, in lumbis vna, in sinistro femore duæ, in genu vna, in pede ipsius dextro vna in quadrato, quo signum eius circumscribitur vna, in vtrisque angulis singulæ cæteris clariùs lucentes. ¶Est item Cassiope, oppidum Epiri nec diterraneum, à quo Cassi, pæi populi dicti sunt, *quorum meminit Plin. in procem. li.4.* Stephanus Cassopam, κασσώπη νῆσος appellat.

¶Item oppidi nomen in Corcyra insula, *apud eundem li.4.c.12.* quod Ptolemæo Cassiopolis dicitur.

Cāssĭs, huius cassis, masculini generis, Rete præsertim venatorum, quòd cassum, hoc est, rarum sit. {שבכה *réscheth. Sixtus.* GA. Vne retz à veneur, ITA. *Rete.* GER. Das garn der jegeren. HISP. *La red.* AN. *A hunters net, a hay.*} vnde & a raritate Rete dictum, *Ouid.2.de Ar e* Incidit in cassses præda petita meos. *Virgil.4.Geor.* -aut inuisa Mineruæ In foribus laxos suspendit aranea casses.

Cāssĭcŭlus, diminutiuum à Cassis, Reticulum. {κύμινον. GA. Petite retz. IT. *Picciola rete.* GE. ein klein garn oder netz. HI. *Fequeña red.* ANGL. *A little net, a hay.*} *Hier. nymus*, Nequaquam aranearum mihi opponas cassiculos. ¶Dicitur & Cassiculum neutri generis. *Festus*, Cassiculum, reticulum à Cassibus per diminutionem dictum.

Cāssĭs, huius cassidis, fœminini gen. Galea, quòd vacua sit ad caput recipiendum. {γύαλον *choniab.* κόρυς. GAL. Heaume, armet, testiere, salade, bassinet. IT. *Elmo, elmetto.* GER. Ein helm/ein eysenhut. HIS. *Capatete.* ANG. *An helmet, or fallet.*} *Plaut. in Trinum.* Mihi & pharetram & sagittas sumpsero, cassidem in caput. *Iuuenalis*, Fracta de casside buccula pendens. *Cæsar 7.li.bel.Gall.* Mulionésque cum cassidibus, equitum specie ac simulatione collibus circumuehi iussit. ¶Dicitur & Cassida, æ. *Propertius*, Aurea cui postquam nudauit cassida frontem. *Virg.11.Æn.* Aureus ex humeris sonat arcus, & aurea vati Cassida. *Vlt Seruius*, Cassida, accusatiuus Græcus pro nominatiuo Latino Cassis.

Cāssĭtă, pen. pr. Auis, quam alij Alaudam, alij Galeritam dicunt, {κορυδαλός. GAL. Alouette. ITA. *Lodola.* GER. ein lerch. HIS. *Copada ò cegujada, ase conocida.* AN. *A lark.*} *Plin.lib.10.c.37. Vide apud Gel. Apologum de cassita, li.2.c.29.*

Cāssĭtĕrŏs, pen. cor, {κασσίτερος. AN. *Tinne.*} Latinè plumbum album dicitur *Plin. libro 34. capit.16.* Plumbi duo genera, nigrum atque candidum. Pretiosissimum candidum, à Græcis appellatum cassiteron. ¶Vnde Cassiterides, κασσιτερίδες, insulæ decem in Oceano, ex aduerso Celtiberiæ, in quibus plumbum effoditur. *Plin.l.4.c.16.* Ex aduerso Celtiberiæ complures sunt insulæ, Cassiterides dictæ Græcis à fertilitate plumbi.

Cassĭtias, Visci genus in abiete & larice nascens. *Sipontinus.*

CĀSSĬVS, κάσσιος, Viri proprium qui magister equitum fuit. ¶Sp. Cassius regni affectati crimine damnatus, cui plus suspicio concupitæ dominationis nocuit, quàm tres magnifici Consulatus, ac duo speciosissimi triumphi profuerunt. Senatus enim populúsque Rom. non contentus capitali eum supplicio afficere, interempto domum superiecit. In solo autem ædem Telluris fecit. *Autor Valerius li.6.cap.3.* ¶Cassius cos. à Tigurinis Gallis pago Heluetiorum, qui à ciuitate secesserant, in finibus Allobrogum cum exercitu cæsus est: milites, qui ex ea clade supererant, obsidibus datis & dimidia rerum omnium parte, vt incolumes dimitterentur, cum hostibus pacti sunt, tempore quo Iugurtha pulsus est à Mario. *Liu.li.25. Cæsar Belli Gal.li.1.* Tigurinus pagus quum domo exisset, patrum nostrorum memoria, L. Cassium Consulem interfecerat, & eius exercitum sub iugum miserat. ¶L. item Cassius Tribunus plebis C. Mario, L. Flacco coss. plures leges ad diminuendam nobilitatis potentiam tulit: in quibus, vt quem populus Romanus damnasset, cuíve imperium abrogasset, in Senatu non esset. Fuit & inter competitores Ciceronis in Consulatu. *Autor Pædianus, Cic. pro Rscio Amerino*, L. Cassius ille, quem populus Romanus veriſſimum, & sapientissimum iudicem putabat, &c.

¶L. Cassius, dux Pompeianus, cum decem nauibus, ardente bello ciuili, transiit ad Cæsarem. ¶Cassius item Longinus Iurisconsultus, quòd C. Cassij percussoris Cæsaris nomen ac stemmata haberet, iussus est à Nerone mori: pronepos fuit Serui Sulpitij, ac eques Romanus, vt scribunt *Tranquillus & Pomponius.*

¶Fuit & Cassius Seuerus, *de quo Quint. sic scribit l.10.c.1.* Cassius Seuerus, si cæteris virtutibus colorem & grauitatem orationis adiecisset, ponendus inter præcipuos foret: nam & ingenii plurimum in eo, & acerbitas in ita, & vrbaniras, & vis summa: sed plus stomacho, quàm consilio dedit. *Hæc ille* Huius Cassii scripta ex Senatusconsulto aboleta sunt, *vt autor est Tranquillus.* ¶M. Auidius Cassius, præfectus exercitus Antonini principis in Oriente, dum Imperator ipse res in Germania gereret contra Marcomannos defecit. Itaque relicto bello, Imperator eum cum exercitu petit ac superat. Caput ei ablatum videre noluit, recordatus antiquæ amicitiæ. ¶Cassius præsul Narniensis tempore Totilæ regis Gotthorum, cui occurrens, animum placauit, ne ciuitati noceret. *Meminit huius Gregor. Dialog.* ¶Cassius poeta Parmen-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

sis fuit, cuius ingenium in scribendo carmine mirè concitatum & promptum prædicat *Horat. 1. Ser. Sat. 10.*

-at si quis pedibus quid claudere senis
Hoc tantum contentus, amet scripsisse ducentos
Ante cibum versus, totidem cœnatus, Hetrusci
Quale fuit Cassi rapido feruentius amni
Ingenium: capsis quem fama est esse libríque
Ambustum propriis. Hic aliquot generibus stylum exercuit: inter quæ opera elegiaca & epigrammata eius laudantur. Hic est qui in partibus Cassii & Bruti Tribunus militum militauit: quibus victis Athenas se contulit. Quintus Varus ab Augusto missus vt eum interficeret, studentem reperit, & perempto eo scrinium cum libris tulit, vn de multi crediderunt Thyestem Cassij Parmensis fuisse. Scripserat enim multas alias tragœdias. *Acron. in illud Horat. 1. epist. 41.* Scribere quod Cassi Parmensis opuscula vincat. [*de eo Suet.* in *Aug. ca. 4.* Cassij Iouis ara: *Suet. in Nero. c. 22.*]

Cāssĭānŭs, penultima producta, adiectiuum. *Cic. pro Milone,* Itaque illud Cassianum.

Cāssĭŭs, aliud adiect. vt Cassia via. *Cic. 12. Philip.* Tres ergo, vt dixi, viæ: à supero mari, Flaminia: ab infero, Aurelia: media, Cassia. *Ibidem,* Hetruriam discriminat Cassia. *Item,* Possum Cassiam vitare, tenere Flaminiam.

Cāsso, as, *Vide* QVASSO.

CASSŌPĂ, pen. prod. κασσώπη *Steph.* Oppidum est Molossorum, quod à *Plinio* Cassiopem vocari suprà ostendimus.

Cāssŭs, a, um, Quod est inane & vacuum, fragile, atque omni re carens {חור *nabúr* רק *rek*, φαῦλος. GAL. De nulle valeur, vain & friuole. ITAL. *Casso, vacuo, vuoto.* GERM. Lär/nichts sollend/vergäbentlich. HISP. *vano, vazio.* ANGL. *That is of no valeur, vaine, friuole.*} vt Cassa nux *à Plauto & Horatio* dicta *a Lucan.* Cassa fraude parat. *Plaut. in Aul.* Virginem habeo grandem, dote cassam, atque illocabilem. *Virg.* Lumine cassum: & Æthere cassos, dixit pro vita priuatos & vacuos. Vnde & Cassis, & per diminutionem Cassiculus. ¶ Hinc in cassum aduerbium εἰς κενόν. *Cassum, cassi, substant. Fragmentum. *Solinus c. 65.* Aut palearum cassa, aut charrarum fila ad se rapit. De lychnite gemma.

[Casse Aduerb. *Liuius lib. 4. bel. Punic.*]

CASTABALA, κασταβαλα. *Stepha.* Ciliciæ oppidum, *apud Plin. lib. 5. c. 26.*

Castaldia, Gubernatio dicitur qua domini res gubernantur. Castaldi Gubernatores vel Vice domini. *Zasi. de Feu. degenerant.* Itaque erat Castaldio non absimilis procurator & actor possessionum domini, cuius fit mentio in *l. vlt. C. Quod cum eo qui in alien. potest.* Secundum Aluarat. & secundum Gloss. erat velut œconomus quidam, cui res dominica gubernanda, instar œconomi ecclesiastici, *argum. l. habemus nulli. C. de sacrosanct. eccles. ex comment. Feudalibus Baron. à Teutenberg.*

CASTALĬŬS, κασταλία. In Phocide, ad radices Parnassi montis, fons non procul à Delphis: vnde & Apollini, & Musis sacer creditur. {GERM. Einbrunn vnden am berg Parnasso dem Apollini vnnd den Musis zugeweihet.} ita dictus à virgine Castalia, quæ Apollinem fugitans, præcipitata, & in fontem versa est: à cuius nomine Musæ ipsæ Castalides appellantur.

Cāstămola, Dicebatur sacrificij genus, quod Vestales virgines faciebant. ἀγνὸν θῦμα.

CASTALO, κασταλων, Maxima ciuitas Britanniæ (nimirum Britanniæ legendum) gentile Castanolites. *Steph.*

CASTAX, κάσταξ, Vrbs Iberiæ, gentile Castaceus. *Stephano.*

CASTANIA, κασταια, Vrbs prope Tarentum, gentile Castaniates. *Steph.*

Cāstănĕă, {ערמון *harmon.* κάσταια. GA. Chastaigne, ou Chastaignier. IT. *Castagna.* GERM. Ein kesten/oder kestenbaum. HISPA. *Castaña, ò castaño arbol.* ANG. *A chestenut, or chestenut tree.*} A Castano Magnesiæ vrbe, vt putatur, dictæ: ràm fructum, quàm ipsam arborem significat. [*Plin. c. 25. li. 15.* an à castu, quia ex iis imago panis in Cibelles ieiunio. *Vide Isidor. c. 6. l. 17.*] *Virg. 2. Eclog.* Castaneæ molles, & pressi copia lactis. *Plin. lib. 17. c. 20.* Castanea pedamentis omnibus præfertur facilitate tractatus, perdurandi peruicacia.

Cāstănētum, Locus castaneis consitus. {ὁ καστανεὼν, τόπος τῆς ὕλης βαλανίοις φυτευθείς. GAL. Chastaigneraye, lieu planté de chastaignes. IT. *Castanto.* GE. Ein kestenwald. HIS. *Castañar, lugar de castañas.* AN. *A place planted with chestenut trees.*} *Col. lib. 4. c. 33.* propter quæ sæpe nouella castaneta caluescunt.

Cāstănīnum, Oleum ex castaneis factum.

Cāstē, *Vide* CASTVS.

Cāstēllum, Castellanus, Castellani, Castellatim, *Vide* CASTRVM.

Cāstĕrĭă, τὸ καταστάσιον. Significat locum, vbi quum nauigatio conquiescit, remi & gubernacula reponuntur. *Plaut. Asin.* Quin pol si reposui remum sola ego in castoria, Vbi quiesco. *Lactantio* dicitur pertica, quam in naui hortator remigum tenet, quasi incesserit, remiges non desinunt: si deposuerit, conquiescunt à labore.

CASTHENES, Thraciæ sinus iuxta Byzantium. *Plin. lib. 4. in descriptione* THRACIAE.

Castificus, *Vide* CASTVS.

CASTIANIRA, κασταίνειρα, Vxor Priami pulcherrima, quam ex Æsimo Thraciæ vrbe duxit vxorem, & Gorgythionem ex ea genuit. *Hom. lib. Ilad. 8.*

Cāstĭgo, as, pen. pro. Propriè verbis reprehendo, quasi castum, id est, honestum ago. {יסר *jasár*, תוכיח *hochiach.* παιδεύω, σωφρονίζω. GAL. Chastier, corriger, reprendre. ITA. *Castigare.* GE. Straffen/verbessseren. HISP. *Castigar ò correger.* AN. *To chastice or punishe.*} *Virg. 5. Æneid.* Hîc grauis Entellum dictis castigat Acestes. ¶ Quandoque Castigare est vindicare, punire, κολάζειν. *Idem lib. 6.* Castigátque audítque dolos, subigítque fateri. ¶ Hinc Castigatus dicitur correctus, emendatúsque: κεκολασμένος. *Cic. 1. Tusc.* Vidésne, vt obmutuerit, non sedatus corporis, sed castigatus animi dolor?

Cāstĭgātĭo, castigationis, verbale, Obiurgatio, animaduersio. {מוסר *musar* תוכחת *tochácath.* κόλασις. GAL. Chastiment, reprehension. ITAL. *Castigamento.* GERM. Straff/zuchtigung. HISP. *Castigo y correction.* AN. *Chastising, correction, blaming.*} *Cic. 1. Offic.* Animaduersio, & castigatio omnis contumelia vacare debet.

Cāstĭgātor, oris, Reprehensor, & obiurgator. {יסר מוכיח *josér mochiach.* ἐπανορθωτὴς, νουθετητής. GALL. Chasticur, correcteur. ITA. *Colui che castiga & riprende.* GERM. Ein straffer/schelter/zuchtiger. HI. *Castigador y corregidor.* AN. *A chasticer or corrector.*} *Plaut. in Trin.* Ibo ad meum castigatorem. *Horat. in Arte,* Difficilis, querulus, laudator temporis acti Se puero: censor, castigatórque minorum.

*Castigabilis & hoc castigabile, Quod castigari debet. *Plaut. Trinummo* -quid admisit In se culpam castigabilem.

Cāstĭtās, *Vide* CASTVS.

Cāstĭmonĭă, Castus, huius castus, *Vide* CASTVS.

CASTNIVM, κάστνιον, Mons in Aspendo Pamphiliæ, gentile *Castnius.*

CASTOLOGI, A *Plin.* numerantur inter Belgas. *lib. 4. c. 17.*

CASTOLVS, pen. prod. κάστωλος, Lydiæ vrbs, ita dicta à Doribus conditoribus, quos Lydi καστώλους appellant. ¶ Hinc Castoli campus, καστώλου πεδίον. *apud Xenoph. Steph.*

Cāstŏr, {κάστωρ. ANG. *A badger, a graye.*} Animal ex genere amphibio, quòd Latinè fiber Ponticus appellatur: ex cuius testiculis medicamentum conficitur, quod Castorium, καστόριον, medici appellant. Hic comprehensa hominis parte, non antè quàm fracta concrepuerint ossa, morsum resoluit. Habet caudam piscium, cætera species lutræ, pilus mollior pluma. Et licet sint qui dicant castora castrare se, ne à venatoribus capiatur: quòd sciat se expeti propter testiculos, qui medicinis adhibentur: Sestius tamen diligentissimus medicinæ conditor, negat testes amputari ab ipso castore, quum capitur: quinimo paruos esse ait substrictósque & adhærentes spinæ, nec adimi sine animalis vita posse: verùm foll iculos geminos esse ex vno nexu dependenteis, qui amputentur, quorum vis medica sit. *Plin. lib. 32. c. 3.* Spectabilis naturæ potentia in his quoque, quibus & in terris & in aqua victus est: sicut & fibris, quos Castores vocant.

Cāstŏrĕŭs, a, um, adiectiuum. {ANGL. *Belonging to a badger.*} vt Castoreus odor. *Plin. lib. 12. cap. 24.* Aspalathi probatio est in colore rufo vel igneo, tactúque spisso, & odore castoreo, hoc est fœtido & putri vel acuto. ¶ Castoreum item appellatur pharmaci genus, ex castoriis anuulsis testiculis (vt creditur) compositum. *Idem lib. 26. cap. 11.* Clauos pedum extrahit ladanum cum castoreo, & verbenaca ex vino.

Cāstŏrĕă, orum, *autore Plin. lib. 33. c. 3.* vocantur testes castoris.

CASTOR, & POLLVX, κάστωρ, καὶ πολυδεύκης, Fratres gemini fuerunt, Iouis ex Leda filij, qui & Tyndaridæ passim à poetis appellantur, quemadmodum & Helena soror ipsorum, Tyndaris Hi, vbi primùm adoleuerunt, mare piratis liberauerunt, & ob id dii maris habiti sunt, quos in tempestate nautæ solent implorare. Post hæc Colchos cum Argonautis profecti sunt: qua in expeditione Pollux Amycum Bebryciorum regem, insidias sibi struentem interfecit. Deinde domum reuersi, Helenam sororem à Theseo raptam, receperunt, Aphidna vrbe, Theseo absente expugnata. Tandem quum Castor diem suum obiisset, ferunt Pollucem (qui eodem cum Helena ouo natus, immortalis erat) fratris desyderio à Ioue petiisse vt immortalitatem suam cum fratre posset partiri: qua re impetrata, alternis eos & mortem oppetisse, & reuixisse. Cui fabulæ occasionem dedit Geminorum natura, quorum altero oriente, alter occidit, & econuerso. A Græcis διόσκουροι, hoc est, Iouis filii κατ' ἐξοχὴν appellati sunt, & inter deos apotropæos, hoc est, malorum depulsores, sunt annumerati: quibus etiam Romæ insigne dedicatum erat templum in foro, quòd Romanis aduersus Latinos periculosissimo in prælio suppetias tulisse crederentur. Nam (*vt Dionysius lib. 6. Antiquitatum scribit*) in pugna ad lacum Regillum apparuerunt forma augustiore, ducentes equitatum Romanum aduersus Latinos, hastísque feriebant, propellebántque aduersarios, socios verò cohortabantur. Quæ potissimùm causa fuit, vt Latini fugarentur, & castra caperentur. Iidem mox visi sunt sudorem equorum abluere iuxta fontem Iuturnæ, deinde è conspectu mortalium se subduxerũt. [Castor & Pollux culti Romæ, & cur, *Plutar. in Coriol.* Pollucis & Castoris ædes Romæ, *Suet. in Tiber. c. 20.* ¶ Item ad Castoris, nomen loci: *Suet. in Otho. c. 9.*] ¶ Hinc Ædepol aduerbium iurandi, quasi per ædem Castoris, quo solæ mulieres vtebantur, quemadmodum viri soli per Herculem iurabant: Ædepol verò erat iusiurandum tàm viris quàm mulieribus commune.

CASTOR, κάστωρ, Medicus antiquissimus, docuit piperitim herbam (quam alio nomine Siliquastrum nominant) bibi contra morbos comitiales. *Autor Plin. lib. 20. c. 17.*

CASTRA CORNELIA, Locus Zeugitanæ Africæ, *Plin. lib. 5. c. 4.*

Cāstrămetŏr, Vide CASTRVM.

Cāstrātă, Siliginis genus est *apud Plin. lib. 18. c. 9.* quod in campania prouenie bat, Pisano magis rufum.

Cāstrēnsĭs, Vide CASTRVM.

CASTRIMONIENSES, Italiæ populi, *apud Plin. lib. 3. c. 5.* Cubulterini, castrimonienses, cingulani, &c.

CASTRĬTĬVS, Syllanæ factionis vir fuit, qui quum Placentiæ magistratum gereret, Cn. Carboni à Placentinis obsides petenti, ne ad Syllam deficerent, constanter denegauit, minantéque Carbone se multos gladios habere, Et ego, inquit, annos. ¶ Fuit & T. Castritius Rhetorices professor Romæ, Adriani temporibus, cui eruditionis, morúmque nomine in primis erat charus. *Vide Gell. lib. 13. c. 10.*

Cāstro, as, are, Virilia amputo, execo. {בתק *nathák.* ἐκτέμνειν, ἀναχίζειν, ὀρχοτομεῖν. GAL. Chastrer. ITAL. *Castrare.* GERM. Außhawen/ munchen. HI. *Castrar.* AN. *To geld.*} *Iuuen.* nullus ephebum Deformem sæua castrauit in arce tyrannus. *Plin. lib. 18. c. 31.* Verres, iuuencos, arietes, hœdos, decrescente luna castrato. ¶ Licet & de quacunque truncatione, siue priuatione quandoque dicatur, *Pacuuius,* Vt esset aliquis qui linguam eius castraret. ¶ Castrare aluearia, Est alueos fauis spoliare & mellis vindemiam facere: quod qua ratione faciendum sit, *docet Col. lib. 9. c. 21.*

Cāstrātĭo, verbale, Virilium exectio. {ἀνοχισμὸς, ἐκτομία. GALL. Chastrement. IT. *Castramento.* GE. Außhawung/ ausschneydung des heimlichen glyds. H. *Castradura, castrazon.* AN. *Gelding, or plucking away.*} *Col. l. 16. c. 26.* Id optimũ genus castrationũ quod adhibetur teneræ ætati

Cāstrā-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Castrātūra, ræ, idem {ἔκτμησις. ANG. *Gelding, plucking away.*} *Plin. lib. 18. cap. 9.* Iustum est è grano Campanę (quam vocant castratam) è medio redire sextarios quatuor siliginis, vel è gregali sine castratura sextarios quinque.

Castrum, numero singul. Locus est muris munitus. {מבצר *mibtsár* מצור *matsór.* ἔρυμα. GALL. Chasteau, vn fort, bourg. ITAL. *Castello.* GERM. Ein burg/ein schloß oder gemaurter fleck. HISP. *Lugar ò villa cercada de muralla, ò adarues, castillo.* ANGL. *A castel, or tower.*} dictus à casa quòd sit coniunctio quædam casarum. *Cicer. ad Caton. libr. epistol. 15.* Vallo & fossa oppidum circundedisse castellis, castrisque maximis sepsi.

Castra, plurali numero, appellantur loca, in quibus milites tentoria fixerunt: vel ipsa tentoria, in quibus milites diuersantur. {מחנה *machanéh.* στρατόπεδον. GALL. Le camp, le fort. ITAL. *Campo, allegiamento, steccato.* GERMA. Kriegslager. HISP. *Real de, ahueste.* ANG. *An armie lodged, a camp, a forte or campe pitched.*} *Cicer. ad Attic.* Quum Cæsar ad oppidum castra haberet. [Per auersam (portam) castrorum protuto vallo eum receperunt. *Velleius.* Castra facere. *Cæsar libr. 1. de bell. ciuil.* Nam quis te maiora gerit castrísve, toróve. *Tibul. lib. 4.* In aliena castra confugere. *Senec. c. 5. de Consol. ad Elver.*] Vnde & de nauibus *Virgil.* dixit, Nos castra mouemus: quoniam in illis milites essent. *Cæsar 5. Bell. Gall.* Atque iis imperat, vt coactis omnibus copiis, castra naualia de improuiso adoriantur, atque expugnent. Dicta à castri similitudine, quòd fossa, vallóque quasi muro circundari solent. [Castra Corneliana. *Cæs. lib. 2. de bell. ciuil.* Item castra æstiua. *Suet. in Claud. c. 1.* Spatium aliquando significat, Quartis castris, decimis castris. *Liuius lib. 1. d. 3.*]

Castellum, diminutiuum à Castro, Paruus vicus muris circundatus. {φρούριον, τεῖχισμα, φρούριδιον, φρουρίδιον. GAL. Petit chasteau, forte place, bourg. ITA. *Castello.* GER. Ein castell/ein kleiner fleck vmbmauret. HIS. *Castillo.* AN. *A litle castell, or tower.*} *Cicer. pro Cec.* Ecce ipse Ebutius in castellum venit. *Cæs. bell. Gal l. 2.* Cunctis oppidis, castelliísque desertis. Dicebantur etiam Castella, quędam in aquę ductibus receptacula, ex quibus ad omnes viarum anfractus, aqua per vncias & digitos diuidebatur. *Frontinus.* Omne plumbum & omnes impensę ad aquæ ductus, & castella, & lacus pertinentes, inde erogantur. [Vallo castelliísque circũmunire oppidum. *Cæsar li. 1. de bel. ciu.* Item Castella, montes, amnes in triumpho. *Ouid. Ele. 2. li. 4. Triſt.*] ¶Qui autem eiusmodi castellis præerant, castellarij dicti sunt.

Castellānus, a, um, quod ad castellum pertinet. {GALL. De chasteau ITAL. *Cosa de castello.* GERMA. Das zu dem castellen gehört. HISP. *Cosa de castillo ò villa.* ANGL. *Perteining to an castell.*} vt Castellanus triumphus, id est, de castello capto actus. *Cic. de Clar. orat.* Malim mihi L. Crassi vnam pro M. Curio dictionem, quàm castellanos triumphos duos.

Castellāni, dicti qui castellum habitant. {κωμῆται. GALLI. Qui demeurent au chasteau, ou qui en ont la charge. ITAL. *Habitatori de castelli.* GERM. Die in burgen wohnen/burgvögt/schlosherren HISP. *Los que moran en los castillos, ò que los gardan.* ANGL. *That dwelleth in a castell and hath the charge of it.*} *Liu. 4. bel. Maced.* Decem millia popularium cum castellanis agrestibus in armis habuit. *Salluſt in Iugur.* Iter castellanorum angustum, vndique præcisum. Dicti autem sunt Castellani à castello ea forma, qua ab oppido Oppidani, & à Vico vicani. Est & Castellanus, qui castelli curam & defensionem suscipit, φρουάρχης.

Castellātim, aduerbium, quasi turmatim per castella. {κατὰ φρούρια. GALL. De chasteau en chasteau. ITAL. *Di castello in castello.* GERM. von einer burg oder veste zu der ander en. HISPA. *De castillo en castillo: de villa en villa.* ANG. *Frome castell to castell.*} *Liu. libr. 7.* Vt hosteis, & nocturno pauore attonitos, & circa collem castellatim dissipatos aggrederentur.

Castrāmētor, pen. prod. Castra loco, siue pono. {חנה *chanáh.* στρατοπεδεύω. GALL. Camper, asseoir le camp. ITAL. *Accampare, allendare.* GER. Das lager schlahen. HIS. *Assental real.* ANG. *To pitch the camp.*} *Liu. 9. ab Vrbe.* Eo Consules cum valido exercitu venerunt: & primo circa saltus, quum vtrinque ad hostem iniqua via esset, cunctati, castra metatique sunt.

Castrēnsis, & hoc castrense, quod ad castra pertinet. {τοῦ στρατοπέδου. GALL. Du camp, des apartenances du camp. ITA. *Cosa di campo.* GE. Das zu dem lager gehöre. HISP. *Cosa de real ò de la hueste.* ANG. *Pertening to the campe.*} Vnde Castrenses vigiliæ, quæ castris disponuntur. [Castrensis sella, *Suet. in Galb. c. 8.* Castrenses ludi. *Suet. in Tiber. cap. 72.*] ¶Castrense peculium, est quod à parentibus vel cognatis in militia agenti donatum est: vel quod ipse filiusfamilias in militia acquisiuit: quod, nisi militaret, non acquisiturus fuisset. ¶Et Castrensia bona dicuntur, quæ licet in militia filiofamiliàs non acquiruntur, ita tamen fiunt ipsius ac si acquisita in militia fuissent: vt sunt ea quæ ex officinis acquiruntur. ¶Ordo castrensis, qui in castris seruatur pro vniuscuiusque officio. Milites enim Centurioni parebant, Centuriones Tribuno, Tribunus Legato, Legatus Consuli, & Magister equitum Dictatori.

CASTRVM NOVVM, Italiæ oppidum est, non procul ab ostiis Tyberis; apud *Pomp. lib. 2. & Plin. lib. 3. cap. 5.* Vulgò *Corneto.* [*Germa.* Ein statt in Italia nahe bey der Tyber außlauff gelegen / heßit jetz Corneto.]

Castŭla, læ, Palliolum quo puellę nudæ infra papillas pręcingebantur. *Varro,* Castulam mulier sumpserat pro succula. Hæc & στεζάριον, & Pręcinctorium appellatur.

CASTVLONES, Populi sunt Hispaniæ in conuentu Carthaginiensi, *apud Plin. li. 3. c. 3.* Quorum oppidum Castalon in Bætica est regione ad Anam fluuium. Vulgo *Castona la vieja.*

Castŭs, a, um, [à carendo: [Purus, continens, & à libidinis labe immunis. {טהור *tahór* נקי *nakí.* ἁγνός, σώφρων. GALL. Chaste, qui n'est point corrompu. ITA. *Casto, immaculato* GER. Keusch/rein. HIS. *Casto ò religioso.* AN. *Chast, not corrupted, not defloured.*} *Plaut. in Pœnul.* Eo sumus gnatæ genere, vt deceat nos esse à culpa castas. [Et Veneris casto collocat in gremio. *Catul. de Com. Beren.* Procurrit casto Virginis è gremio (mąsum.) *Catul. ad Ortalum.* castos perpetua seruant vnanimitate focos. *Ouid. Eleg. 2. lib. 4. Triſt.* *Virg. 2. Georg.* Casta pudicitiam seruat domus. Vnde dicimus vxorem castam & castum cantum, in quo nihil est lasciuiæ: & castam manum, quæ se ab alienis continet. ¶Item pro pio & religioso. *Virg. 5. Æneid.* Quique sacerdotes casti, dum vita maneret. **Vbi Seruius,* Casti dum vita maneret, Id est qui fuerunt casti dum in communione vitæ versarentur. Nam hi qui sacra maxima accipiebant, renuntiabant omnibus rebus, nec vlla in his nisi numinũ cura remanebat. Herbis etiam quibusdam emasculabantur: vnde iam coire non poterant. [Castissimus: Castissimi sermonis homo (de Cæsare) *Gell. c. 8 lib. 19.*]

Cāstŭs, huius castus, per quartam declinationem, castitas. {ANGL. *Chastenesse.*} *Varr.* Et religiones & castus id possunt, vt ex periculo eripiant nostro.

Castē, castiùs, castissimè, Pudicè, continenter, abstinenter. {ἁγνῶς GALL. Chastement, purement. ITAL. & HISP. *Castamente.* GERMA. Keuschlich züchtiglich. ANGL. *Chastelie, without corruption oft his bodie.*} *Cic. pro lege Manil.* Caste, integréque versatus est labor meus in priuatorum periculis. *Idem de Arusp. respon.* Quod quum Deiotarus religione sua castissimè tueretur. [Castè se habere. *Gell. cap. 11. lib 15.*]

Cāstĭtās, Castimonia, virginitas. {טהרה *tahoráh* נקיון *nikkajón.* σώφρων, ἁγνότης. GAL. Chasteté. ITA. *Castitade, pudicitia.* GERM. Keuschheit/reinigkeit/zucht. HISP. *Castidad.* ANG. *Chastitie, singlenesse of life.*} *Cic. 2. de leg.* Et colendæ virgines præsint, vt adiungiletur facilius ad custodiam ignis, & sentiant mulieres in natura fœminarum omnem castitatem pari. [*Suet. in August. c. 71.* Castitate refutare infamiam impudicitiæ.]

Castimōnĭa, Castitudo, castitas. ἁγνότης, *Liu. lib. 9. belli Macedon.* Decem dierum castimonia opus esse. *Accius,* Ibi fas, ibi cunctam antiquam castitudinem.

Castĭfĭcus, a, um, ἁγνευτικός. *Seneca in Hippol* Expelle facinus mente castifica horridum, id est, quæ te castum faciat.

CASVENTILLANI, Italiæ populi in sexta regione, *apud Plin. libr. 31. capite 14.*

CASVENTVM, Fluuius est in sinu Tarentino, *apud Plin. lib. 3. c. 11.*

CASVRGIS, *Ptol. lib 2 c. 11.* Oppidum est in Septentrionali parte Germaniæ. Quidam longitudinis & latitudinis coniectura ducti arbitrantur idem esse cum Praga, Boëmiæ totius capite.

CASVS, *Vide* Casus.

CATHABANES, Populi sunt Arabię desertę, *apud Plin. lib. 5. c. 11.* quorum meminit & *Strab. li. 16.* quos tamen Catabanenses vocat.

Cătăbasis, κατάβασις, Inferior solis meatus, vel descensus.

CATĂBĀTHMVS, κατάβαθμος, Vallis est & oppidum in finibus Cyrenaicę regionis, ea in parte qua Cyrenaica à Mareotide dirimitur. LXXXVI. M. passuum à Parætonio distans. Catabathmi autem à re ipsa nomen accepit, eo quòd ea in parte, qua Mareotidem contingit, admodum declivis sit, quódque nonnisi præcipiti descensu adeatur. Nam καταβαίνειν, descendere est: vnde κατάβασις & καταβαθμός, idem quod descensus. *Plin. li. 5. c. 5.* Finis Cyrenaicus Catabathmus appellatur, oppidum, & vallis repentè conuexa.

CATACECAVMENE, κατακεκαυμένη, Mæoniæ regio, non procul ab Epheso, arboribus carens, vite excepta, quæ generosissimum fert vinum, quod κατακεκαυμένον appellant. *Vide Strab. l. 13.*

CATACETI, Asiæ populi, circa Mœotin, *vt docet Plin. l. 6. c. 7.*

Cătachrēsis, pen. prod. κατάχρησις, Tropus, quem nos Abusionem vel Vsurpationem dicimus, quum alienis abutimur perinde ac propriis, quum propria deficiunt: vt, quum piscinam dicimus pro natatione, in qua nulli sunt pisces. Simile est illud, Faciésque simillima lauro: nam Facies propriè hominis est. Dicta Catachtesis παρὰ τὸ κατάχρῆσθαι, quod est abuti.

Cătaclistă, {καταπλαστὶς. ANGL. *A garment close rounde about, as a frocke, &c.*} Vestis vndique clausa: dicta à verbo κατακλείω, id est vndique claudo.

Cătaclўsmus, {מבול *mabbúl.* κατακλυσμός. GAL. Deluge d'eau. IT. *Diluuio.* GERM. Ein grosser wasserguss wie der sindflut. HIS. *Diluuio, roboßadura.* AN. *A deluge a fruddе.*} Diluuium & inundatio dicitur. *Varro 3. de Re ruſt. cap. 1.* Thebæ, quæ ante cataclysmum Ogygi conditæ dicuntur. Frequens est cataclysmi mentio apud veteres philosophos. Illi enim magnum quendam annum imaginabantur, cuius hyems esset Cataclysmus, Ecpyrosis verò æstas.

Cătacrĭsis, {דין משפט *mischphál.* κατάκρισις. GALLIC. Condemnation. ITAL. *Condennaggione.* GERMA. Verdamniß HISP *Condenacion.* AN. *Condemnation.*} Condemnatio, decretum, sanctio: à verbo Græco κατακρίνω, quod est condemno, statuo, sancio, *Vtitur hac voce Cicer. in Epist. ad Attic.*

Cătadrŏmus, pen. corr. Decursorium, locus in quo equi decurrunt. {κατάδρομος. GAL. Lice, espace à courir. ITA. *Vn luogo ò piazza da correre.* GER. Ein lauff oder rennplatz. HISP. *Carrera ò lugar donde corren.* AN. *A place to runne horses in.*} κατατρέχω enim decurro. *Sueto. in Ner.* Notissimus eques Romanus elephanto supersedens, per catadromum decurrit, id est, per stadium, in quo equites decurrere solebant imaginario prælio, vt fit sæpe in Gallia, principe spectante: *Licias* vocant. ¶Est etiam, *teste Vitruuio,* machinæ genus hoc nomine, quo architecti vtuntur ad subleuanda vel demittenda onera: quæ apud Iurisconsultos Catadromus χειρὶς vocatur, quasi dicas Decursorium gruis, à figura fortassis, quòd collum haberet extensum more gruis: quales machinas etiam hodie videmus in maritimis emporiis, ad exonerandą nauigia accommodatas, quas etiam hodie *Grues* vocamus. ¶Fuit & alius catadromi vsus, cuius meminit *Iulius Pollux lib. 4. cap. 19.* quum ex sublimi theatri parte per machinam quis dilapsus aliquem rapit, & se cum sursum asportat: vt quum Aurora Memnonem rapiebat, aut Iupiter Ganymedem aut Diana Endymionem. De hoc machinæ genere videntur intelligenda esse verba *Pauli Iurisconsulti, lege penultima de actionibus empti.*

CATADVPI, Æthiopum populi ad nouissimum Nili cataracten, vbi intret occursantes scopulos tanto fragore Nili aquæ ruunt, vt nimia horum vehementia auditus instrumentum vitient, & accolas planè surdos reddant. *Plin. lib 5. cap. 9. de Nilo flumio,* Subinde insulis impactus,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

totidem incitatus irritamentis, postremò inclusus montibus, nec alibi torrentior, vectus aquis properantibus ad locum Æthiopum, qui Catadupi vocantur, nouissimo cataracte inter occurrantes scopulos non fluere immenso fragore creditur, sed ruere. Vulgò *Montes de Nilo.*

Cătăgrăphē, κατα γεαφὴ. Futuræ picturæ delineatio est, quam & descriptionem vocant Latini. ¶ Catagrapha autem in picturis obliquæ imagines dicuntur, ex vno tantùm latere sese ostendentes, *interprete Plin. l.35.c.8.*

CATALAVNVM, *Vide* Cabullinum.

CATALON, *Vide* Orisia.

Cătălēctĭcum metrum, καταλεκτικὸν, Dicitur cui vna tantùm deest syllaba, *vt apud Horatium*, Mea renidet in domo lacunar. Est enim senarium Iambicum perfectũ, vna syllaba minus. Acatalecticum, ἀκατάλεκτον, dicitur, quod legitimo fine clauditur, cuique ad perfectionem nihil deest. vt, Nec fonte labra prolui caballino. Est enim iambicum senarium perfectum.

Cătălēpsis, κατάληψις, Occupatio, comprehensio, cognitio. *Cic. 4. Acad. li. 3. de Finib.* Cognitiones autem, vel si hæc verba aut minus placent, aut minus intelliguntur, καταλήψεις appellemus licet. ¶ Est præterea Catalepsis medicis, affectus cerebri, & potissimùm posteriores eius partis, procedens ab humoribus frigidis, cerebri ventres, præcipuè posteriores, occupantibus, respiratione tamen integra manente, oculisque vt in vigilia apertis.

Cătălŏgus, pen. cor. {מגלה *megħillāh* מספר *misfár* מכסה *miehsáh.* κατάλογος. GAL. Vne rolle ou rollet. ITA. *Catalogo, tauola.* GERMAN. Ein register/ein rodel. HISP. *Matricula do se escriuen muchos.* ANGL. *A roll or bill of names.*} Sermo vel scriptura quæ numerum, vel ordinem recenset. *Plaut. in Milite*, Si minus cum cura, aut catalogo loquendi lectum siet. ¶ Vltra catalogum viuit, ὑπὲρ τὸν κατάλογον ζῇ. De eo dicebatur, qui multum ætatis viueret, vt iam præscriptum illum annorum numerum præteriisse videretur. Est ni fallor, *apud Lucianum. Refertur à Suida.*

Cătămīdĭārĕ, Verbum Græcum est, ad Latinam declinationem deflexum, quo labescente iam tum linguæ Latinæ puritate, nonnulli vsi sunt pro deridere. {καταμειδιᾶν. GAL. Infamer quelqu'vn publiquemẽt. IT. *Beffare, dileggiare.* GER. Einem ein offne schand/spott/oder schmach an thun. HI. *Poner ala verguença.* AN. *Vo mock, to scorne, to diffame.*} *Spartianus de constitutionibus Adriani loquens*, Decoctores bonorum suorũ, si suæ authoritatis essent, catamidiari in amphitheatro, & dimitti iussit, i. deridendos omnibus per theatrum præberi, à Græco καταμειδιᾶν, quod deridere & ludibrio habere significat. Vnde id propemodũ ludibrij genus esse suspicor, quo polygami afficiuntur, i. qui multis vxoribus abuntuntur, quum mitellari in scalario suggestu lasciuientis plebeculæ scurrilitates obaudire perfricta fronte ad aliquot horas cogũtur: *mitrare* id appellant: Cui non dissimile est illud, quod Traducere Latinè dicitur. *Budæus.*

Catămītus, pen. pro. Fuer meritorius. קדש *kadhésch.* πόρνος, μισθὸν. Græci mercedẽ dicunt, quasi κατὰ μισθὸν, i pro pretio *Cic. in Philip.* O hominem nequam? quid enim aliud dicam? magis proprie nihil possum dicere. Ergo vt te catamitum nec inopinatò quum ostendisses, præter spem mulier aspiceret. *Ausonius*, aut Iouis Elysij tu catamitus eris. {*Pl. Men. sc. 2 a. 1.* Vbi Aquila Catamitum rapuit.}

CĂTĂNĂ, pen. cor. κατάνη *Stephano* Siciliæ oppidum, ad radicem Ætnæ montis situm, patria Charondæ, inter Athenienses legislatores in primis celebrati. GER. ein statt in Sicilien vnden am berg Aetna gelegen/ heisst jetz Catania.} Catanæ simulachrum fuit Cereris. *teste Cic. 7. Verr.* quod a viro non modò tangi, sed ne aspici quidem fas erat. Legitur & Catina per tertiam vocalem in secunda syllaba. *Silius l. 13.* Tum Catina ardenti nimium vicina Typhœo. Vulgo *Catania.*

Catunance. κατανάγκη *Dioscoridi*, Herba est, qua ad amorum veneficia Thessalæ mulieres vtebantur: vnde & Thessalam herbam nonnulli appellarunt. ¶ Gesneri iudicio, limonium veterum. Eius duo sunt genera. Alterum folia habet longa, cornicis pedi similia, radicem gracilem, iunceámque: capitula autem sex aut septem: in quibus eruo simile semen est, quod quum siccatur, ad speciem vnguium exanimati mihi contrahitur. Alterum exigui mali magnitudinem habet, radicem autem exiguam, oliuæ magnitudine: folia autem figura coloréque oleaginis similia. Posterius hoc genus Officinæ *Bistortam* appellarunt: nam superius Herbariis nostris est incognitum.

Catangelos, Rubus *apud Dioscor. l. 4. c. 147.*

CATAONIA κατανονία, Cappadociæ pars Gomagenæ prætenta, Haly amne irrigata. *Autor Plin. l. 6. c. 2. & 3.*

CATANIRA, κατάνειρα, τὰ. Insula vel vrbs è regione Lesbi. *Steph.*

CATANNI, κατανοὶ, Populi ad mare Caspium. *Steph.*

Cataphysis. κατάφυσις. Herba est peculiaris, quæ Psyllion Dioscoridi dicitur. Est autem ex iis nomenclaturis, quæ veluti nothæ à doctioribus ex *Dioscoride* abiectæ sunt.

Cătăphrăctus. {חמוש *chamúsch.* καταφρακτος. GAL. Gendarme arme de toutes pieces. ITA. *Armato d' ogni parte.* GER. Allenthalben mit wehr vnd waffen wol bewart/ein furisser. HIS. *Hombre armada de todo.* AN. *A man of warre armed on all partes.*} Vndique munitus, à verbo Græco καταφράσσω, quod est obsepio, & munio. Vnde Cataphractæ naues dicuntur, quas nos constratas, aut tectas dicimus. *Serv. 11 Æn.* Cataphracti equites. & equites, qui & ferro muniti sũt & equos similiter ita munitos habent. *Sallustius*, Et sequebantur equites cataphracti. ¶ Est etiam Cataphracta, καταφράκτη, lorica, siue thorax militaris. Vnde *Vegetius* scribit exercitũ Romanum pedestrem cataphractis & galeis fuisse munitum. *Et Liu. li. 37.* Pedites loricatos cataphractos vocat. [*Idem li. 5. d. 4.* Equites loricatos cataphractos vocat.]

Cătaphractārĭi, qui cataphractis muniti sunt. *Lampr. de Alexandro*, Cataphractarios, quos illi clibanarios vocant, decem millia in bello interemimus.

CATAPHRYGAE, Hæretici qui in Phrygia fuerunt, vt Montanus, Priscilla, & Maximulla. Hi spiritus sancti donum non Apostolis, sed sibi traditum asserebant.

Cătaplăsma, atis. {κατάπλασμα. GAL. Emplastre. IT. *Empiastro.* GERMA. ein pflaster. HIS. *Empiastro.* AN. *A plaister made of grene hearbes.*} Malagma quod constat ex floribus, eorúmque furculis, & axungia. *Pli. l. 20. c. 16.* Dalion herbarius parturientibus ex eo cataplasma imposuit cum opio.

Cătăpotĭă, {κατάποσις. GALL. Pillules & autres medecines qu'on aualle sans mascher. ITA. *Pilole.* GERM. pillulen/oder andere artzney die man isst oder trinckt. HISP. *Píldoras que se tragan.* AN. *Pilles.*} Pilulæ dicuntur, ἀπὸ τῦ καταπίνειν, est deuorare, vel bibere proprie: quoniam neque editur, neque lingitur id genus, sed deuoratur. *Plinius. lib. 26. c 8.* Est & semen in vsu cum melle decoctum ad cataporia, soluendæ aluigratia.

Catapsyxis, Cicuta *apud Dioscor li. 4. c. 8.*

Cătăpultārĭum, {מחי *mechi.* καταπέλτης. ANGL. *A sling, engin of warre to cast stones or dartes.*} Machina bellica, qua tela, aut saxa excuti solent. *Plaut. in Curc.* [*Sc. 3. a. 5.*] Atque ita te neruo torquebo, vt catapultæ solent. *Cæsar. I. Bell. Ciuil.* Centones insuper iniecerunt, ne aut tela tormentis emissa tabulationem perfringerent, aut saxa ex catapultis latericium discuterent. [Cubitus Catapulta est mihi. *Plaut. Sc. 1. a. 4. & Curc sc. 1. a. 2.*]

Cătăpultārĭum pilum, hac est, sagitta, siue iaculum, quod catapulta emittitur. *Plaut. Curc.* Ex te hodie faciam catapultarium.

Cătaractă, siue Cataractes, siue etiã geminato r, Catarracta, vel Catarractes. {ארנה *arubbáh.* καταῤῥάκτης, ἡ καταῤῥάκτης. ANG. *A damme or sludgate.*} Locus est abruptus, & præceps in flumine, vnde aqua ruit potiùs, quàm fluit. *Plin. li. 5. cap 9. de Nilo flumine*, Vectus aquis properantibus ad locum Æthiopum, qui Catadupi vocantur, nouissimo cataracte inter occurrantes scopulos, non fluere immenso fragore creditur, sed ruere. Cataractæ à verbo καταῤῥάσσω, siue καταῤῥήγνυμι, quod inter cetera significat, cum impetu decido. Dicuntur item Cataractæ portę quædam ex funibus aut catenis pendentes, quæ attolli, & demitti possunt, cuiusmodi in vrbium portis videmus, ad hostium irruptionem propulsandam accommodatas: item in fluminibus quibusdam emittendæ, vel retinendæ aquæ idoneas. {G. La herse ou le gril de la porte d'vne ville qu'on monte & laisse-on choir quãd on veut. IT. *Le saracinesse delle porte: Le cataratte che se tiranno (o quando si dà l'acqua à i mulini) ò à i prati.* GER. ein schutzgatter den man aufziecht vnd hinab lesst. HIS. *La compuerta de la ciudad ò fortaleza.* L'ui. Pendulas & recidenteis portas cataractas. *Idem*, Porta cataracta dejecta clausa erat: eam partim vectibus leuant: partim funibus subducunt in tantum alti tudinis, vt subire recti possent. ¶ Est item Catarractes, Pamphyliæ fluuius post Olbium, ita dictus, quòd magno cum impetu defluat. *Strab. li. 14.* Post Olbiam est qui Catarractes appellatur, amnis magnus, & torrentis more rapidus ab alta petra descendens, adeò vt longissimè strepitus exaudiatur. *Meminit huius fluuij & Pomponius Mela l. 1. in descriptione Pamphyliæ.* Sunt præterea Cataractæ, aues quædam fulicis similes, sed dentatæ, oculósque habentes coloris ignei, cætero corpore candido, quæ nusquam terrarum apparent, nisi in insula Apuleiæ adiacenti, Diomedis tumulo nobili: vbi & aduenas Barbaros clangore infestant. Græcis tantum adulantur miro discrimine, veluti generi Diomedis hoc tribuentes. *Vide plura de iis apud Plin. libro 10. capite 44.*

CATARI, Pannoniæ populi sunt. *Plin li. 4. c. 25.*

CATARNIA (quod corruptè hic legebatur) *Vide* CATAONIA.

Cătharrŭs, Fluxus, destillatio. {καταῤῥοος, εους. GALLIC. Reume catharre. IT. *Catarro, fessa, discesa.* GE. ein innwendiger fluss des haupts so in dem schlund abhin fallt. H. *Romadizo.* A. *Destillatio of humours into the throat, the catarrhe.*} Differt à Coryza, & Brancho: κόρυζα enim dicitur, quum pituita nares tantùm obsidet, Gruaedo Latinè dicta: Catharrus verò, quum fauces, palatúmque: at βράγχος quum & guttur, & arteria corripitur. ob id & Arterícum quandoque id vitium appellant. Omnia hęc tamen Hippocrates Coryzas vocat, nostri Destillationes, quia Græcè καταῤῥεύματα nominantur in commune. Dictus est autem Catharrus à καταῤῥέω, defluo, destillo.

Cătărrhȳtus, pen. co. {רוה *ravéh.* καταῤῥυτος. GA. Baigné, arrousé. IT. *Bagnato, acquoso.* GE. Gewässeret/befeuchtiget. HI. *Regado.* AN. *Vvat tered, moiste.*} Latinè Irriguus, à verbo Græco καταῤῥέω. Vnde etiam *Pli. l. 5. c. 4.* Hipponem Africæ oppidum Catarrhytum vocatum fuisse tradit propter aquarum irrigua.

Cătălcŏpĭum, {καταρκόπιον. GALLIC. Vn brigantin, petit nauire pour espier & descouurir pays. ITAL. *Fregata.* GERMA. ein spätz schifflin. HIS. *Naue para atalayar.* ANG. *A brigantine, or barke.*} Genus nauigii exploratorij, quod circunquaque speculetur. *Cic. ad Attic.* Rhodiorum, & dicrota Mitylenæorum habebam, & aliud καταρκόπιον. [*Ilegend. Gell. c. 25 l. 10.*]

Cătascŏpus. {מרגל *meraghghél.* κατάσκοπος. GAL. Espie, espion. ITAL. *Spia, spione.* GER. ein auspäher. HISP. *Atalaya, varon que atalaya.* ANG. *An espier.*} Latinè speculator. Est enim σκοπεῖν speculari.

Cătastă. {τὰ βάθρα. ANG. *A cage or sell to punish bond men in.*} *Lucian.* Locus erat vbi venales serui exponebantur, à καθίστημι verbo Græco, quod significat statuo, *Tibul. lib. 2. Eleg. 3.*

Nota loquor, regnum ipse tenet, quem sæpe coegit
Barbara gypsatos ferre catasta pedes.

¶ Est & Catasta machina lignea, longæ & magnæ compedis forma, qua serui vincti tenebantur. *Plin. lib. 35. cap. 18.* Talem in catasta videre Chrysogonum Syllæ.

Cătăstrōma, pen. prod. {κατάστρωμα. ANGL. *Hatches or decks in a shippe where, men stand to feight.*} Nauis partem significat per quam nautæ discurrunt. Latini Transtra vocant.

Cătăstrŏphē, {κατατροφὴ. ANG. *A subuersion.*} Latinè subuersio, volumen, ἀπὸ τῦ στρέφειν, id est, à conuertendo. Vnde etiam extrema pars fabulæ, κατατροφὴ appellatur, quòd in ea res turbulentæ in lætum conuertantur exitum, vt in Comœdiis fieri solet: aut contrà quòd res lætæ tristem sortiantur exitum, vt in Tragœdiis.

¶ Transumitur etiam pro cuiusuis rei exitu, & pro ipsa etiam morte ponitur, quæ est extremus nostræ vitæ actus. {ANG. *The end of an enterprise, the end of any thing.*}

Cătătўpōsis. κατατύπωσις. Figura est, quæ fit quum aliquid ad typum, hoc est formam alterius describitur: *vt apud Virgil. lib. 4. Æn.*

Omnia Mercurio similis, vocémque colorémque,
Et crines flauos, & membra decora iuuentæ.

Catax, à Veteribus dictus est, *teste Festo*, qui hodie Claudus. Nonius antiquè

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tiquè cataceм dici teſtatur, quem nunc caxonem, eámque in rem citat *Luc. Satyr. lib. 2.* Hoſtilibus contra peſtem perniciemque catax, quam & Manlius nobis.

CATAXERXEN, *Vide* Cambyſen.

CATHAENA, κάθαινα, Vrbs Indica, vbi formoſis tantum defertur, vt formoſiſſimum regem eligant. *Steph.*

CATHALAVNVM, Vrbs Galliæ Belgicæ, vulgò *Chaalons.*

CATHAREVS, *Vide* Caphareus.

CATHALVSIVS, Καταλύσιος, Nicanor nominatur *apud Stephanum* in Mieza.

Cătēchēsĭs, pen. prod. {חנוך *chinnúkh.* κατήχησις.} Dicitur inſtitutio rerum ſacrarum, quæ viua voce tradi ſolet iis qui ſacris myſteriis initiabantur. Nam Ægyptij theologi (à quibus hic ritus fluxiſſe creditur) nefas arbitrabantur arcana ſuæ religionis ſcripto committere: factúſque illis viſum eſt, eos qui illorum myſteriis vellent initiari, viua voce inſtitui, & ita religionis ſuæ cæremonias veluti per manus ad poſteros propagari. Ad hunc etiam modum in primitiua Eccleſia, qui ad Baptiſmum admitti cupiebant, prius fidei Chriſtianæ myſteria ab Apoſtolis viua voce accipiebant. Huiuſmodi inſtitutionis genus κατήχησιν appellabant, ὅτι τῷ κατηχεῖν, quod eſt viua voce inſtruere. Illi autem qui ad hunc modum ſacris myſteriis initiabantur, κατηχούμενοι dicebantur.

Cătēchūmēnŭs, pe. corr. {חנוך *chanúkh.* κατηχούμενος.} Qui ſacris nondum eſt initiatus, ſed adhuc imbuitur elementis religionis necdum ad ſacra ſpectanda introductus: cui myſteria fidei viuę vocis miniſterio concredebantur. *Eud.*

Cătēgŏrēmătă, κατηγορήματα, Prędicamenta. *Cic. 4. Tuſc.* Diſtinguitur illud etiam, vt libido ſit earum rerum, quæ dicuntur de quodam, aut de quibuſdam, quæ κατηγορήματα Dialectici appellant: vt Habere diuitias, Capere honores,

Cătēgŏrĭă, {שטנה *ſitnáh.* κατηγορία, ας. GAL. Accuſation. ITAL *Accuſa.* GERM. Anklagung. HISP *Accuſacion.* AN. *Accuſacion or accuſing.*} Accuſatio, à κατηγορία, Accuſo: vnde & κατήγορος, Accuſator. ¶ Categor ę ſiue Categoremata Ariſtoteli dicuntur Prædicamenta. Quin & pontifices nonnullæ quędam à Dialecticis Categoriæ nominantur, quas prædicatorias Latinè dicere poſſumus: à κατηγορεῖν, prędicare. Sunt autem decem prędicamenta circa quæ verſari videtur omnis quæſtio, πόσα, id eſt, eſſentia, Qualitas, Quantitas, Ad aliquid, Agere, Pati, Vbi, Quando, Situs, & Habitus. Appellatas verò Categorias conſtat (*vt inquit Auguſtinus in Dial.*) propterea quòd non poſſunt niſi à ſubiectis agnoſci. Quis enim quid ſit homo poſſit agnoſcere, niſi ſibi hominem ponat ante oculos, quaſi ſubiectum homini?

[Cateiæ, Iacula ſiue tela, apud *Gell. c. 10. l. 25.*]

Cătēllă, diminutiuum à catena, *Vide* CATENA.

Cătēllŭs, *Vide* CATVLVS.

Cătēnă. Vinculum eſt ferreum, quo vel ſeruos, vel captiuos, vel animalia irretimus, ne effugiant. {רתוק *rattúk.* σίδηρος. GALL. Chaine. IT. *Catena.* GERM. Ein ketten. HI. *Cadena hecha de eſtacones.* ANG. *A chaine.*} Ita dicta, quod ſe capiendo teneat, quia in ea anulus anulum capit. *Liu. 1. ab Vrbe,* Iniectæ Turno catenæ. *Cic. 7. Ver.* Iſte hominibus miſeris, innocentibúſque iniici catenas imperat. Tranſumitur etiam ad incorpora. *Sen. ad Luc.* Vna eſt catena quæ nos alligatos tenet, amor vitæ. *Cic. pro Seſtio,* Hăc terram immanémque belluam vinctam auſpiciis alligatam more maiorum, conſtrictam legum ſacrarum catenis, ſoluit ſubito legum cura Conſul. &c. [Catena omnes alligati ſumus, Alij aurea & laxa, &c. *Sen. c. 10. de tranq* His indite catenas, ſingularias, &c. *Plaut. Capt. ſc. 2. a. 1.* Homines captiuos qui catenis vinciunt. *P aut. Men ſc. 1. a.* 1. Aut ſe è catenis eximunt aliquo modo *Plaut. Men. ſc. 1. a.* 1. O catenarum colone. *Plaut. Aſin. ſc. 2. a. 2.*]

Cătēnātŭs, a, um, {רתוק *rattúk* אסור *aſúr.* πεδότης. GALL. Enchainé. ITA. *Catenato.* GE. An ein ketten gebunden. HI. *Encadenado.* AN. *Bound with a chaine.*} *Cal. ad Cic.* Vellem quidem venere prognatus tantum animi habuiſſet in veſtro Domitio, quantum ipſe catenatus in hoc habuit. *Mart. lib. 7.* Nulla catenatis pila eſt præcincta lagenis. * Catenatus ianitor, Portæ adiacens canis. *Columel. in præfat.* ¶ Catenati labores, per tranſlationem, hoc eſt, ſeſe viciſſim ſequentes. *Mart. li. 1.* Expectant curæque, catenatique labores.

Cătēnātĭo, Coniunctio, & ſtricta arctatio. {מחברת *machbêreth.* δεσμότης, συζυγία. GALLI. Coniunction, liaiſon. IT. *Congiontione, ligamento.* GER. Ein zuſamenfug/ein nut. HISPA. *Encadenamiento de cadenas, atadura.* ANGL. *Binding or faſtening with a chaine.*} *Vitru. lib. 2. cap. 9.* Et in commiſſuris, & in coagmentationibus ab lentitudine firma recipiunt catenationes.

Cătēnārĭŭs, a, um, Qui catena ligatus eſt, {ἁλυσιδέτος, δεσμώτης. ANG. *Faſtened with a chaine.*} *Senec lib. 3. de Ira,* Iraſceris catenario cani, & hic, quum multum latrauit, obiecto cibo manſueſcit. Canis catenarius, qui ad fores domus alligatur cauſa cuſtodiæ.

Cătēnŭlă, diminutiuum à catena. {ἁλυσείδιον. GA. Chainette, petite chaine. IT. *Catenella.* GE. Ein kettenſe. HIS. *Cadenille ò pequeña cadena.* AN. *A litle chaine.*}

Cătēllă, vel Catellum, aliud diminutiuum, κάλυσον. *Liu. 9. bel. Mace.* Quintius alter Prætor ſuos equites catellis & fibulis donauit. *Plan. Cur.* Delicatum te hodie faciam, cum catello vt accubes Ferreo. *Horat. 1. epiſt.* Nota refert meretricis acumina, ſæpe catellam, Sæpe periſcelidem raptam ſibi flentis.

Cătēruă. Propriè Gallorum legio. {גדוד *ghedhudh.* τάγμα. GAL. Vne bande de gendarmes, vne multitudine de gens. ITA. *Compania.* GER. Ein ſchar kriegsleutten. HIS. *Compana* ANG. *A band or companie of men of warre, or other folkes, a route.*} ſicut Phalanx Macedonum: eáque certo numero conſtabat. Nam autore *Veget. lib. 2. c. 2.* in caterua erant ſena militum millia. *Horat. 1. epiſt.* Dum ſt giunt equitum turmæ peditúmque cateruæ. Plerunque tamen pro quauis multitudine ſumitur. *Cic. 1. Tuſcul.* Cateruæ contradicentium. *Idem pro Muran.* Poſthumius obuiam cum bene magna caterua ſua venit *Virg. 2. Æneid.* Magna comitante caterua.

Cătēruātĭm, aduerb. Per cateruas. {ἰλαδόν. GAL. Par bandes. IT. *In frotta.* GER. Scharechtig/von ſchar zu ſchar. HIS. *De compana en compana* AN. *By bandes and multitudes, by routes.*} *Plin. lib. 10. c. 24,* Sturnorum generi proprium cateruatim volare. *Liu. bel. Pun. 3.* Iam primi conſeruerant manus, quum alij cateruatim currerent. GALLI. Par bandes. *Col. lib. 3. c. 19.* Sed illud etiam dicendum eſt, an plurium generum vites habendæ ſint, eæque ſeparatæ, & diſtinctæ ſpecialiter, an confuſæ & miſtæ cateruatim.

Căthārmătă, {חטאת *chatáth.* καθάρματα.} Hoſtiæ, quæ pro peſte, alióve morbo expiando immolabantur diis. Romani Piacula vocabant. ¶ Erat autem interdum hoſtia humana, interdum ex brutorum genere, in cuius caput mala omnia, quæ ciuitati imminebant, ſeſe credebant auertere.

Căthārtĭcŭs, a, um, Latinè purgatorius. {מנקה *menakkéh.* καθαρτικός. GA. Purgatif. ITA. *Purgatoio.* GER. Das reiniget oder purgiert. HIS. *Purga para purgar.* ANG. *Purgatiue, that cleanſeth.*} Vnde Medicamentum catharticum dici poteſt, quod nos Purgationem vocamus. *Celſ. li. 2. c.* Sed medicamenta ſtomachum ferè lædunt: ideóque omnibus catharticis alo: miſcenda eſt.

Căthēdra, dræ, {מושב *moſchâb.* καθέδρα. GAL. Vne chaire, vn ſiege. ITA. *Sedia* GE. Ein ſtul/ein hoher ſitz/ab welchem man liſet oder prediget. HIS. *Cathedra ò ſilla.* ANGL. *A chaire.*} Propriè eſt ſella ſublimior profeſſorum, recitatorum, aut declamatorum. *Mart. lib. 11.* De cathedra quoties ſurgis. *Inuen.* Cuius apud molles minima eſt iactura cathedras. *Horat. 1. Serm. Sat. 10.* Diſcipulorum inter iubeo plorare cathedras.

Căthēdrārĭos Philoſophos vocat *Seneca,* vmbratiles illos, quibus ſatis eſt de virtute in cathedris garrire. *ei ὅτι καθέδρας φιλόσοφοι.*

Căthēdrālĭtĭj, orum: vt, Cathedralitij ſerui, qui in cathedra herum deferuntur: *οἱ βαστάζοντες τὸν κύριον ἐπιφερόμενοι τῆς καθέδρας. Martial.*

Quum cathedralitios portet tibi rheda miniſtros,
Et Libys in longo puluere ſudet eques.

Căthŏlĭcŭs, {καθολικός. GAL. Vniuerſel. ITAL. *Catholico, vniuerſale.* GE. Allgemein. HIS. *Vniuerſal.* AN. *General, vniuerſall.*} Dici poteſt vniuerſalis, quaſi circa omnia verſetur. ſit enim ex κατ', id eſt, circa, & ὅλον totum. ¶ Inde etiam Catholicon medicamentum, quod omnibus humoribus ſimul vacuandis vtile eſt. Item præcepta vniuerſalia, vel perpetua, catholica vocant, *ait Quint. lib. 2. c. 13.*

CATHI, pro Germaniæ populis, *Lege* CHATTI.

CATHON, Inſula à Pomponio inter Cycladas numerata, à *Plin.* tamen præterita, niſi quis Cothonem, quam *Plin.* in Laconico ſinu eſſe ait, intelligere velit. *Ex Vadiano.*

CATI FONS, Dicebatur ex quo aqua Petronia in Tiberim fluebat, quia in agro erat cuiuſdam Cati. *Autor Feſtus.*

CĀTĪLĪNĂ, Ciuis Romanus fuit, coniuratione contra patriam initā notiſſimus: cuius impij conatus Ciceronis prudentia oppreſſi ſunt. GERM. Ein burger zů Rom/der wider die ſtatt ein verrāterey angerichtet hat/welche durch Ciceronem entdeckt ward. *Lucanus lib. 7.* Pacificas fœuus ſenſit Catilina ſecures. *Vide Salluſtium de bello Catilinario.* [& *Plut. in Sylla.*]

Cătīllus, Catillones, Catillatio Catillo. *Vide* CATINVS.

CATILLVS, Filius fuit Amphiarai, qui cum fratribus Cora & Tiburto in Italiam venit, ibique reliquis adiuuantibus Tibur condidit, & à nomine fratris nomen impoſuit. *Virgil. 7. Æn.* Catillúſq. acerque Coras, Argiua iuuentus. *Silius l. 8.* & Tibur Catille tuum. In emendationibus tamen Virgilij exemplaribus Catyllus legitur per y.

*CATINA, næ, vel Catine, es, pen. cor. κάτινα, Vrbs Siciliæ. *Silius l. 13.* Tum Catine nimium ardenti vicina Typhæo. *Strabo tamen, Diodorus & Ptolemæus,* non Catinam ſed Catanum ſcribunt: vnde Catanæus Charundas.

Cătīnŭs, pen. prod. quod. & Catinum dicitur, vas immenſum eſcarium, in quo pultem aut iurulenti quid ponebant, à capiendo appellatum. {כברה *kebárah* τρυβλίον. GALL. Vn plat ou eſcuelle. ITAL. *Catino, conca.* GERM. ein napf/ein groſſe blatten oder ſchuſſel. HISPA. *Plato, ò eſcudilla.* ANG. *dushe ò plate.*} *Perſius Sat. 3.* poſtum eſt algente catino Durum olus, & populi cribro decuſſa farina. [In Catino vitreo. *Sueto. in Galb. capit. 18.*] ¶ Catinus item dicebatur vas, in quo metalla purgabantur. *Plin. lib. 33. c. 44.* Quæ è catino iactatur ſpurcitia, in omni metallo vocatur ſcoria. ¶ A Catinus fit diminutiuum Catillus: à Catinum Catillum, vel Catinulum. πινάκιδιον. *Col. lib. 12. c. 57.* Hanc miſturam quum in catillo compoſueris, oleum ſuperfundito. *Vide Bayſium de Vaſculis.*

Cătīllŭs, ſiue catillum, diminutiuum. {τρυβλίδιον. ANG. *A litle dishe.*} Paruum vas eſcarium. *Colum. lib. 12. c. 57.* Hanc miſturam quum in catillo compoſueris, oleum ſuperfundito. ¶ Eſt etiam pars ſuperior molæ moliendinariæ, ſicut meta pars inferior. {רכב *réchebeeb.* τὸ ὑπερκείμενον. GAL. Le deſſus d'vne meule de moulin. ITA. *Macigno ſorano.* GERMA. Den oberſt theil auf der maſmule. HI. *Muela de encima para moler.* ANG. *The vpper part of à mill.*} *Paulus in l. Quum de lanionis. §. idem conſultus. ff. de fundo inſtructo.*

Cătīnellus, à Catinus, Catinulus, catillus. *Diomedes Grammat. lib. 1.*

Cătīllōnēs, qui catillos lingunt, & pro guloſis accipi ſolent, {λιχνοί, τρυβλία λείχοντες. G. Leche-plats, gourmands, friands. I. *Quelli che loccano i piatti, mangioni, ingordi.* GERM. Blatten vnnd ſchuſſlenſchlecker/freſſig leut. HI. *Golofos, los que lamen los plattos.* ANGL. *Dishlickers.*} Catillones etiam dicebantur lupi Tyberini, inter duos pontes capti, quòd ſtercora circa ripas catillarent, id eſt deuorarent. *Vide Macrob. l. 3. Saturn. c. 16.*

Cătīllo, as, are, Catinos lingo. {λιχνεύω. GAL. Lecher les plats. ITA. *Leccare i piatti.* GE. Blatten ſchlecken. HI. *Lamer los plattos.* ANG. *To lik plates or dishes.*} *Plaumin Caſ.* operam vxoris polliceor foras, quaſi catillatum.

Cătīllātĭo, Graue opprobrium obiiciebatur hominibus generoſis, ſiquis prouincias amicas populi Romani expoliaſſent, quòd eorum bona lingerent. λιχνεία. *Feſtus.*

CATINA, *Vide* Cattinā.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

CATINIA, Vulgò dicitur vrbs Siciliæ, quæ olim Catana.

CATIZI, *teste Plin.lib.4.c.11.* Pygmæi dicti sunt, qui circa Geraniam Thraciæ vrbem inculuerunt, à gruibus (vt creditur) fugati.

CATRE, κάτρη, Ciuitas, gentile Catreus, *Steph.*

CATTABANIA, καττάβανία, vicus, κατωνία, felicis Arabiæ. *Steph.*

CATO, cognomen Porciæ familiæ fuit, qui ex Tusculano municipio ortum traxit: ex quo primus Romam sese contulit M. Porcius Cato, postea Censorius appellatus, persuasione, atque amicitia Valerij Flacci adductus. Hic tribunus militum in Sicilia fuit. Prætor Sardiniam subegit, vbi ab Ennio fuit Græcis literis institutus, quum iam natu grandior esset. Consul deinde cum eodem Flacco creatus citeriorem Hispaniam sortitus est, vbi rebus feliciter gestis, vrbium omnium muros, quæ intra Bætim erant, vno die solo æquari iussit. *Autor Polyb.* Hunc *Plin.lib.7.cap.27.* summis laudibus extollit, absolutum eum imperatorem, Senatorem, & Oratorem appellans. Scripsit librum de Re rust. item alium de Originibus vrbium Latij, & Orationes quasdam. Huius duo fuerunt filii, quorum alter sub Paulo Æmilio magna cum laude in Macedonia militauit. Alter, qui ex nomine matris Saloninus fuit cognominatus patre adhuc superstite, iam prætor designatus, extinctus est, egregijs de iure ciuili voluminibus relictis. *Autor Gel.lib.2.ca.14.* [Catones dicti sunt à sapientia: antea Prisci vocabantur. *Plut.in Cato.Censor.*] ¶ M. Cato Vticensis, M. Porcij nepos fuit, quem & vitę, Stoicęque disciplinę seueritate referebat. Hic nudis interdum pedibus, breuique toga in publicum prodibat, sese adsuefaciens, non nisi turpibus rebus erubescere. Consulatum frustrà petiit, quòd virtuti suæ fidens, populo non nimiũ submissé voluerit supplicare. Martiam coniugem roganti Hortensio amico liberorum causa concessit: eandémque post Hortensij mortem recepit. Id quod Cęsar auaritię causa ab eo factum fuisse, calumniatus est. Dimisit, inquit, inopem, vt locupletem reciperet. Toto ciuilis belli tempore intonsus fuit. Post Pharsalicam pugnam, Vticam sese recepit: réque à Scipione infeliciter gesta, perlecto Platonis de animæ immortalitate Dialogo, qui Phędon inscribitur, necem sibi conscíuit. ¶ Hic tantæ fuit apud populum autoritatis ac fidei, vt de rebus incredibilibus prouerbio diceretur, *vt inquit Plutarchus*, τῶν ὑφ' ἡμῶν Κάτωνος λόγῳ πιθανῶν ἕν, Istud incredibile est, etiamsi dicat Cato. Et orator quidam quum hyperbolicès diceret vni testi non esse credendum, adiecit, Ne Catoni quidem. *Cicer.epist.ad Attic.lib.2.* Quid Cato ille noster qui mihi vnus est pro centum millibus? ¶ Tertius Cato, prouerbialis est ironia in viros, impendio tetricos, atque alienæ vitæ cęsores. *Iuuenal.* habeat iam Roma pudorem: Tertius è cælo cecidit Cato. ¶ Fuit & Cato quidam Grammaticus Syllæ temporibus, cuius meminit Tranquillus.

*Hinc Adiectiuum, Catonianus. *Cic.ad Quint.frat.lib.2.c.10.* Tabulam proscripsit, se familiam Catonianam venditurum.

CATOBLEPAS, κατωβλέπας, Feræ genus est, solis Æthiopibus cognitum, solo visu hominem interficiens. *Plin.libr.8.cap.21.* Est apud Hesperios Æthiopes fons Nigris, Nili, vt plerique existimant, caput. Iuxta hunc fera appellatur Catoblepas, modica alioquin, cæterúmque membris iners, caput tantum prægraue ægrè ferens, ídque deiectum semper in terram: aliàs internecio humani generis: omnibus qui oculos eius videre, confestim expirantibus. De eadem *Plinius libro septimo, capite 1.* apud quem κατωβλέπων dicitur.

CATOCHE, κατοχή, Morbus est veterno similis: ex melancholicis & biliosis humoribus prouenientes, cerebrum occupantibus, perpetuósque sopores inuehentibus. Latini Vigilantem soporem interpretantur. Differt à catalepsi, quòd in ea oculi maneant aperti, in catoche autem claudantur.

CATOCHITES, κατοχίτης, Gemma Corsicæ insulæ, impositam manum velut gummi retinens. *Plin.l.37.c.10.*

CATOCHUS, Detentio seu captio insensibilis animæ cum punctione totius corporis. Species autem huius sunt tres. Vna somniculosa, cui lethargus inest. Alia vigilans, huic adest tetanus. Tertia autem species, quam neque perperam, neque inusitatè Catochon Phreneticon aliquis dixerit. Fit autem ex mistione aggregatio Catochi & phrenetidis, quemadmodum tiphonia, quæ aut lethargus, aut sufocans, aut lethargicus affectus dicitur. *Gal.de definit.* Græcorum medici vetustiores vocauerunt, ἀπὸ τῆ κατέχεσθαι, quod est detineri & occupari: & in eo malo constitutos, κατεχομένους nuncupauerunt. Recentiores verò fœminino genere, sed non dissimili significato, κατοχὴ ἢ κατάληψιν, quasi detentionem & deprehensionem dicat aliquis, nominauerunt. *Paul.l.3.c.20. Vide suprà* Catalepsis.

[Catomium, siue Catonium. *Gell. cap.7.l.16.* Tollet vos Orcus in Catomium.]

CATOGEUM, κατώγαιον, Domicilium subterraneum.

CATONI, Plinio populi sunt Scythiæ, circa Mæotin agentes *libro 6. capite 8.*

CATOPTERION, κατοπτήριον, Locus excelsus supra Anemoriam Phocidis vrbem, vt in Anemoria diximus.

CATOPTROMANTIA, κατοπτρομαντία, Diuinatio quę fit per speculum: *de qua vide infrà in dictione* MAGIA.

CATOPYRITES, κατοπυρίτης, Gemma, quæ ex Cappadocia venit. *Plin.lib.37. cap.10.*

CATORTHOMA, pen.prod. κατόρθωμα. Opus virtutis rectum, *Cic.* Perfectum officium interpretatur, & Rectè factum.

CATORTHOSIS, κατόρθωσις, Recta effectio. κατορθόω, Egregiè cum virtute aliquid facio. *Cic.3.de Finib.* Quæ nos aut recta, aut rectè facta dicemus, si placet, illi autem appellant κατορθώματα, omnes numeros virtutis continent.

CATRIA, *Vide* Ægussa.

CATTI, *Vide* Chatti.

CATTIDERIDES, *Vide* Cassiteros.

CATTVZA, *Vide* Catizi.

CATVLERIA, Porta Romę dicta est, quia non longè ab ea ad placandum Caniculæ sydus, frugibus inimicum, rufæ canes immolabantur, vt fruges flauescentes ad maturitatem perducerentur. *Festus.*

CATVLLVS, Poëta Veronensis, natus anno ante Salustium, Syllæ, Marisque temporibus, in poëmatis cùm lasciuus, tum mordax, quippe qui Cæsari maximo tunc viro minimè pepercit, Iambis eum criminatus: reconciliatus nihilominus, ac eodem die ab eo cœnæ adhibitus est, *vt autor est Tranquillus.* Scripsit de passere suæ Lesbiæ: celebrauit nuptias Mallij: amauit Ipsithillam, & Clodiam, quam ficto nomine Lesbiam vocat. Scripsit & alia multa. Mortuus est Romæ. *Ouid.lib.2.de Tristib.* Sic sua lasciuo cantata est sæpe Catullo Fœmina, &c.

CATVLVS, pen.corr. Propriè significat caniculum, hoc est, minorem, vel iuniorem canem: ab antiquo nomine canus, quod sagacem significat. {גור *ghur.* σκυμνός. GAL. Vn petit chien ou vn petit de quelque autre beste. IT. *Cagno o, piccol cane.* GERM. Ein jung hundlin. HIS. *El cachorro.* AN. *A whelpe.*} *Varro*, Catulus à sagaci sensu & acuto. *Cic.2.de Natura deorum*, Benè igitur idem Chrysippus, qui similitudines adiungens, omnia in perfectis & maturis docet esse meliora: vt in equo, quàm in equulo, in cane, quàm in catulo: in viro, quàm in puero. ¶ Sed ponitur largè pro fœtu omnium animalium, præterquam auium, siue immanium, siue mitium: vnde de colubro *Virgilius*, catulos tectis aut oua relinquens. Et de leonibus *Plinius*, Raptor appropinquante tigridis fremitu, abiicit vnum ex catulis. *Idem*, Simiæ gestant catulos, quos mansuefactæ intra domos peperere. *Idem*, Murium quoque catuli ostentum faciunt. *Idem*, delphinum catulos nominat. Lacertarum quoque & cęterorum serpentium soboles Catuli dicuntur. ¶ Accipitur quandoque Catulus pro ipso cane. *Apuleius*, Catulos secum ducés venaticos atque sagaces.

¶ Interdum pro quodam vinculi genere, quod etiam canis dicitur. *Plaut.* Faciam te delicatum catulo vt accubes ferreo.

CATELLUS, & Catella, diminutiua à Catulus, Paruus canis, vel canicula. {σκυλάκιον. GA. Vn fort petit chien. IT. *Cagnolino, cagnoletto.* GER. Ein gartung hündlin. HI. *Perrillo, ò perro pequeño.* AN. *A little whelpe.*} *Plaut. in Stich.* Tantillum loci, vbi catellus cubet, id mihi sat est loci. *Cic.de diuin.* Erat autem mortuus catellus eo nomine. [Dic me tibi anaticulam, columbam, vel catellum. *Plau.Asin.sc.3.a.3.* Catella gallicana. *Mart.epigr.198.lib.14.*]

CATELLULUS, Catullus à Catulus. *Diomedes Grammat.lib.1.*

CATULINUS, a, um, Quod est ex catulo. {σκυλακικός. GALLICE. De petit chien. ITAL. *Di cagnolino.* GERMA. Das von einem hündlin ist. HISP. *Cosa perteneciente à cachorro perro nueuo.* ANGL. *Of a whelpe.*} *Vnde Plin.* Catulinam carnem esitauisse Romanos ostendit *lib 29.c 4.* Genito manè catulo res diuina fit: & in cœnis Deùm etiamnum ponitur catulina.

CATULIRE, Est gestire, coitum maris appetere. {σκιρτᾶν. GAL. Demander le masle. ITA. *Domãdare il maschio con gesti, essere in calde.* GERM. Lüstig sein/ist der hunden oder fennen. HI. *Cachondas estar la perra, y todos otros animales.* AN. *In bitches to desire the male, to go to rutter.*} & proprie de canibus dicitur: quanuis etiam ad alia transferatur. *Varro*, Fœturæ principium admittendi faciunt. Veris principio: tum enim dicuntur catulire, id est, naturæ instinctu in venerem rapi. *Plautus*, Quin meam vxorem vidi catulientem.

CATULITIO, proprie dicitur de canibus, quum statis anni temporibus ad venerem incitantur. {σκιρτήθμός. GAL. Appetit du masle. ITAL. *Quando la cagna brama il cane.* GE. Das lauffen der hunden auß samens begird. HISP. *Quando la perra est a cachonda.* AN. *A desiring of the male in bitches, going a rutting.*} *Plin.l.16.cap.25 ad terram transtulit*, Catulitionẽ (inquit) vocant, gestiente natura semina accipere, eáque animam inferente omnibus satis.

CATULASTER, stri, Catuli imitator, sicut ab Antonio Antoniaster. Catulaster etiam significat ipsum catulum, hoc est, paruum canem, siue filium.

CATVLVS, Cognomen nobilissimæ familiæ Luctatiæ, à Cato, id est, calido, *teste Varrone*, ductum. Ex hac familia fuit Qu. Luctatius Catulus qui Pœnos apud Ægades insulas nauali prælio superauit, sexcentis eorum nauibus aut captis, aut depressis. ¶ Fuit & alter Catulus, C. Marij in quarto Consulatu collega, & in Cimbris profligandis adiutor: à quo postea rerum potito mori iussus, hausto viuis carbonibus se præfocauit. Hic est ille Catulus, cuius postea manes Sylla Marii Iunioris morte placauit.

CATVRACTONION, κατουρακτώνιον, Britanniæ insulæ oppidum est, *Ptole. lib.2.cap.3.* {*German.* Ein statt in Engellandt heißt jetz Cardeil/oder Cardelia.}

CATVRIGES, Italiæ populi sunt, trans Padum *à Plin.li.3.c.16.* in vndecima Italiæ regione collocati.

CATVS, a, um, Calidus, & sagax. {עָרוּם *harúm.* πανοῦργος. GAL. Caut, fin, ruse, accort. ITAL. *Accorto, sagace.* GERM. Bescheiden/behutsam HISP. *Astuto y recatado.* ANG. *Vilie, subtill, ware.*} Vnde etiam Catuli dicti sunt, *teste Varrone, Horat.lib.1. Carm.* Qui feros cultus hominum recentum, Voce formasti catus, & decoræ More palestræ. *Idem in Serm.* Post hæc ille catus, quantumuis rusticus, ibit. [Decet verba dari custodi catæ, *Plau Men.sc.2.a.1.* Hominem catum esse. *Plaut.pſ.sc.3.a.2.* & *Most.sc.3.a.1.*]

CATE, Cautè, callidè. {בְּעֶרְמָה *beormáh.* πανικῶς. GALLI. Cautement, finement, accortement. ITAL. *Cautamente, prudentemente, scaltritamente.* GERM. Bescheidenlich/fursichtiglich. HIS. *Cautelosamente, astutamente.* ANG. *Subtillie, warelie.*} [*Plau.Men.sc.4.a.2.* Quæ te nouit, tam catè.i, probè & peritè.] Catum enim veteres acutum dicebant, *teste Varr.de ling.Lat.*

CAVARES, Narbonensis Galliæ populi sunt, quorum metropolis est Aucnio, *Autores Plin.l.3.c.4. & Mela lib.2.*

CAVA, æ, κοίλη, Foramen in quo aues nidificant. {ANG. *A hole wherein birdes huilde there nestes.*} *Plin.* Multò tamen efficacissimè, ripariarum pulli, ita vocant in riparum cauis nidificantes.

CAVÆDIVM, dij, (*vt Plinius Iunior in Epist.*) dictione mutilata, siue Cauum ædium (*vt Varro*) duabus integris dictionibus. Locus est, sub dio vacuus, cinctus vndique porticibus, ad communem omnium vsum. {חֲצֵר *chatsér* עִזְרָה *hazaráh.* GALL. Vne basse cour ITAL. *Corte, chiostro.* GER. Ein hof in einem hauß der vnder den blossen himmel ist/aber mit gmachen vnd gengen vmbgeben. HISPAN. *Cerradura ò encerramiento, corte.* ANG. *A porche or broade place in the court of a house to stand in.*}

Huius

Huius tria sunt genera, Tuscanicum, Corinthium, Tetrastylon displu uiatum, & testudinatum. *Plin. Epist.* 41. A tergo cauædium, porticum, aream, &c.

Caucălis, lis, Genus herbæ fœniculo similis, breui caule, flore candido. *Plin. li.* 22. *c.* 22.

CAVCASVS, καύκασος, pen. cor. Mons Indiæ editissimus ad Septentrionem versus Scythas, Indiam à Scythia dirimens, asper & inhospitalis. [*Ger.* Ein hoher vnd wilder berg in Jndia/so gegen Mitternacht an Scythiam stost. *Virgil.* 4. *Æn.*-sed duris genuit te cautibus horrens Caucasus. Hic fertur tantæ altitudinis esse, vt ab eo astra maiora visantur, & eorum ortus occasúsque diligenter perspiciantur: quo fit vt Scythę, eius montis accolæ, rei astronomicæ peritissimi sint habiti.

Caucăsius, a, um, καυκάσιος *Virg. Eclog.* 6. Caucasiáque refert volucres.

CAVCHAE, Campi sunt, quos Tigris fluuius Septentrionem versus flexus secat. *Plin. li.* 6. *c.* 27.

Caucon, κάυκων, Herba est, quæ etiam Ephedra, & Anabasis appellatur. ¶ Nascitur ventoso ferè tractu, scandens arborem: & ex ramis propendens, folio nullo, citris numerosis, qui sunt iunci geniculati, radice pallida. *Hæc Plin. libro* 26. *c.* 7. Vulgus *Prelam* appellat: qua mulierculæ vtuntur ad purganda vasa culinaria. ¶ Est etiam Caucon Triphyliæ fluuius, à quo vicini populi Caucones appellati sunt. *Autor Strabo* 8. *lib.* 8.

CAVCONEA, καυκώνεια, Regio à Caucone rege aut fluuio dicta. *Steph. Vide* Macistus.

Caudă, quam veteres etiam Codam dicebant. {זנב *Zanáh. ej.* GALL. queue. ITA. *Coda.* GERMAN. Ein schwantz, HISP. *Cola.* ANGL. *The tayle of any beast.*} *Cic. de Orat.* Oculos autem natura nobis, vt equo & leoni setas, caudam, aures ad motus animorum declarandos dedit. *Virg.* 3. *Georg.* extremæque agmina caudæ Soluuntur. Vnde Caudati, & Codati, περικόμται dicuntur, qui caudas habent. ¶ Interdum Cauda ponitur pro virili membro. *Horat. in Sermon.* Accidit, vt quidam testes, caudámque salacem Demeteret ferro. ¶ Cauda blandiri, κέρκα σαίνειν, dicuntur qui spe commodi cuipiam blandiuntur. *Aristophanes in Equit.* eodem modo Caudam gestare, blandiri & assentari est: quæ translatio sumpta est à canibus, qui quum blandiuntur dominis, caudam mouent. *Pers. Sat.* 4. Quin tu igitur summa nequicquam pelle decorus Ante diem blando caudam iactare popello Desinis. ¶ Ne gustaris quibus nigra est cauda, μὴ γεύεσθαι τῆς μελανούρου. Interpretatur *Plutarch. in Commentario*, De liberis instituendis, Ne commercium habeat cum improbis, & iis qui sunt nigris ac infamibus moribus. ¶ Cauda de vulpe testatur, ἡ κέρκος τῆς ἀλώπεκος μαρτυρεῖ. In eos autem dici solitum, qui pusilla in re cuiusmodi sint declarant. Est autem vulpi cauda pro corpore maior ac pilosior, vt non sit facile celare.* Caudam prouerbium inquit esse Acron, de illis dici solitum, qui pro deridiculo habentur. Solent enim, vt addit Porphyrio, pueri deridentes nescientibus à tergo caudam suspendere, vt velut pecora caudam trahant. *Hor. 2. Ser. Satyr.* 3.-hoc te Crede modo insanum, nihilo sapientior ille Qui te deridet, caudam trahat.

Caudĕcæ, Cistellæ appellatæ sunt ex iunco, à similitudine caudæ equinæ factæ. *Festus.*

Caudex, vel Codex. {יזג *ghezáf.* κορμὸς σταλικός. GAL. Le tronc d'vn arbre. IT. *Tronco d'albero.* GER. Der stam eines baums. HI. *Tronco de arbol.* AN. *The stumpe, stock or bodre of a tree.*} Dicitur in fruticibus & arboribus, id quod à radice supra terram simplex assurgit: siue in quod fruticis vel arboris à radice defertur alimentum: differtque in hoc à caulo, vt caulis ad herbas, caudex verò ad frutices, & arbores pertineat. *Lactantius*, Caudice defecto, lachrymat sua gaudia palmes. *Virg.* 2 *Georg.* Quin & caudicibus sectis (mirabile dictu) Truditur è sicco radix oleagina ligno. [Caudices ligni portare, *Gel. c.* 3. *libr.* 3.] ¶ Est præterea Caudex plurium tabularum contextus. Vnde tabulæ Codices dicuntur, quasi caudices: & naues quibus commeatus subuehuntur, Caudicariæ appellantur. ¶ Sic etiam Appius Claudius Caudex cognominatus est, quoniam primus Romanis persuasit nauem conscendere. *Senecæ de Breuit. vitæ*, Claudius is Caudex fuit ob hoc ipsum appellatus, quia plurium tabularum contextus; Caudex apud antiquos vocatur. Ponitur & pro duro sedili, seu pro sede meretricia, quę plerunque ex truncis fieri solet. *Iuuenalis*, Horrida quale facit residens in codice pellex. ¶ Hominem præterea stultum, metaphoricăs, Caudicem appellamus. *Terent. in Heauton.* Quæ sunt dicta in stultum, caudex, stipes, asinus, plumbeus. ¶ Apud veteres Caudex & Codex pro eodem leguntur, sicut Plaustrum & plostrum. Et certè vtriusque eadem debet esse significatio: quanuis hodie Codicem frequentius pro libro, Caudicem pro trunco accipiamus.

Caudĕus, a, um, quod ex caudice est. {σταϊκὸς GAL. Fait du tronc d'vn arbre. IT. *Fatto di tronco d'albero.* GERMA. Das vom dem stammen eines baums ist. HI. *Cosa hecha de tronco de arbol.* ANG. *Made of the stumpe or bodie of a tree.*} *Plautus in Ru.* Cistellam istic inesse oportet caudeam in isto vidulo.

Caudĭcālis, {σταϊκὸς. GAL. Propre à fendre bois. IT. *Cosa atta à fendere legno.* GER. Das da gehört zu dem zerschneydem der stammen. HIS. *Seguró para hender leña ò madera.* ANG. *That is meet and apt to cleane or cust bodies of trees.*} Ad caudices scindendos idoneos. *Pl. in pseud.* Tetum securi caudicali præficio prouinciæ, i. præpono te oneri scindendorum lignorum: quæ caudices nomine appellantur.

Caudĭcārĭus, a, um: vt, Caudicariæ naues, quæ commeatus per Tyberim subuehunt: quod ex lignis crassioribus cauatis fierent. Fitque à caudice, dum pro trunco seu tabula ponitur: quæ & Codicariæ dicuntur.* *Seneca in lib. de breuitate vitæ*, caudicarias *vocat.* Nunc quoque naues, quæ ex antiqua consuetudine subuehunt, caudicatæ vocantur. [Caudicæ. *Gel. c.* 25. *l.* 10. dicuntur.]

CAVDĬS, vel CAVDIVM, Oppidum Samnitium: vnde Caudinæ furcæ, & Caudinæ fauces, nobilitatæ insigni clade & ignominia, quam Romani exercitus sub Sp. Posthumio à Samnitibus acceperunt. *Lucanus li.* 2. Vltra Claudinas sperauit vulnera furcas, Caudinæ fauces, *apud Silium lib.* 8.

Caŭĕă, Vide CAVVS.

Caŭco, es, cautum, significat cautionem, hoc est, diligentiam adhibeo, prouideo, prospicio ne aliquid præter spem accidat. {נשמר *nischmár.* πρόνοια *nizhár* εὐλαβοῦμαι. GA. Se contregarder, eschewir, pouruoir & dō net de garde. IT. *Schiffare, prouidere cautamente.* GE. Hüten/mit fleyss sich fürsehen/Sorg haben. HISP. *Huir prouecer a alguna cosa.* ANGL. *To be ware and circumspect to foresee least hebe deceiued.*} ¶ Varia huius constructio est. Interdum absolutè ponitur. *Pl.* Caue nemo id intelligat, [Qui cauet ne decipiatur vix cauet. *Plau. Cap. sc.* 2. *a.* 2.] Interdum cum dativo. *Cic. famil. l.* 7. Tu qui cæteris cauere didicisti, in Britannia ab essedariis ne decipiaris, caueto. Quo in loco Cauere verbum proprium est Iurisconsultis & patronis. Illi enim dicebantur cauere suis clientibus, quum prospiciebant ne circunscriberentur in contractibus, pactis & iudiciis. *Cic. in proœmio Topicorum ad Trebatium.* Etenim quum tu mihi, meisque multa sæpe cauisses, veritus sum, ne grauarer, aut ingratum id, aut superbum videretur. *Terent. in Eunuch.* Isthuc est sapere: vt hosce instruxit, ipse sibi cauit loco. ¶ Cum dativo & accusatiue. *Plaut. in Bacchid.* Hæc ita me orat, sibi qui caueat aliquem vt reperiam hominem, Isthoc milite vt vbi emeritum sibi sit, se reuehat domum: id, amabo te, huic caueas. P. Quid isti caueam? &c. Et *Cato de Re ruſt. c.* 5. Scabiem pecori & iumentis caueto, id est, videto ne scabie inficiantur. ¶ Cum dativo & ablatiuo mediante præpositione ab. *Pla. in Pseud.* [*sc.* 5. *a.* 1.] hercle, quin vt tu prædicas, Cauendum est mihi abs te irato. [Cum prępositione de, à, abs. De illis verbis caue. *Pl. Men. sc.* 5. *a.* 5. Vt mihi cauerem à pseudolo. *Pl. pse. sc.* 2. *a.* 3. Hoc abs te mihi caueo cautiùs. *Pl. Men sc.* 2. *a.* 1. *Item*, Caue sis tibi à diro infortunio. *Pl. pse. sc.* 7. *a.* 4.] ¶ Cum accusatiuo, *Terent. in Eunuch.* Quod cauere possis, stultum est admittere. [*Pl. pse. sc.* 1. *a.* 4. Malus (sum) cum malos stultè caui. Quid primum caueam nescio. *Ibidem scen* 2. *a.* 3. *Item* cauere puerum male præcinctum *Suetonius in Cæsar. c.* 45.] *Cicer. ad Attic.* Bibulus Pompeium fecerat certiorem, vt caueret insidias. Sunt aliæ quoque in hoc genere loquendi formæ: vt, Caue facias, pro Caue ne facias. Caue faxis, pro Caue ne feceris, μὴ ποιήσῃς, μὴ ποιήσεις. Caue responderis, pro Caue ne respondeas. Quę omnia sine Vt, aut Ne, Latinè dixeris, aut etiã cum illis *Terent. in Andr.* Tum id cauit, ne vnquã infamię ea res sibi esset. Cum Vt, *Plaut. in Bacchid.* Quid isti vt caueam? [*Plaut. Amph. sc.* 2. *a.* 3. primum cauisse oportuit ne diceres. *Et in prolog. Asinar.* Caue ne, &c.] ¶ Quin & in iure vsus est huius verbi, quum scilicet (*vt tradit Alciatus*) significat securum facere. Is autem securus est, cui vel pignore, vel fideiussione consultum est. Itaque pignoribus, & fideiussoribus cauere dicimur, cùm pignora & fideiussores damus. * Item pro Cautionem exigere. *Vlpian. in l. quod ad hæredem ff. de Magistratibus conueniendis*, Nam magistratus si tanta fuit negligentia vt omnem cautionem omitteret, æquum est haberi eum loco fideiussoris, vt hæres eius teneatur. Si vero cauit: & tunc idonei fuerunt, & postea desierunt, sicut ipse Magistratus probè recusaret hanc actionem, ita & hæres multo iustius. ¶ Cauere aliquando ponitur pro statuere & iubere. *Cic. de Finib. lib.* 2. Sed vt sit, etiámne post mortem coletur, idque testamento cauebitis, qui vobis quasi oraculum ediderit, nihil post mortem ad nos pertinere? [*Item*, Vnicè cauebat Cicero concordiæ, i. conabatur rem componere. *Velleius.* Nunc quoque ne videar totus abesse caues. *Ouid. Eleg. vlt. l.* 3. *Trist.* id est, das operam.] ¶ Hinc componitur Præcaueo, quod est diligenter caueo. *Terentius*, Hoc tempus præcaue re mihi me monet. [*Item*, Cauere & petere dixit *Quintil.* In certamine arborum, Siue malum potui tamen hoc vitare cauendo. *Ouid. Eleg. 6. l.* 3. *Trist.* Tibi cautum intelligo ne quæstioni essemus. *Pl. Capt. sc.* 2. *a* 2. *Item*, Cauto opus est, viso est opus. *Plau. Cap. sc.* 1, *a.* 2.] ¶ Inuenitur & Cauo, is, in eadem significatione. *Horatius in Serm.* Vade, vale, caue, ne titubes, mandataque frangas. Vbi, ve, syllabæ breuitas satis arguit tertiæ Coniugationis imperatiuum esse, non secundæ, quæ necessariò produceretur.

Cautor, {מוזיר *mazhir* השך *choséch.* φρουλακτικὸς, ἐγγυητὴς. GALLIC. Celuy qui garde, & enseigne qu'on de soit trompé. ITAL. *Quello che disfende gli altri.* GER. Verhüter/sorgtrager. HISP. *El que defiende los otros.* ANG. *He that is ware and circumspect.*} Qui cauet, & prouidet aliis: quales erant Iurisconsulti & patroni, qui consultoribus aut clientelis suis cauere solent, & prouidere nequid causa eorum detrimenti acciperet. *Plautus in Epid.* Iam cautor ipse captus est. [*Pl. Capt. sc.* 2. *a.* 2 Cum cauisse ratus est, sępe is cautor captus est.] *Cic. pro Sextio.* At ille sceleratissimus, ex omnium scelerum colluuione natus, parum se fœdus violaturum arbitratus, nisi ipsum cautorem alieni periculi suis propriis periculis terruisset, &c.

Cautio, onis, Prouisio, euitatio, {אזהרה משמר *mischmár. Aházharáh.* λόφεια, φρουλαξὴ. GALL. Caution, seureté, prouuoyance, asseurance. IT. *Cautione, figurtá.* GERMA. Behutsamkeit/fürsehung/sorgsamme. HISPA. *Caucion ò cautela.* ANGL. *A taking head and prouision.*} *Cic. 4. Tuscul.* Quoniámque vt bona natura appetimus, sic à malis natura declinamus: quæ declinatio si cum ratione fiet, Cautio appellatur: eáque intelligatur in solo esse sapiente. *Idem de Amicitia*, Omnino omnium horum vitiorum atque incommodorum vna cautio est, atque vna prouisio, vt ne nimis citò diligere incipiamus, néve non dignos. ¶ Cautio est, loquutio frequens est apud Comicos, pro Cautione est opus, siue, Caueudum est *Terent. in Andria*, Puerum autem ne resciscat mihi esse ab illa, cautio est. *Plaut. Pseud.* Ne quisquam pertundat crumenam cautio est... ¶ Cautiones etiam à Iurisconsultis vocantur fideiussiones, aut aliæ satisdationes quibus nobis cauetur, id est, securi reddimur. {ἐγγύησις. ANGL. *A bill of ones hande or bonde of assurance.*} *Vlpian. l. Ita autem. §. Iulian. ff. de admin. tut.* Nemo enim ius publicum remittere potest huiusmodi cautionibus. [Cautiones reiuxoriæ, *Gel. c.* 3. *l.* 4.] ¶ Cautio hæreditaria, *Gaius D. lib.* 10. *Tit.* 2. *l.* 5. Cautiones hæreditarias in æde sacra deponi iubet non ad licitationem rem deducere. Cautio de rato, de rato cauere. *D. lib.* 3. *Tit.* 4. *l.* 6. Actor vniuersitatis si agat, compellitur etiam defendere, non autem compellitur cauere de rato. Sed interdum si de decreto dubitetur, puto & interponendam de rato cautionem. *Vide* Ratihabitio.

Cautiōnālis, le, adiect. φρουλακτικὸς ἐυλαβητικὸς. vt, Cautionales stipulationes Prætoriæ, *apud Vlp. de Præt stip. l.* 46. *Digest.* Prætoriarum stipulationum tres videntur esse species, Iudiciales, Cautionales, Communes. *Et paulò pòst*, Cautionales autem sunt, quæ instar actionis habent.

Cautus, Prudens, circunspectus, & qui sibi scit cauere. {נשמר *nischmár* ערום *hárum* נבון *nabón.* ἐυλαβὴς, φρόνιμος, φρουλακτικὸς. G. Caut, sin, prudẽt, bien auisé. ITAL. *Cauto, prouidente sicuro, scaltrito, accorto.* GERMAN. Behutsam/fursichtig/gescheyd. HIS. *Cauteloso, astuto y recatado.* ANGL.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

VVare, circumspect. } *Terent. in Phormione*, vt cautus est, vbi nihil opus est. [Surripuerat patri tam cauto seni. *Pl. Pœn. 3.4.1.* Victor sum, victis cautos custodes meos. *Ibi. sc. 3.4.4. & Merc. sc. 5.4.2.*] ¶ Nonnunquam ponitur pro tutus. *Cic. pro Cecinna*, Quo res mulieri esset cautior.

¶ Vnde Incautus, qui nescit sibi cauere. ἀφύλακτος, ἀπλῶς. *Liu. lib. 3.* In incautum hostem decumana porta erupit.

Cautē, aduerb. Prudenter, callidè. {ערמה *behormáh.* πανούργως, περιφρονήσεως. GAL. Cautement, finement, prudemment. ITA. *Cautamente, prudentemente, scaltramente.* GER. Behutsamlich/fursichtiglich. HIS. *Cautelosamente, astutamente.* ANG. *VVarelie, circumspectlie.* } *Plau. in Curc.* Caute vt incedas via.

Cautim, idem est quod Caute. {ANG. *Aduisedlie, warelie.* } *Terent. in Heaut.* Sed hæc ita, vt sunt, cautim & paulatim dabis.

Cautēlā, pro Cautione. {משמר *mischmár.* φυλακή. AN. *A taking hea de an assurance.* } *Paul. in l. Si defunctus. §. qui ad communi, ff. de proc.* Qui ad communi diuidundo iudicium datus est, ad agendum idem, & defendendum videbitur datus; duplici cautela interponenda. *Pomponius in l. Quamuis conuenerit. D. de pign act.* Prius idonea cautela à debitore pro indemnitate ei præstanda.

Cāuernā, Cauernosus, Cauernula, *Vide* CAVVS.

Cāuīāres hostiæ, quæ & Cauæ, Erant partes hostiæ cauda tenus quæ in sacrificio pro collegio Pontificum quorannis ponebantur. *Festus.*

Cāuillā, læ, & Caullus, li, Irrisio quædam iocosa. {לעג *laáagh* קלס *kéles* σκῶμμα. GAL. Moquerie ioyeuse, brocard, ioyeuse menterie. ITAL. *Scherzo.* GER. Ein spottwort/schertz. HI. *Mote lasiimero, escarnio.* ANGL. *A mock scoffe or iest. Plaut. in Aulul.* Pone hoc sis aufer cauillam: non ego nunc nugas ago. *Idem in Trucul.* Quid id est, amabo, istæc ridicularia, cauillationes vis, Opinor, dicere, ita vt pauxillum differat à cauillis.

Cāuillōr, aris, deponens à Caluo, is, teste Nonio, Iocosè ludo, dicta dico. {חלעיג *hilhi*: התקלס צחק *hithkallés tsichék* σκώπτω, κερτομῶ. GA. Se moquer, brocarder. IT *Scherzare, beffare, ingannare.* GER. Spetzen/scherzen/Jn schimpf ein vexieren/vnd verlachen. HIS. *Mote jar, burla, ò escarnecer, vser de malicias.* AN. *To iest, to wrángle, or reason ouerthwartlie about wordes.* } *Cic. 2. de Or.* Vt ille in Gorgia Socrates cauillatur. *Idem ad Quint. frat. lib. 2.* Præterea togam sum eius præextam, quam erat adeptus Cæsare Consule, magno hominum risu cauillatus. *Item 4. de Natura Deor.* Atque etiam in eo cauillatus est, æstate graue esse aureum amiculum, hyeme frigidum. ¶ Est & Cauillari in disceptationibus fallacia & dolo vti σοφίζεσθαι. Hinc Cauillatio, subdola (*vt Caius iurisconsultus definit*) ratio, quam conscij nobis mendacij, vincendi tamen causa proferimus. Vnde *Boethius* super Topic. scribit, cauillationem partem quandam Logices esse, quum inquit, Colligendi facultas triplici diuersitate tractatur. Aut enim veris & necessariis argumentationibus disputatio decurrit: & Disciplina vel Demonstratio dicitur. Aut tantùm probabilibus: & Dialectica dicitur. Aut apertissimè falsis: & Sophistica, & Cauillatoria prohibetur. Sic *Sen. & Cic.* Cauillationes dixerunt, quæ Græcè σοφίσματα nuncupantur. *Vlp. in l. Natura D. de verb. & rer. sign.* Cauillationis natura, quam Græci συστρέφειν appellauerunt, hæc est, vt ab euidenter veris, per breuissimas mutationes disputatio perducatur. ¶ Est item Cauillatio arguta irrisio, quam Græci κωμῳδίαν, vel σκῶμμα appellant. *Cic. 2. de Orat.* Quum duo (inquit) sint facetiarum genera, alterum æqualiter in omni sermone fusum, alterū peracutum & breue, superior Cauillatio, altera Dicacitas nominata est. *Suet. in Vespas.* Et maximè tamen dicacitatem in deformibus lucris affectabat, vt inuidiam aliqua cauillatione dilueret, transferrétque ad fales. [*Idem in Tib. c. 57.* Cauillatio acerba: de dicto, Ex Pompeio Pompeianus fies.

Cāuillātŏr, Derisor. {מלעיב *malbíi* מתקלס *mithkallés* מצחק *metsachék.* φιλοκερτομητής, σκώπτης. GA. Moqueur, gaudisseur. IT. *Truffatore, trouator di qualche falso.* GE. ein spey vogel/fatzer. HIS. *Burlador, que vsa de malicias.* AN. *A quareller or wrangling fellowe.* } *Cic. ad Attic. lib. 1.* Consul autem ipse paruo animo, & prauo, tamen cauillator, &c *Plaut.* Cauillator facetus, vel conuiua commodus item ero.

Cauillarius, us, idem quod Cauillario: *de qua in* Cauillor. *Apuleius in Af. lib. 8.* Sed ille cognito cauillatu, similis indignanti, At te, inquit, &c.

Cāulā, læ, Stabulum ouium, ouile. {חלא *chéle* ἐπαύλιον, ὑπόμενον. GAL. Estable tect, bergeric. ITA. *Stalla.* GER. ein sch aff stall. HIS. *Hato, aprisco de ganado.* ANG. *A sheep house or fold, a sheepecote.* } à Græco αὐλή, (vt quidam putant) quod non solùm atrium vel aulam, sed etiam stabulum, & omnia septa designat. *Festus* à Cauo Caulam deriuat, quod apertè *Varro de ling. Lat. 4.* probat: quòd antiqui ante vsum tectorum, oueis in antra ducebant. Sed verius ἀπὸ τῆς καυλοῦ. nam etiam nunc fiunt ex viminib. septa. *Virg. 9. Æn.* Ac veluti pleno lupus insidiatus ouili, Quum fremit ad caulas. A veterib. verò Caula pro quocūq. receptaculo accipiebatur. *Luer. lib. 6.* Dispergunt animas per caulas corporis omnes.

CAVLICI, καυλικοί (*Apollonio* Cauliaci) populi iuxta Ionium sinum, à monte sic dicti.

CAVINDANA, *Vide* Canindana.

Cāulis, huius caulis, masc. gen. In herbis dicitur ipsum robur, siue stipes id est, ea herbæ pars, vnde se producunt folia aut ramusculi. {גבעול *ghebbó'*, καυλός. GA. La tige d'vne herbe, le gros. IT. *Il gambo de l'herbe.* GE. Der stengel an den kreuteren/auff welchen die bletter wachsen. HIS. *Tallo de la yerua ò planta.* ANG. *The stalke or stumpe of an herbe.* } *Plin. li. 19. c. 8.* Satiui autem differentiæ in folio denso, crispo, aut rariore, & leuiore: item caule tenuiore aut crassiore. *Idem lib. 18. c. 7.* Fabæ in folia exeunt, ac deinde caulem emittunt nullis distinctum internodiis. ¶ Similiter in arboribus & in vite Caulis dicitur, ad quem alimentum defertur, quique supra terram exurgit. Radix autem plantę est, vnde alimentum attrahitur à terra: Ramus, quod à caudice exit. Surculus, qui è ramis oritur. *Varro.* Ex sarmento caules qui nati sunt, de his plurimū valent. *Virg. lib. 12.* Puberibus caulem foliis. ¶ Ponitur & pro quibuscūque oleribus. *Iuu. Sat. 1.* Caules miseris atque ignis emendus. Et peculiariter pro brassica *Plin. lib. 17. c. 24.* Odit & caulem vitis & omne olus. ¶ Caulis item in volucrum pennis dicitur calamus extra cutem eminens, è quo plumea illa lanugo erumpit. *Plin. lib. 11. c. 39.* Pennarū caules omnium auium præcisi non crescunt, vulsi autem renascuntur.

¶ In animalium quoque caudis caulis dicitur illud vnde pili nascuntur. *Idem lib 11.* Boum caudis longissimus caulis, atque in ima parte hirtus. ¶ Quandoque (*sicut docet Seruius*) sumitur pro vili membro quandoque pro ferro, & pro quolibet hastili. ¶ A caulis fiunt composita, Vnicaulis, & multicaulis. *Idem lib. 12.* Est & illa differentia, quod quædā in his multicaulia, ramosáque sunt, vt carduus.

Cāulĭās, liæ, καυλίας, Succus ex caule laserpitii, qui in vas coniectus, admisto furfure, subinde concutiendo, ad maturitatem perducebatur. *Plin. l. 19. c. 3.*

Cāulĭcŭlus, diminutiuum à Caulis. {καυλίον. ANG. *A litle or tender stalke.* } *Plin.* Hinc est quidem declinator, teneriórque cauliculus.

Cāulēsco, is, in caulem excrescо, caulem produco. {καυλοδῶ. GA. produire sa tige. IT. *Crescere nel gambo & nelle foglie* GE Stengel vberkommen. HI. *Crescer el tallo.* AN. *To waxe, to astake.* } licet quandoque ponatur pro folia producere: vnde & Decaulescere contrarium, quod significat sine foliis fieri, ἀποκαυλοδῶ. *Plin l. 19.* Raphanus vti iucundior detractis foliis antequam decaulescat.

Caulīnum vinum, iuxta Capuam prouenies, ab agro ita nominatum *Plin. l. 4. c. 6.* Campania nuper excitauit nouis nominibus autoritatem siue cura, siue casu, ad quartum à Neapoli lapidem Trebellicis, iuxta Capuam Caulinis & in suo agro Trebulanis.

Caulōdes, καυλώδης, Brassicæ species est, lata habens folia, è caule exeuntia: vnde & nomen accepit. *Autor Plin. l. 20. c. 9.*

CAVLŌN, onis, καυλών, Oppidum est in prima Italię fronte apud Locros, cuius meminit *Plin. l. 3. c. 10. Vir. 3. Æn.* Caulon isque arces, & naufragū Scylaceum. Quanquam ibi poeta non tam de oppido, quàm de promontorio loqui videtur. Hanc vrbem *Strab. l 6. Pomponius li. 2. & Stephanus de vrbibus* Cauloniam appellant, καυλωνίαν.

Caumas, atis, {חמה *chammáh.* καῦμα, Latinè calor, ἀπὸ τοῦ καίομαι, quod est vror. } GAL. Chaleur. ITA. *Calor.* HISPA *Calore.* ANGL. *Exceading heate.* }

CAVMAS, Vnus ex Centauris, Ixionis filius, *Boccat l. 9.*

[Caunacem alii dicunt, Alii Gaunacem, *Teren. Scau. de Ortograph.*]

Caūnĕæ, siue Caunę, καυνίαι, Fici genus minutum, quod è Cauno maritima Cariæ vrbe aduehebatur. *Cic. 2. de Diuin.* Quum M. Crassus exercitum Brundusii imponeret, quidam in portu caricas Cauno aduectas vendens, Cauneas clamitabat.

CAVNVS, Καῦνος. Vulgò *Roxa*, Cariæ oppidum maritimum, è regione Rhodi, non procul ab ostiis Calbis fluuij, æstate & autumno ad inhabitandum graue, ob calorem & pomorum copiam: *vt scribit Strab lib 14.* Ob id Caunii pestilenti cælo esse dicuntur. Hos quum in tuitus esset Straconicus citharœdus, homo salibus plenus, illum ex 6. Iliad versiculum in eos protulit, οἵη περ φύλλων γενεή, τοίηδε καὶ ἀνδρῶν, Id est, Tale quidem genus est hominum, quale est foliorum. Colorem videlicet quo omnes pallebant, suggillans. Caunii verò quum hominem incessissent acriùs, quòd vrbem vt morbidam carperet. Ego, inquit, non morbidam dicete ausim, vbi mortui ambulant? vrbanius multò acriúsque quàm prius illudens. Ab hac ciuitate aduehebantur fici, Caunęæ dictæ. *Cic. lib. 2. de Diuin.* Quum M. Crassus exercitum Brundusii imponeret, quidam in portu caricas Cauno aduectas vendens, Cauneas clamitabat. ¶ Est etiam CAVNVS, nomen proprium viri, cuius soror Byblis impotenter illum adamauit, à quo quum esset repulsa, sibimet mortem conscíuit. *Ouid. 9. Met.* Hinc locus adagio, Caunius amor, καύνιος ἔρως. De fœdo amore dicebatur, aut vbi quis ea desideraret, quæ neque fas esset concupiscere, neque liceret assequi. Refertur à *Diog. & Enst.*

Cāuo, Cauas, Cauatus, Cauea, *Vide* CAVVS.

Caūpo, vel Cupo, onis, masc. gen. Esculentorum poculentorúmque venditor. {κάπηλος, οἰνοπώλης. GAL. Tauernier, qui vend en detail. IT. *Hoste, hostiere, tauerniere.* GE. Ein wirt/der speyß vnd tranck verkaufft. HI. *Tauernero ò ventero.* AN. *A huckster, a tauerner.* } *Vlp. in l. 1. §. caupones autem ff. nauta, caup. stabul.* Caupones autem & stabularios æquè eos accipiemus, qui cauponem vel stabulum exercent, institorésve eorum. [Caupones, patagiarij, induſiarij. *Plau. Aul. sc. 5. a. 3.* (i. institores.] *Mar. l. 1.* Non potes, vt cuperes, vendere caupo metum. *Cic. 2. de Diuin.* Quum duo quidam Arcades admodum familiares iter vnà facerent, & Megaram veniſſent, alterum ad cauponam diuertisse, ad hospitem alterum, &c.

Caūpōnā pe. prod. vocatur tàm mulier quę vinum & esculenta vendit, quàm ipsa taberna vinaria. {ταβέρνη κάπηλις. GA. Tauerne, ou bouticque où on vend en detail. IT. *Hosteria, tauerna.* GE. ein wirts frauw: Item/ein wirtshauß/wein hauß. HIS. *Tauerna ò ventera, tauerna ò venta* AN. *A tauerne, a woman selling wine.* } *Cic. in Pison.* Nonne tibi nox erat pro die? non solitudo pro frequentia? caupona pro oppido?

Caūpōnŭlā, diminutiuum, {καπηλίδιον, καπηλεῖον. ANG. *A tipling house.* } *Cic. 2. Philip.* Delituit in quadam cauponula, atque ibi se occultans perpotauit ad vesperum.

Caūpōnārĭă, æ, ars cauponandi. {καπηλική. ANG. *A victuillers or tauernes craft.* }

Caūpōnĭus, a, um, quod ad cauponem pertinet. {καπηλικός. GA. De tauerne, des appartenances de tauerne. IT. *Cosa que apartenga à l'hoste.* GE. Das zum wirt gehört. HI. *De tauerna ò venta.* AN. *Pertening to a tauerne.* } vt Ars cauponia. *Iustinus lib. 1.* Iusitque cauponias, & ludicras arteis, & lenocinia exercere. *Martianus de fund. instr. & inst. leg. l. pistoris.* Et instrumento cauponio institorum.

Caūpōnŏr, cauponaris, penult. produ. Cauponariam exerceo, vel re aliqua lucri causa ad quæstum abutor. {καπηλεύω. GALL. Tauerner, vendre en detail, debiter. ITA. *Vendere a l'hosteria.* GER. Wirtschafft treyben/Gremplen. HI. *Vender en tauerna, andar por tauernas.* AN. *To sell wine and other victuailles.* } Atque hinc caupo, caupona, & caupā, siue cupa. Olim autem hoc verbum non de vna tantum re, vt nunc sed ad multa extendebatur, vt καπηλεύειν, Græcum. Itaque *Ennius dixit apud Ciceronem de offic. l. 1.* Cauponari bellum: quod ex Æschylo desumpsit, qui dixit καπηλεύειν μάχης. *Scaliger in Varronem.* *Id est, Bellum lucri causa gerere.

*Caurio, cauris, Verbum pantheribus proprium, vt latrare canibus, vt vult is qui conscripsit librum Philomelæ, qui Ouidio tribuitur, Panther caurit amans, pardus hiando felit.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

CAVRIVM, *Ptol.* Lusitaniæ oppidum, alio nomine Caura, vulgò *Corra.*

CAVRÒS, Καῦρος, Insula erat, quæ postea dicta est Andros, deinde Antandros. *Plin. lib. 4. ca. 11.* Vulgò *Andro.*

CAVRVS, ἀφρίκος, Ventus ab Occasu solstitiali flans, qui & Corus dicitur. {IT. *Ponente, maestre.* Fland. Nord westen west. GER. Der wind so von dem sommerlichen nidergang der sonnen herwehet. ANG. *The north west wind.*} *Virg. 3. Geor.* Semper hyemis, semper spirantes frigora Cauri.

CAVS, untis, Καῦσις, Vrbs Thelphusiæ terræ in Arcadia, vbi Causius tribus syllabis, Æsculapius colebatur. *Steph.*

CAVCVS, *Vide* Caicus.

Causiă, καυσία, Regium capitis tegmen apud Macedones. *Val. Max. lib. 3.* Quemadmodum Antigonus caput Pyrrhi texit causia, qua velatum caput more Macedonum habebat. Alibi etiam tenuiores causia vsos legimus. *Plaut.* Persa, tunicam, atque zonam, & chlamydem afferto & causiam.

Causón, vel Causo, {חם קדחת *kaddáchath.* καῦσος, ὁ καύσων. GAL. Ardeur extreme. IT. *Ardore, calore eccessiuo.* GER. Brunst vnd grosse hitz, HI. *Ardor, calor estraño.* AN. *Extreme heat.*} Æstus seu ardor. Inde ab Hippocrate Causon febris æstuans appellatur.

Causă, {עלילה דבר עלילה עשׂם *dabár haliláh táam.* αἰτία. GALL. Cause, raison. ITA. *Causa, ragione.* GER. Ein vrsach. HI. *Causa ò el echa que ò la occasion.* ANG. *A cause, a reason.*} Propriè dicitur id, ex quo, vel propter quod, vel per quod, vel à quo aliquid fit. *Cic. de Fato,* Causa ea est, quæ id efficit, cuius est causa vt vulnus, mortis: cruditas, morbi: ignis, ardoris. *Et paulò pòst,* Nulla igitur earum est causa, quoniam nullam rem sua vi efficit id, cuius dicitur causa. [Bella non causis inita, sed prout eorum merces fuit. *Velleius.* In causa descendere, id est, sequi partes *Liu. lib. 6. d. 4.*] Differt autem Causa à Ratione: quòd Causa dicitur impulsus ipse ad aliquid agendum: Ratio verò ordo gerendorum ex causa venientium. ¶Est & aliud frequens bonis autoribus, Quid causę est? τίνος ἕνεκα. i. negaréne quisquam potest, vel causam aliquam afferre? &, Causam haud dicam, id est, per me licet, non recusabo. Quatuor autem causarum genera scripsit Aristoteles. Materialem, ex qua aliquid fit: Formalem, per quam aliquid tale fit: Efficientem, à qua aliquid fit: Finalem, cuius gratia aliquid fit. Hinc rerum omnium opificé Deum, causam causarum esse affirmat. ¶Per translationem Causa dicitur omnis actio quam in senatu vel in foro habemus. {AN. *A controuersie in sute, a mater to be spoken of before audience.*} δίκη. Vnde tria esse causarum genera scribit *Cicero* : Demonstratiuum, τὸ ἐπιδεικτικὸν εἶδος, Deliberatiuum, τὸ συμβουλευτικὸν, & Iudiciale, τὸ δικαστικὸν. Ex his tamen magis propriè causa dicitur, quæ iudicialis est: vnde & causam pro lite ac controuersia ponimus: vt, Cicero diligenter egit causam Milonis. *Cic. 2. de Orat.* Atque in ciuium causis, disceptationibúsque diuersantur. [Causam conijcere & consistere. *Gell. c. 10. l. 5.* Omnis familiæ causa consistit tibi. (i. summa) *Pl. Asi. sc. 1. a. 3.* Matrimonij causa esse eum aliquo viro. *Gell. c. 3. l. 4.* Sine me amare animi causa. *Pl. Asin sc. 1. a. 3. & Curc. sc. 2. a. 2.* Nunquid causam dicis? *Plaut. Amph.* Si deliqui causa nulla est.]

¶Interdum Causa dicitur occasio, ἀφορμή. *Terent. in Eunuch.* Nunc diu aliquam causam quærebat, quamobrem insigne aliquid faceret. *Per causam, id est, prætextu. Suet. in Othone, c. 3.* Quare diducto matrimonio, sepositus est per causam legationis in Lusitaniam, &c. *Cæsar,* Repetita Bithynia per Causam exigendæ pecuniæ. *[*Idem lib. 1. & 3. de bell. ciu.* per causam. i. per speciem: per causam exercendorum remigum.] Causa, Negotium, onus, prouincia, *Plau. Asin.* Sola ego in casteria Vbi quiesco, omnis familiæ causa consistit tibi. Apud *Oui. 12. Met.* Pública causa, id est negotium publicum. [*Cic. pro lege Manil.* Causam reip. periculáque rerum suarum detulerunt. *Et epist. ad Lentulum,* Alexandrina causa adhuc nobis integra est. *Et Ver. 5.* Cui Senatus de derat publicè causam (*auoit donné charge*) vt mihi fratrique meo gratias ageret. *Item* Causa pro Excusatione. Hoc si secus reperies causam non dico quin &c. *Plau. Capt. sc. 4. a. 2.* i. non me excuso, defendo: Nam Causam dicere, est reum esse, & se defendere, vt apud *Suet. Aug. c. 56. & Pl. Men. sc. 2. a. 4.* Causam dixi apud Ædiles pro eius factis pessimis. i. defendi eum. *Et Asin. sc. 2. a. 3. Et sc. 4. a. 4.* Nolo habere causam & vetitam dicere. (i. excusationem) *Item,* Qui pro me causam diceret, patronum liberaui. *Pl. Most. sc. 3. a. 1.* Vbi causam dixeris. *Pl. Asin sc. 2. a. 3. Itò,* de qua causa, pro, qua de causa *Gel. c. 13. l. 5. Item* , Repudium remisit auunculus, causa mea. *Pl. Aul. sc. 6. a. 4.* Pater causa mea id fecit. *Pl. Asi. sc. 1. a. 1.* Nec tamen hæc series in causam prosit Achiui. *Ouid. 13. Meta.* Causa periclitari. *Quint.*] Causa, item status & conditio. *Cic. de Fin.* Morte qui affecti sunt, in eadem causa sunt, qua antè quàm nati. *Idem alibi,* Negátque Platonem, si sapiens non sit, eadem esse in causa, qua Dionysium tyrannum. *Idem 3. Offic.* Itaque tum quum vigilando necabatur, erat in meliore causa , quàm si domi senex captiuus periurus Consularis remansisset. ¶Interdum dicitur excusatio, ἀπολογία: vt, Honesta est causa mei discessus ¶Interdum ratio, λόγος. *Ouid. lib. 1. Fastor.* Tempora cum causis Latium digesta per annum. ¶Interdum origo, ἀρχή. vnde & quidam causam à casu dictam existimant, quòd initia & origines rerum, quæ causę sunt, Casu eueniant. Nonnulli à Chaos, detracta aspiratione , quòd confusa illa materia prima omnium rerum causa fuerit. Alij à Græco καύσις, quod ardorem, seu incendium significat, quòd causa sit quæ nos accendit ad aliquid agendum. ¶Alij à cauendo, quòd ea sit quæ cauet vt aliquid agatur, aut non agatur. ¶Causa item pro partibus accipitur. *Lucan. lib. 1.* Victrix causa deis placuit sed victa Catoni. ¶Causa deserta, ἔρημα δίκη, dicitur, quum nemo repugnat. Translatum à iudiciis, vbi nonnunquam altera pars cedens tradit causam aduersario. Itaque deserta causa vincere, est vincere nullo contrà pugnante. ¶Huic simillimum est, Heteromolia causa, ἑτερομόλιος δίκη, ἀπὸ τῶν ἑτέρων μολεῖν, quòd alter duntaxat accedat. Vsurpabitur non inelegantèr vbi quis damnat absentem. At quoniam causa aliter à philosophis, aliter à medicis, aliter à Iureconsultis, aliter à Rhetoribus consideratur, visum est hîc operæpretium singulorum causas seorsum recensere: prętèrquam Philosophorum, quę prius erant appositæ.

Medicorum.

Causa, alia est procatarctica, id est, euidens, alia synectica, id est, coniuncta, siue continens, alia præcedens , siue interna. Procatarctica est, quæ dum aduersam valetudinem creauit, separatur: vt canis mordens, scorpio pungens. Causa coniuncta est, quæ quum præsens est, eius quoque affectus adest: quum verò desinit, etiam affectus euanescit: vt lapis in vesica, vnguis in oculo. Præcedens causa est, quæ à procatarctica præparatur & adiuuatur. Vel est, qua aucta augetur, & qua sublata aufertur effectus. Perfecta, quæ eundem in seipsa finem facit. Causæ abditæ in medicina vocantur, in quibus requiritur, ex quibus principijs corpora nostra sint, quid secundam, quid aduersam valetudinem faciat. *Ce l. lib. 1.* Causæ euidentes in medicina vocantur, in quibus quæritur initium morbi, calor attulerit an frigus, fames an satietas, & quæ similia. Causas omnium morborum lege *apud Hippocr. lib. de Flatibus.* Causæ morborum sunt, spiritus, & aer, eidem. Causa est, ad quã aliquid sequitur. Ad eam verò aliquid sequi, & ex ea, per eam, ab ea: aut ex eius gratia aliquid fieri. Causa in actu, quæ simul cum effectu existit. Causa in potentia, quæ non simul cum potentia existit. Causa efficiens vocatur, à qua aliquid fit. Causa finalis est cuius gratia aliquid fit. Causa formalis est, per quam res habet esse. Nam dat esse rei; & eam conseruat in esse. Ipsa namque præsente res est, & ipsa fugiente perit. Causa per se vocatur, quum aliquid suapte natura fit; causalitatis nomine pariter est expressa. Causa per accidens, quæ ad effectu cum non ordinatur, aut causalitatis nomine minimè est expressa. Causa materialis, ex qua cum aliquo aliquid fit, vel ex qua quum forma fit compositum, vel in qua aliquid, vt in subiecto. Causa propinqua est, quæ particulari nomine designatur, aut inter quam & effectum haud multæ interiacent causæ. Causa remota, quæ nomine communi designatur, aut inter quam & effectum multæ interiacent causæ.

Iureconsultorum.

Causa, verbum generale est , quod comprehendit principium negotij quum proponitur, & quum quis deliberat, & proponit vt litiget. Quòd verò discutitur, Iudicium est, quod accipitur non solùm quum ipsum factum discutitur , sed etiam tractantur ea, quæ præparatoria dicimus ipsius discussionis. At vbi iudicatum fuerit, dicitur facta iustitia: quia tum ius vnicuique est tributum. *Alc. lib. 2. Disiunct. c. 24. l Lis.* Vnde Causa Vlpiano facta est vnde obligatio oritur, quod Rhetores αἴτιον vocant. *Idem in lib. 9 ff. Si cert.* Et causa transitiuè, dicitur omnis actio, quam in senatu vel in foro habemus. Et Causidici patroni dicuntur, qui in causis iudiciisque versantur, vbi lites & controuersiæ , id est, causæ iudiciales aguntur. Causa dicitur id ex quo, vel per quod, vel à quo , vel propter quod aliquid fit. Differtque hoc à Ratione , quòd Causa est impulsus ipse ad aliquid agendum: Ratio verò, ordo gerendorum ex causa venientium. Causa ius respicit, Occasio factum. Causa dominij quæ proxima sit, item quæ remota, *Glos. explicat in l. possidere §. veteres. ff. de Acquir. poss.* Causa & Factum interdum pro eodem vsurpantur. *l. plurimùm ff. de Iur. & facti ignor. l. si ex plagis. §. in cliuo. Ad Leg. Aquil.* Causarum tria genera esse notum est. Demonstratiuũ, Deliberatiuum (quod & Concionale appellatur) & Iudiciale. Ex iis tamẽ propriè causa dicitur, quæ Iudicialis est. Vnde Causam pro lite & cõtrouersia ponimus. Quamuis nonnulli ita distinguant, & controuersiam seu litem dici velint, postquam contestatum est: Causam autem, & ante & post contestationem, Causæ definitionem, quam refert *Glo. in Rub. ff. de Cond. & demonst.* Bart. improbat, qui ait: Causam esse quid præteritum vel instans, quo quis impellitur ad aliquid disponendum. Causa criminalis dicitur maior, Ciuilis minor. *Aut. Vt omn obed. Iud. prou. §. si igitur fuerit.* Causa efficiens est eius, ex quo res ipsa fluit, vt Ius ciuile, tutelæ: Testator testamentariæ: Lex , legitimè & Magistratus, datiuæ. Ius gentium emptionis, locationis, mutui, commodati, depositi, &c. Ius ciuile stipulationis, contractus emphiteutici, &c. Causa fauorabilis non ea est (vt existimat vulgus) fauore digna, sed quòd fauoris plena apud omnes est, & propemodam hæ sunt causæ testamẽti, matrimonii, dotis, legitimationis, pupilli, ecclesiæ, viduarum, & aliarum miserabilium personarum. Causa sontica, quæ cuique rei de qua agitur, nocet atque prohibet, nequis in ius veniat. Causa superior quę iuri communi fundata est, vel ius apparentium. Cuius contrarium est, causa inferior. [In causa redhibitionis esse *Gell. c. 1. l. 4.* Causa liberalis, *Vide* liberalis.] *Vide Budæum in posteriore de Origine.*

Rhetorum.

Causa est, vt dicit Hermagoras, res quæ habeat in se controuersiam in dicendo positam, cum personarum certarum interpositione. *Cic. de Inuent. 1.* Causa certis personis, locis, temporibus, negotiis cernitur , aut in plerisque eorum. *In Topic.* Causa ea est, quæ id efficit cuius est causa, vt vulnus, mortis: cruditas, morbi: ignis, ardoris. De *Fato.* Causam appello rationem efficiendi, euentum id, quod est effectum. *In partit.* Chrysippus causarum genera distinguit: Causarum enim, inquit , aliæ sunt perfectæ & principales , aliæ adiuuantes & proximæ. *De Fato,* Causarum genera duo sunt. Vnum quod vi sua id, quod sub ea subiectum est, certè efficit, vt ignis accendit. Alterum quod naturam efficiẽdi non habeat, sed sine quo effici non possit , vt si quis æs causam statuæ velit dicere, quod sine eo non possit effici. Huius generis causarũ sine quo non efficitur, alia sunt quieta, nihil agentia, stolida quodammodo, vt locus, tempus materiæ, &c. Alia autem , præcursionem quandam adhibent ad efficiendũ, & quædam afferunt per se adiuuantia etsi non necessaria, vt amori congressio causam attulerit, amor flagitio. Ex hoc genere causarũ ex æternitate pendentium. Fatum à Stoicis nectitur, &c. Sunt aliæ causæ, quæ planè efficiant, nulla re adiuuante: aliæ quæ adiuuari velint, vt sapientia efficit sapiẽtes sola per se. *In Top.* Causa simplex, quæ absolutam cõtinet quæstionẽ. *De Inuent. 1.* Causæ coniuncta ex quæstionib. plurib. in qua plura quęruntur. *Ibid.* Causa ex comparatione, quam per contentionem, vtrum potiùs, aut quid potissimùm sit, quæritur. *Ibid.* Causam facere dicitur, quo sublato , controuersia stare non potest. *De Orat. 2.* Tria sunt genera causarum, iudicii, deliberationis, exornationis. *Arist.* tribus in generibus verum versari rhetoris officium putauit, demonstratiuo, deliberatiuo, & iudiciali. *In Part.* Causæ à communi quæstione seiunctæ partim in iudiciis versantur, partim in deliberationibus. Est etiam genus tertium quod in laudandis aut vituperandis hominibus ponitur. Hæc tria genera vide suo ordine. *De Orat. 1.* Genera causarum sunt quinque, Honestum, admirabile, humile, anceps, obscurum. Honestum causæ genus est, cui statim sine oratione nostra auditoris fauet animus. Admirabile est , à quo alienatus est animus eorum qui audituri sunt. Humile , quod negligitur ab auditore, & non magnopere attendẽdũ videtur. Anceps, in

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quo aut indicatio dubia est, aut causa & honestatis & turpitudinis participes, & benevolentiam pariat & ostensionem. Obscurum, in quo aut tardi auditores sunt, aut difficilioribus ad cognoscendum negotiis causa implicita est, *De Inuent.* 1.

Căusālis, vt Causales coniunctiones, qualis est Igitur, *apud Probum.*

Caŭsārĭus, adiectiuum, vt Causarij milites, κεκμηκότες, οἱ δὲ αἰτίας πρὸς ὑγιεινὸν μένοι {AN. *That is essoined in the lawe or excused for any cause.*} dicuntur *à Liuio libro* 7. {qui propter honestam causam, putà valetudinem, à militia soluuntur, quasi valetudinarij, siue sontici, aut qui omnino causam & missionē habebant ex morbo, senectutéve: Tertius, inquit, exercitus ex causariis senioribúsque *à L. Quintio* conscribatur, qui vrbi mœnibúsque præsidio sit. ¶ Sic Causaria missio dicitur, per quam milites soluuntur à sacramento militari. *Vlpianus*, Causaria, inquit, missio est, quæ propter valetudinem à laboribus militiæ soluit.

Caŭsārĭē, aduerb. *Martian. in l. Milites agrum. §. is etiam. ff de re militari.* Ideo & ad eum, qui causariè missus est, potest dici pertinere, quū huic quoque præmium præstetur. κεκμηκὼς χρώμενος, ἐπεὶ πολέμου γενόμενος

Caŭsŭlă, diminutiuum à Causa, *Quintil.* *Cicero in Oratore.* Sed quia & priuata ille pleraque & eas ipsas aliis: & paruarum rerum causulas scripsit, videtur ieiunior.

Caŭsor, aris, deponens, rei gestæ causam affero seu reperio, & excusationem adduco {πρόφασιν ἔχομαι. GALLIC. Dire & alleguer la raison ou excuse de quelque faict, s'excuser. ITAL. *Excusarse, narrare il fatto.* GER. Ein vrsach oder entschuldigung herfurbringen. HIS. *Traer causas ò achaques, contar razones.* ANG. *To alledge reason or excuse, or essoine.* {*Suet. in Nerone*, Causatus nondum esse fatalem horam. *Idem*, Syllanum item socerum ad necem, secandásque nouacula fauceis compulit, causatus vtroque quòd se ingressum turbatius mare non esset sequutus. *Gel* Negotium sibi esse causabatur. *Virg. Ecl.* 9. Causando nostros in longum ducis amores. ¶ Causari etiam culpare est, αἰτιᾶσθαι [*Item* accusare. *Quintil.* Ne causanti pupillo sic tutor irascatur (i. accusanti.)]

Caŭsĭfĭcŏr, causā dico, excusationem affero, recuso. {αἰτίαν ὀρθὴν φέρομαι, παραιτοῦμαι. G. Alleguer ses raisōs ou excuses, s'excuser. I. *Excusarse* G. ein vrsach anzeigen/ein entschuldigung darthun. HI. *Traer cosas.* AN. *To alledge à reason or excuse, to essoine.*} *Plaut. in Aul.* [*fo. 6. a. 4.*] haud causificor, quin eam Ego habeam pessimum.

Caŭsātŏ, prætextus, excusatio, vel color: quandoque ponitur pro vitio interiore, & ægritudine. {πρόφασις. GAL. Excuse. ITA. *Excusatione.* GE. entschuldigung/außred. HI. *Aquella obra de traer causas, excusacion.* AN. *An excuse, essoining.*} *Pallad. l. 1* Si saluo capite in pulmonibus ac thorace, aut hilla est, aut rara causatio.

Caŭsātĭŭs, aduerb. maiore cum causa. {λογικώτερον. *Plin. in præfatione operis.* Quanto nos causatius ab aliquo iudice defendimur, melius defendimus. [*Combien auec plus grande occasion.*]

Caŭsĭdĭcus, pen. cor. dicitur patronus, qui in causis iudiciisque versatur. {δικηγόρος, ῥήτωρ. GA. Auocat, celuy qui plaide. IT. *Auocato.* GE. ein fursprech in rechtshändlen HIS. *Abogado de pleitos.* A. *An aduocat that defendeth an other mans cause, a man of law* {*Cic. de Orat.* Non enim causidicum nescio quem, neque proclamatorem, aut rabulam hoc sermone nostro conquirimus. *Iuuen. Sat.* 10. nec vnquam Sanguine causidici maduerunt rostra pusilli. [Vnde, & cur dictus docet Apuleius. *Apol. 1. & Fab. c. 1. l. 12.* innuit non ita honestum esse verbum.]

Caŭstĭcă medicamenta, Sunt quæ habent vim causticam, i. vstiuam. καυστικὰ φάρμακα, *Plin. li. 20. c. 9.* Stirpium brassicæ atridorum cinis, inter caustica intelligitur. *Mart.* Caustica Teutonicos accendit spuma capillos.

Caŭstŏn, καυστὸν Latinè dicitur Vstile. *Plin.* Quartum caustum ellychnia.

Caŭtē, Cautela, *Vide* CAVEO.

Caŭtērēs, καυτῆρες Idem cum cauterium, quos *Pallad.* habendos esse in instrumento rustico præcipit.

Caŭtĕrĭum, rĭi, instrumentum quo notæ imprimuntur, & morbi alio-qui insanabiles curari solent. {κεστήριον. GA. Vn cautere, ou fer chaud. ITALIC. *Ferro da cremare.* GER. ein eysen mit welchem man ein zeichen brennet. HIS. *Hierro para quemar.* ANG. *A marking instrument, an hoat yron.*} *Plin. l. 22. c. 23.* Tempestiue etiam datum cauterij vim obtinet: assuetis etiam vtilius quàm expertibus. Præterea, Cauterium in pictorum instrumentis continetur, quo bituminationes & fortiores quæque conglutinationes concoquuntur: maximè in ea pictura, quæ ἐγκαυστικὴ appellantur, quæ fit carbonibus inustis, resolutis igne ceris. *Martia. ti. de fundo instructo, sic refert*, Pictoris instrumento legato, ceræ, colores similia quæ horum legato cedunt: peniculi & cauteria, & conch

Caŭtērĭātŭs, a, um, quod est cauterio notatum, κεκαυτηριασμένος. ANG. *Marked or seared with an hoate yron.*} vnde ab Apostolo Cauteriata conscientia dicta est.

Caŭtēs, huius cautis, fœm. gen. Saxum asperum & abruptum. {צור *tsúr* סלע *seláh.* πέτρα. GAL. Vn rocher, ou vne roche. ITAL. *Sasso aspero & grande.* GERM. Schroffen/ein raucher fels. HISPA. *Piedra aspera.* ANGL. *A ragged rocke, or hill full of great stones.*} *Virg. 6. Æneid.* Quàm si dura silex, aut stet Marpesia cautes. *Plin. lib. 2. cap. 96.* Iuxta Harpasa oppidū Asiæ, cautes stat horrenda, vno digito mobilis: eadem si toto corpore impellatur, resistens. *Cæsar 3. bell Gal.* Et ab æstu derelictæ, nihil saxa & cautes timerent. Caute loquacior, μᾶλλον λαλίστερος, prouerbialis hyperbole in hominem immodicè & permolestè garrulum. Sumpta metaphora à cautibus, quæ quoniam assiduis fluctibus tunduntur, multo resonant fragore.

Caŭtŏr, Cautio, Cautionalis, Cautus, *Vide* CAVEO.

Căŭus, a, um, Concauus, vacuus: à Chaos, quod quasi vorago quædam erat inanis. {נבוב *nabúb.* κοῖλος. GALLIC. Caué, creux. ITA. *Voto, cauato, concauo.* GER. Hol. HISP. *Profundo, honde, ò hueco.* ANGL. *Holow. Virg. 3. Æn.*:-dat signum specula Misenus ab alta Æra cauo. *Ouid. 4 Metam.* -quæ sanguine misti recenti Coxerat ære cauo.

Căŭus, siue Cauum, Locus cauatus, seu concauus. {נקב גב *ghébe. ghéb.* κοῖλωμα. Creux, trou, taniere. IT. *Luogo cauato, buco.* GER. ein hol ort / ein hule/loch. HIS. *El hoyo ò agujero.* AN. *An hole or holow place.*} *Varr.* Facere his cauos oportet laxiores, vbi pullos parere possint. *Columel. libro* 12. Deinde cauum quem feceris, furculo obturato. *Idem* scribit cauum esse locum, qui inter ædium parietes relinquebatur, patulus vt ostiet. *Horat. 1. Epi.* Macra cauum repetes arctum, quem macra subisti.

Plin lib. 10. c. 12. Pullos in cauis educant auium soli. [Cauam manum præbere. *Suet. in August. c. 91.* Cauo ore aut patulo efferre. *Quint.* Cauamachina, *Ouid. 6. Fast.* In caua ducuntur quassæ naualia puppes. *Ouid. Eleg. 8. lib. 4. Trist.*

Căŭātĭcŭs, a, um, ἔγκαυστος, vt Cauaticæ cochleæ. *Plin. lib. 30. cap. 6.* Sunt Balearicæ, quas cauaticas vocant, quoniam in speluncis nascuntur.

Căŭo, as, Euacuo, Cauum facio. {חרה *chará* חפר *chaphár.* κοιλόω, κοιλαίνω. GAL. Cauer, creuser. ITA. *Cauare, votare.* GER. Außhölen/hol machen. HI. *Cauar.* AN. *To make holow.*} *Plin. lib. 36.* In Syphno lapis est qui cauatur, tornatúrque in vasa coquendis cibis vtilia. [Opportunè cauata hæc mihi Epistola. *Plan. pf. fc. 3. a. 2.* Cauato solo circa Tiberium. *Suet. in Aug. v. 43.*] *Liu. 1. bell. Pun.* Itaque ingens coacta vis nauiū est, lintriúmque remerè ad vicinalem vsum paratarum: nouásque alias primùm Galli inchoantes, cauabant ex singulis arboribus. *Ouid 1 de Arte*, Saxa cauantur aqua. *Virgil. 3. Georg.*-cauátque Tellurem, & solido grauiter sonat vngula cornu. ¶ Huius composita sunt Concauo, Excauo, & Recauo, pen corr. *Ouid. lib. 2. Met.* Est locus, in geminos vbi brachia concauat arcus.

Căŭātŏr, oris, verbale. {כרת *chorét* חפר *chophét.* κολαπτής. AN. *Which maketh hollowe.*} vt, Cauator arborum picus Martius, ξυλοκολαπτής. *Plin. lib. 10. c. 8.*

Căŭĕă, caueæ, à cauo fit, significátque specum vel antrum subterraneum {נבא *ghéve* מאורה מנהרה *meuráh* מנהרה *minharáh.* αὐλών. GALL. Cauue. ITA. *Cana sottera.* GE Ein hule vnder dem erdtrich. H. *Cueua.* ANGL. *A caue or denne.*} Sed quoniam in huiusmodi locis esse consueuerunt ferarum cubilia, caueas pro ipsis ferarum receptaculis vsurpamus. *Apule.* Bestiam immittimus caueæ. *Suet.* Bestiarum more quadrupedes caueæ coercuit ¶ Et ab harum similitudine pro septis ex ligno, siue ex ebore aliáve materia factis, in quibus auiculas tenemus. {כלוב *chelúb.* κίγκλος, φιμωτὶς ἀνδρία. GA. Cage. IT. *Gabia.* GE Ein vogelkefig. HI. *A eaue.*} *Plaut. in Curc.* [*fo. 1. a. 3.*] Quia enim cauea si forent conclusi, itidem vt pulli gallinacei ¶ Item Cauea, est area in medio theatri, in qua equitum subsellia constituta esse consueuerunt, quod velis tecta caueæ similitudinem haberent, θεατρικὸν. *Plin. in Amph.* Vt conquisitores singuli in subsellia Eam per totam caueam spectatoribus. [Censuit ne quis pullatorum media cauea sederet. *Sue. in Aug. c. 44.* Pro corpore, *Sen. epist.* 89. Cum ex cauea fugerit animus. i. corpore. *Idem, c. 11. de Trang.* Verba ad caueam summam spectantia.] ¶ Quandoque ponitur pro populi consessu. *Virg. 5. Æneid.* Hic totum caueæ consessum ingentis, &c. *Caueai, legitur pro caueæ, apud Lucr. lib. 4.* Namque ibi consessum caueai subter.

Căŭĕrnă, næ, Specus, vel antrum subterraneum, vel terræ concauitas. {מערה *meárah* מנחרה *minharáh.* αὐλών. GA. Cauerne, creux. IT. *Spelonca, cauerna.* GE. Ein hule vnder dem erdtrich. HISPA. *Cueua, concauidad.* ANGL. *A caue, denne, or holow place.*} *Cic de Nat. deor.* Quod magna vis terræ cauernis contineatur caloris, eáque hyeme sit densior. *Virg. 2. Æneid.* Insonuêre cauæ, gemitúmque dedêre cauernæ. *Cicer. de Nat. deor.* Nos ex terræ cauernis ferrum elicimus, rem ad colendos agros necessariam.

Căŭĕrnōsŭs, a, um, Pro loco passim vacuo, & veluti cauernis pleno. {κοῖλος. GAL. Ayant plusieurs grandes cauernes, fort creux. IT. *Pieno di caverne.* GE Grubechtig/ voll löcheren/oder hölinen. HIS. *Cosa llena de cuevas.* AN. *Full of dennes or holow places.*} *Plin. lib. 26. c. 6.* Radix in vsu, pilosa, coloris intus herbacei, crassitudine digiti minimi, acetabulis cauernosa, seu poliporum cirri, subdulcis, & in petris nascens.

Căŭĕrnŭlă, læ, dimin. {κοῖλη. AN. *A litle caue or denne.*} *Plin. li. 17. c. 11.* Ipsi quàm pediculis adhærentes cauernulas habent, & intus semen.

CĂŸSTĔR, κάϋστρος *Steph.* Fluuius Lydiæ, Sardibus proximus, cignis abundans: qui multos amnes secum deferens Ephesum abluit. {G. Ein fluß in Lydia/in welchem vil schwanē sind/so auch an der statt Epheso her flusset. Dicitur ἀπὸ τῶ κάϊειν. quod est, amburi, quoniam propinquus sit Catacecaumenæ, quæ pars est Ephesiæ prætorridæ & deustæ, fertilis nulla præter vitem, arbore, sed vino præstantissimo, quod *Virg. & Plin.* Catacecaumen item ex hac origine denominant.

CĂŸSTRĬ CAMPI, κάϋστρια πεδία, *Steph.* campi sunt fœcundissimi sub Sardibus, Lydorum vrbe, Cori & Hermi campis contigui, ita dicti à Caystro vicino fluuio. *Virg.* Caystri prata vocat, *lib. 1. Georg. Vide plura apud Strab. lib. 13.* [Caystrius ales. *Ouid. El. 1. lib. 5. Trist.*

CĂŸSTRŬS, κάϋστρος, Oppidum est Ciliciæ meditetraneum, *teste Ptolemæo, lib. 5. cap. 8.*

C ante E.

CEL. In notis antiquorum, Celeres. CEN, PP. vel CENS. Censor perpetuus CEN. A. Censoris arbitratu. CENT. Centuria, vel Centurio cententrio. CENTV. centuriones. C. F. Caij filius.

Ce, Syllabica, adiectio est: de qua vide infra in particula MET.

CĒĂ, siue CEOS (vtroque enim modo appellari autor est. *Pli. lib. 4. c. 12.*) Insula est sub Eubœa, bombycinarum vestium textrinis olim nobilitata. ¶ In hac enim insula Pamphila Latoi prima adorta est bombycum telas retorquere eásque rursus texere, *vt testatur Idem Plin. li. 11. c. 22.* Hinc Ceæ vestes dictæ sunt, quę in hac insula ex bombyce tenuissimæ texebantur in vsum fœminarum. *Propert.* Et tenues Ceæ vestis mouere sinus.

¶ *Ptolem.* hanc insulam Ciam appellat, vt hodie quoque vulgùs nauatum. Vrbes olim tres, Carthæam, Iulidem, & Caressum.

CEADVS, κιάδος, Ciconum rex fuit, pater Trœzeni, & auus Euphemi: *cuius, meminit Hym. 2. Iliad.*

CEBES, etis, κέβης, Thebanus fuit Philosophus, cuius etiam hodie extant Dialogi, quibus ille duplicem humanæ vitę speciem in tabula quadam, ob oculos ponit. *Vide Suidam, & Laertium.*

CEBRĒNĬĂ, κεβρηνία, Regiuncula est Troadis cum oppido eiusdem nominis, non procul à Scepsi: *cuius meminit Plin. lib. 5. c. 30.* ¶ Sunt & Cebrenij in Thracia, dicente *Strab. lib. 13.* Est fluuius quidam Arisbus in Thracia, prope quem Cebrenij Thraces habitant. Multa enim apud Troes, & Thraces iisdem nominibus appellantur, vt Scæi Thraces quidem, & Scæus amnis, & Scæus murus, & Scææ Troianæ portæ. Item Xanthi Thraces, & Xanthus Troiæ fluuius. Arisbúsque quoque in Hebrum immittit: Arisba Troiæ ciuitas est. Irem Rhesus apud Troiam fuit: Rhesus etiam Thracum rex fuit. Dicta est autem Cebrenia vel ab amne Cebreno (*vt ex sententia Herodiani refert. Steph.*) vel vt

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

vt alij malunt, à Cebrione Priami notho: quanquam Scraboni magis placet, Cebrionem potiùs à Cebrenia, vel (vt apud eum legitur) Cebrina vrbe nomen accepisse.

Cebrēnis, huius Cebrenidis, fœm. patronymicum, κεβρηνίς, *Ouid. 1. Metam.* Aspicit Hesperien patria Cebrenida ripa. *Statius in Syl.* viduæ Cebrenides arida luctu Flumina.

Cebrēnūs, pen. pro. κεβρηνός, Nomen gentile. *Ausonius,*

Sic qui venalis tam longa ærate Cebrenus,
Non habet emptorem, sit tibi pro pretio.

CEBRICA CHERRONESVS, κεβρικὴ χερρόνησος, nominatur *apud Steph.* in mentione Saxorum, fortè Cimbrita legendum.

CEBRIŌNĒS, κεβριόνης, Filius fuit Priami, sed illegitimo toro natus, qui à Patroclo saxo ictus interiit. Iliad. π.

Κεβριόνην νόθον υἱὸν ἀγακλυτὸς πεφιδόμενος, id est,
Cebrionem haud propria Priamo de coniuge natum.

CECINA, Fluuius est Thraciæ, ad Volaterras, *Autore Pomp. l. 2. & Plin. l. 3. c. 5.* Vulgò *Cesena.*

CECINNA, Prænomine Aulus, Eques Romanus fuit, ex municipio Volaterrano, Ciceronis familiaris, & ab eo in causa quadam hæreditatis defensus: de qua re etiam nunc extat Ciceronis oratio. Hic tempore belli ciuilis non contentus Pompeij partes sequi, edito etiam in Cæsarem libro, acerrimè eum insectatus est, *vt est videre apud Ciceronem in Epist. Famil.* ¶ Scripsit & librum de fulminum procreatione, quem *Seneca* se fatetur imitari. ¶ Fuit etiam Cecinna quidam ex Octauii Cæsaris scribis, cuius meminit *Cic. in Epi. ad Atticum.* ¶ Cecinna item alius fuit, ex Vitellij ducibus, qui apud Bebriacum cum Othonianis fœliciter dimicauit. ¶ Meminit & *Sueton. in Titio* cuiusdam Cecinnæ, qui ob suspicionem coniurationis ab Imperatore ad cœnam inuitatus, per proditionem interfectus est.

CECRŌPS, κέκροψ, Primus Athenien sium rex, qui annis quinquaginta regnauit. Hic Athenas instaurauit. [*Ger.* Der erste König zu Athen.]

Cecrŏpĭus, a, um, possessiuum κεκρόπιος. *Virgil. li. 4. Geor.* Cecropias innatus apes amor vrget habendi.

Cecrŏpĭă, Oppidum à Cecrope conditore: nunc est Arx Athenis. *Plin. li. 7. c. 56.* Oppidum, *inquit,* Cecrops à se appellauit Cecropiam, quę nunc est arx Athenis.

Cecrŏpĭs, idis, κεκροπίς, Patronymicum fœmininum.

Cecrŏpĭdæ, κεκροπίδαι, Athenienses dicti sunt, à Cecrope rege. *Ouid. 7. Metam.* Phocus in interius spatium, pulchrósque recessus Cecropidas duxit.

Cecryphalca, κεκρυφάλεια, Promontorium seu insula Peloponnesi, iuxta quam Athenienses ab Æginetis prælio superati fuerunt. *Steph.*

Cĕcŭbum, Vide CAECVBVM.

CĔDAR, {קדר *kedhár. κηδάρ.*} Regio Arabiæ, vt apud Isaiam, Aufertur omnis gloria Cedar. Nam (*vt inquit Hieronymus*) ex Ismaële Cedar & Agareni, qui per uerso nomine Saraceni vocantur, generati dicuntur.

Cēdĭtĭæ tabernæ, Ædificia quædam Romæ: ita dicta à domini nomine, qui Ceditius vocabatur.

Cēdo, cedis, cessum. {סר *sar* נתן *nathán. παραχωρῶ* AN. *To giue place.*} & Cedo, cedite. *Vide* CAEDO. [Cedebat tardius venenum (de lento effectu) *Suet. in Nero. c. 33.*]

CEDREAE, κεδρέαι. Cariæ oppidum, cuius incolæ Cedreatæ, & Cedręi appellantur. *Steph.*

CEDREI, {ישבי קדר *joschebék edhár.*} Arabiæ populi sunt, Canchleis & Nabathæis finitimi: quorum meminit *Pl. li. 5. c. 11.*

Cedratus. *Vide* CEDRVS.

Cedrĕlātē, fœm. gen. {גופר *ghópher. κεδρελάτη.*} Genus Cedri. *Plin. l. 24. c. 5.* Cedrus magna, quam Cedrelaten vocant, dat picem, quę Cedria vocatur, dentium doloribus vtilissimam.

Cedria, κεδρία. Pix est, quæ ex cedrelate, hoc est, ex maiore cedro defluit. *Plin. l. 29. c. 3.* Scabiem corporum, ac pruritum oleo & cedria mistis tollunt. *Vide Ruel. l. 1. c. 62.*

CEDROPOLIS, κεδρόπολις, Oppidum in Caria: à quo Cedropolitæ.

CEDROS, Insula est in Germaniæ littoribus, cedri genere syluosa, inde electrum in petras defluere dicitur. *Perottus.*

CEDROSSI, κέδροσοι, Populi prope mare rubrum. *Steph.*

Cedrostis, κέδροστις, Vitis alba quam nonnulli Ampeloleucen vocant. *Pl. li. 23. c. 1.* Vitis alba, quam Græci Ampeloleucen, alij Ophiostaphylon, alij Melothron, alii Pfilothron, alii Archezostin, alii Cedrostin, alii Madon appellant. Hæc & Brionia à *Dioscoride* appellatur.

Cedrŭs, ארז *érez.* κεδρός. Arbor est perpetuò virens, iunipero non absimilis, radicibus raris, per summa terræ dispersis, folio duro, acuto, mucrone cappillato, & spinoso, ligno contorto, nodoso, medulla rubente odorata, baccis myrti flauis, odoratis & esculentis, nouo fructu per autumnum cum anniculo pendente. Laudatissima in Creta nascitur. Item in Africa & Syriæ montibus. ¶ Cedro æterna materies, cariē non sentiens, vnde classibus & domorum tectis ædificandis in primis est idonea. Vnde prouerbialiter Digna cedro dicuntur, quæ promerentur immortalitatem, & eiusmodi iudicantur, vt posteritati consecrari debeant. *Horatius in arte poetica,* speramus carmina fingi posse linean da cedro. *Persius item,* & cedro digna loquutus. *Plinius* duo cedri facit genera, maioris & minoris discrimine: minorem rursus in duas secans species: quas Lyciam appellat, & Phœniciam, vtranque iuniperi similitudine, sed foliis differentem. Nam quæ acutum, spinosum, & durum habet folium, Oxycedrus nominatur. Altera odore præstat. Maioris item cedri duo facit genera. Nam quæ floret, fructum non fert: fructifera non floret, sed in ea antecedentem fructum nouus occupat. ¶ Cedrus in Cypro maxima nasci traditur, centum triginta pedum longitudine, crassitudine autem ad quinūm hominum complexum. *Vide plura de hac arbore apud Plin. l. 13. c. 5. Virgil. 2. Geor.* Dant alios aliæ fœtus: dant vtile lignum Nauigiis pinos, domibus cedrúmque, cupressósque. *Vitru. libro secundo* autor est, ex cedro oleum nasci, quo libri, aliæque res perunctæ, à tineis & carie non læduntur. Ad quod pertinere videtur illud *Persij, Satyra prima,* & cedro digna loquutus. Item illud *Ouidij Ele. 1. l. 1. Tristium,* Nec titulus nimio, nec cedro charta notetur.

Cedrātŭs, a, um, κεδρατεύς, Cedrino oleo perunctus. *Pl. l. 13. c. 13.* Et libros cedratos fuisse, propterea arbitrarier tineas non tetigisse.

Cedrīnŭs, a, um, κεδρεινός. *Plin. li. 13. c. 5.* Cedrus est Romæ in delubro Apollo Sosianus, Seleucia aductus.

Cedrium, Pix *li*quida & primaria, quæ ex tæda excoquitur. *Plin lib 16. c. 11.* Pix liquida in Europa è tæda coquitur naualibus muniendis, multósque ad alios vsus. Lignum eius concisum, furnis vndique igni extrà circundato, feruet: primus sudor aquæ modo fluit in canali. Hoc in Syria Cedrium vocatur, cui tanta vis est, vt in Ægypto corpora defunctorum hominum ea perfusa seruentur.

Cedrĭdēs, pen. corr. κεδρίδες. Fructus Cedri, sicut Daphnides, fructus lauri. *Plin. lib. 24. c. 5.* Cedrides, hoc est, fructus cedri, tussim sanant, vrinam ciunt.

CĔLĂDŌN, pen. cor. κελάδων, Amnis est ignobilis, in Alpheum influens; apud *Strab. lib. 7. Georg.* ¶ Est etiam Celadon nomen vnius ex iis, qui vnà cum Phineo in aula Cephei regis Æthiopum, Perseo vim inferre conati, perierunt. *Ouid. 5. Metam.* Occidit & Celadon Mendisius, occidit Astreus.

CELADONE, nes, pen. pro. κελαδώνη, Oppidum Locridis *apud Steph.* à quo Gentile, Caladoneus, a, um.

CĔLĂDYSĂ, κελάδυσα, Exigua est insula maris Ægei, Delo proximā, tam anguSto freto ab ea diuisa, vt catena aliquando ei fuerit annexa. Aliis nominibus Rhene, & Artemite dicitur. In hac Delij mortuos suos sepeliebant, religione scilicet prohibiti, ne quenquam in Delo humarent. *Vide Thucydidem Belli Peloponnesiaci lib. 4. & Plinium libr. 4. c. 12.* ¶ Sunt item Celadusæ, paruæ aliquot maris Adriatici insulę, Liburniæ adiacentes: *quarum meminit Plin lib. 4. cap. 2.*

CĔLAENAE, κελαιναί, Collis est Asiæ proprie dictæ, in quo vrbs fuit eiusdem nominis, ex qua Antiochus Soter incolas transtulit in eam, quam à nomine matris Apamiam appellauit. *Autor Strab. lib. 12. Pli. verò libr. 5. cap. 29.* Celænas easdem facit cum Apamia. Tertius (*inquit*) conuentus Apamiam vadit, antè appellatam Celęnas. Circa hanc vrbem fluit Marsyas amnis: ibique volunt poëtæ Marsyam tibiarum cantu cum Apolline certasse. ¶ Celænas item alias collocat *Plin. lib. 5. c. 32.* in ea parte Asiæ, quæ Phrygiæ superiecta est, iuxta Andriam, Ancyram, & Colossas.

CĔLAENŌ, κελαινώ, cum diphthongo, Fuit vna ex Harpyiis, ἀπὸ τῆς κελαινότητος, hoc est, à nigredine, ita appellata. *Virg. 3. Æn.* Vna in præcelsa consedit rupe Celæno Infelix vates.

CELENO, κελαινώ, vna ex Pleiadib. Atlantis & Pleiones nymphæ filia, cuius qua Iupiter concubuit. *Ouid.*

& te formosa Celeno,
Maiam & Electram, Taygetámque Iouis: scilicet concubuisse ferunt.

Vide infrà de Pleiadibus.

Cēlātim, *Vide* CELO.

Cēlāstrŭs, *Theophrasto,* Arbor est æterna frondens coma, cultura degenerans, & omnium tardissimè fructus suos perficiens: vsus eius ad baculos & scipiones accommodatus. *Vide Ruel. li. 1. c. 63. & 138.*

[Celaro, Deæ nomen. *Gell. cap. 21. lib. 13.*]

Cēlĕbrĭs, & hoc celebre, vel Celeber, bris, bre, pen. corr. quod celebratur, frequentatur & colitur: clarus, frequés, {נשכח משכח *nischhabáh. διάσημος, πεφημισμένος, ὀνομαστός, δοκιμούμενος.* GAL. Renommé, hanté. ITA. *Famoso, celebre.* GER. Berümpt/furnem HIS. *Famoso, glorioso.* ANG. *well renowmed, honorable, much haunted.*} *Cic. de Diuin.* Nunquam illud oraculum tam celebre, tam clarum fuit. *Idem in Verrem,* Clara res est, tota Sicilia celeberrima atque notissima. [Quique minus celebres nostra procubuere manu *Ouid. 13. Meta.*] *Item in eundem,* Cum in foro celeberrimo tanta frequentia hoc tibi obiectum esset. *Idem pro Pompeio,* Portus celeberrimus & plenissimus nauium. *Ad Heren.* Locus quę ritur celebris an desertus. *Celeberrimus arte aliqua vel in arte aliqua. *Plin. li. 24. c. 17. & lib. 8. c. 5.* *Dies celeberrimus, id est honoratissimus. *Cic. de Amicit.* Hoc tamen vere licet dicere, P. Scipioni ex multis diebus, quos in vita celeberrimos lætissimósque viderit, illum diem clarissimum fuisse, quum Senatu dimisso, domum reductus ad vesperam est. *Celeberrimus vir, pro multorum sermone comprobato. *Hermogenianus in l. Si res pupillares ff. de Admin. tutor.* Si res pupillaris incursu latronum pereat: vel argentarius cui tutor pecuniam dederit quum fuisset celebertimus, solidum reddere non possit, nihil eo nomine tutor præstare cogitur. [Item Celebris pro celer, velox: *Mart. Ep. 55. l. 8.* Celebri fuga, pro celeri. Et celebertimus pro Celerrimus: *Varro cap. 20. lib. 1. de re rust. in editione Aldi.*]

Cēlĕbrĭtās, Frequentia & hominum cœtus, concursus. {קהל קרה *káhal kedhah. πολυφιλία, ὄχλος.* GA. Assemblee de gens d'honneur, frequentatiō, grande assemblee d'hommes & de femmes. ITA. *La frequentatiō.* GE. Ein grosse menge vnd versamlung der leuten. HISPA. *Compañia de hombres.* AN. *A great resorte to a place.*} *Cic. ad Attic.* Odi celebritatem, fugio homines, lucem aspicere vix possum. *Idem pro domo sua,* Nullis vnquam comitiis campus Martius tanta celebritate omnis generis hominum floruit. Interdum Celebritas significat nomen, honorem & fæmę claritatem. {כבוד *chabódh* שמע *schémáh. δόξα.* GA. Bonne renommee, bon bruit, bonne reputation. IT. *La fama, il buon nome, l'honoranza.* GE. Berumptet nam mit heerlichem lob. HIS *Glorioſa fama.* ANG. *Renowme.*} *Idem pro Arch.* Hac tanta famæ celebritate quum esset absentibus notus, Romam venit Quintius, ante omnia futurus orator, cui in magna celebritate, & in media Republica viuendum est, assuescat à puero non reformidare homines. *Cic. 3 Offic.* Itaque nos, qui in maxima celebritate atque in oculis quondam ciuium viximus, nunc fugientes conspectum sceleratorum hominum, &c.

Cēlĕbrĭtĕr, Aduerbium: *Suet. in Tib.* Per noctes celeberrimè acclamatum est, redde Germanicum. Dictum vt creberrimè *apud Cic.*

Cēlĕbro, as, Frequento. {חתהלך *hithhalléch. φοιτάω.* GALL. Frequenter & hanter. ITA. *Celebrare, frequentare.* GER. Embsig begehn. HI. *Hazer muchas vezes alguna cosa, ò andar muchas vezes à vn lugar.* AN. *To haũt.*} *Varro,* Cui non tàm cura erat, vt templa deorum, quàm vt popinas celebraret. [*Liu. lib. 6. d. 4.* Celebrare dixit, & paulo antè frequentare, eodem sensu. *Item* Celebratus frequentia Consul, *Liuius li. 4. d. 5.*] *Cic. 3. de Orat.* Qu. Mutij ianua maxima quotidie ciuium frequentia celebratur. ¶ Est item Celebrare, idem quod prædicare, & illustrare. {שבח *schibbách.* הלל *hillél. ὑποφαύειν ποιεῖν.* GALL. Solennizer par assemblee de gens, louër & faire estime. IT. *Honorare, innualzare.* GER. Loben/erleuchtt machen/Ehren. HI. *Diuulgar por fama y gloria.* ANG. *To make famous, to honour or worshipe.*} *Cic pro Rab.* Hæc mira laus est, quæ non poëtarum carminibus, non annalium monimentis celebratur, sed prudentium

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

iudicio expenditur.[*Ouid.Eleg.4.lib.4.Trist.* Séque celebrari quolibet ore finit Iuppiter Item pro colere, Et paruam celebrare domum patriósque penates(i.colere)*Ouid.Eleg.8.libr.4.Trist.*] ¶Hinc celebrare laudibus: θαρρυνίζειν, δοξάζειν, & virtutum celebritatem, ἐυρυθμία, δυναμία, θαυμάσιον dicimus. ¶ Celebrare ludos est cum celebritate quadam ludos facere.*Cic.6.Philipp.* Ludi Apollinares incredibili M. Bruti honore celebrati.[Celebrare conuiuia:*Tibul.lib.4.* Impia nec fœuis celebrans conuiuia mensis.] Celebrare diem festum, est feriari.{חג *chágh.*ἑορτάζειν.}*Idem in Cat.* Quapropter Quirites celebratote illos dies cum coniugibus & liberis vestris. [Celebrare ornatus genus aliquod(i.frequenter vti) *Gell.cap.22.lib.13.* Hæc citò celebrate. *Plau.pseud sc.2.a.1.*(i.celerate) Vide Celebris.Sie, Celebrare manum furtis,*dixit Plaut.apud Nonium in Lauerna ex V.L. Vide Indicem ad Vet.Poet.fragm.*

Cēlebrātĭo, onis, verb.{חג *chágh.*ἑορτασις. תהלה *tehilláh.*θαυμασμός.ANG. *A solennisation,an assemblee or companie.*}celebrandi actus. *Cicer.ad Att.l.15* De celebratione ludorum Bruti tibi assentior.*Plin.lib.34.* Quę domus,quæ celebratio,quæ familiaris dignitas,quæ studia amicorum quæ ex quoquo ordine multitudo?

Cēlebrātŭs, nomen ex partic. {משכח *meschubbách* נכבד *nichbádh.* δεηθεὶς θεὸς.} *Cic.2.Phil.* Scio me in rebus celebratissimis sermone omnium versari.

Cēlebrātĭŏr, id est,celebrior.[*Ouid.6.Fast.* Nomine,quàm pretio celebratior ara.]*Sue.in August.c.18.* Quóque Actiacæ victoriæ memoria celebratior & in postremum esset.[*Gell.c.2.lib.7.* Celebratissima commentaria.]

Cēlebrēsco,celebris fio.{δοξάζομαι. AN.*To waxe famous and renowmed.*} *Accius.* Et qualiscunque arma celebrescat tua.*Ex Nonio.*

CELEGERI,Mœsiæ,quæ Pannoniæ iungitur,populi.*Autor Pli.li.4.c.36. in descriptione Mœsiæ.*

CĔLENDRAE,arum,Oppidum Ciliciæ,cum portu eiusdem nominis *apud Strabonem li.14.& Pomponium Melam lib.1.in Cilicia descriptione. Lucan.libr.8* -sequitur pars magna senatus Ad profugum collecta ducem,paruísque Celendris,Quo portu mittítque rates,recipítque Selinus.

CELEIA,Norici oppidum,*Plin.lib.4.cap* 24.Vulgò,*Cilia.*

Cĕlĕr,celeris.Velox,incitatus,volucer.[Vnde & quis dicatur celer *Plutar.in Rom.*]{מהיר *mahir.*GA.Viste,soudain,legier. IT. *Presto,veloce.* GER Schnell/geschwind/behend HIS.*Ligero.* AN. *Quicke swift and spedie,nimble.*}*Cic.ad Octauium,* O miseram & in breui tàm celerem, & tàm variam Reip.commutationem!*Hor.lib.1.ep 8.* Oderunt hilarem tristes,tristémque pœnosi,Sedarum celeres,agilem gnatúmque remissi.[Cogitatione celer.*Velleius.* Cursu celeri equi *Pl.Men sc.2.a.5.* Celerémque sagitram.*Tib.lib* 4. Equum celerem arcto compescere freno.] ¶ Hinc celerrimus superlatiuum:pro quo vetustissimi dicebant Celerissimus.*Manlius in Iliade apud Prisc* Celerissimus aduolat Hector. Celeres dicebantur milites CCC. quos Romulus ad custodiam corporis sui delegerat,à celeritate dicti, quod pro belli necessitate, tùm equites,tùm pedites expediti pugnabant.*Cas.in l.ij ff.de Ori.iur.* [*Festus* ait ita dictos fu sse olim equites.]

Cĕlĕrĭūscŭlŭs,a,um,Aliquantum celer. { ANGL.*Somewhat swifte and quick.*}

Cĕlĕro,celeras,pen.cor.Celeriter aliquid facio,celeritate vtor. {מחר *mihér.*ταχύνω.GA.Hatter,auancer.IT.*Far presto,affrettare.*GE. Etwas schnell thun/eylen HIS.*Presto y ligeramente traer.*ANG.*To haste, to spede.*}*Virg.9.Æn* Tum celerare fugam,patriáque excedere suadet. Idē 8.*Æneid.* Ergo iter incœptum celerant rumore secundo. ¶Hinc Accelero compositum:*de quo suprà suo loco.*

Cĕlĕrĭtās,atis,Velocitas.{מהרה *meherâh.*ταχύτης. GALLIC. Legiereté, vistesse,soudaineté.ITAL.*Prestezza,vel celerità.*GER. Schnelle/ Behendigkeit.HISPAN.*Ligereza* ANG.*Quickenesse,spedenesse,swiftnesse.*}*Cic 7.Ver.* Hæc centuripina nauis erat incredibili celeritate *dem 1.A ad* In pedibus celeritatem,in manibus vim ponebant ¶ Celeritas in malis optima.*Sophocles in Antigone,*βραχίστα δὲ κρεσσονες αἱ πόνων κρεῖς, id est, Vrgentibus malis celeritas optima est. Nihil enim molestius,quàm diu animo discruciari.

Cĕlĕrĭtūdo,Celeritas.*Var.3.de Re rust* Lucius Ælius putabat dictum leporem a celeritudine,quòd leuipes esset.{AN.*Quicknesse,spedde.*}

Cĕlĕrĭpēs,pedis, Qui leuis est pedibus.{ἐξύπους.GA.Legier du pied.IT. *Veloce.*GE Schnellzu fuss/ringfertig.HIS.*Cosa que tiene ligeros los pies.* AN.*Light and nimble footed.*}*Cic.ad Att lib.9.* Venit autem eo ipso die ille celeripes quem Saluius dixerat.

[Celerè,*Aduer.Diom.li.1.Et Plau.Capt.sc.2.a.2.* Quam citissimè potest tã hoc celerè ac factum volo.*Item Plau.Curc.sc.3 a.2.* Celerè pro celeriter,subitò,properè,Celerè obiectum negotium.]

Cĕlĕrĭtĕr,celeriùs,celerrimè a duerb Velociter.{מהרה *bimheráh.*ταχύ. GAL.Vistement,legierement,soudainement.IT.*Velocemente.*GERM. Schnell/flugs/geschwind.HIS.*Prestamente,legeramente.* AN.*Quickelie, swiftelie,spedelie.*}*Cæsar lib.5.de bel.Gall.* Illi imperata celeriter fecerunt.[celeriter mihi hoc homine conuento est opus. *Pl.Cure sc.3.a.2.* Celeriter abstumpsi(rem)inquit amator.*Plau.Curc.sc.2.a.5.*]*Cic.de Finib.* Celerriméque multa simul agitantem.

Cĕlĕrĭtĕr, idem quod celeriter, *Accius apud Nonium,* Sed quis est,qui matutinum cursum huc celeranter rapit.

Cĕlĕrātim,aliud aduerbium,pro celeriter.*Sisen.hist.lib.5.vt citat Nonius,* Quo magis celeratim poterat,in insidiis suos disponit.

* CELER,κέλης,Romuli præfectus.*Ouid.4.Fastorum,* Hac Celer vrget opus,quem Romulus ipse vocarat,Sintque,Celer,curæ dixerat ista tuę. *Eudæus.*

CELERINI,Citerioris Hispaniæ populi sunt, supra Braccaras & Gronios: quorum ager Auo fluuio irrigatur, *vt inducat Prol.lib.2.t.6.& Pomp.lib.3.*

Cĕlētēs,pen.pro.κέλητες,Vocantur equi,qui ad cursum soli adhibentur, sine bigis,vel quadrigis.{ANG.*Postes,horses for running.*} Latinè dicuntur Desultorij,quod ex his facilè desiliatur. *Plin.libr.34.cap.5.* videtur Celeritas posuisse pro statuis equestribus. Equestres(inquit) statuæ Romanam celebrationem habent, sine orto dubio à Græcis exemplo: Sed illi celeras tantùm dicebant in sacris victores :postea verò & qui bigis & quadrigis vicissent. ¶ Celetes item dicebantur nauigia actuaria,quæ vnico remorum ordine agebantur,Latini Celoces appellabant.

Celetizontes,κελητίζοντες,à Græcis dicũtur equitantes,& equum celerem regentes. Qua voce vsus est & *Plin.lib.34.c.8.*Hegiæ*(inquit)* Minerua Pyrrhúsque rex laudatur,& celetizontes pueri.

CELAETHI,κελαιθοι,Populi Thesprotiæ,vicini Thessaliæ,*Steph.*

CELAENA,pe.pro.Locus Campaniæ,Iunoni sacer.

CELAETHRA,κελαιθρα,Vrbs Bœotię propè Arnè à Celethro quodã.*Steph.*

CELEVS,duarum syllabarum,κελεὺς,Rex erat Eleusinæ,pater Triptolemi cui Ceres, quòd esset ab illo excepta hospitio, commonstrauit omnem agriculturæ rationem.Hinc locus factus prouerbio, Celei supellex,pro vili & rusticana supellectile.*Virg.1. Georg.* Virgea præterea Celei vilísque supellex.*Ouid.item lib.4.Fast.Plaut.*eum vocat Celionem:quasi inquit,supellex Celionis.

Cĕlĕūsmă, הידד *hedhádh.* κέλευσμα. GAL. Cry de plusieurs personnes, chant des mariniers.IT.*Grido vnito di piu persone.*GE.Das zu sammen schreyen wan mann einanderen ermanet etwas zu thun. HISPA.*Canto di marineros.*ANG.*A shouting or crie of shipemen.*} Clamor nautarum & aliorum,quum vno aliquid iubente, omnes vniformiter respondent, quasi sibi inuicem iubentes.*Mart.lib.3.* Quorum per vada tarda nauigantes Lentos figitis ad celeusma remos.[De eo clamore *Ouid. eleg.1. lib.4.Trist.* Quíque refert pariter lentos ad pectora remos In numerum pulsa brachia versat aqua.]

Cĕlĕūstēs,celeustæ,masc.gen.κελευστὴς, qui remiges hortatur, quasi nauigationis moderator:qui à Plauto Latinè Hortator appellatur,quòd ea hortamenta faciat, quæ verbo Græco Celeusmata dicuntur etiam à Latinis *Budæus.*

Cĕlĭă, Potus ex frugibus confectus,qui Hispanis præcipuè in vsu erat sicut Ceruisia Gallis.*Pl n l.22.c.vlt.* ¶ Est item Celia Apuliæ oppidum, in tractu Peucetiorum,non procul ab Egnatia,cuius meminit *Strab. lib.6.Et Ptolem.l.3.c.1.*Vulgò *Celia in terra de Barri.*

Cellă, Dicta est,quòd in ea celentur,quæ esse volumus occulta. {אוצר *otsár.*GAL.Celier,gardemanger,despense,chambre.ITAL.*Cella,garda roba,dispensa,camera.*GER.Ein keller/ein speysskammer.HI.*La celda ò camara de bodega.*AN.*A buttrie,a storehouse.*} Græci ταμιεῖον dicunt,in qua res esculentæ,& poculentæ reponuntur: quanuis propriè ταμίειον cella vinaria sit. *Cic.Att.lib.14.* Atticam meam gratias mihi agere de matre gaudeo:cui quidem ego totam villam,cellámque tradidi. Capit autem Cella significationem, pro ratione adiectiuorum, quæ illi iunguntur:vt,Cella vinaria,οἰνάν: Cella olearia,ἐλαιών. Cella farinaria, Cella pomaria,Cella lignaria,Cella libraria,Cella casearia. Denique omnis locus,in quo quid reponitur,Cella dicitur.*Cicer.de Senect.* Sem per enim boni assiduique domini referta est cella vinaria,olearia,mellaria,& pomaria.[*Plaut.in Amph.*Inde quasi è promptuaria cella depromar ad flagrum,*Suet.in Calig.c.57.* Cella palatina Atrienſis tacta de cœlo.*Sen.c.8 de Tranquil.*Cella laxior &c.Cellas refregit omnes, reclusítque armarium *Plau.Capt.sc.3.a.4.*]*Terent.in Adelph.* Nam me in cellam aliquam cum illa concludam. *Virg.Item 4.Georg.* fauorum cauernas Cellas vocauit,quum ait,Distendunt nectare cellas.κυψέλας. ¶ Item loca in quibus lauamur,aut vngimur in balneis,Cellæ dicuntur.Vnde Caldariam cellam,frigidariam & tepidariam dicimus. ¶ Cella item pars templi erit sacratior,in quam ingredi cuiuis fas nõ erat ἄδυτον.*Vide apud Gell.legitur,* Scipionem in Capitolium sæpe venisse,iussísseque cellam Iouis aperiri,ibíque solum demoratum fuisse *Liu.lib.3.*In cella Iouis optimi Maximi habitaret exul.

Cellŭlă,æ,diminutiuum à cella.{τὸ μικρὸν ταμεῖον,οἰκίσκος. AN. *A litle buttrie.*}*Ter.in Eunuch.* Quum in cellulam ad re patris penum omne cõgerebam clanculum. *Col lib.8.c.9.* Receptacula non tanquam columbis loculamenta,vel cellulæ cauatæ efficiuntur.

Cellāriă, Locus vbi conditur vinum.{אוצר יין *otsár jáiin.*οἰνὰν.GA,Celier IT.*Cantina,cauena del vino.*GE.Ein weyn keller.HISP *Cilla para vino.* AN.*A celler.*}*Plaut.in Mil.* Ego eiiciar cellaria. ¶Et cellaria, מכנה *sehéneth.*ταμεῖα.*Homero,* Quæ præest cellæ.*Plaut.in Mil.* Iampridem, quia nihil abstulerit,succenset cellaria. { GAL.Despensiere,qui a la charge du boire & du manger.IT.*Donna che gárda la dispensa.*GER. Ein kellerin.HISPA.*Despensera,botillera.*}

Cellārĭūs, qui in cella præpositus est penui promendo vel condendo. {סכן *sochen.*ταμίας.GALL.Despensier,maistre d'hostel,qui a la charge du boire & du manger.IT *Prepostο alla mensa,dispensiere.*GER.Ein keller meister/speysmeister.HISP.*El cillero,botillero.*AN.*Te steward,that taketh the celler.*}*Col.* Vt cibus & potus sine fraude à cellariis præbeatur. *Plaut.in Capt.*[*sc.1 a.4.*]Prome quodus,te facio cellarium. ¶Hunc etiam Promum condum appellabant.*Plau.in pf.* Promus & condus fuit procurator penũ.*Auson.* Promúsque quàm condus magis. [Cellarius turdus *interpres Persij saty.6.*]

Cellārĭum,rĭj,Cella,repositorium.{אוצר מזון *asám otsár.*ταμεῖον.GALL. Celier.IT.*Repostiglio.*GE.Ein keller oder speysskammer.HIS. *Cilla.* AN. *A buttrie,a cellar.*} Videtur ea figura dici,qua Granarium,Penarium. ¶Hanc & Cellam promptuariam,seu promptuarium appellãt, in quo conduntur,& ex quò promuntur ad victum necessaria.*Plin.lib.36.c.15.* Quorum agri quoque minorem modum obtinuêre,quàm istorum cellaria,Idem & Penarium,& Penaria,seu penaria cellã à penu nuncupatur.*Cic.in Ver.* M.Cato sapiens cellam penuariam Reipublicæ nostræ,nutricem plebis Romanæ,Siciliam nominauit. Huius diminutiuum est Cellariolum.

Cellārĭs,re,adiectiuum:τοῦ ταμείου.vt Columbi Cellares,*Col.l.8.c 8.* Hæc eadem ratione palumbos,columbósque cellares, pinguissimos facere contingit.

CELMVS,κέλμος,Nuntius fuit Iouis,quem & paruulus adhuc Iupiter plurimum amauit.Cæterùm quum aliquando mortalem esse Iouem dixisset,Iupiter iniurię memor,quum expulso Saturno rerum iam potiretur,in adamantem lapidem commutauit illum.*Ouid 4.Met* Te quo que nunc adamas quondam fidissime paruo Celme Ioui. Ab hoc ductum Adagium,Celmis in ferro κέλμις ἐν σιδήρῳ. Dici consueuit de iis, qui præter modum suis fiderent viribus:tanquam inexpugnabiles inuictique cæteris.

Cēllo,is,sine diphthongo,Antiquissimis in vsu fuit pro cedo:nunc compositis tantum vtimur,Excello,& Præcello,quæ significant Excedo,& antecedo.*Vide in dictione.*CAELLO.

Cellō

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Cēlo, as, Abſcondo, clàm habeo, {עלם *ſtalám* סתר כסח *ſethár* כסח *hiſſáh*. κατακρύπτω, ἀποκρύπτω. GAL. Cacher, celer, tenir ſecret. ITA. *Abſcondere, coprire.* GER. Verbergen/heimlich halten/verhelen. HIS. *Encubrir, ò eſconder.* AN. *To hide, to keep cloſe and ſecret.*} [Non potes celare, rem nouit probè: *Plaut Men. ſc. 2. a. 4.* Celo ſedulò omnes ne ſciant. *Plau. Aul. ſc. 2. a. 1.* Quod celatum atque occultatum vſque adhuc. *Plaut. Aul ſc. 5. a. 1.* Cur hæc celata me ſunt? *Pl. Pſeu. ſc. 5. a 1.*] Conſtruitur modò cum vno duntaxat accuſ. *Cic. 1. de Natura deor.* Nec tu me celas, vt Pythagoras ſolebat alienos. *Lactan. l. 5.* Vtrúmne profitebatur fugitiuum ſe, vel peſtilentem domum vendere, an celabit emptorem? ¶ Modò cum duobus. *Plaut in Bacc.* Ædepol. feciſti furtum ętati malum, quum iſthæc flagitia me celauiſti, & patrem. Eodem modo Græci ἀποκρύπτομαι τι τὸ πρός τινα. ¶ Interdum loco vnius accuſatiui habet datiuum. *Terent. in Phormione*, Si hoc celetur patri, in metu ſum. ¶ Modò cum ablatiuo, mediāte præpoſitione. *Cic. Trebatio*, Sed Baſſus noſter me de hoc libro celauit. ¶ At quum paſſiuè ponitur, res ſiue perſona, quam quis aliquem celauit, ponitur in nominatiuo. *Terent. in Eunucho*, Vbi eſt, diu celari non poteſt.

Cēlātus, particip. Occultatus, Abſconſus. {נעלם *neḥelám* מכסה *meehuſſáh*. ἀποκεκρυμμένος. GA. Caché, celé. IT. *Naſcoſto.* GE. Verborgen. HIS. *Eſcōdido, encubrido.* ANG. *Hidde, keepen cloſe.*} *Terent. in Andr.* Ibi tum examinatus Pamphilus bene diſſimulatum amorem & celatum indicat. *Cic. pro Cluentio*, Non eſt profectò de illo veneno celata mater: nihil eſt ab Oppiano ſine conſilio mulieris cogitatum.

Cēlātim, aduer. Clàm, occultè. {כסתר *beſéther*. κρυβδὴν. GA. Secretement, ouuertement, en cachette. IT. *Abſconſamente, celatamente.* GER. Verborgentlich/heimlicher weyſ. HIS. *Eſcondidamente.* ANG. *Secretlie, quietlie.*} *Gel. l. 12. c. 15. Siſennam citans l. 6. Hiſtoriarum*, Quàm maximè celatim poterat, in inſidiis duo diſponit.

Cēlōx, Nauigij exigui genus fuit, quod vno remorum ordine agebatur, à celeritate nomen habens. {κέλης, κελήτιον. AN. *A brigantine.*} *Plaut. in Aſin. [ſc. 1. a. 2.]* Quò celocem regere nequit, onerariam petit. Eam Rhodij inuenerunt. [Vnde onuſtam Celocem te agere prędicem? *Pla. pſe. ſc. 2. a. 5.*]

CELCENSES, Populi ſunt citerioris Hiſpaniæ, *apud Pli. l. 3. c. 3.*

CĒLSVS, Plagiarius fuit Horatij temporibus, qui veterum poetarū ſcitta ſuppilabat: *quem ſic notat l. 1. Ep. ad Iulium Florum ſcribens,*

Quid mihi Celſus agit monitus, multúmque monendus
Priuatas vt quærat opes, & tangere vitet
Scripta Palatinus quæcunque recepit Apollo:
Ne, ſi forte ſuas reperitum venerit olim
Grex auium plumas, moueat cornicula riſum
Furtiuis nudata coloribus.

¶ Fuit & Cornelius Celſus, variæ eruditionis nomine à Quintiliano commendatus: qui & Rhetoricam multò quam antea diligentius explicauit, & de re militari diligentiſſimè ſcripſit: nullúmque penè diſciplinæ genus intactum reliquit: ex quibus ad noſtra tempora nihil peruenit præter octo elegantiſſimos de Re medica libros, qui omnium manibus teruntur.

Cēlsūs, celſa, celſum, Altus, ſublimis, excellens, clarus, excelſus. {רם *ram* גבוה *ghabóah*. ὑψηλός. GA. Haut, eſleué. ITA. *Alto, ſublime, excellente.* GE. Hoch. HI. *Coſa alta.* AN. *High.*} *Plin. l. 13. c. 18.* Firmiores, celſioréſque in fantes fore. *Cic. 2. de Natu. deor.* Quæ primùm eos humo excitatos, celſos, & rectos conſtituit. Deduci autem quidam volunt hoc nomen à Cello antiquo verbo. *Feſtus* à Græco κέλης, quòd qui equo vehuntur, ſublimes ſint.

Cēlsĭtūdo, inis, pro excellentia, {מרום *marôm* רוממה *raxoáh*. ἐξοχή. GAL. Hauteur, eſleuement. IT. *Eccellenza, grandezza d'animo.* GE. Hochheit. HI. *Alteza ò grandeza de animo.* ANG. *Higheneſſe, excellentie.*} *Valla in Herodoto.*

Cēlsĭtās, taris, Altitudo, excelſitas, elatio, ἐξοχή. *Cic. in Officijs*, Celſitas animi & magnitudo.

CĒLTAE, κέλται, Populi Galliæ Comatæ, inter Garumnam & Sequanam fluuios, ita dicti à Celto Polyphemi filio, ſi Appiano credimus. *Pomponius Mela. l. 3.* Populorum Comatæ Galliæ tria ſumma nomina ſunt: terminantúrque fluuiis ingentibus. Nam à Pyrenæo ad Garumnam Aquitania, ab eo ad Sequanam Celtæ: inde ad Rhenum pertinent Belgæ. {GER. Die volcker in Franckreich/ſo zwuſchem den waſſeren Girunda/Rhodano/vnd der Geina/oder Sequana gelägen ſind.} ¶ A Celtis etiam Celtiberi Hiſpaniæ populi originem traxiſſe creduntur, qui quum veniſſent ad Iberum Hiſpaniæ fluuium, ibique conſediſſent, aſſumpto ad nomen ſuum fluuij nomine, iuxta quem conſederant, Celtiberi, κελτίβηρες dicti ſunt: & regio eorum Celtiberia, vulgò, *Aragon. Lucan. l 3.* profugíque à gente vetuſta Gallorum Celtæ miſcentes nomen Iberi. [Celte, *In veteri inſcrip. apud Briſſon. in form.* Malleolo aut Celte literatus ſilex.]

Cēltĭbērĭcus, a, um, κελτιβηρικός. Nomen poſſeſſiuum. vt, Bellum Celtibericum.

CĒLTĬCA, Oppidum eſt Hiſpaniæ Bæticæ, in conuentu Hiſpalenſi, vt ſcribit *Plin. li. 3. c. 1.*

CĒLTĬCA, κελτική, Tertia pars Galliæ Comatæ, inter Sequanam & Garumnam fluuios ſita. *Plin. li. 4. c. 17.* Gallia, *inquit*, Comata vno nomine appellata, in tria populorum genera diuiditur, amnibus maximè diſtincta. A Scalde, ad Sequanam, Belgica: ab eo ad Garumnam Celtica, eadémque Lugdunenſis. Inde ad Pyrenæi montis excurſum Aquitania, Armorica antè dicta.

CĒLTĬCVM, Promontorium eſt Hiſpaniæ citerioris in Gallicorum tractu, in Oceanum, Occidentem verſus, quàm longiſſimè excurrens: idem cum eo, quod Ptolemæus Nerium, & Vulgus nautarum hodie *Finem terra* appellat. *Vide Pomp. Melam. l. 3.*

Cēltĭs. Eſt arbor inſignis, magnitudine pyri, in Africa, & potiſſimum circa Syrtes naſcens, quæ Lotos appellatur. λωτός. Incifuræ in foliis crebriores, alioqui illicis viderentur: fructui magnitudo fabæ, color croci. Tam dulcis ibi cibus eſt, vt nomen etiam genti terræque dederit. Si quidem Lotophagi nominantur. *Plin. li. 13. c. 17.* Loti ſylueſtris inodori genus, cui flores lutei ſunt ſpecie columbarum ingluuiem repræſentantes. {AN. *A cheſill.*}

Celydrus. *Lege* CHELYDRVS.

CEMA, Narbonenſis prouinciæ fluuius, ex Alpium monte Cemeno profuſus. *Plin. lib. 3. c. 4.*

CEMELION, Oppidum Liguriæ, non procul à portu Herculis Monœci *cuius meminit Plin. lib. 3. c. 5.*

CĒMĔNVS, κέμενον ὄρος, Mons Narbonenſis Galliæ, non procul à Varo fluuio, ex quo Cema amnis profunditur: vnde & monti nomen factum videtur. *Vide Plin. l. 3. c. 4.*

Cēmus, κημός. Herba eſt *apud Plin. lib. 27. ca. 8.* cuius deſcriptionem ſe idcirco prætermittere ait, quòd ſolis in amatoriis vſum habeat. *Dioſcor. lib. 4.* eandem eſſe oſtendit cum leontopodio. ¶ Cemus autem videtur appellata ex floris, ſiue calycis figura: quoniam pyxidicula Athenis ita nominabatur, per quam ſuffragia in ſubiectum vaſculum, quod Cadiſcum vocabant, demitti conſueuerant. *Vide Ruell. lib. 3. cap. 130.*

CENCHREAE, arum, κεγχρέαι, Portus eſt Corinthiorum, ad ſinum Saronicum, quemadmodum Lecheæ alter portus ad ſinum Criſſæum, ſiue Corinthiacum. Spatium autem inter duos hoſce portus medium, Iſthmus appellatur. *Plin. lib. 4. c. 4.* Anguſtiæ, vnde procedit Peloponneſus, Iſthmos appellatur. In eo loco irrumpentia è diuerſo, quæ dicta ſunt maria, omnem ibi laritudinem vocant, donec contrario incurſu æquorum tantorum, in quinque M. paſſ. interuallo, exeſis vtrinque lateribus, anguſta ceruice Peloponneſum contingat Hellas. Corinthiacus hinc, illinc Saronicus appellatur ſinus. Lecheæ hinc, Cenchreę illinc anguſtiarum termini, longo & ancipiti nauium ambitu, quas magnitudo plauſtris tranſuehi prohibet. [*Ouid. El. 9. lib. 1.* Illa Corinthiacis mihi cognita Cenchreis.]

Cenchramides, κεγχραμίδες. Ficorum grana, ita dicta à milij ſimilitudine quod Græci κέγχρον vocant. *Plin. lib. 15. cap. 19.* frumenta appellat, Ficis mollis omnibus tactus: maturis frumenta intus.

Cēnchris, huius cenchridis, κεγχρίς. Auis ex accipitrum genere, quam *Ariſt. l. 6. de Animal.* ſolum ex adunco genere, quaterna, & eo plura ouа parere dicit. *Plin. lib. 29. cap. 6.* Turturis ſimum albugines extenuat: item cochlearum cinis, ſimum cenchridis. Dicta Cenchris, quaſi militaria, Latini à tinnitu vocis Tinniculum appellant. ¶ Eſt item Cenchris ſerpens maculis plena, Thebano marmori ſimilis. *Lucanus lib. 9.* Et ſemper recto lapſurus limite cenchris, Pluribus ille notis, variatam tingitur aluum. *Plin. lib. 20. cap. 22.* Serpillum aduerſus ſerpentes efficax, maximè cenchrin, & ſcolopendras.

Cēnchrītēs, κεγχρίτης, Gemmæ ſpecies, quæ veluti ſparſis milij granis diſtincta videtur. *Plin. lib. 37. cap. 11.*

CENCHRIVS, κέγχριος, Fluuius eſt Ioniæ non procul ab Epheſo, lucum Ortygiam irrigans, vbi Latona Dianam & Apollinem creditur peperiſſe. *Tacit. lib. 3.* de Epheſiorum legationibus ad ſenatum miſſis. Primum, inquit, omnium Epheſi adiêre, memorantes, non vt vulgus crederet, Dianam atque Apollinem Delo genitos, eſſe apud ſe Cenchrij amnem, lucum Ortygiam, vbi Latonam partu grauidam, & oleę, quæ tum etiam manat, adniſam, edidiſſe numina, deorúmque monitu ſacratum nemus.

Cēnchrōn, Adamantis genus eſt, quod ſit milij magnitudine. κέγχρος enim milium dicitur. *Plin. lib. 37. c. 4.*

CENAEVM, *Vide* CAENEVM.

CENAEVS, *Vide* CAENEVS.

CENINA, Latij oppidum fuit, à Romulo deletum: *cuius meminit Plin. li. 9. c. 5.* Rectius Cænina.

CENOMANI, κενομανοί, fuerunt populi Galliæ Ciſalpinæ, *teſte Plin. lib. 3. ca. 19.* quorum caput Brixia fuit. ¶ Sunt etiam Galliæ Celticæ populi, Andegauis finitimi: quorum etiam meminit *Plin. lib. 4. c. 18.* Vulgò *Les Manceaux*: & regio ipſa Cenomania. Vulgò *Le Maine.*

Cēnotāphium, κενοτάφιον. GALL. Vne repreſentation de ſepulchre, vn ſepulchre où il n'y a rien dedans, mais ſeulement ſert de monſtre. ITA. *Sepolchro, auello, depoſito vacuo.* GE. Ein tär grab. HI. *Sepulchro vazio y vano.* AN. *An herſe ſett vpon a ſolenne buriall.*} Vacuum ſepulchrum. κενὸς enim vacuus dicitur, & τάφος ſepulchrum: à θάπτειν ſepelire. Eſt enim vt capſa, quæ ponitur in templo in exequiis mortuorum. *Virg. 3. Æneid.* deſcribit Cenotaphium ſic:

Solennes tum forte dapes, & triſtia dona
Libabat cineri Andromache, manéſque vocabat
Hectoreum ad tumulum: viridi quem ceſpite inanem
Et geminas, cauſam lacrymis, ſacrauerat aras.

Quo loco Seruius tumulum inanem cenotaphium eſſe dicit. Cenotaphiorum autem vſum adinuenit ſuperſtitioſa veterum opinio, qui credebant defunctorum animas, ſi honore ſepulchri carerent, ſtygiam paludem tranare non poſſe. Vnde à ſacerdotibus inuentum eſt exequiarum genus, quod Terræ iniectionem vocabant: vt etiam iis, qui naufragio periiſſent, aut quorum corpora haberi non poſſunt, Iuſta perſoluerentur. Tumulum itaque ex ceſpitibus, aut alia materia congerebant, vbi abſente defuncti cadauere, tanquam præſente, ſolenni quodam ritu exequiæ peragebantur. Huiuſmodi autem ſepulchrum, in quod nullæ illatæ erant reliquiæ, Cenotaphium, hoc eſt, inane ſepulchrum vocabatur. *Suetonius* honorarium tumulum appellat, *in Claudio.* Cæterum, inquit, exercitus honorarium ei tumulum excitauit: circa quem deinceps ſtato die quotannis miles decurreret: Galliarúmq. ciuitates publicè ſupplicarent. Quibus verbis ſignificat cenotaphium Druſo in Germania extructum, quum corpus eius Romam deuectum eſſet. Sic vocari poſſunt hodie, quas *repræſentationes* in anniuerſariis exequiis vocamus. *Budæus.** *Vlpianus l. vel quæ. ff. de religioſis & ſumptibus funer.* Si adhuc monumentum (*inquit*) purum eſt, poterit quis hoc & vendere & donare: ſi cenotaphium ſit, poſſe hoc vænire dicendum eſt. nec enim hoc eſſe religioſum Diui fratres reſcripſerunt.

Cēnſĕo, cenſes, cenſui, cenſum, penultim. corrept. Exiſtimo, puto, arbitror. {חשב *chaſoháb* דן *dan* בם *chas* ἀξιόω, κρίνω. GALLIC. Penſer, eſtimer, opiner, eſtre d'auis. ITAL. *Eſtimare, penſare, giudicare.* GERMA. Schetzen/achten/meinen. HIS. *Eſtimar, juzgar ò penſar.* ANG. *To thing eſteme, iudge.*} *Terent in Eunuch.* Cenſen' poſſe me obſtrmare, &c. *Liu. libro 6. Bell. Pun.* Cenſent eò venturum obuiam Pœnum. [Omnes cinædos eſſe cenſes tu quia es? *Plaut. Men. ſc. 2. act. 3.* Cenſetur hoc verbum Græcæ linguæ origine. *Gell. c p. 13. li. 19.* Auſcultemus quid agat. Sanè cenſeo. *Plaut. Curc. ſc. 2. a. 2. Er pſeud. ſc. 2. a. 2.* Non præcepit & cenſuit, ſed ſuaſit. *Gell. c. 29. libro 2.* Eſſe hęrilem concubinam cen-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

sui.i putaui.*Plaut.Merc.sc.6.a.2.*Lex & Plebiscitum censentur rogationis nomine.*Gel.c.20.li.10.*Vos qui potestis vestra ope censerier.i. diuites.*Plaut.Capt.prologo.*Censeri sanguine & censeri laude. *Iuuenal.Satyr.8.*Quæcunque censueritis.i.suffragiis vestris iusseritis.*Liu.l.34.*Quo quisq; cẽsetur.i.in pretio habetur.*Sen.Ep.77.& Epi.88.*Virtus suo ære censetur.Censendum magis quàm assentiendum,*Suet.Aug.c.35.*Lex censui censendo.*Liuius l.3.d.3.*]Item constituere, deliberare, sententiam dicere,*γνώμην ἀποφαίνεσθαι γνώμῃ.*Nam senator censet,quum sententiam dicit de eo,quod sibi videtur,quum alienum approbat. *Ci.in Catil.*Quid senatus censuerit,exponam. *Idem pro Flacco,*Cuius patrẽ armis pellendum à suis mœnibus censuissent.¶Item Censere,succensere significat.*Var.*Ne vobis censeam,si ad me referretis. ¶Est item Censere,facultates æstimare,& in censum redigere:quod quinto quoque anno Censores Romæ facere solebant.*Cic.de Legi.*Censores populi,ciuitatis soboles,familias,pecuniásque censento.¶Item censere sua bona,idem est aliquando,quod profiteri apud Censores. *Cicer.pro Flacco,*In qua tribu denique ista prædia censuisti?loquitur enim non de Censore,qui censere ciuium facultates solebat : sed de Deciano quodam,qui apud Censorem quum census ageretur,sua prædia profitebatur.¶Est etiam Censeor deponens,idem significans quod profiteri,& sua bona censere.*Cic.pro Flacco.*Verum esto : gloriosus fuisti: voluisti magnum agri numerum censeri.*Et paulo pòst,*Census es præterea numeratæ pecuniæ centum tria millia, &c. Census es mancipia Amyntæ.*Ibidem,*Ac primò pertimuit quùm te audisset seruos suos esse censum.¶Composita à Censeo sunt,Accenseo,Percenseo, Recenseo,Succenseo.

Cēnsŭŭs,adie.vt Censui agri,qui emi & venire iure ciuili poterãt. *Fest.*

Censio,onis,Castigatio.{עֹנֶשׁ *bonesch.* מכסה *michsáh.τίμωσις.* GALLIC. Punition & reformation,estimation,taxe.IT.*Castigatione,correttione.* GERM.Ein straff.HISPAN.*Castigamiento y corregimiento.* ANGLIC. *Chastisement,punishment.*}Vnde Censionem facere dicebantur Censores,quum mulctam cuipiam irrogabant,vel equiti equum adimebãt, vel senatorem senatu mouebant,vel quempiam ex plebe ærarium faciebant.*Plaut.in Rud.* Assume quidem,ne censionem semper facias. [Censio Seruij Tullij.*Gel c.28.l.10.*]Cẽsio hastaria vocabatur,quũ militi mulctæ nomine,ob delictũ militare indicebatur vt hastas daret.

Cēnsĭtĭo,onis,i.quod census impositio.*Spartianus in Nigro.*Idem Palestinis rogantibus,vt eorum censitio leuaretur,idcirco quòd esset grauata,respondit,vos terras vestras leuari censitione vultis,ego vero etiam aëtem vestrum censere vellem.

Cēnsĭtor,oris,ver.ab antiquo verbo Censio,is,quartæ declinationis, idẽ quod censor.*Vl in l.Forma.*§ *illam æquitatẽ ff.de censib.*Illam æquitatem debet admittere censitor,vt officio eius congruat.

Cēnsor,oris qui censuram gerit,præfectus morum.{ מתכן *methachchén* מתקן *methakkén* מוכיח *mochiah* סעיר *sophé.τιμητὴς.*GA.Censeur vn reformateur de mœurs & de la police.ITA.*Censore,correggitore* GE.Ein schetzer/ein straffer HIS *Eljuez de los censos y costumbres,corregidor.* AN. *Areformer,or correct r of manners.*} Censores magistri morum erant, à censendo,i.arbitrãdo dicti,quod illis summmum arbitrium esset de ciuium moribus castigandis.Vel à censu,quod quinto quoque anno populi Rom.censum agerent.*Varr.* Censor ad cuius censionem, i.arbitrium censeretur populus.*Cic.3.de Leg.ex Leg xij.tab.*Censores populi æuitates,soboles,familias,pecuniáq; censento:vibis templa,vias, aquas ærarium,vectigalia tuento.*Fest.* Censores dicti, quòd quisque tanti sua æstimaret,quantum illi censuissent:quod non absurdum videtur,quia & rerum & morum censores erant.*Vnde Plutarchus in Æmilio* , Censura maximæ omnium magistratuum reuerentiæ plurimæ potestatis tum in aliis rebus,tum maximè ad morum emendationem. Nam senatores è senatu remouere potest,equitib.equos adimere, ex plebeis ærarios facere,notare infamia,censum agere,lustrum conde re.Erant autem duo Censores,qui quinto quoque anno creabantur. *Vide autem Titum Liuium libro quarto,Decadis prima,*vbi docet Censores ab agendo populi censu nomen fuisse sortitos. [Censores non erant Collegæ Consulum. *Gel.c.14.libr.13.*Censores iurare cogebant an vxorem liberorum quærendorum causa quis haberet. *Gel. 3.l.4.*Censor principem senatus legebat.*Gel.c.10 lib.4.*Censorum erat officium,& censorium opus ne ager aut equus negligeretur. *Gel.c.12. l.4.*Censores obesis equos adimebant.*Gel.ca.22.l.7.*de censorum officio,*V ide Plu.in Cato.Et Cens.in Paul.Æmilio.*]

Cēnsōrĭus,ad hominem relatum,eum significat,qui aliquando censura fuerit functus,τιμητικός,quemadmodum Consularem,& Prætorium vocamus,qui aliquando aut consulatum gesserit,aut Præturam.*Cic.2.de orat.*Quid enim poterit dicere?Consularem se esse hominem & Censorium.*Et paulo post,*Id autem committere,vide quàm homini Censorio conueniat.¶Dicitur & de aliis rebus omnibus, quæ ad Censores pertinent,quæque Censorum sunt.Censorium dictum,quod est censoris,seu quod ad censorem pertinet,& Censoria virgula.*Quint.l.1.c. 5.*Veteres Grammatici non versus modò censoria quadam virgula notare,sed & libros,qui viderentur falsò inscripti,tanquam subditicios submouere familia permiserunt sibi,&c.¶Censorium non est.*Cic. pro Cluent* Hominum delictum fortunæ iudicio committere,minimè censorium est.¶Censoriæ vestes dicebantur,quibus Censores meritò vti possent *ἐσθὴς τιμητική.*¶Censoriam virgulam tritissimum est ab eruditis appellari iudicandi auctoritatem,præsertim cum supercilio,à magistratu Romano sumptum.[Censoria nota summoueri è Rep.*Velleius,* Censorij edicti verba.*Gell.c.11.libr. 15.* Censoriæ notiones.i.Iudicia. *Gel.c.18.lib.17.*Opus censorij feciſſe (i. rem animaduersione & ignominia dignam.*Ge.c.7.l.14.*Et apertius *cap.12.l.4.*Item,Opere censorio notari.*Suet.In Cæ.c.4.*]

Censurā,ræ,Censoris dignitas,sicut à Prætore Prætura. {תוכחת *tochácháth.τιμητικὴ ἀξία.*GALLIC. Reformation,censure,l'office d'vn censeur.ITALIC.*Dignità di Censore,Censura,reprehensione.*GERMA.Das ampt deß schetzers oder straffens.HISPAN.*La iudicatura de aquel Censor,corregimiento.*ANGL.*The office of the Censour,reformation.*}*Plin.libro 14.capite 4.*Catonum ille primus,triumpho & censura super cæteros insignis.*Liuius l.libro 4.ab Vrbe,*Alios magistratus annuos esse,quinquennalem Censurã grauem esse.Accipitur interdum pro seueritate,correctione,decreto & lege.*Plin in Pan g.*Nam vita principis cẽsura est,eaque perpetua:ad hanc dirigimur,& ad hãc cõuertimur. Apud Græcos cẽsurę gen⁹,δοκιμασία[De Censurę dignitate,*Pl.in Paulo Æmilio & in Cato.Cens.& in Flamin.*& Ibidem de Censorum officio.*Velleius,*Censura vitiorum difficilis(i.de auctoribus viuis iudiciũ)*Quint.* Censuram maledicendi subire.*Ouı.5.Fast.* Censuram longa senecta dabat,(i.Ius castigandi.)]

Cēnsŭs,us{מכסה *michsáh* מכס *meches.τίμημα.*GAL.Taxe & estimation, reuenu,rente.ITA.*Censo,intrata,rendita,tributo.* GER.Schatzung die man einem nach seinem angezeigten gut auferlegt/ Steur. HISPA.*Pecha, cañama.*AN.*Assessing,valuing,a subsidie,or yarlie reuenewes.*}Dicebatur æstimatio rerum & bonorum facta, secundum quam tributa pendebantur. Vnde, Censum agere,est recensere hominum facultates. *Liu.1.ab Vrb.*Censum instituit,rem saluberrimam tanto futuro imperio.[Lex censui censendo.*Liu.l.3.d.5.*] ¶Censui censendo bona esse dicebantur,quæ mancipi erant,& modis iure ciuili institutis acquisita.*Cic.pro Flacco,*Illud quæro sintne ista præsidia Censui censendo? habeant ius ciuile,sint mancipi:subsignari apud ærarium, apud Censorem possint?¶Census item,annuus reditus:& quicquid fortunarum quis habet,*κτῆσις,πᾶσα τιμητὸν.Iuuenalis,*Protinus ad censum,de moribus vltima fiet Quæstio.*Cic.2.de Legib.*A quo iterum funerum sumptus præfinitur ex censibus,à nuuis quinque vsq.ad minam.Vnde qui centum millia æris in professionem detulissent,Censi dicebantur. Cẽsus equestris constabat ex sestertiis quadringentis. [In Censum patris deferebatur filius.*Quin.decla.278.*Census edere.*Sue.in Calı.c.38.*Numero ex censu constituto dare seruos ad remum.*Liu.li 34.*Domus vel cẽsu parua vel ortu *Ouı.Eleg.1.li.2.Trist.*finge sed immensis censibus esse pares,*Ouı.Eleg.7.li.2.Trist.& Eleg.5.lib 4.*]

Cēnsŭs,a,um,significat id,quod in censum est relatum. {τιμητὸν.ANGL. *Cessed,valued,taxed* } *Cic.pro Archia,*Illis temporibus nulla populi pars est censa.*Idem in Verrem,*Te prætore Sicilia censa denuò est. *Cic.de Orat.* Quæritur de eo qui domini voluntate census sit, si lustrum conditum non sit,sitne liber.¶Censi etiam illi appellabantur, qui centum millia in bonis habebant,qui à Iurisconsultis appellantur Centenarij.

Cēnsŭālis,le,*Vlp.l.forma ff.de censib.*Forma censuali cauetur , vt agri sic in censum referantur.Vincula censualia.*Idem ead.l.§ si quis inquil.*Si quis inquilinum,vel colonum non fuerit professus , vinculis censualibus tenetur.

Cēntaurĕā,æ,siue centaurion,rij.*κανταύριον Dioscor.* Herba est , quæ à Chirone Centauro nomen accepit,qui ea curatus dicitur,quum Herculis hospitis sui arma pertractanti,sagitta decidisset in pedem. Eius duo sunt genera,maius,& minus.Maioris radix,quæ sola in vsu est,in Officinis pro Rheo Pontico magno errore ostenditur.{GAL.Centaure ou erronnée.ITA.*Reupontico.*GER.Tausend gulden kraut. HIS. *Reupontico.* } Minus verò Centaurion(quod à *Plinio* Centaurion lepton dicitur,& à nonnullis Limnesion , propterea quòd rigua amet loca) etiam hodie in officinis nomen retinet:tametsi à quibusdam Febrifugia,& Fel terrę dicitur.{GA.Fiel de terre.IT.*Biondella.*H.*Hiel de terra.*}*Vir.4.Geor.*Centaureum appellauit,pen.pro.Cecropiúmque thymum,& graueolentia Centaurea.*Vide Pli.l.25.c.6.*

CENTAVRETVS,Galata quidam fuit,qui Antiocho rege occiso,equo ejus potitus,eum ouans conscendit.Quod ille indignè ferens, præceps in abrupta desiliit,vnáque cum sessore est exanimatus , vt ex Philarchi sententia refert *Pli.l.8 c.42.*

Centaŭrĭs,Plinio,Tertia est cẽtaurij species,cognomento Triorches, eò quòd qui eam secat,à triorche accipitrum genere dicatur impugnari.*Hae Pli.lib.25.c.6.*

CENTAVRI,*κένταυροι*,Thessaliæ populi,secùs Pelion montem habitantes,qui primi equos domare,& ex iis pugnare cœperunt: quo factum est,vt à vicinis populis primùm conspecti , membra partim humana, partim equina habuisse crederentur.[*Ger.*Völcker in Thessalia so dieroß von ersten gezemmet vnnd geritten haben.]De horum origine sic fabulantur poetæ , Ixionem à Ioue deorum immortalium mensæ adhibitum , Iunonis amore captum fuisse,cámque de stupro interpellasse. Quod quum illa viro suo indicasset,Iouem Ixioni nubem subiecisse in vxoris imaginem transformatam.eámque Ixionem pro Iunone cõpressisse,& ex ea Centauros generasse:qui inde Nubigenæ dicti sunt. Cui fabulę ansam prębuisse videtur castellum nomine *νεφέλη*, Centaurorum sedes.*νεφέλη* enim Latinè nubem sonat.Hi quum in nuptiis Pirithoi vino madentes sponsam rapere conarẽtur,à Theseo & Lapithis partim cęsi,partim in fugam acti sunt. ¶ Vnde locus factus Adagio, Mens non inest Centauris,*νοῦς οὐκ ἔστι κενταύροισιν.*In vecordes & stultos dicebatur,& qui conarentur,quod effici non posset. Adagiũ *à Diogeniano* refertur,isque conuenire putat in contentiosos & alieni appetentes,propterea quòd Centauris exitium attulerit rerum alienarum appetentia.Iidem & Hippocentauri dicti sunt,quòd equis insidentes, boues œstris agitatas,stimulis ad recta reuocarint.Est enim *κεντεῖν*, stimulare & pungere.Centaurorum nomina,qui magis insignes fuerunt, hęc sunt:Chiron,Eurytus,Amycus,Gryneus,Rhœtus,Arneus,Lycidas, Medon,Pisenor,Caumas,Mermeros,Pholus.Hic Herculem suscepisse dicitur hospitio.*Lue.li.6.*Hospes & Alcidæ magni Phole. ¶Est etiã Centaurus nauis nomen *apud Virg.5 Æn.*Centauro,inquit,inuehitur magna.*Hinc Adiect.Centaureus & Centauricus. *Hora.1.Car.Ode.18.* At nequis modici transiliat munera Liberi,Centaurea monet cũ Lapithis rixa super meto Debellata.*Stat.li.1.Achil.*Mox iterum campos, iterum Centaurica reddam Lustra tibi.

CENTAVRVS,*κένταυρος* , Fluuius Ætoliæ est, qui priùs Euenus dicebatur, post Messi Centauri mortem ab Hercule interfecti , à poëtis Centaurus vocitatus.

Cēntēnārĭus,Centenus,Centesimus, Centesimare , Centiceps, Centimanus *Vide* CENTVM.

Cēntĭfŏlĭa,Rosæ genus,in Campania potissimum prouenientis:à foliorum multitudine ita appellatum:*de quo vide Pli.li.21.c.4.*

Centĭgrănum,Genus tritici,dictum quòd ferat centum grana. *Pli.lib. 18.cap.10.*

Centinodia,*Vide* POLYGONON.

CENTINVM,*κέντινον*,Vmbriæ oppidum, *apud Ptol,li.3.c.1.* Alij Sentinum ferunt per S,quibus etiam Plin. suffragatur , qui in Vmbriæ descriptione Sentinatum meminit.

Centŭpēda,Vermis est pilosus , multis pedibus arcuatim repens, ab aliqui-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

aliquibus Multipeda, ab aliis Millepeda dictus. ἰούλος. Differt à scolopendra, quæ & minor est, & pernicioſior, neque arcuatim serpens. *Autor Plin. libr. vigesimonono cap. 6.*

Centipellio, onis, *Plin. lib. 28. cap. 9. de Ceruis,* Testes quoque eius inueterati, vel genitale maris salutariter dantur in vino: item ventres qui centipelliones vocantur.

Cēntĭpēs, Piscis est alio nomine Scolopendra dictus. ἑκατόπους, dicitur à terrestris scolopendræ similitudine. Hic hamo deuorato omnia interanea euomit, donec hamum egerat: deinde resorbet. *Autor Plin. lib. 9. cap. 43.*

Cēnto, onis, Velum laneum, lana, aut tomento confertum, qualibus olim in bello vti solebant, ad machinas obtegendas, ne tormentorum missilibus perfringerentur. {בלוים *belo̊im.* κέντρωνες, ὑπόστεγμα, σύρραμμα. GAL. Vne choſe faicte de pieces ramaſſees, amas de pluſieurs pieces & morceaux. ITA. *Schiauina.* GER. Ein wolline zuſamen bletzete decke/ oder fürhang. HIS. *Vestidura ò obra de remiendos.* ANG. *A happarlat, a course couering of diuerse shreds.*} *Cæs.* Centonésque insuper iniecerũt, ne aut tela tormentis missa contabulationem perfringerent, aut saxa in catapultis lateritium discuterent. *Sisen. l. 3. Hist.* Aceto madefactis centonibus integuntur. ¶ Quidam Centonem capiũt pro Straguli genere, quod cubantibus insterni solet. *Cato de Re ruſt. c. 10. & 11.* Culcinare

dium. Supra in Æquum.]æquum centumpondium. *Cato c.* 13. Cellas duas, trutinâ vnam, centumpondium incertum vnum, & pondera certa.

Cẽtunculus, *Vide* CENTO.

Centuri-ũ, numerus Centum, {ἑκατοντὰς, πλῆθος ἑκατοντάδος. GA. Centeine, bande de cent hommes. ITA. *Compagnia de cent'huomini.* GE. Ein rot hun dert triegs leuten. HIS. *Compañia de cient hombres armados.* ANG. *A company conteining an hundred men.*} In re militari centum continet homines, qui sub vno Centurione sunt, quorum centenarius iustus est numerus. *Cic. 2. de Di.* Primùm vide ne in eum dixerint, qui rogator centuriæ fuisset. ¶ Centuriæ in agris, dicebantur ducenta iugera. Centuria à Centum iugeribus vocabatur : sed mox duplicata nomen retinuit, *inquit Columel. l. 6.* Sicut Tribus dictæ, primùm à partibus populi tripartitò diuisi, quæ tamen nunc multiplicatæ, pristinum nomen possident. *Var. l. de lin. Lat.* 4.] *Gel. c. 4. l. 16.* In legione sunt Centuriæ sex aginta, manipuli triginta, cohortes decem.]

CENTVRIA, vocabulum centuriis, *vt ait Siculus Flaccus*, ex eo datum est quum antiqui Romani agrum ex hoste captum victori populo per bina iugera partiti sunt, centenis hominibus ducentena iugera dederunt, & ex hoc facto centuria iure appellata est.

Cẽtũrio, dicitur qui centum peditibus præst. {שר מאות *Sar meóth.* ἑκατόνταρχος, τετράρχος. GAL. Centenier, ayant sous soy & en sa charge cent hommes ITA. *Centurione, capitano di cento soldati.* GE. Hauptman vber hundert fußknecht. HIS. *Capitan de cient hombres armados.* AN. *A centurion, a captane of an hundred men.*} *Cic. pro Marcello*, Nihil sibi ex ista laude Centurio, nihil præfectus, nihil cohors, nihil turma decerpit. In exercitu autem miles centurioni, Centurio Tribuno, Tribunus Legato, Legatus Consuli obediebat : sed seorsum Magister equitum soli Dictatori obtemperabat.

¶ Centurio autem primæ cohortis dicebatur primipilus, *teste Plin.* [Centuriones primorum ordinum. *Cæs. 1. de bel. ciu.*]Veteres quum viderent commisso prælio, acies facilè turbari, vt hoc incommodum euitarent, cohortes in centurias diuisere, & singulis centuriis singulos centuriones præfecerunt, qui primò Centurioni vocabantur, quemadmodum Decuriones Decurioni. Cohortes in exercitu decem erant in singulis legionibus, sed prima, quæ reliquas & numero militum & dignitate præcedebat Aquilam habebat, quod præcipuum erat signum Romanorum. Centuriones huius cohortis cæteris centurionibus digniores habebantur. Prima centuria Primipilum vocabatur, quòd circa signa grauis armaturæ constituta erat. Centurio ipse, primipili centurio dicebatur, & Primipilus: [Centurio primipili fuste percussus est est *Velleius.*]hic non modò Aquilæ præerat, sed quatuor centurias, hoc est, quadringentos milites in prima acie gubernabat: & eanquam princeps totius legionis merita consequebatur & commoda. *Mar.* Grata pudens meriti tulerit quum præmia pili.

Cẽturio, rias, in centurias distribuo, refero. {κατατάττω, κατατάσσω, κατανέμω. GALLI. Mettre par centaine, distribuer par bandes. ITA. *Ordinare soldati à cento à cento.* GERM. Solche rotten ordnen deren ein jede hundert personen haltet. HIS. *Ordinar los hombres armados de ciento en ciento.* ANG. *To distribute and putin t andes of an hundred, to hundred.*} *Cic. ad Quirites post red.* Ego quum homines in tribunali Aurelio palam conscribi, centuriarique vidissem. Ager centuriatus, qui in ducenta iugera definitus erat. Romulus enim centenis ciuibus ducenta iugera distribuit. Et milites Centuriati, qui in centurias ordinabantur. παρατάττω. *Liu. l. 29.* Scipio postquam in Siciliam traiecit, voluntarios milites ordinauit, centuriauitque. [Centuriatæ cohortes subsidio missæ. *Cæs. lib. de bel. ci.* De comitiis Centuriatis *Vide Gell. c. 16 l. 15.* Item miles pulchrè centuriatus es expuncto in manipulo. *Plaut. Curc. sc 4. a. 4* (id est circumscriptus & deceptus.) Pseudolus mihi centuriata habuit ea pitis comitia. *Pl pseu sc. 7. a. 4.*] ¶ Centuria a comitia, *vt Asconius scribit*, dicuntur, quum ab omni sexu & ætate fertur suffragium: dicta Centuriata, quòd populus per centurias diuisus suffragia ferebat. Hæc in campo fiebant Martio, & omnium fuerunt maxima, itaque maximus Comitiatus pro centuriatis comitiis sæpe apud Ciceronem dicitur. Hinc Succenturio, à quo Succenturiati, dicuntur milites non primæ, sed secundæ centuriæ, vbi ad insidiandum maximè collocabantur. Vnde Succenturiatus dicitur, quasi in insidiis positus *Terent. in Phorm.* Nũc prior adito tu, ego in insidiis eto hic succenturiatus. Si quid desicies. Propriè autem Succenturiare significat explendæ centuriæ gratia militum numerum supplere, vel in locum occisorum, vel exauctoratorum militum, alios sub stituere. *Gellius* [*c. 8 l. 15.*]eleganter ad cibos transtulit, quum in locum ciborum qui auferuntur, alij statim substituuntur.

Cẽturiãtus, us, nomen, Dignitas & officium centurionis. ἑκατοντάρχεια. *Cic. pro lege Manil.* Quem enim possumus imperatorem aliquo in numero putare, cuius in exercitu væneant centuriatus, atque vænierint? *Liu. 2. bell. Pun.* Vbi ad decuriatum, aut centuriatum conuenissent. *Cic. in Pison.* Quid centuriatus palàm venditos?

Cẽturiãtim, per Centurias. {κατὰ τάξεις, κατὰ ἑκάστην ἑκατοντάδα. GA. Par centaines. ITAL. *Per centenaia, à cento à ciento.* GER. Von einer rott welche hundert haltet zu der anderen/ Durch die rotten. HIS. *De batalla en batalla.* AN. *In handreths hundreth by hũdresh.*} Quẽadmodũ Tributim, per trib. *Ci. pro Fla.* Distributis partib. tributim. & cẽturiatim descriptis ordinibus, classibus, ætatibus ¶ Item centuriatim, abundanter significat & copiosè. *Pomp. Frostibulo*, Continuo ad te centuriatim current, qui panem petent. *Ex Nonio.*

Cẽturiõnus, ab antiquis dicebatur, *teste Festo*, qui postea Centurio appellatus est, sicut Curionus, & Decurionus, qui nunc Curio & Decurio nuncupatur.

CENTVRIPE, es, siue Centuripæ, κεντορίπαι, *Ptolemæo*, Oppidum est Siciliæ sub Ætna monte, Symæthio fluuio, & Catanæ vrbi proximum, *vt tradit Strabo li. 6.* ¶ Hinc Centuripini populi, *quorum meminit Plin. lib. 3 c. 8.* Et Crocũ Centuripinũ, *apud eundem l. 21. cap. 6.* Vulgò *Centorbe.*

[Centussis *Vide* Centum.]

Cepea, *Plinio*, Herba est similis portulacæ, nigriore radice, sed inutili, nascens in litoribus arenosis, gustu amara.

Cepe, siue Cepa, *Vide* CAEPA. *Cepina, æ, Locus cepis consitus, vel ipsa rum ceparum vno in loco consitarum multitudo. *Colu.* Sed cepina vel sæptus, certè non minus debet quàm quater sarriri.

Cephalalgia, {κεφαλαλγία. AN. *Grief or dolour of the de head.*} Genera le nomen est ad omnes capitis dolores, continétque sub se Hemicraniam, Cephaliam & similes.

CEPHALAS, κεφάλας, Promontorium altum & syluosum maioris Syrtis initium, *Strab. lib. vlt.*

CEPHALEDIVM, *Strab.* Cephaledis *Plin.* Oppidum est Siciliæ, non procul ab Himero fluuio. *Vide Plin. lib. 3. cap. 8. & Strab. lib. 6.* Vulgò *Cifalu.*

CEPHALOTOMI, κεφαλότομοι, Colchicæ regionis populi. *Autor Plin. lib. 6. c. 5. in descriptione regionis* COLCHICAE.

Cẽphalẽa, {κεφαλέα. ANG. *A long dolour of the head.*} Diuturnus, & inueteratus capitis dolor, à sono, splendore, vel odore vehementiore, & nonnunquam à meri potu prouc niens. Differt ab hemicrania, quòd ea dimidiam tantùm capitis partem infestet, Cephalea totum caput occupet. *Plin. lib. 20. cap. 13.* Lenit autem capitis dolores pota cum vino, aut cum aceto & rosaceo illita. Si verò sit cephalea cum farina hordeacea, vel aceto. Sed & *Celsus* Cephaleam cautum quoddam pestilénsque malum appellat.

CEPHALENE, κεφαλλήνη, vel Cephalenia, κεφαλληνία, cum e longo post l, Insula Ionij maris à Cephalo Amphitryonis socio: vel à Cephalo Deionei filio dicta. De hac *Strab. liv. 10.* Non dubitauere plerique Cephaleniam eandem, & Dulichium appellare, & Taphium. Alij Taphios & Cephallenios eosdem dixere Teleboas, & aduersus illos Amphitryonem exercitum duxisse, assumpto socio Deionei filio Cephalo, ex Athenis profecto. Insula deinde Amphitryonem potitum, eam Cephalo tradidisse, ab eóque nomen habuisse insulam. Hinc populi Cephalenes, κεφαλλῆς, qui Vlyssem ad bellum Troianum sequuti sunt: *vt est videre apud Hom. in Catalog. nauium.*

Cephalinum, emplastrum sic dictum quòd capiti fracto conuenit. *Gel sius lib* 10.

Cephaline, Linguæ portio, cui gustus potentia inest.

Cẽphalocrũstes, κεφαλοκρυστὴς, Vermis, qui in foliis persici inuoluitur.

Cẽphalos, Daphnoides *apud Dioscor. lib. 4. c. 149.*

Cephalotos. Thymus *apud Dioscor. lib. 2. c. 14.*

CEPHALOEDIS, Siciliæ fluuius, *cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 8.* in descriptione Siciliæ Hodie *Cephaledum.*

CẽphĂlvs, κέφαλος, Æoli filius, siue (*vt alij tradunt*) Deionei & Æoli nepos. [*Plaut. Amph.* Summa regem virtute bellica Illis (Taphiis) præfecit Cephalum magni Deionei filium] Hic Procrin Erichthei, vel, *secundum Seruium*, Hyphili regis filiam vxorem habuit : sed non minus etiam diligebatur ab Aurora, quæ illi canem Lælapem, & duo hastilia, omnia quæ vellet, contingentia (erat enim venator insignis) dederat. Quapropter vxor suspicans maritum suum alterius mulieris amore captum, furtim eum in syluam secura est: & vt experiretur an alteram admiraret, inter virgulta se abscondit. Lassus itaque æstu laboréque Cephalus, quum se ad virgulta recepisset, sub arboris cuiusdam vmbra recumbens, Auroram inuocabat. Quapropter suspicata Procris pellicem esse eo nomine, quam ille vocaret, quò rem omnem melius cognosceret, propius voluit accedere. Videns itaque Cephalus virgulta commoueri, feram ratus, iaculum immisit, atque ita insciens vxorẽ interfecit. Vide latiùs hanc fabulam *apud Ouid. 7. Met.* Hunc postea ab Aurora raptum *idem Ouid autor est lib. 3. de Arte amandi*, Latmius Endymion non est tibi Luna pudori, Nec Cephalus roseæ præda pudenda deæ Neque tamen desunt, qui à Ioue in lapidem conuersum tradunt. ¶ Alter fuit Cephalus, Athenien sis orator, qui primus procemia & epilogos induxit. *Autor Suidas.* Huius Cephali *Æschin. & Dem.* in orationibus aduersariis meminerunt.

Cephalus, κέφαλος. Piscis est in metu caput occultans, totum se abscondi tum existimans: cephalus dictus à capitis magnitudine.

Cephaleus, a, um. vt, Caro cephalea *Lucil. lib. 1. Satyr.* Abdomina, thinnia venientibus prius Dabo, cephaleámque carnem. *Vide Gell. li. 19. c. 10.*

Cẽphẽnes κηφῆνες, Recentes fucorum fœtus, quum formam capere cœperunt. *Plin. lib. 11. c. 16.* Rexapum statim mellei coloris, vt electo flore ex omni copia factus: neque vermiculis, sed statim penniger. Cæterã turba quum formam capere cœperit nymphæ vocantur, vt fuci sirenes atque cephenes. ¶ Cephenes item fuerunt Asiæ populi, qui postea à Perse Iouis & Andromedes filio Persæ appellati sunt. *Autor Her. li. 2.*

CẽphĒvs, κηφεύς, *teste Ouidio*, Æthiopum rex fuit, Andromedę pater quam Perseus periculo liberatam vxorem duxit. {GE. Ein kõig der Morens vnd ein vatter Andromede.} Hic postea vnà cum vxore Cassiopea, & Andromede filia, & genero Perse in cælum transl atus dicitur. ¶ Oritur Cepheus in 15. parte Capricorni.

Cẽphēĭus, *Ouid. 4. Met.* Cepheia conspicit arua.

CEPHIS, Statuarius nobilis, cuius meminit *Plin. lib. 34. c. 8.*

CEPHISIA, κεφισία. Attica regio. {GER. Die landtschafft Cephisia.} nam Cecrops Athenarum conditor omnem eius regionis multitudinem in XII. vrbeis digessit. Sed Theseus postea has omneis in vnam Athenẽsium ciuitatem congregauit. Dicta Cephisia à Cephiso amne. ¶ Est & Cephisia fons Atticæ, sicut Larinæ, Callirrhoë.

CEPHISIS, κηφισίς, Lacus est iuxta Atlanticum mare, quem Mauri, Electrum vocant, quod sole feruefactum electrum è limo dare creditus sit: vt ex Asarubæ sententia tradit *Plin. lib 37. c. 2.*

CEPHISODORVS, κηφισόδωρος, Athenien sis Tragicus, antiquæ tragediæ scriptor, cuius fabulas enumerat *Suidas.* ¶ Cephisodorus item statuarius, Praxitelis filius. ¶ Alius præterea inter præcipuos pictores. *Plin. l. 35. c. 9.*

CEPHISODOTVS, κηφισόδοτος, Statuarius *apud Plin. lib. 34.* ¶ Fuit item Cephisodotus Athenien sium dux, qui rei malè gestę damnatus in obsidione Alopeconnesi quinque talentis mulctatus est. *Autor Suidas.*

Cẽphīsvs, pen. prod. κηφισός, Fluuius est per Bœotiam fluens, magnæ ex parte torrentis instar in mare Phalereum se condit. Ortum habet in radicibus Parnassi montis. *Lucanus lib. 3.* Bœoti cojere duces quos impiger ambit Fatidica Cephisus aqua, &c. Cephisi aquas fatidicas dicit, propter Themidis oraculum, fluuio huic vicinum, à quo Deucalioni & Pyrrhæ ratio ostensa est, qua genus humanum posset reparari. *Huius etiam meminit Plin. lib. 4. c. 7.* Hinc Cephisis, & Cephisias, Patronym. fœm. *Ouid. 1. Metam.* Nulla mora est, adeunt pariter Cẽphisidas vndas. *Et 7. Metamorph.* Vidit & immitem Cephisias ora Procusten.

Cephus, animal est apud Æthiopes pedes posteriores humanis pe

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

dibus, & cruribus, priores hominis manibus similes habens. Hoc animal à Pompeio, quum ludos faceret, in theatro fuit ostensum, & postea Romæ non visum. *Plin. l. 8. c. 19.*

[Cepina. *Vide* Cæpina.]

CEPIO, Nomen Romani ciuis, qui cum Druso inimicitias habuit: vnde origo socialis belli, & exitia rerum, vt Asconius & Valerius Maximus testantur. ¶ Fuere & alij Cepiones: nã & Catonis Vticensis frater Cepio dictus est. ¶ Et Cepio Seruilius, is cuius culpa Romanus exercitus à Cimbris deletus est: quo nomine accusatus, damnatúsque in exilio periit. ¶ Fuit & Q. Cepio Seruilius, qui de Cilicibus triumphauit: sed postea reus damnatúsque in Gemonijs scalis manu carnificis laceratus traditur, *vt refert Valer. Maxim.*

Cēpĭŏnĭdēs, Gemmæ crystallini nitoris, quæ imagines reddunt, vt speculum. *Plin. l. 37. c. 10.*

Cēpītēs, siue Cecopacites, Gemma candida est, venarum nodis coëuntibus candore imaginem referens. *Plinius libro 37. capite 10.*

CEPAE, Plinio, κῆπος Suidæ, Vrbs est ad Bosphorum Cimmerium. Milesiorum colonia: *cuius meminit & Pompon. lib. 1.*

Cēpūrĭcă, κηπουρικὴ, Græci appellant, quæ nostri hortensia, olera scilicet quæ in horto seruntur. Vnde Sabinus Tito librum Cepuricõn scripsit, hoc est hortensium, quem Mœcenati dicauit.

Cēra, {דונאג *donágh.* κηρός. GAL. Cire. IT. & HIS *Cera.* GER. Wachs. ANG. *waxe.*} Satis notæ significationis est, nempe illud quod melle exfauis expresso remanet. *Plin. lib. 21. cap. 14.* Cera fit expressis fauis, sed antè putificatis aqua, & triduò in tenebris siccaris, quarto die liquatis igni in nouo fictili. [*Sueto. in Neron cap. 17* primæ duæ ceræ in testamentis vacuæ signatis.] ¶ Eadem cera, ἓν κηρίον, idem fauus, dicebantur prouerbiali figura, qui vno ore idem affirmarent: aut qui inter se conspirassent. Ductum à fauorum cellulis inter se connexis: siue quòd cera tenax, sibíque hærens: siue quòd olim in ceratis tabellis scribebant. *Vnde & Horatius.* Cera laudatur eadem. ¶ Imis ceris radere, pro eo quod est, delere penitus, sic vt nullum omnino memoriæ pristinæ vestigium extet. ¶ Ceram auribus obdis, κηρὸν τοῖς ὠσὶν ἐπαλείφεις, In eos qui recusant audire vel æqua vel iniqua. Natum ab Vlyssis cera, qua suas ac sociorum aures obturat, apud Homer. aduersus Sirenarum cantilenas. ¶ Cera tractabilior, κηρῷ δ' πλαζόμενος De vehementer docili dicebatur, aut de ingenio facili tractabilíque, & in quemuis habitum sequaci. *Horatius, Persius.* ¶ Cera etiam vetères, ante inuentum papyri vsum, pugillares suos obducere solebant. vnde etiam pro epistolis & pugillaribus positum inuenitur. *Iuuenal.* Nónne liber medio ceras implere capaces Quadriuio? *Plin. Epist. libr. 1.* Erat in proximo, non venabulum aut lancea, sed stylus & pugillares: meditabar aliqua, annotabámque: vt si manus vacuas, plenas tamen ceras reportarem. [Pet ceram & linum, litteráque inrepretes salutem mittit. *Plaut. pæn. act. 1. sc. 1.* Istoc nomine dum scribo expleui ceras quatuor. *Plaut. Curc. act. 1. sc. 3.* Vbi est amica tua? Eccam in tabellis porrectam. In Cera cubat. *Plaut. pseud. act. 1. sc. 1.* Animum ex cera cita. (i. ex tabellis) *Pl. ibid.* Expressa ex cera, ex annulo tuam imaginem. *Ibi. Ouid. 1. Fast.* Perlege dispositas annosa per atria ceras *Quintil.* Cera turbata & linum ruptum, & signa sine agnitione. *Quintil.*] ¶ Hinc profecta sunt illa loquendi genera, quę sæpe apud veteres occurrunt. In prima cera, In secunda cera, Ima cera & Extrema cera Romani enim suas testamenta in tabulis ceratis perscribebant. *Suet. in Cæs.* Q. Pedium ex quadrante hæredem instituit. reliquos in ima cera, hoc est, in vltima parte testamenti. ¶ Inter ceras optima creditur Punica candidissima, proxima maximè fulua.

Cērŭlă, læ, diminutiuum. τὸ κηρίον *Cic. ad Att. li. 16.* Cerulas enim tuas miniatulas illas extimescebam.

Cēro, ās, Cera obduco. {κηρόω. GAL. Cirer, encirer, enduire ou couurir de cire. ITA. *Incerare.* GER. Verwächsen/mit wachs überziehen. HIS. *Encerar.* ANG. *To dresse, to seare or ouerlaye with waxe.*} *Col. li. 12. c. 50.* Sexta quaque oliuitate dolia cerari oportere antiqui dixerunt. Hinc tabulæ ceratæ dicebantur, cera superinductæ, [*Plau. Asin. sc. 1. a. 4.* Cerata adeò tabula (vlla sit in ædibus.)]

¶ Hinc fit compositum Incerare. *Iuuenalis.* Genua incerare deorum.

Cērĭfĭcārĕ apes dicuntur, quum ceram faciunt. {κηροποιεῖν. GALLIC. Faire cire. ITAL. *Far cera.* GERM. Wachs machen. HISP. *Hazer cera.* ANG. *To mak waxe.*} *Plin. libr. 9. cap. 38.* Quum cerificauere, fluxos habent succos. Quædam tamen exemplaria hoc in loco habent fœtificauere.

Cērātūră, ræ, Ceratio, ceræ obductio. {κήρωσις. GA. Cirement, cirure. ITA. *Ceramento.* GER. Wachsung. HIS. *Enceriamento.* ANG. *Seuring or dressing with waxe.*} *Colu. lib. 12. c. 10.* Sic vetera non crediderim, propter olei succum, ceraturam pati.

Cērātum, siue Cerotum. {κήρωτον. GALL. Cerot. ITAL. *Ciroto.* GERM. Ein pflaster von wachs gemacht HISP. *Ceroto.* ANG. *A seare cloth.*} Malagmatis genus, quod vulneribus solet superimponi: constat ex rebus sicciotibus, & igni appositum mollescit, sed corpori admotum durescit, & pertinacius hæret. Dictum videtur à cera, quæ fere omnibus ceratis adhiberi solet. *Pli. li. 13. c. 22.* Faciémque inuadunt ignes sacri, ob id cerato priùs illinunt.

Cērārium, *Apud Cic. 5. Verr.* Videtur accipi pro eo, quod cere nomine pẽditur: cuiusmodi est, quòd etiam hodie pro diplomatum sigillis exolui mus. *Cic. 5. Verr.* Ex omni pecunia quam oratoribus soluere debuisti, certis nominibus deductiones fieri solebant, primùm pro spectatione & collybo, deinde nescio pro quo cerario.

Cērĕus, a, um, quod ex cera fit. {κήρινος. GALLI. De cire, fait de cire, ou de couleur de cire. ITAL. *Fatto di cera, ò di color di cera.* GERM. Wechsin / das von wachs gemachet ist. HISPAN. *Cosa hecha de cera ò de color de cera.* ANGLICE, *Of waxe, coloured lik waxe.*} VT, Imago cerea. *Cice. 3. de Natur. deor.* Vt enim si omnis cera commutabilis esset, nihil esset cereum, quod commutari non posset. ¶ Sumitur quandoque pro molli, facili, & flexibili. *Horat. de arte*, Cereus in vitium flecti, monitoribus asper. Ponitur aliquando pro flauo. *Virgil. 2. Eclog.* Addam cerea pruna, à cerę videlicet colore. ¶ Inde ficedulæ pingues ab Accio ceræ vocantur, transfluente nimirum per cutem flaua pinguedine. Quandoque pro vncto. *Martialis*, Cerea si pendet lumbis, & trita lacerna.

Cērĕus, substantiuum, Fax cerea. {κηρός, τὸ κηρίον. GAL. Vn cierge ou chandelle de cire, torche. IT. *Cereo, torchio* GERM. *wachsstertz.* HISP. *Cirio.* ANG. *A torche of waxe, a waxe candle.*} Est funale, vel candela ex cera confecta. *Martialis ep. 42. l. 14.* Hic tibi nocturnos præstabit cereus ignes. [fax cereúsque præcedebant exequias immaturas.] *Senec. ca. 11. de Tranq.* Ardentibus cereis succendere rogum. *Suet. in Cæs. cap. 84.* Tu tibi puere laurus luces cereum.]

Cērĕŏlŭs, diminutiuum. {ANG. *A litle waxe candle.*} *Hieronymus*, Magnum honorem præbent huiusmodi homines beatissimis martyribus, quos putant huiusmodi cereolis illustrandos.

Cērĭnŭs, a, um, quod ceræ simile est. {κηρώδης, κηρειδής. GAL. Resemblant à cire, de couleur de cire. ITAL. *Simile alla cera.* GE. Das dem wachs gleych ist. HISP. *Cosa semeiante à la cera.* ANGLIC. *Like or resembling waxe.*} vt Cerinus color. *Plinius*, Sunt & nigra, ac laudatiora cerina, atque purpurea. Cerini smaragdi, *apud eundem lib. 37. cap. 5.* *Plaut. in Epid.* Cumatile, aut plumatile, aut cerinum, subintellige vestimentum quod & Melinum ab eodem dicitur à mellis colore, quod μέλι Græci appellant.

Cērōsŭs, a, um, quod Ceram admixtam habet. {κηρώδης. AN. *Full or ming led with waxe.*} Vnde mel cerosum dicitur nondum satis expurgatum, *Plin.* Liquore veluti mellis cerosi.

Cērāchātēs, κηραχάτης, Gemma est ex achatæ generibus, ceræ colorem præ se ferens, *Plin. l. 37. c. 10.*

Ceraites, κεραΐτης, à quibusdam appellatur herba, quæ Græcis τῆλις, Latinis Fœnugræcum dicitur. Ceraitis dicta, quòd fructum habeat corniculis similem.

CĔRĂMĪCŬS, κεραμεικὸς, Cariæ sinus est, non longè ab Halicarnasso nobilissima vrbe. *Autor Pomp. lib. 1.* In Cariæ descriptione, *& Plin. lib. 5. c. 29.* ¶ Ceramici item duo fuerunt Athenis, *de quibus Suidas scribit his verbis*, Athenis Ceramici loci duo erant: vnus in ciuitate, alter extra ciuitatem: in quo qui in bello cecidissent, publico sumptu sepelicbantur, funebríque oratione ornabantur. Qui vero in vrbe erat, locus erat, & certa constituráque sedes meretricibus. [Idem refert Hesychius.] ¶ Fuit præterea Ceramicus, Atticæ regionis locus prælatus, eodem *Suida autore*, in quo lampadum certamina peragebantur, *de quibus vide Erasmum in Prouerbijs*, Lampadem tibi cursu trado. ¶ Ceramici meminit etiam Plinius, cuius ex trigesimo sexto verba hęc sunt, Opera Praxiteli sunt Athenis in Ceramico. Potest autem videri, ex eo deriuatum, quòd κέραμος regulam significat.

Cĕrāmītēs, Gemma est testæ colorem habens, vnde & nomen accepit: nam κέραμος, testam vel tegulam sonat. Meminit huius gemmæ *Plin. li. 37. cap. 10.*

CERAMVS, κέραμος, Oppidum Cariæ in conuentu Alabandico: *cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 20.*

Cerarium, *Vide* CERA.

Ceras Amaltheias, κέρας ἀμαλθείας, Dicitur cornucopiæ, à cornu Amaltheæ Nymphæ, quæ (vt fabulantur Poëtæ) Iouem caprino lacte nutriuit. *Vide infra* CORNV COPIAE.

Cerasbola, κεραςβόλια, Semina sunt, quæ tempore sementis bubula cornua si attigerint, ea veteres crediderunt neque igni consumi, neque facilè coqui. Vnde & ἀτεράμονα nominat *Plutar. in Symposiacis*, quasi incoctilia. ¶ Hinc homines duri, & contumaces non inuenustà metaphora κερασβόλοι appellantur.

Cerasconion, Oenathite, *Dioscor. l. 5. c. 334.*

Cerasphoros, κερασφόρος, à nostris corniger dicitur.

Cerasconia, Pastinaca syluestris, *Dioscor. lib. 4. c. 17.*

Cerasta, Arbor quæ sic requiritur *ex Theophr lib. 8. c. 18.*

Cĕrāstes, stæ, {דפדון *schephiphón.* κεράστης.} Genus est serpentis, quod *teste Plin. lib. 8. ca. 23.* Quadrigemina cornua præfert, simillima arietum, vnde & nomen habet. Nam κέρας, ατος, Cornu dicitur. *Luc.* Spináque vagi torquente cerastæ.

CERASTAE, Insulæ sunt in latere Arabiæ prope Syenen, quæ in fine est Æthiopiæ. *Autor Plin. l. 5. c. 9.*

CERASTIS, κεράστις, ἡ κερᾶτις *Stephano*, Dictus est Cyprus, quoniam homines cerastas cornibus insignes eam olim tenuisse quidam scribunt. Alij quòd procurrentibus promontoriis, velut infestis cornibus assurgat. Vulgò *Chipre.*

Cĕrāsŭs, si, pen. cor. {κέρασος. GAL. Cerisier. ITAL. *Ciregio arbore.* GER. Ein kirschbaum. HISP *Cereso, arbol conocido.* ANG. *A cherie tree.*} Arbor nota, à Cerasunte Ponti ciuitate sic dicta: quam quum Lucullus deleuisset, inde illam Romam transtulit, & à ciuitate Cerasum appellauit. Sanè arbor Cerasus dicitur, fructus verò Cerasum. {τὸ κεράσιον. GALLIC. Cerise. ITAL. *Ceriegia frutto.* GERM. Ein kirse. HISPA. *Cereſa fruto.* ANG. *A cherie.*} *Ouid. de nuce*, Audiat hæc cerasus, stipes inanis erit. *Plin. libr. 15. cap. 25.* Cerasorum Aproniana maximè tubent. *Et paulò pòst*, Inter Cerasa principatum obtinent Duracina. *Gal. libr. 2. de Aliment.* κεράσια vocat. Cerasa Aquitanica dici possunt, quæ Galli vocant *des Guisnes*, quòd ab Aquitania quæ ab illis *Guienne* appellatur, primùm sint aducta. ¶ Dicitur & Cerasum pro arbore. *Columel.* Cerasa & tuberes, & armeniacæ, & amygdalæ, quæ primæ florent, possunt inseri commodè. Sunt & alia genera Siciliana, rotunda, Iuniana, Poracina, Campanica, Laurea, Amarasia, Visula, Germanica, Gallica, Macedonica. Plura alia videri possunt *apud Plin. lib. 15. cap. 25. lib. 13. ca. 1. lib. 16. cap. 19. Theophrast. lib. 3. cap. 24. Dioscor. lib. 7. Ægineta lib. 6. Serapion. cap. 345. Gal. 7. sim. cap. 8. & Alimentorum li. 2. cap 11.*

CERASVS, κέρασος, Vulgò *Zefano*, Vrbs Ponti à Lucullo expugnata: vnde cerasa primùm in Italiam translata sunt. *Hieronymus ad Marcel.* Accepimus & canistrum cerasis refertum talibus, & tam virginali verecundia rubentibus, vt ea nunc à Lucullo delata existimarem: siquidem hoc genus pomi, Ponto & Armenia subiugatis, de Cerasunte primus Romam pertulit: vnde de patria arbor nomen accepit. *Pompon.* Raræ vrbes, Cerasus & Trapezus maximè illustres.

CERATHVS, fluuius Cretæ, Gnossum vibem preterlabens: à quo & Gnossus ipsa aliquando Cerathus vocata fuit, *teste Strab. lib. 10.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Cērāthēus, a, um, *Virgilius in Cyri.* Carpathium fugiens & flumina Cerathea.

Cĕrătĭa, tiæ, Genus herbæ, *de qua Pl.l.26.c.8.* Ceratia vno folio, radice nodosa & magna, in cibo cœliacis & dysentericis medetur.

Cĕrătĭās, Cometę genus, ἀπὸ τῶν κέρατος, hoc est, à cornu, cuius speciem habet. *Plin.l.2.c.25.* Ceratias cornu speciem habet, qualis fuit quum Grę cia depugnauit apud Salamina.

Cĕrătĭnæ, κεραπίναι *apud Quintilianum*, vocantur argumentationes quæ dam sophisticæ inexplicabiles, quæ à Latinis etiam argumenta cornu ta vocantur: dictæ à cornibus, hoc est, à materia ipsa qua vterentur ver borum: cuiusmodi est, Quod non perdidisti, habes: cornua ergo habes.

Ceratis, Corniculatum papauer, *apud Dioſc.lib.4.cap.92.* Ceratitis, herba syluestris. *Plin.lib.20.cap.19.* Syluestrium vnum genus, ceratitim vocant, nigrum cubitali altitudine, radice crassa & corticosa, calyculo in flexo vt cornicula. Folia minora & tenuiora quàm cęteris syluestribus, &c.

Cĕrătĭum, κεράτιον. Minimum pondus, quod apud nos siliqua dicitur, tres verò siliquæ conficiunt obolum. ¶ Ceration item Græcis appella tur arbor siliquas ferens corniculorum similitudine: vnde & nomen habet. Latini siliquam Græcam appellant. *Col.l.de Arb.c.25.* Siliquam Græcam, quam quidem κεράτιον vocant, deinde Persicum ante brumam per autumnum serito.

Ceratonia, κερατωνία. Galeno arbor est, quæ Latinis Siliqua dicitur, cuius fructus etiam Græco nomine τὰ κέρατα & κεράτια appellatur, propte rea quòd corniculorum similitudinem referat.

Ceratum, *Vide* CERA.

Ceraunobolus, κεραυνοβόλος, Dicta est Apellis tabula, in qua tonitrua, fulgetra, & fulgura pinxit: ita dicta quasi τὸν κεραυνὸν βάλλων, hoc est, fulmen torquens. *Plin.l.35.c.10.*

Cĕraūnĭă, niæ, Gemma est candida. *Plin.l.37.c.9.* Est inter candidas & quæ Ceraunia vocatur, fulgorem syderum rapiens.

CĔRĀVNĬĂ, siue CERAVNII κεραύνια, Montes sunt Epiri, in mare vsque ex tensi, vbi Ionium mare ab Adriatico separatur: ita dicti ἀπὸ τῆς κεραυνῶν, hoc est à fulminibus, quibus sæpe impetuntur [*Germ.* Das gebirg so durch Epirum gegen nidergang ân das Adriatisch meer stosset / heisst jetz Montes de Chimera.] *Ouid.2.de Ponto.eleg.6.* Quum poteram recto tran sire Ceraunia velo, Vt fera vitarem saxa, monendus eram. *Luc.l.5.* -oræ que malignos Ambraciæ portus, scopulosa Ceraunia nautæ Summa timent. ¶ Proiisdem etiam Acroceraunia, vel Acroceraunios montes dicimus. *Horat.lib.1. Carm. Ode.3.* Qui vidit mare turgidum, & infa mes scopulos Acroceraunia. *Plin.in Præm.libro 4.* Tertius Europæ si nus Acroceraunis incipit montibus. ¶ Sunt & Ceraunij montes in Asia, in Caspium pelagus obuersi, *vt est autor Pomp.lib.1.* Quin & Tau rus mons in vniuersum Ceraunius appellatus fuit, *teste Plin.libro 5.capite 27.*

CĔRĀVNĬ, populi sunt Dalmatiæ *apud Plin.l 3.c.22.*

CĔRĀVNVS, κεραυνός, Cognomen vnius ex Ptolemæis Ægypti regibus, ab audacia & velocitate impositum. *Autor Pausanias.* ¶ Est item Ceraunus Cappadociæ fluuius, ita dictus, quòd fulminis velocitatem imitari videatur. Nam κεραυνὸν Græci fulmen appellant. *Meminit huius fluuij Plin.l.6.c.3.*

Ceraunium, Tuberis genus, in Thracia nascens. *Plin.l.19.c.3.*

CERBALVS, Apuliæ amnis. *Pl.l.3.c.11.*

CERBENIA, *apud Steph.* pro Cebrenia malè scribitur.

CĔRBĔRVS, pe.cor. κέρβερος. A poetis fingitur esse canis triceps, inferorum custos: quem ab Hercule catena ab inferis tractum esse iidem fabu lantur. Mythologici terram interpretantur: dictúmque volunt Cerberum, quasi κρεοβόρον, hoc est carnem voranteem: quod terrę proprium est, quæ sibi credita corpora omnia consumit. ¶ Alij serpentem fuisse vo lunt in Tænaro Laconiæ promontorio, cuius veneno mortales extin guebantur. Et quoniam in Tænaro ad inferos dicitur esse aditus, Di tis canem dixerunt: quem quum Hercules trucidasset, nata est fabu la. Canem tricipitem interemisse quanquam hoc alij ad virtutem ei⁹, & animi magnitudinem malint referre, qua omnes cupiditates, & cun cta vitia terrena contempsit ac domuit. ¶ Cerberus etiam dictus est ca nis Alexandri Epirotæ, leonibus congrediens. Hinc Adiect. Cerbe reus. *Statius 5.Syl.* Nempe times ne Cerbereos Priscilla tremiscat La tratus.

CERCAPHVS, κέρκωψ, Filius Poleadæ (*Steph.in Camiro*) à quo Rhodię mu lieres Cercaphides. *Meminit eius etiam in Lindo.*

CERCASI, Ægypti populi iuxta quos scinditur Nilus, in Pelusium fluēs, & Canopum. *Autor Herodot.lib.2.*

CĔRCĔIS, κερκὶς Nympha marina, Oceani & Tethyos filio, *teste Hesiodo in Theogonia*: ita dicta à texendo. κερκὶς enim radium textorium signi ficat.

CERCETAE, populi sunt ad pontum Euxinum, Heniochis & Colchis fi nitimi, *teste Pli.li.6.c.5. & Strab.l.11. Pomp.l.1.* Cercetico s vocat.

CERCETI, Montes sunt Thessaliæ. *Pli.l.4.c.8.* In Thessaliæ sunt quatuor atque triginta montes, quorum nobilissimi Cerceti, Olympus Pierus, Ossa, &c.

CERCIDAS, κερκίδας, Optimus legislator Megalopolites fuit, *Steph.*

CERCINA, Insula est maris Lybici cum vrbe eiusdem nominis, ex aduer so minoris Syrtis sita, *Autores Pom.& Plin.l.5.c.7.*

CERCINITIS, Parua insula maris Libyci, quæ Cercinæ Carthaginem ver sus, ponte iungitur. *Autor Pl li.5.in descri p.* insularum quæ sunt ex ad uerso Africæ.

Cercitam, κερκίτω, Pausanias Grammaticus ait vocari temonis ge nus, à populis inuentoribus, qui Certiæ appellabantur in terra In dia.

Cĕrcĭŭs, qui & Circius dicitur, Ventus est violentissimus, Galliæ Nar bonensi peculiaris, reliquis cæli partibus ignotus. *Vide Aul.Gel.l.2.ca. 22.& Plin l.2.c.47.*

Cercopa, Græci appellant lucri vndique capientem, quasi κέρδεια, quem nos quoque lucrionem vocamus. *Festus.*

CĔRCŌPĔS, pen.prod. κερκώπες, Populi fuerūt Pithecusæ insulæ, qui quum nullo flagitij genere abstinerent, ab Ioue in simias mutati sunt, *vt fabu latur Ouid.14.Metam.* Cercopes, item fratres duo fuerunt, Passalus, & Achemon, siue (*vt apud Suidam legitur*) Acmon, *de quibus vide suprà in dictione* ACHEMON. ¶ Cercopum cœtus, ἡ γραῦς κερκώπων. De conciliabulo conuentúque versutorum & improborum hominum dicebatur. [Cercopithecus, Nomen viri apud *Suet in Nero.c.30.*]

Cercŏpithēcus, pen prod. {קוף *koph.* κερκοπίθηκος. GAL. Vn marmot, vne espece de singe ayant queue. IT. *Gatto mammone.* GAL. Vn marmot, vne espece de singe ayant queue. GERMAN. Das hirn. HIS. *Meollo de la cabeça.* ANGL. *The braine.*} Hic habet sensus, arcem, hic cul men altissimum, hîc mentis est regimen. *Cic.1.Tusc.* Aliis pars quędam cerebri visa est animi principatum tenere. Aliis nec cor ipsum placet, nec cerebri quandam partem esse animum: sed alij in cerobro dixe runt animi esse sedem & locum. A cerebro proficiscitur somnus. Quæ cerebrum non habent, non dormiunt. [Res est, inquieta fœlicitas: mo uet cerebrum non vno genere. *Senec.ep.36. Pla. Aul.sc.3.a.1.* Cerebrum mihi excutiunt tua dicta.]

Cĕrĕbĕllum, dimin. {ἐγκεφάλιον. GALL. Petit cerueau. ITA. *Ceruellino, picciol ceruello.* GE. Das hirnle HIS. *Pequeño meollo de cabeça, ò la muca del meollo.* ANGL. *A litle brayne.*} *Plin.l.9.c.5.* Morsis à cane rabido, ne ra biosi fiant, cerebello gallinaceo occurritur. Medici cerebelli nomine intelligunt posteriorem cerebri partem, quam παρεγκεφαλίδα Græci ap pellant, à reliquo cerebro duplicatis meningibus secluſam, eóque du riorem & sicciorem: cuius pars extrema per spinæ fistulam illapsa in ossis sacri imum traiicitur: à qua duriores nerui, vt ex arboris caudice rami proferuntur.

Cĕrebrōsŭs, cui vitiatum est cerebrum, quíque præceps fertur in iram, to túsque suo consilio hæret, & obstinatus à nemine persuadetur, & ira cundiæ obtemperans sine ratione fertur. {קצר אפים *ketsár apaiym* קשה עורף *keschéh, bóreph.* αὐθάδης, παιδλοιγὸς. GALLIC. Cerueleux, fort cholere, euertueux, obstiné, & rigoureux. ITAL. *Cerue legiero, ostinato.* GE. Blaterkopf/hirnwütig. HIS. *Loco, como sin meollo.* ANG. *Stubburne, ob stinat, stiff necked.*} *Horat.l.1.Ser.* Donec cerebrosus prosiliit vnus. ¶ Di citur & de brutis. *Co.l.2.* Quod eo tempore satum pecori sit noxium, & præcipuè bobus, quos pabulo suo cerebrosos reddit.

Cereo, Antiquum verbum, & idem quod Creo: vnde Ceres dicta, non vt *Cicero & Varro* volunt à gerendo. Meminit huius *Varro l.5.de Lin.La.* Itémque *Festus*, qui dicit ab hoc verbo in Salari carmine fuisse, Cerus manus, i. creator bonus.

CĔRĒS Dea frugum putabatur ab antiquo verbo Cereo dicta. {*Germani.* Die göttin des getreids.} Saturni & Opis filia, quæ peculiari epitheto Alma dicitur, quia nos alit: (*vt Cic.l.4.de Nat.deor. scribit*) dicta est, tanquam geres, à gerendis frugibus, prima littera immutata à Græcis δημήτηρ quasi γημήτηρ dicitur: hoc est, terræ mater, quòd cunctarum frugum creatrix sit, & altrix. [Non illic colit arua Deus Bacchúsve, Ceréſ ve. *Tib.lib.4.* Cereris spectaculum. *Suet.in Nero.c.12.*] Græci Cererem etiam Thesmophoron vocant, hoc est, legumlatricem: quia ante quam illa agriculturæ vsum docuisset, homines nulla lege viuebant, postea Cereris beneficio monstrato vsu frugum, cœptum est de agro rum finibus, qui antea nulli erant vsui, discepratí: quam primam vo lunt fuisse legum & iuris originem. ¶ Hæc quandoque Luna dicitur, sic cut Liber pro Sole ponitur. *Virg.lib.1.Georg.* vos ô clarissima mundi Lumina, labentem cœlo quæ ducitis annũ, Liber & alma Ceres. ¶ Po nitur interdum Ceres pro ipso pane, sicut Liber pro vino. *Ter.in Eu nucho.* Sine Cerere & Baccho friget Venus. ¶ Cereri sacrificant. Dici so

litum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

lrum,siquando in conuiuio deesset vinum,propterea quòd in huius sa
ceris nefas esset inferre vinum. *Plaut.in Aul.**Pro eodem dicitur, Ce-
reri nuptias facere.*Plau. Aul.ſ.3.a.2.*Cererin'Strobile has facturi nu-
ptias? STR. Qui? STA. qui temeti nihil allatum intelligo.[*Idem Amph.
ſc.4.a.4.*Nec Bacchum ſalutem nec Cererem.

Cerĕālis,le,Quod ad Cererem pertinet.δημητριακὸς.¶Cereales autem ę-
diles duo dicti fuerunt,qui rei frumentariæ apud Romanos præerant:
quorum creandorum autor fuit C.Iulius Cæſar.¶Cereales ludi in ho
norem Cereris facti.*Liu.*10.*bel.Pun.*¶Cœna Cerealis.*Plaut. Menach.*
Cereales cœnas dat,ita menſas extruit,&c.Cereale papauer. *Virg.1.
Georg.*Necnon & lini ſegetem,& Cereale papauer.*Vbi Seruius,*Cerea
le papauer,vel quod eſt eſui,ſicut frumentum:vel quo Ceres vſa eſt
ad obliuionem doloris.[Cereales cœnas dat,*Plau.Men.ſ.1.a.1.*Herbáq
que quæ latuit Cerealib.obruta ſulcis.*Ouí.Eleg.12.l.3.Triſt.*Arma Ce-
realia.*Virg.11.*]

Cerĕālĭa,orum,δημητρεια,Dicuntur ſacra Cereris à Triptolemo inſtitu-
ta,quæ *Plin.etiam li.*24.Theſmophoria vocat,à Cerere Theſmopho-
ra,hoc eſt legum latrice.*Plutarch.*quoque Adonia vocat.Patricij Me
galenſibus mutitare ſoliti,plebs Cerealibus. Hæc autem feſta tanta
religione celebrabantur,vt feriæ pollutæ crederentur,ſiquis eo tem-
pore cum vxore concubuiſſet.Vnde extat elegia *apud Ouid* qua cum
Cerere expoſtulat,quòd eius feſto ſibi cum amica concumbere non
licet.Præterea in ſacrificiis Cereris vinũ non adhibebatur.Vnde *Pla.
in Aul.*iocandi anſam ſumpſit,Megadorum Cereri nuptias eſſe factu-
rum,quod nihil ad nuptias vini eſſet allatum.

CERETVM,& CERETANI,*Vide* CAERETVM.

Cĕrĕă,Potionis genus ex Frugibus confectum , quo vtuntur Hiſpani,
*Plin.l.22.c.25.*Vide ſupra Cella.

CERIADA,κηρίαδα,Vicus in Hopothoontide.*Steph.*

Cerinthe,es,vel Cerinthia,æ,κηρίνθη. Genus herbę eſt,mellis cum ce-
ra miſti ſaporem habens. *Virgil. 4. Georg.*- Cerinthæ ignobile gra-
men. Habet folium candidum,incuruum,capite concauo , cuius flo-
rum apes ſunt auidiſſimæ. ¶ Dicitur & Cerinthus κήριν θος,& *à Deſco-
ride* Ceranthe,*ab Ariſtotele* Erithace.Vulgò eam vocare ſolent *Ca-bi
nam*, in Hetruria præſertim & Liguria,quia flatu Africi naſci credi-
tur,quem(*vt inquit Vitruuius*)Carbam nautæ,vel Carbinum,cogno-
minant.

CERINTHVS.κήρινθος,Oppidum in Eubœa inſula.*Plin l.4.c.13.*

CERINTHVS,Hæreticus,cuius meminit Dionyſius , quum de Iohannis
reuelatione diſſerit , Cerinthus, inquit,affirmabat futurum regnum
CHRISTI voluptatium,mores ſuos faſſus, quòd gulæ luxuriæque de-
ditus eſſet. Irenæus etiam ſecretiora ipſius in primo ſui operis mani-
feſtat,Ex *Euſebij lib.3.*

Cerinus,*Vide* CERA.

Cerĭŏn,κηρίον,Vlceris genus,achoribus ſimile,maiuſculis foraminibus,in
quibus ſanies melli ſimilis,inſtar faui apum continetur , vnde & no-
men accepit. nam κηρίον,Græcis fauum ſignificat. *Plin.l. 20.cap.2.*Sa-
nat radix vlcera concreta in modum faui , quem Cerion appellant.
Idem lib.23.c.7. Cum melle item vlceribus,quæ Ceria vocantur,illi-
nuntur.

Cerītēs,pen.prod.κηρίτης,Gemma eſt cerei coloris:cuius meminit *Plin.
l.37.c.10.*

CERITES,pen.corr.*Vide ſuprà in dictione* CAERE.

Cerĭtŭs,pe. pro. quaſi cereritus,hoc eſt,Cereris ira & indignatione ve
xatus,παρὰ τὸ κήριος.Nam in Cereris ſacris furore corripiebantur.Et ſicut
à Baccho Bacchantem dicimus,ſic à Cerere Ceritum.*Horat. in Serm.*
Ceritus fuit,aut commotæ crimine mentis: id eſt inſanus & furioſus.
*Plaut.in Amph.*Tu certè laruatus es,aut ceritus.*Idem*, Iube,hanc pro
cerita circunferri.[*Plau.Men.ſc.4.a.5.*Quid eſſe morbi dixeras? narra
ſenex:Num laruatus ille aut Ceritus? *Plau.Men.ſc.4.a.5.* Ita ſcribit
cum rr duplici Paſſer.]

[Cermanum,locus iuxta Tiberim olim Germanum,à Romulo , & Remo
Germanis.*Plut.in Romul.*]

CERMORVM,Oppidum Macedoniæ *apud Plin.l.4.c.10.*in deſcriptione
Macedoniæ.

CERNĂ,vel CERNE,Inſula eſt Æthiopici maris.*de qua ſic Plin.ſcribit.lib.
6.c.31.* Contra ſinum Perſicum Cerne nominatur inſula aduerſa Æ-
thiopiæ,cui neque magnitudo,neque interuallum à continente con-
ſtat.Æthiopas tantùm populos habere traditur.

CERNETANI,qui & Mariani dicti ſunt,Italiæ populi ſunt , iuxta Caſi-
num & Bouillas.ita dicti à Cerneto oppido,cuius meminit *Plin. lib.3.
cap.5.*

Cerno,is,creui,cretum Video.{ראה *raáh* הביט *hibbit.*βλέπω.GA.Voir,
regarder.IT.*Vedere.*GER.Sehen/ſügen.HI.*Mirar,ò vercon los ojos.*AN.
To ſee,to perceiue.}[Cúmque locos cultúſque hominum moréſque ſo-
nóſque Cernimus.*Ouí.El.8.l.3.*]Differt autem Cerno à video, aſpicio,
ſpecto,intueor,quòd cernimus animo:videmus natura : aſpicimus ex
improuiſo:ſpectamus voluntate:intuemur cura: quemadmodum ele-
gantiſſimè tradit *Corn.Fronto.in diff.vocab.Vir.*3.*Æneid.*Cernimus a-
ſtantes ne quicquam lumine toruo Ætnæos fratres. *Et* 2. *Æneid.* Ar-
dentes clypeos atque æra micantia cerno.*Plau Ciſtel.* Tum antehac
te amaui & mihi amicam eſſe creui mea Gymnaſium,id eſt vidi.
¶ Transfertur & ad animum,& ſignificat animaduerto,conſidero.*Cic.
in Topi.*Verecundè tu quidem,vt omnia,ſed tamen vt facile cernerem
te ardere ſtudio,mecum,vt tibi illa traderem, egiſti. *Idem lib.3.epiſt.*
Cerno iam animo,quanto omnia vberiora futura ſint. [Cúmque lo-
cos,cultúſque hominum,moréſque ſonóſque Cernimus.*Ouid.El.8.l.3.
Triſt.*] ¶Quandoq. ſignificat iudicare,ſtatuere,deliberare.κρίνειν.*Cic.
de legib.*Quotcunque Senatus creuerit , populúſve iuſſerit,tot ſunto:
regio imperio duo ſunto *Lucilius*, Poſtquam præſidium caſtris educe
re creuit.*Pacuuius*, Et æquum & rectum eſt quod poſtulas,iurari cer-
nant.¶Quandoque diuidere,ſi cernere,cribrare.{חנף *heniph.*διαπτύειν,
ὀθνεῖν.GAL.Cribler,ſaſſer,tamiſer.ITAL.*Criuellare,vagliare.* GERM.
Vnderſcheyden/reyteren/Abtheilen.HIS. *Acriuar,carandar,cérnar.*ANG.
To ſift,to ſcarce }quod & Incernere dicitur:vnde & incernicula cri-
bros vocamus.*Plin. lib.18.c.11.*Rurſus quæ tranſit,arctiore cernitur.Vn
de & Crines dicti ſunt,quòd ſint diſcreti. ¶ Quandoque, dimicare.
{ראה *raá. h* התראה *hitraáh.*ἀμφισβητεῖν,ἀγωνίζεσθαι.GALLI.Se faſcher,
combatre.ITA.*Contendere,combattere.* GER.Streyten/kempfen.HISP.
Contender y pelear.}*Plaut.*Pro patria Amphi tryo dum cernit.*Cerne
re armis cum aliquo.*Accius Epinauſimache.Ex Nonio,**Cernere vitam,
De vita certare.*Ennius apud Cic.1.Offic.*Ferro,non auro,vitam cerna-
mus vtrique. ¶ Quandoque adire,vnde Cernere hæreditatem hære-
des dicuntur, ἀγχιστεύειν τινὶ,ἐμβατεύειν εἰς τὴν κληρονομίαν,ἢ οὐσίαν. *Cicero
ad Dolabellam*, A te peto,vt me hanc quaſi falſam hæreditatem a-
lienæ gloriæ ſinas cernere. [Cernere pro poſſidere. *Donat. in Te-
rent.in Silicernium*, vnde cernere hæreditatem: Imò adire & viſce-
re.] Compoſita huius verbi ſunt Concerno,Decerno, Diſcerno, Ex-
cerno,Incerno,Secerno,Succerno , *quorum ſignificationes vide ſuis
locis.*

Crētĭo,onis,verbale,Solennitas,quæ adhibebatur in adeundis hæredita
tibus.*Cic.ad Attic.lib.11.*Galeonis hæreditatem creui.Duco enim cre
tionem fuiſſe ſimplicem:quoniam ad me nulla miſſa eſt. *Varro 5. de
lin.Lat.*Facito videant te hæreditatem:itaque in cretione adhibere
iubent teſtes *Theodoſius Imp.l.6.C.tit.de iure deliber.* Cretionum ſcru
puloſam ſolennitatem hac lege penitus amputare decreuimus , ἢ εἰς
τὸν ἀεὶ ἐπόντα ἐμβάτευσιν,ἢ τὴν κλήρου ἐμβάτευσιν.

Cĕrnŭo , as, are, id eſt , Cernuum me facio , ad terram inclino.
ANGL. *To bowe do wnewart.* } *Varro de vita pop. Rom.* Et iam pel-
les bubulas oleo perfuſas percurrebant,ib ique cernuabant,id eſt, ad
terram ſeſe inclinabant,aut ſaltando in terram cadebant proni. *No-
nius.*

Cernŭus, a, um, Inclinatus,quaſi qui terram cernat. {ὑπτιωθείς.GAL.
Penchant,encliné vers la terre. ITALIC.*Chino,inchinato.* GERMAN.
Nider gebogen/Vngerechtig.HISPA.*El que mira la cabeça baxa.*ANGL.
Crooking downe towardes the earth.} *Virg.lib.10.* Erectóque incumbit
cernuus armo. *Vbi Seruius,* Cernuus equus dicitur , qui cadit in fa-
ciem, quaſi in eam partem,qua cernimus.Vnde & pueri quos in ludis
videmus,ea parte qua cernunt ſtantes, Cernui vocantur : *vt etiam
Varro in ludis theatralibus docet.* *Cernuus,item calceamenti genus,
Feſtus.

Cērōmă,κήρωμα , Oleum quo ſeſe athletæ perungere ſolent,adhibito
quodam terræ genere.*Cal.lib.4.cap.*26.vocat πάσσ:cui ſi ſudor acceſ-
ſiſſet,πανύσσελες vocabatur ab iis,qui nimis Attici videri volebant,*vt in-
quit Galenus.*Arenam autem qua Athletæ ſe aſpergebant,poſt huiuſ
modi vnctionem ἀφὼν vocabant.*Martialis,*Et flaueſcit haphe. Fiebat
autem ceroma ex oleo,terráque,nec ex omni terra,ſed ex quibuſdam
generibus,quibus robuſtiora fieri corpora,& ad tolerandos æſtus, at-
que algores reddebantur firmiora : & erat albida quædam terra per-
tenuis,ex Albano agro,& rubrica,& Baianus puluis.Adhibebatur au-
tem oleum , tùm ad agilitatem præſtandam , vt corpora lubrica fie-
rent : tùm quòd natura olei eſt , tepefacere membra , & contra
algores munire. Terra verò ad indurandos magis artus , & aduer-
ſus æſtum firmandos admiſcebatur. *Stat. de Paleſtris*, Poſtquam
oleo gauiſa cutis , petit æquor vterque Procurſu medium , atque
hauſta veſtitur arena , Tum madidos artus alterno puluere ſiccant.
¶ Ponitur & pro loco in quo palæſtritæ vngebantur,quem Vitruuius
κωνιστήριον,vocat. *Plin.* Iidem palæſtra athletarum imaginibus,& cero-
mata illuſtrant.

Cerōmătĭcŭs,a,um,quod ceromate perunctum eſt.*Iuuen.Satyr.3.* Et ce-
romatico fert niceteria collo.

Cerōſtrōtum.pen prod.κεράστρωτον,compoſitum à κέρας cornu , & στρώ-
ſtratus,& eſt picturæ genus,quum ex cornibus ramenta tinguntur va-
riis coloribus:deinde vermiculatim ligno inſeruntur.
¶ Principiò hoc ex ligneis bracteis fieri cœptum:poſtea cœpêre tingi
animalium cornua,dentes elephantorum ſecari,lignúmque ebore di-
ſtingui,mox totum operari.*Plin.lib.*11.Nunc tincta,nunc ſublita, nunc
quæ Ceroſtrota,picturæ genere dicuntur.Propriè tamen dicuntur Ce
roſtrota,cornibus ſtrata:ſicut Lithoſtrota,lapidibus ſtrata.

Cērōtum,*Vide* Ceratum in CERA.

Cerri,Piſcium genus,*de quibus Dioſc.lib.2.*

Cerrus,Arboris glandiferæ ſpecies eſt,cuius glande ſuilla caro firmior
redditur.ἀγλαοφή.*Plin.lib.16.c.6.*Glans optima in quercu atque grandiſ-
ſima,mox æſculo:nam robori paruas,Cerro triſtis,horrida,echinato ca
lyce,ceu caſtaneæ.

Cerrinus,a,um:vt,Cerrinus calyx.*Plin.lib.3.c.10.* Quidam pectus eius bi-
bendum cenſent,& in cerrino calyce.

Cerrĕŭs,a,um:vt Cerrea glans.*Pli. lib.16.cap.6.de glande fagina loquens.*
Proximam huic cerream tradit Nigidius, nec ex alia ſolidiorem car-
nem ſed duram.

Certē,*Vide* CERTVS.

Certo,Pugno,prælior,bellum gero, contendo. {ריב *rib* נצה *nitstsáh.*
ἀγωνίζομαι.GALL.Debatre auec quelqu'vn, combatre,ITAL. *Contender,
combattere,*GERM.Streyten/kempfen.HISPAN.*Contender y pelear.*
ANGL.*To debate,to fight,to ſtriue.*} *Tacit.lib.21.* Miſſus in eos eques
cùm expeditis cohortibus ambigue certauit. [Certabat in Vatinio
deformitas corporis cum turpitudine ingenij.*Velleius.* Si perſtas cer-
tare(de armis)locum redeamus ad illum.*Ouid.13.Metam.* Vbi certa-
tum erat antè virtutibus,ſceleribus certabatur.*Velleius.*] ¶Cum da-
tiuo. *Virgil.Eclog.5.* Montibus in noſtris ſolus tibi certet Amyntas.
¶Cum ablatiuo.*Terent.*Benedictis ſi certaſſet,audiſſet bene. ¶Cum
ablatiuo & præpoſitione De. , *Liuius*, Arcini atque Ardeates de am-
biguo agro quum ſæpe bello certaſſent. ¶Cum præpoſitione Cum,
Salluſtius , Sed vt mos eſt illius gentis, equitare,iaculari,curſu cum
æqualibus certare. ¶ Cum præpoſitione inter. *Cicero*, Reliquum
eſt.vt officiis certemus inter nos. *In omne facinus certare, id eſt,
tuere in omnem turpitudinem , proiectum eſſe ad omne ſcelus. *Se-
neca Thebaid.1.* Diris ſceleſtis (breuiter vt dicam) meis Cerrantin
omne facinus. * Certare,item inter ſe ſumma cura deliberare. *Vir-
gil.6. Æneid.* Haud mora feſtinant flentes aramque ſepulchri Con-
gerere arboribus,cœlóque educere certant.Hoc eſt, (*ait Seruius*) vt
hoc faciant,mente pertractant.Nam adhuc iturí ſunt ad ſyluas. Cer-
tare aliquid,id eſt,certando conari. *Horat.2.Serm.Satyr.3.* An quod-
cunque facit Mecœnas,te quoque verum eſt Tanto diſſimilem,& tan-
to certare minorem? ¶Et cum aduerbiis Mecum, Tecum, Secum. *Plin.
Iun.*Nam mihi ſatis eſt certare mecum.¶Certare cum vſuris fructibus,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

prædiorum dicuntur, quorum vectigália vix, aut ne vix quidem vsuris persoluendis paria esse possunt. *Cic. Cat.* 2. Meo beneficio tabulæ nouę proferrentur, verùm auctionarię: quod si maturius facere voluissent, neque id quod stultissimum est certare cum vsuris fructibus prædiorum locupletioribus, his & melioribus ciuibus vterentur. *Hotomanus.* ¶Hinc componuntur Decerto & concerto.

Certāmĕn, Conflictus, concertatio, contentio, prælium. {מצות *ritz* ריב *matßsúrh.* ἀγών, ἄθλος, μάχη βίαιος. GALLIC. Debat, combat, estrif. ITAL. *Battaglia, abbatimento, constracto.* GERM. Streyt/kampf. HISPA. *Pelea, contencion, y porfia.* ANGLIC. *Debate, figth, striffe.*} *Ouid.* 10. *Metamorph.* Mors pretium tardis: ea lex certaminis esto. [Ipse tulit pretium iam nunc certaminis huius, Qui cùm victus erit mecum certasse feretur. *Ouid.* 13. *Metam.* Non foret ambiguus tanti certaminis heres (i. armorum de quibus certatur, *Ibidem.* Ergò operum quoniam nudum certamen habetur. *Ouid.* 15. *Met.* laudis & assiduo vigeat certamine miles. *Tibul. lib.* 4. Aspera militiæ iuuenis certamina fugi. *Ouid. Eleg.* 1. *l.* 4. *Trist.* Laudis & assiduo vigeat certamine miles. *Tibul lib.* 4. Certamen ludicrum Olympiorum mox ludi, & sacrum, & Mercatus. *Velleius.* In sacro certamine sortitio fiebat inter Athletas *Gel. c.* 9. *l.* 5.] Interdum res ipsa de qua certatur, scilicet vter columbam sagitta feriat, vter prior decurrat ad metas. *Virg.* 2. *Georg.* Velocis iaculi certamina ponit in vlmo. ¶ Græca certamina celebratissima hæc fuerunt, Olympia, Pythia, Isthmia, & Nemæa, in quibus Græci magnos honores constituerunt victoribus athletis. Nam Olympia, iuxta Olympiam Elidis ciuitatem quinto quoque anno in honorem Olympij Iouis celebrabantur: & qui vicisset, corona ex oleastro, qui Philostephanus dicitur, donabatur: institutáque sunt anno mundi quadringentesimo supra quatuor millia, in eóque certamine Hercules primus coronatus est. ¶ Pythia, Apollini sacra erant, in memoriam Pythionis serpentis ab Apolline occisi instituta. Vnde & nomen tenuerunt. Ex hoc certamine victor coronam lauream cum malis reportabat. Nam quòd *Ouidius* Pythiorum victori æsculeam coronam videtur tribuere *libr.* 1. *Metam.* (quum ait.

Néve operis famam posset delere vetustas,
Instituit sacros celeri certamine ludos,
Pythia perdomitæ serpentis nomine dictos.
Hic iuuenum quicunque manu, pedibúsve, rotáve:

Vicerat, æsculeæ capiebat frondis honorem.) id non ex animi sententia affirmat, sed vt commodiorem faceret transitum ad fabulam Daphnes. Subdit enim, Nondum laurus erat. ¶ Isthmia, ab Isthmo Peloponnesi, vbi celebrabantur in honorem Palæmonis, quem Latini Portunum dicunt, in quibus qui vicisset, coronam ex pinu reportabat. ¶ Nemæa, à Nemea sylua in memoriam Archemori Lycurgi filij fiebant, quorum victores apio coronati abibant. De hisce quatuor sacris Græciæ certaminibus extat etiam nobile Archiæ poetæ Græcum epigramma;

Τέσσαρές εἰσιν ἀγῶνες ἀν' Ἑλλάδα, τέσσαρες ἱεροί.
Οἱ δύο μὲν θνητῶν, οἱ δύο δ' ἀθανάτων.
Ζηνὸς ὁ μὲν Νεμέηι τε, παλαίμονος ὁ ἐν Ἰσθμῶι.
Ἄθλα δὲ πᾶσι κόσμος, χεῖλα, σέλινα, πίτυς. Id est,

Quatuor Argiuis certamina sacra feruntur:
Bina hominum natis, binaque cælitibus:
Phœbo ipsique Ioui, Archemoro & paruo Melicertæ.
Poma, oleastra, apium, præmia pinus erant.

Hæc certamina etiam Ludi plurali numero dicuntur, & spectacula. ¶ Certamen significat etiam priuatam contentionem. *Sallust.* Diu magnum inter mortales certamen fuit, vine corporis, an virtute animi res militaris magis procederet. ¶ Certamen, prælium *Cic.* 4. *de Finib.* Sed vt magnum, & difficile certamen ineuns, quum sibi cum capitali aduersario dolore depugnandum videret, excitaret omnes rationes fortitudinis & patientiæ. *Plancus Ciceroni,* Aut ipse à certamine belli tam necessarij me remouissem. Certamen non accipit excusationes, ἀγὼν δ' οὐχ ὑπὲρ σκήψεως. *Plat. lib. de leg.* ἀλλὰ δὴ ἀγὼν οὐ περὶ σκήψεως ἐστὶν ἀλλὰ περὶ πάνυ σχέτλιον φαύλου, id est, Verum aiunt certamen non admittere causationes. Locus erit prouerbio, quum quis in magno præsentaneóque periculo velit tergiuersari, & occasionem expectare.

[Certator *Gell.* c. 10. *lib.* 12. Indomiti certatores (i. disputatores.)]

Certātĭo, onis Contentio, certamen. {מריבה *meribáh* מדון *madhón.* φιλονεικία. GAL. Debat, combat. IT. *Contesa.* GER. Das streyten oder kempfen. HIS. *Contencion y porfia.* ANG. *Debate, striuing.*} *Cic.* 3 *de Nat. Deor.* Sed nequaquam istuc ibit: magna est certatio. *Idem* 2. *de Leg.* Ludis publicis (quod sine curriculo, & sine certatione corporum fiat) popularem lætitiam in cantu, & fidibus, & tibiis moderanto.

Certātim, aduerb. Cum certamine, contentione, & æmulatione. {φιλοτίμως. GAL. A l'enuie l'vn de l'autre, à qui mieux mieux. ITAL. *Agara, à chi sa più presto.* GE. Mit streyt/in kampß weyß. HI *Contenciosa, y porfiadamente.* AN. *By striuing and contention to do best.*} *Virg. lib.* 8. Tunc lecti iuuenes certatim, aræque sacerdos Viscera tosta ferunt taurorum. *Suet. in Aug.* Senatus & in funere ornando & in memoria honoranda eo studio certatim progressus est.

* Certatus, a, um, Adiect. ἀγωνισθείς. *Tacit. lib.* 11. Et huic contra itum ad amnem Erindam, in cuius transgressu multum certato, peruicit Bardanes. Certato, id est quum certasset, Passiuum pro actiuo.

Certātŭs, us, ui, nomen, idem quod certamen. *Stat. lib.* 3. *Syl.* ridérque benigna Parthenope gentile sacrum, nudosque virorum Certatus, & partia suæ simulachra coronæ.

Certŭs, a, um, Clarus, & indubitatus, à Cerno pro video, quia ea quæ cernimus, clara & indubitata sunt. {ידוע *jadhuaẗ* נאמן *neemán.* ἀγνώς, δῆλος. GALLI. Certain. asseurè. ITAL. *Certo, chiaro.* GERM. Gewüß. HISP. *Cierto, no dudoso claro.* ANGLICE, *Certane sure.*} *Plaut. Mercat.* Quid illud sit negotij, lubet scire me, ex hoc vt sim certus metu. *Gellius,* Certi sumus non ignorare te quid vna appellatur. [Certa amittimus, dum incerta petimus. *Plau. pseud. sc.* 3. *a.* 2. In te certum est id experiri. *Plaut Mostell. sc.* 3. *a.* 1. Quæro qui istuc certum faciat mihi, *Pl. Mena. sc.* 1. *a.* 2. & *sc.* 2 *a* 5. Certa res est hanc obiurgare. *Pl. Amph.* Nequeo cum animo certum inducĕre. *Plaut Aul. sc.* 6. *a.* 4. Istuc certum erat (i. facere volebam.) *Plaut. Capt. sc.* 1. *a.* 2. Item, Certum est mihi irascentis. *Plaut. pseud. sc.* 7. & 8. *a.* 4. Fac me certum quid sit. *Plaut. pseu. sc.* 1 *a.* 1. Si ex te fieri possem certior. *Ibidem.*] ¶ Interdum certus dicitur constitutus, hoc est tantus & talis quantum ac qualem volumus. Vnde Certum vulnus feciisse aliquem dicimus, quum nec plus nec minus fecit, quàm voluit. *Mart.* O quàm certa fuit librato dextera ferro. Interdum discretus, ἀφορισμένος. Hinc certos ferè plurali numero dicimus, pro eo quod est Quosdam, quasi cæteris discretos. *Cic.* Is enim cum certis aliis ad Cęsarem missus, paulò antè discesserat. *Salust.* Apud latera certos locauit. *Certo patre nati, & certi liberi, pro legitimis. *Cicer. pro Sexto Roscio Amerino,* Si tibi fortuna non dedit vt nascerere certo patre. *Et* 1. *de Inuent.* Nondum diuinæ religionis, non humani officij ratio colebatur, nemo legitimas viderat nuptias, non certos quisquam inspexerat liberos. Sic Progenies certa pro legitima, *apud Senec. in Troad.* Et, Certissima proles. *Virg.* 7. *Æneid.* * Homines certi, id est fidissimi nuntij. *Cic ad Lentulum lib.* 1. 7. Quoties mihi certorum hominum potestas erit, quibus rectè dem, non prætermittam. *Idem* 4. *Verr.* Confirmat & se homines certos eius rei causa, in Siciliam & terra & mari missurum. *Certus cum præpositione In vel Erga, interdum idem est quod prosper, & de quo melius confidas. *Valer. lib.* 1. *Argonaut.* Ille tibi culcûsque deûm, delubráque genti Instituet, quum iam genitor lucebis ab omni Parte poli: neque enim in Tyrias Cynosura carinas Certior, aut Graiis Elice seruanda magistris. ¶ Item certus, firmus, non vacillans βέβαιος. *Ouid.* Da mihi quod petitur certo contingere telo. ¶ Et certum dicimus deliberatum in quo plerunque adiungitur datiuus cum infinitiuo: vt, Certum est mihi in Asiam nauigare, δέδοκταί μοι. [*Plau. Capt. sc.* 1. *a.* 3. Certum est meum ius persequi.] *Vir. in Gallo,* Certum est in syluis inter spelæa ferarum Malle pati. *Terent.* Si ita certum est tibi, εἰ οὕτω δέδοκταί σοι. ¶ Certo certius prouerbiali tropo dicimus, quod prorsus indubitatum haberi volumus *Vlp. Pandect. lib.* 22. *tit de testam. tut.* Testamento datos sponsores non esse cogendos satisdare rem saluam fore, certo certius est. [*Plaut. Men. sc.* 2. *a.* 5. Nec quid velit mihi certius facit. *Plaut. Capt. sc.* 5. *a.* 5. Non moriri certius, *Idem Mena. sc.* 8. *a.* 5. Cui certissimum est me &c.] *Certus cum genitiuo, *vt apud Vir.* 4. *Æn.* Certus eundi, hoc est hauddubiè profecturus. *Sic Tac. l* 20. Desciscendi certus. *Et lib.* 12. Nam vbi sui matrimonij certa fuit, struere maiora, &c. *Certus cum infinitiuo. *Stat.* 3. *Thes.* Ibo libens, certúsque mori. *Val. Flac. li.* 2. Actius hoc instare viri, succurrere certi.

Certĭfĭco, {AN. *To make certune or sure.*} pro hoc verbo ceu reprobato plerique ponunt, certum aut certiorem facere seu reddere, licet etiá certiorem facere dicimur, qui alioquin nihil certi à nobis habuerit: atque sic obtinuit frequentior vsus scribendi, tamen aliter à *Cicerone positum lib.* 9. *Ep. ſt fam.* Insulanus obseruauit.

Cĕrtĭor, & Certius, comparatiua, pro compertiore, exploratore & peritiore. {AN. *More certane, more sure*} *Senec. in Hip. loquens de Cupidine,* Ipsíumque Phœbum, tela qui neruo regit, Figit sagitta certior missa puer. Facere certiorem, δηλοῦν, παρίστημι, est notum facere, indicare, & dicere ita esse. *Cic.* 6. *Ver.* Adsunt Segestani clientes tui, socij populi Romani atque amici: certiorem te faciunt, P. Africanum Carthagine delera. &c. *Pl. in Cas.* Face me certiorem quid meus vir me velit. *Terent. in Phorm.* Quantum pores me certiorem face.

Certĭōro, as, Certiorem facio, certiorem reddo. {הודיע *hodhiaẗ.* δηλόω, παρίστημι. GALL. Certiorer, faire sauoir, auertir. ITAL. *Certificare.* GERM. Zuwüssen thun. HIS. *Certificar y auisar.* ANG. *To mak certane, or sure, to aduertise.*} Quod verbum non temerè alibi reperias, quàm apud Iurisconsultos. *Vlp. de eo qui pro tut. l.* 1. Sed necessarios pupilli non certiorauit. *Idem l.* 1. *ff. de act. empt. & vend.* Hæc ita vera sunt, si emptor ignorauerit seruitutes: quia non videtur esse celatus qui scit, nec certiorari debuit, qui non ignorauit.

Certĭssŏ, certissas, Certus fio, *Pacuuius apud Nonium,* Vocant cocos, vnde certissent.

Certĭtūdo, à certus. {אמנה *amanáh.* אמון *emún.* ἀσφάλεια, πληροφορία. GA. Certitude, asseurance, seureté. IT. *Certezza* GER. Gewüsse eins dings/ sicherheit. HIS. *Certidumbre.* AN. *Certantie, surnesse.*} Vnde Incertitudo, notæ significationis.

Certō, aduerbium affirmantis. {אמנם *omnám.* ἀμέλει, νὴ δία. GALLIC. Certainement, asseureement, sans doute. ITAL. *Certo, certamente, sicuramente.* GERM. Warlich/fürwar/ eingentlich. HISPAN. *Ciertamente, affirmando.* ANGL. *Truelie, surlie, verely.*} [*Ouid* 13. *Met.* Et meus hic (si sis) certè est. Certè, ædepol, equidem te sine malitia sum arbitratus. *Plaut. sc.* 3. *act.* 1. Aliquando assentientis est: *Plaut. pseud. sc.* 3. *a.* 1. Bustirape. B. Certè. & *Men. sc.* 1. *a* 2. Egomet vidi. Certè? Certè inquam. *Item* pro quidem, Certè deformata habebam. i. deformata quidem. Atqui certè. vide Atqui.] *Cic. de Finib.* 3. Satisne hoc conclusum videtur. certe. Interdum idem quod certo, σαφῶς, hoc est, clarè, & manifestè. *Cic. Quint. Frat.* Certè enim scio, te feciisse cum causa, *Idem Attico,* Quod te molestè ferre, certè scio. ¶ Interdum idem est quod saltem. *Cic. pro Marcello,* Victi sumus igitur: aut si vinci dignitas nõ potest, certè fracti, & abiecti. [*Ouid.* 13. *Met.* Viueret aut certè letum sine crimine haberet.]

Certō, Clarè, liquidò. {באמונה *beemunáh.* σαφῶς. GAL. Clairement. ITAL. *Chiaramente.* GERM. Gewüsslich/on alles fälen. HISPAN. *Claramente.* ANG. *Manifestlie, clearlie.*} *Terent. in Eunuch.* Hoc certò scio, Rhamnusium se esse aiebat. *Cic. in Epist.* Etsi certò scio, &c. [Certò, vocem loquentis audire visus sum. *Plau. Aul. sc* 6 *a.* 4. Certò ædepol scio. *Pla. Merc. sc.* 3, *a.* 2. Mihi certò nomen est Sosia, *Pl. Amph. sc.* 1. *a.* 1. Certò hęc mulier insana *Pl. Men. sc* 4. *a.* 2. Sat certò scio suem occisam plus sapere. *Pl. Merc. sc.* 6. *a.* 2.]

Cĕruă, Ceruarium, *Vide* CERVVS.

CERVARIA, Locus est in Galliæ & Hispaniæ confinio, non procul à templo Veneris. *Pomp. lib.* 12.

Cĕruchŭs, penultima producta, {מקרן *makrin.* κεράσκος. GA. Cornu. IT. *Cornuto.* GER. Gehörnt. HISP. *Cerui, cosa que tiene cuernos.* ANG *Horned.*} Latinè dicitur Cornutus, quasi κέρατα ἔχων In nauibus autem Ceruchi dicuntur rudentes antennarum cornua firmantes, suásque habentes in puppe ansas, ad quas religantur. *Flaccus* 1. *Argon.* Temperet vt tremulos Zethes, fratérque ceruchos. Hesychius Cerushos vocat, quasi πρὸ κεράων ἔχοντας.

Cĕruĭcāl, *Vide* CERVIX.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Cĕrui, Animalia satis nota: ita dicta quòd magna cornua gerant, quasi nerui, g in c mutata. {אייל ajjál. ἔλαφος, ἀπὸ τοῦ κεφάλου, hoc est, à cornibus quæ primùm bimis oriuntur, simplicia quidem & recta, ad subulam similitudinem: quamobrem Sabulones per id tempus appellantur. GALL. Cerfs. ITAL. *Cerui*, GE. Hirtzen. HIS. *Ciervos, animales conocidos.* ANGL. *Hartes or ſtagges.*} *Plin. l. 8. c. 32.* Ceruis quoque est sua magnitas, quanquam placidissimo animalium. ¶ Cerui item dicuntur furcæ, quæ ad casæ sustentationem figuntur ad similitudinem cornuum cerui. *Virg. 2. Eclog.* Atque humiles habitare casas, & figere cervos. ¶ Ceruus canes trahit. πρὸς κυῶν ὁ ἔλαφος ἕλκει: Adagium est inter ea, quibus ἀδύνατον seu præposterum quippiam significamus. Præposterum est enim vt ceruus venetur canes. *Tib. l. 4.* Qualiter aduersos hosti defigere ceruos. Ceruos obiicere ad viam intercludendam. *Liu. l. 4. d. 5.*]

Cĕruă, uæ, fœmininum. {AN. *A hynde.*} *Plin. l. 5. c. 8.* Simplicius ceruæ monstrauere elaphoboscon: de qua diximus.

Cĕrūlĕus, a, um, adiectiuum à ceruo deductum. {ἐλάφειος. Vnde Lupus ceruarius. GAL. Loup ceruier. IT. *Lupo cerviero.* GE. Ein luchſs. HIS. *Lo ceruario.* GAL. Loup ceruier. IT. *Lupo cerviero.* GE. Ein luchſs. HIS. *Lobo gato cerual.* ANGL. *A wild beaſt lik a woolfe with the ſpottes of a panther*} (ὡς *Ariſtoteli*, si Theodoro credimus) dicta est fera lupi effigiem habens, & Pantheræ maculas, nomine (vt opinor) à ceruina pernicitate impositio. *Plin. l. 8. c. 22. de lupis*, Sunt in eo genere qui ceruarij vocantur, qualem è Gallia in Pompeij magni arena spectatum diximus. ¶ Ceruarium venenum, *Plin. l. 27. c. 11.* Limeum herba appellatur à Gallis, qua sagittas in venatu tingunt medicamento, quod venenum ceruarium vocant.

Cĕrūnŭs, Quod ad ceruum pertinet. {ἐλάφειος. GAL. De cerf. ITAL. *Di ceruo.* GERMAN. Das zu dem hirtzen gehört. HISPA. *Cosa perteneciente al ceruo.* GERMAN. Das zu dem hirtzen gehört. HISPA. *Cosa perteneciente al ceruo.* ANG. *Belonging to a ſtagge or an hart.*} vt, Ceruinum cornu. *Var. 3. de Re ruſt.* Circum caueas eorum incedendum cornu ceruinum, ne qua serpens accedat. Ceruinus color, qualis est pellis cerui, vel castaneæ. *Pallad. li. 4. ca. 13.* Colores hi præcipui, badius, aureus, albineus, russeus, murteus, ceruinus, giluus, &c. Pellis ceruina. *Horat. l. Epiſt.* - venenaticus ex quo Tempore ceruinam pellem latrauit in aula, Militat in syluis catulus] Ceruina senectus. *Iuu. ſaty. 14.*] ¶ Cerunus vir, ὁ ἔλαφος ἀνήρ, olim dicebatur formidolosus, & fugæ fidens magis, quàm viribus. Ceruus enim animal cursu perniciſſimum, & in venatu pedibus quærit salutem.

Cĕrūsĭă, {ζυθός. GA. Ceruoise. IT. *Ceruogia.* GE. Bier. HI. *Cerueça.* AN. *Ale.*} Potus ex aqua & frugibus confectus, & præcipuè ex hordeo madefacto, & rursus elibanis siccato, addito lupi salictarij flore: quo potus genere etiam hodie pleræque Galliæ & Germaniæ loca, Britanniáque vniuersa, vini inopiam supplent. *Pl. l. 22. c. 25.* Ex iisdem fiunt & potus, zythus in Ægypto, cælia, & ceria in Hispania, ceruisia & plura alia genera in Gallia.

Cĕrŭix, Posterior colli pars, quæ ab occipitio incipit, & tendit ad spinam. {עֹרֶף *Hóreph.* ἀπὸ ἀμαι, τυχίω. GA. Chignon du col, le col. IT. *Coppa.* GERM. Der nack/das genick. HIS. *Ceruiz del cuello.* ANGL. *The neck.*} Quæ autem anterior est, Gula dicitur. Ceruicis hæc commoditas est, vt ad dextram, sinistrámve prorsum, retrorsúmque vertatur. Constat enim ex ossibus orbiculatim vertebratis, ex quibus fit ad circunspectum facilis. Hinc est quòd qui nec flecti, nec cogi possunt, ceruicis duræ perhibeantur. Vnde dicimus hominem duræ ceruicis, quasi indomabilem, siue inexorabilem, atque contumacem: qui & Ceruicosus dicitur. ἀπὸ μεταφ. Antiqui vero (*vt Quintilianus ait*) Ceruices pluraliter dicebant, *primúſque Horten.* Ceruicem *dixit. Ci. in Vat.* Inflato collo, tumidis ceruicibus intuliſti. *Cato*, Si caput aut ceruices dolent, ea lotio caldo lauito. [*Velleius*, Ceruicem extentam præbere (cædi) *Ouid. Eleg. 2. libro 4. Triſt.* Vincláque captiua reges ceruice ferentes. *Et Ele. 3. libr. 1. Triſt.* Ceruicis rigidæ frena remittit equo. Ceruice composita ad ictum. *Sen. ca. 16. de Conſ. ad Mart.* Ceruicem præbere alicui, *Sene. c. 15. de Tranq.* Ceruicem dare non segniter ad ictum. *Vel.* Vtinam cerui cem haberent, *Suet. in Cal. c.* 30. In ceruicem regnum accipere. *Liu. li. 4. ob Vrb.*]

Cĕrŭicŭlă, diminutiuum, {τὸ αὐχένιον, ὁ μικρὸς αὐχήν. AN. *A litle neck.*} *Ci. 5. Ver.* Taménne putamus patronum tuum in hoc crimine ceruiculam iactaturum, & populo se ad coronam daturum? *Quint.* Ceruicula contracta.]

Cĕrŭicālĕ, & per apocopen Ceruical, pen. pro. Significat ceruicis sustentamentum, & munimentum, cui scilicet dormientis caput & ceruix innituntur. [*Suet. in Nero. c. 6.*] {מראשות *merashoth.* ὑποκεφάλαιον. GAL. Cheuet ou trauersain, coussin de lit, ou oreiller. ITA. *Guanciale.* GER. Ein haupttuſſin. HIS. *El almohada ò cabeçal para la cabeça.* ANG. *A bolſter, of a bed.*} *Iuuen.* Conducit comites, sellam, ceruical, amicas. *Mart.* [*Epi. 146. l. 14.*] Tinge caput nardi folio, ceruical olebit. *Plin. l. 20. ca. 20.* Sunt qui ante solis ortum ceruicalibus subiici efficacitet putent. Vestis nomine ceruicalia cõtinentur *apud Vlpianum de auro & ar.* Quòd si ad muliebrem mundum ea pertinent, significari putat hoc nomine Hotomanus quæ Græci ἀναπτυκτρίδια nominant, quæ Iul. Pollux in mundo muliebri recẽsent: sin ad ornatum virilem, fortáſſis ea quæ frigoris vitandi causa ceruici circundantur.

Cĕrula, *Vide* CERA.

Cĕrūſsă, pen. prod. Plumbo in acuto aceto soluto comparatur. {פוך *puch.* ψιμύθιον. GA. De la ceruse, fard. IT. *Biacca.* GE. Bleiweiſs. HI. *El aluayalde.* AN. *VVhite lead or ceruſſe, peinting that women vſe.*} *Vitru.* docet quomodo fiat, dicens, Rhodij in doliis sarmenta collocantes, acero suffuso supra sarmenta collocant plumbeas massas, deinde ea operculis obturant ne spiramentum obturata emittant: post certũ tempus aperientes, inueniunt è massis plumbeis ceruſſam. Eadem ratione lamellas æreas collocantes, efficiunt eruginem. Ceruſſa verò quum in fornace coquitur, mutato colore, ad ignis incendium efficitur Sandaracha. Id autem incendio factum ex casu didicerunt homines, ex eo multò meliorem vsum præstari, quàm quæ de metallis per se nata foditur. Vtcunque igitur ita ceruſſa comparentur, neq; acutũ, neque lancinans quicquam habet, neq; distrahens, sed emphaticum ac refrigerans. Vsta autem, inquit Aetius, pura ceruſſa mutatur in id quod Syricum nuncupatur: medici Sandica vocant. *Vide Galen. libro 9. Simpl. & Plin. libr. 34. cap. 8.* [Cedo ceruſſam, quid ceruſſa opus est? Attramento ebur candescere postulas. *Plautus Moſtel. ſcen. 3. act. 1.*

bis.]

Cĕrūſsātŭs, a, um. {כהול *chachúl.* μιμωνώδης. AN. *Coloured, paynted.*} vt, Ceruſſatæ mulieres, quæ candoris comparandi gratia ceruſſa vtuntur. *Mart. l. 12.* Ceruſſata timet Sabella solem, Ceruſſata cutis, Ceruſſatæ buccæ, *Mart. l. 7. Ci. in Piſonem.*

Cĕrўx, κήρυξ, Latinè præco & caduceator. {AN. *A headle, ſucchas crieth con greygions in the vniuerſities.*} vnde *Eusebius* scribit à Nerone Ceryces fuisse certamine superatos. *Sene. ad Serenum, [c. 3. de tranquil.]* Non vis Consul aut Prytanis, aut Ceryx aut Suffes administrare Rempublicam, hoc est magistratus ad Rem gerendam.

CESCŌS, κίσκος, Pamphyliæ, seu, *vt Suida videtur*, Ciliciæ vrbs, cuius ciues ob vecordiam stultitiámque vulgò male audiebant. Iuxta Cescum vrbem fluuius erat, cui nomen, ἄνους, id est, amens. Vnde tractum prouerbium, Cescon habitas, κίσκων οἰκεῖς. In stupidum & bardum dicebatur. Quadrabit & in cœtum aut conciliabulum hominum stultorum.

CEZENA, Oppidum est Piceni non procul à Cliterna, etiam hodie nomen retinens. *Plin l. 3. c. 15.*

CESPERIA, siue Caspetia, Vrbs fuit Sabinorum, ex qua Turnum auxilium habuisse contra Æneam, *Maro auctor est, li. 7.*

Cesperiámque colunt.

Melius per a in prima syllaba.

Cĕspĕs, *Vide* CAESPES.

CESSERO, Narbonensis Galliæ oppidum, in tractu Meminorum, non procul à Carpentoracte. *Plin. l. 3. c. 4.* Vulgò *Caſtres.*

Cĕssĭo, onis, {ANG. *A yelding or geuing ouer.*} *Cic. Topic.* Abalienatio est eius rei quæ mancipi est, aut traditio nexus, aut in iure cessio, inter quos ea iure ciuili fieri possunt.

Cĕssĭmire. {ἀναχωρεῖν. AN. *To recule, to retire.*} significat, retrocedere. *Iuſt. li. 2.* Commisso prælio ite cessim, inhibete remos, & à bello discedite. *Et apud Triſc. ti. ad leg. Aqui.* Interim superiùs plaustrum cessum ire cœpit. fit autem à Cedo.

Cĕssō, as, Abstineo, ab opere vaco. {חדל *chadhál* שבת *ſchabbáth* בטל *batál* אחר *achár.* παύομαι. GALL. Cesser, estre tardif. IT. *Ceſſare, indugiare, abſtinere.* GERMA. Zuſtören/ablaſſen. HISPA. *Ceſſar, tardaſſe. ò abſtener.* AN. *To ceaſe, to loiter, to inger.*} *Vi. 7. Ec.* Et siquid cessare potes, requiescere sub vmbra, id est (*inquit Seruius*) si potes breue otium tibi persuadere. Dicimus autem cessare in re aliqua, & Cessare à re. *Cic.* Neque vnquam in suo studio atque opere cessauit. [Cessare in officio. *Liu. l. 5. d. 5.*] *Liu.* Nec ex quo castris castra collata sunt, cessatum à leuibus præliis est. *Suet. in Tit. c. 6.* Nullus dies cessauit à pœna. *Liu. l. 5. d 5.* Et sine præpositione cessantem honore. i. magistratum defuncto eo, qui gerebat. *Sueto. in Caſ c. 76.*] Item Cessare, ὀκνεῖν, βραδύνειν, tardare, remorari, diutius immorari in re aliqua facienda, & eam negligentiùs agere. *Virg. 6. Æn.* Cessas in vota, precésque? id est, tardus es in vota facienda. *Tere. in Eunuch.* Paululum si cessassem Pythia, Domi non offendissem, ita iam adornabat fugam. [Cessantibus copiis (. i. morantibus) *Suet in Caſ. c 58.* Quid tua cessauit pietas scribentibus aliis? *Ouid. Eleg. 7. lib. 4. Triſt.* Dum tamen hæc fiant viduæ cessate puellæ (i. permanete viduæ tantisper) *Ouid. 2. Faſt.* Quid cessas dare potionis aliquid, &c. *Plaut. Mena ſc. 5. a. 5.* Quid cesso abite ad nauem? *Pl. Mena. ſc. 3. a. 5.* Extimulate precor cessantia facta. *Ouid. El. 1. lib. 3. Triſt.* It dies, mihi cesso. *Plau. Pſeu. ſc. 3. a. 1.* Sed cesso hunc onerare lætitia. *Pl. Cap, ſc. 1. act. 4.* Quid cessas hanc huic vxorem dare. *Plaut. Curc. ſc. 2. a. 5.* Sed quid cesso hunc ire in forum. *Pl. Aſin. ſc. 1. a. 1.*] *Idẽ in Adelph.* Æschinus odiosè cessat, prandium corrumpitur. ¶ Et cessare dicimus eos, quorum officium desideramus. *Gellius in fabula Caſſita*, Amici isti magnam in partem cessatores sunt, ὀκνηροί. Breuiter sic accipe, quòd Cessare interdum significat nihil agere, vacare: interdum conquiescere vel respirare, & hic duobus modis absolutè ponitur. *vt apud Cicer. de Nat. deorum.* Cur tam multos deos nihil agere, & cessare patitur? & apud *Terent. in Eunuc. & Adelp.* vt dictum est. Quum verò pro intermittere, desistere, de finere, vel finem facere ponitur, habet alium secum infinitum. *Cic. ad Quintum Fratrem*, Si te quoque inimici vexare cœperint, ne cessaris me certiorem facere vt accurram. *Terent. in Andr.* Cessas alloqui. *& in Phormion.* Absenti tibi te indignas, seque dignas contumelias nunquam cessauit hodie dicere: id est, toto die nihil aliud quàm contumelias loquutus est. ¶ Huius compositum est Concesso.

Cĕssātor, oris, verbale, à Cesso, as, Cunctator, otiosus, qui cessat & nihil agit. {מאחר *meachér.* μαλακὸς, σχολαῖος. GALL. Cesseur, musard, oiseux, faitard, lasche en besongne. ITAL. *Indugiatore, otioſo.* GER. Seumig/müſſig/der etwas zu thun auffgehört hatt. HISP. *Tardio, eſpacioſo.* ANG. *A lingerer, a loiterer, an idle fellow.*} *Gell.* Amici isti magnam in partem cessatores sunt. *Cic. Pato lib. 9.* Hæc tibi antea non rescripsi: non quòd cessator esse solerem, præsertim in literis: sed quia, &c.

Cĕssātŭs, a, um, participium sine verbi origine, sicut Regnatus, & similia: nam Regnor, aut Cessor non dicimus. {διαλειφθείς. ANG. *That hath lien fallow.*} ¶ Hinc cessata arua, id est, neglecta, & non culta. *Ouid. 4. Faſt.* Largáque prouenit cessatis messis in aruis.

Cĕssātĭo, onis, verbale, Otium. {שבת *shébeth* משבת *miſchbath.* μάλαξις, σχολαιότης. GAL. Relasche, oisiueté, lascheté. ITA. *Indugio.* GER. Zuſtöhrung/müſſig gang. HISP. *Tardança.* ANG. *Slacknesſe, loitering, vacantneſſe frome labour.*} *Cic. 1. de Nat. deor.* Profectò Epicurus, quasi pueri delicati, nihil cessatione melius existimas. *Colum. lib. 2. cap. 1.* At contrario seu sponte, seu quolibet casu destituta humus, quum est repetita cultu, magno fœnore cessationis colono respondet.

Cĕstĭcillŭs, {ANG. *A waſe, or wreath to be layed vnder the veſſel thath is borne on the head, a wiſpe.*} *autore Feſt.* Circulus est quem mulieres imponunt capiti quò commodius onera ferant.

Cĕstrōsphēndŏnē. {κεστροσφενδόνη. Telum erat semicubitale, bipalme spiculum infixum habens digiti crassitudine, cui ad libramen pinnæ tres veluti sagittis solent, circundabantur. Nomen inuenit à figura & vsu, quorum vtrunque medium habet inter telum & fundam. κέστρον enim Græcis teli genus est, Persico bello inuentum. σφενδόνη autem id est, quod Latini fundam vocant. {ANGL. *A ſling, an engine of warre to caſt darres.*} nam fundæ modo librabatur. Inuentum fuit hoc teli genus, *autore Liuio*, in bello Macedonico. {*Et 5. l. d. 5.*]

Cĕstrĕus, duabus tantùm syllabis, κεστρεύς. Piscis genus, qui & Cephalus & mugil vocatur, publicis adulterorum suppliciis destinatus apud A-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

thenienſes. *Vide Cal. Rhodig. lib. 27. cap. 4.* ¶ A cuius natura tractum eſt adagium, Ceſtreus ieiunat, Κεστρεὺς νηστεύει. De famelicis & voracibus dici conſueuit. Vnde & qui fame oſcitant, κεστροὶ dicuntur, & κεστρεύειν.

CESTRIA, Epiri oppidum. *Plin. lib. 4. c. 1.* & Ceſtrini, Ceſtriæ incolæ, *eodem autore, in Proœmio lib. 4.*

CESTRVS, κέστρος, Fluuius eſt Pamphyliæ, *apud Strab. lib. 14.*

Ceſtrum, κέστρον, Inſtrumentum quo cauatur ebur. Suidas putat eſſe genus teli, Perſico bello inuenti, Latini Viriculum appellant. Iulius Pollux, pro ſtimulo, ſiue ſtylo accepit. ¶ Eſt & herba Ceſtron, quę & Betonica dicitur, à varietate remediorum, & efficacia nomine impoſito. *Plin. l. 25. c. 8.* Quæ Betonica dicitur in Gallia, in Italia autem Serratula, à Græcis Ceſtron, Pſychotrochon.

Ceſtus, Veneris. *Vide in dictione* CAESTVS, *& Politianum Miſc. capite* 11.

Cetarij, *Vide* CETVS.

CETHEGVS, Orator fuit facundiſſimus Africani maioris ætate, quem Ennius (*vt Quintil. refert*) Suadæ Medullam vocat. *Meminit eius & Cic. in Bruto.* ¶ Fuit etiam Cethegus vnus ex princip. Catilinariæ coniurationis, cuius frequens eſt mentio *apud Cic. in Catilinam.* [Cethegi gratia & potentia Romæ. *Plut. in Lucul.*]

CETII, Populi ſunt Aſiæ, Cilicibus finitimi, à Cetio agri illius fluuio nominati. *Strab. lib. 13.*

CETIVS, Mons eſt in Norico, Germaniæ regione. *Ptol. lib. 2. cap. 14.* vulgò *Kalemberg.*

Cetrā, træ, Scutum breue, loreum, quo vtuntur Afri & Hiſpani. [*Suet. in Calig. c. 19.*] {אגן *tſinnáh.* ὁ πέλτης τὸ πέλτιον. GAL. Vne petite targe & bouclier de quoy vſoyent les Eſpagnols & ceux d'Afrique. IT. *Targetta, brocchiero.* GERM. Ein ſchilt/wie man ſy in Hiſpanien vnd Africa braucht. HIS. *El adarga ò eſcudo de cuero.* AN. *A short buckler which the Spaniardes and Africkos doeth vſe.*} *Vir. 7. Æneid.* Lævas cetra tegit. *Liu. 1. Bel. Pun.* Hiſpani ſine vlla mole in vtres veſtimentis coniectis, ipſis cetris ſuperpoſitis incubantes, flumen tranſnatauere. Hinc Cetreti dicti ſunt milites cetris muniti, quos Peltaſtas vocant. πελτοφόροι, πελτασταί. *Cæſar bel. Ciuil lib. 1.* Erant, vt ſuprà demonſtratum eſt, Legiones Afranij tres, Petreij duæ, præterea ſcutatæ citerioris prouinciæ, & cetratæ vlterioris Hiſpaniæ cohortes circiter octoginta. *Liu. lib. 1. bell. Mace.* Nocte cetratos quos Peltaſtas vocant, loco opportune inter bina caſtra in inſidiis abdiderat.

Cetus, {תנין *tranin.* GA. Grand poiſſon de met. comme Dauphin, Marſouin, Balaine & ſemblables. IT. *Ogni ſorte di piſcij ſmiſurati & grandiſſimi.* GERM. Ein groſſer Meerfiſch/beſonders aber die andere fiſch von fiſch gebären/ als wallfiſch/ Delphin. HIS. *Pace muy grande como ballena.* ANG. *A whale fiſhe or ſuch great fiſhes.*} Vitulinam, cetum, porcinam, cara omnia. *Plau. Aul. ſc. 5. a. 2. & ſc. 1. a. 4.*] Nomen eſt maioribus omnibus marinis piſcibus commune, iis præſertim qui animal pariunt, non ouum: cuiuſmodi ſunt balenæ, orcæ, priſtes, thynni & ſimiles. ¶ Vnde cetarii appellantur, *teſte Nonio*, qui maiores in mari piſces capiunt. *Plin. lib. 32. c. 1.* Cetos ſexcentorum pedum longitudinis, & trecentorum ſexaginta latitudinis in flumen Arabiæ intraſſe tradit Iuba, pinguique eius negotiatores & omnium piſcium adipe camelos perungi in eo ſitu, vt aſilos ab his fugent odore. Dicimus & Cete pro iiſdem plurali tantum numero, nulláque caſuum inflexione. *Virgil. 5. Æneid.* Immania cete.

Cetārius, Qui cetos, hoc eſt marinos piſces maiores capit aut vendit. {κητοπώλης. GALL. Poiſſonnier, qui vend de grands poiſſons de mer. ITA. *Venditori ò peſcatore di groſſi peſci.* GERM. Ein fiſcher welcher da die groſſen meerfiſch fangt oder dieſelbigen verkaufft. HIS. *Peſcador ò vendedor de las almadrauas.* ANG *That fiſheth or ſelleth great fiſhes, a fiſhmonger.*} *Colum li. 7.* Salſamentorum omnium purgamenta quæ cetariorum officinis euerruntur, præberi conuenit. *Varro*, Aduertis cetarios, quum videri volunt in mari turmas, aſcendere in malum altè, vt penitus per aquam perſpiciant.

Cetāriæ arum, Loca iuxta mare, ſtagnante lacu, in quibus thynni & alii huiuſmodi piſces capiuntur & iuxta ſaliuntur. {τὸ κητοτροφεῖον. GA. Poiſſonnerie de grans poiſſons de mer. IT. *Peſcaria de grand peſci.* GERM. Groſſe gräben bey dem meer in welchem man die groſſe fiſch fangt oder fanget. HISP. *Almadraua de atunes.* AN. *Places where great fiſhes haunted and taken.*] *P. i. l. 37. c. 5.* Ferunt & in ea inſula tumulo reguli Hermię iuxta cetarias marmoreo leoni fuiſſe inditos occultos ex ſmaragdis. Cetaria in neutro gen. *Horat. 2. Serm. Sat.* Plures annabunt thunni & ceraria creſcent.

Cette, ſignificat Dicite, vel date: ab eo quod eſt cedo. *Nauius Lycurgo*, Pro induſtria ne te regem prognatum patre Lycurgo cette. *Ennius Medea*, Saluete optima corpora, cette manus veſtras, meáſque accipite. *Nonius.* Antiquum eſt.

Cēu, aduerbium ſimilitudinis, idem ſignificans quod Tanquam vel quaſi: magiſque eſt Poetarum quàm Oratorum: ſed quo multi & præſertim *Plin.* vtuntur. {כמו *chémo* ὡς ὅμοιον. GALLI. Comme, quaſi tout ainſi que. IT. *Come.* GERM. Gleych als/eben wie. HISP. *Aſſi como.* ANG. *As likewiſe.*} *Virg. 2. Æneid.* Aduerſi rupto ceu quodam turbine venti Confligunt *Plin. l. 8. c. 17.* Incremento terga ſeu quodam incitamento flagellantur.

Cēuā, Genus vaccæ humilioris. {ANG. *A little milke cowe.*} *Columel. li. 2. cap. 23.* Melius etiam in hos vſus altinæ vaccæ probantur, quas eius regionis incolæ Ceuas appellant. Eæ ſunt humilis ſtaturæ, lactis abundantes: propter quod remoris earum fœtibus, generoſum pecus alienis educatur vberibus.

CEVCI, Populi citerioris Hiſpaniæ in conuentu Lucenſi: *de quibus Plin. lib. 3. c. 3.*

Cēueō, σκυλακπραπᾶν, σκυλακευίζειν, πλημμυρίζειν. *Ariſtoph. in auibus*, ceuere, pen. prod. eſt clunes mouere, quod fit adulando, vt in canibus videmus. *Perſius*, An Romule ceues?

CEVS (*vide* COEVS per œ diphthongum.

CEYX, icis, pe. generitiui prod. κήυξ Suidæ rex fuit Thraciniæ, Luciferi filius & maritus Alciones filię Æoli, qui cùm ob cauſam fratris in accipitrem mutati, ad Clarium oraculum conſulendum nauigaret, tempeſtate deprehenſus eſt & ſubmerſus. Quare quum ſtatuto tempore non rediret Alcione multa quotidie vota pro ſalute ſuſcipiebat. Tandem in ſomnis monita, naufragio cum periiſſe, quum ad deflendum miſerabilem viri caſum mane ad littus veniſſet, vnde ille ſoluerat, cadauer quoddā fluctibus ad littus vidit expelli quod cùm viri ſui eſſe cognouiſſet, ac per vndas ad illud exilire vellet, deorum miſeratione in Alcyonem conuerſa, ad os mariti aduolauit: qui & ipſe oſcula vxoris ſentiens, in Alcyonem commutatus eſt. Fabulam hanc refert *Ouid. 11. Metamorph.*

C ante H

C.H. In notis antiquorum, Cuſtos hæredum.

CHAA, Peloponneſi vrbs eſt, Lepræo proxima, ad campum Ephaſium, cuius cauſa bellum inter Arcades & Pylios conflatum eſt. *Vide Strabonem lib. 8*

CHASSA, Vicus eſt Ægypti *apud Strab. lib. 16.*

CHABARENI, χαβαρῆνοι, Populi Scythici ad Chalybem fluuium habitantes, qui peregrinarum mulierum, quas nancíſci poterant, mammas crudas edebant, pueros deuorabant. *Stephanus ex ſententia Eudoxi.*

CHABRIA, Vicus eſt Ægypti in ea parte, quæ Arabiæ eſt contermina. *Strab. lib. 17.*

CHABRIAS, χαβρίας, Athenienſis philoſophus & Imperator inclytus. Hic dicere ſolebat terribiliorem eſſe exercitum, ceruorum duce leone, quàm leonum duce ceruo. Huius res geſtæ recenſentur à *Demoſthene in oratione aduerſus Leptinem.*

CHADISIA, χαδίσια. Fluuius eſt & oppidum eiuſdem nominis in Cappadocia, ſiue Leucoſyria, in finibus Themiſcyræ, non procul à Lycuſto. *Plin. l. 6. cap. 3.*

CHADRAMOTITAE, χαδραμωτῖται, Populi ſunt Arabiæ Troglodytis proximi. *Plin. l. 6. c. 28.*

CHAEREMON, onis, χαιρήμων, poeta Comicus, cuius fabulas enumerat *Suidas.* ¶ Fuit & alter eiuſdem nominis, qui Hieroglyphica ſcripſit: *cuius etiam meminit Suidas.*

CHAEREPHON, χαιρεφῶν, Athenienſis Philoſophus fuit, diſcipulus Socratis, qui tàm pertinaciter Philoſophiæ incubuit, vt maximum inde pallorem & maciem contraxerit. Inde ortum eſt prouerbium, οὐδὲν διαφέρει χαιρεφῶντος: hoc eſt, nihil à Chærephonte differs: quoties hominem pallore & macie confectum volumus indicare. *Author Suidas.*

[Chæreſtratus nomen viri. *Plaut. Aſin. ſc. 2. a. 5.*]

CHAERIS, χάρις, Citharœdus ineptus fuit, cuius meminit *Ariſtophanes in Comœdia* quæ inſcribitur ἀχαρνεῖς. *Suidas.*

CHAERONEA, χαιρώνεια, Vicus eſt Bœotiæ, Plutarchi patria, Athenienſium clade nobilitatus. Huius meminit *Plin. l. 4. c. 7. Stephano* vrbs eſt in confinio Phocidis, à Chærone conditore dicta, Apollinis & Therûs filio. Hellanicus ſcribit Athenienſes poſt Orchemenos Chæroneam quoque Orchomeniorum vrbem cepiſſe. Olim etiam Arne vocabatur, quo nomine Homerus vtitur. Hinc Chæronius, & fœmininum Chæronis, poſſeſſiuum Chæronicus. *Steph.*

Chærophyllŏn, {χαιρέφυλλα. Herba eſt paſtinacæ erraticæ, ſiue dauci folio āliquanto tenuiore, radicula caudicante, ſubamara. Veteres Gingidion appellarunt. Nam Chærephylli nomen recentius eſt, à comæ luxuria, & aſpectus iucunditate (vt videtur impoſitum. Hodie à vulgo herbariorum Chærefolium appellatur, Græca & Latina voce in vnam coaleſcentibus.

CHALABON, *teſte Plin. l. 4. c. 3.* Locrorum portus VII. M. paſſuum diſtans à Delphis.

CHALAMBRII, χαλαμβροὶ, qui à loco Lybiæ ſic appellantur. *Heſychius.*

CHALAME, Ciuitas Perſidis, quæ nunc appellatur Æthiſiphon.

Chălāsis, χάλασις, à medicis appellatur laxatio articulorum, quum ſcilicet ex laſſitudine nimióve labore, aliáve ex cauſa euenit, vt laxatis vinculis membrum excidat: vt ſi radius in brachio à cubito ſubmouea tur, ita vt locus quidam in medio vacuus relinquatur.

Chălāsis, pen. prod. Tunicæ genus quod & Græci χάλασιν vocant à laxitate: vel (vt quidam volunt) nodus tunicæ muliebris, quo connexa circa ceruicem, tunica ſubmittitur.

CHALASTRA, χαλάστρα, Vrbs Macedoniæ iuxta quam Axius influit in Thermæum ſinum, *inquit Strabo*, à Chalaſtia proximo portu dicta.

Chalaſtricus, ca, cum, adiectiuum: vt Chalaſtricum nitrum, *Plin. libro 31. capite 10.*

Chălāzā, {χάλαζα. GAL. Glande, glandule. IT. *Chiandola, nattq.* GE. ein böſe trüß oder hulz vnder der haut. HIS. *Granizo.* ANG. *A waxe kernell.*} Collectio ſub cute, & buboni & Ægyptiæ fabæ ſimilis, dolorem ſi tangat afferens: à Latinis grando dicitur.

Chălāzĭās, χαλαζίας, Gemma quæ grandinum colorem & figuram habet adamantinæ duritiæ *Plin. l. 37. c. 11.*

Chalazion, χαλάζιον. Tuberculum eſt in oculorum palpebris, non diſſimile illi, quod à Græcis κεγχρὶς appellatur: diuerſæ tamen figuræ & mobile ſi huc atque illuc pellatur. Recentiores medici grandinem appellant.

Chălcānthum. {χάλκανθον. GALLI. Vitriol ou couperoſe. ITA. *Vitriolo.* GER. Viteriol oder ſthumacher ſchwertze. HIS. *Capparoſa.* ANG. *Coperas or vitriall.*} Corpus eſt metallicum, quod à Latinis atramẽtum ſutorium appellatur. ¶ Eſt autem duplex, foſſile, & factitium. Foſſitium aliquādo eſt cæruleum, aliquando pallidum, aliquando candidum & pellucidum in morem vitri: vnde & *Vitriolum* à vulgo appellatur. Factitium verò ex aqua pluuia fit per metalla defluente in lacunam, qui inde ab iis quæ ad metalla ſunt damnati in vaſa ampla fictilia perfertur, in quibus paucis diebus concreſcit. Dictum Chalcanthum, quaſi flos æris. Atramenti autem ſutorii nomen accepit, quod ex eo aqua diſſoluto corium denigretur. *Vide de hoc plura apud Dioſc. l. 5. & apud Plin. libro 34. c. 12.*

CHALCE, χάλκη, Inſula, eſt cum oppido circa Rhodum. *Plinius libro 5. cap. 11.*

CHALCEA, χαλκεῖαι τὸ, Libyę vrbs Polyhiſtori, quem valde reprehendit Polybius, non ciuitatem eſſe ſcribẽs, ſed χαλκουργεῖα, id eſt, ærarias officinas. Chalcea verò, χαλκέαι, in Caria eſt. Gentile Chalcæates. *Steph.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

CHALCEDŌN, χαλκηδὼν, vulgò *Chalcedonia*, Vrbs Bithyniæ, iuxta Bosphorum Thracium, ex oppositò Byzantij. {GER. ein statt im land Bithynia deß minderen Asiae gelägen/gegen Constantinopel vber.} Hanc Megarenses condidêre. Cæci idcirco appellati, quòd non potius oppositum littus elegissent, in quo post ea conditum est Byzantium, tanto fœliciore modis omnibus sede. Hîc olim magna synodus celebrata est, quæ inter octo numeratur, quibus Ecclesia præcipuum impertitur honorem. *Vide Pli.li.5.c.vlt.* Eius meminit *Pomponius lib.*2. Europam, inquit, ab Asia stadiis quinque disterminat Thracius (vt dictum est) Bosphorus ipsis in faucibus oppidum, in ore templum est, oppidi nomen Chalcedon: autor Argias Megarensium princeps, templi nomen Iupiter, conditore Iasone.

CHALCEDON, *Stephano*, Vrbs Bithyniæ iuxta fauces Ponti. {GERM. ein furnemme statt in Bithynia.} ciuis Chalcedonius, & Chalcedonis fœminini generis *Strabo libr.*12. Dextera pars Ponti, *inquit*, Chalcedonis vocatur, à templo Iouis Vrij & faucibus Ponti, inquit Menippus: ad Chalcedonem vrbem nauiganti & continentem ad sinistram habenti, stadia sunt centum & viginti: à Chalcedone verò vsque ad Acritam stadia sexaginta, Nominata est à Chalcido nomine fluuio.

[Chalcedonia Pelamis optima, *Gell.*16.*l.*7.]

CHALCETES, idis, χαλκήτης, Insula quædam, cuius meminit Menippus. *Steph.*

CHALCETORIVM, χαλκητήριον, Vrbs Cretæ, ciuis Chalcetorius & Chalcetor. *Steph.*

Chalceos. Herbæ genus est *apud Plin.lib.*21.*cap.*18. spinosos habens aculeos.

CHALCERITIS, idis, insula est in Ponto Marti sacra. Vnde etiam Aria dicitur. *Plin.lib.*6, *cap.*12.

Chalcetum. Herbæ etiam genus est *apud eundem lib.*26.*c.*7. Item herba Chalcetum è vineis contrita imponitur.

CHALCIA, Insula maris Ægæi, quam inter Sporadas *Plin.enumerat lib.*4.*c.*12.

CHALCIDENE, Syriæ fertilissimæ regio, *vt scribit Plin.in descriptione Cœles Syria lib.*5.

CHALCIOPE, penult. corre. χαλκιόπη, Æetæ regis Cholcorum filia fuit, soror Medeæ & vxor Phryxi. *Huius meminit Flaccus libr.*9. *Argonaut.*

Chalceutic, χαλκευτική, Æraria fabrica. Nam χαλκεὺς faber ærarius est, quem excusorem *Quintilianus* interpretatur.

[Chalciæum Mineruæ festum. *Liuius lib.*5.*d.*4.]

Chalcis, idis, χαλκὶς, *dos*, Serpentis venenosi genus est è genere lacertarum, quasdam ærei coloris lineas in tergo habens: vnde & nomen habet. *Plin.lib.*32.*cap.*3. Quippe aduersus scorpiones ex vino bibuntur, aduersus phalangia & araneos ex mulso, &c. aduersus Chalcidas cum myrtite, *Idem libr.*29.*cap.*5. Lacerta, quam hi sepa, alij chalcidem appellant. Chalcidis lacertæ meminit & *Aristoteles de animalibus.* ¶Est & Chalcis Homero auis nocturna, ex genere accipitrum, bellum internecinum cum aquila gerens. *Plin.lib.*10.*cap.*8. cymnidin vocat. ¶Est & Chalcis piscis quidam ex genere chombrorum, *apud Plin.lib.*11.*c.*11.

CHALCIS, idis, χαλκὶς, Vulgò *Negreponte*, Eubœæ vrbs præcipua, ab Aulide Bœotiæ portu, exiguo euripo diuisa, vetus Athenienſium colonia. {GER. Die haupt statt in der insel Eubœa / Gemeinlich wirt sie genennet Negreponte.} ita dicta (*si Stephano credimus*) à Chalcide filia Asopi: aut certè quòd ærariæ fabricæ ibi primùm fuerint repertæ. ¶Est & alia Chalcis, agri Corinthij oppidum. Tertia Ætoliæ, Acheloo fluuio irrigata. ¶Quarta Syriæ à Monico Arabe condita. Sunt & aliæ eiusdem nominis vrbes, quæ enumerantur à Steph. Olim etiam Stymphalus vocabatur, & Hypochalcis, quòd sub Chalce monte sita sit, nunc Halicarna. Inde Chalcideus & mulier Chalcis, vt ipsa vrbs, possessi. Chalcidicus. *Homerus*, χαλκίδα τ' ἠγαθέην τε. Vocantur etiam Chalcidices in vico quodam Siciliæ qui ex Eubœa migrauerunt: Chalcidicus est Siciliæ mons. Est & Chalcis in Mesapia Italiæ vrbs septima: insula cum vrbe eiusdem nominis iuxta Lesbum, vnde Chalcideis. Est item Chalcis locus profundus & cauus ad montem Atho. *Steph.* Vide Hypochalcis.

Chalcidicus, a, um, χαλκιδικὸς, possessiuum à Chalcide formatum. *Virgil.*6. *Æn.* Chalcidicáque leuis tandem superadstitit arce: vbi Chalcidicam arcem vocat Cumas Chalcidiensium coloniam.

CHALCITIS, χαλκῖτις, Insula est è regione ostij Rhindaci, Bithyniæ fluuij. ¶Est item Chalcitis, corpus metallicum, mediæ inter μίσυ σῶπυ substantiæ, illo crassior, hoc tenuior: vnde & in metallis inter hęc duo media inuenitur. Dicta Chalcitis, tum quòd ad æris colorem tendat, tum quòd ea æs augeatur. Hodie Sophasiarij pro Chalciti, Chalcantũ substituunt. *Vide Gal.lib.*9.*Simpl.* & *Plin.lib.*34 *cap.*12.

Chalcites, χαλκῖτης, Gemma æris coloris, sed nigrioris, *Plin.libr.*37. *cap.*11.

Chalcophonos, χαλκόφωνος, Gemma quæ illisa, æris tinnitum reddit. *Pl. lib.*37.*c.*10.

Chalcosmaragdos, χαλκοσμάραγδος, Gemma ex genere smaragdorum, æneis venis turbida. *Plin.lib.*37.*cap.*5.

Chalcus, Exiguum pondus erat apud Atticos, quod decies sumptum, obolum conficiebat. *Plin.libr.*22.*cap.vlt.* Drachma Attica denarij argentei pondus: eadémque sex obolos pondere efficit, obolus decem chalcos.

CHALDAEA, cum æ diphthongo. {שנער *schidbar* ארץכשרים *erets Chasdim*. χαλδαίων χώρα.} Asiæ maioris regio, Arabiæ contermina, plana, fontium indiga, in qua Babylon ciuitas magna. Chaldæos Arphaxat instituit, & à se Arphaxatæos nominauit, *vt inquit Iosephus.* ¶Chaldæi, Assyriorum magi ex gentis vocabulo dicti sunt, qui diuturna obseruatione syderum, scientiam putantur effeciſſe, vt prædici posset quid cuique euenturum, & quo quisque fato natus esset. *Cic* 1.*de Diuin.* Horum multa erant genera. Nam quidam Orcheni dicebantur, quidam Borsipeni: alij aliis nominibus pro ratione sectarum, quas amplectebantur. Tantum autem hac in arte valuerunt Chaldæi, vt quicunque Astronomiam iudiciariam profitentur, quamuis in sciuntissimis regionibus orti; ab iis dicti fuerint Chaldæi. Hi & Genethliaci appellantur, & Mathematici. [Lege in eos *Gell.cap.*11.*lib.*14.] ¶Chaldæos quoque sua ætate, dictos fuisse Ponti populos, qui antea Alizones Chalybes dicebantur, *autor est Strab.lib.*12.

CHALDEI, *inquit Stephanus*, Cephenes priùs dicti sunt, à Cepheo patre Andromedę. Hellanicus scribit hanc gentem mortuo iam Cepheo, relicta hac regione aliò in militiam abiisse, proinde regionem non amplius Cepheniam dictam, nec incolas Cephenes, sed Chaldæos, regionem verò Chaldaicam, à Chaldæo rege, qui (*Dicearcho teste*) quartus decimus à Nino fuit, & Babylone iuxta Euphratem condita, omnes Chaldæos in eam collegit. Regio etiam Chaldæa nominatur. Alij probabilius dicunt Chaldæos circa Babylonem habitare, & oraculum apud se habere, vt Delphi apud Græcos.

CHALDAEI, item populi sunt prope Colchidem. *Sophocles.* Κόλχός τε, χαλδαῖός τε, ἠδὲ Σύρος ἐθνος. *Steph.*

CHALDIA, χαλδία, regio Armeniæ: incolæ Chaldi. *Steph.*

CHALESTRA, *Vide* Chalastra.

Chălèpi versus, χαλεπὸ μέτρα, Dicuntur duri, asperi, ac prolatu difficiles, qualis est versus Virgilianus, Quadrupedante putrem sonitu quatit vngula campum.

CHALIA, χαλία, Vrbs Bœotiæ, vicina Hydriæ, gentile Chalidus. *Steph.*

CHALISIA, χαλισία, Vrbs Libyæ, & alia Ponti, tertia Amazonum. *Vide Stephanum.*

CHALYBES, Χάλυβες, cum y correp. Populi in Ponto iuxta Thermodoontem fluuium, qui & Alizones Homero dicti sunt, & postea Chaldæi, *teste Strab.lib.*12. Hi ferrum nudi effodiunt, *dicente Virgilio*, India mittit ebur, molles sua thura Sabæi, At Chalybes nudi ferrum. [*Catul.de Com.Beren.* Iuppiter vt Chalybion omne genus pereat?] Ponitur tamen quandoque Chalybs. {ברזל *nechôsheth*. χάλυψ.} GALL. Aciet. ITA. *Acciale*. GERM. Stahel. ITA. *El hierro* ò *azero*. ANGL. *Steele.*} pro ipsa ferri materia. *Ouid.lib.*4.*Fast.* Æs erat in pretio: chalybis iam massa placebat. *Virgil.*8. *Æneidos*, Vulnificúsque chalybs vasta fornace liquescit. *Lucanus*, Chalybem, frænósque memordit. ¶Est & Chalybs fluuius in Hispania, in quo ferrum optimè temperatur: iuxta quem & Chalybas populos collocat *Iustin.lib.vlt.* de quibus Grammaticorum nonnulli putant intelligendum illud *Virgilij*, At Chalybes nudi ferrum.

Chalix, μικρὸν λιθίδιον. Lapidis genus ex quo deducitur ignis.

Chamæ, à Græcis χῆμαι, species sunt concharum. Aliud in mari videtur piscis esse genus chamæ, quas Hiatulas quidam interpretantur, habentes valuam, sicut & qui Erichthynni, hoc est, Rubelliones dicuntur: Chamarum duo traduntur genera, scilicet, Traceæ, hoc est, asperæ, mali succi, quas & ostrea cognominant, & in Macedonia Corycos, & Athenis Crios. Alterum leues multò meliores & crassiores: ob id Pelorides & Pelorinæ à quibusdam & Basilicæ vocantur, & *ab Helio Spartiano* Liostria, id est, Lithostrea, si mendose legatur. *Plin.lib.*32.*c.vlt.* Chamarum plurima genera recenset, Chamarum, inquit, genera (perperam editum cancrorum, lege ergo Chamarum.) i. Chametrachea χήμη τραχεῖα, quia chamarum testę durissimę. 2. Chamæleos χήμη λεῖος vel λεᾶα, cuius testa albissima ac tenera. 3. Chamæpælorides χήμαι πελωρίδες, κόγχαι πελωρίδες, *apud Athenæum*, à magnitudine: quia πελώριος, est ingens generis varietate distantes & rotunditate. 4. Chamæ glycymerides, χῆμαι γλυκυμερίδες à dulcedine sic dictæ, quę sunt maiores quàm pelorides. 5. Colycia siue Corophya, aliis Corycia. Additur *apud Athenæum* aliud genus Camenigra, κόγχαι μέλαιναι vel μελαναί.

Chămæactē, es, {χαμαιάδανον. GAL. Herbe appellee hiebles. ITA. *Ebulo.* GER Attich. HI. *Hiezgo.* AN. *Daynewortor wallwort.*} Sambuci genus est humilius, quod à Latinis Ebulum appellatur. *Plin.li.*24.*c.*8. Sambucus habet alterum genus magis syluestre, quod Græci Chameactē, alij Helion vocant, multò breuius.

Chămæcĕrăsi, χαμαικέρασοι, Ex cerasorum genere humillimæ, terna ratò altitudinis cubita excedentes. *Pli.li.*15.*c.*25. Sunt & Macedonicæ paruæ arboris, raróque tria cubita excedentis: & minore etiamnum frutice chamæcerasi.

Chamæcyparissos, χαμαικυπάρισσος, Herba quæ ex vino pota, contra venena serpentium omnium, scorpiónúmque pollet. *Plin.libr.*24. *ca.*15. *Ruellius docet*, plurimum esse fruticem, in hortis seri solitum, foliis incanis, cupressi arboris folia odore & figura referentibus. Vnde & à vulgò *Cypressus* appellatur. ¶Sunt qui pusillam cupressum abrotonum fœminam vocent, à similitudine quam hæc cum arbore in multis habet.

Chămæcissŭs, χαμαίκισσος, Genus hederæ quæ nunquam se ab humo attollit. Composita dictio ex χαμαὶ, quod humi siue ad terram significat, & κισσὸς, hedera. ¶Sic Chamęplatani, vocantur humiles platani, & coactæ breuitatis.

Chămædaphnē. {χαμαιδάφνη. *Plinio.* GAL. Laureole. IT. *Chamedaphne.* GER. Winden traut/sonst auch Lorberkreuter. HI. *Laurel baxo, laureola.*} Herba est in hortis seri solita in funiculi modum sese porrigens, & vicina quæque vinciens, vnde & Vincaperuinca ab eodem appellatur. Folia habet lauro similia, ideo chamædaphne, hoc est, parua laurus appellatur: florem autem violæ similem. *de hac Plin.lib.*21.*c.*11. *Dioscoridi* χαμαιπίτυς διαφοιτώσα dicitur.

¶Est & altera Chamædaphnes species, cuius idem *Plin.meminit lib.*24.*c.*15. Chamædaphne (*inquit*) vnico ramulo est cubitali ferè, folio tenui, lauri similitudine. cuius semen rubens admistum foliis, illinitur capitis doloribus recens. Hanc Romani *Laureolam* aut *Loraginem* appellant: *Dioscorides* autem, & *Galenus* hanc solam chamædaphnes nomine nouerunt.

Chămædrys. {χαμαίδρυς. GALLIC Germandree. ITAL. *Querciuola, chamandria.* GERM. Klein bathengel. HI *Camedrios.* ANG. *Germander.*} Herba est, *Plin.lib.*24.*c.*15. quæ Latinè Trissago dicitur. Aliqui eam Chamædropen, alij Teucrion appellauêre. ¶Dicitur autem Chamædrys quasi humilis & terrestris quercus, Vulgò *Serratula* appellatur, *teste Ruell.lib.*3.*c.*56.

Chămælæă, χαμαιλαία. Herba quæ similitudinem foliorum oleæ habet,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*Plin.l.15.capi.7.*Multum infra hunc succum est,qui in Gallia fit ex herba Chamælæa;granum cocci ferente.*Idem l.24 c.15.*Chamælæa similitudinem foliorum oleæ habet:sunt autem amara,odorata in petrosis palmum altitudine non excedente. Vulgus à foliorum similitudine *Olinellam vocat.*

Chămælĕōn,chamęleonis,χαμαιλέων,Herba est ex genere aculeatarũ: ita dicta à varietate foliorum.Mutat enim cum terra colorem, hîc niger,illic viridis,alicubi croceus. Quibusdam ih locis viscum gignit sub alis foliorum:vnde &Ixia appellatur.Eius duo sunt genera,album & nigrum,radicis colore distincta.Album Latini Carduum suarium, quòd sues enecet,officinæ Cardopatium appellant.{GA.Chardousse. ITA.*Cardo maria,cardo maculato.*GERM.Mein oder weyß Eberwurtz. HI.*Cardo pinto.*}Nigrum Latini Vernilagium,vel Carduũ nigrũ.{G. Chardonnette dequoy on fait prendre le lict à faire froumages.ITA. *Cameleone nero.*GE.Groß oder schwartz eberwurtz.H.*Cardo pindo negro, cardo aliogero.*}*Vide Plin.l.22.c.18.*

Chămælĕōn,tis,χαμαιλέων,Quasi paruus leo est,animal est diuersa varietate conspersum, vt pardus , & ad colores quos videt, conuersione facillima variatur,præter ad rubrum &album.]*Plutarc.in Al ibia.* Chamæleon non recipit colotem album.De eo plura *Gel.c.12 .l.10.*] ¶Ab hac colorum mutatione oritur paræmia,Chamæleonte mutabilior:χαμαιλέοντος ἐυμεταβολώτερος.Competit in hominem versipellem,siue incõstãtẽ,ac pro tẽpore sese vertẽtẽ in omnẽ habitum.Nascitur in India,figura & magnitudine lacertę , nisi quòd crura habet recta & excelsiora. Latera ventri iunguntur , vt piscibus , & spina simili modo. Eminet rostrum simile suillo,canda prælonga in tenuitatem desinens, & implicans se viperinis orbibus:vt vngues aduncí,motus tardior , vt testudini,asperum corpus vt crocodilo:habet oculos in recessu cauos, tenui discrimine prægrandes & corpori concolores,nunquam eos operit.Solus animalium nec cibo,nec potu alitur,nec alio quàm aëris alimento:latet hyeme,vt lacerta.*Vide plura de chamaleonte apud Plin. l.28.c.8.*

Chămælĕucĕ,χαμαιλεύκη.Herba quæ Tussilago dicitur,nascitur circa fluuios,folio populi,sed ampliore.*Pli.l.24.c.15.*Vulgus vocat *Vngulam caballinam.*Barbarus populaginem & Bechion.

Chămæmēlŏn,{χαμαίμηλον.GA.Herbe qu'on appelle Camomille.ITA. *Chamemilla herba.*GE.Kamillen.HIS.*Mançanilla yerua conoscida.*AN. *Camonile.*}Herba est vulgò nota,ab odore mali sic dicta,quæ alio none Anthemis appellatur.Medici recentiores*Chamomillam* barbarè vocant.Eius tria sunt genera,floribus tantùm distantia,Leucanthemon, Chrysanthemon,& Eranthemon:*de quib.latiùs suis locis.Vide Plin.lib. 22.c.21.*vbi corruptum Plinij locum ita repone:Genera eius tria palmum non excedentia.flore tantùm distant:paruisque floribus vt rutæ folia,candidis,aut mellinis aut purpureis.

Chămæmēlōn parthenicum.*Dioſc.l.3.c.156.*

Chamæmelon,inter alias linguas Siculorum cognomentum tertiæ speciei Aristolochiæ,*vt inquit Dioſ.l.3.c.5.*

Chămæmyrsinē,χαμαιμυρσίνη,Frutex ex quo scopæ fiunt , aliàs Ruscus. Nonnulli syluestrem myrtum vocant,ex quo fit oleum chamæmyrsinum.*Vide Plin.li.23 c 9.*

Chămæpĕucĕ ,χαμαιπεύκη Herba est folia habens laricis foliis similia, lumborum spinæ doloribus propria.*Pl.lib.24. cap.15.*

Chămæpĭtўs ,yos{χαμαίπιτυς.GALL. Ine sauuage.ITA.*Chamepitie.* GERMA.Feld eypressen.HISP.*Pinillo.*}Herba est *Pl.lib.24.cap.6.*à Latinis Aiuga,siue (vt alii legunt)Abiga vocata,ab ortu scilicet,quem facere creditur. Alio nomine Thus terræ dicitur. Eius tria sunt genera: vnum sesquipedalibus surculis , flore & odore pinus:alterum breuius, & incuruum: tertium foliis scabris,digitali caulis crassitudine.Vulgus *luam* appellat.

Chamæplatani,Coactæ breuitatis platani,*Plin.lib.11.cap.2.*

Chamærops,opis,χαμαίροψ,Herba est myrteis circa caulem geminis foliis,capitulis Græculæ rosæ,quæ ex vino pota,lateri, renibus conuulsis,& ruptis medetur. *Autor Pli.li.26.c.8.* Ruellius eandem esse existimat, quam à Mithridate inuentore Mithridation appellat.

Chamærophes vel potius Chamerriphes , χαμαίρηπες, & The , χαμαιρίφεις φοίνικες. Arbores sunt ex specie dactylorum, quæ & in Creta & in Sicilia nascuntur. *Plin.l.13.c.4.de palmis.*Vocatur autè Chamæropes,folio latiore ac molli ad virilia vtilissimæ.Copiosæ in Creta,sed magis in Sicilia. Ita dictæ ab humilitate. Huius palmæ medulla edulis est,dicitúrque Cesilione à Serapione , quia palmæ medulla seu cerebrum ἐγκέφαλος à Galeno vocatur.

Chămærĭpes, χαμαίριπες, Arbores sunt ex specie dactylorum,quæ & in Creta & in Sicilia nascuntur,folio latiore,ac molli,& ad virilia vtilissimæ *Vide Plin.lib.13.cap.4.*

Chamæsyce,χαμαισύκη, Herba est lentis folia habens,nihil se attollentia,in aridis petrosisque nascens.*Vide Pl.li.24.c.15.*

Chămætĕræ , quæ & Chamæterides , χαμαιτερίδες à Græcis dicuntur, humiles & depressæ imagines:quales sunt seruarum & pedissequarum quæ ferè humi sedentes finguntur. χαμαὶ enim Græcorum aduerbium Latinè significat Humi.Scribit *Plin.lib 30.cap.5.* Scopam fecisse Apollinem Palatinum , Vestam sedentem laudatam in Seruilianis hortis, duásque chamæteras circa eam.

Chămæzēlŏn , χαμαίζηλον, Herba est,*teste Pl.lib.27.c.10.* quam quidam eandem credunt cum gnaphalio , cuius folia ita alba , & mollia sunt vt p'ane videantur tomentum : & pro tomento vsu pentur. ¶ Est & aliud Chamæzeli genus,quod & Pentaphyllon à Græcis, & à Latinis Quinque folium appellatur:cuius meminit idem *Plin.lib.25.c.9.*

CHAMADES,Pars est Tauri montis, *apud Plin.lib.5.c.27.*

Chămēlŏpardălis,& Chamelus,*Vide* CARMELOPARDALIS & CAMELVS,

CHAMOS, {כמוש *ghemôsch.*} *teste Hieronymo,* deus erat Tyriorum & Ammonitarum quemadmodum Astarte,dea Sidoniorum,quam coluit Solomon.

CHANDANACE ,χανδανάκη , Vrbs Persica,gentile Chandanaceus.*Steph.*

Chănnă,vel Channe vel Channus χάννης,χάννος.Piscis est ex sarcophagis percæ similis,cuius dentes acuti,maxilla inferior prominentior, quæ semper hiat(vnde à χάινειν hiare nomen) dorsum ex rubro nigrescit; cauda maculis rufis insignis.*Oni.l.de piscibus.*-ex se Concipiens chãne gemino fraudata parente cit.*Plin.de eo li.9.c.8.52.et Arist.hb.l.4 capi-*

te 6.

CHANDANE,χανδάνη,Vrbs Apuliæ,post quam Peucæ sequuntur.*Steph.*

CHAONIA , ,Pars montana Epiri:licet quandoque sumatur pro tota Epiro.*Steph.*

CHAONES ,χάονες,Populi à Troiani Heleni fratre Chaone nominati: quę quum Æneas lenus in venatione imprudens occidisset , ad extincti solatium , gentilitij populos à nomine eius Chaones , & regionem Chaoniam appellauit.*Vir.3.Æn.*Chaoniámque omnem Troiano à Chaone dixit. Idem postea & Molossi dicti sunt,à Molosso Pyrrhi filio, *teste Strab.l.7.*

Chāonĭdes,χαονίδης,canum genus ex chais,hoc est,ex lupis ceruariis conceptum vt videtur sentire *Hermolaus in Plin.*Verisimilius tamen est, à Chaonia regione dictos , quemadmodum & Molossos à Molossia. Chaonidum canum originem refert *Iulius Pollux* ad æneum canem à Vulcano fabricatum.

Chăos.{תהו *tohú.*χάος. GAL.Confusion vniuerselle de toutes choses, gouffre & tenebres & profondeur inestimable ITA.*Confusione,chaos.* GERM.Ein vermischung/verwirrung.HIS.*Confusion,mezcla,chaos.*AN. *A generall confusion of all things,great deepnesse with darkenesse.*}*Hesiodus in Theog* omnium rerum initium vocat , quòd ante omneis deos, deásque natum sit : de quo &*Orpheus initio Argonaut.* Alij appellant materiam cæli & terræ confusam atque informem, quæ primum ex nihilo facta est , de qua postmodum omnia sigillatim per species varias formásque proprias prodierunt:de qua Scriptura loquitur,Qui fecisti mundum de materia informi.*Lactantius verò sic habet,* Nemo quærat ex quibus ista materiis,tam magna mirifica opera Deus fecerit:omnia enim fecit ex nihilo.Nec audiendi sunt poëtæ,qui aiũt Chaos in principio fuisse,i.confusionem rerum atque elementorum: postea verò Deum diremisse omnem illam congeriem,singulísque rebus ex confuso acerno separatis,in ordinémque descriptis instruxisse mundum pariter & ornasse.Est autem hoc nomen Græcum,quod decl natur prima declinatione contractorum hoc modo,τὸ χάος τοῦ χάους. Apud Latinos tantùm in vsu est & Chaos , & ablatiuus Chao, quanuis Priscianus per secundam declinationem declinauit Chaus, Chai,&c.*Vir.l.4.Ge.* Aq;chao densos diuûm narrabat amores,*Ouid.4. Met.*Et noctem,noctisq; deos Erebóque Chaóque Conuocat.Dictum autem Chaos,à χέω,fundo,quòd fuerit fusio,i.confusio elementorum omnium.

¶Antiquior quàm chaos,χάους ἀρχαίτερος.De re nimium prisca & obsoleta.

Chărăcātŭs,adiectiuum à Græco χάραξ,κος,quod inter cætera vallum significat,siue pedamentum,cuiuitis alligatur.¶Vnde Characata vitis, quæ quo pacto fieri soleat,docet *Colu.lib.5.cap.4.*Mox(inquit)quę defixis arundinibus circummunitæ,per statumina calamorum , materiis ligatis,in orbiculos,gyrósque flectuntur,eas nonnulli characatas vocant.

Chărăcĭās,χαραξίας.*Plin l.26.c.8.*primum est tithymali genus,ramos habens digitali crassitudine,cuius semen cum melle decoctum , in vsu est ad capratotia,hoc est,pilulas faciendas,soluendæ aluigratia.Hanc officinæ corrupto vocabulo *Carapuciam* vocant.Alia quoque Characias est(vulgò *Charancia*)quæ sepri modo in hortis fenestrísque pro cancellos topiario opere digeritur.Sed de hac veteres nihil. *Hermolaus Corol.*

CHARACMOBA,χαρακμώβα,vel Mobucharax,Vrbs est Palæstinę.πόλις τῆς νῦν τερίτης παλαιστίνης.inde deductum Characmobenus,&Mobucharacenus,*Steph.*

Chărăctĕr,Signũ, insigne,forma,figura.{עורי *tsurâh* תאר *thôar.*χαρακτήρ.GA.Charactere,marque,figure,forme.façon.IT.*Carattere,segne,figura,forma.*GE.Ein form/zeichen/bildung.HIS.*Forma,effitto do dezir,señal.*AN.*A marke,signe,seall or print in a thing*}*Col.l.12.c.2.* Nec minus maiora quadrupedia characterę signari debent. ¶Item character,Genus & figura dicendi.*Gel.17.c.14.*& in carmine , & in soluta oratione genera dicendi probabilia sunt tria,quæ Græci χαρακτῆρας vocant.*Ci. in Orat.*Sed iam ipsa forma restat,& character ille,qui dicitur.

Chărăctĕrĭsmŏs,χαρακτερισμός,Latinè designatio:figura,qua orator vitas eorum de quibus loquitur deformat,*vt apud Iuuenalem,*Et caluo seruiret Roma Neroni:id est,Domitiano.

Chăradrĭus,χαραδριός,Auis maritima magna,& ingluuiosa,quam aspicientes icterici morbo liberantur,*teste Ælian l.15.c 26.*¶Alio nomine Icterus appellatur,& à Latinis Galgulus,*vt existimat Plin.l.30.cap.11.* ¶Charadrium imitans,χαραδρίου μιμούμενος,dici solitum de dissimulante ac rem vtilem occultante.

CHARADRA,dræ,χάραδρα,Vrbs Phocidis,non procul à Lilæa. Gentilis Charadræus.*Steph.*

CHĂRĂDRŬS,χάραδρος,Ciliciæ fluuius est,à quo & lacus,& statio propinqua nomen sumpserunt.*Pa.l.13.Th.*Quæque pauet longam spumantem valle Charadron Neris.¶Est item Charadrus oppidi nomen,in ea Syriæ parte,quæ Phœniciæ proxima est.*Plin.l.5.c.20.*

CHARAX,χάραξ,Oppidum est in intimo sinu fœlicis Arabiæ situm,ab Alexandro magno conditum.*Autor est Plin.li.6.c.27.*¶Est etiam hoc nomine emporium in Africa,vbi olim Carthaginienses vinum succo & silphio permutabant.*Stra.l.17.*

CHĂRAXŬS,χάραξος Frater Sapphûs poëtrię,qui captus fuit Rhodopes meretricis amore,cuius causa opes suas omnes dilapidauit:& ad summã redactus inopiam,piraticam exercuit:*Ouid in Epi.* Sapphûs , Gaudet, & è nostro crescit mœrore Charaxus Frater,& ante oculos,írque redítque meos.*Et paulò antè,* Arsit inops frater victus meretricis amore: Mistáque cum turpi damna pudore tulit. Factus inops agili percurrit cærula remo, Quásque malè amisit,nunc malè quærit opes.

CHARES,etis,penultima genitiui producta,χάρης, Athenienſium dux , ad promittendum facilis & promptus.Vnde prouerbium natum, χάρητος ὑποσχέσεις,id est,Charetis pollicitationes.Dici solitum vbi quis facilè ac benignè promittit.*Autor Suidas* ¶Fuit & Chares Lyndius statuarius Lysippi discipul⁹,qui Rhodi Solis colossum fecit.*Autor Pl l.34.c.7.*

CHARIDEMVS,χαρίδημος,Dux fuit copiarũ Chersobleptæ Thraciæ regis. Huius frequens est mentio in oratione *Demosthenis contra Timocratẽ.*

Charientĭsmŏs.{χαριεντισμός. GALLIC.Plaisanterie & grace à parler. ITAL.*Piacevole tazza,scurrilità nel ragionare.*GERM. Höfflichen höbschkeit vnnd freundtligkeit in der red.HISP.*Hermosura y gracia en ama*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

re. ANG. *Plaisantneſſe, and good grace in ſpeaking.* } Eſt vrbanitas, lepos, & venuſtas ſermonis, à verbo Græco χαριεντίζομαι, quod ſignificat iocor, faceté cauillor. Sumitur etiam pro figura illa quæ alio nomine εὐφημισμὸς à Græcis dicitur, qua ſcilicet dura dictu mitiùs & grauiùs proferuntur: vt ſi roganti, An ſe quiſpiam quæſuerit, reſpondeas, Bona fortuna: item ſi vixiſſe dicas, quem mortuum eſſe velis ſignificare.

CHARILAVS, χαρίλαος, Lacedæmoniorum dux fuit, qui Tegeatas prælio domuit.

Chăris, {חן *chén.* χάρις. Latinè gratia, feſtiuitas, beneficium, munus, ¶ A quo chariſma, χάρισμα, in eadem ſignificatione.

CHARISIAE, χαρισίαι. Vrbs Arcadiæ, ita dicta à Charifio Lycaonis filio. *Steph.*

CHARISIVS, χαρίσιος, Nomen cuiuſdam Grammatici, quem *Priſcianus* citat. ¶ Fuit etiam hoc nomine Orator quidam Atticus, *cuius meminit Cic. in Bruto lib.* 2. ¶ Eſt & panis, ſeu (*vt Suidas ait*) placentulæ ſpecies.

Chărīſtium marmor, (quod hîc vt vitioſè ſcriptum erat, ita perperam interpretatum) *Vide* CARVSTIVM.

Chărīſtĭa, χαρίστια, neutri generis & numeri pluralis. Feſta vocabantur, quibus cognati conueniebant, & munera mutuò mittebant. *Ouid. lib.* 2. *Faſt.*

Proxima cognati dixêre Chariſtia chari:
Et venit ad ſocios turba propinqua deos.

Valer. lib. 2. *c.* 1. Conuiuium etiam ſolenne maiores inſtituerunt, ídque Chariſtia appellauêre, cui præter cognatos & affines nemo interponebatur.

Chărīſtĭcon, pro remuneratione *apud Calliſtratum in l. diuus Adrianus. de bon. damnator.* Sed debent ad ea ſeruari, quæ iure præſidum ſolent erogari: vt puta Chariſticon quibuſdam officialibus, &c.

Chăritas, & Charius, *Vide* CARITAS & CARVS.

CHĂRITES, χάριτες Gratiæ tres finguntur, Aglaia, Thalia, & Euphroſyne, Iouis & Eurynomes (*vt in Theogonia tradit Heſ.*) aut Veneris, & Liberi filiæ: quas veteres nudas pinxerunt, quòd gratias inter amicos minimè deceat eſſe fucatas. {GER. *Die drey göttinen der gutthätigkeit* } Tres autem ea ratione dicuntur, quòd vna beneficium det, altera accipiat, tertia reddat. Pinguntur iuuenes, ne beneficij memoria ſeneſcat. Ridentes, quòd hilariter dandum ſit. Et quum duæ nos aſpiciant, vna pingitur auerſa: quo ſignificari volunt, quòd pro accepto beneficio duplex à nobis gratia debeat reuerti. Nudæ etiam pingebantur, quia beneficia fuco debent carere, & nullo velamine obtegi. Item connexæ, quia inſolubiles eſſe gratias decet, & beneficium aliud ſemper beneficium parere, perpetuúmque amicitiæ fœdus. Qui Veneris & Liberi filias arbitrantur (*è quibus eſt Seruius*) hac mouentur ratione, quòd horum præcipuè deorum numerib. gratiæ concilientur. Tradunt etiam eas in Achilao fonte, qui eſt Orchomeni Bœotiæ vrbe, lauari: quoniam pura eſſe beneficia oportet, & nihil ſordidum, nullámque ſpem retributionis habere. *De his Mantuanus.*

-properate ſorores
Gratiæ ab Orchomeno: tu primùm Aglaia decoro
Lætitiam præ te ore ferens, tecúmque Thalia,
Cincta ſacrum viridi ſtrophio caput, Euphroſynéque
Læta genas, læta os roſeum, vaga lumina læta.

Chărītōnĭus, a, um, a dictiuum, χαριτώνιος, interpretatur gratiam venalem habens. Vnde propriè puellis conuenit, quæ gratia ſua ad quæſtum & ad expilandos amatores abutuntur.

CHĂRMANDE, χαρμάνδη. Vrbs eſt trans Euphratem, iuxta portas Babylonias. ¶ Gentilia ſunt Charmandæus, & Charmandites. *Steph.*

CHĂRMĪS, χάρμις, Sardiniæ oppidum, Charthaginenſium opus. ¶ Gentile Charmites, *Steph.*

CHARMIŌNE, χαρμιόνη (*vt ſcribit Plutarch. in vita Antonij*) Cleopatræ ancilla fuit, ſpontaneam domini mortem imitata.

CHARON, χάρων, Lampſacenus hiſtoricus, qui tempore primi Darij floruit. Scripſit Æthiopica libris duobus: item Cretenſia, Græcanica, & alia. ¶ Charon, item Carthaginienſis hiſtoricus, qui Tyrannorum quot-quot in Aſia Europáque fuerunt: item illuſtrium virorum & mulierum vitas conſcripſit. ¶ Tertius eiuſdem nominis, Naucratita fuit hiſtoricus, qui de ſacerdotibus, regibus, & geſtis Ægyptiorum hiſtoriam ſcripſit.

CHĂRŌN, tis, χαρών, A poëtis dicitur, qui animas defunctorum per tria inferni flumina Acherontem, Stygem, & Cocytum, ad aliam ripam tranſuehit. ¶ GE. *Der helliſch ſchiffman ſo die Seelen der abgeſtorbnen vberfüret.* } *De hoc Virgil. l.* 6. *Æneid.* {Hinc ortum adagium, Charontis ianua, χαρώνειος θύρα. De imminente capitis periculo, ſiue de re magnopere triſti. Sic enim antiquitus appellabatur vna è carceris ianuis per quã damnati iudicum ſententiis ad ſupplicium educebantur. *Referunt Zenodotus, Heſychius, & Suidas.*

CHARONEA, orum, χαρώνεια, Regio Aſiæ eſt, ad Mæandrum fluuium, vicina Hierapoli, Characi, Magneſiæ, & Myunti, terram habens cauernoſam, putridam, & incendiis obnoxiam. *Vide Stra. ad finem l.* 12.

CHARONIVM, χαρώνειον, Antrum eſt inter Tralles & Nyſam, vbi egroti ſolennibus quibuſdam ſuperſtitionibus à morbis liberari credebantur. *Vide Stra. l.* 14.

CHARONDAS, χαρώνδας, cognomento Thurius, patria, Catanæus, Athenienſib. leges quaſdam tulit, quibus quum capitis pœnam ſtatuiſſet in eos qui gladiis armati concioni intereſſent, imprudenter, vt rure veniebat, gladio accinctus in concionem prodiit, monitus deinde ab eo qui proximè aſſidebat, quũ culpã diſſimulare poſſet, gladio quo accinctus erat incumbens, violatæ legis à ſe pœnas exegit. *Valer. lib.* 6. *c.* 5.

CHAROPS, χάροψ, *Homero Iliad.* 11. Vir Troianus; Hippaſi filius, & Socifrater, quos ambos vno die Vlyſſes interemit. ¶ Eſt & nomen cuiuſdam inter Epirotas primarij, qui Tito Quinto Flaminio Conſuli Romano contra Philippum bellum gerenti, fauit. *Autor Plut. in vita eiuſdem Flaminij.*

Chărōpus, pe. corr. Latinè amabilis, blandus, gratioſus. { ידיד *iedhidh.* χάροπος. GALLI. Aimable, plaiſant & gracieux. ITA. *Amabile, piaceuole, gracioſo.* GER. *Freundlich/lieblich/holdſälig.* HIS. *Hermoſo, gracioſo à ver.* ANG. *Gratious, aimable.* } à χάρις, & ὄψις, aſpectus. vnde Charopus color, χάροπον χρῶμα, qui dilutam habet viriditatem, igneo quodam ſplendore intermicantem: qualem in leonum oculis conſpicimus.

Chărtă, {מגלה *meghilláh.* χάρτη. GAL. Carte, papier, liure, ou fueillet de liure. IT. *Carta.* GER. Pappiet. HI. *La carta ò hoja del libro.* AN. *Paper.* } Cum ch aſpirato, Papyrus in qua ſcribimus, propriéque ea quam veteres ex papyri arboris cortice, & glutino præparabant, cuius ſpecies, variáque nomina, & ad præparandi rationem *vide apud Plin. lib.* 13. *cã.* 11. 12. *&* 13. Quanquam etiam latiùs Chartæ nomen poſtea cepit extendi, vt etiam de iis dicatur quæ ex membranis, linteis, aut alia quacunque materia conficiuntur.] Incœptis de te ſubtexàm carmina chartis. *Tib.* Nullum in hac charta verſus amare docet. *Ouid. El.* 1. *l.* 3. Nec mallem mittere chartas. *Tib. lib.* 4. *Ouid. El.* 7. *lib.* 4. *Triſt.* Charta tranſuerſa olim Epiſtolæ ſcribebantur. *Suet. in Caſ. c.* 56.] *Suet. in Nerone c* 10. Plumbeam chartam ſupino pectore ſuſtinuit: *Plin. lib.* 13. *c.* 11. Chartam Alexandri Magni victoria repertam, autor eſt M. Varro, condita in Ægypto Alexandria: antè non fuiſſe chartarum vſum: palmarum foliis primò ſcriptitarum: deinde quarundam arborum libris, poſtea publicã monumenta plumbeis voluminibus, mox & priuata linteis confici cœpta, aut ceris. ¶ Charta virgo, quæ nunquam peperit, hoc eſt, quæ nondum tranſcripta eſt, dicitur *à Martiale.* Cuſtodit ipſe virginis pater chartæ. Parere enim dicuntur chartę, quum ex iis exempla ſumuntur. ¶ Item Charta, vrbs Tyri dicta eſt, ex qua & Dido orta fertur, & ab eius nomine à ſeſe conditam vrbem Carthaginem appellaſſe.

Chărtĕŭs, Chartulanus, & Charraceus, a, um, quod eſt ex charta. {ὁ ἐκ χάρτης. GA. Fait do carte. IT. *Di carta.* GE. Papeyrin/das von papeyr gemachet iſt. HISP. *Coſa de carta.* ANGL. *Made of paper.* } *Vlp. de leg.* 3. Quod ſi in codicibus ſint membraneis, vel chartaceis, vel etiam eboreis, vel alterius materiæ.

Chărtārĭŭs, a, um, [Qui chartam præbet, aut vendit. *Diomedes lib.* 1.] {ὁ τῶν χαρτῶν. ANG. *Belonging to paper.* } vt Chartariæ officinæ. *Plin. li.* 8. *c.* 10. Hoc cærariæ officinæ, chartariæque vtuntur.

[Chartoſus, qui multas chartas habet. *Diomedes lib.* 1.

Chărtŭlă, diminutiuum. {χαρτίον. ANG. *A litle prece of paper.* } *Hier.* Volo in chartulis meis ineptias ſcribere.

Chărtŭlārij, ſunt Iuſtiniano qui tabulis nomina recepta & impenſa deſcribebant.

Chartiaticum, merces quæ officialibus pro charta dabatur, eodem modo quo Cerarium dicitur *Verrina* 5. quod pro cera pendebatur. Ea vox apud Zonaram obſeruatur. Ἐπόπλας παρεβάλετο ὀπισθοφύλακας ἐπὶ τῷ δημοσίᾳ, ἀπαιτηθεὶς ὑπὸ τοῦ ἐπὶ χαρτικοῦ, ὅτι τὸ νομισμένον οὐκ ἐκόμιζε. *Ex Hotomano.*

Chărtŏphўlăcium, {χαρτοφυλάκιον. ANG. *The treaſoury of monumentes, a great officiers houſe, as the chauncelours of the roles.* } Scrinium eſt, conclaue, vel ipſa etiam domus, in qua chartæ aſſeruantur. Latini Tabularium vocant: nam φυλακὴ, cuſtodia eſt, φυλάττω, cuſtodio.

Chărŭs, a, um, *Vide* CARVS.

CHĂRYBDIS, χάρυβδις, Vulgò *Galifaro*, & Scylla, duo monſtra ſunt in freto Siculo, *de quibus Virg.* 3. *Æneid.* Dextrum Scylla latus, lævum implacata Charybdis Obſidet. ¶ Eſt autem Charybdis locus, ſicuti ſcribit Saluſtius, iuxta Taurominitanum litus, extátque fabula Charybdin mulierem fuiſſe rapaciſſimam, quæ quum Herculis vaccas rapuiſſet, à Ioue fulminata eſt, & in hoc monſtrum conuerſa. [*Tib. lib.* 4. Nec violenta ſuo conſumpſit more Charybdis. Meminit & *Ouid. El.* 3. *lib.* 5. *Triſt.*] Eſt igitur Charybdis mare periculoſum nautis, quod contrariis fluctuum curſibus colliſionem facit, & rapta quæque abſorbet & reiicit [*Germ.* Ein ſtrudlechtig ort im meer bey Sicilien/ den Schiffleuten gantz sorglich.] *Ouid* Et vomit ereptas ſæua Charybdis aquas. *Seneca ad Incillium.* [*Epiſt.* 80.] Scyllam ſaxum eſſe, & quidem terribile nauigantibus, optimè ſcio. Charybdis an reſpondeat fabulis, perſcribi mihi de ſidero. Fac nos certiores, vtrum vno tantum vento agatur in vortices: an omnis tempeſtas maie illud contotqueat, & an verum ſit, quicquid illo freti turbine arreptum eſt, per multa millia trahi. *Thucydides lib.* 4. ſcribit eſſe fretum inter Rhegium mare & Meſſanam, à quo breui ſpatio Sicilia à continente diſtet, & Charybdim appellatum. ¶ Euitata Charybdi in Scyllam incidi, τὴν Χάρυβδιν ἐκφυγὼν τῇ Σκύλλῃ ἐνέπεσον. Hoc eſt, dum vitro grauius malum in alterum diuerſum incidi.

Chăſmă, tis. Latinè hiatus, fiſſura. {בקיע *bekíaẽ.* χάσμα. GALL. Grande ouuerture comme vn abyſme ou autre gouffre. ITA. *Feſſura, apertura.* GER. Ein groſſer ſpalt/ein klufft. HIS. *Hendedura, ò abertura como de boca.* ANG. *A great gaping opening of the earth or firmament.* } χασμάω, Hio. Fit autem Chaſma non ſolùm in cælo, ſed etiam in terra. Vnde ait *Iureconſultus de cenſibus, lege Forma.* §. *quare ſi.* Si agri portio chaſmate perierit, debebit per cenſitorem reuelari. Ammianus eleganti vocabulo Chaſmaticum appellat terræmotum, quo patefactis ſubitò voratrinis, terrarum partes per hiatum abſorbentur.

Chaſtanon. Xanthion vel lappa *apud Dioſc. lib.* 4. *c.* 139.

CHATRAMOTITES, χατραμωτίτης, Regio iuxta mare rubrum. *Strab. lib.* 15. ciues Chatramotitæ. Vt anius Chatramotas vocat. *Steph.*

CHATTI; Populi ſunt Germaniæ, non procul à Rheno. *Plin. lib.* 5. *capite* 14.

CHATTENIA, χαττηνία; nam in λάβη *apud Steph.* per duplex tt ſcribitur; ſuo autem loco aliquoties per ſimplex t, quanuis ordo literarum duplex poſtularet: ſed hic ſæpe negligitur: regio eſt Cherræorum, χώρα τρίτη καρρήνων, aſpera alioqui, ſed vicis & turribus inſtructa prope mare rubrum. Ciues Chatteni.

CHAVBI, Germaniæ populi. *Strab. l* 17.

CHAVNI, χαῦνοι, Populi Theſprotiæ. *Plin. l.* 4. Theſſalicorum, κισσλιωὶ, χαῦνοι τε καὶ ὧν χήνειος Ἕλλοπες. *Steph.*

CHAVON, onis, χαύων, Regio Mediæ: inde Chauones: *Steph.*

CHAZENE, χαζηνὴ, Satrapia iuxta Euphratem Meſopotamiæ, *Steph.*

Chăŭs, {λυκοπάνθηρ. GAL. Loup ceruier. ITA. *Lupo ceruaio.* GERM. Ein thierwolff/iſt ein gattung der luchſen. HI. *Lobo cerual.* } Lupi ſpecies eſt, pardorum maculas habentis, quem alio nomine lupum ceruarium vocant. *De quo Plin. lib.* 8. *cap.* 19. *ita ſcribit;* Pompeij Magni primùm ludi oſtenderunt chaum, quem Galli Rhapiũ vocant, effigie lupi, pardorum maculis. *Et paulò pòſt eodem lib. cap.* 22. Sunt in eo genere qui Ceruarij vocantur, qualem è Gallia in Pompeij Magni arena ſpectatum diximus.

Chedra, Hippuris altera. *Dioſc. lib.* 4. *cap.* 5.

Chelæ, arum. {χηλαί. GALL. Les bras & parties de deuant du ſcor-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

pion. IT. *Branchi digambari ò di grancele.* GER. Die ſchären oder arm der krebſen vnd ſcorpionen. HIS. *Braços de ſcorpion ò de ganiere jo.* ANGL. *The armes or forepartes of a ſcorpion.* } Scorpiorum & cancrorum brachia ita dicta à forficulis denticularis, quos Græci χηλὰς vocant. *Virg. 1. Georg.* Quà locus Erigonen inter, chelaſque ſequentes. *Ambroſius de cancro loquens,* Et periculoſum eſt, *inquit,* ſi chelam eius includat.

Chĕlĭdŏnĭă, ſiue Chelidonium, χελιδόνιον, Herba ab hirundinibus appellata, quæ Græcè χελιδόνιε dicuntur. Eo enim auium genere aduenient, naſcitur, & diſcedente extinguitur. Fertur etiam hirundines oculos pullis ſuis excæcatis ea herba reſtituere. *Plin. lib. 8. cap. 27. & lib. 25. cap. 8.* ¶ Chelidoniæ duæ ſunt ſpecies quarum maior etiam hodie in officinis nomen retinet. {GAL. Chelidoine, eſclere. IT. *Celidònia.* GERM. Schellwurtz oder groß ſchwalbenkraut. HISPANI. *Celidoña.* ANGLI. *Chelidone.* } Minorem autem, quòd ſtrumis medeatur, quas Scrophulas nonnulli vocant, ſiue quòd ſtrumoſam habeat radicem, Scrophulariam appellant. {GAL. Herbes aux eſcrouëlles, couillons de preſtre. ITA. *Fauoſello.* GER. Ein gattung des Storckenſchna bels/ſo man heiſſt Gottes gnadt. HIS. *Scrofularia minor.*} ¶ Chelidonia item vocatur Fauonius ventus, à die ſexto ante februarias idus, vſque ad VII. Calend. Martias: eò quòd iis diebus hirundines primùm conſpici incipiant. *Autor Plin. lib. 2. cap. 47.* ¶ Eſt etiam Chelidonia gemmæ nomen altera parte purpureæ, nigris interpellantibus maculis, altera hirundinis colorem referentis: vnde & nomen accepit. *De hac Plin. lib. 37. c. 10.* ¶ Item genus aſpidis, *vt Galenus autor eſt.* ¶ Chelidonia præterea inter ficorum genera recenſetur. *Plin. lib. 15. cap. 18. & Colum. lib. 10.* Purpureæque chelidoniæ, pinguéſque mariſcæ.

Chĕlĭdŏnĭæ χελιδονίαι πέτραι, *Steph.* duæ ſunt inſulæ contra Chelidonium Tauri promontorium, peſtilentiſſimi aëris, quarum altera Corydela dicitur, altera Menalippea. Circa has inſulas anthias piſcis maxima in copia capitur, *vt eſt videre apud Pl.*

CHELIDONIVM, χελιδόνιον, Vnum eſt ex Tauri montis promontoriis. *Pli. lib. 5. cap* 27. Taurus mons ab Eois veniens littoribus Chelidonio promontorio diſterminatur.

* CHELONATES, Promontorium eſt Achaiæ, quod *Ptolemæo* Chelonita dicitur.

Chĕlōnĭă, χελωνία, Gemma eſt Indicæ teſtudinis oculo ſimilis, quem magorum vanitas tradidit linguæ impoſitam, futurorum diuinationem præſtare. *Autor Pl. lib. 37. ca. 10.*

CHELONITIS, χελωνίτις, Inſula eſt in ſinu Arabico, *apud Plin. lib. 6. cap* 28.

Chĕlōnītum, *Vide* CHELYS.

CHĒLONŌPHĂGI, χελονοφάγοι, Populi ſunt in Carmaniæ angulo, non alia quàm teſtudinum carne veſcentes, earúmque teſtis caſas tegentes. {GERM. Schildkenfräſſer/ſind völcker in Carmania.} Tantæ enim magnitudinis apud eos prouenient, vt ſingulæ ſingulis caſis tegendis ſufficiant, & nauigantibus Chelonophagis ſcapharum vſum præbeant, *Vide Plin. lib. 6 capite* 25. *& Strabonem lib. 16.*

Chelydrŏs, {χέλυδρος. GAL. Tortue de mer. ITA. *Teſtudine marina.* GER. waſſer oder meerſchneck. HI. *Galapago de la mar.* AN. *A torteis, a water ſnake.*} Eſt teſtudo marina. Nam χέλυς teſtudinem Græcis, & ὕδωρ aquam ſignificat: quaſi teſtudinem aquaticam dixeris. ¶ Sunt qui etiam pro ornamento muliebri accipi putent, citantes illud *Iuuenalis,* Donant arcana chelydros. Quo tamen in loco alij cylindros legere malunt.

Chĕlys, {קשׂור *hippódh.* χέλυς. GA. Vne tortue. IT. *Teſtudine.* GE. Schneck HI. *Galapago.* AN. *A torteu or ſnake, a lute.*} Proprie eſt teſtudo animal, quamuis etiam pro inſtrumento muſico accipitur, quod & Latini teſtudinem appellant. Nam ex teſtudine prima facta eſt cithara à Mercurio, conſumpta iam carne, ſed ſuperſtitibu neruis. *Ouid. ad Pin.* Pulſatur manibus Phœbea chelys. Canora chelys, *Seneca.*

Chĕlōnium, {χελώνιον GAL. La couuerture & coquille d'vne tortue. ITA. *La ſcorza di ſopra la teſtuggine.* GE. Die ſchal oder das heuſſin der ſchneck ten HISP. *La cobertura del galapago.* AN. *The ſhell of a torteis or ſnaile.*} *Budæus.* Teſtudinis tegumentum eſt. Nam teſtudinem Græci χελώνην appellant.

CHĒMNYS, Pompon. Melæ, ſiue CHEMMIS, χέμμις *Herodoto*, inſula eſt in quodam Ægypti lacu natans: quod omnino incredibile videtur, quum auguſtum Apollinis templum, & lucos ſuſtineat.

CHEMNIZIA, vrbs Miſniæ.

CHĒNĔ πρὸς χλοῦαν, Vrbs Laconiæ, à qua gentile Chenicus.

Chēnălōpĕces, χηναλώπηκες, ex anſere & vulpe compoſita ſunt genere, quibus pro cibis lautioribus vtuntur Britanni. *Vide Plin. lib. 10. cap* 22. Eſt autem nomen ἀπὸ τῆ χηνὸς καὶ ἀλώπηκος, hoc eſt, ex anſere & vulpe compoſitum: vnde & Vulpanſerem Æliani interpres tranſtulit. Anſerem enim ſpecie, vulpem calliditate refert. Aquilæ & felis iniuriam facilè propulſat. Aucupi ad nidum accedenti obuiam prodit, vt interim pullis elabendi ſpatium præbeat. *Vide Ælian. ib. 15. cap. 31.*

Chēnĭſcus: χηνίσκος, Latinis anſerculus eſt. Vnde & puppis extremum, quod ornatus gratia ad anſeris ſimilitudinem effictum erat, Cheniſcum appellarunt. *Apuleius,* Puppis intorta cheniſco. *Luc. in eo dialogo,* qui πλοῖον, ἢ εὐχή inſcribitur. Ὡς δὲ ἀφορμὴν ὑπὸ πνεύματος ἔσχεν ἡ πρῷρα κερατοῦχος χηνίσκον ἔχουσα ἐπιστρεπτὸν καὶ αὐλητρίδα ἐπὶ τοῦ ἀφλάστου ἑστῶσαν καὶ ἐμβεβηκυῖαν εἰς τὸ ἀφέστιον κατεμμηκυνομένην τῶν ἐπωνυμιῶν τῆς νεὼς ὅτου ἔχοιτο τὸ τέλος ἐκπεράσαν. Hoc eſt, Vt verò ipſa quidem puppis paulatim aſſurgit inflexo aëreo cheniſco ornata (hoc eſt inflexa, atque aureum anſerculum ſupernè habens impoſitum) è regione autem æqua proportione prora prominet in anteriorem partem longè porrecta, cognominem naui deam Iſidem videlicet vtrinque additam habens. Idem in veris narrationibus. Ὅτι γὰρ ἐν τῷ πρῴρᾳ χηνίσκος ἄφνω ἐπεφύκει καὶ αὐλήτρια. Hoc eſt, Cheniſcus enim (ſiue anſerculus) qui ad puppim erat, repentè alis plaudere cœpit & clangorem edere. Formam cheniſci, *Vide apud Bayſium de re naua li*

CHENOBOSCIA, χηνοβοσκία, Vrbs Ægypti è regione Dioſpolis, ab anſerum vt videtur paſcuis dicta, qui tamen illic nulli apparent. ¶ Huius incolæ dicuntur Chenoboſciatæ, qui circa Crocodylos occupantur.

Chēnŏbōſcion, pen. prod. χηνοβοσκίων, Locus vbi anſeres aliæque id genus nantes volucres aluntur. nam χὴν, χηνὸς, anſer dicitur. *Colum. lib. 9. ca. 14.* Qui verò greges nantium poſſidere ſtudent, chenoboſcia conſtituant.

Chēnomўchŏn, Herba ad cuius aſpectum expaueſcunt anſeres: aliis nominibus ea Nyctegretum dicitur, & Nyctilops, eò quòd noctibus luceat *Vide Plin. lib. 21. c. 11.*

Chēnŏpās, dis, χηνόπους: Latinè anſeris pes dicitur: quo nomine dicta eſt & herba, quæ habet effigiem anſerini pedis. *Pli. lib. 11. cap.* 8. Ceras ex omnium arborum, fatorúmque floribus confingunt, excepta rumice & chenopode.

Chēnotrŏphĭă, pen. pro. χηνοτροφεία. Nantium volucrum auiaria.

* Cheopina (quod nomen adhuc manet integrum apud Gallos) menſura eſt liquidorum, dimidiæ pintæ (quā vocant) capax: ex eo dicta quòd ea tantum funditur vel hauritur vini, quantum homo ſitibundus vno hauſtu bibere poſſit. Pino enim Græcè ſignificat bibo, vnde & pinta. Quod verum eſt, ſi de cheopina Pariſienſi intelligas. Cheo verò Græcè ſignificat fundo, is. *Budæus de aſſe.*

CHEOPS, ſiue CHEOPES, Ægypti rex fuit, Mycerini pater, cuius opus eſt maxima totius Ægypti pyramis: ad quam faciendam denas hominum myriades in opere habuiſſe dicitur, & pro apio, cepa, & allio mille ſexcenta talenta expendiſſe. *Autor Herod. lib. 2.*

CHEPHREM, Cheopis frater, Ægypti & ipſe rex poſt fratrem. *Autor Herod. lib. 2.*

Cheramides, Genus lapilli pretioſi, qui (*vt Strab. lib. vltim. refert*) in Mauritaniæ campeſtribus naſcitur. *Plin. lib. 37. c. 10.* Cheramides eadem eſſet, quam Oſtracitem vocant, niſi quòd hanc ceruleę interdum bullæ cingunt.

Cheredranon, Hippuris *Apud Dioſcoridem libro quarto, capite quadrageſimonono.*

Chĕrĭă, A quibuſdam appellatur Raphanus ſylueſtris, quem Latini Armoraciam appellant. *Vide Ruell. lib. 2. c. 123.*

CHERNESSVS, χέρνησος, Iuxta Corinthum eſt, *Steph. in Cherroneſo.*

CHERRVRA, χέρρουρα, Vrbs Lyciæ *Steph. in Cherroneſo.*

CHĒRRONĒSVS, Syriæ ciuitas (quæ alias Apamea) *Steph.* Eſt item vrbs in Cherſoneſo iuxta Gnidum, ciuis Cherroneſus. Alia eſt Cherroneſus Cretæ, cum oppidulo eiuſdem nominis. Alia eſt Lybiæ Cherrura dicta, χέρρουρα. Inde Cherrurius.

CHERNESSVS verò, χέρνησος, iuxta Corinthum eſt. Eſt item Cherroneſus promontorium in Lycia, alia iuxta Corcyram item vrbem. *Steph.*

Chernites, χερνίτης, Lapidis genus eſt ebori ſimillimi, in quo defunctorum corpora condebantur. *Pli. li. 36. c. 17.* Mitior eſt autem conſeruandis corporibus, nec abſumédis, chernites ebori ſimillimus, in quo Darium conditum ferunt.

CHĒRRŌNĒSVS, χερρόνησος, quaſi χερσόνησος ἀπὸ τῆς χέρσου καὶ νήσου: Terra eſt in inſulæ modum mari cincta, vno tantum, eóque anguſto ſpatio continenti adiuncta: Latini Peninſulam vocant. { GER. Erdtrich das mit dem meer ſchier allenthalben wie ein inſel vmbgäben iſt/ vnd nur an einem ort ledig vnd offen iſt } Quinque autem inſigniores commemorantur Cherroneſi: quarum celeberrima Achaiæ adhærens, Peloponneſus appellatur. ¶ Secunda, quæ à vicina continente Thracia dicitur, cuius Iſthmus ab Occaſu Melane ſinù, ab Ortu Propontide abluitur. Tertia, quæ Saxoniæ adhærens, à Cimbris, qui eam tenuerunt, Cimbrica appellata eſt: hodie Dania dicta, vulgò *Dinamarca.* { GE. Dennmarck. }

¶ Quarta inter Pontum Euxinum, & Mœotiden paludem ſita, à Tauris Scythiæ Europæ populis Taurica appellata.

¶ Quinta, quam Auream cognominant, in India ſita ſupra Gangem. Ortum verſus, iuxta ſinum quem Magnum appellat *Ptolemæus.* Peloponneſus verò maior celebriórque eſt, quàm vt Cherſonneſi nomen admittat, quanquam & ipſa à nominis etymo fertur: Cherſoneſum *Strabo* nominat: & minoris Aſiæ in noſtrum mare procurſus, Cherroneſus dictus bonis autoribus, *vt ſcribit Vadianus.*

Chersinăæ, Genus eſt teſtudinis terreſtris, in aridiſſimis Aſiæ deſertis roſcido humore viuens. *Autor Plin. lib. 9. c. 10.*

CHERSIDAMAS, χερσιδάμας, Vir Troianus quem Vlyſſes in bello interemit, *vt ſcribit Hom. lib. 11. Iliad.*

CHERSONESVS, χερσόνησος, idem eſt quod Cherroneſus. *Vide ſuprà.*

Chĕrſydrŏs, χέρσυδρος, Serpens qui tam in terris quàm in aquis moratur: nam componitur ex χέρσος terra, & ὕδωρ aqua, quaſi viuens in terra & in aqua.

CHERVSCI, χερούσκοι, Populi Germaniæ circa Albim: *quorum meminit Plin. lib. 4. cap. 14.* {GER. Die völcker in Teutſchland vmb die Elb/ als da ſind die Sachſſen/vnd Meyßner.}

CHESION, χίσιον, Oppidum Ioniæ, vnde Cheſicus. Ortus in maſc. gen. vſurpans, non ciuitatem ſed locum eſſe dicit. *Steph.*

Chĭă terra, χία γῆ, Terra eſt albida, ſiue cineritia, Samiæ ſimilis, quæ cutem erugat, totumque corpus amabili coloris bonitate commendat. *Autor Dioſc. lib. 5. cap. 101.*

Chia ficus, ſiue Chia abſolutè, σῦκον χῖον. Fici ſpecies eſt, grato quodam ſapore palatum pungens, viníque veteris, falſíque ſaporem referens. *Mart. lib. 7.*

Infanti melimela dato, fatuaſque mariſcas:
Nam mihi, quæ nouit pungere, Chia placet.

Iidem lib. 13.

Chia ſeni ſimilis Baccho, quam Setia miſit:
Ipſa meum ſecum portat, & ipſa ſalem.

CHĪDNAEI, χίδναιοι, Populi iuxta Pontum: *teſte Orpheo in Argon.*

CHIDORVS, Fluuius eſt Macedoniæ, per Mygdoniam in Axium influens, vnus ex iis qui à Xerxiano exercitu dicuntur fuiſſe epoti. *Vide Herod. lib. 7.*

Chĭlĭăs, {אלף *éleph.* χιλιάς. AN. *The number of a thouſand.*} Numerus qui mille continet. Chilia enim mille à Græcis dicitur.

Chĭlĭărchŭs, Qui mille hominibus præeſt. { שר אלפים *ſar alaphim.* χιλίαρχος. GALL. Colonnel de mille hommes. ITAL. *Colonello di mille fanti.* GERM. Ein herr oder hauptman vber tauſend. HISP. *Capitan de mil hombres.* ANGL. *A captaine ouer a thouſand.* } A Græcis tamen ſcriptoribus, quoties de Romanorum militia ſermo eſt, Chiliarchus accipitur pro Tribuno militari: quemadmodum in ciuitate Demarchus, δήμαρχος pro Tribuno plebis: nam *autore Ioſeph.* ordo in Romanorum militia hic erat: vt milites ad Centuriones, illi ad Tribunos, quos illi Chiliarchos vocant, mane conuenirent ſalutatum. Hecatontarchi autem dicebantur Centuriones, qui centum militibus præerant. Pentecoſiarchi, qui quingentis. Decarchi qui & Latinis Decuriones,

qui

qui decem militibus præerant.

Chiliophyllon, χιλιόφυλλον, Herba est quæ notioribus nominibus Achillea, & Militaris herba, στρατιωτική, dicitur. Chiliophylli nomen accepit à multitudine foliorum.

Chiliodynamis, {χιλιοδύναμις *Dioscoridi.*} Chiliodyname *Plinio*: Herba est quæ alio nomine Ptolemonia dicitur, à regum certamine, qui eius inuentionem sibi certatim vendicauerunt. Chiliodynamis autem à Cappadocibus nominatata est, propter varios in medicina vsus. *Plinius lib.25.cap.sexto.*

Chīlōnes, {χειλῶνες. ANG. *which hath great lippes.*} Quibus immodica sunt labra, qui & à Latinis Labeones dicuntur: nam χεῖλος Græcis labrum est.

CHILO, χίλων, Philosophus Lacedæmonius, vnus ex septem sapientibus Græciæ. Eius (*Plinio teste lib.7.cap.32.*) tria hæc aurea præcepta fuerũt, Delphis in templo Apollinis consecrata: scilicet, Nosce teipsum, Nihil nimium cupias, Comes æris alieni, atque litis, est miseria. Quin & funus eius, quum victore Olympię filio, gaudio expirasset, tota Græcia prosequuta est.

Chīmastrum, {χειμαστρον. ANG. *A winter garment, a frize or furred, garment.*} Vestis est rusticorum qua hyeme vtuntur, ἀπὸ τῦ χειμάζειν, quod nobis sonat hyemare.

CHIMAER, χίμαιρα, Mons est Lyciæ igniuomus, in cuius cacumine leones habitant: in medio autem, vbi pascuis abundat, capræ: in radicibus autem serpentes. {GERM. *Ein vngeheurer berg in Lycia so feur außspeuwet.*} Hinc factus est locus fabulæ, Chimæram hũc monstrum esse, quod flammas euomat, caput & pectus leonis habens, ventrem autem capręe, & caudam draconis. *Lucretius*, Prima leo, postrema draco, media ipsa chimæra. *Ouid.6.Metamorph.*

Quoque Chimæra iugo mediis in partibus hircum,
Pectus & ora leæ, caudam serpentis habebat. [*Idem Eleg.1.li.2.Tri.* Nam quid de tetrico referam domitore Chimærę.]

Et quoniam Bellerofontes Glauci filius montem hunc habitabilem reddidit, Chimæram fingitur occidisse. Hæc ferè *Seruius in illud Virgilij sexto Æneidos*, flammísque armata Chimæra. *Plin.lib.12. cap.106.* Flagrat in Phaselide mons Chimæra, & quidem immortali diebus & noctibus flamma. Ignem eius accendi aqua, extingui verò terra aut fœno, Gnidius Ctesias tradit.

CHIMERA, χίμαιρα, Vrbs Siciliæ, cuius meminit *Xenophon.lib.1.* rerũ Græcanicarum. gentile Chimeræus. *Steph.*

Chīmērinē, Arzoum ninus, *apud Dioscor.lib.4.cap.92.*

CHIMERIVM, Phthiotidis mons in Thessalia, *vt tradit Pli.li.4.c.7.* χιμάριον, *Steph.* promontorium Thesprotiæ, Gentile Chimericus.

Chīmērīnōs, pen.cor. χειμερινὸς, Græcis idem est quod hybernus, siue hyemalis. {AN. *Belonging to winter.*} *Martialis de Eurino,*

Si daret autumnus mihi nomen, Oporinos essem.
Horrida si brumæ sydera, Chimerinos. ¶ Hinc Capricorni Tropicus, ad quem accedente sole dies breuissimi fiunt, à Græcis Chimerinos appellatur: quemadmodum & à nobis Brumalis. Plaga quoq; Australis habitabilis, à Cosmographis Chimerine appellatur. Duę enim sunt plagæ orbis habitabiles: quæ à nobis incolitur, θερινὴ nominatur: altera quam incolunt Antichthones, Chimerine, à nobis Hyemalis: quæ quòd ad Austrum deflexa sit, Australis quoque nuncupatur, quum nostra Septentrionibus suppositа est.

CHIŌNE, χιόνη, Nobile scortum fuit, nomen habens à candore niuis. χιὼν enim Græcè niuem significat. *Iuuen.* Et dubitas alta Chionem deducere sella. In hanc extat festiuum illud *Mart.Epig.l.5.*

Digna tuo cur sis, indignáque nomine, dicam.
Frigidæ es, & nigra es: non es & es Chione.

¶ Fuit & Chione filia Dædalionis, cuius nuptias quum ob formę elegantiam multi ambirent proci, tandem Pæonio Epidaurienſi nupsit. Porrò redeunte Mercurio à Cylleno monte, & Phœbo Delphis, ab ambobus visa est, qui statim eius amore capti, quum separatim eius concubitum petiissent, Apollo in noctem distulit: Mercurius autẽ non expectata nocte eam caduceo tetigit, & in altissimum sopotem alligauit: dormientémque vitiauit: & discessit. Deinde accedente nocte Apollo accepta anus forma ad eam intrauit, oppressitque: & sic ex vtroque concepit, peperitque Mercurio Autolicum, de quo suprà: Apollini verò Philamonem, qui carmine & cithara plurimum valuit. Postea quod diis placuisset, superbia elata, ausa fuit se Dianæ ob pulchritudinem præferre, qua re mota Diana sagittis eam interemit. *Ouid.libro 11.Metamorph.*

Nota erat huic Chione quæ dotatissimá forma,
Mille procis placuit, bis septem nubilis annis.

CHIOS, {χίος. GERM. *Ein insel im Aegaeischem meer/so die Itali Scio oder Chio nennend.*} Insula in Ægæo nonningentorum circiter stadiorum ambitu, Ioniæ adiacens, inter Samum & Lesbum, in qua laudatissima nascitur mastiche. Hanc Ephorus prisco nomine Æthaliam, Metrodorus & Cleobulus Chiam appellarunt, à Chionè nympha, siue à niue: alij & Macrin & Pityusam. Montem habet Pellenæum, & Marmor Chion: item templum Apollinis, qui inde Chius appellatur: & promõtorium Aruisium, à quo Aruisia vina. ¶ Habet autem hoc nomẽ, quum primitiuum est, penultimam correptam. *Luc.li.8.* Quas Asine cautes, & quas Chios asperat vndas. Sunt qui quadrigeminam Chium esse putent? vt prima sit Chios insula, cum oppido eiusdem nominis: secunda Cariæ vrbs sub monte Pellenæo: tertia in Euboea: quarta in Cherroneso Rhodiorum iuxta Triopiam.

Chīus, pen.prod. χῖος. *Tibul.lib.2.*

Nec mihi fumosos veteris proferte Falernos
Consulis, & Chio soluite vincla cado.

Hæc insula protulit memorabiles viros, Ionem tragicum, Theopompum historicum, & Theocritum sophistam.

CHIOS, *Stephano*, clarissima Insula Ionum est, propo Erythras cum vrbe eiusdem nominis, à Chio Oceani filia, vel à niue in ea abundante. Est & alia Chius vrbs Cariæ, sub pede montis Pellenei. Et alia iuxta Triopion sita in Cherroneso. Quarta in Euboea. Gentile, similiter & possessiuum, Chiacus. Apud Chios primum fuerunt Therapontes, at apud Lacedæmonios Helotes, apud Argiuos Gymnesij, apud Sicyonios Corynephori, apud Iralos Pelasgi, apud Cretẽses Dinoitæ. Item in Chio primùm natum est vinum nigrum.

[Chius pectunculus, *Gell.c.16.l.7.* Lagena, vbi solet vinum Chium esse. *Plaut.Cure.sc.1.a.1.*]

Chīrāgra, pen.corr. {χειράγρα. GA. Douleur & goutte aux mains. ITAL. *Gotta di mano.* GE. Das zipper der, henden. HIS. *Gotta, dolencia de las manos.* AN. *The goute in the handes.*} Morbus articularis, manus infestans. *Mart.* Sed nil patrono porrigit, hæc chiragra est.

Chirager, & Chiragricus, {χειράγρων. ANGL. *That hath the goute in the fingers.*} Qui chiragram patitur.

Chirembolum χειρέμβολον. *Vlp.in l.1.Naut.caup.stabul.* Quanquam ipse vel nauicularius, vel magister id faciat, quod Græci χειρέμβολον, appellant. Significat hæc vox manus immissionem, vt Alciatus in paterg. refert, qui arbitratur χειρέμβολον, dici signum quod magister in prora stedens dat, quum nautis imperat, vt aliquid faciant, seu aliquem recipiant. Verùm quum hæc vox à se nusquam alibi lecta sit, admonet amplius quærendum.

Chīridōta, χειριδωτὸς. Tunica prolixa vltra brachia manus operiens. Alio nomine Macrochira dicitur. Vnde Scipio Gallo homini delicato obiecit, quòdcum chiridora tunica, id est, manicata accubuerit. {vt refert. *Gell.c.16 l.7.*} Has vestes *Plaut.* vocat manuleatas. ¶ Dicta est autẽ chiridota, ἀπὸ τῶν χειρῶν, hoc est, à manibus quas tegebat.

CHIROCRATES, χειροκράτης, pen.cor. Nomẽ architecti celebris, qui ab aliquibus Dinocrates dici solet. *Plin.lib.14.*

Chīrographum, חתום *chotham.* {χειρόγραφον. GA. Escrit, signé ou cachete de la main, seing manuel. ITA. *Scritto di mano* GER. Ein handtschrifft. HI. *Es ripturade propria mano.* ANG. *My awin handwritt.*} [Est enim Chirographum generale nomen, quo etiam Syngrapha continetur. Sed Syngraphis cautio datur quasi creditarum pecuniarum: qua de causa falsum in eas facilè referri potest, si creditas pecunias, quæ tamen non sunt creditæ perscribantur. Cum Chirographis aut facti obligatio continetur aut acceptilatio. Hoc autem vsus est *Suet. in Cæs.c.17. & in Calig.c.24. & in Neron c.52. Item Gell.c.2.lib.14.* Chirographi exhibitione probari debere datam esse pecuniam. Imitari chirographum. *Suet. in Aug.c* 64.] Est quod nostra manu perscripsimus in fidem alicnius. *Asconius* scribit Chirographa dici, in quibus tantum quę gesta sunt scribi solent. In syngraphis etiam contra fidem veritatis pactio venit, & non numerata pecunia, aut non integrè numerata pro temporaria voluntate hominum scribi solet. *Iuuen.* Vana superua cui dicunt chirographa ligni. *Cic.3 de Nat.Deor.* Id quoque L. Labienus fecit. quum chirographum sex primorum imitatus est.

Chīrographārius, adiect. vt Debitor chirographarius, qui suo chirographo scripsit se debitorem in codice. *Vlp in l.Si vt certo.§.Idem denique ff. Commodati.* Si tibi codicem commodauero, & in eo chirographarium debitorem tuum cauere feceris, &c ¶ Item Chirographarius creditor dicitur, qui sibi chirographo cauit. *Paulus in l.pen.de priuileg credit.* Respublica creditrix omnibus chirographariis creditoribus præfertur. Opponuntur autem hi creditores iis qui hypothecarij dicuntur.

¶ Dicitur etiam chirographaria pecunia, quæ sine pignore ex chirographo debetur.

CHIROGYLIVM, Insula est ante Lyciam, è regione Chimeræ montis. *de qua Plin.lib.5. ca.31.*

Chīromantia, {χειρομαντία. ANG. *Palmestrie, telling of fortune by lines in the hand.*} In manibus diuinatio, quæ ex linearum, quæ in manibus sunt, inspectione fieri solet, à μαντεία χείρ.

Chīrōnīon, χειρώνιον, Tertium panacis genus, ab inuentore Chirone Centauro ita dictum, folium Iapatho simile, florem aureum, radicem paruam habens. *Plin.l.23.c.4.* ¶ Est præterea Chironium herba eadem est centaurio maiore: ita dicta à Chirone Centauro qui ea curatus esse dicitur, quum Herculis arma pertractando telum in pedem decidisset. *Vide supra in dictione* CENTAVREA.

CHIRŌN, onis, χείρων, Centaurus Saturni & Phillyræ filius, dimidia sui parte equus, reliqua homo. {GER. *Ein sonGaturni/vnd Phillyre der halb ein ross/vnd halb ein mensch gewesen ist.*} Fabulantur enim poetæ, Saturnum, quum Phillyram Oceani filiam adamaret, eiúsque frueretur cõcubitu, Opis vxoris interuentu turbatum, subitò se in equum conuertisse. Phillyram autem ex eo grauidam effectam, fœtum peperisse, cuius anterior pars hominem, posterior equum referret, eúmque, Chironem nominasse: qui vbi primùm adoleuit, in sylvas sese contulit, ibíque herbarum vires edoctus, in præstantissimum medicum euasit: à quo etiam Centaurion herba nomẽ accepit, & Chironium vlcus, quod maximè si in pedibus & cruribus duas habens oras calentes, tumentésque dolore modico: sic dictum, quòd Chironis opem exigat. Et prouerbialiter Chironium vulnus χειρώνιον ἕλκος, immedicabile malum appellamus: aut quòd Chiron immedicabile vulnus accepit in pede, vnde & periit: aut quòd manum Chironis vt sanetur, exigat. Hic postea à Peleo & Thetide accitus, propter probitatem, peritiam, & iustitiam quibus cæteris multum antecellebat, Achillis pædagogus est factus, quem & citharæ artem, & herbarum vsum docuit. Ab eodem & medicinam Æsculapius, & astrologiam Hercules dicuntur accepisse. Postremò quum Herculem hospitio suscepisset, armáque eius pertractaret, euenit vt sagitta quædam hydræ Lernææ veneno imbuta, illi in pedes decideret. Quod malum quum nulla ope sanari posset, dirissimis cruciatibus conficiebatur: mori tamen non potuit, quòd vtroque parente immortali natus esset. Tandem quum à superis impetrasset, vt immortalitatem sibi morte liceret commutare, in cælum translatus est: vbi & Sagittarij signum efficit. *Meminit Plin.lib.7.c.56.*

Chirōnia vitis, {χειρώνιος ἄμπελος. Herba est similacis foliis, clauiculis suis arbores vitis modo conscendens, pro semine acinos habens vuæ modo dependentes, initio herbaceos, postea nigricantes, radice foris atra, intus buxei coloris. Alio nomine Vitis nigra, ἄμπελος μέλαινα appellatur. Dicitur à Chirone inuenta. *Vide Plinium li.23. c.1.*

Chirōnomus, {χειρώνομος. GALL. Ioueur de moresques, ou celuy qui apprent à mouuoir les mains & à faire la contenance. ITA. *Giuocatore di mano, anzatore di maresco con manare di mano.* GERM. Der im tantz mit den henden wunderbare vnd viserley bossen treybt. HISP. *El que dança por personages* ANGL. *A morrishe dauncer.*} Propriè qui inter saltandum manibus gesticulatur: quanuis etiam ad reliqui corporis gestus transferatur. *Iuu.Sat.6.* Chironomum Lædam molli saltante Batillo, Tuccia vesicæ nõ imperat. ¶ Inde χειρονομεῖν Græcis idé est quod manibus gesticulari: cuius verbi participio vsus est idem *Iuuen.Sat.5.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Structore interea (nequa indignatio desit)
Saltantem spectas, & χειρονομοῦντα volanti
Cultello, donec peragat dictata magistri
Omnia, nec minimo sanè discrimine refert
Quo gestu lepores, & quo gallina secetur. Vbi χειρονομοῦντα dixit quasi manibus gesticulantem, & certo quodam manuum gestu escas dividen em.

Chīrŏnŏmĭă. {χειρονομία. GA. Science de faire gestes de mains, moresque. IT. *Moresche con menare di mano.* GE. Das seltzam possen treyben mit den henden/oder ein abenteurliger bossechtiger tantz HIS. *Dança por personajes.* AN. *The art of playng morishes.*} Manuum gesticulatio inter saltandū, vel saltationis quoddam genus, quod manuum gesticulationem habebat adiunctam: cuiusmodi olim fuit Pyrrhica. *Quintil. li. 1. cap. 19.* legem gestus interpretatur: à χεὶρ manus, & νόμος lex: sunt enim manuum motus quidam præscripti quibus saltantes vtuntur: quod potissimùm in Græcorum vsu fuit. Apud Romanos autem, integris adhuc vrbis moribus, saltatio in solo theatro exercebatur, & maximè pyrrhica.

Chīrŏthēcă, {בית ידים *beth iadhaim.* χειροθήκη. GAL. Gant. IT. *Guanto.* GE. Handschuch. HIS. *El guante.* ANG. *A glone.*} Manuum vagina, quæ etiam manica siue manutheca, & manipulus dici solet. *Cicero in Philip.* Solet enim citò ipse accipere manicas. Græci etiam Dactylothecam vocant.

Chīrūrgŭs, {χειρουργός. G. Chirurgien. I. *Cerusico.* GE. Ein wundartzet. H. *Chirurgiano, que cura con manos* ANG. *A surgean, a chirurgion* } Medicus vulnerarius, à manuum operatione sic dictus. *Mart. l. 2.* Chirurgus fuerat, nunc est vespillo Diaulus.

Chīrūrgĭcŭs, a, um, χειρουργικός. vt Ars chirurgica, Instrumentum chirurgicum.

Chīrūrgĭă, {χειρουργία. GA. Chirurgie. IT. *Chirurgia.* GE. Die kunst der wundartzney. HIS. *Aquella arte de curar con las manos. chirurgia.* ANG. *The art of surgerie.*} Licet nomen generale sit ad omnem artem, quæ actionem habet manuum cum cognitione coniūctā, proprie tamen dicitur de ea parte medicinæ, quæ sectione, vel vstione, aut alia quauis ratione, quæ manu administretur, morbos curat, *Cicero ad Atticum:* sed ego diæta curari incipio, chirurgiæ tædet. ¶ Eadem & Chirurgice appellatur. *Celsus in proœmio li. 1.* Medicinæ, Iisdémque temporibus in tres partes medicina diducta est, vt vna esset quæ victu, altera quæ medicamentis, tertia quæ manu mederetur. Primam Diæreticen, secundam Pharmaceuticen, tertiam Chirurgicen Græci nominauerunt. ¶ Chirurgia est scientia medicinæ altera pars, quæ per consuetas tùm sectiones, tùm adustiones, & quæcunque alia manu fiunt, humana corpora restituit. Chirurgia quū sit vetustissima, magis tamen ab illo parente omnis medicinæ Hippocrate, quàm à prioribus exculta est, deinde posteaquam deducta ab aliis, habere professores suos cœpit, in Ægypto quoque excreuit, Philoxene maxime autore, qui pluribus voluminibus hanc partem diligentissimè comprehendit. Gorgias quoque & Sostratus & Hieron & Apollonij duo, & Hammon. Alexand. multique alij viri, singuli quædam reperierunt. Ac Romæ non mediocres professores, maximíq. nuper Tryphon pater & Euelpistus, & vt ex scriptis eorum intelligi potest eruditissimis magis, quibusdam in melius mutatis, aliquantum rei disciplinæ adduxerunt. *Ex Celso.*

CHITONE, χιτώνη vel Chitonia apud Epicharmum, Diana est: scribit enim in sphinge, κεἰνὰ τὰς χιτώνας ἀνλίσατο τὰς μαιμάκτας. *Steph.*

Chlāmўs, ydis. {מעיל *mehil.* χλαμύς. GALLI Manteau ou cape, habit de gendarme au temps passé. IT. *Sopraueste militare.* GER Ein kriegskleidung. HI. *Vestitura redonda como manto.* ANG. *A cloke or a spanish cappe. a man of warres habite.*} Propriè vestis militaris pallio breuior multò, ac strictior. *Virgil 8 Æneid.* ipse agmine Pallas In medio chlamyde & pictis conspectus in armis. *Plautus,* Puer cape clamydem, & da pallium. Idem ad ornatum militis ait opus esse clamyde, machæra, & petaso. Similiter *Iul. Pollux* inter apparatū militares numerat clamyda. Iureconsulti verò inter vestimenta puerilia numerāt chlamydes. Vnde *Vlpianus in l. vestis ff. de auro & argento legato,* Puerilia sunt quæ ad nullum alium vsum pertinent nisi ad puerilem: veluti togæ, prætextæ, alicuius, clamydes, pallia quæ filiis nostris comparamus.* *Macrobius,* Veteres, *inquit,* omnem habitabilem terram extentæ chlamydi similem esse dixerunt. Hoc dicit significans similitudinem eius arctam esse. *Budæus.* A Numa Romanorum rege chlamydem reperiam *Suidas* autor est. Quidam deducunt à χλαίειν, repetacere. [Tuam nec chlamydem, nec pallium do vtendum, *Plaut. Men. sc. 2. a. 4.* Quanti conducta est. *Idem pseu. sc. 7. a 4.* (de Chlamyde) *& Curc. sc. 1. a. 5.* Quæratis Chalamydem hanc & machæram, vnde ad me peruenerit (loquitur miles) *Pla. Curc. sc. 2. a 5.* Chlamyde est opus, machæra & petaso. (ad exornandum peregrinantem sup.) *Plaut. pseu. sc. 4. a. 2.*]

Chlāmўdātŭs, adiectiuum, Qui est chlamyde indutus. {χλαμυδωτός. ANG. *That weareth a spanish cappe or cloke.*} *Plaut. in Pseu. [sc. 4. a. 4. & sc. 7. a. 4.* sæpiùs.] Quis hic homo chlamidatus est? aut vnde est? aut quem quæritat?

Chlamydula, diminut. {χλαμύδιον. ANGL. *A litle cloke witle a hoode, or spanish cloke.*} *Idem,* Tu sume chlamydulam.

Chlænă, χλαῖνα, Vestimenti genus, quod palliis, hyberno præsertim tempore, superinducebatur. Latinis Læna appellatum. Vnde natum est apud Græcos proverbium, ἐν ὥρᾳ τὴν χλαῖναν καταβάλλεις, τότε τὸ μὴ καθ' ὥραν τοῖς ἀναγκαίοις χρᾶσθαι. Hoc est, Æstate lænam deteris. In eos dici solitum qui alieno tempore rebus necessariis abutuntur.

¶ Dicta est autem Chlena, vt putatur, ἀπὸ τῦ χλιαίνειν, hoc est, à faciēdo propterea quòd densitate sua & pondere gestantes calefaceret.

CHLAMYDIA, χλαμυδία, Vulgò Sdiles, Insula est maris Ægæi, vnà Cycladum, quæ notiore nomine Delos appellatur. *Autor Plin. libr. 4. capit. 12.*

Chlorion, χλώριον, Auis est lutei coloris, perpetuas cum coruo inimicitias exercens, altero alterius ouis insidiante. *Vide Plin. lib. 10. ca. 29. & 74.*

CHLŌRĬS, χλωρίς, Florum dea, eadem cum ea, quæ à Romanis Flora dicta est: quæ cum Zephyro nupsisset à marito muneris loco impetrauit, vt florum omnium haberet potestatem. *Ouid. 5. Fastorum* Chloris eram, quæ Flora vocor. *De hac Claudianus de Raptu Proserpinæ.* [*Catull. de Com. Beren.* sese obtulit Arsinoæ Chloridos ales equus ipsa suum Zephiritidis eò famulum legarat.]

¶ Fuit & Chloris quædam Amphionis & Niobes filia, quę Neleo nupsit, eique Nestorem, alióque complures filios peperit. Hæc posteà ob matris superbiam, quæ se Latonæ præferre non verebatur, vnàcùm fratribus & sororibus, Apollinis & Dianæ telis fuit interfecta. *Fabulam refert Ouid. l. 6. Metam.*

Chlorites, χλωρίτης, Gemma est herbacei coloris, quæ in scyllæ auis ventre inueniri creditur. Hanc Magi ferro includi iubent, tanquam ad prodigiosa quædam miracula vtilem *Vide Plin. lib. vlt. c. 10.*

CHLORVS, Fluuius est Ciliciæ prouinciæ, *cuius meminit. Plin. lib. 5. c. 27.*

Chŏă, siue Chus, χόα ἢ χοῦς, Mensuræ genus fuit apud Græcos, Romanū capiens congium, hoc est, sextarios sex, siue cotylas Atticas duodecim. *Vide Budæum de asse.*

Choaspites, χοάσπιτης, Gemma est viridis, auri fulgore intermicante: ita dicta à Choaspi fluuio, in quo inuenitur *Autor Plin. lib. 37. c. 10.*

CHŌĀSPĬS, χοάσπις, Medorum fluuius, ad fines Persidis in Tigrim defluens cuius aquæ sunt tam suaues, vt finitimi reges non alia aqua ad pocula vtantur. *Tibullus lib. 4.* Nec quà vel Nilus, vel regia lympha Choaspis Profluit.

CHOATRAE, Populi sunt ad Mæotin. *Plin. lib. 6. c. 5.*

CHOBAR, {כבר *chebár,* proprium nomen fluminis esse videtur: sed quia sonat, Graue fuit & præualuit, quidam volunt Tigrim & Euphratem & omnia magna & grandissima flumina, quæ in terra Chaldæorum esse perhibentur, significare.

CHOCHE, χόχα, Vicus iuxta Tigridem fluuium, cuius meminit *Arrianus lib. 10.* Gentile Chochenus, & Chochæus. *Steph.*

CHOE, χόαι, Populi Asiæ propè Bechiros. *Hecatæus,* χόαι δ' ὁμοίως ἔθνος ἐστὶν ἀπὸ χοὴς Δίζηρις. *Steph.*

CHOERADES, χοιράδες, Vrbs Mosynæcorum. Gentile Chœradeus, *Steph.* Sunt & scopuli marini circa Hellespontum.

Chœnix, chœnicis, χοῖνιξ, Nomen mensuræ duos capientis sextarios. Hac mensura seruis olim frumentum in cibum admetiebantur domini. Vnde Pythagoreum ænigma est, Super chœnice non sedendum, hoc est per inertiam & otium alienum cibum non esse sectandum, sed suæ quenque industria sibi vitæ necessaria, debere parare.

Chœnicion, χοινίκιον, Instrumentum est chirurgorum, quo minora officula extrahunt. Latini Modiolum vocant. *Celsus lib. 8. c. 3.* Excidituer verò os duobus modis: si paruulum est, modiolo, quem χοινίκιον Græci vocant: spatiosum, terebris.

Chœrades, {χοιράδες, GAL. Escrouelles IT. *Scrofole.* GER. Kropf HI. *Lamparones.* AN. *The kinges euill.*} Nihil aliud sunt quàm indurati adenes in collo præcipuè, in alis, & inguinibus nascentes: Latino vocabulo Strumæ appellatæ. Chœrades autem dictæ videntur, ἀπὸ τῦ χοίρου, hoc est à suibus, qui hoc malo peculiariter infestantur.

CHOERILVS, pen. cor. χοιρίλος, Poeta fuit Samius, seruili conditione natus, qui quum ex Samo Athenas profugisset, ab Herodoto Historico exceptus est, & institutus. Scripsit Athenienſium victoriam contra Xerxem: cuius carminis nomine in singulos versus singulos accepit aureos stateres. Scripsit & gesta Lysandri Lacedæmoniorum ducis (cuius in expeditione comes erat) *vt in vita illius tradit Plutarchus. Horatius* autor est, etiam Alexandri Magni gesta scripsisse Chœrilum, & pro singulis versibus singulis Philippeis fuisse donatum. *Sic enim scribit lib. 2. Epist.*

Gratus Alexandro regi Magno fuit ille
Chœrilus, incultis qui versibus & male natis
Rettulit acceptos, regale numisma, Philippos.

Sunt qui tradant Alexandrum hac lege cum Chœrilo pepigisse, vt pro singulis bonis versibus singulos acciperet Philippos, pro singulis autem malis singulos colaphos; opere autem perfecto vix septem fuisse inuentos qui possent probari. ¶ Fuit & alter Chœrilus: poeta tragicus. *Vtriusque meminit Suidas.*

CHOLARGVS, χολάργης, Vicus est in agro Athenienſi, tribus Acamantidis, *Steph.*

Cholas, Lapis est ex genere smaragdorum, quem Iuba tradit in Arabia ædificiorum ornamentis includi, *referente Plin. lib. 37. c. 5.*

Cholerā, choleræ, {GAL. Cholere. IT. *Colera.* GE. Ein krantheit die von der Gallen herkompt. HIS. *El humor colera.* ANG. *Cholere.*} Morbi genus est præcipitis, in quo vomitus, & deiectio simul fiunt. *Corn. Cels. lib. 4. c. 11.* Primo facienda est mentio choleræ, quia commune id stomachi atque intestinorum vitium videri potest. Nam simul & deiectio & vomitus est, prætérque hæc inflatio est: intestina torquentur: bilis suprà infráque erumpit, primùm aquæ similis: deinde vt in ea recens caro lotæ esse videatur: interdum alba, nonnunquam nigra & varia. ¶ Accipitur pro bile, χολή. *Lamprid.* Alexander, *inquit,* Cæsar iudices, qui furtorum fama laborassent, si casu aliquo videret: commotione animi & stomachi choleram euomebat.

Choliambī, χολίαμβοι, Qui & Scazontes dicuntur; dicti quasi claudi iambi. Græci enim χωλὸν claudum dicunt. Versus sunt Iambici trimetri, nihil aliud à rectis Iambicis distantes, quàm quòd in quinta semper habeant iambum, in sexta verò spondæum.

CHOLOBETENE, χολοβατηνή, Armeniæ pars, quæ Tigrani paruit.

Cholobetenus, Gentile est, χολοβατηνός. *Steph.*

CHOLLIDAE, χολλίδαι, Vicus in Leontide tribu: tribulis Chollides apud Laërtium Chollidæus. *Steph.*

Cholopæon, Abrotonum, *apud Dioſc. l. 3. c. 27.*

CHOLONTICHOS, χωλὸν τεῖχος, Vrbs Cariæ, gentile Cholontichites. *Steph.*

Chōmă, atis, neut. gen. {סוללה *soleláh.* χῶμα. ANG. *A diche, a fluce.*} Agger, siue rumulus. *Budæus in l. andictas,* Chomata sunt aggeres, qui terra aggesta facti sunt, quibúsque Nili aqua coercetur. *Vlp. de extr. crim. l. Saccularij.* In Ægypto qui chomata rumpit.

CHŌMPSŌ, χωμψώ, Insula Nili inter Æthiopiam, & Ægyptum: *cuius meminit Herod. l. 2.* Gentile est Chompsœtes, χωμψοίτης.

Chŏdrŏs xiphoides, χόνδρος ξιφοειδής, A medicis appellatur corpus quoddam cartilagineum, quod ab extremo pectoris osse dependet, ventriculi orificio superiori respondens: ita dictum quod acuminatum sit, & gladioli figuram quodammodo imitetur.

Chondrŏs, {ברל *bedhál.* χόνδρος. GA. Cartilage, tendron, ou tendrillon. ITA. *Cartilagine, tenerume, scome è quel ale l'orechi.* GERM. Knörpelbein.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

His. *Tenilla.* An. *The gristle.*} Græcis est pars similaris, in corpore animalis, ex semine generata, mediam inter ossa & carnem duritiem obtinens, quam Latini cartilaginem vocant.

CHONE, χώνη, Vrbs Oenotrorum, *cuius Str. meminit l. 7.* & regionem appellat Chonen: incolæ Chones, & Chonij. *Steph.*

Chŏrāgĭum, Chor agus, Choraules, *Vide* CHORVS.

Chŏrāmnæī, χωραμναῖοι, Genus quoddam hominum syluestre in Perside, tantæ velocitatis, vt ceruos comprehendant cursu. *Steph.*

CHŎRĀSMĬĒ, es, χωρασμία, Vrbs Parthorum, Orientem versus: cuius incolæ Chorasmij commemorantur *ab Herodot. li. 3. in catalogo Xerxiani exercitus.*

Chŏrdŭs, da, dum, Quod serotina fœtura natum est. {עשור *hatúph.* ὀψίγονος.} vt Chordi agni, qui post tempus debitum nascuntur: quos vulgus vocabulo inde deducto, Chordiscos vocat. *Var. l. secundo de Re rustic. ca. 1.* Dicuntur agni chordi, qui post tempus nascuntur & remanserunt in voluis intimis: vocant χορίον: inde Chordi dicti. *Plin. lib. 8. c. 47. de ouibus loquens*, Gerunt partum diebus CL. postea concepti inualidi: Chordos vocabant antiqui post id tempus natos. ¶ Dicitur & de hominibus: vnde plerique seriùs nati Chordorum cognomen traxerunt. ¶ Vnde Chordi cuiusdam Cremerij *meminit Suetonius*: item alterius *Iulius Capitolinus in vita Gordianorum. Quintil. quoque lib. 1.* à diligenti præceptore exigit, vt nominum origines curiosè sc rutetur: cuiusmodi sunt Agrippa, Opiter, Chordus & Posthumus. ¶ Transfertur & ad inanimata: vnde Chordum fœnum dicitur: quod autumno secatur. *Columel. l. lib. 7. ca. 3.* Aluntur autumnali fœno, quod Chordum vocatur. ¶ Sic & Chorda frumenta dicuntur, quæ serò matureſcunt. ¶ Apud plerosque animaduertimus, Cordum scribi sine aspiratione: quæ tamen scriptura repugnat etymo, quod paulò antè è Varrone adduximus.

Chŏrdă, dæ, Funiculus in instrumento musico, fides. {יתר *jéther.* χορδή. GAL.} Corde à instrument de musique. IT. *Corda de gli instrumenti musicali.* GERM. Ein seiten. HISPANI. *Cuerda.* ANGLI. *A chorde in a musical instrumentor a string.*} *Cic. 3. de Ora.* Nam voces, vt chordæ, sunt intentæ, quæ ad quemque tactum respondeant, acuta, grauis, cita, tarda, magna, parua. *Ouid. 5. Met.* Calliope querulas prætentat pollice chordas, Atque hæc percussis subiungit carmina neruis. ¶ Eadem oberrare chorda prouerbialiter dicuntur, qui vel in simili re crebriùs peccant, vel culpam eandem iterum atque iterum committunt. *Hora. in Arte poet.* & citharœdus Ridetur, chorda qui semper oberrat eadem.

Chŏrdăpsŭs. {χορδαψός. GAL.} Iliaque passion. IT. *Dolor di viscere di fianco.* GE. Die krancheit des krimmens in dem därmen. HIS. *La colica dolëcia.* ANG. *Torment or gripping of the entrailles.*} Morbus est intestinorum, quem Latini ab ilibus Iliacum vocant. Eadem etiam ratione à Græcis χορδαψὸς vocatur, παρὰ τὰ χορδὰ: ita enim intestinum vocant, quod peculiariter hoc morbo infestatur.

Chŏrĕă, reæ, Choraules, Choreuma. *Vide* CHORVS.

Chŏrĭāmbŭs, χοριάμβος, Pes ex prima & vltima productis, duabus mediis breuibus: vt filiolis. Dictus Choriambus, quod ex choreo, hoc est, trochæo, constet, & iambo.

CHORĪNAĒVS, Rutuli cuiusdam nomen, ab Asila Troiano interempti apud *Vir. li. 9.* Emarhiona Liger, Chorinæum sternit Asilas.

Chŏrĭŭs, siue Choreus, χόρειος, Pes, qui alio nomine dicitur Trocheus, constans ex duabus syllabis, prima longa, & secunda breui: vt Musa.

Chŏrōbātēs, χοροβάτης, pen. cor. Est regula longa circiter pedes xx. quæ habet transuersaria aquarum librationibus dicata, *vt est videre apud Vitru. l 8. c. 6.*

Chorocitharista, Chorodidascalus, Chorostates. *Vide* CHORVS.

Chorodanon, Spondylon *apud Dioſc. l 3. c. 88.*

CHORŒBVS, Athenienſis quidam, qui primus figlinam inuenit, *vt testatur Plin. libr. 7. c. 56.* [*Germ.* Einer von Athen burtig/ſo die häfnerkunſt erfunden hatt.] ¶ Est item Chorœbus adolescentis nomen *apud Virg. l. 2. Æneid.* cui Priamus Cassandram filiam suam despondet: qui etiam suprema illa nocte, qua Ilium cecidit, à Græcis fuit interfectus. Hunc Euphorion stultum inducit: quem etiam sequutus *Virgilius*, sententiam ei tribuit, sanæ mentis homine indignam, Dolus, an virtus quis in hoste requirat? Turpissima enim victoria censeri debet, quæ dolo quæritur.

Chŏrŏgrăphĭă, χορογραφία, Regionis alicuis partieularis descriptio, Geographia verò, est totius terrarum orbis descriptio. ¶ Hinc fit Chorographus, regionis alicuius descriptor.

Chŏrŭs, ri, {מחול *machól.* χορός. L'assemblee des danses. IT. *Core, multitudine di qualli che cantano ouero saltano.* GERM. Ein viele deren die singen oder tantzen. HI. *Corro, compana de personas que dançan ò bailan.* AN. *A compante of dauncers.*} Propriè multitudo est canentium, aut saltantium. Nam multorum vocibus, & concentu constat, vt *Seneca epist. 85. & Macrobius* tradunt. Et apud priscos ex seruis symphoniacis comparabatur. Vnde apud Iureconsultos *lib. 3. de Legatis*, Si chorus legatur, perinde est ac quasi singuli homines legati sint. [Egi mollem in studiis viram, Pieridúmque choro. *Ouid. Eleg. 4. l. 5. Trist.* Vult sua plebeio sacra patere choro. (suprà turbæ meretriciæ) *Ouid. 5. Fast.* Ducit supremo Nænia nulla choros (de funere) *Ouid. 6. Fast.* Connexa hæc quoque choro. *Quintil.*] ¶ Et à χαρὰ (*secundum Platonem libro 2. de Legib.*) quæ est lætitia, deducitur. Festus à corona deriuat, habétque primam correptam. *Virgil. 6. Æneid.* Illa chorum simulans, euantes orgia circum Ducebat Phrygias. *Vbi Seruius*, Chorum hoc est, multitudinem in sacra collectam. *Idem 1. Georg.* Omnis quam chorus, & socij comitantur euantes. *Vbi rursus Seruius*, Chorus proprié est coætuorum cantus atque saltatio. ¶ Transmittitur & ad res incorporeas, sumitúrque pro consentienti rerum aliquarum multitudine. *Cic. 3. Offic.* Potest igitur quicquam vtile esse, quod sit huic talium virtutum choro contrarium? *Hieronymus ad Dardanum scribit*, Chorum esse musicum instrumentum ex simplici pellè, cum duabus cicutis æreis, quod per primam inspiratur, & per secundam sonus emittitur. ¶ Inertium chorus, ἀθρύπτων χορός. De cœtu lasciuientium dicebatur. ¶ In alieno choro pedem ponere, ἐν ἀλλοτρίῳ χορῷ πόδα τιθέναι: est sese miscere negotiis alienis, & aliorum sibi vindicare partes. Extra chorum saltare, ἐκτὸς χοροῦ ὀρχεῖσθαι, dicitur qui dicit aut facit à re quam proposuit alienum aliquid. Etenim qui choros agunt, certis limitibus, certísque numeris adstricti mouentur, vt liberum non sit quò libet euagari. *Chori pro aciebus. Vir. 5. Æn.* Olli discurrere pares: atque agmina terni Diductis soluere choris. *Seruius.*

[*Plaut. Capt. prolog.* Planè iniquum est Comico choragio & fieri in scena prælium, Thymelicum choragium. *Apu. Apol. 1.*]

Chŏrāgĭum, gij, {χορήγιον. GAL. Le lieu où est l'equipage des ioueurs de farces, comedies ou tragedies, leur ornement ou appareil. ITAL. *Ornamento, apparecchio da representare comedie ò tragedie.* GERM. Das ort/der platz/oder die rustung zu einem tanz oder schawspyl. HISPA. *Cierto instrumento para la dança.* ANGL. *Stuff where with the places of enterludes ar ardoned.*} Propriè ædificium amplum post scenam, vnde promebantur omnia ad ludos necessaria. *Vitruuius libro quinto*, Post scenam porticus sunt constituendæ, vt quum imbres repentini ludos interpellauerint, habeat populus quò se recipiat ex theatro: chorագia que laxamentum habeant ad chorum parandum, vti sunt Porticus Pompeianæ. ¶ Festus Choragium interpretatur: ipsum scenicum instrumentum, quo scena instruitur & apparatur: cuius præfectus dicitur Choragus, χορηγός. *Plaut. in Trinummo*, Ipsa ornamenta à Chorago hęc sumpsit suo periculo. ¶ Transfertur item Choragium ad quemlibet alterius rei apparatum. *Autor ad Heren. libro quarto*, Aut aliquod fragile falsæ chorագium gloriæ comparetur. *Apul. lib. 5. de Asin.* Iam feralium nuptiarum miserrimæ virgini chorագium struitur.

¶ Dictum Choragium à verbo Græco χορηγῶ, quod est suppedito, submínistro.

Chŏrāgŭs, gi, {χορηγός. GAL. L'entrepreneur de ieux publiques, celuy qui fournit tout, & meine la danse. IT. *Chi a cura di giuochi publici, chi menala danza.* GE. Der ein offen spyl oder danz füret/vnd regiert. HIS. *El guiador de corro ò dança* AN. *A feizer forth of playes, a leader of the dauncee.*} Dux chori & suppeditator instrumenti ludicri, & expensarum, *in quit Budæus. Plaut. in Perſ.* sed πόθεν ornamenta? T. abs chorago sumito. [*Idem in Cure. sc. 1. a. 4.* Ornamenta quæ locaui, metuo vti possim recipere. (sunt verba Chorագi.)] *Suet. in August.*

Quum primum istorum conduxit mensa choragum,
Sexque deos vidit, Mallia séxque deas.

Chŏrāŭlēs, vel etiam Choraula. {חלל *chalél.* χοραύλης. GALL. Celuy qui sonne de la fleute aux ieux, menestrier, qui fait dancer au son de flęute. IT. *Suonatore de instrumenti come piffari.* GE. Ein spielman/der zu dem tanz pfeiffet. HI. *El que tañe enel corro ò en la dança.* AN. *A minstrell piper, or fluter.*} A choro & tibiis dicti sunt, qui modulantur ad choros, vel qui in choro fistulas inflant, χορὸς nanque chorum & tripudium significat, αὐλὸς verò fistulam, seu tibiam, vnde Choraulæ dicti, quòd tibiis ad choreas canunt. *Martilib. 11.* Non sit quum citharœdus aut choraules. *Pli li. 37. ca. 1.* Præterquam Ismeniam choraulem, multísque, fui gentibúsque vti solitum, *Apuleius*, Erat quidem iuuenis satis corpulentus, choraula doctissimus. *Iuue. Satyr. 6.* Accipis vxorem de qua citharœdus Echion, Aut Claphyrus fiat pater, Ambrosiúsque choraules. [*Vi de Suet in Nero. c. 54 & c. 12. In Galba.*]

¶ Choraules monumentarij, ἐπιτάφιοι αὐλῆται, sunt tibicines qui ad sepulchra defunctorum canebant, quales prisci Siticinas vocant, qui apud suos, id est, defunctos canunt.

Chŏraŭlă, χοραύλη, appellatur ars tibicinum. Vnde *Strabo* culpat Ptolem. Ægypti regem, quòd præter alia flagitia etiam choraulam exercuerit.

Chŏrĕă, reę. {מחלה *mecholáh.* χορεία. GA. Dance. IT. *Ballo.* GER. Ein tanz. HIS. *Dança ò baile.* AN. *A daunce where many dance together.*} penultima indifferente, à χορεύω, salto, pro ipsa saltatione vsurpatur. *Virg. 6. Ænei.* Pars pedibus plaudunt choreas & carmina dicunt. *Idem*, Inmemores nostri festas duxere choreas.

Chŏrēutēs, χορευτής, Quilibet ex choro vocatur.

Chŏrēumă, {χόρευμα. AN. *Dauncing and singing togeither.*} à Platone vocatur canticum, quod à choro canitur & saltatur.

Chŏrŏcithărĭstæ, {חלל *chalél.* χορῳδοκιθαρισταί. GA. Chantres ou menetriers qui chantent, ou sonnent aux danses. IT. *Quelli che cantano, & suonano in coro.* GE. Die auff den tänzen die harpfen schlagen. H. *Los tañedores de corre ò dança.* AN. *Ministrelles or singers to dauncers.*} Qui in choro citharizant: sicut psallocithariste qui psallunt id est canunt ad citharam. *Sue. in Domit.* Certabatur etiam prosa oratione, Græcè, Latinéque ac præter citharœdos chorocitaristæ quoque & psallocithariste.

Chŏrodĭdăscălŭs, li, {χορῳδιδάσκαλος. GA Maistre de chœur ou de la chappelle. IT. *Maestro di coro.* GE. Ein spilmeister/der die personen der spyls an fürei/vnderweyset. HI. *Maestro de dança* AN. *Maister of the company of dauncers.*} Magister est chori Aristoteli & Platoni. *Bud.*

Chŏrōdĭdăscălēs, χορῳδιδάσκαλος. Chori præceptor est, quem vulgus Intonatorem vocat, qui scilicet chorum symphoniacum moderatur.

CHORSIA, χορσία, Oppidum Bœotorum. *Pausan. lib. 9.* Post Gyrtones superato monte, oppidum est Chorsia: gentile Chorsicus. *Steph.*

CHORTASO, χορτασώ, Vrbs Ægypti, sic dicta, quòd Cleopatræ exercitus annona destitutus illic satiatus sit: χορτάζειν enim est satiare. *Steph.*

CHŌSRŌĒS, χοσρόης, Persarum rex fuit, Græcæ philosophiæ peritissimus, qui sibi Aristotelem non minùs familiarem reddidit, quàm Demosthenes Thucydidem. Huius vitam & studia latissimè exequitur *Suidas.*

CHRANNEN, Insula adiacens Sunio Atticæ promontorio. *Calep.*

¶ Fortè melius absque aspiratione, κρανάη.

CHREMSA, Vrbs Austriæ Ripensis.

Chrēstŏn, χρηστόν, quod circum agat se cum sole, vt orrum eius manè spectet, & eius iter ad occasum vsque etiam nubilo die sequatur. Intubi erratici species, quę Ægyptio nomine Cichoriũ, Romano Ambubeia appellatur. Creston appellatur ab insigni vtilitate, *testo Pli li. 20. c. 8.*

CHRESTVS, χρήστος, Nomen Byzantij sophistę fuit, qui Adriani temporibus Romæ Herodis Attici auditor fuit. Hic vino quanquam deditus, cæteris in rebus continenter vixit, ac in primis vigilanter. Nam quum ad galli cantum sæpe bibere solitus esset, non priùs tamen somno se, quàm studio dabat. *Autor est Philostratus.*

CHRESTVS, χρήστος, Nomen Athenienſis autoris probatissimi, *cuius meminit Columella.*

Chrĭă, χρεία, Est commemoratio alicuius dicti vel facti, vel vtriusque simul, celebrem habens demonstrationem: vt Isocrates dicebat, Virtutum radices amaras, fructus verò dulces. Est autem vna ex quatuor exercitationibus, quas Fabius Grammatico tractandas præcipit. *Aphthonius in Progym. definit* χρείαν *hoc modo*, χρεία ἐστὶ λόγου μνημόνευμα σύντομον ἢ τινὸς ἢ τῶν πρὸς τινα ἀναφερόντων, hoc est, Chria

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

breuis est commemoratio, commodè ad personā aliquā relata ¶ Chrię vsum & genera latiùs exequitur *Caius Rhodig. lib. 26. capite* 27. Dicta Chria, quòd maximè sit vtilis & necessaria: χρεία enim & vsum & necessitatem significat.

Chrīsmă, atis, {משׁחה *schémen mischchâh* χρῖσμα. ANG. *Oyntment or anoynting.*} Vnguentum siue vnctio: à verbo χρίω, vnde & CHRISTVS, χριστός, vnctus.

CHRISTODORVS, χριστόδωρος, Poëta Ægyptius fuit ex Copta Ægypti vrbe, temporum Anastasij Imperatoris qui Isaurica conscripsit, hoc est, Isauricę vrbis expugnationem. ¶ Fuit & alter hoc nomine Thebanus, qui aucupij rationem, item vitam Diuorum Cosmæ, & Damiani carmine complexus est. *Vtriusque autor Suidas.*

Chrŏmătă, χρώματα. Præter vulgatam illam apud Græcos significationem, qua colores denotantur, quæ propriè visus sunt obiecta, etiam accipiuntur pro ornamentis & luminibus artium, qui & colores à Latinis appellantur. ¶ Vnde Chromaticum melos ab antiquis dicebatur vna ex tribus Musicæ partibus, quæ ob nimiam mollitiem infamię nota non caruit: quam tamen Agathon tibicen in primis amplexus fuisse traditur.

¶ Chromotiarij, *inquit Cornutus in Satyr. 4. Persij*, dicuntur colorarij, vel qui toto die in arena sunt vel sole. Antiqui enim vngebāt se, & in sole erant, vt oleum corpus inhiberet. *Vnde Iuue. li. 4. Satyr. 2.* Nostra bibit vernum contracta cuticula solem, Effigiátque togam.

Chrŏmbŭs, Genus piscis est, cuius tres enumerātur species, Cyprinus, Chalcis, & Cobio. *Plin. lib. 32. c. 11.*

Chrŏmĭŏs, χρόμιος, Filius Nelei & Chloridos, qui in ea pugna quam Pylij & Messeni adue sus Herculem gesserunt, cum decem fratribus occisus est. Alius fuit Priami filius, in bello Troiano à Diomede interfectus. ¶ Fuit & Chromius quidam Argiuus, qui in ea pugna quæ ob Thyreorum agrum inter trecentos Lacedæmonios, totidemque Argiuos commissa est, solus ex suis cum Alcenore incolumis euasit. *Autor Herod. lib 1.*

CHROMIS, Herculis filius, *vt Lactantius testatur, dicens*: Constat Chromin Herculis fuisse filium, & equos habuisse Thraces, quos Hercules occiso Diomede abduxerat, humanis carnibus vesci consuetos. *Huius meminit & Statius dum ait,*

It Chromis, Hippodamúsque alter fatus Hercule magno.

Et paulò infrà.

Mox Chromis Hippodamum metæ interioris ad orbem
Viribus Herculeis, & toto roborę patris, &c.

Chrŏmis, *apud Plin. lib. 32. c. 11.* Piscis est in aqua nidificans.

Chrŏnă, orum, χρόνια, Saturni festa.

Chronĭcă, orum, neut. gen. {דברי הימים *dibre hajjamim.* τὰ χρονικά. GA. Chroniques, annales. ITAL. *Cronica, annali.* GERM. Geschichtbücher. cronicken. HIS. *Cronica ò historia de tiempos.* ANG. *Chronicles, histories of things done from yeare to yeare.*} Non Chronica, cæ, (vt indocti vsurpant) Annales, siue historiæ, temporum memoriam conseruantes, quibus scilicet res gestæ, seruato temporum ordine digeruntur. ¶ Inuenitur & Chronicus, ca, cum. *Gell. lib. 17. c. 21.* Excerpebamus ex libris, qui Chronici appellantur, quibus temporibus floruerunt Græci, simul atque Romani viri. ¶ Chronici, qui de temporibus scribunt. *Plin. lib. 35.* Quod & ipsi is Timagoræ carmine vetusto apparet, Chronicorum errore non dubio.

Chrŏnĭssŏ, as, {חתמהמה *hathmahmáh* אחר *echár.* χρονίζω.} Græcum verbum, idem significans quod moror, subsisto, & extimere identidé quiesco. Quo verbo vsus est *Lucret. lib. 2.* Et satiati agni ludunt, blandéque chronissant.

Chrŏnŏs, {עת *eth* זמן *zemán.* χρόνος. GAL. Temps. ITAL. *Tempo.* GER. Der zeyt. HISPAN. *Tiempo.* ANG. *Tyme.*} Latinè tempus dicitur. *Cic. 2. de Nat. Deor.* Saturnum autem eum esse voluerunt, qui cursum & conuersionem spatiorum, ac temporum contineret: qui Deus Græcè idipsum nomen habet: χρόνος enim dicitur, qui est idem χρόνος, id est, téporis spatium. Hinc factus est locus fabulæ, Cronon, hoc est, Saturnū, filios suos deuorare, & eosdem rursus euomere, qua nihil aliud significatur, quam temporis successu omnia gigni & rursus consumi.

CHRŸSA, æ, siue Chryse es, χρύση, Oppidum fuit Troadis, Apollinis Smin thij delubro insigne: cuius meminerunt *Plin. libr. 5. cap. 30. Strabo libr. 13. & Homer. Iliad. 1. Ouid. 13. Metam.* Chrysénque & Cillan Apollinis vrbes. ¶ *Stephanus* item Chrysen quandam collocat circa Lemnum & ipsam Apollini sacram. ¶ Est item Chryse insula Indiæ adiacens, *de qua paulò post.*

Chrўsălis, dis, χρυσαλίς, Eruca genus est ex rore nascens, quæ rupto cortice, cui includitur, fit papilio. *Vide Plin lib. 11. c. 23.*

Chrўsănthemŏn, χρυσάνθεμον, Genus est anthemidis siue chamæmeli, luteis per ambitum foliis à leucāthemo distinctum, de quo separatim agit *Dioscor. li. 4.* meminit Chrysanthemi & *Plin. li. 26. c. 8.*

CHRYSANTVS, Alexandrinus, Romæ, quò inuenis venerat, factus Christianus; sub Numeriano Imperatore in fossam demissus, ac terra, saxisque obrutus fuit. *Volaterranus.*

CHRYSAOR, χρυσάωρ, Neptuni filius, quem ex capite Medusæ, vt & Pegasum, natum scribit *Hesiodus in Theogonia.*

CHRYSAS, {χρύσας. GE. ein fluß in Sicilien/heißt jetz Dittano.} Fluuius est Siciliæ, *teste Cicerone*, qui de eo sic scribit 6. *Ver.* Chrysas est amnis, qui per Assorinorum agros fluit. Is apud illos habetur Deus, & religione maxima colitur. Fanū eius est in agro propter ipsam vitam, qua Assoro itur Ennam. In eo Chrysæ est simulachrum præclarè factum è marmore.

CHRYSAORAS, χρυσάορας, Fluit per medium Messauræ vrbis Lybiæ. *Steph.*

CHRYSAORIS, idis, χρυσαορίς, Caricę ciuitas, à Lycijs condita, quæ postea Adrias nominata est: *vt ex Apollonij sententia refert Steph.*

Chrўsaspĭdes, χρυσάσπιδες. Appellati sunt milites armati clypeis auro cælatis.

CHRYSE, χρυσή *Steph.* Insula est ante ostium Indi fluuij, tam ferax auri, argentique metallis, vt nonnulli prodiderint, solum eius aureum esse atque argentum. Huius insulæ meminit *Plin. li. 6. c. 21.*

Chrўselectrum, χρυσήλεκτρον, Electri species in colorem luteum declinans: *de quo Plin. lib. 37. c. 4.*

Chrўsendĕtŏn, penult. corre. χρυσένδετον, Vasis genus aureis crustis illigatum. *Martial. lib. 5.* Si videre potes miseri chrysendeta Cinnæ. [*Vide Epigr. 97. lib. 14. de Chrysendetis lanicibus.*]

CHRYSES, æ, χρύσης, Apollinis sacerdos fuit, pater Astynomes, quæ à nomine eius Chryseis cognominata fuit: quam quum Græci expugnatis Thebis Ciliciis, vbe Eetionis abduxissent, & Agamemnoni in prędæ diuisione tradidissent, Chryses Apollinis insignibus exornatus ad Græcorum castra accessit, filiámque sibi petit restitui. Quòd cùm impetrare non potuisset, Apollinis auxilium imploravit, qui tam grauem Græcis pestilentiam immisit, vt Agamemnon patri puellam restituere fuerit coactus. Cuius loco quum Achilli Brysęidem eripuisset, indignè id ferens Achilles, in posterum à prælio omni abstinuit, donec morte Patrocli nūciata, intermissa arma recepit. *Autor Hom. l. 1 Iliad.*

CHRYSEIS, pen. prod. χρυσηίς, Chrysæ Apollinis sacerdotis filia fuit, quæ vero nomine Astynome dicta fuit. Chryseis à nomine patris cognominata. *Vide in dictione* CHRYSES.

CHRYSIPPA, χρύσιππα Vrbs Ciliciæ à Chrysippo conditore. Gentile Chrysippanus, vel Chrysippeus. *Steph.*

CHRYSIPPE, χρυσίππη, Iri filia, quæ ex Phthio Hellenem peperit, *vt autor est Steph.*

Chrўsippea, æ, Herba à Chrysippo inuentore dicta: *cuius meminit Plin. lib. 26. c. 9.*

CHRYSIPPVS, χρύσιππος, Apollonij filius, patria Solensis, siue (vt alii malunt) Tarsensis, Stoicæ sectæ Philosophus fuit, auditor Zenonis & Cleanthis: post quem etiam scholæ præfuit. Ingenij acumine plurimum valuit, vt qui in multis etiam à præceptoribus dissenserit. Vnde per Ironiam Chrysippeum acumen vsurpatur in stupidum. In Dialectica clarissimus fuit: ita vt non illepidè dicerēt quidam, Si apud deos Dialectica haberetur, non temerè alia esset quàm quæ à Chrysippo inuenta fuit. Scripsit librorum volumina supra quinque & septuaginta. Ferunt Carneadem Philosophum Cyrenæum, perlectis Chrysippi libris, ita dixisse, Nisi Chrysippus esset, ego non essem. De exitu eius varia traduntur. Quidam volunt à discipulis ad sacrificium vocatum, quum vinum dulce affatim hausisset, anhelitus difficultate laborare cœpisse, atque ita quinto demum die fato concessisse, annos iam natum circiter tres & septuaginta. Alij ferunt nimio risu expirasse. Nam quum ficus rute allatos asinum comedentem videret, ancillæ iussisse aiunt, vt & vinum asino bibendum daret, eiúsque dicti vrbanitate tantopere sibi placuisse, vt nimio risu fuerit suffocatus. Mortuo Athenienses statuam posuerunt in Ceramico. ¶ Fuit præterea Chrysippus filius Pelopis, quem quum pater valde amaret, Nouerca eius Hippodamia indignè ferens, liberos suos Atreum & Thyestem impulit, qui illum interfecerunt: ob quam rem à Pelope pulsi, in exilio vitam degerunt, donec pater è viuis excederet.

Chrўsītes, χρυσίτης, Gemma est in Ægypto nascens, quæ alio nomine Philogynus dicitur, ostręę similis Atticę. *Plinius li. 37. c. 10.* Numeratur etiam Chrysites inter genera lapidis mortariorum *à Plin. l. 36 c. 22.*

Chrўsītis, χρυσῖτις, quæ dicatur docet *Plin. lib. 33. c. 6. his verbis*, Fit (*inquit*) in iisdem metallis & quæ vocatur spuma argenti: genera eius tria, optima, quam Chrysitin vocant: secunda, quam Argyritin: tertia, quam Molybditin. Et plerunque omnes hi colores in iisdem tubulis inueniuntur. Probatissima est Attica, secunda Hispaniensis, Chrysitis ex ipsa vena fit: Argyritis ex argento: Molybditis plumbi ipsius fusura, quæ Puteolis fit: vnde & nomen habet. ¶ Est item Chrysitis herbæ genus, quę alio nomine Chrysocome appellatur: *de qua vide paulò post in dictione* CHRYSOCOME.

Chrўsŏbēryllī, χρυσοβήρυλλοι, Beryllī quidam pallidiores, sed colorem aureum fulgore præ se ferentes. Est autem Beryllus gemma proxima smaragdis. *Plin. lib. 37. c. 5.*

Chrysocolis, χρυσοκολίς. A quibusdam vocatur herba, quæ notiore nomine Parthenium appellatur. Est autem ex iis nomenclaturis quæ inter notha Dioscoridis à doctioribus reiiciuntur.

Chrysocarpum, χρυσόκαρπον, Hederæ species est, ab aureo acinorum colore ita appellata *Autor Plin. lib. 16. ca. 34.*

CHRYSOCERAS, χρυσόκερως, vulgo *Pera*, Promontorium Thraciæ ad Bosphorum situm, in quo situm est oppidum Byzantium liberæ conditionis, antea Lygos dictum. *Autor Pli. li. 4. c. 11.* Ratio nominis ducta est partim à figura, quæ ceruino cornu simillima est, partim à prouentu, quòd max ma ibi pelamidum copia accipiatur.

Chrўsŏcŏllă, χρυσοκόλλα, Humor qui in Metallis per venas defluit, crassescente limo, vigor. bus hybernis, vsque in duritiem pumicis: laudatissima est in ærariis metallis: proxima in argentariis: tertia in aurariis: deterrima in plumbariis. In omnibus autem iis metallis fit & cura multùm infra naturalem illam, immissis in venam aquis leuiter hyeme tota, vsque in Iunium mensem, deinde siccatis in Iunio: ita vt planè intelligatur, nihil aliud esse chrysocollam quàm venam putrem. Natiua autem ab hac duritia multum distat, quam luteam vocant. Tingitur tamen & factitia herba quadam, quam luteam appellant, vt natiuam ementiatur. Hæc autem duo genera in vsu sunt pictoribus. Est tertium Chrysocollæ genus, quod aurifices sibi vendicant ad glutinandum aurum: vnde & nomen accepit. Temperatur autem Cypriæ ærugine, & pueri impubis vrina, addito nitro. {GA. Colle à or, soudure d'or, Borax. IT. *Borras.* GER. Burris mit welchem die goldschmid löten. HISP. *Borrax à attincar.* AN. *Gold soulder wherewith gold is soulded.*} *Vide plura de hac re apud Plin. lib. 33. cap. 5.* [Minio & Chrysocolla constratus &c. *Suet. in Calig. c. 18.*]

Chrўsŏcŏmē, χρυσοκόμη. Herba est, quæ alio nomine Chrysitis appellatur, Latinam appellationem non habens, palmi altitudine, comantibus fulgore auri corymbis, radice nigra, ex austero dulci, in petrosis opacisque nascens.

Chrўsŏcŏmus, pe. cor. χρυσοκόμης, Comas aureas habens: quo nomine dictus Apollo, à fulgore radiorum, quæ comæ sunt solis aureæ.

Chrysogonum, χρυσόγονον, Herba est folio querno, flore coronarij verbasci, radice rapi, vehementer intus rubente, foris nigra: quæ trita & imposita cum aceto, muris araneę morsibus auxiliatur. *Autor Dioscor. li. 4. c. 46.* Nomen autem accepit ab aurei seminis colore.

CHRYSOGONVS, χρυσόγονος, Nomē viri proprium, compositum ex χρυσός aurum, & γένη fœtum, quòd aurum vndecunque pariat. *Iuuenalis:*

Sunt quæ Chrysogonum cantare vetant.

CHRYSOGONVS, χρυσόγονος, Syllæ libertus potentissimus, *de quo multa in Cicer. in Orat. pro Rosc. Amer.* ¶ Fuit & Chrysogonus martyr, *teste*

Velitur

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Volaterrano, nobili genere ortus Romæ, qui quando nec consulatus, nec vllius honoris pollicitatione per Diocletianum auerti potuit, iugulatus est ad scalas Gemonias. Latinè fœtum aureum sonat: nam χρυσὸς aurum, γννὴ fœtum significat.

Chrysolachanom, {χρυσολάχανον *Dioscoridi*, herba est eadem cum attriplice. GA. Herbe nommee arroche, ou bonnes dames. IT. *Armola, trapese, repese.* GE. Wilde milten/Schyssmilten. HI. *Armuelles.*} *Plin. verò lib. 27. c. 8.* duo facit Chrysolachani genera: vnum in pinetis nascens, lactu cæ simile: alterum flore aureo, & foliis oleris.

Chrysolampis, χρυσολάμπις, Lapillus in Æthiopia nascens, noctu ignei coloris, licet die pallescat. *Plin. l. 37. c. 10.*

Chrysolectrum. *Vide* CHRYSELECTRVM.

Chrysolithus, {פרקת *bareketh.* χρυσόλιθος.} pe. cor. Lapis preciosus, aureo nitore translucens: χρυσὸς aurum, λίθος lapis, quasi aureus lapis. oreo uitore tranſlucens: χρυσὸς aurum, λίθος lapis, quaſi aureus lapis. o-

Chrysomallos, χρυσόμαλλος, Epitheton est arietis illius, quo Phryxus trãs Hellespontũ vectus est: ab aureo nimirum vellere, quod illi Poetarum fabulæ tribuerunt. Nam μαλλος vellus significat, siue lanam.

Chrysomelæ, χρυσόμηλα, Mala sunt ex genere cydoniorũ, ad auri colorem inclinata, & incisuris quibusdam crispata: eadem, vt opinor, cum iis quæ Virg. Aurea mala appellat. *Vide Plin. l. 15. c. 11.*

Chrysos, Piscis aurei coloris, cuius Ouidium in Halieuticis meminisse autor est *Plin. l. 32. c. 11.* Sunt qui suspicentur eundem esse, quem nunc Auratam dicimus.

CHRYSOPOLIS, {χρυσόπολις. GER. Ein statt in Bithynia/nahe bey Chalcedon/ ein goldgrub der Perser.} *teste Plin. l. 5. c. vlt.* oppidum est Bythyniæ, prope Chalcedonem, ita dictum, quòd Persæ ibi tributum colligerent ex cæteris Asiæ ciuitatibus. ¶ Est præterea altera Chrysopolis in Cilicia, *teste Steph.*

Chrysopastus, χρυσόπαστος, Auro aspersus. πάσσω enim spargo significat.

Chrysoplycium, est auri lauandi officina. Huius est id artificium, vt vi aquæ medicatæ quam chrysulcam appellant, quantulancunque auri partem argento aut cuiuis metallo illitam aut confusam, nullo dispẽdio abstrahat, ita vt inauraturis nihiliam deperẽat, nisi quod vsu interiteritur. Chrysoplytes autem est qui huiusmodi artificium exercet. *Budæus in libro de Asse.*

Chrysoprasus, pen. cor. χρυσοπρᾶσος, Gemma est ex genere topaziorum, à porracea viriditate nonnihil in aurum declinans. πράσον enim Græci Porrum vocant. Inde Prasinus color, i. porraceus. *Vide de hac gemma Plin. l. 37. cap. 8.*

CHRYSORRHOAS, χρυσορρόας, Fluuius est Syriæ circa Damascum incipiens, qui penè totus deriuationibus exhauritur. *Autor Str. l. 16. & Pl. l. 5. c. 18.* ¶ Chrysorrhoas etiam dictus est Pactolus, propter arenas: *vt autor est idem Plin. l. 5. c. 29.*

CHRYSORRHOAE, χρυσορρόαι, Populi dicti ad Phasim fluuiũ, quòd in his locis (*vt inquit Strabo.*) auriferi torrentes sint. Vnde fabulis occasio de vellere apud Colchos aureo.

Chrysospermon, χρυσόσπερμον, A quibusdam appellatur herba quæ notiore nomine Semperuiuum maius appellatur.

CHRYSOSTOMVS, χρυσόστομος, Nobilissimi scriptoris Ecclesiastici cognomen, patria Antiocheni, Episcopi autem Constantinopolitani, ab eloquentiæ suauitate impositum. Latinè sonat Os aureum.

CHRYSOTHEMIS, χρυσόθεμις, Filia Agamemnonis & Clytemnestræ, soror Orestis, Electræ & Iphigeniæ, *vt scribit Hom. l. 9. Iliad.*

CHRYSOTHOAS, *Vide* CHRYSORRHOAS.

Chrystulion. Psylleum. *Dioscor. l. 4. c. 73.*

Chrysulca, Aqua illa est, qua metalla dicuntur. *Vulgo Aquafort.* cuius vim ignorasse veteres colligit *Alc. ex Vlpiani verbis in l. Idem Pomponius scribit. versic. sed si deduci. de rer. vend.*

CHRYXVS, Ducis Boiorum nomen est *apud Silium Italicum libr. 4.* qui ad Brennum Senonum Gallorum ducem eius originem refert.

CHTHONIA χθονία Vnum ex vetustis Cretæ insulæ nominibus, *teste Stephano in dictione κρήτη.*

CHTHONOPHYLE, χθονοφύλη, quæ Baccho Phliuntem peperit. *Steph.*

Chus, χοῦς, siue Choa, Genus mensuræ humidorum apud Atticos, Romanum congium capiens, nempe sex sextarios, siue cotylas Atticas duodecim. *Bud.*

Chymus, χυμὸς, quamuis apud Græcos quemuis succum significet, à me dicis tamen peculiariter accipitur pro massa sanguinea, quæ fit in hepate ex chylo è ventriculo per mesenterium attracto, quæ deinde exactiùs in venis excocta, & per earum orificia ad vniuersas corporis partes delapsa vertitur in illarum alimentum, instaurátque quod à calore naturali fuerat dissipatum.

CHYTON, χιτὼν Regiuncula Epiri, in qua habitauere quidam ex Clazomenis profecti. Gentile Chytites.

Chytra, {סיר דוד *dudh sir parúr.* χύτρα. GA. Vn pot. IT. *Pentole.* GE. Ein haf. HIS. *La olla.* AN. *A posnet or skillet.*} & Chytron, vel etiam Chutron, Latinè olla. Inde Chytropos, odis, Olla quæ habet pedes, vel instrumentum ferreum, super quod olla apud ignem collocatur. {χυτρόπους. GAL. Pot à trois pieds. IT. *Pentaloconi piedi.* GE. Ein dreifuß. HIS. *Olla consus pies para cozer.*} *Cato*, Vbi in Chutra feruefeceris id lotium, sub sellam supponito pertusam.

CHYTRI, χυτροὶ, Ciuitas Cypri, sic dicta à Chytro filio Aledri filij Acamantis. χυτρόπολις, regiuncula Thraciæ: ciues Chytropolites.

CHYTVS, Cyzici portus.

CHYTRIVM, χύτριον, Locus Ioniæ, in quo postea Clazomenæ conditæ fuerunt.

C ante I

CM. In notis antiquorum, centum millia. CIC. Ciceto. C. I. C. Caius Iulius Cæsar. C. III. In. Cubitus tres inueniens. CS. CIPP. Cippus, i. terminus, vt ad tertium cippum, seu lapidem CIV. Ciuis vel ciuitas. C. IV. Causa iusti. C. II. IV. P. cubitos duos inueniens plumbum.

CTA, κῖα, *Ptolemæo*, Vulgò *Zea*, Insula est sub Eubœa, non procul ab Attica, quæ *à Plinio & Strabone* Ceos, & Cea appellatur. Tres habet præcipuas ciuitates, Iuliden, Cartheam, & Charessum. Hinc deducitur adiectiuum Cius κῖος & κεὸς, per Crasin.

Cibãl, Cibarium, Cibo. *Vide* CIBVS.

CIBARCI, Hispaniæ populi, *quorum meminit Plin. lib. 4. in descriptione Hispaniæ.*

Ciborium, κιβώριον, *Dioscorides* interpretatur vtriculos quosdam in faba Ægyptia (quam & Colocasiam vocat Plinius) vesparum fauis similes, in quibus fabæ sunt bullarum modo emergentes. Idem & Cibotium appellari testatur, quasi scriniolum: propterea quòd feratur faba hæc indito in madẽtem glebam semine, sicque in aquam proiecto. Habet autem faba Ægyptia folia latissima petasi siue galeri similitudine, quibus Alexandrini pro poculis & carinis vtebantur, *testibus Plin. lib. 20. c. 15. & Strab. lib. 17.* ¶ A quorum etiam similitudine Populi quoddam genus Cibotium, siue Ciborium vocari autor est Athenæus. In qua etiam significatione vsus est hac voce *Horat. lib. 2. Carm. Ode 7.* Obliuioso læuia Massico Ciboria exple.

CIBORVS, Asiæ ciuitas est, eadem cum Apamia, *vt autor est Plin. lib. 5. c. 29.*

Cibus, Omne id quo vescimur. {אכל מזון *óchel mazon.* σιτίον, βίος. GA. Viande. IT. *Cibo.* GE. Speyß. HIS. *Ceuo, mantenimiento, manjar.* AN. *Meat, foode, sustenance.*} Donatus cibum distinguit à victu, quòd Cibus etiam delicatis præbeatur: Victus in paruis aridísque alimoniis constitutus sit. *Terent. in Andria*, Lana ac tela victum quæritans. *Idem in Eunucho*, Viden' otium & cibus quid faciat alienus? *Ibid.* Cibum nonnunquam capiet cum ea. [Non hic cibus vtilis ægro, *Ouid. Eleg. 3. lib. 3. Trist.* Mea est, (vita Parasiti sup.) meo cibo & sumptu educatus est. *Pl. Men. sc. 5. a. 5.* Primus is ad cibum vocatur. *Plaut. Mil. sc. 3. a. 2.* Auceps quando concinnauit aream, offundit cibum (i. escam) *Plaut. Asi. sc. 3. a. 1.* Et non æquo reis piscibus esse cibum. *Ouid. El. 2. lib. 1 Trist.* Pro cibo habeas te verberari (in cinædum) *Plaut. Asin. sc. 3. a. 3.* Quasi mures edimus semper alienum cibum. *Pl. Capt. sc. 1. a. 1.* Irascare si quis te edentem à cibo abigat. (vbi etiam cibus amoris intelligitur.) *Plaut. Curc. sc. 3. a. 1.* Væ illi cuius cibo hic factus est impensior. *Pl. Capt. sc. 1. a. 4.* Spero ob hunc nuncium me æternum adepturum cibum. *Plaut. Ibid.* Tantus commeatus cibus ventri. (pro cibi.) *Pl. Capt. sc. 1. a. 4.* frigidi & repositi cibi fastidium mouent. *Quint.* Eundem veluti cibum remandere. *Quint.* Cibi vacuitate &c. *Plaut. Curc. sc. 3. a. 2.*] ¶ Deorum cibus, θεῶν τροφή. De prælautis epulis dicebatur, propterea quòd Homerus fingit deos nectare atque ambrosia victitare, nec ob id vnquam senescere. *Suet. in Nerone.* ¶ Cibum in matellam ne immittas, σιτίον εἰς ἀμίδα μὴ ἐμβάλλειν. Interpretatur *Plutarchus*, Ne sermonem vrbanum immittas in animũ hominis improbi. Nam oratio cibus est animi: is corrumpitur & putrescit si in animum insyncerum inciderit. ¶ E flamma cibum petere. *Terent. in Eunuch.* dixit in parasitum, pro quiduis cibi causa pati ac facere.

Cibo, as, Cibum infero, alo, nutrio, {האכיל *hee-chil.* σιτίζω. GALL. Nourrir, seruir de viande, bailler à manger. IT. *Nodrire, cibare.* GE. Speysen. HI. *Criar y mantener.* AN. *To feede.*} *Col. lib. 6.* Atque ea genera, quæ intra septa villæ cibantur, ferè persequuti sumus.] Cibare serpentem. *Suet. in Tib. c. 72.*]

Cibãrĭa, orum, Alimenta non modò hominum, verùm etiam quorumuis animaliũ. {מאכל *maachál.* ὁ βίος, τὰ ἐδώδιμα, ἡ τροφή. GALL. Nourriture, viande, pension, despense, viures. ITAL. *Nutrimento, cibo.* GERM. Allerley speyß der leuten vnd des viechs. HIS. *Mantenimiento, ceuo.* AN. *Meat, foode, sustenance.*} *Cic. ad Attic. lib. 6.* Respondi me non instituisse iis dare cibaria, quorum opera non essem vsus. *Cic. pro Sext. Ros.* Anseribus cibaria publicè locantur. *Cato de Re rust. c. 60.* Bubus cibaria annua in iuga singula lupini modios cxx. &c. [*Suet. in Tib. c. 46.* Comites nunquam salario, cibariis tantum sustentauit. De cibariis militum detrahere magnum crimen. *Quint.*]

Cibārĭus, Quod ad cibum pertinet. {προσόψιος, σιτικός. GAL. Appartenant à nourriture, bon à manger. ITA. *Cosa che appartien al cibo.* GE. Das der speyß zuge horig ist. HIS. *Cosa de mantenimiento.* AN. *Perteaning to meate.*} *Macrob. lib. 3. Satur.* Sylla mortuo, Lepidus Consul legem tulit & ipse cibariam. Cato enim sumptuarias leges, cibarias appellat.

¶ Cibarius panis, ἰσυπαχὴς ἄρτος Æginetæ dicitur panis secundarius; qui fit ex farina secundaria ex qua flos antè excussus est. *Corn. Cels. libr. 2. cap. 17.* Firmus est triticum quàm milium: idipsum quàm hordeum, & ex tritico firmissima siligo deinde simila: deinde cui nihil ademptum est, quòd ἀπύρηνον Græci vocant. Infirmior est ex polline: infirmissimus cibarius panis. Hæc ille. *Cic. lib. 5. Tusc.* Cui cum peragranti Ægyptum, comitibus non consequutis, cibarius in capsa panis datus esset, nihil visum est illo pane iucundius. { GALL. Gros pain, pain de mesnage, pain bis duquel on n'a rien tiré. IT. *Pane grosso, secundario.* GER. Rauch schwartz brot. HI. *Pan baço.* ANGL. *Gray breade.*} [Re cibaria copiosum oppidum. *Gell. cap. 7. lib. 7.* Mihi rem summam credidit cibariam. *Plaut. Capt. sc. 2. a. 4.*] ¶ Cibarium vinum pro ignobili. *Varro*, Potus meus vinum cibarium. ¶ Sic & cibarius homo, ab eodem dicitur pro sordido & plebeio: ait enim, Tuus frater cibarius fuit Aristoxenus. ¶ Cibarium oleum. *Col. lib. 12. ca. 50.* Cauendum est itaque ne ex ea fiat oleum cibarium.

Cibātĭus, huius cibatus. Idem ferè quod Cibus. [*apud Gell. c. 4. l. 9.* {אכל *óchel.* σιτίον, βίος. GAL. Nourriture, mangeaille. IT. *Cibo refitiamento.* GE. Speysung. HI. *Mantenemiento, ceuo.* AN. *Feeding, nourishing.*} *Plin.* Truncos quidem gratissimo in cibatu habent. *Plin Mil.* [*sc. 2. a. 2.*] Interclude inimicis commeatum: tibi muni viam, Qua cibatus commeatúsque ad te & legiones tuas Turò possit peruenire.

Cibālis, & hoc cibale, Quod ad Cibum pertinet. {ἐδώδιμον. ANG. *Belonging to foode.*} *Varro*, Est enim lac omnium rerum, quas cibali causa fecundimus, liquentium maximè alibile, & id ouillum, inde caprinum. Sic enim hactenus lectum est in omnibus quotquot videre contigit, Dictionarij huiusce editionibus: quum tamen in emendatioribus Varronis exemplaribus, Cibi causa legatur, non cibali. Locus *Varronis est de Re rust. libro 2. capit. 11.* quem ideo indicare visum est, vt & lectori diligentiæ nostræ fidem faceremus & ne quippiam, animi potiùs nostri somnio, quam optimorum exemplarium fide freti, videremur emendasse.

Cibicida, æ, Qui cibum cædit, hoc est comedo, siue luxo. *Luc. l. 27.* {AN. *which carueth meat.*} Viginti domi an triginta vel centum cibicidas alas. *Ex Nonio.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Cibilla,æ,{Gal. Table ronde. It. *Mensa.* Ger. Ein tisch auff dem man isset/Ein scheybtisch. His. *Mesa redonda.* Ang. *A ronde table.*} *teste Varrone l.4. de lingua Lat.* Mensa erat escaria à cibis dicta, quæ primùm quadrata fiebat, & postea rotunda. ¶ *Festus* item Cibillam interpretatur mensæ rotundæ genus apud quem tamen Cillibam corruptè legi putauerim, pro Cibilla.

Cibyra,æ,*Ptolemæo,* Oppidum Asiæ propriè dictæ, non procul à Mæandro fluuio. *Cic. in Verrem,* Hosce opinor Cibyræ, quum in suspicionem venissent suis ciuibus, fanum expilasse Apollinis. *Et paulò post,* Cibyram cum inanibus syngraphis venerat.

Cibyrates, vel Cibyrata, nomen gentile. *Cic. ibidem,* Eò quum venio, Prætor quiescebat: fratres illi Cibyratæ mambulabant.

Cibyraticus, a, um, possessiuum. *Ibidem.* Immittebantur ilico Cibyratici illi canes, qui inuestigabant, & perscrutabantur omnia.

Cicadă. {τέττιξ. Ga. Cigale. It. *Cicala.* Gera. Ein thierlin daß im Sommer auf den beumen singt/Grillen nennen es heuschrecken. His. *Cigarra ò chicharro.* Ang. *A grashoper.*} Insecti genus canorum, aculeatum quiddam habens in pectore, quo rorem lambit, nonnisi æstiuis mensibus apparês: vnde & Cicadam quidam dictam volunt, quasi citò cadentem, hoc est euanescentem. *Virg. 3. Geor.* Et cantu querulæ rumpent arbusta cicadæ. *Idem Eclog. 2.* At mecum raucis (tua dum vestigia lustro) Sole sub ardenti resonant arbusta cicadis. *Plin. l. 11. c. 6.* autor est cicadã ex omnibus quæ viuunt, sine ore esse, pro eo aculeatum quiddam in pectore habere linguæ simile, quo rorem lambit, & pectus ipsum fistulosum, quo vocem emittit. Cicadarum autem duo genera: minores, quæ primæ prouenium, & nouissimæ pereunt: maiores, quæ canunt, vocantur Achetæ. ¶ Cicadæ apem comparas, τέττιγα τῇ μελίττῃ συγκρίνεις. Conuenit in res supra modum impares, propterea quòd cicada cùm maior, tùm canora quum sit, non modò minuto corpusculo, verumetiam penè muta. *Lucianus.* ¶ Cicadis pleni, τέττιγων ἀνάπλεως. In gloriosos ac itultos olim dicebatur, aut obsoletis ac iam desitis vtentes. Antiquis enim Atticis mos erat, capillorum cincinnis aureas cicadas addere. ¶ Cicada vocalior, τέττιγος λαλητικώτερος. Dici solitum in hominem impendio garrulum aut admodum musicum: propterea quòd hoc insectum rore duntaxat viuens, cantu potissimum delectetur.

Cicătrix, cis, Propriè, est signum vulneris obducti, quasi circa cutẽ, vel quasi occæcatrix. {מרוכת *mruchâh.* ז"ה. Gal. Cicatrice, la marque qui demeure apres la playe. It. *Il segno della ferita ò piaga* Ge. Ein wundmal/ein schramm/Ist ein zeichen einer verwachsnen wunden. H. *Sec. al que queda de la herida* Ang. *The scarre of a wunden.*} Est enim callosa cutis pro cute inducta, vbi hiatus vulneris, quod iam coiuit, fuerant. *Ter. in Eunuch.* Neque pugnas narrat, neque cicatrices suas Ostentet. *Cic. 7. Phi.* Luculentã tamen ipse plagam accepit, vt docet cicatrix. ¶ Hinc Cicatricare, *teste Festo,* pro eo quod est cicatricem ducere. ¶ Cicatrix refricari dicitur, quum dolor temporum spatio iam mitior renouatur. *Cic. in Rullũ,* Ne aut refricare obductam iam Reip. cicatricem viderer. [Cicatrices deformes seruitutis Liuius loquens de vrbe, *l. 9. d. 4.* Cicatrix. *Fab. Quint. c. 4. l. 2.* pro vulnere sumitur, quod infligitur, frõdi, amputando. Cicatricem in dextro musculo. Itẽ vt primum coijt cicatrix. *Plau. Amp.* Qui sæpe in scapulas nostras cicatrices indiderunt (i. plagas. *Pla. Asin. Act. 4. a. 3.* Cicatrix vulneris (*Meta.*) *Sen. c. 1. de Con. ad Mart.* Per ipsas Cicatrices percussa es. (*Met.*) *Idem c. 15. de consol. ad Elb. Et Ouid. Ete. 11. l. 3. Trist.* Facta cicatricem ducere nostra sine.]

Cicatricula, Diminut. *Cels. l. 2. c. 50.* Ideóque protinus brachium deligandum, habendúmque ita est, donec valens cicatricula sit, quæ celerrimè in vena confirmatur.

Cicătricōsus, Cicatricibus plenus. {ἐλκώδης. Ga. Plein de cicatrices. Ita. *Pieno di segni de ferite* Ge. Voll wundmäleren. His. *Lleno di señales di heridas.* An. *Full of scarres or gashes.*} *Col. de Arb. c. 11.* Tum etiam vitis minus cicatricosa fit. *Quin. l. 4. c. 1.* Turbari memoria, vel continuandi verba facilitate destitui, nusquam turpiùs: quum vitiosum proœmium possit videri, vt cicatricosa facies. [Tergum cicatricosum, nihil hoc simili similius. *Plau. Amp.* In corpore tam cicatricoso ferre vnum vulnus fortunæ. *Sen. c. 2. de Consol. ad Elber.*

Cĭccum Dicebant antiqui membranam tenuem, quæ est malo punico velut cellularum discrimen. {Angl. *The thinne skinne of a pome garnette.*} *Festus,* Ciccum membrana tenuis malorum Punicorum. *Varr. l. 6. de lin. Lat.*

Cicĕr, ris, Genus leguminis. {ὀρόβιον. Gal Poix ciche. Ita *Cece.* Ger Kicheren Hi. *Garuanço.*} *Plin. l. 18. c. 12.* Ciceris natura est gigni cum sale silagine ideo solum vrit, nec nisi madefactum priùs, seri debet. Vide ibidem plura ciceris genera. *Horat. 1 Serm. Sat. 6.* Inde domum me Adporti, & ciceris refero, laganique catinum. *Idem in Arte poet. dixit.* Ciceris & nucis emptor, pro infimæ sortis homine, déque ima plebe quempiam significans.

Cicer arietinum, aliud à satiuo vulgari. *Vide Dioscor. l. 2. Plin. l. 18. Theop. li. 9. Paul. li. 6.*

Cicer erraticum, serpillum.

Cicĕra, {Gal. Cicerole, vne sorte de poix ciches. It. *Cicercola.* Germa. Schwartzlecht Kicheren/grawe erbs His. *Laga/gana, legumbre.*} Leguminis, genꝰ à *Col.* inter pabula annumeratum, à cicercula solo differens colore. Est enim obsoletior & nigro propior, Græcis μέλανες dicitur, si Theodori versioni credimus: quanquam idem pro ochro nonnunquam & eruliam vertit.

Cicĕrbĭta, Leonicenus dicit illam esse, quam *Dioscorides* Sonchon appellat.

Cicĕrcŭla, æ, Leguminis genus ciceri non dissimile, sed minutiꝰ, inæquales angulos habens, veluti pisum. {λάθυρον. Ga. Cerres, pois cerres. It. *Cicerchia.* Ge. Kleine Kicheren. Hi. *Bicercha.*} *Plin l. 18. c. 12.* Est & Cicercula minuti ciceris, inæquales angulos habens veluti pisum. *Col. l. 2. c. 10.* Cicercula, quæ piso est similis, mense Ianuario, aut Februario seri debet, læto loco, cælo humido.

Cicĕrcŭlum, neut. gener. Genus sinopidis. *Plin. lib. 35. c. 6.* Species sinopidis tres, rubra, & minus rubens, & inter has media. Pretium optimæ in libras tredecim denarij. Vsus ad penicillum, aut si lignum colorare libeat. Eius, quæ ex Africa venit, octoni asses: Cicerculum appellãt.

Cicĕro, κικέρων, [*Germanic.* Ein hochbegabter redner vnd auch Burgermeister zu Rom.] Cuius vitam Tyro Tullius eius libertus tribus voluminibus scripsit, *teste Padiano,* Præceptores se habuisse fatetur, in philosophia quidem Philonem Academicũ, tũc Romę cõmorantẽ: in iure ciuili, Scæuolam: in dialectica, Diodorum Stoicum: in dicendo, Apollonium Molonem. ¶ Sex. Roscium Amerinum parricidij reum, natus annos xxiii. vt tradit Nepos, vt alii, xxvii. defendit. Metuens deinde Syllam, quem in ea causa offenderat, in Græciam abiit, Asiámque simulata valetudinis causa abiit: vbi se (vt ipse ait) recoquendum præceptoribus dicendi dedit, Xenoclémque Adramittenum, Dionysium Magnesium, & Menippum Carem audiuit: Rhodi verò Apollonium Molonem magistrum dicendi habuit. Ferúntque Posidonium tunc Athenis eum Græcè declamantem audiuisse, ac protinus exclamasse, quod solam Græcis dicendi relictam gloriam videret ad Latinos per eum transferri. Postea quum multis muneribus in Republ. functus esset, Consul coniurationem Catilinæ repressit, legem Agrariam repulit. *Huius vitam omnem & vitæ studia vide apud Plutarchum.* ¶ Cicero, eius filius inter eos qui à parentibus degenerauerunt ponitur *Valerio.* Binos eum congios haurire solitum scribit *Plinius,* per temulentiámque M. Agrippæ scyphum impegisse. ¶ Qu. Cicero M. frater, legatus Cæsaris in Gallia primùm, deinde ad regendam Asiam prætor missus, admonetur à fratre per epistolam totius officii. Duxit vxorem Pomponii Attici sororem. Miserandus demum eius exitus. Proscriptus enim vnà cum filio (quando & Marcus frater) rogauit percussorem se ante filium interficeret: filius contrà, se ante patrem. Vterque igitur simul interfectus. *Autor Appianus.*

Cicĕrōnĭānus, a, um, Quod est Ciceronis, vel accedit ad Ciceronem: vt Ciceroniana simplicitas. *Plinius in præfatione totius operis.*

Cichorium, penultima producta, κιχόριον Dioscoridi, Herba est, quam alio nomine Intubum erraticum vocant. {מרור *merór.* Gal. De la cichorée. It. *Cicoria, radichio.* Ger. Wegweyß/sonnenwirbel. His. *Chicoria yuerua conocida.* Ang. *wild succory or endyue.*} *Plinius lib. 20. cap. 8.* Est & erraticum intubum, quod in Ægypto Cichorium vocant. Horatius dictionis huius penultimam syllabam produxit, corripuit autem antep. multimam, perinde ac si apud Græcos κιχόριον scriberetur. Me (inquit) pascunt olivæ, Me cichoria, leuésque malvæ. Posterior versus est Dactylicus, Alcimanius, Acatalecticus, constans duobus dactylis, & duobus spondæis.

Cici, {קיקיון *kikaiõn. κίκι, ἡ κέγχρος.*} Frutex est paruæ fici magnitudine, folia habens platano similia, maiora tamen nigrioráque, & maiore læuore mollia, semen autem in racemis asperis, quod cortice nudatum recino vermi simile est: ex quo colligitur id, quod Recinium oleum vocant, lucernarum luminibus, & emplastris vtile. Ab huius seminis similitudine Romani ipsum etiam fruticem Recinum appellant, quémadmodum & Græci κρότωνα. *Vide Dioscor. li. 4. c. 145. & Plin. li. 15. c. 7.* Vulgus herbariorum hodie *Cataputiam maiorem* vocat.

[Cicilendrum. *Plautus pseud. scena 2. actu 3.* Cicilendrum in patinas indere.]

Cicinus, a, um, adiectiuum: vt, Oleum cicinum, κίκινον ἔλαιον *Dioscoridis* quod & Ricininum appellari paulò antè docuimus. *Plin. lib. 23. cap. 4.* Oleum cicinum bibitur ad purgationes ventris cum pari caldę mensura.

Cicimeni, Populi ex Iaxamatarum genere, à Medis oriundi, Tanaim fluuium accolentes: quorum meminit *Plin lib. 6. c. 7.*

Cicina, (quod hic pro auc nocturna legebatur) *Vide* Cicvma.

Cicĭndēla, penultima producta. {πυρολαμπὶς, Arist Gall. Ver ou mouche luisante de nuict, au temps que les bleds sont meurs ou sciez It. *Mosca picciola detta luciola, che luce di notte.* Germ. Muggle oder käfer so die zu nacht scheynen. His p. *Luciernega.* Ang. *A globard or gloworme.*} Genus muscarum, quod noctu lucet ignium modo laterum & cluniũ colore: à Græcis λαμπυρὶς dicta. Quidam nocticulam, alij Nitedulam vocant. Non antè matura pabula, aut post defecta conspicitur: nunc pennarum hiatu refulgens, nunc compressu obumbrata. Ab hac lychnus pensilis quem vulgò *Lampadem* vocãt, Cicindela appellatur, quæ nocte tota seruatur accensa, & lampyridis instar lucet.

Cicŏnĕs, pen corr. κίκονες, Populi Thraciæ, iuxta Hebrum fluuium inhabitantes. *Tib.* Nam Ciconum ille manus aduersis repulit vndis. *Virg. 4. Georg.* Spretæ Ciconum quo munere matres Discerptum latè iuuenẽ sparsere per agros

Cicōnĭa, Auis quæ serpentibus pullos nutrit, *teste Plin. lib. 10. cap. 13.* {חסידה *chasidháh.* πελαργὸς. Gal. Cigongne. Ital. *Cigogna.* Gerr. ein Storck. His *Cigueña.* Ang. *A storke, a birde so called.*} *Iuuenal. Satyra 14.* Serpente ciconia pullos Nutrit, & inuenta per deuia rura lacerta. *Vbi Iuuenalis Romanos arguens, quorum liberi tales euadebant, quales à parentibus instituebantur, alludit ad naturam ciconiæ eiúsque pullorum. Hic enim à teneris assuefacti colubris vescuntur. *Guid. 4. Metam.* Sumptis quin cancida pennis Ipsa sibi plaudat crepitante ciconia rostro. ¶ Quo etiam nomine ab Hispanis vocatur lignum rostratum, quo è puteis hauriri aqua solet: quod & Telonem agricolæ vocant. ¶ Item Ciconia mensuræ genus est, siue instrumenti, quo rustici vti solent *in sulcis & fossis ducendis,* ne qua pars aliis aut profundior esset, aut latior. *Colum. lib. 4.* Sed huic operi erigendo, quasi quandam machinam commenti maiores nostri, regulam fabricauerunt, in cuius latere virga prominens ad eam altitudinem, qua deprimi sulcum oportet, contingit summam ripæ partem. Id genus mensuræ Ciconiam vocant rustici. ¶ Ciconia etiam sannæ & irrisionis species est. Irrisores enim apud veteres digitis colligatis, & ad inferiorem partem inclinatis ciconium rostrum formabant, quod quum præsentarent post tergum nutantes, deridebant. *Vnde Persius Sat. 1.* O Iane tergo quem nulla ciconia pinxit.

Ciconivs, κικώνιος, Nomen eius qui Brixiam condidit.

Cicuma, æ, Auis est nocturna, teste Festo. *Caluus li. 17. c. 11.* nycticoracem interpretatur.

Cĭcur, cicuris, pen corr. adiectiuum, Animal mansuetum. {לבב *lummádh.* ἡμερωτικὸν. Gal. Apriuoisé, priué, qui hante auec les hommes. It. *Animal di seluatico fatto domestico.* Ger. Zam gewennet. His pan. *Cosa domestica, dueñda y mansa.* Ang. *Tame.*} Vt Aper, ceruus, leo, & quicquid cicurari, id est mansuefieri potest. Quod enim à fero discretum est, id cicur dicitur. *Cic. 5. Tusc.* Earum ipsarum soluagas, partim congregatas, immanes alias, quasdam autem cicures, nonnullas abditas, terráque tectas. ¶ Cicur ingenium dicitur mite, ac mansuetum. *Varr. de ling. Lat. lib. 6.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Cieũro, as, Manſuefacio, verbum vetus, quod alio verbo dicitur Exarmo. {לזמן *limmádh*, πραυνω. GAL. Appriuoiſer. IT. *Domeſticare*. GER. Zam machen. HIS. *Amanſar los animales fieros*. ANG. *To tame, or to mak tame.*} *Varr. de lin. Lat.*

Cĭcūta penult. prod. {κώνειον. GAL. Cigue, herbe venimeuſe. IT. *Cicuta herba*. GERM. Schirling. HISP. *La cecuta planta nota*. ANG. *Hemlocke.*} Herba venenoſa, *teſte Plin. lib. 25. cap. 13.* caule viridi & geniculato, altior ſæpe binis cubitis, in cacuminibúſque ramoſa, foliis coriandri tenuioribus, graui odoratu, ſemine aniſo craſſiori, radice concaua, nullius vſus. nam ſemini tãrũ & foliis refrigeratoria vis eſt. Cicutæ famam Athenienſes auxerunt, ſucco eius capitali iudicio damnatis necem inferentes. *Iuuenal. Satyr. 7.* hunc inopem vidiſtis Athenæ, Nil præter gelidas auſæ conferre cicutas. ¶ Eſt item Cicuta (*vt Seruius docet*) in cannis calamíſve, quod interceptum eſt inter duos nodos. *Vir. 2. Ecl.* Eſt mihi diſparibus ſeptem compacta cicutis Fiſtula.

* CICVTA, κικούτας, Nomen proprium fœneratoris cuiuſdam maximè auari. *Hora. 2. Serm. Satyr. 1.* adde Cicutæ Nodoſi tabulas centum, mille adde catenas: Effugiet tamen hæc ſceleratus vincula Proteus.

Cĭdăris, ris, pen. corr. {צניף *tſaniph. κίδαρις*, Tegumentum capitis, quo Perſarum reges peculiariter vtebantur, albis maculis in cærulei coloris faſcia intermicantibus. *Qu. Curt. lib. 3.* Cidarim regum capitis voluerunt inſigne. Hieronymus item autor eſt, Hebræorum Pontifices cidari vti ſolitos, in qua Dei nomen habebant inſcriptum.

[Cidarum genus nauis. *Gell. c. 25. lib. 10.*]

Cĭdonium malum, idem quod coroneum. {ANG. *A quince peare.*} Hinc Cidonium vinum, ex eius mali ſucco confectum. *Vlp. de trit. leg. ſi quis.* Cidonia (inquit) ſi qua alia ſunt vina quæ non ex vinea fiunt.

Cĭĕo, es, Cio, is, ambo, ciui, citum faciunt: ſed a Cieo, es, ſit Citum penultima correpta, à Cio verò producitur. *Ouid. lib. 1. Metamorp.* Nec fruitur ſomno vigilantibus excita curis. *Idem lib. Triſt.* Accitus toties in genus omne loci. ¶ Et Cieo quidem ſignificat turbare, commouere. {הטיר *hetir* הניע *heniáh. ἐξορμάω, κινέω.* GALL. Prouoquer, eſmouuoir. ITAL. *Mouere, turbare.* GERM. Bewegen/betrũben. HISP. *Mouer, turbar y llamar.* ANG. *To ſtirre or raiſe vp, to call or name.*} *Virg. 4. Æneid.* Tonitru cælum omne ciebo. [Ciebat id bellum Iuba. *Velleius*]

¶ Cio verò, voco propriè. Propriè autem dixi, quoniam Cire aliquando mouere eſt: ſicut & Ciere, vocare, adeò, vt alterum pro altero quandoque ſumi poſſe videatur. *Virg. 6 Æneid.* Miſenum Æolidem, quo non præſtantior alter Ære ciere viros, Martémque accendere cantu. *Colum. lib. 7. cap 5.* Cio is, poſuit pro commoueo. Nullo (inquit) tempore, & minimè æſtate vtile eſt, boues in curſum concitari: nam ea res cit aluum. *Liuius lib. 1.* Principes vtrinque pugnam ciebant. Similiter à Cieo fiunt Concieo, & Excieo. & ſi qua ſunt alia compoſita. Primùm ſignificat commoueo vel conuoco. *Liu.* Galli, quos prædæ populationúmque conciuerat ſpes. Secundum, foras moueo & excutio. A Cio fit Excio, euoco. *Stat. lib. 4. Theb.* ſuus excit in arma Antiqua Tithyntha Deus. Accieo ſiue Accio: de quibus ſuprà. Præcio, prouoco. Percio, pulſo, tango, percutio, valde commoueo Concio, ſimul voco, congrego. Hinc Concio, onis, quod tria ſignificat, *autore Gellio*: populum ipſum, qui ad audiendum conuenit: orationem ipſam quæ coram multitudine habetur: & locum, ſiue ſuggeſtum, ex quo habetur oratio. A Concio, rurſus fiunt, Concito, Excito, Procito, frequentatiua. Porrò quòd præterita & ſupina eandem amborum ſimplicium ſunt, itemque compoſitorum, orta eſt non parua interpretandi ea verba difficultas. Nam Cito, as, frequentatiuum eſt amborum primitiuorum, Cio & Cieo: ideo aliquando vocito, aliquando frequenter moneo ſignificat. Pro vocito, ἐπαρωμῶ. *Cic. in Verr. Act. 4.* Citatur reus, cauſa agitur. Pro crebrò moueo. *Col. lib. 8* Ne immaturis herbis citetur aluus. Igitur non ſomniculosè ſpectanda ſunt frequentatiua, compoſita, præterita, participiáque compoſitorum, vt quę connocationis magis proprietatem habent à Cio, quæ verò motiones, è Cieo ſumantur.

Cĭtŭs, Celer, velox {מחיר *mahir. ὀξύς.* GA. Soudain, viſte. IT. *Veloce.* GE. Schnell/behend. HIS. *Muy ligero.* AN. *Swift ſpedie.*} *Liu. 6. bel. Pun.* Eques citus ab Roma venit. *Salluſt.* Modò citus, modò tardus inceſſus eius. [*Tib. lib. 4.* Cita loca tangere funda. *Ibi.* Præteriítque cita Sirenum littora puppi Aluo cita fieri. (i. forire) *Gell. c. 4. l. 19. Et. c. 10. lib. 18.*]

¶ Hinc Citior, citiſſimus. *Pla.* Nullam ego rem citiorem apud homines eſſe, quàm famam reor, Citiſſimus omnium rediit. ¶ Eſt & Citus participium à Cieo, pro citatus vel agitatus. *Virg. l. 8. Æneid.* Hãud procul inde citæ Metium in diuerſa quadrigæ Diſtulerant.

Cĭtō, aduerb. {מחרה *bimheráh. ὀξέως, ταχέως.* GAL. Toſt, ſoudainement. IT. *Subito, toſto, preſto.* GE. Geſchwind/bald/flugs. HISP. *Preſto ò ligeramẽte.* AN. *Haſtelie, ſpedelie.*} *Terent. in Eunuch.* Cito hunc deduci ad militem. *Cic. Varr. li. 4.* Quid ergo potiſſimùm ſcribam? quod velle te puto, citò me ad te eſſe venturum. [Tantæ indolis, citò pater, citò ſacerdos. *Senec. c. 12. de Conſol. ad Mart.* Tam citò quàm. *Ibid. c. 14.* Et mihi viuendi tam citò finis adeſt. Da citò cantharum.]

Cĭtĭŭs, comparatiuum. *Terent. in Hecyra*, Qua me propter examinatum citiùs educi foras. *Virg. Æneid. 1.* Hæc ait, & dicto citiùs tumida æquora placat.

Cĭtiſſimẽ, ſuperlatiuum *Plin. lib. 17. c. 4* Citiſſimè aſcias retundit.

Cĭto, as, frequentatiuum à Cieo, in ius voco, adeſſe iubeo. diem alicui dico, accuſo. {קרא *kára. προσκαλῶ, διώκω, κατηγορέω.* GAL. Appeller, haſter, faire auancer. IT. *Citare chiamare.* GE. Berüffen/citieren. HISP. *Llamar.* AN. *To cal to iuſtice, to ſumm nd, to ſett a day of compearing to iuſtice.*} Ciere autem videtur eſſe nominare, vt apud *Liu. l. 10. ab vrb.* dicuntur Patricij, qui patrem & auum ciere poſſunt. *Item l. 5. d. 5.* Milites nomine cient. *Et Sue. in Nero. c. 46.* Ciere aliquem nõmine. Aduertite animum. C. non adeſt. P. At tu cita. *Plaut. pſ. ſc. 1. a. 1* Vbi tu es, quæ me libello Venerio citauiſti? *Plaut. Curc. ſc. 3. a. 1.* Qui ſi non aſſint, cùm citantur cenſus capiant ilico *Plau. Men ſc. 1. a. 1.* Quid ſi huc ſernos cito? *Plau. Men. ſc. 1. a. 5.* Citati ad cauſſam dicendam. *Su. in Tib. c. 61.* Citare tribus ad ſacramentum. *Suet. in Nero c. 44.* Citat nos officium ſolemne. *Sen. c. 14. de Tranq.* {*Cice. ante quam iret*, Non citatur reus audaciæ, ſed virtutis reus citatur, id eſt, accuſatur. *Cic. pro Cluen.* Cognoſcite nunc ita reum citatum eſſe illum, vt re ſemel atque iterum præiudicata, condemnatus in iudicium venerit. *Et in Verr. 4.* Citat reum, non reſpondet: citat accuſatorem, citatus accuſator M. Pacilius neſcio quo caſu, non reſpondit, non adfuit. ¶ Aliquando videtur poni pro laudare, *Idem de Nat. deor. l. 1.* Tu ipſe paulò antè, quum tanquam Senatum Philoſophorum citares, ſummos viros deſipere dicebas. ¶ Citare etiam, Incitare, prouocare. {הטיר *hetir* חניע *heniáh. παροξύνω.* GALL. Inciter, prouoquer. IT *Incitare, iſmouere.* GER. Bewegen/nõtigen/treyben. HISP. *Mouer.* AN. *To ſtirre vp, to anger or prouoke.*} *Cæſar. 3. bel. ciu.* protinúſq. equo citato, Lariſſam contendit. *Liu. l. 1. ab Vrb.* Age ſanè omnes citatis equis aduolant Romam. *Col. l. 8.* Ne immaturis herbis citetur aluus. Alia compoſita ſunt Concito, quod eſt ad iram prouoco. Item Excito, ſuſcito, &c. * Vultus citatus ira, Id eſt commotus ira. *Sen. Medea.* quod impotenti facinus parat furore? Vultus citatus ira Riget.

Cĭtrŭs, pars tertia, ſiue nomen ex participio, Acceleratus, vel citus, aut velox. {שחיל *mahir. ὀξύς.* GALL. Eſmeu, haſté, auancé, leger, viſte. ITA. *Chiamato, citato, veloce.* GER. Schnell/behend. HI. *Llamado, ligero.* AN. *Stirred or moued vp, ſpedie.*} *Apuleius.* Citaco, non teſtudineo greſſu. *Liu lib. 8. bel. Pun.* Citato gradu in hoſtem ducebant. *Idem*, Citato vadere equo. *Liu. 7. bell. Pun.* Nero ea nocte quæ ſequuta eſt pugnam, citatiore quàm inde venerat agmine, die ſexta ad ſtatiua atque ad hoſtem peruenit. *Ibid. lib. 2.* Quam citatiſſimo poterant agmine ſeſe abripuerunt.

Cĭtrŭm, aduerbium, Celeriter, velociter. {במחרה *bimheráh. πρχύ.* GAL. Haſtiuement, viſtement. IT. *Preſto.* GE. Schnelliglich/ eins wegs/ bald. HISPA. *Preſtamente, preſto.* AN. *Haſtelie, ſpedelie.*} *Hircius de bell. Afric.* Ipſe cum expedita copia in eum locum citatim contendit.

CIERVM, κιέριον, Vrbs Bœotiæ, aliàs Arne dicta. *Steph.*

CĬLIX, cis, κίλιξ, Nomen proprium Phœnicis filij: à quo dicta eſt Cilicia.

CĬLĬCIA, κιλικία, Vulgò *Caramania*, Regio eſt in minori Aſia, Syriæ proxima, tota ferè campeſtris, Tauro monti ſubiecta: quæ à Cilice nomen ſortita eſt, quem priſtina ætas penè vltra ævum memoriæ abſcondit, Phœnice ortum, qui apud Gentileis antiquior Ioue de primis terræ alumnis habebatur. {GER. Ein Landſchafft des minderen Aſie ſo an Syrien ſtoſſet/heiſt ietz Caramania.} Hæc regio ab Oriente Amano claudit, à Septentrione Tauri iugis, ab Occidente Pamphylia. Huius metropolis eſt Tarſos, quam interſecat Cydnus amnis. [*Plau. Mil. ſc. 1. a. 1.* Centum in Cilicia (homines) occidiſti.] ¶ Ciliciæ portæ, qua Taurus patet ad Antiochiam. Vulgò *Golfo de la giazza.* ¶ Ciliciæ pelles, Cilices appellantur, de quibus paulo poſt. ¶ Gentile fœmininum eſt Ciliſſa ſicut à Phœnix Phœniſſa: quòd & adiectiui vice poſitum aliquando legimus. *Ouid. in Ibin*, Nam neque quot flores Sicula naſcantur in Hybla, Quótve ferat dicam terra Ciliſſa crocos.

Cĭlĭcēnsĭs autem denominatiuum eſt, non gentile: vt, Præfectus vel Proconſul Cilicenſis. *Cicer. Quint. frat. lib. 1.* Nam ſi te interioribus vicinis tuis Cilicenſi & Syriaco anteponis, valde magnum facis.

Cĭlĭcĭŭs, a, um, poſſeſſiuum: vt Ciliciæ portæ, hoc eſt, Amani montis anguſtiæ, quibus Cilicia à Syria diriminitur. ¶ Cilicium exitium, κιλίκιος ὄλεθρος: De crudeli & immani dicebatur. Cilices enim ob piraticam quam exercebant & aſſiduas hoſtium deprædationes infames erant immanitatis & crudelitatis nomine. Cilicii imperatores, κιλίκιοι στρατηγοὶ, dicebantur homines hirſuti & pilis obſiti. Vnde & ſaga pilis contexta, Cilicia vocantur. *Autor Diogenianus.*

Cilicij termini dicti ſunt à Cilicio Saturnino, centurione cohortis ſeptimæ & viceſimæ, qui terminationem fecit.

Cĭlix, gentile eſt, ſignificans eum, qui è Cilicia ortus eſt. ¶ Cilices piratę fuerunt, quos Cn. Pompeius victos in deditionem accepit, & eorum poſtea fideli opera vſus eſt in bellis ſuis naualibus aduerſus Cęſarem. *Lu. lib. 3.* Itque Cilix iuxtà, iam non pirata, carina. ¶ Crocus Cilix, pro Cilico. *Lucr. lib. 2.* Et, quum ſcena croco Cilici perfuſa recens eſt, ¶ Cilix haud facilè verum dicit. *Dionyſ. in epiſt. ad Rufum ſcholaſticum*, λόγος ὃν παλαιὸς, μὴ ῥᾳδίως ἀληθεύειν τοὺς κιλίκας, id eſt, Vetus verbum eſt, Cilices haud facilè verum dicere. Quadrabit in hominem auidum lucri, & ob id ſæpenumero dicentem non quæ vera ſint, ſed quæ vtilia. [*Item*, Cilices ſcari optimi *Gell c. 16. l. 7.*]

Cĭlĭcĭum, cii, à Cilicibus populis dictum eſt, apud quos (*vt inquit Varro 2. de Re ruſt. c. 11.*) Cilicia primùm confecta ſunt. {שק *ſak.* κιλίκιον, ὑφάδιον. GALLI. Vne haire, vne eſtamine. IT. & HIS. *Cilicio.* GERM. Ein Fleid ẞaß auß bockshar oder geyßhar gemacht iſt. ANG. *A cloth made of heare, a ſtrayner.*} *Cicer. 3. in Verr.* Quum iſte ciuitatibus frumentum, coria cilicia, ſaccos imperaret. Fiunt autem ex villis hircorum atque caprarum: adhibentúrque (*vt Vegetius inquit*) ad excipiendum impetum ſagittarum. * Aſconius ſcribit Cilicia tecta eſſe ex pilis, in caſtrorum vſum atque nautarum. ¶ Inde Cilicina veſtis, quæ ex Cilicio eſt, vel ei ſimilis, ὑφὴ τῆς κιλικίας ἢ τεχνικὴ ἐσθής. GAL. Vne haire, veſtement de poil de cheure ou de boue. IT. *Veſtimento triſſuto di pili di diuerſi animali.* GE. Ein härin kleid. HISP. *Veſtidura de pelos como de cabras y otro animales.* ANG. *The kirle clothe of heare.*}

* Cilindrum, *Plaut. Pſ.* Genus herbæ, vel leguminis. Sunt qui legant cicilindum.

Cĭlĭum, {ὀφρῦς. GALLIC. La peau qui couure les yeux deſſus & deſſous en les clignant. ITAL. *Ciglio*, GERM. Die ẞhe oder der reyſ ob den auglideren. HISP. *La peſtaña ò parpalo del ojo.* ANG. *The eye lid.*} *teſte Pli. lib. 8. c. 27.* Antiqui vocauerunt extremum ſuperioris genæ ambitum: vnde & Supercilia. Genas autem intelligit *Plinius* folliculos quibus oculus integitur, & à quibus palpebræ, hoc eſt, pili dependent. ¶ Alij Cilia intelligunt folliculos ipſos quibus oculus integitur. Nam quas Græci vocãt βλεφαρίδας, Theodor⁹ Cilia vertit. *Lact. quoq. de Opif.* oculos ciliorũ tegminib. occultatos ſcribit. ¶ Ciliũ (*inquit Feſtus*) follicul⁹, quo oculus tegitur: vnde & Supercilium. *Idem alibi*, Supercilium dicitur, quòd ſuper cilium ſit, id eſt, integumentum oculi ſuperius.

CĬLĬBÆ, pen. cor. *Vide* CIBILA.

Cĭllĕo, Antiqui vſurpauerunt pro moueo, {קרץ *karáts κινέω.* GA. Mouuoir. ITA. *Mouere.* GE. Bewegen. HI. *Mouer.* AN. *To moue.*} vnde etiam Furcillæ appellatæ ſunt. *Autor Seruius l. 2. Geor.*

CĬLLA, κίλλα, Vrbs prope Thebas Ætioneas, vbi Cillei Apollinis tẽplũ erat, *vt habet Str. l. 13. Metam.* Chryſénque & Cillan Apollinis vibes.

Cillibantes, κιλλιβαντες, Inſtrumenta erant tribus pedibus fulta, quibus in bello ſcuta imponebant fatigati: vt ex Ariſtophane annotauit *Calius l. 8. c. 16.*

Cillibantum, *Vide* CYLLIBANTVM.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

CILLVS, Pelopis fuit auriga, qui in itinere, antequam Pelops ad Oenomaum veniſſet, obiit. cuius nomine Cilla oppidum, templúmque Cillei Apollinis à Pelope conditum eſt. *Strab. lib.* 13.

Cilones, κοῦφοι. Dicti ſunt quorum capita oblonga, & compreſſa ſunt, vel quibus frons eminentior eſt, ita vt à dextra ſiniſtráque reciſa videatur. *Cic. in Salluſt.* Quicquid impudicorum, cilonum, parricidarum, ſacrilegorum, debitorum fuit in vrbe.

Cima, *Vide* CYMA.

Cimacia, *Vide* CYMATIA.

CIMAS, Inſula inter Iſtria, quæ, vt Pomponius ſcribit, vrbem habet, quã quia Bithyni colunt, Bithynidam appellant.

CIMBRI, κίμβροι, Populi fuerunt Septentrionales. Saxonici maris non inſulam incolentes, quæ ab ipſis Cimbrica Cherroneſus dicta eſt, annó ab Vrbe condita ſexcenteſimo quadrageſimo vnà cum vxoribus & liberis Narbonenſem prouinciam ingreſſi, à C. Mario ad internecionem fuerunt deleti. { GERMAN. Völcker ſo von mitternacht auß Denmarck in Italiam gezogen ſind. } *Refert Val. Max.* Cimbros, & Celtiberos in acie gaudio exultare conſueuiſſe, tanquam gloriosè & fœliciter eſſent exceſſuri: lamentari verò in morbo, quaſi turpiter eſſent perituri. Hodie Dani appellantur, & qui ipſum peninſulæ Iſthmum inhabitant, Holſatij. [Cimbri Germanorum lingua dicuntur latrones: *Plutar. in Mario*, Et de Cimbrica clade, *Ibid.* vel dicti, quòd à Cimmeriis oriundi.]

CIMBRICA CHERRONESVS, *Vide* CIMBRI.

CIMELIARCHIVM, Locus eſt, vbi reponitur theſaurus. Vnde Cimeliarcha, cuſtos vaſorum & aliarum rerum Eccleſiæ.

CIMEX, Vermiculus eſt odore fœdus, ex ligno naſcens, chartíſque & pareis. κόρις. *Mart. l.* 11. Nec toga, nec focus eſt, nec turus cimice lectus. *Pl. li.* 27. *c* 9. Folia cimicum necant. *Idem li.* 29. *c.* 4. Veluti cimicum animalis fœdiſſimi & dictu quoque faſtidiendi natura, contrà ſerpentũ morſus, & præcipuè aſpidum, valore dicitur.

CIMMERII, κιμμέριοι, Populi fuerunt a Scythis oriundi, dexteram Ponti partem habitantes, non procul à Boſphoro, qui à nomine ipſorum Cimmerius appellatus fuit: vbi & oppidum fuit nomine Cimmerion. Hi aerem craſſum habuiſſe feruntur, & denſis exhalationibus nebulo ſum: quod & ipſum *Homerus teſtatur Odyſſ. lib.* 11. ¶ Hinc Cimmeriæ tenebræ prouerbio celebrantur, pro denſiſſima caligine. [Cimmerium etiam obſcuras acceſſit ad oras. *Tib. li.* 4.] *Lact. lib.* 4. O cæcum pectus, & mentem Cimmeriis, vt aiunt, vmbris atriorem! Ephorus ſcribit Cimmerios in Italia quoque fuiſſe iuxta lacum Auernum, eóſque in ſubterraneis habitaſſe domiciliis, quorum morem patrium eſſe, vt nemo ſolem aſpiciat noctu vero egrediantur. Eorundem meminit & *Feſtus*: Cimmerij (inquit) dicuntur homines qui frigoribus habitatas terras incolunt, quales fuerunt inter Baias & Cumas, in ea regione, in qua conuallis ſatis eminenti iugo circundata eſt, quæ neque matutino, neque veſpertino tempore Sole contegitur.

¶ Cimmericus Boſphorus, κιμμερικὸς βόσπορος, inde nominatur: cuius lõgitudo eſt ducentorum & viginti ſtadiorum.

CIMMERIS, Vrbs Phrygiæ, quæ à veteribus Edonis dicta fuit, deinde & Aſſus, Apollonia & Antandros. *Autor eſt Plin. li* 5. *c.* 10.

CIMOLIS, pen. pro. Paphlagoniæ oppidum eſt, *teſtibus Pomponio lib.* 2. *& Plin. lib.* 6. *c.* 2. ¶ Eſt etiam vrbs eiuſdem nominis in Galatia, *teſte Ptole. lib.* 5. *c.* 4.

Cimoli creta, Vide in ſequenti dictione.

CIMOLVS, pen. pro. κίμωλος Suidæ, Inſula eſt in mari Cretico, è regione Zephyrij promõtorij, vnde optima creta aduehitur, qua fullones vtũtur in abluendis veſtium maculis. *Ouid.* 7. *Met.* Hinc humilem Myconem: cretoſáque rura Cimoli.

Cimõlius, a, um, adiectiuum: vt à Cimolia creta: cuius diuerſa ſunt genera, vt videre eſt *apud Plin. li* 6. *c.* 17. *Dioſc. li.* 5. *cap.* 94. duas Cimoliæ terræ ſpecies facit, vnam candidam, alteram ad purpurę colorem vergentẽ: quarum vtrique maximas in medicinis vires tribuit.

CIMON, κίμων, Athenienſis fuit Miltiadis filius, mira erga ciues liberalitate ac munificentia: vtpote quia refractis agrorum ſuorum & hortorum ſepibus, ciuibus faceret poteſtatem, quod viſum eſſet, ex illis decerpendi. Domi quoque etiam longo apparatu inſtruxit conuiuium, vt non modò familiæ, ſed multis etiam pauperibus vndique confluẽtibus abundè ſufficeret. Vide latiùs vitam eius *apud Plutarchum*, qui eum cum Lucullo in contentionem adducit.

Cinædiæ, Lapilli qui inueniuntur in cerebro cinædi piſcis, maris habitum colore præſagientes. *Plin. lib.* 37. *c.* 10.

CINAEDOCOLPITAE, κιναιδοκολπῖται: Fœlicis Arabiæ populi, quorum regnua Zadrane dicitur. *Steph.*

Cinædus, cum æ, diphthongo. { קדש *kadhéſch.* κίναιδος, κατατύμαν: Qui mulierbria patitur παρὰ τὸ κινεῖν τὸ αἰδοῖα *Catullus Epig.* 22. Cinædus mol liot cuniculi capillo, vel anſeris medulla vel mola, mollicella. *Gellius cap.* 5. *lib.* 3. Nihil intereſt, quibus membris cinædi ſitis poſterioribus an prioribus. ¶ Alij Cinædos, quaſi pudore vacuos appellant. κινὸς enim vacuus, αἰδὼς pudor. Alij interpretantur ſaltatores, vel pantomimos, ἀπὸ τῶ κινεῖν, quòd libidine omnibus anteirent, qui choros ducebant, & nimia agilitate ſe exercerent. Hos alio vocabulo Petauriſtas vocant, eò quòd ſaltibus leuioribus mouerentur, vt nulla durities in corpore videretur. *Plaut. in Aul. ſc.* 2. *a.* 2.]In fuſtibus ſum mollior magis, quàm vllus cinædus. [Quiſnam tibi iſtuc accredat Cinæde calamiſtrate. *Pl. Aſin. ſc.* 3. *a.* 2. Omnes Cinædos eſſe cenſes tu, quia es *Plaut. Menæc ſc.* 2. *a.* 3] ¶ Cinædus etiam genus piſcis, *de quo Plin. lib.* 32. *cap. vlt.* Cinædi, inquit, ſoli piſcium lutei, vbi lege pro ſoli, toti, ex authoritate Athenei. Piſcis eſt marinus ſaxatilis, totus luteus, excepto dorſo, quod purpuraſcit, mænis figura ſimilis, μαινίδωνος dictus Ariſtoteli ob indiuiſas ſpinas.

Cinædicus, ca, cum, pen. cor. adiectiuum κιναιδικὸς. *Plaut. in Sticho*, Lepidã & ſuauem cantationem aliquam occipito Cinædicam.

Cinædiõr, in comparatiuo *Catul. in Epig. de Vari ſcorto*, Hic illa vt decuit cinædiorem, id eſt, impudentiorem.

Cinædulus, diminutiuè à Cinædus. *Macro. Satur. li.* 3. *c.* 14. Teſtis eſt Scipio Africanus Æmilianus, qui in oratione contra legem iudiciariam Tiberij Gracchi ſic ait, Docentur præſtigiis inhoneſtas cum cinædulis, & ſambucea pſalteriáque eunt in ludum hiſtrionum.

Cinara *Vide* CYNARA.

Cinnæ, Cardui ſunt maiores, qui primùm ab Italis, mox etiam à Gallis inter præcipuas menſarum delicias habiti ſunt. { σκολυμὸς. GA. Artichaux. IT. *Carciofoli.* GE. Klein welſch diſtlen die Reein ſtachlen habend. HI. *Cardos que ſe labran y comemos.* AN. *Artechokes.* } *Col. li* 10. Hiſpida ponatur cinara, quę dulcis lacchо Potâti veniat, nec Phœbo grata cẽnenti, &c. Nominis originem referunt ad Cinaram puellam, in herbã ſui nominis mutatam. Alij à cinere deductum putant, quòd cinere in primis hæc herba gaudeat ſtercorari.

CINCIA, Locus Romæ, vbi Cinciorum monumentum fuit *Feſtus.*

Cincinni, per duplex nn, { קוצות *kenutſóth* ציצית *ſiſiſith* שתלפות *machtaphoth.* κυκλωτὸς. GA. Cheueux entortillez & frizez ou regrillez, paſſefillons. ITAL. *Capelli creſpi.* GERMA. Getrauſete harlock. HIS. *Guedeja de los cabellos.* AN. *Bushes of broided heare.* } Sunt crines intorti, quę eram Calamiſtrati dicuntur. *Iuuen.* Altior hic quare cincinnus? Hos capillos *Martialis* Anulos vocarait enim, Vnus de toto peccaueras orbe comarum Anulus. *Varro*, Is eſt coliculus viteus intortus, vt cincinnus. Solent autem cincinni oleo perungi. *Cic. in Piſon.* Erant illi cõpti capilli, & madentes cincinnorum fimbriæ.

Cincinnatus, adiect. qui capillos intortos geſtat, calamiſtratus. { βοστρυχὰ ἐπειρόμενος κεκαρμένος. GAL. Teſtonné, & ayant les cheueux regrillez. ITA. *Con capelli ricci.* GER Der krumbe oder krauſe harlöck tregt. HIS. *Coſa con aquellas guedeias.* ANG. *That hath heare broided in bus hes* } [Cincinnatus dictus à crine. *Suetan Calig c.* 35.] *Cicero poſt reditum in Senat.* Quo vultu cincinnatus non ſolùm ciuium lachrymas, verumetiam patriæ preces repudiauit? *Plau. Capt. ſc.* 4. *a* 3. Subrufus aliquantum, criſpus, cincinnatus.

¶ Hoc cognomen fuit *L. Quintio* qui ab aratro ad dictaturam vocatus, Æquos victos ſub iugum egit, & decimoſexto die à quo magiſtratum acceperat, Dictatura ſe abdicauit.

CINCIVS, Romani Senatoris nomen, qui ſeculi ſui luxui infenſus, vehementiſſimus ſuaſor fuit legis Fanniæ ſumptuariæ: orationéque ad populum habita, acerrimè inuectus fuit in mores ſuæ ætatis, & quorundam gurgitum gulam, qui ſolidos porcos Troianos in conuiuium inferebant. Ita enim vocabat aprum qui incluſis minoribus animalculis grauidus erat, quemadmodum equus Troianus grauidus erat armatis. *Vide Macrob. lib.* 3. *c.* 13.

Cinclus, κίγκλος, Suidæ. } GA. Oiſeau qui touſiours remue la queuë. IT. *Codairemola.* GER waſſer ſtelz. HIS. *Vna cierta aue que ſiempre mueue la cola.* ANG. *A water ſwallow, a wagtaille.* } Auis eſt exigua perpetuò caudam mouens, vnde & Moracilla à nonnullis appellatur. Hanc poſteriore ſui parte tam debilem eſſe aiunt, vt nidum ſtruere non poſſit: ſed in alienis nidis oua pariat. Quæ res fecit locum prouerbio, vt omnium rerum inopia laborantes, Cinclo pauperiores dicamus. *Autores Suidas, & Ælian. lib.* 11. *cap.* 28.

Cinctus, *Vide* CINGO.

CINEAS, κινέας, *Plutarcho* [*in Pyrrho* & deinceps.] vir Theſſalus fuit, Pyrrho amiciſſimus, & perpetuus illius in omnibus expeditionib⁹ comes: cuius tãta fuit eloquentia, vt Pyrrhus fateretur, plures à Cinea orationẽ, quã à ſe armis eſſe ſubactos. Hic legatus Romã miſſus, vt Pyrrhi nomine de pace ageret, obſiſtente ſibi Appio Claudio Cæco, re infecta reuerſus eſt. Interrogatus deinde à Pyrrho de ſtatu Vrbis & Senatus, reſpondit, Senatum ſibi deorum conſeſſum viſum eſſe, populi autẽ tantam eſſe turbam, vt vereretur, ne regi cum hydra quadam Lernęa res eſſet. Huic tanta fuiſſe fertur memorię felicitas, vt poſtridie quam Romam aduẽtaſſet, ſine vlla nomenclatoris ope Senatui, equeſtrique ordini ſua nomina reddiderit. *Autor Pli. li.* 7. *c.* 24.

Ciner, Ciniflones, *Vide* CINIS.

CINESIAS, κινησίας Suidæ, Dithyramborum ſcriptor, qui impietatis, improbitatiſque nomine malè audiuit. ¶ Fuit hoc & Pyrrhi Achillis filij cognomen, à corporis agilitate impoſitum. Fertur enim Pyrrhicam ſaltationem vehementer excoluiſſe, & à ſuo nomine eam appellaſſe. Vnde natum eſt prouerbium, κινησίου ἐμμελέστερον, hoc eſt, Cineſia Pyrrhicam didicit, vel quòd in choris multo motu vteretur contra conuicos agens qui in hac parte deficiunt. Erat autem Cineſias corpore pigro, & fracto crure.

CINGA, Hiſpaniæ fluuius eſt in Iberum influens. *Lucanus lib.* 1. quos Cinga pererrat Gurgite, &c.

Cingo, is, xi, ctum, Coerceo, comprehendo. { אזר *azár* חגר *chaghár.* ζωννυμι. GA. Ceindre, enuironner, entourer. IT. *Cingere.* GER Vmbhutten. vmbgeben. HI. *Ceñir* AN. *To girde or compaſſe about.* } *Ouid. 5. Faſt* Suſtulit hoc Nymphe, cinxítque decentibus armis. *Idem* 2. *de Ponto*, Vos ego complectar, Geticis ſi cingar ab armis *Cic* 3. *de Nat deor.* Diligentiúſque vrbem religione, quàm ipſis mœnibus cingitis. [Feſſus munimine cingo. *Ouid.* 13. *Met.* Item, Cingitur, certè expedit ſe. *Pl. Amph.*] ¶ Per trãſlationem Cingere ponitur pro circuire, & circunſepire, περιβάλλειν. *Liu. li.* 1. Nam & muro lapideo, cuius exordium operis Sabino bello turbatũ erat, vrbem, quam nondum munierat, cingere parat. [*Ouid. Ætheriã* cingens amplexibus arcẽ Circulus (Vrſę) *Ouid Ele.* 3. *lib.* 4 *Triſt.*] *Plinius*, Quum eum ſalrum venatores cinxiſſent. Dictum cingo, quaſi circumago. ¶ Cingere arborem vetuſtè pro deglubrare, ſiue delibrare ponitur, *vt tradit Paulus in L.* 5. *de arborib. furtim cæſis: in qua ſignificatione apud Vlpianum ſemel iterúmque inuenitur.* *Cingi venenis, Inſtrui, muniri. Valer. Flac. lib.* 6. *Argonaut.* Cingitur arcanis Saturnia læta venenis. *Cingere pro veſte tegere. Sil. lib.* 3. veſtigia nuda, ſinúſque Cingere, maſſuetum & rubræ velamine veſtis. * Cingere pro Circum habitare. *Valer. lib.* 6. *Argonaut* Miſit in arma Darabs: acies quem Martia circum Gangaridum potáque Gerus quos efferat vnda: Quique lacum cinxere Bicen. *Cingi cum aliquo, id eſt coniungi. Claud* 2. *Paneg.* -vnóque receptæ Pectore diuerſos tecum cinguntur in vſus. ¶ Huius compoſita ſunt, Accingo Circumcingo, Diſcingo, *de quibus ſuis locis*, Incinctus, idem quod cinctus. *Liu.* 10. Incinctum Gabino cinctu ſuper telum ſtantem. Intercingo. *Plin.* Thebaicus intercinctus aureis guttis inuenitur in Africæ parte. Præcingo idem quod cingo. προζώννυμι. *Plaut. in Bach.* Inde de hippodromo, & palæſtra vbi teueniſſet domum Cincticulo præcinctus, in ſella apud magiſtratum aſſideres. Interdum præcingere, eſt præparare, παρασκευάζω. vnde Præcinctos ὀλιγάσιους, ſtrenuos & expeditos dicimus. Procingo, cingo, apparo: à quo procinctus, apparatus bellicus. Vnde dicimus, aliquid nos feciſſe in procinctu, quum ad expeditionem, aut ad iter eſſemus parati & accincti.

Cin-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Oui Hæc in procinctu carmina facta puta. *Pli.* Vinum curas, vigorémque animi impedit ad procinctum tendentibus. Et procincta classis vocabatur, quum exercitus cinctus erat confestim pugnaturus. Recingo, quod cinctum erat, discingo. *Ouid. 1. Met.* Velántque caput, tunicáque recingunt. Subcingo, subtus cingo, & ad cingulum alligo, ὑποζώννυμι. *Cic. 11. Pil.* Ser. Galbam eodem pugione succinctum quo in castris videtis. Et succingere, i. cinctu vestes ita colligere, vt breuiores videantur, fiátque homo ad agendum promptior. Vnde & succinctam orationem, breuem dicimus, & Succincte, breuiter, συντόμως. Hinc succingulum, balteum dicitur, ζωστὴρ Succinctorium, vestis genus breuissimæ, quo venter & vetenda teguntur: quod & succinctum vocatur, quòd medium hominem cingat, id est, vestiat.

Cinctus, participium. {חגור *chaghúr.* ζωσμένος, ἀναβεβλημένος. GA. Ceint, enuironné. ITA. *Cinto.* GE. Vmbgeben/vmbgurtet. HIS. *Ceñido.* AN. *Girded or compassed about.*} *Cic. pro Flacc.* Equidem existimo in eiusmodi regione atque prouincia, quæ mari cincta, partibus distincta, insulis circundata esset, &c. [*Ouid. Ele. 2. l. 5. Sæuo* cinctus ab hoste locus. *Oui Ele. 2. l. 5. Triſt.* Cinctus vndique marte. *Idem El. 3. l. 5. Triſt.* Cinctáve montanis vt pauet agna lupis. *Ouid. Ele. 11. l. 3. Triſt.* Liene quasi zona cinctus ambulo. *Plau. Cure. ſc. 1. a. 2.* Altè cincti, (i. fortes) *Senec. Epi. 31.* Cinctus ferro. *Suet. in Aug. c. 35.* (i gladio] *& in Calig. c. 49.*] *Gellius,* Scuto pedestri & gladio Hispanico cinctus, contra Gallum constitit. ¶ Cinctus etiam simpliciter sine adiectione, qui ad malitiam conscriptus, miles factus est. *Marc. de test.* Titius priusquam tribunus legionis factus esset, testamentum fecit, & postea cinctus manente eodem testamento discessit: quod inde introductum, quòd prælium inituri præcingerentur. *Ex Hotomano.*

Cinctus, us, A Cingo, siue Cingulum, {אזור מזח *ezór* חגורה *chaghoráh* *mézach.* ζῶμα. GAL. Ceinture. ITA. *Cinto, cintola.* GER. Gurt/ gurtel/ vmbgurtung. HISP. *Cinto, ceñidura.* AN. *A girdle.*} *Varro de ling. Latina,* Cinctus, Cingulum à cingendo: alterum viris, alterum mulieribus attributum. Quanuis & pro vestitu sumatur. *Virg. 7. Æne.* Ipse Quirinali trabeo cinctúque Gabino Insignis. [*Suet. In Nero. c. 50.* Sine cinctu pro dire in publicum. *Idem in Cæſ. c. 45* Cinctura fluxiore vti. De cinctura autem & cinctu veterum, *legend. Quint.*] Porphyrio docet Cinctum tunicæ genus esse infra pectus aptatæ, à quo Cinctutos Cethegos *Horat.* nominauit. Cinctum Gabinum esse dicunt, togam sic in tergum reiectam, vt vna eius lacinia reuocata, hominem cingat. Hoc genere vestimenti Consul Romanus vtebatur bellum indicturus. Hoc item vestis genere indutos fuisse duos Decios, quum pro exercitu deuouerét, *autor est Liuius.* ¶ Cincturi, pro viris militaribus & quasi ad militiam ac cinctis dicuntur. Contrà Discincti, ad pugnam imbelles atque impariati accipiuntur.

Cinctĭcŭlus, diminutiuum, Amiculi genus, quod ferè vmbilico præcingitur, & ad dimidium crus porrigitur. {διαζωμάτιον. GAL. Petite ceinture. IT. *Cinturotta.* G. Ein vmbgurttung/oder vmschurtz des vnderen theils am leyb. HI. *Pequeña cinta.* ANG. *A litle girdle or faruingall.*} *Plaut. in Bac.* Cinctulo præcinctus in sella apud magistrum assideres.

Cinctūtus, a, um, pen. prod. Cinctu indutus: quod vestis genus antiquissimis Romanis inusu fuit. Vnde *Horatius in Arte,* quum antiquissimos illos denotare vellet, Cinctutos Cethegos dixit. Verba eius sunt hęc. -si forte necesse est Indictis monstrare recentibus addita rerum, Fingere cinctutis non exaudita Cethegis Continget. Hoc est, iis seculis nunquam audita, quibus Romani cinctu vtebantur. ¶ Alij Cinctutos intelligunt bellicosos, quasi ad militiam accinctos: sicut contra Discinctos, molles & imbelles. Prior tamen interpretatio Horatij loco magis videtur conuenire.

Cingŭlum, Hominis cinctotium dicitur, & propriè mulierum. {חגורה *chaghoráh.* ζώνη. GA. Ceinture. ITA. *Cintolo, cintura.* GE. Ein gurtel. HI. *Cinta de la muger.* AN. *A girdle.*} *Varro 4. de ling. Lat.* Cinctus & Cingulum à cingendo: alterum viris, alterum mulieribus attributum. *Festus,* Cingulo noua nupta præcingebatur, quod vir in lecto soluebat. *Cingula, pro veneris cæsto ponit *Valerius l. 6. Argon.* fœcundáque monstris Cingula: non pietas quibus aut custodia famæ: Non pudor: at contra leuis & festina cupido, Affatúsque malus, dulcísque labanti bus error. ¶ In cælo quoque Cingula dicuntur, quæ & zonæ. *Cicero in Somnio Sci.* Cernis autem terram eandem, quæ quibusdam redimitam & circundatam cingulis. Quandoque pro anulo ponitur, quod digitum circuit.

Cingŭlă, læ, qua cinguntur iumenta. {עבות *baboth.* ζῶμα. GA. Vne Cengle, ceinture pour ceindre les bestes. ITA. *Cigna* GE. Gurt der thieren. HI. *Cincha del albarda.* AN. *A girdle or bande to bind beastes with.*} *Oui. 2. de Reme.* Et noua velocem cingula lædat equum.

Cingrĭæ, Tibiæ dicebantur, quæ licet breuiores essent, subtilioribus tamen modis insonabant.

CINGŬLUM, Ciuitas est inter Picentes, quæ mulos Cingulanos mittit, qui etiam hodie habentur in pretio. ¶ Hinc Cingulani populi *quorum meminit Plin. l. 3. c. 13.*

Cĭnĭs, cineris, ab antiquo nominatiuo Ciner, hodie mas. gen. olim etiã fœminini. {אפר *épher* דשן *déschen.* τέφρα. GALL. Cendre. ITAL. *Cenere.* GERMA. Esch. HI. *Ceniza.* AN. *Ashe.*} Puluis in quem materia vsta resoluitur. [Quamuis in cinerem corpus mutauerit ignis. *Ou. El. 3. l. 3. Tri.* Vnus exæquat omnia cinis. *Sen. c. 11 de Conſ. ad Mar.* Supra cineres Pompei. (i. monumenta & theatrum.) *Sen. c. 12. de Con. ad Mart.* In tutelam cinerũ legare multum agri. *Quin.* Et cinis in tumulo positus iacuisset auito. *Oui. El. 3. l. 4. Triſt.* An aula cassa cum cinere offosus siet oculus. *Plau. Cur. ſc. 1. a. 3. & in Amphit. apud Non.*] *Sta. l. 3. Thebaid.* veteris quũ regia Cadmi Fulmineum in cinerem montis Iunonis iniquæ Consedit. *Idem 10. Æn.* Non satius cineres patriæ insedisse supremos? *Idem 6. Æneid.* Postquam collapsi cineres, & flamma quieuit. ¶ Sumitur & pro manibus & reliquiis funerum, siue memoria. *Cic. 3. in Verrẽ,* Homo importunissime, cur tantam iniuriam P. Annio mortuo feciſti? cur hunc dolorem cineri eius atque ossibus inussisti? *Virg. 4. Æn.* Nec patris Anchisæ cineres, manésve reuelli. ¶ Antiqui hoc nomen etiam fœminino genere efferebant. *Calu. apud Non.* Quum iam fulua cinis fueris. ¶ Minxisse in patrios cineres olim dicebatur, qui intemperiis agere tur, cúique cuncta cederent infeliciter, ac si monumentũ patris violasset *Horat. in arte poetica.* ¶ Ne cinerem vitans, in prunas incidas, μὴ πῦρ ἐκ τῶν εἰς ἀσφάλειαν κατατείνῃς. Nec sic defugias malum hoc aut illud, vt in aliud longè maius incurras.

Cinerācĕus, a, um, Cineris colorem referens. {אמוץ *amúts.* ἐντεφρος, τεφρώδης. GAL. Cendreux. ITA. *Di color di cinere.* GERM. Eschfarb. HI. *Cosa de ceniza.* AN. *Ashie or gray coloured.*} *Plinius l. 32.* Terra est aliàs rufa, aliàs cineracea.

Cinĕrĕus, a, um, {ANG. *Gray as ashes.*} Quod è cinere est, vel quod cinereum refert colorem.

Cinĕrārĭus, Qui calamistros, *vt inquit Var. l. 4.* quibus in cinere calefactis capilli onerari solebant, administrabat. M. Cato, *vt utor est Sosipater l. 1.* eum esse in originibus scripsit, qui vnguenta ex cinere composita, quibus mulieres capillum vngitabant, vt rutilior esset crinis, confi ciebat. *Catu [Epi. 56.*] Nunc tuum cinerarius Tondet os: miser, ah miser. Concubine nuces da.

Cinĕrĭcĭus, a, um: vt, Panis cinericius, ὑγρείας ἄρτος. {AN. *Gray bread and ashie coloured.*} qui coctus est sub cinere.

Cinefăcio, cinefacias, cinefacere, In cinerem reduco. {רשן *diſchschén,* σποδόω, τεφρόω. A quo Cinefactus, a, um, In cinerem dissolutus. {τεφροδοκα G. Reduit ou mis en cendre. I. *Ridotto en cenere, incenerito.* GE. Zu eschẽ gemacht. HI. *Hecho ceniſa.* AN. *To mak ashes of any thing.*} ¶ Figuratio est (*inquit Non.*) vt Tepefactum, & Labefactum. *Luc. l. 5.* At nos horrifico cinefactum te prope busto Insatiabiliter deflebimus.

Cinĭflōnēs, qui & Cinerarij dicti sunt, Qui calamistris in cinere calefactis capillos crispabant. {AN. *Frizlers of heare.*} *Horat.* Custodes lectica, cinifiones, parasiti. οἱ τῶν καλαμίδων σποδίζοντες, ἢ ὅσοι τῇ σποδῷ θερμαίνουσι.

CĪNNĂ, Ciuitas Thessaliæ, à Cinno gigante, & Cœi fratre dicta. ¶ Est etiam Cinna ciuitas Hispaniæ in regno Castellæ: à qua Cinnẽses populi, *quos commemorat Plinius in conuentu Tarraconenſi lib. 3. c. 3.* Fuit item Cinna Marianis & Syllanis temporibus, Romanorum omnium crudeliſſimus, quatuor Consulatibus functus, qui primo consulatu, seruis ad pileum vocatis, aduersarios vicit, Octauium interfecit, Ianiculum occupauit. Iterum & tertiò se Consulem fecit. Quarto Consulatu, quum bellum contra Syllam pararet, Anconæ ob nimiam crudelitatem, lapidibus ab exercitu occisus est. Fuit etiam poëta eruditissimus hoc nomine, cuius meminit *Virgilius in Buc.* Nam neque adhuc Varo videor, nec dicere Cinna, Digna sed argutos interstrepere anser olores. [Non is est quem errore nominis pop. Rom. occidit. *Plut. in Bruto.* Imo est alter poeta Cinna fortasse illius filius.]

CINNA, tribunus plebis, qui quum pernicioſas leges de reuocãdis exulibus ferret, pulsus à Cn. Octauio collega, magistratúque exutus, ex vrbe profugit, & bellum vrbi intulit, accersito C. Mario & aliis exulibus ex Africa: in quo bello duo fratres, alter ex Pompeij, alter ex Cinnæ exercitu ignorantes concurrerunt. Et quum victor mortuum spoliarer, cognito fratre, ingenti edita lamentatione, ac rogo extructo, se insuper cremauit. Tandem Cinna & Marius in vrbem recepti, cædibus omnia compleuere: inter quos Cn. Octauium consulem, M. Antonium oratorem, & L. Cæsarem iugularunt, eorúmque capita pro rostris posuerunt. *Ex Liuio.* ¶ Cinna item alius, qui per errorem necatus à populo Romano, foro medio in funere C. Cæsaris, quum vnus ex interfectoribus fuisse crederetur. Præterea L. Cinna, res nouas affectans, quem ex hoste Octauius amicum fecerat, & vsque ad iudicum dignitatem euexerat, aduersus se insidias moliri cognouit, & iratus noua in eum exempla meditabatur. Liuiæ tandem consilio vsus mitior est factus, eúmq; separatim in cubiculum vocauit: vbi eius ingratitudinem exprobrando: Vitam, inquit, Cinna tibi iterum do, prius hosti, nunc insidiatori: & pariter contendamus, vtrum ego melius iterum tibi vitam dederim, an tu debeas. *Seneca de Clementia.*

Cinnabārī, siue Cinnabarim, κιννάβαρι. *Pl. l. 37. c. 7.* saniem putauit esse draconis elisi elephantorum morientium pondere, permisto animalis vtriusque sanguine. Quod tamen falsum esse, manifestius est, quam vt debeat refelli. Dioscorides à minio diuersum esse ostendit, quòd Cinnabari ex Libya, minium ex Hispania afferatur: quid tamen re vera esset, non indicauit. Hoc tantùm testatur, tam exiguam eius copiam afferri solere, vt vix variandis in pictura linis pictoribus sufficeret. Quod autem hodie Cinnabrium vocant, ex sulphure & argento viuo simul vstis conficitur.

CĬSTŬS, {κίστος. GAL. Ciſte. ITAL. *Ciſto.* GERM. Ciſtus/iſt ein ſtaud. HISP. *Cergaços.* } quem & Citraron vocant, ſiue Ciſſaron. Eſt frutex maior thymo, foliis ocymi: cuius duo ſunt genera, floris colore diſtincta. Maſculus enim florem habet roſaceum, fœmina album. *Vide Plin. lib. 24. cap. 10.* Vulgus Roſaginem, ſiue Roſam caninam appellat. Sub hoc frutice naſcitur hypociſtis: de qua ſuo loco. ¶ Eſt & Ciſti ſpecies Leda Plinio, λήδη Dioſcoridi, ex qua ladanum λήδανον, ſiue λήδανον Herodoto. *De quo Plinius libro 12 capite 17.*

CISTHENA, Pomponio libro primo, Vrbs eſt Æolidis in Iſthmo, qui eſt inter Elaiticũ ſinum & Idæum. A Plinio Ciſthene vocatur *lib. 5. c. 30.*

CĬSTŌPHŎRŬS, κιστοφόρος. ¶ Ciſtophorus, *Ciceroni* Aſiatica pecunia cuius pretium fuit pauxillo maius quàm denarij dimidium. ita dictus quòd in eo eſſent expreſſi ciſti: quorum quatuor autem denarij *vt ex Feſto colligere licet*, efficiunt 7. ciſtophoros cum ſemiſſe: ex qua ſumma ad calculos reuocata, colligitur eius pretium ad tres obolos cum ſemiſſe. *Malaſpina. in Ep. ad Att. aliter tractans fallitur. Hæc Adr. Iunius.* Numi ſpecies, ſic dicti à Canephoris Palladis Atticæ virginibus, miniſtris, quarum imaginem habebat impreſſum. *Cicero ad Atticum l. bro* 11. Ego in ciſtophoro in Aſia habeo ad ſeſtertia bis & vicies. Huius pecuniæ permutatione fidem noſtram facilè tuebere. *Idem pro Domo ſua*, vt ſi in Aſia ciſtophorum flagitaret.

CĬSTŬLĂ, *Vide* CISTA.

CITARII, Populi Siciliæ. *Autor Plin. lib. 3. cap. 8.*

Cĭtātus *Vide* CITO, citas.

Citĕrĭă, Appellabatur effigies quædam arguta & loquax ridiculi generis, quæ in pompa vehi Romæ ſolebat. *Cato in M. Catilinam*, Quid ego cum illo decertem amplius, quem ego denique credo in pompa vectitatum iri ludis pro citeria, atque cum ſpectatorib. ſermocinaturum? *Feſtus*, Citeriæ itaque conuitium in homines impendio loquaces olim iactatum eſt. Vnde ſpeciem Prouerbij habebunt orationes huiuſmodi, Citeria loquicior: & Per hoc inutam dicas citeriam: vnus cum multis citeriis certare poſſit.

Cĭtĕrĭor, Citerius, *Vide* CITRA.

CITHAERŌN, κιθαιρών, per i. noſtrum, Mons eſt Bœotiæ, *teſte Strab.* cuius radicem Aſopus amnis alluit. } GER. Ein berg in Boeotia dem Bacchus zugeeignet. } *Seruius* credidit alterum eſſe ex iugis Parnaſi: quod omnium Geographorum iudicio ſecus ſe habet. Eſt enim Cithæron mons à Parnaſo diſcretus, & ab eo pluſquam triginta paſſuum millibus diſiitus. Hic mons Libero patri ſacer erat: vnde etiam ibi eius Orgia celebrabant. *Ouid. 3. Metamor.* Vadit, vbi feſtus ſacienda ad ſacra Cithæron Cantibus & clara bacchantum voce ſonabat.

Cĭthărā, pen. cor. Inſtrumentum muſicum, alio nomine Lyra. {נבל *chinnór.* κιθάρα. GAL. Vne harpe. ITA. *Cetera.* GERM. Ein harpff HISP. *Harpa, inſtrumento.* ANG. *An harpe.* } [*Martial. epig. 165. l. 14.*] Hanc Hieronymus ſcribit effici in modum literæ, cum chordis viginti quatuor, & per digitos variis vocibus, tinnulíque ictibus in diuerſis modis concitari. *Plin. lib. 7. cap. 56.* Citharam Amphion: vt alij, Orpheus: vt alij, Linus inuenit. ¶ Citharam *Virgilius* pro ipſa muſica & harmonia accepit, 12. *Æn.* Auguriũ citharámq; dabat, celeréſque ſagittas. *Quint. lib. 2. c. 8.* Nã ſicut citharа, ita oratio perfecta non eſt, niſi ab imo ad ſummum omnib. intenta neruis conſentiant. ¶ Nõ omnes qui habent citharam, ſunt citharœdi. *Varro de Re ruſt. lib. 2.* Quo ſignificarum eſt, complurib. mortalium adeſſe virtutis inſignia, aut etiam famam, qui tamen vera virtute vacent.

Cĭthărœdŭs, Qui citharа canit. {κιθαρῳδός. GAL. Harpeur, ioueur de harpe en partic. ITA. *Chi canta ſu la cetera, citariſta.* GERM. Ein harpfenſchlager oder welcher darzu ſingt HISP. *El que tañe la harpa,* ANG. *An harper.*} Proprie (vt Moſcopulus annotauit) qui & citharam pulſat, & ore accinit. *Inuen.* Accipis vxorem, de qua citharœdus Echion, aut Graphyſus fiat pater. *Cicero 5. Tuſcul.* At vocem citharœdi non audiunt.

Cĭthărœdĭcŭs, ca, cum, {κιθαρῳδικός. ANG. *Belonging to an harpe.*} vt Citharœdica ars, *apud Plin. lib. 9. c. 8.* & Citharœdicus habitus. *Sueton. in Nerua*, Item ſtatuas ſuas citharœdico habitu.

Cĭthărĭſtrĭă, Quæ citharа canit {κιθαριστικὴ. GALL. Femme qui ioue de la harpe. ITA. *Quella che canta in ſula cetera* GERM. Ein harpfenſchlägerin/oder welche darzu ſingt. HISP. *La muger que tañe la harpa.* ANG. *A woman that playeth on the harpe.*} *Terent Phorm.* Comminò quandam nactus eſt puellulam Cithariſtriam. *Ibidem Terentius* eandem vocat Fidicinam, Ille, qui illam amabat fidicinam.

¶ Sunt autem Cithariſtes, & Cithariſtria, verbalia, à Græco verbo κιθαρίζω, quod eſt citharа cano.

CĬTHĂRĬSTĂ, ſiue Cithariſtes, κιθαριστής. Promontorium Galliæ Narbonẽſis. *Ptol. lib. 2. c. 10. & Antonino*, qui in ſuo Itinerario ab hoc promontorio Maſſiliam vſque natigio triginta millia paſſuum facit.

Cĭtĭmŭs. *Vide* Citra in CIS.

[Citus, a, um GAL. *viſte ſoudain.* Citus de cunis extitit *Plaut. Amph.* Petunt ad cunas citi *Ibid.* Turbo non æquè citus eſt. *Plaut. pſeud. ſc. 4. a. 2.* Citis quadrigis. *Pl. Amphitr.*]

[Citò, *Veſtement, ſoubdainement* Da citò cantharum. *Plaut. Moſt. ſc. 4. a. 1.* Citius properet perſequi. *Plaut. Aul. ſc. 1. a. 4.* Quam citiſſime poteſt, tam hoc celere ac factum volo. *Pl. Capt. ſc. 2. a. 2.*]

Citra, præpoſitio, πρόσθε. *Vide in dictione* CIS.

Citro. *Vide in dictione* VITRO.

Citrŭs, Arbor eſt quorum generum ſi quarum altera latri folio perpetuò virens, eadem eſt cum malo medica, quæ citrium malum gignit, oris graueolentiam eluidans, & veſtium commendans odore, eaſdémque à tineis conſernans. {ἡ μηλέα περσική, vel μηδική, vel ἡ κιδρομηλος. GAL. Citronnier, arbre qui porte les citrons. ITA. *Citronaro,* GER. Citronbaum HISP. *Cidro, madera mas, preciosa que aler ȝe.* ANG. *A limon tree.*} Altera tylueſtri cupreſſo ſimilis eſt, & candidæ, & foliis, & odoratu. in Mauritania præcipuè naſcens: vnde in Italiam ad pretioſiſſimarum menſarum materiam aduehebatur, quæ & Cedrides appellantur à *Plin. lib. 13. c. 15.* [Gallici triumphi apparatus è citro. *Velleius.*] Hæc arbor ab Homero Trogere, à quibuſdam etiam Thyia appellatur, præcipuam in radicis criſpitudine dotem habens. ¶ Citrum, neutr. gen. citri arboris lignum. *Varro 3. de Re ruſt. c. 2* Nunc ubi hic vides citrum, aut autum? *Mart. lib. 9.* Et teſtudineũ menſus quater hexaclinõ, Ingemuit citro non ſatis eſſe ſuo. *Idem libro 10.* & citrium vetus, Inſtra cóſque dentes.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Citrĕus, a, um, Quod ex citro confectum est. {ANG. *Made of the limon tree.*} *Cic. 6. Verr.* Tu maximam & pulcherrimam mēsam citream, à Q. Lutadio Diodoro (qui Q Catulli beneficio à L. Sylla ciuis Romanus factus est) omnibus scientibus Lilybei abstulisti. Citream mensam cum aurea comparat *Martialis in diſtichis.* Accipe fœlices, Atlantica munera, mensas: Aurea qui dederit dona, minora dabit.

Citrĭnus, color, Acetri similitudine dictus. {AN. *The colour of an orenge.*} *Plin. lib. 19. ca. 5. de cucumere loquens,* Crescunt, qua coguntur, forma, in Italia virides, & quam minimum in prouincijs quàm maximi, & citrini, aut nigri.

Citrea malus, quæ & Medica μηδικη, nominatur. Arbor est toto anno pomifera, aliis cadentibus, aliis matureſcentibus, aliis subnaſcentibus pomis. Folia habet lauri, intercurſantibus ſpinis, fructum verò aureo colore, & odore gratiſſimo: quem *Virg. 2. Georg.* miris laudibus celebrauit, ibi, Medica fert triſtes ſucos, tardámque ſaporem Fœlicis mali. Præcipuæ mali huius dotes ſunt, oris grauceolentiam emēdare, veſtes à tineis illæſas conſeruare. Varia citrei mali genera *vide apud Ruel. lib. 1. c. 69. & Amatum Luſitanum in Dioſc. c. de citreis.*

*Citroſa veſtis, κιτρώδης, à ſimilitudine citri appellata eſt. *Hac Feſtus. Meminit & Macrobius lib. 3. Saturn. cap. 19.*

Citta, κίττα, Deprauatus mulierum prægnantium appetitus, quum inutiles cibos appetunt, quod ferè contingere ſolet ſecundo aut tertio à conceptu menſe, ex alimento in vētriculo corrupto, fœtu exiſtente tàm imbecilli, vt nutrimentum conſumere non poſſit. Hinc fit vt copioſæ in ventriculo redundantiæ accumulentur, quæ varium abſurdúmque gignunt appetitum, vt carbonum, cretæ, & ſimilium. Eam ob cauſam Græci malum hoc, picam appellauere, ab auis eius varietate ſumpta ſimilitudine.

Cittāmpĕlos, κιττάμπελος, Herba eſt quæ Dioſcoridi Helxine, & officinis Parietaria dicitur. Vtitur hac appellatione *Paul. Aegin. lib. 6.*

CITTĬVM, κίττιον, Oppidum Cypri: vnde Citticus Zeno, κιττιεὺς, *apud Laert. lib 7.*

Cittōsis, κίττωσις, Vuarum vitium eſt, quum acini à racemis dilapſi pereunt. *Vide Gal. Rhod. Antiq lib 6 c 1.*

Cīuĭs, huius ciuis, Vrbis incola, Municeps, liber: à coëundo (Ciceroni probatur) quod inuiculo quodam ſocietatis ciues in vnum coëant cœtum, & inb iisdem legibus viuant. {אזרח איש העיר *ish hahir* בן העיר *ben hahir.* πολίτης, ὁ, ἡ GAL. Citoyen ou citoyenne. ITA. *Cittadino.* GER. Ein burger oder burgerin. HIS *Ciudadano.* ANG. *A citizen or burgeſſes.*} *Cicero in Catil.* Scitis me hercule mei ſi me iſto pacto metuerent, vt de meorum omnes ciues tui domum meam relinquendam putarem. *Idem de Finib.* Debeo profectò, quantumcunque poſſum, in eo quoque elaborare, vt ſint opera, ſtudio, labore meo doctiores ciues mei ¶ Ciuis, & peregrinus, peregrinos hodie abſoluam, eras agam cum ciuibus. *Plaut. pſeud. ſc. 7. a. 4.* ¶ *Cic. 6. Verr.* Apud Segeſtanos reperiri non poſſe iudices, ſcitote nemini, neque liberum, neque ſeruum, neque ciuem, neque peregrinum, qui illud ſignum auderet attingere. *Id vt* Colebatur à ciuibus, ab omnibus aduenis viſebatur.

Ciuĭtās, Ciuium multitudo vnum in locum congregata, quę eodem iure viuit. {עיר *hir.* πόλις. GAL. Cite, bourgeoiſie, aſſemblee de ville, amas de citoyens. IT. *Città.* GER. Burgerſchafft oder Statt. HIS. *Ciudad, compañia de ciudadanos.* ANG. *A cittie.*} *Cic. de Somn. Scip.* Nihil enim eſt illi principi Deo, qui omnem hunc mundum regit, quod quidem in terris fiat acceptius, quàm concilia, cœtúſque hominum iure ſociati, qui ciuitates appellantur. *Idem pro Seſtio,* Tum conuenticula hominum, quæ poſtea ciuitates nominatæ ſunt. [Ciuitas fiet cōcordior, ſi ditatas opulenti ducant. *Plaut. Aul. ſc. 5. a. 3.*] ¶ Ciuitas & Vrbs in hoc differunt, quod incolæ dicuntur ciuitas, vrbs verò complectitur ædificia. *Cic 4 Acad.* Ariſtoteles & Xenocrates, quos Antiochus ſequi volebat, non dubitauiſſent quin & Prætor ille eſſet, & Roma vrbs, & eam ciuitas incoleret *Idem pro P. Sylla,* Etenim in qua ciuitate reſtantis geſſerim mentem, & in qua vrbe intelligo. ¶ Aliquando Ciuitas dicitur ius ciuium: vnde Ciuitate donare, πολιτείαν δίδοναι. Vrbs ita nuncupata dicitur vrbs, hoc eſt, ipſa mœnia, & ædificia. [Ciuitas, *inquit Cell. c. 7. lib. 18.* & pro loco, & oppido, & pro iure quoque omnium, & pro hominum multitudine ſumitur. *Item* Ciuitatum pro Ciuitatum in genitiuo numeri multitudinis, *Liuius lib. 2. d. 5.*] ¶ Capere ciuitatem, *Plat. in Dialogo,* qui Sophiſta inſcribitur, prouerbialiter dixit, pro rem difficilem aſſequi. Neque enim ciuitas primo ſtatim in impetu capitur. ¶ Ciuitatem vſurpare, ſe pro ciue agere *Suet. in Claud.* Ciuitatē Romanā vſurpantes in campo Eſquilino ſecuri percuſſit. ¶ Magna ciuitas magna ſolitudo ἐρημία μεγάλη ἐστὶν ἡ μεγάλη πόλις. Quadrabit in vibes aut domos, agros aut hortos, aut aliud id genus quidpiā amplū quidem & ſpatioſum, ſed parum excultū: Aut in libū ingenium quidem illum, verum impolitum & illimatum. ¶ Seruorum ciuitas, δούλων πόλις. De cœtu conuictúque hominum improborum, furacium, aut ignobilium dici poteſt. ¶ Dicitur etiam ciuitas, pro regione tota cuius incolæ iiſdem legibus vtuntur, vt ciuitas Allobrogum, Heluetiorum. *Salluſt.* Itaque Q. Fabio Sangæ, cuius patrocinio plurimum ciuitas vtebatur, rem omnem vti cognouerunt aperiunt. *Caſ. lib. 1.* Apud Heluetios longe nobiliſſimus & ditiſſimus fuit Orgetorix. Is M. Meſſala & M. Piſone Coſ. regni cupiditate inductus, congregationem nobilitatis fecit, & ciuitati perſuaſit, vt de finibus ſuis cum omnibus copiis exirent.

Ciuīlis, & hoc ciuile, Quod eſt ciuium, ſeu quod ad ciues pertinet. {πολιτικός. GAL. Politique, appartenant aux citoyens. ITA. *Ciuile.* GERM. Burgerlich/oder das den burgeren zugehört. HIS. *Coſa de Ciudad, ciuil.* ANG. *Belonging to a cittie.*} vt, Ciuilis mos, Ciuile ius, Ciuile odium, Ciuile bellum, Ciuilis homo, qui eſt peritus eorum quæ ad adminiſtrandam Rempub. pertinent. *Cic. 7 Phil.* Itaque ego ille, qui ſemper autor pacis funcúque pax præſertim ciuilis, quanquam omnibus bonis, mihi tamen in primis fuit optabilis. *Idem ad Att. lib 7.* Genus belli quod ſit, videsne ita ciuile eſſe, vt non ex ciuium diſſenſione, ſed ex vnius perditi ciuis audacia natum ſit. [Non verus & naturalis, ſed ciuilis & opinabilis amor. *Gell. c. 1. l. 12.* Ciuilem modum dignitatis concupiſcere. *Velleius.* Pluſquam ciuilia cupere & ſupra ciuilem æquationem eleuari (de Tyrannide. *Calpurnius, Declam. 6.* Ciuilem virum exhibere, i. prudentem regendæ ciuitatis. *Quintil.* Ciuilis reditus Pōpeij (i. ſine armis & pacatus.) *Velleius.* Ciuile faſque eſſe remaledici. *Sueton. in Veſpaſ. cap. 9. Idem l. 6. ab vrb.* At hercule ſermo minimè ciuilis, (i. popularis.) *Tacit. lib. 2.* Hactenus indulgere matri, ciuile rātus. *Idem lib. 2.* A ciuili more degenerare i. à conſuetudine. *Suet. in Aug. c. 16.* Ciuili animo ferre, *Suet. in Caſ. c. 75.* Ciuilem admodum ſe egit. i. comem. *Suet. in Tiber. cap. 26.* Parcus & ciuilis in ſe augendo. *Suet. in Claud. cap. 11.* Ciuile vitæ genus inſtituere. i. leuiſſimū. *Suet. in Tiber. cap. 11. Item,* Ille pater patriæ, (quid enim ciuilius illo?) *Ouid. E-leg. 4. l. 4. Triſt.*] ¶ Vnde ciuiles, id eſt, curæ, & ſolicitudines. *Horat. 1. Epiſt.* Nūc agilis fio, & verſor ciuilib. vndis. Studia ciuilia. *Cic. pro Font.* Si inimico teſti credi non oportuit, inimicior Marcello Craſſus, aut Fimbriæ Scaurus, ex ciuilibus ſtudiis, atq; obtrectatione domeſtica, quàm huic Galli? ¶ Ciuilis actio, id eſt præſcriptis verbis: *D. lib. 9. Tit. vlt. l. 15.* Cui opponitur legitima: Ciuilis actio incerti vocatur. *Quercus ciuilis, eſt quercea corona, quam (vt refert Seruius) qui in bello ciuem liberaſſent, accipiebant, ideo quia antè cauſa vitæ in hac arbore hominibus fuit, qui glandibus vescebantur. *Virgil. 6. Æneid.* Atque vmbrata gerunt ciuili tempora quercu.

Ciuĭlĭor, & Ciuilius, πολιτικώτερος, α, ον, comparatiua. *Ouid. 4. Triſt. Eleg. 4.* Ipſe pater patriæ, quid enim ciuilius illo?

Ciuĭlĭssimus, Superl. *Spartianus in Adriano:* In colloquijs etiam humillimorum ciuiliſſimus fuit.

Ciuĭlĭtās, Comitas, facilitas, humanitas. {τὸ πολιτικόν. GALL. Ciuilité, honneteté, police. ITALIC. *Ciuiltà.* GERM. Burgerliche vnnd erbarliche zucht. HISP. *Ciuilidad, ò policia.* ANGL. *Ciuilitie, gentilneſſe and courteouſneſſe in maners.*} Moderatio quædam atque modeſtia, magis ciui hominíque politico, quàm Imperatori conueniens, quam Auguſto tribuit *Sueton. cap. 51. & Claud. cap. 31.* Clementiæ ciuilitatiſque, inquit, eius multa & magna documenta ſunt. *Iulius Capitolinus* laudat Antoninum Pium, quod Imperatorium faſtigium ad ſummam ciuilitatem deduxerit. [Ciuilitatis pars, Rhetorica, (i. ciuilis diſciplinę.) *Quintil. cap. 16. lib. 2.*]

Ciuĭlĭter, adverb. Ciurum more. {πολιτικῶς. GALL. Ciuilement. ITAL. *Ciuilmente, cittadineſcamente.* GERMAN. Burgerlich/Statlich. HISP. *Ciuilmente, politicamente.* ANG. *Ciuilly, gentillie, like citizens.*} *Cic. 1. Offic.* Vt enim quum ciuiliter contendimus, aliter ſi eſt inimicus, aliter ſi cōpetitor: cū altero certamen honoris & dignitatis eſt, cū altero capitis & famæ. *Iuuen Satyr. 5.* Poſcimus vt cœnes ciuiliter: id eſt, vt tibi ſit panis eadem qui aliis communis, iiſdémque ferculis vtaris: non vt tyranni more, aut regio cœnes. *Ouid 12. Metam.* Exercet memores plus quam ciuiliter iras. [Et quoniam ſemel eſt odio ciuiliter vſus. *Ouid. Eleg. 8 lib. 3 Triſt.* Ciuiliter eruditus, *Gell. c. vlt. lib. 20.* Neque nimis ciuiliter nimis opibus vrebatur *Liuius l. 3. d. 4.*]

Ciuĭcŭs, a, um, per. co. Ciuilis. {πολιτικός. GALL. Citoyen. ITAL. *Cittadineſco, ciuile* GERM. Burgerlich. HISP. *Ciuil, de ciudad.* ANGLIC. *A Ciuil, ofa ciue.*} Ciuica corona, quam ciuis ciui, a quo ſeruatus fuiſſet in prælio, reſtem vitæ dare ſolebat. *Cic. pro Planc.* At id etiam gregarij milites faciunt inuiti, vt coronam denique ciuicam, & ſe ab aliquo ſeruatos eſſe fateantur, *Vide pluratn* Ciuilis. [& *apud Gell. c. 6. l. 5. Plutar. in Corvola*

CIVS, κίος, Fluuius Thraciæ ex Pæonibus & Rhodope monte profluens, medium interſecans Hæmum, *vt ſcribit Herod. lib. 4.*

¶ Fuit item Cius Bithyniæ oppidum, poſtea Pruſias appellatum. Hoc (*vt teſtatur Strab. l. 12.*) Demetrius euertit vnà eū Myrlea, huic vicinate aſque Pruſiæ Zelæ dedit, qui vtranq; rurſus à ruinis excitās, Cium à ſe Pruſiada, Myrleam verò ab vxore Apamiam nominauit.

C ante L

CL. in notis antiquorum Claudius. CL. V. clariſſimus vir. CL. F. clariſſima filia, vel femina. CLI. Claudius. C.L.D.BL. cauſam laudabilem. C.L. Caij Libertus, vel Caius Libertus. CL. conlibertus. C. L. vel I. vel L. Caiæ libertæ. C.L. Caiæ libertę. C.LIB. Caij libertus, vel liberorum. CLB. CL conlibertæ clariſſimæ. C. MAR. P. caput margine pleno. CM. Comes. CML. centum millia. CMS. Comis. C.M. Ciuis malus. C. M. vel CA. M. cauſa mortis. vel M. Marius. COM. vel CO. comitia obdurata. C. M. T. cauſa malè tuti. C. MT. crementum multū. CML. XII. camelos duodecim.

Clabŭla, *Vide* CLAVOLA.

Clădes, Strages, conflictus, & calamitas. {שבר *ſchéber* אד *edh.* πάθος, ους. GAL. Deconfiture de guerre, perte en bataille, victoire perdue. ITA. *Calami à uccisione.* GERM. Ein niderlag/verderbung/jämerlicher ſchad. HISP. *Eſtrago, ò mortandad à hierro.* ANG. *Great ſlaughter and domage.*} Ἀπὸ τῆ κλάδου, hoc eſt, ramo, eſt enim nihil aliud, quàm ramorum & ſurculorum detritio: quemadmodum calamitas calamorū ſtrages ſt atarum arborum. Deinde μεταφορικῶς ad homines transfertur: quanquam non deſunt, qui ἀπὸ τῆ κλαίειν, hoc eſt, à flendo, ſiue lugendo, aut à cadendo cladem, quaſi cadem dictam exiſtimant. *Plin. lib. 16. cap. 32.* A quo deinde tempore maieſtas populi Romani reſurrexit, quæ antè vaſtata cladibus fuerat *Cic. de Clar. Orat.* Curſum ingenij tui Brute, premit hæc importuna clades ciuitatis. *Virgil. 12. Æneid.* & ſubita turbaret clade Latinos. [Clades, calamitas, intemperies (De paraſito) *Plaut. capt. ſc. 3. a. 4.* Clades exantlarem immanes. *Plaut. Amphitr.*]

CLAEON, κλαίων, Fōs eſt iuxta Celænas Phrygiæ oppidū, ab effectu fletus dictus. κλαίω, n. idem eſt quod fleo. Huic vicinus alter fons Gelon, ἀπὸ τῆ γελᾶν, hoc eſt, à ridēdo appellatus. *Refert Plin. ex Theophraſto lib. 31. c. 2.*

Clam, Præpoſitio ablatiuo caſui ſeruiens, Secretò, latenter. {תחת *beséther.* κάθαρα, κρύφα. GAL. En cachette, ſecrettement. ITAL. *Celatamente di naſcoſo.* GERMAN. Heimlicher weyß, verborgenlich. HISP. *Occulta y eſcondidamente.* ANG. *Priuelie, ſecretlie, cloſelie.*} Clām patre egiſti. *Plaut. in Amph.* Is amare occœpit Alcumenam clam viro. [Deduco pedes clam ne ſentiat miles. *Plaut. Curc. ſ. 3 a. 2.* Quæ me clam ratus ſum facere, Ille hic fecit palam. *Plaut. Mon. ſc. 5. a. 5.* Scortum liberet clam patrem. *Plaut. Capt. ſc vlt. a. 5.* Mihi concredidit clam omnes. *Plaut. Aul. prolog.* Si quid clam vxorem animo ſuo fecit volupe. *Pl. Aſin. ſc. 2. a. 5.* Clam matrem ſuam. *Plau. Mil. ſc. 1. a. 2* Clam vxorē iuſſi apparari prādium. *Ibid. ſc. vlt. act. 5.* Ne clam me comeſſes prandium. *Pl. Mena. ſc. 2. a. 4.*] ¶ Iungitur aliquando & accuſatiuo. *Plaut. Caſ.* Bona multa faciam clam meam hanc vxorem. *Cic. in Salluſt.* Timens ne facinora eius clām vos eſſent.

¶ Quandoque reperitur loco aduerbij poſita. *Virgil. 1. Æneid.* Clām ferro

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ferro incautum superat, securus amorum Germanæ. ¶Hinc compositum Perclàm, quod est valde occultè.

Clāncŭlŭs, κλάθρα, clàm siue clanculum. *Macrob. Satur. lib. 5. c. 18.* Fuit enim hic poeta, vt scrupulosè & anxiè, ita dissimulanter & quasi clanculò doctus, vt multa transtulerit, quæ vnde transtata sint difficile sit cognitu.

Clāncŭlum, diminutiuum est à Clàm. {בסתר *besóther*. κλαθράως, κρύβδην. GAL. Secrettement, en cachette. ITAL. *Di nascoso, celatamente*. GER. Heimlich. HISP. *A escondidillas*. ANGL. *Secretlie, priuelie.*} *Terent. in Eunuch.* In cellulam ad te patris penum omne congerebam clanculum. *Ibidem*, Venisse clanculum per impluuium. ¶Clanculum accusatiuo iunxit *Terent. in Adelph.* postremo alij clanculum Patres, quę faciunt, quæ fert adolescentia: Ea ne me celet, consuefeci filium. [Alia via clanculum præcurristi. *Plau. Amph* Nequeo quę loquitur exaudire clanculum. *Pl. Men. sc. 2. a. 3.* Clanculum furripuisse ex armario. *Plaut. Men. s. 3. a. 3.* Clanculum compilat. *Ibid. sc. 1. a. 4.* Clanculum celebas te istæc flagitia facere potesse? *Ibid sc. 2. a. 4.*]

Clāncŭlārĭŭs, a, um, Occultus, latens. {נסתר *nistár* κρυπτὸς, κεκρυμμένος. GAL. Secret, caché, incognu. ITA. *Occulto, secretto* GER. Verborgen. HIS. *Escõdido, segreto.* ANG. *Secret, priuate.*} *Martial. lib. 10.* Vernaculorum dicta, sordidum dentem, Et fœda linguæ probra circulatricis, Poeta quidam clancularius spargit, Et vulgi videri nostra &c.

Clāndēstĭnō, pen. prod. Occultè, secretò, latenter. {נסתר *besóther*. κρύβδην, κρυβδόλως, κρύφα. GAL. En cachette, secrettement. ITA. *Secretamente, occultamente*. GER. Heimlich, verborgenlich. HISP. *Escondidamente, ò escondidas*. ANG. *Secretlie, closelie.*} *Lucilius*, Ac enim dicis, clandestinò tibi quod commissum fuerat. *Plaut. in Mil.* Nam hoc negotij clandestinò, vt agerem, mandatum mihi.

Clāndēstĭnŭs, a, um, penultima producta, Occultus, secretus. {נעלם *neḕlám*. κρυπτός. GAL. Secret, caché. IT. *Occulto, secretto*. GER. Heimlich, verborgen. HISP. *Escondido, secreto*. ANG. *Secret, priuie.*} *Liu. 4. ab Vrbe*, Quum patres clandestina denuntiatione reuocati ad diem certa essent. *Manlius lib. 1.* Et clandestinis surgentia fraudibus arma. *Sil. lib. 7.* Ceu clandestino traheretur fœdere bellum [Clandestina vt celetur suspicio. *Plau. Amph.* clandestinus est amor. *Plaut. Curc. s. 1. a. 1.* Conuentum clandestinum. *Gell. c 9 l. 17.*]

Clāmŏr, Vox intensa & maiore cum impetu prolata. {זעקה *kol záakáh*. אנקה *anakáh*. κραυγὴ, βοή. GAL. Clameur, cri, huyement. IT. *Grido*. GERM ein geschrey. HIS. *Clamor ò voz grande*. AN *A lowde crieng.*} *Plinius in Epist.* Tunc bidóque clamore postulauerat simul & oppresserat. *Cic. 6. in Verr.* Interea ex clamore fama tota vrbe percrebuit, ex pugnari deos patrios. *Virg. 5. Æneid.* resonat clamoribus æther. ¶Antiqui etiam Clamos dicebant, sicut Arbos. [Clamorem vtrinque efferunt (in prælio) *Plau. Amph sc. 1. a. 1. & Au. sc. 3. a. 1.* Clamores Imperia dotes. Qui istic clamorem tollis? *Plaut. Curc. sc. 2. a. 2.* Clamore hominem posco de creditore. *Plaut. Curc sc 3. a 5.*]

Clāmo, as, are, Vocifero, clamorem edo, clamorem facio, voce contendo. {קרא *kará* זעק *záḕák* אנק *anák*. βοάω, κλάζω. GAL. Crier, huyer, braire. ITA. *Gridare, chiamare*. GERM. Schreyen. HIS. *Llamar dando vozes*. ANG. *To crie lowde.*} *Plaut. in Mercur.* Nec tolerãt vt æquum est, patres: sed clamant, indecenter obstrepunt. *Cic. ad Attic. lib. 5.* Id clamare omnes, qui aderant, nihil impudentius, &c. *Terent. in Adelp.* Clamant omnes, indignissimè factum esse. [Clamat, parturit. *Plaut. Aul. sc. 5. a. 4.* Sic occeperunt (Asini) clamare, (i. rudere) *Pl. Asin. sc. 1. a. 1.*] ¶Clamare item pro dicere, & affirmare accipitur. *Cic. 3. in Verr.* Quũ tutores H-SLXXX. millibus id opus, ad illius hominis iniquissimi arbitrium se effecturos esse clamarent. ¶Quandoque vocare, καλεῖν, φωνεῖν. *Virg. 4. Æneid.* Per medios ruit ac morientem nomine clamat. *Ouid. 2. Metam.* Aspicit hanc, visamque vocat, clamata refugit. *Idem 6. Metam.* Ipsa videbatur terras spectare relictas, Et comites clamare suas. [Ianua Ianitorem clamat. *Pl. Asin. sc. 3. a. 2.* Quin Deum atque hominũ clamat cõtinuo fidẽ. (Senex) *Plau. Aul. sc. 1. a. 2. & Men. sc. 8 a 5.*] ¶Clamare, cõqueri. *Terent. in Adelph.* Mihi quidẽ non placẽt: Et clamo sæpe. *Liu. 3. ab Vrbe*, Clamat fraude fieri, quod foris teneãtur exercitus. *Cic. pro Cluent.* Quũ & de suo, & de vxoris interitu clamaret, testamentúmq; mutare cuperet, &c. Huius composita sunt, Acclamo, Conclamo, vt Vasa cõclamo, κλαζυγλὶ σημήνω. Ité Declamo, Exclamo, Proclamo, Reclamo, & Succlamo, quæ habent penultimam productam.

Clāmĭto, as, are, frequentatiuum. {נאנק *neenák*. κραυγάζω, συχνὰς καὶ πολλὰς κράζω. GAL. Crier souuent, ou dire a haute voix. IT. *Gridare spesso*. GE. Hefftig oder offt schreyen. HIS. *L'amar dando vozes muchas vezes*. AN. *To crie often and lowde.*} [Clamitat me vt reuortar. *Pl. pseua. sc. 1. a. 5.* Non quod pueri clamitant se in faba reperisse. *Plaut. Aul. sc. 1. a 5.*] *Terent. in Andr.* clamitent Mesycophantam, hę editatem persequi. *Cic. 2. Tusc.* Nam quum ex renibus laboraret, ipso in eiulatu clamitabat falsa esse, quæ antea de dolore sensisset ipse. *Terent. in Adelph.* Venit ad me sæpe clamitans, Quid agis, Mitio?

[Clamatio. *Plaut. Most. sc. 1. a. 1.* Quid hìc tibi ante ædes clamatio est? Qu'as-tu ici à crier deuant ceste maison? (siue clamitatio)]

Clāmātŏr, verbale, Qui clamat, voce contendit. {זעק *záḕák*. κράκτης, κεκραγὼς. GAL. Vn crieur ou criard, brayard, celuy qui crie. ITAL. *Chi grida ò chiama alcuno*. GERM ein schreyer, rüffer. HISP. *Strepitoso, pteno di gridi, Llamador*. ANG. *That crieth lowde.*} *Cic 3 de Orat.* Quare Coracem istum vestrum patiamur nos quidem pullos suos excludere in nido, qui cuolent clamatores odiosi ac molesti. *Mart. lib. 12.* Non venit ablatis clamator verna lacernis. [*Item Gell. c. 9. l. 19.*]

Clāmātōrĭŭs, a, um, κραυπικὸς: vt, Clamatoria auis, in augurijs dicebatur, quæ alio nomine Cluina, & Prohibitoria appellabatur, ab effectu impediendorum auspiciorum. Hanc *Plinius lib. 9. ca. 15.* numerat inter aues seculo suo incognitas. Clamatorium genus. *Cicer. ad Quintum Frat. lib. 3.*

Clāmōsŭs, a, um, à nominatiuo Clamos, quod clamore obstrepit, vociferatúrque. {κραυγασμὸς. GAL. Criard, plein de crierie. IT. *Strepitoso, pieno di gridi*. GER. Schreyig, prallechtig. HIS. *Gritador*. ANG. *which crieth lowde.*} *Iuuenalis*, Securũ iubeant clamoso insistere circo. *Quint.* Non turbidus, non clamosus sit altercator. [Indirecta, &, vt ita dicam, clamosa actio est. *Quintil.*]

CLAMPETIAE, Locus Italiæ in Brutiis. *apud Plin. lib. 3. cap. 5.*

Clăngo, is, xi, vel gui, Tuba cano, vel increpo. {תקע בשופר *takáḕ baschschophár* ברעש *beréash*. GAL. Faire retenir, resonner comme faict vne tromoette. ITA. *Trombettare, sonare di tromba*. GER. Trommeten, erklingen. HIS. *Sonnar la bozina ò trompeta*. ANGL. *To sowne a trompet, to crie like an egle.*} *Valerius Flac.* ter inhorruit æther, Luctificum clangente tuba.

¶Clangere item dicuntur anseres; *vt est videre apud Columel. lib. 8. cap 13.* ¶Aquilis item clangorem tribuit *autor Philomelæ apud Ouidium*, Dum clangunt aquilæ.

Clăngŏr, Sonus tubarum est. {תרועה *teruḕáh*. κλαγγή. GAL. Son de trõpette. ITAL. *Il sono delle trombe*. GERM. Der Trommeten schall. HIS. *Son, ô soni lo de trompeta*. ANGL *The sowne of trompettes.*} *Virgil. 2. Æneid.* Exoritur clamórque virũm, clangórque tubarum. Licèt etiam dicatur de sono aurium, & aliorum rerum clarè strepentium. *Cic. 4. Tusc. de Prometheo*, Iouis satellites (intelligit aquilam) pastu dilaniat tetro, Tum recore opimo farta & satiata affatim, Clangorem fundit vastum. *Colum. de anseribus lib. 8 cap. 13.* Estque generis anser præcipuè rusticis gratus est, quod nec maximam curam poscit, & solertiorem custodiam præbet, quàm canis: nam clangore prodit insidiantem.

CLĂNĬS, γηπόνις *Stephano*, Fluuius Campaniæ iuxta Acerras vrbem, crebris eius inundationibus bona ex parte hausta: *vt annotauit Seruius in illud Virg. 2 Georg* varius Clanius non æquus Acerris. *Plin. lib. 3. cap 5.* Glanicum vocat, eandemque esse testatur cum Lyri, Mineturnas interfecante. *Stephanus* Glanum appellat, Silliumque piscem ab eo Glanium vocari existimat. *Plinio* tamen Glanis Thuscię fluuius est iuxta Aretium: *de quo tamen à suo loco.*

Clārĕo, Clarifico, Clarigo, Claritas. *Vide* CLARUS.

CLARIAE, Populi sũt Thraciæ, *Plin. lib. 4. cap. 11. in descriptione Thraciæ.*

CLĂRŎS, κλάρος, Vulgò *Calamo*, Ioniæ ciuitas, Apollinis oraculo nobilis, iuxta Colophonem. Hanc Manto Tiresiæ filia condidit, fugiens Thebanorum victores Epigonos. Quæ quum patriæ cladem lugeret & suam, manantibus vbertim lachrymis fontem fecit: vnde Claros ὅτι ἀπὸ τῶν κλαυμάτων locus appellatus. Nearchus verò autor est, inde huic vrbi nomen factum, quòd Apollini per sortem Claros obtigit. Nam sortem κλῆρον Græci nominant. Hinc Apollo Clarius dictus est, qui illic & fanum habuit, in quo reponia, epota aqua edebantur. ¶Est & Clarus insula in mari Myrtoo, & ipsa Apollini sacra: de qua nonnulli intelligunt illud *Ouid. 1. Metaphor.* mihi Delphica tellus, Et Claros & Tenedos, Pataræaque regia feruit.

Clārĭum oraculum, In Ionia fuit iuxta Clarum oppidum, non procùl à Colophone: à quo Clarius Apollo dictus est: ibi enim specus fuit & lacuna, cuius potu mira oracula reddita sunt, breuiore tamen vita bibentium, κλαύσιον μαντεῖον. *Huius Plin. lib. 2. ca. 103. & alicubi Macrobius meminerunt.*

Clārŭs, a, um, Planus, apertus, perspicuus, diluculus. {צח שחור *tsáḕch tahór*. αἴθριος, λαμπρός. GALL. Clair. ITA. *Chiaro, lucente*. GER. Heiter vnd schön. HIS. *Claro*. ANGL. *Cleare, trigth.*} *vt* Clara dies. *Cic. in Somn. Scip.* Ostendebat autem Carthaginem de excelso, & pleno stellarum, illustri, & claro quodam loco. *Virgil. 1. Georg.* Et claro syluas cernes Aquilone moueri. [Luce claro *vide* Lux. Vt splendor sit clypeo clarior, quàm Solis radij. *Plaut. Milit. s. 1. a. 1.* Progenies clara. *Catul. de Com. Beren.* pro claris factis diris aguntur malis. *Plaut. Amphit.* Voce clara exclamat vxorem tuam. *Plau. Amph. sc. 1. a. 5.* Dabo aliam claram pugnam. *Plaut. pseud. sc. 5. a. 1.* Clarissimum bellum gerere. *Vell.* Clarissimus fuit disciplinæ (pro disciplina) *Idem Vell.* Ipse nitor galeæ claro radiantis ab auro. *Ouid. 13. Met.* ¶Figuratè pro insigni atque excellẽti accipitur. {נכבד *niehbádh*. ἐνδοξος, περιφανὴς. GAL. Manifeste, noble, qui à grande renommee, illustre. ITA. *Nobile, illustre* GERM. Berümpt, namhafftig. HIS. *Nobile y esclarecido en fama*. ANGL. *well knawen, noble, famous, renowmed.*} & eo, qui veluti fulgore quodam famæ resplender, qui & Inclytus dicitur: quamuis plus sit Inclytus, quàm Clarus, propter In. quæ ibi auget. *Cic. 1. de Finib.* Claris & fortibus viris commemorandis. *Plaut. in Trin.* In occulto iacebis quum te maxime clarum voles. ¶Interdum ponitur pro audibili aut sonoro: vt Clara vox, λιγυρὰ, *Cic. pro Syl.* atque vt idem omnes exaudiane, clarissima voce dicam.

Clārē, aduerbium, Clara voce, explicatè, enodatè, manifestè, planè. {ἐξῆς. GALL. Clairement. ITA. *Chiaramente*. GER. Klar vnd heiter. HISP. *Claramente*. ANG. *Cleare'lie, with a shrill voce.*} *Terent. in And.* Vnde est dic clarè. [Iouis summi causa, clarè plaudite. *Plaut. Amphit.* Clarè aduersum fabulabor. *Plau. Amph.* Nunc spectatores valete, & nobis clarè plaudite. *Plau. Men. sc. vlt. a 5.* Item Cæsariem fulgentem clarè. *Catull. de Com. Ber.*] *Cic. ad Attic. lib. 2*, Varietas in re nulla sit, aperteque loquantur, & iam clarè gemant. *Calius Cic. lib. 8* Et quò propius ea contentio, quàm fieri necesse est, accedit, eò clarius id periculum apparet.

Clārĭsŏnŭs, a, um, Clare sonans, canorus. {λιγύφωνος. GAL. Qui sonne clair. ITA. *De chiaro suono*. GER. Das hell tonet. HISP. *Cosa que suena claro*. ANG. *That sowneth shrillie*} *Virgil.* vt, Vocesque clarisonæ. *Catull.* Clarisonas imo fudisse e pectore voces. *Cic in Arat.* Hunc à clarisonis auris Aquilonis ad Auslrum Condens.

Clāritās, Lucor, nitor, splendor. {אחזת *tsachtsachâh* שהר *tóhar*. στιλπνότης, λαμπρότης. GALL. Clarté, splendeur. ITA. *Chiarezza, splendore*. GER. Klarheit, heitere. HISP. *Claredad ò esclarecimiento de fama*. ANGL. *Clearnesse, bright nesse.*} vt, Claritas soni. *Plin. lib. 2 cap. 8* Claritatis tantæ est vt spectet. *Idem lib. 8 cap. 11*, Fmicant quidam oculorum claritati [Claritas nitendi. *Quintil.*] ¶Aliquando pro excellentia, αὐξησις vis, Claritas gestarum rerum gestarum. *Cic. 1. Offic.* Facilior & tutior, & minus alijs grauis, aut molesta vita est otiosorum: fructuosior autem hominum generi, & ad claritatem amplitudinémque aptior, eorum qui se ad rempublicam, & ad magnas res gerendas accommodauerunt. *Idem ad Sulp.* Quæ quamquam ex multis pro tua claritate audiam, tamen libentissimè ex tuis literis cognoscam. ¶Interdum facilitas, perspicuitas: vt Claritas orationis. [*Quintil.* Claritas sententiarum *Quintil.*]

Clārĭtūdo, dinis, idem quod Claritas, *Festo ac Nonio testibus*. {ANGLIC. *Clearnesse. brightnesse.*} *Sallust.* Quum præsertim tam multæ variæque sint artes animi, quibus summa claritudo paratur. ¶Claritudo

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

vocis, ἐξωφωνία *Gell.lib.7.cap.5.* Histrio in terra Græcia fuit fama celebri, qui gestu & vocis claritudine & venustate cæteris antestabat.

Claro, as, Clarum facio. {תהר *tihár.* δοξάζω. GAL. Monstrer, manifester, declarer. ITA. *Far chiaro.* GER. Hell vnd heiter machen/ Erklären. HISP. *Esclarescer, y aclarar, hazer claro.* ANG. *To mak plane and manifest.*} *Ausonius*, Pollet Aristides, veteres qui clarat Athenas, *Cic. 1. de Diuin ex antiquo poeta*, Iupiter excelsa clarabat sceptra columna. *Horat.* illum non labor Isthmius Clarabit pugilem. *Lucr.lib.4.* Multáque in his rebus quærendum, multaque nobis Clarandum est, planè si res exponere aueamus ¶ Hinc Declaro, as.

Claréo, es ui, Clarus sum, vel manifestus, seu notus sum, eniteo {צח *tsáh* טוהר *tihár.* διδυμαυγῶ. GAL. Estre clair, auoir bruict & renommee. ITAL. *Esser chiaro, illustre, noto, manifesto.* GERM. Hell oder heiter sein/ oder wol berümpt sein HISP. *Esclarecerse, hazerse esclarecido famoso.* ANG. *To be cleere or well knawen, to be famous and renowmed.*} *Ennius apud Cic. 3. Officior.* Ergo pó lque magísque viri nunc gloria claret. *Idem de Senect.* Turpilius Pædio, cuius aduentu insula hod e claret Cypros. ¶ Claret lumen. *Ennius Telamone* (*vt citat Nonius*) Nam ita mihi Telamonis patris, atque facies proaui Iouis grata est, atque hoc lumen candidum claret mihi. *Cic in Arato*, Propterea quod ad æstatis primord a clarent. ¶ Claret, pro clarum est. *Lucret.lib 6.* quod in p imo quo que carmine claret.

¶ Claret mihi, id est, intelligo. *Claud.in Paneg.* ventura potestas clarui Asconio, subita quum luce comarum Iunonius flagraret apex.

Clārē, eo, scis, à clareo, Clarus fio. {צח *tsách.* λευκῶ ἐμφ. GA. Deuenir clair & manifeste. ITA. *Farsi chiaro manifesto.* GERM. Heiter vnd scheinbar werden/ oder berümpt werden. HISP. *Esclarecerse.* ANGL. *To waxe cleere and manifest.*} *Quint.lib.6 cap.4.* Neque tantum hoc ipsis monitoribus clarescit: quidam faciunt apertè quòd rixemur. *Virg.l.2. Æneid* Clarescunt sonitus, armorúmque ingruit horror. Clarescere & resonare vocem facit *Gell.cap.7 l 5.*] ¶ Hinc fit compositum Inclareo, quod est valde clarere: à quo fit Increresco, quod est valde clarius fio παρηφανῶ. ¶ Clarescit pro clarum fit, *Macrob.Comment lib.2 cap. 12.* Et hæc sit præsentis operis consummatio, vt animam non solum immortalem, sed deum esse clarescat.

Clārĭfico, as, Clarum facio, illustro. {תהר *tihár.* λαμπρύνω. GAL. Clarifico esclaircir. ITAL *Far chiaro.* GER. Heiter vnd scheynbar machen. HISP. *Esclarecer y aclarar otra cosa.* ANG *To mak cleere.*} *Plin.lib 20.cap.13.* Alterum est nigrius, quod capitis vitia purgat, virum clarificat.

Clārĭgo, as, pen. cor Res clarè repeto, Bellum indico. {σημαίνω τὸν πόλεμον). GALL. De ouicer la guerre aux ennemis s'ils ne veulent faire raison. ITA. *Intimare la guerra.* GERM. Ein ding heiter vnd offentlich wid r erfordern: jtem/ heiter einen krieg/ vnd vnfrid ansagen lassen HIS. *Denunciar a alguno.* ANGL *To denounce warre.*} A vocis claritate dictum, quasi clarè ago, sicut Litigo dicemago: Læuigo, læue ago: Mitigo, mite ago. *Plin.lib.22.* Hoc sen per & legari quum ad hostes, clarigatúmque mitterentur, vsitatè est, res raptas latè repetitum. [Clarigare est res raptas clarè repetere. *Festus.*] Erat cautum Romanis in more, quum bellum indicere alicui populo volebant, vt Pater patratus proficisceretur ad eum, & præfatus quædam solemnia verba clara voce diceret se bellum indicere ob certas causas, quòd scilicet pecus abegissent, nec reddidissent quod noxios receptassent, quòd agrum vastassent, quòd socios læssissent, aut aliquid simile. Formulam belli indicendi, *vide apud Gellium lib.16.c.4.*

Clarigātio, Belli indictio. {κηρυγμὸς τοῦ πολέμου πρὸς τοὺς ἀδικήσαντας ἀγνῶτες ὄντας, GALL. Denoncement de guerre à ceux qui ont fait tort, s'ils ne veulent venir à raison. ITAL. *Generale concessione di pigliar e prigioni, & farli pagare pena o taglia, intimatione di guerra.* GE. Ein heitere/ end offentliche abfagung. Item/ ein offentliche treybung so einem wid r sein schuldner zugelassen ist. HIS. *A quella de mandado de lo robado.* ANG *Denouncing o proclayming of warre.*} ¶ Accipitur & pro exactione numma ria, maxime quæ principis, vel Reipublicæ edicto conceditur. *Liuius lib. 8.* In Veliternos veteres ciues Romanos, quod toties rebellassēt, grauiter sæuitum, & muri deiecti, & Senatus in Iulios abdu ctus, missique trans Tyberim habitare: vt eius qui eis Tyberim deprehensus esset, vsque ad mille passus 200. pondo clarigatio esset: nec priùs quàm ære absoluto, is qui cœpisset, extra vincula cap um haberet.

Classis, Æ juiacorum est, significat enim nauium multitudinem. στόλος νεῶν πλοῖα ναυτῶν {ANG. *A nauie of shippes.*} hoc est, à lignis, vel potius rudentibus vel aquatis abusiuè pro vna tantùm naui ponatur. *Virgil. l.6.* Lyciæ ductorem classis Orontem [Classis procincta exercitus. *Gell.c.15 l.10. Vide* & Præcingo.] ¶ Significat & ciuiū partes pro cēsus ratione distributas. πρόβατα. Nā Liu. de Seru. Tull. rebus gestis scribit, vrbem in quinque classes diuisam, censūque ab eo institutum fuisse, vē salubertimam tanto futurā imperio, quò pacis bellique munia non viritim, vt antea, sed pro habitu pecuniarum fierent. Tū classes centuriásque ad hunc ordinē ex censu descripsit. Qui centū millia æris, aut maiorē censum haberent, inter primarios numerabātur, & sub primæ classis titulo. Ex his octoginta fecit centurias, quadragintá tenuium, quadraginta iuuenum. Seniores, ad vrbis custodiam: iuniores, vt foris bellum gererent. Arma his, galea, clypeus, ocreæ, lorica, omnia ex ære, hæc, vt tegumenta corporis essent. Præterea tela in hostem, hastæ, & gladius Additæ sunt fabrorū duæ centuriæ, quæ sine armis stipendia facerent: datum munus, vt machinas in bello ferrent. ¶ Hinc Classici, huius primæ tantum classis homines dicebantur, qui (*vt docet Gel.li .7.cap 13.*) centum & viginti quinque millia æris, amplúsve, censi erant ¶ Hinc etiam Classici testes, hoc est, assidui, & locupleres, qui (*vt ait Festus*) signandis testamentis adhibebantur, hoc est prima classis homines, quasi primæ autoritatis, & idonei veritatis censores. ¶ Et meritò horicas Classicos autores vocat *Gell lib.10.cap.8.* Quasi primæ notæ scriptores, Latinæque elegantiæ testes idoneos, cuiusmodi sunt Ciceto, Cæsar, Sallustius, Virgilius, Ouidius, Horatius, Liuius. ¶ Ex iis verò qui intra centum ad septuaginta quinque millia erant censi, viginti seniorum, & totidem iuniorum centurias conscripsit, quibus pro scuto clypeus & reliqua omnia arma, præter loricam, sunt imperata. ¶ Tertia classis à septuaginta quinque ad quinquaginta millia. Arma, vt in superiore, præter ocreas. ¶ In quarta classe à quinquaginta ad viginti quinque millia, centuriæ viginti seniorum, viginti iuniorum. Arma mutata, nihil præter hastam, & verutum datum. ¶ Quinta classis centurias triginta habuit, fundas lapidéque missiles gerentes. Et hominum quintæ classis pro tenuibus, & minimæ autoritatis dicuntur, οἱ τὸ ὑπηνὲν πληθύοντες. In his erant accensi, cornicines, tubicines in tres centurias digesti: qui non vltra vndecim millia censebantur.

¶ Et infra classem & extremæ classis viros infimæ notæ licebit appellare. [Infra classem qui dicerentur, *Gell. cap.13. lib. 7.*] Creata est præterea vna centuria, quæ fuit immunis militia. Infra classem autem esse dicebantur, secundæ classis, cæterarúmque omnium classiū, qui minore summa æris, quàm classici illi censebantur. ¶ Significat, & classis, equitum ordines. *Virgil. 3. Æneid.* Scio me Danais è classibus vnum. Vnde & Classis procincta, παρασκευασμένος στόλος, dicitur exercitus instructus. ¶ Apud antiquos Classes clypeæ dicebantur, quos nunc exercitus vocamus. ¶ Classes quoque in schólis sunt ordines discipulorum. *Quintil.lib.1.cap 2. autor est*, à præceptoribus suis pueros olim in classes distributos, ordinémque discendi secundum vires ingenij datum. [Et classem ducere, de eo, qui præstantissimus est discipulorū. *Ibid.*] ¶ Latini in sua classe manere dicuntur, qui non deserunt vitæ institutū: & Classem sua deserere, qui mutāt.

* Classicula, Diminutiuum, *apud Cic.ad Attic.lib.16.* Cassius cum classicula sua venerat.

Classicus, a, um. Quod est classis, vel quod ad classem pertinet. {ναυτικός. ANG. *Belonging to a naui of shippes.*} Vt Classicum bellum, bellum nauale. *Propert. lib.2.* Et canerem Siculæ classica bella fugæ. *Classici, qui in nauibus remis incumbebant: *apud Curtium lib. 4.* Tandem remis pertinacius cuerberatum mare, veluti eripientibus nauigia classicis, cessit, appulsáque sunt littori lacerata pleraque.

¶ Et classici, οἱ ἐκ τῶν πλοίων, οἱ πελαγῶται, οἱ ἐν πλοίοις, primæ tantùm classis homines, de quibus paulo antè. ¶ Etiam classici dicebantur Præcones, κήρυκες. ANG. *Belonging to a naui of shippes.* Qui tuba vel cornu iussu magistratuū ex arce, vel citrā muros populum ad comitium vocabant, dicti à Calando, id est, vocando, siue à clangore. Vnde Classica pro ipsis tubis, σάλπιγξ, βυκανιστήριον. *Virg.lib.7.* Classica nanque sonant. *Vbi Seruius* classicum dicimus, & ipsam turbam, & sonum. ¶ Classicum autem est flexilis tuba. *Liuius 5.* Vocatis classico ad cōcilii militib. ¶ Classicū itē insigne pugnæ signum appellatur, quod tuba dari solet: vnde Classicum canere, σημαίνειν τὴν ἔφοδον, hoc est signum dare, quo milites pugnam ineant. Contra, ἀναχωρητικόν, est à pugna reuocare. [*Suet in Cæs. cap.2.* Classicum exorsus (inflans tubam) Asconius autem, Ad hoc symphoniacos cepisse scribit, vt in classe pugnantib. classicum canār. vnde ipsi tubæ classis nomen impositū. *Acon. Orat.1.in Verr.*] ¶ Accipitur etiam latiùs Classicum vocabulū pro quouis tubæ sono, qui prodeunte imperatore, aut eius iussu in castris fieri solet. *Cæsar.3.bell. ciu.* Pompeius paucis pòst diebus in Thessaliam peruenit: suū cum Scipione honorem participat, classicísque apud eum cani, & alterū illi iubet prætorium tendi. *Virg.2.Georg.* Necdū etiam audierant inflari classica. [Classica corona. *Velleius.*]

Classiārĭi, Propriè dicuntur classis milites, qui scilicet in classe stipēdia merent. στρατεύονται *Cæsar.lib.3.bel ciuil.* Itémque per equites dispositos aqua prohibere classiarios instituit. *Sueton. in Galba*, Nam quum classiarios, quos Nero ex remigibus iustos milites fecerat, ad pristinū statum redire cogeret. [*Idem in Tiber.c.62. Et in Otho.c.8.*] *Apuleius* vsurpauit protubicine, aut eo qui classicū canit, *quum ait*, Et laudū eius classiarius, atque assiduus præco. Vbi pro eodem penè videtur accepisse Præconem laudum & classiarium. Quo in loco Perottus mentem Apulei nō satis assequutus, arbitratur Classiarios pro potentioribus accipi, quos alio nomine vocabant Assiduos.

Claterna, *à Pomponio Mela libro secūdo*, numeratur inter oppida Piceni.

Clathrus & Clathrum, vtroque modo dicitur, ligna transuersa quibus aliquid munitur, vt fenestræ quæ vulgò *Ferrate* dicūtur. {שבכה *seḇachāh.* κλεῖθρον, à κλείω, claudo. GA. Barre, barreau, treillis, claye. ITA. *Stanga.* GERM. Das holtz/ darauß man die gätter machet/ Gätter. HISP. *Larel ò rexa ò verja harà cerrar lugar.* ANG. *A barre or latises.*} *Horat.* Obiice ceras caueæ valuis si frangere clathros. *Columella* posuit pro ligneis cancellatim compactis, quibus glebæ contunduntur. Hirpicem *Varro* appellat.

Clāthro, as, significat clathris claudere. {κλειδῶ. GALL. Barrer, fermer de barres ou treillis. ITA. *Stangare, mettere la stanga.* GERM. Vergätteren/ verschrancken. HISP. *Cerrar lugar con rexas ò verjas.* ANG *To shut vp in latises or with barres.*} *Colum.lib.9.* Satis est autem vacerras inter pedes octonos defigere, seríisque transuersis ita clathrare, ne spatiorum laxitas, quæ foraminibus interuenit, pecudi præbeat fugam. ¶ Hinc fenestra clathrata *apud Plaut.in Milit.sc.4. a.2.* Nam certò neque solarium apud nos est, neque hortus vllus, neque Fenestra, nisi clathrata.

Clāua, Fustis teres ad claui similitudinem capitatus. {κόρυνος, κορυνή, ῥόπαλον. GALL. Vne massue. ITAL. *Mazza.* GERM. Ein kolb. HISP. *La porra.* ANG. *A clubbe.*} *Cic.6.in Verrem*, Qui primò quum obsistere ac defendere conarentur, malè mulctari, clauis ac fustibus repelluntur. *Idem de Senec.* Sibi igitur habeāt alij arma, sibi equos, sibi hastas, sibi clauam, sibi pilam, &c. *Plin.de lino*, Interdū deinde in filo ponitur, illisum crebrò in silice ex aqua, tectúmque rursus tūditur clauis, semper iniuria melius. ¶ Hinc claua Herculis, qua ille vtebatur, quam quis Herculi extorquere prouerbialiter dicitur, qui sibi vendicare conatur, quod alias iam potentior occupauit.

Clāuātŏr, Qui huiusmodi claua vtebatur, *inquit Festus*: seruus scilic qui claua armatus dominū comitabatur. {κορυνήτης, κορυνηφόρος. ANG. *Which vseth a clubbe.*} *Plaut Merc.* Egomet mihi comes, clauator, eques, agaso, armiger. *Idem Rud.* Ædepol eccum clauator aduenit.

Clauĭgĕr, Qui clauam fert. {κορυνήφορος. ANGL. *That beareth a clubbe.*} *Ouid. 7. Metamorph.* Clauiger inuidit Vulcani occumbere prolem. *Idem 15. Metamorph.* -illic lauēre Bimembres Vulnera, clauigeri quæ fecerat Herculis arcus.

Clauarius, *Vide* CLAVIS.

Clāuātŭs *Vide* CLAVVS.

CLAVDĬA, κλαυδία, Nomen virginis Vestalis, quæ quum in suspicionem stupri veniisset, & simulachrum matris Idææ in vado Tyberis hæreret, ad comprobandam pudicitiam suam, fertur cingulo du-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

xisse nauem,quam multa hominum millia trahere nequiuerant. Eadem quum patrem triumphantem ab inimico Tribuno plebis de curru detrahi animaduerteret,pierate mota, in currum insiliit, patrémque càm arctè est amplexa,vt diuelli non potuerit:quo facto populum tam acriter in tribunum concitauit, vt ille vitæ metuens desisterit ab incepto. *Autor Valerius lib.5.c.4.*

CLAVDIA *Plin.lib.3.cap.24.* Norici oppidum est, quod *à Ptolemæo* Claudiuium appellatur.Vulgò *Closterneubourg.*

CLAVDII,gens,tribus maximè cognominibus vsa est. Nam & Pulchri, & Nerones,& Marcelli nominantur. Patricij fuére Pulchri & Neroues,plebeij Marcelli:nec minus multos ex plebeiis, quàm ex patriciis,virtute præstantes,meritísque claros in rempubl.licet inuenire.

CLAVDIA familia,ab Appio Clauso Sabino cognomen accepit, qui post exactos reges cùm quinque millibus clientum Romam venit, partémque vibis habitandam accepit.[*Plutar.in Public.*] ¶Ex hac familia fuit Appius Claudius Cæcus, qui viam Appiam strauit,& aquam Appiam in vrbem duxit, Pyrrhúmque intra vrbem non esse recipiendum,sua sententia obtinuit.Ex hac Familia Nerones & Drusi originem traxerunt. Nam Nerones Sabinorum lingua fortes, & strenui dicúntur.Drusi autẽ cognominati à Claudio Drusо,qui occiso Druso Gallorũ duce,primus sibi,& posteris hoc cognominis indidit. *Autor Tranquillus in Claudio.* ¶Fuit & Appius Claudius Regillianus, vnusex Decemuiris legibus scribẽdis creatus,sũma intet collegas auctoritate, qui post multa imperiosè & crudeliter gesta, tandem Virginiæ amore captus, submisso quodam ex libertorum numero, nomine Clodio,in seruitutem eam asserere est conatus.Qua re intellecta, accurrens è militia pater,exiguum cum filia colloquendi spatium petit,eámque paululum extra turbam abductam,quum alia ratione pudicitiam eius & libertatem aduersus Decemuiri libidinem tueri non posset,non inuitam interfecit: quo nomine Decemuir in carcerem coniectus,sibi manus intulit. ¶Præter hos fuit & Claudius Appius,Caudex cognominatus, quòd primus Romanis autor fuerit caudices secandi,& classis conficiendæ. Hic Carthaginienses Messana expulit: Hieronem prælio victum apud Syracusas, in deditionem accepit. ¶ Fuit & Claudius Nero,Liuij Salinatoris in Consulatu collega, qui Asdrubalem secundo bello Punico Annibali fratri suppetias ferentem,acie superauit, occisíque caput in fratris castra abiiciendum curauit.

Claudiana tonitrua dicebantur, quæ Claudius Pulcher instituit, vt ludis factis post scenam coniectus lapidum ita fieret in circumactam peluim, vt veri tonitrui speciem repræsentaret. *Vide sparon-tevm.*

CLAVDIANVS,κλαυδιανὸς,Poëta Ægyptius vt Græci & Latini affirmant, & ipse de se testatur. Floruit sub Theodosio, & Honorio Augustis. Scripsit de Raptu Proserpinæ libros tres. Item laudes Honorij, Arcadij,Stiliconis,Olibrij,& aliorum, cum aliquot inuectiuis: patria fuit Alexandrinus, nobilissima vrbe Ægypti. Quidam Florentinum faciunt, sed falsò. Autores Græci,qui de poëta Claudiano scripserunt,Alexandrinum appellant, & autor ipse Nilum suum vocat. Ingenio excellenti fuit, maximéque apto ad carmen componendum. Nam & adsurgit fœliciter,varietáque figuris ac sententiis mirificè delectat.Hi eius versus præcipuam laudem meruerunt, quos de laude & victoria principis Theodosij contra Eugenium Gallorum regem scripsit.Constat enim Theodosium ipsum parua manu contra ingentes Barbarorum copias dimicasse.

Te propter gelidis Aquilo de monte procellis
Obruit aduersas acies,reuolutáque tela
Vertit in autores,& turbine reppulit hastas.
O nimium dilecte Deo,cui fundit ab antris
Æolus armatas hyemes,cui militat æther,
Et coniurati veniunt ad classica venti.

¶Fuit & Claudianus Cæsar,qui interfecto Caligulæ succesit *in* imperio.vir inauditæ crudelitatis,*vt scribit Sueton.in Claudio.* Claudiani poëtæ Alexandrini meminit *Suidas.*

CLAVDIOPOLIS,κλαυδιόπολις,Cappadociæ vrbs,cuius mentionem facit *Plin.lib.5.c.24.*

CLAVDIVM,κλαύδιον, Vrbs Italiæ gentile Claudianus,*Steph.*

CLAVDIVS,κλαύδιος. Nomen Romani Imperatoris,& Caligulæ patrui. Hic Britanniam insulam in deditionẽ accepit, & Orcadas Romano adiecit imperio.Postremo ab Agrippina vxore venenato boleto sublatus est,vt Nero filius imperio potiri posset. ¶ Fuit & alius Claudius Romanorum item Imperator,qui Gothos Illyricum vastantes bello adortus,incredibili clade superauit.Vnde in curia clypeum aureum,& in Capitolio auream sellam habere promeruit. Sed quum duobus ferè annis imperasset,apud Smyrnam morbo interiit[Claudij dicti à claudicatione.*Plutarch.in Coriol.*]

Claudico,*Vide* CLAVDVS.

Claudo,is,si,sũ,Obstruo,obsero,includo,intercludo{סגר *saghár.*κλείω. GAL.Clorre,serrer.ITAL.*Chiudere,serrare.* GER. Beschliessen. HIS. *Cerrar.*ANG.*To shute or shut in,to close or inclose.*} [Claudo autẽ factum videtur à do & clauis,q.d. claui do seruandum, Intus in crumena illum clausum esse oportuit. *Plaut. Amph.* Quoniam mihi statio publica clausa est,*Ouid.Eleg.1.lib.3.Trist.*Clausit opus Mamurius.(.i. perfecit)*Ouid.e.2.de Consol.ad Mart.*Clausum pectore vulnus. *Ouid. 4.Fast.*Quémve locum ducto melius sit claudere vallo, *Tib. lib. 4.*] *Virg.lib.3.Geor.*Aut intus clausos satura ad præsepia seruant. ¶Interdum ponitur pro Circuire,siue circundare,περικαμβάνειν: ita enim interpretatur *Nonius illud Virg. Eclog. 6.* Dictææ Nymphæ nemorum iam claudite saltus. ¶ Interdum pro obsistere,arcere. *apud eundem lib.10.*Ecce maris magno claudit nos obice pontus.*Innumeras claudere pecudes,apes,greges dicitur, qui harum rerum multitudine est adprimè diues.*Valer.lib.1. Argon.**Claudere cœnam dicitur cibus, qui sumitur in fine cœnæ.*Martial.lib.12.*Claudere quæ cœnas laduca solebat auorum,Dic mihi cur nostras inchoat illa dapes?

Clausũs a,um,Reconditus,sub claustris positus, {סגור *saghúr.* ὁ κεκλεισμένος, ὁ κλειστός. GAL. Clos, fermé. ITA. *Chiuso, serrato.*GERM.Beschlossen.HISPAN.*Cerrado.* ANGL. *Shut vp, inclosed.*} *Cic.act.in Verr.*Statuerunt se nihil tam clausum neque tam reconditum posse habere, quod non istius cupiditati apertissimum promptissimúmque esset.*Vlp.l.si quis grauí.§.Subuenitur autem. D.ad Senatusc.Syll.* clausos.(εἰρχθέντας,)pro vinctis accipit, si modò vincti sint,vt omni modo erumpere non possint.

Claũsũs,Reconditus sub signo,& claustris suppositus, ✕patens, apertus,promptus,expositus.

Claũsum,substantiuum,pro tecto,siue loco concluso. { מסגרת *misghéreth.*κλεῖθρον, GAL.Enclos,vn clos,lieu fermé,ou toict.IT.*Luoco chiuso,fermato,stabile.*GER.ein beschlossen ort.HISP.*Lugar cerrado.*ANG. *A close place.*}*Col.lib.9.cap 8.* Nam diebus requies danda est, & infundendi grati apibus liquores,quibus intra clausum alantur.*Virg.4. Georg.* Sic positum in clauso linquunt:

Clausтrum,Clausura,siue quo aliquid clauditur,valuæ,fores,loca clausa, {מסגרת *mesghéreth* סגור *seghór.*κλεῖθρον. GALL. Closture. ITA. *Chiostro,claustro.* GERM.Beschloß damit man etwas beschleußt. HISP. *Cerradura à encerramiento.*AN.*A close place to incluse or shut vp any thing.*}*Pl.in Curc sc. 3.a.10.* Nam sonitum & crepitum clausтrorum audio.[.i.valuarum templi.] *Virg.7.Æneid.* portarum ingentia clausтra.*Cic.pro Flac.*Omnes sinus,promontoria,littora,insulas,vrbes maritimas clausтris imperij nostri contineri.

¶In plurali ta n masculini quàm neutri generis est. Apud antiquos Clostra pro Clausтris dicebantur.

Claũsтrārius,Qui septa,& cætera ad claudendum opera facit. κλειδοποιός.

Clausтrarius artifex,*apud Lampridium, in Heliogabalo ita corruptè legitur:*Mulionem curare iussit,iussit & cursorem, iussit & Cocum, & Clausтralium artificem,vbi lege clausтrarium.

[Clausтritimus qui clausтris ianuæ præest.*Gell.c.10.lib.12.*

Claũsũla,Dicitur id quod aliquid claudit,hoc est,finit.{סוף *soph.*τὸ πέρας,τὸ τέλος. GAL.La fin & achevement de quelque chose. IT. *Cosa che chiude,fine.*GER.Das end/das ein ding beschleußt / Beschluß. HIS.*Cerradura.*ANGL.*The clause and end of any thing.*} *Plin.lib. 11. c.45.*Vngues,qui clausæ neruorum summę existimantur,omnibus his, quibus & digiti.¶ Item pro exitu. *Cic. pro Cælio*, Mimi ergo est iam exitus,non fabulæ: in quo quum clausula non inuenitur, fugit aliquis è manibus:deinde scabella concrepant,&læum tollitur.¶Hinc etiam Clausula pro sententia accipitur, quam Græci ἐπίφθεγμα dicunt: ita dicta,quòd sententiam claudat ¶ Nonnunquam etiam accipitur pro sententia,quæ epistolam vel carmẽ claudit,quã vulgò *Conclusionem,*vocamus.*Cic.Fami. 2.* Quoniam mihi nullum scribendi argumentum est,vtar ea clausula qua soleo.¶Clausulam imponere, finẽ imponere.*Sen.epist 67.* Nec potest dici hoc non esse par maximis bonum quod beatæ vitæ clausulam imposuit,cui Epicurus extrema voce gratias egit.

*Clausula pro parte edicti,*Vlp in l.sed etsi.D.ex quib° causis,&c.* Hęc clausula ad eos pertinet,quos more maiorũ sine fraude in ius vocare non licet,&c.[Clausula in Comœdiis.*Suet.in August.ca.99.*Clausula Atelliana.*Iaë in Nero.cap.39.*Claudæ & pendentes clausulæ.*Quintil.*]

Claũsũræ vel potiùs clusuræ, sunt τὰ ὀχυρώματα,quæ Imperatores Romani in limitibus habuerunt. Posteriorum temporum scriptores Clausas,& Clusas vocarunt.

Claũdũs,quasi pedibus clausus,id est,impeditus, Qui ex pedibus aut cruribus femoribúsve viriatis, æquis passibus incedere non potest. {פסח *pisséach.*χωλός. GAL.Boiteux.ITA.*Zeppo.*GER. Hinckend HIS. *Coxo.*ANG.*A cripple,lame,that haulteth.*} [Asinos vetulos claudos. *Plaut.Asin.sc.2.a.2.*Quasi claudus sutor,domi sedet totos dies.*Plaut. Aul.sc.1.a.1.*Item claudæ & pendentes clausulæ,Et,claudа in oratione.*Quint.Item* Claudæ naues,& mutilatæ.*Liu.l.7.d.4.*] ¶Vnde etiam Appius Claudius, à quo Claudia familia originem traxit, primùm Appius Clausus dicebatur.*Plaut.in Aulul.* Quasi claudus furor domi sedet totos dies. ¶ Si iuxta claudum habitaris, claudicare disces, ἂν χωλοῦ παροικήσῃς,χωλαίνειν μαθήσῃ,*Plut.de liber.educ.*Prouerbium admonet,pernicioſam improborum hominum consuetudinem fugiendam esse,propterea quod cùm corporis, tunc maximè animi vitia & contagio serpunt in vicinum.¶Claudi more tenere pilam, prouerbialiter in Pisonem dixit *Cicero*,pro nullo delectu nullóque iudicio tenere ac sequi quicquid doctum indoctúmque sit. ¶ Claudus optimè virum agit,κάλλιστα χωλὸς ὀφεῖ, siue vt alij legunt, ὀχεῖ. Dici solitum vbi quispiam suam sortem velut parum egregiam anteponit alienæ, tametsi præstantiori.

Claũdico,as,are,Altero tantùm pede incedo,vel alterum pedem infirmum,& instabilem, aut curtum habeo, Vacillo, non rectè incedo. {פסח *pasách* צלע *tsa'láh.*χωλαίνω. GALL.Clocher,boiter.ITA.*Zoppicare,andar zoppo.* GERM.Hincken.HISP.*Coxquear.*ANG.*To triple,to hault,to bet ame.*} *Cic.l.2.de Orat.*Nam quod Spur.Caruilio grauiter claudicanti ex vulnere ob Rempublicam accepto,& ob eam causam verecundanti in publicum prodire, &c. Translatè dicitur de omni eo,quod suis partibus rectum non est *Ci.l.de Finib.*Qui verentur,ne si amicitiam propter nostram voluptatem experendam putemus,tota amicitia quasi claudicare videatur.*Liui.2. bel. Pun.* Si altera parte claudicet Respublica malis consiliis ac bonis, idem iuris & potestatis erit. [Ne inæqualitate sonorum, velut pedum claudicet oratio, *Quintil.*]

Claudicatio,verbale {צלע *tselá.*χωλότης GAL. Boitement, clochement.ITA.*Esso andar zoppo.*GERM.Das hincken.HIS.*Coxedad.*A. *A haulting,lameneſſe.*}*Colum.lib. 6. cap.12.* Sanguis demissus in pedes claudicationem affert.*Cic.1.de Nat. Deor.lib. 6.* In quo stante atque vestito,leuiter apparet claudicatio non deformis.

Claũdicãs,idem:hoc est,ipsum claudicandi vitium. {צלע *tselá.*χωλεία. ANGL.*Lameneſſe or haulting.*} *Plin.* Repulsu durioris materiæ claudicatem illicò affert.

Claũsĭcŭlă Clauiculus.*Vide* CLAVVS.

Claũsis,Est qua ostia, arculæ,& id genus multa,& clauduntur,& aperiuntur{מפתח *maphtéach.*κλείς.GAL.Clef ITA.*Chiaue.*GERMANIC. ein schlussel.HISP.*La llaue.*ANGL.*A key.*} à Clàm, quòd quæ celare volumus,hac claudere soleamus. *Cat. de Rerust.c.13.* Seriam vinariam vnam,clauem torculario vnam. *Cic. pro Domo sua*, Scilicet tu helluoni spurcissimo, &c.omne frumentum priuatum & publicum, omnes prouincias frumentarias,omnes mancipes,omnes horreorum claues,lege tu tradidisti.Habet & clauim in accusatione. *Plaut. in*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Mostell.[sc.1.a.2.] Clauim mi harumce ædium nunc iã iube afferri.[Ob adulteratas claues vxor repudiari poterat.] ¶Vnde Conclauia, loca quæ sub vna eadémque claue clausa sunt:& Conclauatus locus, vna claue clausus. Claucm Theodorus Samius primò monstrauit: à quo Faber clauicularius, κλειδοποιός. ¶Claue findere ligna,& securi fores aperire conaris, τῇ κλειδὶ πειρᾷ τὰ σχίζειν, τῇ δὲ ἀξίνῃ τὴν θύραν ἀνοίγειν πειρᾷς. Quum res præpostere geritur, veluti si quis metu liberos studeat emendare, seruos beneficiis sibi adiungere.

Clāuĭcŭlă, diminutiuum à clauis, vel à claua virga. {κλειδίον. GAL. La vuille ou tendon de la vigne dequoy elle se lie & s'attache à ce qu'elle rencontre. IT. *Capelli della vite con i quali s'appligia à quello che incontra.* GER. ein schlüsslin. HIS. *El cercillo o tisereta de la vid.* ANGL. *The boughe of a wine wherby it is coupled to an other wine.*} ¶Dicitur quoque Clauicula capreolus.sine pampinus in vite. *Cic. de Senect.* Vitis quidem, quæ natura & caduca est, & nisi fulta sit,fertur ad terram,eadem,vt se erigat,clauiculis suis,quasi manibus,quicquid est nacta, complectitur.

Clauĭcŭlārĭŭs,Qui clauicula *r*,id est,virgam vel clauem gerit,κλειδοῦχος, ¶*Iuli⁹ Firmicus Matheseos lib.*3. Aut clauicularij,aut carceris custodes.

Clauārĭus, Appellatus est Sueton j patet, ab eo quod præfectus fuerit donatiuo imperatorio inter milites dispertiendo. Vnde *Corn. Tacitus* scribit,Clauarium donatiui nomen esse, qui ait, Seditiosæ militum voces terrebant Clauarium:donatiui nomen est.

Clauŏla, læ, Surculus arboris vel fruticis vtrinque præcisus, & plantationi aptus:quam & Taleam vocant Latini. {נצר *néiser* יונקת *jonéketh* נטע *netah* שתיל *schetil* ξυλάριον,κλάδος. GA. Vn platon, scion,ietton ou greffe d'oliuier. IT. *Calam.* GER. ein schoss das man zwengen will. HIS. *El estaca propria para plantar.* ANGL. *A greffe, a stipe of a tree, a young sett or snoote.*} *Varro lib.*1.*de Re rust.c.*40. Demum in oleagineis femininis arboris videndum vt sint de tenero ramo ex vtraque parte æquabiliter præcisa, quas alij claolas, alij taleas appellant,ac faciunt circiter pedales.

CLAVSEMBVRGVM,Tranij Iuuenæ vrbs.

Clausti*ā*rĭŭs,Clausti*ā*rium,Clausŭla,*vide* CLAVDO.

CLAVSVS, antea Claudius dictus,Rex fuit Sabinorum, qui post exactos reges,cum quingentis millibus cliẽtum & amicorum Romam venit, & susceptus, habitandam vrbis partem suscepit, ab eo postea & tribus & familia Claudia vocata est, *vt habetur apud Maronem lib.* 7. Ecce Sabinorum prisco de sanguine magnum Agmen agens Clausus magnique ipse agminis instar,Claudia nunc à quo diffunditur & tribus & gens.

Clāuŭs, dictus est quòd claudat, figat,atque contineat: à claudendo nam ideo clauum figimus, vt claudat seu contineat aliquid. {מסמר *meſmér* יתד *jatéd* ἧλος. GA. Clou. ou coing ITA. *Chiodo.* GER. ein nagel HIS. *Clauo.* ANG *A nayle.*} *Cæsar* 3. *bel. Gal.* Transtra ex pedalibus in altitudinem trabibus confixa cum anis ferreis, digiti pollicis crassitudine, Parata naui clauos færeos fedulò. *Plaut. Amphit. sc.*4 *a.* 4. Quem ob vnum mare clauum tenentem & obnoxium, *Senec. c.*6 *de Consol. ad Mart.* Animus tuus apud nos est fixus clauo cupidinis. *Plaut. Asinar. sc.*3.*a.*1. Claui in cruribus. *Sene.c.*19.*de vit.beat.*]

¶Clauum clauo pellere, ἧλῳ τὸν ἧλον ἐκκρούειν. *Lucian. in Philopseude* ἢ ἧλῳ, φασὶν, ἐκκρούει τὸν ἧλον, id est,Et clauo,quod aiunt,extundis clauum. Locus erit prouerbio, non modò quum vitium vitio,malum malo,dolum dolo vim vi,audaciam audacia,maledicentiam maledicentia retundimus: verùm etiam quoties rem vtcunque molestam diuersa molestia præstringimus: vt quum libidinum incitamenta laboribus obruimus,curam amoris aliis maioribus curis domamus.¶Clauus item navis ist gubernaculum, siue remo, quòd eam dirigat,rectamque teneat. πηδάλιον. *Cic. de Senect.* Ille autem clauum tenens, quietus sedeat in puppi. ¶Hinc prouerbium, dum clauum rectum tenea n, significat autem non putandum euentum minùs prosperum artifici, modò is præstet quod artis est. *Quint.lib.*2. *Inst.* ¶Vinum caret clauo, τὸν οἶνον οὐκ ἔχειν πηδάλιον. Quo significatur ebrietatem nihil consulere, neque moderate vel dicere vel facere. Obruitur enim ratio, quæ claui vice sobrius moderatur ac gubernat. ¶Purior clauo ἀγχίπηχυς πηδαλίου. Comparatio prouerbialis de re vehementer inculpata aut moribus vndique atque integris, & incontaminatis. Clauus enim nauticus assiduis fluctibus abluitur, vt nihil sordidum possit hærere. Adagium refertur a Suida. ¶Item, Clauus genus tuberculi,quod & Σῦς Græci appellarunt,rotunda specie, coloris albi:fit in plantis digitorum pedum maxime: sic appellatum,quia ita pungit, vt quasi clauus ferreus infixus videatur. Nam calo durescit in callum semper ferè pungentem. ¶Alij Clauum intelligunt, quem δόκα Græci : *Celsus*, Durunculum appellat, ola duritie à phymate differentem. Ægyneta desinit esse tumorem cum abscessu,à crassis humoribus genitum, qui in carnosis præcipuè locis consistit,mitis alioqui, nisi profundior sit : nam tunc malignitatem habet coniunctam.Eo morbo Silius Italicus interisse fertur. *Plin. epist.* 51. Erat illi natus insanabilis clauus,cuius tædio ad mortem irreuocabili constantia decurrit.

¶Fiunt & callosa quædam in candido oculi tubercula, quæ Claui nominantur oculorum. ¶Vlcera quoque clauum huiusmodi patiũtur,qui & Fungus,& Patella dicitur,*vt inquit Plin.lib.*17.*cap.*24.Idem scribit clauos innasci natibus,& purga succo pyxacanthi. [De quibus *Iuu.saty.*3.In digito clauus mihi lutis hæret.] ¶Sunt & Claui caligares,a caligis militaribus quibus configebantur *Idem l.* 9. *cap.* 8.In quib. pisces omnibus annis Vergiliarum exortu existunt, squamis conspicui crebris atque præacutis, clauorum caligarium effigie. ¶Præterea Clauus est vestimenti genus,veluti quibusdam clauis aureis distinctũ:quod & à palmarum similitudine Palmatum vocabatur,& à verucis clauo similibus Verrucata vestis: quòd si latior ipsa vestis erat, Latusclauus dicebatur,πλατύσημον. Hac soli Senatores & patricij induebantur, *Herat. lib.*1.*Ser.*-& latum demisit pectore clauum.[Induitur humeros cultu latoque purpura clauo.*Item*, Curia restabat, Claui mensura coacta est.*Ouid.Ele.vlt lib.*4. *Trist.* Tunica lati claui. *Suet.in Aug.c.*94.*et in Cæs.c.*45.*& in Aug.c.*38. Clauus purpuræ loco insertus vesti.*Quintul.* Vixit Mœcenas augusto clauo,(aliàs augusti clani)penè contentus: *Velleius*: Claui qualitate discreti Senatores ab Equitibus.*Lamprid.in Alex.Seuero.*]

¶Vnde Laticlauos appellari Senatores legimus. *Suet. de Nerone.* A laticlauo,cuius vxorem attrectauerat, cæsus. *Vide* LATVS CLAVVS. ¶Ab Ouidio Clauus simpliciter dicitur pro Senatoria dignitate,illo versu,Curia restabat,claui mensura coacta est. *Sueton.de August.* Clauo nec lato,nec angusto.

Clāuātŭs,a, Quod est aculeis clauorum modo prominẽtibus circundatum, ἥλωτός. Nam & clauatæ vestes, πηκτὸν ἱμάτιον, hinc vocãtur:quas vulgus à verrucis clauo similibus,Verrucatas appellat,etiamsi non ex auro,sed aut ex cocco,aut aliis coloribus,verrucas habeant.*Lamprid.in Alex.* Conuiuium neque opimum, neque nimis parcum,sed nitoris summi fuit:ita tamen vt pura mantilia mitterentur sæpius cocco clauata,aurata verò nunquam.¶Hinc etiam Clauata,dicuntur vestimẽta clauis intexta, vel calceamenta clauis confixa. Et clauati socci, quòd soleas habeant clauis intertextas.Clauata verò sunt vestimẽta, quæ ex auro aut ex cocco, aut aliis coloribus clauos & verrucas habent. Quæ autem cum auro, Auroclauata dicuntur,& Auroclauatæ vestes,à textura aureorum clauorum.

¶Clauus annalis,qui figebatur in parietib.sacrarum ædiũ, per annos singulos,vt per eos numerus colligeretur annorũ.Apud Liuiũ scribitur Dictatorẽ creatũ fuisse causa tantùm figendi clau ad pestilẽtiam sedandam.Hinc Clauo trabali beneficium figere,prouerbiali metaphora dicitur, p o co quod est, alta mente beneficium reponere,& inextinguibili memoriæ commendare: *de quo vide infra in dictione* TRABALIS.Præclauium, pars vestis,quæ ante clauum texitur, *Afranius apud Nonium*,Tertium diem præclauium vnum texere.

Clāuĭcŭlārĭŭs,diminutiuum à clauo.{γομφίον. ANG. *A litle nayle.*} ¶Significatur etiam hoc nomine Capreolus in vite,qui ἕλιξ Græcè, & Pampinus a nostris dicitur.

Clauĭcŭlātŭs, a, um, Clauiculis instructus. ἑλικοειδὴς, ἑλικοειδής. ANG. *Nailed.*}

* Clauulus, Diminutiuum, Paruus clauus. *Varro de re rust. cap.* 9. Ne vulnerentur à bestiis,imponuntur iis collaria,id est cingulum circum collum ex corio firmo,cũ clauulis capitatis. *Cato c.*21. Imbrices media clauulis figito.

CLĀZOMĔNAE, pen. corr. κλαζομεναί, Vbs Ioniæ Asiaticæ,quam condidit Paralus.Hæc prius Gynaea nominabatur,vicina Colophoni: vndo & Apollo Gyneus dictus est *apud Virgilium*,quod ibi esset eius oraculum.

CLAZOMĔNĬĂ,Insula ante Ioniam,quæ & Marathusa,μαραθοῦσα dicitur, a qua Clazomenij,κλαζομένιοι,Ioniæ populi originem traxerunt.

CLĔANTHES,κλεάνθης,Non en Philosophi, qui Zenonis Citiensis scholã successor excepit. Hic Phanias Asij filius, egregius puer,quum Athenas venisset,Zenoni adhærens,generosè philosophatus est,& in eiusdem permansit dogmatibus. Hic quum valde pauper esset, mercenariam vitam agebat. Noctu quidem in hortis aquam hauriebat: per diem verò in studiis exercitabatur. Vnde Phreantes appellatus est quasi puteos hauriens. Tradunt illum, quæ à Zenone audierat, ostibus boum & testis fictilibus perscribere solitum, quum pecunia non suppeteret ad chartas emendas. Huius insignis diligentia & acerrima censura abiit in prouerbium. Nam quum aliquid summa cura industriáque elaboratum volumus significare, dicimus illud ad Cleanthis lucernam esse exigilatum.

CLEANTHES,Mulieris nomen est apud *Suid.*

CLĔARCHVS,κλέαρχος, Philosophus fuit, *cuius meminit Hieronymus contra Ioum.* ¶Fuit & alius hoc nomine Lacedæmoniorum dux. Hic dicebat exercitui, Imperatorem plus, quàm hostem metui debere. *Autor Frontinus lib.*4.

Clĕmă,κλῆμα.Herba est rithymali generib.assignata, Cypharissiæ nõ absimilis,quæ *Dioscoridi* Pityusa,Officinis Esula dicitur.*Vide Dioscor. lib* 4 *c.*148.*& Ruell.lib.*3.*cap.*146.¶Huius varia genera à perito linguæ Polonicæ, & rei herbariæ, distinguenda erunt,Euonymus,vulgò apud Barbaros,item Italos & Gallos,fusaria vel fusanus appellatur ab vsu fusorũ,propter materiæ soliditatem: à nonnullis Gallicè scorta sacerdotum,à figura fructus.Tragus Tomo 3 fusariam nulla ratione euonymum esse negans,caprinum facit.*Gesn in capra lib*C.

¶Clema item *Plinio* inter nomenclaturas polygoni herbæ commemoratur.

Clĕmătĭs daphnoides {κληματὶς δαφνοειδής. GALL. Peruenche. ITA. *Pruenca.* GER.ein gifftn/mägtpalmen. HISP. *Peruinca.*} Herba est sarmenta habens prælonga,iunceæ crassitudinis,folia autem lauri:vnde & Daphnoides cognominata est. Notiore nomine Vincaperuinca dicitur quæ & clematis Ægyptia appellatur.¶Vnde locus factus prouerb.o,Clematis Ægyptia, κληματὶς αἰγυπτία. Phalereus Demetrius refert id ioco dici solitum in eos qui corpore præter modum procero atque atro colore essent.¶Est & altera Clematis, ramis rubentibus, quibus se arboribus circumuoluit, vt similax: vnde ab Officinis Volubilis maior appellatur.{GAL.Liseron.ITA.&HIS.*Flammola.*GER. weyss winden / zaungstecken. } ¶Commemoratur & tertia Clematidis species à *Plin.lib.*24. *cap.* 1. Italis *Centunculus* appellata,eadem fortasse cum ea,quam *Dioscor.*Gnaphalium appellat.

Clĕmẽns,tis,Lenis,mitis,manfuetus,humanus,qui remittit de eo quod post tpsequi.{חנון *channún* רחום *rachúm* חסיד *chasidh.* φιλόοικτος, ἐπιεικὴς. GAL.Doux,humain,misericordieux,paisible, clement.ITA. *Clemente,piaceuole, liberale, mansueto.* GERMAN.Sanfftmütig/mild/barmhertzig HIS.*Mite,manso,y templado.* ANG.*Merciful,gentle, meek.*}*Cic.*2. *de Fin.* Etsi satis clemens sum in disputando, tamen interdum soleo subirasci. Differt à Placido, quòd Clemens sit circa rectè agentes, Placidus circa delinquentes: & clementis est nullos lædere, placidi arridere omnibus:clemens animo,placidus vultu. *Terent.in Adelph.* Ille semper egit vitam in otio,in conuiuiis, clemens, placidus,nulli lædere os,arridere omnibus.[Clementi gradu. *Gellius c.*11.*l.*1.]¶Clemens mare dicitur,id est,mite & tranquillum, cui mare iratum,asperum,ac sæuum opponitur.*Gel.lib.*12.*cap.*21. Nox fuit & clemens mare,& anni æstas,cœlúmque liquidè serenum.

Clementĭă,Lenitas, benignitas,misericordia animi, moderatio {ענוה *hanaváh* חסד רחם *chesedh rachém*, φιλότης, ἐπιείκεια, GALL. Clemence, douceur, quand la personne ne se courrouce pas aisement. ITAL.*Clemenza,benignità.*GERM. Sanfftmütigkeit / mildigkeit gütigkeit. HISP. *Aquella mansedumbre y templança.* ANGL.*Mercifulnesse, meeknesse.*} *Cic. de Inuentione*, Clementia est, per quam animi temerè

mi temerè in odium alicuius inuectionis concitati, comitate retinentur. *Terent. Adelph.* Facilitate nihil homini esse melius, atque clementia. *Cic. 7. Verr.* Illam clementiam, mansuetudinémque nostri imperij in tantam crudelitatem, inhumanitatémque esse conuersam. [Nostráque vincetur clementia feris id est tibi placabimur. *Ouid. Eleg. 9. lib. 4. Trist.* Ipsáque delictis victa est clementia nostris, (i. Augustus, mitissimus.) *Ouid. Eleg. 8. lib. 4. Trist.*]

Clēmenter, aduerb. Modestè & moderatè. {φειδῶς. GALL. Doucement, sans cotroux, gracieusement. ITA. *Benignamente, dolcemente.* GER. Gutiglich/ sanfftmutiglich. HISP. *Mansa y templadamente.* ANGL. *Merc fullie, meekelie.*} *Cic. 6. Verr.* Lenitèr hominem, clementérque accepit.

¶ Clementer & moderatè ius dicere, *apud Cæs. 3. de bel. Ciu.* ¶ His contraria sunt, Inclemens, Inclementia, & Inclementer.

Clēmentissimē, aduerb. *Gell. lib. 1. c. 18.* Hæc Varro scripsit de ipso Lælio clementissimè.

CLĒMĒNS historicus, scripsit de regibus & imperatoribus Romanis: item ad Hieronymum, de figuris Isocratis. *Autor Suidas.* ¶ Clemens item Alexandrinus præsul, Pantherij discipulus, Origenis præceptor, floruit sub Seuero, & Antonino principibus. *Hieronymus & Eusebius lib. 6.*

CLĔOBĪS, Κλεόβις, Alter fuit ex Argiæ sacerdotis filijs, qui cum fratre Bitone, quum iumenta morarentur, iugum subijt, matrisque currum ad fanum pertraxit. Pro qua filiorum pietate mater superos precata est, vt filijs præmium darent, quod longè maximum homini dari posset à Deo. Postridie itaque ambo inuenti sunt in lecto mortui: ita quam ita dij iudicarint, maiorem hominj felicitatem non posse obtingere, quàm statim ex huius mundi eripi calamitatibus. *Vide suprà in dictione* BITON.

[Cleobula: Cleobula mihi mater fuit. *Plaut. Curc. sc. 2. a. 3.*]

CLEOBVLVS, li, Κλεόβουλος, Lyndius, Euagoræ filius, vnus ex septem sapientibus. Huic fuit filia nomine Cleobulina, alio nomine Eumetis dicta, quæ versu hexametro ænigmata quædam conscripsit. *Meminit puellæ huius Plutarchus in conuiuio septem sapientum.*

CLEOCRITVS, Κλεόκριτος, apud Comicos taxatur vt mulierosus, & cinædus, & obscurus & vt Cybeles filius. Nam & in mysteriis Rheæ molles tantum intersunt. Vnde id nominis contumeliæ iacitabatur in cinædos ac molles & parum viros. *Hæc Suidas.*

CLEODAMAS, Κλεοδάμας, Thasius philosophus, Platonis tempore in geometria floruit. ¶ Alius Cleodamas Achnæus (Achne autem ciuitas est Thessaliæ) scripsit de cura equorum, *autho e Steph.*

CLĔŎDŌRA, penultima producta, Κλεοδώρα, Nymphæ nomen, maris Parnassi, à quo Parnassus mons nomen accepit. *Vide Cælium lib. 16. cap. 19.*

CLĔŎMĂCHVS, Κλεόμαχος, Magnesius pugil, qui in cinædi cuiusdam & ancillæ amorem incidens, quæ a cinædo alebatur, cinædorum & orationem & mores est imitatus. Nam cinædicæ orationis primus inuentor fuit Sotades, postea Alexander Ærolus, sed in soluta oratione Lysis etiam adhibito cantu. *Author Strabo.*

CLĔŎMBRŎTVS, Κλεόμβροτος, Pausaniæ filius, Lacedæmoniorum dux, qui timens ne videretur cum Epaminunda hoste sentire, temerè cum eo pugnauit, seque & patriam in præceps dedit. nam & ipse vt hostes occubuit, & exercitus deletus est. ¶ Fuit & alter huius nominis, Academicæ sectæ philosophus, qui quum libros Platonis, quibus ille animæ immortalitatem asseruit, relegisset, seipsum ex subli mi saxo præcipitauit, vt citiùs ad beatorum cœtum perueniret. *Cic in Tusc.*

CLĔŎMĒDĒS, Κλεομήδης, Astypalæensis pugil fuit, incredibili corporis robore, qui quum Epidaurum quendam pugilem interfecisset, victoriæ præmijs fraudatus, doloris impatientia insanus factus est: Astypalæámque reuersus, se in puerorum ludum recepit, apprehensámque manu columnam, cui tectum innitebatur, medium confregit, plurimósque pueros ruina tecti oppressit. Quamobrem quum ad supplicium peteretur, se in sepulchrum quoddam coniecit, adductóque operculum intus tanta vi retinuit, vt ne à multis quidem simul adnitentibus potuerit reuelli. Concisso deinde ferramentis sepulchro, Cleomedes neque viuus inuentus est, neque mortuus. Consulto itaque oraculo Apollinis quid de illo actum esset, responsum est, Vltimus Heroum Cleomedes Astypalæus.

CLĔŎMĒNĒS, Κλεομένης, Lacedæmoniorum dux fuit, qui ab Antigono victus ad Ptolemæum regem confugit, à quo primùm magno in honore habitus, mox calumnia cuiusdam Nicagoræ regi suspectus redditus, in carcerem plenum captiuorum coniectus est, qui omnes intus Cleomenis mutuis concurrentes vulneribus spontanea morte se tyranni crudelitati eripuerunt. Cuius facinoris quum Cleomenem autorem fuisse Ptolemæus comperisset, mortuum excoriari iussit, & cruci affigi. *Plura de hoc Plutarchus in vita eius.*

CLĔŌN, Κλέων Cleæneti filius, dux Athenienſium in reipublicæ administratione aduersari solitus Niciæ Nicerati filio, qui nullus in Thraciam cum exercitu, multas vrbes cepit. Eum insectatur Aristophanes in Comœdia, quæ inscribitur ἱππῆς, id est, Equites,

¶ Fuit & Cleon poëta, qui Argonautica scripsit: à quo argumentum Apollonius Rhodius mutuatus est, vt eius enarrator scribit. ¶ Fuit item Cleon Halicarnassens orator, qui Lysandro Lacedæmonio orationem composuit. *Autor Suidas.*

CLĔŌNĒ, Κλεωνή, & Cleonæ, narum, mediocre oppidum, distãs ab Argis stadiis centum viginti, à Corintho nominata, non procul à Nemæa sylua. *Ouid. 6. Met. am.* humilesque Cleonæ, Et Nelea Pylus.

Cleōnæus, a, um, Κλεωναῖος, vt Leo Cleonæus, qui & Nemæus. *Lucanus,* Ille Cleonæi proiecit terga leonis.

Cleonicion, Κλεονίκιον, Herba eadem cum clinopodio, *teste Plin. lib. 24. cap. 15.*

CLĔŌNŸMVS, Κλεώνυμος, Athenienſium dux fuit timidissimus, qui in prælio abiecto clypeo suos deseruit: vnde & ῥιψάσπις dictus est. Hunc insectatur Aristophanes in Nubibus.

CLEOPATRA, Κλεοπάτρα. [*Germ.* Ein königin in Egypten / ein geil weib.] Ægypti regina, Auletæ filia, soror & vxor Ptolemæi vltimi, mulier impudicissima, à Cæsare primum adamata: cui filium Cæsarionem peperit: deinde ab Antonio iustæ vxoris loco habita fuit, relicta Octauia Augusti sorore. Postea victo apud Actium prælio nauali Antonio, admotis corpori aspidibus sese interemit. *Stat. lib. 3. Syl.*] *Vide Suet. In August. cap. 17.*] ¶ Cleopatra altera, quæ ex Cosmeticis citatur *à Galen. in lib. 1. de Comp. phar. cap.* 1. mulier medicinæ peritissima, quam & *Paulus Æginetalib. 3. cap. 2. & Aetius tetrabibli 2. Ser. cap. 62. memorat.* Nonnulli tamen hunc virum fuisse arbitrantur. ¶ Ab eo fit Cleopatricus, a, um, vt Cleopatricæ dapes, *apud Sidonium.*

CLEOPATRVS, Præfecti nomen apud Corinthios, *cuius Plutarchus in Arato mentionem facit.*

CLEOPHANTVS, Medicus, *cuius meminit Plinius lib. 24. cap. 16.*

¶ Fuit & Cleophantus, pictor Corinthius, *vt scribit idem Plin. lib. 35. capite 3.*

CLĔŎPHŌN, Κλειοφῶν, Poeta tragicus Athenienſis, cuius nonnullæ fabulæ commemorantur à Suida.

CLEOSTRATVS, Κλεόστρατος, Antiquissimus Philosophus, qui primus in Zodiaco signa arietis, & Sagittarij deprehendit. *Autor Plin. lib. 2. cap. 8.*

CLEOXENVS, & Democlitus, Κλεόξενος, ὁ Δημόκλειτος, historiam de rebus Persicis scribere aggressi, quam ab illis inchoatã fatetur se absoluisse Polybius Megalopolitanus. *Autor Suidas.*

Clĕpo, is, psi, ptum, Furor, surripio. {גנב *ghanáb.* GAL. Desrober, oster & destourner secrettement & en cachette ITA. *Rubare, furare.* GER. Stälen/ rauben. HISP. *Hurtar.* ANG *To steall or tak away secretlie.*} à verbo Græco κλέπτω. vnde Clептum, furto subtractum. *Liu.* Siquis clepsit, ne populo scelus esto, néve cui clepsum erit. *Plaut. Scen. 4. a. 1.*

Rape, clepe, tene, harpaga. *Cic. de Rep.* Non modò vt Spartæ rapere, vbi & pueri clepere discunt. ¶ Clepere verba alicuius aut sermonem, obseruare est, & aucupari. *Pacuu.* Sermonem hic nostrum ex occulto clepit, quantum intelligo. *Accius Epigram.* Eáque hoc causa, vt nequis nostra auribus verba cleperet. *Ex Nonio.*

Clĕpsydra, pen. corr. Vas, è quo aqua paulatim effluens horas distinguebat horologium. {κλεψύδρα. GALL. Vn certain vaisseau lequel petit à petit retroit l'eau par bas, duquel on se seruoit pour horloge. IT. *Horologio di acqua.* GER. ein wasserstund/ die bey vns gemeinlich die sand vren. HISP. *El relox de agua que fue antiguamente.* ANG. *A diall measuring houres by running of water.*} Dicta est autem Clepsydra ab aquæ furto, quòd aquam aut celet, aut furetur. *Cic. 3. de Orat.* At hunc non declamator aliquis ad clepsydram latrare docuerat. *Mart. l. 6.* Septem clepsydras magna tibi voce petenti Arbiter inuitus, Cæciliane, dedit. ¶ Cor similia sunt hoc tempore clepsydris vascula illa apud nos vsitatissima, quæ in medio instar duorum turbinum coarctãtur: ex quibus puluisculus per foramen minutum sensim delabitur ex parte superiore in inferiorem, atque ita legitimum tempus horæ metitur. Apud veteres oratoribus actoris causas forenses præscribebatur tempus dicendi datis clepsydris, quibus exhaustis, amplius dicere vetabantur. *Plinius in Epist.* Dixeram horis penè quinquenam tribus clepsydris, quas spatiosissimè acceperam, sunt additæ quatuor. ¶ Est item Clepsydra astronomicum organum, sydera dimetiens. *Martianus,* Clepsydris lunæ magnitudo cognoscitur. ¶ Est item Clepsydra nomen fontis, in arce Messeniorum, in Aganippen alterum fontem influens. ¶ Fuit & Athenis in arce eiusdem nominis fons, ita dictus, quòd flare incipientibus Etesijs abundet, iisdem desinentibus exaresçat. *Vide Cal. Rhodig. l. b. 18. cap. 19.*

Clērŏmantĭa, æ, κληρομαντία. Diuinationis genus, quod fit per sortes.

Clĕrŭs, ri, κλῆρος. Vermiculus est, *teste Aristotele,* in aluearium pauimentis nascens, quo excrescente, velut aranea obducitur alueus, & faui carie pereunt, ipsis scilicet vnà cum fœtu putrefactis: quod vitij genus Clerum quoque eruditiores appellant, hoc est, sani, fœtusque putrefactionem. *Plin. lib. 11. cap. 16.* clerum interpretatur apum aberrũ, & quandam amaræ ceræ duritiem, quum inde fœtum apes non eduxerint, morbo impeditæ, aut ignauia, aut fœcunditate naturali. ¶ Græcis item κλῆρος sortem significat, vel hæreditatem: vnde Cleronomus, κληρονόμος, hæres: & Cleronomia, κληρονομία hæreditas.

CLETHVS, κλεῖθος, vxorem habuit Pallenem Suhonis filiam, quæ Thessaliæ vrbi nomen dedit, *Steph.*

CLĪBĂNVS, κλίβανος, Mons est in extremis Italiæ finibus, non procul à Lacinio promontorio, *cuius meminit Plin lib. 3. cap. 10.* ¶ Est item Clibanus oppidum Isauricæ, quæ est Asiæ regio, inter Ciliciam & Pamphyliam sita: *de quo idem Plin. lib. 5. cap. 27.*

Clĭbănus, ni, {תנור *tannúr.* κλίβανος. GAL. Vn four. ITAL. *Theggia, testo.* GER. Ein ofen HIS. *Horno.* ANG. *An ouen, a furnase.*} Instrumentum placentis potius, & id genus cibis, quàm pani coquendo dicatũ, quod antiquitus ex testa, seu opere figulino fieri solebat, postea etiam ex ferro, vel ære, *Colum. lib. 3.* Scrobem clibano similem esse debere, vt imus, quàm summus, patentior sit, vt latiùs radices agantur. *Plin. lib. 19.* Cortices quoque clibanis & furnis præbent vsum. Differt autem Clibanus à furno, quòd hic maior sit, & immobilis: Clibanus autem minor, vt quocunque visum fuerit, possit transferri. ¶ Hinc κλιβανίτης ἄρτος à Græcis appellatur, qui non in furno, sed in clibano coctus est: *quem Varro lib. 4. de Ling. Lat.* Testuaceum appellat, quod scilicet in calido testo (sic enim clibanum testuaceum appellat) coqueretur.

Clĭbănārius, Qui bene ferro & armis munitus certamen init, κατάφρακτος. *Nazarius in Panegyrico ad Constant.* Operimento ferri, equi, atque homines obsepti: clibanariis in exercitu nomen est. Dicti Clibanarij, quoniam more testudinis arcuatis armis (quæ clibani forma est) vtebantur. *Ammianus Marcellinus* Clibanario eosdem esse tradit, cum iis, qui Græco nomine appellantur Cataphracti.

CLĪDĒMVS, pen. prod. κλείδημος. Scriptor antiquissimus fuit, *cuius opus de plantis sæpe citatur à Theophrasto.* Scripsit & Protogoniam, quæ citatur ab Athenæo.

Clĭdium, κλείδιον. Thynni iugulus est, qui præcipuè in recenti hoc pisce commendatur. *Plinius lib. 9 cap. 15.* Thynni membratim cæsi cernice, & abdomine commendantur, atque clidio, recenti duntaxat & tum quoque graui ructu: cætera parte plenis pulpamentis sale asseruantur.

Clĭdūchus, κλειδοῦχος. Græcis clauigerum significat ἀπὸ τῆς κλεῖδος, hoc est, à clauc. *Plin. lib. 34. cap. 8.* Fecit & quadrigas, bigásque, & cliduchon eximia formæ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Clīēns, Qui in fiducia & tutela alicuius est, & patronum habet. {גנון *ghannún* עבד *bebédh* חסיד *chasídh*, πελάτης, θεραπευτής. GALL. Vassal de quelque seigneur, celuy qui s'est mis en la protection & defense d'vn autre. ITAL. *Cliente*. GER. Das vndet einem vogtman ist/vnder einen anderen schirm/ein vogtkind. HISPAN. *Encommendado à a gun auogado*. ANGL. *A retener to some noble or gentile man*.} [Clientium exclusorum turba referta vestibula. *Senec. c. 10. de Consol. ad Mart.* De clientibus *vide Halicarnass. lib. 2.* Qui dicantur, & iura inter eos, *Plut. in Rom.* Et de his quoque vide plura apud *Pl. Men. sc. 2. a. 4. Et Capt. sc. 2. a. 2.* Cui seruitutem seruit? pol quidem hic huius est Cliens, *Idem Asi. sc. 2. a. 5.* Senatui dare operam, aut Clientibus.] nam Patronus defensor cauiæ est dictus, quasi pater: Cliens defensione indigens, id est, litigator, qui patronum colit & sequitur: vt ab eo defendatur. Sed vt rectius vim vocabuli intelligas, scito, *quemadmodum Budæus in Pand. scribit*, moris fuisse apud antiquos, vt prouinciales & socij populi Romani in clientelam sese darent proceribus Romanis, quos patronos sibi adoptabant, non modo publicè, sed etiam priuatim: isque vt clientes eorum dicerentur, inter se verò hospites. Ferebat autem id huiusmodi necessitudo, vt clientes perpetuò patronorum suorum patrocinio caput ac fortunas suas tuerentur: vicissimque ipsi patronos suos omni obseruantia atque obsequio colerent, & venerarentur. *Cicer. Diuinat. in Ver* Clarissimi viri nostræ ciuitatis temporibus optimis, hoc sibi amplissimum pulcherrimúmque ducebant, ab hospitibus, clientibúsve suis, ab exteris nationibus, quæ in amicitia pop. Roman. ditioneque essent, iniurias propulsare, eorúmque fortunas defendere. Quin etiam (vt idem scribit) quos *Vasallos* vocare solet, Clientes appellare possumus: & Clientelam, obseruantiã ipsam: & obsequium, quod *Homagium* dicunt, Clientelaris officij sponsionem, agnitionemque. [Clientes vt coluerint *Gell. c. 1. lib. 20.* Erant post pupillos proximo gradu, deinde hospites: mox cognati. *Gell. cap. 13. lib. 5. Item*, Nemo aduersus Clientem testimonium dicit. *Ibid.* Cliens esse non desinit honores adeptus, nisi Curules sint. Et aduersus Clientem patronus cogi non potest dicere testimonium. *Plutar. in Mario.*]

Clientă, tæ, fœmininum, quo vsus est *Plaut. in Mil.* Habeo eccillam clientam meam, meretricem adolescẽtulam *Idem in Rud.* Iam clientas reperi. Afranius similiter in Pompa, Interim tua clienta. *Et Horatius.* Nec laconicas mihi Trahunt honestæ purpuras Clientæ. *Sospater lib. 1.* In quo tamen Horatij loco nostra exemplaria Clientes habent, non Clientæ.

Clientēlă, Clientum multitudo, qui potentem aliquem ciuem, principémve fauore prosequuntur, & cuius dignitatem factionémque tuẽtur, ducti ad qua mercede, vel beneficio. {מגן *maghén* חסד *chésedh*. πελατεία. GALL. Le domaine, la protection & sauuegarde des Seigneurs enuers leurs vassiux & suiets. ITA. *Sicurtà, clientela*. GER. Die der vogtkindern/daß ist deren die schirmvögt haben. HISP. *Aquella encommendacion, y seguridad*. ANG. *The protection and defence of lordes towardes thair subiectes*.} *Cic. ad Attic. lib. 14.* Scis quam diligam Siculos, & quàm illam clientelam honestam iudicem. ¶Item Clientela dicitur fides, tutela: vnde Committere, vel conferre se in clientelam alicuius, est sese alterius clientem profiteri, & eius patrocinio, siue (vt Gallorum vulgus loquitur) *Saluegardia* se committere *Terent. in Eunuch.* Thais patri se commẽdauit in clientelam & fidem. [In clientela Antoniorum erat. *Suet. in August. cap. 16.*]

Clīmă, atis, {מדרגה *madhregháh* κλίμαξ. GAL. Climat, region, trait du pays. ITA. & HISPA. *Clima*. GER. Ein climat/ ein ausgezeichnet theil des himels oder erdbodens. ANGL. *A climat the trait and draught of a countree*.} Græca dictio, quæ spatium significat, duobus respondens parallelis, quo diei longitudo ad dimidiatam horam variatur. *Vitruu. lib. 1 cap. 1.* Disciplinam verò medicinæ nouisse oportet propter inclinationes cæli, quæ Græci κλίματα dicunt.

* CLIMAX, Mons est *Strabonis lib 14.* Est etiam (inquit) mons nomine Climax, Pamphilio pelago adiacens: is tranhtum arctum in littore relinquit, qui mari tranquillo nudatur adeò, vt iter facientibus per ius sit, pelago autem affluente vadis cõtegitur. Transitus per montem tum etiam arduus est, tum prolixus, quapropter in tranquillitatibus littore vtuntur.

[Climaculæ tela. *Cæs. lib. 2. cap. 25. lib. 6.*]

Clīmax, {סלם *sullám* מדרגה *madhregháh*. κλῖμαξ. GAL. Eschelle, degré. ITA. *Scala*. GER. Stägen/leitteren. HIS. *Escalera*. ANG. *A ledder or the steppes of a ladder, or stare*.} Latinè scala vel potiùs scalæ: est figura, quæ dicitur Gradatio, qua paulatim veluti per scalas ascendimus: *vt apud Ouid.* Viderat hanc, visámque cupit, potiturque cupita.

[Climacteres qui dicantur à Chaldæis, *Gell. cap. 10. lib. 3.*]

Clīmăctericŭs, ca, cum, κλιμακτηρικός. Latinè dici potest Scalaris, ἀπὸ τῆς κλίμακτήρων, quo nomine Græci scalarum gradus significant. Vnde numerus climactericus dicitur, ad quem per gradus, & veluti scalas quasdam paulatim ascendimus: qualis est numerus, qui ex nouem nouenariis resultat. Nam vnitas ter sumpta conficit ternarium. Ternarius in se ductus, nouenarium. Nouenarius autem nouies sumptus conficit vnum & octoginta, qui est numerus Climactericus. Hunc autem numerum in humanæ vitæ annis maximè formidabilem esse, à veteribus proditum est, quippe qui raro sine vitæ, aut fortunarum periculo soleat transmitti. Hoc enim anno ætatis Plato Philosophus, Diogenes Cynicus, Dionysius Heracleotes, Eratosthenes geometra diem suum obiecerunt, alij annum ætatis sexagesimum tertium in primis periculosum iudicarunt, qui constat ex septies tribus ter multiplicatis, quem etiam Climactera vocabant. Vnde Augustus Caium nepotem lætum natalem diem suum celebrare iubet, quòd annum illum omnibus senibus periculosissimum euaserat. Fuerunt etiam qui annum vndequinquagesimum maximè formidarent: partim quòd sit numerus quadratus, quem potentissimum credidit antiquitas: partim etiam quod ex septenario septies multiplicato resultet: cui inter omnes numeros veteres plurimum detulerunt: adeò vt per omnem vitam septimum quenque annum periculosum & crisimum esse voluerint, sed eum præcipuè qui per ternas hebdomadas ascẽderet, qualis est annus primus & vigesimus, qui ex tribus septenariis constat: item quadragesimus secundus, & sexagesimus tertius, & omnium maximus octogesimus quartus. *Climactericũ tempus, pro arduo, difficili, contrario, autore Pli. epist. 44.* Habes climactericum tempus, sed euades.

Clīngo, Veteres pro Cingo vsurparunt: à Græco κλείνω, *Festus*.

OLINIAS, κλινίας, Musicus, & Philosophus sectæ Pythagoræ, qui si quando ad iram prouocaretur, sumpta statim cithara, motus animi leniebat, haud aliter quàm Achilles, quum iratus stabat ad littus, animi sui dolorem citharæ cantu leniebat. *Autor Ælianus de Varia historia.*

Clinĭcē, ces, κλινική, Medicina, quæ victu, & pharmacis corporibus medetur. Diuiditur enim Clinice in duas partes, in Diæteticen, quę victu medetur: & Pharmaceuticen, quæ medicamentis curat. *Plin. lib. 29. cap. 1.* Is quum fuisset mos, liberatos morbis scribere in templo eius Dei, qui auxiliator fuisset, vt postea similitudo proficeret, exscripsisse ea traditur: atque (*vt Varro apud nos credit*) iam templo cremato instituisse medicinam hanc, quæ Clinice vocatur.

Clĭnĭcŭs, penul. correp. κλινικός. {ANGL. *Bedred, one so sicke that he can not rise*.} Medicus qui diæta curat, aut medicamentis: dictus à lectis ægrotantium, quos frequentare solet, quasi Lecticularius. *Martialis*, Sotericlinici, id est, medici. ¶Dicuntur & Clinici, qui ita morbo affecti sunt, vt surgere è lecto non possint, nullaque amplius de eorum salute spes sit. *Pli. lib. 25. cap. 5.* Medetur ita morbis comitialibus, vt diximus, vertigini, melancholicis. *Et paulò pòst*, stomachicis, spasticis, clinicis, &c.

Clīno, as, Inclino. {נטה *natáh*. κλίνω. GAL. Incliner. ITA. *Chinare*. GERM. Neigen/Biegen. HIS. *Inclinar ò abaxar*. ANG. *To bowe*.} Græcum est: & licet non sit in vsu, eius tamen composita vsurpantur. quæ sunt, Acclino, Declino, Inclino, & reclino: *de quibus suis locis*.

Clīnāmĕn, inis, neut. gen Inclinatio. {מוט *motá* κλίσις. GAL. Destournement, & inclination à costé. ITA. *Inchinatione*. GERM. Neigung, HISP. *Inclinacion*. ANG. *Bowing or turning to a syde*.} *Lucretius de inclinatione elementorum & primorum corporum*, sed ne res ipsa necessum Intestinum habeat cunctis in rebus agendis, Et denuo quasi cogatur ferre, patique: Id facit exiguum clinamen principiorum, Nec regione loci certa, nec tempore certo.

Clīnē, {κλίνη, ANA *bed to rest on*.} Latinè lectus, lectica mensa. ἐξάκλινος, torus discubitorius, qui sex capiebat. *Martial.* Et testudineum mensus quater hexaclinon.

Clīnēdĭŏn, κλινίδιον, lectulus.

Clīnopālē, les, κλινοπάλη, palæstra lecti dicitur: κλίνη, Græcè lectus: πάλη palæstra siue lucta. *Suet. in Do.* Assiduitate concubitus velut exercitationis genus clinopalem vocabat. Sic *Virg.* nocturna bella vocat colluctationes venereas: & ab Apuleio militia amatoria dicitur. Clinopale, immodica fruitio & venerearum rerum *vsus, apud Paulum lib. 1 c 17.*

Clīnŏpŏdĭŏn, κλινοπόδιον, Herba est serpillo similis, furculosa, palmi altitudine. Nascitur in petrosis, orbiculato florum ambitu, speciem lecti pedum præbens: vnde & nomen accepit. *Hæc Plinius libro 24. capite 15.* Putatur esse eadem quam officinæ *Pulegium montanum* appellant.

CLIO, κλείω, Vna Musarum ex nouem, apud Hesiodum in Theog. ἀπὸ τῶ κλέους, id est, à gloria, quòd poëtis gloria ex carmine nascatur. {GER. Eine auß den neun Musis so iren liebhaberen ruhm vnd herrligkeit bringet.}

CLISTHĔNĒS, κλεισθένης, Primus ostraciſmi autor apud Athenienſes, primúsque eo genere exilij mulctatus. *Vide Celium lib. 21. cap. 44.* ¶Clisthenem video, κλεισθένη ὁρῶ. Suidas refert, & ait conuenire in eos qui læui derasaque sunt cute. Nam is mos Clistheni, barba derasa semper esse, quo iuuenis etiam dum videretur. Effertur & ad hunc modum, κλεισθένους ἀκριβέστερος, Clistene intemperantior. De cinædo & deliciis effœminato.

CLĪTĀRCHŬS, κλειτάρχος, Historicus fuit, & Alexandri Magni perpetuus in omnibus expeditionibus comes: cuius etiam res gestas descripsit, sed ea vanitate, vt fidem Historici non mereatur. *Autor Quintilianus.*

Clitellæ, arum, Dicuntur, quibus farcinæ colligatæ mulis, & id genus veterinis, portantur, qui vulgò *Basti* vocantur. {כר *char*. ἀποσάγματα, ὑποσάγματα, σαγήνη, σαγμάδεια. GAL. Le bas qu'on met sur vn mulet, asne, ou autre beste pour porter faix. ITA. *Basti*. GERM. Saumsattel/sind darauff die maulthier schwäre last tragen. HISP. *Las albardas ò enfalmas*. ANGL. *Lode sadles*.} *Horat. in Satyr.* Hinc muli clitellas tempore ponunt. [Clitellis apportatæ columnæ. *Quintil.*] *Cic. ad Attic. lib. 5.* Clitellæ boui sunt impositæ, hoc est, homini inepto, & nequaquam idoneo delegata est prouincia. *vide Erasmi Adagia.*

¶Hoc etiam nomine significarur locus Romæ, *teste Festo*, propter similitudinem clitellarum, & in via Flaminia loca quædam deuexa subinde, & accliuia. ¶Item quoddam tormenti genus, *teste eodem.*

Clītellārĭŭs, Qui clitellis vtitur. {ὑποσαγμάριος, σαγοφόρος. GAL. Qui porte faix dessus son dos auec vn bast. ITAL. *Che porta la basta*. GERM. Der mit einem solchen sattel schwäre burden tregt. HISP. *Cosa de albarda*. ANG. *That beareth any thing on his back in a lode sadle*.} Vnde clitellarij muli dicuntur, qui neque ephippiati sunt, neque desultorij, nec bigas, aut quadrigas, aut currus ducunt, sed clitellati ferunt onera. *Plaut. in Most.* Muliones, mulos clitellarios Habent, ego habeo homines clitellarios: Magni sunt, oneris quicquid imponas vehunt.

CLITERNIA, *Pompon. lib. 2.* Italiæ oppidum est, in tractu Apuliæ, ad Garganum montem. Vulgò *Celano*, *Ptolemæo* Cliternum.

CLĪTŌMĂCHŬS, κλειτόμαχος: penult. corr. Philosophus Carthaginensis, Athenas venit, annos natus quadraginta, audiuitque Carneadem, cuius & successor fuit, tres sectas sectatus: Academicorum, Peripateticorum, & Stoicorum. Supra quadraginta volumina conscripsit, *de quo Cic. 1. 3. Tusc.* mentionem facit. ¶Clitomachus alter, Athleta, & Pancratiastes nobilis fuit, qui pudicitiæ tantæ fuisse dicitur, vt canes si fortè coëuntes vidisset, statim vultum auerteret: in conuiuio siquis sermo lasciuus incideret, statim surgens abiret. *Autor Ælianus de Varia historia.*

CLĪTŌR

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

CLĪTŌR, ōris, κλεῖτωρ, Oppidum mediterraneum Arcadiæ, à quo vicinus fons Clitorius appellatur, oi qui gustauerit, vini fastidium inducens. *Meminit huius oppidi Ptolemæus lib. 3. cap. 16.*

CLĪTŪMNUS, Agri Falisci fluuius est, cuius aquæ potatæ candidos faciunt boues, *Author Plin. lib. 2. c. 103. Virg. 2. Æn.* Hanc albi Clitumne greges, & maxima taurus victima. *Silius,* Et lauat ingentem profundens flumine sacro Clitumnus taurum. [Nemus fluménque Clitumne: *Suetonius in Calig. cap. 43.*]

CLĪTUS, i, κλεῖτος, Mantij fuit filius, qui ab Aurora raptus, nunquam pòst apparuit. ¶ Fuit præterea Clitus inter præcipuos Alexandri Macedonis familiares, eidémque charissimus, tùm quòd filius esset nutricis ipsius, tùm quòd ab illo in dubio vitæ discrimine fuisset seruatus. {GERM. Einer auß den gehaimpten freunden des grossen Keisers Alexandri/welchen er auch in einer vollen weiß jämerlich erstochen hatt.} Hunc tamen in conuiuio quodam liberius in Persicos mores inuectum, ex iam temulentus spiculo traiecit. Cuius facti eum postridie, tanta cœpit pœnitentia discussa iam ebrietate, vt totum triduum cibo abstinuerit, decreuerítque omnino inedia sibi necem consciscere, amicúmque optimè de se meritum ad inferos persequi. Tandem ægrè admissa amicorum consolatione, qui Clitum iure occisum asserebant, sumptuosissimo eum funere sepeliuit. *Historiam hanc vide latius apud Arrianum, Q. Curtium, & Plutarchum in vita Alexandri.*

CLIUĬUS, a, um, adiectiuum, Difficilis, arduus. {קשה *kascheh.* A. S. *Vneaſie to go vp.*} vt Cliuia auspicia, αἱ ἀναβάσιμοι καὶ ἀνώμαλοι τόποι, quæ aliquid *(inquit Festus)* fieri prohibebant: nam & omnia difficilia & ardua nominabantur Cliuia: vnde & Cliui.

CLIUĪNA auis, in augurijs dicebatur, quæ alio nomine vocabatur Prohibitoria & Clamatoria: à cluis aspicis dicta, *quæ, teste Festo,* dicebantur aduersa, quibúsque aliquid fieri prohibebatur. Hanc auem suo seculo fuisse incognitam, *auctor est Plinius lib. 8. c. 15.*

CLIUŌSUS, ui, Collis, locus arduus. {גבעת *ghesáh.* γωνιον. GAL. Vne petite montagne qui n'a pas grand' pente, ta peine & descente d'vne montagne. ITA. *Scesa da vna mon. agna all'ingiu, pendente, collina.* GERM. ein buhel/ein ort das fein langsam haldecht oder stönig ist. HISPAN. *La cueſta arriba, ò la cueſta abaxo.* ANG. *The pitch of an hil, the bending doune of a thing.*} *Virg. 9. Æneid.* qua se subducere colles Incipiunt, mollíque iugum demittere cliuo. ¶ Cliuus Capitolinus *Cic. ad Atti. lib. 2.* Quem ego in cliuo Capitolino te signifero à principe collocaram. ¶ Huius compositum possunt esse tàm secundæ quàm tertiæ declinationis: vt, Accliuus, a, um, & Accliuis, & hoc acclive. Decliuus, & Decliuis: Proclivus, & Procliuis: quæ habent penultimam productam. Dictus cliuus à clino pro inclino. *Vide Vallam libr. 4. cap. 43.*

CLIUŬLUS, li, diminutiuum à Cliuus. {γωλοφία. GALL. Vne petite montagnette, vn petit tertre. ITA. *Picciol collina.* GERM. ein reinsin oder buhelin. HISPAN. *Pequeña cueſta.* ANG. *A litle pitche of an hill.*} *Colum. libro 6. cap. 36.* Duos parietes aduerso cliuulo inædificatos habet.

CLIUŌSUS, a, um, adiect. Cliuis abundans. {γωλώδης. GALL. Qui a plusieurs montagnettes, inegal, ayant plusieurs pentes & descentes. ITA. *Pendente ſmonta.* GERM. Das vil buhel oder rein hatt. HISP. *Coſa llena de cueſtas.* ANG. *That hath many litle montanes and pitches.*} vt Cliuosa loca. *Col. de arboribus cap. 4.* Curandum autem est, vt locis aridis & cliuosis altius vites deponantur, quàm si humidis & planis, *Virg. 2. Georg.* Nam ieiuna quidem cliuosi glarea ruris Vix humiles apibus casias, roremque ministrat. [*Ouid. 3. Fasto.* Vbi è terra cliuosum scandet Olympum Phœbus.]

CLOACÆ, pen. prod. Loca caua, siue ea publica sint, siue priuata, quò sordes confluunt, {מוקאות *motsaóth.* ἀποδρῦαι. GALL. Vn esgout, par où s'en vont les immondices d quelque l. u. ITA. *Cloace, chioche.* GER. ein dolen/ein ort darein sich aller vnflaht verſamlet. HISP. *El al bañar à do acud eñ las priuadas.* ANG. *A chanell, a ſinke.*} vnde Arcum facere ex cloaca, *dixit Cic. in Orat. pro Plancio,* pro eo quod est, rem humilem & nullius fere momenti supra modum extollere. Fistulę quoque, fossæ & viæ illę subterraneæ parietibus in modum aquæductus munitę, per quas pluuiæ extra vrbem vel in fluuium dilabentes, vrbis sordes secum rapiunt, Cloacæ dicuntur, ὀχεῖ quod vrbem immunditiis purgent. ¶ Dicta est autem Cloaca (vt putatur) à colluendo, quasi colluaca. *Festus* à Cloacando, hoc est, inquinando deriuat: quum tamen potiùs contra, Cloacare verbum à Cloaca deductum videatur. *Cic. pro Cecin.* Qui de fossis, de cloacis, minimis aquarum, itinerúmque controuersiis interdicit. *Pl. vereò in Curcul.* stomachum immundæ vetulæ & aluum, Cloacam nominauit. Age, *inquit,* effunde hoc citò in barathrum, Properè prolue cloacam.

CLOACŬLA, diminutiuum, *Lampri. in Heliogab.* Additáque iniuria cadaueri est, vt id in cloaculam milites mitterent.

CLOACĀLE, flumen, Cato dixit, pro cloacarum omnium colluuie: *vt annotauit Festus.*

CLOACĀRE, Inquinare. {טמא *timmé.* κολυώω. GAL. Souiller. ITAL. *Imbrattare. macchiare.* GER. Besudlen/verunreinigen. HISP. *Enſuziar ò manzillar.* ANG. *To defile, to mok foul.*} vnde Cloacam dictam *putauit Festus.*

CLOACĀRIUS, adiectiuum, vt cloacarium vectigal. *Vlp. D. lib. 30. Tit. 1. lib. 39.* Hæres cogitur legali prædij soluere vectigal præteritum, vt tributum vel solarium, vel cloacarium, vel pro aquæ forma, Sic.

Cloacarium, pecunia est purgandis cloacis attributa. *Vlpianus in l. 27. D. de vſufruct.* Si quid cloacarij nomine debeatur, vel si quid ob formam aquæductus. *Ex Hotom.*

CLONTHUS, Vir Troianus, Æneæ comes.

CLŌDĬA, Romana (à qua Cicero prædium emere volebat: copiosa & locuples fœmina fuit, de qua sic Cic. *ad Attic. l. b. 13.* Sed quando, inquit, Clodia Romæ futura es, & quanti rem æstimas, ego prorsus expecto; non quin illud malim, sed & magna res est, & difficile certamen cum cupido, cum locuplete, cum hærede.

CLŌDĬFORVM, Italiæ oppidum in octaua regione: *vt scribit Plin. l. 3. cap. 13.*

CLŌDIORVM FAMILIAM, à Clodio Æneæ socio dictam putauit *Festus.* Verius tamen est, Clodios (qui & Claudij dicuntur) à Sabinis ortum traxisse, nominísque originem cepisse ab Appio illo Clauso, qui primus ex ea familia cum quinque clientum millibus se Romam contulit.

OLŌDĬUS, prænomine Publius, Adolescens fuit nobilis ex antiquissima Claudiorum familia, sed ciuis factiosus, & notissimæ libidinis: vt qui & tres furores per incestum polluerit, & in sacris bonæ deæ muliebri veste deprehensus sit. Hic grauissimas cum Cicerone inimicitias exercuit: cui, vt maius negotium facessere posset, Tribunatum plebis petiit: quo in quam per leges obtinere non posset, quòd Patricius esset cuidam ex plebe se ad optandum dedit: atque ita tribunatum nactus, non quieuit, donec Ciceronem per vim ciuitate expelleret. Verum quum & Pompeio molestus esse cœpisset, & optimum quenque incessisset, placuit Senatui Ciceronem ab exilio reuocari: qui in vrbem reuersus, Milonis auxilio inimici impetum compescuit: à quo etiam Clodius apud in via Appia fuit interfectus. De hoc sic scribit *Cic ad A. l. b.* 1. Credo (inquit) te audisse, quum apud Cæsarem pro populo fieret, venisse eò muliebri vestitu virum, idque sacrificium quum virgines instaurassent, mentionem à Qu. Cornificio in senatu factam (is fuit princeps, ne tu fortè aliquem nostrum putes) posteaquam ex s. c. ad virgines atque Pontifices relatam: idque ab iis nefas esse decretum: deinde ex s. c. Consules rogationem promulgasse vxori Cæsaris mandatum remisisse. In hac causa Piso amicitia P. Clodij ductus, operam dat, vt ea rogatio quam ipse fert, & fert ex s. c. de religionibus antiquetur. *Hactenus Cic.* ¶ Fuit & Clodius Pulcher, orato. Romæ inter patronos, simul cum Cicerone in causa Scauri. Pædianus.

¶ Clodij cuiusdam meminit *Plutarch. in Numa,* qui temporum argumentum scripsit. ¶ Sextus Clodius rhetor Siculus, Latinè, Græcæque eloquentiæ professor, male oculatus, familiaris, ac præceptor M. Antonij triumuiri, cuius meminit Cicero in Philip. & Tranquillus. ¶ Clodius Quirinalis Alexandrinus rhetor. Romæ docuit circa Neronis tempora, *teste Eusebio.* ¶ Clodius Albinus, dux Gallicanæ exercitus, post mortem Pertinacis principis ab exercitu Imperator salutatus, & à Seuero iuxta Lugdunum acie superatus. *Autor Herodianus.*

CLOĒLĬA, Nobilis virgo Romana fuit, quæ cum aliis nonnullis viginibus Porsenæ Hetruscorum regi obses data, deceptis custodibus vnà cum reliquis viginibus incolumis ad suos per Tyberim tranauit: Quamobrem Romani nouam in fœmina virtutem nouo honoris genere ornandum rati, statuam ei equestrem in summa sacra via posuerunt. *Autor Liu. l. ab Vrb.* [*Vide Plut. in Public.*] Huius meminit *Valer. lib. 3. cap. de fortitudine. Vir. quoque* circa finem libri octaui,

Et fluuium vincl.s innaret Cloelia ruptis.

Iuuenalis:

Quod miraretur cum Coclite Mutius, & quæ
Imperij & fines Tiberinum virgo notauit.

CLŌNĬUS, κλόνιος, Vnus è quinque ducibus Bœotorum, qui cum quinquaginta nauibus ad Troiam nauigarunt, *vt scribit Homerus lib. Iliad. 2.*

Clōstrum, idem quod claustrum. {מסגרת *misghéreth* סגור *seghór* κλεῖθρον. *Cato de re Rust. ca. 13.* Trullas ligneas duas, claues cum clostris.

Clota, P. *olemæo,* Æstuarium maris in Britannia insula, exiguo terræ spatio à Bodotria altero æstuario diremptum. *Corn. Tacit. in vita Agricolæ,* Glotam vocat.

CLŌTHŌ, κλώθω, Vna Parcarum, quæ humanæ vitæ stamina dispensant, Græcè κλώθω, Circunuoluo, neo, destruo. De his nonnihil Orpheus in hymnis, pluráque tradit in magica sua, sed inuoluta & obscura. *Hesiodus autem in Theog.* Themidos filias facit, & Iouis: Cloto, Lachesin, & Atropon, & Συντοῖς εἰς πρόσωπον ἔχῃ ἐλαύνοντι, χαιόντι.

Clucidatus, a, um, Antiqui dixerunt pro dulci & iucundo, παρὰ τὸ γλυκύ. {מתוק *mathók* ערב *barébh.* ANGL. *Sweete.*} *Festus. Varro lib. 6. de ling. Lat.* citans antiquum poetam in Agidone: Clucidatus, suauis est, tametsi à magistris accepimus manfuetum. Ita enim doctissimè legit *Scaliger,* quum antea Caudatus legeretur.

Clūdo, is, idem quod claudo: quo verbo veteres vtebātur. {סגר *saghár.* κλείω. GAL. Clorre, enclorre, cnuironner, entoufer. ITA. *Conudere, ſerrare.* GER. Beschliessen. HIS. *Cerrar.* AN. *To shut in, to incloſe.*} *Cic. 2. de Nat. Deor.* Ipium autem mare sic terram apperens littoribus cludit. *Martial. lib. 11.* Sed mors vocis iter properauit clud re blanc. In veteribus quoque numi matibus legimus, Ianum ciusit. [C usimus & clausimus *Senec.* Clusum pectus vitiis. *Idem ca. 16. de consol. ad Elber.* Claudendi sententias ratio, *Quintil.* Cludere sensum. Item, Cludi, Cludere neutraliter his.]

*Clusus, a, um, Particip. Circundatus. *Val. r. Flacc lib. 1. Argon.* Cleonæo iam tempora clusus hiatu Alcides. Id est, Labens tempora circundata pelle hiantis leonis Cleonæi. *Clusilis, & hoc clusile, Quod facile clauditur, P. in. ib. 3. 9. ap. 37.* Incesti is esca, clusiles mordaceſque concharæ, ceu miculos videmus.

[Cludus pro claudus *Vide* Claudus.]

CLVENTĬUS, Ex municipio Larino, accusatus à Matre Sassia, quòd Oppianicum vitricum interfecisset, defensus fuit à Cicerone, cuius adhuc extat longè optima Oratio pro Cluentio.

Cluco, es, cre, Pe. li cor, puror, nominor. {נחשב *neſchbáh.* κλύω. GAL. Estre reputé, auoir le bruit. ITAL. *Eſſere eſtimato, nominato.* GERM. Genennet oder geachtet werden. HIS. *Ser eſtimado y nombrado.* ANG. *To be in reputation, to haue a renowme.*} Plautus in Trin. Ita sis, vt nomen cluet. *Idem in Epid.* Senati qui columen cluent, id est, habentur, & reputantur columen Senatus. *Idem in Læn.* Vt vol pe est homini mea soror, si quod agit, cluet victoria, id est, victoriæ tribuatur. ¶ Dicimus etiam Cluo, is, per tertiam inflexionem, quod sæpe pro splendeo accipitur. [Facinora quæ clara post & diu cluant. *Pl pſeud. ſc. 1. a. 2.* Stratioticus homo *Plaut. pſeud. ſ. 1. a. 4.* Dum meus vir victor belli cluear. *Pl. Amphit.* Res quæritur, non Clientium fides, Cuiusmodi cluear. *Pl. Men. ſc. 2. a. 4.*] *Prudentius,* Qui parua virtute cluis. *Cicer. de Clar. o rat.* Tum duo Cæpiones multùm cluentes consilio, & lingua plus authoritate tamen & gratia subleuabant. ¶ Interdum etiam pro purgare. *Pl. lib. 15. cap. 29.* Depositis armis in eo loco, qui nunc signa Veneris Cluacinæ habet. Cluere enim antiqui pugnare dicebant. [Vnde Clupeus, siue Clypeus à Cluendo Grammatici deducant.]

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Clunæ, Sunt folliculi hordei, Festus, ἔλυτρα, ἄχυα.

Clunadum, Culter sanguinarius: quòd ad clunes dependeat, vel quia clunes hostiarum diuidat. *Autor Festus.*

Clunis, nis, sæpius in plurali clunes, clunium, Nates, siue natium tumor: tàm masculini, quàm fœminini generis. {נֵרֶךְ *scheth.* πυγαί GAL. La fesse. ITAL. *Natiche.* GER. Der arßbacĕ. HISP. *Las nalgas.* ANG. *The hippe or buttocke.* } *Iuuenalis*, Tremulo descendunt clune puellæ. *Plaut.* Quasi lupus ab armis valeo, clunes infractos gero. *Horat.* Quod pulchræ clunes, breue quod caput ardua ceruix. Hinc Simias clunes appellatas volunt, quòd clunes tritas gerant.

Clūnĭculis, diminutiuum. κατωτίον. *Gellius*, Cæterarum auium atque altilium nisi cantùm apponatur, vt à cluniculis inferiore parte satuti fiant, conuiuium putabant inopia sordere.

CLVNIA, Oppidum est Hispaniæ in extremis Celtiberorum finibus. Vnde vnus ex Hispaniæ citerioris conuentibus Clunienſis dictus est. Vulgò *Cuĕdad real.* Sunt enim septem (*inquit Plin. lib.* 3.) Carthaginienſis, Tarraconenſis, Cæsaraugustanus, Clunienſis. Asturum, Lucensis, Braccarum.

CLVPĔA, quæ & Clypea dicitur, Vulgò *Quipia*, Ciuitas Africæ propriè dictæ, in promontorio Mercurij sita, dicta à clypei figura, vnde & Aspis dicitur, *teste Solino, quod etiam annotauit Hermolaus in Plinium, & Vadianus in Melam. Silius libro* 3. In clypei speciem curuatis turribus Aspis. *Lucanus libro* 4. Et Clupeam tenuit stationis lictora notæ. *Ptolemæus* verò duas vrbes propinquas collocat in Hermæo promontorio, quarum vnam Clypeam, alteram Aspidem appellat. [*Cæsar* 2. *de bell. ciu.* Is locus abest à clupeis.] ¶ Clupea etiam exiguus pisciculus est *apud Plin. lib.* 9. *capite* 15. qui venam quandam in faucib. Thynni erodens, ipsum exanimat.

CLVSINI, Noui & veteres populi Hetruriæ, *P inius libro tertio, capite* 5.

CLŪSĬNVS, Dictus est Ianus, quòd pace templi eius portæ clauderentur. {GERM. Der gott Janus hat disen namen vom beschliessen hĕr/ darumb das man zu frideus zeiten alle laden an seinem tempel beschloß } *Virgilius* 1. *Æneidos.* Claudentur belli portæ, furor impius intus Sæua sedens super arma, & centum vinctus aheneis.

Clūsinum far, Adorei siue farris genus est candidum: ita dictum à Clusio Hetruriæ vrbe. *Colum lib.* 2. *cap.* 6. Adorei autem vidimus in vsu, pleruntque genera quatuor. Far, quod appellatur Clusinum, candoris nitidi. Far, quod vocatur Vermiculum, rutilum, atque alterũ candidũ: sed vtrumque maioris ponderis, quàm Clusinum. Semen semestre, quod dicitur, Alicastrum.

CLVSIOLVM, Oppidum Vmbriæ quod interiit: *cuius meminit Plin. lib.* 3. *c.* 14.

Clusios, Galli nominant dæmones quosdam, quos nonnulli existimãt spiritus esse elemento æereo compositos.

CLVSIVM, Oppidum est Tusciæ mediterraneum, vbi Porsena Hetruscorum rex sepultus creditur. *Plin. libro tricesimosexto cap.* 13. Vulgò *Chiusi.*

Clusura. *Vide suprà in* Claudo.

CLYMĒNĒ penultim. corrept. κλυμένη, Oceani & Tethyos filia, Iapeti vxor, *teste Hesiodo in Theogonia: de qua Virgil. libro quarto Georgicor.* Inter quas Clymene curam narrabat inanem. Fuit & altera Clymene mater Phaëthontis, *vt scribit Ouid. libro primo Metamorph.* quæ quum forma valeret, Soli placuit, qui concubitu eius potitus, ex ea Phaëthontem, & sorores genuit. *Ouid. libro* 1. *Metamorph.* Et tulit ad Clymenen Epaphi conuitia matrem. ¶ Inde Clymenis, idos, patronymicum, & Clymeneius, a, um: vt Clymeneia proles, id est, Phaëton. ¶ Tertia fuit minister Helenæ decoris oculis prædita, *vt est apud Homerum libro tertio Iliad. Huius meminit & Ouidius in Epistola Helenæ apud Paridem*, Cætera per socias Clymenen, Æthramque loquemur, Quæ mihi sunt comites, consiliúmque duæ.

Clymenos, siue Clymenon, κλύμενον, Herba est fabæ caulem ferens, quadratum, folia platanaginis, folliculis supra caulem in se inflexis, vt in polypotum cirrhis. Ita dicta à Clymeno rege, *teste Plin. lib.* 5. *capit.* 7. Vulgus hodie partim *Cyprium*, partim *Saponalem* appellat.

Clўpĕus, & Clypeum, siue Clupeus, y in u conuersa. {מָגֵן *maghén.* ἀσπὶς. GAL Bouclier, targe, rondelle. ITA. *Scudo.* GER. ein schilt den man im krieg zum schirm braucht. HISP *Escudo* ò *paues.* ANGL. A *Scheteld, targe, or buckler.* } Scutum maius, & tantùm peditum, sicuti Scutum equitum, *seruio auctore. Liu. lib* 6. Clypeis ante Romani vsi sunt: deinde postquam stipendiarij facti sunt, scuta pro clypeis fecêre. Dicti Clypei, ἀπὸ τῆς καλύπτειν, quòd celent totum corpus: vel à clepere, quod est furari ab ictibus: *P in libro* 35. *cap* 3. ἀπὸ τῆς γλύφειν, hoc est, sculpendo, cælandoque deduxit: vt dicatur clypeus quasi γλυπτός, id est, sculptus g in c, mutata. Scutis, inquit, qualibus pugnatum est apud Troiam, continebantur imagines. Vnde & nomen habuerunt clypeorum, non vt peruersa Grammaticorum subtilitas voluit, à cluendo. [(id est, splendendo. Quò tamen respicere videri potest *P aut Mem. sc.* 1. 1. Vt splendor meo sit clypeo clarior, quàm solis iacta *Ouid.* 13. *Met.* Cum socia clypeum pro classe tenebas. & *Ibidem sapius. Plaut. Curc sc.* 4 *a.* 4. Ita machæra & clypeus iuuent.] ¶ Clypeũ quoque (*vt Festus scribit*) Antiqui ob rotunditatem etiam corium bouis appellarunt, in quo fœdus Gabiorum cum Romanis fuerat descriptum. ¶ Clypeus vel clypeum, imaginem quoque significauit, vt veteres Grammatici voluerunt: fortassis inde quòd clypei imaginibus pingi & ornari solebant, *Vide Sosipatrum lib.* 1. *sua Gram.*

Clўpĕo, as, are, Clypeo munire est *Pacuuius in Harmonia*: Currũ liquit: chlamyde contorta astu clypeat brachium. *Nonius citat ex Pacuuio, & Varro lib* 4. *de lang. Lat.*

Clўpeātus, Clypeo munitus. {נֹשֵׂא מָגֵן *nosé maghén.* ὁπλοφόρος, ἀσπιδοῦχος. GAL Garni de bouclier. ITAL. *Armato di brocciero.* GER. Der mit einem schilt bewaret ist / ein schiltman. HISPAN. *Escudado, armado de escudo.* ANGL. *That is armed with a buckler or shield.* } *Plaut. in Curc.* Cly eatus elephantum vbi machæra diligit. *Cic. apud Virg.* 7. *Æn.* Clypeata agmina. Insequitur nimbus peditum, clypeataque totis Agmina densantur campis. [Clypeata imago Qu. Ciceronis. *Macrob.*]

Clўsmus, {פֶּרֶךְ *rácháts.* κλυσμός. Latinè purgatio, siue lotio dicitur. Vnde Cataclysmus, *de quo suprà.*

CLŸTAEMNĒSTRĂ, κλυταιμνήστρα, Nomen proprium vxoris Agamemnonis, quæ ob amorem Ægisthi adulteri virum occidit. Vnde etiam ab Oreste filio in patris vltionem fuit occisa: *de qua Euripid. in Oreste, & Homerus in Odyssea.*

Clystĕr, eris, pen. prod. κλυστήρ, quod & Clysterium, κλυστήριον dicitur, ἀπὸ τοῦ κλύζειν, quod est abluere: nam clystere aluum ægrotantium lauare, seu purgare solemus. { GAL. Clystere. ITAL. *Cristiero.* GERM. ein tristier. HISP. *Crystel* ANGL. *A clesster.* } *Plin.* Cucurbita infusa clysteribus, intestinorum omnium vitiis medetur. Macer tamen huius nominis penultimam corripit. Appositis digitis aut intus clystere fusis: quem ea in re non imitabimur. ¶ Accipitur item Clyster pro ipso instrumẽto, quod ad proluenda ventris recrementa sedi interitur, quóque intestinorum (vt ita dicam) lauamentum aluo inicitur. *Vip. l. Item si obstetrix. ad leg. Aquil.* Si quis per vim, vel per fuatum alicubi medicamentum infudit, vel ore, vel clystere. ¶ Orticularius clyster, *Celsus lib.* 6. *cap* 27. Idem humor rosa mixtus in ipsum vulnus orticulario clystere agendus est.

CLYTIA, vel Clytie, es, κλυτίη, Vna fuit ex Oceani nymphis aliquandiu ab Apolline amamata, donec illa Apollinis cum Leucothoe concubitum Orchamo patri eius indicauit. Quare natus Apollo, Clytien grauissimo odio persecutus est. Illa vero amore impatientia cibo & potu abstinens, manè orientem, & vesperi occidentem spectat Apollinem: & quacunque ille iter faciebat, Clytie oculis sequebatur. Vnde tandem fame & dolore consumpta, mutata est in heliotropium. *Fabulam hanc refert Ouid. lib.* 4. *Metam.*

CLYTIVS, κλυτίος, Filius Laomedontis, & frater Priami, *vt refert Hom. lib.* 20. *Iliad* ¶ Est & Clytius, adolescentis nomen *apud Virgil. lib.* 10. Æneid. quem Cydon quidam in delicijs habuit.

C ante N

CN. In notis antiquorũ, Cneus, vel C. Neuius. C.N.ES. C.C. credimus non esse causam coniectam. C. N. Caius noster, vel Cæsar noster, vel ciuis noster. CN ARR. Cneus Arrius. CN. L. Cnei libertus.

Cnecion, {κνίκιον. Quibusdam herba est, quam notiorib. nominib. Sampuchum, & Amaracum vocamus: quanquam non desunt, qui hãc nomenclatu am adulterinam existiment, & inter eas numeranda m, quas inter Dioscoridis notha referunt doctiores.

CNEMIDES, κνημίδες, Oppidum Locrorum, ad finum Opontium, secundum Daphnuntem, è regione Cænei Euboeæ promontorij: à quo Locrorum quidam Epicnemidij cognominati sunt. *Vide Strab. lib.* 9. *& Pomp. lib.* 2. *Plinio* Cnemis dicitur singulari numero, *lib.* 4. *cap.* 7.

Cncŏrŏn, κνίωρον, Frutex est coronarius, cuius duo sunt genera, nigrum & candidum: vtrumque germinat post æquinoctium autumnale, diúque floret, Hyginus Casiam interpretatur *Vide Plin. lib.* 21. *c.* 9. Dioscorides item thymelæam herbam Cneorum, & Cnestum appellant.

CNAEVS, κνάιος, per c, scribitur, sed profertur per g. Prænomen fuit Romanis peculiare, à næuo (vt volunt) tractu, quod eo prænomine præcipuè nominarentur, qui næuũ aliquem i ascentes attulissent. Festus à Græco γίγνεσθαι deducit.

Cnicus, vel Cnecus, κνικος Dioscoridi, nonnullis κνῆκος, Herba est, oblonga habens folia, incisuris diuisa, aspera, & aculeata: ex cuius ramulis diuulsis sanguineus effluit liquor. *Ru. ll.* Cartamum satiũ vocat. ¶ Officinis crocus hortensis.

CNĬDOS, κνίδος, Vulgò *Cabo crio*, Est vrbs, in extremo cornu peninsulæ Caræ adhærentis, in qua venus colebatur: vnde Cnidia dicta est. Potest etiam scribi Gnidos per g. ¶ Est & herbæ nomen, *de qua Plin. lib.* 21. *c.* 16. Vide Cnidium oleum, quod fit è grano cnidio: *de quo Plin. lib.* 23. *cap.* 4.

Cnīpologŭs, κνιπολόγος, *Aristot. Hist.* 9. *c.* 3. dicta quod κνίπας, id est, Cossos venatur. *Gaze* Cultrilega. Auicula est achantylis magnitudine, coloris cinerei, ac distincti maculis.

CNISSAEA, κνισσαία. Nauale Megarorum iuxta Peloponnesum. *Steph.*

CNŌPŬPOLĬS, κνωπούπολις, Ioniæ ciuitas, quæ alio nomine Erythra dicitur. *Steph.*

C ante O

CO. In notis antiquorũ, coniũgi. C.O. ciuitas omnis. CO. controuersia. COM.OB. comitia obdriaca, vel obaurata, vel obchiaca. CON. consularis. CON.SEN.E.OR. PQ. R. Consensu Senatus, equestris ordinis, populiq; Romani. CONS. vel CS. Consiliarius. COL. vel CL. Colonia, vel colonia, vel coloni. COLL. collegæ, vel collegia, vel collegiu. COL. collega, vel colonia vel columen. COLL. FABR. collegium fabrũm, vel fabrorum. COH. cohors. CONIV. coniũxit. CONIV. OBSQVE. coniugi obsequentissimæ, CONIVG. M. coniugij Mercurij. CONX. coniũx. CONLIB. conlibertus, conliberta. CONTVB. contubernalis. COR. Cornelius. CORP. corpus. CNEL. R.F. Corneliæ regis filiæ. CORN. AVRS. coronas aureas. COS. consul. COS. QVAR. vel IIII. consul. quartùm vel quarto. COS. TER. consul tertiùm vel tertio. COSS. DESIG. consules designati. CSS. Consules, vel consularij. COS. DES. consul designatus. C.P. ciuis publicus. CPS. capsa. C.PT. causa petitionis, vel causam potuit. CPRSS. cupressi.

Cōă vestis, siue substantiuè Coa, in plurali numero subtilissimum erat vestis genus ex bombyce, adeò tenue, vt corpus pelluceret. βύσσου ὑφάσμα. { ANGL. *A thinne kind of cloth of silke.* } Dictum à Co insula, vulgo *Lango*, in qua & bombycem nasci solere, sicut in Cea insula, *autor est Plin. l.* 11. *c.* 23. *Ouid. de Arte amandi*, Siue erit in Tyrijs, Tyrios laudabit amictus, Siue erit in Cois, Coa decere puta. Fuerũt qui etiam Cois in nominatiuo dici putarent pro hac veste, deceptiauctoritate *Horatij in Satyr.* Alterq; nil obstat, Cois tibi penè videre est, Vt nudam. Qui profectò error nimium est puerilis, quum Cois tibi non nominatiuus sit, sed ablatiuus. Eædem & Ceæ vestes dicũtur, à Cea insula, in qua Pamphila Latoi filia prima rationem inuenit bombycũ telas retorquendi, easq, rursum texendi: *vt testatur Plin. lib.* 11. *c.* 22.

Cōāccēdo, dis. Simul accedo, { συμπαραγίνομαι. GALL. Aprocher auec les autres, estre mis auec ITALIC. *Accostarsi insieme.* GERM. Sampt anderen hãtzu kommen. HISP. *Allegarse, ò acercarse juntamente.* ANGL. *To come to with others.* } *Plaut. Curc. sc.* 3. *a.* 2. [quia de illo

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

de illo emi virginem Triginta minis, vestem, aurum & decem pro his coaccedunt minæ.

Cŏăcĕruo, as, Cumulo, congrego, addo, cogo. {חרם אצף *asáph ḥaram* צבר *tsabár.* ἀποσορδω, συμερίω. GAL. Entasser ensemble, ammonceler monceau sur monceau, accumuler. IT. *Accreſcere, congregare, amaſſare, ammonare.* GER. Zuſamen hauffen. HIS. *Amontonar ò ayuntar.* ANGL. *To gather in heapes together.* } *Liu 5 ab Vrb.* Armorúmque cumulos, vt mos illis est, coaceruare. *Cæſ. 2. bel. Gal.* His derectis & coaceruatis cadaueribus. *Cicero 2. pro leg. Agrar.* Antè pecuniæ coguntur, & coaceruantur, quàm gleba vna ematur.

Coăcĕruātĭo, nis, Coactio, cumulatio {עכור *tsibbúr.* συναθροισμος, συναθροισις GAL. Entassement, & amoncelement ensemble. IT. *Accumulatione, ammaſſamento.* GER. Zuſamen hauffung. HI. *Amontonamiento.* ANG. *Heaping together.* } *Cic. in Part.* Atque hæ quidè vtrique maximè imperoratione faciendæ: alteri frequentatione argumentorum & coaceruatione vniuersa: alteri si planè causam redarguendo explicarit.

Cŏācesco, ex Con & Acesco, sed nabiscitur: significat simul vel totum acidum fio. {סר *sar.* συνοξυζω. GAL. S'enaigrir, deuenir aigre. IT. *Diuenir acido.* GER. Sawr oder saur werden. HIS. *Azedarse.* ANG. *To waxe sower tasted.* } *Cic. in Ca.* Vt enim non omne vinum, sic non omnis ætas vetustate coacescit.

Cŏāctĭlĭă, Inuoluera dicuntur vestibus inuoluendis, circumferendíque idonea. *Vlp. l. argumento de Auro & argento l.* Aristo etiam coactilia vesti cedere ait, & tegumenta subsellioru, huic legato cedetur. Bayfius coactilia eas vestes interpretatur, quæ ex lanis & villis coactis fiunt, quas vulgò Feltrosa appellamus. *Lanæ, inquit Plinius,* & per se coactæ vestem faciunt.

Cŏāctor, Coactura, Coactor, Coactatus, *Vide* COGO.

Coăcum, emplastrum nigrum: quanquam legendum suspicatur Cæsarius Choacon, aut Chiacum, *vt apud Georg. Valg. de Cura oculi.* Nisi Coacon quod inter Hippocratis opera liber habetur, qui inscribitur de Coacis prænotionibus. Inde nomen deductum videri potest, *Celſ. lib. 4. c. 29.*

Cŏāddo, Simul addo {חוסיף *hoſiph* προσθιδωμι. GALL. Adiouster auec, mettre ensemble. ITA. *Aggiungere insieme.* GERM. Mit ein ander her zu thun. HISP. *Ayuntar en vno.* ANG. *To put or ioyne together.* } *Cato ca. 40.* Sumito tibi sutculum durum, præacuito: falicem Græcam discidito, atgillam vel cretam coaddito.

Cŏādūno, In vnum cogo. {יחד *jichéd.* συναθρω. GALL. Assembler ensemble, faire tenir l'vn à l'autre. ITA. *Addunare.* GERM. Vereinigen, zusamen fügen. HISP. *Ayuntar diuersas cosas en vno.* ANG. *To gather together in one.* } *Plin. de Viris illustribus.* Ipsis coadunatis pastoribus, ciuitatem condiderunt. Brachium statuæ coadunare, *Iulianus in l. Tigai appellatione §. idem est ff. ad exhib.*

Coædĭfico, Arctè ædifico, ædificiis frequento. {συνοικοδομεω. GAL. Edifier ensemble, adiouster bastiment pres l'vn de l'autre. IT. *Fare inſieme più edificij.* GERM. Eng bawen/oder in ein ander bawen. HISP. *Edificar juntamente.* ANG. *To build together or nigh other building.* } vt Coædificatus locus,) {Vastus. *Cic. in Part.* Culti an inculti: celebres an deserti, coædificati an vasti.

Cŏæquo, as, are, Æquo. {שוה *ſchivváh.* ὁμαλίζω, ἰσάζω. GA. Esgaler. ITA. *Aguagliare.* GERM. Vergleichen/gleich machen. HISPAN. *Ygualar vna cosa con otra.* ANG. *To mak one thing equall with an other.* } *Salluſt.* Sed quoniam cœquare gratiam omnium difficile est. *Col. li 3. c. 16.* Duabúsque gemmis supra terram eminere passi, reposita humo cætera coæquant.

Cŏæquālis, le, Æqualis, similis, par {שוה *ſchovéh.* { ἴσος, ὁμοιος GALL. Egal, pareil. ITA. *Vguale* GER. Gleich HIS. *Ygual.* AN. *Equall. a'ik.* } *Colum. lib. octauo, cap. 14.* Atque vbi se paulum confirmauit, in gregem cœqualium compellitur.

Cŏæquŭs, a, um, Æquus, {ἴσος, ὁμαλός. ANG. *Equall.* } *Plin. lib. 6. capite 29* Mirúmque dictu ex innumeris populis pars cœqua in commerciis, aut latrociniis degit, quo tamen loco in castigationib. exemplaribus Æqua legitur non Cœqua.

Cŏætānĕi, Qui eadem ætate vixerunt. {ἡλικιῶται. GAL. D'vn mesme aage. ITA. *D'vna medesima età.* GER. Die eines alters sind/oder zu einer zeyt gelebt haben. HIS. *Cosa de vna mesma edad y tiempo.* ANG. *Of a ne age, of the same tyme.* } *Portius Latro in decl. in Catil.* Marco siquidè Catoni aut Scipioni cœtaneo suo. *Vide suprà in dictione* AEQVALIS.

Cŏæuŭs, Eiusdem æui, eadem ætate præditus. {ὁμήλιξ. GAL. D'vn mesme aage. IT. *D'vna istessa età.* GERM. eines/ oder gleiches alters. HIS. *Cosa de vna mesma edad.* ANGL. *Of the same age.* } *Cicero in Pat.* Hunc tu morem ignorabas? nunquam epulum videras? nunquam puer aut adolescens inter cœuos fueras?

Cŏæstĭmāre, συνεκτιμᾶν. *Celſus D. lib. 47. tit. 2. l. 67.* Furti actione hoc quoque cœstimabitur.

Cŏāgĭtātĭo, onis, Agitatio. {συλλογισμος, κίνησις, ἐπιβολή. GALL. Emorion & demenemẽt de l'vn auec l'autre. IT. *Smouimento.* GE. Bewegung. HI. *Obra de acossar ò agujar.* ANG. *Mouingor stirring together.* } *Cicer. 2. de Nat. Deor.* Anima primùm calescit ab ipso spiritu, deinde coagitatione pulmonum. * Ita quidem legit Budæus: sed quædam exemplaria legunt contagione.

Cŏāgmĕnto, as, coniungo, compono, construo, stringo. {חבר *chibbér* הרפק *hidhbik.* συνιστημι, συναρμοζω, κατασυνιζω. GAL. Assembler & ioindre l'vn auec l'autre, coler ensemble. ITA. *Coniungere.* GER. Zusamen fügen/ an einander setzen. HISP. *Trauar vno con otro.* ANG. *To ioyne or glue together.* } *Cic. de Senect.* Viuendi finis est optimus, quum integra mente, certísque sensibus opus ipsa suum eadem quæ coagmentauit, natura dissoluit. [Coagmentandis verbis intabescere. *Quintil.*] ¶ Et translatè *apud eundem de Orator.* Verba enim verbis quasi coagmentare negligat, id est, ne nimium diligens sit in verbis coniungendis. *Plin.* Passiuum protulit, Mox pluribus coagmentatur nucleis & his separatim vestitis.

Cŏāgmĕnta, Conimctiones arctæ, & compares, à cogendo, id est stringendo. {חבר *chebér.* συναρμή, συνδέσεις, συνείρματα, συνήματα. GA. Assemblemens, assemblees. IT. *Coniunctioni.* GE. enge zusamen fügungen/ erlicher dingen. HIS. *Aquellos trauayones.* ANGL. *Any streyct conioyning of thinges together.* } *Plaut.* Viden' coagmenta in foribus? [Litteræ singulæ sine coagmentis syllabarum. *Gell. c. 8. lib. 17.*]

Coāgmĕntātĭo Compositio, constructio. {מחברת *machbéreth* דבק *debék.* συνδεσμα. GAL. Assemblement, assemblage, collement. ITAL. *Vnione, assambramento.* GERM. Zusamen fugung. HIS. *Enzerudamiento, trauazon* AN. *Gluing or toyning together.* } *Cic. 1. de Na. Deor.* Quæ est enim coagmentatio non dissolubilis.

Cŏāgŭlo, as, Cogo, constringo. {קפא *kapha* πηγνω. GAL. Faire prendre auec pressure. ITAL. *Far attaccare & appigliare insieme* GERM. Zusamen tringen/ dick machen. HIS. *Cuajar con cuajo.* ANC. *To crude and growe together.* } *Cel.* semen in vtero mulieris primis septem diebus congloboatur, coagulatur, fitque ad capiendum figuram idoneum. *Plin. lib. 12. c. 25.* Summa probatio est vt lac coagulet.

Cŏāgŭlātĭo, verbale, Coactio, copulatio. {קפאון *kippaón.* ἁπτυσμος, πῆξις. GAL. Prinse & comonction, congelation, coagulement. ITA. *Presa, coagionione.* GER. Zusamen wallung. HIS. *Aquella obra de cuajar, concuajo, cuajamiento.* ANG. *Growing hick, cruding.* } *Plin. lib. 18. c. 10.* Nam id quoque venenum est in prima lactis coagulatione.

Cŏāgŭlum, à cogendo, id est densando siue stringendo, dicitur illud quo ad densandum lac vtimur. {קפאון *kappaón.* πηγετινόν. GA. Pressure. IT. *Caligarino, coag. lo, conagl o.* GER. Die rennen/ gerennen/ suppe. HIS. *El cuajo.* ANG. *Cheſe lope, cheſ. curde.* } *Tit u.* Et miscere nouo decussa coagula lacti. *Ouid. 13 Me.* Lac mihi semper adest niueum: pars inde bibenda Seruitur partem liquefacta coagula durant. [Coagulum de re concreta, & quæ congelauit. *Gell. cap 8. 17.*] ¶ Per metaphoram, quicquid coniungit, coagulum dicitur. *Gel. libro 12. cap. 1.* Vinculum illud coagulum animi atque amoris. ¶ Coagulum translatè de semine atque conceptu, ἐρρυσις κύημα. *Gellius libro 3. capite 16* Conceptum in vtero coagulum conformatur.

Cŏālĕo, Cohæreo, concresco, {דבק *ghedlál* συνιστημι, συμφύομαι. GAL. S'adiondre & coupler auec quelque chose, se nourrir & croistre auec. IT. *Creſcere, aumentare.* GE. Zusamen wachsen. HIS. *Crecer vna cosa con otra.* AN. *To grow together.* } *Plin. lib. 15 cap. 1.* Cuius in corpore cuiusque ex sanguine concretus homo & coalitus sit. *Tacit.* Vetustate imperij coalita audacia.

Cŏālĕsco, ĕre, coalui, Concresco, {גדל *ghadlál* συνίστημι, συμφύομαι. AN. *To grewe toge her.* } *Col. de Arbor.* Sic interposito triennio coalescet ficus oliuæ *Liuius libro primo,* Vocata ad consilium multitudine, quæ coalescere in populum ex vno corpus nullo alio, præterquam legibus, potuit, iura dedit. *Salluſt.* Hi postquam conuenerunt in vna mœnia, diuersi generis, dissimili lingua, alij alio more viuentes, incredibile memoratu est, quàm facile coaluerint. ¶ Eius simplex prorulit *Varro, libro 1. de Rerust.* Quæ madmodum quicquam seri aut coalescere, aut metere sit [Coalescere oleum. Congelascere. *Gel. cap. lib. 17.* Coalescere (de palma) *Suet. in Aug. c. 94.*]

Cŏālluĕre, Est per alluuionem aliquid augere. *Pom. de arq rer. dom L. ergo,* Paulatim aliquid colluendo locum emineatem supra alueum fecit. & eum alluendo auxit.

Cŏāmīcus, ci, συμφιλος. GA. Amis ensemble, qui s'entr'aiment. ITA. *Amico dell' amico.* GER. Ein mitfreund. HIS. *Amigos juntamente con otros.* ANG. *Freindes toge her.* } *Cic ne Ami. ex Comœdia quadam antiqua.* Hodie me ante omnes coamicos stultos senes Versaris atque luseris lautissimè.

Cŏāngŭsto, as, Coarcto, contraho. {צר *hésar.* συνεχωρέω. GAL. Estrecir, restraindre & faire plus estroit. ITA. *Stirgere.* GERM. Zusamen zwingen oder tringen HI. *juntamente y con otros estrechar* AN. *To mak narrow or streict.* } *Cic. ver. 3. de L. g.* Atque hæc lex dilatata in ordinem cunctum, coangustari etiam potest.

Cŏāngustātor, aris, passi. συνεχωρέομαι. *Celſ lib. 7. c. 27.* Què facilius claudatur, vel certè coangusterur.

Cŏāctārĕ, Constipare, coangustare. {דחק *dachak.* ἀπαθεῖσταναι GA Estrecir, enserrer, presser ensemble. ITA. *Stringere, comprimere.* GER. Zusamen tringen/ einzwingen HISPAN. *juntamente estrechar, ensangostar.* ANG. *To presse together and mak streyst.* } *Cic. de Orat.* Sed tu hoc nobis da Scævola, & perfice vt Crassus hæc quæ coarctauit & angustè refersit, in oratione sua dilatet nobis, atque explicet [Nóxque coarctat iter, *Ouid. 5. Fast.*]

*Coarctatus. Particip. passiuum. *Cicer. ad Atticum libro 7.* Cn. nosset quid consilii ceperit, capiátve nescio: adhuc in oppidis coarctat. *S.*

Cŏārctātĭo, Constipatio, coagmentatio, compressio. {מצר *metsár.* συνοικισταρις GAL. Estrecissement, enserrement. IT. *Stringimento.* GER. Einzwingung/ zusamen tringung. HIS. *Estrechamento angustura.* AN. *Straining, pressing together.* } Dictio frequens apud Physicos *Liu 7 hel. Pu.* Coarctatio plurium in angusto tendentium facilior futura erat.

Cŏārgŭo, is Reprehendo, redarguo, indico. {הוכיח *hochiach.* ἐλέγχω. GAL Reprendre, conuaincre. ITA *Riprendere manifestare.* GERMAN. Straffen/ schelten. HIS *Redargur, descubrir lo secreto.* ANG. *To reprouue and convicte* } *Cic. de Inuent.* Aut alijs quoque constitutionibus factum coarguetur. *Liu 2. ab Vrb.* Sed eam occasionem vt literæ legatis darentur, quæ deprehensæ rem coarguere possent, expectabat. *Plin. lib. 11. cap. 19.* Quàm probabilem alias sententiam furorem euentus coarguit.

Cŏāspernor, aris, atus sum {ὑπερκαταφρονέω. GAL. Mespriser auec les autres. ITA. *Sprezar con altri* GER. Sampt anderen verachten. HISP. *Menospreciar con los otros.* ANG. *To set light by with others.* } *Tacit. lib. 17.* Laudata olim & militari fama celebrata seueritas eius augebat coalpernantes veterem disciplinam.

Coăsso, as, per duplex ſſ, quod & Coaxo dicitur pro contabulo. {σανιδόω. GAL. Assembler ais, entabler. ITAL. *Intauolare, tauolare.* GERM. Zusamen tafelen/ bretter zusamen fügen. HISP. *Entablar con tablas* ANG. *To planke or floore with bordes.* } Vnde Coaxatio, συνίδωσις contabulatio ab axibus: quanuis reuera asseres tabulæ non sint, *teste Vitruuio,* sed crassior & angusta in modum paruæ trabis materia, ab assidendo parietibus atque tignis appellari: *vt inquit Festus Plin. libro 36. cap. 15.* Necessarium binas per diuersum coassationes substerni. ¶ Est Coaxare proprium vocis ranarum, {κραξω. ANG. *To croke as frogge.* } *Autor carminis de Philomela,* Garrula limosis rana coaxat aquis. [*Sueton. in Auguſt. c. 94.*]

COASTRAE, siue potius CHOATRAE, Indiæ populi sunt, apud quos arbores in tantam altitudinem excrescunt, vt ne sagittis quidem

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

queant adæquari. *Autor Plin.lib.7.c.2. Luc. lib.1.* Æthera tangentes lyluas liquêre Choatræ.

Coaxo, Coaxatio. *Vide* COASSO.

Cobio, Piſcis quidam ex genere chromborum. *Plin.l.32.c.8.* Chromborum genera Cyprinus, Chalcis, Cobio.

Cobion, ſeptima tithymali ſpecies eſt *apud Plin. libro vigeſimoſexto capite octauo*, quæ ἐνδρομίδι, hoc eſt, arboreſcens Dioſcoridi cognominatur.

COBORIS, Inſula eſt in ſinu Arabico *apud Plin.lib.6.cap.28.*

COBRYS, κώβρυς, Vrbs Thraciæ, à qua ſit gentile Cobrytes, κωβρύτης. *Stephan.*

COCALVS, κώκαλος, Siciliæ rex ad quem Dædalus ex Creta aufugit, quẽ illuc vſque perſecutus eſt Minos Cretenſium rex: ſed à Cocali filiabus (*vt Ariſtoteles refert*) interfectus eſt.

COCANICVS, Siciliæ lacus, ex quo ſalem Cocanicum nominamus. *Autor Plin. ib.31.cap.7.*

Coccum, ci, vel Coccus. {שני *ſchani*, κόκκος. GAL. La graine de quoy on fait l'eſcarlatte. ITA. *Grana, cocco.* GERM. Ein körnlin darauß man den ſcharlacht ferbt. HIS *La grana para teñir.* ANG. *Grane to die with.*} Eſt granum ex arbuſcula ilici ſimili, vel ex rubenti gramine naſcens: Vulgo *Granum* dicitur: quod ad purpuram tingendam adhibetur. *Plin. lib.21.cap.8.* Luxuria veſtibus quoque prouocauit eos flores, qui colore commendantur. Hos animaduerto tres eſſe principales: vnum in cocco, qui in roſis micat: gratius nihil traditur aſpectu: & in purpuras Tyrias, dibaphaſque, ac Laconicas. ¶Coccum à Dioſcoride, κόκκος βαπτικὴ dicitur, hoc eſt granum tinctorium. Frutex eſt fullonius, cui adhærent grana, quibus fit color lanarum præcipuus, cuius copia ſumma in ea parte Hiſpaniæ, quæ Tudertana appellatur: *vt eſt autor Strab.l.10.* *Ardenti cocco radiare, Splendida veſte indutum eſſe *Silius lib.5.* At contrà ardenti radiabat Scipio cocco. [*Quint.* in purpuris repit & iam coccum Purpura coccóque. *Suet. in Neron.cap.30.*]

Cŏccĕus, ſiue Coccineus, a, um, Quod cocci, hoc eſt, grani tinctorij colorem habet. {κοκκοβαφὴς, κόκκινος. GAL. D'eſcarlatte. ITA. *Di grano granatino* GER. Das die rot ſcharlachs farb hat. HIS. *Coſa de grana.* ANG. *Of ſcarlet of the colour of ſcarlet.*} vt Coccinei acini *apud Plin.* & Coccea indumenta *apud Lampridium.*

Cŏccĭnum, ſubſtantiuum, penul. cor. Veſtis coccinea. {κόκκινος χιτών. ANG. *Scarlet in grane.*} *Mart.* Coccina ſumpſi donas adiancina mœchæ. *Idem*, Si fuerit fœnus coccina quid facient?

Cŏccĭnā ās, Dicitur qui coccineis veſtibus eſt indutus. {ὁ κόκκινον φόρει. GAL. Veſtu d'eſcarlatte. ITAL. *Veſtito con habito di ſcarlato.* GER. Mit ſcharlach bekleidet. HIS. *Coſa veſtida de grana.* ANG. *Clad de in ſcarlett.*} *Mart. ib.5.* Cramat coccinatus Euclides.

Cŏccĭnĕus, a, um, pen. cor. Quod cocco tinctum eſt, ſiue quod cocci colorẽ refert. {κόκκινος. GAL. D'eſcarlatte. IT. *Di grano granatino, di ſcarlato.* GERM. Das entweders auß recht ſcharlachbeyren gefärbt iſt/oder im gleych ſicht. HIS. *De grana.* ANG. *Of ſcarlet.*} Hic color exuberantiam quandam ac ſplendorem roboris oſtendit, qui & Spadiceus & Phœniceus & Roſeus vocatur. ¶Coccina veſtis, cocco infecta.

Cŏccĭnĕus, a, um, aliud adiectiuum, κόκκινος, vt Coccinei acini. *Plin.li.21 cap.31.* Quos inuitat hederæ florum ſimilitudo, in duobus eius generibus: quorũ alterum, cuius acini coccini, granoſi folliculi, halicacabum vocant. Coccineum autem colorem non eundem eſſe cum purpureo oſtendit *Vlpian. l. Si tui lanarii de leg.3.* Purpuræ autem appellatione omnis generis purpuram contineri puto: ſed coccum non continebitur: baccinum, & ianthinum continebitur.

Cŏccŏbăphus, a, um, aliud adiectiuum, κοκκοβαφὴς, vt Coccinei acini. *Plin.li.21 cap.31.* Quos inuitat hederæ florum ſimilitudo, in duobus eius generibus: quorũ alterum, cuius acini coccini, granoſi folliculi, halicacabum vocant. Coccineum autem colorem non eundem eſſe cum purpureo oſtendit *Vlpian. l. Si tui lanarii de leg.3.* Purpuræ autem appellatione omnis generis purpuram contineri puto: ſed coccum non continebitur: baccinum, & ianthinum continebitur.

Cŏccŏbăphus, Vt oiſeau appellé cocu ou coucu. ITA. *Cucco.* GER. Ein guckguach. HIS *Cudillo.* ANG. *A cookou.*} Auis ex genere accipitrum quanuis aduncis vnguibus careat, verno tempore procedẽs, & ſub Caniculæ exortum ſeſe occultans, Latini, cucu um appellant. Oua parit ſingula in alienis niſis, & maximè palumbium: cuius rei cauſa putatur, quòd ſe ait ſe reliquis auibus eſſe inuiſam. *Vide Plin. lib.10. cap.9.* Hinc κοκκύζειν Græci dicunt pro eo quod eſt coccycis more eandem ſemper ingerere cantilenam, quam & κακιστιὸν appellant. ¶Aſtutior coccyce μηχανικώτερος κόκκυκος, dicebatur qui aſtu ſibi conſuleret. Eſt & Coccyx piſcis cuiuſdam nomen, apud Græcos, quem & Latinorum nonnulli Cuculum vertunt.

Coctum, Eduli quoddam genus ex melle & papauere confectum, ſic dictum, quòd ad ignem coquatur.

Cochlacæ, Dicuntur lapides ex flumine rotundi ad cochlearum ſimilitudinem *Feſtus Vide ſequenti dictione.*

Cochlĕa, {כלזל *Wſchablûl.* κόχλος, κοχλίας GAL. Vn limaſſon auec coquille, ou coquille de limaſſon, Eſcargot. ITAL. *Lumaca, bumbo.* GER. Ein ſchneck oder ſchneckenheuſſe. HISP. *Caracol.* ANG. *A ſnaile or ſhellfiſh.*} Ex genere eſt limacum, & propriè is, qui teſtam habet. Nam limax, quanuis aliquando generis nomen ſit, propriè tamen de iis dicitur, qui teſta carent. Cochleæ autem nomen iis proprium eſt, quæ domicilium ſuum circunferunt (ſiue eæ terreſtres ſint, ſiue aquatiles) bina prætendentes cornua, quibus iter explorant, quòd oculis ſint deſtituræ. *Plaut.in Pœn.* Viciſti cochleam tarditudine. *Idem in Cap.ſc.1.a.1.* Quaſi cum calcetur cochleæ in occulto latent. *Plin.lib.18.cap.17.* Limaces naſcuntur in vicia, & aliquando è terra cochleæ minutæ erodentes eam. ¶Cochleæ vita, κοχλίου βίος. De iis qui parcè parũóque viuunt, aut contracti negotiis lucéque forenſi ſemoti. *Plutarch.*

¶Cochlea etiam in torculari vocatur lignum erectum, ſtrias habens paulatim aſcendentes, quod dum vertitur, attollit trabem præli, aut demittit. Galli ſua lingua *Viſam* vocãt. ¶Eſt præterea Cochlea hauſtoriũ organũ quod vulgò *Pompam* vocant: cuius machinæ cõficiendæ rationem *Vitru.l.10.cap.11.* deſcribit, ſic inquiens, Eſt antè cochleæ ratio, quæ magnam vim haurit aquæ, ſed non tam altè rollit, quàm rota. ¶Cochlea etiam eſt genus oſtij. *Varr. de Re ruſt.* Oſtium habere humile & anguſtum, & potiſſimum eius generis quod Cochleam appellant, vt ſolet eſſe in caſea, in qua tauri pugnare ſolent. ¶Cochleæ etiam lapides ſunt ex flumine rotundi ad cochlearum ſimilitudinem, quæ & Cochlacæ. {לזל *Izal* κοχλάδες, κόχλακες dicuntur. ¶Similiter Cochlea, ſiue Cochlis, idis, turris dicitur, ſiue ſcalæ rotundæ, ad cochlearum ſimilitudinem, quibus in editiorem partem ædium per circuitum, conſcendimus: quemadmodum & torcularia inſtar cochlearum facta, Cochleæ nominantur. Huius diminutiuum eſt Cochlearia.

Cochlĕārĭum, rij. Menſura minima rerum liquidarum, quæ duodecies ſumpta explet cyathum. Cyathus enim cõtinet myſtra duo. Myſtri tertia pars eſt cyame, quæ capit duo cochlearia. *Plin li.21.c.27.* Arida tuſa hydropicis datur in aqua, cochlearij menſura.

¶Eſt & Cochlearium, cochlearum viuariũ, in quo cochleæ propagationis ergo aſſeruantur. *Varro 3. de Re ruſt. cap.14.* Nam & idoneus ſub dio ſumẽdus locus cochlearijs, quem circum totum aqua claudas, ne quas ibi poſueris ad partum, non liberos earum, ſed ipſas quæras.

Cochlĕāre, & per apocopen Cochlear inſtrumentum quo cochleæ, & alia huiuſmodi veſcendo ſumuntur. {ηϗ *caph.* δόιδυξ. GA. Cuillier ou cuilliere. IT. *Cocchiaio.* GER. Löffel. HIS. *Cuchara.* ANG. *A ſpoone, a ladle.*} *Martial.in diſtichis*, [*Epigr.121.l.14.*] Sum cochleis habilis, ſed nec minus vtilis ouis: Num quid ſcis, potiùs cur cochleare vocer? ¶Cochleare creſcet, δόιδυξ αὔξει, Chryſippus apud Zenodotum & Ariſtophanis interpretem ait, hanc paræmiam dici ſolere in puſillos homunciones per ironiam: nam cochleare & puſillum eſt, & contortum.

Cochlĭdĭum, quod & Cochleam & Cochlidem vocamus. {לזל *lal.* κοχλίον. GAL. Vne vis. ITA. *Scala à modo di lumaca.* GER. Ein ſchneckenſtägen. HIS. *Eſcaracol para ſubir al altura.* ANGL. *Round leathers or an ſtare to go vp to high houſe, a trappe, or turne pyke.*} Scalæ rotundæ, per quas in turrim, vel in ædificij editiorem partem cõſcendimus. *Strab. lib.vii.* Hæc eſt etiam altitudo quædam manufacta, tubinea, petroſæ ripæ perſimilis in quam per cochlidium aſcenditur.

Cochlītes, Gemmæ ſunt, quæ in Arabia ingentibus glebis naſcuntur, & ſeptem diebus cum melle coquuntur, donec terrenum vitioſúmque puluerem amittant. *Vide Plin.lib.37.c.12.*

[Cocio, ariolator *Gell.c.7.lib.16.*]

cŏclĕs, Nomen Horatij cuiuſdam Romani, qui Porſenæ regi (*vt docet Liuius lib.2. Decad.1.*) per Sublicium pontem tranſire conanti, ſolus hoſtium impetum ſuſtinuit, dõnec à tergo pons à ſociis frangeretur: quo fracto, ſe cum armis præcipitauit in Tyberim. Et licet læſus in coxa fuerit, Tyberim tamen tranando ad ſuos peruenit. Vnde eſt illud ab eo dictum, quum ei in comitiis coxæ vitium obiceretur, Per ſingulos gradus admoneor triumphi mei. [*Vide Plut.in Publ.* & vnde ita dictus. *Gell c.5.l.6.4.* Hora ij Coclitis ſtatua de cœlo tacta.] *Huius minimi Valer lib.3.cap.2. Virg. quoque Æneid.8.*

Illum indignanti ſimilem, ſimilémque minanti
Aſpiceres, pontem auderet quòd vellere Cocles.

Cŏclītes, pen. cor. Luſcos dixerunt antiqui, hoc eſt, qui vnum tantum haberent oculum, quaſi Oclites. {μονόφθαλμοι. GALL. Borgnes, qui ne voyent que d'vn œil. ITA. *Luſchi, ch'anno vn occhio ſolo.* GER. Einäugig. HISP. *Menguados de vn ojo.* AN. *Halfblind, that hath onlie oneeye.*} Nam & Cyclopas Cocytes legimus, vnum oculum in fronte habẽtes. *Plaut.in Curcul.ſ.1.a.3.* Vnocule ſalue. Ex Coclitum proſapia te eſſe arbitror: nam hi ſunt monoculi.

Cocolobis, Hiſpanis vuæ genus eſt, quam Dymachini Baſilicam vocant. Eius duo ſunt genera, quæ vide *apud Plin. ib.14.c.2.*

COCTIAE, dictæ ſunt Alpes a Coctio rege Gallorum domitore, qui in amicitiam Octauij receptus eſt. *Alciatus in lib.15. Corn. Tacitis* varia genera Alpium attingens, in hunc modum ait, Coctias autem exiſtimauerim, quà à Seguſio oppido per Centronas itur: tametſi recentiores, vt Paulus Diaconus & Georgius Merula Coctias eſſe exiſtiment in quibus Bobium vrbs eſt: quod antiquis authoribus non eſt probabile. Sed & Coctias appellatas, quandoque etiam Iulias non falsò fortaſſe aliqui tradunt, quòd in eas per Triceſpinos eatur.

Cŏctĭbĭlĭs, Coctilis, Coctiuus, Coctus, Coctiatorius. Cocus. *Vide* COQVO.

Cŏcŭlum, Vas æneum coctionibus aptum. {יור *ſir.* χαλκίον. *Plautus* Æneis coculis excocta eſt mihi omnis materia. ¶Alij Cocula accipiũt pro lignis minutis, quibus facile decoquũtur opſonia. *Autor Feſtus.*

cōcўnthvm, κύκυνθον, Italiæ promontorium, quod Meridianam plagam ſpectans, Ionium, & Siculum mare diſcriminat, *Polyb. lib.2.* & *Plin lib.3 c.10.*

COCYTIA, κωκύτια, Sacra erant, quæ fiebant in honorem Proſerpinę quã Pluto rapuit: à Cocyto inferorum fluuio nominata. *Autor Porphyrio in illud Horatij in Epod.* Inultus vt tu riſeris Cocytia.

cōcўtvs, pen. prod. κωκυτός, Latine dicitur luctus: quo nomine dictus eſt Inferorum fluuius à Styge profluens. κωκύειν enim, gemere ac lamentari ſignificat. {GER. Der jamerbach in der hell. ANG. *Mourning.*} *Virg.6. Aen.* Cocyti ſtagna alta vides, Stygiámque paludem. *Claudianus* - preſſo lachrymarum fonte recedit Cocytus, tacitis Acheron obmutuit vndis.

Cōdum, veteres dicebant, quam caudam dicimus. *Varro.* Sed vt canis ſine coda. *Nonius.*

CODANVS, Sinus maris eſt ante Albim fluuium, totius Germaniæ maximus, {GER. Des Dennmärckiſchen meers ſchoß} In quo ſita eſt Scandinauia incompertæ magnitudinis inſula. *Plin.lib.4.ca.13.*

CODANONIA Pomponio, Inſula eſt vna ex Hemodibus, earum, quæ in Codano ſinu ſunt, longe maxima fortaſſe, eadem cum illa quam Plinius Scandinauiam vocat. {GER. Nortwegen}

CŌDETA, *autore Feſto*, Dicta ſunt ab antiquis loca trans Tyberim, quod in iis virgulta naſcerentur equinis caudis ſimilia.

Cōdex, qui & Caudex, Truncus, vel ſtipes arboris, cui cortex detrahitur. {γυμνὸς φλοιοῦ. κορμός. GA. Le tröc d'vn arbre. IT. *Tröco.* GA. Der ſtamm an einem baum. HIS. *El tronco del arbol.* AN. *The bodie or of ſtumpe of a tree.*} *Columel.lib.4.cap.3.* Nec tam celeriter radiculæ inueterato iam codice enaſcũtur. ¶Codex robuſtus, pro ſupplicij genere *apud Plautum in Pœnulo*, ego iam detrudam ad molas, Inde porrò ad puteum, atque robuſtum codicem. Locus dicitur *Feſto Pompeio*, quò deiiciebãtur malefactores. ¶Codex etiam dicitur liber. {AN. *A booke.*} *Cic. 3. Verrin.* Itaque L. Piſo multos codices impleuit earum rerũ, in quibus ita interceſſit, quòd iſte aliter atque vt dixerat decreuiſſet. [Codices & tabellæ, *Idem Quintil.*] ¶Codex idem dicitur tabulæ accepti & expenſi in quas transferuntur omnia, quæ in aduerſariis ad tẽpus ſcriberentur. *Cic. pro Roſcio*, Non habere ſe hoc nomen in codice accepti & expenſi, relatum confitebatur, ſed in aduerſariis patere conſcendit. Litura codicis, *Cic.5. Verrina.* Legere codicem, *Cic. in Vatin.*

Referre

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Referre in codicem, *Cic. pro Sylla.* Scribere codicem, *Cicero pro Roscio Com.*

Cōdiculus, {ANG. *A litle booke.*} diminutiuum à Codex, dum pro libro ponitur. Paruus codex, *βιβλίον.*

Cōdicillus, diminutiuum à diminutiuo Codiculus. {מגלה *megbilláh. γραμμάτιον.* GAL. Liuret, memoires, breuet, lettres. ITA. *Codicillo.* GER. Brieff/büchle. HISP. *El codicillo del testamento.* ANGL. *A lit e bock, letters.*} [Codicilli tabellæ ceratæ erant in quib. aliquid stylo aut breuiter aut festinanter scribebatur, quibus commodissimè vtebantur veteres: cùm neque esset opus atramento & calamo, vt in charta *P. Manutius.* Codicillis prætorem extra ordinem designare. [Sunt autem codicilli Literæ, siue epistolæ. *Cic. ad Qu. fratrem libro 2.* Epistolam hanc conuitio efflagitarent codicilli tui. *Idem Lepta lib. 6.* Simul vt accepi à Seleuco tuo literas, statim quæsiui è Balbo per codicillos, quid esset in lege. [Sumuntur etiam pro diplomatis principis *vt apud Sueto. Calig. c. 55. & in l. administrantes, D. de excusat. tutor.* Gallicè & Anglicè, *lettres patentes.*]

¶Codicilli item apud Iureconsultos accipitur pro scriptura, qua testator absque omni solennitate voluntatem suam testatus est, de eo quod post mortem suam fieri vult.

Cōdicillāris, re, adiectiuum. *ὁ ἐπὶ τῷ διπλωμάτων.* ANGL. *Belonging to letters patents.*} vt Potestas codicillaris. *Lampridio,* est potestas cōficiēdi codicillos, quæ beneficio principis & diplomate regio obtinetur, vel qua mandatur munus publicum. *L. iudices. C. de dignit. lib. 12.*

Cōdicāriæ naues, Erant naues grauiores & firmiores, è codicibus, hoc est, craistoribus truncis confectæ. *Varro,* Antiqui plures tabulas coniunctas Codices dicebant: à quo naues codicarias in Tyberi appellamus. *Salustius,* Et quanquam ad id naues codicariæ occultæ per hyemem fabricatæ aderant.

Codiaminon. *Plin. lib. 21. cap. 11.* Herba est bis quotannis florens. Vere & Autūno, æstates atque hyemes fugiens. *Ruellius* bulbi genus esse existimat, cuius flos Codion appellatur. *Vide ipsum libr. 2. c. 100.*

Cōdiōn, Flos est bulbi initio veris, atq; iterū sub æstatis exitū erūpens, frigus simul & æstum fugiens. *Ruell. libro secundo capite 100.*

*Codonophori, *κωδωνοφόροι,* interpretantur Tintinnabula gestantes quos Anteambulones arratos, & Ferales præcones Latinè appellare possumus. Sunt autem funerum indictores, & qui funebres pompas cum tintinnabulis crepitantibus accedunt. *Budæus.*

CŌDRVS, *κόδρος,* Nomen propriū regis Athenensis qui pro patriæ salute certissimè se morti obiectauit. {GERM. Ein König zu Athen der sich guttwillig in tod ergeben hatt/als des vatterlands wolfart daran stund.} Responsum. n. acceperat Peloponnesienses, ita demum se superaturos, si hostium regem non occidissent. Fefellit ergo eos habitu pauperis, eósq; in suam necem per iurgia prouocando, à nullo cognitus, fecit fidem oraculo: vnde *Virg. 5. Eclog.* si quos aut Phyllidis ignes, Aut Alconis habes laudes, aut iurgia Codri. Huius tanta fuit nobilitas, vt locum fecerit prouerbiali hyperbolæ. Nam quum nobilitatem cuiusp iam volebant extollere, eum Codro nobiliorem esse dicebant. Generosior Codro, *ἀγχιστεύων κόδρου:* aut, Antiquior Codro, *πρεσβύτερος κόδρου.* Per ironiam e iam dici poterit in istos qui maiorum fumosis imaginibus & natalium antiquitate gloriantur.

¶Hinc Codridæ dicti sunt Codri posteri.

COELA, *κοίλη,* Atticæ regiuncula est, Miltiadæ & Thucydidis sepulchris nobilitata: *cuius meminit Marcellinus in vita Thucydidis.*

COELESYRIA, siue, Syria Cœle, *κοιλοσυρία,* Ea Syriæ pars est, *teste Strabone lib. 16.* quæ vltra Seleucidem in Ægyptum & Arabiam recedit, propriéque ea, quæ Libano & Antilibano includitur. {GERM. Die landtschafft in Syrien so zwischen den bergen Libano vnd Antilibano gelägen ist.} Ita dicta à cauitate, quam Græci *κοιλότητα* nominant. *Pomponius Mela, libro primo,* Syria latè litora tenet, terrásque etiam latiùs introrsus, aliis, aliísque nuncupata nomin bus: nam & Cœle dicitur, & Mesopotamia, & Damascene, & Adiabene, & Babylonia, & Iudæa, & Sophene.

Cœliacus morbus, *κοιλιακὸν πάθος,* Qui inferius stomachi orificium infestat, quod à Græcis dicitur *πυλωρός.* ¶Hunc morbum *Celsus lib. 4. cap. 12.* describit his verbis, In ipsius verò ventriculi porta consistit is, qui & longus esse consueuit. *κοιλιακὸς* à Græcis nominatur. Sub hoc venter indurescit, dolórque eius est. Aluus nihil reddit, ac ne spiritum quidem transmittit: extremæ partes frigescunt, difficulter spiritus redditur. Qui hoc morbo laborant, etiam Cœliaci *κοιλιακοὶ* appellantur. *Plin. lib. 23. capit. 1.* Decoctum eorum veteres dysentericos & cœliacos iuuat.

¶Medicinæ etiam, quibus huic malo occurritur, Cœliacæ dicuntur. *Varro,* Quin ex floribus nucis Græcæ & cornu cœliacas fieri, atque vrina pota reficí. *Plin. lib. 20. c. 18.* Ego tamen damnauerim collyriis addimultóque magis, quas vocant lexipyretas, quásque perpetuas & cœliacas. [Cœlius mons. *Suet. Tib. c. 48.*]

COELOS, *κοῖλος,* Thraciæ portus est, vbi Lacedæmonij ab Athenienſibus nauali prælio superati sunt. *Mela, lib. 2.* Est & portus Cœlos Athenienſibus & Lacedæmoniis nauali acie decernentibus; Laconicæ classis signatus excidio. Quæ Pomponij verba nonnulli referunt ad prælium illud nauale; quo Lacedæmonios viceruit Athenienſes, Thrasyllo, & Thrasybulo ducibus. Alij ad Alcibiadem referre malūt, quem Lacedæmonios iuxta Thraciæ Cherronesum nauali prælio superasse, autores sunt *Plutarchus & Iustinus.*

Cœloſtomia, *κοιλοστομία,* Vitium pronuntiationis, quum vox ex recessu oris velut è cauo quodam auditur.

Cœlum, li, *Vide* CAELVM.

COEMA, Ptolemæo est Gedrosiæ vrbs, hodie Cambaia, siue Gambaia, regni caput.

Cœmeterium, {בית הקברות *beth hakkeburáh. κοιμητήριον* à *κοιμάω,* sopio GAL. Cimetiere. ITAL. *Cimiterio.* GER. Ein Kirckhoff/ ein gotsacker/in welschem der abgestorbnen leyb schlaffen. HISP. *Cemeterio de muertos.* ANG. *A churche yarde.*} Idem est quod dormitorium. Vnde locum sepulturæ destinatum vocant Cœmeterium, quia ibi mortui dormire dicuntur, quasi mortuorum dormitorium. A quibusdam dicitur Sepulchretum.

Cœmo mis, Emo, coemptionem facio. {*ἀγοράζω.* GALL. Acheter ensemble. ITAL. *Comperare.* GERM. Zusammen kauffen. HISP. *Comprar junto.* ANG. *To bie together.*} *Terent.* Coemisse, hinc quæ illūc vehere; multa. *Cic. 5. Verr.* Deinde ipsos sibi frumentum coemisse.

Cœmptio, *ἀγορασμός,* verbale, quo Iureconsulti ferè vtuntur pro imaginario venditionis genere quo vxor veniebat in ius mancipiſin quę mariti. *Cic. 2. de Orat.* Nam neque illud est mirandum, qui, quib. verbis coemptio fiat, nesciat: mulieris quæ coemptionem fecerit, causam posse defendere.

Cœnā, cœnæ, Apud antiquos dicebatur (*autore Festo*) quod nunc est prandium. Vesper autem dicebatur, quam nunc cœnam dicimus: à *κοινὸς,* quod est communis, quia multi in commune cœnare consueuerunt. {ארוחת ערב *aruchath haêreb. δεῖπνον.* GAL. Vn souper. ITA. *Cena.* GERM. ein abendmal/ oder nachtmal HISP. *La cena.* ANGL. *The supper.*} *Plin. in Epist.* Apponitur cœna non minus nitida, quàm frugi, in argento puro & antiquo. *Cic. 5. Tuscu.* Vbi quum tyrannus cœnauisset Dionysius, negauit se iure illo nitro, quod cœnæ caput erat, delectatum. Quæ sit cœna recta, vide in dictione recta [Prohibere ne ad cœnam promittat. *Plaut. Men sc 2. a. 5.* Abi & cœnam coque. *Plaut. Pseu. sc. 2. a. 3.* Corrumpitur iam cœna. *Ibidem* Cereales cœnas dat. *Plaut. Men. sc. 1. a. 1.* Tu hodie cœnam des sororiam, hic cras nuptialē. *Plaut. Curc. sc. 2. a. 5.* Cœna apposita est. Ego cœnaui simul. *Plau. Amph.* Noctem huius & cœnam vt dares. *Idem Asin. sc 4. a. 3.* Non licet manere, cœna coquitur. *Ibid. sc. 2. a. 5.* Faciam vt in puteo cœnam coquant. *Plaut. Aul sc. 4 a. 2.* Hoc est quod ille it ad cœnam cotidie (i. cœnat foris.) *Plaut. Asin. sc. 2. a. 5.* Cœna secretior. *Suet. in Tiber. ca. 48:* Cœna autem an à cocundo vna. *Terent.* Coimus in Piræeum vt de symboli essemus.] ¶ Deorum cœnæ pro dulcibus & gratis dicuntur; quod illi ambrosia victitare crediti sint, *Horat. 2. Serm. Satyr. 6.* Pontificum cœnæ, Sumptuosæ dicuntur & opiparæ, *Horat. 1. Carm Ode 14.* ¶A cœna fit dom. cœnium, de quo in dictione Domus. ¶ Cœna Dialis, id est, lautior, opima, adhialis, quales Pontificum Cœnæ apud Horatium. Opponitur frugali & sine arte mensæ. *Seneca Epist. 124.* Hæc qualiscunque Cœna Dialis iucundior erit. Cœnæ fundus & fundamentum. *Gellius lib. 17 cap. 8.* Eius Cœnæ fundus & fundamentum omne erat in olla vna lentis Ægyptiæ. * Cœna pro loco in quo cœnatur. *Plin lib. 12 c. p. 1.* Aliud exemplum Cæsij principis in Veliterno rure mirati vnius tabulata, laxisque ramorum trabibus scamna patula, & in ea epulati, quum ipse pars esset vmbræ, quindecim conuiuatum ac ministerij capace triclinio, quam cœnam appellauit ille nidum.

Cœnula, diminutiuum. {*δειπνίδιον.* GAL. Petit souper. ITA. *Cena picciola.* GERM. ein nachtmal. *Cena pequeña.* ANG. *A litle super.*} *Cic. 5. Tusc.* Quid vos hesterna, inquit, cœnula, non intellexistis me pecunia non egere? *Mart. lib. 10.* Vna ponetur cœnula mensa.

Cœno, as, aui, & cœnatus sum, Cœnari iubeo. {*δειπνέω.* GAL. Souper. ITAL. *Cenare.* GERM. Zunacht essen. HIS. *Cenar.* ANG. *To suppe, to beat supper.*} *Plaut. in Most.* H. c apud nos hodie cœnes. [Eum in odorem cœnat Iupiter cotidie. *Plaut. pseud sc 1. a. 3.* Apud me cœnabis hodie, fiunt nuptiæ. *Pl. Curc. sc. 3 a 5.* Quo imus ad prandium? vbi cœnamus? *Plau. Capt sc. 1. a. 3.* Valuistine? & heri cœnauistine? *Plau Curc. sc. 1. a. 1.* Superi incœnati sint, cœnati inferi. *Pl. Aul sc. 4. a. 2.* Postquam cœnati atque appoti. *Pl. Curc. sc 3 a. 1* Cœnare adulteria *Sueton. August. c. 70.* Cœnare in imo lecto. *Suet. in August. cap. 64.*] *Cicer. ad Qu. fratrem,* Eo die cœnaui apud Crasipedem *Idem 5. Tusculi.* Socratem ferunt, quum vsque ad vesperum contentius ambularet, quæsitúmque esset ex eo, quare id faceret, respondisse, se quò melius cœnaret, opsona e ambulado fame. Cœnare me doce: *δειπνῶν με δίδαξον.* Prouerbial. figura dictum *ab Aristophan. in Ranis* Tempestiuiter vsurpabitur siquando docere, præuc, aut etiam refellere conatur aliquem imperitus negotij de quo disceptatur.

Cœnātus, Qui cœnauit *δεδειπνικώς.* GAL. Qui a soupé. ITAL. *Che ā cenato.* GER. Der zunacht geessen hat. HISP. *El que a cenado.* ANGL. *That hath supped.*} Vt Pranius, Potus, Lotus, qui prandit, potauit, lauit. *Cic. pro Deiot.* Quid igitur caulæ excogitari potest; cur te lautum voluerit, cœnatum noluerit occidere?

Cœnātum est. *Liuius ab Vrb.* Nam quum pridie, quàm legati ad Tarquinios proficiscerentur, & cœnatum forte apud Vitellios esset, &c.

Cœnātūrio, Cupio, vel appeto cœnare. {*δειπνητιῶ.* GAL. Auoir faim de souper, appeter le souper. ITA. *Desiderare di cenare.* GERM. Begird haben zu dem nachtessen. HISP. *Auer gana de cenar.* ANGLIC. *To desire to suppe.*} quam significationem habent ferè in rio desinentia: vt Mulier parturit, id est, nititur vt pariat. *Martial.* In omnibus Vaccerra quòd conclauib. consumit horas, & tota die sedet, cœnaturit; non cacaturit, id est, laborat vt cœnet.

Cœnito, frequentatiuum, Frequenter cœno {*πολλὰ καὶ συχνὰ δεῖπνα δειπνῶ.* GAL. Souper ou māger souuent. HISP. *Cenar ò comer muchas vezes.* ANG. *To suppe often.*} *Cicer. lib. 9 epist.* Itaque nō desino apud illos, qui nunc dominantur, cœnitare. *Idem Treb.* Ego si foris cœnitarem, Cn. Octauio familiari tuo non defuissem.

Cœnāculum, à cœnando nomen assumpsit, Locus ad cœnandum idoneus. {עליה *hallijjáh. δειπνοτήριον, ὑπερῷον, ἀναγαιον, συσσίτια.* GAL. Le lieu où on soupe, chambre haute. ITA. *Luogo da cenar, cenac lo* GERM. Ein ort in welschem man zu nacht isset. HISPAN. *La sala para cenar.* ANG. *A place to suppin, a parler.*} *Varro:* Sicut Penarium, vbi penus: vbi cubabant, Cubiculum, ita vbi cœnabant, Cœnaculum. Sed postquàm in superiori parte cœnitare cœperunt, superior domus vniuersa Cœnaculum dicta est, ad quód scalis siue cochleis ascenditur, *vt scribit Festus.* Hæc autem incolebant tenuiores, & inquilini, *vt Iuuen. Satdecuit,* Lateranorum obsidet ædes Tota cohors, ratus venit in cœnaculum miles, id est, ad inquilinos & pauperes, qui in conducto habitant. *Cic. de lege Agr.* Romam in montibus positam, & cœnaculis sublatam atque suspensam, &c. [In superiore cœli qui habito cœnaculo *Plaut. Amphitr.* Cùm cœnaculum eius perpluaret *Quintil.* Ex Cœnaculis amicorum spectabat ludos *Suet. in August. cap. 44.*] Solet tamen cœnatio, & Cœnaculum, & Diætæ accipi pro loco in quo æstate cœnatur.

Cœnātio, Locus ad cœnandum aptus; qui in imo domus, & hortis potentiorum erat. {*δειπνοτήριον.* GAL. Le lieu où on soupe. ITA. *Luoco da cenare.* GERM. ein ort vnden im hauss in welchem man zu nacht isset. HISP. *La sala baxa para cenar.* ANG. *A place for supping.*} *Vnde Iu-*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

uenal. Et algentem rapiat cœnatio solem. *Suetonius Næron.* Præcipua cœnationum rotunda, quæ perpetuò diebus ac noctibus vice mundi circumageretur. [Cœnationum falsigia. *Senec. cap. 9. de const. ad Elb.* Cœnationum ornamenta sunt libri quibusdam, *Senec. cap. 9. tranquil.*]

Cœnāt̄iūncula, diminutiuum. τὸ μικρὸν δειπνητήριον. *Plin. in Epist.* Fōs oritur in monte, per saxa decurrit, excipitur cœnatiuncula manu facta: ibi paulum retentus, in Larium lacum decidit.

Cœnāculārīūs, Qui cœnaculum conducit, vel qui cœnacularium exercet. L. 11. *de. pign. act.*

Cœnāculāria, æ, Quæstus qui fit ex cœnaculorum ablocatione {ἡ χρηματιστικὴ ἀπὸ τῶν συνοικιῶν. Vnde cœnacularium facere siue exercere dicebantur, qui domus totas conductas per singula cœnacula inquilinis locabant, vt inde quæstum facerent, pluris in summam locando, συνοικίζειν ἐπὶ μισθῷ. *Vlp. l. Si verò. §. sed & si quis ff. de his qui deiecerunt vel effuderunt.* Siquis cœnacularium exercens, modicum hospitiū sibi retinuerit, residuum locauerit pluribus, omnes tenebuntur, &c. ¶ Sic cœnacularius homo, ὁ ἐπὶ μισθῷ οἰκῶν, qui cœnaculum conduxit. *Idem l. Solutum. § planè. ff. de pignor. act.* Videtur autem tacitè, & cum domino ædium hoc conuenisse, vt non pactio cœnaculatij proficiat domino, sed sua propria.

Cœnāt̄icūs, a, um, Quod ad cœnam pertinet. {συμποτικός. GAL. Chose appartenante au souper. ITA. *Ciò que s'appartiene à cena.* GERM. Das zu dem Nachtmal oder abendmal gehört. HISP. *Cosa de cena ò para cenar.* ANG. *Belõging to the supper.*} vt, Apparatus cœnaticus, Sermo cœnaticus. *Varr.* Cœna cœnatica, & spes cœnatica, id est, spes cœnandi. *Plaut. Capt.* [*sc. 1. a. 3.*] Nunc ibo ad portum hinc: est illic mihi vna spes cœnatica.

Cœnipĕtă, pen. corr. Qui ambit alienas cœnas, & parasiti sæpe personam induit. {δειπνοκόλαξ. AN. *which waitheth on others suppers.*}

Cœnātōrīūs, a, um, Quod ad vsum cœnæ pertinet. {κοινωνικός. ANGL. *Belonging to the supper.*}

Cœnātōrīă, orum, plurali numero, pro veste cœnatoria, cum qua discumbere in conuiuiis solebant, quę & alio nomine Triclinaris toga dicebatur, {τὸ δειπνητικὸν ἔνδυμα. *Martial. lib. 10. Epigr. 83.* Pugnorum reus, ebriæque noctis, Cœnatoria mittat aduocato. [Vide eundem *Epig. 139. lib 14.*]

Cœnŏbĭum {κοινόβιον GALL. Monastere, lieu où on vit en commun. ITA. *Conuento de frati, doue si viue à commune.* GERM. ein gemein leben/als in einem Kloster da man gemeinschafft des lebens mit ein ander hatt. HISP. *El monasterio.* ANG. *An abby, a monasterie.*} Locus vbi communis vita ducitur. κοινὸς enim communis, βίος vita. [Quid sit cœnobium docet *Gell. c. 8. lib. 1.*] ¶ Hinc Cœnobitæ, pen prod. qui in commune viuunt.

Coēnōbrīvm, *Ptolemæo*, Vrbs esse creditur Germaniæ quæ vulgò Louenberg vocatur.

Cœnum, Lutum. {בוץ *bots* טיט *tit.* βόρβορος. GAL. Bourbier, fange, bouë ITA. *Fango.* GER Kath/dreck. HISPAN. *El cieno.* ANG. *Claie, dirt, myre.*} *Plin. lib. 14. cap. 12.* Ad hæc pertinent peregrinæ exercitationes, & voluptatio in cœno. [pulchrum ornatum turpes mores peius cœno collinunt, *Plaut. Most. sc. 3. a. 1.*] *Cic. 4. Tusculan.* Sic se dicere omnes stultos insanire, vt malè olere omne cœnum. ¶ Per metaphoram ponitur pro abiecto & nullius dignitatis homine. [*Liuius lib. 10. ab vrb.* Cœnum plebeium] *Cic pro Sestio,* Habeo quem opponam labi illi atque cœno. ¶ Cœno puram aquam turbans, nunquam inuenies potum, βορβόρῳ ὕδωρ καθαρὸν μιαίνων κοὐδὲν εὑρήσεις ποτόν. Dici solitum vbi quis ea quæ sunt per se pulcherrima contaminat, admistis iis quæ sunt turpissima. [Cœnum conuicia. *Plau. pseu. sc. 3. a. 1.*]

Cœnōsŭs, a, um, Plenus cœno, Cœno abundans. {βορβορώδης. GAL. Bourbeux, fangeux, boueux. ITA. *Pieno de loto, fangoso, sporco.* GER. Kahtechtig/Dreckechtig HIS. *Pleno di cieno.* ANG. *Full of claye, dirtie*} *Colum. li. 7 c. 10.* Nec vlla magis gaudet, quàm riuis atque cœnoso lacu volutari.

Cŏĕo, cois, coiui, itum, ex Con, & Eo: sed n, abiicitur, Conuenio, coniungor, congrego, coitionem facio, ineo congredior. { יעד *baa* יועד *joádah* התחבר *hithchabbér.* שגר *schaghát* שכב *schachább.* συμπίπτω, συμπλέκω, συμπλέκομαι, συμπίπτω ἀφροδ. GAL. Conuenir, s'assembler ensemble. ITAL. *Coniungere, essere insieme.* GER. Zusammen gehn/vberein kommen. HIS. *Ayuntarse.* ANG. *To conueine, assemble, and go together.*} *Terent. in Eunuch.* Heri aliquot adolescentuli coimus in Piræeo. [Priusquam coimus, vbi lectus stratus. *Plaut. Most. sc. 4. a. 1.* Vt primum coit cicatrix. *Plaut. Amphit.* Et noctes quę coiere duas. *Ouid. El. 4. lib. 2. Trist.* Néve retractando nondum coeuntia rumpe Vulnera *Ouid. Eleg. 4. lib. 4. Trist.* Coïre, concrescere, congelascere. *Gell. cap. 8. lib. 17.*] *Virg. lib. 11.* vocant in fœdera dextræ Quà datur. *Lactantius de Ira*, Denique si atomorum & coitio & conglobatio efficeret omnia. ¶ *Cicero* cum accusatiuo vsus est, pro inire. *2. Philip.* Vtinam Cn. Pompei cum C. Cæsare societatem aut nunquam coisses, aut nunquã diremisses: κοινωνίαν ἢ κοινωνεῖν τινί. *Gellius* protulit passiuum, Coibatur societas inseparabilis. Nam propriè Coiri societas dicitur. Sic *ab Vlpiano* Societas coita, pro contracta & collecta accipitur, *Lactant. libro 3.* Quid ego de Cynicis loquar, quibus in propatulo coire cum coniugibus mos fuit.

¶ *Terent. in Phorm.* vide quid agas: prima coitio est acerrima. Si eam sustinueris, post illam iam, vt lubet, ludas licet. Vbi vna translatio à prælio: nam & Congredi milites, & coire dicuntur. ¶ Coire in alienam litem, qui alcui calumniosè litem struunt, vt quod ex condẽnatione redactum fuerit, inter eos communicetur. *Plin. Epist. lib. 5.* Quæstus est venire aduocationes, venire præuaricationes, in lites coiri. *Ex Hotomano.*

*Coiens, coeuntis, Participium vt, Ripæ vadi coeuntes, id est vadum angustum. *Sil. libr. 1.* Téque vadi dubium coeuntibus Aufide ripis. *Senec. Troad.* Repetensque ditem mersus ingentem Ipecum Coeunte terra iunxit. Id est hiatum coniungente se terra clausit.

Cŏĭtŭs, pro concubitu. {משכב *mischchább.* ὀχεία. GALL. Assemblee, amas. ITA. *Assembramento, vnione.* GERM. Beschlaffung eines weybs HISPA. *Ayuntamiento, conjuncion.* ANG. *Going together, doing the act of generation.*} *Gell. lib. 9. cap. 7.* Hippocrates autem diuina vir scientia de coitu venereo ita existimabat, partem esse quandam morbi teterrimi, quem nostri comitialem dixêre *Coitus humoris. *Celsus lib. 5. cap. 18.* Potest verò ea compositio etiam ad parotidas, phymata, strumam omnémque coitum humoris emolliendum. *Coitus Lunæ, prõ eclipsi, quando scilicet Soli opponitur. *Plinius libro 2. cap. 13.*

Coĭbĭlĭūs, aduerb. Aptiore cohærentia. *Apuleius in Apologia:* Præsertim cùm ordinatius, & coibilius eadem Græce & Latinè adnitar conscribere.

Cŏĭtĭo, Conspiratio, congregatio ob malam rem facta. {קשר *késcher* σύστασις. *Cic. pro Planc.* Duoitabis an coitiõ facta sit: [Per coitiones nobilium iniuria fiebat. *Liu. lib. 3. ab vrb.*

Coitio pro coitu, συνουσία, *Macrob. Saturnal. lib. 17. cap. 16.* Omni enim genere animantium, quæ ex coitione nascuntur, inuenies omnium aliquorum esse principium instar elementi.

Cœpī, verbum defectiuum, à Cœpio, pro incipio, quod apud antiquos in vsu erat. הואיל *hoil* החל *hechél.* ἐπιβάλλομαι, ἄρχομαι. GAL. Commencer. ITAL. *Cominciare.* GER. Anfahen/anheben. HIS. *Començar.* ANGL. *To beginne.*} *Cato*, Cœpi iam seditiosa verba loqui. Nunc tantum præterito eius rãm pro suo tempore, quàm pro præsenti vtimur cum suis deriuatis, Cœperam, Cœpissem, Cœpero, Cœpisse, Cœptum ire, [facinus audax incipit, qui cœpit pauper cum diuite negotium. *Plau. Aul. sc. 4. a. 3.* Cœpta appellări canis *Pl. Men. sc. a. 1. 5.*] *Terent. in Adelph.* Prius olfecissem, quàm ille quicquam cœperit. *Sall. in Catil.* Sed ea tempestate cœpêre se quisque magis extollere. *Virg. 3. Georg.* Sin in procellã cœpit crudescere morbus. * Cœptus sũ, pro Cœpi, *Cic. de Clar. Orat.* Hortensius igitur quum admodum adolescens ortus esset in foro dicere, celeriter ad maiores causas adhiberi cœptus est. *Ibidem idem,* Quą in vrbe primùm se orator extulit, primúmque etiam monimentis & literis oratio est cœpta mandari. [Cœpturi bellum, i. inchoaturi. *Liu. l. 2. d. 5.*]

[Cœpio, *Plau. Men. sc. 5. a. 5.* Neque ego insanio, neque pugnas, neque lites cæpio.]

Cœptum, ti. Institutum, propositum. {תחלה *techillâh.* τὸ κατ' ἀρχήν, ἀρχή. GAL. Commencement, entreprise. ITA. *Cominciamento, impresa.* GER. ein anhab/anfang. HIS. *Comienço.* ANG. *Interprise, begining.*} *Ouid. Metamorphoseon.* -oij cæptis) nam vos mutastis & illas) Aspirate meis.

Cœptŭs, huius cœptus. Idem. {תחלה *techillâh.* ἀρχή. *Gell. lib. 2. c. vltim.* Nos verò vt cœptus noster est.

Cœpto, as, are, Incipio. {חואיל חחל *hoil hechél.* ἐπιχειρῶ, ἐπιχειρέω. GAL. Commencer. ITA. *Cominciare.* GER Anfahen, anheben. HIS. *Començar.* AN. *To interprise.*} *Plau. in Mercur.* Cur illuc cœptas consilium? *Terent. in Eun.* Quid cœptas Thraso?

Cŏĕquito, as, are, {συναναβαίνω. GAL, Chevaûcher ensemble. ITA. *Caualcar insieme à paro.* GER. Mitreyten. HISP. *Caualgar juntamente.* ANG. *To ride together.*} *Liu. in lib. Bell. Maced.* Coëquitauerant autem sex millia equitum.

COERANVS, κοίρανος, Naufragus à Delphino seruatus. *Vide historiam apud Plut. lib. 5. circa finem libelli, Verum terrestria aut aquatilia plus sapiant.*

Cŏĕrcĕo, es, ex Con, & Arceo, sed n, abiicitur, & a, in r, mutatur, Restringo, contineo, refræno, inhibeo. { עצר, *Batsár* חצם *chasám* מנע *manáh* יסר *jasár.* κωλύειν, συνείργω. GALL. Restraindre, reprimer, serrer, ITA. *Restringere, constringere* GER. Einen hinderhalten/wehren. HIS. *Restreñir refrenar.* ANG. *To restreine, to hold in, to bridle.*} *Cicero in Lel.* Quem serpentem multiplici lapsu, & erratico ferro amputans, coercet ars agricolarum. *Lactantius lib. 3.* Illud satis est ad coercendum furiosi hominis errorem. [Inuida me spatio natura coercuit arcto (ingenij) *Ouid. Eleg. 1. l. 2. Trist.* Multa ex iuuenili abundantia coercuit Cicero. *Quint.* Tum neqeque se possunt Delphines in auras tollere, conantes dura coercet hyems. *Ouid. El. 10. l. 3. Trist.*]

¶ Ponitur etiam pro circundare, siue simul stringere. *Ouidius lib. 1. Metamorp.* Vitta coercebat positos sine lege capillos. *Luc. lib. 4.* campósque coercet. Cinga rapax, hoc est, cingit, aut circundat. ¶ Item pro compellere *lib. 3. ad Herennium,* Prudentiæ partibus vtemur in dicendo, si commoda cum incommodis conferemus: quum alterum vitare coercemur. ¶ Alijta significationem huius verbi distinguunt, vt aliquando vim in se contineat, atque castigationem, aut certè reprehensionem, atque animaduersionem, & pro repellere, siue puniri ponatur: aliquando simpliciter sine vi pro Continere, complecti, comprehendere: propriè tamen de iis, quæ aut diffluunt, aut præter modum erumpunt. [Coercitus miles. *Liu. l. 6. d. 4.* Gall. *contenu.*]

Cŏĕrcĭtĭo, verbale à Coerceo, Cohibitio, castigatio. { מעצור *mathâtsór* מוסר *musár.* κάθειρξις. GALL. Reserrement, empeschement, arrest, restrainte. ITAL. *Castigo.* GERM. Hinderhaltung/straff. HIS. *Refrenamento ò represion.* ANC. *Restreining, holding in, bridling.*} *Liu. lib. 4. ab Vrbe,* Pronuntiauerúntque ex collegii sententia, C. Valerio cos. se damnum, aliámve coercitionem, aduersus intercessionem Collegæ delectus causa detrectantibus militiam inhibenti, auxilio futuros. [Coercitio popinarum *Suet. in Claud. August. c. 38.*] Fit autem hoc verbale, regulariter à supino Coercitum. ¶ Vnde etiam participium Coercitus. *Ouid. in Epist. Heroid.* Clausa domo tenero, grauibúsque coercita vinclis.

¶ Legitur & verbale Coërtio, & fortasse sæpiùs quàm Coercitio: quod dici potest aut per syncopen factum esse à verbali Coercitio, abiecta media syllaba: aut (quod verisimilius videtur) ab antiquo verbo Arcio: quod etiam apud *Festum* legitur: quod ratione analogiæ facere debet supinum Artum, sicut Farcio, Fartum, & Sarcio sartum. [Coertio in histriones. *Suet. in Aug. c. 45.* Legitur ibidem coercio.]

¶ Inde Compositum Coërcio mutatione primæ vocalis in secundam, sicut à farcio, Refercio, & supinum Coërtum, sicut à Refercio, Refertum. Itaque inuenimus regulate verbale Coërtio: quanquam Arcio, & Coercio nunc non sunt in vsu. Poterimus itaque vtrouis modo scribere Coërcitio, siue Coërtio.

Cŏĕrro, as, are, est vnà cum aliis oberrare. {ANGL. *To wander with others.*} *Paul. l. 3. D. de of. præfect. vigil.* Sciendum est, inquit, præfectum vigilum per totam noctem vigilare debere, & coërrare, calciatum cum hamis & dolabris. *Ex Lexico Hotomani.*

Cœtŭs, cum œ, diphthongo, Conuentus, congregatio, à coëundo, id est, conueniendo. { חבר קהל *hedháh* חבר *chebér.* συνουσία, σύστημα. GALLIC. Assemblee de gens, amas. ITAL. *Conuento, congregatione.* GERM. Ein versamlung/ein menge volcks. HISP. *Compaña, conuento.* ANGL. *A compunie, multitude or congregation of people.*} *Cicer. de Senectut.* O præclarum diem, quum ad illud diuinum animorum concilium cœtúmque

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

que proficiſcar, quúmque ex hac turba & colluuie excedam. *Idem de Finibus*, Quid enim neceſſe eſt tanquam meretricem in matronarum cœtum, ſic voluptatem in virtutum concilium adducere? [Cœtu extraneorum prohibuit filias. *Suet. in Aug. c.* 64. Cœtus ſtellarum. i. coitus. *Gel. lib.* 1. *c.* 14. Sæpe ibid. conuentus & concurſiones. *Plau. Am.* Eos auſpicio meo atque ductu primo cętu vicimus (i. congreſſu, conflictu.)] *Seneca li.* 3. *Declamation.* Cœtum eſſe ait nomen magnæ multitudinis coeuntis ex cenſu quodam. *Cœtum *Lucretius* vocat connexionem & copulam membrorum cum humoribus, & ſpiritibus, omnibúſque ex quibus humanum corpus compactum & conſtitutum eſt. *vt li.* 1. *c.* 199. Cedit ité retrò, de terra quod fuit antè, In terras & quod miſſum eſt ex ætheris oris, Id rurſus cœli reſtatum templa receptant: Nec ſic interemit mors, vt materiai Corpora conficiat, ſed cœtum diſſipat ollis.

COEVS, καίος Heſiodo per œ, diphth. Fuit terræ filius, frater Iapeti & Typhœi quos omnes vno partu à Tellure quinta luna genitos eſſe fabulatur *Virgil. Georg.* Cœtúmque Iapetúmque creat, ſæúumque Typhœa, Et coniuratos cælum reſcindere fratres.

Cōēxercitātūs {συνγεγυμνασμένος. AN. *Exerciſed or vvonted with others.*} *Quint. li.* 1. *c.* 17. Artem conſtare ex præceptionibus conſentientibus & coexercitatis ad finem vtilem vitæ.

COGAMVS, Fluuius eſt Mœoniæ ad radicem Tmoli montis: *de quo Plin. li.* 5. *ca.* 29.

Coggygria, Arbor eſt adrachnæ non abſimilis, fructum lanugine, quam Pappum vocant, amittens: quod nulli alij arbori euenit. *Vide Plin. li.* 13 *ca.* 12.

Cōgĭto, as, frequentatiuum à Cogo, propterea quòd mens plura in vnum cogit: vnde quæ ſibi videntur optima, vel vtiliſſima eligere poſſit: Meditor, contemplor, mente complector, mente agito. {חשב *chaſchaáb* הגה *haghâh.* ἐνθυμέομαι, διανοέομαι. GALLIC. Penſer. ITA. *Penſare.* GER. Gedencken/betrachten. HIS. *Penſar.* ANGL. *To thinke, to muze, to caſt in mynde.*} Nam Cogo & Cogito, ſic ſe habent vt Ago & Agito, Facio & Factito. Verumtamen ſic modò animus hoc verbum ſibi vendicauit, vt non quod alibi, ſed quod in animo colligitur, cogitari propriè iam dicatur. [Hoc vnum facito cogites. *Plau. Moſtel. ſc.* 3. *a.* 1. Ita dormitet, vt ſeruum ſe eſſe cogitet. *Plau. Aul. ſc.* 1. *a.* 4. Hic me exoſſare quaſi murenam cogitat. (1. parat.) Hoc vnum frater cogitato, me tibi proximum eſſe. *Plau. Aul. ſc.* 3. *a.* 1. Magis cogito ſæuiter blanditérne alloquar. *Plau. pſeu. ſc.* 2. 2. *a.* 5. Cogitare, pro optare videtur poſuiſſe *Cæſar. 3. de bell. ciuil.*] Cogitare itaque eſt ſenſus interiores ad originem ſuã reuocare, ſiue mẽté agitare, & veluti in mora eſſe cõſilii explicãdi. *Cic. l.* 5. *Tu.* Viuere docto viro, eſt cogitare. *Idẽ l.* 2. *de Le.* Nã illo loco libentiſſimè ſoleo vti, ſiue quid ipſe mecum cogito, ſiue aut ſcribo, aut lego *Cogitare de aliquo, Eum in memoria habere. *Terent. in Eunucho*, Me expectes, de me cogites. * Cogito in Tuſculanum, hoc eſt quod barbari dicunt, Exiſtimo & delibero ire. *Cic. ad Atticum li.* 2. Ludi Antij futuri ſunt à 4. Kalend. ad Prid. Non. Mai. eos Tullia ſpectare vult: inde cogito in Tuſculanum. A Cogito fiunt compoſita, Excogito, quod propriè eſt perfectè cogito, ἐκφροντίζω, καταυοέω, licet pro inuenio ſumatur. quòd quum quis perfectè cogitat, aliquid ex eo quod cogitat, elicit & inuenit. *Cic. 1. Tuſc. queſt.* Quid illa vis, quæ tandem eſt quæ inueſtigat occulta, quæ inuentio atque excogitatio dicitur. Præcogito, priùs cogito, & cogitando præuideo, προνοέομαι. *Quint. lib.* 12. Licet tamen præcogitare plura, & animum ad cauſas non componere. Recogito, iterum atque iterum cogito.

Cōgĭtātĭo, Quæ eſt velut Coagitatio, id eſt, longa conſilij explicandi agitatio, mentis agitatio, animi morus, commentatio. {משחבה *machaſchaábáh.* διαλογισμὸς, διάνοια. GALL. Penſement, penſee. ITA. *Penſiero, penſamento.* GER. Gedanck/betrachtung. HISP. *Penſamiento.* ANG. *Thinking, muzing.* { *Plin. lib.* 11. *capite* 37. Sic magna cogitatio obcæcat. *Cicer. ad Attic.* Meas cogitationes omnes explicaui tibi ſuperioribus literis.

Cōgĭtātō, Cogitatè & Cogitatim *Feſto*, aduerbia pro Conſultò, data opera. {ἐκ προνοίας. GA. Auiſement, apres y auoir penſé. ITA. *Penſatamente.* GER. Auß betrachtung/bedachtlichen. HISP. *A dredo y a ſabiendas.* AN. *Aduiſedlie, after a luiſement was taken.*} *Cic pro Archia.* Quæ verò accuratè cogitatéque ſcripſiſſet. ea ſic vidi probari, vt ad veterum ſcriptorum laudem peruenire. *Idem* 1. *Offic.* Sed in omni iuſtitia permultum intereſt, vtrum perturbatione aliqua animi, quæ plerunque breuis eſt, & ad tempus: an conſultò, & cogitatò fiat iniuria.

Cōgĭtabĭlĭs, le, {נחשת *nechoſchaáb.* νοητὸς. GAL. Qu'on penſe. ITA. *Coſa digna de penſare.* GER. Betrachtlich. HISP. *Coſa digna de penſar.* ANG. *Which one thinketh vpon.*} *Sene. Epiſt.* 59. Cogitabile eſt quod eſt generale.

Cōgĭtātum, ti, ſubſtantiuum, {נחשבה *nechſchaáh*, διανοητὸν, διανόημα. GAL. Vne choſe que nous penſons. ITA. *Coſa de penſata.* GERM. Betrachtung/ein betrachtet ding. HIS. *Coſa penſada.* ANG. *A thing muzed on.*} *Cic. 1. de l. Agr.* Vtrum cogitata ſapientum, an optata furioſorum videntur.

Cōgnāti, ſanguine coniuncti qui cognatione tenentur, dicti quaſi vna cõmunitéve nati, vel ab eodem orti progenitore. {אחים *achim* מדעים *modhaáhim.* συγγενεῖς. GA. Prochains & alliez, parens. IT. *Parenti.* GER. Verwandte/ nach gefreundete. HI. *Dos parientes.* AN. *Kinſmen by blocde or birth.*} *Plau. in Pœn.* Vos meæ eſtis filiæ ambæ, Et hic cognatus veſter huiuſce fratris filius. *Cic. pro reditu*, Pompeij nulli cognati & affines deprecati ſunt. [*Senec. c.* 1. *de Conſol.* Diis cognatus eſt animus. Cognati autem quo gradu ſint officij. *Gell. c.* 13. *lib.* 1. Cognatum concordiam *Plau. Amph.*] ¶ *Plin.* per tranſlationem poſuit pro ſimili, & eiuſdem generis. Eadem (*inquit*) cauſa eſt vt pleraque alitum oculos hominum potiſſimum appetant, quòd effigiem ſuam in iis cernentes, velut ad cognata ſua deſideria tendant, id eſt, ſibi proxima & ſuæ naturæ quodammodo ſimilia. ¶ Cognatorum autem ſignificatio latiùs extenditur, quàm Agnatorum. In cognatis enim agnati continentur, non autem contrà cognati in agnatis. ¶ Conſobrini cognati quidem dicuntur, quum agnati tamen non ſint. Illi enim ſoli qui paterna linea nobis coniunguntur, Agnati vocantur: Cognati etiam qui materno genere nobis ſunt coniuncti.

Cōgnātĭo, onis, Agnatio, ſanguinis coniunctio. { מדעת *modhaáath.* συγγένεια. GALL. Parenté, alliance. IT. *Parentela.* GERM. Verwandtſchafft. HISP *Parenteſco.* AN. *Kinred by bloode.*} *Cic. 7. Verr.* Nulla tibi Quinte cum illo cognatio eſt. *Idem* 4. *Verr.* Vt quiſque te maximè cognatione, affinitate, neteſſitudine aliqua attingebat, ita maximè manus tua putabatur.

¶ Transfertur etiam ad res inanimatas. *Cicero pro Archia*, Etenim omnes artes quæ ad humanitatem pertinent, habent quoddam commune vinculum, & cognatione quadam inter ſe continentur.

Cōgnĭtŏr, *Vide* COGNOSCO.

Cōgnōmĕn, Cognomentum quod vel à corporis quodam vitio, vel ab alio quodam euentu ſolebat imponi. {כנוי *chinnúi.* GALL. Surnom, ſoubriquet. ITA. *Cognome.* GER. Ein zunam/nachnam HIS. *El ſobrenombre.* ANGL. *A ſurname.*} *Cic. 1. de Fini.* Neque eum torquatum, qui hoc primus cognomen inuenerit, aut torquem illum hoſti detraxiſſe, &c. *Idem 7. Verr.* Quid? de Apollonio Dioclis filio, Panormitano, cui Gemino cognomen eſt, præteriri poteſt? *Liuius 1. ab vrbe*, Manſit Syluius poſtea omnibus cognomen, qui Albæ regnarunt. Expedit plura habere cognomina, ἀ ἀγαθὸν ἐς ἐπωνυμίας πολλὰς ἔχειν. Cõuenit in eos qui multa ſimul profitentur, quò quæſtum faciant vberiorem, aut qui diuerſarum ſunt partium. [De cognomine, nomine, & prænomine: *Vide Plut. in Coriol. Plaut. pſ. ſc.* 2 *a.* 4. periurus, impius (leno loquitur) cognomenta hęc mea ſunt. *Plau. Capt. ſc.* 1. *a* 4. Ita me ſaturicas ſuo condecoret cognomine. Druſus in his meruit quondam cognomina terris. *Oui. Ele.* 2. *l.* 4. *Triſt.* Imperatoris prænomen, cognomen patris Cæſar ſumpſit. *Suet. in Caſ. c.* 46.]

Cōgnōmēntum, {כנוי *chinnúi.* ὀνυμία. ANG. *A ſurname.*} *Cic. pro Mil.* Caſſinius cognomento Schola. *Idem* 2. *de Finib* Si aut de induſtria facias, vt Heraclitus cognomento, qui σκοτεινὸς perhibetur. &c. [*Vide* in præcedenti vocabulo.]

Cōgnōmĭnĕs, Qui eiuſdem nominis ſunt. {ὁμώνυμοι. GA. Qui ont vn meſme nom ou ſurnom. IT. *Che hanno medeſimo nome.* GER. Die ein zunahmen/oder vbernamen habend. HIS. *Los que ſon del meſmo nõbre.* AN. *That hath one name or of the ſame ſurname.*} Sic a Pla. duę ſorores Bachides nominatæ vocãtur cognomines, Declinantúrque hîc & hæc cognominis, & in genitiuo huius cognominis. Nam *apud Plautum* legitur, Illa mea cognominis fuit. *Idem Bacchid.* Quid agunt germanæ duę meretrices cognomines: [Legendus Seruius in illud 6. *Æn.* Gauder cognomine terra: cognominẽ patrię ſuę Salamina Teucer condidit *Vellei.*] *Pli. li.* 6. *c.* 2. Quo loco Heneros adiicit Nepos Cornelius, à quibus in Italia ortos cognomines eorum Venetos credi poſtulat.

Cōgnōmĭno, as, Cognomen impono. {כנה *chinnáh.* ὀνομαλέω. GALL. Surnommer, donner vn ſoubriquet. ITAL. *Mettere ſopra nome.* GERM. Zunammen geben. HISP. A. *Dar ſobre nombre.* ANGL. *To giue a ſurnames to ſurname.*} Fit autem ex con & nomino, n in g, mutata. *Plin. libr.* 21. *cap.* 3. Suario cognominabatur, propter ſimilitudinem Suarij cuiuſdam negotiatoris. *Idem lib.* 33 *cap.* 10. Poſtea diuites cognominati, dummodò norum ſit eum qui priùs acceperit hoc cognomen decoxiſſe creditoribus ſuis.

Cōgnōſco, Noſco, agnoſco. { ידע *jadháá* חכיר *hichír.* γινώσκω GALL. Cognoiſtre, entendre, auoir cognoiſſance, ſçauoir. ITAL. *Cognoſcere, intendere.* GERM. Erkennen/wol vnd eigentlich wiſſen. HISP. *Conocer di nueuo.* ANG. *To knawe, to haue knawleage or vnderſtanding.*} Eſt autem Cognoſcere, noſcere eos qui priùs incogniti erant: quum Agnoſcere, ἐπιγινώσκειν dicatur proprie de olim notis. *Virg. 4. Eclog.* Incipe paruę puer riſu cognoſcere matrem. *Varr.* Vereor, ne mę quoque dum reuertero, præter canem agnoſcat nemo. Confunduntur tamen hæc ſæpenumero. *Donatus*, Cognoſcere eſt diligenter, attentéque conſiderare. *Terent. in Hecyra*, Poſtquam ipſe ſeſe, & illam & hanc quę domi erat cognouit ſatis. [Nec longo cognitus vſu. *Oui. Eleg.* 5. *lib.* 3. *Tri.* Malè ſum cognitus infans. *Idem Eleg.* 13. *lib.* 3. *Triſt.* Quamquam me cognita virtus terret. *Tibul. lib.* 4. &c.] Cognoſcere ex literis, nuntiis, & id genus, idem eſt, quod certiorem fieri. *Cicer. ad Atticum libr.* 2. De me Imperatore ſcribis te ex Philotimi literis cognouiſſe. *Idem lib.* 1. *Epiſtolarum familiar.* Quæ hîc agantur, quæ acta ſint, ea re ex literis multorum & nuntiis cognouiſſe arbitror. [Multitudo ſe omnis ad cognoſcendum effudit. (GA. Pour ſcauoir des nouuelles) *Caſ. l.* 1. *de bell. ciu.* Cognoſcere de prælio, *Caſ.* 3. *de bell. ciu.* Cognoſcere de aduentu.] ¶ Interdum idem quod intelligere. *Cic in Horten.* Vnde autem facilius quàm ex annalium monumentis, aut bellicæ res, aut omnis Reip. diſciplina cognoſcitur? *Terent.* Eo pacto & gnati vitam & conſilium meum cognoſces.

¶ Interdum concumbere, verecundiæ cauſa: *vt in Euangelio*, Et non cognouit eam. *Et Oui.* Turpiter illa viru cognouit adultera virgo. *Vide Lamb. in Plaut. p.* 378. ex Mænædro.] ¶ Aliquãdo adforum pertinet, & ſignificat iudico, inquiro, iudiciũ exerceo: vt Cognoſcere de hereditate eſt iudiciũ de hæreditate exercere, *Auoir la cognoiſſance.* ¶ Cognoſcere de actis alicuius, id eſt, de actis eius inquirere, *S'enqueſter d'aucun.* ¶ Cognoſcere cauſas, id eſt, in cauſis iudicis officio fungi. *Iuger des cauſes. Cic. li.* 2 *Offi.* Adhibuit ſibi in conſilium quindecim principes cum quibus cauſas cognouit.

* Cognoſcite pro Attentè audite. *Cic. 4. Verr.* Verùm vt totum genus amplectamini iudiciorum, prius iura Siculorum, deinde iſtius inſtituta cognoſcite. *Et paulò pòſt*, Quantam poteſtatem habuerit: quas res geſſerit, cognoſcite. * Diuos præſentes cognoſcere, Auxilium diuorum ſentire. *Virgil. 1. Eclega*, neque ſeruitio me exire licebat, Nec tam præſentes alibi cognoſcere diuos. Huius verbi compoſita ſunt, Præcognoſco. προγινώσκω, antè ſcio. *Planc. Cic.* Quòd ſi latro præcognito noſtro aduentu rurſus in Italiam ſe recipere cœperit. Percognoſco, διαγινώσκω. *Plaut. in Trucu.* Vtroſque percognoui probè. Recognoſco, de quo alibi.

Cōgnĭtĭo, Agnitio, notitia, intelligentia. {דעת *dáâath.* γνῶσις. GAL. Cognoiſſance. IT. *Conoſcimento, conoſcenza.* GE. Erkanntnuß. HIS. *Conoſcimiento.* AN. *Knawledge.*} *Cic. 1. Acad.* Cæleſtia autem vel procul eſſe à naturę cognitione cenſeret. *Idem 2. Nat. Deor.* Quæ primùm eos humo excitatos, celſos & erectos conſtituit, vt deorum cognitionẽ cœlum intuentes capere poſſent. Aliquando ponitur pro iudicio ſiue iudicatione. *Cic. pro Cluent.* Quum dies cognitionis adeſſet, id eſt, iudicij. *Idem pro Flac.* Vtrùm hîc tandem diſceptationem & cognitionem veritatis, an innocentiæ labem aliquam fore putatis? [Cognitio falſi teſtamenti recepta. *Suet. in Claud. cap.* 9.]

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Cōgnĭtŏr,oris,Qui cognoſcit.{יודע *jodhéa*ħ.γνώσχων.GAL.Cognoiſſeur, cognoiſſant,qui cognoit IT.*Cognoſcitore*.GE.Ein erkenner/dem erwas wol zu wiſſen vnd kund iſt.HIS.*Conocedor*.AN.*He which knaweth*.}[vel qui præſentis negotium cauſámque ſuſcipit.*Paſſer*.}*Cic.de Aruſpicum reſpons*.Quum in me cognitorem harum omnium rerum illa flamma coniiciebatur.*Idem 6.in Verr*. Homines tenues plerunque ad ea adueniunt loca,quæ nunquam antea viderunt: vbi neque noti eſſe iis, quò venerint,neque ſemper cum cognitoribus eſſe poſſunt.¶Eſt & cognitor forenſe verbum,quo olim appellabantur qui hodie Procuratores iudiciales dicuntur. {AN.*A proctour,a lawyer that defendeth ones cauſe*.}*Cic.1.in Verr*.Me defenſorem calamitarum ſuarum,me vltorē iniuriarum,me cognitorem iuris ſui,me actorem cauſæ totius eſſe voluerunt.*Idem pro Sexto Roſc*. Quid intereſt inter illum qui per ſe litigat,& qui cognitorem dat? Quanuis propriè Cognitor is dicatur,qui præſentis cauſam defendit,procurator abſentis. [Vel qui præſentis negotium cauſámque ſuſcipit. *Paſſer*.*Aſconius & Budæus in poſterioribus annotationibus*.

Cōgnĭtŭs,ti,Notus.{יודע *jadhúaħ*.γνωστὸς.GAL.Cognu.ITA. *Cognoſciuto*.GERM.Erkent.HIS.*Conocido*.ANG.*Knawen*.}*Cic.1.Offic*. Incognita pro cognitis ne habeamus vitandum.¶ Cognitior,id eſt magis notus. *Ouid.4.Triſtium*,Sed magis hæc quò ſunt cognitiora, grauant. ¶Cognitiſſimus,ſuperlatiuus.*Catullus*,Tibi hæc fuiſſe & eſſe cognitiſſima. Ait Phaſelus.

Cōgnōbĭlis,Qui cognoſcitur.{נורע *nodhaħ*.δῆγνωστος. GALL. Choſe qui ſe peut cognoiſtre.IT. *Che ſi cognoſce*. GER. Erkantlich/den man erkent. HI.*Coſa que ſe puede conocer*.AN.*That may de knawen*.} *Gellius*,His ſolis cognobiles fuerunt.

Cōgnōbĭlĭor,*Gell.lib.*10.*c.*4.Hoc ego verbum ξητεῖν γάρ εἶσι, quærens vno itidem verbo dicere , aliud non reperi quàm quod eſt ſcriptum à Marco Catone in ſexto Originum:Itaque ego,inquit,cognobiliorem cognitionem eſſe arbitror.

Cōgo,is,coactum,ex con & ago,in quo a & n abiiciuntur , niſi in ſupino,vbi ſeruatur a: Coaceruo,congrego. {אסף *aſáph* קבר *tſabár* כנס *chanás*.συάγω.GA.Faire venir enſemble,aſſembler,ſemer & amaſſer. IT.*Ammaſſare,accumulare*.GE.Samlen/zuſammen treyben.HIS.*Ayuntar*.AN.*To gather together in heapes*.} [Cogendæ res noſtræ in arctū. *Senec.c.*8.*de Tranquil*.Rex me orauit,vt ſibi ſtrones cogerem,conſeriberem.*Pl.Milit.ſc.*1.*a.*1.]*Cic.*1.*Tuſculanarum*, Cælum hoc in quo nubes,imbres,ventique coguntur. *Terent.in Heaut*. Quaſi talenta ad quindecim coëgi.

¶Quandoque Vrgere,compellere,vim adhibere.{צער נגש *patſár* אנס *anás* עשק *áts*.ἀναγκάζειν,βιάζεσθαι.GAL.Contraindre.ITA.*Spingere dentro, conſtringere,ſforzare*.GE.Treyben/zwingen/nōtigen.HI.*Conſtreñir*. AN. *To conſtrayne,to compell*.}*Idem lib.*3.*Offic*.Diogenes contrà, Num te emere coëgit?[Vi me cogis qui ſquis es.*Plaut.Men.ſc.*5.*a.*2.Hiſtrionem cogis mendicarier.*Pl.Capt.prolog*. Ita ſum coactus,vt neſciam vtrum ſit æquius.*Plaut.Merc.ſ.*.6 *a.*2.]¶ Quandoque mulgere,πιέζειν.Sic enim interpretatur *Nonius illud Virgil* 3.*Eclog*.Cogite oues pueri,ſi lac perceperit æſtus:Vt nuper fruſtra preſſabimus vbera palmis. ¶Quandoque coagulare,denſare,ſiue durum facere,πήγνυειν.*Idem l.*4.*Georg*. nam frigore mella Cogit hyems , eadémque calor liquefacta remittit. [Cogi,coaleſcere,congelaſcere, *Idem Gell.c.*8.*l.*17. Cogit aquas Boreas(i.indurat in glaciem)*Ouid.El* 10.*l.*3.*Triſt*.]¶ Quandoque,imprimere,ſeu interponere:ἐμβαπίειν.*Idem*, Quadrifidam quercum cuneis cum fortè coactis Scindebant.¶ Quandoque in ordinem ponere, διατάττειν. vt,Omnes arbores in fulcum cogendæ ſunt. [Item Cogere Iudicia. *Suet.in Tib.c.*58.& *Quint*.Cùm quatuor Iudicia,vt moris eſt cogerentur.Cogere haſtam centumuiralem.*Suet in Aug.c.*36.Cogere ex bonis dodrantem.*Suet.in Nero*.i.conflare.Cogi in ius ditionémque. *Liu.lib.* 6.*d.*4.]

¶Cogere aliquem in ordinem,eſt eum cæteris parem facere,neque plus ei deferre quàm cæteris,& quaſi coërcere intra ordinem & ſtatū reliquorum.GA.*Mettre au rangdes autres*.*Liu.li.*5.*bel.Pun*. Nunquid videtis,inquit,vos in ordinem coactos eſſe?*Idem Deca.*5.*li.*5.Eo facto, euocatam à ſe concionem queſtus Tribunus,& in ordinem ſe coactū, ex Capitolio vbi erat concilium,abiit.

Cōāctĭo,onis,Congregatio,conuocatio.{עכור *tſibbur* אסף *óſeph*. συναγωγὴ,εἰσαγωγὴ,σύλλεξις.GALL.Amas,cueillette. ITAL. *Accumulatione*. GERM.Verſamlung/zuſammen treybung/zwang HISPA.*Ayuntamiento*. AN *Gathering and heaping together*.}vt Coactio argentaria,munus ipſum cogendi pecunias.*Suet.in Veſp*.Vbi deinde venia,& miſſione impetrata,coactiones argentarias facilitauit.*Cic.de Aruſp*. Verumtamen nocturnis vigiliis & coactione hominum inſtitutum illud,conceptum & conflatum eſt.

Cōāctŏr,oris.{אסף *oſéph*.συλλογεὺς.GAL.Amaſſeur,collecteur. IT.*Chi conſtrigne,ò raguna,come dinari* GER.Ein zuſammen treyber/ein verſamler.HIS.*Conſtreñidor,ò cogedor como de pochos ò monedas*.AN.*A gatherer together of money*.}Qui pecuniam cogit,hoc eſt colligit:quo nomine dicebantur qui nūc *Receptores particulares*.*Cic.pro Clu*.Ne multa,nequiritur à coactoribus: inuenitur ea ſerrula ad Stratonem perue niſſe,[Coactor non fugat è foro fœneratorum.*Sen.epi*.82.]

Cōāctŭs,huius coactus,Impulſus.{אנס *ónes*.ANGL.*Conſtrayning*. } *Cice. lib.*4.*Verr*.Eum quoque oſtendam,ſi quando iudex ſit datus , coactu iſtius,quod non ſenſerit iudicaſſe. *Idem ad Brutum*,Coactu tuo ſcribam quod ſentio.

Cōhærĕo,res,Adhæreo.{דבק *dabak*.συνκολλᾶμαι.GAL.Tenir auec ou cõtre quelque choſe,herdre à icelle,s'entretenir. IT.*Accoſtarſi*. GE. An etwas hangen. HIS.*Allegarſe alguno con otro*.AN.*To sticke to,or to be faſten together*.}*Cic.lib.*1. *Acad*.Neque enim materiam ipſam cohærere potuiſſe,ſi nulla vi continereturmneque vim ſine aliqua materia.¶Cohærere dicitur res aliqua , quando negotio conuenit & concordat. *Ter.in And*.Hem,Paululum obſoni,ipſius triſtis , de improuiſo nuptiæ:Non cohærent.

Cōhærĕſco,ſcis,idem.{AN.*To sticke or cleaue to*.}*Cic. de Nat.deor*.Quæ interiectio inani cohæreſcunt tamen inter ſe, & aliæ alias apprehenſentes continuantur.

Cohærentĭa,tiæ , Compoſitio , connexio. {דבק *dévek* מחברת *machbéreth*.συμπλοκή,σύνταξις.GA.Vnion &coniunctiõ,entretenemẽt.IT.*Vnione, congiongimento*.GER.Vereinbarung/zuſammen fügung. HISP. *Allegamiento*.AN.*Sticking or cleauing together*.}*Cic.de Nat.deor*. Iam verò circuitus Solis & Lunæ , reliquorúmque ſyderum quanquam etiam ad mundi cohærentiam pertinent,tamen & ſpectaculum hominibus præbent.[*Et Gell.c.*3.*lib.*15.& *c.*13.*lib.*6.]

[Cohæſa,à Cohæreor.*Gell c.*16.*lib.*15.]

Cōhærēs,huius cohæredis,Qui ſemel h æres inſtitutus eſt. {συγκληρονόμος.GALL.Coheritier,heritier en partie.IT.*Herede inſieme*.GER.Ein mitherb.HI.*El que es heredero con otro*.ANG.*That is hair of one parte*.} *Plin.Epiſt*.16.Libertos eius,eoſdemque cohæredes ſuos,falsò,vt venefícii reos,detulerat ad principem.*Idem in Panegy*.Quid ſi cohæredem non à filio accipiat?*Cic.lib.*3.*ad Attic*.Dolabellam video Liuiæ teſtamento cum cohæredibus eſſe in triente.

Cōhibĕo,es,ex Con,& Habeo, quaſi mecum habeo, Retineo,inhibeo, refræno.{לאה כלא *calá* חשם מנע *manáh*.ἐπίσχω,κατασχῶ. GALLI. Contenir,arreſter,refraindre,reprimer.IT.*Conſtringere,reprimere,refrenare*.GERM.Zuſammen halten/verheben. HISPA.*Refrenar,ò reprimir*. ANGL.*To reſtreine,to hold in*.*Plin*.Et impetum furentis blanda oratione cohibuit.*Plautus in Mil*. Cohibete intra limen etiam vos parumper,hoc eſt,continete.*Cohibere animum,manus , oculos ab alieno, Non concupiſcere,non furari aliena.*Plau.& Cic.*[Cohibeamus manus dum olla feruit. *Gell.cap.*8.*lib.*17. frigida me cohibent Euxini littora Ponti. *Ouid. Eleg.*4.*lib.*4. *Triſt*. Subtile & cohibitum genus dicendi. *Gell.c.*14.*lib.*7.]

[Cohibilis oratio:*Gel.c.*19.*lib.*16.]

Cohĭbĭtio, verbale , interdum: {מעצור *maħatſor*. κώλυσις,κατάσχεσις.} GAL.contrainte,prohibition,defenſe.IT.*Reſtringimento*. GER. Die zuſammen haltung oder zwingung.HIS.*Refrenamiento*. AN.*Forbidding, holding in*.} *Cic.lib.*5. *in Verrem*,Cohibitio tollendi,niſi pactus eſſet, vim adhibebat pactioni,non voluntatem.

Cohĭbĭtus,adiectiuum,συνεσταλμένος,repreſſus. *vt apud Gell-li.*7.*c.*14.Subtile in Menelao dicendi genus & cohibitum.

Cohŏnēſto,ſtas,ſtare,Honeſto,decoro. {כבד *chibbedh*. τιμῶ,τιμάω. GAL.Faire honneur,honorer,mettre en honneur. ITAL.*Far honore, honorare*.GER Ehren/Ehr beweyſen HIS.*Hazar honra à honrar*.ANGL. *To mak honeſt or honorable*.} *Cicer.antequam iret in exil*.Tantùm à vobis illud Equites Romani & peto & rogo,vt quem ſæpenumero veſtrâ laude cohoneſtaſtis, eundem in dubiis vitæ periculis veſtra virtute conſeruetis.

Cohŏrrĕo,es,vel Cohorreſco,ſcis,Magno horrore afficior.{סער *ſamár* φρίττω.GA.Auoir grand' peur & frayeur,trembler de peur.IT.*Spauentar tutto,tremar di paura*.GE.Ein grauſen antommen vor forcht/ein abſcheuhen mir ſchauderen tragen HISPA. *Eſpaluzarſe,ò tremblar de miedo*. ANG.*To tremble through feare*.[*Suet.Tib.cap*.21. Cohorreſcit corpus meum.] *Cicer. in Somn. Scip*. Quem vt agnoui, equidem cohorrui. *Idem* 3.*de Orat*. Nanque tum latus ei dicenti condoluiſſe, ſudorémque multum conſecutum eſſe audiebamus : ex quo quum cohorriſſet cum febri domum redit,dieque ſeptimo eſt lateris dolore conſumptus.

Cohŏrs,Militum manus,A cohortando dicta eſt,quòd Tribunus eam vt ſequatur hortari ſoleat:ſeu quòd ipſa ſe mutuò frequenter ad pugnã hortetur.{גדוד *ghedhudh*.σπεῖρα,τάγμα.GAL.Bande de gens de guerre ou autres gens.ITAL IC.*Compagnia di fanti à piedi*. GE. Ein ſchar oder rott der fußknechten beſonder.HISP. *La batalla ò eſquadra de hombres de pie*.AN.*A bande of men of warre or other folkes*.} *Cæſ.*3.*bell.Gall*. Illi eductis quatuor [Cohortibus,quæ præſidio caſtris relictæ,integrę ab labore erant cohortes auxiliares.*Idem lib.*1.cohors amicorum. *Suet. in Galb.cap*.17. Vide ſupra in Centuria. Cohortes erant quingentorum.] Eſt autem propriè Cohors peditum,ſicut Turma equitum. *Cic pro Marcell*.Huius gloriæ,Cæſar,quam es paulò antè adeptus, ſocium habes neminem:nihil tibi cohors,nihil turma decerpit. Hoc eſt, neque pedites tibi quippiam decerpunt,neque equites.

¶ Cohors etiam pro congregatione quorumcunque hominum ponitur.*Suet.in Galba*. Per hæc gratiſſimus Claudio receptúſque in cohortem amicorum,magnæ dignationis eſt habitus.*Hora.*1.*Epiſt*.Quid ſtudioſa cohors operum ſtruit?

¶Item pro comitatu & ſatellitio magiſtratus,qui ibat in prouinciam. ¶Vnde cohors Prætoria, quæ conſuli aut Prætori in Prouincia præſtò ſemper erat,quaſique latus eius cingebat. *Cic. in Verr*. Qui cohors,& qui comitatus fuerit,meminiſtis. Erant autem duæ Prætoriæ cohortes:vna euocatorum,altera voluntariorum,qui Proconſules in expeditionem comitabantur, vt vſu rerum peritiores domum rẽdirent.Eſt & Cohors,locus, cinctus parietib.quo gallinas,anates, & id genus reliqua habere in illa ſolemus. ἕρκιον.*Ouid.*4.*Faſt*. Abſtulerat multas illa [vulpes] cohortis aues. Vnde etiam militares cohortes dictę videntur.*Var.*4.*de ling.Lat*. Cohors,quòd vt in villa ex pluribus rectis coniungitur , quiddam fit vnum , ſic ex manipulis pluribus copulatur cohors. In villa verò Cohors dicitur,quod circa eum locũ pecus coërceretur.¶Hinc cohortales gallinæ,ὄρνιθες ἐρκιαῖαι , vocantur apud rei ruſticæ ſcriptores,quæ in cohorte domi aluntur. Poſſunt etiam dici Cohortes ab horto:nam quum veteres Hortos,vicos dicerent,quòd qui arma ferre poſſent,ibi naſcerentur,inde cohortem dixerunt, manum hominum ex eodem vicino ad pugnam exeuntium: quòd illi eſſent ex eodem horto,id eſt, vico geniti.Nam & Galli (vt eſt apud Cæſarem)hoc modo pugnabant:quiſque enim pagus per ſe pugnam capiebat.Dicitur & Cors pro auium ſepto. *Varro*,In vrbana quoque domo , cortem facere poterimus , in qua paſcere ciconias, grues,pauones,gallinas,anſeres,& ſimilia dabitur,ad vſus quotidianos.*Mart*.Raucæ cortis aues.¶Cortalis,le,vt,Gallina cortalis,in corte nutrita.*Colum.in Præfatione totius operis*,Et vt à pecorib.recedam, quorum in parte auium cortalium & apium cura poſita eſt.

Cohŏrtŏr,aris,ari , Hortor, adhortor. {חזיר *hizhír*.παρακελεύομαι,παραινῶ. Enhorter,admonneſter,remonſtrer. IT.*Eſſortare*. G.Ermanen ein anderen

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

anderen zusprechen. HISP. *Inducir ò atraer por razones.* AN. *To exhort, to encourage.* } *Cic. ad Teren l.*14. Eum vt potui, per literas cohortatus sũ. [*Item,* Cohortatus passiuè. *Gel. c.*13. *l.*15. vbi ita Cato: Exercitum suum pransum, paratum, cohortatum eduxit foras.]

Cohortatio, onis, verbale, Hortatio. {παραίνεσις, παρέκλησις. GAL. Exhortation, exhortement. ITA. *Essortatione.* GE. Vermanung. HI. *Inducimiento con razones.* AN. *Exhorting.* } *Ci ad Brut.* Erectior Senatus erat, non sententiis solùm nostris, sed etiam cohortationibus excitatus.

Cohum. Lorum est, quo temo buris cum iugo colligatur. à cauo dictũ, *inquit Varro,* siue (*vt Festus manuit*) à cohibendo. ¶ Cohum etiam poëtæ cælum dixerunt, *teste eodem Festo,* à chao, ex quo putabant cælum esse formatum.

Coinquino, nas, pe. co. Inquino. {טמא *tinnéph timmé.* κοινῶ, συμμολύνω, συμμιαίνω. GA. Souiller auec soi, diffamer, gaster ensemble. ITA. *Imbrattare.* GE. Verunsauberen, verfudlen, beflecken. HIS. *Enfuziar.* AN. *To defile, to pollut, to staine.* } *Co. l.*8. Totam progeniem coinquinat: siquidem celeriter tum alia pecora, tum præcipuè oues contagione vexantur. *Horat.* merdisque coinquinet albis. *Cic. de Nat. Deo.* Periculum matres coinquinari regias.

Cois, *Vide* COA vestis.

Coix, cis, κοῖξ, Genus stirpis cuius folia ad texendum sunt vtilia, similia iunceis, atque palmeis. {AN. *An oster tree.* } *Autor Strab.* ¶ Est item Coix, vas farinarium, ex arborum corticibus contextum, quod Dores κοῖν appellant.

COLAICVM, Promontorium est Taprobanæ insulæ. *Autor Plin. libro 6. cap.*21.

Colaphus, & Colaphum, pen. cor. Alapa. {מכת לחי *machcháth lecti.* κόλαφος. GALLIC. Vn soufflet ou coup de la main ou du poing sur la ioue. IT. *Guanciata, mostaccino, punzone.* GER. Ein backenstreich. HISP. *Cofetada.* ANG. *A buffet or blowe.* } *Terent. in Adelph.* Colaphis tuber est totum caput. Sic Colaphos infringere alicui, κολαφίζειν, pro illidere, infligere apud eundem: & Colaphos incutere, apud Iuuenalem, πεῖσαι τὴν κεφάλην. [Colaphos perpeti potest parasitus *Pl. Ca. sc.*1. *a.*1. Colaphum tibi ducam, & formulam tibi scribam quod caput durum habeas. *Quintil.*

Cõlon, pen. pro. {κῶλον. GA. Vn intestin ou boyau depuis le roignon dextre iusques au seneschre, passant sur le fond de l'estomach. IT. *Vno intestino & budello che cinge i fianchi sotto i rognoni, & passa auuorso il fondo dello stomacho.* GE. Der groß darm. HIS. *La tripa ancha.* AN. *An of the entrailles or pudinges.*} Est crassius intestinum, tubulatũ, ex quo excrementa eum accipiunt colorem, quo egeruntur, plurimas cellulas atque cauernas habẽs, ad renem sinistrum religatum. *Gell. li. 17. c. 11.* aluum vocat: Ac deinde, inquit, aridiora ex iis incrementa in aluum cõuenire, quòd Græcè κῶλον dicitur. *Celsi. li. 1. c. 8.* Laxius intestinum vertit: Etsi, inquit, laxius intestinum dolere consueuit, quod κῶλον nominant, quum id nihil nisi genus inflationis sit, id agendum est, vt concoquat aliquis, vt lectione & aliis generibus exerceatur, vtatur balneo calido, cibis quoque & potionibus calidis, denique omni modo frigus eui tet: itémque dulcia omnia, leguminaque & quicquid inflare consueuit. Est autem Colon, quintum in ordine intestinorum, medium inter Cæcum, & Rectum locum obtinens. Primùm per iecoris cana obrepit vbi folliculum bilis attingens, illique nonnunquam annexum, amaro rem colorémque lureum contrahit: indéque paulùm exurgens, ventriculi fundo insternitur: & rursus ad sinistrum hypocondriũ contendẽs, lieni accumbit: posthæc in posteriora demergitur, cohærétque reni sinistro: à quo demum laxius apud coxam sinistram eminet. ¶ Serenus dictionis huius priorem syllabam contra artem corripuit, quum ait; Quum colon inuisum morbi genus intima carpit, Mande Galeritam volucrem quam nomine dicunt, Aut pauidi leporis madefacta coagula pota. Nisi quis fortè Colum ibi malit legere, Latina terminatione, vt posterior syllaba per ellipsim absumatur. ¶ Est item Colon Græcis, quòd Latinè Membrum vocamus: vnde per translationem etiam membra orationis nuncupantur, quòd exiis, veluti membris constet periodus. *Cic. de Claris Orator.* Comprehensio & ambitus ille verborum (si sic periodum appellari placet) erat apud illum contractus & breuis, & in membra quædam, quæ κῶλα Græci vocant, dispertiebat orationem libentiùs. Hinc Monocolon carmen dicitur, quod vnimembre est, hoc est, simplex & ex vno tantum carminis genere constans: Dicolon, hoc est bimembre, quod ex duobus versuum generibus constat: & sic de aliis.

Cõlĭcus, ca, cum, adiect. κωλικὸς. vt Colicus dolor, qui in colo generatur; & Colicus homo. *Plin. 20. c. 4.* Praxagoras & iliosis dandos censet: Plistonicus, & Colicis. Colicum medicamentum ad dolorem intestini plenioris. *Celsus lib. 1. c. 4.*

COLONAE, Troadis locus est, non procul à Lampsaco Milesiorum colonia. ¶ Sunt & aliæ Coloniæ ad exteriorem partem Hellespontiacis centum & quadraginta ab Ilio distantes. *Meminit vtriusque loci Strab. lib. 13.*

CŎLŌNĬA AGRIPPINENSIS. Vbiorum ciuitas potentissima, cis Rhenũ fluuium sita. [*Ger.* Cõln an Rhein.] Ita dicta ab Agrippina Neronis matre, quæ vt sociis quoque nationibus potentiam suam ostentaret, in hoc oppidum, vbi genita erat, coloniã ex veteranis deduci imperauit. *Autor Tacitus Annal li. 12.* [Colonicæ cohortes. *Cæsar 2. de bello ciu.*]

COLONIS, Insula est in sinu Argolico, contra Hermionium agrum, *cuius meminit Plin. lib. 4. cap 12.*

CŎLŌNŎS, κολωνὸς, Agger fuit siue locus editus non procul ab Athenis, in quem Oedipus Thebis exulans dicitur commigrasse: vnde Sophocles tragœdiam de Oedipi calamitatibus conscriptam, Oedipum Coloneum appellauit. ¶ Erat autem hic locus Neptuno sacer, vbi etiam equestris eius statua fuit, quemadmodum & Thesei, Pirithoi, Adrasti & Oedipodis. In hoc aggere fuit & Timonis turris, qui à solitudine, hominúmque odio μισάνθρωπος cognominatus est. *Hæc Pausanias in Atticis.* ¶ *Pollux verò libr. 7.* autor est, duo huius nominis loca in Attica fuisse: alterum ἵππειον appellatum, in quem confugit Oedipus: alterum in foro iuxta Eurysacium, ἐργα-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ξεῖον cognominatum. ¶Vnde locus factus prouerbio, Serò venisti, sed in Colonũ ito, ὀψὲ ἦλθες, ἀλλά γ' εἰς κολωνὸν ἴθι. Dicebatur in eos qui post tempus aduenirent: aut qui mercede quippiam facerent.

Colonus Colonia, *Vide* COLO.

COLOPENA, ἡ κολοπηνή, Cappadociæ pars est, Sebastiam, & Sebastopolim vrbes habens. *Vide Plin. lib. 6. cap. 2.*

COLOPHON, pen. corr. κολοφών, Vrbs est Ioniæ, nobilis oraculo Apollinis. [*Germ.* Ein verrümpte statt in Jonia von wegen der weissagungen in tempel Apollinis.] Colophonij mauales opes satis amplas habuêre, & in equestribus certaminibus tantùm excelluêre, vt victoriam sibi certam pollicerentur, quibus Colophonius accessisset equitatus. ¶Hinc factus est locus prouerbio, κολοφῶνα ἐπιθεῖναι, hoc est, Colophonem addidit, quum summa operi manus imponebatur. ¶Colophonia ferocitas, κολοφωνία ὕβρις. In insolentes, qui ferociter desiciunt, & affligunt humilioris fortunæ homines: Aut in eos quibus suâ ferocitas exitium attulit. Sumptum ab arrogantia superbiáque eius gentis. *Diogenianus.* ¶Ex Colophone originem duxerunt Minermus tibicen, & poëta Elegiacus, Xenophanes Physicus, & Polymastus Musicus: quibus nonnulli ipsum etiam adiiciunt Homerum. *Virg. in Cir.* Quæ Colophoniaco Scyllæ dicuntur Homero.

Colophonia, κολοφωνία, Herba est notiore nomine Scammonia appellata, succum habens eiusdem nominis. Colophonia dicta à Colophone Ioniæ vrbe, vnde laudatissima aduehebatur. *Vide Dioscor. li. 4. c. 152.*

COLOPIANI, Pannoniæ populi. *Plin. lib. 5. c. 24.*

COLOPS MAGNVS, κόλοψ ὁ μέγας *Ptolemæo*, Zeugitanę prouinciæ vrbs, hodie *Giger*, regia ciuitas.

Color, oris, Obiectum proprium visus, pigmentum. { עין צבע *tsebaʕ ʕayin. χρῶμα* GAL. Couleur. ITA. *Colore.* GERM. Ein farb. HIS. *El color.* AN. *Colour.* } *Cic. 2 de Leg.* Color autem albus præcipuè decorus Deo est, cùm in cæteris: tum maximè in textili. *Terent. in Eunuch.* Color verus, corpus solidum, & succi plenum. *Ibidem*, Qui color, nitor, vestitus. *Cic. 3. Verr* Isti color mutatus est, vultus, oratio, mens. Duo sunt principes colores, Albus scilicet & Niger: alij non dicuntur colores, nisi per participationem. ¶Nullius coloris, prouerbialiter dicitur: qui modis omnibus ignotus est. [*Vt apud Plin. pseu. sc. 2. a. 4.* Quem ego hominem nullius coloris noui. *Item*, Colores mutare. (de anxio) *Gell. c. 9 li. 15.* De forma noui, de colore non queo nouisse. *Plau. Curc. sc. 1. a. 2* Vbi caput colorem immutauit me reliquit. *Pl. sc. 3 a. 1.* Obtineat colorem. i. vultum non mutet. *Pla. Merc. sc. 2. a. 2.* Iam color inest rebus (i. Nox) Tabulásque coloribus vris (pictor.) *Ouid. 4. Fast.* Et picta coloribus vstis (puppis.) *Ouid. 4. Fast.* donec diuturnitas colorem ducet. *Senec cap. 1. de Tranquill.*] ¶Colores item appellantur ipsa pigmenta, quibus pictores rerum imagines delineant: cuiusmodi sunt cretula, purpurissum, ceruleum, auripigmentum, cerussa, sinopis, & similia. *Plin. lib. 35. cap. 6.* Sunt autem colores austeri aut floridi, verumque natura aut mistura euenit. Floridi sunt, quos dominus pingenti præstat, minium, armenium, cinnabaris, &c. *Et paulò pòst, c. 17.* Sed in officina imperitè multa differenti silentiũ comiter suadebat, rideri eũ dicens à pueris qui colores tererent. ¶Colores etiam apud Rhetores dicuntur ornamenta orationis, id est, figuræ, quæ à Græcis σχήματα dicuntur & τρόποι. Nam (*vt scripsit Cicero*) sunt actori, vt pictori, colores ad narrandum. [Ergo vt defendi nullo mea posse colore, Sic excusari crimina posse puto. *Ouid. Ele. 8. li. 1. Trist.* Color narrationis qui optimus. *Quint. Item* Colores sermonum i probationes ab iis sumptæ. *Item.* Color prætextus defensionis vnde dicatur: *Idem Quint* In toto colore dicendi. i. forma & figura. *Vide* Indicem *Quint.* Color tertius, pro tertium genus, vel gradus. *Sen. Epi. 76. ep. 53.* Lenociniis aut coloribus pollucre formam. *Idem Sen. c. 16 de Consol. ad Elb.*]

¶Hinc aliquẽ suis pingere coloribus est talem describere, qualis est. *Cic. 1 Att. li. 5.* Sic ego hunc omnibus à me pictum artis coloribus, subitò deformatum, non sine magno dolore vidi. *Horat. in Arte*, Nec sic enitar tragico differre colori. Vt nihil interfit, Dauisne loquatur, an audax Pythias. ¶Accipitur item Color pro velamento, fuco prætextu, quo veritas obscuratur, aut culpa excusatur. *Iuue. Satyr. 6.* Sed facet in serui complexibus, aut equitis. dic, Dic aliquem fodes, dic Quintiliane colorem: Hæremus, Dic ipsa: Olim conuenerat, inquit, Vt faceros tu quod velles, necnon ego possem Indulgere mihi. ¶Dicitur & Colos, sicut Arbos & lepos.

Cŏlōro, as, pen. prod. Colorem induco. {לבן צבע *tsabaʕ. tsabaʕ leben.* σχηματοποιεῖσθαι ὅπερ καὶ καπηλεύειν, χρωννυμι. GALL. Colorer, bailler & donner couleur. ITAL. *Colorare, dar colore.* GERM. Farben. HISP. *Colorar de alcun colore.* AN. *To die or colour.* } *Cic. 1. de Nat deor.* Formare, fucare, colorare, animare non posset Decoloratur id, cuius color vitiatur, non mutatur, κακοχροεῖ, vt est videre in facie ægroti, quæ pallorem contrahit, aut liuorem: coloratur id, cuius alia fuit, quàm sit, facies. ¶Colorare, pro inducere prætextum. *Valer. Max. li. 8. c. 2.* Libidinosam liberalitatem debiti nomine colorando. ¶Coloratæ vuæ. *Col. li. 11. c. 2.* Quum coloratas & perlucidas vuas animaduertissent. Colorata oratio, coloribus oratoriis decorata & ornata. *Cic. de Clar. orat.* Quòd non est eorum vt banitare quadam quasi colorata oratio. ¶Coloratus, pro fucato, *Sene. Epi. 15.* Quæ scribit vnde veniant, scio: nõ sunt ficta, nec colorata. ¶Coloratior. *Pli. li. 16 c. 12.* Quidam arbitrantur in montosis copia prestantiorem fieri ac coloratiorem.

Cŏlōrātus, a, um, adiect. vt, Coloriæ vestes, quę ex lana non tincta, hoc est, natiuo colore factæ sunt. *Valla l. 6. c. 53.*

COLOBRASVS, Nomen hæretici, qui vitam omnium hominum in septem syderibus consistere affirmabat.

Cŏlŏs, κῶλος, Feta est Scythiæ peculiaris, magnitudine inter ceruum & aricrem, albicante corpore, eximiæ leuitatis ad cursum, naribus potũ attrahens. *Autor Strab li 7.*

COLOSSAE, arum, siue Colossis, *Strab. lib. 12.* κολοσσαί. Oppidum Phrygiæ non procul à Laodicea, qui sub Nerone, teste Orosio, cum Laodicea & Hierapoli terræ motu concidit. {*Ge.* Ein statt in Phrygia dahin auch S. Poul sein sendbrief an die Colosser geschicket hatt.} Memnit huius oppidi & *Plin. lib. 5. c. 32.*

Cŏlŏssus, {κολοσσός. GALL. Statue desmesureement grande. ITA. *Colosso, statua grande.* GERM. Ein grosses bild oder saul HISP. *Estatua grande.* ANGL. *An image of immesurable hight.* } Dicebatur statua immodicæ proceritatis, qualis Rhodi facta fuit à Charete Lysippi discipulo ex ære, altitudine Lxx. cubitorum. Vnde etiam inter septem orbis miracula numeratur. ¶Hinc Colossi magnitudine κολοσσαῖος τὸ μέγεθος. Prouerbialis apud Lucianum hyperbole: in homines prægrandi corporis mole. [Colossus Neronis *Suet. in Neron. c 31.*]

Cŏlŏssĕus, adiect. ad Colossi formam factum, colossi magnitudine, {κολοσσιαῖος ὑπερμεγέθης. GA. Enormement grand, de grandeur enorme. IT. *Di forma di gran statua.* G. Das in eines grossen bildstocks form gemacht ist. HIS. *Cosa assi grande.* AN. *That is immeasurable great.* } Quod significat altum, & ad colossi formam factum. *Plin. l. 35. c. 7.* Nero princeps iusserat se colossum pingi cxx. pedum in linteo. [Colosseos à magnitudine dictos. *Suet. in Caius. c 35.* [Pro eodem etiam legimus Colossicus *Plin. lib. 34 c. 8.* Item duo signa quæ Catulus in eadem æde posuit palliata: & alterum colossicum nudum.

Colossinus color, κολοσσινὸν χρῶμα, à Colosse Troadis vrbe nomen accepit, vbi lana tingebatur, florem referens cyclaminis, inter candorem fulgens & purpuram. *Vide Thylesium in libello de coloribus.*

Cŏlŏstrum & Colostra, Spongiosa lactis densitas à partu prima. {πρόσωσις. GALL. Caille ou caillebot, laict espez, comme le premier qui vient aux mammelles, laict trouble IT. *Capo di latte, fior dilatte.* GER. Die erste milch gebut. HIS. *Coloſtro de le che nueua.* ANG. *The first milk in the teates after the birth.* } *Mart. lib. 13.* Surripuit pastor, quę nondum stantibus hœdis, De primo matrum lacte coloſtra damus. *Palladius* Colostram vocant pastores illud exiguum lactis, in quo est spissior natura.

Cŏlōstratio, tionis, Morbus in quo lactantes tentantur, si biduo à partu maternum lac gustauerint, deinde in casei speciem lacte. Ideò infantibus statim à partu nutricis non matris lac exhibere conuenit, quia mitis extiosum est. *Plin. lib. 11. c. 41.* Pullis earum, vbi pingue pabulum biduo à partu maternum lac gustasse lethale est. ¶Genus mali vocatur colostratio. Qui hoc mali genus patiuntur, Colostrati dicuntur. *Plin lib. 28. c. 9.*

COLONVS, Nomen pictoris Teij, *cuius meminit Quintil. l. 2.*

Colŏtos, κόλωτος, vel Colotes, κωλώτης, pen. prod. Aristoteli lacertæ genus est, quod Latini Stellionem vocant, Itali *Tarantulam.* Nomen habet à pedum magnitudine. Nam quæ nos crura & lacertos dicimus, Græci κῶλα dicunt.

COLŌVS, κώλαιος, Lacus est Lydiæ quadraginta stadiis à Sardibus distans, qui & Gygæus à Poëtis nominatur, iuxta quem & Dianæ templum fuit cognomento Coloënæ, vbi simiæ solennibus diebus saltare dicebantur. *Vide Strab. lib. 13.*

CŌLPĒ, es, κόλπη, Ioniæ ciuitas, fuit, *cuius meminit Plin. l. 5. c. 39.*

Cŏlpos, κόλπος, à rei anatomicæ peritis appellatur ea vberum pars, quæ in se tanquam in sinu quodam, lac continet, vnde & nomen accepit. nam κόλπον Græci sinum vocant, hoc est, littoris obliquitatem, quibusdam veluti brachiis mare amplectentem. *Vide Cælium lib. 4. c. 4.*

COLVBAE, Populi *Plin.* inter gentes Indicas numerantur *lib. 6. c. 19.*

Colubĕr, penult. cor. Serpens qui vmbras nemorum incolit. {נחש *nacheſch. ὄφις.* GALL. Couleuure. ITA. *Serpe, serpente, biscia.* GERM. Ein schlang HISP. *Culebra.* ANGL. *A serpent lying in the shadowe of woodes.* } Anguis & Hydrus, qui in aqua: Serpens, qui in terra serpit: Draco, templi: sed sæpe confunduntur. *Plin. lib. 32. c. 5.* Coluber est in aqua viuens: huius adipem & fel habentes, &c. *Ouid. 15. Met.* - niuéique frequens Sinu sta colubris. *Hieron. ad Præsid.* - Coluber ad bibendum veniens in aqua venenum deponit, ne eum venenum aquæ concretum occidat. Nudum hominem timet, vestitum persequitur, caput tamen suum celat, vbi scit esse mortem suam. Serpens quidem si cum mel calamo per cutiatur, moritur: sin verò iterum percutiatur, confirmatur: Brumali tempore infirmior efficitur, & à soricibus vincitur. Igitur ante hyemem circa se colligit segetes, vt illæ sibi escam præbeant.

¶Colubrum in sinu fouere ἐφ' ἑαυτῷ κλάτον κλίνειν, dicitur qui complectitur amore, studióque prosequitur hominem ingratum, & aliquando per occasionem nocitum. ¶Colubram fœminino genere dici probat *Nonius ex Lucil. lib. 20. Satyr.*

Iam disrumpetur medius, iam vt Marsus colubras
Disrumpit cantu, venas quum extenderit omnes.

* Colubrifer, Adiectiuum, Qui colubros fert. vt, Colubrifer ummonstrum *Ouid. 15. Metam.*

CŌLVBRARIĀ, Insula est in mari Ligustico, quæ à Græcis Ophiusa vocatur, vulgò *Dragonera.* Vtrunque nomen ductum est à serpentum noxiorum multitudine, quibus tota insula infestatur. *Plin. lib. 3. c. 5.* Ebusi terra serpentes fugat, Colubrariæ parit. Ideo infesta omnibus, nisi Ebusitanam terram inferentibus.

Cōlum, pe. prod. Vas est ex viminibus contextum ad vinum colandum aptum. {σῆθος. GA. Vn couloir. ITAL. *Colatoio.* GE. Ein seichten, ein geschirr durch welches mãn sethet HI. *Coladero para colar cosa liquida.* AN. *A colander or strayne.* } *Virg. 2 Georg.* Coláque prælorum fumosis dirige tectis. ¶Colum niuarium, vas ex lapide spongioso factum ad colandas niues [apud *Mart. epigr. 103. lib. 4.* ¶Colum etiam est genus morbi, quem primus in Italia sensisse Tiberius princeps dicitur, quum priùs ignotus esset. *Plin. l. 26. c. 1.*

Cŏlūmbus, & Columba, Auis nota. {יונה *jonáh.* περιστερά. GAL. Coulon ou pigeon. ITA. *Columbo, columba.* GER. Ein taub. HISPANI. *Paloma.* ANGL. *A doue. Virgil. 2. Æneid.* Præcipites atra ceu tempestate columbæ. *Martial.* Nec violes reneras præduro dente columbas. [*Vide* Accipiter. Quasi columbæ pulli. *Plaut. Asin. sc. 7. a. 1.* Dic me tibi anariculam, columbam, Catellum. *Ibidem sc. 3. a. 2. & Merc. sc. 2. a. 2.* Columbarum autem nuptiæ & basia. *Vide apud Martial. epigr. 66. lib. 12. Varro lib. 3. cap. 7.* duo facit columbarum genera, quæ in peristerotrophio esse solent; vnum agreste, vt alij dicunt saxatile, quod habetur in turribus ac culminibus villæ, à quo appellatæ columbæ, quæ propter timorem naturalem summa loca in tecti, captant: alterum columbarum genus clementius, quod cibo domestico intra limina pascitur. Columbæ agrestes à colore Liuiæ dicuntur, quasi liuidæ: domesticæ verò, Cellares. Ex columbo agresti, & columba domestica, vel e contrario, nascitur genus tertium columbarum: à nostris miscellæ dicuntur, ob duorum generum commistionem. Columbos esse in tutela Veneris ideo fictum putant, quia

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quia fœtui semper indulgent. Distinguuntur autem columbæ à palumbis, quod hi feri, & maiores sint, & in arboribus aut sepibus nidificent: columbæ minores, & mansuetiores, vt quæ cibo domestico intra limina pascantur. Vnde prouerbialiter dicimus, Mitior columba, ἀνθρώπου ἀγριώτερος, de homine incredibili mansuetudine prædito. Huic simile est, Sedens columba, κίνδυνον πελειάς. Nam columbæ quum auolant, fallunt cæteras pernicitate volatus: quum sedent, nihil mitius ac simplicius. ¶Sunt præterea palumbes columbis longè viuaciores, viuunt enim (vt quidam tradiderunt) in trigesimum, & quadragesimum annum, quum columbarum vita octo ferè annorum sit concluſa. *Vide Pl. lib.10.c 34.& 35.*

Cŏlūmbāre, Oscula columbatim conserere, collabellare. *Seneca Epist. 115. in versibus Mecœnatis*: Quid si quis fœminæ cirro crispatæ, labris columbatur.

Cŏlūmbārĭus, Qui columbas curat. {ἀβεστιοτρόφος. GAL. Qui a la charge des coulons ou pigeons. IT. *Chi ha cura di colombi.* GE. Der mit tauben vmbgeht. HIS *El que cria las palomas.* AM. *That hath charge of doues.*} *Varro 3. de Re ruſt. cap. 7.* Ipsæ propter pullos, quos habent vtique redeunt, nisi à coruo occisæ, aut ab accipitre intercepæ: quos columbarij solent interficere.

Cŏlūmbārium, rij, Locus vbi habitant columbæ. {ארכה *arrubbáh.* πέλειος περιστερεών, περιστερεωρυφεῖον. GAL. Colombier, trie ou bougeotte où chasque pigeon loge. IT. *Palumbaia.* GER. Ein taubhauß. HISPA. *Palomar, lugar donde crian las palomas.* ANGLICE. *doue house or doue cote.*} *Palladius*, Columbarium potest accipi sublimis vna turricula in prætorio constituta, læui gatis & dealbatis parietibus. Propriè tamen Columbarium loculamentum in peristerotrophio, singulis columbarum partibus præparatum. *Varro lib.3. cap.7.* Singulis paribus columbaria fiant rotunda, in ordinem crebra. Columbaria singula esse oportet, vt os habeant quo introire & exire possint. *Colum.c.8. lib.8.* Paxillis adactis tabulæ superponantur, quæ vel loculamenta, quibus nidificent, vel fictilia columbaria recipiant, præpositis vestibulis, per quæ ad cubilia perueniant.

Cŏlūmbīnŭs, a, um, Quod est ex columbis. {περιστερειδής. GA. De pigeon. IT. *Coſa de colombi.* GER. Das von den tauben ist. HIS. *Cosa de palomar.* AN. *Of doues.*} *Pli.* Columbinus sinus in aqua decoctus. Columbinum onum. *Hor. 2. Ser. Sat. 4.* Pulli columbini *Varro 3. de Re ruſt.* Qui solent saginare pullos columbinos, quò pluris vendant, secludunt eos, quum iam pluma sunt tecti. ¶ Columbinum venenum. *Sueton. in Caligula*, Columbo victori leuiter tamen saucio, venenum in plagam abdidit, quod ex eo columbinum appellauit.

Cŏlūmbātĭs, re, adiect. Columbinus. {περιστερικός. AN. *Of a doue or pigeon.*} vt, Columbare stercus, & columbaris cella. *Columel. lib.9.* Cæterum cibos iuxta parietem conuenit spargi: quoniam ferè partes hæ columbari carent stercore.

Cŏlūmbātĭm, aduerb. Ad similitudinem columbæ. περιστερειδόν. Vnde Columbatim oscula iungere frequens est *apud Catullum.* [Vbi Calepine?] ¶ Vtitur etiam *Matius in Mimiambis*, Sinúque amicam recipere frigidam calido Columbatímque labra conferens labris. [Refert *Gell. c.8. l.20.*]

Cŏlūmbār, Genus vinculi. {ANG. *The pillory.*} *Plau. in Rudens.* Illic in columbam cerdo leno vertitur. Nam in Columbari collus haud multò post erit.

* Columbulus Diminutiuum, Paruus Columbus. *Plin. Epi. 102.* Tu passerculis & Columbulis nostris inter aquilas vestras dabis pennas. Vtitur *& Catull. epig.27.*

COLVMELLA, Cuius inscriptio prænominis L. Moderatus Colum. Gaditanus genere, scripsit absolutissimos libros de Re ruſt. temporibus Claudij principis.

Cŏlūmĕlla, Vide COLVMNA.

Cŏlūmĕllārēs dentes, Caninis proximi. *οἱ γόμφιοι τῶν ἵππων ὀδόντες, οἱ ἐντὸς, οἱ πλατεῖς. Var. lib.2. de Re ruſt. cap.7.* Incipientes quartum annum itidem eiiciunt, & totidem proximos equorum quos amiserunt, & incipiunt nasci, quos vocant Columellares.

Cŏlūmĕn, pen. corr. à Columis, id est, Culmus, culmen, fastigium. {לאש *rosch* שׁנש *mischbán.* κύλος, ὑπόστασις. GA. Support & appuy, sur quoy est sousteuue & appuyee quelque chose. IT. *Colmo, terto, ſummita de alcuna coſa.* GE. Ein saul/vnderstützung. HIS. *Cumbre de coſa alta.* ANG. *A prope, or toppe.*} *Varr. de Re ruſt. cap.7.* Quod habetur in turribus, ac columinibus villæ. ¶ Per translationem accipitur pro sustentatione, ornamento, & salute. *Teren. in Phorm.* Bone custos salue columen nostræ familiæ, Cui commendari filium hinc abiens meum. *Vbi Donatus*, Columen familiæ, sustentatio, decus: vnde Columnæ dictæ. *Plaut in Cist.* Sed eccum egreditur senati columen, præsidium populi: [*Liuius lib.6. ab Vrb.* Consulatus, arx libertatis & columen.

Cŏlūmĭs, me, pen. corr. Sanus, integer. {שׁוֹם GAL. Sain, entier. IT. *Sano, saluo.* GERM. Frisch/gsund. HISP. *Entero, ſano, y rezio.* ANG. *Vwhole, in good healt.*} *Plautus in Trin.* Neque ita, vt fit data, columem te sistere illi & detraxisse autument. Inde incolumis pro eodem: quod est vsitatius.

COLVMNA REGIA, Ciuitas in agro Brutio, *vt est apud Pomp. lib.2.* Hunc locum Græci κυλίνδα vocant, id est, Columellam. Ea turriculæ modo erecta, ex aduerso turrem in Peloro sitam respicit. Hodie à multis appellatur Scylarion.

[Columna aurea, locus Romæ *Vide* Milliarium. Columna rostrata. *Liuius lib.2. d.5.* Et *Sueto. in Galb. c.22.*]

Cŏlūmnă, Dicta est, quod culmina sustineat. {עמוד *ámmúdh* κύλος. GA. Colomne, pilier, pilastre. IT. *Columna pilaſtro.* GER. Ein saul/oder stutz. HISP. *Columna, pilar.* AN. *A piler.*} *Pilaria* vulgò à nostris vocatur. Inter columnas, κίονας, & Pilas, πύλας, hanc differentiam esse volunt, quòd columnæ vno scapo constant, id est, lapide oblongo perpetuo: Pilæ autem structura constant aut lapidea, aut cæmentitia, aut lateritia. Non rarò tamen etiam structiles columnas apud veteres legimus. ¶ A columna fit intercolumnium, μεσοστύλιον, quod est spatium inter columnas. *Liu. ad Her.* Ædes, intercolumnium, angulum, fornicem. Columnarum tria sunt genera, teretes, quadrangulæ, ſteriaræ. Quę superponuntur columnis, Epistylia, hoc est, capitella: quæ suppo nuntur, Baſes, siue Spiræ dicuntur. Ipsum aureũ colũmnæ corpus Scapus vocatur, *teſte Budæo.* Antiqui, *teſte Quintiliano*, columam dicebant detracta n, litera, pro Columna. Vnde per diminutionem Columella dicitur, pro Columnella. *Cæſar 2. bell. ciu.* Primùm trabes in solo æquè longè distantes inter se pedes quatuor, collocãtur: inque eis columellæ, pedum in altitudinem quinque, defiguntur, &c. [Columnis deiici operas aranearum. *Plaut. Aſin. ſc.4. a.2.* Ædificat, Columnam mento suſ fulcit suo. *Plaut, Merc. ſc.4. a.2.*]

Cŏlūmnātus, a diect. Columna sustentatus. στηλοφόρος. *Varro 3. de Re ruſt. c. 5.* Inter eas piscinas tantummodo accessus semissa in tholum, qui est vltrà rotundus, columnatus, vt est in æde Catuli, si pro parietibus feceris columnas.

[Columnatum os poetæ. *Pl. Merc. ſc.2. a.2.*]

Cŏlūmĕllă, pen. prò. diminutiuum est à columna. {στηλίδιον, κιονίσκος. GAL. Petite colonne. ITA. *Columnella.* GER ein seul. HIS. *Pequeña columna.* AN. *A litle piller.*} *Cic. 1. de Legibus*, Nam super terræ tumulum noluit quid statui nisi columellam tribus digitis altam. *Cato c.10.* Trapeti columellam ferream quæ in milliario stat. ¶ Est & cognomen L. Moderati, genere Gaditani, qui de agricultura tàm versu, quàm prosa elegantissimè scripsit. ¶ Appellatur præterea Columella à medicis quædam veluti pellicula, in fine palari dependens, vt in hiante homine conspicitur: quæ si inflammetur, & teretem nacta fuerit figuram, Columella, κίων: si verò rotundam, Vua στάφυλή appellatur. *Inuenitur etiam scriptum Columnella pro Columella.

Cŏlūmnātĭo, Columnarum extructio. {στήλωσις. AN. *Building or propping with pillers.*} *Apuleius l.3. Florid.* Quid igitur superest ad statuæ meæ honorem: pauimenti marmoratio? proscenij contabulatio? scenæ columnatio?

*Columnarium, *Vide* Colonarium.

CŎLVMNAE Herculis, Ἡρακλεῖς στῆλαι. {GERMA. Die seulen Hercules/sind zwen spitzig berg/einer zu ausserst in Hispania/der ander innerthalb an Africa.} duæ esse perhibentur in occidente: quia ex Oceano marè nostrum intrantibus, duo montes occurrunt, quorum alterum in Africa Abylam vocant, alterum in Europa Calpen. Hos quondam iunctos perpetuo iugo fuisse finxerunt, sed Herculem diremisse colles. Aliqui tamen hos montes procul spectantibus geminas columnas videri dicunt. Alij dicunt columnas Herculis in Gaditana insula fuisse ex ære octo cubitorũ ad quas proficisci solebãt qui nauigationẽ absoluisset; tãquã Herculi sacra facientes. ¶ Ad Herculis columnas, ἡρακλείας στήλας, iam olim Prouerbio dicebatur, vt admonet Pindari interpres. Siceanum vulgò dici solere, τὰ πρόσω μὴ πεφάνθαι, id est, quæ vltrà Gades inaccessa. Quo significatur, vltra columnas Herculis non esse quò progrediare. si quis ergo prætetea quidquam laudis requirat, id perinde esse, ac si quis vltra Columnas ab Hercule fixas conetur transire.

Cŏlūmŭs, A veteribus dicebatur, qui nunc Culmus. {AN. *The ſtemme of cornes from the roote to the eare.*}

Cŏlūrnŭs, a, um, κερατίνος, dicitur quod est ex materia coryli. *teſte Seruio in illud Virgilij*, Pinguiáque in verubus torrebimus extra colurnis. *Festus* tamen à corno arbore deduci ait, his verbis, Colurno hastilia ex corno arbore facta potiùs, quàm ex corylo.

Cŏlūrī, Duo sunt circuli in sphæra, sese mutuò ad angulos rectos sphærales secantes ad polos mundi, & Zodiacum ita transeuntes, vt alter per principia Arietis & Libræ feratur: alter per principia Cancri & Capricorni: ita dicti ab imperfecta sui conuersione: à κόλον, quod est mutilum, mancum, imperfectum, & οὐρά, cauda: quod imperfecti omnib. qui sub æquinoctiali non sunt, & tanquam cauda præcisa apparent. *Boethius de Arit. l.2. & Macro in Som. Sc.* ¶ Colura quoque animalia sunt caudam non habentia, vel mutilam caudam habentia, quæ in sacrificiis non offerebantur.

Cŏlŭs, coli, masculini generis, Tormenti genus, quod sit ex corio: sicut scribit *Festus.*

Cŏlus, li, fœm. gen. tàm quartæ, quàm secundæ declinationis, Instrumentum quod pensa continet, à quo fuso fila ducuntur, habétque penultimam correptam. {ἠλακάτη, ἀτρακτυλίς. GAL. Vne quenoille. ITAL. *Rocca da filare, conochia.* GERM. ein runckel. HIS. *Rueca para filar.* ANG. *A diſtaffe.*} *Ouid. li 4. Metam.* Et colus, & fusus digitis cecidêre remissis. *Cic. 2. de Orat.* quid tu Ægylia mea, Quando ad me venis cum tua colu, & lana?

Cŏlūtĕă, κολυτέα, Arbor syluestris *apud Theophr. 3. de plantis*, fructum ferens in siliqua, magnitudine lentis: quæ Alexandri Magni ætate haud temerè alibi, quàm in Lipara insula nascebatur, hodie etiam in Gallia passim prouenit, *Baguenaude* nomine vulgò nota. *Vide Ruel. l.1. c. 7.* ¶ Colutea autem neutro genere *Plautus in Perſa* videtur appellasse, quoddam mali genus: Commisce (inquit) mulsum: ſtruthea, coluteáque appara.

Colycæ, rum, Specus quædam, in quibus aphronitrum inuenitur, *teſte Plin. l.31. c.10.*

Cŏlymbădes. {κολυμβάδες. GA. Olives confites, qui nagent en saumure. ITAL. *Oliue condite.* GERMA. eingebeyzet oliuen. HISP. *Azeytunas.* ANG. *Confected oliues which ſwimme ithin ſauce.*} Vocabantur oliuæ quædam conditiæ, ἀπὸ τῦ κολυμβᾶν, quod innatare est: propterea quòd propter suam leuitatem falsilagini innatabant *Plin. lib.23. c.3.* Colymbades sordida vlcera purgant, inutiles difficultatibus vrinæ. Qua autem conditurę ratione hoc oliuæ genus solerat parari, *vide apud Cat. c.104.*

Colymbus, κόλυμβος vel κολυμβὶς & κολυμβὶς, Auis est, quæ à *Gaza* Vrinatrix vocatur *apud Arist.* Gallis Coree. Est ex palmipedum numero, circa lacus amnésque versatur, sed foris parit. Eius meminit *Athenæus li. 9. c.19.* cui μικροκολυμβὶς est inter omnes aues aquaticas minima, atri & sordidi coloris, rostri acuti cuius oculi spectantur, membra verò merguntur. Vide Vria.

COLYTTVS, κόλυττος. Viri nomen, *de quo vide in Dionia.*

Cŏmă, æ, Capillus, *interprete Festo*, aliqua cum cura compositus. {שמר *ſammáh* שׂערת *ſiſsth.* κόμη. GAL. Perruque, ou cheuelure. ITA. *Chioma, Zazzera.* GERM. Das haar. ITA, *Cabelladura.* ANGL. *The bushe of heaui heare.*} ἀπὸ τῦ κοσμεῖν, hoc est, ab ornando dictus: vnde & Comete Latini deduxerunt. *Cic. 3. Tuſcul.* Scindens dolore identidem intonsã comam. *Ouid. 2 Met.* Permulcétque comas, chlamydémque vt pendeat aptè Collocat. ¶ Circumtondere comam, περικείρειν τὺς πλοκάμους, Græcis in prouerbio est, pro eo quod est ludibrio habere. Nam id lusus

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

grátia fieri solet stupidis, vt eis non sentientibus, cæsaries circumtondeatur. *Lucianus.* [Abiunxit è paulò ante comæ mea facta sorores Luce bant. *Catul de Com Beren.* Antiquas comas *Ouid. Eleg. vlti. lib. 4. Trist.*] ¶ Serius quum sis, comam geris, δῆλος ὢν κἀμὲ ὑστερεῖς. De eo qui præter decorum quippiam facerec. *Aristoph. in Auib. & Suidas.* ¶ Coma metaphoricè etiam de arboribus, fruticibus, arundinibus, atque etiam herbis dicitur. *Virg. 4. Georg.* Ille comam mollis iam tum tondebat acanthi. *Ou. 2. Amorum,* Frigidáque arboreas mulceat aura comas [Sustulerat nullas, vt solet herba comas.] ¶ Transfertur & ad faces: *Catullus in Epithalam.* Viden' vt faces splendidas quatiunt comas. Sic sol à poetis dicitur Auricomus.

Cómans, antis, participium sine verbo, qui longiorem habet comam. κομήτης. *Plin. lib. 10. c. 63.* Equæ comantes gloria superbiunt. *Virg. 12 Æneid.* sic fatus, deinde comantem Androgei galeam, clypeúmque insigne decorum Induitur. Equorum colla comantia *apud Virg. 12. Æneid.*

Cómātus, a, um, participium sine verbo, Qui longiorem habet comam. {κομήτης. GA. Cheuelu, ayant longs cheueux. IT. *Capelluto con gran chioma.* GERM. Das vil haar hat/ mit langen haaren. HIS. *Cosa de luengos cabellos.* AN. *That hath long heare.*} [Comata vxor. *Suet. in Calig. cap. 25.* Caluis, quàm comatis non minus molestum pilos velli. *Senec. cap. 8. de Tranq.*] *Mart. lib. 1.* Caluus quum fueris, eris comatus. Silua comata, *Cat. Epig. 4.* Vnde

Cómātúlus pen cor. diminutiuum à Comatus. Vnde *Hieronymus* Comatulos pueros dixit.

Cómōsus, a, um, Coma magna præditus, {πολύκομος. GAL. Fort cheuelu, ayant force branches & fueilles. ITALIC. *Capelluto, con gran chioma.* GERM. Harechtig. HI. *Cosa de luengos cabellos.* ANG. *That hath agreat bushe of heare.*} *Pl. lib. 16. cap. 6.* Hemeris vocatur, breuior, & in orbem comosa. *Idem lib. 29. cap. 26.* Comosissimum ex omnibus maximè cauliculis.

Cómă, atis, κῶμα. Morbus grauem ac diuturnum inducés somnum, quem Latini Veternum interpretantur. ¶ Est & altera Comatis species, quam Vigilantem soporem nonnulli appellant, quum neque lumina vrgente somno, attollere, neque tranquillè dormire possumus, aliis atque aliis imaginationibus somni tranquillitatem identidem interpellantibus. *Autor Galenus in eo Commentario, quem de* Comate *nominatim inscripsit.*

Cómo, is, *Vide suo loco.*

COMAGENA, vel Comagene, pen. prod. κομαγηνή, Pars Syriæ, supra Ciliciam in ortum sita, trans Amanum montem, excurrens vsque in Mesopotamiam, à qua Euphrate fluuio dirimitur. ¶ Hinc Comagenum medicamentum dictum est, quod fiebat ex adipe anserino, in vase æreo cum cinnamo multa niue obruto, addita etiam herba quæ Comagena appellabatur. *Plin. lib 10. c. 22.* Reperit Syriæ pars, quæ Comagene vocatur, adipem anserum in vase æreo cum cinnamo multa niue obrutum, ac rigore gelido maceratum, ad vsum præclari medicaminis, quod à gente dicitur Comagenum. *Idem lib. 29. c. 4.* Fit ex anserum adipe medicamentum in Comagene Syriæ parte, cum cinnamo, casia, pipere albo, herba quæ Comagene appellatur, obrutis vasis niue, odore iucundo, &c. Comagenus, a, um. *Iuuen. Sat 6.*

Spondet amatorem tenerum, vel diuitis orbi
Testamentum ingens, calidæ pulmone columbæ
Tractato, Armenius vel Comagenus aruspex.

Cómagene, Herbæ nomen, de qua dictione vide præcedentem.

COMANA, orum, Ciuitas est in conuallibus Antitauri montis insigni Bellonæ fano celebris. ¶ Inde Romani dicuntur sacri scrui Bellonę, quorum *Strabo* sua ætate supra sex milla fuisse tradit qui ó nnes sacerdotis imperio parebant, & statis quibusdam Bellona festis sese mutuis laniabant vulneribus. ¶ Fuerunt & Comana Pontica, eidem deæ consecrata, fani etiam exemplo à Comanis Cappadociæ sumpto, in quo etiam simili ritu Bellonæ sacra fiebant. *Vtriusque est autor Strabo lib. 12.*

[Comarchus, nec Demarchus, *Plaut. Curc. sc. 3. a. 2.*]

Cómărŏs, {κόμαρος. GA. Arbosier. IT. *Corneżżolo.* HIS. *Madroño arbol conocido.* AN. *A wilding tree, or crabbe.*} Arbuti genus est; cuius etiam pomum Græci κόμαρον appellant, Latini Vnedonem. *Plin. lib. 15. c. 24.* Duobus Vnedonem nominibus appellant Græci, Comaron & Memecylon. Ex quo apparet totidem esse genera & apud nos.

COMARI, Populi inter Scythas, ad Caspium mare incolentes, *quorum meminit Pomp. Mela lib. 2. in descriptione* ASIAE.

Cómarvs, ari, κόμαρος, Portus est ad sinum Ambracium, iuxta Nicopolim Isthmum stadiorum sexaginta efficiens. *Autor Strab. lib. 7.*

CŎMĀTĔ, Gallia, Vno nomine appellata est omnis Gallia Transalpina à studio nutriendæ comæ: sicut Narbonensis, Gallia Brachata dicta est à Brachis vestimenti genere, quo regio illa peculiariter vtebatur. *Plin. lib. 4. c. 17.* Galliam Comatam in tres partes diuidit, omnibus distinctas. Inter Scaldem & Sequanam Belgas ponit: inter Sequanam & Garumnam Galliam Celticam collocat, quam etiam Lugdunensem Galliam appellat. Inde ad Pyrenæi montis excursum Aquitaniam vocat. Ex hac descriptione satis constat, Galliam omnem quæ à Cæsare describitur, vno nomine vocari Galliam Comatam, excepta fortassis Romanorum Prouincia, quæ Gallia Brachata dicta fuit.

CŌMBĔ, es, κόμβη, Asopi filia fuit, quæ prima æneam armaturam traditur inuenisse: vnde & Chalcis est cognominata: à qua etiam Chalcidi vrbi nomen factum putatur. De hac nonnulli etiam intelligunt illud *Ouid. lib. 7. Metam.*

Adiacet his Pleuron, in qua trepidantibus alis,
Ophias effugit natorum vulnera Combe.

Cōmbĕnōnēs, *Interprete Festo,* dicti sunt in eadem benna sedentes. Benna autem vehiculi genus fuit, Gallis præcipuè vsitatum.

Cōmbĭbo, bis, simul bibo, compoto, bibo, imbibo. {συμπίνω. GAL. Boire ensemble. IT. *Beuer in compagnia.* GER. Mit ein ander trincken. HIS. *Beuer iuntamente.* ANG. *To drink together.*} *Plin. lib. 17. c. 11.* Vt solem, pluuiásque combibant. *Col. lib. 12. c. 10.* Quæ quum ius combiberit, simili mistura vas suppleatur. *Ouid. epist. 11.* Et cogor lachrymas combibere ipsa meas. ¶ Combibere artes per translationem. *Cicer. 3. de Finib.* Sed tamen inici debet his artibus, quas si, dum est tener, combiberit, ad maiora veniet parator.

Cōmbĭbo, combibonis, masculini generis, Compotor. {συμπότης. GAL. Compagnon à boire. ITA. *Compagno à bere.* GERM. ein trincker/zechgeselt. HISP. *Bone lot con otro.* ANG. *A iappe companion.*} *Lucil. libro 6.* Quandoquidem reperi magnis combibonum ex copus *Cicer. Pato lib. 1.* In his controuersiis quas habeo cum tuis combibonibus Epicureis.

Cōmbīno, as, pen. pro I. Coniungo, conglutino. {συμβάζειν. ANGL. *To solder or glue together.*} *Sipontinus.*

Cōmbinātio, quam Græci σύζευξιν vocant, quum in oratione eadem dictio sine medio duplicatur. *Virg. 9. Æneid.* Me me adsum qui feci.

Combinatus & compositus *apud Diomedem Gram. lib. 3. c. de Pede.*

Combretum, Herba est baccari similis, sed procerior, foliorum ex illitate vsque in fila exenuata. *Autor est Plinius libro vigesimoprimo, capite 6.*

Combūro, is, pen. prod. ex con & vro, b, interposita, simul cum aliis vro. vro, cremo, exuro, inflammo, incendo. {שרף *sarâph* בער *beter*, ἐμφλέγω, πυρπολέω. GA. Brusler tout, faire ardre ensemble. IT. *Abruściare. consumare.* GERM. Verbrennen. HISP. *Quemar. ò quemar juntamente.* ANG. *To burne al together.*} *Cicer. pro Cluent.* Puer ante noctem mortuus, & postridie antequam lucaret, combustus est. *Idem de Nat. deor.* Libri Proragorę in concione combusti. *Et ad Quintum Fratrem libro primo,* Fumo vt combureretur, tota plaudente prouincia. ¶ Et per translationem. *Plau in Mil.* nam ibi nimis calor Comburebat gutturem. [*Idem Men. sc. 2 a. 1.* Vbi clam vxorem sepulchrum habeamus, atque hunc comburamus diem. Et *Aul. sc. 3. a. 2.* Nostras ædes postulas comburere. *Idem Plaut. Curc. sc. 1. a. 2.* Fumo comburi nihil potest, flamma potest.]

Cómĕ, Herba est, quam Barbam hircinam vocant, à comæ similitudine quod folia in circuitu spargat. περιφύλλον. *Plin. libr. 21. c. 15. & libr. 17. cap 13.*

Cōmedo, is, pen. corr. & Comedo, comes. comest, in infinitiuo Comedere, vel Comesse, Edo. {אכל *achál.* κρέμω, ἔσθω. GAL. Manger. IT. *Mangiare.* GER. Essen. HIS. *Comer* ANG. *To eat.*} *Martial.* Scæuola tu comedis apud omnes, nullus apud te [Comedunt quod habent. *Plaut. sc. 7. a. 4.* Si deorsum comedent quicquid coxerint. *Id. Aul. sc. 4. a. 2.* faxo haud multum prandium comederis. *Plau Men. sc. 2. a 3.* At tu ne clam me comesses prandium properato absente me comesse prandium. *Plaut. Men. sc. 2. a. 4* Sine modo eum venire saluum, quem absentem comes, Nec ver. simile loquere, nec verum: comesse quemquam absentem vt quispiam possiet. *Plaut. Most. sc. 2 a. 1.* Vt ego potius comedam illud argentum quàm ille. *Plau. Curc 4 a 4.* Iámne illum comesurus es, dum recens est, dum calet, *Plau p. en. sc. 7. a. 4.*] *Plaut. in Trin.* Quod ebibit, quod comest, quod facit sumptu *Cic.* Sed ad extremum pollicetur prolaturum se quæ comest. ¶ Supinum Comesum & Comestum. *Sallust.* Comesa matrimonia. Comesa patrina. Vbi translatè ponitur pro consumere, dissipare.

Cómedim, pro Comedam, scripserunt veteres: quod & Nonius obseruauit. *Plau in Bacchid.* Quod dem scortis, quódque in lustris comedim, congræcet pater. *Cic. ad Patrem,* Cura, si me amas, vt valeas: ne ego te iacente bona tua comedim.

Cómĕdo, onis, & comedus, di, pen. corr. Qui bona sua consumit, vt interpretatur *Festus*, לוֹל *zolél.* κατασθίων. GALLIC. Goulu, glouton, qui despend tout son bien. ITALIC. *Vn gran mangiatore, diuoratore, che mangia tutto ad vn tratto.* GE. Ein fraß/ ein schlemmer. HISP. *El comilon ò tragon.* AN. *A glutton, a great spender.*} *Varro apud Nonium,* Putat fore hoc, quod hinc comedonibus conuenit vsu, quibus, nota voluptate quum edunt, duntaxat gula gaudet.

*Comestura, pen prod. huius comestura, ἐδωδή *Cato ca.* 157. Sed quæ vocatur σιλιγνοδής, hæc septem habet bona in comestura. *De brassica loquitur.*

Cōmessor, aris, In tempestiuis conuiuiis indulgeo. {סבא *sabá* שכר *schechár.* κωμάζω. GAL. Manger & banqueter dissolument. IT. *Banchettare, far conuiti.* GER. prassen/ schlemmen/ zechen. HISP. *Comer come en boda ò confradia y demasiadamente.* ANGL. *To make good cheere, to feast vntymouslie.*} *Sue. in Domit.* Conuiuabatur frequenter & large, sed perè raptim, certe non vltra solis occasum, nec vt postea vt comessaretur. *Liu. lib. 10. Bell. Macedon.* Demetrium post cœnam qua sodales acceperat, dixisse, Quin comessatum ad fratrem imus? Intromittere comessatum. *Cic. & Teren.* [Volo comessatum ire ad Philolachen, *Plaut. Most. sc. 4. a 1 t.* eo domum comessatum. *Ibidem.*]

Cōmēssāns, tis, {לוֹל *zolé.* πότικος, κωμαστής, κωμάζων. GAL. Banqueteur dissolu, & à heure induc. IT. *Chi fa ban. hetti.* GER. Ein prasser/ schlemmer. HISP. *Comilon.* ANG. *An vntymouslie banketer.*} *Curt lib. 9.* Si quid victis saltem aduersus comessantes animi fuisset, mille hercle viri modò sobrij septem dierum crapula graues in suo triumpho capere potuerunt. Modo comessantium aliquid agere. *Liu. 3 ab Vrbe.*

Cōmessātiōnēs, Conuiuia sunt nocturna post cœnam, & alia intempestiua: sicut Merenda, cibus qui ante cœnam sumitur, & ientaculum ante prandium. {שתיה, κῶμος. GALL. Banqueterie dissolue, cõme apres souper & heure indeuë. IT. *Mangiamento.* GER. Schlafftrunck/ schlemmereyen/ fressnäser. HIS. *Comida demasiada* ANG. *Vntymemous banketting as after supper.*} *Suet. in Vitell.* Epulas trifariã semper, interdum quadrifariam dispertiebat, in ientacula, prandia, cœnas, & comessationes. *Cic. in Catil.* Quòd si in vino & alea comessationes solùm & scotta quærebat, essent illi quidem desperandi, sed tamen essent ferendi. Legitur hîc & Comessatores. *Idem pro Cal.*

Cōmessābundī, & Comessatores, qui comessationibus indulgent, {κωμαστοί, κωμάζοντες} *Cic. pro Cal.* Non idem iudicum comessatorúmque conspectus. *Liu. 9. ab Vrbe*, Temulento agmine comessabundus incessit. Habet autem hoc nomen primam productam. *Mart.* Non Albana mihi sit comessatio tanti.

[Comessator, oris, *Qui banquette, & se desbauche apres souper en lasciuiè. Gell. c. 14. l. 4.* Dixit (Manilia meretrix) Comessator Mancinum ad ædes suas venisse (noctu, paulò aptè,) Comessator in pestilentia. *Quintil.* Comessans ferè idem.]

Cŏmĕs, itis, comm. gen. qui vel quæ alterum sequitur, assectator, assecla & propriè maioris. {חבר *chabér*, ἀκόλουθος, συνοδοιπόρος, ἑταῖρος. GALL. Compagnon de chemin, celui qui tient ou fait compagnie.

comme

comme l'inferieur au superieur. ITA. *Compagno.* GER. *ein gefert/ein geſell.* HIS. *Companero menor que ſigue à otro mayor.* ANGL. *A companion or follower on in the way, that beareth an other companie.* } *Cic. de Ami.* Neque ſe comitem illius furoris, ſed ducem præbuit. *Lucan. lib 6.* Scire Senatus auet, miles te Magne ſequatur, An comes. ¶ Aliquando tamen comitum appellatio paribus conuenit, vt quum plures idem iter arripientes, ſibi mutuò comitatum præſtant. συνωμοτας. *Plaut. Epid.* Age, age, abſolue, atque argentum numera, ne comites morer. *Autor ad Herennium,* Qui quum ante lucem ſurrexiſſet, comitem ſuum inclamauit, Prius enim dixerat, Et ſecum aliquantum numorum ferentem eſt comitatus. ¶ Differt enim Comes à Socio & Sodali, quòd Comes dicatur, qui quouis modo alterius ſequitur dictum. Socius plerunque in negotiis ſeriiſque rebus, & fortunæ arbitrio ſubiectis. Sodalis παιγνιος in leuioribus ac ſæpe voluptuoſis, vtpote qui eiuſdem erant collegij, vnáque epulabantur. Vnde *Cic.* Norbanum Quæſtorem ſuum appellat ſodalem. *Idem de Senectute,* Epulabar cum ſodalibus omninò modicè. [Comitem eum militiæ habuit. *Velleius.* Trepidæ, dúxque, coméſque fugæ. *Ouid. Eleg. 9 lib. 1. Triſt.* Me ſupremum habuiſti comitem conſiliis tuis. *Pla pleu. ſc. 1. a. 1.* Voluptati vt mœror comes conſequatur. Metum mihi comitem adhibeas. *Plau. Men. ſc. 5. a. 5.* Quò libeat nubant, dum dos non fiat comes. *Plaut. Aulul. ſc. 5. a. 3.* Quid referam comites famulóſque nocentes. *Ou. El. vl. li. 4. Tri.* Comitem pudicitiæ duxero. *Plaut. Men. ſc. 6. a. 5.*] ¶ Comes verò pro dignitate, etiam generis communis eſt, quanuis apud vulgus fœmina Comitiſſa dicatur. ¶ Ab Ammiano Largitionum comes dictus eſt, qui præerat largitionibus imperatoriis. ¶ Alij pro dignitate Comarchum κωμαρχον vſurpant. ¶ Comes domorum, is à Iuſtiniano dicitur, qui in domeſticos Principis præfecturam habebat. Comes hortorum, cuius & mentio eſt in poſterioribus Codicis libris, piſtrini Principis curator fuit, habuítque mancipia quædam purgandis horreis aſcripta, coquendóque pani Principis. Comes laborum, qui & præpoſitus laborum, qui mediaſtini omnes aliíque domus Imperatoriæ artifices atque opifices ſubditi erant. Comes Andreas medicus citatur ab Ætio *Serm. 14. c. 5.* Comes rerum priuatarum, procurator erat Cæſaris, cui omnes res familiaris commiſſa, qui quicquid egiſſet, ratum apud Cæſarem erat. Comes ſacrarum largitionum, olim is erat, per quem Cęſares ſtipendia militibus erogauerunt. Comes Sacri patrimonij erat is, qui præerat patrimonio Cæſaris. Comites Palatini, cur à principibus conſtituantur, *doctiſſimus Viglius explicat in Inſtit. de exhared. lib.* Comites Scholarum, qui & Tribuni Scholarum, à Scholis Palatinis atque militaribus dicti: quorum munus in tribus poſterioribus libris God. deſcribitur: vt ſint qui præſint epulis imperatoriis, & bello & pace obſonia curent: quod tamen Pyrrho abſurdum viſum eſt. Comitem Stabuli, voce etiam à Iuſtiniano vſurpata, nonnulli eum intelligunt, qualis olim fuit magiſter militum. *Bud.* item Conſtabularium, Magiſtrum militum vocat. *Procopius, vt Pyrrhus refert,* Protoſpatarium appellari dixit, Comitem Labeo definit eum, qui frequentandi cuiuſque cauſa, vt ſequeretur, deſtinatus fuit. Nunc verò dignitatis nomen eſt, vel quod ipſe regem comitetur, vel quòd eum multi comitentur: vt Pyrrho viſum eſt, Iureconſulto noſtra tempeſtate valde docto, nec infanti. Nonnulli à comitate, ne etymum deſideret, appellatum volunt, quòd comis eſſe debeat. *Calliſtratus in l. Obſeruandum. de Offic. præſid.* cenſuit, vt præſes in adeundo quidem facilem ſe præbeat, ſed contemni ſe non patiatur.

Cōmītor, penultima correpta, deponens, Sector, aſſector, comitem me exhibeo. {חלך יהר *halach jáchadh* שלה *ſchilléach.* συμπαρεμβαινω. GALLI. Accompagnér, ſuyure, tenir ou faire compagnie à quelcun. ITAL. *Accompagnare.* GER. Beleyten/das gleyt geben. HISP. *Acompañar al mayor.* ANGL. *To accompanie, to keepe fellowshipe, to follow.* } & propriè eſt minorum erga maiores. *Plinius,* Quicunque eum comitati fuerant. *Idem,* Funerantium more comitantur exequias. [Quin comitemur, gradibus militaribus? (i. ſimul imus) *Plau. Pſeud. ſc. 4. a 4.* Ingenio tamen ipſe meo, comitórque fruórque. *Ouid. Eleg. 7. libr. 3. Triſt.*] ¶ Pro eodem & Comito, as, actiuè dicitur. *Ouid. lib. 2. de Ponto,* Quem pia nobiſcum proles comitauit eunteni. *Et lib. 14. Meram.* Noſtráque adulantes comitant veſtigia. *Idem 8. Metamorph.* Et noſtros comitare gradus, & in ardua montis Ire ſimul. Comitor etiam in paſſiua ſignificatione nonnunquam inuenitur παρεπιπεμπω: vnde non malè inter verba communia poteſt numerari: quod etiam ex participio præteriti temporis Comitatus poteſt deprehendi, quod tam eum ſignificat, qui alterum honoris aut officij cauſa deducit: quàm eum qui deducitur. *Cic. de Inuent.* In itinere quendam proficiſcentem ad mercatum eſt comitatus. *Idem in Catil.* Moleſtè fero, quòd parum exierit ab vrbe comitatus.

Cōmītātŭs, participium à Comitor, & paſſiuè accipitur. { משלח *meſchalleach* משלח *meſchulla* ח. παρεπιμψις, παρεπεμθεις. GALL. Accompagné. ITAL. *Accompagnato.* GERM. Beleytet. HISPAN. *Acompañado.* ANG. *Accompanied.* } Actiuè. *Plinius,* Quicunque eum comitati fuerant. Paſſiuè *Cic. in uect. 2. in Catil.* Illud etiam moleſtè fero, quòd ex vrbe parum comitatus exierit. *Virg. 1. Æneï.* Ipſe vno graditur comitatus Achate. ¶ Idem in ſignificatione paſſiua Incomitatus poſuit, quum ait,

Sæpius Andromache ferre incomitata ſolebat.

Cōmītātŭs, Comitatior, comitatiſſimus. *Cic. 5. Tuſc.* Puero vt vno eſſet comitatior. *Plin. libr. 10. cap. 37.* Eſt enim mars illis inter ſe blandiri, & corrumpere alias, furtóque comitatiores reuerti. Sic Comitatiſſimum hominem dicemus, quem vulgò vocant *Bene aſſociatum* : dicit *Bud.*

Cōmītātus, us, Aſſectatores, comitum multitudo. { שלוח *ſchlúach.* παρεπακολουθησις, συμπαρεμβασις. GA. Cópagnie, accópagnement, train. IT. *La compagnia, il ſeguitto.* GERM. Beleitung/gutes geſellſchafft. HISPA. *El compañamiento.* ANG. *Accompaning, the multitude of thame which accompanieth an great man.* } *Cicero ad Lepidum,* Eius Falernum mihi ſemper idoneum viſum eſt diuerſorio: ſi modò recti ſaris eſt ad comitatum noſtrum recipiendum. *Salluſt. in Catil.* L. Valerio Flac. C. Pontinio Prætoribus imperat, vt in Ponte Miluio per inſidias Allobrogũ comitatus deprehendant. *Cic 3. de Leg.* Auſpicia, vt multos inutiles comitatus probabiles impedirent morę quaſi ſępe comitia populi temerè eſſent coacta, obnuntiatione Augurum diſturbata fuerunt. [*Cæſar li 1 de bel. ciu.* Nunciatur Afranio magnos comitatus, qui iter habebant ad Cæſarem, ad flumen conſtitiſſe.]

Cōmēſsāns, Comeſſatio, Comeſſator, Comeſſabundus, *Vide* COMEDO.

Cōmēres, vel Cometa, pen. prod. genetis maſculini. Stella crinita, {κομητης. GAL. Vne Comete. ITAL. *Comete.* GERM. Ein comet. HISP. *Cometa del cielo.* ANG. *A blaſing ſtarre.* } *Lucan. lib. 1.* Ignota obſcuræ vidēre ſydera noctes, Ardentémque polum flammis, cæſóque volantes Obliquas per inane faces, ctiēmque timendi Syderis, & terris minitantem regna cometem. *Cicer. 2. de Nat. deor.* Tum facibus viſis cælestibus, tum ſtellis his, quas Græci cometas, noſtri cincinnatas vocant, quæ nuper bello Octauiano magnarum fuerunt calamitatum prænunciæ. *Virg. 1. Georg.* nec diri toties arſēre cometæ. ¶ Eſt etiam nomen proprium vnius ex Argonautis *apud Valer. Flaccum.* pater Aſterionis.

Comicus, ci, *Vide* COMOEDVS.

COMINI, Populi fuerunt Italiæ, in tractu Æquicolarum. *Plin. libr. 3. cap. 12.* In hoc tractu interierunt ex Æquicolis Comini, Tadiates, Acedici.

CŌMPVSA, κώμωσα, Bithyniæ oppidum, ad Thracij Bosphori angustias situm non procul à Chalcedone, *Autor Plin. libro* 5 *cap. vlt.*

Cōmpūto as, penultima correpta, eum quid putare siue ramos superuacuos abscindere. {זמר זמור *zamár* סעף *seßeph.* κλαδεύω, κλαδευω, ἀποτέμνω. GAL. Pouër, couper. ITA. *Potare, brucare.* GERM Erhawen/ beschneiden. HISP *Podar y cortar arboles.* ANG *To prune or cut of.*} Aliquando tamen alimen est recursum, & pro iudicio, æstimo. *Lactant. lib.* 3. Eamque hominum sapientiam pro summa stultitia computat. ¶ Frequentiùs ponitur pro rationes conficio, calculos subduco, quod vulgò dicitur *Compotum facio.* {השב חשבון *chischschéb* מנה *manah* ספר *saphar.* συμψηφίζω συλλογίζομαι GAL. Conter, faire conte, calculer. IT. *Numerare, computare.* GER Rechnen/ausrechnen/ zusammenrechnen. HIS. *Contar por numeros.* AN. *To compte or reckon.*} *Cic. in Lelio* dixit, Ad calculum reuocare. *Plin. lib. Epist.* Si computes annos, exiguum tempus. *Plin. libr.* 18. *cap.* 6. Si computetur impendium operæ. *Plaut. in Mil. sc* 2 *a.* 2. Dextera digitis rationem computat, feriens femur. [Computare tempora & annos *Fab Quint.* Si bene computes. *Senec. cap.* 9. *de Consol. ad Polyb. Et c.* 24. *de Consol ad Mart.*] Interdum imputo. *Plaut. in Mer* Computat vxor, id est, imputat.

Computātio, verb {חשבון *cheschábón.* λογισμὸς, συλλογισμός. GAL. Conte, calcul. ITA. *Computo.* GER. Ein Rechnung/ausstechung. HISP. *Cuenta.* AN. *Reckening, pruning.*} *Pli. i.* 17. *c.* 22. Operarum ista computatio est. *Item lib.* 12. *c.* 18. Minima computatione milies centena millia.

Computābilis, l {אתר יספר *aschér jesuppár.* ἐναριθμητὸς, λογιστέος. GAL. Contable, qu'on peut & doit conter. ITAL. *Che si può computare.* GE. Das man rechnen kan vnd mag. HISP. *Cosa que se puede contar.* ANG. *That may be compted or reckened.*} Quod computari potest & numerari.

Computrēsco, scis, Putresco, {σήπομαι. GAL. Se pourrir auec, deuenir pourri. ITA. *Guastarsi, corromperst, diuentar putrido.* GERM Verfaulen. HISPA. *Podrirse* ANGL. *To waxe rotten, to rott.*} vel quum variæ res mutuò putrescunt. συγκατασήπομαι. *Plin lib.* 13. *cap* 13. Propterea arbit. arier eos non conputuisse. *Colum lib.* 5. *c.* 10. Quoniam mutuo contactu aut computrescent, aut verminibus interibunt *Plin. lib.* 31. *c* 7. Capillum denigrant sanguisugæ, quę in nigro vino diebus LX. compotæ uēre.

CŌMVM, κῶμον *Ptolemæo.* {ITA. *Come.* GERM. Chum in Italien am see gelägen} Ciuitas Galliæ Cisalpinæ iuxta Larium lacum. Hæc primū mediocris erat colonia trans Padum, à *L. Scipione* deducta, & deinde à Pompeio instaurata: postremò autem à Iulio Cæsare multis partibus aucta, missis eò quinque millibus colonorum: quo tempore etiam pro Como Nouum comum cœpit appellari: & incolæ Nouocomenses, qui antea Comenses dicebantur. Meminit huius oppidi *Pli.* in nona regione Italiæ, *lib.* 3. *c.* 17.

CŌMVS, κῶμος. Deus apud veteres habitus comessationum, nocturnarúmque saltationum præses: in cuius militia autorabantur iuuenes, qui coronati noctu cum facibus, musicisque instrumentis ad amicarum fores saltandi canendíque gratia concurrebant, procacitérque lasciuiebant, vt fores nonnunquam effringerent, quod optimè describit *Philostratus* ὃν ἐικόνων, Imagine tertia. ¶ Hinc Comessari verbum, κωμάζειν, & Comessatio, *vt inquit Marcus Varro.* Item Crepalocomus, vinolentorum hymnus, *apud Aristophanem in Ranis.*

Con & Cum, idem significant. {עם *hem.* σὺν. GAL. Auec. ITAL. *Con.* GERM. Mit. HISP. *Con.* ANGL. *With.*} sed Cum tantùm separata, Con verò semper composita reperitur, & significat simul, vt, Conjungo. ¶ Interdum contrà, vt Contendo. ¶ Interdum valde, vt Concrepo. ¶ Et est sciendum quòd quando componitur cum dictione à vocali, vel ab h, incipiente, semper n, abiicitur: vt Coapto, Coërceo, Cohortor, Cohibeo in Comedo, n, mutatur in m, in Cogo, n & a tolluntur. Quando componitur cum b, m & p, transit n in m, vt Combibo, Commoueo, Compareo. cum c verò, d, f, g, n, q, s, t, i, & u consonantibus manet n, integra: vt Concurro, Condo, Confugio, Congero, Conecto, Connecto, Conquiro, Consequor, Contineo, Conuenio. In reliquis n mutatur in sequentem literam: vt Colligo, Colluuies, Corrigo.

Conamēn, Conamentum, *Vide* CONOR.

Conaros, κόναρος, ab Alexandrinis appellatur frutex quidam aculeatus, teste Agathocle, qui à *Dioscoride* Paliurus vocatur. *Vide Ruell. li.* 3. *c.* 107.

Cōnātus, *Vide* CONOR.

Cōncăco, cas, Caco, cacādo conspurco. {התחטא *hithchatté.* μυδόω, κατακχίζω. GAL. Embrener, & chier dessus. ITA. *Imbrattar con merda.* GERM. Beschyssen. HISP. *Ensuziar con estiercol.* ANG. *To shyte vpon.*} *Senec.* Puto concacaui me. *Idem*, Quid autē fecerit nescio, omnia certè concauauit.

Cōncædēs, concædiū, plurali numero, ἀπὸ τῆς ὑλοτομίας παρεμβλήματα τὰ ὑλοτομηθέντα. Sepimenta, siue munitiones ex cæsis arboribus confectæ. *Tacit. lib.* 1. Romanus agmine propero syluam cæsiam limitémque à Tiberio cœptum scindit, castra in limite locat, frontem ac tergū vallo, latera concædibus munitus. *Vide Cal. Rhodig. lib.* 5. *cap. vlt.*

Cōncălĕo, les, Caleo, incaleo. {התחמם *hithchammém.* θερμαίνω. GA. S'eschauffer de toutes parts. ITA. *Scaldarsi.* GER. Warm oder heiß werden. HISP. *Escalentarse* ANG. *To be hoat on all partes.*} *Plaut. in Amph* 1. Prius abis quàm lectus, vbi cubuisti, concaluit locus, *Varro* 3. *de Re rust. cap.* 16. Concaluit stomachus vt digerat multa facilius.

Cōncălefăcio, cis, vel Cōcalfacio, cis, Calidum reddo. {חמם *chimmém.* θερμαίνω. GAL. Eschauffer de tous endroitz. ITA. *Scaldare alcuna cosa.* GER. erwermen/ warm oder heiß machen HISP. *Escalentar à otro.* ANG. *To make hoat, to warme*} *Cic.* 2. *ac Orat.* Et alii idem, quum brachium concalfecerit, tum se foleie pugnare.

Cōncălĕfio, fis, neutro passiuū, {חסי *cham* ἐνθερμαίνομαι, συνθερμαίνομαι. GALL. Deuenir chaud ITA *Esser caldo.* GER. erwarmen/ warm werden. HISP. *Ser caliento.* ANG. *To waxe hoat.*} *Varr.* 3. *de Re rust. c.* 9. Curator oportet circumeat diebus interpositis aliquot, ac vertere oua, vt æquabiliter concalefiant.

Cōncălefactūs, a, um, {מחמם *mechammám* συνθερμαντός. GAL. Eschauffé. ITAL. *Scaldato.* GERM. Gewermet. HISP. *Escalentado.* ANG. *Made hoat or warmed.*} *Cic.* 1. *Tusc.* Illam verò funditus eiiciamus indiuiduorum corporum leuium & rotundorum concursionem fortuitam, quam tamen Democritus concalefactam & spirabilem, id est, animalem esse voluit.

Cōncălefactō, iūs, a, um. {מחמם *mechammém.* εἰς θερμαντικός. *Plin. lib.* 21. *c.* 20. Vis est concalefactoria, hoc est, excalefaciens, & nata calorem excitare.

Cōncălesco, scis, Calidum fieri, vel calidum esse. {חם *cham.* θερμαίνομαι. GAL, Deuenir chaud. ITA. *Scaldarsi* GER. Warm sein/oder warm vnd heiß werden. HISP. *Escalentarse* ANG. *To waxe hoat or warme.*} *Cic. l. Tusc.* Calidior est enim vel potius ardentior animus, quàm est hic aër, quem modò dixi crassum, atque concretum, quod ex eo sciri potest, quia corpora nostra terreno primè eorum genere confecta, ardore animi concalescunt.

Cōncallĕo, les, Callo, callis obducor {כבר *cabáh* קשה *kaschább.* τυλοῦμαι GAL. S'endurcir, receuoir cals & durillōs aux pieds & aux mains ou autres lieux. ITAL. *Farsi il callo.* GERM. Hart werden/ etherten. HISP. *Hazer callos, ò hazerse callo.* AN. *To be hard skinned.*} *Cic.* 3. *de Nat. Deo.* Vestitos eos appellio quorum celeriter mens vertatur: Callidos autem, quorum tarda manus opere, sic animus vsu concalluit.

Cōncamerare, Est ad formicis formam & arcuato opere ædificare καμαρόω. GAL. Voulter, edifier en voulte. ITA. *Fabricare in volto.* GER. Welben/in ein ander welben. HISP. *Hazer edificio de boueda.* ANG. *To vault, to build like a vault, to mak an archroofe*} *Vitruuius*, Intervalla aut concameranda, aut solidanda fistucationibus. *Pli lib.* 11. *c.* 24. Specus ipse qua concameratur architectura.

Concameratio, verbale. {καμάρωσις, ὀρόφωσις. ANG. *A vault or archeroofe steeled.*} Concamerationes dicuntur ædificia quæ arcuato opere fiūt. *Vitru lib.* 6 Si hypogæa, concamerationésque instituentur, fundationes eorum fieri debent crassiores. *Sabinus in l. Si cui ædes. ff. de leg.* 3. Conclaue quod supra concamerationem alterarum ædium esset. ¶ Concamerationes etiam dicuntur pergulārum hortensium tecta, ad arcuati operis similitudinem facta, quæ aut vitibus, aut alio opere topiario ad opacanda ambulacra solent obduci. [In concameratum locum se recipere. *Suetonius in August. capite* 90.]

* CONCANA, Ciuitas est mediterranea Cantabrorum in Tarraconensi Hispania. *Ptolem. lib.* 2 Huius incolæ Concani dicūtur. *Horat.* 3. *Carm.* Et fœtum equino sanguine Concanum.

Cōncāstīgo, as, Castigo {יסר *jasár.* σωφρονιστέω, παιδεύω, κολάζω. GA. Chastier. ITA. *Castigare.* GER Züchtigen. HIS. *Castigar ò corregir.* AN. *Chastice.*} *Pla. Trin* Nam ego amicum concastigabo pro commerita noxa.

Cōncāuus, Sinuosus, vacuus. {נבוב *nabúb.* κοῖλος. GAL. Creux, caué. ITA. *Concauo* GERM Hol. HISP. *Profundo ò hueco.* ANG. *Holow.*} Concauus. Vnde Concauitas. *Cic.* 2. *de Nat. Deor.* Speluncarum concauas altitudines saxorum asperitates. *Ouid.* 4. *Metam.* impulsáque tympana palmis, Concauaq; æra sonant. *Cic.* 2. *de Fato*, Stupidū esse Socratem dixit & bardū quòd singula concaua non haberet. [Inq; modum tumuli concaua surgit aqua. *Ouid. Eleg.* 10. *l.* 1. *Trist.* Concauas Dris (*i.* inferi) *Macrob. in Somnium Scipion. lib.* 1.]

* Concaua pro fossis dixit *Claud.* 6. *Paneg.*—ascensu vincere monte, Planitiem cursu, valles & concaua saltu.

Cōncāuo, uas, uare, Cauare. {כרח *charáh.* κοιλαίνω, κοιλάνειν. GAL. Caper. ITAL. *Cauare.* GER. Hol machen/ausshöhlen. HIS. *Cauar.* ANG. *To make holow.*} Concauare brachia in duos arcus, id est, inflectere & sinuare, vt formam imitentur duorum arcuum. *Ouid.* 4. *Metam.* Est locus in geminos vbi brachia concauat arcus Scorpius.

Concēdo, dis, pen. prod. pro Do, permitto. {נתן *nathán* הניח *hinnach.* παρεγχωρέω, ὑφίεμαι. GALL. Ceder à quelqu'vn, se partir & faire place à vn autre, octroyer. ITAL. *Concedere, permettere, dare licença.* GER. Weychen/ zugeben/zulassen. HISP. *Dar ò torgar.* ANGL. *To giue place or grant.*} *Terent. in Adelph.* Hui metuisti nunc? si de tuo iure concessisses paululum. &c. *Cicer. Diuinat. in Verrem*, Da mihi hoc, concede quod facile est. [*Item* pro Ignoscere: Sed nisi peccassem, tu quid concedere posses? *Ouid. El.* 1. *lib.* 2. *Trist.*] ¶ Ponitur aliquando pro recedo, ἀναχωρέω, *Terent. in Hetyr.* Hic video me esse inuisam immeritò, tempus est aliò concedere. *Liu.* 2. *bel. Pun.* Annibal Sagunto capto, Carthaginem nouam, in hyberna concesserat, *Idem*, Quæ quum agerentur, hostes in loca altiora concessere.] Concedam huc à foribus. *Plaut. Most. sc.* 1 *a* 1. Huc concedamus (id est, recedamus) *Plaut. Men. sc.* 1. *a.* 4. & *c.* Concede huc, concessi (*i.* hinc recede, & huc accede) *Pl. Men. sc. vlt. a.* 5. Concedere intrò libet (*i.* abire.) *Pl.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

re.) *Pl.pseud.sc.5.a.1.* Concede, inspiciam quid scriptum est (.i. secede) *Pl.Curc.sc.1.a.3.* Concede huc mea gnata ab isto longissimè. *Pl.Men. sc.2.a.5.* Cōcedite atq; abscedite omnes, de via decedite. *Plaut.Amp.* Vos abscedite istinc, nos concedamus huc. *Plaut.Capt.sc.5.a.2.* Ad ianuam concessere. *Pl.Aul.sc.3.a.4.* Concedi optimum est (.i. fugere rabiosum.) *Plaut.Capt.sc.4.a.3.&c. Item* Concedere in seruitutem. *Liuius lib.7.d.4.* In deditionem *lib.9.d.4.* Concedere in sententiam, *Liu.lib.2.d.4.*] ¶ Aliquando pro credo, confitio. συγχωρῶ. *Terent. in Phorm.* Nunquámne hic hodie concedes mihi, neque intelliges? *Cic. in Lælio,* Quòd si rectum statuerimus, vel concedere amicis quicquid velint, vel impetrare ab his quicquid velimus, perfecti quidem sapientia sumus. *Concedere, absolutè, pro Vita decedere seu mori. *Tacit.lib.4.* Vt quandocunque concessero. Id est supremum diem expleuero, & vita decessero.

Cōcēdo, generale verbum vnde vim accipit à natura contractus cui adiungitur. *Vide Bald.in l.non ambigitur.ff.de legib.*

Cōcēdĕre, pro permittere, temporarium est, cadere perpetuum. *Vide tex.iuncta Gl.l.ad eum.ff de donat.*

Cōcessum, si, substantiuum. {מנח *munuách.* συγχώρησις. ANG. *A thing permitted.*} *Cic.pro Cælio,* Sed abhorret nō modò ab huius seculi licentia, verùm etiam à maiorum consuetudine atque consiliis. Id est, permissionibus atque constitutionibus.

Cōcessŭs, us, ui, pro permissu. {מנחת *nácħath.* εἴκουσις GAL. Permission, congé, ottroy. IT. *Permissione, concessione.* GER. *ein zulassung/erlaubnuß.* HIS. *Otorgamiento.* ANG. *Sufference, licence, leaue.*} *Cic.pro Cæl.* Datur enim concessu omnium huic aliquis ludus æt[illegible].

Cōcessĭo, onis, Concessus. {συγχώρησις. ANG. *Leaue, licence.*} *Cic.ad Att.* Et nostra concessione omnem vim sui iuris amiserint.

Cōcĕlebro bras, Celebro, frequento, colo. {שבח *schibbách* חג *chágh.* φοιτῶ. GAL. Celebrer ensemble, fester, solemnizer. IT. *Celebrare.* GER. *Herrlich vnnd gemeinlich begehn/ als ein festtag.* HISP. *Mucas vezes hazer alguna cosa.* ANG. *To feast or haunte together.*} Concelebrare diem festum, est feriari, ἑορτάζειν. Concelebrare conuiuium vel exequias, est cum quadam celebritate exhibere, vel interuenire [Concelebrare victoriam, fama & Isteris. *Cæs.lib.2.de bell.ciu.* Concelebrare dapes. *Ouid.4.Fast.* Omnes de nobis carnificum concelebrabuntur dies. *Plaut.Asin.sc.2.a.2* Decet hunc diem natalem meum vos concelebrare. *Idem Pseud.sc.2.a.1.*] *Cic.de Pet.Consul.* Et in conuiuiis, quæ facetè absente, & amicis tuis concelebrentur, & passim, & tributim. *Liu. 8.ab Vrb.* Quantum militaribus studiis funus vllum concelebrari potest.

Cōcĕlo, as, are, Celo. {סתר *sathár* כסה *chissáh,* κρυπτόμενος, κρυπτάω. GAL. Celer, tenir caché. IT. *Celare.* GER. *Verbergen.* HIS *Encobrir.* ANG. *To hidde, to keepe priue and secret.*} *Gell.lib.11.c.9.* Non id postea concelauit, quin gloriæ quoque hoc sibi assignauit. [*Vide eundem c.2. lib.15.*]

Cōcentŭrĭo, Dictum est à *Plau.in Pseu.sc.5.a.1.* Centuriatim colligo. Dum concenturio (inquit) in corde sycophantias. *Nonius.*

Cĕncentor, Concentio, Concentus, *Vide* CONCINO.

Cōncĕptācŭlum, Conceptiuæ feriæ, Conceptio, Conceptus, Vide CONCIPIO.

Cōncĕrno, is, Cerno, video. {ראה *raáh* חביט *hibbit.* βλέπω. GALL. Voir clairemẽt & de tous costez. IT. *Virre.* GER. *Sehen.* HIS. *Mirar à ver con los ojos.* ANG, *To see clearelie*} *Quintil.Cer. de Petit.Cons.* Quòd si satis grati homines essent, hæc tibi omnia parata esse debebant, sicut parata esse concerno.

Cōncĕrpo, pis, ex Con & Carpo, Discerpo, lacero. {קרע *karáh* פרק *parák.* διαπάω, διαπαράσσω, σπαράσσω. GAL. Dechirer, mettre en pieces, rompre en pieces. IT. *Scarciare, rompere.* GER. Zerreyssen/zerzerren. HIS. *Despedaçar.* AN. *To rent or tome in peeces.*} *Liu.9.bell. Macedon.* Librúmque rationis eius, quum fratrem afferre iussisset, inspectante Senatu suis ipsum manib. concerpsisse, indignatum, &c. *Plin.lib.10.c. 18.* Ille autem protinus concerpsit.

Cōncĕrptŭs, par. Discerptus, laceratus. {קרוע *karúah.* διεσπασμένος. GAL. Deschiré, & mis en pieces. ITA. *Fatto in pezzi.* GER Zerrissen/zerfatzet. HISP. *Despedaçado.* AN. *Rent torned.*} vt, Concerpta linteola. *Plin.lib. 28.c.15.& lib.21.c.3.*

Cōncĕrto, tas, Simul certo, contendo. {דיב רב *rab* נוכח *nechách.* ἀμφισβητῶ. GAL. Debatre, combatre, estre en noise. ITA. *Contendere, combattere.* GE. Mit einem streyten oder kempffen HIS *Contender y pelear vno con otro.* ANG. *To streyne together..*} *Cic Antequam iret in exil* Nunc igitur si lingua est concertandum, innocentiæ virtute fretus supero. *Terent. in Adelph.* Quid istuc Sannio est, quod te audio Nescio quid concertasse cum hero?

Cōncertātĭo, onis, verbale, Certamen, contentio. {ריב *rib.* ἀγωνισμὸς, ἔρεσις. GALL Noise, debat, dispute. ITAL. *Contesa, disputa.* GERM. *Ein Streyt/ein kampff mit worten.* HIS. *Contiendo de vno con otro.* ANG. *Debate, striffe.*} *Plin..ib.29.c.18.* Qua de causa magna concertatio extitit.

Cōncertātŏr, συναγωνιστὴς. *Cornel. Tacit. lib.14.* Corbulonis concertator.

Cōncertātōrĭus, a, um, Contentiosus, vehemens. {ἀγωνιστικὸς, ἐρεσικός. GAL. Contentieux, noisif, qui gist à debatre entre les parties. *Contentioso, guerregiante.* GER. Das streytig oder hadering ist. HIS. *Cosa contendora, cosa para contender con otro.* ANG. *Contentious full of striffe or debate.*} *Cic.de Clar.Orat.* Thucydides enim rerum gestarum pronuntiator syncerus, & grandis etiam fuit; hoc forense concertatorium iudiciale non tractauit genus.

Cōncertātĭuŭs, tiua, tiuum, *Quintil.lib.7.cap.3.* Mutua accusatio, quam Græci ἀντιγραφὴν vocant, nostri quidam concertatiuam.

Cōncessŏ, as, Cesso, quiesco, ab opere vaco. {חדל *chádhál.* παύομαι. GAL. Cesser, muser. ITA. *Cessare.* GER. Auffhören/von einem werck ablassen. HIS. *Cessar ù tardarse.* ANG. *To cease, to be idle.*} *Plaut.in Pœnul.* Postquam aurora est, nunquam concessauimus lauari, aut fricari, aut ornari. [Sed quid ego properans concesso pedibus, lingua, largior? *Plau.Asin.sc.2.a.2.*]

Cōncessatĭo, verbale, Cessatio, quies. {נחת *náchath.* ἀνάπαυσις. GALLIC. Cesse de faire quelque chose, muse, amusement auec vn autre. IT. *Cessamento.* GERM. Auffhörung/das ablassen von einem ding. HISPAN. *Cessamiento, tardança.* ANGL. *Ceasing, resting.*} *Columella libro 11. cap.1.* Nam vt in itineribus conficiundis sæpe dimidio maturius peruentis, qui gnauiter, & sine vllis concessationibus permeat, &c.

Cōnchă, æ, {κόγχη. GAL. Conche en coquille, poisson en coquille. IT. *Ostrica & pesce con guscia dura.* GER. Allerley fisch die schalen oder muschlen haben/ oder die muschlen selbs. HIS. *Concha de pescado.* ANG. *Euerie shell fishe.*} Græca vox est qua significatur omne genus piscis firmiorem habens testam. Quinetiam testæ ipsæ duriores propriè Conchæ dicuntur, quales sunt cochlearum atque concharum. *Ouid.* Ostrea quæ in conchis tuta fuêre suis. *Colum.* Implicitus conchæ limax. [Littora quot conchas, quot amœna rosaria flores. *Ouid.Eleg.2.lib.5.Trist.* Conchæ vnionum. *Sue. in Nero cap 31.*] ¶ Concharum genera enumerat *Plin. lib.9. cap.33.* & earum natutam explicat *eodem lib.cap.35.* In conchis nascuntur margaritæ, *vt ib dem docet Plinius.*

¶ Vasisquoque genus quoddam concauum ac superius patulum, Cōchum vocamus. {כיור *chijjor.* κόγχος. GAL. Vn certain vaisseau creux & large, comme vn bassin ITAL. *Conca, vaso.* GER. Ein weyt flach geschirr als ein muschlen gestaltet. HIS. *La cuença, ò pila de agua* ANGL. *A holow vessel or a washing bolle or tree*} *Plinius*, Rursus tunditur, deinde lauatur in conchis, sicque fit. Alio nomine Alueos & Alueolos dicimus & præsertim in longum porrectos, ligno excauato, more lyntrium, quæ vocantur Monoxyla. ¶ Item genus vasis vinarij, in quod è dolio hauritur vinum. *Iuuen.* Quum bibitur concha. ¶ Aliquando ponitur pro tuba. *Virg.7.Æneid* Sed tum fortè cana dum personat æquora concha. *Ouid.lib.1.Met.vm.* Cæruleum Tritona vocat, conchaque sonanti Inspirare iubet. His buccinis vtebantur Tritones, qui erant tubicines Neptuni. Conchã verò linguam habere, & Veneri esse consecratam, *autor est Alian lib.2.* ¶ Conchæ Cytheriacæ dicebantur, quę margaritas producebant, mulieb ri ornatur præcipuè conuenientes: & ob id Cytheriacæ dicebantur, quia Veneri gratæ. *Martia.* Lætior ô conchis Galle Cytheriacis. Vocantur alio nomine conchæ margaritiferæ.

Cōchātŭs, pen. prod. adiect. κοχλοειδὴς. In morem conchæ curuatus. *Plin. lib.10.c.20. de pauone,* simul vmbræ quosdam repercussus cæteris, qui in opaco clarius micant, conchata quærit candi.

Cōnchŭlă, Diminutiuum à Concha: vt, Conchula striata, *apud Apuleium in Apologia.*

Cōnchis, huius conchis, κόχλιας. Fabæ genus, sine edulium ex fabis. *Iuuen. Satyr.3.* Cuius conche tumes? qui tecum sectile porrum Sutor, & elixi venecis labra comedit? Sunt qui dicant esse fabam cum cortice suo elixam, ad differentiam fabæ frescæ, qui sine cortice coquitur: à similitudine concharum, quòd confracto cortice velut implicita cōchis suis caruncula videatur. *Mart.lib.13 [ep gr.7.]* Si spumet rubra conchis tibi pallida testa, Lautorum cœnis sæpe negare potes. Huius diminutium est Conchicula.

Cōnchŏs, κόγχος. Mazæ genus præ cæteris laudatum. Quæ etiam nomine apud Græcos significatur oculorum concauitas. *Vide Ruell. lib.2.c. 20.& Cæl.Rhodig.lib.15.c.1.*

Cōnchўlĕ, lis, pen. prod. vel Conchylium, lij. {κογχύλη, κοχύλιον. GALL. Coquille, conchee, poisson dont on tire le crameſin. IT *Conchiglia.* GER. ein gattung der mehrschneckẽ/mit welchen man purpur ferbet HIS. *Concha para tenir el carmesi.* ANG. *A shel fish of ie hicour wherof purple colour was made.*} Genus conchæ, idem cum murice, cuius sanie pretiosissimæ lanæ tingebantur, austerum in glauco colorem & nascenti mari similem referentes. Est autem diuerium à purpura, *teste Plin. l.9.c.35.* Conchylia, inquit, & purpuras omnis ora atterit. *Cic.in Pisonem,* Extructa mensa non conchylis aut piscibus, sed multa carne subrancida. ¶ Ponitur quandoque Conchylium pro ipso colore, sicut & purpura, & murex. *Plin.lib.9.c.36.* Concharum ad purpuras & conchylia eadem quidem est materia [Sed distat temperamento.] {AN. *The purple colour it self.*} Alio nomine Ostrum dicitur, eò quòd ex marinarum concharum testis eximatur. Conchylium itaque Muricẽ, & Ostrum in eadem significatione accipimus, *Virg.4.Æn.* Tyrióque ardebat murice læna. *Idem 2.Georg.* Vt gemma bibat, & Sarrano dormiat ostro. *Iuuen.Satyr.3.* Horum ego non fugiam conchylia? hoc est, luxuriosas vestes, & murice infectas. ¶ Conchylium nonnunquã generale nomen est ad omnes conchas. *Plin.lib.9.c.36.* Lingua purpuræ longitudine digitali, qua pascitur perforando reliqua conchylia: tanta duritie aculeo est. ¶ Conchylium pro specie distincta à Buccino siue Murice, aut purpura: *quod constat ex Dioscoride ca. de purpura, ac sequent.& Plin.lib.21.ca.8.& lib.9.ca.39.* In Conchyliata veste cæterã eadem sine buccino, &c. Hoc conchylium ex magnorum turbinatorum genere, ea parte latius qua in turbinem definit, sine aculeis ac tuberculis, ore non rotundo vt in purpura & buccino sed oblongo: cuius operculum, Ostracium dicitur, ὄνυξ, vnguis odoratus, Blatta Bizantia, Serapioni.

Cōnchўlĭārĭī, κοχυλευταὶ, κοχύται Conchytæ *Plauto,* Conchyleguli, qui Conchylia legebant, vt Murileguli qui Murices, purpurarij qui purpuras, πορφυρεῖς *Herodoto.*

Cōnchўlĭātŭs, a, um, {κοχυλιατὸς. GAL. De couleur violette. IT *Tinto di violato, vestito di habito violato.* GE. Das mit der rotẽ farb deß Schneckens gefarbt ist. HIS. *Cosa de carmesi, vestidura de carmesi.* ANG. *Purple coloured or violett.*} vt, Conchyliata vestis, quæ murice tincta est, *Plin.lib.9.c.36.* In conchyliata veste cætera eadem sine buccino Conchyliata peristromata, quæ infecta sunt succo conchyliorum. *Cic.2. Phil.* Conchyliatis Cn. Pompeij peristromatis seruorum in cellis lectos stratos videres.

Cōnchўlĭă, tæ, masc. gen. Qui conchylia quærit in mari. {κοχυλευτὴς. GAL. Celui qui recueille les conches sur le bord de la mer, ou qui les peschе pour tendre. ITA. *Pescatore de tali pesci.* GERM. Der solche meerfisch oder schnecken faher vnd zusammen lyset. HIS. *El pescador de aquellas.* ANG. *That gatheret shell fishe.*} *Plaut.in Rudent.* Saluete fures maritimi, conchytæ, atque hamiotæ. Dicuntur etiam Conchyliarij.

Cōncīdo, is, penultima producta, concidi, concisum, Simul vel ininuntatim cędo. {נתח שרט *sarát* קצץ *katsár.* συκοπτῶ, κατακόπτω. GAL. Couper en pieces & morceaux, hacher menu. ITAL. *Tagliare*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

minutamente. GERM. Zerhawen/in ſtück zerſchneyden. HISPAN. *Herir ò ma ar.* ANG. *Tocut and hack in ſmall peeces.* } *Plinius*, Caro eius conciſa ac decocta adhibenda eſt. *Col. lib. 12. c. 8.* Conciſique ſectiui porri quantum videtur adnicito. [Suos videbat fugere & concidi. *Cæſar 2. de bell. ciu.* Concidere & cremare naues, *Liuius lib. 8. d 4.* Eis ornamenta & corium vti conciderent. *Plaut. Prol. Amphitr.* Concidere per minutas particulas rationem docendi. *Quintil.*] ¶Item frangere, κατακοχίζειν. *Plinius*, Et nucleus dentibus conciſus ſuper vulnus imponitur.

Cōncīsŭs, participium. {קצר *katsér.* συγκεκαμμένος. ANG. *Briefe, short.*} vt Conciſa oratio, Quæ non continua, ſed veluti membratim cæſa eſt. ἀφεστηκυῖα λόγος. Et conciſus ſonus, fractus. [Conciſis pugnis, & illiſis dentibus. *Plaut. Amphit.*

Cōncīsē, aduerbium, Minutè, ſtrictè. {συντόμως. AN. *In peeces, briefelie.*} *Quintilianus*, Quanquam ea non eſt tam minutè ac conciſè in orationibus vtendum, quàm in diſputationibus.

Cōncīsūră, ræ. *Senec. epiſt. 101.* Deſit ſane varietas marmorum, & conciſura aquarum è cuniculis interfluentium.

Cōncĭdo, is, penultima correpta, concidi, concaſum, Corruo, cado, ruo. {נפל *naphál.* נבל *nabél.* καταπίπτω. GAL. Tomber, cheoir. ITA. *Cadere*, GER. Fallen/gar zuhauffen fallen HISP. *Caer.* ANGL. *To fall.*} *Lactant. libro ſeptimo.* Et muri omnium ciuitatum cōcident. *Plaut. in Amphitr.* Vt quiſque inſtitetat, concidit crepitu. *Columell. libro octauo*, Atque alia genera pecorum, quum peſtilentia vexantur, prius morbo & languoribus marceſcunt: ſolæ capellæ, quanuis opimæ atq; hilares, & ſubito concidunt. [Carthago concidit. *Velleius.* Non vna ruina conciderunt Pompeij. *Senec. cap. 15. de Conſol. ad Polyb.*] *Cicero 3. Tuſculanar.* Quòd ſi cui, vt ait idem, ſimul animus cũ re concidit, à grauioribus illis antiquis philoſophis petenda medicina eſt, non ab his voluptariis. * Venti concidunt. Id eſt, quieſcunt. *Horat. 1. Carm. Ode 12.* * Concidere venas Celſus dixiſſe videtur, vt verbum ξυμπίπτειν & ξυμπτωσιν (vocem Hippocrati familiarem, qua vt enarrat Galenus, πλῶ κένωσιν ſignificat) exprimeret. Nam συμπίπειν, vel ξυμπίπλειν eſt, ſi verbum è verbo exprimas, Concidere, & (vt annotat Budæus) σωιζάνειν, id eſt conſidere & conſtringi. Inanitæ enim venæ conſidunt & aſtringuntur.

Cōncĭĕo, es, ere: vel Cōcio, is, ire, cōuoco, aduoco. {קרא עם *kará ahák.* συγκαλεῖν. GALL. Faire venir, appeller. ITAL. *Conuocare.* GERM. Zuſammen beruffen. HISP. *Llamar.* ANGL. *To call vpon.*} *Liu. 1. ab Vrb.* Deinde ne vana vrbis magnitudo eſſet, acciendæ multitudinis cauſa, vetere conſilio condentiũ vrbes, qui obſcuram atque humilẽ conciendo ad ſe multitudinem natam e terra ſibi prolem mentiebãtur. *Liu. l. 5. bell. Pun. 2. Gall.* quod ſpes prædæ conciuerat.

¶Ponitur etiam pro commouere, concitare. {עורר הרעיש *hirhiſch* עורר *horér* העיר *heẖir.* κινεῖν. GALL. Exciter, eſmouuoir. ITAL. *Commouere, concitare.* GERM. Bewegen. HIS. *Mouer.* ANG. *To ſtirre vp or prouoke.*} *Terent. Hecyr.* Forteſſe vnum aliquod verbum inter eas iram hanc conciuerit. *Plautus Aſinar.* Tu ergo face vt illi turbas & lites cõcias. [*Idem in Amph.* Amphitruo vxori actutum turbas conciet. *Ibidem*, Bilem in naſum conciuit.]

Cōncītŭs, pen. prod. part. à Concio. {מעורר *meẖorár* מוער *muẖár.* κινούμενος. GALL. Eſmeu, prouoqué, incité. ITA. *Smoſſo, concitato.* GERM. Bewegt. HISP. *Coſa mouida.* ANG. *Stirred vp prouoked* } *Lucan. lib. 5.* Inde ruunt toto concita pericula mundo. A Concieo verò eandem correptam habet. *Valer. Flac. lib. 2.* Quis tibi Phryxe dolor, rapido quum concitus æſtu Reſpiceres? [Audit, & ad vocem concitus vrget iter. *Ouid. 6. Faſt.* Concitus à læſo fecit amore dolor. *Ouid. Eleg. 1. lib. 2. Triſt.*]

Cōncītor, toris, Verbale. { מעורר *meẖorér.* κινητης. ANGL. *That prouoketh or ſtirred vp.*} vt belli concitores. *Tacitus lib. 4.* [*Et Liu. lib. 5. d. 5.*]

Cōncĭto, as, pen. cort. frequentatiuum, à Concieo, Commoueo, perturbo, extimulo. { עבר *haebár* הועיש *hirhiſch* עורר *horér* הסית *heſsith.* παροξύνω, παροξύνω. GAL. Eſmouuoir fort, prouoquer, inciter. ITA. *Concitare, commouere.* GERM. Bewegen/erwecken/ reitzen. HISP. *Mouer ò perturbar.* ANG. *To ſtirre vp, prouoke or prike forward* } *Cicero libro quarto Acad.* Quò enim ſpectat, quum artificia tolli quereris à nobis, niſi vt opifices concitentur? [Quis tantas tandiu turbas concitat? *Plaut. Amphitr.* Quæ vos dementia, dixi, Concitat, & ſocij captam dimittere Troiam? *Oui. 13. Met.*] ¶Sic Concitare diſcordiam, apud eundem, & Concitare equum contra aliquem, *Liu. 1. ab Vrbe.*

Cōncītāmēntŭm, incitamentum. *Seneca libro 3. de Ira*: Quis autem ignorat lituos, & tubas concitamenta eſſe, ſicuti quoſdam cantus blandimenta, quibus mens reſoluatur?

Cōncĭtātŭs, part. vt, Concitatus ardore animus. { מעורר *meẖorár.* παροξυντικός, παροξυνθείς. GAL. Eſmeu, prouoqué, incité. ITA. *Smoſſo, concitato* GERMAN. Bewegt/gereitzet. HISP. *Mouido.* ANG *Moued, prouoked, or ſtirred vp.*} *Cic. 2. de Finib.* Admirabili quodam ad philoſophiam ſtudio concitatus. *Cic. de Clar. Orat.*

Cōncĭtātŭs, nomen. vt, Concitatior curſus, id eſt, celerior. *Liu. lib. 4. Maced.* Concitatiſſimi equi. *Idem 5. belli Macedon.* [Concitata deſiderta, ſed breuia. *Senec. cap. 7. de Conſol. ad Mart.* Concitata triſtitia *Ibid. cap. 8.*]

Cōncĭtātŏr, toris, {מעורר *meẖorér*, ὁρμητικὸς, παροξυντικός. GALL. Qui eſmeut & prouoque, eſmouueur, prouoqueur. ITA. *Prouocatore, incitatore.* GERM. Ein beweger/ reitzer / der einem etwas zuthun anlaß gibt. HIS. *Mouedor.* ANG. *A ſtirrer vp of one or prouoker.* } Qui commouet. *Cæſar. 8 bell. Gall.* Quòd Corbeus autor belli, concitator multitudinis eſſet interfectus.

Cōncĭtātrīx, fœmininum. {מעוררת *meẖorére'th.* κινητικὴ, παροξυντικὴ. ANGLIC. *She that prouoketh.* } vt, Concitatrix vis. *Plin. lib. 26. cap. 20.*

Cōncĭtātĭo, onis, Commotio. {רעש *raẖáſch.* ὁρμὴ τῆς ψυχῆς, κίνησις. GAL. Eſmotion, eſmeute. ITAL. *Smouimento, incitamento.* GERM. Ein bewegung/aufweckung. HISPAN. *Mouimiento.* ANGL. *A mouing or prouoking.* } vt, Concitatio multitudinis, *apud Ciceronem pro Cluentio*, Vehementiores animi concitationes, *apud eundem ad Quintum fratr. lib. 1.*

Cōncĭtātĭuŭs, part. Beneuolus factus, reconciliatus. { מרצה *meruſſeh* עתר *hothér.* συμπαραγωγὸς, συναγωγός. GAL. Aſſocié, adioint, acointé, attraict. ITA. *Conciliato, aſſembrato, vnito.* GERMANICE, Derſũnet/vereinbaret. HISPANICE, *Trotado con halagos, hecho amigo.* ANGLI. *Accorded, agreed, made freindes.*} Fœmina conciliata viro, *Catullus.*

¶Conciliatum mancipium, pro empto. *Terentius.* Prodi malè conciliate: id eſt, magno pretio empte, *vt interpretatur Donatus.*

Cōncĭlĭātŭs, nomen adiectiuum. *Quintilianus libro quarto capite 2.* Ad rem accipiendam iudicem fieri conciliatorem, docciliorem, & intentiorem

Cōncĭlĭātŭs, us, verbale, { מחברת *machbéreth* רצון *reatſón* עשרת *ẖathéreth.* συναγωγὴ, συμπαραγωγή. GAL. Vnion, aſſociation accointance. ITA. *Vnione, congiongimento, aſſembramento.* GERM. Derſũnung/ vereinbarung. HISPAN. *Ayuntamiento, mezcladura mezcla.* ANGL *Making or freindes procuring of fauour.* } *Lucret libro 2.* Nequiequam commutari ſine conciliatu, id eſt, ſine congregatione & coagmentatione ſeminum. Inde, Denſus & paruus conciliatus apud eundem pro denſa & parua miſtione.

Cōncĭlĭātŏr, toris, qui conciliat. { מחבר מרצה *mechabbér meraſſeh* עתר *hothér.* συναγωγὸς, διαλλακτής. GAL. Moyenneur, qui fait l'accointance, & eſt le moyen de ioindre & vnir quelques vns. ITAL. *Conciliatore, ſenſale.* GERM. Ein verſũner HISP. *Conciliador de nueuos amigos, el que aſſi halaga y enamora.* AN. *A reconciler or procurer of fauoure.* } Conciliator ſuillæ carnis lanius. *Varro lib. 2. cap. 5.* ¶Conciliator furti, *Aſconius in 4. Verr.* (vbi Cicero, excurſor emiſſarius) hi vocantur conciliatores furtorum, quæ à magiſtratibus committuntur, atque internuntij. [Conciliator affinitatis. *Sueton in Auguſt. c. 48.* Conciliator proditionis. *Liuius lib. 7. bell. pun.*]

Cōncĭlĭātrix, Dicitur mulier, quæ viros mulieribus & vxores viris conciliat, inquit *Feſt* { מחברת *mechabbéreth* חתרת *hothéreth.* συναγωγεύς. GAL. Moyennereſſe, celle qui moyenne les accointances & amitiez. ITA. *Colei que concilia & coſa le amicitie.* GERM. Ein verſũnerin / Die den man mit dem weyb / vnd das weyb mit dem man vereinbaret oder verſũnet. HISP. *Conciliadora de nueuos amigos* ANG. *She that reconcileth procureth fauour.*} *Pl. Milit.* Itaque eſſe, ancilla conciliatrix

trix dicebat mihi. *Cicer. primo de Nat. deorum.* Non vides quàm blanda conciliarrix, & quàm sui sit lena ipsa natura. *Idem de Amic.* Conciliatrix amicitiæ, virtutis opinio. *Idem 1. ue Leg.* Oratio conciliatrix est humanæ maximè societatis.

Cōcĭlĭātrīcŭlă, diminutiuum. *& παλὶς, ἡ μικρὰ φορεῖον. Cic. pro Sest.* Erat enim hominum opinioni nobilitare ipsa blanda conciliatricula commendatus.

Cōcĭlĭātĭo, Communio, communitas. {מחברת *machbéreth* עתרת *hathéreth. συναγωγὴ, σύνοιωσις.* GAL. Accointance, apointement, vnion & amitié des vns auec les autres. ITA. *Vnione, congiuntamento.* GER. Verstümung. HIS. *Obra de conciliar nueuos amigos.* ANG. *Procuring of freindship or fauour.* } *Cic. 4. Acad.* Honestum autem, quod ducatur à conciliatione naturæ. ¶ Conciliatio etiam pro conuentione. *συνθήκη. Plaut.* Exrat conciliatio, seruanda promissa.

Cōcĭlĭātūrā, ræ, pro conciliatione. *Seneca ep. 98.* Quum Clodius iisdem vitiis gratiosus, quibus nocens, conciliaturas exerceret in ipsa causæ dictione.

Cōcĭlĭābŭlum, Locus in quem conuenit. {חברה *chebráh. σύλλογος, συνέδριον.* GALL. Petite assemblee de gens, ou le lieu où se tient le conseil. ITAL. *Luogo dove si fa concilio.* GERM. Ein ort an welchem man ein versamlung haltet. HIS. *El lugar do se juntan à consejo.* ANG. *A litle assemble or place s the assemble.* } *Plaut. in Bacch.* Quid si ad te veniat de subito prandium, aut potatio forte, aut cœna, vt solet fieri in istis conciliabulis? *Idem in Trin.* Ne penetret alem me vsquam, vbi esset damni conciliabulum. *Liuius.* Quibus domos & conciliabula obire solent. [Probè lepidéque concinnatam pallam referam: *Plaut. Mena. sc. 1. a. 3.*]

Cōcĭlĭābūndŭs, à Concilio verbo, Conciliatorem agens, conciliatoris munere fungens. *συναγωγὸς συναπτικὸς.*

Cō ncĭnnŭs, Idem est quod compositus, & ornatus, politus, facetus. {נכון *nachón* ראוי *raui. ἁρμοστὸς, εὐάρμοστος, εὐθήμων.* GAL. Coint, ioli, gentil, mignon, assemblé & agencé proprement. IT. *Conciato, adorno, polito.* GER. Gezieret/wol vnd fein zusamen gestaltet/ hübsch. HIS. *Atauiado, polido, hermoso.* ANG. *Proper, feat, well faction'd, myncon.* } ex Con, & Cinnus: vt Oratio concinna, id est, compta, & apte composita, *ἐγκατάσκευος λόγος. Cic. Quæstr.* Mihi enim curæ rectorum vt concinnum sit. *Idem de Clar. Orat.* Sententiæ non tàm graues & seueræ, quàm venustæ & concinnæ. *Pl. in Persa.* Sat pol concinnata facie.

Cō ncĭnno, as, per duplex nn, Aptè compono, apto, adorno, & quasi cōuenire facio. {הכין *hechin* תכן *tichchén. συνάγω, συναρμόζω, συστελλάζω.* GAL. Agencer, accoustrer, & dresser, parer & adouber proprement. ITA. *Adornare, acconciare.* GER. Wol vnd fein zusamen ordnen/ Füglich etwas machen. HIS. *Aparejar, aseytar o adobar, mezclando cosas.* ANG. *To mak apte, p oper and feat.* } quod vernacula lingua dicimus *Accoutrer.* vt, Pellis concinnata est ad calceos. *Plautus* Auceps quando concinnauit aream, Offundit cibum. Concinnare vestem, Concinnare viam, Concinnare lutum, *apud eundem Plautum.* Concinnare vinum, *Plinius libro 14 capite 20.* Concinnare pelles, p. o perpolire, *apud eundem* [probè lepidéque concinnatam pallam referam. *Plaut. Mena. sc. 2. a. 3.*] Concinnare, Facere, authore Nonio. *Plaut. Capt.* [*sc. 4. a. 3.*] qui me insanum verbis concinnat suis. *Idem in Amph. tr.* Nulla res tam delirantes homines concinnat cito. *Idem in Trinum.* Nunquam erit alienis grauis, qui suis se concinnat leuem. *Idem Amph.* Lacrumantem ex abitu concinnas tu tuam vxorem. [*Pl. Cap. sc. 1. a. 4.* Concinnant liberis orbas ones.]

Cō ncĭnnātŏr, pen. prod. verbale: vt, Concinnatores causarum vel redemptores, id est, architecti & structores {מחכן *mechachén. συναρμοστὴς, συγκολλητὴς, ἐργολάβος. Vlp. in l. Nec quicquam ff. de offic. proconf.* Circa aduocatos patientem esse proconsulem oportet, sed cum ingenio, ne contemptibilis esse videatur: nec adeò dissimulare, si quos causarum concinnatores, vel redemptores deprehendat: id est calumniosè alicui lites conflantes. Nam concinnare antiquè ponitur pro facere. *Plaut. in Capt.* Qui me insanum dictis concinnat suis.

Cō ncĭnnātō rĭŭs, a, um, vt Vasa concinnatoria, *Paul. in leg. instrumentum ff. de penu leg.* Instrumentum pistrini, item vniuersa vasa concinnatoria, penu non continentur.

Cō ncĭnnĭtās, tis, Ornatus, elegantia. {מתכנת *mathchóneth. κοσμιότης, ἁρμονία.* GAL. Agencement, parement, ioliueté elegance. ITA. *Ornato, eleganza.* GERM. Zierligkeit/ geschickligkeit/ schöne vnnd wolgestalte eines dings. HISP. *Atauio, lindeza, ò gala.* ANG. *Featneſſe, gayneſſe.* } *Cic. de Clar. orat.* At quid est tàm fractum, tàm minutum, tàm in ipsa, quam tamen consequitur, concinnitate puerile? *Idem*, Ornata sententiarum concinnitas. [Concinnitates colorum. *Gell. cap. 26. lib. 2.*]

Cō ncĭnnē, aduerbium, Ornatè, compositè, conuenienter. {κομψῶς. GA. Proprement, mignonnement, ioliment. ITA. *Ornatamente, conuenientemente.* GERM. Zierlich/ feyn/ sumnlich vnd vol. HISP. *Linda galana y conuenientemente.* ANG. *Gayelie, Featlie* } *Cic. 2. de Orat.* Hæc quidem sunt concinnè distributa, sed non perité. *Idem pro Quintio*: Hunc rogat blandè, & concinné.

Cō ncĭnnĭter, *ἁρμοστῶς*, concinné. *Gell. lib. 18. cap. 2.* Versus vno multifariam verbo concinniter implicari.

Cō ncĭnnā tĭtĭŭs, a, um, Quod breuiter collectum & aptè situm est. *& ἁρμοστός. Apulejus lib. 2.* Nam Milonis boni concinnatitiam mensulam rogatus accubueram.

Cōncĭnnĭtū do, Conuenientia, concinnitas. {ὁμολογία, ἁρμονία. ANG. Apteſſe. handſomneſſe.} *Cic. lib. 2. de Inuent.* Splendoris & festiuitatis & concinnitudinis minimum.

*Concinnatio, Ipse concinnandi actus. *Cato cap. 106.* Aquæ marinæ concinnatio.

Cōncĭno, is, nui, concentum, Simul cano. { זמר *zimmér* פרש *parat. συμφωνέω.* GAL. Chanter en partie, accorder auec autre ou autres. IT. *Cantare insieme, ò in compagnia.* GERM. Mitsingen/ zueinander singen. HIS. *Cantar con otro.* ANG. *To sing a parte vneablie with other.*} [*Cic. 4. Tusc.* Hæc quum pressis & flebilibus modis concinuntur, difficile est, &c. Qualia sub densis ramorum concinit vmbris. *Catull.*] Per translationem sumitur pro conuenio, consono. *ὁμολογέω. Idem 1. de Natur. deor.* Antiocho enim Stoici cum Peripateticis reconcinere videntur, verbis discrepare. ¶ Accipitur & pro prædicere, vaticinari, quemadmodum simplex Cano. *Idem pro Sest.* Hæc tum à me, tanquam fata in ipsa re gerenda concinebantur. [Item apud *Plautum Merc. sc. 3. a. 2.* exponitur clarè memorari.]

Cōncĕntor, in decretis canonicis dicitur is, qui consonat & concinit canenti. *συμφώνος.* ¶ Sicut succentor, qui voce subsequens canendo respondet. ¶ Præcentor, qui vocem præmittit in cantu.

Cōncĕntĭo, onis, verbale, à Concino. {זמרה *zimráh. συμφωνία.* GAL. Accord de vo.x, melodieux chant & accordant, consentement. ITA. *Accordo de voci, harmonia, consentimento.* GER. Mitstimmung/ zusamen singung. HIS. *Canto acordado y dulce, consentimiento.* ANG. *A melezious singing in tune with other.* } *Cic pro Sest.* Nam quum agretur Togata, simulans, vt opinor, cæteræ tota, clarissima concentione in ore impuri hominis imminens conciohata est.

Cōncĕntŭs, us, Harmonia ex diuersis resultans vocibus. {מנים *minnim. συμφωνία.* GAL. Accord de voix, chant melodieux & accordant. ITA. *Consuono, consonanza, melodia.* GER. Gedentlich zusamen singung/ melodey/ gesang. HIS. *Canto acordado y dulce.* ANGL. *A melodious harmonie in singing.* } *Virgil. lib. 1. Georg.* Hinc ille auium concentus in agris. *Cicer. in Som. Scipion.* Qui acuta cum grauibus temperans, æquabilitet concentus efficit.

Cōncĭnēntĭa, Concentio. *ἁρμονία. Macrob. Comment. lib. 1. c. 5.* Sed & ad ipsam cæli harmoniam, id est concinentiam hunc numerum magis aptum esse non dubium est.

Cōncĭo, s, conciui, Conuoco. {קרא *kará.* עקץ *tzabák. συγκαλέω.* GAL. Appeller à soy. ITA. *Conuocare, chiamare più persone.* GERM. Zusamen beruffen. HIS. *Llamar, conuocar.* ANG. *To call to him.* } vt Concire multitudinem. *Liuius.* ¶ Item commouco. {κινέω. GAL. Esmouuoir, inciter. IT. *Commouere.* GER. Bewegen. HISP. *Mouer.* } *Terent in Hecyr.* Forte fortasse vnum aliquod verbum inter eas iram hanc conciuerit. *Vide* CIEO, & CONCIEO. [Concire ad arma. *Velleius.*]

Cōncĭo, onis, à Concio, is, tria significat, scilicet suggestum vnde verba fiunt. {מגדל עץ *migdál étz. βῆμα, ἀγορητήριον, ἐκκλησία.* GALLICE La chaire où monte celuy qui harangue, ou le lieu où se tient le cõseil. ITALICE. *Il pergamo, bigoncia & luogo rilenato, doue monta chi sta chi parla al popolo.* GERM. Ein predigstul/ ein cantzel/ das ort vnd welchem här man ein red thut. HISP. *Lugar de donde habla el que razona el pueblo, ò lugar do se ayunta el consejo.* ANG. *A pulpet.* } *Liu. lib.* Vocato ad concilium populo, summissis facibus in concionem ascendit. ¶ Item multitudinem populi à listentis conuocatam, {עדה *hedháh* קהל *kahál. ἐκκλησία.* GAL. Assemblée de peuple, le conseil assemblé. ITAL. *Ragunata di popolo.* GERM. Ein versamlung deß volks/ gemeind. HISP. *El consejo de todos ordenes, ò a yuntamiento de gente en el sermon.* ANG. *An assemble of people.* } *Cic. in Lal.* Concio quæ ex imperitissimis constat, tamen iudicare solet. *Sallust.* Itaque concione aduocata, huiusmodi orationem habuit. [præsenti pube, in cõcione, omni populo. *Plaut. Pseud. sc. 1. a. 1.* Pro Cõcione legere codicē. *Quint.* Cùm in concionem mediam me immersi miser. *Plaut Mena. sc. 1. a. 3.*] ¶ Tertiò orationem ipsam, quę ad populum habetur. {דברה *dabberáh* דברים *debarim* עתרת *hathéreth. δημηγορία.* GALL. Harangue au peuple. ITA. *Oratione ò sermone de chi parla al popolo ragunato.* HISP. *Razonamiento que se haze al consejo, o sermon.* ANG. *A preathing oriſon, or ſermon.* } *Cic. Dolabellæ*, Legi concionem tuam, nihil illa sapientius. [Dij illum perdant qui primus concionem inuenit. *Plaut. Mena. sc. 1. a. 3.* Quid sit concionem habere, & concionem à multis simul haberi possit, docet *Gell. c. 14. lib. 13.*]

Cōncĭūncŭlă, læ, diminutiuũ. *Cic. ad Att. lib. 2.* Quæ mihi viderut vha conciuncula clamore pedissequorum nostrorum esse perituta.

Cōncĭōnor, penult. prod. Orationem habeo, concionem habeo. {דבר *dibbér. δημηγορέω, ἐκκλησιάζω.* GALL. Haranguer, rapporter à l'assemblee, prescher, remonstrer au peuple. ITA. *Far oratione, o predicar.* GER. Predigen/ ein redthun. HIS. *Razonar on consejo, ò predicar.* ANG. *To preach, to haue a sermon.* } *Cic. in Epist. familiar.* Quòd quum Lepidus concionaretur atque omnibus scriberet se consentire cum Antonio. *Idem in Tusc.* Quæ quum ita sint, magna tamen eloquentia est vtendum, atque ita vt de superiore è loco concionandum.

Cōncĭō nābūndŭs, di, idem ferè quod concionans, concionem habens, concionatorem agens, {δημηγορῶν. GAL. Harangueur, faiseur de harangue. ITA. *Chi fa oratione.* GERM. Der da prediget oder ein red thut. HIS. *El que mucho razona al consejo.* ANG. *A vich preacheth* } *Liu. 5. ab Vrbe.* Hæc propalam concionabundus in dies magis augebat iras hominum. *Idem 3. ab Vrbe.* [*& lib. 10. d. 4.*] Hæc propè concionabundus circumibat homines.

Cōncĭōnātor, Concionem habens. {קהלת *koheléth. δημηγόρος.* GALL. Orateur. IT. *Oratore*, GERM. Ein prediger/ Ein redner vor dem volck. HIS. *El que razona al consejo.* ANG. *A preacher.* } *Hieronymus in Prolog. Salomon.* Ecclesiasten Græco nomine appellat. *Cic. 4. de Catil.* Intellectum est quid interesset inter leuitatem concionatorum & animum verè popularem.

Cōncĭōnātōrĭŭs, a, um, quod ad concionem pertinet, concionalis, concionarius. {δημηγορικός. GAL. Appartenant aux congregations & assemblees ou à l'oraison. IT. *Che apartiene à serue ad vn asse imbramento, ò all' oratione.* GER. Das zu der predig oder red gehört. HI. *Cosa para razonar a'li.* AN. *B. longing to preaching.* } *Gel. l. 11. l. 1.* Ecce autem prò tibicina Laconica, tibia quoq. illa concionatoria in mentem venit.

Cōncĭōrālĭs, Concionatorius, concionarius. {ἀ. ῥᾶτος, δημηγορικός. GAL. Propre à prescher ou haranguer. IT. *Atto a contirnare* GER. Der tauf gentlich vnd gut zu dem predigen ist/ Oder/ der vil vnd offt prediget oder red haltet. HISP. *Digno de predicar, ò razonar assi.* ANG. *Meete to preacher.* } Qui idoneus est ad concionandum: aut qui concionari consueuit, qualis hodie vulgò *Predicator* appellatur. *Curius Cic.* Quod quidem si inter vos senes concionales venale proscripsit, egerit non multum. Concionalis clamor. *Cic. ad Quint. Fra. li. 2.* Sed eodem die vehementer actum de agro Campano clamore Senatus prope concionali.

Cōncĭōnārĭŭs, a, um, *δημηγορικός.* Idem. *Cic. ad Qu Fra. lib. 2* Veh. meuter esse prouidendum ne opprimatur, concionario illo populo à se prope alienato.

Cōncĭpĭllo, as, apud *Næuium* ponitur pro *Corripio*, & *Intonuo*, vt

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

annotauit Festus. Qua voce vsus est & *Plaut in Trur.* Quem ego affatim iam concipillabo σωματίζω.

Cōncipio,is,pe.co. Simul capio,apprehendo. {חרה *haráh.* συλλαμβάνω. GAL. Prendre plusieurs choses ensemble. IT. *Pigliar piu cose insieme.* GERM. Mit einander fassen oder zusammen fassen. HISP. *Tomar muchas cosas juntamente.* ANG. *To tak many thinges togethe*r} Vnde Concipere mulieres dicuntur, quum genitale semen apprehenditur ad fœtum faciendum. {חרה *haráh.* κυισκομαι, κυέω. GAL. Conceuoir. ITA. *Concipere.* GERM. Entpfahen. HIS. *Concebir.* ANGL. *To conceiue a childe.*} *Lactan. lib.3.* Quid, quòd vxor potest esse communis, filius non potest: quoniam concipi nonnisi ex vno necesse est? ¶ Transfertur ad animum, pro εἰς νοῦν λαβεῖν, ἐμβάλλεσθαι εἰς νοῦν, νοεῖν. *Quintil.* Nec tantùm concipere animo Icelus potuit. [Transfertur & ad alia, vt, Conceptâ fantem (in vulnere) exprimere. *G. ll. c.14. lib.5.* Item concipere summas, pro supputare. *Liu. lib.3. ab vrb.* Concipere ferias quomodo prætor soleret. *Gell. c.14. l.10.* Concepta opinione. *Suet. in Aug. c.6.* Concepta iudicia *Suet. in Calig. c.40.*] ¶ Hinc conceptus mentis, ἔννοια, dicuntur, quæ comprehendimus & imaginamur. [Concipere visiones. *Quintil.* Magis maiorem in modum in se concipiet metum. *Plaut. Amphit.* Conceptæ mentis intentio, id est sententia animo agitata. *Quint.*] ¶ Et apud Geometras, communes animi Conceptiones vocantur ea, quæ omnes tanquam manifesta & indubitata profitentur: vt omne totum est maius sua parte, &, Si ab æqualibus æqualia demas, quæ remanent, inter se æqualia sunt. ¶ Interdum Concipere est deliberare ac destinare. {βουλεύομαι. ANG. *To de ermine in mynd.*} *Sen.* Iam dudum animo conceperat quid esset acturus. *Virg.12. Æn.* Aut tu bella cie, conceptúmque excute fœdus. Interdum congregare, in vnum reducere. συναθροίζω. *Col. lib.1.* Ne quum à vertice torrens imbrib. conceptus affluxerit, fundamenta conuellat. *Idem* Sed ampla stabula sic ordinentur, vt ne quis humor influere possit. & vt quisque ibi conceptus fuerit, quàm celerrimè dilabatur. ¶ Concipere verba, frequens est apud veteres, pro eo quod est, Certam quandam verborum formulam edere. Vnde concipere verba iuramenti, est præmeditari, præscribere & dictare iuraturo, quib. verbis velimus fieri iuramẽtum. [Concipere verba solennia. *Senec. cap.13. de Consol. ad Marc.* Concipiámque bonas ore fauente preces *Ouid. Eleg.4. lib.3. Trist.* Conceptis verbis periurare manellem. *Plaut. pseu sc.5. a.4.* Iurasti cõceptis verbis. B. Consultis verbis. *Plaut. pseud. sc.3. a.1.*] *Liu. l.7. ab vrbe*, Procul inde ire omnib. iussis cultrum stringit, & super lectum stans, ferro intento, nisi in quæ ipse concepisset, verba iurarent, se patris eius accusandi causa concilium plebis nunquam habiturum, se eum extemplò trãsfixurum minatur. Conceptis itaque verbis iurare, est iuramentum præstare certa quadam verborum formula, ab eo, qui iuramentum defert, præmeditata & præscripta. ¶ Ad hunc etiam modum veteres dixerunt: Concipere vadimonium, hoc est, dictare formulam vadimonij. *Cic. ad Quint. Frat.* Negat in tanta multitudine eorum, qui vnà essent, quenquam fuisse, qui vadimonium concipere posset.

Cōncēptus,a,um, participium, Apprehensus, generatus. {חרוי *herajjón.* κύησις. GAL. Ce qui est conceu & engendré. IT *Cosa concetta ò generata* GER. Die empfangen frucht im leyb. HISP. *Lo fruto ò lo que la hembra pare.* ANG. *That is conceiued and engendred.*} *Plin. lib.20. c.22.* Non edendum grauidis, nisi mortuo conceptu. [Non magis sancta & seuera vita, quàm conceptus inchoati *Senec. cap.15. de Tranquil.*] ¶ Conceptus, Actus ipse concipiendi, idem quod conceptio, σύλληψις. *Cic. 1. de Diuin.* Quædam etiam ex hominum pecudúmque conceptu & fœtu, ostentorum exercitatissimi interpretes extitetunt. ¶ Conceptus etiam de camino dicitur igni concepto. *Suetonius in Vitellio*, Flagrante tr clinio ex conceptu camini, id est ex camino qui ignem conceperat: *Lucretius.* Stuppa iacit flammas concepto protinus igne. Conceptus item ponitur pro conceptaculo: *Seneca Quæst. Natur. lib.5. capit.15.* Vide flumina ingentia, & conceptus aquarum inertium vastos, pares nostris, nec compressos quidem terra supereminente sed liberæ laxitatis.

Cōncēptĭo,onis, Conceptus. {חרון *herón.* σύλληψις. GAL. Conception. IT. *Concettione* GER Entpfahung/entpfencknus. HIS *Concebimiento.* ANG. *A conceiuing.*} *Plin. lib.21. cap.25.* Chrysippus & conceptionibus eam putat conferre multum. Contra naturam conceptio, *Cicer. 2. de Diuin.*

¶ Formularum conceptio, *Paulus in l. Actio negotiorum ff. de neg. gest.* In extraordinariis iudiciis, vbi conceptio formularum non obseruatur, hæc subtilitas superuacua est. ¶ Conceptio apud Grammaticos schema est, quum vnum genus concipit, hoc est, simul apprehendit aliud genus, vel vna persona aliam. ¶ Conceptio vel imprægnatio, quare sic vocata primitus sit. *Galen. lib.1. de homine ita disserit:* Mihi videtur, inquit, id ipsum verbum, Concipere, quod Græci συλλαμβάνειν τὸ σπέρμα dicunt, adeóque nomen hoc Conceptio, quod σύλληψιν ipsi vocant, inde à mulieribus esse impositum. Etenim motum quendam se percipere dixerunt in vtero, qui velut contraheretur, & paulatim in sese coiret, vbi semen non concepeurnt. Conceptionis causa est, moderata locorum caliditas, necnon recens menstruorum purgatio, & appetitus libidinis. Quum enim hæc non concurrunt, semen non continetur. Conceptus impeditus quum bis concipit mulier à duobus. Nota exemplum de Hercule & Iphiclo *apud Solinum Mirac.* Conceptus fœminæ vultum prægnantis inficit pallore. *Solinus cap.4.*

Cōncēptācŭlum, aut Conceptabulum, Quod aliquid continet. {אוצר *otsár.* ἀποδοχεῖον, ἐνδοχεῖον. GAL Le lieu ou quelque chose est gardee, mise u conceuë, vaisseau. IT. *Recettaculo.* GERM. Das ort so etwas entpfahet oder haltet. HIS. *Lugar donde algo se recoje.* ANGL. *A place to keep any thing in.*} Vt vena est conceptaculum sanguinis, id est, qua sanguis continetur. *Plin. lib.11. c.37.* superbiæ alicui conceptaculum, sed in supercilijs sedem habet.

Cōncēptiuæ feriæ, Sunt quæ quotannis à magistratib. vel sacerdotibus in dies certos, vel incertos concipi consueuerunt, στεναγμόν ἐορταί. ¶ Erant autem apud veteres quatuor publicarum feriarum genera. Nam, aut Statiuæ erant, quæ certis & fixis diebus quotannis obseruabantur, & eodem semper die in festis annotabantur: nos hodie Festa immobilia vocamus. Aut Conceptiuæ, quæ quotannis quidem fiebant, sed modò hoc, modò illo tempore, vt magistratui videbatur, quales erant Latinæ feriæ, Sementinæ, Compitalia & Agonalia. Imperatiuæ verò quæ quotannis fieri non consueuerant, sed propter valetudinẽ Principis, aut insignem victoriam, aut etiam imminens periculum à magistratu imperabantur. Nundinæ autem feriæ erant rusticorũ causa, nono quoque die institutæ, vt quum octo diebus in agris fuissent, ad emenda necessaria nono die in vrbem conuenirent. *Vide hæc latius apud Macrob. lib.1. Satur. cap.19.*

Cōncĭto, concitas, vide CONCIEO.

Cōnclāmo,as,are, Simul clamare, clamo. {קרא *karáh* אנח *anák.* συμβοάω. GALL. Crier ensemble, s'eferier. ITAL. *Gridare insieme, gridare.* GER. Mitschreyen/zusamen schreyen. HIS. *Llamar dandos vozes.* ANG. *To shout and cose together.*} *Cic. 6. Phil* Quum vos vniuersi vna mente atque iterum à me conseruatam esse Rempub conclamastis. *Iacit. lib.1.* Cõclamant patres, corpus ad rogum humeris Senatorum ferendum. *Cæsar 1. bell. Gall.* Quos quum apud se in castris Arioui stus consp xisset, exercitu suo præsente conclamauit quid ad se venirent. *Ouid.* Conclamat socios ad se. *Ouid. 13. Metam.* Toties in vicinia mea conclamatum est (de morte, ruina, incendio,) *Seneca cap.11. de Tranq* Conclamo, Heus quid agis? (id est clamo) *Plaut. Merc sc.2. a.2.* Item vis conclamari auctionem? fore quidem die septimi. *Plaut. Mena. sc.vlt. a.5.*] ¶ Conclamare vasa, militaris est locutio, pro denuntiare inter milites, vt vasa colligant: quod fiebat quum exercitus moturus erat castra: αἴρειν σημεῖα ἐν. *Cæs. lib.1. bel. ciuil.* Quo cognito, signum dari iubet, & vasa militari more conclamari. [Et conclamare tantum. *Cæs. l.1. bel. ciuil.*] Conclamatum est, hoc est transactum & finitum est. {גמר *noáscht.* τετέλεσται. GAL. Tout est fait. ITAL. *Egli è finito.* GER. Die sach ist schon hinuber/Es ist schon geschehen. HIS. *La cosa esta acabada.* ANG. *All is doo ne and ended.*} Quod locutionis genus ab iis tractum putatur, qui morientibus assistunt. Solent enim illi cadauerum recẽs exanimatorum faciem identidem frigida abluere, noménque eorum clara voce inclamare, ne forte syncope correptos pro mortuis funerarent. Nam qui animi deliquium patiuntur, mortuis simillimi sunt: vnde & nonnullos pro mortuis elatos, & à rogo relatos accepimus. Quum ita effusa subinde frigida, nominéque sæpius inclamato nihil proficeretur, post vltimam cõclamationem re iam desperata comburebantur. ¶ Hinc corpora conclamata dicuntur, hoc est deplorata, quibúsque extremum hoc conclamationis præstitum est officium. *Lucanus,* - corpora nondum Conclamata iacent. [Hinc Liuius, conclamauerant suos (id est habuerant pro mortuis) *Liu.4 ab vrb.*]

Cōnclāmātĭo,onis, verbale, Multorum clamor. {צעקה *tsehakáh* אנקה *anakáh.* κατευωνισμός, κατεύνισις. GAL. Cri de plusieurs gens ITAL. *Gridi più genti.* GER. Das zusammen schreyen viler. HISP. *Aquello llamado con bozes.* AN. *Shouting or aryng of many together.*} *Seneca*, Quum aliqua conclamatio est, quomodo exeat, non qui efferat, quærit.

Cōnclāmĭto,tas, frequentatiuum. {קרא *neenák.* συχνῶς κατακράζω. ANGL. *To shout often.*} *Plaut. Merc.* Conclamitare tota vrbe, & prædicare.

Cōnclāmātŭs,a,um, vt conclamatum frigus *apud Macrob.* quod conclamata corpora faciat necando frigiditate sua. *Macrob. Satur. lib.7. ca.5.* Succo papaueris admiscetis euphorbium, mandragoram, aliásq; herbas conclamati frigoris pipere temperatas.

Cōnclāuātæ res, *inquit Festus*, quæ sunt sub eadem claue.

*Conclaudo, conclausi, conclausum, conclaudere, Simul claudere, concludere. Vnde Conclausa semina, *apud Columellam, lib.3. cap.12.* Eadémque velut conclausa & coarctata semina comprimere atq; strangulare.

Cōnclāuĕ, penul. prod. neut. gen. Locus secretior in interioribus ædibus, vnam habens clauem communem domesticis, intra quem multa loca clausa sunt adhærentia triclinio. {חדר *chadhér.* μυχός. GAL. Vne chãbre auec sa garderobbe ou estude, fermoes sous vne clef: vn lieu à se retirer ou enfermer quelque chose. ITA. *Conclaue, luogo secretto.* GER. Ein gemach in einem hauß. HIS. *Camara encerrada ò recamara.* ANG. *The most in ward and secret place of an house, a closet.*} [Vnum conclaue concubinæ quod dedit, in conclaui. *Plaut. Merc. sc.1. a.2.*] *Terent. in Eunucho*, dum apparatur, virgo in conclaui sedet. *Cicer. 1. de Diuin.* Conclaue illud vbi erat mansurus, si ire perrexisset, proxima nocte corruit. [Imò conclaue Latinis est quod Græcis Triclinium. *Cic. 6. in Verrem.* In singula conclauia tricenos lectos, &c. *Cic. 3. de Orat.* de Scopæ interitu loquens, Hoc interim spatio cõclaue, vbi epulabatur Scopas, concidit. *Quintil.* eandem referens historiam, Triclinium appellat, quod à Cicerone dicitur Conclaue. Verba eius sunt hæc, Vix illo limen egresso triclinium illud supra conuiuas corruit.

Cōnclāŭlum, idem significat. *Plaut. in Aulul.* Et conclauium mihi pernium facitis.

Cōnclūdo,is,pen. prod. Simul claudo, constringo, cogo, comprehendo. {סגר *saghár* συλλέγω, καθειργνύω, συνέχω, παλαίω. GAL. Enfermer, enclorre, enserrer. ITAL. *Rinchiudere, imprigionare* GERMAN. Beschlieſſen/ein schliessen. HIS. *Cerrar.* ANG. *To shut or close in.*} *Terent. in Adelph. Cic. de Vniu.* Intelligẽtiam in animo, animum in corpore conclusit Deus. ¶ Ponitur etiam pro perorare, id est, orationem terminare. {כלה *chilláh* השלים *hischlim.* συμπεραίνω, τελειόω. GALL. Conclurre, acheuer. ITA. *Concludere, finire.* GERM. Die red enden. HIS. *Concluir, acabar.* ANG. *To finishe to conclude and end.*} *Cic. 6 Verr.* Vt aliquando totam huius generis orationem concludam, ac definiam. ¶ Item ponitur pro cõficere, colligere & inferre. *Cic. de diu.* Chrysippus solet ex ipsis exemplis rationem concludere hoc modo.

*Conclusus, a, um, Participium, συλλογισμός, *Cic. 1. de Orat.* Omnia ferè, quæ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quæ sunt conclusa nunc artibus, dispersa & dissipata quondã fuerũt. [In cauea conclusi pulli. *Plautus Curc. sc.1.a.3.*]

Cõclũsio dicitur, quam Græci ἐπίλογον, nostri modò Perorationem, modò Cumulum vocant. Nam cumulus propriè aceruus est, & in conclusione, omnia, quasi in vnum aceruum colliguntur. {סוף *Soph.* GALLIC. Conclusion, fin. ITALIC. *Conclusione, fine.* GERM. Beschluß/end. HISP. *Conclusion, fi.* ANG. *The conclusion or end.*} Vocis moderatio & verborum conclusio. *Cic. 3. de Orat.* Acuræ conclusiones, *Quint. lib. 5. cap. 14.* Subtilis, & ad morem Dialecticorum formata conclusio, *Idem lib. 7. c. 4.* [Hinc Conclusionem pro obsidione dixit Cæsar *2. de bell. ciu.*]

Cõclũsiũncũlã, diminut. *apud Cic. 4. Acad.* τὸ συμπερασμάτιον.

* Cõclusè, Aduerb. συγκεκλεισμένως, vt Cõclusè aliquid dicere. *Cic. in Orat.* Quum vt fic, fortuitò sæpe aliquid conclusè aptèque dicerent.

Cõcoctio, *Vide* CONCOQVO.

Cõcœnãrio, onis, Verbale à cum & cœna, tertia longa. {משתה *mischtéh.*} *Cic. de Senect.* Conuiuium Græci tùm compotationem, tùm concœnationem vocant, συμβιωσιν οἱ ἕλληνες ὅτε μὲν συμπόσιον, ὅτε δὲ συμπόσιον ἄνευ ἀνακλίσεως.

Cõcŏlŏr, oris, omn. gẽ. Eiusdẽ coloris. {ὁμόχρους GAL. De mesme couleur. ITAL. *D'vn medesimo colore.* GERM. einer farb/das nur ein farb hat. *Cosa del color que es otra cosa.* ANGLIC. *Of the same colour.*} vt Concolor cicatrix, *Plin. lib. 28. c. 9. & lib. 10. c. 19.* Turdis color ætate circa collum varius, hyeme concolor. [Et populus festo est concolor ipse suo. *Ouid. 1. Fast.*] *Vir. 8. Æn.*

Candida per syluam cum fœtu concolor albo
Procubuit, viridique in littore conspicitur sus.

Cõcŏquo, quis pen. cor. Coquo. {אפה *aphàh* בשל *bischschél* בשׁל. GA. Cuire, digerer, meurir. ITA. *Cuocere & ben padire.* GER Rochen/Dawen. HISPAN. *Cozer, digerir la vianda.* ANGL. *To see h, boyle or digest.*} *Var. de re rust. lib. 2. c. 10.* Ad focum ligna afferte & cibum cõcoquere. ¶ Concoquere etiam frequentissimè accipitur pro digerere, & cibum in qualitatem conuenientem nostro corpori cõuertere. *Mar. lib. 1.* Bene concoquit Charinus, & tamen pallet. *Cic. 2. de Nat. deor.* Eadémque hæc auis scribitur conchis se solere complere: eásque, quum stomachi colore concoxerit, euomere.

¶ Interdum etiam metaphoricôs accipitur, pro æquo animo ferre, & pati. *Liu. lib. 4. ab Vrbe*, Vt quem Senatorem concoquere ciuitas vix posset, regem ferret. Tracta est translatio à concoctione, quæ fit in stomacho. ¶ Concoquere odium, κατεπέψαι χόλον, πέσσειν τὸν λυπην, ὀργὴν πεπαίνειν. *Cic. ad Quint. Frat. lib. 3.* De epistola Vatinij risi. sed me ab ea ita obseruari scio, vt eius ista odia non forbeam solùm, sed etiam concoquam. [Medea concoxit senem. *Plaut. sc. 2. a. 3.* Maturatur & concoquitur labor ille (ediscendi.) *Quintil.*]

Cõcoctio, verbale, Vna ex naturalis animæ facultatibus qua cibus mutatur in qualitatem parti nutriendæ conuenientem. {πέψις. GAL. Digestion, cuisson, meurissement. ITA. *Digestione, il padire.* GERM Die dawung. HIS. *La digestion de la vianda ò manjar.* ANG. *Digestion, ascething.*} Concoctionis autem partes sunt tres, quarum prima in ventriculo, secunda in iecore & venis conficitur, tertia in ipsis partibus nutriendis. *Plin.* Multúmque in summo cibo concoctionib. confert vel folio, vel semine.

CONCORDIA, æ, Venetiæ oppidum, non procul ab Altino, & flumine Liquentia: cuius meminit *Plin. lib. 3. c. 18.* Vulgo *Concordia.*

¶ Est item Concordia cognomento Iulia, Hispaniæ Bæticæ oppidũ in conuentu Hispalensi, *teste eodem Plin. lib. 3. c. 1.* Huius incolæ dicuntur Concordienses, quorum meminit idem *Pli. lib. 4 c. 20.* ¶ Concordiam dea apud Romanos, cuius ædem C. Flauius Cn. filius dedicauit in area Vulcani summa inuidia nobilium, *teste Liu. lib. 9. ab Vrbe. Cic. pro domo sua*, Si sedem ipsam ac templum publici consilij religione concordiæ deuinxisset. ¶ Cella concordiæ. *Cic. 2. Phil.* Quum in hac cella concordiæ (ô dij immortales) in qua me Consule salutares sententiæ dictæ sunt, &c.

Cõcordĭālis, Herba est syluestri papaueri similis, quæ quòd argemati oculorum medeatur, à *Dioscoride* Argemone est appellata, ἀργεμόνη.

Cõcorpŏro, In vnum corpus redigo {συνσωματόω. GAL. Incorporer. ITAL. *Incorporare.* GERM. Zusammen in einen leib bringen/einleiben. HI. *Encorporar.* ANGLI. *To make one bodie of many.*} quod fit, quum duæ, pluréſve res mistæ vnum quid efficiunt. *Plin. lib. 22. cap. 22.* Semper mul sum ex vetere vino, facillimeq; cum melle concorporatur.

Cõcors, A coniunctione cordis dicitur, qui vnius cordis, siue vnius animi est, consentiens, conueniens, coniunctus. {ὁμόνους, ὁμογνώμων. GAL. D'vn mesme cœur & courage, & d'vne mesme fantasie & volonté. ITA. *Concorde, d'accordo.* GERM. Einmütig/gleich gesinnet. HISP. *Cosa concorde.* ANG. *Of one mynd & will, agreable.*} Cic. 1. *Tusc.* Aliis cor ipsum animus videtur: ex quo Excordes, Vecordes, Concordesque dicuntur. *Plin. lib. 7. c. 12.* Diuersarum quidem gentium natales tàm concordi figura reperiri, super omnem esse taxationem. Parcæ concordes. *Virg. 4. Æn.* Talia secla suis dixerunt currite fusis, Concordes stabili fatorum numine Parcæ. [Fiet ciuitas concordior. *Plaut. Aul. sc. 5. a. 3.*]

Cõcordĭa, Vnanimitas, & consensus, ✕ discordia. {שלום *schalóm* רצון *ratsón.* ὁμόνοια. GAL. Concorde, accord. ITA. *Concordia, accordo.* GERMAN. Einmütigkeit/einhelligkeit/eintrechtigkeit. HISP. *La concordia.* ANGL. *Concord, agreement.*} *Sallustius*, Concordia paruæ res crescunt, discordia maximæ dilabuntur. Dicitur Concordia à corde congruente. *Cicer. 5. Verr.* Tantámque habebat morum similitudo coniunctionem atque concordiam, vt, &c. [Deûm metum, parentum amorem, cognatûm concordiam. *Plaut. Amph.* Redistis in concordiam? *Idem ibid.* Concordiam alicuius aspernàri, (id est societatem & amicitiam.) *Velleius.*] ¶ Discors concordia dicitur rerũ, quæ quum inter se diuersæ sint, tamen commixtæ vnum quoddam corpus conficiunt, dum vna alterius vires temperat & coercet. ἀσύμφωνος, συμφωνία. *Ouid. 1. Metamorph.* Quippe vbi temperiem sumpsêre humórque calórque, Cõcipiũt: & ab his oriuntur cuncta duobus. Quúmq; sit ignis aquæ pugnax, vapor humidus omnes Res creat: & discors concordia fœtibus apta est. *Horat. 1. Epist.* Quid premat obscurũ, lunæ quid proferat orbem, Quid velit & possit rerũ concordia discors. ¶ Discordẽ concordiam vocat Lucanus simulatam amicitiam: vt quã nũc amplecti & colere videmur, quem tamen tacito odio prosequimur. Verba eius sunt libro primo de Cæsare & Põpeio, Temporis exigui mansit concordia discors, Páxque fuit, non sponte ducum: nam sola futuri Crassus erat belli medius mora. ¶ Concordia fulciuntur opes etiam exiguæ: Sententia prouerbialis est *apud Homerum Iliados v.* Συμφερτὴ δ' ἀρετὴ πέλει αἰδρώνμαὶ μάλα λυγρῶν. i. Coniuncti pollent etiam vehementer inertes. Hac conuenit vti, siquando significabimus non esse contemnendam amicitiam aut simultatem multorum, etiam si fuerint alioquin imbecilles, & quorum singulos quiuis facilè contemnat.

Cõcordĭtās, tis, Pro concordia *apud Pacuuium aliósque veteres*: ὁμόνοια. Concorditatem (inquit) hospitio adiunctam, & perpetem probitatem conseruetis.

Cõcordĭter, Vnaniminter, pari consensu, {ὁμονοητικῶ. GAL. Tout d'vn accord. ITA. & HISP. *Concordamente.* GERMAN. Einmütiglich/einhelliglich. ANGL. *By one consent.*} *Ennius Annalium lib. 1.* Æternum seritote diem concorditer ambo. [Concorditer inter se congruunt. *Plaut. Curc. sc. 2. a. 2. Item Suet. in Tib. c. 6.* Concordius *Liuius lib. 4. ab vrb.*] *Sosipater lib. 11. Institut. Grammat.* Hinc concordissimè in superlationis gradu. *Cicer. pro Rabirio*, Et tibi acerbior patrui mors est, quem nunquam vidisti, quàm illi eius fratris, qui cum concordissimè vixerat.

Cõcŏ-do, Conuenio, cõcors sum {יאת *jáath.* ὁμογνωμονῶ. GALL. Accorder, estre d'vn mesme cœur & courage. ITA. *Concordare, accordare, essere d'a cordo.* GERM. Mithellen/einmütig sein/gleich gesinnet sein. HISP *Concordar vna cosa con otra, ser de acuerdo.* ANGL. *To accord, to be one consent.*} *Terent in Phorm.* Si concordabis cum illa, habebis quæ tuam senectutem obiectet. *Ouid. 10. Metam* Et sensit varios quamuis diuersa sonarent, Concordare modos. [Motus concordet cum gestu. *Quintil.*]

Cõcordātus, συμπαθὴς. *Papinianus D. lib. 48. Tit. 7. l. 11.* Volentes bene concordatum sequens matrimonium dirimere.

Concratitius, a, um, adiectiuum, {גרר *ghaahér.* συγκεράσιος. GALL. Fait de clayes iointes & misses ensemble, cõme vne cloison d'ais ou membrures trauersantes l'vne sur l'autre. ITA. *Parete ò clausura di tauole.* GERM. Das auß hurden zusamen gemachet ist. HISPAN. *La pared texbique ò sarzo.*} Significat quod ex contextis cratib. fit. Inde paries cõcratitius dicitur, qui intextis cratib. construitur. *Papin. in l. si fratres. ff. pro socio.* Si vicini semipedes inter se cõtulerint, vt ibi concratitius parietem inter se ædificarent, ad onera vtriusque sustinenda.

Cõcrēdo, is: Credo, commendo, fidei alicuius committo. {הפקיד *hiphkiah.* ἐπιτρέπω. GALL. Bailler tout en garde, s'en fier du tout à vn autre. ITAL. *Credere, committere à la fede.* GER. Einem etwas vertrawen/oder zubehalten geben. HISP. *Confiar e empreſtado.* ANGL. *To committor truſt to an others credite.*} *Plaut. Aulul.* Sed mihi anus huius obsecrans concredidit thesaurum auri. *Cicero pro Quintil.* Alphenus, cui tu rem tuam commendare proficiscens, & concredere solebas. [Me cui concrederet habuit (sub. amorem tuum.) *Plaut. Asin. sc. 1. a. 1.* Tibi (ô olla) aurum concreditum. *Plaut. Aulul. s. 5. a. 3.* Nec cui tuus concredat audacius. *Plaut. Capt. sc. 2. a. 2.* Stulte marsupium cum argento ei concredidi *Plaut. Men. sc. 1. a. 5.*] *Prop. lib. 1.* Sed quoniam non es veritus concredere nobis, Accipe cõmissæ munera lætitiæ. Concredere mari nauigia, *Columel. in Præf. libri 4.* Ventis aliquid concredere, *Catul. Cicero pro Ros. Amer.* Cui fama mortui, fortunæ viui commendatæ sunt atque concreditæ.

Cõcrēdŭo, duis, dixêre veteres. *Plau. Aul.* Ne tu in me mutassis nomen, si hoc concreduo. *Idem Casin.* ei ego amorem omnem meum concredui.

Concrēmo, as, pen. cor. Cremo. {כער *kéér.* καίω GAL. Bruſler tout en vn coup. ITA. *Abbruſciare.* GERM. Verbrennen. HISP. *Quemar* ANG. *To burne together or all at ones.*} *Plin. lib 52. c. 18.* Periti rerum asseuerãt, non ferre tantum Arabiam annuo fœtu, quantum Nero princeps nouissimo pompæ suæ die concremauit. Concremare igni, *Liu. 6. ab Vrbe*, Vrbs concremetur, *Sen. Theb.*

Cõcrĕpo, as, pen. cor. Persono. {רמה חרק *hamáh charák.* θλαλάζω GAL. Crier ou criqueter, cõme vn huis, duquel les gons sont neufs ou rouillez. ITA. *Fare strepito, risonare.* GERM. Erkrachen/ein gereusch oder klirren machen wie ein thur. HISP. *Eſtallar rebentando, hazer ruydo lo que se quiebra.* ANGL. *To sound or giue a cracke like a doore with new bondes.*} Et plus est, quàm sono. Nam Con ibi actiuum est. *Terent.* Sed ostium cõcrepuit. [Item, *Plaut. Men. sc. 2. a. 2. & sc. 2. a. 3. in fin. Et Merc. sc. 1. a. 2.*] *Plaut. Bacchid.* Sed huc cõcedam, nam cõcrepuerunt fores. [Idem, *Plaut. Merc. sc. 2. a. 2. & sc. 3. a. 2.*] Concrepare digitis, *Cic. 3. Offic.* [& *Plaut. Merc. sc. 2. a. 2.*] Concrepare gladiis ad scuta, *Liu 8. bel. Punic.* ¶ Concrepare actiuè positum. *Ouid 3. Fast.* Rursus aquam rangit Temesæaque concrepat ara.

Cõcrēsco, concreui. concretum, simul cresco, vel conglutinor, {גדל *ghadhál.* συμφύομαι. GAL. Croistre ensemble. ITA. *Crescere insieme.* GER. Zusamen wachsen. HISPAN. *Crecer juntamente.* ANG. *To grow together.*} Non rarò tamen accipitur pro congelari & coagulari. {נפף *kaphá* συμπήγνυμαι. GALL. S'entreprendre, s'assembler & comme geler par moteaux, se congeler, se figer. ITA. *Agghiacciarsi*, GERM. Gefrieren/von der kelte vberschiessen HIS. *Cuaiarse.* ANG *To frize or congeale.*} *Cicer. de Natur. deor.* Quæ neque cõglaciaret frigoribus, neq; niue pruinaque concresceret. *Virgil. 3. Georg.* Concrescunt subitæ curren-ti in flumine crustæ.] Concrescere, cogi, coalescere, congelascere, Idem apud *Gell. c. 8. lib. 17.* Quid loquar? vt cuncti concrescant frigore riui. *Ouid. Eleg. 10. lib. 3 Trist.* 3 Sic etiam dicimus, Lac vel aërem concrescere, pro condensari.

Concrētus, participium, Mixtus, cõflatus, cõpositus, & quasi cõglutinatus. {נפף *kaphá* συμπαγὴς. GAL. Assemblé, conioint & espez, congelé & figé. ITAL. *Grosso, spesso, composto di più cose.* GERM. Zusammen gewachsen/Gefroren HISP. *Cuajado, ayuntado.* ANG. *Congeeled, growen together.*} *Cic. 1. Tusc.* Crassus hîc, & concretus aër. Aër concretus in nubem cogitur. *Idem 1. de Nat. deor.* Cælum crassum atque cõcretũ, & Aër purus & tenuis, velut opposita ponit *Cic. 1. de Nat deor.* [Et Vndas frigore cõcreras vngula pulsat equi. *Ouid. Eleg. 10. lib. 3 Trist.*]

Cõcrētum, ti, substantiuum, Coniunctum & conglutinatum. *Cicer. 1.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

de Nat. deor. Qui nihil concreti habeat, nihil solidi, nil expressi.

Cōcretus, us, ui. {ΠΝΕΡ *keppaón.* σύμπηξις. GAL. Assemblement de choses liquides, quand elles l'espessissent & prennent. ITA. *Assemblamento de più cose che si indurescono & impessiscono.* GER. Das zusamen wachsen oder gestrieren. HISP. *Obra de se cuajar, cuiamento.* ANG. *Frinzingior congeeling of thinges.*} *Plin. li. 12. c. 17.* In plenum autem probatio est minutis globis, nec rotundis in concretu albicantis succi.

Cōcrētio, onis, Compositio. {σύμπηξις. ANG. *A congeeling, growing together.*} *Cic. 1. de Nat. deor.* Idem facit in natura deorum, dum indiuiduorum corporum concretionem fugit.

Cōcrīminor, naris, idem quod simplex criminor. {חלך רכיל *halách rac l* רגל *righghél.* διαβολὴν ἐμποιῶ. GALL. Blasmer quelcun, & luy mettre à sus quelque cas. ITAL. *Incolpare.* GERM. Lesteren / mit schelrworten straffen oder einem vbel zureden. HIS. *Culpar, accusar.* ANG. *To blame, to rebuke.*} *Plautus Mil.* [*sc. 2. a. 2.*] Vt sic illic concriminatus sit aduersus militem meus Conseruus.

Cōcruciōr, aris, Doleo, torqueor. {דאג *daágh* דאב *daáb.* ἀνιῶμαι. GAL. Estre ensemble tourmenté, estre affligé auec. ITA. *Essere cruciato.* GER. Peyniget werden / schmertzen haben. HIS. *Ser atormentado.* ANG. *To be tormented together.* } vt concruciari omni corpore. *Lucr. lib. 3.* Et quasi quum caput, aut oculus tentante dolore Læditur in nobis, non omni concruciamur Corpore.

CONCVBIENSES, Populi sunt in Vmbria sexta Italiæ regione, *vt est apud Plin. lib 3. c. 14.*

Cōcumbo, as, pen. corr. siue, quod vsitatius est, Concumbo, is, simul dormio {שכב *schaćhaḃ.* συκαθεύδω. GALL. Coucher auec, coucher ensemble, habiter auec vne femme. IT. *Dormire in compagnia.* GER. Beyliegen. Beyschlaffen. HIS. *Acostarse ò dormir con otro.* ANG. *To lie and accompanie in the act of generation.* } & per translationem coco. ὀχέω. *Cic. 1. de Inuen.* Si peperit, cum viro concubuit. *Ouid. 3. de Arte,* Credere vix possum, nisi cogat credere partus Vos ego cum vestris concubuisse viris *Ter. in Hecyr.* Nam simul tecum post duos concubuisse eam mensibus. *Tibul. lib. 1. Eleg. 8.* At Venus inuenit puero concumbere furtim.

Cōcubitus, us, Coitus. {משגב *mischghaḃ.* συνουσία, μίξις. ANG. *Doing of the generation.*} *Plin. libr. 10 cap. 63.* Cæteris animalibus stati per tempora anni concubitus: homini omnibus horis dierum, noctiumque. *Cels. lib. 1.* Concubitus neque nimis concupiscendus neque nimis pertimescendus. [Concubitu grauidam feci. *Plaut. Amph.* Nec qui concubitus non tacuere suos. *Ouid. El. g. 1. lib. 2. Trist.*

Cōcŭbinus, {קדש *kadésch,* συνεύνος & Concubina, פילגש *pilégheśch.* ὁμευνέτις.} Qui vel quę vnà cubat. *Quin. lib. 1. cap. 3.* Nostras amicas, nostros concubinos videt. *Cic. 1. de Orat.* Mater in concubinæ locum duceretur [*Suet. in Galb. cap. 21.*]

Cō cŭbĭnātŭs, us, ui. *Plaut. Pœn.* Illam minorem in concubinatum sibi Volt emere miles quidam. *Suet. in Nero. c. 18.* Super ingenuorum progagia, & nuptarum concubinatus, vestali virgini Rubriæ vim intulit. [Concubium, pro concubitu dixit *Gell. c. 10. l. 9.*

Cōcubĭum. {GAL.. Le temps de la nuict le plus coy, quand tout le monde s'est retiré. ITA. *Il tempo della notte più silente, & più cheto.* GE. Das theil in der nacht wan es alles still ist / vnd schlaffend ligt. HISP. *El silencio de la noche quando to doi duermen.* ANG. *The most quiet tyme of the night when all is at rest* } Noctis primus somnus: ita dictū quòd eo tempore ferè omnes cubent, hoc est, illa pars noctis, quæ est inter primam facem, & noctem intempestam. μεσονύκτιον, τὸ μέσον νυκτός. [Varro videtur accepisse mediam noctem: *Liu. lib. 25.* primam partem *Victor. cap. 3. lib. 8.*] Secabatur enim apud veteres illos Romanos diei & noctis tempus in diuersas particulas, quas propriis suis nominibus discernebant. Incipiebant autem diem ciuilem à medio noctis: quod illud tempus finis esset præcedentis diei & principium subsequentis. Tempus proximum De media nocte vocabant. Deinde Gallicinium, quum galli canere incipiunt. Inde Canticinium, quum canere desinunt galli. Postea diluculum, tempus ante lucem vocatur. Post hoc proximum est Manè, quum lux solis apparet. Sequitur deinde illud tempus quod Ad meridiem vocamus: deinde Medius dies, quem Meridiem, quasi Medidiem, vocamus. Tempus quod meridiem sequitur, A meridie vocatur: deinde ex ordine subsequuntur Suprema tempestas, Vesper, Crepusculum, quum crepera, hoc est, dubia lux est. Deinde illud, quo lumina accenduntur, quod antiqui primam facem appellabant. Proximum huic tempus vocatur Concubium. Inde Nox intempesta: ita dicta, quòd illud tempus intempestiuum sit rebus agendis. Quod reliquum deinde est temporis, Ad mediam noctem dicitur. *Hæc ferè tradit Censorinus de Die natali, 10. c. & Macrob. Satur. lib. 1. cap. 2.* ¶ Nox concubia *Sisen. lib. 14. Histor.* Ipsi legati concubia nocte oppido digressi, iam supra hostium munitionem succedunt. *Plinius libr. 20. cap. 6.* Alij excoquunt ipsum, & nocte concubia in plumbeum vas conduut. *Cic. 1. de Diuin.* Qui vt cœnati quiescerent, concubia nocte visum esse in somnis ei, qui erat in hospitio, &c.

Concubium etiam pro Concubitu capitur, *ὶ συνουσία. Gellius lib. 9. cap. 10.* Tot vetò & tam euidentibus ac tam prætextatis, sed pluris honestisque verbis venerandum illud concubij secretum, neminem quemquam alium dix sse.

Cōcubĭtor, Qui cum alio cubat. συγκοιμητής. Quanuis per translationem accipiatur pro eo, qui rem veneream exercet.

Cōcŭlco Calco, calcib. premo, obtero, protero. {דרך *darách.* רמס *ramás* עס *has.* καταπατέω, συνθλάω. GAL. Pesteler, marcher sus, fouler aux pieds. ITA. *Conculcare, premere.* GERM. Zerträtten / mit füssen trätten. HISP. *Holla à acocear ò pisar.* ANG. *To tread vpon, to trample.*} *Cic. ad Att. lib. 8.* Conculcari, inquam, miseram Italiam videbis proxima æstate ab vtriusque municipiis ex omni genere collectis. Proterere & conculcare aliquem. *Cic pro Flac.*

Cōncŭlcātĭo, is. {מרמס מרמס *mirmás* מדרך *midhráeh.* καταπάτημα. GAL. Foulement de pieds. ITA *Gulpestamento de piedi.* GERM. Zerträttung / daß zerstampfen mit den füssen HIS. *Obra de hollar, ò acocear, ò pisar.* ANG. *Treading or stampinzon.*} *Plin. lib. 8.* Obturbata conculcatione prius aqua, aliter potu non gaudent.

Cōcŭpĭo, pis cupio. {אוה *iuváh* חמד *chamádh.* ἐπιθυμία. GAL. Conuoiter, desirer, souhaiter, appeter. ITA. *Desiderare.* GERM. Begären. HIS. *Codiciar.*} *Cic. pro Quintio,* Sicut tu semper summè concupisti.

Cōcŭpĭsco, scis, eiusdem significationis. *Cic. 4. de Fin.* Vt si quis obmutescere concupierit, nihil aliud legere debeat. *Idem. 1. Acad.* Nihil enim desyderabile concupiscant.

Cōcŭpīscŏr, passiuum. *Pli. lib. 16 cap. 6.* Id se facturas consciæ, quod concupisci possit. *Cicero 4. Tusc.* Lætitia vt adepta iam aliquid concupitum effetatur & gestiat.

Cōcŭpiscēntĭă, Quæ est bonarum æquè, ac malarum rerum appetitus. {תאוה *taavah.* ἐπιθυμία.}

Cōcūro, {חרד *chárádh.* שקד *schakádh.* κατασφυτίζω. GALL. Auoir soin & souci. ITA. *Hauer cura.* GER. Sorgen / sorg haben. HIS. *Curar.* ANG. *To haue care* } *Plaut. Bacch.* Pro dignitate oblonij hæc concuret cocquus.

Cōcūrātŏr, vt Contutor. *Vlp. D. li. 27 l. 19.* Actus sui rationem concuratori reddere non esse compellendum.

Cōcŭrro, ris, simul curro. {רץ *rats* נהר *nahár.* ὁμαδέω, συνθέω. GAL. Courir ensemble ou vers vn mesme lieu, hoquer. ITAL. *Concorrere.* GER. Zusamen lauffen / Mit einander lauffen. HISP. *Correr juntamente.* ANG. *To runne together.*} *Cic. 4. Verr.* Tantus in curia clamor factus, vt populus concurreret. *Terent. in Eunucho,* Concurrunt læti mî obuiam cupedinarij.

¶ Concurrere dicuntur milites, quũ irruũt in hostẽ. *Cic. ad App. lib. 10.* Antonius in aciem suas copias de vico produxit, & sine metu concurrit. *Virg. 1. Aen.* audétque viris concurrere virgo. [Inter se ad internecionem concurrerunt. *Suet. in Othon. c. 12.*]

¶ Transfertur & ad inanimata. *Terent. in Heaut.* Concurrunt multæ opiniones, quæ mihi animum exaugeant. id est, conueniunt & congruunt. ¶ Concurrere, συρρεῖν, confluere. *Celsus lib. 2. c. 11.* Si in stomachum quædam biliosa concurrunt.

* Concurrere, Euenire, contingere, consequi. *Propert. lib. 3. eleg. 9.* Sunt quibus Iliacæ concurrit palma quadrigæ. Id est qui palmam consequuntur in Elidensium certamine curuli. *Cic 2. de Diu.* An tu censes vllam animam tam deliram fuisse, vt somniis crederet, nisi ista casu nonnunquam forte temerè concurrerent?

Cōcurrĭtŭr, impersonale: vt Concurritur vndique ad commune incendium restinguendum. *Cic. 10 Phil.* ¶ Concurritur pro committitur prælium. *Horatius 1. Serm. Satyr. 1.* Militia est potior, quid enim? concurritur, horæ Momento aut cita mors venit, aut victoria læta. *Virg. 4. Geor* Erumpunt portis, concurritur.

Cōcŭrsus, us, nomen verbale, Concursio, congregatio. {מרוצה *merutsáh* קרי *keri.* συνδρομή. GAL. Accouement & assemblement, rencontre, choc de l'vn contre l'autre. ITA. *Venuta assembramento, rincontro.* GERM. Das Zusamen lauffen oder mit einander lauffen. HISP. *Aquel encuentro.* ANGL. *A running or gathering together.*} *Plau. Ep. d.* Fit concursus per vias *Cic. ad Brutum,* Concursus est ad me factus.

Cōcŭrsĭo, onis, aliud verbale, Concursus. {מרוצה *merutsáh* קרי *keri.* συνδρομή. } *Cic. 1. de Finib.* Ille atomos quas appellat, id est, corpora indiuidua, propter soliditatem, censet in infinito inani ita ferri, vt concursionibus inter se cohærescant. [Conuentus, cœtus, concursiones stellarum *Gell. c. 1. lib. 14.*]

Cōcŭrso, as, are, frequentatiuum. {πανταχοῦ σφεδάω. GAL. Courir çà & là, courir de toutes parts. ITA. *Correre quà & là:* GER. Hin vnd har vmb einander lauffen. HISP. *Correr de todas partes* ANGLIC. *To runne often tymes together.* } *Cic. pro Sexto Ros.* Qui armati noctes diesque concursabant. Huc illuc casu, & temerè concursare. *Idem 2. de Nat. Deor. Lucr. lib. 2.* Nunc hinc nunc illinc abrupti nubibus ignes concursant.

Cōcŭrsātŏr, oris. {σφεδασμὸς GALLIC. Coureur, rodeur, qui ne fait que courir çà & là. ITA. *Corriero, che corre sempre quà & là.* GER. Der hin vnd har laufft / ein gassenrenner HISP. *Encontrador muchas vezes, alque corre de todas partes.* ANG. *A runner into all partes.* } *Liu. 2. bel. Maced.* Ita nec eques regius equi par erat, insuetus ad habilem pugnam, nec pedes concursator.

Cōcursātĭo, onis. {מרוצה *merutsáh.* σφεδασμὸς. GAL. Course de çà & la de plusieurs ensemble. ITA. *Il correre quà & là, concorso di gente.* GERM. Das hin vnd har lauffen. HISP. *Aquella obra de encontrar muchas vezes.* ANG. *A running of many together hither and thither.*} *Cic. pro leg. Agrar* Quàm acerba, quàm formidolosa, quàm quæstuosa concursatio. [Circumcidenda concursatio per errantium fora. *Senec. c. 12. de Tranq.*]

Cōcuruo, συγκάμπτειν. *in versib. Liberij apud Macrob. Satur. lib. 2.* Non flexibilem me concuruasti vt caperes.

Cōcŭtĭo, tis, Vehementer commoueo, commoueo. {חר עיש *hirhúsch* διαντία. GAL. Esbranler, secouër, hocher, faire trembler. ITA. *Commouere, crollare.* GERM. Erschewten / bewegen. HISPA. *Mouer ò sacudir vno con otro.* ANG. *To shake, to mak to tremble or quake.* } *Terent. in Eunuch.* At quem Deum? qui templa cæli summo sonitu concutit. *Ouid. 1. Metam.* Terrificam captis concussit terque quaterque Cæsariem. *Var. Flac. lib. 6.* quascunque liber nunc concute mentes. *Virg. 5. Æneid.* casu concussus acerbo. Concutere aliquando est vi ac terrore potestatis à ciuibus aut sociis exprimere. Vnde crimen Concussionis *apud Iurisconsultos L. 1. D. de concuss. L. vltim. C. de mod. mult. & aliis multis in locis. Ex Hotom.*

Cōcŭssŭs, us, ui, Commotio. {רעש *rahásch.* κίνημα. GAL, Secouëment, esbranlement, emotion. ITA. *Crollamento, conquassamento, commossione.* GERM. Erschuttung / bewegung. HISP. *Sacudimiento.* ANGL. *A shaking or mooning.*} *Plin. lib. 35. cap. 16.* Coquitur in calicibus crebro concussu.

Cōcŭssūră, pro concussione vtitur *Tert. in lib. de Fuga in persecutione.* {ANGL. *A shaking.*}

Cōndălĭum, Anuli genus, *teste Festo.* δακτύλιος. *Plau. in Trinum.* Inter eósne homines condalium redipisci postulas? *Ergaulo antè.* In Thermopolio condalium est oblitus. Dictum autem videtur condalium ἀπὸ τῆς κονδύλου, hoc est, à digitorum articulis, siue nodis, qui annulis exornantur: quanquam & Condyliisiue conduli nomine etiam anulum significari, *Idem Festus autor est.*

CONDALVS, κόνδυλος, Mausoli Cariæ regis in Lycia præfectus: mirus pecuniæ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

pecuniæ mungẽdę artifex: de quo tradit *Arist. in Polit.* quòd cùm Lycios maximo comæ nutriendæ studio teneri animaduerteret, occasionem sibi eam oblatam ratus, qua auri quamplurimũ & sibi posset congerere, & ad regem mittere, litteras sibi à Mausolo allatas simulauit, quibus illi iuberentur comam tondere, & ad regem mittere: si tamen mallent aliquantulæ pecuniæ iacturam facere, se daturum operam, vt in Græciâ comæ coëmerentur, & pro Lyciis ad regem mitterentur. Quam conditionem Lyciis auidè accipientibus, mirum dictu quantam eo momento pecuniæ vim extorserit.

CONDATES, *Ptol. lib. 2. cap. 8.* Rhedonum vrbs est in Gallia, quam credimus esse eandem cum ea, quam hodie vocant *Renes en Bretaigne.*

Cõndĕcĕt, penul. corr. à Decet compositum: idem significans quod simplex. {ראוי *raúi.* εὐσχήμων. GALL. Il appartient bien, il sied bien, il conuient. IT. *Conuenire, star bene.* GER. Es gezimpt sich. HISP. *Honestamente conuenir.* AN. *It becometh, it is decent and iesemelie.*} Plaut. *pseu.* Sed vide an ornatus hic me satis condecet. *Idem Amph.* Os istuc omen ominator capies quod te condecet. [Condecet gradus grandire. *Plaut. Amph.*]

Cõndĕcẽntĕr, {εὐσχημόνως GALL. Proprement, seamment, conuenablement. ITA. *Conueneuolmente propriamente, acconciamente* GER. Wes es sich gezimpt vnd wol steht. HISP. *Conuenientemente.* ANGL. *Seemelio, comelie.*} *Gell. lib. 6. cap.* 12. Commodè hæc quidem & condecenter.

Cõndĕcẽntiă, Conuenientia, decorum, ornatus. {התכנות *mathchónet h.* εὐχρηστία. GAL. Proprieté & bien seance. IT. *Conuenenza* ou *proprietá.* GER. Wolstand. HI. *Conueniencia.* ANG. *Comelinesse, seemelinesse.*} Cic. 3. *de Orat.* Sic verbis quidem ad aptam dispositionem & condecentiam, sententiis verò ad grauitatem orationis vtatur.

Cõndĕcõro, penu. cor. Orno, honesto, cohonesto. {תכן הישיב *tichchén hishiv* κατακοσμῶ, τιμάω. GAL. Orner & parer, embellir. ITA. *Ornare.* GERM. Zieren. HISPAN. *Hermosear con alguna gracia.* ANGL. *To beautifie or polishe.*} *Terent. in prolog. Hecyr.* Vobis datur potestas condecorandi ludos scenicos. *Plin. lib. 35. c. 10.* Dignis digna loca picturis condecorauit.

Cõndĕcõrẽ, aduerb. {ἁρμοστῶς, σεμνῶς. GALL. Honorablement, honnestement. ITAL. *Honoreuo'mente, ornatamente.* GERM. Zierlich, chrlich. HIS. *Hermosa y graciosamente.* ANGL. *Honestlie, beautifullie.*} *Gell. lib. 14. cap.* 4. Condignè me hercule & condecorè Chrysippus &c. depinxit.

Cõndēmno, as, ex con & Damno, propriè iudicis est cùm multam reo vel pœnam per sententiam irrogat. {הירשיע *hirsh'á* חיב *chyjéb.* κατακρίνω, κατακρίνω τινὰ εἰς τιμωρίαν. GAL. Condamner. IT. *Condemnare.* GE. Verdammen. HIS. *Condenar.* ANG. *To condemne.*} Et constituitur cum ablatiuo vel gentiuo. *Cic. 1. de Orat.* Cuius responso exarserunt iudices vt capitis hominem innocentissimum condemnarent. *Idem pro L. Flac.* Scæuola aliis multis criminibus condemnatus. ¶Extenditur etiam interdum condemnandi verbum etiam ad accusatorem, vt idẽ fit quod reum peragere, vel effice vt quis damnetur. *Cic. 2. Verr.* Ego hoc vno crimine illum condemnẽ necesse est. ¶Item extra forum: vt condemnare aliquem negligentiæ, inertiæ, vel impudentiæ vitio eum affinem vel obnoxium iudicare. *Cic. 2. de Orat.* Cæteros non dubitabo primùm inertiæ condemnare, pòst etiam impudentiæ. *Cicer. Tironi,* Etiam sceleris cõdemnat generum suum. *Idem Curioni,* Quare si iniquus es in me iudex, condemnabo ego te eodem crimine.

Cõndēmnātŏr, {מרשיע *marschiáh* κατακρίνων.} etiam pro accusatore qui reum peregit, *apud Tacit. lib. 4.* vbi Domitium Afrum vocat condemnatorem Claudiæ Pulchræ, quum antè retulisset fuisse ab eo accusatam.

Condemnatus voti, Vide latè in verbo DAMNO.

Cõndēnso, as, are, Cogere, spissare. {עבה *hibbáh.* συμπηγνύω. GALL. Espessir, rendre ou faire espez. IT. *Condensare, inspessire.* GER. Dick machen. HIS. *Espessar.* ANG. *To makthick.*} *Colum li. 7.* Torrido sole contingitur, rursúsque ponderibus condensatur. *Cato cap. 40.* Hæc vnà bene condensato, quàm maximè vti lutum fiat. Pro eodem etiam apud antiquos legitur

Cõndensĕo, ses set. {עבה *habáh. Luc. lib. 1.* Quod si fortè aliquis, quum corpora dissiluêre, Tum putat id fieri quòd se condenseat aer, Errat.

Cõndēnsĭtās. πυκνότης. *Apul. lib. de Mundo*: Ignis ex aëris condensitate conflatur.

Cõndēnsŭs, a, um, {עב *hab* πυκνός. GAL. Espez, serré, & amassé. ITAL. *Spesso, serrato in se.* GER. Das dick gemachet ist. HISP. *Espesso.*} *Plin. lib. 10. cap. 73.* Insidunt in eadem Africa pardi condensa arbore. Condensa acies, Condensa turma, *libro 6. bell. Pun. & Hirc. libro 5.* Condensæ columbæ. *Virg. 1. Æneid.* Condensa arboribus vallis, *Liu. 5. bel. Pun.*

Cõndēpso, is, ere, {מסך *masách* χρανῶ, χαλάω. GALL. Pestrir & emollir, mistionner. ITA. *Miscolare, mischiare.* GER. Vermischen. HIS. *Mezclar.* AN. *To knead and maksofte.*} Commiscere, à Græco δέφω tractum. *Põponius nuptiis,* Partem insipui, concluſi, condepsui. *Hæc Nonius. Cato c. 76.* Postea farinæ *l.* II. conspergito, condepsitóque.

Cõndīco, is, pen. prod. Simul determino, constituo, denuntio, dicto cõuenio & significo. {יעד *jahádh.* ὁμολογῶ, ἡμέραν ἀποδείκνυμι. GALL. Determiner, denoncer. ITA. *Determinare, annunciare.* GER. Bestimmen, anzeigen, zusagen. HIS. *Determinar ò denunciar.* ANG. *To appoint or ordeine, to agree vpon a thing.*} *Iust lib. 3.* Nam inducias quas proprio nomine condixerant, ex sociorum persona rumpebant. *Idem,* Hi per epistolas inuicem se confirmantes, locum, tempúsque condicunt, bellum communibus viribus instruunt. *Liuius lib. 2. ab Vrbe.* Hoc anno inducię, quæ antea semper negatæ fuerant, cum Latinis condictæ sunt. ¶Dicimus etiam Condicere cœnam, id est, promittere, *Sueton. in Tib.* Sex. Claudio libidinoso ac prodigo seni cœnam ea lege condixit, nequid ex consuetudine immutaret. Inde condicta cœna id est promissa, vel denunciata. *Suet.* [*in Claud. c. 21.*] Velut ad subitam condictámq; cœnulam inuitaret populum.

¶Condicere rem aliquam Iureconsultis vsitatissimum est, pro repetere personali actione rem aliquam. *Iul. l. Si alienum. ff. de mortis causa donat.* Si alienam rem mortis causa donauero, eáque vsucapta sit, verus dominus condicere eam non potest. *Plaut.* Hic scit sibi posse condici, si conualuerit donator. ¶Condicere rerum aut litium, antiqui dixerunt pro denunciare res aut lites, *Liuius lib. 1. ab Vrbe,* Quarum rerum, litium, causarum condixit Paterpatratus populi Romani Quiritium, Patripatrato priscorum Latinorum: hoc est, quas res, lites, causas Paterpatratus denunciauit.

¶Condicere inducias, inducias pangere, vel potius ex compacto facere atque pacisci. *Iust. Hist. li. 3.* Nam inducias quas proprio nomine condixerant, ex sociorum persona rumpebant. [Condicere operam *P. in. Præfat.* cum hanc operam condicerem, non eras in hoc albo.]

Cõndĭctum, Quod in commune est dictum, id est, promissio vel pactum inuicem factum. ἀμολογημένον. *Festus.* [Pactum condictum cum aliquo, *Gell. c. 1. li. 20. in fin.* Status condictus dies cum hoste, excusat militem. *Gell. c. 4. lib. 16. & Plaut. Curc. sc. 1. a. 1.*]

Cõndĭctĭo (*vt docet Festus*) in dicem certum eius rei, de qua agitur denunciatio est. {παραγγελία, ἐπαγγελία. GAL. Denonciation à partie, actiõ personnelle. ITA. *Actione personale.* GERM. Ein verkundigung auff ein bestumpten tag. HIS. *Denunciacion en persona.* ANG. *An action personall requiring any thing of our aduersarie.*} Condicere enim prisca lingua est denunciare. ¶Hinc actio in personam Condictio appellatur. *V. p. in l. actionum genera. ff. de action. & oblig.* Actionum genera duo sunt. In rem, quæ dicitur Vendicatio: & In personam, quæ Condictio appellatur.

Cõndĭctĭtĭus, a, um, vt Actio condictitia, qua aliquid condicimus, & repetimus: in iure ciuili Condictio vocatur. *V. p. in l. Si duo. §. idem Iulianus. ff. de iureiur.* Idem Iulianus scribit, eum qui iurauit furtum sẽ non fecisse, videri de toto iurasse: atque ideo neq; furti, neque condictitia teneturi: quia condictitia, inquit, solus furtum tenetur: De condictione furtiua intelligit.

Cõndĭgnum, Pro digno ab aliquibus vsurpatur. {ראוי *raúj.* ἄξιον. GAL. Digne. ITAL. *Degno.* GER. Wirdig. HIS. *digno.* ANGL. *Worthie.*} *Plaut. in Amph.* Æcastor condignum donum, qualis est qui donum dedit. *Gell. lib. 3. c. 7.* Pulchrum factum, Græcarúmq; facundiarum eloquentia condignum. [Dum condignam te factis similem. *Plau. Merc. sc. 6. a. 2.*]

Cõndignẽ, aduerbium {ἀξίως. GAL. Dignement, comme il appartient. IT. *Degnamente, come si conuiene.* GER. Wirdiglich. HISP. *Dignamente.* AN. *Worthelie.*} *Plau. Caſ.* Noctu vt condignè recubes, curabitur. Condigne & decorè. *Gell. lib. 14. c. 4.* [Condignè hæc meretrix fecit, vt mos est meretricibus. *Plaut. Mena. sc. 5. a. 5.* Condignè mi meus Gallus perdidit (i, meritò) *Plaut. Aul. sc. 4. a. 3.* Condignè est pater eius moratus moribus. *Plaut. Cap. sc. 2. a. 1.*]

Cõndĭo, dis, condiui, vel condij, conditum, penu. prod. Sapidum facio, aliquo sapore commendo: quod fit cum epularum sapor, sale, aut pinguedine, seu aromatibus commendatur. {חשף *hasip.* טפל *taphál.* ζωμόω, ταριχεύω, ἁρτύω. GALL. Assaisonner, adoucir, confir, donner saueur. ITA. *Condire, far saporito* GERM. Geschmacke machen, ein speyss mit saltz, gewürtz &c. einmachen. HIS. *Adobar ò guisar manjares.* ANG. *To seasone meat, to pouder.*} *Iuuenalis.* Et quadringentis numis condire gulosum Fictile. *Cicer. ad Gall. lib. 7.* Herbas omnes ita condiunt. *Idem 5. Tusculan.* Labore in venatu, sudore, cursu, fame, siti condiebant epulas Lacedæmonij. [Qui esitabunt escas, quas condiuero. *Plaut. pseu. sc. 2. a. 3.* Eas herbas aliis herbis porrò condiunt. *Plaut. pseud. sc 2 a. 3.* Non itidem cœnam condio vt alij coqui. *Plaut pseu sc. 2. a. 3.* Eum quouis pacto condias, vel patinarium, vel assum. (piscem) *Plaut. Asin sc. 3. a. 1.* Qui (mihi) condita prata in patinis proferunt. *Pl. pſ. sc. 2. a. 3.* Non condimentis condiunt sed &c. *Plau. pſ. sc. 2. a. 3.*] ¶Et per translationem, Cõdire tristitiam hilaritate. *Cic. ad Att.* Hilaritatem illam, qua hanc tristitiam temporum condiebamus, in perpetuum amisi.

Cõndītus, pen. prod. nomen ex participio. [מוטב תפול *mutab thapúl:* ἀρτυτὸς, ἡδυσμένος. GAL. Confit, assaisonné, adouci, assaure. ITA. *Assagionato, condito, addolcito, fatto saporoso.* GER. Wolgeschmackt, der mit gewürtz eingemacht oder eingebeizt ist. HISP. *Adobado, hecho dulce.* ANG. *Seasoned, poudred.*} vt condita oratio, per metaphoram Salibus quibusdam aspersa. [Condita nimium oratio esse non vult. *Quintil.* Cõditum oleum, cui opponitur viride. *Suet. in Cæs. cap. 53.*] *Cic. 1. de Orat.* Nec enim concio vnquam maior fuit, nec apud populum grauior oratio, quàm huius contra collegam in censura nuper: neque lepore & festiuitate conditior. *Idem de Senect.* Faciunt conditiora cibaria, aucupium & venatio.

Cõndītĭo, onis, secunda syllaba producta, Actus ipse condendi, condimentum. {משעם *machám* טפל *tephel.* ἄρτυσις, ἡδυσμός. GALL. Assaisonnement, saulse, confiture. IT. *Condimento, assaggionamento.* GER. Das einmachen, das ein ding wol gesmackt vnd tieblich werde. HIS. *Aquel adobo, el adobado ò guisado.* ANGL. *A seasoning or poudring of meate.*} *Cic. 1. de Natur. Deor.* Perspicuum est enim quò compositiones vnguentorum, quò ciborum conditiones, quò corporum lenocinia processerint.

Cõndītŭs, us, pen. prod. idem quod conditura. ἥδυσμα. *Col. lib. 2. c. 22.* Vuas itémque oliuas conditui legere licet.

Cõndītor, oris, pen. prod. {טפל *tephél.* ἀρτυτὴς. GAL. Qui fait faire saulses ou confitures. IT. *Chi fa condire, ò assaggionare le cose.* GER. Einmacher, einsaltzer, vermenger einer speyss. HIS. *El que haze adobado ò guisado, el que vnobua assi.* ANG. *A seasoner of meates.*} Qui fercula condit. *Cic. post reditum,* Hi sunt conditores instructoréque conuiuij: iidem expendunt atque æstimant voluptates.

Cõndīmĕntă. Dicuntur gulæ irritamenta, quæ ad condienda obsonia fiunt. {משעמים *machammim.* ἀρτύματα, ἡδύσματα. GAL. Confiture, assaisonnement, saulse. IT. *Che serue à condiure.* GER. Einsaltzer/vermenger einer speiss. HIS. *Aquel adobo.* ANG. *Sauce, pikele sirupe.*} CI. *lib. 3. Officior.* Nam vt tribuamus aliquid voluptati, condimenti fortassis nonnihil, vtilitatis certè nihil habebit. *Plaut. Caſ.* coquos equidem nimis Demiror, qui tot vtuntur condimentis: eos eo condimento vnd non vtier, quod præstat omnibus. *Cic. 1. de Finib.* Audio dicentem, Cibi condimentum esse famem, potionis sitim. ¶Facetiæ omnium sermonum condimenta *apud eundem 3. de Orat.* [Condimenta ad omnes mores maleficos. *Plau. Merc. sc. 2. a. 2.* An tu diuinis condimentis vteris? *Plau. pseu. sc. 2. a. 3.*]

Cõndīmentārĭus, dicitur qui condimenta confecit, aut vendit. {μυ-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

χυτικός. ANGL. *That maketh sauce to season meate with.*} ¶ Est & Condimentarius, ria, um, adiectiuum, Quod ad condimenta pertinet, αὐτυμπωλικός. *Plin. lib. 19. c. 8.* Hæc apud nos habet vocabulum aliud, Satureia dicta, in condimentario genere.

Cōnditānĕus, modò à condendo, hoc est, recondendo, siue reponendo: modò à condiendo, & significat quod condi, vel conditi potest. αὐτυτὸς, αὐτυμπωλικός. *unde apud Varronem*, Conditaneam oleam in agro crasso & calido maximè ferre conuenit.

Cōnditārĭă, æ, Condimentum. {טפל *téphel*. σκευασία, αὐτυμα. ANGL. *Sauce, pickle*} *Col. lib. 12. cap. 4.* Vasa autem fictilia, vel vitrea plura potius, quàm ampla: & eorum alia picata, nonnulla tamen pura, prout conditio condituræ exegerit. *Seneca Epistol. 96.* Inuentæ sunt mille condituræ quibus auiditas excitaretur.

Cōndīsco, is, ere, idem quod Disco. {למד *lamádh*. μανθάνω, συμμανθάνω, GALL. Apprendre. ITAL. *Imparare* GER. Lehrnen. HISP. *Deprender.* ANGL. *To learne.*} *Plau. pseu.* Ego istuc aliis dare condidici: mihi obtrudere non potes Palpum. *Cic. pro Planc.* Condiscas censeo, mihi paulò diligentiùs supplicare. [Condidicit bibere merũ *Plaut. Curc. sc. 3. a. 1.* Excidionem facere condidicit oppidis. i. consueuit. *Ibid. sc. 2. a. 4* Istuc aliis dare condidici. *Plaut. pseu. sc. 1. a. 4.*]

Cōndiscĭpŭlus, li, Qui cum alio discit. συμμαθητής. GALL. Compagnon d'eschole, compagnon d'estude ou d'apprentissage. ITA. *Compagno ad imparare.* GERM. Ein mitjünger oder schulgesell. HISP. *El que es discipulo con otro.* ANGLI. *He that learneth with me.*} *Cic. 1. Tusc.* Dicæarchum verò cum Aristoxeno æquali & condiscipulo suo, doctos sanè homines omittamus.

Cōndiscĭpŭlātŭs, us, συμμαθητία. *Iustin. lib. 12.* Multum profuêre & Callisthenis philosophi preces, condiscipulatu apud Aristotelem familiaris illi.

Cōdiscĭpŭlă, læ, fœmininum *apud Martial. lib.* 10. Hac condiscipula, vel hac magistra esses doctior, & pudica Sappho. {συμμαθητής.

Cōndo, dis, didi, In interiorem locum ad custodiam do, repono, recondo. {אצר *atsár* צפן *tsaphán* ברא *bará*. κρύπτω, κρύβω, κατακρύπτω, ταμιεύω. GALL. Cacher, serrer, musser. ITA. *Asconder e, riporre.* GERM. Verbergen/ behalten/ hindersich legen. HISP. *Encerrar, esconder.* ANG. *To hide, to lay vp.*} *Plinius*, Formicę condunt æstate, quib. hyeme fruantur. *Virg. 1. Æneid.* Et nota conduntur in aluo. *Plin.* Si libeat credere, vt sub vna ficu tumæ condantur equitum. [Visam sitne aurum ita vt condidi. *Plaut. Aul. sc. 1. 4* 1. Ibo, vt hoc condam, (aurum) domũ *Plaut. Ibid. sc. 5 a* 4. Vincite, verberate in puteum. *Plaut. Aul. sc. 2. a. 2.* In lapicidinam compeditum condidi. *Pla. Capt. sc. 1. a. 5.* Argentum intus condidi. *Pl. Pss. sc. 4. a. 1.* Condere memorias (de scriptis) *Gell. c. 18. lib. 11.* Condere in pectore consilium. *Plaut. sc. 1. a. 2.* Diuitis ingenij est immania Cæsaris acta Condere *Ouid. Eleg. 1. lib. 2. Trist.* Condere se sub lectum. *Suet. in Calig. c. 51.* Conditi sunt in vincula. *Liu. 3. bell. Pun.* Condi in carcerem. *Id. m 6. bell. Pun.* Cõdere colonias Velleius.] ¶ Quandoque cõstituo, ædifico, quasi simul do, κτίζω. vt, Troiani Romam condiderunt. Et Cicero multos libros condidit, id est, cõposuit, συντάττω. *Sallustius in Catil.* Vrbem Romam sicut ego accepi, condidêre, atque initio habuêre Troiani. *Cic. 1. de diuin.* Nempe eò Romulus regiones direxit, tum quum vrbem condidit. *Vir. 2. Ecl.* Pallas quas condidit arces Ipsa colat. [Conditi sumus (homines) bona cõditione. *Senec. c. 5. de Const. ad Elb.* Condere iura. *Liu lib. 34.*] ¶ Quando que potiorific enim interpretatur *Nonius illud Virg. lib. 7. Æneid.* Optato conduntur Tybridis alueo. * Condere iusiurandum *Plaut. Rud.* Iusiurandum seruandæ rei, non perdundæ conditum est. Hoc est, institutum. Huius composita sunt Abscondo, & Recondo.

Cōnditŭs, à condendo pen. corr. Reconditus, repositus, *Cic. pro Muren.* Sic vt ei iam exploratus & domi conditus Consulatus videretur. ¶ Aliquando idem significat quod ædificatus & constitutus. *Idem in Tusc.* Homerus fuit ante Romam conditam.

Cõnuūlsŭs, participium. {נעקר *neĕekár* נתש *nittásch*. σπώμενος, σπασθείς. GALL. Spasmé, retiré. ITA. *Spasmato, ritirato*. GERM. Verstrufft/ eingezogen. HISPAN. *Spasmado*. ANG. *Pulled or plucked vp, taken with the crampe.*} vt, Conuulsus musculus, hoc est, cuius fibræ contractæ sunt versus suam originem. Conuulsi nerui, & Cõuulsi tendones, hoc est, contracti & velut complicati. *Plin. lib.* 20. *cap.* 7. Conuulsa & luxata caulib. tritis cum polenta ex aqua frigida leniunt. * Conuolsum dixerunt veteres pro Conuulsum, vt Artus conuolsi pereunt, *apud Lucretium lib.* 3.

Cõnuūlsĭo, onis. {σπασμός. GALL. Spasme, conuulsion. ITA. *Spasmo*. GER. Krampff. HISP. *Pasmo*. ANGL. *A plucking vp, the crampe.*} *Plin. lib* 20. *c* 12. Ligusticum aliqui panacem vocant: stomacho vtile est, item conuulsionibus & inflammationibus. Conuulsiones vulgò *retractiones* dicunt. *de quibus Gal. lib.* De *locis affectis*.

Cõnuĕo, es, ere, Velo. {חפף *chapháph* עפה *hatáh* עטף *hatáph* רבש *chibbéf*. σκεπάζω, καλύπτω. GALL. Voiler & couurir d'vn linge tout entour. ITAL. *Velare*. GERMAN. Zudecken / gantz bedecken. HISP. *Cobrir con velo*. ANG. *To couer, to lay one cloth ouer.*} *Plin. lib.* 17. *capite* 22. Plagam omnem obliquam fieri vt facilè decidant imbres, & ad terram verti, quàm leuissima cicatrici acie facis exacta, plagaque coalescat. ¶Conuelo, transfatè *apud Gell. lib.* 7. *c.* 3. Sed enim Cato, non vitam, nec solitariam, nec improtectam hanc ἐπαγωγὴν facit: sed multis eam modis præfulcit, multísque aliis argumentis conuelat.

Cõ venĭo, cõuenis, Simul venire, cõgregari, coire. {נוע *nohádh*. συνίημι, συνέρχομαι. GAL. Cõuenir, s'assembler, venir auec autres. ITA. *Venire insieme*. GERM. Zusammen kommen. HISP. *Venir con otro*. ANGL *To conuene, to come with the rest, to assemble.*} *Liu.* Postera die arma capiunt quò missi erant, conueniunt. *Salust.* Postquam vnum in locum omnes conuenêre. [Facite munera multa huc ab amatoribus conueniant. Nam nisi penus annuus conuenerit. *Plaut. pseud sc* 2. *a.* 1.]

¶Hinc conuentus, πανήγυρις, περίοδος. ¶Per translationem quandoque Concordare. {כשר *chaschár*. ἁρμόζω, ἁρμόττω. GAL. Accorder. ITAL. *Conuenire, concordare*. GERM. Eins werden/vberein kommen. HISP. *Conuenir en vno*. ANGLI. *To agree or accorde.*} *Ouid* Non bene conueniunt, nec in vna sede morantur Maiestas & amor. Benè ratio inter nos accepti & expensi conuenit. *Plau. Most. sc.* 3. *a.* 1. Optimè vsque adhuc conueniunt. *Plaut. Men. sc. vlt. a.* 5. Qui amantes inter se faciam vt conueniant, alias *conuenas. Plau. Merc. sc.* 1. *a.* 2. Hic legendum putat *Passerat Conuenant*, pro *Conueniant.*] ¶Conuenire item ponitur pro in Iudicium vocare, siue actionem aduersus aliquem instituere, δίκην γράφειν, quod locutionis genus frequens est apud Iurisconsultos. [Qui periurum conuenire vult, mitto in comitium. *Plaut. Curc. sc.* 1. *a.* 3.] ¶Quandoque statuere, συντίθεσθαι. *Apul.* Conuenimus ad portum quamprimum ire.

¶Quandoque alloqui, ἐντυγχάνειν. Hinc Conuentio, ἔντευξις. *Ter. in And.* Conuent hodie aduenienti quendam mei loci hinc atque ordinis hominem. *Cic* 2. *Verr.* Num dubitat, quin si ipse Verrem conueniat, æquitate causæ, autoritate sua commouere hominem possit. [Conueniam Erclionem si domi est. *Plaut. Aul. sc.* 3. *a.* 1. Men' hodie te conueniisse audes dicere? *Pæn. Men. sc* 8. *a.* 5. Mittam alium illuc, tuum qui conueniat parrem & tua mandata perferat *Plaut. Capt. sc.* 2. *a.* 2. Ibo, & conueniam seruum meum. *Plaut. Mil. sc.* 3. *a.* 3. Prandi, te conuenit. *Plaut. Men sc.* 4. *a* 2. Te conuentum cupit. *Plau. Curc sc.* 3. *a.* 2. & *sc.* 1. *a* 4. Hoc homine mihi conuento est opus. *Plau. Curc sc.* 3. *a.* 2.] ¶Quandoque aptum, conueniens, & decens esse. πρέπειν. *Cic. in Hortens.* Nam quid vereris, ne non conueniat nostris ætatibus ista oratio, quæ spectat ad hortandum. [Quod erat nomen nostræ matri? Teusimarche. Conuenit. *Plaut. Men. sc. vlt. a.* 5. Est macilento ore, naso acuto. H. Conuenit. *Plaut. Capt. sc.* 4. *a.* 3. Non conuenit in duce festinatio. *Suet. in Aug. cap.* 25.]

¶Quandoque placere, pactum facere, & non controuersia carere; ὁμολογεῖσθαι, συμφωνεῖν, sed in tertia persona frequentius: idque interdum cum nominatiuo expresso. *Cic. lib.* 1. *de Finib.* Hoc mihi cum tuo fratre conuenit, id est, sine controuersia est, & concordantes sumus. Nonnunquam sine nominatiuo. *Iuuen.* Sæuis inter se conuenit vrsis. *Item Ter. in Adelph.* Hæc fratri mecum non conueniunt, neque placent, id est, dissentimus inter nos in his, & dissimiles sumus. *Plaut. in Capt.* Nunc ita conuenit inter me, atque hunc Tyndare. *Et iterum*, Dicito patri, quo pacto mihi conuenit de huius filio. [Si de care cõuenimus (id est, consensimus, vel egimus.) *Plaut. pseud. sc.* 5. *a.* 1. Salute, quæ inter nos conuenit, (pro, de qua) *Plaut. pseud. sc.* 1. *a.* 4. Credo in pistrinum, vt conuenit, fore (id est, ex pacto) *Plaut. pseud. sc.* 5. *a.* 4. Rectè conuenisse cum eo. *Ibid.* Ita conuenit inter me & hunc vti. *Plaut. Capt. sc.* 3. Conuenit viri victi sint eo prælio vbem, agrum, aras, locos, séque vti dederent *Plaut. Amph. sc.* 1. *a.* 1. Memento conuenisse me quid dotis filia afferret. *Pl. Amph. sc.* 4. *a* 2. Scis vt conuenerit. *Plaut. Curc. sc.* 1. *a.* 3. De emptione me scis non bene conuenire cum Stoicis. *Gell. c.* 5. *l.* 12. Cum iis mihi nec locus nec sermo conuenit. *Plaut. pseud. sc.* 7. *a.* 4. Conueni de pretio. *Quintil.*]

¶Variis itaque modis huiusmodi orationes efferimus: vt, Hoc conuenit mihi tecum, vel Conuenit mihi tecum de hoc, vel Conuenit inter nos, Sic dicimus, De pretio conuenit, id est, concordes fuimus. ¶Conuenire item aliquando est appellare, vt Conuenire delitorem: qua in significatione frequenter accipitur à Iurisconsultis. Aliquando ponitur pro constare. *Ci. contra Rul.* Inter omnes conuenit ita esse.

¶Conuenire in manu, vel in manum venire, vxores dicebantur, quum per coemptionem in familiam & mancipium viri, & omnium bonorum consortium veniebant. Nam (*vt author est Boethius in Topica Ciceronis*) tres erant habendæ vxoris modi: per Confarreationē, quæ solis pontificibus conueniebat. Vsu, quum mulier non in omnium fortunarum, sed in lecti solùm participationem veniebat: & Coemptione, quæ certis solennitatibus fiebat. Nam sese coëmẽdo inuicem interrogabant. Vir ita, An mulier sibi materfamiliâs esse vellet. Illa respondebat, Velle. Item mulier interrogabat virum, vtrùm sibi paterfamiliâs esse vellet Ille respondebat, Velle. Itaque mulier conueniebat in manum, & vocabantur hæ nuptiæ Per coemptionem. Et erat mulier materfamiliâs. Matrona autem dicebatur, quæ tantùm vsu vxor erat. *Gell. lib.* 18. Matremfamiliâs (inquit) appellatam eam esse solam, quæ in mariti manu esset, à matris nomine nuncupatam, &c.

Cõnuĕnĭens, entis, Congruens, consentaneus. {בשר ראוי *chaschér raúi*. πρόσφορος. GALL. Conuenant, conuenable, sortable. ITA. *Conueneuole, che s'accorda con altri*. GERM. Gemäß/ daß miteinander vberein kompt. HISPANIC. *Conuruiente*. ANG. *Conuenient, agreable, meete forthe purpose.*} *Cic. 2. de Finib.* Nihil scriptum ab eo, conueniens congruensque decretis eius reperies. *Idem de Amic.* Nihil est tam naturæ aptum, tàm conueniens ad rès vel secundas vel aduersas, quàm amicitia. [Materia scripto conueniente suo. *Ouid. Eleg. 1. lib. 5. Trist.* Benè conueniens vxor. *Suet. in Tib. c.* 7. Nihil conuenientius dicens. *Suet. in Aug. c.* 9]

Cõnuĕnĭentĕr, aduerbium, hoc est, congruè, aptè, cõsentaneé. ἁρμοζόντως, προσηκόντως. GALL. Conuenablement, à point. ITALIC. *Conuenientemente, à punto*. GERM. Geschicklich/füglich/gleych förmiglich. HISP. *Conuenientementé*. ANGL. *Conuenientlie, to the purpose.*} *Cic.* 2. *Offic.* Conuenienter naturæ viuere, hoc est, cum virtute cõgruère semper. *Horat.* Viuere naturæ si conuenienter oportet.

Cõnuĕnĭentĭă, æ, Congruentia, coniunctio, cognatio, quasi concentus quidam & cõsensus. {בשרון *chischrón*. ὁμολογία, ἁρμογὴ. GALL. Conuenance, accord. ITAL. *Conuenienza, conuenevolezza*. GERM. Vergleychung / oder zusammen kommung viler ding / das zusammen reymen etlicher stücke. HISP. *Conueniencia*. ANG. *Agreablenesse, proportion.*} *Cic.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

2.*de Natur.deor.* Hanc igitur in ſtellis conſtantiam, hanc tantam, tam variis curſibus in omni æternitate conuenientiam temporum non poſſum intelligere ſine mente, ratione, conſilio. Apud antiquos etiã legitur pro conuentu. *Plaut.Milit.* Facerent conuenientias.

Cõnuẽnæ, pen.corr. Dicuntur qui ex diuerſis populis gentibúſque in mœnia conuenerunt, ſimúlque coaleſcunt. {גרים *gherim.* συμπλυδες. GALL. Qui ſont venus auec autres en quelque lieu pour y habiter. ITA. *Foreſtieri che inſieme ſi ragonano in vn luogo.* GER. Ein volck daß auß viſerley landen hãr zuſammen geloffen iſt/ vnd bey einander wonet. HISP. *Eſtrangeros venidos con otros.* ANG. *People of diuers contrees aſſembled in one place, to dwell.*} *Cic.1.de Orat.* An verò tibi Romulus ille, paſtores & conuenas conſilio & ſapientia congregauit. *Idem 5. Tuſcul.* Quibuſdam conuenis & feris barbaris corporis cuſtodiam committebat. *Plin.lib.5.cap.17,* In dies ex æquo conuenarum turba renaſcitur.

Cõnuẽntus, us, Turba, concio, multitudo hominum in vnum locum cõgregata. {עדה קהל *kahál. edhdháh.* συναγωγη, συνοδος. GAL. Aſſemblee de gens les vns auec les autres, accord & conuention. ITA. *Conuento, ridotto.* GER. Ein zuſammen kommung/verſamlung HIS. *Lugar donde muchos concurren.* ANGL. *An aſſemble of people, a conuenant.*} quod tribus ferè modis fieri ſolet. Vno, quum ſignificatur multitudo ex pluribus hominum generibus contracta in vnum locum. [Conuentus ciuium Rom. erat, qui in prouinciis negotiabantur, & à prætore, cùm forum agere vellet, aduocabantur. Qui dicantur conuentus familiares Campaniæ, vidè apud *Caſ.lib.3.de bel.ciu. Vide* etiam atque etiam *Cic.lib.7.ad Att.ep.*48. Conuentus Vticæ ex variis gentibus. *Caſ.lib.2. de bell.ciu.* Conuentus circuire iuri dicundo. *Suet.in Caſ.cap.*7. Conuentibus peractis Rauennæ ſubſtitit. *Suet.in Caſ cap.*30. Conuentum ágere. *Suet.in Galba cap.*9. Conuentum edicere aliquo. *Liu.l.4.d.4.* Conuentus, cœtus, concurſiones ſtellarum. *Gell.cap.1.lib.*14.] *Cic.3. Verr.* Cur prudentiſſimas, lectiſſimáſque fœminas in tantum virorum conuentum, inſolitas inuitáſque prodire cogis? Secundò, quum à magiſtratibus iudicij cauſa populus congregatur. Erat enim in prouinciis ſtatuti conuentus per rectores earum ad iudicia facienda. Vnde *Plinius* de Hiſpania citeriore. Nunc vniuerſa prouincia diuiditur in ſeptem conuentus. *Idem lib.3.* Scribit in Bætica fuiſſe iuridicos conuentus quatuor, videlicet Gaditanum, Cordubenſem, Aſtygitanum, Hiſpalenſem. Tertiò, quum aliquem in locum frequentia hominum, ſupplicationis, aut gratulationis gratia colligitur. ¶ Conuentus aliquando ponitur pro conuento, hoc eſt, pacto, vel ſtipulatione. *Autor ad Heren.* Sunt item pacta quæ ſine legibus obſeruantur ex conuentu, id eſt, ex pacto, ex contractu.

Cõnuẽntum, neut.gen. conuentionem ſignificat. {ברית *berith.* συνθηκη. GAL. Conuention, paction, accord. ITA. *Patto, accordo.* GERM. Ein pact/ vbereinkommũß/ vertrag. HIS. *Conuentio, pacto.* ANGL. *A leage, or conuenant.*} In pandectis Græcis conuenta τὰ συνθήκατα dicuntur. *Cic.1. de Orat.* At verò in foro tabulæ, teſtimonia, pacta, conuenta, ſtipulationes, cognationes, affinitates, decreta, reſponſa, vita denique eorum qui in cauſa verſantur, tota cognoſcenda eſt. *Vlpian.l Iuriſgentium §.quinimoff de pactis,* Solemus enim dicere, pacta conuenta inesſe bonæ fidei. *Silius lib.*1. -ter marte ſiniſtro Iuratúmque Ioui fœdus, conuentáque patrum Sidonij fregêre duces. [*Vlpian.* Conuentum eſt, quod cum Iuriſgentium ſit, à iure ciuili receptum ac comprobatum eſt. Ex eo dictum, quod ſine legibus ex ſolo conuentu valet. *Gell.cap.9.lib.*17. Conuentum clandeſtinum inter eos.] ¶ Conuenta conditio dicebatur quum primus ſermo de nuptiis, & earum conditione habebatur. *Autor Feſtus.*

Cõnuẽnticũlum, Exiguus conuentus. Plerunque in malam partem accipitur, hoc eſt, pro conuentu ſeditioſorum, aut ſceleratorum. {συστασις, συνωμοσια GAL. Perite aſſemblée. ITA. *Adunanza, mazza.* GER. Ein kleine zuſammen kommung/ein böſe heimliche verſamlung HISP. *Conuentos de pocos* ANG. *A litle aſſemble.*} Nonnunquam etiam in bonam partem, *Cic.pro Seſtio,* Conuenticula hominum, quæ ciuitates nominantur. *Idem pro domo ſua,* Quoniam plebi quoque vrbanæ maiores noſtri conuenticula, & quaſi concilia quædam eſſe voluerunt.

Cõnuẽntio, {ברית *berith.* το συμφωνηθεν, ὁμολογια, συνθηκη. GAL. Conuenue, conuention, accord & paction enſemble, compoſition. ITA. *Conuentione, congregatione, patto, accordo.* GERM. Vertrag/ vbereinkomnuß/ vereinigung. HISP. *A conuencion, pacto, acuerdo.* ANG. *Conuention, leage, conuenant.*} Nomen generale eſt, ad omnia pertinens (*vt ſcribit Vlp.l.1. de pactis*) de quibus negotii contrahendi, tranſigendíque cauſa conſentiunt, qui inter ſe agunt. Nam ſicut conuenire dicuntur, qui ex diuerſis locis in vnum locum coëunt, ita qui ex diuerſis animi motib. conſentiunt, & in vnam ſententiam concurrunt. Adeóque Conuentionis nomen generale eſt, vt nullum eſſe conuentum, nullam eſſe obligationem dicat, quæ non habeat in ſe conuentionem, ſiue verbis, ſiue re fiat. [Conuentionem *Vlp.* generis nomen eſſe ait: Cuius duæ ſunt ſpecies: legitima (quam pactum appellat) & Iuregentium.] ¶ Conuentio item veteribus idem quod concio, *inde apud Varronem in tabulis Cenſoriis,* Conuentionem habeat qui luſtrum conditurus eſt *Item paulò pòſt ex commentariis Conſularibus,* Voca ad conuentionem omnes Quirites huc ad me, id eſt, ad concionem.

Cõnuẽntiõnãlis, συνθηκικος. vt ſtipulatio conuentionalis, quæ fit ex cõuentione reorum. *Pomp.D.lib.*45. *Tit.*1.*l* 5.

Cõnuẽrbẽro, as, idem quod Verbero. {חבה *hichcháh.* μαστιγω. GALL. Battre & marquer de coups ou playes. ITA. *Battere, flagellare.* GER. Schlagen. HISP. *Açotar con açotes.* ANG. To *beate.*} *Plin.lib.*13.*cap.*22, Noctumis graſſationibus conuerberatam faciem illinens. [*Suet.in Neron.cap.*42.]

Conuẽrro ris, rere, Simul verro, vel idem quod ſimplex verro. {בער *biẽr* NUNU *teiá.* συγκαλυαω, σαιρω. GALL. Balier, nettoyer & amaſſer en ſemble, ramonner. ITA. *Sciouare.* GERM. Buſchen/ oder zuſammen kehren. HIS. *Barrer.* ANG. *To clenſe, wipe or ſwipe together.*} *Plaut. Stich.* Hercle verò capiam ſcopas, atque hoc conuerram lubens. *Ibidem* reuerram hercle hoc, quod conuerri modò. *Col.lib.7.cap.6,* Diligens paſtor quotidie ſtabulum conuertit, nec patitur ſtercus aut humorem conſiſtere.

Cõnuẽrritõr, *apud Apuleium in Apologia pro magia,* conuerritorem pridianæ reliquiæ, acſi ſupinum eſſet conuerritum.

Cõnuẽrſè, aduerbium, Pro nitidè, à verbo Conuerro. {καθαιρετως. GALL. Nettement, apres auoir bien balié & nettoyé. ITAL. *Nettamente.* GER. Zierlich/ wolgeſeubert/ hubſch außgebutzt. HISPAN. *Limpiadamente.* AN. *Cleanlie, y of ter ſwiping.*} *Cato cap.*143. Villam conuerſè, mundéque habeat.

Cõnuẽrſiõr, & Conuerſatio: *Vide* CONVERTO.

Cõnuẽrto, Verto, viciſſim retrò commeo, aſpectum aliquò refero. {הפך *haphách* השיב *heſchíb.* στρεφω. GAL. Tourner ou faire tourner, muer. ITA. *Volgere, voltare, conuertire.* GERM. Bekehren oder vmbkehren/ vmbwenden. HIS. *Conuertir, boluer.* ANG. *To conuert, to returne.*} vt, Conuertere ſe domum, hoc eſt, reuerti. *Terent.in Adelph.* Ego iam tranſacta re conuortam me domum cum obſonio. *Plinius de viris illuſtribus,* Veientes ad dolos conuerſi, pecora ex aduerſo in conſpectu illorum poſuerunt. *Cicer.3.Offic.* Ibi quum palam eius annuli ad palmam conuerterat, à nullo videbatur, ipſe autem omnia videbat: idem turſus videbatur, quum in locum annulum inuerterat. *Idem lib.1.de Orat.* Ac quocunque te animo & cogitatione conuerteris, permultos excellentes in quoquo genere videbis. *Liuius 2.bell.Puni.* In admirationem & ipſum, & omnes qui circa erant, conuerterunt. *Cicer.Appio lib.*4. Gratulabor tibi priùs (ita enim rerum ordo poſtulat) deinde ad me conuertar.

¶ Conuertere, pro interpretari, ſiue ex vna lingua in aliam vertere. ANG. *To turne or tranſlate.*} *Cic.de Opt.Genere Orat.* Conuerti enim ex Atticis duorum eloquentiſſimorum nobiliſſimas orationes inter ſe contrarias. *Ibidem,* Quod igitur eſt eorum in orationibus è Græco conuerſis faſtidium? * Conuertere in belluam, hoc eſt transmutare & transformare. *Cic.3.Offic.* Quid enim intereſt vtrum ex homine ſe conuertat quis in belluam, an hominis figura immanitatem gerat belluæ. * Viam conuertere, Eſt viam repetere per quam nunc primùm veneras. *Virgilius 5. Æneid.* -turſúſque vocati Conuertere vias. [Caſtra caſtris conuertunt. *Caſ.lib.1. de bell.ciu.* Conuertit pro conuerſus eſt. *Auſon.Epigr.*68.]

Cõnuẽrtõr, teris, deponens, quo antiqui vſi ſunt pro Conuerto. στρεφω. *Plaut.Amph.* Sed tamen in fugam ſe nemo conuertitur. [*Et Caſ.lib. de bell.ciu.*]

Cõnuẽrsũs, participium. {מרשם מתחפך *mithhappéch.* συστραμμενος, συστροφεις. GAL. Tourné, change, mué. ITAL. *Mutato.* GER. Bekehret/ vmbgewendet/ verenderet. HISP. *Conuertido, mudado.* ANGL. *Turned, changed.*} *Cic.in Somn.Scip.* Huius quidem anni nondum vigeſimam partem ſcito eſſe conuerſam. [Conuerſus terga domator, *Tibull.lib.*4.]

Cõnuẽrsĭo, onis, circunuectio, mutatio. {הפכה *haphechháh.* στροφη, αἰωρημα, ἀγκυλωσις GAL. Tournement, changement. ITA. *Mutamento, cambiamento.* GERM. Bekehrung/ oder vmbkehrung. HISP. *Mudança.* ANG. *A turning, conuerting.*} vt, Conuerſio veſicæ, id eſt, inuerſio & reuolutio, *Plin.lib.*8.*c.*42. ¶ Vuluarum conuerſio, *apud eundem lib.*20. *cap.*22. ¶ Cõuerſio verborum. *Cic.2.de Orat.* Et efficiendum eſt illud modò vobis, ne fluat oratio, ne vagetur, ne inſiſtat interiùs, ne excurrat lõgiùs, vt membris diſtinguatur, vt conuerſiones habeat abſolutas. Neque ſemper vtendum eſt perpetuitate, & quaſi conuerſione verborum: ſed ſæpe carpenda membris minutioribus oratio eſt.

Cõnuẽrsũs, us, ui, Conuerſio. συστροφη. *Macrob.Saturn.lib.7.capit.*9. Septimus motus qui gyros efficit, circbro conuerſu turbat.

Cõnuẽrſo, as, are, frequentatiuum à Cõuerto, verſo. {στρεφω. GAL. Tourner ſouuent & retourner. ITAL. *Volgere ſpeſſo.* GERM. Sich vilond offt kehren/ hin vnd her wenden. HISP. *Boluer muchas vezes.* ANG. *To turne often.*} *Cic.de Vniuerſit.* Quippe qui ex eadem vinctus, alteráque natura, adiuncta materia temperatiore, trium partium proportione cõpacta, ſe ipſe conuerſans, quum materiam mutabilem arripuiſſet. ¶ Conuerſari. Conſueſcere, συνηθιζειν. *Senec.lib.3.de Ira,* Sumuntur à conuerſantibus mores.

Cõnuẽrsõr, deponens, pro Frequento, conſuetudine alicuius vtor, συνηθιζω.

Cõnuẽrsãtĭo, Conſuetudo, familiaritas. {מנהג דרך *minhágh. dérech* חליכה *hal-ehách.* διατριβη. GALL. Conuerſation, hantement. ITA. *Conuerſatione, pratica.* GER. Beywohnung HIS. *Conuerſation ò participation* ANG. *Heaunting and fami iaritie fellowship.*} *Plin. lib.*10. *cap.*33. Néve cui frequentior conuerſatio ſuſpecta ſit. Tutior conuerſatio, *Quintil.lib.1.cap.*2 [Conſpectum cõuerſationémque ciuium profugit. *Senec.c.*17. *de Conſol.ad Polyb.* Conuictus & conuerſationes. *Idem c.*15. *de Conſ.ad Elb.*] ¶ Conuerſatio, pro conuerſione *Seneca Epiſt.* 75. Sciátque ille ipſa quibus lædi videtur, ad conuerſationem vniuerſi pertinere: & ex iis eſſe, quæ curſum mundi conſummant.

Cõnuẽſtĭo, is, ire, Veſtio, exorno. {לבש עטף *laváſch. atáph.* ἱματιζω, κοσμεω, σκεβαννυω. GAL. Veſtir, orner. ITA. *Veſtire, ornare.* GER. Bekleiden. HISP. *Veſtir y ornar.* ANG. *To decke, to aparell.*} vt Conueſtiuntur herbis prata, *Cicer.1.Tuſcul. Idem ad Quint.fr.lib.*3. Topiarium laudaui, ita omnia conueſtiuit hedera, &c. *Idem pro Domo ſua,* Ergo eius domum euerſam duobus lucis conueſtitam videtis.

Cõnuẽxo. Vexo. {עצב *hatsáv* דאג *daágh* דאב *daáv.* σκυζω. GAL. Faſcher, ennuyer, vexer & tourmenter. ITA. *Diſturbare, moleſtare, noiare.* GERM plagen/ vexieren/ betrũben/ vberlegen ſeyn HI. *Fatigar ò moleſtar.* ANG. *To wexe, to torment.*} *Gell.l.*10. *cap.*6. Sed vtinam reuiuiſcat frater, aliámque claſſem in Siciliam ducat, atque iſtam multitudinem perditum eat, quæ me malè miſeram nunc conuexauit. Verba ſunt filiæ Appij Claudij Cæci.

Cõnuẽxŭs.)(Concauus, quod ſcilicet eſt ex omni parte declinatum, qualis eſt natura cæli, quod ex omni parte ad terram verſus declinatum eſt {כפוף *caphúph.* ὀπισθαμπὴς, ἀγκύλος. GAL. Courbé, comme ſemble eſtre le ciel. *Piegato in arco, in volio.* GERM. Das in die runde gebogen iſt/ rund zugewelbet. HISP *Redondo por deſuera.* ANG. *Crooked and bending downe as the heauen.*} *Virgil.*4. *Eclog.* Aſpice conuexo nutantem pondere mundum. *Idem* 4. *Æneid.* Tædet cæli cõuexa tueri, Id eſt, cælum conuexum.

Cõnuẽxĭtas,)(Concauitas. {כף *caph.* συγκλινια, κοιλότης. GAL. Courbement en rond. ITA. *Inarcatura, piegatura.* GERM. Rund gewelb. HISP. *Redondes por defuera.* ANGL. *Crookedneſſe and bending downeward of an hollow thing.*} *Plin. lib.*38 *cap.*25. Super omnia eſt mundi conuexitatis, terrarúmque globi differentia. *Idem lib.*31. *cap.* 3. Reperiuntur

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

periuntur in conuallibus maximè & quodam conuexitatis cardine, aut montium radicibus. ¶ Tractum à concauitate nauium, quæ extrinsecus huiusmodi formam habet. Vnde etiam pro eodem Carinatum dicimus, quod formam carinæ habet.

Cōnuēxĭo, Conuexitas, *συγκύπτωσις, σύγκλισις. Gell. lib. 14. cap. 1.* Partium circulorúmque cœli, ex deuergentia, & conuexionibus mundi varietas.

Cōnuĭbrāre, *Apul. Florid. lib. 2.* Discit autem statim pullus vsque ad duos ætatis suæ annos dum facile os vti conformetur, cum tenera lingua vti conuibretur.

Cōnuĭcĭum, Contumelia, *inquit Labeo Iureconsul.* quasi conuocium, mutata litera à concitatione, vel conuentu, siue collatione vocum. דפי *dóphi* רבה *dibbáh* חרפה *cherpáh. λοιδορία* Gal. Iniure, parole iniurieuse, moquerie, reproche. Ital *Maledicenza, ingiuria di parole.* Ger. Ein schmachred/lesterung/scheltwoort. Hisp *Denuesto con vezes y iniurias.* Angl. *A reproche, cheke, or taunte.*} Quum enim in vnum complures voces conferuntur, Conuicium dicitur: quum autem nec in cœtu, nec vociferatione dicitur, non propriè Conuicium nominatur. *Festus* tamen à vicis, in quibus primo habitatum est, deriuat. Alij dicunt Conuicium esse male dictum cum contumelia, & à vitio deriuari, vel à Conuito. (*Vt Vallæ placet*) vnde etiam per n nonnulli scribere maluerunt. *Valla* tamen fatetur posse scribi per c. significationem huius dictionis optimè ostendit *Cic. pro Cæc.*, Maledictio autem nihil habet propositi, præter contumeliam: quæ si petulantiùs iactatur, Conuicium: sin facetius, Vituperationis nomina ut. *Idem 4. Acad.* Vrgebor iam omnium vestrum conuicio. [Conuicij petulantis iudicium in histrionem ex alto redditur. *Vell. tus*, Neve in me stolidæ conuicia fundere linguæ Admiremur eum. *Ouid. 13. Met.* Conuicium facere creditori (Naturæ vel fortunæ.) *Senec. c. 10 de Consol. ad Marc.* Conuicia faciamus ore nostro & publico fortunæ. *Item c. 16. de Consol. ad Polyb.* Intelliget quid periculi sit dotatæ vxori conuicium facere. *Plaut. Asin. sc. 2. a. 5.* facere & mereri conuicia *Quintil.*] ¶ Conuicium nihil aliud aliquando quàm strepitus, & vocum multitudo. *Cic. pro Sextio*, Et is qui antea cantorum conuicio conciones suas celebrare solebat, cantorum ipsorum vocibus excitur *Idem pro Archia.* Quia suppeditat nobis vbi & animus ex hoc forensi strepitu reficiatur, & aures conuitio defessæ requiescant. *De hoc nomine vide Vallam lib. 6. cap. 51.*

Cōnuĭcĭŏlŭm, diminutiuum à Conuicium. *Lamprid. in Alex. Seuero:* lacessitus erat conuiciolis.

Cōnuĭcĭŏr, aris, Contumeliam dico, {חוציא רבות *hotsi dibbáh* חרף *cheréph. λοιδορέω.* Gal. Iniurier, dire paroles iniurieuses. Ita. *Calomniare, dir villania.* Germ. Lesteren/einem schmächtlich vnd vbel zureden. Hisp. *Injuriar de palabras.* Angl. *To rebuke, checker taunt.*} *Quintil. lib. 3.* Contrà sentientibus inhumanè conuiciabantur,

Cōnuĭcĭātŏr, Qui conuicium dicit vel facit, {מוציא רבות *motsi dibbáh* מחרף *mecheréph. λοιδορος.* Gall Iniurieux, mesdisant, qui dit paroles iniurieuses. Ital. *Chi dice parole oltraggiose contra a cuno ingiurioso* Germ. Ein lesterer/schmäher. Hisp. *Injuriador assi.* Ang. *A rebuker, a reprocher, a checker, a ray er.*} *Cicer. in Sallust.* Si de mea vita, atque artibus huic conuiciatori respondero. *Idem pro Murena*, Si verò obicitur, vehementis accusatoris: sin falsò, maledici conuiciatoris.

Cōnuĭctŏr, Conuictus. *Vide* CONVIVO.

Cōnuĭnco, is, Vinco, arguo, redarguo, euinco. {חוכיח *hochiach* ἐλέγχω, κρατέω, νικάω. Gal. Conuaincre & surmonter. Ita. *Conuincere.* Germ. Vberwinden/vberzeugen His. *Vencer.* Angl. *To vanquishe and ouercome* } vt, Conuincere aduersarium auctoritatibus & testibus, *Cic. lib. 7. in Verr. Idem de Amicitia*, Tamen hæc duo leuitatis & infirmitatis plerosque conuincunt. [Conuictus in mendaciis, *Gell. c. 2. lib 14.* Conuincamus huius amentiam. *Quintil.* Vxoris facta conuincam turpia. *Plaut. Amphit.* bis, & *Capt. sc 4. a 3.*]

*Conuictus, a, um, Particip. Victus, euictus. *Cic. 2. in Catil.* Quum ille homo audacissimus consci. ntia conuictus reticuisset.

*Conuinctio, Verbale à Conuincio, pro Coniunctione. *Quintil. lib 1. de Grammatica de numero partium orationis*, Veteres enim, quorum fuerunt Aristoteles atque Theodectes, verba modò, & nomina & conuinctiones tradiderunt: videlicet quòd in verbis vim sermonis, in nominibus materiam, quia alterum est quod loquimur, alterum de quo loquimur: in conuinctionibus autem eorum complexum esse iudicauerunt: quas coniunctiones à plerisque dici scio, &c. Conuiso, is, ere, *συνοράω*, vnà video, vnà viso. *Luer. lib. 1.* Res quibus occultas penitus conuisere possis. *Cic. in Arato*, Et loca conuisit cauda tenus infera piscis.

Cōnuĭuă, Conuiuator. *Vide* CONVIVOR.

Cōnuĭuo, is, ere, Simul viuo, & comessor. {συνεσθίω. Gal. Viure ensemble, boire & manger ensemble. Ital. *Viuere & far vna spesa insieme, mangiare in compagnia.* Germ. Bey einem läben/ mit einem essen. Hisp. *Viuir juntamente.* An. *To liue and eat or drink together.*} *Plaut. in Amph.* Missiti ad nauim Sosiam, vt hodie tecum conuiueret. *Quintil. lib. 1. cap. 12.* Lauamur & tondemur, & conuiuimus ex consuetudine.

Cōnuĭuŏr, aris, ari, Conuiuium facere, Conuiuium agere, epulas dare. {עשתם משתה *hasáh mischtéh. δαιτυμονέω, ἑστιάω.* Gal. Faire banquets, faire grand' chere, banqueter. It. *Mangiare insieme.* Ger. Malzeyt halten/ zächen / miteinander essen / gastung anrichten Hisp. *Comer juntamente.* Angl. *To feast, to banket, to mak good cheere.*} *Terent. in Heaut.* Scortari crebrò nolunt, nolunt crebrò conuiuarier. *Cic lib 5. in Ver.* Quotidie solitum esse non solùm in publico, sed etiam de publico conuiuari.

Cōnuĭuātŏr, dicitur qui parat conuiuium. {עשה משתה *hóseh mischtéh. δαιτυμών, ἑστιάτωρ.* Ga. Celuy qui fait le bāquet. It. *Chi fa conuiti.* Ger. Der ein malzeyt haltet/der wirtt. His. *El que haze combite.* An. *A feaster or banketter or that maketh good cheere.*} *Liu. li. 5. bell. Maced.* Est autem res simillima cœnæ Chalcidensis hospitis mei, hominis & boni, & sciti conuiuatoris.

Cōnuĭuă, Socius ad epulas, conuictor. {קרוא *karú, συνδοίνος.* Gall. Qui est conuié ou inuité au banquet, qui dine ou soupe auec vn autre. It. *Inuitato à pasto.* Germ. Der auff ein malzeit oder gastung geladen ist/ ein gast. Hisp. *Combidado.* Angl. *He that is called to a banket of feast.*} *Cic. de Orat.* Collectam à conuiua exigere. *Teren. in Heau.* Egomet conuiuas moror. *Plau. in Asin.* Vocet conuiuam neminem, illam tu voces. [Ædes plenas conuiuarum & mulierum (i. comessatores.) *Plau. Most. sc. 1. a. 2.* Boues conuiuas faciunt. *Pl. pseu sc. 2 a 3.* Conuiuæ ambulant ante ostium. Et, vbi conuiuæ cæteri? *Plaut. Men. sc. 2. a. 2.*]

Cōnuĭuĭum, à viuo fit, {משתה *mischtéh. συμπόσιον, συμπόσιον.* Gall. Banquet. Ita. *Conuito.* Ger. Ein malzeyt/gastmal. Hisp. *Combite.* Ang. *A feast, or banket.*} *de quo Cic. de Senect.* Bene enim maiores nostri accubationem epularem amicorum, quia vitæ coniunctionem haberet, Conuiuium nominarunt: meliùs quàm Græci, qui hoc idem tum compotationem, tùm concœnationem vocant. *Terent. in Eunuch.* vnà in conuiuio Erat hic, quem dico. *Cic. pro Cælio*, Balis acta conuiuia, comessationes, cantus, symphonias, nauigia iactant. [Effugi foras; nam conuiuij sermonisque pertæsum est. *Pl. Mostel sc. 4 a. 1.* Agitemus hoc conuiuium vino & sermone suaui. *Plaut. Merc. sc. 2. a. 2. & Asin. sc. 1. a. 5.* sublatum est conuiuium. *Plaut. Men sc. 1. a. 3.* Inuocatus solet esse in conuiuio. *Plaut. Capt. sc. 1. a. 1.* Item, Conuiuium Inire, & dimittere. *Suet. cap. 76.* Conuiuio pleno, *Pline* Plenus. De Conuiuio & Conuiuis *Gell. cap. 11. lib. 13.*]

Cōnuĭctŏr, Dicitur quotidianus conuiua, & qui nobiscum viuit, vulgò *Commensalem* vocant. {רעה *reéh. συμπότης.* Gal. Qui boit, & mange auec, commensal, portionnisse. Ita. *Famigliare della tauola, che viue insieme.* Ger. Ein tischgänger der täglich bey einem isset vnd läbt His. *El que viue juntamente con otros.* Ang *A companion at table.*} *Horatius*, Nunc quia sum tibi Mecœnas conuictor. *Suet. in Tiber.* Nihil lo enior in conuictores Græculos. *Ouid. 4. ae Ponto*, Ille ego conuictor, dens sóque domesticus vsu. *Cic. Tireni*, Vtor familiaribus & quotidianis conuictoribus, quos secum Mitylenis Cratippus adduxit, hominibus & doctis, & illis probatissimis.

Cōnuĭctŭs, us, ui, Conuersatio, & commercium: quòd qui vnà versantur, sæpe etiam vnà viuant, & epulentur. {מנחה *minhágh. συμβίωσις* Gal. Nourriture ordinaire, viure auec vn autre, meime tabl. It. *Conserna ione, commercio.* Ger. Ordentliche narung/beywonung/gemeinschafft des läbens His. *Aquella biuenda en vno.* an. *A liuing together at one table ordinare foode, meate and drink.*} *Colum. lib. 11 cap 1.* In primis cōuictum domesticum, multóque etiam magis extremum vitet. Conuictus humanus, & societas. *Cic. 3. Offic. Lucius Cic. lib. 5.* Vt istis te molestiis laxes, & ad conuictum nostrum redeas, & ad consuetudinem, vel nostram communem, vel tuam solius ac propriam. [Conuictus, caussisque valentibus iunctus tibi. *Ouid. Eleg. 7. lib. 1 Trist.* Dulcia cōuictus membra fuere mei, Ponticus & Battus. *Ouid. Eleg. vlt. li. 4. Trist. Senec c. 5. de Consol. ad Marc. & cap. 15. de Cons. ad Elb.*]

Cōnuĭuālĕ, Quod ad conuiuium pertinet. {συμποσιακόν. Gall de banquet, des appartenances de banquet. Ita. *Cosa que apparuene à conuiuio.* Ger. Das zu der malzeyt oder banckett gehört. Hisp. *Cosa perteneciente al combite.* Angl. *Of a feast or banket.*} *Liuius*, Muliáque conuiualia ex auro & argento vasa. Conuiualia oblectamenta. *Liuius lib. 9. bell. Maced.* Tunc psaltriæ, sambucistriæque, & conuiualia ludionum oblectamenta addita epulis. Fabulæ conuiuales, *Tacit. lib. 5.*

Cōnuŏco, cas, care, Congregare, simul vocare. {קרא יחד *kará iachad συλλαλέω, ἀγείρω.* Gal. Conuoquer, appeler pour assembler plusieurs ensemble. Ita. *Conuocare, congregare.* Ger. Zusammen berüffen His. *Llamar juntamente, ayuntar.* Angli. *To call together, to assemble.*} *Cic. 3. Offic.* Piscatores ad se conuocauit, & ab iis petiuit, &c. Conuocare in concionem, & ad concionem, *apud eundem libro 3. de lege Agrar.*

Cōnuŏcātĭo, onis, Conuentus, congregatio. {מקרא *mikrá. συκλησία τῶν δήμων.* Gal. Appel ou appelement, huchement. Ital. *Il chiamare, l'assembrare.* Ge. Ein zusamen berüffung/oder versamlung. Hisp. *Llamamiento para ayuntar.* Angl. *Calling together, assembling*} *Cicer. Pest reditum in Sen.* Nulla ad Rempub. defendendam populi Romani conuocatio.

Cōnuŏlo, las, lare, Simul volare, & per translationem concurrere, siue festinanter conuenire. {συμπέτομαι. Gal. Voler ensemble, venir hastiuement. Ita *Volare insieme.* Ger. Miteinander fliegen/ Zusammen fliegen. Item, Eilendts vnd flugs zusammen kommen His. *Volar juntamente en vno* an. *To flie or runne together.*} *Cic. 3. Tusc.* Et illi quidem pugnant, & quidem vicinorum fidem implorant: multi autem sunt, qui statim conuolent. *Terent. in Hecyr.* quum interea rumor venit Datum iri gladiatores populus conuolat.

[Conuolat omnis turba. *Ouid. 6. Fast.*]

Cōnuŏlŭo, is, ere, Simul voluo. {גלל *ghál* עלם *ghálam συμπλέκω.* Gal. Entortiller. enuelopper, plier en rond It al. *Volgere insieme.* Germ. Zusammen winden oder weltzen. Hisp. *Boluer juntamente en derredor.* An. *To so de or roll togeather.*} *Plin. lib. 12. c. 17.* Atque attractis funiculis herbam eam conuolui. *Idem lib. 12. c 9.* Nigrum vero bdellium, & in ostas conuolutum, Hadrobolon vocant. *Cic. lib. 1. de Divin* Quum se conuoluens sol elaberetur & abiret. [Conuoluuntur ætates nostræ incredibili celeritate, *Senec. ca. 2. de Consol. ad Marc.*]

Cōnuŏluŏlŭs, penult. corr. Vermiculus minor eruca, erodens pubescentes vuas, quem alij Voluocem appellant à conuoluendo, quia se inuoluit in pampino. ἰψκερής *Theophrasto.* } Gal. Vn ver qui gaste les raisins en la vigne, qu'aucuns appellent ver coquin, les autres hurbec, ou chenille de vigne. Ita *Voluolo, vermie che rode l'vua crescendo.* Ger. Ein würmlin das sich in die täben wickelt / vnd denen schaden thut. Hisp. *El reuoltoncusano que se reuuelue.* an. *A eater peller, or a worme that consumeth the leaues of wyne or other hearbes.*} à Plau. Inuoluulus, *à Columellâ* inuoluola, *à Suida* ἰῶλος appellatur. *Plin l. 17. c. 28.* Simili modo, ne conuoluolus fiat in vinea, amurcæ congios duos, &c. ¶ Conuoluolus item, est herba per frureta nascens, florem ferens nullo odore, nullisque intus crocis, tantum candorem lilij referente, veluti rudimentum naturæ lilia facere condiscentis: dictum quod sese rei cui adhæret inuoluat. *Hæc Plin. lib. 21. cap. 4.* κληματὶς ἀγρία. Vulgus *Campanellam* vocat, aut *Volubilem materem.*

Cōnuōtī, Dicebantur iisdem votis obligati. *Festus.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Cōnūs,ni.{κῶνος GAL. Vne pomme de pin & tout tel fruit ayant semblable figure. ITA. *Pomo del pino & simili.* GERM. Ein dannzapf/oder tannuß. HISP. *La pina del pino,ò agalla de cipres.* ANGL. *The fruite of the pine tree or any such lik fruite.* } Nux pinea,& cognatarum arborū fructus, pineæ nucis similitudinem referens. *Col.lib.* 7. Remedio sunt cupressini quindecim coni,totidémque gallæ. ¶Hinc Coniferæ arbores dictæ sunt , quæ conos ferunt , hoc est, nuces pineis similes. *Virg.*3. *Æn.* Aëriæ quercus, aut coniferæ cyparissi. ¶A nucis huius similitudine Geometræ conum nominarunt figuram ex lato in acutū desinentem,quæ turbini contraria est. Serénus, Donec in angustum conscendat littera conum. ¶Vnde Conoides, κωνοειδὲς, dicitur quicquid coni,hoc est, inuersi turbinis figuram habet: de quo plura diximus suo loco. ¶In galea item Conus appellatur summus apex in acuminatam desinens figuram,cui cristæ inseri consueuerunt. {λέπος. GAL. Le coupet d'vn heaume ou d'vn armet où se met le plumal. ITAL. *La cima dell elmo ò doue se mette il pennachio.* GERM. Der spitz ẓu oberst an einem helm/ oder stutmhaub. HISP. *La cresta à penacho del capacete.* ANGLI. *The toppe of an helmet.*}*Virg.*3. *Æn.* Et conum insignis galeæ,cristaſque comantes.

Cōnuūlnĕro , as,are. Vulnerare,vel multis vulneribus afficere. {פצע *patsáh* בצע *batsáh* τιτρώσκειν. GALL. Naurer fort,entamer & griefuement blesser. ITAL. *Ferire.* GERMAN. Vbel verwunden. HISP. *Herir.* ANG. *To gurt and wound sorebie.*}*Plin.lib.*11.*c.*37. Ipse conuulneratus, & captus semel per cauernam latomiarum euasit.

Conyza, æ, κόνυζα. Herba est, *teste Plin.lib.* 21.*c.*9. quæ alio nomine Cunilago dicitur. Vulgò à necandis pulicibus,& cimicibus,Pulicaria,& Cimicaria appellatur,*teste Ruell.lib.*3 *c.*63.

cŏŏns,ontis,κόων,*apud Homer.lib.*11. *Iliad.* Antenoris filij nomen est ab Agamemnone occisi.

Cŏŏpĕrātŏr,is,συνεργός. *Apuleius Florid.lib.*2. Id quoque pallium cooperationis ipsius laborem fuisse.

Cŏŏpĕrĭo, is, ire, Tego { כסה *chissáh*.καλύπτω. GALL. Couurir. ITA. *Coprire.* GERM. Bedecken. HISPAN. *Cobrir.* ANG. *To couer.* } Cooperire lapidibus aliquem,hoc est, lapidare. *Liu.*4.*ab Vrb.* Cò indignatio erupit, vt Tribunus militum ab exercitu suo cooperiretur lapidibus. *Cic.*3.*Verr.* Quem iste collegam nisi habuisset,lapidibus coopertus esset in foro.

Coŏpĕrtŭs,participium . {מכסה *mechuſséh.* κεκαλυμμένος. GALL. Couuert. ITA. *Coperto.* GERM. Bedeckt. HISP. *Cubierto.* ANGL. *Couered.*} vt , Coopertus sceleribus. *Cic.* 3. *in Verr.* Qui istum tot,tantis, tam nefariis sceleribus coopertum , iurari sententia sua liberarent. Coopertus miseriis. *Sallust.in Iugur.* Sicuti videtis,extorrem patria, domo , inopem , & coopertum miseriis , effecit,vt vbiuis tutiùs, quàm in meo regno essem. [Cooperti stupris suis & alienis. *Liuius lib.*9.*d.*4.]

Cŏŏpĕrcŭlum,li,Quo quid cooperitur. {צמיד כסוי *tsamidh chesui.* πῶμα, σκέπασμα. GAL. Couuercle. ITAL. *Coperchio.* GERM. Ein deckel. HISP. *Cobertor.* ANGL. *A couerlette,any thing that coureth.*}vt, Cooperculum doliorum. *Plin lib.*14.*cap.*21.

Cŏŏpto,as,are,Lego,eligo,recipio,allego. {בחר *bachár.* αἱρέομαι. GALL. Eſlire quelqu'vn , & lui bailler place & quelque estat auec autres. ITA. *Eleggere alcuno in collegio.* GER. Erwehlen/oder annem men. HISP. *Elegir con otro à su collegio.* ANGL. *To cheese and elect for to giue place with others.* } vt , Milites cooptant quem volunt ducem. *Cic.pro lege Agrar.* Ab ea parte qui esset factus, is à collegio cooptaretur. *Liu.*1. *Dec.ad.lib.*6. Dictatorem dici placet : dicitur M.Furius Camillus,qui magistrum L.Æmylium cooptat. [Gentem aliquam cooptare in patritios. *Suet.in Tiber.cap.*1.]

Cŏŏptātĭo,onis,Electio,constitutio. { מבחר *mibchár.* αἵρεσις, ἔγκρισις. ANGLIC. *A chosing or election.* } *Cicer.*5.*de Legibus* , Neminem in summum locum , nisi per populum venire , sublata cooptatione Censoria.

Cŏŏrĭŏr, is, pen. prod. vel cooreris,pen.corr. Idem quod oriri,vel simul oriri. {זרח *záracḥ.* ἀνίστημι. GALL. Se produire quand & quand,se sourdre,se leuer. ITA. *Nascere.* GER. entstehn/ sich erheben. HISPAN. *Nacerò nacer vna cosa con otra.* ANGL. *To spring to rise together.* } vt, Coorta tempestas, *Cæs.*1.*bel.ciuil.Cic.*3.*Verr.* Tum subitò tempestates coortæ sunt maximæ. *Liu.*4.*ab Vrb.* Volscos & Æquos fama affertur summa vi ad bellum coortos.

coos siue cos, siue coa,κῶς. { GER. ein insel nahe bey Rhodiß gelegen/ heist itzt lango. } Insula in mari Icario,Rhodo proxima,& Cariæ opposita, quæ olim magna fuit,& optimè habitata,& aspectu iucundissima iis qui cò nauigabant. Ambitus eius quingentis & quinquaginta stadiis clauditur,tota fertilis,& optimo vino abundans.

¶Est item vrbs eiusdem nominis,insulæ huius caput, in quam Coi, relicta per seditionem Astypalæa frequentes commigrarunt. Eadē & Meropis dicta est,à Merope quodam terrigena, si Stephano credimus. Quanquam hoc nomen & Strabo agnoscit,qui in principio *lib.*15. Indiam describens , Macedonas ait in India quinque millia & nouem vrbes tenuisse,quarum nulla minor fuerit Cō Meropide. Ex hac insula orti sunt viri illustres non pauci,& in primis Hippocrates medicorum clarissimus, qui primus rem medicam densissima nocte latentē in lucem reuocauit: Apelles pictor eximius, Simus medicus, Philetas poeta ac orator,Nicias Coorum tyrannus , Ariston Peripateticus, & Theomnestus,vir Reipub. administratione in primis clarus,qui contrarias Niciæ in Repub partes fouit.

Cōŭs,a,um,pen.prod.κῶος. Qui in Cō oppido siue insula natus est. Vnde Coum vinum,Coi populi. *Cic.*6.*Verr.* Artifex Cous dicitur Apelles κατ' ἐξοχὴν. *Ouid.* Si Venerem Cous nunquam pinxisset Apelles. In primitiuo prima corripitur. *Papin. in Sylua.* Hunc ipsè Coo plaudente Philetas. In suburbano Coi, Æsculapij templū fuit valde insigne, & multis donis opulentum,inter quæ nuda Venus erat , quam postea Octauius Augustus Cæsari patri,tanquam generis parentē, Romæ dicauit. ¶Solent in hac insula fieri vestes tenuissimæ ex bombyce,ad fœminarum ornamentum, quæ Coa vocabantur. *Ouid. de Arte:*

Siue erit in Tyrijs,Tyrios laudabis amictus:
Siue erit in Cois,Coa decere puta.

Cōpæ,arum, κῶπαι, Vrbs est Bœotiæ ad Cephisum amnem & lacū quē à nomine vrbis Copaidem appellant. *Vide Strab.lib.*9.

Cōpēs,siue Copis,Veteres,*teste Nonio*, pro Copiosus posuerunt. {רב *rab.* συνοφρύς. GALL. Copieux,abondant. ITAL. *Copioso* GER. Vberflüßig. HISP. *Copioso,y abundante.* ANG. *Abundant,plenteous.*}*P. aut.Pseud.* Atque ego nunc vt gloriosum faciam, & copi pectore. Hinc Copona primùm,deinde Caupona , taberna vinaria,propter copiam rerum quæ ibi venduntur,& ipsa etiam cauponis vxor.

COPHANTVS,Mons est apud Bactros Indiæ populos, nocturno flagrās incendio. *Autor Plin.lib.* 2.*c.*106.

Cophĭnŭs , pen. corr. {לם חורי *sal chori.* κόφινος. GALL. Vn coffin. ITA. *Cesſino,corba.* GERM. ein korb. HISPANIC. *Corbe, cesto texido de vimbres.* ANG. *A basket or such lik thing.*}Latinè corbis: vas est rusticum è vimine contextum. *Iuuenalis, Satyr.*3.-delubra locantur Iudæis, quorum cophinus, fœnúmque supellex. *Idem alibi,* Quum dedit ille locum cophino, fœnóque relicto. *Col.lib.*11.*c.*3. Confecta bruma stercoratam terram inditam cophinis obserat.

COPHEN , κωφὴ, Ciuitas eadem quæ Arachosia,de qua suprà: inde Cophenius gentile.

COPHES,Indiæ fluuius est,in Indum omnium fluuiorum longè maximū influens. *Pomp.in.lib.* 3.

Cōpĭă.Ab antiquo nomine Copes, siue Copis,quod copiosum significabat. *Pacuuius Feribœa,vt citat Nonius*, O multis modicis variè dubium,& prosperè copem diem. Inde Copia, quod abundantiam significat. {רוב *rab.* ἐυπορία. GALL. Abondance ou affluence de quelque chose que ce soit. ITALIC. *Copia, abundanza.* GERM. Vberfluß/ vile/ gnugsame. HISP. *Facultad ò abundancia.* ANGL. *Abundāce, welth, plentie.*}*Cic.in Parad.* Etenim diuitiarum est fructus in copia: copiam autem declarat satietas rerum atque abundantia. *Idem pro Quintio,* Cui tenues opes , nullæ facultates , exiguæ amicorum copiæ sunt. [Erat adhuc aliqua ibi copia Epheborum *Suet.in Aug.c.* 98.]

¶Copiæ pro commeatu seu annona. *Tacit. lib.*15. Contráq; prodiderit Corbulo,Parthos inopes copiarum , & pabulo attrito, relicturos oppugnationem. [Ex copia præsenti diuisit pecunias. *Sue.in Otho. c.*10.] ¶Copia pro facultate aliquid faciendi, plerunque cum verbo Facio vel Do iungitur. ἐξουσία. *Plaut.Capt.* Vt mihi facias eius conueniundi copiam. *Cic* 3.*de Orat.* Eū quid id faceret,facere ciuib. omnibus consilij sui copiam *Plin.Epist.* 147. Ne ego quidem indignus,cui copiam scientiæ tuæ facias. *Terent. Heaut.* date crescendi copiam, Nouarum qui spectandi faciunt copiam. *Virgil.*1.*Æneid.* Postquam introgressi,& coram data copia fandi. [Est illi nostri non inuidiosa cruoris(copia)i.potest occidere. *Ouid.Eleg.*2.*l.*1.*Trist.* Eodem sensu à *Seneca epist.*87. videtur dictū,Arbores,quæ(vt ita dicam) grandis copiæ sunt. Rogo argenti vt faciat copiam(i.mutuum det.) *Plaut. Curc. sc.*3.*a.*2. Istā mihi copiā,& potestatem facis, vt mittā nunciū. *Pl.Capt. sc.*3.*a.*2. Me seruare non potest,nec copia est. *Plaut.capt sc.*3.*a.*3. facias mihi hūc cōueniendi copiā. *Pl.Capt.sc.*5.*a.*3. Nec aperti copia Martis Vlla fuit. *Ouid.* 13. *Met.* Neque te ludos facio,neque si cupiam,copia est.(i.potestas) *Plaut. Aul.sc.*4.*a.*1. Quæ volumus copia est (i. liberè loquendi locus) *Plau. Capt.sc.*1.*a.* 2. Si qua tibi copia nostri. *Ouid.*13. *Metamor.*]¶Copiæ cornu,vide Amalthææ cornu in AMALTHEA[& in Cornu]¶In plurali peculiariter significat exercitus multitudinē, {חיל *ẓhajil* צבא *tsabá.* δυνάμεις. GALL. Armee,bande de gens de guerre,puissances & forces. ITAL. *Essercito, armata,bande de soldati.* GER. Kriegs heer/hauffen kriegsleut HISP. *Hueste de gentes armadas.* ANG. *An armie or bands of souldiours.* } vt Copiæ Cæsaris. *Terent.in Eun.* Militem secum ad te quantas copias adducere. *Cic.* 1. *Tusc.* Copias maximas duxit ad Troiam. [Omnes legiones,copias, exercitúsque furum potiti sumus. *Plau. Asin.sc.*2.*a.*3.] ¶In qua tamen significatione aliquando etiam Copiam legimus sing.num. *Pompeius ad Domit.* Nec solus cum ista copia tantam multitudinem sustinere poteris. *Idem* , Etiam horror , vt cum omni copia quam primùm ad me venias. *Cic.ad Attic.lib.*8. Vt Brundusium ducerem hanc copiam. [Experiar opibus,omni copia(i.copijs) *Plaut. Asin.sc.vlt.a.*1.

¶Contrà etiam inuenimus Copias in plurali nonnunquam pro abūdantia accipi,siue diuitiis, aut facultatibus. *Plin.epist.*41. Suggerunt assatim ligna proximæ syluæ:cæteras copias Ostiensis colonia ministrat. *Cic.de Amic.* Quid autē dulcius quàm vt plurimum copiis,facultatibus,opibus possunt cætera parare? *Idem 6. Verr.* Vocat ad cœnam deinde ipse Prætorem, exponit suas copias omnes,multum argentum non pauca etiam pocula ex auro.

Cōpĭŏlă, diminutiuū,Significat paruam copiam,sicut Copiolæ paruas copias. { δυναμίδιον, ὀλιγοστὴς καὶ μικρὰ κατασκευή. AN. *Small plentie or store.*} *Cic.in epist.ad Brutum*,Decurri ad copiolas meas : sic enim eas verè appellare possum: sunt enim extenuatissimæ.

Cōpĭōsŭs, a,um , Abundans. {רב *rab.* εὔπορος. GAL. Copieux,abondant, ample,riche. ITAL. *Copioso.* GERM. Vberflüssig/ wolhabend. HISP. *Abundante.* ANG. *Abundant,plenteous,riche.*}*Cic.*3.*Verr.* Magnificè & ornatè,vt erat in primis inter suos copiosus,conuiuium comparat. Inueniuntur etiam duo casus tanquam à Copis , Copi & Copem pro copioso & copiosum. *Plaut.in Pseudolo*, Atque ego nunc me,vt gloriosū faciam & copi pectore. *Pacuuius*, O multimodis variè dubium & prosperum copem diem. *Vide Nonium.*

Cōpĭōsē, Abundanter. {ἀφθόνως, ἐυπόρως. GAL. Abondamment,copieusement , amplement,richement. ITA. *Copiosamente , abondantemente, ampiamente,riccamente.* GERM. Vberflüssiglich/reichlich. HISP. *Copiosa y abundamente.* ANG. *Abundantly,richely.* } *Cic. de Senect.* Quàm copiosè ab eo agricultura laudatur in eo libro qui est de tuenda re familiari.

Cōpĭŏr , aris , Castrense verbum est, pro copias cogere. { גדד *ghadh* התגודד *hithghodhéah.* GALL. Amasser gens. ITAL. *Adunare genti.* GERM. Kriegsleut annemmen,heerẓeug ẓusamen bringen. HISP. *Ayuntar gentes armadas.* ANGL. *To gather an armie.*}*Gel.lib.*12.*c.*2. Et Romani multis armis , & magno commeatu, prædáque ingenti copiantur. Quod verbum haud facilè reperias apud ciuilium causarum oratores : éxque eadem figura est, qua Lignantur , Pabulantur & Aquantur.

Copo,onis,apud veteres nonnunquam inuenitur pro Caupo. {AN. *An huckster.*}Et Copona pro Caupona. *Fest.*

COPPENHAGEN,Præclara vrbs in regno Daniæ.

[Coprarius nomen à capris. *Plutar.in Public.*]

Cōptă.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Cōptă, {κάπτης, πλακοῦς. GAL. Vne sorte de gasteau, bisquit. ITA. *Biscotto.* GER. Ein gattung der kuchen. HISP. *Turron ò pan viz cocho* ANG. *A kind of cake, bisket.*} Panis durissimi genus fuit, quod è Rhodo aduehebatur, quantum conijcere licet ex *Mart. lib.* 14, *epigr.* 68. Peccantis famuli pugno ne percute dentes: Clara Rhodes Coptam quam tibi misit, edat.

COPTVS. κάπτος. *Plin. lib.* 37. *c.* 5. Oppidum Thebaidis, commune Ægyptiorum & Arabum emporium, vergens ad mare rubrum, vicinas habens cautes, è quibus eruuntur smaragdi. *Iuuenalis Satyr.* 15. Gesta super ea lidæ referemus mœnia Copti.

Cōpŭlă, læ, Vinculũ vel nexus, quo aliquid copulatur, hoc est, coniungitur. {אסור *asúr* מוסר *musár* לויה *leviáh.* ἅρμα, συνδεσμος. GAL. Vn lié, vne acouple. ITA. *Legame, laccivolo, congiuntione.* GER. Ein band/mit welchem man etliche ding zusamen kupplet HISP. *Ayuntamiento, atadura.* AN. *A couple to couple any thing together, a fetter, a shakle.*} *Apuleius lib.* 9. Copulæ sparteæ, tritura continua exulceratæ. *Oui.* Copula detrahitur canibus, id est, vinculum colli. *Plau in Epid.* posuit copula pro loris ad colligandum accommodatis, quum ait, Quæritant me, in manibus gestant copulas. ¶ Hinc & Grammatici coniunctiones Et, Que, cum similibus, Copulas vocat ẽre, quod earum nexu verba verbis, & orationes orationibus coniunguntur. ¶ Dicitur & Copula, cuiuslibet rei duplex numerus. σύνδεσμος. vnde Copula matrimonij.

[Copulatum, vox Dialecticorum. *Gell. c.* 8. *lib.* 16.]

Cōpillo, as, are, Colligo, vincio, coniungo. {אסר *asár* חבר *chibbér* הרכיב *herchiv* חבל *chibbél* קשר *kishér* צמד *tzamád* קרב *karáb* שדך *shadách* שלב *shalláb.* συνδέω, συνδυάζω GAL. Accoupler, lier ensemble, ioindre. IT. *Congiongere, legare.* GER. Zusamen knüpfen/zusammen kupplen HI. *Ayuntar, atar.* AN. *To couple or bind together, to knit with an other.*} *Plin. lib.* 17. *cap.* 19. Insociabiléque arborum naturæ copulenrui. *Cic. in Part.* Constructióque verborum tùm coniunctionibus copuletur, tum dissolutionibus relaxetur. *Plautus in Pœn.* Quid ais tu quando mecum caput & corpus copulas?

Cōpŭlŏr, aris, deponens, idem significat. {ANG. *To couple one thing with an other.*} *Plau. in Epid.* Caue sis cum filia mea Hanc copulari, neque conspicere. *Idem. in Aul.* Adeunt, consistunt, copulantur dextras.

Cōpŭlātŭs, participium. Connexus, coniunctus. {מחבר *mechubbár.* συμπεπλεγμένος, συζευχθείς GAL. Conioint, acouplé. ITA. *Congionto, accopiato.* GER. Zusamen gefnüpfet/oder gebunden. HI. *Ayuntado, atado juntamente.* ANG. *Coupled or tied together.*} *Cicer. 4. Tusc.* Hæc quæ dico cogitatione quidem inter se differuntur verò copulata sunt.

Cōpŭlātŭs, nomen ex participio. *Cic. 1. Offic.* Nihil autem est amabilius, neq; copulatius, quàm morum similitudo bonorum.

Cōpŭlātio, onis, verbale, Connexio, coniunctio. {מחברת *machbéreth.* συμπλοκαὶ, συμπλοκή. GAL. Conionction, acouplement. ITAL. *Congiontione, vnione.* GERM. Zusamenbindung/zusamenfügung HIS. *Ayuntamiento, atadura.* ANGL. *A coupling or tying together.*} *Cic. 1. de Finib.* Ita effici complexiones & copulationes, & adhæsiones atomorum inter se.

Cōpŭlātē, aduerbium, coniunctè. Simpl. citer. συμπλοκικῶς, συνημμένως. GAL. Conionctement, par copulation, en acouplant. ITAL. *Congiontamente, vniamente.* GERM. Zneinander/beyeinander. HISPAN. *Ayuntadamente.* ANG. *By coupling or tying one with another.*} *Gel. lib.* 10. *cap.* 24. Diequinti pro aduerbio: copulatè dictum est.

Cōpŭlātīuŭs, a, um, Quod copulat vel copulare potest. {συναπτικός. Vnde Coniunctio copulatiua.

Cŏquo, is, xi, ctum, Est cibum esui aptum reddo. {בשל *bischschél* נזר *nazáb* אפה *aphách.* ἑψέω, ὀπτάω. GAL. Cuire, cuisinier. ITA. *Cocere, cucinare.* GER. Kochen. HI. *Cozer, cozinar.* ANG. *To boyle, or seeth, to bake.*} Inde Carnes coctæ, dicuntur carnes elixæ, siue assæ, siue alio modo ad edendum paratæ. ἐφθαρμέναι. ¶ Coquere cœnam, prandium, cibum. *Plaut. Asin. & Rudens. Plin. lib.* 3. *c.* 1. Huius proprietas: vt ventiletur in coquendo, donec desinat olere. ¶ Coquere bellum & consilia, per translationem, hoc est, parare & moliri clanculum. *Liu.* 8. *ab vrbe,* Omnibus consultationibus inter se principes occultè Romanum coquebant bellum. [*Liu.* 3. *ab vrb.* Impotentibus instructi consiliis quæ secretò ab aliis coquebant. (i. molichantur.) *Vide* Incoctus.] ¶ Coquit me cura. *Cic. de Senect.* O Tite si quid ego adiuto, curamve leuasso, Quæ nunc te coquit (ὅ σ' ὦ τέκνον ἐξανύσω μάλα δὴ κατατήκει) & versat sub pectore sixa. [Macerat & coquit eum solicitudo. *Quint.*] ¶ Fructus etiam coqui dicuntur, cùm solis calore ad maturitatem perducuntur. *Virgil. 2. Georg.* Mitis in apricis coquitur vindemia saxis. *Plin.* Ægrescunt sexagenis diebus siti maximè, antequam fixi coquantur autumno. ¶ Coquere item ventriculus dicitur: vnde & Coctio dicitur vna ex naturalis animæ functionibus, qua cibus mutatur in qualitatem parti nutriendæ conuenientem.

Cŏquĭto, as penultima correpta, frequẽtatiuum est à Coquo: quo *Plautus* vsum fuisse pro Coctitare. ANG. *To boyle or seeth often.*} autor est *Festus.*

Cŏquīnā, Est coquinariam artem exercere. {אפה *aphách* בשל *bischschél.* μαγειρεύειν. GAL. Cuisinier, faire la cuisine. ITAL. *Essercitare l'arte de cuoco, cucinare.* GER. Kuchenmeisteren treiben/mit kochen vmgehn. HISP. *Cozinar el cozinero.* ANGL. *To exercise cookerie.*} *Plau in Aul:* Nunquid ego vnquam, nisi hodie ad Bacchas venio in Bacchanal coquinatum? [An coquinatum te ire postulas? *Plaut. Pseud. sc.* 2. *a.* 3. Et actiuè, Quanti coquinare perdoces? *Ibidem.*]

Cŏctŭs, a, um, à coquendo, Quod crudum non est, sed assum, elixum, aut frixum, aut alio modo esui aptum redditum. {נאפה *neephéh.* ἑψητός. GALL. Cuit. ITA. *Cotto.* GE. Gekocht. HISP. *Cozido.* ANG *Sodden, boyled.*} *Martial. lib.* 3. Esse negas coctum leporem poscisque flagella. [Coctæ sunt opsoniæ iube ire accubitum *Pl. Men. sc.* 4 *a.* 1. facite lauta coctaq; omnia vti sint. *Pl. Pseu. sc.* 2. *a.* 1. Quid curat coctum an crudum edam? *Pl. Aul. sc.* 2. *a.* 3. Tibi cœna cocta erit in Capitolio. *Gell. c.* 24 *l.* 19. Quicquid incoctum non expromit, coctum dabit. *Pl. Merc. sc.* 2. *a.* 2.] ¶ Accipitur pro maturo: vnde Coctura vocamus cæli temperiem: qua fructus maturescunt. Transfertur etiam ad orationem. *Cic. ad Att.* Bene coctus & conditus sermo. ¶ Huius compositum est Recoctus, hoc est, bis coctus, vt Crãbe recocta *Vide in Ver.* Recoquo.

Cōctĭo, onis, verbale, Ipse coquendi actus. {מאפה *maaphéh.* πέψις. GAL. Cuisson. ITAL. *Cottura.* GERM. Rostung HISP. *Cozedura.* ANGLI. *The boyling or seething of any thing.*} vnde Coctionem facere, pro coquere & conficere cibũ in ventriculo, quod vulgus *Digerere* vocat. *Plin. l.* 20. *cã.* 9. Coquitur & in melle cibi gratia maximè vti coctionem facias. [Vetus est nihili coctio. *Plau Asin sc.* 3. *a.* 1.]

Cōctōrĭă, vasa, *à Paulo appellantur in L.* 6. *de pen. leg. pro* Coquinatoria, id est, Coquinatoria. Nam c, pro q, f. eqenter in antiquis libris reperitur. Vasa autem Coquinatoria, eadem sunt quę *Plinius* vocat Coquinaria. Malè autem in nonnullis legitur Concinnatoria.

Cōctūră, æ, Coctio, aut id quod coquitur. {תפין *tuphin.* ἕψησις. ANG. *A seething or which in sodden.*} *Colum. lib.* 12. *c.* 18. Si quinta pars picis Brutiæ in vniuersam cocturam adiiciatur, vtilissimum fit omni vindemiæ. ¶ Coctura dicitur etiam cæli temperies, à perfecta fructuum coctione. *Pli. l.* 14. *c.* 4. Quum C. Gracchus Tribunus plebis seditionibus agitatis fuit interemptus, ea cæli temperies fuluit, quam Coctura vocant, &c.

Cōctĭro, ctitas, frequentatiuum, quo *Plautus* sæpe vtitur. ἑφθόν.

Cōctĭuŭs, a, um, penultima producta, Quod facilè coquitur, vel maturatur. {εὐέψητος. GAL. Qui se cuit ou meurit facilement. ITAL. *Che facilmente cuoce* GER. Das sich gern kochen lasst. HIS. *Cosa que presto se cueze.* ANG. *That is easilie boyled or made ripe.*} vt Coctiua poma, Coctiuum legumen, Coctiuæ castaneæ, id est nigræ, quæ magis in vsu sũt *Pl. li.* 15. *c.* 23. Laudatior Correlliana & ex ea facta Meterana, quã rubens cortex præfert triangulis & popularibus nigris quæ Coctiliæ appellantur.

Cōctĭlis, & hoc coctile, penultima correpta. {ἑφθός. GAL. Cuit, fait par cuisson. IT. *Cosa cotta.* GE. Gekocht. HI. *Cosa cozida* AN. *That is boyled or sodde.*} Accipitur pro re quę cocta est, & nõ cruda: sicut fictile quod factũ est à figulo. *Pl. lib.* 7. Epigenes apud Babylonios septingẽtorũ vigintiannorũ obseruationes syderũ coctilib⁹ laterculis insscripta docet.

Cŏctĭbĭlis, le, quod facilè coquitur. {εὐέψητος. GAL. Aisé a cuire, facile à digerer. ITA. *Facile da cuoce e.* GER. Das sich leychtlich vnd gern kochen lasst. HIS. *Cosa que presto se cueze.* ANG. *Easilie soade, boyled or baken.*} vt, Coctibilis cibo, *Plin lib* 16. *c.* 9. 6. Glans fagea suem hilarem facit, carnem coctibilem, ac leuem & vtilem stomacho.

Cŏquīnă pen. prod. Locus in quo dapes coquuntur. {מבשלה *mebaschschelah.* μαγειρεῖον. ὀπτανεῖον. GAL Cuisine. ITA. *Cusina* GER. Ein kuche. HIS. *Cozina.* ANG. *A kitchein*} *Nonius*, Culinam veteres coquinam dixerunt. [Item interpres *Iuuenal Satir* 11.]

Cŏquīnārĭă, æ, Ars coquendi quę ad victum spectant. μαγειρική. *Apuleius de Philosophia:* Harum imitatrices esse coquinariam & vnguentariam.

Cŏquīnārĭŭs, a, um, Quod ad coquinam pertinet. {μαγειρικός. GALL. De cuisine. ITA. *Cio che à cucina s'appartiene* GER Das zur kuche gehört. HISP. *Cosa do cozina.* ANG. *Belonging to a kitching.*} Vnde vasa coquinaria dicta *à Plin. lib.* 33. *cap* 11.

[Coquinus, a, um, Coquinum forum potius furinum. *Plaut. Pseud. sc.* 2. *a.* 3.

Coctilicia taberna, *apud Iul. Capit. in Pertinace* à quibusdam interpretatur, in qua ligna vendebantur cocta, ne fumi in emitterent: cuius generis fuerunt, quæ Græci ἀκαυτα vocarunt. *Verba Capitolini sunt,* Pater eius coctiliciam tabernam in Hetruria exercuerat. Solere autem ligna coqui autor est *Vlp. l. ligni appellatio. de Leg iij. & ff. de verb. significe. l. carbonum. §.* Sed & titiones (*inquit*) & alia ligna cocta, ne fumum faciant, &c.

Cŏcŭlum, Vas æneum coctionib. aptum. {סיר *sir* דוד *dudh* פרור *parur.* χαλκεῖον. GAL. Chauderon, marmite ITA. *Caldaro, ollada cucinare.* GER. Ein eerin geschirr in dem man kochet. HISP. *La olla en que se cueze la vianda.* ANG. *A kettile, a chawdron.*} *Plin.* Æneis coculis excocta est mihi omnis materia. ¶ Alij cocula accipiunt pro lignis minutis, quibus facilè decoquuntur obsonia. *Autor Festus.*

Cŏquŭs per q siue per c. Qui cibos coquit. {אפה *ophéh* מבשל *mebaschschél.* μάγειρος. Cuisinier, queux. ITAL. *Cuoco, coccimiere.* GER. Ein koch. HISP. *Cozinero.* ANGL. *A cooke.*} *Mart.* Nempe coquum manus scindere quàm leporem. *Idem,* Nõ satis est ars sola coquo, seruire palato. Namq; coquus domini debet habere gulam. *Cic in Pis* In ea cœna coquus meus, præter ius feruens, nihil potuit imitari. [Quasi cum vna multa iura confundit coquus. *Pl. Mostel. sc.* 3. *a.* 1. peiorem coquũ non potui ducere gloriosum, insulsum, inutilẽ. *Pl. Pseu sc.* 2. *a.* 3 Et plura *ibid.* de furacitate eorum Coqui aquilinis & miluinis vngulis. *Ibid.* postquã opsonauit & conduxit coquos (ad nuptias) *Pl. Aul. sc.* 1. *a* 2.]

Coquulus, pen. corr. diminut. Paruus coquus, {μαγειρίσκος. ANG L. *A litle cooke.*}

Cŏr, dis. {לבב *lebáb* לב *léb.* καρδία. GAL. Cœur. ITA. *Cuore, coraggio.* GERM Das herz. HISPAN. *Coraçon.* ANGL. *The hart.*} Præcipuũ inter viscera & vitæ sedes, & arteriarum ac caloris natiui, quo animal regitur, quasi fons quidam ac domicilium. *Vide Galen lib.* 9. *de Vsu part. & lib* 7. *de Anat. adminisi. Cic.* 3. *de Diuin.* nullum animal quod sanguinem habet sine corde esse potest [Libentissimo corde atque animo. *Plaut. pseud. sc.* 3. *a.* 5. Cordi & animo obsequẽtes. *Idem pseud. sc.* 1. *a.* 5. In corde instruere eum cœpit tanquam in taberna. *Plau. ps. sc.* 4. *a.* 2. Nec sapere corde, nec oculis vti. *Plau. Merc. sc.* 3. *a.* 2. Si ultricia est facinus magnũ timido cordi credere. *Plaut. pseud. st.* 1. *a.* 2. Cordi mihi fuit id facere. *Gell. c.* 13. *lib.* 12. Cor meum, pro ego. *Idem cap.* 2. *l.* 7. Cruciatur iecur, radices cordis pereunt. *Pl. Curc. sc.* 1. *a.* 2. cor colligatis vasis expectat vt aufugiat exulatum si &c. *Pl. pseu. sc.* 3. *a.* 4. Vis nos amplectamur? Si tibi cordi est, liber. *Pl. Mostel. sc.* 4. *a.* 1. Argumenta in pectus instituis, & in corde volutant, si quod est mihi cor, *Plaut. Most. sc.* 1. *a.* 1. Quid est quod astutè voluis tecum in corde? *Plaut. Mil. sc.* 2. *a.* 2. Scio illud quàm doluerit cordi meo. *Plaut. Amph.* Scio illum, quàm carus sit cordi meo. *Plaut. Men. sc.* 2. *a.* 2. Nulla est in corde confidentia quin amiserim. *Plaut. Amphit.* cordi & memoriæ habere. *Gell. c.* 19. *libr.* 2. corde amare inter se. *Plaut. Capt. sc.* 3. *a.* 2. cor meum cœpit artem facere ludicram. *Plaut. Aul. sc.* 3. *a.* 4. Id peram persequar corde, animo, viribus. *Plaut. Capt. sc.* 3. *a.* 1. Hæc res in pectore & corde cùræ est. *Pl. Men. sc.* 2. *a.* 5. Titubanti animo, corde & pectore. *Plau. pseud. sc.* 1. *a.* 1. Quantum cordi conspicio *Plaut. ps. sc.* 1. *a.* 3. Amor aduenit in cor meum pro imbre. *Plaut. Mostell. sc.* 2 *a.* 1. cor dolet cum scio, vt nunc sum, & vt fui. *Plaut. Mostell. sc.* 2. *a.* 1. cur tria corda se dixit habere Ennius. *Gell. cap.* 17. *lib.* 17. cor micans. *Vide* Mico.] ¶ Et quoniam ex veteribus nonnulli mentis sedem in corde collocauerunt

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

(quod tamen secus se habet)factum est,vt cor pro animo siue mente positum inueniamus.*Cic.2.de Finib.*Nec enim sequitur vt cui cor sapiat,ei non sapiat palatum,*Cic.4.Tusc.* Aliis cor ipsum animus videtur:ex quo Exordes,Vecordes,& Concordes dicti.Hinc etiam dicimus Cordi est:hoc est,placet animo meo.*Cic.de Amic.*Isque mihi eò magis cordi est.*Idem pro Quintio,*Mihi vita arida atque horrida cordi est.*Terent.Andr.*Si hæ nuptiæ tibi sunt cordi.*Idem Phorm.*Quia vterque vtrique est cordi.¶Cor ne edito,*μὴ ἐσθίειν τὴν καρδίαν*, Ne cutis tuum ipsius animum excrucies.

Cōrcŭlum,diminutiuum à Cor.*καρδίον,θυμίδιον.*GAL.Petit cœur.IT.*Cuore picciolo.*GER.Ein hertzlin.HIS.*Pequeño coraçon.*ANGL.*A litle hart,a darling,à mynion.Plautus,* Meum corculum,meus molliculus caseus. ¶Fuit etiam hoc P. Nasicæ cognomen à prudentia impositum. *Cic.1. Tusc.* Et Nasica ille prudens, bis Consul , Corculum appellatus. Corculum enim,*teste Festo,*dicebant antiqui solertem & acutum.*Pli. lib.7.cap.31.* Catos, Corculos apud Romanos cognominatos esse refert,qui sapientia præstiterunt.

Cōrdātus homo,Prudens,qui solertia multa pollet & ingenio. {נלבב *nibbáh.ἔμφρων,νουνεχής.*GALL.Qui est d'vn cœur sage & prudent. ITA *H.omo prudente,coraggioso.*GERM. Ein hertzhafftet/weiser vnd gescheyder mensch. HI *Varon que tiene coraçon,sabio,prudente,y aſtuto.* AN. *Discrete,wise,of honest mynde and iudgement.*} *Lactan.lib.3.* Non inficior fuisse illum paulò cordatiorem quàm cæteros , qui naturam rerum putauerunt ingenio posse comprehendi.*Cic.lib.1.Tusc.* Egregè cordatus homo Catus Ælius Sextus.

Cōrdātè,aduerbium,Sapienter,prudenter. {*σοφῶς, νουνεχῶς, πεφρονημένως.* GALL. D'vn bon cœur,sagement,prudemment.ITAL.*Saggiamente.* GER.weißlich/dapfferlich HISP.*Prudente y sabiamente.* AN.*Viselie and discretelie.*}*Plautus Pœn.*Quas tu sapienter,doctè,& cordatè,& catè, &c.

Cō dāx,Pes,siue mensura metrica est,quæ alio nomine appellatur Trochæus.*Cic.in Orator.* Trochæus, qui est eodem spatio,quo Chorèus, Cordax ab Aristotele appellatur.

Cōrdŏlium, Commiseratio, & quasi dolor cordis.quod vocabulum in quotidiano sermone est vsitatissimum : quo & vetustissimi autores vtuntur.{עצבון חלב *hitsbon hallév.καρδιαγία.* GAL.Douleur au cœur. ITA.*Cordoglio.*GER Schmertz vnd traurigkeit des hertzens HIS. *El cordojo, dolor de coraçon.*ANGL.*Dolour or greuff of the hart.*} *Plaut.*Mihi cordolium est.*Idem in Pœn.* Ibi tibi erit cordolium,siquam ornatam melius fortè aspexeris.Idem alibi *negat mulieri esse cordolium.*nam mulier nulla cordicitus,dolet ex animo.

CORA,ræ, Latij oppidum, quod Coriani populi tenuerunt,à Dardano orti,quorum meminit *Plin.* in descriptione Italiæ.

CORACESIVS,*κοραξήσιον.*Pars Tauri montis,*Plin.lib.5.cap.*17.

CORACOSPETRA, *κόραξος πέτρα*,id est,Corui saxum,locus in Ithaca. *Stephanus.*

CORACONNESVS,*κοραξάννησος*,Insula quædam.*Steph.*

Cŏrācīnus,{*τοῦ τῦ κόρακος.*ANGL.*Belonging to a rauen blacke.*}idem est quod Coruinus,*κορακῖνος*,color niger. *Paul.L.78.D.de leg.& fideic.lib.* 32. Coccum quod proprio nomine appellatur, quin versicoloribus cederet nemo dubitauit : quin minus porrò Coracinum , an thysginum , aut melmum suo nomine,quàm coccù purpuráve designatur. ¶Est etiam Coracinus nomen piscis,Aristoteli *κορακῖνος*,Hesychio *κορακεῖς*, & diminutiuè apud Athenæum *κορακῖνίδιον* à *κόραξ* niger & *κανεῖν*. Piscis est marinus ex squamosorum genere Auratæ vel Melanuro non dissimilis,magnitudine interdum plus cubitali,coloris subnigri , recens capto ciput auro atque purpura & splendet & nigricat,dorsum vero repandum. De Coracino *vide Athenæum li.7. & 8.preter Aristot. histor. lib. 8. cap.3. & lib.5. cap.7. Strabon. lib.17. Plinium cum multis locis,tum li.32.c.vlt.* vbi Pullum Coracinum dixit, sed mendosè editum racinum. Dictus est etiam Saperda *Athenæo.*

Cōrălium, {רמאות *ramóith.κοραλλιον.*GAL.Du coral.ITA.*Corallo.*GER. Corall HISP.*El corall.* ANG.*Corall.*} Frutex est mollis,sub aqua nascens,colore viridi,baccas ferens candidas (*teste Theop.in tractatu de gemmis*) qui ex aqua exemptus, confestim lapidescit , ruborémque contrahit. Nascitur in mari rubro,sed vilius: laudatius in Oceano Septentrionali iuxta Orchadas insulas:item in mari Siculo circa Heliam &Depranum.Scribendum est autem Coralium vnico l,contra communem abusum. Inuenitur enim sæpe apud probatissimos poetas antepenultima correpta.*Ouid.lib 4.Metamorph.* Nunc quoque coraliis eadem natura remansit.*Idem 15.Metamorph.*Sic & Coralium quo primum contigit auras. *Claudianus* geminauit l,literam,vt syllabam breuem extenderet , Mergit se subitò , vellítque corallia Clotho.

CORALIVS,*κοράλιος*,Phrygiæ fluuius est,qui alio nomine Sangarius dicitur.*Autor Plin.lib.6.c.1.*

CORALI,Populi sunt Pontici immanitate insignes. *Ouid.lib.4.de Pont.* Heu mea cui recitem,flauis nisi scripta Coralis.

Cŏrălŏachātes, Gemma est ex Achatæ generibus,similis coralio aureis gutris distincto.*Plin.lib.37.cap.*10.

Cōram,*κατὰ*,cum genitiuo.{נכח *neochách* על פני *hal pené.*GAL.Deuant, en presence.ITA.*In presença,in palese.*GE.Vor in dem beywäsen/gegen wertigkeit.HIS.*En presencia.*AN.*Before.in presence,openlie.*} Præpositio est seruiens ablatiuo,quæ contrariam habet significationem præpositioni Clàm: vt,Coram Senatu orationem habui. Differt tamen à Palàm,quod Coràm magis ad personas certas,Palàm ad omnes refertur.Coràm indiget adiectione,Palàm non indiget. Et differt ab Ante quòd ante oculos,longè intelligi potest:Coràm proximitatem significat.*Teren.in Eunuc.*Quæ mihi ante oculos coràm amatorem abduxit tuum. Coràm & in præsentia, idem est,refertúrq; ad corporalem præsentiam. *Vide Bars.in l.3.in fin.ff.de Aut.tutor.* Coràm factum ex natura rei plerumque illud non videtur cui intelligentia non accesserit *l.diem.§.coram.ff de Arbit.Vide Alciatum in l.coram Titio.de ver. signif.*] Te ipsus coràm præsens præsentem vider. *Plaut.pse.sc.7.a.4.*] *Suo casui aliquando postponitur.*Taci.lib.*1.Mulráq; eo coram.*Idem lib.*3.Senatu coram.*Ibidem,Patribus coram.

Cŏrāmbē,bes,{*κράμβη ἡ κραμβίων.ἀπὸ τοῦ κείρω.*ANGL.*Colewortes.*} Herba est nota, quam nos brassicam vocamus,ita dicta quasi Coramble , *παρὰ τὸ ἀμφιτείνειν τὰς κόρας*,hoc est,ab eo quòd oculorum pupillas hebetet.

CORASMI,Populi sunt Asiatici,*vt autor est Herod.lib.1.*

CORAS,Oppidum in Volscis.

Cŏrāx,racis,vel racos,*κόραξ*,Rhetoris antiquissimi nomen, qui primus in Sicilia post Hieronis mortem artem dicendi conscripsit. ¶Huius sic meminit *Cicero in Bruto:*Itaque ait Aristoteles,quum sublatis iam in Sicilia tyrannis, res priuatæ longo interuallo iudiciis repeterentur, tum primum (quod esset acuta illa gens , & controuersa natura) artem & præcepta Siculos Coracem & Tisiam conscripsisse.*Hæc Cicero.* ¶Fertur item Corax primus extitisse, qui artem hanc mercede fuerit professus,Tisiámque ea lege instituendum suscepisse , vt mercedis partem præsentem numeraret,reliquam tum demum persolueret,quum in iudicio causa perorata,victoriam reportasset.Quum itaque Tisias non parum in arte profecisset,causam tamè nullam reciperet , ídque fraude facere videretur, ne reliquum mercedis præceptori persolueret:Corax hominem in ius vocat , causámque omnem in huiusmodi confert dilemma,Disce(inquit)stultissime adolescens, vtroque modo futurum quod postulo , siue viceris,siue condemnatus fueris.Nam à victore merces mihi ex pacto debebitur: quum ita inter nos conuenerit , vt quum primam ex iudicio victoriam reportasses,reliquum mihi mercedis persolueretur. Sin ego vicero, nihilominus iudicij laqueis teneberis , vtpote sententiis iudicum condemnatus. Ad hæc Tisias : Imò(inquit)tu potiùs disce,præceptor sapientissime,neutro modo futurum quod postulas. Nam si tu viceris, ex pacto tibi nulla debebitur merces : quandoquidem ita conuenit, vt eam tum demum persolu rem,quum causa perorata victor discessissem.Sin ego vicero,quid quæso expectes à victore iudicum calculis absoluto ? Hisce auditis iudices adolescentis ingenium admirati, qui telum in se contortum,tàm astutè in præceptorem retorserat,feruntur acclamasse illud,quod etiam hodie prouerbij locum obtinet, *κακὸς κόρακος κακὸν ὠόν*,id est,Mali corui malum ouum:alludentes nimirum ad Coracis nomẽ,quod Latinè coruum significat.¶Est item Corax,Sarmatiæ Asiaticæ mons, Colchidem habens à Meridie : *de quo Ptolemæus l.5.cap.9.Plin.* Coraxicum appellat *lib.5.cap.*27. ¶Est item Corax Ætoliæ mons non procul à Calidromo.*Autor Ptol.lib.3.c.15.*

Cŏrāxī,*κοραξοί*, Populi Colchidis, inxta Anteminta fluuium, quorum vrbem Dioscoriadem, quondam clarissimam commemorat,*Plin.l.6. cap.5.*

Cŏrāxĭcvs,*κοραξικὸς*,Tauri montis pars à gentibus sortita nomen.*Vide Plin.l.5.c.*27.Ptolemæo Corax dicitur.

Cŏrāxĭs,*κοραξίς*,Mons qui à Septẽtrione Colchidẽ claudit.Est & fluuius eiusdem nominis,qui ex monte sui nominis oritur. *Vide* CORAX.

Cōrbis,is,Vas ex viminibus factum,Canistrum.{כל חורי *sal chori.κάνεον,σπυρίς.* GALL. Coffin,corbeille,manne ou panier d'osier. ITAL. *Corbe,corba,paniere.*GERM. Ein korb.HISP.*Cesto,cosa texida de vmbres.*ANG.*A panier or basket made of oaſtars.*} *Cicero pro Sest.* Mellaria se corbe contexit. Dicta secundum Varronem ab eo, quòd spicas aliúdve quid eò corruebant. Olim enim spicas demessas in corbes coniiciebant , atque ita in areas ferebant : *teste eodem Varrone libro primo,de Re rust. capite* 50. Dicimus autem hic vel hæc Corbis, Corbis etiam inter naualia instrumenta numeratur. Est enim vas quod in summitate mali suspenditur , vnde desuper tela in hostium naues deiiciuntur.

Cōrbŭla,diminutiuum. {*σπυρίδιον,σπυρίσκιον.*GAL.Petit panier. ITA.*Picciolo cesto ò paniere.* GERM.Ein körblin.HIS.*Pequeño cesto.*ANG.*A litle basketor panier.*}Vnde *Cato de Re rust.cap.*11. scribit villicum habere oportere corbulas Amerinas quatuor. *Corbulum,in neutro genere,dixit *Suet.in Nerone cap.*19. Primus rastello humum effodit,& corbulo congestam humeris extulit. [Imò Corbulam legendum *Passer.ait.*]

Cōrbītæ, pennlt. prod. Naues onerariæ dictæ , quòd in earum malo summo corbes solerent suspendi , vnde & longiusculè dissita prospici,& tela è superiore loco in hostium naues coniici possent. *Plaut.* Tardiores multò, quàm corbitæ sunt etiam in tranquillo mari. *Cic. ad Attic.lib.*16. Corbitáne Patras,in actuariolis ad Leucopetram Tarentinorum,est inde Corcyram:& si oneraria statímne,freto,an Syracusis.

Cōrbĭto,as,are,In corbitam immitto,*Plaut.in Cas.*Ego noui illas ambas estrices,corbitant.Vbi comesse possunt.Per translationem dixit,Corbitant.pro eo quod est,ventrem implent,quasi nauigium onerent.

Corcholipis , genus simiæ est , quæ vltimam partem caudæ villosam habet.*Festus.*

Cŏrchŏrus,*κόρχορος.* GAL. Mouron,ou morgeline.IT.*Anagallo.*GER. Saudich/eitel/ist ein kraut also genant HIS.*Murages.*}Herba est humilis, altitudine palmum non excedens , quæ alio nomine Anagallis appellatur. Numeratur autem inter vilissima olera: vnde locus factus est prouerbio , *κόρχορος ἐν λαχανίοις* , hoc est , Corchorus inter olera: quod de iis dici solet, qui fortuna sua ampliores honores appetunt, & sese intra suã pellicula continere non possunt.*Erasmus in Adagiis.*

Cōrcŭlum,*Vide* COR.

CŌRCYRA, pen.prod. *κόρκυρα*.Insula in Ionio mari,{GERM.*ein Insel im Jonischen meer/heist ien Corfun.*} Vlyssis naufragio, & Alcinoi hortis clara:olim Phæacia à Phæace dicta qui genitus fuit ex eiusdem nominis Nympha,Asopi filia rapta à Neptuno,& ad insulam delata,cui nomen fecit. Vbi grauida facta,Neptuno peperit Phæacem,qui fuit pater Alcinoi.*Lucan.lib.*2.Hinc latè patet omne fretum,seu vela ferantur In portus Corcyra tuos,seu læua petatur Illyris. *Huius meminit & Homerus Odyss.x.Plin.lib.4.c.*12. Insulæ autem ex aduerso Thesprotiæ Corcyra , à Buthroto XII. M. pass. eadem ab Acroceraunijs quinquaginta millibus,cum vrbe eiusdem nominis Corcyra, liberæ conditionis,& oppido Cassiope,templóque Casij Iouis,passus XCVII. M.in longitudinem patens:Homero dicta Scheria & Phæacia. *Hæc Plinius.*Venetorum est hodie.Huius insulæ meminit *Virg.3.Æn.vt annotauit Seru.*

Linquere tùm potiùs iubeo,& considere transtris:
Certarim socij feriunt mare,& æquora verrunt.
Protinus aërias Phæacum abscondimus arces,
Littoráque Epiri legimus,&c.

Aërias arces Phæacum , *inquit Seruius* , insulam dici sitam inter Epirum & Calabriam, vbi regnauit Alcinous. *Hactile.* ¶Libera Corcyra,

cyra, caca vbi libet, ἐλεύθερον κόρκωρας, χέζ' ὅπου θέλεις. Prouerbiali figura dicitur ab Eustathio in Dionysium, quo significamus libertatem quiduis ageendi: sed magis quadrabit vbi significamus impunitatem esse maleficis. ¶Est & altera eiusdem nominis insula, cognomento Melæna, hoc est, nigra, viginti tantum M. pass. distans ab Issa, *quam Pomp. lib. 2. inter Electridas numerat. Meminit eius & Plin. l. 3. ca. vlt.* *Hinc adiectiuum Corcyræus, κορκυραῖος. *Cic. Attic. li. 6. e. 113.* ἐνιαύσιον Sempronij Rufi cognoui ex epistola Corcyræa.

CORCYRIS, κορκυρὶς, Vrbs Ægyti. *Steph.*

[Cordalio nomen Lorarij. *Plau. Cap. sc. 4. a. 3.* Et Cordalius nomen liberti. *Ibid.*]

Cordatè, Cordatus, Cordax, *Vide* COR.

Cordiacus morbus, *Vide* CARDIACVS.

CORDILIO, Stoicę sectę Philosophus fuit, patria Pergamenus, qui quũ omnium & regum & principum amicitias sperneret, à Catone tamen se exorari passus est, vt illum in castra comitaretur. *Volater. li. 14.*

Cordolium, *Vide* COR.

CORDVBA, pen. cor. κόρδουβα, Vulgò *Cordoua*, Oppidum Hispaniæ Bęticę, vtriusque Senecæ, & Lucani patria, *vt testatur Martial. li. 1. ad Lucian.* Duósque Senecas, vnicúmque Lucanum Facunda loquitur Corduba. ¶Hinc Cordubẽsis cõuẽtus dictus est, vn⁹ ex iuridicis Bęticę conuẽtib. qui sunt omnino quatuor, Astigitanus, Hispalensis, Cordubensis, & Gaditanus, *de quibus Plin. li. 3. ca. 1.*

Cõrdus, a, um, Quod serotina fœtura natum est. {עתיד *Atiph.* ὀψίγονος. GAL. Tardif, né ou produit hors saison, ou en arriere-saison. ITA. *Tardo, che nasce dopo il tempo debito.* GERM. Spas spaat gewachsen/oder geboren ist. HI. *Cordero, que nasce tardio.* ANG. *That springeth late in the yeare, laterward haye, that latermath.*} vt, Cordum fœtum, autumnale, quòd scilicet autumno secatur. *Colum. li. 7. c. 3.* Aluntur autumnali fœno, *quod* Cordum vocatur. Sic corda frumenta dicta sunt, quæ serò matureſcunt. Et cordi agni, serotini, qui post tempus debitum nascuntur, quos vulgus vocabulo inde deducto *Cordiscos* nominat. *Plin. lib. 8. c. 47. de ouibus loquens:* Gerunt partus diebus CL. postea concepti inuidi Cordos vocabant antiqui, post id tempus natos. ¶Dicitur & de hominibus vltra tempus legitimum in vtero gestatis. *Vnde apud Suetonium*, Cordi Cremetij nomen legitur. Quo nomine etiam dictus est scriptor historiarum, quem sequi se ait Iulius Capitolinus in vita Gordianorum. Quinetiam *Quint. li. 1.* præcipit scrutandas esse à subtili præceptore origines nominum, vnde Agrippa, & Opiter, Cordus, & Posthumus dicantur. *Var. de Re rust. lib. 2. c. 1.* per aspirationem scribit Chordum, & ἀπὸ τῶν χορδῶν deriuat, *quod* significat valuam in timam, siue muolucrum, quo fœtus in vtero matris muoluitur. Latini Secundas vocant.

CORDVS, inter præceptores Alexandri Mammeæ nominatur.

¶Cordus item Cremutius declamator nobilis fuit, cuius meminit *Tranq. in Caligula.* ¶Fuit & Cordus historicus, qui Imperatorum vitas conscripsit, cui vitio vertitur, quòd eorum qui obscuriores essent, minima etiam persequeretur. Nam quando processerit, & quando cibos vitauerit, aut quoties vestem mutauerit, sanè de clarissimis notisque que viris commemorandum est. *Autor Capitolinus.*

CORDYLVS, κόρδυλος, Vrbs Pamphiliæ. *Steph.*

Cordylá, pen. prod. {κορδύλη. GAL. Vn petit poisson que les thonnines engendrent, qui par apres deuient grand, & lors s'appelle thon ou thonine. IT. *Pesce pichiolo generato dal thono.* GERM. ein gattung kleiner meerfischen. HI. *Atun pequeño.* ANG. *A litle fish which the thunnie engendreth.*} Thynni partus vocatur, dum adhuc paruus, qui postea pelamidis, & post annum, quum iam adoleuit, Thynni nomen capit, *teste Pl. lib. 6. c. 15. Mart. lib. 11.* Mox vetus & tenui maior cordyla lacertâ.

CORESA, Helladis, id est Græciæ insula. *Pl. li. 4. c. 12.* At in Hellade, inquit, etiamnum in Ægeo Lycades, Scarphia, Coresa, Phocasa, compluréſque aliæ, ex aduerso Atticæ, siue oppidis, & ideo ignobiles.

CORFINIVM, Oppidum est in Pelignis, quod bell ciuilis tempore Domitius, quum pro Pompeio occupasset, obsidione coactus Cæsari dedidit. Hinc Marsi postea Italicam appellauêre, bellíque Marsici tempore aduersus Romanos receptaculum, atque adeò propuguaculum sibi cõstituêre, *vt est videre apud Str. l. 5.* Vulgò *Pentinia ò capo di S. Pelino.*

Corfinienſes, eius oppidi incolæ: *quorum meminit Plin. lib. 3. c. 12.*

Cõrgo, aduerbium apud Veteres, pro Profectò, quasi ex corde ago, id est, loquor. *Festus.*

Cõriacẽsiá, Herba est, qua Magi tradiderunt aquam conglaciari, quo etiam nomine à Pythagora celebrata fuit, *teste Plin. lib. 24. c. 17.*

Cõriãcẽum *Vide* CORIVM.

Cõriãgo, Infesta (*vt Columell. inquit. lib. 6.*) pestis bubulo pecori, quum scilicet pellis ita tergo adhæret: vt apprehensa manibus deduci à costis non possit. νόσος τῶν ἰκτέρῳ βοῦς νοσοῦσιν. ANG. *Hidebound, à sickneſſe of cattel.* Ea res non aliter accidit, quàm si bos, aut ex languore aliquo ad maciem perductus est, aut sudans in opere faciendo, refrixit, aut si sub onere pluuia madefactus est. *Vide Col. lib. 6. cap. 12.*

Coriandrum, {גד *ghad.* κόριον Dioscoridi. GAL. Coriandre IT. *Coriandro.* GER. Coriander HI. *Culantro.* ANG. *Coriander.*} Herbæ genus est etiam hodie nomen retinens: cuius semen saccharo conuestitum, non extremum inter bellaria locum obtinet. *Vide Pl. li. 20. c. 20.* [Indunt coriandrum, fœniculum, allium, *Pla pse. sc. 2. a. 3. & Men. sc. 2. a. 2.*]

Cõriãginõsus, {ANG. *Sike of the hidebound.*} qui coriagine laborat, vt coriaginosum iumentum *apud Vegetium de re Veterinaria.*

Cornua etiam vocantur dentes elephanti à *Pl. l. 9. c. 5. & lib. 18. in præfat. licet lib. 8. c. 3. ita scribit de Elephantis*, Prædam ipsi in se expectandam sciunt solam esse in armis suis, quæ Iubi cornua appellat. Herodotus tanto antiquior, & consuetudo melior dentes.

Coriannon, id est, Corium, vel Coriandrum, *Dios. lib. 3. c. 12.*

Corias, riæ, Piscis genus, *Pl. l. 36. c. 11.*

Coriarius, *Vide* CORIVM.

CORICAE, Insulæ duæ sunt apud Peloponnesum. *Pl. lib. 4. c. 11.*

CORICONDAMÉS, κορικονδάμη, prope Sinopen est: gentile Coricondamites, vnde & palus Coricondamitis, *Steph.*

CORINIVM. κορίνιον, Liburniævrbs *apud Ptol. l. 2. c. 17*, quæ Corinium *Plinio* dicitur. ¶Est etiam hoc nomine *apud Ptolemæum* vrbs Britanniæ, quæ vulgò *Glaudiocestria* vocatur.

CORINNÝ, κόριννα, Doctissimarum aliquot poëtridum nomen fuit, quarum prima Thebana fuit seu Tanagræa, Archelodoria & Procratriæ filia & Myrtidis discipula, quæ Lyricorum principem Pindarum quinquies viciſſe, & epigrammatum quinque libros edidisse fertur. Secunda fuit Thesbia, veterum monumentis plurimùm celebrata. Tertia floruit Ouidij temporibus ipsi poëtæ charissima. *De hac Martialis*, Norat Nasonem sola Corinna suum.

CORINNVS, κόριννος. Ilienſis poeta fuit, qui primus Iliada conscripsisse creditur, & Homero maioris operis argumentum suppeditasse. *Suidas.*

Corinthas, adis, Herba alio nomine Menais dicta, cuius succo in aqua decocto, serpentium ictus protinus sanari prodidit Democritus, *referente Plin. lib. 24. c. 17.*

CŎRĪNTHVS, κόρινθος {GE. Die weiberümpte stat Corinthus in Achaia der Peloponnesi gelägen/so jetz die Jtali nennen Coranto} Vrbs Achaiæ, ferè in medio Isthmi Peloponnesiaci sita (Isthmos autem Græci vocant angustias, quibus à peninsula ad continentem est aditus) ab Ortu Saronicum, ab Occasu Crissæum sinum habens, qui & Corinthiacus dicitur: duobus inclyta portubus, quorum Lechæum Ionio, Schænus Ægæo imminet mari. Vnde & Bimarem Corinthum poetæ peculiari epitheto appellarunt. *Ouid. 4. Fast.* Aridacúmque petens latè, bimarémque Corinthum. *Horat. lib. 1. Carm. Ode 7.* Laudabunt alii claram Rhodon aut Mitylenen, Aut Ephesum, bimarisve Corinthi Mœnia. Fertur autem Corynthus primò à Sisypho latrone Æoli filio condita fuisse, & Corcyra nominata *autore Strab.* postea Ephyre, deinde euersa, & instaurata à Corintho Marathonis, Seu Pelopis (*vt Suidæ placet*) siue (*vt alij malunt*) Oreſtis seu Iouis filio, Corinthus appellata. Habuit autem hæc vrbs montem præruptum, isidem mœnibus conclusum, in quo arx fuit nomine Acrocorinthus, & Pirene fons Musis sacer. Hãc vrbem *Cic. pro lege Manilia*, Græciæ totius lumẽ appellat. Eò enim potentiæ propter situs opportunitatem excreuit, vt vix Romanæ vrbi cõcederet: tantúmque in fastum euasit, vt populi Romani Legatos iniuriosiùs appellare, & (*si Strab. credimus*) etiam sordibus perfundere non dubitaret. Qua re commoti patres, quum etiam antea crescentem in dies vrbis potentiam suspectam haberent, bellum illi inferendum censuerunt. Missus itaque in Græciam L. Mummius, Corinthum obsedit, tandémque captam incendit, solóque æquauit, adeò vt vix vllum Corinthi vestigium fuerit relictum. Quo incendio quantæ opes fuerint absumptæ, *docet Florus his verbis*: Quid signorum (inquit) quid vestium, quidve tabularum raptum, incensum, proiectum est? Quantas opes victor & abstulerit, & cremauerit, hinc scias, quòd quicquid Corinthii æris toto orbe laudatur, incendio huic superfuisse constet. Nã & æris pretiosiorem notam ipsa opulentissimæ vrbis fecit iniuria, quia incendio perustis plurimis statuis atque simulachris, æris, argenti, auríque venæ in commune fluxerunt. Non est cuiuslibet Corinthum appellere, ὁ παντὶ οὐ πρὸς ἕκαστον ἐλθὼν λιμήν. Vetustum iuxtà ac venustum adagium de rebus arduis & aditu periculosis, quasque non sit cuiuslibet hominis affectare. *Suidas & Gell.* ¶ *Apollodorus* autor est, fuisse & alias hoc nomine dictas ciuitates, quarum vna fuit in Thessalia, altera in Epiro, tertia in Elide.

Cõrĩnthiũs, & Corinthiensis, adiectiua, quæ sic ab inuicem distinguntur, vt Corinthii, κορίνθιοι sint, qui Corinthum habitant, seu qui ex Corintho nati sunt. Corinthienses, qui alibi nati sunt, sed negotiantur Corinthi. ¶ Vt Corinthia videris corpore quæstum factura, οἷαι κορινθίαι ἑταῖραι χιλίους τελοῦσιν. In mulierem intempestiuius libidinantem, veteribus dicebatur vulgato ioco. Sic & Corinthiari, κορινθιάζεσθαι, dicebantur ij, qui scortationibus ac lustris indulgerent, quíve lenocinium exercerent.

Cõrĩnthĭa vasa, κορίνθια σκεύη, dicuntur ex ære Corinthio fusa, quæ tanto olim in pretio habita sunt, vt sæpe argenti, nonnunquam etiam auri æstimationem excederent. Æris autem Corinthii, non naturalis erat, sed artificio quæsita nobilitas, auro argentóque æri permisto. Hæc autem metallorum cõmistio casu primùm est adinuenta, confusis ex Corinthi incendio metallis. Tria autem sunt genera Corinthii æris vt docet *Plin. lib. 34. c. 2.* Candidum, quod nitore accedit quam proximè ad argentum: in quo scilicet argenti mistura præualuit. Alterum in quo auri fuluus color inspicitur. Tertium, in quo æqualis temperies omnium fuit. *Cic. lib. 2. Tusc.* Scis igitur si quid de Corinthiis tuis amiseris posse habere te reliquam supellectilem saluam. [Corinthia, id est, æra. *Quintil.* Corinthium fontem ebibere. *Plaut. Aul. sc 5. a. 3. Suet. in Aug. cap. 7. & in Tib. cap. 3. & Senec. cap. 9. de Tranquil.* Corinthia (sup. vasa) & tabulæ.]

Cõrĩnthĭãcus, a, um, κορινθιακός. Quod ex Corintho est. *Ouid. lib. 3. Trist.* Illa Corinthiacis primùm mihi cognita terris. *Corne. Front. de diff. vocab.* inter Corinthius, & Corinthiacum distinguit. Corinthium (inquit) ciucm dicimus, & Corinthiacum vas.

Cõrĩnthĭãrĭus, *à Suet.* positum est pro amatore nimio Corinthiorum vasorum.

Coriolana pyra, quæ dicuntur, *Vide Plin. lib. 15. c. 15.*

CORIOLANVS, Martii ciuis Romani nobilissimi cognomen fuit, ab eò in memoriam Coriolorum vrbis à se expugnatæ vsurpatum. Hic plebis odio in exilium actus, Volscis pop. Rom. hostibus se coniunxit, patríque infestissimum bellum intulit: neque à quoquam aut precibus aut minis inflecti potuit, nisi à Veturia matre & Volumnia vxore. *vide historiam latiùs apud Liuium li. 2. ab Vrbe.* Hunc *Cic. in Bruto* cum Themistocle confert his verbis: Bellum (*inquit*) Volscorum illud grauissimum, cui Coriolanus exul interfuit, idem ferè cum Persarum bello fuit, similísque fortuna clarorum virorum. Siquidem vterque quum ciuis egregius fuisset, populi ingrati pulsus iniuria, se ad hostes contulit, conatúmque iracundiæ suæ morte sedauit. *Hæc Ci.* Coriolani vitam vide latiùs *apud Plutarchum.*

CORIOLI, κορίολοι *Steph.* Latij oppidum fuit, à Cn. Martio expugnatum. Vnde & ipse Coriolanus dictus est. ¶ Coriolani eius oppidi incolæ. *Plin. lib. 2. c. 4.*

Corion. {κόριον, GA. Mille-pertuis. IT. *Perforata.* HISP. *Coraçonzillo, mil forado.* ANG. *S Iohnes worte.*} Herba est, oleracea frutice, tenui, cubitali, rubente, folio rutæ, odore acri, semine in siliqua nigro: aliis nominibus Hyperici, & Chamepitys appellata, *teste Pli l. 26. c. 8* In officinis Hyperici nomẽ retinet. Vulgus *Perforatam*, & *D. Ioan. herbã* appellat.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Coris, κόρις *Dioscoridi*, Frutex est folio erucæ, sed minore, & pinguiore, & rubente, palmum altus, sapore grato, acri, odorato. Quidam Hypericum appellant. *Plin. li. 26. ca. 8.* ¶ Est & aliud Hypericon, quod alij Corin appellant, folio tamaricis, & sub ea nascitur, sed pinguioribus foliis, & rubentibus.

*Coriscus, Leue missile in modum sagittarum. *Virgi. 10. Æneid.* Coriscique leues humeris, & lethifer arcus. *Sic Nonius.* Verùm apud *Virg.* legimus, Coritique leues humeris, &c. *Vbi Seruius*, Coriti propriè sunt arcuum theca. Dicuntur tamen etiam sagittarum, quas & Pharetras vocamus.

CORISSVS, κορισσός, Vrbs Ephesiæ: vocis originem Steph. explicat, sed locus mutilus & corruptus videtur. Hinc Corissius, Corissites. ¶ Est & Corissia, κορισσία, oppidum & nauale Cô Insulæ. *Steph.*

*CORITVS, pen. cor. κόριτος, Rex Aboriginum: nam omnes Aboriginum reges Coriti appellabantur, vt ex Beroso apertissimè constat, atq; hinc apud eum sæpe legas ita. Italus filium suum Morgetem creauit Coritum, & Morgetes Corobla sconem Coritum creat: hoc est regem. Et de hoc Rege intelligendum est in locis illis Virgilij cùm ait, Venerat an tiquis Coriti de finibus Acron. *& ibi*, Nec satis extremas Coriti penetrauit ad vrb. s. Quibus in locis valde deceptus est *Seruius*, qui putauit Corytum fuisse non solùm Regem, sed etiam ciuitatem & montem Thusciæ, cùm nec apud Ptolemæum, nec apud Strabonem, nec apud Plinium, nec apud quenquam antiquorum (quod sciam) talis ciuitatis aut montis nomen reperiatur.

Cŏrium, Animalium est, præsertim eorum quæ crassiorem pellem habent, ac duriorem: quamuis quandoque de quacunque pelle dicatur, etiam rerum inanimatarum. {עור *βυρσα, σκῦτος, δέρμα*. GAL. Cuir ou peau. ITAL. *Cuoio, pelle*. GERM. ein haut oder ledder. HISP. *Cuero ò corteza*. ANG *The leather or hide of a beast.*} *Cæs. 2. bell. ciuil.* Super lateres coria inducuntur, ne canalibus aqua immissa lateres diluere possit. *Cic. 1. de Nat. Deor.* Quarum aliæ coriis tectæ sunt, aliæ villis vestitæ, aliæ squamis hirsutæ. *Apud Plin.* Corium terræ est, non tam cutis eius, faciésque summa, quàm tectorium & stratumen quoddam crassius, cui & aliud quoque subesse potest corium. Nam in parietibus struendis, ordines ipsi interum Coria à Vitruuio dicuntur: hoc est, quæ vulgò turba opifi cum appellat *Cursus. Budæus in annotationibus in Pan.* [Per corium, per viscera Elephanti brachium transmittere. *Plaut. Milit. sc. 1. a. 1.* Herus meus Elephanti corio circumtectus est, non suo. *Plau. Mil. sce 2 a. 2.* Coria bubula, vide Bubulus. Supra Corij meminit & *in Amphi prol. Plautus, & pseu. sc. 2. a. 1*] ¶ Dicitur & Corius, masculini generis. *Plau. in Pœnu* Heri in tergo meo tres facilè corios contriuisti bubulos. De alieno corio ludere, prouerbio dicuntur, qui securiùs agunt, sed alieno periculo. *Apul in Asino aureo. lib. 7* Coriaceum auxilium, *σκυτίνη βοήθεια*, apud Atticos infirmum & imbecille dicebatur. *Refertur apud Hesychium.*

Cŏriāceum, quod ex corio est. {*σκύτινον*. GA. De cuir. IT. *De cuoio*. HISP. *De cuero*. AN. *Made of an hide.*

Cŏriārius, Qui coria concinnat, præsertim crassiora {*βυρσοδέψης*. GALL. Conroyeur, hab lleur de cuir. ITAL. *Cuoiario* GERM ein gärber/ ldder gärber. HIS. *Curtidor que adoba cueros*. ANG. *A currier or dreesser of leather, a tanner.*} *Plin. libr. 17. cap. 9.* In coriariorum officinis pilo madefacto. Coriarius præterea est herba syluestris, foliis myrti, cauliculis brevibus, venena & rineas pellens: & frutex coriarius appellatur subrutilus, cubitalis crassitudine digitali, cuius a idis foliis, vt malicorio, coria perficiuntur. Alio nomine Rhus appellatur, *teste Plin. lib. 24. capite* 11.

CŌRNĒ, Collis suburbanus agri Tusculani, qui olim lucum habuit faginũ, antiqua religione Dianæ consecratum *de quo Plin. li. 15. ca. vlt.*

CORNBATES, Populi sunt Pannoniæ, *apud Plin. l. 3. c. 2.*

CŌRNĒLIA, κορνηλία, Matrona nobilissima fuit, Sempronij Gracchi vxor, & Tiberij & Caij Gracchorũ mater, & maioris Africani filia, quæ à Valerio Maximo laudatur, quòd matronæ Campanæ ornamenta sua pulcherrima ostentanti, non aurum, non gemmas, non denique vestes opposuerit, sed liberos, qui maxima sunt matronarum ornamenta. Fuit hæc mulier doctissima, & Latinę puritatis diligentissima obseruatrix, quæ etiam Epistolas tersissimè scriptas reliquit: quarum meminit *& Cicero in Bruto* Legimus, inquit, epistolas Corneliæ matris Gracchorum: apparet filios nõ tàm in gremio educatos, quàm in sermone matris. ¶ *Quintilianus* item Corneliæ eloquentiam commendat his verbis, Magni interest, (*inquit*) quos quisque audiat quotidie, quibuscum loquatur à puero, quemadmodum patres, pedagogi, matres loquantur. Eloquentiæ Gracchorum mater Cornelia pro illo tempore plurimum contulit *Hac Quintilian.* [*Lege & Senec. cap. 16. de Consol. ad Elu.*] Fuit & Cornelia P. Sestij vxor cuius meminit *Cic. lib. 5. Epist. Famil. hus verbis* : Non satis, inquit, credidi homini prudenti, tam valde esse mutatam voluntatem tuam: sed posteaquam & Cornelia tua Terentiam conuenit, & ego cum Quint. Cornelio loquutus sum, adhibui diligentiam, quotiescunque Senatus fuit, vt adesset.

CŌRNELIŌRVM familia Romæ fuit in primis illustris: ex quo non minimi nominis fuit Cornelius ille Cossus, qui quum Tribunus esset militum in exercitu, Volumnium Lartem Veientem regem occidit, secundáque opima spolia Ioui Feretrio retulit: Cossus cognominatus à corporis rugositate. Cossos enim eos qui rugosi sunt, & aspera facie, à multitudine vermium, qui in ligno nutriuntur, *Festus* dicit vocari. ¶ Cornelius Asina, quum fundum emisset, sponsórque pretij ab eo expeteretur, postera die asinam sacculis pecunia plenis in forum adduxit pro sponsore, vnde cognomentum accepit. *Autor Macrobius.* ¶ Cornelius Balbus, genere Gaditanus fuit, & à Cn. Pompeio Magno ciuitate donatus: qui deinde eo nomine in ius accersitus, quasi per imperitiam legis eum ciuitate Pompeius donasset, Ciceronis patrocinium meruit. Hic postea ex Cæsaris familiaribus factus, plurima apud eum & gratia & autoritate polluit. *Cic. Attic.* Fuit apud me Cornelius: hunc dico Balbum Cæsaris familiarem ¶ Cornelius Centimalus, & Sulpitius Galba Consules, quum Annibal mœnibus appropinquaret, occurrentes magna vrbis trepidatione, extra vrbem castra habuêre *Plutarchus in Annibale.* ¶ Cornelius Epitadius, L. Cornelij Syllæ Dictatoris libertus, librum quem Sylla de suis rebus gestis imperfectum reliquit, suppleuit. *Tranquillus.* ¶ Cornelius Gallus, poeta fuit elegiographus, Foroiulienſis, qui Augusti fauore conscendit ad gradum Prætoriæ. Fuit primùm summus Octauij amicus, sed postea suspicione coniurationis, quum in eius odium impegisset, sibiipsi mortem conscisiit anno ætatis quadragesimo tertio. *Oui. li 3. Ele.* Sanguinis atque animę prodige Galle tuę Cornelius Gallus (*inquit Seruius*) primus Ægypti præfectus fuit, & poëta eximius. Nam & Euphorionem Græcum transtulit in Latinum sermonem, & amorum suorum de Cytheride conscripsit libros quatuor. Hic primum in amicis Augusti Cæsaris fuit: postea quum venisset in suspicionem quod contra eum coniurasset, occisus est. Fuit autem amicus Virgilii adeò vt quartus Georgicôn à medio vsque in finem laudes eius teneret: quas postea iubente Augusto in Aristæi fabulam commutauit. Hic Gallus amauit Cytheridem meretricem, libertam Volumnii: quæ, eo spreto, Antonium euntem ad Gallias est secuta: propter quod dolorem eius consolatur. *Virgil. Eclog. 10. Hæc Seruius.* Cytheridem autem quam deperibat, mutato nomine, Lycorim vocauit. *Oui.* Gallus & Hesperius & Gallus notus Eois, Et sua cum Gallo nota Lycoris erat. ¶ Corn. Merula Consul contra Boios in Galliam missus, XII. M. hostiũ cecidit. *Aut. Liu de bell. Maced. li. 5.* ¶ Corn. Merula superioris nepos, Flamen Dialis, partium Syllanarum ingresso vrbem Mario in Iouis ædc, venis succisis, se necando mortis contumeliosæ damnationem effugit: sacerdotisque sui sanguine foci vetustissimi maduere. *Valer de Morte.* ¶ Cornelius Nepos, Ciceronis tempore, vir diserti, vitas illustrium virorum scripsit: quarum tantum Pomponij Attici extat, totiúsque æui historiam, tribus (*vt Martialis verbis vtar*) chartis explicuit. Huic *Valerius Catullus Veronensis* opus suum dedicat, vt indicat primum operis epigramma. *Vide plura de hoc apud Crinitum.* ¶ Cornelius Seuerus inter poëtas Epicos ab antiquis autoribus relatus est. Ingenio fuit magno, & in scribendis versibus facili. Constat eundem fuisse versatum in declamationibus, qua in re ingenium suum atque eruditionem maximè probauit: quum in eodem officio essent alij complures, vt Asinius Pollio, Pompeius Silo, Porcius Latro, & Ausidius Bassus. A Fabio ita commendatur, vt versificator quàm poëta melior habitus sit. Scripsit inter alia multa, opus de bello Siculo, quod ab eo absolutum nõ est, propter immaturam mortem. Quod opus si absoluere potuisset, merito sibi secundum locum vendicasset, *vt idem Quin. autor est.* Extátque eius illud carmen quo eleganter deflet Marci Ciceronis interitum, quod etiam ab Anneo Seneca magnopere commẽdatum est: Oráque magnanimûm spirantia penè virorum In rostris iacuêre suis, sed enim abstulit omnes, Tanquam sola foret rapti Ciceronis imago, &c.

[Lex Cornelia de falso: *Suet. in Aug. cap. 33.*]

Cōrnētum, *Vide* CORNVS.

Cornĕus. *Vide* CORNVS, & CORNVS arbor.

Cōrnĭcĕn, *Vide* CORNV.

CORNICLVS, κόρυκλος, Vibs Latinorum, *Steph.*

Cōrnĭcōr, Cornĭcŭla, *Vide* CORNIX.

Cornĭcŭlārius, Nomen est ordinis in militia, sicut Commentarienſis & Accensus. Docet *Asconius* Cornicularium à Corniculo sic inclinari, vt à Cornu Cornicinem. Nam qui Corniculo militabat, is & Cornicularius dicebatur. *Maternus* videtur ostendere, Cornicularium officium fuisse super sententiis damnatorum, *quum ait lib. 2.* Quod si in his locis Mars se aliqua socierate cõiunxerit, vel si cum his fuerit inuentus, erũt homicidiis publici prępositi, & exceptores earum sententiarum, quæ de hominum capitibus proferuntur, aut cornicularii, aut commentarienſes, sed quibus iura committantur.

Cornĭcŭlum, *Vide* CORNV.

CORNIFICIVS, Poëtæ eruditissimi nomen fuit, cuius egregia opera vsus est Augustus in bello Siculo. Hic milites fugientes non infacetè Galeatos lepores solebat appellare: à quibus tãdem destitutus ab hostibus circumuentus est & occisus. Huic soror fuit nomine Cornificia cuius carmen magno in pretio habitum fuit.

Cornigenus, Corniger, Cornipes, *Vide* CORNV.

CORNICARVM DIVARVM, Locus trãs Tyberim erat, cornicibus dicatus, quòd in Iunonis tutela cornices esse putabantur. *Autor Festus*

Cornix, {κορώνη. GAL. Vne corneille. ITA. *Cornice, cornacchia*. GER Ein krãy. HIS. *Corneja*. ANG. *A crowe.*} Auis viuacissima, minor coruo, quæ cæterarum Auium dux esse dicitur. Annosa cornix, *Horat. 3. Carm.* Improba cornix, *Virgil. 1 Georg Idem 9 Eclog* Ante siniſtra caua monuisset ab ilice cornix. [Picus, cornix, est ab læua: coruus ab dextra. *Plaut. Asin. sc. 1. a. 2.*]

¶ Cornix scorpiũ, κορώνη τὸ σκορπίον, subaudi rapuit. Quadrat in hos, qui parant eos lædere, vnde tantundem mali sint accepturi vicissim. Quę admodum cornix correpto scorpio, arcuata illius cauda vulnus accepit lethale, periitque. ¶ Cornices etiam accipi solent pro iis qui se sapientiores ac duces aliorum videri volunt: vnde cornicum oculos cõfigere prouerbio dicimus, pro eo quod est, veterum sciẽtiam nouo inuento obscurare, & efficere vt priores nihil scisse videantur. *Cic. pro Murana*, Inuentus est scriba quidam Cneus Flauius, qui cornicum oculos confixerit, & à prudentibus iuris sapientiam ipsorum compilarit. ¶ Est etiam cornix annulus ferreus, quo ostium pulsatur, à figura aut potius garrulitate sic dictus.

Cornĭcŭlă, diminutiuum. {κολοιός. GALL. Corneille ou graille emmanchée. IT. *Picciola cornacchia*. GER. Ein kleine krãy. HI. *Paqua ña corneja*. AN. *A litle crowe, a dawe.*} *Hieronymus ad Pauinum*, Malo alieni operis interpres existere, quàm (vt quidam faciunt informes corniculæ) alienis me coloribus adornare. Alludit ad corniculam illam, quæ (vt in fabulis est) alienis pennis ornata, reliquis auibus aliquandiu non paruæ fuit admirationi, donec deprehenso fuco, suas quæque pẽnas aues repetentes, nudam corniculam destituerunt. Quam fabulam ita tangit *Hora. in Epist.* -ne si repetitum venerit olim Grex auium plumas, moueat cornicula risum Furtiuis nudata coloribus.

Cornĭcŏr, aris, penult. prod. deponens, Significat more cornicum garrire. κρώζω. *Pers. Satyr. 5.* Nescio quid tecum graue cornicaris, inepte.

Cornus, & hic Cornus, secundum Priscianum, à curuore (*vt scribit Varro*) nominatur. { קרן *kéren. κέρας*. GALL. Corne, cornet. ITA. *Corno* GERMAN. Ein horn HISPANIC. *Cuerno*. ANGL. *An horne.*} *Plin. libr. 28. capit. 11.* Dentes mobiles confirmat eorum cornus cinis. *Idem*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Idem lib. 11. *cap.* 37. Omnibus autem caua & in mucronem demum concreta sunt cornua, ceruis autem solida & singulis annis decidua. ¶Tollere cornua pro eo quod est animo efferri, nunc quoque tritissimum est. *Horatius in Epo.* Nanque in malos acerrimus, Parata tollo cornua. ¶Sic addere pauperi cornua, *Horat. de Baccho.* ¶Pauperem sumere cornua, *Ouid. de ebrietate.* [Iam feror in pugnas & nondum cornua sumpsi. *Ouid. El. 9. lib. 4. Trist.* Vulcanum in cornu conclusum geris. *Plaut. Amph.* Boues aliquem incursare cornibus, *Plaut. Aul. sc. 4. a.* 1. Metuo ne in me obuertat cornua. *Pl. pf. sc. 3. a. 4.* Et tumidum cornu durius inguen habet. *Oui. 2. Fast.* Candida nec nigrâ cornua fronte geras (ô liber) *Oui. Eleg. 1. lib. 1. Trist.*) Tractum à pecoribus, quæ cornibus oppositis minantur.

¶Hinc fiunt Vnicornis, μονόκερως: Bicornis, δίκερως: Tricornis, Quadricornis. ¶Per translationem cornua fluminum dicuntur flexus & curui tractus alueorum, quòd multis in locis ad cornuũ similitudinem flectantur. *Cic. Att. lib. 9.* Ab vtroque portu cornu moles iacimus. *Valer Flac. lib. 1. Argonaut.* Elatis cornibus amnes. [Cornibus hic fractis (Rhenus.) *Oui. Ele. 2. lib. 4 Tr.* ¶Cornua etiam in remanali. *Liuius li. 3. d. 4. & 6. d.* 4. *Cæs. 3. de bell. ciu.* ¶*Item* de crinibus: madido torquentem cornua cirro. *Iuuen.* 13.] ¶Item cornua antennarum, significant vtramque partem antennæ: παρὰ τὸ *Vir. 3. Æn.* Cornua velatarum obuertimus antennarũ. ¶ Similiter in prælio cornua dicuntur aciei partes ab vtroque latere prominentes. κέρατα. In exercitu enim est dextrum & sinistrum cornu, & quod inter vtrunque est, dicitur Media acies. *Ter. in Eunuch.* In medium huc agmẽ cum vecti, Donax, tu Simalio in sinistrum cornu, tu Syrisce in dextrum. *Cæs. 1. bell. Gall.* Ipse à dextro cornu prælium commisit. [Malè multatum cornu aciei, *Velleius.* Item Cornua Galeæ. *Liu. 7. bell. Pun.* Vbi alterum cornu fractum vocat insigne Galeæ.] ¶ Item Cornu, κερατίνη ὄργανον, genus est tubæ obtortæ, à quo cornicines, κερατίναι, dicti sunt. & dicitur cornu etiam si ex ære sit, propterea quòd primùm ex cornibus fierent. *Varr. lib. 4. de lin Lat.*

Cōrnŭārĭus, κερατοποιός. Qui cornua militaria fabricat. *Arcadius D. li. vlt. tit. 6. l. 6.* Cornuarios recensẽt inter eos quibus aliquam vacationem munerum grauiorum conditio tribuit.

Cōrnūcōpĭæ, κέρατος ἀμαλθείας. Cornu fuisse existimatur, quod Hercules cũ Acheloo in speciem tauri mutato congressus ei detraxit: hoc Naiades acceptum & omniũ fructuum primitiis refertum, Copiæ consecrarũt: *vnde apud Ouid.* Achelous rigidum fera dextera cornu Dum tenet, infregit, truncáque à fronte reuellit. Naiades hoc pomis & odoro flore repletum Sacrarunt, ditésque meo bona Copia cornu est. [Hæc (epistola) cornu copiæ est, vbi inest quicquid volo. *Plau. fc. 2. a. 2.*]

Cōrnēsco, scis. חקרין *hikrin.* κερατοῦμαι. GALL. Deuenir dur comme corne. ITA. *Deuenir duro como corno.* GER. Hart werden als ein horn/hürnin werden HIS. *Hazerse duro como cuerno.* ANG. *To waxe hard lik an horne.* } *Pli. lib. 11. c. 49* Vrso quoque simul vt expirauerit, cornescere aiunt genitalia.

Cōrnĭcŭlum, diminutiuum à cornu. { κεράτιον. GAL. Petite corne. ITAL. *Picciol corno.* GERM. Ein hörnlin. HISP. *Pequeño cuerno.* ANGL. *A little horne.* } *Plin. li. 11 c. 28.* Aliis cornicula ante oculos prætenduntur ignauia. *Idem lib. 9. cap. 32. de cochleis,* Oculis carent, itaque cornículis prætentant iter.

¶Hoc etiam nomine vocatum est oppidum apud Tarquinios, κόρνικλος. *Steph.* à quo oppidani Cornículani, κορνικλανοί, appellati sunt. ¶Et Cornículum ornamenti genus, quo donabantur milites ab Imperatoribus pro re bene gesta. *Liuius lib.* 10. scribit Papyrium Consulem equites omnes ob insignem in bellis operam, donasse cornículis armillísque argenteis.

Cōrnĭcŭlātus, { κερατοειδής. vt Luna cornículata, *apud Apuleium de Deo Socratis.*

Cōrnĭcĕn, pen. corr. Qui cornu canit. { κερωδὸς, κερατίτης. GAL. Corneur. IT. *Sonator di corno.* GER. Ein hornblaser. HI. *Trompeta bastardo, ò que tañe el cuerno.* ANG. *That bloweth on a horne.* } *Iuuen.* Quadraginta dedit Gracchus sestertia dotem Cornicini, siue hic recto cantauerit ære. Hisce etiam olim in prælijs vtebantur, quemadmodum & tubicinibus. *Liu. 2. ab vrbe,* Cornicines, tubicinésque in equos impositos canere ante vallum iubet. [Per Cornicinem centuriata comitia vocabantur. *Gell. c. 27. lib. 15.*]

Cōrnĭgĕnŭs, a, um, Quod est ex genere cornua habentium: sicut Caprigenum, quod est ex genere caprarum. κερατογενής.

Cōrnĭgĕr, pen. cor, Gerens cornua. { מקרין *makrin.* κερατοφόρος. GAL. Cornu, portant cornes. IT. *Cornuto, che porta le corne.* GE. Der hörner hatt. HI. *Cosa que tiene ò trae cuernos.* ANG. *Horned, that hat hornes.* } vt Cerui cornigeri. *Oui. 7. Met.* Caput cornigerum. *Qui. Epist. 5.* Fluuius corniger. *Virgil. 8. Æneid.* Taurus corniger, *apud Cic. de Nat. deor.* Bacchus etiam corniger dictus est, quia simulachro Liberi patris cornua adiiciebantur, quòd vini inuentor fuerit: homines enim nimio vini potu truces redduntur.

Cōrnĭpēs, pen. cor. Animal corneos habens calceos, sicut equus & capra & huiusmodi vnguium aut pedum animalia. { κερατόπους. GA. Qui a les pieds durs comme corne. IT. *Chi a i pie di corno.* GE. Das hurnin schuch oder fuss hatt. HI *El que tiene los pies de cuernos.* AN. *Hard footed lik an horne.* } *Oui. li. 2. Fast.* Cornipedi Fauno cæsa de more capella. Nam Faunus caprinos pedes habere fertur.

Cōrnŭpĕtă, penult. correp. Animal quod cornibus petit, id est, ferit. { κερατιστὴς. }

Cōrnūtŭs, a, um, Quod habet cornua. { מקרין *makrin.* κερατώδης, κεράτινος. GAL. Cornu, ayant cornes. IT. *Cornuto.* GE. Gehurnet. HIS. *Cosa que tiene cuernos.* HIS. *That hat hornes.* } *Varr. 2. de Re rust. c. 7.* Ætas cognoscitur equorum & ferè omnium qui vngulas indiuisas habent, & etiam cornutorum. ¶Potest etiam dici cornutum, quod procedit ex cornu. *Mart.* Occubuit tantùm cornuto ardore potitus. Cornutæ quadrupedes à veteribus dicebantur elephanti: nam quos in his dentes multi dicunt, cornua sunt.

Cōrnŭtă, æ, Lyra altera: aliis Coccyx alter. Piscis marinus est octagonus, coloris pumicei, totus squammis osseis contectus, aculeis lyræ pisci similis. *De Cornuta Pli. lib. 4. c. 17. lib. 32. cap. vlt.* Priore loco sic legendum: Attollit è mari cornuta semipedanea ferè cornua, quę ab his nomen traxit.

Cōrnĕŭs, a, um, adiectiuum nomen. { κερατίνος. GAL. De corne. IT. *Di corno* *ò colorato como il corno.* GER *Hurnin.* HI. *Cosa de materia de cuerno.* AN. *Of an horne.* } Vnde hybernæ coronæ Corneæ dictæ sunt: quoniam ne gante tum flores terra, laminia è cornu rinctis fieri solebant. Vndè Corneum rostrum. *Cicer. de Nat. Deor.* Cùm sint aues excelsæ, cruribus rigidis, corneo, proceróque rostro Corneus color, qui cornu vel corni similitudinem refert. *Plin.*

Cōrnĕŏlŭs, aliud Adiectiuum, idem significans, sed diminutiuè. *Cic. 2 de Nat. Deor.* Sed duros & quasi corneolos habent introitus, multísque cũ flexibus, quòd his naturis relatus amplificatur sonus.

Cōrnŭs, fœmin. gen. tam quartæ quàm secundæ declinationis; *secundum Priscianum,* Arbor ramos habens, duritie & rigiditate cornibus similis, fructum circa solstitia ferens, primò candidum, postea sanguineum. { κρανέα. GAL. Cornoiller. ITA. *Corniolo, cornolaro.* GE. Thierlinã baum oder cornelbaum. HIS. *E' cerezo syluestre.* } *Virg. 2. Georg.* & bona bello Cornus, id est, apta hastilibus. Itala cornus. *Virg Æneid. lib. 9.* Coniecto sternit iaculo, volat Itala cornus, id est, telum ex cornu factum.

Cōrnum, corni, gen. neutr. Fructus arboris corni. { κρανεῖον. GAL. Le fruict d'vn cornoiller, cornoille. IT. *Cornola, frutto del cornolaro.* GE. Thierlin/ oder herrenkirsen. HISP. *La cereza syluestre.* } *Idem 3. Æneid.* baccas lapidosáque corna Dant rami.

Cōrnĕŭs, a, um, Quod ex corno est { κρανεῖνος. GAL. De cornoiller, fait de bois de cornoiller. IT. *Fatto di legno di cornolaro.* GER. Thierlinbeumin/ cornelbeumin. HISP. *Cosa de cereza syluestre.* } *Plaut.* Duram ac corneam virgam. Cornea pyxis. *Plin. l. 20. c. 20.* Venabula cornea. *Ouid. Epist. 4.* Virgulta cornea. *Virg. 1. Æneid.*

Cōrnētum, ti, Locus consitus cornis. Hinc Corneta, locus in vrbe intra sacram viam & macellum. à cornis, quæ imputatæ loco reliquerunt nomen, vt esculentum ab esculo dictum, lauretum à lauro, fagutal à fago. *Var. lib. 4. de lingua Latina.*

*Corniferi rami, hoc est qui corna ferunt. *Claudianus lib. 1. de raptu Proserp.* Stridula corniferis modulantur carmina ramis.

CŌRNVTVS, κόρνυτος, *Suida,* philosophus ex Lepti ciuitate Africæ, qui teste Suida, non pauciores discipulos morum comitate, quàm eruditionis nomine ad se pellexit. Floruit Neronis temporibus, à quo etiam fuit interfectus. ¶Fuit & Cornutus Prætor vrbanus Romæ Ciceronis temporibus, de quo sic scribit *lib. Ep.* 10. Placuit nobis, inquit, vt statim ad Cornutum Præt. vrb. literas deferremus: qui quòd coss. aberant, consulare munus sustinebat more maiorum. *Idem Att. lib. 1. epi. 9.* Bonis vtimur Trib. pleb. Cornuto verò pseudatore.

CŌROEBVS, sine aspiratione κόροιβος *Suida,* Filius fuit Mygdonis (*vnde & Virg.* Mygdonides *appellatur*) qui inconsusus amore Cassandræ, quam etiam Priamus ei pater desponderat, ad Troiam venit, socero & Phrygibus laturus auxilium, quamuis ei à sponsa exitium, nisi abiret, esset prædictum. Nam ea nocte qua Ilium cecidit, occisus est à Peneleo quodam Græco. *Virg. 2. Æneid.* Iuuenísque Corœbus Mygdonides, illis qui ad Troiam fortè diebus Venerat insano Cassandræ incensus amore. Vnde prouerbium, Stultior Corœbo, μωρότερος κορόιβου, Prouerbialis hyperbole in stupidos & vecordes.

Cŏrŏn. κόρυς, *Dioscoridi* herba eadem est cum syluestri ruta.

Cŏrollă. Corollarium. *Vide* CORONA.

Cŏrōna, Sertum. { עטרת *hatarâh.* στέφανος. GALLIC. Couronne, chapeau de fleurs. ITALIC. *Corona, diadema.* GERMA. Ein kron. HISPA. *Corona que se da al vincimiento.* ANGL. *A crowne or garland of flowres.* } *Plaut. Asinar.* Tum si coronas, serta, vnguenta iusserit Ancillam ferre Veneri. *Cic. 4. Verr.* Vnxisse vnguentis, compleisse coronis & floribus. [Ego te sacram coronam surripuisse Ioui scio. *Plau Mena. sc. 5. a. 5.* Coronam deposuit sacrificans Minos nuntiatá morte filij. *Senec. ca. 12. de Consol. ad Mart.* Coronæ aureæ (alij laureæ) gestandæ ius in ludis. *Velleius.* Cum corona exit foras peracto conuiuio. *Plaut. Menach. sc. 1 a. 3.* Capiam coronam in caput, atque me ebrium assimilabo. *Plaut. Amphitr.* Serta, vnguenta, coronas, ferre Veneri & Cupidini. *Plaut. Asin. sc. 1. a. 4.* Accubantem cum corona amplexum amicam. *Ibidem sc. 2. a. 5.* post cum corona deridere ebrius & cum corona florea. *Plaut. Men. sc. 2 a. 4.* Dat mihi coronas (i. lari) *Plaut. Aul. prolog:* Has coronas floreas vt imponantur in foco nostro lari. *Ibidem sc. 5. a. 2.* Cum corona ebrius. *Plaut. Men. sc. 1. a. 4.* Cum corona ebrium Pseudolum vides? *Plaut. pseud sc. 2. a. 5.* Illam esse domum Iouis Augurium menti querna cora dabat? *Ouid. Eleg. 1. lib. 3. Trist.* Fumida cingatur florentibus ara coronis. *Ouid. Eleg. 13. l. 3. Trist.* Sub coronis venire dicebantur mancipia in bello capta quia coronis induta. *Gell. capite 4. lib. 7.*

¶ Item Corona dicitur Circumstatio militum, *Gell. Ibid.* De generibus coronarum *Idem Gellius lib. 6. cap. 5.* Nouum genus coronarum Exploratoria. *Sueton. in Calig. c. 45.* Corona oppugnare vrbem, *Liuius lib. 4. d. 4.* est, vt ibidem subiicit vrbem cingere. Corona mœnia aggredi. *Liu: d. 4. l. 7.*]

¶ Fuerunt autem apud Romanos varia coronæ genera: Triumphalis; quæ Imperatoribus post victoriam ad vrbem redeuntibus ad triumphum mittebatur. Hæc antiquitus ex lauro fiebat: postea etiam ex purissimo auro fieri cœpta: quod etiam inde Aurum coronarium vocatur. Obsidionalis, quam liberati ab obsidione dabant ei, qui ipsos liberauerat ex gramine decerpto inde, vbi obsessos ille seruasset. Nam (*vt ait Plinius.*) summum apud antiquos signum victoriæ erat, victos porrigere herbam è terra Ciuica, quam ciuis ciui, à quo seruatus est in prælio, testem vitæ, salutísque perceptæ dat: & hæc erat primò lignea: postea magis placuit ex quercu, quòd ante inuentas fruges arboris eius glandibus homines victitarent. Muralis erat qua donabatur ab Imperatore qui primus murum ascendisset, inque oppidum hostium venisset. Hæc corona ad incitandos ad oppugnationem militum animos ex auro fiebat. Vallaris, quæ & Castrensis dicitur, similiter aurea, habens insigne valli, qua donabatur, *qui primus hostium* castra pugna introisset. Naualis quoque aurea, quibusdam quasi rostris nauium insignita, qua donari consueuerat, qui primus maritimo prælio in nauem hostium vi transiliisset. Oualis myrtea erat, qua vtebantur Imperatores, qui ouantes introibant ciuitatem. Ouantes autem Imperatores, vrbem introibant quum bellum non rité indictum erat, neque cum iusto hoste gestum: vtpote subactis seruis, aut piratis, aut humili alio quouis hoste: aut etiam quoties facta

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

repentè deditione, victoria citra pluuerem (quod dici solet) obtigerat. His itaque mittebatur corona ex myrto, quę est arbor Veneri sacra, quòd huiusmodi victorias Venereas magis iudicarent, quàm Martias. ¶Vnde myrteam coronam cupere aut ambire. μυρρινοῦν dicebarur, qui tyrannidem aut magistratum ambiret. *Suidas.* ¶Corona etiam dicitur ornamentum muliebre. *Horat. lib. 1. Carm.* Et scindit hærentem coronam criminibus. Item ponitur pro conuentu hominum circunstante. {ὁ δῆμος κύκλῳ ἀθεεὶ σὰς ἀγυιὰς σύλλογος. GALL. Vne compagnee de gens, ou amas de peuple autour de quelqu'vn. ITAL. *Cerchio de homini.* GERMAN Ein versamlung viler leuten/besonder die in einem kriegherr vmbstehnd oder sitzend. HISP. *Cerco ò cerrillo de hombres.*} *Cicero pro Flacco*, A iudicibus oratio auertitur, vox in coronam turbámque effunditur. *Idem pro Milone*, Non enim corona vester confessus cinctus est, vt solebat. ¶Item pro circulo circa lunam, ἅλως. ¶Item pro signo cælesti supra humerum Artophylacis. *Virgilius 1. Georgic.* Gnosiáque ardentis decedat stella Coronæ. Ferunt Ariadnen coronam dono accepisse à Theseo, inde nupsisse Libero patri: & post eius mortem coronam à Libero in cælo fuisse collocatam. Alij dicunt hanc coronam dedisse Bacchum Ariadnæ, quum ad Minoëm in Cretam venisset. Alij dicunt coronam dedisse Baccho datam à Venere, quum Ariadnen vxorem duceret. Hæc Cancro & Leone exoriente occidit: exoritur cum Scorpione Nonis Octobris: habet stellas nouem in orbem dispositas. *Coronæ, item sunt Prominentiæ & veluti supercilia quædam parietum, arcendis stillicidiis inuenta. fabri Cornices appellant & intabulamenta: siue structura, siue intestino opere constant. *Vitruuius libro secundo*, Summis parietinis structura testacea sub tegula subiiciatur, altitudine circiter sesquipedali, habeátque proiecturas coronarum: ita vetari poterunt quæ solent in iis fieri vitia. *Budæus.*

Cŏrōllă, diminutiuum, Parua corona. {στεφάνιον. GA. Petite couronne, petit chapeau de fleurs, chapelet. IT. *Coronetta.* GER. Ein krentzlin/krönlin. HISP. *Pequeña corona.* AN. *A litle crowne or hat of flowres.*} *Prop. 1. 11.* Me iuuat externis positum languere corollis. [Interdiu cum corolla ebrium, *Plaut. pseud. sc. 2. a. 5.* Corollam dapsiles & lemnisci. *Ibid. scen. 1. act. 5.*]

Cŏrōllārĭum *autore Varrone li. primo.* significat id quod additum est supra mensuram, præterquam quod debitum est, tanquam auctarium quoddam: à corollis nomen deductum, quòd hæ, quũ placuerant actores, in scena dari solit e sint, ἄπροικα, παρεπίβλητα, ἐπίμετρα. GA. Le pardessus ou parensus, le surplus ou surcroist. IT. *Corollario, Dante, durotti vn corollario anchor per gratia.* GERM. Zusatz/das man vber die rechtt mas noch herzu gibt. HI. *La corona ò augmentacion que se añade à otra.* AN. *That is ouer put tomore the the measure, the ouerplus.*} vnde & Corollaria dicuntur ipsæ Coronæ. *Sue. in August.* Itaque Corollaria & præmia alienis quoque muneribus ac ludis, crebra & grandia de suo offerebat. *Plin. l. 21.* Paulatim & Romæ subrepsit appellatio Corollis, inter initia propter gracilitatem nominatis, mox & Corollariis: postquam è lamina ærea tenui inaurata aut inargentata dabantur. *Cic. in Frume.* Nolo hic colligere, qui numulis corrogatis de nepotum bonis, ac de scenicorum corollariis decimam emerunt.

¶Hæc autem quũ pretij parui forent, factum est, vt Corollarium pro re leuiori accipiatur. *Plin. li. 9. ca. 35.* At illa corollarium id esse, consumpturámque se in ea cœna taxationem confirmans. *Apul.* symbolicũs Corollarium vocauit posticum concubitum, *quum ait*, Mihi iam fatigato, de propria liberalitate Photis puerile obtulit corollarium.

Cŏrōno, as, Coronam capiti impono. {עטר *Ataár.* στεφανόω. GAL. Couronner. ITALI. *Coronare, incoronare.* GER. Krönen. HISP. *Coronar.* ANG. *To crowne.*} *Plinius libro 15. capit. 4.* Ahenæ quoque victores olea coronant *Virg. 1. Æneid.* Crateras magnos statuunt, & vina coronant. *Vbi Seruius*, Vina pro poculis posuit, Coronant autem est, aut implent vsque ad marginem, aut quia antiqui ceronabant pocula, & sic libabant. Vnde est, magnum craterа corona Induit, impleuítque mero. * Coronare, item in coronamenta venire, Coronis faciendis adhiberi. *Plin. lib 21. cap. 9.* Folio coronat & trifolium. *Ibidem capite 10.* Et tantum folio coronant Iouis flos, amaracus, hemerocales, abrotonum, &c.

Cŏrōnātŭs, partic. Corona donatus, qui coronam habet in capite. {עטור *Atúr.* ἐστεφανωμένος. GA. Couronné. IT. *Incoronato, coronato.* GE. Gekrönt. HIS. *Coronado.* ANG *Crowned.*} *Cic. 2. de Leg.* Sequebantur epulæ, quas inirent propinqui coronati.

Cŏrōnārĭŭs, rij, Qui coronas nectit. {στεφανοπλόκος. GAL. Qui fait bouquets ou chapeaux de fleurs, ou qui les vend. IT *Artefice de ghirlande de fiori.* GE. Ein kronen macher/oder krantzmacher. HI. *El que haze ò vende coronas.* AN. *A maker of hattes or galandes of flowres.*} cuius fœmininum est Coronária. στεφανοπλόκος, ἡ ¶Mulier coronas conficiens. *Plin. li. 21. c. 2.* Factum id est ex ingenio, Pausiæ pictoris atque Glyceræ coronariæ, di lectę admodum illi.

Cŏrōnārĭŭs, a, um, adiectiuum. Quod ad coronas pertinet. {στεφανωτικός. GALL. De couronnes, ou dequoy on les faict. ITA. *Cosa de far ghirlande de fiori.* GE. Das zu den kronen oder krentzen gehört/oder auß dem man sy machet. HI. *Cosa perteneciente à corona.* AN. *Belonging to crownes.*} vnde, Aurum coronarium, ex quo coronæ conficiebantur. *Cicero pro lege Agrar.* Quod ad quenque peruenerit ex præda, ex manubiis, ex auro coronario. ¶Coronarium opus, in modum coronæ factum. *Plin. libro 15. cá. 30.* Ramos spargit à radice dodrantales, topiarij ac coronarij operis.

Cŏrōnāmēntum, ti, Coronarum materia, hoc est, flores, aut frondes coloris aut odoris gratia coronarum confectioni congruentes. {στεφανωμα. GALLIC. Fleurs & autres choses à faire chapeaux & bouquers. ITAL *Fiori, viole, rosa & simili cose de far ghirlande.* GERMA. Der zeüg/oder die materij auß welcher man krentz machet/als blumen / kreütter/&c. HISPANIC. *Flores y otras cosas para hazer coronas.* ANGLI. *Floures and such lik thinges to mak garlandes of.*} *Plin. lib. 21 cap. 1.* In hortis seri & coronamenta iussit Cato. *Idem eodem lib. cap 5.* Folia smilacis & hederæ in coronamenta se dedere, coronæque earum obtinent principatum.

Cŏrōnē, es, pen. pro siue Corona, æ, κορώνη. Peloponnesi oppidum est ad sinum Messeniacum, non procul à Pontisi fluminis ostio, etiam hodie nomen seruans. Vulgò *Coron*

Cŏrōnæus, a, um, κορωναῖος. vt, Sinus Coronæus, κόλπος κορωνηϊος. Vulgò *Golfo de Coron*, qui & Messeniacus, ab Acrita promontorio ad Tænarum vsque; agri Laconici promontorium extensus. *Vide Plin. lib. 4. cap. 5. & Strab. lib. 8.*

Cŏrōnē ἡ, κορώνεια, Vrbs est Bœotiæ non procul ab Heliçone, in colle sita, ita dicta (*vt Steph. placet*) à Corono Thersandri filio. In huius agro negant talpas aut gigni, aut aliunde illatas viuere posse. ¶Est & altera eiusdem nominis vrbs in Phthiotide, non procul à Pagasis, *cuius meminit Strab. lib. 9. Plin. li. 4. c. 7.* Iuxta Cephisum amnem Lamia, & Anichia, Medeon, Phligene, Grephis, Coronea, Chæronia. ¶Stephanus & alias eiusdem nominis vrbes commemorat, quas quòd nullam earum mentionem apud Geographum fide dignum inuenerimus, hic consultò prætermisimus.

Coroneola, Genus rosæ est autumni tempore in rubo proueniens. *Plin. lib. 21. c. 4.*

Cŏrōnis, coronidis, pen. prod. fœm. gen. Summitas, seu apex alicuius rei velut montis, aut structuræ alicuius. {ראש *rosch* κορωνίς. GAL. Le sommet & fin bout de quelque chose, la fin. ITA. *Summità, cima, altezza.* GERM. Der oberst spitz oder gipfel eines bergs. Item, Das oberst eines gebews. HISP. *El fin, altura, ò combre de qualquier cosa.* AN. *The nose of a shipe, the end or toppe of a thing.*} Significat & extremam nauis partem, hoc est, incuruum quiddam supra puppim in rostri modum eminens. ¶Denique Coronidem per translationem accipimus pro quocunque fine, & vltima manu rei alicui impositа: siue etiam pro eo, quod rei absolutæ ornatus magis quàm necessitatis ergò accedit. *Mart. lib. 10.* Sed nimius videor: seráque coronide longus Esse liber: legito pauca, libellus ero. *Idem*, Et mage principio grata coronis erit. Postremò Grammatici, quoties persona actoris eodem metri genere finit quo cœperat, Coronidem vocant: eámque notant veluti nostri figuram exprimentibus lineis. ¶Ad coronidem vsque, μέχρι τῆς κορωνίδος. Quum extremum rei cuiuspiam significamus.

cōrōnis, idos, κορωνίς, alio nomine Arsinoe, Nympha fuit, Phlegiæ, vel, vt alij tradunt, Leucippi filia: quæ quum forma esset non inelegantis, Apollini placuit, à quo & vitiata & grauida facta est. Verùm quum postea Ischidi cuidam Thessalo, mutuo eius amore capta, fuit copiam faceret, à coruo deprehensa est: ex quo quum Apollo amicæ perfidiam cognouisset, telis eam confodit: puerúmque (qui postea Æsculapius appellatus est) ex vtero eius exemptum, Chironi Centauro tradidit educandum: *Ouid. l. 2. Metam.* Pulchrior in tota quàm Lirissæa Coronis Non fuit Æmonia, &c. *Vide latius in dictione*, AESCVLAPIVS.

Cŏrōnŏpŭs, κορωνόπους. GAL. Corne de cerf. ITA. *Stella* GERMAN. Rapa pensüß. HISPA *Guida bella.* ANG. *An hearbe called the hartes horne.*} Oblonga herba est, fissis foliis per terram repens, cuius radix cæliacis præclare facit in cinere tosta. *Plin. lib. 22. cap. 19. & lib. 21. c. 16.* hanc herbam inter graminis genera assignat, & à Romanis Gramen aculeatum vocari asserit. Vulgò ab olitoribus *Dens canis* aut *Cornu cerui* appellatur: *Ruellius.*

CORŌPE, κορώπη, Vrbs Thessaliæ, vbi Coropæi Apollinis oraculum, *cuius meminit Nicander*, Sed videtur legendum Oropæus. Orope enim Eubœæ ciuitas est, Apollinis templo clarissima. *Steph.*

Corophium, Piscis de genere cancrorum. *Plin. lib. 32. ca. 11.*

CORPILLI, Populi sunt Thraciæ, Hebrum accolentes, *vt scribit Plin. lib. 4. c. 11.*

Cŏrpŏrālĕ, Corporatio, Corporatura, Corporeus, *Vide* CORPVS.

Cŏrpŭs, poris, generaliter dicitur, quicquid tactu percipitur. {גוף *ghuph* גויה *ghevijáh.* σῶμα. GALL. Corps, chair. IT. *Corpo* GERM. Ein leyb. HI. *El cuerpo.* AN. *A bodie.*} *Cic. 2. de Ora.* Etenim corpus intelligi sine loco non potest. [Tu tamen corpore prodes, nos animo: *Ouid. 13. Meta.* An quod amantes Non longè à caro corpore abesse volunt. *Cat. de Com. Beren.* Qui hastis corpus transfigi solent. *Plau Most. sc. 1 a. 2.* Vitia corporis fuco oculunt. *Pl. Most. sc. 3. a. 1.* Nec non in corpore nostro pectora sunt potiora manu. *Ouid. 13. Met.* Corpus in vulgus dare. (de meretrice.) *Gell. c. 7. lib. 6.* Compressiones amantum corporum. *Plau. sc. 1. a. 1.* Vt quæ contingere non est Corpore, sint animo cuncta videnda meo. *Ou. Eleg. 4. lib. 3. Trist.* Denique vt in tanto, quantum non extitit vnquam Corpore, pars nulla est &c. *Ouid. El. 1. l. 2. Trist.* Qui duo corporibus, mentibus vnus erant. *Ouid. Epist. 2. lib. 4. Trist.* Corpore corpus incubat (de re venerea) *Plau. Amph.* Vt mihi extra te vnum mortalis nemo corpus corpore contigit. *Plau. Ibid.* Onustum gero corpus. *Pla. Men. sc. 2. a. 5. Item*, Salus interioris corporis. *Pl. Asin sc. 3. a. 3.* Hei mihi perpetuus corpora languor habet. (pro Corpus) *Ouid. Ele 8. l. 3. Trist.* Illo mi nistro (mactata) Sæpè recusanti corpora capta Deo (i. hominẽs) *Ou. El. 2. l. 4. Trist.* Corpus pro Caudauer. Aut vt edax vultur corpus circunspicit ecquod sub nuda positum ceruice possit humo (i. cadauer) *Ouid. El. 5. lib. 1. Trist.* Mortale corpus. *Liuius 6. d. 4.* Auelli velut à corpore suo vrbes. *Liuius 8. d. 4.* Vnius corporis. Corpore pecuniam quærere. *Gell. c. 12. l. 9.* Si libuit corpora conduplicant. *Plaut. pers. sc. 1. a. 5.* Nusquam Pompeius erat corpore, vbique nomine, *Velleius.* Corpore toto eniti. *Quint.*]

¶Aliquando Corpus accipitur pro massa totius animalis ex partibus similaribus & organicis compacta, quæ vnà cum anima totum constituit animal. *Cic. pro Marcell.* Vita corpore & spiritu continetur. ¶Aliquando pro sola carne ponitur. *Ci. Gal. lib. 7.* Ego hic cogito commorari, quòd me reficiam: nam & vires & corpus amisi. *Mart.* vtranque significationem vno versu complexus est. Viuebant laceri membris stillantibus artus, Inque omni nusquam corpore corpus erat. ¶Corporum tria genera Pomponius esse affirmat. Vnum, quod vna ex specie continetur: vt, Homo, Lapis, Lignum. Alterum, quod ex contingentibus, hoc est, pluribus inter se cohærentibus constat, vt Ædificium, Nauis, Armarium. Tertium, quod ex distantibus compactum est, vt pura ex pluribus corporibus, vni nomini subiectis: vt Populus, Legio, Grex. Aliter Philosophi corpora distinguunt: vt quædam sint inanimata, vt lapis, ferrum: alia Animata, vt arbor, leo. Ex his rursus quædam sunt tantùm vegetatiua duntaxat prædita vt plantę: quædam sensibili, vt bruta omnia animalia: quædam rationali, vt soli homines.

¶Corpus pro opere aliquo scripto, & volumine. *Cic. Ad Luceium lib. 5.* A principio enim cõtinuationis vsque ad reditum nostrum, videtur mihi mo-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

hi modicum quoddam corpus confici posse. *Idem ad Quint. Frat. lib. 2.* Sed vtros eius habueris libros (sunt enim duo corpora) an vtrosque nescio.] Nec legitur pars vlla magis de corpore tanto (Æneidos) *Ouid. Heroi. lib. 2. Trist.* Item, Vt corpus eloquentiæ (i. phrasin) faciant. *Quin.* Quasi in vnum corpus eant. (Themata) *Idem c. 11. l. 2.* ¶ Corpus vitis: Catullus, Sed teneram prono deflectens pondere corpus. *Item*, Corpus nauis. *Cæs. l. 1. de bel. ci.* ¶ Superiora corporis (i. cerebrum) *Gell. c. 15. lib. 17. Item*, Non esse in corpore census. i. in summa. *Iuuenal. Satyr. 16.* ¶ Rerum Naturæ corpus. i. mundus. *Velleius.*] ¶ Corpus pro parte seu tribu ac multitudine populi. *Liu. 1. ab Vrb.* Sui corporis creari regem volebant. ¶ Corpus ciuitatis. *Liu. 6. bell Pun.* Corpus nullum ciuitatis, nec Senatum, nec plebis consilium, nec magistratus esse. ¶ Collegiorum corpus. *Cæsus in l. j. §. in collegia. ff. quod cuiusque vniuer.* Item collegia Romæ certa sunt, quorum corpus Senatusconsultis atque constitutionibus principalibus confirmatum est. ¶ Corpore effugere, prouerbiali figura dictum est, periculum iam imminens ac penè premens arte quadam declinare. Translatum à gladiatoribus ictum modico corporis flexu fallentibus. *Cic. 1. de inu. in Cat.* ¶ Corpus sine pectore prouerbij quadam specie dixit *Horat.* pro corpus siue mente. *Vide locum in epistolis ad Albium, & Ouid. in Heroi.* ¶ Toto corpore atque omnibus vnguis, *dixit Cic. Quæst. Tusc. 2.* pro summa pertinacia. A feris sumpta metaphora, quæ dentibus, totóque corpore retinere solent, quod nolint extorqueri.

Cōrpuſcūlum, diminutiuum, paruum corpus. {σωμάτιον. GAL. Petit corps. ITA. *Picciolo corpo.* GERM. ein leyblin. HISPA. *Pequeño corpo.* ANG. *A litle bodie.*} vnde atomos Corpuscula vocat *Cic. 1. Acad. & 1. Tusc. Iuuen. Satyr 10.* mors sola fatetur Quantula sint hominum corpuscula. [*Item Gel. c 10. li. 18.*]

Cōrpŭlentus, Obesus, grauis, pinguis. {μεγαλόσωμος. GAL. Corpu & fourni, charnu, corpulent. IT. *Corpulento, grasse.* ANG. *Grosse fleau hy, corpulent.*} *Plau. in Epi.* Euge corpulentior videre, atque agilior. Sic corpulentum pecus, *apud Colum. l. 6. c. 3.* [*Gell. c. vlt. li. 7.*]

Cōrpŭlentĭa, Carnositas. {πάχος. GA. Corpulence. IT. *Corpulentia.* GERM. Gröſſe des leybs vnnd dicke. HI. *Aquella mucha carnosidad.* ANGL. *Grosseneſſe, fleshinesse.*} *Pl. n. li. 11. c. 53.* Somno concoquere, corpulentiæ, quàm firmitati vtilius.

Cōrpŏrālĕ, Corporatum, corporeum, corpus habens, quicquid tangi demonstrarique potest. {σωματικόν. GAL. Corporel, appartenant au corps. ITALIC. *Corporale, corporeo.* GERM. Leyblich. HIS. *Cosa de cuerpo.* ANG. *Corporall, that hath a bodie.*} *Senec. Epist. 59.* Dicimus quædam corpora sua esse, quædam incorporalia. ¶ Aliquando accipitur pro eo quod est corporis: vnde Corporalia bona, *apud Gell. li. 18. c. 1.* & Corporalia vitia *apud Senec. Epist. 54.* ¶ Corporalis possessio pignoris, quam habemus de pignore corporeo. *Papin. l. Debitor. ff. de pig. act.* Soluta pecunia creditor possessionem pignoris, quę corporalis apud eum fuerat restituere debet.

Cōrpŏrālĭtĕr, aduer. {σωματικῶς *Paul. D. li. 41. Tit. 2. l. 1.* Per seruum corpora liter pignori data non acquiri nobis possessionem.

Cōrpŏrĕus, a, um, Corporalis, corporatus, concretus. σωματικός, σωματώδης. GA. Corporu, ayant corps. ITAL. *Corporeo.* GE. Leybhafftig. HIS. *Cosa del cuerpo.* ANG. *That hath a bodie, bodely.*} *Cic. 2. de Nat. Deor.* Contrà ille corporeus, vitalis & salutaris omnia conseruat, alit, auget, sustinet, sensúque afficit.

Cōrpŏro, as, Cogo, coagmento, & in vnum corpus redigo. {σωματοποιῶ. GALL. Faire deuenir corps, donner forme de corps. ITAL. *Incorporare, vnire in vno corpo.* GER. Zu einem leyb machen/etliche ding zuſamen setzen/vnd als in ein begriff bringen. HIS. *Encorporar, como en collegio.* ANG. *To waxe to a bodie, to tak the shape of a bodie.*} *Plin. li. 7. c. 15.* Semine è maribus coaguli modo hoc in se glomerante, quod deinde tempore ipso animatur, corporatúrque. Hinc Corporo, & Incorporo, composita: *de quibus suis locis.* ¶ Apud antiquos Corporare legimus pro interficere, quasi corpus solum sine anima relinquere. *Ennius apud Nonium*, Corpus contemplatur, vnde corporet vulnere. *Accius*, Corporare abs tergo es ausus.

Cōrpŏrātŭs, ta, tum, Corporeus, corpus habens σωματικός. *Cic. de Vniuersitate*, Sempérne fuerit, nullo generatus ortu: si ortus sit, an ab aliquo tempore principatu ortus sit: quandoquidem cernitur & tangitur, & est vndique corporatus. ¶ Item Corporati dicuntur etiam collegæ, qui eiusdem societatis sunt. *Imperatores L. 4. De sacrosan. eccl.* Nulli alij corporatorũ præter dictum numerũ per patrocinia immunitate concessa.

Cōrpŏrātĭo, Quantitas vel habitus corporis. {σωμάτωσις. GALLIC. Corsage, cõposition & façon de corps. IT. *Corporatura.* GE. Des leybs grösse/ oder das wasen eines leibs. HIS. *Encorporamiento.* AN. *To state plight or liking of a bodie.*} *Col. li. 7.* Custodiendum est, ne in corporatione, vel statura, vel viribus impar cum valentiore iungatur. nam vtraque res inferiori celeriter affert exitium.

Cōrpŏrātūrā, Corporis quantitas, hoc est, habitus & status ipsius corporis. {τὸ σῶμα τοῦ κατάστημα. GAL. Corsage, constitution de corps. ITA. *Corporatura.* GER Leybs grösse/leybs gestalt. HIS *Encorporacion.* ANGLIC. *The plight or estat of the bodie.*} *Veget. li. 1.* scribit corporaturam bonitatis implere sex pedum longitudinem. *Col. l. 7.* Humilis enim & modica corporatura, pecoris operarij debet esse. *Vitr. l. 6.* Sed ex cœlo roscidus aër in corpora fundens humorem, efficit ampliores corporaturas.

Cōrrādo, dis, pe. pro. Simul rado, coaceruo, congrego. {ἀθροίζω. GAL. Racler & amasser ensemble, retirer d'vn costé & d'autre, amõceler. ITAL. *Radere, lenar ad altri con industria & difficultà.* GE. Zusamen fragen. HI. *juntamente raer, arrebatar.* ANG. *To scrape or rake together.*} *Terent. in Adel.* Minas decem corradet aliunde. *Lact. libr. 5.* Non propter humanitatem, quæ nulla in his erat, sed vt omnia cupiditatis & auaritiæ instrumenta corraderent.

Cōrrēpo, pis, pere, Repo, irrepo. {ἕρπω. GALL. Se couler ou tramer en quelque lieu, en aborder secrettement. IT. *Rampare, rampegare.* GER. Kriechen/ruitschen. HISP. *Gatear por el suelo.* AN. *To creep in some place.*} *Cic. 1. de Nat. Deor.* Quod cùm efficere vultis, in dumeta correpitis. *Lucil. lib. 8.* Exiguam vector pauidus correpsit in alnum. *Cic. ad Attic. lib. 10.* Igitur & occultè in aliquam onerariam corrependum.

Cōrrīdĕo, des, dere, Simul rideo. {συγγελάω. GAL. Rire ensemble. ITAL. *Ridere insieme.* GE. Samp anderen lachen. HI. *Reir en vno.* AN. *To laugh together.*} *Luc li. 4.* Omnia corridenti conceptâ luce diei.

Cōrrĭgĭa, giæ, Cingulum quo cingimur. { שרוך *seroch ζων.* GALL. Courroye, escourgee. ITA. *Corregia, cinta, cintelo.* GER. Gürtel/oder riemen. HIS. *La correa.* ANG. *The latchet of a shooe.*} *Cic. 2. de Diuin.* Quę si suscipiamus, pedis offensio nobis, & abruptio corrigię, & sternutamẽta erunt obseruanda. Quidam hoc nomen à corrigendo deducunt, volúntque corrigiam primùm lori quoddam genus fuisse dictum, quó serui corrigebantur.

Cōrrĭgrya, similis Adrachmæ, folio tantum magnitudine minor. Papum vocant fructum eius. *Plin. lib. 13. cap. 22.*

Cōrrĭgo, gis, pen. cor. correxi, correctum, ex con. & rego, Emendo. {יסר *jasár* תוכיח *hoechiach.* διορθόω, διόρθωσις. GA. Radresser vne choſe torrue, ou bossue, corriger, amander. IT. *Corregere, emendare.* GE. Besseren/ oder verbesseren. HIS. *Corregir.* AN. *To amend, to correct.*} *Lact. li. 4.* Antequam mores aliorum corrigas, tuos corrige. *Ter. in And.* Corrigere mihi gnatum porrò enitere. ¶ Aliquando ponitur pro cõperuso. *Cic. ad Qu. frat. li. 1.* Sic ego, qui isto homine colẽdo tam indormiui diu, te mehercule sæpe excitante, cursu corrigam tarditatem tùm equis tùm velis. [*Et Liu. l. 9. bell. pun* Corrigere cursum (classis.) *Quint.* Frangas potius quàm corrigas, quæ in prauum induruerunt. Corrigere labentes malas. *Suet. in Aug. cap. 99.*]

Cōrrēctor, Emendator. {מיסר *mejassér.* διορθωτής. GALL. Correcteur, corrigeur, raddresseur. ITA. *Corettore.* GER. Ein verbesserer/besserer. HIS. *Corregidor y castigador.* AN. *He that amendeth or correcteth.*} *Ter. in Adelp.* Illud quod cecidit sorte, id arte vt corrigas. D. Corrector. ¶ Corrector atque emendator. *Cic. pro Corn. Balb.* Asperitatis corrector. *Horat. Epist. 1.*

Cōrrēctĭo, onis, Emendatio. {מיסר תוכחת *musár* תוכחת *to ehách ath.* διόρθωσις. GA. Correction, emandement, redressemẽt. IT. *Correttione.* GER. Besserung. HISP. *Castigo, ò emienda.* ANG. *A correction or amending.*} *Cic. 4. de Fin.* Hæc videlicet correctio philosophiæ veteris & emendatio, &c. Correctio etiam figura est apud Rhetores, quæ tollit id quod dictum est, & pro eo quod magis idoneum videtur, reponit. Exemplum eius est *in Rhetorica ad Her.* Nam postquam isti vicerunt, atque adeò victi sunt: Eam enim quo modo victoriam appellem, quæ victoribus plus calamitatis quàm boni dederit?

Cōrrēctŭs, a, um, emendatus. {ANGL. *Corrected, amended.*} *Cicero Attic.* Laudationem Porciæ tibi misi correctam. [Fortuna virtute correcta: *Velleius.*]

Cōrrĭpĭo, peo. cor. Reprehendo, arguo, obiurgo. {יסר *jasár* תוכיח *hoech tách.* διόρθωσις, ἔλεγχος, ἀναμφήλυσις. GALL. Reprendre. ITAL. *Riprendere, ammonire.* GER. Straffen/beschelten. HISP. *Reprehender, castigar.* ANG. *To reprehende or reproue.*} *Plin. in Ep.* Repeto me correptum ab eo, cur amularem. *Cic. in Epist.* Clamoribus maximis iudices corripuerunt. ¶ Aliquando ponitur pro comprehendo, apprehendo. {לקח *lakách.* λαμβάνω, ἀναλαμβάνω. GALL. Prendre quelque choſe tout en vn coup & hastiuement empoigner. ITA. *Rapinare, torre per forza.* GER Etwas schnell ertwuschen/geschwind ergreiffen. HIS. *Arrebatar.* ANG. *To tak and pull hastelie by violence.*} *Vir. 1. Æn.* Constitit hîc, arcúmque manu, celeréque sagittas Corripit. *Cic. in Verr.* Hominem corripi ac suspendi iussit in oleastro. [Cotripere & reprehendere, vtrumque trãslatum ab iis, quos manu retinemus præteuntes fines officij, sed hoc leuius, illud grauius. *Passerat.* Qui nomine sæpe vocatum Corripuit & c. *Ou. 13. Met.* Corripuit adulationes edicto. *Suet. in Augúst. cap 53. & infr. Ibid.* Corripere impensas: *accoureir. Suet. in Tib. ca. 34.* Correpti ab equitibus hostes, plusquam capti. *Cæs. lib. 1.* Corripuit fasces & insignia Consulatus Dolabella statim à nece Cæsaris. *Velleius.*] Adaptatur autem hoc verbum ad omnes actus humanos: vt, Corripitur somno. Corripitur febribus, hoc est, inuadtur, & multa alia huiusmodi. ¶ Corripere item, abbreuiare est, & contrahere: vnde Correptas syllabas dicimus. συνάιρειν.

Cōrrēptŭs, partícip. Comprehensus. {לקח *nilkách.* ἁλοὺς, συναρπασθεὶς, ἁπτὸμενος. GA. Prins, saisi, reprins. IT. *Preso in frotta, con rapacità, ripreso.* GE. Gestrafft/ertwuscht. HI. *Arrebatado, reprehendido.* ANG. *Pulled or taken hastelie.*} *Cic. ant equam iret in exil.* Ego repente vi tribunitia correptus, non modò loquendi liberè in iudicio, sed non consistendi quidem in ciuitate habeo potestatem.

Cōrrēptŏr, oris. {מיסר *mejassér* תוכיח *mochíach.* ἐλεγκτής. GAL. Repreneur. IT. *Riprensore.* GE. Ein straffer. HI. *Reprehendedor.* AN. *A reproouer a reprehender.*} *Sen. 2. de Ira;* Placidus itaque sapiens, & æquus erroribus, non hostis, sed correptor peccantium.

[Correptio morum pro correctione. *Suet. in Tib. cap. 42.*]

Cōrrēptè, aduerbium, id est correptâ syllaba, *Gel. lib. 2. c. 17.* Neque repugnat quòd coëgi correptè dicimus.

Cōrrĭuari, Per riuos aquam eundem in locum ducere. {זול נזל *nazál* ὀχετεύομαι, διοχετεύομαι, συνοχετεύομαι. G. Faire courir en ruisseau, s'escouler par ruisseau. IT. *Far correr ò colare nel fiume l'acqua.* GE. Zusamen runnen/durchbächlin zu einanderen fliessen. HI. *Arroyar ò arroyarse el rio.* AN. *To runne or flowe as water in riuer.*} *Pl. l. 6. ci 4.* Angustiis impedit corriuatus salis è cautibus liquor, Hoc est, multis veluti riuis eundem in locum fluens. *Idem l. 3. c. 5.* Albula è media ferè longitudine Apennini, finibus Aretinorũ profluit, tennis primò, nec nisi piscinis corrinatus. hoc est, ex piscinarum riuulis eundem in locum confluentibus ortus. Sic corriuari amnes & torrentes dicuntur, qui ex multis riuis eõdem confluentibus oriuntur. *Idem li 31. c. 3.* Plerunque verò damnõsi torrentes corriuantur, detracta collibus sylua.

Cōrrĭuātĭo, onis, Aquæ eundem aliquem in locum deductio, siue confluxus. {συῤῥυσις, συναγωγὴ ὑδάτος, ὀχετός. GALL. Escoulement d'eau en ruisseau. ITA. *Il cauare l'acqua del fiume* GERM. Zusamen lehtung oder das zusamen fliessen viler wasseren an ein ort. HIS *Aqual arroyamiento del agua en el rio.* ANG. *The running of water in a riuer.*} *Plin. lib. 31. cap 3.* Salix enim erratica & alnus, aut vitex, aut hedera, sponte proueniũt, & corriuatione aquæ pluuiæ in locum humiliorem è superioribus defluentis, augurio fallaci.

Cōrrĭuālēs, Qui duo aut plures eandem amicam habent, vel quòd ad eundem riuum accedere videantur, vel quòd ad inuicem contendant, vt feræ quæ ex eodem riuo haustum petunt. {ἀντέρασται. GAL.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Qui aiment vne meſme fille ou femme, corriuaux. IT. *Riuali.* GERM. Zwen oder mehr die bulſchafft haben/ mitbuler HI. *Gombleços.* AN. *They that loueth one woman* }*Quint.*14. *Decl.* Si patior miſer illas lupanarũ inſultationes, illa corriualium maledicta, conuicia.

Cōrrōbŏro, as, pen. cor. Robuſtum & fortem reddo, roboro, confirmo, ſancio. {חוק *rh zzék* חקים *kekim.* κραταιόω, κραταίνω, ἐπισχυρίζω. GA. Fortifier, enforcir. IT. *Confirmare, fortificare.* GE. Stercken. HI. *Fortalecer y cõfirmar.* AN. *To make ſtrong and fortifie.* } *Suet. in Galba,* Veteranum ac tyronem militem opere aſſiduo corroborauit. *Cic. 5. de Fin.* Ad quorum etiam cognitionem & vſum iam corroborati, natura ipſa iam præeunte deducimur. *Pli. li. 20. c. 20.* Stomachumin acetariis ſumpta corroborat. ¶ Per tranſlationem. *Cic. in Cat.* Qui ſpem Catilinæ mollibus ſententiis aluerunt, coniurationémque naſcentẽ non credendo corroborauerunt. *Idem Caſſio li. 12.* Manabat illud malum vrbanum, & ita corroborabatur quotidie. *Idem pro Flac.* Victus Lacedæmoniorum non ſolùm natura corroborata, verumetiam diſciplina.

Cōrrōdo, is, ere, Rodendo conſumo, vel idem quod ſimplex rodo. {אכל *achál* עשש *taſchásch.* κατατιτρώσκω. GALL. Ronger à l'entour. ITA. *Rodere, conſumare rodendo.* GERMA. Zernagen. HISP. *Roer ò royendo guaſtar.* AN. *To gnawe, to gnawe about* } *Cic. 2. de Diui.* Nos autem ita leues atque inconſiderati ſumus, vt ſi mures corroſerint aliquid, quorum eſt opus hoc vnum, monſtrum putemus. *Varro 3. de Re ruſt. c. 17.* Quum eodem tempore inſulas Lydiorum ibi corroſas vidiſſes. Oſſa corroſa. *Iuuen. Sat. 15.*

Corrŏgo, as, Rogo, peto, precibus conuoco & congrego. {ἐπαγείλω. GAL. Prier d'vn coſté & d'autre de venir en quelque lieu, amaſſer de toutes parts. IT. *Amaſſare d'ogni banda priegbi è altrimente.* GE. Durch bitt zuſamen raſplen oder laſen HISP. *Demandar y mandigar, ò pedir entre las buenas gentes y andar demandando de vno en otro.* AN. *To requeſtor pray together.* } *Ci. pro Quint.* Ipſe ſuos neceſſarios ab atris Liciniis, & à fauſtis macelli corrogat, vt ad tabulam Seſtiam ſibi adſint. *Corrogare nummos de nepotum bonis.* Id eſt colligere & congregare & quaſi corradere. *apud Cic. 5* [Corrogare pecuniam ab hoſpitibus. *Cæſ. 3. de bel. ciu.* } *Iuuen.* *Liu. 3. bell. Mace.* Mag. ſtros nauium mercatoréſque inuitare iuſſit, & vela cum antennis ex nauibus corrogari iuſſit, vt vmbra cœnantibus in littore fieret. Id eſt colligi.

Cōrrogāti auditores, dici poſſunt qui ambitione doctoris, alioqui forraſſe ſurdis parietibus occenturi, vndique corrogantur.

¶ Corrogata ad neceſſarios vſus pecunia, *Cæſar 3. bell. ciu.*

* Corrotundo, as, are. συνστρέφω. *Sen lib. 4. Natur. quæſt.* Præterea poteſt etiam ſi non fuerit grando, talis quum defertur, corrotundari.

Cōrrūdā, pen. prod. Syluestris aſparagus. {ἀσπάραγος ἄγριος. GALLIC. Aſperge ſauuage. IT. *Aſparago ſeluatico.* GER. Wilder ſpargen. HISP. *El eſparago ſyluestre.* } *Cat.* In arundineto corrudam ferito, vnde aſparagi. *Co. li. 10.* Prodit & aſparagi, corruda ſimillima filo. *Plin. li. 20. c. 10.* Syluestrem aſparagum, aliqui Corrudam, aliqui Libycum vocant: Attici Ormnium.

Cōrrūgo, gas, gare, pen. prod. In rugas contraho. { מחה *cahách.* συνέρω. GAL. Refrongner, froncer, rider. ITAL. *Creſpare, raggruparſi in teſta.* GERM. Rumpfechtig/oder gerunßlet machen. HISP. *Arrugar vna coſa con otra,* ANGLIC. *To make wrinckles, to frowne.* } Corrugare frontem, *apud Plautum.* συνοιδάνω τὸ μέτωπον, eſt præ indignatione frontem in rugas contrahere. *Horat. 1. Epiſt. 5.* -ne turpe toral, ne ſordida mappa Corruget nates. *Colum. lib. 12. c. 19.* Vbi ſatis corrugata erunt acina, demito, & ſine ſcipionibus in dolium conicito, pedibúſque bene calcato.

Cōrrūgi, Sunt aquæ ex montium iugis deductæ ad lauandum autum: ita dictæ à corruatione, *autore Plin. lib. 33. c. 4.*

Cōrrūmpo, pis, Contamino, vitio, deſtruo. { שחת *ſchahit'h.* διαφθείρω. GALLIC. Corrompre, gaſter ITAL. *Corrumpere, guaſtare.* GERM. Zerſtören/verderben. HISPA. *Corrumper, gaſtar.* ANGL. *To corrupt, marke or ſpoile* } *Plin. lib. 3. c. 22.* Quæ nec aqua, nec igni poſſet corrumpi. *Terent. in Adelph.* Piſces ex ſententia nactus ſum, hi mihi ne corrumpantur cauto eſt. *Lactan. lib. 3.* Cœleſtes literas corruperunt, vt nouam ſibi doctrinam ſine vlla radice ac ſtabilitate componerent. [Ne corrumpe oculos. *Plaut. Amph. ſc 3. a. 1.* Corrumpit conſilia fatum, *Velleius.* Hic mihi corrumpit filium. *Plaut. pſeud. ſc. 5. a. 1.* Corrumpitur iam cœna *Ibid ſc. 2. a. 3.* Vt ſui heri corrumpat rem & filium. *Pl. Moſt. ſc. 1. a. 1.* Illa (lena) hanc corrumpit mulierem. *Pl. Moſt. ſc. 3. a. 1.* Ex amore eius fateor me corruptum oppidò. *Plaut. Aſin. ſc. 2. a. 5.* Is corruptus ſuum porrò corrumpit filium. (de gaucis. *Plau. Aſin. ſc. 2. a. 3.* Animo malè eſt, aquam velim: Corrupta ſum & abſumpta ſum. *Plaut. Amph.* Corruptus Bruti animus *Velleius.* Vide o herilem filium corruptum ex adoleſcente optimo. *Plau. Moſtell. ſc. 1. a. 1.*] ¶ Transfertur & ad animum. *Cic. lib. 1 Off* Sed corrupti mores ſunt, deprauatique admiratione diſſitiarum. Animus largitione corruptus, apud eundem *ad Att. 8.* ¶ Aliquando eſt ſubornare, inuitare, & illicere muneribus. κατασθενεῖν *Cic. pro Plancio,* Tu doce quod debes, per quem ſequeſtrem quo diuiſore trib. corrupta ſit. *Et paulò antè,* Quam quiſque tribũ turpi largitione corrumperet. [Corrupti equi macie. *Cæſ. 3. de bel. ciu.* Et corruptæ timore fugientium cohortes. *Idem.* ¶ Corrumpere, pro ſtuprare. *Suet in Cæſ cap. 50.* }

Cōrrūptŭs, a, um, {משחת *moſchchahith.* διαφθορεύς. GAL. Corrompu & gaſté. ITAL. *Conſumato, guaſtato.* GERM. Verderbt/zerbrechen/vnd zerſtöret. HIS. *Corrupido y gaſtado.* ANG. *Corrupted, vitiated, ſpilled.* } quod modo participium eſt. vt, Iudicium corruptum, hoc eſt, pecunia à iure & æquitate abductum: *apud Cic. pro Cluent.* Modò nomen ex participio: vnde Coruptior, & Corruptiſſimus. *Plin. lib. 15. cap. 17.* Demptis forcipe corruptioribus acinis. *Idem lib. 13. c. 3.* Quando etiam corruptiſſimo in genere.

Cōrrūptor, verb Qui corrumpit, deprauator, ſeductor. { משחית *maſchchith.* φθορεύς. GA. Corrompeur, gaſteur: ITA. *Corrotore.* GE. Ein verderber/verrõſter/geſchender HI. *El que corrompe, gaſtador.* AN. *A corrupter, he that ſpilleth or marreth any thing* } vt, Corruptor iuuentutis *Cic. in Cat. Iune. Sat. 1.* -furus corruptor auaræ. [Mentitis inquam meæ corruptor familiæ. *Plaut: Amphit.*]

Cōrrūptrix, fœminino. { משחיתה *maſchchitáh.* διαφθείρουσα, ἀλφοφορεύς. { *Cic ad Q. Fr. Frat. lib. 1.* Tàm deprauatis moribus, tàm corruptrice prouincia.

Cōrrūptē, aduerbium. {διαφθορικῶς. GALL. Par corruption. ITA. *Corrottamente.* GERMA. Mit verderbung. HISP. *Por corrupcion.* ANGL. *Corruptlie. Cicer. 1. de Finibus.* De quibus neque deprauatè iudicant, neque corruptè.

Cōrrūptiſſimē, in ſuperl. vt corruptiſſimè dicere, *apud Senecam Controuer. lib. 10. in 5.*

Cōrrŭptio, {משחית *maſchchit'h.* διαφθορά. GA. Corruption, degaſt. IT. *Corrottione.* GE. Verderbung/verwüſtung HISP. *Corruption.* ANG. *Corruption marring ſpilling,* } verbale. *Cic. 4. 1 uſc.* Morbum appellant totius corporis corruptionem.

Cōrrŭptēla, idem quod corruptio. {διαφθορά. AN. *Corruption, diſtayning.* } *Ter. in Adelph.* Communis corruptela noſtrûm liberûm. *Cicero. 2. Offic.* Melius etiam, quòd largitionem corruptelam dixit eſſe. [Corruptelæ & liberis luſtris ſtudet, *Plaut. Aſin. ſc. 1. a. 5.*]

Cōrrŭo, is, pe. cor. Concido, ſimul ruo. {נפל *naphál.* συμπίπτω. GA. Cheoir enſemble, romber quand & quand. ITA. *Cadere, rouinare.* GER. Fallen zuhauffen fallen. HIS. *Caer.* AN. *To fal downe together.* } *Liu. 1. ab Vrbe,* Duo Romani ſuper alium alius, vulneratis tribus Albanis expirantes corruerunt. *Cicer. ad Qu fratr. lib. 2.* Et illa penè timore, ego riſu corrui. *Idem 3. de Orat.* O fallacem hominum ſpem, fragilémque fortunam & inanes noſtras contentiones, quæ in medio ſpatio ſæpe franguntur & corruunt? Corruere pro labi & errare. *Cic. de Senect.* Nec, tanquam inexercitati hiſtriones in extremo actu corruiſſe. [Corruit hæc igitur ſubvnò crimine lapſa domus *Ouid. El. 1. lib. 2. Triſt* Corruere in magna perturbatione. *Liu. 4. d. 5.*] ¶ Corruiſſe opes dicuntur, quæ corruptæ ſunt. *Cic. 1. Offic.*

Cōrs, cortis. χόρτος. *Vide* COHORS.

CŌRSEA, κύρνος, *Steph* Inſulæ ſunt Ioniæ adiacentes, eregione Sami. *Pli. li. c. 31.* Ioniæ ora Ægæas & Corſeas habet.

CŌRSĬCA, pe. cor. κύρνος. *Ptolemæo* {GE. Die Inſel Corſica/die Itali vnd Gallier nennend ſie Corſega. } Inſula maris Liguſtici, longa paſſuum CLM. lata autem quinquaginta: ſexaginta, circiter ſtadiis diſtans à Sardinia. Caſtella habet Belſinos, Caracem, Emiconias, Vapanen. Tæta autem malignè tolitur, quod aſpera ſit, & multis in locis inacceſſibilis. A Græcis Cyrnos dicitur, *vt Fabio Pictori placet,* Herculis filio: Corſicam autem appellatam volunt à quadam bubuli ancilla cui Corſe nomen erat, *vt refert Stephanus.* ¶ Vnde Corſi, κορσοί, huius inſulæ incolæ appellantur: quorum *Strabo* ſcribit miram fuiſſe morum feritatem, adeò vt ex rapto viuerent, ipſáſque etiam belluas immanitate ſuperarent. *Vide plura de hac inſula, apud Strab. lib. 5 & Plin. lib. 3 c. 6.* Genuenſibus diu paruit, Ademarchi nauarchi auſpiciis Mauris erepta.

CŌRSĬCĂ, *inquit Plin. lib. 23. c. 6.* inſula in mari Liguſtico, ſed Tuſco propior, Septentrione in Meridiem proiecta, &c. Notiſſima eſt in vino præſtante, durante etiamnum nomine, inter quam & magis Meridianã Sardiniam, anguſtum mare interfluit *De qua Ptol. li. 3. c. 2.* [De huius aſperitate *Senec. c. 6. lib. 7. & c. 8. de Conſ ad Elb.*] Cingitur ab occaſu quidẽ & Septentrionibus mari Liguſtico, ab ortu autem Tyrrheno mari, à meridie pelago, quòd inter ipſam & Sardiniam interiacet. *Scribit & Strabo,* Corſicam malignè coli, aſperam & pluribus in partibus inacceſſibilem adeò, vt qui eius montes habitabant, ex latrocinis vitam degant, immanitatéque feras ſuperent. Hinc factum eſſe dicit, vt quũ Romani Imperatores in eos irruant, magnum ſeruorum gregem captum aduehant. Athenæus tradit Corſicæ incolas ideò longæuos eſſe quod mellis cibo, quo plurimum abundant, vtantur aſſiduè. Quod alicui mirum videri poteſt, quum eius inſulæ mel ob taxi copiam venenatum ſit, *vt eſt teſtis Ouid Ib. 1.*

Melle ſub infami Corſica mittit apis.

Præterea Seruius grammaticus Corſicana mella amara eſſe ſcribit explicans *illud Virg Georg. 4.*

-hinc cæli tempore certo
Dulcia mella premes.

Dulcia, inquit, non eſt ſuperfluum epitheton. Nam ideò ait dulcia quia etiam ſunt amara, vt Corſicana. *Hæc ille.* Vide Conſis.

CORSIS, χορσίς. Inſula in mari Tuſco, à Corce ancilla bubulci: aliàs κορσική, Corſica dicta: gentile Corſi. *Steph.* De Corſica proximè dictum eſt.

Cōrsōīdēs, χορσοειδής, Lapis canitiei hominis ſimilis. *Plin. lib. 37. cap 10.*

Cōrtĕx, {פצלה *petsaláh.* φλοιός, κάλυφος, λέπισμα, λέπος. GAL. Eſcorce. ITA. *Scorza, corteccia.* GER. Rinden. HI. *Corteza como de arbol.* AN. *The barke of a tree.* } tàm maſculini quàm fœminini generis. Eſt veluti corium cuiuſque rei: vt arboribus liber, & in cæteris rebus cruſta quædam ad tegendum data. Nam corium propriè animalium eſt. *Ouid. lib. 1. Metam.* Sentit adhuc trepidare nouo ſub cortice pectus. *Vir. 7. Æneid.* raptus de ſubere cortex. *Idem Ecl. 6* muſco circundat amaræ Corticis. *Horat. 1 Serm. Sat 4.* -ſimul ac durauerit ætas Membra animúmque tuum nabis ſine cortice: id eſt, citra cuſtodem ac pædagogum ipſe te reges ac moderaberis. Acron prouerbij admonet, putárque metaphoram mutuò ſumptam à iuuenibus, qui cùm primitus nare diſcunt, corticibus ac ſuberibus ventri ſubligatis natant: deinde exercitatiores citra eiuſmodi adminicula natare incipiunt.

Cōrtĭcŭla, diminutiuum. {φλοιδιον. GAL. Petite eſcorce. IT. *Scorza picciola.* GE. Kleine rinden. HIS. *Pequeña corteza.* AN. *Litle thinne barke.* } *Col. lib 12. c. 47.* Tum reſolutis corticulis eximimus eum.

Cōrtĭcōsus, a, um, Corticibus plenus, {φλοιδης. GAL. Plein d'eſcorces ayant pluſieurs groſſes eſcorces. IT. *Scorzoſo, pieno di ſcorza.* GERM. Rindechtig/das allenthalben vil rinden hat. HISP. *Lleno de corteza.* AN. *Full of barke or that hath thick barke.* } *Plin. l. 12. c. 14.* Quod in arbore heſterno depectitur, ideò corticoſum.

Cōrtĭcātŭs, a, um. {κεκιδώτος. GALLIC. Qui a eſcorce. ITALIC. *Che a ſcorza.* GERM. Das rinden hat. HIS. *Coſa que tiene corteza.* ANG. *That hath barke or is couered with barke.* } Quod corticem habet. *Colum. li. 12. cap. 23.* Pix corticata appellatur, qua vtuntur ad condituras Allobroges.

Cōrtēs, Sunt villarum intra maceriam ſpatia. *Varr. de Re ruſt.* Nec minus & à pabulo quum rediérint aueres, ſues, porci in corte exteriore. *Idem de vita pop. Rom.* Æſtiuo tempore in propatulo, rure in corte cœnitabant. *Ex Nonio.*

Cōrtĭnă, penult. prod. multa ſignificat. Nam cortinæ ſunt vaſa in quibus

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Crātēr, teris, pen. prod. {ϳϳϳ aghghán גבּיע ghabáb. κρατήρ. GAL. Vne Coupe ou tasse. ITA. *Coppa.* GERM. Ein grosser vnnd weyter becher/ein trinckschal. HISP. *Gran copa ò pi'a do cauel agua.* AN. *A cuppe, a peece to drinkin.* } Vasis genus capacius, quo in libationibus, & solennibus epulis vti solent. *Virg. 9. Æneid.* Sed magnum metuens se post cratera tegebat. *Idem Ecl. 6.* Craterásque duos statuam tibi pinguis oliui. *Idem 6. Æn.* Cæteras magnos statuunt, & vina coronant. ¶ Ab huius vasis similitudine Crater in monte Ætna appellatus est foramen illud, per quod ignis euomitur. *Ouid.* Et pronos currus medio cratere recepit. ¶ Et Crater in fontibus dicitur receptaculum, quod & Labrum dicitur: id quod fistulis aqua decurrit. ¶ Velut in Cratere philotesio, ὥσπερ ἐν κρατῆρι φιλοτησίῳ prouerbialis collatio, qua significabimus, res dare tantum bulentas componi sedarique & priùs inter sese inimicos in gratiam redigi. Dicitur autem crater philotesius, quem in conuiuiis porrigunt aliis alij, ceu amicitiæ symbolum ac pignus. Vnde etiam eandem vim habebit adagium, si Crater philotesius, κρατὴρ φιλοτήσιος, dicas.

¶ Crater litium, siue malorum, κρατὴρ κακῶν. De re permolesta, siue de homine litium autore. Item signum cœleste quod oritur decimo sexto calendas Martij, vespere. ¶ Item sinus in littore Campano à Miseno Athenæum vsque extensus, duobúsque penè coëuntibus promontoriis interuratus: *vt est autor Strab. li. 8.*

*Crater, pro vase in quo cibus coquitur vel mensæ apponitur. *Ouid. 5. Fast.* Nunc dape, nunc posito mensæ enituêre Lyæo: Terra rubens crater, pocula fagus erant. Craterem refert ad dapes, pocula ad Lyæum.

Crātĕrā, æ, pen. pro. idem quod Crater. *Horat. in Serm.* Siue grauis veteri crateræ limus adhæsit [*Et Liuius sæpè li. 5.*]

Crātērītes, Gemma est prædurę naturæ, inter chrysolithi & electri colorem. *Plin. li. 37. c. 10.*

Crātērrā, ab antiquis dicta est, *teste Nonio*, quam nos Situlam vocamus. {κρατηρογραφίς. AN. *A buckette to tak vp water.* } *Cicero 2. de Nat. deor.* In medióque sinu fulgens craterra relucet Loquitur de vrna Aquarii, cæ lestis syderis.

CRĀTĔRVS, pen. corr. Macedo è comitibus Alexandri, qui etiam res eius gestas scripsit, cuius meminit in Aristide Plutarchus. De hoc *Pers. Sat. 3.* Et quid opus Cratero magnes promittere montes?

Crātēs, Est rara quædam lignorum, vel viminum, vel etiam ferramento tum connexio. {πλέγμα. GALLI. Claye, vne haise, vne herse. IT. *Graticcio.* GE. Ein hurd/oder gratter. HI. *El carço ò cosa assi texida.* AN. *Watling of houses, hurdels.* } *Plau.* Sub cratim vt iubeas sese suppon... *Li. 10. ab Vrbe*, Ibi mediis ferè castris locus est conseptus cratibus, pluteísq; & linteis contextus. *Cæs. 7. bell. Gall.* Proximam fossam cratibus contegunt [*Idem l. 1. de bel. ciu.* Agger & crates pontis]

Crāticŭlă, à Crates dimin. in qua cibi torrentur. {ἐσχάριον, ἀθρύπτιον, ῥοῦμπον. GA. Vn gril. IT. *La graticolla, graiella.* GE. Ein rost. HI. *Las parillas.* AN. *A gridiron, to boyle meaton.* } *Cato capit. 13.* Cotium vnum, lucernas craticulas duas. Martial. *Epigr. 221. lib. 14.* Parua tibi curua craticula sudet ofella.

Crātīcĭus, a, um, Quod ex cratibus fit. {ῥαβδώδης, GA. Fait en façon de clayes. IT. *Cosa fatta di gratticcio.* GE. Das aus hürden oder gätteren gemacht wirt. HIS. *Cosa texida como carço.* AN. *Made like hurdles or watling wise.* } vt Cratitij parietes, qui cratibus insertis fiebant, seu asseribus arrectis, transuersísque in modum cratis. Alio nomine vocantur Intergerini, quod vicinorum cœnacula iis dirimerentur. *Vitr. l. 2.* Cratitij parietes velim ne inuenti quidem essent. Quantum enim celeritate & loci laxamento prosunt, tantò maiori & communi sunt calamitati, quòd ad incendia, vti fasces, sint parati.

Crātĭo, tis, tire, Occo. { שדד *siddédh.* ῥαβδόω. GALLI. Herser, ou couurir de clayes. ITAL. *Arpegare.* GERMA. Eggen HISP. *Y gualar la tierra con carço.* ANGL. *To harrow, to couer with hurdels* } *Plin. lib. 12. c. 18.* Vtilissimum simul & herbæ arare, deinde cratire, ferere florem ex fœnilibus, atque ex præsepibus fœno delapsum spargere, priusquàm cratiantur.

CRATES, κράτης, Nomen est Philosophi Thebani: qui vt philosophiæ vacare posset, proiecto in mari non paruo auri pondere, Abite (inquit) pessum malæ cupiditates: Ego vos mergam, ne ipse mergar à vobis. Neque putauit se posse virtutes, & diuitias simul possidere. Suidas autem tradit, Craterem omnem pecuniam in substantiam redegisse, & apud Trapezitam deposuisse, ea lege, vt si filij philosophi essent, eã egenæ plebi diuideret: sin idiotæ, eis quod acceperat, bona fide restitueret. Ita enim iudicabat vir sapientissimus, homini philosopho, sapientiæ sectatori nihil deesse ad beatè viuendum. ¶ Fuit & poëta Comicus hoc nomine, auditor Polemonis. ¶ Item & Grammaticus, qui sub Ptolemæo Philometore claruit, æqualis Aristophanis Grammatici, Criticus, siue Homericus cognominatus. Scripsit in Iliada & Odyss. lib. 9. Comment. Autor Suidas. Hic, vt ait Tranquillus, studium grammaticæ primùm Romam intulit: missus enim ad Senatum ab Attalo rege sub ipsam Ennij mortem, plurimas acroases fecit, assiduéque per omne tempus legationis disseruit: nostris quoque exemplum fuit admirandum. Hæc ille.

CRĀTHIS, cum h, aspirato, κράθις, Nomen est duorum fluuiorum, quorum vnus est in Achaia propriè dicta, propè Ægas oppidum in sinum Corinthiacum influens: cuius meminit *Strabo lib. 8.* Alter in magna Græcia, iuxta Sybarim oppidum, cuius aqua barbis, comísque flauum colorem inducere tradit. *Strabo lib. 6.* [Vulgò *Gratthi, fiume di Consenza in Calabria.*] *Ouid. libr. 15. Metamorph.* Crathis & hinc Sybaris nostris conterminus oris, Electro similes faciunt, auroque capillos. *Et lib. Fast. 3.* Est propè piscopos lapidosi Crathidis ámnes Paruus ager.

Crāticŭlă, *vide* CRATES.

CRĂTĪNVS, κρατῖνος, Poeta fuit comicus, clarus apud Athenienses, qui primus in Dionysiis Athenis satyricam fabulam induxit. *Horatius*, Eupolis atque Cratinus, Aristophanésque poetæ. Hic autem fuit supra modum, vlæ ac omni voluptatum generi deditus, præcipuè ebrietati: ad quod alludit *Horat. in Epist.* Prisco si credis Mecœnas docte Cratino, Nulla placere diu, nec viuere carmina possunt, Quæ scribantur aquæ potoribus.

Cratio, *Vide* CRATES.

CRATIPPVS, κράτιππος, Mitylenæus philosophus fuit, Ciceronis filij præceptor, qui Pompeio Pharsalico prælio victo apud Mitylenem occurrens, verbis ex Philosophiæ penetralibus petitis, ad meliorem spem eum erexit. *Plutarchus in Pompeio.*

CRATIS, sine asp. ratione, κρᾶτις, Africæ fluuius, è Sicyone lacu profluens in Oceanum, iuxta quem nonnulli fabulati sunt electrum nasci. *Vide Plin. lib. 37. c. 2.*

CRATYLVS, pen. cor. κρατύλος, Nomen philosophi Athenensis, Platonis mortuo Socrate præceptor, ex cuius nomine idem Plato librum de Significatione nominum inscripsit.

Crēbĕr, crebra, crebrum, Frequens, densus. {שרר תמיר *iamídh* רב *rabh*, συχνός, πυκνός, &c. GA. Dru, frequent, souuent venant. ITA. *Frequente, spesso.* GER. Embsig/dick. HIS. *Cosa esp...ssa que muchas vezes se haze.* AN. *Thicke, that cometh ofter.* } *Plau. in Amp.* Crebri hostes cadunt. *Idem in Aul.* Crebro salicto oppletus locus. *Cic. ad At. l. 14.* Et in scripto multò essem crebrior. *Vir. 3. Geor.* Non tàm creber agens hyemem, ruit æquore turbo.

Crēbrō, aduer. frequenter. {תמיד *tamidh*, ברוב *berób.* συχνῶς. GALL. Souuent, souuentesfois. ITA. *Souuente, spesse fiate.* GE. Offt/embsiglich. HIS. *Esp...ssamente, muchas vezes.* ANG. *Often times.* } *Plau. in Trucul.* In vrbem crebro conuenio. *Cic. At. li. 2.* Velim obtias mihi literas omnibus de rebus crebrò mittas.

Crēbrĭtĕr, pro Crebrò *Diomedes Grammat. lib. 3.* Cùm breuiter pugnam iniret.

Crēbrĭtās, Frequentia & spissitudo. {תמיר *tamíd* רוב *rob.* συχνότης. GALLIC. Frequentation, abondance, multitude. ITAL. *Moltitudine, spessezza.* GERM. Embsigkeit/dicke. HISP. *Aquella espessura.* ANGL. *Oftenesse, thirkneſſe in growing, or being together.* } *Cicer. ad Attì. li. 13.* Colloqui videbamur in Tusculano quum essem, tanta erat crebritas literarum. Concinnitas, crebritásque sententiarum: *apud eundem de Clar. orat.*

Crē brēfco, crebescis, rui, Celeber fio, & diuulgor. {שרר *tarádh.* διαφημίζομαι. GALLIC. Estre frequent ITAL. *Essere fato celebre, essere diuolgato.* GER. Zunemmen/vertrumpt werden. HISP. *Ser publicado ò diuulgado por fama.* ANGL. *To waxe common and often, the mise to increaseth more ad more.* } A quo Percrebrescо. *Plinius Epistol. 147.* Ille non tollere oculos, non remittere stylum, sed obfirmare animum, auribúsque prætendere: tàm crebescere fragor, aduentare etiam &c. Oratæ auræ crebescunt. *Virg 3. Æneid.* Sermonem crebescere, *Idem 12. Æneidos.*

Crebrisurus, significat. vallum crebris suris, hoc est, palis munitum. *Festus.*

Credo, credis, credidi, creditum, Fidem habeo, fidem adhibeo, fidem tribuo. {האמין *heemin.* πιστεύω. GALL. Croire, auoir foy. ITAL. *Credere, hauer fede.* GERMANIC. Glauben. HISP. *Creer y confiar de otro.* ANG. *To beleue.* } Et ponitur vel absolute. *Cicer in Bruto*, Audiui equidem ista de maioribus natu, sed iam quam sum adductus vt crederem. Vel cum accusatiuo. *Cicer. ad Attic. lib. 7* Omnia facilius credere possum, quàm quod scribitis. Vel cum accusatiuo & datiuo, *Idem Fam. 13.* Hoc mihi vt testi velim credas. Vel cum datiuo solo. *Idem Fam. 5.* non satis credidit homini prudenti. *Virg. Ecl. 2.* Nimium ne crede colori. Vel cum præpositione De. *Cicer. Fam 3.* Bis ad te scripsi, me purgans diligenter, te leuiter accusans, in eo quod de me citò credidisses. [Credo equidem te potesse ebibere. *Plaut. pseud. sc. 2. a 5.* Ne quisquam credat, numum edicam omnibus. *Pl. pse. sc. 5. act. 1.* Mihi video, mihi sapio, mihi credo plurimum. *Plaut. Merc. sc. 3. a. 2.* Stultior stulto fuisti, qui his tabellis crederes. *Plaut. Curc. sc. 3. a. 4.* Nihil credis quod dico sedulò (id est sine dolo) *Plaut. Capt sc. 1. a. 4.* Huic tu credis. H plus quàm tibi aut mihi. *Plaut. Capt. sc. 4. a. 3.* Nemini credo, qui largè blandus est diues pauperi. *Plaut. Aul. sc. 4 a. 1.* Hæc tibi me, sicut mihi te æquum est credere. *Plaut. Aul. sc. 1. a. 2.* At illa est pudica! Credam, si pudor lenoni fiet. *Plaut. Curc. scen. 1. act. 1.* Dictis perduci vt vera hæc credas. *Plaut. Mostel. sc. 3 a 1.* Quæ facta sunt, illic examussim loquitur. *Plaut. Amph.* Cui tam credo datum voluisse prandium, quàm me video viuere. *Pla. Mena. scen 1. act 1.* Credit iam tibi *de istis noli iurare *Plaut. Men. scen. 2. act. 4.* Esse me huius (seruum) credidi, & hunc censebam esse te. *Plau. Men scen. 9. act. 5.* Donec Sosia ille egomet fecit sibi vter derem *Idem ibidem*, satis credo tibi (id est nihil opus alio teste) *Plaut. Cur. sce. 3 act. 5.* Nec vanis credite. *Ouia. 1. Metamo.* Quis credere posset? *Ouid. eleg. 9. lib. 3. Trist.* Creditur ille Deus *Idem El. 4 l. 4. Trist.*

¶ Aliquando ponitur pro ce... mittere, concredere, commendare & fidei alicuius tribuere { הפקיד *hiphkidh.* παρακαταθήκην. GALLIC. Commettre & fier à la foy d'...cun ITA. *Commettere alla fede d'alcuno.* GERM. Vertrawen/auff eines trew vnd glauben sich lassen HISPA. *Confiar à otro, o encommendar à la fede al uno.* ANG. *Logiue to kreep, and to trust.* } *Plaut. in Aul. l.* Vbi is obiit mortem, qui mihi id aurum credidit. [Non ideo debet pelago se credere, si quæ Audet in exiguo ludere cymba lacu. *Ouid. Eleg. 1. l. 2. Trist.* Cum eo nihil est

negotii,ipſi Phædromo credidi(id eſt locaui ornamenta) *Plaut.Curc. ſc.1.a* 4.Vbi creditum quod tibi eſſet tibi datum pernegaris. *Plaut.Aſin.ſc.2.a.3.* Cui rerum omnium ſummam ipſus credit.*Idem Ibid.act.2. ſc.4* Vbi ſunt ſubito quibus credas malè.(de pecunia) *Plau.Curc ſc* 1. *a.4.* Argentariis malè credi,& benè credi(Ambigué,quia vel nunquã reddunt,vel diu debent.) *Pla.Cure ſc.2.a.5.* Ab alienis cautiores ſunt, ne credant alteri *Plaut.pſ.ſc.3.a.1.*]*Liuius 4.ad Herenn.* Nam quum canes funguntur officiis ſuporum, cuinam præſidio pecuaria credemus? ¶Et non ſolum tradere,ſed etiam reuelare, ac manifeſtare ſignificat. *Lactunt.lib* 4.Iudæi quoque,quibus ſolis arcanum Dei creditum fuerat. ¶Interdum Mandare.*Col.lib.2.* Vt iam percenſeamus, quot operis in aream perducantur ea,quæ terræ credimus. ¶Quandoque mutuum dare.{δανειζειν. GAL. Preſter. IT. *Dare in preſtito.* GE. Außleyhen. HISP. *Preſtar.* ANG. *To lend.*} *Mart.* Dimidium donare Lino,quàm credere totum Qui mauult,mauult perdere dimidium. ¶Cum accuſatiuo mediante In,ſignificat immittere,iniicere. *Virg.lib.2. Georg.* Inque nouos audent ſe gramina tutò Credere. ¶Interdum ponitur pro puto. חשב εθαρσηθ.οιομαι,νομιζω. GAL. Penſer. IT. *Penſare.* GER Meinen. HI. *Penſar.* ANG. *To iudge or think.*} & hoc vel abſolutè.*Cic.Famil* 8.Tu enim ipſe,qui & me,& alios prudentia vincis, omnia credo vidiſti , nihil omnino te fefellit. Vel ſequente Quod,vel Quoniam , vel Quia. *Idem Famil.*13.Quod ad te de decẽ legatis ſcripſi, parum intellexiſti, credo,quia διὰ σημείων ſcripſeram. ¶Inter Credere Deo,Credere Deum & Credere in Deum,Eccleſiaſtici hoc intereſſe putant,quòd Credere Deum,eſt Credere Deum eſſe:Credere Deo,eſt Fidem habere Deo, ſiue verbis eius:Credere in Deum,eſt fide bona ſe coniicere in Deum & in eo ſpem omnem noſtræ ſalutis repoſitam habere. ¶Huius verbi compoſita ſunt Accredo,Concredo,quæ vide ſuis locis. ¶Veteres Creduo,pro Credo dicebant. [Ne tu me inſanum eſſe creduis.id eſt, credis.*Plau.Capt.ſc.4.a.3.* Illis dentibus,impranſus id creduas. *Plaut. Amph.*pro credas.]*Plautus* ,Ipſus nec amat,nec tu creduas. ¶Credere propriè is dicitur, qui ita rem alienat,vt dominium transferat: qui enim dominium retinet,alterius fidem non ſequitur. Hincque in creditum ire dicitur,non qui rem ſuam ſeu certam ſpeciem vindicat,ſed in perſonam agit,vt ſibi ſatisfiat:vnde per prolepſin in creditum ire, ſimpliciter pro credere accipi plerunque conſtat.*l 2.§.mutui datio,eodem.& alibi*,Credendi appellatio, *Celſus ait*,generalis eſt. Nam cuicunque rei aſſentimur alienam fidem ſecuti , mox recepturi quid ex hoc contractu credere dicimur.*Autor Vlp.ſi cert petat.* Credimus tamen etiam quibus non mutuo damus vt commodatario , depoſitario, & creditori pignoris.*Inſtit.Quibus modis res contra.obl.Gloſſ.l.ſi ventri. §.in bonis.de Priu.cred.**Credo qui,pro Nimirum qui.*Gic.6.Verr.* Pueri autem Siſennæ, credo qui audiuiſſent quæ in iſtum teſtimonia eſſent dicta,oculos de iſto nunquam deiicere, neque ab argento digitum diſcedere.*Esp.o Roſc.Amer.* Credo propterea quòd quibus in rebus ipſi intereſſe non poſſumus,in his operæ noſtræ vicaria fides amicorum ſupponitur.Pro vtique.[Vidi his oculis. Ph. Carebis;credo (id eſt certè) *Plaut.Merc.ſc.4.a* 2.Domi fuiſtis credo liberi. *Plau Cap. ſc.1.a.2.* Cor credo euocaturus eſt foras.*Plaut.Merc.ſc.2.a.2.* Vix credo tota auctione capiet quinquagies.*Pœn.Men.ſc.vlt.*]

Crēditūr,impersonale.*Cic.pro Sext.Roſc.* Tamen non temerè creditur,neque leui coniectura res penditur.*Plau.Men.* Neque domi,neque apud amicam mihi iam quicquam creditur.*Terent in Adelph.* Ignotum eſt, tacitum eſt,creditum eſt *Hora.2.Serm.* Praterſibus optima fungis Natura datis,malè creditur.

Crēditum,Quod quacunq. de cauſa debetur.{חוב *chôb* משׂה *maſchſchéd* δάνεισμα. GAL. Vne creance,ce qu'a baillé vn creancier,ce qu'on luy doit. IT. *Credito.* GE. Ein ſchuld. HI. *Credito,preſtiſto,ò deuda.* AN. *Debte, any thing geuẽto ones credence.*}vt Publicum creditum, *apud Quint. lib,5.c.10.Sen.de benefic.lib.2.* Accipiam ergo tanquam creditum,non beneficium. [Creditum ſeruare *Suet.in Claud.c* 16.Ius crediti publici (pecuniæ à populo creditæ) *Quint.*]

Crēditŏr,oris,Cui aliquid quacunque de cauſa debetur.{מלוה *malvéh.* χρέστης, δανειστής. GAL. Crediteur,creancier. IT. *Creditore.* GERM. Dem man etwas zu thun ſchuldig iſt/ein außleyher/borger. HISP. *Prædador.* AN. *A creditour,he that lendeth or truſteth.*}*Caius de verbor ſignific.* Creditorum appellatione,non hi tantum accipiuntur qui pecuniam crediderunt, ſed omnes quibus ex qualibet cauſa debetur, ſicuti ex empto vel ex locato,vel ex alio vllo contractu debetur.*Cic.9.Phil.* Quod etiam videre potuiſtis, quotidie ſponſores & creditores L. Trebellii conuenire.*Hor.at.2.Serm.* Integer eſt mehtis Damaſippi creditor:ceſto. [Peſſimi eſt debitoris,vt naturæ & fortunæ facere conuicium.*Senec.c.* 10.*de Conſol.ad Mart.*]

Crēdĭtrix,pe.cor. Verbale fœminin.{מלוה *malvâh.* ὁ δανείσασα, δανείζουσα. GAL. Creanciere,celle à qui on doit. IT. *Creditrice.* GE. Ein außleyherin. HISP. *Crededora.* ANGL. *She to whome one ought.*} *Paul.in l. Claudius Felix.*§ *Aut contraff.Qui potior in pig.vel hypoth.* Poterit vti exceptione rei iudicatæ aduerſus primam creditricem.

Crēdŭlŭs,a,um Qui omnia facile,vel temerè credit. {πιστικὸς, ταχυπειθὴς. GAL. Qui croit de leger. ITAL. *Credulo facile al credere.* GER. Leichtglaubig. HISP. *El que mucho y de ligero cree.* ANGLIC. *That beleueth caſtlie.*} *Cic.de Amicit.* Hæc etiam in fabulis ſtultiſſima perſona eſt improuidorum & credulorum ſenum. [Sed nos in vitium credula turba ſumus *Ouid.4.Faſt.*] Cum datiuo. *Virgil.9.Ecloga*, ſed non ego credulus illis.*Rates credulæ dicuntur , quibus ſe committunt creduli, qui ſe poſſe omnia pericula vitare credunt.*Senec. Hippol.* Nondum ſecabant credulæ pontum rates. ¶Incredulus qui non facilè credit,ἀπιστικὸς, δύσπιστος.

Crēdŭlĭtās,Credendi facilitas.{ταχυπειθεια. GA. Legereté de croire. ITA. *Credulità,la preſtezza & facilita al credere.* GE. Leichtfertigkeit etwas von ſtundan zu glauben. HIS. *Creencia de ligero.* ANGL. *Lightneſſe of beleiff.*} *Plinius Cir.*Credulitas enim error magis quàm culpa eſt: & tamen in optimi cuiuſque mentem facilè irrepit.*Mart.lib.4.* Et tumidus Galla credulitate fruar.[Sua quemque credulitas decipit.*Senec.c.* 10. *de Conſol.ad Polyb.*]

Crēdĭbĭlĭs,le,Veriſimilis,probabilis.{נאמן *neeman.* πιστὸν, πιθανὸν. GA. Credible,croyable,aiſé à croire,vray ſemblable. ITAL. *Credibile,tredenole.* GERMA Glaublich. HISP. *Coſa creible y veriſimile.* ANG. *Credible , that may de be beleued or thoght true.*} *Plau.in Pœnul.* Credibile æcaſtor dicit:crede huic,mi pater. *Cic.4.Verr.* Multa enim quæ ſcio abs te eſſe commiſſa,quod aut nimium turpia,aut parum credibilia ſunt, prætermittam.[Hei mihi credibili fortior illa fuit.*Ouid.3.Faſt.* Credibile eſt *Ouid.El.1.lib.2.Triſt.*]

Crēdĭbĭlĭtĕr,aduerbium,Veriſimiliter,probabiliter.{πιθανῶς. GAL. Croyablement. IT. *Credibilmente.* GE. Gleublichen. HIS. *Creibl'e y veriſimiẽte.* ANG. *With lykneſſe to be true.*}*Cic. pro Deiot.* At quam non modo non credibiliter,ſed ne ſuſpiciosè quidem.

Crĕmāltĕrēs,χρεμαστῆρες. Nerui,quibus teſtes dependent.*Col lib.7.* Priuſquam ferrum admoueas,duabus anguſtis ligneis regulis , veluti forcipibus apprehendere teſtium neruos, quos Græci κρεμαστῆρας ab eo appellant,quod ex illis genitales partes dependeant.

CRĔMĒ,es,χρίμη, Vrbs Ponti,à qua gentile Cremeſius.

Crementum,à Creſco id eſt,augmentum. αὔξησις.

CRĔMĔRŬS,pe.cor.κρεμώδης, Huius Tuſciæ,apud quem Fabii. à Veientibus occiſi fuere,*autore Liuio lib.2. Decad.1.Ouid.2. Faſtor.* Vt celeri paſſu Cremeram tennêre capacem , Turbidus hybernis ille fluebat aquis. *Iuuenalis*,Quid Cremeræ regio?

Crĕmĭum,{מוקד *mokédh.* κρύμιον. GAL. Petites buches ſeches,ou petits baſtons,comme pour allumer le feu. IT. *Legno facile da accender ſe.* GE. Dutref.höſslin/welche das feur ſchnell empfahen. HISPA. *El tizon ò ſuero de leña encendido.* ANG. *Small peces of timber ta kendle fier.*}*Col.lib.12. cap.9.* à ruſticis dicit ita nominari ſurculos aridos & minutos: quanquam ſcriptum eſt gremia.*Hermol.in Plin.* Cremia cinnamomi. *Plin. lib.12.c.19.* ¶Eſt etiam cremium Caro frixa in frixorio,quæ quò magis torretur,cò magis virtus & humor enatcatur.{φρύγανον. GALLI. Vne fricaſſee. IT. *Carne ſoffritta,frist ain padella* GER. Geröſtet/oder wol gebrahten fleiſch. HISP. *Carne freida en la ſarten.* AN. *El asb fried in apan.*} Vtitur hac voce Pſalmorum interpres, Et oſſa mea ſicut cremium aruerunt.¶ Quidam Frixorium volunt eſſe.: alii durum illud quod in frixorio remanet.

CRĔMMŸŌN,κρεμμύων.*Steph.* Oppidum nõ procul à Corintho, iuxta quod Theſeus ſuem,quæ omnes agros deuaſtabat, occidit.*Ouid.lib.7.* Quód que ſuam ſecurus arat Cremyona colonus,&c. Vbi alterum m verſus gratia,à poëta eſt eliſum. ¶Crommyum autem per o, vrbs iuxta Aſcalonem:de qua infrà.

Crĕmo,as,Comburo.{חוקיד *hokidh* בער *bîbér.* καίω. GALLI. Bruſler,faire ardre. ITA. *Abbruſciare,ardere.* GER. Brennen. HIS *Quemar.* ANG. *To burne,to ſett on fier.*} *Plin.lib.17.cap.*1.Ad Neronis principis incendia,quibus cremauit vrbem.*Plin.de viris illuſtrib.* Qui libri,quia leues quaſdam ſacrorum cauſas continebant,ex auctoritate patrum cremati ſunt.[Quædam placitura cremari.*Ouid.Eleg.vlt.lib.4.Triſt.* Cremabantur cum prætexta qui eâ vſi erant *Liuius lib.34.* Igni cremauit *Suet.in Calig.cap.*27 Cremo à crepitu ignis deducit.Paſſ.]

CRĔMŌNA,Vrbs eſt Galliæ Ciſalpinæ,non procul à Mantua,quæ etiam hodie nomen retinet.{GER. Cremona in Lombardien nit fern von Mantua.} Cuius ciues quum contra Auguſti in cum Antonio ſentirent, Cæſar victor veteranis ſuis eorum agros dedit: qui quum non ſufficiſſent,acceperunt etiam vicinorum agros,vt Mantuanorum &c.*Virgil.Ecleg.9.* Mantua,væ,miſeræ nimiſù vicina Cremonæ.De hac *Strab. lib.5.*ſic ſcribit:Cis Padum verò circúmque Padum,celeberrimæ ſunt ciuitates, Placentia & Cremona, mediæ in regione propinquiſſimæ inter has & Ariminum,ſunt Parma,Mutina,Bononia.

Crĕmŏr,oris,(Hermolaus κρῖμον dici putat) apud Catonem accipitur pro lacte expreſſo ex grano aqua macerato.{GAL. Creme de laict, ou ius eſpez de quelque grain trempé & preſſé,comme orge mõdé. ITA *Sugo ſprenuto di grano ò d'altre coſe,come d'orzo.* GER Das ſafft/oder marck von geſotnen kernen/als gerſten/erbs. HIS. *La leche que ſe saca del grano mojado.* ANG. *Creame of milk*} *Celſus.*Cremor ptiſanę ſumendus eſt.*Cato de Reruſt.cap.86.*

Crĕnæ,Sunt inciſuræ,à quibus Crenata herbarum folia vocantur,hoc eſt,ſerrata,ſectáque per ambitum.{γλυφίδες. GALL. Trous,ou pertuis, ITA. *Tagli,tagliature.* GERM. Kerb/oder kerbung HISP. *Rayas ò rotaduras.* ANG. *The dentor notche in a leaſe about the brymmes.*} Hodie quoque multis locis ſigna , quibus agreſtes numerum aliquem in ferulis deſcriptum habent,Crenæ appellantur.{ANG. *A tay'e or ſcore.*} In ſagitta quoque partis extremæ ſectio , in quam nervus inſeritur, Crena dicitur. {ANGL. *Lo necke of an arrewe.*} Sed & in ipſo arcu ſumma cornua crenas ſuas habent, in quibus collocatur , ſedetque neruus.

¶Crenæ item dicuntur aſperitates quædã œſophagi in rubi modum denticulatæ.*Plin.lib.11.cap.*37.Poſtea arteria & ſtomachus denticulatus callo in modum rubi ad conficiendos cibos decreſcentibus crenis quidquid appropinquat ventri.

CRENIDES,κρηνίδες,vrbs Siciliæ,quam Philippus poſtea Philippos nominauit:gentile Crenitæ,*Steph.* Vide Philippi.

Crĕo,creas,creare,Producere,gignere.{ברא *barâ.* κτίζειν, δημιουργεῖν. GAL. Creer & donner eſtre à quelque choſe,mettre en nature. ITA. *Creare,produrre.* GERM. Erſchaffen. HISP. *Crear haziendo de nueuo ò engendrar.* ANG. *To creat,to giue the firſt being.*} *Cic.lib.5.de Finib.* Etenim omnium rerum quas & creat natura, & tuetur,&c. *Idem 1.2 uſtul.* Nam principium extinctum , nec ipſum ab alio renaſcetur, nec à ſe aliud creabit. ¶Dicimus quoque Creare fraudem alicui,commoditatem, cædes,lites,&c. Magiſtratus quoque creari dicuntur.*Cæſar 7.bell.Gal.* Quum ſinguli magiſtratus antiquitus creari , atque regiam poteſtatẽ annum obtinere conſueſſent.[Véter creat eas omnes ærumnas.*Plau. Merc.ſc.1.a.1.* Tibi capitalem fraudem hinc creas *Plaut. Mil ſc.3.a.2.* Tibi morem dictis creas.*Plau.Pſ.ſc.3.a.* 1. Patriáque creatus eadem. *Ouid.3.Metam.* Recurrat ad priorem conſulatum eius in quem creatus eſt.*Velleius* Telemone creatus.*Ouid.12.& 13.Met.* Telemone ſatus. *Ouid. Ibid.* Creata ſine matre carmina Palladis exemplo.*Ouid.Eleg. vlt.lib.3.Triſt.* Nec ſtirps prima fui,genito ſum fratre creatus.*Ouid Elig vlt.lib.4.Triſt.*] Compoſita. Procreo,quod pro ſimplici ponitur. Recreo,pro inſtauro,reficio,ἀναπλάσσω. *Plin.* Sic enim defecta longis ægritudinibus corpora recreantur.

Crĕābĭlĭs, πιστικὸς. *Apuleius in Hermetis Aſclepio*,Mundus materiæ creabilis eſt,tametſi creata non eſt.

Crĕā-

Creātor, Effector, genitor, conditor. {בּוֹרֵא *boré.* δημιουργός, κτίστης. GALL. Createur. IT. *Creatore.* GER. *ein schöpfer.* HIS. *Creador.* AN. *The creator or first maker.*} *Cic. pro Cornelio Balb.* Quod princeps ille creator huius vrbis Romulus, fœdere Sabino docuit. *Idem 2. de Diuin.* Nobis hæc portenta deûm dedit ipse creator.

Creātio, onis, Creandi actus. {בְּרִיאָה *beriáh.* κτίσις, δημιουργία. GA. Creation. IT. *Creatione.* GE. *Schöpfung/erschaffung: item, erwöhlung.* HI. *Criança.* AN. *A creating or making.*} vt, Creatio magistratuum. *Cic. 3. de Legib.* ¶ Ponitur & pro composito Procreatio, vt, Creatio liberorum D. *libr. 1. Tit. 7. lib. 15.* in Adrogationibus cognitio vertitur, num fortè minor sexaginta annis sit qui adrogat, quia magis liberorum creationi studere debet.

Creātrīx, icis. {בּוֹרֵאת *boreáh.* ἡ δημιουργός.} vt, Rerum natura creatrix. *Lucret. lib. 2.*

Creātūra, בְּרִיאָה *beriáh.* κτίσις. ANG. *A creature.*}

CRĒON, ontis, κρέων, Nomen Corinthiorum regis, qui Creusam filiam Iasoni desponsauit, *de quo Sen. in Medea.* ¶ Alter fuit Thebanus, Oedipi regis Thebanorum socer, & pater Iocastæ. [Regi Thebano Creonti regnum stabiliuit suum. *Plau. Amph.* Imperator Thebanorum & Creontis vnicus (Amphitruo) *Ibidem.*] Fuerunt & alij hoc nomine.

CRĒON, onis, κρέων, Mons est Lesbi insulæ, *cuius meminit Plin. li. 5. c. 31.*

CREONTIADES, Herculis filius ex Megara, quem pater cum Theriomacho fratre ab inferis rediens, & in furorem versus à Iunone, quòd Lycum interfecisset, interemit.

CREŌPHILVS, pen. cor. Κρεόφιλος, Nomen Samij poëtæ, qui Homeri hospes & æmulator fuisse fertur, quem aliquando tradunt suscepto in hospitium Homero, accepisse ab eo donum, inscriptionem poematis quod Occhaliæ captiuitatem vocant. Sed Callimachus per Epigramma quoddã contrarium ostendit, quod nunquam Creophilus opus cõposuerit, Homeri tamen dicatur propter dictum hospitium. Quidam hunc Homeri magistrum tradunt, quidam non hunc, sed Aristeũ Proconnesium. *Autor Strab. li. 12. Vide Apuleium in Floridis.*

Crepax, acis, *Vide* CREPO.

Crepæ, A principio capræ sunt appellatæ, quòd cruribus crepent. *Fest.*

Crepērus, a, um, pen. cor. Dubius. {חָלוּי *talúi.* ἀμφίβολος. GALL. Douteux. IT. *Dubio.* GER. Zweyfelhafftig. HIS *Duodoso.* AN. *Doubtsome, vncertane.*} Vnde Creperum bellum, anceps & dubium. *Lucret. libr. 5.* Exæquatáque sunt creperi certamina belli. *Varro lib. 5. de ling. Lat.* creperas res dubias esse scribit, atque inde dictum esse crepusculũ, quòd diésne sit an nox dubitetur.

Crepī, Luperci dicti sunt, à crepitu pellicularum, quem faciunt verberantes. Mos enim erat Romanis, nudos discurrere in Lupercalibus, & obuias quasque fœminas pellibus ferire. *Festus.*

Crepīdã, pen. cor. Tuscum calceamentum, *teste Seruio,* quod corrigiis ligabatur. {κρηπίς. GA. Pantoufles, qui n'auoyent anciennement qu'vne semelle par dessous, & par dessus des corroyes & brides, comme petis patins. IT. *Pianella.* GE. *ein pantoffel.* HIS. *Alcorque, ò chinela* ANGL. *A pantouffle or a slipper.*} Apud Latinos poetas corripit primam, quãuis apud Græcos scribatur per vocalem longam. *Persius,* Non hic qui in crepidis Graiorum ludere gestit. Ex quo Persij loco etiam apertè intelligitur non Tuscum sed Graium calceamẽtum esse: *id quod & Cornutus Persij interpres scribit in Satyr. 1.* Dicitur autem à pedum crepitu, qui incedendo, dum subinde solea calcaneum ferit, excitatur. [Ad pallium & crepidas se redegit depositò pãtrio habitu. *Suet. in Tib. ca. 13.* In crepidis esse. *Suet. in Calig. c. 52.*]

Crepīdŭlã, diminutiuum, κρηπίδιον *Gell. lib. 15. c. 20.* Omnia fermè id genus, quibus plantarum calces tantùm in fine teguntur, cætera propè nuda, & teretibus habenis iuncta sunt, Soleas dixerunt, nonnunquam voce Græca crepidulas *Horat. 1. Serm.* Chrysippus dicat, Sapiens crepidas sibi nunquam Aut soleas fecit. Quidam hoc nomen à crepitu, h.e. à sono quem ambulando reddunt, dictũ appellatum. Certius tamẽ est ex Gellij & Persij autoritatibus, dicere vocem esse Græcam.

Crepīdārĭus, rij, Qui crepidas conficit. {κρηπιδοποιός. GALL. Cordonnier qui fait ou vend telles pantoufles ou patins. ITAL. *Pianellaio.* GERM. Pantoffelnmacher. HISP. *Çapatero de alcorques.* AN. *He that maketh pantouffles or slippers.*} *Gellius lib. 13. c. 20.* Eiúsque calceamenti sutores, crepidarios dixerunt.

Crepīdārĭus, a, um, Quod ad crepidas pertinet, vt, Crepidarius cultellus. *Sempronius Asellio in lib. Rerum gestarum* 14. Crepidarium, *inquit,* cultel lum rogauit à crepidario sutore. [*Gell. c. 20. lib. 13.*]

Crepīdātus, ta, tum, Crepidis indutus. {κρηπιδωτός. GALL. Empantouflé, chaussé de telles pantoufles. ITA. *Che ha le pianelle.* GE. Der pantoffelen antregt. HIS. *El que tiene alcorques.* AN. *That hath or weareth pantouffles.*} *Cic. in Pisonem,* Is nocte intempesta crepidatus vesti seruili nauim conscendit.

Crepīdo, dinis, pen. pro. Significat oram terræ, quam aqua alluit: ex hoc appellata, quòd ibi aqua alluens, crepitat quum currit, aut vndas appellit. {κυματώγη. AN. *A creeke.*} *Col. li. 9.* Præiacuntur in gyrum moles. Sic enim maris atrocitas obiectu crepidinis frangitur, & in tranquillo consistens piscis, sedibus suis non exturbatur. ¶ Per translationem verò & putei extremam oram, quæ ad ipsum puteum respicit, quę vulgò dicitur *Os putei*: & editioris cuiusque loci extremitatem solemus Crepidinem appellare, vt *apud Hieronymum.* In crepidine viæ. *Senec.* Quis crederet iacentem super crepidinem Marium, aut fuisse, aut futurum Consulem? ¶ Vnde etiam pro abrupti saxi altitudine ponitur. *Virg. li. 10.* Fortè raris celsi coniuncta crepidine saxi Expositis stabat scalis, & ponte parato. [Vide interpret. Iuuenal.]

Crepo, pas, pui, pitum, Soro, percrepo. {הָמַה *hamáh.* λακεῖν. GAL. Bruire, cr... ier, craqueter, peter, faire bruit. IT. *Far strepito, suonare.* GER. Zöhnen/rauschen/knellen. HI. *Hazer ruido lo que sequiebra.* AN. *To make a noise, to rustle or ringe.*} Quid crepuit quasi ferrũ modò. *Plau. Aul. sc. 3. a. 4.* Atat foris crepuit. *Pla. Au!. sc. 3. a. 4.* Sed interim fores crepuere, linguę moderandũ est mihi. *Plau. Curc. sc. 1. a. 4.* Vide Concrepo, vt *Mil. sc. 4. a.* 2. Cõcrepabunt manu malę tibi. *Pl. Merc. sc. 5. a. 2.* Ostium lenonis crebi intestina crepant? Vbi sarur sum, nulla crepitant: quãdo esurio, crepitant. *Plau. Men. sc. 5. a. 5.*] id est, murmurãt & sonant, quod intestinis inanibus accidere solet. *Plau. in Amph.* [*sc. 2. a. 1.*] Orationem cõprimam, crepuit foris. *Teren. in Adel.* Sed quisnam crepuit foris? *Ouidius,* Et, crepat ad medios laurus adusta focos.

¶ Per translationem ponitur pro dolere, queri, accusare. *Hor. lib. 1. Car.* Quis post vina grauem pauperiem crepat? Hinc componuntur Concrepo, id est, personо, διαλαλέω. Vnde Concrepare digitis, est digitis sonum edere. *Cic. Off. 3.* Itaque si vir bonus habeat hanc vim, vt si digitis concrepuerit, possit in locupletum testamenta nomen eius irrepere. Increpo, quod est etiam crepitum vel sonum emitto. Item deprehendo, sed veluti cum crepitu, id est, verborum pedúmve strepitu. *Tancer, reprendre aucun a grand bruit. Cic. 4. Acad.* Sed tamen illis versibus, increpãt eorum arrogantiam, quasi irati: Percrepo, valdè crepo. *Cic. 4. Ver.* Locum istum litoris percrepare totum mulierum vocibus: cantúque symphoniæ. Et habent pen. cor.

Crepito, as, pen. cor. Crepitũ edo, frequenter crepito. {חָמַה *hamáh.* ψοφεῖν. GA. Craqueter souuent, & faire bruit, peter, bruire souuent. ITA. *Far strepito.* GE. ein gereusch oder getõn machen. HI. *Hazer ruido.* AN. *To make a rustling or ringing of ten, or twice, to fart.*} *Pl. li. 12. c. 17.* Myrtata reprehenduntur, crepitántque in igne.

Crepĭtŭlum, Ornamentum capitis, quod in capitis motu crepitum facit. *Festus.*

Crepĭtācŭlum, Sistrum æreum instrumentum, quod manibus percussum reddit sonum, in Isidis sacris solẽne, *teste Valer. li. 4. c. 29.* {עִכְסֵי *béches.* σείστρον, κρέμαλον. GA. Instrument pour faire bruit, comme vne sonnette, ou clochette, crecerelle, & semblables choses IT. *Cembalo, campanello, suonaglio, & cose simili.* GER Glöckling/oder andere eerine instrument/ an welche so man schlecht/es ein thon gibt. HIS, *Castillejo, iuego de ...os* AN. *A sowning or ratling instrument, as a drumme and such like.*} *Colum. li. 9. c. 12.* Crepitaculis æreis, aut testarum plerunque vulgò iacentium sonitu terreatur fugiens iuuentus. *Quint. li. 9. c. 4.* Et sonum edant puerilium crepitaculorum. [*Mart. epig. 59. li. 14.*]

Crepĭtācĭllum, diminutiuum à crepitaculo, κρεμαλύδιον. *Lucretius li. 5.* Nec crepitacillis opus est. Alius legitur, crepitacula eis.

Crepāx, acis, à Crepando: sicut ab edendo, Edax, Vnde Crepacem malã, quodam in carmine dixit Mecœnas, *referente Sen. Epist. 115.*

Crepĭtŭs, tus, Sonitus est, qui ex concussione & impulsu resultat. {שְׁאוֹן *schaón* הָמִית *hamith.* ψόφος, κερκαρύγμη, βόμβος. GA. Son violent & soudain de quelque chose que ce soit. IT. *Strepito.* GERM. Ein knall/thon/tracht, HIS. *Sonido ò ruido de lo que se quiebra.* AN. *A hastie and suddane sowne of any thing.*} ¶ Vnde pedentis sonum, Crepitum ventris dicimus, quę Stoici æquè liberum esse debere, atque ructum affirmabant. *Plaut. in Curc.* [*sc. 3. a. 2.*] Vbi quid furripuêre, operto capitulo calidam bibunt: Tristes atque ebriosi incedunt. Eos ego si offenssero, ex vnoquoque eorum eliciam [aliàs excutiam] crepitũ polentarium. [Strepitus, crepitus, sonitus, (de flumine) *Plau. Amph. sc. 1. a. 5.* Sonitus prohibe forium, & crepitum cardinum. *Pl. Cur. sc. 3. a. 1.* Sonitũ & crepitum claustrorũ audio. *Pl. Cu. sc. 3. a. 1.* Crepitũ digitorũ poscere matellã. *Mar. ep. 119. li. 14.*] Et Crepitus plagarũ dixit *Ci in Ver. 7.* Crepit' dentiũ, *Cic. 4. Tusc.* Crepitus armorũ, *Pli. li. 2. c. 57.* Crepitus forium, *Pl. in Cur.* Crepitus frænorũ, *Varro li. 2. c. 7.* Crepitus gladiorum. *Hir. li. 6.* Crepitus imbrium, *Pli. lib. 12. c. 1.* Crepitus pedum, *Cic. in Top.* ¶ Ne crepitu quidem digiti dignus, οὐκ ἄξιος ψόφου δακτύλου. De deridiculo, nulliúsque pretij homine. *Athenæus li. 12. de Sardanapali epitaphio.* Et is gestus & prouerbium in hodiernum vsque diem manet apud nostros, quum aiunt, Ne huius quidem facio. ¶ Crepitu probabis, πλαταγῇ δοκιμάσεις. De iis qui ridiculè explorant alterius in sese animum. *Suidas.*

CREPSA, *Ptolemæo,* Liburniæ vrbs, Crexa dicta *Plinio.*

Crepūndĭã, orum. {παίγνια, ἀθύρματα παιδικά. GA. Toutes petites choses dequoy les enfans se iouent, comme poupees, aneaux, charnettes, & telles choses. IT. *Ornamenti da bambini.* GERM. Allerley ding so man den kinderen gibt/so zu geschweigen/als dorffen/klässten/schallen. &c. HI. *Los diges ò iuguettos ò panales delos minos.* A. *A laykin babie. trifftes geuin to children.*} Dicũtur prima munuscula, quę dantur pueris: vt sunt fasciolæ, linteoli, vestes, bullæ, coralia, ensiculi, crepitacula, & puerilia ornamẽta huiusmodi, quibus pueri delectantur: a crepãdo id est, tinniendo dicta: quoniam infantes crepitaculis maximè gaudent. *Plaut. in Rud.* Sunt crepundia D. Ecca, video qua facie sunt. Ensiculus est aureolus, primùm literatus, Pòst altrinsecus est securricula anceps, item aurea, literata, Post sicula argenteola & duæ connexæ maniculæ: Et sucula, & bulla aurea est, pater quàm dedit mihi natali die, *Pli. lib. 11.* Semestris loquutus est Cræsi filius in crepundiis, quo prodigio totum id concidit regnum.

Crepūscŭlum, Lux dubia, quæ fit ante solis ortũ, & ante occasũ. {נֶשֶׁף *neschéph.* δείλη, ἀμφιλύκη. GA. Le têps quand le iour faut, entre chien & loup, iour faillant. Itẽ, le point du iour, quãd la nuict faut. IT. *Luce dubia quando si fa sera ouero giorno.* GE. Die zeit wann tag vnd nacht scheydet/besonders am abent. H. *Entre lubrican ò entre dos luzes.* AN. *The euening, or vncertane light before the sone rise or go downe, the twylight.*} à Crepero, h.e. dubio: quia tũc multis dubiũ est, dies sit iã, an nox. *Pl.* Orientesole, aut occidẽte matutini vespertiníve cognominati, prout alterutri eorũ manè vel crepusculo cõtigit. *Col. li. 7.* Iuxta cõseptũ saxis & canalibus sal superiectus, ad quẽ saturę pabulo libẽter recurrunt cum pastorali signo quasi receptui canitur: nã id quoq; semper crepusculo fieri debet. *Luc.* Longa repercusso nitucre crepuscula Phœbo. [Inde domum redeunt sub prima crepusculа (noctis) mœsti. *Ouid. 5. Fast.*

Crepūsĭã, apud Sabinos nominati, qui eo tempore erant nati. Et *Sidonius* horam vespertinam, Crepusculã scentem dixit.

Cres, [Phœbo gratissima dona Cres tulit. *Tib. li. 4. Vide* CRETA.

CRESCĒNS, κρήσκης. Philosophus Cynicus Iustino martyri infensus, *vt pluribus testatur Tatianus in bello contra gentes.*

Cresco, is, creui, cretum, Augeor. {גָּדַל *ghadhál* רַבָּה *rabáh.* αὔξανω, πολύομαι. GALL. Croistre, s'augmenter. IT. *Crescere, aumentare.* GER. wachsen/oder zunemmen. HISP. *Crecer.* ANG. *To growe or encrease.*} *Iuuen.* Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit. *Cicer. 2. de Diuin.* Ostreísque & conchyliis omnibus contingere, vt cum luna pariter crescant, paritérque decrescant. *Idem pro lege Manil.* Quũ socii pertimuissent hostium opes, animíque creuissent. [Et qui Cæsareo iuuenes sub nomine crescunt. *Oui. Ele. 2. li. 4. Trist.* Vel quod adhuc crescens & rude carmen erat. *Ouid. Eleg. 6. libr. 1. Trist.* Creuisti

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſub nouerca, *Senec. cap. 2. de Conſol. ad Elb.* Creſcere alicuius criminibus *ex Liuio libro quinto d. 4.* *In domo alicuius creuiſſe, pro Nutritum ab infantia fuiſſe. *Sueton. in Othone ca. 1.* Per gratiam Liuiæ Auguſtę, in cuius domo creuerat, Senator eſt factus. Huius compoſita ſunt Accreſco, adaugeor. συμφύομαι. Concreſco, ſimul creſco, & coniungor, συμπήγνυμαι. Vnde concretum, conglutinatum, συμπαγής. Decreſco, diminuor, Excreſco & Increſco, valde creſco, vnde incrementum, Recreſco, rurſus creſco, ἀναφύομαι. Succreſco, inferius vel paulatim creſco. Supercreſco: *qua vide ſuis locis.*

Crēmentum, Pro augmento. αὔξησις.

Crētĭo, pro additione hæreditatis, *Vide in* CERNO.

CRESEIS, Nymphæ marinæ nomen à fontib. dictæ: κρηὶς enim fons dicitur. *Perottus.*

CRESIVM, κρήσιον, vrbs Cypri. *Steph.*

CRĒSSĂ, κρῆσσα, Oppidum Paphlagoniæ eſt, *teſte Stephano*, poſt excidium Troianum à Merione conditum. ¶Eſt & portus Cariæ, Rhodo inſulæ oppoſitus. *Plin. lib. 5. c. 28.* ¶Creſſa etiam dicitur mulier ex Creta. *Vide in dictione* CRETA.

CRĒSSĒ, *Herod. lib. 7.* regio Pallenæ vicina, ac Thermæo ſimul contermina.

CRĔSTŌN, Κρῆστων, Oppidum, *de quo Herod. lib. 1.* Qua lingua Pelaſgi ſunt vſi, affirmare non poſſum, ſed coniectura ſignorum, licet dicere eadem qua nunc Pelaſgi vtuntur, qui ſupra Tyrrhenos vrbem Creſtonem incolunt, quodam tempore finitimi eorum qui nunc Dores vocantur. ¶Eſt & nomen regis Bithyniæ, *cuius meminit Iuſtinus, lib. 38.*

CRĒTĂ, tæ, & Crete, tes, κρήτη. GERM. Ein groſſe Inſel im Hegaiſchen meer gelägen/heißt jen Candia. {Inſula in medio Ponto, centum vrbium fama clara, quæ (*vt ſcribit Strabo*) à Septentrione Ægæo alluitur ſimul & Cretico pelago: ab Auſtro Libyco: ad Occidentem Ægylam & Cytheram ſpectat: ad Orientem Carpathon. Habet in longitudine ducenta millia ſeptuaginta paſſuum, in latitudine quinquaginta millia. Circuitus eius quinquaginta octogintanouem millia paſſuum complectitur. Hodie Candiam vocant. Inſignes in ea vrbes ſunt, Cortyna, Cydon, Gnoſſus Minois regia & Strabonis Coſmographi patria. Nullum in Creta animal noxium eſt, optimíque vini fertiliſſima eſt, *de qua Virg. 3. Æneid.* Creta Iouis magni medio iacet inſula ponto, Mons Idæus vbi, & gentis cunabula noſtræ, Centum vrbes habitant magnas vberrima regna. Primùm dicta eſt Cureta, ab habitantibus Curetibus, & per ſyncopem Creta. Alij dicunt Cretam dictam à Crete quodam Iouis filio Curetum rege. Alij à Crete nympha Heſperidis filia. Arrianus non à Crete nominatiuo, ſed à Cres, Cretis genitiuum faciente, nominatam dicit: ſic enim vocatum ait eum qui Iouem abſcondit in monte Lycæo. ¶Eſt & Creta oppidum Scythiæ, *Valer. Flac. lib. 1.* quoties paucos ad littoris ictus Deciam: Scythicum metuens Pontúmque Cretámque. [Cretides nymphæ. *Ouid. 3. Faſt.* Qui veſtitu & Creta occultant & ſedent, quaſi frugi eſſent.]

Crētēs, vocantur eius inſulæ populi, & mulieres Creſſæ. κρῆσσαι.

Crēſsēūs, & Creſſius adiectiuum κρήσσιος. Sunt autem hæc nomina quę ex maſculino fœmininum ad ſimilem formam mittunt: ſcilicet Cres Creſſa, Libys Libyſſa, Phœnix Phœniſſa, Thrax Threiſſa. *Tibullus*, -etiam Phæbo gratiſſima dona Cres tulit: *Auſonius*, Præpetibus pennis ſuper aëra vectus homo Cres. A Crete verò fiunt Creticus, κρητικὸς, & Crerenſis.

Crētĕūs, a, um, Quod ex Creta inſula eſt. κρητῷος. *Ouid.* Stratáque Cretęam bellua ſtrauit humum.

Crētēnsĭs, κρής, Nomen gentile à Creta inſula deductum. Vnde prouerbium, Cretizare cum Cretenſi, μετὰ Κρῆτα κρητίζειν. i. aduerſus mendaces mendaciis vti. ¶Cretenſis Cretenſem, ὁ κρὴς τὸν κρῆτα, ſubaudi, quod erit commodum ſententiæ, prouocat, conatur circumuenire, aut tale quippiam. Quoties improbus agit cum improbo, perfidus cum perfido. Sumptum adagium à Cretenſium moribus, quos plurimis conuitiis in ceſſit antiquitas. ¶Eundem obtinet ſenſum, Cretenſis cum Ægineta, Κρὴς μετ' Αἰγινήτου: ſubaudiendum, agit. Quadrat in pariter improbos, qui mutuis inter ſe fallaciis agunt. *Cic. 3. de Nat. deo.* Tertius Iupiter Cretenſis Saturni filius.

Crētĭcŭs, a, um, adiect. formatum à Creta inſula. κρητικὸς, vt, Creticum mare. *Hora. 1. Car. Ode 26.* [*Pla. Am. ſc. 4. a. 4.* Per freta Ionium, Ægeum, & Creticum.]

Crētă, Terra tenax. {χιμωλία γῆ. GALL. Creye ou croye, terre blanche de quoy on ſe ſert pour marquer. ITA. *Creta, terra tenace.* GER. Kreiden. HISPA. *La greda ò barro blanco.* ANG. *Chalke.*} vel à Creta inſula, in qua optima prouenit vel à creſcendo: quoniam proprietas eius eſt, vt macerando creſcat, quod in primis cretæ Vmbricæ accidit, quam vocant ſaxum, quæ nonniſi poliendis veſtibus adhibebatur, iiſque duntaxat candidis. Erant & Cimoliæ cretæ duo genera, candidum vnum, & alterum ad purpuriſſum inclinans, vtrunque veſtibus aptum. Hac medici aduerſum morbos vtuntur. Laudatur & Creta Theſſalica. Ité quæ argentaria appellatur nitorem argenteum reddens. Vtiliſſima erat creta, qua pedes vænalium trans mare aduectorum notare mos erat. Creta Aſiatica. *Ci pro Flac.* Hæc quæ eſt à nobis prolata laudario, obſignata erat creta illa Aſiatica, quæ eſt ferè omnibus nota nobis. Tenax creta, *Vir. 1. Geor.* ¶Creta notare, Pro approbare: ſicut carbone notare. pro damnare, prouerbiali figura legimus. *Perſ. Sat. 5.*

Crētŭlă, dim. *Cic. 6. Ver.* Quum Valentio eius interpreti epiſtola Agrigenti allata eſſet, caſu ſignum iſte anima duertit in cretula.

Crētăcĕŭs, a, um, adiect. {ὁ ἐκ τῆς χιμωλίας γῆς. GA. Qui eſt de croye. ITA. *Di creta.* GE Von kreiden gemachet. HIS. *Coſa de materia de greda.* ANG. *Of chalke.*} vt Cretacea filigo, quę creuit in loco cretoſo. *Plin. l. 18. c. 9.* Ruſior illa, at Piſana candidior, ponderoſior verò cretacea.

Crētăcŭs, a, um, Quod eſt creta inſperſum. {ὁ τῇ χιμωλίᾳ χραθεὶς. GA. Blanchi ou marqué de croye. IT. *Cretato, intretato.* GE. Mit kreiden gerweyſſget. HIS. *Coſa vntada congreda.* ANG *Made white or marked with chalke.*} vnde Cretati pedes dicebantur, qui creta erant dealbati, quales ſolebant eſſe ſeruorum pedes, qui trans mare vænales aduehebantur. Vnde *Plinius* inter prodigia inſolentis fortunæ commemorat, liberos aliquòt Prętoris ornamentis decoratos rediiſſe eò, vnde cretatis pedibus aduenitſſent. Ad hoc alludit *Iuuen.* quum ait, Nuper in hanc vrbem pedibus qui venerat albis.

Crētæfodīnă, æ, Locus vbi creta eruitur. {ANGL. *A chalke pitte.*} *D. li. 7. Tit. l. 9.* Sed ſi lapidicinas habeat, & lapidem cædere velit, vel Cretæfodinas habeat, &c. Alibi Cretifodina.

Crētōsŭs, a, um Quod eſt creta plenum: {ὁ τῆς χιμωλίας γῆς μεστός. GA. Abondant en croye. IT. *Pieno di creta.* GE Kreidechtig/voll kreiden. HIP. *Pleno de greda.* ANG. *Full of chalke, chalckie, Plin. li. 15. c. 18.* Cato de ficis ita memorat, Ficos mariſcas in loco cretoſo, aut aperto ſerito. *Ouid. 7 Metamor.* Cretoſa rura, & ager cretoſus.

CRETENIA, κρητηνία, locus Rhodi, vbi Althemenes habitabat, qui quum ex oraculo patrem ſe occiſurum accepiſſet, dum fugit, ne hoc perpetret, noctu in nauigium incidit, in quo piratas eſſe ratus, patrem occidit. Supra Cretenian Arabij montes ſunt. *Step.*

CRĒTHĔVS, diſſyllabum, in genitiuo Crethæos, κρηθεύς Æoli filius fuit, qui ex Tyro Salmonei fratris filia Æſonem genuit, Alcimedontem, & Amythaonem.

Cretheius, denom. vt Virgo Cretheia *apud Flac. li. 1.* dicitur, Helle Crethei neptis.

Crētĭnos, batis *Pli.* (cui duplex batis marina, & hortenſia. *l. 21. c. 15.*) Herba eſt cuius folia ſunt anguſtiora quàm portulacæ, ſed craſſiora.

CRETHON, onis, Filius fuit Diocliſ, qui cum fratre Orſilocho ad bellum Troianum Græcis anxilium laturus profectus eſt: ſed quum hi duo nimium ſuis viribus confiderent, cum Ænea congredi non dubitauerunt, à quo etiam ambo ſunt interfecti. Quin & eorum cadauera vix à Menelao & Antilocho ex hoſtium manibus ſubtrahi potuerunt.

Creticus, ſubſtantiuum {κρητικός. Genus pedis eſt, qui conſtat prima & tertia longis, & media breui, vt Sanitas. Alio nomine Amphimacrus.

*Creui, præteritum, Modò ſignificat Hæreditatem adij: modò Maiorem tate vel cenſu ſum: modo iudicaui: modò diuiſi. Quæ omnia à duobus verbis creſco & cerno veniunt. *Feſt.* Vide Creſco & Cerno.

CRĔŪSĂ, κρέουσα. Creantis Corinthiorum regis filia fuit, quam Iaſon, repudiata Medea, vxorem accepit: quamobrem Medea indignata, carminibus ſuis ignem inextinguibilem ſcriniolo inclusũ per filios ſuos Creuſæ muneris loco miſit: filios vero præmonuit, vt ſtatim oblato munere diſcederent. Creuſa igitur videndi cupida, nihilque mali ſuſpicãs, ſcriniolum aperuit. & continuò euoluit ignis, Creuſámque & totã Creontis regiam exuſſit. *Ouid. lib. 1. de Arte.* Cui non deſleta eſt Ephyręæ nata Creuſæ. ¶Alia fuit Priami & Hecubæ filia, Ænex coniunx, cui Aſcaniũ filium peperit. Hanc in excidio Ilij, ab Ænea, qui fugiens, patré humeris geſtabat, filiúmque manu ducebat, perditam fuiſſe in itinere dum vias notas exceſſiſſet, *tradit Maro l. 2. Æn.* Sed nonnulli eam ab ipſo Ænea ex pactione cum Græcis facta occiſam volunt, ne quis ex ſemine Priami ſupereſſet. Verum his refragatur fabula de Heleno & Caſſandra, liberis Priami, quos Græci captiuos abduxerunt.

CRĔVSĪS, κρεῦσις, Oppidum eſt in confinio Bœotiæ, Locrorum & Ætolorum, *vt annotauit Vadianus in Pom. li. 2.*

Cribrum, Inſtrumentum ex pellibus ſuillis, vt plurimum, crebris pertuſum foraminibus, ad frumenta purganda. {בברה *cheberáh* נפה *naphâh*. κόσκινον, ἦθμος. GALLIC. Crible. IT. *Cribro, vaglio.* HISP. *El criuò ò çarando ò cedaço.* ANG. *A ſiue, a ſerce.*} *Cic. de Diuinatione*, Quaſi vero quidquam interſit, mures diem ac noctem aliquid rodentes, ſcura an cribra corroſerint. *Ouid. 12. Metamor.* -vtve liquor rari ſub pondere cribri. ¶Cribro aquam haurire, vel gerere, κοσκίνον ὕδωρ αἰτεῖν, ἀντλεῖν. Prouerbium in eos qui operam perdunt. *Plaut. Pſeud. ſc. 1. a. 1.* Non pluris refert, quàm ſi imbrem in cribrum geras. [*Idem Plaut. Moſt. ſc. 1. act. 1.* O carnificinum cribrum.] ¶Cribro crebrius ſcitè dictum eſt, nec ſine prouerbij ſchemate, pro eo quod erat, plurimis locis ac paſſim. ¶Ad cribrũ dicta, πρὸς κόσκινον. Quę vera compertáque vellent, ad hunc appellabant modum. Sumptum à diuinationis genere, quòd ſuſpenſo circumactóque cribro peragebatur. Vnde natum aliud adagium, Cribro diuinare, κοσκίνῳ μαντεύεσθαι, hoc eſt, coniectura ſagaci rem deprehendere: aut ſtultè de rebus occultis diuinare. *Lucia. in Pſeu.* κοσκινοῦ τὸ, τῶν λόγων μαντεύεσθαι. Id eſt, cribro, quod aiunt, diuinans. ¶Sunt & cribra quæ è ſetis equorum, farinæ à furfuribus ſeparandæ gratia, facta ſunt, quę Farinaria, Setacea, & Subcernicula dicuntur. Sunt & Excuſſoria à lino, & Pollinaria, à Polline, quæ à nonnullis ab incernendo, Incernicula dicta ſunt.

Cribro, as. Purgo. {גרה *heniph*. σήθω. GALL. Criblet. ITAL. *Criuellare, vaglare.* GERM. Keyteren/reden/ſeuberen. HIS. *Acciruar, carandar ò cerner.* ANG. *To ſift or ſerce.*} Cribramus enim triticum & huiuſmodi, vt à puluere, & rebus immundis ſecernatur. *Col. li. 12. cap. 23.* Nam omni lentore miſſo, facilius in puluerem reſoluitur, atque cribratur. *Plin. lib. 25. c. 5.* ¶Præterea mirum inuentum eſt, quod inciſum forficulis, vt diximus, cribrant, cortex remanet.

Cribrārĭŭs, ria, rium, quod ad cribra pertinet. κοσκινικός. *Plin. lib. 18.* Item cribraria, quæ ſimili modo in tertio remanſit cribro.

Crīmĕn, Delictum, peccatum, fraus, noxia, maleficium. {פשע *péſchah* גדופה *ghiddúph. ajnu.* GALLIC. Crime, cas commis, blaſme. ITAL. *Delitto, mancamento, colpa, diffetto.* GERMA. Ein laſter/ſund. HISPA. *Crimen, gran le peccado.* ANGL. *A faulte, an offence, blame.*} *Seneca*, Vitam agens ſimplicem, rectam, ſine crimine. *Cic. ad Marium*, Sunt enim qui quum meus interitus nihil fuerit Reip. profuturus, criminis loco putant eſſe quòd viuam. *Idem*, Eodem ego te condemnabo crimine. [Crimen defendite veſtrum. *Ouid. 13. Metam.* Si ſimulare vocas crimen, ſimulauimus ambo. *Ouid. 13. Metam.* Et ſi ſunt in ſtygio crimina noſtra foro. (Si reus agor apud inferos. (*Ouid. Eleg. vlt. lib. 4. Triſt.* Non hæc mihi crimina fingi Scit benè Tydides, *Ouid. 13. Met.* Non tamen idcirco crimẽ liber omnis habebit. *Ouid. Eleg. 1. li. 2. Triſt* Crimen honeſtum (Catoni ebrietas) *Senec. ca. vlti. de Tranq.*] ¶Domeſticum ac vernaculum crimen. *Cic. actio. in Verrem. 5.* appellat, quod intra parietes admiſſum nondum peruenit in publicum rumorem. ¶Ponitur aliquando pro criminatione & obiectione ἐγκλημα. *Cic. in Phi* Hæreditatem mihi negaſti obuenisſe: vtinam hoc tuum verum crimen eſſet. Et ſic dicitur à Cerno, ſicut à Diſcerno, Diſcrimen. *Virgil. 7. Æneid* Diſſice compoſitam pacem, fere crimina belli, id eſt, contentiones, iurgia, ex quibus bellum oriatur. ¶Aliquando ponitur pro falſa ſuſpicione. *Idem 11. Æneid.* Formidine crimen acerbat. *Ter. Hecy.* Nam ſi compererit crimini tua ſe falſò vxor credidiſſe. Miſſam iram faciet. ¶Iuriſconſulti tamen inter crimen & delictum diſtinguunt perſpicuitatis ſtudio, ita vt Crimi-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

minis nomine capitalis fraus intelligatur, veluti cædes, adulteriũ, &c. Delicti verò priuata noxia, vt furtim, iniuria. ¶ Crimen quandoque etiam pro criminatione ponitur, vt quum accusatores perseuerare dicuntur in crimine, id est, in criminatione siue in criminando. (*Plau. pſ.ſc.5.a.1.* Homines qui gestant, quique auscultant crimina. (i. criminationes omnes pendeant.) ¶ Interdum pro pudore. *Ouid. Ele.11.lib.2. Amor.* Vestrum crimen erit talis iactura puellæ. *Ouid.5. Faſt.* Sceleris * crimine damnat uos. Non illud expositum nostro cum crimine haberet (i. dedecore) *Ouid.13. Met.* Tantáque non paruo crimine prætor emit (i. adulteria) *Ouid. El.1.1.2. Triſt.* Iunxit Aristides Milesia crimina secum (i. stupra) *Ouid. ibi.* Nec meus vllius crimina versus habet, (i. neminem infamaui) *Ibi.* Et quæ sine crimine castos Perpetua seruant virginitate focos. *Oui. Ele.2.l.4. Triſt.* (i. sine stupro vllo aut adulterio.)

Crimĭnālĕ, Quod est criminis. {ἐγκληματικός. ANG. *That wherin is offence.*} vt Criminalis causa,

Crimĭnālĭtĕr, vt Criminaliter agere, cui opponitur ciuiliter agere, *apud Vlp. D.lib.47. Tit.1. vlt.*

Crimĭnōsĭſſĭmē, *Sue. in Tib.* Ita assumptam criminosissimè insectatus est.

Crimĭnōsŭs, a, um, Suspiciosus, quod criminis suspicionem adfert. {רכול חלך *holéeh rachil.* διάβολος, συκοφάντης. GAL. Imposeur de crimes & cas reprochables, grand accuseur & blasmeur, grand calomniateur. ITA. *Ingiurioſo.* GER. Schmächet/der einem ein laster oder schmach zulegt. HIS. *Accuſador.* ANG. *Readie to accuſe, rebuik full, reprochefull.*} *Cic. pro Clue.* Hic tribunus plebis, modestus, prudens, non modò non seditiosus, sed etiam seditiosis aduersarius. Ille autem acerbus, criminosus, popularis homo, ac turbulentus. [Infamis, propudiosa, & criminosa vxor. *Gell. c.7. lib.2.*]

¶ Criminosum, quod in se crimen habet. *Col. lib.1.* Criminosum tamen senatori fuit supra quinquaginta iugera possedisse.

Crimĭnōsĭſſĭmŭs, superlat. *Suet. in Caſ c.54.* Aulique Cecinnæ criminosissimo libro, & Pitholai carminibus maledicentissimis laceratam exi stimationem suam ciuili animo tulit.

[Criminosissimè. *Suet. in Tib c.53.* Criminosissimè insectari.]

Crimĭnōsē, aduerbium, Suspiciosè. {רכיל *rachil.* ἐγκληματικῶς. GA. En imposant crime & blasme, criminellement. ITA. *Imponendo colpa & biaſmo.* GER. Mit zůlegung einer schand oder lasters. HISP. *Criminalmente.* ANG. *Rebuike fullie, in the way of accuſation.*} *Cic. pro Roſc. Ameri.* Quũ enim aliquid habeat quod possit criminosè ac suspiciosè dicere, aperte ludificari & calumniari sciens non videatur.

Crimĭnārī, Est culpare, accusare, contumeliosè reprehendere. {רכיל חלך *rachil haláeh* שטן רבה הוציא *ſatán rabbáh hotſi dibbáh.* αἰτιᾶσθαι, διαβάλλειν. GAL. Blasmer & reprocher, accuser. ITA. *Incolpare, accuſare, calonniare.* GERMA. Lästeren/von eines lasters wegen felschlich beklagen. HISPA. *Aecuſar, culpar.* ANGLIC. *To blame and rebuke, to accuſe falſelie.*} *Cic. ad Att.* Me tantùm comperisse omnia criminabatur. Et dicimus, Criminor te furti illi, vel apud illum. *Terent.* Hoc metu, ne me criminaretur. *Cic. 3. Offic.* C. Marius. Qu Metellum apud Romanum criminatus est, bellum illud ducere. [Criminari vxorem *Sueton. in Tib. cap.10.*]

¶ Criminat pro criminatur *apud Enn. lib.3. Satyr.* Nam is non benè vult tibi, qui falsò criminat apud te.

Crimĭnātĭo, Obiectio, reprehensio, accusatio. {שטנה רבה *ſitnáh rabbáh. dibbáh.* διαβολὴ, συκοφαντία. GAL. Blasme, reproche, accusation. ITAL. *Colpa, biaſmo.* GE. Lesterung/schmächung/zulegung eines lasters. HISP. *Aquella accuſation de crimen.* ANG. *Blaming, reproching or accuſing falſelie.*} *Cic. pro lege Agrar.* Nunquid est causæ, Quirites, quum illa criminatione, qua in me absumtem vsus est, non solum meam, sed etiam vestram diligentiam, prudentiámque despexerit.

CRIMISSA, æ, κρίμισσα, Oppidum est in extremis Italiæ finibus, iuxta Thurium & Crothonem: ita dictum à Crimissa Nympha. Gentile est Crimissæus. *Strab. lib.7.*

Crinanthemon, κρινάνθεμον. Flos notissimus: *quem Dio* κρίνον βασιλικὸν. Romani lilium appellant.

Crīnēs, Capilli. {שער *ſeſár* צמה *tſammáh.* πλόκιος. GAL. Cheueux, perruque. IT. *Crini, capilli.* GE. Haar. HISP. *Cabellos.* AN. *The hoars of the head.*} Κατ' ἐξοχὴν, hoc est, à discernendo dicti. *Virg.4. Æneid.* Et crines flauos. *Cicer.5. Verr.* Hæc ciuitas mulieri redimiculum præbeat, hæc in collum, hæc in crines. *Tacitus de moribus Germ.* Accisis crinibus nudatam, coram propinquis expellit domo maritus. [Resoluto crine pretetur. *Ouid.3. Faſt.* Crinibus demissis agnam Iunoni pellex cędito. *Gell.c.3. lib.4.* Soli gerundum morem censeo, & capiundas crines: (vt matronæ solent nubentes. *Plaut. Moſt. sc.3.a.1.* ¶ Capere crines. *Plau. in Moſt.* dixit, pro arripere occasionem oblatam, & arreptam retinere. Crinis etiam piscium dicitur. *Plin. lib.9.c.30. de polyp piſce.* Nanque & afflatu terribili canes agebat, nunc extremis crinibus flagellatos, &c. ¶ Crinis etiam videtur esse genus vinculi ex crine equinæ caudæ cõfecto. *Plin. lib.17 c.22.* Iugum fit pertica, aut arundine, aut crine, funiculóve, vt in Hispania Brunduſióque.

Crīnālĭs, le, adiectiuum. {κόμης πλοκῆς. GAL. Des cheueux, des appartenances des cheueux. IT. *Pertinente à capelli.* GERM. Das zůdem haar gehört. HI. *Coſa perteneciente à los cabellos.* AN. *That belongeth to heare.*} Quod pertinet ad crines, vt, Vitta crinalis. *Ou. 5. Met.* Crinalem capiti vittam natæque sibíque Detrahit.

Crīnālĕ, subst antiuum, neutr. gene. {τὸ ὀπλάριον. AN. *An hear, a caule.*} *Ou. 5. Met.* ornabant aurata monilia collum, Et madidos myrrha curuum crinale capillos.

Crīnĭgĕr, ra, rum, Qui multos habet crines. βοστρυχοφόρος. GALLI. Qui porte perruque, cheuelu. ITA. *Canigliuto.* GERM. Haarechtig/der vil haar hat. HISPA. *Coſa que tiene ò trae cabellos.* ANG. *That hath much heare, Luca. lib.2.* Et vos crinigeros bellis arcere Caicos Oppositi, petitis Roma.

Crīnīrĕ, Est crines emittere, {πτυχοφυεῖν. GAL. Mettre cheueux. ITAL. *Mettere capelli.* GERM. Haar vberkommen. HISP. *Encabellecer ò criar cabellos.* AN. *To groww hearie.*} quod verbum legitur *apud Statium 4. Thebaid.* vatem cultu Parnassia monstrant Vellera, frondenti crinitur cassis oliua.

Crīnītŭs, a, um, Quod crines habet. {צמים *tſammin.* κομώντες. GAL. Cheuelu. IT. *Crinito, che ha i capelli.* GER. Haarechtig. HISP. *Coſa de luengos cabellos.* AN. *Heavie, that hath heare.*} *Virg.1. Æneid.* cithara crinitus Iopas Personat aurata. Crinita stella. *Cic. de Nat. deor.* Tum stellis his quas Græci Cometas, nostri Crinitas vocant *Idem 6. Verr.* Gorgonis os pulcherrimum, crinitum anguibus, reuellit atque abstulit, Galea crinita triplici iuba, *Virg.1. Æneid.* Male crinita mulier, *Ou.3. de Arte.*

Crinina, Vnguenti genus, valetudinis causa comparatum. *Pompon. L.11. de auro & arg.* Vnguentis, *inquit*, non tantùm ea legata videntur, quibus vngimur voluptatis causa, sed valetudinis, qualia sunt commagena, glaucina, crinina, rhodina, &c.

CRĪNĪS VS, κρίνισος, Siciliæ fluuius, Segestæ vrbi vicinus: *de quo Seruius huiusmodi refert fabulã:* Quum Laomedon Neptuno & Apollini mercedem pro ædificatione murorum Ilij recusaret, Neptunus iratus Troiæ cetum immisit, vt eam vastaret. Consultus Apollo finistra dedit responsa, puellas scilicet belluæ esse obiiciendas. Hippocrates igitur nobilis Troianus timens ne & Hegesta filia sua ceto, vt Hesiona exponeretur, naui eam imposuit, vt potiùs se non videnti mergeretur fluctibus, quàm coràm deuoraretur. Sed illa casu in Siciliam delata, Crinisо placuit, qui in canem, seu vrsum mutatus, eam oppressit: suscepitque ex eo concubitu Acestem, Siciliæ regem. *Vir. lib.5. Æneis:* Troia Crinisо conceptum flumine mater Quem genuit, &c.

Crinomenon, τὸ κρινόμενον, à Rhetoribus appellatur contentio quæ ex statu efficitur, & circa quod versatur certamen totius controuersiæ: Latini Quæstionem vocant, *teste Cic. in Top.*

Crīnŏn, κρίνον. *Plin. lib.21.c.7.* Lilium rubens appellat, quod alio nomine cynorrhodon dicitur, in Antiochia, Laodicea, Syria & Phaselide laudatissimum prouenit ens. *Dioſcorides* tamen Græcique ferè omnes nullo discrimine τῷ κρίνῳ appellatione omnia lilii genera intelligunt: *The phraſtus* quatuor ponit lilиorum genera, ex quibus quod Vere erumpit mox post violam album, peculiari nomine κρίνον appellant.

Crinonia, κρινωνία, Frutex est lilij, *teſte Suida:* Nam lilium Græci κρίνον appellant.

CRIONA, κριώνα, *Steph.* Vicus est Athenienſium, in tribu Antiochide.

Crios κρίος, Ceteris genus, quod Latini Arietinum appellant, ab arietini capitis figura: à qua & Græca appellatio fluxit. Nam illi arietem κριὸν appellant. ¶ Fuit etiam Crios κρίος proprium nomen Athletæ cuiusdam ex Ægina insula, apud Græcos cantatissimi.

Κριοῦ μέτωπον, Id est, arietis frons, Cretæ insulæ promontorium est ad Occidentem, versus Cyrenas, *vt ſcribit Rufus ex Dionyſio.* hic procul ingens Inclinat rupes se se, obuia fluctibus altis *Et paulo poſt,* vt ferus ora Est aries, vtróque minax petit obuia fronte. *Vide Pompon. Melam li: 2. in deſcriptione Cretæ insulæ: & Pl. l.4. c.12.*

Crisis, {δίκη κρίσις. } Iudicium, iudicatio, sententia. Vnde Dies Criticí dicti, siue (*vt Cenſorino placet*) Crisimi, κρίσιμοι, hoc est, iudiciales & decretorij, *de quibus infrà.*

CRISPVS SALVSTIVS, Latinæ historiæ princeps fuit *(teste Martiale)* cuius hoc de illo extat elogium, Crispus Romana primus in historia. {GER ein Romischer historyschreiber.} Thucydidi ex Græcis opponitur à Quinciliano elegantia dicendi, Attica breuitate, sententiarum crebritate. Taxatur autem à Pollione, vt nimis antiquarius, & ex Catonis originibus verba mutuatus: Trogo autem quòd orationibus nimis longis vtatur, sicuti & Thucydides. Ciceronis acerrimus inimicus fuit, vt ex vtriusque inuectiuis constat. Eius de auaritia sententiam laudat *Gell. lib.3. c.1.* Auaritia (inquit) pecuniæ studium habet quam nemo sapiens concupiuit: ea quasi venenis malis imbuta, corpus animúmque virilem effœminat: semper infinita & insatiabilis est: neque copia, neque inopia minuitur. *Idem Gell. lib.17. c.18* de Crispo Salustio sic scribit: Marcus Varro in literis, atque vita, fide homo multa & grauis, in libro quem inscripsit Pius, aut de Pace, Crispum Salustium scriptorem feriæ illius & seueræ orationis, in cuius historia notiones Censorias fieri atque exerceri videmus: in adulterio deprehensum & ab Annio Milone, & loris bene cæsum dixit: & quum dedisset pecuniam, dimissum. *Hæc Gellius.* ¶ Fuit & Crispus Constantini Cæsaris filius, à patre interf. ctus. ¶ Crispus item Vibius, ore cõpositus, & iucundus: priuatis tamen causis, quàm publicis melior; *vt ait Quintil.*

Crīſpus, a, um, adiectiuum est: θλικος, πτίχευλος. GALL. Crespe, crespu, ondoyant, madré. ITA. *Creſpo, ricio, ricciuto.* GER. Kraus. HIS. *Creſpo.* AN. *Curled, wrinckled, braide.*} vt Crispus capillus: id est, intortus. *Plau. in Tuscul.* Compositos, crispos cincinnos tuos vnguentatos. [Crispus, cincinnatus. *Plaut. Cap. sc.1.a.3.* Crispum agmen orationis & rotundum.] Crispum folium *Plin. lib.12.c.15.* Folium oliuæ, verùm crispius & aculeatum. Crispissimum folium, *apud Colum lib.11.c.103.* Crispæ abies. *Cic.3. Tuſc.* Crispioris elegantiæ materies & ob id Persis gratissima, *Plin. lib.13.c.39.*

[Crispicans, antis. *Gell. cap.11. lib.18.* Ventus mare cæruleum, crispicans nitescere facit.

Crīſpŭlus, diminutiuum à Crispus, θριλος, θλόπεος. *Martia. lib.5.* Crispulus iste quis est, vxori semper adhæret Qui Mariane tuæ? crispulus iste quis est?

Crīſpo, as, are, Crispum reddere. θλόω, θλον ποιῶ. GAL. Faire crespe. ITA. *Increſpare.* GER. Kraus machen. HIS. *Creſpa, otra coſa.* ANG. *To wrinckle and courle the heare.*} *Plin. lib. 28. cap.* Limi cinere crispat capillum. ¶ Crispari terra herbis, dicitur per translationem. *Colum. lib.10.* Nunc apio viridi crispetur florida tellus.

Crīſpāns, tis, {ANG. *Brandiſhing or ſkaking*} participium. *Virgil. l.1. Æn.* Bina manu lato crispans hastilia ferro.

Crīſpātŭs, a, um, {ANG. *That is curled or wrinckleg.* vt Buxus crispata cacumine. *Claud.2. de rap. Proſerp.*

Crīſpĭſulcāns, adiectiuum: vt Crispisulans fulmen. *Cic. in Topic.* At quũ in Aiacis nauim crispisulcans ignea fulmen iniectum est, inflammatur nauis necessariò.

CRĪSSA, æ, κρίσσα. Oppidum maritimum Phocidis, à Crisso Phoci filio conditum, vnde Crissæus sinus, κρισσαῖος κόλπος, qui & Corinthiacus appellatur, per octo stadiorum fauces, quæ inter Rhium sunt, & Antirrhium, in Ionium mare se se exonerans.

Crīſsāre, πεφυγίζειν, & Couere non nisi posito pudore exponi possunt. Est enim primum mulierum aptè se mouentium, dum in reuerentia sunt. *Iuuc.* Frictum crissantis adorat. Alterum masculorum dum pædicatur.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Martia'is, Sed pædicaris, sed pulchrè Næuole ceues. Ceuere etiam adulantium gestus significat. *Persius*, An Romule ceues?

Crista, Dicitur conus ille in vertice galli & aliarum quarundam auiū. {λόφος. GA. Creste, pennache. IT. *Cresta, pennachio.* GER. Der kam auff der voglen haupt. HI. *La cresta des aues, el pennacho ò cimera del yelmo.* AN. *The cappe on a birdes heade, a combe.*} *Plin. lib.* 10. *c.* 29. Vpupa, obscœna aliàs pastu auis, crista visenda plicatili. ¶ Ad huius similitudinē etiam Cristam vocamus, conum galeæ. *Vir.* 2. *Æn.* Tum galeam Messapi habilem, cristisque decoram Induit.

¶ Crista etiam herbę species est, cuius meminit *Plin. li.* 27. *c.* 5. Alectoloro phos, quę apud nos Crista dicitur, folia habet similia gallinacei cristæ, plura, caulem tenuem, & semen nigrum in siliquis. *Auellius* eandē esse credit cum ea quæ Gallicè *Veruene* dicitur.

Cristula, diminut. {λοφίδιον. ANG. *A litle combe or feathers in the crowne of birdes.*} *Col. li.* 8. *c.* 2. Rectis, rutilisque cristulis.

Cristatus, a, um, {λόφον ἔχων. GA. Qui a creste, qui est creste ou crestu. ITA. *Che ha cresta.* GER. Das ein kamb hatt. HI. *Cosa con cresta, penacho ò cimera.* AN. *Copped, combed or crested.*} Qui cristas habet: vt Cristatæ aues: estque periphrasis gallorum gallinaceorum. *Mart. lib.* 14. Cristatæ que sonant vndique lucis aues. Cristata galea, *Liuius.*

CRITHOTE, κριθώτη, *Steph.* Vrbs est Thraciæ ad Hellespontum octoginta stadiis à Cardia distans, *cuius meminit & Pli. li.* 4. *c.* 11.

CRITIAS, κριτίας, Philosophus fuit, qui dixit animam esse sanguinem, sicut & multi alij. *Vnde Virgilius*, Purpuream vomit ille animam. ¶ Fuit itē Critias quidam, vnus è triginta tyrānis Athenien sibus, & à Lacedęmoniis impositis, eloquens quidem, cæterum omnium auarissimus, atque crudelissimus, qui quū plurimis incōmodis ciuitatem affecisset, tādem à Thrasybulianis, eo in prælio, quod circa Munychiam, fuit gestum, est interfectus *Vide Xenophontem Rerum Græcarum li* 2. Huius meminit, Cic. *li. de Orat.* 2. Consequuti sunt hos (inquit) Critias, Theramenes, Lysias: multa Lysiæ scripta sunt, nonnulla Critiæ de Theramene audiuimus. *Rursum idem li.* 3. Quid Critias? quid Alcibiades: ciuitatibus suis quidem non boni, sed certè docti atque eloquentes, nónne Socraticis erant disputationibus eruditi?

Critæ, κριταί, à Græcis dicuntur iudices, qui musicis, agonicis & scenicis certaminibus præerant.

Criticus, a, um, pen. cor. κριτικός {GA. Iudiciel, qui iuge, doune iugemēt. IT *Giudiciale, che fa giudicio.* GE. Vrtheilend, ein vrtheil fellend. HI. *Iudicial, el que haze juyzio.* AN. *Iudiciall, that giueth iudgement or iudgeth.*} Idem quod iudicialis, vel iudicem agens, ἀπὸ τῦ κρίνειν, hoc est, à iudicando: vnde & poetarum censores, & iudices alienorum operum, olim Critici dicti sunt: quales fuerunt Aristarchus & Aristophanes Grāmatici: qui tantùm sibi in ipsum etiam Homerum permiserunt, vt plurimos etiam versus, tāquā nothos & subditicios, ex eius operibus sum mouerint. *Cic. ad Dolabellam li.* 9. Ego tanquam criticus antiquus iudicaturus sum. *Horat.* 2. *Epist.* Ennius & sapiens & fortis & alter Homerus, Vt critici dicunt.

¶ Critici dies vocantur, qui à medicis iudiciarij dicuntur, in quibus de ægritudinibus tatione ferri iudicium potest: quos nostri Decretorios, vocare possunt.

Crithe, {κριθή. GA. Vn orgeol. IT. *Orzolo.* GE. ein wārtle so ob dem haar desz augklydswachsst. HISP. *Orçuelo que nace cerca del ojo.* AN. *A wart or such lik thing, in the eye lide.*} Tuberculum paruum est in palpebra superiorum crinitarum dictum à similitudine hordei: vnde & Hordeolum à recentioribus quibusdam nominatur. *Vide Gell. lib.* 7. *c.* 7.

CRITO, κρίτων, Nomen philosophi Atheniensis, qui ita Socratem amauit, vt nunquam aliquid ex iis, quæ sunt ad vitam necessaria, ipsi deesse passus fuerit. ¶ Crito item Pieriota (Peria autem vrbs est Macedonię) historicus fuit: scripsitque res Persicas, Siculas & Macedonicas. ¶ Fuit præterea alius, Naxius genere, historicus & ipse. *Autor Suidas.*

CRITOBVLVS κριτόβουλος, Medicus fuit insignis, qui sub Philippo Amyntæ filio Macedonum rege claruit. *Pl. li.* 7. Magna & Critobulo fama est, extracta Philippi regis oculo sagitta, & citra deformitatem oris emarcida orbitate luminis.

CRITOLAVS κριτόλαος. Peripatetice sectæ Philosophus fuit, qui vnà cū Carneade & Diogene Stoico Romam missus fuit legatus, *vt scribit Cic li.* 2. *de Orat.* de Critolai libra scribit *idem Cicero Tusculan. quæst. li* 5 Quo loco (inquit) quero, quam vim habeat libra illa Critolai: qui quū in alteram lancē animi bona imponat, in alterā corporis & externa, tantum ptopendere illam boni lancem putet, vt terram & maria deprimat. ¶ Alter Critolaus, Achæorum dux, bellique Achaici concitator: vnde etiam Corinthi euersionem illi imputat *Cic. lib.* 3. *de Nat. Deor.* Critolaus (inquit) euertit Corinthum, Carthaginem Asdrubal. Hi duo illos oculos oræ maritimæ effoderunt. Hunc Plutarchus in Parallellis Horatio Curiatiorum victori comparat in eo, quòd vterque sororem occiderit, idque eadem omnino de causa, quòd scilicet cæteris omnibus victori applaudentibus, solæ fratri suo non essent gratulatæ. Hic postremò à Qu. Cæcilio Metello victus apud Thermopylas, veneno sibi mortem consciuit. *Autor Liuius.*

CRITHEIS, κριθεύς, vt ex Ephoro refert Plutarchus in vita Homeri, filia fuit Atellis, quam post mortem suam Mœonis fratris tutelæ reliquit. Hic autem quum puellam vitiasset, grauidámque fecisset: atque ob id facti vereretur infamiam, Phemio eam Smyrnæo Grammaticæ præceptori in matrimonium dedit. Illa verò non multò pòst, quum ad lauacra, quæ propè Meletem fluuium erant, proficisceretur, Homerum iuxta fluuium peperit: ob idque Melesigenes appellatus est, qui postea cæcus factus, Homeri nomen accepit: Cumæi namque & Iones oculis captos Homeros appellant, quod Homeris, id est, itineris ducibus egeant.

*CRIVMETOPON κριουμέτωπον, id est, arietis frons, Promontorium Cretę insulæ ad occidentē, versus Cyrenas, *vt scribit Rufus ex Dionysio*, -hic procul ingens Inclinat rupes sese, obuia fluctibus altis. *Et alibi*, -vt ferus ora Est aries, vltróque minax petit obuia fronte. *Vide Pomp. Melā li.* 2. in descriptione Creræ insulæ, *& Plin. li.* 4. *cap.* 12.

CROBIALVS, κροβίαλος, Oppidulum est iuxta Heracleam Ponticam, *cuius meminit Apollonius Argonaut. lib.* 3.

Crobylos, κρόβυλος, Aureus vel argenteus corymbus ex capillis pendens idque propriè in virisnam in mulieribus potiùs Corymbum, & in pueris Scorpium vocamus.

CROBYZI, κρόβυζοι *Stephano*, Populi Istri accolæ, quorum meminit & *Pli. lib.* 4 *cap.* 12.

Crocallis, Gemma est cerasum reptæsentans, *teste Plin. li.* 37. *c.* 10.

Crōcārē, & Crocire, Verba fictitia à voce corui, κράζειν. *Autor Philomela.*

[Crocio, is, ire: *Plaut. Aul. sc.* 3. *a.* 4. Voce crocibat sua coruus.]

Crōcito, ras, frequentatiuum, {πολλάκις ἢ συχνὰ κράζω. GA. Corbiner par plusieurs fois, crier souuent en corbeau. IT. *Cridare spesso come un coruo.* GER. Vil vnd offt grappen, oder wie ein rapp schreien. HIS *Graznar el cuerno.* AN. *To krie lik a rauen, to crooke often.*} *Plaut.* Simul radebat pedibus terram, & voce crocitabat sua.

Crōcātio, *festi Festo*, & Crocitus, tus, pen. prod. Ipsa vocis corui prolatio. {κρωγμός. AN. *A croo ò ing of a rauen.*}

CROCEA, æ, κροκία, Vrbs Laconiæ, vna ex centum, cuius incolæ dicuntur Croceatæ. *Steph.*

Crōcēātus, ta, tum, *Vide* CROCVS.

Crocias, κροκίας, Gemmæ species, à croci similitudine sic dicta. *Autor Plin. lib.* 37. *c.* 11.

Crocinum vnguentum, κρόκινον μύρον, Quod exprimebatur ex aromatibus, & croco in oleo macerato, *vt docet Dioscor. li.* 1. *Propert. li.* 3. Et crocino nares murrheus vngat onyx. *Vide Pli. lib.* 13. *c. item* 13.

Crocinus, *Vide* CROCVS.

Crocis, κρόκις, Herba est, *cuius contactu phalangia emoriuntur*, vt ex Apollodori sententia tradit *Plin. lib.* 27. *c.* 17.

Crocodilinus, *Vide* CROCODILVS.

CROCODILON, siue Crocodilorum oppidum, κροκοδείλων πόλις: Oppidum Phœnices ad Carmelum montem, cuius Strabonis ætate nihil præter nomen extabat: *vt ipse testatur li.* 6. *Meminit & Pli. li.* 5. *c.* 19. ¶ Est & alterum ciusdem nominis oppidum in Arsinoitica præfectura, ad Nilum fluuium: ita dictum, quòd in eo crocodili pro diis colerentur. Hanc vrbem postea Arsinoen appellarunt, *teste Strab. lib.* 17.

Crocodilus, pen. prod. {ἄλλως κροκόδειλος. GA Vn crocodile. IT. *Crocodillo.* GE. ein crocodill, ist ein thier in Egypten. HIS *Crocadilo.* ANG. *A crocodile.*} Animal quadrupes, ex genere amphibiorū, tàm in terra, quàm in aqua viuens, figura lacertæ non admodum dissimile, increduli magnitudine, armatum vnguibus, soli Ægypto, & iis regionibus, quæ Nilo alluuntur, cognitum, cute vsque adeo dura, vt in nulla sui parte nisi solo ventre penetrari possit. Vnde etiam delphini, qui perpetuum cum crocodilo bellum gerunt, non ignorantes qua potissimum parte hostis lædi possit, aquam subeunt, pinnáque, quam in dorso gerunt, illi aluum subsecant. Habet & alterum hostem Ichneumonem, qui in apertas dormientis fauces teli in morem illapsus, intestina eius erodit. Nullum est animal quod à tam paruis initijs in tantam excrescat magnitudinem. Ponit siquidē oua anserinis non maiora: sed hoc huic animali peculiare creditur, vt quandiu viuat, nullum crescendi faciat finem. Quatuor menses hyemales non comedit, & sola bestiarum nō habet linguam. Terribilis hæc bellua contra fugaces est, fugax contra insequentes. Oculos habet in aqua hebetes, extra acerrimi visus. Conspecto homine emittit lachrymas, mox appropinquantem deuorat. Vnde factus est locus prouerbio, Crocodili lachrymæ: κροκοδείλου δάκρυα: quòd de iis dici solet, qui sub specie pietatis alios fallunt. Ex eo dictum autumant, quòd κρόκον δειλῶ, id est, crocum fugit, ac eius odorem reformidat, quod mella cōficientes in Ægypto sternunt, ne mel absumant crocodili: quoniam mirum in modum eo delectantur. ¶ Est & alterum crocodili genus, quem Scincum vocat *Dioscor. libr.* 2. superiori multò minùs in terra tantùm, nec nisi odoratissimus viuens floribus, cuius, intestina iucundi nidoris fimo referta sunt: quo ad faciei medicamenta, colorisque conciliationem mulieres, & viri mollires, olim vtebantur. *Horat. in Epod.* -colórque Stercore fucatus crocodili.

Crocodilinus, na, num, Quod ad Crocodilum pertinet. {κροκοδείλειον. AN. *That belongeth to a crocodile.*} vt, Crocodilinæ ambiguitates. *Quinct. lib.* 1. *cap.* 10.

CROCODILVS, pe. pro. κροκόδειλος, Mons est Siciliæ *apud Pli. li.* 5. *c.* 27.

Crocodilea, κροκοδείλεια, Fimus est crocodili terrestris, quo mulieres faciem illinebant ad coloris commendationem. ¶ Crocodilorum enim duo commemorantur genera quorum alterum aquaticum est, Nilo tantùm familiare, & lacubus Nilo vicinis. Alterum terrestre, odoratis tantùm vescēs herbis, quem Scincum, σκίγκον *Dioscorides* appellat. Huius excrementa in primis odorata sunt, mulierúmque fucis expetita. *Pl. li.* 28. *c.* 8. vbi crocodili aquatici naturā multis explicuit, statim subdit, Alter illi similis, multum infra magnitudinem, in terra tantùm odoratissimis floribus viuit: ob id eius intestina diligentissimè exquirūtur, iucundo nidore farcta, Crocodilæam vocant.

Crocodilium, κροκοδείλιον, Herbæ species est, chamæleontis figura, radice longa, gustu nasturtij, semine rotundo, duplicis clypeoli forma. *Pl. li.* 27. *c.* 8. Crocodilion Chamæleontis herbæ nigræ figuram habet, radice longa, æqualiter crassa, odoris asperi.

Crocōmāgmā, atis. {κροκόμαγμα. AN. *Dregges of the oyle offafron.*} Vnguēti crocini fæx, & retrimentum, quod supereſt crocino vnguento ex croco, cæterisque aromatis expresso. Nam in confectione crocini vnguēti, oleum ante omnia quibusdam aromatibus solet spissari, posteá que crocum eò coniici, idque post dies aliquot diffundi ex aromate & croco oleum: post hæc exprimi solet, quódque reliquum erat, Crocomagma dicebatur: idque in pastillos cōformari consueuit, & multum in tempus asseruari. Optimum est, quod gustatum saliuam dentésque inficit. *Vide Dioscor. li.* 1. *& Plin. lib.* 21. *c.* 20.

Crocomerion, κροκομήριον, Herba quæ alio nomine dicitur Leontopodium.

Crocopeplos, κροκόπεπλος, Auroræ epitheton est, quasi croceam habens vestem, nam eum colorem imitatur, quum primùm incipit apparere. Postea enim, aduenientē iam die rubescens, à roseo colore ῥοδοδάκτυλος appellatur.

Crocota, κροκωτός, Vestis muliebris est, crocei coloris. *Cic. de Aruſp. resp.* P. Clodius à crocota, à mitra, à muliebribus soleis, purpureisque fascijs, à strophio, à psaltrio, à flagitio, à stupro, est factus repentè popularis. ¶ Feli crocoton, γαλῆ κροκωτόν. Subaudiendum das aut addis. Dici solitū, quoties

quoties honos additur indignis, & quos haudquaquam decet: Aut quum datur quicquam iis, qui munere non norunt vti.

Crocotula, diminutiuum. κροκώτον. *Plaut. in Epid.* Indusiatam, patagiatam, caltulam, aut crocotulam.

Crŏcōtŭlārĭŭs, Crocotarum vestium infector. *Idem in Aulul. sc. 5. a. 3.* Quum incedunt crocotularij.

Crŏcōtĭlum, Veteres Valde exile dicebant. *Plaut.* Extortis talis cùm crocotilis crusculis. *Festus.*

Crocotitium, Genus operis pistorij.

CRŎCŌTŸS CAMPVS, κροκωτὸν πεδίον, Campus est iuxta Thessaliam ad Amphrysum fluuium, *Steph. in dictione* Δημητειον.

Crŏcŭs, vel Crocum, {כרכם *charchóm* κρόκος. GAL. Saffran. ITA. *Zaffranos.* GER. Saffran. HISP. *Açafran.* ANGL. *Safron.*} Flos est, qui *Safranum* vulgò dicitur: à Croco puero (vt poetæ fabulantur) dictus, qui quum Smilacem puellam tenerrimè deperiret, amoris impatientia versus est in florem sui nominis. *Ouid. 4. Metam.* Et crocon in paruos versum cum Smilace flores. *Virgil. 4. Meta.* Et glaucas salices, casiámque crocúmque rubentem. *Sallust.* Paltus nemore, in quo crocum gignitur. [*Pl. Cur. sc. 2. a. 1.* Tu crocũ & Casia es. *Idem* Crocũ spargere per vias in triũpho. *Suet. in Ner. c. 25.*] Præstãtissimũ nascitur circa Coricum Ciliciæ montem: proximum in Olympo Lycię monte: mox in Centuripino Siciliæ agro Prouenit & in Gallia Narbonensi, licet bonitate inferius.

Crŏcĕŭs, a, um. {κρόκινος, κρόκεος. GAL. De couleur iaune ou rougeastre. IT. *Giallo.* GER. Saffrangälb. HIS. *Cosa de açafran.* ANG. *Of or lik safron.*} pro colore, vt, Vestis crocea, *Virg. 1. Æn.* Et circumtextum croceo velamen acantho, *Plin. lib. 22. c. 18.* Mutat enim cum terra colores: hîc niger, illic viridis, aliubi cyaneus, aliubi croceus.

Crŏcātŭs, ta, tum, Croco tinctus. {κροκβαπὴς. GAL. Enfafrané, de couleur iaune. ITA. *Tinto in giallo.* GER. Gesäffrant. HIS. *Tenido en color de açafran.* ANG. *Safroned, or lik safron.*} *Plin. lib. 16. c. 34.* Alicui & semen nigrum, alij crocatum.

Crŏcĭnŭs, a, um, & Croceus, Quod est lutei coloris. {κροκοειδὴς, κροκωτὸς. GALL. De saffran, de couleur de saffran. ITA. *Di Zaffrano, di color di Zaffrano.* GER. Saffrangäth. HIS. *De açafran, de color de açafran.* ANG. *Yallow or of safron.*} *Plin. lib. 21. cap. 19.* Semen his optimum crocinum, nec anniculo vetustius, & in vmbra siccatum.

Crocuphantia, opinor esse ornamenta villosa, quæ sub reticulis contexta per eorum plagulas apparent, id enim origo vocabuli κροκύφαντος declarat. *Vlp. in l. 2 ff. de aur. & arg. leg.* Ornamentorum hæc, inquit, vittæ, mitræ, semimitræ, reticula, crocuphantia. Alciatus autem & alij eruditi homines alio vocabulo conquirendo mirabiliter exercentur. *Hæc ex Hotomani lexico.*

Crŏcŭtă, Fera est, Æthiopiæ familiaris, ex hyæna & leæna Æthiopica nascens, quæ & ipsa hyenæ more humanas voces imitatur. *Plin. lib. 8. c. 30.* vbi hyænæ naturam multis explicuit, statim subdit, Huius generis coitu leænæ Æthiopica parit crocutam, similiter voces imitantem hominum pecorúmque. Acies ei perpetua in vtraque parte oris, nullis gingiuis, dente continuo, qui ne contrario occursu hebetetur, capsarum modo includitur.

CROCVM, venatorem, ac sagittarium fuisse dicunt, precibúsque Musarum in astra relatum, Sagittarij nomen accepisse. *Sidonius.* Falcifer is Crocon vectus per summa polorum.

CROCYLEVM, κροκύλειον, Locus Ithacæ, alias δοῦμος dictus. *Steph.*

CROCYLLION, κροκύλειον, Insula Ithacæ. Heracleon Ithacam quadripartitã facit, vt prima pars ad meridiem & maritima sit, altera Neium, tertia κροκύλειον, quarta αἰγιρῆα. *Steph.*

CROCYLLVS, Vir Athenienſis, cuius nonnunquam *Plutar.* meminit.

CRŌCYLVS, Nomen pastoris, *apud Theocritum.*

CRŌESŸS, κροῖσος, Rex Lydorum fuit, Alyattæ filius, omnium quos hominum memoria celebrat, ditissimus: vnde etiam hodie, quũ immensas opes significare volumus, Crœsi diuitias dicimus. [*Ouid. Eleg. 7. lib. 3. Trist.* Irus erit subitò, qui modò Crœsus erat.] GER. Ein König in Lydia so vberschwenklich reich gewäsen ist. Hic quum se omnium mortalium fœlicissimum crederet, monitus est à Solone, Neminem ante cineres beatum dicendum: quòd quoad viuimus, periculum sit, ne instabilis huius mundi fœlicitas dolore aliquo contaminetur. Quam Solonis sententiam verissimam esse, Crœsi calamitas postea declarauit. Victus enim à Cyro, pyræque impositus, tandem salubre Solonis consilium agnouit, eiúsque nomen sæpiùs inclamauit. Vnde admiratus Cyrus, quisnam esset deorum, hominúmve, quem ille in extremo periculo solum inuocaret, rémque totam edoctus, humanæ vicissitudinis memor, Crœsum ab incendio liberauit, summóque semper apud se in honore habuit. *Autor Plutar. in vita Solonis, & Herodot. lib. 1.*

*CROLLA, pro corolla: detractione secundæ literæ o, κρωλίων, parua corona. *Plaut. in Bacchid. 1. 37.*

CROMMYŌN, onis, κρομμυών, Vrbs Palæstinæ, non procul ab Ascolone. ¶Item alia in Lybia.

Crommyonius, a, um, Gentile, κρομμυώνιος. *Autor Steph.*

CRŌMMYŌNNĒSVS, κρομμυώννησος, Insula est Asiæ adiacens è regione Smyrnæ, *cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 31.*

CRŌMNĀ, κρώμνα, Paphlagoniæ oppidum est, *apud Strab. lib. 12.* De hoc *Valerius Flaccus lib. 5.* Mox etiam Cromnam atque iugo pallente Cytoron. *Steph. ait,* Amastrin postea dictam esse, & Cromnam, κρώμνα vocat. vide Amastris *apud Steph.* Idem in κ. Cromnã, inquit, alij Amastrin, alij Amastridis regiunculam faciunt, gentile Cromnites, Cromnæus, κρομνεύς. Est & Peloponnesi vrbs, quæ in mascul. & fœm. gener. item singulari & plurali numero profertur, à Cromne Lycaonis filio.

CROMYVSA, κρομύουσα, Insula Iberiæ, *Steph.*

CRŏnĭă, niorum, κρόνια, Saturni festa erant, quæ celebrabantur, Romę 14. Calendas Ianuarias. [*Germ.* Festag so man dem Saturno zu ehren begeht zu Rom auff den 19. tag volffmonats.] ita dicta διὸ τὸ κρόνου, hoc est, à Saturno: vnde & Saturnalia à Latinis appellantur. Horum *Macrobius* latè meminit, citata etiam antiqui poetæ autoritate, apud quem legerat, Maxima pars Graiũm Saturno, & maximæ Athenæ Conficiunt sacra, quæ Cronia esse iterantur ab illis.

CRŌNĬON PELAGVS, κρόνιον πέλαγος, à nonnullis appellatum fuit mare concretum, *teste Plin. lib. 4. cap. 16.* Apollonius tamen in Argonauticis, κρόνιον ἅλα, hoc est, Cronion mare, pro Adriatico posuit (si interpreti eius credimus) eò quòd Italiam alluat, quam olim Saturnum volunt tenuisse.

CROPIA, κρωπία, vel κρωπαί, vel κρῶπες, Vicus in tribu Leontide, *Stephan.*

CROS, κρώς, vrbs Ægypti, ciuis Croites, & præfectura Croitis. Est Crois, κρῶις, Arabum ciuitas. *Steph.*

CROSSA, κρῶσσα, Vrbs iuxta Pontum, gentile Crossæus. *Steph.*

Crŏtălĭă, κρωτάλια *Plin. lib. 8. cap. 35.* dicuntur margaritæ, ita in ornamẽtis collocatæ, vt ex collisione sonum generent. Subeunt, inquit, luxuriæ eius nomina, & tædia exquisita perditiore portatu. Siquidem quum id fecêre, Crotalia appellant, ceu sono quoque gaudeant, & collisu ipso margaritarum.

Crŏtălum, penultima correpta, {κρόταλον. GALL. Vn instrument qu'on frappe auec la main sẽblable à la cymbale. ITA. *Campanella, naccara.* GER. Ein schällen oder klăffin. HISP. *Chapas ò sanaja, ò tarrena.* ANG. *A rattle.*} Crepitaculũ ex ligno, ære, aliáve materia ita concinnatũ, vt efficere sonum queat, siquis in manu verset. Vnde & Ægyptiorum sacerdotum ostia, quib. in Isidis sacris vtebantur, à nonnullis etiam Crotala appellantur: διὸ τῦ κρούειν, hoc est, à percutiendo. [Histrionib. crotalo vti. *Apul. Apol. 1.*] ¶Quidam putant fuisse annulum æreum, qui ferreo baculo quateretur. Alij circulum æneum interpretantur, multas habentem annexas laminulas, siue orbiculos mobiles, qui collisi sonum edebant: qualibus etiam hodie Lusitanos nautas in salrationibus suis vti videmus. *Virgil. in Copa*, Crispum sub crotalo docta mouere latus.

Crŏtălŭs, κρόταλος. mascul. gen. dicitur, Qui lingua est expeditiore, & voce sonanti, ac propè tinnula, cuíq; loquacitate sua neminem non obtundit. Ducta est metaphora à crotalo, crepitaculi genere, de quo egimus in dictione præcedenti.

Crŏtaphĭtæ, κροταφῖται, Musculi sunt duo, os claudentes, quos & Latini Temporales appellant, quòd tempora vestiant: vnde etiam Græcum nomen traxerunt: nam κροτάφους illi appellant, quæ nos tempora.

CRŎTO, siue CROTON, κρότων, Vulgò *Crutone.* Vrbs fuit maritima in eà parte Italiæ, quæ olim Magna Græcia dicta est, non procul à Tarẽto, tanta salubritate aëris: vt inde ortum sit prouerbiũ, Crotone salubrius, κρότωνος ὑγιέστερον. De re nequaquam noxia, sed vndequaq; salutifera. *Strab. lib. 6. Georg. 6.* ¶Nihil aliæ ciuitates ad Crotonem, μέτα τὰ παρὰ κρότωνα πόλεις, id est, sunt reliqua præ Crotone friuola oppida. Theocriti interpres meminit huius prouerbij. Licebit accommodare ad rem aut hominem vsq; adeò præcellentem, vt reliqui cum hoc collati, nihil esse videantur. Vrbs hæc à Diomede condita creditur, cum plerisque aliis, in eodem littore.

Crŏtōnĭātæ, huius incolę dicti sunt, eo nomine celeberrimi, quòd maximã in exercendis corporib. curam ponerent. Vnde etiam frequentissimè ex sacris certaminib. coronas retulerunt. [Crotonienses etiã dicuntur. *Gell. cap. 16. lib. 15. & Salust. in Catilin.*] Inter hos fuit Milo ille Crotoniates, qui integrum vno die bouem ferrur absumpsisse. Hinc locus factus prouerbio, Crotoniatarum postremus, reliquorũ Græcorum primus est, κροτωνιατῶν ἔσχατος, φαῦλος ἀπὸ ἄλλων ἐλαίων. Licebit vti quum genus aliquod tanto interuallo præcedere dicemus, vt qui in hoc sit vel infimus, in illo possit vel primus videri. Hinc Crotoniata, gentile nomen & Crotonius, Crotonia *Steph.* Crotonẽ, insignem Italiæ vrbem esse scribit iuxta Rhegium & aliam Thusciæ metropolim, & montem qui Axium flumen effundit. κρότων etiam est animalculum canib. infestum, Latini Ericinum vocant, quo quidem significato vltimam acuit. *Steph. Vide* Syracusæ.

Crŏtōn, onis, κρότων. Frutex est ad magnitudinem paruæ ficus assurgens, folio platani, sed læuiore ac nigriore, ramis ac caudice arundinum modo concauis, semine vuarum aspero, quod purgatum effigiem ricini animalis repræsentat (vnde & nomen accepit: nam ricinum vermem Græci etiam κρότωνα appellant.) Hoc semine exprimitur oleum, cibis quidem fœdum, sed lucernis & emplastris vtile. Alio nomine hic frutex Ricinus appellatur, & Cici: vnde etiam oleũ ipsum Cicinum, & Ricinum appellatur.

CRŎTŌPVS, pen. prod. Rex Argiuorum fuit, pater Psamathes, quæ ab Apolline compressa Linum peperit: quem quum inter vepres abscondisset, canes extractum dilacerarunt.

Crŏtōpĭădēs, patronymicum mascul. *Ouid. in Ibin*, Quique Crotopiaden diripuêre Linum.

*CROTVS, siue CROTON, Euphemes Musarum nutricis filius. Hic in Musarum gratiam ab Ioue collocatus inter sydera, Sagittarij nomen obtinuit. *Vide Hyginum, in fab. 224.*

Crŭcĭātŭs, Cruciamentum, Crucio, Cruciabiliter, Crucifico, *Vide* CRVX.

Crudaria, Argenti vena, quæ in summa fodina reperitur. *Pli. l. 33. c. 6.*

Crūdŭs, a, um, Quod coctum non est, {ὠμός. GA. Cru, encor verd, qui n'est encor cuit, digeré ou meur. ITA. *Crudo, non cotto.* GERM. Raw, vngekochet. HISP. *Crudo, necozido.* ANG. *Raw, fresh new made, vndigested.*} Vnde carnes crudæ dicuntur quæ neq; elixæ sunt, neque assæ, neque alio quouis modo esui aptæ reddítæ. Fructus item crudos appellamus, qui iustam coctionem, hoc est, maturitatem non sunt assecuti. *Cic. de Sene.* Poma quæ cruda sunt, vi auelluntur: quæ autem cocta, & matura, decidunt. [Cruda & immitia poma. *Gell. cap. 11. lib. 10.*] ¶Item crudi cibi dicuntur, qui nondum concocti sunt in ventriculo. *Iuuenal.* & crudum patinam in balnea portas. [Quid curas crudum an coctum edam, nisi tu mihi es tutor. *Plaut. Aul. sc. 2. a. 3.*] ¶Crudum item hominem dicimus, cuius ventriculus probo coctionis officio non fungitur. *Cic. 2. de Finibus*, Asoti qui in mensam vomant, crudíque postridie se rursus ingurgitent. *Idem pro Cluentio*, Dico illum, quum ad illud prandium crudior veniisset, & sibi non perciisset, ægrotasse [Iuncta (me) tener crudis Sarmatis ora Getis. *Ouid. Eleg. 4. lib. 5. Trist.*] ¶Crudũ vulnus, hoc est, recens, & adhuc cruentũ. *Plin. Epist. 3.* Vt enim crudum adhuc vulnus medentium manus reformidat, deinde patitur, atque vltrò requirit: sic recens animi dolor consolationes reiicit, ac refugit, mox desiderat, & clementer admodum acquiescit. [Et tamen est aliquis qui vulnera cruda retractet. *Ouid. Eleg. 1. lib. 3. Trist.*]

Crŭdĭtās, atis, Ventriculi vitium cibum ægrè concoquentis. {ἀπεψία

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

GAL. Crudité, mauuaise digestion ou concoction. ITA. *Crudità di stomacho, indigestione.* GER. Böse dewung des magens. HIS. *El abito delo no digerido.* ANG. *Rawe esse euil digestion.* }*Cic. de senect.* Caret ergo etiam vinolentia & cruditate, & insomnijs. *Colum. lib. 7.* Cruditatis signa sunt, crebri ructus, ac ventris sonitus, fastidia cibi.

Crūdescĕre, Est crudum vel crudius fieri, à Crudeo, es, {ὠμοδέω. GALL. Deuenir cruel & aspre. ITA. *Incrudire, incrudelire.* GER. Rauw werden. HIS. *Encrudecerse, hazerse crudo.* ANG. *To waxe rawe.* }*Vir. 3. Georg.* Sin in progressu cœpit crudescere morbus. *Idem* 11. *Æneis.* delecta crudescit pugna Camilla. ¶ Inde Incrudescere & Recrudescere, quasi renouari, & ad pristinam acerbitatem redire.

Crūdēlis, Immitis, asper, durus, inhumanus, ferreus. {אכזרי *achzri*, ἀμὸς. GAL. Cruel & inhumain. IT. *Crudele, aspro.* GER. Grausam/raw/vnmilt. HISP. *Cruel.* ANG. *Cruel.* }*Cic. pro Deiot.* Crudelis Calor, ne dicam sceleratum & impium: qui nepos auum in discrimen capitis adduxerit. *Virgil. 2. Eclog.* O crudelis Alexi, nihil mea carmina curas. Quidam à Cruore dictum volūt, quem crudeles effundunt: ego malim à Cruditate deriuare. Nam quemadmodum in pomis, quæ mitia non sunt, cruda dicuntur: ita & homines immites, Crudeles dicūtur. *Virg. 6. Æn.* Vidi & crudelis dantem Salmonea pœnas. [*Ouid. Eleg. 1. li. 2. Trist.* Ah ferus, & nobis nimium crudelior hostis.]

Crūdēlĭtās, tatis, Sæuitia, inhumanitas, feritas, acerbitas, atrocitas. {אכזריות *achzerijúth*, ἀμότης. GAL. Cruauté. ITA. *Crudelità.* GERM. Grausamkeit/grimme. HISP. *Crueldad.* ANG. *Cruelnie.* }*Cic. pro Rosc. Am.* Vestrūm nemo est quin intelligat p)p. Romanum, qui quondam in hostes leuissimus existimabatur, hoc tēpore domestica crudelitate laborare. [D Brutum Antonij interemit crudelitas *Velleius.*]

Crūdēlĭtĕr, aduerbium, Atrociter, durè, acerbè. {ὠμῶς. GAL. Cruellemẽt. ITAL. *Crudelmente.* GER. Grausamlich/grimmiglich HISP. *Cruelmente.* ANGL *Cruelly.* }*Cic. 1. Offic.* De euertendis autem, diripiendísque vrbibus valde considerandum est, nequid temerè, nequid crudeliter fiat.

Cruĕnto. Cruentus, *Vide* CRVOR.

Crumēnă, penult. prod. Locus. {כיס *chis.* βαλλάντιον. GALL. Bourse, ou gibeciere. ITAL. *Borsa.* GER Ein seckel/beutel. HISP. *Bolsa para dineros.* ANGL. *A purse, a bagge of leather.* }ἀ κρεμῶ suspendo, quòd plerumque suspensa gestetur. [Hic istam colloca crumenam in collo planè. *Plaut. Asin. sc. 3. a. 3.* Ne quis pertundat crumenam, cautio est. *Idem ipse sc. 2. a. 1.* Viginti minæ insunt in hac crumena. *Pl. Asin. sc. 3. a. 3.* tot intus in crumena clausum esse oportuit. (paulò antè dixit Marsupium.) *Pl. Amp. sc 4. a. 4.*] *Pl. Epid.* Ipse meo in collo tuus pater crumenam collocauit. *Idem Trucul.* homo crumenam Sibi de collo detrahit. *Horat. 1. Epistol.* Et mundus victus non deficiente crumena. ¶ Generosus es ex crumena, γλυκὺς ἐκ τῆ θυλακίτης. In eum iaciebatur, qui propter opulentiam generosus haberi voluisset, alioquin obscurus & humilis.

CRVNI, orum, κρουνοί, *Steph.* Thraciæ vrbs est maritima, *teste Plin. lib. 4. ca.* 11. quæ postea Dionysiopolis dicta est: nomen habet à fontium scaturiginibus quibus abundat: Eas enim Græci κρουνοὺς appellant.

Cruŏr, oris. Sanguis è vulnere sparsus & fusus. {דם *dam* נצח *netsách*, ἕμα, ἰχώρ. GAL. Sang sortant d'vne playe. ITAL. *Sangue che esce d'vna piaga.* GER. Blut/der blutig schweyss aus einer wunden HIS. *Sangre fuera de las venas.* ANG. *The bloode issuing out of a wound.* }*Virg. 8. Æneid.* -tepidúsque cruor fumebat ad aras. *Idem lib. 4.* vsurpauit in numero plurali. -atque atros siccabat veste cruores. Quod *Seruius* tanquam nouè dictum annotauit, quum alioqui neque sanguines dicamus, neque cruores.

Cruēntŭs a, um, Sanguinolentum, quod cum cruore est {αἱματηρὸς, αἱματώδης. GAL. En sanglante, sanglant, cruel. ITA. *Sanguinoso. sanguinolento* GER. Blutig/schweyssig. HIS. *Sangriento.* ANG. *Bloodie, cruell.* } vt Cruēta victoria. *Sallust. in Catil.* Cauere ne inulti animam amittatis, neu capti potiùs, sicut pecora trucidemini, quàm virorum more pugnantes, cruentam, atque luctuosam victoriam hostibus relinquatis. [Neq; enim mea culpa cruenta est. *Ouid. El. 6. lib. 5. Trist.* Cùm non sit pœnæ causa cruenta meæ. *Ouid. Eleg. 5. lib. 3 Trist.* Cruenta ara Dianæ. *Ouid. Eleg. 4. lib. 4. Trist.* Quæ (dies) fieri pugna prima cruenta solet. *Ouid. Ele. vlt. l. 4. Trist.* Iis omnibus cruenta mors persoluta est. *Suet. in Galb. cap. 26.*] ¶ Aliquādo ponitur pro crudeli: vt, Cruenta vox, & Cruēta oratio. ¶ Cuius contrariū est incruentus, a, um, ἀναίμακτος, quod est sine sanguine. *Idem*, Neque tamen exercitus populi Romani lętam aut incruentam victoriam retulit [Cruentissimus dies Romano nomini (pharsalicæ pugnæ sup.) *Velleius.* Cruentius bellum cæde clarissimorum virorum nullum fuit.]

Cruēntĭŏr, Comparatiuus à Cruentus. *Iustinianus Histor. lib. 3.* Itaq; tātis animis concussum est vt rarò vnquam cruentius prælium fuerit.

Cruēntĕ, aduerbium, *Iustinus Histor. lib. 23.* Quanquam vxor diu, ne ab agro diuelleretur, deprecata est, ne discessus suus adiungi nepotis parricidio posset, & tām cruentè hæc deseruisse virum, quam ille impugnasse virum videretur.

Cruēntĭŭs, aduerbium *Senec. de Benef lib. 5. ca. 17.* Cæteri arma cruentiùs exercuerunt, satiati tamen aliquando abiecerunt.

Cruēnto, as, Cruore inficio, sanguine imbuo, funesto. {αἱματόω, αἱμάσσω. GAL Ensanglanter, meurtrir à sang, faire sanglant. ITA. *Insanguinare.* GER. Blutig machen/mit blut besudlen. HIS. *Ensangrantar.* ANG. *To imbrue or sprinkle with bloode.* }*Cic de Arusp. respon.* Secures suas cruētari scelere noluit. *Idem 1. de Diuin.* Atque etiam trucidare aliquem & impiè cruentari. *Idem 1. Philip* Hæc te, si vllam partem habes sensus, lacerat, hęc cruentat oratio. ¶ Cruentati oculi. *Pli. l. 28. c. 7.* Mulieris quoque saliuam ieiunæ potentem diiudicant oculis cruentatis.

Crupellarij, Quantum *ex Cornelij Tacit. lib* 3. possumus coniicere, milites erant arma gestantes ex continuo ferro, telis quidem impenetrabilia, sed eo pondere, vt in ferendis ictibus nō essent idonea. Verba Taciti sunt hæc, Cæteri cum venalibus & cultris, quæque alia venantibus tela sunt, *adduntur è seruitijs gladiaturæ* destinati, quibus more gentico continuum ferri tegmen (Crupellarios vocant) in ferendis ictibus inhabiles, accipiendis impenetrabiles.

Crūs, cruris, Tota illa pars quæ à coxendicis ceruice incipit, & ad extremos pedis digitos pertingit. {שוק *schók*, σκέλος. GALL. La iambe depuis le genouil iusques en bas. ITA. *Gamba.* GER. Der schenckel/schin bein. HIS. *Pierna.* AN. *The legge frome the knee downe.* }à currendo dictum nonnulli putant, quòd crurum ministerio in cursu vtamur: siue (vt aliis placet) à Græco verbo κρύω, quòd inter ingrediendū huc atque illuc ferant. Sunt autem Crura à genibus vsque ad imū pedē. *Celsi.* Crus ex duobus ossibus constat, ex tibia & sura. *Crus arboris. *Colum. libr. 5. cap. 11.* Ramum oliuæ, qui videtur nitidissimus, deflecte, & ad crus arboris ficulneæ religa. *Crus vitis. *Colum. lib. 3. cap. 10.* Vnde etiam vehementissimæ materiæ reperiuntur aut in capite vitis, aut in crure vicino radicibus.

Crūscŭlum, diminut. {σκολιόν. GAL. Iambette, petite iambe. ITA. *Gambetta.* GER. Schenckelin/schinbeinlin. HIS. *Pequeña pierna.* ANG. *A little or small legge.* }*Martial.* Pectus cicadæ, crusculúmque formicæ.

Cturicrepidæ, arum, *Plauto in Trinummo* dicuntur, quibus crura crepunt ferro, *vt dicit interpres.*

Crurules, quod *Beroaldus maior* elegans vocabulum dicit, reponendū idem putat *apud Vlpianum, in l. argumento de auro & de argent. legat.* nā pro eo vulgati codices habent falciæ crinales. Crurules autem & pedules *Vlpianus* appellat à cruribus scilicet & pedibus vestiendis.

CRVSIS, κρουσις, pars Mygdoniæ, à Cruso Mygdonis filio: inde κρουσιεύς, & Crusis adiect. fœm. *Steph.*

Crūsmă, atis, {צלצל *tsiltsál*. κρόσμα, σείστρον. GALL. Vn sistre ou cloche. ITAL. *Cembalo* GER. Ein cymbel/ein instrument / mit welchem man vor zeyten den weyberen zůtantz gemachet hatt HISP. *Sonaja ò terrana.* ANG. *A ratille, a kind of rattling instrument.* } Propriè dicitur sistrum, & velut cymbalum quoddam tintinnabulis refertum, quo gestientes mulieres oblectabantur: dictum κρότῳ κρούειν, hoc est, à pulsando, quòd sonum emitteret dum pulsaretur. *Mart lib. 6.* Edere lasciuos & Bætica crotalmata gestus, Et Gaditanis ludere docta modis. Bætica autem vocat, quòd ijs mulieres Hispanæ vti solerent: quemadmodum & hodie Venetæ puellæ: Vocant autem sua lingua, *Vn cymbalo.*

Crūstă, significat id excrementum, quod vel ob putredinem, vel concretionem super alicuius rei superficie nascitur. {τραῦμα, σπέσμα. GA. Crouste. ITA. *Crosta.* GE. Ein rinden oder runfft. HIS. *Corteça dura node comer.* ANG. *The crust o' a bread.* }*Virg. lib. 4. Geor.* Concrescunt subitæ currenti flumine crustæ. ¶ Item Crusta, qua quid integitur, vt Crusta loculatæ. *Pli. l. 9. c. 30.* Loculatæ crusta fragili muniuntur in eo genere quod caret sanguine. ¶ In parietibus item, atque in pauimentis Crustæ dicuntur tenuia marmoris, vitri, alterius{ue materiæ segmenta, quibus illa integebantur. *Plin. lib. 36. capit. 6.* Secandi marmora in crustas, nescio, an Cariæ fuerit inuentum *Et paulò pòst,* Primùm Romæ parietes crusta marmoris operuisse totius domus suæ in Cælio monte Cornelius Nepos tradidit Mamuriam. *Idem lib 36. cap. 25.* Lithostrota cœpta uêre iam sub Sylla, paruulis certè crustis. ¶ In vasis item aureis argenteísve Crustæ dicebantur, quæ ex diuersi generis materia illis illigabantur. Argenteis enim poculis, ex empli gratia, laminæ aureæ, vel emblemata innectebantur, quæ inde Crustata, χρυσόνδετα, appellabant. *Cicer. lib. 5. in Verr.* Vasis crustæ aut emblemata detrahebantur. ¶ Crustas item, ἐσχάρας, medici appellant, duros quosdam veluti cortices, quibus vulnera vlcerāue obducuntur, medicamento aliquo caustico adusta. ¶ Crusta soli gleba. *Alphenus D. lib. 39. Tit. 2. lib. 9* Si ex fundo tuo crusta lapsa sit in meum fundum.

Crūstŭlă, læ, diminut. à crusta, {πλακίδιον. GAL. Croustelette, petite croustе. ITAL. *Crostetta.* GERMA. Ein rennfftle. HISPA. *Pequeña corteça.* ANG. *A litle crust* }*Apuleius,* Paruas marmoreas crustulas parieti adiungens.

Crūstāre, Crustam inducere, & materia aliqua dura integere. {טוח *tuach* κονιᾶν. GAL. Crouster, bailler ou donner crouste ou couuerture à quelque chose. ITA. *Incrostare.* GER. Ein rannfft oder rinden einem ding machen: Item, Etwas vberziehen. HIS. *Sobreponer corteça.* AN. *To bring a crust or hardneſſe ouer à thing.* }*Plin lib. 15. cap. 17.* Mala verò generosissima eadem ratione crustant gypso vel cera.

Crūstātŭs, a, um, participium: vt, Crustati parietes, id est, crusta marmoris intecti. {κωνιατὸς τοῖχοι. AN. *That hath a crust or hardneſſe broght ouer it.* }Secabantur enim marmora in laminas, & parieti apponebantur.

¶ Primus apud Romanos Mamurra vit Equestris ordinis, prefectus fabrorū Cæsaris, Formiis natus, domus suæ, quæ in Cælio monte erant, parietes crusta marmoris traditur operuisse: vt ex Cornelij Nepotis sententia tradit *Plin. libr. 36. cap. 6.* ¶ Item vasa argentea, quæ auro illigabantur, etiam Crustata dicebantur, quæ Græco nomine, χρυσόνδετα vocantur. ¶ Et Crustrata animalia, cruſtis intecta. *Plin. lib. 11. cap. 37.* In marinis crustata & cartilaginea priores dentes habent.

Crūstārĭus, Qui incrustat. {κονιάστης. ANG. *A pargeter, a plaisterer.* }*Plin. lib. 33. c. 12.* Habuit & Teucer crustarius formam.

Crūstārĭus, a, um, Quod ad crustas perrinet. Vnde crustariæ tabernæ, in quibus crustata opera venduntur.

Crūstōsŭs, a, um, quod crustam habet. {πλακώδης. GAL. Crousteux, qui a la crouste fort grosse. ITAL. *Chi ha la scorza grossa.* GE. Rindechtig/ranfftechtig. HIS. *Coza llena de cortezas.* AN. *Crustie, that hath a thycke crust.* }*Plin. lib. 12. cap. 9.* Facilius hoc & crustosius, amariúque & gummosum.

Crūstŭlātă, tæ, Placentæ genus, quod & Crustulum. {ANG. *A wafer or thinne cake.* }*Spartianus,* Pentaphatmacum edulij genus est ex quinque confectum, quòd reperisse dicitur Ælius Verus Romanorum Imperator: hoc est, sumen, phasianus, pauo, crustulata, & aprugna.

Crūstum, Est fructum eorum quæ comeduntur, siue sit pars panis, vel placentæ, vel alterius edulij {חלה *challáh*. φουμίον, πλακοῦς. GALL. vn gasteau pain d'espice, ou telles patisseries, ou piece & morceau d'vn de ceux. ITAL. *Pieżzo di pane ò d'altra viuanda che si da à fanciulli.* GE. Ein stuck einer dřyfigen speyss. HIS. *La corteza de comer comoturron.* ANG. *A piece or morsell, a tuunne* }*Virgil. 7. Æneid.* putalis nec parcere quadris Fatalis crusti. Vnde per diminutionem Crustulum, *Horat. lib. 1. Epist.* -pueris dant crustula blandi Doctores, elementa velint vt discere prima. Quod genus dulciarij esse putat Porphyrio, *Var. 4. de lin. La.* Crustulum a crusta pultis, eò quod vt coriū exuritur, Crassa dicta.

*Crustularius, Crustulorum venditor. *Senec. Epist. 51.* Et botularium, & crustularium, & omnes popinarum institores. Vulgo *Pasticiarium* vocant.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

CRVSTVMERIVM, κρυσταμερία, *Stephano*, Oppidum in Latio, Albanorum colonia: cuius meminit *Plin. lib. 3. cap 5. Virg. lib. 7. Æneid.* Ardea Crustumeríque & turrigeræ Antennæ.

Crūstūmīna, Pyra sunt ex parte rubentia. Glaciola nunc dicta: à Crustumina agro, qui Tyberi fluuio à Veienti dirimitur, sic appellata. *De hiis Plin. lib. 15. cap. 25. & lib. 23. cap. 7. Item Colum. lib. 5. cap. 10. & lib 12. cap. 10. Virg.* Crustumia pyra vocat. 2. *Georg.* Crustumiis, Syriisque pyris, grauibúsque volemis.

CRVSTVMINVM, Oppidum Tusciæ iuxta Veios: à quo Crustumini dicti, & Crustumina tribus, & Crustumina pyra, & Crustuminum vinum laudatissimum.

CRVSTVMIVM, *apud Lucil. lib. 2.* Fluuius est ex Apennino ortum trahēs, Ariminúmque præterlabens, In læuum (inquit) cecidēre latus velóxque Metaurus Crustumimúmque rapax & iunctus Sapis Esauro. *Meminit huius fluuij & Plin. lib. 3. cap. 15.* Vulgo *Conca, rio de Romaña.*

Crūx, Furca, patibulum, in quo damnati figuntur, dicta à κεράνυμι, quod est ferire, pulsare. {γῦ *beis, σάνις*. GAL. Croix, gibet, tourment, affliction. ITA. *Croce.* GER. ein kreutz. HIS. *La cruz.* ANG. *A crosse, a gibbet or gallowse, affliction.*} *Pl. in Curc. sc. 3. a. 1.* Collum obstringe, abduce ilico ad crucem. *Cic. Verr.* Statim deinde iussu Prætoris in crucem in malam

vsque ad extremam manum est, *Plin. lib. 6. c. 16.* Inuenimus in monumentis Salamitæ Euthymenis filiam in tria cubita triennio adoleuisse. Constat autem cubitum ex sex palmis, hoc est, digitis viginti quatuor: *vt auctor est Vitruu. lib. 3.* Sesquipes enim, hoc est, pes vnus cum dimidio, facit cubitum. Pes est sexta pars altitudinis in corpore nostro: cubitus quarta. ¶Est præterea Cubitus regius, qui maior est cõmuni cubito tribus digitis, *sicut refert Herodot. lib. 1.* ¶Est & Cubitus geometricus, qui tantum valet, quantum sex nostra cubita, vt Origines, Augustinúsque tradiderunt. ¶Eodem cubito, ἐπὶ πῆχυν, hoc est, eadem regula, eadem mensura. ¶Iuxta cubitum profecit, κ' πῆχυν ἐπιδόσει. De eo dicebatur, qui promotus esset ad meliora: siue quum quis ordine legitimo progreditur. siue quum magnis proficit accessionibus. ¶Homo tredecim cubitorum, εἰς τεσσαρεσκαιδεκάπηχυς, de insigniter procero corpore, ignauo & inutili. *Theocritus.*

Cŭbĭtālis, & hoc cubitale, adiectiuum, quod est longitudinis vnius cubiti. {πηχυαῖος. GAL. D'vne coudee de haut. ITA. *Alto vn cubito.* GER. Elnbögig/anes elnbogen hoch. HIS. *Cosa de medida de vn codo.* AN. *Of a cubite in measure or in lengt.*} Herba cubitalis *apud Plinium.* Cauea cubitalis, *apud Liuium*, id est, vno cubito alta.

Cŭbĭtāle, lis, per apocopen Cubital, Cubiti ornamentum. {τὸ ἐπαγκώνιον. GAL. Dequoy on soultient le coude. IT. *Cosa di vn cobito.* GER. Ein gepierd der elnbogen. HIS. *Armadura del codo.* ANG. *A sleeue for the arme frome the elbowe downeward.*} *Horat. in Serm.* Ponas insignia morbi Fasciolas, cubital, focalia.

Cŭbo, as, bui, bitum (quamuis Cubatio, non Cubitio) cubare. {שכב *shachab.* κατακεῖμαι, διαζωμαι, κοιμῶμαι, κατάκλινομαι. GAL. Se coucher, estre couché. IT. *Giacere, esser esteso, coricarsi.* GER. Ligen schlaffen. HI. *Tzçer.* AN. *To lee downe or be layed.*} Sicut & eius cõposita, quæ tàm primæ, quã tertiæ coniugationis inueniuntur: vt, Accubo, as, & Accũbo, is: Decubo, as, & Decumbo, is: Incubo, as, & Incumbo, is: Recubo, as, & Recũbo, is: occubo, as, & Occumbo, is. *Vir.* Nec adhuc crudelibus occubat vmbris, id est, iacet mortuus. *Idē*, Seu versare dolos, seu certę occũbere morti. Secubo, as, & Secũbo, is, quod est seorsum & seperatus cubo. *Propert.* Miles depositis annosis secubat armis. *Liu. lib. 39.* Per iocum adolescens vetat eam mirari, si per aliquot noctes secubuisset: religionis se causa, vt voto pro valetudine sua facto liberetur. Habet tamen Cumbo aliqua composita, quæ non habet cubo, vt Discumbo, quod est cibi capiendi gratia iaceo, non Discubo: Procumbo, non procubo: Similiter Cubo habet aliqua composita, quæ non habet Cumbo: vt, Excubo, non Excumbo: Supercubo, non Supercumbo. Est autem Cubare, iacere: vt Cubare in lecto, *Pl.* Cubare in specu, *Pli.* [Nasonis mollior ossa cubent. *Ouid. Eleg. 3. l. 3.* Vbi ea est: Eccam in tabellis porrectam in cera cubat. *Plaut. pſ. sc. 1. a. 1.* Cubat complexus, cuius cupiens maximè est, *Idem Prolog. Amph.* Vbi cubuisti? In eodem lecto, in cubiculo. *Pl. Amph.* Vbi sunt scortatores, qui soli inuiti cubant. *Pl. Amph.*] ¶Cubare in faciem, est cubare supinum, *apud Iuuenal.* ¶Et absolutè *apud Cic. 5. in Verr.* Quum iste etiam cubaret in cubiculum introductus. Sic, Ire cubitum, & Surgere cubitu, *Cat.* ¶Dicitur & de ægrotis. *Horat.* Cubat hic in valle Quirini, id est, ægrotat, sicut interpretes exponunt. [Quid ea domi est? P. In lecto cubat. (i. ægrota est) *Plin. Merc. sc. 5. a. 2.* Eam cubantem offendi domi (i. ægram) *Ibid. sc. 6. a. 2. Et prolog. Casin.* In morbo, imò in lecto cubat. *Et Suet. in Nero. c. 34.* Cubare ex duritia alui. [i. ægrotum esse] *Cic. 2. Tusc.* Itaque narrabat eũ grauiter & copiosè, de hoc ipso, nihil esse bonum, nisi quod honestũ esset, cubantem disputasse. *Colum. lib. 7.* cubitorem bouem appellat, qui sæpe decumbit ex pertinaci contumacia: quod quidem vitium fame & siti tollendum esse censet, non igni aliúsve tormentis.

Cŭbĭto, as, frequentatiuum, sæpe cubo {κοιτάζω. GALL. Se coucher ou estre couché souuent. IT. *Dormire nel letto.* GERM. Stätig/oder offt ligen schlaffen. HIS. *Dormir en le lecho.* ANGL. *To lie often. Cic pro Celio,* Et propter nocturnos quosdam inanes metus tecum semper puſo cum matore sorore cubitauit. *Plaut. Pſeu. sc. 7. a. 4.* Túne etiam cubitare solitus es in cunis puer? [Est pudica, neque cubitat cum viris, *Plaut. Curc. sc. 1. a. 1.*] Anus hic solet cubitare custos ianitrix. *Plaut. Cur. sc. 1. a. 1.*]

Cŭbĭtŭs, us, Cubandi, siue dormiendi actus. {משכב *mischchâb.* κοίμησις. GAL. Couchement, repos de nuict. ITAL. *Il giacere, il riposarsi.* GER. Das ligen schlaffen. HISPAN. *Y si ja o estada en la camara.* ANGL. *A lying & resting.*} *Idem lib. 10. c. 57.* Medicina in fame, & cubatus in fumo.

*Cubitus, huius cubitus, *Idem Plin. lib. 29. c. 4.* Supini cubitus oculis conducant, at proni cutibus, in latera aduersus distillationes. *Et lib. 24. c. 9* Cubitus sibi sternere dixit.

Cŭbīlĕ, pen prod. Lectus, quòd in eo cubetur. {משכב חרש *mittâh hâresch.* κοίτη, δίφρος. GAL. Lit, lieu à se coucher ou dormir, nid, taniere. IT. *letto.* GE. Ein bett. HI. *Lecho, ò cubril propio lugar de las fieras.* AN. *A bed-de or couche.*} *Cic. 2. Tusc.* Abducet Patrocles, credo, vt collocet in cubili: vt vulnus obliget *Idem 5. Tusc.* Terra cubile erat Anacharsi. [Ille dixit clam cum Alcmena consuetum esse cubilibus. *Plaut. Amphitr.*] ¶Cubilia item dicuntur loca in quibus feræ cubant. *Quintil. lib. 2. ca. 16.* Moliti cubilia ferarum. *Cic. de Nat. Deor.* Delitescunt cubilibus bestiæ.

¶Dicitur & de structura. *Plin. lib. 35. cap. 14.* Ea, inquit, maxima moles fuit, nec sedit in cubili. Vtitur hac voce & *Vitruuius lib. 2.* in eadẽ significatione. ¶Cubile salutatorium dicitur, in quo simulachra deorũ imponi solent, quod & Lararium alio nomine dicitur. *Plin. lib. 15. cap. 11.* Omnia iam & virorum salutatoriis cubilibus inclusa.

Cŭbĭcŭlum, Locus vbi cubile & lectus positus est. {חדר *chedher.* κοιτών. GAL. Chambre à coucher ou dormir. IT. *Camera.* GER. Ein schlaffkammer/ein ort da vil bett stehn/ auff welchen man schlaffet. HISP. *Camera donde dormimos.* AN. *A chamber to lie and sleepe in.*} *Senec. ad Lucil.* Quid prosunt multa cubicula? in vno iacetis. *Cic. in Ver.* In cubiculum introductus. [Silentium non in conuiuio, sed in cubiculo esse debet. *Gell. cap. 11. lib. 14.*]

Cŭbĭcŭlārĭus, Qui in cubiculo ministrat, Cubiculi minister. {κατακοιμητής. GALL. Chamberlant, valet de chambre. ITAL. *Cameriere.* GERM. Ein kämmerling/ein diener so auff die schlaffkammer wartet. HISPA. *Camarero guarda de la camara.* ANGL. *A groome of the chamber.*} *Cic. 5. in Verr.* Hunc vestri imitatores, hunc cubicularij diligunt. ¶ *Suet. in Domit. cap. 17.* Et Saturius decurio cubiculariorum. *Dura cubilia ferri Eruere, Ferri fodinas effodere. *Valerius libro 5. Argon.* Nam prius ignoti quàm dura cubilia ferri Eruerent, enſésque darent, odia ægra sine armis Errabant. *De Chalybum populo.*

Cŭbĭcŭlāris, & hoc Cubiculare. Quod ad cubiculum pertinet. {θαλαμικός. GAL. De chambre. ITA. *Di camera, pertinente à camera.* GERM. Das zu der schlaffkammer gehört. HISP. *Cosa para camara.* ANG. *Perteining to a chamber.*} vt Vestis cubicularis, qua in cubiculis vtimur: & Cubicularis lectus, *apud Cic. 5. Tusculan.* [Cubiculares imagines. *Sueto. in Auguſt. c. 7.*] ¶Cubicularis, pro cubiculario, *Suet. in Neron. cap. 38.* Incendit vrbem tàm palàm, vt plerique Consulares, cubiculareſq; eius cum ſtuppa cædáque in prædiis suis deprehensos non attigerint. Quædam exemplaria legunt cubicularios.

Cŭbĭcŭlārĭus, aliud adiectiuum. κοιτώνιος. vt, Cubicularia lucerna. *Martial. lib. 14.* [Et, Cubicularia gausapina. *Idem lib. 14. Epigr. 14. Et epig. 159. eiusdem lib.*]

Cŭbĭcŭlārĭi, Qui cubiculo, vel ad limina assidẽnt. *Alphenus* hos numerat inter eos, quos vsus sui causa paterfamiliâs habet, *ad finem l. in lege censoria ff. de verb. sign.*

Cŭbĭtŏr, bitoris, nomen. κατακλινόμενος, κοιμώμενος, κοιμητής. *Colum. lib. 6.* Cubitorem bouem appellat, qui sæpe decumbit ex pertinaci contumacia, Quod quidem vitium fame & siti tollendum esse censet, non igni aliúsve tormentis.

Cŭbŭs, {κύβος. GAL. Figure quarree de tous costez, quarreau. ITA. *Ciò che ha la figura quadrata.* GERM. Ein ding das an allen orten gleych gevierecket ist/als ein würffel. HIS. *Cosa quadrada, como el dado.* ANG. *A figure that is square on all partes, a dice.*} ¶Est figura ex omni latere quadrata, quales sunt tesseræ, quib. in alueolo luditur, quæ etiam κύβοι à Græcis sunt appellatæ. ¶In numeris etiam, Cubus dicitur, quũ omne latus eiusdem numeri æqualiter in se soluitur: sicut fit quando terna dicuntur, atque idem ipse numerus triplicatur.

Cūcŭbo, as, pen. corr. Proprium est vocis nocturnæ. {νύξω. GAL. Huyer comme vn hibou ou chahuant. ITA. *Gridare come la ciuetta.* GERM. Wiglen oder heulen/schreyen wie ein nachteul. HISP. *Cantarla lechuza.* ANGL. *To crie like an owle.*} Vt in carmine de Philomela, quod falsò Ouidio ascribitur, Noctua lucifuga cucubat in tenebris.

Cūcŭbă, *Vide* scopes.

Cŭcŭlĭo, Est (*vt Capitolinus docet*) genus pilei viatorum, quo capite obiecto, vagari nocte solent. {πῖλός τις νυκτερινός GALL. Coqueluchon, ou chapeau ou couuerture de la teste pour la nuict. ITAL. *Capello ò cappa portata in capo per la poggia ò altramente.* GER. Ein nachthaub die man braucht so man wandert. HISP. *El papahigo ò capirote.* ANGL. *An hoode.*} *Cato de Re rusti. cap. 2.* videtur ostendere vestis rusticæ genus fuisse, qua operæ aduersus tempestatum iniuriam tegebantur. Quum tempestates (inquit) pluuiæve fuerint, videto quot dies, quæve opera per imbrem fieri potuerint, dolia lauari, picari, villam purgari, fines veteres farciri, nouósque fieri centones cuculionésve familiã oportuisse sibi ita cire.

Cŭcŭlĭo, simplici c, & vnico l, scribendum est, & semper mediam producit, teste Erasmo in adagio Cuculus. {κόκκυξ GALL. Coeu ou coucou. ITA. *Cuculio vgello.* GER. Ein gucker/gutkauch. HISP. *Cuclillo ave.* ANG. *A cuckoou.*} *Horat. 1. Serm.* cui sæpe viator Cessisset, magnacõpellans voce cuculũ. *Martialis* tamen penultimam corripuit, *Quãuis* per plures cuculus cantauerit annos. ¶Est autem Cuculus *auis notissima, quæ in aliarũ auiũ nidis ouа parit, quòd sciat se omnium autum generi esse odiosam, neq; confidat pullos in suo nido rutò futuros. Quare non video quid Gallis venerit in mentem, qui adulterę maritum Cuculũ vocant, cui multò rectiùs Currucæ nomen conueniat, quæ aliena ouа pro suis fouet. *Pl. certè in Asinar.* Cuculũ vocat adulterũ, quòd scilicet ex alienis vxorib. liberos gignat, quos mariti pro suis educent. *Plau. Asin. sc. 2. a. 5.* At etiam cubat cuculus: surge amator, i domum. *Et paulò pòst*, Cano capite te cũculũ vxor ex lustris rapit. ¶Cuculus etiam piscis est, κόκκυξ. Huic vocalitas tribuitur, vt lyræ Chalcidi & apro. Similis est mullo atq; hirũdini cui corpus rubrum excepto ventre candido: rostrum incuruum atque acutum: Felle careat. *V. de* Lucerna.

Cŭcŭllŭs, gemino l. Genus vestis est. {πῖλός τις νυκτερινὸς τὸ κάλυμμα. GAL. Coqueluchon, ou vne cape que les femmes portent pour se couurir durant la pluye. ITA. *Veste che ha il cappuzino, scartozzo.* GER. Ein kleid mit einem gugel oder kappen/ein kutten HISP. *Capilla de vestidura, ò cogulla, el papahigo, ò capirote.* ANG. *An hoode that women weare in tyme of rayne.*} *Iuuen. Sat. 6.* Sumere nocturnos meretrix Augusta cucullos. Vnde constat monachos nostros malè vti hoc vocabulo Cuculla fœminini generis. Sunt qui accipiant pro nautico acrustico tegmine, ad arcendas pluuias. *Columel.* Cultam vestitámque familiam magis vtiliter, quàm delicatè habeat, munitam diligenter à vento pluuiáque: quæ cuncta prohibentur pellibus manicatis, centonib. confectis, vel sagis, aut cucullis. *Iuuenal.* Contentúsq; illic Veneto duróque cucullo. ¶Cucullus etiam pro tegmento papyraceo, quo pigmentarij vruntur, sumitur. *Martial. lib. 3.* Vel thuris piperísq; sis cucullus. [*Epig. 139. lib. 14.*]

Cŭcūllātŭs, a, um, Qui cucullo indutus est. {ὁ τὸν πῖλον ἐπιθέμενος. ANG. *That weareth such an hoode.*} *Colum. lib. 11. c. 1.*

Cŭcŭmă, pen. prod. Vas æneum calefaciendæ aquæ idoneum. {דוד *dudh.* τὸ χαλκοῦν μέγεθος ἐξ οὗ ἕψουσι. GAL. Paellon. ITA. *Cuogoma di ferro ò di rame.* GER. Ein kessel. HISP. *Vaso de cobre, como caldera ò sarten.* ANG. *A brasen pan to warme water in.*} *Petron. Arbiter in Satyr.* Frangitur cerux cucumæ, ignémq; valescentem restinguit. ¶Cucuma item appellatur tuguriolũ exiguũ in quo pauperiores habitrabant. *Mart. lib. 10. ep. 79.* Torquatus nitidas Pario de marmore thermas Extruxit, cucumam fecit Otacilius. ¶Budæus scribit Cucumam esse genus baculi ferrati. *Iurisc. on. ad legem Iul. de sicariis*, Sed & si clava percusserit, aut cucuma in rixa: quamuis ferro percusserit, tamen non occidendi animo, leniendam eius pœnam.

Cŭcŭmĕlă, diminutiuũ, Vasculi genus quod à forma cucumeris nomen suũ inuenit, ad eũdem vsum ad quem & labra & crateres paratum. *Connanus. Alphenus l. si quando ff. si serui. vindi.* Et Seius in eo sylua fuisset, neque non labra, crateras, cucumellas positas haberet, &c.

Cŭcūmer, siue Cucumis, pen. corr. cucumeris, siue cucumis in genitiuo

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

nitiuo, Herba est sarmentis prælongis humi repentibus,& in ramos vitis modo se diffundentibus,folio rotundo,cucurbita aliquanto minore,flore luteo, fructu oblongo, & vbi maturuerit, flauo, masculis quibusdam distincto, qui & ipse herbæ suæ cognominis est. {אשק *kiſchchuá.* σικυος. GAL. Concombre. ITAL. *Cucumero.* GER. Cucumeren/ist ein frucht gleych den kleinen kürbssen. HISP. *Cohombro.* ANG. *A cucumer.*} *Varro lib.4. de lingua Latina, autor est,* Cucumeres à Curuitate dictos, quasi curuimeres. Vnde & Tortum Cucumerem vocat *Virg.4. Geor.*-tortúsque per herbam Cresceret in ventrem cucumis. ¶ *Plinius* tria enumerat cucumerum genera, Laconicum, Scytalicum, & Bœoticum, *vide ipsum lib.19. cap.5.* ¶ Cucumis etiam piscis est digiti crassitudine & longitudine, tuberculis aliquot aspersis, veluti in cucumere terrestri paruo. Partes internas indiscretas habet, *Plin. lib. 9. cap.2.* Rerum quidem non solùm animalium simulacra esse licet intelligere intuentibus voam, gladium, serras, cucumin verò colore & odore similem. *Vide li.32. cap. vlt.* ¶ Cucumis marinus Græcis ἀγγελις: piscis est marinus alius à superiori & Colybdena, pressus aquam eiaculatur typhonis modo: Simillimus est cucumeri paruo figura solùm, non odore nec colore, oblongus est, quamuis angulis & superficiebus insignis, cuius digitalis crassitudo, longitudo minor digito, singuli anguli tuberculorum in cucumeribus gemina serie exarantur. Color rufus est, corio tegitur vt tethya.

Cucumis anguinus, siue syluestris, Herba est solo fructu à satiuo cucumere distans, quem multò minorem habet, glandibúsque longiusculis similem. {ἄγγειος. Officinæ cucumerem asininum appellant. Succum eius Elaterium vocant, ἀπὸ τῆς ἐλάω, hoc est, ab expellendo: si quidem & menses mulierum retentos expellit, & grauidis abortum facit. *Vide Plin. lib.20. c.1.*

Cucumĕrārium, locus cucumeribus consitus. {משקש *mikscháh.* σικυών. GALL. Le lieu où croissent concombres. ITA. *Luoco doue ruscano cucumeri.* GER. Ein ort da vil cucumeren gepflantzet sind. HISP. *El cohombral.* ANG. *A place planted with cucumers.*} *Cyprianus* pro tugurio custodiarum posuit. Solet enim fieri tuguriolum, in quo custos vigilanter obseruat ne cucumeres auferantur ex cucumerario.

Cucumis. Genus piscis ex genere concharum, *cuius meminit Plin. lib. 32. cap.11.* Est etiam cucumis ornamentum ex auricalco, in modum lancis factum, quod habenis affigitur, lorisve, quæ ab armis pendent atque pectore equorum. Alias pro vase *apud Martialem.*

Cucurbĭta, Herba hortensis est notissima, etiam hodie in officinis nomen retinens, fructus magnitudine omnes tùm aliorum fœtus exuperans, {κολοκυνθη. GAL. Vne courge. ITA. *Zucca.* GER. Ein kürbs. HIS. *Calabaça.* ANG. *A gourde.*} *Plin. lib.11. ca.5.* duo eius facit genera, Plebeium, quod humi repit: & Camerarium, facili flexibilique ramorum curuitate tecta, pergulas & testudines operiens. Verba eius sunt hæ Cucurbitæ duo prima genera, Camerarium, & Plebeium quod humi repit. In priore mirè tenui pediculo libratur pondus immobile aucę Hæc omnimodo fastigiatur, vaginis maximè vitilibus, connecta in ea postquam defloruit. Crescit qua cogitur forma, plerumque & draconis intorti figura: libertate vero pensili concessa, iam visa est nouendecim pedum longitudinis. *Hæc ille.* ¶ Aut cucurbitæ florem aut cucurbitam, ἢ κρίνον, ἢ κολοκυνθίδα. Id perinde valet quasi dicas, Aut mortem aut vitam: Aut lucrum, aut damnum: Aut victoriam aut cõtrà. ¶ Græci cucurbitæ florem κρίνον appellant. Incertum vtrum mox euanesca, an cucurbitam sit pariturus. ¶ Cucurbitas lippire, κολοκυνθας νυμᾶν. In cæcutientes ac stupidos dicitur, præsertim in eos, qui ætatis vitio desipiscunt. ¶ Concurbita sanior, κολοκυνθας ὑγιέστερος. *Suidas & Zenodotus pro adagio referunt: citatur ab Athenæo lib.3.* Hinc ductum prouerbium quòd cucurbita vndique turgeat integra, nec rimis hians, vermiculis obnoxia. ¶ A fructus huius similitudine *apud Celsum lib.2. cap.11.* Cucurbitam & per diminutionem Cucurbitulam, eam appellari legimus, quæ nunc vulgò *Ventosa* dicitur. Prima enim huiusmodi vascula ex cucurbitis fiebant. Aut enim, vsus Cucurbitulæ præcipuus est, vbi non in toto corpore, sed in parte aliqua vitium est. *Idem,* Cucurbitularum duo sunt genera, Æneum, & Corneum: ænea, altera parte patet, altera clausa est: cornea, altera parte æque patens: altera foramen habet exiguum, &c. *Iuuen. saty.14.* vacuúmque cerebro Iam pridem caput hoc ventosa cucurbita quærit.

Cucurbĭtŭla, *Vide* CVCVRBITA.

Cucurbĭtīnŭs, adiect. vt Cucurbitina pyra dicimus, & Cucurbitinas ficus, ob cucurbitæ similitudinem. κολοκυνθινα. *Cato de Re rust. c.7.*

Cucurbĭtārĭum, rij, Locus in quo seruntur cucurbitæ. {ANGL. *A place wherem goudes grawe.*}

Cucurbĭtārĭus: ĭūs: Amator cucurbitarum. φιλοκολοκυνθος.

Cucurrĭo, secunda longa, gallorum proprium est. {κοκκύζω. GALL. Coqueter, comme quand le coq appelle les poules. ITAL. *Fare il verso del gallo.* GERM. Kauteren oder gluggen wie ein han. HISP. *Cararear el gallo.* ANGL. *To cock, or crielik a cock when he gathereth the hennes.*} Autor carminis de Philomela, quod falsò Ouidio ascribitur, Cucurrire solet gallus, gallina gracillat.

Cūdo, is, cudi, non cusi (vt quibusdam videtur) supinū facit, cusum, vnico s: vt Excudo, excudi, excusū: at excussum, est ab excutio. *Vir.1. Æn.* Ac primùm silicis scintillam excudit Achates. Vbi *Seruius* Excudit, id est, feriendo elicit: nam Cudere, ferire est. {צור *tsúr* חרש *charásch.* κόπτω, κολάπτω, τυπάω, χαράττω. GALL. Batre, fraper, forger, imprimer sur metail. IT. *Battere, stampare, coniare.* GERM. Schlagen/schmiden. HIS. *Herir, imprimir, cuñar.* AN. *To strike as smithes doe.*} vnde & Incus dicitur, quod illic aliquid cudamus, id est, feriamus. ¶ Cudi pecunia dicitur, quum illi signum principis vel reipublicæ imprimitur. *Terent. in Heaut.* Argentum cudo, quod tibi dem. [Hinc *Plaut.* Oculis multa misera cuditis. *Plaut. Capt. sc.1. a.2.*]

¶ Passiuum protulit idem *Teren. in Eunuc.* At enim in me isthæc cudetur faba, quod est, in me hoc malum recidet, in me hæc vindicabitur culpa. Metaphora ducta est ab area, in qua fabæ triturantur, hoc est, siliquis suis excutiuntur. Ibi enim, quamuis faba præcipuè cudatur, tamen omnes ictus in aream recidunt. Huius composita sunt Accudo, Excudo, Incudo, Procudo, & Recudo, quod est iterum cudo. *Varr.* Vt hi solent, qui vera metalla recudunt. Habent autem hæc omnia penultimam productam.

Cūdo, onis, masc. gen. Significat capitis tegumentum ex corio confectum, quo vice galeæ vti solent. {ANG. *An hoode of leather.*} *Silius lib.16.* Scipio contorquens hastam, cudone comantes Disiecit crines.

Cūiās, cuiatis. {ποδαπός. GAL. De quel pays? IT. *Di qual patria? di qual natione? dè qual setta?* GER. Von wannen bistu? welches lands bist du? HISP. *De que tierra ò vando?* ANG. *Of what countres?*} Vnde & non tantùm patriam, gentem, nationémque inuit (*vt apud Cic. lib.5. Tuscul.* Socrates quidem quum rogaretur, cuiatem se esse diceret, Mundanum, inquit. Totius enim mundi se incolam & ciuem arbitrabatur) sed etiam partes & sectam: vt, Cuiates philosophi vos estis: Stoicine an Epicurei? Sic nostras & Vestras *Cicero*, Non solùm etiam ista vestra oratoria, sed & hæc etiam leuia nostratia. Dicitur & Cuiatis cõmuni genere: vnde *apud Plaut.* frequenter legitur, Cuiatis est? id est, cuius patriæ & gentis. *Accius Tel pho, vt citat Nonius,* Qui neque cuiatis esset, vnquam potuimus, multa rogantes, scire. [*Gell. c.30. l.15.* Cũ quæreretur, Petorium, quali forma vehiculum cuiatísque linguæ esset. *Plaut. Men sc.2. a.2.* Rogant Cuiatis sit ea nauis. *Plaut. Curc. sc.1. a.3.* Cuiatis? Ab Therapontigono milite?]

Cūiŭs, cuia, cuium, adiectiuum est per tria genera declinabile, id est, cuius, {τινος ὤν. GAL. Aqui est? ITA. *Di chi?* GERM. Welches / oder weß? HIS. *De quien?* AN. *Vv hois, to whome belongeth it?*} vt Meus, mea, meũ. Refertur autem ad personam possessoris. *Virgilius Eclog.3.* Dic mihi Damœta, cuium pecus? an Melibœi? *Terent. in And.* Cuium puerum hic apposuisti? dic mihi. *Idem in Eunuch.* Quid virgo, cuia est? *Plaut. in Curc. sc.1. a.2.* Cuiam vocem audio? [Cuia vox sonat procul? *Plaut. Curc. sc.2. a.1. & pseud. sc.4. a.2. & sc.4. a.4.* Is, cuia res est, i. reus. *Gell. c.21. l.1.* In ipso vertitur cuia res, non in eo vnde petitur (De negotio non forensi.) *Idem cap.29. lib.2.* Cuium erit ei reddes. *Gell. c.4. lib.3.*] ¶ Pro eodem interrogatur per Cuius, genitiuũ à Quis, quæ, quod, vel quid: ad quem respondetur etiam in eodem casu, præterquam in possessiuis tàm pronominibus, quàm nominibus. Vt quum quærimus, Cuius est vestis? respondemus mea, vel herilis. Cuia res est. *Cice.3. Verrin.* Vt optima conditione sit is, cuia res sit, cuium periculum. ¶ Cuia interest, *Cicero pro Muræn.* Ea cædes potissimùm crimini datur, ei cuia interfuit, non ei cuia nihil interfuit. ¶ Antiquitus. Quoius scribebatur: vt in emendatis *Plauti* exemplaribus.

[Cuicuimodi, *Gell c.4. l.3.*]

Cuiusmŏdi, Vox est indeclinabilis composita ex duobus genitiuis, Cuius, à quis, & Modi, à modus {ποῖός τις, ὁποῖός τις. GAL. De quelle sorte, ou de quelque sorte. ITAL. *Di qual manera.* GER. Auff welche gattung/welcherley. HIS. *De qui en manera.* ANG. *Of what sorte.*} Ponitur autem relatiue, infinitè, interrogatiuè, & etiam admiratiuè. *Pl. in Menech.* Cuiusmodi homines erunt? R. Ego, & Menæchmus, & parasitus eius. [*Idem Plau. in pse sc.4 a.2.* Defrutum, mel, cuiusmodi? *Idem in Mil. sc.4. a.1.* Cuiusmodi hi homines erunt (i. quàm edaces.) *Idem Men sc.2. a.4.* Res quæritur non cuiusmodi res cluear.] *Et aliter apud Cic. 1. de Inuent.* Quod si hæc cùm summè inutilia, tum multò turpissima sint lege cuiusmodi sit, in præsentia conseruanda iudicibus, id est, *En la sorte qu'elle est.* ¶ Pro eodem dicimus, Cuiusmodicunque. *Cic. pro Cluen.* Nam illud me non præterit, cuiusmodicunque mater sit, tamen iudicio filij de turpitudine parentis dici vox oportet: id est, *Quelle qu'elle soit.* Id Salustius diuisim enuntiauit, Neque solùm ciues, seu cuiuscunque modi genus hominum, quod modò bello vsui foret, &c.

Cūlcĭtra, pe. cor. Non stragulum est, quo dormientes integimur, vt quidam perperam tradiderunt: sed potiùs id quod plumis, tomento, floccis, alióve materia fultum, dormituris substernitur: puluinus, lectulus. {ἐφάλλωμα, στρωμνή. GAL. Coutil de lit, vn lit de plume, de bourre, ou de laine. ITA. *Letto coltra, materazzo.* GER. Ein bett/ein polster/ oder pfulwen mit federen auffgefült. HIS. *Colcedra, colchon, colcha.* ANG. *The tike of a bed, a flock or woll bed.*} Nomen autem habet à calcando, siue inculcando, quòd calcibus, hoc est, pedibus inferciatur. *Cic.4. Tusc.* Eripiamus huic ægritudinem, quomodo collocemus in culcitra plumea, psaltriam adducamus. *Idem ad Attic. lib.13.* Nam Silius culcitras non habet. [Culcitra in terra iacet: Ego in culcitra, *Sene. epist.78.* Deinde loquitur de stragulo & opertorio.] *Iuuenal. Satyr.5.* Tertia ne vacuo cessaret culcitra lecto, Vnà simus, ait,

[Culcitrosus Diomedes *lib.1.*]

Cūlcĭtŭla, diminutiuum. {στρωμνίδιον, μικρὰ στρωμνή. GAL. Vn petit coutil, vn petit lit de plume. IT. *Picciola coltra, ò materazzo.* GE. Ein bettlin/ ein pfulwelin. HIS. *Pequeña colcedra.* ANG. *A litle tike of feather bed.*} *Plautus Mostell.* Is me suam quidem pol optat culcitulam.

Cūlcĭtŭla, Fasciculus quidam ligneus in sacris dicebatur. *Festus.*

Cūlĕŏla, Sunt cortices nucum viridium, similitudine culeorum, quibus oleum, aut vinum continetur. *Hæc Festus.*

Cūlĕus, pro cutis est, aut qualis est, veteres vsurparunt. *Plautus in Amphitr.* Condignum ædepol domum, culeus qui donum dedit. *Ex Nonio.*

Cūlĕus, {βύρσα *sak* κοιλωμα. GAL. Vn sac ou vaisseau de cuir. IT. *Sacco.* GE. Ein sack/ein ledersack. HIS. *Sacca, la odrina.* ANG. *A sacke of leather.*} vel etiam Culèum neutri generis, vel (vt alij scribunt) Culleum genino I Vter, siue saccus ex lino, vel cãnabè, vel corio factus, ab occulendo, id est, claudendo. Eo vtimur ad portanda frumenta. *Plin. lib.7. capit.20.* Iunius Valens meruit in prætorio diui Augusti centurio, vehicula cum culeis donec exinanirentur, sustinere solitus. [Nisi culleis mihi deportetur oleum cras faxo culleo deportere in pergulã. *Plaut. pseud. sc.2. a.1.*] Factus est etiam Culeus pœna parricidarum. Nam parricidæ sanguineis virgis verberati, in culeo cum cane, simia, gallo & serpente incluso mari iniiciebantur. Vnde *Iuuenalis,* quis tam perditus vt dubitet Senecam præferre Neroni? Cuius supplicio non debuit vna parari Simia, nec serpens vnus, nec culeus vnus. ¶ Vnde culeo dignum prouerbialiter dicimus de homine enormiter scelerato. ¶ Est & Culeus mensuræ viginti amphorarum capacis, vel quadraginta vrnarum, vt est apud *Plin. libro 14. capite 4. & Columell. libro 3. ca 3.* ¶ Hinc Sesquiculeare dolium, *apud Columellam,* est triginta amphorarum, quasi culeum & dimidiatum.

*Culearis, & hoc culeare. vt Culeare dolium, quod capit culeum. *Cato in capite* 112. Vbi hauseris de mari, in culeare dolium infundito.

Cūlex. {κώνωψ. GALL. Mouscheron, tout petit ver ayant aisles. ITALI. *Zanzara.* GERMA. Ein mugg oder brems. HISP. *Mosquilo.* ANGL. *Ag-*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

nator flye.} Vermiculus paruus,alatus:de cuius natura *vide Plin. libr.* 11. *cap.* 2 *Plaut. in Cure. sc.* 2. *a.* 4. Vt muscæ,culices, pedésque, pulicésque & cimices. Culicem Elephanti conferre, κώνωπα ἐλέφαντι παραβάλλειν, dicuntur,qui minima maximis comparant, *Libanius ad Casilū.*

Culigna, κυνίχνη. Pororium vas, *festo. Cato capite* 131. Ioui dapali culignam vni quantum vis polluceto. *Idem alibi,* Culignam in fœno græco ponito,vt bene oleat.

Cūlīnæ,loca quædam publica in suburbanis dicebantur, inopum destinata funeribus: *vt ait Aggenus in libro de limitibus agrorum.*

Cūlīnă, pen. prod. *vt Varro de vita populi Romani scribit*, dicta est ab eo,quòd ibi colebant igné locupletiore domus. {καγκελεῖον. GAL. Cui fine ITA. *Cucina.* GER. Ein kuche. HIS. *Cozina,lugar de cozinar.* AN. *A kitch n.*} *Plau. in Caf* Senex in culina clamat,hortatur coquos. *Iuuenalis* continens pro contento posuit, scilicet pro cibis coctis, quum inquit, sequitur sua quemque culina. [Coqui focos ipsos in mensam transferunt,cœnam culina sequitur. *Senec. epist.* 79. In culinam cōsumsit HS. millies Apicius, *Senec. cap.* 10. *de Consol. ad Elb.* Exi culina maiestigia. *Plaut. Mostell. sc.* 1. *a.* 1. Exi nidor è culina,quid lates?]

Cūlīnārius,{μαγειρικὸς. & Culinor,aris, quod est Culinam exerceo, μαγειρεύομαι.

Cūlmĕn, Vertex,fastigium. {גב *ghábראש harósch.* κέρας, τό. GAL. Le feste & sommet d'vne maison,le haut,le coupeau,la pointe. ITA. *Colmo,tetto,sommita d'alcuna cosa.* GER. ein gipfel eines hauses/ die first eines strawtachs. HSP. *Cumbre de cosa alta.* ANG. *The toppe or hight of a thing,the ridge of an house.* } Ab antiquis culmina dicta sunt tecta, quia ædificia è culmo,id est,paleis è messibus collectis,contegebant. *Virgil. 1. Ecl.* Pauperis & tuguri congestum cespite culmen. *Ibidem,* Et iam summa procul villarum culmina fumant. *Plaut. Trin.* In Capitolio,quo in culmine astat summo. *Plin. lib.* 9. *c.* 35. Principium ergo, culmenque omnium rerum pretij,margaritæ tenent. ¶ Culmen pro Culmo,siue stipula, *Ouid. 4. Fast.* Sanguis equi suffimen erit,vitulique fauilla: Tertia res,duræ culmen inane fabæ.

Cūlmŭs, Frumenti calamus,à radice vsque ad spicam: dictus quòd calatus; vnde olim & Columus dicebatur, sicut & Columen primo, quod poste a Culmen. Várro tamen culmum dictum putat tanquam culmen,quòd in summo campi nascuntur culmi. {קנה *kanéh* אבוב *abi* καλαμοκαλάμη, αἰσχύς. GAL. Chaume,chalumeau,ou tuyau de blé ou d'auoine ou de semblables. ITAL. *Gamba del frumento.* GER. ein halm oder stengel an dem korn/gersten HI. *La cañia del trigo.* AN. *The stemme or stravve of corne frome the roote to the eare.* } *Virg. Geor.* ne grauidis procumbat culmus aristis. *Ibidem,* culmúmque leuem stipulasque volantes. *vbi Seruius*, Culmus dicitur ipse calamus: stipulæ verò folia quę ambiunt culmum. ¶ In culmo arare ἐπὶ καλάμῃ ἀρᾶν dicuntur qui labore nunquam intermisso vim mentis exhauriunt: aut qui nunquam desinunt ab amicis petere quod dent. Sumpta metaphorà à nimium auidis agricolis, qui segetem non patiuntur vnquam interquiescere: sed assidua cultura succum omnē soli exhauriunt, statim à messe nouam ingerentes sementē. *Suidas citat ex Lysia.*

Culpă Causa,meritum,crimen. {אשם *aschám* דבה *dibbáh.* αἰτία. GAL. Faute,coulpe,offense,blasme. ITA. *Colpa.* GER. Die schuld einer mißhandlung. HISP. *Culpa de algun malhecho.* ANG. *An offence, fault e, or blame.*} *Plautus in Epid.* Mihi vt ignoscas, siquid imprudens culpa peccaui mea. [Serui qui,cùm culpa carent,metuunt,ij sunt heris vtibiles. *Plaut. Men. sc.* 6. *a.* 5. Vsus ædium deterior haud fabri culpa. *Pl. Mostel. sc.* 2. *a.* 1. Nam mea sit culpa,quod egomet contraxerim. *Plaut. Amph.* Homo culpam admisit in se *Plau. Aul. sc.* 6. *a.* 4. Nō totam possum ostendere culpam: sed partem criminis error habet. *Ouid. Eleg.* 5. *lib.* 5. *Trist.* Si mora culpa est,ego sū maturior illo. *Ouid.* 15. *Met.* Culpa delicti. *Cicer. pro C. Rabir. Idem in Mercur.* Dij sciunt, culpam meam istanc non esse vllam. *Cicero primo Officior.* Ne maior pœna, quàm culpa sit,cauendum. Iurisconsulti duo faciunt culparum genera, Latam & Leuem: Latam culpam appellantes dolum præsumptū: Leuem verò negligentiam,quum scilicet eam diligentiam in rebus alienis non præstitit,quam prudens paterfamilias solet. Culpæ nomen generale est,delúmque comprehendit non quidem verum, sed præsumptum. Nam si in materia culparum, quam nemo diligentius tractauit doctissimo nostro Zasio,vero dolo locus esset,iam culpam nominare quid attineret? *l. si idem, C. de codicil. vul.* [Culpa pro adulterio: *Virgil. 4. Æn.* Coniugium vocat,hoc prætexit nomine culpam. Viri sæpe haud culpa abstinent, *Plaut. Men. sc.* 2. *a.* 1. *Idem in Amphit. & Aul. Item* pro pœna: vt,fateor me peccauisse,& me culpam commeritum,id est, pœnam. *Plaut. Aul sc.* 6, *a.* 4. *Item Oui. Eleg.* 1. *l.* 4. *Trist.*]

[Culpabile. *Apuleius. Apol.* 1.]

[Culpatius. *Gellius c.* 7. *lib.* 11. Culpatius hoc est.]

Cūlpo, as, are, Culpæ do, culpæ alicuius tribuo, in culpa pono, reprehendo. {חיב *chyáb* גדף *ghiddéph.* αἰτιῶμαι, κατηγορῶ. GAL. Blasmer, reprendre. ITA. *Incolpare.* GERM. Beschuldigen/oder schälten. HIS. *Culpar algun malhechor.* ANG. *To blame, rebuike, or laye the faulte vpon.*} *Plau. in Bac.* Illum laudabunt boni, hunc eriam ipsi culpabunt mali. *Idem Asin* Neque quæ rectè faciunt culpo, neque quæ delinquunt amo. [*Plaut. Curc. sc.* 2. *a.* 4. Qui constitit,culpant eum *Et pseud. sc.* 2. *a.* 3. Qui ea culpes condimenta. Culpari: *Suet. in Cæs. c.* 2. Vt peragas mandata liber culpabere forsan. *Oui. Ele. 1. lib.* 1. *Trist.* Laudari vel falsò malim, quàm verè culpari *Plaut. Mostel. sc.* 3. *a.* 1.]

Cūlpātio, veib. Reprehensio. {גרוף *ghiddúph.* ἔλεγμος, εἴπασις. GA. Blasme, r prehension, reproche. ITA. *Biasmo, riprensione.* GER. Beschuldigung. HIS. *Culpa, reprehension.* ANG. *A blaming, rebuiking.*} *Gell. lib.* 10. *cap.* 12. Ne ipsi quoque culpationes huiusmodi mereantur.

Cūlpĭto, as, are, frequentatiuum. συχνὰ μέμφομαι. GAL. Blasmer souuent. ITAL. *Biasmare spesso.* GER Offt schälten/oder beschuldigen. HISP. *Culpar muchas vezes* ANG. *To rebuike and laye the faule on one of.on.*} *Pl. in Castel.* Verum haud metuo ne iusiurandum nostrum quisquam culpitet.

Cūltĕr, Dicitur omne instrumētū quo aliquid scinditur. {חרב *chereb* מאכלת *maachélet* סכין *sachchin.* μάχαιρα. G. Cousteau. IT. *Coltello.* GE. Ein messer. HI. *Cuchillo.* AN. *A knyfe.*} *Pl. Ep.* -acutū cultrū habeo Qui seni exèterē inurlupiū. Vnde culter tōsori, dicitur nouacula, qua tōsores barbas radunt. *Cic. 2. Offic.* de Dionysio superiori loquens, Qui cultros tonsorios metuens, sibi candente carbone adurebat capillū. ¶Item Culter venatorius, dicitur Venabulū, vel potiùs ferramentum venabuli. ¶Culter etiam dicitur vomer aratri, quo terra priusquàm proscindatur, secatur, futuríque sulcis vestigia præscribuntur. *Autor Plin. lib.* 18. *cap.* 18.

¶Sub cultro linqui, prouerbiali figura dicitur, qui in præsentaneo periculo deseritur. Sumpta metaphora à victima, quæ iamiam ferienda, sub cultro esse dicitur.

Cūltēllŭs, diminut. {τὸ μαχαίριον. GAL. Petit couste au, coustelet, ganiuet. ITA. *Picciolo coltello.* GER. Ein messerlin. HISP. *Pequeño cuchillo.* ANG. *A litle knyfe.*} *Iuuenal.* Saltantem spectans & chiromûnta volanti Cultello. Purgare vngues cultello, *Horat. 1. Epist.*

Cūltēllātĭo, verbū antiquum fuit: *de quo sic Frontinus in lib. de limitibus,* Cultellandi ratio quæ fit,sæpe quæritur, cuius præmensi soli spatiū consummamus,& illam cliuorum inæqualitatem planam esse cogimus,dum mensuræ lateribus inseruimus. Cultellamus ergo agrum eminentiorem,& ad planiciem redigimus. Cultellatus etiam lapis dicitur,vt est apud Hyginum, qui pentagoni recipit rationem.

Cūltellātŭs, a, um, Formam cultelli habens. {שנין *schanún.* μαχαιροειδής. GAL. Aigu & trenchant en façon de cousteau. ITA. *Che ha forma di coltello.* GER. Wie ein messer gemacht. HISP. *Lo que tiene forma de cuchillo.* ANG. *Egded lik a knyfe.*} Vt, Dorsum cultellatum. *Plin. lib.* 32. *c.* 2.

Cūltrātŭs, a, um, μαχαιρώδης. *Idem,* vt Cultratus mucro, qui scindit vt lut culter. *Plin l.* 13. *c.* 4. Folia cultrato mucrone.

Cūltrārĭus, Minister qui victimam cultro immolat: qui alio nomine dicitur Victimarius. [Puto, qui cultros subiiciunt. *Virg. 6. Æn.* Supponūt alij cultros.] *Suet in Calig.* Admota altaribus victima, succinctus paparum habitu, clato altè malleo cultrarium mactauit.

Cūltŭr, Cultus, Cultura, Cultor, Cultrix. *Vide* COLO.

Cūlullŭs, Calix fictilis quo in sacris vtebantur Pontifices, & Vestales virgines, restib. Porphyrione & Acrone. ¶Accipitur & pro vrceolo. *Horat. in Arte,* Reges dicuntur multis vrgere culullis, Et torquere mero, quem perspexisse laborant. *Idem 1. Carm. Ode* 31. Diues & aureis Mercatores exiccet cululis Vina Syra rep. &c.

Cum, Præpositio copulatiua, quæ ablatiuo solet coniungi notanti societatem & coniunctionem, Summa cum benevolentia, summa cum hilaritate illum excepi. {עם *im,* σὺν, μετά cum genitiuo. GAL. Auec, ITA. & HISP. *Con.* GER M. Mit ANG. *V Vith.*} Cum Socrate profectus sum. [Cum aliquo facere (i. eius partes sequi.) *Vell. 2. a.* 22. *lib.* 15. Stultè marsupium cum argento ei credidi. *Plau. Mena. sc.* 1. *a.* 5. Magno cum malo tuo. *Plaut. Asinar. sc.* 4. *a.* 2. Cum cruciatu ni apparet tuo. *Plaut. Amph.*] ¶ Aliquando accipitur pro contra, πρὸς, vt, Cùm hoste pugno. [Quærebat pro quo,& cum quo pugnarent *Velleius.* ¶ Cum vino fertur. (i. vini plenus) *Plaut. Curc. sc.* 1. *a.* 1. Aliquando vacat, vt, laudem cum sanguine pensat. *Ouid. 13. Metam.*] ¶In compositione verò posita inuenitur tum vt, Mecum, Tecum, Secum, Quicum, Quibuscum. ¶Aliquando adiectiuum est, & accipitur pro Quando. {ὁπηνίκα. GAL. Quand, veu, que, iaçoit, combien que. ITA. *Concios a.* GER. Wann. HISP. *Quando.*} *Virg. 3. Eclog.* Quū faciam vitula pro frugibus, ipse venito. *Cic.* Nonnihil me consolatur, quum recordor quanta me complecteris benevolentia. Iungitur modò indicatiuo: vt, Quum dico. [Sed quom cogito & quom in mentem venit. (GALL. mais quand i'y pense) *Plaut. Amphit.* Homūculi quanti sunt cùm recogito. *Plaut. Capt. prolog.*] Quum dicebam, Quum dixi, Quum dicam. Modò subiūctiuo: vt, Quum dicerem. [Interdum pro Ex quo. Septimus mensis est cum in hasce ædes nemo pedem intulit. *Plaut. Mostell. sc.* 2. *a.* 2.] ¶Interdum accipitur pro Dum, ἕως, ἕως. *Cic.* Quum me in Africam contulissem. ¶Interdū pro Quamuis, & exigit post se Tamen, fugitúrq; subiunctiuo. *Cic. pro Deio.* Quum in omnibus causis grauioribus initio dicendi commoueri soleam, tamen in hac multa ita me perturbant. ¶Aliquando pro Quoniam, vt causam denotet: & similiter subiunctiuo iungitur: vt, Quum inueniam Latinos proprio sermone hæc parum attigisse, conatus sum pro virib. [Sed cum adhuc odos, naso obsequutus es meo, da vicissim gutturi meo gaudium. *Plaut. Curc. sc.* 2. *a.* 1. GAL. Puis que. Cum diluculo, *Plaut. Amphitr.* Egóne abs te abij hinc hodie cum diluculo. Item cum Extemplo: vide extemplo.] ¶Iungitur quandoque Cùm & Tùm, ἡνίκα, ἡνίκα: quæ licet idem ferè significent, diuerso tamen modo ordinantur: nam in Cùm est quiddam minùs, in Tùm quiddam maius: & hoc duob. modis fit: vt aut generale præcedat. & sequatur speciale: aut ambo sint specialia. Primo modo sic: *Quintilianus*, Quod cum omnibus confitendum est, tùm nobis præcipuè, qui rationem dicendi à bono viro non separamus, id est, omnib. multùm, mihi autem maximè. Altero modo: *Idem*, Quod opus Marcelle victori tibi dicamus: quem cùm amicissimū nobis, tùm eximio literarum amore flagrantem, dignissimum hoc mutuæ in nos charitatis pignore iudicamus: id est, multum propter amorem tuum in nos, plus tamen propter amorem literarum. ¶Aliquando etiam Cùm & Tùm coniūctiuo iūguntur. *Cicero Curioni lib.* 2. *Epist.* Graui teste priuatus fum amoris erga te mei, patre tuo clarissimo viro: qui cū suis virtutibus, tùm verò te filio superasset omniū fortunas, si te antè vidisset, quàm è vita discederet.

¶Quando autem fit sub duob. verbis, fieri debet sub eodem modo & tempore. *Cic ad Attic. lib.* 1. Itaq; cùm meus me mœror quotidianus conficit, tùm verò hæc addita cura vix vitam mihi reliquam facit. Quanquam etiam interdū diuersorum modorum & temporum verbis iuncta inuenitur. *Idem eidem lib.* 3. Quod cùm semper antea intelligerem, tùm verò proximè iudicaui. *Idem in principio libr. 1. de Nat. deorum,* Cùm multæ res in Philosophia nequaquam satis adhuc sint explicatæ, tùm difficilis Brute (quod tu minimè ignoras) quæstio est de natura deorum. ¶Ponitur quandoq; Tùm sine Cùm, geminatum, vel triplicatum in reb. paribus. *Quintil.* Nec indignatur Herodotus æquari sibi Titum Liuium, tùm in narrando miræ iucunditatis, clarissimíq; candoris, tùm in concionibus, suprà quàm enarrari potest, eloquentem: ita dicuntur omnia tùm rebus, tùm personis accommodata. ¶Ponitur nonnūquam Tùm pro aliquando, ποτὲ δὲ, ποτὲ δὲ, & sic ferè geminatum. *Cicero*, Tùm hoc, tùm illud argue, id est, modò hoc, modò illud. ¶Quandoq; pro tūc, τότε. *Virg. 8. Æneid.* Tùm primùm nostri Cacum videre trementem.

¶Quandoque est aduerbium ordinis, pro Deinde, εἶτα. *Virg. 6. Æne.* ipse atri velleris agnam Æneas matri Eumenidum magnæque sororī

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

rori Ense ferit, sterilémque tibi Proserpina vaccam: Tum Stygio regi nocturnas inchoat aras. ¶ Quandoque pro præterea. *Terent. in Prolog. Eunuchi.* Si quisquam est, qui se studeat placere bonis Quam plurimis, & minime multos lædere, In his poëta nomen profiteur suum. Tum siquis est qui dictum in se inclementiùs Existimet esse &c. Sūt qui ita distinguunt, vt quando præpositio est, cum c, scribi debeat: quando autem aduerbium seu coniunctio, cum q. Sed quum ratio nō sit satis ponderosa, iam doctorum vsus obtinuit, vt potiùs cum q, séper scribatur: quare vnusquisque prout voluerit scribat. Antiquitus, quum aduerbium erat, Quom scribebatur. ¶ Cumalter, vna particula, an iqui pro cum altero vsurpabant, brevitatis gratia: *vt ἀμφοτεριστὶ dixit Festus.* ¶ Cum dicto, significat itatim post verba, & vix dum finito sermone, *ἅμα λόγῳ, πρὸς τὸ λεγόμενον. Apul.* Et cum dicto sutili centunculo facié suam iamdudum punicantem, præ pudore obtexit. *Cum eo, pro Ea lege. Colum. lib. 5. cap. 1.* Obsequar voluntati tuæ, cum eo, ne dubites id opus magis geometrarum esse, quàm rusticorum. *Celsus lib 3. ca. 22. de tabe,* Si nihil reliqua proficiunt, sanguis mittendus est, sed paulatim, quotidiéque pluribus diebus, cum eo vt cætera quoq; eodem modo seruentur. ¶ Cum imperio esse, *ἐπ' ἀρχῇ εἶναι*, dicebatur, cui nominatim demandabatur à populo imperium. ¶ Cum potestate esse dicebatur, qui alicui negotio à populo vel Senatu præficiebatur: vt cui annonę *in l. 7. ℔* 10. *D. de vi public.* ¶ Cum populo agere, est rogare quid populum quod suffragiis suis aut iubeat, aut vetet. Concionem autem habere, est verba facere ad populum sine vlla rogatione, *Gell. lib. 13. c.* 14. ¶ Cum sacco adire, est postulare, vt sibi è vestigio atque eodē temporis puncto pecunia soluatur. *Paul. de solu.* Quod dicimus in eo hæreditatem ab rede, qui fideiussori testatoris id, quod ante aditam hæreditatem ab eo solutum est, debere statim soluere, cum aliquo scilicet temperamento temporis intelligendum est, nec enim cum sacco adire debet. *Ex Hotoman.* ¶ Cum patribus agere, est ad Senatum referre. *Bud. in Annot. posterior.* ¶ Quum iustæ ætatis factus fuerit, Quum perfectæ ætatis fuerit, Quum adoleuerit, de annis 14. completis intelliguntur. Alberic. locos indicat. ¶ Cummaximè, *ὅτι μάλιστα*, vehementissimè, vehementiùs quàm aliàs vnquam. *Cic pro Cluent.* Mater, quæ multos iā annos, & nunc cummaximè tùm Pamphilus, Cùm pater, vxorem vt ducat orare cœpit. ¶ Cùm partim, veteres dixere, pro partim. *Cato,* Ibi pro scorto fuit in Cubiculum, surrectitauit è conuiuio quum partim illorum iam sæpe ad eundem modum erat. *Vide ea, quæ ex Gellio annotauimus in dictione* PARTIM.

¶ Complurimum vna dictio pro ad summum. *Suet. in August. ca.* 78. In lectum inde transgressus, non ampliùs complurimùm, quàm septē horas dormiebat. ¶ Cumprimis, Significat in primis, *εἰς τὰ πρῶτα. Cic. 3. Verr.* Homo domi suæ cumprimis locuples. *Apul.* Hic cumprimis nobilis ac facundus. Cumprimè, olim dicebatur pro cumprimis. *Q. Quadrigarius,* Nam M. Manilius, quem Capitolium seruasse à Gallis nuper ostendi, cuiúsque operam cum M. Futio Dictatore apud Gallos cumprimè fortem Respub. sensit, &c. ¶ Cum stomacho aliquid facere dicimus, hoc est, cum indignatione siue fastidio. *χαλεπαίνω.* ¶ Cum tempore, cum mora, & spatio temporis, *χρόνῳ.* *Tempus cùm, Plaut. Bacchid.* Iam aderit tempus, cùm sese etiam ipse oderit. *Cic. 2. Offic.* Nondum centum & decem anni sunt quum de pecuniis repetundis à L. Pisone lata lex est. ¶ Cum venia tua dicimus, hoc est pace tua, & te permittente, *συγχωροῦντός σου.*

CVMA, *κύμη*, Vrbs Æolidis ex aduerso Lesbi sita, Æolicarum vrbium maxima & optima, & ferè metropolis cæterarum ciuitatum, quæ numero erant circiter xxx. Ab hac ciuitate cognominata est Sibylla Cumæa *κυμαία*, quam aliqui à vicinitate loci Erythream appellarunt: quæ profecta in Italiam, multa de Romanis vaticinata est. Item patria fuit Ephori, viri doctrina clari, & Isocrati Oratori familiaris, præterea & Hesiodi poetæ, qui patrem suum, relicta Æolica Cuma, in Bœotiam migrasse dicit. *Plut. de eo in Symposiis multa, & Suid. Step.* ¶ Cuma Æolica ante Lesbum sita nomen habet à Cyme. Amazoniū dicta est: gentile *κυμαῖος* (*κυμαῖς* autem ab vrbe Italiæ fit) Hæc & Lesbus stoliditatis notantur. Est & alia Phriconitis dicta, *φρικωνίτης*. Quarta Elidis. Quinta Eubœæ & Pamphiliæ. Item insula propè Siciliā, *Steph.* Huius oppidi incolę, Cumæi, *κυμαῖοι*, dicti sunt, qui stupiditatis nomine malè audierunt. Olim enim vulgatum erat tota Asia prouerbium, Cumæi serò sapiunt, *ὀψὲ μὲν σοφίζονται κυμαῖοι.* De cuius origine duæ afferuntur sententiæ. Sùnt enim qui dicant, Cumæos quum ad mare vrbem opportunam haberent, & tamen nullum ex ea reciperent prouentum, vix demum trecentesimo anno ab vrbe condita intellexisse, ex portorio reditum non contemnendum posse confici. ¶ Alij, pecunia fœnori accepta, ampliſſimas eos porticus tradunt ædificasse: quam pecuniam quum constituta die non exoluissent, creditores in ipsarum porticuū possessionē fuisse missos, qui deinde ciues à deambulatione arcebant. Verùm cum ingens pluuia repentè ingruisset, creditores statim edictum promulgasse, vt Cumæi se in porticus reciperent. Præconе itaque identidem acclamante, Subite porticus, viri Cumæi: qui ibi tunc aderant hospites, rem in iocum verterunt, tanquam non intelligerent Cumæi, nisi iussi, pluuiæ tempore porticus esse subeundas. *Hæc strab. lib. 13.* Sunt & aliæ eiusdem nominis vrbes, *quas vide apud Steph.*

CVMAE, arum, *κύμη*, Ciuitas Lucaniæ ad mare, iuxta Puteolos, condita ab his qui ex Chalcide vrbe Eubœæ venerūt. *Seru. in illud Virg. 3. Æn.* Huc vbi delatus Cumæam accesseris vrbem: Eubœa (inquit) insula est, ex cuius ciuitate Chalcide coloni profecti sunt ad nouas sedes quærendas, & haud longè à Baiis (qui locus à socio Vlyssis Baio illic sepulto nomen accepit) inuenerunt vacuum littus: vbi visa muliere grauida (quod illi fœcunditatis augurium interpretabantur) ciuitatē condiderunt, quam Cumas appellauerunt, siue *ὅτι ἐκύησαν*, hoc est, à prægnante: siue ab vndis, quas Græci *κύματα* appellant. Nam *τὸ κῦμα* vndam significat: *υ* autem Latini in u conuertunt, vt Byrrhia, Burrhia.

Cūmāni & Cumæi, *κυμαῖοι*: quamuis *κυμαῖοι* etiam dicantur à Cuma ciuitate Æolica [Bardi & stulti. *Plutar. in Cæs.*]

Cūmātilis color, *κυματίας*. ANG. *Darke blewe, skie colour.*} à fluctuum similitudine appellatus, qui & Cæruleus alio nomine dicitur: nam Græci *κύματα* fluctus vocant. *Plaut.* Cumatilem togam, aut plumatilem. Hunc etiam colorem periphrasticè designat *Ouid lib. 3. fast. quum ait,* Hic vndas imitatur: habet quoque nomen ab vndis.

*Cumbam (*κορεῖον*) Sabini vocant eam quam militares lectica; vnde videtur deriuatum esse cubiculum. *Festus.*

Cūmĕrā, pen. corr. {*ἀγγεῖόν τι στρογγύλον, στρουθίον.* GAL. Vn vaisseau à garder le grain de froment. ITA. *Bugnola.* GER. *Ein kornkast.* HISP. *Panero de palmas ò esparto.* ANG. *A vessel to keep corne in.*} Vas ingens vimineum, vel etiam fictile, quo frumenta conduntur, *vt inquit Acron.* Festus verò autor est, Cumeras ex sparto, palmarúmve foliis confici solere. *Horat. libro 1. Serm.* Cur tua plus cumeris laudes granaria nostris? *Idē 1. Epistol.* Forte per angustam tenuis vulpecula rimam Repserat in cumeram frumenti.

Cŭmĕrum, antiqui vasis genus erat, quod opertum in nuptiis ferebatur, in quo erat nubentis supellex. *Festus,* Cumerum (inquit) vas nuptiale, à similitudine cumerarum, quæ fiunt palma vel sparto ad vsū populārem sic appellatum.

Cŭmīnum, siue Cyminum, pen. prod. {כמון *chammón*, *κύμινον*. GAL. Herbe nommee du comin. ITAL. *Comino.* GER. *Kummig.* HISP. *Comino.* ANGL. *An hearbe named cummin.*} Herba est notissima, folio fœniculo non dissimilis, radice sub. otunda, semen ferens copiosum, & canicularum, quod in vino eorum pallorem fertur generare. Vnde etiam *ab Horat. lib. 1. Epist.* exangue cuminum appellatur, - quòd si Pallerem casu, biberent exangue cuminum. *Pers. Sat. 5.* Pallentis grana cumini. ¶ Est item Cuminum agreste, *κύμινον ἄγριον*, satiuo multo efficacius, in collibus ferè prouenies: *de quo vide Dios.*

[Comprimè fortis *Gell c. 2. lib. 17.*]

Cŭmŭlus, penultim. correp. Propriè dicitur maiorū rerū velut acerus quidam. {ערמה *haremáh* תל *tel* צבור *tzibúr*. *σωρός.* GALL. Monceau, comble, amas. ITA. *Cumulo, mucchio, massa.* GER. *Ein hauff.* HISP. *Colmo ò monton.* ANG. *An heap.*} *Liu. 10. ab Vrb.* Contubis corpus eo die, quo ab utum super stratis Gallorum cumulis erat, inueniri non potuit. *Virgil.* Cumulum pro altitudine, & quasi magna aquæ mole posuit, 1. Æneidos, - insequitur cumulo præruptus aquæ mons. [*Gell c. 9. l. 4.* Cumulus pro Abundantia.]

¶ Cumulus ità est, qui additur mēturę plenę, *vt inquit Festus, πρὸς ὄγκον*: & per translationem accipitur pro quauis accessione, *Cic. pro Roscio,* Vt ad illam optimam prædam damnatio Sex. Roscij velut cumulus accedat. *Idem Attic. lib. 2.* Ad summam lætitiam, quum ex reditu tuo capio, magnus ex illius aduentu cumulus accedit.

Cŭmŭlo, as, are, Implere, coacceruare, & quasi ad cumulū addere. {צבר *tsa.bár* מלא *malé*. *σωρεύειν, ἐπιτιθέναι.* GALL. Combler, amõceler, amasser en monceau. ITA. *Accumulare, ammassare.* GERM. *Hauffen/auffhauffen/zusammen hauffen.* HISP. *Colmar ò amontanar.* ANG. *To heap or gather together.*} *Virgilius 11. Æneid.* Et nunc ille quidem spe multum captus inani Fors & vota facit, cumulátque alraria donis. Tractum à mensuris, quibus nonnihil solet addi. Dicimus cumulo tibi honores, & cumulo te honoribus, *Cic. ad Attic. lib. 14.* Non possum non confiteri, cumulari me maximo gaudio, quòd vulgò hominum opinio socium me adscribat tuis laudibus. [Aræ honore, & donis cumulantur, Verbū est sacrorum. *Liuius 8. ab Vrb. Tibull.* Dum cumulant aras, ad tua sacra veni. Cumulare religiones animis. ¶ Item, Adest occasio benefacta cumulare. *Plaut. Capt. sc. 3. a. 2.* Meque pot aduersis cumulat quot littus arenis *Ouid. Eleg. 1. lib 4. Trist.*]

Cŭmŭlātio, est vnius actionis ad aliam adiuratio, vel est plurium rerū vel actionum coacceruatio contra eundem in iudicio legitimè proposita. {ANG. *An heaping of many thinges together.*} Zasius in titulo Inst. de actio. §. si munus, & cumulationum quatuor speciesibi.

Cŭmŭlātus, penult. producta, Participium. {ערם *neherám*. *ὀθισωρευμένος, ἐπηλίσας.* ANG. *Heaped.*} *Cicero ad Dolabellam lib. 9.* Tamen idibus Maiis tantū accessit ad amorem, vt mirarer locum fuisse augendi in eo quod mihi iampridem cumulatum etiam videbatur. ¶ Cumulatus locus dicitur, impeditus rebus congestis, *Liu. lib. 2. bell. Maced.* Cumulatus omni laude orator, *Cic. 1. de Orat.* [Cumulatissimus, a, um, Egóne te emittā manu scelerum cumulatissimè? *Plaut. Aul. sc. 2. a. 5.*]

Cŭmŭlātim, aduerb pro acer atim. {חמרים חמרים *chomarim chomarim*. *σωρηδόν.* GAL. Par monceaux. ITA. *A mucchi a monti.* GER. *Hauffechtig.* HISP. *Conel colmo.* ANG. *By heapes.*} *Varro de Re rust. lib. 3. cap. 15* Quib. in tenebris quūm cumulatim positum est, in doliis fiunt pingues.

Cŭmŭlātē, Abūdanter. {*ὑπερσωρευμένως, ἐπηλίσας.* GAL. Abondamment. ITA. *Abondantemente.* GER. *Mit hauffen/vberflüssig.* HISP. *Abundamente.* ANG. *Abundantly in great plentie.*} *Cicero secundo de Diuin.* Quæ vt benè cumulatéque perfecta, de diuinatione ingressi sumus his libris scribere. *Cumulatissimè, Superlat. *Cic. Vatinio, libro 5. 11.* Nec enim tu mihi habuisti modò gratiam, verum etiam cumulatissimè retulisti.

Cūnæ, arum, & Cunabula, orum, pro eodem accipiuntur: dictæ quasi Cynæ & Cynabula. {*κοιτίδες.* GAL. Le berceau ou couchette d'vn enfant. *Cuna, culla.* GER. *Die wiegen oder wagen der kinderen.* HIS. *Aquel lugar do nacen los niños, y lacuna.* ANGL. *A cradell.*} Nā *κοῦν*, Græci enim dicūt. & parcre. Latini autem suo more, *υ* in u conuertūt. [vel, vt placet Passeratio, à cunire, i. fercus facere.] Sunt autem lectuli in quib. infantes solent iacère, vel loca in quibus nascuntur. *Cicero primo Tuscul.* Iidem si puer paruus occidit, æquo animo ferendum putant: si verò in cunis, ne querendum quidem. Dicuntur & incunabula; nam In præpositio, hoc loco nihil significat, sicut & in aliquot alijs dictionibus, vt Columis & incolumis. ¶ Sunt qui Cunabula & Incunabula à cunis distinguant, & ea propriè dici existiment quæ ad cunas instruendas & ornandas pertinent: Cunas verò, exiguum illud fulcrum ex ligno aliáve materia, in quo infantis lectulus sternitur. *Plautus in Amph.* Sed puer ille quem ego laui, vt magnus est, & multum valet! Neque eum quispiam colligare quiuit in cunabulis. *Et in Truc.* Fasciis opus est, puluinis, cunis, incunabulis. [postquam in cunas conditus est (infans.) *Plaut. Amphit.* Túne etiam cubitare solitus in cunis puer. (Obscœnè) *Plaut. pseud. sc. 7. a. 4.* Hirundo sub trabibus cunas paruáque tecta facit. *Ouid. El. 12. lib. 3. Trist.*] ¶ Per translationem: *Idem in Pseudolo,* Sed istic seruus Carysto huc qui aduenit, quid sapit vsque à cunabulis id est, vsque ab infantia, vel vsque à puero: hoc est, ab ea ætate, quæ in cunabulis agitur. *Col.* Quum à primis cunabulis, si modò liberis parentibus est oriundus, audisse potuerit. *Liu. lib. 4.* Ab incunabulis imbutum odio Tribunorum. *Virgil. libro tertio,* Cunabula

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

pro initiis posuit: Mons Idæus vbi & gentis cunabula nostræ Centum vrbes habitat. Similiter *Cic. de Opt. gen. or.* Non fuit alienum de oratoris quasi incunabulis dicere. *Idem in Salust.* An vlla alia putas rudimenta & incunabula virtutis? Vbi rudimenta pro initiis, & incunabula pro fomentis, siue augmentis posuit. ¶Quandoque incunabula vocamus nutritionem puerilem: vnde locum incunabulorum vocamus eum in quo ab ipsa statim infantia educati sumus, & in quo eam egimus ætatem, qua in cunis vagire consueuimus. *Suet. in Vespasiano.* Quare princeps quoque & locum incunabulorum assiduè frequentauit.

Cūnctī, Omnes, toti, vniuersi, quasi coniuncti, autore Asconio, {כֹּל *chól* σύμπαντες. GAL. Tous ensemble. IT. *Tutti.* GER. Allsampt/all mit einander. HIS. *Todos juntament.* AN. *All togetner.*} Omnes verò etiam si sint distincti, & diuersis locis. *Cicero antequam iret in exil.* Quoniam laborem pro cunctis fere consueuit. [*Plau. Mostel. fc. 3. a. 1.* Vt perdocte cuncta calles, *Ouid. 13. Metam.* Et fuga qua tota cunctos, timidissime, vincis.] *Virgilius primo Georg.* Cuncta tibi Cererem pubes agrestis adoret. *Idem libro primo Æn.* Cunctus ob Italiam terrarum clauditur orbis.

Cūnctŏr, ctaris, ctatus, cum c, ante t, verbum deponens est, Moror, remoror, differo, procrastino. {אחר *eehár* תמהמה *hithmahmáh.* μέλλω, ὀκνῶ. GAL. Tarder ou targer, differer & ne se hater point, faire le lõg. IT. *Indugiare, differire, di indi.* GER. Verziehen/seumig sein. HIS. *Tardar a otro.* ANG. *To tarie, to delay, to linger, to prolunge tyme.*} *Liu. lib. 1.* Alij dum cunctantur in cipis, inter pugnæ fugæque consilium oppressi *Virgil. 4. Æneid.* Reginam thalamo cunctantem ad limina primi Pœnorum expectant. *Cæsar. 1. bel. Ciu.* Si cunctetur, atque agat lentius, neminem eius auxilium, si postea velit, Senatum imploraturum. *Sue. de Aug.* Cunctari se, ne si superesset, eriperet legibus reum. [Tolerare & cunctari dolorem *Gell. 6. 5. l. 12.*] ¶A Cunctor fiunt composita, Percunctor, & Recunctor, quod est iterum moror. *Cuncto, cunctas, actiue dixit *Pl. Casina*, Cunctas lentus alij festinant.

Cūnctātĭo, verbale, Tardatio, mora. {אחר *ór-eh.* μέλλησις, ὄκνησις, ἀναβολή. GALL. Targement, laschete. IT. *Indugio.* GER. Verzug/saumnus. HIS. *Tardança.* AN. *Tarying, tingering.*} *Cic. 1. offic.* Sed iis qui habent à natura adiumenta rerum gerendarum, ablata omni cunctatione, adipiscendi magistratus, & gerenda Respublica est. Sine cunctatione dicere. *Cic. in Ver.* *Pro dilatione & hæsitatione. *Celius ad Cic. in Epist. ad Attic. lib. 10. 201* Denique illud cogita, quot offensæ fuerint, in ista cunctatione ne te subesse. [*Suet. in Tib. c. 24.*]

Cūnctātŏr, Dilator, procrastinator. {מאחר *meahér.* μελλητής, σχολαστής. GAL. Faillard, de'ayeur, tardif & long à faire quelque chose. ITAL. *Allongatore che ti ne in tempo.* GER. Lam seychtecher/seumiger. HIS. *Tardador.* AN. *A lingerer, a dolayer, a prolonger of tyme.*} *Liu. 6. ab Vrbe*, Cunctatorem ex acerrimo bellatore factum. *Cælius Ciceroni.* Nosti Marcellum, quàm tardus, & parum efficax sit: itémque Seruius quàm cunctator. Hoc cognomen ab æmulis Fabio Maximo inditum fuit, qui cuncta bunda quadam prudentia vires Hannibalis fregit. *Vnde illud Enniānum*, Vnus homo nobis cunctando restituit rem.

Cūnctāns, cunctantior, cunctantissimus, μελλητικώτερος. *Liu. 10. Bell. Pun.* Sic vt dubites, vtrum ingenio cunctantior fuerit, an quia ita bello propriè quod tum gerebatur, aptum erat: sic nihil certius est, quàm vnũ hominem cunctando nobis rem restituisse. [*Suet. in Cæs. c. 59.*]

Cūnctābūndus, {מתמהמה *mithmahmeáh.* ὑποδιστάσιμος, μετεωρίζων. GA. Qui fait le long, & va comme ennuyé à quelque chose. ITA. *Chi è tardo. chi la tira in longo, & va con dispiacere à qua'che impressa.* GER. Verziehend/langsam. HIS. *Tardador, que mucho tarda.* ANG. *A lingerer, that goeth slowly.*} *Liu 6 ab Vrbe*, Quòd vbi aciem iam instruenti Camillo Centuriones renuntiauerunt, turbatas militum mentes esse: & segniter arma capta, cunctabundósque & resistentes egressos castris esse, &c. *Tacit. lib. 1.* Nusquam cunctabundus, nisi quum in senatu loqueretur.

Cūnctānter, aduerbium, Cum mora. {σχολαίως GAL. Laschement, en delayant, tout bellement. ITAL. *Tardamente, senza fretta.* GER. Langsamlig/verzogenlich. HISP. *Tardamente.* ANGL. *Slowly, lingeringly.*} *Liu. 1. ab Vrbe*, Tum illum haud cunctanter discedisse cotem ferunt. [Cunctantius. *Suet. in Galba cap. 12.*]

Cŭnĕus, Instrumentum est ferreum, aut etiam ligneum, quo finduntur ligna {σφὴν. GAL. Vn coing. ITA. *Conio.* GERM. Ein weg oder bissen damit man holtz zerspalter. HIS. *Cuno ò cuna para hender.* AN. *A wedge.*} Huius prima pars acutior est, vt quamuis rimulam facilè intret, sequens autem latior & amplior. *Virg. 1. Georg.* Nam primi cuneis scindebant fissile lignum. *Idem 2. Georg.* & altè finditur in solidum cuneis via: deinde feraces Plantæ immittuntur. ¶Per translationem sumitur pro peditum multitudine, in cunei formam redacta. *Festus Vegetio li. 2.* quæ Græcis σῆφος dicitur, hoc est, quæ ita disposita est, vt eius pars prima angustior, deinde latior procedat. [Cuneus in acie, verbũ militare. *Gell. 2. 9. lib. 10.*] Ab huius etiam similitudine Cunei dicti sunt loca in theatro, id est, graduum ordines, in quibus vulgus spectatorũ stabat inter sedētium subsellia. [*Suet. in Aug. c. 44.*] *Iuuenalis*, cuneis an habent spectacula totis, Quod securus ames? *Vitru. lib. 7.* Cunei spectaculorum in theatro ita diuidantur, vt angulis trigonorum, qui currunt circa curuaturam circinationis, dirigant ascensus, scalásque inter cuneos ad primam præcinctionem. Inde theatrum eleganti epitheto à Virgilio Cuneatum dicitur.

¶Excuneati, ab *Apuleio* dicti sunt, quibus sedendi locus non fuit in cuneis confertis. ¶Sed & constipatam turbam, Cuneos dicimus, *Cyprian.* Stipatus clientum cuneis. *Virg. 2. Georg.* Hunc plausus hiantem Per cuneos (geminatus enim) populique patrúmque Corripiunt.

Cūnĕŏlus, li, diminutiuum à Cuneus, hoc est, clauus ligneus quo duo vel plura ligna connectuntur. {σφηνίσκος. GAL. Coignet, petit coing. IT. *Picciolo cuneo* GERM. ein klammeren. HIS. *Pequeño cuño ò cuña.* AN. *A litle wedg.*} *Cic. de Vniuers.* Crebris quasi cuneolis iniectis vnum efficiebant ex omnibus corpus.

Cūnĕāre, Et cuneis adactis firmare. [*Quintil.* Cuneare orationem pro firmare. σφηνόω. GALL. Coigner, faire en forme de coing, aguiser en coing. ITA *Conzare, puntellare.* GER. Verbeissen. HIS. *A cuñar con cuñas.* ANGL. *To wedge, to fasten with a wedg, to mak wedgwise Plin. lib. 16. cap 40.* Ab his proxima est cornus: quanquam non potest videri materies propter exilitatem, sed lignum non alio penè, quàm ad radios rotarum vtile, aut si quid cuneandum sit in ligno, clauísque figendum, ceu ferreis.

¶Cuneari item est in cunei formam coarctari. *Vnde Plin. lib. 3. scribit*, Hispaniam angustiis quibusdam cuneari.

Cūnĕātus, um, Quod est in formam cunei factum, hoc est, cuius prima pars acuta paulatim in latitudinẽ procedat. {σφηνοειδής. GAL. Fait en forme de coing, plus estroit d'vn bout que d'autre. IT. *Puntellato, più stretto da vn capo che d'all altro.* GERM. Wie ein bissen oder weggen gemacht. HISP. *Cosa hecha à manera de cuña.* ANG. *That is made like a wedge.*} Vnde *à Liuio* forma sicuti Cuneatior appellatur, cuius summũ latius, imũ strictius erat. Item Cuneatus ager, *apud Columellam lib. 5. cap. 2.* in cunei formã fictus, vt puta, quum est longus pedes centum, latus ex altera parte pedes viginti, ex altera pedes non amplius decem. *Ouid. 13. Metamorph.* Prominet in pontum cuneatus acumine lõgo Collis. Hinc sunt composita Excuneatus, & Discuneatus, de quibus infrà suis locis, & ea quæ annotauimus in dictione Cuneus.

Cūnĕātim, Per cuneos, {σφηνίσκον. GAL. Par bandes, en tel ordre qu'elles soyent estroittes de front, & larges par derriere. ITA. *Per picciole bande ò compagnie.* GER. Auff weyß vnnd form der wegen/oder von heufflin zu heufflin. HIS. *De batalla en batalla.* ANGL. *Vedgwise.*} Ammian. Imperator cuneatim stipatus. *Cæs. 7. bel. Gal.* Hostes re noua perterriti, muro, turribúsque deiecti, in foro ac locis patentioribus cuneatim constiterunt.

CYNEVS, σφὶς, *Strabo*, Vulgò *Gabo de S. Maria*, Ager est, aut si mauis promontorium Lusitaniæ, Anæ fluuio proximum, quo Hispania in Occidentem, quàm longissimè excurrit: nomen habens à figura cunei, quo ligna finduntur, cuius extrema pars acuminata est, paulatim in latitudinem procedens: vnde etiam Artemidorus promontorium hoc nauali rostro assimilauit. *Pompon. lib. 3.* Lusitania trans Anã, qui mare Atlanticum spectat, in tria promontoria dispergitur. Anæ proximum, quia lata fede procurrens paulatim se ac sua latera fastigiat: Cuneus ager dicitur. Sequens, Sacrum vocant. Magnum, quod vlterius est. *Hæc ille.* Ptolemæus non leui errore hoc promontorium Sacrum esse existimauit: vt apertissimè docet *Vadianus* in locum Pomponij iam citatum.

CYNICVLARIÆ, Insulæ sunt in mari Ligustico, corsicæ adiacentes. *Autor Plin. lib. 3. c. 6.*

Cūnĭcŭlus, Animal lepori simile, quod sub terra effossa latẽre solitum est {שָׁפָן *schaphán.* δασύπους. GA. Conni. ITA. *Conigl'io.* GE. Ein tunigtin. HISP. *El conejo.* ANG. *A comie or cunnie.*} *Mart.* Gaudet in effossis habitare cuniculus antris. *Varr. de Re rust. c. 12.* Tertij generis est, quod in Hispania nascitur simile nostro lepori, ex quadam parte, sed humile, quem Cuniculum appellant. *Et paulò pòst*, Cuniculi dicti ab eo, quòd sub terra cuniculos ipsi facere soleant, vbi lateant in agris. ¶Est & Cuniculus, foramen sub terra occultum ad suffodiendas vibes inuentum. {ὑπόμυον. GAL. Mine ou creux sous terre, tasniere. IT. *Mina, caua sotto terra.* GER. Ein gang oder hule vnder dem erdtrich. HIS. *La mina para minar fortaleza.* AN. *An holow place vnder the earth to vnder mine, walles.*} *Pli.* Tétata per cuniculum fuga. *Cæs. 7. bel. Gal.* Et aggerem cuniculis subtrahebant. Hinc agere cuniculos. {ὑπομύειν. GAL. Miner sous terre. ITA. *Far mine.* GER. Ein heimlichen gang oder schlupf vnder der erden machen. HISPANIC. *Minar ò hazer mina.* ANGLI. *To vnder mine.*} *Cæsar 8. bell. Gall.* Eodem tempore tectos cuniculos agunt ad caput fontis. *Cic. 3. Offic.* Quid si pater fana expiler, cuniculos agat ad ærarium: indicetne id magistratibus filius? ¶Et Cuniculis oppugnare, ὑπονόμοις πολεμίζειν, per metaphoram dicitur, qui non aperta vi, sed dissimulanter ac dolis rem gerit. Contrà, qui palàm agit quod agit, machinis agere dicitur. *Plutarch. in vita C. Cæs. de Catu. Lucratio, in Senat. dicente*, ἐπ' ἐκ ὑπονόμοις κρίνειν, ἀλλ' ἐπὶ μηχανῶν ἀρεῖ πλὴν πολεμίων: id est, Cæsar non iam cuniculis, sed machinis tollit Rempubl. *Cic pro L. Agraria*, Quæ res apertè petebatur, ea nũc occultè cuniculis pugnatur. [Transuersis cuniculis hostium cuniculos excipere. *Liuius 3. bell. punici. Gal.* Contreminer. *Et Quintil. Metaph.* Operibus & cuniculis rem gerere.] ¶Cuniculus insuper pro canali accipitur. *Plin. lib. 9. cap. 38.* Singulis aquæ amphoris centenas atque quinquagenas medicaminis libras exæquari, ac modico vapore torreri, & ideò longinquæ fornacis cuniculo.

Cūnĭcŭlātĭm, aduerbium, Cuniculi modo, {ὑπορυμπόδην. GAL. En forme de tuyau par tuyau. ITAL. *A foggia di cugno.* GER. Durch teuchel/auff weyß vnd form in langen heimlichen löcheren vnder der erden. HIS. *Miranda.* ANG *In fashion of a cunduite pipe.*} *Plinius libro 9. cap. 33.* Iam distinctione virgulata, crinita, crispa, cuniculatim, pectinatim, imbricatim vndata.

Cūnĭcŭlārĭus, rij, subst. qui sub terris cuniculos fodit. {ὑπορυμματίας, ὁ τὰ ὑπόγαια ὀρύγματα ὀρύσσων. GAL. Pionnier, qui mine & caue sous terre. ITA. *Cauatore, chi fa mine.* GER. Ein außhöler/der in dem erdtrich hulen/oder heimliche gãng grabt. HIS. *Minador que haze mina.* AN. *That vnder mineth and holeweth in the earth.*} *Veget. lib. 2. c. 11.* Hæc enim erat cuna præcipua, vt quicquid exercitui necessarium videbatur, nunquam deesset in castris, vsque eò vt etiam cuniculatios haberent, qui ad morem Bessorum ducto sub terris cuniculo, muríque intra fundamenta perfossis, improuisi emergerent ad vrbes hostiũ capiendas.

Cūnĭcŭlōsus, a, um plenus cuniculis, {διαφύγων μυός. GA. Plein de creux, ou cauernes. ITA. *Pieno di mine ò cauerne.* GER. Voll schlupflöcheren/oder heimlicher gãng. HISP. *Lugar lleno de minas.* ANG. *Full of holow places.*} *Catull.* Tu præter omnes aue de capillatis cuniculosæ Celtiberiæ fili Egnati, &c.

Cūnīla, {κόνζα, *Dioscoridi.* GAL. Sarrie ou cendree sauuage, deux sortes d'herbe. ITAL. *Conyza.* GER. Sedeney/kunel/ saturon. HIS. *Anadegua.* ANG. *Sauery.*} Herba est quam vulgus à necandis pulicibus Pulicariam appellat. Latini etiam Cunilaginem: de qua paulò antè latiùs egimus in dictione CONYZA. Huius verò herbæ multa sunt genera. Nam quædam Bubula appellatur, & semen pulegij habet, quod contra serpentes in vino bibitur. Quædam Gallinacea à Græcis Origanum Heracleoticum. Tertia à Græcis mascula, à nostris Cunilago, odoris fœdi, radicis lignosæ, foliis asperis, cuius manipulum si quis in domo posuerit, omnes è tota domo blattas ad eam traduat conuenire. Prodest aduersus omnia venenata. *Hæc Plin. lib. 29. cap. 16.*

Cūni-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Cũnĭlāgŏ,inis,Tertium genus Cunilæ,quam Græci mascylam appellant, odore fœdo, radice lignosa, folio aspero: ad quam ædibus ablatam omnes tota è domo blattæ conuenire dicuntur.*Autor Plin.lib. 20.c.16.* Vide CVNILA.

CVNĪNĂ,Dea quam prisci coluerunt, quæ cunis infantium præsidere putabatur.

Cũnĭ'ŗĕ,(*inquit Festus.*) Est stercus facere. Dictum à cupis infantium quæ sæpe stercore fœdantur.

*Cunnus,Pudendum muliebre.*Author carminis Priapi,& Mart.*

Cunyzamis, midis, κονυζαμὶς,Herba quæ alio nomine cunilago dicitur.*Autor Plin.lib.19.c.8.*

Cũpă, siue(vt alij malunt) Cuppa,Vas vinarium,amplum,in quo vinũ in apotheca conditum seruabatur.πίθος.GALL. Vne cuue ou cuuette à cuuer la vendenge,ou vne coupe à boire ITAL *Botta, vaso da vẽdemia, copa.* GER. Weynzuber. HISP. *Copa ò cuba para guardar vino.* ANGL. *A tubbe, a great vatthe to gather grapes.* } *Vlp.de Leg.3 l. Cuius.* Vasa (inquit) vinaria,id est,cupæ & dolia quæ in cella fixa sunt.

¶Cupis etiam vtebantur ad naues quæ reficiendæ erant sustinendas. *Lucanus.*Nanque ratem vacuæ sustentant vndique cupæ.[Cupas tæda ac pice refertas &c *Cæs.2.de bell.ciu*]

Cŭpēdĭa, orum, cibi lautiores & suauiores. { מטעמים *mathammim.* GAL.Friandise,viande friande. ITA.*Cibi delicati.* GERM.Schlöckerhafftige speyss. HISP.*Golosinas.* ANGL.*A delicate or deintie dishe of meate.*} siue à Cupedine Romano equite, cuius ædes solo æquatæ,aream foro cupedinario extruendo præbuerunt: siue quòd delicatio res eiusmodi cibi rebus cupidinis alimenta præbeant.*Plaut.in Sticho,*Melius dicis,nihil moror cupedia.

Cŭpēdĭă,diæ,Idem{ὀψοφαγία,ὀψοφαγία. ANG.*A deintie dishe.*}*Cicero quarto Tuscul.* Ægrotationi autem talia quædam subiecta sunt, auaritia, ambitio,mulierositas,pernicacia, ligurritio,temulentia, cupedia, & si qua sunt similia.Quo in loco cupediam videtur posuisse pro vitioso cupediorum appetitu.[Cupediarum imagines. *Gell. cap. 16. lib.7.& cap.13.lib.6.*Cupediæ ciborum.

Cŭpēdŭlă,læ,diminut.{ ANGL.*Deintie fare.*} *Gell.lib.6. cap.13.*Coniectabamus ad cœnulam non cupedulas ciborum, sed argutias quæstionum. * Nunc autem in illo Gellij loco, legitur *cupedias* pro *cupedulas.*

Cŭpēdĭnārĭus forum, & Cupedinis forum. In quo delicatiores epulæ coctæ vendebantur:ita dictũ à cupiditate, vel quòd ibi fuerit domus Cupedinis Romani equitis.{ ANGL. *A place where deintie meates are sselled.*} *Varro lib.1. Rerum hum.* Numerus Equitius Cupes,& Macellus Romanus singulari latrocinio multa loca habuerunt infesta. His in exilium actis,publicata sunt eorum bona, & ædes vbi habitarant, dirutæ. Itaque ædificatus est locus, in quo vendebantur ea,quæ vescendi causa in vrbem erant allata. Itaque ab altero Macellum, ab altero forum Cupedinis appellatum est.

Cŭpēdĭnārĭus, Qui esculenta & poculenta delicatiora cocta vendit. {ὀψοποιός, ζωμοποιός. GAL. Vn rotisseur, vn viuandier,celuy qui vend viandes friandes.ITA.*Viuandero.*GER. Ein bräter/der schleckerhafftige speysen feyl hatt.Pastetenmacher HISPAN.*Vendedor de golosinas.* ANGL. *A cooke that prepareth or selleth deintie meates.*} *Ter. in Eun.* Ad Macellum vbi venimus, Concurrunt læti mî obuiam cupedinarij,Cetarij,lanij,coqui,fartores,aucupes.

Cŭpēs, pis, adiect. Quo antiqui vtebantur pro eo quod est,cupediis & ligurritioni deditus. ὁ λαίμαργος, ὁ φίλοψος, ὁ ὀψοφάγος. *Plautus in Trinumm.*

Blandiloquentulus,harpago,mendax,cupes,auarus,
Elegans dispoliator,latebricolarum hominum corruptor.

Cŭpēdo,dinis, Cupido, seu cupiditas,{ἐπιθυμία.ANGLIC.*Desire,couetousnesse.*} *Lucret. libro 5.* Quantæ tum scindunc hominem cupedinis acres Solicitum curæ? *& libro sexto*, & finem statuit cupedinis atque timoris.

Cŭpēncŭs,Lingua Sabinorum Sacerdos appellatur.

Cŭpĭo, is, cupiui, cupitum. Opto, desidero,aueo, exopto, expeto,appeto. { חמד *chamádh* אוה *iuváh* תאב *taáh* חפץ *chaphéts.* ἐπιθυμῶ. GALL. Desirer, conuoiter. ITAL. *Desirare,disiare.*GERM.Begären. HISPANIC. *Codiciar.* ANG.*To desire,to couet.*} *Cic.* 4. *Verr.* Quem igitur ab iis Equitibus Rom. qui istius causa cupiunt omnia qui ab eo benignissimè tractati sunt,condemnari necesse esset, &c. *Idem de Orat.*Neque verò nobis cupientibus atque optantibus fructus orij datus est.

¶Cupere alicui,pro bene velle.*Cæsar lib.1.bell.Gall.* Fauere & cupere Heluetiis propter eam affinitatem. *Cicer. Quint. Frat.libro primo,* Quid ego Fundanio non cupio? non amicus sum? non misericordia moueor?nemo magis.[Non eò quin tibi non cupiam quæ velis.*Plaut. Asin.sc.1.a.3.*Cupere & fauere alicui. *Gell.c.3.lib. 7.*Si hæc volt.*Plaut.* mi frater cupio.*Plaut.Curc.sc.1.a.5.* Cupiásque debenti me tibi fortè dari.*Ouid. 13. Met.* Ego te vehementer perire cupio, (quod ait *ibid.* vapulare iubeo)*Plaut.Curc.sc.3.a.5.*]

Cŭpĭrĕ,in quarta coniugatione apud antiquos legitur. *Lucret.lib.1.*-per fringere vt arcta Naturæ primus portarum claustra cupiret.

Cŭpiens,nomen,Cupidus.}חמוד מאוה *meavvéh* חמד *chomédh* חפץ *chaphéts.* ἐπιθυμῶν. GALL.,Desirant,conuoiteux.ITA. *Auido,ingordo,bramoso.* GER.Begärend/wunschend.HISP.*Codicioso.*ANGL.*Desirous.*} *Plaut.in Mil.*Huius cupiens corporis est. [*Gell.c.10 lib 5.* Iuuenis eloquentiæ discendæ,orandique causarum cupiens.*Plaut.in Amph.prolog.* Cubat complexus,cuius cupiens maxime est.]

¶Cupientissimus. *Sallust.* Marius cupientissima plebe Consul factus.

Cŭpītŭs,pen.prod. participium, Exoptatus,expetitus. {חמוד *chamudh* נחמד *nechmadh.* ἐπιθυμητός. GALL. Desiré, conuoite,regreté.ITAL. *Bramato,desiato.*GERM.Der begert oder erwunscht ist. HISP.*Codiciado.* ANGLIC. *Desired,longed for.*}*Plaut. Pœn.* te complecti nos sine,Te cupire,atque expectare.*Ouid.3. Fast.* Mars videt hanc,visámq; cupit, potitúrque cupita.

Cŭpītŏr,oris,penultima producta,verbale. { מאוה *meavvéh* חפץ *chaphéts.* ἐπιθυμητής. GALL.Desireux, conuoiteux.ITA. *Bramante,desiderante.*GER.Ein begärer.HISP.*Codiciador.*ANG.*One that desireth.*}*Tacitus libro 12.* Neque tamen repertus est, nisi vnus, talis matrimonij cupitor.*Idem lib.15.*Nero,vt erat incredibilium cupitor.

Cŭpĭēntĕr,aduerbium.{ἐπιθυμητικῶς, ἐπιθυμητικῶς. GALL. Affectueusement, par affection. ITAL. *Con gran desio.* GERM. *Mit grosser begird.*HISP. *Codiciosamente.*ANGL.*With great desyre.*}*Plautus in Pseud.sc.3. a.2.* Quum quid cupienter dari Petimus nobis.

Cŭpĭdŭs, Auidus, studiosus,appetens,amans,obseruans. {אוהב *ohéb* מרוה *mitheavvéh.*ἐπιθυμῶν. GAL.Desireux, conuoiteux.ITAL *Auido,ingordo,bramoso.*GERMA.Begirlich.HISP.*Codicioso.* ANG. *Desirous, greedie of any thing.*}*Terent.in Hecyr.*Eius videndi cupidus.

Cŭpĭdĭŏr, cupidissimus, comparatiua & superlatiua. ANG. *More desirous or greedie.*} *Cic.ad Attic. libro 4.*Cupidissimus mei. Cupidissimus pacis Asinius,*Pollio ad Cic.libro 10. Epist.*

Cŭpĭdĕ,aduerbium,Studiosé.{προθύμως, σπουδαίως. GALL.Affectueusement,auec ou par grande affection.ITA *Affettuosamente,con gran desiderio.* GERM. Begerlichen. HISPAN. *Codiciosamente.* ANGL. *With great desyre.*}*Cicer.pro Rosc.*Ego verò cupidè & libenter mentiar tuæ causa.*Terent in Adelph.* Egomet conueniam ipsum, vt cupidè accipiat [*Plaut. Mostell.sc.1.a.1.* Nimio celerius venire quod molestum est quam quod cupidè petas.]

Cŭpĭdo,fœm. gen. pro cupiditate accipitur: quanuis Cupiditas leuior sit quàm cupido:{חמר חמאוה *chemed maavváh* προθυμία, ἐπιθυμία. GAL. Conuoitise,desir,vouloir.ITA. *Cupidità,cupidiggine.* GERM.ein grosse begird.HISP. *Codicia.*ANG *Desi e,couetousnesse,lust.*}*Lucilius libro 19.* Cupiditas ex nomine, cupido exstulto nunquam tollitur,quòd cupiditas pars sit temperatior,defluens à cupidine.Est autem animi affectio à libidine & cupiditate proficiscens:qualis est auaritia,qua opes cupiuntur:qualis est inuidia qua vltionem appetimus, & similia.*Virg 6.Æn.*quæ lucis miseris tam dira cupido?*Pl Pœnul.* Quanquam cupido versatur in corde, tamen, &c. Mortis cupido.*Ouid.in Ibin,*Quódque ferunt Broream fecisse cupidine mortis.

¶Inuenitur etiam nonnunquam in masculino genere.[*Plaut: Amph.* Sed pudicitiam & pudorem,& sedatum Cupidinem]*Hor.1. Carm Ode 16.*Nec leues somnos timor, aut cupido Sordidus aufert. *Idem 1. Serm.Satyr.1.*At bona pars hominum decepta cupidine falso.* Cupidines, Pluraliter,vt,Mater dulcium cupidinum.*Horat.4.Carm. Ode 1.* [Cup.do laudis.*Quintil.* Cupido continuandi agros.*Liu.4.d.4.* Arsit enim magni correpta cupidine regis.*Ouid.6.Fast. & Eleg.1.l. 2.Trist.* Ex nimia cupidine studiorum,*Senec cap 9. de Tranquil.* Animus tuus apud nos est fixus clauo cupidinis.*Plaut. Asin.sc.3.a.2.* Quo Venus Cupidóque imperant,suadétque Amor.*Plaut.Curc.sc.1.a.1.* Amor & Cupido in cor meum perpluit.*Plaut.Mostel.sc.3.a.1.*]

Cŭpĭdĭtās, atis, Auiditas,libido, desiderium, studium,amor: {אהבה *ahavváh,* מאויה *maavvaiéh.*ἐπιθυμία GAL.Conuoitise,appetit,desir.ITA. *Cupidita,à cupidiggine.*GERM.Begirligkeit HI.*Codicia* ANG.*Great,desire,greede,lust, couetousnesse.*}vt Cupiditas cibi, *Celsi libro octauo, & Cicer. 4. Academ.Seneca de Benef. libro secundo cap.17.* Cupiditas se porrigit,& fœlicitatem suam non intelligit: quia non vnde venerit respicit,sed quò tendat. *Cic.in Parad.* Neque enim vnquam expletur nec satiatur cupiditatis sitis. Græca & temeraria dominatrix animi cupiditas,*Cic.1.de Inuent.*

¶Cupiditas pro turpi amore. *Suet.in Calig. capite 24.*Reliquas sorores nec cupiditate tanta,nec dignatione dilexit.Dicit Caligulam cũ omnibus sororibus suis consuetudinem stupri fecisse, impatientius tamen Drusillam amasse quàm reliquas.

CVPĪDO,dinis, masculi.gener.{ἔρως.GERM. Der gott der liebe / oder holdschafft/ein son Martis vnd Veneris } Amoris deus,quem *Hesiodus* natum vult ex Chao & Terra.*Simonides & Cicero* ex Marte & Venere: *Arcesilaus* ex nocte & Æthere: *Alceus*, ex lite & Zephyro.*Sappho*, ex Venere & Cælo:*Seneca*,ex Venere & Vulcano.

¶Duplex autem est,*Ouid dicente*, Alma faue,dixi,geminorum mater Amorum,&c. Honestus videlicet & turpis:illúmque ex Venere & Ioue patre natum volunt:hunc autem Erebi & noctis filiũ esse, quod & ipsum refert *Cic.lib.3.de Natur.deor.*Fingitur à poëtis armatus flammis & telis,aureo videlicet & plumbeo{*vt patet ex Ouidij libro primo Metamorph.de Daphne & Apolline,*)Item cæcus,nudus, alatus,arcitenens,volatilis,&c. Eius quoque formæ descriptio extat multis verbis *apud Apuleium de Asino aureo.Virgil.de Vino & amore:*Bellum sæpe petit ferus exitiale Cupido.

Cŭpīdĭnĕŭs,a,um, ἐρωτικὸς, vt Cupidineæ sagittæ. *Ouid.1.de Remedio Amoris* [Molle cupidineis nec inexpugnabile telis Cor mihi. *Ouid.Eleg.vlt.lib.4.Trist*]

CVPRA, Piceni ciuitas est, non procul ab Asculo: *cuius meminit Plin. lib 3.c.13.*

CVPRA,Italiæ oppidum in littore Apulo. Cupra autem dicta est,haud vana coniectura,à Cypræ templo, illic à Tuscis, qui Cypram Iunonẽ dicunt,extructo, vt *Strabo* scribit:vt Cupra siue Cypra vna appellatione contineatur. Nam vocabula quæ Græci per y pronuntiant,per u literam proferre possumus:vt,Larumna,Sulla,&c. pro Laryma,Sylla,*autore Hermolao.*

Cupressŭs,κυπάρισσος.GAL.Cypres.ITA.*Cipresso.*GERM.ein cypressbaum. HISP. *El cipres.*ANGL.*A cipre tree.*}Arbor procera caudice oblongo & recto, folio pini, sed carnosiore, molliorèque, neque ita pungente, fronte indecidua; odore vehementi.Cupressi recti. *Gell.c.19.lib.13.*]

¶Duo eius sunt genera:Fœmina quæ sterilis est, ad metæ formam in fastigio conuoluta:& Mas:lariùs spargens ramos eonóque proferẽs pineæ nuci non absimiles, licet multò minores Mira huius est inter arbores fœcunditas:quippe quæ trifera est, fructúsque habet & Ianuario,& Maio,& Septembri maturos,nulli tamen rei vtiles,imò potiùs noxios,quemadmodum ipsa arbor,cuius etiam vmbra noxia creditur: Græci κυπάρισσον vocant, à Cypariſſo puero in arborem hanc (vt poetæ fabulantur)conuerso: siue potiùs παρὰ τὸ κυρεῖν κυπάρισσον, hoc est,ab eo,quòd ex æquo & ramos & fructus creet.Numeratur cupressus inter arbores funestas;eò quòd & tardè crescat,& succisa non repullulet. Ideo funebri signo ante defunctorum ædes eam posuêre maiores.Legitur Cupressus,sus, per quartam declinationem.*Ouid.3. Trist.eleg.13.* Funeris ara mihi ferali cincta cupressu. *Idem 3. Metam.* Vallis erat piceis,& acutæ densa cupressu.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Cūpressĭnŭs,,a,um,pen.cor. Quod ex cupressu confectum est. {κυπαρίσσινος. GAL. De cypres. ITA. *Di cipresso.* GERM. Cypreßin. HISP. *Cosa de cipres.* ANGL. *Of a cipre tree.*} *Plin.lib.23.c.4.* Cupressinum oleum eosdem effectus habet, quos myrteum.

Cupressĕus,a,um. Quod ex cupressu confectum est. {κυπαρίσσινος. GAL. Fait de cypres. ITAL. *Fatto de cipresso.* GER. Das auß cypreß gemacht ist. HIS. *Hecho de cipres.* ANG. *Made of a cipres tree.*} *Liu.7.bel.Pun.* Post eas duo signa cupressea Iunonis reginæ portabantur.

Cupressētum,ti,pen.prod. Locus cupressis consitus. {κυπαρισσών. GAL. Lieu complanté de cypres. ITAL. *Luogo che a molti cipressi.* GER. Ein ort da vil cypreßbäum wachsen. HISP. *Lugar de muchos cipreses.* ANG. *A place planted with cipre trees.*} Cic.1.de Legib. In cupressetis Gnosiorum.

Cupressĭfĕr,a,um, Ferens cupressos. {κυπαρισσοφόρος. GAL. Qui porte cypres. ITA. *Che produce cipressi* GER. Das cypresbäum tregt. HISP. *Lugar que cria cipreses.* ANL. *That beareth or bringeth cipre trees.*} *Ouid. Epist.9.* Vt Tegeæus aper cupressifero Erimantho Incubat.

Cuprum, Genus quoddam æris, quod à Plinio Æs cyprium vocatur. {נחשת *nechóschet.* κύπριος χαλκός. GAL. Cuyure. ITA. *Rame.* GE. Kupfer. HIS. *Cobre.* ANG. *Copper metall.*} Vnde *apud Palladium* Cuprini ciati dicuntur.

Cuprĕus,a,um, {ANG. *Of copper.*} vt, Cupreum vas. *Plin.lib.23.c.3.* Cogitur in cupreo vase ad crassitudinem mellis.

Cūr, Interrogandi aduerbium, idem significans quod Quare. {מדוע *madduáh* למה *lammáh.* τίνος ἕνεκα; διατί; GAL. Pourquoy? ITAL. *Perche? perche cagione?* GER. Warumb? auß was vrsach? HIS. *Porque?* ANG. *Vvherefore or why? for what cause?*} Licet quidam Quur per q scribendum putent, & à quare per syncopen atque apocopen deductũ, a & e literis detractis. [Cur me veteras? quia lubet. (alias quia tu vis.) *Plaut. Mostell.sc.1.a.1.* Tetigisti has ædes? Cur nõ tangerem? *Plaut. Mostell.sc.2.a.2.* Cur non? *Plaut.pœn.sc.2.a.1.* Cur non renovatur ituros? Cur non arma capit? *Ouid.12.Metamor. Idem Eleg.1.lib.4.* Hoc est cur cantet fossor.] *Terent.in Andr.* Cur me excrucio? cur me macero? cur meam senectutem huius solicito amentia? Aliquando etiam relatiuè accipitur, vel infinitè. *Cic pro Rosc. Com.* Non fuit causa cur tantum laborem caperes. ¶Cur & quare *Corn. Fronto* ita distinguit, vt, Cur fit simplicis percontationis. Quare verò causam rationémque desideret.

Cūrā, Solicitudo, anxietas, ita d cta quòd cor edat, & excruciet. {דאגה *deaghah* חרדה *charadháh.* φροντίς. GA. Cure, soin, souci, chagrin. ITA. *Cura, pensiero, travaglio.* GERM. Sorg. HISP. *Cura ô el cuidado.* ANG. *Care, study, labour, travell, solicitude, pensiuenesse.*} *Ter. in Phorm.* Cura & sumptu absumitur. *Ennius apud Cic. de Senect.* O Tite, siquid ego adiuto, curámve leuasso, Quæ nunc te coquit, & versat sub pectore fixa. *Virg.1.Æn.* Quando hæc te cura remordet. Atque ex his locis intelligitur id quod *Corn. Fronto in lib. de diff. vocab.* scribit, Curam, animi esse, hominémque anxium reddere, & tam in honestis rebus, quàm inhonestis versari. [Quid mihi vobiscum est, infelix cura, libelli. *Ouid.eleg.1.lib.2.Trist.* In cura nominis huius eram. (vnde dictus Maïus) *Ouid.6.Fast.* Initio, Cui nunc hæc cura laborat? (id est cui scribo?) *Oui.Ele.1.l.4.Trist.* Esse tui memorem (eam sup.) de qua tibi maxima cura est. *Ouid.Eleg.3.lib.4.Trist.* Ossa atque pellis totus est ita cura macet. *Pl.Aul.sc.5.a.3.* Te mutatũ & curã deposuisse mei. *Ouid.Eleg.7.lib.4.Trist.* seuera fronte, curas cogitans. *Plaut.Merc.sc.2.a.2.* Satis me cura & lacrymis maceraui. *Plaut.Capt.sc.1.a.5.* Quos vt seruem (Coquos) cura maxima est. *Plaut.Aulul.sc.5.a.2.* Hęc res in pectore & in corde mihi curæ est. *Plaut.Men.sc.2.a.5.* Quæ te miseria & cura contabefacit. *Plaut.pseud.sc.5.a.1.* Magna cum cura ego illum curari volo. *Plaut.Mena.sc.4.a.5.* Et si me vario confectum cura dolore seuocat. *Catul.ad Ortal.* Cùm penitus mœstas exedit cura medullas. *Catull.de Com.Beren.* Mihi cura futuri est. *Ouid.13.Met.* Curam verborum: Rerum volo esse solicitudinem. *Quintil.* Ex tempore & à cura opponuntur. *Sueton.in Tib.cap.70.*] ¶ Quandoque pro munere quo curator fungitur: Vulgò *Curatela* dicitur, *Vlp.l.Hæres absens.§.Si quis tutelam.ff.de iudic.* Si quis tutelam, vel curam, vel negotium, vel argentariam, vel quid aliud, vnde obligatio oritur, certo loco administrauit. *Virgilius* etiam apud inferos, inter monstra habitantia in faucibus inferorum ponit Curas, quasi deas aliquas: Et vltrices posuêre cubilia Curæ.

Cūrālis,le, Vt fasciæ curales peduléque *apud Vlp.D.lib.34.Tit.2.l.25.* *Sed præstat legere crurules, *cum Beroaldo maiore.* Vide suprà Crurules post Crus.

Cūrantĭă,æ, idem quod Curatio, siue Cura. {ANG. *A diligent dressing or trimming.*} {Non curantia, incuria. *Cic.ad Q.Fr.lib.2.* Quod me admones de non curantia, suadéque vt meminerim Iouis orationem.

Cūrĭōsŭs, Nimium in inquirendo aut re aliqua agenda diligens: in bonam & malam partem sumitur. {חרד *charédh.* φειδωλός, πολυπράγμων, κακόηθης. GAL. Curieux, soigneux. ITA. *Curioso.* GER. Sorgfeltig/geschefftig. HIS. *Curioso y diligente.* ANGL. *Curious, busie, that laboureth in thing es to much.*} Est igitur Curiosus qui multum, siue diligenter aliquid curat. *Cic. Appio Pulchro*, Ita est homo, nòn modò prudens, verumetiam æquus vir, curiosus. *Et pro Sestio*, Etenim animus eius vultu, flagitia parietibus regebantur. Sed hæc obstructio nec diuturna est, neque obducta ita, vt curiosis oculis perspici non possit. *Curiosus, pro Delatore, *Sueton.in Augusto, cap.* 27. In eadem hac potestate, multiplici flagrauit inuidia. Nam & Pinarium equidem Rom. quùm concionante se, admissa turba paganorum, apud milites subscribere quædam animaduertisset, curiosum ac speculatorem ratus, coràm cõfodi imperauit. In bonam quoque partem *Columel. libro tertio*, vsus est aduerbio: Sin autem (*inquit*) ipsam vitem sternere voles, iuxta radicem ita ne ipsam lædas, curiosè fodito. μετ' ἐπιμελείας. Similiter Incuriosè, ἀμελῶς, ἀφειδέως. *Gell.* Si quis nõ incuriosè legat. Non est ergo curiosus, à praua tantum cura, *vti Valla putauit*, sed etiam à diligenti & optima. De deriuatione quoque (quum dicit, Curiosus non tam à cura, quàm à curia videtur descendere, cuius compositum magis est in vsu. Incuria, ἀμέλεια, id est, negligentia. Etsi curia à cura dicatur) non ei assentio, neque de compositione, vt à curia cõponatur incuria: sed dico ita venire curiosus à cura, per adiectionẽ literæ i, quẽadmodũ & curia, nisi à curio sumere velimus. Similiter Incuria per adiectionẽ i, liquet non à curia, sed à cura cõponi, quod significatio eorum aperte declarat. Nam cura & incuria, sũt oppositæ, & ex contraria eorum significatione facilè monstratur incuria à cura componi: quoniam In, negatiuè stat: & alterius significatio, ex contrario alterius edocetur, eo quòd sicut cura, diligentia est, ita incuria negligentia. *vt Cic.in Lælio ostendit*, Vituperanda est rei maximè necessariæ tanta incuria. Quod nõ significaret, si à curia componeretur. nam esset locus à curia diuersus: quoniam curia locus erat, vbi curas publicas gerebant, & vbi cura sacrorum publica. Nec adiectionẽ literæ i, in Curiosus, incuriosus, & incuria, nisi euphoniæ causa factam puto, quòd non rectè sonet curosus & incurosus & incura. Curia verò accepisse i, arbitror, vt aliam à cura significationem caperet, & nihilominus priuati naturam semper oleret. ¶Aliquando incuriosus capitur pro pingui, quod illi potissimùm qui omni prorsus cura sunt liberi, pingueſcant. Vnde *Apuleius in Florid.* agnum egregiè obesum vocat incuriosum. *Alciat.in Rub.C.de Curios.& stationi lib.12.* Curiosi erant, qui passim delicta in re militari commissa nuntiabant. Scotus ad Theodosiũ, scribit in officio magistri officiorũ, esse curiosum vnum cursus publici, quales sunt magistri cursorum, *Postmeysster*, vocabulo maioribus nostris ignoto, appellari. Nam hi nobis primùm sub Cæsare Maximiliano innotuerunt: Memoriam nanque patrum neglectam, eiusmodi cursorũm, quos & nos voce Gallica *Postes* vocamus, consuetudine Vicecomitum Mediolanensium Ducum familiæ renouantis.

Cūrĭōsĭtās, Nimia cura, nimia diligentia. {חרדה *charadháh* περιεργία. GAL. Curiosité, soin. ITA. *Curiosità, diligenza.* GERM. Sorgfeltigkeit/geschefftigkeit. HISP. *Curiosidad y diligencia.* ANG. *Curiositie, piked diligence.*} *Cicero ad Attic. libro 2.* Sum in curiositate ἐξύπνως: sed tamen facilè patior te id ad me, &c.

Cūrĭōsē, aduerb. diligenter. {ἐπιμελῶς. GAL. Curieusement, soigneusement. ITAL. *Diligentemente, curiosamente.* GER. Sorgfeltiglich/geschefftiglich. HIS. *Curiosa y diligentemente.* ANG. *Curiously, with great panes and travell.*} *Cicer. ad Attic.libro 5.* Quum de eo curiosè quæsisset seruus noster Dionysius. *Quintiliã.lib.8 cap.11.* Quos curiosè potius loqui dixeris, quàm Latine. Ab Incuria, Incuriosus, & incuriosè: *Plin.* Rebellat sæpe humor incuriosè datus. [famam expectat obambulans. So. Curiosè quidem. fores enim clausit. *Plaut. Amphit.*]

Cūrĭă, Sedes ac templum publici consilij. {עדה *tedháh.* βουλευτήριον, ἀρχεῖον. GA. La court, le lieu de puté à consulter des affaires publiques. ITA. *Corte, curia, luoco da cõsultare de cose publiche.* GER. Ein rahthauß/oder richthauß/ein ort da man sich vber vilerley sachen sorgens oder bedencken annimpt. HIS. *Corte, lugar donde estael consejo.* ANG. *A counsel place a place where maters ar pleaded for.*} Curia, *inquit Fest.* Locus est vbi publicas curas gerebant, *Cicero de Senect.* Nõ curaa vires meas desiderat, non rostra, non amici, non clientes, nõ hospites. [Ante tuas etiam ianua prisca fores. *Ouid.Eleg.vlt.lib.4.Trist.& 13. Metam.& 3. Fastor.*] Curiæ etiam nominantur populi partes, quales fuerunt eæ, in quas Romulus populum distribuit, numero triginta: quas quoniam tunc Reip. curam per earum partũ sententiam expediebat. Curias appellauit. [*Plaut.Aul.sc.2.a.1.* Nam noster nostræ qui est magister curiæ diuidere nummos sese dixit.] His posteà additæ aliæ quinq; fuêre, ita vt omnino triginta sex essent. ¶Curia Calabra, à Calando, hoc est, vocãdo dicta est, quòd calata, hoc est, vocata in eã plebe, Pontifices pronuntiare solent, quot dies à Calendis ad Nonas superessent. ¶Curia Hostilia, quam primum ædificauit Hostilius rex Romanorũ. ¶*Cicero* pro Milone curiam vocat templum sanctitatis, amplitudinis, mentis, consilij publici, caput vrbis, aram sociorum, portum omnium gentium, sedem ab vniuerso populo concessam vni ordini.

Cūrĭālēs dicuntur, qui sunt eiusdem curiæ, sicut Tribules, eiusdem trib. {φυλέται, πάρεδροι. GAL. Qui est d'vne mesme curie. ITA. *Della istessa curia.* GERM. Rahtsfreund/die von einem gericht oder raht sind HISP. *Cosa de misma corte.* ANGL. *Of the same tribe or warde.*} Curiales flamines, curiarum sacerdotes. Curiales mensæ, in quib. immolabatur Iunoni, quæ Curis est appellata. *Plaut.in Aulul.* Nam neq; quisquam curialiũ Venit, neq; magister quem diuidere argentum oportuit. *Cicero secundo Offic.* Theophrastus quidem Cimonem Athenis etiam in suos curiales Latiadas hospitalem fuisse. ¶Curialis idem aliquando quod Decurio, id est, qui in colonia vel municipio tanquam Senator est *L.12.Cod.de Episcop.& cler.* vbi qui Curialis primùm, paulò pòst, Decurio appellatur.

Cūrĭātŭs,a,um, adiect. {φρατριακός, ὁ τῆς φρατρίας. vt, Curiata lex, à curiatis comitiis dicta. *Cic.ad Attic.* Qui se affuisse dicerent, quum lex curiata ferretur. Et curiata comitia, conuentus qui curiatim per lictorem cogebantur. *Gell.lib.5.c.17.* Curiata comitia erant, quæ curiatim per lictorem calabantur, id est, conuocabantur: quorum erant pontifices arbitri, *teste Cicerone pro Domo sua. Idem pro lege Agraria*, Nũc quia prima illa comitia tenetis centuriata & tributa, centuriata auspiciorum causa remanserunt. [*Sueton.in August. cap.65.* Curiata lege adoptare.] *De his vide plura in dictione* COMITIVM.

Cūrĭātim, κατὰ φράτρας. *Homero: Gell.libro 15.ca.27.* Comitia curiata per lictorem curiatim calari, id est, conuocari.

Cūrĭo, onis, Sacerdos curiæ. {φρατριάρχος. GAL. Le maistre d'vne curie, leur sacrificateur. ITA. *Curione, preste.* GERM. Der oberst auff einem rahthauß/vote ein zunfftmeister auff einer zunfft. HISP. *Cura.* ANG. *A curat, he that hath the spirituell charge of a warde or parishe.*} In curiis enim sacerdotes ita res diuinas curabant, sicut Senatus res humanas in curia Hostilia curare solebat, *vt scribit Varro.* ¶Non ineptè fortassis etiam nostros hos sacerdotes, quos vulgus *Curatos* vocant, Curiones dixerimus, & Curionatum, quam *Curam* barbarè appellamus.

¶Curio maximus, ἀρχιερεύς, dicebatur cuius autoritate curiæ, omnésque curiones regebantur.

¶Curiones quoque dicti sunt præcones. *Iul. Capitolinus*, Ille per curionem dici iussit, impostura fecit, & passus est. *Euseb. lib. 4. Eccles. hist.* Misso curione ad populum, iubet voce maxima protestari Polycarpum, tertiò confessum se esse Christianum. *Plautus verò in Aulul.* Agnum curionem appellat macilentum, tanquam ob curam maceratum confectúmque vnde à contrario *Apuleius in Florid.* agnum opimum & pinguem dicere volens, appellauit Incuriosum. Item Curiones dicti sunt quidam Romani ciues.

Cūrĭōnātŭs,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Cūrĭōnātŭs,us,Curionis dignitas.

Cūrĭōnĭă,ſacra,Quæ à Curionibus in curiis fiebant.

Cūrĭōnĭum, Dicebatur æs,quod dabatur Curioni ob ſacerdotium Curionatus. *Feſt.*

Cūro,as,are,Operam dare,in re aliqua elaborare, rei alicui ſtudere,incumbere,diligentiam curámque adhibere.{שקד *ſchakádh* דאג *daágh* חרד *charádh* σπουδάζειν. GAL. Soigner,auoir cure & ſoin. ITAL. *Hauer cura,por cura,affaticarſi.* GERM. Sorgen/fleyß ankehren. HISP. *Tener cuydado.* ANG. *To giue diligente,to trauel and be about to do any thing.*} In qua ſignificatione ponitur interdum abſoluté. *Teren.in Andria,* Perterrefacias Dauum,obſerues filium Quid agat,quid cum illo cõſilij capiat.sos. Sat eſt:curabo. *Idem,* Hanc fidem ſibi me obſecrauit, qui ſe ſciret non deſerturum,vt darem. DA. Curabitur. Et hoc aliquando cum Vt. *Cic.Fam.*16. Cura igitur nihil aliud,niſi vt tu valeas. [Res rationéſque heri curo. *Plaut.pſ.ſc.2.a.2.* & iſtud & aliud,ſi quid curari volet,me curaturum dicito. *Plau.Men.ſc.3.a.3.* Curate,vt ſplẽdor meo ſit clypeo clarior. *Plaut.Men.ſc.1.a.1.* Id intus para: cura (de cœna) *Plaut.Men.ſc.3.a.2.* +Venus cœleſtis paucis hominibus curat. *Apul. Apolog.*1. Hæc me curaturum dicito quæ mandata ſunt. *Plaut. Men.ſc.3.a.3.* Cura rem communem,quod facis. *Idem Amph.ſc.3.a.1.* Qui tuam rem hîc curet, & munus fungatur tuũ (id eſt adulter tuus) *Ibidem.* Iube vaſa pura adornari. Alc. Ego iſtæc curabo. *Item.* Hæc curata ſint,fac ſis. *Ibid.* Qui ea curabit,abſtinebit cenſione bubula(id eſt heri imperia exequetur) *Plaut.Aul.ſc.1.a.4.* Satis verborum eſt cura quæ iuſſi,atque abi. *Plaut.Capt.ſc.2.a.1.* Si quid curatum velis, ei mãdes,perfectum reddet. *Plaut. Aſin.ſc.1.a.1.* Rem meam non cures,non ego curo tuam. *Plaut.Capt.ſc.4 a.3.* facilin' tu dormis curans (id eſt cum te cura vrget?) *Plaut.Men.ſc.5.a.5.*) ¶Curare abſolutè. *Plaut.* Curáte,ego interuiſam domum. *Plaut.Aul.ſc.4.a.2.*] ¶Aliquando cum Ne, *Idem Famil.*2. Vnum illud te præcipuè rogo,vt cures nequid mihi ad hoc negotij,aut oneris accedat,aut temporis. ¶Interdum cum accuſatiuo. *Cicero Attic.*8. Tu faſciculum, qui eſt M.Curioni deſcriptus, velim cures ad eum perferendum. *Et Fami.*7. Mandatum tuum curabo diligenter: ſed homo acutus ei mandaſti potiſſimum,cui expediret illud venire quamplurimi. *Idem Att.*1. Signa,quæ curaſti,ea ſunt ad Caietam expoſita. Si curare pecuniam ſignificat pecuniam ad diſſoluendum conficere,& comparare. *Idem,* L. Cincio H-S DCCC. pro ſignis Megaricis,vt tu ad me ſcripſeras,curaui. ¶Et Curare ſe,vel curare corpus,pro reficere. Pl.[*pſ.ſc.*7.*a.*4.] Qui ſe ſuámque ætatem bene curant,edunt, bibunt, ſcortantur, illi ſunt alio ingenio atque tu,qui neque tibi eſſe patere, & illis, quibus eſt,inuides. *Cicer.Famil.*16. Cura igitur te,& confirma. *Virg.* Corpora curamus,feſſos ſopor irrigat artus. [Magna cum cura ego illum curari volo. *Pl.Mena.ſc.3.a.3.* Me volo curare,(mox,prandere & dormire) *Plaut pſ.ſc.2.a.2.* Curato ægrotos domi. *Plaut.Capt.ſc.2.a.1.* (i.tracta, traicte penſe,aye ſoing des malades. Vbi tu me hic habuetis,perinde illum illic curaueris(.i.tractabis) *Ibidem ſc.2. a.2.* ¶Item Curare boues,i paſcere. *Plaut.Moſtel.ſc.1.a.1.* An non ſunt ruri quos cures boues? Et *Gell.cap.*4.*l* 15. Ventidium curandis mulis victum inuenire. Item me curato,ne ſitiam. *Plaut.Curc.ſc.2.a.1.* Curari mollius. *Senec.c. 9.de Tranquil.*] ¶Significat quoque hoc verbum mederi,curationem adhibere.{רפא *raphá.* ἰᾶσθαι, θεραπεύειν. ANG. *To cure,to mak whole.*} *Cic. de Senect.* Adoleſcentes grauius ægrotant,& triſtiùs curantur. *Idem in Piſon.* Et quum iſto fœtido teterrimam nobis popinam inhalaſſes, excuſatione te vti valetudinis, quod diceres vinolentis te quibuſdã medicaminibus ſolere curari. In paſſiua ſignificatione ſic vſus eſt *Cicero Tuſculan.*3. An quum corpora curari poſſint,animorum nulla medicina ſit? Et cum ablatiuo, addita præpoſitione Ab. *Idem pro Cluent.* Mulier exclamat ſe ab eo nullo modo curari velle, quo curante omnes ſuos perdidiſſet. *Sic Acad,lib.*2. Quis enim poteſt,quũ exiſtimet à Deo ſe curari,non & dies & noctes diuinũ numen horrere? Huius compoſita ſunt,Accuro:vnde Accuratus,& aduerbium Accuratè,Concuro, Procuro,Percuro, *qua vide ſuis locis.* ¶Aliquando Curare ſignificat Colere, θεραπεύειν: *vt Plin.Epiſt.libro 1.de Regulo,* Eſt enim locuples,curatur à multis,timetur à pluribus. [*Plaut. Aulul.Prolog.* Ille minus minúſque impedio curate. (ſup.me, id eſt,colere,vt deum deſiit). ¶*Item* Curare obſcœnè: *Plau. Amph.* Qui hîc rem tuam, & munus fungatur tuum,(id eſt,adulter tuus.) ¶Curare vallum, *Gell. cap.5.lib.*5.

¶Curare ædes: vitium additur ædibus, bonæ cum curantur malè. *Plaut.Moſtell.ſc.2.a.1.* Item: Curare cadauer. *Suet.in Neron.c.*48. Non bene curatum ſacrum. *Liu.1.ab vrb.* Vt pecunia curaretur (.i.cogeretur) *Liu.4.d.5.*]

*Curatur,Impersonale. *Apud Plin. libro* 18.*capite* 27. Curatur vt vinea vetus ſemel foſſa ſit. *Plau.Caſ.* Noctu vt condignè recubes curabitur. [Curaſſis. *Plau.pſeu.ſc.3.a.1.*]

Cūrātŭs,participium,Cum diligentia & cura factus. {בריא *bárí.* ὑπιμελῶς. GALL. Fait auec ſoin & cure. ITA. *Fatto con cura & diligentia.* GE. Verſorget/ mit fleyß außgericht et oder gemachet. HISP. *Hecho con mucho cuydado.* ANGL. *Doone with care and diligence,ſene to.*} Bene curata cute nitidus. *Horatius* 1.*Epiſt. Plinius lib.*18.*cap.*6, Adduxit filiam valilidam atque bene curatam ac veſtitam. [Nitida & curata corpora. *Quintil.*]

Cūrātè,aduerbium, Accuraté.{ὑπιμελῶς. GALL. Diligemment,ſoigneuſemét. ITA. *Diligentemente,con attentione.* GER. Fleyßiglich. HIS. *Con mucho cuydado.* ANGL. *Diligentlie and well.*} *Tacitus lib.*2. Eius negotij initium,ordinem,finem,curatiùs ediſſeram.

Cūrātor,procurator. {ראה *roégh* חרד *charédh* פקיד *pakídh.* ὑπηρέτης, κύριος, κηδεμών, ὑπιμελητής, ἐπιστάτης, ἔφορος. GAL. Curateur,qui a la charge & le ſoin de quelque choſe. ITA. *Curatore,tutore.* GERM. Ein verſorger, ſchaffner/pfläger. HIS. *Curador.* AN. *A curatour, that hath the charge of any thing.*} Generali nomine dicitur præpoſitus alicui negotiõ: vt reficiendis muris curator Demoſthenes fuit. *Cicero de Optim.gener.Orator.* [Curator venationum. *Sueton.in Calig.c.*27. Curator reficiendi Capitolij Catulus. *Gell.c.*10.*l.*2.] ¶Curatores vrbis,& annonæ ædiles. *Idem tertio de Legib.Inſtitut.de Curatoribus* §.*primo,* Maſculi quidem puberes,& fœminæ viripotentes, vſque ad viceſimum quintum annum completum curatores accipiunt: quia licet puberes ſint,adhuc eius ætatis ſunt vt ſua negotia tueri non poſſint. *Feſtus ſcribit,* Curatorem eſſe,qui pupillis loco tutoris datur, quaſi qui pupillarium bonorum curam gerat. *Egere curatoris dicimus,quos tacitè innuere volumus non compotes eſſe mentis ſuæ. *Horat.*1.*epiſt.*1. Inſanire putas ſolennia me,neque rides? Nec medici credis,nec curatoris egere A prætore dati? Vbi obiter obſerua *Solennia* pro *ſolenniter.*

Cūrātĭo,onis,Cura, prouincia alicui delegata,procuratio,munus. {דאגה *deaghâh* פקדה *pekuddâh.* θεραπεία. GAL. Charge, adminiſtration, Cure ou guariſon. ITA. *Cura,guarire.* GERM. Ein ſorg/ oder vnmüß der einem auffgelegt iſt HIS. *Curadoria,cuydado.* ANGL. *A curing or healing.*} *Cic. ad Attic.lib.*15. Ego quod eram meditatus in via,ſuadere vt vteretur curatione Aſiatica frumenti: nihil eſſe iam reliqui quod ageremus, niſi vt ſalui eſſemus. *Idem* 1.*de Nat.Deor.* Ab omni curatione & adminiſtratione rerum vacent. [*Liu.*4.*ab vrb.* Curationem agere.]

¶Curatio item,ſiue curatela, eſt poteſtas adminiſtrandi bona eius qui vel ob ætatem,vel ob mentis corporiſve vitium ſuis rebus præeſſe non poteſt: in qua ſignificatione Iuriſconſultis vſitatum. [Curationem bonorum patris poſtulare. *Quintil.*] ¶Curatio item pro medendi actu ponitur. [Curationem (vulneris) accedere. *Senec.c.*1. *de Conſ.ad Mart.*] *Cic.in Epiſt.* De medico bene exiſtimari ſcribis,ſed eius curationes non probo.

[¶Quid tibi malum,me,aut quid ego agam,curatio eſt? *Plaut.Moſtel. ſc.*1.*a.*1. *Item,* Quid tibi hanc rem curatio eſt? *Plaut.Amph.ſc.vlt.act.*1. Vulgo,Quare tu curas de hac re?]

Cūrātŭă Curatio. θεράπεια, ὑπιμέλεια. *Teren.in Eunuch.* Deducunt cibum, Tametſi bona eſt natura,reddunt curatura iunceas.

Cūrātōrĭă,æ, Munus curatoris adulti. ἐπιτροπή, ἐπιτροπεία, ἐπιτροπικὴ, ἐπιτροπεῖα. GALL. Curatelle,office & charge de curateur. ITA. *Vfficio & carico di curatore.* GERM. Das ampt eines weyſen vogts. HISP. *Curadoria,lo officio del curador.* ANG. *The office of a curatour.*} *Heren.in l.* 1.*ff.de excuſ.tutor.* Conſcribendi librum(vt mihi videtur)vtiliſſimum, quem excuſationem tutelæ,& curatoriæ vocaui,huc tibi miſi. *Ibidem l.*2.

Cūrāx,cis,adiectiuum, Diligens, curæ & vigilantiæ plenus. {שאר *ſchokédh* חרד *charédh* דאג *doégh.* ἐπιμελὴς, σπουδαῖος. GA. Diligent,ſoigneux. IT. *El que diligente,vigilante.* GER. Fleyßig/ſorgfeltig/gar ſorgſam. HIS. *El que tiene mucho cuydado.* ANG. *Diligent, buſſie.*} *Catus,l.*5. *ſi quid venditor. D.de Aedil.edict.* Verbi gratia,ſi conſtantem,aut laborantem, aut curacem,aut vigilantem eſſe,aut ex frugalitate ſua peculium acquirentem affirmauerit, & ex diuerſo lentis, proteruus,defidioſus, ſomniculoſus,tardus,comeſſor inueniatur,&c.

Cūrcŭlĭo,pen.cor.huius curculionis,maſcul.gen. Animal paruum,frumentum corrodens: quaſi gurgulio, eo quòd nihil in eo penè aliud quàm guttur videatur. {σῖτος. GALL. Vne petite beſte ou vermine qui ronge le froment,calendre, chate pelcuſſe ou charenſon. IT. *Tignuola.* GERM. Wiblen/oder milwen die das korn freſſen vnd außhölen. HISP. *Gorgojo.* ANGL. *A litle worme eating corne called a mite or weuell.*} *Virg.*1 *Geor.* populátque ingentem farris acerutm Curculio. *Colum.l.* 1 *c.*6 Ea res ab noxa curculionum & ſimilium animalium commodiſſimè videtur fruges condita defendere. [Curculio mihi verba dedit, &,Vbi Curculionem reperiam? In tritico facillimè ibi vel 500 reperies. *Plau Curc.ſc.*4.*a.*4.]

¶Curculio tranſlatè pro pene. *Perſius Satyr.* 4. Quare dentoſus curculio extat.

¶Eſt præterea Curculio, via patens,ſeu fiſtula colli exterior,per quã ſpiritus attrahitur,atque emittitur. ἀρτηρεών. Conſtat autem hæc ex cartilagine molli & flexuoſa,quaſi ex annulis in catenæ modum cõpactis,ſed imperfectis. ¶Dicitur etiam ſpiritalis fiſtula, quæ ſemper patet, vt ſpiritus liberum habeat exitum, qui ad pulmonem córque defertur. Tracheam arteriam medici appellant. *Plinius* arteriam aſperam: cuius operculum eſt epiglottis. Scribitur autem Curculio per c,non Gurgulio per g,vt conſtat ex argumento Plautinæ Comœdiæ,quam Curculionem inſcripſit:in qua primæ verſuum literę Curculionis nomen exprimunt.

CVRES, κυρῆτες, pluralis tantùm numeri, Sabinorum oppidum opulentiſſimum,ex quo Numa: *Plutar.in Numa.* Huic autem oppido imperabat T. Tatius,cuius ciues Quirites, κυρῖται dicebantur, Conueneruntque Romulus & Titius in hanc ſententiam,vt è duobus populis vnus efficeretur,& Sabini Romam migrarent, Romáque nomen retinerent: ſed Romani & Sabini Quirites appellarentur. *Ouid.lib.*2. *Faſt.* Te Tatius paruíque Cures Ceninágue ſenſit, Hinc etiam populi, Cures. *Virgil.lib.*9. Tatióque ſeni,Curibúſque ſeueris.

CVRĒTĔS, {κουρῆτες. GE. Völcker in der Inſel Candia} Populi Cretæ inſulæ, qui & Corybantes,& Dactyli Idæi appellati ſunt: ex Ida Phrygiæ monte(vt quidam volunt) oriundi: à cuius etiam nomine, Cretæ nõtem,quem primùm inſedêre, Idam appellarunt. Dicti κουρῆτες *teſte Strab.lib.*10. ἀπὸ τῆς κουρᾶς. hoc eſt, à tonſura. Anteriorem enim capitis partem detonſam geſtabant, ne hoſtes eos cæſarie apprehenderent. Alij Curetas dictos putant, ἀπὸ τῆς κουροτροφίας, eò quòd Iouem aluiſſe dicantur. *Autor eſt item Strabo loco iam citato,* Curetas in Græciam quoque traieciſſe, tandémque conſedíſſe trans Acheloum fluuium, ibíque quum intonſa ſeruarẽt capita, Acarnanas vocari cœpiſſe. [Legendus *Ouid.*4.*Faſt.*] ¶Curetum os, κουρήτων στόμα. Dici ſolitum ſi quando quis numine afflatus loqui videretur,propterea quòd Curetes Cybeles comites furore quodam ſacro pericti diuinare viderentur. Refertur à Zenodoto: *memini & Heſychius.*

Cūrĭa,Curiales,Curiatus, *Vide* CVRA.

Cūrĭa,Rhetorum vrbs primaria,vulgò *Chur* dicitur. ¶Eſt alia eiuſdem nominis in Voytlandia,quam Germani Hoff vocant.

CVRIFVGIA, Nomen villæ Nicolai Perotti nuper inditum, quam in agro Senrinati habebat,inter duo fluenta, Sentinum & Neuolam, vbi eſt ſaluberrima cœli temperies.

Curionia ſacra,quæ à Curionibus in Curiis fiebant.

CVRIO, Prænomine Quintus,inſignis orator fuit, qui Cæſarem in quadam oratione omnium mulierum virum,& omnium virorum mulierem appellauit. ¶Huius filius C. Curio Tribunus plebis fuit,eo tempore,quo primùm bellum ciuile inter Pompeium & Cæſarem exarſit: & quum ex perditiſſimo luxu ſeſe ære alieno obruiſſet, Cæſarem ad bellum ciuile incitauit, cauſámque illius abſentis defendendam ſuſcepit. Vnde etiam à Lucano, venali lingua fuiſſe dicitur. Periit in

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Africa,cui à Cæsare erat præpositus,à Iuba Mauritaniæ rege cum toto exercitu deletus.Et Curioni gratulatur *Cic.Epist.lib.*2.Sera,inquit, gratulatio reprehendi non solet,præsertim si nulla negligentia prætermissa est.Longè enim absum,audio serò. Is Curio,vt se ære alieno liberaret atque emergeret, Cæsarem ad bellum ciuile impellebat, *vt scribit Cic.in Epist.ad Quint.frat.*Et ipse Cæsar,inquit,amicus noster,minaces ad senatum,& acerbas literas miserat:& erat adhuc impudens,qui exercitum & prouinciam inuito Senatu teneret,& Curio meus illum incitabat.

CVRIS,*vt habet Strabo lib.* 5. Vrbs quondam insignis,nunc autem viculus,in Sabinis,&c.*Vide* Cures.

CVRIVM, κούριον,Vrbs Cypri,à Cureo Cinyræ filio:gentile Curieus,Curias fœm. & ipsa regio. Est etiam vrbs Æoliæ.*Steph.*

Cūrio,Curiosus.*Vide* CVRA.

Curis, Lingua Sabinorum hasta dicitur. Vnde Romulus Quirinus,qui eam ferebat,est dictus:& Romani à Quirino, Quirites dicūtur.Curitim Iunonem appellabant, quia eandem ferre hastam putabant. *Festus.*[*Ouid.*2.*Fast.*Siue quod hasta Curis priscis est dicta Sabinis.]*Vide Macrob.lib.*1 *Satur.c.*9.*& Seruium in* 1.*lib.Æneid.*

CVRIVS Dentatus , Romanus ciuis, exactissimæ frugalitatis, & perspectæ fortitudinis.Hic quum in scamno sederet,rapásq; in foco torreret , & Samnitum legati magnum auri pondus publicè missum obtulissent,inuitaréntq; vt eo vti vellet:respondit , M.Curium malle imperare locupletib. quàm locupletem fieri : & qui acie vinci non potuit,eum pecunia corrumpi non posse. Hic primum de Samnitibus triumphauit,quos vsq; ad mare superum pacauit. Reuersus,in concione ait , Tantum agri cepi,vt solitudo fuerit futura, nisi tantum hominum cepissem.Tantum hominum porrò cepi,vt fame essent perituri,nisi tantum agri cepissem.Deinde de Sabinis triūphauit:postremò de Lucanis ouans vrbem intrauit : Pyrrhum regem Epirotarum Italia repulit. Quaterna dena agri iugera viritim populo diuisit: sibiq; totidem constituit dicens, Neminem esse debere cui non tantū sufficeret.*Huius meminit Iuuen.Satyr.*11. [De huius viri continentia & villula,*Plutarc.in Catone Censore.*]

Cūrmī.Ex maceratis & coactis frugibus potus. *Vlp.l si quis ff. de Tritic. & Vin.leg* Igitur & acetū,inquit,quod vini numero patrifamiliàs habuit,& zythum,& curmi, & cætera,quæ pro hominum affectione atque numero vini habebuntur.

Cūro,curas.*Vide* CVRA.

Curotrophium.{κουροτροφεῖον.ANGLIC.*An house appoynted for bringing vp of children.*} Domus aledis pueris destinata.κουροτροφεῖον enim puerū significat.Vtitur *Iustinianus in l.*16.*C.de sacrosanct.Eccles* differt autem à βρεφοτροφίῳ , quòd in hoc infantes recentésq; partus aut expositi,aut parentib. egentibus nati alebantur : in illo pueri grandiusculi qu nondum labore suo victum sibi parare poterant. *Ex Hotomano.*[vt cecurri,*Gell.c.*9.*lib.*7.]

Cūrro,ris,cucurri,curſum: cuius composita quandoq; geminant syllabam , quandoq; non. {ץרת *rats.*τρέχω. GAL. Courir. ITAL. *Correre* GERM.Lauffen.HISP.*Correr.*ANGL.*To runne.*}*Virgil.lib.*4.Decurrere iugis,alij de parte patentes Transmittunt cursu campos.*Cato contra Pisonem*, Video hac tempestate concurrisse omnes aduersarios. *Terent.in Hecyr.* Vna illarum interea properè præcurrit. Est autem currere,celeriter ire,gradū præcipitare,intenta celeritate viam quasi vorare.*Cic.ad Attic.* 10. Præterit villam meam Curio,iussitq; mihi nuntiari mox se venturum:cucurrit Puteolos , vt ibi concionaretur. Sic Currere cursum , Currere spatium dicimus. [Súmne infelix qui non curro curriculo domum. *Plaut.Mostel.sc.*1.*c.*2. Quid illic homines ad me currunt obsecro?*Plaut.Men.sc.*6.*a.*5. Nūquam ad præcorem æquè cursim curram.*Plaut.pseu.sc.*3 *a.*1 Ecquis currit polinctorē accersere?*Plaut.Asin.sc.*2.*a.*5.Minimam benè currit ad auram, si opʾ est velis? *Ouid.Ele.*9.*l.*1. *Trist.* Hæc mea per placidas cymba cucurrit aquas. *Ouid. El.* 4.*l.*3.*Trist.* Historia currere debet ac ferri (de stylo) *Quintil*]

¶Interdum accipitur pro fluere.ῥεῖν.*Virg.*3. *Georg.* Concrescunt subitæ currenti in flumine crustæ.*Plin.lib* 11.*c.*51.Dolis etiam inanib.currit eadem,concauo , vel recto parietum spatio. Sic & *Cicero* Currere orationem dixit 1.*de Finibus.*

¶Frustrà currit,εἰς κενὸν τρέχει,pro eo quod est,Frustra laborat.Vsus est D.Paulus complurib.locis.Sumptum ab iis qui in stadio cursu certāt. Celebris est hic senarius , ἄθευτος αὐτῷ εἰς κενὸν μοχθεῖ τρέχων:id est,temerarius labore currit irrito:¶Huic finitimum est,Nec currimus,nec remigamus, ὅτε θέουμεν,ὅτε ἐλαύνομεν.

Cūrrēns,participium.{ץרת *rats.*τρέχων.GALL.Qui court.ITAL.*Chi corre.* GERM.Lauffend.HISP.*El que corre.*ANGL.*That runneth.*} [Dabo te ad pistores vt tibi cruciere currens. *Plaut.Asin.sc.*4.*a* 3.] Vnde Currentem incitare , τὸν τρέχοντα ἐπεύδειν , prouerbialiter dicimus , pro incitatum iam , & in rem aliquam incumbentem instantiùs hortari vel impellere. *Cicer.ad Attic.* Quòd me hortaris vt eos dies consumam in Philosophia explicanda,currentem tu quidem. * Ducta est metaphora ab his qui cursu certant , quibus acclamatio solet addere velocitatem.* Simile est,Currenti calcar addere. *Plinius iunior in epist.quadam ad Pompeium Saturninum.* Flagitabas vt tibi aliquid ex meis scriptis mitterem, cùm ego id ipsum destinassem. Addidisti ergo calcaria sponte currenti. Translatione sumpta ab equitibus,qui nonnunquam etiam sponte currentibus equis , quo currant celerius,calcar addunt.Ita nobis calcar addit, qui extimulat languentes: addit currentibus,qui cupiditatem ac studium nostrum auget acuítque.

Cūrritur,impersonal.*Terent.in prologo Heaut.* Si qua laboriosa est,ad me curritur.

Cūrso,sas, Sæpe vel multum curro.{ἀναπτέχω.GALL.Courir souuent, maintenant çà , maintenant là. ITA. *Correre spesso.* GERM. Vil vnd offt lauffen/laufften eins lauffens. HISPAN. *Correr amenude.* ANGL. *To runne much or often.*} CIC.1.*de Diuin.* Fuscáque nonnunquam curſans per littora cornix. *Idem pro Rosc.Amer.*Postea homines cursare vltrò & citrò non destiterunt.*Idem de Senect.* Quū alij malos scandant,alij per foros curſent. *Terent.in Hecyr.* Trepidari sentio,& cursari horsum,sursum.

Cūrsito,frequentatiuum,{ἀναπτέχω. GAL. Courir çà & là.ITA. *Correre quà & là.*GERMA.Hin vnd hār lauffen. HISP. *Correr á menudo.*ANG. *To runne vp and downe, hither and thither.*} *Diomedes.*Sunt & quædam iteratiuorum iteratiua, quæ sæpe in tres gradus deducunt,verba,quale est Video,deinde Viso, & quod plus est,Visito. Item Curro,deinde Curso, & Cursito.*Terent.in Hecyr.* Hodie mihi haud potestas data est,ita curſitando atque ambulando totum hunc contriui diem *Idem Eunuch.*Ne quis fortè internūntius clàm à milite ad iſtam curſitet.

Cūrsūs,us,& Curſio , Currendi actum significant: & tàm de nauigante & equitante , quàm pedibus iter faciente potest intelligi. {מרוצה *merutsáh.*δρόμος. GALL. Cours, course. ITAL. *Corso,il correre.*GERM. Ein lauff.HISP. *Corrida.* ANGL. *A course, a running, a rase.*}*Plin.lib.* 12.*cap.*19.Hi recto cursu per sinus impellunt *Cic.ad Cass.* Sin oppressus ibi erit, omnis hominum cursus est ad vos.* Cursus pro modo viuendi. *Plin.in Paneg.* Tenes Cæsar hunc cursum,& probatur experimento, sítne feracius,&c.]Vbi secūdo cursu vita procedit.*Senec.c.* 6.*de Consol.ad Mart.*Cursus & recursus maris.*Idem de Consol. ad Elb. cap.*7. Curua nec assuetos egerūt flumina cursus. *Tibul.l.*4. cœpros auertere cursus.*Ibid.* Qui mihi in cursu obstiterit,is vitæ obstiterit suæ.*Plaut.Capt.sc* 1.*a.*4.]directo cōtendere cursu. *Tibul.l.*4. Vox erat in cursu,vultū dubitantis habebam. *Ouid.* 5. *Fast.*Spes erat in cursu. *Idem* 6.*Fast.*]

¶Cursus exhibitio,pro,rationum relatio , quasi totius procurationis ac muneris sui discursus,siue διαδρομὴ edatur.*Hotomanus.*

Cūsūrā,æ,idem quod Cursus.{δρόμος. ANG. *A rase, a running.*} *Varr.* Et qui alij sunt idonei ad rem militarem , alij ad vecturam, alij ad admissuram,alij ad cursuram.[Ex cursura anhelitum ducere.*Pl.Asin. sc.*2.*a.*2.]

Cūrsŏr,Qui currit.{ץרת *rats.*δρομεύς. GALL. Coureur,courſier. ITA. *Corsore,corritore,staffiero corriero.*GER. Ein lauffer.HISP.*El trotero ò correo, ò corredor.*ANG. *A runner.*} CIC 1.*Tusc.* In stadio cursores exclamant quàm maximè possunt.*Plaut.Merc.*Genua hunc cursorem deserunt. ¶Cursor item tabellarius dicitur , à celeritate eūd. *Mart.* Cursorem sexta tibi Rufe remittimus hora.

Cūrsōrius,a,um,Quod ad cursū pertinet : vt Nauis cursoria. {δρομικὸς. GALL.Propre pour courir.ITAL *Ciò che s'appartiene à corso.*GERM. Das zu dem lauff gehört.HISP *Cosa ordenada para correr.*ANGL. *Proper to runne.*}*Stdonius,*Typhim cursoriam ascendi.

Cūrsim, adu.rb. Currendo , cursu,{δρομαίως. GAL. En courant.ITAL. *Correndo* GERM. Mit lauffen/im lauff HISP. *De corrida y arrabatadamente.*ANGL.*By running.*} *Plaut.Pœnul.*Nisi ego illum iubeo quadrigis cursim ad carnificem rapi.[Nunquam ad prætorem æquè cursim curram,vt emittar manu. *Plaut.pseu.sc.*3.*a.*1.]*Cic.*11.*Philip.* Alter in Asiam irrupit cursim. *Plin. epist.*49. Super hanc liber legebatur,& quidem cursim.

Cūrrūs,us , Vehiculum. {רכב הרכבה *récheb merchabáh.* ἁμαξεύς, ἅμαξα. GAL.Char,chariot.ITAL. *&* HISP.*Carro.*GER. Ein wagen/oder karch. ANGL.*A cart or chariot.*} dictū ab eo quòd eo veteres vterentur ad cursum,*Virgil.*12. *Æneid.*Quadriiugo vehitur curru. Hoc nomine bigæ etiam & quadrigæ continentur.Vnde etiam triūphantiū quadrigæ,currus triūphales dicebantur.[Ante currum agere hostes victos. *Velleius,*Ingredi curru lætos triūphos(i.equis albis)*Ouid.*13.*Metamor.* Currus eburnos.*Idem Eleg.*2.*l.*4.*Trist.* Ante currū Persem victumegit. *Paulus.Senec.*13.*de Consol. ad Marc.* Currū vacuum *Pauli* populus aspexit(ob liberos amissos.)*Senec Ibid.*Ascendo in currū,vt hunc proteram.*Plaut.Mena.sc.*2.*a.*5.]

¶Per translationem ponitur pro triumpho.*Cic.ad Caton. lib.*5. Quem ego currum,aut quam lauream cum tua laudatione conferrem?

¶Currus boum trahit ,ἅ ἅρπαξ τὸν βοῦν ἐλαύνει. De re quæ præposterè geritur. Quod Galli sua lingua eleganter dicunt, *Mettre la charrue deuant les bœufs.Lucian.in Terpsione.*

¶De curru delapsus,ἀπὸ ἁρμαξιπλήξ. In hodiernū vulgò quoq; durat adagiū,in eum qui oblitus propositi,aliò se transfert,aut qui in sententia labascit.*Aristoph.in Ranis.*

Cūrrĭcŭlū, diminutiuum.Breuissimum vehiculi genus,quod eo veteres ad cursum in ludis Circensibus vterentur , {τὸ ἁρμάτιον. Petit char ,ou chariot. ITAL. *Picciolo carro,carretta.* GERM. Ein kleiner wagen oder karch/welchen man braucht zu dem rennen/ein rollwäglin. HISP. *Carro pequeño.*ANGL.*A litle cart or chariote.*} *Plautus Merc.* Quin pedes vos in curriculum coniicitis ? *Curt. lib.* 8. Aliorum turbati equi,in amnem præcipitauēre curricula. [Curriculo biiugi. *Suetonin Calig. cap.* 19. Curriculo grauis est facta ruina meo. *Ouid. Eleg.*8.*lib.*9.*Trist.*]

¶Curriculum etiam ponitur pro cursu ipso. { מרוצה *merutsáh.* δρόμος,δολιχός.GAL.Cours,Course.ITA.*Corso.*HISP. *Correda pequeña.* ANG. *A course,a running.*}*Cic.de Legib.*Ludis publicis,quod sine curriculo,& sine certatione corporū fiat , populares lætitiam in cantu & fidibus,& tibiis moderante,eam cum diuūm honore iungunt.

¶Curriculum vitæ *Cicer.pro Rabir.* Exiguum nobis vitæ curriculum natura circunscripsit,immensum gloriæ.

¶Item Curriculum significat tempus. *Virgil. lib.* 8. Inde vbi prima quies medio iam noctis abactæ Curriculo,expulerat somnum,id est, medio tempore.

¶Curriculum item locum siue interuallum vbi curritur denotat,à carceribus ad calcem:Græci ἱππόδρομον appellant {GALL. Lieu pour courir. ITA. *Luoco da correre.* GER. Ein ausszyleter platz in welchem man laufft.HISP.*La carrera ò lugar donde corren.Horat.*1.*Carm.* Sunt quos curriculo puluerem Olympicum Collegisse iuuat.

Cūrrĭcŭlō,aduerbium,pro Cursim.{δρομάδην,δρομικῶς. GAL.En courant hastiuement. ITA. *Correndo prestamente , tosto , in fretta.* GERM. Im lauffen/schnell/ eilends/flucks/ leuffingen.HISP. *De corrida,ar rabadatamente.*ANGL. *Spedelie,by running.*}*Plaut. Epid.* Nam vt apud portū te conspexi, curriculò occœpi sequi.*Terentius Heauton.* Curriculò percurre.[Transcurre curriculò ad nos *Plaut.Mil.sc.*6.*a.*2. Sed fūmne infelix qui non curro curriculo domum. *Plaut. Mostel.sc.*1.*a.*1.Ite curriculò.*Gell.c.*8.*l.*17.]

CVROPOLIS, Vrbs Cariæ.*Steph.*

Cūrrūca,Parua auis,quæ alienos pullos pro suis educat {σπατάλη, νοσσοτρόφος.GAL. Vn verdon, petit oiseau qui nourrit les petis d'vn autre pensant

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

pensant que ce soyent les siens. ITAL. *Vccello picciolo, che allieua gli altrui figliuo. i pensando che sieno suoi.* GER. Ist ein vögleín das frembde junge für die seinen ernehret vnd auffzeucht/ Etlich nennen es ein grasmuck. HIS *La aue que cria los hijos del cuclillo.* ANG. *An hedge sparow, or titling.* } *Iuuen. Satyr. 6.* Tu tibi nunc curruca places, fletúmque labellis Exorbes.

Cūrsŭs, Cursim, Cursito, Cursor, Cursura, Curso, *Vide* CVRRO.

CVRTĬVS, prænomine Marcus, adolescens Romanus nobilis fuit, qui se pro salute patriæ diis manibus deuouit. Nam quum terra in medio foro ingenti hiatu defecisset, responsúmque esset non coiturā labem, nisi quispiam ex primæ spei adolescentibus sese in hiatum deiecisset: Curtius acceptam á patria vitam, eidem impendere non dubitauit: conscensóque equo siue mora, se in specum præcipitauit: vnde etiam Currius lacus nomen creditur seruasse. ¶ Curtius prænomine Quintus, nobilis historicus fuit, qui Alexandri magni gesta memoriæ prodidit.

CVRTĬVS, fons, Insigni aquæ ductu memorabilis, vt qui à quadragesimo lapide in vrbem fuerit perductus opere arcuato tātę altitudinis, vt in omnes vrbis montes facilè distribueretur. *Vide Plin. lib. 36. cap. 15.*

Cūrtŭs, ta, tum, Breuis, paruus, mutilus. { קצר *katsér* קטן *katán* גרוע *gladhúah.* κολοβός. GAL. Court, petit. ITA. *Corto, breue.* GERM. Kurtz/ gestürtzet. HISP. *Cosa mellada, mengada, escassa, ò corta.* ANG. *Short, litle.* } *Horatius*, Nunc mihi curto Ire licet mulo, vel si libet, vsque Tarētū. Sic curtum calicem dixit *Martialis*, pro fracto: & *Persius* Curtam supellectilem, pro exigua: & *Cicero* Curtam sententiam, hoc est, decurtatam. *Celsus quoque lib. 7. cap. 9.* in auribus, naribus, scu labris curta appellat partium illarum deformitates, particulæ alicuius defectu prouenientes

Cūrto, as, diminuo. { קצר *katsár.* κολοβόω, ῶ. GA. Accourcir, appetisser, diminuer. ITAL. *Accorciare, diminuire.* GERM. Kurtzeren/ kürtzer oder beschnitner machen. HISP *Mellar, ò menguar, ò cortar.* ANGL. *To shorten, to abbriage.* } *Horat. 1. Serm. Sat. 3.* Quantulum enim summæ curtabit quisque dierum, &c. A quo Decurto, κολοβόω.

Cūruāmĕn, Curuatura. *Vide* CYRVVS.

Cūrūlis, & hoc curule, adiectiuum est à curru formatum, abiecto altero r, vt Ædilis curulis, dignitas curulis: & *apud Horatium*, ebur curule: Cuilibet (*inquit lib. 1. Epist.*) hic fasces dabit, eripitque curule. Cui volet importunus, ebur. Nam senatores qui curulem magistratum hoc est, maiorem honorem gerebant, honoris gratia in curiam vehi soliti erant curru, in quo sella erat eburnea, supra quam considerēt. *Gellius lib. 3. cap. 18.* ¶ Curulis etiam in fœminino genere accipitur pro ipsa sella: quia facilè potest intelligi eius substantiuum. *Lucanus lib. 2.* Prætor adest vacuæque loco cessere curules. [Curulis sella quid, *Gell. c. 18. l. 3.* Eam sibi adferri iubet Ædilis, & ponit in limine, ne quis ingrediatur, *Gell. cap. 9. lib. 6.* Curulis ædilitas vnde dicta, apertè *Plutarc in Mario.* Curulis sellæ laxatis cōpagibus. *Suet. in Aug c. 43.* Curules triūphos tres egit (ad discrimen ouationis, paulo ante bis ouans ingressus est vrbem.) *Suet. Augusț. c. 22.* pro æde Iouis sella curuli præsidere, *ibid. c. 26.*]

Cūruŭs, a, um, Inflexus, tortus. { כפוף כפוף *chaphúph* נשח *naschách.* ὄπιθεν κυρτός, κάμπυλος. GAL. Courbe. ITA. *Torto piegato.* GER. Krumb HIS. *Coruo, ò corcobado.* ANGL. *Bowed, crooked.* } *Virgil. 2. Georg.* Et curuæ rigidum falces conflantur in ensem. *Tibul.* Et properat celeri curua senecta pede. *Virgil. 3. Æneid.* Et littore curuo. Aquo incuruum, valde curuum. *Terent. in Eunuch.* Incuruus, tremulus, labijs demissis. *Donat.* Incurtus, valde curuus. κυρτός. Procuruus, idem *Virgi. 2. Geor.* neque illam procuruam Expectant falcem. Recuruus, idem quod simplex curuus. *Virg. 7. Aen.* Cornúque recuruo Tartaream intendit vocem. [Qualis & in curuum pontus confluxerit orbem, *Tibul. l. 4.* Curua scrinia domum, *Ouid. Eleg. 1. lib. 1. Trist.*]

Cūruo, as, Flecto, vel curuum efficio. { כפף *chaphách* חשח *heschách* חברץ *hi-schriaḥ.* κάμπτω λυγίζω, κάμπτω, κυρτόω GAL. Courber, faire courbe & panché. ITAL. *Piegare, torcere.* GER. Krumben/ biegen. HIS. *Encornar ò corcobar à otro.* AN. *To bowe or crooke.* } *Virgil. 2. Georg.* Iturǽos taxi curuantur in arcus. *Lactant. lib. 2.* Quia curuant cæleste animal ad veneranda terrena *Plin. lib. 16. ca. 42.* Et palmæ arbor inualida: in diuersum enim curuatur. ¶ Huius composita sunt, Accuruo, quod est iuxta curuo. *Colum. lib. 4.* Nam fragilis est ea parte materia, qua torta & accuruata, quum deponeretur, ceperat vitium. Recuruo, & incuruo, vide suis locis.

Cūruātus, participium, Flexus. { נשח *naschách.* κεκυρτωμένος, κεκαμμένος, ἀγκύλος. GAL. Courbé. ITAL. *Piegato, inarcato.* GER. Gekrumbt/ gebogen. HI. *Corcobado.* ANG. *Made crooked or bowed.* } *Stat. 5. Syl.* Et simulant fessos curuata cacumina somnos.

Cūruātĭo, verbale, Flexio. { κάμψις. GAL. Courbement. ITA. *Piegamento.* GER. Ein krumbe. HISP. *Encoruadura, corcoba.* ANG. *A crooking or bowing.* } *Plin. lib. 17. cap. 23.* In curuatione materiæ, Curuatio vitis, *Colum. lib. 4. cap. 12.*

Cūruātūră, ræ, Curuatio, flexio, { κάμψις, κύρτωσις. GA. Courbeure. ITA. *Piegatura.* GER. Krumbung/ biegung. HISP. *Encoruadura. corcoba.* ANGL. *A bowing, crooking.* } *Plin. lib. 17. cap. 19.* Ne curuatura fugiat. *Ouid. 2. Metamorph.* aurea summæ Curuatura rotæ.

Cūruāmen, Curuatio, siue curuitas. { κάμψις, κλίσις. GAL. Courbement, courbeure. ITAL. *Piegatura, curuatura.* GER. Krumbe/ buck. HIS. *Encoruadura ò corcoba.* ANG. *Crookednesse* } *Ouid. 2. Metamor.* Sectus in obliquum est lato curuamine limes. *Gell.* Sub alio atque alio cæli curuamine.

Cūruēsco, Curuus fio. { κυρτοῦμαι. ANG. *To bowe downe and waxe crooked.* } Huius compositum est Incurueſco: *quo vsus est Cic. 3. Tusc.* Ramos bacarum vbertate incuruescere.

Cūruĭpĕs, Qui curuos pedes habet. { γαμψοὺς πόδας.

Cūruĭfrōns, qui frontem curuatam habet, vt pecudes, *Pacuuius apud Nonium.* Tu curuifrontes pascere armentas soles.

Cūso, cusas, *Vide* CVDO.

Cūspĭs, dis, fœm. gen. Acuta pars gladij, hastæ, claui, & huiusmodi { דרבן *darbán.* ὀξύτης, αἰχμή. GA. Poincte, ou bout aigu & poinctu. IT. *Punta.* GER. Ein spitz an einem schwert/ spiess/ nagel/ &c. HIS. *Punta, ò agudeza de arma.* AN. *The poynte of a weapon, a speare or arrow head.* } *Mart.* Ætola cuspide fixit aprū. ¶ Cuspis lōga, pro veru, *Mart. li. 14.* Spumeus in longa cuspide fumet aper. ¶ Cuspides, pro rubulis fictilibus. *Parr. 1. de Re rust. cap. 8.* Inde enim aliquot colligatas libris demittunt in tubulos fictiles cum fundo pertuso, quos Cuspides appellant, qua humor aduentitius transire possit. ¶ Hinc componitur Tricuspis, adiectiuum, τριγλῶχιν, quod tres habet cuspides, qualis fingitur esse Neptuni trideus. ¶ Per hastæ cuspidem currere, διὰ ὀξείας δεχμενῆν, d cebantur qui in re magnopere periculosa versarentur: ὀξεῖαν enim hastam siue hastæ cuspidem vocant.

Cūspĭdo, as, Cuspidem rei alicui induco. { חציו דרבן *hitstsíh darbán.* ὀξύνω. GA. Bailler ou faire poincte, aiguiser en pointe ITA. *Far la punta, à qualche cosa.* GER. Spitzen/ spitz machen. HIS. *Agaçar ò hazer punta.* AN. *To mak poyntedor sharpe.* } Quo verbo vsus est *Pli. lib. 11.* Vrorum cornibus Barbari Septentrionales potant, vtrisque binis capitis vnius cornua implent: alij præfixa his pira cuspidant.

Cūspĭdātus, Qui cuspidem habet. { ἀκιδωτος. GAL. Ayant vne poincte, aiguisé en poincte. ITA. *Ponturo* GER. Gespitzt HISP. *Cosa con punta.* ANGL. *Poynted or sharpe like a poynte* } *Plin. lib. 18. cap. 19.* Purget vomerem subinde stimulus cuspidatus iulla.

Cūspĭdātim, aduerbium, idem est quod acutè, & ad similitudinem cuspidis. { κατ' ακωκὴν. GAL. Par la poincte, par le fin bout. ITAL. *Acutamente, aggu̇zamente, in punta.* GERMA Dem spitz nach oder mit dem spitz. HISPAN. *De punta ò con punta.* AN. *Poynt wise* } *Plin. lib. 17. cap. 14.* Donec cuspidatim decisus descendat in rimam calamus.

Cūstōs, odis, Qui rem aliquam tuetur & curat. { שמר *schomér.* φύλαξ. GAL. Garde, gardien. ITA. *Custode, guardiano.* GERM. Ein hüter/ oder hütterin. HISP. *Guardador.* ANGL. *A keeper that keepeth any thing.* } *Terent. in Eunu.* Núnnam tu hîc relictus es custos, Nequis forte internuntius clàm à milite ad istam cursitet? [Quid ais custos carceris? *Plaut. Asin. se 1. a. 2.* Custodem me illi miles tradidit *Idem Mil. sc. 3 a. 2.* Ie ui Iuno (Argum) custodem addit. *Plau. Aul. sc. 5 a. 3.* Custodem habeo. *Pl. Capt. sc. 3. a. 2.* Cui (hero) custodem me addidit rat herus maior. *Plaut. Capt. sc. 5. a. 3.* Aut us hîc soleo cubitare custos ianitrix. *Plau. Curc. sc. 1. a. 1.* Excusitate vestram custodem mihi (i. Ianitricem) *Idem ibid.* Sic verba dari licet custodi cartæ. *Plaut. Menæc. sc. 2. a. 1.*

¶ Interdum etiam Custos significat proh, bitorem. *vt apud Virgil. de Priap.* Et custos futum atque auium. Ibi enim custos furum non dicitur, qui eos custodit, sed qui eos arcet. Vnde custodem ostij dicimus, qui curat nequis iniussus ingrediatur. φυρωρός: Custos horti qui prohibet aliquem in eum ingredi, vel damnum facere: κατηρεφὲς. [Vici cautos custodes meos. *Plaut. a 4. sc 3 vers. vlt.* His discipulis prius custodes dabo. *Plaut. Pseud. sc. 2. a. 3.* Tu eis custos additus. *Plaut. Mil. sc. 3. a. 2.* Et, Concubinæ miles custodem addidit. *Plaut Merc sc. 1. a 2. Item* Custodem factis & dictis alicuius flagitare. (i. obseruatorem, *Sue. in Tib. c. 13.*]

¶ Custos sacrorū, Qui sacrum ministrat atq; obseruat. θεωρὸς. *Virg. 8. Æn.* At domus Herculei custos Pinaria sacri. *Cic. lib. 2. Offic.* Malus enim custos est diuturnitatis metus. id est, malus seruator diuturnitatis metus. ¶ Custos etiam dictus fuit in iudicio, cui cura erat accusatorem obseruare ne à reo corrūperetur. *Cic. in Diuinatione in Verrem*, Custodem, *inquit*, Tullio me apponite. Quid? mihi quàm multis custodibus opus erit, si te semel ad capsas meas admisero? qui non solùm nequid enūties. sed etiā auferas, custodiendus sis. *Et paulò pòst*, Etenim fides mea custodem repudiat. id est, diligentia speculatorem reformidat. ¶ Custodes etiam in vitibus dicuntur nouelli palmites, duarum vel trium non amplius gemmarum, qui alio nomine reseces, aut præsidiarij palmites vocantur. *P in lib. 17. cap. 12.*

Cūstōdĭo, is, ini, itum, Seruo, obseruo, adseruo, tueor, priuata custodia contineo. { שמר *schamár* נצר *natsár.* φυλαττω, σώζω. GAL Garder. ITA. *Custodire guardare* GER Bewaren/ behüten/ behalten. HISP. *Guardar.* ANG. *To keepe.* } *Gell. lib 1.* Parsimonia apud veteres Romanos, & victus, atq; cœnarū tenuitas, non domestica solùm obseruatione ac disciplina, sed publica quoq; animaduersione legúmq; complurium sanctionib. custodita est. *Cic. Dolabella*, Fac vt diligentissimè teipsum mi Dolabella custodias, [Custodire aliquem oculis. *Velleius*, Nunc te ipse custodis. *Senec. capit. 8. de consol. ad Marc.* Quid ceffatis compedes amplecti crura vt vos custodiam. *Plaut. Capt. sc. 4. a. 3.* Noctu neruo vinctus custoditur *Plaut. Capt. sc. 5. a. 3* Nusquam se magis custodit iudex. i. cauet ne fallatur *Quintil.*] Custodio, pro obseruo. *Qu. Cicer. de Petit. Consu.* Fac itaque vt se abs te custodiri atq; obseruari sciant. *Cicero in Catilin.* Oculi & aures omnium te speculantur & custodiunt.

Cūstōdĭă, ſtodiæ, Præsidium, vigiliæ, excubiæ { משמרת *mischméreth* משמר *mischmár.* φυλακή. GALL. Garde, le guet & gard qu'on fait sur aucuns. ITA. *Guardia.* GERM. Ein hut/ wacht oder achthabung. HISP. *La guarda.* ANG. *A keeping or the watch.* } *Horat lib 1 Epistо.* vt piger annus Pupillis, quos dura premit custodia matrum *Celsus libro 2. cap. 2.* Qui ista nunquam sine custodia sui tuta habuit. [In tuam custodiam me, & meas spes trado. *Plaut. Mostell. sc. 1. a. 2.* Vibis custodijs præpositus Mœcenas, *Velleius.* In libera custodia. *Velleius.* Vinclis custodiisque sumūs circummœniti. (i. custodibus.) *Plaut. Capt. sc. 2. a. 2.* Inter Caianas custodias eos vidimus, *Senec. cap. 11. de Tranq.* Exiit de custodia (i. de morte) *Sen. cap. 15. de Tranq.* vnus è custodiarum agmine (i. reorum) *Senec. epist. 78.* Custodia muri Submouet infestos claufaque porta Getas. *Ouid. El. vlt. l. 5. Trist.* Custodiarum seriem recognoscere. *Sue. in Cal. c. 27.* Pauci in custodiam conjecti. *Liu. 4. d. 4. Item* pro præsidiis, *Liu.* ex custodiis publicis, & custodias in ripis disponere. i. stationes, vel præsidia. *Liu. lib 2.* Custodias, stationeq; equitum (viás obsidentium) vitare. *Cæsl. 1. b. ciu. Item* pro Satellitibus principis, *Sue. in Cæs. c. 86.* Custodias Hispanorum cum gladiis sectantium se remouit.]

¶ Sæpe etiam positū inuenitur pro ipso loco, in quo quis custoditur, hoc est, pro ipso carcere. { אשמרת *aschmóreth.* φυλακτήριον. GALL. Le lieu où on est gardé & serré, comme vne prison. ITAL. *Guardia prigione.* GERM. Ein gefencknuss/ das ort an welchem einer verhütet wirt. HISP. *Carcel ò cepo ò corma:* ANGL *A place to kaep any thing in, as a prison.* } *Colum. lib. 1.* Nam illa solennia sunt omnib. circunspectis, vt ergastuli mancipia recognoscant, vt explorent diligenter vincta sint, an ipsæ sedes custodiæ satis tutæ munitæque sint.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶Quandoque etiam ponitur pro eo qui custodit. {φύλαξ. GAL. La garde. ITA. *Guardia guaraiano.* GER. Hůter oder wechter. HIS. *Guardador, la guarda.* ANGL. *He that keepeth, the watcheth.*} *Iubulus.* Sed pretium fi gr ande fera, custodia victa est.

¶Quandoque pro eo qui custoditur. {אסור *asir, ὁ ἐν τῇ φυλακῇ.* GALL. Celuy qui est gardé, prisonnier. ITA. *Prigionero, guardato.* GERM. Ein verhafteter/oder gefangner. HIS. *Guardado.*} *Suet. in Domi.* Nec nisi secretò atque solus, pleraque custodias, receptis quidem in manu catenis audiebat. *Et Digest. de reorum custodia scribitur.* Nequis receptã custodiam sine causa dimittat *Et alibi,* Et si custodia se interfecerit, vel præcipitauerit, militis culpæ adscribitur. *Item* custodia idem significare videtur quod vincula: prior tamen vox non nisi publicam complectitur, posterior & publicam & priuatam. *l. vinculorum de verbor. signific.* Magistratus autem ex qualibet leuissima suspicione, eum quem nocentem arbitrabitur, in carcerem ducere potest. *Bald. in l. nullus. C. de Exhib. reis.* Accipitur etiam custodia pro Carcere. *in l. ad Commentariensem. C. de Custod. reor.* quoniam in illum rei, non pœnæ causa, sed custodiendi mittuntur. Sed & custodia non rarò pro ipso in carcerem conjecto vsurpatur, vt suprà dictum est.

Custodítè, aduerbium {προνοητικῶς. GALL. Sagement, se donnant garde. ITAL. *Sagacemente, con guardia.* GERM. Behutsamlich. HISP. *Con mucha guarda.* ANGL. *Wiselie and wareliche.*} *Plin. Epist.* II. Quam studiosè, quàm intelligenter lectitabat? vt parcè, custoditéque iudebat?

Cũstoditum, Quod cum custodia est. {πεφυλαγμένον. ANGL. *That is keept and saued.*} Incustoditum, Quod sine custodia est, ἀφύλακτος. *Martial.* Incustoditis & apertis Lesbia semper Liminibus peccas.

Cũstodẽla, à veteribus custodia dicebatur. *Festus.*

CVRILIA, Agri Reatini lacus est, in quo syluosa insula innatat, quę nunquam die & nocte eodem permanet loco. *Autor Plin. lib. 2. cap. 95. & lib. 3. cap. 12.*

Cũtis, Pellis, siue corium. {עור *hor.* χρώς, δέρμα. GAL. Peau. ITA. *Cotenna, pulla, cuoio.* GER. Ein haut oder fell. HIS. *Cuero ò pelleja sotil.* ANG. *The skinne, a tinne rinde.*} *Plin. lib. 11. ca. 39.* Ergo cutis ipsa sensu caret, maximè in capite, vbicunque per se, ac sine carne est: vulnerata nõ coit, vt in bucca, cilióque. *Planctus ad Cicer. lib. 10.* Sed non possum non exhorrescere, siquid intra cutem subest vulneris, quod priùs nocere potest, quàm sciri, cura sque possit. *Iuuen. Satyr. 6.* Tres rugę subeant, & se cutis acida laxet. ¶Ad cutem vsque radere, ξυρεῖν ἐπὶ χοῦ, dicebatur qui nimium exactè videbatur agere cum aliquo. ¶Iocus & in cute notus & modis omnibus cognitus. *Persius.* *Cutis arboris. *Plin. li 12. c. 19.* Casia tenui cute veriùs quàm cortice. *Cutis vuæ & ceraſi. *Plin. lib. 15. c. 28.* Crusta teguntur glandes, cute vuę. [*Item* Cutis sententiarum. *Gell. l 18. c. 4.* Non primam tantùm cutem, ac sententiarum speciem, sed sanguinem quoque ipsum ac medullam verborum Salustij eruere. *Et Quintil.* Summam cutem alicuius effingere.]

Cũticula, diminutiuum. {δερμάτιον. GAL. Petite peau. ITAL. *Pelle picciolo.* GER. Ein heutle oder fäle. HISP. *Pequeña pelleja.* ANG. *A litle or thinne skinne.*} *Iuue. Satyr. 11.* Nostra bibat vernum contracta cuticula solem. *Pers.* & assiduò curata cuticula sole.

Cũticulãris, δερματικός. vt pori, id est, cuticulares meatus *Plinio:* invisibilia foramina *Celso.* Caulæ *Lucretio* multis locis.

C ante Y

CYALVS, κύαλος, Vrbs Lydiæ à Ioue condita: gentile Cyalius, *Steph.*

Cỹmẽa, κυάμεια, Gemma, quæ fracta, fabæ similitudinem præfert. *Pl. lib. 37. cap. 11.* Cyamea nigra est, sed fracta ex se fabæ similitudinem parit.

Cỹămõs κύαμος, Herba est Ægypto peculiaris, latissimis foliis, quæ & Colocasia dicitur: & Faba Alexandrina. *Plin. lib. 21. cap. 15.* In Ægypto nobilissima est colocasia, quam cyamon vocant aliqui. *Vide plura in dictionibus* COLOCASIA & CIBORIVM.

Cỹamus κύαμος, Faba genus leguminis, à cuius esu Pythagoram religio sistimè ferunt abstinuisse.

CYNE, κυάνη, Nympha Sicula fuit; quæ in fontem sui nominis conuersa fertur, cuius transformationem describit *Ouid lib. 5. Metam.* Corripit autem hoc nomen tam penultimam, quàm primam syllabam. *Ouid. 5. Metam.* Inter Sicelides Cyane pulcherrima nymphas. *Et paulò pòst,* Venit & ad Cyanen. Nimis fœdè itaque lapsi sunt qui mediâ indifferentè esse affirmãt, freti corrupta *Ouidij autoritate, li. 9. Metam.* Vbi sic legunt, Cognita Cyane: præstanti corpore nympha. Ibi enim germana lectio non habet Cyane, sed Cyanee per quatuor syllabas. Neque ibi Poëta de Cyane Siciliæ nympha loquitur, sed de Cyanee Mæandri fluminis filia, quæ à Mileto cõpressa Caunum & Byblida genuit. ¶Fuit præterea Cyane quædam puella Syracusana, quæ à patre in tenebris vim passa, cum postea ex anulo cognitum capillis ad aram pertraxit, illúmque primùm, deinde seipsam interfecit. *Vide latiùs paulò pòst in dictione* CYANIPPVS.

CỸNE, es, κυάνη, Oppidum est Lyciæ, *apud Plin. li. 5. ca. 27.* ¶Est item Cyane fontis nomen in agro Syracusano, in quem poetæ fabulantur eiusdem nominis nympham fuisse commutatam, quum Plutoni Proserpinam rapienti obsistere conaretur. Hic Anapo mistus, iuxta Ortygiam insulam in mare illabitur. *Ouid. 3. de Ponto,* Quáque suis Cyanen miscet Anapus aquis.

CỸNĔAE, κυάνεαι, siue Cyaniæ, Insulæ, seu magis scopuli sub Thracio Bosphoro, modico spatio inter se distantes. GERM. Zwo fleine Inselen vnderhalb dem engen meerschlund in Thracien / heissend ieţ Pauonare.} Vnde factus est locus Poëtarum fabulis, qui Cyaneas inter se concurrere tradiderunt, quod ex aduerso intrantibus geminæ cernebantur: nauę verò paululum in alterum latus deflexa, vna tantùm videbatur. Multa de his insulis mentio est *apud Valer. lib. 4. Argonaut.* à quo modù Cyaneæ, modo etiam Symplegades appellantur.

CỸĂNĔE, κυανέη, Per quatuor syllabas, Mæandri Phrygij fluminis filia fuisse fertur, quæ à Mileto compressa Caunum & Byblida genuit. *Ouid. l. 9. Metam.* Hic tibi, dum sequitur patriæ curuamina ripæ, Filia Mæandri toties redeuntis eodem Cognita Cyanee præstanti corpore nympha, Byblida cum Cauno prolem est enixa gemellam. Producit autem hæc dictio primam syllabam & vltimam, duas autem medias corripit, vt conficiat choriambum, Cyane verò pro Siciliæ nympha, tres tantùm habet syllabas, quarum vltima longa est, duæ priores corripiuntur, vt sit anapæstus. Quod ideo admonere visum est, quod non paucos etiam magni nominis viros hic in errorem videamus impegisse.

CYANIPPVS, κυάνιππος, Syracusanus fuit, qui quum Bacchi orgia contemneret, ab irato deo tanta perfusus est ebrietate, vt filiæ Cyanæ in tenebris, quamuis reluctanti, vitium intulerit. Filia verò cognito ex anulo, quem violatori detraxerat, parente, tunc quidem vt potuit, dolorem dissimulauit. Postea autem ingenti exorta pestilentia, quũ ab Apolline remedium promitteretur, si ab autore flagitij pœnas sumerent, admirantibus omnibus quodnam esset tantum scelus, quod etiã Superis curæ esset autoris morte expiari: conscientia rerum Cyane arreptum capillis patrem ad aram pertraxit, eóque primùm mactato, sibi quoque manus intulit. *Autor Plu. in Paralle is.*

CYANOS, κύανος. Fluuius est Colchidis, qui iuxta Æam oppidum in Phasim influit. *Autor Plin. lib. 6. c. 4.*

Cyanos, κύανος. *autore Pli. lib. 37. c. 9.* Gemma est ex iaspidum genere, cõlore cęruleo. Vnde quibusdam eadem esse creditur quę hodie à Gallis {Vne Tourquoise: ab Italis: *Turchina* vocatur: a Germanis: ein turckisz: ab Hispanis *Turqueſa.*} Alij hoc nomine Lasuli lapidem malũt significari, qui contutus in pulcrem, præstantissimum pictoribus cęrulei coloris genus suppeditat. Quorum opinio idcircò mihi verisimilior videtur, quòd *Plinius* loco iam citato prodiderit, cyanum sæpe aureo puluisculo intermicare: quod in lasuli lapide frequenter reperitur, vt qui ferè in aurifodinis inueniatur: in ea verò gemma, qui vulgus *Turchinam* vocat (nos eranum esse credimus) id nunquam compertum est.

Cyãnẽus, adiectiuum, idem significat quod cæruleus, quòd scilicet cyani gemmæ colorem refert. {κυάνεος GAL. Turquin, de couleur perse ou bleuë. ITA. *Turchino.* GER. Blaw wie in turckis. HIS. *De color de Turqueſa, Turqueſado.* ANG. *Brigthblewe.*} *Varro,* Cyanea penula amictus grassatur. Cyanos etiam flos est cæruleo coloris in segetibus nascens, quem Galli, *teste Ruellio, Blaueolum* appellant. *Plin. lib. 21. c. 11.* In Italia violis succedit rosa, huic interuenit lilium, iosam cyanus excipit, cyanum amaranthus.

CYAXARES: κυαξάρης, Phraotis regis Persarum & Medorum filius, cui successit in regno. Hic primus Asiæ populos in prouincias distinxit, primúsque in suum quoque ordinem distribuit, hastatos, sagittarios, equites, quum prius omnia promiscua essent atque implicita. Hic & cum Lydis signa contulit, & omnem trans Halym flumen Asiam sibi subiecit. Mortuus est quadragesimo imperij sui anno. Eiusque filius Astyages in eius locum successit. *Autor Herod. lib. 1.*

CYARDA, κυάρδα, Vrbs Cariæ, à Cyardo rege Carum, Bargasi filio: *vt autor est Steph.*

Cyãthus, {ηθ *saph.* κύαθος. GAL. Vn petit vaisseau à boire comme vn gobelet. ITA. *Bichiere.* GER. ein becher. HIS. *Vaſo para beuer.* AN. *A cuppe, a gob'et.*} Calicis genus à χέειν, quod est fundere, dictum, mutatione literæ aspiratæ in tenuem. Successit autem in simpuli locum in conuiuiis, *vt docet Varro. Plinius,* Potui verò aqua pluuialis decocta, sed quæ per binos ternósve cyathos bibatur. *Iuuenal. Satyr. 5.* Cardiaco nunquam cyathum missurus amico. [Nihil etiam dum harpagauit præter cyathum & cantharum. *Plaut. pſ. sc. 2. a. 4.*] ¶Inde translatus est ad mensuram, quorum duodecim sextarium complent. ¶Ad cyathum stare, vel à cyathis esse, κυαθίζειν, dicebatur οἰνοχόος, qui potus mensurã Cyathis (id quod antiqui solebant) metiebatur. *Apuleius* pocillatorem dixit, alij pincernam. *Plin. lib. 22.* scribit Cyathum per se pendere drachmas decem. *Cyatho non emam, prouerbialiter dictum à milite *apud Plaut. in Pœnulo,* vbi sic ait, Proh nebulæ, cuius ego cyatho septem noctes non emam. Loquitur de mulicre fastidiosa, sed non perinde formosa: & cyathum dixit pro minimo pretio miles, cui res erat cum cyathis. Cyathus minimum erat poculum, crater amplius. *Erat etiam cyathus quoddam mensuræ genus, quo cibaria gallinis dari solebant. *Colum. lib. 8. cap. 4.* ¶Cyathus etiam fluuij nomen est in Ætolia, ad Acsinoen, *apud Polyb. vt notat Cal. Rhodig. Antiq. lect. lib. 15.*

Cyãthissso, as, Potum subministro. {κυαθίζω GAL. Verser à boire dans vn gobelet. ITA. *Porger da bere.* GER. Zuß einem becher zu trincken biethen/ oder einschencken. HISP. *Dar à beuer.* ANG. *To powre arink out into a gobiet.*} *Plautus.* Non scis quis ego sim, qui tibi sępissimè cyathisso, apud nos quando potas.

CYBALE, ancilla fuit pauperis cuiusdam Symili, cuius paupertatem describit *Vir. in Moreto.*

Eruit interea Cybale quoque sedula panem.

CYBASSVS, κύβασσος, Vrbs Cariæ vbi Chassus. *de qua suprà. Steph.*

*Cybea, genus nauis oneratiæ. *Cic. 7. Verr.* Nauem verò cybeam, maximam triremis instar (&c.) tibi daram donatámque esse dico. *Paulò pòst.* Postremò tu tibi hoc nunquam criminosum, nunquam inuidiosum fore putasti, celeberrimo loco palàm tibi ædificari onerariam nauem in ea prouincia, quam tu cum imperio obtinebas? *Ibid.* Reprimebat enim tibi & imperandi vim & rogandi conatum præclara illa non pop Rom. reddita biremis, sed prætori donata cybea.

CYBELE, es, penult. correp. (nam vt docet *Seruius,* anapæstus est in dictione Cybele) κυβέλη. Fuit vxor Saturni, ira dicta à Cybelo Phrygiæ monte seu oppido, vbi eius sacra primo sunt instituta. {GE. *Die frow Saturni ein muter der Götteren.*} Scribit *Festus* Cybelem à nonnullis ideo appellatam, quia ageret homines in furorem: quippe Græci κυβιστᾶν, in caput saltare dicunt: qua voce vtitur etiam *Home. 16. Iliad.* Sacerdotum autem Cybeles proprium erat caput rotare. *Suidas* scribit Rheam quoque vocari, & montanam esse deam: ideo vehi leonum iugo, Cynædi ei sacri sunt. Hæc primùm Ops & Terra dicta fuit, quòd sit dea telluris: quæ & Vesta dicitur: propter quod curru vehi à poetis fingitur, quia terra pendet in aëre: & rotis sustineri, quia rotatur semper, & voluitur mũdus. Mater deũm, quia omnia gignit. ¶*Diodorus lib. 4. cap. 5.* cui assentitur *Eusebius de præparatione Euang.* ideò Cybelem matrem omnium dictam tradit: quòd cùm esset medicinæ perita, puerorũ morbis remedia adinuenit, quamobrem & Orpheus de ea sic ait, μήτηρ μοί τε θεῶν καὶ θνητῶν αἰδοίων. Et mater Phrygia, à mõte Phrygiæ, quem plurali numero Dindyma vocant. In eo sacra sibi per Corybantes instituit, à quo Dindyme, & Dindymene à nonnullis voca-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

lis vocatur. Ité Berecynthia, à monte Phrygiæ qui Βηρέκυντος appellatur. Et Pales, ꝙ sit pabulorum dea: Rhea, ἀπὸ τῆ ῥέω, fluo, quòd terra affluẽs. Et omnium rerum. Idæa & Phrygia, & Pessinuntia à Pessinunte Phrygiæ emporio. *Claudian.* Turrigerámque petit Cybelem. *Martialis*, Et Cybeles picto stat Corybante tholus. Ex *Apuleij* sententia eadem erat dea Cybele, Bellona, & Isis. [Cybele locus Phrygiæ, vnde Dea dicta. *Ouid. 4. Fast.* Inter ait vnidem Cybelen altáſque Celænas. ¶Quandoque tamen metri gratia ſcribitur per duplex l l, & fit Cybelle: vt ſit Bacchius pes, ex prima breui, & duabus longis: *Propertius*, Vertice turrigero iuxta dea magna Cybelle. *Lucan. lib.* 1. Et lotam paruo reuocant Almone Cybellen.

CYBELEA, κυβέλεια, pen. prod. Vrbs Ioniæ, *Steph. Herod.* Cybelen, κυβέλω, Phœniciæ ciuitatem eſſe ſcribit. Eſt & Cybella, κύβελλα, Phrygiæ. & Cybellon, κύβελλον, templum, à quo Rhea Cybele dicitur: & κυβελλωνίς, ἡ κυβελίς. *Steph.*

CYBELVS, Mons Phrygiæ.

CYBELEA, κυβέλεια, pen-prod. Vrbs Ioniæ, *teſte Steph.*

[Cybeleia pro Cybele. *Ouid. 4. Fast.*]

CYBIRA, κύβιρα, Oppidum eſt Lycaoniæ, non procul à Meandro fluuio. *Cic. 5. in Verr.* Hoſce opinor Cybiræ, quum in ſuſpicionem veniſſent ciuibus, fanum expilaſſe Apollinis. *Et paulò pòſt*, Cybiram cum nanibus ſyngraphis venerat.

Cybirates, vel Cybirata, nomen gentile. *Cic. 5. in Verr.* Eò quum venio Prætor quieſcebat, fratres illi Cybiratæ inambulabant.

Cybiraticus, a, um, poſſeſſiuum, *Cic. 6. in Verr.* Immittebantur illico Cybiratici illi canes: qui inueſtigabant ac perſcrutabantur omnia. ¶Sunt qui ſcribant Cybira tranſpoſitis vocalibus.

Cybīſtēres, κυβιστῆρες, Vrinatores, dici poſſunt, qui aquarum gurgites ſubeunt. {ANGL. *Dowkers.*} Quo nomine ſaltatores quidam appellati ſunt, qui in caput conuoluí, manibus pedibúſque adductis didicerant, à cubo, id eſt, teſſera, verbo deducto, qui quum in alueolum iacitur, hoc modo conuoluitur. Vnde

Cybīſtēmă, neutri generis, Illud genus ſaltationis & exercitij dicitur, *à Luciano in cap. de gymnaſiis Bud. in Annot.*

Cybĭum, κύβιον, Piſcis genus, quod ita ſciſſum eſt, vt medium æquè pateat in omnes partes ad ſimilitudinem teſſerarum. *Plin lib.* 32. Cybiũ eſt conciſa pelami, *Martia. lib.* 5. Diuiſis cybium larebat ouis. *Iuem lib.* 11. Et caudam cybij, breuéſq; mænas. *& paulò pòſt* Et duo truſta rogat cybij, tenuémve lacertum. ¶Cybium ſcribit Bud. etiam appellari illud vas à Græcis, quod Latini quadrantal appellabant. Dictum ea ratione quæ ſuperiùs poſita eſt in Cybio piſce.

CYBVS, κύβος, Vrbs Ionum in Libya Phœnicum, *vide Stephanum.* Inde Cybites. *Stephanus.*

Cychramus, Auis quæ coturnicibus trans mare redeuntibus comitatum præſtat. *Plin. lib.* 10. *cap.* 23. Sempérque hinc abeuntes, coturnices comitatum ſolicitant: abeúntque vnà per ſua ſigna glottis, oris & cychramus.

CYCREVS, κυκρεύς, Neptuni & Salaminis filius qui ob morum aſperitatẽ, ὄφις, hoc eſt, ſerpens cognominatus eſt. Hunc Eurylochus, quum inſulam vaſtaret, expulit: Suſcepit autem eũ Ceres in Eleuſine, ſuúmq; fecit ſacerdotem. Ab huius etiam nomine Salamis inſula aliquandiu Cychrea appellata eſt. *Vide Steph.*

CYCLADES, pen. cor. κυκλάδες. Inſulæ ſunt maris Ægæi, *teſte Strab. lib.* 10. circa Delum in orbem ſitæ: vnde & nomen acceperunt. {GERM. Inſſlen in dem Aegeiſchen meer ſo ringsweiß vmbher ligen.} *Oui.* 1. *Triſt.* Cycladas Ægeas obſtupuiſſe reor. Alij dicunt vocari Cyclades, non quia in rotunditatem ſitæ ſunt, ſed quòd longo ordine eas circuire neceſſe ſit propter promontoria. *Vnde & Virg. dixit* 3. *Æneid.* ſparsáſque per æquor Cyclades. Sunt autem numero quinquaginta tres. Aduertendum obiter & morem eſſe veteribus autoribus, vt quæ ſint Sporades, Cyclades etiam vocent, conráque, *Hermolao teſte.* Cycladarum meminit *Pl.* earúmque nomina perſequitur *cap.* 12. *lib.* 4. *& item Pomp. lib.* 2. *Varro lib.* 10.

Cyclaminus, fœm. gen. & cyclaminum neutrius, {κυκλάμινος. GAL. Pain de pourceau. ITA. *Pan porcino, ciclamino.* GERM. erdiſchveiß. HISP. *Pan de puerco.*} Herba eſt quam noſtræ ætatis ruſtici *Panem porcinum* vocant, quòd eius pabulum porcis in primis iucundum eſſe, bubulci experiantur. *De hac Plin. libro* 21. *cap.* 9. In vepribus, inquit, naſcitur cyclaminum, *de quo plura aliàs.* Flos eius coloſſinus in coronas admittitur.

Cyclās, adis. {מעטפת *mahataphâh.* κυκλάς. ANG. *A kirtle.*} Veſtis fœminea rotunda. Nam Græci, κύκλος, circulum, & κυκλόω, circundo dicunt. *Iuuenal.* Hæ ſunt, qui tenui ſudant ex cyclade. *Proper.* & cyclade longa Verrit humum. Videtur autem eſſe veſtis tenuiſſima, explicatilis & ſpecioſa, qualem ſolent hodie Romanæ & Florentinæ, ac Senẽſes mulieres in Italia geſtare.

Cyclădātŭs, Cyclade veſte indutus, *Sueton. in Calig. cap.* 52. Armillatus in publicum proceſſit, aliquando ſericatus, cycladatus.

CYCLI, κύκλοι, Quaſi circuli. Loca erant Athenis vbi mancipia vænibãt. GERM. Kauffheuſſer zu Athen in welchen man eigene leut feil hatt. } Id autem nomen eſt tractum à circulari circunſiſtentia vendendorum. Cyclus enim rotundum ſignificat. Quare *Menander* ait, Itaque ego mihi videor per deos immortales videre, me ipſum indutum currere circum, ac vænire.

CYCLOBORVS, Fluuius quidam Atticæ, ingenti ſtrepitu defluẽs. Vnde prouerbium, Cyclobori vox, κυκλοβόρου φάτις. de clamoſis & vehemẽter obſtreperis dicebatur, aut quibus vox eſſet vitioſa raucáque.

CYCLŌPĒS, penul. prod. κύκλωπες, Gygantes ſeu populi antiquiſſimi in Sicilia iuxta Ætnam, vno oculo in fronte, qui omnium primi æris fabricam inueniſſe tradũtur. {GERMA. Einẽugige Rysen bey dem berg Aetna in Sicilia ſo das ſchmidwerck ſollen erfunden haben.} Hinc fact' eſt locus fabulæ, vt Vulcani miniſtri dicantur, & Ioui fulmina fabricare. Inter eos præcipuè celebrantur à poetis Brontes, Steropes & Pyracmon. *Virgil. lib.* 8. *Æneï.* Ferrum exercebant vaſto Cyclopes in antro, Brontéſque, Steropéſque, & nudus membra Pyracmon, &c. Dicti autem putantur Cyclopes, ab eo quòd oculum vnum brebicularem in fronte haberent: κύκλος, enim circulum ſignificat, ὤψ lumen ſiue oculum. ¶Cyclopis donum, κύκλωπος δῶρον, pro eo quod eſt, munus inutile. *Lucianus in κατάπλῳ.*

Claudian. lib. 1. *de rapt Pro.* vehementer effera ac barbara, ſicut. IT. *Lingua di cane.* GE. Hundiſche ciuili conſtet, neque religione Deũ *de perro.* AN. *An hearde called the* Cycnŭs. *Vide* CYGNVS. ris naſcens, foliis latifolię plani

CYDA, κύδαι, Proprium viri Cretenſis, de quibuſque, & lanuginoſis, Anteſignanos inquit, & manipulares & alaudas iſtorum, diuerſa tamen dicebat: ille legit aleatores, legit exules, legit Græcos. *Philippica* 3. Iuniudicum prælarum, ô dignitatem concilij admirandã: paucibus grapud conciliũ illud pro reo dicere. Cydam Cretenſem, portenſinſulæ, hominem audaciſſimum & perditiſſimum, ſed fac ita nõ eſſe: num Latinè ſcit? num ex iudicum genere & formâ? num leges noſtras moréſve nouit? num deniq; homines? eſt enim vobis Creta notior, quàm Roma Cydæ. *Hæc Cicero.*

CYDATHĒNAEVM, κυδαθήναιον, Vicus in Pandionide tribu, patria Democharis Comici. *Steph.*

CYDIAS, κυδίας, Pictor, Argonautas pinxit: quam tabulam CLXIII. talẽtis Hortenſius orator mercatus eſt, eíq; ædem in Tuſculano ſuo fecit, emicuit Olympiade CXIIII. *Plin. lib.* 35.

CYDIPPE, κυδίππη, Puella quædam pomo decepta ab Acontio, vt ſuperiùs traditum. *Ouid.* Littera Cydippen pomo prælata fefellit: Inſciaq; eſt verbis capta puella ſuis. Eſt etiam nomen nymphæ apud *Maronem lib.* 4. *Geor.*

CYDNA, κύδνα, olim dicta fuit Macedoniæ ciuitas, quæ poſtea corrupto nomine Pydna appellata eſt. *Autor Steph.*

CYDNVS, κύδνος, Ciliciæ fluuius, nõn ſpatio aquarum, ſed liquore memorabilis: quippe leni tractu è fontibus labens puro ſolo excipitur, neq; torrentes incurrunt. Huius meminit *Iuſtin lib.* 11. *Tibul. lib.* 1. At te Cydne canam, tacitis qui leniter vndis Cæruleus placidis per vada ſcipis aquis. Solinus ſcribit amnem à candore, Syrorum lingua nomen ſortitum. *Vitruu. lib.* 8. *cap.* 3. Cydni aquas podagra laborantibus apprimè ſalubres eſſe, cruribus in eis merſis: de cuius rei experientia Caſſij Parmenſis poetæ ad M. Antoninum epiſtola extitit, *vt Plin. lib.* 13 *adnotauit.* Conſtat Apollonium aliquando per epiſtolam Tarſenſes ſuggillaſſe, quòd citrea Cydni aquas ociantes, tanquam fluuiatiles aues federent, quietæ aquæ pulchritudine, quaſi ebrij facti, *vt Philoſtratus ſcribit lib.* 1. *de eius vita.*

CYDNVS, Fluuius amœnus & ſaluber, ex Tauro monte oriens, *vt inquit Strabo*, Tarſum vrbem diuidit, à candido colore nomen habens: Syri enim quicquid candidum eſt, Cydnum vocant. *Priſcian.*

Flexilis & Cydnus dirimit qui flumine Tarſon.

CYDONIA, κυδωνία. Inſula eſt ante Lesbon, *dicente Plinio libro* 2. *cap.* 103. In Cydonia (inquit) ante Lesbon fons eſt calidus, vere tantùm fluit.

CYDON, κυδωνία. {GER. Ein ſtatt in der inſel Candia/ heißt jetzt Cania.} Inſigne Cretæ oppidum, à quo Cydonius, a, um, *Ouid. 2. Metamorph.* Cydonio fundebat ſpicula cornu. *Virgil. 4. Eclog.* 10. Ite liber, Paetho torquere Cydonia cornu Spicula. Malum Cydonium, quod Cato primus omnium Cotoneum appellauit. *Plin. lib.* 15. *c.* 11. His proxima amplitudine mala, quæ vocamus Cotonea, & Græci Cydonia, ex Creta inſula aduecta. *Serenus*, Aut quæ poma Cydon Cretæis miſit ab oris. ¶Eſt item viri proprium *apud Virg.* 10. *Æn.* Dum ſequeris Clytium infœlix noua gaudia Cydon. Quem in locum *Seruius* annotauit nomen hoc, quum viri proprium eſt, priorem producere: eandémque corripere quando eſt gentile. *Idem* 12. *Æn.* Parthus ſiue Cydon telũ immedicabile torſit. κυδωνία, *Steph.* Vrbs Cretæ, Apollonia priùs dicta, à Cydone Apollinis filio, & Achallidis filiæ Minois. Alia eſt Siciliæ, tertia Libyæ: ciuis, Cydoniates, Cydon, Cydonius. * Fuit & Cydon Corinthius quiſpiam, adeò inſignis hoſpitalitate, vt etiam prouerbio locum fecerit, Ἀεί τις ἐπὶ κύδωνος: Id eſt, Semper aliquis in Cydonis domo.

Cydōnæŭs, Cydonicus, & fœm. gen. Cydonis.

Cydonitem appellat *Palladius* cibum ex cydoniis decoctis, & melle confectum: *Cotoneatum*: vulgò dicitur. { GER. Quittenmuß/ oder quitten latwerg.}

Cydones, dicuntur vrbis huius incolæ, ſagittandi peritia inſignes.

CYDRAE, κύδραι, Vrbs Byrſarum in Theſſalia, vt videtur, alias Cydriæ. *Strab. lib.* 7. *Stephanus.*

Cygnus, vel potius Cycnus. {κύκνος. GAL. Cygne. ITAL. *Cigno.* GERM. Ein ſchwan. HISP. *Ciſne aue.* ANGL. *A ſwanne.*} Latinè olor, auis candida, anſere maior, argutam vocem habens, præſertim imminente iam morte, tunc enim doloris magnitudine in querelam fertur erũpere, & ſibi adhuc viuæ lugubre carmen canere. *Cic. 1. Tuſcul.* Itaque commemorat vt cygni, qui non ſine cauſa Apollini dicati ſunt: ſed quòd ab eo diuinationem habere videantur, qua prouidentes quid in morte boni ſit, cum cantu & voluptate moriantur. *Martial. lib.* 13. Dulcia defecta modulatur carmina lingua Cantator cygnus funeris ipſe ſui. Rauci cygni. *Virg.* 11. *Æneid.* Dant ſonitum rauci per ſtagna loquacia cygni. [Cygno prognatum patre tremulum barbatũ. *Plaut. Men. ſc.* 2. *a.* 5. Cygno periphraſis, Cayſtrius ales. *Ouid. Eleg.* 2. *li.* 5. *Triſt.*] ¶Tunc canent cycni, quum tacebunt graculi. τότ' ἄσονται κύκνοι ὅταν κολοιοὶ σιωπήσωσι. Hoc eſt, tum loquentur eruditi, quum garrulis non erit loquendi locus: Aut, inter garrulos & obſtreperos non eſt eruditis dicendi locus. *Gregor. in Epiſt.*

¶Fuit etiam Cygnus (vt poëtæ fabulantur) Ligurum dux Phaethontis amator, qui poſt illius interitum diutino fletu in hanc alitem mutatus eſſe fertur. Huius filium Cupauonem, *Virgil. libr.* 10. dicit habere cygni pennas in galea, ad formæ paternæ inſigne monſtrandum: Nõ ego te Ligurum ductor fortiſſime bello Tranſierim Cygne, & paucis comitare Cupano, Cuius oloridæ ſurgunt de vertice pennæ.

¶Fuit & alius Cygnus Neptuni filius, omni ex parte inuulnerabilis, cum quo Achilles Troiani belli tempore congreſſus, quum fruſtrà eum iaculis appetiſſet: tandem re intellecta, humi eum proſtrauit, genibúſque collo innixus, animam eripuit: quúmque cadauer ſpoliare vellet, arma vacua inuenit, Cygnúmque in auem ſui nominis vidit commutatum. *Vide Ouid. 13. Metamorph.*

¶Fuit inſuper Cygnus filius Martis. *Heſiodus in Aſpide.*

Cygnēŭs, a, um, media producta, {κύκνειος. ANG. *Of a ſwanne.*} Vt vox cygnea, quæ eſt cygni.

¶Cygnea cantio, κύκνειον ἆσμα, Conuenit in eos qui supremo vitæ tempore facundè differunt, aut extrema senecta suauiloquentiùs scribunt. *Cic. de Orat.* Illa tanquam cygnea fuit diuini hominis vox & oratio, quam quasi spectantes, post eius interitum veniebamus in curiam, vt vestigium illud ipsum, in quo ille postremum institisset, contueremur. ¶ Quandoque cygneus significat candidus. [*Ouid. Eleg. 8. lib. 4. Trist.* Iam mea cygneas imitantur tempora plumas.]

CYLBIANI, montes, κυλβιανὰ ὄρη, Maioris Phrygiæ colles sunt, ex quibus Cayster fluuius profluit. *Autor Plin. lib. 5. c. 28.*

Cylindrus, Omne quod volubile est, qualis colũna, teres. {אבן הזוחלת *eben hazhéleth.* κύλινδρος. GAL. Cylindre, qui est vne pierre longue & ronde qu'on rouloit sur la terre pour l'applanir, aisee à faire rouler. ITAL. *Pierra longa è ronda.* GERM. ein walstein/ein langlechter stein also enthalbend vmb/als ein säul. HISP. *Cosa rolliza en luengo.* ANG. *A long round stone to break cloddes called a roller.*} Columnula lapidea rotatilis, qua rei rusticæ scriptores aream æquari iubent. *Virgil. 2. Georg.* Area tum primùm ingenti est æquanda Cylindro *Cato de Re Rust. ca. 129.* Aream vbi frumentum teratur, sic facies: confodiatur minutè terra, amurca benè conspergatur, vt combibat plurimum: vbi bene comminuta terra fuerit, cylindro aut pauicula coæquato. Tractum nomen ἀπὸ τοῦ κυλίδεσθαι, id est, à voluendo, Neque verò solùm de hoc rustico instrumento cylindrus dicitur, verùm etiam de omnibus rebus illis quæ figuram habent absolutè tererem, ita vt facilè volui possint. *Cic. de Fato.* Sed reuertitur ad cylindrum & turbinem suum, quę moueri incipere, nisi pulsa, non possunt. Id autem quum accidit suapte natura, quod supereſt, & cylindrum volui, & versari turbinem putat. [De Cylindri & Sphærę proportione. *Plutarc. in Marc.*] ¶ Ingenuarum quoque generibus cylindri dicuntur teretes, & columellæ formam imitantes, quos mulieres ex auribus solent suspendere. *Iuuenal. Satyr. 2.* donãt arcana cylindros. *Plinius li. 4. cap. 5. de beryllis loquens,* Ideo cylindros, quidam ex his facere malunt quàm gemmas, quonam est summa commendatio in longitudine. Ex quibus verbis colligitur cylindros oblongos esse, gemmas verò quadratas, angulosas, aut rotundas. *Solin. similiter scribit.* Indicos reges gemmas in longissimos cylindros fingere consueuisse.

Cylindrãceus, a, um, Quod habet formam cylindri. {κυλινδροειδὴς. GAL. long & rond en façon d'vne cylindre. ITA. *Longo & ronda à foggia di cilindro.* GER. Das also in die länge vmbsich rund ist. HISP. *Luengo rolliczo en manera de cilindro.* ANG. *Long and round like a roller.*} *Plinius* scribit siliquas pisi, quod genus leguminis est, cylindraceas esse. *Anaximander* item dixit terram esse formæ cylindraceæ.

Cylindrites, κυλινδρίτης, Lapis est oblongus & teres, ex genere pyritarũ, colorem æris referens: ita dictus, quòd cylindri figuram habeat.

CYLLARVS, κύλλαρος, Nomen vnius ex Centauris. Fuit etiam hoc nomine equus Pollucis *secundum Virg. 3. Georg.* Talis Amyclæi domitus Pollucis habenis Cyllarus, & quorum Graij meminêre poetæ, Atqui Castor equorum domitor fuit: sed fratrem pro fratre posuit poetica licentia: vt Quas illi Philomela dapes, pro Progne. *Item,* Reuocato à sanguine Teucri, pro Dardano. *Hæc Seruius.*

CYLLEBORVS, Sthenelei filius, qui vigente bello Troiano cum Ægiale Diomedis vxore consuetudinem habuit. *Seruius.*

CYLLĒNE, κυλλήνη, Mons Arcadiæ, in quo Maia à Ioue compressa, Mercurium peperit. *vt autor est Virgil. lib. 8. Ænei.* Vobis Mercurius pater est, quem candida Maia Cyllenes gelido conceptum vertice fudit. ¶ Hinc Cyllenis, idos, patronymicum.

CYLLĒNIVS, pẽ. prod. & per duplex ll, κυλλήνιος, Mercurius dicitur. {Gein zunam Mercurij.} siue quod omnem rem sermone fine manibus conficiat: quibus partibus corporis qui carent, κυλλοὶ vocantur: siue quòd in Cyllenia via, aut certè à Cyllene Nympha fuerit educatus. siue quòd in Cyllene Arcadiæ mõte fuerit genitus: quã opinionẽ ipse etiam *Virgilius sequitur lib. 8. Æneid.* cuius verba citauimus paulò antè in dictione Cyllene. *Lucan. lib. 1.* Motúque celer Cyllenius hæret. [Est quoque per matrem Cyllenius altera nobis addita nobilitas. *Ouid. 13 Metam.*]

Cyllo, cyllonis, Videtur idem significare quod mutilus, debilis, & cui crassa sunt genitalia: quod genus hominum etiam Græci, κυλλοὺς vocant. *Cic. in Salust.* Quicquid impudicorum, cyllonum, parricidarum, sacrilegorum, debitorum fuit in vrbe, municipiis, coloniis, Italia tota, &c.

[Cylonius, a, um. Cylonium scelus. *De quo Plutarch. in Solon.*]

Cyma, {κύμα. GAL. La cyme ou le tendron des choux ou telles herbes. ITA. *Cima.* GER. Ein keimse/ das zart stängele an den haarwachssenden kreutern. HIS. *Cima ò el brotton redojoden la verça.* ANG. *The shoote and litle cyes so colewortes or such lick hearbes.*} Tenerior delicatiórque cum aliarum herbarum, tùm præcipuè brassicæ cauliculus, qui in prima germinatione in summa stirpe prouenit. Nam quum vernum tẽpus appetit, primo quoque foliorum pullulatu, præclusis adhuc florum calycibus, quidam quasi turiones in herbis enascuntur, in quibus floris primùm, mox & seminis fœtus concluditur. *Plin. lib. 19. cap. 8.* Cymas brassica à prima sectione præstat proximo vere. Hic est quidam ipsorum caulium delicatior teneriórque cauliculus, Apicij luxurio, & per eum Druso Cæsari fastiditus, non sine castigatione Tyberii patris. *Et deinde,* Post cymam ex eadem brassica contingunt æstiui autumnaléſque cauliculi, mox hyberni, iterúmque cymæ nullo æquè genere multifero. *Idem lib. 10. cap. 9.* Ex omnibus brassicæ generibus suauissima est cyma, etsi inutilis habetur, difficilis in coquendo, & renibus contraria. Quo in loco nonnulli perperam existimarunt cymæ nomine à Plinio peculiare brassicæ quoddam genus intelligi. Neque enim hoc sentit *Plinius*, ex multis brassicæ generibus cæteris suauitate præstare illud quod cymam vocant: sed hoc potiùs, in omnibus brassicæ generibus partem plantæ totius suauissimã esse cymam. *Cels.* Mali est succi brassica, magísque etiam cyma eius. *Col.* Maior pars eius brassica in cymam profilit. ¶ Pro eodem etiam dicimus cyma, cymatis. *Col. lib. 10.* Frigoribus caules, & veri cymata mittit.

CYMA, κύμη, & y more Latinorum inu mutata, Cuma, Oppidum est Æolidis, *de quo vide paulò antè copiosiùs in dictione* CVMA.

Cymãtilis, κυματίας, Vestis dicitur quæ vndarum colorem refert, ab vndis, & fluctibus dicta, quæ κύματα à Græcis nominantur. ANGLIC. *Dark blewe.*} Colorẽ hunc ὑπερφυῶς designabat. *Ouid. lib. 3. de Arte.* Hinc vndas imitatur: habet quoque nomen ab vndis. Videtur itaque color hic cæruleus esse, aut certè cæruleo proximus.

Sunt tamen qui cymatilem vestem esse putant, quã nos vndulatã vocamus, quòd vndis quibusdam sit variegata. Si tamen Ouidij locum propius inspicias, facilè deprehendes eum loco iam citato de certo coloris genere sentire, qui & Thalassicus dicitur, non de texturæ variegatione, quæ crispitudine quadam vndarum similitudinẽ refertur.

*Cymosus, a, um, Adiectiuum. κυματώδης, *Colum. li. 10.* Quæ duri præbent cymosa stirpe Sabelli.

Cymbã, Genus nauis piscatoriæ. {עברה *Tabarãh.* πορθμεῖον κύμβης. GAL. Nacelle de pescheur ou à pescher, vn barc ou basteau. ITAL. *Barca.* GER. Ein schifflin/weidling. HISP. *La barca de passaje.* ANG. *A boate.*} *Cic. 3. Offic.* Opiparè à Pythio, apparatum conuiuium, cymbarũ ante hortulos multitudo, pro se quisque quod ceperat afferebat. ¶ Est item cymba, porticorum nauicula, qua amnes aut lacus traiicitur: vnde etiam Poëtæ Charonti cymbam assignarunt. *Virgil. 6. Æneid.* gemuit sub pondere cymba. *Iuuenalis*, Atque vna transire vadum tot millia cymba. Vnde locus factus prouerbio, Alterum pedẽ in cymba Charõtis habere: τὸν ἕτερον πόδα ἐν τῇ πορθμείῳ ἔχειν. De extremę decrepitæque senectæ hominibus dicitur, qui etiam hodie vulgò dicuntur alterum pedem in sepulchro habere. *Lucianus in Apologia.*

Cymbũlã æ, diminu. {κύμβιον, τὸ μικρὸν σκαφίδιον. GAL. Petite nacelle, vn esquif. ITA. *Picciola nauicella.* GER. Ein klein schifflin. HISP. *Pequeña barca.* ANG. *A litle boate.*} *Plin. in Epist.* Sæpe maiores minoribus, velut cymbalæ onerariis adhæresunt.

Cymbalum, {צלצל *tsiltsál.* κύμβαλον. GAL. Cymbale, ou cymbales. ITA. *Ciembalo.* GER. Ein cymbel oder schelle HISP. *Campana.* ANGL. *A musick instrument, à cymbal.* Instrumentum musicum, quod in sacris Matris deũm cum tympanis habebatur. [Cymbalis adiuuare modulationem Rhetorum cantantium. *Quintil. Legend. & Martial. epigr. 204. lib. 14.*] *Cic. in Pison.* Quos neque hercule ego, neque superciliũ tuum, neque collegæ tui cymbala, ac crotala fugi. * *Plin. maior in Præfat.* ad Imp. Vesp. refert, Apionem grammaticum à Tyberio Cymbalum mundi consuesse vocari, ob nominis, vt opinor, celebritatẽ: Quum publicæ, *inquit*, famæ tympanum potius videri posset. Is Apiõ aiebat, eos ab se donari immortalitate, ad quos aliqua componebat. Huc Tyberius alludens, appellabat illum cymbalum mundi: quòd hominem honesta fama donaret, quæ per vniuersum mundum amabiliter resonaret. Plinius autem, ob arrogantiam, mauult illum appellari tympanum publicæ famæ: quòd famam daret potiùs quàm honestam famam. Nam resonat & tympanum, sed inamœno strepitu.

Cymbălizãre, Cymbala quatere. {κυμβαλίζειν. GAL. Iouer des cymbales. ITA. *Giuocare con ciembali.* GERM. Mit der schellen klingen. HISP. *Tañer las campanas.* AN. *To playe on the cymballes.*} *Cassius Hemina lib. 4.* Mulier cantabat tibiis Phrygiis, & altera cymbalissabat.

Cymbălistes {κυμβαλιστής. GAL. Qui ioue des cymbales. ITA. *Chi giuoca de ciembali.* GERM. Ein schellenklinger. HIS. *El que tañe las campanas.* ANGL. *A player on the cymballes.*} Qui pulsat cymbala: sicut tympanistæ, qui tympana pulsant. *Apul. de Deo Socratis*, Barbaro autem strepitu cymbalistarum, & tympanistarum & choraularum.

Cymbĭŏn. {κύμβιον. GAL. Vn certain vaisseau à boire, creux en façon de petite nacelle. ITA. *Vaso da bere à foggia di naue.* GERM. Ein trinckgeschirr in der form eines schifflins. HISP. *La barreña.* ANG. *A drinking peece holow lik a boate.* {Poculi genus est oblongum & angustum tecte Didymo, simile nauigio quod κύμβιον vocant. Dionysius Samius, referente Athenæo idem putat esse Cymbion cum eo quod Homerus κωθύριον vocat: ita dictum (vt quidam putant) quòd excisi, hoc est, hederæ ligno confici soleat.

CYMES, κύμης, Vide Sirenusse *apud Steph.*

Cymindis, κύμινδις. Accipitris genus, noctu tantùm volans, rarum etiam in syluis, interdiu minus cernens, Bellum interneciũm gerit cum aquila, sæpéque deprehenduntur cohærentes. *Autor Plin. lib. 10. c. 8. Homerus* χαλκίδα vocat, quasi χαλκίζουσαν τὴν χρόαν.

Cymĭnum, penult. prod. {כמן *chammẽn.* κύμινον. GAL. Du coumin. ITA. *Cimino.* GERM. Kümmich. HISP. *Comino.* ANG. *Cummin.*} Herbæ genus, cum semine eiusdem nominis, quod nos y, in ü, vertentes, Cuminum dicimus. Eius duo sunt genera: quæ vide suprà in dictione CVMINVM. ¶ Cymini sector, κυμινοπρίστης, homo auarus, & sordidus dicitur, qui vel viliſſimis ex rebus lucrum quærit, nimiáque parsimonia rem augere saragit. Tractum est adagium à Cymini seminis vilitate simul & exilitate. *Meminit & Aristot. lib. Moral. 4.*

CYMINVS, pen. corr. {κύμινος. GER. Ein see in Hetruria so ietz die Itali nennen lago de Bieco.} Hetruriæ lacus est, ad tex millia passuum ab vrbe Viterbio, Cymino monti suppositus, qui vulgò *Monte de Viterbo* dicitur: *vt Appianus ostendit.* De huius lacus origine talia refert *Seruius*: Aliquando Herculem ad hos populos venisse. & quum à singulis prouocaretur, ad virium ostentationem, vectem ferreum, quo exercebatur, humi defixisse: quem quum nemo illorum posset euellere, Herculem tandem eum sustulisse, tantámque repentè aquæ vim erupisse, vt Cyminum effecerit lacum. Hæc *Seruius*, illud Virgilij explicans *Æn. 7.* Hi Soractis habent arces, Flauiniaque arua, Et Cymini cum monte lacum, lucósque Capenos.

CYMŎDŎCE, vel Cymodocea. κυμοδόκη, Nympha marina, Nerei & Doridis filia, à placandis fluctibus ita dicta teste Hesiodo in Theog. {Ger. Ein meergöttin/ die wellen stillerin.} *Vir. 10. Æn.* Cymodoceam enumerat inter eas, quæ ex nauibus Aeneæ in Nymphas marinas commutatæ fuerunt. Quarum (inquit) quæ fandi doctissima, Cymodocea.

CYMŎTHŎE, pen. cor. κυμοθόη. Nympha marina Nerei, & Doridis filia, *teste Hesiodo in Theog.* ita dicta, quòd per fluctus discurrat. *Vir. 1. Æn.* Cymothoë, simul & Triton adnixus, acuto Detrudunt naues scopulo. ¶ Est item Cimothoë, fons notissimus Achaiæ propriè dictæ, inter Patras & Pheras vrbes: *cuius meminit Pli. lib. 4. c. 5.*

Cyna, æ, Arbor est in Arabia, folio palmæ simili, ex quo Arabes vestes sibi conficiunt. *Autor est Pli. lib. 12. ca. 12.* ¶ Cyna etiam, κύνη, pilei genus fuit, quo Lacedæmonij vti solent. *Vide Bayfium de re vestiaria.*

Cynacantha, κυνάκανθα. Arbuscula, quæ acinos veluti vuæ producit.

Latini

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Latini Caninam sentem, & vulgò *Vuam spineam* nominant.

CYNAETHA, κυνάηθα, Oppidum est Arcadiæ iuxta Lepreon. ita dictum ab Æneæ socio vita functo, & sepulto, *vt placet Dionysio lib. 1. Antiq.* Aut (*vt Stephanus mauult*) à Cynetho Lycaonis filio. Meminit huius oppidi *Plin. lib. 4. cap. 6.*

Cynamolgus, Auis est Arabiæ peculiaris, ex cinnami surculis nidum construens, quem deinde accolæ plumbatis sagittis deiiciunt. *Autor Plin. lib. 10. cap. 33.* Apud *Ælianum* hæc auis non Cynamolgus, sed Cinnamomus appellatur: & ita nonnulli etiam *apud Pli.* legendum suspicantur.

Cynanchē, {κυνάγχη. ANG. *The quinsey, a difficultie of breathing.*} Morbi genus est, spirationis difficultatem, & suffocationis periculum afferens, Latinè Angina appellatur. Propriè tamen cynanche dicitur, quum laryngis, hoc est, gutturis interiores musculi inflammantur. Nam quum exteriores eiusdem musculi inflammationē patiuntur, παρακυνάγχη appellatur. Est & ex anginarum genere Synanche, per ſ in prima syllaba, συνάγχη, qui peculiaris est Pharyngis, siue faucium, morbus quum scilicet illarum musculi interni inflammantur, quemadmodum παρασυνάγχη, quum exteriores earundem musculi inflammatione fuerint correpti. Hippocrates tamen hæc omnia genera, Cysiances nomine complexus est.

CYNE, κυνή. Vrbs Lydiæ, gentile Cynei vel Cynij. *Steph.*

Cynegētica, {κυνηγετικά. Dicuntur volumina de venatione conscripta. Nam κυνηγὸς, ἡ κυνηγέτης Græcis dicitur Venator. Extat hoc nomine Xenophontis liber & Gratiani cuiusdam fragmentum. *Flauius quoq; Vopiſc.* refert Olympium Nemesianum scripsisse Cynegetica.

CYNEGIRVS, Athenienſis ciuis fuit, cuius tanta in prælio nauali aduersus Persas initio fuit pertinacia, vt nauem hostium dextera iniecta vi retinuerit, eáque amputata, iniecerit & sinistram: quam & ipsam quū amisisset, mordicus nauim arripuit, *Refertur à Valerio Maximo, à Iustino Trogi abbreuiatore.* [Tangit & *Suetonius in Cæſa. capit. 68.* commendans fortitudinem Acilij militis Cæsaris, his verbis: Acilius nauali ad Massiliam prælio, iniecta in puppem hostiū dextra & abscissa, memorabile illud apud Græcos Cynægri exemplum imitatus, transiliuit in nauem, vmbone obuios agens. {GER. Ein burger von Athen der sich in einem schiffstreit wider die perser handtwest gehalten hat.}

CYNESII, κυνήσιοι, *Vide* Cynticum.

CYNETIA, κυνήτια, Vrbs in Argo vel Argolica. *Steph.*

CYNETOS, *Vide* Cythos.

Cynicē, es, pen. corr. fœm. gen. Pro Cynicorum philosophorum secta. *Ausonius in Epigr. Diogenis siue Antisthenis*, Inuentor primus Cynices ego. Quæ ratio isthæc? Alcides multo dicitur esse prior. Alcida quondam fuerant doctore secundus: Nunc ego sum Cynices primus, & ille deus.

CYNICI, κυνικοί. penult. corr. Philosophi quidam fuerunt, sectatores Antisthenis, qui primus nouum hoc philosophiæ genus introduxit? ita dicti, siue à Cymnosarge gymnasio, in quo Antisthenes profitebatur: siue à canina mordacitate, quia in hominum vitas nullo discrimine inuehebantur, aut (vt alij volunt) ab eo quòd canum more in propatulo coire non dubitarent: quemadmodum de Crate & Hipparchia tradit Laërtius. {GE. Hundiſche philoſophi/ iſt einſonderbare ſect gewäſen/ ſo diſen nämen gehabt hatt/ eintweders das ſy ſich gegen jederma ſchelthär vnd beiſſig erzeigtend/ oder von wägen hündiſcher vnſchanhafftigkeit.} Ex hac secta fuit Diogenes ille Cynicus, qui aliquando interrogatus quare Canis appellaretur? Quia (inquit) dantibus abblandior, non dantibus allatro, malos autem mordeo. Cynici *Diog. teſte*, philosophiam naturalem & rationalem tollebant: solúmque morali innitebantur. Repudiabant liberales artes, maximè Geometriam & Musicam. Placebat eis finem esse secundum virtutem viuere. Nobilitatem & diuitias abiiciebant. Quare sectam hanc vitæ consentaneam nō esse plures putauerunt. *De his vide Cic. lib. 1. Offic.*

Cynīps, cyniphis. {כנים *chinnim*, κυνίψ. GAL. Mouche de chien. ITAL. *Moſca canina.* GERM. Ein hundis muck/ rosfliegen / brämen die vbel sticht. HISP. *Mosquite delos que pican, ò moſca, muy chica y que pica agramente.* ANG. *A dogge flie.*} Musca minutissima, longis cruribus, in capite habens rostrum, quo perforat cutem animalium. Nascitur ex humore, & iuxta aquas abundat. Latini Muscam caninam vocant. ¶Est etiam hoc nomine fluuius in Africa: à quo & regio eo nomine dicta est, in qua maximi sunt hirci. Hinc grex Cyniphius: id est, grex hircorum: Cyniphia pellis, hircina. *Martialis de Vdonibus.* Non hoc lana dedit, sed olentis barba mariti Cyniphio poterit planta latére sinu.

CYNNĒ, κυννή, Oppidum prope Heracleam Ponticam: ita dictum ab vna Amazonum, vel à Cynno Gigante, fratre Cœi. ¶Hinc fit gentile Cynnæus, κυννάϊος, *Steph.*

Cynocephalēa, pen. prod. κυνοκεφάλεια, Herba est quæ ab Ægyptiis Osirites appellatur, diuina prorsus, & ad omnia ven ena efficax. Hac herba Appion Grammaricus Homeri manes se ab inferis euocasse gloriatus est, ad percontandum, qua patria, quibúsque parentibus genitus esset: non tamen ausus profiteri quid sibi respondisset. *Hac Plin. lib. 13. cap. 2.*

Cynocephallon, {κυνοκέφαλον *Dioſcoridi.* GAL. Vne certaine herbe qui ressemble vne teste de chien. ITA. *Pillio.* GER. Hundskoff ein kraut wirt sunst genennt Brackenhaupt. HIS. *Zaragatona, cabeça de perro.* ANG. *An hearbe reſembling, or lik, à dogges head.*} Herba est quàm Græci notiore nomine ψύλλιον, nos Pulicarem appellamus. Nomen ei dedit figura floris, qui canini capitis similitudinem refert.

CYNOCEPHALI, penult. corr. κυνοκέφαλοι, Homines sunt, vel feræ in Æthiopia, canina habentes capita, cætera hominis similes, violenti ad saltum, feri morsu. GER. Dölcker im Morenland mit hundskopffen. ANG. *Men that hath dogges heades.*} *Auguſt. lib. 16. de Ciuit. Dei*, Quid dicam de Cynocephalis, quorum canina capita, atque ipse latratus magis bestias quàm homines confitentur? *Pli. li. 7.* Gens, quā Cynocephalos vocamus, lacte viuunt. *Idem lib. 8. cap. 54.* Efferatior Cynocephalis natura, sicut mitissima Satyris. *Vide Gell. libra 1. cap. 5.*

Cynodontēs, {κυνόδοντες, Dentes qui à nostris Canini appellantur: ita dicti, quòd acuminati sint in formam dentium canis. Hos tradit *Plin. lib. 11 c. 37.* semel casu aliquo amissos nunquam renasci.

Cynoglossos, siue Cynogloſſum, {κυνόγλωσσον, *Dioſcoridi.* GALL. Herbe nommee langue de chien. IT. *Lingua di cane.* GE. Hundszung spitzer wägerich. HIS. *Viniebla, lengúa de perro.* AN. *An hearbe called the dogges toung.*} Herba est in locis fabulosis nascens, foliis latifoliæ plantagini simillimis, angustioribus tamen minoribúsque, & lanuginosis, siue caule, humi strata. Latinis Lingua canina dicitur, diuersa tamen ab ea quam Officinæ, *Caniū linguam* vocant. *Plin. libr. 25. capi. 8.* Iungitur & cynogloſſos, caninas imitans linguas, topiariis operibus gratissima.

Cynomazon, κυνόμαζον, Herba est eadem cum chameleonte nigro, quā & Cynozolon *Plin.* appellat. Dictum Cynomazon, quòd in offa vel in pulte datum canes enecet.

Cynomorion, κυνομόριον, Herba est, quæ alio nomine appellatur Orobanche, inimica eruis, cæteríque leguminibus, cauliculum habens pinguem & rubentem, sine foliis. Nomen habet à similitudine genitali canis, *teſte Plin. lib. 22. cap. 25.* Hodie, *teſte Ruellio*, à Gallis *Tenia* vocatur.

Cynomyia, κυνόμυια. GA. Mousche de chien. IT. *Moſco canina.* GER. Ein hundßbrämen die von den thieren das blut saugt. HI. *Moſca de perro.* AN. *A horse flee, or doggeflie.*} Musca canina, quæ sanguinem ab animalibus exugit. Hæc præcipuè canum aures infestat: vnde & nomen est sortita. Est & genus herbę, quæ notioribus nominibus Psyllium & Pulicaris dicitur: *de qua Pli. li. 25. cap. 5.*

CYNOPOLIS, κυνόπολις, Oppidum est ad Occidentalem Nili ripam inter Oxyrinchum & Hermopolim, in quo Anubis colitur, canibúsque cibaria publica sunt assignata. *Autor Strab. li. 17.* Ab hoc oppido vicinus mons Cynopolites dicitur à *Plin. lib. 5. cap. 9.*

Cynorrhodon, κυνόῤῥοδον. Rubētis lilii flos est, *teſte Pli. li. 21. c. 5.* ita dictus quòd à cane rabido morsis medeatur, quasi Rosam caninam dicas. Eadem & Rosa syluestris appellatur, *teſte eodem Pli. li. 25. c. 2.*

CYNOS Cephale, κυνὸς κεφαλή: Collis Thessaliæ, & parua regio Thebanorum. Pindari patria. *Steph.*

CYNOSARGES, κυνόσαργες, Gymnasium in Attica, sic dictum à cane albo qui sacrificante Diomo, rapta fœmora in hunc locum detulit. In hoc gymnasio Aristippus Cyrenaicæ sectæ princeps, Philosophiam solebat profiteri. Autor Laertius in vita eius. Hinc ad Cynosarges, *εἰς κυνόσαργες*, prouerbiali conuitio dicebatur, quemadmodum *εἰς κράνειον*, & *εἰς κόφινας*.

Cynosbātoni, κυνόσβατον. GALL. Vn eſglantier. ITAL. *Rono canino.* GER. Hanbutten/ hanrosen. HISP. *çarça raſal, çarça perruna.*} alij Cynosparton: frutex est, *teſte Dioſcoride*, multò amplior rubo, foliis longè, quàm myrti latioribus, aculeis circa virgas robustis, flore albo, fructu oblongo, simili nucleis oliuarum, sed rubicundo. *Columella* Sentem canis vocat. Sunt qui existimant fruticem eum esse, qui vulgò *Eglenter* nomine cognitus est.

Cynosorchis, κυνὸς ὄρχις, Herba quæ & Orchis dicitur, foliis oleæ mollibus ternis, paruisque, semipedis longitudine in terra stratis; radice bulbosa, oblonga: duplici ordine, superiore, quæ durior est: & inferiore, quæ mollior. Eduntur vt bulbi cocti, in vineis fortè intienti. *Plin. lib. 27. cap. 8.* Officinæ Græcam vocem ad verbum exprimentes, *Teſticulum canis* appellant.

CYNOSSEMA, atis, κυνόσσημα, Locus est Troadis ad Hellespontum Hecubæ sepulchro nobilitatus: Latinè Canis tumulum interpretari possumus. {GERMA. Hunds grab.} Fabulantur eum Poetæ, Hecubam, quum in Græciam adduceretur captiua post exitium patriæ, ac suorum, ibi doloris impatientia in canem esse conuersam, & deinde sepultam. *Meminit huius loci Plinius lib. 4. cap. 11 & Strab. lib. 13.* ¶Est item eiusdem nominis locus in Lybia Mareotide, *cuius meminit Stephanus, & Strab. li. 17.*

CYNOSVRA, pen. prod. κυνόσουρα. Sydus Septentrionale, ex septem constās stellis, quod & vrsam minorem appellamus. {GER. Der klein bär/ ist ein gestirn in Mitternacht bey des himmels wirbel.} Alio nomine etiā Phœnice appellatur, *teſte Hegino*, eo quod à Phœnicib. inter nauigandum potissimum soleat obseruari, quemadmodum & Elice, hoc est, Vrsa maior, à Græcis nauris. *Ouid. de Triſt.* Esse duas Arctos, quarum Cynosura noratur Sidonijs: Elicen Graia carina notet.

Cynozolon, κυνόζολον, Herba est eadem cum chamæleonte nigro, ita dicta, quod odoris fœditate ricinos vermes in Canum auribus enecet: Alio nomine Vlophonum dicitur. *Vide Pli. lib. 22. c. 18.*

CYNTHIA, κυνθία, Diana dicta, à Cynetho monte in Delo insula, in quo nata cū Phœbo est, vnde & Apollo Cynthius, & ipsa Delos Cynthia appellatur. Hic mons tantæ celsitudinis esse fertur, vt vmbra sua rotius insulæ ambitum tegat. *Propertius* quoque amicam suam Cynthia ob pulchritudinem vocauit, quæ priùs Hostilia dicebatur.

CYNTHVS, κύνθος, Deli mons vsque adeò editus, vt totam insulam dicatur obumbrare. In hoc monte Apollo & Diana nati traduntur, quorū alter Cynthius, altera Cynthia ab eo appellati sunt. {GER. Ein vast hoher berg in der insel Delos/ auff welchem Apollo vnd Diana erborem sind.} *Virg. 2. Æneid.* Qualis in Europæ ripis, aut per iuga Cynthi Exercet Diana choros. *Lucan. lib. 1.*

Tertia iam grauido pluuialis Cynthia cornu. *Vide* Cynthia. *Steph.* totam Delum, olim Cynthum dictam scribit, à Cynetho Oceani filio: quosdam verò malè sentire, quòd Zacynthus vocitata sit. Idem in Cynthoi gentile, inquit, est Cynthius & Cynthiotes.

CYNTICVM, κυντικόν, Locus Iberiæ prope Oceanum: incolæ Cynetes & Cynesii. *Steph.*

CYNVRA, κυνύρα, Vrbs in Argo, vel Argolica, à Cynuro filio Persei: inde Cynurus, Cynurēus, & Cynuris fœm. gen. *Steph.*

CYNVS, κυνός. *Stephano*, Locorum Epicnemediorum oppidum est: siue vt quibusdam placet, naualè, cuius meminit *Plin. lib. 4. cap. 6. & Liu. li. 8. Decad. 3.*

CYONNESVS, κυόννησος, Nili fluuii insula est, non procul à maiori Delta, è regione oppidi, quod Cynopolis appellatur. *Autor Ptol. li 4. c. 5.*

CYON, κύον, Vrbs Cariæ, Canebium antè dicta: gentile, Cyrites. *Stephanus.*

CYPARETHA, κυπάρηθα, Vrbs Lybiæ. *Steph.*

Cyparissias, κυπαρίσσιας, Tithymali species caulem emittens dodrantalem, ex quo germinant folia cupressi similitudine (vnde & nomen accepit) tenerióra tamen ac tenuiora. *Autor Pli. li. 26. c. 8.*

CYPARISSA, κυπάρισσα, Oppidum est agri Messeniaci, ad mare situm, à

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quo vicinus pomus Cypariſſus appellatur. *Autor Plin.li.4.c.5.Strab.li.* 8.Cypariſſam vocat, *Ptolemæus* Cypariſſas plurali numero.

CYPARISSEA,κυπαρισσία,Vrbs Triphylliæ,quæ vocabatur Eránna, inde Minerua Cypariſſæa,*Steph.*Qui Cypariſſęam quoque Phocidis vrbem,aliàs Eranum dictam meminit.

CYPARISSEES,Vrbs Meſſeniæ:gentile Cypariſſeentius,*Homer.*κὴ κυπαρεσσέντια,κὴ ἀμφιρύσεια ἔνειον.

CYPARISSVS,κυπάρισσος. Fuit nomen pueri,Telephi filij,quem Apollo amauit,poſtea in ſui nominis arborem conuerſi.¶Dicitur etiam per ſynæreſim Cypreſſus:deinde conuerſione y in u,Cupreſſus. Eſt autem arbor procera,caudice oblongo & recto,folio pini, ſed carnoſiore, molliorèque,neque ita pungente,fronde indecidua, odore vehementi.{GER. Cypreſſenbaum }Duo eius ſunt genera. Nam quæ ſterilis eſt, fœmina dicitur ad metæ formam in faſtigio conuoluta: vnde & κωνοειδὴς peculiari epitheto appellatur.Contra mas latiùs ſpargit ramos,conóſque profert nuci pineæ non abſimiles,licet multò minores: mira inter arbores fœcunditate,quippe quæ trifera eſt,fructúſque habet & Ianuario & Maio & Septembri maturos, nulli tamen rei veiles, imò potiùs noxios,quemadmodum & ipſa arbor,cuius etiam vmbra noxia creditur.

¶Dicta eſt autem Cypariſſus(*vt Didymo placet*)ἀπὸ τῦ κυρεῖν παρέσους,hoc eſt,ab æqualiter pariendo quòd æquáliter & ramos perdat & fructus. Fructus eius à figura,Coni appellantur. Vnde & ipſa arbor perpetuo epitheto Conifera appellatur.*Virg.*Aëriæ quercus,aut coniferæ cypariſſi.*Idem*,Et teneram ab radice ferens Syluane cupreſſum. *Reliqua vide ſuprà in dictione* CYPRESSVS.¶Cypariſſus fructus,κυπαρίσσια κεράτια, De verbis dictu magnificis,cæterùm inutilibus.

CYPASIS,κύπασις,Vrbs circa Helleſpontum.*Steph.*

CYPE,κύπη,Caſtellum Siciliæ:gentile Cypeus.*Steph.*

Cyperos,{κύπειρος.GALL.Vne eſpece de ionc appellee ſonchet,ayant les racines odoriferantes.IT.*Cipero.*GERM.Wilder galgan.HISP.*Iuncia de olor,y iuncia auellana.*} Iunci genus eſt anguloſum,iuxta terram candidum, in cacumine nigrum & pingue. Eius deſcriptionem vide apud *Plin.li.21.c.18.Ruellius* à Gallis iuncos huiuſmodi *Sonchatos* vocari tradit, & minutim contuſos ad conciliationem odoris veſtibus interponi. Legitur etiam in neutro genere Cyperuſtum *apud Varr.lib.2.de Reruſt.*

Cyphi,κῦφι,Thymiamatis compoſitio eſt,dicata diis, qua abundè Ægyptii ſacerdotes vtuntur.Conſtat(*vt Plutarch.ait*)ex melle, vino, vua paſſa,cypero,reſina,ſeſelli,aſpalato,myrrha,bitumine,iunco,bryo,calamo,vtroque iunipero,cardamomo,lapatho. Rationem componendi *vide apud Dioſc.lib.1.c.24.*

CYPHVS,κύφος,Vrbs Perrhœbiæ,à Cypho Perrhœbi filio. Homerus,γουνεὺς δ' ἐκ κύφου ἦγε Δύω δ' εἵκοσι νῆας.Alia eſt Theſſaliæ: ciues Cyphæi. Eſt fluuius Cyphus.*Steph.*

Cyperus, Herba eſt,folia habens ad iridis ſimilitudinem mucronata, quæ à Latinis Gladiolus dicitur,radice bulboſa,& odore vicino nardo.ξυρὸν ἔχει.¶Eſt & per ſe Indica herba quæ Cyperis vocatur, gingiberis effigie,commanducata croci vim reddens.*Vide Pli.li.21.c.18.*

Cyprinus,{κύπρινος.AN.*Acarpe.*}Piſcis eſt ex genere chombrorum:cuius meminit *Plin.lib.32.c.11.*

CYPRIVM,Sabini bonum appellant:vnde Cyprius vicus Romæ appellatus eſt,in quo Sabini in ciuitatem recepti conſederant:ſic enim à bono omine vocitandum cenſuêre.

Cyprium æs,*Vide* CYPRVM.

CYPRVS,{κύπρος.GER.ein groſſe inſel in der meerſchoß ſo eines theils an Ciliciam anders theils an Syrien ſtoßet/heißt jetz den Italis Cipre.} Inſula in Pamphilo mari,in ſinu maximo, qui & Iſſicus dicitur inter Ciliciam & Syriam,diues & miræ fertilitatis. Vnde & Macaria, hoc eſt, beata olim vocata:maximè etiam luxui dedita, vnde & Veneri ſacra. *Hor.li.1 Carm.*Sic te diua potens Cypri.Ea quondam nouem erat regnorum ſedes. Vrbes illius præclaræ, Cythera à quibus Venus dicta eſt Cytherea,Paphos,Palæpaphos,& Salamina. Hæc inter maiores noſtri maris inſulas locum ſibi vendicat:à Septentrione Cilicię oppoſita,à Meridie Ægyptum ſpectat,ab Oriente Syriam,ab occidente Pamphyliam. Ambitus inſulæ trium millium,quadringentorum ac viginti ſtadiorum,*teſte Strab.lib.*12. ¶Cyprus etiam dicitur arbuſcula, quæ à Latinis Liguſtum vocatur,ſemine atro, non abſimili ſambucino acino.Eius flos in oleo decoquitur, ſirque ex eo vnguentum quod Cyprinum appellatur:Naſcitur in multis locis,ſed in Cypro inſula odoris ſuauitate præſtat:ideo Cyprus eſt appellata.{κύπρος.GAL.Vn arbre en Egypte d'vne fleur fort blanche, que quelques vns appellent Troeſne.IT.*Albero liguſtro.*GER.Item oder gemein beinböltzlin.HISP. *El arbor de la albena.*ANG.*A priuet,a tree in Egypte ionamed*} *Plin. lib.12.cap.24.* Cyprus in Ægypto eſt arbor ziziphi foliis, ſemine coriandri,flore candido odorato. Coquitur hoc in oleo, premiturque poſtea,quod cyprinum vocatur.Optimum habetur è Canopica,in ripis Nili nata;ſecundum Aſcalonem Iudææ: tertium Cypro inſula odoris ſuauitate.

Cyprius,a,um:vnde tres paruæ inſulæ,huic propinquæ, Cypriæ nominantur,& Venus Cypria,ſiue quod in Cypro genita fuerit, ſiue quòd ei primùm in Cypro templum ſit conſtitutum,& in hac inſula honoribus diuinis affecta ſit.*Cyprius bos;prouerbialiter dicitur in brutũ ac ſtolidum,propterea quòd Cyprii boues magis bruti ferantur,quippe qui ſtercore humano paſcantur.Vnde aliud prouerbium,quod *Feſtus* citat ex Ennio,-Cyprio boni meretidam. Quod conuenit quoties conuiua ſordidus & inſipidus ſordido atque inſipido accipitur conuiuio. Feſtiuius erit,ſi ad res animi deflectatur:vt ſi quis apud ſpurcos ſpurcè loquatur,apud indoctos indoctè.

Cyprogenia,pen.prod.κυπρογένεια, Vermis epitheton eſt,inde tractum quòd in Cypro inſula nata dicatur.*Vtitur hac voce Hom.in Hymnis.*

CYPRVS,Inſula,inter alia nomina Macaria dicta, nam mirè fertilis eſt in ſinu maximo,qui Iſſicus circa Ciliciam dicitur,ad ortum occaſum que Ciliciæ ac Syriæ obiecta eſt,nouem aliquando regnorum ſedes, *vt Pli.li.5.c.31.ſcribit*:ſmaragdo,cryſtallo,ære Cyprio cognominato,adamante & alumine nobilis: quam aliquando annexam continenti fuiſſe,*idem auctor lib.2.ſcribit.*De hac *vide Strab.li.*14.

CYPSELLA,oppidum eſt Thraciæ,*vt ſcribit Plin.lib.4.cap.12: Strab.libr.* 7. Cypſellum nominat κύψελα,*Steph.* vrbs Thraciæ prope Hebrum fluuium, item caſtellum in Arcadia Mantinenſibus muris cinctum:à gentile Cypſeltnus,aut Cypſalenus.

Cypſeli,{κύψελοι.ANG.*Amartinet.*} Aues ex hirundinum genere,quæ & Apodes vocantur,ἀπὸ τῦς κυψέλης, hoc eſt,ab alueari, eò quòd nidum ſpecie alueatis ex luto fingant. *Autor Plin.lib.*10.*c.*39.

CYPSELVS,κύψελος, Corynthiorum tyrannus,pater Periandri,ita dictus ἀπὸ τῆς κυψέλης, hoc eſt,à ciſtula, ſiue alueo,ſiue(*vt Valla ex Herodoto vertit*) menſura frumentaria, ſub qua occultatus fuit quum à Corinthiis ad perniciem quæreretur. *Vide Herod.lib.5.& Plutarch.in Symposio ſeptem ſapientum.*

CYPRASIA,Galatiæ vrbs,*Ptol.*Vulgò *Caroſo.*

CYPRAVNES,κυπραυνεῖς, Inſula iuxta Gyzantes(*ſic enim lego apud Stephan.* Africæ populos.

CYRBA,κύρβα,Vrbs Cretæ,*Vide* Hierapytna.

CYRBASA,κύρβασα Vrbs Cariæ,*Steph.*

CYRBE,κύρβη,Vrbs Pamphyliæ,gentile Cyrbæus,*Steph.*

CYRE,κύρη,Oxytonum,fons in Cyrenaica.*Steph.*

CYRENE,& Cyrenæ,arum.{קִירֵנֵי קִרְיָת־חֻצוֹת.vulgò *Corena.*} Inſigne Lybiæ oppidum,inter Mareotidem & Zeugitanam prouinciam ſitum, vnum ex iis quæ Pentapolim efficiunt,à Batto Theræo (quem *Callimachus* progenitorem ſuum fuiſſe tradit)conditum,& à Cyrene Penei amnis filia,quam Apollo adamatam in eam Lybiæ partem tranſtulit,ita nominatum. ¶Ab hac vrbe totus ille Lybiæ tractus,inter Africam propriè dictam,& Libyam Marmaricam,ſiue Mareotidem intermedius,vno nomine Cyrenæa,aut Cyrenaica regio appellatur. Hinc Cyrenaicus,a,um,vt regio Cyrenaica,& philoſophia Cyrenaica, quam Ariſtippus Socraticus Cyrenenſ.inſtituit. Hegeſias philoſophus(*de quo Ci.lib.1.Tuſc.*)& Eratoſthenes hiſtoricus Agaclis filius, Cyrenæi fuerunt.Eadem & Pentapolitana *Plin.*dicitur à quinque præcipuis vrbibus quarum nomina ſunt hæc,Beronice,Arſinoë,Ptolemais, Appollonia,& ipſa Cyrene. ¶Ex hac vrbe orti ſunt Ariſtippus Socraticus, qui Cyrenaicam Philoſophiam primus inſtituit:item filia huius Areta,quæ patri in ſchola ſucceſſit:item Ariſtippus cognomento μητροδίδακτος,ſuperioris Ariſtippi nepos,& Aretæ filius: & præter hos Anniceris,qui Cyrenaicam ſectam emendauit:item Callimachus poeta, & Eratoſthenes Mathematicus,ambo ab Ægypti regibus in honore habiti.Quibus etiam à Strabone adduntur Carneades Academicus, & Cronus Apollonius.Dicitur etiam Cyrenites & Cyrenias. fœm.gen. ¶Hanc regionem appellat Pentapolitanam à numero quinque vrbium,quibus maximè inclyta eſt,quarum hęc ſunt nomina,Beronice, Arſinoe,Ptolemais,Apollonia,ipſaque Cyrene.Scribit *Salluſt.* Cyrenenſes magnum ac diurnum bellum geſſiſſe cum Carthaginenſibus de finibus agrorum.¶Eſt & Cyrene nomen vrbis in Cypro inſula,quâ Cyrus condidit,ex qua natum putant Simonem patrem Alexandri & Rufi, vt eſt apud Euang.*Aug.li.de Paſtoribus.*ſcribit Simonem Cyrenęũ qui angariatus eſt,vt Chriſti crucem tolleret,fuiſſe Aphrum, & hanc Cyrenem Africæ contiguam eſſe.

Cyrenæus,a,um,κυρηναῖος.Cyrenaicus & Cyrenenſis,adiectiua.

CYRENAICA,regio Africæ eſt:eam *Strab lib.vlt.*à Thereis Græcis conditam eſſe ſcribit,qui ex Laconica profecti, Theram inſulam *prius* incoluerint,hinc in concinente Cyrenem ædificauerint. Ex *horum* numero fuit Battus quidam,qui Cyrenes condendæ fuit autor, quod alibi *idem Strabo* indicat.Idem Battiadas Cyrenenſes *Silius* nominat *lib.1.*Nec non Cyrene Pelopei ſtirpe nepotis Battiadas paruos, fidei ſtimulauit in arma *Idem Strab.lib.2.*-& iniquo ſole cadentes Battiadas.De Cyrene multa Straboni conſentanea *Herodotus* refert in Melpomene. *Diodorus Siculus lib.5.* ſcribit ex quorundam ſententia huic vrbi nomen inditum,à Cyrene Hypſei filia,quæ quum apud Peleum virgo educaretur eius forma caprus raptam viginem in Libyam ad ea loca,in quibus poſtmodum ciuitas condita eſt,aſportauit. Ex eafilios ſuſcepit quatuor Ariſteum,Nonium,Anteum & Argum,aliàs Auctonum & Argeum.Eam regionem fertiliſſimam eſſe tradit *Herodot. in fine libri* 4.

CYRENAICI PHILOSOPHI,ab Ariſtippo Cyrenæo,primo ſectæ eius autore nomen traxerunt,qui ſummum bonum corporis voluptate metiebantur.*Cic.Tuſ.quæſt.lib.*3. Atque ab Ariſtippo Cyrenaici philoſophi nominati,omne bonum in voluptate poſuerunt virtutémque cenſuerunt ob eam rem eſſe laudandam,quòd efficiens eſſet voluptatis. Horum ſecta poſtea ex ſimplici triplex eſt effecta,aliis ſe ab Hegeſia, Hegeſiacos,aliis ab Anniceride,Annicerios:nonnullis etiam à Theodoreo Theodoreos nominantibus: *qua de re vide Diogenem Laertium in vita Ariſtippi.*

CYRES,etis.κύρης,nomen vrbis,vt Phrages,Mendes, Adrymes:gentile, Cyreſius.*Steph.*

CYRILLVS,κυρίλλος,Diaconus fuit Heliapolitanus(eſt autem Heliopolis hæc ciuitas inſignis ad Libanum montem ſita)qui imperante Conſtantino,plurima Ethnicorum idola contriuit.Cuius rei illi memores ſub Iuliano principe, viro ventrem execuerunt,iecúrque inde exemptum deguſtauerunt. *Autor Suidas.* ¶Cyrillus item Alexandrinus præſul edidit variarum hypotheſeon tractatus, Homilias plurimas, quibus vtuntur Græci:præterea aduerſus Neſtorium epiſtolas,quibus omnia occulta eius venena refellit.Is vixit temporibus Iuliani principis. ¶Cyrillus præterea Hieroſolymitanus præſul, ſæpe pulſus ab Eccleſia & receptus:ad extremum ſub Theodoſio principe octo annos in ſua ſede perſeuerauerit:extant eius catecheſes. *Hac Hieronymus.*

CYRINVS,κυρῖνος,Romanus,cum Baſſilide & Nabore ſub Diocletiano paſſus,ac ſepultus tertio ab vrbe lapide.*Ex Volater.*

CYRNII,κύρνιοι,Indiæ populi viuaciſſimi,vt quos ad centeſimum quadrageſimum annum vitam extendere proditum ſit ab Iſigono, *referente Plin.lib.7.c.2.*

CYRNVS.{κύρνος.vulgò *Corſega.*GE.Die inſel Corſica im Liguſtiſchem meer gelegen.}Inſula eſt in mari Liguſtica quam Latini Corſicam dicunt longa paſſuum centum quinquaginta millia, lata maiore ex parte quinquaginta,circuitu trecentorum viginti duorum millium diſtans: à vadis diſtans Volaterranis ſexaginta duobus millibus paſſuum.Cyrnus à Cyrno rege,quum antea Terapne diceretur.

Cyrnia iactura,κυρνία ἄτη, De magnis ſtipendiis & expilationibus dicebatur: ob Cyrni inſulæ immanitatem latrociniorum, ac gentis ferita-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

feriatem. ¶Cyrnia terra, κυρνία γῆ dicebatur regio latrociniis infamis, cuiusmodi ferunt olim fuisse Cyrnum. Gens hæc & hodie malè audit apud Italos. Prouerbium non ineptè detorquebitur in hominem alieni rapacem ac violentum. In collectaneis Zenobij per Aldum editis reperitur κυρνία ἄτη, Cyrnia noxa, *de qua supra.*

Cyrneus, a, um, *Virg. Ecl. 9.* Sic tua Cyrneis fugiant examina taxos.

Cyrnea, eæ, Vasis Vinarij genus, *teste Nonio.* {ANG. *A bolle a great piece to drincking.*} *Plaut. Amph.* Cadus erat vmi, inde impleui Cyrneam. ¶Sunt qui Cyrneam scribant per i nostrum, vt παρὰ τὸ κυρνᾶν, hoc est miscendo dictum velint.

CYROPOLIS, κυροπόλις, Ciuitas in Asia, quæ etiã Cyrechata, κυρέχατα, vocatur, ad finem Persidis: ciues Cyropolitæ, & Cyrechateni, *Steph.*

CYRRHEA, Vrbs in Helicone, iuxta Lysam. *Lucanus,*

Sed mihi iam numen, nec si te pectore vates
Accipiam, Cyrrhea velim secreta mouentem
Sollicitare deum, Bacchúmque auertere Nysa.

CYRRHESTICA regio, à Cyrrho dicta est, vbi Cyrrhestis dea colebatur, quam Mineruam interpretantur *Plin. & Ptol. Vide* Cyrrhus.

Cyrrha. *Vide* CIRRHA.

CYRRHVS, κύρρος *Steph.* Syriæ oppidum, cuius incolæ Cyrrhestæ κυρρήσται dicuntur, & Diana Cyrrhestis, κυρρήστις: & regio ipsa Cyrrestica, κυρρεστική: *cuius meminit & Plin. lib. 5. c. 13.* ¶Sunt item Cyrrhestæ Macedoniæ populi, non procul à Pella Alexandri patria: *quorum meminit Plin. lib. 4. c. 10.*

CYRSILVS, κυρσῖλος, Athenienſis fuit, qui quum videret impetum Persarum, diutius sustineri non posse, ciuesque iam de relinquenda vrbe, nauibúsque conscendendis cogitare, ciuibus suis consilium dedit, vti le quidem (vt ipsi tum videbatur) attamen non satis honestum, vt Xerxem potius reciperent, quàm patriam desererent. Quæ sententia vsque adeò ciuibus displicuit, vt statim eum lapidibus obruerint. *Autor Cic. 3. Offic.*

CYRTAEA κυρταία, Oppidum est ad mare rubrum, in quod Artaxerxes Megabyzum relegauit. *Steph.*

CYRTONES, Vrbs Bœotiæ, (κύρτωνες) gentile κυρτῶνος, A Cyrtone verò κυρτώνη, antiquo oppidulo, Cyrtonius fit. Est etiam κυρτώνιος, vrbs Italiæ: gentile Cyrtonius.

CYRTVS, κύρτος, Vrbs Ægypti in mediterraneis, patria Dionysij medici: gẽtile κύρτιος, oxytonum: pro vrbe enim barytonum est. *Steph.*

CYRVS, κῦρος, Nomen duorum fluuiorum: quorum vnus Armeniæ & Hiberiæ fines interluit, & per Albaniam labitur. Oritur in monte Caucaso. Alter iuxta Pasagardas per cauam Persidem: à quo Cyro maiori, qui iuxta hunc amnem expositus fuit, nomen est inditum, *teste Strab. libro* 15.

CYRVS, {כורש *choréſch.* κῦρος. GERMA. ein gewaltiger könig in Perſia / vnd Media.} Cambysis filius ex Mandane Astyagis regis filia, & Persarum Medorúmque rex, qui primus (*vt Iustin. lib. 1. scribit*) deuicto Astyage vltimo Medorum rege, Medorum imperium transtulit in Persas: & subacta Asia, totum Orientem in potestatem redegit. Postremò quum bellum Scythis intulisset, eósque clade magna affecisset, Tomyris eo tempore Scytharum regina compositis insidiis, 200000, Persarum cum ipso rege trucidauit, ita vt neque nuntius tantæ cladis superfuerit. Caput Cyri amputatum, in vtrem humano sanguine plenum coniectum fuit, cum hac exprobratione, Satia te sanguine quem sitisti. Hic primùm Agradatus dictus fuit: & postea Cyrus ab eiusdem nominis fluuio per cauam Persidem fluente iuxta quem fuit expositus. Res eius gestas vide latiùs *apud Xenoph. in Padia, Herod. & Iustin lib. 1.* [Cyrus autem Persarum lingua significat canem. *Pluta. Artax.*] Fuit præterea eiusdem nominis poeta quidam Theodosij iunioris temporib. ab Eudoxia Imperatoris vxore propter ingenij fœlicitatem ad summos honores euectus. Postremò præsul factus in Cotyleo Phrygiæ, Leone imperante diem obiit. *Ex Suida.*

CYTE, siue CYTA, κύτη. *Steph.* Oppidum est Colchydis, Medeæ patria, *teste Steph.* herbis veneficis in primis famosa.

Cytæus, a, um, adiect. κυταῖος. Vnde virgo Cytæa appellatur Medea *à Val. Flac. lib. 6.*

Cytæis, idis, κυταΐς. *Propert. lib. 2.* Non hîc herba valet, non hîc nocturna Cytæis.

CYTAEVM, κύταιον, Vrbs Cretæ, *Steph.*

CYTEORVM, *Ptolemæo*, Corticum *Plinio*, Cappadociæ Oppidum, hodie *Cecino.* Vide ne à Cytoro monte dicatur.

CYTERIVM, κυτήριον, Vrbs Oenotrorum mediterranea: gentile Cyteriotes, vel Cyterinus. *Steph.*

CYTHERA, orum, penult. prod. κύθηρα τὰ, vulgò *Cerigo*, Insula est contra Cretam, vt scribit *Strabo*, quinque millia à Maleæ promontorio distans, in quam ferunt Venerem primùm vectam concha marina: vnde & Cytherea, κυθέρεια, dicta est. *Virg. lib. 10.* Est Paphos Idaliúmque mihi, sunt alta Cythera. *Idem*, Parce metu Cytherea, manent immota tuorum Fata tibi. Degenerat tamen hoc deriuatiuum à natura sui primitiui, corripit enim secundam syllabam, quæ in primitiuo producitur. Hanc insulam Porphyrussam vocat Aristoteles, Porphyrida Plinius, à purpurarum præstantia. De ea enim *lib. 4. c. 12.* sic scribit. Cythera (inquit) cum oppido in Laconico sinu, antea Porphyris appellata. Hæc sita est à Maleæ promontorio VM. passuum ancipiti, propter angustias, ibi nauium ambitu. *Hæc Plin. Hesiod. in Theogonia* tradit, Venerem ab oppido Cytheream cognominatam: *Seruius* autem ab insula cognominatam tradit.

Cythēriăcŭs, a, um, nomen adiectiuum, possessiuum, κυθήριος: vt Nectar Cytheriacum, quod pro suauitate Venerea ponitur.

CYTHERIS, pen. pro. κύθηρις Nobilissima meretrix fuit, liberta Volumnij, quæ eodem tempore floruit quo Origo & Arbuscula meretrices. Hãc Cornelius Gallus poeta supra modum adamauit: quo tamen spreto Ialans, commutato nomine Lycoridem vocat. *Autor Seruius.*

CYTHERONIADES, κυθηρωνιάδες, Musæ dicuntur à saltu, cui Cytheron nomen est. *Vide* Cytharon, sic enim scribendum.

CYTHERON, Mons est Bœotiæ, non longè à Thebis, Apollini & Musis sacer, à quo Cytherides dicuntur. {GERM. Ein berg in Bœotia den Musis vnd Apollonj zugeweihet.} In eo quoque Bacchi sacra celebrabant. *Virgil.*

Nocturnúmque vocat clamore Cytheron.

Hinc quoque Cythera & Cythereus, a, um. *Vide suprà* Cytharon, κυθαιρών, sic enim scribendum est.

CYTHERVS, κύθηρος. Vicus in Pandionide tribu, inde Cytherius. *Steph.*

CYTHNOS, κύθνος, *Ste.* Insula est ex Cycladibus à Cythno primo habitatore sic appellata. Alio nomine Ophiusa, ac Dyropis. Ex hac insula Timãtes pictor est, qui ab ea Cythnius dicitur. ¶Cythnicæ siue Cythniæ calamitates, κυθνιάδες συμφοραί. Zenodotus Aristotelem autorem citat Cythnios vsque adeò diuexatos afflictósque fuisse ab Amphytrione, vt in prouerbium abierint, κυθνιάδες συμφοραί, pro maximis cladibus & immensis calamitatibus.

CYTHNIVS, a, um, κύθνιος, possessiuum, vt Timantus pictor Cythnius dictus est. *Steph.* iuxta Dryopem vnam Cycladum sitam scribit, & ipsam quoque sic nominatam fuisse. *Meminit etiam Pomp. lib. 2. & Ouid. 7. Meta.*

Florentémque Syron, Cydnon, planámque Seriphon.

*Cythonymi probrum, seu dedecus, Κυθωνύμου αἶσχος. In hominem dicebatur vehementer infamem, fœdique nominis, cuiúsque nomen iure supremi debeat, vel ob malefacta, vel ob calamitates. Vnde & Græca vox à celando nomine dicta. *Autor Steph.*

CYTINA, κύτινα, Vrbs Thessaliæ: ciuis Cytineus, *Steph.*

CYTINIVM, κυτίνιον, vna ex tribus Doridis ciuitatibus: gentile Cytiniates. *Steph.*

Cytĭnus. {κύτινος. GAL. La fleur d'vn grenadier. ITA. *Primo fior de pomo granato.* GE. Granatopfel bust. HISPA. *La granada quando sale de flor, o flor de la granada.* ANG. *The floure of a pomegarnette.*} Flos mali Punicæ satiuæ, vt balaustium syluestris, *vt est apud Dioscorid, Plinius* cytinum interpretatur primum partum punicæ florere incipientis. Flores verò ipsos in Cytino erumpentes, Balaustia, natura astringentes. Solet tamen appellatio hæc ad alia quoque genera congruere: vnde *Dioſc.* Appollinaris herbæ flores Cytinos appellauit.

CYTIS, κύτις, Insula Arabiæ, vbi Toparius lapis inuenitur. *Plin. li. 6. c. 29.*

Cytīsus, κύτισος, pe. corr. Genus fruticis incani, ad similitudinem rhamni, cubiralibus ramis, foliis loti trifoliæ, quem Aristomachus Athenienſis mitis laudibus prædicauit, eo præcipuè nomine, quod lætissimum pecori pabulum præbeat, & lactis copiam augeat: quod etiam confirmat *Plin. lib. 13. c. 24.* Inuentus est autem hic frutex primò in Cythno insula (vnde & nomen accepit) & inde translatus in omnes Cycladas & vrbes Græcas. *Col. lib. 13. c. 28.* Cytisum (quem Græci aut ξέας, aut καρνίκλιν, aut περιφλῶ vocant) quàm plurimum habere expedit, quòd gallinis, apibus, ouibus, capris & omni generi pecudum vtilissimus est. Idem alibi duas facit Cytisi species, satiuam & alteram suæ sponte.

CYTORVS, pery in prima syllaba, pe. pro. κύτωρος. Mons Paphlagoniæ, in quo buxus plurima nascebatur: vnde & buxifer à Catullo dicitur. *Vir. 2. Georg.* Et iuuat vndantem buxo spectare Cytorum. Ab hoc, quæ buxea sunt, Cytoriaca dicuntur. *Ouid. 4. Met.* Sæpe Cytoriaco diduxit pectine crines. ¶Fuit & Cytorus, siue Cytorum ciuitas, Sinopensium emporium à Cytoro Phryxi filio conditum & appellatum, *vt ex Ephori sententia refert Strab. lib. 12.*

CYZICENVS, κυζικηνός, Athenienſis philosophus in mathematica & in cæteris scientiis excellentissimus, præcipuè in Geometria.

CYZICVS, κύζικος, vulgò *Chizico*, siue Cizicum, Insula in Propontide, duobus pontibus iuncta continenti, habens vrbem eiusdem nominis mœnibus, arce, & turribus marmoreis: cui nomen indidit Cyzicus rex, quem Iason per imprudentiam interemit. *De hac Ouid. lib. 1. Fast.* Hinc Propontiacis hærentem Cyzicon oris, Cyzicon Æmoniæ nobile gentis opus. Fuit hæc ciuitas magnitudine & pulchritudine cùm primis Asiæ vrbibus comparanda, paci & bello apta, tribus armamentariis inclyta, quorum aliud armorum, aliud instrumentorũ, aliud frumenti erat receptaculum. ¶Verùm Pius Papa in Asia hanc Chyzicum appellat, non Cyzicum. Et de Cyzico sic scribit: Nunquid Cyzicus nobis non satis constat, adeo claritatem, rebus admunt tẽpora, & nos homunciones diu nam quærimus in hoc seculo gloriam, quam potentissimæ ciuitates retinere non potuerunt? *Propert. lib. 3.* Frigida tàm multos placuit tibi Cyzicus annos. ¶Cyzicus, *Steph.* Vrbs est Propontidis in Chersoneſo sita, alio nomine ἀφ' ἑνὸς νίσου, id est, Vrforum insula appellata. *Homerus* Cyzici habitatores, Doliones vocat. De Chersoneſo vide suprà.

CYZICVM, Bithyniæ nobilis ciuitas, nomen (*inquit Pomp. lib. 1.*) Cyzicus indidit, quem à Minyis imprudentibus, quum Colchos peterent, fusum acie, cæsúmque accipimus. *Hactenus Mela.* Hæc ciuitas arce, mœnibus, portu, turribus marmoreis Asiaticæ plagæ littora illustrat, *vt scribit Florus in bello Mitridatic. li. 3.* Libera illa aliquando, & agris diues, multóque in honore à Romanis habita. *Lege Strab. lib. 12.* De Cyzico *Valer. Argon. lib. 2.*

Nec procul ad tenuis surgit confinia ponti
Vrbs placidis demissa iugis, rex diuitis agri
Cyzicus, &c.

De morte Cyzici regis *vide eundem Valer. 3. Argon. & Hermolaum super c. 32. lib. 5. Plinij.*

Cyzicenus, nominatiuum est à Cyzico Propontidis insula, κυζικηνός. ¶Cyziceni stateres, κυζικηνοὶ στατῆρες. De re scitè scalpta. Nam hi nummi olim celebres erant, quod eleganter scalpti viderentur. Repræsentabant altera parte Cybelem deorum matrem facie muliebri: altera leonis imaginem. Aut magis videbitur fore locus prouerbio, quum hominem significamus inæqualem ac sui dissimilem: aut qui longè aliud agat, quàm præ se ferat: quemadmodum Cyziceni ex vno latere Cybelem ostendebant effœminatam, ex altero leonem. Stater is valebat XXVIII. drachmas Atticas, vnde & de re magni pretij videtur posse dici.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

D

LITERA, Est ex numero mutarum. Quingenta in numeris significare putatur: sed non D, verùm duæ hæ notæ 10. quingenta significant, pro quibus imperiti, D, scripserunt. [D & L consentiunt, verbi gratia, quæ antea Sedda postea Sella: *Terent. Scaur. de Ortogr.* D, quoque inseritur sæpè à Comicis ad vitandam synalœpham, vt à *Plau. in Curc. scen. 2. a. 5.* Vt semper dum viuat med alat. *Et in in Mostel. sc. 4. a. 1.* Quòd ego eam an nescis.] ¶ Quâdoquidem pro th aspiraro ponitur, vt Θεὸς, Deus. ¶ Quandoque conuertitur in b, vt quod olim Duellum, nos iam Bellum dicimus & Duellona, Bellona. ¶ Quandoque in l, vt à Sedeo, olim Sedda dicebatur, quæ nunc Sella. ¶ Quandoque in r, vt Meridies, ab eo quod est medius dies. ¶ Interponitur nonnunquam in compositis hiatus prohibendi causa, vt Prodest, Redarguo, Redeo, Redintegro. ¶ Subtrahitur etiam nonnunquam, quando sequens syllaba ab s, cum alia consonante incipit, vt Ascendo, Aspicio. ¶ Quando autem conuertatur in alias literas, dictum est in præpositione Ad In fine cuiusque dictionis corripitur, præterquam vbi est, diphthongus, vt in haud. ¶ D. A. In notis antiquorum vel AVG. Diuus Augustus. DA. dona D. Æ de ærario. D. ATI. Dathico. D. A. M. S. AV. de auibus malè senserunt augures. D. AVG. Deo Augusto, Diuo Augusto. D. C. DB. E. diebus Cæsaris dictatoris causa dicata est. D. B. DD. de bonis dixerunt vel dederunt. D. B. S F. de bonis suis fecit. D. B. N. de bonis nostris, de bene notatis. D. B. M. de bene merentibus. D. B. C. de bene consulentibus, vel de bono communi. D. B. I. de bono iudicio. D. B. IN. de bonis incertis. D. B. I. diis bene iuuantibus. D. B. Decius Brutus. D. C. N. N. BD. de Cæsare nemo non benedicat. D. C. CÆs. Diuus Cæsar. D. C. A. diuus Cæsar Augustus. D. C. S. consulum sententia, vel consulis vel consilij sententia. D. C. T. detractum. D. D. S. suo deferebantur D. dedit dies DD. dandam. D. M. dedimus mercedem DD. dandas. D. D D. A. A. A. dedicarunt, dederũt, dono, aureo, argento, ære DD. M. V. dies mali venerũt. DD. declinauerũt, vel dedicauerunt. DDD. dedicauerunt DD. N. M. P. dare de nutu mihi parat. D. B. VRG. de bonis virginis DD. E. HL. IO. LIB PRI. DN. MAR. PV. ET. LIP. dedicatus est hic locus Ioui liberatori primum, deinde Marti pugnatori & Libero patri. D. D Q O H. L. S. E. V. diis deabúsque omnib. hunc locum sacrum esse voluerunt. D. diuus vel Decius, vel diebus, vel deuotus vel diutiùs, vel dedicauit. D diua. D. dedicauit. DD. dedicauerunt vel dedicarunt. DD. dedimus, dedicatio. D. D. deo dedicauit, vel dotis datio, vel dictio, vel dis dantibus, vel donantibus, vel dono dedit, vel ducũ dux, vel ducduc, vel dono datũ, vel deo dom. vel donauit vel dono dicauit, vel ductio ducis, vel deus dedit, de donis, vel deinde, decreto dato. D. D. D. datus decreto decurionum vel dedit, vel dedicauit, vel dono decurionum dedit, vel dono dedit, dicauit, vel dono decurio dedit. DDD. dono dederunt, vel dedêre. D. D. D. D. dignũ Deo donum dicauit, vel decreto decuriones dederunt. D. D. L. M. dono dedit libero munere. D. D N. N. domini nostri de tribus Imp. D. D Q. dedit douauítque. D. D. Q S. dis deabúsque sacrum. D. I. S. duab, sacris vel sacrum.

DĀAE, Daarum, *Δάαι. Steph* Populi sunt Scythiæ, ex genere Nomadum, vt autor est *Serui. in illud Virg. 8. Æn.* Indomitíque Daæ, & pontem indignatus Araxes.

DĀCĬA, *Δακία*, Regio Scythiæ Europeæ, quam quidam Thraciæ partem, quidam conterminam dicunt. {GER. Ein landschafft in Europa so gegen mittag an Thracien stosset/heisst jetz Walachia.} Hæc (*vt Ptolemæus scribit li. 3. cap. 8.*) ad Septentrionem Carpatho monte à Sarmatia diuiditur, ad Occasum autem Tibisco fluuio ab Iazygibus Metanastis: ad Meridiem & Ortum vsque ad Danubium extenditur. Huius regionis populi, Daci, *Δάκοι*, dicuntur, olim etiam Daui, *teste Strab. li. 7.* Getis proximi ad Ortum: à quibus seruilia Dauorum & Getarum nomina Athenienses acceperunt. Vnde in Comœdiis serui introduci solent, Daui, & Getæ nominati. ¶ Hodiè hæc regio diuisa est in quatuor partes. In Valachiam vtramque, Moldauiam nimirum & Transalpinam, versus Septentrionem. In Bulgariam siue Mæsiã inferiorem à parte Orientali. In Seruiam, siue Bosnam quæ & Mysia superior vocata est à parte Meridionali. Et denique in Transyluaniam à parte Occidentali, quæ diuisa est in Schytuliam Septẽ castra, & Vnniam, partes nimirũ quas natio Vngarica incolit. Hi Romanis semper reluctabantur. *Virg. lib. 8. Æn.* Indomitíque Daci & pontem indignatus Araxes. *Statius,* - frena tenentem Rhenus & attoniti vidit domus ardua Daci.

DĀCĬCŬS, *Δακικὸς* dictus est, qui Daciam subegit, sicut à Germania Germanicus. *Iuuenalis.* cum lance beata Dacieus, & scripto radiat Germanicus auro.

DĀCŬS, a, um, *Δάκος*. Quod è Dacia. *Spartianus,* Ad bellum Dacum Traianum familiariùs persequutus est.

DACRYMĀS, *autore Festo,* Liuius Andronicus appellabat, quas nos lamas, Græcos sequutus, qui *δακρύειν* vocant Lacrymari, *δάκρυα* lacrymas. Vnde etiam constat verbum Lacrymor, & nomen Lacryma melius sine aspiratione scribi, quemadmodum vox Græca à qua originem trahunt.

[Dactylotheca quæ, *Martial. Epigram. 123. li. 14.*]

DĀCTŸLŬS, pen. correp. {יָבֵץ *etsbáh. Δάκτυλος.* GALL. Vn doigt. ITAL. *Dito.* GERM. Ein finger. HISP. *Dedo.* ANGLIC. *A finger.*} à Latinis dicitur digitus: vnde Dactylotheca (quæ Græcis etiam Chirotheca) pro tegumento manus, vel digitorum sumitur. ¶ Dactylus item vocatur pes metricus, quum syllabam longam duæ breues subsequuntur, Herous pes Ciceroni dictus, *li. 3. de Orat.* quòd eo scribantur facta heroum & principum. ¶ Item Dactili dicuntur fructus palmæ. *Apicius,* Et croci drachmæ singulæ dactylorum ossibus tortidis quinque. Dactylus præterea graminis genus est, de quo sic scribit *Plin. li. 14. c. 19.* Sunt qui aculeatũ gramen vocant trium generum, quum in cacumine aculei sunt plurimum quini (dactylon vocant) hos conuolutos naribus inserunt, extrahúntque sanguinis ciendi gratia.

¶ Dactylus item piscis est è genere concharum. *Plin. lib. 9. cap. 6.* Concharum è genere sunt dactyli, ab humanorum vnguium similitudine appellati. ¶ Dactylus Idæus, gemma. *Plin. lib. 37. ca. 10.* Idæi dactyli in Creta ferreo colore pollicem humanum exprimunt. [Dactyli Idæi edebant miracula. *Plutarch. in Num.*]

DĀCTŸLĬCŬS, a, ũ, {*δακτυλικὸς. Ci. in Ora.* Quòd ille dactylicus numerus hexametrorum magniloquentiæ sic accommodatior.

DĀCTŸLĬON, {*δακτύλιον*, Græci annulum dicunt, *ἀπὸ τοῦ δακτύλου*, hoc est, à digitis. GAL. Anneau. ITAL. *Anello.* GERM. Ein fingerring. HISP. *Anello.* AN. *A ringe.*}

DĀCTŸLŌTHĒCA, {*δακτυλοθήκη. ANG. A ringe case, or gloue.*} Annulorum capsula: *δακτύλιος* enim annulus est: *θήκη* capsula siue arcula vbi quid reponitur. *Vlpianus l. 52. de legat. & fideicommiss. Idem Pomponius* in dactylotheca legata tractat, & ait annulos quoque contineri: non solùm thecam, quę annulorum causa parata est. Malè autem hic antea scriptum erat dactylothecam pro gemma *Plinio* posítam: quiã locus *Plinij li. 37. cap. 1.* omnino ostendit contrarium.

DĀCTŸLĬS, huius dactylidis, fœm. gen. {יָבֵץ *tabbáath. Δακτυλὶς, ίδος.* GAL. De la grosseur d'vn doigt. IT. *Longo vn deto.* GE. Eines fingers dicke oder groß. HI. *Luengo vn dedo.* AN. *Of the thickneſſe or lenght of a finger.*} vt dactylides vites dictæ à gracilitate digitali: vel fortassis quod grana habeant dactylis similia, hoc est, fructui palmæ arboris. *Plin. lib. 14. c. 3.* Has etiam dactylos vocat *Col. lib. 3. c. 2.*

DACTYLII IDAEI, *Δάκτυλοι Ἰδαῖοι*, Idem qui Corybantes, quos Iouem nutriuisse ferunt, & ne vagitu puer proderetur, nouo lusus genere excogitato, clypeolis æneis inter se concurrantes, æris tinnitu & numerosi pedis compositione, qui Dactylus inde dictus est, Saturnum celauerunt. Idæi autem dicuntur à monte Ida.

DADICAE, Populi Scythiæ Asiaticæ, *apud Herod. lib. 3.*

DADOCERTVM, *Δαδοκέρτον*, castellum, *φρούριον*, magnum Armeniæ, inter Med. *Steph.*

DAEDĀLA, neutri generis, *Δαίδαλα, τὰ*, Vrbs Lyciæ, ita appellata à monte vicino, seu Dædalo ibi sepulto, quum eum coluber aquaticus ex amne Nino in paludem egressus momordisset, *Plin. cap. 27. lib. 5.* Meminit etiam *Steph.* Cui Dædala etiam Rhodi ciuitas est, siue regio: item alia Indiæ, & alia Cretæ.

DAEDĀLĀ, *Δαίδαλα*, Vrbs Italiæ à Dædalo condita, quę nunc Iulia vocatur. *Steph.*

DAEDĀLĬDAE, *Δαιδαλίδαι*, tribus Cecropidis vicus. *Stephanus.*

DAEDĀLUS, pen. cor. {*Δαίδαλος.* GE. Ein geschickter werckmeister von Athe.} Athenienſis faber egregius, Icari pater, qui ſerram aſciam, perpendiculum, terebram, glutinum, ichthyocollam inuenit, malúmque & antennam naui impoſuit. Hic accuſatus quòd Perdicem ſororis filium interemiſſet, iudicii metu in Cretam fugit, vbi Labyrinthum fabricauit, cui Minotaurus includeretur, opus portentoſiſſimum humani ingenij. Dictus Dædalus (vt quidam exiſtimant) *ἀπὸ τοῦ δαιδάλλειν*, quòd eſt variare, ſeu ornare. Alii hoc verbum à dædalo deriuatum putant, ob multiplex, variúmque ingenium hominis, propter quod Græci *δαίδαλον* varium dicunt, ingenioſum. Lucretius quoque terram ob rerum artificiorúmque varietatem, Dædalam nominat: *Ennius* ſimili modo Mineruam: *Virg.* Circen. *Plautus* Logodædalos vocauit, qui dolum cælant ſermonis ornatu. ¶ Dædali alæ, *Δαιδάλεα πτερά*. Dici ſolitum vbi alioquin non ſatis idoneus ad negotium conficiendum, artis alicuius aut auxilij acceſſionem adiungeret: aut quum quis vrgente neceſſitate ad noua confugit conſilia. ¶ Dædali opera. *Δαιδάλεια ποιήματα*, dicúntur quæ nouo artificio fabricata ſunt & admirando.

¶ Remigiis Dædaleis, ad celeritatem ſignificandam, *Plau. in Amph.* dixit pro volatu.

DAEMŌGORGŌN, *Δαιμογοργών*, Latinè dicitur deus terræ: quo nomine veteres intelligebant naturam rerum omnium matrem & altricem.

DAEMŌN, {שֵׁד *ſchedh. Δαίμων.* GAL. Ange bon ou mauuais. IT. *Demonio.* GERM. Ein wiſſenhaffter geiſt/der ſey gut oder boß. HISP. *Angel bueno ò malo.* ANG. *An angel good or euill.*} Deus, ſiue ſapiens, *ἀπὸ τοῦ δαῆναι*, quod eſt ſcire. *Auguſt. lib. 9. de Ciuit. Dei,* Dæmones dicuntur, quoniam Græcum vocabulum eſt ob ſcientiam nominati. Noſtræ religionis homines appellant ſpiritus in cœlo à Deo creatos, qui de cœlo electi, partim in terræ infimo, partim in hoc aëre damnati ſunt: Hinc Eudæmõ & Cacodæmon pro bono & malo dæmone. Dæmon etiam animus humanus in corpore ſitus vocatur.

DAEMŌNĬCŬS, a, um, quod eſt dæmonis. {*δαιμονικὸς. Lactant. libr. 4. in fine,* Sed dæmonicis fraudibus irretiri diuinum nomen, cultúmque perdiderunt.

DAEMŌNĬUM, {*δαιμόνιον.* Idem quod dæmon, numen, Deus. Vnde extat *Apuleij* liber de Dæmonio Socratis.

DAETHALETAE, *Δαιθαλῆται*, gens Thraciæ, *Steph.*

DAETOR, vir Troianus *apud Homerum.*

DAGNĀDĒS, Auiculæ quas potantes Ægyptii ad coronas deuinciebant, dum potum exercebant, quæ cantilando & morsicando non paterentur dormire potantes. *Autor Feſt.*

DAHIPPVS, *Δαΐππος*, Statuarius nobilis, cuius opera enumerat *Plin. lib. 34. ca. 8.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

DAI, δάοι, Persarum populi, omnes pastores. *Herod. lib. 2.*

DALMATIA, δαλματία. GER. Ein lantschafft der windischen marck / stosset an Macedonien vnd das Adriatisch meer/ Vulgo *Esclauonia de mar.* } Regio Illyrici, contermina Liburniæ versus Occasum: à qua Dalmatæ, δαλμάται, dicti sunt populi, qui (*vt Appianus scribit*) domiti ab Augusto fuêre. In ea Iadera ciuitas insignis rerum abundantia & Epidaurus, hodie Ragusium dictum.

Dalmăta, æ, pen. cor. δαλμάτης. Qui ex Dalmatia est. *Mart. li. 10.* -& euntẽ Vdo Dalmata gaudio sequeris.

Dalmăticus, ca, cum, *Suet. in Aug.* Externa bella duo per se gessit, Dalmaticum adolescens adhuc, & Cantabricum.

Dalmăticātus, Dalmatarum vestibus indutus. *Lampr. in Commodo,* Dalmaticatus in publicum processit.

Dama, Genus capræ sylvestris, tàm masculini quàm fœminini generis. {יעלת *jebeláh* צבי *tsebí.* ἀγρώξ. GALL. Vn daim. ITAL. *Capra selvatica.* GERMA. ein wilder rehbock/ damhirtz/ oder ein gattung der gembsen. HISPAN. *Gama ò cabra montes.* ANGL. *A doe or bucke.* } *Virg. in Pharmac.* Cum canibus timidi venient ad pocula damæ. *Martialis,* Dente timetur aper, defendunt cornua ceruum, Imbelles damæ quid misi prẽda sumus?

¶ Huius diminutiuum est Damula.

DAMAEI, δαμαῖοι, populi iuxta Ichryophagos. *Steph.*

DAMASCVS, δαμάσκιος, Sigæus historicus Herodoti tempore ante bellum Peloponnesiacum, scripsit de rebus in Græcia gestis: præterea de maioribus eorum, qui ad Troiam profecti sunt, & de poetis, & sophistis, aliáque complura. ¶ Fuit item eodem nomine Stoicus philosophus Simplicii & Damitæ familiaris, qui sub Iustiniano principe viguit. Scripsit Commentarios in Platonem, & alia quæ enumerantur à Suida.

DAMASCVS, {דשׂק *dammések.* δαμασκός. GER. Die hẽuptstatt in Syrien. } Vrbs nobilissima, caput Syriæ. vnde Damascena, δαμασκηνὰ, pruna, *autore Plin. li. 15.* dicta creduntur: & Regio ipsa Damascene, quę totam illam Syriæ partem complectitur, quæ adiacet Libano monti.

DAMASITHYMVS, δαμασίθυμος, Candaulis filius fuit, vnus è ducibus Xerxis Persarum regis, quum Græciæ bellum inferret: *teste Herodoto lib. 7.*

Damassonium, δαμασώνιον, Herba est plantaginis folia habens, angustiora tamen & in terram reflexa. A Dioscoride ἄλισμα appellatur. Nõnulli putant esse, quàm vulgus *Plantaginem aquaticam* vocat: alij illam quæ ab officinis *Fistula pastoralis* dicitur.

DAMEAS, Nobilis statuarius, *autore Plin. lib. 34. cap. 8.*

DAMIANVS, Ephesius, δαμιανός, Sophista nobilis, circa M. Antonii principis tempora, diuitiis ac potentia inter suos præditus, viros doctos liberalitate prosequutus est: eloquentiæ quoque genus secundum naturam imitatus. *Autor Philostratus in Sophistis.*

Damium, *teste Festo,* Sacrificij genus, quod in operto fiebat in honorẽ Bonæ deæ: ita dictum per contrarium sensum, quòd minimè esset δημόσιον, hoc est, publicum. Vnde & Dea ipsa Damia, & sacerdos eius Damias appellata est. *Autor Fest.*

Dămnas, pro Damnatus apud Iureconsultos. { מחיב *mechujjáh* אשם *aschém.* ἀλοὺς, ὀφλὼν. GAL. Condamné. IT. *Condennato.* GER. Verdambt. HI. *Condeñado.* ANG. *Condemned.* } *Marcellus,* Quisquis mihi hæres erit, dare damnas esto. Vtrebantur autem hoc verbo quum testator suo testamento damnabat heredem ad præstandum alicui aliquod legatum. *Quint. lib. 7.* Hæres meus vxori meæ damnas esto dare argenti quod elegerit pondo centum.

Dămnum, Varro, à demendo dictum, quum diminutione res deterior fit. Iactura, detrimentum, incommodum, malum. {רזק *nezék.* βλάβη, ζημία. GAL. Dommage. ITAL. *Danno.* GER. Ein schad/ nachteil. HISP. *Daño.* ANG. *Domage, hurt, losse.* } *Terent. in Adelph.* Nisi eò mercatum veniam, damnum maximum est. *Cicero,* quod declamationibus nostris cares, damni nihil facis. [Sentit amans sua damna ferè tamen hæret in illis. *Ouid. Eleg. 1. li. 4. Trist.* Tu verò tua damna dole, (quod me amiseris) *Idem Eleg. 3. li. 4. Trist.* populi strenui mihi damno sunt. *Pl. pseud. sc. 7. a. 4.* Bina damna fero, (æger animo & corpore) *Eleg. 8. li. 3. Trist.* ¶ Damno viribus esse tuis. (i. ingenio) Idem *Ele. 1. li. 2. Trist.* Meo malo & damno. *Plau. Aul. sc. 6. a. 4. & Asin. sc. 3. a. 1.* Ne mihi damnum in Epidamno duas, vbi nemo sine damno diuortitur. *Plau. Men. sc. 1. a. 2.* Est vbi damnum præstet facere quàm lucrum. *Plau. Capt. sc. 2. a. 2.* Lucifugas, damni cupidos. *Plau. ps. sc. 7. a. 4.* Quod damni & quod fecisti flagitii potuit viritim populo dispertiri. *Pl. ps. sc. 5. a. 1.* Damnum quid, vide *Quint. Declam. 320.* Damna & aucta lunæ. *Gell. c. 7. lib. 20.* Item, Hoc ad damnum defertur (i. ad meretricem) *Pl. Men. sc. 2. a. 1.*] ¶ Damnum infectum, est damnum factum, quod futurum veremur, *apud Caium Iurisconsultum.*

Dămnifico, Damnum infero. {הזיק *hizzíb.* ζημιόω. GAL. Faire dommage. IT. *Danneggiare, far danno.* GER. Schaden thun. HIS. *Hazer daño.* AN. *To endomage.* } Damnificus, qui infert damnum. *Plaut. in Cistel.* Imitatio, ne quam bestiam, & damnificam.

Dămnigĕrŭlus, {ζημιώδης. GA. Portemalheur, dommageable. IT. *Che fa ò porta danno.* GE. Der schaden thut/ schädlich. HIS. *Cosa daño sa ò que haze daño.* AN. *That bringeth domage or losse.* } *Plau. in Truc.* Ite hac simul mulieri damni geruli foras gerrones.

Dămnōsus, a, um, Damnum vel detrimentum habens coniunctum. {ζημιώδης, βλαβερὸς. GALL. Dommageable. IT. *Dannoso.* GERM Schädlich. HISP. *Cosa daño sa, que haze dano à menoscabo.* AN. *Domageable, harmfull, hurtfull.* } *Colum. lib. 1.* Quod etsi per partes nonnunquam damnosum est, in summa tamen compendiosum. ¶ Aliquando sumitur actiuè, pro eo quod damnum infert. *Plautus in Bacch.* Quid tibi cõmercii est cum diis damnosissimis? Damnosa meretrix. *Liu. 9. d. 4.* Damnosus in ædificando. Item, Dites damnosos maritos (aliàs dictis) *Plaut. Curcu. sc. 2. a. 4.* Damnosi nati & amatores (i. profusi.) *Plau p. sc. 5. a. 1.* Iniiciétque manum formæ damnosa senectus. *Ouid. ele. 7. li. 4. Tri.*] ¶ Aliquando passiuè, *vt apud Plau. in Epid.* Damnoso sene, pro eo qui dãnum subeat. Damnosus, profusus. *Suet. in Nero.* Non in alia re damnosior, quàm in ædificando.

Dămnōsior, comparatiuus à damnosus. Ponitur pro confusiori *apud Suet. in Nerone cap. 31.* Non in alia re damnosior quàm in ædificando.

Dămnōsẽ, aduerb. Periculosè. {ζημιωδῶς. GA. Dommageablement, auec dommage. IT. *Con danno.* GE. Mit schaden/ Schädlicher weyß nach. HI. *Con daño.* AN. *With great domage and losse.* } *Horat. 2. Serm. Satyr. 8.* cum Vibidius Balatroni, Nos, nisi damnosè bibimus moriemur inulti.

Dămno, as, condemno, improbo, conuinco. {חיב *chajjeb* ענשׁ *hanáf h.* κατάγνωσις, κατάκριμα. GA. Condamner. IT. *Damnare, condemnare.* GER. Verdammen/ verwerffen. HI. *Condenar ò dañar.* AN. *To condemne, to appoynte to be punished.* } quandoque abl. quandoque genitiuo iungitur. *Ablatiuo *Cic. 6. Verr.* Darétque operam, vt is eo crimine damnaretur, ne ipse esset in crimine. *Sen.* dicit genus humanum damnatum mortalitate: *Epist. 96.* Mulieres damnatæ morbis virilibus ob intemperantiam. *Cic 1. Tuscul.* Sed plurimi contrà nituntur, animósque quasi capite damnatos, morte mulctant. [An falso Palamedem crimine turpe est Accusasse mihi, vobis damnasse decorum? *Ouid. 13. Met.* Item quod est & erit morte dãnatum est. *Sen. c. 72.*] Cùm de. *Cic. ad Brut. 12. 4.* Atque ille si armis positis de vi damnatus esset, &c. [Damnari de calumnia. *Gell. c. 2. l. 14.*] Dãnare de suspicionibus, Id est ex suspicionibus, per suspiciones. *Vlp. in l. Absent. §. 1. ff. de quæst.* Genitiuo, *Cic. 4. ad Her.* Maiores nostri si quam vnius peccati mulierem damnabant, simplici iudicio maleficiorum multorum conuictam putabant, Quo pacto? Quoniam quam impudicam iudicauerant, eam veneficij quoque damnatam existimabant. [Damnare sua tempora infœlicitatis. *Quint.*] *Damnari ad *Plau. Rud.* Quem modò damnauit ad recuperatores Pseusidippus? *Pli. ep. 249.* Qui damnati ad pœnam erant. *Damnari in. *Plin. epi 248.* Quidam vel in opus damnati, vel in ludum. *Idem ep 35.* Damnatus in metallum, strangulatus in carcere. ¶ Quandoque verò non apponitur pretium, vel peccatum, pœnáve peccati, accusatiuo tantùm iungitur, & significat culpo. *Cic. 4. Tusc.* Rerum naturam potiùs quàm errorem dãnare volumus. *Damnare pro Reum peragere, siue condemnari facere. *Taci. lib. 3.* Abolitas leges, & funditus versas, vbi in foro in limine curiæ, ab Annia Rufillæ, quam fraudis sub iudice damnauisset, probra sibi, & minæ intendantur. *Plin lib. 34 c. 2.* Verrem Cicero damnauerat. ¶ Interdum accipitur pro exhæredare, ἀποκηρῶσαι: vnde è duobus filiis, alterum hæredem instituram, alterum damnatum legimus, hoc est, exhæredatione improbatum. ¶ Interdum pro compellere, obligare, & necessitate obstringere. *Terent. in Phorm.* Tuus est damnatus gnatus, non tu. ¶ Composita à damno sunt, Condemno, & prædamno, quod est ante damno, προκατακρίνω. *Liu. li. 4.* Totam culpam eius temporis in prædamnatum collegam transferentem, omnes tribus absoluerunt.

Dămnātĭo, onis, verbale, Condemnatio, calamitas. {ענשׁ *honésch.* κατάγνωσις. GA. Damnement, condamnation. IT. *Condamnaggione.* GE. Verdammung HISP. *Condenacion.* ANG. *A condemning.* } Reorum acerbissimæ damnationes. *Cic. in Pison. Idem 4. Ver.* Docuissémque hanc damnationem duci non oportere, &c.

Dămnātŭs, huius damnatus, pen. pro. Idem quod damnatio. κατάκρισις, κατάκριμα. *Pli l. 7. c. 44.* Alieno beneficio postea vixit, bonis inde etiam consecratis à damnatu suo.

Dămnātōrĭus, ria, rium, Quod damnationem adfert, quod condemnationem habet coniunctam, κατακριτικός. GALLI. De condemnation, qui condamne. IT. *Di condanaggione.* GERM. Das zu dem verdammen oder verurtheilen gehört HIS. *De condenacion, lo que condeña.* ANG. *That condemneth.* } *Cic. 5. Ver.* Verres in Zenonem iudicium dabat illud suum damnatorium de iugetum professione.

Dămnātōrĭa & absolutoria tabella. *Sueton. in August. cap. 33.* κατακριτήριος ψῆφος.

Dămnātus, part. {חיב *mechujjáb* ענוש *hanúf h.* κατάγνωσις, κατάκριμα. GAL. Condamné. IT. *Damnato.* GE. Verdammet/ verurtheilet. HISP. *Condeñado.* ANG. *Condemned.* } vt, Damnatus capitis, vel capite, hoc est condemnatus. ¶ Interdum etiàm idem quod obligatus vel astrictus. Vnde hæredes dicebantur Damnati ad præstandum legatum, hoc est, astricti & obligati. Pro quo veteres etiam dicebant Damnas. ¶ Item Damnatus voti, vel voto dicitur is, qui iam eius, cuius gratia votum fecerat, factus est compos. Et Damnare aliquem voto dicebantur dij, quum alicui tribuebant id cuius gratia votum susceperat. Fiebant autem vota ferè sub conditione, hoc modo, Mars pater, si mihi, populóque Romano hodie victoriam dederis, hoc ipso in loco tibi ex marmore templum statuam. Hoc voto ita facto, qui vouit, statim factus est reus voti, nihil tamen cogitur præstare, nisi adepta victoria. Vbi autẽ iam debellatis hostibus contigerat victoria, tunc demum dicebatur damnatus voto, hoc est, astrictus & obligatus ad persoluendum votum. *Virg. in Daph.* Vt Baccho Ceteríque, tibi sic vota quotannis Agricolæ facient: damnabis tu quoque votis. Hæc ideò hic fusiùs notanda duximus, quòd ipsum etiam Macrobium altissimæ eruditionis virum, & pleróque alios, qui eius autoritatem sequuti sunt, ea in re lapsos videremus, qui arbitrantur eum dici damnatum votis, qui iam vota persoluit. Hoc autem verum non esse, apertissimè conuincitur vno *Liuij* testimonio *lib. 7. ab Vrbe condita.* Dictator (*inquit*) Deorum quoque opes adhibendas fatus, inter ipsam dimicationem equidem Iunoni Monetæ vouit: cuius damnatus voti, quum victor Romam reuertisset, Dictatura se abdicauit. *Et paulò pòst,* Anno post quam vota erat, ædes Monetę dedicatur. Audísne Dictatorem protinus parta victoria fuisse damnatum voti, quum tamen votum adhuc non persoluisset, quod subsequenti demum anno fuit persolutum? A participio Damnatus fit compositum Indemnatus, non condemnatus, ἀκρίτος. *Sallust. in Catili.* Hi primò, cœpêrè quenque pessimum, & omnibus inuisum, indemnatum necare, hoc est, indicta causa & nulla præcedente condemnatione. *Liu. lib. 2. ab Vrbe,* Eum indemnatum indicta causa non debere violari. Composita à Damno sunt, Condemno, & Prædamno, quòd est ante damno, προκατακρίνω. *Liu. 4.* Totam culpam eius temporis in prædamnatum collegam transferentem omnes tribus absoluerunt.

DAMOCLES, δαμοκλῆς, Nomen proprium vnius ex assentatoribus Dionysij.

DAMOCRITA, δαμόκριτα, Matrona fuit Spartana, Alcippi clinis clarissimi vxor, quæ quum virum ab iis qui contrarias in Republica partes fouebant in exilium actum sequi prohiberetur, filiæque iam viro maturæ edicto nubere prohiberentur, ne iis quispiam Alcippi vltor nasceretur: concepit animo facinus supra omnem mulierem audaciam. Nam quum ex more fœminæ primariæ noctu in andronem quendam sacrorum causa conuenissent, Damocrita à filia-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

bus adiuta, magnam vim lignorum, quæ ad sacrificia parata erant, ad fores congessit, ignémque iniecit, vt intus omnes exureret. Accurrentibus deinde auxilio viris, illa filias primùm, deinde etiam seipsam interfecit. *Ex narratoribus amatoriis Plutarchi.*

DĀMŌETAS, cum diphthongo œ, Δαμοίτας. Nomen pastoris de quo *Virg. in Bucol.* Dic mihi Damœta &c.

DĀMŌN, Δάμων, Nomen Philosophi Pythagorici, qui cum Pythia arctissimo amicitiæ vinculo constrictus fuit. De quo ita *Cic. lib. 3. Offic.* Damonem & Pythiam Pythagoreos hoc animo inter se fuisse, vt quum eorum alteri Dionysius tyrannus diem necis destinauisset, & is qui morti addictus esset, paucos sibi dies commendandorum suorum causa postulauisset, vas factus est alter sistendi eius, vt si ille non reuertisset ad diem, moriendum esset sibi ipsi: qui quum ad diem se recepisset, admiratus eorum fidem Tyrannus, petiuit vt se ad amicitiam tertium adscriberent.

DAMOPHILA, Δαμόφιλα, Lesbia poëtria fuit, Sapphûs coætanea, cuius meminit *Philostrat. in vita Apollonij.*

DAMOPHILVS, Δαμόφιλος, Sophistæ cuiusdam nomen est, qui sub M. Antonio principe floruit. *Autor Suidas.*

DAMOSTRATVS, Δαμόστρατος, Historicus, scripsit de piscib. libros xx. *Suidas.*

DAMOXENVS, Δαμόξενος, Atheniensis comicus, cuius fabulæ nonnullæ memorantur ab Athenæo in Dipnosophistis.

DAMYNDAS, Vir fuit Macedo, *teste Plutarcho.*

DAN, Δάν. Vicus est quarto à Panæade milliario euntibus Tyrum, qui vsque hodie sic vocatur: terminus Iudææ prouinciæ ad Septentrionem, de quo Iordanis flumen erumpens, à loco sortitus est nomen Ior: quippe fluuium siue riuum Hebræi vocant.

DANÆ, per tres syllabas, Δανάη, Nomen Acrisij filiæ, quæ à Ioue in aurei imbris effigiem conuerso compressa, Perseum peperit, qui auum suum occidit {GER Ein tochter Acrisij/ welche Jupiter geschwechet hat als er sich in ein guldinen regen verwandlet hatt. *Oui. 2. de Trist.* Quid Danaen Danaésque nurus, matrémque Lyæi.

DANAVS, Δαναός. Ægypti frater, Argiuorum rex, qui anno egressionis populi Israel trigesimo secundo, Stenelo rege expulso, Argos tenuit, ibíque quinquaginta annos regnauit. [Prodere rem Danaûm finxit *Ouid. 13. Met.* fvnt ignémque Iouémque in Danaas classes. *Ibidem*, Vt dolor vni⁹ Danaos peruenit ad omnes. *Ibid* Hic Dana⁹.] genuit quinquaginta filias, quæ ab aui nomine Belides, [à patre verò Danaides.] dictæ sunt. Hæ vna nocte viros suos Ægypti filios interfecerunt præter vnam Hypermnestram, quæ Linum [vel, vt quidam volunt Lynceum] maritum seruauit. Vnde apud inferos supplicij loco illis præscriptum est, dolium pertusum aqua implere, è quo tantundem effluat quantum infundatur. Inde originem traxit prouerbium, Dolium Danaidum: quod in auaros competit, quorum auaritiæ nihil est satis: aut in prodigos, quorum profusioni ne ipse quidem Pactolus satisfaciat: aut in homines futiles qui arcana fidei suæ credita non queunt continere. Huc videtur alluisse Parmeno *apud Terentium*, Plenus rimarum sum: hac atque illac perfluo, [Vide supra Ægyptus & Belides.]

DANIA, χιμβερικὴ χερρόνησος. Septentrion alis Oceani peninsula est, maritimæ Saxoniæ lateri adhærens: quam olim Cimbri habitarunt, quos postea Marius deleuit in Italiam irrumpere conantes. {GERM. Dennmarck.}

DĀNISTA, Fœnerator, creditor. {נשה *noschéh. δανειστής.* GAL. Vsurier, qui presto à interest. IT. *Vsuraio, creditore.* GERMA. Ein vorcherer HI. *Vsurario.* ANG. *An vsurer, or lender for gaine.* } *Plautus*, Morigerus est mihi danista, qui de me argentum non petit. Δανίζειν, quod est mutuum dare.] Ad Danistam deuenires, adderes fœnusculum. *Pla. ψευ. sc. 3. a. 1.*]

DĀNISTICVS, δανειστικὸς Fœneratorius.

DĀNTES, Poëta Florentinus, regum & principum amicitiis clarus, cuius vitam scribit *Volater. lib. 2.*

DĀNTISCVM, Nobile Poloniæ emporium est, ad mare situm, vbi Vistula amnis in Oceanum influit: Germani sua lingua vocant *Dantzig.*

DANVBIVS, Ἴστρος. GERM. *Die thonaw.* } Maximus Europæ fluuius, qui ortus in iugis Abnobæ montis Germaniæ ex aduerso Raurici Galliæ oppidi, multis vltra Alpes millibus ac per innumeras lapsus gentes Danubij nomin, immenso aquarum auctu, vbi primùm Illyricum alluit, Ister appellatus, sexaginta amnibus receptis, medio fermè numero eorum nauigabili, in pontum vastis sex fluminibus euoluitur. *Hæc Pli. li. 4. c. 12.* ¶ Vbi Abnobiam vocat locum fontis, quod nomen videtur esse factum ab eo, quod Germani dicunt Ein aw, hoc est vallem cultam inter montes & saltus: in veteribus tamen codicibus scribitur Arnobiæ quod ad locum scaturiginis propiùs congruit, qui dicitur in der Bar. Fontes eius sunt ad Pagum Donai singe qui muro humili circundati septuaginta quinque passus ambitu suo conficiunt, ostiolum habet duorum passuum, & postquam ab ostio erumpit illico excrescit in fluuium latitudinis quinque passuum, qui non procul ab origine recepit duos riuulos magnitudinis eiusdem quorum alter vocatur à Germanis Prigen, Alter Bregen. Mox ad miliare Italicum, vbi pagum Pfora alluit, traiicitur, ponte passuum centum & sexaginta. De Danubio sic Dionysius.

Abnoba mons Istro pater est: cadit Abnobæ hiatu
Flumen, in Eoos autem conuertitur axes,
Euxinóque salo prouoluitur: ora per æquor
Quinque vomunt amnem, &c.

¶ *Ammianus quoque li. 22.* Amnis (inquit) Danubius oriens prope Rauracos montes, limitibus Rheticis per latiorem orbem protensus, ac sexaginta nauigabiles pene recipiens fluuios, septem ostiis per hoc Scythicum latus erumpit, in mare, &c. Hunc, secundum post Nilum facit *Ausonius, & Oui. li. 4. de Ponto*, vbi de Scythiæ fluminibus.

Dānunt, quandoque à vereribus dicebatur pro Dant, & Duis pro Dederis. *Plaut. in Per. sc. 1. a. 3.* Ioui seruitutem dij danunt leniorem. *Nonius.* [*Idem Cap. sc. 1. a. 4.* Qui duplam aguinam danunt. *Et Most. sc. 2. a. 1.* Adminiculum eis danunt aliquem cognatum.]

Dapalis, Dapaticus, Dapatice. Vide DAPS.

DĀPHNĒ, Δάφνη, Penei fluuij filia fuit, quæ quum vim Apollinis non posset effugere, implorato paterno nomine conuersa est in laurum. *Vide Ouid. lib. 1. Metam.* ¶ Est item Daphne ingens lucus, & opacus, XI. stadiis distans ab Antiochia Syriæ, aquis fontanis irriguus, in cuius medio fanum est asylum Apollinis. *Autor Strab. lib. 15. Stephanus* præterea aliquot alia eiusdem nominis loca commemorat, *qua vide apud ipsum.*

Daphnia, Gemma comitialibus morbis vtilis existimata. *Plin. lib. 37. capite 10.*

DĀPHNIS, Δάφνις, Fuit, *teste Seru.* Mercurii filius, in Sicilia natus, iuuenis formosissimus, qui primus Bucolicum carmen inuenisse dicitur, postremò luminibus captus est, quòd ebrius cum aliena fœmina congressus esset, vt prædictum ei fuerat à nympha. *Autor Suidas.* ¶ Fuit & Daphnis Δάφνη *Steph.* Antiochiæ suburbanum, quòd octoginta stadiorum ambitu claudebatur, *vt ait Strabo.* ¶ Lyciæ præterea castellum fuit & alia prope Pelusium, à copia laurorum illic nascentium: & suburbanum in ore Ponti ad sinistram, quod Sergium vocant, in ipsis Ponti faucibus ad dextram nauiganti portus: *autor Steph.* Daphnis ad ostium Nili Pelusiacum reddit Herodotus.

Daphnites, Δαφνίτης, pen. prod. dicitur Apollo Ammonius.

Daphnoides {Δαφνοειδής. GAL. Laureole. ITA. & HISP. *Laureola.* GERM. Lorberkraut. ANG. *A kind of baye tree.*} Lauri species, baccas habens, è nigro rubescentes, quibus gustatis os atque guttur accenditur. Frutex est ramosus, crassiore, quàm laurus, folio. *Autor Plin. lib. 24.* ¶ Est item Daphnoides, clematidis species mollia virilia per terram spargens, quæ à Latinis Vinca peruinca appellatur. *Vide supra in dictione* CLEMATIS.

Dāphnon. {Δάφνων. GAL. Vn lieu complanté de lauriers. ITA. *Luogo dove sono molti lauri.* GERM. Ein lorbaumgart HISPA. *El lauredal.* ANGL. *A place sett with baye trees.*} Laurentum dicimus, hoc est, locum multis consitum lauris. *Martia. lib. 10.* Disposuit daphnona suo Torquatus in agro.

DAPHNVS, Δαφνὶς, ὁ, vel Δαφνοῦσα, ἡ. Vrbs Phocica, *Steph.*

DAPHNVSIS, Δαφνοῦσις, Palus prope Olympum Bithynum, *Steph.*

DAPHNVS, Tribus vicina Cô. *Steph.*

DĀPHNVDIVM, Δαφνίδιον, Prope Rhegium est, Thracibus vicinum. Est & Ægypti vicus. *Steph.*

Dāps, *inquit Festus*, apud antiquos dicebatur res diuina, quæ fiebat aut hyberna sementè, aut verna: quod vocabulum ex Græco deducitur, apud quos id genus epularum δαὶς dicitur. *Liu. 1. ab vrbe*, Tum sacrum factum, adhibitis ad ministerium dapémque Potitiis ac Pinarijs. *Ibid.* Pinarij extis adesis ad cæteram venirent dapem. Quomodo verò dapes constituantur, *vide Caton. de Re rust. c. 132.* Cæterùm dapes non solùm deorum, vel nostræ in sacrificiis deorum: sed etiam magnificæ opipari apparatus sunt. {ΟΨΟΝ *matsám.* Δόρπημα. GAL. Banquet, viandes somptueuses, appareil de viandes. IT. *Viuanda apparechio grande de viuande.* GER Herrliche zubereitete speysen. HISP. *Maniar costoso, & otra cosa para comer.* ANG. *Delicate meates, fine dishes.*} *Mart.* Illa quidem laura est, dapibúsque instructa superbis. *Virg. 4. Æneid.* Diripiúntque dapes contactúque omnia fœdant. Præterea & cibos vitabiles & infandos dapes vocari, *Nonius in duobus Virg. locis affirmat, quorum alter est Æneid. 3. de Cyclope*, Nam simul expletus dapibus, vinóque sepultus. *Alter in Buc.* Quas illi Philomela dapes, quæ dona pararit.

Dāpino, as, pen. prod. Significat dapes paro. *Plaut. in Capt.* [*sc. 1. a. 4.*] Æternum tibi dapinabo victum, si vera autumas.

Dāpālis cœna, Quæ diuersis & amplis dapibus constat. {λαμπρὸν δεῖπνον. *Plin. lib. 10 c. 10.* Pauonem cibi gratia Romæ primus occidit orator Hortensius, dapali cœna sacerdotij.

Dāpāticiùs, a, um, Quod est amplum, magnificum: vt Negotium dapaticum. μεγαλοπρεπὲς. *Festus.*

Dāpāticè, aduerb. id est, lautè. λαμπρῶς. *Festus.*

Dāpsilè, aduerbium, Abundanter, lautè, copiosè. {Δαψιλῶς. GA. Abondamment, somptueusement. IT. *Abondamente, liberalmente, magnificamente.* GERM. Reychlichen. HISP. *Magnifica y costosamente.* AN. *Abundantly, costly.* } *Suet. in Vespan.* Sed & conuiuabatur assiduè, ac sæpiùs recte ac dapsilè.

Dāpsilis, le, pen. corrept. Abundans, largus, liberalis. {Δαψιλὴς. GA. Grand & abondant, somptueux. ITA. *Abundante, liberale.* GERM. Reichlich/ kostlich/ vberflussig. HISP. *Magnifico y costoso y abundante.* ANG. *Liberall, sumptuous, costly.*} *Plaut. Most.* Triginta minæ, præterque alios dapsiles sumptus facit. *Colum. lib. 4. cap. 17.* Si autem continuis superioribus annis dapsili prouentu farigata vitis fuerit, requiescere, ac refici patietur. *Idem libro eodem*: At spionia dapsilis, musto ac amplitudine magis vuarum, quàm numero fertilis. Δαψίλειαν, largitatem, abundantiam rerum, liberalitatémque vocant: vnde nostri quoque dapsiles aliquando lauros, & liberales appellant. *Plaut. in Aul.* Istas magnas factiones, dotes dapsiles nihil moror: id est, affluentes & largas. { *Idem pseud. sc. 1. a. 5.* Corollas dari dapsiles. *Et sc. 4. a. 1.* Herili filio largitus dictis dapsilis }

Dāpsilitèr, aduerbium, Dapsilè, lautè. *Nauius in Corollaria*, Vltrò meretur, quamobrem ametur, ita dapsiliter suos amicos alit.

Dāpsā, apud veteres genus sacrificij quod fiebat aut hyeme sæuienti, aut vere: à Græcis δαψὶς vocatur.

DAPSOLIBYES, Δαψολίβυες, Populi. *Steph.*

DARADVS, *Ptol.* Fluuius est Africæ, quem aliquot literis in fine abiectis, Darat vocat *Pl. l. 5. c. 1.*

DARAE, Δάραι, Munitissimum castellum Anastasij ciuitatis, cuius ciues Dareni, alias Darrhæ per duplex r.

DARAPSA, Δάραψα, Vrbs in Bactria. *Steph.*

DARDAE, Δάρδαι, Indici populi sunt qui sub Dæide contra Dionysium pugnarunt.

DARDANVS, Δάρδανος, Electræ, Iouisque filij nomen, qui quum Iasium fratrem interemisset, inde fugiens in Samothraciam primùm, & deinde in Asiam venit, locáque tenuit Hellesponto proxima: vrbémque ibi Dardanum condidit: regionémque totam Dardaniam appellauit: quam postea Tros Erichthonij filius Troiam appellauit: Trois autem filius fuit Ilus, qui vrbem regiam à se Ilion appellauit. Ilus autem Laomedontem filium genuit, qui pater fuit Priami. *Virg. 3. Æneid.* Dardanus Iliacæ primus pater vrbis & autor [Alexander, Dardanus, Paris, prænomen, nomen, cognomen eius, *Diom. lib. 1. Et Ouid. 13. Metam.* Dardanio vate potitus.]

Dārdā-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Dārdānārii, Qui omnia præmunt, vt aliquando cariùs vendant. {μονοπῶλαι GER. Furkeuffer. ANG. *Forebiers foreſte allers of the merkate.*} Dicti à Dardano quodam contaminatiſſimo & profligatiſſimo mago, à quo etiam Dardaniæ artes à *Col.* vocantur magicæ. *Eius ſunt verba*, At ſi nulla valet medicina repellere peſtem, Dardaniæ veniant artes.

Dārdānium, δαρδάνιον, Genus ornamenti quod lacertis adhibebatur. *Plin. li.33.c.3.* Cuius ſceleris nos coarguimus illum primùm, qui auro dignitatem per annulos fecit vt habeant in lacertis iam quiddam & viri quod è Dardanis venit, itáque & Dardanium vocabatur.

DARES, etis, δάρης. Hiſtoricus Phrygius fuit, qui primus bellum Troianum, cui ipſe interfuerat, Græcè conſcripſit, quod poſtea à Cornelio Nepote in Latinam linguam verſum fuit. ¶ Fuit item Dares quidam ex comitibus Æneæ, qui cum Entello Siculo cæſtuum certamine con greſſus ſuccubuit: *vt refert Virgil. 5. Æneid.* Hinc locus factus prouerbio *apud Hieronymum ad Auguſtinum*, Dares Entellum prouocat. Conueniet vt ſi quando quiſpiam iuuenili temeritate laceſſet aliquem non perinde promptum ad ſuſcipiendum certamen, verùm intoleran dum ſi ſemel inierit.

DARIDAEVS, δαριδαῖος, Perſarum rex fuit eo tempore quo Apollonius Tianeus ad Indos per Perſidem iter fecit, hoc eſt, tempore Tiberij & Caij & Claudij imperatorum.

DARIDNA, Vrbs Paphlagoniæ Steph. δάριδνα.

DARIORITVM, δαριόριτον, vulgò *Vannes*. Oppidum eſt Venetorum in Gallia Lugdunenſi ad Oceanum ſitum: *teſte Pto. lib. 2. ca.* 7. Sunt qui exiſtiment idem eſſe cum eo, quod Galli vocant *Vennes in Bretagne.*

DARITAE, δαρῖται, Populi quidam. *Steph.*

DARISTANE, δαρισταίνη, Vrbs Perſica. *Steph.*

DARIVS, {דריוש *dariaveſch.* δαρεῖος.} Nomẽ regis Perſarũ, qui triginta ſex annos regnauit: cui Xerxes filius ex Atoſa Cyri filia ſucceſſit in regnũ. {GERMAN. *ein tõnig in perſia.*} Fuit & alter eiuſdem nominis Perſarum rex, qui Alexandri adoleſcentiam deſpicatam habens, bello eum aggreſſus eſt: quem tamen Alexander exiguis copiis facilè profligauit. Darius verò inſtauratò exercitu, prælio iterum congreſſus, ægrè fuga ſibi ſalutem quæſiuit, vxore & filiabus hoſtium prædæ relictis. Poſt hæc de pacis conditionibus cum Alexandro agens, quum nihil impetraſſet, redintegratis copiis tertiò congreditur, tandémque victus, quum ſe fuga victori eripere conaretur, à ſuis comprehenſus eſt & trucidatus. Hoc nomen habet penult. product. quoniam apud Græcos ſcribitur per ει diphthongum. *Claud. in epiſt. ad Adrianum*, Darium famuli manibus doluiſſe peremptum. [Mirum, quin me tua cauſſa faciat Iuppiter Philippum aut Darium triuenefica. *Plaut. Aulul. ſcen. 2. a. 2.*]

Dārīcus, pen. prod. δάρεικος, Numiſma priſcum Darij imagine percuſſum. [*Plutar. in Cim. & in Artox.*]

DARRAE, δάρραι, Populi iuxta rubrum mare. *Steph.*

DARSANIA, δαρσανία, Vrbs Indica, vbi vno die mulieres veſtem contexunt.

DARSII, δάρσιοι, Populi Thraciæ, *Steph.*

DARVERNVM, δαρούερνον, vulgò *Douures*, Portus eſt Britanniæ inſulæ, vnde breuiſſimus eſt ad Caletes traiectus. *Autor Ptol. li. 2. c. 3.*

DARVS, *Ptol.* Eſt fluuius Pannoniæ inferioris, quem *Plin. li. 3. c. 25.* Drauum appellat: hodie Moram vocant.

DASCYLOS, Bithyniæ oppidum *Plin. & Pom. li. 1. Ptol. Strabo & Steph.* Daſcylium nominant, δασκύλιον: vicinúmque lacum Daſcyliticum.

Daſia, pen. prod. δασεῖα, Denſitas ſpiritus, & ſignum eſt vocalis aſpiratæ, quod hac nota formatur.

DASSARETHAE, δασσαρῆται Thraciæ populi quos à tergo Epiro inuctos ſcribit *Plin De his Mela li. 2.* in deſcriptione Thraciæ.

DASTYLVS, Fuit Gygis pater, *teſte Herod. lib. hiſt. 1.*

Dāsypūs, huius daſypodis. {שפן *ſchaphán.* δασύπους. GA. Vn connil. IT. *Conoglio.* GERMANIC *ein haſs oder ein kunigle.* HISP. *Conejo.* ANG. *A conie or hare*} Animal eſt quod nos leporem, aut, vt aliis placet, cuniculum vocamus. *Plin. lib. 10. c. 63.* Daſypodes omni menſe pariunt, & ſuperfœtant, ſicut lepores. A partu ſtatim implentur: concipiunt, quanuis vbera ſiccante fœtu, pariunt non cæcos. Ex quo loco conſtat, *Plinium* Daſypodem à lepore diſtinxiſſe. *Budæus* tamen credit *Plinium* in ea re deceptum fuiſſe, eo præcipuè argumento nixus, quòd Ariſtoteles pleriſque in locis daſypodem à lepore non videatur diſtinguere. Si tamen diligentius ſcriptorem illum excuſſiſſet, inueniſſet locum manifeſtiſſimum, vbi ille duo hæc indubiè ſecernit, locus eſt *lib. 1. de Hiſt. animalium*, vbi ſic habet, Differunt præterea animantes moribꝰ: nam aliæ mites, remiſſæ, ac minimè peruicaces ſunt, vt boues: aliæ animoſæ, peruicaces, brutæ omnino, vt ſues ſylueſtres: aliæ ingenioſæ, ac timidę ὅσῃ δειλαφος ἐϛ λαγως καὶ δασύπους, hoc eſt (*interprete Theodoro*) vt cerui, leporis, cuniculi. *Polybius tamen lib. 12.* hiſtoriarum, cuniculum Latino nomine appellare maluit, non ſecus ac ſi Græca lingua animalis eius nomenclatura deſtitueretur. Ait enim naſci animal lepori ſimile κουνίκλου καλούμενον. Hiſce argumentis adductus *Eraſmus*, vertens adagium illud, apud Græcos vſitatiſſimum, δασύπους κρεῶν ὀπτητὴρ, maluit Græcam dictionem ſeruare, quàm de re incerta quippiam temerè pronunciare. Sic enim vertit: daſypus carnes deſiderat. Dicitur in eos, qui ea requirunt ab aliis, quæ ipſis affatim ſunt domi.

Dātārius, Datatim, *Vide* DO.

DATES, Vnus fuit è ducibus Darij, qui *teſte Hero. lib. 6.* bello apud Marathonem victus eſt.

DATVM, δάτον, Vrbs Thraciæ: ciues Datenei. *Steph.*

DATYLEPTI, δατυλεπτοί, Populi Thraciæ. *Steph.*

DAVE, δαύη, Vrbs Arabiæ. *Steph.* Gentilia Danæus, Dauenus, Dauites.

DĀVLĬS, Nympha, è qua Daulidi vrbi nomen. *Step.*

DAVLIA, vel Daulis, δαυλὶς, *Ptolemæo* oppidum Phocidis fuit, olim ſub ditione Terei regis Thracum, vnde Philomela ab Ouidio Daulia dicitur, quòd in Daulide vrbe in auem ſui nominis fuerit conuerſa, Deflet (inquit) Threicium Daulias ales Itym.

Dāucŭs, δαῦκος. Herba eſt ſimilitudine fœniculi, candidioribus tamen foliis & minoribus hirſutiſque caule pedali recto, radice ſuauiſſimi guſtus. Plura eius ſunt genera, *qua vide apud Plin. li. 25. c. 9.*

DAVNIVM, δαύνιον, Vrbs Italiæ. ¶ Eſt & Daunium murus Thraciæ. *Steph.*

DAVNOTICHITAE Scepſi, σκήψιοι δαυνοτειχῖται. *Vide Stephanum* in Scepſa.

DAVNVS, Filius fuit Pilumni & Danaes, & auus Turni, qui in Apulia regnauit: à quo etiam regio illa, Daunia dicta eſt. ¶ Alter fuit Daunus prioris filius, qui ex Venilia ſorore amata Turnum ſuſcepit. *Virg. li. 12.* Dauni miſerere ſenectæ. ¶ Eſt quoque flauii nomẽ in Apulia. Vnde *Horat. lib. 3. Carm. Ode 33.* Qua paupet aquæ Daunus agreſtium Regnator populorum, &c.

DAVNI, Italiæ populi à Dauno duce Diomedis ſocero victi: horum oppidum eſt Salapia, Annibalis meretricio amore inclytum, *vt ſcribit Pl. lib. 3. c. 11.*

DAVNIA, δαυνία, vulgò *Puglia pugiana*, Apulia, à Dauno Illyricæ gentis claro viro, Diomedis ſocero, qui eam condidit.

DAVRISES, *Herodoto circa finem libri ſexti*, vnus ex Darii ducibus fortiſſimus, eiuſdémque gener, qui in inſidiis à Cariis cæſus eſt.

DAVSARA, δαύσαρα, Vrbs circa Eſſedam. *Steph.*

Dautia, quæ & Lautia dicimus. Munuſcula, quæ dantur legatis hoſpitij gratia. *Feſt.*

D ante È

Dē, {מן *min.* παρά. GAL. De. IT. *De, di, da* GER. Von. HIS. De. ANG. *Of pfome.*} Præpoſitio eſt, quæ ſeparata ſignificat ἀπό hoc eſt, à vel ab vel ex: vt Audiui de patre tuo. ¶ Item περὶ. *Cic. 3. de Orat.* Oratio Craſſi de colonia Narbonenſi & altera de lege Seruilia. Item propter *Terent in Eunuch.* Quantum me amas de fidicina hac? [De qua cauſſa, pro qua de cauſſa. *Gell. c. 13. lib 5.* De ſuo offerre. *Suet. in Aug. c. 44.* Vide pectus: De manu reddere ſtrenam. *Suet. in Tib. c. 34.* Nec timui eſſe de morte tantum. *Ouid. 3. Faſt.* De ea re argumenta paucis verbis eloquar. *Plaut. Amph. ſc. 1. a. 5.* Hæc ſunt verba de lege (i. legis.) *Gell. cap 1. lib. 20.* De calumnia damnari, *Idem cap. 2. lib. 14.* De ſua peribant proſcripti. *Senec. c. 20. lib. de Conſ. ad Mart.* De claſſe eum reduxi *Ouid. 13. Meta.* De palla memento amabo. *Plau. Aſin. ſc. 2. a. 5.* * Qua de re, pro quamobrem: *Plau. Amphit.* Meo de ſtudio erant veſtra. *Plau. Aſin. ſc. 3. a. 1* Quæ nolebam de induſtria fugiebatis. *Plau. Aſin. ſc. 3 a. 1.* De ſuo opſonari filiæ in nuptiis. *Plau. Aul. ſc. 1. a. 2.* Te de alia re reſciuiſſe cenſui. *Plau. Aul. ſc. 6. a. 4.* De iſta re tibi non aduerſabor. *Plaut Aut. ſc. 3. a. 1* Ita cõmenti (ſunt dolum) de ſua ſententia. *Plau Capt. prolog.* De compacto: Vide Compingo. Inceptis de te ſubtexam carmina chartis. *Tib lib. 4.* De Danais quis te laudat: mox, De tot Graiorum millibus. *Ouid 13. Met tam.* De improbis auferri præmium decet. *Plau. pſeu. ſc. 7 a. 4.* Nam ipſam experior de me, & de me ipſam ſcio. *Plau. Amph* De iſta re cõ quieſcito. *Plaut. pſeu. ſc. 1. a. 1.* Credit tibi de iſtis *Pl. Mer ſc. 2. a. 4* De ſemita. *Pl. Cur. ſc. 3. a. 2.* De foribus intereà ſis vide. (i. caue attigeris) *dẽ Amphitr.* Quid de te merui, qua de cauſſa tu me perderes? *Plaut. Men. ſc. 2. a. 3.* De illo emi virginem. *Idem Curc. ſc. 3. a. 2.* De illis verbis caue tibi. *Plau. Men. ſc. 2 a. 5.* De crimine natus Erichthonius. *Ouid. Eleg. 1. lib. 2. Triſt.*] ¶ Item Deorſum, ſicut Sus, Surſum: vnde Súſque déque feto, veteres dicebant, hoc eſt, ſurſum an deorſum res feratur pari facio. ¶ Item ponitur pro è, *vt apud Suet. in Caligulã ca. 37.* Fabricauit & de cedris Liburnicas, gemmatis puppibus, pro è cedris. [Quem tu diua memor de Pane monilibus ornas. (i. paniceis) *Ouid. 6. Faſt.* Lituras De lacrymis factas ſentiat eſſe meis. *Ou Ele. 1. li. 1. Triſt.* ¶ De nihilo (i. nulla cauſſa) *Liu. 4. d. 4.* De nihilo dicunt contumeliam. *Plaut.*] ¶ Item memoratiuam vim habet: vt Cicero ſcripſit de Officiis. *De nocte abire, id eſt, in nocte, vel per noctem. Teren. Adel.* Cum prima lucè ibo hinc. M. imò de nocte cenſeo. Vbi Donatus dicit abundare DE. [Imò phraſis latina eſt, nihilque frequentius apud Cæſarem & claſſicos Autores. *Liu 4. d. 4.* De tertia vigilia nauem conſcendit. De die: *Suet. in Calig. c 37.* De mediã nocte. *Idem Suet. in Calig. c. 20.* Et, de die dabitur. *Plau.* De die potare. *Idem.*] *Cic. pro Murena*, Vigilas de nocte, vt tuis conſultoribus reſpondeas. *De meo conſilio, de mea ſententia, & ſimilia, pro me ſuadente & conſulente, &c. Sæpe apud Cic.* *De eodem genere, pro eiuſdem generis. *Cic. 4. Tuſc.* Afflictio, deſperatio: & ſi qua ſunt de genere eodem. *De, pro quantum pertinet ad *Teren. Hecy.* Nam de reducenda; id verò neutiquam honeſtum eſſe arbitror. *Cic. ad Lentulum li. 1.* Cedit religioni de exercitu. *De pro poſt. *Plaut. Moſt.* Non bonus eſt ſomnus homini de prandio. *De pro Ad. vt, Ædificare de exemplo alterius. *Plan. Moſt.* *De ſcripto dicere, id eſt, legendo. *Cic. de Cl. Orator.* *De ſummo loco, ſummóque genere filius. *Plau. Capt.* [*Et Aul. prolog.* De ſummo ſummus Iupiter. *Plau. Amph. ſc. 3. a. 4.* Item de ſupero (i. de tecto) *Ibid.* Quò de genere natus. *Plaut. Capt. ſc. 2. a. 2.* Adoleſcens de equeſtri loco. *Gell. c. 9 li. 19.* ¶ Qua ex de pecunia. *Auguſt. in Breuiar.* ſub finem. Ex agri de politioribus eiiciuntur. *Varro apud Nonium in Politio.* ¶ Præpoſitio De anceps eſt. *Gell. cap. 16. lib. 6.* (i. modò auget, modò minuit.)] Compoſita verò aliquando detractionem notat, vt Decortico, Delibro, Deueſtio, Deplumo, Depilo, Decaluo, Deatmo.

¶ In aliquibus deorſum κάτω, vt deſcendo, defluo. ¶ Interdum non, vt Delumbe, quod eſt non habens lumbos. ¶ Interdum actiua eſt, ſiue intenſiua, vt Deamo, Deprauo. ¶ Interdum diminutiua, vt Decreſco, Deferueſco.

¶ Interdum priuatiua ſiue negatiua, vt Deſperatus, Demẽs, Dedecet. ¶ Interdum localem vim obtinet, vt Deambulo.

¶ Interdum deficientem vim ſui ſimplicis indicat: vt Diſco, Dediſco: Tego, Detego: Docco, Dedoceo. ¶ Interdum eſt honoris exhibitiua, vt Defero, Deduco. ¶ Significat etiam quandoque in totum vel omnino, vt Demando. ¶ Quandoque aperè ſeu palàm, vt Demonſtro. ¶ Componitur autem cum dictione incipienti ab a, vt Deamo: b, vt Debacchor: c, vt Decerno: d, vt deducote, vt Deero: f, vt Defero: g, vt Deglutio: h, vt Dehiſco: i, vt Deiicio: l, vt Delabor: m, vt Demiror: n, vt Denudo: o, vt Deoſculor: p, vt Depellor: r, vt Deriuo: ſ, vt Deſudo: t, vt Detraho: u, vt Deuenio ¶ Patitur nonnunquam eliſionem, metri gratia: ſicut in Deinde & Dehinc. *Virg. lib. 1. Æneid.* Oſcula libauit natæ, d'hinc talia fatur, vbi elidítur e.

Dĕă, deæ, fœm. à Deus. {θεὰ, θεὸς, ὁ. GALL. Deeſſe. ITA. *Dea* GER. Göttin. HISPANIC. *Dea, diosa.* ANGL. *A goddeſſe.*} *Virg. 1. Æneï.* nec vox hominem ſonat, ô dea certè. ¶ Deæ triformis ſacra, id eſt, Hecates, quę & Luna & Diana & Proſerpina creditur eſſe. Luna quidem in cælo, Diana in terris: & Proſerpina apud inferos. *Ouid. 7. Metam.* Auxiliaris dea. *Ouid. 9. Metam.* -quum te partu Lucina leuarit, Tollere quicquid erit, dea ſum auxiliaris opémque Exorata fero. ¶ Vltrices deæ. *Seneca de Oſtauia.* Tartara teſtor, Erebúque deas ſcelerum vltrices

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

[Suáque eripere æde Deam (i.signum) *Ouí.13.Metam.*Te omnes Dij deæque perduint.*Plau.Curc.fc.3.a.5.*Iure deas veneror.(Musas)*Ouid. Eleg.1.lib.4.Triſt.*Nate dea dixi.*Idem 13.Metam.*

Dēăcīnātŭs,adiect. {ἀπεῤῥαγισμένος,ὁ τῆς ῥαγὰς ἐστερημένος ἢ κεκαθαρθείς. GAL. De qui on a oſté & nettoyé les grains de raiſin.ITAL.*Modato da granelli.*GE Von traubenbeeren woll geſeuberet. HIS.*Vaziado de los berujos de las vuas.* AN *That is cleenſed of the kernelles of grapes or lik fruite.*} vt Deacinata dolia,à quibus abſterſi ſunt acini. *Cat.de Re ruſt.capit. 16.*Vbi erit lectum poſt dies triginta:ſi bene deacineta erunt dolia,ob limito.

Dēălbo,idem eſt quod album reddo,album tectorium induco. {הלבין *hilbin.*λευκαίνω.GALLIC.Blanchir par deſſus.ITAL.*Imbiacare.* GER. Weyſſgen/oder weyß machen.HISP.*Blanquear,emblanquecer.* ANGL. *To mak white,to whitelime.*} vt Dealbare parietem,eſt album tectorium ſuperinducere.*Curtius ad Cic.* Nec ſolere duos parietes de eadem fidelia dealbare.

Dēălbātŭs,a,um,participium,idem quod albo inductus colore.*Sueton.in Galba,c.9.*Multóque præter cæteras altiorem & dealbatam ſtatui crucem juſſit,

Dēāmbŭlo,Ambulo,inambulo.התהלך *hithhallećh.*περιπατέω. GAL.Se pourmener.IT.*Paſſeggiare.*GE.Hin vnd wider gehen/ſpatieren.HIS. *Paſſear.*AN.*To walk,to go.*}*Ter.in Adelp.* Deambulare huc libitum eſt. *Cic.lib.1.de leg.*Quin igitur pergimus ad illa ſpatia noſtra, ſedéſque, vbi cùm ſatis erat deambulatum requieſcemus?

Dēāmbŭlātĭo,Ambulatio.{הליכה *hałiceháh.*ὁ περίπατος.GALL. Pourmenement ou pourmenoir.ITA.*Paſſeggiamento.*GERM.Spatzierung/das hin vnd här gehen.HISP.*Obra de paſſearſe.*ANG.*A walking.*} *Terent. in Heaut.*}Vel me hæc deambulatio,quàm non laborioſa,ad languorem dedit.

Dēāmbŭlātōrĭum,Locus in quo deambulamus.{περίπατος. ANG. *An alley or gallerie to walkin.*}

Deămo,Valde & ex animo amo.{עגב *ʿaghábh.*ἐράω.GA.Fort aimer.IT. *Amar di cuore.*GE.Hertzlich oder innigklich lieben.HI. *Amar de coraçon.* AN *To loue tenderly.*}*Ter.in Heau.*Næ ego ſum fortunatus,deamo te Syre.*Plau.Truc.*Magna nunciauit Chiamus hodìe gaudia, mea dona deamata acceptáque habita eſſe apud Phronesium.

Dēarmātŭs,exercitus,hoc eſt,Exarmatus,id eſt,armis ſpoliatus. {ἀοπλισμένος,τὰ ὅπλα ἀφῃρημένος.GA.Deſarmé.IT.*Eſſercito diſarmato.* GE. Ein Kriegshauff der weerloß gemacht iſt.HIS.*Hueſte deſarmada* AN.*Spoiled of armour or vnarmed.*}*Liu.4.ab Vrbe.* Conſul triumphans in vrbem redit,Iuilio Volſcorum duce ante currum ducto,prælatiſque ſpoliis, quibus dearmatum exercitum hoſtium ſub iugum miſerat.

Dēārtŭo,as Artus incido,artus adimo,& eripio. {נתח *nittáćh.*διατρῶ. GAL.Deſmembrer.IT.*Smembrare.*GER Die glider abhauwen/Ein glid nach dem anderem abhauwen/ zerſtucken.HI. *Deſpedaçar en miembros.* AN.*To deſmember.*[Dilacerauiſti,deartuauiſti apes.*Plau.Capt.ſc.5.a. 3.*]*Plaut.in Capt.*[*ſc.4.& 3.a.5.*]Tum igitur ego ærumnatus, deartuatus ſum miſer ſceleſti huius technis.

Dēāūro,as,Inauro,auro tego.{צפה צרף *tſippah ẓahaf.*χρυσόω.GAL.Dorer.IT.*Indorare.*GER.Vergulden. HIS.*Dorar par defuera.*AN. *To gild with gold.*}vnde Deauratus διάχρυσος.

Debăcchārī,Propriè eſt præ ebrietate furere,bacchari.{השתגע *hiſchtaghgéhaʿ.*GAL.Iniurier autruy en maniere d'yurongne, faire quelque inſolence IT.*Furiare per ebrieʒza* GER.Töben / oder wüten / vngeſtüm ſein auß trunckenheit.HI.*Vſar de furor por embriaguez.*AN.*To rage and rayle like a dronken man,to be woode angrie.*}Quanquam etiam debacchari dicimus eum qui præ furore mentis ſuę non ſatis compos, nihil conſideratè agit,& ſine fructu tumultuatur. *Terent,in Adelph.* S: ſaris debacchatus iam es leno,audi ſi vis nunc. SAN. Egón' debacchans ſum in te,an tu in me?

Dēbĕllārē,Bello vincere vel capere. {נצח *nitſſeáćh.*κατακρατεῖν,καταγωνίζεσθαι GALLIC. Vaincre par guerre,ſurmonter.ITAL.*Vincere in guerra.*GER. Mit krigen vberwinden vnd bezwingen HI.*Vencer ò tomar por guerra* AN *To vanquiſh and onercome by warre.* } Et propriè Debellamus homines,Expugnamus caſtra,vrbes,naues & huiuſmodi.*Pli. lib.6.*Darium Alexander debellauit.*Liuius lib.8.*Debellatum eſt eum Græcis,id eſt,finitum eſt bellum. *Virg.6.Æneï.* Parcere ſubiectis,& debellare ſuperbos.

Dēbĕllātŭs,ta,tum,partici.Victus,ſuperatus.{מנצח *menaſſućh.*κατακρατούμενος,ἡττώμενος.GA.Vaincu,ſurmonté.IT.*Vinto,ſuperato.*GER.Mit krieg ſmacht beſtritten oder vberwunden.HIS.*Vincido.* ANG. *Ouercome by warre fare.*}*Liu.8.ab Vrbe,*Debellatus vi hoſtis.

Dēbĕllātō,vice aduerbii.*Liu.10.bel.Pun.* Scipionem velut iam debellato,Vticæ oppugnandæ intentum auertit fama redintegrandi belli.

Debellandus,a,um,Participium futuri temporis.*Virg.5.Æn.*gens dura,atque aſpera cultu Debellanda tibi Latio eſt.

Dēbĕllātōr,Verbale.{מנצח *menaſſućh.*κατακρατητής.GALL.Vainqueur, ſurmonteur,victorieux.ITAL.*Vincitore,vittorioſo.* GERM. Ein vberwinder vnnd ſiger im krieg.HISPAN.*Vincidor.*ANGL.*A conquerour,a vanquhyshour.*}vt Cruenti gurgitis debellator, *apud Statium libro nono Thebaid.*

Dēbĕo,es,debui,debitum. q.d. dehabeo,Deſino habere, vel deſino beatus eſſe ea re,quam debeo.Sic debilis,qui deſiit habilis eſſe. *Velleius,*Quem ſupplicio debuerat,prælio ſpiritum reddidit. *Ouí.13.Metam.* Non immeritæ deberi præmia dextræ.*Quintil.* Cui ego omnia volo & debeo.*Velleius*, Omnia ſua incrementa ſibi debuit. *Cicero.* Diues ſum,ſi non reddo illis quibus debeo. *Plaut.Curc.ſc.1.a. 3* Eo te macto infortunio,quo mactare ſoleo quoi nihil debeo. *Plaut. Curc.ſc.3.a.4.*Cui niſi malum nihil debeo.*Ibid ſc.4 a.4.* Semper iſtoc modo moratus viuere debebas. *Plaut.Moſtell ſc.4.a.1.* ¶ Item pro exigere.*Iuuenal.Sat.10.* Pœnas quaſcunque mariti irati debent,(id eſt exigunt.)]Pertinet ad omnia quibus deuincti ſumus:quod vulgò *Teneor*,ſeu *Debitor*,aut *Obligatus ſum* dicitur. {ὀφείλω. GALL. Deuoir,eſtre tenu & obligé.ITAL.*Deuere,eſſere debitore,tenuto,obligato.* GERM.Schuldig/pflichtig/ſöllen.HISP. *Deuer ſer obligado.* ANG. *To owe;to be bound to.*} *Cicer.Planco*, Perfice, vt no minus Reſpublica tibi, quàm tu Reipublicæ debeas. *Idem Seruio*, Homo & maximis meis beneficiis deuictus, & propè omnium qui mihi debere aliquid videntur gratiſſimus. ὑπόχρεως. *Plaut.in Curc.* Beatus mihi videor,ſubduxi ratiunculam quantum æris mihi ſit,quantúmque alieni ſiet:diues ſum,ſi non reddo iis quibus debeo.*Sall.in Catill.* Res autem opportuna videbatur, quòd is priuatim egregia liberalitate publicè maximis muneribus grandem pecuniam debeat. Sæpiſſimè verò pro oportet.*Cic.ad Attic.*Si volent grati eſſe,debebunt Pompeium hortari,vt ſit amicus.

*Debetur inuentio illi.*Plin.li.18.c.7.*Inuentio eius Chio inſulæ debetur, Id eſt attribui debet.

Dēbĭtŏr,{לוה *louéh.* δανειοδόχος,χρήστης,ὀφειλέτης.GALL.Debteur.ITAL. *Debitore.*GERM.ein ſchuldner.HIS.*Deuder.*AN.*A debtour,that oweth.*} *teſte Modeſtino*, proprie dicitur is à quo inuito exigi pecunia poteſt. *Cic.ad Att.lib.3.*Titinius debitoribus ſuis renuntiauit vt eodem fœnore vterentur.*Idem pro Flac.*Fecit eadem omnia quæ noſtri debitores ſolent:negauit ſe verſuram vllam feciſſe.[*Lex.11.tab.*de debitoris corpore diuidendo. *Quin.li.3.*] Debitori crediram pecuniam condonare, *Cicer.2.Offic.Plin.in Paneg.* Nam liberalitatem iucundiorem debitor gratus,clariorem ingratus facit.

Dēbĭtĭo,Debitum {חוב חוֹב *maſchſchéh.* ὄφλημα. GAL.Debte. ITA. *Debito.*GE Die ſchuld HISP. *Deuda.* AN. *A owing.*} *Cic.pro Planc.*Per quam diſſimilis eſt pecuniæ debitio & gratiæ:nam qui pecuniam diſſolut ſtatim,non habet id quod reddidit:qui autem debet,ęs retinet alienum.Gratiam autem & qui refert,habet: & qui habet, in eo ipſo quod habet,refert.

Dēbĭtum,ſubſt.Æs alienum,debitio,nomen {חוב חוֹב *maſchſchéh.* χρέος,ὀφείλημα GALLIC Debte,ce qui eſt deu.ITAL.*Debito.* GERM.ein ſchuld.HISPA.*Deuda.*ANGL.*Debte,that is owen.*}*Cic. in Oratione ad populum antequam iret in exilium*, Fidei conducit in loco debitum retribuere.

Dēbĭtūrī,Antiquo more dicturi,pro debitum iri,quemadmodum Datu ri,pro datum iri,& defenſuri,pro defenſum iri.

Dēbĭtŭs,a,um,part Quod debetur.{χρεωστούμενος.GAL.Deu.IT.*Douuto conueneuole.*GE.Schuldig/pflichtig HI *Deuido,quello que algun deue.*AN. *Due,owen.*}*Idem in Phi.*O fortunata mors,quæ natura debita,pro patria eſt potiſſimum reddita. ¶ Frequenter etiam *apud Cic.*accipitur pro Meritus,ſiue Iuſtus.*In epiſt.ad Att.*Huic habiti à me honores nulli niſi debiti.*Idem 9.Philip.* Iuſtum ac debitum honorem alicui decernere.[Debita Troianis exercet ſpicula fatis. *Ouid.13.Met.* Et tandem Caco debita pœna fuit.*Ouid.5.Faſt.*]

Dēbĭlĭs,le,ex De,& Habilis quaſi parum habilis:mancus, infirmus,imbecillus.leuis,{חלש *ćhaláſch.*ἀδύνατος.GALLI.Debile,foible,caſſé.IT. *Debile.*GERM. Schwach/vnmögend.HISP.*Flaco.* ANG.*VVeak feble.*} *Terent.in Adelph.*Membra in metu debilia ſunt.*Cic.3.in Cat* Infirmos ſine illo,ac debiles fore putabam,Imbecillis ac debilis ſenex, *Cicer. pro Seſt.*]Debile opus,de vaſe rupto,vel fracto vel curato.*Martial.epigr.6.lib.8.*]

Dēbĭlĭto,as,are, Debilem reddo,frango, infringo,minuo,comminuo, {חלש *ćhaláſch.*ἐξασθενίζω.GAL.Affoiblir,debiliter,amoindriles forces. IT.*Far del ole,tor le forze* GER Schwächen/ſchwach oder blöd machen. HI.*Enflaquecer.*ANG.*To make weak or feble.*}*Cic in Vatin.*Quæ leges ſæpenumero Tribunitios furores debilitarunt,& repreſſerunt.[Conantem debilitabit onus ſcribendi.*Ouid.El.1.lib.2.Triſt.*Eruentur tibi oculi,debilitabuntur pedes.*Seneca*, Debilitaturum te petit *improbus* munus.*Ouid.13.Met.*]

Dēbĭlĭtārī,paſſiuè.*Cic.de Finibus,*Turpe eſſe viro debilitari,dolore frangi,ſuccumbere.*Ibidem,*Recitatis literis,debilitatus,atque abiectus conſcientia,repentè conticuit.

Dēbĭlĭtās,atis,Infirmitas.{חלושה *ćhaluſchah.*ἀσθένεια.GAL. Debilité,foibleſſe.IT.*Debolezza.*GERM.Schwachheit/vnmögenheit. HIS *Flaqueza debeledad.*ANG.*Febleneſſe,weakeneſſe.*}*Cic.1.de Finibus.*Vt ſuccumbere doloribus, eóſque humili animo imbecilloque ferre miſerum eſt, ob eámque debilitatem animi multi parentes reliquerunt [Morbi & debilitates.*Gell.c.1.lib.6.*]

Dēbĭlĭtātĭo,{חלושה *ćhaluſchah.*ἀσθένημα,ἀῤῥώστημα. GAL.Debilitation, diminution de forces,affoiblilſement,affoibliſſure.ITAL.*Debilitamento,l'infermarſi.*GERM.Schwechte/oder ſchwechtung.HISP *Flaqueza debeledad.*ANGL.*A making,weak or feble.*}*Cic.in Piſonem.*Quid debilitatio atque abiectio animi tui.

Deblatero,as,are,{ϛωμύλλω,ϛωμύλλομαι.GA.Babiller.ITAL.*Parlare ſtoltamente.*GERM.Bladeren/klapperen. HIS.*Hablar boverias.* AN.*To hable prate or chatte.*} Eſt ſtultè loqui,*inquit Feſtus*,nam βλάκας,ſtultos vocant Græci. *Nonius* verò deblaterare, Obloqui & confingere interpretatur.*Plaut.Aul.*Vbi es tu, quæ deblateraſti iam vicinis omnibus, Me meæ filiæ daturum dotem? *Gell.lib.9.c.15.* Deblateratis verſuum multis millibus.

*Debuccinare,pro Buccinare vſus eſt *Tertull.de velandis Virgin.*

Dēcāchĭnnārī,Eſt deridere,vt eſt apud Tertullianum. {צחק *ſićhéḳ.* διακαγχάσαι.GA.Se moquer en riant.IT.*Beffare.*GE.Verlachen.HIS.*Eſcarnecer reiendo.*AN.*To mock and ſcorne.*}

Dēcāchōrdum,{עשור *ʿaſchór.*δεκάχορδον.}Inſtrumentum muſicum decem cordas habens.

Dēcăcūmĭno,as,pe.cor.Cacumen præcido,ſiue cacumine priuo,{ἀκροτομέζω,βλαστολογέω.GAL.Tondre par le coupeau,deſcoupeler.ITA.*Tagliare la cima.*GERM.Abſtumpfen/den dolder an den beumen abhawen. HISPA.*Cortar la cumbre.*ANG.*To tak away the coppe of any thing.*}Vt de βλαστολογίᾳ *Theodorus* decacuminationem vertit,&c.*Col li.6.*Poteſt etiam vltimus ſic diſponi,vt adhuc tenera decacuminetur,ne altitudinem decem & quinque pedum excedat.*Plin.l.17.* Similem & decacuminatio rationem habet cupreſſi,picæ,cedri:hæc enim detracto cacumine,aut ignibus adusto intereunt.Decacuminatio quomodo fieri debeat,require *ex Theophr.4.c.17.*

Dēcădōrŭs,pe.prod.δεκάδωρος.Longus decem palmis.

Dēcălcātum,Calce litum ποδοστωμύλιον.

Dēcălŏgŭs,δεκάλογος,pe.cor. Sacrum volumen quod decem Legis præcepta continet.

Dēcānto,as,penul.product.Laudo,celebro,diuulgo.{זמר שׁמר *ʒimmér ſchibbeá.* ὑμνῳδέω.GALLIC.Chanter çà & là,chanter par vers,donner los. ITALIC. *Diuolgare,celebrare.* GERMA. Hoch loben/rhümen/preyſen.HISP.*Diuulgar par fama y gloria.* AN.*To repor te or ſpeake of ten of to praſe muche.*} ¶ Interdum idem quod iterum atque iterum repeto,

pero, & ad fastidium vsque inculco, πανυλογῶ. *Cic. ad Attic. l. 5.* Etenim hæc decantata erat fabula. *Idem 3. de Orat.* Græcus doctor qui alicui peruulgata præcepta decantet. *Idem 1. de Finib.* Quæ quidem res efficit, ne necesse sit iisdem de rebus semper quasi dictata decantare, neque à commentariolis suis discedere. [Cum multa diserte decantauerunt *Quintil.*]

Dēcăphŏron, δεκάφορον. Lectica quę fertur à decem hominibus: sicut Hexaphorum, quæ à sex.

DECAPOLIS, {δεκάπολις. GE. Ein landtschafft in Syrien/hatt den nammen von zehen stetten. Regio Syriæ, Iudææ proxima: ita dicta á numero oppidorum, quæ sunt Damascus, Opoton, Philadelphia, Rhaphana, Scythopolis, antea Nysia: Gaddara, Hippon, Dion, Pella, Calasa, Canatha. Eadem & Decapolitana regio appellatur à *Plinio libro quinto capite* 18.

Decaproti, penultim. prod. δεκαπρῶτοι, Quid decaprotiæ munere funguntur. *Cicero*, Decemprimos vocat. *Vlpian. l. & quiff. de munerib. & honorib.* Decaprotos minores etiam annis XXV. fieri iampridem placuit.

Dēcăpŭlo, as, pen. cor. Euacuo. {ערה *barák*. μεταγγίζω. GA. Desemplir, & mettre d'vn vaisseau en autre. IT. *Votare, euacuare*. G. Oben abschütten/ Außschultē. HI. *Vaçiar*. A. *To make emptie or powre out of one vessel into another*. } à Capulis deductū, quę sunt vasa ansata, quib. oleum deplori solet. *Plin. li. 15. c. 6.* Quare sæpiùs die decapulandum, Vnde & Capulator, *de quo suprà*.

Dēcārchŏs, δεκάρχος, à Græcis appellatur, qui decem præest militibus, quem Latini vocant Decurionem.

Dēcas, adis. {עשור *ḥasór*. δεκάς. GALL. Dizaine. IT. *Decima*. GER. Das zehen in im begreifft. HIS. *Diez numero*. ANGL. *Any thing of the number often*. } Aliquid decennarium numerum continens. Hinc Liuij Decades dicimus, operis sectiones, quarum singulæ decem continent libros. Quanquam non desunt qui Liuium historiam suam in libros, non in decadas voluint distribuisse: quorum opinioni quo minus accedam, faciunt decimo cuique libro præfixæ præfationes, quæ reliquis nullæ præfiguntur.

Dēcaulescŏ, scis, Caules vel frondes amitto. {ἀποκαυλίσω. *Plin. libro* 16. *cap.* 7. Raphanus vtique iucundior detractis foliis antequam decaulescat.

DECEALES, Populi Liguriæ. *Plin. li. 5. c. 5.* Ligurum celeberrimi vltra Alpes Salyi, Deceates, Oxybij.

Dēcēdo, is, Abeo, discedo. {חלך *haláḳh* סר *sar* אזל *azal*. ἀναχωρέω. GA. Se departir, s'en aller. ITALIC. *Partire, andarsene*. GER. Hinweichen/ abweichen/ hinweg gehn. HIS. *Partirse de lugar*. ANGL. *To depart, to go away*} *Celius Ciceroni*, Quod tibi decedenti pollicitus sum. [Hac significatione sæpe apud Cæsarem, *vt lib. 1. de bell ciu.*] *Teren. Heauton.* Decederam ita hæc: etsi meritò iratus est. Propriè verò à mandato custodiæ loco recedo: vt Consules de prouincia dicuntur decedere, & Præsides de vrbibus. *Cicero Attic.* Non putet nos senatus antè oportere decedere, quàm nobis successum sit. ¶ Decedere de summa, est de summa aliquid detrahi, eámque imminui. *Terent. Adelph.* Mea, quæ præter spem euenêre, vt antur fine: de summa nihil deceder. ¶ Item de cedere, est Detrahi, siue minui. κατανεύω, ἐλαττόω: & sic eleganter habet datiuum. *Lactant. libro primo*, Id autem solidum existimandum est, cui nihil decedere: id perfectum cui nihil possit accedere.] Decedat nobis timor, *Liuius 8. bell pun.* & sæpiùs, Qui minus liceat mihi minitarier populo, ni decedat mihi. *Plaut. Amph.*] Interdum idem est quod simplex cedo, hoc est, locum do. *Cic. antequam iret in exilium*, Ego inimicorum amentiæ salutis omnium causa decedam. *Et paulò post.* Si violentiæ impetu opprimimur, decedam pro omnibus vnus Tribunitio furori. ¶ Decedere via, est per errorem, siue honoris gratia digredi ἐξίστασθαι ὁδοῦ. *Sueton. in Cæs.* Et quum luminibus extinctis decessisset via diu errabundus, tandem ad lucem duce reperto, per angustissimos tramites pedibus euasit. *Plaut. in Trin.* Decedam ego de via, de semita, de honore populi. [*Et in Amphitr.* De via decedite.] ¶ Decedere de suo iure, est non summo iure agere, sed aliquid sui iuris condonare comiter, τοῦ δικαίου τι ἐκ τοῦ εὐκαίρου. *Cicero 2. Offic.* Est enim liberale, paululum nonnunquam de suo iure decedere, & interdū fructuosum. ¶ Rursus decedere ponitur pro mori, ἀπαλλάττομαι, & per se plenum est, vt sub intelligatur vita tanquam de custodia & gubernatione corporis proficisci: vt eo modo dicatur Decessit, quo Defunctus est *Cicero ad Atti. libro primo*, Pater nobis decessit ad VIII. Calend. Decemb. Decessit eo morbo, pro mortuus est, *apud Sutton. in Vitellio capite* 3. Decessit paralysi altero die quàm correptus est [Decessit filius tuus. (i. decurrit ad eum finem ad quem omnia perarant. *Senec. cap. 11. de Consol. ad Mar. Et Liuius vbique lib. 5. ab vrb. & 10. d. 4.*] ¶ Decedere de statione vitę, figurate apud eundem in Catone, Vetat Pythagoras sine iussu Imperatoris de præsidio & statione vitæ decedere. Ex dictis exemplis colligi potest, quòd hoc verbum ablatiuum habet aliquando cum præpositione De, aliquando verò sine ea: vt, Decedere via, vel de via: Decedere iure suo, vel de iure suo Decedere officio, vel de officio, quod est contra officium aliquid facere. [¶ Item decedere flaminio (id est, deponere honorem eum) *Gell. ca. 7. li. 10.*] Sic decedere instituto suo, vel de instituto, aut more suo, id est, secus quàm quis solitus sit agere, mores mutare. [*Liu. 7. d. 4.* Decedere instituto. bis. *Idem 4. d. 4.* Decedere fide: *Et lib. 5. d. 5.* Si decedi fide vidissēt. Item Decedere loco (in pugnam.) *Plaut. Amph.* Nec decedit loco, quin statim rem gerat.] ¶ Decedentibus rebus, pro succedentibus. *Sueton. in Cæsar. capite* 24. Sed prosperè decedentibus rebus. & sæpius & plurimum quum quisquam vnquam dierum supplicationes impetrauit. [¶ Decedente aut adolescente luna: *Gell. capit. 15. libr. 10.*] Dies decedens, id est occasus. *Virg. 4. Geor.*

Dēcessŏr, verbale est à Decedo, significans eum qui iam magistratu defunctus decedit de prouincia, & successori suo eam tradit. {ἀναχωρῶν. GA. Celuy qui s'en va, & laisse la place à vn autre. ITAL. *Chi se ne va, & da luoco ad altri*. GERM. Dón seinen ampt abweichen oder abträtten. HIS. *El que da lugar al successor*. ANG. *He that goeth away and leaueth place to another*. } *Vlpian. in l. obseruare ff. de offi. Proconf.* Rectè autem & ordine faciet, si dictum decessori suo miserit, significétque quo die fines sit ingressurus. Decessorem itaque Latinè vocabimus, quem vulgò *Predecessorem* vocant, cui scilicet in officio aut alia quauis re succedimus.

Dēcessĭo, onis, & decessus, ūs, ui, Abitus, decessus. {ἀναχώρησις. GA. Departement d'vn lieu. ITA. *Il partirsi & dar luoco ad vn altro*. GER. Ein abweichung/ obergebung. HISPA. *Aquella partida de lugar*. ANG. *A departing or departure*. } *Cic. ad Qu. frat. li. 1.* Ego tibi spem maturæ decessionis afferebam. *Idem Sulpitio lib. 4.* Is mecum sæpe de tua mansione aut decessione communicat. *Cæs. 3. bell. Gall.* Vulgò credebatur ab eius decessu ferere solitos. *Celsus libro 3. capit. 12.* Sub decessu febris cibum sumat.

DĔCĔLĬĂ, siue Decelea, penultim. product. Δεκέλεια, Agri Attici locus est in tribu Hippotoontide: cuius frequens mentio est apud Thucydidem.

Dēcem, Numerale, inclinabile, à Græco δέκα. {עשרה *ḥasaráh*. GALL. Dix. IT. *Dieci*. GE. Zehen. HIS. *Diez*. ANG. *Ten*. } *Terentius in Heaut.* Decem dierum vix mihi est familia. [Cuiusmodi homines Ego & Menæchmus & eius parasitus. Iam isti sunt decem. *Plaut. Mena. sc. 4. a. 1* Vsque decem decies inspicienda viris. *Ouid. Eleg. 1. lib. 2. Trist.* Cœnas decem mihi dent meo arbitratu. *Plau. Capt. sc. 1. a. 3.* Millia qui nouies distat ab vrbe decem. *Ouid. Ele. vlt. lib. 4. Trist.* Iámque decem vitę fratrem geminauerat annos. *Ibid.*] ¶ Hinc sunt composita, Vndecim, Duodecim, & deriuatiua. Decies, Decimus, Decuplus, Denus, & Decenus: de quibus suis locis.

Dĕcēmber, Nomen mensis, quòd decimum locum teneret, antequam additi essent Ianuarius & Februarius. {טבת *tébeth*. μηνὶ δεκεμβρίῳ. GA. Decembre. ITAL. *Decembre mese*. GE. Der wolffmonat oder Christmonat. HIS. *El mez de deziembre*. ANG. *The moneth december*. } Legitur & December, adiectiuum. *Horat. 2. Serm.* -ape libertate Decembri Vtere. Hoc est, ea libertate, quæ seruis mense Decembri (tunc enim Saturnalia celebrantur) solet concedi. [Festi Decembris dies, *Suet. in Calig. Cap. 6.* Talia luduntur, fumoso mense Decembri (iocosa) *Ouid. Eleg. 1. lib. 2. Trist.*]

Dĕcēmiŭgis, Currus quem decem equi iuncti trahunt. {δεκάζυγος. ANG. *A teame often horses*. } *Sueton. in Nerone*, Aurigauit quoque plurifariam Olympis verò etiam decem iugi, subaudi curru.

Dĕcēmpĕdă, pen. cor. {δεκάπους. GAL. Perche à arpenter & mesurer de dix pièds de long. IT. *Pertica de legnauolo & di mesuratore di terra*. GER. Ein ruten oder stangen zehn schuh lang / mit welcher man das Erdtrich außmißt. HIS. *Medida de diez pies*. ANG. *A perche or polle often foote long to measure land*. } Pertica qua mensuratur terra à numero pedum dicta, sicut Quincupeda, à quinque pedibus. *Cic. 16. Phili.* Vrbem iam peritus metator & callidus, decempeda sua Saxa diuiserat. Saxa hoc loco est proprium nomen amici Antonij [Decempedæ & Cespes. *Sue. in Aug. c. 24.*]

Dĕcēmpĕdātŏr, Metator. {ὁ τῇ δεκάποδι μετρῶν, ὁ γεωμέτρης. GALL. Vn arpenteur & mesureur de terre. ITA. *Misurator di tierra*. GER. Der mit der zehen schühigen ruten das Erdtrich mißt. HI. *El que mede con aquella medida*. ANG. *A measurer of landes*. } Qui decempeda metitur. *Cic. 13. Phil.* Cauebat etiam L. Antonius, qui fuerat æquissimus agri priuati & publici decempedator.

Dĕcēmprīmi, δεκαπρωτεύοντες, in municipiis, itémque prouinciarum oppidis erant ex decurionibus decem præcipui & summi. *Cic. Ver. 4.* Euocat ad se Centuripinum magistratum & decemprimos. *Idem pro Rosc. Amer.* Itaque decurionum decretum fit, vt decemprimi proficiscantur ad L. Syllam, doceántque eum, qui vir Sext. Roscius fuerit. Postremis autem temporibus sub Impp. decemprimi ex decurionum ordine decem viri erant constituti, qui tributorum exactioni præerant. Hinc decemprimatus, decemprimorum munus. *Hermogenianus de muneribus & honoribus*. Patrimonij sunt munera rei vehicularis, item nauicularis, decemprimatus. *Hotom.*

Dĕcēmscălmŭs, Actuariolum quod decem scalmis agebatur. ὑπὸ δέκα κώπας. Scalmus autem lignum illud est, in quo remus aptabatur ad faciliùs remigandum. *Cic. ad At. li. 16.* Hæc ego conscendens è Pompeiano, tribui actuariolis decemscalmi.

Dĕcēmuĭri, Summus magistratus Romæ fuit, in consulum locum suffectus; legis XII. tab. scribendæ caussa. {δεκάδαρχοι. GALL. Dix hommes esleus pour le gouuernement de Rome. ITAL. *Dieci huomini eletti al gouerno di Roma*. GERMA. Die zehen obersten in dem regiment zů Rom HISPA. *Diez varones para regis antiguamente Roma*. ANGLIC. *Ten men cho sen for magistrats to couerne Rome*. } *Cicer. 1. de Orat.* Dicant vel Græci, si volunt, vel nostri Decemuiri, qui duodecim tabulas præscripserunt, quos necesse est fuisse prudentes. *Liu. 3. ab Vrbe*, Anno trecentesimo altero quàm condita Roma erat, iterum mutatur forma ciuitatis ab Consulibus ad Decemuiros, quemadmodum à Regibus antè ad Consules venerat. Translatio imperij minus insignis, quia non diuturna mutatio fuit: læta enim principia magistratus eius nimis luxuriauêre, eo citiùs lapsa res est: repetitúmque, duobus vti mandarentur Consulum nomen imperiúmque. *Bud. in Annot.* ¶ Decemuiri item fuerunt litibus iudicandis constituti, apud quos de libertate etiam & ciuitate suberat iudicium. *Cic pro Cæcin.* Hos *Dion scribit lib.* 54. Centumuirorum iudiciis præfuisse.

Dĕcēmuīrālis, le, ὁ δεκαδαρχικὸς, ὁ τῶν δέκα. VT, Decemuirales leges, quæ sunt leges duodecim tabularum, quibus perferendis Decemuiri consulari potestate creati sunt. *Liu. lib 3.* Priusquàm vrbem egrederentur, leges Decemuirales, quibus tabulis duodecim est nomen, in æs incisas publicè proposuerunt. ¶ Decemuirale collegium. *Cic. 6. Verr.* Tum ex amplissimo collegio decemuirali sacerdotes pop. Romani, &c.

Dĕcēmuīrātŭs, tus, Dignitas & officium Decemuirorum. {ἡ δεκαδαρχία, ἡ τῶν δέκα. GAL. Le magistrat ou office de dix hommes egallement & ensemble gouuernans vne ville. ITAL. *Magistrato de dieci homini*. GE. Das ampt oder die wirdigkeit der zehnen HIS. *Aquel la dignidad ad diez varones*. AN. *The dignitie often men chosen to gouerne a citie*. } *Ci. de lege Agrar.* Vt ij Decemuiratum habeant, quos plebs designauerit.

Dĕcēnnālĕ, Quod est decem annorum. δεκαετές. GAL. De dix ans IT. *Di dieci anni*. GER. Das von zehen taren ist. HI. *Diez anal, cosa de diez años* AN. *Often yares*. } vt bellum Decennale.

Dĕcēnnĭis, Decem annorum. {δεκαετὴς. GA. Qui a dix ans, ou aagé de dix ans. ITA. *D'anni dieci*. GE. Zehen jårig. HISPA. *Cosa de dies annos*. ANG. *Ten yares of age*. } à quo Decennium. Decennis fœmina, *Plin. l. 8. c. 5.* & 44.

Dĕcĭĕs, aduerb. {עשרת מנים *ḥaserét monim*. δεκάκις. GAL. Dix fois. ITA. *Dieci*. GERMAN. Zehenmal. HIS. *Diez vezes*. ANGL. *Ten tymes*. } *Plaut.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Sri. h. Quin & ipſa decies in die mutat locum. [fortuna reorum Vſque decem decies inſpicienda mihi. *Oui. El. 1. lib. 2. Triſt.* Abſtulerat decies præmia victor eques. i. decem Olympiades. *Ouid. El. vlt. lib. 4. Triſt.* Decies dixi. *Plau. Amph. ſc. 1. a. 2.* Si vis decies dicere. *Plaut. Amph.* Decies HS. *Senec. c. 12. de Conſ. ad E'b.*]

Dĕcĭmŭs, Vltimus ex denario, vel vnus ex decem. {עשירי *haſiri.* δέκατος. GAL. Dixieſme. ITA. *Decimo.* GERMA. Der Zehend. HISPA. *Decimo in orden de numero.* ANG. *The tenth in order.*} *Plau. in Amph.* Alter decimo poſt menſe naſcetur puer. [Ea peperit decumo menſe poſt. *Plaut. Au. ſc. 6. a. 4.* Decima hora, vide hora. Decimo demum pugnauimus anno. *Oui l. 13. Met.*

[Decima, nomen vnius è Parcis. *Gell. c. 16. l. 3.*]

Dĕcĭmĭūm, aduerb. {δέκατον. GAL. Pour la dixieme fois. ITAL. *La decima fiata.* GE. Zum zehenden mal. HISP. *La decima vez.* AN. *The tenth tyme.*} *Liu. 6. ab Vrbe,* Nos reficietis decimùm, Tribunos.

Dĕcĭmānŭs, ſiue quod vſitatius eſt, Decumanus, idem ferè eſt quod decimus. עשירי *haſiri.* δέκατος. GA. Dixieſme. ITA. *Decimo.* GER. Der zehend. HIS. *Decimo.* AN. *The tenth in order.*} Quia tamen vſuuenire ſolet in rerum natura, vt decima quæque ſint maxima, factum eſt, vt decumanus accipiatur pro Magno. Vnde Decumana porta caſtrorum, quæ in his maxima eſt, erátque in poſtica caſtrorum parte, *vt ex Cæſare libr. 3. bell. Gall. intelligitur.* [Contra *Vegetius c. 23. li. 1.*] Decumana oua, quæ cæteris maiora ſunt: & Decumani fluctus dicuntur, qui reliquos magnitudine ſuperant. Nam & ouum decimum maius naſcitur, & fluctus decimus fieri maximus dicitur, *vt ſcribit Feſtus Pomp. Ouid. 1. Metamor.* Vaſtius inſurgens decimæ fuit impetus vndæ. ¶ Decumanus acipenſer, *apud Cic. 2. de Finib. ex Lucilio.* ¶ Decumanus ager, ex quo decimæ recipiuntur. *Cic. 5. Verr.* Præterea omnis ager Siciliæ ciuitatum decumanus eſt. ¶ Et Decumanus limes, in limitatione agrorum, à magnitudine & longitudine dictus putatur, qui agrum ab Exortu æquinoctiali ad Occaſum æquinoctialem ſecat. Nam alter ex tranſuerſo occurrẽs, cardo appellatur, à Septentrione in Meridiem ductus, *Plin. lib. 18.* Linea hæc erit ab Exortu æquinoctiali, ad Occaſum æquinoctialem: & limes qui ita ſecabit agrum, Decumanus vocabitur. ¶ Decumani etiam (*vt Aſconius Padian. docet.*) vocantur Publicanorum principes, à quibus decumæ, ſiue decimæ, exigebantur. *Cic lib. 4. in Verr.* Decumani, hoc eſt, principes, & quaſi Senatores publicanorum, remouendas de medio literas cenſuerunt. ¶ Decumanus fluctus De quo *Ouid.* [*E'e. 2. lib. 1. Triſt.*] qui venit hinc fluctus, fluctus ſupereminet omnes: Poſterior nono eſt, vndecimóque prior. [periphraſis eſt fluctus decumani; Cuius meminit *idem Ouid. 11. Met.* Decimæ ruit impetus vndæ. *Et*] Si. *lib 14. Valer. Argon. 2. Luc. Pharſal.* [Decumani. i. milites decimæ legionis. *Suet. in Cæſa. c. 70.*]

Decĭmæ, arum, ſiue Decumæ, ſignificat decimam partem quarumcũque rerum quę ſoluitur principibus. {עשר *maaſér.* δεκάτη, δικαιωμὸς. GAL. Decimes, du diſmes, la dixieſme partie. ITA. *Decime.* GE. Der zehend theil von allerley dingen. HISP. *Dieẓmos que ſe pagan de los frutos.* ANG. *To reaches, the ten parte.*} *Plau.* Vt decimas ſolueret Herculi ¶ Legitur & Decuma in ſingulari numero. *Cic. 5. Verr.* Affirmante ſe plus decuma non daturum. *Idem de Nat. Deor.* Neque herculi quiſquam decumã vouit vnquam, ſi ſapiens factus eſſet. *Aliàs idem *Plaut.* decimam partem vocat. *In Sticho,* Hæc veniſſe iam opus eſt quantum poteſt, vt decimam partem Herculi polluceam.

Dĕcĭmo, as, are, Eſt decimam partem detrahere. {עשר *hiſſér.* δεκατεύειν, δεκατεύειν. GA. Diſmer, partir en dix, ou de dix en prendre l'vn. ITA. *Decimare.* GE. Den zehenden anlegen/oder auff ein ding ſchlagen/ den zehenden einnemmen. HISP. *Dieẓmar, tomar del dieſmo.* ANGLIC. *To teathe, ò tak the tenth parte.*} Vnde Decimari legiones dicuntur, quando decimus quiſque ſupplicio afficitur ab Imperatore, quod *Polyb.* vocat ἐκ δὲ τῆς ὅλης ἀγέλης ἀπὸ δεκάτου *Liu. lib. 2.* Cætera multitudò ſorte decimus quiſque ad ſupplicium lecti. Sic Vigeſimare, & Centeſimarè dicitur. [*Vide Suet. in Aug. c. 24 & in Calig. c. 48.*]

Dĕcĭmŏdĭă, vel Decemmodia, vaſis genus erat, decem capiens modios ſicut Trimodia, quod tres capiebat modios. *Colum. lib. 12. cap. 18.* Perenne fabricandæ decimodiæ & trimodiæ & fiſcellæ texendæ & picandæ.

DECENTII, Δεκέντιοι, Pannoniæ populi, à Decentio Magni filio, Magnentij fratre, *Steph.*

Dĕcĕrmĭnā, Dicuntur, *teſte Feſto,* quæ purgandi cauſa decernuntur cuiuſmodi ſunt frondes ſacræ, quibus in luſtrationibus vti ſolent. καθαρτικὰ φύλλα.

Dĕcĕrno, is, decreui, decretum, Statuo, conſtituo, definio, conſilium capio, iudico, cenſeo, ſancio. {יעץ *jaẓáts* גזר *ghaẓír* חרץ *charáts.* φηφίζομαι. GA. Conclurre, determiner. ITAL. *Determinare.* GERM. Erkennen/ beſchlieſſen. HIS. *Determinar y definir.* ANG. *To decerne, to iudge, to ordeine or decree.*} *Cic. lib. 1. Off.* Quare expectanda quidem magis eſt decernendi ratio, quàm decertandi fortitudo. *Terent. in And.* Quicquid peperiſſet, decreuerunt tollere, id eſt, deliberauerunt. [Si vultis quod decreto facere dicam meam ſententiam. *Plaut. Curc. ſc. 3. a. 5.* Ij, qui iudicio decernerent, an iudices. *Quint.* Decernere delectum: *Liuius 4. ab vrb.* primus clamor atque impetus rem decreuit. i. impoſuit finem pugnæ, hoſtes vertit in fugam. *Idem l. 5. bell. pun.* Miſſa leuia tela irritare magis, quàm decernerè pugnam poterat, *Idem lib. 8.*] ¶ Ponitur aliquando pro contendere & dimicare. {κρίνεσθαι. ANG. *To contende and trie by battaill.*} *Liu lib. 1. ab Vrbe,* Obuiam egreſſi, vt potiùs acie decernerent, quàm incluſi de tectis dimicarent. *Virg. lib 2. Æneid.* Ipſum armis ipſúmque iubet decernere ferro. [*Liuius 10. d. 4.* Decernere ferro.]

Dĕcrētŭs, a, um, participium à Decernor verbo paſſiuo, idem quod Definitus, ſiue conſtitutus. {נגזר *nigẓár* נחרץ *necheráts.* ἀγωνισμένος. GALL. Decreté & arreſté, ordonné. ITAL. *Ordinato, determinato.* GE. erkennet/ geordnet. HISP. *Decretado, determinado, ordinado.* ANG. *Appoynted, decreed, determined.*} *Cic. de Prouinc. Conſul.* Prouinciam deſponſam, nõ decretam habere videtur. *Decretum eſt mihi, pro Decreui, ſtatui. [vt regi mihi decretum eſt operam dare. *Plaut. Merc. ſc. 1 a. 1.* eos mihi decretum eſt perſequi mores patris. *Plau. Aſin ſc. 1. a. 1.*] Mihi bibere decretum aquam eſt, *Terent. Heaut.* Sumat, conſumat, perdat, decretum eſt pati. [*Idem Aul. ſc. 5. a. 3.*]

Dĕcrētum, ti, nomen ſubſtantiuum, Statutum, ſententia. {דת *dath.* חק *chok.* δόγμα, ψήφισμα. GAL. Arreſt, ordonnance de magiſtrat, opinion arreſtee & conclue ou accordee entre ſauans. IT. *Conſtitutione, deliberatione.* GER. ein erkantnuß/ ein endlicher beſchluß vnd sententz. HISP. *Statuto ordenança. ſentencia deliberada.* ANGLI. *A decree the ordinance of an magiſtrat.*} *Plin in Epiſt.* Decreta quibus damnati erant proferebantur. *Cic. 4. Acad.* Sapientiæ verò quid futurum eſt, quæ neque de ſeipſa dubitare debet, neque de ſuis decretis (quæ philoſophi vocant dogmata) quorum nullum ſine ſcelere prodi poterit? Vnde Decreta Pontificum conſtitutiones dicuntur. [Decreti *Tribun. pleb.* formula & exemplum. *Gell. cap. 17. lib. 7.*] ¶ Decreta Senatus, τὰ βεβουλευμένα, τὰ δεδογμένα, à Conſulris ſic diſtinguuntur ab aliquibus, vt Decretum dicant particulam quandam eſſe Senatuſconſulti, vt quum prouincia alicui decernitur: tanquam Decreta ſint ſpecialia, Conſulta generalia. Decretum *apud Iureconſul.* proprie eſt deliberatio Iudicis cum cauſæ cognitione, ad mixtum imperium pertinens. *l. ne quicquam. §. vbi. de Offic. Proconſul.* Item Decretum eſt id, quod placitum aliàs Latinè dicitur, Græcè δόγμα, ἢ ψήφισμα, ἢ αἵρεσιν, dicitur. *Autor Bud.* Quo vero à lege diſtet hæc vox, infrà patebit in dictione, Lex. Decretum eſt proprie & ſpecialius, quum iudices auctoritatem ſuam interponunt, & maximè in Iuriſdictione voluntaria, vt in alienatione bonorum minoris, in tranſactione alimentorum, & in bonorum poſſeſſione. *Albutius pro Alciato,* Decretum ſiue edictum primum in contumacem ſolet expediri, vt in tædio ductus, ſui copiam iudicio tandem faciat. Ius ipſum contumacis non perimens. *l. 1. in fi. de acquir. poſſ.* Decretum ſecundum conſtituit eum bonorum poſſeſſorem, qui ex primo decreto detinebat, incolumi hactenus contumacis iure. *Vide C ext. de eo qui mit. in poſſ.*

Dĕcrētōrĭŭs, a, um. Ponitur pro iudiciario, in quo ſcilicet iudicium ferri poteſt. {κριτικὸς. GAL. Iudiciel. IT. *Giudiciario.* GERM. Darin mann ein ortheil fellen mag. HISP. *Coſa para iuẓgio.* ANGL. *Iudicial whereby one may iudge any thing.*} vt Dies decretorius, κρίσιμος ἡμέρα, qui & Criticus & Criſimus. ¶ Decretori ſydus vel tempus dicitur id, ex quo deprouentu aliquarum rerum futuro ſumitur iudicium. *Plin. lib. 18.* Res ſumma vitium agitur, decretorio vuis ſydere illo, quod canículam appellamus: vnde & carbunculari dicuntur, vt quodam vredinis carbone exuſtæ. *Idem,* Aquila exoritur veſperi decretorio die, florentibus oleis. ¶ Aliquando dicitur quod eſt decretum, firmatum extanſque ad aliquid arguendum, iudicandúmve. *Quintil.* At quidam litigationibus ſuis illum modò ambitioſum declamanti ſudorem præſtitiſſe contenti, cum turba laudantium deſtituunt ſubſellia, pugnámque illam decretoriam imperitis, ac ſæpe pullatæ turbæ relinquunt.

*Arma decretoria, Quibus ſeriò certandum eſt. *Senec. epiſt. 118.* Remoue iſta luxuriæ arma, decretoriis eſt opus. *Idem alibi,* decretorium diem appellat diem mortis. *Stylus decretorius, pro ſeuero, quaſi ſemel de re definiens. *Senec. 1. de Clemen.* Niſi plus eſt quod timet, quàm quod damnat non accedet ad decretorium ſtilum.

Dĕcĕrpo, is, decerpſi, decerptum, ex De, & Carpo, Detraho, delibo, excerpo, aufero. ארח *aráh* לקש *lakat.* δρεπτίζω, δρεπτόμενος. GAL. Cueillir, arracher & tirer. IT. *Carpire, tor via.* GERM. Abbrechen/ablöſen. HISP. *Deſtroçar, ò quitar vna coſa de otra.* ANG. *To pull or pluck of, togather.*} vt, Decerpere vuas. *Plin. in Epiſt.* [Et neſcio quæ ſpes tantas decerpit inuidia. *Fab. Quintilian.* Decerpere aliquid ex authoribus. *Idem Fab.*] Decerpere fœtus arborum, *Plin lib. 4. c. 22.* ¶ Decerpere folia, *Col. lib. 5. c. 10. Horat. 1. Serm. Satyr. 2.* quare (ne pœniteat te) Deſine matronas lectarier: vnde laboris Plus hauſire mali eſt: quàm ex re decerpere fructus. *Cic. 5. Tuſcul.* Humanus autem animus decerptus eſt mente diuina, cum alio nullo, niſi cum ipſo Deo, ſi hoc fas eſt dictu, comparari poteſt.

Dĕcĕrto, as, frequentatiuum, Pugno, dimico. {נלחם *nilchám* רב *rab.* μάχομαι. GAL. Debatre, ſe combatre. IT. *Combattere, guerreggiare.* GE. Streiten/ zancken. HISP. *Mucho litigar ò batallar.* ANG. *To contende or ſtriue together, to fight.*} *Cic. pro Planc.* Sed erat non iure, non legibus, non diſceptando decertandum. *Caſ 2. bel. ciuil.* Hoc animo decertabant, vt nullum aliud tempus, ad conandum habituri viderentur. *Idẽ 3. bell. ciuil.* Ne ciues cum ciuibus armis decertarent. [Ad decertandas (eius) laudes venerunt. *Gell. cap. 18. lib. 10.*]

Dĕcĕrtātŭr, impers. *Cic. 1. Off.* Quum verò de imperio decertatur, bello gloria quæritur.

Dĕcĕrtātŭs, a, um, particip. {ἀγωνισμένος, διαμαχητὸς. GAL. Debatu. IT. *Combattuto.* GERM. Geſtritten/ gezancket. HIS. *Combatido.* AN. *Contended or ſtriued.*} *Stat. lib. 1. Theb.* Fraternas acies, alternáque regna profanis Decertata odiis, ſontéſque euoluere Thebas. ¶ Labores decertati, id eſt, certando peracti, *Claud. in Paneg.*

Dĕcĕrtātĭo, Verbale, dimicatio, concertatio. {ריב *rib.* ἀγωνισμὸς. GALL. Combar, debat. IT. *Combatimento, conteſa.* GERM. Streyt/ kampff. HIS. *Debate, contencion.* AN. *A ſtriuing or contending.*} *Ci. 11. Philip.* Quúmque harum rerum omnium concertatio, Conſulibus optimis & fortiſſimis commiſſa & commendata ſit.

Dĕcĕrtātōrĭŭs, a, um, vt Pugna decertatoria. ἀγωνιστικὸς. *Quintil. libro & cap. 4.*

Dĕcĕt, Conuenit, honeſtum eſt, aptum eſt, conſentaneum eſt tempori, loco, ac perſonæ. {כחר *chaſchár.* πρέπει. GAL. Il eſt conuenable, il conuient, il eſt bien ſeant. IT. *Conuenirſi, eſſere honeſto.* GERM. Es gezimpt ſich/ es gebürt/ es ſteht wol. HISP. *Honeſtamente conuenir.* ANGL. *It beſemeth or becometh well.*} Et modò perſonale eſt, in tertiis tamen duntaxat perſonis declinatum. *Ouid. de Remed.* Lude, decent animos mollia regna tuos. {Contempla ſatin' hæc me veſtis deceat, *Plau. Moſtell. ſc. 3. a. 1.* bis. Virtute formæ id euenit, vt deceat, quicquid habeas. *Plau. Moſt. Ibidem* Vide Cæſaries quàm decet? *Plau. Mil. ſc. 2. a. 2.* Capiam ornatum qui potis decet. *Idem Ibid.*} ¶ Modò impersonale, habétque ferè accuſatiuum: *Cic. 3. de Finibus* Decet patriam eſſe chariorem nobis, quàm noſmetipſos. *Idem 5. Tuſc.* Oratorem iraſci non decet, ſimulare non dedecet. {Decet me amare *Plaut. Moſt. ſc. 1. a. 1.* vt téque méque atque ingenio noſtro decuit. *Plaut. Aſin. ſc. 2. a. 3.* Ne patri videatur

decere

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

decere me seruire. i. expedire & honestum esse. *Plaut. Cast. sc. 2. a. 2.* Ad eam rem otiosos homines decuit deligi. *Plaut. Aul. sc. 1. a. 3.*] Non nũ quam etiam datiuum. *Teren. Adel.* Facite ita vt vobis decet. *Plaut.* Nobis decet esse bonis. [Ætati non decebat. *Gell. c. 15. li. 9.*] ¶ Hinc contrarium est, Dedecet, quod est inconueniens, ineptum, turpe, siue inhonestum est. ἀνειπὸς, ἀπρεπὴς ἐστι. *Ouid. lib. 6. Met.* Admouíque preces quarum me dedecet vsus. ¶ Composita sunt, Condecet, Dedecet, pen. corr. A quibus Condecens, Indecens, Condecentia, Indecentia, Condecoro, & Indecoro, & Dedecoro.

Dĕcēns, particip. siue nomen ex participio. {כתר ראוי *chaschér raui.* πρέπων. GA. Conuenable. IT. *Conueneuole.* GE. Gezíehmend/geburend. HIS. *Conueniente.* AN. *That beseemeth well.*] Pulchrum, conueniens & aptũ. Color decens, *Horat. 4. Carm. Ode 3.* Facies decens. *Ouid. 3. Trist. ele. 7.* [Ista decens facies longis vitiabitur annis. *Ouid. Eleg. 7. l. 3. Tri.* Sustulit hoc Nymphæ cinxítque decentibus herbis. *Ouid. 5. Fast.*] Patria decentia, *Seneca Hippolyto.*

[Decentior equus cui astricta sunt ilia. *Quintil.*]

Dĕcēntĭssĭmŭs, superlat. *Senec. in Suasoria 2.* Decentissimi generis stultã sententiam referam.

Dĕcentĭă, Conuenientia quædam & pulchritudo. {כשרון *chischrón.* διωπρία. GA. Conuenance, bienseance. IT. *Conuenienza, ornamento, auenenza.* GER. Wolstand/zierlicheit. HIS. *Conueniencia y hermosura.* AN. *Comelinesse, seemlinesse.* } *Cic. 2. de Nat. Deor.* In corporum etiam motione atque gestu multa cernunt subtiliùs, colorum etiam & figurarũ tùm venustatem atque ordinem, & (vt ita dicam) decentiam oculi iudicant, atque etiam alia maiora.

Dĕcēntĕr, aduerb. Pulchrè, aptè, conuenienter, decorè. {καθηκόντως. GAL. Proprement & conuenablement. IT. *Propriamente, conueneuolmente.* GE. Zimlich/geschicklich/fein. HI. *Conuenientemente propriamente.* AN. *Comely, seemly.* } *Cic. pro Cecin.* Si quæ decentissimè describpta maioribus iura finium, possessionum, aquarum, itinerúmque sunt, hęc perturbari aliqua ratione, commutarique possunt.

DECIANVS, Δεκιανὸς, Viri prop. rum, qui fuit ex Emerita Hispaniæ oppido.

DECIETVM, Δεκίετον, Vrbs Italię, *Steph.* Vide Deceates.

Dĕcīdo, pen. prod. Abscindo, amputo {חתך רתם *charáth* גזר *ghazár.* ἀποκόπτω. GA. Couper, retrancher. IT. *Tagliare.* GERMA. Abhawen. HISP. *Cortar.* ANG. *To cut of or away.* } *Plaut in Merc.* Decide mihi collum, si falsum ad te loquar. [Decidere caput. *Velleius.* Item decidere ex magnitudine orationis. *Senec. de Consol. ad Polyb. c. 11.*] ¶ Per translationem verò significat determinare, διαλύειν. *Horat.* Et post decisa negotia campo. *Cic. 7. in Verr.* Quibus rebus omnibus actis atque decisis producuntur è carcere. ¶ Ponitur etiam frequenter pro decisionem & pactionem facio, transigo, & litem dirimo, translatione sumpta ab iis qui rem controuersam scindunt, vt quisque partem æquam auferat, & à controuersia discedatur. {AN. *To discusse, or decise a mater.* } *Cic. 4. in Ver.* Res ad istum defertur, & istius more deciditur. *Idem,* Quæ cũ reo transigat, pòst cum accusatore decidat. ¶ Hinc decidere damnum dicitur etiam apud Iureconsultos, pro decidere de damno. *Vlpianus de furtis,* Si quis eorum damnum pro fure deciderit, dici oportet solummodo actionem sibi competentem amisisse eum. *Vide Lexicon Hesiodi.*

* Decidere pro exprimere, metaphora sumpta à sculptoribus. *Quintil. lib. 9. cap. vlt.* Hoc enim loco præter nomen cætera propriis decisa sunt verbis.

Dĕcīsĭo, onis, Determinatio, vel diremptio litium mutuo consensu. חק *chok* גזר *ghezér.* διάλυσις, διάκρισις. GA. Decision, appointement, composition & accord. IT. *Compositione, accordo, appuntamento.* GER. ein vertrag/eines gerichts handels auß spruch. HISP. *Arajo de pleytos.* ANG. *A discussing or composition of a mater in debate.* } *Cic. pro Cæcin.* Quid nostra decisio de æquitate, quid ratio interdicti de iure admoneant, vt iudicetis. *Idem pro Rosc.* Dicat decisionem factam esse quæ facta est. *Paulus ad Leg. Falcid.* Si hæres, inquit, cum creditoribus deciderit, ne solùm solueret, & ob eam decisione factum sit, vt aliquid retineret. Pro lege quoque Imperatoris, accipitur. *C. de Contrahend. & commit. stip. & de Em. Instit. Cod. in prin. super verbo Decisiones, & §. vnde quæsitum. Instit. de nup.* Verum ea Imperatoris lex intelligitur, qua partim altercationes sunt diremptæ. Pragmatica verò sanctio, licèt vulgò dicatur, quam princeps extra corpus Iuris ciuilis promulgauit, veriùs tamen priuilegium vocatur, non quòd priuatis hominibus, sed corpori alicuius vniuersitatis, vel ei qui officio bene functus est, confertur; hoc est, quæ ob causam publicam, aut communem negotiorum functionem, speciale quoddam priuilegium impertitur. *Vide Ferrarium in §. Sed & quod princip. Instit. de Iur. nat. gen. & ciuil.* * Decisionem videtur posuisse *Cicero de Prouinc. Consul.* pro eo genere pactionis vbi vterque ad se partem aliquam trahit, quod dicimus *burinet.* Imperatore illo nihil aliud actum est, nisi pactiones pecuniarum, cum tyrannis decisiones, direptiones, latrocinia, cædes. Nam singulis verbis illic ascendit.

Dĕcīdo, is, pe. cor. Deorsum cado. {נפל נבר *naphál* נא׳ל. καταπίπτω. GA. Decheoir, cheoir en bas, tomber. IT. *Cadere ingiu.* GE. Abhinfallen. HI. *Caer hazia baxo.* AN. *To fall, to fall downe or away.* } *Cic. 2. Offi.* Ficta omnia celeriter tanquam flosculi decidunt. ¶ Decidere equo, vel ex equo. *Cæs. 1. bel. Gal. & Pli. li. 28. c. 8.* ¶ Sic per metaphorã, Decidere spe, vel à spe, hoc est, spem amittere. *Teren. in Heaut.* Quanta spe decidit. *Liu. li. 7. bel. Maced.* Antiochus postquam à spe societatis Trusiæ decidit, Ephesum ab Sardinibus est profectus.

Dĕcĭdŭŭs, a, um, Cadens, decidens. {נבל *nobél.* καταπίπτωσις. GALL. Qui cheoit aiseement, subiect à cheoir. ITAL. *Sogetto à cadere.* GERM. Abfellig. HIS. *Cosa caediza.* AN. *Subiect to falling, hanging or falling downe.* } vt Folia decidua. *Plin. l. 11. cap. 37.* de cornibus animalium, Omnibus autem caua, & in mucronem demum concreta sunt: ceruis tamen solida, & omnibus annis decidua. * Deciduum item dicitur quod decidit, secunda longa. *Ouid. 8. Metam.* Contremuit, genitúmque dedit decidua quercus.

Dĕcĭdĭum, pro occasu. *Senec. Epist. 30.* Bassus noster videbatur mihi prosequi se, & componere, & viuere tanquam superstes sibi, & fortiter ferre decidium sui.

Dĕcĭēs Decima, Decimate, Decimus, Decimodiæ, *Vide* DECEM.

Dĕcĭpio, is, pen. corr. Defraudo, impono, capio, circumuenio. {תתה *pitáh* חשיא *hissi* עשק *Baschák* רמה *rimmáh.* ἐξαπατάω. GALL. Deceuoir, tromper. ITAL. *Ingannare.* GERM. Betriegen. HISP. *Enganar.* ANGLI. *To deceiue, to beguile.* } *Cic. 2. de Diuin.* Nam illa amphibolia quæ Crœsum decepit, vel Chrysippum potuisset fallere. *Ouid. Epist. 11.* Vltimus est aliqua decipere arte labor. *Terent. in Andr.* Deceptus sum, at non defatigatus. *Cicer. 1. Offic.* Iam illis promissis non standum esse, quis non videt, quæ coactus quis metu, aut deceptus dolo promiserit? [Sic tamen absumo decipióque diem. *Ouid. Eleg. vltim. libr. 4. Trist.* Perij, quis me deceperit error. *Ouid. Eleg. 1. lib. 4. Trist.* Redi modò non eris deceptus. *Plaut. pseud. sc. 2. a. 5.* Satis sum semel deceptus. *Plaut. Capt. sc. 5. a. 3.* Decipitúrque labor. *Ouid. Eleg. 1. lib. 1. Trist.* Sic tamen absumo decipióque diem. Deceptus imagine somni. *Ouid. 13. Met.* furtis incautum decipit hostem. *Ibid.* Decipere fidem, *Senec.* fraude deceptũ eum vinxit. *Velleius.*]

Dĕcēptŏr, oris, verb. {מפתה *mephatéh* מרמה *merammém.* ἀπατεὼν, ἀπατηλός. GA. Deceueur, trompeur. IT. *Inganatore.* GER. Ein betrieger/beschei ßer. HI. *Engañador.* AN. *A deceiuer, that begeuileth.* } *Sen. Thyest.* proditus occidit Deceptor dominæ Myrtidus, &c.

Dĕcĭpŭlă, Instrumentum aliquod decipiendi vel auibus, vel muribus idoneum. {מוקש *mokésch.* παγὶς. GALL. Lacs ou instrument à prendre oiseaux ou autres bestes. ITA. *Laccio, trabuco da prendere vccelli ò fiere.* GERM. Ein meuß fallen/ein vogelschlag/oder haren. HISPA. *Orço, zelo ò cepo para tomar fieras.* ANGLIC. *A pitfall, or snarres to tak birdes and other thinges.* } Pro quo & Decipulum neutri generis dixit *Apuleius lib. 8.* ¶ Decipula murem cepit, ἔλαβεν ἡ παγὶς τὸν μῦν. De rectè meritóque deprehensis & malo dignis. Quasi dicas, lupus in foueam incidit: aut aper in casses.

Dĕcĭrcino, as, pen. corr. contrarium suo simplici circino, quod significat aliquid rotundum facio. {ἀποκυκλόω. *Manil. lib. 3.* Quem teretis natura soli decircinat orbem.

Dĕcĭrēmis, fœm. gen. Nauigii genus est, habens decem remorum ordines. {δεκήρης. *Plin. lib. 7. cap. 56.* Quinqueremem instituit Nesichton Salaminius, sex ordinum Xenagoras Syracusius: ab ea ad deciremem Mnesigethon.

DĔCĬVS, δέκιος, à decem, Viri proprium: quemadmodum à quinque Quintius. Decii tres, pater, filius, & nepos dicti fuêre, qui pro patria deuouerunt, pater bello Gallico, filius bello Hetrusco, nepos eo bello quod Pyrrhus gessit pro Tarentinis. *Cic. 1. Tusc.* Si mors timeretur, non cum Latinis decertans pater Decius, cum Hetruscis etiam filius, cum Pyrrho nepos se hostium telis obiecissent.

Dĕclāmo, as, are, Valde clamo, exerceor, exercendi causã oro. {φωνασκέω, τοὺς λόγους μελετῶ. GALL. Declamer, s'exercer à parler. ITAL. *Essercitarsi dicendo.* GERM. Sich mit reden üben in einer erdichten sach. HISPANIC. *Exercitarse en la Retorica.* ANGLIC. *To declame, to moote.* } *Cicer. de Finib.* Quo in loco ad fluctum aiunt declamare solitum Demosthenem. *Ouid. 2. de Arte,* Sed neque declament medio sermone diserti, Nec sua vesanus scripta poëta legat. ¶ Contra aliquem vehementissimè declamare. *Cic. 6. in Verr.* Ille autem insanus, qui pro isto contra me vehementissimè declamasset, postquam, &c. *Idem Appio lib. 3.* Veruntamen est maiestas (vt Sylla voluit) ne in quemuis impunè declamare liceret. [Hoc auditor expectat, Hic laus omnis declamat. *non vulg. Quint.* Declamare suasoriam. *Sen.* Quot millia passuum declamasti? *Quint.*]

Dĕclāmĭto, as, are, frequentatiuum. {λογοποιέω, πολὺς πῖς λόγοις ἐγυμνάζομαι. GAL. Declamer souuent. ITA. *Orare souente in causa finita.* GER. Sich vil vnd offt mit red halten üben. HISP. *Muchas vezes orar causas fingidas.* AN. *To declame of ten or moote.* } *Cic. filius ad Tironem,* Præterea declamitare Græcè apud Cassium institui, Latinè autem apud Brutum exerceri volo. *Cic. 1. Tusc.* Vt enim antea declamitabam causas, quod nemo me diutiùs fecit: sic hæc mihi nunc similis est declamatio. *Idem 5. Philip* Ipse interea decem & septem dies, vt digestio potiùs quàm declamatio videretur, de me in Tyburtino Scipionis declamitauit, sitim quærens: hæc enim ei causa solet esse declamandi. *Idem de clar. Orat.* Commentabar declamitans (sic enim nunc loquimur) sæpe cum M. Pisone, & Quint. Pompeio.

Dĕclāmātŏr, toris, Qui domesticis, scholasticísque meditationibus se exercet, vt postea seriis in causis sit paratior. {λογοποιὸς, ῥητορίων. GALLI. Declamateur, qui s'exerce à declamer. ITAL. *Oratore in cause finte.* GER. Der sich in erdichten sachen mit reden übt/auff das er fertig sey wan es ernst giltet. HISPA. *Orador en causas fingidas.* AN. *That exerciseth himself in declaming.* } *Cic. in Orat.* Non enim declamatorem aliquem de ludo, aut rabulam de foro, sed perfectissimum & doctissimum oratorem quærimus.

Dĕclāmātĭo, onis. Est domestica exercitatio & vmbratilis, & commentatio, quæ fit inter priuatos parietes, quo in genere pueri apud magistros exercentur. {ἡ περὶ λόγων μελέτη. GA. Declamation IT. *Oratione in causa finita.* GER. Ein red die man von wegen der vbung haltet HI. *Oracion en causa fingida.* AN. *A declaming* } Solebant enim causas acturi domi prius præmeditari ea, quæ in foro essent dicturi. Pueris quoque in ludis ficta quædam themata solebant præscribi, quibus se præexercerent, & ad eloquentiam sibi viam sternerent. *Cic. pro Murena,* Non placet mihi declamatio potiùs, quàm perfalutatio. *Idem pro Plan.* Vulgaris & permulgata declamatio.

[Declamatiuncula, *Gell. cap. 8. lib. 6.*]

Dĕclāmātōrĭŭs, a, um. {γυμνασικὸς ἐν πῖς λόγοις, ὁ ῥητορικὸς, ὁ σοφιστικός. GA. Des appartenances de declamation. IT. *Pertinente à finita oratione.* GER. Das zů einer solchen erdichten red gehört. HI. *Cosa para orar causas fingidas.* AN. *Pertaining to declaming.* } vt genus dicendi declamatorium, hoc est, ipsis declamationibus magis quàm seriis orationibus accommodatum, hoc est, non tàm neruosum, quàm ornatum, & ad ostentationem compositum. *Cic. Quinto frat. lib. 3* Et ipse puer magis illo declamatorio genere duci & delectari videtur.

Dĕclāmātōrĭē, aduerb. More declamantium. ὡς λεγοποιικῶς. *Hieronymus,* More eorum, qui declamatoriè solent loqui ad populum.

Dĕclārātĕ, Est aperrè monstrare: plus enim est, quàm significare: & tàm ad facta quàm ad dicta pertinet. {ברר *beér.* ἐμφανίζειν, δηλοῦν. GALL. De-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

clarer. ITAL. *Dechiarare, monstrare apertamente.* GERMANIC. Erklären HISPANIC. *Declarar.* ANG. *To declare and shew, to tell.*} *Cic. Laeio,* Itaque hæc sæpiùs dicendum, tibique non significandum solùm, sed etiam declarandũ arbitror, nihil mihi esse potuisse tuis literis gratius. *Idem,* Declarauit id modò te meritas C. Cęsaris, qui omnia iura diuina & humana peruertit. [Hominem carum eum esse declaramus (id est pronunciamus & palam dicimus. *Plaut. pseud sc. 3. a. 1.*] ¶ Declarare Consulem veteres dixerunt pro eo quod est renuntiare. Nam consulem declarare dicebatur is, qui consulem creatum renuntiabat. *Cic pro Murena,* Vt eiusdem hominis voce & declaratus Consul esset & defensus. [Designare, declarare, & nuncupare Consulem differunt. *Auson. in Grat.*]

Dēclārātĭo, verbale. {ἐνδήλωσις. GAL. Declaration. IT. *Dichiaratione.* GER. Ein erklerung. HI. *Declaracion.* ANG. *A declararing, à shewing.*} *Cic. Pl. li. 10.* Rursus declaratio animi tui, quem haberes de Republica, quém que habiturus esses, mihi erat iucundissima.

Dēclĭno, as, are, pen prod. {נטה *natáh.* κλίνω, ἐκκλίνω, ἀποκλίνω. GALL. Se destourner, euiter IT. *Declinare, schinare, abbassare.* GERM. Nidersich biegen/ entweichen HISP. *Rehuyr ò euitar alguna cosa doblegar.* ANG. *To eschew to auoyde, to turne away.*} Significat deorsum aliquid flectere. Sed quoniam sæpiùs caput, aut etiam totum corpus declinando, periculum deuitatur, consuetudo inualuit, vt pro vitare ponereretur: & neque tantùm deorsum, sed quoquouersus se quis flecteret, idé significaret quemadmodum in gladiatoribus videmus, qui vt petitiones aduersariorum facilius declinare possint: modò se huc, modò illuc, vel toto corpore, vel parte aliqua flectunt. ¶ Sed variè construitur. Ponitur enim vel absolutè. *Cic. pro Sest.* Magna rerum permutatione impendente, declinasse me paululum, & spe reliquæ tranquillitatis præsentes fluctus, tempestatémque fugisse. Vel cum accusatiuo. *Cic. 1. Offic.* Declinétque ea, quæ ei nocitura videantur. Vel cum ablatiuo & præpositione. *Idem Tuscul. 4.* Quomodóque bona natura appetimus, sic à malis natura declinemus. ¶ Est & alia huius verbi significatio, quum scilicet ponitur pro deflectere, vel præterire, & hoc quoque aliquando cum accusatiuo. *Cicer. pro Planc.* Brundusium veni, vel potiùs ad mœnia accessi: vrbem vnam mihi amicissimam declinaui. Aliquando cum præpositione à. *Cicer. Att.* De Buthrotio, vtinam quidem Antonium conueniam, multùm profecto proficiam: sed non arbitratur eum à Capua declinaturum. Vel cum præpositione de. *Idem de Finib. 5.* Modò etiam paululum ad dextram de via declinaui, vt ad Pericl s sepulchrum accederem. (Et transiatè. *Idem de Amic.* Vt etiam si qua fortuna acciderit, vt minus iustæ amicorum voluntates adiuuandæ sunt, in quibus eorum aut de capite agatur, aut fama, declinandum est de via, modò ne summa turpitudo sequatur, id est, de summo iure decedendum est, & aliquid amicitiæ condonandum, modò ne turpitudinem aliquam grauiorem subeamus) *Plaut. in Aulul. sc. 5. a. 4.* Nam ego modò declinaui paululum me extra viam. ¶ Interdum pro Deduco, hoc est, pro ab vno loco ad alium duco. *Liu. 1. ab vrbe.* Ne ea culpa quam arguo omnium Albanorum ducem sequuti sunt, vt & vos. si quò ego inde agmen declinare voluissem, fecissetis. ¶ Interdum pro alieno, eximo. *Terent. in Hecyr.* Neque declinatam quicquam ab aliorum ingenio vllam reperias. *Declinata ætas, id est, protecta & vergens. *Quint. lib. 12. cap. vltim.* M. Censorius Cato, idem Orator, idem historiæ conditor (& c) literas Græcas rudi sęculo, ætate iam declinata didicit: vt esset documento, posse percipi quæ senes etiam concupissent. [Declinare in extremas literas nomen aliquod, vt penus, penoris &c. *Gel. c. 1. lib. 4.* Memoriæ intentos ab alia intentione declinant, id est declinare faciunt. *Quintil.* Declinauerunt ad ius discendum, qui Oratores esse non potuerunt. *Idem,* Declinare ictus. *Liuius 6. d. 4.* Omnia se à terris tunc numina declinarunt (id est recesserunt) *Sue. in Aug. ca. 70.*]

Dēclĭnātĭo, verbale, Deflexio. {טיט *mot.* ἔκκλισις. GAL. Destournement, enitement, fuite, detour. IT. *Schinamento, inchinatione.* GE. Das vnderschi biegen oder die entweychung vnd vermeidung. HI. *Declinacion.* ANG. *An eschewing, auoyding, or turning away frome.*} *Curtius li. 7.* Igitur Macedo lanceam omisit, quàm Dioxippus cum exigua corporis inclinatione vitasset, &c ¶ Declinatio morbi vocatur omnis pars, quæ vigorem ipsum subsequitur vsque ad secundæ accessionis principium. *Galen. li. 1. Cristum, cap. 3.** Declinatio est etiam vox Grammatica: quam sic definit *Varro li. 3. de Analogia.* Declinatio est quum ex verbo in verbum, aut ex verbi diserimine, vt transeat mens, vocis commutatio fit, aliqua similitudo declinationis: quum item ex aliqua figura in figuram transit.

Dēclĭuĭs, ue, [& Decliuus, a, um.] Deorsum inclinatus, atque incuruus. {נמוך *namóch.* κατάντης, κατωφερής. GAL. Qui penche & va en abaissant. ITA. *Inchinato.* GER. Vndersich gehelder. HISPAN. *Prono, inclinado, ò cosa que dezcna ò cae.* ANG. *That bendeth and declineth downe as it wald fall.*} *Cæs. 2. bell Gall.* Collis à summo æqualiter decliuis. *Hircius 1. bell. Ciuil.* Ab oppido autem decliui fastigio vergebat in longitudinem passuum circiter quadringentorum. *Pli. in Epist.* Nam mulier nasalibus clara, moribus proba, ætate decliuis, diuidua, mater olim, &c. [Dicitur & decliuus: *Ouid. 3. Fast.* Ventum erat ad mollem decliuo tramite ripam.]

Dēclĭuĭtās, atis, Ipsa inclinatio. {שפי *schephâh* τὸ κάπτειν, τὸ πρανές. GALL. Penchement, abaissement. ITA. *Inchinatione, abbassamento.* GER. Haldung. HISPA. *Decendimiento cuesta ayuso.* ANGLI. *A bending or leaning downeward.*} *Cæsar 8. bell. Gall.* Exiguum loci ad decliuitatis fastigium magnum habet momentum.

Dēcŏllo, as, are, De collo depono: *vt interpretatur Nonius, citans illud Cacilij,* Tibi tradidi, in tuo collo est, decolles cauc. Significat etiam caput alicui decidere, auferre, quod veteres Securi percutere dicebant. {נקף *nakáph.* κόπτειν, ἀποτέμνειν, ἀποκεφαλίζειν. GALL. Oster de dessus le col, decoller, oster la teste. ITAL. *Tagliar il collo, leuar la testa.* CERMAN. Den hals entladen: item Enthaupten. HI. *Degoliar, descabeçar.* AN. *To beheade, to cut of necke.*} *Fenestella lib. 2* Quemadmodum Cæsar à piratis captus sit, vtque eos postea ceperit, & decollauerit. *Suet. in Calig. c. 32.* Miles decollandi artifex, quibuscunque è custodia capita amputabat. ¶ Vsus est etiam hoc verbo *Senec.* ¶ Per metaph. pro destituere, & frustrari, siue decipere, *Plaut. in Cap. sc. 1. a. 3.* Nunc ibo ad portum hinc: est illic mihi vna spes cœnatica. Si ea decollabit, redibo huc ad senem ad cœnam asperam. id est, si fefellerit ea spes, vel potius perierit, quasi collum fregerit ¶ Quin etiam quod *Varro* Decollare dixit. *Columella autem hæc, li. 1. ca. 3.* Portius quidem Cato censebat in eandem rem tractans, deesse scripsit. *Varronis verba hæc sunt, li. 1 de Re rust cap. 2.* Duo in primis spectasse videntur homines Italici in colendo, possentne fructus pro impensa ac labore reddere: & vtrum salubre locus esset, an non: quorum si alterum decollat, & nihilominus vile colere, mente est captus, atque ad agnatos & gentiles est deducendus. *Columella autem hæc, li. 1. ca. 3.* Portius quidem Cato censebat in emendo, inspiciendóque agro præcipuè duo esse consideranda: salubritatem cæli, vbertatem loci: quorum si alterutrum deesset, ac nihilominus quis vellet incolere, mente esse captum, atque eum ad agnatos & gentiles deducendum.

Dēcŏlŏr, penult. cor. adiect. Malo colore præditus, pallidus, quod colorem amisit. {κακόχροος, δυσειδής. GALL. Qui a mauuaise couleur, ou qui a perdu sa couleur. ITA. *Senza colore, scolorito, di bruto colore.* GERM. Entferbt/ vbel gefarbt. HISPA. *Sin color, descolorado.* ANG *Ill coloured, or that hes lest the coulour.*} *Tibullus,* Quæ feret à celeri decolor Indus aqua. *Plin. lib. 16. cap. 12* Frigida hyeme deterior, ac minus copiosa, & decolor. ¶ Decolor nonnunquam pro turbi & inhonesto accipitur. {ANG. *Foule, filthy.*} *Ouid. in Epi.* Deianiræ ad Herculem, Fama Pelasgiades subitò peruênit ad vrbes Decolor, & factis inficienda tuis. *Ætas decolor. Virgil. 8. Æneid.* Aureáque vt perhibent, illo sub rege fuerunt Secula: sic placida populos in pace regebat, Deterior donec paulatim ac decolor ætas. Et belli rabies, & amor successit habendi. *Vbi Seruius,* Decolor ætas, vitiosa: in omni. n. vitioso corpore inest pessimus color. [Decolor de Æthiopis puero. *Iuuenal. Sat. 6.* Decolor ipse suo sanguine Rhenus erat. *Ouid. Ele. 2. li. 4. Trist.*]

Dēcŏlōro, as, pen. pro. Dolore pristino priuo, aut colorem vitio. {τὸ χρῶμα, διαφθείρω, μιαίνω. GAL. Perdre sa couleur, prendre mauuaise couleur. IT. *Discolorare.* GER. Entferben/ die vordrige farb nemmen oder geschenden. HIS. *Quitar el color.* ANG. *To staine, to spill the coulour or tak it away.*} *Lib. 2. ad Herenn.* Si tumore aut liuore decoloratum est corpus mortui, significat eum veneno necatum. *Colum. lib. 12. cap. 16.* Deinde vuas pro magnitudine binas, vel ternas inter se colligatas, in ahenum feruens demitti, & exiguum pati, dum decolorentur. *Sene. Nat. Quæst. 2.* Decoloratur id cuius color vitiatur, non mutatur.

Dēcŏlōrātĭo, verbale. {ἀχρόα, μύσχρωμα. GAL. Decoulourement, mauuaise couleur, comn. e palle. ITAL. *Scoloramento.* GE. Entferbung. HI. *Descolo ramiento.* ANG. *A staining or leesing of the coulour.*} *Cic. 2. de Diuin.* Sed & decoloratio quædam ex aliqua contagione terrena maximè potest sanguini similis esse.

DEICOONTES, Herculis filius fuit ex Megara Creontis Thebanorum tyranni filia. *Autor est Homerus in Odyssea.*

Dēcŏquo, is penult. correp. Paulatim diminuo & coquendo absumo. {ἀφέψειν. GALL. Decuire, faire cuire iusques à diminuer. ITA. *Consumare, scemare cuocendo.* GER. Entkochen/ mit kochen schweyneren. HISPA. *Consumir cociendo* ANG. *To seeth or boyle very much, to seeth away.*} Multum (de stylo) decoquent anni. *Quint. cap. 4. lib. 2.*] *Plin. lib. 21. cap. 3.* Neronis principis inuentum est decoquere aquam. Ita Decoquere mustum, vel aliud ad tertias, & quartas. *Columel. & Plin. o sæpe.* Vnde decocta aqua, & Decoctum, ἀφέψημα. [*Suet. in Neron. cap. 48.* Decocta Neronis hæc est. (sup. aqua) Sic, Decocta quarta pars argenti non *probi. Liuius lib. 2. bel. Macedon. & apud Gell. cap. 11. lib. 10.* Cruda & immitia opponuntur caducis atque decoctis] ¶ *Plin. lib. 22. c. 22.* pro conuertere ac cipere videtur quum dicit, Si calligaris clauus, si ferri vel chalybis aliqua rubigo, aut panni marcor adfuerit nascenti: omnem illicò succum alienum, saporémque in venenum decoquit. ¶ Interdum ponitur pro consumo, & rem familiarem dilapido, malè rem gero. {כלה *chaláh* אכל *achál.* χρεοκοπεῖν. GALL. Frauder ses crediteurs, manger & despendre ce qu'on doit, faire banqueroute. ITALIC. *Fallire, far banquerota.* GER. Hab vnd gůt verschwenden/ den schulderen kein glauben halten. HIS. *Quebrar el credito ò banco.* ANGLIC. *To consume or wast.*} quod sæpe euenit iis, qui gulæ omnia dedunt, aut qui scorta sectantur: translatione sumpta ab iis rebus, quæ ad ignem diutiùs commoratæ ad nihilum redigi solent. Et ferè transitiuè ponitur. *Cicer. 2. Philip.* Tenesne memoria, prætextatum te decoxisse. *Fli. li. 3. c. 10.* Decoxisse creditoribus suis? ¶ *Spartianus* scribit Adrianum Senatoribus, qui non vitio suo decoxerant patrimonium, non pro modo Senatoriæ professionis expleuisse. *Col. l 12.* Nam quanuis interdum emendatum sit perperam factum, vel imprudentia aut negligentia, res tamen ipsa iam domino decoxit, id est, detrimentum dedit. ¶ Tale quid in se habet Defrigo, vt, Hic defrixit, id est, bona consumpsit.

*Decoctus, a, um, Participium. *Cicer. 3. de Orat.* Vt suauiratem habeat austeram & solidam, nec dulcem atque decoctam. ¶ Decocta, absolutè quoque ponitur, sic tamen vt subaudiatur aqua. *Iuuenal. Satyra 5.* Si stomachus domini feruet vinóque cibóque, Frigidior Geticis potitur decocta pruinis.

Dēcŏctŏr, oris, Qui patrimonium conficit, inficiator, fraudator. {עולל *ʒolél.* ἄσωτος. GA. Qui a follement despendu tout son bien IT. *Fallito, che ha consumato y suo beni.* GER. Ein verschwender/ ein verthunger mensch. HI. *El que quiebra el banco ò credito.* AN. *That wasteth or spendeth foolishly his patrimonie and goodes.*} *Cic. in Catil.* Ex iis copiis, quæ à nobis quotidie comparantur, magnopere contemno exercitum collectum ex senibus desperatis, ex agresti luxuria, ex rusticis mendiculis & decoctoribus, ex iis qui vadimonia deserere, quàm illum exercitum maluerint.

Dēcŏctĭor, compar. Perfectior, suauior. Sumpta translatione ab auro recocto aut à vino. *Persius Saty. 1.* Aspice & hæc si forte aliquid decoctius audis.

Dēcŏctum, cti, substantiuum, Ius in quo aliquid decoctum est. {ἀφέψημα. GAL. Decoction. ITA. *Decottione.* GER. Ein gekocht/ ein brů/ *in welchen etwas gesotten ist* HIS. *La decorion.* ANG. *Broth wherin any thing is sodden.*} *Plin lib. 24. cap. 9.* Ad dentium dolorem, auriúmque decoctum eorum salutare. Vulgus Pharmacopolarum *Decoctionem* vocat.

Dēcŏctŭs, us, quartæ declinationis. {ἕψησις. *Idem Plin. libr. 37. cap. 12.* Et aliàs omnes gemmæ mellis decoctu mitescunt, Hoc est, cum melle decoctæ.

Dēcŏctŭ-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Dēcoctūrā, ræ, ἀφέψησις. *Idem Plin. lib. 23. c. 1.* Decoctura eorum veteres dysentericos, & cœliacos iuuat.

Dēcŏr, oris, pen. prod. masc. gen. (*vt Valla lib. 4. c. 15. docet*) Pulchritudo est quædam ex decentia rerum personarúmque, in locis, temporibus, siue in agendo, siue in loquendo. {תפארת *tipheéreth.* κάλλος. GA. Beauté, grace, bõne cõuenance, bien seance. IT. *Bellezza, belià, ornamento* GE. Ein zierd/hupsche. HISP. *Bellezza y hermosura* AN. *Grace in doing or speaking, beautie, comelinesse.*} *Virg. lib. 5.* Diuini signa decoris, Ardentésque notate oculos. *Cic. 1. Acad.* Spoliauit enim virtutem suo decore, imbecillámque reddidit, quòd negauit in ea sola positum esse beatè viuere. ¶ Decor à Decus ita distinguit *Corn. Front. de different. vocab.* vt Decor dicatur formæ, Decus verò honoris. Inde fiunt composita, Indecor, & Dedecor, quę idem significant quod turpis, vel inhonestus. *Vir. lib. 10.* Nec tamen indecorem tua re regina reliquit. *Stat. lib. 3. Theb.* Legimus indecores. *Sallust.* Dedecores multíque terga ab hostibus cædebantur. Inuenitur tamen hic & hæc indecoris. *Actius.* Cuius si vita indecoris, mortem fugere haud conuenit. *Ex Nonio.*

Dēcōrum, ri, pen. prod. substantiuum. {כשר *chaschér* נאוה *naváh.* τὸ πρέπον. *Cic.* τὸ καλὸν, τὸ νόμιμον. GAL. Honnesteté, bonne grace. ITA. *Gratia, auenza, honesta.* GER. Wolstand/das einem erbarlich vnd wol anstehet. HIS. *Honestidad, gracia con hermosura.* AN. *Honestie, comelinesse. good grace.*} quod non tam ipsum honestum significat, quàm quod hominibus, & communi opinioni honestum videtur, & pulchrum & probabile. *Cic. 1. Offic.* Quæ autem pars subiecta est eius generi, eam sic definiunt, vt id decorum velint esse, quod ita naturæ consentaneum sit, vt in eo moderatio & temperantia appareat cum specie quadam liberali. *Ibidem,* Hoc loco continetur id, quod dici Latinè Decorum potest: Græcè enim πρέπον dicitur. [An decorum aduersari te meis præceptis? *Pl. Asin. sc. 1. a. 3.* An turpe est accusasse mihi, vobis damnasse decorũ? *Ou. 13. Met.*

Dēcōrŭs, a, um, pe. pro. Pulcher, decens, honestus, conueniens, consonus. {כשר *chaschér* נאוה *naaváh* יפה *japhéh.* δι' ὀχήμων, πρεπώδης, σεμνός. GA. Honeste, bien seant. IT. *Bello, adorno.* GE. Zierlich/hubsch. HIS. *Bello, hermoso y ornado.* AN. *Honest, seemelie, comelie, faire, beautefull.*} [Haud decorum facinus tuis factis facis. *Plaut. Aul. sc. 4. a. 1.* Parum decoras fortunæ tuæ voluptates. *Sen. de Const. ad Mart.* Magis decorum est libertum, quàm patronum onus portare. *Plau. Asin. sc. 4. a. 1.*] *Plin. lib. 12. ca. 5.* Sepes munita vallo arboris decora specie subter intuenti. *Col. l. 6. ca. 1.* Apenninus durissimos, omnémque difficultatem tolerantes, nec ab aspectu decoros. *Cic. 2. de Nat. Deor.* Nos, æris, argẽti, auri venas penitus abditas inuenimus, & ad vsum aptas, & ad ornatum decoras. *Virg lib. 1. Æneid.* nánque ipsa decoram Cæsariem nato genitrix, &c. *Hora. Epod. Ode 2.* Vel quum decorum mitibus vuis caput Autumnus aruis extulit. ¶ Opponitur huic Indecorus, a, um, ἀπρεπὴς. & Indecorè, παρὰ τὸ καθῆκον.

Dēcōrissĭmŭs, superl. ἀξιωματικώτατος. *Apuleius in Apologia,* Eum quoque Zenonem longè decorissimum fuisse, vt Plato autumat.

Dēcōrē, aduerb. Decenter, conuenienter. {πρεπόντως, ἁρμοδίως, ἁπλῶς. GA. Auec grace & beauté, honnestement. ITA. *Con gratia, gratiosamente.* GER Zierlichen. HISP. *Honrosamente, hermosamente.* AN. *Honestlye, seemelye, comelye.*} *Cic. 1. Off.* Sin aliquando necessitas nos ad ea detruserit quæ nostri ingenij non erunt: omnis adhibenda erit cura, meditatio, diligentia, vt ea si non decorè, at quàm minimè indecorè facere possimus [Næ ille ędepol tergo & cruribus consuluit haud decore, *Plau. a. 2. sc. 4. v. 3.*]

Dēcŭs, oris, pe. cor. & gen. neut. Honor, laus, ornamentum, dignitas, honestas. {הדר *hodh* תפארת *tipheéreth.* τιμὴ, ἀξιοπρέπεια. GA. Honneur, honnesteté. ITA. *Honore, laude, dignità.* GER. Ehr/prepß/zierd. HIS. *Honestidad, honra, decencia, hermosura.* ANG. *Honestie, worship. honor gotten for doing a thing.*} *Virg. li. 5.* Oblitus decorísque sui sociúmque salutis. Vnde Decora militiæ, laudes, honores, honestamenta militi in bello cõparata, quales sunt coronæ, armillæ, & hastæ puræ quibus milites donabantur. [Paruæ magnum decus vrbis Vlyssem. *Tib. lib. 4.* Nunc simul res, fides, fama, virtus, decúsque deseruerunt. *Plau. Most. sc. 2 a. 1. v. 63.* ¶ Decus pro pudicitia. *Liu. l. 1. d. 1.* Decus matronale. *Liu. lib. 34.* ¶ *Item,* Carnufex Capuli decus. *Plau. Asin sc. 2. a. 5.* Donum decúsque amoris. *Ibidem, sc. 2. a. 3.* Nobis potius lucro fuisti, quàm decori tibi. *Plau. Asin. sc. 3. a. 1.*] ¶ Huius contrarium Dedecus, αἰσχύνη, quod pro ignominia siue infami turpitudinis genere sumitur.

Dēcŏro, pe. cor. Orno, honesto, cohonesto, celebro. {פאר *peér.* κατακοσμέω, τιμάω. GAL. Honorer, decorer, reparer, bailler grace, embellir. IT. *Honorare, ornare.* GER. Zieren/ehr entbieten. HIS. *Honrar, ornar, hermosear.* AN. *To beautifie, to do honour to, to sett forth or commende.*} *Horatius,* At bene numatum decorat Suadela, Venúsque. *Cic. 1. Tusc. ex Ennij epitaphio,* Nemo me lachrymis decoret, nec funera fletu Faxit cur? volito docta per ora virũm. *Cicer. de Clar. Ora.* Hæc omnia vitæ decorabat grauitas & integritas. Vide plura in dictione Decus. A Decoro sit Cõdecoro, pro honesto. Decoro, κατατιμῶ, pro vitupero, siue turpifico. *Terent. in Hecyr.* An quicquam pro istis factis dignum te dici potest, quæ me, & te, & totam familiam dedecoras? Ex his omnib. patet, quod plus est Decus, quàm Decor: & Dedecus, quàm Indecorum, & Decoro pe. cor. quàm Decoro. pe. pro. quoniam Decoro, pen. corr. significat honorifico: Decoro, pe. pro. pulchrum visu aut auditu reddo. vnde Decorum & Indecorum minus est, quàm Decus & Dedecus.

Dēcortĭco, as, pe. cor. Corticem detraho. {פצל *pitsĭsél.* λοπίζω, ἀφαιρέω λοπὸν. GA. Escorcer, oster l'escorce. ITA. *Scorticare, scuoiare.* GE. Schellen/die rinden abziehen. HIS. *Descortezar ò quitar la corteza.* AN. *To pill, to tak of the bark of a tree.*} *Plin. li. 6. c. 39.* Cædi intempestiuum quæ decorticentur. *Strab. Largus* Excastrare *vocat.*

* Decorticatus, Participium, *Plin. lib. 16. c. 41.* Tradunt & abietem circa germinationes decorticatam qua diximus lunam aquis non corrumpi.

Dēcortĭcātio, verbale. {פצלת *petsaláh.* τὸ λέπισμα, λέπισις. GALL. Escorcement. ITAL. *Scorticamento.* GERM. Schellung. HISP. *Descortizamiento.* ANGLI. *A pilling or pulling away of the bark.*} *Pli. li. 17. c. 24.* Quòd si angusta decorticatio fuerit, nihil nocet supradictis.

Dēcōrum, Decorus. *Vide* DECOR.

Dēcŏtes, Dictæ sunt togæ attritæ, quasi cotibus detritæ, atque consumptæ sint: habétque hæc vox pen. prod. *Festus.*

Dēcrĕpĭtŭs, Extremæ ætatis senes: à crepando dicti (vt quidam volunt) hoc est à clamando, & conquerendo. {ישיש *jaschisch.* ἀσχαπολέγυντες, παρύλικες. G. Vieillards, qui sont sur le bord de leur fosse. IT. *Chisono vecchi multo, chi sono co i pie nelle fosse.* G. Sehr alte Leut/die ien auff der grüben gehnd. HI. *Muy viejos en la postrema edad.* A. *That ar veryola at deathes doore.*} Aut à decrescẽdo, eò quòd incuruati, & contracti minores fieri videantur. Aut certè ab adiectiuo crepertus, quod anceps & dubiũ significat: propterea quòd vita eorum id ætatis in dubio sit constituta: *Plaut. in Asi.* [*sc. 2. a. 5.*] Atque vnam ámicam ductet decrepitus senex: *Terent. in Eunuch.* Cum meo decrepito hoc Eunucho. *Cicer. 1. Tuscul.* Ex his igitur, horã octaua, quæ mortua est, prouecta ætate mortua est: quæ verò occidente sole, decrepita. [Decrepiti, plus quàm senes. *Senec. epist. 26.* Anum ac penè decrepitam. *Sueton. in Othon. cap. 2.*]

Dēcrescĕrĕ, Diminut. {מעט *maáth* גרע *gharáh.* μειοῦσθαι. GALLIC. Decroistre, diminuer, appetisser. ITA. *Sminuere, scemare.* GER. Abnemmen/schweynen. HISPA. *Decrescer.* AN. *To grow lesse, to decrease.*} [Non decrescit quod naturale est, at decrescit dolor. *Senec. cap. 8. de Consol. ad Marc.* Decrescere genus Lentulorum. *Quin.*] *Mart.* Decreuẽre greges, quum cadit agna frequens. *Cic. 2. de Diuin.* Ostreísque & conchyliis omnibus contingere, vt cum luna pariter crescant, & decrescant. *Celsus lib. 3. c. 6.* Vbi febris decreuit, liberaliter oporret aquam tepidam potui dare. *Plaut. Curc. sc. 1. a. 2.* Valetudo decrescit, accrescit labor.

[Decrementa rerum atque hominum. *Gell. c. 10. l. 3.*]

Dēcrētōrĭus, Decretum. *Vide* DECERNO.

Dēcŭbo, as, pe. cor. Iaceo, quasi deorsum cubo. {רבץ *rabáts.* κατακοιμῶμαι. GAL. Estre couché. IT. *Giacere.* GER nider ligen. HI. *Yazer.* ANG. *To lie downe.*} *Apuleius,* Decubantem excitaui feram. [¶ *Item* pro surgere lecto. GALLI. Descoucher. *Gell. l. 10. c. 15.* & ex eo lecto trinoctium continuum non decubat.]

Dēcŭlco, as, Calco. {דרך *daráh.* πατέω. GALL. Mettre en bas, & fouler dessus, periller dessus. IT. *Calcar.* GER. Mitt füßen nidertretten. HIS. *Hollar ò acocear.* AN. *To treade or trample vpon.*} *Plin. l. 17. c. 10.* Alij in quadrilo pedibus in profluente deculcant.

Dēculto, as, ex De, & Occulto, abiecto altero c, significat valde occulto. κατακρύπτω. *Festus.*

Dēcŭlpatŭs, Multum culpatus, vel culpandus. ψεκτὸς. *Gell. lib. 19. c. 10.* Itáne, inquit magister, dehonestum tibi deculpatúmque hoc verbum videtur.

Decuma, & Decumanus. *Vide* DECIMA, arum, & DECIMANVS.

Dēcŭmbo, bis, Cubo, iaceo, recubo. {שכב *schaváb.* κατάκειμαι. GAL. Estre couché, estre par terre. ITA. *Giacere.* GER. Ligen/niderligen/zu bett ligen. HIS. *Yazer.* ANG. *To lye downe or belayed.*} *Cic. 3. Verr.* Quum Apronius in triclinio quod in foro strauerat, decubuisset. *Hier.* Quintũ iam diem decumbens lectulo, nimia festinatione dictaui. *Col. lib. 7. c. 9.* Si quem mater decumbens oppresserit, cubanti subtrahat. ¶ Significat etiam accumbo. *Plaut. in Merc.* Ad cœnam vocat: venio, decumbo. *Teren. in Phorm.* Prior bibas, prior decumbas. [Quid si adeamus ac decumbamus? (de cœna) *Plaut. Curc. sc. 3. a. 2.* Age sis decumbamus pater (in conuiuio) *Plaut. Asin. sc. 1. a 5.* Vt decumbamus, suadebã. (eodem sensu.) *Ibid. sc. 2. a. 5.* Cedo, amabo decumbe. *Plau. Mostel. sc. 3. a. 2.* ¶ Item de grauiter ægroto *Gell. c. 5. lib. 12.* ¶ Aliquando morior. *Cic. 2. Tuscul.* Mittunt etiam vulneribus confecti ad dominos qui quærant quid velint: si satisfactum iis sit, se velle decumbere. *Idem in prima Philip.* Quod gladiatores faciunt, vt honestè decumbant, id nos principes terrarum faciamus.

Dēcŭpā, pæ, Quid sit à viris etiam doctis dubitatur. legitur tamen apud *Cicer. in Pison.* Pistor domi nullus, nulla cella, panis & vinum à propola atque decupa. Quo loco legendum putat *Budæus* De cupa, duabus dictionibus: vt sit sensus, Pisonem non viuere frugaliter, & vt solent, quibus cura rei domesticæ sit cordi: sed vinum à propolis emere, atque id è cupa, hoc est, non diffusum, aut asseruatum, sed quemadmodum è cupa affertur, hoc est, penè musteum: non enim futuris annis prouidebat.

Dēcuplŭs, a, um, Quod rei alicuius quantitatem decies in se continet. {δεκαπλάσιος. GAL. Dix fois le double. ITA. *A diece doppi.* GER. Zehenfaltig. HISP. *Cosa de diez vezes tanto.* ANG. *Ten tymes double.*} *Liu. 9. bell. Maced.* Vti ea quoque decuplo tanti pluris, quàm quanti essent æstimarentur.

Dēcŭrĕs, Antiqui pro decurionibus vsurparunt. *Festus.*

Dēcŭrĭo, onis, Quasi senator in municipio, aut colonia. Nam quod Romæ erant Senatores, id in municipiis & coloniis erant Decuriones. Dictus est, *autore Vlpiano,* quòd initio quum deducerentur Coloniæ, decima pars deductorum conscribi solita sit. {עשי *jobéts.* λοχαγὸς, δεκάρχος, δεκατάρχης. GAL. Dizenier en guerre, ou vn des iuges des dizaines. ITA. *Decurione.* GER. ein rottmeister vber zehen. HISP *El que es cabeça ò capitan de diez.* ANG. *A sher fe, or one of the ten iudges in equale authoritie.*} Vnde *Cic. in Orat.* citat decreta Decurionum *Idem pro Sest.* Recita quæso Sesti, quid decreuerint Capuæ decuriones. *Pli. Iunior in Epist.* Esse autem tibi centum millia numũm, satis indicat, quòd apud nos Decuriones. Igitur vt te non Decurione solũm, verumetiam Equite Romano perfruamur, offero tibi ad implendas Equitis Romani faculates trecenta millia numũm. *Suet. in August. cap. 46.* Decuriones colonici, & eorum suffragia de suis magistratibus. *Ité,* Decuriones Coloniarum & Municipiorum. *Suet. in August. cap. 100.*] ¶ Decurio item dicitur, qui decem militibus, aut equitibus præest. *Varro* tradit in singulis turmis equitum decuriones esse ternos. Itaq; quum turma in tres decurias diuidatur, singularum decuriarum præfecti decuriones dicebantur. ¶ *Sueton. in Domit.* Decurionem quoque cubiculariorum dicit, qui decem cubiculariis præest. ¶ Decurio quoque palatij dicitur ab *Ammiano,* qui præest palatio.

Dēcŭrĭa, æ, Manipulus decem militum, vel aliorum hominum: cui quę præest, Decurio nominatur. {δεκάς. GAL. Vne bande de dix hommes. ITAL. *Banda di dieci huomini.* GERM. ein rott zehen kriegsleuten/ein burß zehen Menschen. HISP. *La decuria, compañia de diez hombres.* ANGL. *A band of ten souldiours.*} *Colum.* Classes etiam non maioris

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quàm denûm hominum faciundæ, quas Decurias appellauerunt antiqui. ¶ Decuria Senatoria. *Cic. 4. Verr.* Hunc hominem iudicum numero habebimus? hic alteram decuriam Senatoriam iudex obtinebit? ¶ Decuria iudicum, *Cic. 5. Phil.* Totum denique comessationis Antonianæ chorum in tertiam decuriam iudicum scitote esse collectum. * Decuria, pro cœtu & conuentu coëpulorum. *Plaut. Perſa,* Atque nisi gnatam tecum huc iam, quantum potest Adducis, exigam ego hercle te ex hac decuria.

Dĕcŭrĭārĕ, Est milites conscriptos in decurias distinguere. {συλλοχίζειν, κατὰλοχίζειν, διατάττειν, συντάττειν συμμαχίας. Vnde decuriati milites, hoc est, in decurias distincti. κατὰλοχισθέντες. *Cic. pro Domo ſua*, Quum desperatis ducibus decuriatos ac descriptos haberes exercitus perditorum. Quã quam commune potiùs verbum videtur de omnibus iis, qui quamlibet ob causam ita congregantur, vt eorum ordo quidam ac descriptio sit: atque non solùm de decem, sed etiam de pluribus vsurpatur. *Cic. in Sext.* nomine collegiorum delectus habebatur quum vicatim homines conscriberentur & decuriarẽtur. Nam quod Cicero hic per Decuriare, in ea post reditum per centuriare dixit: de eadem re verba faciens, Ego, inquit, quum homines palàm conscribi centuriatique vidiſſem. *Idem li. 2. ad Qu. frat.* Eodem die S. C. factum est, vt sodalitates decuriatique discederent: quibus locis Decuriare est in collegia conscribere & in ordines cogere.

Dĕcŭrĭātĭo, verbale, Distinctio & descriptio in curias. διαδεκασχίλια. κατὰλοχησμός. *Cic. pro Plancio*, Decuriatio tribulium, descriptio populi, suffragia largitione deuincta, &c.

Dĕcŭrĭātŭs, us, ui, Ipsa decuriatio. {διάταξις. *Liu. 1. bel. Pun.* Et vbi ad decuriatum, & centuriatum conuenissent, sua voluntate ipsi inter sese decuriati equites, centuriati pedites coniurabant sese fugæ atque formidinis ergò non abituros.

Dĕcŭrĭōnātŭs, id est, Decuriatus. *Macrob. Satur. lib. 2. c. 3.* Cùm rogaretur, vt decurionatum priuigno eius expediret.

Dĕcūrro, is, decurri, & interdum decucurri, decursum, Deorsum curro. {Ϛρατίζειν. GA. Courir de haut en bas. IT. *Correre in giu.* GERM. Abhin lauffen. HI. *Correr ayuſo ò paſſar.* AN. *To runne downe.* } *Vir. 2. Æne.* Laocoon ardens summa decurrit ab arce. ¶ *Apud Suet. in Neron. ca. 11.* præteritum decucurri, nobilissimus eques Romanus, elephanto super sedens per catadromum decucurrit. [Item decurrere, idem quod currendo accelerare, & festinare. *Plin. Iun.* Ad tacita suffragia, quasi ad remedium decurrerunt. [Decurrere ad tumulum. *Suet. in Claud. cap. 1.* Manus decurrere solet ad id, quod dolet. *Senec. cap. 17. de conſ. ad Elb. Item*, Decurrere per catadromum. *Suet. in Ner. cap. 11.*] *Liuius*, Qui positus fortè in statione pontis, quum captum repentino impetu Ianiculum, atque inde citatos decurrere hostes vidisset. ¶ Interdum idem quod confugere. *Cic pro Quintio*, Adhæc extrema & inimicissima iura tàm cupidè decurrebas. *Plin. Epiſt. 64.* Ad tacita suffragia, quasi ad remedium aliquod decurrerunt. ¶ Decurrere etiam milites dicuntur, quum proposito certamine exercẽt sese. *Liuius*, Mos erat lustrationis, sacro peracto decurrere exercitum, & diuisas bifariam acies concurrere ad simulachrum pugnæ. *Virg. 11. Æn. de Pallantis funere*, Ter circũ accensos cinctí fulgentibus armis Decurrêre rogos, ter mœstum funeris ignem Lustrauêre in equis. ¶ Interdum Decurrere idem est, quod ad finem vsque currere. *Cic. de Senect.* Nec verò velim, quasi decurso vitæ spatio, à carcere ad calces reuocari *Idem pro Quint.* Propè acta iã ætate decursáque. [Spatium decurrere vitæ. (aliàs procurrere) *Ouid. Ele. 4. li. 3. Tri.* Decessit filius tuus, id est, decurrit ad eum finem, ad quem omnia properant. *Sen. c. 11. li. de Conſol ad Marc.* Decurrere per materiã stylo velocissimo *Quint.* Seu celer (sol) hibernas properat decurrere luces. *Tib. lib. 4.*]

Dĕcūrrĭtŭr, impersonaliter, pro confugitur. {ANG. *They runne or flie for refuge.*} *Cæſ. bel. ciuil.* Decurritur ad illud extremum atque vltimum Senatusconsultum. *Liu. 2. bell. Maced.* Decurrebatur tamen eò, vt ouãs vrbem iniret.

Dĕcūrsŭs, us, Actus ipse decurrendi. {מרוצה *merutsáh* אפיק *aphik*. κατάδρομή. GA. Cours, course, courement. IT. *Corſo, gioſtra.* GER. Das hinab lauffen. HISP. *Corrida de arriba abaxo.* AN. *A running downe.* } *Liui. 1. ab Vrbe*, Itaque ne subitò ex collibus decursu Albanorum intercluderentur ab oppido, terga vertũt. *Decursus* pro simulachro prœliorũ. *Gell. lib. 7. c. 3.* Vt in decursibus ludicris, aut simulachris prœliorum fieri videmus. [Atque illud (malum) prono præceps agitur decursu, (dixerat procurrit) *Catull. ad Ortalum. Item* Decursibus cohortium inter esse. *Tacit. lib. 2.*]

¶ Decursus item ponitur pro fine cursus. *Sue. in Ner. c. 24.* Sex excussus turru, ac rursus repositus, cùm perdurare non posset destitit ante decursum, nec eo setius coronatus est.

Dĕcūrsĭo, Aliud verbale eiusdem significationis. κατάδρομος. *Cic. 5. de Finib.* Quem Tyberina detursio festo illo die tanto gaudio affecit, quãto L. Paulum quum regem Persen captum adduceret eodem flumine inuectum. ¶ Ponitur aliquando pro excursione. *Cic. in Epiſt.* Necesse est Antonius Apennino Alpibúsque se teneat, & decursionibus per equites quos habet multos, vastet ea loca, quæ incurrerit. Decursione Troiæ interiecta *Suet. in Calig. c. 18. Item*, Indicta decisione scutum manu sua prætulit. *Suet. in Nero c. 7.* Decursionem campestrem scuto moderari. *Suet. in Galb. cap. 6.*

Dĕcūrsōrĭum, Locus in quo decurritur. {Græci κατάδρομον, Galli *Licias* vocant. AN. *The place where the iuſts, be kept, the liſts.*}

Dĕcūrtātŭs, participium à decurto, Mutilatus, curtatus. {γυιῶ *guadkúal*. κολοβός, κεκολοβωμένος. GALL. Accourci, rongné par vn bout. ITA. *Accorciato, troncato.* GER. Gestutzt. HI. *Mocho ò deſmochado.* AN. *Made short, abbrid ged.*} *Cic. in Orat.* Mutila sentit quædam & quasi decurtata. *Plin lib. 25. c. 5.* Leguntur autem tenuissimæ radices, breuésque, ac velut decurtatæ etiam hæ.

Dĕcŭs. *Vide* DECOR.

Dĕcūssis, vt ex ipsa statim compositione apparet, decem asses valebat. {GAL. Dix asses, vne dixaine, vne croix Bourguignõne en forme d'vn X. ITA. *Dieci aſſi, vna decina, diuiſione fatta in croce.* GER. Zehen pfaphart. HI. *Diez aſſes, moneda de cobre, orden como en cruz.* AN. *A piece of money of the valeur of ten shillinges.*} *Vitruuius* prò numero denario, quem *decuſſe* vocant Græci, non semel vsurpauit. Ita enim scribit *lib. 1. c. 1.* Platoni placuit denarium numerum ea re esse perfectum, quòd ex singularibus rebus, quę monades apud Græcos dicuntur, perficitur decussis, quæ simul ac vndecim aut duodecim sunt factæ, quot supera uerint non possunt esse perfectæ, donec ad alterum decussim perueneri. Reliqua *Vide* in verbo DECVSSO.

Dĕcŭssō, as, are, Est ad decussis figuram redigere. {χιάζω. GA. Croiser l'vn sur l'autre & disposer en forme d'vn X ou comme vne croix Bourguignonne. ITAL. *Diuidere en croce.* GER. Creutzweyß zerschneiden. HISP. *Ordenar en partes como en cruz.* ANGLI. *To crooſſe one thyng on another and make like this letter X.*} Hoc est, res aliquas eo ordine collocare, vt inter se literæ χ, aut Latinæ X, speciem præbeant. Ea enim figura apud Latinos vocatur Decussis: quia vt nos hodie, ita veteres quoque hac figura numerum denarium significabant. Quòd si literam x, per medium fesces, relinquetur v, quæ figura denarij dimidium, hoc est, quinarium numerum commonstrat. Vnde etiam Latini eam figuram quincuncem vocauerunt: & eas arbores, quæ ita erant collocatæ, vt huius figuræ v, speciem referrent, dicebantur in quincuncem digestę. Sed de hoc plura suo loco. Decussis verò, vt diximus, cõstabat ex duobus quincuncibus ita collocatis vt X literæ imaginem exprimeret. In de Decussare, est aliquid ad eius figuræ imaginem redigere. *Cic. de Vniuerſ.* Hanc igitur coniunctionem duplicem in longitudinem diffidit, mediæque accommodans mediam quasi decussauit. *Col. li 4.* Nam duas regulas eius latitudinis, quo pastinator fulcũ facturus est in speciem Græcæ literæ χ decussabimus.

Dĕcŭssātim, significat per decussem. {χιασμόν. GALLI. En forme d'vn X, en croix Bourguignonne ITA. *In forma di croce.* GER. Creutzweyß oder in sternen weyß. HIS. *Partiendo en tajadas como en cruz.* ANGL. *In maner of this letter X.*} *Col. lib. vlt.* Rapam in alueo aut sena componi nito: deinde sicut consueuerunt Salgamarii, Decussatim ferramento lunato ineidito.

Dĕcŭtĭo, is, pen. corr. ssi, ssum, ex de & quatio, Quatiendo deiicio, dimeto, decido. {נקף *nakáph*. κόπτειν. GAL. Abatre, faire cheoir, ruer ius. ITAL. *Cr. ollari, ſtettare à terra.* GERM. Abschlagen. HISPANIC. *Sacudir, echar de arriba.* ANG. *To ſhake downe, or ſtrike of.*} *Liu. lib. 1.* Rex velut deliberandus in hortum ædium transit, sequente nuntio filij: ibi inambulans tacitus summa capita papaucrum dicitur baculo decussisse. *Col. lib. 11. c. 2.* Dum prorepentes oculi digito decuti possint. *Liu. 5. bel. Pun.* Murus turrésque quædam Cumis non ictę modò fulminibus, sed etiam decussæ.

Dĕcŭssŭs, us, ui, Decutiendi actus. {נקף *tókeph*. κόπτεσις. GALL. Abatement, abatage. ITAL. *Abatimento.* GERM. Das abschlagen oder abschnitten. HISPA. *Aqueſ ſecudimiento.* ANGLIC. *A shaking or ſtriking of.*} *Liu. lib. 11. c. 47.* Aliqui tunc scribunt decidere eum, rursúsque decrescere, facilem decussu.

Dĕdĕcĕt, pen. co. Indecorum est, non decet. {לא טוב *lo tób*. GA. Il meſſied, il sied mal, id est mal conuenable. IT. *Deſconuienſi, non ſi habene.* GER. es gezimpt sich nit/es steht vbel. HI. *Deſconuiene, no eſtà bien.* AN. *It is vnſeemely and vnbecomely.*} Et modo personale est. *Cic. 1. Off.* Vt siquidẽ dedeceat in illis, vitemus & ipsi. *Ouid. 6 Metam.* Admouitque preces, quarum me dedecet vsus. *Cic. 1. Off.* Nam & ratione vti, atque oratione prudenter, & agere quod agas considerate, omnísque in re *quid ſit* verum videre & tueri decet: contráque falli, errare, labi, *decipi* tam dedecet, quàm delirare & mente captum esse. [Dedecere maiorum imagines *Tacit. lib. 2.*]

Dĕdĕcŭs, pen. corr. Ignominia ex re turpiter gesta, probrum, turpitudo. {חרפה *cherpáh* קלון *kalón* כלמה *chelimmah*. αἰσχύνη, ἀκοσμία. GA. Deshonneur, infame. IT. *Infamia, diſhonore.* GE. ein schand oder vnehr. HI. *Vituperio, deſhonora.* AN. *Dishoneſtie, diſworſhip, ſhame, miſhonour.*} *Cic. 2. Tuſc.* Dolorem existimo maximum malorum omnium. M. Etiamne maius quàm dedecus? *Item Att. li. 16.* Ergo id erat meum factum, quod Catoni probare non possum flagitij scilicet plenum & dedecoris. *Idẽ pro Roſc. Amer.* Sumptus effusi cum probro & dedecore. [Quidve domum fertis decũno nisi dedecus anno? *Ouid. 13. Met.* Eloquar infelix dedecus ipse meum (id est stuprum) *Ouid. 2. Faſt.* Ita me probri, stupri, dedecoris à viro arguram meo. *Plaut. Amph.* & mox, Eccum, qui miseram arguit stupri, dedecoris. *Item*, vbi heris damno, molestiæ, & dedecori fuerit. *Plaut. Aſin. ſc. 2. a. 3.*]

Dĕdĕcŏr, is, Inhonestus {רקלח *nikláh*. ἀπρεπὴς, ἀσχήμων. GALL. Deshonneste, laid, vilain, messeant. ITA. *Laido, ſconcio, diſhoneſto.* GER. entehrend/ geſchmächter/verleumbdet. HIS. *Coſa ſin honra.* AN. *Dishoneſt, vncomelie and vnſeemelie.*} *Saluſt.* Dedecores multíque terga ab hostibus cẽdebantur.

Dĕdĕcŏrus, a, um, pen. cor. Idem. {ANGLI. *Vnhoneſt that is to others diſhonour.*} *Tacit. lib. 3.* Sextus Pompeius M. Lepidum vt socordem, inopem, & maioribus suis dedecorum, eóque etiam forte Asiæ depellendum incusauit.

Dĕdĕcŏro, as, are, De decore afficio. {הכלה *hikláh*. ἀπρεπίζω, καταισχύνω. GA. Diffamer, deshonorer. IT. *Diffamare, vituperare, diſhonorare.* GE. entehren/ſchenden/ſchmähen HIS. *Deshonrar.* AN. *To diſhonour, to diſtaine ones honeſtie, to defile and defame.*} *Plaut. Bacch.* Qui dedecorat te, me, amicos, atque alios flagitiis suis. *Terẽn. Heaut.* Et me, & te, & familiam dedecoras. *Cic. 3. Off.* Dedecorantem & vrbis autoritatem & magistri. [¶ Dedecoratus *Suet. in Ner. c. 36.*] Tanquam aliter illi non possint nisi morte succurrere dedecorato flagitiis omnibus.

Dĕdĕcŏrōsē, ἀπρεπῶς, αἰσχρῶς. Turpiter. *In Epito. Sext. Aur. Victoris*, Dedecorosè vixi, turpiùs peream. Sunt verba Neronis sua manu pereuntis.

Dĕdĭcō, as, pen. corr. Consecro, religiosum facio, religione deuincio. {חנך *chanách* קדש *kiddeſch*. ἐνκαίζω, ἀφιερόω. GALL. Dedier ITA. *Dedicare, conſecrare.* GER. Weyhen/heyligen/zueignen. HISP. *Dar, applicar, ò conſagrar à Dios.* ANG. *To dedicat, to giue for euer.*} *Liu. 1 ab Vrbe* Multa alia sacrificia, locáque sacris faciendis quæ Argeos pontifices vocant, dedicauit. Dedicare domum *Suet. in Ner. ca. 11.* Dedicare scripta & imagines Grammaticorum in bibliothecis, *Idem in Tib. c. 70.* Tabulam in cubiculo dedicare. *Suet. in Tiber cap 44.* Incen um dedicare instrumentum fundi *Gell. ca. 11. lib. 7.* Quod libris dedicatur, pro (mandatur scriptis) *Quint.* Cic. 2. *de Leg.* Nam qui se ipse norit, primùm aliquid se habere sentiet diuinum, ingenium in se suũ sicut simulachrũ aliquod dedicatum putabit. *Ibidem*, Mens, Fides, Virtus, Cõcordia cõſecra-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

secratæ, & publicè dedicatæ sunt. ¶Apud antiquos etiam legitur pro exponere. *Cæcil. lib. 1. Anna. vt citat Nonius*, Legati quòd missi sunt, veniunt, dedicant mandata. [Dedicare & abdicare, Apuleio ἀφιέρωμι. vbique est affirmare & negare.]

Dēdicātio, Consecratio. {חנכה *chanuchcháh.* καθιέρωσις, καθυσίωσις. GAL. Dediement, dedication, dedicace. ITAL. *Dedicatione.* GERMANIC. emweyhung/zueignung. HIS. *Consagracion.* ANGL. *A dedication, a geuing for euer.*} [Dedicatio Capitolij. *Plutar. in Publ.*] *Cicer. pro Domo sua*, Ni si quem fortè illius castissimi sacerdotis superstitiosa dedicatio deterret.

Dēdignōr, aris, indignum reputo, contemno. {נקל כעיני *nakal beènui.* ἀπαξίω. GA. Desdaigner, auoir en desdaing. ITA. *Sprezzare, sdegnare.* GER. Vnwirdig achten/verachten. HIS. *Menospreciar, desaegnar.* AN. *To disdaine, to contemne, not to vouchasse.*} *Plin. in Paneg.* Vt appareat, non superbia & fastidio te amplissimos honores repudiare, qui minores non dedigneris. *Virg. 1. Æn.* Quos ego sum toties iam dedignata maritos. *Ouid. de Pont.* Is me nec comitem nec dedignatus amicum est. [Huic satus Anchises cum quo commune parentis Non dedignata est nomen habere Venus. *Ouid. 4. Fast.*]

Dēdignātio, verbal. {ἀπαξίωσις. GA. Desdain. IT. *Sdegno.* GER. Verachtung/vnwirdigung. HIS. *Menosprecio, desden* ANG. *A disdaining, an haithing.*} *Plin. in Pan.* Quàm speciosum est enim quòd disciplinam castrorum lapsam extinctámque refouisti, depulso prioris seculi malo, inertia & contumacia & dedignatione parendi.

Dēdiſco, is, dedidici, Quod didici obliuiscor. {μεταμανθάνω, ἀπομανθάνω. GA. Desapredre & oublier ce qu'on a apris. IT. *Dimenticare quello che si ha imparato.* GE. Entlernen/das einer gelernet hatt allgemach wider vergessen. HI. *Desaprender, oluidar lo deprendido.* AN. *To forget that one hath learneth.*} *Plau. Amp.* Haud æquum facit, qui quod didicit id dediscit. *Cic. 3. de Orat.* Ob eámque causam iuuentus nostra dediscere penè discendo. *Ouid. 2. de Rem. amoris*, Intrat amor mentes vsu, dediscitur vsu. *Idem 3. Tri.* [*Ele. vlt.*] Verba mihi desunt, dedicíque loqui. *Dedisce re pro Relinquere consuetudinem. Cic. Pato. li. 9. 20.* Dediscendę tibi sunt sporrellæ & artologani tui.

DEDMASA, δίδυμοσα, Vrbs Cariæ. *Steph.*

Dēdo, is, dedi, ditum, Significat in perpetuum do, vel totum subdo, siue in manus, potestatémve & arbitrium do. {נתן *nathán* מגן *mighghen.* ἐκδίδωμι. GA. Rendre ou mettre sous la puissance d'autruy. ITAL. *Darsi in tutto.* GERM. Sich ergeben/auffgeben. HISP. *Darse de toto.* ANG. *To betake him self into the power of another.*} Vnde dedere se hostibus dicitur qui se in hostium potestatem tradit. Et traditio ipsa deditio dicitur. Et qui ita se dedunt, dediticij vocantur. *Plau. in Amph.* Conuenit, vrbi victi sint eo prælio, vrbem, agros, aras, focos, seque vti dederent. *Liu. li. 1.* Sic ad supplicium Numitori Remus deditur. [Cudentem talia dede neci. *Ouid. 4. Fast.* Saltem pseudolum mihi dedas. Ego tibi? *Plau. pseu. sc. 7. a. 4.* Ego illum tibi dedam. Tace (id est, addicam damnatum tibi pro iniuria) *Plaut. Curc. sc. 2. a 5.* Dedunt se diuina, & humana, omnia, vrbem & liberos in ditionem atque arbitratum cuncti Thebano populo. *Plaut. Amphitr.* Cur me morti dedere optas? *Pl. Asin. sce. 3. act. 3.* Dedam ego te discipulam cruci. *Plaut. Aul. sc. 1. a. 1.* Dato me exercitatum, egomet me dedam tibi. *Plaut. Merc. sc. 6. a. 2.* Dediderat se ad literas. *Gel. c. 11. lib. 2.*] *Cæsar lib 1.* Helueti j omnium rerum inopia adducti, legatos de deditione ad eum miserunt. ¶Forma deditionis describitur apud Liuium in diditione Collatię. Ita enim Rex interrogauit, Estísne vos legati, oratoréque missi à populo Collatino, vt vos populúmque Collatinum dederetis? Sumus. Est ne populus Collatinus in tua potestate? Est. Deditísne vos populúmque Collatinum, vrbem, agros, terminos, aquam, delubra, vtensilia, diuina, humanáque omnia, in meam populique Romani ditionem? Dedimus. Et ego recipio. ¶ Aliquando dedere est simpliciter dare. {ANG. *To giue him self to a thing.*} *Terc. And.* Verberibus te cæsum in pistrinum Daue dedam. ¶Dedere se angoribus aut voluptatibus, *Cic 2. Offi.* Dedere se libidinibus. *Idem 1. Tusc.* Dedere se linguori & desidiæ. *Idem 1. Ofic.* Dedere aures suas Poëtis, *idem pro Archia.*

Dēditūs, particip. Addictus. {נתון *nathún.* ἐνδοτός, ἐξχειρισθείς. GAL. Adonné, qui s'est rendu. ITA. *Dedito, rendutosi.* GER. Ergeben HISP. *El que se rindio ad vincedor.* AN *Geuen to any thing yeelded.*} vt, Deditus amori animus. *Teren. in Hecyr.* Deditus amatoriis leuitatibus, *Cic. 1. de Fin.* ¶Deditus voluptatibus, aut Epicuro, *Cic. 1. de Fin* Deditus literis à puericia, *Ci. ad Lentul. l. 1.* ¶Dedita opera, idè quod data opera. *Cic. pro Roscio Ame.* Quæ facitis, eiusmodi sunt, vt ea dedita opera à vobis contra vosmetipsos facere videamini. *Teren. in Eunuc.* Apud Antiphonem vterque, pater & mater, Qua se dedita opera domi erant. [Hæc mihi dedita est habitatio. *Plau. Most. sc.* Habeo.]

Dēditīm, aduerb. *Veste Diomede Grammat. li. 1.*

Dēditīcius, a, um, Qui se in alterius imperium dedidit, deditus. {נתין *nathín.* ἐνδότος, ἐκχειρωτός. GAL. Qui s'est rendu à la merci d'vn autre. ITA. *Rendutosi all'altrui merce & discretione.* GER. In eines anderen gewalt ergeben HISPA. *El que se rindio al vincedor.* ANG. *That hath betaken him to an others power, & yeelded.*} *Curtius*, Multitudo deditiorũ incolis nouarum vrbium cum pecunia capta dono data est. *Cæsar 2. bel. Gall.* Quum ex deditiis Belgis, reliquíque Gallis complures Cæsarem sequuti, vnà iter facerent. *Cic. ad Brutum*, Itaque id Senatusconsultum plerique interpretantur etiam ad tuos siue captiuos, siue deditios pertinere.

DĒDĪTĪĪ, dicti sunt quidam populi, qui quum in Romanorum fidem concessissent, rebellibus animis ab eis defecerunt: quos deinde rursus superatos adeò humanè Romani tractarunt, vt vitam illis seruarent, & imaginariam quandam libertatem relinquerent, sed tamen infamiæ labe aspersam, lege lata, vt ad veram libertatem Romanæque ciuitatis iura peruenire nũquam possent. *ex Alciat.* Dedititij, qui se permittunt alienæ voluntati, quod non nisi in extrema fit inopia consilij, & præsidij. Eorum autem alij libertatem, alij peregrini dicuntur. De his habes elegans caput apud *Angel. Polit. in Miscel.* Vide etiam Manumitti. Dedititij serui sunt, qui ex obsidione se dediderunt in potestatem victoris, *de his in Inst. tit. de libertate.*

Dēditīo, verb. Dedendi actus, traditio, subiectio, quum quis se in hostis potestatem tradit. {ἔνδοσις, ἐξχείρησις. GAL. Quand on se rend, ou qu'on se met à la merci de quelqu'vn. ITAL. *Il rendersi ad alcuno.* GE. Ergebung/auffgebung. HI. *La rendicion del vincido ò cercado.* AN. *Ayeelding.*} *Cic. pro leg. Manil.* Spem deditionis non demit, obfidéque imperauit. [Deditio ad Romanos facta. *Liu. ab vrb. bis.* In deditionem redigere piratas. *Suet. in Cæs. c. 74.*

Dēdocēre. Est secus atque quis doctus est docere, ab eo, quod quis doctus est, deducere. {ματαδιδάσκειν. GALL. Desenseigner, faire apprendre le contraire de ce qu'on a apprins IT. *Insegnare i contrario di quanto alcuno ha imparato.* GERMAN. Entlernen/anderstlernen weder einer gelehrt worden ist. HI. *Desenseñar lo enseñado.* ANGLI. *To teache the contrare or to mak to forgett that was taught.*} *Quint. li. 3.* Quanta in eluendis, quæ semel insederunt vitiis, difficultas conseruatur quum geminatum onus succedentes premat, & quidem dedocendi onus grauiùs, ac prius, quàm docendi. Propter quod Timotheum clarum in arte tibiarum ferunt duplices ab his, quos alius instituisset, solitum exigere mercedes, quàm si rudes traderentur. *Ci. 1. de Fi.* Si à Polyeno familiari suo Geometriam discere maluisset, quàm illam etiam ipsum dedocere.

Dēdŏleo, les, pen. cor. Non doleo, vel dolore me priuo, vel dolere desino. {ἀπαλγέω. GAL. Laisser à se douloir, passer sa douleur. IT. *Non dolersi.* GERM. Verschmertzen. HIS. *Non dolerse.* ANG. *To ceasse from sorie and paine.*} *Ouid. li. 3. Fast.* Quid me in desertis morituram Liber arenis Seruabas? potui dedoluisse semel.

Dēdŏlo, as, pen. cor. Dolabra vel eiusmodi ferramento, quæ scabra atque impolita sunt, læuigo. {פטל *pasál.* ξέω. GALLIC. Doler & vnir vne piece de bois auec vne doloire ou tel instrument, Pesbaucher. ITAL. *Polire.* GERMANIC. Oberhobslen HISP. *Dolar.* ANG. *To chep, thew with any instrument, to square.*} *Colum. lib. 5.* Hæc eorumque similia pedamenta post putationem retractanda sunt, partésque eorum putres dedolandæ. Compositum est à verbo dolo: vnde mediam habet breuem. *Martial. li. 11.* Fractáque fabrili dedolat ossa manu. Nam syllaba prior in verbo dolo corripitur. *Iuuenal.* Nunc atque animam ventis committe, dolato Confisus ligno. Errant itaque qui producendam esse præcipiunt. [Hunc senem exossabo, dein dedolabo assulatim viscera. *Plau. Mene sc. 2. a. 5.*]

Dēdūco, cis, pen. pro. deduxi, deductum. Multiplex eius vsus est, siue constructionem spectes, siue significationem. Propriè enim significat ex superiori loco in inferiorem ducere. {חלך *hilléch* הוליך *holíech* שלח *schilléach.* ἔξαγω, κάθειμι. GA. Conduire & mener de haut en bas conuoyer. ITA. *Scorgere, tirare, condurre al basso.* GER Abhinführen/abhinziehen. HISPANIC. *Sacar ò traer abaxo, traer guiando.* AN *To bring a wel, to bring honorably, to a place.*} Et in ea significatione interdum habet ablatiuum sine alia præpositione, quam quæ in verbo includitur. *Virg. in Pharmaceutria*, Carmina vel cælo possunt deducere lunam. [Deducere cælo Iouem. *Ouid. 5. Fast.*] Sæpius tamen cum præpositione a, ab, de, vel ex. *Cæsar 3. bel. Ciuil.* Deducere de rostris conantem concionari. *Cato de Re rust. ca. 157* de brassicæ vtilitatibus. De capite & de oculis omnia deducet, & sanum faciet. [Summa deductus ab arce. *Ouid. 3. Fast.* Deduci de possessione *Liu. 4. d. 4.* Deduco pedes de lecto clam. *Plaut. Cur. sc. 3. a 2.* proinde vti properet exercitus suis de finibus deducerent. *Plau. Amph.* Deducere homines à rei venereę proluuio. *Gell. c. 11. li. 4.*] ¶ Aliquando de loco ad locum, siue ad rem ducere. *Cic. Att. li. 7.* Probata conditio est, sed ita vt ille de his oppidis, quæ extra eam prouinciam occupauisset, præsidia deduceret. Sic dicimus, Deducere ex præsidiis, & aliis locis cohortes. *Cæsar 3. bell. Galli.* Deducere ex hortulis in Academiam. *Cic. 2. de Nat. deor. Hircius de bel. Alexand li. 4.* Deducere ex regno, pro priuare & aufferre regnum posuit. [Deducere Deos (per prosopopœiam) & excitare inferos. *Quin.*] Deducere de fundo. *Cic. pro Cecin.* Placuit Cecinnæ de amicorum sententia constituere quod in rem præsentem veniretur, & de fundo Cecinna moribus deduceretur.

¶Deducere de via. *Cic. de Fato*, Ne quum hæc ita sint, est causa cur Epicurus fatum extimescat, & ab atomis petat præsidium, eáque de via deducat. ¶Atque hæc quidem magis propriè dici videntur, quàm quæ sequuntur, quæ translata potius sunt. *Cic. Famil. 1.* Quod dat accipimus: quod instituit referre de religione, & sæpe iam retulit, ab eo deduci non potest, Id est, retrahi, abduci, remoueri, reuocari. *Quintus Cic. de Pet. Consul.* Qui sine causa non amant eos aut beneficio, aut spe aut significando tua erga illos studia futura delinies, dans operam vt de illa animi praua deducas. *Lactan li. 4.* Diximus nomen religionis è vinculo pietatis esse deductum, quòd hominem sibi Deus religauerit. *Deduci à dolore Id est dolor ecogi aliter sentire de re aliqua, & dolore à sententia abduci. Cic. 1. Tuscul* E quibus homo sanè leuis Heraclotes Dionysius, cum à dolore deductus est. Nam quum ex renibus laboraret, ipso in eiulatu clamitabat falsa esse illa quæ antea de dolore sensisset ipse. ¶Habet etiam interdum accusatiuum cum præpositione In. *Cæs. bell. Ciuil li. 3.* Spe enim conficiendi negotij propè in noctem rem deduxerant. *Plaut.* Nunc ne quis erret vestrũm, paucis in viam Deducam siquidem operam promittis dare. *Liuius*, Petebant enim ne se temerè in causam deducerent. Ad eundem modum dicimus aliquem deducere in controuersiam, in iudicium, in ius. Item Deducere in fraudem, in discrimen, in periculum [Illa meos oculos mediam deducit in vrbem. *Ouid. Eleg 2 li 4. Trist.* in lapicidinas facile deductus fiet. *Plaut. Capt. sc. 5. a. 3.* siue mors nos in flore deducit. *Senec. cap 20. de Consol. ad Mart.* In tua deduxi tempora Cæsar opus. *Oui. Ele. 1. lib. 2. Trist.*] ¶Item cum præpositione Ad. *Cæs. li. 8.* Si qua hominum æquitate res ad otium deduci posset, id est traduci. *Cic. pro Flacco*, Sed sunt in illo numero multi boni, docti, prudentes, qui ad hoc iudicium deducti non sunt, id est adducti. *Idem Atti lib. 9.* De gratia & de opere quid significares, mecum ipse quærebam: sæpe tamen ducebar ad eam cogitationem, vt te pro tua admirabili ac singulari sapientia de otio, de pace, de concordia ciuium agi velle arbitrarer. *Lactant. lib. 2.* Homines autem ipsos ad tantam cæcitatem esse deductos, vt viuo ac vero Deo, mortuos præferant. [Deducere rem ad arma. *Cæs. libro 1. de bell. ciuil.* ad summum periculum. *Idem Cæs.* Attenuare magna & postquam me in ædes ad se deduxit domum & se rum nouum. *Plaut. Merc. sc. 1. a. 2.* Hoc ego (ingenium tuum) Pegasidas deduxi primus ad vndas. *Ouid. Eleg. 7. lib. 3. Trist.*] ¶Irregulariter etiam deducere idem est, quod subtrahere. Vnde deducere cibum, est parcius soluto cibum sup-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

peditare. *Terentius in Eunuch.* Haud similis virgo est virginum noſtrarum, quas matres ſtudent demiſſis humeris eſſe, vincto pectore, vt graciles ſient: Si qua eſt habitior paulo, pugilem eſſe aiunt, deducunt cibum: Tametſi bona eſt natura, reddunt curatura iunceas. Vbi propriè (*inquit Donatus*) deducunt, pro ſubtrahunt, quemadmodum hi faciunt, qui fame accurare ſolent quò ſint graciliores, formoſioreſque. [*Liu. 6. ab vrb.* (de vſuris loquens) Sortem aliam ferre de capite deducite.] ¶ *Cicer. lib 1. Acad.* Vt contra omnium ſententias dies pleróſque deduceret, id eſt, prolongaret: tranſlatione ſumpta ab araneis fila deducentibus. ¶ *Pomponius in Attel.* Vocem deducas oportet, vt mulieris videantur verba. Vbi deducere ſignificat in tenuitatem deducere. ἰσχναίνειν. Vnde & pro ſubtiliter, & nihil ſubruſticum proferre ponitur, κομψεύεσθαι. *Horat.* Quum lamentatur non apparere labores Noſtros, & tenui deducta poëmata filo. Metaphora ſumpta à lana, quæ purgata in fila trahitur. Ad hunc etiam modum dicimus, Deducere riuos, quum ex maioribus fluminibus aquam per riuulos in prata deriuamus. *Virg. 1. Georg.* riuos deducere nulla Religio vetuit, id eſt, diuertere. ¶ Significat ité deducere, deſumma aliquid demere. *Cic. Offic. lib. 1.* Hæc igitur & talia circumſpicienda ſunt in omni officio, & conſuetudo exercitatióque capienda, vt boni ratiocinatores officiorum eſſe poſſimus: & addendo, deducendóque videre, quæ reliqui ſumma fiat, ex quo quantum cuique debeatur intelligat. ¶ Deducere etiam is dicitur, qui alicui officij gratia vel honoris præſtat comitatum. *Liuius* Frequentéſque eum domum deduxerunt. *Cic. Fam. 10.* Quúmque magna multitudo optimorum virorum, & ciuium me de domo deduceret, feci continuò omnes participes meæ voluptatis. ¶ Deducimus quoque ſponſam marito, vel ad maritum, vel amicam ad amantem. *Cic. 4. Verr.* Hic eſt Declinus ad quem iſte deduxerat Tertiam Iſidoti mimi filiam. *Tibullus*, Vt iuueni primùm virgo eſt deducta marito. [De ducta Tertia res empta eſt. Ambigué. *Sue. in Caſ. c 50.* ¶ Deducta veſte, vide Diducta. Item, Deducta oratio. *Quint.* Vt huc deducta legantur (ſcripta) *Ouid. El. 1. lib. 5. Triſt.* ¶ Deducto hoſtis in patrem gladio (pro educto, conuerſo.) *Gell. c. 9 lib. 5.*

Dēdūctĭo, onis, verbale à deduco, eſt actus deducendi. שלוח *ſchilluach.* παραγωγή, ὁδήγια. GA. Conduitte. IT. *Sottratione, condotta.* GERM. Beleytung/hinabführung. HI. *Sacamiento de lugar, trahimiento.* ANG. *A conuei ghing or conducting.* } Vnde aquarum deductiones dicimus, quum ex fonte aut flumine per riuos aqua deducitur. *Cic pro leg. Agrar.* Tum quæ erit in iſtos agros deductio? *Idem de diuin. lib. 1.* Ex quo illa admirabilis à maioribus Albanæ aquæ facta deductio eſt. ¶ Non inelegánter etiam deductio ſignificat detractionem minoris ſummæ à maiori. *Cic. in Verr.* Certis nominibus deductiones fieri ſolebant.

Dēdūctŏr, oris, Qui honoris cauſa aliquem deducit. {משלח מוליח *molieh meſchalleáh.* ὁ τῆς ὁδοῦ κατηγεμών καὶ παραγωγεύς. GA. Conducteur, qui conduit. IT. *Conduttore, chi conduce.* GER. Ein beleyter/der auff dem weg etwann hin einen beleytet. HIS. *Guiador*, AN. *One that conducteth or accompanieth another.* } *Qu. Cic. ad M. fratr.* Huius autem rei tres ſunt partes: vna ſalutatorum, quum domum veniunt, altera deductorum, tertia aſſectatorum.

Dēdūctŏr, Gracilior. *Sueton. in Auguſto.* [*c. 79.*] Naſum à ſummo eminentiorem & ab imo deductiorem. i. longiorem.

Dēērrāre, eſt De via, ſiue ratione declinare. {תעה שלשל *taṫáh ſhilſél.* ἀποπλανᾶσθαι, ἀποπλανᾶσθαι. GAL. Se fouruoyer, faillir, s'eſgarer. ITA. *Errare, vagare.* GERM. Verirren/irrgehn. HIS. *Dexar ò perder el camino.* AN. *To erre and go aſtraye.* } *Quin lib. 10. c. 3.* Frequenter etiam fortuita hoc cogitatio præſtat, vt obuios non videamus, & itinere deerremus. *Virg. Ecl. 3.* vir gregis ipſe caper deerrauerat. *Autor ad Heren. lib. 1.* Si transitionibus nullis vtemur, & ſi non deerrabimus ab eo quod cœpimus exponere. [Memini inter homines deerrare à patre. *Plaut. Men. ſc. vlt. a. 5.* Deerrare à recto *Velleius.*]

Dēfæco, cum diphthongo, Significat à fæce purgo, quaſi fæcem detraho {נקה זיקקל *zikkel.* καθαρὸν ποιῶ, διαυγάζω. GA. Oſter la lie, faire raſſeoir & eſclarcir. IT. *Purgare, leuar la fece.* GER. Von der trůſen ſeuberen/leuteren. HISP. *Sacar las hezes.* AN. *To ſcoure, to rak away the lies and ſome. Plin. lib. 18.* Per brumam vitem ne colito, vina tamen defæcari, etiam diffundi, Higinus ſuadet. ¶ Hinc vinum defæcatum dicitur, quando eſt à fæce repurgatum, & ſimiliter omnia purà, inturbata, & ſine ſordibus defæcata dicuntur, ἀύλαιτα, καθαρεύοντα. *Plaut. in Aulular. [ſc. 2. a. 1.]* Nunc defæcato demum animo egredior domo, id eſt, ab angore purgato Propriè. *Col. lib. vlt.* Et defæcatum vinum in amphoras bonas adiicito. [Nunc liquet, nunc defæcatum eſt. *Plau. pſ. ſc. 4. a. 2.* Iam pridem frigida non laui magis libenter, nec vnde melius me rear defæcatam. *Plaut. Moſt. ſc. 2. a. 1.*]

Dēfalcārĕ. Significat tollere & amputare; quaſi falce abſcindere. {ἀποκόπτειν. GAL Defalquer, oſter & rabarre. ITA. *Diffalcare, tagliare.* GER. Abſchneiden/hinweg oder dannen thun. HISP. *Alçar ò quitar, cortar ò podar.* ANG. *To ſhreed or cult away.* }

Dēfāmo, as, pe. pro. Fama priuo, ſicut Diffamo. { חרף *cheréph*, גרף *ghidéph.* βλασφημῶ. GAL. Vituperer, diffamer. IT. *Vituperare, infamare.* GE. Verleumbden. HISPA. *Infamar.* ANG. *To defame, to diſtaine ones honeſtie* } *Gell. [c. 2. lib. 9.*] Vt vocabula eorum quoque defamata atque deformia. [aliàs demortua] cum rebus ipſis viderentur.

Dēfātīgo, as, actiuum verbum eſt, Significans laſſum, & labore defectũ reddo, defatigationem & laborem affero. {חשרית הלאה *hiſtriach heleáh.* κατατονῶ, κακοπαθῶ. GA. Laiſſer, defatiguer, trauailler. IT. *Affaticare, ſtancare.* GE. Ermůden/můd machen. HISP. *Canſar mucho à otra coſa.* AN. *To wearte, to tyre.* } *Cic. 3. de Orat.* Profectò nunquam conquieſcam, neque defatigabor, antequam illorum anceps ites viasque rationéſque, & pro omnibus, & contra omnia diſputandi percepero. *Idem prò Marce.* Noli in conſeruandis bonis viris defatigari. Defatigare aliquem aſſiduo labore. *Caſ. 7. bell. Gall. Cic 3. de Legib.* Ille verò etſi tuus totus eſt ordo, gratiſſimámque memoriam tetinet conſulatus tui, pace tuà dixerim, non modò Cenſores, ſed etiã iudices omnes poteſt defatigare.

Dēfātīgātŭs, participium, Languens, laſſus, labore confectus. {לאה נלאה *nileáh.* πεπονηκώς. GA. Laſſé, trauillé. IT. *Stanco.* GE. Ermudet. HISP. *Canſado.* ANG. *Vwearied, tyred.* } *Terentius Andria*, Deceptus ſum, non defatigatus.

Dēfātīgātĭo, verb. laſſitudo. {תלאה *teleáh.* κατάπονος, κάμνειν. GAL. Laſſement, laſſeté. IT. *Stanchezza.* GE. Ermudung. HI. *Conſancio.* AN. *Wearineſſe.* } *Cic. de Sen.* Corpora quidem exercitationum defatigatione ingraueſcunt, animi autem ſe exercendo leuantur.

Dēfectio, Defectus, Defector, *Vide* DEFICIO.

Defendo, dis, ſum, Tueor, tego, protego, propulſo. { גן *ghan.* ἀπείργω, κωλύω, προβάλλομαι. GAL. Defendre. ITAL. *Defendere.* GER. Beſchirmen/bewaren. HIS. *Defender.* ANG. *To defend.* } [Haud nequeo ſiam nequeam defendere crimen C im tanto commune viro. *Ouid. 13. Metam.* Hoſpes, te obſecro, defende (me ſup.) *Plaut. Aſin. ſc. 4. a. 2.* Defendam te & ſubuenibo ſedulo. *Plau. Men. ſc. 7. a. 5.* Ergo, vt defendi nullo meã poſſe colore Sic excuſari crimina poſſe puto. *Ou. Ele. 8. lib. 1. Triſt.* Non poſſum totã defendere culpã. Sed partem noſtri criminis error habet. *Oui Ele 5. li. 3. Triſt.* Ille poteſt auctore (Ioue) ſuam defendere vocem (i. quod iubet) *Oui. 13. Met.*] Duobus autem modis ab aliquo defendi dicimur: à patrono noſtro, vel defenſore: vt quum dicimus Sext. Roſcium fuiſſe defenſum à Cicerone. Altero modo dicimur defendi ab aduerſario, hoc eſt, ab iniuria, vel contra iniuriam aduerſarii. Vt ſi nobis aduerſarentur iudices, & Cicero tueatur, recte dicemus, defendi nos à iudicibus: non quòd illi nos defendant, ſed quod præſidio Ciceronis ab illorum iniuria defendamur. *Cic. lib. 1. Offic.* Qui autem non defendit, nec obſiſtit ſi poteſt iniuriæ, tàm eſt in vitio, quàm qui &c. Differt tamen defendere à propugnare: quia defenſio eſt, quocunque modo fiat: propugnatio autem, nonniſi per conceptionem. Dicimus autem, Defendo frigus tibi: &, defendo te à frigore. *Virg. Eclog. 7.* Solſtitium pecori defendere, iam venit æſtas. *Et paulò antè*, Dum teneras defendo à frigore myrtos. ¶ Accipitur etiam interdum defendo pro arceo, ſiue depello. *Gellius c. 1. lib. 9 Quint.* Claudius defendebat hoſtes à pinnis facillimè. [Cui opponitur offendere. Sic defendere iniurias prouleiſci ac depellere poſuit C. *Cæſar l. 1. bell. ciu.* Sic defendere ignem, *Gell. cap. 1. lib. 15.* (de incendio vrbis.) Defendere igniſ iactus & lapides. *Caſ. 2. de bell. ciu.*] * Defendere, item pro Ratione affirmare & aſtruere. *Cic. in Vatinium*, Defendebantur, teſtibus collegis ſuis non recitandi cauſa legiſſe, ſed recognoſcendi. *Idem de Finibus*, Grauiſſiméque & veriſſimè defenditur, nunquam vtilitatem ab æquitate poſſe ſeiungi, *Budæus.*

Dēfēnsŏr, oris, Qui defendit, propugnator, patronus. {גן *genén.* προστάτης, σωτήρ. GAL. Defendeur, protecteur, defenſeur. ITA. *Defenditore.* GER. Ein beſchirmer. HISP. *Defendedor.* ANG. *Ad defendour.* } *Cic. 3. in Verr.* Sed ego defenſorem in mea perſona, non accuſatorem maximè laudari volo. ¶ Paterni iuris defenſor, & quaſi patrimonij propugnator fuit: *apud eundem 1. de Orat. & pro Rabirio*, Cuſtos defenſórque iuris & libertatis. [Repulit Troas ab arſuris cum defenſore carinis. *Ouid. 13. Metamorp.*] ¶ Defenſor (tametſi à Procuratore non vſque quaque diſtet) dicitur, qui abſque mandato cum ſola ſatisdatione alterum in iudicio defendit, atque tuetur, *vt eſt in l. minor. ff duabus proximè ſequentibus. ff. de Procurat.* Vnde defenſores ciuitatũ, appellant Imperatores minorem illum magiſtratum, qui parentis vicem plebi exhibere videtur, curaréque debet, ne innocens & ſubitã ruſticitas prægrauetur. *C. & in Aut. de Defenſ. Ciuit.*

Dēfēnsĭo, Propugnatio, patrocinium. { מגן *maghen.* φρουρά, ἀπόκλεισις, σωτηρία. GAL. Defenſé. ITA. *Diſeſa.* GER. Beſchirmung. HIS. *Defenſion.* ANG. *Defenſe.* { *Cic. 4. Acad.* Vt ea pars defenſionis relinquatur. *Et pro Cluent.* Innocentiæ defenſio ſæpe multorum improbitate intercluſa reſpirat. ¶ Defenſio eſt inſtantis, imminentiſue offenſionis propulſatio. Vbi hæc ceſſat, non eſt quod propulſari queat ab offenſione enim omnis defenſionis pendet ratio. *Vide Salomon in l. vt vim. de iuſt. & iur.* quo vero iure defenſio nitatur, *Bartol. explicat in eã*, & quàm variè accipienda ſit, *refert in l. de pupillo. §. 1. ff de Oper. no uũ.* Defenſio pro accuſatione *apud Iuriſconſul. in l ſed ſi Reip. ab de Vſur.* Item pro exceptione vſurpatur. *l. 3. C. de iur. & facti ignor l. ſi quidem De except. Alb.* Defenſio illicita dicitur, quum offenſio licita cenſetur. *Bald. tex. ſingularis eſt, in l. ſi pignore. § furem. de fur.*

Dēfēnso, as, are, frequentatiuum. {GAL. Defendre ſouuent. ITA. *Diffeſare.* GE. Sich beſchirmen eins beſchirmens. HIS. *Mucho defender.* ANG. *To defend often.* } *Plaut. in Bacch.* Noſter eſto dum te poteris defenſare iniuria. *Salluſt.* Arma capientes alios ab hoſtibus defenſabat. [*Vide Gell. c 3. l. 7.*]

Dēfēnsĭto, tas, aliud frequentatiuum, παρεισάγω. GAL. Defẽdre fort ſouuent. ITA. *Defendere bene & ſpeſſo.* GE. Sich vil vnd offt beſchirmen. HI. *Muy mucho defender.* AN. *To defend very often.* } [*Gell. c. 25 lib. 2.*] *Cic. lib. 1. Offic.* Si igitur non poterit, ſiue cauſas defenſitare, ſiue populum cõcionibus tenere, ſiue bella gerere illa tamẽ præſtare debebit, quæ erunt in ipſius poteſtate. ¶ Defenſitare cauſas, *apud eundẽ de Cl. Orat.*

Dēfēnsŭrī, pro defenſum iri, vetuſtè dicitur, quemadmodum debitu iri, pro Debitum iri: daturi, pro datum iri. *Vlpian. de dot. præleg.* Et mulierem agentem ex teſtamento cauere debere aduerſus maritum defenſuiri hæredem: maritus idem debebit cauere aduerſus mulierem defenſuiri ſi prior agat.

Dēfĕro, penultima correpta, detuli, delatum, Affero confero, offero, tribuo. {נשא הוביל *hobil. נשא*, φέρω, μεταφέρω. GAL. Deporter, porter de l'vn à l'autre. IT. *Conferire, portare.* GER. Bringen/tragen. HIS. *Traer, llenar.* AN. *To bring frome one to another.* } *Plaut. in Amph.* Quid ſi e portu nauis huc nos dormientes detulit? Regíque ſemper accuſatium, & hoc aliquando cum datiuo. *Plautus in Trin.* Dimittam, vt te velle video, ſed monſtra hoſce homines mihi: Hos ego quæro, quibus me oportet has deferre epiſtolas. [fac ſis mihi delatum ſit frumentum. *Plaut. pſeud. ſc. 2. a. 1.* perdidi quod tibi detuli; & quod dedi. *Plau. Pſeud. ſc. 3. a. 1.* Detuli pallã tibi. *Pl. Mena. ſc. 4. a. 2.* Ad me face vt deferatur, (inſanus.) Mox, Accerſe homines qui illum ad me deferãt *Plaut. Men. ſc. 5. a. 5.*] ¶ Aliquando cum præpoſitione Ad. *Idem in Aſin.* Egón' vt non modò vxori meæ Surripiam in deliciis pallam quam habet, atque ad te deferam? Hoc ad damnum deferetur (i. palla ad meretricem) *Plaut. Men. ſc. 2. a. 1.* Tute vltro ad me detulisti. *Plaut. Men. ſc. 5. a. 4.* Vt ad amicam deferat quicquid domi compilet. *Plaut. Men. ſc. 1. a. 4.*] ¶ Aliquando cum præpoſitione In. *Plin. lib. 12. c. 19.* Flirecto curſu per ſinus impellunt, atque à promontorij ambitu Argeſtæ deferunt in portum Gebanitarum. *Et Plin. Iun.* Defertur Meganus in Rhenum. Sic deferri in errorem, deferri in præceps.

¶ Signi-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶Significat quoque nuntiare, certiorem facere. *Cic. famil. 15.* Quæ ad me delata essent, scribenda ad vos putaui. *Idem Famil. 5* Quod scribis de beneficiis, scito à me & Trib. milit. & præfectos, & cõcubernales dũtaxat meos delatos esse: in quo quidem ratio me fefellit: liberum enim mihi tempus ad eos deferendos existimabã dari. Postea certior sum factus, triginta diebus deferri necesse esse, quibus rationes retulissem. Vbi deferre, communiter pro denuntiare exponunt. παραγγέλλειν Solebant autem prouinciis præfecti decedentes, quum iam rationes suas deponerent, etiam eorum nomina, qui se cum illis præclarè gessissent, deferre, quò & ipsi aliquando pro meritis suis aliquid beneficiorum à Senatu conse querentur. ¶Interdum habet hoc verbum accusationem, præsertim quum post se habet accusatiuum nomen, εἰσαγγέλλω, ἀποφέρω δίκην ἢ γραφὴν ἀναγράφω. *Plaut. in Aulul.* [*sc. 2. a. 3.*] ad Tresuiros iam ego deferam tuum nomen. *Cic. in Verr.* Serui cuiusdam nomen defertur: is accusatur, ficti testes in eum dantur. Differunt tamen deferre nomen & accusare. Nã deferre nomen dicitur, qui legibus interrogat apud magistratum, vt si interrogatus neget, eius nomen in reos referatur: denique deferre nomen idẽ est, quod reum facere. [Deferre nomen & legibus obligare reum. *Quint. Decl.* 249. Deferre est recipere nomina. *Liu. lib. 8. d. 4.* Deferre absentes reos cædis: *Suet. in Aug. c. 10.*] Accusare verò est agere causam, & sui reum in iudiciũ adducere. Hinc delatores qui crimina deferunt, & delatio, criminis denuntiatio. *Ex Hot.* ¶Deferre quoq; causam dicitur cliens ad patronum, quum eum consulit, & illi controuersiæ ordinem argumentúmq; exponit *Cic. in Verr.* Itaq; ad me præter cæteros, hãc querimoniam Sicilia detulit lachrymis. ¶Pertinet etiam ad dignitatem, & honorem, & venerationem, & officium. σεμνύνειν, ἀποτείνειν, καταπέμπειν. variisq; modis ponitur ac construitur. *Liu. lib. 1.* Omnes Numæ Pompilio regnum deferendum decernunt, id est, offerendum atque tradendum. *Cic. Octauio,* Quæ tibi non antequam postulares maiora, quàm velles, plura quàm sperares, detulit Senatus. *Idem Trebatio,* Vniuersum studium & beneuolentiam ad te defero, id est, tibi attribuo. ¶Deferre appellationem in iure pontificio idem est, quod admittere appellationem. *Vide Archid. extra de appellat. cap. cum appellat. lib. 6.* Deferre hæreditatem, deferre iusiurandum, deferre iudicium, notæ & frequentes apud Iurisconsultos locutiones. Deferre causam ad patronum dicitur cliens, quũ eũ consulit, & ei controuersiæ ordinem argumentúmq; exponit. {GER. Den handel anzeigen.} Deferre in ærarium, item deferre in principis Commentarium quid fit, *Budæus explicat in l. abesse, de Minor, cuius sensum Accursius non intellexit.* Deferre nomen propriè non est accusare, sed apud magistratũ, vel iudicem de aliquo crimine ante accusationem denũciare, & aliũ in capitis discrimen rapere. Deferre reum, idẽ est, quod postulare, & vt cognitionem suscipiat, petere, *l. deferre, de iur. fisc.* Quomodo autem id fiebat, docet *Alciatus in l. iudicasse. de verb. signific.* [Quanti *deferatur (merces). i. indicetur. Senec. epist. 42.*

Dēlātŭs, a, um, participium passiuum. Nauis in portum delata est, id est, deuecta. {מובל *mubál.* καταχθείς. GAL. Amené. ITA. *Portato.* GER. Getragen. HIS. *Trahido.* ANG. *Broght, caryed.*} Hic delatus est lectica, id est, deportatus. *Cic. 1. de Orator.* Diuinitus ad nos delatus vir.

¶Delatus item, Accusatus. {מרשין *meloschán.* ἐγκληθείς, αἰτιαθείς. GAL. Accusé. ITA. *Accusato.* GER. Verklaget/angeklagt. HISP. *Accusado.* AN. *Accused.*} *Cic. de Inuent.* Vt in quodam iudicio, quum venefici cuiusdam nomen esset delatum, &c. [Delatæ* temerè insidiæ. (i. nunciatæ) *Suet. in Claud. cap. 36.*]

Dēlātŏr, oris, Occultus accusator dicitur, & calumniator. {הלך רכיל *holégh rachil* מלשין *meloschén.* ἐνδείκτης. GALL. Accusateur, mouschar, delateur & denunciateur à iustice. ITA. *Accusatore, rapportatore.* GE. Ein ohrentrager/der einen heimlich verrethet / vnd vertregt. HIS. *Acusador, malsin.* ANG. *A secret accuser or complainer.*} *Plin. in Panegyr.* Delatorũ classis permissa omnib. ventis. *Martial.* Et delator habet quod dabat, exiliũ. *Sueton. de Domit.* Deferebatúrq; vox eius, Princeps qui delatores non castigat, irritat. *Vide Alexand. ab Alexand. c. 21. libr. 14.* [Delatorum præmia Papia lege. *Suet. in Nero. cap. 10.*]

Dēlātĭo, onis, Accusatio. {ἔνδειξις. GAL. Accusation ou denonciation à la iustice. ITALIC. *Accusatione.* GERM. das heimlich vertragen oder verretschen/anklagung. HISP. *Accusation de aquelque malsina.* ANG. *An accusation or complainte secretlie made.*} *Cic. pro Cluent.* Qui sibi delationem nominis & capitis periculum ostentarat. *Cæsius Cic. lib. 8.* Illud mihi occurrit, quod inter postulationem, & nominis delationem, vxor à Dolabella discessit.

Dēfĕrŭĕo, Feruere desino, refrigeror, calorem amitto. {ἀποζέω. GALL. Laisser à bouillir, cesser de bouillir, ne bouillir plus, se refroidir. ITA. *Cessare di bollire.* GERM. Auff hören siedend sein. HIS. *Dexar de heruir.* AN. *To cease frome seething or boyling, to lose heat and waxe cold.*} *Gell.* Interea puer venit & olla deferbuerat. Per metaphorã, mitesco, placidus fio, μεταπίπτω, καταπαύομαι. *Plin. in Epist.* Quum tam satis ille primus impetus deferuisset, & languidior in dies ira ad iustitiam rediisset. *Cic. pro Cælio,* Si splendor, si nitor, iam ista deferbuerint, iam ætas omnia, iam ista dies mitigarit. [Vt Deferbuit Mare. *Gell. cap. 1. lib. 19.*]

Dēfĕrŭēscĕrĕ, Feruorem amittere. ἀποζέειν. Et per translationẽ, ardorem animi deponere ἀποθυμαίνω. ANG. *To lose the heat.*} *Cic. 4. Tuscul.* Aut rogandi, orandíq; sunt, vt si quam habent vel vlciscendi vim, differant in tempus aliud, dum deferuescat ira. Sed hoc per trãslationem, quasi ignis quidam animũ incendens. *Colum.* propriè pro refrigerari posuit, *lib. 2. de fœno loquens,* Prudentes agricolæ, quanuis iam illatũ tecto non antè componunt, quàm per paucos dies temerè congestum in se concoqui, & deferuescere patiantur.

Dēfĕrŭĕfăcĭo, Non significat refrigerare, vt nonnulli existimant, sed valdè feruere facio, vt DE significationẽ verbi augeat. {רתח *rittéach.* διαζέω. GALL. Faire bouillir. ITAL. *Far bollire forte* GER Guttig heiß machen. HISP. *Hazer heruir.* ANG. *To make, to bolye and seeth greatlie.*} *Cato de Re rust. cap. 157.* Brassicã macerato bene, postea in ollam coniicito: deferuefacito bene: vbi cocta erit, bene aquã defundito. *Plin. lib. 23. cap. 7* Radix caprifici, deferuefacta in vino, dentiũ dolores sedat.

Dēfĕtīscŏr, deponens compositum ab antiquo verbo fatiscor per mutationem a literæ in e, significat labore deficio. {נלאה *nleáh.* κάμνω, κοπιῶ. GAL. Se lasser, estre lassé. ITAL. *Stancarsi, straciarsi.* GER. Von arbeit mũd oder machtloß werden. HISP. *Ser fatigado, ò cansarse, ò desfalescer.* ANG. *To be tired and wearie, to faynt. Terent. in Phorm.* Hęc res mihi solicitudini est, Neque defetiscar vnquam ego experirier, Donec tibi id quod pollicitus sum effecero, ¶De huius verbi præterito inter Grammaticos non conuenit *Priscianus* enim vult eius præteritum esse defessus sum, sicuti à fatiscor fessus sum. Contrà *Diomedes,* fessus & defessus nomina esse vult, non participia cuius sententia videtur verisimilior. Neque enim fessus aut defessus tempus vllum importat more participiorum, neque actionem aut possessionem sed idem omnino significat quod lassus, quod certè nomen esse nemo dubitat. Differunt autem hæc duo à participio fatigatus, sicut calidus & calefactus, quorum hoc & tempus & passionem significat, illud solam qualitarem. Sic fatigatus dicitur ille, quem res aliqua fatigauit: fessus autem & defessus simpliciter qui labore deficit. Hinc eõpositum Indefessus, idem quod indefatigabilis, ἀκάμπτος. *Claud. lib. 1. de rapt. Proserp.* Indefessa ferar, nulla cessabimus hora. Non requies, nõ somnus erit, dum pignus ademptum Inueniam. [Defessus sum quęritando. *Plaut. Amph. sc. 2. a. 4.* Defessi exhaustíque oculi. *Senec. de Cõs. ad Mart.* Defessi sumus (dicendo) *Plaut. Men. sc. 2. a. 4.*] ¶Verba autem fatiscor & defatiscor, in vsu non sunt, sed eorum loco vtimur verbo neutro fatisco, quod eiusdem est significationis. *Col. lib. 2.* Sed omni solo, quod prædictorum leguminum segetibus fatiscit, vna præseris medicina est, vt stercore adiuues, & absumptas vires hoc pabulo refoueas.

Dēfĭcĭo, deficis, ex de & facio, Desum, desciscо, defero. {חסר *chasér* אפס *aphés* לף *saph.* ἐκλείπω, ἐκλύομαι. GA. Defaillir. ITA. *Mancare.* GER. Gebrästen/nit gnugsam sein. H. *Defallecer, ò faltar.* AN. *To faile, to lacke.*} [Valet id in hominibus, deficit in cæteris. *Gell. c. 1. lib. 14.* Deficere maluit, quàm desinere (dicendo) *Quint.* Horrea fœcundas ad deficientia messes. *Tib. lib. 4.* aliàs fœcundis indeficientia mensis.] *Cic. 3. in Verr.* Vereter ne mihi crimina non suppeterent, ne oratio deesset, ne vox virésque deficerent. *Idem Seruio Sulp.* Sed opprimor interdum, & vix resisto dolori, quod ea me solatia deficiunt, quæ cæteris (quantum mihi exempla propono) simili in fortuna non defuerunt. Et more suo hic fecit *Cic.* vt per Desum, deficio exposuerit. Hinc defectus pro priuatione deducitur: de quo infrà. [Non te deficient nostræ memorare Camœnæ. *Tib. lib. 4.*]

¶ Legimus etiam Deficere absolutè positum pro deesse, λείπεσθαι, ὑστερεῖν. [*Cæsar lib. 1. de bell. ciuil.*] Quare neque tanti sum animi, vt sine spe castra oppugnanda censeam, neque tanti timoris, vt ipse deficiam: *Hoc paulò pòst alio modo dixi.* Deficere animo, λειποψυχεῖν. Martius (inquit) Rufus Quæstor in castris relictus à Curione, cohortatus suos ne animo deficiant, id est, terreantur & animus desit. ¶ Inuenitur etiam cum accusatiuo pro derelinquere, siue destituere positum: quanquam in sensu idem sit cum deesse, καταλείπειν. *Cic. 4. in Verr.* Iam me vires deficere cœperunt. *Idem 3. de Orat.* Prudentia nunquam deficit oratorem. *Cæsar,* Frustra meæ vitæ subuenire conamini, quoniam sanguis virésque deficiunt, id est, ἐξαδυνατοῦσι. Similem omnino vsum habet verbum Desero. *Sallust. in Iugurtha,* sed de studiis partium, déque omnibus ciuitatis moribus, si figillatim atque pro magnitudine parem disserere, tempus quàm res maturiùs me deseret. Habet autem deficio in ea significatione ferè semper ante se nominatiuum rei inanimatæ: vt, Dies me deficit, Vox te deficit. ἐκλείπει. & Oratio illum deficit. *Lactant. lib. 7.* Non enim verendum, ne tàm in bona causa deficiat oratio, qui sæpe etiam malos copiosè ac fortiter defendisti. *Cæs. lib. 2.* Ipsos res frumentaria deficere cœpit. Si quis tamen in his datiuo pro accusatiuo vtatur, non culpandus erit: frequentiùs tamen cum accusatiuo vsurpatur. Non rectè autem ita dicas per nominatiuum rei animatæ, Vxor me deficit: sed, à me deficit. ¶Item Deficere cum accusatiuo significat non suggerere. *Virg. 1. Georg.* quum iam glandes atque arbuta sacræ Deficerent syluæ, id est, non suggererent glandes atque arbuta. Sic enim exponunt hunc locum plerique interpretes: quanquam non malè ibi deficerent pro deessent accipere possimus: vt Arbuta & glandes, nominatiuos esse intelligamus: syluæ autem, datiuum. ¶ Interdum absolutè ponitur pro finire, desinere, καταλήγειν vt, Hic præ mœrore defecit. [Credite deficio *Ouid. El. 6. lib. 4. Trist.* Deficientibus lecticariis (i. defessis) *Suet. in Othon. cap. 6.* Vrque iacens ripa deflere Caystrius ales Dicitur ore suam deficiente necem. *Ouid. El. 1. li. 5. Trist.* Si iam deficiam (æger.) *Ouid. El. 3. lib. 3. Trist.* Deficientem capillum reuocare à vertice assueuerat. *Suet in Cæs. ca. 45.*] ¶ *Martianus,* Tum demum id agere consilium erat, quum vita defecit.

¶Construitur quandoque cum ablatiuo sine præpositione, & sic sumitur pro carere, siue priuari, στερεῖσθαι. [Si te intelligã deficere vita, de mea ad tuam addam *Plau. Asin. sc. 3. a. 3. Item Suet. in August. c. 8.* Nunquam locutus est nisi me ditata & composita oratione: quamuis non deficeret ad subita extemporali facultate.] *Colu. lib. 3. de vite loquens,* Quúmque transtuleris (inquit) de humido in aridum locum, vide ne pristino alimento deficiat. *Idem,* Commodè fluunt, nec deficiunt sacro solo. *Et lib. 8.* Qui si memoria deficitur quominus agnoscat cuiusque progeniem, pice liquida eandem nota scrofæ & porcis imponat. ¶ Item, Deficere debitores dicuntur, quorum facultates ita imminutæ sunt, vt iam soluendo non sint. *L. 3 ff. de iur. fisc.* vnde defectus facultatibus *apud Vlp. l. si extraneus. D. de im dot.*

¶ Capitur & pro dissentire, recedere seu rebellare, desciscere, deserere. {מור *marádh* כשש *paschách.* ἀφίστημι. GAL. Se reuolter, se rendre du parti contraire. ITA. *Rebellare.* GERM Abfallen/abtrunnig werden. HIS. *Rebellar.* AN. *To mak defection or yeelde to the contrare parte.*} & tunc ablatiuo iungitur cum præpositione. *Sallust. in Iugurt.* Quod oppidum primùm omnium post malam pugnam ab rege defecerat. Deficere enim dicuntur, qui ab his quorum sub imperio sunt desciscunt, & in hostium numerum se conferunt. *Cic. Lælio,* Difficile est amicitiã manere si à virtute defeceris. *Liu. lib. 2.* Eodem anno duæ colonię, Pometia & Cora ad Aruncos deficiunt, Hoc est, Romanos deserunt transeuntes ad Aruncos.* Deficior, pass. *Colum. lib. 3.* Iugatum quadam parte deficitur, quadam superat. *Cic. pro A. Cluentio,* Ex hoc illud est quod antè dixi, mulier abundat audacia, consilio & ratione deficitur. [*Ouid. Eleg. 1. lib. 2. Trist.* Tempore deficiar Tragicos si persequar ignes.]

Dēfectŏr, verbale. {משיב *poschéab.* ἀποστάτης: GALLIC. Rebelle, celuy qui

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

s'eſt reuolté,apoſtat.ITA.*Ribello.*GERM.Abfellig/abtrunnig. HIS. *Ribellador.*ANG.*A reuolter or yéelder to the contrare part.* } *Suetonius in Neron.cap.*43.Reuocatíſq; ad pœnitentiam defectoribus,&c.

Dēfectŭs,a,um, particip. à deficio, vel deficior, habet ſignificationem actuã in voce paſſiua. {ἐλλειπτός. vt Defectus robore animi:ἄῤῥωστος: *Col.* Diligentis patrisfamiliàs eſt,primam quanq; arborem ſenio defectam tollere,id eſt,quæ deficit.*Quintil.lib.*3.Vt ſi obſeſſi & impares,& aqua cibóque defecti,de facienda ad hoſtem deditione deliberent.i. qui defecerunt. [Quod ſibi defectis illa ferebat opem. i.Defecerat illos victus.*Ouid.*3.*Faſt.*Defectis Hecubã potui legiſſe ſub annis. *In Epiſt. Vlyſſis.*defectus,ꝑ defeſſo,*Seneca.*]Defectꝰ paſſiuè, ἐκλελιμμένος. *Cic.in Oratione antequam iret in exilium.* Nunc vel ſolus defectus ad calamitatem,vel primus vocatus ad tale periculum,omnium animos iure debeo commouere.Defectæ ſenectutis homo.i.ſenectute confectus.*Vlpianus de Vſufruct.*Vt puta ægrotanti ſeruo,vel infanti,vel defectæ ſenectutis homini.Eodẽ modo defectus ætate dicitur pro confectus.¶Defectus poni videtur aliquando pro defectus. *Cic. ad Attic.* Libri ad Varronem non morabuntur:ſunt enim defecti,i.perfecti.

Dēfectiŏr,comparatiuus,& Defectiſſimus ſuperlatiuus.*Colum. in præfat.* Sed ſiue fundum locuples mercatus eſt turba pediſſequorum lecticariorúmque defectiſſimum quenque annis & viribus in agrum relegat,&c.¶*Apul.in Apologia,* Cur in planis quidem ſpeculis fermè pares obtutus ac imagines videntur, in tumidis verò & globoſis omnia defectiora,ac contrà in cauis auctiora?

Dēfectŭs , us , nomen,ſignificat penuriam,non vitium aut culpam,aut morbũ.{חסר *chŏſer.* ἔλλειμμα.GAL. Defaut,defaillance. ITA.*Diſagio, defetto, mancamento.* GER. Ein mãſten/mangel.HISP.*Falta ò mengua.* ANG.*A lacke,a ſailing.* } vt defectu ciborũ dedimus nos hoſtib.*Liu. lib.*4. Defectus alibi aquarum circa torridos fontes rituóſq; ſtragem ſiti pecorũ morientium dedit.¶Interdũ dicitur diminutio.*Gellius lib.* 2.Sed de lunæ motib.ſolíſq; defectib.Vnde Defectio ſolis & lunæ dicimus. Defectus animi,ſiue defectus animæ (*vt Celſo moris eſt loqui*) λειποθυμία,λειποψυχία,Græcè dicitur.A noſtris etiam animi deliquium, & verba linqui animo, & intermori , & deficere , & extinctæ animæ ſpeciem præbere:quos *Plinius* & defectos animo quandoq; appellat. Defecta verò corpora,& defecti ſunt, quos πτερωτοὺς , quaſi reſolutos & reſolutionem ipſam,πάρεσιν dicunt:qui & ſyntectici vocantur , & ſyntexes,defectiones. *Plinius* , Genus vnũ quod bion vocamus, prodeſt ſtomacho diſſoluto,& prægnantibus & defectis. *Martialis* , Dulcia defectu modulatur carmina lingua.

Dēfectĭo,Receſſio,ſeu rebellio , vel militum ab Imperatore, vel ciuitatis à domino:qui dicuntur deficere , quum ab eorum gubernatione diſcedunt.{מרד *méredh* פסע *péſcha*ʰ. ἀπόστασις, ἀποστασία.GAL. Reuoltement,rebellion. ITA.*Ribellione.* GER.Abfall.HISP.*Rebeldia.*ANG. *A defection , reuolting or yeelding to the contrare parte.*} *Liuius libro* 1. Ob reſiduas bellorum iras maximè ſolicitatis ad defectionem animis voluntarios traxêre.*Cic.*4.*Tuſcul.* Omnium autem perturbationũ fontem eſſe dicunt temperantiam , quæ eſt à tota mente, à recta ratione defectio. ¶Aliquando dicitur diminutio & decretio,defectus, ἔκλειψις.*Idem in Catone,* Quoniam delectabantur ad defectiones ſolis & lunæ,multò nobis ante prædicere. ¶Sunt & defectiones in corpore humano,quales mulierib. à conceptu accidere ſolent. {דמם חלב *hamas halleh* λειποθυμία.GAL. Debilités,defaillances de cœur. ITAL. *Debolleze.* GERM. Onmachten. HISP. *Flaqueças.* ANG. *Infirmitein, à faylingi of hart or courage.*} *Plin.in Proœm.lib.* 23. Pampini ſanguinem excreantibus , & mulierem à conceptu defectione diluti potu proſunt. Quod genus etiam malaciam,μαλακίαν,in prægnantibus vocare *Plin.*ſolet.Eſt enim malacia in ſtomacho debilitas. Et in mari malacia pro tranquillitate capitur. [*Gell.cap* 8.*l.*5. Pleraque dici per defectionem ſolent,vt ipſe quirinali lituo.]

Dēfectĭuŭs,a,um,Quod eſt mancum.{חסר *chaſér.* ἐλλειπτικός.GAL.Defaillant,mutilé.ITA.*Manco.* GER. Das da mat iſt/ein mangel vnd brãſten hat.HISP.*Coſa que ſuele ò puede faltar.* ANG.*That lacketh, manck and mutilat.*} *Cicer.* 1.*Offic.* Erenim cognitio contemplatióque naturæ manca,id eſt,defectiua quodam modo.

Dēfĭgo , is, penult.producta,defixi,Deorſum figo,implanto,immitto, colloco,pono.{מען *mahách* תקע *takáh* טבע *tabáh.* κατακεντέω.GAL. Ficher,attacher à clou ou autre choſe.ITA.*Impiantare,fiecare , piantare* GE.Vnderſich hefften/anheffte HI.*Hincar.* AN.*To ſtick in or faſten with nayles.*}*Colum.lib.*2.Tũ in terram bene paſtinatã & ſtercoratam rectum ſarmentum defigito.*Virg.lib.*2.*Georg.* Altiùs & penitus terræ defigitur arbos,Eſculus in primis.*Cæſar.bell.Ciuil.*2. Afferes pedum duodecim cuſpidibus præfixi , atque hi maximis baliſtis miſſi per quatuor ordines cratium in terra defigebantur. Defigere ſicam in corpore , *apud Cic.* Defigere cultrum in corde, & Defigere gladium iugulo,*apud Liuium.*¶Ex hac verbi ſignificatione elegantes ſimul ac variæ tranſlationes exiſtunt ; vt quum aliquem dicimus pauore defixum eſſe,aut ſtupore mœſtitiaue. Habétque ſingularem cum his nominibus Animus & Oculus elegantiam.*Cic.*4. *Acad.* Aduerſantur enim primùm , quòd parum defigunt animos. *Idem pro Domo ſua.* At quam ſententiam dixi?primùm eam quam populi ſermo in animis veſtris iam antè defixerat.*Lactant.lib.*2.Oculos ſuos ab alto deiiciunt, ſolóque defigunt.*Cic.Philipp.*1. Quid eum non ſorbere animó, quid nõ haurire cogitatione,cuius ſanguinem non bibere cenſeris? in cuius poſſeſſiones atque fortunas non impudentiſſimos oculos ſpe & mente defigere?*Plin.lib.*8 *cap.*16.Quũ pro catulis fœta dimicat, oculorum aciem traditur defigere in cetram, ne venabula exꝑaueſcat. [Qualiter aduerſus hoſti defigere ceruos. *Tibul. lib.* 4.] *Cic.in Verr. Act.*2.Vt nõ modò in aurib.veſtris,ſed in oculis omniũ ſua furta atq; flagitia defixurus ſim:hoc eſt , ita de prompturus & relaturus , vt non modò audiri,ſed etiam fieri videãtur:vel ſic,vt nõ modò auditui & intellectui perſpicua ſint , ſed etiam viſui ſubiici videãtur,id eſt,ſub oculos poni. Ahquãdo pro ferio vel trãſfodio κατατίρω,*Perſius;* Ore teris modico,pallentes radere mores Doctus , & ingenuo,culpam defigere ludo.

Dēfixŭs,a,um,Infixus,hærẽs in aliquo, AN. *Faſtened,fixed or flicked in.*} *Cic.de Art.* Vitia in aliquo penitus defixa atq; hærentia.[Defixum in angulo Senecã(exulẽ)effodit Claudius.*Senec.cap.*13.*de Cõſ.ad Polyb.*]

Dēfinĭo, is, Termino , finiendo certos rei de qua agitur terminos præſcribo. {גבל *ghabál* גדר *ghadhár* גזר *ghazár.* κανονίζω, ἀφορίζω. GA.Limiter & borner,determiner,aſſigner. IT. *Definire,terminare.*GER einzyſen. HI.*Determinar,diffinir.*AN.*To limite,to bounde, to appoynte the end of a thing.*}*Cicer.de Somn.Scip.* Sic habeto omnibus qui patriam conſeruauerint,adiuuerint,auxerint , certum eſſe in cœlo,ac definitum locum,vbi beati æuo ſempiterno fruãtur.*Idem de Amic.* Altera ſententia eſt,quæ definit amicitiam paribus officiis ac voluntatibus.Sic Definire imperium,prædia, hortos: pro dimenſa inter ſe diuidere.¶Definire præterea eſt rei alicuius vim deſcribere & explicare finitione:quæ conſtat genere,ſpecie,differentibus,propriis,*vt autor eſt Quint.li.*7.*c* 4.*& li.*5.*c.*10.*Cic.li.*1.*de Inuent.* Quum autem nominis controuerſia eſt,quia vis vocabuli definienda verbis eſt,conſtitutio definitiua nominatur.

Dēfinītĭo,onis. {ANG.*A definition.*} ſecundum aliquos,eſt oratio demonſtrans cuiuſmodi eſt illud de quo fit ſermo.Vel ſic : Definitio eſt oratio mentis contentum aperiens Hanc alii ſic definiunt : Definitio eſt,quæ compendioſa ſubmonitione nos in rerum cognitionem vocibus ſubiecta adducit. Aut hoc modo , Definitio eſt oratio,id eſſe quod eſt monſtrans. Aut,Definitio,eſt oratio , quæ declarationem & intelligentiam rei demonſtrat,& elucidat.Definitio item eſt rei quaſi in vniuerſum dicta,non tamen vniuerſalis,in præpoſitione per ſingulas partes,ſiue in vniuerſum deductio. Definitio propriè dicitur quæ conſtat ex genere & differentiis. *Vide plura apud Dialecticos,& infra in* Diffinitio.

Dēfīnītum eſt,pro eo quod dicimus Decreui,vel conſtitui. *Plau.in Ciſt.* Perge dicere.A. Anne vt etiam quid conſultura eſt ſciam?M.Perge eloqui;non remittam,definitum eſt.

Dēfīnītŭs,a,um,Certus,cõſtitutus,attributus,aſſignatus.{גזר *nighzár.* ὡρισμένος,διωρισμένος.GA.Defini,limité,borné.ITA.*Limitato,terminato.* GER.eingeʒylet/beſtimpt.HI.*Determinado.*AN.*Limited,bounded.*} *Cic. de Sen.*Hic certus eſt in cælo ac definitus locus.

Dēfīnītē,aduerbium,Finitè,ſtrictè.{ὡρισμένως,ἀφωρισμένως.GALL.Expreſſeement,determineement,diſtinctement. ITAL. *Expreſſamente,con miſura & limitatione.*GER.Auſſtruckenlich/heiter.HISPA.*Determinamente,expreſſay claramente.* ANG.*Expreſſelie,namelie,preciſelie.*} *Cic. pro Corn.Balb.* Lex id Gellia & Cornelia , quæ definitè poteſtatem Pompeio ciuitatem donandi dederat,ſuſtuliſſet.*Pli.in Paneg.*Nec magis definitè,diſtinctéque deſignat,qui Traianum, quàm qui optimum appellat.

Dēfīnītĭo,*Vide* DIFFINITIO.

Dēfinitīuŭs,a,um,{ὁριστικός.GA.Definitif,qui definit & limite.IT.*Definitiuo,limitatore.*GE.Das zu der einzylung/entſcheidung oder beſtimmung gehört.HI.*Deſtindador.*AN.*That limiteth and bounneth.*} *Cic.1.de Inuent.*Cùm facti controuerſia eſt,quoniam coniecturis cauſa firmatur, conſtitutio coniecturalis appellatur:quum autem nominis , quia vis vocabuli definienda verbis eſt,conſtitutio definitiua nominatur.

Dēfĭŏcŭlŭs,Dicitur qui eſt captus vno oculo,quem luſcum alio nomine vocitamus. {ἑτερόφθαλμος.GALL.Borgne,qui n'a qu'vn œil. IT. *Loſcho,ſenʒa vn' occhio.*GE.eineugig.HI.*Tuerto de vn ojo.* AN. *That lacketh one eye.*}*Mart.lib.*11.de importunis baſiatoribus.Hinc defioculus & inde lippus.

Defit,Deeſt,cum datiuo conſtruitur.{חסר *chaſér.* λείπει. GA.Il y a faute.IT.*Manca,non ciè.*GER.es manglet/es gebriſt HIS. *Falleſce.* ANG. *Thair is lacke,thair wanteth.*}*Ter.in Eun.* Nihil quum eſt,nihil deſit tamen.*Idem in Hecyr.*Nihil apud me tibi deſieri patiar, quin quodopus ſit,benignè præbeatur *Vir.Ecl.*2.Lac mihi non æſtate nouum,nõ frigore deſit.*Vnde Priſcianus,*Deficio loco:paſſiuè defio facit,& deinde defectus.[Defiet.*Liu.l.*9.Item,Quod ſit ſatis,neque defiat, neque ſuperſit.*Plau.Men.ſc.*4.*a.*1.Defieri.*Gell.c.*14.*li.*1.Defieri.*Et ca.*7.*lib.*20. Quæ luna decreſcente defiunt.]

Dēflaccārē.Vetus & prorſus obſoletum verbum eſt , quo antiquiſſimi vſi ſunt pro atterere:*autor eſt Nonius* , Niſi fortè defloccare quis malit legere,& à flocco eius originem trahere : vt Defloccare propriè ſit, floccos conſumere:quod fit quum veſtes nimio vſu atteruntur. Huic coniecturæ illud fidem poteſt aſtruere,quòd apud *Plaut.in Epid.* vocãtur defloccati ſenes,qui decrepiti ſunt,& ita attriti,vt veſtis quę floccos ſuo nimio vſu amiſit.

Dēflāgro,as,penultima producta,Comburor,igne conſumor , conflagro,ardeo.{בער *baʿar.* κατακαίρομαι,ἐμπρήθομαι. GALL. Ardre & Bruſler,eſtre ars & bruſlé.ITA.*Ardere, abbruſciare fortemente.* GER. Der brunnen/mit feur verʒehrt werden.HISP.*Mucho,arder.*ANGL.*To be burned.*} & ſemper ablatiuum poſtulat. *Cicero* 4.*Acad.* Fore tamen aliquando vt omnis hic mundus ardore deflagret. *Idem lib.*3.*Offic.* Ictu fulminis deflagrauit.*Et ſecundo de Nat.deor.*Dianæ Epheſiæ templum deflagrauiſſe. Significat & per tranſlationem,langueſcere,deferueſcere.{ἀποθυμαίνω.AN.*To waxe colde.*} *Lucanus lib.*4. Sic deflagrare minaces In caſſum,& verito paſſus langueſcere bello.*Liu.*10.*bel.Maced.*Sed interdum ſpes animum ſubibat deflagrare iras veſtras, purgari ſuſpiciones poſſe.

Dēflāgrātĭo,onis,Combuſtio,exuſtio,flamma,ardor. {תבערה *tabʿerâh.* ἐμπρησις,ἐμπρησμός.GAL.Bruſlement,embraſement. IT. *Eſſo ardere & abbruſciare.*GER.Brunſt.HIS. *Aquel ardor.*AN.*A burning.*}*Cic.*3.*de Finib.*Quoniámque illa vox inhumana & ſcelerata ducitur eorum, qui negant ſe recuſare quominus ipſis mortuis terrarum omnium deflagratio conſequatur.

Dēflecto,is,torqueo,curuo.{כפף *chapháf* עוה *ʿiwáh* נטה *natáh.* κατακάμπτω,ἀποκλίνω.GAL.Deſtourner,tourner arriere,flechir & plier.ITA. *Torcere,piegare.*GERM.Biegen HISPA.*Doblegar.*AN.*To crooke, to auoyde and turne away.*}*Col.lib.*3. Quum iam ſatis amplum incrementum ſuſceperit,ramum oliuæ qui videtur nitidiſſimus deflecte , & ad crus arboris ficulneæ religa. *Cic.lib.*3.*Offic.* pro declino per tranſlationem poſuit , Hoc autem de quo nunc agimus,id ipſum eſt quod vtile,in quo verbo lapſa conſuetudo de via deflexit.¶Deflectere pro diuertere. *Apud Suet.in Aug.c.*93. At contrà non modò in peragranda Ægypto,paulo deflectere ad viſendum Apin ſupersedit,&c.[Deflexit eum à ſtudiis(i.auertit.)*Quint.*Deflectere(de via)*Suet.Aug.c* 93.Deflectere viam, *Liu.li.*9.*D.*4. Deflectere acerbitatem in alium(.i.conuertere) *Suet.in Calig.cap.*48.]

Dēflexŭs,a,um,participium. {כפוף *chaphúph* עוה *naʿaváh.* κατακαμπ-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Sειγμένος. GA. Flechi & plié, destourné. ITA. *Piegato.* GER. Abgebogen. HI. *Doblegado.* AN. *Bowed, turned away.* } *Pli. li. 17. c. 23* Altera deflexa vite, vel palmite iuxta suam arborem. Amnes in alium cursum contorti & deflexi. *Cic. 1 de Diuinat.*

Dēflēxŭs, us, nomen, Curuatio, inflexio. {אנח *ieheph.* καταλαμψις. GA. Pliement, fleschissement. IT. *Piegamento.* GER. Biegung. HIS. *Doblegadura.* AN. *A bowing or crooking.* } *Col.* Ne defluxu fungatur.

Dēflĕo, es, ere, Deploro. {בכה *bachâh* ספד *saphâdh.* καταδυρομαι. GALL. Plaindre quelque chose en pleurant, regretter. IT. *Piangere.* GER. Beweynen. HIS. *Muchellorár.* AN. *To weepe, to waile for any thing.* } *Plautus Capt.* [*fc. 2. a. 1.* Egóne illum non fleam?] egóne non defleam Talem adolescentem? *Asinius Pollio lib.* 10. Itaque illud initium ciuilis belli defleui. *Cicero* 13. *Philip.* Sed hæc satis diu multúmque defleta sunt. *Suprema deflere. Tacit. lib.* 3. Post celebre carmen, quo Germanici supremа d. fleuerat. Suprema, id. est mortem. [Deflere necem suam dicitur Caystrius ales. *Ouid. Eleg. 1. l. 5. Trist.*]

Dēflo, as, are, Flo, vel flando depello. {משיכ *hischschih.* αναιρεω, αναιρεω. GAL. Souffler IT. *Soffiare.* GERM. Abhin blasen. HISP. *Soplar.* AN. *To blowe, or blowe away.* } *Plinius libro 28 capit. 2.* Cibus etiam è manu prolapsus reddebatur, vtique per mensas, verabántque munditiarum causa deflare.

Dēflŏccārĕ, atterere est, tractum à floccis. *Plaut. in Casina,* Perij, defloccabit iam illic homo lumbos meos. Ita enim legendum, non vt est apud Nonium, flocco habebit. Nonnulli legunt Deflaccare.

Dēflŏccī senes, Qui florem virium depositére, quasi attriti. γέροντες παρακμάζοντες. Metaphora tracta videtur à vestibus, quæ multo vsu floccos suos amittunt. *Plaut. in Epid.* Nam per vrbem adeò defloccati senes Quæritant me.

Dēflōrārĕ, idem est quod conspurcare, conraminare, vitiare; quasi floribus & ornatu spoliare. {שמם *timmé* טנף *tinnéph.* μιαινω. GAL. Defloret, oster la fleur, souiller. IT. *Sporchare, macchiare.* GER. Den ersten blumen abbrechen/verwüsten/geschenden. HI. *Quitarla flor de lo florido, ensuziar.* AN. *To defile, to deflore, to tak away the floure.* } *Liuius libr. 7. bell. Maced.* Erant qui fama id maius bellum, quàm difficultate rei, fuisse interpretantur: vno memorabili prælio fuisse debellatum, gloriámque eius victoriæ defloratam ad Thermophylas esse. **Gel. li. 11. c. 1.* Tum planè duo erunt incommoda, & expectatio te spei suspensum fatigabit, & futurum gaudij fructum spes tibi iam defloruerit. Id est, quasi deliberauerit & diminuerit, minúsque gratum fecerit: vt minus grata est puella aut res alia defloratа.

Dēflōrēscĕ, siue deflorescere, Flaccescere, flores venustatémque amittere. {נבל *nabél.* απανθεω, απανθισμος. GALL. Se deffleurer, perdre sa fleur. IT. *Sfiorire.* GE. Verblühen. HI. *Dexar deflorecer.* ANG. *To leese floure or beautie, to decaye, to fadde away.* } *Pli. li. 17.* Pessimum inter omnia, quũ deflorescérem vitem, & oleam percutit imbri quoniam simul desluit fructus. [*Liu 8. d. 4.* Cum senecta res quoque deflorere.] ¶ Autor ad Herennium per translationem pro eo posuit quod dicimus, Vigorem amitto. παραμαζειν. Formæ (*inquit*) dignitas, aut morbo deflorescit, aut vetustate extinguitur.

¶ Deflorescere apud *Col. lib. 2. c. 12.* accipitur pro flores producere, ac deinde amissis floribus fructũ producere. {εξανθεω, επανθεω. AN. *To budgen or put out floures.* } Quum (*inquit*) totam spicam edidit, octo diebũs deflorescit, ac deinde grandescit diebus quadraginta. Vbi deflorescere non simpliciter accipitur pro flores acquirere, vt quidam interpretantur, sed potiùs flores acquisitos amittere: vt hic sit sensus. Postquã frumentum edidit spicam, statim flores acquirit, & eosdem intra octo dies amittit. Sic efflorescere, est valde floridum fieri. *Cic. in Lel.* Quæ tamen efflorescit amicitia, etiam si tu minus eam secutus sis.

Dēflŭĕrĕ. Deorsum fluere, labi, delabi, influere, propriè de liquidis rebus, & translatè de aliis quoque dicitur. {נגר *nâgár* נזל *nazál.* καταρρεω. GALL. Decouler, se dechoir. IT. *Scorrere à l'ingiu.* GER. Abhin flieſſen HISP. *Correr lo liquido de arriba abaxo.* ANG. *To flow downward, to flow away, to come to nothing.* } *Plin. lib. 6. c. 7.* Defluit in Rhenum Mogenus [*Senec. cap. 1. de Tranquil.* Timeo ne defluam. *Quintil.* Tantum ab illo defluebant, quantum ab antiquis ille descenderat. *Gel. cap. 15. lib. 1.* Qui humidis verbis & lapsantibus defluunt.] ¶ Per translationem significat decurrere, delabi. *Cic. in Lal.* Ad leues amicitias defluxit oratio. *Salust. in Iugurth.* Vbi per socordiam vires, tempus, ætas, ingenium defluxêre, hoc est, quasi cecidêre, & periêre. *Lactant. lib. 3.* pro in nihilum redigere posuit. Nauis sine gubernatore abit pessum: & corpus relictum ab anima defluit. ¶ Quandoque defluere est secundò amne fluere, id est, deorsum & versus locum inferiorem fluere. Sunt enim fluminum aluei, quo mari propinquiora, eò deuexiora. *Virgil. libro 3 Georgicor.* vdisque aries in gurgite villis Mersatur, missúsque secundo defluit amni. ¶ Defluere etiam dicitur quod ætate morbóve soluitur, χαμαιρεω. Vnde Defluere capillus dicitur. *Defluere, pro Declinare. *Quintil. lib. 10. cap. 1.* Tantúmque ab illo defluebant quantum ille ab antiquis descenderat. * Defluxisse id etiam dicitur quod transactum est. *Cic. ad Patum lib. 9.* Hæc igitur est nunc vita nostra: mane saluramus domi & bonos viros multos & tristes: & hos lætos victores, qui me quidem perofficiosè & peramanter obseruant. Vbi salutatio defluxit, literis me inuoluo, aut scribo, aut lego.

Dēflŭxŭs, & Dēflŭŭm, {καταρροια. GAL. Decoulement, cheure. IT. *Stillamento, cadimento.* GE. Der runst oder das flieſſen niderſich. HI. *La caida.* AN. *A flowing downeward or away.* } Capillorum fluxus. {αλωπεκια. GA. Cheute de cheueux. IT. *Cadimento de capilli.* HIS. *La caide de los cabellos.* } Sed defluuia comarum facere dicitur. *Idem.* Hippocrates capillos mulierum defluos fricari taphanis iubet.

Dēflŭxŭs, us, idem quod defluuium. καταῤῥους.

Dēfŏdĭo, is. penult. correp. Sepelio, obruo. {חפר *chaphár* חתר *chatár* כרה *charáh.* GALL. Enfouir, enterrer. ITAL. *Sepelire.* GERM. Vergraben/eingraben. HISP. *Enterrar alguna cosa so tierra.* ANGL. *To diche or digge downe into.* } *Liu.* Fuerántque defossi annis quindecim supra quingentos, loquitur de libris Numæ. *Plaut. in Prol. Aulul.* Domi suę defossam multis cum opibus aulam inuenit. *Colu. li. 8.* pro fodiendo plantare & inserere posuit, quum dixit, Confestim scrobem defodiamus in limine stabuli, & viuam pecudem, quæ sit pustulosa, resupinam obruamus. [*Plau. Prol. Aulul.* In medio foco defodit (thesaurum) *Plaut. Most. sc 2. a. 2.* Necauit hospitem & defodit in ædibus, *Senec. c. 2. de Const. ad Mart.* defodit se & abdidit (in luctu.)]

¶ Defodere item est infrà, siue deorsum fodere, καταορυσσειν. *Idem lib. 2.* Pastinatur terreni iugerum, ita vt solum in altitudinem trium pedum defodiatur.

Dēfŏssŭs, a, um, particip. {כרה *charáh* חתר *chatár.* καταρρυσσω. GAL. Enfoui, enterré. ITALI. *Sepolto,* GE. Vergraben/eingegraben. HISP. *Enterrádo, sepelido.* ANG. *Diched or digged downe.* } *Cic. 2. de Orat.* Aurum multifariam defossum. *Plin. lib. 30. c. 3.* Talpæ cæcitatis perpetuæ tenebris etiamnum alijs defossæ. *Senec. de Const. ad Polyb. c. 13.* Defossus in angulo & effossus inde.

Dēfŏssĭo, nis, ui. {מחתרת *machtéreth.* καταρυγη. GAL. Enfouissement, enterrement. IT. *Sotterramento.* GER. Vergrabung/eingrabung. HI. *Enterramiento, sepultura.* AN. *A diching or digging downe into a thing.* } *Plin. lib. 19. c. 8.* Area in defossu cauata.

Dēfœtŭs, si Latinum sit, idem erit quod effœtus, hoc est, fœtui per ætatem inidoneus. ANGL. *Which is past bringing forthe any more.* Quod tamen haud scio an apud classicos scriptores reperiatur. Nam quod ad illud testimonium attinet, quod *ex Ibide. Ouid.* adduci solet, Sit quoque, quod rarum est, solito defœta fauore Fortunæ facies inuidiosa tuæ: in castigationibus exemplaribus defecta legitur, non defœta. Similiter apud *Col. in præfat. l. 1.* defectissimum legi debet, non defœtissimum.

Defomicatum ligrium dixerunt antiqui, quod à fomitibus quibus cõfoueri solet, erat succisum. *Festus.*

Dēfŏre, peri. corrico. positum à fore, idem significans quod defuturum esse. *Cic. de lege Agrar. contra Rullum,* Verùm arbitrantur non defore, qui illam restituerent. [*Liu lib. 3 ab vrb. & 5. d. 5.*]

Dēfōrmo, as, Fœdo, turpo, maculo. {χαμορφοω, αμαυροω. GAL. Deffigurer. IT. *Far bruto, difformare.* GER. Vngestalt machen HI. *Desfigurár o afear.* AN. *To disfigurare, to defile, to deface.* } *Lactan. de Opif. Dei,* Quàm mirabili, quàm diuina ratione molitus est, vt tamen hiatus ipse nasi, oris speciem non deformaret. *Autor ad Heren. lib. 1.* Qui sunt qui Italiam deformarunt? *Cic. de Aruſp. resp.* In qua Pompeium ornat, an potiùs deformat? [*Liuius li. 4. d. 4.* Deformare titulum. *Idem lib. 7. dec. 4.* Deformare valuam fulmine. Item deformare gloriam. ibid.] ¶ Item, Deformare est figurare, delineare, & noua forma insignire. {תאר *teár.* διατυπουν. GAL. Bailler forme, former. ITA. *Formare, lineare, dissegnare.* HISPA. *Traçar ò figurar.* } *Vitruu. lib. 6* Tragicæ scenæ deformantur columnis, signis, & regalibus rebus. *Idem*, Architectus graphidis peritus, vt deformare possit lineis imitationem, quam velit, ædificiorum.

Dēfōrmātŭs, a, um, fœdatus, cum aliàs deformare sit formare. *Suet. in Caligc. 27.* Multos honesti ordinis deformatos prius stigmatum notis, ad metalla & munitiones viarum, aut ad bestias condemnauit. [*Plau. pſ. fc. 3. a. 2.* Certè hæc deformata habebam. (i. inchoata) Deformata marmora prima manu. *Quint.* Non flosculos, sed certos & deformatos iam fructus ille ostendebat. Idem *Quint.*]

Dēfōrmātĭo, onis, verbale, Fœditas, macula. {מום *mum* רעה *raáh.* αισχυμοσις, αισχυνομια. GAL. Desfigurement. ITA. *Dishonore, vituperios, figuramento.* GE. Vngestaltung/entehrung/entwerffung HI. *Aquella fealdad ò desformidad.* ANGL. *A disfiguring, defacing or deforming.* } *Liu. 9. ab Vrbe,* Vt suæ quisque conditionis oblitus, ab illa deformatione tantæ maiestatis, velut à nefando spectaculo auerteret oculos.

Dēfōrmis hoc deforme, Turpis, fœdus)(formosus. {רע *raá.* αμορφια. GAL. Difforme, desfiguré, laid. IT. *Diforme, sozzo, brutto.* GERM. Vngestaltet/vngeschaffen/wüſt/häſslich. HISP. *Cosa fea ò desfigurada.* ANGL. *Deformitie, foulneſſe.* } *Plinius Epiſt.* Placuit locus in quo fuit aliquando domus (vt audio) pulchra nunc deformis ruinis. *Cic. pro Cælio,* Id nunquam tam acerbè feret M. Cælius, vt eum pœniteat non deformem esse natum. *Liuius 1. ab Vrbe,* Quòd vix Albanorũ oculi tam deforme spectaculum ferre possent. *Cicero Marcello lib. 4.* Nec eam diligere minùs debes quòd deformior est. Deformius nihil est ardelione sene. [*Ouid. Eleg. 3. lib. 5. Triſt.* Iussus ad Euximi deformia littora veni.]

Dēfōrmĭtās, atis, Turpitudo, prauitas quod & de corpore & animo dicitur. {מום רע *mum raá.* αμορφια, αισχροτης. GAL. Difformité, laideur. ITA. *Bruttezza, deformità.* GER. Vngestalte. HIS. *Fealdad ò deformidad.* ANG. *Deformitie, foulneſſe.* } *Cicero 1 de Legibus,* Deformitas animi, & corporis prauitas. *Idem 3. Officior.* Nullum est maius malum turpitudine: quæ si in deformitate corporis aliquid habet offensionis, quantã illa deprauatio & fœditas turpificati animi debet videri? [*Velleius* : Deformitas corporis in eo certabat cum turpitudine ingenij.]

Dēfōrmĭtĕr, aduerbium. {αισχρως. GA. Difformeement, laidement. ITA. *Bruttamente.* GER. Vnformbtlich/häſslich. HIS. *Feamente ò deformamente.* AN. *Foulie, without forme.* } *Quintil lib. 8. cap. 3.* Iunctura deformiter sonat; [*& lib. 12.* Deformiter respectare.]

Dēfrænātŭs, a, um, idem quod effrænatus, hoc est, indomitus, quasi sine fræno. {αχαλινος. GA. Desbridé, effrené. ITA. *Sfrenato.* GER. Vngezeumpt. HIS. *Desenfrenado.* AN. *Disebridled, vndantoned.* } *Ouid. 1. Metam.* Et defrænato voluuntur in æquora cursu.

Dēfraūdāre, vel per syncopem Defrudare, est per fraudem cuiquam aliquid intercipere, vel circumuenire aliquem. {עשק *haschák* πλεονεκτεω, πλεονεξια. GALLIC. Defrauder, chifrer, priuer vn autre de ce qui lui appartient. ITALI. *Defraudare, ingannare.* GERMA. Betrug betrauben. HISPA. *Engannar.* ANGLI. *To deceiue, to beguile* } *Plau. Asin.* Nunc verbà in pauca conferam quid te velim, Viginti iam vsus est filius argenti minis, Face id pararum iam sit. L. Vndegentium? D. Ne defraudato. L. Maximas nugas agis. D. Nudo detrahere vestimenta me iubes, Defraudem te ego? agesis tu sine pennis vola. Téne ego defrudem, cui ipsi nihil est in manu? Nisi quid tu porrò vxorem defraudaueris. [*Pl. Pſ. fc. 1. a. 1.* An tu te sciens vis suspendere, vt me defraudes drachma.] ¶ Defraudare genium, est interrumpere voluptatẽ, & natura quod appetit negare *Terent in Phorm.* Quod ille vnciatim vix de demenso suo, Suum defraudans genium, comparsit miser. [*Pl. Aul. fc. 6. a. 4.* Egomet me defraudaui animũque meum, genioq; meũ. *Et Mẽ. fc. 3. à 4.* Quia cõmisi, vt me defraudes eã affectas viã. Sequitur; nequę te defraudandi causa posco. *ibid.* victoriæ fructu defraudare. *Liuius lib. 6. d. 4.*] Cõtrà, Indulgere genio, est voluptati operã dare; &

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quocunque nos naturæ appetitus trahat, subsequi. Quæ loquendi formulæ inde tractæ sunt, quòd antiqui Genium vocabant naturæ deum, hospitalitatis præsidem. Vnde etiam Homo genialis, dicitur liberalis & hospitalis, & splendido apparatui assuetus.

Dēfraudātŏr, verb. Fraudator. {עשק *haschók* ψοφιστής. GAL. Fraudeur, endommageur, chifreur. ITAL. *Fraudatore.* GER. Ein betrüber/betrieger. HIS. *Amenguador, engañador.* ANG. *He that deceiueth or beguileth.*} *Senec. de Benefic. lib.* 4. Huic ingrato qui beneficiorum defraudator est, non magis dabit beneficium, quàm aptatori.

Dēfrĭco, as, penul. corr. Frico. {גרר *gharád.* κατατρίχω. GALL. Defroter, frotter. ITALIC. *Fregare.* GER. Abreyben. HISP. *Fregar.* ANG. *To rubbe hard or frette together.*} *Columel. lib.* 2. Totúmque eorum palatum sale defricato. *Autor ad Herenn.* Nam vt fortè hic in balneas venit, cœpit, postquam perfusus est, defricari.

Dēfrĭcātē, aduerbium, idem quod facetè & suauiter. *Naeuius in Tarentilla,* Facetè & defricatè hoc induxit. *Sosipater in suis Grammat. lib.* 1.

Dēfrĭgēscĕrĕ, Frigescere. {καταψύχεσθαι. GALL. Deuenir froid, se refroidir. ITAL. *Diuenir fredo, raffredarsi.* GERM. Erkalten oder kalt werden. HIS. *Enriarse.* ANG. *To waxe cold.*} *Col. lib.* 12. *c.* 20. Iubebis rutabulo ligneo agitari quod decoxeris, eò vsque dum refrigescit.

Dēfrĭngo, is, Frango, vel decerpo. {פאח *seéph.* ἀποῤῥήγνυμι. GAL. Rompre ou arracher de quelq; chose. ITA. *Rompere, frangere.* GER. Abbrechen. HISP. *Quebrantar.* ANG. *To breake downe, to breake of.*} *Colum. lib.* 6. Plerunque fit vt aut crure aut cornibus boum ramuli vitium defringantur. *Virgil.* 2. *Georg.* aut summas defringe ex arbore plantas. *Cicero pro Cæcin.* Qui præcèreuntes ramum defringerent arboris. [*Plaut. Milit. sc.* 2. *a.* 2. Nisi defregeritis talos. Mox, elidi talos.]

Dēfrŭgo, as, penult. prod. Omnem fructum exhaurio. {καρπίζομαι, ἐκκαρπίζομαι. GAL. Tirer la graisse & substance de quelque chose, la degraisser. ITA. *Tor via tutti frutti, far sterile la terra, cauarle il grasso.* GER. Außnutzen/die beste frucht vnd krafft herauß ziehen. HI. *Desfrutar, coger la fruta.* ANG. *To drawe or sucke the substance out of any thing.*} Vt faciunt quædam legumina, quæ etiam Theophrastus καρπίζωμα appellat. Agricola itaque agrum defrugare dicitur, quum id genus seminis serit, vel quũ nimia fœtura exinanit agros, vel per inscitiã aut negligentiam perdit, lacessítve fruges: vt quum vel festinata sementis est vel sera, vel cotina, præproperéque aut præposterè quid agit. *Plin. lib.* 18. Oraculum illud magnopere custodiendum, Segetem ne defruges. *Colum.* Constat segetem nimia defrugatione exinaniri.

Dēfrūtum, à deferuendo (*vt inquit Palladius*) vinum decoctum, *Plinio autore,* vsque ad mediam partem. {ἕψημα, ἕψητόν, παῖσμα. GAL. Vin cuit iusques à la cõsomption de la tierce partie. ITA. *Vin cotto.* GER. Gesotten wein. HISP. *Vino cozido hasta la tercia parte.* ANG. *Vine wherof the thrid parte is sodden in.*} Sapa verò à sapiditate, mustum est ad tertiam partem decoctum. At *Columella* aliter: Mustum, *inquit,* quàm dulcissimũ, decoquitur ad tertias: & decoctum, sicut suprà dixi, defrutum vocatur. Sic *Nonius,* Sapa, quod nunc mellacium dicimus, mustum ad mediam partem decoctum: defrutum, si ex duab. partibus ad tertiam redigatur deferuefaciendo. [*Plaut. Pseud. sc.* 4. *a.* 2. Murriam, passum, defrutum.]

Dēfrŭtārĕ, Mustum decoquere, vt inde defrutum fiat. {ἑψεῖν. GAL. Faire du vin cuit. ITA. *Far vin cotto.* GERM. Gesotten wein machen. HISP. *Hazer vin cozido.* AN. *To mak sodden wine.*} *Colum. lib.* 2. Sed defrutũ quoque facere & defrutare vinum licet.

Dēfrŭtārĭŭs, a, um, Quod ad defrutum pertinet. {ἑψητικόν. GAL. Seruant à faire du vin cuit. ITAL. *Pertinente à vino cotto.* GERM. Das zu dem gesottnen wein gehört. HIS. *Cosa perteneciente para hazer vino cozido.* ANG. *Belonging to mak sodden wine.*} vt Vasa defrutaria *apud Colum. lib.* 12. *cap.* 9 d. cuntur quæ ad defrutũ idonea sunt. Sic Cella defrutaria, *apud eundem libro* 1. *cap.* 6. Pars autem fructuaria diuiditur in cellam olearium, torcularium, cellam vinariam, defrutariam.

Dēfŭgĕre, Recusare, refugere. {ΝΟ *meén.* αἰτιᾶσθαι, ἀπαρνεῖσθαι. GAL. Euiter, s'enfuir, eschaper. ITA. *Recusare.* GER. Fliehen/ meiden. HISP. *Mucho huyr, rehusar.* ANG. *To flee back to eschue, to auoyde.*} *Cæsar* 6. *bell. Gall.* Aditum eorum sermonémq; defugiunt, nequid ex contagione incommodi accipiant. *Cic. pro Sylla,* Itaque attendè iam Totquate, quàm ego defugiam autoritatem Consulatus mei. *Lactant. lib.* 5 Non defugi hunc laborem, vt impletem materiam, quam Cyprianus non est exequutus.

Dēfŭndo, Effundo, & interdum idem quod Fundo. {שפך *schapháech.* κατακέω. GALL. Espandre dedans, mettre quelque liqueur dedans. ITA. *Versare.* GERM. Abschutten/abgiessen. HISP. *Derramar cosa liquida.* ANG. *To poure out any licour.*} *Cato de Re rust.* Aquam defundito non omnem, eò addito oleum. *Colum.* Postea quũ tefrixerit, in vasa defundas, & operias. [*Seneca cap.* 8. *de consolat. ad Mart.* Defusi amnes ex vno fonte in Orientem vel Occidentem. *Ouid.* 5. *Fast.* Quæque puer quondam primis defuderat annis.]

Dēfŭngŏr, defungeris, defunctus sum, defungi, Exantlo, fungor, perfungor. {נצל *nitsál.* ἀπαλλάττομαι, ἀφοσιόομαι, ἐκφεύγω. GALL. Estre deliuré, ou se deliurer & eschapper de quelque chose, en estre hors. ITAL. *Esser liberato, campare da qualche periculo & esserne fuori.* GERMAN. Außrichten/einer mũh oder arbeit ledig werden. HISP. *Acabar de hazer.* ANGLIC. *To be ridde, deliuered and no more charged of a thing.*} Explicari negotio aliquo aut molestia, & ei finem imponere. *Cic. pro Sestio,* Vt omni populari concitatione defungerer. *Celius ad Cic. lib.* 8. Et hoc mendacio, si qua pericula tibi impenderent, vt defungeremur optaui. Id est, liberaremur.

Dēfūnctŭs, a, um, particip. {נצל *nitsál.* ἀπαλλαγείς, ἀπηλλαγμένος, ἐκφεύγων. GALL. *Virgil.* 6. *Æneid.* O eandem magnis pelagi defuncte periclis. Defunctus fato, *Liu. lib.* 9. *bell. Maced. &* 10. *ab Vrbe.* ¶ Defunctus vita, *Virgil.* 6. *Æneid.* ¶ Defunctum etiam more Græcorum pro eadauere intelligimus substantiuè. *Plin lib.* 2. *cap.* 68. [*Senec. cap.* 6. *de Consol. ad Mart.* Defuncta nullis planctibus reuocantur. *Sueton. in Neron. cap.* 40. *Ouid.* 6. *Fast.* Gaude defuncta laboribus.]

Dēfūnctōrĭē, Lãguidè & remissè. {ῥᾳθύμως ἀφοσιωτικῶς. GAL. Par maniere d'acquit, tellement quellement, laschement. IT. *Con negligentia, rimessamente.* GER. Hinlässiglich/nur oben anhin. HISP. *Floxamente.* ANG. *Lightlie, without care or diligence.*} *Vlp. lib.* 11. *ad Senatusc. Tertul.* Non solum autem, quæ non perit, coercetur, sed etiam quæ defunctorie petiit, vt priuilegio munitum vel oneratum tribus tutelis.

Dēgĕner, penultima correpta, Qui maiorum suorum virtuti non respondet. {זר *zar* סורר *sorér.* ἀλλότριος. GAL. Bastard, forlignant, declinant de sa race. ITAL. *Traligno, bastardo.* GERM. Das auß dem geschlechte schlegt. HISPANIC. *Lo que no responde à su casta y genero.* ANG. *That goeth out of his kind.*} [*Seneca cap.* 12. *de Consol. ad Mart.* Degener filius &c. *Idem Senec. suas. vlt.* Tam degener spiritus.] *Virgil.* 2. *Æneid.* Degenerémque Neoptolemum narrare memento. Ponitur quandoque pro ignobili & vili. ἀδιάφορος, δουλοπρεπής. *Virg.* 4. *Æneid.* Degeneres animos timor arguit. *Plin. l.* 11. *c.* 50. Canum degeneres sub aluum reflectunt caudam. Est autem adiectiuum generis omnis, præsertim in obliquis singularis numeri. Vnde etiam more aliorum adiectiuorum tertiæ declinationis facit in ablatiuo degenere, vel degeneri. *Luc. li.* 4. Si me degeneri strauissent fata sub hoste.

Degenerare, A genere decidere, deflectere, veteres maiorum laudes obterere. {סורר *sorér.* ἐξίστασθαι, παρεκπίπτειν, ἐκπίπτειν. GALL. Forligner, s'abastardir, degenerer, ne suiure point la race. IT. *Degenerare, tralignare.* GE. Außs dem geschlächt schlahen. HISPA *No responder a su casta y genero, desfallesser de la nobleza de sus antecessores* ANG. *To go out of kinde, no to follow the good condsitiones of his parentes.*} *Cic. de prouin. Cons.* Patrem dico, cuius vtinam filij non degenerassent à grauitate paterna. *Virg. lib.* 2. *Georg.* Pomáque degenerant sucos oblita priores, id est, deteriores fiunt saporis. *Propert.* Dij mihi sunt testes non degenerasse propinquis. Dicimus autem, Degenerare tam à malo quàm a bono. *Liu. lib.* 9. Nec degenerauerit à familia imperiosissima & superbissima. [*Sue. in Aug. c.* 16. Degenerare à ciuili more.]

Dēgĕro, is, ere, Defero, gero. {φέρω. GAL. Prendre d'vn lieu & porter en l'autre, transporter. IT. *Portare.* GE. Tragen. HIS. *Traer.* AN. *To take out of one place and bring to another.*} *Plaut. in Men.* [*sc.* 2. *a.* 5.] At illerumihi suppilat aurum, & pallas ex aretis: Modo me spoliat, mea ornamenta ad meretrices degerit, ideſt, defert. Quidam legunt, Apud meretrices: & degerit, pro absumit, exponunt. [*Idem Plaut. Men. sc.* 1. *a.* 5. Suppilas aurum & illud tuæ degeris amicæ.

Dēglabrārĕ, Depilare & glabrum facere. {ΝΔΔ *pitsísel.* ψιλοῦν. GAL. Oster l'escorce, peler. IT. *Pelare.* GERM. Ein baum schinden vnd glatt machen. HIS. *Descortezar.* ANG. *To make bald, to pluck away the hoare.*} *Paulus in l. cudere ff. Arbor. furtim cæs.* Cædere est non solùm succidere, sed etiam ferire cædendi causa: Cingere est deglabrare.

Dēglŭbo, is, deglubi, deglubitum, ere, Corticem eximo, siliquam aut folliculum excutio, {צלל *pitsísel.* κτενίζω, ξύω. GALL. Escorcer ou escosser, oster la peau ou l'escorce. IT. *Sglanare, scorticare.* GERM. Entschelen/ auß den hulsen klauben. HI. *Quitar el cuero ò hollejo, descortezar.* ANG. *To pill or pell, to pull of the skinne or bark, as of a tree.*} *Varro. de Re rust. c.* 48. Quod eo folliculo deglubitur granum. ¶ Ponitur etiam pro excoriare. Vnde prouerbiali sententia dici solet. [Cuius author fertur Tiberius Imp. *apud Sueton. in vita Tiberij. c.* 32.] Boni pastoris est tondere pecus, non deglubere, quasi pellem detrahere.

Dēglūtĭnārĕ, Est dissoluere quod glutinatum erat. {ἀνακολλᾶν. GA. Descoller, desgluer, desserdre d'ensemble. ITA. *Dissoluere, discollare.* GER. Etwas zusammen geleimbes von ein anderen lösen. HIS. *Desempegar, desengrudar.* AN. *To dissolue that whith was glued.*} *Plin. li.* 25. *c.* 13. purgat enim vlcera oculorum, explétque, & ad cicatricem perducit, palpebras deglutinat.

Dēglūtĭo, is, iui, itum, ire, ex De & Glutio. {לע *laá* בלע *billáh* בלע *balá.* κατάπινω, βρόχθιζω, ἀποπίπτω. GALL. Aualler glouterment, degloutir, engloutir. ITA. *Inghiottire, traggugiare.* GER. Verschlinden. HISPA. *Mucho tragar.* ANGLIC. *To swallie and deuoure.*} Verbum medicis familiare.

Dĕgo, ex de & ago, abiecto a, præteritum facit degi, sine supino, Ago, vi uo, {נהג *nahágh.* ἄγω. GA. Mener à fin, conduire, continuer. IT. *Condurre, menare.* GER. Vollstrecken/verschleyssen/bleiben/ &c. HIS *Gujar.* ANG. *To passe trough, to liue, to bring to an end.*} Et ferè habet post se accusatiuum tempus denotantem: vt Degere vitam, ætatem, annum, diem, horam. *Cic. de Sen.* Degere omne tempus ætatis sine molestia. *Idem de Finibus* Degere omnem ætatem in tranquillitate. *Virg.* 4. *Æneid.* Non licuit thalami expertem sine crimine vitam Degere more feræ. *Terent.* Nam hunc diem miserè nimis cupio, vt cœpi, perpetuum in lætitia degere. *Cic. pro Roscio Amer.* Inter feras satius est ætatem degere, quàm in hac tanta immanitate versari. Ponitur interdum etiam absolutè sine aliquo accusatiuo. *Lact lib.* 5. Idcirco eum voluit sub aliena ditione arqueimperio degere, vt ne rerũ prosperitate corruptus, in luxuriam laberetur. ¶ Legitur & passiuum Degitur, ídque in tertiis tantum personis, *Cic. 1. de Natu. deorum,* Quæ vita deorum sit, quæque ab iis degatur ætas. *Lactant libro quarto,* Quò rectiùs vita degatur, non est necesse omnes circuire.

¶ Accipitur item Degere pro Demere, detrahere. *Plaut. in Aul.* Nunc ego istum soror laborem degam & diminuam, id est, demam. *Idem in Epid.* Degitur corium de tergo meo. [Deactio, Festo peractio fit à verbo dego is.]

Dēgrandĭnāt, pen. corr. Impersonale. {χαλάζει. GALL. Il gresle fort. ITA. *Tempesta fieramente* GER. Es haglet. HISP. *Granizа mucho.* ANG. *It hayleth.*} *Ouid.* 4. *Fastor.* Da veniã culpæ: nec, dũ degrandinat, obsit.

Dēgrāssor, degrassaris, degrassatus sum, degrassari. {ἐγκαταπίπτειν, ἀσπαίρειν. GA. Se ruer dessus & piller, outrager. ITA. *Assallire alla strada, oltraggiare.* GERM. Berauben/wächten/schädigen/greulich anfallen. HI. *Mucho saltear.* AN. *To robbe or slea by the high wayes.*} *Stat. 1. Achilleid.* vbi tanta iniuria primos Degrassata duces.

[Degrandino, as, are, *Ouid.* 4. *Fast.* Da veniam culpæ, nec dum degrandinat, obsit Agresti fano supposuisse pecus.]

Dēgrāuo, as, are, Grauem, & ponderosum reddo, grauo, deprimo, {כבד *kabbédh.* βαρύνειν, καταβαρύνειν. GALLIC. Appesantir, affaisser, charger. ITA. *Aggranare, premere.* GER. Beschweren/belestigen. HISP. *Apesgar.* AN. *To make heauie and of weight, to burden.*} *Liu. 4. ab Vrbe* Alios in aquam compulsos gurgites ferunt: etiam peritos nandi lassitudo & vulnera & pauor degrauant. Labore operis degrauari, *apud Col. lib.* 6. *c.* 2. Paulatim degrauatum pondere suo præceps attraheretur, *apud eundem lib.* 2. *c.* 5.

Dēgrĕdĭŏr, eris, penult. cort. degressus sum, degredi. Deorsum gradior. {καταβαίνω. GALLIC. Descendre, se destourner vers en bas. ITAL. *Discen-*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Descendere, ò smontare. GER. Hingehn/hinabgehn. HIS. *Descẽder abaxo.* AN. *To go or passe downe.*} In specum degressus sacerdos hausta fontis arcani aqua. *Tacit lib.2.* *Vtitur & *Liuius lib.2. Decad.1.* Cum quingentis haud amplius peditibus, ducentisque equitibus degressum iugis Massanissam persequutus. [*Liuius lib.4. ab vrb.* Digressi de montibus, nisi error librarij sit.]

Dēgrummārī, Ad grummæ mensuram dirigere. {εὐθύνειν πρὸς τὰ βάρη. Est autem grumma, *teste Nonio*, mensura quædam, qua flexæ viæ ad lineam diriguntur. *Lucilius*, Viámque degrummari vis, vt castris mensor fecit olim.

Dēgŭlo, as, penultim. correpta, Gula absumo, obligurio. {בלע *laá* בלע *balaá.* καταπίνω, καταλιχνεύω. GAL. Engloutir. ITA. *Inghiottire.* GER. Verschlemmen/verprassen. HIS. *Tragar ò engolosinar.* ANG. *To deuoure, to waste.*} *Plautus*, Postquam degulato patrimonio pauper est factus.

Dēgŭlātŏr, gulosus, {ἄσωτος. *Apul. in Apologia*, Quæ tamen omnia in paucis annis ita hic degulator studiosè in ventrem condidit.

Dēgŭmiārĕ, Antiquum planè verbum, idem significans quod deuorare, aut degustare. Legitur autem malè *apud Festum* degunere, *vt recte aduertit Scaliger in Varronem.* Deducitur enim à Gumia, de qua voce infrà suo loco.

Dēgūsto, Gusto, delibo, leuiter attingo. {שעם *taʕám.* γεύομαι, ἅπτομαι. GAL. Gouster de quelque chose, en taster. ITA. *Gustare, assaggiare.* GER. Versuchen. HISP. *Gustar.* ANG. *To taste, to touche or with the lippes.*} *Plinius libro 18. capite secundo.* At ne degustabant quidem novas fruges aut vina. *Cato c.148.* Vinum boni viri arbitratu degustato. Degustare pabulum, *Varro 2. de Re rust. c.5. Quint. lib.4. cap.1.* Degustanda tamen hæc procemio, non consummanda, id est, breuiter instanda cumulanda. *Cicero 1. Tusculanar.* Visne igitur, inquit, ô Damocle, quoniam hæc te vita delectat, ipse eandem degustare, & fortunam experiri meam? Huc etiam referendum est illud Lucretij libro primo, Ignes degustant tigna celeri flamma, hoc est, leuiter attingunt. ¶Ponitur aliquando pro explorare. *Cice. lib.4. Epist. ad Atticum*, Velim Fabium, si quem habes aditum, odorere, & istũ cõsuam degustes.

Dēgustātĭo, {γεῦσις. *Vlpianus D. libro 18. Tit. 6. l.1.* Periculum vini vsque ad degustationem sustinere.

Dēhaurĭo, is, ire, Haurio. {שאב *shaáb.* ἀντλέω. GA. Espuiser. ITA. *Cauar fora.* GER. Erschöpffen. HIS. *Sacar fuera lo liquido.* ANG. *To draw water or thinges liquide.*} *Cato cap.66.* Quum oleum sustuleris cortina, amurcam dehaurito.

Dēhinc, Posthac, abhinc. {עתה *ʕat.áh.* τὸ νῦν, ἀπὸ τότου. GALICE. De formais, d'orelenauant, par ci apres, ci apres, d'icy en auãt. ITA. *Dipoi, per lo innanzi.* GERM. Furhin/dannethin/ demnach). HISP. *Dende ò despues* AN. *Forme henceforth.*} [*Plaut. Asin. sc.1. a.1.* Nemo est quem iam dehinc meruam mihi. Idem ibidem, *sc.3. a 1.* Ego te dehinc vt merita es tractare exequar. (i. posthac) *Idem Asin. sc.1. a.5.* At nunc dehinc scito illum mihi hostis esse.] *Terentius Andria*, Dehinc vt quiescant porrò moneo. ¶Item significat deinde, vt sic aduerbium ordinis, ἑξῆς. *Sallustius*, In primis arduum videtur res gestas scribere: primùm quòd facta dictis exæquanda sint: dehinc, quia plerique delicta quæ tu reprehenderis, maleuolentia atque inuidia putant esse dicta. *Vtitur & in hac etiam significatione *Cicero 2. Tuscul.* Primùm igitur de imbecillitate multorum, & de variis disciplinis philosophorum loquar: quorum princeps authoritate Socraticus Aristippus, non dubitauit dolorem, summum malum dicere. Dehinc aliquando in vnam syllabam contrahitur à poëtis. *Virgil.1. Æneid.* Oscula libauit natæ, dehinc talia fatur.

Dēhīscĕrĕ, Aperiri, findi, rimas agere. {χάσκειν. GAL. Baailler, s'espanir, s'ouurir. ITA. *Aprire forte, spalancare.* GERM. Auffgynen/sich auffthun/zerspalten. HIS. *Henderse, ò abrir.* ANG. *To gape.*} *Plin. li.8.* Acus siue bellone, vnus piscium dehiscente propter multitudinem vtero, parit, hoc est, se aperiente. [*Ouid.3. Fast.* A media cœlum regione dehiscere cepit. *Ouid. Eleg.1. li.2. Tristium*, Cuncta dehiscunt vna (parte domus) rimam faciente.]

Dēhŏnēstus, a, um, Non honestum, {ἀπρεπής. *Gell. lib.19. c.10.* Dehonestũ deculpatúmque verbum.

Dēhŏnēsto, as, (Honesto. {נבל *nibbél* חטא *ḥittá.* ἀτιμάζω. GAL. Villener, honnir, enlaidir. ITA. *Dishonestare, dishonorare.* GER. Vnehr anthun/entehren. HIS. *Denostar, ò deshonrar a otro.* ANG. *To make vnhonest, to foyle.*} [*Suet. in Claud. c.30.* Multa eum dehonestabant. *Liuius li. v. d.5.* Dehonestari famam.]

Dēhŏnēstāmentŭm, Dicitur id quod gratiam & honestatem alicui rei adimit. {ערוה *ḥeváh.* αἰσχύνη. GAL. Enlaidissement, deshonneur. IT. *Dishonestà, guastamento.* GERM. Vnehr/schmach. HISP. *El denuesto.* AN. *A foyling or dishonestie.*} Vnde vultus dehonestamentum dicitur cicatrix, vultum hominis dedecorans: aut oculi effossio. *Gell. libro 2.* [*c.27.* de Sertorio duce loquens.] Quo dehonestamento corpori, maximè lætabatur. Pro contumelia vsus est *Tacit. lib.12.* Atque ille non propinquum, neque Arsacis de gente, sed alienigenam & Romanum increpans, auribus decisis viuere iuber, ostentui clementiæ suæ, & in nos dehonestamento.

Dēhortŏr, aris, dissuadeo, deterreo, auoco {μεταπείθω. GAL. Desenhorter, desconseiller, destourner. ITA. *Sconfortare.* GERM. Abmanen/mißrahten. HIS. *Disuadir alguna cosa con razones.* ANG. *To call bak, to giue a contrare counsayle, to dissuade.*} *Plau. Capt. sc.1. a.2.* Si erit occasio, haud dehortor fugam.] *Terent. Phorm.* At hic dehortatus est me ne illã illi darem. *Cicer. in Pison.* Res ipsa, & Reipublicæ tempus, aut me ipsum, quod nolim, aut alíũ quempiã aut inuitabit, aut dehortabitur.

Dēhortātĭo, ὑποτύπωσις. *Diomed. Gram. lib.2.* παράδειγμα est enarratio exẽpli, vel rei præteritæ relatio: significans adhortationẽ dehortationémve.

DEĬĂNĪRĂ, Filia fuit Ornei Ætoliæ regis, cuius Regia Calydon erat. {GR. Die haußfraw Herculis.} Hæc adeo formosa erat, vt multos procos haberet: tandem Acheloo desponsata est primò, deinde Herculi. Itaque nuptiarũ gratia ortum est inter eos certamen: sed Acheloo victo, Herculi cessit. Porrò quum Hercules trãsiturus esset Euenũ Ætoliæ fluuium, qui tum temporis maximè excreuerat, Nessus Centaurus seipsum vltrò obtulit ad transuehendam Deianiram: quam quum Nesso commisisset, ipse priùs intrepidè tranauit fluuium. Nessus autem adhuc in altera ripa stans, nouam nuptam vitiare voluit: quod videns Hercules, sagittis hydræ sanguine infectis Centaurum transfixit: qui se moriturum sentiens, vt hostem vlciscereturque, Deianiræ vestem suam proprio sanguine perfusam dono dedit, asserens ei vim amatoriam inesse, & si hac maritus indueretur, ipsum ab aliarum mulierum amore iri auocatum. Mulier itaque nimis credula munus accepit, & quum audisset maritum suum in Euboeã amore Ioles Euryti filiæ detineri, Nessi vestem domino suo perferendam Lychæ famulo tradidit. Hercules igitur nihil mali suspicans, quum sacrificaturus eam induisset, tantis cruciatibus affectus est, vt in furorem versus, Lycham à Cenæo monte in Euboicum mare deiecerit, qui in scopulum mutatus est: ipse autem Hercules arcu & sagittis Philoctetæ commissis, se in ardentem pyram in Oeta monte constructam coniecit. Quod Deianira audiens, dolore percita, Herculis claua se interfecit, ex cuius sanguine postea nata est herba, quæ nymphæa & heracleon dicitur. *Ouid. lib.9. Metam.* Victor ab Oechalia Cenæo sacra parabat Vota Ioui, quum fama loquax peruenit ad aures Deianira tuas, &c.

DEĬDĂMĪĂ, Filia fuit Lycomedis regis Scyri insulæ, quam Achilles, quũ ipse inter regis huius filias sub muliebri habitu lateret, grauidam fecit, & ex ea Pyrrhum genuit. *Vide Statium in Achilleid.*

Dēiĕro, pe. cor. Sancte iuro, iureiurando affirmo. {אלה *aláh.* ὀμνύω, διόμνυμι. GAL. Iurer fort & ferme, faire grand serment. ITA. *Giurare santamente.* GER. Theur vnd hoch schweren. HISP. *Mucho y sanctamente iurar.* ANG. *To sweare with a great othe.*} *Gell. lib.1.* [*ca.3.*] Nam quum amicus eum rogaret vt pro re causaque eius falsum deieraret, his ad eum verbis vsus est. *Teren. in Eunuch.* Illum liquet deierare, his mensibus Sex, vel septem prorsum non vidisse proximis. *Idem in Hecyr.* Phidippe, Bacchis deierat persanctè, &c. *Plaut. Men. sc.2. a.5.* Quæ arguit furripuisse atque abstulisse deierat.]

Dēiūro, as, are, Deiero. {ὀμνύω, διόμνυμι. *Plau. in Castor.* per deos omnes, &d eas deiurauit. *Idem in Rudente*, Deiura te mihi argentum daturũ.

Dēiūrĭum, Iusiurandum. {אלה *aláh.* ὅρκωμοσία. GAL. Iurement, serment. ITA. *Sacramento.* GER. Ein schwur HISP. *El grande y solenne juramento.* ANG. *An othe.*} *Gell. lib.7. c.18.* Tum octo ex iis postliminium iustum non esse sibi responderunt, quoniam deiurio vincti essent.

Dēiūrŭs, pen. prod. Qui sanctè & valdè iurat. ὀμνύμενος.

Dēĭĭcĭo, is, penultima correpta, Deorsum iacio, vel deorsum mitto. {חפיל *ḥippil* חשפיל *ḥiſchpil.* καταβάλλω. GALL. Ietter en bas, ietter par terre, ruer ius. ITA. *Gettare abasso.* GER. Herabwerffen/ vmbwerffen. HIS. *Echar de arriba, derrocar ò abaxar.* ANG. *To cast or throw downe.*} [*Plaut. Asin. sc.3. a.3.* Hinc me ex ædibus deiecit. *Seneca ca.16. de const. ad Mart.* Deiecit Regem Romanis capitibus Brutus. *Plaut. Asin. sc.4. a.2.* Columnis deiici operas aranearum. *Senec. cap.15. de consol. ad Polyb.* Deiicere altè aliquem, vel deponere. Idem *Senec. ca.13. de Consol. ad Polyb.* Ab illo nunquam deiicis animum. *Senec. ca.12. de Consol. ad Polyb.*] *Plautus in Asin.* Iussin' columnis deiici operas aranearũ? *Liuius quarto ab Vrbe.* Quem quum ictũ equo deiecisset. *Virgil. 8. Æneid.* toto genitor quæ plurima cælo Deicit in terras. *Liuius libro 1.* pro iaciendo defigo posuit, κατορύσσω. Dum (inquit) intentus in eum rex torus aduerteret, alter elatam securim in caput deiecit. ¶Per translationem ponitur pro auerto. ἀποτρέπω. *Cicer. in Philip.* Nec verò vsquam, nec à Republica oculos deiiciebam. ¶Item pro depellere vel deturbare. παραβιάζεσθαι, ἐξελαύνειν, *vt apud eundem 2. in Verrem*, Pollicitus est quantum vellent pecuniæ, si me Ædilitate deiecissent. *Idem pro Murana*, Qu. Tubero Prætura deiectus est. *Liuius quarto ab Vrbe*, Deiectíque honore duobus Quintiis. ¶Deiicere de gradu, id est, dignitate. *Cicero Attic. libro 16.* Ex quo mihi videtur σφάλαξ ille deiectus de gradu. Deiicere de gradu, pro eo quod est de constantia deducere, & proposito in quo pedem fiximus. *Cic. 1. Offic.* Fortis enim & constantis est, non perturbari in rebus asperis, nec tumultuantem de gradu deiici, vt dicitur: sed præsenti animo vti, & consilio, nec à ratione discedere. Ad eundem modũ dicimus, Deiicere de possessione, Deiicere de sententia, Deiicere de dignitate.

Dēiectŭs, a, um, partic. {מגר *muppál* משפל *muſchpal.* καταβληθείς, καταβαλλόμενος. GAL. Abaissé, incliné. ITA. *Abbassato, inclinato.* GER. Herabgeworffen. HIS. *Echado de arriba, inclinado.* ANGL. *Caste or throwne downe.*} *Plin. lib.2. cap.9.* de Lunæ natura, Aliàs contigua montibus, nunc in Aquilonem elata, nunc in Austro deiecta. Vt deiectus, *Cicero pro Cecinn.* Spe deiectus, *Sil. lib.10.* [*Gell. cap.5. lib.4.* Deiectus: de eo, qui lapidibus depulsus est. *Cæs. lib.1. de bell. ciu.* Deiectus & inferioribus locis.]

Dēiectĭo, verbale, Depulsio. {מפלת *mappalát.* καταβλητικὴ, καταβολή, ἐκβολή. GAL. Deiettement, abattement, abaissement. ITA. *Abbatimento, abbassamento.* GERM. Abwurff/das niderwerffen. HIS. *Obra de echar de arriba, abatimiento, abaximiento.* ANG. *A casting downe.*} *Cic. pro Cecin.* Qui illam vim deiectionémque tuo rogatu, aut tuo nomine fecerit. ¶Deiectio *apud Celsum & Colum.* pro subductione alui ponitur. {ἐκχώρησις, ἐκχώρησις. GALLIC. Quand on va à la salle, purgation. ITA. *Purgatione.* GERM. Der stůlgang nach beschähener purgation. HISP. *Purga.* ANG. *A purgation by the stoole.*} *Cels. lib.1. cap.3.* Deiectio quoque medicamento petenda est, vbi venter suppressus parũ reddit. Et moliri deiectionem. *lib.2. c.12.* ¶Deiectiones stellarum & altitudines. *apud Iulium Firmicum lib.1.*

Dēiectŭs, us, pro Deiectione, {κατάβασις. *Liu.9. ab Vrb.* Quum ad alias angustias protinus pergerent, septas deiectu arborum, saxorum ingentium obiacente mole inuenere. [*Seneca cap.18. de Consol. ad Mart.* Deiectus fluminum, & defusi amnes.]

Dēĭn, Per apocopen dictum est à Deinde. {ἐπειδήπερ. GALLIC. Apres, en apres, par apres. ITAL. *Doppo, poscia.* GERM. Darnach/dannethin HISP. *Dende ò despues.* ANG. *Furthermore, moreouer.*} sicut Exin ab Exinde, Proin à Proinde, Subin pro Subinde. Significat autem dein idem quod deinde, siue postea: & est poetis familiarius quàm Oratoribus. *Terent. Andr.* Accepit conditionem, dein quæstum occipit. [*Plaut. Men. sc.2. a.5.* Hunc senem exossabo, dein dedolabo viscera.]

Dēĭndĕ, aduerbium est, ordinem, siue tempus importans, idémque ferè significans quod postea. {ἐπειδήπερ. GAL. Apres, en apres, par apres. ITA. *Dopoi, nel tempo à venire.* GERM. Demnach/darnach HISP. *Dendo, ò despues.* ANG. *Further more, moreouer.*} Cõponitur ex De præpositione, & aduerbio Inde: & habet accẽtum, *teste Prisciano*, in antepenultima

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ne duæ videantur dictiones separatæ, quod etiam contingit in exinde, nimirum, aliquando, & similibus. *Cic. ad Quintum frat. lib. 3.* Tu velim cures vt sciam quibus nos dare oporteat eas, quas ad te deinde literas mittemus. [*Plaut. Mer. sc. 1. a. 3.* Post deinde adibo.]

¶ In carmine fere semper contractionem patitur, fitque dictio dissyllaba. *Virg. 3. Æ log.* Incipe Damœta, tu deinde sequêre Menalca.

Deĭncĕps, Deinde, postea, posthac, continuò. {מעתה *meʿattáh.* ἐφεξῆς. GAL. Consequemment, par ordre, en ensuyuant, en apres, d'ordre. IT. *Ordinatamente, per ordine. di poi.* GER. Demnach/volgends. HIS. *De aqui adelante.* ANG. *Frome enceforth.*} *Liu. lib. 1.* Ita duo deinceps reges alius alia via, ille bello hic pace ciuitatem auxerunt. *Cic. Thermo*, Sed tamen tres fratres summi loco natos, promptos, non indisertos, quos video deinceps Tribunos plebis per triennium fore, te nolo habere iratos. *Colum. lib. 6*, Quod quomodo & qualis generis faciendum sit, non pigebit deinceps præcipere, id est, per ordinem. *Cic. Attic. lib 7.* Velim deinceps meliora sint. ¶ Interdum pro præterea. *Liu 1. ab Vrbe*, Exemplo aduocato concilio, scelera in se fratris, originem nepotum, vt geniti, vt educati, vt cogniti essent, cædem deinceps tyranni, sæque eius auctorem ostendit.

Deĭnsŭpĕr, pen. corr. significat desuper. {ἄνωθεν. GALL. De dessus. IT. *Di sopra.* GER. Von oben herab. HIS. *Dende arriba.* ANG. *Frome aboue.*} *Sallust. lib. 1. Hist. vt citatur à Nonio*, Ad medium deinsuper astantium manibus in murum attollitur.

Deĭntegro, pen. corr. Denuò, à principio. {עוד *hodh.* ἐξ ἀρχῆς. GAL. De nouueau. IT. *Di nuouo.* GER. Von neuwem. HIS. *De nueuo ò de comienço.* ANGL. *Of new, againe.*} *Terent. in Andr.* Posthac quas faciet deintegro comœdias. Deintegro incidere in morbum, *Cic. ad Cornif. lib. 12.* Gratulari alicui deintegro, *Idem Attic.*

Deĭntegro, as, are, Verbum significat imminuere, & ex integro, & non vitiato vitiatum reddere. *Cæcilius*, Nomen virginis nisi mirum est, deintegrauit.

DEIOCES, Phraortæ filius, ob iudicandi æquitatem primus Medorum rex declaratus. *Autor Herod. lib. 1.*

DĔĬŌNĒ, Δηϊώνη, Mater fuit Mileti ex Apollinis concubitu. Vnde Miletũ Deionidem vocat *Ouid. lib. 9. Metam.* vbi sic habet, Tunc erat inualidus, Deionidémque inuentæ Robore Miletum, Phœbóque parente superbum Pertimuit. [¶ Magni Deionei filium. *Plaut. Amph.*]

DĔĬOPĔĬĀ, pen. prod. siue Deiope, Δηϊόπεια, Vna ex nymphis Iunonis, quã illa *apud Virg. lib. 1. Æneid.* Æolo vxorem pollicetur. Sunt, *inquit*, mihi bis septem præstanti corpore nymphæ, Quarum quæ forma pulcherrima Deiopeiam Connubio iungam stabili propriamque dicabo.

DĔĬŌTĀRŬS, Δηϊόταρος, Galatiæ rex fuit populo Romano amicissimus, qui tempore belli Pharsalici Pompeij partes secutus est, eóque profligato ad Cæsaris victoris clementiam confugit, à quo Regis quidem nomen retinuit, parte tamen regni mulctatus est. Postea accusatus quòd Cæsari apud se diuertenti insidias struxisset, à Cicerone defensus est elegantissima oratione, quæ etiam hodie extat ¶ Fuit & Deiotarus alter Adramyttenus, ludi literarij magister, apud Gargaram Troadis, *vt scribit Steph.*

DĔĬPHĪLĔ, Δηϊφίλη, Nomen Adrasti regis filiæ, & Tydei vxoris, matris Diomedis, Græcorum omnium post Achillem & Aiacem Telamonium fortissimi.

DĔĬPHŌBĒ, es, Δηϊφόβη, Nomen proprium Sibyllæ Cumanæ, Glauci filiæ, quæ Æneam ad inferos duxit. *Virg. 6. Æn.* -Phœbi Triuiæque sacerdos, Deiphobe Glauci.

DĔĬPHŌBŬS, pen. corr. Δηΐφοβος, Nomen filij Priami ex Hecuba, qui interempto Paride Helenam duxit vxorem: cuius tamen dolo & proditione interfectus est à Græcis, quos *illa in cubiculum dormientis intromisit, vt autor est Virgilius lib. 6.* Atque hic Priamidem laniatum corpore toto, Deiphobum vidit, &c.

DĔĬPHȳLŬS, Δηΐφυλος, penultima correpta. Fuit Steleni filius: Capanei in bello Troiano amicus fidissimus, *teste Homer. 5. Iliad.*

DEIPITES, Vir Troianus, quem Vlysses in bello interemit, *teste Homer.*

Dēĭŭgo, gas, pen. corr. Disiungo. {ζευγνύω. GAL. Desacoupler, oster du ioug. IT. *Disiungere.* GER. Zuspannen/von einander jochen. HIS. *Desuñir ò apartar.* ANG. *To vncouple and vnyoke the yoke.*} Cui contrarium est Coniungo. *Pacuuius Chryse, vt citat Nonius*, Perque nostram egregiam vnanimitatem, quam memoria deiugat.

Dēĭūngo, Disiungo, {הפריש *hiphrísch* גזר *ghazár.* ἀφορίζω. GALL. Desioindre, desacoupler. IT. *Desiungere, disunire.* GER. Von einander zũgen oder zertheilen HIS. *Desuñir ò apartar.* AN. *To vnyoke to disione.*} *Plaut. Asin.* Ne nos deiunge amantes. *Cic. de Vniuers.* Ita necessitas cogit, vt eadem sint ea quæ deiuncta fuerunt.

Dēĭurĭum, Deiuro. Deiurus, *Vide* DEIERO.

Deiŭuo, as, Antiqui dicebant pro non iuuare. *Plaut. in Trinum.* Desererem illum, & deiuuare in rebus aduersis pudet.

Dēlābŏr, eris, delapsus sum, significat deorsum labor, decido, deuenio, {נפל *naphál* מט *mat.* καταπίπτω, καταπτήσσω. GA. Griller & tomber bas, cheoir. IT. *Scorrere abbasso, cadere abbasso.* G. Hinabfallen. H. *Desliçarse, ò caer abaxo.* ANG. *To shippe, slide or fall downe.*} *Virgil. in Sileno*, Serta procul capiti tantùm delapsa iacebant. *Liuius*, Cælo repente delapsus. ¶ Et cum præpositione. *Cicero Offic. 1.* Ita consiliis, diligentiáque nostra celeriter de manibus audacissimorum ciuium delapsa arma ipsa ceciderunt. *Idem ad Quintum Fratrem*, Nam Græci quidem fic te ita viuentem intuebantur, vt quendam ex annalium memoria, aut etiam è cœlo diuinum hominem esse in prouinciam delapsum putent. *Idem Orat. lib. 3.* Capitolij fastigium illud, & cæterarum ædium, non venustas, sed necessitas ipsa fabricata est. Nam quum esset habita ratio, quemadmodum ex vtraque parte tecti aqua delaberetur, vtilitatem templi fastigij dignitas consequuta est. ¶ Ponitur aliquando pro deflecto. *Cic. de Orat.* Insperanti mihi cecidit, vt in istum sermonem delaberer. *Idem in Lel.* Iam enim à sapientum familiaritatibus, ad vulgares amicitias oratio nostra delabitur. *Idem Attic. 7.* Inualetudine tua moueor, & filiam in idem genus morbi delapsam, curam tibi afferre maiorem sentio. *Et de Orat. libro secundo*, Sed non nunquam in hoc vitium scurrile delabitur. *Idem Treb. lib. 6.* Nam & ipse, qui plurimum potest, quotidie mihi delabi ad æquitatem videtur, id est, paulatim ad æquitatem propiùs accedere. *Et Offic. libr. 2.* Habenda autem est ratio rei familiaris, quam quidem delabi sinere, flagitiosum est, id est, consumi, ad nihilum redigi. οἰχνέω.

Dēlăcĕro, as, In partes lacero, conscindo, consumo. {שרש *schrásch* פרק *parak* קרע *karáh.* κατακόπτω, διαῤῥήγνυμι. GAL. Mettre en pieces, deschirer. IT. *Lacerare, stracciare.* GER. Zerreissen/verthun. HIS. *Despedaçar in partes diuisas.* ANG. *To teare and rent in pieces.*} *Plaut. Capt. sc. 5. a. 3.* Qui me meámque rem, quod in te vno fuit, tuis scelestis falsidicis fallaciis delacerauisti.

Dēlăchўmāre, Est lachrymas vel aquam more lachrymantis demittere. {דמע *damáh.* κατὰ δάκρυον. GAL. Pleurer, larmoyer. IT. *Lagrimare.* GERM. Beweynen. HISP. *Derrocar lagrimas* ANG. *To weepe and let teares fall.*} *Col. lib. 5.* de vite loquens, Vt interdum potius deuexa, quàm in germine delachrymet.

Dēlăchўmātĭo, onis. {דמע *démah.* κατάδακρυσις. GAL. Pleurement. ITA. *Esso lacrymare, lacrima.* GERMAN. Beweynung. HISP. *Lloro.* ANGL. *A weiping.*} *Plin. lib. 37 cap. 11.* Vis eius collyrits oculorum aptissima, & delachrymationibus mordendo proficiens.

Dēlæuo, as, compositum est à læuo, idem significans quod simplex. {החליק *hechelik.* λειάνω. GALL. Aplanir, vnir, faire esgal. ITA. *Pianare, lisciare, far vguale.* GE. Gletten oder glatt machen. HI. *Alisar ò accepillar.* ANG. *To make plane and euen, or smoth.*} *Colum. de Arb. cap. 6.* Plagam acutissimo ferro delæuato.

Dēlămbo, is, ere, Lambo. {לקק *lakák.* λείχω, λαπτω. GAL. Lecher. ITAL. *Leccare.* GERM. Lecken HISP. *Lamber ò lamer.* ANG. *To licke, or lape.*} *Stat. libr. 2. Theb* Molliáque eiecta delambit vellera lingua.

Dēlāmēntor, aris, Deflco. {מגר *saphádh.* κατακόπτω, θρηνῶ. GAL. Lamenter, pleurer. ITAL. *Lamentarse, dolerse.* GER. Schmertzlich weynen. HISPANIC. *Llorar con gritos y voces.* ANGL. *To weepe or waile.*} *Ouid. II. Metam.* -& natam delamentatur adeptam.

Dēlānĭo, as, pen. corr. Discindo, & quasi lanam traho. {שרט *scharát* פרק *parák* קרע *karáh.* διασπάω. GAL. Mettre en pieces, deschirer. ITA. *Stracciare, sbrenare.* GERMA. Zerzerren/zerreissen. HISPAN. *Despedaçar como sacando lana.* ANGL. *To cut or teare in pieces.*} vnde Lanius, qui pecus discindit. *Festus.*

Dēlăpĭdātă, Dicuntur lapide strata λιθόστρωτα. cuiusmodi est via Appia, quam a porta Capena Brundusium vsque quadratis saxis strauit Appius ille Cæcus. *Ex Festo.*

DELLAS & Tygris minor, Fluuij, Apameam Mesonorum ciuitatem circumfluant, *Steph. in Appamea.* Δέλας.

Dēlāsso, a., Cassо {הרפה *hirpháh* הלאה *heleáh.* κοπιάω. GALL. Lasser. ITA. *Stancare.* GE. Müd machen. HISP. *Fatigar ò cansar à otro.* ANG. *To wearie, to tire.*} *Plautus in Asinar. sc. 2. a. 5.* Eum etiam hominem in senatu dare operam, aut clientibus, ibi labore delassatum totam noctem stertere. *Horat. 1. Serm. Satyr. 1.* Cætera de genere hoc (adeò sunt multa) loquacem delassare valent Fabium.

Dēlăuo, as, delaui, delotum, delauare, Lauo. {רחץ *rachás.* κατανίπτω, νίπτω. GAL. Lauer. ITA. *Lauare.* GER. Wäschen oder abwäschen. HIS. *Lauar.* ANGL. *To wash.*} *Plautus Rud.* -eho an te pœniter, in mari quod delaui, ne hic in terra quoque eluam? Antiquum verbum.

Dēlecto, & Oblecto, Composita sunt à lacto, quod est frequentatiuum ab antiquo verbo lacio. Delectationem habeo, delectationem affero {שעשע *schischaschách.* τέρπω. GAL. Delecter, recreer, resiouir, donner plaisir. ITAL. *Dilettare, dar piacere.* GERM. Belustigen. HISP. *Deleytar.* ANGLIC. *To lead and allure, to deliget.*} Delecto sæpiùs in tertia persona vtuntur autores. *Cicero Rufo*, Itaque me & superiores literæ tuæ admodum delectauerunt, quibus expectatum meum aduentum abs te amanter videbam. Quando autem cum infinitiuo iungitur, ponitur impersonaliter. Alioqui verbum est actiuum, & habet passiuum per omnes modos, tempora, & personas vsitatissimum. *Cicero Pa. 6*, Plures etiam pauones confeci, quàm tu pullos columbinos: tu te istic Atheriano iure delectato, ego me hîc Hirciano. Oblecto vero plerunque in se significationem passiuam habet, quanuis & actiuam. ἀθρέμμονα. Et quanquam passiuam habet, tamen regit accusatiuum non alterius personæ aut rei, quàm eius qui se oblectat. Et vltra accusatiuum ablatiuum postulat, ex quo passiua significatio monstratur. Et hoc tribus potissimum modis. Interdum enim hoc contingit nulla præcedente præpositione. *Terentius in Eunucho*, Me speres, me te oblectes. Interdum præcedente præpositione cum. *Idem*, Tu cum illa te intus oblecta interim. [Ego me isto assiduo victu delecto domi. *Plaut. Capt. sc. 1. a. 1.* Non solùm delectant, sed etiam placent. *Senec. Epist. 39.* Non delectatus modò, sed gauisus sum. *Senec. epist. 46.* Tibicen interea vos hic delectauerit. *Plaut. Pseud. sc. 5. a. 1. Idem Plau. Capt. sc. 4. a. 5.* Quæ me delectet mihi data est.] Aliquando etiam cum præpositione In. *Idem.* In eo me oblecto solùm, id est mihi charum. *Cicero* in actiua significatione sumpsit, *quum in Catone ait*, Quasi exequi nescirem, tamen me lectulus meus oblectaret, quod est, quasi delectaret. *Et pro Archia*, Adolescentiam agunt, senectutem oblectant, scilicet literæ. Est autem oblecto, sicut & delecto, compositum à verbo lacto, propriè dulcedine vel spe aliqua duco: & fere semper in peiorem partem accipitur. *Terentius*, Solicitando, & pollicendo eorum animos lactas.

¶ Delectare, ἐρέθειν, propriè significat attrahere, ducere. *Ennius*, Et me Apollo ipse delectat, adducit Delphicus. *Quadrigarius*, Fabius de nocte cœpit hostium sacra oppugnare, hostem delectare. ¶ Et quoniam quæ grata ac iucunda sunt, nos attrahere solent, factum est, vt Delectare sit gratum esse, ac iucunditate afficere. ¶ Passiuum etiam ipsum Delector, habet post se ablatiuum, & hoc sine præpositione, vel mediante præpositione cum vel in. Casum autem peculiarem omnibus verbis passiuis, qui est ablatiuus præcedente præpositione à, vel ab, nõ admittit. Vnde etiã nonnulli deponens esse crediderũt. Est autẽ Delector, delectatione, vel iucũditate afficior. {χαίρω ὑπερήμερος, σπαράσσω. GAL. Se donner plaisir, se resiouir. ITA. *Dilettarsi.* GERM. Lust, vnd freud haben. HISP. *Deleytarse.*} *Colum. lib. 1.* Iucũdius vtiq; viro, si etiam matrona comitatus: cuius vt sexus, ita animus est delicatior: amœnitare aliqua delectanda erit, quò patientiùs moretur cũ viro. Quod in aliis etiam verbis fieri solet: vt, Desyderiũ tenet me, id est, teneor desiderio. sic Oblector, & huiusmodi, quæ significationẽ passiuam innatam habent. *Lactantius lib. 2.* Auro & gẽmis, & ebore delectantur. *Idem*, Oblectatur friuolis, & specie simulachrorũ capitur. *Cic. Cal.* In communibus miseriis hac tamen oblectabar specula.

Dēlĕctă-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Dēlectāmēntū,ti,Oblectatio,voluptas.{שעשעים *schaschaschuhim* ערנה *hedonáh.* τέρψις, τερπωλή, τερπνότης. GAL. Delectation & plaisir,deduit, passetemps. IT. *Diletto.* GERM. Belustigung. HIS. *El deleyte.* ANG. *Delight pastime, solace.*}*Cicer. de Senect.* Possem persequi permulta delectamenta rerum rusticarum: sed ea ipsa quæ dixi,sentio esse longiora. *Idem in Pison.* Inania sunt ista (mihi crede) delectamenta penè puerorum [*Gell.cap.1.lib.20.* Is pro delectamento habebat,]

Dēlectābilis,τερπνός. *Cornel.Tacit.lib.12.* Infusum delectabili cibo boletorum venenum.

[Delectatiõr,pro delectabilior: *Gellius cap.1.lib.20.* Delectatior motio.]

Dēlectābiliter,Aduerbium,τερπνῶς. Probus in Catholicis structuræ delectabiliter componendæ. *Gell.lib.3. cap.13.* Delectabiliter ac decorè multis variisque verbis depicta est.[& *cap.1.lib.15.*]

Dēlectātĭo, à delectando, Oblectatio, voluptas, iucunditas. {שעשעים *schaschaschuhim* ערנה *hedonáh.* τέρψις. GALL. Delectation, plaisir, soulas, deduit. IT. *Dilettatione.* GE. Lust vnd freud. HIS. *Deleyte.* AN. *A delighting or delight.*}Est iucunditas quam ex re aliqua percipimus: quam sic definit *Cic.lib.4.Tusc.* Delectatio est voluptas suauitate auditus animum deliniens, & qualis hæc est aurium, tales sunt oculorum, & tactuum & odorationum, & saporum: quæ sunt omnes vnius generis ad perfundendum animum, tanquam illique factæ voluptates.

Dēlectātiõr, Comparatiuus sine positiuo *apud Gellium lib.20. cap.vlt.* Aut sermo incorruptior, aut delectatior motio, aut in ludo liberalior.

Dēlectŭs. *Vide* DELIGO, deligis.

Dēlēgo,as,penult.product. Deputo, præficio quempiam meo loco, officio, negotióve exequendo præficio.{הפקיד *hiphkiáh.* ἐπιτρέπω. GAL. Deleguer, enuoyer & bailler charge, bailler commission, commettre. IT. *Deputare, assignare.* GERM. Befelhen, einem etwas zu thun auflegen. HISP. *Embiar, mandar.* ANG. *To assigne to some office or charge, to send in ambassage, to attribute or impute.*}*Col.lib.4.* Imò quis non imprudentissimum quenque, etiam eum, qui nihil aliud operis facere valeat, huic negotio delegat? *Cicero,* Post delegatum mihi hanc pronunciam, id est, post onus mihi impositum. [*Suet.in Neron.cap.32.* Delegare officium. *Idem in Calig.cap.57.* Delegare aliquid occidendum. *Suet.in Tib.cap.16.* Delegatus pacadæ Germaniæ ei status est.]¶ Hinc Subdelegare dicimus, delegatas nobis à principe causas alteri cognoscendas iniungere. *Delegare spes suas fortunæ loci. *Liu.6.ab Vrbe,* Has inanium rerum inanes ipsas voluentes cogitationes, fortunæ loci delegauerant spes suas. Id est numine loci Romanis religiosi & infausti fidentes.

¶Delegare etiam significat Legatos mittere, ἀποστέλλειν. *Liuius,* Decernunt vt duodecim delegarentur ad regem. *Plaut.in Amph.* Si quos fautores delegatos viderint. ¶Et Delegata dixerunt diis consecrata quæ nunc dedicata dicimus. ἀφιερωμένα.

¶Delegare etiam frequens est apud Iurisconsultos, pro eo, quod mercatores vulgò vocant *Assignare,* hoc est, alium pro se debitorem dare, quo recepto à creditore, prior debitor liberatur. *Iustinianus Cod. de Nouationibus & delegationib.* Delegatio debiti, nisi consentiente & stipulanti promittente debitore, iure perfici non potest.

Dēlēgātĭo,verbale,Mandatum,munus,prouincia. {פקודה *pekudáh.* ἐπιτροπὴ ἢ ἐντολὴ, ἢ ἀφορισμός. GAL. Charge & commission, assignation. IT. *Commissione, carico.* GERM. Ein befelch/auflegung/ein gegäbner gewalt. HIS. *Embaxada, la carga.* ANGL. *The assignation of an office or charge, commission.*}*Cic.ad Attic.lib.12.* Perdere malo delegationem in mancipes, annua die. [Delegationem ista res non recipit. *Senec.ca.27.*]

Dēlēgātŭs, dicitur cui causa demittitur terminanda, vel exequenda, vices delegantis repræsentans, & in iurisdictione nihil proprium habens ff. *de Offic.eius cui man.est Iurisdictio.l.j.* Vide infrà. Lege Iudex. [*Plaut.Amph.prolog.* Qui sibi mandassent delegati vt plauderent.]

Dēlēnĭo,is,ire, compositum est à lenio, idem significans quod demulceo, vel lenem, hoc est mansuetum reddo.{החליק *hechlik.* ἀφαλύνω, καταμαλάσσω. GALL. Adoucir, appaiser, amadouer. IT. *Ammolire, addolcire.* GER. Besänfftigen/begütigen. HISP. *Halagar ò amansar.* ANGL. *To make meek gentle, and tame.*} *Col.lib.10.* Sed tamen iracundia notæ melioris apum facilè delenitur, assiduo interuentu eorum, qui curant aluearia. *Plau.Asi.* Vah delenire apparas, mihi scio vicarium esse. [Delenimentum. *Tacit.lib.2,* Delenimentis curarum.]

Dēlēnĭficŭs, Blandiloquus, θελκτήριος, ἀφροδισιακός. *Plaut.in Mil. sc.2.a.2.* Domi dolos, delenifica verba, domi fallacias. [*Vide* Nonium, in Delinirus.]

Dēlĕo, deleui, deletum, ex de, & leo (*vt inquit Priscianus*) Extinguo, induco, abstergeo, & aliquando euerto, perdo, & destruo. {מחה *machâh.* ἐξαλείφω, ἀφανίζω, καθαιρέω. GALL. Effacer, casser, rayer, annuller. IT. *Cancellare, cassare, annullare.* GER. Durchthun/außtilcken. HIS. *Quitar ò raer.* AN. *To destroy, to scrape and put out, to deface.*}*Cic.pro Cluē.* Eadem hac Dinea testamentum faciente, quum tabulas pendidisset Oppianicus, qui gener eius fuisset, digito legata deleuit: & quum id multis locis feciſſet, post mortem eius ne lituris coargui posset, testamentum in alias tabulas transcriptum signis adulterinis obsignauit. *Cæsar li.2.bell.Ciuil.* Quin spe prædæ in vrbem irrumperent, vrbemque delerent. *Cic.pro leg.Manil.* Delenda est vobis illa macula Mithridatico bello superiore suscepta. *Terentius Eunuch.* Delebo omnes dehinc ex animo mulieres. [*Ouid.Eleg.7.lib.3.Trist.* Si forsan nostrum deleuit amorem Tempus. *Idem Ouid.13.Metam.* Delendáque pergama poscat.]

Dēlētŭs,a,um,& Delitus, *teste Diomede,* Extinctus, inductus.{נמחה *nimchéh.* ἐξαλειμμένος. GAL. Effacé casse, annullé. ITA. *Cancellato, annulato.* GER. Durchgethon/außgetilcket. HIS. *Raido, quitado.* ANGL. *Destroyed scraped or put out, or defaced.*}*Varro,* Delitæ literæ, quod tamen à delino esse potest. ¶Quod à Deleor est, non delino. *Diomedes Gramma. lib.1.* Deleor delitus & deletus. *Cic.ad filium*: cæteris delitis. Caluus ad vxorem. 1. *Epist.* Inuita delira, &c.

Dēlētĭo, verbale, Extinctio, inductio.{מיחה *tiach.* ἐξάλειψις, ἀφανισμός. GA. Effacement, destruction. ITAL. *Dusfacimento, distruittione.* GER. Außtilckung. HIS. *Raedura, ò quitamiento.* ANG. *A crassing or scraping out.*}

Dēlēbĭlĕ, Quod deleri potest.{ἐξαλειπτόν. GAL. Aisé à effacer, que facilement on efface. ITA. *Che facilmente si cassa, & disfacia.* GER. Das leichtlich mag außgetilcket werden. HIS. *Cosa que se quita, ò puede facilmẽte quitar.* ANG. *That may be crossed and scrapen out, or defaced.*}*Mart. lib.7,* Casibus hic nullis, nullis delebilis annis Viuet. Cuius Contrarium est Indelebile, quod deleri non potest. ἀνεξάλειπτον.

Dēlētīlis, le, pen corr. Quod delet.{ἐξαλειπτικός. GALL. Propre pour effacer, de quoy on efface. ITAL. *Che diffacia, cassa ò distrugge.* GER. Damit man außtilcket oder durchthut. HI. *Cosa para quitar ò raer.* AN. *That is meete and serueth to crosse out with.*} *Varr.* Si displicet, tibi tam magnum sumam spongiam deletilem. Interdum deletile, seu deletitium passiuè sumitur pro eo quod deletur, siue deleri solet, vt Charta seu tabula deletitia, qua abrasis vel inductis prioribus literis resctibitur. παλίμψηστος.

Dēlētĭtĭŭs, adiectiuum. ἐξαλειπτός. *Vlpianus in l.Chartæ ff. de bon. possess. secundum tab.* Chartæ appellatio & ad nouam chartam refertur, & ad de letitiam παλίμψηστος.

Dēlētrix, verb.{מחה *mochâh.* ὁ ἐξαλείφουσα, ἐξαλείψασα. A. *She that abolisheth hor destroyeth.*}Quæ delet. *Cic.de Arusp. respon.* tum est illa in templo Castoris sceleratæ & penè delectrix huius imperij fica depicta.

Dēlētēriă, medicamenta, φιλοτέχνια φάρμακα, à medicis appellantur noxia & mortifera, quæ scilicet quum à calore nostro vinci non queãt, neque concoqui, alia celeriùs, alia tardiùs mortem inferunt. Dicta deleteria à verbo Græco δηλέω, quod est lædo siue noceo.

DELIGVS, *Vide* DELOS.

Dēlĭbĕrārē. Dictum est à libella qua quid ponderatur, & significat cõsultare, perpendere, deliberationem habere, consilium capere: item decerno, statuo, certus sum. {יעץ *jaháts* גזר *házar.* συμβουλεύειν, διαγινώσκειν. GAL. Deliberer, consulter & penser comme on doit faire. ITAL. *Deliberare.* GERM. Rahtschlagen/ sich berahten. HIS. *Deliberar.* ANG. *To aduise and tak counsayle what is best to be doone.*} *Cic.* postquam reuersus est ab exilio, nocte sibi ad deliberandum postulauit. *Idem in Verr.* Deliberatum est, id est, fixum & decretum est. δέδοκται. ¶Aliquando dubitare, βουλεύεσθαι. *Cic.lib. Offic.* Est enim totum sceleratum & impium, qui deliberant vtrum id sequantur, quod honestum esse videant.

Dēlĭbĕrātŭr, impersonale. *Cæsar. bell.Gall.* Deliberatur de Auarico in communi consilio, incendi placeret, an defendi.

Dēlĭbĕrātŭs, particip. {נגזר *nigzár.* βεβουλευμένος. GAL. Deliberé consulté, arresté apres auoir delibe,e. ITA. *Deliberato.* GER. Berahtschlaget/ wol bedacht. HIS. *Deliberado.* ANG. *Aduised vpon.*} *Horat. Carm Ode* 37.-vt atrum Corpore combiberet venenum, Deliberata morte. [*Cæsar lib.1.de bell.ciu.* Deliberata Cæsar respondit.]

Dēlĭbĕrātŭs, nomen ex particip. *Cic.Metell. lib.5.* Neque illi quicquam deliberatius fuit, quàm me quacunque ratione posset, non iudicio, neque disceptatione, sed vi atque impressione euertere.

Dēlĭbĕrātum, substantiuum. *Cæsar 1.bell. Ciuil.* Illi deliberata respondent, scriptáque ad eum mandata per eos remittunt.

Dēlĭbĕrātŏr, toris, {יעץ *jothéts.* βουλευτὴς σύμβουλος. GAL. Deliberant, qui delibere ou a deliberé. ITA. *Chi delibera.* GER. Ein rahtschlager. HISP. *El que delibera* ANG. *He that aduiseth and taketh leysure before he beginne a thing*} *Cic.pro Sest.* Illi interea deliberanti merces, longa interposita nocte, duplicata est.

Dēlĭbĕrātĭo, onis, Consultatio, consilium. {מזמה *mothetsáh.* σκέμμα. GAL. Deliberation, penlement, consultation. ITAL. *Pensamento, consultatione.* GER. Rahtschlag/ Betrachtung. HISP *Deliberation.* ANG. *An aduising and takind of counsayle.*} *Cicer.1. Offic.* Triplex igitur est, vt Panætio videtur, consilij capiendi deliberatio. *Idem 3 Offic.* Sapientem & bonum virum fingimus, de eius deliberatione & consultatione quærimus.

Dēlĭbĕrātĭŭs, a, um, Ex deliberatione constans, συμβουλευτικός. vt, Deliberatiuum genus orationis *apud Cic.1.de Inuent.* Causa deliberatiua, *Cicer.2.de Inuent.* Materiæ deliberatiuæ. *Quint.lib.2.c.7.*

Dēlĭbĕrābundŭs, da, dum, Deliberans βουλευτικός, συμβουλευτικός. GAL. Qui de libere & consulte sur quelque chose. ITAL. *Chi consulta & pensa à qualche cosa.* GER. Der da rahtschlaget. HISP. *Lo que mucho delibera.* ANG. *That aduiseth vpon any thing.* *Liu.2 ab Vrbe,* Consules velut deliberabundi capita conferunt, diu colle quuntur. *Idem lib.1.* Rex vel deliberabundus in hortum ædium transit.

Dēlĭbo, as pen. prod. Significat Decerpo, quasi libando minuo, degusto. {טעם *taham.* ἀπολείβω. GALL. Attoucher tant seulement du bout des leures, prendre vn peu du dessus, gouster IT. *Menomare gustando, assaggiare.* GER Abbrechen: Item, ein wenig versuchen. HIS. *Gustar como quien haze salua.* ANG *To taste, to touch lightly, or a little with the lippes.*}*Cic.pro Sest.* Non tam tam ignarus, Iudices, causæ tum non tam insolès in dicendo, vt omni ex genere orationē aucuper & omnes vndique flosculos carpā arq. del bé. ¶Nonnunquā etiam accipitur pro leuiter attingo, & quasi summis labris degusto. ἀπογεύομαι. *Pan.Cic.* Putabam posse me nec de laude ieiuni hominis delibare quicquam. *Christ.Longolius Epist.1.* Verùm quod ad rem pertinet, tantum abest vbi ille de laude tua quicquam delibarit, vt eo quidem facto & stultitiā ipse suā prodiderit, & virtutem tuam claram illā ornamento & sua sponte nobilem, sed illustriorem tamen reddiderit. *Liuius,* Nec satis constat cur primus ac potissimus ad nouum delibandum honorem sit habitus.] *Suet.in August cap.94.* Digitis delibatum oculi ad os suum referre. *Idem in August.cap.68.* Delibare pudicitiam. *Idem ibidem cap.57.* Delibare summarum acernos.]¶Interdum violo, destruo, vitio. *Gellius lib.1.* Rependitur quippe & compensatur leue damnū delibatę honestatis, id est, vitiatę. *Flos delibatus populi dictus Cerhegus ab Ennio, aut potius à pop. Rom. Id est, ele quentia excellenti. *Cic.de Cl.Orator.* Delibatus, hoc est (vt opinor) intactus, incorruptus, illibatus. Meliùs autem huius verbi significationem assequetur, qui sciuerit Græcam habere originem. Est enim compositum à verbo libo: Græcè λείβω, quod idem significat quod rigo vel humecto: vnde quum summa tantum labra rigamus & leuiter degustamus, proprie libare dicimur. Nimis itaque pueriliis lapsus est eorum, qui libare dictum putant, quasi labiare.

Dēlĭbātōrĭum, Locus delibationi accommodatus. *Plin.lib.16,* Fuit & memoria nostra in porticibus Septorum à M. Agrippa relicta æquè miraculi causa, quæ delibatorio superfuerat, viginti pedibus breuior, sesquipedali crassitudine. Alij legunt *apud Plinium* diribitorium

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Del batio, degustatio. *Florentinus D. libr. 30. Titul. 1. l. 16.* Legatum est delibatio hæreditatis, qua testator ex eo quod vniuersum hæredis foret, &c.

Dēlibro, as, pen. corr. Decortico librum, id est, corticem arbori detraho {פצל *pitstsel.* Gal. Peler & oster l'escorce. Ita. *Scorzare, levare la scorza.* Ger. ein baum schinden/entrinden His. *Descortezar arboles.* An. *To peale and take the bark of trees.*} *Colum. lib. 3.* In ea mitissimum ramum eligito, & eiusmodi spatij corticem circuncidito, & materiam delibrato. *Idem lib. 5.* Cortex quoque aridus fissúsque per summa trunci dependens delibrandus est.

Delibro, delibras, penul. prod. à libra compositum, Ponderare. *Gell. li. 15. cap. 8.* Quid relinquitur nisi vt delibrari sibi cœnas iubeant, ne edendo defatigentur? Quo in loco quædam exemplaria legunt, delibati.

Dēlibūtus, Vnctus, quasi oleo aut alio liquore imbutus. } ממשח *n. mschách* מרא *mará.* Gal. Oinct, imbu, plein. Ita. *Onto.* Ger. Gesalbet/mit salb begossen. His. *Vngido de olores.* An. *Oynted or dipped in oyle or other licour.*} *Col. lib. 7. c. 4.* Vbi per triduum deliburo tergore medicamina perbiberit. *Cic. de Clar. Orat.* Qui deuinctus erat fasciis, & multis medicamentis propter dolorem artuum delibutus. *Autor ad Heren. lib. 3.* Aut siquam rem deformabimus turpem, vt si cruentam, aut cœno obliram, aut rubrica deliburam indicamus, id est, conspersam. ¶ Transfertur & ad animum. *Teren in Phorm.* Satin' est, si te delibutū gaudio reddo? *Salluſt.* Vxor sacrilega ac periuriis deliburta. ¶ Est autem participium sine verbo, nescio an compositum sit.

Delicātūs, a, um, A delicium fit, Mollis, deliciis plenus. {ענוג *hanóg* רך *rach* עדן *hadán* עדין *hadín* τρυφερός, ἁβρός, ὁ θρυπτικός. Gal. Delicat, delicieux, douiller. It. *Delicato, pulito.* Ger. Zart/schläckerhaffting/ welcher der schläcken vnd wollusten gewont hat. His. *Delicado y regalado.* An. *Delicat, deintie, wanton.* } *Cic. 6. in Verr.* Nostrum enim vnusquisque, qui tam beati, quàm iste est, non sumus, tàm delicati esse non possumus. *Idem primo Offic.* Turpe enim valdéque vitiosum, in re seuera conuiuio dignū, aut delicatum aliquem sermonem inferre. Molles, & delicatæ voluptates, *apud Cic. de Nat. deorum.*] *Quintilian.* Delicatas aures ne hoc raderet. *Plaut. Curc. sc. 3. a. 5.* Delicatum te hodie faciam cum catello vt accubes. Ridicule. *Plaut. Mena. sc. 2. a. 1.* Nummum te habui delicatā. Delicati, (principis à deliciis) *Suet. in Tit. Vespas. cap. 7.* ¶ Delicatiores quidam philosophi. *Gellius cap. 1. lib. 14.*]

Dēlīcātē, aduerb. Molliter {τρυφερῶς, ἁβρῶς. Gal. Delicatement, delicieusement. It. *Delicatamente, delitiosamente.* Ger. Schläckerhafftigklich/ zartigklich. His. *De eyto y amente.* An. *Delicatlie, dentefullie.*} *Columel. la.* Coitum, vestitúmque familiam vtiliter magis habeat, quàm delicatè.

Delicia, æ, *autore Festo,* Tigni genus dicitur, quod è culmine ad tegulas angulares imas versus fastigiatum collocatur. Vnde & rectū iptum deliciatum, & tegulæ deliciares, siue colliciares appellantur. *Cato de Re rust. cap. 14.* Deliciares tegulæ quæ erunt, pro binis integris computabuntur.

Dēlĭcĭum, cij, in singulari: & Deliciæ, arum, in plurali, Oblectamentum, oblectamentáve, quæ nobis voluptati sunt: à Delicio, quod ex De, & Lacio componitur.] An à deliquando, (id est deliquescendo) vel à diligendo g in c mutato. *Passerat.*} { ערנים *hedhnáh* ערנים *hadhanim.* τὰ παιδικα. Gal. Delices, esbats, menus plaisirs, passetemps. It. *Delicie, delitie.* Gre. Wollust/ergetzung/turnweyl. His. *Los deleytes, ò regalos.* An. *Delightes, delight and pleysour.*} *Mart. lib. 13.* Deliciū paruo donabis Dorcada nato. *Idem lib. 1.* Stellæ deliciū mei colūba, Verona licet audiente dicam, Vicit, Maxime, passerem Catulli. *Cic. 6. Verr.* Vnde igitur potius incipiam quàm ab ea ciuitate, quæ tibi vna in amore, atque in deliciis fuit? *Sueton.* Titus amor, ac deliciæ generis humani [*Plaut. Mostel. sc. 1. a. 1.* Deliciæ populi. (de scurra) Delicias si quis lasciuaque carmina quærit. *Ouid. Eleg. 1 lib. 5. Triſt.* Phœnicium, deliciæ summatum virûm. *Plaut. pseud. sc. 2. a. 1.* Vos quæ in mūdiciis, mollitiis, deliciis ætatulam agitis. *Plaut. Pseud. sc. 2. a. 1.* Pallam in deliciis, quam habet *Plaut. Asin. sc. 2. a. 5.* Deliciæ dicendi. *Quintilian.* Legere delicias (id est libros amorum) *Ouid. Eleg. 1. lib. 2. Triſt.* (bis) fluentes carminum delicias facere. *Gel. cap. 9. lib. 19.*] Legitur & Deliciæ fœm. gen. *Plaut.* mea voluptas, mea delicia. [*Vide Gell. ca. 8. li. 19.*] ¶ Delicias facere, σκώπτεσθαι, καταγυφᾶν, καταγχάσθαι, sæpe legitur pro eo quod est fermè lasciuire, ac lusitare, quod animo do fastidire, ac se superiorem esse verbis, aut gestu ostendere: quod aliter dicitur deliciari, ἐπαγυφᾶν. *Plaut.* Eia delicias facis, mi Menæchme, quin amabo, is intro. *Deliciæ, in malum, pro morositate. Cicero ad Atticum, libro primo.* Ecce autem aliæ deliciæ equitum, vix ferendæ, quos ego, nō solūm tuli sed etiam ornaui. *Deliciarum causa, vt Animi causa. Cic.* Quos Antonius deliciarum causa loris in conuiuio cædi iubebat à suis publicè.

Dēlĭcĭŏlum, diminutiuum à delicium, παιδικά *Senec. 12. Epist. l 2.* Ego sum Philosti villici filius, deliciolum tuum. Perfectè, inquam, iste delirat vetulus, etiam deliciolum meum factus est.

Dēlĭco, as, penul. corr. Explico, explano, interpretor. { באר *beér.* δηλῶ. Gal. Expliquer, exposer. Ita. *Spianare, monstrare.* Ger. Außlegen/ erklären. His. *Esplanar, ò llanar lo escuro.* An. *To vnfolde, to open out or expone.*} *Titin. lib. 5. vt citat Nonius.* Quid istuc est, aut iste vult sermo? mater delica, id est, explana. ¶ Veteres etiam delicare, pro dedicare, quandoque dicebant. Vnde Delicata, orum, dicebantur diis consecrata, quæ nunc dicata appellantur.

Dēlīctum, *Vide* DELINQVO.

Delicus porcus qui dicatur, *exponit Varr. 1. de Re rust. c. 13. his verbis,* Quum porci depulsi sunt à mamma, à quibusdam delici appellantur, neque iam lactentes dicuntur.

eligo, gis ex de, & lego compositum, Lego, eligo, delectum habeo. { בחר *bachar.* δοκιμάζω. Gallice. Essire, choisir. Italice. *Eleggere.* Germanice Außerlesen/erkiesen. Hispani. *Elegir lo mejor.* Angl. *To choose or pike out.*} Deligere & Eligere sic differunt, vt Deligere sit, quod magis idoneum ad rem agendam est, ceu nere: Eligere verò, vel ad nostrum emolumētum vel ad illius, qui eligitur, dignitatem. *Vide Vallā lib. 5. Cæs. 3. bel. Gal.* Duces verò hi deliguntur. [*Plau. Amph.* Delegit viros primorū principes: eos legat Telebois. *Idē Men. sc. 1. a. 3.* Ad eam rem homines otiosos decuit deligi.] *Cic. 2. Off.* Quibuscū si frequentes sint, opinionem afferunt populo, eorum se fore similes, quos sibi ipsi delegerunt ad imitandum. [¶ Deligere, pro deligare: *Gellius cap. 9. lib. 7.* ¶ Deligere pro colligere. Tenui primam deligere vngue rosam, *Ouid. Epist. 4.*

Dēlēctūs, participium. {בחר *nibchár.* ἐκλεκτός, ὁπτὸς λεγόμενος. Gal. Esleu, choisi. Ita. *Eletto.* Ger. Außgelesen/erkieset. His. *Elegido.* Ang. *Choosed, piked out.*} *Cic. pro Rosc. Amer.* Ad eamne rem vos reseruari estis, ad eamne rem delecti, vt eos condemnare tis? &c.

Dēlēctūs, tus, verbale à deligendo, Electio. {מכחר *mibchár.* ἐκλογή. Gal. Election, estite, chois, choisissement. Ita. *Scelta, elettione.* Ge. Ein außerläsung/erkiesung/erwellung. His. *Election.* Ang. A *cheosing, or piking out.* } Inde Delectus militum, dicitur militum electio, quum scilicet Imperator imperij sui autoritate, quos ei visum fuerit ad militiam conscribit, etiam inuitos: quod in maioribus tantùm Reipubl. periculis fieri consueuit: alioqui contenti erant iis, qui vltrò nomina dabant. Homines autem per quos imperatores militum delectum habebant, à conquirendis militibus, Conquisitores appellabantur. *Cic. ad Attic.* Nullus vsquam delectus. nam conquisitores φαινοπροσωπεῖν non audent, nec nomina dant. *Idem de prouincijs Cons.* Exercitus ille noster superbissimo delectu, & durissima conquisitione coactus, omnis interiit. [*Cæs. lib. 1. de bell. ciu.* Delectum Cæsar instituit iubet. ¶ Delectum neutro genere videtur Cæsar dixisse, *lib. 1. de bell. ciu.* ¶ In delectu in quæ verba milites adigerentur. *Vide apud Gelli. c. 4 l. 16.*] Frequentissimè autem Delectus accipitur pro discrimine, siue iudicio. κρίσις. quod inde factum videtur, quòd rectè deligere, nisi adhibito iudicio, & perspecto rerum discrimine, non possumus. Hinc dicimus, In vsu verborum & sententiarum adhibendum esse delectum, id est, iudicium. *Cic. ae Clar. Orat.* Verborum delectum originem esse eloquentiæ.

Dēligo, as, are, Ligo, vincio. {אסר *asár:* δέω, δεσμεύω. Gal. Lier & attacher. Ita. *Legare.* Ger. Binden. His. *Atar.* Ang. *To knitt, to bindde.*} *Varro 1. de Re rust. c. 47.* Ea summa integenda binis tabellis dextra ac sinistra deligatis, herbæque elidendæ. ¶ Deligare ad palum. *Cic. 7. Verr.* Deligatis omnibus membris, *Idem 6. Verr.* Deligata in linteolo grana. *Plin. lib. 12. c. 25.* [Deligare vulnus, (id est obligare) *Quint.* Homini apud mentam plenam rostrum deliges. *Plaut. Men. sc. 1. a. 1.*]

Dēlīmo, pen. product. Compositum est à verbo Limo, lima abrado. {λεπίζω. Gal. Limer de quelque chose, en tirer auec la lime. Ital. *Limare.* Germ. Abfeilen. His. *Limar.* Angl. *To take away with an file.*} *Pl. lib. 34. c. 11.* Alij delimatam æris scobem aceto spargunt. Pro eodem etiam alio in loco *Plin.* dixit Elimare.

Delingo, præteritum delinxi, Lingo. {לקק *lakák.* λείχω. Gall. Lecher. Ita. *Leccare.* Ger. Ablecken. His. *Lamber, ò lamer.* Angl. *To lick.*} *Plau. in Curcul.* Hic hodie apud me nunquam delinges salem. *Vide latius in verbo* LINGO.

Dēlĭnĭo, is, ire, si partium compositionem spectes, idem erit quod perungo {משח *maschách.* κατακρίω, θέλγω. Gal. Oindre doucemēt. Ita. *Vngere.* Germ. Bestreichen / vbersalben. His. *Vntar.* Ang. *To aneynt softlie, to ouer rubbe with oyntement.* } Frequentiùs tamen accipitur, pro permulceo, placo, & illecebris quibusdā allicio {החליק *hechelik.* פתה *pitáh.* κηλέω, θέλγω. Gall. Amadouer, adoucir. Ital. *Placare, mitigare, adescare con belle parole, lusingare.* Ger. Bestreichen/ vberfalben. His. *Amansar ò blandar.*} *Plaut. Stich.* Vt eum aduenientem meis dictis deliniam. *Cicero pro Milone,* Vt non modò virtute flecteret, sed etiā tribus suis patrimonijs deliniret. [*Plaut. Asin. sc. 4. a. 2.* Vah, delinire apparas, (id est mulcere iratum.

Dēlīnītūs, participium, Captus, deceptus, mitigatus. { מפתה *mephuttéh* κατακεκηλημένος, δελεασθείς, κατακεκηλημένος, κατατεθελχθείς. Gal. Aliché, amadoué, atrait. Ita. *Adescato, lusingato, attrato.* Germ. Mit guten worten einen vberreden/oder erweichen. His. *Halagado.* Ang. *Touched gentillie, appeased, anoynted.* } *Cic. in Epist.* Iam est bienniū quū virtuti nuntium remisisti delinitus illecebris voluptatis. *Plaut. in Amp.* Delinitus sum profectò, ita vt qui sim nesciam, id est, animo alienatus. *Cic. de Orat.* Genus hominum disertorum oratione delinitum, id est, mitigatum.

Dēlīnītor, oris, Blandus, lenísque moderator. {מפתה *mephatéh.* θελκτήρ, κατακηλητής. Gal. Adoucisseur, amadoueur, attireur. Ita. *Lusingatore.* Ger. Ein vberreder/der einen mit guten worten vberredt/ oder erweichet. His. *Halagador.* Ang. *An asswager or appeaser.*} *Cicer. de Clar. Orat.* Vt non cum aduersario solùm, sed etiam (quod mirabile esset) cū iudice ipso, cuius delinitor esse debet orator, iurgio sæpe contenderet.

Dēlīnītĭo, onis, Mitigatio, placatio. { חלקה *chelikáh.* κήλησις θέλξις. Gal. Amadouement, adouciſſemēt. Ita. *Lusingamento.* Ger. Erweichung/ streichlung mit sanfften worten. His. *Halago.* Ang. *A asswaging or appeasing.* } *Cic. 2. Off.* Ipsáque illa delinitio multitudinis ad breue exiguúmque sit tempus.

Dēlīnīmēntum, { θέλγητρον. Angl. *An asswaging, or appeasing.*} Idem quod Delinitio. [Gall. Adouciſſemēt, allegemēt, rafraichiſſement de douleur. *Item* Amadouement. *Senec. cap. 17. de vita beat.* Delinimenta magis, quàm remedia podagræ meæ compono.] *Lactant. lib. 6.* Vitia verò quibusdā delinimentis naturali lib. illicere animos hominum, & inanium iucunditatum specie captos, ad acerbas amaritudines, miseriásq; perducere. *Liu. 4. ab Vrbe,* Aptissimum tempus erat, vindicatis seditionibus, delinimentum animis Nolani agri diuisionē obiici. [*Idem Liu. 10. d. 4. & lib. 10. Bell. pun.*]

Dēlĭnĕo, neas, Compositum ex præpositione de, & nomine linea, designo & ruditer depingo: vt fit, quum pictores primùm pingui quadā minerua futuri operis lineamenta ducunt. (διαγράφω, κατατυπόω. Gal. Tirer les premiers traicts de quelque pourtrait, pourtraire doucement. Ital. *Designare.* Germ. Entwerffen / die ersten linien ziehen. His. *Traçar ò debuxar rayando.* Angl. *To drawe or describe the first beginninges of any thing by lines.*} *Plin. de Apelle,* Arrepto carbone extincto è foculo imaginem in pariete delineauit. Vnde lineamenta dicta sunt, γραμμαί. *Idem paulò pòst,* Nec qui succederet operi ad præscripta lineamenta, inuentus est.

Dēlĭno, is, pen. corr. delini, deleui, & deliui, delitum, pen. cor. Fœdo, corrūpo, extinguo. {טנף *tsanéph.* κηλιόω. Gal. Effacer, souiller. Ita. *Cācellare, sporcare* Ger. Durchstreichen/beflecken. His. *Quitar ò raer, ensuziar.* An. *To deface, to defile.*} Vnde Delitus, p fœdatus. *Cic. Caluo,* Tuli molestè, q literæ delitæ mihi à te redditæ sunt. *Prisc. lib. 9.*

Delinquo,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Dē'īnquo, is, deliqui, delictum, Pecco, & propriè non præterеunda prætermitto. {אשם aschám חטא chatá, πλημμελέω. GAL. Faillir, laisser à faire son deuoir, ne faire ce qu'on doit. ITA. *Fallire, peccare.* GER. Sündigen/ fälen. HIS. *Faltar, peccar.* AN. *To faille, to omit that which suld be doone.*} *Plaut. in Amph.* Ex me quæris quid deliquerit? [Nusquam quicquam deliqui (in virum sup.)] *Plaut. Men. sc. 2. a 5.* Ne tu delinquas (qui magnus amator es mulierum) *Plaut. Men. sc. 1. a. 2.* Non ædepol deliqui quicquam (in te ô vxor.) *Ibi. sc. 2. a. 4.* Nunquis seruorum deliquit *Ibidem.* Quid ego tibi deliqui, si cui nupta sum, recum fui? *Plaut. Amph* Si quid ille deliquerit, tanto accusabo amplius. *Plaut. Men. sc. 2. a. 5.* Quid ego deliqui. *Plaut. Capt. sc. 5. a. 3.* Quid deliquit? *Plaut. Pseud. sc. 7. a. 4.*] ¶Quoniam verò prærermittere ea quæ præteriri non debent, peccare est, delinquere pro peccare ponitur. *Cic. 3 de Na Deor.* Ferretne ciuitas vlla latorem ishuiusmodi legis, vt condemnaretur filius, aut nepos, si pater aut auus deliquisset? *Plaut in Mena.* Ne tu delinquas, néve ego iraicar tibi. ¶Propriè tamen delinquere minus est, quàm peccare, vnde apud Iurisconsultos obligationes ex delictis priuatis nasci dicuntur accusationes ex criminibus. *Cic. de Inuent.* 2. Nam necesse est eum, qui velit peccare aliquando primùm delinquere. *Ex Homero.*

Dēlinquŏr, patiuum. *Papin. l. Si adulterium §. Fratres denique ff ad legem Iul. de adul.* Adulterij crimen quod pubertate delinquitur, non excusatur. *Cic. 1. Off.* Siquid delinquitur, si nescio quomodo, vt magis in aliis cernamus, quàm in nobismetipsis. [*Gell. c. 4. li. 5.* Ioquens de libris: si in vna vsquam litera delictum esset.]

Dēlĭquĭum, Defectus. {חסר chóser. ἔλλειψις. GAL. Defaut, defaillance. IT. *Defetto, mancamento.* GER. Ein gebrästen/ abgang/ oder abbruch. HIS. *Menoscabo ò falta.* ANG. *A lack a failing.*} *Plaut. in Capt. sc. 4. a. 3.* Hoc si fecus reperies, nullam causam dico quin mihi Et parentum, & libertatis apud te deliquium sit. Deliquium solis, quum luna inter solem terrámque interposita, lumen eius nostro eripit conspectui. *Plin. 2. c. 12.* ¶Deliquium animi, λειποθυμία. quum animus linquitur, & quis animo deficit, quam medici syncopen vocant.

Dēlĭquum, deliqui. Minus. {ἔλαττον. GAL. Moindre, manque. ITA. *Meno, manco.* GER. Minder. HISP. *Menos.* ANG. *Lesse, manke.*} *autore Festo*, qui Plautum eius rei testem dicit: sed eius verba non affert. *In Casina* autem vbi nonnulli legunt Deliquum, legendum est deliquium, *autore Varr. lib. 6. de ling. Lat.*

Dēlictum, Peccatum {אשם aschám. πλημμα. GAL. Faute, peché. ITA. *Delitto, peccato.* GER. ein sünd oder fehl. HIS. *Pecado, menoscabo.* AN. *A fault, an offence.*} à delinquo, is, quòd qui peccat, delinquat officium suũ. Nam propriè delictum est, quum non fiunt, quæ fieri debent. *Plaut. in Bacch.* Sine hoc exorare me obsecro abs te, vt istud delictum Desiit: s tantopere ire oppugnatum. *Plin. lib. 14 cap. 1.* Atque etiam in delictis pœnam ipsam ignorat. [*Ouid. Eleg. l. 2. Trist.* Cum te delicta notantem præteriri. (id est Censorem.]

Dēlĭquĕo, es, ere, vel, Deliquesco, is, delicui, Dissoluor, liquefio, diffluo, {נמס namás. τήκομαι, συντήκομαι. GAL. Se fondre & venir en liqueur. ITA. *Risoluersi, diuenir liquido.* GER. Zerschmelzen. HIS. *Derretirse.* ANG. *To melt, to be readie to melt.*} *Ouid. 4. Metam.* Protinus imbutum cælesti nectare corpus Delicuit. *Colum. lib. 12. c. 41.* Hæc ita coquuntur, vt omnia poma deliquescant cum musto. ¶Per translationem. *Cic. 4. Tusc.* Nec sitienter quid expetens ardeat desyderio: nec alacritate futili deliquescat.

Dēlĭquiæ, arum, {οἱ ἐν ἐσχάτῳ ὀφθῶ ὀχετοὶ ψεκάδας ὑγρὰς ἀποκλύζοντες. GAL. Gouttieres. ITA. *Solchi da condurre via l'acqua.* GERM Die örter in welche das wasser der tächtropfen felt vnnd hinweg fleusst. HIS. *Sulcos para sangrar el agua lluuia.* ANG. *Gutters into the which eaues do drappe.*} vt, Deliquiæque stillicidia excipiunt in cauedio. *Vitr. lib. 6. cap. 3.* Cauedia autem despluuiata sunt, in quibus deliquiæ aquam sustinentes, st illicidia reiciunt. Quædam exemplaria habent, aream sustinentes.

Dēlĭquo, as, pen. corr. deliquare, Effundo. {יצק jatsák. ἐκχέω, ἐκπίνω GAL. Verser quelque liqueur d'vn vaisseau en autre, faire decouler. ITA. *Vuotare e vn liquore in altro vaso.* GER. Abgiessen/ abschütten. HIS. *Derramar de vnovaso en otro.* AN. *To drayne out water, to powr out licour.*} *Colum. li. 12. c. 39.* Deinde postviginti vel triginta dies, quum deferbuerit, in alia vasa deliquare, & confestim opercula gypsare & pelliculare. ¶Deliquare item est, ex turbido liquidum facere. *Varro lib. 6. de ling. Lat.* Turbida quæ sunt, deliquantur, vt liquida fiant. Hinc deliquium, deliquandi actio. *Plaut. in Casin.* Sine amet, sine quod lubet id faciat, quando tibi nil domi deliquium est. Id est, quandoquidem nihil turbulenti, nihil molestiæ domi tuæ habes, vt quemadmodum cæteri quoque habeas quod sufferas.

Dēlīro, as, pen. pro. A recto decedo {חשתגע chatá hischtaghghéah נבער nibbár. παραφρονέω, παραφαίνω, παραλήρω, παρανοέω, παρακόπτω τῇ διανοίᾳ. GAL. Fouruoyer de la raye en labourant, n'aller point droit, resuer, radoter. ITA. *Partirsi dal vero, deuiare dal dritto.* GER. Nidben ausspin auss der rechten fuhren faren/ irr gehn/ in aberwitz kommen. HI. *Desuariar.* AN. *To dote and waxe foolishe.*} Translatio ab aratore. nam Lira est recta fossa, quæ in agris ducitur, vt in eam aqua pluuia & terræ vligo defluat. Et quia rectus est sulcus, delirare dicuntur, qui extra sulcum, id est, à recta via declinant. *Plaut. in Epid.* Profectò deliramus interdum senes. *Cic. 1. Tusc.* Adeóne me delirare censes, vt ista esse credam? *Horat. lib. 1. epist. ad Lollium*, Quicquid delirant reges, plectũtur Achiui. [*Plaut. Amph.* Herũ qui iudificat dictis delirãtibus. *Amph.* Delirat vxor, So. Atra bili percita, Nulla res tam delirantes homines concinnat citò *Plaut. Men. sc. 9. a. 5.* Delirare mihi videre. ¶Est autem compositum ex de, & liro, quasi deorsum liro. Lirare verò, est agros in sulcos dirigere. Alij delirare à Græco λαρεῖν: quod ineptire est, trahunt.

Dēlīrus, pen. prod. Stultus, insanus, mente captus. {משתגע mischtaghghéah נבער nibbár בער bahár פתי péthi נבל nabá. παραφρὼν, παράφρων. GAL. Resueur, qui radote, hors de son sens. ITA. *Pazzo, quelle che se parte della ragione.* GER. Aberwitziger/ tempeser/ der irr geht vnd nit recht dran ist. HISP. *Desuariado.* ANG. *A doter or old doting foole, a rauer.*} Ratio enim est via recta, per quam omnes ducuntur. *Cic. de Orat.* Tum Annibal respondisse fertur, multos se deliros senes vidisse, sed qui magis deliraret, quàm Phormio, vidisse neminem. *Idem 2. de Diuin.* An tu censes vllam anum tàm deliram futuram fuisse, vt somnia crederet? [*Plau. amphitr.* Vix video præ ira: adeo istic me delirum fecit.]

Dēlīrātio, onis, Senilis stultitia, error, insania, quæ significatio sumpta est ab ineptis aratoribus, à lira, hoc est, à sulco, aberrantibus. {שגעון schighghaón נבלה nebaláh פתיות pethajóth. παραφροσύνη, παραφρονησις. GAL. Resuerie, sottise, radotement. ITA. *Pazzia, senilu, sciocheZZa* GE. Aberwitz/ thorheit. HISP. *Desuario.* ANG. *Dotage.*} *Plaut. lib. 18. cap. 20.* A ratione per transuersum iterata occasio sequitur: vbi res poscit, crate, vel rastro, & sato semine iteratio. Hoc quoque vbi consuetudo patitur, crate dentata, vel tabula aratro annexa, quod vocant lirare, operientes semina: vnde primùm appellata deliratio est. *Cic. de Sen. &* Ista similis stultitia (quæ deliratio appellari soler) senum leuium est; non omnium.

Dēlīrĭas, pro deliratione. ANGL. *Dotage or old age which doth.*} *Laberius*, Quoniam mens, quæ deliritas vos suppilatores facit, &c. *Nonius.*

Dēlīrāmēntum, Deliratio. {AN. *A doting or rauing.*} *Plaut. in Amph.* Hæc quidem deliramenta loquitur. *Idem Men. sc. 5. a. 5.*] Papæ audin' tu vt deliramenta loquitur? *Plaut. Capt. sc. 4. a. 3.* Deliramenta loquitur, Laruæ stimulant virum.]

Dēlīrĭum, Deliratio, vertigo capitis. {שגעון schighghaón נבלה nebaláh פתיות petajóth. παραλήρησις, παραφροσύνη. GAL. Radotement, priuation d'entendement ITAL. *Pazzia, alienatione di mente.* GER. Verruckung der vernunfft/ aberwitz/ narrerey. HIS. *Desuario.* AN. *A doting or rauing.*} Est alienatio mentis, proueniens ex intemperie cerebri vitiante actiones principi facultatis: qualem & in senibus videmus, & in iis qui morbis ardentissimis infestantur. παραφροσύνη. *Cels. lib. 3. c. 27.* Illa perniciosa est, quæ vel leui vulneri superuenit, vel vltra tempus inflammationis durat, vel delirium mouet.

Dēlĭtĕo, tes, pen. corr. ex de & lateo, Occultor, lateo. {נסתר nistár נעלם neblám. ἀλλοκρύπτω, καλύπτω, κρυπτόμαι. GALL. Se cacher, estre mussé. ITAL. *Occultarsi, asconderse.* GERM Verborgen sein. HISP. *Esconderse.* ANGL. *To lurk or lie hid.*} Sed non inueni nisi in præterito, quod est delitui. *Virg. 2 Æneid.* Limosóque lacu per noctem obscurus in vlua Delitui.

Dēlĭtĕsco, quod est eiusdem significationis. {ἀποκρύπτομαι. ANGL. *To lurke or lie hid.*} *Varr. 3. de Re rust. cap. 12.* Vbi interdiu lepores delitescunt in virgultis, atque herbis. ¶Transfertur etiam ad alia significata. *Cic pro A. Cecin.* Iuris iudicium quum erit & æquitatis, caue in ista tàm frigida, tam ieiuna calumnia delitescas. *Delitescere sub. *Liu. 4. ab Vrbe*, Vbi illi patritij spiritus, vbi subnixus & fidens innocentiæ animus esset, quærebat: sub tribunitia vmbra Consularem virum delituisse.

Dēlĭtĭens, particip. {ἀναλωθήσων. ANG. *Lurking.*} *Pli. lib. 35. cap. 1.* Non placent iam abaci, nec spatia montis in cubiculo delitientia.

Dēlĭtĭgo, delitigas, pe. corr. aui, atum, delitigare. {חתעשק hithhasék. φιλονεικέω, διαφέρομαι. GAL. Debatre & tancer fort. ITA. *Litigare, contendere molto.* GER. Zancken/ vil haderen HIS. *Mucho pleytear ò contender.* ANG. *To braule, to chyde earnestly.*} *Horat de Arte*, iratúsque Chremes tumido delitigat ore. Hoc est, vehementer litigat.

DELIVM, δήλιον, Oppidum Bœotiæ in Tanagra, & templum Apollinis. *Steph.*

Dēlĭus, *Vide* DELOS.

DĒLĪ, Lacus erant breuiores, bullientibus aquis insignes, non longè à Catana, miræ profunditatis, quos incolæ Crateras vocant. Hos poëtæ fingunt fuisse fratres Palicos Iouis & Thaliæ filios. Nam quum Thalia se videret ex Ioue grauidam, metuens iram Iunonis, optauit vt sibi terra dehisceret. Instante autem partus tempore, recluſa terra ea in parte, vbi nunc Delli lacus sunt, duo pueri emerserunt, quos Palicos fratres vocauerunt. ἀπὸ τῶ πάλιν ἐκδῦναι, quod prius in terra demersi, denuo reuersi sint. Hos lacus accolæ fratribus Palicis sacros putant, quòd per eos credantur in lucem esse reuersi, & lacus ipsos Dellos vocant: qui tãta olim in veneratione habiti sunt, vt circa eos iuramentum exigi soleret, siquis in furti suspicionem veniſſet: priùs tamen accepto fideiussore, qui si iuranti quid accidisset, præstaret quod exitus ostenderet, qualia etiam hodie iuramenta ad D. Antonij aram à Christianis videmus præstari.

DĒLMĬNĬUM, δαλμίνιον, Vulgò *Deña*, Dalmatiæ oppidum est, *apud Ptol. lib. 2. cap. vlt.*

DĒLOS, δῆλος, Insula est maris Ægæi, Cycladum omnium clarissima, in qua Latona Apollinem & Dianam dicitur esse enixa. {GERM. Die fürnempste Insel auss den Cycladibus / welche ringsweis vmbher im Aegeischen meer ligen / heist ietz Sdiles } De hac sic scribit. *Cic. 3. Verr.* Proditum est memoriæ ac literis, Latonam ex longo errore & fuga grauidam, & iam ad pariendum vicinam, temporibus exactis fugisse Delum, atque ibi Apollinem Dianámque peperisse. Qua ex opinione hominum, illa insula eorum Deorum sacra putatur, tantúmque eius autori religionis & est, & semper fuit, vt ne Persæ quidem, quum bellum toti Græciæ, diis, hominibúsque indixissent, & mille numero nauium classem ad Delum appulissent; quicquam conarentur, aut violare, aut attingere. *Hac ille.* ¶Aristoteles Delum appellatam existimat ἀπὸ τῶ δῆλα, quòd quum antea mari operta esset, repente sese ostenderit. Aliis nominibus appellata est Ortygia, & Asteria, Cynthia, Lagia, Chamydia, Cynerthus, & Pyrpilæ, ab igne ibi reperto. *Autor Plin. lib. 4. cap. 12.*

Dēlĭăcŭs, a, um, δηλιακὸς, Quod est ex Delo. Vnde Deliaca vasa dicta sunt ex ære pretioso, ab insula Delo, vbi fuit prima nobilitas æris. *Plin. li. 34.* Antiquissima æris gloria Deliaci fuit mercatus in Delo, concelebrata toto orbe. *Cic. pro Rosc.* Domus Chrysogoni referta vasis Corinthiis & Deliacis. Ex ære Deliaco fiebant pedes triclinium, & fulcra.

Dēlĭăcă supellex, in qua erant triclinia, & lecti cum pedibus, & fulcris ex ære Deliaco factis.

Dēlĭŭs, δήλιος, Qui est ex Delo insula: vnde Apollo Delius, & Delia Luna appellata est, quæ & Diana. Ferunt enim Lunam ex Ioue grauidam, quum partui vicina esset, metu Pythonis serpentis, qui eam toto terrarum orbe Iunonis iussu persequebatur, in Delum insulam fugisse, ibique Dianam & Apollinem eodem partu edidisse. ¶Delius

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

natator, ἀπὸ τοῦ κολυμβᾶν: olim vulgò dicebatur admodum natandi peritus, quique posset in summa natare aqua.

DĔLPHI, δελφοί, Tàm pro oppido, quàm pro oppidanis, plurali tantùm numero: sicut Gabij, Leontini, Puteoli. [*Pl. Pers. 5. a. 1.* Quod scibo, Quod scibo. Delphis tibi responsum ducito.] Est autem ciuitas in Bœotia iuxta Parnassum, dicta à Delpho Neptuni filio, ex Melantho Deucalionis filia suscepto: magis rupibus & loci natura, quàm humana ante munita. Delphis Apollinis erat oraculum toti terrarum orbi celeberrimum. Vnde & ipse Apollo Delphicus dictus est. *Horat. 1. lib. Carm.* Laudabunt alij claram Rhodon, aut Mytilenen, aut Ephesũ, bimarisve Corinth Mœnala, vel Baccho Thebas, vel Apolline Delphos. ¶ *Macrob. in Saturnal.* Apollinem Delphicum appellatum existimatà priscâ Græcorum voce δέλφος, quæ solum significat, eò quòd interdiu ille omnibus obscuratis, solus luceat: qua ratione etiam Sol à Latinis appellatus est. [¶ *Ouid. Eleg. 8. lib. 4. Trist.* Hæc mihi si Delphos Donáque diceret ipse. Vide Pytho. Delphorum oraculorum mentio *apud Liu. lib. 4. d. 4.*]

DĔLPHĬCŬS, ca, cum, δελφικός. Vnde Delphica laurus, quòd victores Pythiorum (qui ludi Phœbo sacri erant) ea coronarentur: & est viridior laurus. [*Quintilia. 1.* Quasi delphico oraculo instinctus.]

¶ Delphicus gladius, δελφικὸν ξίφος. De re dicebatur ad diuersos vsus accommodabili. Quemadmodum iisdem vasculis, & poculorum vice in conuiuiis, & clypeorum vice in bellis vterebantur. Nam Delphicus gladius ad eum modum erat fabrefactus, vt eodem simul & sacras mactarent victimas, & nocentes afficerent supplicio. Meminêre huius adagij *Eurip. in Tragœd. & Arist. tùm Polit. lib. 1. tùm De partib. Anim. lib. 4.*

DĔLPHĬCÆ, vasa sunt, quorum fit mentio à *Paulo in L. 3. de supell. legat.* Interpretatur autem Delphicas eo loco tripodum cortinas ex ære factas. *Hotomanus in suo Lexico*: atque inde dictas putat, quòd donis maximè Apollinis Delphici dicebantur. *vt Plin. scribit libro 34. cap. 3.*

DĔLPHĪN, siue Delphis, & Delphinus. δελφὶν, δελφίς. GAL. Dauphin, vn poisson. ITA. *Delphino.* GERM. Ein Delphin/ist ein meerfisch. HISP. *El delphin del mar.* ANGL. *Te delphin pish.* } Genus piscis, vel potius maris belua. Parit catulos decimo mense, interdum & binos nutrit vberibus, sicut balæna, & decem annis ad summam magnitudinem peruenit. *Plin. lib. 9. cap. 8. auto. ist*, Delphinos simones vocari à nauigantibus, quòd sint rostro simo: vel à Simonis pueri nomine, quem Delphinus in sinu Baiano mirum in modum fertur adamasse: ad quod nomen vocati accurrere feruntur. Ferunt delphinum non modò omnium marinorum, sed etiam terrestrium animalium velocissimum esse, atque adeò ipsis etiam volucribus velociorem. Lingua est hi contra naturam aquatilium, mobilis, fusilæ similis, pro voce gemitus humano similis, dorsum repandũ. Mulcetur musica symphonia, præsertim hydrauli sono. [*Ouid. Eleg. 10. lib. 3. Trist.* Tũc neque se possunt pandi Delphines in auras tollere. *Gellius cap. 8. lib. 7.* Delphinos Venereos esse & Amasios.]

¶ Delphinum syluis appingit, fluctibus aprum, *Horat. in Arte poet.* Prouerbiali schemate dixit, indocti poëtę stultitiam taxans, qui multa non suo loco, neque tempestiuiter describit. ¶ Delphinum natare doces, δελφῖνα νήχεσθαι διδάσκεις, in eos competit, qui monere quempiam conantur in ea re, in qua quum sit ipse exercitatissimus, nihil eget doctore. ¶ Delphinum cauda ligas, δελφῖνα πρὸς τὸ ἁρπαγὴν δέεις, in eos, qui quippiam in cassum conantur, propterea quod delphinus cauda sit lubrica, nec ea parte teneri queat: aut quòd cauda sit valida, cuius agitatione fertur & naues aliquando subuertere, vt hac parte sit inuictus. Quadrabit & in eos, qui ea via quempiam aggrediuntur, qua nequaquam possit superari.

¶ Est etiam syderis nomen. *Varr. 2. de Re rust. cap. 5.* Maximè idoneum tempus ad concipiendum à Delphini exortu, vsque ad dies quadraginta, & paulo plus.

DĔLPHŪSĂ, δελφοῦσα, Fons est insignis apud Delphos, Delphusia verò, δελφουσία, vrbs Arcadiæ est. *Vtriusque autor Steph.*

DĔLPHĪNĬUM, δελφίνιον, Herba est florem habens purpureum violæ non dissimilem, sesquipedales ex vna radice surculos emittens, folia autem diuisa & prælonga, quæ delphinorum effigiem repræsentant: vnde tractum est nomen. Alterũ præterea est delphinij genus, quod Romani buccinum vocant, superiori non dissimile, sed ramis longè gracilioribus. *Vtriusque meminit Dioscorides.*

[DELPHIVM, nomen meretriculæ Comicæ. *Plaut. Most. sc. 4. a. 1. & sc. 1. a. 2.*]

DĔLTĂ, δέλτα. Insula est in Nilo Ægypti fluuio, non procul ab Alexandria ita dicta, quòd literæ Græcæ Δ, imaginem referat. { GERM. Ein Dreieckechte Insel/ wie der Griechisch buchstab Δ/ so der Nilus in Ægypten macht an dem ort da er sich anhept in seine aussgeng zutheilen. } *Hirtius lib 4. bell. Gall.* Locus, *inquit*, est illatũ ferè regionũ nobilissimus, non longè ab Alexandria, qui nominatur Delta, quod nomen à similitudine literæ cœpit. Nam pars quædam fluminis Nili deriuata inter se duobus itineribus, paulatim medium inter se spatium relinquens, diuersissimo ad litus interuallo à mari adiungitur.

¶ Est item Delta nomen vibis non procul à Syria, *teste Stephano.*

DĔLTŌTON, penultima producta, δελτωτόν, Signum est in cælo supra Arietis caput positum, triangulari figura Δ, Græcæ literæ imaginem referens, à qua etiam nomen habet, duobus æquis lateribus, vno breuiori, in vnoquoque angulo stellam habens. *Cic. in Arati Phœnom.* - Deltoton dicere Graij Quod soliti, simili quia forma litera claret.

DĔLŪBRUM, Locus in quo Dei simulachrum dedicatum est. { τέμενος, τό. GAL. Temple, lieu consacré aux dieux à la mode des Payens. ITAL. *Delubro, tempio, chiesa* GER Ein tempel/ein götzenkirchen. HISP. *Templo.* ANG. *A temple of the heathen goddes.* } Ita dictum, quòd in eo dij ponantur, sicut candelabrum dicitur, vbi candela ponitur. *Autor est Varro, & Macrob. Saturn. lib. 3. cap. 4. Cic. 3. de Natura deor.* Est enim mihi tecum pro aris & focis certamen, & pro deorum templis atque delubris. *Virgil. 2. Æneid.* At gemini lapsu delubra ad summa dracones Effugiunt. ¶ Alij accipiunt pro loco ante aras, vbi aqua curritia diluendo. Religio enim sacrificij apud antiquos exigebat, vt ante sacrum sacrificulus manus ablueret. ¶ Alij delubrum Dei simulachrum accipiunt à delibrato ligno ita dictum. ξόανον. *Plinius*, Præcipuam eam esse arborem circa Ammonis delubrum. ¶ *Vide Sueton. in Vitellio, capit. 8.* ¶ Delubrum. *Corn. Fronto de different. vocab.* dicit esse in quo homines pericula sua deluunt, quum vel pilũ, vel scutum, vel alia votis suscepta ponunt. Quomodo autem differat à fano, templo, sacello & luco, *vide in dictione* FANVM.

DĔLŪCTOR, aris, Luctor. {אמבק *neebák.* παλαίω. GAL. Luitter contre. ITA. *Giocare alla lotta, lottare.* GERM. Ringen. HISP. *Lucar.* ANGL. *To strugell.* } *Plautus Persa*, Cum auibus Stymphalicis, cum Anteo deluctari mauelim. * Deluctor, aris, Actiuum. *Plaut. Trin.* Quibus ærumnis deluctaui, filio dum diuitias quæro?

DĔLŪDO, dis, Irrideo, decipio. {אחק *ישחק* לעג *laágh.* κατατωίζω. GAL. Abuser quelqu'vn, le tromper, se iouer de luy, mocquer. ITAL. *Beffare, schernire.* GER Verspotten/verlachen/speyen. HIS. *Burlar y escarnecer.* ANGL. *To mak, to neceine.* } Eludimus verbis; Eludimus reb. *Plaut. Amphitr.* Timet homo, deludam ego illũ (verbis sup. *Passerat.*) *Plaut. Pseud. sc. 3. a. 2.* Ego hac Epistola tres deludam. *Item*, Vin' Horum deludi? L. Dignus est sanè. *Plaut. Asin. sc. 4. a. 3.* Te vt deludam contra lusorem meum. *Plaut. Amph.* In partem hunc delude. *Idem Asin sc. 3. a. 3.* Satis delusum censeo. *Ibidem.*] *Plaut. Asin.* Furcifer etiam me delusisti. *Idem*, Quid me deluditis, & nocte excluditis foras?

DĔLŪDĬFĬCŌR, penultima correpta, aris, ari. {διαπαίζω, χλευάζω. ANGLIC. *To beguile, to mocke.* } Idem quod Deludere. *Plaut. Mostel.* Deludificatus est me hodie in perpetuum modum.

DĔLŪMBO, bas, Lumbos frango, debilito. {λεπτοφορίζω, ξιφιδευκίζω. GAL. Efrener, affoiblir, rompre les reins. ITA. *Dislombare, sfidebolire.* GER. Krafftloss machen/einen schlagen das er die lende nit mag naher bringen. HISPAN. *Desfomar ò derrengar, enflaquecer.* ANG. *To break the loynes, to make weak and feble.* } *Plin. lib. 28. cap. 4*, Hoc sæpe delumbata quadrupede approbatur. *Vide* LVMBVS.

DĔLŪMBĬS, be, adic ct. Quod lumbis caret, & ideo debile. {ἀνωφερής, ἀδενής. GALL. Errené, qui a les reins rompus, effeminé. ITAL. *Dislombato, debole.* GERM. Dem die lende ab ist. HISP. *Dislomado, derrengado, flaco.* ANGL. *Without loynes, weak.* } In lumbis enim vires corporis sitæ sunt. *Plin. lib. 10 cap. 33.* Perdix prægrauem, ante delumbem sese simulans.

¶ Delumbis, mollis & effœminatus. *Pers. Sat. 1.* summa delumbe saliua Hoc natat in labris.

DĔLŪO, deluis, delui, delutum, D. purgo, diligenter lauo. {πρὸ *berér.* ἀπολούομαι. GALL. Effacer en lauant, lauer & nettoyer. ITAL. *Lauare, purgare.* GER. Mit wäschen reinigen/ sauber auss wäschen. HISP. *Lauar.* ANGL. *To rinse and wash cleane.* } *Cato*, Laiserpitium aceto deluito. ¶ Deluere item est madefaciendo aliquid delere. *Varro*, Obortæque inter legendum lachrymæ literas deluebant.

DĔLŪTO, as, pen. corr. Luto aliquid obduco. {κατατπλάω. GAL. Enduire de bouë, embouër. ITAL. *Smaltare, lutare.* GERM. Kahtechtig machen/ mit leim oder kaht verstrichen. HISP. *Cubrir de luto.* ANG. *To nawbe and ouersmere with claye.* } *Cato de Re rust. cap. 128*, Habitationem delutare quum volueris, terram quàm maximè cretosam vel rubricosam fumito. Inde fit Delutamentum.

DĔMĂDĔO, pen. corr. des, Madeo. {βρέχομαι. GAL. Estre tout mouillé, estre fort trempé & humide. ITA. *Essere humido* GERM. Gantz nass oder feücht sein. HISP. *Mojarse.* ANG. *To bewett.* } *Ouid. 5. Trist.* Ette flente suos demaduisse sinus.

DEMADES, δημάδης, Athenensis orator fuit, Demosthenis æmulus, eiq; aduersas in Republica partes fouens. Nihil enim aliud Demosthenes quàm patriæ libertatem spectabat: ille ex Macedonum gratia potentiam quærebat & opes. Hunc iam ætate cõfectum, & ex nimio luxu ad summam iam inopiam redactũ, cauillatus est Antipater victi mis cæsis similem esse, de quibus nihil, nisi lingua iam supereret. *Vide Plutarch. in vita Demosthenis.* [*Et Quintilian. cap. 17. lib. 2.*]

DEMAENETVS, δημαίνετος, Nomen viri proprium apud *Plaut. in Asin.* & significat popularem & idiotam.

DĔMĂGĪS, Valde magis: ex dè, & magis. *Lucilius lib. 16*, Rex Cotus ille duos hos ventos, Austrum atque Aquilonem nouissimè alebat: solos demagis istos ex nimbo Austellos, nec nos seneces putare.

¶ Item Demagis antiqui pro minus dicebant, *ait Festus.*

DĔMĂGŌGĪ, Apud Athenienses vocabantur duces quidam vulgi, popularem auram concionibus aucupantes, homines populariter factiosi, *Budæus in lege Venditor. Commun. prædior.*

DĔMĂNDO, andas, Committo, iniũgo. {הפקיד *hiphkídh.* ἐπιτρέπω. GAL. Bailler charge & commission, commettre & encharger. ITA. *Commettere del tutto.* GERM. Befelhen/einem etwas in befelch gäben. HISP. *Encomendar.* ANG. *To giue commission and charge.* } *Liu. lib. 8. ab Vrbe*, Curam eorum nominatim Legatis, Tribunisque & Præfectis demãdabant. *Idem lib. 5. ab Vrbe*, Simúlq; plures pueri vnius curæ demandabantur. ¶ Demandare alicui suam vicem *apud Suet. in Caligula cap. 41*, Et quondam proximo collusori demandata vice sua, progressus in atrium domus, &c. [Demandare, pro valdè mandare: *Suet. in Neron. c. 35.* Demandatum bellum. *Suet. in August. c. 10.* Demandare testamentum virgini vestali. *Suet. in Cæs. c. 83.* Ablegare & demandare aliquem. *Suet. in Calig. c. 10.* Lacedæmoniis publicè Demandatus. *Suet. in Tiber. c. 6.*]

DĔMĀNO, as, pen. prod. Mano. {נזל *jatsá.* ματοχετεύεσθαι GALL. Sortir & proceder. ITAL *Co'are, sorgere.* GERM Fliessen/oder abhin fliessen. HIS. *Manar como agua de fuente.* ANG. *To spring out, to proceid.* } *Catul.* Ligna sed torquet, tenueis sub artus Flamma demanat, sonitu suopte Tinniunt aures, gemina teguntur Lumina nocte.

DEMARATVS, δημάρατος, Lacedæmoniorum dux fuit, qui quum Athenienses apud quos exulabat, ingens aduersus Lacedæmonios bellum parare animaduertisset, plus se patriæ, quamuis ingratæ, debere ratus, quàm priuatæ amicitiæ, omnium quæ agebantur ciues suos fecit certiores. Vixit autem tempore Philippi regis Macedonum.

¶ Alius fuit (*vt scribit T. Liu. lib. 1. ab Vrbe.*) Corinthius negotiator dives, qui ob seditiones domo profugus, tyrannidem Cypseli fugiés, in Hetruriam cõmigrauit, comportatis opibus luculentis, qui à Tarquinienſibus Hetruriæ populis exceptus Tarquinij Priscum regem

populi

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

populi Romani ex illustri Hetrusca vxore genuit. Hunc comitati sunt duo ex Corintho fictores, Eucirapus & Eugrammus, à quibus Italiæ traditam plasticen, hoc est, figulinam artem ferunt.

DĒMĂRCHVS, δημαρχος. Princeps populi, aut Tribunus plebis dicitur. *Spartianus in Vita Adriani*, Fuit Dimarchus in patria sua, Athenis Archon. [*Plaut. Curc. sc. 5. a. 2.* Nec Demarchus, nec Comarchus.]

Dēmĕārĕ. Est deorsum penetrare, descendere. {ירד נחת *nachâth. jaradh* καταπορεύεσθαι.} GAL. Descendre. ITA. *Descendere.* GER. Hinab gehen/hinabsteigen. HIS. *Decender, passarse de arriba abaxo.* ANG. *To go downe.* } *Apuleius*, Quæ suis pedibus ad Tartarum demeare cogitur.

Dēmĕācŭlum, Descensio ad loca subterranea. {מורד *morâdh.* καταπορεία.} GAL. Descente. ITA. *Discesa, smontata.* GER. Ein gang niderfich vnder die erden. HISP. *Decendemiento, passo in cuesta de arriba abaxo.* ANGL. *A going downe.* } Sic Remeacula, à remeando. *Apuleius lib. 6.* Proserpinæ nuptiarum demeacula.

Dēmĕmĭnī, Apud *Martialem* legitur pro obliuiscor. Sic enim habet *ille lib. 1.* Ipse iubet mortis dememinisse Deus. Sed quoniam hoc verbum alibi non legitur, non desunt, qui hoc in loco malint legere, Te meminisse.

Dēmēns, Qui est mente diminuta, de mente & sanitate deturbatus, insanus, amens. {משגע נבל כסיל *meschughgâh* נבל *nabâl* כסיל *chesil* סכל חולל *holél.* παράφρων, παράφρονος. GAL. Insensé, qui est hors du sés. IT. *Sauhâl* חולל *holél.* παράφρων, παράφρονος. GA. Inséſé, qui est hors de ſes sens. ITA. *Stolto fuor di mente.* GE. Vnſinnig. HI. *Loco ò sin algun consejo.* ANG. *Wood, mad, enraged.* } *Cic. in Offic.* In tranquillo tempestatem aduersam optare dementis. *Terent. in Andr.* Quid hoc? adeóne est demens ex peregrina? *Cic. in Pison.* Ego te non vecordem, non furiosum, non

metu. *Idem Men. sc. 1. a. 5.* Demitor vbi nunc ambulet *Messenio. Terent. in Hecyr.* Sed demiror quid sit, quamobrem tantopere hoc omnes nos celare volueris. *Cic. ad Attic. lib. 14.* Etsi addis Lamiâ, quod demiror equidem *Plin lib. 31. c. 6.* Homerum calidorum fontium mentionem non feciſſe demiror. ¶ Aliquando dem rari, eſt neſcire: quoniam (*vt Donatus inquit*) admirationē ignorantia facit. *Terent.* Quid mihi dicent, & quam cauſam reperient, demiror. [¶ Demiranda multa facere. *Gell. cap. 18. lib. 16.*]

Dēmītīgo, as, Mitigo. {הרגיע *hecheelik.* κατασφαίνω. GAL. Adoucir, appaiſer, amoliir. ITA. *Mettigare, pacificare.* GER. Begütigen/mitteren His. *Amansar ò ablandar.* ANG. *To appeaſe, to mitigat, to aſſwage.*} *Cic. Att. lib 1.* Noſmetipſi qui Lycurgi à principio fuiſſemus, quotidie demitigamur.

Dēmĭtto, Deorſum mitto, inclino, deprimo. {חנחית *horidh* חנחית *hinchit* השפיל *hiſchpil.* καθίημι, καταβάλλω. GALL. Abbaiſſer, mettre bas, aualler, abatre. ITA. *Mandar giu, mandare de alto à baſſo.* GER. Abhin laſſen/ niderſtich ſchicken. HISPAN. *Embiar de arriba abaxo.* ANGL. *To let or caſt downe.*} *Virg. Eclog. 4.* Iam noua progenies cælo demittitur alto. *Salluſt.* Quum machinis ſtrepitu demiſſum victoriæ ſimulachrū coronam capiti imponebat. [*Senec. c. 11. de tranquill.* Hoc ſi quis dictū in medullas demiſerit. *Ouid. Eleg. 7. lib. 1. Triſt.* Inque meos ſi non lacrymas demittere caſus, (vulgò dimittere.) *Senec. cap. 22. de Conſol. ad Marc.* Demittunt in viſcera manus totas Medici.] ¶ Inde demiſſitiæ tunicæ dictæ, longæ & demiſſæ ad talos, & nulla zona ſuccinctæ. ποδήρεις. *Plaut. in Pœnul.* Sanè genus hoc mulieroſum eſt, tunicis demiſſitiis. ¶ Item Demittere animum, eſt humiliare, κατατείνω, ταπεινόω. Ita dicimus eſſe demiſſo animo, qui eſt deiectis ſpiritibus. κατηφὴς, σκυθρωπὸς. *Cic. in Epiſt.* Timido animo, humili, demiſſo. *Idē de Fin. bon.* Si vincunt, efferunt ſe, victi debilitantur, animóſque demittunt. *Caſ. 1. bell. Gall* Sed triſtes capite demiſſo terram intueri. *Virgil. lib. 3. Georg.* -demiſſæ aures: incertus ibidem Sudor. *Idem Ænei. 1.* At breuiter Dido demiſſa profatur. ¶ Item demittere ſignificat defodere, καταρύτειν. *Idem Georg. 2.* -altéque iubebis In ſolido puteum demitti, omnémq; repones Rurſus humum. ¶ Demittere mentes. *Virgil. lib. 11. Ænei.* Demittunt mentes, it ſcissa veſte Latinus. Id eſt, deſperant, *interprete Seruio.* ſicut contra ſperantes aliquid, erigunt mentes. [*Plaut. Pſeu. ſc. 2. a. 3* Odor demiſſis pedibus, & demiſſis manibus volat.] *Robora demittere ferro, Eſt cædere arbores. *Valer. lib. 1. Argon* *Per autem demiſſa. id eſt audita *Horat.* *Genus demiſſum ab Æneā, id eſt, deductum *apud eundem Horat. 2. Serm. Satyr. 5.*

Dēmĭſſus, a, um, particip. Humilis, fractus, ſordidus. {מורך *murádh* משפל *maſchpál.* καταπεπτωκὼς, ταπεινός. GAL. Abbaiſſé, auallé. ITA. *Abbaſſato.* GER. Abhin gelaſſen/ vnderſich geſenckt. HIS. *Abaxado.* ANGL. *Sent or caſt downe, lowe downe, humble.*} *Cic pro Cluent.* At C. Fabritius à ſubſellijs demiſſo capite diſceſſerat. *Plin. lib. 11. c. 37.* Tum ſiquidem inferiore labro demiſſo, ad, &c. [*Ouid Eleg. 4. lib. 3. Triſt.* Effugit hyberras demiſſa antenna procellas. *Gell. c. 3. li. 4* Demiſſis crinibus Iunoni pellex agnum fœminam cædito.]

Dēmĭſsĭo, verbale, Animi abiectio, infractio, debilitatio. {שפלות *ſchiphúth.* κάψις GAL. Rauallement, rabaiſſement. ITAL. *Abbaſſamento.* GER. Niderlaſſung/ demut. HIS. *Abaxamiento.* ANGL. *A ſeuding or letting downe diſcouraging.*} *Cic. 3 Tuſcul.* Veriſimile eſt igitur, in quem cadit ægritudo, cadere in eundem timorem, & infractionem quandam animi, & demiſſionem.

Dēmĭſsē, aduerbium, Humiliter. {καταπεπτωκότως, ταπεινῶς. GALL. Baſſement, ayant perdu le cœur & courage, laſchement. ITAL. *Humilmente, baſſamente.* GER. Nider/ demutigklich/ niderträchtigklich. HIS. *Baxa ò humilmente.* ANG. *Humbly, lowly.*} *Cic. 5. Tuſcul.* Non eſt auſus elatè & amplè loqui, quum humiliter, demiſséque ſentiret. *Caſ. 2. bel. ciuil.* Hæc quàm poteſt demiſſiſſimè atque ſubiectiſſimè exponit. Volare demiſſiùs, *Ouid. 3. Triſt.*

Dēmium, δήμιον, Gemma eſt ex ſarde generibus, à pinguedine dicta: Græci enim δημὸν, pingue dicunt, qua voce etiam *Homerus* frequēter vtitur. Nec fuit in vſu antiquorum gemma vlla frequentior, vt Menandri fabulæ teſtantur. *Plin. lib. 37. c. 7.* In India trium generum, rubrum & quod demium vocant à pinguedine, tertium quod argenteis bracteis ſublinitur.

Dēmĭūrgŭs, δημιουργὸς, Summus erat magiſtratus in quibuſdam Græciæ ciuitatibus. *Liu. lib. 2. bel. Maced.* Tum inter magiſtratus gentis (Demiurgos vocant: decem numero creantur) certamen nihilo ſegnius quàm inter multitudinem eſſe. ¶ Demiurgus item Græcis opificem, ſiue artificem ſonat. vnde & *Plato* naturam rerum omnium opificem, vocat demiurgum.

Dēmo, is, ex de, & emo, abiecta e, ſignificat detraho. {חסיר לקח *lakách hesir.* ἀφαιρέω GAL. Oſter de quelque choſe, excepter. ITA. *Ditrarre, ſcremare, leuare di qualche coſa.* GER. Hinnemmen/ abnemmen/ etwas von einem ding thun. HIS. *Sacar ò quitar de otra coſa.* ANGL. *To tak away, to abate.*} *Terent. in Eunuch.* Inde aurum mulier ſibi clàm demit. *Cic 3. de Natur.* Idémque Æſculapij Epidauri barbam auream demi iuſſit. *Celſus lib. 8. cap. 4.* His ita ſuccurrendum eſt, vt tamen quàm minimum ex oſſe dematur. *Cic. 4. Acad.* Quum aliquid minutatim & gradatim additur, aut demitur. [*Sueton. in Tiber. cap. 58. & in Calig. cap. 22.* Demere caput ſtatuæ. *Ouid. 13. Metam.* Demit honorem æmulus Ajaci. *Idem Eleg. 4. lib. 4.* In omnibus actis Victima ſi demas, vita tuenda mea eſt. *Idem ibid. Eleg. 7.* Cum chartæ ſua vincula dempſi. *Idem Eleg. 1. lib. 2. Triſt.* Deme mihi ſtudium, vitæ quoque crimina demes. *Ibid. Eleg. 5. l. 3.* Spe trahor exigua, quam tu mihi demere noli. ¶ *Sueton. in Calig. cap. 33.* Demere ceruicem, pro abſcindere. Demere caput ſtatuę. *Idem in Tib. cap. 58. & in Calig cap. 22.* Item demere barbā, pro radere. *Suet. in Caſ. cap. 67.* & demere vngues, pro præſecare ſiue purgare, *Plaut. Aul. ſc. 1. a. 2.* Demam coronam (capiti ſup.) *Plau. Men. ſc. 3. a. 3.*] *Demere aliquid de re aliqua. *Plau. Trinum.* -de magnis diuitiis ſiquid Demas, plus ſit an minus? *Liu. 7. ab Vrbe.* Æquè impotens poſtulatum fuit, vt de ſtipendio equitum æra demerentur. [*Ouid. Eleg. 2. l. 5.* Exiguum pleno de mare demat aquæ. (mox detrahat.) *Plaut. Aſin. ſc. 4. a. 3.* Demam tibi de hordeo, tolutim ni badizas. *Idem ibidem ſc. 1. a. 4.* Deme iſtuc (ſup. è ſcriptis.)]

Dēmptŭs. {לקח *lakkách.* ἀφαιρῶν. GAL. Oſté. IT. *Tolto.* GER. Hinweg genommen/ daruon gethan. HIS. *Quitado de otra coſa.* ANG. *Taken away, abated.* {*Plin. lib. 15. cap. 17.* Demptis forcipe corruptioribus acinis. *Ouid. 2. Metam.* Paulatimque metu dempto, nunc pectora præbet Virginea palpanda manu. [*Ouid. Eleg. 11. lib. 3. Triſt.* Méque reum dempto fine cruentus agas.]

DĒMŌCĒDĒS, pen. prod. δημοκήδης, Fuit Croconiata, medicus illuſtris, qui quum inter Darij captiuos eſſet, & Darius ipſe ob luxatum pedem grauiter ægrotaret, ita vtriam ſeptem dies noctéſque inſomnes egiſſet, nec à medicis vllis iuuaretur, ductus in medium Democedes vinctus compedibus, Darium penitus liberauit: dehinc ſummo in honore apud regem habitus eſt.

DĒMŌCHĀRĒS, δημοχάρης, Orator Athenienſis, Demoſthenis ex ſorore nepos. {GER. Ein redner von Athen/ ein ſchweſterſon Demoſthenis.} qui miſſus cum aliis ad Philippum regem Legatus, potenti regi quid gratum Athenienſibus facere poſſet: Si (inquit) te ſuſpendas. Indignantibus ob eam rem cæteris, Rex dimiſit incolumem: Vos (inquiens cæteris) renuntiate Athenienſibus, quos cenſeant ſuperiores, qui talia dicunt, an qui audiunt patienter. *Hæc Senec. lib. 3. de Ira.* Hic etiam hiſtoriam earum rerum quæ geſtæ erant ſua ætate Athenis, non tam hiſtorico, quàm oratorio genere ſcripſit. *Autor Cicer. in Bruto.*

DĒMOCLES, δημοκλῆς, ſiue (*vt apud Valerium legitur*) Damocles, adulatoris cuiuſdam nomen fuit, qui quum coram Dionyſio regum fœlicitatem ſupra modum exaggeraſſet, quòd & ſplendidiſſimè amicirentur, & lautiſſimè victarent, Rex quæſiuit vellétne ſuam cum eo conditionem permutare. Quúmque annuiſſet, ornatum regia purpura iuſſit eum accumbere, menſæ omni genere deliciarum copioſiſſimè inſtructę: ſed ſupra caput ſtrictum enſem de tenuiſſimo filo iuſſit ſuſpendi. Mittens itaque Democles, ne fracto filo enſis ſibi in caput deciderer, maluit ad priſtinum vitæ genus redire, quàm tam manifeſtum vitæ adire periculum: intelleXítque quod res erat, regum vitam in ſpeciem quidem fœliciſſimam videri: ſi tamen propiùs inſpicias, plenam eſſe ſolicitudinis, & periculi.

DĒMŌCŌŌN, δημοκόων, Fuit nothus Priami, qui velociſſimos patris equos apud Abydum cuſtodiebat. Hunc Vlyſſes in bello interemit, *vt eſt apud Homer. lib. 4. Iliad.*

DĒMOCRĀTĒS, δημοκράτης, Inſignis athleta fuit, qui conſiſtens in circulo à ſe circunſcripto, à nemine loco moueri potuit.

¶ Fuit & alter Democrates inſignis architectus Alexandri Magni ætate, qui illius iuſſu Alexandriam in Ægypto metatus eſt. *Suidas.*

DĒMOCRĀTĬA, Imperium populare, principatus populi, qualis fuit olim apud Athenienſes, & hodie apud Heluetios. {δημοκρατία. GAL. Gouuernement populaire, principauté de peuple. ITA. *Gouerno di republica de plebei, ſenza hauer ſuperiore principato del popolo.* GERM. Ein herrſchung des volcks / ein ſolches regiment in welchem das gmein volck im ſelbs ampteut erwehlet. HISP. *Principado del pueblo.* ANG. *The ruling or gouerning of the people.*}

DĒmocrātĭci δημοκρατικοὶ, Qui fouent principatum populi, περὶ τὸ δῆμον ἔχοντες: qui ſcilicet populari inſtituto viuentes, dignitatem in libertate conſtituunt. Oligarchici verò, qui dignitatem partim in cenſu, & facultatibus, partim in generis nobilitate ponentes, paucorum gaudent principatu. Ariſtocratici verò, qui virtute dignitatem metientes, optimorum fouent ſtatum. *Autor Bud. in Annot. in Pandect.*

DĒMOCRĬTŬS, pen. corr. δημόκριτος. Nomen philoſophi Abderitæ, qui accepta à fratribus natu maioribus paternæ hæreditatis portione, cognoſcendarum rerum cupiditate accenſus, bonam orbis partem peragrauit. Poſtea in patriam reuerſus, cum ſumma inopia, in hortulo iuxta ſuæ vrbis muros, ſe ad ſolas rerum naturas contemplandas cōtulit. {GER. Ein philoſophus welcher ab allen gluckſälen/ vnnd meſchlichem waſen lachet.} De hoc memoriæ proditum eſt, quòd quocunque fortunæ caſu, & mutabilium rerum auditu, in riſum ſoluebatur, ſicut Heraclitus in fletum: vnde Gelaſinus nominatus eſt. Tandem *teſte Cic lib. 5. Tuſc.* ſe occæcauit, vt naturæ ſecreta ſubtilius rimaretur. Agebat centeſimum & nonum annum quum mortuus eſt. Dixit omnia ex atomis fieri, ac plures eſſe mundos, & corruptibiles. Fertur theologiam ac aſtrologiam didiciſſe à Magis & Chaldæis: cum gymnoſophiſtis quoque congreſſus eſt. In omni denique Philoſophiæ genere adeò profecit, vt Pentachlos, ſiue Quinquertio dici poſſet. Nanque naturalia, moralia, mathematica, liberales diſciplinas, artiúmque omnium peritiam callebat. Hunc *Plin.* virum ſagacem, & vitæ vtiliſſimum fuiſſe refert, ſed nimio iuuandi mortales ſtudio prolapſum. Conſtat patre locupletiſſimo natum fuiſſe, vt qui totis Xerxis copiis epulum dederit.

DĒMŌDŎCŬS, δημόδοκος, Nomen citharœdi, quem *Hom. lib. 8. Odyſſ.* inducit in conuiuio Alcinoi regis Phæacum citharam pulſantem, & ſimul accinentem.

DEMOLCHUS, Syracuſanus comicus, Epicharmi medici filius, docuit fabulas quatuordecim lingua Dorica. *Suidas.*

Dēmōlĭor, ris, Deturbo, deiicio, diſturbo, [*& Demolio, is, Diomed. lib. 1.* de quo paulò infrà.] {הרס *harás* נתץ *nathats.* καταρρήσσω, καθαιρέω. GALL. Démolir, abatre. ITAL. *Diſfare, ſtruggere.* GERM. Zerſtören/ niderreiſſen/ abbrechen. HISP. *Derribar, como edificio.* ANG. *To caſt downe, to abate.*} *Plaut. in Amph.* Haſce (fores) illico toto demoliar cardine. *Cic. 3. Off.* Demoliti ea, quorum altitudo officeret auſpiciis. *Plaut. in Bacch.* De me culpam hanc demolibor iam, & ſeni faciam palàm. [*Liuius li. 9. d. 4.* Demoliri bacchanalia. (Paulò poſt diruere.)]

Dēmōlĭtĭo, verbale, Deiectio, euerſio. {חתיתות *harisúth* הריסה *harisáh.* καθαίρεσις. GAL. Demolition, abatement. IT. *Rouino, abbatimento.* GER. Zerſtörung/ niderreyſſung eines gebews. HIS. *Derribamiento, derramiento.* AN. *A caſting downe, a bating.*} vt, Demolitio ſtatuarum, *Cic. lib. 4. & 6. in Verrem.* Opponitur molitioni. *l. ſtipulatio. ff. de Oper. nou. nunt. ia.* Siquidem demoliri eſt extructa diruere, moliri eſt ædificare. *Cic. in Verr.* Dum ea demolitio fieret, Quæſtores non triginta adeſſent.

Dēmōlĭo, demolis, pen. prod. iui, itum, ire. [Idem quod Demolior, *Diomedes lib. 1.*] {καταβάλλω. AN. *To caſt downe to the ground.*} *Alph. in Lqui inſulam ff. locat.* Dominus inſulæ, quia ædificia vitium facere dicerent, demolierat eam.

Dēmōlĭtŭs, a, um, particip. Deiectus, euerſus. {חרוס *harús* נתץ *nitsáh*

Ital. ... *c.* Gall. Ruiné, abatu, demoli. Ital. *Rouinato, abbattuto.* Germ. Zerstöret/nidergerissen/zerschleiffet. Hispani. *Derribado, derrocado.* Angli. *Cast, downe, abated.* } *Vlp. in l. qui tamen.* §. *Quib. mod. vsusfruct. amit.* Verumetiam si demolitis ædibus testator alias nouas restituerit. Ædificium demolitum *in l. Qui insulam* §. 1. *ff. locati.*

DEMŌNAX, δημώναξ, Philosophus insignis fuit Adriani temporibus, pecuniæ contemptor, & omnis solicitudinis expers. Nihil sibi vnquam vitici parabat, sed quum esuriret, quam domum primùm apertam offendebat, ingressus iubebat sibi cibum apponi. Centenarius decessit, & funere publico est elatus, vt refert Lucianus.

DEMŌNĒSVS, δημόνησος, Insula est circa Chalcedonem, in qua cyanus lapis, chrysocolla, & aurum inuenitur, si *Stephano* credimus.

DEMŌNICA, δημονική, Ephesia mulier fuit eo tempore quo Galli Senones omnem Europam infestabant, quæ cupiditate auri capta Brenno hostium duci Ephesum prodidit. Hanc *Plutarch. in Paral.* cum Tarpeia puella comparat.

Dēmōnstro, as, Monstro, indico, ostendo, declaro. { הורה *hereáh* חוריץ *hodiáh.* δείκνυμι. Gall. Demonstrer, monstrer apertement, faire entendre euidemment. Ital. *Dimostrare, mostrare.* Germ. Zeigen/beweisen/kundtbar machen. Hisp. *Demostrar.* Angl. *To declair, tell, or shew openlie.* } *Plaut. in Asin. sc. 2. a. 2.* Et ædes demonstrauí nostras. [*Plaut. Capt. sc. 2.* Dice, demonstra, præcipe. *Item*, Hominem demonstretis, qui eam abstulerit, *Plaut. Aul. sc. 6. a. 4.* Hæ regiones mihi ab hero demonstratæ (i. ab absente designatæ ac descriptæ.) *Plaut. pseud. sc. 2. a. 2. & Cæsar lib. 1. de bell. ciu.* Habere se mandata demonstrat. *Item*, De quibus suprà demonstratum est. *Ibidem.*] *Terent. Heaut.* Audistin' homo iste modò quam villam demonstrauit? *Cic. 4. Verr.* Legatos mittunt, qui eum leges doceant, consuetudinémque omnium annorum demonstrent. ¶ Interdum demonstrare, est argumentis notissimis, & irrefragabilibus ad rei alicuius cognitionem perducere, quod Græci ἀποδείκνυσθαι appellant. * Demonstrare, pro Narrare. *Cic. 1. de Orat.* Etiam illa cognoram & acceperam, antequam de re diceremus, initio conciliandos eorum esse animos qui audirent, deinde rem demonstrandam, postea controuersiam constituendam, tum id quod nos intenderemus confirmandum. ¶ Vnde demonstratio, est argumentum firmissimum, per se rei dubiæ faciens fidem. { אהוה *achaváh.* ἀπόδειξις. Gall. Demonstration, monstre euidente, declaration manifeste. Italic. *Demonstratione.* Germ. ein gewusse bewärung/vnd beweisung eines dings. Hispan. *Demonstracion.* } *Cicer. 3. de Orat.* definit esse rationem, qua ex rebus perceptis ad id, quod non percipiebatur, adducit.

Dēmōnstrātio, Rhetoribus Causæ genus, quod in laude, vel vituperio versatur. { τὸ ἀποδεικτικόν. An. *A shewing, a declaration.* } *Cic. 1. de Inuent.* Si deliberatio & demonstratio genera sunt causarum, non possunt rectè partes alicuius generis causę putari. Demonstratio est quędam ex instantibus, vel præteritis accidentibus notitia, quæ magis dispositio sit liquida adhibita rei, quę est in facto, & non quę est in fieri. Verba *Bart. sunt in l. demonstratio. ff. de cond. & dem.* Demonstratio plerunque rem factam: Conditio autem futuram ostendit *l. 3. D. de Don. Gloss. in Rub. de cond. & demen. & l. nominatim, eod. tit.*

Dēmōnstrātiuē, Aduerbium, { ἀποδεικτικῶς. } *Macrob. Comment. lib. 1. cap. 16.* Hunc locum demonstratiuè terram dicens in qua erat dum ista narraret.

Dēmōnstrātor, oris. { מראה *mareéh* מודיע *modhiáh.* ὑποφαντικός. Galli. Qui monstre euidemment quelque chose. Ital. *Chi monstra chieramente qualche cosa.* Germ. ein beweiser/der einem gewuß ein ding anzeigt. Hisp. *El que demuestra claramente alguna cosa.* Anglic. *He that telleth or sheweth openlie.* } *Col. libr. 3. c. 10.* Itaque huius rationis demonstratorem magis esse me, quàm inuentorem, libenter profiteor.

Dēmōnstrātiuus, a, um, Quod demonstrat. { ἀποδεικτικός. Gall. Demonstratif. Ital. *Demonstratiuo.* Germ. Das da bewußt oder gewuß anzeigt wirt/das da bewysen oder anzeiget werden mag. Hispa. *Cosa que demuestra algo.* Angli. *That which declareth any thing planelie.* } vt Genus demonstratiuum causæ ab oratore accipitur, in quo orator de monstrat, quod sit in alicuius personæ laudem, vel vituperium. *Cic. 1. de Inuent. Aristoteles* tribus in generibus rerum versari Rhetoris officium putauit, demonstratiuo, deliberatiuo, iudiciali.

[DEMOPHILVS, Demophilus, Comici poëtæ Græci nomen: *Plau. in prolog. Asin.* Demophilus scripsit, (Græcè, sup.) Marcus vertit barbarè, (id est, Latinè.)]

DEMŌPHOŌN, ontis, δημοφῶν, vel Demophon per contractionem δημοφῶν, Thesei ex Phædra filius & rex Athenarum, qui ab expeditione Troiana rediès, aduersis ventis pulsus est in Thraciam, ibique à Phyllide Lycurgi regis filia hospitio & lecto susceptus est: apud quam quū aliquandiu delituisset, Athenas abiit, ibique mortuo patre imperium suscepit oblitus Phyllidis, cui se rediturum iurauerat. Quapropter illa videns se derelictam, amoris impatientia de amygdalo se suspendit. *Vide infrà*, PHYLLIS, vbi hęc copiosiùs tractantur. *Ou. li. 2. de Arte*, Et tibi Demophoon Thesæi criminis hæres, Phyllide decepta nulla relicta fuit, &c.

DEMŌPŌLIS, pen. cor. & Neocles Themistoclis clarissimi Athenienſium ducis filij fuerunt, qui quum apud ciues suos meminissent legum, quę aduersus exules latæ erant, à paternis inimicis, lapidibus obruti sunt. *Cal. lib. 8. c. 12.*

Dēmōrdĕo, demordes, demordi, demorsum, demordere, Morsu decerpo. { נשך *naschách.* ἀποδάκνω, κατεσθίω. Gall. Mordre de quelque chose, emporter auec les dents. Ita. *Mordere, pigliare con denti.* Germ. Abbeyssen. Hisp. *Morder, tomar de alguna cosa con las dientes.* Angl. *To bite of.* } *Plaut. Merc.* Aut angue demorsa cessauit turgida. *Plin. lib. 28. c. 4.* Et è ligno fulgure icto, reiectis post terga manib. demorderi aliquid, & ad dentem qui doleat, admoueri, remedio esse produnt.

Dēmŏrĭor, Morior. { ἀποθνήσκω. Gallic. Mourir, trespasser. Itali. *Morire in tutto.* Germ. Absterben. Hispanic. *Morir del todo.* Ang. *To die, to perishe.* } *Colum. libr. 5.* Siue enim caput demortuum est, duo induantur statim vimina. ¶ Demoritur te, id est, te deperit, & ardet amore tui. *Plaut. in Mil.* Ea demoritur te, atque ab illo cœpit abire: odit senem.

Dēmōrtŭus, particip. { ἀποθανών, ἀποθνητικός. Ga. Mort, trespassé. It. *Morto in tutto.* Ger. Abgestorben. Hi. *Muerto del todo.* An. *Dead.* } *Cic ad Attic. libr. 16.* Nostrique familiares ferè demortui. *Idem 6. Verr.* Sanxerunt ne quis emeret mancipium, nisi in demortui locum. ¶ *Sueton. in Claudio cap. 14.* Tertium autem nouo circa principem exemplo in locum demortui suffectus, &c. [¶ Defamata & demortua vocabula. *Gell. c. 2. lib. 9.*]

Dēmŏrŏr, pen. corr. Moror, remoror, retineo. { אחר אחר *achár* אחר *echár.* διαμένω. Ga. Faire targer, amuser, detenir. It. *Indugiare molto.* Germ. lang verziehen/sich lang saumē. Hi. *Tardar.* An. *To stay, to detene or hold backe.* } *Lactan. lib. 4.* Quum Moses dux eorum ascendisset in montem, atque ibidem quadraginta diebus demoraretur. ¶ Accipitur etiam nonnunquam actiuè, pro detineo. { עקב *hikkéb.* κατέχω. Gal. Detenir, arrester. Ita. *Intramettare.* Germ. Ein auffhalten oder seumig machen. Hi. *Detener à otro.* } *Cic. 3. de Orat.* Et ne diutiùs vos demorer, exponā. *Plaut. Epid.* Diu me istis demorati. *Colum. lib. 4.* Prudentis magistri est eiusdem nomenclationis aucupio, quo potiri nequeat, studiosos non demorari. [*Cæs. lib. 3. de bell. ciu.* Demorari nouissimum agmen.] ¶ Demorari, pro expectare. *Virgil. 10. Æneid.* Et tua progenies mortalia demoror arma. ¶ Demorari pro manere. *D. lib. 5. Tit. 1. l. 1.* Non compelluntur se Romæ defendere: quandiu legationis causa ibi demorantur.

Dēmōrātus, passiuè *Gel. li. 10. c. 8.* Hisque ipsis, quæ iam dixi, demoratos vos video, alicui opinor, negotio destinatos.

DEMŌSTHĒNES, penultima correpta, δημοσθένης, Nomen Oratoris clarissimi, & Græcorum omnium Oratorum principis. Hic natus patre qui cultellarius cognominatus est, quòd domi haberet officinam & operarios cultellorum. {Germ. Ein furtreffenlicher/verstendiger redner der Griechen/welcher die anderen all weit vbertroffen hat. } Relictus puer in hæreditate locupleti, tutorum fraude, & negligentia direptis bonis, vix habuit vnde præceptoribus mercedem solueret Verum quum multo studio, & laborioso peruigilio in clarissimum oratorem euasisset, libertatis Græciæ defensor, publicè grauibus concionibus Philippum infectatus est, vtpote publicæ libertatis insidiatorem. Post cuius mortem patria pulsus, tandem reuocatus est. Sed iam mortuo Alexandro, & Antipatro rebus Græcis præposito, quum manifestam sibi necem imminentem videret, relictis Athenis, in Calauriam insulam (*vt scribit Suidas*) vbi asylum erat Neptuno sacrum, concessit. Quò quum venisset, Archias actor tragœdiarum, qui ab Antipatro missus erat, vt Demosthenem comprehenderet, primum ei persuadere conatur, vt vnà secum ad Antipatrum se conferret, nihil molestiæ ab eo perpessurus. Cuius fraude intellecta Demosthenes: Nihil est (*inquit*) Archia quod coneris. Neque enim in scena mihi vnquam placuisti minus, neque nunc persuadebis legatus. Quum autem Archias se per vim derracturum minaretur. Tandem (inquit) Macedonia oracula aperuisti: nam priùs quidem tanquam histrio simulabas. Verùm age, parumper expecta, dum pauca domesticis scribo. Hæc locutus, sumpto libro tanquam scribere vellet, calamum ori admouit, deinde caput veste tegens, se inclinauit, quúmque ab ara retraheretur, cecidit, spiransque animam emisit. Hic eloquentiæ studio flagrās iugiter lucubrabat, adeò vt duos vel tres menses continuos domi inclusus, sine intermissione fluoreret, abrasa parte capitis, vt exeundi facultatem sibi præriperet. *De hoc Hieronymus*, Demosthenes plus olei quàm vini expendisse dicitur, & omnes opifices nocturnis semper vigiliis præueniſſe.

Dēmŏuĕo, es, ere, De loco moueo, remoueo, dimoueo. { נוד *henédh* הסיר *hesír.* κινέω. Gal. Chasser ou oster d'vn lieu, mouuoir de place, remuer. Ital. *Mouere di luogo.* Germ. Verrucken/ hindan bewegen. Hisp. *Mouer de lugar.* Ang. *To remoue or put out of a place, or aside.* } *Terent. Adelph.* Caue nunciam oculos à meis oculis quoquam demoueas tuos. *Cicer. pro Syl.* Ita charus vtriusque est, atque iucundus, vt non alteros demouisse, sed vtrosque constituisse videatur. *Tacit. libr. 1.* Ne Glanis solito alueo demotus in amnem Arnum transferretur. *Cic. 4. de Fin.* Sed tamen tantam vim esse honestatis, tantúmque eam rebus omnibus præstare & excellere, vt nullis nec suppliciis, nec præmiis dimoueri possit ex eo quod rectum esse decreuerit. *Liu. 6. ab Vrbe*, Quantúmque Romana se inuexit acies, tantùm hostes gradu demoti.

Dēmūgĭo, is, ire, Mugitu implere. { נעה *ghaháh.* καταμυκήσομαι. Galli. Beugler ou meugler fort. It a. *Mugire.* Ge. Hefftig lūyen wie ein ochs. His. *Mucho bramar los buyes, ò vaccas.* Ang. *To bellow much.* { *Ouid. 11. Metamorph.* sed omne Vulnerat armentum, sternítque hostiliter omnes. *Et paulò post*, sanguine littus, Vndáque prima rubet, demugítæque paludes.

Dēmŭlcĕo, ces, Valdè seu leniter mulceo: quemadmodum quum catulos blandè & molliter attrectamus. { מש נגש *masch* נגש *ghischschésch.* חלק *hechélik.* κατατερπνίζω, κηλέω. Gal. Adoucir, manier doucement, tastonner, flatter. Ita. *Toccare gentilmente.* Ger. Sanfftlich streichen: Item sanfft machen. Hisp. *Tocar blandamente.* An. *To stroke, to rubbe softly in making muche of a thing.* } Nonnunquam etiam mitigo vel molle reddo. *Ter. in Heaut.* Non possum pati quin tibi caput demulceam. *Liu. & ab vrbe.* Ne nihil remissum dicatis, remitto, ne vtique dorsum demulceatis quùm ex equis descendetis.

Dēmŭlctus, delinitus. [à Demulceor.] *Gell. lib. 3. c. 3.* Atque ita motus & demulctus & captus est.

Dēmum, Tandem, ad postremum. { בסוף *besóph.* τὸ τέλος, τὸ τελευταῖον, ὄν. Gal. Finalement, à la parfin. Ita. *Finalmente.* Ge. Letstlich/zu letzt. Hi. *Al cabo ò finalmente.* An. *At last finallie.* } [*Plaut. Mostel. sc. 1. a. 2.* Miserum est opus demum fodere puteum, vbi sitis fauces tenet. *Item*, Nunc demùm redeo domum. *Plaut. Men. sc. 2. a. 4.* Tum demum sciam rectè monuisse, si tu rectè caueris. *Plaut. Men. sc. 2. a. 2.* Nunc demum animus mihi est in tuto loco. *Plaut. pseud. sc. 5. a. 4.* Illic ibi demùm est locus. *Plaut. Capt. sc. 4. a. 5.* Nunc demum experior mihi ob oculos caliginem obtigisse. *Plaut. Mil. sc. 4. a. 2.* Nunc demùm, &c. (verba in pauca conferentis.) *Plaut. Asin. sc. 4. a. 2.* Nunc demùm defecato animo egrediar domo. *Plaut. Aul. sc. 2. a. 1.* Is demùm antiquis est adolescens

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

moribus. *Plaut. Capt. sc. 2. a. 1.* Item, dixit, & in pectus tum demum vulnera passum condidit ensem. *Ouid. 13. Metam.* Quæ demùm (increpantis) *Senec. cap. 11. de Consol. ad Marc.* Demum, pro pòst. *Suet. in Tib. cap 68.*] *Terent. in Adelph* Ego nouus maritus anno demum quinto & sexagesimo fiam. ¶ Ponitur et am pro omnino, præsertim quando iungitur cum Is, ea, id, vel cum ita. *Cic. in Salust.* Ea demum magna voluptas, æqualem ac parem verbis vitam agere. *Plin.* Ea demum sola auium nonnisi volatu depascitur. *Quint.* Ita demum mihi satisfacies, si apud patrem fuisti. * Accipitur etiam pro Solum, tantummodo. *Plin. de viris Illustr.* Et quum moueri nullis viribus posset, ex libris cognitum est, castissimæ demum fœminæ manu moueri posse. *Demus pro demum veteres posuerunt. Pacuuius*, Quid demus magis commodum est, quàm ne tutum perdas iniuriam pati? *Sipontinus.*

Dēmūrmŭro, demurmuras, âui, â um, are. {נלון *nalón* דגן *raghán.* Χαμαιμυρίζω. GAL. Dire en murmurant. ITAL. *Dire mormorando.* GERM. Murmlen/ heimlich etwas mauderen HISP. *Dezir murmurando.* ANGL. *To murmure or whysper.* } *Ouid.* Ter noctes carmen magico demurmurat ore.

DĒMŬS, δῆμος, Locus in Ithaca, aliàs κεφαλλήνων dictus. Apud Athenienses virum significat. *Sephi.* Est etiam pars tribus.

Dēmūssātē, contumelia, id est, dissimulata, & cum silentio, indignatione quæ transmissa. {GALL. Iniure dissimulee. ITAL. *Ingiuria dissimulata.* GERMAN Ein schmach die einer vertruckt vnd nit auß im lasst. HISPANIC *Iniuria dissimulada.* ANG. *Dissembled iniurie.* } *Apuleius lib. 3.* Mussitare enim propriè est dissimulandi causa tacere: dictum vel à Græco verbo μύζω, vel à μ litera quæ est nimirum pressæ vocis, ac penè nullius. *Terent. Adelph.* Accipienda & mussitanda iniuria adolescentium est. Vbi *Donatus* exponit patienter cum silentio perferenda.

Dēmŭtilo, as, are, Mutilo. {עקר *kitstséts* { קצר *katsár.* κολοβόω. GALL. Couper & rogner de quelque chose, accourcir. ITAL. *Mozzare.* GERM. Stumpfen/ abmutzen. HISP. *Desmochar ò cortar miembro.* ANG. *To mayme to cutt of.* } *Colum. de arbor.* Cacumina virgarum, ne luxurientur, demutilato.

Dēmūto, as, are, Muto. {החליף *hecheliph.* ἀναπράττω, μεταβάλλω. GALL. Changer ou muer d'vn en autre. ITAL. *Mutare.* GERM. Verenderen/ verwächslen HISP. *Mudar.* ANG. *To change, to moue from one to another.* } *Plaut. in Trinum.* -aut si demutant mores Ingenium tuum, neque eos antiquos seruas. *Tacit. lib. 4.* Placitum, instituto Flaminum nihil demutari [*Plaut. Pseud. sc. 5. a. 1.* (bis·) Argentum dabo, non demutabo. *Idem Men. sc. 2. a. 5.* Imperium tuum demutat, atque edictum *Apollinis* (An legèdum denûtat? an ratum esse non patitur?) *Passerat.* Os tuum minimum à Thyestæ Tragico demutat (id est, differt) *Apol. Apolog. 1.*]

Dēmūtātio, ônis, verbale, Mutatio. {חליפה *chaliphâh.* μεταβολή. GALL. Changement d'vn en autre. ITAL. *Mutamento.* GERM. Verenderung/ verwächslung. HIS. *Mudança de lugar à lugar.* ANGL. *A changing from one to another.* } *Plin lib. 28. cap. 28. De chamaleonte,* Nullum animal pauidius esse existimatur, & ideo verticoloris esse demutationis. Alij legunt, mutationis.

Dēnārĭus, ria, rium, adiectiuè, idem quod decenarius, quod decem continet. {עשירי *asirí.* δεκατεύς. GALL. Dixain. ITA. *Decima, decenato.* GERM Ein zhener/ oder das zehene in sich begreifft. HISP. *De diez.* ANGL. *That containeth te nomber of ten.* } *Plin. lib. 31. cap. 6.* de ratione aquæ ducendæ: fistulas denûm pedum longitudinis esse legitimû est. Et si quinariæ erunt, sexaginta pondo pondere: si octonariæ, centenas: si denariæ, centena vicena, ac deinde ad has portiones. Denaria appellatur, cuius laminæ latitudo antequam curuetur, digitorum decem est: dimidióque eius quinaria.

Dēnārĭæ, ceremoniæ dicebantur, sicut Tricenariæ, quibus sacra adituris decem continuis diebus, vel triginta, certis quibusdam rebus carendum erat. Hinc Vndenarius, Duodenarius, & huiusmodi.

Dēnārĭus, denarij. [Communiter notatur secundâ longâ: *Apud Martial. tamen epigr. 103. lib. 9.* Denâriis secundâ breui legitur.] {דרכמון *darchemón* אדרכן *adharcón.* δραχμή. } *Budæo*, apud Romanos numerat argenteus, quatuor valens sestertios: ita dictus quòd pro decem assibus in solutionem cedebat, quoad perpetuis bellis exhausto ærario, placuit denarium sedecim assibus permutari: quod contigit, quum Annibal perpetuos octodecim annos totam Italiam ferro, flammâque crudelissimè vexabat. Alioqui ferè semper denarius decem assibus permutabatur, vnde & nomen habuit. [Hinc *Plutarch. in Camil.* Asses decem, denarium faciunt, inquit.] Pendebat autem denarius, argenti siliquas XXIV. Siliquæ autem duodeuiginti, conficiebant drachmam. Tres itaque denarij pendebant drachmas quatuor: octo autem drachmæ conficiunt vnciam: vncia autem sex constat denariis. Hæc ferè de denarij pondere ex *Prisciano* decerpsimus. *Budæus autem in libro de Asse*, non vno in loco ostendit drachmam Atticam & Romanum denarium eiusdem fuisse ponderis & pretij. Quod & ipsum non obscurè iudicat *Plin. lib. 11. cap. vlt.* Drachma inquit, Attica (ferè enim Attica obseruatione medici vtuntur) denarij argentei habet pondus: octodecimque sex obolos pondere efficit. Côstat itaque denarium ad Gallicæ pecuniæ æstimationem redactum, valuisse solidos turonenses tres cum dimidio. Denarij dimidium, quinarium appellabant: quinarij autem dimidium sestertium, qui & numus vocabatur. Si itaque denarij valorem (quem diximus esse trium solidorum cum dimidio) in quatuor sectes partes, habebis valorem sestertij, hoc est, carolenum numum vnum, & Gallici denarioli dimidium. Veteres etiam pro eodem denarium dixerunt in neutro genere. *Plaut. in Rudente*, Centum denaria Philippea? [*Senec. cap. 88.* Vt denarius in cloacam?

Dēnārro, Per ordinem narro, enarro. {סיפר *sippér.* κατα λέγω. GAL. Raconter. ITAL. *Narrare per ordine.* GERM. Erzehlen. HIS. *Contrafabula ò historia con orden.* ANG. *To shew, declare or tell.* } *Gell. lib. 2.* Hæc nobis Fauorinus summa cum elegantia verborum, totiusq; sermonis comitate atque gratia denarrauit. [*Idem cap. 23. lib. 1.*]

Dēnāscŏr, eris, pro Morior. {מת *meth.* Θνήσκω. GALL. Mourir, laisser à estre, n'estre plus. ITAL. *Morire.* } GERMANIC. Sterben HISP. *Morir.* ANG. *To die.* } *Cassius Hem.* Quæ nata sunt, ea omnia denasci aiunt. *Ex Nonio.*

Dēnāso, as, penult. prod. Nasum aufero. {ἀποβλέω. GALLIC. Enaser, oster ou couper le nez du visage. IT *Leuare i naζo.* GE. Die nasen abhawen. HIS. *Cortar las narizes ò desinarigar.* ANG. *To take or cutt away the nose.* } *Plaut in Capt.* [*sc. 4. a. 3.*] Nanque ædepol si adbibes proprius, os denasabit tibi morsicus. Id est, faciem naso spoliabit.

Dēnato, as, pen. corr. frequentatiuum est verbi deno, as quod est deorsum nato, vel secundo fluuio nato. {καταπλέω. GALLIC. Nager d'vn lieu en autre, ou souuent. ITAL. *Natar spesso* GERMA. Nider sich schwimmen/ hinab schwimmen. HISP. *Muchor nadar.* ANGL. *To swymme ofte.* } *Horat. 3 Carm. Ode 7.* Nec quisque citus æquè Thusco denatat alueo.

Dendrachātēs, δενδραχάτης. Gemma est ex Achatæ generibus, discursu dinearum arbusculę cuiusdam speciem repræsentans. δένδρον enim arborem dicunt. *Plin. lib. 37. c. 10.*

Dēndrītis, δενδρίτης, Gemma quæ sub arbore defossa non permittit secum hebetari. *Plin. lib. 17. c. 13.*

Dēndrocīssos, δενδροκισσός. Herba est, quæ sine adminiculo stat cæteris hederarum generibus firmior, & ad arbusculæ firmitatem accedens. Vnde & nomen mutuit, ἀπὸ τοῦ δένδρου καὶ κισσός, id est, ex arbore & hedera.

Dēndrŏīdes, δενδροειδὴς. Tithymali septima species, *teste Plin. libro 26 cap te 8.* quod leptophyllon vocant, in petris nascens, comosissimum ex omnibus tithymali generibus, & semine copiosissimum.

Dēnĕgo, as, penult. corr. Recuso, nego. {אמן *meén.* ἀπαρνέομαι. GAL. Denier, refuser, renier. ITA. *Denegare, recusare.* GERMAN. Leügnen/ abschlagen. HISP. *Negar, rehusar.* ANG. *To refuse, to denie.* } *Terent. in Andr.* Denegarat se commissurum mihi gnatam suam. [*Ouid. 13. Metam.* Denegat hoc genitor (ę mactare natam) *Plaut. Men. sc. 2. a. 4.* Datum denegant: quod datum est. *Idem Amph.* Denegat facta, quæ tu facta esse dicis, &c.] ¶ *Virg. 1. Georg.* quum iani glandes atque arbuta sacræ Deficerent syluæ, & victum Dodone negaret. *Cic. 7. Verr.* Vt omnia semper quæ iuranda videntur esse non modò his extraordinariis cupiditatibus, sed etiam ipsi naturæ & necessitati denegaret.

Dēnī, denæ, dena, numerus distributiuus, pro decem. { ἀνὰ δέκα. GAL. Dix. ITAL. *Decena io, dieci.* GERM je zehen. HISP. *Cada diez.* ANGLIC. *Ten together.* } *Plin lib. 10 c. 63.* Viuunt Laconis annis denis. *Cæsar 5 bell. Gall.* Vxores habent deni duodenique inter se communes.

Dēnĭcālēs, feriæ dicebantur, quibus hominis mortui causa familia purgabatur. *Columella libro 2. cap. 22.* Nos apud Pontifices legimus, feriis tantùm denicalibus mulos iungere non licere, cæteris licere.

Dēnigro as, penultima correpta, Nigrum facio. {הקדיר *hikdir.* μελάνω. GAL. Noircir, faire noir. ITA. *Far nero.* GE Schwertzen/ schwartz machen. HISPANIC. *Ennegrecer à otra cosa.* AN. *To make blake.* } *Plin.* Capillum denigrat suffitus. *Varr. 1 de Re rust. c. 55.* Non solùm denigrat terram, &c.

Dēnĭquĕ, Postremò, ad extremum, post omnia. [*Passerat.* An quia perimit sententiam, & postremum est? vt Denicales dies. {בסוף *besóph.* τέλος. GA. Finalement, à la parfin. IT. *Finalmente.* GE. Zuletst. HI. *Al cabo, finalmente.* ANG. *Last of all, finalhe.* } [*Ouid. lib. 13. Met* Denique quid verbis opus est? *Plaut. Capt. sc. 2. a. 1.* Tum denique nostra intelligimus bona, cùm amisimus.] *Cic.* Quum ibi non multitudinem militum, non ideneos imperatores, non pecuniam sibi præsidio viderent, non denique vllam rem quæ pertineat ad bellum administrandum.

¶ Ponitur interdum pro omnino, πάντως. *Ouid.* Si qua meru dempto casta est, ea denique casta est. * Denique ad extremum. *Cic. post red. ad Quir.* Primùm vos docuit, &c Tum in perorando posuit, &c. Denique ipse ad extremum pro mea vos salute non rogauit solùm, verum etiam obsecrauit. *Denique pro tum demum. *Cic. pro Milone*, Itaque Milonis consulatus qui viuo Claudio labefactari non poterat, mortuo denique tentari cœptus est. Id est confestim, vel potius tandem & demum, *inquit Budæus.*

Dēnŏmĭno, Nomen impono. {בנה קרא *chinnáh karâ.* ἐπονομάζω. GAL. Denommer, bailler nom. IT. *Nominare, dar nome.* GE. Nennen/ ein nammen geben. HIS. *Nombrar, dar nombre.* ANG. *To name, to giue a name.* } *Quint. lib. 1. c. 10.* Propria sunt verba, quum id significant, in quod primò denominata sunt.

Dēnŏmĭnātĭuè, Dicuntur quæcunque ab aliquo solo casu, hoc est solo fine sunt differentia, & secundum illud nomen habent appellationem: cuiusmodi sunt adiectiua à substantiuis deducta, vt à studio studiosus, à robore robustus παρώνυμα. Nomen enim denominatiuum habet communicare cum nomine vniuoco in principio, sed differre in fine. ¶ In denominatione autem tria requiruntur: scilicet denominans, denominatum & denominatiuum. Denominans est forma accidentalis, quæ importatur per nomen abstractum: & dicitur denominans, quasi de se aliud nominans, quia de se dat concreto vt prædicetur, & denominet subiectum. Denominatum autem est res ipsa, siue subiectum cui accidens inhæret. Sed denominatiuum est accidens quod prædicatur denominatiuè de suo subiecto, vt album vel nigrum.

Dēnormārĕ, Est deturpare & inæqualem facere. {ἀμορφόω. GALLIC. Faire inegal, mettre hors de ligne. ITALIC. *Deformare, desuagliare.* GERM. Auß der rechten gerede oder schnurstrecht bringen. HISP. *Desforden ar, o descencertar.* ANG. *To make vno quall, to put out of rule or order.* } vt interpretatur *Acron illud Horatij 2. lib. Serm.* - ô si angulus iste Proximus accedat, qui nunc denormat agellum.

Dēnŏto, as, pen. cor. Noto, significo, designo. {הגיד *highgidh.* σημαίνω. GAL. Denoter ou noter, marquer, remarquer. ITA. *Denotare.* GERM. Zeichnen. HISP. *Notar ò señalar.* ANG. *To note, to marke.* } *Liuius 4. ab Vrb* Haud dubiè Icilios denotante Senatu, quos mercedem seditiosi Tribunatus petere Consulatum insimulabant. *Cic. pro lege Manil.* Quod is qui vno die tota Asia, tot in ciuitatibus, vno nuntio, atque vna litera-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

vna literarum significatione ciues Romanos necandos, trucidandosque denotauit. ¶ Denotare probro, infamare. *Sueton. in Caligula,* Quem C. senionem iam, & mollem effœminatum denotare omni probro consueuerat.

Dens, dentis, notæ significationis, ab edendo, sicut Græci ὀδὼς ab ἔδω. ⁋ Ψ schen. GAL. Dent. IT. *Dente.* GE. Ein zan. HI. *El diente.* ANG. *The tooth.* } *Plau. Men.* [*sc. vlt. a.* 5. Septennis (eram)] Nam tum dentes mihi cadebant primulum. *Cic. 3. de Nat. deor.* Tertius Arsippi & Arsinoæ, qui primus purgationem alui, dentisque euulsionem, vt fetunt, inuenit. *Plin. lib.* 28. *c.* 11. Dentes mobiles confirmat ceruini cornus cinis, doloréque eorum mitigat, siue infricentur, siue colluantur. [Dentes cadunt (& pueris & senibus) *Sen. epist.* 84. Os amarum habeo, dentes plenos, lippiunt fauces fame, *Plau. Curc. sc.* 3. *a.* 2. Vt cum dentibus linguam excrees. *Plau. Amph.* Concisus pugnis, & illisis dentibus. *Idem ibidem.* Quibus dens desit, an sint morbosi, *Gell. c.* 2. *li.* 4. Cum calceatis dentibus veniam. *Plaut. Capt. sc.* 2. *a.* 1. Si non arriderent, dentes restringerent, vt canes irritatæ. *Plau. Capt. sc.* 1. *a.* 3. Dentibus frendere, Vide frendeo. Ne dentes dentiant. Vide Dentio.] ¶ Accipitur autem quandoque pro clau σωκοδοχικῶς. *Tib. lib.* 1. *El.* 1. Sed reserat fixa dente puella fores. *Germanicus in Prognosticis,* Qualis ferratos subiit clauicula fores. *Germanicus in Prognosticis,* Qualis ferraros subiit clauicula dentes, Succutit & foribus producit vincula claustris. ¶ Sed & omne quo aliquid teneri vel dissecari potest, solet dens appellari. *Virg. lib.* 6. tum dente tenaci Anchora fundabat naues. Hinc Bidens, Tridens, & huiusmodi. ¶ Dentes diuersa sortiuntur nomina. Qui enim primùm apparent apertis labiis, primores vocantur, & aduersi, lati & acuti, quibus cibus inciditur. τομίας κύνες, δηκάστορες, γναθμοί. Ipsi enim non cibo tantum & alimentis necessariis, vocis etiam sermonisque regimen tenent, concentu quodam excipientes ictum linguæ. [Hinc *Plau. Capt. sc.* 1. *a.* 1. Prolatæ res sunt nostris dentibus.] Qui verò sequuntur quasi rotunda specie acuti in modum serrati dicuntur: ab antiquis canini appellantur in quocunque animali, κυνόδοντες, καρχαρόδοντες. *Plin. lib.* 11. Lupi dexter canibus in magnis habetur operibus. Sequuntur maxillares dentes intimi, qui duplices sunt, cibúmque conficiunt, ob id molares dicti, γόμφοι. *Iuuenal.* intérque molares Diffícili crescente cibo. Genuini, σωφρονιστῆρες, nouíssimi nascuntur homini *vt ait Plinius.* Animalium aliis sunt dentes continui, vt homini, & equo: aliis exerti, hoc est, extra os producti, vt apro & elephanto. χαυλιόδοντες. ¶ Dentem dente rodere, dicitur qui carpit eum qui neque loqui queat, neque sentiat. Aut qui mordet pari mordacitate præditum quempiam. *Martial. libro* 13. in obtrectatorem quendam, - qui dente iuuabit Rodere ſ carne opus est si satur esse velis. [*Ouid. Eleg. vltim. lib.* 4. *Trist.* Nec iniquo dente momordit opus liuor. ¶ *Idem ibidem,* Hoc (tempus) tenuat dentem terram renouantis aratri.]

Dentio, is, ire, Dentes emitto. {ὀδοντάω, ὀδοντοφυῶ. GA. Produire des dents, en ietter dehors, comme les enfans à qui les dents viennent. IT. *Fare i denti.* GER. Zanen. HIS. *Endentecer los ninos.* ANG. *To breede teeth.* } *Pl. l.* 30. *c.* 3. Cinis eorum pueros tardè dentientes adiuuat cum melle. *Plau. in Mil.* [*sc.* 1. *a.* 1.] Venter creat omnes has ærumnas: auribus perautienda sunt, ne dentes dentiant.

Dentitio, Dentium emissio. {ὀδοντίασις. GA. La venue des dents. IT. *La venuta de denti.* GE. Das zanen/die herfürwachsung der zänen. HIS. *Aquella obra de endeinte, la venide de los dientes.* ANG. *A breeding of teeth.* } *Plin. lib.* 28. *cap.* 19. Infantibus nihil butyro vtilius per se, & cum melle priuatim & in dentitione, & ad gingiuas, & ad oris vlcera. *Idem alibi,* Dens lupi adalligatus infantibus, prohibet pauores, dentitionísque morbos. *Ibid.* Cerebrum viperæ illigatum pelliculæ dentitiones adiuuat.

Dentarpăgă, æ, instrumentum quo dens eximitur, Græci ὀδοντάγρας vocant. *Varro in quinquatribus.* Hic bipensiles forcipes, dentarpagæ. *Ex Nonio.*

Dentātus, Qui magnos habet dentes: qui & dentosus, dicitur. {ὀδοντώδης. GA. Dentu, qui a des dents. IT. *Dentato, dentoso.* GER. Der groß zän hat. HIS. *Cosa que tiene dientes.* ANGL. *That hath great or many teeth, toothed.* } *Pla.* [*Pſ. sc.* 4. *a.* 4.] Non ego te ad illum ducò dentatum virum. ¶ Dentatum etiam dicitur quod dentes habet, siue ij magni, siue parui sint. *Plin. lib.* 11. *cap.* 41. Caseus non fit ex vtrinque dentatis. *Martial. libr.* 1. Sic dentata sibi videtur Ægle Emptis ossibus, Indicóque cornu. ¶ Dentata charta. *Cic. ad Quint. frat. lib.* 2. Calamo, & atramento temperato, charta etiam dentata res agetur.

¶ Dentatus item M. Curij cognomen fuit, propterea quòd cum dentibus fuerit natus, *vt scribit Plin. li.* 7. ¶ Hinc edentatus, cui dentes sunt euulsi. *Macrob.* Edentatæ beluæ morsus. Similiter edentulus, νωδός, qui dentibus caret.

Denticŭlātus, ta, tum, Quod ferræ modo dentatum est. {ὀδοντωτόν. GA. Qui a comme des dents, en façon de scie, crené & croché comme vne scie. ITAL. *Fatto a denti.* GERM. Der vil zän hatt wie ein sagen. HIS. *Cosa dentada de pequenos dientes.* AN. *That hath teeth lyk the teeth of a sawe.* } *Plin.* Præterea bina brachia denticulatis forcipibus.

¶ Denticulatæ falces, *Columel. lib.* 2. *c.* 21. Denticulatur olus, *Plin. libr.* 26. *c.* 15.

Dentāle, Lignum, cui vomer arandi causa inducitur: sed pro vomere poni solet. {אתן *eth. γόμφ.* GA. Le coultre d'vne charrue. IT. *Dentale.* GE. Das holtz an dem pflug an welches man das wägeysen stosset: Item, das wägeysen. HIS. *El dental del arado.* ANG. *The share of a ploughe.* } *Virg.* 2. *Georg.* Binæ aures duplici aptantur dentalia dorso. *Col. li.* 7. Et dentalibus terram subigere, quo minoribus bobus id administrari possit.

¶ Dicitur etiam dens, vt Varro scribit, quòd eo quasi dente moleretur terra. ¶ Non ineſt illi dentale, γόμφος ἐκ ἔστιν ἀροτ. Dici consueuit de quopiam ad rem aliquam parum vtili, sumpta metaphora ab aratro, cuius pars est γόμφος. Et quoniam præcipua videtur, si absit, nihil confici potest aratro.

Dentātim, & Denticulatim, aduerbia, Significant ad similitudinē dentium. ὀδοντωδῶς, ὀδοντωδέλως.

Dentifrangĭbŭlum, Vox est à *Plauto* conficta pro quauis re, qua dentes confringi possunt. {ὀδοντόκλασις. } *Plaut. in Bacch.* Ne tibi hercle haud long è est os ab infortunio: ita dentifrangibula hæc meis manib: gestiunt. Reperitur & in genere masculino, *apud eundem in Bacchid.* Vale dentifrangibule. PI. Et tu integumentum vale.

Dentifricium, Medicamentum quo dentes fricantur, vt fiant candidi. {ὀδοντόπαμμα. GAL. Poudre, ou autre chose propre à frotter les dents. IT. *Nettadenti.* GER. Ein artzney mit welcher man die zän reibet daß sy weiß werden. HISP. *Los poluos para fregar dientes.* ANG. *Pouider or other thing to rubbe the theeth.* } *Plin. lib.* 28. *c.* 11. Dentifricia vtroqismodo fiunt. *Ibidem,* Et capitis eorū cinis dentifricium est. [Vsus est eo Apuleius, *Apolog. i. & Martial. epigram.* 56. *lib.* 14.]

Dentĭlŏquus, [vel vt emendat *Passerat.* Dentilegus.] Dictio Plautina est, Per dentes loquens, obesè loquens propter absentiam dentium, quos linguam includere & gubernare constat. Sic enim habet in *Captiuis,* [*sc* 1. *a.* 4. Dentilegos, aliàs.] Dentiloquos omneis mortales faciam, quencunque offendero: hoc est dentes loquentes, id est ex ore emittentes verborum loco: vt sit sensus, Illis adeò dentes concutiam, vt suis sedibus eiectos expuant. Sunt tamen qui legant *apud Plautum,* dentilegos: nonnulli Dentiloquos, quosdam populos interpretantur, in confinio Macedoniæ, cirantes illud *Liuij lib.* 9. *bel. Maced.* Itaque vnum tantùm moratus diem quietis eorum causa, quos habuerat secum in itinere: inde simili fuga in Dentiloquos transcurrit.

Dentiscălpium, Instrumentum quo scalpuntur dentes. {ὀδοντογλυφίς. GA. Vn curedent. ITA. *Stuzzadenti.* GER. Ein zanstocher/zangtubel. HISP. *Mondadientes para los limpiar.* ANG. *A piketooth.* } *Martial. lib.* 7. Bissenos triplices & dentiscalpia septem. [*Et Epigr.* 22. *lib.* 14.]

Dentex, *Colu. & Apicio* σιαιόδους, & σιαιδών, παρὰ τὸ σίνεσθαι καὶ βλάπτειν τοὺς ὀδόντας, quòd dentibus noxius sit, *teste Athen. lib.* 7. Piscis est marinus sargo & auratæ similis, cui caput magis compressum quàm auratæ vel pagro. Dentes singulis maxillis quaterni caninis similes, paruíque & exerti: pinnæ & aculei & squamæ & color Erythrini [vnde & ἐρυθροπώλιος; ab Epicharmo dictus est] ex albo enim tubescit, indéque à Numenio λάβρακι cognominatus est. In capite eius inuenitur gemma quæ synodontides *Plinio vocatur lib.* 37. *cap.* 10. Synodontides è cerebro piscium est. qui synotondes vocantur. *Vide eius naturam apud Ælianum lib.* 1. *cap.* 46. *Plin. lib.* 11. *cap.* 40. *Ariſt Hiſt. lib.* 9. *cap* 2.

Dēnsŭs, a, um, Firmum, compactum, quódq; partes habeat valde coarctatas. Dicitur, *vt Varro autor est,* à dentibus pectinis, quibus linteū & quæuis tela feritur & condensatur. { עב *hab.* πυκνὸς, δασύς. GAL. Espez, massif. ITA. *Spesso, denso,* GERM. dick. HISP. *Espesso.* ANG. *Thick, hard closed together.* } *Pli. l.* 10. *c.* 69. Liquidius audiunt talpæ obrutæ terra, tam denso atque surdo naturæ elemento. [*Tib. lib.* 4. Pro te (ausim) vel solus densis obsistere turmis. *Ibid.* Cuique pecus denso pascebant agmine colles *Ibid* Densa tellus absconditur vmbra. Nec quadrupes densas depascitur aspera syluas. *Item,* Sub denſis vmbris. *Catull.*] ¶ Contrà, rarum dicitur, in quo interuallis frequentibus laxior partium videtur esse coniunctio: κενὸν.

Dēnso, as, Cogo, spisso. {עבה *hibbáh.* πυκνόω, σωματοποιῶ. GAL. Espessir, serrer ensemble. ITA. *Spessire, condensare.* GER. Dick machen. HIS. *Espessar o hazer espesso.* ANG. *To mak thick, to thicken. Virgil. 2. Georg.* & Iupiter humidus Austris Densat, erant quæ rara modò, & quæ densa relaxat. *Liu. 8 bel. Pun.* Subsidunt Hispani aduersus emissa tela ab hoste: inde ad emittenda ipsi consurgunt: quæ quum Romani conferti, vt solent, densatis excepissent scutis: tum pes cum pede collatus, & gladiis geri res cœpta est.

Dēnsĕo, es, ere, Coire, coagulari. {עבה *habáh.* πυκνόομαι. GAL. S'espessir. ITA. *Ispessire, condessare.* GERM. Dick werden HISP. *Espessar.* ANG. *To waxe thick or to congele.* } *Plin. lib.* 20. *cap.* 14. Ipsa accersere, aut coire, denseréque lac non patitur. Legitur etiam in actiua significatione pro densare: πυκνοῶ. *Virg.* 7. *Æneid.* Agmina densentur campis. Sic enim legit *Seruius.* ¶ Hinc condenseo compositum, quod & ipsum actiuam habet significationem. *Lucret. lib.* 1. Quòd si forte aliquis, cum corpora diffluēre, Tum putat id fieri, quia se condenseat aer.

Dēnsātio, onis, Coactio. {מעבה *maabéh* πύκνωσις. GAL. Espessissement. ITA. *Ispessamento, ristringimento.* GER. Dick machung. HISP. *Espessura.* ANG. *A waxing thick or congealing.* } *Plin. lib.* 31. *c.* 7. Prima densatio Babylone in bitumen liquidum cogitur.

Dēnsē, aduerbium { πυκνῶς. GALL. Espessement. ITAL. *Spessamente.* GERM. Dick/oder dicklecht. HIS. *Espessamento.* ANG. *Thick and close together.* } *Plin. lib.* 16. *cap* 37. Cæsæque densiùs innumero hærede prosint. *Ouidius de Pon.* Nulla tamen subeunt mihi tempora densiùs istis.

Dēnsĭtās, Crassitudo, spissitudo. {עבי *habí* πυκνότης. GAL. Espessissement. ITA. *Ispessamento.* GER. Dicke. HIS. *Espessura.* ANG. *Thickeneſſe.* } *Plin. lib.* 11. *c.* 3. Quamuis arcente spiritum densitate, & altitudine humoris.

Dēntātē, Dentatus. Denticulatus. *Vide* Dens.

Dēnūbo, bis, Nubo. {חתנה *hithchattén.* γαμέω, γαμίσκω. GAL. Se marier à quelq'vn. ITA. *Maritarsi, giungnersi in matrimonio.* GER. ein man nemmen/sich mit einem mann in denn eestand begäben. HIS. *Casarse la muger.* ANG. *To be maried to some man.* } *Apuleius lib.* 2. *Apol.* At tu dum eam putas etiam nunc claro fratri tuo denuptam, falsa spe inductus, filio eius Pontano autor assentiendi fuisti. *Tacit. lib.* 5. Tot luctibus funesta ciuitate, pars mœroris fuit, quòd Iulia Drusi filia denupsit in domum Rubelli Blandi. [*Sueton in Neron. cap.* 29. Cui (Doryphoro) etiam, sicut ipsi Sporus, ita ipse denupsit.] ¶ Per translationem etiam vites nubere dicuntur, infirmioréque plantæ, quum arboribus firmioribus associantur. *Columell. lib.* 10. Semina depositis cupiunt denubere plantis.

Dēnūdo, penult. product. Spolio, nudum reddo. {ערה *eháschaph.* γυμνόω. GALLIC. Desnuer, mettre nud. ITALI. *Spogliare, nudare.* GER. entblössen/nackend außziehen. HISP. *Desnudar,* ANG. *To make naked.* } *Plin. lib.* 11. *cap.* 22. Vt denudet fœminam vestis bombycina. *Cicer. lib.* 7. *in Verr.* Excitetur Verres, ne denudetur à pectore, ne cicatrices, populus Romanus aspiciat. [*Senec. cap* 15. *De Tranquill.* multa sunt, quæ denudent fictos. *Liuius lib.* 2. *dec.* 5. *& lib.* 4. *dec.* 5. Denudare iudicia sua.]

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

[Denumero,as,are,*Plau.Asin.sc.4.a.2.*Si vis istuc argentum mihi denumerare.]

Dēnūntĭo,as,Futurum al quid nuntio,prænuntio,prædico.{חגיד *highghidh.*ἀπαγγέλω,προαγγέλω.GAL.Denoncer,annoncer,aduertir.ITA.*De nonciare,far noto.*GERM Verkundigen/etwas kunfftigs ansagen HISPA. *Denunciar.*ANG.*To denounce,to foreshew or warne.* } *Cic.de Senect.* Quomodo Carthagini malè diu cogitanti bellum inferatur, multo antè denuntio. *Columella,*Sin autem cæli status frigidus & pruinosus,hyemis violentiam denuntiat,in Idus Februarias hanc curam differemus.*Cic.1.Tusc.*Nos verò siquid tale acciderit,vt à Deo denuntiatum videatur,vt ex eamus è vita,læti,& gratias agentes pareamus. ¶Ponitur aliquando pro indico,iubeo,impono.*Cic.pro Sex.Rosc.*Non putasti me familiarissimis tuis testimonia denuntiaturum.[*Item,*præcisè denunciare.*Idem Cic.4.Verr.& apud Fabium,lib* 5.Item , *Suet.in Tib.cap.*27. Denunciauit ne se amplius contumeliæ causſa nominaret.*Quintil.*Denunciare lege testimonium. ¶Denunciata cædes,pro prædicta,*Suet.in Cæs.cap.*81.]¶Aliquando pro palàm dico,significo,ostento.*Idem pro Quint.*Procuratorem se esse denuntiat. *De re aliqua denunciare. *Cic pro Cecinna,* Postea cur Eburi de isto potius fundo quàm de alio(si quem habes)Cecinnæ denuntiabas , si Cecinna non possidebat.

Dēnūntĭātĭo,onis,Prædictio.{בהרה *beforáh.*προαγγελία.GAL.Denontiation,aduertissement,annoncement de quelque chose à venir. ITAL. *Annoncio,auuertimento.*GERMA.Verkundigung/weyssagung. HISP.*Denunciation* ANGL.*A denunciation or fore warning.* } *Cic.2.de Diuin.* Quę est enim istaà diis profecta significatio,& quasi denuntiatio calamitatum.¶Denunciatio,minæ.*Plin.ad Priscum lib.6.Epist.* Quanquam quid denuntiationibus,& quasi minis ago? *Cæsar 3.bell.Ciuilis,* Quum neque pollicitationibus, neque denuntiatione periculi permouere posset,oppidum oppugnare instituit.[*Suet.in Aug.ca.*66. Denunciationes accusatorum.*Et Velleius* , Denunciatione quietis territus.i.somnii monitu.]

Dēnŭo,aduerbium,de nouo,de integro. {עור *hodh.*ξέπαφχής.GAL. Derechef,encores.ITAL.*Di nuouo,un' altra fiata.*GERM. Widerumb/ auff ein newes HISPANI.*De este començo ò de nueuo* ANG. *Againe,eftsoones.*}*Plaut.in Amph.*Si denuò pultaueris.*Liu.*10.*bel.Pun* Fabius in Hetruria rebellante denuò , quatuor millia & quingentos Perusinorum occidit.[*Plaut.Most.sc.*3.*a.*1.Nisi te denuò liberasset. *Idem Men. sc.*2.*a.*5.Ecce Apollo denuò me iubes facere impetum.*Idem Moste.sc.* 2.*a.*1.Ædificantur ædes totæ denuò:& *Capt.sc.*1.*a.*2.Redire ad parentes denuò.*Idem Amphitr.* Vult denuò pallium detexere. Etiam denuò? Quoties tibi dictum vis? Non denuò?(id est,sæpius.)*Plau.Amph. sc.*2.*a.*4 Nec vnquam denuò parentibus cognitos.(id est,postea) *Ibi. sc.*3.*a.*4.]

DĔO,æui, Ceres à Græcis appellatur: *παρὰ τὸ δίδειν, τὸ βλέπειν* , eò quòd frugum fuerit inuentrix. { GERM Die Ceres/ein göttin oder erfinderin des getreids.}Hinc Deois patronymicum filia Deûs, quæ est Proserpina.*Ouid 6.Metam.* Addidit vt Satyri celatus imagine pulchram Iuppiter implerit gemino Nycteida fœtu,Mnemosynem pastor , varius Deoida serpens.

Dĕŏcco,as,are.Occo {βωλοκοπέω.GA.Herser la terre,esmoter.ITA.*Arpegare la terra.*GER.Das erdtrich eggen.HISP.*Quebrantar los terrones.* AN.*To harrow.*} *Plin.li.*18.*c.*15.Vicia non sarritur,non stercoratur,nec aliud quàm deoccatur.

Dĕōnĕro,ras,rare,Onus depono,exonero.)(Onero {הקל *hekál.*ἀποφορτίζω.GA.Descharger.IT.*Scaricare.*GE.entladen/abladen.HI.*Descargar.* AN.*To make light,to put of a lode or burden* } *Cicero per translationem,*1. *Verr.*Quid quum commiserant,conqueri,& exillius inuidia deonerare aliquid,& in te traiicere cœperit?

Dĕōro,pro Peroro nonnulli vsurpant. {ὁπλέγω. & deoratum pro peroratо scripserunt,*vt Pompeius Festus testatur* .

Dĕōrsum,)(Sursum. { למטה *lemattáh.*κάτω.GALLI.Contre bas,en allant en bas.ITA.*Ingiu.di sotto.*GERM.Niderfich/ vnderfich. HISPA. *Hazia baxo.*ANG.*Downeward,beneath,alowe.*} *Plaut.Amphitr.*Deuolant angues iubati deorsum in impluuium duo. [*Plaut.Aul.sc.*4 *a.* 2.Si deorsum comedent quicquid coxerint (in puteo coqui.) *Ibid.sc.* 6.*a.*1.Ego me deorsum duco ex arbore. *Et Senec.cap.*11.*de Tranquill.* Sursum ac deorsum res cuntes.]*Cic.1.de Nat.Deor.*Ait atomum,quum pondere & grauitate directo deorsum feratur, declinare paululum. ¶Capiuntur tamen ambo pro Vltro,citróque, *δεῦρο καὶ κάτω,ἄνω κάτω. Terent in Eunuc.* Sex ego te totos Parmeno hos menses quietum reddam,ne sursum deorsum curſites. Tractum ab Athenarum situ,cuius portus in imo,vrbs verò in editiore loco sita erat.*Modò trisyllabum, modò dissyllabum ponitur à poetis.*Luc.li.*2.Quin vacuum per inane deorsum cuncta ferantur *Ibidem,*Corpora quum deorsum rectum per inane feruntur.

Dĕōsculŏr,Osculor.{נשק *naschák* εὐλογῶ.κατασπάζομαι.GAL Baiser.IT. *Basciare.*GE.Kussen HI.*Besar.*AN.*Tokisse.*}*Mart.lib* 8. Hos amplectitur, hos deosculatur.

Dēpācīscŏr,eris,siue depecisor.Pacisor.{יעד *iaádh* קיים *kijjam* συντίθεμαι.GA Faire paction,accorder ensemble,conuenir,ou conuenancer.IT.*Patturire,far patto.*GE Ein vertrag oder packt machen HI.*Hazer pacto.*AN.*To make a couenant or league.*} *Cic.pro Sext.Rosc.* Ipse sibi tria prælia depactus est.*Idem 3.Ver.*Nec antè dimissus,quàm ad conditiones eius depactus est.*Cicer. Attic.* In quo non extimesco periculum: quum enim tot mala impendeant,cur non honestissimè depacisci velim?*Ter.in Phor.*Ita me dij amẽt,vt mihi liceat tandiu,quod amo,frui, iam depacisci mortem cupio.Quidam tamen in omnibus hisce locis depecisci legunt,& depectus,vt differat à depactus,quod participium est à depango.[*Apud Gell.c.*1.*li.*20.legitur Depacisci.]

Dēpactŭs,part.à Depacisor,vel Depectus.à Depecisor.{συνθεσιμός.] *Vlp.in L.Et generaliter.*§.1 *ff de Calumniatorib.*Hoc igitur edicto tenetur etiam is qui depectus est Depectus autem dicitur turpiter pactus. Quædam exemplaria legunt Depactus.

Dēpălmārĕ,Palma percutere.[*Gel.c.*1,*lib.*20.]{κολαφίζειν.GA.Souffleter, bailler du plat de la main sur la ioue,empaumer.IT. *Dar guanciate.* GER Mitt der flachen hand einem in das maul oder angesicht schlagen.HI. *Abofetear.*AN.*To beat with the palme of the hand.*}*Gell.*Quemcunque depalmauerat numerari statim secundo duodecim tabulas viginti & quinque asses iubebat.

Dēpīngo is,Plato,insero,humi defigo.{מעך *maháech.*καταπήγνυμι GA. Ficher,attacher.IT.*Plantare,ficare in terra.* GE.Zu den boden ein was schlagen oder stecken HI.*Plantar,hincar en tierra.* AN.*To fixe,or fasten in the ground.*} *Col.li.*4. Deinceps pastinatur malleolus vitibus inferendosque;eúmque sat erit medio spatio, quod vacat inter vites, per vnam lineam depingere.

Dēpāctŭs,{מעוך *maháech* κατατηγείς.GAL Fiché en bas, planté en terre.ITAL.*Fitto in terra,piantato.*GERM Zu das erdtrich gesteckt HISP. *Plantado,hincad in tierra.*ANG.*Fastened in the ground.*}*Plin.li.*16.Sed in hoc prouidens natura facilè nascendi & depacto surculo incuriosius semen dedit.

Dēpărcŭs,a,um,Parcus.{כילי *chilái.*φειδωλός GA.Fort chiche & eschars. ITA.*Troppe parco.*GERM.Zu viel targ.HISP.*Muy escasso ò guardoso.*AN. *A great niggard.*}*Suet.in Ner.*Sordidos & deparcos putabat,quibus ratio impensarum constaret.

Dēpāsco,is,Pascendo absumo. { כער אבל *biháar abhál.*κατανίμομαι. GALLIC.Paistre,manger l'herbe,& ce qui y croist.brouter. ITAL. *Pascere,consumare pascendo.*GERM.Abweiden/abätzen. HISPA. *Pascer el granado,gastar pasciendo.*ANGLI.*To eat vp as a beaste,to feade.*}*Col. lib.*7.*c.*5.Si hœdi roscidas herbas depauerint. ¶Pro eodem etiam habemus Depascor verbum deponens.*Plin.lib.*11.*ca.*19. Nam & papilio ceras depascitur.[*Tib.li.*4.Nec quadrupes densas depascitur aspera syluas.]

Depascere transitiuè pro depacisci facio. *Colum.lib.*2.*cap.*11. Et si depascere sæpius voles.*lib* 10.*titul.*4.*l.*9. Glans ex arbore tua in fundum meum incidit,eam ego imm.sso pecore depasco,id est,facio depascere.

Dēpastŭs,a,um,particip.quod interdum passiuè accipitur. {אכל *uchchál.*νεμηνώτος,νεμηθείς.GALL.Paissu,mangé,brouté. ITAL.*Pasciuto, mangiato.*GERM.Abgeweidet/abgefressen.HIS. *Pascido.*AN.*Eaten vp as with beastes.*}*Plin.lib.*17.*c.*24. Depastam arborem turpi facie telinquunt.Interdum actiuè , vt Apis depasta florem thymi *apud Claud.*2. *de Raptu Proserp.*

Dēpāstĭo,onis.{תבערה *tabberáh.*ἐκφόρτωσις,νομή GAL.Paissement de bestes,broutement.IT.*Pascolo.*GE.Abetzung/abweidung His. *Pascedura de ganado.*AN.*A feeding or eating vp of beasties.*}*Plin.li.*17.*c.*28. Similem rationem & depastio animalium habet.

Dēpaupĕro,as,are,Exhaurio,pauperem facio. {רושש *roschésch.* πένα ποιέω.GALLIC.Apourir,faire poure.ITAL.*Far povero.*GERM. Arm machen/zuarmen tagen bringen HISPAN. *Empobrecer à otro.* ANGL. *To mak poore,to impouerish.*}*Varr.* Priusquam domum depauperasset sum pru suo.

Dēpĕcīscor,Depectus,συντίθεμαι.*Vide* DEPACISCOR.

Dēpĕcto,ctis,xui,vel xi,xum, Pecto. { גלש מרש *marásh.*κτενίζω.GALL. Peigner,abatre auec le peigne. ITAL. *Pectinare diligentemente.* GERM. Absträlen/fleissig abstrigten. HISPAN. *Peynar,diligentemente.*ANG.*To kembe or t imme heare.*}*Gellius cap* 15 *lib.*10.Depectere capillum.] *Colum.lib.*10. Punicea depexa coma,sed lactea crure est.Crines depectere.*Ouid* 5.*Fast.*[Nec mihi detonso crines depectere buxo.]Depectere frondicium,canitiem.*Plin.lib.*6.*cap.*17. ¶Interdum idem quod pectendo aufero,ἀποκτενίζω. *Virgilius* 2.*Geo.gic.* Velleráque vt foliis depectant tenuia Seres. ¶ Depectere siue depexum reddere. Frequens est apud Comicos pro demulcere verberibus, siue molle reddere.

Dēpĕxŭs participium. Pexus.{מרוש *marút.*κτενισθείς.GALL.Peigné.IT.*Pettinato,mal trattato.*GER Gesträlet.HISP.*Peynado.* ANGL.*Kembed.*} *Ouid.li.*3.*Fastor.* Depexi crinib.Indi. [*Ouid.*3.*Fast.* Depexus interea Liber depexos crin bus Indos vincit.]*Idem de Arte amand. li.*1.*de equis.* Iubæ depexæ.

¶Depexum aliquem reddere per translationem,pro inuolare in capillum,& percutere.*Teren.Heau.Nonius* depexum laceratum interpretatur.*Perottus* hoc loco depessum legit à pando vel à patior,id est,laceratum.Quòd si depexum legamus,inquit,significabit cultum,& pexas vestes indurum:dictúmque erit à contrario sensu.

Dēpĕxo,as,frequentatiuum. *Terent.in Heauton.* Egóne? si viuo,adeò exornatum dabo,adeò depexum, vt dum viuet , meminerit semper mei.

Dēpĕcŭlŏr, pen.prod. ex de & peculor,furor & compilo Remp.cuius diuitiæ quemadmodum & hominum priuatorum, primis temporibus in pecoribus constabant.{בזז *bazáz.*καλίλω,συλάω. GA. Piller & desrober.ITA.*Spogliare,robbare.*GER Stälen/rauben. HIS. *Hurtar como las rruentas del Rey,despoſar.*AN.*To robbe,to vſe extortion.* } *Cic.in Diui.in Ver.*Quibus in prouinciis multas domos,plurimas vrbes,omnia fana depeculatus. ¶Aliquando tamen & de priuatarum rerum furto dicitur.*Idem 6.in Ver.*Apollonium Drepanitanum omni argento optimè facto spoliasti ac depeculatus es.Transfertur etiã ad incorporea.*Ibidem,*Cur pro isto qui laudem , honorémque familiæ vestræ depeculatus est pugnas?

Dēpĕculātŏr,oris,Fur Reip.{בוז *bozéz.*συλητής.GALL.Pilleur , desrobeur.ITA.*Pellatore,rubbatore.*GER.ein dieb/rauber/der eim das sein stilt. HIS.*Hurtador como de las rentas del Rey.*ANG.*A robber, an extortioner.*}*Cic.*2.*Verr.* Adduxi enim hominem in quo reconciliare amicitiam iudiciorum amissam,redire in gratiam cum pop.Rom.satisfacere exteris nationibus possitis:depeculatorem ærarij, vexatorem Asiæ atque Pamphiliæ , prædonem iuris vrbani, labem atque perniciem prouinciæ Siciliæ.

Dēpĕllo,is,depuli,pulsum,Abigo,auerro,remoueo.{נרח *nadhách.*ἀπελαύνω,ἀπώθομαι,ἐκποδὼν ποιέω.GA.Pousser hors,dechasser,debouter,mettre hors par force.ITAL.*Discacciare,scacciare,remouere.*GER.Abtreiben/vertreiben HISPA.*Empuxar de algun lugar.*AN.*To put or chasse away,to thrust out by force.*}*Cic.*3.*de Leg.* Quid iam de Saturnini supplicio,reliquisque dicam? quos ne depellere quidem a se sine ferro potuit Resp.*Lact.lib.*2. Inueteratos depulimus errores, *Cicer. in Catil.* Non facile tantam molem mali à ceruicibus nostris depulisset.

¶ Depellere agnos à lacte,est ablactare & à lacte remouere.ἀπογαλακτίζειν.*Virg.*7. *Eclog.* - nec Phillida habebam ,Depulsos à lacte domi quæ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quæ clauderet agnos. Pro eodem etiam dicamus depellere à matre. *Varro 2. de Re ruſt.* Quũ depulſi ſunt à matrib. agni, adhibẽda diligentia, ne deſiderio ſeneſcant. ¶Item depellere abſolutè. *Virg. 1. Eclog.* -quo ſæpe ſolemus Paſtores ouium teneros depellere fœtus. ¶Depelli portenta dicuntur, quum mala quæ ex iis fiant, precibus, ſuppliciis, religione & deorum cæremoniis fugantur: ἀποτρέπεσθαι.

Dēpŭlsŭs, part. c. Detectus. {נדח *ni ldách.* ἀπωσμένος, ἀποδεδειμένος. GAL. Depouſſé, chaſſé, repouſſé. ITA. *Cacciato, & ſpinto via.* GERM. Abgeriben/verſtoſſen. HIS. *Empuxado de algun lugar.* ANG. *To put downe, to thurſt oue by force.*} *Cic. 2. de Nat. Deor.* Atque is agitatione & motibus linguæ quum depulſum & quaſi detruſum cibum accepit, depellit. ¶Interdum accipitur pro ablactato. *Virgil. 3. Eclog.* Dulce ſatis humor, depulſus arbutus hœdi. [*Sueton. in Tiber. cap. 44.* Depulſi lacte pueri.]

Dēpŭlſo, as, are, frequentatiuum. {πυκνὰ ἀπωθῶ, πολλὰς ἀποκλείω. *Plaut. Stichо,* Cubitis depulſa denia.

Dēpŭlcŭs, participium antiquum, pro depulſus: ſicut pultare pro pulſare. *Autor ad Heren.* Si præceps in Neptunias depultus erit lacunas.

Dēpŭlsĭo, onis, Auerſio, propulſatio. {מרוח *maddúach.* ἄπωσις. GAL. Repouſſement, dechaſſement, deboutement. ITA. *Eſſo cacciare & ſpingere via.* GER. Abtreibung / verſtoſſung. HIS. *Empuxamiento de lugar.* ANG. *A putting away, or remouing.*} *Cic. 4. Acad.* Omnium deinde inanium viſorum vna depulſio eſt. *Idem 2. de Fin.* Nos beatam vitam non depulſione mali, ſed adeptione boni iudicemus.

¶Depulſio etiam inficiationem ſignificat, quòd reus obiectum crimẽ negans, illud à ſe depellere videatur. *Autor ad Herenn.* Intentio: Occidiſti Aiacem: Inficiatio: Non occidi. *Cic. de Inuent.* Intentionis depulſionem ſignificat.

Dēpŭlsŏr, verbale, Expulſor, q. depellit. {נדח *nodhéach.* ἀπωθῶν, ἀπαγωγός. GAL. Qui chaſſe & reiette, dechaſſeur. ITA. *Chi caccia alcuno.* GER. ein abtreiber/vertreiber oder vertreiber oder verſtoſſer. HISP. *Empuxador de lugar.* ANG. *He that repelleth or putteth away.*} *Cicer. 2. Philip.* Depulſor dominatus quia m particeps eſſe maluit.

Dēpĕndĕo, des, Pendeo, ſiue de re aliqua pendeo. {תלה *taláh.* ἀποκρέμαμαι. GAL. Dependre ou pendre de quelque lieu. ITAL. *Pendere, dipendere.* GER. an einem ding vnderſich hangen. HISP. *Eſtar colgado de arroba.* ὸ *ſoſpeſſo.* ANG. *To hange downe.*} *Colum. lib. 4.* Sed ſi per vnamquanque pampinum maior numerus vuarum dependeat. [*Ouid. 3. Faſtor.* Diſcedunt dubij, promiſſáq; tarda vidẽtur: Dependẽtq; fides adueniẽte die. *Plaut. Aſin. ſc. 2. a 2.* Nec depẽdes, nec propẽdes. *Et Liuius lı. 2. d. 5.* Laqueo depẽdentem inuenere.] ¶Aliquando eſt ſuſtentari, quum ſcilic. vita aut ſalus noſtra in manu alicuius eſt ſita. ἀπαρτῶμαι. *Cic.* Omnis illorum ſalus à noſtra ſalute dependebat.

*Fides dependet adueniente die. Hoc eſt pendet de adueniente die. Id eſt, habendáne ſit fides verbis, an non, declarabit craſtina dies. *Ouid. 3. Faſt.* Diſcedunt dubij, promiſſáque tarda videntur: Dependétque fides adueniente die. De Numa Pompilio qui in concione Romanis promittebat, Iouem ſequenti die pignus imperij futuri daturum illis.

Dēpĕndo, dis, ferè pro ſimplici Pendo ponitur, quod propriè ſignificat pondero. {שקל *ſchakál.* ἐκτίνω, ἀποτίνυμι. GAL. Bailler à poids, peſer. ITA. *Peſare, ponderare.* GER. Wägen mit aufwägen bezalen HISP. *Peſar, pagar pena ὸ penſion.* ANG. *To weigh, to poize, to paye.*} Et quoniam Romani eo tempore quo ære graui vtebantur, non numerabant pecuniam, quemadmodum hodie: ſed ponderabant ſtatêris, factum eſt vt adhuc, quanuis numeratione frequentius vtamur, manſerint tamen hæ loquendi formulæ, Pendere vectigal, pendere tributum, hoc eſt, numerare vel ſoluere. Eodem modo per compoſitum loquimur, Dedere pretium, Dependere ſummam. *Cic. lib. 1. Epiſt.* Dependendum tibi eſt quod mihi pro illo ſpopondiſti. *Idem Attic. lib. 1.* Mihi abiurare certius eſt quàm dependere. ¶Dependere caput felicibus armis dixit *Lucanus libro octauo,* pro eo quod eſt victoriæ adipiſcendæ cauſa vitam profundere. Dependere pœnas, eſt ſoluere. *Cic. in Catil.* Deniq; ipſum latorem legis Semproniæ iuſſu populi pœnas Reipublicæ dependiſſe.

Dēpĕrdo, is, Amitto, perdo. Caius ſcribit deperditum dici quod in natura rerum eſſe deſiit: diminutum, quod vſu raptum eſt, {אבד *ibbádh.* ἀπόλλυμι. GAL. Perdre. ITA. *Perdere.* GERM. Verlieren. HISP. *Perder.* ANG. *To loze.*} *Cic. 5. Tuſc.* Qui timebit nequid ex his depereat, beatus eſſe non poterit. *Caſ. 1. bell. Gall.* populi Romani hanc eſſe conſuetudinem, vt ſocios atque amicos non modò ſui nihil deperdere, ſed gratia, dignitate, honore, auctiores eſſe velit. *Cic. pro Cecin.* Quum de iure ciuitatis nihil potuerit deperdere.

Dēpĕrdĭtŭs, penult. corr. participium, Perditus. {אבד *obédh.* ἀπολελημένος, κεκωθηκὼς. GAL. Perdu & gaſté, affligé extremement. ITA. *Perſo, & guaſto, grandemente afflitto.* GERM. Verloren/hefftig bekummeret HISP. *Perdido, muy afflegido.* ANG. *Loſt vterlie vndoone.*} Amore alicuius deperdita mulier, in Domit. Letho gnatæ deperdita mater, id eſt, propter mortem filiæ peſſimè affecta, vt & ipſam periiſſe putes. *Catul. in Argon.*

Dēpĕrĕo, ris, ex de & Pereo, Pereo. {אבד *abádh.* ἀπόλλυμαι. GAL. Perir du tout, mourir. ITA. *Perire, morire, capitar male.* GERM. Gantz vnd gar verdarben. HISP. *Mucho ſer perdido y perecer.* ANG. *To peruh, to die.*} Deperierunt naues. *Cæſar 5. bel. Gal.* Scheda ne qua depereat. *Cicer. Attic. lib. 1.* Decor lacrymis deperit. *Ouid. Epiſt. 12.* ¶Deperire, pro mori. *Cic. in Topic.* Si is cui vſusfructus legatus eſt, deperiſſet. [*Et Caſ. lib. 3. de bell. ciu. & Gell. cap. 6 lib. 3.* Deperire ad internecionem (id eſt perire.)] *Colum. lib. 4.* Nos tamen plus quatuor millibus conſerimus, quia negligentia cultorum magna pars deperit.

¶Quandoque eſt impatienter amare. {ὑπερμαίνεσθαί τινι. ANG. *To be exceading he in lone with one.*} *Plaut. in Caſ.* Hic ipſius Caſinã deperit. *Idem Mil.* Meretricem ingenuam deperibat mutuò [*Plau. Cure. ſc. 1. a. 1.* Ea me deperit. *Plaut. Pſeud. ſc. 5. a. 1.* Tibicinam, quam tuus gnatus deperit. *Plaut. Amphit.* Hic te efflictim deperit. *Idem Plaut. Aſin. ſc. 1. a. 3.* Illos, qui dant, derides: eos, qui deludunt, deperis. (h. e. perditè amas. vſque ad interitum amas.)]

*Deperiturus, Partieip. futurum, *apud Ouid. 2. Amor. eleg. 14.* Si mos antiquis placuiſſet matribus idem, Gens hominum vitio deperitura fuit.

Dēpĕſco, is, ſcui, πομίζω, ſignificat pecus deduco, vt compeſco, συνέχω vt diduco, & paſco, & in vno loco continuo.

Dēpĕſſus, a, um, ſiue à patior, ſiue à pando fiat, laceratus dicitur. *Ter.* Egó neſi viuo, adeò exornatum dabo, adeo depeſſum, vt vſque dum viuat, meminerit mei.

Dēpĕſta, Vaſa vinaria erant, quæ ſacris Sabinis in deorum menſa collocari ſolebant. Depeſta item fœm. gen. poculi genus eſt apud Græcos. *Vtriuſque autor eſt Varro lib. 4. de lingua Latina.*

Dēpĭlēs, pen. cor. Qui ſunt ſine pilis. {ממרטים *nimratim.* ἀπέτριχες, ψιλοί. GA. Qui ſont ſans poil. ITA. *Senza peli.* GERM. Kal/die kein har haben: HI. *Lampiños ò ſin pelos.* AN. *which ar pilled, bare without heare.*} *Varr. lib. 1. de vita populi Rom.* Quod ludis præſulis pueri eſſent glabri ac depiles propter ætatem.

Dēpĭlātŭs, pe. pro. {ממרט *nimrat.* ἐκπεπτερωθείς. GAL. Pelé, à qui on a oſté le poil. ITA. *Priuato de peli, ſpelucciato.* GERM. Gerupt/dem das har auß gerupt iſt. HIS. *Lampiño, pelado.* AN. *Pilled, male bare.*} *Mart.* Quum depilatos Chreſte coleos portes. Carmẽ eſt iambicum trimetrum, quod iambicum habet in ſecunda ſede. ¶Item rarefacio. *Luc. lib. 29.* Nato quid actum eſt omnes depilati ſumus, id eſt rarefacti, *vt interpretatur Nonius.*

Dēpĭngo, gis, ere, Pingo, deſcribo. {חקה *chakáh.* καταγράφω. GA. Depeindre ſelon vn patron. IT. *Depingere.* GE. Abmalen HI. *Bien pintar.* ANG. *To paynte or drawe the ſhape of a thing.*} *Cic. 3. de Orat.* Pamphilúmque neſcio quem ſinamus in inſulis tantam rem tanquam pueriles delicias depingere. Manus obſcœnas depinxit tabellas. *Propert. lib. 2.*

¶Depingere verbis rem aliquam *Plau. Pœn.* Formam quidem hercle verbis depinxiſti. *Cic. 2. de Finibus,* Pudebat te, inquam, illius tabulæ quam Cleanthes ſanè commodè verbis depingere ſolebat. Depingere facta alicuius. *Terent. in Phorm.* Propè eorum facta imprudens depinxit ſenex.

¶Depingere cogitatione. *Cic. 4. Acad.* Vt & ea declarant, quæ cogitatione depingimus. *Idem 1. de Nat. Deorum,* Magnam deorum turbã congregat ignotorum deorum, atque ita ignotorum, vt eos ne coniectura quidem informare poſſimus: quum mens noſtra quiduis videatur cogitatione poſſe depingere.

Dēpĭctŭs, participium. {מחצה *mechukkéh.* καταγεγραμμένος. AN. *Paynted.*} *Ouid. lib. 6.* Tabella depicta.

Dēplāngo, Plango, vel vehementer plango. {נהה *naháh.* κόπτομαι. GA. Mener grand dueil en ſe frappant & tourmentant. IT. *Piagner aſſai.* GER. Groß trauren vnd hertzleid haben / innigklich beweinen. HI. *Mucho plañir y llorar.* ANG. *To lament and bewaile greatly. Ouid. 4. Faſtor.* Cad meida palmis Deplanxêre domum ſciſſis cum veſte capillis *Idem lib. 14.* -& ipſa ſuis deplangitur Ardea pennis.

Dēplāno, as, pen. prod. Complano, Planum facio. {שוה *ſchivváh.* ἐξομαλίζω. GALL. Aplanir, eſgaler. ITA. *Spianare.* GERM. Ebnen/eben machen: HI *Llanar.* ANG. *To make euen and equall.*} *Lactant. lib. 4.* Ego ante ibo & montes deplanabo.

Dēplānto, as, quod plantatum erat euello. {נתש *nathásch.* ἐκφυτεύω GAL. Deplanter, prendre d'vn lieu, & planter en l'autre. ITA. *Suellere, ſpiantare.* GER. Etwas gepflantzet außjetten/außſetzen. HISP. *Arancar lo plantado.* ANG. *To tak vp that which was planted.*} Sed vtraque infirmiſſima, & quæ cortice nituntur tantùm, vel leni aura ocyſſimè deplantantur. *Col. lib. 2.* Ne aut cornu boſ ad ſtipitem vehementiùs offendat, aut extremo iugo truncum delibret, ramúmque deplantet.

Dēplĕo, ples, Exhaurio. {קדח *ḥaráh* בק *bak* חריק *herik.* καταπλήσσω. GA. Deſemplir & ſuruuider. IT. *Votare, euacuare.* GER. Abſchutten/außlaren. HISP. *Vaziar lo lleno.* ANGLIC. *To make voyde and emptie.*} *Columel. lib. 12. cap. 56.* Conchæ ferreæ quibus depletur oleum. *Papinius;* Da mihi ſi veteres digno depleuimus hauſtu, Da fontes mihi Phœbe nouos. *Cato de Re ruſtic. capit. 64.* Oleum ſi poteris bis in die depleto.

Dēplōro, as, pen. pro. Lamentor, conqueror. {ספד *ſaphádh* קונן *konén.* ἀποδύρομαι, κλαίω. GALLI. Deplorer, plaindre & ploter. ITA. *Lamentar, piangendo piagnere.* GERM. Beweynen. HIS. *Llorar mucho y con lamentacion.* AN. *To morne and weepe for a thing.*} *Cic. in Catone,* Non libet deplorare mihi viram, quod multi & indocti ſæpe fecerunt. *Et lib. 2. Off.* Admonebat me quoque res vt hanc quoque intermiſſionem eloquentiæ deplorarem: niſi vererer ne de meipſo aliqua videret queri.

¶Aliquando eſt plorandi finem facio: vnde deplorata cadauera dicebantur, quibus vltimus luctus perſolutus erat. *Liu. 4. ab Vrbe,* Ante omnia deplorati erant equites, non priuato magis quàm publico luctu: Reipublicam item dicimus deploratam, iam euerſam, vel de qua nihil melioris ſpei ſupereſt. Morbus item deploratus, & ægroti deplorati dicuntur, quibus nullo remedio poteſt ſuccurri. *Plin. lib. 28. cap. 8.* Prodeſt (vt demonſtrabimus ſuo loco) deploratis in phrhiſi. *Idem libro vigeſimo ſexto, capite 6.* Conſtat deplorata aurium vitia eo remedio ſanari. [*Ouid. Eleg. 3. lib. 1. Triſt.* Se modò deſertos modò deploraſſe Penates. *Idem Ibidem.* (Verba) pro deplorato non valitura viro. *Ouid. Eleg. 5. lib. 3. Triſt.* Et deploratæ limen adire domus. *Item,* Deplorare aſotiam alicuius. *Gell. cap. 17. lib. 10.* Deplorandus dies. *Quintili.* Deplorati agri. *Liu. lib. 1. dec. 5.*] Hinc Indeploratus, a, um, compoſitum, cuius mortem nemo deflet, ἀκλαυτος. *Ouid. in Ibin,* Indeploratum proiicere caput.

[Deplorari: *Senec. c. 9. de Conſ. ad Mart.* Vnde nobis tanta pertinacia in deploratione noſtri.]

Dēplūmis, me, adiectiuum eſt, Implúmis, ſine pennis. {ἄπτερος. GAL. Plumé, ſans plume. ITA. *Senza plume, ſenza peune ſpennacchiato.* GERM. Ohn fäderen/vngefidert. HIS. *Sin plumas, ò deſplumado.* AN. *Featherleſſe without feathers.*} *Plin. lib. 3. c. 24.* Inuentæ ſunt ibi nudæ atque deplumes.

Dēplŭo, is, ere, Deorſum pluo, ſiue ex loco ſuperiore pluo. {המטיר *himtir.* καταβρέχω. GAL. Plouuoir. ITA. *Piouere.* GERM. Oben abhin regnen. HIS. *Llouer.* AN. *To rayne downe right.*} *Col. l 10 c. 21.* Inque ſinus marris violento depluit imbre. *Tib. lib. 2.* Hę fortè dixerunt belli mala ſigna cometem, Multus vt in terras depluerétque lapis.

Dēpŏlĭo, is, ire, *Autore Feſto,* idem quod perficio, quia in omni opere politio vltimum ſibi vendicat locum. {מרק *marák.* ἐκπερᾳζομαι. GALLIC. Polir parfaire vn ouurage. ITAL. *Polire, finire* GERM. Außgleiten/außbutzen. HISPA. *Mucho polir.* ANGLIC. *To polish, to per lyte or put an end to any work.*} Neque enim ante res poliri coluerit

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quàm perfecta sit. Inde depositum idem est quod perfectum. Sæpe tamen accipitur pro simplici. *Plin. lib.* 24. Si verò cote depolitum est, nigri pauimenti vsum obtinet.

Dēponĕrĕ, Est deorsum ponere. {הנית *hinniach.* καταθέναι. GAL. Metrre bas. ITAL. *Di porre, por giu, lassar stare.* GERM. Ablegen/niderlegen/oder niderseʒen. HISP. *Apostar ò poner en tercera, quitar de lugar.* ANG. *To late downe.* } vt, deponere sarcinam. *Plaut. in Curc. sc.* 1. *a.* 2. Propino magnum poculum, ille ebibit: Caput deponit, condormiscit, ei subduco anulum. *Idem in Most. sc.* 1. *a.* 2. Ecce autem hic deposuit caput & dormit. [*Senec. cap.* 6. *de Consol. ad Martiam.* Quidam populi ibi consederunt, vbi illos rerum inopia deposuit. *Idem Epist.* 30. Ruina, quos videbatur oppressura, deposuit (id est incolumes præstitit.) *Idem cap.* 13. *de Cons. ad Polyb.* In præceps euntem me deposuit non deiecit. *Idem ca.* 15. *de Cons. ad Helu.* in quo (filio) solicitudines deposui. *Ouid.* 6. *Fast.* Diceris & longam deposuisse famem. *Idem Eleg.* 7. *lib.* 4. Te mutatum & curam deposuisse mei. *idem* 2. *Fast.* In gremio vultum deposuisse suo. *Ouid. Eleg.* 12. *lib.* 3. *Trist.* Vtq; malæ crimen matris deponat hirundo. *Cæs. l.* 1. *de bell. ciu.* Deponere onera iumentis. *Idem l.* 3. Deponere saucios (id est tuto in loco relinquere.) Ibidem deponere consilium.]

¶ Per translationem etiam dicitur de reb. incorporeis: vt, Deponere dolorem, deponere molestias. *Cicero Attic.* Existimauit honestissimè molestias posse deponi, si me ad philosophiam retulissem. Sic deponere inuidiã, curas, simultatem, inimicitias. ¶ Itẽ Deponere memoriã, vel ex memoria, vel memoria, pro obliuisci. [Deponere in publicum pecuniam. *Cæs. lib.* 1. *de bel.* Deponerentur ibi obsides Corinthũ conuenitur *Liuius lib.* 2. *d.* 5. *Plaut. Curc. sc.* 3. *a.* 4. Nisi properas dare triginta minas quas ego apud te (trapezitam) deposui.] ¶ Deponere ædificationẽ, est abiicere animũ ædificandi. *Cic.* 3. *Famil.* Nũc verò si audierit te ædificationẽ deposuisse. ¶ Deponere prouinciam *Cic. ad Attic.* 2. Quũ prouinciam deposui in concione. *Et Fam. lib.* 5. Illud dico, me, vt primùm in cõcione prouinciam deposuerim, statim quemadmodũ etiã tibi traderem, cogitare cœpisse. Dicitur autem quis deponere prouinciã, quum sponte sua ante legitimum tempus eam recusat, vel coactus magistratu se abdicat: nõ autem quum exacto prouinciali tẽpore magistratu decedit. ¶ Interdum idem est quod priuare. κατακλύειν. *Plautus* [*Aul. sc* 5. *a.* 3.] Vt me deponat vino, eam affectat viam. *Suet.* Ne imperio turpiter depositus, priuatus viueret. [*Item Suet. in Aug. cap.* 36. Deponere honorem. Et deposito honore.] ¶ Deponere etiam aliquid dicũtur certantes pignore, quum aliquid apud arbitrum deponũt, quod futurum sit victoris. *Virgil. in Bucol.* Ego hanc vitulam (ne forte recusas: Bis venit ad mulctram, binos alit vbere fœtus) Depono: tu dic mecum quo pignore certes. ¶ Nonnunquam etiam est seruandum dare, & fidei alicuius committere. *Cic.* 3. *Off.* Si gladium quis apud te sana mente deposuerit, repetat insaniens, reddere peccatum sit: officium, nõ reddere. [*Quintil.* Deponere apud memoriam iudicis aliquid *Idem Quint.* Deponendam apud Deos vrbem censuit Themistocles.] ¶ Itẽ aliquando idem quod demoliri & diruere, vt deponere ædificium, *in L. D. de finibus regund.* & Hinc depositio ædificij, *apud Vlpianum in L. metum. D. quòd metus causa, Hotoman.*

*Dep osui, pro Deposui, præteritum legitur *apud Catullum in carmine seculari* 12. O Latonia maximi Magna progenies Iouis, Quam mater prope Deliam Deposuit oliuam. Id est, enixa est.

Dēpōnēns, pen. prod. participp. Qui deponit. ¶ Deponens verbũ ὑπάμενον, ideò dicitur, quia deponit aliquid de quantitate communis verbi: scilicet passiuam significationem, & futurum participium in dus, quod est significationis passiuæ. Nam quũ participia quatuor habeat verbum cõmune, vt Criminans, criminaturus, criminandus: deponens tantum habet tria, vt Minor, minans, minaturus, & minatus, non autẽ minandus.

Dēpŏsĭtĭo, nis, παρακαταθήκη, actio qua depositum aliquid apud aliquem intelligitur, id est, Custodiæ traditum. *Vlpian. D. lib.* 16. *Tit.* 3. *l.* 1. Vel conditio depositionis non extitit.

Dēpŏsĭtĭo etiam est deiectio ab aliquo gradu dignitatis. κάθεσις. *Vlpianus D. libro* 49. *Titul.* 18 *l.* 8. Aut damnum cum infamia aut dignitatis alicuius depositionem.

Dēpŏsĭtŭs, partic. Ad custodiendum traditus. {מפקד *muphkádh.* παρακατθεὶς. GALL. Deposé, baillé en garde. ITAL. *Cosa data in guardia ò in deposito.* GER. Zubehalten oder zu verwaren gegeben. HISP. *Deposito ò lo que se apuesta.* ANG. *Layed downe, left in anothers keeping* } vt, Depositam pecuniam recuperare. *Cic. pro lege Agrar.* [*Ouid.* 6. *Fast.* Depositũ terra fertilis illa tulit. *Ouid. Eleg.* 3. *lib.* 3. *Trist.* Depositam nec me quis fleat vllus erit.] ¶ Depositus, aliquando ponitur pro desperatus, & ab omnibus derelictus, *Cicer* 3. *Verr.* Itaq; mihi videor magnam & maximè ægram, & propriè depositam Reipub. partem suscepisse. *Virgil.* 12. *Æneid.* Ille vt depositi perferret fata parentis, Scire potestates herbarum, vsúmq; medendi Maluit, & mutas agitare inglorius artes. *Vbi Seruius*, Depositi, id est, desperati. *Nam consuetudo erat, vt desperati ante ianuas suas collocarentur, vel vt extremum spiritum redderent terræ, vel vt possent à transeuntibus forte curari, qui aliquando simili laborarant morbo.

Dēpŏsĭtŏr, Qui apud alterum quippiam deponit. { מפקיד *maphkid.* παρατθέμενος. GAL. Depositeur. ITAL. *Il depositore, quello che da à luogare qualche cosa ad alcuno.* GER. Der hinder einen etwas legt/ der einem etwas zu behalten gibt. HISP. *Aquel que confia del deposito.* ANG. *That geueth or layeth up to keep.*}

Dēpŏsĭtŭm, ti, substantiuum, Alicui commendarũ, creditum, res depositæ. {פקדון *pikkadhón.* παρακαταθήκη. GAL. Depost, ce qu'on baille en garde. ITA. *Il deposito, quello che se da in saluo.* GER. Das hinder einen gelegt/ oder einem zubehalten gegeben ist. HIS. *El deposito ò lo que se apuesta.* ANG. *That is left in anothers keeping, a pledge, a gage.*} Quod deponitur, hoc est, quod alicui sub fide traditur, vel quod pignoris loco dimittitur: vel quod sequestro, à pluribus in solidum certa conditione custodiendum, reddendúmque quum fuerit de iure discussum, traditur, μαστήνωμα. *Cic.* 3. *Offic.* Quid? siquis apud te pecuniam deposuerit, bellum patriæ inferat, reddesne depositum? Non reddere depositum, maxima iniustitia est. *Iuuen. Sat.* 13. Depositum sospes erit. ¶ Clàm depositum. *Cicero*, Qui propter auaritiam clàm depositũ non reddidit, quod est iniustitiæ. [*Quintil. cap.* 13. *lib.* 1. Literæ custodiunt voces, & velut depositum reddunt legentibus. *Idem Quint.* In deposito sunt optimè (*l.* in margine libri ad tempus.)]

Dēpŏsĭtārĭus, Custos depositi, vel susceptor depositarum rerum. {παρακαταθήκην λαβὼν ἢ πρὸς σωσιπατρίαν. GAL. Depositaire, garde de biens, celuy à qui on a baillé quelque chose en garde. IT. *Chi ha in deposito, quello à chi s'è dato qual cosa in gardia.* G. Ein behalter/der etwas zu behalten hinder sich nimpt. HIS. *Aquel en quien se confia el deposito.* AN. *A keeper of that which is gewin to keep.*] *Vlp. li.* 16. *D. Tit. Depositi & contra l.* 1 §. *si pecunia*, Satisdatione autem non interueniente rem in ædem deponi, & actione depositarium liberari.

Dēpōntānī, *Autore Festo*, dicuntur senes sexagenarii, qui de ponte deiiciebantur, hoc est, suffragio quod de ponte ferri solebat, priuabantur. Vnde locus factus prouerbio, Sexagenarios de ponte deiicere, id est, natu maiores, perinde quasi deliros & ad omne vitæ munus inutiles in otium reiicere, atque ab omni functione negotiorum relegare.

Dēpŏpŭlor, aris, ari, destruere, vastare & diripere. {שדד *schadhádh.* κατασύρειν, διαπορθεῖν. GA. Desplucher, degaster, destruire. IT. *Saccheggiare, guastare, predare.* GE. Verheergen/verstören/plunderen. HI. *Robar el campo, destruir.* AN. *To destroy, to waste and spoile.* } *Pli. li.* 18. *c.* 20. Salassi quũ subiectos Alpibus depopularentur agros. *Ci.* 5. *Ver.* Qui quũ agros maximos, ac feracissimos per seipsum, hoc est, per Apronium, Verrem alterum, depopularetur. [*Oui. El.* 10. *li.* 3. *Trist.* Vicinam latè depopulatur humum.] ¶ Legitur etiam Depopulo actiuè *apud Hircium lib.* 6. *de bello Hispaniensi*, Agros (*inquit*) vestrámque prouinciam vestro impulsu depopulauit.

Dēpŏpŭlātĭo, onis, Vastatio, direptio. {שדד *s. hodh.* πόρθησις. GA. Desepuplement, pillement, degast, destruction. IT. *Sacco, distruggione.* GE. Verheergung/verstörung/plunderung HI. *Aquella obra de robar el campo, destruyento.* AN. *A robbing, or wasting, a pilling.* } *Ci. pro Font.* Prouinciã Thracum depopulatione defensa. *Idem de Arusp. resp.* Qui excisionẽ, inflammationem, euersionem, depopulationem, vastitatem meis omnibus tectis atque agris intulerunt.

Dēpŏpŭlātŏr, oris, Vastator, direptor {שדד *schodhédh.* πορθητής. GA. Sacageur, destructeur, pilleur. IT. *Struggitore sacheggiatore.* GE. Ein verheerger/ plunderer. HI. *Correador que roua el campo.* ANG. *A robber, spoiler or destroyer.* } *Cic. pro domo sua*, Depopulator fori, obsessor patriæ.

Dēpŏrto, as, are, Refero, reporto, affero. {נשא *nasá.* ἀναπομίζω, καταπομίζω. GA Emporter, ou aporter d'vn lieu en autre, transporter. IT. *Transportare, portare di luogo à luogo, confinare.* GER Hintragen/oder herbringen. HIS. *D. sterrar alguno à lugar cierto.* AN. *To bring or carte away, transport.* } *Plau. Asin. sc.* 1. *a.* 3 Quid dedit? quid deportari iussit ad nos? *Idem pseu. sc.* 2. *a.* 1. Nisi mihi cullicis oleum deportarur, faciam vt culleo deportere in pergulam.] *Cic. pro domo sua*, Hoc simulachrum: quidã homo nobilis ad ornatum Ædilitatis suæ deportauit. *Idem pro Pompeio*, Pompeius bellum in Africa confecit, victorem exercitum deportauit. ¶ Interdum idem quod simplex porto. *Cic. Att.* Quæ arma superabãt, ea si Brudusium tumentis deportaueritis, vehementer Reipublicæ profueritis. *Col. li.* 5. Nec procul à mari, vel nauigabili flumine quo deportari fructus, & per quod merces vehi possint. ¶ Deportare in insulam, aut solam terram, est ciuitate priuare, & vinctum neruo aut compedibus in nauim aliquam impositum, seruis publicis, vt eum in insulã certam transferrent, tradere. *Terent. in Phor.* Tantáne affectum hominem quenquam esse audacia? Nonne hoc publicitus scelus hinc deportarier in solas seruas? Vnde deportati dicuntur exules certæ alicuius insulæ aut alterius loci limitibus circunscripti, quos nisi aperto vitæ discrimine, egredi non liceat. *Vlpianus*, Hæc est differentia inter deportatos & relegatos, quòd in insulam relegari ad rẽpus, & in perpetuum quis potest: deportatos autem eos accipere debemus, quibus princeps insulas adnotauit, vel de quibus deportandis scripsit. ¶ Transfertur etiam ad ea quæ delectationem, laudem, & vituperationem habent, vt quum aliquem laudem vel dedecus ex aliquo loco dicimus deportasse. *Cic. Trebatio*, Mihi crede, nihil ex ista prouincia potes, quod iucundius sit deportare. *Idem in Catone*, Téque non cognomen solùm Athenis deportasse. ¶ Transfertur etiam ad verba, quum quis pro verbis verba reportat. *Virg.* 2. *Æne.* -ísque adytis hæc tristia dicta reportat.

Dēpŏrtātĭo, verbale. {שאת *seeth.* ἐπιστασία, ἐκφόρησις. GA, Emportement d'vn lieu en autre. ITAL. *Portamento.* GERMA. Ein hintragung/oder zubringung. HISP. *El destierro para cierto lugar.* ANGL. *A transporting, or carying out of one place to an other.*} *Cat. cap.* 144. De fundo ligna & oleam ne deportato. Qui oleam legerit, qui deportarit, in singulas deportationes H.S. II. deducentur, neque id debebitur. ¶ Deportatio præterea pœnæ illud genus significat, quo aliquis in insulam deportatur, de qua re paulò antè.

Dēpŏrtātĭo, est perpetua in exilium, siue insulam condemnatio. Ciuium Rom. pœna *l. inter pœnas ff. de interd. & releg.* Vnde præses aliquem ciuem deportare non poterat.

Dēpŏsco, is, depoposci, ere, Instanter petere, & quodam quasi iure exigere. {בקש *bikkésch.* ἐξαιτεῖν. GA Demãder, requerir. IT. *Dimandare ò istanza.* GE. Mit anhalten begeren/ forderen/ heuschen. HIS. *Demandar con instancia.* AN. *To ask and desyre instantlie.*} *Cic. 6. Verr.* Vt illa flamma diuinitus extitisse videretur, non quæ deleret Iouis Opt Max. templum, sed quæ præclarius magnificentiúsque deposceret. *Cæs. 8. bel. Gal.* Principem sceleris ipsius, & concitatorem belli Cutruatum ad supplicium deposcit. [*Suet. in Cæs. ca.* 68. Pœnam in se vltrò deposcerunt.] *Col. li.* 1. Cannabis solum pingue, stercoratúmque & riguum, vel planum atque humidum subactum deposcit.

Dēpŏsĭtŏr. Depositum, Vide DEPONO.

Dēpŏstŭlo, as, Postulo. {בקש *bikkésch.* ἐξαιτεῖν. GALL. Demander, requerir, deprier. ITA. *Dimandare con preghi.* GERM. Hefftig begären. HISP. *Mucho rogar y demandar con ruegos.* ANGL. *To ask to demande that is due to the asker.*} *Hirtius 6. bell. Hispan.* Ciuitates contrariæ Pompeio auxilia depostulabant.

Dēprædŏr, Populor. {שלל *schalál.* καταστρέφω, λαφυραγωγῶ. GAL. Depeupler, piller, saccager. IT. *Despredare, saccheggiare.* GE. Beraubẽ/plunderen. HI. *Mucho robar, despoyar.* AN. *To robbe and tak booties or preys.*} A quo Deprædator, & Deprædatrix verbalia nomina.

Dēprælĭor, aris, Prælior. {נלחם *nilchám.* διαμάχομαι. GALL. Debatre, com

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

combattre. IT. *Combattere, far fatto d'arme.* GE. Streiten/kämpfen. HIS. *Pelear.* AN. *To fight.* } *Hor. in Car.* Permitte diuis cętera, quę simul Strauêre ventos æquore feruido Depræliantes, &c.

Dēprāuo, pen. pro. Prauum facio, vitio, adultero, corrumpo, & quod bene aut dictū aut scriptum est, in deteriorem partem detorqueo. {עות *ṭiyvéth* עקש *ḥikkéſch.* λοξῶ, διαστρέφω, στρέβλόω. GAL. Tortuer, corrompre & gaſter. IT. *Viziare, falsare, adulterare, corrumpere.* GE. Verbôseren/verderben. HIS. *Torcer lo derecho ò verdad, corrumper, destruir.* AN. *To corrupt, to mak crooked or ill.* } *Ter. in Phor.* Nihil est tàm bene dictū, quin malè narrando possit depraui. *Cic. 1. de Fin.* Sed ita, vt quæ corrigere vult, mihi quidem deprauare videatur. *Deprauare hominem pro fractis vel debilitatis membris vitiare. Sen. epist. 102.* Depraues licet, dum monstruoso & distorto temporis aliquid supersit.

Dēprāuātŭs, part. Corruptus. {מעות *meṭṭuváḥ.* διεστραμμένος, παρατεταραμμένος, διεφθαρμένος. GA. Corrompu, gasté, depraué. IT. *Guastato, corotto.* GE. Verbôseret/verderbt. HI. *Guastado, corrumpido.* AN. *Corrupted, made ill.* } *Cic. 2. Diuin.* Illúdne dubium est? quin multi, quum ita nati essent, vt quædam contra naturam deprauata haberent, restituerentur, ac corrigerentur ab natura, quum se ipsa reuocasset aut arte aut medicina. *Idem 1. de Fin* Idque facere nondum deprauatum, ipsa natura incorruptè atque integrè iudicante.

Dētĕrgĕo, es, si, sum & Detergo, is, Purgo, abstergo. {מרק *marák.* κάθαιρω, καθαιρῶ, καθαίρω, καθαρίζω. GAL. Torcher & nettoyer. ITA. *Fortire, nettare, purgare.* GER. Abstreichen/abwesschen/ reinigen. HIS. *Alimpiar fregando.* ANG. *To wipe.* } *Colum lib. 3.* Quoties falcem acueris, ea pelle aciem detergito. *Idem lib. 8.* Aut cornu, aut vngula tundunt, aut arbori affricant, parietibúve detergent. [Mensas quando edo, detergeo. *P. aut. Men sc. 1. a. 1.* Lances detergam omnes, omnésque trullas hauriam. *Pl. Amph.* Detergere pampinos. *Plin. cap. 22. l. 17* Detergere latius naues. *Liu. lib. 7. d. 1.* Asseribus falcatis detergebat pinnas. *Liu. li. 8. d. 4.* Detergere fossas oblimatas longa vetustate. *Sueton. in Aug. cap* 18.] ¶ Ponitur aliquando translatè: vt, Detergere fastidia, pro auferre, *Colum. lib. 8. c 10.* Detergere spurcitias, *Idem lib. 1. c. 5.* ¶ Detergere remos, *idem* est quod remos confringere. *Cæsar bel. ciuil. lib 1.* Aut remos transcurrentes si detergere possent, contendebat. Detergere Palmites, est superuacuos palmites decerpere. *Colum. lib. 4. c. 27.*

Dētĕrmĭno Terminos constituo: vel terminis, & velut limitibus quibusdam designo. {גזר *gazár* חרץ *charáts.* ὁρίζω. GAL. Limiter ou borner, ou determiner. ITA. *Determinare, porre i termini, diffinire.* GERM. Außzyelen/außmachen/bestimmen. HISP. *Determinar y diffinir.* ANG. *To determine, to sett marches or limittes.* } *Liu. 1. ab Vrbe*, Inde vbi prospectu in vrbem agrúmque capto, deos precatus, regiones, ab Oriẽte ad Occasum determinauit. *P. aut in Pœn.* Eius nunc regiones, *limites*, confinia Determinabo: ei rei finitor factus sum ego. *Suet in Galb. ca.* 15. Determinare officia biennij spatio. *Senec. c. 10. de Const. Mart.* Determinata mors nascenti. *Gell. cap. 2. lib. 16.* Determinatus sermo.] ¶ Per translationem pro Definio, concludo. *Cic. de Orat.* Et id quod dicit spiritu, non arte determinat. *Lactant. lib. 4.* Determinanda est nobis veritas breuiter, & in suo proprio domicilio collocanda.

Dētĕrmĭnātĭo, onis, Terminus, conclusio, finis. {מדה *ephé.* גבול *gebúl.* ἀφορισμὸς, διορισμὸς. GAL. Limitatiõ, bornement, limite, lisiere. IT. *Terminatione, termine.* GER. Außzyelung. HIS. *Determinacion, diffinicion.* ANG. *A determination, an end or limite, or marche.* } *Cic. lib. 2. de Nat. Deor.* Extrema ora & determinatio mundi. *Idem lib. 2. de Inuent.* Conclusio est exitus & determinatio totius orationis.

Dētĕro, is, pen. corr. detriui, detritum, Vsu consumo, attenuo, deterius reddo. {בלה *billáh.* κατατρίβω. GAL. Gaster en vsant, empirer. ITA. *Consumare.* GERM. Verschleissen. HIS. *Gastar vsando.* ANG. *To weare in rubbing.* } Vnde togam detritam dicimus quæ longo iam vsu deterior est redd ta. ¶ Lænam æstate deteri, ὑπὸ τῶν χλαίνων διατρίβεται, prouerbio in eos dici consueuit, qui rebus necessariis alieno tempore aberrunt. [*Senec. c. 2. detranquill.* Deteruntur libenter ingenia pessima. *Quintilian.* Nec sic est deteratur ille fulgor.]

¶ Accipitur etiã pro triturare. {כת *cath* כתש *cáthasch* דש *dasch.* ἀλοάω. GAL. Amenuiser en frottant l'vn contre l'autre. IT. *Triturare.* GER. Außtrẽschen. HI. *Trillar.* ANG. *To bruise, to stampe, to break* } *Colum. lib. 1. cap. 6.* Area optima est silice constrata, quod & celeriter frumenta deterantur, non cedente solo pulsibus vngularum tribularúmque, & eadem euentilata mundiora sint, lapillíque careant & glebulis, quas per triturarn terrena fere remittit area. ¶ Nonnunquam idem est quod destruo, corrumpo, vel imminuo. *Plin.* Nimia cura deterit magis quàm emendat. ¶ Ad eundem ferè modum dicimus, Deterere laudes alicuius, pro eo quod est, Laudes eius imminuere. *Horat. lib. 1. Carm.* Laudes egregij Cæsaris, & tuas Culpa deterere ingeni.

Dētrītŭs, attritus, κατατεθραυσμένος. vt translatè homo detritus in aliqua arte. *Gell lib. 15. c. 30.* Qui ab alio vitæ genere detriti iam, & retorridi ad literarum disciplinas serius adeunt. Hinc apud *Corn. Tacit. lib. 1.* detrita tegmina. [*Idem ibid.* Detrita imperia gliscente adulatione. *& Gell. cap. 30. lib. 15.* Detriti ab alio genere vitæ, ad literarum disciplinas serius adeunt.]

Dētĕr, sive Dētĕrĭus, a, um, pen. cor. adiect. inusitatum, Vilis, prauus, quasi detritus [Quòd detritę res minoris sunt pretij: Ab hoc fit deterior, deterrimus.] {רע *raʕ.* κατάδηλος. GAL. Mauuais. ITA. *Reo, malo.* GER. Derschlissen/böß/nichts wäart. HISP. *Malo.* ANGL. *Lacking somewhat ill, naught.* } *Plaut. in Bacch.* Vidi ego hominem nequam, verùm te neminem deteriorem. *Terent. Heaut.* Deteriores omnes sumus licentia. *Plaut. Mostell.* Quid tu nunc hominum te omnium deterrimè venisti huc ostentatum. [*Ouid. Eleg. 8. lib 4. Trist.* Parte premor vitæ deteriore meæ (id est senectute) *Plaut. Capt. sc. 3. a. 3.*]

Dētrīmēntum, Damnum, dictum secundum Varronem à detritu, quòd ea quæ trita sunt, minoris pretij sunt. {נזק *nezék.* βλάβη, βλάμμα. GAL. Dommage, perte, detriment. ITAL. *Danno.* GER. ein

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

schad/verluſt HIS. *Daño ò mengua.* ANG. *Domage, loſſe.* } *Cic. de clar. Orat.* Noſtro incommodo detrimentóque, ſi ita eſt neceſſe, debeam⁹. *Horat. lib. 2. Epiſt* Detrimenta, fugas ſeruorum, incendia ridet. *Cic. pro Mil.* Vt Cn. Pompeius videret nequid Reſp. detrimenti caperet. [*Sen. rap. vlt. de Tranquil.* Non facturi detrimentum (exiſtimationis) etiãſi ab hoſtibus ſpectarentur (tripudiãtes.) *Idem cap. 12. de conſol. ad Mart.*]

¶Sic Intertrimẽtũ ab eo quòd duo inter ſe ſint diminuta. Differúntque, quòd Detrimentum (*vt Padianus docet*) vel vnius partis dici poteſt, Intertrimentum vero ad vtriuſq; patris ſpectat, dantis, accipientiſq; incommodum. Huius vocis frequens eſt vſus apud Iuriſconſultos. Vſus eſt etiam ea *Cic. in Verrem*, Cum eó ſine vllo intertrimento conuenerat. *Vide ſuo loco.*

Dētrīmēntōsŭs a. um, Quod adfert detrimentum, apud *Cæſ. 7. bel. Gal.* {מרע *mera'h.* κτῆμος, βλαβερός. GALLIC. Fort dommageable, qui porte dommage. ITA. *Dannoſo.* GERMAN Schädlich. HISP. *Danoſo, menguadero.* ANG. *That bringeth domage.*}

Dētĕrreo, es, deterrui, Terreo, auoco, reuoco, auerto, abduco, remoueo. {בהל *bihél* בעת *bi'eth.* καταπλήττω, ἀπείργω, κωτρέπομαι. GAL. Deterrer, deſtourner en eſpouuantant, diuertir. ITALIC. *Spauentare, Sbigotire.* GERMA. Abſchrecken. HISPANIC. *Eſpan'ar.* ANG. *To put or driue away, to diſcourage, or diſconfort.* [*Plaut. Amphitr.* Non potes me quin hæc loquar vti facta ſunt, deterrere. *Plaut. Milit. ſc 3. a. 2.* Me nemo ho modeterruerit, quin ea ſit in his ædibus. (id eſt nemo cõtra ac credo perſuaſerit.) *Plaut. Milit. ſc. 4. a. 2.* Nũquam deterrebor quin viderim, quod viderim.] *Cic. lib. 1. Tuſc.* Itaque non deterret ſapientem mors, quæ propter incertos caſus quotidie imminet, & propter breuitatem vitæ nunquam longè poteſt abeſſe. *Idem de Opt. gen. dic.* Nec verò Ariſtotelem in Philoſophia deterruit à ſcribendo amplitudo Platonis.

Dētĕrrĭtŭs, part. {נבהל *nibhál* נבעת *nibbáth.* ἐκφοβῶν, ἐκφοβος. GALLIC. Eſpouuanté, deſtourné par eſpouuantement. ITAL. *Spauentato, sbigotito.* GERMAN. Abgeſchreckt. HISP. *Eſpantado.* ANG. *Diſ ouraged, made affeard.* } Deterritus pudore. *Cic. ad Attic. lib. 10.* Deterritus ab officio. *Calius Cic.* Nemo enim neceſſitudine & amicitia te deterritũ ab officio dicet.

Dētĕstŏr, deteſtaris, Abominor, improbo, execror, deprecor, remoueo. {קע *kats* תעב *tibéb.* μυσέπλουμαι, ἀφοσσομαι GAL. Deteſtation & deteſtation, fuir & reiecter, ou laiſſer. ITAL. *Abominare, maledire.* GERM. Verfluchen/ ein abſcheuhen oder greuwel haben. HIS. *Maldezir y abominar.* ANGLIC. *To abhorre, to deteſt, to haue or eſteme abominable.*} *Cic. in Vatinum*, Omnes te vitant, & quum viderint, tanquam malum auſpicium, deteſtantur. *Idem in Piſon.* Omnes memoriam Conſulatus tui, facta, mores, faciem denique ac nomen à Republ. deteſtantur. [¶Deteſtari familiam (id eſt execrari quodam genere catminis) *Liu. lib. 10. ab Vrb.*] ¶Inuenitur & in paſſiua ſignificatione. *Hor. lib. 1. Carm.* Belláque matribus deteſtata. *Lactant. lib. 6.* Hinc eſt illa Plauti deteſtanda ſententia, Malè mererur, qui mendico dat quod edat. Nam & illud quod dat, petit, & illi producit vitam ad miſeriam. ¶Accipitur & pro ſimplici teſtor. *Plaut. Menah.* [*ſc. 2. a. 5.*] Summum Iouem, deóſque deteſtor me neque iſti malefeciſſe mulieri, &c. ¶Deteſtari, eſt abſenti denuntiare, *inquit Paulus in l. 39. de verb ſig.* Deteſtatio, denuntiatio facta cum teſtatione, & deteſtatum, cum teſtatione denuntiatum.

Dētēstātĭo, verbale. {תועבה *toebáh.* ἀποκατάρησις, κατηγορημός. GAL. Deteſtation, reiettement, abomination. ITAL. *Lo aborire, lo hauere à ſchino.* GERMANIC. Verfluchung/ abſcheuchung. HISPAN. *Coſa abominada, y llena d' maldicion.* ANGL. *A deteſting, a curſing.* } *Plin. lib. 25. cap. 10.* Laurus quidem manifeſtè abdicat ignes crepitu & quod deteſtatione, interaneorum etiam vitia & neruorum ligno torquente.

¶Deteſtatio paſſiuè de odio quo improborum ſolemus mores deteſtari. *Macr. Satur. lib. 6. c. 7.* Hoc enim verbũ Illaudari, non eſt idoneũ ad exprimendam ſceleratihominis deteſtationem.

¶Deteſtatio apud Iuriſconſultos eſt (*vt Vlpianus de verb. ſignific. aſſirmat.*) Denuntiatio facta cum teſtatione. [*Gellius cap. 27. lib. 15.* Sacrorum deteſtatio fiebat calatis comitiis.]

Dētēstābĭlĭs, pen. corr. Execrandus. {מתעב *meta'eb.* ἐβδελυκτός, βδελυγὸς, ἀπάσχετος, κατηγορητός. GALL. Deteſtable, & abominable. ITAL. *Coſa deteſtable, abomineuole.* GERMA. Abſcheuchlich/ greuwlich. HISP. *Coſa abominada y maidita.* ANG. *Deteſtable worthie to be abhorred.* } *Cic. 2. Phi.* Non te execrandum pop. Rom. non deteſtabile, non omnes tibi deos, omnes homines & eſſe inimicos & futuros ſciat. Inuidioſum & deteſtabilem, *Cic. 1. Phil. Idem 1. Off.* Nulla tam deteſtabilis peſtis eſt, quæ non homini ab homine naſcatur.] Deteſtabilia loca *Liuius lib. 1. bel. Maced.* Inuiſus & deteſtabilis *Sueton. in Tib. cap. 63. & in Neron. cap. 5.*]

Dētĕxo, Texo, perficio. {ארג *aráph* ὑφαίνω. GAL. Acheuer de tiſtre. ITA. *Teſſere.* GER. Wäben/ außwäben. HIS. *Texer, acabar de texer.* ANG. *To weaue and end.*} *Virg. 2. Eclog.*

Quin tu aliquid ſaltem potiùs, quorum indiget vſus,
Viminibus mollique paras detexere iunco? [*Plaut. Amph. ſc. 1. a. 1.* Illic homo denuò voſt pallium detexere. (i. ſpoliare.) *Idem Pſeud. ſc. 4 a. 7.* Neque detexandam ad telam certos terminos.]

Dētĭnĕo, es, pen. corr. Teneo, remoror, demoror. {אתר *haſár* עצר *etsár.* ἀπολαμβάνομαι, κατέχω, παρατείνω. GALLIC. Detenir, retenir, retarger. ITAL. *Intratenere, ritardare, retenere.* GERMAN. Aufhalten/ auffziehen/ verhinderen. HISP. *Detener.* ANG. *To ſtay, with hold and reſtrayne.* } *Cicer. Attic. lib. 4.* Conſilium tuum etſi non in longinquum tempus differs, tamen ſuſpenſum me detines. *Terent. in Eunuch.* Detineo te fortaſſe, tu profecturus alió fueras. *Plin. Epiſt. 124.* Mox quum è Sicilia rediens, in Icari inſula ventis detineret. [Me pia detinuit coniux, pia mater Achillem. *Ouid. 13. Metam.* Ita me attinuit, ita me detinuit (Cliens ille) *Plaut. Mon. ſc. 2. a. 4.* Sæpe oculos etiam detinuere ſuos (poëmata) *Ouid. Eleg. 1. lib. 2. Triſt.* Detinuit noſtras aures Horatius. *Ouid. Eleg. vlt. lib. 4. Triſt.* Eos detinebit morbórum variis generibus inter mortem & vitam. *Senec. cap. 10. de Conſol. ad Marc.* Detinere animum varietate ſpectaculorum *Senec. de Conſol. ad Polyb. c. 6.*] ¶Per tranſlationem verò, *Terent. in Phorm.* Pol me detinuit morbus. *Saluſt.* Me ambitio mala detinuerat.

¶Retinere autem eſt quod habemus ſeruare & cuſtodire. *Saluſt.* Nam imperium facilè his artibus retinetur quibus initio partum eſt. *Ter. in Adel.* Pudore ac liberalitate liberos retineri ſatius credo, quàm metu.

Dētentĭo, {κατοχὴ, ὑπόσχεσις. Retentio. ANGL. *A with, holding, a reſtrayning.*} *Vlp. D lib. 43. Tit. 2. 25.* Et quoque qui pignori fundum acceperit; ſcribit Iulianus non eſſe iniquam detentionem ſeruitutis dari.

Dētōndĕo, es, detondi, quod tamen antiqui ſicut ſuum ſimplex geminabant, Tondeo. {גזז *gazáz* קצב *katsab.* κουρεύω, κτενίζω. GALL. Tõdre. ITAL. *Toſare.* GERM. Abſcheren oder beſcheren. HISP. *Mucho treſquilar.* ANG. *To sheare, to shaue.*} [*Ouid. 3. Faſt.* Arborib. redeant detonſæ frigore frondes.] *Col. lib. 7.* Et eſt modus optimus conſiderare tempeſtates, quibus ouis, neque frigus, ſi lanam detraxeris, neque æſtum, ſi nondum detonderis, ſentiat: verùm quum quæque detonſa fuerit, vngi debet tali medicamine.

[Detonſo, as, are, *Gell. cap. 15. lib. 10.* Capillum Dialis, niſi qui liber homo eſt, non detonſet.]

Dētŏno, as, pen. corr. Tonare deſino. {κτοπεγτάω. GALL. Tõner de haut, faire grand bruit, ſonner haut & clair. ITA. *Ceſſare di tonare.* GERM. Außhören tonneren. HISP. *Dexarſe de tronar.* ANGLIC. *To ſorone and thunder, to mak a great noize.*} [*Ouid. Eleg. 1. lib. 2. Triſt.* Nunc vbi detonuit (Iuppiter) ſtrepitúque deterruit orbem.] *Hieron.* Et dum perſecutionis detonaret procella, (in villam remotiorem receſſit. *Quint. lib. 12. c. 9.* Nam cùm illa dicendi vitioſa iactatio inter plauſores ſuos detonuit, reſurgit vera & virtutis fortior fama.

Dētōrno, as, Ex materia quapiam torno, aliquid efficio, {κοπτρευώ. GALLI. Faire au tournoit, tour, ou touter, tourner. ITA. *Lauorare al torno.* GERM. Drähen/ abträhen. HISP. *Tornear con el torno.* ANG. *To worke ſomething as turners do, to turne.* } *Plin. lib. 13.* Lignũ grande inrus, firmæque duritiæ, ex quo velares detornant anulos. [¶Detornare ſententiam: *Gell. cap. 8. lib. 9* Hanc ſententiam à Phauorino detortam inculſamque verbis pauciſſimis.]

Dētōrquĕo, es, ſi, tum, Deflecto, auerto. {עות *haváth* עקש *hikkéſch.* καταμαρτυρῶ, παρεκτρέπω, κωτρέπω. GAL. Deſtordre, deſtourner. IT. *Torcere, piegare.* GERM. Krummen/ biegen es ſey vber ſich / niderſich/ oder auff ein ſeyten. HISP. *Torcer, plegar.* ANG. *To ſett awrie, to wreſt aſide.*} *Colum. lib. 4.* Sed quod in ſalicto conſerendo vitauerimus, id ſequamur in eiuſmodi malleolo, quem eſt neceſſe longiorem facere, ſi volumus detortum pangere. ¶*Cic 1. Off* Nam & voluptates blandiſſimæ dominæ maiores partes animi à virtute detorquent ¶Frequenter etiam accipitur pro depraua, ſiue in alium ſenſum quàm dictum aut factum ſit aliquid, interpretor. *Colum. lib. 3. c. 10.* Atque hæc forſitan pluribus dicta ſunt, quàm exigebat ratio veritatis: minus tamen multis quàm poſtulabat prauè detorta & inueterata opinio ruſticorum. [*Sene. c. 16. de Conſ. ad Helu.* Non te peiorum (etiam probis periculoſa) detorſit imitatio. (id eſt deprauauit) *Liu. lib. 2. dec. 5.* Calumniando detorquendóque.]

*Detorſus, ſiue Detortus, Particip. *Suet in Galba*, Ac ſubinde Alexandrina nauis detorſa appulit armis onuſta ſine gubernatore, ſine nauta ac vectore vllo, vt nemini dubium eſſet, iuſtum, piúmque & fauentib. diis ſuſcipi bellum, &c. Id eſt, depulſa.

Dētrăho, is, xi, ctum, Trahendo aufero. {גרף *garáph.* משר *maſchách* לקח *akách.* κωτσύρω. GALL. Oſter. ITAL. *Tor via.* GERMAN. abziehen/ hinnemmen. HISPAN. *Quitar por fuerça.* ANGL. *To draw of or away.*} *Terent. in Heaut.* Occurrunt ſerui, ſoccos detrahunt. [*Sueton. in Cæſ. cap. 42.* Detraxit collega cuncta. *Suet. in Aug. cap. 18.* Ante tempora Auguſti detrahi ſolebant ex equo in tranſuehendo equites ab accuſatore,] *Plaut. in Aſin ſc. 1. a. 1.* Detrahere me veſtimenta iubes. [*Gell. cap. vlt. lib. 1.* Detrahi tunicam & cædi.] ¶Interdum adimere ſiue derogare. ἀφαιρῶ. *Cic. 1. Off* Nunquam committit vt alienum appetat, & id quod alteri detraxerit, ſibi aſſumat. ¶Per tranſlationem etiam dicimus, Detrahere famæ, gloriæ, honori, aut opinioni alicuius, pro eo quod eſt famam alicuius, honorem aut exiſtimationem lædere. { רגל *rághghél* הלך רכיל *halách rachil.* διαβάλλω. GAL. Meſdire de quelqu'vn le blaſmer. ITA. *Dir male di alguno, detrarre.* GERM. Ein mit vbel zu reden/ verkleineren/ einem ſein ehr abſchneiden. HISP. *Detraher de ẽzen lo mal de a'guno.* } & tunc cum datiuo conſtruitur *Ouid. de Triſt.* Detrahat autori multum fortuna licebit. ¶Conſtruitur etiam cum ablatiuo & præpoſitione DE. *Cic. 3. Off.* Detrahere de abſentibus. De fama alicuius detrahere, *Cic. Appio lib. 3.* Detrahere de autoritate Senatus, cui opponitur, ornare Senatum multis laudibus. *Idem pro Cluent.** Ad accuſationem aliquem detrahere, id eſt pertrahere. *Cic. pro Cluentio*, Vt hunc Oppianicum aliud agentem, ac nihil eiuſmodi cogitantem ad hanc accuſationem detraheret.

[Detracto as, are, Clanculum abſenti obloquor, καταλαλῶ, eſt frequentatiuum verbi detraho, quod eſt eiuſdem ſignificationis. *Ouid. Eleg. vlt. lib. 4. Triſt* Nec qui detractat præſentia liuor. *Idem eleg. 4. l. 4.*]

Dētrăctŏr, oris, Qui abſentis famæ detrahit, qui clanculum cuipiam obloquitur. {מרגל מלושן *merághghél* מלוש *me loſchén.* καταλάλος. GAL. Detracteur, meſdiſant, IT. *Detrattore che dice mal d'altri.* GERM. Ein hinderreder verleumbder. HIS. *Detractor, maledizor de alguno.* ANG. *A backbiter.* } *Sipontinus.* ¶*Corn. Tacit. lib. 11.* Nam ipſe haudquaquam ſui detractor, vnam omnino anguem in cubiculo viſam narrare ſolitus eſt.

Dētrăctĭo, onis, Ablatio, deminutio. {מגרעת *migra'áh.* ἀφαίρεσις. GAL. Detraction, oſtemẽt, tirement. IT. *Eſſo tirare, ò detrahere.* GE. abzug/ entwendung HIS. *Quitamiento detraction.* ANG. *A drawing of backbiting.*} *Cic. 3. Off.* Non igitur magis eſt contra naturam morbus, aut egeſtas, aut quid eiuſmodi, quàm detractio, aut appetitio alieni.

*Detractiones apud *Plin.* pro vacuationib. & inanitionibus prauorũ humorum, *lib. 16. cap. 44.* Cuius ſuccus ad detractiones in comitiali morbo vtiliſſimus habetur. ¶Interdum idem eſt quod obloquutio & læſio famæ abſentis. καταλαλία. Exempla nuſquam non occurrunt.

[Detractus, us, Ablatio, detractio: *Sen.* Detractũ aut adiectione ſyllabę.]

Dētrĭēcto, as, frequentatiuum, Defugio, deuito, recuſo, nego. {מאן *maén* ממם *maás.* διαδύομαι, ἀποκίγομαι. GALL. Refuſer à faire, recuſer. ITAL. *Refu are, recuſare, ſchiffare.* GERM Sich wideren/ etwas zuthun fliehen ענד abſchlagen. HISPAN. *Menoſpreciar à recuſar.* ANG. *To refu*

se,to go frome my word.[Translatum à iugalibus trahere iugum vel aratrum negantibus.*Ex Propert.Eleg.*3 *lib.*2.]*Virg lib* 3.*Geor.*Nec mihi displiceat maculis insignis & albo,Aut iuga detrectans, interdúmq; aspera cornu.*Iustin.*Nec ipse detrectauit certamen [*Suet.in Cæs.c.*54. Non detrectare imperata.*Idem in Tib.c.*25 Quidam etiam principem detrectabant non à se datum.*Ouid.*13.*Met.*Detrectauitque furore militiam ficto.*Idem Eleg.*1.*lib.*2.*Trist.* Sed detrectare videbar, (sup.de rebus gestis Augusti scribere)*Gell.c.*1.*lib.*12.Detrectare vel augere indolem.]¶ Detrectare etiam accipitur pro vituperare:*vt Cor.Tacit.in Dialogo*, Non detrectasse nominatim antiquos oratores contentus neminem sequentium laudare ausus est.Hinc detrectare gloriam alicuius *apud eundem eodem lib.* plures hodie reperies qui Ciceronis gloriam quàm Virgilij detrectent.

Dētrectātio,verb le.{מרי *méredh.ἀϊσυνία, διάδυσις.*GA.Reculement,ou refus de faire quelque chose.ITA.*Refutamento di fare una cosa.*GER. Widerung/ein außflucht.HI.*Rehusamiento ò recusamiento de hazer algo.*AN.*A refusing* }*Liu.*6.*ab Vrbe.* Iuniores Romani ad edictum sine detrectatione conuenêre.Detrectatio militiæ.*Liu.*3 *ab Vrbe.*

Dētrectātor,verbale.{מאן *maén.ἀϊσυντὴς, ἀϊσυντικὸς.*GAL Qui fuit ou recule,ou refuse à faire quelque chose.ITA.*Chi fuga & refusa una impresa.*GERM. ein widerspenniger/außflüchtiger.HIS.*El que rehusa à hazer algo.*AN.*A refuser,a backbiter* }*Liu.*4 *bel.Maced.* Cato ipse haud sanè detrectator laudum suarum,multos cæsos ait,numerum non scribit.[*Idem Liu.lib.*4.*d.*4.]

Dētrimentum.*Vide* DETERO.

Dētrūdo,is,pe.pr.Deorsum trudo,depello,deiicio,deturbo.רחה *dahâh καταπέσσω.*GA.Pousser dehors,debouter.IT.*Cacciare in giu.*GER.abhinstossen/nidertrucken HI.*Empuxar de lugar.*AN.*To thrust downe or out.*} *Liu.lib.*2.Iam impetu conabantur detrudere virum.[*Plau.Aul.sc.*2.*a.*2.Huccine me detrusisti ad senem parcissimum.*Idem Plaut.Men sc.*3. *a.*1.Qui sese properent ad mendacitatem detrudere.*Senec.cap.*10.*de Consol.ad Mart.*Detrudet eos in ventrem beluę.]¶ Ponitur etiam pro compello.*Cic.lib.*1.*Off.* Sin aliquando necessitas nos ad ea detruserit quæ nostri ingenij non erunt.

*Detrudere comitia in aduentum alicuius,pro differre.*Cic.ad Atti. lib.*4.8.6. Quibus si non valuerit, putant fore aliquem qui comitia in aduentum Cæsaris detrudat.*Et ad Qu.Fratr.lib.*2.Ita putantur detrudi comitia in mensem Martium.

Dētrūsum,appellat *Imper.in l.quicunque residentibus.C.de episc.& cleri.* quem idonei autores Exauroratum dicunt:& Canonistę sępiùs Depositum appellant.

Dētrullāre. Est de trulla in trullam transfundere,quo verbo vsus est *Apicius*:quod ipsum & diffundere secundum*Plinium* vocatur:sic in oleo decapulare ἀναχύειν.

Dētrūncō, Truncando deiicio,amputo,seco,quasi à trunco abscindo. {קעץ *ka.s* קצץ *kietsets.*καταπαπωκολοβόω.GA. Couper & oster de dessus le tronc,detronquer.IT.*Troncare.*GE.abhauwen/stucklen/ abstumpfen. HIS.*Descabeçar.*ANG.*To cutt of boughes,to lopbe or shred trees.*} *Liu.*1. *bell.Maced* Posteaquàm gladio Hispaniensi detruncata corpora, brachiis abscissis,aut rota ceruice.[*Sen.c.*17.*de Consol.ad Mart.*Detruncari homines iubebat Dionysius Tyrannus.*Plau.Capt.sc.*2 *a.*4. Vt ago collos detruncabo tergoribus.]

Dētrūncātio ramorum.*Plin.lib* 24.*cap.*9.{κλασμὸς ἢ ἀκρεμόνων.AN. *A lopping or shredding of boughes.*}

Dētūmēo,es,Est tumorem amitto,vel tumere desino.}κατογκόομαι.GAL. Desenfler.IT.*Sgonfiare* GER.Verblasten/auffhören ungestümb vnd auffblasen sein HIS. *Deshincharse.* ANG.*To asswage and wax lesse efterswelling.*}Vnde *Papin.l.*5.*Theb.*quum vellet significare mare pacatius factum esse, & vndarum tumorem deposuisse, dixit mare detumuisse. Detumuere (*inquit*) animi maris,& clementior auster Vela vocat.

Dētūrbo,as;Cum violentia deiicio,demoliot,detrudo. {תאיל *hippil.* ἀναῤῥάσσω,κατατροχάζω, ὅ,παραδιδόμαι GA.Ruerius,abatre,faire choir.IT. *Gettare à basso con violenza.* GER.Vngestumigkeit herab sturtzen / mit gewalt hinab werffen HIS. *Derribar algo de arriba abaxo.* ANG.*To cast downe with violence,to thrust downe.*}*Plau.Amph* Ex illo tecto exclusum foribus me deturbauit ædibus,(non ingressus loquitur.)*Idem in Mi.it.sc.*2.*a.*2. Quémque aspexeritis in tegulis,hunc deturbatore in viam.*Idem ibid.sc.*3 *a.*2.*Met.* Deturbabo iam ego illum depugnaculis.*& Most.sc.*2.*a.*1.Ea tempestas mihi deturbauit verecundiam.]*Vir. 5.Æneid.*-puppi deturbat ab alta: *Col.verò lib.*5. ad pampinationem transtulit,Vinitor,(inquit)qui antè ferro,nec manu deputet,vmbrásque compescat,ac superuacuos pampinos deturbet.*Cic.ad Cn. Pomp.* ad animum transtulit.Sed hoc scito,tuos vereshostes,nouos amicos vehementer literis tuis perculsos atque ex spe deturbatos iacere.

¶Deturbare de mente dicit *Cic.in Pison.*pro eo quod est mente spoliare.Sua(inquit)quenque fraus,suum facinus,suum scelus,sua audacia,de sanitate & mente deturbat.

[Deturbatus,pro valdè turbatus *Gel.c.*9*l.*8. Theophrastus philosophus omnium suæ ætatis facundissimus,verba pauca ad populum Athenien sem facturus,deturbatus verecundia obticuit.]

Dētūrgēo,es,detursi,Turgere desino,rumorem pono,decresco. κατογκόομαι.GA.Desenfler.ITA.*Sgonfiare* GE auffhören blásig/ oder geschwollen sein.HI. *Deshincarse.*ANG.*To asswage and waxe lesse againe efter swelling.*}*Plin.lib.*9 Deturgente Nilo,mures inueniuntur.

Dētūrpo,Turpem ac deformem reddo.{נבל *nibbél.μολυῶω, αἰσχύνω.*GA. Enlaider,vilener,faire laid,gaster la beauté.IT.*Difformare, imbruttare.*GER.Verwüsten/vnsettig oder vngestalt machen.HISP.*Afear.*ANG. *To make foule,to array filthelie.*}*Suet.in Cali* Pulchros & comatos,quoties sibi occurrerent,occipitio raso deturpabat.*Cic.* simplici vsus est, Iouis aram sanguine turpari.

DĒVĂ,*dnoda*,Britanniæ oppidum est in tractu Orientali, *teste Ptolemæo, lib* 2.*c.*3.

DĒVĂNĂ,*dnoia.* Oppidum Tazælorum in Orientali tractu Britanniæ, qui hodie Scotia dicitur.*Autor Ptol.li.*2.*c.*3.

Dēuāsto,as,are,Vasto,spolio,depopulor. {שדד *schadhádh.* השם *heschâm* חריב *hecherîb.κατατροπόω.*GAL.Depeupler,degaster,mettre en degast.ITA.*Dar guasto.*GER.Verwüsten/verhergen.HIS.*Destruyr,desolar,yermar.*ANGLIC.*To waste,to destroy,to spoile.*}*Liu.lib.*2.*bell.Pun.* Vbi satis quieti datum,præda ac populationibus magis,quàm otio aut requie gaudentibus,profectus per Præturianum Adrianúmq; agrum, Marsos inde,Marrucinósque & Pelignos deuastat. *Ibidem,* Ita sumus aliquoties hac æstate deuastati,&c.Agmina ferro deuastata, *Ouid.*13 *Metam.*

DĒVCALIŌN,*Δευκαλίων,*Nomen propriũ filij Promethei,cui adulto Epimetheus patruus Pyrrham filiam contagio iunxit.{GER.Ein son prometbei welcher allenig mit seiner hausfrawen pyrrha in dem all gemeinen wasserguß oder sundtfluß in Thessalia ist erhalten worden.} Porro quum hic apud Thessalos regnaret,ingens diluuium contigit: quapropter arrepta naui solus Deucalion cum Pyrrha seruatus, in Parnassum montem delatus est.Cessantibus verò aquis Themistos oraculum adiit consulturus de humani generis restitutione:quæ respondit, vt ossa Magnæ matris post tergum iacerent. Coniectis igitur post tergum lapidibus, quos Deucalion iecerat, in mares: quos Pyrrha, in fœminas vertebantur.*Iuuenal. Satyr.* 1. Ex quo Deucalion nimbis tollentib. æquor,Nauigio montem ascendit,fortéfq; popposcit, Paulatímque anima caluerunt mollia saxa *Videfabulam apud Ouid.lib.*1, *Metamorph.*

Dēucālīōnēus,a,um,vt Deucalionei imbres, qui pro maximis & copiosissimis imbribus ponuntur à Poëtis,siue pro vniuerso totius orbis cataclysmio,quem illius volunt Poëtæ contigisse temporibus. *Luc.lib.*1. Deucalioneos fudisset Aquarius imbres.Vndæ Deucalioneæ,*Ouid.*7. *Metam.*

Dēuēho,Deorsum veho,defero.{חביא *hebi.καταφέρω.*GALLIC.Charrier & porter d'vn lieu en autre.ITA.*Portare al basso,menare.* GER. Abhinfüren HIS. *Lleuar abaxo.* ANG.*To bring or carie downeward.*}*Plin. in Epist.* Medios ille agros secat,nauium patiens,omnésque fruges deuehit vt in vrbem,hyeme duntaxat & vere.*Autor ad Heren.lib.*1.Qui parentem necasse iudicatus erit, is obuolutus & ligatus culeo deuehatur in profluentem.*Tacit.lib.*4.Ac simul vtrunque exercitum Rheno deuectum Frisiis intulit.*Cic.*1.*Phil.*Ego celeriter Veliam deuectus Brutum vidi:quanto meo dolore non dico.

Dēuēllo,is,Vello.{ארח *arách* חעתיק *hehethick* κοτίλλω.κοπτίζω.GAL. Cueillir,arracher.ITA.*Suellere.*GERM.Abreissen.HISP. *Arancar algo de lugar.*AN.*To pull vpon away.*}*Plin.lib.*21.*cap.*11. Et cæteris hyacinthus maximè durat,& viola alba,& œnanthe: sed hæc ita, si diuulsa crebrò prohibeantur in semen abire.

Dēuēlo,as,Velum aufero,& detego,reuelo.{גלח *ghalách.*κκαλύπτω.G. Descouurir,desuoiler.IT.*Scoprire,leuar il velo.*GE.*Den vmbhang hinweg thun/entdecken.*HIS.*Reuelar y descubrir lo secreto.* ANG. *To discouer to tak away that which couereth.*}*Oui.*6.*Met.* Oráque deuelat miseræ pudibunda sororis.

DEVELTON *Plin.*Δεύλτος *Ptol.*Oppidum Thraciæ mediterraneum,lacum habens eiusdem nominis.*Virius que meminit Plin.lib.*4.*c.*11.Vulgò *Deuelto.*

Dēuēnĕrŏr,atis,Veneror.{חבר *chibbédh.σεβάζομαι.*GA.Auoir en grãde reuerence,honorer,venerer,adorer.ITA.*Honorare,riuerire.* GERM. Verehren HI.*Honorar y acatar.*ANG.*To honour,to reuerence greatlie.*} *Ouid.epist.*2.Sæpe deos supplex, vt tu scelerate valeres, Sum precethuricremis deuenerata focis.*Tib.lib.*1.Ipse procuraui ne possent sæua nocere Somnia,ter sancta deuenerandamola.

Dēuēnio,is,pen.corr.de loco editiore descendo. {ירד *jarádh* נחת *highhiâ.καταβαίνω* GALL.Descendre & venir,paruenir.ITA.*Venire,scendere di luogo alto.*GER. Abhinkommen HISP. *Venir de arriba abaxo.*ANG. *To come downe frome highe à low.* } *Virg. lib.* 4. Æneid. Speluncam Dido,Dux & Troianus eandem Deuenĕre. ¶ Al quando. ponitur pro suo simplici venio. *Pl in Mil.* Quibus cum comitata rectè deueniat domum.*Cic.ad Atcic.*Nolebam nostrum familiarem seruonem in alienas manus deuenire. [*Sueton.in Cæs.cap.*56. Deuenire in hostium potestatem.*Plaut.Men.sc.*2.*a.*1.*& in Asin.sc.*2.*a.*1.Periji,in insidias deueni.*Idem Aul.sc.*1.*a.*2.Homo ad Prætorem exlorabundus deuenit.*Idem Curc.sc.*3 *a.*2.Mœstus me illò frustrà deuenisse. (prouenisse.)*Idem Milit.sc.*1.*a.*2. Quemodo in seruitutem deuenerim ab eo, cui seruiui prius.*Plaut.pseud.sc.*3.*a.*1.Ad Danistam deuenires,adderes fenusculum.]Per translationem verò quum diuitiis in paupertatem, de gloria ad ignominiam,de iustitia ad iniquitatem, de prosperis in aduersa cadimus.*καταπίπτω. Autor ad Heren.lib.*4. Videtur esse arrogantia illa relinquere, ad sua deuenire. *Plau.in Asin.sc.*1.*a.*1. Quid si fortè in insidias deuenero?

Dēuēnūsto,as,Deturpo.{נבל *nibbél.* λυμαίνομαι. GAL. Oster la beauté, souiller,gaster,villener.ITA. *Imbrattare.* GER. Vngestalt oder vngestbaffen machen/verwüsten.HIS.*Afear lo hermoso.* ANG. *To mak vnhoneste or foule.*}*Gell.lib.* 12.*cap.*1. Tanquam pulchritudinis sibi insignia deuenustet.

Dēuērbĕro,as,Valde verbero.{ραπτίζω.GAL.Batre à force, bien batre. ITA.*Battere,percuotere grandamente.*GER.Hefftig schlagen. HIS. *Mucho azotar.* ANG.*To beat sorelie or much.*}*Terent.in Phorm.* Quot me censes homines iam diuerberasse vsque ad necem, Hospites, tum etiam ciues?

Dēuērbĭum.*Vide* DIVERBIVM.

Dēuērgentĭa,æ,deuexitas,Declinitas.κατωφερὴς,κάπτωσις. *Gell.lib.*14.*cap.*1. Partium circulorúmque cæli ex deuergentia & conuectionibus mundi varietas.

DĒVĔRRĂ,Dea ab antiquis putata est,quam venerabantur,vt scopis domum verrere possent.

Dēuĕrro,is,Verro,euerro,verrendo purgo.{פנה *pinnáh.*καταφέρω.GAL. Balier & nettoyer au net.ITAL.*Spazzare.*GER. Abwyschen / mit wyschen seuberen.HIS.*Barrer.*ANG.*To sweepe away* } *Colum.lib.*8. Scabula verò frequenter deuerrenda & purganda,humórque omnis vrinæ deuerrendus est.

Dēuĕrsus,Veteres dicebant,quasi deorsum versus.*Festus.*

Dēuĕrto,pro diuerto frequentissimè *apud Plautum* legitur more veterum.{סר *sar.*κατατρέπω,ἐκτρέπω,κατορθόω.GALL. Destourner. ITAL.*Diuertere.*GERM.Abkeren/entwanhin keren.HISPANIC. *Bolver de lugar, se appar-*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Aportar de lugar. AN. *To auoyde and turne aside.* } *Quint. li. 2.* Atque inde alia non minus communia ac nota deuertunt. *Tacit. li. 17.* In odium T. Iunii diuerterant. Alii legunt diuerterant.

Deuerſatus, idem quod verſatus. *Tertull. aduerſus Mar. l. 2.* Quatenus, inquit, & ipſi Deum in figura, & in reliquo ordine humanæ conditionis diuerſatum iam credidiſtis.

Dēueſtio, Veſte exuo. { שסה *paſchát.* διϋδύω. GA. Deueſtir, depouiller. IT. *Spoliare.* GE. Die kleider außziehen. HIS. *Deſnudar la veſtidura.* AN. *Take away the clothes and mak naked.* } *Apul. li. 3.* Iam primùm omnibus lacinis ſe deueſtit.

* Deueto, as, are, pro Vetare. *Quint. 1. Declam.* Omnino ſummam calami tatem corporis occurrere delicatis vxoris oculis deuetaret. Alia exemplaria habent vetaret.

Dēuēxo, as, Vexo. { עגה *Binnáh.* κατασείλλω. G. Vexer fort & trauailler. IT. *Affligere in varij modi.* GE. Hefftig plagen/ſehr bekümmeren. HI. *Fatigar

mium deditum) assiduè proscidit.] *Varro.* Cùm deuoto tibi animo vtere. *Virgil. 4. Eneid.* Præcipuè infelix pesti deuota futuræ. ¶Accipitur & in malum, pro diro & execrando. *Ouid. in Epist. Medeæ,* Vtuitc deuoto fœmina virque toro. Deuoti item dicuntur qui mutuæ amicitiæ legibus ita se astrinxerunt, vt tota in vita iisdem fruantur commodis, iisdémq; casibus obnoxij sint. *Cæsar 3. bell. Gal.* Atque in ea te omnium nostrorum intentis animis, alia ex parte oppidi Adcantuannus, qui summam imperij tenebat, cum sexcentis deuotis, quos illi Soldurios appellabant: quorum hæc est conditio, vt omnibus in vita commodis vnà cum his fruantur quorũ se amicitiæ dediderunt.

[¶Deuotissimus, a, um. *Suet. in Cæs. cap.* 67. Deuotissimos sibi milites reddidit.]

Dēuōro, as, pen. prod. frequēcatiuum. {ἐνδέω μι. ANG. *To bind by vowe.*} *Cicer. in Parad.* Quæ vis Coelitem contra omnes hostium copias tenuit in ponte solum? quæ patrem Decium, quæ filium deuotauit, ac immisit in armatas hostium copias?

Dēuōtōrĭus, a, um, adiect. {ὁ τῆς κατάρας, ὁ ἀναθεματικός. GALL. Par lequel on se voüe, oblige ou dedie. ITA. *Cosa d'inuocatione.* GERM. Das zu dem verflůchem gehört. HISP. *Cosa para ofrescer.* ANGLIC. *By the which one voweth and bindeth him by vowe.*} vt, Carmina deuotoria, *apud Liu. & Macrobium*, quibus homines, vrbésque deuouentur: vt de tribus Deciis legimus, qui seipsos pro salute patriæ Diis Manibus deuouerunt.

Dēuōtĭo, Dedicatio consecratio. {חרם *chérem.* κατάρα. GAL. Dediemẽt, obligation à mort, vœu de mettre & employer la vie. ITA. *Voto de gli antichi al diauolo, inuocatione diaboli.* GERM. Verflůchung/ ergebung den teüfel mit fluchen. HISP. *Ofrescimiento, hechizos.* ANG. *A vowe or solemne p omise, a geuing or bequeathing to death, a curse.*} *Suet in Calig.* Lenis adeo & innoxius, vt decreta sua rescindenti, non priùs succensere in animum induxerit, quàm veneficiis quoque & deuotionibus impugnari se comperisset. Hæ deuotiones tales erant quales diræ fuerunt apud priscos, quæ talem habere potestatem credebantur vt nemini fas esset, qui in ea incidisset, euadere. ¶Inter carmina magica duo erant apud maiores maximæ religionis, quorum altero, dij tutelares vrbium euocabantur ab hoste victore, ne deos captiuos ducere viderentur. altero deuouebant, id est morti dedebant hostium exercitus, & singula interdum capita eorum qui se traderent ira numinum pro salute aliena: quale fuit carmen Deciorum qui se pro patriæ salute deuouerunt.

Dēūro, is, ere, Vro. {שרף *saráph* בער *beér* לחט *lihát.* καίω, ἐκπυρόω. GALL. Brusler. ITAL. *Abbrusciare.* GERM. Abbrennen. HISP. *Quemar.* ANG. *To barne.*} *Liu. lib. 9. bel. Maced.* M. Æmilius alter consul agros Ligurum, vicósque qui in campis aut vallibus erant, ipsis montes duos Balliftam Suismontiúmque tenentibus deussit, depopulatúsque est. ¶Deurere morsu dicitur serpens, vel afflatu, quum inflammat. *Senec. lib 1. de Clem.*

Dēūstus, deusta, deustum. {שרוף *saráph.* κεκαυμένος. GALL. Brusle. ITAL. *Abbruscíato.* GERM Abgebrennet. HISP. *Quemado.* ANGL. *Burned.*} vt Mons deustus, *Tacit. lib 4* Pars Circi deusta, *ibidem.*

Dĕus, {אלוה *eloáh.* Θεός. GALLIC. Dieu. ITA. *Dio, Idio.* GERMAN Gott. HISP. *Dios.* ANG. *God.*} vnde deducatur, variè exponi solet. Nam alij ἀπὸ τοῦ δείδω, hoc est à timore: quod primos in orbem deos (si tam impiã sententiam referre fas sit) timorem credebant inuexisse. In qua etiam sententia Papinius fuisse videtur, quũ ait, Primus in orbe Deos fecit timor. *Cicer. de Aruspi. resp.* Quis est tam vecors, qui aut quum suspexit in cælum, deos esse non sentiat? *Idem 1. de Legib.* Nulla gens est neque tam immansueta, neque tam fera, quæ non, etiamsi ignoret qualem habere deum deceat, tamen habendum sciat. ¶Alij tursus deducunt à dando, quod omnia à Deo proueniant tanquam bonorũ omnium fonte, & ipse dator esse, & perfistere omnibus. Alij à Græco verbo δαίω, scio, nosco, quòd Deus sciat omnia, & quòd omnia sint nuda in conspectu eius. Alij à Θεὸς, litera tenui mutata in aspiratam, & o in u mutata, vnde dicimus Latinum Deus. Alij denique ab Hebræo nomine די *Dai* potens, sufficiens, vnde Saddai Deus omnipotens, siue sibiipsi sufficiens, quòd scilicet seipso sit contentus, nulla re indigeat sed sufficientiam omnibus solus largiatur. [*Ouid. in tio lib. 6. Fast.* Est Deus in nobis, &c *Idem Eleg 8. l. b. 4 Trist.* Non ita Diis visum est. *Velleius:* Diis quàm hominibus propior *Cato. Plaut. Curc. sc. 1. a 1. S.* Deos salutas dextrouersum censeo te vertas. *Idem Amphit.* Deus sum (id est omnia possum) *Tibul. lib. 4.* Quin horrante Deo magnis insistere rebus incipe. *Plaut. Pseud sc. 1. a. 2.* Dij me seruant atque amant. (In spe lucri.) *Ibidem sc 3. a. 1.* Dij melius faciant (abominantis) *Ibidem* : Deos, quos maximè æquum est metuere, minimi facit. *Plaut. Ps. sc. 3. a 2* Cui Dij propitij. *Idem Curc. sc. 2. a. 2.* Dij inter se conuruunt concorditer. *Idem Curc. sc. 3. a. 1.* Deus sum) id est sum beatissimus.) *Plaut. Men. sc. 2. a. 5.* Summum Iouem Deósq; detestor me ei nihil malefeciſſe. *Plau. Aul. sc. 3 a 4.* Dij me saluum & seruatum volunt. *Ibid. sc. 4 a. 1.* M. Saluus & fortunatus sis. E. Dij te ament. *Ouid. 13. Meta.* Si Dij sunt, non vana precaris. *Idem Eleg 8. lib. 4. Trist.* Nil ita sublime est, supráque piacula tendit. Non sit vt inferius suppositúmque Deo. *Idem Eleg. vlt. lib. 2. Trist.* Quótque aderant vates rebar adesse Deos. *Ibidem Eleg. 8. lib. 4.* Idque Deus sentit. (id est Augustus.) *Velleius:* Ad Deos excessit Hercules. *Idem,* Ad Deos transgressus. (de Augusto mortuo) *Sueton. in Tiber. cap. 66.* Dij Deæq; me perdant. *Ouid. 13. Metam.* Deus est in vtroque parente. *Plaut. Pseud. sc. 1. a. 1.* At Dij Deæque quantus es. (sup. perdant.) *Idem Curc sc. 3. a. 1.* Quid videbis magis Diis æquiparabile? *Idem Aul sc. 6. a. 4.* Deus mihi impulsor fuit. *Item*, Deum proles, vide Proles. Responsa Deum, vide Responsum]

Déum & Diuum quídam indifferenter accipiunt. Alij verò Deos volũt perpetuos esse, Diuos verò ex hominibus factos. τοὺς ἐκ τελειασμένους, ἀποθεωθέντας Et licet Deus definiri nequeat, tamen ita describi potest, Deus est mens vniuersi, vel, Deus est animus per immensas mundi partes, omnémque naturam commeans, atque diffusus, ex quo omnia quæ nascuntur animalia vitam capiunt. Vel, Deus est infinita mens quæ per sese sam mouetur. Speusippus philosophus sic ait, Deus vitæ [illegible] itale, per seipsum ad bonũ sufficiens, essentia sempiterna, [illegible] causa. Deus penetralis dicebatur, qui intra conseptum domus cuiusque colebatur: à nonnullis Iupiter Ercius dictus, ἀπὸ τοῦ ἕρκους. Deus ex improuiso apparens. Θεὸς ἀπὸ μηχανῆς ἐπιφανείς. In eos dicitur, quib. in rebus perplexis, præter spem exoritur aliquis qui salutem adferat, negotíque difficultatem expediat. Sumptum est a consuetudine tragœdiarum. *Hunc aliasit Cic. 1. de Nat. deor. ex Platonis Cratylo.* ¶A Deo fícti quadam adagij formà *Cic.* dicuntur qui vehemẽter ad aliquid natura compositi sunt. ¶Cum Deo quisque & gaudet & flet, τῷ θεῷ πᾶς ἡδεται, καὶ ἀδύρεται. Admonet adagium, rerum humanarum celerem esse commutationem, neq; in nobis situm, vt res perpetuò secundæ sint: verùm vtcunque fortunæ libitum fuerit, ita, vel secundis rebus attollimur, vel aduersis affligimur. Cum Deo fit, Græcis, quod fit fauente numine: contrà, Sine Deo, quod absq; Deorum fauore. ¶Nullius indigens Deus, αὐτάρκης ὁ θεός. Admonet parœmia nullum esse mortalium tam absolutum, in quo non aliquid desideretur: vnum esse Deum vndequaq; perfectum. ¶Diis hominibus plaudentibus. Prouerbial. s est hyperbole, pro eo quod est fœliciter atque auspicato. *Cic. ad Quint fratrem.*

Dĕă, æ, fœm. *Vide suo loco.*

Dĕĭtās, Quæ & d uinitas dicitur. {θειότης, θεότης. GAL. Diuinité, deité. ITAL. *Diuinitá* GERMANIC. Gottheit. HISPAN. *Diuinidad.* ANG. *The aei tie or godhood.*} *Aug lib. 7. de Ciu.* Hanc diuinitatem, vel (vt sic dicam) deitatem: nam & hoc verbo vti, iam nostros non piget, vt expressius è Græco transferant quod illi θεότητα appellant.

Deutĕrĭă, pen. Ion. {δευτερίας. GALLIC. Vin de despense, vin tiré du pressoir ou il y a de l'eau. ITALI. *Secundi vini aquarelli.* GER. Treber wein / wann mann vber die ausgetruckten treber oder traubenkernen wasser schuttet / von welchen schon der gut most kommen ist / Lenten. HISP. *El aguapie, vino de despensa.* ANGL. *A weak or secondo wyne.*} à Græcis dicitur vinum aqua mistũ, quod & Latinis dicitur secundarium. nam δεύτερον secundum dicitur. Fit ex maceratis aqua vinaceis post mustum acinis expressum. [Tenuem ceruisiam Belgæ & Anglis Inferiores verò Normani Tenue pomatium dicunt. *Gall.* Petit Biere: Petit Cidre.]

DĔXĂMĔNĒ, δεξαμενή, vna ex Nymphis marinis, à recipiendo dicta. δέχομαι enim recipio dicitur.

DĔXĂMĔNAĒ, plur. nu. δεξαμεναί, Ambraciæ regiuncula est, ita dicta à Dexameno Mesoli filio & Ambracia filia Phorbantis, qui Solis filius fuisse perhibetur. *Autor Steph.*

DEXARI, δεξάροι. Populi Chaonum Encheleis propinqui. *Steph.*

DĔXIMONTANI, Carmeniæ populi dexteram ripam Granij amnis accolentes. *Autor Plin. lib. 9. cap. 23.*

DEXIPHANES, Pater Sostrati architecti. *Steph in Pharo.*

DĔXĬPPŬS, δεξίππος, Orator Athen. fuit, sub Valerian. & Aureliano principibus. ¶Fuit & alter hoc nomine medicus, patria Cous, discipulus Hippocratis *Suid.*

Dĕxtāns, dextantis, decem vnciæ dicuntur, quum scilicet assi deest sextans: sicut deunx, quum assi vna deest uncia. *Autor Festus, Col. lib. 5 c. 1.* Pars dimidia & tertia, vigintiquatuor millia, hoc est dextans, in quo scrupulę CCXL.

Dĕxtĕr, dextri, vel dexteri, dextra, dextrum, vel dextera, dexterũ. *Quod* est ad manum siue latus dexterũ. {ימין *jamin.* δεξιός. GALLIC. Dextre, adroit & habile. ITAL. *Dextro, atto.* GERMAN. Recht HISPAN. *Diestro, ò derecho.* ANGL. *That is on the right hand, hand some, apt.*} *Virg. 5. Æn.* Quò tandem mihi dexter abis? Dextrũ cornu, & siniſtrũ in acie tenere. *Liu. 2. ab Vrbe. Ouid. 2. Met.* Signaque sex forib. dextris, totidémq; siniſtris. ¶Interdum ponitur pro aptus, conueniens, agilis: quæ significatio inde tracta est, quòd dextra manus agilior sit & pròptior siniſtrâ. *Stat. l. 3. Syl.* Signa frænatæ moderatus alæ Castore dextro. [*Sen. epist.* 54. Vtrosq; pedes dextros facit podagra.] ¶Aliquando etiã dexter dicitur prosper. *Virg. 8. Æn.* Et nos & tua dexter adi pede sacra secũdo. *Persius,* -ô si Sub rastro crepet argenti mihi seria, dextro Hercule. *Quint. in Proœ. l. 4.* Adsit Domitianus dexter ac volens *Ouid. 1. Fast.* Dexter ades ducib. * Dexter pro dexterè aduerbio. *Liu. 9. ab Vrb.* Ré per se popularem ita dexter egit, vt rodendis corporib. animi multo plus militum imperatori reconciliarentur.

Dĕxtĕrĭor, cõparatiuus. δεξιότερος, δεξίτερος. *Ouid. 2. Metam.* Nec te dextèrior totum declinet ad anguem. *Varro 2. de re Rust. c. 5.* Siquidem si mas est, in dexteriorem partem abit: si fœmina, in siniſteriorem.

Dĕxtĕrĭtās, Aptitudo. {δεξιότης. GAL. Dexterité, habilité, bienseance. IT. *Habilità, attitudine, destrezza.* GE. Geschickligkeit/ alle ding mit vortheil anzugreiffen. HISP. *Habi idad, atauio, destreza de la mano diestra.* ANG. *Aptenesse in doing any thing aptnesse, dexteritie.*} *Liu 7. bel. Maced.* Multa in eo & dexteritas & humanitas visa. *Idem 8. bel. Pun.* Tanta autem inerat comitas Scipioni, atq; ad omnia naturalis ingenij dexteritas, &c.] *Gel. c. 16. l. 13.* Dexteritas quædam & beneuolentia.

Dĕxtĭmum & Siniſtimum antiqui dicebant. Varro ἀπὸ λαίου, Primo cõpito dextimam viam munit Epicurus. *Salust. in Iug.* Sylla cum equitatu apud dextimos, in siniſtra parte A. Manlius cum funditoribus & sagittariis.

Dĕxtĕră, vel Dextra manus. {ימין *jamin.* δεξιά. GAL. La main dextre ou le costé dextre. ITAL. *Man destra.* GERMAN. Die rechte hand. HIS. *La mano derecha.* ANGLIC. *The right hand.*} *Vir. 2. Æneï.* -si Pergama dextra Defendi possent, etiam hac defensa fuissent. ¶Et quoniã dextra validior est siniſtra, vel quia suppl. cantes & miseros quib. faue mos dextera erigere solemus, Dare dexteram & porrigere, pro auxilium præstare ponitur. *Cic. post red.* Mihi fidem dexterámque Consularem porrexit. *Virg. 6. Ænei.* Da dextram misero, id est præsta auxilium. ¶Dextra se antiqui venerabantur, per dextram iurabant, tanquam fidei sedem, & virtutis ministram. Vnde & hodie consuetudo tenansit apud Germanos, vt se mutuò salutantes dextrã porrigant. Dextrã (*inquit Seruius*) Numa Pompilius Fidei consecrauit. *Cic. 11 Phil.* Dextræ quæ fidei testes esse solebant, perfidiã sunt & scelere violatæ. *Terent. Andr.* Quod ego per hanc te dextram oro, & genium tuum, Per tuam fidem, &c. *Cic. pro Deiot.* Per dexteram istam te oro, quam regi Deiotaro hospes hospiti porrexisti. [Tibi dexrera bello vtilis *Ouid. 13. Met.* Nec indomitæ deberi præmia dextræ. Dextera digitis rationem computat feriens femur dexterum. *Pl. Mil. sc. 2. a. 2.* Saluto. Salue, inquit mihi: prehendit dextram. *Plau. Curc. sc. 3. a. 2.* Cedo mihi tuam dextram. *Pl. Ibid.* (Salutantis) Per dexterã tuã te Alcumena oro, obsecro.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

obsecro da mihi hãc veniam. *Pl. Amph.* Dexteram tuam dextera retinens manu obsecro. *Plau. Capt. sc. 3. a. 2. Item* (in salutatione) Adeunt, consistunt, copulantur dexteras. *Plau. Aul. sc. 2. a. 1.* Vbi obiter nota passiuum copulantur, dictum pro actiuo copulant. Hac dextera regem mactaui Pterelam. *Plau. Amph.* Picus, Cornix ab læua, coruus, parra ab dextra. *Plaut. Asin. sc. 1. a. 2.* Cui non tua dextera fuit officiosa in versus? *Ouid. El. 7. l. 4. Trist.* Mihi dextera vox aures verberat. *Pla. Amph.* ¶ Ne cuiuis dextram ieceris, μὴ παντὶ ἐμβάλλειν δεξιάν. Hoc est, ne temerè quemlibet in familiaritatem admittas, sed deligas quem diligas.

Dẽxtẽllă, læ, diminutiuum. *Cic. Attic. li. 14.* Quintus frater, vt scribis, est dextella: per eum igitur quod volemus facilè auferemus.

Dẽxtẽrẽ, aduerb. Fœliciter, aptè, & cum quadam dexteritate. { δεξιῶς. GALLI. Dextrement, auec bon heur. ITALI. *Destramente, felicemente.* GERM. Gluckflich. HISPAN. *Bien auenturadamente, y con destrezza.* ANGLIC. *Prosperouslie, with good lucke.* } *Liu. 1. ab. Vrbe,* Notitiáque eum breui apud regem, liberaliter dexteréque obeundo officia, in familiaris amicitiæ adduxerat iura [*Senec. c. 6. de Conf. ad Polyb.* Dexterè vti rebus secundis.] *Horat. 1. Serm. Sat. 9.* Nemo dexterius fortuna est vsus.

Dẽxtrălĕ, ornamentum dextræ, commune viris & mulieribus. περισκελίον.

Dẽxtrārii, dicuntur Equi, maximè bigarij, ζύγιοι.

Dẽxtro, as, Est equos bigarios iungo. *Valla de donat. Constant.* videtur accepisse pro eo quod dicimus, Equum à dextris ducere, Triumphasse (inquit) putas Cæsarem, quoties prodibat, vt nunc solet Papa præcedentibus equis albis, quos stratos famuli dextrant?

Dẽxtrātio, verbale. *Solinus,* Tarpeium Iouem terna dextratione lustrauit.

Dextrocherium. {GAL. Bracelet d'or. ITALI. *Monile, braccialetti d'oro.* GER. Ein arm zierd an den weyberen. HISP. *Cadena de oro que pende al braço de la muger.* ANG. *A brasetet of gold.*} Muliebre brachiorum ornamentum, quod ex auro in anuli lati formam, gemmis pretiosissimis integebatur. *Iul. Capitol.* scribit Maximinum pollice fuisse tam vasto, vt vxoris dextrocherio vteretur pro anulo. *Vide Celium Rhod. lib. 8. cap. 13.*

Dẽxtrōrsum, & Dextrorsus, aduerbia, significant, versus dextram partem. { δεξιά. GALLIC. A costé dextre, du costé droit, à dextre. ITA. *Verso man destra.* GERM. Auff die rechte hand / gegen der rechten seiten hinauß. HISPAN. *Hazia la mano diestra.* ANGL. *Towardes the right side or hand.*} *Cic. 1. de Diuin.* Dextrorsum orbem flammeum. *Pli. lib. 24. c. 19.* Efficacissimum remedium esse aiunt, si tres quoque trium nationum homines perungant dextrorsus. *Horat. 2. Serm.* hic dextrorsum abit.

Dẽxtrōuersum, aduerb. Eiusdem significationis est cum superiore, hoc est versus dexteram. *Plaut. Curc. sc. 1. a. 1.* si deos salutas, dextrouersum censeo. [sub. te vertas.] *Idem in Rud.* Sed dextrouersum aduersa, it in malam crucem.

D ante I

DICT. In notis antiquorum, dictator. DIG. M. dignus memoria vel more. DIEB. diebus. DIL. Dilectus, vel DILECTIS. dilectissimus. D. I. L. IV. A. de isto lapide inuenies aurum. D. IN. M. S. diis inferis maledictis vel Malis, vel dari iussit. D. IMM. diis immortalibus. D. IM. S. diis immortalibus sacrum. D. IPS. de ipsis. D. I. V. BB. dilatum vinum bibebat. D. I. dat laudes, vel donauit locum, do legem vel dono legauit, vel dico legem. DL. delego. DL. deloco. D. C. D. P. dies cum dedit publice. D. L. S. diis laribus sacrum. D. M. diis manibus, vel domus mortui: diuus maximus, vel dis maximis, vel diuos mares. D. M. dolum malum, vel dubium malum, vel donauit monumentum. D. M. A. Deo magno æterno. D. M. B. M. F. dis manibus bonæ memoriæ, dolo malo fecit, vel bene merentibus fecit. D. M. FV. C. dolo malo, fraudísve causa. D. M. L. de malè loquentibus. D. M. M. dis manibus Mæuiorum. D. M. S. dis manibus sacrum dormierunt, vel dormiunt mortui securi. D. M. S. C. S. R. P. T. DEINV. CR. dies malus sequitur cras, si ruperes tonitrua deinuenies carbones. D. M. S. C. P. dies malus, sequitur cras peius. D. N. Dominus noster. DN. dominus D. N. G. diutius non gaudebis. D. N. M. Q. deuoto numini maiestatique. D. N. P. F. S. de numerata pecunia facies sacram. DNN. Domini.

Dĭ & Dĭs, præpositiones eiusdem significationis sunt: quę ambæ inseparabiles sunt, & in compositione solùm reperiuntur. Componitur autem di cum dictionibus incipientibus à d, vt diduco: g, vt digero: l, vt diluo: m, vt dimitto: n, vt dinumero: i, vt diiudico: u, vt diuerto: & vbique producitur, nisi in dirimo, & disertus. Dis verò modò negationem denotat, vt difficilis, diffido: modo diuersitatem, vt dissideo: modò diuisionem, vt dissocio, disiungo. Modò significat valde, vt discrucior, discurro, discupio, Modò variè, siue in diuersas partes, vt dispono, dissemino. Quandoque malè, vt dispereo, malè pereo. Componitur cum c, vt discumbo: f, vt diffundo, vbi s mutatur in f, euphoniæ causa: p, vt disputo: q, vt disquiro: r, vt dirumpo: s, vt dissimulo: t, vt disturbo: j, consonante, vt disiungo.

DĪă, æ, Insula est maris Ægæi, vna Cycladum, distans à Delo XI. M. pass. Aliis nominibus Naxos dicta, & Sicilia minor, & Dionysias à vini fertilitate. *Autor Pli. l. 40. c. 12.* In hac Liber patet Ariadnem à Theseo destitutam, vxorem duxit: qua de causa etiam Baccho sacram esse volunt. *Ouid. in Trist.* Quà breuis æquoreis Dia feritur aquis.

¶ Est item Dia Thessaliæ vrbs ab Æaco condita. Alia item Thraciæ, ad Athon montem. Tertia, Euboeæ. Quarta, insula iuxta Scyllæum Peloponnesi promontorium, oppidum habens eiusdem nominis. Quinta, Lusitaniæ ad Oceanum. Sexta, Italiæ iuxta Alpes. Septima, Scythiæ, circa Phasim. Octaua, Cariæ. Nona, Bithyniæ iuxta Pontum. *Autor Steph.*

DĪă, æ, deæ nomen, quæ apud Sicyonios & Phliasios colebatur: quæ eadem fuisse creditur cum Hebe iuuentutis dea. *Vide Strabonem lib. 8.*

Dĭăbăthră, æ, διαβάθρα. Genus solearum Græcarum, *inquit Festus.* Diabathrarius, qui soleas huiusmodi conficiebat. *Plau. in Aulul.* Propolæ, linteones, calceolarij, sedentarij, sutores, diabathrarij, solearij, &c. Est enim Diabathra Græcis scala nautica per quam in nauem conscenditur.

DIABITAE, διαβῖται, *Steph.* Insulæ quatuor in mari Carpathio citra Rhodum, quas recenset *Plin. libr. 5. c. 31.*

Dĭăbētes, διαβήτης. Dictio est Græca, quam transitum transferre possumus, ἀπὸ τῆς διαχύσεως: vnde pro siphone accipitur, per quem aqua defluit: *Col. lib. 4. c. 10.* de vite loquens, Naturali enim spiritu omne alimentum virentis, quasi quædam anima, per medullam trunci quasi per siphonem, (quem diabetem vocant mechanici,) trahitur in summum.

¶ Accipitur etiam pro quodam renum morbo, maximam & penè inextinguibilem inducens sitim: vnde & dipsacon appellant: nonnulli etiam florem vrinæ, propterea quòd ægri semper sitientes, subindéque bibentes, statim etiam reddant quod biberint à qualitate sua non mutatum. *Vide Galenum de locu affect. lib. 6.*

Dĭăbŏlŭs, { שטן *satán* διάβολος. } Latinè calumniator dicitur. διαβολὴ, calumnia: διαβάλλω, criminor. [¶ Diabolus, Glauci filius *Plau. Asin. sc. 1. a. 4.*]

Diacheton, Spina est, magnitudine arboris modicæ, flore rosæ, cuius radix vnguentis expetitur: qui alio nomine aspalatus appellatur. *Plin. lib 24. cap. 13.* Est spina syluestris frutex humilior atque spinosus in Nysiro & Rhodiorum insulis, quem alij erysiceptrum, alij adipsatheon, siue dipsacon, siue diacheton vocant. Quo tamen in loco eruditi malunt legere diaxilon, quæ nomenclatura etiam à *Dioscor.* huic frutici tribuitur.

Dĭăcōdĭŏn, διακώδιον, Medicamentum quod ex capitibus papaueris fit: *Plin. lib. 20. c. 18.*

Dĭăcŏnŭs. {משרת *meschareth.* διάκονος. GA. Diacre. ITA. *Ministro.* GER. Ein diener / oder helffer HIS. *Diacono, el que ministra à otros.* AN. *A deacon.*} Est minister, à διακονέω ministro: quo cognomine Mercurius appellatus fuit, quem communem esse voluerunt, deorum tum superorum, tum inferorum ministrum.

DĬĂCŌPĒNĒ, διακοπηνὴ, Cappadociæ regio ad Halim fluuium. *Strabo lib. 12.*

Dĭăcŏpī, παρὰ τὸ διακόπτειν. Incisa, siue incilia, id est, aditus in aggeribus Nili patefacti per quos in aruum fluere aqua possit. *Vlp. l. pen. de extraord. crimen.* Commata etiam & Diacopi qui in aggeribus fiunt. *Hotoman.*

DĬĂCRĂ, tribus Atticæ Pallantis sedes. *Steph.*

Diactommium, {διακεκομμένον. Medicamentum ex cæpis: Nam Græci τὸ κεκομμένον, cæpum vocant. *Apul. Gall. in Comm. in lib. Heresèon legitur,* Diacrosimos, *sed mendosè.*

Dĭăctŏr, διάκτωρ, διάκτορος, quasi internuntius, quod nomen datum est Mercurio, quem deorum internuntium Poetæ finxerunt.

Dĭădēmă, pen. pro. Apex, insigne regni. { צניף *tsaniph* מצנפת *mitsnéphet* צורה *tsatarah* נתר *chéther.* διάδημα. GAL. Vn diademe, qui estoit vn certain tocquement ou garniture de chef de Roy ou Roine, fait de poupre par entrelassemens. IT. *Diadema.* GE. Ein haupt zierd der kunigen / vor zeiten war ein binden auß purpur. HISP. *Corona real.* AN. *A diademe a crowne of a prynce.*} Gestamen capitis, regum insigne. ἀπὸ τοῦ διαδεῖν, hoc est à circunligando. Erat enim fascia quædam, qua caput circunligabatur. *Cicer. 2. Phil.* Diadema ostendis, gemitus toto foro. *Plin. li. 11. c. 16.* Regibus apum in fronte macula quondam diademate candicans.

Dĭădēmātus, Diademate ornatus, {διαδεδεμένος, ὁ τῷ διαδήματι κοσμούμενος: GAL. Qui a le diademe sur la teste. ITA. *Chi ha in capo lo diadema:* GER. Der ein solche haupt zierd tregt / gekrönt. HIS. *El que tiene tal corona sobre la cabeça.* ANG. *That weareth a crowne on his head.*} vt diadematus Apollo. *Plin. lib. 14. c. 8.*

DĬĂDES, διάδης, nomen dedit Diadi vrbi in Lycia, quàm condidit. *Stephanus.*

DĬĂDŎCHI, Vrbs est in Persia non procul ab Ctesiphonte, διαδόχη πόλις: *Steph.*

Dĭădŏchŏs, διάδοχος, Gemma beryllo similis. *Plin. libr. 37. capite 10.* Apud Athenienses autem Diadochi dicebantur, οἱ πανταχόσιοι, hoc est quingenti viri, quorum consilio de rebus publicis priuatísque statuebatur: ita dicti quasi successores, ad differentiam Areopagitarum, quorum perpetuus erat magistratus. διαδέχομαι enim inter cætera significat succedo, & vices alterius excipio.

DĬĂDŪMĒNŬS, διαδούμενος, Quasi vittatus diadematúsque: quo nomine dictus est iuuenis quidam speciosus, quem Polycletus ex ære expressit. *Plin libro 34. capite 8.* Polycletus Sicyonius, Ageladis discipulus, Diadumenum fecit molliter iuuenem, centum talentis nobilitatum.

Diærēsis, is, διαίρεσις, Apul Grammaticos figura est, qua vna syllaba in duas diuiditur: *vt apud Horatium.* Nunc mare, nunc syluai. vbi dictio dissyllaba syluæ, diuiditur in tres syllabas. Sic Aulai, Pictai, pro aulæ, pictæ. Nomen autem habet diæresis ἀπὸ τοῦ διαιρεῖν, quod est diuidere: vnde & Latinè diuisionem vocare possumus.

Dĭætă, Locus in quo cibus sumi solebat, cœnaculum, cœnatio. δίαιτα, ἀγωγή. GAL. Lieu pour boire & manger. ITAL. *Stanza in alto da mangiarui.* GER. Ein saal in dem man isset / ein stuben. HIS. *Parte de la casa que se mora para beuer y comer.* ANG. *A diet or place for eating or drinking.*} *Plin in Epist.* Ex triclinio in diætam siue cœnationculam transitus. *Idem.* Hic turris erigitur, sub qua diætæ duæ, totidémque in ipsa: præterea cœnatio, quæ latissimum mare, longissimum litus, amœnissimas villas prospicit: Dicta diæta ἀπὸ τοῦ διαίτων, hoc est à conuiuiis quæ in ea peragebantur. Quanquam *Varro* Latinam vocem esse existimat, ita dictam quòd in ea per diem ederetur. *Lampridius in Heliogabalo,* zetam appellat, ἀπὸ τοῦ ζῆν, quòd in ea hilarius viueretur: *Plin. Iun.* etiam zetaculam. [*Sueton. in Claud. cap. 10.* in Diætam recesserat (id est in locum certum.)]

¶ Sumitur item diæta pro victus ratione, & præscripta viuendi forma. {δίαιτα. GAL. Diete, regime de viure. ITA. *Gouerno di veuer regalatamente.* GERMA. Ein gewysse ordnung so einer in essen vnd trincken hallet. HISPA. *Dieta, regla de bien biuir.* ANGLI. *Diete.*} Vnde διαιτάομαι verbum Græcum, quod est certa victus ratione vtor. Et diæ-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tetice, διαιτητικὴ, medicinæ pars, quæ victus ratione medetur. Apud Græcos sumitur pro loco quo arbitri ad iudicandum conueniunt: vnde & διαιτᾶν, iudico vt arbiter. ¶ Alia vita, alia diæta, ἄλλος βίος, ἄλλη διαίτα. In eos quadrabit qui commutata in melius fortuna pariter & vitę rationem moréſque commutant. Translatum ab iis qui lautius incipiũt viuere, vbi res lautior obtigit.

Dĭætārĭi, Serui in diæta seruientes. { διαιτητικοὶ. GALL. Seruiteurs de chambre, ou qui seruent la viande sur table. ITAL. *seruitori nel cenacolo.* GERMA. Tiſchdiener. HISPAN. *Seruidores que sieruen à la mesa.* ANGL. *VVhich seruet in thet diet place.* } Horum meminit *Vlpian. de fund. instrum.* ¶ Diætarii fures à Iureconsultis dicuntur, qui in aliena cœnacula furandi gratia se dirigebant, quos *Vlpianus* scribit plus quàm fures esse puniendos. Itaque aut ad tempus relegandos, aut in opus publicum dandos, aut fustibus cædendos. *Tit. de iniur. & fam. libell. l. Saccularij.*

Dĭætētæ, {פלילים *pelilim.* διαιτηταί. GALL. Arbitres, iuges arbitres. ITA. *Arbitri.* GERM. Scheidleut. HISPA. *Iueżes arbitrarios.* ANGL. *Arbiters iudges.* } Latinè appellantur arbitri, ἀπὸ τῦ διαιτᾶν, quod est arbitri officio fungi.

Dĭætētĭcă, {διαιτητικὴ. GAL. Celle partie de medecine qui guarit par diete & regime de viure. ITA. *Medicina che sana c'ol gouerno della vita.* GE. Ein ordnung vnd regiment so man in essen vnd trincken braucht zuerhaltung der gesundheit. HI. *Medecina de dieta.* ANG. *A parte of medicine that healeth by diete.* } Medicina dicitur quæ victu medetur, *teste Celso lib. 1. in Proœmio*, nempe quæ ex moderata victus ratione sanitatem tuetur: vulgus, *regimen* vocat.

Dĭăglaūcĭŏn. Genus collyrij, ex glaucio herba temperatum. *Plin. libr. 27. c. 10.*

Dĭăgōnĭŏs, διαγώνιος, Lineæ genus est quam Latini nonnulli angularem vocauerunt, quòd ab vno angulo ad alterum perducatur. *Vitruu. libr. 6. cap. 3.* Tertium, inquit, vti latitudo in quadrata paribus lateribus describatur, inque eo quadrata diagonij linea ducatur, & quantum spatii habebit ea linea diagonii, tanta longitudo atrio detur.

DIAGORAS, διαγόρας, Nomen philosophi qui ἄθεος cognominatus est, quòd nullos deos esse putaret, mysteriáque omnia ita contemneret, vt alios etiam ab iis auerteret. Quare ab Athenienſibus pulſus est, qui talentum polliciti sunt iis qui eum interfecissent. *Suidas.* { GERM. ein Gotloser Philosophus zu Athen der von keinem gott nichts gehalten hatt } Huius Diagoræ meminit *Cic. lib. 1. de Natur. Deor.* Quid Diagoras, Atheos qui dictus est: posteáque Theodorus: nónne aperte deorum naturam sustulerunt? ¶ Fuit & Diagoras quidam Rhodius, cuius meminit *Gell. lib. 3. c. 15.* his verbis, Diagoras tres filios adulescentes habuit, vnum pugilem, alterum pancratiasten, tertium luctatorem, eósque omnes vidit vincere, coronaríque eodem Olympiæ die: & quum eum ibi tres adulescentes complexi, coronis suis in caput patris positis, suauiarentur, quumque populus gratulabundus flores vndique in eum iaceret, ibi in stadio inspectante populo, in oculis atque in manibus filiorum animam efflauit. Huius Diagoræ meminit *Cic. lib. 1. Tusc. quæſt.*

Dĭăgrāmmă, atis, διάγραμμα. Græcis inscriptionem vel titulum libri significat. Item decretum, formulam, vel edictum in scripturam redactum. Item Geometricam figuram, siue ea triangularis fuerit, siue quadrangularis, aut alterius formæ, cuiuſmodi apud Euclidem demonſtrandi causa non paucæ extant. Vnde & Diagrammata Chaldaica quodam in loco à Plutarcho appellantur, quæ vulgò *Prognoſtica* vocantur. ¶ Est etiam diagramma perscriptio & breuiarium quoddam in publicis collationibus fieri solitum, vt ex censu tributa conferantur. *Cic. in Verr.* Scripturam vocat. ¶ In musica item diagramma vocatur mensurarum proportio notis quibuſdam descripta. *Vitruu. li. 6. c. 1.* Vti in diagrammate musico, medianæ vocis habent sonitum, &c. *Reliqua vide in Budæi Commentariis. Nam ad Latinum dictionarium parum conducunt.*

Diagrāphĭcē, huius diagraphices, pen. corr. διαγραφική. *Plin. lib. 35. cap. 10.* Et huius autoritate effectum est, Sicyone primùm, deinde & in tota Græcia, vt pueri ingenui ante omnia diagraphicen, hoc est picturam in buxo docerentur, reciperetúrque ars ea in primum gradum liberalium. διαγραφὴ, Descriptio, antiquatio & peremptio rei cœpræ vel iam peractæ.

Dĭălēctĭcă, διαλεκτική, Ars disserendi, cuius finis est verum à falso discernere: ita dicta ἀπὸ τῦ διαλέγεσθαι: hoc est à disputando. *Cic. in Topic.* Iudicandi enim vias diligenter perſecuti sunt ea scientia quam dialecticen appellant. *Idem 4. Acad.* Dialectica veri & falsi quasi disceptatrix & iudex.

Dĭălēctĭcă, orum, plur. num gen. neut. *Cic. Attic. lib. 14.* Accubans apud Vestorium hominem remotum à dialecticis, in arithmeticis satis exercitatum.

Dĭălēctĭcē, aduerb. διαλεκτικῶς. *Cic. 4. Acad.* Multa admixta ex intima philoſophia, multa dicta dialecticè, &c. *Quint. lib. 1. c. 10.* Orator etiam si rarò, non tamen nunquam probabit dialecticè.

Dĭălēctĭcŭs, tici, subſtant. διαλεκτικὸς, Qui tractat dialecticam. *Cic. in Orat.* Disputandi ratio, & loquendi, dialecticorum sit: oratorum autem, dicendi & orandi. *Idem 4. Acad.* Quid sit verum, aut falsum, dialecticus iudicabit.

Dĭălēctĭcŭs, a, um, adiect. Quod pertinet ad dialecticum: vt, Dialecticæ captiones. *apud Cic. 2. de Finib.* Disputationes dialecticæ, *Quint. libr. 5. cap. 14.*

Dĭălēctŏs, διάλεκτος, Linguæ alicuius proprietas, quod scilicet vnaquæque lingua peculiare habet, & à cæteris distinctum. Vnde quinque dicimus esse Græcorum dialectos, Atticam, Ionicam, Doricam, Æolicã, & Communem. [*Suet. in Tib. cap. 56.* scribit valdè moleſtam Dialecton esse Doridem.]

Dĭălēucŏn, διάλευκον. Croci satiui genus, in medio candidum. vnde & nomen accepit. *Pli. li. 21. c. 6.* Est & per se genus satiui, blandiſſimum, vulgò, quum sit medio candidum, dialeucon vocant.

DĬĀLĬS, le, διάσιος, ὁ τῦ διὸς, Quod Iouis est, quem Δία vocant Græci. Vnde flamen Dialis, Iouis ministerio assignatus à Numa Pompilio, *vt docet Liu. lib. 1. ab Vrbe.* Græci etiam, τὸν δία, pro aëre ponebant, quo pacto nos etiam Iouis vocabulo vtimur. ¶ Vnde fit adiectiuum Subdialis, ὑπαίθριος, id significans quod extra tectum est, aëri & cælo expositum. *Plin. lib. 34.* Illa super terram ex dialibus petris cæditur, hæc ex obrutis. *Idem libr. 36. cap. 25.* Subdialia pauimenta Græci inuenêre, id est quæ permanent sub dio. ¶ Dialem Consulem, ἡμερῆσιον ὕπατον, dixit *Cic.* pro Consule vnius diei, ludens nimirum in voce ambigua, non secus acſi à die dialis diceretur. Vnde celebratur illud ſcomma eius in Caninium, Olim Flamines, nunc Consules diales sunt. Huius compositum potest videri nouendialis, *de quo vide infrà suo loco.* [¶ De Dali Flamine, plura *Gellius c. 15. lib. 10.* Item *Ouid. lib. 3. Fast.*]

Dĭāllāgē, διαλλαγὴ, à nostris transfertur Conciliatio. Figura est quũ plura argumenta ad vnum effectum deducuntur. *Quint. lib. 9.*

Dĭălŏgŭs, gi, {διάλογος. GAL. Dialogue, dispute entre quelques vns, deuis entre personnes, oraiſon par personnages. ITAL. *Dialogo, libro ò opera doue due ò piu persone parlano insieme disputando ò altrimente.* GERM. Ein gesprãch HISPAN. *Libro, ò tractado, entonde se introduzen algunas personas que disputan ò hablen juntamente.* ANG. *A dialogue, a communication and talkind betweene many or diuerse personnes.* } Sermocinatio siue disputatio, duorum vel plurium, interrogationem mutuámque responſionem continens, ἀπὸ τῦ διαλέγεσθαι, quod est disputare, siue sermocinari. *Quint.* definit esse sermonem ex interrogatione responſionéque compositum, de ea re quæ vel Philoſophiam, vel Reipublic. partes attingat, disceptans, cum apposita verborum personarúmque expreſſione. *Cic. de Claris Orator.* Quum disputatio est inter eos. vt est consuetudo dialogorum. [¶ *Suet. in Tiber. c. 42.* meminit Dialogi, in quo certamen boleti, ficedulæ, ostreæ, & turdi Tiberius induxerat.

Dĭălŏgĭsmŭs, διαλογισμὸς, à *Ruſiniano* refertur inter schemata διανοίας, quum scilicet quis secum rem aliquam volutans, tanquam cum altero colloquens, interrogat & respondet. Exemplum insigne est illud *in Eunuch. Terent.* Quid igitur faciam? non eam ne nunc quidem Quum accerſor vltro? an potiùs ita me comparem, Non perpeti meretricum contumelias? Excluſit, reuocat, redeam? non ſi me obsecret.

Dialutenſes, Pelagiæ ex purpurarum genere sunt, quę vario soli genere paſcuntur. *Autor Plin. lib. 9. c. 37.*

Dĭălўtŏn, διάλυτον, Figura est quæ alio nomine asynderon, siue asynthecon appellatur, qua plures dictiones, orationéſve sine copula iunguntur. Latinè dissolutum dici potest. Tale est illud *Virg. li. 4. Æn.* ite, Fertę citi flammas, date vela, impellite remos.

Dĭămĕtĕr, pen. corr. { διάμετρος. GALL. Vn diametre, vne ligne paſſante tout à trauers vne figure de bord en bord. ITA. *Linea che diuide giustamente vna figura.* GERM. ein schnurschlechte linien so die figuren in zwey gleiche theil durchschneidt. HISP. *Linea para partir ygualmente vna figura, diametro* ANG. *A line going ouerchwortward thar frome bordour to bordour, or margent to margent.* } Est recta linea, figuram qua longiſſimè patet ex æquo secans, veluti diameter orbis est linea, quæ sic à ſummo ad imum tendit ad circulum, vt per centrum eat, *definitore Macrobio in Som. Scipion. lib. 2.* Sic in quadrangula diameter vocatur linea à ſuperiori lateris dextri angulo ad inferiorem lateris ſiniſtri perducta. hoc diſſentit ab Euclidis definitione. Latini dimetientem vocant, nam Græcis διάμετρος παρὰ τὸ διαμετρεῖν, id est à dimetiendo dicitur. *Col. lib. 6.* Est arca rotunda, cuius diametros habeat pedes ſeptuaginta? ¶ Vnde pronerbialiter olim dicebatur ex diametro oppoſita: &, Diametro diſtare, ἐκ διαμέτρου, de vehementer inter se pugnantibus. *Lucianus in Tyranno.*

DĬĀNĂ, Iouis filia ex Larona, eodem cum Apolline partu edita. ἄρτεμις. { GERMA. Ein tochter Latonae vnd ein ſchwester Apollinis. } Eadem & Luna dicitur, siue quòd noctu vna, hoc est ſola & ſine fratre luceat: siue quòd lumen à ſole accipiat, quaſi luce lucens aliena. {GERM. Der Mon.} Præterea & Noctiluca dicta est, ſub quo nomine etiam templum in palatio dedicatum habuit. Hanc parturientes Iunonis Lucinæ nomine inuocabant: Iunonem quidem appellantes à iuuando: Lucinam verò quòd partum in lucem proferre putaretur. *Vir. 4. Eclo.* Caſta fauę Lucina, tuus iam regnat Apollo. Græci εἰλείθυιαν vocant. Alii Lucinam dictam putant: quòd oculis & luci prę ſit: alij à luco quem Romæ in Exquiliis habebat. Eadem & Proſerpina, περσεφόνη, dicta est, & Dictynna: quarum appellationum rationem vide ſuo loco. Apud inferos Hecate dicitur, vel quòd centum victimis placetur, vel quòd centum annos errare faciat inſepultos. Dicta est & Pergæa πέργαια, à Perga Pamphyliæ oppido, in quo templum habuit inſigne. Plures tamen Dianas fuiſſe *Cic. lib. vlt. de Nat. deor.* ſcribit: ſed illa nominatiſſima est quæ eodem partu cum Apolline ex Ioue & Latona nata est. Hæc ob virginitatis amorem fertur hominum conſortia confugiſſe: & vt à ſe libidinis pruritum amoueret, venando ſyluas incoluiſſe, paucarum virginum comitatu contenta. Arcum ferebat & pharetram, ſuccincta ſemper incedens, & cothurno induta. Ob hanc causam ſyluarum & nemorum dea putabatur. Dicta est Faſcelis à faſce lignorum, vbi eius ſimulachrum abditum erat, quod occiſo Thoante Tauricæ regionis rege ab Iphigenia Agamemnonis filia in Italiam delatum est. Laudatiſſimum templum habuit apud Epheſios: aliud item in Tauri ca regione, vbi carne tantùm humana litabatur. [*Plaut. Mil. ſc. 2. a. 2.* Vt Epheſiæ Dianę fumificem. *Ouid. 13. Metam* Immeritam ſcenæ natam mactare Dianæ.] *De hac Lucan. lib. 1.* Et Tauroſcythicæ non mitior ara Dianæ.

¶ Dianam autem dictam putãt, quaſi Iouianam. ἀπὸ τῦ διός. fuit enim (vt iam diximus) Iouis filia ex Latona.

[Dianius a, um: *Ouid. libr. 5. Faſtor.* Exagitant Iar, & turba Dianię fures.]

Diănœă, Mens, intellectus. {דעת *dáath.* διάνοια. GALL. Entendement. ITAL. *Mente, intelletto.* GERM. Die vernunfft oder verſtand. HISPA. *Entendimiento.* ANGL. *The vnder ſtanding.* } Vnde Figuras dianœas vocant Rhetores quæ ſenſum magis, quàm verba ſpectant. *Quint. li. 1.* Figuras quæ lexeos, quæque dianœas vocantur. *Dianœa, inquit Ruſſinianus,* ſit propriè quũ præponitur non id quod fieri oportet, ſed quod fit. *Virgili.* furor arma miniſtrat. *Tullius.* Dolabella autẽ quemadmodum homines nobiles decet, vlciſci iniuriam fortiſſimè perſeuerat.

DIĂ-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

DIANIVM, διάνιον, Vulgò *Denia*. Oppidum est Hispaniæ Tarraconensis in ora maris Balearici. *Ptol.* inter Edetanorum oppida enumerat, *lib.2.c.6.*

Diapasmă, atis, διάπασμα, Inspergimen siccis odoribus constans, *vt scribit Plin.lib.13.cap.2.* cuius præcipuus vsus est in coërcendis sudoribus, vt inarescant corpora à balneo: quanquam non ob hoc solùm, verùetiam ad fouendam, vel laxandam, aut astringendam aliquam corporis partem soleat adhiberi. *Vide Marcellum Virgilium in Dioscoridem lib.1. cap.21.* Dicitur autem ἀπὸ τοῦ διαπάσσω, inspergo. *Martial.lib.1.* Quid quòd olet grauius mistum diapasmate virtus?

Diapason, διὰ πασῶν, Musicæ mensuræ genus, constans ex diapente & diatessaron, hoc est ex quinque tonis & duob. semitoniis minoribus. *Qua de re vide Comment. Macrob. in Somn. Scipion.*

Diapente, διὰ πέντε, Musicæ mensuræ genus, tribus constans tonis, & hemitonio minore. *Vide Macrob. in Somn. Scipionis.*

DIAPHANES, διαφανὴς, Fluuius est Siciliæ, ea in parte quæ Syriæ contermina est: ita dictus ab aquæ perspicuitate. *Vide Plinium lib.5. cap.27.*

Diaphanum, pen.corr. διαφανές. Latinè dicitur transparens, sicut & crystallum, ἀπὸ τοῦ διαφαίνειν, quod est transluceo.

Diaphonia, διαφωνία, Dissensio, discordia: διαφωνέω, discordo, dissono.

Diaphora, pen.cor. {מחלקת *machaléketh*. διαφορά. GAL. Difference. ITAL. *Differenza*. GERMAN. Vnderscheid. HISPAN. *Differencia*. ANG. *Difference.*} Latinè differentia, ἀπὸ τοῦ διαφέρειν, quod est differre.

Diaphoretica medicamenta, διαφορητικὰ φάρμακα. A Latinis vocantur discussoria, quæ scilicet collectiones incipientes non ad pus, aut ad saniem perducunt, (quod Græci vocant πεπαίνειν) sed sine suppuratione aliqua dissiciunt, & dissoluunt. Id enim medici διαφορεῖν appellant.

Diaphragmă, atis, {διάφραγμα. ANG. *The midriffe that deuideth the hart and lightes frome the other bowels.*} Quàuis ex vi vocabuli omne illud significet quod in re aliqua medium est, (vnde & cartilaginem illam quæ nates dirimit, Græci διάφραγμα appellant) peculiariter tamen medici hac voce vtuntur pro musculo quodam rotundo qui spiritalia viscera à naturalibus, hoc est cor, & pulmones à iecore & liene, velut paries quidam interiectus, interscpit & dirimit. Huius autè musculi summum caput in costarum extremis statuitur, vbi multæ carnis est particeps: desinit autem in medium, quod membranosum est, & tendoni finitimum. Ab anteriori parte malo punico annectitur, circunductúmq; per notharum costarum extrema, retro ad duodecimam spinæ vertebram adhæresit. Tunicas habet duas, superiorem à membrana costas succingente, inferiorem verò à peritonæo. Vsus eius est triplex: nam & primum est respirationis instrumẽtum: deinde non leue ad alui exonerationem affert momentum: postremò vitalia (vti iam diximus) à naturalibus separat, vnde etiam nomen accepit: διαφράττειν enim aliud nihil est quàm interscpire. Qua ratione etiam à Latinis septum transuersum appellatur. *Corn. lib.4.* At sub corde atque pulmone transuersum ex valida membrana septum est. *Idem in Proœ.lib.1.* Simulatq; verò ferrum ad præcordia accessit, & discissum transuersum septum est, quod membrana quadam superiores partes ab inferioribus diducit (διάφραγμα Græci vocant) hominem protinus animam amittere.

[Diapontius: *Plaut. Mostel. sc.* Habeo: Ego transmarinus hospes sum diapontius.]

Diaporesis, penultima producta, Dubitatio, {διαπόρησις. GALL. Doutance, doute. ITA. *Dubitanza*. GERM. Zweiflung. HISP. *Duda*. ANG. *A doubting.*} Figura oratoria, quæ fit quoties omnia & magna videntur, & paria, ita vt orator nesciat à quib. potissimum dicere incipiat. Terentius in Eunuch. Quid commemorem primùm, aut laudẽ maximè? Illum qui dedit mihi consilium vt facerem, an me qui ausus sim Incipere? an fortunam collaudem, quæ gubernatrix fuit?

Diapsalmă, atis, {מרה *selah*. διάψαλμα.} Commutatio rhythmi, aut vicissitudo canendi, vt quidam volunt. Alij pausationem spiritus interpretantur, alij alterius sensus exordium, alij rhythmi distinctionem, alij verò cuiusdam musicæ varietatis silentium. *Autor Hieron. in Epist. ad Marcellum.*

Diarium, arij, à die fit, & significat victum quotidianum, id est quod in vnius diei cibũ datur. {דברי יום ביומו *debar jom bejomó*. ἐφημέριος σῖτος. GAL. Pitance d'vn iour, ou ce qu'on depend en vn iour. ITA. *Il viuer d'ogni giorno*. GER. Ein täglichs speysz/was man in einem tag isset oder verthut. HISP. *La dietta comida de vn dia*. ANGLIC. *The allowance of one day.*} *Mart.lib.11.* Sed lupus vsuram, puerisque diaria poscunt. *Horat.1.Epist.* Cum seruis vrbana diaria rodere. ¶ Accipitur & pro libello in quo acta quotidiana perscribuntur. {Græci ἐφημερίδα appellant. [*Gellius cap.18.lib.5.*] {GALLICE. Papier iournal. ITA. *Giornale.* GERM. Ein buchlin inwelches mann eines jeden tags sin geschicht verzeichnet. HISPA. *Historia que procede de dia en dia*. ANG. *A reckening booke.*} *Iuuenal.* diurna, plurali tantùm numero. ¶ Legitur & Diatius, a, um, ἐφήμερος: vt, Diaria febris, hoc est, febris vnius diei: quamuis non rarò in quartum vsque diem producatur.

Diarrhœă, διάῤῥοια. Alui purgatio, ventrix fluxio. *Cic. Gallo*, In cœna augurali apud Lentulum tanta me diarrhœa arripuit, vt hodie primùm videar cœpisse consistere.

Diarrhyton, διάῤῥυτον. Græcis significat aquosum, palustre: quo cognomine etiam Hipponem Africæ Zeugitanæ oppidum, ab Hippone regio (quod oppidum est Numidiæ) distinxerunt: quos & Romani imitati, Hipponem dilurum vocauerunt. *Autor Plin.lib 5.cap.4.*

DIAS, Sophista Ephesius Philippi Macedonis tempore commemoratur à Philostr.

DIAS, adis, διάς, Lyciæ oppidum à Diade quodam conditum: à quo & nomen accepit. *Autor Steph.*

Diasatyrion, διασατύριον. Compositio quædam medicorum ad excitandam venerem: ita dicta quòd satyrion herbam recipiat, excitando veneris appetitui inprimis efficacem.

Diastema, atis, Græca dictio, spatium, interuallum, siue intercapedine significans. {רוח *révah*. διάστημα. GAL. Interualle, espace. ITAL. *Intervallo*. GE. Vnderscheidende weyte. HIS. *Espacio*. ANG. *Space, or distãce.*} Vtitur hac voce *Sidonius Apollinaris*, qui tamẽ in hoc falsus est quòd penultimam syllabam corripuerit, quæ apud Græcos pen longam vocalem scribitur. Sic, inquit, placidam Paphien seruare diastema quintum.

Diastole, διαστολὴ, Figura est dictionis qua breuis syllaba contra naturã producitur: vt, Italiam fato profugus; vbi prima syllaba in dictione Italiam, quæ natura breuis est, extenditur.

¶ Diastole item apud medicos vocatur dilatio thoracis, quæ fit quum spiritum attrahimus, quemadmodum & systole ab iisdem vocatur illa cordis, thoracisque contractio quæ fit inter expirandum.

Diasyrmos, διασυρμὸς, Figura est, qua vna dictio ad duo diuersa significata distrahitur. *Virg.9.Eclog.* argutos interstrepere anser olores, id est, malus Poëta inter bonos. Fit à verbo Græco διασύρω, quod inter cætera significat distraho.

Diatessaron, διὰ τεσσάρων, *autore Macrobio*, Musicæ mensura est constans duobus tonis & semitonio minore.

Diatheca, cæ, {דברים אחרונים *debarim acharonim*. διαθήκη. GALLIC. Testament. ITAL. & HISP. *Testamento*. GERMANIC. Ein Testament. ANGL. *A testament.*} & Diatheca, orum, pro testamento ponitur, & pro hæreditate quæ testamento obuenit. Quum autem testamentum significat, pluraliter plerunque effertur. *Martial.lib.11.* O quantum diatheca valent, & quinque comati. Tunc quum pauper erat, non sitiebat Aper.

Diathesis, pe.cor. διάθεσις, Affectus: & vnum ex accidẽtibus verbi, quod Latini Genus vocant.

Diatretus, Tornatilis, διάτρητος, vt Diatretus calix. διατρέω enim aut perforo significat, aut torno conficio. *Vlp l.Si Seruus, ad legem Aquil.* Si calicem diatretum faciendum dedisti, siquidem imperitia fregit, damni iniuria tenebitur. Hæc pocula *à Cicerone & Salustio* ferè toreumata vocantur. Hinc Diatretarius cælator, qui tornata opera facit, *in l.1. C. de excus. artific.*

[Diatriba, locus exercitij. *Gellius cap.vlt.lib.1.*]

Diaulos, διαυλὸς, Spatium duorum stadiorum. Stadium enim, vt *Hieronymo* placet, pedes in longitudinem sexcentos habet: diaulos, mille ducentos: milliarum, stadia octo: dolichus, δολιχὸς, stadia duodecim. *Vitruu. libr.5.* In palæstris, peristylia quadrata, siue oblonga ita sunt facienda, vti duorum stadiorum habeant ambulationis circuitum, quam Græci vocant διαυλον. ¶ Item Diaulus vir erat ex medico factus cadauerum funerator: *de quo Martialis*, Chirurgus fuerat, nunc est vespillo Diaulus.

Dibalo, as, are, Verbum ab animalium voce ad homines translatum: Dibalare rem, est quod Græcè dicitur καταφαγεῖν νῶν ἐσίαν. *Var.lib.6. de lingua Latina.*

Dibapha, siue Dibaphos. {תולעת שני *tolaʕath schanni*. δίβαφα, ὁ δίβαφος. GALL. Teint deux fois, renforcé de teinture comme estoit la pourpre. ITAL. *Porpora tinta dueſiate*. GERM. Zwey mal eingetuncken purpur. HISP. *Cosa dos vezes tenida de color bermejo*. ANG. *Twise as purple died.*} Purpura Tyria bis tincta: ita dicta παρὰ τὸ δὶς βάπτεσθαι. *Plin.libr.9. cap.39.* Huic successit dibapha Tyria quæ in libras denariis mille non poterat emi. Hac Lentulus Spinter Ædilis curulis primus in prætexta vsus improbabatur, anno Vrbis conditæ septingentesimo, Cicerone Consule. *Cicero Calio*, Curtius noster δίβαφον cogitat: sed eum infector moratur. Vbi notat Curtium nullius pretij hominem, qui immaturè aspirabat ad magistratum.

DIBVTADES Sicyonius, *teste Plin.lib.37.c.2.* primus Corinthi figulus fuit qui ex creta vasa cœpit conficere, & extremis imbricibus tegularum personas imponere.

Dica, Iudicium, actio, libellus actionem continens. {δίκη. GAL. Vne cause ou procez, vne action. ITAL. *Petitione ò dimanda in iudicio*. GERM. Ein brieff in welchem ein rechts handel begriffen oder verkünd wirt / ein manungs brieff HISPAN. *Demanda en iuyzio*. ANGL. *An cause, action, or processe.*} *Terent.in Phorm.* En vnquam iniuriarum audisti mihi scriptam dicam? *Cic.4.Verr.* Scribitur Heraclio dica. Hoc est, Ecquando audisti me iniuriarum nomine in iudicium fuisse vocatum. *Ibidem*, Cognatum te meum esse dicam, & tibi scribam dicam. δίκην ἐπάξω. * Dicitur & Dicam impingere. *Terent. Phorm.* Si tu illam attigeris socus quàm dignum est, Dicam tibi impingam grandem. Δίκην Græci Deam esse finxerunt iudiciorum præsidem, eámque virginem & Iouis filiam: (qualem etiam Latini fingunt iustitiam,) eiúsque ministri δικασταὶ dicebantur, hoc est iudices & litium diremptores. *Budæus.* [Dica non actionem significat, vt Budæus existimauit, sed Iudicium: *Vnde sæpe 4.Verrin. apud Cic.* Sortiri dicam, & sortiri iudicium pro eodem ponuntur. Et Dicam alicui scribere, est aliquem ad iudicium vocare. *Hæc Passerat.*]

Dicacitas, Dicaculus, *Vide* DICO, dicis.

DICAEA, δίκαια, Vrbs Macedoniæ in Thermaico sinu, à Dicæo Neptuni filio. *Autor Plin.lib.4.c.10.*

DICAEARCHIA, δικαιάρχεια, Vrbs olim celeberrima in ora Lucaniæ, quæ nunc Puteoli, quòd ea ciuitas quondam iustissimè regebatur. Nã Græci δίκαιον iustum vocant, ἀρχὴ principatum. Sunt qui Dicarchiam vocant hanc vrbem per quatuor syllabas. Vnde & possessiuum Dicarchæus *apud Sidonium Apollinarem* legitur, Nanque Dicarchæ translatus puluis arenæ. Loquitur illic de puluere Puteolano, qui in aspergendis Palæstritarum corporibus primam laudem habebat.

DICAEARCHVS, δικαίαρχος, Philosophus fuit Siculus, ex Messana ciuitate, Aristotelis auditor, Philosophus, Orator & Geometra: scripsit de Republica Spartiatarum, quem librum quotannis prælegere in loco publico cautum erat, iuuenésque auditum conuenire. Hic opinatus est hominum exordium nullum extitisse, tanquam semper fuerit humanum genus. Composuit tres libros, in quibus scribit animam nihil aliud esse quàm vim quandam atque potentiam æquabiliter fusam, tam in corporibus brutorum quàm hominum, eámque à corpore credebat esse inseparabilem, & vnà cum corpore interire. ¶ Fuit item alter Lacedæmonius grammaticus, Aristarchi auditor. *Suidas.*

DICAEOGENES, δικαιογένης, Poëta, scripsit Tragœdias & Dithyrambos. *Autor Suidas.*

Dicæologia, δικαιολογία. Iuris sui in medium prolatio, quum scilicet iure nostro freti, æquitatem causæ quàm breuissimè complectimur. *Rutilius Lupus.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Dicāx. *Vide* DICO, dicis.

Dichŏrĕus, διχορεῖος, Pedis genus est, ex duobus constans trocheis: vt Audiamus: quum scilicet prima & tertia syllabæ producuntur, secunda autem & quarta corripiuntur.

Dichŏtŏmŏs, {חצוי *nechetsáh.* δίχοτομος. GAL. Diuisé en deux parties. IT. *Partito in due parti.* GER. In zwey theil zerschnitten. HIS. *Partido en dos partes.* AN. *Deuided in two partes.* } Apud nos idem est quod dimidiatus, siue per medium sectus: qualis septimo quoque die post plenum orbem luna videtur.

Dĭcĭs causa, [quid sit, docet *Victorius c.24. lib.8.*] *Vide* DICO.

Dĭco, as, priore correpta, Consecro, dedico. { חנך *chanách* קדש *kiddésch.* ἀνατίθημι, ἀνίερόω. GA. Dedier, consacrer, donner à perpetuité. ITA. *Dedicare, consecrare.* GER. Zueignen. HI. *Dedicar ò consagrar.* ANGL. *To consecrat, to giue ouer for ouer.* } *Plin. lib.12. c.1.* Priscóque ritu simplicia rura etiam nunc deo præcellentem arborem dicant. *Cic.1. Tuscul.* Dicati Apollini cygni. ¶ Accipitur etiam pro addicere, offerre, & se totum alicui tradere. *Cic. Cal. li.1.* Balbum quanti faciam, quámque me ei totum dicauerim, ex ipso scies. *Idem 3. de Orat.* Non vidit eorum ipsorum qui tum adolescentes Crasso se dicarent, horribiles miserósque casus. Dicare se in aliquam ciuitatem, & Dicare se ciuitati, *Cic. pro Corn. Balbo.* ¶ Huius verbi composita sunt Abdico, Dedico, Indico, Prædico, quæ habent pen. corr.

Dĭcātĭo, onis, Consecratio, addictio. {חנכה *chanuch-cháh.* ἀνάθεσις, ἀφιέρωσις. GA. Dediement, donnaison speciale, addonnement. IT. *Esso donare & dedicare.* GE. Zueignung. HI. *La dedicacion.* AN. *A vowing, a promising or consecrating.* } *Cic. pro Corn. Balbo,* Duarum ciuitatum ciuis esse nostro iure ciuili nemo potest. Non esse huius ciuitatis qui se alij ciuitati dicaret, potest. Neque solum dicatione, sed etiam postliminio potest ciuitatis fieri mutatio.

Dĭcātūră, æ, *Dicatio. Plin. in præfat.* Nec fiducia operis hæc est, sed dicaturæ: Sic enim legi debet non verò indicatura.

Dĭco, is, priore prod. dixi, dictum, Loquor, eloquor, verba facio, narro, orationem habeo, commemoro, profero. {אמר *amár.* λέγω. GA. Dire, parler. ITAL. *Dire, parlare.* GERMA. Sagen/reden. HISP. *Hablar, dezir artificiosamente, desir* simpliciter. ANGL. *To say, tell, or shew.* } *Plaut. Asin. sc.3. a.3.* Ne istuc nequicquam tam indignum dictum dixeris in me. *Idem Curc. sc.2. a.5.* Dixi equidem tibi, quoties dicendum est. *Idem Pseud. sc.2. a.3.* Ego dicam tibi. Mox, Eloquar. *Plaut. pers. sc.4. a.2.* Quid nomen esse dicam isti seruo? (i. doce nomen) *Plaut. Most. sc.2. a.1.* Ei rei argumenta dicam. *Item Men. sc.2. a.4.* Dic mea vxor. *Plaut. Curc. sc.1. a.3.* Cur non venit? Ego dicam tibi: quia, &c. *Idem Curc. sc.2. a.1.* En dicam? P. Age dice. *Plaut. Capt sc.2. a.2.* Dice, demonstra, præcipe. *Idem Men. sc.2. a.4.* Plus aut minus, quàm opus erat, dixeram. *Plaut. Asin. sc.2. a.5.* Dicebam pater tibi ne matri consuleres malè. (Ie te le disois bien.) Dici non potest quàm indignum facinus feceris. *Pl Most sc.2. a.2.* Quidnam esse dicam? (Mirantis) *Plaut. Asin. sc.3. a.3.* Dixin tibi esse hîc Sycophantas plurimos. *Plaut. Men. sc.2. a.2* Dicam quemadmodum conscribas (id est, dictitabo.) *Plaut. Curc. sc.4 a.2.* Omnia hercle dixi vxori. *Ibid sc.2. a.4.* Hercle quin tu rectè dicis. *Ibid. sc.2. a.4.* Nego me dicere, (pro dicturum.) *Plaut. Curc. sc.1. a.5.* Cœpi assentari, quicquid dixerat, Idem ego dicebam. *Plaut Men. sc.2. a.3. &c.* L. Memento promisisse. C. Nunc idem dico. *Plaut. Curc. sc.1. a.4.* Tu promisisti. C. Non commemini dicere. *Ibid. sc.3. a.5.* Contumeliam alicui facias, tibi non dicatur? *Plaut. Asin. sc.4. a.2.* Dicere causam. Vide Causa. Dicere diem, vide Dies. Dicere dictum, vide Dictum. Dicere Falsum, vide Falsum. *Item,* Dicere Ius, vide Ius.] *Cic. pro Quintio,* Quid hoc iniquius dici aut commemorari potest? Apud Oratores verò, Loqui, est quasi cunque verba proferre: dicere verò elegantèr & facundè. *Quintil. lib.10.* Nam mihi ne dicere quidem videtur, nisi qui depositè, ornatè, copiosè dicit. *Cic. in Oratore,* Quanquam aliud videtur oratio esse, aliud disputatio: nec idem loqui esse, quod dicere: attamen vtrunque in differendo est: disputandi ratio, & loquendi, Dialecticorum sit: Oratorum autem dicendi, & orandi. Hinc dictio, λόγος, φράσις, vocatur oratoria & facunda oratio, licet etiam pro parte minima orationis significatiua accipiatur, quam Græci λέξιν appellant. [*Gellius cap.16. lib.17.* Anates ponticas dicitur veneno victitare. *Ouid. Eleg. vlt. lib.3. Trist.* Est fuga dicta mihi, non est fuga dicta libellis (id est, indicta.) *Ouid. 2. Fastor.* Proxima lux vacua est: At tertia dicta Quirino. *Idem Eleg. 4. lib.4. Trist.* Positis pro nomine signis dictus es. *Plaut. pseu. sc.1. a.1.* Ne tibi dictum negas, dico prius. ¶ Mihi quæ dicam, edissere (id est, Quæ rogabo.) *Plaut. Capt. sc.2. a.5.* ¶ Nunquam istuc dixis. *Ibid. sc.2. a.1. Et Aul. sc.6. a.4.* Mihi ne dixis. *Idem Milit. sc.3. a.2. Idem Asin. sc.1. a.5.* Dicere iniustè alteri, pro maledicere. *Plaut. pseu. sc.2. a.2.* ¶ Quæ dixi tibi (id est, promisi,) effecta reddidi. *Pl. pers. sc.2. a.5.* Ipsi sat habent, quòd possit ipsis verè dici (id est, obiici.) *Plaut. Curc. sc.1. a.4.*] ¶ Dicere etiam vocare, nominare est. *Virg.1. Æn.* Est locus, Hesperiam Graij cognomine dicunt. Quandoque indicare. *Virg.3. Eclog.* Dic mihi Damœta, cuium pecus? an Melibœi? ¶ Quandoque denunciare. προαγγέλλειν. *Teren. Andr.* Sed dico, ne temerè facias. Quàdoque promittere, ἐπαγγέλλομαι. *Pompon. in Pistoribus,* Numos certos dico quinquaginta millia. *Salust. lib.2. Histor.* Eodem anno in Macedonia C. Curio in principio veris cum exercitu profectus in Dardaniam, quibus potuit, pecunias dictas coëgit. ¶ Quandoque pro affirmare. *Mart. in Amphit.* Quum verus patriæ diceris esse pater. ¶ Quandoque dicare. *Virg.6. Æneid.* Iunoni infernæ dictus sacer. ¶ Quandoque pro significare. *Terent. in Eunuch.* At nesciebam id dicere illam. *Et alibi,* Quasi tu dicas factum id meo consilio. Quandoque accipitur pro cantare. *Virgilius 3. Eclog.* Alternis dicetis, amant alterna Camœnæ. ¶ Quandoque pro pronuntiare. Hinc fit Dicere sententiam, quum tanquam consiliarij, quid nobis videtur, pronuntiamus. ἀποφαίνεσθαι. *Quintilia.* Apud iudices quidem secundum legem dicturos sententiam, de confessis præcipuè ridiculum est. ¶ Dicere leges aliud est quàm Ferre leges. τιθέναι νόμους. Feruntur enim leges apud suos. Dicuntur autem victis, hoc est, imperantur. *Liuius,* Quando perinde ac victo iam sibi leges dicerentur. ¶ Dicere diem, est citare, vel in ius vocare, & diem præfigere, quo ad causam dicendam præstò sit. ἐπιγράφειν δίκην. *Liuius 3. ab Vrbe,* Quum diem Appio Virginius dixisset, Appius stipatus Patriciis iuuenibus in forum descendit. Interdum etiam extra iudicium dicere diem, est certum diem præfigere, constituere, siue assignare: *Terentius Andr.* Hic nuptiis dictus est dies. *Cæsar 1. bell. Gall.* Diem dicunt, qua ad ripam Rhodani omnes conueniant. ¶ Dixti per syncopen, pro dixisti. *Terentius Eunuc.* Dixti eunchum velle te. ¶ Dicere causam dicitur reus, quum accusationibus respondere cogitur. *Liuius de bell. Macedon.* Scipio iussus dicere causam, orationem, &c. *Cæsar 1. bell. Gall.* Orgentorigem ex vinculis causam dicere coëgerunt. *Dicere causam pro aliquo, id est, Defendere. *Plau. Bacchid.* Sed tu qui pro tam corrupto dicis causam filio, Eadémne erat hæc disciplina olim quum tu adolescens eras? * Non dico causam quin, id est, Non renuo. *Terent. Phorm.* Non causam dico, quin quod meritus est ferat. ¶ Dicere dotem filio, vel filiæ, est promittere in dotem. *Terent. Heaut.* Quid dotis dicam te dixisse filio? *Et paulò pòst,* sed ita dictu opus est, si me vis saluum esse, & rem & filium. Me mea omnia bona doti dixisse illi. *Cicero pro Luc. Flacc.* Doti Valeria pecuniam omnem suam dixerat. ¶ Dicere cœnam. *Plaut. Stic.* Fero conuiuam Dionysium, mihíque Et tibi, nanque Ædepol cœna dicta est, locus liber datus est mihi, & Tibi apud vos. ¶ Ius dicere, est magistratuum. *Cic. de Prouin. Consul.* Emisti grandi pecunia vt tibi de pecuniis creditis ius in liberos populos, contra Senatusconsultum, & contra legem generi tui dicere liceret. *Idem pro L. Flac.* Qui anno antè Romæ ius dixerat. ¶ Dicere Magistrum equitum, pro creare. *Liu. 5. ab Vrbe,* Is fibi magistrum equitum Posthumium Ebutium dicit. ¶ Dicere multam antiqui tum dicebant, quum ad populum & in comitiis multa disceptanda irrogabatur, quod ipsi Certare multa dicebant. *Liuius 2. bell. Punic. lib.5* Excitatique tandem duo Trib. pleb. Sp. & L. Carnilij quum rem inuisam, infamémque cernerent, ducentûm millium æris multam M. Posthumio dixerunt: cuius certandæ quum dies aduenisset, &c. [*Vide Gell. cap.7. lib.14.*] Dicere multationem, siue multam pecoris. *Plin. lib.18. cap.3.* Multatio quoque non nisi ouium boúmque impendio dicebatur. *Varro,* Sed quum eiusmodi multa pecoris armentíque à magistratibus dicta erant, abigebantur oues boúésque. [Dicere vindicias, *Item* vindicias dare, vel pronunciare. *Liu.3. ab vrb.*] ¶ Dicere Musam alicuius, *Virgilius Eclog 8* Damonis Musam dicemus & Alphesiboei. ¶ Dicere nomen alicui, pro imponere. *Liuius 1. ab Vrbe,* Breui stirps quoque virilis ex nouo matrimonio fuit, cui Ascanium parentes dixere nomen. ¶ Dicere repudium. *Tacitus lib.3.* Quirinus post dictum repudium adhuc infensus, quanuis infami, ac nocenti miserationem addiderat. ¶ Dicere sacramento dicebantur milites, quum ad iusiurandum adigebantur, Rempublicam se non desertures. *Liuius 2. bell. Punic. 5.* Tribuni plebis, si eis videretur, ad populum ferrent, vt qui minores decem & septem annis sacramento dixissent, iis perinde stipendia procederent, ac si viginti annorum, aut maiores milites facti essent. *Idem quinto ab Vrbe,* Hoc decreto Consul armatus, quum paucis appellantibus Tribunum, collum torsisset, metu cæteri sacramento dixere. Dicere sacramentum. *Liuius 4. bell. Punic.* Hodie Consules creetis, quibus sacramenta liberi nostri dicant. *Horat. 2. Carm. Ode 17.* non ego perfidum dixi sacramentum. Dicere de scripto. *Cic. pro Planc.* Recitetúrque oratio, quæ propter eius magnitudinem dicta de scripto est. * De loco superiore, vel è loco superiore. *Cic. 4. Verr.* Primùm ipse in Sicilia sæpe & palam de loco superiore dixerat. Id est, de sella prætoria & pro tribunali sedens. Supra enim dixerat, palam de sella tribunali. *Idem Attic. lib.2, 19.* Q. Catulum ex inferiore loco iusserat dicere. ¶ Dicere sententiam senator dicitur, quum suam in senatu sententiam exponit. *Cicer. 6. Verr.* Mos est Siracusiis, vt si qua de re ad Senatum referatur, dicat sententiam qui velit, nominatim nemo rogatur. *Cal. Ciceroni,* Consulem designatum primùm sententiam dicentem. Dicere pro sententia, idem quod dicere sententiam: sicut Dicere testimonium, & pro testimonio. *Liuius 2. bel. Macedon.* Et quando nemo vestrum qui in hoc consilium conuocati estis, pro sententia quicquam dicere vult, aut audet, orationes Legatorum externo die pro sententiis, dictas percenseamus. ¶ Dicere ex tempore. *Plin. Epist.27.* Dicit semper ex tempore, sed tanquam diu scripserit. *Quintil. lib. 6. cap.3.* ¶ Dicere testimonium, & testimonia, est testificari & probare. *Cic. ad Quintum Fratrem lib.3.* Quum testimonium secundum finem & religionem grauissimè dixissem. *Idem pro Sylla,* Qui in illum testimonia grauia dixerunt. ¶ Dicere pro testimonio, quod nunc dicimus *Deponere. Cic. lib.7. Verr.* Dicetis pro testimonio de missione nautarum, de fame, &c. ¶ Dicere ad voluntatem alicuius, est assentari, adulari. *Cicero de Amicitia,* Semper auget assentatio id quod is, cuius ad voluntatem dicitur, vult esse magnum. [*Pl. Ps. sc.2. a.3.* (Herbas) formidolosas dictu, non esu modò.] ¶ Dicere salutem alicui. *Cic. Att. lib.5.* Cicero meus puer tibi salutem dicit. *Pla. Curculione,* Veneri verbis meis salutem dicito. ¶ Dicitur, impersonale. *Cic.3. de Nat. Deor.* Quattus is quem heroicis temporibus Acantho Rhodi peperisse dicitur. [*Gell. cap.16. lib.17.* Anates ponticas dicitur veneno victitare.] § *Cic.3. de Orat.* Quanuis spherâ in scenam (vt dicitur) attulerit Ennius: tamé in sphæra fornicis similitudo non potest inesse. ¶ Diceret, pro dicere posset. *Terentius Andria,* Nec satis ad obiurgandum causæ diceret, Quid feci, quid commerui, aut peccaui pater? ¶ Dicere volui, correctionis genus est, quum quis in loquendo falsus est, ac verbum vnum pro altero protulit. *Plautus Milite,* Sorbet dormiens. PA. Qui sordet? V. Illud, sternit volui dicere. ¶ Dicassis pro dicas: Dice pro dic, apud Comicos frequentia. *Plautus Curculione,* Haud in me malè meditantem malè dicassis. *Idem Ruden.* Tu si quid opus est, dice. ¶ Huius verbi composita sunt, Addico, Antedico, Contradico, Edico, Indico, Interdico, Prædico, quæ habent pen. prod.

Dĭctum, & nomen esse potest. {אמר *émer* אמר *ómer.* ῥῆμα, λόγος. GALLI. Vn mot, vne parole, vn dire. IT. *Parola, motto, detto.* GERM. Ein wort/ein red. HISP. *El dicho.* AN. *A worde, a saying.* } & participium ἐρρηθέν. *Terentius* vtrunque complexus est quum dixit, nullum est iam dictum quod non dictum sit prius: nam prius est nomen, secundum participium. Dictum nomen accipitur pro quouis sermone. [*Sueton. in Cæs. cap.56.* Dicta collectanea (id est, Apophthegmata.) *Catull. ad Ortal.* Ne tua dicta putes meo effluxisse animo (id est, rogata & preces.) *Ouid. 13. Metam.* Plura quidem feci, quàm quæ comprendere dictis in promptu mihi sit. *Plau. pseud. sc.3. a.1.* Multa malúque dicta dixistis mihi. *Idem Curc. sc.3. a.2.* Perdis me tuis dictis. *Plau. Asin. sc.3. a.3.* Ob istuc tam indignum dictum te collo abripiam. *Idem pseudo.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Pseud. sc. 1. a. 1. Vtinam quæ dicis facta suppetant (id est, promissis.) *Plaut. Amphit. 2.* Quid feci quapropter ista dicta dicantur mihi. *Idem Asin. sc. 1. a. 3.* Dicta docta pro datis. *Idem Plaut. Capt. sc. 1. a. 3.* Dico vnum ridiculum dictum de dictis melioribus. *Plaut. Men. sc. 1. a. 2.* Dictum facessas doctum. *Plaut. Prolog. Amph.* Dictis bonis petere aliquid. *Plaut. Men. sc. 4. a. 2.* Dicto audientem me sibi herus emit. *Idem Asin. sc. 4. a. 2.* Neminem meum dictum magnifacere (id est imperiū.) *Idem Asin. sc. 2. a. 5.* Cum dicta in me ingerebas (id est, maledicta.) *Plaut. Mostell. sc. 2. a. 1.* Quando dicta audietis mea haud aliter dicetis. *Ouid. 13. Metam.* Ausus erat Reges incessere dictis Thersites. *Plaut. Men. sc. 1. a. 5.* Accipiam hominem quibus dictis meret. Blandum dictū, Blanda dicta, Vide Blandus. Item facetus.] *Plaut. Cistel.* Pergo illò, subagito blandis prius & benedicis dictis. *Idem Asin.* -an tu tibi, verba blanda esse aurum rere? dicta docta pro datis? *Ouid. 13. Metamorph.* -neque abest facundis gratia dictis. ¶Vernile dictum, hoc est scurrile, & procax. *Tacit. lib. 18.* Vernile dictum omnem inuidiam in eum vertit. ¶Dicto audiens, hoc est obediens. *Quintil. lib. 13. cap. 6.* Minus dicto audientem filium licet abdicare. *Cic. 6. Verr.* Quæsiui an mississet, respondit id quod necesse erat, scilicet dicto audientem fuisse Prætori. ¶Dictis aliquem aggredi. *Virg. 4. Æneid.* Talibus aggreditur Venerem Saturnia dictis.* Dictum ac factum reddidit. Hac figura significatur nihil esse prætermissum in negotio procurando. *Terent.* ¶Et quanuis Dicta generaliter de quouis sermone dicantur, apud veteres tamen pro facetiis & iocis poni solent. σκώμματα. *Cicero lib. 2. ad Attic.* Itaq; nostri, quum omnia dixissemus dicta, esséntq; facetè & breuiter & accuratè iocati, ea proprio nomine appellari dicta voluerunt. *Terent. Eunnch.* Facetè, lepidè, lautè, nihil suprà: Tuum obsecróne hoc dictum erat? *Vbi Donatus*, Dictum id, quod prouerbium, siue adagium quod facetis hominibus adscribitur. * Dictu, pro Ad dicendum. vt, Dictu nihil facilius, *apud Terentium in Phorm.*

Dictūrĭo, pen. corr. verbum desyderatiuum: ac ἐφετικόν. Dicere cupio, siue dicere molior. λέξειω. *Macrob. Saturn. lib. 7. cap. 3.* Sed perge, Auiene, ne vltra te dicturientem retardem. *Idem lib. 7. cap. 1.* Quid duces & milites, qui fortiter à se facta semper dicturiunt.

Dĭctĭo, Oratio, dicendi genus, actio. {אמרה *imráh* דברה *dabberáh* מאמר *maamár*. λέξις. GAL Parole, mot. ITAL. *Voce.* GERM. Ein wort. HISPAN. *Vna palabra.* ANG. *A word.*} [*Gell. cap. 1. lib. 10.* Dictio verbi ambigua.] Dictio testimonij, id est ius testimonij dicendi. *Terent. in Phorm.* Seruum orare causam leges non sinunt, neque ei testimonij dictio est. ¶Sententiæ dictio. *Cicer. de Inuent.* Aliud enim laus, aliud vituperatio, aliud sententiæ dictio, aliud accusatio, aliud recusatio conficere debet. ¶Item pro facunda & oratoria oratione. {ῥῆσις. GALL. Oraison, raisonnement. ITAL. *Ragionamento.* GER. Ein wolgesatzte red. HISP. *Razonamiento.*} *Cic. 2. Tusc.* Itaque quum ante meridiem dictioni operam dedissemus. *Idem de Clar. Orat.* Malim mihi L. Crassi vnam pro M. Curio dictionem, quàm castellanos triumphos duos. ¶Dictio, pro oraculo. *Liu. 8. ab Vrbe*, Ac cito ab Tarentinis in Italiam data dictio erat, caueret Acherusiam aquam, Pandosiámque vrbem: ibi fatis eius terminum dari.

*Dicendus, a, um, Adiect. *Quintil.* Cum pondere aliquo hæc dicenda sunt. *Dicundum antiqui pro dicendum ponebant. *Plaut. Mil.* Imò etiam amplius: nam si non dat, dominum dicendum censeo.

Dicāx, Qui dictis abundat, qui facetè & acutè dicta iacit. {מצחק *metsachék*. מלעיב *malbíh*. σκώπτης, φιλοσκώμμων. GAL. Mocqueur, iaseur, railleur. ITA. *Dicace, maldicente.* GERM. Schwätzig/spetzig. HISP. *Dezidor y parlero demaziado.* ANGLI. *That speaketh much, a prater, a babler.*} [*Plaut. Curc sc. 2. a. 4.* Haud in malè meritantem dicax es.] *Quintil. lib. 6. cap. 4.* Demosthenem vrbanum fuisse dicunt, dicacem negant. *Cic. 2 de Orato.* Quod est hominibus facetis & dicacibus facillimum. *Idem pro Cæl.* Quàm volent in conuiuiis faceti, dicaces, nonnunquam etiã ad vinum disérti sint. [Vide Facetus.]

Dĭcācŭlus, σκωπτικὸς, Aristophani, εὐγλωττος, & Dicacula, diminutiua sunt. {ANGLIC. *Apratter, a babler.*} *Plaut. in Asin.* Satis dicacula es amatrix.

Dĭcācĭtās, Est sermo cum risu alios incessens. *inquit Quint. lib. 6. cap. 4.* {צחק *tsechók* לעג *laságh* שנינה *scheninàh* משל *machál*. φιλοκωδεία. GAL. Propos qui rencontre, mocquerie facetieuse, iaserie, brocarderie. ITA. *Cianciamento.* GERM. Spottred/spetzung/schwätzung. HISP. *Demasiada, parleria.* ANG. *Prailing, chatting.*} *Cicer. in Orat.* Huic generi orationis aspergentur etiam sales, qui in dicendo mirum quantũ valent: quorum duo genera sunt, vnum facetiarum, alterum dicacitatis. *Idem 2. de Orat.* Scurrilis oratori dicacitas magnopere fugienda est.

Dictĭōsŭs, idem quod dicax. *Varro lib. 5. de Ling. Latin.* Hinc appellatum, inquit, in mimo dictum, & dictiosus.

Dicto, as, frequentatiuum à verbo Dico: quod tamen à primitiui significatione nonnihil recedit. Est enim Dictare, aliquid tractim pronuntiare, vt calamo excipi possit. {χαρτομαπτίζω, ὑπαγορεύω. GAL. Nommer & dicter à vn autre qui escrit. ITA. *Dettare.* GERM. Angeben oder vorreden auffschreiben. HISP. *Dezir lo que otro escriue.* ANG. *To tell an other what suld be writ ten, to endite.*} [*Plaut. Amph.* Ad aquam præbẽdam aduenì domum, vt rationem te dictare intelligo. *Quintil.* Dictare sportulam. *Senec. Epist. 40.* Tanquam dictaret, non diceret. (de lenta pronuntiatione) *Quintilian.* Ea quæ natura dictauit. (De oratione naturali.)] ¶Accipitur etiam dictare pro suggerere: vt, Ratio dictat, hoc est suggerit, ὑφηγεῖται, ὑπαγορεύει. *Plin. in Epist.* O sylua, ô litus, quàm multa componitis, quàm multa dictatis. *Boethius*, Ecce mihi laceræ dictant scribenda Camœnæ. Camœnæ enim litus, ac solitudo tacitè suggerunt nobis quod scribamus, quemadmodum ratio, & nonnunquam indignatio dictat: *quod etiam annotauit Valla in Raudensem. Plin. lib. 26. cap. 4.* Igitur demonstratarum priore libro herbarum reliquos effectus dicemus, adiiciemúsq; quas ratio dictauerit. ¶Dictare, pro edicere, seu polliceri. *Quint. lib. 11. cap. vlt.* Aut cum sodalibus iocantur, aut nonnunquam ad librarios suos ita respiciunt, vt sportulã dictare videantur. ¶Dictare actionem siue iudicium, apud Iurisconsultos significat actionem aduersario voce edere, quum actor aduersario, quam actionem intenturus sit denuntiat.

Dictātă, Dicuntur veluti themata atque præscripta quæ magister ludi pueris præbere consueuit. {GALL. Ce que le maistre donne à escrire à ses disciples. ITAL. *Quello che il maestro da in nota à i suoi discepoli.* GER. Das ein Schulmeister seinen lehrjungeren auffzuschreiben angegäben hatt. HISP. *La lection que se da al discipulo para escriuir la.* ANG. *That which the maister enditeth to his schollers.*} *Cic. ad Attic. 13.* Non modò Tironi dictare, sed ne ipse quidem auderem scribere. *Horat.* Sic iterat voces & verba cadentia tollit, Vt puerum sæuo credas dictata magistro. ¶Nec in literis tantùm, sed in aliis quoque artibus dictata dicuntur. *Iuuena.* peragit dictata magistri Omnia. *Sueton. in Cæsa.* Vt disciplinam singulorum iuscriperent, ipsique dictata exercentibus darent. Vbi per dictata gladiatoria præcepta, documentáque significantur. Dictata autem dicuntur huiusmodi themata, quoniam quæ docemus, inculcamus, vt penitus excipiantur & ediscantur.

Dictātĭo, nis, dictata. *Paul. D. l. 29. Tit. 1. lib. 90.* Lucius Titius miles notario suo testamentum scribendum notis dictauit & antequam literis præscriberetur, vita defunctus est. Quæro an hæc dictatio valere possit.

Dĭctātŏr, δικτάτωρ, δισύπατος, ἐπιστατὴς ἀβλυστιτικὸς, Apud Romanos summus erat magistratus qui periculosissimis reip. temporibus à consule de nocte captis auspiciis dici solebat. vnde & Dictator dictus est. [Nam, vt annotat *Passerat.*) Dictator dictus est, quia à Consule dicatur (id est, nominetur) vel quia dicat. i. imperet. *Plut. in Marcell* Dictatori non ius est equo vehi. *Plut. in Fabio.* Cur & indicta causa occidere, *ibidem.* Dictator Camillus annum totum contra morem sex mensium. *Plut. in Camill.* Cur diceretur in periculo. *Ibidem* Si de damnosis naris & amatoribus dictator fiat nunc Athenis Atticis. *Plaut. pseu. sc. 5. a. 1.*] Et quia cæteris omnibus magistratibus præterquam Tribunos plebis, cessantibus, Dictatoris summa potestas erat in populum, is quoque Magister populi appellatus est, *vt scribit Varr. Cic. 3. de Finibus.* Rectiùs magister populi (is enim est Dictator) quàm Sylla. Erat autem extraordinarius magistratus habens ius animaduertendi in cuiusque ciuis Romani caput, nec ab eo prouocandi ius erat: nec alio pacto creari solebat quàm quum vis aliqua maior repente oborta ingentem vrbi cladem minitari videretur. Dicebatur autem Dictator à Consule, qui deinde Magistrum equitum dicebat. *Liu. lib. 9. ab Vrbe*, Fabius L. Papyrium Dictatorem dixit. *Iuuena. Sat. 8.* Fumosos equitum cum Dictatore magistros.

Dĭctātrīx, icis, quæ dicit agenda, præcipit & imperat. *Plau. Persa*, Tu hîc eris dictatrix nobis.

Dictātōrĭus, a, um, ὁ τῶ δικτάτορος. Quod ad dictatorem pertinet, seu quod est Dictatoris, *Liu. 6. ab Vrb.* Postremò dictatorium fulmen in se intentatum. Dictatorius gladius, *Cic. pro Cluent.* Dictatorius iuuenis, Dictatore patre natus. *Liu. 1. Decad. lib. 7.* [Dictatoria animaduersio. *Velleius.*]

Dictātūră, Dictatoris dignitas. δικτάτορος ἀρχή. *Plut.* μεσίτχιμα τῆς ἀκροτάτης ἀρχῆς. *Liuius.* Dictaturæ semper altius fastigium fuit. Nam à Dictatoribus non erat ius prouocandi, quibus etiam animaduersio capitis data est. Dictaturam gerere. *Cic. 2. Offic.* Quòd is paucos sibi dies ad Dictaturam gerendam addidisset.

Dĭctĭto, as, pen. corr. à dicto, secundum à dico frequentatiuum, Passim & frequenter dico. {שנן *schinnén*. συχνὰ ἢ πολλάκις λέγω. GAL. Souuent, ou en plusieurs lieux, dire ou raconter quelque chose. ITA. *Dire spesso.* GER. Offt sagen/sagen eins sagens. HIS. *Dezir à menudo.* ANG. *To vsaide of tenand in sundrie places.*} *Cic. 3. Verr.* Vt hoc iam palam dictitent. *Idem ad Lentul.* Quem post reditum dictitant facto animo & demisso fuisse. *Idem 3. Off.* Dictitabat se hortulos aliquos emere velle. [*Plaut. Amphitr. sc. 4. a. 4.* Hunc ru Amphitruonem dictitas?]

Dĭctērĭa, orum, Dicta falsa & acuta, & quodam quasi aculeo pungentia. {שחינת *scheninàh*. σκώμματα. GALLI. *Motti che pongono, motti piacenoli.* GER. Spetzreden/schmutzwort. HIS. *Danayre, motejanda.* ANG. *Merie quippes and taunts.*} *Mar.* Omnibus arrides, dicteria dicis in omnes. *Varro*, ὅνος σκιᾶς λύρᾳ. Quam mobile neque orto psalticum attulit psalterium quibus sonant in Græcia dicteria. ¶Dicteria petulantius iacta prisci Mæsonica vocabant, σκώμματα μαισωνικὰ, à Mesone quodam histrione comœdiarum Megarensi.

Dĭcis causā, *Varro* locutionem antiquam esse scribit, & ab eadem origine deductam vt verbum dico: fortassis à recto Dex, dicis, ex Dico: item vt Iudex, iudicis, à Iudico, & Index, indicis, ab Indico. Nam si iuncto verbo, *autore Varrone*, Iudex dicitur qui ius dicit, verisimile est vocè simplici similiter eum qui dicit, Dicem appellatum. Dicis autem causa id fieri dicimus, quod nulla alia de causa fit, quàm vt factum esse dicatur. *Caius l. 4. D. Commodati.* Sæpe enim, inquit, ad hoc commodantur pecuniæ, vt dicis gratia numerationis loco intercedant. *Vlpi. in l. D. ad S. Syll.* Excusantur serui qui auxilium tulerunt sine dolo malo. Nam si finxerit quis auxilium ferre, vel dicis gratia tulit, nihil hoc commentum illi proderit *Hæc omnia ex Lexico Hotomani.* [Quid sit dicis causa, docet *Victorius cap. 24. lib. 8.*]

Dĭctămnum, siue Dictamnus, {δίκταμνος, Dioscoridi. GAL. Vne herbe appelee dictam, ou gingembre de iardin. ITA. *Dittano.* GERM. ein kraut diß nammens / etlich sagen es seye ein gattung der wilden poley. HISPAN. *El ditamo yerua conoscida.*} Herba est in Creta præcipuè nascens, aeris, læuis, pulegio similis, sed maioribus foliis, quæ tomento quodam spissáque lanugine pubescunt. Florem nullum aut semen profert. Produnt in Creta capras sagittis percussas, huius herbæ pastu eas excutere. *Virg. 12. Æneid.* Dictamnum genitrix Cretea carpit ab Ida, Puberibus caulem foliis & flore comantem, Purpureo: non illa feris incognita capris Gramina, quum tergo volucres hæsere sagittæ. *Cic. 1. de Nat. Deor.* Capras auditum in Creta feras: quum essent confixæ venenatis sagittis herbam quærere quæ dictamnus vocatur: quam quum gustauissent, sagittas excidere dicunt è corpore.

Dĭctātŏr, Dictatura. *Vide* DICO, dicis.

DĭcTĒ, δικτὴ, *teste Ptolem. lib. 3.* Mons est Cretæ, sic dictus à Dicte nympha, quæ in eo colebatur.

Dictæ̆us, a, um, δικταῖος, Cretensis. *Virg. 4. Georg.* Dictæo cæli regem pauere sub antro.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Dictĕrium, Dictio, Dictito, Dicto, Dictum, *Vide* DICO.

Dicrotum, pen. corr. δίκροτον. Latine dicitur biremis, quæ duobus tantùm remorum ordinibus regitur, à prora scilicet & à puppi. {ANG. *A galey that hath twor oares in a seate.*} *Iulius Pollux lib.* 1. Dicrota sunt naues quæ duobus gubernaculis pariter à prora reguntur & puppi. *Cic. Attic. lib.* 5. δίκροτα Rhodiorum, & dicrotum Mitylenæorum habebam, & aliud catascopion. *Idem lib.* 16. Nam & ipse Domitius bona planè habet dicrota. ¶Dicroton item medici vocant pulsus quoddã genus in arteriis, à geminato percussu. *Galen. in tract. de Pulsibus.*

DICTYNNÆ, pen. prod. Δίκτυννα, Cognomen est Dianæ, *Scribit Diodorus lib.* 6. Dictynnam ex Ioue genitam, in Creta consuetudine Dianæ familiarissimè vsam esse, quæ res causam præbuit vt quidam Dictynnam, Dianámque eandem esse existimarent. *Callimachus ait*, Dictynnam à retibus piscatoriis (quæ δίκτυα dicunt) denominatam, intra quæ fugiens euaserit violentiam Minois regis eam libidinis causa insequentis. Alij à retibus venatoriis ita dictam volunt, quorum vsum prima traditur inuenisse. *Vide ea quæ suprà annotauimus in dictione* BRITOMARTIS.

Dictynnæum, δικτύννειον, Dictynnæ templum in monte Cretæ, cui nomẽ est Tityrus. *Cuius meminit Strabo lib.* 10.

Dictyŏtŏs, δικτυωτά. Opera quæ nostri *reticulata* vocãt, ita dicta quòd in hoc ædificij genere tessellæ, macularum quæ in reti conspiciuntur, similitudinem referant. δίκτυα enim Græci vocant retia. *Plin. lib.* 36. *c.* 22. Dictyoton vocat reticulatam structuram, quam frequentissimè Romæ struunt rimis opportunam. Vbi tamen in vulgatis codicibus legitur Dictyotheton.

DICTYS, δίκτυς, Vnus ex Centauris fuit Perithoi manu interfectus, *vt est videre apud Ouid. lib.* 12. *Metam.* ¶Fuit etiam hoc nomine historicus Cretensis, qui cum Idomeneo rege Cretæ ad expeditionem Troianam profectus, totum illud bellum Phœnicum lingua conscripsit. ¶Fuit & Dictys piscator quidam qui Perseum educauit: *de quo Stat. libr.* 2. Fluctuagus volucrem comebat Persea Dictys.

Didascălĭa, {לקח *lékach*. διδασκαλία. GAL. Doctrine. ITA. *Doctrina*. GE. Die lehr/vnderweysung HISP. *Doctrina ò enseñança*. ANGLIC. *Doctrine.*} Latinè doctrina, siue eruditio, ἀπὸ τῦ διδάσκειν, quod est docere siue instituere. *Gal. Cic. lib.* 7. Genere tamen quod ad nos pertineat, & διδασκαλίαν quandam, vt versetur inter manus habeat.

Didascălus, {מורה *morĕh* מלמד *melammédh*. διδάσκαλος. GAL. Doctor, magister. ITA. *Maestro*. GERMAN. Ein lehrer/ vnderweiser/ lehermeister. HISP. *Maestro que enseña*. ANG. *A maister or teacher.* Nobis præceptorem sonat, ἀπὸ τῦ διδάσκειν, hoc est à docendo.

DIDIA lex. {GER. Ein gsatz das zu Rom gemacht wart in welchem man alle vberflussige kostligkeit in den mahlzeiten durch das gantz Italiam bey einer gwissen straff verbot.} A latore Dido nominata. *A Macrob. lib.* 3. *cap* 27. inter leges sumptuarias numeratur, quæ post Fanniam legem duodecuiginti annos sequuta est, cuius ferendæ duplex ratio fuit. Prima, vt non sola ciuitas Romana, sed vniuersa Italia lege sumptuaria teneretur. Secunda, vt non modo qui conuiuia maiore sumptu fecissent, sed etiam qui ad ea vocati essent, atque omnino interfuissent, pœna legis tenerentur.

DIDO, dûs, διδώ, Filia fuit Beli Tyriorum regis, quæ primis nuptiis, Sichæo Herculis sacerdoti iuncta fuit: quem quum Pygmalion Elisæ frater, thesauris eius inhians, ante aram obtruncasset, illa in somnis monita, cum iis quibus Pygmalionem inuisum esse sciebat, effossis clàm thesauris nauim conscendit, & in eam Africæ partem quę Zeugitana appellata est, delata, tantum sibi soli emit, quantum taurino corio posset circundare. Quo in loco quum corium in tenuissimas partes dissecuisset, locúmque satis amplum complexa esset, vibem condidit, quam Carthaginem appellauit, arcémque in medio vrbis, quàm à corio bubulo Byrsam vocauit. Deinde quum Iarbas Getuliæ Rex nuptias eius ambiret, recusantémque vi armísque cogeret, sibiipsi manus intulit, præferens nimirum honesta morte occumbere quàm prioris lecti iura, secundis nuptiis polluere. {GER. Ein tochter Beli des konigs zu Tyro welche die statt Carthago soll erbauwen haben.} *Virg. lib.* 1. & 4. *Æneid.* fabulatur Æneam captæ Troiæ à patria profugum, vi tempestatis Carthaginem fuisse delatum, Elisámque amore eius captam, quum præter spem desereretur, mortem sibi conscisuisse. Quæ tamen res grauissimorum Historicorum fide facilè refellitur, qui Carthaginem tradunt septuagesimo demũ anno post Romam conditam, ab Elisa condi cœpisse. Ab Æneæ verò in Italiam aduentu vsque ad Vrbem conditam numerantur anni amplius quàm trecenti, quibus Albæ regnatum est. Hac de re extat elegans apud *Ausonium* Epigramma, quo illa se ab impudicitiæ nota vindicat, monens Lectorem, vt de moribus suis incorruptis potius Historicorum monumentis, quàm Poëtarum fabulis fidem adhibeat. Hæc proprio nomine Elisa dicta fuit: Dido autem cognominata fuit à rerum gestarum magnitudine, quasi virago. [Didonis thesauri. *Suet. in Neron c.* 31.]

Dido, didis, dididi, diditum, Distribuo, diuido. {חלק *chalák*. διανέμομαι. GALL. Bailler, distribuer, departir. ITA. *Distribuire, diuidere*. GERM. Außtheilen. HISP. *Partir en partes, repartir*. ANG. *To distribute and giue.*} Dictúmque videtur dido, quasi diuido, ablata media syllaba. *Horat. 2. Serm. Sat.* 2. Abluti senis exemplo dum munia didit, id est diuidit. Frequenter accipitur pro diuulgo, siue disperso. *Virg. 7. Æn.* Diditur hic subitò Troiana per agmina rumor. *Idem 8. Æneid.* Cognatíque patres, tua terris didita fama. Est autem hoc verbũ Lucretio in primis familiare.

Didoron, pen. prod. {δίδωρον. GAL. De deux palmes. ITAL. *Di dui palmi.* GERMAN. Zweyer hand breit oder lang. HISPAN. *De dos palmos.* ANG. *Of two hand broad.*} Quod est duorum palmorum: vnde lateris quoddam genus sesquipedali longitudine, *Plin.* didoron appellat, à longitudine nimirum duorum palmorum maiorum, quorum singuli valent palmos minores tres, hoc est digitos duodecim. *Verba Plinij sunt hæc ex lib* 35. *cap* 14. Genera laterum tria: didoron quo vtimur, longum sesquipede, latũ pede. Alterum tetradoron. Tertium pẽtadoron. Græci enim antiqui doron palmum vocabant: & ideo dorá, munera, quia manu darentur. Ergo à quatuor & quinque palmis, prouti sunt, nominantur. *Hæc ille.*

Didrăgmum, δίδραχμον, Numus est duas drachmas continens, *vt refert Bud in lib. De asse.*

Dīduco, penultima producta; In diuersas partes & diuersa loca duco, distraho, dirimo. {פרד *naphátz*. διαιρέω, διαλαμβάνω. GALLI. Desioindre, separer, & faire aller vne part çà & l'autre là. ITAL. *Dipartire, guidare in diuerse parti.* GERMANIC. Zertheilen/ von einander thun. HISPAN *Partir en partes diuersas.* ANGL. *To conueighe to sondrie partes and places, to diuione an seperat.*} *Cæsar 6. bell. Gall.* Dimittendæ plures manus, diducendíque erant milites. *Columella lib.* 6. de bobus domandis, Post hæc diductis malis educito linguam. *Idem lib.* 4. Validam vitem in ramos diducere censeo. *Pers.* Quúmque iter ambiguum est, & vitæ nescius error, Diducit trepidas ramosa in compita mentes. *Virg. lib.* 1. *Geor.* quíque paludis Collectum humorem bibula diducit arena. *Proper.* Non ego complexus potui diducere vestros. [*Quintilian.* Diducet in digitos argumenta. *Ouid.* 13. *Metamorph.* Vestémque manu diduxit. *Idem lib.* 2. *Fastor.* Tergáque diducta veste notata vident.]

D. ductus, a, um, Particip. *Cicer.* 3. *de Orat.* Riuis est diducta oratio, non fontibus.* Terrę diductæ. Id est, diuisæ apertæque. *Tacit. lib.* 2. Diductis terris hauriebantur. [*Suet. in Othon. c.* 3. Diducto matrimonio. De diuortio.]

DĪDYMAON, διδυμάων, Insignis faber ferrarius fuit, cuius meminit *Vir. lib.* 5. *Æneid.* Et clypeum efferri iussit, Didymaonis artes, Neptuni sacro Danais de polte refixum.

DĪDYMĒ, pe. cor. δίδυμη, Insula in mari Siculo, vna ex Æoliis. *Pompon. Mela, lib.* 2.

DĪDYMAEVS, διδυμαῖος, Apollo dictus est, quòd geminam speciem sui numinis præferat. Ex vno enim fonte lucis, gemino sydere spatia diei & noctis illustrat: interdiu per seipsum lumen præbens, noctu verò lunam illuminans. Vnde & Romani (*vt inquit Macrobius*) Solem Didymæi Apollinis appellatione venerantur.

¶ Dictum est & Didymæum templum Apollini dicatum apud Meletum quod prius oraculum Brancidarum (*vt autor est Plin.*) appellatum est. De quo templo sic scribit *Strab. lib.* 4. Post Posideum Miletum est oraculum Apollini Didymæo sacrum apud Brancidas, ad decem & octo stadia ascendenti. Id à Xerxe incensum est, quemadmodum cætera templa omnia, Ephesio excepto. Postea Milesij templum construxerunt omnium maximum, quod propter magnitudinem remansit sine tecto, variis antiquarum artium donis sumptuosissimè honoratum.

Dĭdymus, {תאום *teóm* δίδυμος.} Latinè geminus dicitur. Quo nomine vir Alexandrinus dictus est, qui licet ab ineunte pueritia oculis captus foret, diuinas tamen literas optimè callebat, & inter Ecclesiasticos scriptores illustris fuit: quúmque propter cæcitatem etiam elementorum ignarus esset, Geometriam tamen, quæ vel maximè visu indiget, perfectissimè tenuit. *Autor Hieronymus.*

¶Fuit & alter Didymus Alexandrinus salsamentarii filius, quo nemo (*vt Quint. inquit*) plura scripsit. Grammaticus fuit, & ad Augusti tempora peruenit: ob assiduam circa libros moram, χαλκέντερος, appellatus: nam ad tria millia librorum & quingentos scripsisse dicitur. [*Sueto. in Calig. c.* 21. Didymeum Mileti agere.]

¶Fuit & alius Grammaticus Alexandrinus, qui Romę docuit. Alius item Poëta qui Georgica scripsit. ¶Alius præterea philosophus Academicus.

Dierectus, *Plaut. Curc. sc.* 1. *a.* 2. Lien dierectus est (id est, cruciatur.) *Idem Men. sc.* 4. *a.* 2. Ducit Lembum dierectum nauis prædatoria. *Idem Merc. sc.* 1. *a.* 1. Hiantibus i. hinc hodie dierectus. *Idem in Pœnul. sc.* 1. *a.* 1. Abi dierectus. *Idem Capt. sc.* 4. *a.* 3. Quin quiesce tu dierectum cor meum, ac suspende te.]

[Dierectè: *Plaut. Mostell. sc.* 1. *a.* 1. Abi rus, abi dierectè ab ianua, & alibi.]

Dĭes, {יום *ióm*. ἡμέρα. GALLIC. Iour. ITALIC. *Il giorno*. GERMANIC. Ein tag HISPAN. *El dia*. ANGL. *A day.*} [*Gell. capit.* 14. *libr.* 9. Veteres sic declinauerunt, Dies huius dies, vel dii vel die.] Tam masculini quàm fœminini generis est in numero singulari, plurali verò tantùm masculinum. Illud tamen interest, quòd dies in fœminino genere denotat tempus indeterminatum: & ideò diminutiuum eius est diecula, quod significat breue tempus & moram. Dies verò quum tempus significat viginti quatuor horarum, vel etiam spatium illud ab oriente sole ad solem occidentem, masculini est, nam illud tempus est determinatum. Sic diem hesternum, & diem hodiernum, potius dicimus quàm hesternam, vel hodiernam. Contrà, pro tempore incerto dicimus longa dies, pro longo tempore, non autem longus dies. *Iuuenalis*, Longa dies igitur quid contulit? Id est longum tempus. *Virgilius* 11. *Æneidos*, Multa dies, variúsque labor mutabilis æui Rettulit in melius. [Seu matura dies. Fato properat mihi mortem, *Tibull. libr.* 4. Da in hunc diem operam mihi. *Plaut. sc.* 5. *a.* 1. Meus hodie natalis dies. *Plaut. Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Hic ille dies est cui nulla salus *Plaut. Capt. sc.* 3. *a.* 3. Loquens lacerat diem. *Plaut. Asin. sc.* 2. *a.* 2. Post hunc diem pedem intrò non feres. *Plau. Men. sc.* 3. *a.* 4. Hodie hunc mihi corrupit diem: Et ego hunc corrupi diem. *Ibid. sc.* 2. *a.* 4. Ad hoc vsque diei tempus dormitasti. *Ibid. sc.* 1. *a.* 2. Ei si memorem nox diem adimat. *Plaut. Capt. sc.* 3. *a.* 2. Neque diem decet memorari, neque nocti nocerier. *Plaut. sc.* 1. *a.* 2. Si post hunc diem mutiuero dato me excruciatum. *Plaut. Mil. sc.* 6. *a.* 2. Eme die cæca, & vendito oculato die. *Plaut. Pseud. sc.* 3. *a.* 1. De die, *Gall.* de iour. Ad amicam de die potare. *Item*, Vna pars orationis de die dabitur mihi. *Plaut. Asin. sc.* 1. *a.* 3. Dies noctésque potent. *Plaut. Asin. sc.* 3. *a.* 3. Vt secum esset noctes ac dies. *Plaut. Asin. sc.* 1. *a.* 4. Hunc annum totum, dies noctésque bibit. *Plaut. Mostell. sc.* 1. *a.* 1. Dies dolorem consumit. Nox, tempus. *Senec. cap.* 8. *de Consol. ad Mart.* Pauciissimis diebus, pro intra pauciissimos dies. *Suet. in Cæs. cap.* 67. In diem studere. *Senec. cap.* 1. *de tranquill.* Nihil de die hodierna promittitur, nihil de hora. *Senec. cap* 10. *de Consol. ad Mart.* Eius diei præfertur opinio (id est cerraminis & pughæ eo die habitæ,) *Cæs. lib.* 1. *de bello.* Adesse Romanis vltimum diem. *Velleius*; In diem longissimam causa-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

cauſſam differre. *Gell. capite 10. lib. 5.* In diem certum data reddere oportet. *Senec. cap. 10. de Conſ. ad Mart.* Eat omnis dies inter luctus. *Ibid. c. 6.* Nubo ſolet pulſa candidus ire dies. *Ouid. Eleg. 1. lib. 2. Triſt.* At dabit, parabit aliquid hos dies (id eſt, intra paucos dies) *Plaut. Pſeud. ſc. 1. a. 1.* Iuriſconſulti item bina, trima, quadrima die vſurpant pro tempore biennij, triennij, quadriennii. Sed confunditur quandoque hæc differentia. *Virgilius 2. Æneidos,* Iámque dies infanda aderat. *Cicero ad Quintum Fratrem,* In qua primum erat, quòd antiquior dies in tuis fuiſſet adſcripta literis quàm in Cæſaris. *Plin. lib. 13. cap. 24.* Mirum quòd eadem die germinar, qua iniectum eſt. ¶Dies qui ciuilis dici ſolet, à media ſcilicet nocte in ſequentem (*vt Macrob. libr. 1. capi. 3. tradit*) ita diuiditur. Primum diei tempus dicitur mediæ noctis inclinatio. Deinde gallicinium, ſiue galli cantus. ἀλεκτροφωνία, quòd tùm galli cantent. Inde conticinium, μεσονύκιον νυξ, quum & galli conticeſcunt, & homines quieſcunt. Deinde Diluculum, quum incipit dignoſci dies, ὄρθρος. Inde manè, quum dies eſt clarus. πρωΐ. Inde meridies, diei medium, μεσημβρία, μεσοῦσα ἡμέρα. Inde iam ſuprà vocatur occiduum tempus, δείλη: quod & ſerum diei vocatur: ὀψὲ: & mox ſuprema tempeſtas, hoc eſt diei nouiſſimum tempus: ſicut eſt expreſſum in duodecim tabulis, Solis occaſus ſuprema tempeſtas eſto. Deinde Veſpera, ſeu Veſper, ἑσπέρα, à ſtella quam Græci ἕσπερον, *Plaut.* Veſperugo, *Ennius* Veſperum, *Martialis* Phoſphorum, *Virgilius,* Heſperon appellat. Inde crepuſculum veſpertinum, δείλη ὀψία, dictum à crepero, quod dubium ſignificat, tanquam lux dubia, quod incertum ſit, id tempus noctis an diei exiſtat. Ab hoc tempore prima fax noctis, quòd tùm primùm faces, hoc eſt lumina inferri incipiant, νυκτὸς ἀρχή. Deinde nox concubia, à cubando: deinde intempeſta quæ non habet idoneum tempus rebus agendis. In has partes diſtribuebant diem, qui conſtat ex viginti quatuor horis, & lucem tenebráſque continet: eúmque diem, ciuilem vocabant, quòd in aliis atque aliis ciuitatibus & regionibus alio modo obſeruaretur. Athenienſes enim diem ciuilem auſpicabantur à ſole occidente, ad ſolem iterum occidentem: Babylonij ab ortu ſolis ad ſolem ſecundo exorientem: Vmbri à meridie ad meridiem ſubſequentem. Romani autem à media nocte ad mediam noctem: quorum à nobis quoque conſuetudo obſeruatur, adeò vt ſi quid ante mediam noctem geſtum ſit, id præcedenti diei aſcribatur, quòd à media nocte, ſubſequenti diei annumeretur. ¶Interdum diem dicimus, vt ſolam lucem intelligamus, tenebras verò ſub noctis nomine. *Virgil. 6. Æneid.* Noctes atque dies patet atri ianua Ditis. ¶Eſt & dies naturalis ab ortu ad occaſum ſolis. ¶Dies totius anni ex inſtitutione Numæ, aut feſti erant, aut profeſti, aut interciſi. Feſti dies aut ſacrificiorum, aut epularum, aut ludorum cauſa fuerunt inſtituti. Profeſti autem diuiduntur in faſtos, comitiales, comperendinos, ſtatos, præliares. Interciſi verò dicebantur, qui & humanis & diuinis negotiis erant communes. Erant & atri dies, de quibus locis ſuis. ¶Huius nominis genitiuus eſt diei, dij, dies, & die. *Cicero pro Sex.* Equites non daturos illius dies pœnas. *Virgil. 1. Georg.* Libra dies ſomnique pares vbi fecerit horas. *Idem 1. Æneid.* Munera, lætitiámque dij. *Salluſt. in Iugurth.* Vix decima parte diei. ¶Die craſtini, die ſeptimi: pro die craſtino & ſeptimo. *Plaut. Moſtell.* Hanc rem die craſtini quum herus reſciuerit. *Idem Menah.* Nam ibi mercatum dixit eſſe die ſeptimi. *Vide Macrob. 1. Sat. cap. 2.* Die quinti, die proximi, die priſtini: pro quinto, proximo, & priſtino. *Vide Gell. lib. 10. cap. 24.* ¶Deriuatiua & compoſita à dies, ſunt hodie, quotidie, pridie, meridies, nudiuſtertius, nudiuſquartus, diarium, æquidiale, æquidium, diluculum, & perdius. [Dierum alij felices ſunt, alij contrà. *Plutar. in Camill.* Dies iuſti, vide Iuſtus Dies. Atri, vide Ater. Dies naturalis & ciuilis, qui, *Vide Cenſorin.* Supremo die, vide Supremus. ¶Perduellionem ei diem dixit: & diem poposcit à Prætore. Diem breuem iudiciatium (id eſt tempus.) *Liu. lib. 7. d. 4.* Diem diffundere, vide Diffundo.] Dies qui hebdomadem conſtituunt, à ſeptem Planetis cognominati ſunt. Primus ſeptimanæ dies à Sole, dies Solis, ſiue Phœbi dicitur, ἥλιου ἡμέρα πρώτη κυριακή. Secundus à Iuna, Lunæ, σελήνης. Tertius à Marte, Martis, ἄρεως. Quartus à Mercurio, Mercurij, ἑρμοῦ. Quintus à Ioue, Iouis, διός. Sextus à Venere, Veneris, ἀφροδίτης. Septimus à Saturno, Saturni, κρόνου. ¶Dies critici, ſiue criſimi. κρίσιμοι ἡμέραι, à medicis dicuntur iudiciarii, in quibus, ſcilicet de ægritudine ferri iudicium poteſt. Vide ſuprà Criſimi dies. ¶Per antiquum diem, διὰ παλαιᾶς ἡμέρας, prouerbialiter olim de re admodum obſoleta priſcáque. Refertur à *Diogeniano*, Finitimũilli, Magno Platonis anno. ¶Ipſa diesquàdoque materquàdoque nouerca eſt, ἄλλοτε μητρυιὴ πέλει ἡμέρη, ἄλλοτε μήτηρ. Verſus eſt *Heſiodi*, quo ſignificatum eſt, non omni die bene eſſe poſſe, ſed iſto bene, atque alio malè. Inde tranſlatum, quòd matres bene volunt liberis, nouercæ oderunt priuignos. ¶In diem viuere, eſt præſentibus rebus contentum viuere, atque ex parato, minimè ſolicitum de futuris. Quæ vita Græcis dicitur καθημερεύειν βίον: & καθημερεύειν, qui ad eum viuunt modum. [In diem nonum ire coctum. *Plaut. Aul. ſc. 1. a. 2.* In hunc diem caueant à me, *Plaut. pſeud. ſc. 1. a. 1.* Regi hunc in diem mihi decretum eſt operam dare. *Plaut. Milit. ſc. 1. a. 1.* Iam hos multos dies geſtas tabellas. *Plaut. Pſeud ſc. 1. a. 1.* Dies paucos feci cum illo. *Senec. Epiſt. 67.* Item, *Ouid. Eleg. vlt. lib. 4. Triſt.* Sic tamen abſumo decipióque diem. Auctio fiet manè. M. Sanè die ſeptimi venibunt ſerui.]* Quinquennii die, pro Quinto anno. *Proculus in l. Attilicinus. ff. de Pactis dotalibus.* Quum inter virum & vxorem pactum conuentum ante nuptias factum eſſet, vt quibus duobus dos data eſſet, iiſdem diuortio facto redderetur: poſt quinquennium quàm nuptiæ factę ſunt, vxor viro dotem dedit, diuortio facto, quæro vtrum quinquennii die vir vxori dotem redderet, an ſtatuto legibus tempore. *Venire in diem, pro Naſci, ſiue in lucem prodire dixit. Solinus cap. 4.* Scipio Africanus prior qui defuncta parente quòd exciſus vtero in diem venerat, primus Cæſar appellatus eſt.

Diēcŭla, diminutiuum à die, gen. fœm. quod ferè pro exigua temporis mora accipitur. {ἡμερίδιον. GALL. Vn petit iour, vn iour ſeulement, vn petit de temps. ITAL. *Picciol ſpacio di tempo.* GERMA. Ein zeitlen. HISPA. *Pequeño eſpacio de tiempo.* ANGL. *A ſhor day, one day only, a litle whyle.*} *Terent. in And.* Non ſatis habes quòd dieculam addo? id eſt aliquam temporis dilationem. ¶*Aſconius Padianus in 2. Orat. in Verrem,* Diminutiuè diecula dicitur. [*Pl. pſeu. ſc. 5. a. 1.* Illud (malum) erat præſens, huïc erant dieculæ.]

Diēſcit, Dies fit. {ἡμέρα γίνεται. GA. Il ſe fait iour. IT. *Si fa giorno.* GER. Es taget/es wirt tag. HI. *Y a viene el dia.* ANG. *It waxedh day.*} Si ut nocteſcit, nox fit, quibus ſolùm vtimur in tertiis perſonis abſolutè & impersonaliter.

Diēſpĭtĕr, dieſpitris Diei pater. ζεύς, ζηνὸς. id eſt, Iupiter: ſicut Diiouis, quaſi die iuuans, quòd homines die & luce quaſi vita ipſa iuuaret. *Horat. li. 1. Carm.* Nanque dieſpiter Igni coruſco nubila diuidens. *Macrob.* Ipſi quoque Romani dieſpitrem Iouem appellant. [*Plaut. Capt. ſc. 3. a. 4.* Dieſpiter te, dinque perdant.]

Diēquārtī, & Diequartè, pro die quarto. Diequinti & diequintè, pro diequinto. Diepriſtini vel priſtinè, pro diepriſtino, quod nos conuerſo compoſitionis ordine dicimus pridie. Die craſtino, & alia multa. Videntur autem veteres differentiam feciſſe inter diequarto & diequartè: vt illud, pro præterito ſit, quod nos nudiuſquartus dicimus; hoc, de futuro. *Vide Macrob. Saturn. lib. 1 & Gell. lib. 10. cap 24.* [*& ca. 29. libr. 2.*] Sunt autem hæc omnia compoſita, & pro aduerbiis accipimus.

Diērēctī, *teſte Nonio,* à die vocati ſunt crucifixi, quaſi addiem erecti. *Feſtus* ſcribit dierectum per antiphraſin dici apud veteres, volentes ſignificare malum diem. Vnde Dierectà aduerbial. dicimus. *Plaut.* Quin tui dierectà cum ſuccula & cũ porculis. Dierectà (inquit) quaſi in malam diem. Vnde prouerbialiter, In dierectum iubemus ire, quibus precamur exitium.

Diūrno, as, Diuiuo, *teſte Nonio.* {GA. Viure longuement. IT. *Viuar lungo tempo.* GER. Lang leben. HIS. *Durar mucho tiempo.* AN. *To liue long.*} Eſt autem verbum à die deductum, ſicut perennare ab anno. [*Vide Gell. c. 2. lib. 17.*

Diūrnŭs, a, um, à die fit, ſicut nocturnus à noctu, Quod ad diem pertinet, quod die fit. {ἡμερήσιος. GAL. De iour, ou d'vn iour. ITA. *Diurno, di giorno.* GERM. Täglich HIS. *Coſa del dia.* ANG. *Belonging to the day.*} *Cic. de Senect.* An cenſes (vt de me ipſo aliquid more ſenum glorier) me tantos labores diurnos, nocturnóſque domi, militiæque ſuſceperunt fuiſſe, &c. *Plau. in Menah. ſc. 2. a. 1.* Inde vſque ad diurnam ſtellam craſtinam potabimus. [Diurnum victum quærere. *Sueton. in Neron. cap. 36.*]

Diūrnum, ni, Liber continens acta ſingulorum dierum, diarium. {ἐφημερὶς. GALLI. Papier iournal. ITA. *Giornale.* GERM. Ein buch in welches man verzeichnet/was auff ein ieden tag geſchicht. HISP. *Hiſtoria que procede de dia en dia.* ANG. *A booke conteining the actes of euerie day.*} *Iuuena.* Longi relegit tranſacta diurni. [*Et Suet. in Claud. cap. 41. in fine,* Extat talis ſcriptura in pleriſque libris ac diurnis titulíſque operum.] Aliàs Diurnum accipitur pro victu atque mercede vnius diei: *Seneca* [*epiſtola 81.*] Diurnum accipit: in centunculo dormit. *Idem libro ſecundo Controu.* Coniors modò omnis fortunæ diurnum petam.

Diūtŭrnŭs, a, um, pe, cor. Longus, diuturnus. {ארוך *arúch.* διμοιρικὸς, χρόνιος. G. Qui dure long temps, de duree. ITA. *Longo, continuo.* GE. Langwirig. HIS. *Coſa de mucho tiempo.* AN. *That indureth long.*} *Cic. lib 10. Epiſt.* Libertatis deſiderio tædióque diutinæ ſeruitutis. Sic *Cæſar*, Diutinus labor: & *Liuius*, Diutinum bellum. [*Plau. Mil. ſc. 6. a. 2.* Longum diutinúmque ſupplicium.]

Diūtĭnē, aduerb. idem quod diu. διὰ, πολλοῦ χρόνου. GAL. Long temps, longuement. ITAL. *Longamente di giorno.* GE. Langezeyt/langwirigklich. HISP. *Luengo tiempo ò en luengo tiempo.* AN. *A great while, a long tyme.*} *Pla. in Rud.* Ille qui conſultè, doctè atque aſtutè cauet, Diutinè vti bene licet partum benè.

Diūtĭlĕ, pen. corrept. [vel potiùs diutulè.] diminut. à Diu, ſignificat aliquandiu. {ἐπ' ὀλίγον. GAL. Quelque temps, aſſez long temps, non pas trop. IT. *Vn pochetto di temppo.* GER. Langlächte/zimlich lang. HISP. *Poco tiempo, ò on poco tiempo.* ANG. *A litle whyle.*} *Gellius* [*ca. 16. lib. 11.*] Quum diutilè tacitus cogitando fuiſſem. [*Idem Gel. c. 10. lib. 5.* Quum diutilè auditor aſſectatórque Protagoræ fuiſſet. &c. Quibus in locis *Paſſerat.* legit diutilè, vt infrà notauimus in Diu.] *Apul. in Flor.* At non itidem maior meus Socrates, qui quum decorum aduleſcentem & diutulè tacentem conſpicatus foret, &c.

Diūtĭŭs, comparatiuum ab aduerbio diu. {χρονιώτερον. πλεῖστον χρόνον. GALLI. Plus longuement. ITA. *Più allongo, più longamente.* GERM. Länger. HIS. *Mas tiempo.* ANG. *Longer.*} *Cic. 6. Verr.* Potero, hoc ego onus tantum, aut in hoc iudicio deponere, aut diutius tacitus ſuſtinere. *Plau. Rud.* Sed mea deſidia ſpem deſerere nolui: Eò vos amici detinui diutius. *Cic.* Non obtundam diutius aures veſtras [*Sen. c. 7. de Conſol. ad Mar.*] Nec diutius eſt diſcurſus.]

Diūtĭſſĭmē. Longiſſimo tempore. {לעולם ועד *leholám vahédh.* πλεῖστον χρόνον. GAL. Fort long temps, treslonguement. ITA. *Longhiſſimamente.* GERM. Träffenlich/langwerig oder vilzeyts. HI. *Longiſſimo tiempo.* ANG. *Very long.*} *Cic. de Amic.* Catonem induxi ſenem diſputantem, quia nulla videbatur aptior perſona quæ de illa ætate loqueretur, quàm eius qui & diutiſſimè ſenex fuiſſet, & in ipſa ſenectute præ cæteris floruiſſet.

Diūtūrnŭs, a, um, Diutinus, à diu deriuatum. {ארוך *árueh.* χρονιώτερος, χρόνιος. GAL. Qui dure long temps. IT. *Che dura longo tempo.* GE. Langwirig. HIS. *Coſa de mucho tiempo.* AN. *That indureth a long tyme.*} vt, Vſus diuturnus, ſilentium diuturnum *apud Cic. Idem de Sen.* Quas quidem ſic auidè arripui, quaſi diuturnam ſitim explere cupiens. [Quæ nupſit, non diuturna fuit. *Ouid. 5. Faſt.* Et diuturna magis ſunt monumenta mei. *Ouid. El. 3. li. 3.* Magna bona & diuturna contingunt. *Sen. c. 12. de Conſol.* Item Diuturnior. *Ouid. 6. Faſtor.* Eſt mihi, ſitque precor noſtris diuturnior annis.]

Diūtūrnĭtās, tatis, Longinquitas temporum, numerus dierum. {ימים ארך *órech jamim* πολυχρονία. GA. Longue durée, longue eſpace de tẽps. IT. *Longa durata, longheſſa di tempo.* GE. Langwirigkeit HI. *Longura di tiempo.* AN. *Length or continuance of tyme.*} vt Diuturnitas bel i, *Cæſar.* Diuturnitas temporum, *Cic Idem de Sen.* Semper enim mihi ſtudiis laboribúſque viuenti non intelligitur quando adrepat ſenectus: ita ſenſim ſine ſenſu ætas ſeneſcit, nec ſubitò frangitur, ſed diuturnitate extinguitur. [*Sen. c. 10. de Conſol. ad Mart.* Nihil de perpetuitate, ſed nec de diuturnitate promiſſum eſt.]

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Diēteris, pen. prod. Tempus duorum annorum. {שנתים schenatáyim. διετία. GAL. Espace de deux ans. ITA. Ilspatio di duo anni. GERM. Die zeit zwey iar lang. HISP. Tiempo de dos annos. ANG. The space of two yeares} sicut Trieteris, τριετηρίς, trium annorum, vel certè (*vt eleganter docet Censorinus*) quod tertio quoque anno recurrit. Nam apud veteres Trieteris constabat ex quinque & viginti mensibus, hoc est ex duobus annis, quorum alter duodecim habebat menses, alter tredecim. Sic etiam Penteteris, πενταετηρίς, dicitur tempus hoc duplicatum, hoc est quadriennij spatium: ita dictum, quòd quinto quoque anno recurrat.

Diffāmo, pen. prod. Per diuersas partes famam diuulgo, sinistrâm famam de re quapiam spargo. {רגל hálach rágal. διαφημίζω. GAL. Diffamer. ITA. Diuulgare mala fama. GERM. Verleümbden/in ein böß geschrey außbringen. HISP. Diffamar. ANG. To diffame, to report ill of.} Sumitur enim ferè in deteriorem partem. *Tacitus*, a Nerone probroso carmine diffamatus, contumelias vltum ibat. Adulterium diffamatum, *Ouid. lib. 4. Metam.*

Diffarrĕātĭo, Sacrificij genus inter virum & vxorem, quo coniugium diffoluebant per conferreationem contractum. Erat autem Confarreatio quædam solennitas, quam soli sacerdotes obseruabant in vxore ducenda. Soli enim sacerdotes, *autore Boethio*, per confarreationem vxorem ducebant. Qua de causa diuortium per diffarreationem solis quoque sacerdotib. proprium fuit. Dicitur autem Confarreatio, quòd farreo libo adhibito coniungerentur: & è contra diffarreatio, quòd simili libo adhibito disiungerentur.

Diffĕrcio, Compositum est à farcio, Impleo, & distendo. {מלא malé. συμπλήρωσις. GAL. Remplir de tous costez. ITA. Empire, distendere. GERM. Außfüllen/voll schoppen. HISP. Emputipò recalcar. ANG. To fearce, to stuffe or porre in.} *Horat. lib. 1. Satyr. 5.* Inde forum Appi Differtum nautis. *Idem lib. 1. Epist.* Differtum transire forum.

Diffĕro, Spatium temporis extendo {אחר echár. αἰαβάλλομαι. GAL. Differer, delayer, prolongerer. ITA. Differire, prolongare. GERM. Verziehen. HISP. Dilatar el tiempo. ANG. To delay, to prolong.} *Virgil. lib. 6.* Distulit in seram commissa piacula mortem. [*Gellius cap. 10. lib. 5.* Differre causam in diem longissimam. *Suet. in Tib. cap. 32.* Differre aliquem in alium diem.] ¶Interdum est in diuersa loca ferre, διαφέρειν. *Plaut. in Rud.* Nos cum scapha tempestas dextrouersum differt ab illis. *Idem in Cur. sc. 4 a. 4.* Iam ego te faciam, vt hinc formicæ te fruſtulatim differant. ¶Interdum diffamare, diuulgare, *Luci.* Gaudes, quum de meis foris sermonibus differs. *Plaut. in Trin.* Nolo ego mihi te iam prospicere, qui meam egestatem leues: sed vt inops infamisque sim, ne mihi hanc famam differant [*Suet. in Cæs. cap. 33.* Fama id distulit, (id est disseminauit.) *Idem in August. cap. 14.* Dilato rumore (id est diuulgato.) *Plaut. Aul. sc. 2. a. 3.* Ego te pipulo (id est conuitio) hic differam ante ædes *Idem Pseud. sc 3. a. 1.* Differam te dictis meis (id est infamabo.)] ¶Interdum diuidere, scindere, disipare. διαιρεῖν. *Terent. in Adelph.* Me miseram, differar dolorib. Simile Græcis est διαιρεῖσθαι. [*Velleius*: Vis Africi lacerauit classem ac distulit.] ¶Interdum in ordinem ponere, διατιθέναι. *Virgil. lib. 4. Georg.* Ille etiam seras in versum distulit vlmos. ¶Interdum distare, διαλέγειν, διαφέρειν. *Cic. Diuin. in Verr.* At vide quid differat inter meam opinionem & tuam. * Differre à. *Cic. pro Cecinna*, Quî hoc ab illo differt? Differt à cæteris robore, *Plin. in Epist.* Differunt in candore, *Plin. lib. 9. cap. 35.*

*Differens, particip. διαφέρων, *Cicer. 1. de legibus*, Etenim ratio, qua vna præstamus belluis, &c. certè est communis, doctrina differens, discendi quidem facultate par.

Differĕntĭă, Discrimen, dissimilitudo {מחלקת machalóketh. διαφορά. GAL. Difference. ITA. Differenza. GER. Vnderscheid. HISP. Differencia. ANG. Difference.} *Cic. 4. Acad.* Quod videretur esse quædam in visis differentia. *Idem 5. de Fin.* Ita fit, vt quanta differentia est in principiis naturalibus, tanta sit in finibus bonorum malorúmque dissimilitudo. Indifferens, ἀδιάφορον, quod scilicet per se neque bonum est, neque malum.

Differĭtās, pro differentia, quo antiqui vtebantur. διαφορά. *Lucr. lib. 4.* Tantáque in his rebus distantia, differitásque est. *Nonius.*

Dilātus, participium, Prolatus, productus. {מאחר meuchar מעקב mebukkáb. αἰαβεβλημένος. GAL. Differé, dilayé. ITA. Differito, prolongato. GER. Verzogen/oder auffgezogen. HISP. Dilatado, prolongado ANG. Delayed, prolonged.} *Cic. 4. Verr.* Quasi metueret ne Petilius priuato illo iudicio tranſacto, aut dilato, cum cæteris in consilium reuerteretur. Pœna dilata in tempus mortis. *Ouid. 3. Trist.* [*Suet. in August. cap. 14.* Dilato rumore (id est diuulgato.) Dilatæ res. *Tacitus lib. 2.*]

Dilātĭo, Temporis prorogatio, siue extensio. {עקבה bikkebáh. αἰαβολή. GAL. Delay, dilation, attrente. ITA. Dilatione, prolongamento. GER. Verzug oder auffzug/verlengerung. HIS. Dilacion. ANG. Delaying, differring.} *Plin. lib. 18. cap. 10.* Nec vlla segetum minus dilationem patitur. *Cic. 3. Phil.* Quæ est igitur expectatio, aut quæ nimia dilatio temporis? *Senec. cap. 10. de Consol. ad Mart.* Sine dilatione. *Velleius*, Vir per omnia extra dilationes positus (id est impigerrimus.) *Liuius*, Res non patitur dilationem, *lib. 3. dec. 4.*]

Dilātor, oris, Cunctator. {מאחר meachér. μελλητής. GAL. Delayeur, qui differe, faitard. ITA. Prolongatore, indugiatore. GERM. Ein auffzieher/Seumiger. HISP. Prolongador del tiempo. ANG. A delayer, or prolonger.} *Horat. in Arte*, Dilator, spe longus, iners, auidúsque futuri.

Dīffibulārĕ, Aperire, discingere, fibulam resoluere. {διαπορεῖν. GAL. Desboucher. ITAL. Diffibiare. GERM. Die öffnen auffschlössen/auffbreysen. HISPAN. Quitar la beuilla ò candado. ANG. To lowse, to vnbuckle or vnburton.} *Papin.* Emicat, & toruè chlamydem diffibulat aura.

Dīfficilis, le, Laboriosus, operosus, habens multum difficultatis & laboris. {קשה kaschéh יגע jagbeáh δύσκολος, δυσχερής. GAL. Difficile, malaisé ITA. Difficile, malagenole. GERM. Schwär. HISP. Difficilde aczer. ANG. Hard, vneasie.} *Ter. in Heaut.* Nihil tam difficile quin quærendo inuestigari possit. Si tamen de homine dicatur, idem erit quod Morosum. *Cic. de Senect.* Moderati enim, nec difficiles senes. [*Ouid. 5. Fast.* Non ex difficili cognita causa fuit. *Ouid. 13. Metamorph.* Difficilem tenui sub iniquo Iudice, causam, &c.

Difficūltās, abstractum, Labor, angustia, asperitas. {קשי koschi. δυσκολία. GALL. Difficulté, malaisance, empeschement. ITAL. Difficultà. GERM. Die schwäre. HISP. Difficultad de hazer qualche cosa. ANGLI. Difficultie, vneasinesse.} *Cic. pro Cluentio*, Prospicio quantum in agendo difficultatis, & quantum laboris sit habitura. ¶ Accipitur eleganter pro inopia: vt, difficultas rei nummariæ, aut frumentariæ. *Cic. 4. Ver.* Et simulostendit se in summa difficultate esse numaria. [*Asconius* ita difficultates simpliciter exponit in diuinatione.]

Difficĭlĕ, Difficiliter, & difficulter, Ægrè, vix, cum labore. {בקשה bekaschéh. δυσκόλως. GAL. Difficilement, malaisément, à grand peine, auec difficulté. ITA. Difficilmente, malagevolmente. GE. Schwärlich/sumerlich. HISP. Difficilmente. AN. With difficultie.} *Plin. lib 27. cap. 12.* In cacumine autem semen inter folia durum, & quod difficile euellatur. *Liu. lib. 5. bel. Pun.* Circundati pedites haud difficulter imperium incursantium Numidarum arcebant. [*Velleius*, Sibi difficilè consentiens (id est difficulter.)]

Difficŭl, antiqui dicebant pro difficile, Autor est *Nonius*, qui adducit te stimonium *Varronis*, Quod vtrum sit magnum an paruum, facul, an difficul.

Dīffīdo, is, pen. pro. Non fido, despero. {ἀπιστέω, ἀπελπίζω. GA. Se deffier. ITA. Diffidarsi, non hauer speranza. GERM. Mißtrauwen/vbel trauwen. HIS. Desconfiarse. AN. To mistrust, to despayre.} *Cic. 2. de Diuinat.* Nihil affirmabo: quæram omnia, dubitans plerunque, & mihi ipse diffidens. *Ibidem*, Eudemus ita grauiter ægrotus fuit, vt omnes medici diffiderent. ¶Dicimus autem diffido tibi, & diffido de te. *Ser. Sulp. Cic.* Plura me ad te hac re scribere pudet, ne videar prudentiæ tuę diffidere. *Ad Heren.* Et de nobis non diffidimus [*Plin. in quadam præfat.* Diffidere à Iudice.] Cum infinitiuo. *Cic. ad Qu. Fratrem, lib. 1.* Vt rem posse confici non diffiderem. *Cato c. 157.* Quos diffidas sanos facere, facies.

Diffīsŭs, part. {ἀπιστῶν, ἀπελπίσας. ANGL. Mistrusting.} *Cic. pro Mura.* Fatebor enim Caro, me quoque in adolescentia diffisum ingenio meo, quæsisse adiumenta doctrinæ.

Diffidentĭă, æ, Fidentia. {ἀπιστία, δυσπιστία. GALLI. Deffiance. ITAL. Diffidenza. GERM. Mistrauwung. HIS. Desconfiança. ANGLI. Mistrust.} *Cic. 4. Tusc.* Etsi fidentia, id est firma animi confisio, scientia animi quædam est, & opinio grauis non temerè assentiens, metus quoque est diffidentia expectati & imminentis mali. *Idem 1. de Inuent.* Quod genus fidentiæ contrarium est diffidentia, & ea re vitium est: audacia non contrarium, sed appositum est, ac propinquum, & tamen vitium est. *Ouid. 2 de Remed. amor.* Fit quoque longus amor, quem diffidentia nutrit.

Diffidēntĕr, aduerb. Timidè. Fidenter. {ἀπίστως, δυσπίστως. GALLIC. Auec deffiance, sans grande esperance. ITALI. Con desconfidanza, senza esperanza GERM. Mißtrauwolich/ohn gute zuuersicht. HISP. Con desconfianza. AN With mistrust, without hope.} *Cic pro Cluent.* Altera tantum modo consuetudinis causa timide & diffidenter attingere rationem veneficij criminum.

Dīffindo, diffidi, pen. pro. præteriti corr diffissum, Findo, diuido. {בקע bikkeáh. σχίζω, διαχίζω. GAL. Fendre & mettre en pieces. ITALIC. Findre, tagliare in piu pezzi. GERM. Zerspalten. HISPA. Hender en diuersas partes. ANGLI. To cutt or cleaue a sunder.} *Virgil. 9. Æneid.* Et media aduersi liquefacto tempora plumbo Diffidit, ac multa portam extendit arena. ¶Diffindere diem, *teste Budæo*, est id quod nos Remissionem continuare dicimus, vel remittere. [Imò apud Budæum, & alios legitur Diffundere, sed fortasse non rectè.] Tria enim, *inquit idem*, erant apud antiquos pronuntiandi genera: aut enim *dies diffindebatur*, hoc est res in posterum diem reiiciebatur, aut comperendinabatur, id est in tertium diem differebatur: aut ampliabatur, quum res non in posterum, neque in perendinum, sed in longiorem diem pro iudicum arbitrio reiiciebatur. *Vlpian. l. 2. Si quis caution.* Et ideo etiam lex XII. tabular. Si iudex, vel alteruter ex litigatoribus morbo sontico impediatur, iubet diem iudicij esse diffissum. *Gell. lib. 14. ca. 2.* Iussi igitur diem diffindi, atque inde à subsellis pergo ad Phauorinum philosophum. [*Et Liu. lib. 9. ab vrb.* Diem diffidit. Diffissiones rerum eodem modo dici putat *Passerat apud Gellium cap. 2. lib. 14.* vbi vulgò Diffusiones. *Ibidem*, Diffindi diem, etiam vulgo legitur cùm Gellius scripserit, diem Diffindi, vt docuit eruditissimus vir *Angel. Polit.*

[Diffissio; *Gell cap. 2. lib. 14.* In rerum diffissionibus, comperendinationibus &c. Vide suprà Diffindere diem.]

Dīffīngo, is, ere, Corrumpo, & destruo quod fictum & formatum est. {שחת schicheth. διαφθείρω. GAL. Desfaire ce qui est fait, lui oster sa forme & figure. ITAL. Guastare, corrumpere. GER. Etwas gemachts zerbrechen vnd anderist machen. HI. Gastar, destruir, desfigurar. AN. To vnmake to vndoe that was made.} *Hora. 3. Carm.* neque diffinget, infectúmque reddet, Quod fugiens semel hora vexit. *Vbi Acro.* Diffuget, id est confundet, immutabit, siue diuellet. *Idem Carm.* O vtinam noua Incude diffingat retusum in Massagetas, Arabésque ferrum. *Vbi Acron.* Diffingas, contusum reformes: nam sicut fingere, formare dicitur, sic & diffingere, est quassatum reformare. *Idem Serm.* equidem nihil hinc diffingere possum, id est non possum negare rem sic non se habere.

Dīffīnĭo, diffinis, penultima producta, ex dis, & finio, Definio. {גזר ghazár. ὁρίζω. GAL. Definir, determiner. ITA. Diffinire, terminare. GERM. Entscheiden. HISP. Diffinir, ò determinar. AN. To define, to determine.}

Dīffīnītē, Finitè, definitè. *Cicer. pro Balbo*, Quæ diffinitè ciuitatem donandi Pompeio potestatem fecerat: sic enim in antiquo manuscripto hoc in loco & multis aliis legitur.

Diffinitĭo, quæ & definitio, & finitio appellatur, constans ex genere & differentiis: vt Homo est animal rationale, mortale. {ὅρος ἐσεμός. GAL. Definition, determination. ITA. Definitione. GER. Entscheidung/die beschreibung eines dings was es von natur seye. HIS. Definicion ò determinacion. ANG. A definition.} *Quin.* Finitio, est rei propositæ propria & dilucida, & breuiter comprehensa verbis enuntiatio. Dicta autem est diffinitio sumpta translatione ab his, qui fundos prædiáque diuidunt alia ab aliis. Nam vt illi agrum ab agro diffiniunt, atque habitam de finibus controuersiam distinguunt: sic per definitionem res à rebus distinguntur, & veluti certis quibusdam finibus circunscribuntur.

Dīffītĕŏr, ex dis, & fateor, Nego, inficior. {אם meén. ἀπαρνοῦμαι. GALLI. Ne vouloir pas confesser, denier. ITA. Negare non confessare. GER. Verneinen/nicht wöllen bekennen. HIS. Negar ò non confessar. ANG. To denie.} *Cicer.* Itaque nunquam diffitebor multa me, vt ad effectum horũ consiliorum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

filiorum peruenirem,& simulasse inuitum, & dissimulasse cum dolore. *Colum. lib. 4. cap. 10.* Nam quòd in profundo semina frigore laborare dicuntur, nos quoque non diffitemur.

Dīffĭo, as, Est flatu prosterno. {נשב *nischschéb.* διαπνέω. GAL. Espandre ou abatre par souffler, faire aller en vent. ITA. *Gettare à terra soffiando.* GER Zerblasen/niderblasen. HISP. *Derribar soplando.* ANG. *To blowe away.* } *Plaut. in Mil.* Cuius tu legiones difflasti spiritu, quasi ventus folia.

Dīffluo, est in diuersas partes, fluo, Liquesco. {διαῤῥέω. GALL. Couler de toutes pars, se dissoudre & ne pouuoir tenir ensemble. ITAL. *Scorrere in più parti.* GER. Zerfliessen. HISP. *Correr lo liquido en partes.* ANG. *To loose and falla sunder.* } *Plin. l. 21. cap. 13.* Qui edere, abiiciunt se humi, refrigerationem quærentes: nam & sudore diffluunt.

¶ Diffluere otio, vel luxuria, est immodico otio, vel immodicæ luxuriæ indulgeo. *Ter. in Heaut.* Vt eius animum, qui nunc luxuria & lasciuia diffluit, retundam.

Dīffrĭngo, is, In varias partes frango. {שבר *schibbér*, רץ *rats.* διαῤῥήγνυμι. GAL. Rompre en pieces, briser. ITA. *Frangere in più parte.* GER. Zerbrechen. HISP. *Romper in muchas partes.* ANG. *To break in pieces.* } *Plautus in Asin.* Crura hercle diffringentur.

Dīffŭgio, is pen. cor. In diuersas partes fugio, huc illuc fugio, dilabor. {נס *nas* ברח *barach.* διαφύγω. GAL. Fuir çà & là, reculer, euiter. ITA. *Fuggiare in diuerse parti.* GERMAN. Von einanderen hin vnd här fliehen. HISP. *Huir in diuersas partes.* ANGLIC. *To flie here and there, to eschew.* } *Virg. lib. 3. Georg.* -quò tota exterrita syluis Diffugiat arméta. *Cæs. 8. bel. Gall.* Hi repétino malo perterriti, diffugiũt ad sua præsidia. ¶ Ponitur etiam transitiuè pro vitare. *Cic. 5. Verr.* Diffugerũt enim permulti id quod ostendam. ¶ Item pro refugere, renuere. *Varr. 1. de Re rust.* Nec tamen diffugio quin dicam quæ scio de suillo pecore.

Dīffŭgium, gii. {מנוס *manús* διαφυγὴ διασώζουσα. GAL. Fuite çà & là. ITA. *Rifugio, ridotto.* GERM. Zuflucht/entwanhin flucht. HIS. *Huida.* ANG. *Flying to sundrie partes.* } *Tacit.* Proximorum diffugia languentibus iam studiis.

Dīffundo, diffudi, diffusum, Huc illuc fundo, dispergo, dissipo. {פור *pazár* זרה *zaráh* פשה *paschah* διαχέω. GAL. Espandre. ITA. *Versare, spargere in più parti.* GERM. Zerspreiten / hin vnd wider giessen. HISP. *Derramar en diuersas partes.* ANG. *To powre out and scatter abroade.* } *Colum. lib. 2.* Nam vel respuit duritiam soli dens aratri, vel si qua parte penetrauit, non minutè distundit humum. ¶ Accipitur pro dilatare. *Cic. lib. 1. de Orat.* Diffusa ramis patulis platanus. ¶ Diffundere animũ alicuius, est exhilarare. *Ouid. 1. de Arte amand.* Spectabunt iuuenes læti, mistæque puellæ: Diffundétque animos omnibus ista dies. [*Senec. Epist. 67.* Quod diffundit animum aut mordet. Diffundere vinum, vide Defundere. Diffundere diem, vel potius, Diffindere, vt doctiores legunt. Vide Diffindere.]

Dīffūsus, particip. {פור *pazúr* נזרה *nizréh.* διαχυθείς. GAL. Espandu, espars. ITA. *Sparso.* GER. Zerspreitet oder ausgespreitet. HIS. *Derramado.* ANG. *Powred out abroade.* } *Cic. 2. de Orat.* Est enim heri nobis ille hoc Catule pollicitus, se ius ciuile quod nunc diffusum & dissipatum est, in certa genera coarctaturum. * Diffusum vinum, hoc est transuasatum, quod dicitur. Veteribus enim mos erat primùm in cuppa vinum per aliquod tempus relinquere, donec efferbuisset, deinde verò in cados & dolia diffundere. vnde diffusum vinum appellatur. *Cic. de Finibus.* Quibus vinum diffusum è pleno fit hinsiphon, vt ait Lucilius.

Dīffūsē, aduerb. Dispersè. {διακεχυμένως. GAL. Esparsement, largement, & auec estendue, d'vn costé & d'autre. ITALIC. *Sparsamente.* GERMAN. Spreitechtig/ weitleuffig. HISP. *Derramadamento.* ANG. *Scatteringly, without odor.* } *Cic. 1. de Inuent.* Enumeratio est, per quam res dispersè & diffusè dictæ, vnum in locum coguntur.

Dīffūsio, onis, Dilatio, dispersio. {זרה *zará.* διάχυσις. GAL. Effusion çà & là, espartement. ITAL. *Il spargere. Sparsamento.* GERM. Zerspreitung/ zerthũung. HISPAN. *Derramamiento.* ANG. *A powring out or sprinkling abroade.* } vt, Diffusio animi, pro exhilaratione. *Seneca de vita beata,* Ex cognitione veri gaudium grande & immotum, comitásque & diffusio animi. [¶ Diffusio rerum, de die diffiso, vulgò legitur, *apud Gell. cap. 2. lib. 14.* cùm sit legendum Diffisio. Vide suprà Diffindo, & diffisio.]

Dīgămmă, δίγαμμα: sine Digamma Æolicum, dicta est F littera, quòd duplicis γ imaginem referre videatur. [*Vide Gell. cap 5. lib. 14.*] *Cic. ad Attic. lib. 9* fundum suum Formianum vocat digamma, quòd nomen eius ab F litera initium sumeret. Delicium, inquit, digamma venderè, quantum in solo solerem quærere non solùm Romæ, sed etiam delicium digamma viderem. Locus corruptus.

Dīgămŭs, pen. cor. {δίγαμος. Qui a deux femmes, deux fois marié. ITA. *Quelli che ha hauuto due mogliere.* GERM. Das zwen weiber hat oder der zwey malgeweybet hat. HISPANIC. *El casado dos vezes.* ANG. *That hath bene twise maried.* } Qui duas duxit vxores. *Hieron. contra Iouin.* Non damno digamos. Sic digama mulier dicitur quæ duos habuit maritos.

DIGERI, δίγηεσι, populi Thraciæ. *Steph.*

Dīgĕro, is, pen. cor digessi, digestum, Ordino, dispono. {תכן *tichchén.* ערך *harák.* διατίθημι, διατάσσω, διακοσμῶ. GAL. Porter çà & là, ordonner & disposer, mettre par ordre. ITA. *Ordinare, disporre.* GERM. Ordnen/in ordnung setzen. HIS. *Ordenar, disponer.* ANG. *To sett in order, to dispose.* } *Virg. Æneid. 3.* Quæcunq; in foliis descripsit carmina virgo, Digerit in numerum. Ita dicimus aliquid digestum, id est loco suo compositum. ἐν χώρᾳ κεῖσθαι. [*Ouid. 5. Fast.* Sæpè ego digestos volui numerare colores (in horto) *Ouid. 2. Fast.* Qui martis digerit annos.] ¶ Quandoque Dilucido interpretor, ἐξηγοῦμαι. *Virgil. lib. 2.* Ita digerit omnia Calchas. Quandoq; Diuido, distinguo. *Plin. lib. 8.* Poma serantur, inserantúrque, vineæ pastinentur, semina digerantur. ¶ Quandoq; concoquo. κατατίθημι. vt, Digere paulisper vinum quo mades. *Cic. ad Attic. lib. 4.* Stomachus concaluit vt digerat multa crudaq; facilius. *Macr.* Igitur in ventre fit prima digestio. Sed hoc ad primum significatũ reduci potest, quũ digestio sit distributio cibi ordinata. Distribuitur. n. alimentum per venas totum in corpus, sustáq; quadam œconomia tantùm vnicuiq; particulæ impertitur quantũ illi nutriendæ satis sit. Quatuor autem in quoq; corpore fiunt digestiones: quarum prima fit in ventriculo, secunda ab hepate, tertia in venis, quarta in singulis membris, dum quod vnicuique membro vtile est, ipsi membro fit nutrimentum: inutile autem per poros & meatus excernitur. *Vide plura apud Macrob. c. 4. li. 7.* ¶ Per translationem, *Cic. ad Quint. fratr. lib. 2.* Facias vt mea mandata digeras.

Dīgestĭo, verb. Ordinatio. {ערך *hérech* מערכה *maarachâh.* διάταξις, διάκρισις. GALL. Ordonnance, distribution, ordre. ITAL. *Ordinanza, disposizione.* GER. Ordnung. HISP. *Repartimiento, ordenança.* ANG. *A setting in order, a due placing of ths ngs.* } *Plin. lib. 3. c. 1.* Itaque interiori in parte digestionem in literas eiusdem nos sequuturos, coloniarum mentione signata, quas ille in eo prodidit numero. *Cicer. 3. de Orator.* Digestio quæ exoratio est, ea est partitio. ¶ Concoctio & digestio, πέψις & διαπόρησις. *Cels. in proœmio,* siue hac de causa concoctio incidat, siue de illa & siue concoctio sit illa, siue tantùm digestio. [¶ *Velleius:* Digestio annorum.]

Dīgĕrĭēs, Digestio, dispositio. διακόσμησις, διάταξις. *Macrob.* Nec mirum si digeries morsum reprehensionis euasit.

Dīgĭtus, à digerendo quidam deriuari putant, quòd natura miro decore eique ordine digitos digesserit, id est disposuerit. {אצבע *etsbâh.* δάκτυλος. GA. Doigt. ITA. *Dito.* GERM. ein finger. HISP. *Dedo.* ANGL. *The finger.* } *Plaut. in Persa,* Næ si me vno digito attigeris, te ad terram affligam scelus. [Faciam vt conuiua digitos prærodat suos. *Plaut. pseud. sc. 2. a. 3* Concrepuit digitis, laborat. *Plaut. Milit. sc. 2. a. 2.* Si digitum trãsuersum aut latum vnguem hinc excesseris. *Plaut. Aul. sc. 1. a. 1.* Dextera digitis rationem computat. *Plaut. Milit. sc. 2. a. 2.* Pectus digitis pultat: Cor credo euocaturus est foras. *Ibid.* Texerunt digiti lumina nostra tui. *Ouid. Eleg. 3. lib. 4. Trist.* Digito non auderes contingere. *Gell. cap. 23. lib. 10.* In digitos diducta diuisio. *Quint.* In hunc intende digitum. Hic benè est. *Plaut. Pseu. sc. 7. a. 4.* Digitorum crepitu poscere mantellam. *Martial. epig. 119. lib. 14.* In digitos argumenta diducere. *Quint.* In digito qui me fersque refersque tuo (id est imaginẽ in anulo.) *Ou. Eleg. 6. lib. 1. Trist.* Digitos commodare auaritiæ (in numerando.) *Sene. Epist. 89.*] Digitorum nomina sunt hæc, Pollex: μέγας: Index, λοιχανός, δεικτικός, Infamis, siue famosus, μέσος, σφάκελος: Medicus, παράμεσος, δακτυλικός, ἰατρός. id est medicinalis, seu anularis, quòd in eo anuli primùm gestari consueuerunt. Minimus, μικρός, qui & auricularis, ὠτικός. [*Plaut. Amphitr.* Si minusculo digito increpuerint fores, *Gellius ca. 10. lib. 10.* In digito sinistræ manus qui minimo proximus est gestantur anuli. Periphrasis est digiti, qui Medicus dicitur.] Indicem qui pollici proximus est alio nomine salutarem veteres vocauerunt. *Martial. lib. de Nupt. Phil.* Quidam redimitus puer ad eos compresso digito salutari, silentium commonebat. ¶ Medius digitus alia habet nomina. Nam dictus est verpus, à verrendo podice. Ob quam etiam causam impudicus, & infamis vocatus est. Et quando porrigebatur, signum derisionis & contumeliæ erat. *Mart.* Ostendas digitum; sed impudicum Alconti, Dasióque, Symmachóque. *Iuuenal.* Ipse minaci Præberet laqueum, mediúmque ostenderet vnguem. *Persius,* -frontem atque vda labella. Infami digito, & lustratibus antè saliuis Expiat. ¶ Digitum tollere, significat fauere, suffragari: sicut Digitum deprimere, suffragio derogare. χειροτονεῖν. *Horat.* Vulgus vtroque suum laudabat pollice ludum. Digitum exere, peccas: prouerbialiter dicitur de iis quos vt vitia sua fateantur cogimus. Tractum à gladiatoribus, qui victi ostensione digiti veniam à populo postulare cogebantur. *Persius Satyr. 5.* Nil tibi concessit ratio, digitum exere; peccas. *Digitum transuersum non excedere. *Plaut. Aulul.* Istic adesto: si hercle tu ex isthoc loco Digitum transuersum, aut vnguem latum excesseris, &c Id est, minimo spatio. * Dicitur &, Digitum ab aliqua re non discedere. pro, Ne tantillum quidem. *Cic. 6. Verr.* Oculos de isto nusquam deiicere, neque ab argento digitum discedere. *Idem ad Atticum lib. 7.* Mihi certum est ab honestissima sententia digitum nusquam. ¶ Digitus in aquæductibus accipitur pro certo quodam aquæ modulo, quo ex castello in vicos, aut regiones, aut etiam in nobiliorum ædes aqua diuidebatur. Habebant enim aquæ ductus suã castella ad diuortia vicorum, ex quibus aqua à castellario per vncias & digitos diuidebatur. Habebat autem digitus rotundus diametrum vnius digiti. *Autor Frontinus.* ¶ Cælum digito attingere, prouerbiali nimirum hyperbole dicuntur, qui longè supra mortalium conditionem, ac diis proximi esse videntur. *Cic. ad Attic. lib. 2.* Nostri autem principes digito se cælum putant attingere, si multi barbati in piscinis sint qui ad manum accedant. ¶ Extremis digitis attingere, est leuiter attingere. *Cic pro Cæl.* ¶ Metiri digitis dicitur qui rem accuratius expendit, quàm oporteat. ¶ Monstrari digito, δείκνυσθαι τῷ δακτύλῳ, pro eo quod est, insignem esse. *Luc. in Hermoniae, Horat. 4. Carm. Ode 3. & Pers.*

Digitus aquæ, sexta decima pars pedis, vncia verò duodecima. *Paul. de Seru. Rust prad. l. Lucius Titius,* Digitum tibi dono aquæ.

Dīgĭtŭlus, & Digitellus, diminutiua. {δακτυλίσκος. GALL. Petit doigt. IT. *Deto picciolo.* GE. ein fingerlen. HIS. *Dedo pequeña.* ANG. *A litle finger.* } *Ter. in Eun.* Sine biduum hoc prætereat, Qui mihi nunc vno digitulo fores aperis fortunatus.

Dīgĭtālis, & hoc digitale, Quòd habet mensuram digiti. {δακτυλιαῖος. GALL. De la grosseur, espesseur, largeur & longueur d'vn doigt. IT. *Di misura d'vn dito.* GERM. Fingermässig/ das eines finger dick oder lang ist. HIS. *Cosa que tiene quantidad de vn dedo.* ANG. *That is of the measure of a finger or inche.* } *Plin. lib. 22.* & anchusæ radix in vsu est digitali crassitudine.

Dīgĭtālĭa, substantiuum, Digitorum tegmenta dicuntur: {δακτυλήκεα. GAL. Doigtier, dequoi on couure les doigts, gant. ITA. *De' Guanti.* GE. Fingerhut/hendschůch. HI. *El dedal o dedil del dedo.* AN. *A thymble or any thing couering the fingers as finger stalles.* } *Varr. lib. 1. de Re rust.* Oleã manu stricta, meliorem quæ digitis nudis legitur; laudabilior quàm illa quæ cum digitalibus.

Dīgĭtēllus, siue Digitellum. Herba est quæ alio nomine sedum, siue semperuiuum maius appellatur. ἄειζωον. *Vide Plin. lib. 25. c. 13.*

Dīgĭtātus, Qui digitos habet. {ὁ ἢ ὁ σχιζόπους. GALLIC. Qui a doigts. ITAL. *Chi ha diti.* GER. Der finger hat. HISPAN. *Que tiene dedos.* AN. *That hath fingers.* } *Plin. lib. 11. cap. 47.* Auium aliæ digitatæ, aliæ palmipedes.

Dīgladĭor, Gladiis certo, certo, contendo, dissentio. {διαξιφίζομαι.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

διαμάχομαι. GA. Debatre par armes & comme tirer à coufteaux, noiſer. IT. *Far' alle coltellate.* GE. Fechten/ſtreyten/mit ſchwertern ſtreyten. HI. *Acuchillar.* AN. *To fight with sworaes, to contend or ſtriue.* } *Cic.* Quid Antipater digladiatur cum Carneade tot voluminibus?

DIGLITO, appellatur Tygris fluuius, vbi tardior fluit, hoc eſt vſque ad Medorum fines. *Autor Plin. lib. 6. c. 27.*

Dignatio, Digno, Dignitas, Dignor. *Vide* DIGNVS.

Dignōſco, Agnoſco, cognoſco, aut diſcerno. {חכיר *hichchir.* διαγινώσκω. GA. Cognoiſtre entre autres, diſcerner. IT. *Cognoſcere, dignoſcere.* GE. Vor einem anderen kennen/vnderſcheiden. HIS. *Conoſcer entre coſas diuerſas.* AN. *To diſcerne, to knaw amang otheris.* } *Lact. lib. 6.* Inuicémque ſe dignoſcunt. *Suet. in Othon.* Vulſo corpore, galericulo capiti propter raritatem capillorum adaprato, & annexo, vt nemo dignoſceret. *Col. li. 2. c. 2.* Dignoſcère terram ſapore. *Plin. li. 12. c. 17.* Dignoſci vix poteſt à maſtiche vera.

Dignŭs, a, um, Qui aliquid meretur, cui aliquid merito debetur. {ראוי *raúi* כשר *caſchér.* ἄξιος. GA. Digne. ITA. *Degno.* GER. Wirdig/wärt. HI. *Digno.* AN. *Meete or conuenient, worthie.* } vt, Dignus laude, qui meretur laudem. ἀξιεπαίνετος. Dignus caſtigatione, qui meretur caſtigationem. [Digna ferat ſi quis inaniter adiurarit (id eſt paria ſceleri & periurio.) *Catull. de Com. Beren.* Plus quàm me iudice dignus eram, probabat ingenium. *Ouid. Eleg. 4. lib. 4. Triſt.* Salutem ſcriptam dignum eſt dignis mittere, *Plaut. Pſeud. ſc. 2. a. 4.* Quid agis? C. Viuo. P. Nempe vt dignus es (id eſt, miſerè vt Leno.) *Plaut. Curc. ſc. 1. a. 2.* Si dignis dicitur malè, bene dictum eſt. *Plaut. Curc. ſc. 2. a. 4.* Ne quicquam ſit quin me omnes dignum deputent. *Plaut. Amph. ſc. 1. a. 1.* Vin' herum deludi. L. dignus eſt ſanè. *Idem Aſin. ſc. 3. a. 3.* Abin hinc dignus domino ſeruus? *Idem ibidem ſc. 3. a. 2.* Te vt digna es, perdam, vt de me meres. *Ibid. ſc. 2. a. 1.* Vtque proba dignum eſt, omni tibi dote placebam. *Oui. Eleg. 3. lib. 4. Triſt.* Dignos, indignos adire, & experiri. *Idem ibid. ſc. vlt. a. 1.* Miſer eſt. P. Profectò dignus eſt (ſup. miſeria.) *Ibi. ſc. 2. a. 5.* Cœnabis vt te dignum eſt, maximum malum. *Plau. Aſin. ſc. 2. a. 5.* Neque te derideo, neque dignum arbitror. *Ibid. ſc. 4. a. 1.* Dignus es verberibus multis? Dignus. *Plaut. Milit. ſc. 3. a. 2.* Digniſſimi quo cruciatus confluant. *Idem Aſin. ſc. 2. a. 2.* Dij, ſi dignus es, neque ament, neque faciant bene. *Pla. Pſeud. ſc. 3. a. 1.* Digna res lachrymis. *Senec. cap. 14. ad Mart. de Conſ* Digna & indigna pati. *Ibid. cap. 10.* Nulla quibus reddi gratia digna poteſt. *Ouid. Eleg. 5. lib. 1. Triſt.* Digna queri. *Gell. c. 17. lib. 7.* Nec digna, nec vtilis vxor. *Ouid. Eleg. vlt. lib. 4. Triſt.* Non es vt amiſſo coniuge digna fleas. *Ouid. Eleg. 3. lib. 4. Triſt.* Digniſſimo domicilio incluſus animus Vatinij. *Velleius.*] *Plau. in Rud.* Neque digniorem cenſeo vidiſſe anum me quanquam, Quoi deos atque homines cenſeam benefacere magis decere. *Terent. in Heaut.* Ego te meum eſſe dici tantiſper volo, Dũ quod te dignum eſt facias.)(Indignus. *Mart.* Digna tuo cur ſis, indignáque nomine dicam, hoc eſt, dicam cur mercaris & non merearis hoc nomen.

Dignè, aduerb. pro dignitate. {ἄξιος. GAL. Dignement, comme il appartient, honneſtement. IT. *Degnamente, come s'appartiene.* GER. Wirdiglich. HI. *Dignamente.* AN. *Honeſtlie, worthelie.* } Id eſt, honeſtè, vti honeſtum decet. *Plaut. Mil.* quàm digne ornata incedit, aut meretricié. *Cic. de Sene.* Nunquam igitur ſatis laudari dignè poterit philoſophia, hoc eſt, ſatis pro dignitate. [*Velleius:* Satis dignè deflere. *Plaut. Pſeu. ſc. 1. a. 5.* Dignè habiti ſumus. *Suet. in Aug. c. 66.* Virtutes ac merita cuiuſque dignè proſecutus.] ¶ Dignè etiam ſignificat pro meritis, ἀξίως, κατ' ἀξίαν. Indignè, præter merita, παρὰ ἀξίαν. *Ouid.* Leniter, ex merito quicquid patiare, ferendum eſt: Quæ venit indignè pœna, dolenda venit.

Dignāntĕr, aduerb. Dignè. ἀξίως. *Vopiſcus in Tacit.* Ipſum igitur qui nos tueri debet, loquentem dignanter audire.

Dignĭtās, Honeſtas, honor, amplitudo, ſplendor. {שאת מעלה *maʕaláh* יתר *jéther.* ἀξία, ἀξίωμα, ἀξιοπρέπεια. GALL. Dignité, bonne reputation. ITAL. *Dignità, ampiezza, honore.* GER. wirde/ wirdigkeit. HISPA. *Dignidad, honra, reputacion.* ANGL. *Worthineſſe, honour doone to ones merites, manly maieſtie or comelineſſe in fauour.* } *Gell.* Cuius dignitas nec augeri laudibus, nec minui detractionibus poteſt. *Cic Thermo lib. 13.* Vt omnibus in rebus ei te commodes, quoad fides dignitáſque tua patietur. ¶ Interdum ſumitur pro virili pulchritudine, τὸ ἀξιωματικὸν, σεμνοπροσωπία. *Idem li 1. Off.* Pulchritudinis duo ſunt genera: vnum muliebre, quam venuſtatem appellamus: alterum virile, quam dignitaté dicimus. *Idé de Orat.* In formis aliis dignitas ineſt, aliis venuſtas. ¶ Eſt etiam dignitas in ſermone, quum ſcilicet oratio eſt grauis, & voce remiſſa, de qua *Autor ad Heren.* σεμνοπρέπεια, σεμνότης. Huius contrarium eſt indignitas, pro dedecore, ſiue ignominia, & quod indignum eſt, ſiue quod eſt contra dignitatem. *Lib. 4. ad Heren.* Nequeo verbis conſequi indignitatem rei. *Cic. pro Qu. Ligario,* Quum ad ſecundum Calé das intercalares priores rogatu fratrũ tuorum veniſſem manè ad Cęſarem, atque omnem adeundi atque conueniendi illius indignitaté & moleſtiam pertuliſſem. *Autor ad Heren. lt. 3.* Acuta exclamatio fauces & vocem vulnerat: eadem lædit auditorem: habet enim quiddam illiberale, ad muliebrem potiùs vociferationem, quàm ad virilem dignitatem in dicendo accommodatum.

Dignitatum ſpecies, recentiores Iuriſconſulti quatuor eſſe tradunt, Illuſtres, Superilluſtres (quæ dictio non ſatis Latina eſt.) Spectabiles & Clariſſimos. Sed *Alciati* doctrina verior, cuius elegans cap. extat de ea re *in lib. Diſpunct. 3.* Dignitates in iure noſtro propriè, quæ clariſſimatus, Equitatus, perfectiſſima gradibus continentur, quos *Alciatus* non vno loco attingit, oſtendens quantum hac in re aberratum hactenus ſit.

Dīgno, as, Dignum iudico, dignor. [*Diomed. lib. 1.*] {ἀξιῶ. GALL. Iuger & reputer digne, daigner. IT. *Giudicare degno, degnare.* GER. wirdigen/ wirdig achten. HIS. *Tenere por bien, hazer ò reputar por digno.* AN. *To thinke worthie, to vouchſafe.* } *Pacuuius.* Quis deos infernos quibus cæleſtes, dignet decorare honoribus?

Dignŏr, paſſiuum, Dignus habeor. {ἀξιοῦμαι. GAL. Eſtre reputé & eſtimé digne. IT. *Eſſer tenuto degno.* GE. wirdig geachtet ſein. HISP. *Ser tenido por bien y digno.* ANG. *To be eſteemed and holden worthie.* } *Virg. 3. Æne.* Coniugio Anchiſam Veneris dignare ſuperbo. *Cicer. Oecon.* Homo ex eo numero hominum, qui apud nos hoc nomine dignantur, id eſt digni habentur.

Dignŏr, deponens, pro Dignum iudico, ſcu habeo: vſitatius. {ἀξιῶ. GA. Eſtimer & reputer digne, daigner. IT. *Giudicare degno, degnare.* GER. Wirdig achten. HISP. *Sener por bien, hazer ò reputar por digno.* ANG. *To think worthie, to vouch affe.* } *Virg. 5. Æne d.* Tum Venus, Haud equidé tali me dignor honore, id eſt, dignam iudico, *inquit Seruius. Suet. in Aug.* Vniuerſum denique genus operas aliquas publico ſpectaculo præbentium etiam cura ſua dignatus eſt, id eſt, dignum iudicauit, & dignatione ſua proſequutus eſt. [*Idem Suet. in Calig. c. 25.* Dignatus eſt Cæſoniam luxuriæ & laſciuiæ perditæ vxorio nomine. *Gell. cap. 18. li. 10.* Dignatum opus numerari (id eſt, dignum habitum.) vbi *Paſſerat.* legit memorari, pro numerari. *Ouid. Eleg. 1. lib. 4. Triſt.* Vel rate dignatas, vel pede noſtra ſequi (veſtigia Muſæ.)]

Dignāndŭs, *Cic. 1. Acad.* Quæ autem ſecundum naturam eſſent, ea ſumenda, & quadam æſtimatione dignanda docebat.

Dignātĭo, onis, idem quod Græci ἀξίωμα dicunt, id eſt dignitas & amplitudo propter honores geſtos, aut magiſtratum, vel propter oris, morúmque maieſtatem. {מעלה *maʕaláh* שאת *ſeéth* יתר *jéther.* ἀξίωσις. G. Dignité, bonne reputation. IT. *Dignità.* GE. Wirdigung/das wirdig achten. HISP. *Dignidad, reputation.* ANG. *And good reputation, reuerence shewed to a man.* } *Cic. ad Att. lib. 4.* Etſi meus quidem eſt fortior, nec quicquam niſi de dignatione laborat. *Suet. Veſp.* Exin' ſortitus Aphricam, integerrimè, nec ſine magna dignatione adminiſtrauit. *Liu. 2. ab Vrbe,* pro gratia & familiaritate poſſe videtur, Appius (*inquit*) inter proceres lectus, haud ita multò in principum dignationem peruenit. [*Suet. in Aug. c. 46.* Iure ac dignatione vrbi adæquauit. *Idem in Calig. c. 24.* Cæteras dignatione tanta non dilexit (id eſt reuerentia & caritate.) *Suet. in Galba c. 17.* Magnæ dignationis haberi (id eſt eſſe in pretio & honore.) *Sen. c. 17. de Conſ. ad Mart.* Tantæ dignationis homines. *Velleius:* Dignario partium (id eſt dignitas.) *Idem Velleius,* Dignatio Octauij, (id eſt honor & magiſtratus.) *Idem,* Dignatione Brutus obruerat Vatinium, cum ei extorſit Legiones.] Indignatio, ex rei alicuius indignitate collecta, ἀγανάκτησις. *Iuuen. Sat. 2.* Si natura negat, facit indignatio verſum.

Dīgrĕdĭŏr, eris, Diſcedo, egredior, à te diſcedo, à propoſito abeo. {הלך *halách* סר *ſar.* παραχωρέω. GAL. Partir d'vn lieu. IT. *Partirſi.* GE. Hinweggon/neben ſich gehen. HIS. *Partirſe de lugar.* AN. *To go out of a place or frome a purpoſe.* } *Virg. 3 Æneid.* Hos ego digrediens lachrymis affabar obortis. *Cic. Cornificio,* Etſi periniquo patiebar animo, te à me digredi. *Idem 1 de Nat. Deorum,* Luna autem iiſdem ſpatiis vagatur quibus Sol: ſed tum congrediens cum Sole, tum digrediens.
* Cum accuſatiuo ſine præpoſ. *Hircius de bello Afric.* Inde paruulam procliuitatem digreſſus, ſiniſtra parte campi propter mare legionem educit.

Dīgrēſſŭs, participip. {גרוש *garúſch.* ἀπαναχωρῶν. GAL. Qui s'en eſt parti, qui a laiſſé le chemin qu'il tenoit. ITA. *Separato, partito.* GERM. Spangangen/Abgeſcheiden HIS. *Partido de lugar.* ANG. *That goeth frome a place, or purpoſe.* } Digreſſa dicitur quæ diuortium cum marito fecit. *Sueton. in Cæſ. cap. 43.* Diremit nuptias Prætorij viri, qui digreſſam à marito poſt biduum ſtatim duxerat, quanuis ſine probri ſuſpicione.

Dīgrēſſŭs, us, ui, Digreſſio.)(Acceſſus. {סרה *ſaráh.* ἔμβασις, ἀπόνοστος. GA. Departement. IT. *Dipartimento* G. Abweichung/hingang/abſtandetung. HI. *Aquella partida.* AN. *A digreſſion, a going away.* } *Cic. lib. 2. Tuſcul.* Tenuiſſimum lumen facit proximus acceſſus ad Solem, digreſſus autem longiſſimum *Idem ad Quin. Frat. lib. 1.* Deinde congreſſus noſtri lamentationem pertimui: digreſſum verò non tuliſſem. [¶ Pro diſceſſu. *Suet. in Tibe. c. 10.*]

Dīgrēſſĭo, onis, Pro diſceſſu:)(congreſſio. {סרה *ſaráh.* ἀπαναχώρησις. GAL. Digreſſion, changement de propos, departement. ITA. *Eſſo dipartirſi, mutar propoſito, digreſſione.* GER. Hingang/abſcheid. HI. *Aquella partid.* AN. *A digreſſion or going frome.* } *Cic. ad Qu. Frat. lib. 1.* Minus acerbum, minus miſerum fuit, quàm fuiſſet tum congreſſio, tum verò digreſſio noſtra.

Dĭĭāmbus, διάμβος, pes metricus ex duobus iambis conſtans, hoc eſt ex quatuor ſyllabis, quarum prima & tertia breues ſint, ſecunda autem & quarta longæ: vt Amœnitas.

Dĭīmānēs, Per duas dictiones, ab antiquis credití ſunt eſſe animę hominum quæ è corpore emigrauerunt: vnde etiam vetuſta ſepulchrorum monumenta Diis Manibus videmus eſſe inſcripta. Alij Manes eoſdem eſſe putant, quos in vita genios appellamus: volúntque homini duos aſſignatos eſſe Genios qui ne mortuorum quidem corpora deſerant, ſed vnà cum iis ſepulchra inhabitent. *Apuleius de Damonio Socratis,* Manes, animæ dicuntur meliores meriti, quæ in corpore noſtro Genij, & à corpore ſeparatæ Lemures vocabantur. Quòd ſi domos infeſtarent, Laruæ dicebantur: contrà, ſi boni fuerint, Lares familiares. *Seruius* arbitratur, Manes per antiphraſim quaſi minimè manes dictos. Sabinorum enim lingua Manum bonum dicebatur: vnde & Immanis. Numerantur etenim Manes inter noxia numina: vnde ſubinde inferiis erant placandi ne nocerent. *Vide plura in dictione,* MANES.

Dĭĭŏvĭs, Iupiter appellatus eſt. [*Gell. cap. 12. lib. 5.*] *Vide* DIES PITER.

Dīiūdĭcō, Diligenter aut diuiſim iudico, diſcerno, diſtinguo, diſcepto, dirimo. {דן *dan* הוכיח *hochiach* בחן *bachán.* διαδικάζω. GA. Diſcernen diſtinguer, iuger diſtinctement. ITA. *Giudicare diſtintamente.* GER. Vrtheilen mit vnderſcheidung. HISP. *Iuzgar muy dien, ò entre partes diuerſas.* ANG. *To iudge betweene twoo, to diſcerne.* } [*Plaut. Amphitr.* Quã omnium Thebis vir eſſe optimam diiudicat. *Velleius,* Diiudicaræ ferro diſcordiæ ciuium.] *Cic. in Tuſcul.* Vtrum igitur inter has ſententias diiudicare malumus, an ad propoſitum redire? *Terent. in Heaut.* Ego dicam quod mihi venit in mentem, tu diiudica, id eſt, dic quod tibi videtur, & ſentis. *Ibidem,* Pergin iſtuc prius diiudicare, quã ſcis quid veri ſiet? *Cicer. lib. 3. in Catil.* At illæ tamen omnes diſſenſiones, quarum nulla exitum Reipub. quæſiuit, eiuſmodi fuerunt, vt non reconciliatione concordiæ, ſed internecione ciuium diiudicatæ ſint.

Dĭīūdĭcātĭo, onis, Diſceptatio. {דין *din.* διαδικασία, διάκρισις. GAL. Interpoſition de iugement. ITAL. *Interpoſitione di giudicio.* GERM. Entſcheidung/bericht. HISP. *A quel juyzio entre partes diuerſas.* ANGL. *Interpoſition*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

position of iudgement. } *Cic.1.de Legib.* Nam ista quidem magna diiudicatio est.

Dīfungo,is,Separo,diuido. { חבריל *hibdíl.* διαζεύγνυμι,διίστημι. GALLIC. Desioindre,separer. ITAL. *Disiungere,separare.* GERMAN. Zertheilen/von einanderen absunderen. HISPA. *Desuñir ò apartar.* ANGL. *To separate,or disioyne.* } *Cic.Att.lib.* 7. Redeamus domum,diiungere me ab illo volo.

Dīlābŏr,pen.prod. Diffugio,seu clàm discedo. { נפל *naphál.* παραδιδράσκω. GALLIE. S'escouler,cheoir petit à petit. ITAL. *Partirsi ascosamente.* GERMANIC. Hinfallen. HIS. *Deleẓarse ò huyr de entre manos.* ANG. *To slip or slid away.* } *Cicer.lib.1.Tuscul.* Sed nescio quomodo dum lego assentior: quum posui librum, & mecum ipse de immortalitate animarum cœpi cogitare, assensio illa omnis dilabitur. ¶ Propriè verò dilabi, est deorsum labi, corruere. *Lactant.lib.3.* Domus ab habitatore deserta dilabitur, id est corruit. *Cicer. in Lal.* Iam enim à sapientum familiaritatibus ad vulgares amicitias oratio nostra dilabitur, id est descendit. διαφέρεται.

¶ Aliquando ponitur pro deficere ἀποτεῖν. *Lactant. lib.7.* Describentes quasi fatigati, & dilabentis mundi senectutem, id est deficientis. [*Liuius lib.5.dec.4.* Vetustutate dilabens nauis.]

Dīlāpsŭs,partic. { נפל *naphél.* διολισθῶν,διολισθικὸς. GAL. Escoulé, diminué & decheut. ITAL. *Scolato, diminuito, caduto.* GERM. Dahin gefallen. HISP. *Deslizado.* ANGL. *Slipng or slyding away, running as water doeth.* } *Ad Heren.lib.4.* Qui fortunis alicuius inducti, amicitiam eius secuti sunt, hi simulac fortuna dilapsa est deuolant omnes. Dilapsus rapidè fluuius, *Cicer.2.de Legib.* Dilapsa aqua, *Idem 2. de Natura Deorum.* [*Liuius lib.3.bell.Pun.* Dilapsa robora corporum. *Idem lib.5.dec.4.* Dilapsa est domuum multitudo.]

Dīlābĭdŭs, adiect. { ὀλισθηρός. GALL. Qui chet facilement. ITAL. *Che casca facilmente.* GER. Das leychtlich hinfallet oder zerfleusst. HISPAN. *Deleẓnadero.* ANG. *That falleth or slippeth away quickly.* } Quod facilè defluit. *Plin.lib.8.cap.55* Necnon & vestes leporino pilo facere tentatum est, tactu non perinde molli, vt in cute, propter breuitatem pili dilabidas.

Dīlăcĕro,as,Laceto. { פרק *parák* שרש *sarát.* διασπάω,διασπαράσσω. GAL. Deschirer, destruire & gaster. ITAL. *Lacerare, consumare.* GERM. Zerreissen/zerzerren. HISP. *Despedaçar en partes diuersas,gastar.* ANG. *Torent or teare in peaces.* } *Lactant.lib.1.* In quibus ipse postea dilaceratus,& captus est. ¶ Metaphoricè significat consumere, dilapidare, & dispergere. *Cicer. pro Mil.* Et annum integrum ad dilacerandam Rempubl. quæreret. Dilacerantur opes, *Ouid. Epist.1.* ¶ Dilacerandus. *Catullus*, Pro quo dilaceranda feris dabor, alitibúsq; Præda.

Dīlāni'o, In diuersas partes lanio, discerpo. { פרק *parák* שרש *sarát.* διαῤῥήγνυμι,διασπάω. GALLIC. Mettre en pieces, deschirer. ITA. *Straciare,sbrenare.* GERMAN Zerreissen/zerzerren. HISP. *Despedaçar en muchas partes.* ANGL. *To rent orteare in peaces.* } *Cic. pro Mil.* Nocturnis canibus dilaniandum reliquistu. Comas dilaniare, *Ouid. Amorum.*

Dīlăpĭdo, as, pen. corr. Disperdo, decoquo, consumo. { שחת *schicḃeth.* διαφορέω. GALL. Dissiper & follement despendre. ITAL. *Consumare.* GERM. Vergeuden/verzehren/vnnutzlichen verthun HISP. *Destruyr como apedreando.* ANG. *To waſt and spend f.olishlie.* } *Terent.in Phorm.* Quantum potest, nunc conueniendus Phormio est, Priusquam dilapidet nostras triginta minas, Vt auferamus. *Cic.ad Augustum*, Publicam dilapidabat pecuniam, ærarium exhauriebat. *Columel.* Dilapidans hominum labores grandine Iupiter. Propriè tamen Dilapidare, est lapidibus purgare. *Cato de Re rust.cap.46.* Locum bipalio vortito, dilapidatóque, hoc est lapides auferto. Castigatiora exemplaria habent Delapidato.

Dīlārgĭor,iris, Est variè, aut diuersis largior. { חן *chán.* διαδίδωμι. GALL. Faire largesse, donner largement. ITA. *Donare à diuersi.* GERM. Hin vnd här ausgeben/austreuwen. HISP. *Dar in diuersas partes.* ANG. *To giue largelie or to diuerse.* } *Cic.contra Legem Agr.* Nec L.Sylla, qui omnia sine vlla religione quibus voluit est dilargitus, agrum Campanum attingere ausus est, *Suet.in Cæs.cap.28.* Cætera item quæ cuique libuissent dilargitus est, contradicente nullo ¶ Accipitur & passiuè *apud Gell.lib.15.cap.13.* Sallustius quoque eodem modo, Dilargiris proscriptorum bonis dicit tanquam verbum largior sit ex verbis communibus.

Dīlāto,as,pen.prod. Latũ facio, latè explico, propago. { מרחיב *hirchib* חפתח *hiphtách.* πλατύνω. GAL. Eflargir, estendre, dilater. ITA. *Dilatare, allargare.* GERM. Ausspreiten/ zerspreiten / zerthun. HISPA. *Dilatar,ensanchar y estender.* ANGLIC. *To stretch out in breadth.* } *Plin.lib.33. cap.* 3. Nec aliud latiùs dilatatur, aut numerosiùs diuiditur. *Cic. pro Flac.* Sed non dilatabo orationem meam. *Idem 1. Offic.* Quorum rebus gestis imperium Lacedæmoniorum dilatatum putatur. *Idem 2. de Nat.deorum.* Istum enim locum illa vetus Zenonis breuis conclusio dilatauit.

Dīlātro, dilatras. *Gellius lib. 1. cap. 2.* Nugalibus & puerilium isagogarum commentationibus dilatrantes, obiurgationibus iusta incessiuit.

Dīlātŭs,a,um, Diuulgatus, *Suet.in Augusti,c.14.* Rumore ab obtrectatoribus dilato.

Dīlāudo, as, Laudo. { שבח *schibbách.* ἐπαινέω. GALL. Louer fort ou en plusieurs manieres. priser. ITA. *Lausare.* GERM. Loben. HISP. *Alabar.* ANGLI. *To praise,to commend much.* } *Cicer. Att.lib.6.* Et ego audebo legere vnquam, aut attingere eos libros quos tu dilaudas, si tale quid fecero?

Dīlēmma, atis, & Dilemmatum, διλημμα, per duplex mm, argumentum est, quod vtrinque aduersarium capit: vnde & Syllogismus cornutus à Gellio appellatur. *Hieron. contra Ruf.* Hoc est verum dilemma tuum, non ex dialectica arte quam nescis, sed ex carnificum officina & meditatione prolatum. *Cicer.* Complexionem vocat.

Dīlĭgo,gis,pen.corr. dilexi,dilectum, Amo, charum habeo. { אהב *aháb* φιλέω,ἀγαπάω. GALLIC. Aimer, porter faueur. ITA. *Amare.* GERMAN. Lieben/ lieb haben. HISP. *Amar.* ANG. *To beare good wil.* } *Cic.de Amic.* Quocirca dicendum est etiam sæpius, quum iudicaueris, diligere oportet: non quum dilexeris, iudicare. *Idem ad Brutum*, Sic igitur facies, & me aut amabis: aut quo contentus sum, diliges. *Ouid.2.de Ponto*, diligitur nemo, nisi cui fortuna secunda est. ¶ Quandoq; diligere significat diuidere. *Plaut.in Curc.* Clypeatus elephantum, vbi machæra diligit. *Titius apud No.* Pernam totam diligit.

Dĭlĭgens, Gnauus, solers, attentus, sedulus, diligentiam adhibens, à diligendo, quòd ea quæ diligimus, studiosè obeamus. { חרוץ *cḥarúts.* חרד *cḥaredh* אהב *ohéb.* σπουδαῖος. GAL. Diligent, songneux. ITA. *Diligente, assiduo.* GERM. Fleissig HIS. *Diligente y curioso* ANGL. *Diligent.* } *Cic.6.Verr.* Diodorus homo frugi, ac diligens, qui sua seruare vellet. *Idem de Amic.* Sed Scipio querebatur, quòd in omnibus rebus homines diligentiores essent, vt capras & oues quot quisq; haberet, dicere posset: amicos quos haberet, dicere non posset. [*Plaut.Amphitr.* Et memor sum, & diligens vt quæ imperes compareant. *Idem ibid.* Rectè loquere, & proinde diligentem vt vxorem decet. *Gell. cap. 26. lib. 2.* Poëta diligentissimus verborum (id est, in eorum delectu.) *Idem cap. 5. lib. 18.* Litterarum veterum diligens. *Idem cap.24.lib.13.* Cicero homo diligentissimus verborum. *Quintili.* Plato diligentissimus compositionis. *Velleius*: Quamdiu diligens fuit Sparta disciplinæ Lycurgi excellissimè floruit.] ¶ Horum contraria sunt Negligens, & Indiligens, ἀλίγωρος. quemadmodum diligentiæ opponuntur negligentia & indiligentia: ὀλιγωρία. *Cicer.de Opt. gener.* Sed quædam etiam negligentia est diligentia. *Terent. in Adelph.* Ingenium tuum noui liberale, sed vereor indiligens nimium sies. *Idem in Phorm.* Pol mei patris parta bene, indiligenter curantur. * Diligens, cum genitiuo, vt, Diligens temperamenti. *Plin. in Paneg.* Tam diligens temperamenti, vt nec Consulis officium princeps, nec principis Consul appeterer. * Diligens ad. *Quint.lib.1.* Sed sint propter hoc ipsum ad cætera magis diligentes. * Diligens & negligens de. *Plin.epist.78.ad Corn.Tacitum*, Nam qui fortasse de alieno negligentes, de suo certè diligentes erunt.

Dĭlēctŏr,ris,amator. ἐραστής. *Apul. Floridor. lib. 2.* Ego me dilectorem tui profiteor.

Dĭlĭgentĭa, Studium, cura, [à diligendo videtur deduci. *Passerat.*] { חברה *cḥanadháh.* σπουδή. GAL. Diligence, seing. ITAL. *Diligenza, Ingenarsi.* GERM. Fleyss/ sorg. HISP. *Diligentia, solicitudo.* ANG. *Trauell, diligence, labour.* } *Plautus in Ruden.* Curate hæc salutis magna diligentia. [*Plau Capt.sc.2.a.1.* Assecuentur magna diligentia (Captiui.)] Diligentia autem ad corpus & ad animum refertur: cura ad animum: opera ad corpus. Præterea diligentia errorem non recipit. Cura autem tàm in honestæ quàm honestæ rei esse potest. *Cornel.Fronto de different.vocab.*

Dĭlĭgentĕr, aduerb. Studiosè, cum cura & solicitudine. { σπουδαῖως. GAL. Diligemment, songneusement. ITA. *Diligentemente.* GER. Fleissiglich. HISP. *Diligentemente, y curiosamente.* ANGL. *Diligentlie.* } *Terent.in Eunuc.* Curato istam diligenter virginem.

Dĭlŏgĭa, διλογία, Figura est, quum ambiguum dictum duas res significat. ἀπὸ τῆς δὶς λόγος.

Dĭlōrĭcō, as penultima producta, Discindo, aperio. { קרע *karáḃ.* διαπάσσω. GALLIC. Deschirer, rompre. ITA. *Fendere, squarzare.* GERM. Zerzerren/zerschrentzen. HISP. *Desmallar, hender.* ANG. *To rippe that is sowed, to vnsowe.* } *Cicer.2.de Orat.* Qui in causa peroranda non dubitauit reum excire Consularem, & eius diloricare tunicam, & iudicibus cicatrices aduersas senis imperatoris ostendere. Alibi idem exemplum memorans dixit, Tunicam à pectore discidit: vt intelligamus idem esse diloricare & discindere. *Egesippus lib.3.* Momentanei bellatoris gladios occulentes quencunque reperiebant diloricabat, quod est, quasi loricam dissoluebant, sicut diffibulare est discingere & fibulam resoluere.

Dĭlūcĕō,es,diluxi,ere,Luceo,illuceo. { אור *or* נהר *nahár* נגה *naghah.* διαλάμπω,λάμπω. GAL. Luire, estre clair. ITAL. *Riucere.* GER. Volkommenlich scheinen. HISP. *Lusir, ser claro.* ANG. *To be bright, to shyne.* } *Gell.* [*cap.2.lib.3.*] Contrà vero qui sex horis posterioribus nascitur, eo die videri natum, qui post eam noctem diluxerit. *Horat.in Epist.* Omnem crede diem tibi diluxisse supremum. ¶ Dilucere, per translationem, pro clarum & apertum esse. *Liu.3. ab Vrbe*, Dilucere res magis, patribus atque cœss.

Dĭlūcĭdŭs, Clarus, apertus, euidens. { בהיר *bahír.* ἀμφαυής. GAL. Fort clair, luisant. ITAL. *Chiaro lampegiante, lucente.* GERMA. Scheinbar/ heiter/ erleücht. HISP. *Claro y manifiesto.* ANG. *Cleare, euident, bright.* } *Plin.li. 9.cap.29.* Sic gignitur laudatus ille pallor fatuitate fraudata, tantóq; dilucidior, quantò magis vellera esuriunt. *Cic.3.de Fin.* Nec enim in Torquati sermone quicquam implicatum aut tortuosum fuit: nostráque, vt mihi videtur, dilucida oratio.

Dĭlūcĭdē, aduerb. Clarè, perspicuè, apertè. { σαφῶς. GAL. Clairement, apertement. ITA. *Chiaramente.* GERM Klahrlich/ scheinbarlich. HISP. *Clara y manifestamente.* ANG. *Clearlie, planelie.* } *Terent. Phorm.* Dilucidè expediui quibus me oportuit iudicibus. *Plin.lib. 18.cap.28.* Literas quidem miscebo agrestibus negotiis, quàm potero dilucidè atque perspicuè.

Dĭlūcĭdō, as, Declaro, clarum facio. { ברר *herér.* ἐμφανίζω,σαφηνίζω,διασαφέω. GAL. Declarer. ITALIC. *Dechiarare, far chiaro.* GERMA. Erleutern/klahr vnd heyter machen. HIS. *Enclarecer, hazer claro.* ANG. *To declare, to mak plaine to vnderstand.* } *ad Herenn.lib.3.* Nam quod in docendo rei dilucidandæ causa dolum appellauimus, id in dicendo honestius concilium appellabimus.

Dĭlūcĕscĭt, Dies fit, lucescit. { אור *or.* ἐξαύριον, ἡμέρα γίνεται. GALL. Le iour poinct, le iour commence à apparoir ITA. *Chiara giorno.* GER. Es tagt/der tag bricht an. HISPAN. *Aluorece y a, viene el alua.* AN. *It waxeth day.* } *Cic.in Catil.* Ipsi comprehensi, ad me, quum iam dilucesceret, deducuntur. *Liuius 6.bell.Macedonic.* Iam dilucescebat quum signum Consul dedit.

Dĭlūcŭlum, li, Ante Solis ortum aurora, quasi parua diei lux: quod tum dies lucescere inciperet. { שחר *schácḥar.* ὄρθριον. GALL. L'au-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

be du iour, le poinct du iour. ITA. *L'aurora, l'alba.* GERM. Das angehend tagliecht deß morgens. HISPAN. *El alua ò monana, ò madrugada.* ANGL. *The break of the day.* } *Hieron. ad Eustochium*, Horam tertiam, sextam, nonam, diluculum quoque & vesperam nemo est qui nesciat. *Plaut. Amph.*-primulo diluculo Abiisti ad legiones. [*Idem ibidem*, Ab iisti à me cum diluculo.] *Cic. pro Rosc. Amer.* Et quum post horam primam noctis occisus esset, primo diluculo nuntius hic Ameriam venit.

Dilūcŭlò, aduerbium, Significat summo mane, ante lucem. { בקר *bokér.* λυκίσως. GAL. A l'aube du iour, au poinct du iour. ITA. *Al far del giorno.* GERM. Angehends tags/an dem morgen frü. HIS. *Al tiempo de la madrugada.* ANGL. *At the break of day.* } *Cicer. ad Attic. lib. 16* Quum ante lucem de Sinuessano surrexissem, veniissémque diluculò ad pontem Tiretium. [*Plaut. Amph.* quàm diluculò missisti ad me Sosiam.]

Dilūcŭlō, as, pe. cor. Significat diluculum fieri. { ὀρθρόω. GA. Se faire iour, le iour poindre. IT. *Farsi giorno, aggiornare.* GER. Tag oder heitter werden. HIS. *Madrugar ò amanescer.* AN. *To waxe day.* } [*Gell. ca. 1. lib. 7. & cap. 29. lib. 2.*] Die crastino vbi primùm diluculabit, fac amicos adeas, & roges veniant. Sed hoc vix aliter quàm in tertia persona, & impersonaliter.

Dilūcŭlāscĭt, Diluescere incipit, ὄρθρος γάστει.

Dĭlūdĭă, orum, Ludorum intermissio, cessatio à ludo. { GA. Intermission de ieu, delayement de ieu. ITA. *Intermissione de giuochi.* GER. Underlassung/oder Ablassung von dem spylen. HIS. *Cessation del jugeo ò burlas.* ANG. *A delaying or ceasing frome playes.* } *Horat. lib. 1. epist.* Displicet iste locus, clamo, & diludia posco: Ludus enim genuit trepidum certamen & iram. *Vbi Aeron*, Diludia sunt tempora quæ gladiatoribus cõceduntur, vt intra quinque dies pugnent. *Porphyrion*, Diludia, intermissio ludorum vel dilatio.

Dĭlŭo, is, dilui, dilutum, ex di, & antiquo verbo luo, Lauo, purgo, resoluo. { רחץ *rachátz* שׁשׁף *schatáph* טבל *tabál* חסיך *hissiph.* ὑποκλύσμα. GA. Destremprer, ramollir, dissoudre en liqueur. IT. *Purgare, lauare.* GER. Abwäschen/seuberen/vermischen. HIS. *Luuar, desleir.* ANG. *To wash, to mak cleane, te abay.* } *Cæsar 2. bel. Ciuil.* Super lateres coria inducuntur, ne canalibus aqua immissa lateres diluere posset. [*Sen. c. 79.* Vino niuem diluere. *Gell. c. 2. lib. 15.* Moderato vini vsu frigidam tristitiam & torpentem verecundiam diluere. *Idem cap. 1. lib. 12.* Diluere vinculum (id est dissoluere) & *Plaut. pſ. sc. 2. a. 3.* Eo Leſperpiti pondo diluunt.] Item aquam vel alium liquorem miscere, temperare, βρίχειν. *Virg. 4. Georg.* Cui tu lacte fauos: & mixti dilue Baccho. *Persius*, Diluis helleborum dixit, pro eo quod est, medicamentis temperas. ¶ Transfertè vsus est *Cic. 3. Tuscul.* Quæ cogitatio vna maximè omnes molestias extenuat, & diluit, id est soluit, & eneruat, quemadmodum vinum aqua dilutum subneruatur. ¶ Ita etiam Diluere crimina dicimus, id est purgare, & refellere. αἰτιασιολύζειν, vt oratores quando refellunt obiectiones aduersarij. *Cic. 7. Verr.* Quò faciliùs crimen inimicorum dilue re possim. *Idem 2. de Nat. Deorum.* Nam vt profluens amnis, aut vix, aut nullo modo, concluſa autem aqua facile corrumpitur: sic orationis flumine reprehensoris vitia diluuntur. [*Gell. lib. 3. c. 3.* Diluere petulantias dictorum. *Idem Gell. c. 1. lib. 20.* Diluere iniurias ære pauco (id est se purgare) *Item Sen. epist. 19.* Diluitur authoritas his rebus (id est imminuitur.) *Quint.* Diluet hoc vires affectuum (id est eneruabit. ¶ Ponitur etiam pro explicare, declarare. *Plaut. in Rud.* Abstine maledictis, & mihi quod rogaui, dilue. *Cic. pro Cluent.* Quum ego vnaquaque de re dicam & diluam.

Dĭlūtŭs, a, um pen. prod. Mistus, temperatus. { נשׁף *nischtáph* מסיך *masách.* κεκραμένος, διειμένος. GAL. Destrempé, meslé parmi. ITA. *Miste, temperato.* GER. Gemengt/vermischt/gewässert. HISP. *Mezclado, templado.* ANG. *Tempered with water, alayed.* } Vnde vinum aqua mistum dicitur dilutum. οἶνος ὑδαρής. *Mart.* Diluti bibis vnciam falerni.

¶ A quo dilutius, & dilutissimum, pro vt minus plúsve aquæ admistum fuerit. Vnde *Corn. Celsus* præcipit hyeme meracius esse bibẽdũ, æstate dilutius. *Hyeronymus* vinum dilutius vocat aquatius. Vinum (inquit) si aquatius bibitur, calix frangitur, mensa subuertitur. Meracius vinum dicitur, quod minus dilutum, siue aquatum est. ζωρότερον.

¶ Dilutus color dicitur, quum veluti aqua adhibita minus est intensus. *Gell.* Luteus color rufo est dilutior. [¶ Denique Dilutum, id est molle ac remissum, *apud Gell. c. 1. l. 20.* vbi ait: Quod verò dixi, videri quędam impendiò mollio: an ònne quoque tibi videtur esse dilutum quod ita de iniuria punienda scriptum est? &c.]

Dĭlūtum, pe. prod. neut. gen. Vocatur id liquidum, in quo aliquid certo tempore fuit maceratum: vt si in vini dolio absinthium diebus aliquot maceretur, ac deinde eximatur: id vinum, absinthij dilutum dicetur. *Plin. lib. 27. cap. 7.* Bibitur & made facti absinthij dilutum, ita enim appellatur hoc genus. Diluti ratio est, vt quisquis fuerit modus aquæ, tegatur per triduum.

Dĭlŭuĭum, Terræ inundatio ab immodicis imbribus, vel maris fluuiive incremento proficiscens, Eluuies, inundatio. { מבול *mabbúl.* κατακλυσμός. GAL. Deluge, rauine d'eau. IT. *Diluuio.* GER. ein vberschwemmung mit wasser/ein wasserflut. HI. *Dilauio, auenida de agua.* AN. *A deludge, or great fludde.* } *Plin. in Epist.* Hic assiduæ tempestates, & crebra diluuia. ¶ Diluuium metaphoricè pro euersione Troiæ, dixit *Virg.* Diluuio ex illo diuersa per æquora vecti.

Dĭlŭuĭēs, diluuiei, fœ. gen. Idem. { κατάκλυσις. AN. *A drowing of the grownd through much rayne.* } *Lucr. lib. 6.* Pars etiam glebarum ad diluuiem reuocatur Imbribus *Horat. lib. 4. Carm.* Horridámque cultis diluuiem minitatur agris.

Dĭlŭuĭo, uias, uiare. { שׁטף *schatáph.* κατακλύζειν. GALLI. Inonder, couurir d'eaux. ITAL. *Inondare.* GE. Vberschwemmen/vbergiessen mit wasser. HI. *Destruir tambien con auenidas.* AN. *To drowne with waters.* } *Lucr. lib. 5.* Tantum suppeditant amnes, vtráque minantur Omnia diluuiare ex alto gurgite ponti.

Dĭmachæ, arum, { διμάχαι. } *Quintus Curtius lib. 5.* Itaque delectis equitum sex millibus, trecentos quos dimachas appellant adiungit: dorso hi grauiora arma portabant, cæterum equis vehebantur, cùm res locúsque posceret, pedestris acies erat.

Dĭmānŏ, as, pe. prod. Diuersè siue diuisim mano, defluo, profluo. { נהר *nahár* נזל *nabál.* διαῤῥέω, διαπορεύομαι. GA. S'espandre. ITA. *Deriuare, gocceare in diuerse parti.* GE. Zerflieſſen/von einanderen flieſſen. HIS. *Manar en diuersas partes.* ANGL. *To drop out, to spring or spread abroade.* } *Cic. pro Cælio*, Equidem vt ad me reuertar, ab his fontibus profluxi ad hominum famam, & meus hic forensis labor vitæque ratio dimanauit ad existimationem hominum paulò latiùs commendatione & iudicio meorum.

Dĭmĕtĭŏr, iris, mensus sum, Metior. { מדד *madhádh.* διαμετρέω. GA. Mesurer, compasser. IT. *Misurare.* GER. Mässen/ermässen. HIS. *Medir.* AN. *To Measure.* } *Cic. de Senect.* Mori videbamus in studio dimetiendi pe nè cæli atque terræ C. Gallum familiarem patris tui Scipionis. *Idem in Orat.* De verbis enim componendis, & de syllabis propemodum denumerandis & dimetiendis loquemur.

Dĭmĕtĭēns, tis, fœm. gen. Linea recta, figuram quæ longissimè patet, ex æquo secans: quam Græci παρὰ τὸ διαμετρεῖν, diametron appellant, διάμετρος. *Plin. lib. 2. cap. 23.* Quantas enim dimetientes habeat septimas, tantas habere circulum duo & vicesimas.

Dĭmēnsŭs, particip. מדד *modhédh.* διαμετρήσας. } *Cic. de Senect.* Atqui ego ita sum omnia dimensus. Quo in loco sumitur actiué. ¶ Plerunque passiuè capitur. { נמד *namádh.* διαμετρηθείς. } *Virg. 2. Georg.* Omnia sint paribus numeris dimensa viarum. Orbis certis partibus dimensus.

Dĭmēnsĭo, verbale. { מדה *middáh.* διαμέτρησις. GALLIC. Mesurément. ITAL. *Misuramento.* GERMAN. ein abmässung/oder außmässung. HISP. *Medida.* ANGL. *A measuring.* } *Cicer. 1 Tuscul.* Pusionem quendam Socrates interrogabat quædam Geometrica de dimensione quadrari.

Dĭmĕtŏr, penult. product. dimetaris, dimetatus sum, eiusdem significationis cum superiori. *Cicer. de Nat. Deorum.* Eorum enim cursus dimetati, maturitates temporum, & varietates, mutationésque cognouimus.

Dĭmĭcō, as, pen. corr. Pugno, quod propriè fit re: contendo verò verbis tantùm. { נצה *nitstsáh* נלחם *nilchám.* ἀγωνίζομαι. GAL. Combatre. IT. *Combattere* GER. Streiten/fächten. HISP. *Pelear.* ANG. *To fight, to skirmish.* } [Propriè dicitur, quum non rudibus, sed micantibus gladiis res geritur & decernitur.] *Cæsar 7. bel. Gall.* Ne contra suam voluntatem dimicare cogeretur. *Liu. 2. ab Vrbe*, Nec tamen perpelli potuêre, vt acie dimicarent. *Præteritum, Dimicui. vt, Hactibi sit pugna dimicuisse satis. Ouid. 2. Amor. eleg. 13.* * Dimicare de imperio cum. *Cic. 1. Off.* Cum Latinis, Sabinis, Samnitibus, Pœnis, Pyrrho de imperio dimicabatur. * Dimicant inter se, *Plin. lib. 8. c. 7.* * Pro altero dimicare, *Cic. 2. Phil.*

Dĭmĭcātĭo, onis, verb. Pugna, discrimen, contentio. { מצח *matstsáh* מלחמה *milchamáh* קרב *kerábh.* ἀγώνισις, ἀγωνισμός. GALL. Combat. ITA. *Combatimento* GERM. Streit. HISPA. *Pelea.* ANG. *A fighting or skirmishing.* } *Liu. 7. ab Vrbe*, Omnium superiorum dimicationum fructum in eo die, atque hora docet consistere. [Dimicationi obiicere, est *Tit. Liuio lib. 4. ab Vrbe*, Magistratum mandare difficillimo Reip. tempore.]

Dĭmĭdĭŭs, a, um Quasi per medium diuisus. { חצי *chatsí.* ἥμισυς. GAL. Demi. ITAL. *Mezzo, partito per mezzo.* GERMAN. Halb. HISPA. *Meitad de la cosa entera, demediado.* ANGLIC. *Haf* } Et dicitur de rebus quæ separatæ sunt. nam est pars altera ex dimidiato. *Gell. lib. 3. cap. 14.* Dimidiatum, nisi ipsum quod diuisum est, dici haud conuenit. Dimidium verò est, non quod ipsum dimidiatum, sed quæ ex dimidiato pars altera est. *Martial.* Dimidium donare Lino, quàm credere totum, Qui mauult, perdere dimidium. *Plin. lib. 2. cap. 59.* Certè nisi sole aduerso non fiunt, nec vnquam nisi dimidia circuli forma. [Aut dimidium, aut plus feres. *Plaut. Pseud. sc. 2. a. 5.* Dimidiam partem nationũ vsque omnium subegit. *Plaut. Curc sc. 1. a. 3.* Me non pœnitet boni dimidium diuidere cum Ioue. *Plaut. Amphitr. sc. 1. a. 5.* Mercedem retulit. L. Dimidio minus, opinor. *Plaut. Asin sc. 4. a. 2.* Hinc dimidium (opsoni) iussit dari. *Idem Aulu'. sc. 1. a 2.* En ego dimidium voti, párique altera vestri. *Ouid. 5. Fast.* Dimidium toto munere maius erit. *Ibidem.* Dimidia certè parte superstes ero. *Ouid. Eleg 2. l. b. 1. Trist.* Dimidióque rui præsens & respicis vrbem. Dimidio procul es, sæuáque bella geris. *Idem Eleg. 1. lib. 2 Trist.* ¶ Mille numis familiæ multa esto. *Gellius cap. 3. lib. 7.* Bonus animus in mala re, dimidium est mali. *Plaut. Pseud. sc. 5. a. 1.* Memento mihi dimidium de præda dare. *Plaut. ibidem. sc. 7. a. 4.*] ¶ Dimidium plus toto, πλέον ἥμισυ παντός, ænigma prouerbiale, quo cõmendatur aurea mediocritas. Refertur & exponitur à *Platone lib. de Leg. 3.* * Dimidium quàm. *Liu. lib. 5. bell. Maced.* Vt vix dimidium militum, quàm quod acceperat, successori tradiderit. * Dimidio carius, Dimidio minus, *Cic. & Plaut.* * Minus dimidium, pro Dimidio minus, dixit etiam *Cic. 3. Ver.* Iurarent se curaturos, vt ex sua cuiusque parte ne minus dimidium ad A. Trebonium fratrem illum proscriptum perueniret. *Budæus.*

Dĭmĭdĭātŭs, a, um. Dicitur de rebus quæ cõtinuæ sunt, & nõ separantur: quasi dissimediatus, & in partes duas pares diuisus. { מחצה *machatsáh* חצץ *nechetsáh.* διατετμημένος, ἡμιμερής. G. Parti en deux. IT. *Partito in due parti vguali.* G. In zwey gleiche theil abgetheilt. H. *Demediado en dos partes.* AN. *Deuided in two partes.* } *Cic. in Ver.* Exemit ex anno vnũ dimidiatúmq; mensem. *Idem 5. Tusc.* Apparebat epigramma exesis posterioribus partibus versiculorum, dimidiatis fere. Sicut autem qui ex mille denariis qui ei debebantur, quingentos recipit, dimidium se recepisse dicet; non dimidiatum: ita si scyphus argenteus cum alio communis, in partes duas diuisus sit, dimidiatum dicemus, nõ dimidium scyphum. *Gell. lib. 3. cap. 14.* [Dimidiatum aprum. *Sueton. in Tib. cap. 34.* Dies hic dimidiatus ad vmbilicum est. *Plaut. Men. sc. 2. a. 1.* Dimidiatum ex lingua Græca verbum. *Gell. cap. 30. lib. 15.* Cicero apud Donatum in Terent. dixit, ô dimidate Menander.]

Dĭmĭdĭātim, adverb. { בתוך *bethauéch.* ἐξ ἡμιτείας, ἡμίου, ἡμίτμως. GALLI. Par le milieu, la moitié. IT. *Per mezzo* GE. Das halbe theil. HIS. *Per medio ò la meitad* ANG. *By the myddes.* } *Plaut. in Mil.* Sed percellunt, sed perducunt, dimidiatim dum appetunt. Id est, dum sibi volunt dari dimidiam partem.

Dĭmĭnŭo,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Dĭmĭnŭo, nuis, Minuo, imminuo, attenuo, detrabo. [Et Diminuo, pro diſminuo, m, pro ſ. *Priſcian. lib. 1.*] {גרע *gharáh* צער *tſabár*. μείω. GA. Diminuer, amoindrir, appetiſſer. IT. *Diminuere, ſciemare*. GE. Mindere. HI. *Demenuzar ò menguar*. AN. *To diminish, to makleſſe*.} *Cic. de clar. Orat.* Interitu talis Auguris dignitatem noſtri collegii diminutam dolebam. [*Plaut. Apul. ſc. 3. a. 1.* Ego hunc laborem demam & diminuam tibi. *Idem Men. ſc. 1. a. 2.* Cum nihil eſt, quî illi homini diminuam caput? *Idem Moſt. ſc. 3. a. 1.* Nimis velim habere lapidem, qui illi ſpeculo diminuam caput.]

Dimĭnūtŭs, p. rticip. {גרוע *gharúah*. μειωθείς. GAL. Diminué, amoindri, appetiſſé. ITAL. *Minuito, ſciemato, oſtenuato*. GE. Geminderet. HIS. *Deſmenuzado, amenguado*. AN. *Made leſſe*.} Dignitas collegii interitu alicuius diminuta.

Dimĭnūtĭo, verb. Imminutio. {מגרעת *migharáah*. μείωσις. GAL. Diminution, amoindriſſement, rauallement. ITA. *Diminutione, eſtenuatione, ſciemamento*. GER. Mindrung/ſchweynerung/abnehmung. HISPA. *Deſmenuzamiento, obra de deſmenuzar ò amenguar*. ANG. *A making leſſe*.} *Cic. 1. Tuſc.* Solem, Lunámque accretione, & diminutione luminis qua ſi faſtorum notantem & ſignificantem dies. ¶ Diminutio capitis, apud Iuriſconſultos eſt prioris ſtatus permutatio, quum ſcilicet aut libertatem, aut ciuitatem amittimus, aut per adoptionem, alterius noſ poteſtati ſubmittimus. Eſt autem triplex capitis diminutio, Maxima, media, & minima: *quas omnes videl. in de Cap. diminution.* [Diminutio capitis, de eo qui minuitur capite. *Caſ. lib. 2 de bell. Ciuil.* ¶ Diminutio mentis, *Suet. in Auguſt. cap. 99.*]* Diminutio de. *Cic. 2. Off.* In primis autem videndum erit ei qui Remp. adminiſtrabit, vt ſuum quiſque teneat: neque de bonis priuatorum publicè diminutio fiat.

Dĭmĭtto, is, Diuerſa in loca mitto. {שלח *ſchillách*. διαπέμπω. GA. Enuoyer, donner congé, & laiſſer en aller, delaiſſer. IT. *Mandare in diuerſe parti*. GE. Hin vnd har ſchicken/hinweg ſchicken/gehen laſſen. HISP. *Embiar à diuerſas partes*. ANGL. *To ſende away, to lett go, to giue leaue*.} *Virg. 1. Æneid.* -quidem per littora certos Dimittam. *Cæſar 5. bel. Gal.* Nuntios legatóſque in omnes partes dimittebat, *Salluſt.* Igitur C. Manlium Feſulas, atque in eam partem Hetruriæ, Septimum quendam Camertem in agrum Picenum, C. Iulium in Apuliam dimiſit. ¶ Aliquando ponitur pro miſſum facere, & abeundi poteſtatem dare. ἀπολύειν, χαλᾶν, ἀνιέναι, ἀπολιάζειν. *Cic. lib. 1 Off.* Quum autem Pompilio videretur vnam dimittere legionem. *Salluſt.* Deinde ei pollicitus operam ſuam, domum dimittit. [Dimittere equos ancipiti prælio. *Cæſar libr. 1. bell. ciu.* Dimittere Italiam pro relinquere. *Cæſar lib. 1. de bell. ciu.* ¶ Dimittere iracundiam ſuam Reipub. pro condonare. *Caſ. li. 1. de bell. Ciuil.*]

¶ Aliquando pro permittere, in poteſtatem dare. {הניח *hinniách* עזב *ſabzáb*. ἐπιτρέπειν.} *Cic lib. 1 de Repub.* Tùm annui Conſules, tùm dimiſſi populo faſces. ¶ Aliquando pro derelinquo, {*deſero*. ANGL. *To leaue, to forſake*.} *Cic. lib. 12. Epiſt.* Etſi non idcirco eorum vitam dimiſerim, quod iis ſuccenſerem. *Lactant.* Dimitto te diſcedens. ¶ Aliquando ſatisfacere, & dimittere creditorem; id eſt, ſatisfacere ſic, vt amplius moleſtus non ſit. *Vlpian libr. 10.* Cæterùm ſi creditores dimiſit, & alios ſortitus eſt: ſi quidem dimiſſis prioribus quos fraudare voluit *Ex Hotom.* [Dimittere, pro relinquere ac non adire. *Sueton. in Cæſ. cap. 70.* Dimittere conuiuium aut inire. *Suet. in Aug. cap. 76.* Dimittere iudicem pro circumſcribere. *Suet. in Claud. cap. 15.* Dimiſit per prouincias edicta. *Sueton. in Galba cap. 10.* Dimittere lachrimas in caſus alterius *Ouid. Eleg. 7. lib. 1. Triſt.* Dimittere vxorem. *Suet. in Tiber. cap. 10. & 35.* Dimittere è matrimonio. *Ibidem cap. 49.* Dimittere matrimonia, & contrahere, opponuntur. *Suet. in Calig. cap. 24.* Non expectandum donec res te dimittant. *Senec. cap. 3. de Tranquill.* Dimittitur cauſſa in ea re mox, miſſa eſt. *Quinti.* Dimittere in partes. (verbum militare.) *Velleius.* ¶ Dimittere ſanguinem pro venam ſoluere.) *Gel. c. 8. lib. 10.*]

Dĭmĭſſŭs, particip. Omiſſus, vel relictus. {משלח *meſchullách*. ἀπειλούμενος, ἀποστελλόμενος, ἀπολυθείς. GAL. Enuyé hors, delaiſſé & omis. ITAL. *Licentiato*. GER. Verlaſſen/hingeſandt. HISP. *Embiado, dexado*. ANGL. *That is leet to go, forſaken*.} *Cicer. 4. Acad.* In iſta philoſophia, quæ nunc propè dimiſſa renouatur. Arma dimiſſa. *Lucan. lib. 3.* Lues cælo dimiſſa, *Stat. 11. Theb.* *Dimiſſa è matrimonio, pro Repudiata *Sue. in Tib. Caſ. cap. 49.* Qui dimiſſam eam è matrimonio poſt viceſimum annum veneni olim in ſe comparati arguebat. [*Plaut. pſeud. ſc. 2. a. 3.* Is odor dimiſſis pedibus in cœlum volat. *Item*, Dimiſſis crinibus. Vide Demiſſus. *Et Seneca cap. 24. & 25. de Conſolat. ad Mart.* Dimiſſus è corporis vinculis in cœlum.]

Dĭmĭſſōrĭæ literæ, *inquit Modeſtinus*, ſunt quæ vulgò *Apoſtoli* dicuntur, quòd per eas cauſa ad eum qui appellatus eſt, dimittitur. *l. vnica ff. de libello dimiſſorio*. ἀπολυτήριος γράμματα.

* Dimiſſio, Verbale. *Cic. 7. Verr.* Præclara claſſis in ſpeciem, ſed inops & infirma, propter dimiſſionem propugnatorum atque remigum. * Pro Amandatione. *Cic. in Paradoxis*. Dimiſſiones libertorum ad fœnerandas diripiendáſque prouincias.

Dĭmŏvĕo, ues, Remoueo, repello, reiicio. {הסיר *heſir* נדף *nailáph* הנד *henédh* זנח *zanách*. ἀποχωρίζω, διακινῶ, ὡς ἐὼ κατὰ χώραν ὄντα τῆ φορυνίσεως κατωρῶ. GAL. Remouuoir, rebouter. IT. *Rimouere*. GER. Verrucken/von einem orth bewegen. HISPAN. *Mouer*. ANG. *To remoue, to put aſide*.} *Vir. lib. 1. Georg.* Agricola incuruo terram dimouit aratro. *Cicer. pro Cecin.* Dimqueri enim & depelli de loco neceſſe eſt eum qui deiiciatur. *Idem in Paradoxis*, Voluptas quò eſt maior eò magis mentem ex ſua ſede & ſtatu dimouet. *Plaut. Perſa*, Dicat quod quiſque vult, ego de hac ſententia non dimouebor. [*Ouid. 5. Faſt.* Raucáque dimouit talibus ora ſonis.]

Dĭmŭlgo, gas, *Cic. Appio*, Quare viſum eſt occultiùs agendum, neque vllo modo dimulgandum. Ita enim nonnulli legunt: certum tamé eſt ibi potiùs legendum eſſe diuulgandum.

Dĭmўxŏs, ἀμυξός. Lucerna duo habens ellychnia. Μύξαι enim Græcis nares dicũtur, & canaliculi in lucerna narium modo eminentes, quibus ellychnia inſeri ſolent: Vade & Polymixos, lucernæ quoddam genus dicitur, ab ellychniorum multitudine.

DĬNĂMĔNĒ, es, δινομένη, Nympha marina, Nerei & Doridis filia, ita dicta ab eo, quòd in mari plurimum polleat. *Heſiod. in Theog.* Δωτὼ τε, Πρωτώ τε, Φέρουσά τε, Δυναμένη τε.

DĪNĂRCHŬS, δείναρχος, Corinthij ciuis no men eſt *apud Plutarchum*, qui Polypercontis fraude fuit interemptus.

DĪNDRYMĒ, Vrbs Macedoniæ, δινδρύμη, *Steph.*

DĪNDŸMĒNĒ, δινδυμήνη, & Dindyme, dicitur Cybele, quòd in Dindymo Phrygiæ monte eius ſacra fierent. *Mart. lib. 8.* Non per myſtica ſacra Dindymenes Iurat Gellia.

DĪNDŸMŬS, pen. corr. δίνδυμος, τό, in ſingulari maſc. gen. in plur. neutr. Iuga ſunt montis Ideæ Phrygiæ, matri Deûm dicata. *Propert.* Dindymus & ſacræ fabricata inuenta Cybellæ. *Virg. lib. 9. Æn.* O verè Phrygiæ (neque enim Phryges) ite per alta Dindyma, vbi aſſuetis biforem dat tibia cantum.

DĪNŎCRĂTĒS, δεινοκράτης, Meſſenius fuit, laſciuia, luxuria, vitæque incontinentia inſignis, cui tamen alioqui in arduis negotiis ſuſcipiendis non deeſſet animus. Hic quum quodam die in multam noctem produxiſſet conuiuiũ, habitúque muliebri ſumpto, coram conuiuis ſaltaſſet, poſtero die adiit Q. Flaminium, penes quem tum ſumma poteſtas erat, oſtendens, ſi ſibi daretur præſidium, poſſe ſe Meſſanam ad defectionem ſolicitare. Admiratus Flaminius in homine tam effœminato tantam audaciam. De his (inquit) poſtea videbimus. Te vero miror vnà tractare, ſaltare, & mulierem mentiri poſſe, quum rem tantam animo audeas concipere.

Dĭnŭmĕro, as, Numero. {ספר *ſippér*. ἀριθμῶ. GALLIC. Denombrer, conter. ITAL. *Noverare, annouerare, contare*. GERM. Abzehlen. HISPA. *Contar per numeros*. ANGL. *To nomber, to recken*.} *Plaut. Epid.* Quia patrem priùs conuenire ſe non vult, neque conſpicari, quam id argentum quod debet, dinumerauerit. *Idem Rud.* Mille nummos dinumerauí. *Terent. Adelph.* Iube nunc iam dinumeret Babylo illi viginti minas. [*Plaut. Milit. ſc. 1. a. 1.* Vt Latronibus dinumerem ſtipendium.]

Dĭnŭmĕrātĭo, verbale. {ספר *ſephár*. διαρίθμησις, ἀνακαθαίωσις. GALL. Denombrement, conte. ITAL. *Eſſo annouerare*. GERM. Abzehlung. HISP. *La cuenta*. ANGL. *A nombring, a reckening*.} *Cic. 2. de Orat.* Improuiſum quiddam & dinumeratio, & alia correctio & diſputatio, &c.

Dĭŏbŏlārēs, διόβολοι, Meretrices dicuntur quæ duobus obolis conducuntur, *inquit Feſtus*. [*Plaut. pſeud. ſc. 2, a. 2.* Apud anum illam diobolarem, &c. *Plaut. in Pœn.* Seruulorum ſordidorum ſcorta diobolaria.

DĬŎBŸLĬUM, διοβύλιον, oppidum prope Pontum, *Steph.*

DĬOCHĪTĒS, διοχίτης, vicus Ægypti, in quo ſepultus eſt Oſiris. *Steph.*

DĬŎCLĒS, διοκλῆς, Athenienſis, antiquæ Comœdiæ ſcriptor, cuius fabulas nonnullas commemorat *Athenæus*. ¶ Diocles item medicus Caryſtius, Darij Hyſtaſpis tempore, qui & commentarios quoſdam de re medica ſcriptos reliquit.

DĬOCLEŸS, Orſilochi filius, *teſte Homer.* habitauit in Phæra, loco inſigni.

Dĭŏctĭnĭtæ, Quid ſint dioctinitæ indicat *Ammianus Marcellinus lib. 27.* Exploratis nouiſſimis rebus, luxúque adiumento militari mareente, adhibitis ſemiermibus paucis, quos dictionitas appellant. *Iulius Capitolinus in Antonino Philoſopho*: Armauit & Dioctonitas.

DĬŎDŌRŬS, pen. prod. διόδωρος, cognomento Chronus, Dialecticus ex Iaſo Aſiæ ciuitate fuit, *vt Strabo eſt autor lib. 14.* qui Platonis tempore Euclidem audiuit. Dictus Chronus ab Apollonio Chrono eius præceptore, cuius vt famam obſcurauerit, ita & cognomen vſurpauit. Dialecticus etiam appellatus, quòd (*vt ait Laertius*) primus inuolutum differendi genus inuenerit. Hic apud Ptolemæum Soterem commorans, quum aliquando inter epulas à Stilpone ſermones quoſdam dialecticos propoſitos, extemplo nequiuiſſet exſoluere, & ob id à rege per iurgium Chronus appellatus eſſet, conuiuium deſeruit: ac edito per otium ſuper ea præpoſitione libro, ex animi mœrore extinctus eſt. *Autor Diogenes Laertius*. ¶ Fuit item Diodorus quidam Stoicus Philoſophus, vtroque lumine orbus, cuius ſic meminit *Cicero in Bruto*; Eram cum Stoico Diodoro, qui quum habitaſſet apud me, cum Quinto vixiſſet, nuper eſt domi meæ mortuus, à quo cùm aliis rebus, tùm ſtudioſiſſimè in dialectica exercebar. ¶ Diodorus Comicus poeta, cuius Comœdias enumerat Athenæus. ¶ Diodorus Alexandrinus, filius Polleonis philoſophi eius, qui compoſuit Dictionarium Atticum. Floruit Adriani temporibus. *Suidas*. ¶ Diodoros præterea duos è Lydia Tiberij tempore *Strabo* commemorat, ambos oratores. Præterea fuit & Diodorus Siculus nobiliſſimus hiſtoricus, qui variam hiſtoriam libris quadraginta cõſcripſit, quam bibliothecam nominauit. Floruit Auguſti temporibus. ¶ Diodorus Tarſenſis, præſul, *cuius meminit Hieronymus, & Suidas*.

Dĭœcēsĭs, cum œ diphthongo, penult. product. {מרוגה *medhináh* פקדה *pekuddáh*. διοίκησις. GALLIC. Dioceſe, adminiſtration ou charge de quelque prouince, ou territoire, ou le trait du pays qu'on a en charge. ITAL. *Giuriſditione*. GERM. ein verwaltung/Herrſchung. HISP. *Iuriſdiction, diſpenſation ò adminiſtration*. ANGL. *A dioceſſe*.} Latinè gubernatio, adminiſtratio, diſpoſitio, ſiue iuriſdictio; à διοικῶ guberno, tueor. In iure itaque ciuili Dioceſis pro prouincia accipitur, *l. j. C. de priuat. carcer.* ad eundem etiam modum accipit *Cic. in Epiſt.* Vt me illarum omnium dioceſium, quæ cis Taurum ſunt, omniumque earum ciuitatum magiſtratus, legationéſque conuenirent. In Patrum autem Decretis ſolet hæc vox ad Epiſcoporum munus deflecti: In primitiua enim Eccleſia Epiſcopi iudicia non exercebant, ſed ſacra tantùm adminiſtrabant. Quò fit, vt quemadmodum territorium, Præſidis eſt: ſic dioceſis, Epiſcopi, quatenus ius adminiſtrandi ſacra habet.

Dĭœcētēs, {פקיד *pakidh*. διοικητής. AN. *A bayly, a gouernour*.} Qui procurationem regiam, vel magnatis al cuius ſuſcepit. *Cic. pro Rabirio*, At dioceteſ fuit regius. Latinè Diſpenſatorem dicere poſſumus.

DĬŎGĒNĒS, pen. corr. {διογένης. GER. ein vernampter vnfridtiger philoſophus zu Athen/welcher in einem faß daheimen war/vnd ens hin vnd har thertwier woll.} Nomen philoſophi Cynici celeberrimi Antiſthenis diſcipuli, de quo ſcribitur, quod quum Antiſthenes nullum diſcipulorum reciperet, & perſeueranter Diogenem remouere non poſſet, nouiſſimè

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

clata minatus est, nisi abiret. Cui ille subjecisse dicitur caput, atque dixisse, Nullus tam durus baculus erit qui me à tuo possit obsequio separare. Vtebatur Diogenes palliolo duplici propter frigus, peram pro cellario habuit, secúmq; portabat clauam ob corpusculi fragilitatem, qua iam senex membra sustentare solitus erat. ἡμερόβιος (*vt scribit Hieronymus*) hoc est, in diem viuens vulgò appellatus est, quòd omni abiecta solicitudine cibum suum in singulos dies emendicaret. Habitauit autem in portarum vestibulis, & porticibus ciuitatum: quúmque se contorqueret dolio, volubilem se habere domum iocabatur, & se cum temporibus immutantem: frigore enim, os dolij vertebat in Meridiem: æstate ad Septentriónem: & vtcunque sol se inclinauerat, Diogenis prætorium vertebatur. Ferunt accedentem Alexandrum rogasse ne sibi apricanti à sole obstaret. [Sub dio accubuit, vt *Suet. in Cæs c.*71. autor est.] Obiit fermè non negenarius. Hic (*vt autor est Cic. lib.*1. *Tusc.*) iussit cadauer suum inhumatum abiici. quærentibúsq; amicis, volucribúsne & feris corpus suum dilaniandũ vellet relinqui: Minimè, inquit: sed bacillum apud me, quò illas abigam ponitote, irridens nimirum amicorum præposteram curam, qui tantopere de humatione cadaueris omnis sensus expertis erant soliciti. quasi magnum quiddam interesset, à ferísne, an à vermib. absumeretur. ¶Fuerunt alij quatuor Diogenes, quorum vnus fuit Apolloniates Anaximenis auditor, temporib. Anaxagoræ: alius Sicyonius, qui Peloponnesiaca scripsit: alius Stoicus ex Selencia, qui Babyloni⁹ ob vicinitatem dictus fuit: alius Tarsensis, quæstionum poeticarum scriptor. [Memoratur & Diogenes Grammaticus apud *Suet. in Tib. c.* 32.] ¶Postremò fuit & Diogenes Laertius, qui de vita & morib. philosophorum opus scriptum reliquit.

DIOGENIANVS, διογενιανός, Heraclienſis inſignis grammaticus fuit Adriani temporibus, qui dictionarium Græcum per alphabeti ordinẽ conscripsit. *Autor Suidas.*

DIOGNETVS, *Autore Plin. lib.*2. *cap.*17. διόγνητος, fuit vnus itinerum Alexandri Regis mensor. ¶Alius fuit sub Antonino philosopho pictor egregius: *de quo Iulius Cap.* ¶Alius Clitomachi Pœni pater, qui successit Carneadi: antea Asdrubal nominatus. Fuêre & alij huius nominis. Dicitur autem Diognetus per syncopen pro Diogenetus, διογένητος, hoc est Ioue genitus.

DIOMEDA, διομήδη, Phorbantis filia fuit, quam Achilles ex Lesbo raptam concubinam habuit. *Hom. lib.*9. *Iliad.*

DIOMEDEA, διομήδεια, Vrbs Daunorum, à Diomede condita. *Steph.*

DIOMEDES, διομήδης, Rex Ætoliæ, Tydei & Deiphiles filius, qui cum reliquis Græcis ad Troiam profectus adeò strenuè se gessit, vt post Achillem & Aiacem Telamonium fortissimus haberetur. Nam præter occisos à se reges, & singulares pugnas aduersus Hectorem & Æneã, al. ósque insignes Troianorum principes, & captos Rhœsi equos, Palladiúmq; Troianis subtractum, Martem quoque in eo bello vulnerauit, Venerémq; in dextra manu, dum Æneam protegere vellet. Quamobrem dea indignata, Ægiale vxori eius tantam libidinem immisit, vt cum Cyllabaro Sthelenĩ filio concumberet. Quare cognita, Diomedes domum reuerti noluit, sed in Apuleiam profectus, regni partem à Dauno accepit, ibiq; Arpos condidit. Quidam ferũt Diomedem ab Æneã dolo occisum, ciúsque socios ob peremptum regem in aues Diomedeas vel (vt Græci vocant) heroidas mutatos. *Horat. lib.*1. *Serm.* Qui locus à forti Diomede conditus olim, &c. [*Ouid lib.*13. *Metamorph.* Luce nihil gestum nihil est (ab Vlysse) Diomede remoto. Et, Pars sit maior Diomedis in illis. *Ouid.*13. *Metam.* Est aliquid à Diomede legi.] ¶Diomedes alter rex Thraciæ, qui dum equos suos humana carne aleret in Tyrida oppido truculentus, ab Hercule equis ipsis ad deuorandum obiectus est. *Ouid. in Ibin,* Vt qui Threicij quondam præsepia regis Fecerunt dapibus sanguinolenta suis. *Idem* 9. *Metamorph.* Quid quum Thracis equos humano sanguine pingues, &c. ¶Fuit & Diomedes grammaticus multi ingenij vir.

DIOMEDAE insulæ, διομήδεια νῆσοι, duæ è regione Gargani sunt: quarum altera habitatores habet, altera deserta est, vbi disparuisse aiũt Diomedem, & socios eius ob dolorem in aues conuersos, quæ ob id Diomedeæ vocitatæ sunt. Has Iuba Cataractas appellat. Dentes eis esse dicuntur, oculi igneo colore, cætero corpore candidæ sunt, quæ in sola Diomedæa insula visuntur. ¶Vocem edunt similem pueris vagientibus. Solem ferre non possunt, noctúq; pisces venantur, earum pinguedo morbis frigidis maximè salutaris. *Vide Plin. lib.*10.

Diomedei campi, διομήδεια πεδία, vocati sunt in Apulia, qui in diuisione regni, quam cum Dauno fecisse dicitur, Diomedi cesserunt.

DIOMIA, διάμια, τά, vel διώμια, per o micron, pars tribus Ægeidis: quòd Hercules illic Colyci hospitio susceptus, Diomumeium filium amauerit. *Steph.* vide Cynosarges.

DION, διών, Nomen proprium Syracusani nobilis, qui adeò Platonem amauit, vt se eidem totum traderet. Hic patriam asseruit in libertatem, expulso Dionysio tyranno. De quo *Plutarchus* refert, quòd quum Calippum, cui omnium vni maximè fideret, insidias sibi tendere accepisset, eum arguere passus non est, Mori, inquiens, longè præstare quàm viuere, vbi non hostes solum sed etiam amicos cauere oporruerit. ¶Dion Cassius, patria Nicæus historicus, scripsit Romanã historiam libris LXXX. Præterea res gestas Traiani principis, vitam Artiani philosophi. *Autor Suidas.* ¶Dion Prusieus, sophista & philosophus, cognomento Chrysostomus, prodibat in publicum amictus pelle leonis. Apud Traianum plerunque vixit, cuius familiaris fuit, eodémque curru dignatus. Scripsit pro Homero contra Platonem libros IIII. De virtutibus Alexandri magni libros decem. Præterea An mundus esset interiturus. De comæ laudibus. De laudibus Herculis. *Hæc Suidas.*

DIONE, es, διώνη, Vna ex nymphis, Oceani & Tethyos filia, (vt quidam perhibent) Veneris ex Ioue mater. Vnde & Dionæa, διωναία dicta est. *Virgil.*3. *Æneid.* Sacra Dionææ matri diuísque ferebam. *Et alibi,* Ecce Dionei processit Cæsaris astrum. [*Ouid.*5. *Fast.* Hippolyte infelix, velles coluisse Dionem (id est Venerem.)]

DIONE, διώνη, Vrbs Cypri, *Steph.*

DIONYSIA, διονυσία, Vrbs Italiæ. Est & Dionysias, *Steph.*

DIONYSIAS, διονυσιάς, Insula est quam aliter Naxum vocant, à vinearum fertilitate sic dicta. ¶Est & gemma, mistis nigro rubentibus maculis, quæ in aqua trita saporem vini facit. Ebrietati resistere existimatur. *Plin. lib.*37 *c.*10.

DIONYSIOPOLIS, διονύσου πόλις, ciuitas in Ponto, Cruni, κρουνοί, priùs dicta, ab aquarum defluxu: quum verò postea Dionysij simulachrum è mari ad locum appulisset, nomen inde recepit. Sunt etiam Cruni regio quædam occidentalis sub imperio regis. Secunda est Phrygiæ ab Attalo & Eumene condita, qui Dionysij simulachrum eo loco reperunt. Tertia Indiæ: quarta Libyæ: quinta Thraciæ. *Stephan.* vide Crunos.

DIONYSIOPOLIS, pen. corr. διονύσου πόλις, *Steph.* Thraciæ vrbs est, *autore Plin. lib.*4. *c.*11. *& Mela. lib.*2.

[Dionysia, notissimæ saltatriculæ nomen. *Gellius c.*5. *lib.*1. Quo nomine per conuitium Hortensius appellatus est. *Idem Gell. ibid.*]

DIONYSIVS, διόνυσος, Dictus est Bacchus. {GERM. Bacchus/der gott deß weyns.} & Dionysia, τὰ διονύσια, Bacchanalia, Bacchi festa. ¶Fuit & hoc nomine philosophus Heracleotes, Zenonis Stoici auditor, qui quum renum morbo laboraret, cruciaretúrque cruciatu impatibili, succumbens dolori clamabat, falsa esse quæ à Zenone didicerat. Zeno enim, & Stoici hoc omnes habent dogma, dolorem scilicet non esse malum sed indifferentem. ¶Fuerunt præterea hoc nomine duo Syracusanorum Tyranni, quorum superior quum Carthaginienses totæ Sicilia expulisset, & bonam partem maritimæ Italiæ in ditionem suã redegisset, tandem à Carthaginiensib. superatus suorum fraude occiditur. ¶Huic successit filius eiusdem nominis, qui quum ciuitatem Syracusanam cædibus repleisset, expulsus est. Iterúmque receptus, quum crudelior in dies fieret, rursus extorris Corinthum in exilium proficiscitur: vbi in sordidissimum vitæ genus descendit, in popinis lupanaribúsq; residens, vt contemnendus magis, quàm metuendus videretur. Vnde prouerbialis allegoria, Dionysius Corinthi, Διονυσίου Κορίνθου, qua significamus aliquem è summa dignitate atque imperio ad priuatam humiléque redactum fortunam. *Cic. Attic. lib* 9. *Quintil. Orat. Inst. lib.*9. *& Plutarchus.* Nouissimè se ludimagistrum professus, pueros in triuio docebat: vt quoniam viris imperare nõ poterat, saltem pueris imperaret. Erat enim eruditus, vtpote Platonis auditor olim. Interrogatus iam exul, quid ei philosophia profuisset, sapienter respondit, Vt æquo animo ferrem talem fortunæ mutabilitatem. Regnauit hic annis triginta octo. Plutarchus autor est, regiam Dionysij puluerulentam fuisse, propter eorum multitudinem qui geometricas in puluere figuras describebant. Ambo tamen & pater & filius philosophi, Platonem præceptorem audierunt. ¶Dionysius dialecticus, è Bithynia, commemoratur à *Strabone lib.*11. ¶Dionysius Corinthius, vt *Suidas* scribit: vt alij, Afer, ex Byzantio Africæ ciuitate, temporibus Augusti scripsit Geographiam versibus hexametris. ¶Dionysius Alexandrinus Grammaticus, peruenit ad Traiani tempora, cuius bibliothecæ & epistolis præfuit: præceptorem habuit Chæremonem philosophum: cui in schola Alexandrina olim successit. *Autor Suidas.* ¶Dionysius Milesius historicus, scripsit res Persicas, & quæ post Darium secuta sunt, aliáq; à Suida commemorata. Philostratus hunc inter sophistas annumerat, eúmque tradit, Adriano principi ob ingenium acceptum fuisse, à quo Satrapes *factus*, adscriptúsq; inter equites. ¶Dionysius Halicarnasseus, *Augusti* temporibus Romanam scripsit historiam, vt Suidas testatur: scripsit etiã de characteribus antiquorum oratorum. Præterea de compositione orationis, & elocutione, quomodo fiant Epithalamia, Epitaphia, Panegyrici, quæ Theodorus Gaza in Latinam orationem conuertit. ¶Dionysius Heraclonis filius, tyrannus apud Heracleam & Antiochiam regnauit, *vt autor est Strabo lib.*16. ¶Dionysius Areopagita, Præsul Atheniensis, Pauli discipulus, vt scribitur in Actis Apostolorum, solus Paulo concionante è philosophis qui aderant credidit. Hic quum esset in Ægypto, quò se disciplinæ causa contulerat, videréq; eclipsim nulla ratione, quum Christus passus est, vnà cum Apollophane sophista præceptore suo dixit, Aut Deus naturæ patitur, aut mundi machina dissoluetur. Scripsit ad Timotheum præsulẽ Ephesi, de Diuinis nominib. libros XII. de Hierarchia cælesti, de cælestibus ordinibus: præterea alia complura opuscula, *vt autor est Suidas.* ¶Dionysius, Corinthiorum præsul sub M. & L. Antoninis, doctrina, sanctitatéque clarus, scripsit epistolas quasdam valde laudatas, *vt autor est Hiero.* ¶Dionysius, præsul Alexandrinus, Origenis discipulus, *cuius operum meminit Hieron.*

DIONYSIA, orum, διονύσια. {GERM. Festtag/ die man dem Bacchho zu ehren hielt. ANGL. *Holie dayes appoynted for the honour of Bacchus god of wine.*} Festa erant Athenis in honorem Dionysij instituta, quæ & Bacchanalia vocantur: idem enim Dionysius, qui & Bacchus. Ea erant duplicia: altera vetustiora, quib: sacra fiebant in Acropoli (vbi antiquissimũ erat Dionysij templum, quod in Limnis dicebatur) idq; duodecimo die mensis, quem illi ἀνθεστηριῶνα vocabant. Altera recentiora, quæ & Astyca ἀστυκὰ dicebantur, hoc est vrbica, quæ in nouã vrbe celebrabantur, quæ sub Acropoli sita fuit. [Ea mẽ spectatum tulerat (nutrix) per Dionysia. *Plaut. Curc. sc.*2. *a.* 1. Ei rei dies hæc præstituta proxima Dionysia. *Plaut. Pseud. sc.*1. *a.*1.]

DIOPHANES, pen. corr. διοφάνης, Nomẽ viri Bithynici, *de quo Colum.* Diophanes Bithynus Vticensem totum Dionysiũ Pœni Magonis interpretem, per multa diffusum volumina, sex epitomis circumscripsit. ¶Diophanes item Mitylenæus, Rhetor fuit insignis, Gracchorũ præceptor doctus, & Græcis literis eruditus. Nam semper habuit exquisitos è Græcia magistros, in eis iam adolescens Diophanem Mitylenæum Græciæ temporibus illis disertissimum.

DIOPOENVS & SCYLLIS, Cretenses, antequam Cyrus apud Persas regnaret, Sicyonem se contulere, quæ diu fuit officinarum omnium metallorum patria sculpendóque marmori claruerunt. Ex *Plin. lib.*6. *c.*4.

Dioptra, διόπτρα, Instrumentum Geometricum, per quod altitudo, longitudo, latitudóque etiam ex longinquo prospicitur. Huiusmodi sunt instrumenta aquarum dicata liberationibus, vbi perducendæ ad mœnia sunt. Dicta dioptra à verbo Græco διοπτεύω, quod est dispicio. Vnde Dioptice dicta est ea astrologiæ pars, quæ Solis, Lunæ, cæterorũm-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

terorúmque locorum distantias per instrumenta inuestigat. Vulgus *Perspectiuam* vocat.

DIORES, nomen proprium viri, quem Turnus interemit, *apud Virgil. libro* 11.

Turnus equo deiectum Amycum fratrémque Diorem,
Congressus pedes, hunc venientem cuspide longa,
Hunc mucrone ferit, currúque abscissa duorum
Suspendit capita, & rorantia sanguine portat.

DIORYCTVS, διωρυκτὸς, locus est Acarnaniæ, trium stadiorum longitudine, vbi Leucadia insula olim opera accolarum à continenti fuit abscissa, eidémque reddita ventorum flatu congeriem arenæ accumulantium. *Autor Plin. lib.* 4. *c.* 1.

DIORYCTOS, nomen insulæ, id est, à continenti abscissa. διωρυκτὸς.

Diorygēs, διώρυγες, Sunt fossæ manu factæ in Ægypto, ad Nili aquas in agros deriuandas: qua dictione vtuntur *Pomponius & Strabo.*

DIOSHIERON, διὸς ἱερὸν, id est, Iouis templum, Oppidulum est Ioniæ inter Lebedum & Colophonem. *Steph.*

Diōscŏrĭdēs, διοσκορίδης, Anazarbeus medicus, M. Antonij & Cleopatræ familiaris, cuius extant de Materia medica libri VI. Item de Lethalibus venenis, eorúmque antidotis liber I. De morsu canis rabidi, liber I. De notis, quæ morsus siue ictus venenatorum animalium sequuntur, liber I. De eorum curatione, liber I. [¶Fuit & alius Dioscorides sculptor. Cuius meminit *Suet. in August. c.* 49.]

Diōscŏrŭs, διοσκόρος, Myræus Grammaticus, præfectus Prætorij Leonis Imperatoris, ac præceptor filiarum eius. *Autor Suidas.*

DIOSCORON, Insula est in finibus Italiæ, è regione Lacinij promontorij X. M. pass. distans à continenti. *Plin. li. c.* 10.

Diōscūri, διόσκουροι, à Græcis dicuntur Castor, & Pollux, quasi Iouis filij. Antiquitas credidit hos salutares esse nauigantibus, si gemini apparerent (apparent autem ignis specie, antennæ aut malo insidentes) contrà tristes, si singuli apparerent. Διόσκουροι, id est, Dioscuri. Apud Græcos (*inquit Cic lib.* 3. *de Natura deorum*) multis modis nominantur. Primi tres qui appellantur Anaces, Athenis ex rege Ioue antiquissimo & Proserpina nati, Tritopatreus, Eubuleus, Dionysius. Secundi Ioue tertio nati ex Leda, Castor & Pollux. Tertij dicuntur à nonnullis Aleo & Melampus, Emolus, Atrei filij, qui Pelope natus fuit. *Hæc Cicero.* ¶ Beturius qui Phœnicum lingua Philalethes vocatus est, ante Troiana tempora historiam Phœnicum lingua exquisitissimè conscribens, prodit à Sedoch Dioscuros natos, aut Gabiros, aut Cirbantes, aut Samothracas, quorum nati herbarum vires, & cantus ac medicinam inuenerunt. *Vide Euseb. lib.* 1. *de præp. Euang. c.* 7.

Diōscȳrĭăs, διόσκουριας, Vrbs fuit in Colchide, nunc deserta, quondam adeò clara, vt nonnulli prodiderint, in eam trecentas nationes quæ dissimilibus linguis vterentur, descendisse, & postea à Romanis centum triginta interpretibus negotiationem ibi gestam fuisse. *Autor Plin. lib.* 6 *cap.* 5.

DIOSCVRVM, Vicus in Libya est, vbi Dioscuri Paridem persecuti, Helenam rapuerunt. *Steph.*

Diōspŏlis, διόσπολις, Ægypti ciuitas, Hecatompylos quandoque dicta, ab Osiri & Isíde condita. Sunt & aliæ locis aliis hoc nomine in Ægypto quatuor præter hanc pusillæ ciuitates. *Steph.* etiam alias duas commemorat eiusdem nominis vrbes, quarum alteram in Lydia, alteram in Palæstina collocat.

Diōtæ, siue Dyotæ, {διῶται, ἢ δυῶται. GALLIC. Vase à deux anses ITAL. *Vasi da due manichi.* GERMANIC. Ydrine geschirr mit zweyen handthaben in den man weyn behalt. HISPANIC. *Vasos ò tinajas de dos orejas* ANGL. *Wesselles with twoo handles.*} sunt vasa, seu dolia fictilia, duas ansas habentia, & ad seruanda vina accommoda. *Horat.* Deprome quadrimum Sabina, O Thaliarche, merum diota. Alij malunt scribere per y. Dictæ diotæ à binis auribus, siue ansis, quæ Græci ὦτα appellant.

Diōxippvs, διόξιππος, Nobilis athleta, quem *Plin lib.* 35. *cap.* 11. refert, citra pulueren ex Olympiis victoriam reportasse. ¶ Alius eiusdem nominis Poëta comicus, cuius fabulas commemorat *Suidas.*

¶ Alius miles Alexandri Magni mira fortitudine, qui prouocatus à Corrago milite item Macedone, claua eum occidit. *Autor Ælianus.*

Dipelus, quòd hîc corruptè legebatur, *Vide* DIPOENVS.

DIPHILVS, δίφιλος, Architectus fuit, in perducēdis ad finem operibus tardissimus: adeò vt locum fecerit prouerbio, Diphilus Diphilo tardior. *Cic. ad Quint. Fratr. lib.* 3. Apud herum rectè erat in Manliano offendi Diphilum Diphilo tardiorem. Locus erit prouerbio, quoties volumus significare aliquem naturâ tardum, magnum solitæ negligentiæ cumulum adiecisse.

DIPHRI, δίφροι. Vrbs Phœnicum. *Steph.*

Diphrĭs, διφρὶς, Gemma est duorum generum, candidâ & nigrâ, mas & fœmina, genitale vtriusque sexus distinguente linea. *Autor Plin. libr.* 37 *c.* 10.

Diphryges, διφρυγες, Materia quædam terrea, quæ in metallis æris inuenitur, aut in ipsis etiam conchis, in quibus ęs expurgatur. Tres eius à *Dioscoride* enumerantur species. Primum in metallicis solius Cypri speculibus inuenitur, luti speciem referens: deinde primum sole siccatur: mox etiam adhibitis sarmentis torretur: vnde & nomen accepit, quod bis quasi frigatur. Alterum perfecti æris quasi subsidens fæx est, & sub Cadmia inuenitur in fundo vasorum, in quibus ęs excoquitur. Tertium fit ex lapide pyrite, tandiu vsto, donec fandarachæ colorem acquirat. *Vide Dioscor. lib.* 5. *& Gal. lib.* 9. *Simpl. Plin.* accusatiuum diphrygā offert, tanquam à nominatiuo diphryx. *Ita enim habet lib.* 34. *c.* 13. Facilè ab ea discernitur, quam in iisdem officinis diphrygā vocant Græci ab eo quòd bis torreatur. *Et paulò pòst,* Id quod excocto superfit, diphrygā vocant.

Diphthĕrā, διφθέρα, Pellis Amaltheæ capræ, in qua dicitur Iupiter res humanas describere. Vnde locus factus prouerbio, Antiquiora diphthera loqueris, ἀρχαιότερα διφθέρας λαλεῖς. In eos quadrat qui nugas narrant, aut de rebus nimium priscis & iampridem nimium obsoletis. ¶ Item pastoritium ex pellibus vestimentum, quod quidam rhenonem, nonnulli etiam beram appellant. ¶ Diphtheræ item dicebantur stragula quædam pellicea quæ in superiori nauis pauimento extendebantur.

Diphthōngus, δίφθογγος, Est conglutinatio duarum vocalium in eadem syllaba, vim suam seruantium: ita dicta quòd duarum in ea vocalium sonus audiatur. ¶ Sunt autem apud Latinos quatuor, æ, œ, au, & eu: in quibus omnibus vtraque vocalis vt scribi debet, ita & proferri.

Dĭplŏïs, idis, διπλοῒς, Vestis duplicis genus, vt ex ipso statim etymo apparet: nam quod nos duplex, Græci διπλῆν appellant. {ANG. *A doublet, a breast plate.*}

Diplōmata, {מכתב *chethâb.* διπλώματα. GAL. Lettres patentes d'vn Prince, bulles, lettres closes, quelque chose mise en double. ITAL. *Priuilegi patente, bolle.* GERM. Freyheiten oder gewalts brieff so von fursten auffgeben oder versiglet werden. HISP. *Letras del Principe, como priuilegios, ò Sellos papales.* ANG *Charters or letres patente of a prince.*} Literæ dicuntur principum signis obsignatæ, quales sunt quas literas patentes aut bullas Pontificias vocant. *Cic. ad Balbum* Diploma statim non est datum. De literis Cæsaris intelligit, quibus Balbus restituebatur. *Sueton. in Augusto,* In diplomatibus libellis, & epistolis signandis initio sphinge vsus est, mox imagine Magni Alexandri. [*Item in Calig. cap.* 38. Prolatáque diuorum Iulij & Augusti diplomata, vt vetera & obsoleta desiderat. *& in Othō. cap.* 7. etiam diplomatibus primisque epistolis suis Neronis cognomen adiecit. *Idem in Neron cap.* 12. Diplomata ciuitatis offerre.] Græci διπλοῦν dicunt duplum. Vnde videtur, diplomata fuisse literas complicatas, & lino traiecto obsignatas. ¶ Apud Iurisconsultos accipitur pro itineris festinatione: hoc est, quū per dies singulos duplicia itinera conficiuntur *Venulerus de verb. oblig. lib. continuus.* Quibus, inquit, quasi interpretatio quædam inserta est, is qui Ephesi se daturum spoponderit, vt neque diplomata, hoc est, diebus ac noctibus, & omni tempestate contempta, iter continuare cogatur. *Et sequitur:* Quòd si diplomate ac felici nauigatione maturiùs quàm quisquam peruenerit Ephesum, confestim obligatus est. *Modest. ad l. Corn. de Fals. l.* Falsò (inquit) diplomate commeauit. *Sed præstat videre Budæum in l. qui illicitis insignib. eodem tit.* Diplomata demum intelliguntur, pro quibuscunque literis concessis à principe vel à magistratibus eius nomine siue tabellariis, vt libertum & expeditum iter faciant, siue exulibus restitutis, siue aliquo crimine absolutis, siue obligationibus. *Lege* Tractatores.

Dīpnĭās, δειπνίας, Vrbs Thessal. circa Lariſſam, vbi aiunt Apollinem primùm esse pransum, quum ex Tempe purgatus rediit. *Steph.*

DIPOENVS, SCYLLIS frater, qui ambo, *teste Plinio,* in Creta insula geniti, etiamnum Medis imperantibus, priusquam Cyrus in Persis regnare inciperet, hoc est, Olympiade circiter L. primi omnium marmore scul pendo inclaruêre. Primum Sicyonem se contulere, quæ diu fuit officinarum omnium metallorum patria, *vt ait Plin lib.* 36. *cap.* 4.

Dipōndĭum, & Dipondius, siue Dupondium & Dupondius, à duobus ponderibus dicitur nam (*vt Varro docet*) duos asses pendebat, {δυο ἰτρα ANG. *weight of twoo pounde.*} Dipondij itaque valor, si ad Gallicę pecuniæ æstimationem redigatur, erit octo denariolorum. At verò numus libralis, & dupondium, numus bilibris dicebatur. *Plin. lib.* 33. *cap.* 3. Libralis, vnde etiam nunc libella dicitur, & dupondius appendebat assis. Hinc dupondij iuris auditores quondam appellati verbo ridiculo, quasi diceres Iurisconsultos diobolares. *Iustinianus in præfat. Pandectarum.*

Dīopondĭārĭus, a, um, ὁ διμέτρος, ὁ δύο λιτρῶν. *Plin. lib.* 34. *ca.* 2. Et orichalci bonitatem imitatur in sestertiis, dipondiariisque Cyprio suo assibus cōtentis. *Colum. lib.* 4. *cap.* 30. Perticæ cacuminum modicæ plenitudinis, quæ tamen dipondiarij orbiculi crassitudinem non excedant, optimè panguntur.

DIPPAEA: Vrbs Arcadiæ *Steph.*

Dīpsăcōn, δίψακον, Spina alba, quæ & aspalathus, & diaxylō nominatur, *teste Plin. lib.* 24. *cap* 13 ¶ Est item dipsacon medicis, rerum quidam affectus, maximam inducens sitim. Alio nomine diabetes, διαβήτης. Appellatur à quibusdam etiam vrinæ profluuium; eò quòd potus statim effluat, nulla penè in corpore mutatione accepta.

Dīpsădes, δίψαδες, Serpentis genus, viperæ simile: à δίψα, sitio dictum. Suo enim morsu humorem omnem consumens, sitim maximam inducit. *Vide Lucan. lib.* 9. **Dioscorides lib.* 8. *cap.* 119. (ex Hermolai versione) Dipsadis morsus comites sunt tumor quidam solutus, sitis contenta vehementer, nunquam explebilis, nunquam interquiescēs. Proinde qui ita sunt affecti, potum hianti ore trahunt, sempérque in principio desiderij eius sunt, tanquam si nihil adhuc bibissent. Ob id ipsa Dipsas, ab aliquibus prester, ab aliis causos vocata est ¶ Est item Dipsas, lenæ cuiusdam nomen *apud Ouid. lib.* 3. *Eleg.* Est, inquit, quædam (quicunque volet cognoscere lenam, Audiat) est quædam nomine Dipsas anus.

DIPSON, ontis, Fluuius est Ciliciæ ex Tauro profluens. *Lucan. li.* 8. Tantóque videt Dispontā cadente, &c.

Dīptōtă, pen. prod. δίπτωτα, Dicuntur nomina duos tantùm casus habentia. Sic triptota, tetraptota, pentaptota, quæ habent tres, quatuor, & quinque casus.

DIRADES, διραδὲς, Pars tribus Leontidis, à Diradē quodam dicta. *Steph.*

Dīrădĭo, as, Est ad radiorum figuram compono. {οἷον εἰς ἀκτῖνας διάγραμμα εἰς σήκους ἀκτινοειδεῖς διαπείρω. GALL. Estendre ou coucher, & ordonner en façon de rays d'vne roue. ITAL. *Far qualche cosa à modo di raggi.* GERMA. Jn streinene weis ordnen. HISP. *Hazer algo à manera de rayos* ANGL. *To spred abroad lik beames*} *Colum.* Validam ergo vitem in ramos diducere censēo, & traducibus dispergere, atque diradiare.

Dīræ, arum, *Vide* DIRVS.

DIRBAE, δίρβαι, locus est Scythiæ, in quo Theos ciuitas est, *si rectè legitur apud Steph.*

DIRCAEVS, cum æ diphthongo, δίρκαῖος. Dicitur Aonius, siue Thebæ-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

nus. Nam pars Bœotiæ in qua fons est Dircæ, Dircæa cognominata est. *Et apud Virgil.* Amphion Dircæus dictus est, id est, Thebanus.

DIRCĒ, Δίρκη, Nomen mulieris, Lyci Thebarum regis vxoris, quam ille duxerat repudiata Antiopa. Sed hæc vetitanè Antiopam reuocaret, impetrauit à marito vt posset illam in vinculis detinere. Antiopa verò tempore partus soluta, gemellos quos ex Ioue conceperat (vt suprà dictum est) peperit, Amphionem videlicet & Zetum, qui postea Lycum interfecerunt: Dircen verò caudæ indomiti equi alligarunt, quæ diu ita per terram raptata, tandem deorum commiseratione in sui nominis fontem conuersa est, non procul à Thebis. *Propert. lib. 3.* Tu reddis pueris matrem, puerisque trahendam Vinxerunt Dircen sub trucis ora bouis. *Lucan. li. 3.* Fatidica Cephisos aqua, Cadmeáque Dirce. Ab hoc fonte Thebani dicti sunt Dircæi. [*Plaut. Pseu sc. 2. a. 1.* Dircam siue Dircen duo nati Iouis deuinxere ad Taurum.] ¶ Alia fuit Dirce Babylonia, quæ sua forma tumens quum Palladi cõuitiaretur, inter lauandum in piscem conuersa est. *Ouid. lib. 4. Metamorph.* Dirce quam versam squamis velantibus artus Stagna Palæstini credunt coluisse figura.

DIRCENNĂ, Fons est gelidissimus in Hispania Tarraconensi non procul à Bilbili. *Martial. libr. 1.* Auidam rigens Dircenna placabit sitim.

DIRE, Δειρή, Promontorium & vrbs eiusdem nominis iuxta Æthiopiam. Est & ciuitas Athenienſium socia. *Steph.*

DIRIBĔRĔ, & DIRĬMĔRĔ, illud tabellarum, hoc suffragiorum video proprium verbum fuisse: neutrum autem satis fuisse manifestum. Dirimere tabellas, significat distribuere: diribebantur autem iis, qui suffragium laturi essent: *de quo sic in oratione in Pisonem:* Hoc certè video, vos rogatores, vos diribitores, vos custodes fuisse tabellarum. *& in eam post reditum in senatu:* Quando illa dignitate tot rogatores, diribitores, custodésque vidistis? loquitur autem *Cicero* de lege pro ipsius reditu comitiis centuriatis lata. Nec dubito quin legendum sit, Diribeantur, non diripiantur, *in ea in Pisonem, in eo loco:* An expectas, dum de re LXXV. tabellæ diripiantur? ita hoc verbum non in comitiis solùm, verùm etiã in iudiciis vsurpatum patebit. nã hoc proximum exemplum satis planè iudiciũ, quod Pisoni Cicero minatur, significat. *Plinius* autem ad alias res transtulit hoc verbum. ait enim sic *lib. 36. c. 25.* Hic est ille domitor orbis populus, qui gentes & regna diriber. Quod autem *in oratione pro Plancio vir diligens & eruditus* legendum putat, pro direptio, diribitio: rectius opinor sensisset, si direptio reponere maluisset: quum enim populus, aut iudices tabellas voluntatis indices, in cistas deposuerant, tum vt intelligeretur, quæ tabellæ legem probarent, quæ reiicerent: aut quæ reum absolueret, quę condemnarent, omnes dinumerari, & separari necesse erat, id autem, dirimere, eáque actio direptio vocabatur. id ita esse, planè demonstrat *Varro de Re rust. lib. 3.* Comitiis, inquit, ædilitiis, quum ego atque Axius suffragium tulissemus, Axius mihi, Dum dirimuntur, inquit, suffragia, vis potiùs Villę publicæ vtamur vmbra, quàm priuati candidati tabellã: sic enim scriptum est in veteribus libris, non vt à quibusdam, huius verbi vim ignorantibus, nimis temerè est intrusum, diribentur. *In Epistola quoque 4. lib. 3. ad Quint. Fatr.* Cato, inquit, diruptis tabellis de circulo se subduxit: vbi, diremptis, legi malim. perspicuè autem huius verbi sententiam demonstrat *Luca. lib. 5.* in illo versu, Et non admissæ dirimit suffragia plebis, pro dinumerat & discernit. *Hæc ex obseruationibus Aldi.*

DIRIBITŌRĬUM, {τὸ λογιστήριον. GALL. Le lieu où on fait la monstre des gens d'armes, ou on les paye: où bien le lieu où se retirent les seruiteurs d'vne maison. IT. *Luogo doue si pagauano gli esserciti, la banca di soldati.* GER. ein musterplatz, ein ort da man den kriegsleuten den sold bezalt. HI. *Lugar donde se haʒia el alarde.* ANG. *The place of payement or distribution a muster place.*} Locus erat in quo recensebatur exercitus, & stipendia militiæ numerabantur: à diribendo, hoc est, distribuendo. [*Suet. in Claud. c. 18.* In diribitorio duabus noctibus mansit.] Vnde & diribitores, id est distributores.

[Diribitor, oris, Distributor, diuisor, *Gall.* Le Threſaurier, le Bourſier, Celuy qui distribuë, qui compte argent à plusieurs: *Cic. in Orat. post Redit.* suum ad Senatum.] Quando, inquit, illa dignitate torrogatores, diribitores, custodésque vidistis? Hoc est, diuisores, distributorésque, qui inter tribus viritim pecuniam diuiderent. *Plaut. in Aulul.* curiarum magistros appellauit. ¶ Diribitorium etiam locus dicebatur in quo ministri versabantur: & diribitores, ministri ipsi dicti sunt. *Apul. libr. 2. de Asin.* Diribitores plusculi, splendidè amicti, fercula copiosa scitulè subuministrata. *Plin. in epist* pædagium videtur appellare, ἀπὸ τῆς παίδων, id est, à pueris, & ministris.

DĪRĬGĔO, ges, gui, Præ frigore aut timore, aut alio casu viribus destituor. {πάγνυμι, συμπαγῶ. GALL. Deuenir gourd & roide qu'on ne se peut remuer, soit de froideur, crainte, ou autre auenture. ITAL. *Indurirsi per gran fredo, ò per timore, diuenir rigido.* GERMA. Vor kelte/frost oder anderen zufal erstarren. HISPAN. *Pasmarse eriçarse, y quasi hazerse duro como quien se yela.* AN. *To shrink for cold or for feare.*} *Virgil. lib. 8. Æneid* Diriguit visu in medio, calor ossa reliquit, id est, præ terrore rigidus factus est. *Idem 3. Æneid.* At sociis subita gelidus formidine sanguis Diriguit.

DĪRĬGO, gis, pen. corr. ex di & rego, Rego, rectum facio, dispono, compono, ord no, ultimo. {ישר *yschschér* תקן *tikken.* διώνω, σωστεύω. GALL Dresser, viser, ordonner. ITAL. *Drizzare.* GER. Richten/ etwas trumbs schlecht machen HISP. *Emendar ò endereçar.* ANG. *To mak right or sett streight.*} *Plin. in Paneg.* Nam vita principis censura est, eáque perpetua, ad hanc dirigimur, ad hanc conuertimur: nec tam imperio nobis opus est quàm exemplo. *Cic. 3. de Orat.* Nec sunt hæc rhythmorum aut musicorum acerrima norma dirigenda. *Planc. Ciceroni,* Ad Mutinam iter dirigerem. *Virgil. 7. Æneid.* Direxere acies. *Vbi Seruius,* Ordinarunt in latitudinem. [*Ouid. 6. Fast.* Si domus illa tua est (ô Bacche) dirige vatis opus. *Velleius,* Direxit fugam ad eius arbitrium. Dirigere bibliothecas *Sueton. in Cæs. cap. 44.* Et, Dirigere vela aliquò. *Cæsar lib. 2. de bell. ciu.* Item, Dirigere finem) id est determinare.) *Liui. lib. 9. decad. 4.*]

DĪRĔCTUS, participium, Rectus. {מישר *mejuschschár* מתקן *methukkán.* δίωνω θείς. GAL. Adressé, mis, ietté ou dressé droit. ITAL. *Drizzo.* GER. Gerad/gerichtet in die gerãde. HISPAN. *Endereçado.* ANGL. *Set right and straight.*} vt, directi pedes, directum iter, directus ordo, *Cato cap. 18.* Arbores ad stipitem primùm directos pedes sic decim. *Cicer. de Nat. Deor.* Flexuosum iter habet, nequid intrare possit, sit simplex & directum pateratq; *Cicero pro Cecin.* Eius autem fundi extremam partem oleæ directo ordine definiunt. [*Velleius:* Directa acie pugnare. *Tibul. lib. 4.* Modo directo contendere cursu, seu curuo gyro (de equestri exercitu.)]

DĪRĔCTĒ, siue directò, aduerb. {למישרים *lemeschárim.* εὐθέως. GALL. Droitement, tout droit. ITALIC. *Drittamente.* GERMAN. Gestracks/ schnurschlechtig. HI. *Derechamente. sin torcer.* AN. *Rightly, straightly.*} *Cic. in Part.* Alterum ad finem directò spectat. *Ibidem,* Vt quum semel dictum sit directè.

DĪRĔCTĬO, Verbale. {מישר *meschár.* εὐθυσμία, εὐθυωρία, διάθυνσις. GAL. Addressement. IT. *Addrezzamento.* GER. Richtung. HIS. *Enderecamiento, obra de emendar ò endereçar.* ANG. *A setting right or straight.*} vt, Directio ad veritatem, *Quintil. lib. 3. c. 7. in fin.* Rationis directio ad veritatem. *Idem lib. 3. c. 6.*

DĪRĔCTUM, directi, ὀρθωτόν. subſtantiuum. *Cic. in Part.* Æquitatis autem vis est duplex, cuius altera directi, & veri & iusti, & (vt dicitur) æqui & boni ratione defenditur.

DĪRĔCTĀRĬI, Fures appellantur ij qui in aliena cœnacula se dirigunt furãdi animo iisque seuerius quàm fures puniendi sunt. *Vlpianus de iniur. & famos libel. l. Sacularij.* Sunt tamen qui hoc loco *apud Vlpianum* Diætarios malint legere, quòd fures huiusmodi in alienas diætas soleant transcendere. *Vide in dictione* DIAETA.

DĪRĬMO, is, pen corr. diremi, diremptum, ex di & emo, interposita r. siue ex dis, & emo, sin r mutata, componi videtur. Diuido, separo, distraho. {דכדיל *hitdil* פרד *perédh* גזר *ghazár.* διαχώρισμα, διείργω, ἀπεκλητῶ, διαλαμβάνω. GAL. Separer, diuiser, departir. IT. *Spartire, diuidere.* GER. Zerteilen/von einandren scheiden. HIS. *Apartar.* ANGL. *To separat, to parte thame that be at variance.*} *Plaut. in Amphitr.* Sed prælium id tandem diremit nox interuentu suo. [*Idem ibidem,* Rixam, vt potest, dirimam. Dirimere nuptias. *Sueton. in Cæs. cap. 43.*] *Virg. 5. Æneid.* & prælia voce diremit. ¶ Sic dirimere litem, id est, dissoluere & decidere. ¶ Dirimere tempus, est differre, & in aliam diem aliquid reiicere: pro quo etiam diffundere [vel potiùs diffindere] diem veteres dixerunt. [Vide Diffundo.] *Cic. de Diuinat.* Quid enim habet aruspex, cur pulmo incisus etiam in bonis extis dirimat tempus, & proferat diem? ¶ Aliquando dirimere ponitur pro destruere. διαλύειν, διαπίπτειν. *Sallust.* Quia nondum frequentes armati conuenerant, ea res consilium diremit. * Dirimuntur oppida vnius diei itinere: Id est, distant inter se vnius diei itinere, siue absunt inter se. *Plin. epist. 94. lib. 6.* Hunc ego non vt multi, sed arctissimè diligo, oppida nostra vnius diei itinere dirimuntur.

DĪRĒMPTŪS, us, ui, Separatio. {גזר *gézer.* διάλυσις, διαίρεσις. GALLIC. Departie, separation. ITAL. *Separatione, rompimento.* GERMAN. Zerteilung/absünderung. HISP. *Apartamiento.* ANGLICE, *Separating or seuering.*} *Cicer. 1. Tusc.* Est enim interitus quasi discessus, & secretio, ac diremptus earum partium quæ ante interitum iunctione aliqua tenebantur. [*Velleius:* Dirempti gradibus ætatis Cicero, Crassus, Hortensius. *Idem Vell.* Omnia dirimente fortuna inter duces (morte sup. Iuliæ.)]

DĪRĒMPTĬO, Distractio. {גזר *gézer.* διάλυσις. ANGL. *A seuering.*} Locus autem Ciceronis ex Planciana malè hîc antea ascriptus erat: Non enim legendum in eo est Diremptio, sed Diribitio. Interim tamen dubitandum non est quin hoc vocabulum apud Latinos autores reperiatur.

DĪRĬPĬO, pis, Dispopulor, spolio, in diuersas partes rapio. {שסס *schasás* שסה *schasáh* בזז *bazáz.* ἅρπω ἢ ῥίπω, διαρπάζω. GALL. Rauir, piller, arracher & emporter. ITA. *Rapire, torper forza.* GERM. Berauben/plunderen. HISP. *Arrebatar.* ANGL. *To tak or pull away to despoile.*} *Cic. Attic. lib. 3.* Patriam non seruandam ad reditum nostrum, sed diripiendam, inflammandámque reliquimus. *Diripere aliquem è loco, pro Vi abstrahere. Cic. de Prouinciis Consul.* Hos de prouinciis si non aliquando deducendi essent, diripiendos non putaretis? *Diripere de authoritate alicuius, per translationem. Cic. pro Sylla,* Sed vt ille Iudices, quãtum de mea authoritate diripuisset, tantum de se huius præsidiis diminuturum sperauit.

* DIREPTOR, Verbale. Qui diripit *Cic. 7. Verr.* O præclarum custodem ouium (vt aiunt) lupum, custósne vrbis, an direptor, & vexator esset Antonius?

DĪRĒPTĬO, verbale, {משסה *meschisáh* בזה *bizzáh.* διαρπαγή. GAL. Rauissement, pillerie. IT. *Rapimento.* GE. Beraubung/plunderung. HIS. *Arrebatamiento.* AN. *A robbing, pilling or sacking.*} *Cic. lib. 2. epist.* Vrbs relicta descriptioni atque incendiis.

* DIREPTUS, a, um, Particip. διαρπασθείς. *Cic. 1. de Finib.* Sapientia est adhibenda, quæ & terroribus cupiditatibúsque detractis, & omnium falsarum opinionum temeritate direpta, certissimam se nobis ducem præbeat ad voluptatem.

DĪRĪS, Mons est Mauritaniæ, quem propter altitudinem, cæli columen nam vocauerunt. *Meminit Plin. lib. 5. cap. 1.* vbi Dyris scribitur per y Græcum.

DIRPHYS, δίρφυς, Mons Eubœæ, vbi Dirphya Iuno colitur. *Steph.*

DĪRŪMPO, pis, Variè rumpo, seu violenter scindo. {פרץ קרע *karáh* פרם *paráts.* διαῤῥήγνυμι. GA. Derompre, briser, casser, creuer. IT. *Rompere à forza.* GE. Zerreissen/zerbrächen. HI. *Romper per fuerça, ò en diuersas partes.* AN. *To braſt or bracke a sunder.*} *Plau. in Curc. sc. 1. a. 2.* Geminos in ventre videor habere filios, nihil metuo, nisi medius dirumpar miser. Refertur quandoque ad animum. *Cic. ad Att. li. 7.* Dirumpor dolore.

[Diruptus, a, um, *Item* Diruptior, *Liu. lib. 8. dec. 4.* Diruptæ rupes: *Idem lib. 9. dec. 4.* Et, prona & dirupta spatia: *Gell. cap. 2. lib. 6.*]

DĪRŪPTĬO, *Senec. Quæst. Natur. lib. 2. c. 15.* Necessariò vastum in tam magnorum corporum diruptione reddit sonum.

DĪRŪNCĪNO, as, pen. cor. Dissecо & dissipo, Tractum à runcinatis, quæ maiores serræ dicuntur, quibus fabri lignarij maiora ligna secant. *Plaut. Mil.* Vt lapide diruncinauit militem.

DĪRŪN-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Dīrūncĭo, teſte Feſto, Depurgo. {נקה nikkáh. GAL. Purger. ITA. Purgare. GERM. Seuberen/reuten. HISP. Purgar ò olimpiar. ANG. To purge, gara. GERM. Seuberen/reuten. HISP. Purgar ò olimpiar. ANG. To purge, to mak cleane frome weedes. } Verbum agriculturæ antiquum, à runca deductum, quod inſtrumentum eſt exeidendis dumetis idoneum.

Dīrŭo, is, Deiicio, euerto, atque deſtruo. {חפיר hippíl הרס harás. καταβάλλω, καταστρέφω. GAL. Mettre par terre, ruer ius. ITA. Ruinare, diſtruggere. GERM. Niderbrechen/ Zerſtören. HISP. Derribar edificio, deſtruir. ANG. To breake downe, to deſtroye, to ouerthrowe. } Liu. lib. 1. Fragor tectorum, quæ diruebantur, vltimis vrbis partib. audiebatur. Terentius in Adelph. Hanc in horto maceriem iube dirui. Liu. Legiones deinde ductæ ad diruendam vrbem. Cic. ad Quint. fr. at. lib. 1. Multas abs te eſſe liberatas vrbes, complures dirutas, ac penè deſertas.

Diuīnŭs, substantiuum, Qui diuinat, prædicit, vates. {קסם *kosém*. μάντις, θεσπέσιος. GALLIC. Deuin, qui predit, prediseur. ITA. *Indouino, che predice le cose occulte, Diuino.* GERM. Ein warsager. HISP. *El que a deuina.* ANG. *That gesseth, a soothsayer or teller of thinges, to come.* } *Plaut. Amph. sc. 2. a. 2.* Nunc tu diuiné fac huc adsis Sosia (de Mercurio.) *Martial.* Nõ sum diuinus, sed scio quid facias. *Cic. de Fato*, Hoc loco Chrysippus æstuans, falsi sperat Chaldæos, cæterósque diuinos. ¶Auis diuina imbrium: id est diuinatrix & prænuntia. *Horat. lib. 3. Carm.* Antequam stantes repetat paludes Imbrium diuina auis imminentum Cornicem intelligit, imminentium imbrium præsciam, vel *Virgilio teste*, Tum cornix plena pluuiam vocat improba voce. [¶Diuini gerebant laurum & lucernam. *Senec. cap. 17. de vita beat.*]

Diuīnĭpŏtēns, Qui in diuinis potestatem habet. θεοκρατής. *Apuleius*, Saga & diuinipotens cælum deponere.

Diuīno, as, pen. prod. Vaticinor, augutor, coniicio, futura significo, præsagio. {קסם *kasám* נחש *nichéfsch*. μαντεύομαι. GAL. Deuiner, predire les choses à venir. ITA. *Indouinare.* GERM. Warsagen/rathen. HISP. *Adeuinar.* ANG. *To coniecture, to soothsay, to tell thinges to come.* } Dictum videtur à nomine diuinus, quia diuinum quiddam, & supra mortalis sagacitatis sortem esse videtur, futura prædicere, aut occulta in lucé proferre. *Terent. in Hecyr.* Planè hic diuinat. *Cic. de Senect.* Cuius sermone ita tum cupidè fruebar quasi iam diuinarem id quod euenit, illo extincto fore vnde discerem, neminem. [*Ouid. Eleg. 8. lib. 1. Trist.* Hac ratione & coniectura diuinaui, notitiámque tuli. *Ouid. ibidem El. 4. lib. 4.* Sic animo quondam non diuinante futura optabam, &c. Quis in tam obscura veritate diuinat, vtrum, &c. *Senec. cap. 10. de Consol. ad Polyb.*] ¶Huius composita, addiuino, prædiuino, quod *Plautus* posuit pro præsentio, quum ait *lib.* 10. Tum vniuersæ prouolant, si dies mitis futurus est: prædiuinant enim ventos, imbrésque, & tunc se continent tectis.

Diuīnātŭs, participium passiuum. {ANG. *Gessed, deemed.* } *Ouid. de Nuce* Vt diuinatas auferat augur opes.

Diuīnātĭo, Augurium, vaticinatio, prædictio, præsentio, rerum futurarum scientia. {קסם *késem* נחש *náchasch*. μαντεία, μαντική. GAL. Deuinement, prediction des choses à aduenir. ITA. *Indouinamento.* GER. Diuina warsagung oder weyssagung. HISPAN. *A deuinacion.* ANGL. *Soothsaying, telling of thinges to come.* } *Cic. 1. de Diuinat.* Versari quandam inter homines diuinationem, quam Græci μαντικὴν, appellant, id id est præsentionem, & scientiam rerum futurarum: Chrysippus diuinationem definit esse vim cognoscentem, & videntem, & explicantem signa quæ à dijs hominibus portenduntur. Officium autem esse eius, præcognoscere dij erga homines mente qua sint, quídque significent, quemadmodúmque ea procurentur atque expientur. *Hac Cic. de Diuinat. lib. 2.* ¶Dicitur etiam diuinatio, iudicium, siue cognitio de constitutione accusatoris, quum scilicet ea duobus, pluribúsve accusationem ambientibus, deligendus est qui maximè sit idoneus. Quemadmodum in accusatione Verris certamen erat inter M. Tullium & Cæcilium quendam vter in accusando deberet præferri. Vnde etiam prima illa inter Verrinas oratio Diuinatio appellatur. Ratio nominis hæc est, quia in aliis iudiciis iudex ea quæ testibus, tabulis,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

b ulis,vel argumentis probata sunt,sequi debet. Quum autem accusator est eligendus,ex leuibus quibusdam & exilibus indiciis & consecturis iudicare debet,& penè diuinare quis ad accusandum maximè sit idoneus.[*Vide Fabium c.12.lib.4.*]

Diuīnĭtās,tatis,Numen,maiestas diuina)(humanitas, {θεότης. GALLI. Diuinité.ITA.*Diuinità*.GE.Gottheit.HI.*Diuinidad*.ANG.*Diuinitie,godhead*.}*Plin. lib.19.c.11.* Opus ingens,occultúmque diuinitatis, & quo nullum reperiri possit maius. [¶*Item*,Diuinitas dicitur consecratio siue relatio inter Deos,quæ à Græcis ἀποθέωσις vocatur.*Suet.in August. c.97.* Mors eius diuinitátíque post mortem euidentissimis ostentis præcognita est.]

Diuīnĕ, aduerbium, Ad deorum similitudinem,deorum more,& supra humanas vires, quasi diuini numinis instinctu.{θείως,θείως.GALLIC. Diuinement.ITALIC.*Diuinamente*.GERM.Göttlichen. HIS. *Diuinamente*.ANGLIC.*Godly,by inspiration*.}*Cic.Attic.lib.4.* Præclarè igitur conscientia sustentor,quum cogito me de Republic. aut meruisse oprime,quum potuerim:aut certè nunquam nisi de ea diuinè cogitasse.*Quintil.lib.1.c.10.* Quæ Tullius in Oratore diuinè,vt omnia exequitur.

Diuīnĭtŭs,pen.cor.aduerbium à deo,siue à diuis.{מיחוה *meadhonái* θεῖον. GA.De Dieu,venant de Dieu,diuinement.IT.*Da Dio,diuinamente*.GE.Von oben herab.H.*Diuinamente*.AN.*From God,by goddes wil*.} Quæ quidem credo,quia sit diuinitus illis Ingenium. *Cic.1.de Orat.* Quæ diuinitus accedunt.*Ibidem*,Diuinitus ad nos delatum. ¶Interdum idem est quod diuinè,hoc est deorum,vel diuorum more,insigniter & quasi humanis viribus excellentius,θείως.*Cic.2.de Orat.* Ille locus inductus est à me diuinitus.*Idem Att.lib.1.* Varro mihi satisfacit:Pompeius loquitur diuinitus.

Diuortium.Diremptio matrimonij inter virum & vxorem. {διαπεμπή. GAL.Diuorce,separation de mariage.IT.*Ripúdio*.GER.Die verstoßung eines ehemeibs/ein eheſcheidung.HIS.*El desecho*.ANG.*A diuorce.a putting away of ones wife*.}A diuersitate mentium dictum est.[vel, vt ait *Paulus lib.50.Pandectarum*, Diuortium dictum est,quia in diuersas partes eunt qui discedunt,hoc est] qui distrahunt matrimonium. Interest autem inter diuortium & repudium,quòd diuortium sit inter coniuges:repudium inter sponsos. [Cæterùm,Diuortium deflexum esse de via Nonius scribit,à diuertendo,&c. Diuortij formula,valeas: tibi habeas res tuas,redde meas.*Pla.Amph.*]

Diūrnŭs,Diurno,*Vide* DIES.

Diūtĭus,Diutile,[vel potiùs diutulè.]Diutinus,Diutissime,Diuturnus.*Vide* DIES.

Diūulgo,diuulgas,est Vulgò notum facere,vel rem aliquam in vulgus spargere. {הודיע *hodhía*. διαπυνθάνομαι, διαδίδωμι. GALLIC. Diuulguer, publier quelque chose.ITALIC.*Diuolgare,publicare*.GERMAN.Gemein machen/vnder das gemein volck außbringen. HISP.*Diuulgar ò publicar*.ANGLI.*To publish,to make knowen abroade*.}*Cic.Balbo*, Quare visum est occultius agendum,neque vllo modo diuulgandum. Quo in loco quidam corruptis exemplaribus decepti legunt, Dimulgandum.*Idem 2.Philip.* Quàm multa seria nec tamen vllo modo diuulganda.

Diuūlgātŭs,nomen ex participio. {ANGL. *Made common,published*.} *Cic.Furnio lib.10.* Te adipiscendi magistratus leuissimi, & diuulgatissimi,si ita adipiscare vt plærique,præpropera festinatio abducet à laudibus.

Diuūs,*vide* DIVS.

[Dixo,is.*vide* Dico.]

DIZERES,*Vide* χάος in *Steph.*

DIZERVS,Λίζηρος,Vrbs Illyriæ,dicta nimirum ἀπὸ τῆς διζήσεως πλανωμένης,quòd illic quæsita sit Medea.*Steph.*

D ante O.

D.O.in notis antiquorum,dis omnibus,vel Deo optimo. DOMIC. COS.XIII.LVC.SÆC.F.C. Domicus Consul. XIII. ludos sæculares faciendos curauit.DO.TRA.vel TRIN.diuo Traiano.DO.VAL.diuo Valerio vel Valeriano.DOT.Dotem.DOT.R.dotem recuperauit. D.P.Diuus pius,vel dis penatibus,vel patrius,vel dotis promissio,vel dotem petit,vel deuota persona,vel de pecunia.D.PEC.R. de pecuniis repetundis.D.P. F.denuntiandi potestatem fecit.D.PP.Deo perpetuo.DPO.depositio.D.PF.de præfecto.D.P.ORT.de parte orientis.D.P.S.de Principibus.D.P.OC.de parte occidentis.DPS.discipulus,D.P.S.D.L.DP.Deo posuit sibi,dis locum dedit publicè.D.Q.dis Quirinalibus,vel disque.D.Q.R.de qua re.D.Q.S.de quo suprà, vel die quo suprà.

Do,das,dedi,datum,dare. {נתן *nathán*.δίδωμι.GALLI.Donner.ITA.*Dare*.GER.Gäben.HI.*Dár simplemente*.ANG.*To giue*.} cuius composita, si sint ex monosyllabis præpositionibus,sunt tertiæ coniugationis,& præteritum geminant:vt Reddo,dis,reddidi.Perdo,dis,perdidi. Cætera simplicis seruant declinationem,vt Circundo,as,circundedi,datum:Pessundo,as,pessundedi,datum.

¶ Variam habet constructionem. Quandoque duos datiuos exigit, pro ascribere,seu imputare:quanuis alter eorum nõ semper ponatur, sed nonnunquam subintelligitur. *Cic.lib.2.Offic.* Nec Marco quidem Scio vitio datum,quòd in caritate annonæ asse modium dedit populo.*Terent.* vnum tantum expressit,Nunc quam rem vitio dent,quæso, animaduertite,subintelligitur poëtæ.*Plau.in Amph.* Nunc tibi hanc pateram,quę dono mihi ob virtutem data est, Alcumena tibi condono.Aliquando vltra datiuum ponitur accusatiuus cum præpositione ad.*Cic.Corni.* Literas ad te nunquam habui cui darem,quin dederim. *Idem ad Quint.Fratrem*,Oculos autem natura nobis,vt equo & leoni seras & caudam,& aures ad motus animorum declarandos dedit. Aliquando præter datiuum ponitur accusatiuus cum præpositione In.*Terent.in Phorm.* Dic quid velis dari tibi in manum, vt herus his desistat litibus. Nonnunquam loco datiui ponitur accusatiuus cum præpositione ad.*Cic.2.Phil.* Ad sepulturam corpus vitrici sui negat à me datum.Interdum accusatiuus cum præpositione in.*Plau.in Capt.* Hoc si faxis,dabo in Caueam.*Cic.Terent.* In viam quòd te des hoc tempore,nihil est,Id est,non est causa quare te viæ committas.

*Dare ciuitatem alicui.*Cic.3.de Finib.* Itaque mihi videris Latinè docere Philosophiam,& ei quasi ciuitatem dare.Id est,ciuem facere.

¶ Dare cuipiam pecuniam à trapezita,est pecuniam à trapezita sumere,& alteri dare,vel per manus trapezitæ alicui pecuniam dare.δοναι παρὰ τῦ τραπεζίτου.*Plau.in Capt.* Sequere me hac, viaticum vt dem à trapezita tibi.

[¶ Qui dant,quíque accipiunt fœnore. *Pl.Curc.sc.1.a.4.* Da ab Delphio cantharum circum.*Pl.Most.sc.4.a.1.* ¶ Dare mancupio(id est,vendere.)Vide Mancupium.Dare statuam faciundam,(id est,locare)*Pl. Curc.sc.1.a.3.Item*,Da aures facundas. *Plau.Men.sc.3.a.3.* Istuc aliis dare condidici.(id est,adulari.)*Pl.ps.sc.1.a.4.* Dedit librum eius nomi nis(id est,dicauit.) *Gell. c.18.lib.2.* ¶ Do tibi hanc animam & Reip. (id est,deuoueo.)*Gell.cap.7.lib.3.* Dedi(pecuniam)dum fuit.*Pla.ps.sc. 3.a.1.* ¶ Dare 30.minas,quas apud te deposui,(id est,reddere.)

¶ Dare sententiam,pro dicere:*Liuius lib.8 ab Vrb.* Dabatur miles infrequens,(id est, dicebatur) *Gell.cap.4.lib.16.* ¶ Incoctum non expromit: benè coctum dabit.(id est, reddet.) *Plaut.Milit. sc.2.a.2.* *Item*,Dare,pro legare.Iustè ab iustis iustus orator datus (id est, legatus:vt do lego.)

¶ Dare defensum,*Virgil.12.Æneid.* Dabo hanc mactatum victimam manibus.*Liu.lib.4.ab vrb.& 2.bell.Pun.* Dare emptum, vide emptus. Dare nuptum,vide Nubo, Dato me excruciatum. *Pla.Milit sc.3.a.2.* Dare vtendum,vide vtor. ¶ Dare aduocationem, vide Aduocatio. Dare inferias manibus. Dare impressionem.*Liu.lib.4.ab Vrb.* Dare impetum*I.dem Liu.* Dare ictus.*Liu.lib.5.d.4.* Dare letho:vide Lethum. Dare exitio,vide Exitium.¶Dare summam rerum in aleam.*Liu.2.d.5.* Dare se conuiuio frequenti.*Suet.in Cæs.cap.30.* Datus est sermo per vrbem.*Liu.2.ab Vrb.* Dare aliquid delectationis.*Quintil.* Dabimus te in omnem memoriam. *Senec.cap.14.de Tranq.* Dare ignibus scripta. *Ouid.El.vlt.lib.4.Trist.* Dati ad supplicium.*Suet.in Calig.c.1.* Dare supplicium,vide Supplicium.

¶ Dare absentibus secundum presentes,(id est, Iudicare.)*Sueton.in Claud.c.15.* Datum memoriæ,(id est,mandatum)*Gell.c.1.lib.7.* Hęc data sunt in nomen Democriti.*Gell.c.12.lib.10.* Quin te mihi das hilarem? *Pl.Asin.sc.1.a.5.* Roga me.Dabis? Dabo.(Stipulationis periphrasis.)*Plau.* Dare iusiurandum.vide Iusiurandum.Dare nomen:vide Nomen.Dare dono,vide Donum.Do Iouem testem tibi.*Plaut.ps.sc.5.a.1.* Conuiuis cœnam conditam dabo.*Pl.ps.sc.2.a.3.* Te ad Carnificem dabo.*Pl.Capt.sc.vlt.a.3.* Te ad pistores dabo. *Idem Asin.sc.4.a.3.* Priusquam animum meum isti dedi(amicæ.)*Pl.Asin.sc.2.a.1.* Nisi nos mauult crucibus contubernales dari.*Pl.Mil.sc.2.a.2.* His legibus,si quam dare vult vxorem ducam.*Pla.Aul sc.3 a.2.* In ruborem te totum dabo. *Pl.Capt.sc.2.a.5.* Dare insidias alicui:vide Insidiæ.Dare pensum, vide Pensum.Dare suauium,vide Suauium. Dare operam concioni.*Pla. Men.sc.1.a.3.* Da puere ab summo(Paulò antè,Iube dare vinum.)*Pla. Asin.sc.2 a.5.* Mortuum me mauelim,quàm non illi dem insidias seni. *Plaut Aul.sc.3.a.4.* Si non est quod dem, vísne dem me ipse in pedes.*Plaut.Capt.sc.2.a.1.* Æstimatum hunc mihi des,quem mittam ad patrem.*Plaut.Capt.sc.2.a.2.* Impransus miles astat: æs censet dari (id est datum iri)*Plaut.Aul.sc.5.a.3.* Dedi qui perdere posset Hectora.*Ouid.13.Metam.*]

¶Quandoq; plures habet accusatiuos,à diuersis pendentibus præpositionibus.*Colum lib.9.* Ascensus deinde auibus ad tabulata per vtranque cellam datur. Sæpius tamen post accusatiuum regit datiuum , & hoc variis artibus applicari solet.*Plaut.in Epid.* Si æquum sit,me plus sapere quàm vos,dederim vobis consiliũ cautum quod laudetis.*Idem in Curc.* Nunc rei diuinæ operam dabo.*Idem in Merc.* Me toxico mori dabo.*Idem in Capt.* Do tibi operam si quid est quod me velis. *Cellius*,Cretenses quoque prælia ingredi solitos memoriæ datum est,&c. ¶Item pro offerre,obiicere,παρέχειν.*Terent.in Hecyr.* Profectò hoc sic est,vt puto,Omnibus nobis vt res dant sese,ita magni atque humiles sumus Item inferre,inducere.*Virgil.12.Æneid.* Magnam dabit ille ruinam Arboribus.item dicere,φράζειν.*Terentius in Heaut.* Nunc quamobrem has partes didicerim,paucis dabo.¶Item obtemperare, ἐαυτὸν ἐνδιδόναι,μὴ ἀντιβαίνειν τινι.*Terent.in Adelph.* Da te mihi, id est,accommoda te meæ voluntati.¶Dare etiam mulieres dicuntur, quum copiam sui faciunt.*Martialis*,Casta igitur nulla est? castæ sunt mille,quid ergo? Casta fuit,non dat,non tamen illa negat.*Idem*, Non solet accipere.quid solet ergo?dare.[*Item*,Dare corpus in vulgus,*Gell.cap.7.lib. 6.* Sed Acca Larentia corpus in vulgus dabat.Dare etiam dicuntur viri,qui se stupro mutuo cõtaminant.*Cic.apud Suet.in Cæs.c.49.* Ioquęs de Nicomede rege & Cæsare:Notum est,& quid ille tibi, & quid illi tu dederis.¶Item facere.*Terent.in Adelph.* O Æschine, pol haud paternum isthuc dedisti.

¶ Item citare,*vt apud eundem in Eunu.* Ludum iocúmque dices fuisse illum alterum, præut huius rabies quæ dabit , ὅσον ἐπὶ τούτῳ μανίᾳ ἔσται. ¶Dare manus,est se victum fateri,τὸ χεῖρα παρέχειν.

¶Dare pœnas,& sustinere.δίκην ὑπέχειν.*Lactan.li.8.* Sed tamen docent nos Sanctæ literæ quemadmodum pœnas impij sunt daturi. ¶Dare veniam,interdum concedere,quod petitur. συγγνώμην ἀπονέμειν. *Terentius*,Da veniam quæso filio tuo.*Cic.de Orato.* Dabis hanc veniam,mi frater.¶Dare operam,est adiuuare,inseruire, προσέχειν. *Terentius in Phorm.* Nos operam dabamus Phædriæ.Sæpe etiam inuigilare,vt quũ dicimus,Literis operam dare. ¶Dare potestatem, est rem in alterius arbitrio permittere.δοῦναι ἐξουσίαν *Plin.* Vt qui suarum omnium rerum potestatem auunculo dederat.Pro quo etiam eleganter dicimus,Facere potestatem. ¶Dare fidem,est aliquid sanctè promittere.πίστιν δοῦναι,βεβαιῶσαι. *Cic.de Amic.& Terent.Eunuch.* ¶Dare actionem vel iudicium,est actorem ad intendendam actionem admittere.*Cic.4.Ver.* Si quis eum pulsasset,edixit se iudicium iniuriarum non daturũ: quicquid ab eo peteretur, iudicem dè sua cohorte daturum: ipsi autem nullius rei actionem sese daturum. ¶Dare linteamentum in plagam est festucas lintei in vulnus inserere,cùm oleo, aliísve medicamentis

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

liquidis,quæ Græci ἔμματα appellant.*Celsus lib.7.c.9.* Vlteriores verò, lunatásque in plagas linteamentum dandum est, vt caro increscens vulnus impleat. ¶Dare in manum,significat de manu in manum tradere,ἐγχειρίζειν. *Terentius in And.* Hanc mihi in manum dat. ¶Dare se in disciplinam,est se alicui instituendum permittere.*Gell lib.5.cap* 10. Is in disciplinam Protagoræ sese dedit. ¶Dare verba alicui, est decipere,*Plaut. Aulul.* nimísque ego hanc metuo male, Ne mihi ex insidiis verba imprudenti duit. ¶Datum est,id est fato decretóque concessum est. δεδόσθαι. *Terent.Eunuch.* Est istuc datum profectò,vt grata mihi sint quæ facio omnia. *Sic Virgil.7.Æneid.* Non dabitur regnis (esto)prohibere Latinis.*Dare bibere,quod aliqui impropriè propinare dicunt: quum propinare, propriè præbibere sit,vel prægustare. *Terent. Andr.* Pòst deinde quod iussi,ei date bibere.*Vbi Donatus,* Dare bibere,consuetudine magis quàm ratione dixit,pro Dare ei potionem.*Lucilius in Sexto,* Date bibere summo. Nam duo verba actiua nullam habent significationem sine nomine aut pronomine, vt si dicas, Dic facere. *Cato de Re rust.cap.*89. Bis in die farciat & meridie bibere dato. De gallinaceis & anseribus farciendis dixit. [*Livius initio lib.*3.Dare agiũ diuidere.*Pla.Amphitr.*Si datur hodie illum apprehendere.(id est,si possum.) ¶Datur cernere, id est potest cerni,vel licet cernere. *Plinius Epistol.*10. Quantum mihi tamen cernere datur, multa in Euphrate sic eminent & elucent, vt mediocriter quoque doctos adiuuent & afficiant. ¶ Duint pro dent, vel dederint.*Terentius in Andr.* At tibi Dij dignum factis exitium duint. *Plautus Amphitr.* Siue qui ipse ambisset,siue per internuntium, Siue adeò Ædiles perfidiosè cui duint.Duit, pro Det. *Plautus Aulul.* Ne mihi ex insidiis verba imprudenti duit. Duas pro Des. *Ibidem,* At nihil est dotis quod dem mihi duas. Danunt,pro dant. *Plaut. Curc.*Nam tibi amantes propinantes vinum danunt.[*Livius lib.*10.*ab vrb.*Bellona si victoriam duis, Atque ego tibi templum voueo. ¶ Dabunt,pro dent:*Plaut.Asin.sc.*3.*a.*3. Dabunt Dij quæ velitis.] ¶Huius verbi composita sunt Abdo,Addo,Condo,Circundo,Cedo, Dedo,Edo,Indo,Obdo,Perdo,Prodo,Prædo,Reddo,Subdo,Satisdo,Pessundo, Trado, Venundo.Sedo & Mando(quæ falsò inter composita huius verbi erant relata) huc non pertinent : sunt enim simplicia: quod vel ex eo solo constat, quòd altera figuratiua primæ coniugationis, quæ in compositis verbi Do corripitur, in his duobus producatur.

Dătus,participium. {נתון *nathán.* δοὺς,δωρηθείς GALL Donné.ITAL. *Donato.*GERMAN.Gegäben.HISP.*Donado.*ANGLI *Gewen.*} vt Reddere data.*Ouid.de Arte amand* Multa rogant tradenda sibi, data reddere nolunt.[*Plaut.in prolog.Amphitr.* Mihi concessum & datum est ab Diis alijs,nunciis vt præsim & lucro. *Gell cap.*10.*lib.*3. Datum semen in vterum(id est,emissum.)*lib.d.cap.*12.Hæc data sunt in nomen Democriti.*Senec.cap.*15.*de Consol.ad Helu.* Concessum mulieribus, Imò datum ius in lachrymas.*Gel.c.*1.*l.*7.Datum memor æ mandatum.] *Quintilian.* Datus tandem rebus humanis(perfectus Orator.)Quo dato erasset(sup.in lusu scruporum.)*idem Quintil. & Plaut pseud.*3. *a.*1.Non est vsui amator,nisi qui perpetuat data(id est,munera)*idem Asin.sc.*1.*a.*1.Non suppetunt dictis da a.*Ibid.sc.*3 *a.*1.Hac lege,dum superes datis.*Ibid.sc.*2.*a.*3.An verba blanda esse rere dicta docta. *Plau. Men.sc.*2.*a.*4 Datum denegant quod datum(i.solutum & creditum.) *Vtae* Datum,infrà.]

Dătŭs,us,ui. {מתנה *mattanáh.* δόμα. GALLIC. Donaison,don. ITA.*Donatione.*GER Gäbung.HISP.*Don,dadiua,donacion.* ANG. *A geuing.*} *Plaut.Trin.* nimis pergraphicas sycophantarijs mitte nummum.Se aurum meo dato tibi ferre, & gnato Lesbonico aiebat meo.

Dătum,dati,substantiuum,Expensum)(acceptum. {נתון *nathún.* δόσις,δώρημα,δόμα. GALL. Chose donnee ou baillee. ITA. *Cosa donata.* GER.Ein gabs das einem gegäben ist.HIS *Don dadiua.*ANG.*A gift or a thing gewen.*} *Cicer.de Amic.* Hoc quidem est nimis exiguè & exiliter ad calculos vocare amicitiam,vt par sit ratio acceptorum & datorum. [*Vide* Datus.]

Dătŭri,Vetustè,apud Iureconsultos reperitur pro datum iri. *Vlpian de verb.oblig.*Si quis stipulatus à Mœuio fuerit,fundum Titio daturi.*Homanus.*

Dăto,as,are,fre quentatiuum.*Plaut.Mostel.* Tu solus credo fœnore argentum dotras.[*Idem Plaut.pseud.*2.*a.*1.Argentum accepto,expenso, cui debet,dato.]

Dătŏr,datoris {נתן *nothén.* δότης,δωτήρ. GAL.Donneur.ITA.*Donatore.*GERMA.Gegäben HISP.*Donador.*ANGL.*A giuer.*} *Plaut.Trucul.* Sempèr datores nouos Virg.i.Æneid. Adsit Iocitiæ Bacchus dator, & bona Iuno [*Plau Curc.sc.*3.*a.*2. Et datores & factores subdam sub solum de lutu pilæ.)]

Dătŏr,onis. {מתנה *mattanáh.* δότης,δώσημα. GA. Donaison,donnement. IT.*Donamente,donatiuae.*GE.Ein gab.HI.*Donacion* ANG.*A geuuing.*} *Cic.pro lege Agr.* Cuius iudicium,legúmque datio, captorum agrorum ipsius vitute cognitio tollitur.

Dătărĭus, a, um,Gratuitum, aut quod gratis datur. {δωρεὰν, χαριζόμενος.} *Plaut.pseud.* Eho annon prius salutas.s.nulla est salus mihi datoria.

Dătătim,aduerbium. {ἀλλαλοδότως. GAL. En s'entredonnant & baillant Vn a l'autre.ITAL.*Dando à vincenda.*GERM Mit gabung HISPA.*Dando à vezes.*ANG.*By gewig one to an other.*}*Plaut.Curc.* Tum isti qui ludunt datatim ferum scurrarum in via. Ludere datatim, hoc est inuicem dando:quemadmodum qui pila lusitant,quę viciſſim mittitant,& remittitur.

DOBERVS,δόμως.Vrbs Pœniæ.*Steph.*

Dŏcĕo,ces,docui,doctum,Instruo,erudio,præcepta do. [A diceo,es,*Varro lib.5.de ling.Lat.*] {למד *limmadh* אלף *alléph* הורה *horah.* παιδεύω,διδάσκω.GAL.Enseigner. ITAL.*Insegnare.*GERMAN.Lehren/vnderweysen.HISPAN.*Ensenar.*ANGL.*To teache.*} Construitur autem cum duobus accusatiuis.vt,Docco te literas.[Hoc ipsius magister me docuit. (sup. verberibus.)*Plaut.Aul.sc.*1.*a.*3. Id mea me multis docuit Regina querelis.*Catul.de Com.Beren.*Cur me docuere parentes.] Aliquando cum vno tantùm,licet aliter possit intelligi. [*Ouid.Eleg.*1. *lib.*1.*Trist.*Quódque parum nouit nemo docere potest. *Plaut.Mostell. sc.*2.*a.*1.Expoliunt liberos,docent literas.*Plaut.Milit.sc.*4.*a.*2.Ne doceto malas,vt sint malæ.*Gell cap.*21.*lib.*17.Docere fabulas. [Pretium autem quod à discipulo exoluitur doctori,ponitur in ablatiuo. Excipiuntur hi quatuor genitiui,tanti,quanti,pluris,& minoris, cum ipsorum compositis. *Cic.*2.*Philipp.* Iam inuideo magistro tuo,qui te tanta mercede,quanta iam proferam,nihil sapere docuit *Iuuenalis,* Chrysogonus quanti doceat,vel Pollio quanti.Aliquando cum ablatiuo.*Cic.Pato,* Socratem fidibus docuit. Vbi nonnulli volunt intelligi verbum Canere vel aliquod simile. ¶Interdum idem est quod ostendere,vel declarare.*Virgil.*5.*Æneid.*-docuit pòst exitus ingens. [*Plaut. Aul.sc.*4.*a.*1.Noui,ne doceas,(id est,probes. *Ibid sc.*2.*a.*3. Ne doceo,nouum.]

¶ Interdum idem,quod monere,siue certiorem reddere,παραγγέλλειν.*Salu. in Iugurtha,* Tametsi legatos miserat qui Senatum de cæde fratris,de quæ fortunis suis docerent.*Cic.Appio Pul.* Ne literas quidem vllas accepi quæ me docerent quid ageres,aut vbi te visurus essem. ¶ Huius composita sunt,Addoceo,Dedoceo,Edoceo,Perdoceo, quæ ambo significant perfectè doceo,διδάσκω *Salust in Catil.* Cicero per legatos cuncta edoctus.*Plaut.in Stich.* Nam illa omnes artes perdocet. Prædoceo,prius doceo,προδιδάσκω.*Salustin Iugurth.* Cæterum illi qui Cęturiis præerant prædocti à duce arma ornatúmque mutauerunt. Subdoceo,loco alicuius doceo ὑποδιδάσκω.*Cicer.ad Att.lib.*8. Ciceronésque nostros potius meo labore subdoceri,quam me alium magistrum quærere.

Dōctŭs,cta,ctum,Scientia imbutus,literatus, doctrina excultus, eruditus,intelligens.{מלמד *melammádh* נבון *nabón* ὁ τῶν λόγων ἐπιστήμων,πεπαιδευμένος.GA.Enseigné,bien apris,docte,sauant IT. *Dotto.*GE.Gelert.HI.*Docto y enseñado.*AN.*Theached,learned,cunning.*} *Cic.lib.*2.*Offi.*Nec me angoribus dedidi quibus essem contectus, nisi his rebus tristissimæ rursus indignis docto nomine voluptatibus. *Idem in Orat.* Itaque & doctis eloquentia popularis,& disertis elegans doctrina defuit.*Sueton.de claris Grammat.* Fuisse dicitur ingenii magni, memoriæ singularis,nec minus Græce quàm Latinè doctus.Artes doctæ,*Ouid.*9.*Metam.* Dicta docta,*Lucret.lib.*2. -& doctis rationem reddere doctis. Docti doli,*Plaut.Mil.*Et nos factatrix fabricis,& doctis dolis Claucoma ob oculos obiiciemus.Facies docta,*Ouid.*2.*Amor.*Ofacies oculos docta tenere meos. [*Catull.ad Ortal.* Cura seuocat à doctis Ortale vtginibus.*Tibul. ib.*4. Seu me finget equum rigidos percurrere campos Doctum.*Plau.Most.sc.*1.*a.*2. Id videndum. Id viri docti est opus *Ibidem,* Eam caram,doctam & benè ductam fecere stulti. *Plau pf.a,sc.*8 *a* 4.Nimis est doctus,versutus,malus. *Idem Asin.sc.*1.*a.* 3.Dicta docta pro datis?*Plau.Mi.sc.*2.*a.*1.Nimis doctum! *Plau.Mil.sc.* 2.*a.*2.*Teid.sc.*4.*a.*2.Cedo vel doctas,docebo.*Idem Most.sc.*3 *a.*1.Nihil hac docta doctius.]

¶ Dicitur autem doctus qui rationem rei tantum tenet : peritus,qui cum ratione experientiam, & consuetudinem tenet, διὰ πείρας εἰδώς. Id est experientia.Itaque minus est doctus,quàm peritus. *Cicer.in Sallust.* Sacis doctè atque perite fecisti.*Idem lib.*3.*Offi.*itaque quum sint docti à peritis,facile deficiunt à sententia.Maiorem tamen vim habet doctus,quàm eruditus. *Idem lib.*1.*Offi.* Nec solum viui,ac præsentes,studiosos discendi eruditant,atque docent,sed hoc idem etiam pòst monumentis literarum assequuntur. Nec mirum est quod minus sit eruditus quàm doctus:quoniam rudis & eruditus contraria sunt. *Plinius,* Sedecie cæpit sententia hæc, paritérque & eruditum vulgus,& rudem in eam currus vadit.*Quint.lib.*1. A pędagogis exigit vt sint eruditi,quo adolescentes erudire queant : aut si se non eruditos esse sciant, ne quippiam tradant cuius ipsi sint ignari,quódque postea sit dedocendum. ¶Est autem doctus in hac significatione nomen,non participijs nullum enim importat tempus. ¶ Hinc fit compositum Indoctus,ἀπαίδευτος,quod quum verbo careat,participium esse non potest: quemadmodum & Semidoctus,ἡμιμαθὴς.*Cic.Cornelio,* Sed proximè scripsi de optimo genere dicendi, in quo sæpè suspicatus sum te à iudicio nostro : sicut doctum hominem à non indocto, paulum dissidere. *Plaut.in Asin.* Tua illa culpa est, quæ discipulum semidoctum abs te remoues.

[Doctior & doctus *Ouid.Eleg.*1.*lib.*1.*Trist.* Ad delinquendum doctior esse potest.*Plaut.Most.sc.*3.*a.*1.Nihil hac docta doctius.]

Dŏcte,aduerbium,Scitè & eleganter. {ἐπιστημόνως. GALLIC. Doctement,sauamment.ITAL.*Dottamente.*GERM Kunstlich/antlich/wertlich HISPA.*Docta y enseñadamente.*ANG.*Cunningly,learnedly.*} [*Plau. Capt.prolog.* Expediet hanc docte fallaciam.*Ibidem sc.*1.*a.*2. Accurate, docte,diligenter,hoc agitur. *Plaut.sc.*2.*a.*2. Hanc tibi docte perdoctam dabo.*Ibid.sc.*5 *a.*2. Vt orationem doctè dunq,& callidè verba dent.*Plau.pseu.sc.*1.*a.*4.Meditati doli doctè.*Plau.pseu.sc.*7.*a.*4. Vt doctè dolum conuentus est.}*Cic.lib.*3.*de Orator.* Tum ad te ludibunda doctè,& delicatè detulit.Doctè & Peritè facere, *Cicero in Sallustium.*} *Plaut.Most.sc.*3.*a.*1.Vt perdoctè cuncta callet!¶*Idem,* Doctiusculè.*Gellius cap.*16.*lib.*6. Cùm esset verbum Deprecor doctiusculè positum in Catulli carmine.]

Dŏcĭlis,pen. corr. Qui facilè disciplinam apprehendit,aptus ad disciplinam.{למוד *limmúdh.* διδακτός.GALL. Qui apprend aisement,qui se laisse enseigner.ITAL.*Che apprendere facilmente.* GERM. Gelehrnig. HIS.*Cosa habil para ser enseñada.*ANGL.*Apt to learning.*} *Cic.Trebatio lib.*7.*Epist.*O medicum suauem, méque docilem ad hanc disciplinam.*Idem* 2.*Tusc.*Dehinc ad hanc eneruaram,muliebremque sententiam satis docilem se Epicurus præbuit.*Lactan.de Opif.* Nam si tec in literis,nihil aliud quàm linguam instruentibus, auditorem satis strenuum præbuisti:quanto magis in his veris,& ad vitam pertinentibus docilior esse debebis!*Varr.lib.*1.*de Re rust.*Cassius scribit hæc, operarios parandos esse qui laborem ferre possint, nec minores annorum vigintiduorum,& ad agriculturam dociles.*Cic.*3.*de Orat.* Iubeat enim exordiri ita vt eum qui audiat,beneuolum nobis faciamus. Docilem autem facio,non tum quum polliceor me demonstraturum, sed tum quum doceo & explano.*Docilis,eâm genitiuo.*Hor.*5 *Car.Ode* 6.Reddidi carmen docilis modorum Vatis Horati.Sic 1.*Serm.saty.*2. Parebit,prauì docilis Romana,iuuentus.

Dŏcĭbĭlis,le,penult.cor.Qui idoneus est vt doceatur.{למוד *limmúdh.* διδακτός.GALL. Aisé à enseigner. ITAL. *Habile à enseignarli à maestro uole.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

uole. GERM Geschickt vnnd tugentlich geleert zu werden. HISPAN. *Cosa de presto se puede enseñar.* ANGLIC. *Apt to be taught.* } *Hieronymus,* Ingenium docile,& sine doctore docibile est. *Sic Cyprianus,* Docibilis est, qui est ad discendi patiētiā lenis & mitis. Nec facilè reperias, nisi apud Ecclesiasticos. *Priscianus* autem vult significare docibile id quod facilè discitur: pro quo nos perceptibile dicimus potius. *Valla lib.6.cap 20.*

[Docibiliter: *Diomedes lib.1.*]

Dŏcĭlĭtās,tatis, Apprehendendæ doctrinæ facilitas,discendi facilitas. {εὐμάθεια. GAL. Docilité,bonté d'esprit qui est duit à apprendre. ITA. *Bonta disperito,l'esser dedito ad imparare, disposizione d'ingegno ad imparare.* GERM. Ein gelehrnige art die ein ding bald ergreifft vnd fasset. HISP. *Habilidad para ser ensenado.* ANG. *Aptnesse in learning.*} *Cic. pro Sestio,* Ij perfecto genere humanæ docilitatis, atque ingenij dissipatos vnum in locum congregauerunt. *Idem lib.5.de Fin.* Prioris generis est docilitas, memoria: quas virtutes qui habent,ingenioſi vocantur.

Dŏctrīnă,Eruditio, quatenus à præceptore proficiſcitur. { לקח *lékach.* διδασκαλία. GALLIC. Doctrine, instruction, enseignement. ITA. *Dottrina.* GERM. Lehr/ vnderweisung. HISP. *Doctrina ò enſenança.* ANG. *Doctrine,teaching.* } Nam vt à discipulo apprehenditur,dicitur disciplina. *Cic.pro Arch.poeta.* Ego multos homines excellenti animo & virtute fuisse,& sine doctrina,naturæ ipsius habitu propè diuino, per seipsos & moderatos, & graues extitisse fateor:etiam illud adiungo, sæpius ad laudem atque virtutem naturam sine doctrina, quàm sine natura valuisse doctrinam. *Idem in Orat.* Quo fit vt veram illam & absolutam eloquentiam nemo consequatur,quòd alia intelligendi, alia dicendi disciplina est:& ab illis rerum,ab illis verborū doctrina quæritur. [*Gellius cap.25.lib.13.* In disciplinis doctrinarum præcellens. *Plaut.Mostell.sc.2.a.* 1. Optimi quique expetebant eam doctrinam sibi. (Paulo antè,disciplinam.)

Dŏcŭmēntum, à præterito docui,ſicut à monui monumentum. Idem quod admonitio, probatio,exemplum,quod nos aut doctiores reddit,aut certiores,aut prudentiores. { אות *oth.διδάγμα.* GALLI. Enseignement,exemple,monstre,experience. ITA. *Documento, amaestramento.* GERM. Lehr/erweysung/ ein beyspil das vns etwas lehrt. HISP. *Enſenança.* ANG. *A lesson, à proefe,an experiment.* } *Cic.6. Philip.* Ex quo nimirum nos documentum capere fortuna voluit,quid esset victis extimescendum. *Sall.* Quarum rerum ego maximè hæc documenta habeo,quòd in bello sæpius vindicatum est in eos,qui contra imperium in hostem pugnauerant. [*Plaut.Capt.sc.5.a.3.* Ego in aliis captiuis documentum dabo. *Liuius lib.5.d.5.* Documentum Eloquentiæ dare. *Suetonius in Auguſt.cap.51.* Documenta clementiæ (id est,indicia) *Idem in Galba cap.*14. Quàm multa documenta egregij principis daret.]

Dŏctŏr, verbale, Qui docet, magister, præceptor,interpres. { מלמד *melammédh* קר *bér.* διδάσκαλος. GAL. Docteur,maistre, enseigneur. IT. *Dottore,maestro.* GERM. Ein lehrer. HISP. *Enſeñador.* ANG. *A teacher, a maister.* } *Plin.in Panig.* Quem honorem dicendi magistris,quam dignitatem sapientiæ doctoribus habes? *Tacit.li.*24. Etiam sapientiæ doctoribus tempus impartiebar, hoc est, Philosophis. [*Ouid.Eleg.1.libr.2. Triſt.* Arguor obscœni doctor adulterij.]

Dŏctrix,cis. { διδάσκαλος,magistra. *Apuleius lib.de philoſophia*: Illæ verò virorum doctrices,iracundia & libido, ratione sub iugum missa dominantur.

Dŏchīmĭus,mi,penultima correpta, δόχιμος, Pedis genus in numeris oratoriis: *de quo Cic.in Orato.* Dochimus (inquit) è quinque constat syllabis,breui,duabus longis,breui,longa: vt est hoc, Amicos tenes: item hoc,Reipublicæ. Quouis loco opus est, dum semel ponatur: iteratus, aut continuatus, numerum apertum, & nimis insignem facit.

DOCIMEVM, δοκίμειος, Vrbs Phrygiæ, Stephanus. *Vide* Sinada & Synnada.

DOCLEA, δοκλέα, Ciuitas mediterranea Dalmatiæ *apud Ptolemæum lib. 2.cap. vlt.* Huius incolæ dictæ sunt Docleatæ, *quorum meminit Plin. lib.3 cap.22.*

Dŏcŭs, { קבה *bá.* δοκός. GALL. Vne poultre ou soliue, vn somnier. ITA. *Trauc.* GERMA. Ein balk. HISP. *Viga.* ANGL. *A beame, any great piece of timber.* } Latinis trabem significat: vnde ignitæ quædam æris impressiones oblongæ, trabis similitudinem referentes, δοκοὶ à Græcis appellantur:qua voce etiam vsus est *Plin.lib.2.cap.26.* Emicant & trabes simili modo quas docos vocant,quales quum Lacedæmonij classe victi imperium Græciæ amiserunt.

Dodecatheos, δωδεκάθεος, Herbæ genus proximam à moly Homerico autoritatem obtinens. Folia habet septem,lactucæ foliis simillima, à lutea radice exeuntia. *Autor Plin.lib.25.cap.4.*

¶Dodecatheos item à *Suetonio in Auguſto*, appellatur conuiuium quoddam Octauij secretius, ex duodecim constans conuiuis vtriusque sexus, ad imitationem cœlestis conuiuij, cui Iupiter parem deorum dearúmque numerum fertur adhibere. Verba *Suetonij* sunt hæc, Cœna quoque eius secretior in fabulis fuit,quæ vulgò δωδεκάθεος vocabatur.

DŌDŌNĂ, penul.prod. δωδώνη, Ciuitas in Chaonia, regione Epiri, iuxta quam propinquum erat nemus Ioui sacrum,querneum totum, vbi Iouis Dodonæi templum fuisse narratur, & in eo oraculum omnium quæ apud Græcos fuerunt vetustissimum. In hoc duas columbas consulentibus responsum dedisse quidam fabulantur, quarum altera Delphos,altera verò in Ammonis Iouis templum volauit: alij arbores ipsas vocales fuisse volunt,& consulentibus oracula edere solitas. [*Ouid.Eleg.8.lib.4. Triſt.* Hæc mihi si Delphos, Dodonáque diceret ipsa.]

¶Dictam autem volunt Dodonam à nympha quadam marina eius nominis:aut,vt aliis placet,à Dodone quodam Iouis & Europæ filio. *Vide Steph.*

Dōdōnæŭs,a,um, δωδωναῖος, vt Dodonæus Iupiter,qui in Dodonæo nemore colebatur. ¶Item Dodonæum æs, δωδωναῖον χαλκεῖον, tintinnabuli quoddam genus die noctúque continuò crepitans: vnde & ad homines iusto loquaciores prouerbio transferri solet. *Auſonius,* Nec Dodonæi cessat tinnitus aheni.

Dōdōnĭdes, δωδωνίδες, Nymphæ(vt Pherecydes ait)dicuntur Liberi patris nutrices, à Dodona Epiri ciuitate. Hæ & Atlantides vocantur, quarum nomina sunt,Ambrosia,Eudōra,Pasithoë, Coronis, Plexura, Pytho, Tythe.

*Dodonius, Adiect. δωδώνιος, *Claud.* 1. *de rapt.Proserp.* Vnde datæ fruges populis & glande relicta,Inuentis Cereris Dodonia quercus aristis.

Dōdră, Potionis genus,quæ ex nouem rebus fiebat. *Auſonius,* Dodra,ex dodrante est:sic collige,ius,aqua,vinum,Sal,oleum,panis,mel, piper, herba,nouem.

DODRACVM, Holandæ vrbs,vulgò *Dodrech.*

Dōdrāns, Pondus vel mensura constans ex nouem vnciis: ita dictum quòd ad conficiendum assem desit quadrans. {τεταρτεία. GAL. Les trois parts,comme neuf onces de douze. ITAL. *Noue oncie.* GERM. Drey quart oder viertheil eines jeden gewichts / oder maß. HISP. *Nueue onças.* ANG. *The thrid parte,as nyne ounces oft wolfe.* } *Martial.lib.8.* Soluere dodrantem nuper tibi Quinte volebat.

Dōdrāntālis,le: ὁ τεταρτημόριος. vt., Dodrantalis stirps *apud Colum. lib.11. cap.3.* hoc est trium palmorum,seu digitorum duodecim,cui scilicet ad perficiendam pedis mensuram desit quadrans.

DOEANTES, δοίαντες, Campus Phrygiæ. Æmonem enim & Dœantem fratres fuisse aiunt,à quibus Dœantium & Æmonium nemora dicta sunt. *Steph.*

Dŏgmă, atis,Decretum,præceptum,scitum, placitum. { חק *chók.* δόγμα. GAL. Decret,opinion & sentence ou proposition deliberee,conclue & arrestee qu'on n'ose desdire. ITA. *Dottrina affermata da per Filosofi, opinione ferma d'vna setta, Cosa deliberata per giudici.* GER. Ein gesatz / ein sonderbare selbs erwölte meinung die ein jede sect hatt. HISP. *Doctrina ò decreto.* AN. *A decree or opinō agreed vpon and cōcluded.* } Sūt dogmata vniuscuiusque sectæ decreta,quæ(*vt inquit Cicero*)prodere scelus est, non minus quàm parriam: sine quib. nec sectæ Philosophorum,nec religionum vires constare possunt. Vnde *Laertius* ait sectam eam non appellari, quæ dogmata non habet. *Cic. 4. Tuſcul.* Quoniam id enim haberent Academici decretum (sentitis enim iam hoc me dogma dicere)nihil posse percipi,&c. *Idem 4. Academ.* Sapientiæ verò quid futurum est, quæ neque de seipsa dubitare debet,neque de suis decretis quæ Philosophi dogmata vocant? Græcè etiam ϕάντασμα,& ἄρεσκον dicitur, *teste Budæo.* Habent & cæteræ artes sua dogmata:vt in re medica alia Hippocratis,alia Asclepiadis, alia Themisonis dogmata fuerunt. A *Plinio* frequentet placita appellantur:vt,placita Magorum.& placita Babyloniorum, *lib. 2.* Dicitur autē Dogma, ἀπὸ τοῦ δοκεῖν, quod opinari significat.

Dōgmātĭstēs, Qui aliis dogmata præscribit, δογματιστὴς. à verbo Græco δογματίζω, quod est decreta præscribo, dogmata trado. *Hieronymus*, Nunc verò quum interpres magis Apostoli fuerim quàm dogmatistes.

Dolabella,Dolabra. *Vide* DOLO.

DOLBA, δόλβα Vrbs Adiabenæ. *Steph.*

Dŏlĕntĕr,Dolentia,Doleo, *Vide* DOLOR.

Dŏlĭă,orum, Vasa maiora, vino seruando præcipuè idonea, quæ olim fictilia potissimùm erant. { אשישים *aschiſch.* πίθοι. GAL. Vaisseaux à serrer le vin,tonneaux. ITAL. *Botte,degli.* GERM. Fässer. HIS. *Tinajas ò vasijas grandes de barro.* ANG. *Tunnes,great wessels* } [*Plaut.Pseud. sc.3.a.1.* In pertusum ingerimus dicta dolium,operam ludimus.] *Plaut. Caſ.* Dabitur tibi amphora vna,& vna semita, Fons vnus, vnum ahenum,& octo dolia. *Terent.in Heaut.* Releui omnia dolia,omnes serias. ¶Veteres dolia fictilia in cellis vinariis seruabant,quæ si duas aures haberent,diotæ dicebantur. Iureconsulti scribunt,Vino legato cum vasis,dolia legata non videri: quia scilicet ea mente vinum in dolia condimus,vt ex his postea in amphoras vel cados diffundamus: quod deinde vinum diffusum nominatur. *Iuuen.* Ille capillato diffusum Consule potat. *Cic. de clar. Orat.* Num igitur qui hoc sentiat,si is potare velit,de dolio sibi hauriendum putet? ¶Vnde etiam E dolio haurire, ἐκ πίθου αἴρειν, prouerbio olim dicebatur, qui abundabat rebus optatis. ¶Inexplebile dolium, ἄπληστος πίθος. Varius est huius adagij vsus. Quadrat enim primùm εἰς τοὺς ἐδωδάγους: hoc est,in gulosos edacésque. Quadrabit & in obliuiosum, cui si quid eruditionis infundas, protinus effluit,quíque prius obliuiscatur quàm didicerit. Competet etiam in homines præter modum profusos. *Aristot.Oeconom.1.* Congruit item in auaros,quorū cupiditatibus nihil est satis: verùm quò magis implentur opibus, hoc magis inanes esse videntur. ¶Volutur dolium, κυλίεται ὁ πίθος. In eum qui commouetur alieno exemplo sine instinctu ad stultè quid faciendum. Nam dolium facili impulsu quò velis voluitur. At sapiens semper fixus est immotus.

Dŏlĭŏlă, diminutiuum à doliis. {πιθίσκοι. GAL. Petis muys ou tonnelets. ITAL. *Botticini.* GERM. Fäßlin. HISP. *Tinajuelas.* ANG. *Litle tunnes, or hogsheades.* } Locus in vrbe fuit sic vocatus, eo quòd post Alliensem cladem Gallis Vrbem inuadentibus,doliola in quib. sacra Romanorum Pontifices condiderant, eo in loco fuerint defossa à flamine Quirinali, *sicut T.Liu.lib.5.scribit.* Qua de causa in eodem loco ne despuere quidem alicui licebat. *Festus.*

Dŏlĭārĭs,& hoc doliare, Quod dolij capacitatem habet. { πιθοειδής, ὁ τῶ πίθου. GAL. De tonneau ou de muy. ITA. *Ciò che s'appartiene à doglio.* GERM. Das zu den fässern gehört. HISP. *Cosa de tinaja.* ANGL. *That belongeth to a tunne.* } *Plaut.in Pseud.* festiuiter appellat anum ventricolam,doliarem, Ego diuortor extra portam hinc in rabernam tertiam, Apud anum illam doliarem, claudam,crassam. ¶Vita doliaris, ζωὴ πίθου, Prouerbio dicitur vita frugalis, parca,ab omni strepitu atque ambitione semota,breuiter qualem Diogenes nobilis ille Cynicus Athenis egisse legitur: poterit torqueri & in eos qui nimium sordidè,nimis durè atque immundè viuunt. ¶Vinum doliare, quod adhuc in dolio est, necdum diffusum: *cuius vendendi legem Cato de Re rust.c.148.exponit. Huius fit mentio in l.j.§.vlt.D. de peric. & com.* Si doliare vinum emeris,nec de tradendo eo quicquam conuenerit,&c.

Dŏlĭārĭŭs, Significat eum qui dolia facit, & componit { πιθοποιός, κεραμ-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

μοπαιός, κεκμενός. GA. Celuy qui fait muys ou tonneaux. IT. *Bottaro.* GE. ein töpffer. HI. *El que haze tenajas.* AN. *He that maketh tunnes, à cooper.*} *Plin.lib.3.cap.6.* Ænaria insula à statione nauium Æneæ, Homero Inarime dicta. Græcis Pithecusa, non à simiarum multitudine, vt aliqui existimant, sed à figlinis doliariorum.

Dōlĭārĭum, rij, substantiuum. Apud Iurecōsultos pro ipsis doliis, vel cella in qua dolia vinaria sunt. {πίθος. ANG. *A wine celler.*} Si (inquit) ex doliario pars vini venierit.

DOLICHE, δολιχή, Vulgò *Nicaro*, Insula est XVII. M. passuum à Naxo distans, tantundem ipsa in longitudinem patens cum oppidis duobus, tertio amisso: quæ prius Icaros dicebatur: vnde nonnulli nomen mari inditum putant potiùs, quàm ab Icaro Dædali filio. Ea etiam Maeris, & Ichthyoëssa aliquando vocata est. *Plin.lib.4.cap.12.*

DOLICHENE, δολιχηνή, Vrbs Comagenæ, *Steph.*

DOLICHISTE, δολιχίστη, *Ptolemæo*, Insula est in mari Lycio, contra Chimæram promontorium. *Plin.lib.5.c.31.*

Dŏlĭchus, δολιχος. Spatium est duodecim stadiorum, vel (*vt Suidas tradit*) viginti quatuor. *Iulius Pollux* Dolichon in gymnicis certaminibus docet fuisse curriculum omnium maximum: in quo qui decertabant, dolichodromi dicebantur. ¶ Est præterea dolichus, leguminis genus, Caule tenerrimo: sed si perticam adiunctam habeat, in miram altitudinem ascendente, alioqui vitiosum & infrugiferum. Alij cicerculam interpretantur, alij phaseolum. *Vide Galen.lib.1. de Alim.facult.*

DŌLĬŌNĒS, δολίονες, Incolæ Cyzici, aliàs Dolici, vel Dolini, *Steph.* Vide Scyrmus.

Dŏlo, as, Dolabra, siue ascia leuigo, vel cælo, sculpo. {פסל *pasál.* πελεκέω, ξυστέω. GA. Doler, vnir, esbaucher. IT. *Dolare, pulire.* GER. Hobeln/ glatt machen. HIS. *Dolar, aplanar.* ANG. *To cutt or hew with an axe or other instrument, to chip, to square.*} *Propert*, Stipes acernus eram properanti falce dolatus. *Cic.4. Acad.* Non enim est ex saxo scalptus, aut ebore dolatus. *Columel.lib.1.c.2.* Materies si roborea est, ab vno fabro dolari ad vnguem per quadrata debet pedum XX. *Idem lib.8. cap.3.* Dolare perticam in quadrum. ¶ Apud antiquos etiam in vsu fuit Dolio, dolis, doliui, dolitum: *Varr. in Agatone, vt citat Nonius.* Numnam cælatus in manu dextera scyphus, cœlo dolitus, artem ostentat Mentoris? Huius verbi composita sunt, Dedolo, & Edolo, de quibus locis suis.

Dolitus, aut dolatus, participium pass. dolabra scalptus. *Varro*, Numnam cælatus in manu dextera scyphus, cœlo dolitus, artem ostentat Mentoris? *Cic.4. Acad.lib.4.* Non enim ex saxo scalptus, aut ebore dolatus.

Dŏlābră, brę. per. corr. Instrumentū fabrorum quò ligna dolant. {מעצר *mathsáh* קרדם *kardóm.* ἀξίνη. GAL. Doloire, hache. ITA. *L'ascia.* GE. ein Hobel. HIS. *Seguron ò açulea para dolar.* AN. *An instrument to pearse with, a carpenters axe, a chipaxe, a wombell.*} *Colum.lib.3.* Quæ falce amputari non possunt, acuta dolabra abradito. *Paul.in l. Quum de lanionis. de Fund.instr. leg.* vocat etiam hoc nomine instrumentum lanionum, quo carnes dissecant. [*Liu.lib.9.* Dolabræ calonibus diuiduntur ad proruendum vallum. *Idem li.1.dec.3.* Dolabræ ad subruendum murum. *Liu.lib.1.dec.3.*]

Dŏlābĕlla, diminutiuum à dolabra. {ἀξινάριον. GAL. Petite doloire ou hachette, hachon. ITA. *Piccio'la ascia.* GER. ein Höbelin. HIS. *Açueta.* ANG. *A litle chip axe or pearsing instrument.*} *Colum.lib.5.* Semper circa crus dolabella dimouenda est terra. Hoc etiam cognomine vsa est familia Cornelia, ex qua fuit Cornelius Dolabella Ciceronis gener.

Dŏlābĕllĭānă, pyra longissimi pediculi; ab instore Dolabella sic dicta. *Plin.lib.35.c.15.*

[Dolon, genus sicæ, quo vtuntur Iatrones. *Plutarch.in Grachis.*]

Dŏlōn, δόλων. Proprium nomen viri Troiani, egregia pedum pernicitate prædsti, qui quum in castra Græcorum speculator missus esset, à Diomede & Vlysse deprehensus consilia Troianorum spe conseruandæ vitæ illis aperuit: quem tamen vt proditorem, falsa spe delusum occiderunt. *Virgil.12. Æneid.* Antiqui proles bello præclara Dolonis. [*Ouid.13. Metam.* Conferat his Ithacus Rhesum, imbellémque Dolona. *Ibidem*, De gente Dolona, Dolonis meminit *Suet.in Claud.cap.13.* ¶ Idem Dolon dicicitur Dolus à *Plauto in Pseud.sc.8.a.4.*]

Dŏlōnēs, δόλωτες. ita dicti à fallendo, quòd ingētes conti, ferro breuissimo, quum speciem præferant ligni, intus ferrum acutum habeant. *Vi. lib.7.* Pila manu, fæuósque gerunt in bella dolones. *Seruius* ait dolonem flagellum esse, intra cuius virgam lateat pugio. *Plutarth in Tiberio*, δόλωνα, interpretatur ficam latronum. Verba eius sunt hæc. ὡς τικαπείνου ὑπὸ ἐνὸς ἀγνοουμένου ὑποζώνην ἔχοντος ξιφίδιον ληστρικὸν, ὃν δόλωνα καλοῦσι. ¶ Apud Suetonium dolon pro gladiolo. *Claud.ca.13.* Reperti & equestris ordinis duo in publico cum dolone ac venatorio cultro prestolantes. In instrumento autem nauali Dolones dicuntur vela minora, quæ supra acatia (eo enim nomine vela maiora dicūtur) celeritatis causa solent erigi. *Liu.li.46.* Dolonibus erectis altum petere contendit. *Ibid.* Sublatis dolonibus effusè effugere contendit.

DŎLŌNĒI, δόλογκοι, Populi Thraciæ, ita dicti à Dolonco fratre Bithyni. *Steph.*

DŎLŌPĒS, pen. cor. δόλοπες, Populi Thessalię, in extremis finibus Phthioridis, quibus Peleus (cuius imperio parebant) Troiani belli tempore Phœnicem præposuit: vt ex Homeri sententia refert *Strab.libr.9. Virg.lib.2. Æn.* -quis talia fando Myrmidonum, Dolopúmve, aut duri miles Vlyssi Temperet à lachrymis? &c. *Plin.li.4.c.12.* Dolopas in Ætolia constituit.

Dŏlŏpētus, a, um, Valerius 2. Argonaut. -vidisse putant Dolopeia busta.

Dolor, est animi vel corporis cruciatus. {מכאוב *maċheób* דאבה *deabáh.* ἀλγος, τό. GALL. Douleur, fascherie, ennuy. ITAL. *Dolore, doglia.* GERM. Schmertz/ leyd. HISP. *Dolor.* ANGLIC *The ache or paine of body or mynd.*} *Cic.2. Tuscul.* Dolor est motus asper in corpore, à sensib. alienus. *Terent.in Andr.* Eius labore, atque eius dolore gnato vt medi carer tuo. *Cic. Sulpitio lib.4.* Est omnino vix consolabilis dolor: tāta est omnium rerum amissio, & desperatio recuperandi. [*Sen.c.3. de Consol. ad Helu.* Dolore dolorem vincere. *Quid.13. Metam.* Dolor ipse disertum Fecerat. *Catull ad Ortal.* Assiduo confectum cura dolore. *Plau. Amph. sc.1.a.3.* Pariat sine doloribus. *Ibid.sc.1.a.5.* Vbi vtero exorti dolores vt solent puerperæ. *Plaut. Asin.* Pietas oculis dolorem prohibet. *Ouid. Ele.8.lib.3. Trist.* Et nunquam queruli causa doloris abest. *Ouid. Ele.3.li.4. Trist.* Vt incubuit iusto mens ægra dolori. *Ibid.* Expletur lachrymis egeritúrque dolor. *Ibid. Eleg.9.* Induet infelix arma coacta dolor. Strangulat inclusus dolor: *Ibid. Eleg.1.lib.5.*]

Dŏlēntĭa, antiquis fuit in vsu pro dolore. [*Gell.c.7.lib.19.*] {מכאוב *maċheób* דאבה *deabáh.* ἀλγηδών.} Cuius compositum est Indolentia, hoc est, absentia doloris: in qua Philosophorum nonnulli summam fœlicitatem posuerunt. *Cic.* Vt qui rem expetendam vel voluntate, vel indolentia metiuntur.

Dŏlĕo, es, dolui, dolitum, Dolore afficior, corpore vel animo crucior. {כאב *chaáb.* ἀλγέω. GALL. Se douloir, estre dolent, estre faſché & desplaisant. ITAL. *Dolere.* GERMA. Schmertzen leyden. HISP. *Doler ò doler se.* ANGL. *To be sorie.*} *Terent.in Eunuch.* Dolet dictum imprudenti adolescenti, & libero. *Cicero in Vatin.* Quis tum non ingemuit, quis non doluit Reipublicæ casum? Hoc verbum, si ad corpus referatur, neutrum acquisitum est: vt, Oculi dolent viro tuo. *Plautus in Amphit.* Mihi etiam misero nunc malæ dolent. Sin de rebus alienis, affectium est: vt, Doleo tuis rebus aduersis, id est, propter res tuas aduersas ἀχθομαι. [Fessáque iactati corporis ossa dolent. *Ouid. Eleg.3.libr.4. Trist.* Lien necat, renes dolent. *Plaut. Curc.sc.1.a.2.* Cor dolet. Scio quàm illud doluerit cordi meo. *Pl. Amph.* Caput dolet, neque audio, neque prospicio satis. *Ibidem*, Huic illi dolet quod mihi dolebit non tibi si quid stultè fecero. *Plaut. Men.sc.4.a.2.* Satis iam dolui ex animo. *Plaut. Capt.sc.1.a.5.* Heu heu. Desine, doleo. Ni doleres tu (animo) ego dolerem (corpore, & virgis.) *Plau. Pś.sc.2.a.5.* Quid nunc dolétne? (ferientis.) *Plaut. Pseud.sc.2.a.1.* Lumbi sedendo, oculi spectando dolent. *Plaut. Men.sc.3.a.5.*]

¶ Aliquando etiam cum accusatiuo: vt Doleo tuam miseriam. Doleo tuam vicem, τὴν χάριν ἀχθομαι. Doleo vicem Reipub. ὑπερεκλυπῶ τὴν κοινὴν. *Sallust.* Quasi dolens eius casum. *Ouid. Eleg.3.lib.4. Trist.* Tu verò tua damna dole.] ¶ Huius composita sunt Condoleo, quod est simul, vel in totum doleo, συναλγέω, συμπάσχω. *Plaut. in Trucu.* Date iam foleas, atque intrò me ducite actutum. Nam mihi de vento miserè condoluit caput. Dedoleo, de quo alibi.

* Dolens, entis, Participium. *Cicer. in Parad.* Soli igitur hoc contingit sapienti vt nihil faciat inuitus, nihil dolens, nihil coactus. * Doliturus, Particip. futuri temporis, *Liuius 9. bell. Maced.* Ignominiáne sua quenquam doliturum conferet? * Dolendus, Adiect. *Cic. ad Cornificium libr.12.23.* Neque enim quæ tu propter magnitudinem, & animi & ingenij moderate fers, à te non vlciscenda sunt, etiamsi non sunt dolenda.

Dōlēntĕr, aduerbium. {ὀδυνηρῶς, ἀλγεινῶς. GAL. Dolentement, par douleur en tristesse. ITAL. *Dolentemente, con dolore, tristezza & affanno.* GER. Mit schmertzen/ mit bekummernuß. HISP. *Dolendose ò doloresamente.* ANG. *Wfully, sorrifully.*} *Plancus Cic.lib.10.* Sed quicquid tibi scribo, dolenter mehercule magis, quàm inimicè facio. *Plin.Epist.18.5.* Vnicè probo quòd Pompeij Quintiani morte tam dolenter afficeris, vt amici charitatem desiderio extendas. *Ouid.4. Metam.* Nihil illo fertur volucrum moderator equorum Post Phaëthontæos vidisse dolentius ignes.

Dōlōrĭfĭcus, ca, cum, Quod dolorem facit. ἀλγεινός.

Dŏlŭs, doli, Fraus, fallacia, machinatio, insidiæ. {מרמה *mirmáh.* δόλος. GALL. Dol, fraude, tromperie, cautelle, finesse. ITALI. *Inganno, fraude.* GERMAN. Ein list/ beschiß oder betrug. HISP. *Astucia ò engaño.* ANG. *Guile, deceit falshode.*} *Plautus in Capt.sc.1.a.2.* Nam doli non doli sunt, ni astu colas. [*Plaut. pseud.sc.2.a.2.* Hic mihi ineus est: hinc procudam multos dolos. *Plaut. Pseud.sc.1.a.2.* In pectore paraui copias duplices, triplices, dolos, perfidias. *Plaut. pseud.sc.1.a.2.* Non dicam dolo. *Plau. Men.sc.1.a.2.* Fallere minis & dolis incessere. *Plaut. Amph.* Inter sese confinxerunt dolum. *Plaut. Capt. prolog.* Insiste in dolos. *Plaut. Mil.sc.4.a.2.* Non est diuerticulum dolis. *Plaut. Capt sc.3.a.5.* Facetiis & doctis dolis. *Plaut. Mil.sc.1.a.2.* Aperitur dolus. *Plaut. Mil. sc.6.a.2.* Per doctos dolos. *Plau. Pseud.sc.5.a.1.* ¶ Item Dolus pro Dolone viro Troiano dicitur apud *Plautum in Pseu.sc.8.a.4.*] *Terent. Andr.* Simul sceleratus Dauus, si quid consilij habet, vt consumat nunc, quum nihil obsint doli. *Cicero pro domo sua*, Illud in primis, ne qua calumnia ne qua fraus, ne quis dolus adhibeatur. Veteres etiam in bonam partem accipiebant, pro solertia & calliditate, vnde dolum malum dixerunt discriminis causa, quòd & bonus quidam dolus diceretur. κακούργημα. *Terentius in Eunuch.* Iam tum erat suspicio dolo malo hæc fieri omnia. *Vlp. de Dolo malo, l. prima*, Dolum malum Seruius quidem ita definit, machinationem quandam alterius decipiendi causa, quum aliud simulatur, & aliud agitur. *Cic.3. Offic.* Nondum enim Aquilius collega, & familiaris meus pertulerat formulas, in quibus ipsis quum ex eo quæreretur quid esset dolus malus, respondebat, quum aliud simulatum est, aliud actum. [Dolus, medium verbum: *Gellius c.9. l.18.*]

Dŏlōsŭs, Fraudulentus, malitiosus. {איש מרמה *isch mirmáh.* δολερός. GALLIC. Trompeur, cauteleux, plein de finesse. ITAL. *Ingannatore, cauteloso.* GERMAN. Betrugtich/ voll böser listen. HISPAN. *Engañoso, astuto.* ANGLI. *A deceiuer, full of guiles.*} *Plaut.in Epid.* Ego aliquam parabo dolosam fidicinam, nummo conducta quæ sit. *Cicer. pro Rab. Posthum.* Pulsus interea regno Ptolemæus dolosis consiliis, Romam venit. *Ouid.15. Metam.* Artes dolosæ. [*Plaut. Mil.sc.2.a.2.* Dolum dolosso contrà conseruo parem. *Idem Plau. Pseud.sc.1.a.5.* Luctator dolosus est vinum.]

Dŏlōsē, aduerbium, Fraudulenter, malitiosè. {δολερῶς, δολίως. GALL. Par tromperie, cauteleusement. ITAL. *Con inganno.* GERM. Betrugentlich. HISPA. *Astuta y engañosamente.* ANG. *Deceitfully, with guile.*} *Cic. Offi.* Quum dicitur inter bonos benè agier, quiequam agi dolosè aut malitiosè potest?

Dŏmă, tis, {λλ *ghagh.* δῶμα, δόμος. GALL. Toict, couuert. ITAL. *Tetto piano.* GARM. ein tach das eben vnd nit haldecht oder störzig ist. HISPA. *Casa ò iejado de casa.* ANG. *The roofe of ad house.*} Hieronymo vsitatum verbum.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Dŏmābĭlis, *Vide* Domo, domas, in DOMVS.

Dŏmēsticātim, Domesticus, *Vide* DOMVS.

DOMITII, Plures apud Romanos. Cn. Domitius. L. Domitius. Domitius Nero, Domitius Ænobarbus. *Vide Suet. in Nerone.*

Dŏmĭcilĭum, Domicœnium, Dominium, Dominor, Dominus, *Vide* DOMVS.

Dŏmĭpŏrtă, Cochlea dicitur, quòd domum suam perpetuò circumferat: Vnde etiam Græci φερέοικον vocant. *Cic. 2. de Diuin.* Vt si quis medicus ægroto imperet vt sumat terrigenam, tardigradam, domiportam, sanguinecassam, potiùs quàm hominum more cochleam.

DOMITII ciuitas, Δομιτίου πόλις, in Isauria est. *Steph.*

Dŏmĭtŏr, Domitura, *Vide* Domo, domas, in DOMVS.

Dŏmo, domas, *Vide* DOMVS.

Dŏmŭs, Propriè ædificium ad habitandum factum, quod ex tecto & parietibus constat. Impropriè pro quocunque habitaculo. {בית *báyth.* οἶκος, δόμος. GAL. Maison. ITAL. & HISP. *Casa.* GERM. Ein hauß. ANG. *An house.*} Vnde & templa, & auium nidi, domus dicuntur. οἰκήματα. *Virgil. lib. 6.* Ostia iámque domus patuére ingentia centum Sponte sua. *Idem 8. Æneid* Antiquásque domos auium cum stirpibus imis Eruit. [Domum prosequi aliquem: *Velleius.* Grata domus Cereri. (Sicilia) *Ouid. 4. Fast.* Quod me domus ista recepit (vestra.) *Ouid. Eleg. 4. lib. 4. Trist.* Saltem credo intromittar domum. *Plaut. Men. sc. 5. a. 5.* Malis lupos apud oues linquere, quàm hos domi custodes. *Plaut. Pseud. sc. 2. a. 1.* Palla periit domo, *Plaut. Men. sc. 2. a. 4.* Ille meæ domui protinus hospes erit. *Ouid. Eleg. 12. lib. 3. Trist.* Domum properare propero. *Pl. Men. sc. 7. a. 5.* Neque domi, neque apud amicam mihi quicquam creditur. *Plaut. Men. sc. 3. a. 4.* Domo, abs re afferto. *Plaut. Aul sc. 2. a. 2.* Ducere domum vxorem, pro ducere tantum. *Plaut. Aul. sc. 3. a. 1.* (bis.) Item *sc. 5. a. 3. Et Men. sc. 2. a. 1.* Portitorem duxi domum. *Item*, Fuge *sc. 2. a. 5.* Benè & pudicè me domi (suæ) habuit. *Plaut. Curc. sc. 3. a. 5.* Eduxit, *ibid. sc. 2. a. 4.* Postquam in ædes, ad se deduxit domum. (sup. herus nouum seruum) Vbi ter idem dicit, in ædes, ad se, domum. *Plaut. Milit. sc. 1. a. 2.* Domum ire iussit (verba dimittentis cum contumelia.) *Plaut. Asin. sc. 2. a. 3.* Surge amator, i domum. *Plaut. Asin sc. 2. a. 5.* Domo surrupta pallam. *Plaut. Men. sc. 1. a. 4.* Domo surrepta palla. *Ibid. sc. 2. a. 4.* Nihil est quod perdam domi. *Ibidem*, Quæ domi duellque male fecisti. *Plaut. Asin. sc. 2. a. 3.* Domi duellque diuellatores optimi. *Plaut. Capt. prol.* Neque iuuat quod edo domi, quod foris, id beat. *Plaut. Capt. sc. 2. a. 1.* Domi habet animum falsiloquum, domi dolos, &c. domi hortum. (*Metaphor.*) *Plaut. Milit. sc. 2. a. 2.* Ad domum prosequuti eum sumus. *Gell. c. 1. lib. 12.* Ab domo abeundum est mihi. *Plaut. Aul. sc. 2. a. 2.* Reconciliare filium domum. *Plaut. Capt. prolog.* id est, reducere, siue Penatibus restituere.) [Pallam & aurum domo suppilas vxori tuæ. *Plaut. Men. sc. 1. a. 5. & sc. 2. a. 5.* A domo missi. *Liuius lib. 5. dec. 4.* In domo non est (ab alio adoptatus) Reddit argentum domo (id est, à se.) *Plaut. Cure. sc. 3. a. 5.* Imperator eram domi in patria mea. *Plaut. Pseud. sc. 7. a. 4.* Nam mihi cum magnis opibus domus alta niteret. *Tibul. lib. 4.*]

¶Aliquando domus dicitur familia. οἰκία. *Idem lib. 5.* Segerstusque, domus tenet à quo Sergia nomen. ¶Aliquando sumitur pro tota aliqua gente. *Idem 1. Æneid.* Quum domus Assaraci: volens intelligi Romanos, qui ab Assaraco per Troianos originem ducunt. ¶Aliquando pro patria. *Idem 3. Æneid.* Da propriam Tymbræe domum, da mœnia fessis. ¶Facit autem genitiuum, domus, & domi, datiuum domui, accusatiuum domum, vocatiuum domus, ablatiuum domo. Differunt tamen duo hi genitiui, domi & domus, vt Domus ædificium ipsum significet quod ex tecto & parietibus constat. Aptè itaque dicemus partem domus fuit demolitus? non, partem domi. Pro eodem etiam apud veteres legitur Domuis. *Varro*, Perrexit in interiorem partem domuis. Domi maneo, οἰκουρῶ. *Terent in Adelph.* Quid ais bone vir, est frater domi? ¶Inuenitur tamen nonnunquam apud antiquos genitiuus domi pro domus. *Plaut. in Trinummo*, Non fugitiuus est homo: commeminit domi. ¶In numero plurali facit nominatiuum domus, datiuum & ablatiuum domibus, & accusatiuum domos, vel domus, genitiuum domorum, & nonnunquam domum. *Plin. lib. 8. c. 17.* Quo in genere mulri & hoc incolas domum posuêre mures. Legitur etiam nonnunquam in ablatiuo singulari domu. *Plaut. in Milite*, Ait, sese Athenas fugere cupere ex hac domu. Domi, & In domo; idem significat, ἐν τῷ οἴκῳ. *Quintil.* In domo furtum factum ab eo qui domi non fuit. ¶Reuertor domum, & ad domum, οἴκαδε. Exeo domo, vel è domo, οἴκοθεν. ¶Admittunt autem obliqui huius nominis aduerbialiter positi sex tãtùm adiectiua, Mea, Tua, Sua, Nostra, Vestra, & Aliena: vt, Eram domi meæ. Tu eras domi tuæ, & sic de cæteris. *Cic. pro domo sua*, Quid tibi necesse fuit anili superstitione, homo phanatice, sacrificium, quod alienæ domi fieret, inuisere? Aliquando non solent apponi, sed subintelligi: vt, Domi ero, scilicet meæ. *Domi & militiæ*, genitiui aduerbiales: id est absolutè positi, pro eo quod est In pace & in bello: hoc est pacis & belli tempore. In his obseruatum est, vt ferè per coniunctionem & vel que connectantur. *Terent. Adelph.* Vnà semper militiæ & domi fuimus. *Cic. de Senect.* An censes (vt de me ipso aliquid more senum glorier) me tantos labores diurnos nocturnósque domi militiæque suscepturum fuisse. ¶Domus amica, domus optima, οἶκος φίλος, οἶκος ἄριστος. Nusquam commodiùs, nusquam liberiùs, nusquam lautiùs homini viuere contingit, quàm domi.

¶Domi coniecturam facere, οἰκοθεν εἰκάζειν. Quod non aliunde petitur, id domi fieri dicitur. *Plaut. Cistel.* ¶Domi pugnans more galli. In eum qui semper domi desidens, non audet vel in bellum, vel in certamina proficisci foràs. Nam hoc animal pugnacissimum quidem est, sed domi. ¶Vna domus non alit duos canes, οὐ οἶκος οὐ βούλεται τρέφειν δύο κύνας. Prouerbio iactatus senarius in eos, inter quos parum conuenit propter idem lucrum, quod communiter expetunt. *Refertur ab Aristophanis interprete.* ¶Domi manere oportet bellè fortunatum, οἶκοι μένειν δεῖ τὸν καλῶς δουλεύοντα. Cui suppetit copia facultatum, is si velit fortunatam agere vitam, domi viuat. ¶Ad eandem pertinet metaphoram, Domi habere. ¶Huius nominis diminutiua sunt, Domuscula, Domuncula, οἰκίσκος, οἰκημάτιον.

Dŏmūncŭlă, æ, diminutiuum: οἰκίδιον. *Vlpianus D. lib. 47. Tit. 12. leg. 3.* Si domunculam habeat, &c.

Dŏmēsticŭs, ca, cum, Quod ad domum pertinet, quódque ex domo nostra est. {איש בית *ísch báyth.* οἰκιακός. GALLIC. Domestique, de la maison. ITA. *Domestico, di casa.* GER. Ein hauß genoß oder hauß gehorig. HISPA. *Cosa casera ò de casa.* ANGL. *Perteining to householde.*} vt, Domestica negotia, domestica exempla, domesticum lenocinium. Domesticus vsus, & consuetudo *apud Ciceronem.* Domesticum funus, domestica furta, domesticum testimonium. ¶Aliquando domesticus dicitur mansuetus ac mitis. ἥμερος. *Plinius*, Mite animal, atque domesticum. [¶Domesticum iudicium, (de conscientia.) *Cæsar 3. bell. ciuil.* ¶Domestici apud *Procop. lib. 3. de bell. Vand.* dicuntur homines, Officiers de l'Empire.]

Dŏmēsticŭs, ci, Qui in eadem domo nobiscum habitat. οἰκεῖος, ἔνοικος.

Dŏmēsticātim, aduerbium, significat per varias domos, siue per domesticos. {κατ' οἰκήματα. GAL. De maison en maison, par les maisons. ITALIC. *Di casa in casa. per le case.* GERMANIC. Don hauß zu hauß. HISP. *De casa en casa.* ANG. *From house to house.*} *Sueton. in Cæs.* Quarum vt quàm maxima expectatio esset, ea quæ ad epulum pertinerent, quamuis macellariis oblocata, etiam domesticatim apparabat.

Dŏmĭcœnĭum, Cœna quæ fit domi. δεῖπνον. *Apul. Martial. lib. 5.* Si tristi domicœnio laboras Torani, potes esurire mecum.

Dŏmŭĭtĭo, {GALLIC. Retour en la maison. ITA. *Ritornata à casa.* GERM. Heimgang HISP. *Tornada à casa.* ANG. *A returning home or to the house.*} Dictio composita ex domo, & itio, quasi reuersio ad domũ. *Cic. lib. 1. de Diuin.* Sed Rhodiorum classi propinquum reditum, ac domuitionem dari. *Apul. lib. 3.* Denique nec larem requiro, nec domuitionem paro. Itiones autem dici, sicut reditiones, & abitiones, *testis est Terentius qui in Phormione ait*, Hæccine erant itiones crebræ, & mansiones diutinæ?

Dŏmĭcĭlĭum, (à Domus & Colo, is.) Habitatio longi temporis, vnà cum omnibus suis rebus & fortunis. Itaque domicilium non domus aut habitatio facit, sed vbi quis larem, rerúmque suarum summam constituit, vnde rursus non sit discessurus {מעון *maòn.* οἰκητήριον. GAL. Domicile, le lieu de la demeure ou habitation. ITA. *Domicilio, habitatione di longe tempo.* GERM. Ein behausung/ langwirige wonung. HISP. *La casa, ò la morada della de luengo tempo.* ANG. *A dwelling place.*} Vnde mutare domicilium dicuntur qui migrant, vt aliam vrbẽ habitent, tanquam illius ciues futuri. nam qui ad tempus habitat, mox inde discessurus, domum quidem potest habere quam conduxit, domicilium autem non habet. *Cicero 7. Verr.* Sedem antiquam diuinúmque domicilium nocturno latrocinio atque impetu cõpilauit. *Gellius*, Qui domicilium in Italia non haberet. *Cicero de Senect.* Animus cælestis ex altissimo domicilio depressus, & quasi demersus in terram, [Domicilio dignissimo inclusus animus Varinij, *Velleius*: Domicilia animi (de cerebro.) *Gell. c. 15. lib. 17.* Non nostrum hoc domicilium est: Domus est Athenis. *Plaut. Milit. sc. 5. a. 2.* * Domicilia ciborum, (id est, patriæ, siue loca, vnde aduehuntur, vt Pauus è Samo, &c. *Gell. cap. 16. lib. 7.*]

Dŏmo, domas, domui, domitum, & interdum domaui, domatum, olim tertiæ coniugationis fuit, si *Prisciano* credimus, quemadmodum & omnia primæ coniugationis verba quæ præteritum faciunt per ui, diuisas syllabas. Inde manserunt domui, domitum, & domitor. Mansuefacio, condocefacio, edomo. {חנה *hinnáh* בכש *chabásch* למד *limmádh.* ἡμερόω, δαμάζω. GALL. Domter, surmonter rendre subiet. ITA. *Domare, sottomettere, far suggeto.* GERM. Demmen/ zam machen. HISP. *Domar.* ANG. *To subdue, tame, or van quishe.*} [*Plaut. Amphitr.* Si in me exerciturus (pugnos,) quæso in parietem vt primum domes. *Plaut. Men. sc. 1. a. 1.* Domi domitus fui (sup. fame) vsque cum caris meis (id est, liberis meis.) Hic autem ita legendum putat *Passerat.* Domi dom intus fui. Antiqui enim dom, pro dum scribebant. *Idem Milit. sc. 6. a. 2.* Seruos homines oportet domitos habere oculos & manus. Et domitus fræno sæpè repugnat equus. *Ouid. Eleg. 6. lib. 4. Trist.*] *Virgil. 3. Georg.* Talis Amyclæi domitus Pollucis habenis Cyllarus, & quorum Graij meminêre Poëtæ, Martis equi bijuges. *Plaut. in Cas.* Sed quid ais? iam domuisti animum? *Plin. de viris illustr.* Prætor Galliã domuit, Consul Hispaniã, altero Consulatu Sardiniam. Hinc Domitos hostes dicimus, id est victos: & domitos populos, in potestatem redactos. *Cicer. de prouinc. Consul.* Atq; hanc Macedoniam domitis iam gentib. finitimis, barbariáque compressa, pacatam ipsam per se, & quietam. ¶Equorum domitores, πωλοδάμναι. *Virgil. 7. Æneid.* Lausus equũm domitor, debellatórque ferarum. Domiti equi, ἀδάμαστοι: atque Indomiti, ἀδάμαστοι. Indomitæ gentes, feroces. *Idem 1. Æneid.* raptis concurrunt vndique telis Indomiti agricolæ. *Et 8. Æneid.* Indomitique Daci. Hinc componitur Perdomo, pen. corr. quod est valde domo, vel ad finem domo. *Mart. lib. 1.* Herculeæ laudis numeretur gloria, plus est, Bis denas pariter perdomuisse feras.

Dŏmĭtūră, ræ, Domandi actus. {δάμασις. GALL. Domtement, apriuoisement. ITA. *Domatione, domamente.* GER. Zeumung/ zammachung. HIS. *Domadura, aquella obra de domar.* ANG. *A taming or breaking.*} *Plin. lib. 8. c. 46.* Domitura boum in trimatu, post ea sera, antea præmatura. *Col. lib. 6.* Curandum ne in domitura, bos calce, aut cornu quenquam contingat.

Dŏmĭtŭs, tus, tui, Eiusdem significationis. {ANGL. *A taming.*} *Cicer. lib. 2. de Natur. Deorum*, Efficimus etiam domitu nostro quadrupedum vectiones.

Dŏmĭtŏr, oris, Qui domat, hoc est, circumrem, & mansuetũ reddit. {מעבן *mehannéh.* δαμαστής, δαμάστωρ. GAL. Domteur, qui domte. ITA. *Domatore.* GERM. Ein zämer/ der ein dempt vnd zam macht. HIS. *El domador.* AN. *He that tameth.*} *Ouid. Eleg. 1. lib. 2. Trist.* Quid tibi de tetrico referam domitore Chimæræ? [*Gell. cap. 11. lib. 16.* Domitores serpentum Marsi.] Pro eodem etiam legitur Domator. *Tibullus*, Conuersus terga domator.

Dŏmĭtrix, cis. {δαμάστειρα, δαμάζουσα. GAL. Celle qui domte. ITA. *Donna che doma, vince & supera.* GER. ein Zämerin. HISP. *Domadora.* AN. *She that tameth.*} *Virgilius 3. Georgicor.* domitrixque Epidauri, equorum.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Dŏmābĭlĭs,le,Qui eſt aptus ad domandum.{ἁδαστωτός.GA. Domtable, aiſe à domter.IT.*Coſa che ſi può domare.*GER.Zämig/das wol zů zwingen vnd zů zämen iſt.HIS.*Coſa que ſe puede domar.*ANG.*Eaſie to be ouer come or tamed.*}*Horat.lib.4. Carm.Ode* 14. Te Cantaber non antè domabilis Miratur.*Ouid.9.Met.*Atque immune necis nulláque domabile flamma.

*Domiturus,a,um,Particip.futuri temp. *Virgil.*4.*Georg.* Dulcia mella premes:nec tantum dulcia,quantum Et liquida,& durum Bacchi domitura ſaporem.

Dŏmĭto,tas,tare,frequentatiuum.{σωχνὰ δαμάζω.ANGLIC.*To make tame to ſubdue.*}*Virgil.*1.*Georg.*Et preſſos domitare boues.*Idem* 7.*Æneid.*domitant in puluere currus.

Dŏmĭnŭs,A domo fit:& is propriè dicitur qui domui præeſt, & qui in familiam imperium habet.[Imò Dominus dicitur,qui domi vnus imperat.]{*adhón* אדון *báal.* בעל *ἀφέντης,δεσπότης.*GALLI.Seigneur,maiſtre.IT.*Patrone,ſignore.*GE.Ein Herr/Hauſſherr.HIS.*Señor como de ſieruos.*AN.*A maiſter,a lord.*}Sunt enim dominus & ſeruus ἐκ τῆς φύσεως,hoc eſt,ex iis quæ ad aliquid referuntur. *Terent. in Eunuch.* Apparet ſeruum hunc eſſe domini pauperis.*Plaut.in Giſtel.* Quis iſtic habitat? L. Demipho dominus meus.[*Ouid.El.vlt.li.*3. *Triſt.* Libelli qui domini pœnam non meruere ſui(id eſt,parentis & auctoris.)*Idem* 13.*Metam.* Domini nunc cæde madebit enſis.*Plau pſ.ſc.*7.*a.*4. Dominum ædium quærito.*Plau.Moſt.ſc.*2.*a.*1.Dominus(ædium)in diligens.] ¶ Item Domini appellatio ad eos extenditur qui rei alicuius proprietatem habent,etiamſi vſusfructus alienus ſit.Abuſiuè tamen & filiifamiliâs, & cæteri liberi,qui in poteſtate ſunt,& vſufructuarij, domini dicuntur. *Hæc ex Vlpiano.* ¶ Item Dominus vocatur qui in reguum vel ciuitatem imperium habet,& cui populi ſubſunt.*Virg.*1.*Æneid.* Romanos rerum dominos,gentemque togatam. ¶ Rurſus Dominus dicitur maritus.*Idem li.*4. connubia noſtra Reppulit,ac dominum Æneam in regna recepit.[*Item,* Domini mariti & patres.*Liuius lib.*34.]

¶ Sunt etiam amantium verba dominus & domina, blanditiis apta. *Ouid.*Hæc tibi ſub domino eſt Pyrrhe puella ſuo.*Et iterum,*Nam furor in dominam temeraria brachia mouit. ¶ Item ponitur pro conuiuij exhibitore.*Varro,*aut dominum,aut vinum, aut aliud quid laudato.*Cic.in Vatin.*Quum ipſe epuli dominus. Qu,Appius albatus eſſet. [¶ Dominus conuiuij qualis eſſe dicitur,*Gell.*c.11.l.13.] Dominus quoque & domina,ſumi ſolent pro deo ac dea.*Ouid.*Et Domino ſoluere vota Ioui. ¶ Dominus ſimpliciter appellatur in Iure Ciuili,qui quoquo tempore vſu cœpit.*l. ſi finit.* §. *Iulianus. de damno infecto.* Quamuis & veteres honoris cauſa dominum aliquem dicere ſolebãt, *vt quum Neſennius ad Paulum ſcribens.l.Neſennius ad L.Falc.* Ex facto,inquit,Domine talis ſpecies incidit.Sic & mariti vxores ſuas, & maritos illæ quandoque appellant. Sic & *Plinius*, Traianum dominum eadem ſcilicet conſuetudine,cuius & *Martialis* quoque & *Sen.* meminerunt.Dominus fit is,cui traditur ex cauſa emptionis,donationis,doris,mutui,legati,hereditatis,ſolutionis,tranſactionis,ſententiæ, vel ſimilibus.*l.traditionibus C.de pact l nunquam nuda.* De acquirendo rerum dom. [¶ Domini noui. Emptores, apud *Ouid.lib* 5. *Faſt.* ¶ Domini appellationem,vt maledictum & opprobrium ſemper exhorruit.]Domini appellatio,à domo deducitur,δικῶν,proprium Græci vocant:& à domo deriuant.*Vlp.in tit.Inſtit.de hared qual.& differe.* Domini appellatio ad eos extenditur, qui rei alicuius proprietatem habent,etiamſi vſusfructus alienus ſit.*Vlp.* Domini abuſiuè dicuntur filiifamiliâs,& cæteri liberi qui in poteſtate ſunt,& vſufructuarij. *Ex Vlp.* [¶ Domini factionum.*Suet.in Neron c.*5.& 22.]

Dŏmĭnă,næ, Hera, domini vxor,quæ in familiam,aliámve rem imperium habet.{בעלה *baʕaláh.δέσποινα.*GALLIC.Dame,maiſtreſſe.ITA. *La ſignora,la maeſtra.*GER.Ein frauw/herrin.HISP. *Señora como de ſieruos.*ANGL.*A ladie or maiſters.*}*Cic.in Parad.*Cupiditas honoris, dura domina *Idem lib.*2.*de Finibus,*Dominæ rerum omnium virtutes.*Virg. lib.*3.*Æneid.*Et vincti curru dominæ ſubiere lebetes.*Cic.lib.*3.*Offic.* Hęc enim vna virtus omnium eſt domina & regina virtutum. De iuſtitia loquitur. ¶ Domina, κατ'ἐξοχὴν quandoque pro Proſerpina legitur. [Imò pro vxore.]*Virg.* 6.*Æneid.*Hi dominam Ditis thalamo deducere adorti.[Dominæ nouem,(id eſt,Deæ ſiue Muſæ:)*Martial.Epigr.*3. *lib.*12.Vt negligens domina mancipiorum domina fortuna.*Senec.cap.* 10.*de Conſ.ad Marc.Suet.in Claud.c.*39. Cur domina non veniret,requiſiuit.]

Dŏmĭnĭcŭs,deriuatum,κυριακὸς. ¶ Dominicæ habitationes,*apud Col. lib.* 9.*c.*1.Et, Rationes dominicas pecuarias conficere,*apud Varr.lib.* 2.*de Re ruſt c.*10.

Dŏmĭnŏr,aris,Ius & imperium in rem aliquam habeo,rerum potior,regno,dominatum teneo. {*radhád* רדה שר *ſar* מעל *maſchál.* δεσπόζω, κρατέω.GAL.Maiſtriſer,dominer.ITA.*Signoreggiare.*GERM.Herſchen. HI.*Enſeñorear.*ANG.*To hawe dominion or maiſter ſhip, to beare rule.*} & frequentiſſimè habet datiuum. *Virg.*1.*Æneid.* victis dominabitur Argis. Modò accuſatiuum,cum IN præpoſitione.*Ouid.lib.*1. *Metam.* & quod dominari in cætera poſſet.*Cic.in Cat.*Felix ſenectus,ſi vſque ad vltimum ſpiritum dominatur in ſuos.Modò ablatiuum cum præpoſitione IN.*Sulpit.Cic.* Quum caſus & natura in bonis dominatur. *Virg. lib.*2.*Æneid.*Incenſa Danai dominantur in vrbe. ¶ Interdum etiam cum genitiuo inuenitur,ſed nonniſi in ſacris literis. ¶ Dominor aliquando paſſiuè accipitur:*Cic.*1.*Offic.* O domus antiqua,quàm diſpari domino dominaris.

*Dominans,Participium,Qui dominatur.*Cic.*2.*de Finibus,*Maximas verò virtutes iacére omnes neceſſe eſt voluptate dominante.

* Dominantior, Comparat. *Lucretius libro tertio*, Et magis eſt animus vitai clauſtra coërcens, Vt dominantior,ad vitam,quàm vis animai.

Dŏmĭnātŭs,Principatus. {משרה *miſráh* ממשלה *meſchaláh* עצר *ʕétſer.* τυραννὶς.GALL. Domination,ſeigneurie,maiſtriſe.ITAL.*Signoria,tirannide.*GERM.Ein Herrſchafft.HISPAN.*Señorio.*ANGLIC.*Dominion, lordſhip,maiſtershíp.*}*Cic.* 4. *de Finibus.* Quum autem aſſumpta ratio eſt,tantò in dominatu locatur,vt omnia illa prima naturæ huius tutelæ ſubiiciantur. *Idem* 1.*de Diuin.* Quæ erat vrbs in Theſſalia,tum admodum nobilis, ab Alexandro autem tyranno crudeli dominatu tenebatur.

Dŏmĭnātŏr,oris.{משל *meſchél* שר *ſar.* παντοκράτωρ,κυριεύων.GAL.Dominateur & ſeigneur.ITA.*Il Signoro.*GER.Ein Herſchender.HISP. *El que enſenorea.*AN.*That hath dominion,a lord.*}*Cic.*2.*de Nat.deor.*Dominator rerum Deus.

Dŏmĭnātrīx {שרה *ſaráh.* κυρία,κυριεύουσα GAL.Celle qui domine.ITAL. *Dona che ſignoreggia.*GER.Ein Herſchetin. HIS. *La que enſenorea.* AN. *She that hat dominion.*}*Cic.*1.*de Inuent.* Cæca ac temeraria dominatrix animi cupiditas.

Dŏmĭnātio,Impetium.{משרה לשרה *miſráh* ממשלה *memſchaláh.* עשר *ʕétſer.* δεσποτεία.GAL.Seigneurie,domination.ITA.*Signoria,dominio.*GE.Herrſchung oder herrſchafft.HIS.*Señorio.*ANG. *Lord ſhip,maiſter ſhipe impire.*}*Cic.*5.*Verr.*Qua impudentia putatis eum in dominatione fuiſſe,qui in fuga tam improbus ſit?*Tacit.lib.*13.Quæ cunctis malis dominationis cupidinib.flagrans,&c.*Cic.*2. *de Inuent.* Dominatio rationis in libidinem.

Dŏmĭnĭum,nii,Imperium, & principatus. {משרה *miſráh* ממשלה *memſchaláh* עצר *ʕétſer.* δεσποτεία.GAL.Seigneurie,domination,maiſtriſe.ITAL.*Dominio,ſignoria.*GER.Herrſchafft.HISPAN.*Señorio.*ANG. *Lordſhip,impire,domination,rule.*}*Varr.*2.*de Reruſt.cap.*6. In mercando item(vt cæteræ pecudes) emptionibus, traditionibus dominium mutant.

Dŏmĭnĭum,dominij,[*Senec.c.*2.*de Conſ.ad Mart.* Dare longum dominium malis ſuis in ſe.& *Velleius*, Vita rerúmque ſuarum dominium ei conceſſa ſunt. Dominium autem] eſt Ius de re corporali perfectè (quod ſalua Legum prohibitione fiat)diſponendi.*Alciat.l.traditionibus.C.de Pact.*Dominium,*inquit Bartol.* eſt ius de re corporali perfectè diſponendi,niſi lege prohibeatur. Appelleus noſtri *Plin.* definit hoc modo:Eſt ius de re corporali perfectè diſponendi, ſi rei copiam habeas,ſin minus vindicandi:niſi vel lege,vel conuentione prohibearis.Eſt etenim Dominium ipſiſſima cauſa rei vendicationis,quum videlicet alius quiſpiam nobis inuitis,vel poſſidet,vel detinet. Dominium diuiditur in directum,& vtile.*l.prima §.final. ff.Si ager vectigal. vel emphyt.pet.*Partitur in proprietatem & vſumfructum.*l.iiij de Vſufruct.l qui vſumfructum,de verborum obligat.*Sed & alias in Iure inueniri Dominij ſpecies, *indicat Alciatus in Parergis.* Quoddam enim Dominium eſt κατ' ἐλπίδα id eſt,in ſpe, vt quum *in l.in ſuis.de Lib & poſthum.*filius familiâs rerum paternarum dominus vocatur, vnde & ſui hæredes dicuntur tanquam ſibi ipſis ſuccedant: erant enim viuente quoque patre domini. Aliud eſt dominium κ' ἐξοχὴν,id eſt, per anticipationem dicere poſſumus,vt quum mulier rei ſuæ in dotem traditæ domina dicitur. *l. in rebus. Codice de iur.dotium.* Aliud eſt Dominium quod vidua habet,quam maritus relictis liberis decedens,in teſtamento iuſſit eſſe dominam vſufructuariam, adminiſtratricem (dominium enim illud εἰκονικὸν, & imaginarium eſt)eam ſolùm in domo præeminentiam conſecutam,quam viuente marito habebat. Ideóque ad alimenta tantùm contrahitur: eſt igitur & hoc dominium ἐγκωμιαστικὸν. Aliud eſt quod ſummum ſeu maius dominium vocant: quædam ſcilicet maieſtas, cuius obſeruationem fœderati ſupremo Principi, vel Reipublic. debent, *l.non dubito. de Capt.& poſtlim.reu.* Effectus autem maioris dominij,quos non paucos referunt ab interpretibus petendi ſunt. Dominium rem diuiditur in id quod Iure Gentium acquiritur, & in id quod Iure Ciuili. Prius autem ſine poſſeſſione acquiri non poteſt,poſterius poteſt maximè.*l.à Titio.in fin.de Furt.l quum hæredes, in princip. de Acquirend. poſſeſſione.l.facta ad S.C.Trebellian.l.prima de Bon. poſſeſſion.*§. *primo, Inſtitut.de Acquiſ per adrog. & titul.proximè ſequenti eum ſimilibus.* Dominium proprietas,& vſusfructus,quæ duo ſunt partes dominij, & non minus perfectiones, quàm Dominium ipſum ſunt ex pluribus cauſis *l.iij.§ ex pluribus de Acquirend. poſſeſſ l.non vt ex pluribus vt de Regul.Iur.§.ſic itaque diſcretis.Inſtitut.de act onibus.* Quaſi dominium, Ius in re,& obligatio, ſæpenumerò ſunt ex pluribus cauſis. *l.& an eadem.l.penultima.de Excepi.rei iudic.dicta l.*non ex pluribus, quum ſint quædam imperfectionis. Dominium acquiritur tum Iure Gentium,tum Iure Ciuili.Iure gentium,occupatione,inuentione,alluuione,traditione,&c.Iure ciuili autem,vſucapione,præſcriptione,legato,aditione hæreditatis,arrogatione, & nonnullis aliis modis.Quod tamen ad traditionem attinet, requiritur ipſius traditionis iuſta cauſſa. Dominium, quaſi dominium, & Ius in re ſpecificum, affinia ſunt inter ſe, & ſpecies diſtinctæ ipſius Iuris in re generici, Directum verò & vtile ſpecies ipſius Dominij. Dominij duo eſſe officia *Bartol.in l.primaff de Acquir poſſeſſ. explicando Poſſeſſionis definitionem tradit.* Vnum diſponendi: alterum vendicandi, *per l.in rem actio,de rei vendit.l.ſi quis.vide §.differentia, tum dicto tit.de Acquir. poſſeſſ.*

DŌN, δών, Fluuius, à quo Dodonam aliqui dictam putant.*Steph.in Dodona.*

DONETTINI,δωνετλανοὶ,Gens Moloſſiæ,*Steph.*

Donātĭă,Donatiuum,*Vide* DONVM.

Dōnātŭs,participium à Donor.*Vide* Dono in DONVM.

Dŏnax, {δόναξ. ANGL.*An angling rodde of a cane.*}Eſt calamus craſſiore ligno, & tenui foramine,quem totum fungoſa replet medulla, fruticoſiſſimus, & nonniſi in aquaticis naſcens, ſagittis aptiſſimus.Longiſſima internodia habet,& dum calefactus eſt, facilè flectitur.Hinc *apud Plin.lib.*16.*c.*36. Calamus fruticoſiſſimus donax dictus eſt.

Dōnĕc,aduerbium,Significans,quoad,vel quouſque.{עד *ʕadh,* ἕως, ἐφ' ὅσον χρόνον.GAL.Iuſques à ce que,tandis que.ITA.*Finche, mentre che.* GER.Biß das.HIS.*Haſta que.*ANG.*Vntill.*} *Terentius in Andr.* Nunquã deſtitit orare vſque adeò donec perpulit.[Ibo odorans vſque donec perſecutus ero?*Plaut.Mil.ſc.*2.*a.*2.*Ouid.Eleg.*8.*lib.*1. *Triſt.* Donec eris Felix.*Ibid.Eleg.*6.*l.*3.Donec enim licuit.*Idem* 13.*Met.*Donec Laertius heros Aſtitit.]

¶ Iungitur autem tàm indicatiuo,modo,quàm ſubiunctiuo, & cuiuis etiam tempori.De præſenti exemplum eſt *apud Plaut.in Ciſtel-*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

non destiti Instare vsque adeo donec adiurat se anus,&c. De præterito suprà positum est exemplum *ex Terentio*. Exempla futuri nusquã non occurrunt.*Virg.*1. *Æneï*. Donec regina sacerdos Marte grauis, geminam partu dabit Ilia prolem. Ad eundem etiam modum cum omnibus subiunctiui temporibus iungitur.*Colum.* Donec ea aqua,quam adieceris,decoquatur.*Cato de Re rust.* Donec pecuniam satisfecerit, aut delegarit,pecus & familia quę illic erit,pignori sunto.*Teren.in Phor.* Donec tibi quod pollicit⁹ sũ effecero ¶ Accipitur etiã donec pro quãdiu.*Ouid.de Ponto lib.*3. Donec eris fœlix,multos numerabis amicos. ¶ Veteres pro Donec dixerunt Donicum.*Cato de Re rust.* Sed vsque licebit vellas,donicum semen videris ire.*Liuius* quoque ita vsurpat, Ibi manens sedeto donicum videbis me carpento vehentem domum veniſſe.*Plaut.* Inimicus esto donicum ego reuenero.[Donicum parietes ruunt.*Plaut.Most.sc.*2.*a.*1.Si respexis donicum iussero. *Pl. Au.sc.*1. *a.*1.Donicum illę redierit.*Plau.Capt.sc.*2.*a.*2.*Et Pseud.sc.*7.*a.*4. Item, *apud Diomedem lib.*1.]

Donum,huius doni,Ex Græco est(*inquit Festus*) quod illi vocant δῶρον. {מנחה *minchâh* שׁחד *schechâdh*.GALL.Don,present.ITALIC.*Dono, presente*.GERMAN. Ein schencke oder gaab. HISP. *Don que se da,como quiera*.ANG.*A gift or present.*}*Plin.lib.*35.*cap.*14. Græci enim(ait)antiqui dôron palmum vocabant,& ideo dôra munera, quia manu darentur.Est autem donum,quod aut propitiandis Diis datur,aut hominibus pro benefactis, quod nulla necessitate iuris, sed sponte præstantur.*Ouid.de Arte*,Munera,crede mihi,placant hominésque Deósque:Placatur donis Iupiter ipse datis. [Dona promissa reddere templis. *Ouid Eleg.*2.*lib.*4.*Trist.* Quid cessant mihi dona conferre gratulantes. *Plaut.Men.sc.*2.*a.*1. Detulisti vltrà ad me,dedisti dono mihi. *Plaut.Men.sc.*3.*a.*4. Cœlestia dona, artis opus tantæ(arma Achillis) *Ouid.*13.*Metam.* Nihil horum dono datur:(vt opes,liberi)commodata sunt.*Senec.cap.*10.*de Consol.ad Marc.* Donum decusque amoris. *Plaut. Asin.sc.*2.*a.*3. Quæ tibi dona dabo & faciam.*Plaut.Pseud.sc.*1.*a.*4.Hanc tibi noctem,honoris causſa, gratis dono dabo.*Plaut.Asin.sc.*3.*a.*1. Dono dedit viginti minas.*Ibidem sc.*1.*a.*4. Habeto mulierem dono tibi. *Plaut.Pseud.sc.*6.*a.*4.Etiam Phœbo gratissima dona.*Tibul.lib.*4.] ¶ Differt donum à præmio,vt præmium sit quod datur ex præcedenti merito:donum,quoduis munus quocunque modo datum. ¶ *Donatus in illud Terentij in Eunuch.* Quoduis donum & præmium à me optato,id optatum feres:distinguit donum à munere, vt donum deorum sit:munus, hominum:quæ tamen differentia nullo modo obseruatur. Nam & dona dicuntur quæ dantur hominibus, & munera quæ diis offeruntur. Itaque vera differentia hæc videtur,vt Donum dicatur maiorum esse rerum:Munus verò minorum. Nam & regna, & regiones,& oppida,& prædia,cæteráque res immobiles, dono dari passim legimus: muneri dari non item. ¶ Aliquando donum dicitur de rebus perniciosis. *Virgil.Eclog.*6. Quas illi Philomela dapes,quæ dona pararit. ¶ Donum honorarium,id est, quod datur patrono, ab honore dictum,quòd huiusmodi muneribus clientes patronos suos solerent honorare. Neque enim, vt hodie, ita olim patroni mercede conducti clientum negotia suscipiebant,quod illo tempore ignominiosissimum putabatur:grati tamen clientis erat acceptum à patrono beneficium munusculo aliquo remetiri : quod illi donum honorarium vocabant.Nostri autem seculi aduocati (*vt non infacetè ait Budæus*)arbitraria,non honoraria dona accipiunt:quippe qui pro suo arbitrio litigatoribus mercedem præscribunt,nullúmque suæ rapacitati faciunt modum.

Dõno, as, Donum in aliquem confero,largior,munere afficio,munus do.{נתן *nathán* זבד *zabádh* חנן *chanán* שׁחד *schachádh*.δωρέομαι.GA. Donner.ITAL.*Donare*.GERM.Schencken / begaben.HISPA. *Dargraciosamente*.ANGL.*To giue,or present à gift.*} [Dono te ob istud dictum,vt expers sis metu. *Plaut.Asin sc.*1.*a.*1. Dij quibus & quantis me donatis gaudiis? *Plaut.Aul.sc.*6.*a.*5.Ob hoc verbum donabo te hodie aliqui.*Plaut.Mostell.sc.*3.*a.*1. Quod (munus) tibi si populi donauerit error Achiui.*Ouid.*13.*Metam.*Me quoque donari iam rude tempus erat.*Ouid.Eleg.*8.*lib.*4.*Trist.*]*Plaut.in Aulul.* Ab eo donatur auro, vxore & filio.*Idem in Amphitr.prolog.*Quo pacto sit donis donatus plurimis.*Cicer.*1.*de Orat.* Inseri quidem & donari ab arte non possunt : omnia sunt enim illa dona naturæ. *Senec.de Benefic.lib.*3.*c.*14. Vt circumspectiùs donaremus,circumspectiùs eligeremus eos, in quos merita conferuntur.*Cicer.in Pis.*Mihi populus Rom.vniuersus illa in concione non vnius diei gratulationem,sed æternitatem, immortalitatémque donauit.¶ Donare ciuitate, est efficere ciues, & iura ciuium dare.πολιτείαν δοῦναι,πολιτογραφεῖν,μεταδοῦναι τῆς ἰσοτιμίας. *Cic.pro Archia Poeta*, Quid? à Qu.Metello Pio familiarissimo suo,qui ciuitate multos donauit,neque per se,neque per Lucullos impetrauisset?¶ Huius verbi compositum est,Condono, quod quandoque pro simplici vsurpatur:quandoque significat quicquam ad aliorum petitionem do: quandoque ignosco. συγχωρέω.*Terent.in Phorm.* Argentum quod habes condonamus tibi. *Sa'ust.* Haud facilè alterius libidini malefacta condonabam.

Dõnãtus,participium,Munere affectus,cui aliquid donatum est. {נתון *nathún*.δωρητός}*Virg.*5.*Æneï*,Nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit.¶ Huius contrarium Indonatus.ἀδώρητος.

Dõnãtio,Est doni alicuius in alterum collatio,& propriè ea, quæ nullo vrgente iure,sed ex mera liberalitate fit, idque ea quidem mente,vt statim qui dat velit accipientis fieri,nec vllo casu ad se reuerti. {מתנה *mattanáh*.δόσις,δωρεά.GALL.Donaison.ITAL.*Donatione*.GER. Ein freywillige schencke/vergaabung. HISP. *Donacion*. ANG. *The presenting or geuing of a gift.*} Quòd si sub conditione fiat,non est vera donatio.*Cicer.in Orat.*Vt corona aurea donaretur,eáque donatio fieret in theatro populo conuocato.Dicimus autem,dono tibi munus,& dono te munere.

Dõnãriã,Sunt ipsa(*vt Valla docet*)dona,quæ deo offeruntur. {מנחה *minchâh* שׁי *schai* זבד *zebédh*. ἀναθήματα,ἀφιερώματα. ANG. *Giftes and presentes or sacrifices offerend to god.*} quæ scilicet dicata diis,ex thoIis,aut parietibus, aut etiam columnis suspenduntur. *Macrob.* Ornamenta verò sunt clypei, coronæ & huiusmodi donaria. Nonnunquam locus est,in quo dona reponuntur, & pro ipso etiam templo. *Virgil.lib.*3.*Georg.* Tempore non alio dicunt regionibus illis Quæsitas ad sacra boues Iunonis, & vris Imparibus ductos alta ad donaria currus.*Gel.li.*2.*c.*10.Vbi reponi solerent signa vetera,quæ ex eo templo collapsa essent,& alia quædam religiosè donariis consecrata. *Apul.*Ibi donarium deæ perquàm opulentum,plurima auri & argenti ratio in lancibus,speculis,poculis, & huiusmodi vtensilibus. Quod est contra *Laurent.Vallam*,qui *Seruium* reprehendit,quòd donaria interpretetur loca,in quibus dona suspenduntur. [*Ouid.*3.*Fasti.* Si tua contigimus manibus donaria puris.]

Dõnãtiuum,Munus quod à principe vel imperatore militibus donatur. {מנחה *minchâh* שׁי *schai* זבד *zébedh*.δόσις.GAL.Largesse de Prince, donaison generale.ITAL.*Dono fatto da vn Principe*. GERM. Ein gaab oder verehrung so ein Furst oder Hauptman seinen kriegsleuten thut. HIS, *Don hecho de Principe*. ANG. *A gift or dole of a prince or noble man.*} *Sue.in Domitiano*,An duplum donatiuum militi donaret.*Plin in Pan.* Nam mihi cogitandi eundem te collationes remisisse,donatium reddidisse,congiarium obtulisse,&c.*Tacit.lib.*20 Et aduentu quintanorũ quintadecimorúmque auctæ legiones,donatiuum poscunt.

Dõnãtiuus creditor, qui donationem facit. *Paulus Iurec.* Si de duobus debitoribus, mortis causa donatiuus creditor vni acceptum tulit, & conualuerit,eligere potest vtri condicat.

Dõnãticæ coronæ, Dicebantur quibus victores in ludis donabantur : quæ postea magnificentiæ causa institutæ sunt, super modum aptatæ capitibus,quali amplitudine fiunt, quum lares ornantur: *Festus*,

DŎNŸSĬA,δονυσία,δόνυσα,insula parua Rhodi, in quam Dionysius Ariadnam ex Naxo transtulit,quùm Minos pater eam persequeretur. Vnde corruptum vocabulum videtur pro Dionysia.*Stephanus.*

DŎNŸSA,δόνυσα, Insula est in mari Ægeo,vna Sporadum,cuius meminit *Virg.libro* 3. *Æneid.*Linquimus Ortygiæ portus, pelagóque volamus; Bacchatámque iugis Naxon,viridémque Donysam.

DŌRĂ,δῶρα,Insula est in Persico.*Steph.*

Dōrcas,dorcadis.{צביה *tsebijjáh*.δορκάς.ANG.*Aroe.*}Dama, seu caprea; ἀπὸ τῆς ὀξύτητος δέρκεσθαι, hoc est,ab eo quòd acutè videat. *Plin.lib.*28. *cap.*8. Dorcadis pelle collo suspensa.*Mart.lib.*13. Delicium paruo donabis dorcada nato.

DŌRCEŪS,δορκεύς,*ab Ouid.*3.*Metam.*numeratur inter canes Actæonis.Inde(inquit)ruunt alii rapida velocius aura,Pamphagus,& Dorceus,& Oribasus,Arcades omnes.

DŌRĬĔUM,δορίειον,Phrygiæ ciuitas.*Steph.*

DŌRĬŎN,δόριον,Oppidum est Peloponnesi,iuxta quod Thamyras citharœdus Musas ad certum certamen prouocauit. *Meminit huius oppidi Plin.lib.*4.*c.*5.Item,*Lucanus lib.*6.-Pteleos,& Dorion irâ Nobile Pieridum.

¶ Est & eiusdem nominis oppidum in Magnesia apud eundem,*lib.* 4.*c.*10. ¶ Tertium item in Ionia, minoris Asiæ regione, *apud eundem lib.*5 *c.*19.

DŌRĬS,idis,{δωρίς.GER.Ein Landtschafft in Griechenland.}Græciæ regio est iuxta sinum Maleacum,quæ à tergo habet Oetam montem : à qua incolæ Dorii,vel Dorienses,vel etiam Dories,δωριεῖς,appellantur.

¶ Inde denominatiuum Dorieus:vt,lingua Dorica, qua regionis eius populi vtebantur.Dories antè Achiui dicebantur: postea Dories dicti à Dorico quodam(*vt Plato autor est tertio de Legib.*)qui eius regionis exules restituit:aut(*vt Seruio placet*)à Doro Neptuni filio,aut certè à Doride Oceani & Tethyos filia. Ab his originem traxerunt Asiæ populi,in ora Cariæ,ad mare Carpathium,quorum regio etiam Doris appellata est.

DŌRĬĪ,δώριοι,& Dorienses,siue Dories,δωριεῖς,Populi sunt Achaiæ,sic dicti à Doride regione Græciæ iuxta Maleacum sinum , cuius à tergo mons est Oeta.¶Sunt & eiusdem nominis populi in Asia Carib. vicini,ad Carpathium mare,à superioribus oriundi, *quorum frequens est mentio apud Herodot.lib.*1.

DŌRĬS,idis,δωρίς,Herba est anchusæ similis,lanuginosior tamen , & minus pinguis,tenuioribus foliis & languidioribus. Radix oleum non fundit,sed habentem succum,& in hoc ab anchusa distinguitur. *Hæc Plin.lib.*22.*c.*10.

DŌRĬS,δωρίς,Nympha maris, Oceani & Tethyos filia,quæ Nereo fratri nupta,immensam vim marinarum Nympharum peperit,quæ à nomine patris Nereides appellatæ sunt. ¶ Nonnunquam pro ipso mari. *Virgil.in Gallo*,Sic tibi quum fluctus subterlabêre Sicanos,Doris amara suam non intermisceat vndam.

DŌRĪSCVS,δωρίσκος,Locus littoralis Thraciæ,ferè ex opposito Samothraciæ,à Doride nympha appellatus,cuius capacitate Xerxes numerauit, aut potiùs demensus est,exercitus sui multitudinem.Erat enim capax CXX.M.hominum. *Autor Plin.lib.*4.*c.*11.*& Herod.lib.*7.

DŌRĬVS,Lusitaniæ fluuius;ad quem portus est,& ciuitas,*vt est apud Ptolemæum.*

DŌRMĬŌ,is,verbum absolutum,Somnium capio,sopitus sum. {ישׁן *iaschán*.κοιμάομαι,καθεύδω.GA.Dormir.ITA.*Dormire*.GERM.Schlaffen. HISPA.*Dormir*.AN.*To sleepe,to be a sleepe.*}*Plaut.in Trin.*Egomet autem quum extemplò arcum Mihi & phareram & sagittas sumpsero, cassidem in caput,dormibo Placidè in tabernaculo. Aliquando cum accusatiuo,& præpositione IN:*Plin.in Epist.* Nihil est quod in dextram aurem fiducia mei dormias:non impunè cessatur.

¶ Dormire in vtramuis aurem,est animo otioso,securo, vacuóque esse.*Terentius in Heaut.* Ademptum tibi iam faxo omnem metum,In aurem vtramuis otiosè vt dormias. ¶ Dormire in vtrumuis oculum,idem significat.*Plau.in Pseud.*De ista re in oculum vtrumuis cognoscito.*Dormire alicui,dicitur is qui non inseruit ei, neque per omnia gerit morem.*Cic.ad Fab.Gall.*7.25.Capius(opinor)olim, Non omnibus dormio:hic ego, Non omnibus,mi Galle,seruio. * Dormit sol, quando non lucet.*Plau Amph.*Credo equidem dormire solem,atque appotum probè.

*Dormiens,Patticip.Qui dormit.Significat etiam cessantem siue cessatorem.*Terentius Adelph.*Quid credebas?dormienti hæc tibi confecturos deos?] Dormiam ego iam ebrius scilicet) *Plau. Most.sc.*1.*a.*1. Dormiens excubat.*Suet.in Claud.c.*37.Dormitum abeas. Abeas.*Plau. pseud.sc.*2.*a.*2. Qui vigilans dormiat.*Plaut.Pseud.s.*3.*a.*1.Nisi ambulaui dormiens in tegulis.*Plau.Milit.sc.*3,*a.*2.Quod hac noctu somniaui dormiens.*Plau.Curc.sc.*1.*a.*2.Pugnis facies hodie vt dormiam.*Plaut. Amphitr.*Dormitis interea domi, *Plaut.Asin.sc.*4.*a.*2.*Metaph.* Quin

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tu is dormitum? Ph. Dormio. *Plaut. Curc. sc. 3. a. 1.* Abiit ambulatum, vel dormit. *Plaut. Milit. sc. 2. a. 2.* Vide vt dormiunt pessumi, neque se cómouent. *Plaut. Curc. sc. 2. a. 1.* Ne quid animæ amittat dormiens (Follis.) *Plaut. Aul. sc. 1. a. 2.*]

Dōrmīto, as, penult. product. frequentatiuum est: quanuis diminutionis significatum quandoque habeat. {נם *nam.* νυστάζω, ὑπνώττω. GALL. Sommeiller, auoir faim de dormir. ITA. *Hauer sonno.* GER. Hefftig schlaffen. HISP. *Entre dormir y velar.* ANG. *To sleepe often, to haue a desire of sleeping, to slumber.*} *Horat.* Quandoque bonus dormitat Homerus. Est autem proprie Dormitare, somno detineri. *Plaut. in Amph.* Te dormitare aiebas, mensa ablata est, cubitum hinc abimus. [*Fabius Quintil. c. 5. lib. 7.* Dormitare Ciceroni videtur Demosthenes. *Plaut. Aulul. sc. 1. a. 4* Sin dormitet, ita dormitet, vt seruus se esse sentiat. *Idem Asin. sc. 1. a. 2.*]

Dōrmīsco, is, Dormio. κοιμώδω, κατευνάομαι. *Plaut. Curc.* Caput deponit, quum dormiscit, ei subduco anulum.

Dōrmītātŏr, Qui solet dormire, & omnia negligentiùs agere. {נם *nam* נרדם *nirdám.* ὑπνώττων. GALLIC. Dormeur, dormart, endormi & negligent en ses affaires, songeart. ITA. *Dormiglione da poco.* GERM. Ein schläfferiger / der so liederlich zu seinem sachen thut / als wann er schlieffe. HISP. *Dormidor.* ANGL. *A sleeper, a sluggard, a slumberer.*} *Plautus in Trin.* -mira sunt, Ni illic homo est aut Dormitator, aut sector zonārius.

Dōrmītōrĭus, a, um, adiectiuum: vt, Cubiculum dormitorium, vbi dormitur. {κοιτών. GAL. De dormir, qui sert à dormir. ITAL. *Che serue à dormire.* GERMAN. Das zu schlaffen gehört. *Cosa pertenesciente à dormir.* ANG. *That serueth for sleeping.*} *Plin. iunior in Epist.* Est in hac diæta dormitorium cubiculum, quod diem, clamorem, sonum excludit.

Dōrmītōrĭum, substantiuè. Dormitorium cubiculum. {τὸ κοιμητήριον, τὸ κοιτών. GAL. Dortoir, lieu où on dort. ITAL. *Luoco da dormire, dormitorio.* GERMAN. Ein schlaafftammer. HISP. *El dormitorio.* ANG. *A dortour, a bed chamber.*} *Plin. lib. 30. cap. 6.* Post hæc iubent eum in pariete dormitorij, tectóve includi.

DŌRŌCŌTTĔRŶS, δωροκόττερος, vrbs Galatarum Aquilonarium, *Steph.*

Dŏrŏn, {מנחה *minchâh* שחד *schechâdh.* δῶρον. GAL. Don, present. ITAL. *Dono.* GER Ein gaab / oder schäncke. HISP. *Don.* ANG. *A gift, a present.*} Donum à Græcis dicitur, quòd munera ferè manu dentur. Apud antiquos enim Græcæ linguæ scriptores, δῶρον pro palmo, siue manu inuenitur. *Plin. lib. 35. cap. 14.* Græci (inquit) antiqui dôron palmum vocabant, & ideo dôra, munera, quia manu darentur. Vnde Antidora, ἀντίδωρα, remunerationes. Vetus autem illa significatio adhuc remãsit in compositis, Didôron, Tetradôron, & Pentadôron, pen. prod. quib. lateres in structuris ædificiorum significantur, qui duorum, quatuor, aut quinque palmorum longitudinem habent. Palmi autem nomine mẽsuram intelligimus duodecim digitorum, quem palmũ maiorem, siue dodrantem vocant.

Dōrsum, si, Tota posteriot corporis pars, à collo vsque ad os sactum. In qua significatione legitur, & dorsus masc. gen. {נב *gáb.* νῶτον. GAL. Dos, eschine. ITA. *Dorso, schiena.* GERM Der rucken. HISP. *El espinaço, ò el lomo.* ANGL. *The backe.*} *Plaut. in Milite,* [*sc. 4. a. 2.*] Timeo quid rerũ gesserim: mea dorsus totus prurit. Non solùm autem dicitur de hominibus, cæterisque animalibus, sed etiam de inanimatis, vt de littoribus, aquis, montibus, & huiusmodi. *Virg. 1. Æneid.* Namque inflicta vadis, dorso dum pendet iniquo. Quibus in locis significat duriorem arenam (*vt inquit Seruius*) quæ meantibus vltro citróque fluctibus densatur: quod à nautis puluinus vocatur. [*Liuius lib. 1. dec. 5.* Dorsum montis. *Idem lib. 4. dec. 5.* Iugum montis in angustum, dorsum cuneatim.] ¶ Antiqui ramen dossum dicebant quod nunc dorsum dicimus. Vnde dossuaria iumenta *à Varrone dicto lib. 2. c. 10.* quæ dorso vehunt. Ad quam rem (inquit) habent iumenta dossuaria domini, alij equas, alij pro his quid aliud, quod onus dorso ferre possit.

Dōrsŭālĭa, Tegumenta quibus equi & boues teguntur. {σκηνώματα. GALL. Couuertures de cheual. ITA. *Coperte da caualli.* GERM. Ein Rucktendecke / Reitdecke. HISP. *Las coberturas de los bueyes ò caballos.* ANG. *Sadle clothes.*} *Iulius Cap* Processerunt centeni albi boues, cornibus auro iugatis, & dorsualibus apricis discoloribus præfulgentes.

* Dorsuosus, Adiect. *Solin. cap. 40.* Ita incertis molibus nunc in breuia rescinditur dorsuosa, nec æstibus mundatur inquietis.

DŌRTĬVM, δόρτιον, *Ptolemæo c. 9. lib. 3.* Mœsiæ superioris vrbs est, ad Danubium.

DŌRŶS, δόρυς, Neptuni filius, qui in Doride Græciæ regione regnauit, à quo ipsi etiam populi, Dorij appellati putantur, *vt ait Seruius in illud Virg. 2. Æneid.* -iunat ire, & Dorica castra, Desertósque, &c. {GERMAN. Ein Sohn Neptuni welcher in der Landtschafft Griechenlandts geherrschet hat welche hernach von seinem nammen Doris ist genennet worden.}

¶ Est etiam eo nomine vrbs quædam Phœnices, *apud Iosephum:* cuius ciues Doritæ appellantur, *teste Stephano:* qui in Caria eiusdem nominis vrbem collocat.

Dŏrўcnĭum, δορύκνιον, Strychnigenus est *Theophrasto*, radice candida, longa, cubitali cauáque, folio erucæ maiusculo, caule quadricubitali, capite gethyi maiore, piloso réque, pilulæ platani non absimili. Drachmæ pondere datur, vt sibi quis placeat, & pulcherrimũ se existimet: duplicatũ pondus maiorem insaniam creat, spectris vanis animo obseruantibus: triplicatũ perpetuas gignit furias: cui ponderi si quid adiiciatur, præsentem necem affert. Ab his effectib. quibusdam manicon est appellatũ. Dorycnium autem putatur, quòd lancearum cuspides in prælio eo tingerentur:

DŌRYCLŬS, δορυκλος, Filius Priami, nothus, *vt scribit Hom. lib. 11. Iliad.* quem Aiax interemit. ¶ Alter fuit Doryclus, frater Phinei regis Traciæ, *de quo Virgil. lib. 5.* Fit Boroë Ismarij coniunx longæua Dorycli. *Et paulò post,* -non hæc Rhœteia, matres, Est Dorycli coniunx, &c.

DŌRŸLAEŬM, δορύλαιον, *Stephano, teste Plin. lib. 5. cap. 29.* oppidum est Phrygiæ, non procul ab Hermi auriferi fluminis fonte: *cuius meminit Plin. lib. 5. c. 29.*

DŌRŸLĀS, δορύλας, Nomen Nasamonis cuiusdam potentissimi, vnius ex iis qui Persęo in aula Cephei vim inferre conati, ab illo sunt interfecti. *Ouid. 5. Metamorph.* Et Nasamoniaci Dorylas ditissimus agri, Dimes agri Dorylas quo non possederat alter Latius, aut totidem tollebat farris aceruos. ¶ Est item Dorylas Centauri nomen, *apud Ouid. 12. Metam.*

DŌRŸLĀŶS, δορύλαος, Vir Cretensis, rei militaris peritissimus, & Mithridati cognomento Euergetæ magna familiaritate deuinctus: *cuius res gestas vide apud Strab. lib. 10.*

Dŏrўphŏrŭs, pen. cor. {δορυφόρος. ANGL. *A gentle man about a prince that beareth a speare.*} Satelles qui lanceam, aut spiculum gestans, tuetur corpus principis. Nam δόρυ lancea est, vel spiculum. *Curt lib. 30.* Cognatorum Darij regis turbam quindecim millia hominum fuisse multiplicem propemodum cultam, luxu magis quàm decoris armis conspicuam: doryphori vocabantur: Peculiare enim erat illius ægminis insigne. ¶ Est etiam viri proprium, *apud Quint.*

Dŏs, tis, Propriè dicitur quod maritocum vxore datur. {מהר *móhar.* ἕδνα. GAL. Douaire, le mariage d'vne fille. ITA. *Dote.* GER. Ein Ehesteur oder heimsteu. HISPAN. *Dote del casamento.* AN. *The dowrie which the woman doeth giue vnto hir husbande.*} *Plau. in Amph.* Non ego illam mihi dotem duco esse quæ dos dicitur: Sed pudicitiam, &c. *Terentius in Andr.* Dos est Pamphile decem talenta. *Idem in Adelph.* Vxor sine dote venit: intus psaltria est. [Dote fretæ feroces postulant sibi subseruire viros. *Plau. Men. sc.* vt ætas. *Idem Aul. sc. 5. a. 2.* Quo lubeat nubant, dum dos ne fiat comes. ¶ Quæ in magnis dotibus sint incommoditates, *Vide apud Pl. Aul. sc. 5. a. 3.* Cum illa dote, quam tibi dixi. *Plau. Aul. sc. 4. a. 1.* Scena manet dotes grandis amice tuas, (ingenij. *Ouid. El. 8. lib. 1. Trist.* Et raras dotes, ingeniúmque dedit, (natura.) *Ouid. El. 7. lib. 3. Trist.* Nulla dicat dotem ad te attuli maiorem quàm tua erat pecunia. *Plaut. Aul. sc. 5. a. 3.* Mores meliores pro dote ferant. *Ibidem,* Argentum accepi, dote imperium vendidi. *Pl. Asin. sc. 1. a. 1.* Quam maxima possum tibi dare, dote, (vxorem.) *Pl. Aul. sc. 3. a. 1.* Dotes dapsiles, quæ in seruitutem sumptibus redigunt viros *Ibid.* Dote cassam & inlocabilem. *Plau. Aul. sc. 4. a. 1.* Memineris conuenisse, vt ne quid dotis afferret. *Ibidem,* De sponde huic sororem, ego dotem dabo. *Plaut. Cur. sc. 2. a. 5.* T. Quid dotis? C. Vt semper me alat! *Ibid.* In dotem inuitamentúmque sceleris, (id est, mercedem.) *Velleius,* Omnibus belli togæque dotibus. *Velleius,* Dotem inter auspices consignare. *Sueton. in Claud. c. 24.* Dotis tabellas consignare. *Sueton. in Claud. cap. 29.* Dorem receperunt ex ærario Scipionis filiæ. *Senec. cap. 12. de Cons. ad Helu.*]

¶ Duo autem dotium genera enumerantur à Iurisconsultis, *profectitia* scilicet, & aduentitia. Profectitia dos est, quæ à parentibus profecta est de bonis eorum: Aduentitia verò, quæ aliunde aduenerit: vt si quis patri certam pecuniam dederit quam filiæ nubenti reddat.

¶ Transsumitur præterea latius huius nominis significatio pro omni eo quod alicui datum est vel à natura, vel ab hominib. τὰ ἀγαθά. Vnde dotes animi dicuntur, prudentia, iustitia, fortitudo, & huiusmodi: & dotes corporis, pulchritudo, robur, incolumitas, & his similia. *Martialis lib. 13.* Nec poteris similæ dotes numerare, nec vsus. *Cic. lib. 1. Orat.* Cuius artem quum indotatam esse, atque incomitatam, & incompram videres, verborum eam dote locupletasti, & ornasti. *Ouid. 3. Trist.* Nam tibi quum facilis mores natura pudicos, Et raras dotes, ingeniúmque dedit.

¶ Dotes etiam prædiorum dicuntur pro aduentitiis emolumentis quibusdam & aliunde quæsitis, non ipsis innatis: quæ inde appellationem sumpserunt, quòd prædiorum oneribus ac sumptibus tolerandis attributa sunt, vt dotes in matrimoniis. *Ex Hotomano.*

Dōtālĭs, le, Quod ad dotem pertinet, vel in quo dos consistit. {φερνικός, ὁ τῆς φερνικῆς. GALLIC. Douairier, de douaire. ITAL. *Dotale.* GERM Das zu der ehsteur gehört. HIS. *Cosa que se da en dote y casamiento.* AN. *Pertaining to dowrie.*} Vnde Dotalia bona, Dotales fundi. *Plaut. in Asin. sc. 1. a. 1.* Dotalem seruum Sauriam vxor tua Adduxit, cui plus in manu sit, quàm tibi. *Idem in Mil.* Hasce ædes dicas dotales tuas. *Liu. li. 26.* Hæc tibi à me dotalia dona accedent. [*Ouid. 5. Fast.* Est mihi fœcundus dotalibus hortus in agris. *Ibid. lib. 6.* Et caput, & regnum, factum est dotale parentis.]

Dōto, tas, dotem do. {מהר *mahár.* ἑδνόω. GAL. Douer. ITAL. *Dotare, dar dote.* GER. Außsteuren / mit einer ehsteur begaben. HIS. *Dotar la muger de casamiento.* ANG. *To giue dowrie, to endowe.*} *Suet. in Vesp.* Vitellij hostis sui filiam splendidissimè maritauit, dotauitque etiam, & instruxit.

Dōtātŭs, a, um, adiectiuum, Vnde Dotatam mulierem dicimus, quæ dotem habet: & indotatam, quæ dotis ad maritum nihil attulit. {δεδωτινημένος. ANG. *Endowed, which giueth dowrie to hir husband.*} *Plau. in* [*Aul. sc. 5. a. 3.*] Hæ sunt, atque aliæ multæ in magnis dotibus incommoditates, sumptúsque intolerabiles. Nam quæ indotata est, ea in potestate est viri: dotatæ mulctant & damno & malo viros. [*Plau. Asin. sc. 2. a. 5.* Intelliget quid sit dotatæ vxori conuitium dicere. *Idem Aul. sc. 4. a. 1.* Dummodò morata rectè veniat, dotata est satis.] ¶ Dotatum etiam latius intelligimus eum qui bonis quibusdam animi, corporis, aut fortunæ præditus est. *Manil. lib. vlt.* Tertia Pleiadas dotabit forma sorores. *Ouid. 11. Metam.* Nata erat huic Chione, quæ dotatissima forma Mille procis placuit.

Dŏsĭs, δόσις, à verbo Græco δίδωμι, quod est dare. Hac voce nostri hodie medici vtuntur pro portione simplicium medicamentorum compositionem ingredientium.

Dŏthiēn, enis, δοθιήν, Abscessus cum tumore qui ex crassis humoribus in carnosis plerunque locis fit: mitis, quum in sola cute coierit: malefícus autem, nec facilè curabilis, quùm ex alto in summam cutem emerserit. *Vide Marcellum Virg. in Dioscor. lib. 2.*

DŌTĬVM, δότιον, vrbs Thessaliæ, in quam Gnidij migrarunt, quorum regio Gnidia vocatur, à Dotia Elari filia, sic dicta, vel à Dotide, vel Dotho, *Steph.*

D ante R

DR. In notis antiquorum, Drusus. DR. P. dare promittit. D. RS. de regibus. D. RM. de Romanis. D. RP. de republica. D. T. S. P. Diem tertium, siue perendie, vel siue per eũdem, vel siue perendinum. D S. Deus. DS. Diis. D. S. P. O. de sua pecunia obiit. D. SP. S. de sapientia sua perfecit. D. SVP. P. de supina pila. D. S. dato solo. D SP. de sapientibus. DT. dunta-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

duntaxat.DT.durat.D.TB.de tribubus.D. TRIB.TL.S. De tribunali tulit sententia n.D.T. G.Q.S.De tuo genio quod sentis.

Drabē, δράβη.Herba est cubiti altitudine, gracilibus virgulis,quarum latera vtrinque vestiunt folia, quæ planè Lepidij viderentur, nisi tenertora essent, candidioráque. In cacumine sambuci vmbellam gerit,in qua candidi flores emicant. Hanc nonnulli herbarum periti Orientale Nasturtium,alij Babylonium vocauerunt. *Vide Ruell.lib.* 2.*c.*89.

DRĂBĒSCVS, δραβήσκος, Thraciæ regiuncula, *Steph.*

Drăcænă, δράκαινα,cum diplith.draconis fœmina: sicut leonis fœmina, leæna.

Drăchmă, {דרכמון *darchemón* אדרכן *adharcón.* δραχμή. GAL.Dragme,huictieme partie d'vne once.ITAL. *Dramma,denaro.* GER.Ein quintlein/der vierte theil eines lods.HISP.*Drama peso,ò adarme.*ANG. *A dramme,the eight part of an owonce.*} Genus ponderis ex decem & octo siliquis,id est tribus scrupulis constans.¶Est & genus numismatis, denarium valens Romanum,hoc est (*vt Budæus docet*) solidos Turonenses tres cum semisse. *Terent.in Andr.* Vix,inquit,drachmis obsonatus est decem.*Cic.*1. *de Diuin.* Quibus diuitias pollicentur,ab his drachmas ipsi petunt. ¶ Drachma vnde dicta,& eam æstimari sex obolis.*Plutar.in Lys.*Nisi tu illi drachmis fleueris argenteis.*Plaut.Pf. sc.*1.*a.*1. Quid de drachma facere vis?C.Restim volo mihi emere. *Ité,* Quis mihi drachmam reddet?*Plaut.ibid.* Sed potes nunc mutuam drachmam dare mihi vnam.*Ibidem,*Illi(coqui)iissent drachmis, ego non minoris numo.*Plaut.Pseud.sc.*2.*a.*3.]

DRĂCO, {δράκων. GERM.Ein rauher gfatzgäber der Athenienseren.} Antiquissimus Athenienſium legiſlator, cuius leges Solon, prærerquam quæ de cæde erant constitutæ, abrogandas curauit,propter seueritatem.Nam vna omnibus pœna constituta erat, vt etiam qui desidiæ damnati essent,aut qui olera surtipuissent, capite plecterentur. Ob quam causam Demades dicere solebat, Draconem non atramento, sed sanguine leges scripsisse. [¶De Draconis legibus *Plutarch. in Solon* vbi plura.Item,*Gellius c.*18.*lib.*11.]

Drăco, onis. {תנין *tannin.*δράκων. ANG.*Adragon.*} Serpens annosus,qui multa ætate in insolitam magnitudinem excreuit : ita dictus ἀπὸ τῦ δέρκεσθαι,quòd hoc animal acutissimi visus esse credatur : vnde etiam à Poëtis thesaurorum custodiis fingitur præesse.*Plin.lib* 8. *cap.*11. autor est,Dracones in India in tantam excrescere magnitudinem, vt perpetuum cum elephantis bellum gerant.[Nunc ego Medeæ cuperem frænare dracones.*Ouid.* ¶Serpens draco:*Suetonius in Tiber.c.*72.]

¶Dracones etiam dicuntur *à Plin. lib.*17.*c.*23. à tortuositatis similitudine palmites emeriti, pluribúsque annis indurati: Nuper(inquit) repértum draconem serere iuxta arborem : ita palmitem appellamus emeritum, pluribúsque induratum annis. ¶Draco marinus etiam Piscis est,qui & Araneus piscis vocatur. *de quo Plin. lib.*9.*c.* 48. Vide Araneus.

DRĂCŌNĪGENAE, δρακοντογενεῖς, Ex dracone geniti : quo epitheto à Poëtis notantur Thebani,Bœotiæ populi:propterea quòd ij qui Cadmo in ea vrbe ædificánda adiutores fuerunt, ex satis draconis dentibus nati ferantur.*Ouid.*3.*Metam.*

DRACONIS insula,δρακόντος νῆσος,in Lybia est,*Steph.*

Drăcōnītēs, δρακονίτης, siue Dracontias, gemma est quæ fit ex cerebro draconum,sed non nisi viuentibus abscissa gemmescit, inuidia animalis mori se sentientis : quapropter mos est amputare caput dormientibus.Est autem colore translucido,nec poliri potest, aut artem admittere.*Plin.lib.*37.*c.*10.

Drăcōntium. {δρακόντιον. GAL. Herbe appelee serpentine.ITA.*Dragontea.*GERM.Trachenwurtz.HIS. *Dragontia.* ANGL. *Dragons or dragonwort.*}Herba hortensis est,*teste Dioscoride,*folio hederæ,magno,& candidis notis insigni,caule recto,bicubitali,versicolore,maculis respersо purpureis,ita vt anguem planè referat.Officinæ *Serpentariam & Columbinam* appellant. ¶Est etiam hoc nomine genus vitis *apud Columel.lib.* 3. *cap.* 2. quod vini generositate cum Ammineis conferri possit.Vnam(inquit) vitem præcoquam, nobis ante hoc tempus incognitam,Græca consuetudine dracontion vocari comperimus, quæ fœcunditate iucunditatéque,arcellatæ,basilicæque & Bituricæ comparari posset:generositate vini, Ammineæ.

DRACONVM,δρακόνιον,mons & ciuitas in Icaria insula,*Steph.*

Drăcūnculus, pen. corr. δρακόντιον, herbæ genus est quod dracontion Græci, pharmacopolæ *Serpentariam* appellant : vtroque nomine à caulis figura deducto,qui maculis quibusdam variegatus, quandam serpentis similitudinem referre videtur. *Vide paulò ante in dictione* DRACONTION. ¶Et etiam Dracunculus piscis ex concharum genere.*Plin.lib.*32.*c.*11.

DRAGVS, Achæorum dux,à L.Mūmio Romanorum duce victus.*Epitom. Liuij lib.*52. Cum Achæis(inquit)qui in auxilium Bœotios & Chalcidenses habebant, Quint. Cæcil. Metellus ad Thermopylas bello confixit: quibus victis, dux eorum Critolaus, veneno sibi mortem consciuit. In cuius locum Dracus, Achaici motus primus autor,ab Achæis dux creatus, ad Isthmon à L. Mumio consule victus est. *Hæc Liu.lib.*52.

Drăgmă, atis, {δραγμή.ANG.*A handfull,a bundell.*} Apud Græcos dicitur quod nos rapinam,aut manipulum dicimus, hoc est quantum vna manu comprehendere possumus.

DRAGMVS,δράγμος,vrbs Cretæ,*Steph.*

Drāmă, atis. δρᾶμα. Est actus vel repræsentatio fabularum, in quibus Poëtæ persona non admiscetur.

[Drapeta,æ,Conferunt sermones Drapetæ(id est,fugitiui.)*Plaut. Curc. sc.*3 *a.*2.]

Drāmătĭcus stylus,Dicitur qui mixtus non est, vbi Poëta nusquam loquitur : vt sunt comœdiæ & tragœdiæ : Exegematicus, in quo solus Poëta:Mixtus,vbi promiscuè & Poëta & persona. Dictus dramaticus, δραματικός,quasi actiuus,à δράω ago.

DRĀNCES, δράγκης. Orator Latini regis, infestissimus Turno Rutulorum regi,*vt est videre apud Maronem lib.*11. Tum Drances idem infensus,&c.

DRĀNGAE, δράγγαι, populi sunt Persiæ, vnde fœmininum Drangeis, δράγγις,& regio Drangana,δράγγανη,*Steph.*

DRANGIANA, δράγγιανη, Prouincia in Asia maiori, quam *Ptolemæus* ab Occasu & Septentrione Aria & Bagoo monte terminari ait,ab Oriente Arachosia.*Vide ipsum lib.*6.*c.*19.

DRĀVSI, Thraciæ populi sunt,qui puerorum recenter natorum futuram calamitatem dessent,commemorantes omnia mala quę vitam ingressos necesse est perpeti:contrà autem,defunctorum exequias summa celebrant alacritate,gratulantes illis quòd tot malorum myriadibus semel sint defuncti. *Autor Herodotus.*

DRĔPĂNĂ, δρέπανα,vrbs Lyciæ.Et Drepana in plurali numero, vrbs Siciliæ. *Steph.*

DRĔPĂNĒ, δρέπανη,Phæacia.¶Est etiam Drepane in Bithynia iuxta Astacenum:item mons Æthiopiæ,Bithynicam sic dictam aiunt, à falce Saturni.*Steph.*

Drĕpănis, Arist. δρεπανίς,hirundo marina.*Plin.lib.*10.*c.*30.*& lib.*30.*c.*4.Item *lib.*11.*c.*47.*Vide* Hirundo.

DREPANVM,δρέπανον,Vrbs Lybię:sunt & duæ insulæ circa Lebinthum? *Steph.*

DRĔPĂNVM,pe.cor.{δρέπανον.GE.Ein statt in Sicilien nit gar ferr von dem vorgebirg Lilybaeo/heißt ietz Trapano.}Vrbs est Siciliæ trans Lilybæum promontorium,non procul ab Eryce monte : ita dicta à curuo situ instar falcis:δρέπανον enim falx dicitur:vel ab eo quòd Saturnus amputatis virilibus paternis,illuc falcem proiecerit. *Ouid.lib.*3.*Fast.* Quíque locus curuæ nomina falcis habet.*Virg.*3.*Æn.* Hinc Drepani portus,& illætabilis ora,Accipit,&c.

DRESDA,vrbs Misniæ,Vulgò *Dresen.*

DRESIA,δρεσία,vrbs Phrygiæ,*Steph.*

DRILON,δρίλων,Fluuius est Dalmatiæ, ex Scardonio monte ortum trahens,circa medium superioris Mysiæ.*Vide Ptolem.lib.*2.*c.*17. *& Plin.lib.* 3.*c.*22.

DRILONIVS, δριλώνιος, vrbs magna, vltima Celticarum, *Stephanus.*

Drŏmās,ădis.{נברה *bicbráh.* δρομάς.} Cameli species est,à velocitate cursus nomen habens.*Liu.li.*7.*bel.Mased.* Ante hunc equitatum falcatæ quadrigæ,& cameli,quos appellant Dromadas.

[Dromo,nomen serui.*Plau.Asin sc.*4.*a.*2.Item nomen Coqui,apud eundem *in Aul.sc.*6.*a.*2.]

Drŏmones,Genus piscium est *apud Plin.lib.*32.*cap.vlt.* à pernicitate ita appellatum.δρομάδες.Dromones item nauigia celerrima, quasi cursoria *Iustiniano vocantur in l.secunda.C. de offi. præf.prat.Afr.* quos celoces Latini appellant à celeritate,*vt scribit Nonius.* Milites, *inquit,* constituas,qui possint & ipsum traiectum seruare, & omnia quæcunque in partibus Hispaniæ,vel Galliæ,siue Francorum aguntur, viro spectabili duce,denunciare. In quo traiecto etiam Dromones quantos prouideris ordinari facias.

Drŏmŏs,δρόμος.Latine cursus:quanuis nonnunquam accipiatur pro loco ipso in quo curritur.¶Hinc Catadromos,de quo suo loco.

DRONGILON,δρόγγιλον,regiuncula Thessaliæ.*Steph.*

Drōpax,acis, pen. corr. δρόπαξ. Vnguenti genus est quod ad euellendos è corpore pilos solet adhiberi. Vnde δροπακίζειν Græci dicunt pro eo quod est vnguentis adhibitis corpus glabrum reddere. *Mart. lib.*3.Psilothro faciémque lauas,& dropace caluam.*Idem lib.*10. Læuis dropace tu quotidiano.

DRVENTĪNĂ,æ,Fluuius prouincię Narbonensis,in Rhodanum influes. *Plin.lib.*3.*c.*4.

Drupæ, δρυπεπεῖς. Baccæ oleæ iam nigrescentes, & mox ab arbore casuræ:vnde & nomen apud Græcos acceperunt. παρὰ τὸ πίπτειν ἐκ τῆς δρυός.

DRVSŌMĂGVS, δρυσόμαγος,Rhæorum oppidum est, *apud Ptol.lib.*2.*c.*12. {GERM Memmingen.}

[Drusilla vxor Caligulę fuit.*Suet.in Calig.c.*24.]

DRVSVS, δρῦσος.Vir Romanus,genere & eloquentia magnus, sed ambitiosus,& superbus,Catonis auus, de quo sic *Cic.*4.*de Fin.* Conferam autem,inquit,auum tuum Drusum cum C. Graccho eius ferè æquali. Ædilis munus magnificentissimum dedit: Quæstor in Asia nullis insignibus vti voluit,ne quid ipso esset insignius.Tribunus plebis Latinis ciuitatem,plebi agros, Equitibus curiam, Senatui iudicia permisit. [Dictus autem est Drusus à Drauso hostium duce trucidato. *Sueton.in Tib.ca.*3.]¶Fuit & ante hunc M.Liuius Drusus, cognomento Salinator,qui vnà cum Cl.Nerone collega suo in Consulatu Asdrubalem vicit. *Virgil.*6.*Æneï.*Quin Decios,Drusósque procul,&c. ¶Drusus item item alius Ciceronis sodalis,*de quo* 3.*de Natur. Deor.sic scribit,*Cur sodalis meus interfectus domi suæ Drusus,&c.¶Fuit & hoc nomine Liuiæ Augustæ filius,qui in Germania periit:de cuius morte extat Ouidij carmen consolatorium ad Liuiam matrem.

DRŸĂS,δρυάς,Filius Hippolochi,& pater Lycurgi, qui in bello Thebano Eteoclis partes sequutus, quum in pugna Patthenopæum lethali ictu vulnerasset,à Diana sagittis occisus est. *Statius*, Horrendúmque Dryanta mouet,&c.

DRŸĂDES,{δρυάδες.GERM. Waldgöttin.}Nymphæ syluarum præsides,ita dictæ à Græco nomine δρῦς,quod quanuis propriè quercum significet,accipitur tamen pro quauis arbore.*Virg.*1.*Georg.*Ferre simul Faunísque pedem,Dryadésque puellæ.Hamadryades autem dicuntur singularum arborum hymphæ,quę cum iis vnà nasci & occidere dicuntur:cuiusmodi describit*Ouid.lib.*8.*Meta.*quercu annosa ab Erisichthone succisa interemptam.

DRŸĀNTĪĂDES,δρυαντιάδης,Dictus est Lycurgus,Thraciæ rex,à patre. *Ouid.in Ibin.*Vtque Dryantiadæ Rhodopeia regna tenenti.

DRŸĪDAE, δρυίδαι, siue Druidæ, siue etiam Druides, dicti sunt Gallorum sacerdotes, qui de totius gentis controuersia constituebant. GERM.Die weisen vnd geistlichen bey den vralten Gallis.} Nomen habere creduntur à dictione δρῦς,quæ olim quamuis arborem,hodie verò peculiariter quercum significat, quòd maximè in lucis versabantur.*Plinius lib.*16.*cap.*44. Nihil habent Dryidæ (ita enim Galli suos appellant magos) vtico,&c.*Cæs.lib* 6.*bel.Gall.* Druidæ rebus diuinis intersunt,sacrificia publica ac priuata procurant,religiones interpretantur.Ad hos magnus adolescentium numerus disciplinæ causa concurrit,magnóque sunt apud eos in honore:nam ferè de omnibus cōtrouersiis publicis priuatísque constituunt.Et si quod est admissum facinus,si cædes facta,si de hæreditate,de finibus controuersia est, iidē

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

decernunt,præmia pœnáſque conſtituunt. *Vide de his plura apud Cæſarem, quæ hic breuitatis cauſa omittimus.* Hanc religionem (*inquit Suetonius*) [*in Claudio cap.25.*] ſub Auguſto interdictam, Claudius imperator quintus penitus aboleuit. Pro iiſdem etiam dicimus Druides, Druidum, per tertiam declinationem. *Cæſar bel.Gal.lib.6.* Sed his duobus generibus alterum eſt Druidum, alterum Equitum. *Et paulò pòſt,* His autem omnibus Druidibus præeſt vnus, qui ſummam inter eòs habet autoritatem.

Drylon, *Vide* DRILON.

DRYLAE, δρυλαὶ, VICUS, σωστικὸν, procul à Pontica Trapezunte. *Stepha.*

DRYME, δρυμὴ, vrbs Libyæ, *Steph.*

DRYMIA, δρυμία, vrbs Phocidis, *Steph.*

DRYMVSA, δρυμοῦσα, inſula Ioniæ, *Steph.*

DRYMODIS, Peloponneſi regio mediterranea, poſtea Pelaſgis, & nouiſſimè Arcadia dicta. *Pl. li.4.c.6.*

Dryophyte, es, Ranæ genus eſt *apud Plin.lib.32.cap.7.* Ranæ (inquit) quas dryophitas & calamitas vocant. *Item cap.10.* Iecur ranæ dryophytes, aut calamitæ in pellicula gruis alligatum. Quibus tamen in locis eruditiores malunt legere diopetes & diopetis: vt ranas illas in telligas, quæ aut cum pluuia de cælo decidunt, aut certè ex pluuia naſcuntur. Græci enim διοπετὲς vocant quicquid ex aëre eſt delapſum, quaſi à Ioue miſſum.

DRYOPE, δρυόπη, vel δρύοπα, vrbs circa Hæmoniam, Dryopes autem circa Oetam, à Dryope Eurypyli filia dicti ſunt. *Steph.*

DRYÓPĒS, δρύοπες, Populi Epirotici, *de quibus Strabo libro octauo, & 13. Virgilius 4. Æneid.* Cretéſque, Dryopéſque fremunt, pictique Agathyrſi.

Dryophŏnŏn, pen.corr. δρυόφονον, Herba eſt dryopteri ſimilis, cauliculis tenuibus, cubitalibus, circundatis vtrinque foliis oxymyrſinæ ſimilibus, ſed candidioribus & mollioribus, flore ſambuci. Edunt decoctos cauliculos, ſemine verò pro pipere vtuntur. Officinæ *Nemoralem myrtum* appellant.

DRYOPIA, δρυοπία, δρύοπες, regio Dryopum circa Trachinam, *Steph. Vide* Cythnus.

Dryŏs hyphĕăr, δρυὸς ὕφαρ, Genus viſci eſt, copioſiſſimè in quercu naſcens: vnde & nomen accepit. Eſt autem ſui generis planta fruticoſa, ſeſquipedalis, lenta, ſemper virens, grauis odoris, buxi folio, baccis exiguis, ſine flore, tactum ſequens, nunquam in terra naſcens. *Vide Plin. lib.16.c.vlt.*

Dryŏptĕr ĭs, δρυόπτερις, Herba eſt filici ſimilis, in arborib. naſcens, tenui foliorum ſubdulcium inciſura, radice hirſuta. *Pli.li.27.c.9.* Vulgus *Oſmundam arboream* appellat.

Dryŏpĕtæ, δρυόπεται. Oliuæ ſunt maturæ & adultæ: ita dictæ à πίπτω & δρῦς, quaſi iam ex arbore decidentes.

DRYS, δρῦς, vrbs Thraciæ, & alia Oenotrorum, item vicus Lyciæ circa Arum fluuium, *Steph.*

DRYSVS, vir quidam Troianus, *apud Homer. in Iliade.*

DRYVS ἡ, δρύουσα, Samos olim dicta eſt, *Steph.*

D ante V.

D.V. In notis antiquorum, Deuotus vir, vel veſter, vel Diis volentibus, vel deuotus Veſtæ, vel dies Quintus. DVC. DVC. Ducum Ductore, vel ducum ductio, vel ductorum ductor. DVL. vel Dol. vel D VLCIS, dulciſſimus. D.VIIII Diebus nouem. DV.I.S. Deuotu iſtorum ſeruatur. DV vel DVS. Deuotus. DVL. dulcis. DVLMS. dulciſſimus. D.V.M.T. dolo vel malo tuo. D. vs. deæ virgines, vel de virtutibus, vel de verbis.

Dŭă, neut.gen. veteres dixerunt pro duo. *Sto. Quin.li.1.c.10.* Dua pondo & trepondo vſque ad noſtram ætatem dictum eſt, & rectè dici Meſſala confirmat. Sic etiam apud *Cic.in Orat.* Video ſepulchra dua, duorũ corporum. [*Propert.* Et quæ mouiſti dua littora.]

Dŭălis, le, Quod eſt duorum, { δυικὸς. GALL. Duel, qui ſignifie deux, de deux ITALIC. *Numero di due.* GERMAN. Zweyig, zweyfach. HISPA. *Numero de dos.* ANG. *Of two* } *Seruius in illud Virgil.1. Æneid* Conticuere omnes, Conticuere (inquit) pro conticuerunt: nec eſt (vt quidam dicunt) dualis numerus: qui apud Latinos nuſquam penitus inuenitur.

Dubenus, *teſte Feſto,* pro domino veteres dixerunt. *Pacu.* Tum dubenus ſeruos ligatos peſſimè verberat.

Dŭbĭo, as, Apud antiquos legitur pro dubito, ſiue in dubio ſum. ἀπορῶ. *Plautus,* Dubitat quid agat.

DVBIS, Galliæ fluuius, Veſuntionem Sequanorum oppidum medium ſecans, Dolámq; alluẽs. {GE. Die Dub/iſt ein fluß in Burgund/ſtenſt gehn Biſanz vnd Doll/heißt jetz le Doubs.} *Meminit eius Cæſar, lib.1.bel.Gal.* A nonnullis Aſdualdubis appellatur.

DVBITAPES, fictor egregius, qui vaſa ex rubra creta primus finxit.

Dubĭus. Dicitur qui duas vias habet, & vtram eligat, neſcit: ſicut ambiguum, quod in ambas agi partes poſſit. {תלוי *talui.* ἀμφίδοξος, ἄπορος. GAL. Doubteux, incertain. ITA. *Dubbio.* GER. Zweyfelhafftig. HIS. *Coſa dudoſa.* ANG. *Doubtfull, vncertane.* } *Liu.ab Vrbe,* Quum equites procul vſi nõ ſine terrore ab dubiis quinam eſſent, mox cogniti, &c. *Virg.2. Æneid.* Nec dubiis ea ſigna dedit. *Terentius,* Non dubium eſt quin mihi magnum ex hac re ſit malum. *Lib.1. ad Herenn.* Dubium genus eſt, quum habet in ſe cauſa & honeſtatis, & turpitudinis partem. [*Tibul.lib.4.* At non per dubias errant mea carmina laudes. *Item,* Dubium eſt pius an ſceleratus. *Ouid.Epiſt.4.li.4. Triſt.* Dubium cautiórne an audentior. *Suet.in Cæſ.cap.58. & in Auguſt. cap.28. & in Tib.cap.10.* Haud pro dubio: *Liu.lib.6.ab Vrb.* Dubio impendite cœlo. *Senec.epiſt.* 54. Dubio & incipiente morbo. *Idem ibid.* Diúmque ego ſum vitæ dubius *Ouid.Eleg.2.lib.3.* Vt dubius vitio ſit pater ille meus. *Ouid. Eleg. 1.lib 2.Triſt.* Et dubium me quoque mentis habet. *Idem 6.Faſt.* Conſtituit dubiæ templa propinqua Deæ (id eſt, fortunæ.) *Ouid.6.Faſt.* Dubium ſe mediúmque partibus præſtare. *Velleius.* Dubia fides Rhodiorum: *Velleius:* Plancus dubia (id eſt, ſua fide.) *Idem Velleius.*] ¶ Nonnunquam etiam dubium accipitur pro ancipiti periculo. Vnde in dubium venire, idem eſt quod in diſcrimen adduci. *Terentius in Adelphis,* Tua fama & gnatæ vita in dubium veniet. Sic Salutem dubiam dixit *Cicero in Epiſtol.ad Ligarium,* pro ea quæ in periculo verſatur. ¶ Cœna dubia dicitur, quum tanta apponitur ciborum copia, vt cogaris dubitare quid potiſſimum debeas ſumere. *Terentius in Phorm* Ille ringitur, tu rideas: Prior bibas, prior decumbas: cœna dubia apponitur. G. Quid iſtuc verbi eſt? s. Vbi tu dubites quid ſumas potiſſimùm. ¶ Dubium argentum. Id eſt, pecunia de cuius pondere vel bonitate dubitari poteſt. *Pl. Epid.[ſc 1.a.5.]* Accipe argentum hoc Daniſta, hic ſunt quadraginta minæ: Si quid erit dubium, immutabo. *Dubium niſui. Sal.in Iugurtha,* Deinde ipſe cum illorum armis ſequi, quæ dubia niſui videbantur, potiſſimum tentare. *Cum genitiuo vt, Vitæ dubius, Ouid.3. Triſt.* Dubius animi, *Virgil.3 Georg.*

Dŭbĭē, adeerbium. {ἀμφιβόλως. GA. Douteuſement, en doute, incertainement. ITA. *Dubioſamente.* GER. Zweyfelhafftiglich. HIS. *Dudoſamente.* ANG. *Doub fully.*} *Cic.1.de Diuin.* Poteſt autem accidere vt aliquod ſignum dubiè datum, pro certo ſit acceptum *Liu,2.ab Vrbe,* Nec dubiè ludibrio eſſe miſerias ſuas. Huius contrarium eſt indubiè, ἀναμφιβόλως, ſine dubio.

Dŭbĭōsŭs, a, um, adiectiuum, Incertus, dubius { תלוי *talui.* ἀπορος, ἀμφίβολος. GA. Doubteux, plein de doubte. ITA. *Dubbioſo.* GER. Voll zweyfel/vngewiß. HISP. *Dudoſo.* ANG. *Very doubtfull or vncertane* } *Gell lib. 3.c.3.* Quas à cæteris ſegregauit, quoniam dubioſæ non erant. *Idem li. 5.c.10.* Dubioſum hoc, inexplicabiléque.

Dŭbĭto, as, Dubius ſum, {à verbo dubio, as, De quo *Feſtus,* Dubiat, Dubitat.} תלח *taláh* פּ *pan.* ἀμφιβάλλω, ἀπορῶ. GAL Doubter. ITAL. *Dubbitare.* GERM. Zweyflen. HISPA. *Dudar* ANGLI. *To doubte.*} *Cic.4.Academ.* Ne vinolenti quidem quæ faciunt, eadem approbatione faciunt qua ſobrij: dubitant, hæſitant, reuocant ſe interdum. *Idem li.10.epiſt.* Nam de tua erga me voluntate non dubitant.

*Non dubito quin. *Terent.And.* Hic nunc non dubitat, quin te ductum neges. [Quid dubitas quin ſit paratum nomen puero Poſthumus? *Plau.Aul.ſc.3.a.1.* At etiam dubitaui hos homines emere (corripientis ſeipſum.) *Pl.Capt.ſc 3 a.2.* Neque quod dubitem, neque quod timeam (eſt) *Plau.Pſ.ſc.1.a.2.* Quid dubitas dare? (argentum iſtuc mihi.) *Ibidem ſc.1.a.2.& ſ.2.a.5.* Quid dubitas ingentem euertere Troiam? *Ouid.13.Metam.* Quid ſtatis, quid dubitatis? *Plau.Men.ſc.6.a.5.*] *Cic.de Senect.* Quod ſi acciderit, non dubitat quin breui Troia ſit petitura.

* Dubitare an & vtrum. *Plautus Capt.* At etiam dubitaui hos homines emetem, an non emerem, diu. *Cic.5.Verr.* Infinitè dubitare vtrum ſit vtilius, propter multos improbos vni parcere, an, &c. ¶ Dubitare pro Cogitare. *Virg 9. Æneid.*-percipe porrò Quid dubitem, & quæ nunc animo ſententia ſurgat. Id eſt, cogitem. Omnis enim cogitatio in dubitatione eſt ante ſententiam. *Seruius.* ¶ Dubitare item ponitur pro vereri, cunctari. κοπιᾶν. *Plaut.in Epid.* Quid iſtuc dubitas dicere? hoc eſt, Quid times, aut vereris? [*Ouid.3 Faſt.* Effuge, ne dubita, mœſtum ſotor effuge tectum. (id eſt, ne cunctare.) *Item, Liuius lib.1.dec.3.* Si fortuna dubitabit, id eſt, ſi varia & anceps erit.] *Cic.de Amicitia,* Nec dubitare illum in omni ſermone appellare ſapientem. *Iuuenalis* Satyr.7. quis tam Perditus, vt dubitet Senecam præferre Neroni?

¶ Huius compoſita ſunt Addubito, Subdubito, *quorum ſignificata vide ſuis locis.*

Dŭbĭtātŭr, imperſonale. *Cicer.4.Verr. Idem Attic.lib.4.* Sed vtrum fronte, an mente dubitatur.

Dŭbĭtāns, participi. {תלה *to'éh* פּ *pan.* ἀπιστῶν, ἀμηχανῶν. GAL. Doubtant, qui doubte ou eſt en doubte. ITAL. *Dubitante.* GERM Zweyflend. HI. *Dudoſo.* ANG. *Tath doubteth, doubting.*} *Cic.pro domo ſua,* Identidem ſe ipſe reuocando dubitans, timens, hæſitans, omnia aliter ac vos in monimentis habetis, & pronuntiarit & fecerit.

Dŭbĭtātŭs, partic. κεκμηκὼς. *Ouid.2.Met.* Venit, & intrauit dubitatitecta parentis. Dubitatus amor, *apud eundem ad Liuiam.*

Dŭbĭtātĭo, Hæſitatio, ſcrupulus. {κοπρία. GAL. Doubte. ITA. *Dubitatione.* GER Zweyflung. HISP. *Duda.* AN. *Doubt.*} *Cic.2.de Orat.* Quis timor? quæ dubitatio? quanta hæſitatio, tranſactúſque verborum? *Idem ad Trebonium,* Nullam enim dubitationem apud me reliquiſti quantum me amares.

Dŭbĭtāntĕr, quod eſt à dubitans: Dubitatim à dubitatus, Dubiè, timide. {ἀπορρῶς. GALL. Doubteuſement. ITALIC. *Dubbioſamente.* GERMAN. Mit zweyfel HISPA. *Dudoſamente.* ANG. *without hope, or doubtefully.*} *Cæcil.* Imperator clamat de medio, vt milites à ſiniſtro cornu remoueant, & Gallis non dubitanter immittant. *Siſenna apud Nonium,* Quòd hoſtem non dubitatim cum pluteis & ſcalis iter facere cernebat.

Dŭbĭtābĭlis, le. ἐνδοιαστὸς, ἐνδιάστημος. *Ouid.13.Met.* Atque ego ſi virtus in me dubitabilis eſſet, Nobilitate potens eſſem. *Idem lib.1.* nec erit dubitabile verum.

Ducatus, *Vide* DVCO.

*Ducenti, ducentæ, ducenta. *Plin.lib.16.c.40.* Anni ducenti ante excidiũ Troiæ [*Pl.Aſin.ſc.2 a.2.* Etiam ducentas plagas prægnantes dabo. *Liu.3.d.4.* Ducenti peditum, niſi mendum ſit.]

*Ducenties, Aduerb. *Cic.2.Phili.* Ego enim amplius ducenties acceptum hæreditatibus retuli.

*Ducenus, a, um, Bis centum: vt, Duceni pedes, *Plin.lib.6.c.26.* Et Duceni anni, *apud Pl.in Pſ.[ſc.2.a.3.* Ducenos annos viuere. *Et Suet.in Auguſt.c.41.* Duceni numi.]

Ducēnārĭus, Qui duas centurias, id eſt, ducentos milites ducebat in acie ſecunda, qui & primus haſtatus dicebatur. {διακοσιάρχος. GAL. Capitaine de deux cens hommes. ITA. *Capitano di ducento ſoldati.* GER. Ein Hauptman vber zweyhundert Kriegsknecht. HISPAN *Capitan de dozientos hombres armados.* ANG. *A Capitane of two hundred men.*} Apud *Suetonium* legitur quartam iudicum decuriam ab Auguſto additam eſſe, quæ Ducenariorum diceretur, iudicatéque de leuioribus ſummis. [Apud eundem *in Claud. c.24.* Ducenarij procuratores.] Ducenarij autem videntur nominati à cenſu ducentorum ſeſtertiorum.

Dŭcēnārĭus, a, um, adiectiuum, Quod conſtat ducentis. {διακοσιαῖος. GAL. De deux cents. ITA. *Di ducento.* GE. Das zweyhundert hält. HIS. *De dozẽtos.* AN. *Of two hundred.*} vt, Ducenaria pondera, hoc eſt, ducentarum librarum, *apud Plin.lib.7.c.20.*

[Ducenteſimus, a, um, διακοσιοστὸς, ὴ, ὸν, Le Deux-centieſme: *Suet.in Calig. c.16.* Ducenteſimam auctionum Italiæ remiſit. Ita legit *Paſſerat.* Alii centeſimam.]

Dūco, is, duxi, ductum, Deduco, capio, ſumo. { נחה *nahág* נחל *nahál* נחה *nachâh.* ἀγωγεύω, μεταδιώκω. GALL. Mener, conduire, garder. ITAL. *Guidare*

Guidare, condurre. GER. Füren. HISP: *Guiar, lleuar guiando.* ANG. *To lead, or guide.*} Propriè ducimus volentes, trahimus inuitos. *Seneca,* Fata volentem ducunt, nolentem trahunt. [Ducite vbi capiat compedes. *Plaut. Capt. sc. 5. a. 3.* Duc me quò vis (te sequar.) *Idem Pseud. sc. 2. a. 5.* Secúmque Deos in præsia ducit. *Ouid. 13. Metam.* Duce me amabo (ebrium) *Plaut. Most. sc. 4. a. 1.* Ducit nescio quem seçum simul (id est, adduxit.) *Plaut. Pseud sc. 3. a. 1.* Abiit ad amicam, neque me voluit ducere (ad prandium.) *Plaut. Men. sc. 1. a. 3.* Ego ad Regem rectà me ducam, (id est, conferam.) *Plaut. Amph. sc. 4. a. 4.* Duci te iussi (ad mortẽ.) *Senec. c. 14. de Tranquil.* Libet potare, amare, scorta ducere. *Plaut. Most. sc. 1. a. 1.* Ducam te per exempla. *Sene. c. 14. de Const ad Mart.* Orcus vobis ducit pedes. *Suet. in Neron. c. 39.* Ducit Lembum dierectum nauis prædatoria. *Plaut. Men. sc. 4. a. 2.*] ¶ Quandoque significat respicere, iudicare, existimare, ἄγειν quoque Græcis & ἡγεῖσθαι. *Cic. Trebatio,* Ego si mei commodi rationem ducerem, te mecum esse maximè vellem. *Virgil. 10. Æneid.* -tantón' me crimine dignum Duxisti? [Nec sumptus ibi sumptui esse ducunt. *Plaut. Most. sc. 2. a. 4.* Non illam mihi dotem esse duco, quæ dos dicitur. *Plaut. Amph.* Nemo id probo ducet Alcmenæ. *Ibid.* Laudo malum tuum ducis malum. *Plaut. Capt. sc. 2. a. 1.*] ¶ Quandoque in passiuo significat delector, afficior. *Cicer. in Verr. Act. 2.* Si quis honore aut gloria ducitur. ἄγεται. ¶ Quandoque voluere, pertractare. *Virgil. lib. 6. Æneid.* Sic equidem ducebam animo, rebárque futurum. ¶ Quandoque nudare, educere, ἕλκειν. *Idem lib. 12.* Ille tamen clypeo obiecto conuersus in hostem Ibat, & auxilium ducto mucrone petebat. ¶ Quandoque contrahere. συνάγειν. *Idem 9. Eclog.* Astrum, quo segetes gauderent frugibus, & quo Duceret apricis in collibus vua colorem. ¶ Ducere somnos, est dormire. *Virgil. 4. Æneid.* Nate dea, potes hoc sub casu ducere somnos? Ducere muros, est struere. τειχίζειν. *Idem 1. Æneid.* - pars ducere muros, Moliríque arcem. [*Tibul. lib. 4.* Quémque locum ducto melius sit claudere vallo. ¶ *Item,* Ducere vxorem domum ¶ Ducere classem, ducere familiam. *Quintilian* Ducere callum. *Senec. c. 8. de Const. ad Mart.* Ducere cicatricem. Ducere colorem. *Sen. c. 1. de Tranq.* Huc iam rem duxerat. *Cæs. lib. 1. bell ciu.* Ars ducendi vasa è luto. *Quint.* Facito vt Acherunti ducas gloriam: vt, Ducere triumphum. *Plaut. Capt. sc. 5. a. 3.*]

¶ Quandoque contraho συνάγω. *Martialis,* Qui ducis vultus, & non legis ista libenter. ¶ Quandoque in longum protrahere. ἐκτείνειν. *Cic. ad Cæsarem Iun. lib. 1.* Ne res duceretur, fecimus vt Hercules Antianus in alium locum transferretur, ex Nonio. ¶ Quandoque demittere, descendere. *Plautus in Aul. sc. 5. a. 4.* Vbi ille abiit, ego me duco deorsum ab arbore. ¶ Quandoque gerere. *Virgil. lib. Æneid. 9.* Hi bellum assiduè ducunt cum gente Latina. ¶ Quandoque cædere, [vt Ducere colaphum alicui *Quintil.* ¶ Item fundere, vel ducere statuam. *Sen. Epist. 66.* Ducti sorte. *Suet. in Aug. c. 35.* Duci in aduocationẽ *Quintilian.* ¶ Ducta Matrix (id est, obducta) *Liu. lib. 9. bell. Pun.* Ducere carmen *Ouid. Eleg. vlt. lib. 3. Trist. Et Eleg. 10. lib. 1. Ibid.*] Ducere pugnum, pro Cædere pugno. *Paul. l. 4. de Iniuriis,* Si cum seruo meo pugnum ducere vellem, in proximo astantem inuitus percussérim, iniuriarum non teneor. ¶ Dicitur & de re obscœna, virilia sua turpiter contrectare. *Plaut.* Si tendetis, ducite, ne dissumpamini. ¶ Item de funeribus, vt Ducere funus idem sit quod efferre. *Virgil. 4. Georg.* - & tristia funera ducunt, *vbi scribit Seruius illud Persij Satyr. 2.* -Nerio iam tertia ducitur vxor, in eadem significatione intelligendum esse. ¶ Dicitur etiam in condemnatis, in addictis, & in iis quibus à magistratu manus iniecta esset. *Teren.* Ducent damnatum domum. *Cic. in Rull.* Ego is consul qui concionem metuam, qui Tribunos pleb. perhorrescam? sæpè & sine causa tumultuer? qui timeam ne mihi in carcere habitandum sit, si tribuni plebis duci iussissent. ¶ Hinc & genus locutionis quo vxorem ducere aliquis dicitur, ortum. Coëmptio enim inter virum & vxorem fiebat: & in auctionibus emptori dicebatur, vt rem emptam sibíq; addictam duceret. ¶ Huius verbi composita sunt Abduco, adduco, quæ sunt contraria: conduco, circunduco, deduco, diduco, educo, induco, introduco, obduco, perduco, produco, reduco, seduco, subduco, superduco, & traduco: quorũ singula vide suis locis. ¶ Duco, vetus locutio fuit: ducere se, pro latenter abire, ac discedere. *Teren. in Hecyra,* Vxor, inquit, vbi me ad filiam ire sensit, se duxit foras. & *Plin Aulul. sc. 5. a. 4.* Ego me deorsum duco de arbore. & in Bacchidibus: Duc te ab arbore. & *Asinius in epist. ad Cic.* Balbus quæstor, magno pondere auri, maiore argenti coacto de publicis exactionibus, ne stipendio quidem militib. reddito, duxit se à Gadibus. *Ex Aldi scholiis in epist. fam.* * Duce pro Duc. *Plaut. Mostel.* Lepida es, duce me amabo.

Dūcātŭs, us. Præfectura, imperium militare, dignitas ducis. {מנחת *minhágh* הנהגה, ἡγεμονία, στρατηγία. GALL. Charge, conduite, gouuernement. ITA. *Carico, condutta, gouerno.* GER. Ein hauptmanschafft/ein fürstenthumb. HIS. *La guia ò acudillamento.* ANGLIC. *A duckedome or duchie.*} *Suet. in Nerone,* Priuignum Rufinum Crispinum Poppæa natum, impuberẽ adhuc, quia ferebatur ducatus & imperia ludere, mergendum mari dum piscaretur, seruis ipsius demandauit. *Scribit Lampridius,* Heliogabalũ Præposituras, & Ducatus, & officia palatina vendidisse. [¶ Pro ducatu & imperio. *Suet. in Tib. c. 19.* In omni ducatu expertissimo.]

Dūcātĭo, nis, ducatus. *Tertul. de Coron. milit.* Vel ipse hæc præstruxerim, & cæteras officialium coronarum causas, quibus familiarissima ista ducatio necessitatis.

Dūcātŏr, ris, pro duce, *apud eundem Tertullianum.*

Dūcto, as, Huc illuc duco. {נהג *nihég* ἀγωγή, ἡγεμονεύω. GAL. Mener, conduire souuent. ITAL. *Menar en questa en quella parte.* GER. Hin vnd här füren. HISP. *Guiar à menudo ò en diuersas partes.* ANG. *To lead here and there.*} *Sallust.* Huc accedebat, quòd Lucius Sylla exercitum, quem in Asia ductauerat, quo sibi fidem faceret, contra morem maiorum, luxuriosè, nimísque liberaliter habuerat. *Plaut. in Capt. sc. 4. a. 3.* Me vti libitum est, ducẽ aui dolis. ¶ Ductare etiam est rem Veneream exercere: vnde *Plaut.* ludens in voce ambigua, Etrabo potius, inquit, quàm quis me ductet. *Terent. in Phorm.* Vt phaleratis dictis ducas me, & meam ductes gratis. *Plaut. Asin. sc. 2. a. 4.* - qui quidem cum filio Ponex ductus (i. deceptus.) *Plaut. Capt. sc. 1. a. 4.* Multa alia ad bonã frugẽ ducentia (pro conducentia.) *Gell. c. 26. lib. 13.* Ducenda vbera præbuit Tigris. *Ouid. Eleg. 7. lib. 1. Trist.* Ducere os. *Quint.* (de inepto gestu.) Solus si ductem, referre gratiam nunquam potes: Solus ductato, si semper solus quod poscam dabis. *Item,* Quid modi est ductando, amando &c. (de scorto.) *Plau. Asin. sc. 3. a. 1.* Suis me ductarent dolis *Plau. Capt. sc. 5. a. 3.* Meretrices labiis dum ductant eum. *Pl. Mil sc. 1. a. 2.* Frustra me ductare non potes. (i. sine argento.) *Pl. Men sc. 3. a. 4.*] Ad hanc item significationem respicit *Quint. quum ait,* Ductare exercitum, non sine rubore dici.

Dūctĭto, as, aliud frequentatiuum, Sæpe circunduco. περιάγω. *Terent. in Adelph.* Tu intet eas rectum ductitans saltabis.

Dūx, ducis, communis generis, Qui ducit. {נגיד *nagbidh* שליש *schaliseh* פקיד *pakidh.* ἀγωγεύς, ἀγωγός. GALLIC. Capitaine, conducteur, celui ou celle qui meine ou conduit. ITA. *Capitano, guida.* GERM. Ein furer oder fürerin. HISPAN. His. *Duque, capitan, guiarder.* ANGL. *A capitane, he or she that leadeth or guideth.*} *Pla. in Cas.* Iis præstigiis dux fuit vxor: ea hanc inuenit rimam. *Virg. 1. Æneid.* - portantur auari Pygmalionis opes pelago: dux fœmina facta. [Tu dux & comes es (ô Musa.) *Ouid. Eleg. vlt. lib. 4. Trist.* Hic dux fuerat belli: proximus ille duci. *Ouid. El. 2. lib. 4. Trist.* Vtque pater gnatæ, dúxque comésque fui. *Ouid. Ele. 7. li. 3. Trist.* Trepidæ dúxque comésque fugæ. *Ouid Eleg. 9. li. 1. Trist.* Scelerum caput: Hic dux: hic ille est pedagogus. *Pl. Pf. sc. 5. a. 1.* Oblitus Regísque ducísque, meíque. i. Agamemnonis, Menelai, & Vlyssis. *Ouid. 13. Met.* Oriente die duce fertilis anni. *Tibul. li. 4 ab vrb.* Nec ducem nouimus, nisi cuius auspicio bellum geritur.] *Cic. in Verr.* Sed tunc in opes relicti à duce, præfectóque classis, eundem necessariò cursum tenere cœperunt. *Idem 1. Tusc.* Mortem, non interitum esse omnia tollentem, atque delentem: sed quandam quasi migrationem, commutationémque vitæ quæ in clatis viris & fœminis dux in cœlum soleret esse, in cæteris humi retineretur, & permaneret tamen. *Ouid. 2. de Pont.* Primus vt auderem committere carmina famæ Impulit: ingenij dux fuit ille mei. *Senec. Hippol.* Fœmina dux malorum & scelerum artifex.

Dūctŏr, oris, Qui præest exercitui, imperator, dux. {נגיד *nagbid* שליש *schaliseh* פקיד *pakidh.* ἡγεμών, στρατηγός. GAL. Conducteur, meneur, capitaine. IT. *Conduttiero, capitano.* GER. Ein hauptman. HIS *Guiador.* AN. *A capitane, guyde, or leader.*} *Virg. 2. Æneid.* - fracti bello, fatísque repulsi Ductores Danaũm. *Cic. Tusc.* Quoties non modò ductores nostri, sed vniuersi etiam exercitus, ad non dubiam mortem concurrêre?

Dūctus, us, nomen, Imperium, præfectura. {מנחה *minhágh* פקדה *pekudáh.* ἀγωγή. GAL. Conduit, cõduitte. IT. *Condotta.* GE. Ein füring oder leytung. HIS. *Guia, obra de guiar* ANG. *A guyding or leading.*} *Liu. 4. ab Vrbe,* Ductu Fabij, cui forte ea prouincia euenerat, nihil dignũ memoratu actum. [Ductu Germanici, (recepta signa) auspiciis Tiberij. *Tacit. lib. 2.* Partim ductu, partim auspiciis suis. *Suet. in Aug. c. 21.* Vt gesserit Remp. ductu, imperio, auspicio suo. Est quidam veluti ductus in narrando. *Quint. pag. 204.* Ductus litterarum sequuntur pueri. *Idem Quint. p. 535.*] ¶ Ductus aquarum. *Cic. 2. Offic.* Adde ductus aquarum, deriuationes fluminũ. *Idem 2. de Leg.* Ductus verò aquarum quos isti tubos & euripos vocant, quis non, quum hæc videat, irrîserit? Dicitur & aquæductus pro eodem.

Dūctĭo, nis ductus. ἀγωγή. vt aquæ ductio. *Pomponius D. l. 43. Tit. 20. l. 3.* Quia locus totus fluminis seruiat ductioni. *Vlp. D. lib. 43. Tit. 30. l. 3.* Hoc autem interdictum pertinet ad ductionem, vt ducere quis possit eos, in quos habet ius ductionis.

Dūctārĭŭs, a, um, adiectiuum, Quiducit. ἀγωγὸς ἀγωγαῖος. Vnde ductarius fũnis, quo in trocleis vtimur, & qui per orbiculos trocleæ trahitur. *Apud Catonem & Vitruuium lib. 10. cap. 2. & 3. & 5.* {GAL. La corde d'vne polie. ITAL. *Fune da tirare per vna cirella.* GERM. Zugseil/ scheibenseil HIS. *Maroma ò cuerda para alçar.* ANGLIC. *That leadeth or guideth.*}

Dūctĭlĭs, le, penultima corrept. Quod facilè ducitur, attenuatúrque. {מקשה *mikschéh.* ἐλατὸν, διαγωγεῖον. GAL. Aisé à mener & conduire. ITA. *Atto da condurre.* GER. Zugig/das man leichtlich ziehen kan. HISPAN. *Cosa que ligeramente se puede boluer.* ANG. *That is easily guideth as one pleaseth, that may be made thinne.*} Vnde Æs ductile, quod malleis obsequitur, attenuatúrque in laminas. *Plin. lib. 34. c. 8.* In Cypro æs coronarium, & regulare est: vtrunque ductile. ¶ Ductilis scena dicebatur, quum tractis tabulatis hac atque illac species picturæ interior videbatur. Ductile flumen. *Martial. lib. 12.* -hic riguæ ductile flumen aquæ.

Dūctim, aduerbium, Paulatim & cum mora. {ῥᾳδίως. GAL. Peu à peu. IT. *A poco à poco.* GER. Langsam. HIS. *Poco à poco.* AN. *By litle and litle, piece and piece.*} *Plau. in Curc.* Immergere in me liquores tuos sino ductim. *Colum. lib. 4. c. 25.* Maior autem pars operis in vineam ductim potiùs quam cẽsim facienda est: hoc est potius ductu falcis, quàm ictu.

Dūdum, [fit à diu & dum. parelcon.] de exiguo tempore dicitur, *teste Valla,* dimidiæ scilicet horæ, vel horæ vnius, duarum, vel trium: ita tamen vt tempus vnius diei rarò excedat. {עבר *ebhár.* πάλαι, ἐκποθοῦ GAL. Pieça, il ia assez long temps, auparauant. ITA. *Pocofa, pur hora.* GER. Vor langest. HIS. *Agora poco ha. de aqui à poco.* ANGL. *Long a go, a great while bygone.*} vt, Dudum intraui, Dudum te expecto, id est, hora est, vel tres, ex quo intraui, & ex quo te expecto. [Modestior prout dudum fuit. (i. nuper.) bis. *Plaut. Menah. sc. 5. a. 5.* Dudum tecum venit. (i. nuper) bis, térque. *Pl. Men. sc. 4. a. 2.* Vt dudum diuorti à te, nunc demum redeo domo. *Pl. Men. sc. 2. a. 4.* Nimis stultè dudum feci: *Pl. Men. sc. 1. a. 5.* (i. nuper.) Quam dudum videtur factum? Iamdudum, pridem, modò. *Pl. Amph. sc. 4. a. 4.* Coctum, non vapulatum dudum conductus fui (i. nuper.) Memmisti me dudum dicere. (i. nuper) *Pl. Pf sc 6 a. 4.* Dudum hoc planum quidem est. *Plaut sc. 4. a. 2.* Dudum aduenientes de di symbolum. (i. nuper.) *Plau. Pf sc. 7. a. 4.*] ¶ Quandoque etiam transcendit diem. *Plin. lib. 4.* Fabri qui dudum assueti apud Pœnos. *Et. lib. 19.* Nam dudum ex eadem Hispania zoëlicum venit in Italiam, plagis vtilissimum. *Terent. in Andria,* Quàm maximè abs te postulo atque oro Chreme vt beneficium verbis initum dudum, nunc re comprobes.

Dŭēllă, Duæ sextulæ sunt: hoc est, tertia pars vnciæ.

DVELLONAM, Bellonam antiqui appellabant, *teste Varrone lib. 4. de Lingua Latina.* ἐνυώ.

Dŭēllum, duelli, Ab antiquis dicebatur quod postea dictum bellum, {מלחמה *milchamáh* קרב *keráb.* πόλεμος GAL. Guerre. IT. *Guerra.* GE.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ein krieg zweyer partheyen. HISP. *Guerrá.* ANGL. *A combat, figthing of two hand to hand.* } *Liu. 6. bell. Maced.* Quòd populus Rom. eo tempore duellum iussisset cum rege Antiocho esse. *Cic. 2. de leg.* Nam æs, atque ferrum duelli instrumenta, non faui. *Cicer. ad Orat.* Antiqui nomina contrahebant, quo essent aptiora, vt duellum, bellum. [Duello extincto maximo atque internecatis hostibus. *Plau. Amphit.* Nolim Amphitruonem duello perdere. *Ibid. sc. 4. a 4.* Quæ domi duellique malefeciſti *Plaut. Asin. sc. 2. a. 3.* Idem *Capt. prolog.*] Hinc Perduellis, & Perduellio: *quæ videbis suo loco.*

Dŭĕllo, as, Bello. {מלחם *nilchám.* μάχομαι. GAL. Guerroyer, combatre. ITA. *Combattere, guerriggiare.* GER. Kriegen/ſtreiten HISP. *Guerrear, pelear.* ANG. *To combat, to ſight hand to hand.* } Vnde Duellator, qui Duellum peragit. {πολεμιστὴς. GAL. Guerroyeur, combatant. ITAL. *Combatente, guerriere.* HISP. *Guerreador, peleador.* ANG. *That ſighteth hand to hand.* } *Plaut. in Capt.* Domi, bellique duellatores optimi.

[Duellator, oris, *Plaut. Capt. prolog.* Domi bellique duellatores optimi. Vide Duello, as, are.]

Dŭĕllĭcŭs, a, um, Bellicus. { πολεμικός. GAL. Bellique, de guerre. ITAL. *Di guerra.* HISP. Kriegiſch. GERM. *Coſa de guerra.* ANG. *Warelyk, perteining to warre.* } *Plau. in Epid.* nempe quem in adoleſcentia Memorãt apud reges armis, arte duellica Diuitias magnas ſibi adeptum.

DVEONA, δουήνα, Vrbs Cadurcorum in Gallia Aquitanica, *apud Ptolem. lib. 2. c. 8*

Dŭĕcĕnsŭs (*inquit Feſtus*) cum altero, hoc eſt cum filio cenſus.

Dŭĭdens, Hoſtia antiqua ab antiquis appellata eſt, quam nos bidentem dicimus. *Feſtus.*

DVĬLĬŬS, ſiue (vt alij vocant) Duellius, Nomen eiuis Romani, qui primus Romæ nauali certamine triumphauit. Is iam ſenex & trementi corpore, in quodam iurgio audiuit exprobrari ſibi os fœtidum, & triſtis ſe domum contulit. Quúmque vxori queſtus eſſet quare nunquã ſe monuiſſet, vt huic vitio mederetur, Feciſſem (inquit illa) niſi putaſſem omnibus viris ſic os olere. *Cic in Orator.* Quid verò licentius quàm quòd hominum etiam nomina contrahebant, quò eſſent aptiora: nam vt Duellum, bellum, & Duis, bis: ſic Duellium eum qui Pœnos claſſe deuicit, Bellium nominauerunt, quum ſuperiores ſemper appellati eſſent Duellij.

Dŭĭs, & Duint, Antiqui dixere pro dederis, & dederint. *Plau. Capt.* At mihi libellum pro eo argento ne duis. [Ne mihi damnũ in Epidáno duis (aliàs duas.) *Plaut. Men. ſc. 1. a. 2.* Tantum bonum Dij duint. *Pl. Pſeud. ſc. 1. a 4.* Libellam argenti ne duis. *Plau. Capt. ſc. 1. a. 5.* Mihi præterea vnum nummum ne duis. *Plau. Capt. ſc. 2. a 2.* Nihil dotis quod dẽ. C. Ne duis. *Plau. Aul ſc. 4. a. 1.* Non magni pendo, ne duit (id eſt, det. *Idem Aſin ſc. 4. a. 2.* Ne verba mihi imprudens duit. (i. det.) *Idem Aul. ſc. 1. a. 1.* Tam duim, quàm perdum. *Ibid. ſc. 3. a. 4.*] *Vide* DO das.

Dulcacidus, Dulciſluus. *Vide* DVLCIS.

Dŭlcĭs, dulce, Suauis, charus, iucundus, quod quidam à delicio deducunt, quòd dulcia maximè alliciant. { מתוק *mathók.* γλυκερός, γλυκύ. GAL. Doulx. ITAL. *Dolce, ſoaue* GER. Süß. HIS. *Dulce.* ANG. *Sweete in taiſt.* } *Plaut. in Truc.* Nunc poſtquam ſcio dulce atque amarum quid ſit ex pecunia, &c. [O melle dulci dulcior. *Plaut. Aſin. ſc. 3. a. 3.* Et dulcia & amara tibi ſum elocutus omnia. Scis amorem, ſcis laborem. *Plau. Pſ. ſc. 4. a. 2.* Dulcia conuictus membra fuere mei. *Ouid. Eleg. vlt. lib. 4. Triſt.* Inuenies toto carmine dulce nihil. *Ibid. Eleg. 1. l. 5.* Nec potis es dulces Muſarum expromere fœtus. *Catul. ad Ortall.* Homo fandi dulciſſimus. *Gell. c. 3. lib. 16.*] *Cic. 2. de Nat. deor.* Omne enim animal ſenſus habet: ſentit igitur & calida & frigida, dulcia & amara. *Idem 3. de Legib.* Noſtra autem cauſa, quæ optimè & dulciſſimè frater incidit in Tribunitiam poteſtatem &c. *Idem Attic. lib. 15.* Longiori epiſtolæ ſuperioríq; reſpondi: nunc breuiori, propioríque quid reſpondeam, niſi eam fuiſſe dulciſſimam? Eius compoſita ſunt Prædulce, valde dulce, παγγλυκύ. Subdulce, aliquantum dulce, ὑπόγλυκυ.

Dŭlcĭcŭlus, la. lum, diminutiuũ eſt à dulci. { מתק *móthek.* ὑπόγλυκυς. GAL. Doulcet. ITA. *Dolceto* GER. Süßlãch HISP. *Dulce vn poco.* ANG. *Sweetiſh, or ſomewhat ſweete* } vt Dulciculus caſeus, *Plau.* Dulcicula potio. *Cic. 5. Tuſculan.* Demus ſcutellam dulciculæ potionis.

[Dulciferus, a, um: *Plaur. Pſeud. ſc. 1. a. 5.* Dulciferum Cantharum.]

Dŭlcēdo, Dulcitas, Dulcitudo, & Dulcor, in eodem ſenſu accipiuntur. { מתק *móthek.* γλυκύτης. GALLIC. Doulceur. ITAL. *Dolcezza.* GERM. Süßigkeit. HISP. *Dulçura.* ANG. *Sweetneſſe.* } *Plin.* Cõtrectata dulcorem amittit. *Nauius*, O ſuauis linguæ ſonitus, ô dulcitas, cóſpiritũ animę. *Accius*, Tanta huic inuaſit in corda dulcedo. *Cic. 3. Orat.* Quinetiam guſtatos, qui eſt ſenſus ex omnib. maximè voluptuarius, quique dulcedine præter cæteros ſenſus commouetur. *Ouid. 1. de Ponto*, Neſcio quâ natale ſolum dulcedine cunctos Ducit, & immemores non ſinit eſſe ſui. *Cic. 3. de Orat.* Nam vrbanitatis, & mollitudo humanitatis, & murmur maris, & dulcedo & odor orationis, ſunt ducta à cæteris ſenſibus. [Dulcedo molliſſima carminum, *Velleius.*]

Dŭlcĭārĭŭs a, um, adiectiuum: vt Dulciarius panis, qui conficitur ex ſaccharo & nucibus pineis, vel amygdalis ad ientacula: vt eſt qui vulgò apud Italos dicitur *Marza pane.* χαρίτιος ἄρτος. ¶Piſtor dulciarius. ἄρτοις ψητοῖς. GAL. Paſtiſſier. ITAL. *Chi fa confitture, paſtiſiere.* GERM. Ein täbtkücher/paſteten macher. HISP. *Confitero, paſtelero.* ANG. *A baker of ſweete meates.* } Qui panes, & mellita concinnat edulia. *Mart. l. b. 14* [*Epigram. 222.* Mille tibi dulces operum manus iſta figuras Exruit: huic vni parca laborat apis. *Lamprid. de Heliogabalo*, Dulciarios habuit, qui de dulcibus exhiberent, quæcunque coqui de diuerſis eduliis exhibuiſſent. Vbi dulciarius ſubſtantiuè accipitur pro concinnatore eduliorum mellitorum.

Dŭlcéo, ces, dulcui, à quo dulceſco, is, Dulcis fio. { מתק *mathák* עֵרֵב *harâ* γλυκαίνομαι. GAL. Deuenir doulx, s'adoulcir. ITA. *Farſi dolce, addo cirſi.* GER. Süß werden. HIS. *Endulcecerſe.* ANG. *To waxe ſweete.* } *Cic in Cato.* Primo vna eſt peracerba guſtatu, deinde maturata dulceſcit. ¶Huius compoſitum eſt Obdulceſco, quod eſt dulcis fio.

Dŭlcĕ, & dulciter, aduerbia. { γλυκαρῶς, γλυκέως. GALL. Doulcement. ITA. *Dolcemente.* GERM. Süßiglich. HISP. *Dulcemente.* ANG. *Sweetely.* } [*Quintil.* Dulciter dicere.] *Plaut in Mil.* Hercle aſtitit & dulce & cõmodicé. *Cic. de Clar. Orat.* Tum hiſtoria quædam ſcripta dulciſſimè. *Cic. 2. de Finib.* Aut enim eam voluptatem tueretur quam Ariſtippus, id eſt, quæ ſenſus dulciter, ac iucundè mouet.

Dulcacidus, a, um, Vox eſt *Qu. Sereno* admodum familiaris, pro eo quod miſtum quendam ſaporem habet ex acido & dulci, cuiuſmodi ſunt quædam ex malorum punicorum genere.

Dŭlcĭflŭŭs, a, um, Quod dulciter & ſuauiter fluit, γλυκυρρύτος.

Dŭlcĭlóquŭs, Qui ſuauiter loquitur. μελίγηρος.

Dŭlcĭsŏnŭs, Suauiter ſonans, γλυκύφωνος.

Dŭlco, as, Dulce efficio. { מתיק *himtik.* γλυκαίνω. GAL. Adoucir, faire doulx. ITAL. *Addolcire.* GER. Süß machen. HISP. *Endulçar ò hazer dulce à otra coſa.* ANGL. *To mak ſweete.* } *Sidon. Apollinaris ad Agricolam*, Pareo libens, laudaturus vitæ tam dulcatæ ſolicitius ingenuitatem. ¶ Hinc edulco, as, quod eſt ex acerbo, aut amaro, dulce & ſuaue reddo. *Cn. Marius*, Quapropter edulcare conuenit vitam, curáſque acerbas ſenſim gubernare.

Dŭlĭā, {עבודה *habodháh.* δουλεία. GA. Seruitude. IT. *Seruitù.* GE. Knechtſchafft/dienſtbarkeit. HI. *Seruidumbre*, AN. *Seruitude, ſeruice.* } Seruitus, ſiue cultus, qualem ſerui domino exhibent. ¶Accipitur item pro ipſis ſeruis, quemadmodum & apud Latinos Seruitij vocabulum.

DVLĬCHĬVM, δουλίχιον, Inſula eſt *in mari Ionio*, non procul ab Ithaca, vna ex iis quibus Vlyſſes imperabat. *Virg. 3. Æneid.* In medio apparet fluctu nemoroſa Zacynthus, Dulichiúmque, Saméque, & Neritos ardua ſaxis.

Dŭlichĭŭs, a, um, *Propertius*, At quum Dulichias Pallas ſpatiatur ad aras [*Ouid. 13. Metam.* Sed neque Dulichius ſub Achillis caſſide vertex Pondera tanta feret.]

DVLOPOLIS, δουλόπολις, ἡ δούλων πόλις, id eſt, Seruorũ ciuitas, in Lybia eſt. {GE. Knechtſtatt in Lybien gelãgen.} Alia Hierodolurum eſt, in qua vnicus liber eſt. Aiunt & in Creta Dulopolin eſſe mille virorum. Eſt etiam partua regio in Ægypto huius nominis. *Steph.*

DVMATHA, δούμαθα, vrbs Arabiæ. *Steph.*

Dum, aduerbium temporale eſt, & modò pro quãdo ponitur. { עד *hadhí* ἕως. GAL. Quand, cependant que, iuſques à ce que, mais que, pourueu que. ITAL. *Mentre che, ſin che.* GERM. Dieweyl/biß. HISPA. *Mientras que, haſta que.* ANG. *When, or vntill.* } [Auſcultato argumenta dum dico ad eam rem. *Plaut. Moſt. ſc. 2. a. 1.* Dum quod edit præbeas, nunquam aufugiet. *Pl. Moſt. ſc. 1 a 1.* (bis) Cunctare dum venies ætas mollior. *Ouid. Eleg. 5. lib. 4. Triſt.* Nunc dum libet, licétque pota & perde rem. *Pl. Moſt. ſc. 1. a. 1.* Vidi dum tua terga dares. *Oui. 13. Met.* Nunquam cuiquam ſupplicabo dum viues. *Plau. Pſ. ſc. 5. a. 1.* Dedi dum fuit pecunia. Ducito, quando habebis. *Plau. Pſ. ſc. 3. a. 1.* Iam illum comeſurus es? Dum recens eſt, dum calet? *Plau. Pſ. ſc. 7. a. 4.* Quid id refert tua dum argentum accipias. (i. modò) *Pl. Curc. ſc. 1. a. 3.* Mãne ſis dum huic coniicio ſomnium. *Pl. Cur. ſc. 2. a. 2.* Eſt pudica, neque dum cubitat cũ viris. *Pl. Cur. ſc. 1. a. 1.* Dum pereas, nihil interdico, dicant viuere. *Pl. Capt. ſc. 5. a 3.* Dum modò morata veniat, dotata eſt ſatis. *Plau. Aul. ſc. 4. a. 1.* Hac lege dum ſuperes datis (i. dummodo.) *Pl. Aſin. ſc. 3. a. 1.* Quid ceſſas abire, dum ſaluo licet. *Pl Men ſc. 3. a. 5.* Manendo medicum dum ſe exopere recipiat. *Pl. Men. ſc. 3 a. 5.* Triduum abſens dum reperiam qui (i. vſq; eo dum) *Pl. Men. ſc. 4. a. 2.* Dum hæc aguntur voce clara exclamat vxorẽ tuam. *Pl. Amph ſc. 1. a. 5.* Metuo ne redeat herus etiam dum à foro. (i. nunc) *Pl. Pſ. ſc. 3. a. 4.* Inde huc exij crapulam dum amouerẽ. *Pl. Pſ. ſc. 1. a. 5.* Nihil etiam dũ harpagunt. *Pl Pſ. ſc. 2. a. 4.* Aufugiam *aliquo dũ hæ* conſileſcunt turbæ. *Pl. Mil. ſc. 6 a. 2* Dũ hic egreditur, cõmonſtrabo. *Pl.* donec egredi poſſit.) *Pl. Cur. ſc. 1. a. 3.* Dum ob malefacta peream, parui æſtimo. *Pl. Cap. ſc. 5. a 3.* Quid dũ? (pro cur.) *Pl. Men. ſc. 2. a. 1.* & qui dum. *Idem Amph. ſc. 2. a. 4.* bis. Dum ne, ſæpè pro (modò ne) *Pl. Cur. ſc. 1. a. 1. Et Capt. ſc. 5. a. 3.* Primùm dum. *Pl. Mil. ſc. 3. a. 1.* Mane dũ. *Pl. Aſin. ſc. 2. a. 3.* Nunc dũ ſalſura ſat bona eſt. (i. etiam) *Pl. Curc. ſc. 1. a. 2.* Interea dũ. *Pl. Amph. ſc. 4. a. 4.* Vſq; dũ. *Pl. Moſt. ſc. 2. a. 5.* Dũ interea ſic ſit. *Pl. Moſt. ſc. 2. a. 1.* Circumſpice dũ. *Pl. Moſt. ſc. 2. a. 1.* Omnium primum dum. Vide primum. Ne pigeat proloqui. E. Dum quidẽ ne quid perconteris quod nõ lubeat loqui. (i. dummodò.) *Pl. Aul ſc. 4. a. 1.* Quo lubeat nubant, dummodo ne fiat comes. *Pl. Aul. ſc. 5. a. 3.* Qui dũ id quæris? *Pla. Capt. ſc. 2. a. 1.* Agedũ, excute dum palliũ. *Pl. Aul. ſc. 3. a. 4.* Qui dũ id queris? *Plau. Cap. ſc. 2. a. 1.* Nihil precio parsit filio dũ parceret, (i. dummodò) *Pl Cap. prolog.* Dũ id impetrant boni ſunt. *Pl. Cap. ſc. 2. a. 1.* (. donec.) Cedo dum huic marſupium. *Pl. Men. ſc. 1. a. 2.* Sine me dũ hanc compellare. *Pla. Men. ſc. 4. a. 2.* Sit labor illius tua dum facundia maior. ¶Item Nedum, pro Ne, & ſedum, pro Sed, Vide ſuis locis.] *Plin. li. 7. c. 53.* Nullis euidentibus cauſis obiere, dum calceantur maturinò duo Cæſares. ¶Modò pro dò nec, ἕως. *Terent. in Eunuch.* Expectabo dum veniat. ¶Modò pro poſtquam. *Martial.* Audieris dum grande ſophos, id eſt, poſtquam audieris. ¶Quando autem in compoſitione ponitur poſt nec, vel non, vel haud, ſemper aduerbium temporis eſt. πώ, vt, necdum, nondum, haud-dum, pro non adhuc, μήπωοὔπω. ¶Eſt etiam coniunctio, & ſignificat modò, vel dummodò. *Saluſt. in Iugurtha*, Neque id quibus modis aſſequeretur, dum ſibi regnum pareret, quicquam penſi habebat. *Idem in Catil.* Poſtremò neque ſumptui, neque modeſtiæ ſuæ parcere, dum illos obnoxios fidóſque ſibi faceret. ¶Interdum etiam ſyllabica eſt adiectio. *Terent.* Adeſdum, paucis te volo. ¶Componitur cum qui, vt quidum: cum age, vt agedum: cum modo, vt Dummodo: & cum taxat: vt duntaxat.

Dūmŭs, gen. maſc. Dicitur omnis ſpina. { סיר קוץ *ſir kots* סנה *ſéneh.* ἄκανθος. GA. Buiſſon ou eſpinaye. IT. *Spino, ſpina.* GE. ein dorn hecck HI. *Eſpinal, ò breña, ò mata aſpera.* ANG. *A buſhe of thornes.* } *Cic. 5. Tuſcul.* Animaduerti columellam non multum è dumis eminentem, in qua inerat ſphærę figura. *Oui. 12. Met.* ſolidóque reuellere dumo Annoſam pinum magno moliminе tentat.

Dūmōsŭs, a, um, Frondoſus, ſpinoſus, vepribus plenus. { ὁ ἢ ἀκανθώδης ὁ ἢ βάτων ἔμπλεως. GA. Buiſſonneux, plein d'eſpines & buiſſons. IT. *Pieno di ſpine & roui.* GE. Dörnechtig/heckechtig. HI. *Lleno de eſpinal, ò breña, ò mata aſpera.* AN. *Full of buſhes and thornes.* } *Virg. 1. Eclog.* Non ego vos poſthac viridi proiectus in antro, Dumoſa pendere procul de rupe videbo. Antiqui per interpoſitionem vſius literæ pro eodem dixerunt duſmoſus: ſicut coſmittere pro committere, caſmillus pro camillus, & caſmœnæ pro camœnæ.

[Dumeſco, *Diomedes lib. 1.*]

Dūmētum, ti, Locus eſt dumis, hoc eſt ſpinis obſitus. { θαμνώδης τόπος. GA. Vne buiſſonniere, vn lieu couuert de buiſſons. ITA. *Spineto.* GE. ein ort da vil dörn vnd hecken ſtond. HI. *Eſpinal ò boſque aſpero.* ANG. *A ground full*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

full of bushes and brambles.}Huiusmodi loca, *autore Festo*, antiqui appellabant dumecta, quasi dumiceta, quæ postea sublatis per syncopen duabus literis dicta sunt dumeta. *Cic.5.Tusc.* Septum vndique & vestitum vepribus & dumetis. *Idem 4.Acad.* Quum sit enim campus in quo exultare possit oratio, cur eam tantas in angustias, & Stoicorum dumeta compellimus?

DVNVM, δούνιον, *Ptolemæo*, vrbs est Britanniæ, inter Austrum, & Occasum sita.

Dūntaxăt, Ex dum aduerbio, & taxo, as, pro æstimo: & significat solùm, saltem, dummodo. {רק *rak.* χωῦ, γε δη, μόνον. GA. Seulement. IT. & HIS. *Solamente.* GER. Allein. ANG. *Only.*} *Cic. pro Deiot.* Quod ipsum etsi non iniquum est, in tuo duntaxat periculo. [Delicta duntaxat modica perpessus. *Suet. in Aug. c.* 66.] ¶Interdum etiam (quod aliqui negauerunt) habet ante se negationem. & post se, Sed etiam, aut Verum etiam. *Liu. li.* 46. Nec animum tibi duntaxat fidelem, ac bonum præstitit, sed omnibus interfuit bellis, quæ gessistis.

Dŭo, {שנים *schenăjim.* δύο, vel δύω Atticè. GA. Deux. IT. *Due.* GE. Zween/zwey. HISP. *Dos en numero.* ANG. *Twoo.*} & Ambo *sicuti docet Priscianus*, genitiuos & accusatiuos per secundam declinationem proferunt duorum, amborum, duos, ambos. Datiuus autem & ablatiuus tertiam inflexionem sequuntur. In genitiuo frequens est syncopa duûm pro duorum. [*Plau. Men. sc.* 3. *a.* 3. Inaures da mihi faciundas pondo duûm nummûm. *Liu. lib.* 4. *dec.* 5. Torquis duo pondo.] ¶Inuenitur etiam accusatiuus masculinorum quandoque similis nominatiuo, pro fertúrque in o, more Græco. *Horatius*, Duo si discordia vexet inertes. *Virgil.* 11. *Æneid.* Si duo præterea tales Idæa tulisset Terra viros, id est, duos. [Duo pares (eramus ætate) & gemini. *Plau. Men. sc. vlt. a.* 5. Fratres germanos geminos, duos vno patre, vna matre, vno die natos. *Plaut. Men. sc. vlt. a.* 5. Hi sunt gemini germani duo. *Ibidem.* Quæ inter nos duo conuenit. *Plau. Pſ. sc.* 2. *a.* 4. Vt dicamur nos duo omnium dignissimi esse quò cruciatus confluant. *Plau. Asin. sc.* 2. *a.* 2. Duobus his oculis vidi. *Plau. Mil. sc.* 3. *a.* 2. An pax est inter vos duos. *Pl. Amph. Sc.* Amphitruo, Nescio quid velitati estis inter vos duos. *Pl. Men. sc.* 2. *a.* 5. Duo gnati, (i. Gemini.) *Pl pſ. sc.* 2. *a.* 1. Hodie illa pariet filios geminos duos. *Pl. Amph.* Duob. his oculis vidi. *Plaut. Mil. sc.* 3. *a.* 2. Mulieres duæ peiores vnà. *Plaut. Curc. sc.* 1. *a.* 5. Anno duo & vicesimo, bis dixit *Fabius lib.* 4. *Annalium*, vt autor est *Gell. c.* 4. *lib.* 5. pro Anno duodeuigesimo. *Item*, Duo greges adegero, pro duos. *Pl. Pſ. sc.* 3. *a.* 1. Qui duo corporibus mentibus vnus erant. *Oui. Ele.* 4. *lib.* 4. *Triſt.* Quid vos duæ hîc agitis? *Plaut. Moſt. sc.* 3. *a.* 1. Atque duæ gelido vastantur frigore semper (zonæ.) *Tib. lib.* 4.]

Dŭodĕcim. {שנים עשר *schenéim ħásar.* δώδεκα, δυοκαίδεκα. GA. Douze. IT. *Dodici.* GE. Zwölff. HI. *Dozę en numero.* AN. *Twelue.*} *Cic.* 2. *de Leg.* Discebamus enim pueri duodecim, vt carmen necessarium.

*Duodecies, Aduerb. *Cic. in Saluſt.* Ne causam diceret, sestertio duodecies cum Cæsare pacisci tur. *Liu.* 8. *bell. Maced.* Tyberis duodecies campum Martium, planáque vrbis inundauit.

Dŭodĕcĭmŭs, & duodenus. {שנים עשר *schenéim ħásar.* δωδέκατος. GA. Douzieſme. IT. *Dodecimo.* GE. Der zwölffte. HI. *Dozeno in orden.* ANG. *The tweleth in order.*} *Plin.* Nec tota sua ætate generant, ferè anno duodecimo desinentes. *Cæſ. 5. bel. Gal.* Vxores habent deni, duodenique inter se communes.

Dŭodĕnārĭŭs, Duodeuiginti, δυοῖν δέοντα εἴκοσι, & huiusmodi, Ducenties, Ducentenus, Duodecies. *Liu.* 8. *bell. Maced.* Tyberis duodecies campum Martium, planáque vrbis inundauit. ¶Duodenarius idem quod duodenus. *Pomponius Latus de Sacerdote Romano*: Ab hoc numero duo denario aruorum sacerdotes duodecim esse voluit.

*Duodeni, Adiectiuum plur. num. Idem quod duodecim. *Cæſ. 5. bel. Gall.* Vxores habent deni, duodenique inter se communes. Astra duodena. *Virg. 1. Georg.*

Dŭodēuīcĭēs, Duodeuigesimus, Ducentesimus.

Dŭodētrīcēsĭmŭs, *Gell. lib.* 3. *c.* 10.

Dŭŏnum. {טוב *tob.* ἀγαθός. GAL. Bon. ITAL. *Buono.* GERM. Gut. HISPA. *Bueno.* AN. *Good.*} Veteres pro bono dixerunt, sicut duellum pro bello. *Festus.*

Duplārĭs numus, *Vide* DVPLVS.

Duplĕx, huius duplicis, cuius duæ sunt partes. {משנה *mischnéh.* διπλοῦς, διπλόος. GAL. Double, le double. ITAL. *Doppio.* GERMA. Zweyfach. HIS. *Doblado ò doble.* ANGL. *Double, twofold.*} *Virg. 1. Æneid.* Duplicem gemmis, auróque coronam. [*Liu. lib.* 4. *dec.* 4. Duplex oratio. (i. in duas diuisa partes.) *Velleius*, Duplicis & diuersissimi hominis exemplum Sylla.] ¶Nonnunquam etiam pro duobus accipitur: *vt apud Cic. 1. Tusc.* Itaque differuit duas esse vias, duplicésque cursus animorum è corpore discedentium. *Virg. 1. Æneid.* duplices tendens ad sidera palmas. ¶Quandoque latum. *Virg. 2. Georg.* duplici aptantur dentalia dorso. *Idem 3. Georgic.* At duplex agitur per lumbos spina. *Vbi Seruius*, Aut re uera duplex, aut lata. ¶Duplices tantum numero plurali, generis masculini, tabellarum genus est, in quibus literæ secretiores, & amatoriæ scribi solebant: quæ quidem aliquando etiam triplices erant. *Martialis*, Tunc triplices nostros, non vilia dona putabis, Quum se ventura scribet amica tibi. [*Sue. in Aug. c.* 17. Tabulæ duplices veste tectæ.] Sic Duplices, Triplices, Quadruplices, & Quintuplices porticus dicũtur, in quibus ordines columnarum duplicati, triplicati, quadruplicati, & quintuplicati sunt. *Vitruu. li.* 5. duplici palæstrarum porticu collo canda complura membra.

Dūplĭcĭtĕr, aduerbium, Duobus modis, bipertitò. {διχῶς, διτῶς, διχῶς. GAL. Doublement, en deux sortes. ITA. *Doppiamente.* GERM. Auff zwen wdg HIS. *Dobladamente.* AN. *Twoofold or twowise.*} *Cic. ad Petum*, Dupliciter delectatus sum tuis literis. [Dupliciter paratum tibi periculum. *Plau. Mil. sc.* 3. *a.* 2.]

Dūplĭcārĭī, vel (vt aliis placet) Dupliciarij, milites erant, qui duplum accipiebant stipendium. διμοιρίται. *Liuius 2. ab Vrbe*, Ad hoc centuriones, duplicariósque qui reliquerant ordines, virgis cæsos securi percutiebat.

Dūplĭco, plicas, Duplicem facio, gemino. {כפל *chaphál.* διπλόω. GALLI. Doubler, redoubler. ITAL. *Doppiare, radoppiare.* GERM. Zweyfach machen. HIS. *Doblar.* ANGL. *To double.*} vt, Duplicare numerum *Cic. 1. de Nat. Deor.* Quum sæpius duplicaret numerum dierũ, &c. Vnde & pro augere. *Sallust.* Et Maurus victus duplicauerat bellum. *Virg. in Bucolit.* Et sol crescentes decedens duplicat vmbras. [*Cæſ. lib.* 3. *de bell. ciu.* Duplicato eius diei itinere.] ¶Hinc Adduplico, Conduplico, & Reduplico.

*Duplicatio, Verbale, διπλασιασμός, *apud Senec. q.* 4. Horum duplicatio proxima à terris calefacit.

Dūplĭcātō, aduerbium. {διχῶς. GA. Doublement, au double. ITA. *Doppiamente, à doppie.* GER. Zweyfaltiglich. HIS *Dob adamente.* ANG. *Double, two wyse or maners.*} *Plin. lib.* 2. *c.* 17. Rursus Saturni & Iouis (Stellæ) dupplicato digrediuntur.

Dūplĭōnem, veteres dixerunt mulctam dupli, eadem forma qua Talionem dicimus pœnam, qua quis ad simile damnum condemnatur, quale alteri intulerit. {ζημία τῷ διπλασίῳ. GAL. Le double, deux fois autant, peine du double. ITA. *Pena di doppio.* GER. Zweyfache straaf. HIS. *Penà del doblo.* ANG. *The double, twise so much.*} *Pli. li.* 18. *c.* 3. Noxámve; duplionémve Prætoris arbitratu decerni.

Dūplŭs, dupla, duplum, Alterum tãtum. {משנה *mischnéh.* διπλάσιος. GA. Double, encor autant. ITA. *Doppio, due volte tanto.* GER. Zweyfachtig/noch ein mal als vil oder als groß. HISP. *Doblado, dos vezes tanto.* ANG. *Double, twise so much.*} Vnde verbum Duplo, διπλόω, idem est, quod Duplico. *Plaut. in Pœn.* Duplum pro furto mihi opus est. *Idem in Cap.* [*sc.* 2. *a.* 4.] Qui locant cædundos agnos, & duplam agninam dant, id est, qui sub nomine agninæ carnis ouillam quoque vendunt, & ita duplum, hoc est, duplicatam & duorum generum agninam præbent, mentientes agninam esse.

Dūplă, æ, pro Duplum, vnde duplæ cautio, quum emptor stipulabatur à venditore duplum pretium rei, si euinceretur, quod in pretiosarum rerum venditionibus fieri solebat. *Varr. lib.* 2. *de Re ruſt.* Si re, mancipio non datur dupla promitti solet: aut si ita pacti, simpla.

Dūplum, dupli, substantiuum. {משנה *mischnéh.* τὸ διπλάσιον. GAL. Le double. ITAL. *Doppio.* GERM. Zweyfach/dopplet. HISPA. *El doblo.* ANG. *The double.*} vt condemnari dupli, ea forma dictum qua condemnari capitis. *Cato de Re ruſt. in præfatione*, Maiores enim nostri sic habuêre, & ita legibus posuêre, furem dupli condemnari, fœneratorem quadrupli, id est, vt bis tantùm reddat, quantum furatus est. Sic pœna dupli, *apud Cic. lib.* 3. *Officiorum.* [*Sueton. in Aug. cap.* 41. Cauete in duplum.]

Dūplārĭs numerus, dicitur in quo minor bis numeratur. διπλάσιος. Duplariæ siue duplares actiones, dicuntur à Iurisconsultis, quæ in duplum dabantur: sicut quadruplariæ, quæ in quadruplum. ¶Duplares milites, in veteri militia dicebantur, qui torque aureo ob virtutem donati, duplam annonam accipiebant amplius quàm cæteri: quemadmodum simplarij, qui annonam simplam accipiebant, præter eam quæ in singula militum capita distribuebatur: Ita dicti, quòd duplam & simplam annonam extra ordinem accipiebant. *Veget. lib.* 2. Torquati, inquit, duplares, & torquati simplares erant, quibus torquis aureus solidus virtutis præmium fuit: quem qui meruisset, præter laudem interdum duas consequebatur annonas: duplares duas, simplares vnam.

Dūplāri, Duplicari. *Gaius D. li.* 38. *Tit.* 10. *leg.* 3. Admonendi tamen sumus parentium liberorúmque personas semper duplari.

Dūplātĭo, Dupli pœna, duplio. *Paulus. D. lib.* 9. *Tit.* 4. *leg.* 31. Certè non tantùm duplationis, sed & conditionis rationem habendam Iulianus putat.

Dŭpōndĭŭs, Vide DIPONDIVS.

DVRĂ, æ, {דורא *dura.* δούρα. *Steph.* oppidum Mesopotamiæ, cuius incolæ dicuntur Dureni, δουρηνοί.

[Duracinæ Vuæ: & duracina perſica: Vide in Durus, infrà.]

DVRAM, δοῦρα, *Stephanus*, Quidam putant esse nomen fluuij, circà quem gigantes turrim Babel fecerunt. Alij volunt esse campum. *Vnde est apud Danielem*: In campo Duram statuit Nabuchodonosor statuam.

Dūrāmĕn, Duramentum, *Vide* DVRVS, infrà.

Dūrātĕŭs, a, um, Ligneus, {δουρήϊνος. GALL. De bois, ou dur comme bois. ITALIC. *Ligneo, de legno.* GERM. Höltzin. HIS. *Cosa de madera ò delleña.* ANGLIC. *Of woode.*} *Lucretius lib.* 1. Nec clàm durateus Troianis Pergama partu Inflammasset equus nocturno Graiugenarum. Adiectiuum est Græcum. Illi enim Durata, δουρήϊα vocant, quę nos ligna.

Dūrĭŭs, a, um, Durateus, id est, ligneus. Inde Nox Duria, *apud Valerium Flacc. 2. Argonaut.* manet immotis nox duria fatis. Pro ea nocte qua Durius equus à Troianis exceptus fuit, & in vrbem admissus. *Cal. Rhodig. lib.* 27. *Antiq lect. cap.* 25. *ait*, Equos durios ex poëtica historia posse dici magnos staturosósque, à magnitudine videlicet equi illius Troiani.

Dūrĕtă, Hispanica vox est, qua illi significare solent vas illud amplum in balneis, in quo sedentes lauamur: Latini solium vocant. *Sueton. in Augusto*, At quoties neruorum causa marinis, albulisque calidis vtendum esset, contentus hoc erat, vt insidens ligneo solio, (quod ipse Hispanico verbo Duretam appellabat) manus ac pedes alternis iactaret.

DVRĬŬS, siue Durias, δουρείας, *Strabonì* fluuius est Edetanorum, in tractu Tarraconensis Hispaniæ, Valentiam præterfluens, & in sinum Sucronensem se exonerans. *Plin. lib.* 3. *c.* 3. *& Pompon. lib* 2. *Salluſt.* Turiam vocat, *lib.* 4. *Hiſtor.* Inter læua mœnium dextrum flumen Turia, quod Valentiam paruo interuallo præterfluit. Quam scripturæ rationem in Claudiano quoque obseruauimus: qui sic habet, Florib⁹ & roseis formosus Turia ripis. Phocas, aliíque nonnulli non incelebres Grammatici, nomen hoc neutro genere efferendum contendunt, quemadmodum & Mulucha, pro Africæ fluuio. ¶Est & alter eiusdem nominis fluuius in latere Occidentali Hispaniæ, per Vectones, & Vaccæos in Oceanum influens, *teste Strab. lib.* 3. *Ptol. lib.* 2. *c.* 6. Doriam appellat. *Plin. item lib.* 3. *c.* 6. Durias duos commemorat ex Apennino ortas, & in Padum influentes. Item alium in finibus Germaniæ, Sueuos à Carnutis dirimentem, *lib.* 4. *c.* 12.

DVRIOPVS, δουριόπους, Vrbs & regio Macedoniæ. *Steph.*

DVROCOTTORVM, δουροκόττορον, Galliæ Belgicæ vrbs est, Rhemorum metropolis, *apud Ptol. lib.* 2. *c.* 9.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Dūrŭs, a, um, Solidus, firmus, & difficilè cedens tactui)(mollis. {πωρ kaſchéh. σκληρός, αὐστηρός. GAL. Dur & aſpre. ITA. Duro. GERM. Hart. HISP. Coſa dura, cruel ò diffícil. ANG. Harde.} Virg. 4. Æneid.- ſed duris genuit te cautibus horrens Caucaſus. [Ouid. 13. Metam. Duri fugientem munera belli. Ibid. Duræque iubent Agamemnona ſortes (mactare natam.) Quæque lacu duro non fodiantur aquæ (id eſt, glaciato.) Ouid. Eleg. 12. lib. 3. Triſt. Durum iter. Quintil. Durum calcauimus æquor, (i. conglaciatum.) Ouid. El. 12. lib. 3. Dura hiems (id eſt, glacies.) Dura cultu terra. Item, Dura prælia facta. Liu. lib. 10, d. 4. Durior memoria. Quintil. Duræ magis, quàm fortis prudentiæ. (Stoici.) Sene. e. 18. de Conſol. ad Polyb. Formulam ſcribam tibi quod caput durum habeas. Quintil. Nunquam veſtrum tergum durius erit, quàm, &c. Soléntne oculi tibi duri fieri. Plaut. Men ſc. 5. a. 5. Tu fletus inhibes durior hoſte meos. Ouid. Eleg. 1. lib. 5. Triſt. ¶Durius accipere ſermones. Cæſ. l. 2. de bell. ciu. Si quid durius acciderit. Cæſ. lib. 3. de bell. ciu. ¶Nemo eſt ingenio tam duro, nec tam firmo pectore, qui non ſibi benefaciat. Idem Aſin. in fin. Item, Pugnis rem poſcant. Plaut. Curc. ſc. 2. a. 3. Si quis poſcat durius: Ibidem.] ¶Per tranſlationem capitur modò pro patiente, ac tolerante laborum. Idem 2. Georg. Scipiadas duros bello. Et 6. Æneid.- gens dura atque aſpera cultu. Aliquando pro ſæuo, crudeli, aſpero. Idem 3. Georg. Quid iuuenis, magnum cui verſat in oſſibus ignem Durus amor? Cicer. 7. Verr. Quis tam fuit illo tempore durus & ferreus, quis tam inhumanus præter vnum te, &c. Terent. Phorm. Adeóne ingenio te eſſe duro, atque inexorabili, Vt neq; miſericordia, neque precibus molliri queas? ¶Accipitur item pro noxio. Virgil. 4. Georg. Aut durum tineæ genus. ¶Durus ad ſtudia, qui ſtudiorum delectatione non capitur. Cic. pro Archia. Nam & Cimbricas res adoleſcens artigit, & ipſi illi C. Mario qui durus ad hæc ſtudia videbatur, iucundus fuit.

Dūrĭūſcŭlŭs, diminutiuum. {ὑποσκληρός. GAL. Durer, vn peu dur. ITA. Aliquánto duro. GER. Hartlech. HISP. Coſa vn poco dura. AN. Somewhat harde.} Plin. in præfat. Ille enim, vt ſcis, permutatis prioribus ſyllabis duriuſculum ſe fecit.

Dūrē, & Duriter, aduerbia, inter ſe differunt: quòd duriter ſit, ſine ſenſu laboris: Durè, crudeliter, vt illud ad laborē, hoc ad fæuitiam referatur. {σκληρῶς. GALL. Durement ITAL. & HISP. Duramente. GERM. Hartiglich. ANGLIC. Hardely.} ¶Præterea durè in alterũ, duriter in nos aliquid facimus. Terent. in And. Primùm hæc pudicè vitam parcè ac duriter Agebat, lana ac tela victum quæritans. Sed hæc differentia, vt pleræque aliæ, à ſcriptoribus nullo pacto obſeruatur. Terent. in Adelph.- factum à vobis duriter, Immiſericorditérque eſt: atque etiam, ſi eſt, pater, Dicendum magis apertè, illiberaliter. Verba ſunt Æſchinis ad Miſionem patrem, quibus cum illo expoſtulat, quod ipſe, & ſimulatus ille hoſpes Miſeſius nimis duriter conſuluiſſent, non de ſe ipſis, ſed de virgine illa, & eius amatore.

Dūrĭtĭā, tiæ, & durities, tiei; Firmitas & ſoliditas. {πῆχ keſebí. σκληρότης, στυφότης. GAL. Dureté. ITA. Fermezza, ſal tezza, durezza, crudeltà. GERM. Harte. HISP. Durezza, crueldad. ANG. Hardeneſſe.; Plin. lib. 9. c. 36. Tanta duritia aculeo eſt. Idem l. b. 13 c. 9. Duritiæ firmæ lignum. [¶Accipitur pro morbo, ſiue inualetudine. Suet. in Ner. c. 34. Ex duritia alui cubat. ¶Duritia legum, quæ opponitur æquo & bono: apud Sue. in Claud. c. 14.] Accipitur & pro aſperitate, crudelitatéque. Terent. in Heaut.- tum hoc timet, Ne tua duritia illa antiqua etiam adaucta ſit. Cic. in Partition. Et fortitudinem audacia imitatur, & patientiam duritia immanis. Plin lib. 13. c. 15. Duritiè & maturitate incorrupta ſpiſſari. Cic. in Cat. Quanta in altero comitas, in altero durities. [Ferri frangere duritiem. Catul. de Com. Ber. Duritia inhumana non affici dolore (amiſſis cariſſimis.) Senec. cap. 15. de Conſol. ad Helu. Parſimonia & duritia aliis etiam diſciplinæ: Plaut. Moſtel. ſc. 2. a. 1. Vincite hoc (flagrum) duritia tergi. Plau. Pſeu ſc. 2. a. 1. Vbi ad languorem tua duritia dederis octo lictores. Paut. Aſin. ſc. 2 a. 3.]

Dūrĭtās, atis, Duritia. {σκληρότης Cic in Orat. Alij duritatem & ſeueritatẽ quandam verbis, & orationis quaſi mœſtitiam ſequuntur.

[Duritudo, inis, Gell. c. 2. lib. 17 reſtatur eo verbo M. Catonẽ vſum fuiſſe.]

Dūrābĭlĭs, le, Quod durare poteſt {διαρκής. GAL. Qui eſt de durée. ITA. Durabile, che può durare. GER. Langwirig/wärhafft. HIS. Durable, coſa que puede durar. ANG. Durable.} Ouid. Quod caret alterna requie, durabile nõ eſt. Plin lib. 9. c. 43. Durabilia ac ſectilia, quæ modicè humida. [Sed durata riget denſam in glaciem niuémque (vnda) Tibull. lib. 4. Viuere non poſſum hic nec durare vllo modo. Plau Men. ſc. 2. a. 5. & Aſin. ſc. 2. a. 5. Mihi te æquum eſt parcere, vt tibi durem diu Plaut. Aſin. ſc. 3. a. 1. Cæruleos ventis latices durantibus Iſter congelat. Ouid. Eleg. 10. lib. 3. Triſt. Nequeo durare quin herum accuſem meum. Pl Curc ſc. 3. a. 1. Idem Capt ſc. 4. a. 3. Sed enim nequeo contineri. Ouid. 2. Faſt. Sub Ioue durabant, & corpora nuda ferebant. Item, Sub Ioue pars durat, pauci tentoria ponunt. Idem lib. 3. Faſt Sub Ioue durabit multis immota diebus. Ouid. 4. Faſt. Durare meliore parte ſui, (poſt mortem) Sen e. 2. de Conſ. ad Polyb. Durándũ eſt, quia cœpimus. (i. omnia tædia perferenda & labores) Quint. Sine durare poſt ingeniũ tuũ. Sen. Ibid. Memoriam, quæ durauerant ex antiquitate ædificia, arſerunt. Suet. in Nero. 38. Durare exercitum patientia laborũ. Velleius. Durati vſu armorum populi. Liu. 7. ab vrb. Durari gelu aquas. Gell. c. 8. li. 17. Durant adhuc illa & oſtenduntur. Suet. in Tib. cap. 6. Durauit luctus per feſtos dies. Suet in Calig. cap. 6. Duranti muria piſces. Quintilian.

Dūrāmẽn, & Duramentum, Brachium vitis. {σκλήρωμα. GALL. Durée, ou ce qui eſt de durée: le ſep ou bras de vigne prochain de la ſouche. ITAL. Ramo de la vite, tralci confirmatione. GER. Das hart vnderſchoß ſo zu nächſt dem ſtock ſteht. HI. Endurecimiento penca ò hoja de la vid. AN. The boughe of the vone tree nigh the ſtump or ſtocke.} Colum. lib. 5. c. 21. Sed vt caput trunci, pedali ferè ſpatio ſit inferius iugo, quaternis brachiis, quæ duramenta quidẽ vocant, diuidarur in totidẽ partes. Idem c. 22. Conſiderandum erit cuius longitudinis ſint duramina, quæ excedant prædictam menſuram. ¶Duramentum etiã pro confirmatione & firmitate. Senec. c. 2. de Tranq. vita. Dices tenera eſſe virtutum principia, tempore ipſis duramentum & robur accedere. Valer. lib. 2. c. 2. Efficaciſſimum igitur virtutis duramentum neceſſitas.

Dūrăcĭnă perſica, δωρακίνα. Æginetæ, Quorũ corpus ligno adhæret, auellíq; nequit. {GAL. Qui ont l'eſcorce ou la peau dure. IT. Perſici che nõ ſi ſpiccano da l'oſſo. GER. Pferſich die noch hart anſtehend. HIS. Duraznos.

ANG. That hath an harde hullor hard skinne.} Plin. lib. 15. c. 21. Sed perſicorum palma duracinis. Idem lib. 15. c. 28. Quædam ſtatim à ligno recedunt, vt nuces & palmæ: quædam adhærent, vt oliuæ, laurique: quorundam generi vtraque eſt natura, vt perſicis. Etenim duracinis adhæret corpus, è lignóque auelli nequit, quum in cæteris facilè ſeparetur.

Dūrăcĭnæ, vuæ dicuntur, quæ duram & firmam corticem habent, à duritie, vel à duris acinis. Plin. lib. 14. c. 1. Vua non alibi gratior callo, vt inde poſſit inueniſſe nomen duracini durus acinus. Suet. ex Epiſt. Auguſt. Dum lectica ex regia redeo, panis vnciam cum paucis acinis vuæ duracinæ comedi.

Dūrĭcŏrĭă, dicuntur quæ ſunt duri corij. {σκληροδερμία. GALL. Qui ont le cuir dur. ITAL. Che hanno il cuojo duro. GERM. Die ein harte oder zähe haut habend. HISPA. Coſas que tiene el cuero duro. ANG. That hath an hard vide.} Vnde Ficus duricoriæ, quæ habent durum corticem: memínit Plin. lib. 15. c. 28.

Dūro, as, Durum facio, firmo, ſolido. {חקשה hikſchàh חזק chezzék. σκληρύνω GA. Durcir, endurcir. ITA. Far duro, ſaldo fermo. GERM. Hart machen. HISP. Endureſcer à alguna coſa. ANG. To make harde.} Col. lib. 7. Annicula mula rectè à matre repellitur, & amota montibus, aut ferè paſcitur, vt vngulas duret, ſitque poſtea longis itineribus habilis. Cæſ. 6. bell. Gall. Hoc ſe labore durant adoleſcentes. Mart lib. 13. Sorba ſumus molles nimium durantia ventres. Liu. 1. bell. Pun. Nec erat difficile opus, quòd cæramenta non calce durata erant. ¶Quint. lib. 1. per tranſlationem poſuit pro confirmare, Multa (inquit) linguæ vitia, niſi primis eximuntur annis, inemendabili in poſterum prauitate durantur. ¶Aliquando ſignificat tolerare, ὑπατρεῖν. Virgil. 1. Æneid.- durate, & voſmet rebus ſeruate ſecundis. In qua ſignificatione quandoque contra naturam iungitur accuſatiuus, maxime apud poëtas. Horat. lib. 1. Carm. Vix durare carinæ poſſint imperioſius æquor. ¶Item perſiſtere, perſeuerare, diu permanere, ὑπομονητικὸν εἶναι, διαρκεῖν, Plau. in Amphit. Durare nequeo in ædibus ira me probri, ſtupri, dedecoris à viro argutiam meo. Terent. in Adelph. Non hercle hîc quidem durare quiſquam, ſi ſic ſit, poteſt. Huius compoſita ſunt, Eduro, Induro, Obduro, Præduro, Perduro, Reduro, quæ vide ſuis locis.

* Duratrix, icis, Verbale fœm. gen. Plin. lib. 14. c. 1. Additque acinis eandem quam in doliis amphoriſve duratricem illam firmitatem auſteritas picis infuſa pediculo.

* Dureo, es, durui, Durus ſum. {πωρ kaſchàh. σκληρώσιμι. GA. S'endurcir, deuenir dur. ITA. Indurire, ſi durare. GER. Hart ſein. HIS Endurecerſe. AN. To be harde or to waxe hard.} à quo Dureſco, durus fio. Cic. 2. de Nat. deor. Itaque & Aquilonibus reliquiſque frigoribus adiectis dureſcit humor. Ouid. 2. Met. Oraque duruerant, ſignúmque exangue ſedebat. Colum. lib. 9. Plumulæ ſub cauda clunibus derrahendæ, ne ſtercore coinquinatæ dureſcant. [Quintilian. Neceſſe eſt deteratur fulgor & dureſcat articulus] ¶Compoſita à dureo raro ſunt in vſu, quemadmodum & ipſum ſimplex, ſed eorum loco vtimur compoſitis à dureſco, vt Indureo vix dicimus, frequentiſſimè autem Indureſco, Obdureſco, vndique durus fio, ἀποσκληρύνομαι. Perdureſco, vide durus fio: quæ vide ſuis in locis.

DVSARE, δουσάρης, Scopulus & vertex altiſſimus Arabiæ, ſic dictus à Duſaro deo, qui apud Arabes & Dacharenos colitur. Gentile, Duſareni. Steph.

Dŭŭmuĭr, duumuiri, eadem forma dictus eſt qua Triumuir, quod ſcilicet duo tantùm in eo officio eſſent. {ANGLI. Officers in Rome which had equall authoritie ouer priſons, as the sheriffes in England.} Erant autem in Coloniis & municipiis ſummi magiſtratus, item vt Romę Conſules: de quorum officio & poteſtate conſule Lexicon Hottom. Vlp. l. Siquis vxori. §. Si fugitiuum. ff. de furt. Si fugitiuum meum quis quaſi ſuum, à Duumuiro vel alijs qui poteſtarem habent de carcere vel de cuſtodia dimittendi, acceperit, an is furti teneatur. Cice. in Orat. Planéque Duumuirorum iudicium, aut Triumuirorum capitalium, aut Decemuirorum litibus iudicandis dico nunquam. ¶Duumuiri item creabantur vſitata lege, qui de perduellione iudicarent, de quibus Liuius lib. 1. Duumuiri, inquit, perduellionem iudicent: ſi à duumuiris prouocarit, prouocatione certato, &c. ¶Duumuiri nauales. Liu. 9. ab Vrbe, aderum, vt Duumuiros nauales claſſis ordinandæ reficiendæque cauſa idem populus iuberet.

Dŭŭmuirātŭs, us, Dignitas duumuirorum. {ANG. A sheriffshipe of equall autoritie.} Plin. lib. 4. Epiſt. ad Sempronium, Hunc Agonem Trebonius in Duumuiratu ſuo rollendum curauit. Paulus l. Honores ff. de Decur. Is qui non ſit decurio, duumuiratu, vel alijs honoribus ciuilibus fungi non poteſt.

Dŭŭmuĭrālĭs, le, Quod ad duumuiratus munus pertinet. {ANG. Belonging to a sheriffshipe of equall autoritie.} vt, Dignitas duumuiralis, Iudicium duumuirale. ¶Quando verò de homine dicitur, eum ſignificat qui aliquando duumuiratum geſſit: ſicut Conſularem vocamus, qui Conſulatu perfunctus eſt, & Triumphalem, qui triumphum peregit. Vlp. l. j. ff. De albo ſcrib. Qui duumuiratum geſſerunt (ſi hic honor præcellat) & inter duumuirales antiquiſſimus quiſque prior.

Dūx, Vide Dvco.

D ante Y

Dўăs, δυάς, Numerus eſt binarius, ſicuti decas numerus eſt denarius.

DYMĂS, Virgil. 2. Æneid. Iphitus oblatam per Lunam Hipaniſque Dymáſque.

Δύμεις, οἱ τῶν γλώσσαν διάλεκτα. Dymbrius, Vide Thymbria.

DYME, δύμη, Vrbs Achaiæ vltima ad occaſum, quam Antimachus Cauconidem à Caucone fluuio cognominat. Steph.

Dўnămĕnē. Vide in D ante I, vbi malè collocatum eſt.

[Dynamis, Plau. pſeud. ſc. 2. a. 1. Dynamin habent domi maximam.]

Dўnāſtēs, huius dynaſtæ, δυνάστης, Qui in magiſtratu eſt, aut qui in ciuitate plurimùm pollet. {AN. A great lord, or noble man of great power.} ita dictus à verbo Græco δύναμαι quod poſſe ſignificat, ſiue potentem eſſe. Scribit Strabo, reges Dynaſtas vocari propterea quod plurimùm poſſint, polleãrque, & populos quo velint, aut vi, aut perſuaſione perducant. Cicero ad Atticum, Erit nebulo cum iſtis dynaſtis in gratia. Idem 11. Philip. Idem ſi cæteri reges, tetrarchæ, dynaſtæque fecissent. [Velleius: Dynaſtæ & Tetrarchæ.] ¶Horum dignitas Dynaſtia, δυναστεία, vocatur.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

DYNDASVM, Δυνδασον, Vrbs Cariæ. *Steph.*

Dyōtā, æ, siue Diota, Δυώτα, ὁ διώτα. Vtroque enim modo scriptum inuenimus, dolij fictilis genus, vino conseruando idoneum: à duabus auribus, hoc est, ansis, ita appellatum. *Vide suprà* DIOTA.

DYRBAEI, Δυρβαῖοι, Populi ad Bactros & Indiam pertinentes. *Vide plura apud Steph.*

DYRRHĂCHĪVM, Δυρράχιον, Vulgò *Durazzo*, Vrbs est in ea parte Macedoniæ quæ mari Adriatico incumbit, distans à Brundusio CCXX. M. pass. traiectu. {GERM. Ein statt in Macedonien am Adriatischen meer gelägen.} Dictum autem volunt Dyrrhachium à nomine eius qui vrbi portum adiecit: nam antea Epidamnus vocabatur, *teste Plinio libr. 3. cap. 23.* Hanc vrbem Cicero exilii sui tempore amicissimam expertus est, & officiosissimam, in qua commoratus est, donec Senatus consulto reuocaretur. *vide plura apud Steph.* cui alia huius nominis Laconiæ vrbs est, vna ex centum: & Illyriæ regio Dyrrachia, cuius incolæ Dyrrachij & Dirracheni.

Dyscōlus, {שקר *kascheh.* Δύσκολος. GAL. Difficile, fascheux. IT. *Difficile, fastidioso.* GE. Vngeschlacht/vnholdselig. HISP. *Difficil, el que há ò da hastio.* AN. *Panefull, troublous.*} Difficilis & morosus: quod vitij genus à Græcis δυσκολία appellatur.

Dysēntĕrĭă, {δυσεντερία. GALLIC. Trenchee de ventre auec flux de sang par exulceration des boyaux. ITAL. *Dolore di ventre con fluxo di sangue.* GERM. Die roht rur/oder der roht schaden. HI. *Camaras de sangre.* ANGLI. *The bloodie flixe with gnawing of the bowels.*} Intestinorum exulceratio cum inflammatione & excretione sanguinolenta, ventrem magnis doloribus torminibúsque exercens. Quidam intestinorum difficultatem, *Celsus* tormina interpretatur. *Cic. Gallo libr. 7. Epistol.* Sanè δυσεντερίαν pertimueram. *Plinius lib. 22. cap. 25.* Ad dysenteriam bibitur cum absinthio. ¶ Hinc Dysentericus, δυσεντερικὸς, dicitur qui hoc morbo laborat. *Plin. li. 20. c. 2.* Auxiliatur dysentericis semen cucumeris.

Dyspĕpsĭă, {δυσπεψία. GALL. Difficile digestion, indigestion. ITAL. *Crudita di stomacho, indigestione.* GERMAN. Böse theüwung. HISPAN. *El ahito de lo no digerido, indigestion.* ANG. *Ill digestion, rawenesse of stomack.*} Difficilis & ægra concoctio: à δυς particula quæ difficultatem vel deprauationem importat, & πέψις coctio. *Galenus libro de Sympt. different.* tria ponit læsæ coctionis genera, ἀπεψίαν, βραδυπεψίαν, καὶ δυσπεψίαν: inter quæ hanc ponit differentiam, vt apepsia dicatur quum cibus non mutatur, sed talis omnino permanet, qualis est ingestus. Et hanc Latini propriè cruditatem appellant. Bradypepsia autem quum cibus quidem immutatur, sed ægriùs, seriùs, & imperfectiùs: nos imbecillam vel tardam coctionem dicere possumus. Dyspepsia verò dicitur, quum cibus mutatur in alienam qualitatem naturæ nostræ non conuenientem. Hanc medici nostri coctionem deprauatam dicere solent. Hanc tamen differentiam ne ipsi quidem medici obseruant: vt qui vno dyspepsiæ nomine sæpenumero omnia coctionis vitia intelligant.

Dysphĭlŭs, penultima correpta, δύσφιλος, Amicus parum syncerus. {ANG. *An freind not vpright.*} *Iuuenal. Satyr. 3.* Non est Romano cuiquam locus hîc vbi regnat Protogenes aliquis, vel Dysphilus. Castigatiora exemplaria habent Diphilus: & ita omnino legendum. Videtur enim *Iuuenalis* ibi notare Græculum quempiam nomine Diphilum.

Dysphnœă, {δύσπνοια. GAL. Difficulté d'haleine. IT. *Difficultà di spirare.* GE. Engbrustigkeit/schwäre des athems. HI. *El acezo.* AN. *Difficultie of breating pursynesse.*} Spirandi difficultas: quod vitij genus senibus solet esse familiare, teste Hippocrate: vnde & *Virg.* senes anhelos vocat. Tres autem à medicis enumerantur morbi in difficultate spirandi cõsistentes. Nam quum ea modica est, δύσπνοια: quum vehementior, ἄσθμα vocatur. Quum verò euenit vt nisi recta ceruice spiritus trahi non possit, orthopnœa appellatur.

Dyspnoĭcŭs, {δυσπνοϊκός. GALL. Qui ne peut auoir son halaine à son aise. ITAL. *Chi spirà con difficultà.* GERM. Der da schwärlich athmet. HISPA. *El que acezа.* ANGL. *That breatheth painefullie, pursey.*} Qui dyspnœa laborat. *Plin. lib. 24. c 6.* Ammoniacum prodest dyspnoicis, pleureticis, &c.

DYSPONTĪVM, Δυσπόντιον, Vrbs Piceæ, à Dyspontio Pelopis filio. *Steph.*

Dysūrĭă, {δυσουρία. GALL. Difficulté de pisser. ITAL. *Difficultà di pisciare.* GERM. Harnstrenge/harte zu harnen. HISPA. *Difficuldad de mear.* ANGL. *Difficultie in pissing.*} Difficultas, & suppressio vrinæ, calculo, vel materia quapiam crassa, aut caruncula meatum obstruente. Hoc vitium Cato significat, quum ait, Quibus ægrè lotium it. *Cicero Gallo libro 7.* Epicurum tuum Sybici malè accipiunt, quia dicat δυσουρικὸν καὶ δυσεντερικὸν πάθος sibi molesta esse: quorum alterum morbum edacitatis esse putant, alterum etiam turpioris intemperantiæ. Stranguria autem, morbus est à dysuria diuersus, quem nonnulli vrinæ stillicidium appellant, quum scilicet tanta est vel vrinæ acrimonia, vel vesicæ imbecillitas, vt quicquid in eam illabitur, statim excernatur.

E

E Svapte natura non ita resonat, sicut A. O. neque tam promptè os diducit, ictúque magis languido circa arteriam prodit, rictum superiorem aliquo modo deprimit, sonum tamen & auget & minuit ea ratione qua & A, vbi satis abundè dictum est. In fine dictionis corripitur, præter quando in Græcis vocibus scribitur per ει, vt in Penelope. Ablatiui etiam quintæ declinationis producuntur, die, re. Imperatiui singulares secundæ coniugationis, doce. Monosyllaba: vt, me, te, præter que coniunctio, ve, ne, quum significat an. Aduerbia in e, ab adiectiuis, us, a, um, vt doctè. [¶ E, ex i, sæpe immutari docet *Gell. c. 24. lib. 10.* Item, E pro u, vel o, vt Occecucurri, pro occucurri, & memordi pro momordi, *apud Gell. cap. 9. libr. 7.* Betet & bitet. *Plaut. in Cure. sc. 2. a. 1.* Vide Betet. *Item,* Excedat, pro Excidat. *Idem ibi. sc. 1. a. 1.* Vide Excido. Ita Difficere pro diffecare. De quibus, Vide suis locis.]

E & Ex. {ἐ *min.* ἐκ. GAL. De. ITALIC. *Di.* GERMANIC. Von/oder auß. HIS. *De.* ANG. *Of.*} Præpositiones sunt quæ & separantur, & componuntur. Separatæ, modo temporales sunt: vt, Ex illo celebratus honos, hoc est, post illud tempus. Modò locales: vt E cælo. Modò ponuntur pro à vel ab: vt, Audiui è patre meo. ¶ Modò significant pro vel ad, (τοῦ cum genitiuo) vt, Ex dignitate, ex vsu, ex vtilitate, hoc est, pro dignitate, vel ad dignitatem. E Republ. pro Republica. ¶ Modò secundum, κατὰ: vt, Ex Platonis sententia, id est, secundum Platonis sententiam. ¶ Modò in, *Cicer.* E renibus laborabat, id est, morbum patiebatur in renibus. [*Augustin. in Breuiario,* Qua ex de pecunia, (geminata præpositione.) *Plaut. Men. sc. 2. a. 4.* E re tua feceris. *Catull. de Com. Beren. Plaut. Capt. sc. 4. a. 3.* Vtinam te Dij prius perderent, quàm peristi è patria. *Item,* Hinc è proximo amat meretricem. *Plaut. Men. sc. 2. a. 5. Et Asin. sc. 1. a. 1.* Item *In Aulul. sc. 5. a. 3.* E meo quidem animo. *Suet. in August. cap. 84.* E libello sermones habere. *Velleius,* Ex ebore apparatus triumphi Africani.]

¶ Compositæ, quandoque priuationem indicant, vt Elinguis, Exanguis. Quandoque vehementiam vel perfectionem, vt Eludo, Exoro. Quandoque extra, vt Educo, Excludo. ¶ Componitur autem E, cum b, vt Ebibo: d, vt Educo: g, vt egredior: i: vt eiicio: l, vt eludo: m, vt emitto: v t enitor: n, vt erigo: ll, vt eueho ¶ Ex verò cum a, vt exaudio: c, vt excurro: e, vt exeo: f, vt efficio. o, vt exoleo: p, vt expello: q, vt exquiro: s, vt exequor: t, vt extendo: n, vt exuro. Verùm quando post ex, sequitur f, mutatur x in f, vt effundo. Quum verò sequitur s, abiicitur s, vt exequor, & exicco: in aliis integra manet. ¶ Econtrariò, {ἐναλλὰξ, ἐμπαλιν, ἐξ ἐναντίας. GA. Au contraire. IT. *All incontro.* GE. Im gegentheil/herwiderumb. HI. *El contrario.* AN. *On the contrare.*} aduerbium, significat ediuerso, contrà. *Cic. 3. de Fin.* Econtrario moderati habitus. {*Suet. in Aug. c. 27.* E diuerso. *Quint.* è contrario.]

E ante A

[Ea, eadem, &c. *Plaut. Capt. sc. 3. a. 2.* Tu te tibi ea tuopte ingenio prodes plurimum. *Plau. Capt. sc. 3. a. 2.* (i. ea re, ea de caussa.) *Idem Mil. sc. 3. a. 2.* Vise inrrò, hic te operiar, eadé (sub. via, vel ratione) illi insidias dabo. Sic *idem in Pseu. sc. 3. a. 1.* Eadem duo greges adegero. *Et Men. sc. 4. a. 2.* Eadem ignorabitur, (sub. opera & via.) *Idem Capt. sc. 3. a. 2.* Inuiso captiuos: Eadem percontabor ecquis eum nouerit.]

Eale, Fera est in Æthiopia nascens, magnitudine equi fluuialis, cauda elephanti, colore nigra vel fulua, maxillas habens apri, & maiora cubitalibus cornua, mobilia, quæ alterna in pugna fistit, variátque infesta aut obliqua, vtcunque rario monstrabit. *Hæc Pli. li. 8. c. 21.*

ĔĀNTĒS, Nomen proprium historici Cyziceni, qui fuit eadem ætate, quæ Pygmalion in Oriente regnabat.

ĔĀNVS, à veteribus dictus est, qui postea Ianus, qui ineunti anno credebatur præsidere. Sæpè enim antiqui secundam vocalem pro tertia vsurpauerunt, quod & ipsum testatur *Quin. l. 5. c. 6.* Quid? non e quoque, i loco fuit, vt Menerua, & Leber, & Magester, &c.

[Eapse. *Plaut. Curc. sc. 3. a. 1.* Eapse merx condicit bibere. *Ib sc. 3. a. 4.* Eapse illa iracundia. *Et Milit. sc. 1. a. 2.* Quod nemo nisi eapse inferret pedem.]

ĔĂRĪNVS, pen. cor. ἐαρινός, Adolescentis formosi nomen *apud Martialem,* à Vere dictum, quod Græci ἔαρ appellant.

EASO, onis, Promontorium Pyrenæi montis. Item oppidum Vasconum. *Vtriusque autor Ptolem. lib. 2. c. 6.*

ĔĀTĒNŬS, pen. cor. Significat vsque eò, vel ad eum modum: cui respondent Quatenus, Vsquequò, Quoad, Vt, Qua, Nequid. {עַד אָנָה, עַד כָּאן, עַד כָּאן. GA. Iusques là, entant. IT. *Fin à tanto.* GER. Nur also feer/also weyt/vmb soull. HISP. *Hasta aquello ò aquel modo.* ANG *So fare.*} *Cicero de institoria actione,* Eatenus dabitur in eum actio, quatenus ex ea re locupletior factus est. *Cic. 1. de Legibus,* sed hoc [illegible], quod vocat, eatenus exercuerunt, quoad populo præstare voluerunt. *Idem de Opt. gen. orat.* Verba persequens eatenus vt ea non abhorreant à more nostro. *Colum. lib. 12. c. 9.* Caules lactucæ ab imo depurgatos, eatenus quà tenera folia videbitur. *Suet. in Tib.* Ac primò eatenus interueniebat, nequid perperam fieret. [Eatenus abiunt à fabris: mox, Ad id vsque.]

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

E ante B

E.B. In notis antiquorum, Eius bona.

ēbēnŭs, vel Ebenum, pen. corr. {הבנים *hobnim*. ἴβενος, ἡ ἔβενος, Suidæ. GAL. Ebene, vn certain arbre qui croist és Indes. ITA. *Ebene*. GER. Ein baum der in Jndia wachßt / inwendig schwartzlecht / sunst wie der Buchßbaum. HIS. *Ebanuz arbor peregrino à nosotros*. ANG. *A tree which groweth in Inde named Ebene*. } Lignum est intus nigrum, foris buxi aspectu, adeò solidum & ponderosum, vt in aqua non superfluitet. Creditur tamen tenuis esse (*vt Varrò tradit*) substantiæ & abstergentis virtutis. Vnde oculorum caliginem discutere creditur, & aliis oculorum medicamentis miscetur. Hæc arbor nascitur in India, & cæsa durescit in lapidem, vtrúrque odore iucundo. *Virgil. lib. 2. Georg.* -sola India nigrum Fert ebenum. *Vbi Seruius*, Atqui & in Ægypto nascitur: sed Indiam, omnem plagam Æthiopiæ accipimus. *Vide Pli. li. 12. c. 4.* Sunt qui per aspirationem scribant hebenus.

ēbĭbo, ebibis, pen. corr. Bibendo euacuo. { ἐκπίνω. GAL. Boire tout, ne rien laisser. ITA. *Bere il tutto*. GER. Außtrincken. HISP. *Mucho beuer, ò hasta al cabo*. ANG. *To drinek vp all at ones*. } *Plaut. Amphyt.* Factum illud est, vt ego illic vini cirneam ebiberem meri? *Terent. Heaut.* Quid comedent? quid ebibent? [*Plaut. Curc. sc. 3. a. 2.* Propino magnũ poculum. Ille ebibit. ¶ *Ibid. sc. 2. a. 1.* (Amica) quæ mihi misero amãti ebibit sanguinem. *Ouid. 3. Fast.* Inuenies illic, qui Nestoris ebibat annos.] ¶ Per trãslationem Ebibere, ponitur pro consumere. *Plaut. Amph.* Non ego cum vino simul ebibi imperium tuum.

ēblāndĭŏr, diris, Blanditiis aliquid extorqueo, imperro. { ἐξαρέομαι. GAL. Auoir par belles paroles, impetrer par douceur. ITALIC. *Toglier e per lusinghe*. GERM. Etwas mitt schmeichlen von einem bringen / einem etwas mitt glatten worten abschwetzen. HISP. *Mucho halagar ò quitar por halagos*. ANGL. *To get a thing by flatterie*. } *Liu. lib. 7. bell. Pun.* Neque enim omnia emebat, aut eblandiebatur, sed vim etiam flagitiis adhibebat.

ēblānditŭs, a, um, participium. {ANG. *Gotten by faire wordes*. } Vnde Eblandita suffragia dicuntur, quæ precibus & blanditiis impetrantur, *apud Cic. pro Cn. Plancio.* * Eblanditæ preces, Blandis precibus impetrata testimonia. *Plin. in Paneg.* Volo ego qui prouinciam rexerit, non tantùm codicillos amicorum, nec vrbana coniuratione eblanditas preces, sed decreta coloniarum, decreta ciuitatum alleget. [*Gell. cap. 13. lib. 11.* Eblandita oratio.]

EBORACVM, ἐβόρακον *Ptolemæo*, Britanniæ ciuitas est, quam illi sua lingua vocant *Iorck*.

ĕbŏrĕŭs, *Vide* EBVR.

Ebosus, *Vide* EBVSVS.

ēbrĭă, æ, vas vinarium est, *inquit Sosipater*, atque inde Ebrius, & Ebriosus dicitur, sicut à negotio, negotiosus. Scribit autem ille per aspirationem, quam consuetudo repudiauit.

ēbrĭŭs, a, um, Qui nimio potu mente alienatus est, temulentus, vinolentus, vino languidus, vino obrutus. {שכור *schichchór*. μεθύων, μεθυστικὸς, μέθυσος. GALLIC. Yure, enyuré. ITAL. *Ebrio, ebriaco*. GERMAN. Trunckē / voll weins. HISP. *Embriago, borracho*. ANG. *Cuppe shotte, drunken*.} *Plaut. Amph.* Homo hic ebrius est, vt opinor. [De eo id dicitur, qui mera monstra narrat.] Huius antitheton est Sobrius, quasi sine ebrietate. *Cic. Papyrio Pæto lib. 9.* Habuisti enim in tua potestate ex quo vel ex sobrio, vel certè ex ebrio scire posses. Vnde, Non sobrius, pro ebrio sumitur. *Martial.* Et non sobria verba subnotasti. Interdum ebrius ponitur pro pleno & abundanti. *Plaut.* Facire mihi cœna vt ebria sit, id est, abundans, & opiparè parata. [Vbi obdormiuit ebrius. *Plaut. Curc. sc. 1. a. 3.* Cum corona ebrium Pseudolum. *Plaut. Pseu. sc. 2. a. 5.* (bis.) Vnde homo ebrius? *Plaut Most. sc. 4. a. 1.* Ebrio amanti quiduis impune licet. *Plaut. Aul. sc 6. a. 4.* Insana aut ebria hęc mulier, *Plaut. Men. sc 4. a. 2.* Pater me offendet miserum aduenientem ebrium. *Plau. Most. sc. 1. a. 2.* ¶ Ebria lana conchæ sanguine. *Martial. Epigr. 154. lib. 14.*]

ēbrĭŏlŭs, diminutiuum ab ebrius. {ὑπομεθύων. GAL. Yurongner. ITA. *Al quanto imbriaco*. GER. Zimlich truncken. HISP. *Vn poco embriago*. ANG. *A litle drunken*.} *Plau. Curc.* [*sc. 3. a. 2.* Tristes atq; ebriosi incedunt.

ēbrĭōsŭs, Qui sæpe sit ebrius. {שכור *schichchór*. οἰνόφλυξ. GALLIC. Yurõgne, suiet au vin. ITA. *Che spesso è briaco*. GERM. Ein truncken bolt / ein volle zapff HISP. *Borracho, que à menudo se embriaga*. ANGLIC. *Much geuen to drunkenesse*. } *Cic. de Fato*, Hunc scribunt ipsius familiares & ebriosum, & mulierosum fuisse. *Pli. lib. 30. c. 14.* Ebriosis oua noctuæ per triduum data in vino, tædium eius adducunt. A quo ebriositas, propensio in ebrietatem. οἰνοφλυγία. *Cic. 4. Tusc.* Vt inter ebrietatem, & ebriositatem interest, aliúdq; est esse amatorem, aliud amantem. ¶ Huius contrarium est Sobriosus, sobrietatis affectator, *quo vsus est Cyprian.* ¶ Inter ebrium & ebriosum hoc interest: quòd ebrius actum præsentem designat: ebriosus habitum & procliuitatem. Potest enim quis esse ebrius, qui natura tamen & consuetudine ab hoc vitio maximè abhorreat: & contrà, ebriosus quis esse potest etiam tum, quum vini nihil gustauerit. [*Vide Senec. epist. 84.*]

ēbrĭĕtās, quam Cato dicebat nihil aliud esse, quàm insaniam voluntariam. {שכרון *schichcharón*. μέθη. GAL. Enyurement. ITA. *Ebrieta*. GER. Trunckenheit. HISP. *Embriaguez*. ANG. *Surfetting drunkennesse*. } *Plin. lib 3. c. 14.* Ebrietatem arcet pecudum assus pulmo præsumptus. *Ouid. 12. Metam.* & ebrietas geminata libidine regnat.

ēbrĭŭlo, as, pen. corr. Ebrium facio. { μεθύσκω. GAL. Enyurer. ITAL. *Far ebrio, imbriacare*. GERM. Trunckē machen. HISP. *Embriagar à otro*. ANG. *To mak drunken*.} *Laber.* Ebriulati mentem hilarem accipiunt. *Nonius.*

ēbrĭăcŭs, a, um, antiquis *teste Nonio* in vsu erat pro ebrio, vel inebriato. שכור *schichchér* השכיר *hischchir*. μεθύων, μεθυστικὸς. } *Plau. in Aul.* Homo Siracus somno sanari solet. Ita enim legit *Nonius*. Alij tamen ibi Ebriatus [illegible] dum contendunt: vt sit à verbo ebrio, cuius compositum est Inebrio.

ēbrĭāre, μεθύειν. *Macrob. Co[illegible]nt. lib. 1. c. 11.* Antequam materialis influxio in corpus venientes animas ebriaret.

EBROE, ἔβρων, Vrbs in Chananæa Iudææ, gentile Ebromus. *Steph.*

EBRŌN, ἔβρων, mons Palæstinorum, haud longè à Gaza Syriæ ciuitate.

EBRVS, *Vide* HEBRVS.

EBVLVM, dicimus qui illam sentit animi tarditatem & stuporem, qui hallucinantibus plerunque vsu venit, *autoritate Festi Pomp.*

EBVDES, insulæ sunt quinque numero in Oceano Britannico, angusto freto diuisæ, quarum incolæ (*vt scribit Solinus*) lacte solùm & piscibus vitam agunt. *A Plinio* Hæbudes dicuntur: à *Stephano* αἰβουδαι, diphthongo non aspirata.

ēbūllĭo, is, Efferuesco: & inter bulliendum effundor: sicut aqua quæ in aheno feruet. { רתח *rittách*. ἐκφυσῶμαι, ἐκβράζω. GALL. Bouillir & sortir dehors. ITA. *Bollire*. GERM. Auffwallen / von sieden strodlen. HISPAN. *Bullir mucho ò hernir*. ANGL. *To bubble vp*.} Per metaphoram accipitur pro iactabundè aliquid ostento. *Cic. 3. de Finib.* Dixerit Epicurus, semper beatũ esse sapientem: quòd quidem solet ebullire nõnunquã, (id est, vi veritatis incitatus dicere.) *Idem 3. Tusc.* Qui si virtutes ebullire volent & sapientias, nihil aliud dicent, nisi eam viam, qua efficiantur hæ voluptates, quas suprà dixi. Id est cum ostentatione & pompa efflare, & quasi pleno ore detonare vel crepare.

*Hinc verbale, Ebullitio, id est feruor. αἰάζειν.

ēbūllo, as. *Vide in simplici* BVLLO.

ēbŭlum, siue Ebulus, frutex est sambuco foliis & baccis simillimus, in tantam tamen altitudinem non assurgens, neque arboreſcens. Græci Chamæacten appellant, quasi pumilam sambucum. {χαμαιάκτη. GAL. Hiebles. ITA. *Ebulo*. GER. Attichstaub. HISP. *Yezgo yerua nota*. ANG. *Dayneworr or walwort*.} *Virg. in Sileno*, Sanguineis ebuli baccis. *Col. lib. 2.* Sed citra hoc experimentum multa sunt, quæ & dulcem terram & frumentis habilem significet: vt iuncus, & calamus, gramen & trifolium, ebulum, rubi, pruni syluestres, & alia complura. *Idem*, Et rutilas ebuli creat vuida baccas.

ĕbŭr, eboris, Dens elephanti, quasi è barro: sic enim elephantum vocabant veteres, à barritu. {ψ *schen*. ἐλέφας. GALLIC. Yuoire. ITA. *Auorio*. GERMAN. Helffenbein. HISP. *Marfil, dionte de elephante*. ANG. *Iuory*.} *Cic. 4. Acad.* Non enim est è saxo scalptus, aut ebore dolatus. ¶ Ebur pro vasis, aut aliis rebus ex ebore dolatis. *Horat. lib. 2. Carm. Ode 18.* Non ebur, neque aureum Mea renidet in domo lacunar. *Cic. 4. Verr.* Vt omne ebur ex ædibus sacris, deorum denique simulacra quæ vellet, auferret. * Ebur atramento candefacere, Est genuinæ formæ cultum atque ornatum externum inducere, quo decus illud natiuum obscuretur magis quàm illustretur. Proinde lena Plautina [*in Most. Plau. sc. 3. a. 1.*] puellæ naturali formæ præditæ, tamé ceruſſam ad obtinendas malas postulanti, Vna, inquit, opera ebur atramento candefacere postules. Propterea quòd omne lenocinium reb. natura pulchris, dehonestamentum affert, non venustatem. *Hæc Erasmus.* ¶ Antiquis in vsu fuit nominatiuus ebor, à quo remansit genitiuus eboris, & adiectiuum eboreus.

ĕbūrnĕŭs, a, um, Quod est ex ebore. { ἐλεφάντινος. GAL. D'Yuoire. ITA. *D'auorio*. GER. Helffenbeinin. HISPA. *Cosa de Marfil*. ANG. *Of iuory*.} *Plin. lib. 36. c. 1.* Iouem fecit eburneum in Metelli æde, qua campus petitur. ¶ Aut quod instar eboris album est: vt, Eburnea facies. *Ouid. 3. Metam.* Impubésque genas, & eburnea colla, &c.

ĕbūrnĕŏlŭs, diminutiuum, { ἐλεφαντίνης σιαγόνος ὑπομύθιον. GAL. Mouscherté ou marqué de petit morceaux d'yuoire. ITAL. *Coperto d'auorio*. GER. Das mit helffenbein versetzt ist. HIS. *Cubierto de marfil*. ANG. *Set with litle pieces of iuory*.} *Cic. 3. de Orat.* Quem ferunt sibi habuit ille ad manum, cum eburneola solitus est canere fistula.

ĕbūrnŭs, a, um, Eburneus. {ANG. *Of iuory*.} *Tibull.* Hãc primùm veniens plectro modulatus eburno. *Lucret. lib. 2.* Legitimæq; facet, gradibúsq; accliuis eburnis. [*Ouid. Eleg. 2. lib. 4. Trist.* Inueniétq; animus, quà currus spectet eburnos. *Ibid. Eleg. 1. lib. 2. Trist* Eburnus Tantalides.]

ĕbūrātŭs, a, um, Quod extrinsecus ex ebore est, quod ebore est obductum. {ἐλεφαντώδης. GALLIC. Couuert ou enrichi d'yuoire. ITA. *Coperto d'auorio*. GERM. Mit helffenbein vberzogen. HISP. *Cosa cubierta de marfil*. ANG. *Couered or made trim ne with iuory*.} *Plaut. in Perſa*, Lectos eburatos, auratos. *Idem in Aul.* Clamores, imperia, eburata vehicula, pallas, nihil moror.

ĕbŏrĕŭs, a, um, ab antiquo nominatiuo ebor fit: sicut à marmor marmoreus: eburneus verò, & eburnus ab ebur. {ἐλεφάντινος. ANGLIC. *Made of iuory*. } Significant autem hæc tria, quod est ex solido ebore. *Quintil. lib. 6.* Quum in triumpho Cæsaris eborea oppida essent translata.

EBVRA, ἔβουρα Ptolemæo, ἔβορα *Stephano*, oppidum est Hispaniæ Bæticæ, *cuius meminit & Plin. lib. 3. c. 1.*

EBVRONES, ἔβουρωνες, Populi Galliæ Belgicę, qui per fraudem multos ex Cæsaris exercitu trucidarunt. Hodie *Leodienses*. Vulgò *Liege*. GER. Lutticher.

EBVRONICES, Populi sunt inter Celtas Aulercis, Lexouiis, & Vnellis, reliquisque maritimis ciuitatibus vicini.

EBVRVM, ἔβουρον, *Ptolemæo*, Morauiæ oppidum est. Germani vocant Olmutz in Merrheren.

ĔBŬS, ἔβουσος, Vulgò *Ibizza*, Insula est in mari Balearico, altera Pytiusarum, nullum animal noxium gignens. *Plin. lib. 3. c. 5.* Ebusi terra fugat serpentes, Colubrariæ parit: ideo infesta omnibus, nisi Ebusitanam terram inferentibus. Habet hæc insula oppidum eiusdem nominis, à Phœnicibus (vt putatur) conditum, aut certè à Pœnis, qui à Phœnicibus originem duxerunt. *Silius lib. 3.* Iámque Ebusus Phœnissa mouet, iámque Artabus arma.

E ante C

E.C. In notis antiquorum, è Comitio, vel è capitolio. E. CONV. è conuiuio. ED. ABSC. P. hoc abscondita pecunia. E.C.S. Ab eius causa senatus abdicauit.

ECAMEDA, siue potius Hecameda, ἑκαμήδη. *apud Hom. lib. 11. Iliad.* nomẽ est filiæ Arsinoi, quæ capta Tenedo, Nestori in prædam cessit.

ēcāstŏr, aduerbium iurãdi. *Donatus*, Ecastor, per Castorem & Pollucem, ornatiua sunt iurandi, apta fœminis. *Plaut. in Amph.* Ecastor te experior quanti facias vxorem tuam. [Ecastor tu quidem inscita es. *Plaut. Mostell. sc. 3. a. 1.* Ecastor vapulabis. *Ibidem*, Iampridem Ecastor frigida non laui magis libenter. *Ibidem.* Ecastor erras. *Ibid sc. 1. a. 5.* Ecastor equidem. *Plaut. Men. sc. 2. a. 4.* Ecastor haud inuita fecero. *Plaut. Men sc. 4. a. 2* Ecastor beneficiis tuis me florentem facis. *Plaut. Men. sc. 4. a. 2.* Ecastor licet. *Idem Men. sc. 3. a. 1.* Idem *Milit. sc. 4. a. 2. & sc. 5. a. 2.*] Tem-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

rent.in Andria, Perecastor scitus puer natus est Pamphilo. Sunt qui per diphthongum malint scribere, quod ex æde compositum putent. vt Æcastor dictum sit quasi per ædem Castoris. Hoc iuramento (*vt autor est Macrobius*) viri non vtebantur, quemadmodum nec mulieres per Herculem iurabant: ædepol autem iuramentum erat, tàm mulieribus, quàm viris commune.

ECBĂSIS, ἔκβασις, Penultima correpta, figura est, quæ Latinè dici potest excursus, παρὲκ τὸν ἐπιβάντα, quod est egredi siue expatriari. Exemplum est apud *Virgil.lib.1.Georg.* quum describit tempestatem à rusticis præcauendam.

ECBATANA, ἐκβάτανα, numero plurali, penultima correpta, metropolis est maioris Mediæ, à Seleuco condita, *teste Plin.lib.6.cap.14. Strab.lib.11.* Media in duas partes diuisa, quarum alteram maiorem vocant, cuius metropolis fuit Ecbatana ciuitas, & Medici imperij caput, nunc etiam Parthi Regia vtuntur. Huius vrbis meminit & *Cic. in Oratione pro Lege Manilia*, de Mithridate loquens, Vsque in Hispaniam (inquit) Ecbatanis legatos misit ad eos duces quibuscum tum bellum gerebamus. ¶ Fuit & in ora Syriæ eiusdem nominis oppidum, in monte situm, postea Carmelum appellatum: *cuius meminit Plin. lib.5 c.19.*

ECBŎLIĂ, orum, ἐκβόλια, siue Ecbolinæ, arum, siue Ecbolades, medicamenta sunt quibus medici vtuntur abigendis infantibus in vtero enectis, quæ & phthoria dicuntur. Latinè dici possunt electoria vel electrices medicinæ. *Ex Budæo.*

[ECCA, est pronomen demonstratiuum, fœm. generis. *Plaut Men.sc.2.a.1. in fine*: Hercle ab se ecca exit, (id est, Certè ecce ea à domo sua exit.) *Vide* ECCVM infrà.]

ECCĔ, Aduerbium, rem improuisam subitámque demonstrans. {תנה *hinnéh.* ἰδού. GAL. Voici, voila, soudainement, tout soudain. ITAL. *Ecco.* GER. Sihe/schawzu/nim war. HI. *Mira ò á'a heos aqui.* ANGLIC. *Behold.*} *Virg.2.Æneid.* Ecce autem gemini à Tenedo, tranquilla per alta, &c. [*Ouid.Eleg.1.lib.2.Trist.* Ecce canit formas alius, iactúsque pilarum. *Idem initio Eleg.13. lib.3.Trist.* Ecce naralis adest. *Idem* 13. *Metam.* Ecce Iouis monitu Rex iubet, &c. *Ibidem*, Ecce ferunt Troës. *Plaut. Most.sc.* Habeo, Sed ecce quæ ille ait. *Idem Men.sc.5.a.5.* Egomet hæc te vidi facere: Egomet ecce te arguo. *Ibidem sc.2.a.5.* Ecce Apollo mihi imperat, vt ei oculos exuram. Ecce Apollo me iubes. *Ibid.* Ecce autem litigium. *Ibid.* Ecce omitto. *Plaut. Mil.sc.5.a.2.* Audin' etiam. L. Ecce, (id est audio, adsum.) *Plau. Asin.sc.1.a.1.* Ecce autem bibit arcus: pluet. *Plaut. Curc.sc.2.a.1.* Ecce me tibi sisto, (verba vadimonij.] Scribit *Asconius* etiam hoc proprium esse Ciceronis, vt in rebus improuisis hac particula vtatur: vt in Oratione pro Cluentio, Ecce tibi eiusmodi sortitio, vt in primis Bulbo esset iudicandum. *Idem 6.Verr.* Ecce tibi noua turba, atque rixa. *Idem in Pisonem*, Ecce tibi alter effusa, &c. ¶ Nonnunquam etiam in rebus lætis hac particula vtimur. *Ouid.3. Amor.* Ecce Corinna venit. Modò nominatiuum, modò accusatiuum assumit. *Cic.ad Atticlib.1.* Ecce aliæ deliciæ Equitum. *Idem 2.de Finib.* Ecce miserum hominem, si dolor summum malum est.

[¶ Ecciſtam, pro ecce istam: *Pla. Curc.sc.2.a.5.* Certè eccistam video.] [Eccillam, *Plaut. Aul.sc.5.a.4.* Eccillam filiam domi, (id est, ecce illam.)]

ECCŬBI, ἔπου. per duplex cc, & pen.corr. componitur ex ecce & vbi, idémque significat quod Nuncubi.

ECCUM, eccam, eccos, eccas, aduerbia sunt demonstrandi, quæ nonnulli voluerunt idem significare quod ecce eum, eos, eas: quos *Laurentius* reprehendit eo argumento, quòd non semel apud Comicos legamus subiectum accusatiuum, vt Eccum me, Eccum Parmenonem: vbi certè non possumus interpretari, Ecce eum me: aut, Ecce eum Parmenonem. Melius itaque Vallam sequemur, qui harum dictionum significationem per aduerbia interpretatur: vt Eccum sit idem quod Ecce hîc, intellige virum de quo agebamus. Eccam, ecce hîc, subintellige fœminam de qua agebamus. Ellum, ecce illic, scilicet virum resoluendo per aduerbia, non per nomina. Ex his itaque non obscurum est, quid discriminis sit inter Eccum & Ellum, quòd scilicet Eccum demonstrat hominem, qui non procul abest à loco in quo sumus: vt Eccum Parmenonem, hoc est, Ecce hîc Parmenonem: contrà, Ellum, eum qui longiùs abest. [*Pla. Men sc.4.a.5* Eccum ipsum hominem. Sed eccum video. *Plau. Men.sc.1.a.5.* Eccum quem quærebam. *Plau. Curc.sc.2.a.5.* Eccam, quam coronam habuit. *Pl. Men sc.1.a.4.* Eccum hunc in viduio saluum fero. *Pl. Men.sc.2 a.2.* Eccum affinem meum. *Pl. Aul sc.5.a 3.* Sed eccum Menehmum video. *Pl. Men.sc.2.a.1.* Nam pater meus intus nauem est. *Pl. Amph.prol.* Atque Eccum incedit. *Pl. Men.sc.2.a.5.* Eccum qui me certam faciat. *Pl. Pſ.sc.2.a.4.* Sed eccum video verbeream statuam. *Pl. Pſ.sc.1.a.4.* Herus eccum recipit. *Plau. Pſ.sc.4.a.2.* Venit eccum Callidorus. *Ibid.sc.3.a.2.* Eccam scis filium tibicinam amare? *Ibid.sc.5.a.1.* Philocomasium eccam domi. *Plau. Mil.sc.3.a.1.& sc.6. a.2.* Eccum Lenonem incedit Thesaurum meum. *Plau. Curc.sc.2.a.5.* ¶ Ab se ecca exit. *Plau. Men.sc.2.a.1.* Vbi ea est? Eccam, in cera cubat. *Plau. Pſ.sc.1.a.1.* ¶ Tres eccos numos habes? *Ibid.sc.4.a.1.* Eccos prædæ partigipes petunt. *Plau. Most.sc.3.a.1.* Nam eccum hic adolescentem captiuum habeo. *Plau. Capt.sc.2.a.1.* Atque eccam illecebra exit. *Plau. Asin.sc.2.a.1.* Vbi est? eccum illum. *Pl. Amph.sc.3.a. 4.* Eccum eā ipsam ante ædes video. *Plau. Men.sc.2.a.5.& c.* Vbi tu es. A. Eccum, (id est, ecce me) *Plau. Mil.sc.1.a.1.* Hem tibi pateram, Eccam. *Pl. Amph.sc.3.a.1.*]

ECCE re, pro omnia & summatim tibi narraui. *Plau. Men.sc.vlt.a.2.* Prædi in naui, inde egressus huc, te conueni Ecce re, &c. Ita legit & exposuit *Passerat.* Alij æcere, id est, per ædem Cereris. Alij eccere vno verbo: alij ecce rem.

ECCĔRĔ, iusiurandum, acsi iures, per Cererem, νὴ τὴν δήμητρα, vt, Æcastor, Ædepol. Alij Eccere accipiunt pro Ecce. *Plaut.in Amph.* Eccere: iam tu autem facis, vt tuis nulla apud te sit fides. [*Plau. Mil.sc.2.a.2.* Eccere autem capite nutat.]

ECCLĒSIĂ, Cœtus, concilium, concio, congregatio. {עדה *hedháh* קהל *kahál.* ἐκκλησία. GALL. Assemblee. ITA. *Aduanza.* GER. Ein versamlung/gemeine kirch. HISP. *Ajuntamiento.* ANGL. A *congregation, or assemble.*} Inde fidelium omnium qui per orbem sparsi sunt, vniuersitas, à Christianis Ecclesia dicitur. Sic dicimus Christum esse caput Ecclesiæ. Athenis hoc nomine vocabant conuentum ciuium, qui Reipub. causa conueniebant: namquùm ad spectaculum aliquod populus ex agro vocabatur, ἐκκλησία propriè dicebatur.

ECCLĒSIĀSTĒS, {קהלת *kohéleth.* ἐκκλησιαστής. GAL. Presceur. ITA. *Predicatore.* GE. ein prediger so einer gmeind vorsteht. HI. *Predicador.* ANG. *A preacher.*} Concionator: ἀπὸ τῆ ἐκκλησιάζειν, quod est concionem habere, vel ad concionem conuocare.

ECCUM, Vide ECCE.

ECDĬCŬS, {ἔκδικος. GAL. Defendeur, procureur de ville. ITA. *Defensore, vè dicatore.* GER. ein schirmer HI. *Defendedor, vengador.* ANG. *An aduocat in defending a commone cause of societe.*} Latinè defensor, vel vindex. Erant autem Ecdici, *teste Budæo*, in municipiis, qui Romæ Tribuni plebis causam aduersus iniuriam optimatum tuebantur. *Cicero ad Thermum, lib.13. Epist.fa.* Dixerat mihi Euthydemus, quum Ephesi essem, se curaturum vt Ecdici Milesij Romam mitterentur: id factum non est: Legatos audio missos esse: sed malo Ecdicos, vt aliquid confici possit. Quare peto a te, vt eos & Alabandenses iubeas Ecdicos Romam mittere.

ECHĔMŌN, ἐχέμων, Priami filius, à Diomede occisus: *Homer. Iliad.5.*

ECHĪNĔVS, per quatuor syllabas, & pen.prod. ἐχῖνος, omnium Phæacum generosissimus, *teste Homer lib.7.Odyss.*

ECHĔMȳthĂ, {רומיה *dumijáh* חרש *chéresch.* ἐχεμυθία, ab ἐχεμυθία. GA. Silence. ITA. *Taciturnità, silentio.* GER. Stillschweigenheit. HIS. *Obra de callar silencio.* AN. *Sylence.*} Latinè taciturnitas dicitur & auscultatio: quo nomine vocatum fuit silentium illud disciplulorum Pythagoræ, *teste Gel.lib.1.c.9.* Vnde echemythos à Græcis dictos censet Budæus auscultatores, & censendi immunitatem habentes in senatu, qui & ἀκουστικοὶ dicuntur. Idem alio loco interpretatur echemythos, cunctatores, & sermonis homines patientissimos, qui aures duas habere se, vnicam linguam in causis etiam publicis meminerint.

ECHĔNĒIS, ἐχενηίς. GA. Vn petit poisson, qui s'il s'attache contre vn nauire, il l'arreste & garde de nager & remuer. ITA. *Pesce picciolo, che ferma le naui, auanti le qualis e'attacca.* GER. Ein fisch/der ein schiff inn seinem lauff auffhaltet/wann er sich an das selbig henckt HIS. *Pece pequeño que retiene las naues.* ANG. *A litle fishe that stayeth a shipe vnder sayle.*} Genus pisciculi, quem Latini Remoram appellant: vtroque nomine ab re impositio. Ferunt enim hunc piscem nauim cui adhæserit, sistere, quantumuis velis & remis incitatam. Hinc echeneis dicta, παρὲκ τὸ ἔχειν πλοῖα, hoc est, à tenenda naui: ἢ ὅτι τῆ ἐχεδαίᾳ τῆ νηΐ, id est, ab eo quod naui adhæreat. *Plin.lib.9.* Est paruus admodum piscis, assuetus petris, echeneis appellatus, hoc carinis adhærente, naues tardiùs ire creduntur, inde nomine impositio. Ob quam rem à Græcis ἐχενηὶς dicitur, à nostris Remora, à remorando nominatur. *Lucr. lib. 6.* Non puppim retinens, Euro tendente rudentes, In mediis echeneis aquis. Ferunt hunc piscem fluxus in grauidarum vtero sistere, partúsque ad puerperium continere.

ECHETIA, ἐχετία, Vbs Italiæ, *Steph.*

ECHETLA, ἐχέτλα. V bs Siciliæ.

ECHETRA, ἐχέτρα, Vrbs Italiæ. *Steph.*

ECHĬDNĂ {אפעה *ephʕéh.* ἔχιδνα. ANG. *A vipre, a kind of serpent.*} Idē serpens esse creditur, qui à Latinis Vipera dicitur, quod & ipsum erymologia videtur indicare. Apparet enim echidnam dictam παρὲκ τὸ ἔχειν ἐν ἑαυτῆ πλὼ ἰοῦλῳ ἄχος θανάτου, quòd scilicet ad interitum vsq; fœtũ intra se contineat, donec pullis nimiam moram pertæsis, eroso matris vtero, parentéque necata, erumpant. ¶ A Poëtis accipitur pro quouis serpente, & præcipuè pro hydra illa Lernæa, quæ ab Hercule interfecta est. *Ouid. lib.3. Fast.* Sanguine Centauri Lerneæ sanguis Echidnæ Mistus ad auxilium tempora nulla dabat. *Vide in dictione* EXCETRA.

ECHĪNĂDĔS, ἐχινάδες. Exiguæ sunt insulæ, Acarnaniæ adiacentes, ex aduerso ostij Acheloi fluminis, natæ ex arena & limo impetu Acheloi cõuecto, *teste Plin.lib.2.c.85.* {GE. Zwo kleine inselen/gegen den außgengen deß fluss Acheloi vber gelägen/in dem meer so an Acarnaniam stosset. De Echinadibus pulchre *Thucyd.lib.2.* vbi de Acheloo. *Ouid.lib. Metamorph.8.* inuolucro fabulæ verum occuluit & ex Naiadibus factas in insulas tradidit, quoniã hæ terræ fluuio adgestæ fuerunt. *Stat.l.2. Theb.*

Turbidus obiectas Achelous Echinades exit. *Lucanus*,

Crassis obstimat Echinades vndis.

Senecà in Troade declinat Echina, æ, penult. prod. Quo libet vento faciles Echinæ. Lege Dulichium in *Steph.* Qui etiam has insulas circa Ætoliam esse scribit: & hoc nomen sortitas ab asperitate, vel Echinorum copia, vel Echino vate.

*ECHINEIS, Insula in mari Ægeo. *Cic.in Arato*, excelsis errans in collibus amens, Quos tenet Ægeo defixa in gurgite Echineis.

ECHINON, Thraciæ vrbs est ad Pegasæum sinum. *Pomp. Mela lib.2.* in Thraciæ descriptione.

ECHĪNŌMĒTRĂ, ἐχινομήτρα, Echinorum genus, quorum spinæ longissimæ, calices minimi, nec omnibus iidem, rufus & vitreus color. *Pl.li.9.c.21.*

ECHĪNVS, penultima producta, ἐχῖνος, ἢ ἐχινοῦς. *Stephano*, Oppidum est Acarnaniæ, non procul ab ostio Acheloi, quod Echinadibus insulis nomen fecisse putatur. {GER. Ein statt nahe bey dem außlauff Acheloi gelägen.} Meminit huius oppidi *Plin. lib.4. cap.1.* ¶ Est item echinus, oppidum in ora Phthiotidis ad Maliacũ sinum, circa quod Sperchius in mare influit. De hoc *Cicero in Arato*, Dicitur excelsis errans in collibus amens, Quos tenet Ægæo defixa in gurgite Echinus. Recensetur etiam à *Ptolemæo lib.3.c.13.*

ECHĪNVS, penultima producta, ἐχῖνος. GAL. La premiere couuerture piquante, dedans laquelle premierement croissent les chastaignes. IT. *La coperta spinosa delle castagne.* GER. Die stachige haut oder rind/in welcher die besten wachsen. HIS. *Erriço de la castaña.* ANG. *The ouward huske or couering of a chastane.*} Tegmen spinosum quo seruantur castaneæ. Vnde castaneæ echinatæ dicuntur. *Plin.lib. 15.cap.23.* Nuces vocamus & castaneas, quanquam accommodiores glandium generi: armatum his echinato cortice vallum est. ¶ Ab huius tegminis similitudine dictus est echinus piscis, quem *Plin.lib. 9.cap.31.* scribit esse ex cancrorum genere, cui spinæ pro pedibus sunt, cui ingredi, est in orbem volui, capitur ferè inter saxa, vbi se continet ne à fluctibus iactetur. *Martialis li.13.* Iste licet digitos testudine pungar acuta, Cortice depositio mollis echinus erit. ¶ Est & echinus apud Græcos terrestre

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

animal, cui est apud nostros nomen hericio, siue herinaceo, aut etiã hericius: quæ spinis hirtus est atque marinus echinus. {AN. *An hedghod, an irching.*} *de quo Ambrosius lib. Hexam.* Echinus iste terrenus, quem vulgò hericium vocant, si quid insidiarum præsenserit, spinis suis clauditur, atque in sua arma se colligit. ¶ Præterea echinus genus vasis ænei est, in quo calices lauantur, quam alij ampullam dicunt esse vitream. *Horatius lib. 1. Serm. Satyr. 6.* Pocula cum cyatho dum sustinet, astat echinus. ¶ Athenis item echini nomine intelligebatur scrinium forense, in quod dicta testium, & totius litis acta coniiciebantur. Vnde in echinum coniicere, εἰς ἐχῖνον ἐμβάλλειν, dicebant pro acta in iudicio proferre. ¶ Torus echinus asper, σκληρὸς ἐχῖνος τραχύς, prouerbiali figura dicebatur, in morosos & iniucundis moribus, cum quibus nulla ratione agere possis citra litem. ¶ Simili figura dicitur, Echino asperior, ἐχίνου τραχύτερος: in hominem intractabilem & insuauibus moribus. ¶ Prius duo echini amicitiam inierint, alter è mari, alter è terra, πρὶν δύο ἐχίνω εἰς φιλίαν ἐλθεῖν ὑμᾶς ἐκ πελάγους, ὁ δ' ἐκ χέρσου: de iis qui moribus ac studiis sunt inter se discrepantiores, quàm vt spes sit, aliquando inter eos necessitudinem coituram. *Suidas.*

Ἐchinātŭs, Adiectiuum. {ἐχινώδης. GA. Couuert d'aiguillons, comme vn heriſſon. IT. *Coperto di ſpine come il riccio.* GER. Das ein ſtachende oder dornechtige rinden hatt. HI. *Cosa cubierta coma de herizo.* AN. *Couered or set with prickes or ſtrings as an irchin.*} vt echinata castanea. *Plin. lib. 27. c. 9.* In cacumine capitula sunt echinata spinis.

Ἐchīnŏphŏrā, Genus conchæ. *Plin. lib. 32. c. 11.*

ECHION, pœnultima producta, ἔχιων. Vnus fuit illorum, quorum opera adiutus Cadmus, Thebas ædificauit: *de quo Ouid. 3. Metamorph.* Hinc etiam ipsi Thebani à Poëtis Echionidæ & Echionij passim appellantur.

Ἐchĭŏn, ἔχιον, Medicamentum quoddam, dictum à vipera, quam Græci ἔχιν nominant. *Plin. li. 29. c. 6.* Viperam viuam in fictili nouo comburere, addito fœniculi succo ad cyathum vnum, & thuris manna vna, atque ita oculorum suffusiones, & caligines inungere vtilissimum est. Medicamentum id echion vocatur. *Hæc ille.*

Ἐchītēs, ἐχίτης, Gemma est colore viridi subobscuro, quandam viperæ similitudinem referens. *Plin. li. 37. c. 11.*

Echites, ites, ἔχιτις, Herba est similis scammonio. *Plinius libro 24. capitul. 15.*

Ἐchĭŭm, Vulgò Bugloſſus syluestris, id est, Lingua bouis, Gallis Borrago, quasi Corrago, q. d. Baillant courage. Nam bugloſſum vino iniectum, lætitiæ & hilaritatis causa est, vnde εὐφρόσυνον à Græcis dicitur.

Echo, Soni vel vocis repercussio. {ἠχώ. GALL. Echo, le ſon & retentiſſement de la voix, comme reſpondant à celuy de qui eſt celle voix. IT. *Echo, la voce che riſponde al principio della parolla.* GERM. Widerhãllung das wider tönen in den wäldern. HISP. *La voz que retumba y reſuena.* ANGLI. *An echoe, the anſwering againe of the voce.*} à verbo Græco ἠχέω, quod est resono. *Ouid. lib. 3. Metamorph.* Planxerunt Dryades, plangentibus assonat echo. Fit præcipuè in conuallibus, & locis concameratis, vbi scinditur resultans aër, & acceptæ voces numerosiore repercussu multiplicãtur: nonénque echo eiusmodi voci à Græcis datum est, vt *Plinius* scribit, quoniam non est vagandi liberrimus campus, sed obiectu reflectitur. Quæ res etiam multas voces multis in locis reciprocas facit: sicut in vrbe Cyzico turres septem acceptas voces multiplicant. ¶ Et Olympiæ porticus fuit, quam heptaphonon appellabant: quoniam septies eadem vox ibi reddebatur. In hanc sententiã ait *Lucretius*, Sex etiam ac septem loca vidi reddere voces, Vnã quum faceres: ita colles collibus ipsi Verba repulsantes, iterabant verba referre. ¶ Eadem à Latinis dicitur imago. *Valer. Flacc. lib. 3. Argon.* Rursus Hylan, & rursus Hylan per longa reclamat Auja, respondent syluæ, & vaga certat imago. *Horat.* Quem deũm cuius recinit iocosa Nomen imago. ¶ Scribit *Ouid. lib. 3. Metam.* ECHO nympham fuisse, quę quum à Narcisso, cuius amore deperibat, sperneretur, longo mœrore contabuit, & corpore demum in saxum conuerso nihil nisi vocem retinuit. ¶ Græci item concauas rupes, & valles argutas, in quibus sonus reflectitur, ἠχὼς vocant, *teste Col. lib. 9. c. 5.*

Ἐclīgmă, atis, ἔκλειγμα. Frequentissimum medicis Græcis vocabulũ, quod Latinè Linctum vertimus. Sunt enim ecligmata quæ fiunt lingendi gratia, non edendi aut deuorandi: hoc est, quum aliquid in ore tenentes, paulatim distillando sorbemus, ἀπὸ τοῦ ἐκλείχειν, & λείχω. Vulgus medicorum *electuarium vocat. Plin. lib. 2. de Thymo*, Diutinæ tussi ecligmata facile execrationes facere existimatur.

Ἔclipsĭs, ἔκλειψις, Figura qua in ratione aliquid reticemus quod ad eius absolutionem sit necessarium. Latinè defectionem verrere possumus, ἀπὸ τοῦ ἐκλείπειν, quod est deficere. *Terent. in Andr.* Verbum vnum caue de nuptiis, deest, dicas. ¶ Eclipsis lunæ, hoc est, defectus lunæ: quum sol per interpositionem terræ ita lunæ opponitur, vt illam luminare non queat. [De Eclipsi lunæ. *Plut.* in Dione, & in Paulo Æmylio, & in Nicia.] ¶ Eclipsis solis, quum solis radij aliqua ex parte à nobis auferũtur, propter interiectum & interpositum lunæ. [De Eclipsi Solis *Plutarch.* in Dione & in Paulo Æmylio. Periphrasis Eclipsis Solis, *apud Catull. de Com. Beren.* Flammeus, vt reperi Solis nitor obscuretur.] {AN. *The ecclypſe of the ſunne or moone.*}

Ἐclīptĭcŭs, a, um, ἐκλειπτικός, Defectiuus. *Plin. lib. 2. c. 16.* Conuenit stellas in Occasu vesperino proximas esse terræ & latitudine & altitudine, exortúsque matutinos in initio cuiusque fieri. Stationes in mediis latitudinum articulis, quæ vocant ecliptica.

Ἐclŏgă, æ, ἐκλογή. Electio, electus, explanatio: ab ἐκλέγω, quod est eligo. Dicitur & sermocinatio, seu colloquium. Vnde Eclogę Virgilij. ¶ Eclogarij *apud Cic. ad Att. li. 16. i.* sermocinatores, vel auditores sermonum.

Ἐcnĕphĭās, ἐκνεφίας, Procellæ genus, *Plin. li. 2. c. 48.* quæ ex siccæ nubis dississione erumpit, hoc est, sine plumis: nam quæ cum imbribus nubes frangunt, exhydriæ vocantur.

Econ, *Vide* CON.

Ēcōnrĭtĭo, Vide E præpositionem. *vbi Cic. & Quintil.*

Ecphrăsĭs, ἔκφρασις, Est mera puráque rei gestæ enarratio: ἀπὸ τοῦ ἐκφράσαι, quod est exprimere, clarè & euidenter explicare. {ANG. *The plane declaration of a thing.*} Hesychius, λόγον ἐκφαντικόν, hoc est, sermonem euidentem interpretatur.

Ēcquãndo, Nunquando, vel an aliquando. {מתי *matái* ? מעת. GA. Mait quand? & quand? IT. *Quando mai.* GE. Vnd wann? HI. *Por auentura en ningun tiempo?* ANG. *But when?*} *Cic. de lege Agrar.* Quæro à populari tribuno plebis, ecquando nisi per triginta tribus creati sint. [*Velleius:* Ecquandóne ciuem similem habebit Respub.]

Ēcquis, Nunquis. {מי. GA. Qui donc? & qui donc? ITAL. *Echi?* HI. *Por auontura alguno?* ANGL. *Who then?*} [Ecquis dicitur, pro Enquis. *Priscian. lib. 1.*] Ex en pro ecce, & quis: vbi n, ratione q sequentis, mutatur in c, ex quo ostenditur eandem vim habere c & q. *Terent. in Eunuch.* Ecquid nos amas de fidicina isthac? id est, nónne me amas propter fidicinã? *Quid. lib. 2. Fast.* Ecquid in officio torus est socialis? & ecquid Coniugib. nostris mutua cura sumus? [*Plau. Most. sc. 4. a. 1.* Ecquid videor mammam adire. *Item*, Ecquis homo est qui cupiat facere aliquantum lucri. *Plau. Most. sc. 1. a. 2.* Ecquid sentis? *Plau. Men. sc. 5. a. 5.* Ecquid possis facere coniecturam? pro annon. *Plau. Men sc. 2. a. 1.* Ecquid audes de tuo addere? *Plau. Men. sc. 2. a. 1.* Ecqua pars inest in hac prędа mihi. *Pl. Men sc. 2. a. 1.* Ecquid argutus es? *Pl. Pſ. sc. 4. a. 2.* Ecquis hic est? *Plau. Most. ell. sc. 4. a. 1.* Heus Ecquis hic est ianitor? *Plau. Men. sc. 2. a. 4.* Insic me percontarier Ecquem nouerim Demænetum. *Plau. Asina. sc. 2. a. 2.* Heus tu ecquid audis? *Idem Aulu. sc. 5. a. 1.* Ecquid est salutis. *Ibidem sc. 3. a. 3.* Ecquid audet mihi suppetias ferre. *Plau. Men. sc. 6ma. 5.* Cœpi obseruare Ecquid maiorem mihi honorem haberet. *Plaut. prologo Aulu.* Rogo ecquis omnium nouerit Philocratem. *Ibidem sc. 2. a. 3.* Ecquid iubet? *Plau. Curc. sc. 2. a. 1.* Ecquis est qui mihi commonstret Phædromum? *Plau. Curc. sc. 3. a. 2.* Rogat ecquem Lyconem nouerim. *Ibidem, & Pseud. sc. 2. a. 4.* Ecquid das? C. Maluin. *Plau. Curc. sc. 2. a. 4.* Ecquid memi mihi? A. Memini. *Plau. Mil sc. 1. a. 1.* Ecquam scis filium tibicinam meã amare? *Plaut. Pseud. sc. 5. a. 1.* (bis.) Heus ecquis istas aperit fores. *Plaut. Most. sc. 2. a. 2.* Ecquis mihi aperit ostium. *Plau. Cap. sc. 1. a. 4.* Ecquid in officio torus est socialis? & Ecquid coniugibus nostris mutua cura sumus. *Ouid. 2. & 5. Fast.* Hac gressus ecqua puella tulit? (percontantis.) *Ouid. 4. Fast.* ¶ Ecquid, vt initio, *Eleg. 2. l. 5. Trist. Item*, Ecquid aliena fabulor? pro quid.

*Ecquisnam, pro eodem. *Cic. in Topicis*, Ecquidnam honestum sit, ecquid æquum re vera, an hæc tantùm opinione sint. *Idem 4. de Fin.* Ecquęnã fieri possit accessio?

Ēcstăsĭs, {תרדמה *tardemáh* חפה *chaphóz* חעף *hebatéph*. ἔκστασις. GA. Estonnement tel qu'on ne se sent point ne ce qu'on fait, pasmoison. IT *Stupore.* GER. Erstaunung/entwendung/oder verzuckung deß gemuts. HIS. *Pasmo ò eſpanto.* AN. *A great aſtonishment, aſowning.*} Latinè stupor siue mentis emotio ex re aliqua repente oblata: vt quum subitum amici conspectum prorsus obstupescimus. Dionysius sic vocat abstractionem mentis à corpore ad contemplanda cælestia, quæ etiam παραγωγὴ dicitur. Quidam definiunt ἔκπληξιν μανίας, teste Galeno de Definitionibus medicis, hoc est, insaniam non diu perseuerantem. Dicta est autem ecstasis, ἀπὸ τοῦ ἐξίστασθαι, quod qui hãc patitur, extra seipsum quodammodo constitutus sit. ¶ Hinc Ecstatici, ἔκστατικοί, dicuntur qui ecstasi correpti sunt, quos mente commotos *vocat Plin.*

Ēctăsĭs, ἔκτασις, Dici potest productio. Figura est qua syllaba naturaliter correpta, producitur: ab ἐκτείνω, extendo, produco: vt, Italiam *fato* profugus. Vbi prima syllaba in dictione Italiam, quæ natura brevis est, metri necessitate producitur.

Ēcthlīpsĭs, ἐκθλῖψις, Latinè elisionem, vel exclusionem sonat: ἀπὸ τοῦ ἐκθλίβειν, quod est elidere vel excludere. Hoc autem nomine peculiariter vocant Grammatici elisionem m literæ finalis, quæ subsequente vocali in carmine ferè semper absumitur.

Ēctrăpĕlī, ἐκτράπελοι, Horrentes, & auersati communem & vsitatum naturę modum: Apud Hermogenem ἐκτράπελα interpretantur, αἱ ἐκπεφαυλισμέναι τῆς ἰδίας, ἢ ὁμολογουμένης φύσεως: quasi dixeris exorbitantia. In qua significatione etiam *Plinius* accepit *lib. 7. c. 16.*

Ēctrōmă, Quid hoc nomine scriptores Ecclesiastici significent, indicat *Hieronymus in Amos Com. 1.* cum ait, Valentinum hæreticum ex æonibus suis extremum, hoc est, trigesimum, Christum vocare Ectroma, hoc est, abortiuum. *Vtitur hac voce Tert. de Præſ. aduerſus haret.*

Ectropium, siue Ectropia, ἐκτρόπιον, ἡ ἐκτρόπεια, dicitur diuisio palpebrarum, quum scilicet inferior palpebra non satis sursum attollitur, sed pendens hiat, nec cum superiore committitur, Lagophthalmos verò quum superior palpebra non descendit.

Ēctўpă, ἔκτυπα, Dicuntur opera quę ex ipsis typis formata sint. *Plin. li. 37. c. 10.* Hæ sunt gemmæ quæ ad ectypas scalpturas aptantur.

Ēcŭlĕŭs, ἱππάριον. *Vide* EQVVLEVS.

E ante D.

E. D. in notis antiquorum, Eius domus.

Ēdăx, Edacitas, *Vide* EDO, ES.

EDDANA, ἔδδανα. Vrbs est ad Euphratem, à Phœnicibus habitata: ita dicta ab Eddano duce. *Steph.*

Ēdentārē, edẽtulum facere excussis dentibus. {ἐκπεσοντίσαι. GA. Edenter. IT. *Sdentare.* GE. Zanloſs machen. HIS. *Deſdentar, quitar ò ſacar las dientes.* AN. *To mak toothleſſe.*} *Plaut. in Rud.* Numis velim improbissimo homini malas edentauerint.

Ēdentātŭs, Dentibus priuatus. {ἀπεσοντιπεφυκώς. GAL. Edenté. ITA. *Sdentato.* GE. Zanloſs/der keine zän hatt. HI. *Deſdentado.* ANG. *Which hath loſt the teeth, toothleſſe.*}

Ēdentŭlŭs, Qui sine dentibus est. {ψωδὸς. GALLIC. Edenté, sans dens. ITAL. *Senza denti.* GERM. Zanloß. HISP. *Sin dientes.* ANGL. *Toothleſſe.*} *Plaut. in Caſ.* Propter operam illius improbi edentuli. [*Plau. Me. sc. 2. a. 5.* Leonem vetulum, edentulum. *Idem Most. sc. 3. a. 1.* Vetulæ edentulæ, &c.]

ĔDESSA, ἡ Ἔδεσσα, Ciuitas est Mesopotamiæ, siue (*vt Plinius mauult*) Syriæ Cœles, olim Rages dicta, *teste Hieronym. de Traditionib. Hebraicis.* In hac Abagarus Toparchus regnauit, cuius extat ad Christum Epistola, & Christi ad eundem responsio: *vt videre est apud Euſebium in hiſt. Eccleſ. lib. 1.* Hæc olim etiam Bambyce dicta est. *Strabo*, Trans Euphratem est Bambyce, quam & Edessam & Hieropolim vocant: in qua Atergatam Syriam deam colunt.

Ĕdēsæi, ἐδεσσαῖοι, ἐδεσσηνοί, dicti sunt Edessæ ciues.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Ēdī, ōrum, Populi Scythiæ. *Steph.*

ēdīco, cis, penultima producta, edixi, edictum, Denuntio propriè vt quid fiat aut non fiat: & est propriè magistratuum. *Halicarn. libro 5.* Præcepta enim ac præscripta rerum iustarum atque iniustarum, Edicta Romani appellant. *Ex Hotomano.* {צוה *tsivváh* דבר *dibbér* אמר *amár* προστάσσω, λέγω.} GAL. Ordonner, commander. ITA. *Commandare, ordinare.* GER. Zuſtünden/ein mandat laſſen außgon. HISP. *Proponere e-dicto, mandar como ſeñor ò juez.* ANG. *To command or publishe by naydicto, mandar como ſeñor ò juez.* ANG. *To command or publishe by nayding vp of a writing or commonerie: to mak to knawe, to denounce.*} [Edicere mulctam. *Liu. 2. ab vrb.* Ne quisquam ædificat nummum, edicam omnibus. *Plaut. Pseud. sc. 5. a. 1.* Edico omnibus quemque videritis hûc deturbatote in via. (sunt verba heri) *Plaut. Mil. sc. 2. a. 2.* Prius edico, ne quis capiat, continere vos domi. *Plaut. Capt. sc. 1. a. 4.* Herus edixit mihi, vt dispartirem hoc opsonium. *Plaut. Aul sc. 1. a. 2.* Tu, qui meus es, edico tibi, vt. *Plaut. Ps. sc. 2. a. 3.*]

¶Item edicere pro denunciare, siue prædicere. [*Pl Pseu. sc. 1. a. 1.* Omnibus amicis & notis edico vt caueant. *Gell. cap. 27. lib. 15.* Edicere concilium & concilia. *Plaut. Men. sc. 2. a. 5.* Quoties tandem edixi tibi vt neuter iretis ad me cum querimonia. *Item Suet. in Aug. cap. 44.* Edixit, non placere. *Idem in Calig. c. 26.* Edicere die natali.] *Plaut. in Trucul.* Edico prius, ne duplices habeatis Linguas, ne ego bilingues vos necem. *Terent. in Hecyra,* Ibo intrò, atque edicam seruis ne quoquam efferre sinant. *Cic. 2. de Finibus bonorum,* Est etiam tibi edicendum quæ sis obseruaturus in iure dicendo. Vnde & Edicere diem ad conueniendum, edicere conuentum, edicere militibus prædam, *apud Liu.* [*lib. 8. ab vrb. & alibi.*] ¶Ponitur pro dicere. *Plaut. Trin.* Sanus si videar, edicam. ¶Edictus Senatus *Id. Mar.* in Curiam Pompeij. *Sueton. in Cæs. cap. 80.*]

ēdīctō, as, are, Eloquor, enuntio: frequentatiuum est ab edico, quod interdum pro simplici accipi, suprà ostendimus. {צוה *tsivváh* דבר *dibbér* אמר *amár* προστάσσω.} GAL. Dire, publier. ITAL. *Dire, parlare.* GER. Zuſtündigen. HISP. *Dezir, hablar,* ANG. *To publishe, to ordaine and commande.*} *Plaut. Epid.* Atque amorum summam edictaui tibi. *Idem in Amph.* Tute edictas fata tua. [*Pl. Men. sc. 2. a. 4.* Edictaui illi omnia, quando non vis ipse profiteri.]

ēdictă, Quæ sunt Consulum, Prætorum, & Ædilium literæ, quibus aliquid imperatur. {דת *dath* מצוה *mitsváh.* διατάγματα, προστάγματα, διαγεγράμματα. GALLIC. Edits, ordonnances, commandement. ITA. *Ordinanze, commandamenti del principe ò magistrato.* GERM. Ein mandat oder ordnung/ſo ein oberkeit offentlich laſet außgon. HIS. *Los edictos que propone el juez.* ANG. *Edictes, commandementes, proclamations.*} *Cicero pro Quintio,* Quod Prætor non fieri, sed ex edicto suo fieri iubet. [Edicti formulâ *vide apud Sueton. in Aug cap. 28.* Ita mihi saluam ac sospitem Remp. &c. per edictum notos libros facere. *Idem Suet. ibidem cap. 88.* ¶Edicti translatitij verba. *Gell. cap. 18. lib. 3.* ¶Edicti Ædilium Curulium verba. *Gell. cap. 2. lib. 4.* ¶Edicti Censorij verba, *Idem Gell. c. 11. lib. 15.* Imperium tuum demutat atque edictum Apollinis. *Plaut. Men sc. 2. a. 5.* Edicto exprobrare turpitudinem & impudentiã. *Sueton. in August. cap. 42.*]

¶Est etiam edictum priuati hominis. *Terentius Heaut.* Primùm hoc te oro, ne quid credas me aduersus edictum tuum Facere esse ausum.

ēdictĭo, onis, Edictum, mandatum, imperium. προστάγμα, διάταγμα. *Plaut. Capt. sc. 1. a. 4.* Basilicas edictiones atque imperiosas habet. [*Idem Plaut. Pseud. sc. 2. a. 1.* Nisi hanc edictionem animaduortitis. *Idem ibid.* Vobis hanc habeo edictionem.]

ēdictālēs, dicebantur, qui annum vnum in legum studio versati, alterum etiam adiungebant: ducta scilicet appellatione ab Edicto, cui cognoscendo tum operam dabant.

ēdictālis, le, Quod ex edicto fit, vt edictales bonorum possessiones dicebantur quæ ex Prætoris edicto siue causæ cognitione de plano dabantur. *L. 1. D. si tab. testam. L. 30. D. de acq. hared.*

ēdilis & hoc edile, *Vide* EDO, es.

ēdisco, is, Memoria complector, memoriæ mando. {למד *lamádh* אלף *aláph.* παραπαιδεύω τὸ μνήμῃ. GAL. Aprendre par cœur. ITA. *Imparare à mente.* GERM. Zuſwendig lehrnen. HISPA. *Deprender decoro y memoria.* ANGLIC. *To learne perfectlie.*} *Cic. 2. Tusc.* Ita sunt deinde dulces, vt non legantur modò, sed etiam ediscantur. *Virg. 6. Eclog.* Audiit Eurotas, iussitque ediscere lauros. [*Plaut. Aul. sc. 1. a. 4.* Seruus herile imperium ediscat.

ēdiscēndŭs ad verbum libellus. *Cic. 4. Acad.*

ēdissĕro, edisseris, penult. correp. Explano, declaro. {פתר *paráseh* פרש *pathár.* διέξιμι, κ διέξοδον ἐπέξιμι, ἐκδιηγέομαι. GALLIC. Declarer & bailler à entendre. ITAL. *Dichiarare.* GERMAN. Zuſslegen/erleuteren. HISPAN. *Declarar lo escuro.* ANGL. *To declaire, to mak plane, and rehearse.*} *Pacuuius,* Edissere fabulam hanc. *Virgil. lib. 8. Æneid.* mihique edissere vera roganti. *Plaut in Capt.* Iam animaduorte, hæc mihi, quæ dicam, edissere. *Cic. de Clar. Orat.* Quis docendo, edisserendóque subtilior.

ēdissĕrto, as, frequentatiuum. ἐπεκδιηγέομαι, πολὺς κ συχνὰ διέξιμι. *Plaut. in Amphitr.* Ordine omne, vt quicquid actum est, dum apud hostes sedimus, edissertauit.

ēditĭtĭus, Editus, *Vide* EDO, edis.

EDITI, *Ptolemæo,* insula est iuxta Orientalem plagam Hiberniæ, Andros *Plinio* dicta.

ēdo, es, est, edi, esum, vel estum: vel Edo, edis, correpta prima syllaba, ab ἔδω. Significat vescor. {אכל *achál* ἔδω, τρώγω. GAL. Manger. ITA. *Mangiare.* GER. Essen. HISP. *Comer.* ANG. *To eate, or chew meate.*} [Bibe, es, fuge, (pro ede.) *Plaut. in Pseud. sc. 2. a. 1.* Volo esse (pro edere) *Idem Cure. sc. 3. a. 2* E nuce qui vult esse nucleum, frangit nucem. *Ibidẽ sc. 1. a. 1.* Non placet me hoc noctis esse. *Plaut. Amph.* Purpureum, an luteum panem esse soleam, (id est, edere) *Plaut. Men. sc. 5. a. 5.* Miserrimus, qui cùm esse cupit, quod edat non habet. *Plaut. Capt. sc. 1. a. 3.* Scis benè esse, si sit vnde. *Ibid. sc. 1. a. 4.* Si pauxillum potes contentus esse (id est, edere ambiguè.) *Item,* Biberent quando esse nollent. *Suet. in Tib. c 2.* Es, pota. *Plaut. Most. sc. 1. a. 1.* Bibite, pergræcamini, este. *Ibidem. Item,* Mensam quando edo, detergeo. *Plaut. Men. sc. 1. a. 1.* Dum talem me facies assiduè edes. (de parasito) *Plaut. Milit. sc. 1. a. 4.* ¶Edimsis it. *Pl. Aul. sc. 3. a. 4.* Quod edit tam duim, quàm perduim (id est, edat.) *Plaut. Capt. sc. 1. a 3.* Miser qui quod edit quærit, pro edat. Miserrimus qui cùm esse cupit, quod edit non habet, (id est, edat.) *Idem*] *Virg. 4. Æneid.* est mollis flamma medullas. *Cic. ad Attic. lib. 13* Itaque & edit & bibit ἀδέως, & iucundè, opiparè, sanè, & apparatè. Infinitiuum facit duplicem. Esse, ab Edo, es: Edere, ab edo, edis. *Cic 2. de Orat.* Quæ quum Catulus nuper audisset, fœnum alios aiebat esse oportere.

¶Huius composita Adedo, Ambedo, Comedo, Exedo, Obedo, Peredo, & Superedo, quæ habent. pen. corr. *De quibus vide suis locis.* ¶Frequentatiuum eius est Esito, desideratiuum Esurio.

ēdendŭs, participium. {ANG. *To be eaten.*} *Cic. de Amic.* Multos modios salis simul edendos esse, vt amicitiæ munus expletum sit.

¶Quandoque edo significat consumo. *Horat lib. 1. Epist.*

Quę ludunt oculos, festinas demere, si quod
Est animum, differs curandi tempus in annum.

ēdŏr, ederis, estus, præteritũ Esus sum. *Plin. lib. 10. cap. 9.* Et in Ægypto propter eius amaritudinem non estur. ¶Estur, impersonale. *Plaut. Mostel.* Iam ista quidem absumpta res erit, quando dies noctésq; estur, bibitur. Item *Ouid. 1. de Pont* Estur vt à scabra positum rubigine ferrum.

ēsĭto, tas, penultima correpta, frequentatiuum est à supino, Esum formatum. {κατατρώγω, σιτοτίθεμαι. GALL. Mangeoter, manger en plusieurs fois. ITA. *Mangiare spesso.* GERMA. Dapffer essen/essen eins essens. HISP. *Comer à menudo.* ANG. *To eate often.*} *Gellius lib 4. cap. 11.* Pythagoram philosophum non esitauisse ex animalibus. *Ibidem,* Videtur autem de cyamo non esitato causam erroris fuisse *Cato de Re rustica capite 157.* Totiũ conseruato eius qui brassicam esitauerit. [*Gel. c. 7. lib. 11.* Esirare panem]

ēdax, adiectiuum, idem quod vorax. {זולל *zolél.* ἀδηφάγος. GAL. Grand mangeur, gourmand. ITA. *Ingordo, manicatore.* GER. Fräßig. HISPAN. *Mucho comedor y gastador.* ANGL. *A great eater, à glutton.*} *Cic. pro Flacc.* Edax hospes. *Terent. in Phorm.* Alere nolunt hominem edacẽ. [*Senec. cap 9. de Censol ad Polyb.* Edax inuidia. *Ouid. Eleg. 5. lib. 1. Trist.* Aut vt edax vultur.]

¶Edax currus, qui multum vnguinis, siue ceromatis absumit.) Et Edaces triremes, quòd magnis constent impendiis. Tempus edax rerũ, quòd omnia spacij longitudine atterat & consumat.

ēstrix, estricis, ab Edo, es, est. {זולל *zolél.* ἐδεστεία, ἡ βοῤῥᾶς, ἡ ἀδηφάγος. GALLIC. Mangeresse; grande mangeuse, gourmande. ITA. *Mangeatrice.* GERM. Fräſſertige/ſchlemmerin. HISP. *Comedora.* ANG. *She that eateth much.*} *Plaut. Cas.* Ego noui ambas illas estrices, corbitant, vbi comesse possunt.

ēdācĭtās, Pro ingluuie, voracitate. {ἀδηφαγία. GAL. Gourmandiſe, quand on mange beaucoup & auidemment ITAL. *Mangiare soncio.* GERM. Eſſ̃eit/oder fräſſerey. HISP. *La garganteza, obra de gastar.* ANG. *A gredy eating.*} *Plaut. in Persa,* Neque edacitate eos quisquam poterat vincere. *Cic. ad Qu fr* Edacitatem pueri pertimesco.

ēsŭrĭo, pen. cor. is, ĕsurĭui, itum, ire, Cibum appero, fame premor. {רעב *rabéb.* πεινάω, ἐπιθυμέω, ὦ. GALLIC. Auoir faim, desirer à manger. ITAL. *Hauer famo.* GERMAN. Hungeren. HISP. *Auer gana de comer.* ANGLIC. *To be hungrie*} Est autem absolutum: quanquam & cum accusatiuo inueniatur. *Plaut. in Curcul.* [*sc. 1. a. 5.*] Qui homo maturè quæsiuit pecuniam, Nisi eam maturè parsit, maturè esurit. [Iup. Esurio. S. Here si tu esuris, ego satur pugnis ad te volito. *Plau. Amph. Item,* H. Esurire mihi videre. E. Mihi esurio, non tibi. *Plaut. Capt. sc. 1. a. 4.* Quando esurio, tum crepant (intestina.) *Plau. Men. sc. 5. a. 5.*] *Terent. in Heaut.* Modò liceat viuere, est spes. GL. Quæ? s. Nos esituros satis. *Cal. Cic.* Vestras copias non noui: nostri valde depugnare, & facilè algere, & esurire consueuerunt.

*Esurior, pass. *Ouid. 1. de Ponto, eleg. 11.* Quod mare, quod tellus, apponé quod educat aër, Nil ibi quod nobis esuriatus erit.

*Esuriens, Particip. *Ouid. lib. 2. de Remed. Amorũ,* Non facilè esuriens posita retinebere mensa. * Esuriens dominus pro Auaro. *Horat. 2. Serm.* -neque illinc Audeat esuriens dominus contingere granum. [Esuriens lupus: *Vide* Lupus.]

ēsŭrĭālēs, feriæ dicuntur à *Plauto in Capt.* quibus ab edendo feriamur. Neq; ieiunio fiorem, (inquit) neque magis effractum fame vidi, &c. Ita venter, guttúique residentesuriales ferias.

ēsŭrĭo, onis, Qui esurit. {רעב *rabéb.* πεινάων, ῶντος. GAL. Affamé, qui a grand faim. ITALIC. *Chi affame.* GER. Ein hungeriger. HISP. *Hambriento ò ganoso de comer.* ANG. *Hothat is hungrie.*} *Plaut. in Persa,* O Saturio, opportunè aduenisti mihi. s. Mendacium ædepol dicis, atque haud te decet. Nam esurio venio, non aduenio saturio.

ēsŭrītŏr, {רעב *rabéb.* πεινητικός.} *Martial. lib. 3.* Romam petebat esuritor Thurius.

ēsŭrĭēs, ei, Esurĭtio, onis, & Esurigo, ginis, Fames, edendi auiditas. {רעב *rabáb.* λιμός. GAL. Faim, famine. ITA. *Fame.* GER. Hunger. HISP. *Hambre.* ANG. *Famine, hunger.*} *Varro,* Vbi lubet, ire licet accubitum, accedo ſtreñuosus, ſtimulans quod esurigo findebat costas. *Catull. 20. Epigram.* Aureli pater esuritionum. *Gell. lib. 16. c. 3.* Esuritionem faciunt inanes parentésque intestinorum fibræ.

ēsŭs, us, ui, Actus edendi. {אכילה *achi áh.* ἔδεσμα, βρῶσις. GAL. Mangerie, mangement. ITA. *Mangiare.* GERM. Das essen. HISP. *El comer.* ANG. *Achewing or eating.*} vt, Pomum immaturum, necdum esui idoneum. *Plin. lib 20. c. 7.* Stomachos dissolutos adiuuant esu.

ēdŭlis, le, pen. prod. pluraliter Edilia: vel Ēdulis, vel Edulia, per quintam vocalem, Dicuntur omnia quæ ad esum pertinent. {ἐδώδιμα, βρώσιμα. GAL. Bon à manger, qu'on peut manger. ITA. *Cosa da mangiare.* GE. Das zum essen gehört. HISP. *Cosa para comer, ò que suele comer.* ANGL. *Any thing that may be eaten, or perteining to eateri.*} *Gel. lib. 7. cap. 11.* Quod ex salutis vsu foret, vt edilia quidem omnia defenderet ab arteria, depellerétque in stomachum, & pulmonem. *Horat. lib. 2. Serm. Sat. 4.* Vinea submittit capreas non semper edules.

ēdŭlĭum, Dicitur quicquid ad prandium cœnámque edendi gratia apponitur & sumitur præter panem. {מאכל *machál,* ἔδεσμα, ἐδωδή. GAL. Manger, ou mangeaille, tout ce qu'on mange. ITAL. *Companatico.* GERM. Zuſſige speyß. HISP. *Manjar ò comida que se suele comer.* ANG. *Any thing to be eaten, feode.*} *Hieronymus.* Cuius edulio primo

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

genita perdidit.[Edulia.*Gellius cap 11.lib.17.*]

[Edulitas de carnis annona.*Lamprid.in Alexand.Seuer.*]

Ēdo,edonis,Edax,manduco,{γαστρίμαργος.GALLIC.Grand mangeur, gourmand,goulu.ITA.*Mangione,diuoratore.* GERM. ein eſſer/ oder ein fraaß Hi.*Comilon ò tragon.* ANG.*A great greedie eater,a glutton.*} *Nonius*,Edones , & phagones, ab edacitate:vnum Latinum,aliud Græcum.*Varro*, Edones Romam,vt turba intendat annonaſed propter phagones ficedulam pinguem aut turdum, niſi volantem non videō.

Ēdo,edis,edi,priore producta,edidi,editum , Emitto,foras do,profero, in apertum profero,expromo.{אבל *avhál.ἐκδίδωμι.* GA.Mettre hors, produire.ITA.*Mandar fuori,dar' in luce.* GERM. Herfurthun/außlaſſen gehen.HISP.*Embiar defuera,publicar la eſcriptura.* ANGLIC. *To put foorth,to vtter.*}vnde Edere librum, eſt librum publicè legendum emittere. *Cic.* Nec ſe tenuit quin contra doctorem ſuum librum ederet [*Suet.in Aug.c.94.*Edere geniturам ſuam. *Liu.lib.3.d.* 4. Edere prælium.Item Edere operam,*Idem Liu.lib.5.ab Vrb.Suet.in Tib.ca.*35. *& in Neron.c.*12. ¶ Edere cenſus,*Suet.in Calig.c.*38. Carminaque ediderам.*Ouid.El.1.lib.*2.*Triſt.* Celerem ſuper edere corpus gaudet equum(id eſt,inſilire.)*Tibul.lib.*4.Iam aliquid pugnæ edidit.*Pla.Capt. ſc.*4.*a.*3 Pro ſe id quod quiſque poteſt & valet,edit,ferro ferit. *Idem Amph.ſc.*1.*a.*1.*& Liu.lib.*7.*d.*4.Quibus diis edidiſſent ,decemuiri ſacrificarent.]

¶Et quoniam quæ generantur,ex vtero in lucem prodeunt,edi etiam pro naſci accipitur.*Horat.lib.*1.*Carm.* Mecœnas atauis edite regibus. [*Senec.c.*4.*de Conſ.ad Polyb.*Hoc principio edimur(in lucem.)*Plaut. Aul.ſc.*5.*a.*2.Poſtquam hanc rationem cordi ventríque edidi, acceſſit animus ad meam ſententiam.]

¶ Edere ſæpe ſignificat exhibere:vt, Edere ſpectaculaedere munus gladiatorium.*Plaut* Edit quiſque quod poteſt id eſt,profert & agit.

¶Edere animam,pro mori.*Cic.pro Seſtio.* At ſi tum P.Seſtius,Iudices, in templo Caſtoris animam,quam vix retinuit,edidiſſet: non dubito quin,&c.Sic edere vitam.¶Edere frondem,ſiue fructum,dicitur arbor *apud Colum.*Sic edere herbas campi dicuntur.¶Edere leges,eſt conſcribere,& ſtatuere, vel promulgare.

¶ Edere nomen,pro imponere. *Liu.lib.*1.*ab Vrbe*, Domicilióque illi comparato,L.Tarquinium Priſcum edidere nomen. ¶Eſt etiam Edere nomen proferre vel efferre nomen ſuum, vt deſcribatur, & veluti nomen profiteri in actis,quem manumiſſuri ſumus: quod fiebat ante cognitionem conſulis.Quinetiam Edere nomina hodie dicere poſſumus quod Procuratores apud acta curiæ *Præſentare* dicunt.¶Edere oraculum,eſt diuinare.¶Edere rationes,eſt rationum tabulas proferre. *Cic.ad Attic.lib,*7. Sed ego mihi ab illo non rationes expectabam, quas tibi edidit.¶Edere ſcelus,committere,patrare.[*Liu.l.b.*3.*ab Vrb.* ¶Edere teſtes,proferre,producere.¶Edere actionem,eſt copiam deſcribendi facere , vel in libello complecti,& dare vel dictare. Item aduerſarium noſtrum ad album producere,& demonſtrare qua actione acturi ſimus.Edere iudicium,idem quod edere actionem.

¶ Edere operas dicitur libertus,pro dare,præſtare & præbere operas. *Ex Hotomano.*

Ēditus,participium.{נולד *noláih.*}vt,Editus Iouis ſatu,*apud Cic.Offic.*1. Διὸς υἱός,Διὸς παῖς γεννητός.[Edita in vulgus opinio.*Cæſar lib.*3.*de bel.ciu.* Editis iam comitiis.*Suet.in Cæſ.c.*18. Ætate edita(id eſt,confecta & vltima *Gell.c.*15.*li.*3.Editus hinc ego ſub(Sulmone.)*Ouid.El.vl.lib.*4. *Triſt.*Editi vel amiſſi.*Sen.c.*16.*de Conſ.ad Martiam.*

Ēditus,ta,tum,pen.corr.Altus,excelſus. {גבוה *gabóah.* ὑψηλός. GA Qui apparoiſt,fort haut,eſleué. ITAL.*Alto,ſublime.* GERM.Hoch/ anſichtig/dannb das es in der höhe iſt.HIS.*Alto,enſalçado.* ANG.*High a loft.*}vt Edita loca dicuntur alta,& ſeſe edentia,hoc eſt oſtendentia. *Liuius*,Tumulo editiſſimo communierunt.Editi atque aſperi colles,*apud Cæſarem* 7.*bell.ciuil.* [Eſt locus in edito. *Suet.in Aug.c.*72.] ¶ Horatius metaphoricè pro Forti vſurpauit.*lib.*1.*Serm.Satyr.*3. Viribus editior cædebat,vt in grege taurus.

Ēditītius adiectiuum.ἐκδοτος,Iudex editicius,quem altera pars tantùm edit,id eſt,elegit.}κριτὴς,ἐκδοτος. GAL. Iuge produit & nommé par vne partie.ITALIC *Giudice eletto da vna parte.*GERM.ein richter ſonſt ein partey auſſerwölt hat/ vnd benambſet.HIS *El juez que las partes eligen.* ANGLI.*A iudge choſen & named by one partie* }*Cic pro Planco.* Neque enim quicquam aliud in hac lege niſi editicios iudices ſequutus.

Ēditio,verbale.{ἐκδοσις.GAL.Publication d'vn liure.ITAL.*Publicatione.* GR.Eröffnung/die publicierung vnnd an tag gebung eines buchs. HISP. *La publication de la eſcriptura.* ANG. *The forth ſetting of a book,or edition.*}vt,Editio librorum. *Quint.in Prœem.lib.*1. Sed nimium amantes mei iuuenes librum temerario editionis honore vulgauerant.

¶ Editio multiplex,pro varia & diſſona traditione.*Liu.*4.*ab Vrbe*,Valerius Antias,& Qu Tubero M.Manlium & Qu. Sulpitium coss. in eum annum edunt.Cæterùm in tam diſcrepanti editione & Tubero & Macer libros lineos autores profitentur.¶Edirio idem aliquando quod natiuitas.*Vlp.l.*2.*D.de decurionibus.* Si conceptus ſit à plebeio, mox ante editionem pater eius Decurionatum adeptus, ante editionem amiſerit,&c.

*Editor,pen.cor.editoris,Qui edit.*Luc.lib.*1.-delabitur inde Vulturnuſque celer,nocturnæque editor auræ Sarnus.

Ēditus,us,ui,pro ſtercore quod ab armentis editur,id eſt, egeritur. *Vlp. de leg.& fideic.lib.*32.In quibuſdam prouinciis & editu boum, ad hãc rem vtuntur.

Ēdŏcĕo,ces,Diligenter doceo. {למד *limmádh* אלף *illéph.* διδάσκω. GA. Enſeigner parfaitement.ITA.*Insegnare con diligenza.* GER. Fleyſſig/ lehren.HI. *Enſeñar mucho y con diligencia.* ANG. *To teach perfectlie.*} *Plaut.Epid.* Eadem hæc intus edocebo quæ ego ſcio. *Satyr.*3.*Theb.*- non te cæleſtia fruſtra Edocuit , lauróque ſua dignatus Apollo eſt. *Cic.*3.*Tuſc.*Edocuit tamen ratio,vt mihi quidem videtur,&c.*Salluſt.in Catil.*Senatum edocet,de itinere hoſtium.[*Ou.El.*4.*lib. Triſt.* Vſibus edocto ſi quicquam credis amico.]

[Edocenter:*Gell.*8.*lib.*16.Sed in eo nihil edocenter neque ad inſtituendum explanate ſcriptum eſt.]

Ēdŏlo,as,pen.cor.Perfectè dolo,polio.{κατατέχνω.GAL.Acheuer de doler,polir ce qui eſt dolé,ou bien esbaucher vn ouurage. ITA. *Polire perfet amente.*GER.Wol behobten oder gleetten.HIS.*Mucho y bien dolar.* ANG.*To cut ſmith,to poliſch and make perfect.*}*Nonius*, Edolare, fabrorum eſt verum verbum,quum materiarum complanatur aſperitas.Vſ ſunt eo verbo laudandi ſcriptores vetuſtatis, etiam ad alias fabricas rerum.*Varro*,Vnum ego libellum non edolem?*Cice.ad Att.l.*13.Quod in manibus habebam,abieci:quod iuſſeras,edolaui.

Ēdom. {אדום *Edhóm.* ἐδώμ.} Eſau dictus eſt, ob coctionem rufæ lentis,cuius edulio primogenita perdidit. Hebræi namque (*vt Joſephus lib.*2 *ſcribit,*)Edom rubeum dicunt.Vnde & regio,in qua regnabat Eſau , Edom dicta eſt, quam Græci, deflexo nonnihil nomine Idumæam,ἰδουμαίαν,denominauerunt.Hæc nunc regio *(inquit Hieronymus)*Gebalena dicitur,quæ eſt in finibus Eutheropoleos, vbi habitabant ante Choræi,qui interpretantur liberi: vnde & ipſa vrbs poſtea ſortita vocabulum eſt.Nunc viculus Paleſtinæ eſt à conditore ſic impoſito nomine.

Ēdŏmo,as,Domo.{ענה *hinnáh* ככש *ehibbéſch* למר *limmádh.* δαμάζω. GAL.Dompter du tout,vaincre.ITA. *Domare.* GERM. Wol demmen vnd paſchgen.HISP.*Domare*,ANGL.*To mak very tame,to ſubdue vterlie.*} *Cic.pro Sylla*, Improbi ac perditi ciues edomiti atque victi. *Idē de Fato*,Scribunt vitioſam naturam ab eo ſic edomitam,& compreſſam eſſe doctrina,vt,&c.*Horat.*4.*Carm. Ode* 5. Mos & lex maculoſum edomuit nefas.[*Ouid.*4.*Faſtor.*Edomito ſuſtulit orbe caput.(Roma.)]

ĒDŌN , ὁδὼν, *teſte Seruio* , Mons eſt Thraciæ , aut certè,Macedoniæ quæ Thraciæ proxima eſt, qui à *Plinio lib.*4.*cap.*11. appellatur Edonus.

Ēdōnĭi,vel Edoni,pen.longa(apud Græcos enim per ω ſcribitur)Populi Edoni monti vicini.*Horat.lib.*2. *carm.* Non ego ſanius Bacchabor Edonis:recepto Dulce mihi furere eſt amico.

Ēdōnĭus,& Edonus,adiectiua:idem ſignificant quod Thracius *Virg.*12. *Æn.*Ac velut Edoni Boreæ quum ſpiritus alto inſonat Ægæo. Ad hunc etiam modum *Statius* dixit Edonas hyemes, pro frigore acerrimo,quale eſt in finibus Thraciæ.

Ē DŌNĬDĔS,ὀδωνίδες,Mulieres bacchantes,quæ furore diuino agitatæ,myſteria Bacchi celebrabant.GERM.Vnſinnige weiber welche dem Baccho ſeine faſt hielten.}Variis autem nominibus appellabantur:nam Euantes,& Thyades,& Mimallonides,& Mænades,& Buſſarides dictæ ſũt. De his *Ouidius*,Protinus in ſyluis matres Edonidas omnes, Quæ videre nefas,torta radice ligauit.

Ēdōnis,idis,ὀδωνὶς,Ciuitas Phrygiæ , Cimmeriorum olim ſedes,poſtea Antandros dicta.*Steph.*

Ēdŏr,Ab antiquis appellatum fuit far, quod poſtea ador vocauerunt, *teſte Feſto* Dictum ab edendo,eo quòd pop. Romanus trecentis propemodum annis ex omni frumenti genere ſolo farre vſus fuerit,vt *ex Verrij ſententia refert Plinius li.*18 *cap.*7.

Ēdormĭo,is,Dormio ad ſatietatem.{נרדם *nirdám.*καταπονέομαι, ἀκαιρέομαι. GAL.Se dormir tout à fait,en dormant paracheuer à digerer, ITA.*Dormire à ſatieta.* GER.Außſchlaffen.HIS.*Acabar de dormir.* AN. *To ſleep out ſurfeites,to ſleep.*} *Cici.*4.*Academ.* Quúmque edormiuerunt,illa viſa quàm leuia fuerint intelligunt.¶Edormire *vinum*, ſiue crapulam,eſt dormiendo conficere,& concoquere. *Cicer.*2. *Philipp.* Edormi crapulam,inquam,& exhala.*Gellius libro* 6.*c.*10.Eóſque ibi ſedere atque operiri propè ad meridiem, donec diſcipuli nocturnum omne vinum edormiant.

Ēdormĭſco,ſcis,Edormio. *Plaut.in Amph.*-pauliſper mane Dum edormiſcat vnum ſomnum,quæ ne vigilans ſomniat. *Idem Rud.* Quin abeo hinc in Veneris fanum,vt edormiſcam hanc crapulam?*Teren.Adelph.*-interea in angulum

Aliquò abeam atque edormiſcam hoc villi.

Ēdūco,cis,penult product.eduxi,eductum,Extra duco.{הוציא *hotsí.* ἐξάγω.GA.Mener hors,tirer hors.ITA.*Menar fuori.*GER.Außhin ziehen oder furen.HIS.*Sacar à fuera guiando.*ANG.*To lead or bringe forthe.*} *Pl. Amphitr.*Conti à Telebœæ ex oppido legiones educunt ſuas. *Liuius libro* 1.In aciem copias eduxit.*Virgilius* pro extraho poſuit *lib.*10. Eduxit corpore telum.

[¶Educere pro ebibere: *Plautus Amphitr.*Eam ego, vt matre fuerat natum vini eduxi meri.*Ouidius* 13. *Metam.* Nec valuere manus infixum educere telum,Expulit ipſe cruor. *Senec. cap* 22. *de Conſol. ad Marc.* Educere prædam è faucibus luporum. ¶Educere è domo ius.]¶ Aliquando eſt erigere.*Idem.lib.*6.-arámque ſepulchri Congerere arboribus,cœlóque educere certant: hoc eſt , erigere vſque ad cælum.

¶Aliquando nutrire,ἀνάγειν. *Terent.in Adelph.*Inde ego hunc maiorem adoptaui mihi,eduxi à paruulo,habui,amaui pro meo.

*Eductus diſciplina,pro educatus & inſtitutus.*Tacit.li.*5.Caſſius plebei Romæ generis,verùm antiqui,honoratíque,& ſeuera patris diſciplina eductus,facilitate ſæpius quàm induſtria commendabatur.

¶Educere,verbum eſt forenſe,*apud Ciceronem quinta in Verrem*,Aditum eſt ad Metellum,eductus eſt Apronius, eduxit eũ primarius C. Gallius Senatotor è L. Metello, vt ex edicto ſuo iudicium daret in Apronium,quod per vim ac metum abſtuliſſet.*Budæus.*

Ēdūco,as,are,penult. corrept.Nutrire.{גדל *giddél* אמן *amán.* ἀνατρέφω, ἀνάγειν.GAL.Nourrir,eleuer.ITA.*Nutrire,alleuare.* GER. Außerziehen/ ernehren.HISP.*Criar,mantener,gouuernar.*AN.*To norishe or bring vp.*} *Varr.de lib.educ.*Educit enim obſtetrix,educat nutrix, inſtituit pedagogus.*Liu.*2.*ab Vrbe*,Pauperes ſatis ſtipendij pendere,ſi liberos educent.[*Plaut.Men ſc.*1.*a.*1 Illic homo homines non alit , verum educat.*Plaut.Men.ſc.*5.*a.* 5. Meo cibo & ſumptu eſt educatus paraſitus. Benè pudicéque à puero puer mecum educatus. *Plautus Capt.ſc.*3. *a.*5.]

Ēdūcātus,a,um,participium.{מגדל *meguddál.*ἐκτραφείς,ἐκπαιδευθείς.GAL. Nourri,eſleué.ITA.*Nodrito.* GERM. Außerzogen vnd ernehret. HISP. *Criado.*ANG.*Nourished,broght vp.*}*Cicero* 3.*de Finib.*Quis autem honeſta in familia inſtitutus,& educatus ingenuè,non ipſa turpitudine, etiamſi

etiamsi eum læsura non sit, offenditur? *Terent. in Adelph.* -vnà à pueris paruoli Sumus educati. *Educatus ad. *Cic. 5. Verr.* Atque ab Apronio, Iudices, homine in dedecore nato, ad turpitudinem educato. *Educatus in. *Cic. de Clar Ora.* Legimus epistolas Corneliæ matris Gracchorum: apparet filios non tam in gremio educatos, quàm in sermone matris.

Ēdūcātĭo, verbale, quod tam institutionem quàm nutritionem complectitur. Græci vocant παίδων ἀγωγὴν. {מהיה *michjáh.* GALLI. Nourriture. ITAL. *Educatione, creanza.* GERMA. Auffziehung vnd ernehrung. HISP. *Aquella creança de niños.* ANGL. *A bringing vp.*} *Quint. lib. 1. Institut.* Mollis, inquit, illa educatio quam indulgentiam vocamus, nervos omnes & mentis & corporis frangit. *Cic. 3. de Fin.* Atque etiam in bestiis vis naturæ inspici potest: quarum in fœtu & educatione laborem quum cernimus, naturæ ipsius vocem videmur audire. *Idem 5. de Finib.* Earum etiam rerum quas terra gignit, educatio quædam & perfectio est. [*Senec. e. 12. de Consol. ad Mart.* Ex educatione liberorum fructus & voluptates.]

Educatus, ūs, ui, Ipsa educatio. *Tertul. de Resur. car.* decessuro concubitu, & fœtu, & educatu.

Ēdūcātŏr, oris, Nutritor. {אמן *omén.* τροφεύς. GALLIG. Nourrisser. ITA. *Chi nutrisce, & da creanza.* GERM. Ein auffzicher vnd ernehrer. HIS. *El ayo que assi cria los niños.* ANGLI. *A nurisher, that bringeth vp.*} *Cicer. 2. de Nat. deor.* Omnium autem rerum quæ natura administrantur, seminator & sator, & parens (vt ita dicam) atque educator & alitor est mundus. *Idem pro Plancio.* Quis est nostrûm liberaliter educatus, cui non educatores, cui non magistri sui atque doctores, cui non locus ille mutus, vbi ipse altus aut doctus est, cum grata recordatione in mente versetur?

Ēdūcātrīx, fœm. gen. Nutrix. {אמנת *omméneth.* τροφὸς, ἡ. GA. Nourrisse. IT. *Donna che nodrisce.* GER. ein ernehrerin. HIS. *El ama que cria.* ANG. *She that bringeth vp, a nource.*} *Cic. 1. de Finib.* Earum rerum parens est, educatrixque sapientia.

Ēdūlco, as, are, Dulce facio. {המתיק *himtik.* γλυκάνω. GALL. Adoucir, faire doulx. ITAL. *Addolcire, far dolce.* GERM. Süß machen HISPA. *En dulcar o hazer algo dulce.* ANGL. *To make sweet.*} *Cn. Matius apud Nonium*, Quapropter edulcare conuenit vitam, curásque acerbas sensibus gubernare. [Hæc eadem verba à Gellio referuntur *capit* 25. *lib.* 15.

Edulis, vel Edulium, *Vide* in EDO, es.

EDVMAEI, ἐδουμαῖοι, vel ἰδουμαῖοι, Populi Arabici, *Steph.* Vide Edom & Idumæa.

Ēdūro, as, are, Durum efficio, & ad laborem assuefacio. [*Gell. cap. 1. lib. 14.*] {חקשה *hikschàh* חוק *chizzék.* σκληρόω, σκληραγωγῶ. GALLI. Endurcir, rendre dur. ITAL. *Indurare.* GER. Erherten. HIS. *Endurecer à alguna cosa.* ANG. *To make hard.*} *Columell. libr. 11. cap. 1.* Quare docendus, & à puericia rusticis operibus edurandus futurus villicus. Nunc legunt educandus.

Ēdūrārĕ, neutrum, pro perdurare. *Sen. de Breu. vita*, Aiunt animalibus tãtùm indulsisse naturam, vt quina aut dena secula edurent.

Ēdūrum, Non durum, quasi extra durum. [*Diomedes lib. 1.*] {Δύσκλητον. GAL. Mol, qui n'est point dur. ITAL. *Molle, non duro.* GERMAN. Nitt hart/weich. HISP. *Muelle y no duro.* ANG. *That is not hard, soft.*} Ibi enim (e) priuationem significat, vt in adiectiuo enodis. *Virgil. libr. 2. Georg.* -plantis eduræ coryli Nascuntur. Alij sic habent, Plantis & duræ. Vtranque lectionem Seruius agnoscit. *Plin. li. 14. c. 3.* In pergulis verò seruntur escariæ appellatæ, eduræ acinis, albæ, nigræque. ¶Interdum etiam edurum inuenimus, pro valde duro. *Virg. 4. Georg.* Edurámque pyrum, & spinos iam pruna ferentes. Vbi eduram pyrum, *teste Seruio*, vocat Poëta valde duram.

Ēdūrĕ, aduerbium, Dure, asperè. {ἀπεσκληκοτως, δυσπόρως. GAL. Fort rudement, rigoureusement. IT. *Duramente, rozzamente.* GE. Hartenlich. HI. *Muy duramente.* AN. *Very hardlie.*} *Ouid. 3. de Arte amand.* Nec tamen edurè quod petit ille, nega.

Ēdvsam, ab edendo dixerunt veteres deam quæ esui præerat, quemadmodum Potinam, quæ potui. *Autor Nonius.*

EDYIA, ἐδύη, *apud Hesiodum in Theogon.* Nymphæ nomen est, Oceani & Tethyos filiæ.

EDYME, Ἐδύμη. Vrbs Cariæ. *Steph.*

E ante E.

EAE, In notis antiquorum Eius ætas. E, est, Ens, vel Eius.

Ē ĕTĭŌN, onis, Ἠετίων. Pater fuit Andromaches, & socer Hectoris, qui apud Thebas Ciliciæ imperabat, *teste Homer. lib. 22 Iliad.* ¶Hinc deducitur adiectiuum Eetioneus, Ἠετιονεύς. *Ouid. 12. Met.* Eëtioneas impleui sanguine Thebas.

Ē ĕTĭŌNĒ Ă, Ἠετιώνεια, Alterum ex Piræi promontoriis. *Steph.*

E ante F.

Ēffārcĭo, is, effarci, effartum, Maximè impleo. {מלא *millé.* ἐμπλήσω. GAL. Farcir & remplir. IT. *Empir bene.* GE. Voll schoppen/auffullen. H. *Hincir mucho.* AN. *To fill, to stuff hard.*} *Cæsar. li. 7. de bel. Gal.* Hæc autem quæ diximus, interualla, grandibus in fronte saxis effarciuntur. [*Plau. Most. sc. 1. a. 1.* Bibite, este, effercite vos, ab effercio.]

Effartus, a, um, *Plau. Capt. sc 1. a. 3.* Dies effartus fame.

Ēffārī, Eloqui. {דבר אמר *dibbér amár.* ἐκφέρειν, ἀποφαίνειν. GA. Dire & parler, proferer. IT. *Parlare, proferire.* GERM. Außsprechen/herauß reden. HI. *Hablar esparzidamente.* ANG. *To speak and vtter.*} *Liuius 3. ab Vrbe*, Fœdus, multisque id verbis quæ longo effata carmine non operę est referre, peragit. *Cic. pro domo sua.* Neque verbum vllum solenne potuit effari. *Virg. 2. Æneï.* -sic ore effata recepit Ad seſe, & sacra longæuum in sede locauit. ¶Effari etiam Augures dicebantur, quum vltimas augurij sui preces proferebant. Vnde effata, sunt vltimæ precationes Augurum, quas post fines auspiciorum extra vrbem effabantur, *vt Varro & Seruius aiunt. Cic. 1. de Legib.* Alterum quod interpretatur fatidicorum & vatum effata incognita. ¶Effari templum. *Cic. ad Att. li. 13.* Opinor Augures nihil habere ad templum effandum.

[In hanc sententiam, *Liu. lib. 10. ab Vrb.* farum, id est, locus templo effatus.] ¶Effari precationes dicitur sacerdos sacris operans, cui chorus respondet, Amen.

Ēffātŭs ager. *Seruius in illud 6. Æne.* -sic effatus vestigia pressit. Propriè inquit, effata sunt Augurũ preces. Vnde ager post pomeria, vbi captabantur auguria, dicebatur effatus. [*Gell. c. 14. lib. 13.* Pomerium locus est intra agrum effatum. *Ibidem*, Effari vrbis fines.]

Ēffātum, pronuntiatum, enuntiatio. {דברה *dabberáh.* *Cicer. 4. Acad.* Nempe fundamentum dialecticæ est, quicquid enuntietur (id autem appellant ἀξίωμα, quod est quasi effatum) aut verum esse aut falsum.

Ēffābĭlis, le, adiect. Dictu effabilis ῥητὸς. *Virg. 3. Æn.* Nec visu facilis, nec dictu effabilis vlli. De Polyphemo. ¶Locus Virgilij alias affabilis non effabilis. *Apul. in Apol.* vbi de Deo, Nec vlla vice comprehensus eóque paucis cogitabilis, nemini effabilis.

Ēffāscĭno, as, Fascino. {בשף *chtschschéph.* κατανεύω. GALL. Enforceler. ITAL. *Ammuliare.* GERMAN. Verzauberen. HISPA. *Aojar, encantar, ò quitar elseso.* ANGL. *To bewitche.*} *Solinus*, Quædam in terra Africa hominum familiæ sunt, voce atque lingua effascinantes, quæ si impensius fortè laudauerint pulchras arbores, segetes lætiores, infantes amœniores, egregios equos, pecudes, cultu atque pastu opimas, emoriantur repentè. Est itaque effascinare nihil aliud quàm noxio visu, & fictis laudationibus exitium afferre. [*Plin. natural. hist. lib. 7. cap. 2. Apud Gellium cap. 4. lib. 9.* refert esse quasdam in terra Africa familias hominum voce & lingua effascinantium. [*Plin. e. 4. lib. 7.* refert ex *Cic.* mares fœminásque omnes quæ duplices habent pupillas oculis fascinum circunferre, vel, vt loquitur *Gell. c. 4. lib. 9.* interimere videndo.] refert ex Cicerone mulieres omnes, quæ duplices habent pupillas oculis fascinum circunferre.

Ēffāscĭnātĭo, verbale. {בשף *chaschàph.* κατηγορήσεις, βασκανία. GA. Ensorcellement. IT. *Ammaliamento.* GER. Verzauberung. HI. *Aoindurà.* ANG. *A bewitching, a charme.*} *Pli. li. 37. c. 10.* Eam contra effascinationes auxiliari volunt.

Ēffāxĭllo, as, ab axilla fit, & significat exeto, quòd exerto brachio axilla ostendatur. *Festus.*

[Efferre pedem porta. *Suet. in Tib. cap. 38.*]

Ēffĕro, penult. corrept. effers, Extra fero. {נשא *naśá* ἐκφέρω. GAL. Porter hors, leuer, enleuer. ITAL. *Portar fuori in alzare.* GERMA. Außs in trägen. HIS. *Sacar afuera, ensalçar.* ANG. *To bring forth, to lift vp.*} *Plautus in Amphitr.* Sed vide efferantur ex nauibus. [Clamorem vtrinque efferunt. (id est, tollunt) *Plau. Amph. sc. 1. a. 1.* Ite, efferte lora. *Plaut. Capt sc. 4. a. 3.* Efferte mihi intus clauem laconicam. *Plau. Mostell. sc. 1 i a. 2.* (de morte) vtinam sic efferamur. *Plaut. Asin. sc. 3. a. 3.* Cædunt illum (agnum) conduxi. E. Loces efferundum, Nam mortuus est. *Plaut. Aul. sc. 5. a. 1.*] *Terentius in Adelphis*, Nunquidnam effert? occidi. ¶Efferre pedem, idem quod egredi. *Plaut. in Bacch.* Nego tibi annis fuisse viginti primis copiam, pedem vt efferres ex ædibus. *Virgil. lib. 2.* Méne efferre pedem genitor? ¶Hinc efferri cadauer dicitur, quum celebratur funus, vel dum sepelitur, quasi extrà vrbem ferri, κομίζεσθαι, ἐκκομίζεσθαι, ἐκφέρεσθαι, κηδεύεσθαι. Siquidem apud veteres solebant extra vrbem sepeliri, nisi qui gessissent magistratus: honestiores tamen circa vias. Vnde frequenter epitaphia ad viatores diriguntur. *Liu.* Depugnabunt pro te ipsi, ac motientur, ac se vltrò efferent. *Idem 2. ab Vrb.* Nihil aliud ad eum nuntium à proposito auersus, quàm vt cadauer efferri iuberet.

[*Senec. cap. 23. de Consol ad Mart. & cap 16. ad Heluiam.* Efferre filios (mortuos) (id, est, amittere.) *Ouid. Eleg. 8. lib. 1. Trist.* Siue per ingenuas aliquis caput extulit artes. *Tibull. lib. 4.* Splendidior liquidis cum Sol caput extulit vndis. Item Efferre virum naufragum (Suprà euehere è mari ad sepulturam.) *Senec. cap. 17. de Conf. ad Helu.* Corpus efferri, capite velato, (contra morem) *Vellcius.* Eripere æde Deam raptámque efferre per hostes. *Ouid. 13. Metam.* Ne corpus pedem efferat sine custode. *Plaut. Capt. sc. 3. a. 2.*]

¶Interdum Efferre, est prouehere, exaltare. ἐξάγειν. *Virgilius*, Extulit hæc Decios, Marios, magnósque Camillos. ¶Interdum laudare, ἐξαγειν διὰ μνήμης. quanuis ad idem reduci possit: nam quem laudamus, quodammodo ab inferiori & humiliori gradu ad summam dignitatẽ euehimus. ¶Nonnunquam etiam accipitur pro extollere, siue in altum leuare. *Virg. 3. Æneid.* Ostendit dextram insurgens Entellus, & altè Extulit: id est, in altum leuauit.

¶Interdum proferre, vt apud eundem, Vt belli signum Laurenti Turnus ab arce Extulit. ¶Interdum eleuare, minuereq;, quasi extra ferre, hoc est, euacuare. *Cicero de Orator.* Illa autem quæ aut conciliationis causa leniter, aut permotionis vehementer aguntur, contrariis commotionibus efferenda sunt, vt odio, benevolentia, misericordia, inuidia tollantur.

¶Aliquando etiã accipitur efferre pro diuulgare, & manifestum facere. *Terentius in Phorm.* Vides tuum peccatum elatum esse foras, Neque iam id celare posse te vxorem tuam. ¶Efferre sæpe ponitur pro afficere. *Cic. de fin.* Si vincunt, efferunt se lætitia, victi debilitantur animósque remittunt.

Ēlātŭs, particip. Sublatus. {נשא *nissá.* ἐξαρθείς, ὑπαρθείς. GA. Haut esleué. IT. *Alto, eleuato* GE. Erhebt. HI. *Alto, ensalçado.* AN. *Lifted vp.*} *Liuius 7. ab Vrb.* Coruus è conspectu elatus, Orientem petit.

Ēlātŭs, adiectiuum, Superbus, arrogans, inflatus. {גבוה *gabbáh.* ὑπερφρονητικὸς, μετεώρος, ὑπερφυὴς. GALL. Superbe, esleué, hautain, enflé d'orgueil. ITAL. *Superbo, arrogante, gonfio.* GERMA. Stoltz/oder hochtragen. HISP. *Soberuio.* ANG. *Leftie, high, haultie.*} *Cicero de lege Agrar. Orator secundo*, Quibus illi rebus elati & inflati, &c. Elatus arrogantia, superbia, insolentia, *Cæsar 3. bell. Ciuil.*

Ēlātē, aduerbium, Superbè, arroganter, altè, alta voce. {ὑπερηφάνως, ἀλαζονικῶς. GAL. Hautement, hautainement, orgueilleusement. ITA. *Altamente, grauamente, superbamente.* GERM. Hochtragentlich/prechtlich. HI. *Soberuiamente, altiuiamente.* ANG. *Loftily, haultily proud y.*} *Cicer. in Orat.* Ita fit, vt Demosthenes certè possit summisse dicere: elatè Lysias fortasse non possit.

*Elatio, onis, Verb. ὑπαρσις. vt, Elatio animi, pro nimia lætitia. *Cic. 4. Tusc.* Elatio atque altitudo orationis alicuius. *Cic. de Clar. Orat.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

[Effertus,a,um:(id est pinguis,plenus) vnde Effertissimus, a,um: *Pl. Asin. sc.2.a.2.* maximas opulentiates,gaudióque effertissimas pariet. Ab effercio,is,ci,tum.GALLIC.Farcir,Remplir.]

Efferus, a,um,penult. corrept. Valde ferus, crudelis. {אכזר *achzár.* ὠμός,ἀπάνθρωπος.GAL.Cruel,forcené,feroce & agreste.ITA. *Crudele.* GERM. Ganz grimmig vnd grausam.HISP.*Brauo y cruel.* ANG.*Cruell, woode, madde.*}*Seneca in Hippolyto,* Laniatu effero dispersa membra. *Virg* 8. *Æneid.*-simul omne tumultu Coniurat trepido Latium, sæuítque iuuentus Effera.*Idem* 10.*Æneid.*-vbi nunc Mezentius acer,& illa Effera vis animi?

[Efferatior,& efferatius:*ἀγριώτερος. Gell.cap.1.lib.20.* Quid enim videri potest efferatius:quid ab hominis ingenio diuersius,quàm &c.]

Efféro,as,pen.corr.Efferum,& crudelem facio,feritatem induco, ferum reddo. {*ἀγριόω,ἀπανθρωπόω.* GALLIC. Rendre feroce & cruel comme vne beste,faire sauuage.ITAL.*Incrudelire.*GER.Grimm machen. HIS. *Embrauecer.* ANG. *To make woode,cruell.*} *Liuius lib.2.* Oblita erat squalore vestis, fœdior corporis habitus pallore ac macie peremptis:ad hæc promissa barba & capilli efferauerant speciem oris. *Lactant. libro tertio,* Nam si homo ad aspectum alterius hominis efferaretur, quod facere videmus animantes, quarum natura soliuaga est,nulla esset hominum societas.*Plin.lib.10.cap.63.* Fœminæ sues in tantum efferantur,vt hominem lacerent. *Cicero primo de Nat.deor.* Equidem arbitror multas esse gentes sic immanitate efferatas,vt apud eas nulla suspicio deorum sit. *Liu. 4. bel. Mac.* Linguam tantùm Græcorum habent,sicut speciem hominum: moribus & ritibus efferationibus quàm vlli Barbari, imò quàm rapacissimæ belluæ vtantur.

*Efferari dicitur terra,Id est vastari.*Cic.de Natur. deor.* Quid iam de hominum genere dicam, qui quasi cultores terræ constituti non patiuntur eam nec immanitate belluarum efferari, nec stirpium asperitate vastari?

Efferuéo,es, efferbui,vel Efferuo, is, efferui, est vehementer feruere,ebullire. {רתח *ritt'ách.*ἐκζέω,ἐκχυσιοῦμαι.GAL.Bouillir iusques par dessus,& iusques à respandre.ITA. *Bollire.* GER. Sieden/ das es oben auß hin wallet HISP.*Heruer.* ANG.*To boyle ouer.*}*Virg.lib.1. Georgic.* quoties Cyclopum efferuere in agros Vidimus vndantem ruptis fornacibus Ætnam.*Ibidem lib.4.*

Efferuens & efferuentior. *Gell. lib. 2. cap.27.* Lætitia dicitur exultatio quædam animi cum gaudio efferuentiore.

Efferuéfco,Ebullio,æstu exundo. {ANG. *To boyle ouer,to be hoate or chafed.*}*Col lib.12.c.25.* Vt in efferuescendo vinum se bene purget. ¶Per metaphoram accipitur pro vehementer commoueri. *Cic. pro Plancio,* Campus atque illæ vndæ comitiorũ,vt mare profundum, & immensum, sic efferuescunt quodam quasi æstu. ¶Nonnunquam etiam pro erumpere.*Cic.de Prouin.* Consularibus, Totúmque Pontum armatum efferuescentem in Asiam,atque erumpentem ægrè repulsũ, & coercitibus intercluſum suis sustinerent.

¶Efferuescere significat ardore animi excitari: aut quum homo ita excandescit,)(Deferuescere. *Vlpian.in l.quis sit fugitiuus §. idem ait, de adil.edict* Si autem in hoc tantum latuissent, quod iracundia dominorum efferuesceret Hoc ideò adscripsi, quòd *Accurs.* efferuescere,id est,humiliaret,interpretatus est.[*Senec.cap.8.de Consol. ad Mart.* Efferuescens contra remedia dolor.]

Efficax, *Vide* EFFICIO.

Efficio penul.corr.Perficio,faciendo assequor,præsto. {עשה פעל *phaʃáh pahál.*διαπράττω.GALL. Parfaire & paracheuer,faire,accomplir,mettre en effect.IT.*Finire,far con effetto.*GE. Derschaffen/zu wegen bringen. HISPAN.*Acabar de hazer obra.*ANG.*To accomplish,to bring to effect,to dooe.*}*Terentius in Andr.* Quid est quod tibi mea ars efficere hoc possit amplius? *Plautus in Pseud.* Neque hoc opus quod ego volui, ego hodie efficiam. ¶Pro eodem, Effectum reddere. *Terent. in Andr.* Hoc ego profectò tibi effectum reddam. [*Ouid* 13. *Metam.* Qui licet eloquio Nestora vincas, Haud tamen efficies desertum vt Nestora crimen Esse reor nullum.*Ouid.Eleg.1.lib 5.Trist.* Efficio(canendo)tacitum ne mihi funus ear.*Plaut. Pseud.sc.* 8.*a.*4. Viginti minas promisi si effecissem(sup.quod ipse promiserat.) *Pl. Aul.sc.5.a.4.* Vt istuc quod oras efficiam tibi. *Plaut.Asin.sc.1 a.1.* Si id hodie effeceris, (id est,inueneris pecuniam,& surripueris alienam.)*Ibid sc.4.a.* 4. Vt opus sibi locatum efficerer. *Plaut. Asin. sc 3.a.3.* Certum est in me eadem quæ tu in me facis(de violenta morte.) *Plau Curc. sc.3.a.2.* Laudo. C. laudato,quando id quod cupis effecero.*Ibid.sc.1.a.3.* Ego hoc effectum lepide tibi tradam.*Plaut.Pseud.sc.3.a.1.* Qui imperata effecta.*Plaut.sc. 5.a.1.* Effectum hoc vtrumque reddam.*Ibid. sc.2. a.5.* Effecta reddidi quæ dixi tibi.*Idem Men.sc. vlt.a.* 5. Vtinam efficere quod pollicitus, possies Inde effectũ, id est,ex præda collectum.*Liu.l.5.d.4.*]

*Efficitur,Impersonale. *Cic.4.Academ.* Rationes omnes descripserit eas,quibus efficitur multis partibus solem maiorem esse quàm terrã, &c Id est,argumento probatur.*Effexis pro effeceris.Antiquum,quo vtitur *Plautus in Casin.*-at blandè orato,vt soles: sed audin' si Effexis hoc,ego soleas tibi dabo, & annulum in digito aureum.[Effectiua ars.*Quintil.*]

Efficiens,entis,Conficiens,quod efficit.*Cic.Topic.* Efficiens causa,aliter conficiens. *Item in Offic.* Cyr. naici virtutem censuerunt esse laudandam,quòd efficiens esset voluptatis.

Efficientia, æ,Vis efficiendi. {כוח *cóach.*ἐνέργεια,ἐνέργημα.GAL. Vertu & pouuoir de faire quelque chose, effect. ITA. *Virtu & potentia di far qualche cosa. effetto.* GERM Wirckung/oder vermögung etwas zu thun. HISPANIC. *La obra de hazer alguna cosa.effetto.*ANG. *The vertue or power to do.* } *Cicero libro 2. de Natura deorum,* Aspexisséntque Solem, eiúsque cùm magnitudinem, pulchritudinémque, tum etiam efficientiam cognouissent,quòd is diem efficeret toto cælo luce diffusa.

Efficiénter, aduerbium, {ἐνεργητικῶς,ἐνεργῶς. GALL. En faisant, par effet, effectiuement.ITAL.*Con effetto.*GERM.Wurcklichen.HIS. *Con effetto.* ANGLIC.*By effect,by doing.*} *Cicero de Fato,* Non sic causa intelligi debet,vt quod cuique antecedat,idem causa sit:sed quod cuique efficienter antecedat.

Effectus,us,nomen.{מפעל *miphbál.*ἀποτέλεσμα,ἐνέργημα GAL.Effect. ITA. *Effetto.*GERMAN. Wurckung/der ausgang eines dings. HISP. *Effetto.* ANG.*The effect.*}*Plin in Paneg.* Perge modo Cæsar,& vim effectúmq; censuræ tuæ propositum,tui actus obtineant.[in actu non in effectu posita est.*Quintil.*motus sine effectu.*Liu.4.d* 4.] ¶Effectus est id quod aut verum aut falsum sit rebus sumptis.*Cic.4 Arad* Sunt qui putant effectum & officium animi habitibus esse propriissimam differẽtiam: vt quemadmodum differentia hominis est rationale:ita sit differentia ipsius iustitiæ,Suum cuique tribuere:ipsius temperantiæ, frugaliter viuere. Legis virtus, siue officium est imperare,vetare,punire, permittere,leg.legis virtus de Legibus.

Effector,{עשה פעל *phoʃéh pohél.*ποιητὴς δημιουργός.GALL. Faiseur, ouurier, qui fait quelque chose. ITAL. *Chi fa qualche cosa.* GERM. Ein verrichter/wurcker. HISP. *El que acaba de hazer alguna cosa.* ANG. *A worker,or maker.*}*Cicero de Diuin.* Magna illutitia est earum rerum duos facere effectores.

Effectrix,עשה פעלת *poʃéleth.* ποιήτειρα, δημιουργός. GALL.Celle qui fait & est cause de quelque chose. ITA. *Dona che fa,ò é causa di qualche opera.*GER.Die etwas thut/vnd in das werck bringt.HIS. *La que acaba de hazer la obra.*ANG.*She that maketh or bringeth to passe.*} *Cic. libro de Finibus,* Amicitiæ non modò fautrices fidelissimæ, sed etiam effectrices sunt voluptatum tam amicis quàm sibi.

Effectio, {מעשה פעלה *maʃaséh pehulláh.* ποίησις, ἐνέργημα, δημιουργία. GAL. facture, ouurage. ITA. *Operatione, fattura.*GERM. Machung/ werckung.HISP.*El cabo de aquella obra,hechura.* ANGL. *A bringing to effect.* } *Cicero 3.de Finiũ.*Effectio artis.*Ibidem,* Sic recta effectio, κατόρθωσιν ita appello.

Efficax,acis,Quod ad agendum aliquid vim habet,ac maximè cõducit, quod multũ habet efficacitatis.{חזק *chazák.*ἐνεργὴς,δυνὰτος. G.Efficace, qui a force & vertu à faire quelque chose.IT.*Efficace,potente ad una impresa.*GER.Kreffftig HI.*Cosa effectiua,ò que tiene efficacia.*AN.*That hath power to doce,effectuall.*}*Pli.l.24.c.* 15. Efficacib.docuit exemplis nõ maria plus temarata cõferre mercatori,quàm sedulum ruris larẽ. *Ibidem,* Aduersus serpẽtes,ac priuatim aspides, ex aceto pota efficax. *Cæsius ad Ciceronem,* Nosti Marcellũ, quàm tardus, & parum efficax sit.Hoc est,promptus & paratus,dũ res expostulat.* Efficax ad.*Plin.in Paneg.* Vtrũ sit efficacius ad rectè viuendũ bene institui,aut fœliciter nasci. ¶[*Senec.cap.8.de Consol.ad Mart.*Efficacissimum fœtoreiæ mitigandæ tempus est. *Et Sueton.in Othon.cap.2.* Quo efficacius eam celarer, diligere simulauit.]

Efficácia, Id est,vis efficiendi. {כוח *cóach.*ἐνέργεια. ANG. *Force,strenth, vertue* }*Plin.libro 11.capite 5.* Quos efficaciæ industriæque tantæ comparemus neruos?

Efficácitas,efficacia.{ANG.*Force,strenth.*}*Cic.4.Tusc.* Itémque viribus corporis & neruis, & efficacitati,similes,similibúsque verbis animi nominantur. *Qu. Cicero de Petit. consul.* Qui tantum habet audaciæ, tantum nequitiæ, tantum denique in libidine artis, & efficacitatis, vt,&c.

Efficácitér,aduerbium {ἐνεργητικῶς,ἐνεργῶς.GAL.Auec effect. ITAL.*Efficacemente, con effetto.*GERM.Kreffigtlich.HIS.*Efficazemente.* ANG.*Effectuallie,with effect.*} *Plin.lib.28.c* 51. Capitis vlcera manantia, vtina tauri efficaciter sanat. *Idem 18.cap. 6.* Id efficacissimè contingit,germinantis ramis baculo decussis.

Effígies,ei,Signũ ad alterius viuam similitudinem, verámq; imaginem factum,tam in picturis quàm in sculpturis.*Valla libro 5.*{תמונה *temunáh* סמל *semel.*εἰκὼν,ἐνεργεία,εἰκὼν,ἐνεργάζομαι.GA. Image,semblance,pourtraict fait sur le vif,phantosme. ITA. *Effigie, sembianza.* GERM.Ein bildnuß von einer anderen abgemacht/ein ebenbild. HISP.*Imagen ò semejança.* ANG.*The forme or shape of a thing.*}*Plin.lib.10.cap.44.* Vnde origo fabulæ,Diomedis socios in earum effigies mutatos. [*Sen.cap.24. de consol.ad Mart.* Imago & effigies filij tantũ petit, (id est,corpus.) *Oui.Eleg.6.lib.1.Trist.* Effigiémq; meam fuluo complexus in auro. (id est,in annulo)suprà, in imagine. Item pro vmbra,siue anima. Nec defuit vir prætorius qui se effigiem cremati euntem in cælum vidisse iurasset.]

¶Effigies humanitatis & probitatis patris filius. *apud Cic. lib.2.de Finib.* ¶Dicitur etiam Effigia.*Plaut.in Rud.* Veneris effigia hæc quidem est.

Effigiátus,Figuratus,*εἰκονισμένος. *Apuleius in Apologia* 1. Aut quid sibi statuæ & imagines variis artibus effigiatæ volunt?id est,expressæ.

Effígio,as,Ad effigiem formo,{יצר *jatsár* תאר *teér.*εἰκονίζω.G.Figurer. ITA. *Figurare.*GERMA.Abbilden/nach eines anderen bildtnuß gestalten. HISP.*Hazer la imagen de alguno.* ANG.*To drawe or mak the shape of a thing.*}*Aug.lib.7.de Ciuit.usus est.*

Effingo,Est effigiem rei alicuius ad viuum exprimo,vel ad alterius formam fingo, & qualem volo fingendo formam repræsento,exprimo. {יצר *jatsár* תאר *teér.*διατυπῶ,ἀπεικάζω, κτπμοδομῶ. GAL. Tailler ou pourtraire, ou autrement exprimer & representer au vif, faire à la semblance.ITA.*Figurare,retirare.*GERM. Nachbilden/abmachen/ oder nachmachen. HISP. *Debuxar,hazar la imagen de alguno.*ANGLIC.*To make lyke,to deuise the likneſſe.*}*Cicero 1. Tusculan.* Quæ porrò tam immensa magnitudo quæ illa multa possit effingere? Quint. Nã mihi videtur M.Tullius,quùm se totum ad imitationem Græcorũ contulisset,effinxisse vim Demosthenis,copiam Platonis, iucunditatem Isocratis.*Vide plura apud Vallam libro 5.capite 46.*

Effictũs,participium,Expressus.{נוצר מחאר *notsár* מחאר *methoár.* ἐκμαγεῖον,ἀπεικασθείς, ἀπεικασθείς,ἀπεργασθείς.GAL. Representé,tiré au vif.ITA. *Rappresentato.* GERM. Nach einem anderen gestaltet oder gemachet. HISP. *Debuxado.* ANGL. *Drawen and made after the shape of another.* } *Cicero pro Roscio.*Etenim hæc conficta arbitror à Poetis, vt effictos nostros mores in alienis personis,expressámque imaginem nostram vitæ quotidianę videremus.

Effictio,onis.{יצר *jetsér.*διατύπωσις.ANGLIC. *An expreſsing or representing*}*ad Herenn.lib.4.* Effictio,est quũ exprimitur & effingitur verbis corporis cuiuspiam forma,quoad satis sit ad intelligendum.

*Effio,pen. pro. Fio, Perficior. *Plaut.Persa.* Vt fiant quorum opera hæc mihi facilia,factu facta sunt, Quæ volueris effieri.

Efflágito,as,Cum clamore,seu cum magna instantia flagito, magnopere postulo. {בקש שאל *schaál.*αἰτέω. GALLIC. Requerir instam-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

instamment,presser en demandant, demander à toute force. ITAL. *Domandare con instanza.* GERM. Trungenlich bitten / mit ernstlichen anhalten begären. HISP. *Demandar con importunidad.* ANG. *To request importunatlie* }*Virg.12. Æneid.* Ille simul fugiens, Rutulos simul increpat omnes, Nomine quenque vocans, notúmque efflagitat ensem.

efflagitasti quotidiano conuicio, vt libros quos *Quintil. ad Tryphon.* Efflagitasti quotidiano conuicio, vt libros quos de institutione oratoria scripseram, iam emittere inciperem.

Efflagitātŭs, us, nomen, Vehemens postulatio. {שְׁאֵלָה בקשה *bakkáscha* שְׁאֵלָה *scheeláh*. αἴτημα, ἐκλιτάρευσις. GAL. Requeste auec instance. ITA. *Diman da con instanza.* GER. Ein trungenliche bitt. HISP. *Demanda importuna. da con instanza.* GER. *Cic.7.Verr.* In iudicio coactu, atque ANG. *An importunat requesting.* } Cic. 7. Verr. In iudicio coactu, atque efflagitatu meo producere ad ignoros, &c.

Efflagitatĭo, onis, idem. *Cic. ad Brut.* Quia neminem magis decet quàm te Remp. amare, libertatísque defensórem esse, vel ingenio, vel rebus gestis, vel studio atque efflagitatione omnium.

Efflĕo, es, ere, Flendo consumere. { ἐκδακρύω, ἀποκλαίω. GALL. Pleurer iusques à perdre les yeux ITA. *Consumar piangendo.* GERMAN. Mitt iuruques à perdre les yeux ITA. *Consumar piangendo.* GERMAN. Mitt weynen verzehren/ auſgrynen. HIS. *Plorar demasiado, perdre ejos de mu cho lloro.* ANG. *To weepe vehementlie.* } Vnde Efflere oculos dixit *Quin. lib. 6. Declamat.* pro nimio fletu se excæcare: Audita (*inquit*) mea calamitate rari vxor exempli, & prorsus talis filij mater effleuit oculos.

Efflĭgo, gis, penult. prod. efflixi, efflictum, idem significat quod Affligere. {קָנַח קנח *hinnáh*. GAL. Perdre & gaster, traiter mal, vexer & tormenter. ITA. *Affligere.* GER. Plagen. HISP. *Mucho affligir.* ANG. *To afflict, to torment.* } *Plaut in Asin. sc.2.a.4.* Quam tu propediem (nisi quidem illa autè occupassit te) effliges scio. *Idem Cistell.* Et equidem hercle perdam te tertiò, omnes efflixero.

Efflictim, aduerbium, pro valdè & vehementer. {σφοδρῶς. GAL. Ardemment, iusques au mourir. ITA. *Ardentemente, fin' à morte.* GERM. Hefftig/ inmitlich. HISP. *Mucho y con passion.* ANG. *Vehementlie, greatlie.* } *Plaut. in Amphit.* Sic efflictim amare perinde vt hic te efflictim deperit. *Nauius in Corollaria*, Nolo ego hanc te efflictim amare, diu viuat volo, vt mihi prodesse possit.

Efflo, as, Flatu abigo, expiro, emitto, ago. {נשׁב *nischschéb.* ἐκπνεύω. GAL. Ietter hors en soufflant, souffler hors. ITA. *Cacciare col fiato.* GERM. Außhin blaasen. HISP. *Soplar à fuera, exear con el soplo.* ANG. *To blowe out or away.* } *Varro lib.1.de Re rustica*, Præterea quòd ab sole toto die illustratur, salubrior est, quod est bestiolæ, si quæ propè nascuntur, aut inseruntur, aut efflantur, aut aritudine citò pereunt.

¶Inde efflare animam, ἐκπνεῖν, dicimus pro mori. *Cic. pro Mil.* Quem pridie hora tertia animam efflantem reliquisset. [*Gell. cap.15. lib.3.* Efflare animum. *Quintilian.* Efflāda est anima inter discrimina dentium. *Item Ouid.5. Fast.* Dum loquitur, vernas efflat ab ore rosas. *Suet. in Aug. c.99.* Vnum autem antè efflatam animam signum alienæ mentis ostendit.]

Efflŏrĕsco, is, Valde floreo: & per translationem vigeo, excello. {חָנִין חנין *henits.* ἐξανθέω. GAL. Fleurir, produire sa fleur, croistre. ITA. *Fiorire grandemente.* GERM. Blühen / in grosse achtung ausstommen. HISPAN. *Mucho florecer.* ANG. *To florish greatlie, to be lustie.* } *Cic. in Lalio*, Quæ tamen effloresc it amicitia, etiamsi tu eam minus sequutus sis.

Efflŭo, Extra fluo, effundor, elabor, excido, emano, abeo. {נוֹל נזל *nazál* ἀποῤῥέω, ἐκρέω. GAL. Couler hors, s'escouler. ITA. *Spargersi fuori.* GERM. Außfliessen/ ausstrinnen. HISP. *Correr lo liquido à fuera.* ANGL. *To flowe or runne out, to be forgotten.* } *Cato de Re rust. cap.1.* Si habebis aquam, vinum effluet, aqua manebit. *Cic.2.Tuscul.* Num tu ingemuisse Epaminondam putas, quũ vnà cum sanguine vitam effluere sentiret? *Lactant. lib.1.* Siue igitur à Melisseo (sicut Dydimus tradidit) colendorum deorum ritus effluxit. [*Liuius lib.7.ab vrb.* Effluent lassitudine vires. *Senec. cap.9. de Tranquil.* Effluat libido, qua necesse est. *Catull. ad Ortalum*: Effluxisse tuo fore putes animo,]

¶Effluere, per translationem accipitur pro palàm fieri, siue diuulgari. *Terent. in Eunuch.* Vtrunque hoc falsum est, effluet, hoc est, non tacebitur, sed diuulgabitur. ¶Effluere etiam alicui dicitur, quod illi è memoria excidit. *Cic.2. de Fin.* Bona præterita non effluere sapienti, mala nemininisse non oportet.

Efflŭentĭa, æ, idem quod effluxus. {זוֹב זוב *zób.* ῥεῦσις. GAL. Escoulement. ITA. *Spandimento, spargimento.* GERM. Außstrinnung/ ausstauffung. HIS. *Aquella corrida.* ANG. *A flowing out, a running ouer.* } *Plin. lib.26 capit.* 10. Illita quoque radix genitalibus, inhibebit non solùm venerem, sed effluentiam genituræ.

Efflŭŭum, ŭij, Ipse effluendi actus. {ἔκρυσις, ὁ ἔκρους, ους. ANG. *A flowing out a running ouer.* } *Plin. lib. 7. cap.* 51. Profundi humoris è corpore effluuium. *Tacit. lib.12.* Quum & conuiuium effluuio lacus appositum magna formidine cunctos affecit: quia vis aquarum erumpens proxima trahebat, conuulsis vlterioribus, &c.

Effŏco, as, are, Suffoco. {חנק חנק *chanák* נקר *nakár.* πνίγω, ἄγχω. GALLIC. Suffoquer. ITA. *Suffocare.* GERM. Erstecken. HISP. *Ahogar.* ANGL. *To choke, to strangle.* } *Senec. de breui vita*, Aspice illos ad quorum fœlicitatem concurritur bonis suis effocantur.

Effŏdĭo, dis, penultima producta, Fodiẽdo eruo. {נקר *nakar.* κατασκάπτω, ἐκρύττω. GAL. Tirer hors en fouissant, deterrer, fouir, & creuser. ITA. *Far fosse, cauare.* GER. Außgraben/ herfür graben. HISP. *Cauar para sacar algo.* ANG. *To digge out.* } *Plaut. in Cas.* Ex sterquilinio effossa tua illæc præda est. *Idem in Pseud. sc.4.a.1.* Ex hoc sepulchro vetere viginti minas Effodiam ego hodie. * Effodere alicui oculos, pro confodere & excauare *Plaut. Trinumm.*, Oculum tibi effodiam, si verbum addideris. [Effodito mihi oculum persolum. *Plaut. Men. sc.2.a.1.* Effodere alicui oculos. *Senec. Epist.* 89. Metaphoricè. *Et Plaut. Capt. sc.1.a.3.* Huic dici oculos effodiam libens. *Item Plaut Capt. sc.1.a.3.* Effodere lapides pectonos quotidie. *Et Milit. sc.2.a.2.* Iuben' tibi oculos effodiri. *Idem Curc. sc.1.a.3.* Aula quassa cum cinere effossus oculus. *Ouid. Eleg.* 10. *lib.3. Trist.* Déque lacu fragiles effodiantur aquæ. Effodere aliquẽ defixum in angulo (exulem) *Senec. cap. 9. de Consol. ad Polyb.* Effossis domibus. *Cæs. lib.3. de bell. ciu.*] * Effodit illius memoria pectus meum. *Cic pro Marcello*, Omnium Marcellorum meum pectus memoria effodit. Id est grauissimum dolorem mihi infligit, quasi pectore penetrato, aperto & vulnerato.

Effœmĭnŏ, as, penultima correpta, In muliebrem mollitiem atque lasciuiam conuerto, eneruo, mollio. {χαυνόω, θηλυνω. GAL Effeminer, oster le cœur & hardiesse d'vn homme, & le faire mol & pusillanime comme vne femme. ITAL. *Effeminare, far molle.* GERM. Weybisch machen. HISP. *Debilitar ò enflaquecer à otro.* ANG. *To effeminat, to mak wanton delicat, or nice.* } *Sallust.* Ea quasi venenis malis imbuta, corpus animúmque virilem effœminat. *Cic.1.Tusc.* Cogitationibus molestissimis effœminantur. *Cæs. lib.1. bell. Gall.* Remollescere homines atque effœminari ea re arbitrantur. *Senec. e.9. de Consol. ad Mart.* Error hic te effœminat.]

Effœmĭnātŭs, Mollis & lasciuus dicitur, qui animum gerit muliebrem. {ἐκτεθηλυμένος, θηλυδρίας. GA. Effeminé. ITA. *Effeminato.* GER Weybisch/ weich. HIS. *Debilitado ò enflaquecido.* ANG. *Effeminat, delicat, dice, womanlike.* } *Cic.3. Philipp.* Quum autem omnis seruitus misera, tum verò intolerabile est seruire impuro, impudico, effœminato, nunquam ne in metu quidem sobrio. *Idem 4. Tusc.* Nam videndum est in vtrisque nequid humile, summissum, molle, effœminatum, fractum, abiectúmque faciamus.

Effœmĭnātissĭmŭs, *Apuleius in Apologia*, Tune effœminatissime, tua manu cuiquam viro mortem minaris?

Effœmĭnātē, aduerb. Muliebriter. {θηλυδρίως, γυναικειδῶς, μαλακῶς GAL. Lachement & delicatement, en maniere de femme, en effeminé. ITAL. *Delicatemente, à foggia di femina.* GER. Nach weybischer gattung. HIS. *Enflaquecidamente, enguisa de muger.* AN. *Effeminatlie, womanly.* } *Cic. 1. Offic.* Cauétque nequid indecorè effœminatéve faciat.] *Senec. ca.17. de Consol. ad Polyb.* Effœminatè ferre.

Effœtŭs, a, um, Dicitur qui iam fœtum edidit. {עַיִל עיל *bal.* ἐκτικών. GAL. Qui est deliuré de sa portée. ITA. *Quella choſa ch' haia mandato fuori il suo parto.* GERM Das schon geboren hatt. HIS. *Cosa que ha parido el parto.* ANG. *That hathlatelie hatched or broght forth.* } *Col. lib.7. cap.12.* Primus effœtæ partus amouendus est quoniam tyruncula nec rectè nutrit ¶ Item sumitur effœtus pro fœtu qui emissus est. *Idem lib.8. cap.5.* Pullos non oportet singulos, vt quisque natus sit tollere, sed vno die in cubili sinere cum matre, & aqua cibóque abstinere dum omnes excludantur. Postero die quum grex fuerit effœtus hoc modo deponatur. Effœta quoque dicitur quæ parere desiit, quasi frequenti partu lassata. { ἄγονος. ANGL. *which is past bringing forth any more.* } *Plin. lib.10. cap.53.* Est autem tanta gallinis fœcunditas, vt aliquæ sexagena pariant ouа, aliquæ quotidie, aliquæ bis die, aliquæ intantum; vt effœtæ, moriãtur, effœtas dixit gallinas, fœtu destitutas, eneruatas; exhaustas & lassatas: à similitudine mulierum, quas partus debiles reddit.

¶ Effœtæ vires, per translationem dicuntur, quæ iam defloruerunt, vigoréque pristino amisso elanguerunt. *Virg.5. Æneid.* frigéntque effœtæ in corpore vires. Similiter effœtam tellurem dicimus, *vt idem lib.1. Georg.* Effœtos cinerem immundum & iactare per agros. *Vbi Seruius*, Continua fertilitate lassatos, sicuti etiam frequenti partu effœta dicitur mulier. *Col in præf.2.lib.* Quod existiment vbertate nimia prioris æui fatigatum, & effœtum solum, nequire pristina benignitate præbere mortalibus alimenta. *Cic.in Cat.* Libidinosa & intemperans adulescentia effœtum corpus tradit senecturi, id est debile & infirmum, quia vacuum viribus & eneruatum.

Effœtè, aduerbium. *Mart. lib.2.* Effœtè, grauiter, citè, nequiter, euge, bellè. {διακενῶς, κόπρως. GALLIC. Debilement, vainement. ITA. *Debilmente.* GERM. Schwachlich. HISPA. *Enflaquecidamente, vanamente.* ANG. *Barrainlie.* }

Effŏr, *Vide* EFFARI.

Effŏro, as, pen. corr. Perforo. {נקב *nahár.* πτηράω, πτηράω. GALL. Percer & & forer tout outre. IT. *Forare.* GE. Durchboren HISP. *Horádar.* AN. *To bore or pearse trough* } *Col. lib.9. c.1.* Erit filiis stipes, complurib. locis per latus efforatus.

Effrænātŭs, penult. prod. Dicitur qui frænum detrectat. & pro arbitrio nostro regi non potest, proiectus, præceps, indomitus. {ἀχαλίνωτος, ἀκρατοχέτος. GALL. Effrené, qui n'a ne frin ne bride. ITA. *Sfrenato, senza regola ò misura ò freno* GERM. Vngezeumpt/ ein wilder vnd mutwilliger/ der sich nitt weysen lasst. HISP. *Desenfrenado.* ANG. *Rash, fierce, vnbridled.* } vnde per translationem dicitur de re quæ omnem egreditur modum. *Cicero de Aruspic resp.* Cuius ego de effrænaro & præcipiti furore quid dicam? *Idem 3. de Finibus*, Vt ægritudo quasi morsum aliquem doloris efficiat, metus recessum quendam animi & fugam, lætitia profusam hilaritatem, libidq effrænatam appetentiam.

Effrænātissĭmŭs, superlat. *Item* Effrænissimus. *Senec. Epist. 86.* Effrænatissimis moderatior & humilior maior. [*Idem Senec. cap.3. de Consol. ad Polyb.* Quod effrænissimum est animo tuo.

Effrænātē, aduerbium, Dissolutè, temerè. {ἀχαλινώτως. GAL. Desmesurement, effreneement. ITA. *Sfrenatamente, senza misura.* GERM. Vngestumlich/ mit verhengten zaum. HISP. *Desenfrenadamente.* AN. *Rashly, fiercely.* } *Cic.4. Tusc.* An propter infinitum odium tyranni effrænatius in Aruntem inuaserit. *Cicero de Senectut.* Nullam capitaliorem pestem, quàm voluptatem corporis hominibus dicebat à natura datam, cuius voluptatis auidæ libidines temerè & effrænatè ad potiundum incitarentur.

Effrænātĭo, onis, Impotentia, insolentia. {ἀκρασία. GA. Desmesurement/ desbordement de raison. ITA. *Dissolutione.* GER. Vngezeumlich/ frächheit HIS. *Desenfrenamiento.* ANG. *Vnruly headinesse.* } *Cicero 5. Philip.* Quæ effrænatio impotentis animi?

Effræ̆nŭs, a, um, vel effrænis, & hoc effræne, Carens fræno, {ἀχάλινος. GA. Sans frein & sans bride, desmesuré, qu'on ne peut tenir. ITA. *Che non ha freno.* GER. Vngezeumpt/ frächt/ wild. HI. *Desenfrenado.* ANG. *Vnbridled, vnruly.* } *Liu 4.ab Vrb.* Fræno vt detrahant equis, imperat: & ipse princeps calcaribus subditis euectus, effræno equo in medios ignes infertur.

Effrĭco, as, Fricando excutio. {ἀποτρίβω. GAL. Oster & abbatre en frotrant. ITA. *Fregare.* GER. Herausstraben/ oder abstraben. HIS. *Fregar.* ANG. *To tak away bi rubbing.* } *Seneca epist.96.* At illis aut hebetibus & obtusis, aut mala consuetudine obsessis, diu rubigo animorum efficranda est.

Effrĭngo, gis, Est vi quadam & impetu frango, perfringo. { חבר *schibbér.* διαῤῥήγνυμι. GAL. Rompre en pieces, briser. ITAL. *Frangere.* GERM.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Mit gewalt zerbrächen/auffbrächen. HISP. *Quebrantar.* ANGLIC. *To break,to pieces,to burst violently.* } *Terent.in Adelph.* Fores effregit, atque in alienas ædes irruit. [*Plaut. Amphitr.* Pænè effregisti foribus carnes.]

Effrāctūs,particip {משבר *meschubbar.* διερρηγμένος. GA. Rompu & brisé. ITA. *Rotto,fatto in pezzi.* GER. Auffgebrochen. HISP. *Quebrantado.* AN. *Brochen to pieces.*} *Cic.pro Muræn.* Eámque vrbem sibi Mithridates Asiæ ianuam fore putauisset: qua effracta, & reuulsa,tota pateret prouincia. *Plau.Capt.sc.1.a.3* [vbi legendum effartum notat *Pass.*] Neque ciuniosiorem,neque magis effractum fame vidi.

Effrāctŏr.{ משבר *mesḥabbér.* διαρρηκτής, διορυκτής. GAL. Vn briseur & rompeur. ITA. *Rompitore.* GER. Ein hauſſauffbrächer. HIS. *Quebrantador como de puertas.* ANG. *A breaker,a brasser.* } Dicitur qui fracto ostio aut sera,in ædes, vel arcam alienam irrumpit. *Paul. in l.4. ff.de offic.Præf.vigil.* Cognoscit Præfectus vigilum de incendiariis, effractoribus,furibus. *Vlpian.l.1.de Effract.* Sed enim diuus Marcus effractorem equitem Romanum, qui effracto perforatóque pariete pecuniam abstulerat,quinquennio abstinere iussit prouincia Africa, vnde erat,& vrbe,& Italia.

Effrāctārius,rij. Qui effringit. διαρρηκτής. *Senec.epist.69.* Vile videtur quicquid patet:aperta effractarius præterit.

Effrāctūrā, æ, ipse effringendi actus. { שבר *schebér,* διάρρηξις, τεῖχοςυχία. GA. Brisement de muraille,huys ou maison,pour desrober. ITA. *Rompimento di porta per robbare.* GER. Auffbrächung. HISP. *Tal quebratamiento.* ANG. *A bursting up or breaking* } *Paul. in l.3.D.de offic. Præf. Vig.* Effracturæ fiunt plerunque in insulis horreisque, vbi homines partem fortunarum reponunt.

Effŭgĭo, is,penul. corr. Fugio,euado,vito,elabor. {נס נמלט *nas barách nimlát.* διαδιδράσκω. GAL. Fuir,eschaper,euiter. ITAL. *Fuggire.* GE. Entfliehen. HIS. *Huir de algun lugar.* ANG. *To escape,to eschewe.*} *Virg. 3.Ecl.* Nunquam hodie effugies: veniam quocunq; vocaris. *Plautus Merc.* Clam patrem patria hac effugiam,aut aliquid capiam consilij. *Terent. in And.* Nullón' ego Chremetis pacto affinitaté effugere potero? *Cic.3.Verr.* In quibus non dubito,quin offensioné negligẽtiæ vitare atq; effugere possim. *Horat.2.Serm.Satyra 3.* Effugiet tamen hæc sceleratus vincula Protheus. ¶Interdum celeriter transeo. *Virgilius 3. Æneidos,* Effugimus scopulos Ithacæ,Laërtia regna.

[Vbi eram inde effugi foras. *Plau.Most. sc.3. a.1.* Quadrigas si nunc inscendas Iouis,atque hinc fugias vix poteris effugere infortunium. *Plaut.Amph.* Malam rem effugies nusquam. *Plaut.Asin.sc.4 a.2.* Pauca effugiam (mala) *Idem Capt. sc. 2.a.3.* Effugiunt curas inferiora tuas. *Ouid. Eleg.1. lib. 2.Trist.* Effugisti casus,liuorem,morbum,(de morte) *Senec. cap. 15. de Tranq.* Effugere videbatur Cordus accusatores morte)

Effŭgĭum,gij, Profugium, refugium. { מנוס *manós.* καταφυγή. GAL. Fuite, ouuerture par où on peut fuir & eschapper. ITALIC. *Scampo.* GER. Ein außflucht oder entrunning. HISP. *La huida de algun lugar.* ANGL. *Refug.,flight.*} *Liu.2.bel.Pun.* Vt si effugium patuisset in publicum,impleturæ vrbem tumultu fuerint. Si, inquit, patuisset effugiũ, hoc est, via vel modus vllus euadendi vel effugiendi. *Cic.2.de Nat.deor.* Alias esse cornibus armatas, alias habere effugia pennarum.

Effulcĭo, is, Fulcio. { ממך *samách* סער *saʕádh.* ἐρείδω,στηρίζω. GALL. Appuyer,assermir. ITAL. *Sostentare.* GER. Auffenthalten. HISP. *Sustentar.* ANG. *To prope vp,to vnderset.*} *Virgilius 7. Æneid.* Centum lanigeras mactabat rite bidentes, Atque harum effultus tergo, stratísque iacebat Velleribus.

Effulgĕo,es, Vehementer fulgeo. {נגה *naghách* חל *hál.* καταστίλβω. GAL. Ietter vne lueur,resplendir. ITA. *Risplendere grandemente.* GERM. Hefftig scheynen/ein groſſen glantz von im herauß geben. HISP. *Mucho resplandecer.* ANG. *To shyne or glitter.*} *Liu. 8. bel. Pun.* Nisi ex vehementi sole, qualis inter graues imbre nubes effulget, tanta vis aquæ, &c. *Virgil.8, Æneid.* Instructo Marte videres, Feruere Leucaten, auróque effulgere fluctus. *Plin.lib 4. cap.1.* Omnis Græciæ fabulositas, sicut & literarum claritas,ex hoc primum sinu est Isit.

Effŭndo,is,Extrà spargo, profundo, emitto. { שפך *schuphách.* χεῖσις, ἔκχεω. GAL. Verser, espandre en abondance. ITA. *Spargere, pannere fuori.* GERM. Außgieſſen. HISP. *Derramar à fuera.* ANG. *To powre out.*} *Plaut.in Asin.* Totámque effudit fidelham,id est,sparsit quicquid in fidelia erat. *Cicero pro Planc.* Nunc timeo ne nihil tibi præter lachrymas queam reddere,quas tu in meis acerbitatibus plurimas effudisti. ¶Per translationem, consumere. { ANG. *To waste or spend tyotously.*} *Cicero lib.3.Offic.* Multi patrimonia effuderunt,inconsultè largiendo. Sic effundere ærarium dixit *Cic. 3. Tusc.* pro exhaurire & inane reddere. Gracchus (inquit) quùm largitiones maximas fecisset,& effudisset ærarium,verbis tamen defendebat ærarium.

¶Nonnunquam accipitur pro erumpere, & magna cupiditate egredi. *Cicero ad Brutum,* Timore quodam perculsa ciuitas, tota ad te se cum coniugibus & liberis effundebat. ¶Quandoque emittere. *Virgilius 3.Georgic.* ruúntque effusi carcere currus.

¶Quandoque prosternere,profligare. πίπτω. *Sallust.* Effuso ac profligato peditatu,paulatim retroducere cœperunt. * Effunditur stomachus in vomitiones. *Plin. lib. 23. cap.1.* Item contra inflationes rosionésque præcordiorum,& quorum stomachus in vomitiones effunditur Hoc est quibus stomachi facultas, quam retentricem vocamus, est corrupta aut imbecilla.[Mulieres effundi ad luxuriam, *Liuius lib. 34.* Et,se effundere in publicum. *Ibidem* Effunde hoc in barathrum (de vino.) *Plaut. Curc. sc. 2. a. 1.* Effundere (de obuiam euntibus.) *Suet.in Calig cap. 4.* Daci se in pontum effuderant. *Suet. in Cæs cap. 44.* Vuas in terram proiecit vt effunderet. (GAL. Pour les faire creuer) *Vlpian. l. si seruus seruum,* § *16.ad l. Aquil.* Effusus in venerem. *Liu.l.19.bel.Pun.* Effusus in cachinnos. *Suet.in Calig. cap. 32.* In iocos effusus. *Idem in August.cap.98.*

¶Effusum lumen, (de oculo effuso) *Velleius.* Ab effusa licentia. *Liu. lib 4.d 5.* Effusus in iram. *Gell.cap.1 lt.lib. 1.* Effusus in officium lugubre,&c. *Senec cap.3. de Cons.ad Mart.* Multáque in aduersos effudit verba Penates, *Ouid.Eleg.3 lib.1.Trist.* ¶Effusissimis habenis. *Liu.lib. 7.d.4.* Certantes athletas effusissimo studio spectauit. *Item,* Munificentia effusissimus (Cæsar) *Velleius.* Effusissimus seruus Adriatici maris. *Idem Vell.*]

Effūsĭo,quod interdum significat ipsum effundendi actum, vt quùm effusionem aquæ dicimus. {שפך *schephéch.* ἔκχυσις. GAL. Espandement, effusion. ITA. *Spargimento.* GERM. Außgieſſung. HISPAN. *Derramiento à fuera.* ANG. *A powring out.*} *Cicero 1.de Nat.deor.* Atque aquæ etiam admixtum esse calorem primùm ipse loquor,tum aquæ declarat effusio:quæ neque conglaciaret frigoribus, neque niue pruináque concresceret,nisi eadem se admixto calore liquefacta & dilapsa, diffunderet. Interdum ponitur pro largitione & prodigalitate. *Cic.pro Rosc. Amer.* In hac vita, Iudices,quos sumptus quotidianos,quas effusiones fieri putatis?

[Effusè,*Suet.in Aug.cap.71.* Cùm effusè in lusu liberalis fuissem. *Sueton. in Neron cap.12.* Effusius excipi,(id est,nimia blanditia.) *Suet.in Neron. cap.22.*]

Effūtĭo,effutis,penu.prod. Ineptè & inconsultè loquor. {נשם *bitté.* ἀπερισκέπτως,ἀλογίστως,ἀκαρρόβως,ψυχρολογῶ. GALL. Parler indiferetement & à la volee, ne pouuoir tenir secret ce qu'on sait. ITA. *Parlare imprudentemente, vanaggiare par ando.* GERM. Außsprin bladeren/ein vnbesinnet geschwätz treyben. HISP. *Hablar vanidades.* AN *To speak vnd aduysedlie.*} Translatio sumpta à vase futili,quod paruló ore,fundo acuto,instabile, nihil in se continet. *Terentius in Phorm.* Fò perperam olim dixi,ne vos fortè imprudentes foris Effutiretis. *Horatius in Arte poetica,* Effutire leues indigna tragœdia versus. Varro, Euax verbum nihil significat, sed effutitum naturaliter est. *Nonius* effutire exponit pro dicere cum mendacio:adducítque *Cicer.quinto Tusculan.* Nec hoc sic agit,vt ex tempore quasi effutire videatur.

[Effutire laudes: *Gell.cap.1.li.5.*]

Effutītŭs,partici.{מגעשם *meḥutrá* ψυχρολογηθείς.} *Cic.2.de Diuin.* Quorum partim ficta aperte,partim effutita temerè, nunquam ne mediocriter quidem cuiquam,non modo prudenti probata sunt.

E ante G.

ēmāscŭlo, las, Castro & virilitatem aufero. {ἀνανδρίζω. GALL. Chastrer. ITA. *Castrare.* GERM. Munchen, die mannheit nemmen. HIS. *Castrar el animal mucho.* AN. *To geld.*} *Seruius ait*, apud quosdam populos sacerdotes solitos se quibusdam herbis emasculare, vt venerem arcerent, & coire non possent.

ēmāscŭlātor, ris, pędico, & draucus {ἀνανδρύων, & Apostolo ἀρσενοκοίτης.} *Apul.in Apol.* Olim in pueritia priusquam isto calluuio deformaretur emasculatoribus suis ad omnia infanda morigerus.

EMATH, חמת *chamáth.* Nomen fuit duarum Syriæ vrbium: quarum maior, Antiochia: minor appellatur Epiphania. Vnde etiam hodie proficiscentibus in Mesopotamiam prima mansio Emas dicitur, corrupto quidem vocabulo, sed pristini nominis vestigia retinente. Hemath vero in principio aspiratum, regio Allophylorum est.

EMĂTHIA, ἡμαθία. *Stepha.o & Suida*, Nobilis Europæ regio, Thraciæ finitima, postea Macedonia appellata. {GERM. Die landtschafft in Macedonia.} ita dicta (quidam existimant) ab Emathione rege, fratre Memnonis, Tithoni & Auroræ filii. *Plin.lib.*4.*c.*16. Macedonia centum quinquaginta populorum, duobus inclyta regibus, quondámque terrarum imperio, Emathia ante dicta. Poetæ Emathiam aliquando vsurpant pro Thessalia, suo quodam iure vicinorum locorum appellationes confundentes. *Virg.*1. *Georg.* Non fuit indignum superi, bis sanguine nostro Emathiam, & latos Hæmi pinguescere campos? *Lucan.lib.*1. Bella per Emathios plusquam ciuilia campos: hoc est, per campos Pharsalicos. Campi Pharsalici in Thessalia sunt, *teste Plin.lib.*4.*c.* 8. [*Ouid.Eleg.*5.*lib.*3.*Trist.* Quæ ducis Emathij fuerit clementia (id est, Alexandri.)]

ēmātūrēsco, is, ere, Maturum fieri, {כשל *baschál.* πεπαίνεσθαι. GAL. Se meurir, estre meur. ITAL. *Diuenir maturo.* GERM. Zeitig werden. HISP. *Madurarse.* ANGL. *To waxe ripe.*} *Plin.libr.*25.*cap* 4. Nonnunquam ante candidum rufescit, si non ematuruit, improbatúrque. *Ouid.2. Trist.*[*Eleg.vnica.*] Atque ea sic lapsa est, vt surgere, si modò læsi Ematuruerit Cæsaris ira, queat. [*Gellius cap.*19.*lib.*2. Vides hæc ematuruisse.]

ēmbămma, atis {ἐμβαμμα. GALLIC. Sausse, saupiquet. ITAL. *Guazzetto, sapore.* GERM. Ein schlackerhafftigs esse oder brü so man vber ein speyß macht/ das sy sieblich/ vnd wolgeschmackt werd/ in welche man buncket. HISP. *Adobo de manjares.* ANG. *Sauce.*} Condimentum quod ad condienda obsonia fit. *Colum.lib.*12.*c.*55. Hoc sinapi ad embammata non solùm idoneo, sed etiam speciosо vteris. ¶ Quidam embammata intelligunt immersiones, quando intingimus vel panem, vel obsonium, in vasculis repletis re liquida, à Græco ἐμβάπτειν fieri videtur, quod est immergere, intingere: Vnde & Latinè intinctus dicatur. Vulgus Italorum *Sapores* vocat, quibus etiam hodie ad irritandam gulam vtimur. *Alex.ab Alex.lib.*5.*c.*9.

Embatas, naues quidam putant appellari quæ solis vectoribus traiiciendis sunt destinatæ, citantes locum *Vlpiani ex lege* 1. *de Exercit. act.* vbi sic legunt, Quædam enim naues onerariæ, quędam (vt ipsi dicunt) embatæ sunt. Alij ἐπιβάδες, aut certè ἐπιβατίδες, non embatæ, legendum ostendunt.

¶ Embateutici iuris appellatione, ceu generali, *cuius meminit Vlpian. in l.3.§.fin.de rebus eorum qui sub tut. Alciato tradente*, id ius intelligi potest, quod & quandam detentionem recipit, & rei possidendæ facul-ta-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

cultate, tametsi proprietas vera ad aliũ pertineat. Quale est Ius Superficiarij, vel eius qui fundum vectigalẽ possideat, vel Perpetuarij. *l. bonorum. de verb. sig. l. fi. de superfic. l. 1. Si ager vectigalis.* Erunt fortè, quibus magis arridebit Ius embateuticon, intelligere, quod vulgò Pedagium, quòd alioqui ad Regalia solet pertinere. Sed Alciat. eam interpretationem magis probat, quæ in Etymologico magno est, vbi ille Grammaticus, ἐμβάτια, inquit, nũc & ἐμβάδια, dicitur id Ius quod creditor in bonis sibi pignoratis retinuit, propria autoritate ea ingrediendi.

EMBATVM, ἔμβατον, Locus Erythræ, id est, maris rubri. *Steph.*

Emblēmātu, {ἐμβλήματα. GALLIC. Enrichissemens, entrelassemens, attraches pour enrichir & embellir quelques choses. ITA. *Opra di musaico, opra intarsitata.* GERM. Eingelegte kunstliche arbeit. HISP. *Opra de esmalte ò escultura.* ANG. *Pictures, work of woode stone or metall fynelie set in diuers colouris.* } Dicũtur opera elegantiora ex tessellis, segmentisque ita coagmentatis, vt rei alicuius imaginem tanquam penicillo depictam repræsentent: cuiusmodi sunt, quæ in parietibus cameris que vermiculata in pauimentis tessellata, in lignis segmentata dicuntur. Dicta emblemata ἀπὸ τῶ ἐμβάλλειν, hoc est, ab inferendo: eò quòd ex tessellis, siue segmẽtis insititiis constarent, *Budæus in Annot.* Emblemata, *inquit*, vermiculatũ opus significant ex tessellis insititiis aptatum atque consertum. Inde illud *Ciceronis in Bruto* de Marci Caldij oratione, Nullum nisi loco positum, & tanquã in vermiculato emblemate (*vt aut Lucilius*) structum verbum videres. Et in *Oratore perfecto*, de collocatione verborum loquens, *ex Lucilio*, Quàm lepidè λέξεις compositæ, vt tesserulæ omnes Arte, pauimento, atque emblemate vermiculato: λέξεις, *inquit*, id est, dictiones in oratione tàm lepidè compositæ, quàm in vermiculatis operibus tesseliæ, quæ etiam in pauimentis tanta arte coagmentabantur, vt rerum animalium que effigiem referrent, *teste Plin lib. 35.* Huiusmodi pauimentum pulcherrimum etiam hodie visitur in ædẽ Senensi. ¶Emblemata etiã in vasis argenteis, aureisque, & Corinthiis, ornamenta erant apud antiquos exemptilia quum libitum erat: cuiusmodi ætas ista non nouit, vt arbitror. Id autem ex *M. Tullio* intelligi facilè potest *in Ver. Action. 5.* in qua Verrem Siciliæ Prætorem refert, Haluntinos vasa omnia quæ tum apud Haluntium erant, in vnum aceruum conferre coegisse: quo pacto, Verrem ex omnib. vasculis emblemata, id est, pretiosissimam partem reuellisse, ita vt Haluntini domum pura nudaque vasa referrent, id est, emblematis abstersis: & toreumata, id est, cælaturæ, & emblemata apud Verrem remanerent, impudentissimo latrocinio: propter quod factum, Verrem per patronomasiam euerriculum appellat. Verba *Ciceronis* hæc sunt, Vasa autem ad Verrem deferuntur: Cybiratæ fratres vocantur, pauca improbant: quæ probarent, iis crustæ aut emblemata detrahebantur. Sic Haluntini excussis deliciis cum argento puro domum reuertũtur. Quod vnquam, Iudices, huiusmodi euerticulum in illa prouincia fuit? *Et paulò pòst*, Tum illa ex thuribulis & patellis quæ vellerat, ita scitè in aureis poculis illigabat, ita aptè in scyphis aureis includebat, vt ea ad illam rem nata esse diceres. ¶Quoniam verò emblema insertum quid, & insitum significat, iniunctúmque, ideò factum est vt emblema pro ornatu temporario & exemptibili ponatur. Inde illud *Fabij lib. 2.* Institutionis oratoriæ de locis communibus loquentis: Hoc, *inquit*, adeò manifestum est ad forenses actiones pertinere, vt quidam nec ignobiles in officiis ciuilibus, scriptos eos, memoriæque diligentissimè mandatos in promptu habuerint, vt quoties esset occasio, extemporales eorum dictiones his velut emblematis exornarentur. *Hæc omnia penè ad verbum descripta sunt ex annotationibus Budæi in Pandectas.*

Emböla, ἔμβολα, *In L. 10. C. de sacros. eccles.* pro transuectione annonæ sumitur. Iubemus nullam nauem ante felicem embolam, vel publicarum speciẽtum transuectionem publicis vtilitatibus subtractum excusari posse.

Emböliam, lij, {ἔμβολιον. GALLIC. Argument ou entree de comedie. ITAL. *Argumento, introito della comedia.* GER. Das argument/ oder eingang eines spyls. HISP. *Argumento, y entrada de comedia.* ANG. *The argument or entrie of a comedie.* } à veteribus dicebatur argumentum & ingressus scenicus, ἀπὸ τῶ ἐμβάλλειν, quod præter alia significat ingredior. Huiusmodi fuit illud argumentum de Pasiphaë à tauro cõpressa, quod Domitiani temporibus in scena repræsentatum fuit, *vt testatur Martialis his versibus*: Iũctã Pasiphaën Dictæo, credite, tauro Vidimus, accepit fabula prisca fidẽ *Cic. ad Att.* Emboliũ nouũ cogito. *Idem pro Sext.* Ex re igitur Scaure potissimùm quarto qui ludos apparatissimos magnificentissimosque fecisti, &c cur ille ipse maximè ludius, non solùm spectator sed actor & actoama, qui omnia sororis embolia nouit: qui in cœtum mulierum pro psaltria adducitur: nec tuos ludos aspexit in illo ardenti tribunatu suo, &c. Ergo saltatores & psaltrias quos introduci solitus in scenam Polybius Athenæusq; testantur, & alia ridiculorum genera, embolia dici possunt: qualia complura in scenam introducta feruntur à L. Anicio ludis illis quos maximos fecit, capto cum liberis Gentio Illyriorum rege. ¶Fibula etiam rotarum axibus firmandis immitti solita, quam rustici clauiculam appellant, Græcè embolum est.

Emboliſmus, mi, ἐμβολισμός, dicitur intercalatio quæ fieri solebat vt annorum ratio cum solis cursu conueniret: ἐμβολισμος verò atque etiam ἐμβολισμῶν, Latinè intercalaris & insititius dicitur. Intercalare etiam interserere est, *teste Macrobio libro primo Saturn.* Vnde etiam mensis Februarius intercalaris dicitur, quod ei vnus dies interseratur.

Embryõ, onis, vel Embryon, brij. {גלם *gholém.* ἐμβρύων, ἀ ἔμβυον, ANG. *The childe in the mothers wombe before it haue perfecte shape.* } Fœtus est in vtero conceptus, antequam lineamenta suæ speciei accipiat, quod ferè solet accidere circa quadragesimum secundum à conceptu diem, quo tempore & anima infundi illi creditur. Hunc enim in procreatione hominis ordinem esse volunt, vt sex primis à conceptu diebus semen in vtero conceptum lacti simile existat: nouem proximis, in sanguinem vertatur: duodecim deinde aliis, in carnem: postremò quindecim aliis, speciei suæ lineamenta omnia acquirat, isque expletis anima rationali animetur. Itaque vsque ad quadragesimum secundum diem propriè embryo dicitur, παρὰ τὸ ἐμβρύειν: hoc est ab eo quòd intus in vtero alatur non secus ac fructus à sua arbore.

¶Et imperfectus partus dicitur nuper genitus infans, vel crudus & indigestus. *Suidas.*

Emēdŭllo, as, medullam eximo. {ἐκμυελόω. GAL. Esmoller, oster la moelle. ITA. *Leuar la medilla.* GER. Außmärgken. HISP. *Quitar el meollo.* ANG. *To tak away the marrow.* } *Plin. de limonio*, Item alarum grauedinem tam emendat radicis emedullatæ vncia, in vini falerni heminis tribus decocta. Per translationem accipitur pro declaro. *Plaut.* Narra iam rem nobis, atque emedulla.

Emēndĭco, cas, penultima producta, significat more mendicantiũ aliquid petere. { שאר *schaal.* ἐρανίζω, ἐρανιζομαι, ἐπαιτέω. GAL. Mendier. ITA. *Mendicare, demandare come fanno i mendici.* GERM. Abbetten/erbetten. HISP. *Mendigar.* ANG. *To begge.* } *Sueton. in Cæsar.* In Hispania à proconsule & à sociis pecunias accepit, emendicatas in auxilium æris alieni.

Ēmendĭcātŭs, pen. producta, {ANG. *Begged, gotten with much intreatie.* } Emendicata suffragia, dicuntur quæ alibi etiam corrogata vocari diximus: quæ scilicet abiectis & humilibus precibus extorquentur. *l. Sing. C. de acc. Sing.* vniuersique iudices agnoscant in publicis criminibus non oportere emendicatis suffragiis decretorum, aut relationibus à publicis personis destinandis credere. Honos emendicatus. *l. 1. C. Vbi quis decurialis vel coh.* Penitúsque emendicati honoris præscriptione submota à iudice, &c. [*Sueton. in Cæsar. cap. 54.* Emendicatæ in auxilium æris alieni pecuniæ.]

Ēmendo, as, Corrigo, quasi à menda purgo. { יכר *jésser* תקן *tikkén.* ἐπανορθῶ. GAL. Amender, corriger, guarir & recouurir vne faute. ITA. *Emendare, correggere.* GER. Besseren. HIS *Emendar, corregir.* ANG. *To correct, to mak amendes, to heale or cure a disease.* } *Plin. lib. 24. cap. 10.* Succus hederæ tædia nauium, grauedinemque emendat, præcipuè albæ satiuæ *Cic. Attic lib. 2.* Ita rursus remittit, vt me roget vt annales suos emendem & edam. *Cic. 3. de Leg.* Vt. n. cupiditatibus principũ & vitiis inici solet tota ciuitas, sic corrigi & emendari continentia. [Emendare iudicium, *Quintilian.* Emendet facta priora nouis. *Ouid. 4. Fast.* Emendare iniuriam vel redimere. *Senec. cap. 18. de Consol. ad Polyb.* Emendaturus (carmen) si licuisset erat. *Ouid. Eleg. lib. 1. Trist.* Emendaturis ignibus ipse. *Ouid Eleg. vlt. lib. 4. Trist.*]

Ēmendātŭs, partic. Castigatus, correctus. {מיסר *meiussár* מתקן *methukkán.* ἐπανορθωτὴς. GAL. Corrigé, amendé. ITAL. *Corretto, amendato.* GERM. Gebesseret. HISP. *Emendado, corregido.* ANGL. *Amended, made better.* } Mores emendati dicuntur à *Cic. de Amic.* His ego finibus vtendum arbitror, vt quum emendati mores amicorum sint, tum sit inter eos omnium rerum, consiliorum & voluntatum sine vlla exceptione communitas.

Ēmendātē, aduerbium, Purè. {ἐπανορθωτικῶς. GALL. Correctement. ITA. *Correttamente.* GERMAN. Gebessert. HISP. *Corregidamente, emendamente.* ANG. *Correctly.* } *Cic de Opt. genere orat.* Nam quoniam eloquentia constat ex verbis & sententiis, perficiendum est, vt purè & emendatè loquentes, quod est Latinè: verborum præterea & propriorum & translatorum elegantiam persequamur.

Ēmendātŏr, oris, Castigator. { מיסר *mejasser* מתקן *methatkbén.* ἐπανορθωτὴς. GALL. Correcteur, ou corrigeur, radoubeur. ITA. *Correttore, raconciatore* GER. Ein verbesserer. HISPA. *Corregidor, emendador.* ANG. *A amender, a correcter.* } *Cic. pro Corn. Balb.* O præclarum interpretem iuris, autorem antiquitatis, correctorem atque emendatorem nostræ ciuitatis.

Ēmendātrix, { מיסרה *mejasseráh* מתקנה *methakkenáh.* ἐπανορθώτρια. GALL. Celle qui corrige & fait amender. ITA. *Donna che correge & raccoucia* GERM. Etwas besseret vnnd zu recht bringt. HISP. *Corregidora.* ANG. *That amendeth.* } *Cicer. 1. de Leg.* Quoniam vitiorum emendatricem legem esse oportet, commendatricémque virtutum.

Ēmendābĭlis, *Senec. 2. de Clement. cap. vlt.* Aliquem verbis tantùm admonebit: Pœna non afficiet ætatem eius emendabilem intuens.

Ēmendātĭo, onis, Correctio. { מוסר *musár.* ἐπανόρθωσις. GAL. Correction, radoubement, amendement. ITA. *Correttione, acconciamonto.* GERM. Verbesserung. HISP. *Correcion, castigamiento.* ANGL. *An amending, a making better.* } *Cic. 4. de Fin.* Hæc videlicet est correctio philosophiæ veteris, & emendatio. [*Quintilian.* Vt malorum causſa bellum; emendatio pax.]

Ēmentĭor, Mentior, confingo, comminiscor. { שקר *chichésh.* *schikker.* ψευδηγορῶ, ψεύδομαι. GAL. Mentir apertement, controuuer, feindre. ITA. *Mentir, di-buge.* GERMAN. Erliegen. HISP. *Mentir.* ANG. *To lie, to fayne, to counterfait.* } *Cicer. in Parrit.* Alij ementiti sunt in eos quos oderant. *Plaut in Amphit.* quæque dixisti modò omnia ementitus. ¶Accipitur etiam non inelegantèr pro simulare, vel falsò aliquid exprimere. ψευσταποιοῦμαι. *Plaut in Trinum.* Quia illum quem ementitus es, ego sum. *Cic pro Domo sua*, Quid desperatius, qui ne ementiendo quidem potueris autorem adumbrare meliorem? *Ouidius 5 Metamorph* At Nileus qui se genitum septemplice Nilo ementitus erat. Sic dicitur ementiri vocem vel manum alicuius pro assimulare & effingere. Ementiri autoritatem. *Cic. pro Domo sua*, Satisne tibi videtur à Senatu iudicatum me non modo non ementitum esse autoritatem eius ordinis, sed etiam, &c.

Ēmentiens, partic. *Cic. de Diuin.* Videmus hæc signa nunquam ferè ementientia.

Ēmentītus, aliud participium. {ψευσάμενος. ANGL. *Falsely fained.* } *Cic. 2. Tuscul.* Ita fit sensim cogitantibus, vt quantum sit ementia opinio appareat.

*Emercor, emercaris, emercatus sum. *Tacit lib. 12.* Missis corruptionibus exuendam ad fidem hostes emercati.

Ēmĕrĕŏ, res, emerui, Emereor, & tàm in bonam quàm in malam partem accipitur. { μισθοφορεω, μισθοδοτέομαι. GAL. Meriter. ITA. *Meritare.* GERM. Verdienen. HISPAN. *Merecer* ANG. *To deserue, to earne wages.* } *Plaut. Aul.* Quid ego emerui adolescens mali, Quan obrem ita faceres? *Propert lib. 4. Eleg.* Et tamen emerui generosos vestis honores.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

[Emeruerat pecuniam ex eo quæstu,(id est,meretricio)*Gell.cap 7.lib.* 6.Dixit,& emeruit vocis habere fidem.*Ouid.4.Fast.* Admoniti esse æquantem superos emeruisse virum.(pro demerere,& vobis conciliare ne vobis irascatur,vt mihi.)*Ouid.Eleg.*8.*lib.*4.*Trist.*Anus quæ vos dolo emeruerũt(id est,emeritos & fractos reddiderunt.)Sic legit *Passerat.*& ita apud *Tibul.Eleg.9.lib.*1.Vel plures emeruisse viros.]

Ēmĕrĕor, reris, ritus, Mereor. {ἀπομισθοῦμαι,μισθοφορῶ,ἀφίεμαι, καταπαύω,παύομαι.}GALLIC. Deseruir,meriter. ITA. *Meritare.* GERM. Verdienen.HISPA.*Merecer.*ANG.*To deserue,to earne wages.* } *Cic.Attic. lib.*6.Annuæ enim mihi operæ III.Calend.Sextil. emerentur. [Emereri iudicium hominum. *Quintilian.* Emereri fauorem. *Idem Quintil.*

Ēmĕrĭtŭs,partic vnde Emeriti milites nominantur, qui militia perfuncti, ab eaque liberati vacationem iam habent. { οἱ πάντας τοὺς νομίμους ἔτεσι τῆς στρατείας στρατευσάμενοι,μισθοφορεῖν παυσάμενοι,ἀπολελυμένοι. } *Lucan. lib.* 1. Quæ sedes erit emeritis? quæ rura dabuntur,Quæ noster veteranus aret? quæ mœnia fessis? ¶Emerita arma,id est victricia & finem bellis imponentia.*Ouid.*4.*Trist.* Miles vt emeritis non est satis vtilis armis. ¶Emeritum stipendium,passiuè dicitur(*inquit Budæus*)quod peractũ est,quum iam milites emissionem vt veterani impetrauerunt.[Emeritus iustissimus triumphus. *Velleius*, Emeritum stipendium. *Plaut. Mostell.*ſ.2 *a.*1.Item,Emeritæ militiæ commoda.*Suet.in Calig.c.*44.] ¶Emeritos boues,*Virgil.*per translationem appellat pro defessis & opere ac labore solutis.¶Emeriti senes vocantur à *Val.lib.*5.qui solent habere alios qui pro se laborent:isque dicuntur pro alio opus agere. ¶Emeritæ apes,*Plin.lib.*11.*c.*11. Sunt autem fuci sine aculeo imperfectæ apes:nouissimæque à fessis & iam emeritis inchoatæ. ¶Emeriti anni,id est,iam effœti. *Martial.lib.*7.Emeritos Musis & Phœbo tradidit annos.[*Ouid.*3 *Fast.*Quominus emeritis exiret cursibus annus, Idem 4.*Fast.* Dempserat emeritis iam iuga Phœbus equis.]

*Nomen emeritum. *Claud.de torpedine,* Quis non indomitam miræ torpedinis aciem Audit,& emerito signatas nomine vires? Id est,merito.

Emeritum, Emolumentum & commodum quod veteranis, & emeritis militibus dari solebat. *Modest. L.* 3. *D.de re milit.*Qui militiæ tempus in desertione impleuit,emerito priuatur. *Et paulo pòst* : Etsi expleto militiæ tempore redeat vt veteranus restituetur & emerita accipiet.

EMERITA Augusta,*Διωγένης*,vulgò *Meridia la grande.* Hispaniæ oppidũ est,ad Lusitaniam spectans.Est hæc vrbs cocco celebris, quod est rubrum granum,cuius succo vellera tinguntur: Tyrio splendori neutiquam cedentia,*vt Plin.scribit lib* 9.*c.*41.

Ēmĕrgo,Exeo)(emergo.{אָצָא *jatsá.*ἀναδύομαι. GAL. S'apparoir & monstrer,sourdre & se monstrer,sortir hors ITA.*Sorgere.*GER. Herfur kommen/auß der tieffe des wassers empor kommen. HIS. *Salir debaxo del agua.*ANG.*To swymme out and appeare.* } Propriè enim emergere dicitur qui subter aquam mersus,rursus in lucem redit: quemadmodũ vrinatores facere consueuerunt.*Cic 2.de Nat.Deor.*Legi etiam scriptum esse,auem quandam quæ Halcyon nominaretur,eam sibi cibum quærere aduolantem ad eas aues , quæ se in mari mergerent: quæ cùm emersissent,piscémque cepissent,vsque eò premere earum capita mordicus,&c.*Idem de Aruisp. resp.*Iam ista serpens quæ hic diliteſcit,tunc se emergit & fertur illuc, &c. *Terent.Eunuch.* Quid gestiam aut quid lætus sim? quò pergam,vnde emergam? ¶Accipitur etiam emergere pro ex occulto loco in lucem prodire & ad hominũ cognitionem venire:vt in trita illa sententia:Veritas vbi diu delituit tandem emergit.¶Sic etiam dicimus emergere ex calamitate , aut morbo,pro euadere à morbo aut calamitate.*Liu 5.bel.Pun* Emersura virtus ex omni sæuitia fortunæ *Cic.pro Cluent.* Hoc modo, Iudices, sæpe multorum improbitate depressa veritas emergit: innocentiæ defensio intercluſa respirat.*Idem pro Cælio*, Equidem multos vidi in hac ciuitate qui totam adolescentiam voluptatibus dedissent,emersisse aliquando,& se ad frugem bonam vt dicitur recepisse:graueſque & illustres fuisse.*Corn Nepos in vita Attici*, Quibus ex malis vt se emerserat nihil aliud egit , quàm vt plurimis quibus rebus posset,esset auxilio. [*Velleius*:in quod emersissent fastigium partes Pompeianæ].

Ēmĕrgĭ,impersonale:*Ter.Adelph.* Tot res repentè circunuallant , vnde emergi non potest.

*Emersus,a,um, Adiect.*Cic.2.de Diuinat.*Tibi autem de me cum solicitudine cogitanti subitò sum visus emersus è flumine.*Emersus ab adnitatione animus,id est, Qui se recipit. *Liu.lib.*8.]*Ouid.*3.*Fast.* Tertia lux emersa suos vbi mouerit ortus.]

Ēmĕtĭŏr,tiris,emensus sum,Metior {מדד *madhádh.*διαμετρῶ.GAL.Mesurer.ITAL.*Misurare.* GERM. Mässen/außmässen.HIS.*Medir.*ANG. *To measure.* } Hinc emetiri iter,per translationem pro conficere iter, & emetiri labores, quod alio modo dicimus exanclare vel deuorare labores *Liu lib.*5.*bel.Pun.* Et inde vna nocte ignaris hostibus, & ob id quietis aliquantum emensus est iter. [*Gell. cap.*26, *lib.* 10. Emetiri iter pedibus.] *Cic. de Claris Orat.* Ego autem voluntatem tibi profectò emetiar,sed rem ipsam nondum posse videor,idque vt igno scas peto.

Ēmēnsŭs, passiuè. {מְדוּד *madhúdh.*διαμετρητός.GALLIC.Mesuré. ITAL. *Misurato.*GERM.Gemässen.HISP.*Medido.* ANG.*Measured.*} *Liuius* 1. *bel. Pun.* Postquam multo maiorem partem itineris emensam cernant. *Virg.*1. *Georg.*- emenso cùm iam decedet Olympo. [*Liuius* 3. *dec.*5.]

Ēmĕto,tis,pen cor.Meto.{קצר *katsár.*θερίζω,ἀμάω.GAL Moissonner,aouster,prendre & cueillir le fruict.ITA.*Mietere.* GERM.Schneyden. HIS.*Segar.*AN.*To ripe or mowe.*}*Horat. in Epist.* Emetit orcus Grandia cum paruis,non exorabilis auro.

Ēmĭco,as pen.corr. Effulgeo , resplendeo. {נגה *naghâh* ברק *barák* הופיע *hophiaħ.*ἀστράπτω. GA. Apparoistre,se monstrer,resplendir, reluire.ITALIC.*Resplendere,mostrarsi.*GER.Herfurglantzen.HISP. *Resplandecer.saltar fuera de algun lugar.*ANG.*To shyne brightly.*}*Plau.*ex oculis,quasi radij emicant solis.¶Emicare,extra salire,exilire, subitò apparere. [*Plaut.Aul.sc.*1.*a.*4. Cor cepit artem facere ludicram , atque in pectus emicare. *Virg.* 6 *Æneid.* -iuuenum manus emicat ardens Litus in Hesperium.*Plin.lib.*11.*c.*3. .Cecinnæ Volaterrano draconem emicuisse de extis læto prodigio traditur ¶Emicare in iugum,pro attollere sese & erigere.*Col.lib.*4 *c.*20. Nam quæ vel infirma,vel breuis est,ad duas gemmas recidenda est,quum vehementiorem fundat materiam,quæ protinus emicet in iugum. [*Liu.*Saxa tormento emicantia.]¶Emicare pro excellere,ὑπερέχειν.*Plin.lib.*35.*c.*11.Post eum emicuit longè ante omnes Euphranor Isthmius. Præ omnibus emicat Nisus, *Virg.*5.*Æneid.*

Ēmĭcātĭo,onis,ἐκλαμψις,ἔμφασις. *Apul.lib.de Mundo*, His oppositi sunt torrentium cursus & humores vndarum emicationésque syluarum, id est exortus.

Ēmĭgro,as,pen.cor.Migro,discedo,excedo.{גלה *galáh.*μετοικέω. GAL. Se partir d'vn lieu,changer de lieu,aller autre part. ITAL. *Andar ad habitar altrone* GERM.Ausweychen/auß einem ort in das ander ziehen. HIS.*Mudar casa de lugar a lugar.* ANG. *To go fetche one place to another to dwell,to flitte.*}*Cic.*4.*Verr.* Ex illa domo sic emigrabat, vt, &c. *Plaut. Mostel.* [*sc.*2.*a.*2.]} edem intro retulit, semel vt emigrauimus.[*Plau Men.sc.*2.*a.*5.Nisi quo hac nocte emigrasti.*Ibidem* : Non hinc emigrastis?¶Emigrare è vita,id est,mori;μετοικίζειν τὸν βίον.*Cic.*2.*de le.* nulla est enim persona quæ ad vicem eius qui è vita emigrauit, propiùs accedat.

Ēmĭnĕo,es.pen.cor.nui,ab è præpositione,& verbo maneo.Exto,exce do,eniteò,appareo.{רם *ram* גבה *ghabáh* נראה *nireáh* הופיע *hophiaħ* φερώτατος,ὑπερέχω. GAL. Saillir dehors & sortir,& surpasser les autres,se monstrer & apparoir.IT.*Soprastare,mostrarsi fuori, passare auanti à gli altri.*GERM Furauſsgon/vbertreffen.HISP. *Estar en cima de otras cosas,aparecer.*ANG. *To be apparant , to be higher then others, to shewe it self aboue others.*}*Plin.lib.*16.*c.*31. Esculus quantum corpore eminet,tantum radice descendit.*Cæsar bel.Ciuil.lib.*2. Ita capita tignorum extrema parietum structura tegerentur,ne quid eminaret vbi ignis hostium adhæresceret.Interdum adiunctam habet præpositionem è vel ex.*Cic.*1 *Tusc.*Globus terræ eminens è mari.*Idem ib.* 5. Ego autem quum omnia collustrarem oculis(est enim ad portas Agragianas magna frequentia sepulchrorum)animaduerti columellam non multum è dumis eminentem,in qua inerat sphæræ figura, & cylyndri. [*Quint.* Eminere quædam in pictura vel recessisse videtur, *Velleius*, Virtute eminet:patriâ,laret. *Plau.Capt.sc.*2. *a.*3. Vix è gratulando eminebam,(id est,emergebam.)] Nonnunquam præpositionem extra.*Plin.lib* 17.*c.*23.Et in fico quidem dodrantales paxilli solo patefacto feruntur , sic vt descendat quæ proxima arbori fuerit duo oculi extra terram emineant.Interdum prepositionem per:*Liuius*,Eminet ferum per costas.¶Ponitur frequenter pro excello & superto, ὑπέχειν.*Cic.*3.*Verr.* Toto ex ore crudelitas eminebat.*Idem pro Cluentio* Illi quorum eminet audacia atque proiecta est, à consiliis malitiæ seruntur.*Et Tusc.*2. Amplitudo animi maximè eminet contemnendis doloribus.Sic eminere aliquis dicitur,qui cæteris antecellit. *Cic.in Orat.* In quo tantum abest vt nostra miremur,vt vsque eò difficiles ac morosi simus,vt nobis non satisfaciat ipse Demosthenes : *qui quanquam vnus eminet inter omnes in omni genere dicendi,tamen non* semper implet aures meas:ita sunt auidę,& capaces , & semper aliquid immensum infinitúmque desiderant. *Liu.*1.*ab Vrbe*,Necdum à singulis quia nemo magnopere eminebat in nouo populo,peruenerant factiones.Ex his omnibus satis,opinor,apparet eminere de omnibus siue personis,siue rebus dici,quæ aliquam partem habent cæteris altiorem,aut magis expositam,idque commodè transferri posse ad quascunque res aliis excellentiores.

Ēmĭnēns nomen ex participio,Editus,excellens. {רם *ram* גבוה *ghabóaħ* נראה *nireéh.*ἔξοχος. GAL. Eminent,qui surpasse les autres,apparent par dessus.ITA.*Apparente,soprastante.* GER. Fur andere auff ansehung/furtreffend.HIS.*Eminente,el que parece sobre los otros.*ANG.*High, excellent,that sheweth the self aboue others.*} [*Velleius*: Eminentia, & Eminentissima ingenia.*Item*,Eminentia non carent inuidiâ. *Idem Vell.& Quintil.* Eminentiora alia alia reductiora,(in pictura.)*Vell.* Eminentissimi & excelsissimi viri.*Idem Vell.*Eminentissima Romanarum Liuia.*Idem Vellei* ,Ingenii eminentissimus fuit sæculi. *Idem Vell.* Eminentissimæ simplicitatis vir.]*Cæsar bell.Ciuil.*2.Has trabes paulo longiores,atque eminentiores quàm extrema parietum erant effecerunt.*Colum lib.*3.*cap.*8.Sed & Menuaniæ bos humilis, & Liguriæ nonnunquam taurus eminentis staturæ conspicitur. *Cic Tusc.*3. Eminens effigies virtutis.*Suet.in Calig.cap.*50.Statura fuit eminenti,pallido colore,&c.]

Ēmĭnentĭă,Excellentia.{יתר *jéther.*ἔξοχή.GAL.Saillie,outrepasse,esleuement en bosse.ITA.*Il trapassamento,excellenza.* GERM Furtrefflenheit HIS.*Eminencia sobre otras cosas.* ANG.*Excellency,passing aboue others.*}*Cic.*1.*de Nat.deorum.*Nam si tantummodo ad cogitationem valent,nec habent vllam soliditatem,nec eminentiam : quid interest vtrum de hippocẽtauro,an de Deo cogitemus.*Idem lib.*2.*Acad.* Quis est quin cernat quanta vis sit in sensibus?Quàm multa vident pictores in vmbris & eminentia,quæ nos non videmus? [*Velleius*: Eminentia cuiusque operis *Vide Gell.c.*3.*lib.*14.]

Ēmĭnŭlŭs,pen.cor.Parum eminens.{ὑποπτώδης. GAL.Vn peu esleué, vn peu plus haut & apparent.ITAL.*Poco eminente,non troppo alto.*GER. Hochlecht fur andere.HIS.*Cosa que parece vn poco sobre las otras.* ANG. *A litle higher,or that sheweth it self a litle aboue others.*}*Varr.lib.*2.*cap.* 5.Vt habeat inferiorem partem frequentibus pilis subcrispam , compactis cruribus,potiùs breuioribus,quàm longis,relictis genibus & eminulis,distantibus inter se.*Idem de canibus* , Spina neque eminula, neque curua.

Ēmĭnŏr,penultima correpta,eminaris,Minor.{ἀπειλέω.GAL.Menacer. ITA. *Minacciare.*GERM.Trõwen HISP. *Amenaçar.*AN.*To threaten.*} *Plau.Capt.*[*sc.*1.*a.*4.] Eminor,interminórque ne quis obsisterit obuiam.

Ēmĭnātĭo,{ἀπείλησις.GALL.Menace.ITAL.*Minaccie.* GERMAN.Trõwung.HISPAN.*Amenaças,obra de amenaçar.* ANGL.*A threatening.*} *Plaut.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Plaut.Capt.sc.1.a.4. Dentilegos omnes mortales faciam, quenque offendero. AEG. Quæ illæc eminatio est? nequeo mirari satis.

Eminus, pen.corr. A longinquo loco. {מרחוק *merachók.* πόρρωθεν, μακρόθεν. GAL. De loin. ITAL. *Da lungi.* GERM. Von weittem/ von ferrem. HISP. *De lexos, ò à lexos.* ANGL. *Afarre of.*} & differt à longè. quod non rectè dixeris, eminus habito, vt longè habito: sed benè, eminus iaculor. Importat enim eminùs tacitum quendam motum de loco. *Cæs.lib.1. bell.Ciuil.* Sic quotidie vtrinque eminus fundis, sagittis, reliquisque telis pugnabatur. [*Ouid.13.Metam.* Eminus ingenti resupinum pondere fudi.] ¶ Similiter cominus, à loco propinquo, non in loco propinquo, neque propriè, ἐγγύθεν, συσταδὸν, vt Cominus te percutiam, non cominus sedeo. *Valla in Rauden.*

Emiror, pen.prod. emiraris, emiratus sum, Valde miror. *Hor.1.Car.Ode 5.* & aspera Nigris æquora ventis Emirabatur insolens.

EMISA, ἔμισα, alias, ἐμίσω, pen.prod. licet *Dionysius* corripiat: vrbs Phœniciæ Licanuliæ. Gentile, Emisæus, vel Emesenus. Emissa fœmininum est, licet *Dionysius* declinare videatur, ἔμισα, τὴν, *Steph.*

E mitto, tis, emisi, emissum, Foras emitto. {שלח *schilléach.* ἐκπέμπω, ἀφίημι, ἐκφορῶ. GAL. Mettre hors, laisser aller, laschen, enuoyer. ITAL. *Mandar fuori.* GERM. Außlassen/ außschicken. HISPA. *Aiençar, embiar ò echar fuera.* ANGLI. *To send or put forth, to let go, to send abroade.*} *Cicer.3. Catil.* Vt abs te non emissus ex vrbe, sed in vrbem immissus videatur. *Idem 6. Verr.* Quæram, cur hunc eundem repente è carcere iusserit emitti. Emittere aquam ex piscina, vel lacu. *Cic.Attic.lib.4.* Lacus Velinus à M. Curio emissus. [¶ Emittere librum, pro edere: *Sueton.in Claud.cap.33.* De cuius arte librum emisit.] ¶ Varij præterea sunt verbi huius vsus, qui subiectis patebunt exemplis. *Plaut.in Merc.* Gradus grandit, emittit oculos, circunfert se, obsidet verticem. *Autor ad Heren.4.* Quòd si nunc hæc vrbs inuectissima vocem emittat, non hoc pacto loquatur? *Idem de Diuin.lib.2.* Si autem nubium conflictu ardor expressus se emiserit, id esse, fulmen. ¶ Sic etiam emittere arcu sagittas, aut tela. *Plin.lib.9.cap.8.de delphinis*, Nam quum fame confecti, fugientem in vada ima persecuti piscem, diutiùs spiritum continuere, vt arcu emissi ad respirandum emicant, tantáque vi exiliunt, vt plerunque vela nauium transuolent. *Idem lib.20.cap.23.de hirundinibus.* Notabili munditia egerunt excrementa pullorum, adulteriorésque circumagi docent, & foris saturitatem emittere, id est, ventrem purgare, *Idem lib.11.cap.24.de araneis*, Pariunt autem ouo ea in telas expansa, quia saliunt, atque ita emittunt. *Et lib.25.cap.5.* Quippe alia dare soliti, quæ concitarent vomitiones, ipsúmque elleborum extraherent medicamentis, aut clysteribus, sæpe etiam sanguine venis emisso. ¶ Admittit quoque & præpositiones. *Cic.pro Planc.* Emissus aliquis è carcere. *Et lib.2.Epistol.ad Attic.* Emittat ad me Publius qui obsignent. *Cæs.1.bel.Ciui.* Emittunt noctu per vallum. *Liu.4.bell.Pun.* Primos equites clamore sublato in hostem emisit. [*Senec.cap.2 de Consol.ad Helu.* Emittere nepotes ex sinu. *Idem cap.11.de Consol.ad Polyb.* Alium exire (è vita) cupientem vix emittit.] ¶ Emittere manu aliquem pro manumittere, & libertate donare. ἀφιέναι. *Terent.Adelph.* Haud dubium est quin emitti æquum fiet, id est, liberum fieri. [Si rectè facias, me emittas manu. *Plaut.Men.sc.7.a.5.* Quem emisi manu. *Ibid.* Ancilla libera vt sit, quam ego nunquam emisi manu. *Plau.Curc. sc.2 a.5.* Nunquam erit tam auarus, quin re gratis emittat manu. *Plaut.sc.3.a.2.* Emisti (pro emisisti) ex vinculis herum. *Idem ibid.* Mihi emisisti Philocratem fallaciis. *Ibidem sc 5.a.3* Emitteres nécne eum manu. *Plaut.Capt.sc.5.a.3.* Nunquam ad Prætorem æquè cursim currat, vt emittat manu. *Plaut.Pseud.sc.3.a.1.* Quin tu mulierem mihi emittis. *Plaut.Pseud.sc.7.a.4.* (id est, tradis vt abducam.] ¶ Ponitur etiam aliquando pro manifestare, edere, ἐκδίδωμι. *Cic.Volumnio.Fam. lib.7.* Vt etiam si quando aliquid dignum nostro nomine emisimus, ingemiscamus. [*Senec.cap.4.de Consol.ad Mart.* Quæ emittuntur in publicum, ei nota sunt.]

E missio, onis. Iactus, ictus. {משלחת *misschlácháth.* ἐκπομπὴ, ἐξαποστολὴ. GA. Enuoy, chasse, iettement. ITAL. *Esso mandari fuori.* GERMAN. Außlassung. HISP. *Obra de embiar ò echar fuera.* ANG. *A sending forth, a shooote.*} *Cic.2.Tuscul.* Vt enim balistæ lapidum & reliqua tormenta telorum eò grauiores emissiones habent, quò sunt contenta atque adducta vehementiùs.

[Emissus, a, um, *Plaut.Men.sc.5.a.5.* Postquam emissus es (carcere.) cæsum virgis sub furca scio. *Cic.3.Catilin.* Emissus ex vrbe. (*Item*, Emissus è carcere. *Idem Cic.ad Atticum.& Plin.c.5.lib.25.* Emisso venis sanguine. *Suet.in Claud.cap.32.* Pænè submersus, cùm emissa impetu aqua redundasset.]

E missārius, ri, Excursor. {GALLIC. Vn qu'on enuoye çà & là quand & où on veut, messager, vn espie ou escoute. ITAL. *Spia, vn messaggio che va quà & là à la volontà d'altri.* GERM. ein botten l3uffer/ der sich laßt hin vnnd wider schicken. HISPAN. *Atalayador ò mirador, varon para ambiar de'ante.* ANG. *A messinger, a post.*} Qui ante exercitum emittitur, πρόσταγος, vel ad explorandum, ὠτακουστὴς, κατάσκοπος, vel ad prælium lacessendum, προσκυλλὸς, vel qui dominum circumstat vt eius iussis obtemperet, & præstò est vt emitti possit. ¶ Emissarius etiam à probatissimis autoribus appellatur calumniator submissus, & subornatus ab inimicis. *Cic.Mario, lib.7.epist.* Persuaserátque nonnullis inuidis meis, in me emissarium semper fore. ¶ Item furtorum conciliator (*sicut Asconius docet*) qui scilicet emittitur vt exploret res furto opportunas. *Cic.3.Verr.* Turpio quidam istius excursor, & emissarius, homo omnium ex illo conuentu quadruplatorum teterrimus. *Idem Ver. 5.* Dubitaturum quenquam existimas, quin illis emissariis hæc tibi omnis pecunia quæsita sit? [*Velleius:* Per emissarios factionis suæ eum interfecit. *Suet.in Galba cap.15.* Emissarij Neronis.] Emissarius autem vocatur equus, aries, & hujusmodi qui emissus sit in solitudinem, vel qui ad generandam sobolem emittitur. Sed videtur ratio postulare vt dicatur admissarius, quod ad sobolem procreandam fœminæ adjungatur. {καβάλλης. GALLIC. Vn estalon. ITALIC. *Stalone.* HISPAN. *El cauallo garañon.* ANGL. *A stallion, a horse keept to horse mares.*} Vnde admissura, quando mares brutorum ad fœminas admittuntur: ὀχεία. ¶ *Plinius* emissarium appellat palmitem, qui emissus ex deputatione infertur imis scamnis, vt per singulos annos ad superiora scandat. Sic enim *lib.17.c.23.* scribit, Relicto semper duramento in singulis tabulatis, & emissario vno qui subeat vsquequo placuerit.

E missārium, Locus per quem aqua è lacu aut stagno emittitur. { ὑδρευξ. GALLI. Vn conduit par où l'eau s'escoule, canal. ITAL. *Condutto do scolar acque.* GERM. ein außlaß eines sees oder wassers. ANG. *La sangradera para vaçiar agua.* ANG. *A sluice or place to let water out of a ponde.*} *Suet.in Claud.* Fecit & emissarium Fucini lacus, portúmque Ostiensem. [Et rursus *idem Suet.in Claud.cap.32.* Conuiuatus & super emissarium Fucini lacus, ac pènè submersus, cum emissa impetu aqua, &c.] *Cic.ad Tironem*, Heluo nequissimus HS.M. dabat nullo aprico horto, nullo emissario, nulla maceria, nulla casa.

E missitius, a, um. Qui ad explorandum emittitur. { ὠτακουστικὸς, προσταγωγικὸς. GALL. Espie, qu'on iette pour espier ITAL. *Spia, spione.* GERM. ein geschicket/ außspäher. HISP. *Al alayador saledizo afuera.* ANGL. *An send out to espye.*} Et oculi emissitij extrà educti, & foras porrecti. *Plau. in Aul.* Exeundum hercle tibi hinc foras, Conspectatrix cum oculis emissitiis.

Emmanuel, {עמנואל *Himmanuél.*} Hebraica dictio: quam si interpreteris, nobis sonat, Nobiscum Deus, Græcè, μεθ' ἡμῶν ὁ θεός.

EMMAVS, mai, *Plinio*, siue Emmaus, ûntis, ἐμμαοῦς, *Ptolemæo* Castellum siue oppidum Palæstinæ, alio nomine Nicopolis appellatum, vbi Christus à duobus discipulis panem frangens fuit agnitus. *Plin.libr. 5.capit.14.* Hierichuntem palmetis consitam, fontibus irriguam Emmaum.

E mo, emis, emi, emptum, Pecuniis aliquid mihi comparo: construitúrque cum ablatiuo, vel genitiuo horum nominum, tanti, quanti, pluris, minoris, & huiusmodi. {קנה *kanáh* ὠνοῦμαι. ἀγοράζω. GAL. Acheter. ITA. *Comparare.* GERMA. Kauffen. HIS. *Comprar.* ANG. *To bie.*} *Cicer. lib.3.Off.* Emit homo cupidus tanti, quanti Pythius voluit. *Gellius*, Libros plurimos ære pauco emi [Vnde emisti? *Plaut.Curc.sc.2.a.5.* Tibi hunc eme isto argento. *Plau.Asin sc.3.a.3.* Non emam vitam tuam viciosa nuce. *Plaut.Milit sc.3 a.2.* Thalem talento non emam Milesium. *Plaut.Capt.sc.2.a.2.* Noui te hominem molestum, quive emas litigium. *Plau.Amphitr.* Beneficiis emere gnatum suum sibi. *Plau.in Asin. sc 1.a.1* Diem, aquam, noctem argento non emo. *Plau.Asin sc.3 a.1.* Herus dicto me emit audientem, haud imperatorem sibi. *Plaut.Men.sc. 4.a.1.* H. Age sis roga (id est, stipulare:) Eo Emptum nisi quis meliorem afferat conditionem. *Plaut.Capt.sc.2.a.1.* Ne quid emat, nisi quod tibi placere intelligat. *Plaut.Most.sc.3.a.1.* Emere malo, quàm rogare. *Plau. Curc.sc.3.a.1.* ¶ Emere sibi, pro accipere. *Liu.lib.vlt in fine.*] Emere antiqui etiam accipiebant pro sumere, *autore Festo.* ¶ Emere idem est aliquando quod conducere aut redimere. *Cic.Verr.5.* Emere decumas, vectigalia, id est, conducere & redimere à populo. [¶ Emere & redimere, etiam locare erat. Festus.] ¶ Eius composita sunt, Abemo, Ademo, Coemo, simul emo, vel ex omnibus locis emo: Eximo, Interimo, Perimo, & Redimo, quæ habent penultimam correptam. Item frequẽtatiuum Emptitare, de quo mox: & Empsitare, *apud Plaut.in Cas.* Non ego istud verbum titiullitio empsitem: quanquam alij hoc in loco legant emptitem.

E mptus, participium. {נקנה *niknéch.* ὠνητὸς. GALL. Acheté. ITA. *Comparato.* GERM. Gekaufft. HISP. *Comprado.* ANG. *Boght.*} *Horat.1.Epist.* Sperne voluptates, nocet empta dolore voluptas. *Ex empto, Id est, ex emptione. *Cic.3.de Nat.Deor.* Reliqua quæ ex empto, aut vendito, aut conducto, aut locato contra fidem fiunt. [*Plaut.Pseud sc 7.a.7.* mea hæc habeo meo peculio empta. *Plaut.Moste.sc.3 a.1.* Næ emptum tibi dare hoc verbum volo. (Vbi ita legit Passerat. Volo istuc benè emptum tibi dare.)

E mptio, onis. { מקנה *miknáh.* ὠνὴ. GALL. Achet, achettement. ITAL. *Compra, compreda.* GER. Kauff. HISP. *Obra de comprar.* ANG. *A bying.*} *Cic.Attic lib.12.* Quid Cæsar? tres habet conditiones, aut emptiones ob hostam, &c. Emptio successit permutationi, inuenta moneta, *l.1.de contrahend.empt.* Emptionem vertit, quamcunque alienationem continuari. *Albericus antè monuit, citans l. si tabuliberi, ad fin ff. de statu liber.* Præterea omnem quo dominium transfertur, contractum. *l. sicut. §. venditur, Quibus modis pignorat. vel hypoth. Solu.* Idem indicauit emptionis & venditionis vocabulis veteres vsos indiscriminatim. *l. veteres de act.empt. l. cum apparebit. ff. Loc.* Emptio imaginaria dicitur, quæ simulatur, quum in veritate non sit emptio. *Zas. §. item si quis, Institut. de action.*

E mptĭto, tas, penultim. corrept. Frequenter emo, vel frequenter mercandi, seu acquirendi vsum habeo. { ὠνέομαι. GALL. Acheter souuent. ITAL. *Comperar spesso.* GERMAN. emsig kauffen. HISP. *Comprar à menudo.* ANGL. *To bie often, to vse to bie.*} *Plin.lib.33.ca.1.* Alios coriis boum, alios ferro, captiuisque rebus emptitasse tradit. *Colum.lib.8. cap.10.* M. Terentius ternis sæpe denariis singulos emptitatos esse significat: Pro eodem etiam legitur Empsitare: de quo vide paulò ante in verbo EMO.

E mptŭrio, Cupio emere. {ὠνητιάω, ἀγορασείω. GAL. Desirer d'acheter. ITA. *Bramar di comperare.* GE. Lust haben zukauffen oder marcken. HIS. *Auergana de comprar.* ANG. *To desyre to bie.*} *Varr.in Procem.lib.2.de Re rust.* Propterea quòd te emturientem in campos macros ad mercatum adducunt crebrò pedes.

E mptŏr, oris, Qui emit. {קנה *koneh.* ὠνητὴς. GAL. Acheteur. ITA. *Compratore.* GE. ein kauffer. HIS. *Comprador.* ANG. *A bier.*} *Cic.3.Off.* Nequid omnino quod venditor norit emptor ignoret. [*Suet.in Ner.c.4.* Emptor familiæ. *Plaut.Men.sc.vlt.a.5.* Venibit vxor quoque si quis emptor venerit. *Plaut.Idem Asin.sc.3.a.1.* Si quis emptor venerit non potest auferre verbum philippeis aureis.]

E mptiōnālis, le, Qui frequens est in emptionibus & proscriptionibus bonorum. ὠνητικὸς. *Cæl.Ciceroni*, Quod quidem si inter vos senes emptionales venale proscripserit. Quo in loco antiquissima exemplaria habent concionales senes.

E mptĭtĭus, Qui est de numero eorum qui empti sunt, siue emi solent. {ωνητὸς. GA Qu'on a acheté, qui est acheté, ou pour acheter. IT. *Comprat iccio.* GE. Gekaufft/ oder der kaufft HI. *Cosa compradiza.* AN. *That is boght, or to be bogth.*} *Varr.l.3.de Re rust.* Hic aprum elans quum pascit emptitia facit pinguem, illic gratuita exilem. *Ibid c.17.* Præterea salsamenta in eas piscinas emptitia conijciebat.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Emāx, gen. communis, Qui facilè inclinatur ad emendum. {ὠνητικός. GALLIC. Grand acheteur, qui aime acheter. ITAL. *Facilè à comperare.* GER. Kauffferig/der gern kaufft vnnd trämlet. HISP. *Qui in mucho, ò con mucha gana compra.* ANGL. *Giuen to bie, a great bier.* } *Cato de Re ruſt. cap. 2.* Patremfamiliâs vendacem, non emacem eſſe oportet. *Cic. In Parad.* Non eſſe cupidum pecuniæ, nō eſſe emacé, veſtigal eſt.

Emācitās, Facilitas & inclinatio voluntaria emendi. { τὸ ὠνητικόν. GALL. Grand deſir & faim d'acheter. ITA. *Deſio de comperare.* GERMANIC. Kauffgyrigkeit. HISPAN. *Gana y vitio de mucho comprar.* ANGLIC. *A voill to bie.* } *Colum. lib. 5.* Quoſdam emacitas in armentis, quoſdam exercet in comparandis mancipiis cura, & de tuendis nulla cura tangit. *Plin. Epiſt. 51.* Erat φιλόκαλος, vſque ad emacitatis reprehenſionem.

Emŏdŭlŏr, Modulor. { זמר *zimmer.* μελῳδῶ. GAL. Chanter & compoſer vers par meſure melodieuſement chanter. ITA. *Componere ò cantare con miſura.* GERMAN. Im ſchlag ſingen/oder ein lied dichten. HISP. *Cantar ſuauemente, y con media derecha.* ANGLIC. *To ſing in meaſure or proportion.* } *Ouid. lib. 1. Amorum,* Muſa per vndenos emodulanda pedes.

Emŏdўs, ἄμωδος, Mons qui circa finem Indiæ in duos ramos diuiditur, Alteri Ortorocaras nomen eſt, alteri Semantinus. *Vide Ptolem. lib. 6. cap. 15.*

Emolior, iris, iri, Eiicio, expello, {גרש *gereſch.* ἐκβάλλω. GALL. Mettre hors auec effort. ITA. *Scacciare.* GERM. Außthin ſtoſſen oder werffen. HISP *Empuxar à fuera.* ANGL. *To put forth by force.* } *Celſ. l. 4. cap. 6. de pleuritide,* Interdum ſicca tuſſis eſt, quæ nihil emolitur. *Colum. lib. 8. capit. 5.* Dum eos amaritudo cogat per nares emoliri pituitæ nauſeam.

Emŏllĭo, lis, Mollio, molle facio, { הרך *herách.* μαλαιῶ, ἐκμαλθακίζω, ἐκχαλάω. GAL. Attendrir, mollifier, effeminer, rendre mol & delicat. ITA. *Mollificare, intenerire, effeminare, far de'icato.* GERM. Erweichen/weich machen. HISPA. *Amollentar à otra coſa.* ANG. *To mak ſoft, nice or wanton.* } *Liu. 7. bell. Maced.* Humor arcus, fundáſque, & iaculorum amenta emollierat. ¶ Vnde emollire aluum, eſt laxare. *Plin. lib. 10 cap. 9.* Aluum leuiter emollit lapſana *ibidem cap. 2.* Pepones qui vocantur, refrigerant, maximè in cibo, & emolliunt aluum. ¶ Quando ad hominem transfertur, ſignificat mollem & effœminatum reddo. *Liu. 7. bell. Pun.* Simul metuens ne ſuum quoque exercitum, ſicut Annibalis, nimia vrbis amœnitas emolliret. *Idem lib. 2. bel. Maced.* Degener & emollitus amœnitate Aſiæ hoſtis.

Emŏllĭdŭs, a, um, adiectiuum, Mollis. {רך *rach,* μαλθακός, μαλακός. GALL. Mol, effeminé. ITA. *Molle.* GERM. Erweicht. HISP. *A mollentado, ò muelle.* ANGL. *Soft, nice, wanton.* } *Liu. 4 bell. Maced.* Labor & æſtus emollida & fluida corpora Gallorum reddit. Quanquam ſint qui Mollia hoc loco contendant legendum.

Emolo, is, ere, Perfectè molo, vel molendo conſumo. *Perſius Sat. 6.* & granaria, fas eſt, Emole: quid metuis? occa, & ſeges altera in herba eſt.

Emŏlŭmĕntŭm, ti, Vtilitas quam ex opera & labore aſſequimur: nam à molimine deſcendit. {ותרון *ſitrón.* ὠφέλημα, ὄνησις. GAL. Vtilité, profit, gain. ITAL. *Vtilità* GER. Nutz. HIS. *Ganancia ò prouecho.* ANG. *Gaine, profite.* } *Cic. lib. 3. Offic.* Si ſic etimus affecti vt propter ſuum quiſque emolumentum ſpoliet, aut violet alterum, dirumpi neceſſe eſt eam, quæ maximè ſecundum naturam humani generis eſt, ſocietatem. *Plautus Trinu.* Etſi ſine dote duxeris, tibi ſint emolumentum honoris, mihi Quod oblectent, ſiet. *Cic. 1. de Finibus,* Plúſque in ipſa iniuria detrimenti eſt, quàm in his rebus emolumenti quæ patiuntur iniuria. *Iuuen. Sat. 16.* Præmia nunc alia, atque alia emolumenta notemus Sacramentorum.

Emŏnĕo, es, Moneo. { הגיד *highgiáh.* παραγγέλλω. GALL. Auertir, amonneſter. ITA. *Auertire, immonire.* GERMAN. Warnen. HISP. *A moneſtar.* ANGL. *To warne, to aduertish.* } *Plaut. Aſin.* Hunc politate, illa expilare iam emone.

Emŏrĭŏr, Morior, obeo. {מת *meth.* ἀποθνήσκω. GALL. Mourir. ITA. *Morire.* GER. Erſtärben. HISP. *Morir.* ANG. *To die.* } [*Quintilian.* Euaneſcũt hæc (dicta) atque emoriuntur. *Plau. Aul. ſc 3. a. 1.* In rem meam eſt vt emoriar priuſquam ducam. Et, Emortuum eſſe mauelim leto malo. *Ibid. idem Plaut. Pſeu l. ſc. 3. a. 1.* Non eſt ex te tua vt ego emoriar. *Plaut. Pſeud. ſc. 7. a. 4.* Haud te ſinam emoriri, niſi mihi argentum redditur.] *Plaut. in Menach.* Paucis poſt diebus Tarenti emortuus eſt. *Idem in Aſinar.* Emori me malim, quàm hæc nō eius vxori, &c. [*Quintilian.* Cum ſpes emoritur.] ¶ Legitur etiam infinitiuus emoriri, per quartam coniugationem. *Terent. in Eunuch.* Riſu omnes qui aderant emoriri.

Emortŭālis dies. Quo quis mortuus eſt. {θνησιμαῖος. GAL. Mortuaire, le iour que lon ſe meurt. ITAL. *Il giorno che alcuno è morto.* GERM. Der tageines tödtlichen abgangs. HISP. *El dia del mortuario.* ANG. *The day when one dieth.* } Sicut Natalis, quo quis natus eſt. *Plaut. in Pſeud.* Certum eſt mihi hunc emortualem facere ex natali die.

Emŏuĕo, es, Loco moueo. {הניד חניע *henidh* חניע *heniaḥ.* μετάγω, μεταφέρω. GALL. Mouuoir, remouuoir, remuer, oſter d'vn lieu. ITA. *Mouere* GERMAN. Herauß bewegen/dannen thun/verrucken. HISPAN. *Mouer de lugar.* ANG. *To put out of the place or aſyde.* } *Liu. 6. ab Vrbe,* tùm percitus ira Camillus, lictorem qui plebem de medio emoueret, miſit. *Virgilius 2. Æneid.* emoti cardine poſtes. * Emouere, pro Exerere, ſeu in apertum producere. *Ouid. 3. Faſt.* Dum loquitur, totum iam ſol emouerat orbem. Id eſt rota ſua rotunditare apparebat. [*Gell. c. 4. lib. 10.* Emouere labias. *Liuius lib. 6. bell. Pun.* Emouere ſemel atque iterum.]

Emōtŭs, pen. prod. participium. Loco motus. { מונע מונע *munádh* מונע *manáh.* ἐκκινητός, κινητός. GAL. Remué, oſté de ſon lieu. ITA. *Remiſſo, tolto via.* GERM. Verruckt/außbewegt. HISP. *Mouido de lugar.* ANG. *Put out of the place or aſyde.* } vt, Axis cardine emotus, *Stat. 1. Thebaid.* Curæ emotæ. *Virgil. 6. Æneid.* Emotis deinde curia legatis, *Liu. 10. bell Punic.* [Emota mens, (pro planè mota loco.) *Senec. cap. 18. de Conſ. ad Polyb.*]

Empānda, Paganorum Dea fuit, *teſte Feſto:* ita dicta quòd patentibus pagis non clauſis vrbibus præeſſet.

Empēdŏclēs, pen. cor. Empedocles. {GERM. Ein philoſophus naturlichen dingen hoch erfaren. } Nomen eſt Philoſophi Agrigentini, quem neſcias vtrúmne inter Poetas, an inter Philoſophos annumeres, quippe qui rerum naturam elegantiſſimo carmine explicuit, vt apud Romanos Lucretius. Hic (*vt autor eſt Hieronymus*) omne quod viuit & mouetur, non putauit edendum, ſicut & Pythagoras: & ex concordia amicitiáque elementorum cuncta conſtare affirmabat, & eorum inimicitia & diſcordia aliquando diſſolutum iri. Prima item elementorum complexione ſegregatum aëra contendebat: & poſt eum ignem erupiſſe, etímque cùm alium locum non reperiret, ſurſum à frigore aëris eſſe repulſum. Circa terram autem duos circunferri dimidiatos orbes: alterum ex igne totum, alterum ex aëre maximè, ac exigne admodum exiguo: & illum diem, hunc noctem eſſe putat. Solem natura non eſſe ignem, ſed ignis repercuſſionem ei ſimilem, quam in aquis fieri cernimus: Lunam ex relicto ab igne aëre congelatam, ſicut grando congelatur, & per ſe factam, lucem à Sole recipere. Mentem non in capite, nec in pectore, ſed in ſanguine diſſeminatam eſſe, ac illis partibus homines magis ſentire quibus plus ſanguinis ineſt. De huius morte nonnulli memoriæ tradiderunt, clàm relictis ſociis Ætnam Siciliæ montem aſcendiſſe, & in ardentē eius craterem ſe conieciſſe, eo conſilio, vt quum nuſquam appareret, crederetur factus eſſe immortalis: ſed eiectis impetu ignis ferreis eius crepidis, rem fuiſſe deprehenſam. De Empedocle extat honeſtiſſimum illud *Lucretij* elogium, Carmina quin etiam diuini pectoris eius Vociferantur, & exponunt præclara reperta, Vt vix humana videatur ſtirpe creatus.

¶ Empedoclis ſimultas. Ἐμπεδοκλέους ἔχθρα, dicebatur pertinax & irreconciliabilis. Empedoclem enim aiunt iis fuiſſe moribus, vt aſſiduè ſimultates cum aliquibus ſuſciperet, eáſque pertinaciſſimè exerceret. Quadrabit etiam vbi quis leui de cauſa ex amico fit inimicus.

*Hinc Empedocleus, a, um, Adiect. *Cicer. Qu. frat. lib. 2. 13.* Quum venentis, virum te putabo: ſi Salluſtij Empedoclea legeris hominem non putabo.

Empĕtrŏn, {ἔμπετρον. GALLI. Vne herbe appellee percepierre, rompierre. ITA. *Herba faſſifraga.* GER. Steinbrech ein kraut. HISP. *Laſaxifraga, hierua conocida.* } A Græcis dicitur herba ea quæ à Latinis calcifraga appellatur, locis maritimis ferè gaudens, & haud remerè alibi, quàm nudo ſaxo naſcens: vnde & nomen accepit. *Plin. lib. 27. c. 29.* Emperron, quam noſtri calcifragam appellant, naſcitur in montibus maritimis, ferè in ſaxo: quò propiùs mari fuerit, minus falſa eſt. Vulgus *Saxifragam* appellat.

Emphăsis, pen. cor. ἔμφασις. Expreſſio, ſignificatio, demonſtratio, Figura eſt, cùm tacita verbis ſubeſt ſignificantia, quæ pronunciatione indicatur. Eius duo ſunt genera: alterum, quo plus ſignificatur quàm dicitur: vt Cantando tu illum? quaſi dicat, indoctus peritiſſimum? Item, Iráne. Cretenſi fidem habes? vbi non ſimpliciter in Creta natum ſignificamus, ſed hominem pro gentis ingenio perfidum. Alterum quo etiam illud ſignificatur quod non dicitur: *vt apud Virgil. lib. 1. Georg.* Quum iam glandes atque arbuta ſacræ deficerent ſyluæ: hoc eſt non ſolùm aliis ſyluis, ſed etiam ſacræ.

Emphўtēusis, {נטע *mattáh* ἐμφύτευσις. GALLIC. Entement, enteure, meilleurement. ITAL. *Piantagione, miglioramento.* GERM. Pmpfung/pflantzung. HISPA. *Plantacion meioramento.* ANG. *A greffing, a imping.* } Latinè inſitionem ſignificat, ſiue plantationem: à verbo Græco ἐμφυτεύω, quod eſt inſero, vel conſero. Vnde fundum in emphyteuſim dare, frequens eſt apud Iuriſconſultos, pro eo quod eſt, ea conditione alicui tradere, vt accipiens eum colat, eóque vtatur, fruatur, quandiu mercedem ſoluit. Hic autem contractus, vt ex verbi origine appareat, tùm eſſe cœpit, quum agri deſerti, atque inculti non facilè colonum reperiebant. ¶ Hinc Emphyteutes, ſiue Emphyteuta, ἐμφυτευτής, dicitur, qui fundum, agrúmve ea lege à domino accipit, vt eum conſerat, meliorémque efficiat.

Emphrăcta, orum, Nonnulli dici putauerunt naues tectas, *citantes illud Vlpiani ex l. j. D. de exercit. act.* Quædam enim naues onerariæ, quædam (vt ipſi dicunt) emphractæ ſunt. Quo tamen in loco caſtigatiora exemplaria ὀπλοφόρους, aut certè ὁπλοφόρους, non emphracta legendum docent. Naues autem tectas, ſiue conſtratas, Græco vocabulo καταφράκτους vocari, ſuo loco oſtendimus.

Empīrĭcē, ἐμπειρικῶς, Dicta eſt medicinæ pars quæ ſola experientia curat. Tres enim fuerunt præcipuæ medicorum ſectæ: Rationalium, quorum princeps extitit Hippocrates: Methodicorũ, quorum primus fuit Themiſon Laodiceus, quem poſtea ſecutus Theſſalus Trallianus, ſectam eam abſoluit: Et Empiricorum, qui Philinum Coum ſequuntur, qui primus eam partem à rationali ſeparauit. *Plin. lib. 29. c. 1.* Alia factio ab experimentis ſe cognominans empiricen, cœpit in Sicilia.

Empīrĭcŭs, {ἐμπειρικός. GAL. Celuy qui fait medecine ou autre ſcience par experience & long vſage. ITA. *Sperimentatore, che medica ſolamente con la ſperienza.* GER. Ein artzet ſo ſein kunſt allein auß der erfaring hatt. HISP. *Experimentador.* ANGLIC. *He that maketh a thing by experience, or long vſe.* } Medicus qui ſola experientia medicinam tractat, neque hominum naturam cognitam habens, neque morborum cauſas inueſtigans, ψιλὴ τῆς ἐμπειρίας: hoc eſt, ab experientia dictus.

Emplāstrum, ſtri. {מזור *mazór.* ἔμπλασσμα, ἡ ἔμπλασις. GAL. Emplaſtre. ITA. *Empiaſtro.* GERMA. Ein pflaſter. HISP. *Emplaſtro.* ANGLIC. *A plaiſter.* } Medicamentum ex variis rebus præſertim metallicis conſtans, accuratè tritis, quod liquore aliquo præmollitum vulneri imponi ſolet. Dictum à verbo ἐμπλάσσω, quod eſt ſubigo, & verſando mollio. Hodie vulgò *Vnguentum* dicitur. Id verò quòd vulgò *Emplaſtrum* dicitur, à doctis vocatur cataplaſma *Plin. lib. 1. cap. 24.* Imponuntur emplaſtra vulneribus, malagmata ſuper integram cutem iniiciuntur: paſtilli autem illinuntur, aut alicui molliori ceraſo miſcentur. Sunt & alia horum inter ſe diſcrimina. *Vide Celſ. lib. 5. c. 17.* [*Laberius apud Gell. cap. 7. lib. 16.* Quid eſt iuſiurandum? Emplaſtrum æris alieni.]

Emplāſtro. {חבש *chibbéſch* ἐπιδεσμίζω, ἐμπλάσσω. GALLIC. Enter vn arbre, y appliquer vne greffe ou ente. ITALI. *Figgia d'incatenare.* GER. verpflã-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Verpflaſtren / wie man den ſchoſſen thut ſo man zweyget. HISPAN. *Emplaſtrar ò enxerir, de eſcudete.* ANG. *To greffe.* } *Columella lib.* 11. *cap.*2. Poſſunt, inquit, ſi iam librum remittunt, inſeri oleæ, vel emplaſtrari, cæteræque pomiferæ arbores eodem emplaſtrationis genere inſeri.

Emplāſtrātĭo, onis, in arboribus dicitur, quum cortex eximitur inoculationis gratia, vt aptari queat cortex par ex altera arbore. {ἐμφύλωσις. GALLIC. Entement ou enture. ITALI. *Incatanamento.* GERMAN. Zweygung/ein einbindung eines zweygs. HISPAN. *Obra de emplaſtrar ò enxerir.* ANG. *A greffing.* } *Colu. lib.* 6. *de Arbor. cap.* 26. Tertium genus, quùm gemma cum exiguo cortice in partem ſui delibratam recipit, quam vocant agricolæ emplaſtrationem, vel (vt quidam) inoculationem.

Emplāſtrātūrŭs, part. quo *Col. vſus eſt, lib.* 5. *c.* 11. Delibrato (*inquit*) item alteram arborem, quam emplaſtraturus es.

Empŏrĭum, Mercatus, vel locus vbi mercatus fit. {ἐμπόριον. GAL. Le marché, le lieu où on tient vne foire. IT. *Mercato, fiera.* GERM. Ein gwärb ſtatt/da man kaufft vnnd verkaufft. HISP. *Lugar de feria ò trato de merſtatt/da man kaufft vnnd verkaufft.* HISP. *Lugar de feria ò trato de mercaderia.* ANG. *The place where a faire is keept, a merkat towne.* } *Plaut. in Amphitr.* Apud emporium, atque in macello, in palæſtra, atque in foro. *Cic. Att. lib.* 5. Quum per emporium Puteolanorum iter facerem. Dictum emporium ἀπὸ τῶ ἐμπορᾶν, hoc eſt à negotiando, ſiue mercando: vnde & ἔμπορον, Græci mercatorem vocant, & ἐμπόρευμα ipſam negotiationem.

Empŏrētĭcus, a, um, Mercatorius, ἐμπορευτικός. vt Emporetica charta. {ἐμπορευτικὸς χάρτης. GAL. Papier brouillard, de quoy on enueloppe les autres marchandiſes. ITA *Carta da imolger mercantie.* GERM. Krämer papeir in welches ſy ire waren einwickſen. HI *Papel de ſtraça.* ANG. *Papier wherein merchandes do put their wares, as browne or waſt paper.* } dicta eſt qua merces inuoluuntur à mercatoribus, inutilis ad ſcribendum. *Plin. lib.* 13. *c.* 12. Nam emporetica inutilis ſcribendo, inuolucris charta rum ſegeſtriúmque in mercibus vſum præbet.

EMPORIAE, Vrbs Hiſpaniæ Tarraconenſis, Ptolemæo. * Vulgo *Caſtellon Dempurias.* *Phocaicæ Emporiæ. *Silius lib.* 3. Dat Carthago viros Teucro fundata vetuſto, Phocaicæ dant Emporiæ, dat Tarraco pubem.

EMPORIVM, ἐμπόριον, Oppidum, quod aliàs Tanais, iuxtà Tanaidis fluuii oſtia in Mæotin. *Steph.*

EMPORIVM, ἐμπόριον, Vrbs Celtica, à Maſſilienſibus condita: altera eſt Macedoniæ, tertia Siciliæ, quarta Campaniæ, *Steph.*

Empotion, quod hîc pro herbæ nomine corrupte legebatur, Vide EMPETRON.

Empŏſthŏtŏnŭs, ἐμποσθότονος. Affectus eſt ſpinæ, quum ſcilicet illa obriguit, & inflexibilis facta eſt, atque ita in anteriorem partem incuruatur, vt omnino erigi non poſſit. Huic affectus ſimiles ſunt tetanus & opiſthotonus: in hoc tamen differunt, quod emproſthoronos dicitur, quum in anteriorem partem ſpina ſit inflexa: opiſthotonos, quum ea in partem poſteriorem eſt incuruata: tetanus autem quum recta obriguit, ita vt neque in anteriorem, neque in poſteriorem partem flecti queat.

Emptĭtĭŭs, Emptito, *Vide* EMO.

EMPVSĂ, ἐμπουσα, Genus laruæ & terriculamenti, dicatum Hecatæ, vno pede incedens: vnde & nomen. *Autor Euſtathius. Vide Calium Rhodig. lib.* 6. *c.* 38. *lect. antiq. & Eraſmum in prouerbio,* Protheo mutabilior.

Empȳĭ, ἔμπυοι, A medicis dicuntur qui abſceſſu thoracis laborantes, pus excreant, quorum affectus etiam empyema, ἐμπύημα, appellatur: nos purulentam excreationem dicere poſſumus. Qui verò hunc morbum patitur, empyicus, ἐμπυϊκὸς dicitur.

Empȳrĭum cælum, ἐμπύριος οὐρανός. Appellatur à Theologis (nam philoſophi cœli huius nuſquam meminerunt) vndecimum cœlum, primum mobile ambitu ſuo complectens, Dei & Beatorum ſedes: ita dictum, quaſi ignitum, non quòd reuera tale ſit, ſed quòd puritate ſua reliquis cælis, vt ignis cæteris elementis, antecellat.

Emūcĭdŭs, pen. corr. adiect. {עכש *bo²eſch.* ὁ ἡ ἢ βλεννώδης, ὁ ἡ ἢ μυξώδης, ὁ ἡ ἢ ὑγρώδης. GAL. Moiſi & tout humide. ITA. *Muffo, muffolento.* GERMA. Schimlig HI. *Coſa mucho mohoſa.* ANG. *Very filthie, muche wynewed.* } vt, Vitis emucida. *Plin. lib.* 17. *c.* 22. Simili modo & ſecundo anno recidirur, viréſque concipit, & intra ſe paſcit, ſuffecturas oneri, quùm aliàs feſtinatione pariendi gracileſcat, ac emucida (ni cohibeatur caſtigatione tali) in fœtum exeat tota.

Emūgĭo, is, pen. prod. Cum mugitu profero. {געה *gehâh.* ἐμυκησμός. GA. Mugir comme vn taureau, parler gros. ITAL. *Mugire de buoi.* GER. Jůnen/ſchreyen wie ein ſtier. HISP. *Mucho bramar, ò dar bozes.* ANG. *To bel lowe out.* } *Quint. lib.* 2. *c.* 12. Nam & clamant vbique, & omnia leuat a, (vt ipſi vocant) manu emugiunt.

Emŭlgĕo, emulges, emulſi vel emulxi, emulſum vel emulctum, Mulgeo, mulgendo tollo. {מצה *matſach.* ἐκμέλγω. GAL Traire le laict d'vne mammelle. ITAL. *Mungere il latte.* GERM. Außmelcken. HIS. *Ordeñar, ò chupar.* ANG. *To milke or ſtroke.* } *Colum. lib.* 7. *c.* 3. Sed priuſquam hoc fiat, exiguum emulgendum eſt, quod paſtores coloſtram vocant.

Emundārĕ. Mundare. {טהר פנה *tihér pinnah* ἐκκαθαίζειν. GAL. Oſter ſes immondices, nettoyer. ITA. *Nettare.* GERM. Außeuberen. HIS. *Mucho alimpiar.* ANG. *To wipe & to mak cleane.* } *Col. lib.* 3. *c.* 15. Seritur ergo priùs in emundata paſſinatione. *Idem lib.* 2.

Emūngo, gis, emunxi, emunctum, Nares purgo. {מצה *matſáts* מצה *matſah.* ἐκμύττω. GAL. Moucher ſon nez. ITA. *Nettar ſe il naſo, ſuffiarſi il naſo, mocchar.* GER. Die naſen bunen. HI. *Alimpiar las narizes.* ANG. *To wipe the noſe, to ſnuffe a candell.* } Mucus verò eſt cerebri excrementũ ex naribus profluens. Emungere lucernam, vel eandelam, eſt extremam ellychnii partem, quæ iam exuſta lumini officit, inſtrumento auferre. Inſtrumentum quoque, quo ad eam rem vtimur, emunctorium vocari poteſt. ¶ Per tranſlationem ſæpe ponitur emungere pro ſpoliare, ſeu fraude extorquere. *Ter. in Phorm.* Emunxi argento ſenes.

¶ Cubito ſe emungere, prouerbium, quod in eos dici conſueuit qui artem aliquam immundam exercent: illi enim quum manus ſemper habeant inquinatas, cubito digitorum loco vtuntur. *Autor ad Herenn. lib.* 4. Tota res relinquitur in ſuſpicione: vt ſi falſamentarii filio dicas, Quieſce tu, cuius pater cubito ſe emungere ſolebat.

Ēmūnctŭs, participium, Exhauſtus, & pecunia denudatus. {מצה *nimtſeh.* ἐκμυχθείς. *Plau. in Bacch.* Miſerum me auro eſſe emunctum.

¶ Emunctæ naris homo (*vt docet Eraſmus in Adagys*) dicitur is qui acri exactóque eſt iudicio, qui nares habet perpurgatas, mucóque emunctas. *Horat. 1. ſermone, Satyra* 4. emunctæ naris, durus componere verſus. [*Quint.* Limati & emuncti Attici. *Diomed. lib.* 1. Emunctus aſſem, aſſis, & aſſe.]

Ēmūnctĭo, onis. {מץ *mits.* ἐκμυξία. GAL. Mouchement. ITALIC. *Mocamento.* GER. Der naſen bunung. HISPAN. *Obra de alimpia las narizes.* ANG. *A wiping of the noſe.* } *Quintil. lib.* 11. *cap.* 3. de narium guſtu loquens, Quum emunctio etiam frequentior non ſine cauſa reprehendatur.

Ēmūnĭo, nis, niui, nitum, Munio, {בצר *bitſer.* κατοχυρόω, κατεβαλλω. GAL. Fortifier, remparer. ITA. *Fortificare.* GER. Beſeſtnen / feſt vnnd wol bewart machen. HISP. *Fartalecer.* ANG. *To fonce, to fortifie, to mak ſtronge.* } vt, Emunitus in modum arcis, *Liuius* 2. *bell. Pun. Tacit. in vita Agric.* Corpora ipſa, ac munus, ſyluis ac paludibus emuniendis, verba inter ac contumelias, conterunt. Emunire vites ab iniuria pecoris. *Col. lib.* 5. *c.* 6.

Ēmūnctŭs, as, Purgo, & muſcum adimo. {ἐκμύω. GAL. Eſmouſſer, oſter la mouſſe d'vn arbre. ITA. *Leuar la muſſa da vn' albero* GERMAN. Von dem mieſt ſeuberen. HISP. *Quitar el moho de los arboles.* ANG. *To rubbe of moſſe.* } *Colum. lib.* 11. *c.* 2. Iiſdem diebus, vbi prægelidum & pluuium cælum eſt, oleæ putantur & emuſcantur, Id eſt, muſcus illis adimitur.

Ēmūtĭo, tis, tiui, titum, penultima producta, Mutio. {μύζω. GAL. Gronder. ITAL. *Mutire, mutirſi.* GERM. Gybſen / ein wenig murren. HISP. *Hablar como entre dientes.* ANG. *To mutter, or whiſper.* } Qua voce vtitur *Plautus in Mercatore.* Etiam emutis? omnia commenſtrabo.

Ēmūtŏ, as, penultima producta, Muto, immuto. {חמיר *hemír.* ἐξαλλάττω. GALL. Changer, muer. ITA. *Congiare, mutare.* GERM. Verenderen. HISPA. *Cambiar, mudar.* ANG. *To change.* } *Quint. lib.* 8 *capite* 2. Quidam emutatis in peruerſum dictis de figuris, idem vitium conſequuntur.

E ante N.

EN. In notis antiquorum, etiam nunc.

Ēn, Significat ecce, & tàm nominatiuo quàm accuſatiuo iungitur: eóque vtimur in commonſtrando aliquid. {ἰδοῦ, ἰδοὺ GALLI. Voicy, voila. ITA. *Ecco.* GER. Sihe/ſchaw. HIS. *Cata, ò mira.* ANG. *Behold.* } vt, En Priamus. Vel exprobrando: vt, En agros, & quam bello Troiane petiſti, Heſperiam metire iacens. Oratores per nominatiuum frequentius. *Cic. pro Deiotaro rege.* En crimen, en cauſa, cur regem fugitiuus, dominum ſeruus accuſet. [Cedo manum. En tene: (aliàs hem) *Plaut. Moſtel. ſc.* 4. *a.* 1. Alloquor, En abſens. *Ouid. Eleg.* 3. *lib* 5. *Triſt.* En tectum, en tegulas, en ludificatum herum. *Plau. Amph.* En reſtis ampliter qui cum venio. Idem Ibidem. En tibi hominem. *Plaut Capt. ſc.* 3. *a.* 2. En tibi. *Plaut. Curc. ſc.* 3. *a.* 1. En eget auxilio qui non tulit. *Ouid.* 13. *Meta.* Pendimus, en profugi, (ſatia tua pectora) pœnas, *Ouid. Eleg.* 11. *li.* 3. *Triſt.*

Ēnæŏrēmă, penultima producta. ἐναίρημα. A medicis vocatur illud, quod in vrina circa mediam matulæ partem innatat, quemadmodum quod in ſumma matulæ parte cernitur, nubes ſiue nebula dicitur: quod verò in fundo ſubſidit, hypoſtaſis. Nomen accipit à verbo ἐναφορεῖσθαι, quod ad medium matulæ ſublatum, ibi quodammodo maneat ſuſpenſum.

ENALVS, ἔνναλος, Lesbius adoleſcens, qui cum ſeruandæ puellæ cuiuſdam gratia ſe in mare abieciſſet, opera delphinũm ſeruatus, vnà cum illa ad continentem tranſuectus eſt. *Autor Plutarchus in Sympoſio ſeptem ſapientum.*

Ēnārgīă, giæ, penultima producta, Græcè ἐναργεια. Latinè euidentia, ſiue repræſentatio, illuſtratióque, quum res ita deſcribitur, vt cerni videatur. {ראה מתאר *roi mareth* GAL. Euidence, clarté. IT. *Repreſentatione.* GERM. Ein eigentliche anzeigung eines dings/als wan man es fur augen bildete. HISP. *Manifeſtacion y repreſentacion.* ANGLIC. *Clearneſſe, perſpicuitie, euidentie.* } *Quint. lib.* 4. *c.* 2. Sunt qui adiiciant his euidentiam, quæ ἐναργεια Græcè vocatur. ¶ Eſt & energia, per ſecundam vocalem in antepenultima, ἐνέργεια, quod nobis efficaciam ſonat: de quo infrà ſuo loco.

Ēnārro, Perfectè, vel ad finem narro, narro, explano, {ספר *ſipper* הגיד *highgidh* פרש *paráſch* באר *beér.* διηγοῦμαι, ἀνέξεμι. GAL. Raconter, reciter, expliquer, declarer. ITA. *Narrare, ſpianare.* GERM. Erzehlen. HI. *Declarar, exponer.* AN. *To mak plane and tell atlengh.* [Patri enarrabo tua flagitia. *Plau. Men. ſc.* 1. *a* 5. Ea tibi omnia enarraui. *Plaut. Amph.* Ne operæ quidem pretium te ea enarrare. *Plaut. Milit. ſc.* 1. *a.* 1. Enarrare argumentum. *Plau. Milit ſc.* 2. *a.* 1. Ibidem eloquar.] *Cic. pro Marcello:* Nulla dicendi aut ſcribendi tanta vis aut copia, quæ non dicam exornare, ſed enarrare res tuas geſtas poſſit, *Terentius Adelph.* omnem modò ſeni, Quo pacto ſe haberet, enarrauimus ordine. [*Gellius cap.* 12. *lib.* 13. *In M. Varronis lib.* 21. rerum humanarum enarratus ſcriptum eſt.]

Ēnārrātĭo, onis. {פרשה *paraſchâh* ἐξήγησις. GA. Expoſition, declaration, interpretation. IT. *Expoſitione, interpretatione.* GER. erzehlung. HIS *Aquella declaration ò cuento* AN. *A plane declaration, or telling at lengh.* } *Quint lib.* 1 *c.* 9 Exigitur à Grammaticis Poëtarum enarratio. [*Geil. c.* 4. *lib.* 18. Enarrator & lector Saluſtii.]

Ēnārrābĭlĭs, le, Quod enarrari poteſt. {ἐξηγητός, ῥητός GALL. Qui ſe peut raconter, qu'on peut dire ITAL. *Che ſi puo narrare* GERM. Das leycht zu erzehlen iſt. HISPA *Coſa que ſe puede declarar* ANGL. *That may be declared.* } *Quint. lib.* 6. *c.* 4. Motu animi quodam, neſcio an enarrabili, indicatur.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Enascŏr, eris, Nascor, siue ex alio nascor. {נולד *nŏládh.* γίνομαι, ἐκφύομαι. GA. Naistre, sortir d'vn autre, surcroistre. IT. *Nascere, sorgere.* GE. Herfür wachsen. HI. *Nesscer.* AN. *To be borne, or to spring of an other.*} *Varro 1. de Re rust. ca. 41.* Simili de causa oleæ semen quum sit nucleus, quòd ex eo tardiùs enascebatur colis, quàm ex taleis: ideo, &c. *Idem 2. de Re rust. c. 9.* Enatis duobus dentibus, dextra & sinistra, &c. *Cic. ad Atti.* Ex multis meis miserrimis cutis est vna enata.

Enato, as, are, Natando euado, vel ad destinatum locum natando peruenio. {נף *naph.* ἐκνήχομαι. GALL. Passer en nageant, nager iusques où on pretend, eschapper en nageant. IT. *Nuotare, nuotare vltro fuori.* GER. Außschwimmen. HIS. *Salir del agua nadando.* AN. *To swomme out.*} *Hircius lib. 4.* Séque per molem in mare præcipitauerunt, & octingentorum passuum spatio ad oppidum enatauerunt. *Cic. 5. Tusc.* Reliqui habere se videntur angustiùs: enatant tamen Epicurus, Hieronymus, &c. hoc est, euadunt.

Enauigo, as, are, Ad finem vsque nauigare, vel nauigando euadere. {ἐκπλεῖν GA. Passer en bateau ou nauire, aller par eau, & paruenir iusques où on veut aller. IT. *Nauigare, nauigare al luogo destinato.* GER. Außschiffen/zuland auß der tieffe schiffen HISP. *Nauegar hasta el cabo.* ANGL. *To sayle out, or to land.*} *Plinius libro sexto, capite decimoseptimo,* Proditur Alexandrum magnum nullo die minus stadio DC. nauigasse in Indo, nec potuisse ante menses quinque enauigare. *Cic. 4. Tusc.* E quibus tanquam è scopulosis coribus enauigauit oratio. *Suet. in Tib.* Tantùm non aduersis tempestatibus Rhodum enauigauit. *Plinius libro 9. cap. 3.* Sinus duodecim dierum & noctium remigio enauigatus Ptolemæo regi.

Enauigandus, a, um, Partic. fut. temp *Horat. 2. Carm. Ode 14.* qui ter amplum Geryonem, Tityóque tristi Compescit vnda, scilicet omnibus Quicunque terræ munere vescimur Enauiganda.

Enauo, as, Nauo. {ἀπεργάζομαι. GA. Employer sa peine à acheuer quelque œuure. IT. *Adoperare ogni sua possanza.* GE. Fleyß anwenden. HI. *Trabaiar para acabar alguna cosa.* AN. *To employe with all his power, to endeauour with diligence.*} Vnde opera enauata, *Tacit. lib. 19.* Et præmia enauatæ operæ petebant.

Encænĭa, cum æ diphthongo, Innouatio. {חנכה *chanuchá.* ἐγκαίνια. GAL. Renouuellement, innouation. ITAL. *Innouatione.* GER. erneuerung/einweyhung. HIS. *Innouacion ò commienço.* ANG. *An innouation.*} *Aug.* Encænia, Festiuitas erat declinationis templi. Græcè enim καινὸν, dicitur nouum. Quandocunque enim nouum aliquid fuerit dedicatũ, encænia vocatur.

Encānthis, ἐγκανθὶς, Morbus oculorum, quum in maiori ipsorum angulo tuberculum enascitur, quòd genas parùm patitur diduci. Nomẽ habet à situ. Nam Græci oculorum angulos κάνθους appellant.

Encārdĭă, ἐγκαρδία, Gemma est à cordis effigie sic dicta. Eius tria enumerantur genera: primum, in quo nigra effigies cordis eminet: secundum viridi colore, cordis effigiem repræsentans: tertium, nigrum cor ostendens, reliqua sui parte candidum. *Autor Plin. li 37. c. 10.*

Encaustĭcēs, ἐγκαυστικὴ, Genus picturæ quod adhibito igne fiebat, coloribus, scilicet adustis, cera igni resoluta. {AN. *Enameling.*} *Apul.* Encaustes, cen oppidò exercens, se & duos filios sustentabat.

Encaustes stæ, {ἐγκαύστης. ANGL. *An enameler.*} Latinè inustor dici potest, hoc est, pictor, qui coloribus adustis, & cera igne resoluta rerum effigies exprimit. A verbo Græco καίω, quod est vro. *Vitruu.* Quod facere ab encauste didicerat *Plin. lib. 53. cap. 11.* Lysippus quoque Æginæ picturæ suæ inscripsit encaustem: quod profectò non fecisset, nisi encaustica inuenta.

Encaustŭs, a, um. adiect. Encausto pictum. {AN. *Enameled, wrought with fier.*} *Mart. lib. 1* Encaustus Phaëton tabula tibi pictus in hac est: Quid tib. vis dipyrum, qui Phaëthonta facis?

Encaustum, sti, neut. gen. {ἔγκαυστον. AN. *Vernish, enamell, or other like picture wrought with fier.*} Materia est adusta, ad picturam apta. *Plin.* Figlinum opus encausto pinxit. Latinè dicitur inustum. Hoc genus picturę primus Nicias in vsu habuit. Vide Hermolaum in castigat.

Encaustĭcus, a, um, aliud adiectiuum. vt, Encaustica pictura. *Plin. lib. 35. c. 11.* Sed aliquanto vetustiores Encausticæ picturæ extitêre.

Encaute, tes, apud *Plin. li. 35, c. 11.* Lysippus quoque Æginæ picturę suę inscripsit encautem: quod profectò non fecisset, nisi encaustica inuenta. Alia exemplaria habent encausten.

ENGELADVS, ἐγκέλαδος, Gigantum maximus, Titanis & Terræ filius, quẽ Iupiter fulmine ictum Ætnæ môti suppositit. {GE. Ein gewaltiger tyfs/ voelcher Jupiter mit dem straal zuboden gschossen hat/ vnnd den berg Aetnam oben vff in geworffen} *Virg. lib. 3. Æn.* Fama est Enceladi semiustum fulmine corpus Vrgeri mole hac.

ENGHELEAE. ἐγχελεῖαι, *Stephano,* Oppidum in Illyride iuxta quod Cadmus & eiusdem vxor in serpentes versi sunt. *Lucanus lib. 3.* & nomine prisco Encheleæ versi testantes funera Cadmi: *Meminit huius oppidi & Plin. ib. 3. c. 21.*

Enchīrĭdion, {ἐγχειρίδιον. GAL. Liure qui se peut tenir en la main, manuel. ITAL. *Cosa che si può tenere in mano.* GERMAN. Ein handbuchlein. HISP. *Libro manual, y que se puede tener en la mano.* ANG. *A booke mete to be borne in the hand.*} Exiguus quiuis libellus, ita dictus quòd ad manum semper haberi debeat, siue quòd manu nullo negotio possit circumferri. ¶ Sed & gladiosum, seu militarem pugiunculum, & remi partem illam, quam nautæ manu comprehendunt, enchiridion vocari Iulius Pollux tradit.

Enchōrĭon, {ἔγχωριον, dicunt indigenam, hoc est, in eo ipso loco in quo agit genitum: vnde Enchoriæ aues dicuntur nostrates quibus opponũtur exoticæ, seu peregrinæ.

Enchrīstă, ἔγχρισις. *Apud Celsum,* Medicamenta sunt liquida, quæ illinunt.

Enchūsă, {ἔγχουσα.} Herba est similis anchusæ (vnde & Pseudanchusa nominatur) sed lanuginosior & minus pinguis, tenuioribus foliis, & langui dioribus. Radix non fundit oleum, sed rubentem succum, qua nota ab anchusa discernitur. *Autor Plin. lib. 22. c. 20.*

Enclisis, ἔγκλισις, Inclinatio: & vnum de accidentibus verbi, quod Latini Modum dicunt.

Enclitĭcus, tica, ticum, ἐγκλιτικὸς, Inclinatiuus, vt Encliticæ coniunctiones, que, ve, ne, quoniam inclinant ad se accentum.

Encolpiæ, ἐγκολπίαι, *vt ait Arist.* venti sunt qui è mari veniunt per sinus. Nam κόλπον Græci sinum vocant.

Encōmĭum, mij, {תהלה *thehillâh.* ἐγκώμιον. GALL. Louange, tesmoignage d'honneur. ITAL. *Laude.* GERMA. Ein herrlich lob. HISP. *Alabança ò loor.* ANG. *Louing, praise.*} Laus vel præconium alicuius, & propriè, quod ex multis eius virtutibus compingitur. Nam quę vnam tantùm singulariémque spectant virtutem (vt si quis iustum Aristidem prædicet) Græci ἐπαίνους potiùs appellant. Solebant autem encomia cani, vel dici victoribus (quæ inde etiam epinicia dicebantur) in quibus occasione recentis meriti repeti solebat, quicquid illi in vita laude dignum gessissent. ¶ Encomium ante victoriam canis, ὡς τῆς νίκης ἐγκώμιον ᾄδεις. In eum qui præpropere gloriatur, re nondum confecta. Nam apud Græcos qui rem strenuè gessissent in bello, oratione aut carmine laudabantur: quæ laudatio propriè encomium dicitur. *Plato in Lyside.*

Encōmĭāstēs, ἐγκωμιαστὴς, Dicitur laudator, qui alterius celebrat encomium.

Encombomata, ἐγκομβώματα. *teste Nonio,* vestes sunt puellares, quemadmodum & Parnacides. *Varro de liberis educandis,* Vt puellę habeant potiùs in vestitu chlamydas, encombomata, ac parnacidas quàm togas.

Encryphias, ἐγκρυφίας. Dicitur panis subcineritius, ἀπὸ τῶ ἐγκρυφίζειν: quod dum coquitur, sub cineribus abscondatur.

Encyclĭos, {ἐγκύκλιος. GA. Circulaire, orbiculaire, rond. ITA. *Circolare, rotundo.* GE. Rund. HIS. *Cosa de cerco, de corillo.* ANG. *Rounde.*} adiectiuum est apud Græcos, quos nos orbicularem interpretari possumus. Vnde ἐγκύκλιος παιδεία, circularis, & ex omnium disciplinarum orbe confecta scientia dicitur: quem etiam Latinorum nonnulli mutuara à Græcis voce Encyclion dixerunt. *Vitruu. lib. 1. cap. 1.* Encyclios disciplina, vti corpus vnum, ex his membris est composita. *Rursus idem in Præfat. lib. 6.* gratias agit parentibus quòd se erudiendum curauerint encyclia doctrinarum omnium disciplina. ¶ Encyclias commentationes, ἐγκυκλίους ἐξωτερικὰς, *Aristoteles in Ethicis* eas intelligit quas Gellius extrarias, hoc est, exoticas vocat, *Martian.* cyclicas: cuiusmodi & Problematum sunt libri, & quæ populares à *Cicerone & Themistio:* quæstiones appellantur, quòd de rebus omnibus tanquam in circulo passim quæreretur.

Encyclopædĭă, {ἐγκυκλοπαιδεία. GA. Vn sauoir profond & intelligence de toutes les sciences. ITAL. *Scienza vniuersale.* GERM. Der gantzen künsten/da eine an der anderen hangt HISP. *Scientia vniuersal.* AN. *A perfect knowledge of all artes and sciences.*} Latinè dici potest circularis vel orbicularis scientia. Est enim omnium artium & disciplinarum perfecta scientia. Ratio nominis proculdubio tracta est à circularis figuræ perfectione.

Endelechĭă, ἐνδελέχεια, *Vide* ENTELECHIA.

Endĕploro, ras, penult. prod. antiqui dixerunt, *teste Festo,* pro Imploro, quod est cum questu inclamo, & cum fletu rogo, quod est propriè vapulantis.

Endiădys, ἐνδιὰδυς, Figura quum vna res metri causa in duas *diuiditur, vt apud Virg.* Molémque & montes insuper altos, id est, *molem montium.* Sic alibi, pateris libamus & auro, pro pateris aureis. *Huius figuræ meminit Seruius in primum Æneidos,* vbi tamen omnium penè doctorum sententia corruptè legitur pro ἐν διὰ δυοῖν, hoc est, vnũ per duo, cui contraria figura legitur *apud Donat. in Andriam Terentij,* quam vocat δύο δι ἑνός, id est, duo per vnum.

Endo, antiquè idem est quod In. Endo procinctu, pro In procinctu. Significat autem quum ex castris in prælium exitum est. Nam veteres togis incincti pugnabant, *autore Festo. Gell. lib. 1. cap. 19.* Velitis iubeatis Quirites, &c. vti ei vitæ necísque in eum potestas fiet, vti patri endo filio est. Sic enim doctissimus vir *Fran. Hotomanus* legendum existimat.

Endromĭs, idis. {אדרת שער *addéreth seĥár.* ἐνδρομὶς. ANG. *An yrish mantle, à course winter gowne.*} Vestis genus hirsutum, longioríque villi, venti, pluuiæque iniuriis arcendis in primis accommodatum. Primus earum vsus inuentus creditur apud Lacedæmonios, quamuis postea, etiam in Gallia fieri cœperint. Dicta endromis ab eo quòd ἐν δρόμῳ, hoc est, in cursu, ea maximè vterentur. [*Martial. epigram. lib. 14.*] & *lib. 4.* endromidis vsus elegantissimo Epigrammate exequitur.

Sordida, sed gelido non aspernanda Decembri
Dona, peregrinam mittimus endromidem.

Iuuenalis Satyr. 6. mulieres Romanas taxat, quòd endromide purpurea vterentur: Endromidas (*inquit*) Tyrias, & fœmineum ceroma Quis nescit?

ENDYMĬŌN, ἐνδυμίων, Nomẽ proprium eius qui primus Lunæ cursum inuenit. *Apollon. li. 4. Argon.* Οὐκ ἄρ' ἐγὼ μούνη χ' Λάτμιον αἶψα κιοῦσα, Οὐδ' οἰκαλέσσ' ἐνδυμίωνα. Hinc origo fabulæ quam *Cicero tangit prima Tusculana.* Endymionem à Luna adamatum fuisse, & ab ea in Latmio Cariæ monte fuisse sopitum, non aliam ob causam quàm vt illum semel exoscularetur. Endymion (*inquit*) si fabulas audire volumus, nescio quando in Latmio obdormiuit: qui est mons Cariæ, nondum (opinor) experrectus. Num igitur eum curare menses quum Luna laboret, à qua consopitus putatur, vt eum dormientem oscularetur? *Hactenus Cic.* [*Plut. in Num.* Endymiona amatum à Diis fabulantur Arcades.) ¶ Hinc natum prouerbium, Endymionis somnum dormis, ἐνδυμίωνος ὕπνον καθεύδεις. In eos quadrabit qui sese immodico somno fagginant; aut qui diuturno in ocio versantur, nec vllis se negotiis exercent, sed mollem feriatámque agunt vitam.

Enĕco, as, enecui, enectum, Neco, interficio, occido, {קטל חמית *hemith katal* אבר *ibbádh.* ἀποκτείνω, ἀποκτέννω. GALL. Tuer, faire mourir. ITAL. *Vccidere.* GERMAN. Ertöden/vmbringen. HISPAN. *Matar.* ANG. *To kill, to slay.*} *Plaut. in Amphitr.* Puer ambas angues enecat. *Colum. libro 11. cap. 3.* Ne herbis enecetur ruta. [*Pl. Amph.* vxore me dedecore & stupro plena enecat. *Idem Asin. sc. 2. a. 3.* Odio me enecauit. *Idem Mostell. sc. 3. a. 1.* vt enecem scelestam stimulatricem. *Idem Plaut. Aulul. sc. 6. a. 4.* Vt apud me te in neruo enecem (i. ad necem vsque detinea.) Idem Ibidem, *act. vlt. versu vlt.* vel hercle eneca, nunquam hinc feres à me. *Plaut. Mostell. sc. 3. a. 1.* Perij ni hanc pessimis exemplis enicasso.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

cassо. Ibidem, Ni scapham enicassо.] ¶Aliquando enocare simpliciter accipitur pro molestum esse, vnde frequens est apud Comicos, Enecas me,hoc est obtundis me,siue grauis & molestus es mihi. ¶Veteres etiam Enico dicebant.*Terent.* Eho,tu consobrinum tuum non notas?DEM.Enicas.& postea,Satin' etiam si te delibutum gaudio reddo?ANT.Eenicas,&c.

Ēnectus, participium. {מומת *mumáth* חלל *chalál.* διεφθαρμένος, τετρυχωμένος, κατεργασμένος. GALLIC. Tué,recreu,gasté & perdu, trauaillé iusques au mourir.ITALIG.*Ammazzato,trauagliato estrememente, mezo morto.*GERM. Ertödet. HISP. *Cosa muerta, ò muy trabajada, ò medio morto.*ANG. *Kylled,slayne.*}Non tàm mortuus, quàm propemodum mortuus.Valla *lib.6.cap.*27. Vt,enectus fame, *Cic. 2.de Diuit.*Plenus, & enectus,contraria.*Ibidem.*[*Sueton.in Calig.cap.* 49. Enecti veneno pisces,quos æstus in proxima littora eiecerat. Item,Bos est enectus arando.Enecta fame & siti prouincia.*Cic.ad Attic.lib.6.* Siti enectus Tantalus,*Cic.*1.*Tusc.*Enecatus,a,um,*Plin.cap.*13.*lib.*18.Flaccida & in horreis enecata rapacia.]

ἐnērgīă,pen.prod.{בורח *choach.*ἐνέργεια.GALL.Energie, efficace. ITA. & HISPA.*Efficacia.* GERMAN. Wirckung/trafft. ANG.*Efficacie, force.*} Latinè efficacia,seu operatio. *Hieron.* Habet nescio quid latentis energiæ,viuæ vocis actus.Fit ab adiectiuo Græco ἐνεργὴς, efficax.Vnde & verbum ἐνεργάζομαι,quod est efficio siue operor. Energia itaque est quædam quasi actio & operatio interior,quæ est veluti via ac dux ad exteriorem corporis actum.

Ēnervo, uas, Debilito, quasi neruis & robore spolio. {חרש *chaláfsch.* ἐκνευρίζω. GALL. Oster la force,debiliter. ITA. *Indebolire, sneruare.* GERM. Kraffloß machen.HISPA.*Quitar los nieruos y fuerça.* ANGLI. *To mak weakor feble.* } *Cic. de Senect.* Sed tamen vt vos videtis, non planè me eneruauit, non afflixit senectus. *Lactant. lib.5.* Hæc præsentia terræ bona virtuti contraria sunt, & vigorem mentis eneruant.

Ēnervātus, participium. {חבוש *chalúfsch.* ἐκνενευρισμένος.GAL. Debilité, qui a perdu sa force & comme ses nerfs.ITA. *Sneruato, effeminato, non virile.* GERM. Geschwecht. HISP.*Cosa fleuey flaca y sin nieruos.* ANGL.*Made weak.* } vt,Eneruati & exangues homines. *Cicero pro Sest.* Languidus & eneruatus Philosophus. *Cic.1.de Orat.* Eneruata & muliebris sententia. *Cic. 2.Tusc.* [Eneruatus amore animus. Velleius.]

Ēnervus,a,um,vel Eneruis,Debilis,mollis,effœminatus, quasi sine nerno.{חלש *chalúfsch.* ἐκνενευρισμένος.GAL.Mol & effeminé,n'ayant aucune virilité.ITAL. *Debolo, molle, sneruato.*GERM.Schwach/weybisch.HISP. *Flacco,sin nieruos.* ANG.*Vveake,feble.*}Vnde enerua saltatio apud Apuleium,quæ sinuosis flexibus, & corpore plicatili fit, quasi effœminata,mollis.*Plin.in Paneg.*Visum est spectaculum inde non enerue, nec flexum,nec quod animos virorum molliret,& frangeret.*Quintil. lib.9.cap.*4.In vniuersum autem si sit necesse,duram potius atq; asperam compositionem malim esse quàm effœminatam & enerue. ¶Eneruati pro mollibus ac delicatis,*Sex.Aurel.Victor.in Tito*, Eneruatorum greges abire præcepit.

ἔnĕti, ἐνετοὶ, habitabant olim iuxta Paphlagoniam: inde *Homerus* syluestres mulos educi scribit. Dicuntur & equæ Enetides. Enetus, ἐνετὸς, etiam possessiuum est, & ciuitas Myrmecis dialectici patria. *Steph. Vide* Heneti.

ENGADDVM,עין גדי *hengedhí.* In tribu Iudæ (*vt scribit Hieronymus*) vocatur vsque hodie vicus prægrandis Iudæorum, iuxta mare mortuum vbi opobalsamum prouenit,quas vineas Engaddi Salomon in Cantico nominat.*Idem alibi,* Engaddum ager est terræ Iudææ, non tam vineis quàm balsamis florens.

ENGELANES, populi Illyriæ, idem qui Encheleæ, ἐγγελάνες, *Stephanus.*

ἐngonăsis, ἐγγόνασις, Signum cæleste, quod Latinè ingemiculus vocatur:is Hercules est,qui dextro genu nixus,sinistro pede capitis draconis dextram partem opprimere conatur. *Vide Hyginum libro 2.& 3. Iulium Firm.libro 7.Mathes.*Oriente ingeniculo, (quem engonasin Græci appellant)nari cum testimonio Martis & Lunæ,erunt funambuli,oribatæ,& neurobatæ,& qui talia pertractant.

ENGYON,ἔγγυον,Vrbs Siciliæ.*Steph.*

ἔnhydris,ἔνυδρις.GALL.Serpent ou couleuure viuant en l'eau.ITAL. *Serpente di acqua.* GERMA.Ein wasserschlang. HISP.*La culebra que viue en al agua.* ANGLIC. *A water snaike.* } Colubet in aqua viuens,vnde nomen accepit. *Plin.lib.*30.*cap.*3. Dentium doloribus medetur draconis os è spina : item enhydris. Est autem serpens masculus,& albus,*Herodotus in Melpomene*, pro lutra accepisse videtur. Ἐν δὲ ταύτῃ ἐνύδρεις ἀλίσκονται, καὶ ἡμεῖς. Quo in loco *Valla* ἐνύδρεις, lutras vertit.

ἔnhydrŏs,ἔνυδρος,Lapillus absolutæ rotunditatis, & cum candore læuitatem habens, liquorem intus continens ad motum fluctuantem, vt albumen in ouis.*Autor Plin.lib.*37.*c.*11.

ĒNIM,Coniunctio causam subiungens, & secundum locum ferè in oratione obtinens.Nam,nanque.{כי *chi.*γάρ.GALL.Car, certes. ITA. *Imperoche.*GERM.Dann.HISP.*Porque.*ANGL. *For.*}vt,Cole pudicitiam:hæc enim hominem vindicat à scelere.[Quid enim nisi vota superfunt.*Ouid. Eleg.2.lib.* 1. *Trist.* Quid enim fuit vtile nasci? *Idem Eleg.*13.*lib.*3.*Trist.*Nunc enim,pro nunc autem. *Gell.c.16.lib.6.* S.Nolo faciat.C.At enim ne quicquam ne vis.*Plau.Pseu sc.*5. *a.* 1. Quid iam? B.Quia enim vænalem nõ habeo.*Plaut.Pseu.sc.* 3.*a.*1.P. Quid metuis? Sc.enim ne nos perdiderimus,(i.nẽpe)*Plaut.Milit. sc.*5.*a.*2.L. Quamobrem. C. Quia enim Persas subegit.(bis.)*Plaut.Curc.sc.*1.*a.*3.Quid vrbes barbaricas iuras ? Quia.n.ita asperæ sunt. *Plaut. Capt.sc.*1.*a.*4. S.Quia enim Alcmenam stare antè ædes saturam intelligo. Item M. Sacrufico ego tibi.A. Quî?M.Quia enim te macto infortunio. *Plaut. Amphitr.* Certè enim hic nescio quis loquitur. Ibidem. ¶Enim pro certè,*Plaut.Milit.sc.*3.*a.*2.Non enim faciam,quin scias.(i.certè,)*Idem Aul.sc.*5.*a.* 3. Enim mihi quidem æquum est purpuram atque aurum dare.(i. certè vel igitur) vbi incœptiua particula est, sicut apud Valerium Max.Quid ais?Id enim quod tu vis. (i.certè.) *Plaut.Men. sc.*2.*a.*1.*& sc.*1.*a.*2.]¶Compositum autem cum verò, significat certè. *Cic.*5.*Verr.*Enimuerò ferendum hoc non est. *Plaut.in Trin.* Eho tu is est ENIM. Is enim verò sum.*Idem in Persa*, Ain' verò verbereum caput?P. Aio enimuero.*Cic.6.Verr.*Ille enimuerò negat.*Liuius*, Tunc enimuero deorum ira admonuit.Ita enimuerò.*Plaut.Asin.sc.*2.*a.*2.Aio enimuerò,*Idem Amphitr.sc.*1.*a.*1.Nunc enimuerò occidi. *Plaut.Capt. sc.*4.*a.*3.Enimuerò Dij nos quasi pilas homines habent.*Plau.Cap.prol.* Imo enimuerò.Vide Imo. Enimuerò nequeo durare quin herum accusem.*Plaut.Curc.sc.*3.*a.*1.Enimuerò irascor.*Idem Curc.sc.*2.*a.*3.Enimuero nisi occupo aliquod consilium me domum ad se auferent. *Idem Men.sc.*2.*a.*5.Enimuero illud præcauendum mihi.*Ibid.sc.*2.*a.*5.Enimuero æquum postulas.*Plaut.Men.sc.*9.*a.*5. Túne is es? Ego enimuerò (sum)*Plaut.Pseud.sc.*2.*a.*4.¶Pro scilicet:Tu inuentus enim qui me superes(.i.sc.*Plau.Capt.sc.*4.*a.*3.] Componitur item cum aduersatiuis particulis at & sed:vt Atenim,Sedenim, quæ & ipsa aduersandi vim habent.*Virg.*1.*Æn.*Progeniem sed enim Troiano à sanguine duci Audierat.*Terent.in Adel.*Atenim non sinam.[*Plaut.Capt.sc.*4.*a.*3. Sedenim nequeo contineri. *Idem Pseud.sc.*5.*a.*1. Nolo faciat.C.Atenim ne quicquam neuis.¶Sed enim,*i.*autem vel tamen,irascentis. *Oui.*3.*Met. in fabula Semeles.*]*Nihil enim *Plaut.Moste.*Quid tu tecum?R. nihil enim.*Verùm enim.*Teren.*Verùm enim quando bene promeruit fiat,suum ius postulat.*Idem in Eunucho*,Verba dum sint: verùm enim si ad rem conferentur,vapulabit.*Imò enim *Teren.in And.*Imò enim quàm maximè abs re postulo atque oro Chreme.*Imò enimuero. *Terent.in Eun.*-dum sequor hanc,fit mihi obuiam.P.Incommodè hercle.CH.Imò enimuerò infœliciter.

Ēniŏchī,*Vide* HENIOCHI.

ĒNĬŌPĒVS,ἰωπεύς,Hectoris auriga fuit,à Diomede lancea confixus. *Autor Homerus,*8.*Iliadis.*

ĒNĪPĒVS,pen.prod.ἐνιπεύς,Fluuius Thessaliæ, campos Pharsalicos irrigans,iuxta quem Cæsar vicit Pompeium.*Luc.lib.*7. Sanguine Romano quàm turbidus ibit Enipeus.¶Est & alter huius nominis fluuius in Elide,in Alphum illabens, qui recentiore nomine Barnichius dicitur,*teste Strab.lib.*8.

ĒNĪSPĒ,ἐνισπή,Vrbs Arcadiæ,quæ non amplius extat. Quidam Cleotriæ,alij Phocidi annumerant.

ĒNĪTĔO,es,Valde niteo,clareo,emineo.{צח *tsach* מרש *morásh.* διαφέρω, κατακαίομαι. GALL.Estre poli & orné,estre clair & beau.IT.*Risplendere.* GERM.Scheynen/hefftig glantzen.HISP. *Resplendecer.* ANG. *To shyne cleerlie,to waxe famous and renowmed* } Vnde Enitesco,scis,nitidior & clarior fio. *Autor ad Heren.lib.*1.Quæ cum summa laude prodita vetustate,summa cum laude enitescit, *Salust.* Postremò Cæsar bellum exoptabat,vbi virtus eius enitescere posset. [*Quint.* Enitescit veluti pabulo lætiore facundia.]

ĒNĪTŎR,eris,enisus,vel enixus,Pario. {יגע *jagháh* עולר *hélel.* διοπύω. GAL. S'efforcer de parfaire,auec peine & difficulté,acheuer quelque chose.IT.*Partorire,forçarsi.* GER. Gebären Item,etwas mit sonderbaren sleyss vnderston.HIS. *Parir la muger,esforçar.*ANG.*To farrous to enforce ones selfto doa thing.*}*Plaut.in Amph.*Geminos Alcmena enititur.[Enixa plures partus. *Liu.*10.*d.*4.Eniti,de ascensu.*Cæs.*3.*de bell.ciu.*Enixo studio.*Liu.*2.*d.*5.*& Suet.in Calig.cap.*25. Eniti in puerperio. *Gell.c.*13. *li.*2.Dum enitor surgere,inquinaui pallium temeto. *Plau.Pseu sc.*1 *a.*5. *Varr.li.*2.*de Re rust.*Faciendáque septa secreta ab aliis, quò enitentes secludere possis.Ex quibus intelligitur alienam esse *Nonij* sententiam, qui enixas mulleres ex eo dictas esse scribit,quòd vinculis quibusdam periculi & nexo solutæ sint.

¶ Interdum idem quod conari,& allaborare, φιλοπονεῖσθαι. *Salust.in Iugurth.*Ab adolescentia ita se enixum, vt ab optimo quoque probaretur.

* Enixus,us,ui,Ipse enitendi seu pariendi actus. *Plin.lib.*10.*cap.*63. Equæ post vnum annum ab enixu vtiliter admittuntur. *Sic idem libro octauo cap.*16.

ĒNĪXĒ,Studiosè,& cum magno conatu. { GALLIC. En s'efforçant, de tout son pouuoir.ITAL.*Studiosamente.* GERMANIC.Mit allem fleyss/trewlich.HISP.*Instante, con instancia.* ANG. *with toeth and naile, with all might & power.*}*Plautus in Trinum.*Tibi relinqui ob eam rem enixè expeto. *Cicero pro Sextio*, Meam causam boni omnes enixè susceperant.Enixim pro enixè.*Sisenna libro quarto Histor.* Ego illos malos & audaces semper enixim contra fortunas atque honores huius ordinis omnia fecisse sentio.[Enixius: *Sueton.in Tib.cap.*50. Populúmque & milites,quò enixius opem ferrent,adhortatam,&c.] Enixissimè etiam dixit *Seruius.*

*Enisus,a,um,Particip.Id est,conatus. *Cic.Qu.fr.lib.*3. Angit vnus Milo, sed velim finem afferat consulatus:in quo enitar non minùs quàm sum enisus in nostro.

ĒNNA,ἔννα. Ciuitas Siciliæ edito in loco & vndique præcipiti situ, à Syracusanis(*Stephano teste*)condita, quæ vmbilicus Siciliæ dicitur, quod in medio insulæ constituta sit. { GERMAN. Ein statt gelägen mitten in Sicilia/heisst ietz Anna. } Imminet subiacentibus campis,vbertate & florum varietate conspicuis : olim templum Cereris (*vt Strabo testatur*) habuit vetustissimum, vbi dea præcipua veneratione colebatur, ad quam propitiandam quindecim viros legatos misère Romani. Hinc raptam à Plutone Proserpinam, Cereris filiam,dixit antiquitas. Vulgus hodie *Annám* appellat,vbi qui regis locum tenet,ob loci commoditatem, totius insulæ solet conuentum habere. *Cicer.in Verrem:* Vetus est(inquit) opinio,Iudices,quæ constat ex antiquissimis Græcorum literis atque monimentis, insulam Siciliam totam esse Cereri & Liberæ consecratam. Hoc cum cæteræ gentes sic arbitrantur,tum ipsis Siculis tam persuasum est, vt animis eorum insitum atque innatum esse videatur : nam & natas esse has in iis terris deas,& fruges in ea terra primùm repertas arbitrantur : & raptam esse Liberam,quam eandem Proserpinam vocant, ex Ennensium nemore qui locus quod in media insula est situs, vmbilicus Siciliæ nominatur.*Hactenus Cic.*

ĒNNÆŬS,a,um,ἐννάϊος,vt, Ennæa Ceres, quæ augustissimo in templo apud Ennam colebatur:cuius simulachrum tanto erat effictum artificio, vt qui illud intuerentur,aut ipsam videre se Cererem,aut effigiem Cereris non humana manu factam,sed cælo delapsam arbitrarentur. *Autor Cic.*7.*Verr.*

ĒNNAM,antiqui dixerunt pro etiamne,*teste Festo,*ἦ μήν.

ENNEACRVNOS,ἐννεάκρουνος. Nomen fontis apud Athenas,à Pisistrato

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

conditi : à numero fistularum dictus, quos Græci κρουνοὺς appellant, nostri verò *Salientes*.

Ennĕăphyllŏn, ἐννεάφυλλον. Herba est quæ longa folia nouena habet, cauticæ naturæ. Imponitur lana circundata, ne vrat latus: continuò enim pustulas excitat, lumborum doloribus & coxendicum vtilissima. *Plin. libro 27. capite nono.*

Ennĕăphthōngŏs, ἐννεάφθογγος. Quod nouem edit voces: vt Enneaphthongos chelys, *apud Martialem*. Pro eodem etiam ἐννεάφωνον, dicunt Græci.

Ennĕăs, enneados, ἐννεάς, Est numerus nouenarius, sicut Decas denarius. [Ennianista : pro eo, qui in theatro legebat poëtam Ennium: *Gell. cap. 5. lib. 18.* Eamus, inquit, auditum nescio quem istum Enniauistam.]

Ennĭvs, ἔννιος, Poeta antiquissimus apud Romanos. Quint. Valerio & C. Manilio coss. natus fertur. { German. ein vralter Lateinischer Poet. Hic Tarentinus (*si Eusebio credimus*) fuit. At *Pompon. Mela* scribit, Rudias Apuliæ, seu Calabriæ oppidum, Ennio ciue esse nobile. Cui astipulatur *Solinus*, Miserunt Calabri, Rudiæ genuere vetustæ. Quin ipse etiam *Cicero in Oratione pro Archia Poeta*, Ennium, Rudium hominem vocat. *Eusebius* dicit Ennium à Catone Quæstore Romam translatum, in Auentino habitasse, ac vnius ancillæ ministerio contentum fuisse. Scipionis etiam Africani familiaris erat, quem in bellis semper comitabatur: vnde & in sepulchro Scipionum putatur esse constitutus. Sequutus est M. Fuluium Nobiliorem ad bellum Ætolicum, cuius filium erudiit. Ab hoc & Cato iam senex dicitur Græcas literas didicisse. Scripsit plurima, inter quæ Annales, bellum Punicum secundum hexametris, quæ omnia penitus intercidерunt, exceptis versibus aliquot, quos *Macrobius* ostendit ab eo desumpsisse Virgilium, & paucis immutatis in suos transtulisse. Sententiarum grauitate in primis excelluit, sed cui verborum cultus minimè respondеret. Vnde interrogatus aliquando Virgilius quid ageret, aurum se ex Ennij stercore colligere respondit. Periit articulari morbo, quem ex immodico vini vsu contraxerat. *Horatius*, Ennius ipse pater numquam nisi potus ad arma Prosiluit dicenda, &c. [Ennius tria corda habuisse dicitur, & cur. *Vide apud Gell. c 17. l. 17.* Ennius alter fuit Grammat cus, qui duos libros de literis ac syllabis & metris conscripsit. *Autor est Tranquillus.*

Ennŏsĭgaēvs, ἐννοσίγαιος, dictus est Neptunus, quòd terram quatiat. {German. ein erschutter deß erdbodens/ein zunam Neptuni.} Vnde etiam Enosichthon, ἐνοσίχθων dicitur. Extra carmen melius vnicon scribitur. Dicitur enim ἀπὸ τῆς ἐνόσεως τῆς γῆς, hoc est, à terræ concussione. *Iuuen. Sat. 10.* de Xerxe, Ipsum comped.bus qui vinxerat Ennosigæum.

Ēno, as, are, Natatione euado, vel nando aliquò peruenio, enato. { נף *naph.* ἐκνήχομαι. Ga. Nager dehors, se sauuer en nageant. Ita. *Nuotare, peruenire à qualche luogo nuotando.* Ge. Außschwimmen. Hi. *Salir del agua nadando.* An. *To swymme out and escape.* } *Liu. 3. bel. Mac.* Multę naues eiectæ, multæ ita haustæ mari, vt nemo ad terram enauerit. *Virg. 6. Æn.* Insuetum per iter gelidas enauit ad Arctos.

Ēnŏdĭa, ἐνοδία, Hecate, quòd in via inuenta sit ab Inacho. *Stephan. in Troadis.*

Ēnōdo. das, Nodis purgo, nodos reseco. { ἐξαμματόω. Gall. Osterles nœuds, esclaircir, declarer. Ital. *Snodare.* Germ. Von knöpfen saubern/die knorren abhawen. Hispan. *Desenhatrar, desanudar.* angl. *To expone clearlse, to tak away knottsi.* } *Colu. lib. 5. cap. 5.* Quæ vlnus à positione bene prouenerit, eius summæ virgæ falce debent enodari. ¶ Per metaphoram accipitur pro declarare siue explicare. *Autor ad Heren lib. 2.* Deinde contrariæ legis enodabimus voluntatem & eam trahemus ad nostrę causæ commodum. [*Gellius c. 10. lib. 13.* Enodare laqueos iuris.

Ēnōdātĭo, nis. Explicatio, expositio. { פתרון *paráschâh pithrón* משר *péscher.* ἐξήγησις, διασάφωσις, δήλωσις. Gal. Declaration. Ita. *Dichiaratione.* Ger. Außlösung/erklärung Hisp. *Declaracion de lo escuro.* Angl. *A plane declaring, or expounding.* } *Cic in Topic.* Ea est insita, & antè percepta cuiúsque formæ cognitio enodationis indigens. *Idem 3. de Nat. Deor.* Quid vos delectat illa explicatio fabularum, & enodatio nominum?

Ēnōdātŭs, partic. { מבאר הישב *meboár heteb.* διεπιτυμβώσας, ἐκδιηλωθείς. Gall. Declaré. Italic. *Dichiarato.* Germ. Außgelöst/erklärt. Hispa. *Declarado.* Ang *Declared, made manifest.* } *Cic. 2. de Inuent* Præcepta magna conquisita cura, perspicuè conscripsit, atque enodata diligenter exposuit.

Ēnōdātē, aduerb. Clarè, perspicuè. { באר היטב *baér heteb.* δήλως. Ga. Clairement, apertement, sans nœud. Ital. *Chiaramente, senza scrupulo.* Ger Klärlich. his. *Claramente, sin nudo.* ang. *Cleerlie, plainlie.* } *Cic. 3. de Finib.* Hæc igitur nobis explicanda sunt: sed si enodatius, vos ignoscetis. *Idem 2. de Inuent.* Quæ illius erunt, leuiter attingendo, sua diligenter & enodatè narrando.

Ēnōdis, de, penult. product. Planum, sine nodo. { ἀδέμματος, ἄδετος. Gal. Sans nœuds. Ital. *Senza nodi.* Germ. One knöpf/glan. Hisp. *Sin nudos, ò desañudado* angl. *without knottes.* } *Virgil. 2. Georg.* Aut rursum enodes trunci resecantur. *Plin. lib. 12. cap. 14.* Quibus credi potest, marrem quoque teretem & enodi fruticare trunco. ¶ Per metaphoram Enode etiam dicitur quod sine difficultate est. *Plin. Epist.* Recitabat ἐρωτοπαγνιον, eruditam sanè luculentámque materiam (scripta enim erat) fluentibus, & teneris, & enodibus, sublimibus etiam vt poposcit locus.

Ēnona, æ, Oppidum in ora Liburniæ, *apud Plin. lib. 3. c. 21.*

Ēnŏpe, ἐνόπη, *Steph.* Vrbs Peloponnesi, in tractu Messeniaco, iuxta Pylum sub ditione Agamemnonis, *teste Hom. lib. 9. Iliad.*

Ēnŏrchis, ἐνόρχις, Gemma est candida, quæ diuisa fragmentis testium effigiem repræsentat. *Autor Plin. lib. 37. c. 10.*

Ēordæae, ἠορδαῖαι, duæ regiones Mygdoniæ, item aliæ duæ, vna Iberię, altera Thraciæ, ab Eordo quodam, Gentilia, Eordæus, Eordus, Eordistes. *Steph.*

Ēordi, ἠόρδοι, populi Thessaliæ, *Steph. in Amyro.*

Ēnormis, me, Dicitur magnum, sine mensura, nimium : eo quòd normam & mensuram excedat. { ἄμετρος, ἄπειρον. Gall. Desmesuré, desbordé, sans mesure, desreiglé. Ita. *Enorme, smisurato.* German. Vnmäßig groß/vngestalt. His. *Muy grande, sin medida.* Ang. *Vnthow mea sure an order.* } *Plin. in Epist.* Omnis enim aduertit quod eminet & extat: sed acri intentione diiudicandum est immodicum sit an grande, altum an enorme. *Plin. lib. 17. cap. 12.* Eædem enormes cerasis, lauris. [*Suet in Calig. cap. 50.* Enormis corpore. Galli dicunt Mal-basti, mal faict.]

Ēnormĭtās, ἀμετρία. *Spart. in Caracall.* Sed enormitate stipendij militib. vt solet, placatis. [*Quint.* In saxorum rudium collocatione, etiam ipsa enormitas inuenit cui applicari possit.]

Ēnormĭtĕr, aduerb. { ἀπείρως, ἀνισως. Galli. Desmesureement, sans mesure, desreigleement. Ita. *Fuor di regola, Fuor di misura.* Ger. Onmäßiglich/vber die maß. Hisp. *Sin medida.* Ang l. *Out of measure and rule.* } *Plin. lib. 37. c. 6.* Simili modo, si ex alio colore in se admittat aliquid enormiter.

Ēnōtesco, is, Innotesco, Notus fio. { נודע *nodháb.* γνωρίζομαι. Gal. Venir en cognoissance. Ital. *Farsi noto.* Germ. Erkant werden. Hisp. *Hazerse conocer.* Ang. *To be knawen abroad. Plin. in epist* Enotuerunt quidam versus tui, & inuito te claustra refregerunt. *Suet. in Otho.* Quitamen sic quoque hoc distícho enotuit.

[Enotare pro scribere. *Quint. lib. 1. c. 13.*]

Ens, & Entia, à verbo Sum deducta, τὸ ὄν, τὰ ὄντα, voces sunt solis penè Philosophis vsurpatæ. *Quint. lib. 8. c. 3.* Multa ex Græco formata noua, ac plurima Sergio Flauio, quorum dura quædam admodum videntur vt Ens & Essentia: quæ cur tantoperè aspernemur, nihil video, nisi quòd iniqui iudices nos sumus, ideóque paupertate sermonis laboramus.

Ensis, Gladius, mucro. { חרב *chéreb.* ξίφος. Gallic. Espee. Itali. *Spada.* Germ. ein schwerdt. Hispa. *Cuchillo, ò espada, ò daga.* Ang. *A sword.* } *Cicer. 2. de Nat. Deor.* Ausáque funestum prima est fabricarier ensem, *Virgil.* Et curuæ rigidum falces conflantur in ensem. *Ouid. 3. Fast.* Ensibus exertis bellica læta dea est. [Pérque feros enses intrasset mœnia Troiæ. *Ouid 13. Metam.* Querar quòd non offensas vindicet enses suas. *Ouid. Eleg. 8 lib. 3. Trist.* Letalem (in pectus) condidit ensem: mox, telum. *Ouid. 13. Metam.* Arripit ensem, ibidem.] Ab ensis fit diminutiuum Ensiculus ξιφίδιον. *Plaut. in Rud.* In eo ensiculo literarum quid est? ¶ Pérque enses, pérque ignem oportet irrumpere, διὰ μαχαιρῶν καὶ πυρὸς ἰτέον ἐστί. quum significamus quiduis periculi subeundum.

Ensĭfer, pen. cor. { μαχαιροφόρος, ξιφηφόρος. Gal. Qui porte espee. Ita. *Che porta spada.* Germ. ein schwert trager. Hi. *El que trae cochillo ò espada.* Ang. *That beareth a sworde.* } *Ouid. 2. de Arte*, Ensifer Orion aspicieri dus crit. *Idem 4. Fast.*

Entelechĭa, ἐντελέχεια, Perfectio, vis ex se mouens, agitatio siue energia. *Aristoteles* animam ita appellauit, *lib. 2. de Anima.* *Cicero* continuatam quandam & perennem motionem interpretatur, 1. *Tusc. qua.* Quintum genus adhibet vacans nomine, & sic ipsum animum entelechiam appellat nouo nomine, quasi quandam continuatam motionem & perennem. Sunt qui endelechiam per d scribendum existiment: sed per t, plutibus probatur. *Corinthus Grammaticus* autor est Atticos ἐνδελέχειαν per δ, non τ scribere consueuisse. *Idem apud Lucianum* in iudicio vocalium queritur ε de suis sedibus pulsum à η, in hac ipsa voce.

Entella, ἔντελλα, Siciliæ vrbs à Campanis habitata, Carthaginensium primi belli Punici tempore socia. *Stephanus.* Vulgò *Castro vetrano.*

Entĕrocēlă. { ἐντεροκήλη. Ang. *The disease of bur sling when the gut te falleth downe into the coddes.* } Species herniæ, quum intestina decidunt in scrotum: quemadmodum epiploocele, ἐπιπλοκήλη, quum eôdem delabitur omentum : & hydrocele, ὑδροκήλη, quum in alterum è testibus humor confluit. Omnésque has species, nostri vocant hernias, *inquit Celsus.* Ramices verò qui sequuntur, Porocela, πορροκήλη, quum ex abscessu aliquo circa scrotum materia subduruit: Sarcocela, σαρκοκήλη, quum in ipso scroto concreuit caro : Cirsocela, κιρσοκήλη, quum venæ intumuerunt, tunicis testium integris, vel in ipso scroto: Bubonocele est tumor testiculi ex inflammatione febrem afferens, vel tumor in inguine ex repletione nerui, ex quo testiculus dependet. Est tamen vbi *Plin.* enterocelam dixerit ramicem, vt in medicinis cupressi.

Entĕrocēlĭcŭs, Qui enterocela laborat. *Plin. lib. 26. c. 8.* Enterocelitis datur ex aqua, & illitur vesicæ vitiis.

Entĕrŏn, ἔντερον. Latinè intestinum. Hinc quidam exenterare, ἐξεντερίζειν, pro euiscerare, & intestina detrahere, deduci putant. *Vide suo loco.*

Enthĕmăta, ἐνθέματα, A medicis vocatur quæ vulneribus recentibus imponuntur, ad reprimendum sanguinem, & humorum affluxum. ¶ In insitionibus item enthemata vocantur furculi qui in fissuram trunci inseruntur.

Enthĕus, a, um, Numine diuino plenus. *Stat. Syl. 2.* Hic thyrsos, hic enthea lauro Tempora, Minoa crinem premit ille corona.

Enthĕātŭs, a, um, Diuino numine afflatus, vt Entheata vatum pectora, *apud Mart. lib. 6.*

Enthūsiasmŭs, ἐνθουσιασμός. Est diuinus quidam vigor, qualem habent dicta aut scripta eorum qui diuino numine sunt afflati: ab ἐνθουσιάζω quod significat Afflor numine.

Enthymēmă, pen. prod. atis, & Enthymematum, ti. ἐνθύμημα, ἀπὸ τοῦ ἐνθυμεῖσθαι, quod est mente concipere, animaduertere, considerare, Commentum vel commentationem *Quint.* interpretatur: quòd mentis actio omnis atque sententia, enthymema nominetur: sicut docet *Cic. in Top.* inquiens: Ex hoc illa Rhetorum sunt ex contrariis conclusa, quæ ipsi enthymemata appellant. Enthymema (*inquit Rufinianus*) dicitur quum per modus orationis ex contrariis sententiis astringitur: quale est illud *Cic. in Diuin.* Tamen his operam tuam pollicere, qui te neque velle tua causa: nec si velis, posse, arbitrantur? Dialecticis enthymema est syllogismus imperfectus in quo ex vnico enuntiato infertur conclusio: vt Castitas virtus est, ergo amplectenda. Namad perfectionem syllogismi deest prior enuntiatio, quam maiorem vocant, virtus omnis est amplectenda. *Iuuen. Sat. 3.* aut curtum sermone rotato Torqueat enthymema,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Entŏmă, ἔντομα. A Græcis appellantur quæ nos vocamus insecta, cuiusmodi sunt muscæ, crabrones, apes, & eiusmodi: ratione nominis inde (vt opinor) ducta, quòd pleraque ex iis circa medium sui incisa sunt, adeò vt posterior pars tenui admodum discrimine adhæreat priori..

ENTRIBAE, ἔντριβαι, Populi Thraciæ à *Steph.* commemorati.

Enūbo, is, pen. prod. {ἐκγαμίζω. GAL. Espouser vne homme, prendre mari. ITA. *Maritare.* GERMAN. Mannen/ ein man nemmen. HISP. *Casar se fuera su estado.* ANG. *To be maried to some man.*} à *Liu.* videtur vsurpatum pro extra suum ordinem nubere: ita enim *ait lib.* 10. *ab Vrb.* Virginiam Auli filiam patritiam, plebeio nuptam L. Volumnio cos. matronæ, quòd è patribus erupsisset, sacris arcuerunt. [*Idem lib.* 4. *dec.* 1. Nec ducendo è plebe neque vestras filias sororésque enubere sinendo è patribus.]

Enuptĭo, *Liuius libro nono, Decad.* 4. vt Hispalæ Fecenniæ datio, diminutio, gentis enuptio, tutoris optio ita esset quasi ei vir testamento dedisset.

Enūclĕo, as, Aperio & nucleum è calice extraho. Nucleus verò dicitur quod tenerum in nuce includitur. {πυρῆνα ἐκπυρηνίζω. GALLIC. Cerner, mettre hors le noyau, descouurir & mettre en euidence. ITAL. *Aprire, lauare il nocciolo della noce, & l'ostriga della guscia.* GER. Ein nuß aufthun/ein nuß kernen auß der schalen thun. Item/ erklären. HISP. *Abir ò sacar el meollo, ò pepita de la fruta.* ANG. *To tak the kernell of a nutte out of the shell, to declaire.*} ¶Per translationem enucleare significat declarare, & explanare. σαφηνίζειν, δηλοῦν. *Cic. in Parti.* Nec quicquam in amplificatione nimis enucleandum est. [*Gell. c.* 3. *l.* 7. Tenues & enucleatæ reprehensiones.]

Enūclĕātŭs, participium, {ἐκπυρηνισθείς, δηλωθείς. GAL. Escerné, & descouuert, mis en euidence & declare. ITA. *Dichiarato, aperto, manifesto.* GER. Erklăret/eröffnet. HISP. *Abierto, declarado, manifesto.* ANG. *Declaired, where of the kernell is taken out of the shell.*} *Cic. pro Planc.* In quo primum illud debes putare: comitiis, præsertim ædilitiis, studium esse populi, non iudicium: blandita illa, non enucleata esse suffragia. *Idem de Orat.* Genus dicendi acre, acutum, enucleatum.

Enūclĕātē, aduerbium, expurgatè, exquisitè, clarè, ac sine asperitate. {δηλωθηνυμένως. GAL. Clairement, apertement. ITALI. *Chiaramente.* GER. Offentlich/klärlich. HIS. *Claramente.* ANGL. *Clearlie, panyli*} *Cic. lib.* 4. *Tusc.* Habes ea quæ de perturbationibus enucleatè disputant.

Enūdo, as, are, Nudo. {ערה *harah.* γυμνόω. GAL. Desnuer, expoſer. ITA. *Nudare, sponere.* GER. Entblossen. Item, erklären. HIS. *Deandar lo vestido, declarar.* ANG. *To mak naked, to vnconer*} Et per translationem, exponere, ac veluti intellectui aperire, hoc est interpretari. *Cic. 1. de Legib.* Et rerum plurimarum obscuras & necessarias intelligentias enudauit quasi fundamentum scientiæ.

Enūmĕro, as, are, Numero, recenseo. {ספר *sippér* חפקיד *hiphkidh.* ἀριθμέω, ἀριθμοῦμαι, καταλέγω. GAL. Denombrer, nombrer & conter. ITA. *Numerare.* GERM. Erzehlen. HISP. *Contar per numeros.* ANG. *To nomber, to compte, to recken.*} *Cic. 4. Verr.* Dixi iam antea me non omnia istius, quæ in hoc genere essent, enumeraturum. *Col. lib.* 8. *c.* 17. Et ne per singula enumerem salsamentorum omnium purgamenta. *Propert. lib.* 2. *Eleg.* Enumerat miles vulnera, pastor oues. *Ter. in Adel.* Iámne enumerasti quod ad te rediturum putes. [Non potest peculium enumerari. *Plaut. Asin. sc.* 4. *a.* 2.]

Enūmĕrātio, Est ipse enumerandi actus. {ספר *sephár.* ἀπαρίθμησις. GALL. Denombrement, nombre & conte. ITA. *Esso annouerare.* GERM. Erzehlung. HISP. *A quella cuenta per numeros.* ANGLIC. *A compting, or reckening.*} Præterea est argumenti genus frequens apud Oratores, quum plurimis reb. expositis, & cæteris infirmatis, vna reliqua necessariò confirmatur, hoc pacto, Necesse est aut inimicitiarum causa ab hoc esse occisum, aut metus, aut spei, aut alicuius amici gratia: aut si horum nihil est, ab hoc non esse occisum. **Cic. 1. de Inuent.* Enumeratio est per quam res dispersè & diffusè dictæ, vnum in locum coguntur, & reminiscendi causa vnum sub aspectum subiiciuntur. *Cic. pro Cluentio.* Verùm quum habeam rem non dubiam, sed apertam atque manifestam, enumeratio singulorum argumentorum non est necessaria. ¶Est etiam enumeratio pars epilogi, quum argumenta aut omnia, aut præcipua per totam orationem sparsa, in fine repetuntur, vt altius memoriæ insideant. *De qua multa in Rhetoricis ad Herennium.*

Enūntĭo, as, Eloquor, effero, exprimo, profero, pronuntio, dico, significo. {דבר *dibbér* חגיח *highghidh* חביע *hibbiaḥ* בטא *bitsé.* ἀποφαίνω, ἀπαγγέλλω. GAL. Diuulger, releuer, dire, prononcer, proferer. ITA. *Pronunciare, proferire, parlare, esprimere.* GERM. Außkunden/ außsprechen. HISP. *Pronunciar, ò declarar.* ANG. *To vtter, to pronunce.*} *C c.* 1. *de Finib.* Grauissimæ sunt ad beatè viuendum breuiter enuntiatæ sententiæ. [*Suetonius in Tiber. cap.* 71. Enuntiare rem per ambitum verborum.] ¶Ponitur etiam pro simplici nuntiare, vel è longinquo significare. *Cic. Epist. ad Atticum libro* 1. Cossinius hic, cui dedi literas, valde mihi bonus homo, & nō leuis & amās tui visus est, & talis qualem esse eū tuæ mihi literæ enuntiarant. ¶Elegantissimus præterea huius verbi vsus est pro diuulgare, & quod arcanū erat, retegere: vt, Enuntiare aduersariis amicorum consilia. *Cic. pro Roscio Amerino.* Enuntiare mysteria dicendi. *Idem primo de Orator.* [Enuntiare consilia quid. *Quintilianus declamation.* 272.]

Enūntĭātŭs, part. {מרבה מבטא *medhubbár* מבטא *mebuttá.* ἀπαγγελθείς. GAL. Proferé, prononcé. ITALIC. *Proferito, pronunciato.* GERMA. Gesagt/außgesprochen. HISP. *Pronunciado, declarado.* ANG. *Vttered, pronounced.*} *Quint. lib.* 2. *cap.* 5. Sermo rectus & secundum naturam enuntiatus.

Enūntĭātum, ti, Oratio perfecta, verum aut falsum significans, effatum, pronuntiatum, enuntiatio. {ארשת *aréscheth.* ἀξίωμα. GAL. Vne proposition. ITA. *Propositione.* GERMAN. Ein vollkommner heiterer spruch der etwas bestätiget oder verneinet. HISPA. *Proposicion.* ANGL. *An nunciation.*} Nostræ ætatis Dialectici propositionem vocant. *Cicero de Fato,* Nec si omne enuntiatum aut verum est, aut falsum, sequitur illico causas esse immutabiles.

Enūntĭātīuŭs, a, um. {ἀποφαντικός, ἀξιωματικός. GALL. Declaratif. ITA. *Dichiarativo.* GERM. Das da außgered oder außgesprochen mag werden. HISP. *Cosa que denuntia ò declara.* AN. *Declaratiue.*} *Senec. Epist.* 118. Sequuntur deinde motus animorum, enuntiatiui corporum. *Ibid.* Aliquid est enuntiatiuum de corpore, quòd alii effatum dicunt, alij enuntiatum, alii edictum.

Enūntĭātīuē, vel enarratiuè deduci dicitur, quum similiter aliqua res sine mysterio, sine momento deducitur, vt quum dico: Petro à Titio, qui est hæres Seii: ista verba, Qui est hæres, enuntiatiua sunt. Vnde etiamsi non est hæres Seii, tamen procedit libellus. Casus est, vt aiunt in terminis, in *l. qua familia, quem tex. vt singularem, secundum præceptorem meum D. Zasium, omnes doctores exclamant. ff. famil. erciscun.* Di spositiuè autem narrata vim habent & obligandi & disponendi causam, adeò vt ea quæ medullas respiciunt, mutari emendarive nequeāt maximè si pro reo faciant. *Per text. elegantem in l. cum precum. C. de li. Caus.*

Enūntĭātĭo, onis. Enuntiatum, effatum, pronuntiatum. {ארשת *aréscheth* ἀξίωμα.} *Cic. de Fato,* Omnis enuntiatio (quod ἀξίωμα Dialectici appellant) aut vera aut falsa est. *Ibid.* Explicanda vis, ratióque enuntiationum, quæ Græci ἀξιώματα vocant.

Enūntĭātrix, cis, fœm. gen. {מרברה *medhabberáh.* ἀποφαντικόν, ἀποφαντική.} *Quint. lib.* 2. *c.* 15. Ars inuentrix, & iudicatrix, & enuntiatrix.

Enūtrĭo, is, pen. cor. Nutrio, alo, sustento. {גדל *giddél* בלבל *chilchél;* ἐκτρέφω. GAL. Nourrir, & esleuer entierement. IT. *Nudrire.* GERM. Ernehren/ aufferziehen. HI. *Criar.* ANG. *To nurishe, to bring vp.*} *Plin. li.* 12. *c.* 1. Tantum postea honoris increuit vt mero infuso enutriantur. De platano. *Col. lib.* 3. *c.* 3. Deinde fata non ita enutriunt, vt antè conualescant ac prosiliant, quàm retorrescant.

ENYALIVS, ἐνυάλιος. Vnum est ex Martis cognominibus, *teste Macrobio lib.* 1. *Saturn. c.* 19. qui Enyalius dicitur quasi ἐνυὸς υἱὸς, hoc est Bellonæ filius. Accipitur & pro bellicoso.

ENYO, ἐνυώ, Bellona dea, bellorum præses: quanquam etiam figuratè pro ipso bello siue prælio accipitur. *Mart. lib.* 1. Nec te decipiat ratibus naualis Enyo: hoc est, prælium nauale.

E ante O.

EOR. In notis antiquorum, Eorum.

Eo, is, iui, itum, Notæ significationis est. {הלך *haláveh.* πορεύομαι, εἶμι. GALL. Aller. ITA. *Andare* GERM. Gehen. HISPA. *Ir, andar.* ANGLIC. *To go, to wark.*} Ire redire, contraria. *Mart. lib.* 6. Et Capitolinas ítque redítque vias. *Ouid. Ep.* 10. Anxius huc illuc dissimulanter eo. ¶Interdum significat venire, βαδίζειν. *Terentius in Adelph.* Quæso vt vnà mecum ad matrem virginis eas. ¶Ire pedibus. *Pla. Stich.* Nam pedibus ire non queo.

¶Ire in sententiam pedibus, est alterius sententiæ non verbo, sed corpore accedere. μεταπίπτειν. *Liuius libro* 7. *ab Vrbe,* Qui hoc sentitis in dexteram partem pedibus transite: quæ maior pars erit, eo stabitur consilio. Deinde frequentes omnes in dexteram pedibus transierūt: Hæc ratio inuenta est, quòd nonnunquam longum esset audire singulos, in magno, præsertim Senatorum vel iudicum consessu. Quum igitur duæ trésve sententiæ dictæ erant ab iis qui primi rogabantur, reliqui in illorum cum quibus sentiebant, sedilia transibant, vt res expeditiores fierent. Aliquando ne pedibus quidem præ multitudine ad sententiam ire poterant, ideóque manu sententiam significabant: quod *Quintil.* intelligit, vbi ait, Manibus pedibúsque imus in sententiam necessitatis. Huic contrarium est, Ire in alia omnia, hoc est, ab autore sententiæ alicuius dissentire, & in aliorum sententiam discedere. *Cic. Lentul. lib.* 1. *Epist.* Quatenus de religione dicebat, ei rei quia obsisti non poterat, Bibulo assensum est: de tribus legatis frequentes ierunt in alia omnia. ¶Nauibus instructis ire. *Virg.* 2. *Æneid.* Et iam Argiua phalanx instructis nauibus ibat. *Cic. ad Attic. lib.* 10. Nauigio isse te iterum trans mare, credere non possum. ¶Ire rectis sensibus. *Cic.* 13. *Philip.* Si me rectis sensibus euntem dij immortales, vt spero, adiuuerint. ¶Ire inficias: negare. *Terent. in Adelph.* hoc reliquum est, Si inficias ibit, testis mecum est anulus quem amiserat. ¶Ire in aciem, pro militare. *Quint. lib.* 9. *cap.* 2. Qui aliquando fortiter fecerat, & alib bello petierat, vt militia vacaret ex lege, quòd quinquagenarius esset, aduersante filio ire in aciem coactus, deseruit.

¶Ire in articulum dicitur seges, quū nodos veluti articulos quosdam acquirit. *Plin. lib.* 18. *cap.* 17. Si in articulum seges ire cœperit. ¶It dies, pro præterit, & elabitur. *Plaut. Rud.* Verba facimus, it dies. ¶It res, pro succedit. *Cic. Attic. lib.* 14. Incipit res melius ire quàm putaram. Ire in consilium iudices dicuntur, quum aut capita conferunt aut in interiore consilio instrumenta litis percensere aggrediuntur, quum processus esse super burellum dicitur, id est in medium positus. *Cic. pro Cluentio,* In consilium ituri iudices triginta duo, sententiis decem & sex absolutio confici poterat. *Budæus.* *Ire per. *Ouid.* 14. *Met.* satis est inamabile regnum Aspexisse semel, Stygios semel isse per amnes. Eunt depressum pro Deprimunt. *Plaut. Cist.* frigidam Subdolè suffundunt, viris cum suis nos solere prædicant. Suas pellices esse aiūt, eunt depressum, quia nos sumus libertimæ. [Vastatum fines iuerat Assyrios. *Catul. de Com. Berē.* Quid de te commerui, quamobrem me meósque perditum ires liberos. *Plaut. Aulul. sc.* 6. *a.* 4. I hac intrò me cum. *Plau. Aulu. sc.* 5. *a.* 4. I, gladium affer. *Plau. Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Ianitorem clamat, si videt quem ire ad se calcitronem. i. venire. *Plau. Asin. sc.* 3. *a.* 2. In ius te voco. L. non eo. *Ibid. sc.* 4. *a.* 2. Ambula in ius. T. Non eo. *Plaut. Curc. sc.* 2. *a.* 5. Itur, putatur ratio cum argentario. *Plaut. Aul. sc.* 5. *a.* 3. Eas in maximam malam crucem. C. Ire te melius est intro. *Plaut. Men. sc.* 2. *a.* 2. Ad fratrem quò ire dixeram, mox iuero. *Plau. Ca. sc.* 2. *a.* 1. Abduce istum in crucem. P. Iste ibit potius, (*i.* abducetur.) *Plautus Curcul. sc.* 3. *a.* 5. Nemo ire prohibet via publica. *Plaut. Curc. sc.* 1. *a.* 1. Efficio tacitum ne mihi funus eat. *Quid. Eleg.* 1. *l.* 5. *Trist.* Rogitant me serui quò eam? Dico me ire quò saturi solent. *Plaut. Curc. sc.* 3 *a.* 2. Ire per excubias, & se committere nocti. *Ouid.* 13. *Metam.* ¶Ire in amplexus. Vide Amplexus. Ire in corpus, vide Corpus. Ire visere, vide Viso. Ire sub amplexus: vide Amplexus. Itē, mcæ noctes quas instructum ornatúmque isti. i. cupiuisti, voluisti. *Gel. c.* 6. *l.* 14. (*his, in fine & principio dicti cap.*) Nec mihi parua fides annos hinc isse priores, (i cœpisse) *Ouid.* 3. *Fast.* Dixit & in litem studio certaminis iissent. *Ouidius* 6. *Fast.* Furiis in scelus iisse pudet, *Ouidius* 6. *Fast.* Ire in tabem. *Senec. c.* 11. *de Const. ad Mart.* It in orbem ista tempestas. *Idem cap.* 15. Ire in rixam. *Quintil.* Age, i simul. *Plautus Most. sc.* 4. *a.* 3.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

(i.veni mecum.)Ire vestigia alicuius. *Senec. de Consol. ad Polyb.c.* 17. Vltum ire scelera. *Quintil.* Nunc ibo domum,& ibo in Tabernam. *Plaut.Men.sc.*Ire per plures discipulos vnus præceptor potest.*Quint.* Ire per omnes affectus.*Idem Quint.* Ire per disciplinas, vel circa eas hærere. *Quintil. cap.*13.*lib.*1. Ire per singulas partes. *Idem*,Ire per singula. *Idem Quintil.* Eat omnis inter luctus dies. *Senec. cap. 6. de Consol.ad Marc.* Eunt vi sua fata. *Ibid. cap.*20.Ire per totas materias. *Quintil.*Nepotes per tua pérque tui facta parentis eant. *Ouid. Eleg.*1. *lib* 2.*Trist.*Nostra per immensas ibunt præconia mensas.*Ibid. Eleg.9. lib.*4.Ire per omnes species.*Quintil.c.*5.*l.*2.Eat nunc (insultantis & cũ contemptu loquentis.)*Sueton.in Neron.cap* 35.Nube soler pulsa candidus ire dies,(i.redire)*Ouid.Eleg.*1.*lib.*2. *Trist.* I tu præ virgo. *Plaut. Curc.sc.*2.*a.*4. Cum it dormitum follem obstringit ob gulam. *Plaut. Aul.sc.*1.*a.*2.Si opulentus it petitum pauperioris gratiam. Idem *Aul. sc.*4 *a.*1.eunt obuiam, gratulantur(pro veniunt) *Plaut. Capt.sc.*2.*a.*3. It sedatum sitim,(i.venit.)*Plaut.Cu c.sc.*2.*a.*1.I tu,vt decet dominum, ante me ito inanis.*Plaut sc.*3.*a.*2.Eunt ad te hostes(id est,aggrediuntur) *Plaut.Capt sc.*4.*a.*3.Vbi estis vos: ite actutum. *Plau.Cap.sc.* 1.*a.*5. Benè ego ab hoc prædatus ibo *Plaut. Pseud.sc.*7.*a.*4. illa alió ibit.(de scorto) C. Pacem ab Æsculapio petas. C. Ibo atque orabo. *Plaut. Curc.sc.*2.*a.*2.Ibat in virgiliam miles.*Plau.Pseu sc.*7.*a.*4. Ite hac triũphi ad cantharum recta via.*Plau Pseu. sc.* 7.*a.*4. Iam iisses ad forum, (i peruenisses.) *Plaut.Pseu.sc.*7.*a.*4.Ire licebit tibi tempori.*Plaut. Ps. sc.*7.*a.*4]¶Ire agere coniunctim à Iurisconsultis dicitur, pro disiunctim.Aliud enim est ire:aliud agere. Ire hominis est:agere,iumenti. Qui actum habet,iter habet,at non contrà. Ergo ire agere semper coniunguntur,vt tres fructuses compendio sermonis comprehendãtur,Iter,via & actus. Nam sub verbo agere, tacitè quoque vehere comprehenditur.*Hæc ex Hotomano.* ¶Hoc verbum,præter naturam aliorum verborum quartæ coniugationis,facit futurum in bo:vt,Eo, ibo,quemadmodum & queo,quibo. Inuenitur tamen etiam non nunquam Eam,*vt apud Teren.Eunuch.*Quid igitur faciam? non eam ne nunc quidem Quum accersor vltrò? ¶Composita ab eo,is,quantus simplex sit neutrum,aliqua tamen sunt actiua: vt, Adeo, adeor: obeo,obeor:intereo,intereor: subeo,subeor.*Iuuen.*-quòd si subeuntur prospera castra.*Claud.Quadrig.* Pugna acriter commissa,ac multis vtrinque interitis. *Virg.lib.*10.Morte obita, quales fama est volitare figuras.

¶Componitur, Eo cum ab: vt,abeo:ad,adeo:am,ambio,in quo b interponitur euphoniæ causa, & e vertitur in i: ante,anteeo:circum, circumeo:con coëo,in quo abiicitur n:contra, contraeo: ex, exeo:in, ineo:inter,intereo,intro,introeo, ob,obeo:per,pereo:pro, prodeo,in quo d interponitur sonoritatis gratia: præ,præeo: de quo latius suo loco:præter,prætereo.re,redeo:sub,subeo:super, superbio, vbi interponitur b,& e mutatur in i:trans,transeo: sum,veneo. ¶A supino itum,itu fit itus,us,& itio. { חלך *héleeh.*πορεία. GAL. Allee, voyage, ITA. *Andamenta,gita camino.*GERM. Das gon/gang. HISP. *Obra de andar andadura.* ANGLIC. *A going or wa king.*}*Cic. Attic.lib.*15.Quis porro noster itus,reditus,vultus, incessus inter istos?*Suet.in Tiberio c.* 38.^d extremum vota pro itu & reditu suo suscepti passus, vt vulgò iã per iocum Calipedes vocaretur.*Ter Phor.*Hæcine erant itiones crebræ,& mansiones diutinæ Lemni?*Cic. Att.* De obuiam itione ita faciam vt suades.[Itum est ad arma. Velleius.]

Itũr,impersonale *Teren.in Andr.* Ea quoniam nemini obtrudi potest, Itur ad me.

Itio,itionis verbale.*Cicero de Diuinat.* Sed Rhodiorum classi propinquum reditum, ac domum itionem dari *Idem ad Attic.* De obuiam itione faciam vt suades.

Itũs, itus, idem quod itio. *Cic.ad Atticum*, Quis porrò noster itus, reditus,vultus,incessus inter istos?*Varr.ling.Lat.*4. Irer ab itu appellatum est.*Item Titinius poeta*, Itum,gestum, amictum qui videbant eius.

Ito,as,frequentatiuum, Frequenter eo. { φοιτάω, ῶ, πολὺς ἐρχομαι. GALL. Aller souuent ITA. *Andar souente.*GERMAN. Offt gon/von eins gon. HISPA.*Andar muchas vezes.* ANGL.*To go often*}*Plaut.M st sc.*1.*a.*1.Ad legionem cum itant.*Idem Men. sc.*7.*a.*5. Expetit me filia ad se se vt irem.i.sic legit Passer.itare ad cœnam.*Gel.c.*24.*lib.*2.*Sueton.de C.ar.Rhet* Maiores nostri quæ liberos suos discere, & quos in ludos itare vellent,instituerunt. [*Gell c.*6.*lib* 6. Itare ad grammaticos. *Idem Gell.c.*11 *lib.*15.]

Ĭtò, pro tanto:sicut & quò, pro quanto ponitur. ποσούτῳ. vt, Eò magis, quò magis *Salust.in proœm.io Cat il.* Statui res gestas populi Romani carptim,vt quæque memoriæ dignæ videbuntur perscribere, eóque magis, quòd mihi à spe, metu, partibus Reip.animus liber erat. [Non mihi ipsi credis.R.Eò sit,quia mihi ipse plurimum credo *Plaut. Amph.*Non eò quin cupiam quæ velis.*Plaut.Asin.sc.*1.*a.*5. Id eò dico, ne me thesaurum reperiisse censeas.*Idem Aul.sc* 4.*a.*1. Id eò fit quia hic leno ægrotus incubat.*Plaut.Curc.sc.*1.*a.*1. ¶Eò interdum pro ad eum locum : *Catull.de Com.Beren.* Eò famulum legarat.]

¶Quandoque ponitur pro ideo,vel propterea. διὰ τοῦτο. *Terent.in Eunuch* .Eóne es ferox, quia habes imperium in belluas? *Ibidem*, Eò ad eam non admissa sum.¶Aliquando significat vsque illuc. *Liu.* 2. Ipsa vestigia quærentem dominum eò deductura erant. ¶Aliquando significat ad id,vel vsque ad id. εἰς τοσοῦτον. vt apud eundem in proœmio operis, Quæ ab exiguis profecta initiis, eò creuit, vt iam magnitudine laboret sua. Sic dicimus, Eo magnitudinis,quod est Ad eam magnitudinem Eò sapientiæ deuenit,id est ad eam sapientiam. εἰς τοσοῦτον σοφίας. ¶Eousque,in tantum, ὥστε τοσοῦτον. *Valer.Max.lib.*1. Natam vitam eousque creuisse, donec cunctas dominationis suæ partes inumbraret

[Eodem,*Plaut Curc sc.*2.*a* 4. Eodem vos pono, (i.Ibidem, vel eodem loco & numero.) ¶Eopte; *Plaut.Cure sc.*3.*a.*4. Eopte illo infortunio, (Alias Eopse.)]

Eos, { שחר *schácher.* ἠώς. GALLIC. Aurore,le poinct du iour, l'aube du iour. ITALIG. *L'aurora.*GERM. Morgenröte/der herbrächend tag. HISP.*Alua.* ANGLIC *The break of the day* }Priori longa à Græcis vocatur,quam nos dicimus auroram. *Ouid* 3. *Fast.* Tres vbi luciferos veniens præmiserat Eos.*Idem* 4.*Fast.*Proxima victricem quũ Romam inspexerit Eos:

Ēōus,Eoa,um {ἑῷος.GA. Oriental,d'Orient.IT.*Orientale.* GE. Das zu der morgen gehörit/morgentlich). H.*De Oriente.*AN.*East.*}Adiectiuum est,idẽ significans quod Orientalis, habétque primam syllabam indifferentem.quanquam sæpius producitur. Deriuatur enim ab ἠὼς, dictione Græca,quæ illi auroram significant : quæ quanuis frequentiùs per ǽ scribatur,inuenitur tamen quandóque scripta per e. Productionis exempla nusquam non occurrunt.Reliquum est vt aliquot exemplis doceamus posse breuiari.*Luc.lib.*8. Aut Arabum portus mercis mutator Eoę.Idem Claudimus,Hesperias gentes,aperimus Eoas.*Propert.libr.*2. Siue illam Hesperius,siue illam ostendet Eous.*Virg.*2.*Æn.* Conflgũt Zephyrúsque,Notúsque,& Iætus Eois Eurus equis. *Ouid.*2. *Amorum*, Gallus & Hesperiis,& Gallus notus Eois.[*Ou.Ele.*9.*li.*4.*Trist.*Testis & Hesperiæ vocis Eous erit.]

Ēōus,subst.antiuum,ἑῷος,prima vocali per e vnde,primam syllabam corripit.Vnus ex equis Solis.*Ouid.*2.*Met.*Vide AETHON.

Ēōusquĕ,Vide EO.

E ante P.

E.P.In notis antiquorum,Edendum parcè.EPM.epitaphium. E.P. oppugnatio,vel è publico.EP.epist.EP.M.epistolam misit. E PR. & præparat. EPS.Episcopus.

Ēpācrĭă,ἐπακρία,Attici agri oppidum, vnum ex iis quæ à Cecrope in ciuitatis formam sunt redacta. *Autor Steph.*

Ēpăgo,onis,ἐπάγων, Artemo nauis,siue trochlea qua funes ductarij,& cætera nauis armamenta explicantur : quáque maiora onera ex portu in nauem attolluntur.*Vitruuius* Ergatas videtur appellare.

Ēpagōgē,es,ἐπαγωγη. Argumentationis genus ex concessis sensim laqueos texens ad irretiendum eum qui se semel interrogandum præbuit,aliis atque aliis percontationibus sese mutuò excipientibus.*Vide Commentaria Budæi.*

EPAGRIS,ἐπαγρις,Insula vna ex Cycladibus,quæ notiore nomine Andros appellatur,*teste Plin.lib.*4.*c.*12.

Ēpămĭnōndās,ἐπαμινόνδας,Nobilis Thebanus,Polymni filius,singulari modestia,prudentia,& grauitate præditus,rei militaris peritus, manu strenuus,animo maximè:adeò autem amans veritatis, vt ne ioco quidem mentiretur.{GE.Ein herlicher edelman von Thebis/ der sonderbare weisheit/dapfferheit }Adhęc multiplici artiũ cognitione eximius fuit. Nã & fidibus nouit,& ad earum sonum accinere: qua in re præceptorem habuit Dionysium.Tibiarum autem artem ab Olympiodoro hausit,quemadmodum saltationem à Calliphrone. In Philosophia verò Lysiæ Pythagoreo operam dedit.Hic quum apud Leuctram Lacedæmonios plaga pestifera adeo affecisset,vt ex eo tempore Lacedæmoniorum opes corruerint & principatum Græciæ amissum vltrà reparare nequiuerint,dicere solebat,orbum se,non tamen sine liberis mori, & ex se natam relinquere pugnam Leuctricam.Hic post clarissima fa cinora edita,extremo tempore apud Mantineam,cum acie instructa, & ducis optimi,& militis fortissimi officio fungitur,sparo,agresti telo percussus ictu mortifero,relatúsque in castra semianimis, requisiuit à circumstantibus,saluúsne esset clypeus:quum saluũ esse flentes sui respondissent,allatum,veluti socium laborum gloriæque osculatus est. Iterum quæsiuit essentne fusi hostes,quum id quoque vt cupiebat audiuisset,euelli tum demique spiculum iussit:atque ita multo sanguine profuso,in lætitia & in victoria mortuus est.Cuius morte Thebanorũ vires ita hebetatæ sunt,vt non tam illum amisisse, quàm cum illo interisse omnes viderentur Nam ante Epaminondam Thebani alieno imperio paruerunt,& post interitum eiusdem in seruitutem pristinam reuoluti sunt:vt manifestum sit gloriam Thebanam cum illo natam, & cum illo extinctam fuisse. *Vide Xenophontem libro vltimo Rerum Græcarum.*

Ēpănadĭplōsĭs,ἐπαναδίπλωσις,Figura est quæ fit quum eãdem dictione versus clauditur à qua exordium sumpsit.*Virg.*1.*Æn.*Multa super Priamo rogitans,super Hectore multa.

Ēpănălepsĭs,ἐπανάληψις,Est repetitio sententię,vt iterum audita altius insideat auditoribus.*Cic pro Rab.*Libenter si esset integrũ,profiteret idem,Saturninum C.Rabirii manu interfectum. Nihil me iste clamor commouet.Et deinde subdit,Libenter,inquam,profiterer.

Ēpănăphorā,ἐπαναφορά.Latinè,repetitio:figura est quum ab eadem dictione plures sententiæ inchoantur:*qualis est apud Virgilium in Gallo,* Hic gelidi fontes,hic mollia prata Lycori,Hic nemus, hic ipso tecum consumerer æuo.

Ēpănŏdŏs,pen.cor.ἐπάνοδος.Schema est *Dianoiæ*,quum ad id regredimur, vnde semel discessimus:vt Principatus bonus,non autem bonus qui in tyrannidem commutatur.

Ēpăphrŏdītŭs,pen.pro.ἐπαφρόδιτος,Grammaticus patria Chæroneus, Archiæ grammatici alumnus, & discipulus, quem Modestus Ægypti Præses sibi coëmit,cuique filium Pitelinum idem in disciplinam tradidit,quem ille Romæ instituit sub Nerone. Mortuus est hydropisi. *Reliqua vide apud Suidam.*

Ēpăphus,ἔπαφος,Iouis filius ex Io, qui Memphim in Ægypto condidit. *Ouid.*1.*Metam.*Postquam fabulam Ius in vaccam conuersæ recitauit, subdit, Hinc Epaphus magni genitus de semine tandem Creditur esse Iouis.

Ēpārchĭa,æ,{שלטן *schiltón.*ἐπαρχία.}à Græcis dicitur,quam Latini prouinciam,siue præfecturam appellant:vnde Eparchus,ἔπαρχος, prouinciæ præses:& Eparchiotes,ἐπαρχιώτης,prouincialis.

EPARITAE,ἐπαρεῖται,populi Arcadiæ, quorum ciuitas Eparis dici debebat:non reperitur tamen id nomen.*Steph.*

Ēpĕnthĕsĭs,penult.cort.ἐπένθεσις,Dici potest porrectio:figura qua in medio dictionis littera vel syllaba interponitur:vt, Induperator, pro imperator.A verbo Græco ἐπεκτείνω,quod est porrigo, vel vlterius extendo.

Ēpēnthĕsĭs,pen. cor. ἐπένθεσις, Interpositio literæ vel syllabæ ad medium dictionis,vt longior fiat numero syllabarum, vel temporum. A verbo Græco ἐπενθέναι,quod est interserere: vt, Relligio pro religio, alituum pro alitum.

Ēpēŭs,pen.prod.ἐπειὸς,Nomen proprium Endymionis filii, & Pæonis fratris qui primus in muralibus machinis equum reperit, qui & aries dicitur.*Pl.li.*7.*c.*56.quę res locũ locum fecit fabulę,Epeum fabricatore fuisse

fuisse equi lignei quo Troia prodita est. ¶ Epeo timidior, Ἐπειοῦ δειλότερος. De magnopere pauido dicebatur: ab Epeo quopiam ductum, notæ timiditatis homine.

Ἔπειοι, penul. prod. ἔπειοι, Populi in occidentali ora Peloponnesi, alio nomine Eli dicti, teste Plin libr. 4. capit. 5. Cuius sententiæ etiam Stepha. subscribit. Homerus tamen in Catalogo nauium Epeorum vrbem diuersam facit ab Helide, quam videtur Epeorum iuri subiicere. Vide Strab. lib. 8.

Ἔφηβος, pen. pro. Pubes. {נער naʿar ʿélem. ἔφηβος. GA. Ieune iouuenceau, à qui commence à venir la barbe. ITA. Giouanetto di prima barba. GE. Ein iüngling vber vierzehen jar/ dem der erst bart anfacht wachsen. HI Iouen, moço des barbados luzio. AN. A stripeling of xv yeares. } ex ἥβη, & ἥβη, pubertas. Iuuen. Armenius Zelotes cunctis narratur ephebis: Terentius in Andr. Nam is postquam excessit ex ephebis, Sosia, Libèrius viuendi fuit potestas, id est, postquam excessit ex ea ætate, qua pubem primò emisit. Cic. 1. de Nat. Deor. Athenis quum essem è gregibus epheborum, vix singuli reperiebantur. [Suet. in Aug. c. 98. Spectauit assiduè exercentes Ephebos.]

Ἐφηβία, Pubertas. {נעורים neʿurím עלומים ʿalumím. ἐφηβία. GALL. Adolescence. ITAL. Giouentù che commencia d'anni quindeci. GERM. Das alter der angehenden iugent. HISP. Mocedad. ANG. Stryplinge age. } Prima ætas adulescentiæ & extrema pueritiæ, vt tradit Donatus. Gen sorinus de die natali, cap. 5. sta distinguit, vt decimo quinto ætatis anno, quum primùm pueritiâ egressi sumus, dicamur μειράφηβοι, hoc est, futuri ephebi: decimosexto ἔφηβοι: decimoseptimo ἐξέφηβοι, quasi ephebiam egressi.

Ἐφήβιον, {ἐφηβεῖον. GAL. Le lieu où les adolescens s'exerceoyent. ITA. Luoco doue s'essercitano i giouani. GER. Das ort oder der platz an dem sich die iugent übt. HIS. Lugar donde se exercitan los moços. ANG. A place to iongemento playe or exercise yame in. } Dictus palæstræ locus, in quo ephebi exercentur: de quo Vitruuius libro quinto, sic inquit, In duplici porticu collocentur hæc membra, ephebium in medio: hoc autem est exedra amplissima, &c.

Ἐφήδρα, æ, ἐφεδρεύς, Dioscoridi, Herba est aliis nominibus caucon, & anabasis appellata. Nascitur ventoso ferè tractu, scandens arbores, & ex ramis propendens, folio nullo, cirris numerosis, qui sunt iunci generis culati. Hæc Plin. lib. 26. c. 13. Hac mulierculæ vtuntur ad vasa lignea emundanda, pectinúmque opifices ad buxi scrabitiem expoliendam, Vulgò Prelam vocant.

Ἐφήγησις, penult. product. ἐφήγησις. Causæ vel iudicij genus, quum accusabatur is cui regione aliqua interdictum erat, vt exuli aut homicidæ.

Ἐφήλις, pen. pro. ἔφηλις, Tuberculum, seu aspredo cutis in facie, ex ardore Solis prognata.

Ἐφημέρα, siue Ephemeros, ἐφήμερος. Febris est vnius diei, quam & Latini diariam appellant, eo quòd diei vnius (quantum in ipsa est) spatio terminetur.

Ἐφημερὶς, penult. correp. Liber seu commentarius, in quem quotidiana acta referuntur. { ἐφημερὶς. GALLIC. Regiſtre & papier iournal. ITAL. Giornale, regiſtro. GERM. Ein denckbüchlin in welches täglicher handlungen verzeichnet werden HISP. Hiſtoria que procede de dia en dia. ANG. A regiſter, a reckening book wherein thinges daylie doone be written. } Liber in quo res gestæ per singulos dies scribuntur, Latinè Acta diuina, & Diarium dicitur: ab ἔφη, & ἡμέρα, dies. Mos fuit Romanis vt singuli rerum suarum tabulam conficerent: vnde Iuuenalis accipit pro libro in quo diurnales diuinationes erant, In cuius manibus, ceu pinguia succina, tritas Cernis ephemeridas. Propertius pro libro fœneratoris sumpsit, in quo summas pecuniæ mutuatitiæ fœneratitiæque perscribit, & ratiunculam per singulos dies expensi acceptique subducit, & lucra damnáque computat, Me miserum, his aliquis rationem scribit auari, Et ponit duras inter ephemeridas. Cicero pro Quintio, Discedens in memoriam rediit Quintius, quo die Roma in Galliam profectus sit: ad ephemeridem reuertitur, inuenitur dies profectionis. Calendarium à Seneca dicitur: Aduersaria à Cicerone. Vide Aduersaria. [Ephemeris, quid & quomodo Latinè vide apud Gell. cap. 18. lib. 5.]

Ἐφήμερον, ἐφήμερον. Animal nascens apud Hypanim fluuium, qui influit in Bosphorum, eodem quo nascitur die interiens Arist. lib. 5. Animalium. ¶ Hinc natum adagium, Ephemeri vita, Ἐφημέρου ζωή. De iis qui statim emoriuntur aut pereunt.

Ἐφήμερον, ἐφήμερον. Duarum herbarum nomen est Dioscoridi, quarum alteri folia tribuit lilij, sed tenuiora, caulem parem, florem cãdidum, amarum, semen molle, radicem vnam digitali crassitudine, odore non iniucundo: traditque in locis præcipuè opacis nasci. Hæc hodie herba esse creditur, quæ flosculos candidos gignit, gratissimi odoris, quos vulgus Lilia conuallium appellat. Dictum autem ephemeron putatur, quòd florem habeat fugacissimum, & qui vnico die marcescat. ¶ Alterum ephemeri genus ab eodem Colchicum appellatur, à quibusdam etiam bulbus agrestis, sub Autumni exitum florem fundens croceo similem, folia habens pinguiora quàm bulbus, caulem semipedalem, semen rufum, radicem ex nigra rufescentem, quæ desquamata intus albicer, succúmque lacteum fundat. Vulgus Caninecã appellat, quòd gustatum canes enecet. Quinetiam homines bulbi similitudine inuitatos more fungorum strangulat. Vnde etiam ephemeron appellatum existimant, quòd die vno perimat.

EPHESTIADES, Vide PHAESTIADES.

Ἑφέστιοι, ἑφέστιοι, à Græcis dii appellantur qui à nobis Penates, & Lares, quòd aris & focis præsidere putarentur. Appellatione enim τῆς ἑστίας, Græci focum seu latem intelligunt.

Ἐφέστρις, idis, ἐφέστρις, Vestis quæ supra arma indui solet. Bayfius putat eandem fuisse, quam Romani paludamentum appellarunt.

Ἔφεσος, penultima correpta, { ἔφεσος. GERMANI. Ein verrümpte statt/gelägen in Asia in der landschafft Ionia/heißt ietz Zoglie o Epheso. } Vrbs Ioniæ, celeberrimo Dianæ templo clara, ab Amazonibus condita. Hoc templum ducentis viginti annis à tota Asia factum fuit, in solo palustri, ne terræmotus sentiret. In eo centum viginti septem columnæ fuerunt, singulæ à singulis regibus factæ, sexaginta pedum altitudine, inter quas tres ignitas ex celatę fuerunt miro artificio. Hoc templum impensa non facilè æstimanda ab Herostrato quodam (qui hac potissimùm via sibi nominis immortalitatem venabatur) incensum totum conflagrauit, eadem Olympiade, qua Alexander Magnus natus fuit. Hæc vrbs nauale & portum habuit, & loci opportunitate multum creuit, & maximum citerioris Asiæ emporium fuit. Ex Epheso Heraclitus cognomento Scotinus fuit, & Hermodorus, qui propter excellentiam ingenii, & doctrinæ, vitæque probitatem in exilium missus fuit. Præterea Hipponax poëta, & Parrhasius pictor, & Apelles, & Alexander orator & Theodotion Iudæus, qui sacram Scripturam interpretatus est. ¶ Ephesus, inquit Steph vrbs Ioniæ clarissima, vel, vt Herodotus, Lydiæ, & portus in sinu. Dicta olim Trichia, & Onygia, & Ptelea (πτελέη, vnde Pteleæus, & Ptheleates) & Sarmona ab vna Amazonum quam & reginam & Dianæ sacerdotem fuisse tradunt, & filiam habuisse Amazonem, à qua Amazones dictæ sint. Hæc ciuitas in loco cauo olim habitata, diluuium passa est: quo cum plurimi extincti essent, Lysimachus ciuitatem in eum locum, vbi nunc est, transtulit, & ab vxoris nomine Arsinoën vocauit: eo mortuo, pristinum nomen receptum est. In hoc diluuium Duridis elegans retract chori Steph. recitat. Est & Ephesus insula Nili, vt etiam Chius, & Lesbus, &c. Steph. Plau. Mil. sc. 1. a. 2. Hoc oppidum est Ephesus. Ibidem, in Ephesum illam huc auehit.]

Ἐφέσιος, pen. prod. Adiect. vt Ephesina. Cic. 3. Philip.

Ἐφέσιος, ἐφέσιος, adiectiuum. Cic. 1. de Diuin. Quam nocte templum Ephesiæ Dianæ deflagrauit. [Plaut. Mil sc. 5. a. 2. Ephesia Diana. Vide Diana.] ¶ Ephesiæ literæ, ἐφέσια γράμματα. Dictum videtur de iis qui mira felicitate, tanquam diuina virgula quicquid optarent, assequerentur. Aiunt enim, Ephesiis notulas quasdam & voces magicas fuisse, quibus vtentes, in omni negotio victores euaderent.

[Ephetæ. Plut. in Solon. Ephetæ iudices Athenis.]

Ἐφιάλτης, ἐφιάλτης, A nostris dicitur incubus. Est autem morbus quiescentes in lecto plurimùm infestans, quum veluti ingenti pondere nobis superincumbente premi videmur. Dictus ἀπὸ τῆ ἐφάλλεσθαι, hoc est, à conscendendo, siue insiliendo. Generatur autem (vt nonnulli medicorum tradiderunt) ex voracitate & cruditate, euaporatione scilicet in caput redundante. ¶ Dictus est etiam hoc nomine quidam ex Neptuni filiis, qui quum singulis mensibus nouem digitos cresceret, in tantam altitudinem euasit, vt statura sua fretus vnà cum fratre Otho superis bellum inferret: quapropter à Ioue fulmine ictus, ad inferos est detrusus. Virgil. in Culice. Nam victus sedet immanis serpentibus Otus Deuinctus, mœstum procul aspiciens Ephialten.

Ἐφίππια, orum, Propriè tegmina, seu stragula quibus equi sternuntur, vel sellæ equis ad insidendum impositæ. {כר char. ἐφίππια, ἀπὸ τῶ ἐπὶ καὶ ἵππος. GALL. Selles ou autres couuertures de cheuaux, comme housses & autres choses. IT. Selle di caualli e simili ornamenti. GER Sattell. HIS. Sillas ò cubiertas de caualios. AN. Horse harneis. } Cato, siue Ma os siue alius quisquis is est, qui de liberis educandis librum conscripsit, Mihi puero modica fuit vna tunica & toga sine fasciis calceamenti, equus sine ephippio. Hora. in Epi. Oprat ephippia bos piger, optat arare caballus. [Vide Mart. Epig. 86. lib. 14.]

Ἐφιππιᾶτι equites, Qui ephippia habent in equis. Cæsar 4. bell. Gall. Non eorum moribus turpius, aut inertius habetur, quàm ephippiis vti: itaque ad quemuis numerum ephippiatorum, quamuis pauci, adire audent.

Ἐφιππιάριοι equi, quibus sellæ imponuntur propter molliorem vectu ram. Vide in dictione STRATA.

Ἔφορος, pe. cor. ἔφορος. Historicus fuit Cumæus, Isocratis auditor, & cõ discipulus Theopompi: cuius vitam & scripta vide apud Suid. ¶ Ephori item apud Lacedæmonios magistratus eiusmodi fuerunt, quales apud Romanos Tribuni plebis, qui à Theopompo sic appositi Regibus sunt, vt apud Romanos Consulibus Tribuni. Vt enim à Consulibus ad Tribunos prouocare quisque poterat, sic Lacedæmonij à Regibus ad Ephoros. Satis constat ab Ephoris Reges alios eiectos fuisse, alios interemptos. [De iis Plutarch. in Lycurgo: & in Aristide, & in Agide] Olim pro ministris Regum fuerunt: paulatim deinde omnem potentiam in se transferentes, ad id licentiæ peruenerunt, vt sensim à Rege magistratum proprium constituerent, nomine Ephoriam. Ita dicti ἀπὸ τῆ ἐφορᾶν, quod est intueri, quòd ad ciuitatis salutem oculos intentos haberent.

Ἐφύδριον, ἐφύδριον. Herba, quæ & equisetum, & hippuris, & anabasis appellatur. Vulgus Prelam vocat. Vide HIPPVRIS.

Ἔφυρα, Vulgò Coranto, vrbs Peloponnesi, in ipso sita Isthmo, quæ alio nomine Corinthus dicta est. Ephyræ autem nomen accepisse volunt ab Ephyra nympha, Oceani & Tethyos filia: cuius meminit Virgilius 4. Geòrg. Lucan. lib. 9. Aut Pelopis latis Ephyren erumpere regnis.

Ἐφύραῖος, a, um, ἐφυραῖος, hoc est Corinthius. Propertius, Non ita complebant Ephyrææ Laidos ædes. Lucan. lib. 6. Insedit castris, Ephyræáque mœnia seruat. Virg. 2. Georg. Ephyræius per quinque syllabas extulit, Illusas auro vestes, Ephyræiáque æra. ¶ Fuit & alia eiusdem nominis vrbs in Epiro, aliáque rursus in finibus Thessaliæ: item aliæ nonnullæ, quas vide apud Steph.

*Ephyreias, adis, quæ est ex Ephyra. Claud. de bello Getico. Scilicet Argolicas, Ephyreiadésque puellas Cœperat & pulchras iam fastidire Lacænas.

Ἔπιαλος, πίαλος, Genus febris est ex pituita frigida vel vitrea, putrefactáque. Nomen dedit ei placidi pellacia Ponti subdola, quam Græci ἀπὸ τῆ πίνω ἁλεαίνειν, quòd blandè ac modicè calefaciat.

Ἐπίβαδες, pen. cor. Naues vectoribus solùm transuehendis accommodatæ. Vlpianus l. j. §. Igitur præpositio ff. de exer. act. Quædam enim naues onerariæ, quædam (vt ipsi dicunt) ἐπίβαδες sunt. Et plerósque mandare scio ne vectores recipiant: & sic vt certa regione, & certo mari negotientur. Bayfius: Epibades, inquit, dictæ, vt opinor, quasi epibatides, ad epibatas solùm, id est vectores, traiiciendos. Et fortasse legendum apud Iureconsultum, epibatides.

Ἐπίβατα, ἐπίβατα. Sunt bellatores in re nauali. Hirtius de bello Alex. Capta est vna hostium quadriremis, deprssa est altera: alteráque

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

perturbata : deinde omnes epibatis nudatæ. *Idem lib. de bell. Afric.* Ibique Getulis remigibus, epibatísque complet. Dicti epibatæ ἀπὸ τοῦ ἐμβαίνειν, hoc est à conscendendo, vnde etiam generaliter eo nomine omnes intelliguntur, qui nauim conscendunt, vt aliquò ea vehantur.

Ἐπιβάθρα, thræ, ἐμβάθρα. Scalę nauticæ, quibus in nauim conscenditur.

Ἐπίcauma, atis, ἐπίκαυμα, Oculi vlcus crustosum, foedum & impurũ, humore fœdo iugiter effluente. Ita dictum à quadam adustionis similitudine.

Ἐπίcēdium, {ἐπικήδιον. GAL. Chant de dueil. ITAL. *Verso funebre.* GER. Ein lied das man bey einer leych zu ehren dem abgestorbnen singet. HISP. *Concton ò verso de muertos.* ANGL. *A verse of dolour.* } Carmen est, quod in laudem defuncti, corpore nondum humato, cani solet: aliter nænia, vel monodia dictũ. Quod verò corpore iam sepulto, tumulo inscribitur, dicitur epitaphium.

EPICERIDES, ἐπικηρίδης, Vir Cyrenensis, qui ob singularem suam in populum Athenien sem liberalitatem, amplissimis vicissim ab illo honoribus est affectus. *Vide Demosthenem in Oratione aduersus Leptinem.*

Ἐπίcharmvs, ἐπίχαρμος, Philosophus Syracusanus, Pythagoræ auditor, Tityri (*vt Suidas scribit*) vel Chimari filius, vir multa eruditione clarus, comœdiæ autor. *Horat. lib. 2. Epist.* Plautus ad exemplar Siculi properare Epicharmi. Scripsit de natura rerum & medicina commentarios. *Huius mentionem facit Cicero libr. 1. Tusculanarum quæstionum.*

Ἐπίcherēmătă, ἐπιχειρήματα, quæ dicantur ostendit *Quint. lib. 5. c. 10.* his verbis. Epicherema Valgius aggressionem vocat: Celsus autem indicat non nostram administrationem, sed ipsam rem, quàm aggredimur, id est, argumentum quo aliquid probaturi sumus, etiamsi nondum verbis explanatum, iam tamen mente conceptum, epicherema dici. Quidam epicherema rationem vocant: *Cicero* melius ratiocinationem. *Item cap. 14. eiusdem libri.* Epicherema autem nullo differt à syllogismis, nisi quòd illi & plures habent species, & vera colligunt veris: Epicherematis frequentior circa credibilia est vsus.

Ἐπίchrīstă, ἐπίχριστα, Apud *Galenum* in eundem ferè vsum accipiunt, quo circumlitiones, quas Dioscorides ἀλείχριστα, & χριστιβλέφαρα appellat à circumlinire, quod est expolire. Nam & in pictura circunlitionẽ vocant, quum operibus iam perfectis, manus admouetur vltima, quæ illa ipsa properanter, lambentéque penicillo circumlegat, atque reuisitet.

Ἐπίchysis, ἐπίχυσις, Vasis genus, *teste Varr. lib. 4. de Ling. Lat.* è Græcia primum aductum, nomen habens ἀπὸ τοῦ ἐπιχύειν, ab infundendo. Vnde nonnulli etiam infundibulum hoc nomine appellant.

EPICI, ἔπικοι, Italiæ populi, *Steph. in ἔπικα.*

Ἐπίcithărismă, tis, pars erat fabulæ postrema. Quum enim olim fabulæ recensebantur publicè ad demulcendos spectatorum animos, qui tædio longæ narrationis iam languebant, in fine priusquam dimitterentur Citharœdus aliquis prodibat, & quod auditoribus præludebat, epicitharisma vocabatur. Hinc apud *Tertul. lib. aduers. Valent.* prouerbij loco ponitur Epicitharisma post fabulam. Dictum ἐπιχαριτώτερον, sicut ἐπιμώτερον aut ἐπιφάνιον.

EPICNEMIDII, ἐπικνημίδιοι, pars Locrorum. *Vide* Ozolæ.

Ἐπίccenum, {ἐπίκοινον. GAL. Meslé. ITA. *Meschio.* GER. Vermischet. HIS. *Mezc'lado.* ANG. *Mixed, or mingled.*} Græcis idem est quod promiscuũ. Vnde epicœnum genus à Grammaticis appellatur, quod sub vno articulo promiscuè vtrunque significat sexum. Interest autem inter genus commune & epicœnum, quòd in genere communi & homines sunt, & pecora, in epicœno pecora tantùm. Quis autem huius generis sit vsus, intelligi potest hoc modo: Nomina enim brutorũ animaliũ, quæ sub vna terminatione & marem significant, & fœminam aut facilè sexũ discernunt, aut difficilè: si facilè marem à fœmina distinguas, erunt communis generis, duobúsq; declinabuntur articulis, vt hic & hæc bos Sin difficilè, erunt epicœna, vnóque erunt contenta articulo, quem ex terminatione deprehendimus: vt passer, epicœni generis est sub articulo hic, quia terminationem sortitur masculinã: aquila item epicœni generi est sub articulo hæc, quia terminationẽ habet fœmininam *Quint. lib. 1. c. 4.* Nec statim diligenter putabo, qui promiscua, quæ & epicœna dicũtur, ostenderit, in quibus sexus vterq; per alterum apparet.

Ἐπίcrócum, pen. cor. Genus vestimenti croceo colore infectum, tenue & pellucidum. *Autor Festus.*

Ἐπίcthētvs, pen. pro. ἐπίκτητος. Nomen Philosophi Stoici, qui ex Hierapoli Phrygiæ vrbe originem ducens, Romæ Epaphrodito cuidam Neronis familiari seruiuit, atq; ad Marci vsq; Antonini tempora peruenit. Domitiano autem imperante, eius dominatu offensus, Roma Hierapolim migrauit, ratus verum esse quod est apud Tragicum, patriam esse cuiusque vbi quis rectè ageret. Tanta verò apud omnes homines eius vitæ admiratio extitit, vt *Lucianus Syrus* Epicteti lucernam fictilem tribus drachmarum millibus, ob eius autoritatem væniisse tradat. Scripsit Enchiridion, opus vtile, quod Angelus Politianus Latinum fecit.

Ἐπίcūrvs, ἐπίκουρος, Eius sectæ autor fuit, quæ ab eo Epicurea dicta est. {GERM. Ein Philosophus so den wollust deß gemüts fur das beste gut hielt } Summum bonum in voluptate ponebat, non tamen in voluptate corporis, quemadmodum Aristippus: sed in voluptate animi, hoc est in absentia dolorum omnium. Dialecticam damnabat, quòd Philosophiam simplicibus verbis affirmaret posse comprehendi. Deorum prouidentiam è rebus humanis tollebat. Huic *Lucretius* tantum tribuit, vt non dubitet affirmare Epicurum reliquorum omnium philosophorum lumen obscurasse, quemadmodum Sol suo splendore aliorum cælestium corporum claritatem obtenebrat. Traditur fuisse continentissimæ vitæ: nomen tamen illud voluptatis, in qua summum bonum ponebat, effecit vt ab eo homines voluptarij, Epicurei dicantur.

*Epicurius, Aliud Adiect. pro, Epicureus. *Autor Priap.* Vt credas Epicurios cicari. *Phaleucium est.*

Ἐπίcus, ca, cum, ἐπικός, adiectiuum est deductum à Græco nomine ἔπος quod carmen significat, & propriè Hexametrum: vnde Epicus poëta, ἐποποιός dicitur carminis heroici scriptor. *Cic. de Opt. gen. Orat.* Itaque licet dicere & Ennium summum epicum poëtam, si cui ita videtur, & Pacuuium tragicum, & Cæcilium fortasse, comicum. Epicum poëma. *Cic. de opt. gen. Orat.* Poëmatis enim tragici, comici, epici, melici etiam, ac dithyrambici, quod magis est tractatum à Latinis, suum quoduis est diuersum à reliquis. *Vide Cal. Rhodig. lib. 17. c. 26.*

Ἐπίdāmnvs, siue Epidamnum, ἐπίδαμνος, Vulgò *Duraꝛꝛo*, Oppidum in ea parte Macedoniæ quæ Adriatico mari incumbit, tritissimo è Græcia in Italiam trajectu, nulli non cognitum. {GER. ein stat Macedoniæ am Adriatischen meer gelägen / von welcher ein breuchliche vberfart ist in Italiam } Epidamnum dictum ab Epidamno Rege Barbarorum. Sed Romani eo coloniam deducentes (*inquit Plin. lib. 4. c. 27.*) Dyrrachiũ dicere maluerunt, propter inauspicatum nomen Epidamni, tanquam à damno dicatur Epidamnum. Ad quod alludens *Plaut. in Men. sc. 1. a. 2.* inquit, Ne mihi damnum in Epidamno duas, tanquam nomen inditum sit Epidamno, quòd illuc nemo sine damno diuertat. [Legit ibi *Passerat* diuortitur. *Idem Plau. ibid.* Quamobrem Epidamnum venimus.] *De hac Lucanus lib. 10.* Ad campos Epidamne tuos. *Appianus sic habet*, Epidamnus rex vrbem condidit, quæ ab ipso nomen assumpsit. Huius ex filia nepos Dyrrachus portum vrbi adiecit, quod Dyrrachium appellatur.

[Epidamnius, a, um, *Plau. Men. sc. 6. a. 5.* Epidamnij ciues. *Ibid. sc. 1. a. 2.* Epidamnia siue Epidamnea natio hominum, potatores, palpatores. *Idem sc. 6. a. 5.* Epidamnienses subuenite ciues.]

Ἐπίdāphnē, ἐπιδάφνη, Vrbs insignis Syriæ, ad Orontem fluuium, vna earum quæ Tetrapolim efficiunt: alio nomine Antiochia appellata, ab Antiocho Seleuci Nicatoris patre. Epidaphne verò dicta à Daphne vicino suburbano, quod lucum habebat amœnissimum, octoginta stadiorum, & fanum Apollinis, cum Dianæ delubro. *Iulius Cap.* Verùm posteaquam in Syriam venit, in deliciis apud Antiochiam & Daphnem vixit. Ammianus, apud Daphnen amœnum illud & ambitiosum Antiochiæ suburbanum.

Ἐπίdaurvs, ἐπίδαυρος siue Epidaurum {GER. Ein statt in Peloponneso gelägen so jetz Malusia heist. } Vrbs in Peloponneso, Æsculapij templo celeberrima: *de qua Plin. lib. 4. cap. 5* in Sarronico (*inquit*) Epidaurum oppidum, Æsculapij delubro celebre. Fuit hic Podalirij & Machaonis parens, medicus maximus & doctissimus: óbque artis præstantiam, in deorum numerum relatus, quum Apollinis filius existimatus esset. Vetustas ei dicauit anguem, quod multa huic animali remedia insint, *vt scribit Plin. lib. 19. cap. 4.* Inde fertur Romanos quum graui pestilentia laborarent, consultóque oraculo iuberentur Æsculapiũ Romam aduehere, triremem cum legatis ea de causa Epidaurum misisse. Verùm quum Epidaurij deum opiferum à se inuiti dimitterent, serunt illis cunctantibus ingentem anguem ad Romanorum triremem adnauisse, seseque in puppi in gyrum complicuisse: quem illi Æsculapium arbitrati, magna cum veneratione Romam aduexerunt. [Sin Epidauro, pro Epidauri. *Plaut. Curc. sc. 1. a. 2. & sc. 1. a. 3 & sc. 4. a. 4.* Ibidem: Saluus cum aduenis in Epidaurum, &c. In illa fabula frequens Epidauri mentio est.] ¶ Hoc etiam nomine dicta fuit vrbs Dalmatiæ, ad Illyricum mare sita, *de qua Lucanus lib. 2.* Illyris Ionias vrgens Epidaurus in vndas. Pausaniæ & Straboni Lymira cognominata, quòd sit portuosa: diruta à Gothis, è cuius ruinis Ragusia iuxta ædificata. *Raph. Volaterranus.*

*Epidemia, est accessus ad ciuitatem aliquam obseruari plerunque solitus. *Hac Budæus in Pandect.* Epidemiam vocant medici morbum populariter vagantem siue populariter sparsum. *Epidemetici, de quibus titulus est *apud Iustinianum*, sunt hospitiorum metatores in vrbe, hoc est qui in valuis ianuarum faciunt inscriptiones, quibus significatur quis in ea domo sit hospitaturus. nam ἐπιδημέω idem valet quod ad ciuitatem in re præsentem venio. *Hæc Alciat. in 3. posteriori. Codicis Meminit & Calius lib. 7. c. 14.*

Ἐπίdermis, is, ἐπίδερμις, Cuticula est exterior in animantis corpore è vera cute velut efflorescens, adeò tenuis, vt vel atterendo, vel scalpendo facilè possit lacerari Nomẽ inde habet, quòd ἐπὶ τῷ δέρματι, hoc est super veram cutem sita sit.

Ἐπίdīctĭcŏn, ἐπιδεικτικόν, Causæ genus est apud Rhetoras, à Latinis laudatiuum dictum, quòd præcipuè in laudando & vituperando versetur. Ad verbum transfertur Demonstratiuum. Ἐπιδεικνύω enim Latinè est demonstro. *Cic. de Ora.* Dulce igitur orationis genus, & solutum, & effluens, sententiis argutum, verbis sonans est in illo epidictico genere.

Ἐpidīpnĭdes, ἐπιδειπνίδες ἢ ἐπίδειπνα. Sunt epulę quæ in extrema cœna vel prandio adferuntur: vnde etiam proprio quodam epitheto ferę epidipnides vocantur. *Mart. lib. 11.* Hinc seras epidipnidas parabit.

Ἐpidrŏmĭdes, ἐπιδρομίδες. Plagarum funiculi sunt, *teste Pollvce*, quibus retia panduntur contracta, & retrahuntur expansa: ita dicti quòd retium plagæ per ea discurrant. *Plin. lib. 19. cap. 1.* vsus est ablatiuo epidromis, velut à nominatiuo epidromos, vel epidrome. Videmus (*inquit*) plagas tantæ tenuitatis, vt annulum hominis cum epidromis transirent.

Ἐpidrŏmŏs, ἐπίδρομος. Veli genus quod in puppi panditur. Nautæ *Mezonam* vocant. Sunt enim tria velorum genera, acation, quod maximũ præcipuúmque nauis velum est: dolon, quod supra acation attollitur, quum maxima celeritate opus est: & epidromos, quod circa pupim tenditur. *Autor est Iulius Pollux.*

Ἐpigămĭa, miæ, ἐπιγαμία, Connubium, affinitas cum aliis gentibus.

EPIGENES, ἐπιγένης, Nomen Philosophi Byzantini. Item Poëtæ cuiusdam Comici, cuius fabulæ recensentur à *Suida.*

Ἐpigāstrĭon, ἐπιγάστριον. A rei anatomicæ peritis vocatur extima totius ventris pars, totúmque illud quod intestina tegit, ex cute, adipe, musculis octo, & peritonæo compactum, totum illud spatium comprehendens quod est à cartilagine mucronata, nothísque costis, vsque ad ilia, atque ad ipsum vsque os pubis. *Cels. lib. 4. c. 1.* abdomen appellat.

Ἐpiglōssis, seu Epiglottis, Lingua est quæ asperæ arteriæ meatum obstruit, ne cibus aut potus per œsophagum ad pulmonem descendat. ἐπιγλωττίς. GA. Languette ou petite langue, eõme celle qui garde que ce qui

ce qu'on boit & mange ne tombe es poulmons. ITA. *La linguetta che cuopre il collo à la bocca del polmone.* GERMA. Das zäpflin im hals/ so die lufftrören beschleüßt. HISP. *El galillo.* ANGLIC. *A litle tongue as so die lufftrören beschlieſst. HISP. El galillo.* ANGLIC. *A litle tongue as shat which keeperh meate to pas into the winde pipe.* } *Plin.lib.11.cap.* 37. Tonsillæ in homine, in sue glandulæ. Quod inter eas vuæ nomine vltimo dependet palato, homini tantùm est. Sub ea minor lingua epiglossis appellata, nulli oua generantium. Opera eius gemina, duabus interposita fistulis, exterior earum appellatur arteria, ad pulmonem atque cor pertinens. Hanc operit in epulando, ne spiritu ac voce illac meante, si potus cibúsve in alienum deerrauerit tramitem, torqueat. Altera interior appellatur sanè gula, qua cibus atq; potus deuoratur. Tendit hæc ad stomachũ, inde ad ventrem. Hanc per vices operit, quùm spiritus tantùm aut vox commeat: ne restagnatio intempestiua alui obstrepat.

ἘΠΙΓΟΝΟΙ, ὁἐπίγονοι, Dicti sunt autores secundi belli Thebani, quasi fœtus illorum qui primùm confecerant bellum. {GERM. Die anfenger deſs anderen Thebaniſchen triges.} Græcè enim ἔπιγονοι posteri appellantur. Inde Euripides tragicus fabulam hoc argumento compositam, Epigonos inscripsit, quæ agi exposcebat voce magna scenicorum, & sonora. Ob hoc dixit *Cic.lib.1.Offic.* quòd histriones voce freti, agunt Epigonos, Medeámque. Errant qui existimant Epigonos apud Strabonem esse populos, à quibus fabulæ nomen inditum sit: quũ Epigonidicti sint generali vocabulo omnes illi, qui ex diuersis populis cõstati, secundum bellum Thebanum duce Alcmæone confecerunt: quasi post geniti, & filij eorum qui in primo bello ad Thebas mortem oppetierant. Nam ex Statij lectione constant nomina ducum, qui in eo loco occubuerunt: quorum filij vt mortem parentum vlciscerentur, commmuni consilio contra Thebanos iterum arma mouerunt. Acceperant enim responsum ab Apolline, eam se ciuitatem expugnaturos si Alcmæonem Amphiarai filium imperatorem rei bellicæ fecissent. Igitur Alcmæon exercitu ex Græcis collecto, contra Thebas duxit copias, acerrimé q; commissa pugna potitus est victoria, & Thebæ captæ ac diruæ sunt. ¶Epigoni etiam dicti sunt successores Macedonum veteranorum, qui sub Alexãdro Magno ex Asiaticis fœminis sobolem susceperant: quæ soboles (vt historici memorant) nomen habuit Epigonorum qui in castris nati, in armis educati, à paruula ætate periculis exercitati, laboribus durati, prorsus inuicti extiterunt.

ἘΠΙΓΡΑΜΜΑ, tis, Ἐπίγραμμα, seu Epigrammatum, ti, Dicitur inscriptio, vel superscriptio: ἀπὸ τοῦ ἐπιγράφειν, quod est superscribere. *Cic. pro Archia poeta,* Quòd epigramma in eum fecisset, tantummodo, alternis versib. longiusculis. *Idem in Atticum, lib.1.Epist.11.* Epigrammatis tuis quæ in Amaltheo posuisti, contenti erimus.

ἘΠΙΓΡΑΜΜΑΤΟΓΡΑΦΟΣ, Epigrammarum scriptor.

ἘΠΙΓΡΑΦΗ, pen. corr. {Ἐπίγραφον. ANGLIC. *A title or inscription.*} Titulus, inscriptio: item census: id est, dinumeratio ciuium: & lustrum.

EPIICIDAE, Ἐπικίδαι, Vicus in tribu Cecropide. *Steph.*

ἘΠΙΛΗΨΙΑ, {Ἐπιληψία. GAL. Mal caduc, le mal sainct Iean. ITALI. *Mal caduco.* GERM. Die fallend ſuicht oder ſiechtãg. HISP. *Gota coral.* ANG. *The falling ſeakneſſe.* } Morbus est, quem Latini comitialem appellant, propterea quòd comitia dirimeret, si quis eo in campo fuisset correptus. Epilepsiæ autem nomen à Græco ἐπιλαμβάνεσθαι deductum est, quòd in eo capiantur, & vincantur sensus, adeò vt à mortuis nihil absint. Nam vnà cum conuulsione totius corporis principes cerebri operationes auferũtur, toto videlicet cerebro, vel duob. eius præcipuis ventribus, affecto. Hinc etiam ἱερὰν νόσον hoc est, sacrũ morbum quidam ex Græcis appellarunt, quòd cerebrum sanctissimã nostri portionem, quoddámque mentis veluti sacellum, peculiariter infestet. Quidam etiam Herculeum, ab Hercule, quem morbo huic obnoxium fuisse tradunt. ¶Qui hunc morbum patiuntur, epileptici, ἐπιληπτικοί, dicuntur.

EPILEVCADII, ἐπιλευκάδιοι, Vrbs post Arcarnaniam, *Steph.*

ἘΠΙΛΟΓΙΣΜΟΣ, ἐπιλογισμός, Cogitatio, computatio: à verbo Græco ἐπιλογίζομαι, quod est excogito & rationem subduco.

ἘΠΙΛΟΓΟΣ, penultima correpta, Peroratio, conclusio, postrema orationis pars. { ἐπίλογος. GALLIC. Conclusion. ITA. *Conchiusione.* GERMAN. *die beſchluſsred.* HISP. *Conclusion.* ANG. *A conclusion.*} *Cic.4.Tusc.* Num etiam Rhetorum epilogum desideramus? Rhetores tripartitũ epilogum faciunt, constantem enumeratione, amplificatione, & commiseratione. Per enumerationem fit rerum repetitio, quæ Græcè dicitur ἀνακεφαλαίωσις, id est, recapitulatio: per amplificationem concitantur animi auditorum: per commiserationem flectuntur ad misericordiam.

EPIMACHVS, ἐπίμαχος, pen. cor. nomen proprium viri, & Latinè facilis expugnatu dicitur.

ἘΠΙΜΗΔΙΟΝ, ἐπιμήδιον, Caulis est non magnus, hederæ foliis denis duodenísve, neque florem, neque fructum ferens, rádice tenui, nigra, grani odore. Romani *Vindictam* appellant.

Epimelas, Gemma candida est, nigricante supernè colore. *Plin. lib. 37. cap.10.*

ἘΠΙΜΗΛΙΣ, idis, ἐπιμηλίς. Mespili genus est mali magnitudine, folio rãtùm minore, pomum ferens rotundum, esculentúmque, fundo in latitudinem resimo, astringentis naturæ, & tardè maturescentis. Galenus πέπονα vocari testatur, à trib. granis siue ossibus quæ in se continet.

ἘΠΙΜΗΝΙΔΙΟΝ, (*vt Plin.libr.27.c.9. scribit*) est tertium bulbi genus, cibis gratum, anguſtius folio, minúsque aspero, quàm cæteræ scillæ species.

ἘΠΙΜΕΝΙΔΗΣ, penultima correpta, ἐπιμενίδης, Poëta Epicus fuit, patria Cretensis, teste *Apul.lib.2.Florid.* qui à patre Agiasarcho in agrum ad custodiendum pecus missus, in quodam antro obdormiuit annos LXXV. Vnde emanauit prouerbium, Vltra Epimenidis somnum dormisti, ὑπὲρ τὸν Ἐπιμενίδου κοιμώμενος. In eos dictum, qui perpetuum agunt otium. *Lucianus in Timone.* ¶Epimenidium cotium, Ἐπιμενίδειον ἔρμα. De re reposita, miraculíque loco seruata. Hic idem Atenienſibus pestilentia laborantibus dixit ciuitatem purgari expiarique oportere. Itaque quùm rogatus eò veniſſet, iussit oues albas atque nigras apud Areopagum immolari. Reuertens deinde domum, oblatam ab eis pecuniam retinuit. *Meminit huius Plato in primo & tertio de Legibus.* {*Et Plutarchus in Solone.*}

ἘΠΙΜΗΘΕΥΣ, per quatuor syllabas, ἐπιμηθεύς, A poëtis Iapeti filius fuisse fertur, & frater Promethei, qui ingenio valens, hominis statuam primus ex luto finxit: qua re indignatus Iupiter, eum vertit in simiam, atque in insulas Pithecusas relegauit. Hic pater fuit Pyrrhæ vxoris Deucalionis, quæ ab illo Epimethis dicitur. *Ouid.* Inde Promethides placidis Epimethida dictis Mulcet, &c. *Vide infrà* de Prometheo, Pandora, & Pithecusis insulis.

ἘΠΙΜΟΝΗ, penultima correpta, Græca vox, Latinè perseuerantia. { ἐπιμονή. GAL. Perseuerance. ITA. *Perseueranza.* GERM. Verzug oder Beharrung HISP. *Continuacion, perſeuerancia.* ANG. *Perſeuerance, ſtedfaſtneſſe.* } figura quando ad maiorem affectum denotandum in eadem dictione perseueratur, vt *Virg.* sic sic iuuat ire sub vmbras. Hæc etiam Epizeuxis, ἐπιζεῦξις vocatur.

ἘΠΙΜΥΘΙΟΝ, ἐπιμύθιον. Fabulæ est expositio, eiúsque vtilitas: vt quum apologi rationem & sententiam autores mythologici attexunt: vt sunt apud Æsopum appendices fabularum quasi affabulationes. *Budæus.*

ἘΠΙΝΙΚΙΑ, orum. { ἐπινίκια. GALLIC. Vers, louanges, feste & celebrité qu'on dit, chante, ou fait pour la victoire gaignee, comme les feux de ioye. ITA. *Giuochi & feſte per le vittorie.* GERM. Ein faſt oder geſang ſo man auß freuden eines erlangten ſigs haltet. HISPAN. *Cantos ò juegos publicos hechos por alguna victoria come hueges de alegria.* ANGLIC. *Verſes or ſonges of triumphe.* } Græci vocant celebritates pro parta victoria: ab ἐπί, & νικάω. cuiusmodi sunt ignes nocturni, pyræque quę ad primum statim victoriæ nuntium in testimonium publicę lætitiæ accenduntur: solennes præterea supplicationes, & aliæ id genus solennitates, quibus partæ victoriæ gaudium solemus testari: *Sueton.* accipit pro carminibus in laudem victoris compositis, *in Nerone.* Sequenti, inquit, die lætum inter lætos cantaturum epinicia quæ iam nunc sibi componi oporteret.

ἘΠΙΝΥΚΤΙΔΕΣ, ἐπινυκτίδες, Pustulæ minutæ, seu vari dicti à nocte, in qua maximè proueniunt. *Iulius Pollux,* Expinyctis pustula subliuida, modicè tumescens, & plena sanguinis in tibiis, & pedibus. Accipitur etiam pro oculorum morbo. *Plin.li.20.c.6.* Illitis foliis sanantur & ambustæ, & epinyctides: ita vocatur hulcus aciem hebetans, & in angulo oculi perpetuo humore manans.

ἘΠΙΦΑΝΗΣ, ἐπιφανής, Cognomen Antiochi regis, qui Antiochiam Syriæ vrbem condidit, quę etiam à cognomine eius Epiphania appellata est. D. Actus Epiphanes, quasi illustris, à rerum gestarum claritate.

ἘΠΙΦΑΝΙΑ, ἐπιφάνεια, Apparitio, seu manifestatio dicitur, ἀπὸ τοῦ ἐπιφαίνεσθαι, hoc est, ab apparendo. Inde Epiphania, orum, à Christianis dicuntur festa, quæ nos Apparitionem Domini vocare possumus. *Hieron.* Dies epiphaniorum Græco sermone sic vocatur. Quod enim apud nos apparitionem vel ostensionem dicimus, Græci epiphaniam vocant. Hoc autem ideo, quia Dominus noster eo die Seruator apparuit è tenebris. Licet enim olim natus esset ex Maria, & triginta annorum expleſſet ætatem, tamen ignorabatur à mundo. ¶Epiphania quoque vocatur, quum latitudo mensuratur cum longitudine. *Vide in dictione* Gramme.

EPIPHANIA, ἐπιφάνεια, Vrbs Syriæ iuxta Raphaneas, in confinio Aradi, vbi natus est Euphrates Stoicus: altera Ciliciæ: tertia Bithyniæ: quarta iuxta Tigrim. Vocata est etiam Arcesicerta, vt pote ab Arcesio condita, *Steph.*

ἘΠΙΦΩΝΗΜΑ, ἐπιφώνημα, Rei narratæ, vel probatæ summa acclamatio. Epiphonematis post rem narratam exemplum est *apud Virgil.libr.* 1. *Æneid.* Tantæ molis erat Romanam condere gentem. Post rem autem probatam *apud Cic.pro Ligario,* Quorum igitur Cæsar impunitas tuæ clementię laus est, eorum te ipsorum ac crudelitatem acuet oratio? ¶Dicitur etiam epiphonema clausula arguta, quæ in fine posita aurem ferit, quales plerunque solent esse clausulæ quæ epigrammata claudunt.

ἘΠΙΦΟΡΑ, penultima correpta, ἐπιφορά, Morbus oculorum quem vulgò *Lachrymam* vocant, quum defensus humoris cuiusdam mordacis oculos angit: ἀπὸ τοῦ ἐπιφέρειν, hoc est, ab inferendo. *Plin.libr.20. capit.2.* Caro peponum epiphoris oculorum, & doloribus imponitur. *Columel.lib.6.cap.16.* de maguderi, Eadem radix contusa, & cum oleo lentisci inuncta, vitium oculorum expurgat; epiphoram supprimit, polenta conspersa multa aqua. Dicitur & de aliis membris *Plin. lib.20.c.13.* Testium verò epiphoris cum ramis laureę teneris adeò peculiaris est, &c.

ἘΠΙΠΛΟΚΕΛΕ, ἐπιπλοκήλη. Herniæ species, quum omentum descendit in scrotum. *Vide* ENTEROCELE.

EPIPOLAE, ἐπιπολαί, regiuncula prærupta, iuxta Syracusas. *Steph.* Vide Euryalus, & Labdalon.

EPIPOLI, ἐπιπόλαι. *Vide* Euryalus.

ἘΠΙΡΗΕΔΙΟΝ, Vehiculi genus non dissimile bennæ: compositum nomẽ ex ἐπί, & rheda. *Iuuen. Sat.8.* -tritóque trahunt epirhedia collo.

ἘΠΙΡΥΣ, penultima producta, ἤπειρος. { GERMAN. Ein landtſchafft in Griechenland/ heiſst yetz Cimeta/ oder Albania. } Regio est Græciæ in qua olim Pyrrhus regnauit: hæc primùm Molossia dicta est, & à Chaone Heleni fratre Chaonia, nunc verò Albania vocatur. Quondam vrbibus populísque fuit frequentissima, sed à Romanis subacta, quum sæpius deficeret, penè in solitudinem redacta est. *De ea multa Strab.lib. 8. Ouid.8. Metam.* Misit apros quanto maiores herbida tauros, Non habet Epirus, &c. Terminatur Epirus à Septentrione Macedonia; ab Oriente, Achaia: ab Occidente, Ionio mari. In ea sunt ciuitates Nicopolis, & Ambracia.

ἘΠΙΡΩΤ, ἠπειρώτης, Qui est ex Epiro. *Liu.libr.2.Decad.5.* Martius & Attilius ad Gitanes Epiri oppidum decem millia ab mari quum ascenderent, consilio Epirotarum habito, cum magno omnium assensu auditi sunt.

EPIROTICVS, a, um, ἠπειρωτικός. *Cic. Attic.li.12.* Hodie tuas literas expectabamus matutinas: erunt forsasse alteræ pomeridianæ, nisi re Epiroticæ literæ impediant, quas ego non expello. Epirotici boues, qui ex Epiro sunt. *Varr.2.de Re vuſt.c* 5. Transmarini Epirotici non solùm meliores totius Græciæ, sed etiam Italiæ. Epirotica mala, ἠπειρωτικὰ μῆλα, dicuntur, quæ in Epiro Græciæ regione nascuntur: à nostris dicuntur orbiculata, à figura orbis in rotunditatem circumacti. {*Plaut. Amphit.* Tellus Epirotica vidit Cadmum, &c.}

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Epischidion, {σχιδίον. Gall. Coin pour fendre bois. Ital. *Coniodafender legni.* Germ. Ein wegg mit dem man das holtz spaltet. Hisp. *Cuña à cuño para hender.* angl. *A wedge to cleaue woode.*} *Apud Vitruu.* accipitur pro cuneo quo ligna finduntur. Nam σχίζειν Græcis est findere.

Episcopus, penult. corr. {אפי עצ *tsopheh.* σκοπος. Gal. Eueſque, prelat, qui a la ſuperintendence en quelque lieu. Ital. *Vescouo.* Germani. Ein Bischoff oder auffsähcr. Hisp. *Obispo, perlado de yglesia.* ang. *A bishope.*} Magiſtratus nomen fuit apud veteres, cuius officium erat panis & cæterarum rerum, quæ ad cibum pertinent, curam habere: *vt colligi potest ex verbis Arcadij ff. de Muner. & honorib.* Latinè interpretatur ſpeculator, ab ἐπισκοπεῖν, quod ſpeculor ſignificat, vel conſidero. Vnde etiam hodie ad Antiſtites tranſlatum eſt, quòd illorum præcipuè munus ſit, gregis ſibi commiſſi vitam explorare. *Hæc voce vſus eſt Cic li. 7. Epiſt. ad Att.* Vult enim (*inquit*) Pompeius me eſſe, quem tota hæc Campania, & maritima ora habeat epiſcopum, ad quem delectus & negotij ſumma referatur.

Episcopium, {ἐπισκοπεῖον. Gall. Maiſon epiſcopale, Eueſché. Ital. *Vescouato.* Germ. Eines Bischoffshoff/die wohnung eines auffsähers oder wächters. His. *Obispalia, morada del Obispo.* ang *A bishopes house or manſion place.*} Epiſcopi habitatio dicitur: ſicut Prætorium appellatur, vbi Prætor ius reddit.

Episcopius a, um, Exploratorius, ſpeculatorius. {ἐπισκοπικὸς. Gal. Brigantin. It. *Bregantino.* Ge. Das zu dem auffsähen oder wachen gehört. His. *Barca para eſpias.* an. *Belonging to an eſpiall, a brigantine.*} *Cic. ad Atti. Quinto Non.* Conſcendens ab hortis Clunianis in phaſelum epiſcopium, id eſt, nauim exploratoriam.

Epispastica, ὀπισπαστικὰ, Medicamenta quę pertinent ad hulcus purgandum, púſque extrahendum: dicta à verbo Græco ὀπισπάω, quod idem eſt quod attraho.

Epistates, {נצב מש *ben méschek.* ἐπιστάτης. Gal. Grangier, procureur de maiſon. It. *Caſtaldo, procuratore.* Ge. Ein ſchaffner. Hi. *Mayordomo procurado.* an. *A ſteward, a baily.*} Græce dicitur qui à nobis villicus, procuratórque ac præpoſitus rei faciendæ vocatur. In fœminino genere epiſtata, villica dicitur, quæ præeſt diligenter familiæ ruſticanæ: *qua voce vtitur Cato de Re ruſt. c. 56.*

Epistola, læ, {ספר *sépher.* ἐπιστολή. Gal. Epiſtre, miſſiues, lettres. It. *Epiſtola.* Germ. Ein sendbrieff. Hisp. *Carta menſajera.* Ang. *A miſſiue, a writing.*} Literæ: ἀπὸ τοῦ ἐπιστέλλειν, quod eſt mittere, quia ad abſentes mittitur. *Plaut. in Epid.* Quia quotidie ipſe ad me è legione epiſtolas Mittebat. *Idem in Pſeud.* Herus me tibi ſalutem multam voluit dicere: Hanc epiſtolam accipe à me, hanc me tibi iuſſit dare. [Miles Lenoni epiſtolam conſcriptam mittit. *Plau. Pſeu. ſc. 2. a. 4.* Ne epiſtola vlla vſpiam ſit in ædibus. *Plaut. Aſin. ſc. 1. a. 4.* Libri de rebus per epiſtolam quæſitis *Gell. c. 3. li. 12.* Vide quid hæc epiſtola narret *Pl. Pſ. ſc. 2. a. 4.* Per egrè allata epiſtola. *Pl. Aſin. ſ. 1. a. 4.* Epiſtola olim non niſi tranſuerſa charta ſcribebatur, ſed Cæſar primus formam mutauit *Vide Sueton in Cæſ. c. 56.*] *Cic Quinto fratri li. 1.* Illud quod eſt epiſtolæ proprium, vt is ad quem ſcribitur, de his rebus quas ignorat, certior fiat, prætermittendum eſſe non puto.

Epistolium, {ἐπιστόλιον Gallic. Petites lettres, petites miſſiues. Ital. *Epiſtoletta.* Ger. Ein sendbrieffslein. His. *Pequeña carta menſajera.* An. *A litle lettre.*} Parua epiſtola. *Catullus*, Conſcriptum hoc lachrymis mittis epiſtolium.

Epistolaris, re, Quod ad epiſtolam pertinet. {ἐπιστολιμαῖον. Gall. Des appartenances ou ſeruant aux miſſiues. It. *Coſa pertinente à lettere miſſiue.* Ge. Das zu einem sendbrieff gehört. Hisp. *Coſa perteneſciente à carta menſajera.* ang. *That belongeth, to wrytinges.*} vt, Epiſtolaris charta, *Martialis lib. 14. Hieronymus*, Neque enim epiſtolaris anguſtia euagari longius patiebatur.

Epistomium, ἐπιστώμιον, Dicitur inſtrumentum illud æneum, quo in fontibus ora ſalientium obturantur, vertibulum in medio pertuſum habens, quod admittit vel arcet aquam: Galli ſua lingua *Fontem* vocant. Hoc etiam inſtrumento vtimur ad vinum ex dolio hauriendum. *Seneca ad Lucil.* [*Epiſt. 87.*] Niſi aquam argentea epiſtomia effuderint: & adhuc plebcias fiſtulas eloquor. *Varro libro 3. de Re ruſt.* Quum & aqua calida & frigida ex orbe ligneo, menſáque quam dixi in primis radiis eſſe, epiſtomiis verſis ad vnumquenque actum, ſic vt influat in conuiuium *Vitruu. libro decimo*, De hydraulicis organis loquens, accepit epiſtomium pro eo obturaculo, quod in muſicis organis ſpiritum continet, & laxat vt opus eſt Motione, inquit, vectium vehementiore ſpiritus vehemens compreſſus, epiſtomiorum aperturis influit, & replet animam canales.

Epistropheus, ἐπιστροφεὺς, à rei anatomicę peritis dicitur prima ex ſeptę colli vertebris, omnium vt latiſſima, ita & tenuiſſima, duplicem habęs concauitatem, capitis connexitatem, ſiue proceſſus recipientem: cuius articulationis beneficio caput ad latera circumagitur. A quo vſu vertebra hæc epiſtropheus appellatur, à verbo Græco ἐπιστρέφω, quod inter cætera ſignificat conuerto, circumago.

Epistrophus, ἐπιστρόφιος, Nobilis fuit Phocenſis, Iphiti Naubolidę filius, qui vnà cum fratre Schedio Phocenſibus præfuit in bello Troiano. *Autor Homer in Catalogo nauium.*

Epistrophe, ἐπιστροφὴ, *Ruſpiano* figura eſt λέξεως, quum eadem in verba plures deſinunt ſententiæ. *Rutilius tamen Lupus* hanc inter ſchemata ſententiarum refert, epiphorámque appellat.

Epistylium, {כותרת *chotthéreth.* ἐπιστύλιον. Gall Le chapiteau d'vne colonne ou pilier. It. *Capitello.* Ger. ein decket oder knopff so man oben auff ein saul setzt. Hi. *Capite ſobre la columna.* an. *The chapter of a pillor, a litle pillor ſet vpon a greater.*} Capitellum quod ſuper columnam ponitur. Corpus enim columnæ, ſcapum vocant: fundamentum, baſim; illud verò quod columnæ ſuperponitur, epiſtylium appellant. *Vide multa de epiſtylio apud Vitruuium.*

Episynalœphe, ἐπισυναλοιφὴ, Figura eſt dictionis, eadem eum ſynæreſi, qua duæ ſyllabæ iiſdem literis remanentibus, in vnam congluti-nantur, vt, Æripidem ceruam apud *Virgilium*, pro Æripidem. Huic opponitur diæreſis, qua vna ſyllaba in duas reſoluitur: vt, Sylnæ, triſſyllabum, *apud Horatium*, pro diſſyllabo Syluæ. Inter epiſynalœphen & ſynalœphen hoc intereſt, quòd ſynalœphe propriè fiat in diuerſis dictionibus, prima ſequentis dictionis vocali vltimam præcedentis abſumente: vt, Carthag' Italiam. Epiſynalœpha verò nonniſi in eadem fit dictione, nulla litera pereunte: ſed duabus tantùm in vnam coaleſcentibus.

Epitalym, ἐπιτάλιον, Vrbs Tryphaliæ, *Steph.*

Epitaphium, phii, {ἐπιτάφιον. Ga. Epitaphe, l'eſcriture qu'on met ſur vne tombe. It. *Epitaſio di ſepoltora.* Ger ein grabſchrifft. His. *Epitaphio de la eſcriptura.* Ang. *An epitaphio, or ſcripture on a graue.*} Dicitur inſcriptio quam ſepulchris incidi videmus in laudem defunctorum: *quale eſt illud apud Virgil. in Daphnide*, Daphnis ego in ſyluis, hinc vſque ad ſydera notus, Formoſi pecoris cuſtos, formoſior ipſe. *Item illud apud Ouid. in Epiſt. Phyllidis*, Phyllida Demophoon leto dedit, hoſpes amantem: Ille necis cauſam præbuit, illa manum. Dictum epitaphium, quòd humato iam corpore, ἐπὶ τῷ τάφῳ, hoc eſt, in ſepulchro ſoleat inſcribi. Nam quod cadauere nondum humato in defuncti laudem accinebatur, epicedium dici conſueuit.

* Epitaſis, ἐπίτασις, in Comœdia vehementiſſimus actus, qui cataſtrophen præcedit, in quo omnia quaſi feruent & æſtuant inter ſpem & metum. Apud grammaticos etiam pro exaggeratione ſumitur.

Epithalamium, ἐπιθαλάμιον. Sacer hymnus, qui in nuptiis canitur. Nam ἐπιθαλάμιος, Græcis idem eſt quod coniugalis. [¶ Epithalamium proprie canebatur à virginibus, cùm iam noua nupta in lecto viri collocata eſſet.]

Epithemata, ἐπιθέματα, Medicamenta ſunt, quæ parti affectæ foris adhibentur, paniculo aut linteo illita: ita dicta à verbo Græco ἐπιτίθημι, quod eſt imponere.

[Epitherapenſis, vbi non emendatio dicti atrociſſimi, ſed confirmatio ponitur rectè dixiſſe cauſſa ſubiecta cum quadam acrimonia. Aſconius.]

Epithesis, is, ἐπίθεσις, præter vulgatas illas apud Græcos ſignificationes quibus pro impenſione, ſiue aggreſſione ſumitur, apud Iuriſconſultos etiam vſurpatur pro inſcriptione quadam appoſititia, in cõtumeliam fraudémve alicuius facta. *Vlp. l. Lex Cornelia. ff de iniur. & famoſis libellis*, Eadem pœna ex Senatuſconſulto tenetur is qui epitheſin, aliúſve quid, ſiue ſcripturam in aliorum notam produxerit.

Epithetŏn, pen. corr. ἐπίθετον, A Quintiliano dicitur appoſitum, ab aliis adiectum: παρὰ τὸ ἐπιτίθεσθαι τῷ ὀνόματι, hoc eſt, ab eo quòd ſubſtantiuo apponatur. Epitheta tribus de cauſis nominibus adduntur: Diſcretionis: vt, Phrygiæ molimur montibus Idæ. Eſt enim & Ida Cretæ mons. Proprietatis: vt, Terribili implexum ſetáque & dentibus atris: Ornatus, vt, Alma Venus. Differt autem epitheton ab antonomaſia, quod illud nunquam ſolum ponitur, ſed nomini proprio alicuius adiicitur: antonomaſia autem per ſe proprij nominis vice ponitur.

Epithymia, miæ, ἐπιθυμία. Galli. Concupiſcence, deſir. It a. *Concupiſcenza, voglia ardente, brama.* Ger. Begird His. *Codicia.* Ang. *Concupiſcence.*} Latinè dicitur concupiſcentia, deſiderium: à verbo ἐπιθυμέω, quod eſt concupiſco.

Epitimia, ἐπιτιμία, Fama vniuſcuiuſque integra nulla infamiæ nota labefactata. *Vitiur hac voce Modeſt. l. Scire. D. de tut. & curat.* Siquis (inquit) à parentibus prohibitus fuerit tutor eſſe, neque creati *hunc* oportet: & ſi creatus fuerit, nec recuſauerit, prohiberi *eum eſſe* tutorem manente epitimia, hoc eſt, famæ integritate. Huic opponitur ἀτιμία, hoc eſt, infamia, vel ignominia.

Epitogium, Genus pallii quod ſupra togam ferebatur. {Ang. *An hoode that couereth the ſhulders.*} ab ἐπὶ & toga. *Quin. lib. 11. c. 3.*

Epitŏmē, mes, & Epitoma, mæ, pen. cor. {ἐπιτομὴ. ang. *An extract or ſhort draught.*} Breuiarium, abbreuiatio: à verbo Græco ἐπιτέμνω, quod eſt abbreuio. *Cic. ad Attic lib. 13.* Epitomen Bruti Cællanorum velim mihi mittas. *Eidem lib. 12.* In Bruti epitoma Fauniorum ſcripſi quod erat in extremo.

Epitŏnia, orum, ἐπίτονα ab ἐπιτείνεσθαι, ſunt inſtrumenta, quibus funes intenduntur, rota inſtructa & puteis adplumbata, eo ordine, vt terni & quaterni ſimul aquam eodem ex puteo hauire poſſint, funiculo per roram dimiſſo. *Vlpian. l. 17. §. 5. D. de act empt.* Caſtella plumbea, putea, opericula puteorum, epitonia fiſtulis adplumbata, aut quæ terra continentur, quamuis non ſint affixa, ædium eſſe conſtat. *Hotomanus in Lexico.*

Epitragias, ἐπιτραγίας, Piſcis genus, à fœdo hirci odore ita dictum.

Epitragi, ἐπίτραγοι, Vermes vitibus infeſti: ita dicti quòd hircorum more vites frondes prærodant.

Epitrapezia, ἐπιτραπέζια, Dicuntur generaliter menſis apta, quæ ſunt vaſcula & potoria & eſcaria, [vel, vt loquitur *Gell. c. 1. li. 4.* vaſcula poculenta, eſculenta.] ab ἐπὶ & τράπεζα.

Epitritus, pen cor. ἐπίτριτος, Pes, ex quatuor ſyllabis conſtans, quarum vna ſemper ab aliis tribus diſcrepat. Eſt autem in quadruplici differentia. Primus conſtat ex jambo & ſpondeo: id eſt, ex prima breui & tribus longis: vt ſacerdotes. Secundus ex trochæo & ſpondeo: id eſt, ex ſecunda breui, aliis longis: vt, conditores. Tertius ex ſpondeo & iambo: id eſt, tertia breui, aliis longis: vt, hæreditas. Quartus ex ſpondeo & trochæo, id eſt, ex quarta breui, cæteris longis: vt, Pręneſtinus. ¶ Epitritus etiam proportio dicitur, continens aliquem numerum, & eius partem tertiam: vt quatuor epitriti proportionem habent ad tria: duodecim, ad nouem: quadraginta, ad triginta. [*Gellius capite 14. lib. 18.*]

Epitrochasmus, ἐπιτροχασμὸς, Figura eſt ſententiarum, *teſte Aquila*, qua plura inter ſe diſtantia velociter percurrimus, eo conſilio vt aduerſarium perturbemus. A verbo ἐπιτροχάζω, quod eſt velociter percurro.

Epitropē, es, pen. cor. ἐπιτροπὴ, Schema eſt διανοίας, *teſte Rutilio*, quùm rei alioqui vehementer confidentes, iudici permittimus, vt quemadmodem illi viſum fuerit, conſtituat, eíque nos parituros pollicemur. *Ruſinianus* epitropen eſſe ait, quum alicui figuratè permittimus, vt faciat quod velit, quum tamen id minimè ſentiamus, proférque exemplum ex 4. *Æneid.* I, ſequere Italiam ventis, pete regna per vndas. Ibi enim Dido, quanuis liberum abirum Æneæ permittere videatur, re tamen ipſa maximè dehortatur, difficultatem ei & pericula ob oculos ponens: Dicta epitrope, à verbo Græco ἐπιτρέπω, quod eſt rem alicuius arbitrio permitto, Latinè conceſſionem vocare poſſumus.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Epityrum, ἐπίτυρον, Genus est eduli, Siciliæ frequentius, quàm Italiæ, teste Varr. lib. 6. de ling. Lat. Plaut. in Milite, Si vnum epityrum edam apud illum, esuriens insanè. Quidam existimarunt cibi caseati genus esse, ab eo quòd Græci τυρὸν, caseum appellant. Quibus apertè refragatur Columellæ autoritas, qui epityrum in oliuis condituræ genus esse docet, in Græcis ciuitatibus potissimùm vsurpatum, docétque rationem qua id fieri soleat. Idem sentit & Cato, qui lib. de Re rust. cap. 19. eius confectionem præscribit his verbis, Epityrum albũ, nigrũ, variúmque sic facito. Ex oleis albis, nigris, variísque nucleos eiicito, sic condito: concidito ipsas: addito oleum, acetum, coriandrum, cyminum, fœniculum, rutam, mentham. In orculam condito: oleum supra fiet: ita vtitor. Sunt qui hoc condituræ genus pityrum vocare malint: iráque tàm apud Catonem quàm Columellam legendum censeãt: vocis originem repetentes à pityri oliuæ genere, condituræ huiusmodi aptissimo. Verùm hi parum diligenter Catonis verba videntur expendisse, qui non ex certo quopiam oliuæ genere, cui pityris nomen fuerit, epityrum siue pityrum fieri docuit: sed ex quauis oliua tàm albâ, quàm nigra aut varia. Columella quoque ex pausia vel orchite ante maturitatem decerpta conficiendum præcipit, nulla pityris facta mentione. Potiùs itaque iis assentiendum putauerim, qui genus hoc condituræ ἀπὸ τῆς πιτύρου, hoc est à furfure dictum existimant: cuius similitudinem quandam referre videntur tùm cymini, coriandri, fœniculi, & lentisci semina, tùm rutæ menthæque folia minutim concisa.

Epizephyrii, ἐπιζεφύριοι, Populi in extrema ora Italiæ, quæ olim magna Græcia dicta est: à Locris, qui Crisseum accolunt sinum, originem trahentes. Dicti Epizephyrij, quòd suprà Zephyrium promontorium inhabitarent. Vide Strab. lib. 6.

Epizeuxis, ἐπιζευξις, Combinatio, figura, quum dictio in versu absque medio aliarum combinatur. Virg. 9. Æneid. Me me adsum qui feci, & apud Terent. in Andr. O Mysis Mysis.

Epodus, Vide EPOS.

[Epona, Dea equorum. Iuuenal. Satyr. 8.]

Epops, ἔποψ, Auicula sordidissima est, eáque cristata, vndè & ἀλεκτρυὼν ἄγριος à Græcis appellatur. {ANG. A lapwincke, a bastard or blak ploouer.} Larini à sono quem edit, conficto nomine Vpupam vocant.

Epoptæ, ἐπόπται, In sacris dicebantur mystæ, qui totum iam annum initiati, ad spectanda sacra admittebantur. A verbo ἐποπτεύειν, quod est spectare siue inspicere. Vnde & sacrorum inspectionem ἐποπτείαν Græci appellant.

Epopeus, pen. cor. ἐποπεύς. Steph. Corinthiorum arx, quæ & Acrocorinth⁹ dicitur. Epope dicta, à verbo Græco ἐποπεύειν, quod est inspicere. Illinc enim fertur Sisyphus Iouem conspexisse Æginam rapientem.

Eporedia, ἐπορεδία Ptolemæo, Salassiorum oppidum in Gallia transpadana, olim ex Sibyllinorum librorum oraculo à Romanis conditum, & ab Eporedicis (eo nomine Galli præstantes equorum domitores sua lingua appellabant) nominatum, vt non obscurè innuit Plin. lib. 3. cap. 16.

Epos, neut. gen. ἔπος, quamuis Græcis generale sit nomen modò verbum significans, modò versum. κατ' ἐξοχὴν tamen pro carmine heroico accipitur, quod & Longum Ennius appellauit. Diomedes, Epos (inquit) est carmen exametron, diuinarum rerum & heroicarum, humanarúmque comprehensio. Martialis, Scribebamus epos, cœpisti scribere, cessi: Æmula ne starent carmina nostra tuis. Horat. 1. Serm. Satyr. 10. fortè epos acer Vt nemo, Varius ducit.

Epodus, epodi, pen. prod. ἐπῳδὸς. Est genus carminis in quo singulis versibus singulæ clausulæ subiiciuntur, & veluti accinuntur: idque ferè alio genere carminis, & plerunq; breuiori: cuiusmodi sunt pleraque apud Horat. Iambico dimetro post heroicum, aut trimetrũ Iambicũ statim succedente. Quint. lib. 10. cap. 1. Iambus non sanè à Romanis celebratus est, vt proprių opus: à quibusdam interpositus, cuius acerbitas in Catullo, Bibaculo, Horatio: quanquam illic epodos interuenire non reperiatur.

Epoto, as, ate, Potando exhaurio. {ἐκπίνω. GALLICE. Boire tout, ne rien laisser. ITAL. Votar beuendo, beuer tutto. GERM. Außtrincken/ außsauffen. HISPA. Vaziar beuiendo, beuier todo. ANG. To drink out all at ones.} [Plaut. Men. sc. 2. a. 3. Vino epoto, parasito excluso foras.] Martial. lib. 2. Quæq; Tyron toties epotauere lacernæ. Plaut. Menæch. Confecto prandio, vinóq; epoto. Cic. pro Cluentio, Quem statim epoto poculo mortuũ esse dixistis. Liu. 8. ab Vrbe, Epoto medicamento suamet ipsi fraude perierũt. Venenũ epotum. Cic. pro Cluent. * Epotus equus, pro sanguine equi epoto. Martial. lib. 1. Venit & epoto Sarmata pastus equo. Vide Plin. lib. 18. c. 10.

EPVIA, ἐπουία. Vrbs quæ nunc Ambracia dicitur, prius Paralia, Steph.

Epulæ, arum, quasi edipulæ, Sunt cibi in quotidianum hominum vsum comparati. {מטעמים mat̄hammim. σιτία. GALL. Viandes. ITA. Viuande. GER. Speyß. HISP. Manjar ò comida. ANGLIC. Daylie meate, or foode.} Cic. 3. Philip. Vino & epulis retentus & alea est: si epulæ potiùs quàm popinæ nominandæ sunt. [Ouid. Eleg. 1. lib. 2. Trist. Hic epulis leges hospitióq; dedit. Plaut. Capt. sc. 1. a. 3. Quib. solebam menstruales epulas adipisci. Ibid. sc. 1. a. 4. Laridũ atq; epulas foueri iube. Plaut. Amph. Sacrificia quæ volebat ad epulum conduxit. (Lre diuina facta vult prandere.) Senec. Epist. 74. Epulũ capitur manu.] ¶Epulæ etiam bestiarum cibus quotidianus dicitur. Virgil. 4. Æneid. -epulásq; draconi Quæ dabat. Horat. 2. Serm. Sat. 3. - cui strangula vestis Blattarũ ac tinearum epulæ, putrescat in arca. ¶Epulum verò propriè publicũ conuiuiũ significat, quale exhiberi solebat aliquando ciuibus vel à triũphantibus, vel in honore magni alicuius ciuis mortui, vel in dedicatione templi. {משתה mischteh. δεῖπνον, ὑποδοχή. GAL. Banquet, festin. ITA. Conuito solenne. GERM. Ein banckett/ ein herrliche offne malzeyt. HISPA. El combite publico, ò flaa real. ANGL. A banket, or deintie fare.} Iuuen. Saty. 3. Vnde epulum possis centũ dare Pythagoreis. Cic. pro Muræn. Is quũ epulum Q. Maximus Africani patrui sui nomine populo Romano daret rogatus est. Sed confunduntur quandoque: nam epulum pro priuato conuiuio inuenitur, & epulæ pro conuiuio publico & cõmuni. Cic. pro Cn. Plancio, Sepulchrum L. Catilinæ floribus ornatum, hominum audacissimorum ac domesticorum hostium conuentu epulísque celebratum est. Idem de Clar. Orat. Carmina in epulis cantata à singulis conuiuis de clarorum virorum laudibus. ¶Epulam quoque in singulari numero Veteres dixere, teste Festo Pompeio.

Epulones, Dicti sunt apud antiquos, teste Liuio lib. 3. bel. Maced. Triũuiri, quorum munus erat Ioui, cæterísq; diis epulas instruere. δαιτυμόνες. Romæ (inquit) eo anno primùm Triumuiri epulones facti: hi epulas Ioui cæterísque diis instituendi potestatem habebant. Cic. de Arusp. resp. Patres conscripti, vósq; Pontifices, ad quos epulones Iouis opt. max. si quid est prætermissum, aut commissum afferũt: quorũ sententia illa eadem renouata atque instaurata, celebratur. August. lib. de Ciuit. asseruit epulones perpetuos fuisse, qui ad auream Iouis mensã statuæ oppositam perpetui erant conuiuæ, vt mimorũ potiùs & parasitorum contubernia, quàm Dei sacra celebrarentur. ¶Dicuntur etiã epulones qualescunq; conuiuæ qui epulis intersunt, quos etiã Veteres epulones dixerũt, per secundam inflexionem. {ANGL. Gullyguttes, gluttons.} Inde Coëpulonus, dicitur conuictor, & iisdem epulis vescẽs, Plaut. Persa, O mi Iupiter terrestris & coepulonus.

Epulari, Est in conuiuio esse, seu conuiuari. {δυσχεδιάζω, συσσιτέω. GAL. Banqueter, manger en banquet. ITAL. Mangiar in conuito. GERM. Zächen. HIS. Comer en combito. ANGLIC. To eat at feasles to banketr.} Liu. lib. 25. Vulgò apertis ianuis in proparulis epulati sunt. Cic. 2. de Fin. Quum in voluptate sint qui epulentur. Idem de Senect. Epulabatur igitur cum sodalibus omninò modicè: sed erat tamen quidam feruor ætatis.

Epulatus, particip. {δυσχήσας. GALLIC. Qui a fait bonne chere, qui a mangé & pris son repas. ITA. Chi a mangiato. GERM. Der gezächt hatt. HIP. El que a comido. ANG. That hath made good cheere.} Cic. 2. Tusc. Post epulatos cum matre adolescentes somno se dedisse. [Liuius lib. 5. bell. Pun. Epulatis vinóque satiatis.

Epulatio, onis, Conuiuium, victus. {ἑστίασις. GALL. Banquetement. ITA. Il star de conuiti. GERM. Zächung/ gasthaltung. HISP. Aquella obra de comer ò hazer combite. ANG. A banketting, a feasting.} Col. li. 12. c. 3. Quę ad mensam quotidianam atque epulationem pertinerent. [Et Suet. in Calig. cap. 18. Qua epulatione equiti Romano contra se hilarius auidiúsque vescenti, partes suas misit.]

Epulatris, re, Quod ad epulas pertinet. {δειπνικός. GALL. De banquet, appartenant à festin ou banquet. ITAL. Chi ò che à viuande si conuienne. GER. Das zu einer zäch oder gastmal gehört. HISP. Cosa que se come ò pertenece à ella. ANGL. That belongeth to a bankett.} vt, Epulare sacrificiũ: epularis sermo, qui in conuiuio fit. Cic. 3. de Orat. Quũ essent ipsi à Numa, vt etiam illud ludorum epulare sacrificium facerent, instituti. Apul. Iam illatis luminibus epularis sermo percrebuit.

¶Epulares etiam vocabantur, qui in sacris epulabantur θοιναδόροις. Varr. Dum epulares nocte epularentur.

Epulatorius, a, um, quod aptum est vt in epulis comedatur. {δυσχητικός. GAL. Ce qu'on peut manger. ITA. Cosa mangiatiua. GERMANIC. Das zur speyß fuglich ist. HIS. Cosa que se puede comer. ANG. That serueth for banketting.}

Epulis, idis, ἐπουλὶς. Dicitur quoties iuxta dentes in gingiuis caro excreuit. Paulus Ægineta paruũ abscessum esse ait circa gingiuas, qui nisi discutiatur, suppuratur.

Epulo, Virg. 12. Æneid. Archetium Mnestheus, Epulonem obtruncat Achates.

Epulotica medicamenta, ἐπουλωτικὰ φάρμακα, à medicis appellantur quæ cicatricem obducunt. Nam ἐπουλεῖν, Græcis est ad cicatricem perducere.

[Epytus, Albæ filius, Rex Albanorum. Ouidius 4. Fastor.

EPY, nomen vrbis, Scribendum est Æpy, vt suprà.

EPYLVS. Ouid. 4. Fast. Propius est titulis Epylus alba tuis.

E ante Q

EQC. In notis antiquorum, Equestris cohortis. EQ.M.SP.POM. equitũ magister Spurius Pompeianus. EQ. P. eques publicus. EQ.R. eques Romanus.

Equa, equæ, Equarius, Eques, Equester, &c Vide EQVVS.

Equapium, Nonnulli appellarunt herbam, quam Latini olus atrum nominant: existimantes ita transferri posse Græcam vocem. {ἱππολάπαθον. Quam nomenclaturam apud idoneum scriptorem non facilè reperias. Neque ἱππολάπαθον, tàm equinum, quàm magnum aut prægrande apium sonat. Nam ἵππος, & βοῦς, in compositione sæpe vocabulorum significata intendunt, amplitudinémque & magnitudinem important.

Equester, Vide EQVVS.

EQVESTRIS Colonia, Gallicæ Belgicæ oppidum est, apud Plin. lib. 4. cap. 17.

Equicerrus, Animal in Oriente habens cornua & iubas post collum descendentes vsque ad scapulas, & barbam sub mento, vngulas, & corpus ad cerui quantitatem. ἱππέλαφος. Vtitur hac voce Aristotelis interpres in lib. de Animalibus.

Equidem, Affirmatiua coniunctio est, Certè. {ἦ ναὶ, ἦ δῆτα. GALLIC. Quant à moy, certes, certainement. ITA. In vero, certamente. GERMA. Zwar/ furwar/ warlich. HISP. Cierto, ciertamente, en verdad. ANG. Surelie, truelie.} Cic. de Amic. Equidem ex omnibus rebus quas mihi aut fortuna, aut natura tribuit, nihil habeo, quod cum amicitia Scipionis possit comparari. [Imò equidem non postulo tibi occupare patrem. Plaut. Men. sc. vlt. a. 5. Nusquam equidem deliqui. Plaut. Men. sc. 2. a. 5. Equidem pol te miror. Plaut. Mostell. sc. 3. a. 1. Equidem Ecastor. Idem Men. sc. 2. a. 3. Credo ædepol equidem dormire Solem. Plaut. Amphitr. Certè equidem noster sum. Plaut. Milit. sc. 5. a. 2. Credo equidem te posse cubere. Plaut. Pseud. sc. 2. a. 5. Nunc equidé fateor. Ouid. 13. Metam.] Sunt qui existiment compositum esse ab ego & equidem, quòd frequentissimè inueniatur iunctum cum verbis primæ personæ: vt apud Virg. 12. Æneid. - equidem merui, nec deprecor, inquit. Quo in loco equidem item videtur significare quod ego quidem Hoc tamen nihil vrget, quum semper in verbo primæ personæ, singularis numeri, intelligatur nominatiuus ego. Præterea quum inueniatur coniunctum cum verbis cuiusuis personæ in vtroque numero, constat certè vbique non posse exponi per ego Persius Satyr. 5.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Non equidem hoc dubites amborum fœdere certo Consentire dies. Vbi cum secunda persona coniunctum est. Idem etiam cum verbo tertiæ personæ posuit, *Sat.* 1. Per me equidem sint omnia protinus alba. [*Plaut. Men. sc.* 2. *a.* 3. Quicum hæc mulier loquitur? R. Equidem tecum (sup. loquitur)] *Cic. ad Att.* Sic ages igitur: equidem id erit primum proximum Clodiæ. Huc accedit quod interdum inuenitur simul positum in oratione cum ego, *vt apud Sallust.* Ego equidem sic existimo. Quo in loco si velis equidem explicare per ego & quidem, ineptissimam confeceris periſſologiam. Satiùs itaque erit dicere equidem nihil aliud significare quàm quidem.

ĕquŭs, Animal, nemini non notum. {סוס *sus. ἵππος.* GAL. Cheual. ITA. & HISP. *Caualio.* GER. ein roß oder pferd. ANGL. *An horse.*} Sunt qui ab æqualitate dictum putent, quasi æquum detracta prima litera quæ diphthongum efficiebat: quòd equi pares eligi solerent, qui bigis, quadrigísque iungerentur. Sed hæc etymologia vt pleræque aliæ, admodum videtur friuola. [Hostis equo pollens. *Ouid. Eleg.* 10. *lib.* 3. *Trist.* Vulnere tardus equi Nestor. *Ouid.* 13. *Met.* Equum rigidos percurrere campos doctum. *Tibul. lib.* 4. Chloridos ales equus. *Catull. de Com. Beren.* (Exerceri) disco, pila, hastis, cursu, armis, equo. *Plau. Most. sc.* 2. *a.* 1. Equo admisso Lucifer hoc afferat. *Ouid. Eleg.* 5. *l.* 3. *Trist.* Equis alatis æthera carpet. *Ouid.* 3. *Fast.* Agite equi facite sonitus vngularum appareant. *Plau. Men. sc.* 2. *a.* 5. Neque te equo equus est vllus magis sapiens. *Plaut. Asin. sc.* 3. *a.* 3. Muli pretio qui superant equos. *Idem Aul. sc.* 5. *a.* 3. Equum traducere. *Quint.* *Ad equum referibere legionem. *Cæs.* 1. *de bel. Gall.* Equo descendere dubio marte. Velleius. Legitimo quique merebat equo. *Ouid.* 3. *Fast.* Equus tuus speciosius instratus erit, quàm vxor tua vestita? *Liuius lib.* 34. Me equos iunctos iubere capere indomitos. Et, equis iunctis minari. *Plau. Men. sc.* 2. *a.* 5. Et quis equum celerémve arcto compescere freno Possit, & effusas tardo permittere habenas. *Tib. lib.* 4. ¶ Equo descendebant honoris causſa. *Senec. Epist.* 65.] *Cic. de Amic.* Nemo est qui non equo quo consueuit, libentius vratur, quàm intractato & nouo. *Idem in Verr.* Eum nemo vnquam sedentem in equo vidit. *Virg.* 2. *Æneid.* & equorum agitator Achilles. *Ouid.* 3. *Met.* Vt fremit acer equus, cum bellicus ore cruento Signa dedit tubicē. ¶ Equorū alii gradarii, qui molli gradu, & sine suc cussura incedunt: contrà, succussores sessorem frequenter inquietant. Alii dicuntur veredi, in cursu velocissimi, quibus maiores vſi sunt in venatione. ¶ Equus Troianus prouerbium, de occultis latebris, conspirationibúsque ad perniciem alicuius tendentibus. *Cic. pro Muren.* Intus, intus, inquam est equus Troianus, à quo nunquam me consule dormientes opprimemini. ¶ Equis & quadrigis, id est, omni conatu. *Cic. ad Quint frat. lib.* 2. Sic ego qui in isto homine colendo tàm indormiui diu, te mehercule sæpe excitante, cursu corrigam tarditatem, cùm equis, tùm verò (quoniam scribis poema ab eo nostrum probari) quadrigis poëticis. ¶ Velis equísque. *Cic.* 2. *Off.* Cum his velis equísque (vt dicitur) si honestatem tueri ac retinere sententia est, decertandum est. Quo tamen in loco nonnulli malunt legere, viris equísque. ¶ In planitiem equum, *ἐς πεδίον τὸν ἵππον.* Quoties quis ad id prouocatur, in quo plurimum valet, quóque vel maximè gaudet. Equus in campo, tanquam in sua est arena. *Lucian. in Capt. & Plat in Theat.* Translatum videtur à militia. Nam quoties res est peditum cum equite, pedes fugit campestria, sectatúrque loca impeditiora.

¶ Equi senectus, *ἵππου γῆρας.* Prouerbium in eos dici solitum, qui præclare rebus gestis in iuuenta, posteaquam consenuerint, ad sordidas cuias semet abiiciunt. Sumptum à generosis equis, qui senio fracti, in pistrinum aut carrum, aut aliud id genus opus detruduntur, olim in pretio habiti, dum integris viribus essent. *Plutarch. L. qui sacri V. Sacer.* *Equus stella: de qua *Cice.* 2. *de Nat. Deor.* Huic equus ille iubam quatiens fulgore micanti Summum contingit caput aluo, stellāque iungens Vna. *Ex Arato.* * Equus, machina bellica. *Plin. lib.* 7. *cap.* 56. Equum, qui nunc aries appellatur, in muralibus machinis Epeum ad Troiam. *Subaudi*, inuenisse dicunt.

ĕquă, æ, in dativo & ablativo pluralibus equabus, Equini generis fœmina. {סוסה *susáh. ἵππος, ἡ.* GAL. Iument. IT. *Caualla.* GERMAN. ein stud. HISPAN. *Yegua.* ANG. *A mare.*} *Ouid.* 2. *Met.* Nobiliúmque greges centum seruabat equarum. *Ibid. li.* 9. Nec vaccam vaccæ, nec equas amor vrit equarum.

ĕquĕs, gen. comm. Insidens equo. {פרש *paráseh. ἱππεύς.* GALLIC. Cheuaucheur, qui est à cheual, cheualier, homme d'armes. ITALIC. *Caualliere, caualcatore, che è à caualle caualliero, huomo d'arme.* GERM. Ein reuter HIS. *Varon è muger à caualle, caualliero.* ANG. *A man of armes, an anhorse man, a knight.*} [In neutrum conspiciendus eques. *Ouid. Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.* Hoc dedimus nos tibi nomen eques. *Ouid.* 2. *Fast.* Piscæa vinctus oliua abstulerat decies premia victor eques. *Ouid. El. vlt. lib.* 4. *Trist.*] *Plau. Milit. sc.* 5. *a.* 2. Neque eques, neque pedes præfectus quisquam tanta audacia est, Qui æquè faciat confidenter, quàm mulieres faciunt. *Virg.* 8. *Æneid.* Interea præmissi equites ex vrbe Latina.

¶ Sumitur quandoque pro equo. *Vir.* 3. *Geor.* Impositi dorso atq; equitē docuere sub armis Insultare solo, & gressus glomerare superbos. [Eques pro equo, *Vide Gell. cap.* 5. *lib.* 18. *& apud Cæsarem lib.* 3. *de bell. ciu.* Nuntii per dispositos equites allati. Dixerat enim eodem lib. mutatis ad celeritatem iumentis. Item, Eques quadrupes, pro equo quadrupede. *Ennius apud Gell. loco citato.* ¶ Equites pedarii, qui, *Idem Gell. ca.* 18. *lib.* 3.] ¶ Equites etiam dicebantur à Romanis qui Equestrem dignitatem erant adepti, aut ex equestri ordine prognati: quorum ordo, quanuis dignitate Senatoria aliquanto erat inferior, proximam tamen ab illa obtinebat dignitatem. Neque solùm dignitate, verùm etiam censu distinguebantur equites à senatoribus. Census enim Senatorius duplo maior erat censu Equestri. Nam ante Augusti tempora census Senatorius erat octingentorum millium, hoc est, coronatorum XX. M. Census autem equestris quadringentorum millium, hoc est, coronatorum X. M. quanquam posteà pro arbitrio principum sæpius auctus fuit census, & imminutus. *Mart. lib.* 8. Vescitur omnis Eques tecum populúsque Patrésque. ¶ Eques, Tria genera loquendi Latini scriptores vsurpant. eques, equestris ordinis, equestri loco natus, quæ vtrum idem significent, an verò differant, & quatenus differant, considerandum. Eques & equestris ordinis, idem sunt, nam & eques quicunque est, & dicitur, idem equestris ordinis, & est, & dicitur. & contrà. Quòd si eques patre natus est equite, qui nunquam senator fuerit: is equestri loco natus dicitur, sin patre natus est senatore: eques quidem, sed non equestri loco natus: qui porrò, quum eques fuisset, in senatum est allectus, eques non ampliùs dicitur, sed assumpto nobilioris ordinis nomine senator: ornamenta tamen retinet equestria, anulum aureum, & equum publicum. Itaque M. Cicero qui equite Romano natus esset, nunquam posteà quàm in senatum peruenit, eques appellatur, sed senator atque ipse suis in scriptis, quum de ordine senatorio loquitur, nostrum appellat: quum de equestri non item. Is igitur non eques, neque equestris, sed senator, & senatorij ordinis iure dicebatur. Ac mihi venit in mentem, quod in quadam epistola scripsit M. Cæl. ad Cicer. Nostri inquit, equites nisi acutiùs vidissent, nostri ob eam causam dixit, quia vterque patre equite Romano natus erat. Potest igitur esse eques equestri loco natus, & eques nō equestri loco natus, itéque potest esse senator equestri loco natus, & senator non equestri loco natus. cuius verò pater eques fuit, is, si senator factus est, desinit appellari eques, & equestris ordinis, eadem tamen retinet insignia nisi ea, ignominiæ causa, notatus à Censoribus amisit. *Ex Alat observationibus.* [¶ Eques, pro ordine equestri, *Mart. Epig.* 17. *li.* 5. Noster eques. (i. ordo equester.) *Et Suet. in Aug. c.* 18. *& Ou. El.* 2. *lib.* 4. *Trist.* Plebs & Senatus, paruáque cuius eram pars ego nuper, eques. ¶ *Ibid. El. vlt.* Vsque à proauis ordinis hæres, Non modò fortunæ munere factus eques. *Idem Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.* Cum te delicta notantem Præterij toties irrequietus eques.]

ĕquēstĕr, huius Equestris, & hic & hæc Equestris, & hoc Equestre: ab eques fit, Quod pertinet ad equitem. {ἱππικός. GAL. De cheual ou cheualier, des appartenances d'hommes d'arme ou de gens à cheual. ITA. *Equestre cio che à caualerie si conuiene.* GER. Reuterisch das zu den rossen vnd der reuterey gehört. HIS *Cosa de caualleria.* ANG. *Of an horse, that belongeth to kinghtes or horsemen.*} vt, Equestres copiæ. *Cic.* 2. *de Fin.* Equestris disciplina. 6. *Verr.* Equestris ordo *ad Brutum*, Equestris ordinis princeps. Equestrem verò ordinem, *ἱππικὸν τάγμα*, medium fuisse constat inter patritios & plebem: hi olim sub Romulo regibúsque Celeres dicebantur, *teste Plin. lib.* 33. *cap.* 2. à Celere (vt quidam putant Remi interfectore: deinde à flectendis equis. Flexumines vocitati: posteà Trossuli, à Trossulo oppido Tusciæ, quòd id sine vllo peditum adiumento equites cepissent. ¶ Huius ordinis ornamenta & insignia fuerunt, equus publicè datus, & anulus aureus. Census item ad hunc ordinem obtinendum requirebatur 400000. nummūm, quæ omnia dignitas, splendor & ornamentum equestris ordinis dicebantur. *Vade illud Cic. in Sextiana de quodam Gellio*, Ornamenta confecit equestris ordinis, nomē retinet. [Equestri statua donata Lælia (mox, equo.) *Senec. cap.* 15. *de Consol. ad Mart.* Item Caius Cæsar iuuenis. Velleius. Equestrium statuarum turma Romæ, vbi. Velleius. ¶ Qui census, & index illius ordinis, vidē apud *Suet. in Cæs. c.* 33.]

ĕquēstrĭă, um, Erant quatuordecim ordines graduum in Orchestra, in quibus sedebant equites. *ἱππικά. Sene. lib.* 7. *de Ben.* Equestria omnia Equitum Romanorum sunt. *Et iterum*, Sed quum in theatrum reni, si plena sunt equestria, &c. Sic popularia dicebantur, vbi plebs ipsa in theatro sedebat. *Suet. in Domit.* Et quia pars maior intra popularia decíderat, quinquagenas tesseras in singulos cuneos Equestris ac Senatorij ordinis pronuntiauit.

ĕquĭto, as, Equo iter facio. {רכב *rachább. ἱππεύω, ἱππάζομαι.* GAL. Cheuaucher, aller à cheual. ITA. *Caualcare.* GER. Reitten. HIS. *Caualgar.* ANG. *To be on horseback, to ride.*} *Horat. Ser. Sat.* 3. Ludere par impar, equitare in arundine longa. *Cic. pro Domo sua*, Quum is in illo nostro exercitu equitaret cum suis delectis equitibus. *Idem* 2. *Tuscul.* Apud quos autem venandi & equitandi laus vigeret *Macrob. Satur. lib.* 6. *ca.* 9. *autor est.* [*Itémque Gell. c.* 5 *li.* 18.] veteres etam equitare de ipso equo dixisse, & equitem pro equo nonnunquam acceptum inueniri. *Lucil.* Nempe hunc currere equum nos, atque equitate videmus. Quanquā alij distinctionem post-dictionem equum faciant, vt nos, sit accusatiuus, ad hunc modum, Nempe hunc currere equum, nos atque equitare videmus: vt sit sensus, Videmus equum currere, & nos equitare. ¶ Huius composita sunt, Adequito, Obequito, & Perequito, de quibus vide suis locis. ¶ Equitandi peritus ne cantet, *ἱππασίᾳ διδάσκει ᾠδήν.* Sumptum à poëta quopiam, in eum qui professus res seorias vsitatur in nugis. *Greg. Theol. in Epis. ad Eudoxium* Rhetorem.

ĕquĭtātŭr, passiue. *Plin. lib.* 8. *cap.* 18. Omnes autem in iis terris iumentorū dorso funguntur, atque etiam equitantur in prælia. De camelis loquens.

ĕquĭtātĭo, onis. {*ἱππεία, ἱλασία, ἔλασις.* GAL. Cheuauchement. ITA. *Esso caualcare.* GER. Reisung/ritt. HIS. *Obra de caualgar.* ANG. *Ariding.*} *Plin. lib.* 28. *cap.* 4. Equitatio stomacho & coxis vtilissima.

ĕquĭtātŭs, us, Equitum manus & turmæ,)(peditatus, copiæ. {τὸ ἱππικόν. GAL. Cheuallerie, gendarmerie, gens à cheual. ITA. *Caualleria.* GER. Ein reisiger zeug/oder reittung. HIS. *Caualleria è gente de caualllo.* ANG. *A companie of horseman.*} *Tacit. lib.* 19. Nutantem exercitum victor equitatus incursat. *Idem lib.* 33. Quinetiam ipsum equitum nomen ſæpe variatum est, in eis quoque qui ad equitandum trahebantur. ¶ Ponitur aliquando pro equitatione, siue equitandi actu. *Plin. lib.* 33. Femina equitatu atteri & aduri solet.

ĕquārĭŭs, ria, rium, Quod ad equum pertinet: vt Equarius medicus, qui equis medetur. {*ἱππιατρικός.* GAL. De cheuaux, seruant à cheuaux. ITA. *Qualcunque cosa che serua à caualli.* GER. Das zu dem roß gehört. HIS. *Cosa que sierue è pertenesce à caullos.* ANG. *That serueth for an horse.*} *Valer. Maxim. lib. vlt.* Herophilus equarius medicus, C. Marium septies consulem auum sibi vendicando, se extulit.

ĕquārĭă, Magnus equorum grex est. {τὸ ἱππικὸν σύστημα, τὸ ἱππικὸν χάραγμα. GAL. Vn haras, un troupeaux de cheuaux ou iumens. ITA. *Gregge de caualli è caualle.* GERM. Ein hauffen roß. HISP. *El hato de caullos è yeguas.* ANGL. *A great flock of horses ormares.*} *Varro in Præm.* 2. *de Re rust.* Quod & ipse pecuarias habui grandes, in Apucia quarias, in Reatino equarias.

ĕquĭfĕrus, ri, penultima correpta, Equus ferus, id est, non mansuetus, *ἵππος*

ἵππος ἄγριος. GALL. Cheual sauuage. ITAL. *Cauallo seluatico.* GERMAN. Ein wild ross. HISPAN. *Cauallo bramo, fiero, y syluestre.* ANGL. *A woyld horse.*} cuiusmodi in Septentrionalibus regionibus nasci *autor est Plin. li.8.c.15. Idem li.28.c.6.* In primis efficax equiferorum sanguis, *Et ibidē c.10.* De equiferis non scripserunt Græci.

Ēquīmentum, Merces quæ datur pro admissura equi. {ὁ μισθὸς τῆ ἵππου ἀβάτου. GA. Le salaire d'vn estallon qui a failli vne iument. IT. *Prezzo dello stallone, che cuopre vna caualla.* GE. Der lon so man gibt/wann man den hengst zu der stādt gelassen hatt. HIS. *Iornal de garañon cauallo.* AN. *The reward of a stalion that hes loppena mare.*} *Varr.* An si equam emisses quadrupedem, vt meo asino Reatino admitteres, quantum poposcisses dedissem equimentis?

Ēquīlĕ, penultima producta, Stabulum equorum. {ἱππόστασις, ἱπποστασία. GALL. Estable à cheuaux, escuyerie. ITAL. *Stalla de caualli.* GER. Ein ross stall. HISP. *Caualleriça ò establo de cauallos.* ANG. *An horse stable.*} Sicut ab oue ouile. *Varro de Re rust. libr.2.cap.7.* suadet frænos in equili suspendere, vt oculi equuleorum consuescant videre eorum faciem, & è motu crepitus audire. [*Suetonius in Calig. cap.55.*]

Ēquīnŭs, na, num, possessiuum, Quod est equi, quod pertinet ad equum. {ἱππειος. GA. De cheual, qui est d'vn cheual. ITAL. *Di cauallo, caualline.* GERMAN. Rossin/oder das dess ross ist. HIS. *Cosa de cauallos.* AN. *Of an horse.*} *Horat. in principio de Arte poet.* Humano capiti ceruicem pictor equinam Iungere si velit. *Idem 2. Epist.* Vtor permisso, caudæque pilos vt equinæ Paulatim vello. *Virg.10. Æneid.* Ære caput fulgens, crista quæ hirsutus equina.

Ēquĭsĕdŏr, oris, {ἱππεύς. AN. *Arider.*} qui ambulat pedibus equinis, id est, qui equitat: sicut qui in lectica gestatus, ambulat pedibus lecticariorum. Hunc melius simplici voce sessorem vocamus.

Ēquĭsētum, ti, Herba est à caudæ equinæ similitudine nomen habens, aliis nominibus ephedra, & anabasis appellata. {ἵππουρις. GALLICE, Queuë de cheual, asprele, ou prele. ITALIC. *Coda di cauallo, asprella.* GERMA. Schaffthew. HISP. *Cola de mula, rabo de mula.*} Vulgus *Prelam* appellat pectinum opificibus in primis cognitam, qui ea buxum expoliunt, & mulierculis, quæ vasa lignea ea extergunt. *Vide Plin. lib. 26.cap.13.*

Ēquīso, onis, Qui equorum curam gerit, eósque instituit. {ἱππονόμος. GALL. Donteur & piqueur de cheuaux, escuyer. ITA. *Cozzone de caualli.* GERM. Ein ross zämer/der die pferd mit bereitem anfürt/marstaller. HI. *Cauallarizo de canallos.* ANGL. *An horse breaker or keeper.*} *Varr.* Nam vt equus qui ad vehendum est natus, tamen traditur magistro, vt equiso doceat tollutim incedere. Veteres autem (*vt Nonius annotauit*) non modò equorum magistrum, sed aliarum etiam rerum, gubernatorem equisonem vocabant. Vt equisones nautici dicebantur, qui nauim ducebant.

Ēquĭtābĭlis, le, Equiti peruius. {ἱππάσιμος. GALLIG. Cheuauchable, qu'aisement on peut cheuaucher. ITAL. *Luogo doue si può cauallare.* GERMAN. da man wol reiten mag. HISP. *Lugar donde se pueda caualgár.* ANG. *Easie to ride.*} Vt locus equitabilis in quo equi facilè ambulare possunt. *Liuius,* Opportuna explicandis copiis regio erat equitabilis, & vasta planities. Huius contrarium est inequitabilis. *Idem,* Imber violentiùs quàm aliàs fusus, campos lubricos inequitabilésque fecerat.

Ēquĭtātus, tij, Equorum armentum. {ἱππαγωγεῖον. GALL. Vne troupe de cheuaux, vn haras. ITAL. *Mandra de caualli.* GERMA. Ein hauffen oder schar rossen. HISPAN. *El alto de cauallos ò yeguas.* ANG. *An heard or race of horses.*} *Vlpian. l. Plenum. §. Equitij ff. de Vsufructu legato,* Equitij vsu legato videndum an & donare possit, & ad vehendum sub iugo vti. *Tacit. de Germania,* Mos est ciuitatibus vltrò equitium conferre principibus.

Ēquŭlĕus, lei, Pullus equinus. {ἱππάριον. GA. Cheualet, poulain. IT. *Poledro, poledrino.* GER. Ein fuly. HISPAN. *Pequeño cauallo.* ANG. *A colte or yong horse.*} *Cic. in Orat.* Vt igitur domitores equorum non verbera solum adhibent ad domandum, sed cibum etiam sæpe subtrahunt, vt fame debilitetur equuleorum nimis effrænata vis. *Idem in Verr.* Equuleos argenteos nobilis qui Qu. Maximi fuerunt, aufert. [*Gellius c.13. lib. 19.* Equulei humiliores qui, & nani.] ¶ Est & tormenti genus quo ad exprimendam è noxiis, conscisse veritatem Romani vtebantur: ita dictum (vt quibusdam placet) ab equi forma: tametsi alij ardentem laminam malunt interpretari. *Cicer. pro Deiotaro,* Facti enim in equuleo quæstio, iuris in iudicio. *Idem 7. Philip.* Ponite ante oculos vincula, verbera, equuleum, carnificem, tortoremque. *Sen. lib.2. Epist.* Sæuitia commenta est equuleos, cruces, vncum & tunicam illam alimentis ignium illitam, & intextam. *Cic.5. Tuscul.* Hæc etiam in equuleum inficiuntur, quo vita non aspirat beata. *Idem li.4. de Finib.* Nec si ille sapiens ad tortoris equuleum à tyranno ire cogatur similem habeat vultum ac si ampullam perdidisset. Sed in hac significatione alij malunt scribere eculeus per c.

Ēquŭlŭs, diminutiuum ab equus. {ἱππάριον. GAL. Cheualet, poulain. ITA. *Cauallino.* GER. Rosslin/klein ross. HISP. *Pequeño cauallo.* ANG. *A litle horse, a nage.*} *Cice. lib.2. de Nat. deor.* Omnia in perfectis & maturis docet esse meliora: vt in equo, quàm in equulo: in cane, quàm in catulo: in viro, quàm in puero. *Var.2. de Re rust. c.7.* scribit equulum post annum & sex menses domari posse.

Ēquŭla, æ, paruam equam significat, sicut equulus, paruum equum. {πῶλος ἱππάριον, ἢ πῶλος. GAL. Petite ou ieune iument. ITA. *Cauallina.* GERM. ein iunge oder kleine stut. HISP. *Pequena yegua.* AN. *A litle mare.*} *Varr.* Nemo est tam negligens, quin summa diligentia eligat asinum qui saliat equulam.

Ēquĭo, is, de equis dicitur quum coitum appetunt, sicut catulio de canibus, & suio de suibus. {ἱππομανεῖ. GAL. Quand la iument demande le cheual, quand elle est chaude. IT. *Quando i caualli vanno in salto.* GE. Wan die ross leuffig oder reitig sind. HI. *Quando los cauallos y las yeguas son calientes.* AN. *To do the act of generation betweene horses and mares.*} *Col. li.7.* Equienti mulæ cruda brassica datur. *Plin. li.8.c.63.* Equas domitas sexaginta diebus equire.

EQVITIVS, nomen viri proprium, & cognomen familiæ Romanæ ab equo deductum.

Ēquĭtĭa, ὁπλομαχία, *Aristophani,* Ludi curules, à Romulo in honorē Martis instituti. Hi in campo Martio celebrabantur tertias Calend. Martias. *Ouid. 2. Fast.* Iámque duæ restant noctes de mense secundo, Mársque citos iunctis curribus vrget equos: Ex vero positum permansit equitia nomen. [*Idem 3. Fast.* Altera equiria.]

E ante R.

ER. In notis antiquorum, erunt vel erit. ERE. vel ERG. ergo. ERP. eripiet, vel erit paratus.

Ērādĭco, as, penultima longa, Propriè significat vnà cum radice euellere. {שרש עקר *hakar* שרש *schereschi.* ἐκριζόω. GAL. Arracher, oster. ITA. *Stirpare, cauar fuori insieme con la radice.* GERM. Auss wurtzlen mit der wurtzlen auss ziehen. HISPAN. *Quittar ò arrancar hasta la rayz.* ANGL. *To pluck vp by thé rootes.*} ¶ Per translationem pro radicitus, & omnibus modis perdo. *Terēn. in And.* Dij te eradicent, ità me miseram territas. [*Plaut. Aul. sc.1.a.2.* Suam rem perisse, séque eradicarier clamat.]

Ērādo, is, ere, Expungere. {ψυχειν *hiktsiah.* ἐκτύπω, ἐξαλείφω. GALL. Racler, oster en raclant. ITALIC. *Radere, leuar via, cancellare.* GER. Auss kratzen. HISPA. *Raer ò borrar.* ANGL. *To scrape out or away.*} *Cólum. libr.3.* Postea sucullos quos inserere voles, eradito tàm altè quàm cuneum immisisti, sed ita ne medullam, néve alterius partis corticem lædas. ¶ Vnde eradere aliquem ex albo Senatorum, est ex Senatorum numero expungere. *Tacit. lib.4.* Apidium Merulam, quòd in Acta Diui Augusti non iurauerat, Senatorio albo erasit. [Cupiásque eradere vitæ Tempora si possis Tisiphonea tuæ. *Ouid. Eleg.9. lib.4. Triſt.*]

Ērāsŭs, parricip. {מקצץ *mukts áh.* ἀπεξυσμένος. GA. Raclé. IT. *Raduto.* GER. Auss gekratzt/abgeschabt. HISP. *Raido.* ANG. *Scraped out or away.*} *Plin. in Paneg.* Datum est iis qui post edictum tuum in locum erasorum subditi fuerant, æquatique sunt cæteris illi etiam quibus erat non prómissum. Erasorum, id est, deletorum è numero eorum qui accipiebant congiarium. *Budæus.*

Eranarches, chis, Collector & exactor tributorum. ἐρανάρχης, ὁπὸ τῶ ἔρανου, id est, à contributione. *Alciat. Parerg. lib.11.*

Erania pecunia, quid, & corruptè hactenus herosa *apud Iurisconsultum in l. creditor. de solut. lectum esse Alciat. ostendit eleganti cap.25. lib. Disiunct. 2. Catanæus apud Plin. secundum,* vocem Eranos interpretatur Exactores, *per collationem dicens, sic Pollucem, Athenæum & eos secundum Ammon. interpretari.*

ERĂPHĬŌTĒS, ἐραφιώτης, Bacchus dictus est, ab inducenda contentione, quoniam vinum, iram, atque certamen inducit. ἔρις enim contentionem significat ostendere.

ERĂSĪNŬS, penultima producta, ἐρασῖνος, Fluuius est ex Stymphalide Arcadiæ lacu profluens, qui deinde terrá occultatus in agro Argiuo denuò erumpit, & in sinum Argolicum illabitur. ¶ Est & alius eiusdem nominis, iuxta Buræ ruinas, in sinum Corinthium illabens. ¶ Item alius in Eubœa insula, iuxta Eretriam vrbem. Rursus alius in Attica iuxta Babronem. *Autor Strab. lib.8.*

ERASISTRATVS, ἐρασίστρατος, Nomen medici eximij, ex Aristotelis familia natiin quem non rarò inuehitur *Galenus.* Huius etiam frequens est mentio apud Plinium.

ĒRĀTĒ, tes, pen. corr. ἐρατή, Nympha Oceani & Tethyos filia: ὁπὸ τῶ ἐρᾶσθαι, hoc est, ab amore nomen habens.

Erathemis, anthyllis, *Dioſc. lib.1.c.154.*

ĒRĀTŌ, pen. corr. ἐρατώ, Vna Musarum, ab amore dicta; quòd præsit his qui amoris face rapiuntur. *Virg. lib.7.* Nunc age, qui reges Erato, quæ tempora rerum, Quis Latio antiquo fuerit status. [*Ouid. 4. Fast.* Sic ego, sic Erato, mensis, &c.]

ĒRĀTŌSTHĔNĒS, penultim. corrept. ἐρατοσθένης, Cyrenæus, Aristonis Chij & Callimachi poëtæ discipulus, Plato minor à quibusdam ob doctrinam vocitatus: præfuit bibliothecæ regiæ: cosmographus insignis, qui primus vniuersum totius orbis *circulum* ducentorum quinquaginta duorum millium stadiorum esse prodidit, vnde & orbis terrarum mensor appellatus est. Scripsit præter philosophicas historias, astronomica, de sectis dialogos, & poëmata quædam, autore Suida. Obiit anno ætatis octogesimo primo, quem annum maximum climactera, & humanæ vitæ periculosissimum veteres crediderunt: Est enim numerus quadratus constans ex nouem nouenariis. Eodem etiam ætatis anno decessit Plato, & Diogenes Cynicus, & Xenocrates Platonicus.

ERBESSVS, ἤρβησσος. Vrbs. *Steph.*

ERCĪNĬA sylua, Vide HERCINIA.

Ērcīscĕre, Prisca lingua significat diuidere. {חלק *chalák.* GALL. Deuiser, partir. ITAL. *Diuidere, partire.* GERMAN. Theilen/abtheilen. HISP. *Partire.* ANGL. *To denyde.*} *Apud Cicer. 1. de Orator.* Ercisceri *in secunda coniugatione legitur*: Nec si parui nauigij & magni eadem est in gubernando scientia: idcirco qui quibus verbis ercisceri oporteat, nesciat, idem ercisciundæ familiæ causam agere non potest. Vnde iudicium familiæ ercisciundæ, id est, rei familiaris diuidendæ. *Cicer. pro Cecinna,* In possessione bonorum quum esset, & quum ipse sextulam suam nimium exaggeraret, nomine heredis arbitrum familiæ ercisciundæ postulauit. ¶ Sunt qui hercisco per aspirationem scribant, eius originem reducentes ad verbum Græcum ἐρκίζειν, quod significat intersepire. ¶ Hinc Erctum patrimonium diuisum, *apud Festum,* Erctum citúmque sit inter consortes, vt in libris legum Romanarum legitur. Erctum à coercendo, Citum à ciendo. *Hæc Festus.* In quibusdam tamen exemplaribus legitur Erectum, malè. Nam Erctum dicitur, quod quum hæreditas diuisa est, alter ab alterius parte erectur.

ĒRCĪVS Iupiter, *Vide* HERCIVS.

EREBIDAE, ἐρεβίδαι, pars Lotophagorum, *Steph.*

ĒRĔBVS, penultima correpta, ἔρεβος, Fluuius inferorum. *Virgil. 6. Æneid.* magnos Erebi tranauimus amnes. ¶ Quandoque pro obscurissima inferorum parte; vt, imas Erebi descendit ad vmbras. *Varro*: ex Erebo natam Noctem ait. Vnde & illud, Erebo creata fuscis crinibus Nox te inuoco. *Hæc Festus.* ¶ Alii malunt Noctem Erebi vxorem fuit[illegible] *quibus est Cicero, de Natura deorum.* Amor, inquit) dolus, metus, [illegible] ctus, labor, inuidentia, fatum, mors, tenebræ, miseria, querela [illegible]

fraus,pertinacia,parcę,hesperidès,somnia: quos omnes Erebo & nocte natos ferunt. ¶Frequentissimè autem Erebus pro ipsa inferorum sede accipitur. Vnde etiam Proserpina *ab Ouid.lib.5.Metam.* Regina Erebi vocatur. *Hinc Adiect. Erebeus, a, um, *Ouid.in Ibin,* Pectoráque vnxerunt Erebeæ felle colubræ.

Erechites, Senecio, *apud Dioscor.lib.4.cap.98.*

ERĒCHTHEVS, ἐρεχθεύς, Athenienſium rex fuit, cuius filiæ mortem pro patria contempſerunt. *Cic.pro Seſtio*, Mortem quam etiam virgines Athenis regis (opinor) Erechthei filiæ pro patria contempſiſſe dicũtur, ego vir Conſularis tantis rebus geſtis timerem?

ERĒCHTHĪĂ, ἐρεχθία, Vicus Atticæ in Ægide tribu, ab Erechtheo, qui Cererem hoſpitio ſuſcepit.

ERĔGIŌNĔ. Ex aduerſo. {נגד *néghedh* נבח *nóchah*. ἀντικρύ, ἐξ ἐναντίας. GALLICE. Vis à vis, tout deuant. ITAL. *All' incontro.* GERMA. Geſtracks vor vber. HISPA. *Enfrente de algun lugar.* ANGL. *Right againſt.* } *Cic.2. de Diuin.* Videt è conſtantiſſimo motu lunæ, quando illa è regione ſolis facta incurrat in vmbram terræ, quæ eſt meta noctis, vt eam obſcurari neceſſe ſit. *Badaus.*

ERĒNATA, Significat ex occaſione rei præſentis capto conſilium. *αὐτόχρημα, παράχρημα, ἀπὸ παρέργου, ἐξ ἁπτοῦ, ἀφορμῆς.* Et aliquãdo dicitur abſolutè, è re nata: & aliquando cum coniuncto: vt, Erenatum exordium dixit *Quintilianus*, hoc eſt, ſubitò inuentum. *Apul.* Erenata fallacia: ſignificatur enim muliebris dolus ad fallendum ſubitò excogitatus, non domi antè compoſitus, ſed ex ipſa re & negotio expromptus.

ERĒMBĪ, ἐρεμβοί. Populi in Arabia, qui præruptа ſaxa nudi inhabitant. *Autor Strab.lib.16.*

ERĒMĔA, πρὸς ἐμοῦ τ' ἐμοί. Ere tua. *Vide ſuprà in* E & EX.

EREME, ἔρημα, nomen inſulæ, *Steph.*

ERĒMIGO, as, are, Enauigo, emetior. {ἐκκωπηλατέω, κώπῃς ἐλαύνω. GALL. Nauiger tout outre, paſſer tout à trauers vne mer ou vn fleuue. ITA. *Remigare, nauigar coni remi.* GERM. Durchrnderen/durchſchiffen. HIS. *Nauigar remando.* ANGLIC. *To rowe rower.* } *Plin.lib.2.cap.67.* Circa Caſpium quoque multa Oceani littora explorata, paruóque breuiùs quàm totus hinc aut illinc Septentrio eremigatus.

ERĒMŌDICIVM, ἐρημοδίκιον. *Apud Iureconſultos de minoribus l. Ait Prætor*, dicitur, quaſi deſolatum ac deſertum iudicium, ſeu deſertio cauſæ: quum vel actor, vel reus in iudicio abeſt, quaſi ἐρήμη δίκη, id eſt, cauſa deſerta, vel vadimonium deſertum. In vulgatis editionibus corruptè legitur hermodicium.

ERĒMVS, mi, pen.prod.gen. fœm. Solitudo. {מדבר *ſchemamáh* שממה *midhbár*. ἔρημος. GALLICE. Deſert, lieu ſolitaire. ITA. *Eremo, luoco ſolitario.* GERMANICE. Ein ôde. HISP. *Termo, deſierto.* ANGL. *Deſert, wilderneſſe.*}

ERĒPO, is, ere, Ex loco abdito in lucem repo. {זחל *zachál* שרץ *ſcharats* רמש *ramaſch*. ἑρπύζω. GALL. Sortir en grimpant & grauiſſant, grimper hors, grauir hors. ITA. *Arraparſi, ſalir coſa alta & diſſicile.* GERM. Außhinkriechen/herfurkriechen. HISP. *Gatear ſobre algun lugar.* ANG. *To creepe out.* } *Plaut.Aul.* Foras lumbrice qui ſub terras erepſiſti modo. Interdum idem eſt quod ad loca alta & prærupta euado, vbi non modò pedibus, verumetiam manibus ad aſcendendum opus ſit. *Suet.in Tiberio*, Tertius quòd is à tergo inſulæ erepſiſſet ad ſe.

ERĒPTO, ab Erepo frequent. *Senec.epiſt.101.* Pecunia quoque circa paupertatem plurimum moræ habet dum ex illa ereptat.

ERESICHTHON. *Vide* ERISICHTHON.

ERĔTRĬĂ, æ, pen. corr. ἐρέτρεια, Oppidum eſt Eubœæ inſulæ, circa quod effoditur terra in medicinæ vſu præſtantiſſima, quam ab ea Eretriam vocant. Eius *Dioſcorides* duas facit ſpecies, vnam vehementer albam, alteram ad cineris colorem vergentem. *Plin.* etiam Eretriam terram inter pictorum colores enumerat. *lib.35.c.6. Huius vrbis meminit & Homer.vl.Iliad.in Catal.nauium.*

ERĒTVM, pen. prod. ἔρητον, Oppidulum eſt Sabinorum, non procul à Tyberi, in colle ſitum, quem etiam veteres montem Eretrum vocauerunt: hodie Italorum vulgus corrupto vocabulo *Montem rotundũ* vocat. Eius meminit *Virg. lib.7.* Ereti manus omnis, oliuiferæque Muruſcæ.

EREVATIS, ἐρεβάτης, Vrbs Lybiæ, à Reuaſte & Eleuthera, *Steph.*

EREVTHALION, ἐρεθαλίων, Viri proprium quem Neſtor interemit, dixítque cùm miraculo corporis, tùm excellentia armorum præcipuum in bello Pyliorum & Arcadum fuiſſe.

ERGĀ, præpoſitio, licet eandem vim habere videatur quam contra, beneuolentiæ tamen eſt. {על *hal.* פנים. GAL. Enuers. ITAL. *Inuerſo.* GER. Gegen. HISP. *Cerca en amor y voluntad.* ANG. *To wardes.* } vt, Pro meo ſummo erga te amore onus ſubeo. *Cic.ad Lentu. Epiſt.1.* Ego omni officio, ac potiùs pietate erga te cæteris ſatisfacio omnibus. *Terent.in Heaut.* Timet omnia, patris iram, & animum amicæ ſe erga te ſit ſuæ. [Te vt erga me merita eſt, (i.de me) *Plaut.Amph ſc.1.a.5.* Erga hunc rem geras fideliter. *Plaut.Capt.ſc.3.a.2.* Si quid erga te imprudens peccaui. *Plaut. Aul.ſc. 6. a. 4.* Si quid me d'erga dixeris. (i. mihi.) *Plaut Aſin. ſc.1. a.1.* Metuo ne malus erga me ſit. *Plaut.Pſeud. ſc 3 a.4.*]

ERGASYLVS, nomen proprium viri, Tortelio.

ERGĀSTĒRĬĂ, orum, ἐργαστήρια. Vicus inſignis inter Pergamum & Cyzicum, quadringentis & quadraginta ſtadiis à Pergamo diſtans, metallorum fodinis nobilis, à quibus & nomen accepit. *Celebratur hic vicus à Galeno lib.9.Simpl.medicam.*

ERGĀSTĒRĬVM, rij {חנות *chánuth*. ἐργαστήριον. GAL. Boutique. ITAL. *Bottega* GERM. Werckſtatt. HISP. *Tienda de officiales.* ANG. *A ſhoppe.*} Officinæ fabrorum atque opificum, itémque tabernæ in quib. merces venduntur. *l.12.de cohort & in decretis.diſtin.44.*

ERGASTŬLUM, li, pen. cor. {חנות *chánuth*. ἐργαστήριον. GAL. Le lieu où on enſerroit & enchainoit anciennement les ſerfs & eſclaues: & les faiſoit on beſongner, vne priſon. ITA. *Bottega, doue ſi rinchiu denano i ſerui incantenati à lauorare, prigionia.* GERM. Ein ort da man die knecht gebunden zu ſchwärer arbeit braucht als in einem ſtrinbruch oder erzgrub. HISP. *Car cel de ſieruos enel campo.* ANG. *A place where ſlaues were bound to work, a gaill or priſon.*} Taberna vel officina vbi lapides metallâve fodiuntur, vel aliud quippiam operis à vinctis ſeruis fit. dictum ab ἔργαζ ἔργον, operor. *Liu.2.ab Vrbe*, ductum ſe à creditore non in ſeruitium, ſed in ergaſtulum & carnificinam eſſe. *Iuuen. Satyr.8.* (i. ſi facias rem ſortitus Pontice ſeruum? Nempe in Lucanos, aut Thuſca ergaſtula mittas. [*Suet.in Aug.cap.32.* Serui ergaſtulis poſſeſſorum ſupprimebantur (i. abripiebantur à graſſatoribus) Ibidem. Ergaſtula recognouit. *Et in Tib.c.8.* Ergaſtula totâ Italiâ repurgauit.] ¶Accipitur etiam nonnunquam ergaſtulum pro illis qui ergaſtulis ſunt incluſi. *Varro*, Misitque mox eò virum qui tota ergaſtula libertate donaret.

ERGĀSTŬLĀRĬVS, rij, Qui præeſt ergaſtulis. {ὁ ἐπὶ ἐργαστηρίων ἐπιστάτης. GAL. Celuy qui a la garde des ſerfs ou eſclaues empriſonnez ou enchainez, geolier ITA. *Guardiano di prigioni.* GER. Ein verwalter/der vber ſolche arbeitſamne knecht geſatzt iſt HISP. *El tal carcelero.* ANG. *A gaillour or keeper of the priſoners.* } *Col.lib.1.c.8.* docet quomodo ergaſtuli ab ergaſtulariis tractari debeant. Ergaſtularij ſerui, ἐργαστῆρες, ἐργαῶδροι δοῦλοι.

ERGAVICA, ἐργαυίκα, Oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, in tractu Vaſconum, *teſte Ptolem.lib.2.c.6.Plin.quoque lib.3 c.3.* Ergauicenſes populos enumerat in eodem Hiſpaniæ tractu.

ERGĔTĪVM, ἐργέτιον, Oppidum Siciliæ, cuius incolæ dicuntur Ergetini, ἐργέτινοι, *quorum meminit & Plin.lib.3.c.8.*

ERGĪNVS, ἔργινος, Tyrannus fuit qui ab Hercule & Minyis Orchomeni vrbe expulſus, & poſtea extinctus eſt. ¶Erginus Thraciæ fluuius, *autoribus Plin.lib.4.cap.11. & Pompon.Mela lib.2.in deſcriptione Thraciæ.*

ERGO, Illatiua ſiue completiua coniunctio eſt, quæ minoribus adhibetur clauſulis, ſicut Igitur. {על כן *hal chen*. ἄρα, τοίνυν. GALLICE. Donques, donc. ITA. *Dunque, adunque.* GERM. derhalben/darumb. HISP. *Aſſique, pues, luego.* ANG. *Then, therefore.* Aliquando inceptiua eſt, conueniens maximè indignationi, etiam. vt in carmine illo *Auguſti Cæſaris*, quo Virgilij poëma vetat aboleri, Ergóne ſupremis poruit vox improba verbis Tam dirum mandare nefas? [Item, Ergo operum quoniam nudum certamen habetur. *Ouid.13.Metam.* Ergo opera illius mea ſunt. Ibid. Ergo ædepol, ſi rectè facias me emittas manu. *Plaut. Men.ſc.7 a.5.* Ergo aut exilio vires ſubduxit Achiuis. *Ouid.13.Metam.* Ergo vbi delituit, pro autem. *Ouid.Eleg.10.lib.3.Triſt.* Ergo mirabar quod ſcapulæ geſtibant. (i. ideo) *Plaut.Aſin.ſc.2.a.2.* Ergo vbi præclaros poſcent tua facta triumphos, *Tibull.lib.4.* Ergo ſunt quæ exoptas. *Plaut. Aſin. ſc. 1. a. 5.* Ergo pulcher eſt inquit (i. ſane.) *Plaut. Mil.ſc.1.a.1.* Ergo ob hoc verbum donabo profectò aliqui. *Plaut. Moſtell.ſc.3.a.1.* (pro Atqui.)

¶Quid ergo eſt? *Senec.cap.15.de Tranq.* Ecaſtor ergo haud falſum ſomnium. *Plaut.Milit.ſc.4.a.2.* Nulla ergo dicat dotem attuli (i.) tum, igitur. *Plaut.Aul.ſc.5.a.3.* Ergo quin legis? *Idem Pſeud.ſc.1.a.1. Non* ergo preſſo tellus conſurgit aratro (i. autem) *Tibull.lib.4.* Iam ergo hæc madebunt (i. verò vel autem.) *Plaut. Men. ſc.2.a.2.* Itaque ergo. *Liuius lib.9.d.4* Ergo age tam longas ſed ſupprime Muſa querelas. (Mutantis ſermonem.) *Ouid.lib.4.Faſt.*] ¶Aliquando hortatiua, ἀλλ' ἄγε. *Virg.2.Æneid.* Ergo agè chare pater. ¶Aliquando vim nominis habet, accipitúrq; pro ablatiuo cauſa, ſiue gratia. ἕνεκα. in qua ſignificatione circumflectit poſteriorem perpetuóque eam producit: quam aliàs habet indifferentem *Virg.6.Æneid.*-illius ergò Venimus, & magnos Erebi tranauimus amnes. *Siſenna lib.3.* Milites vt lex Calphurnia conceſſerat, virtutis ergò ciuitate donati.

ERĪBOEĂ, ἐρίβοια. Dicta ab Homero Iuno, quaſi buculæ moleſtia, quòd Io in bouem verſam multis affecerit moleſtiis. Nam ἔρις contentionem, litem, ſiue moleſtiam ſignificat: βοῦς, bouem. ¶Eſt etiam hoc nomine vrbs Macedoniæ, *teſte Ptolemæo lib.3. cap.13.* Vulgò *Preſſa.*

ERĪCĀTĒS, pen.prop. Viri cuiuſdam Lycaonij nomen, à Meſſapo Turni comite interfecti, *vt Virgilio placet*, 10. *Æneid.* Cædicus Alcathoum obtruncat, Sacrator Hydaſpem: Meſſapus Cloniúmque Lycaoniúmque Ericatem. Interpretari poteſt, ira confractus. ἔρις ira: ἀγνύω, infringo.

ERICEA, ἐρίκεια. Vicus Athenis in tribu Ægide. *Steph.*

ERĪCĒS, es, vel Erica, æ, {ἔρεικη. ANGL. *Heath to make broomes on.*} Frutex eſt non multum à myrice differens, colore rorismarini, & folio non admodum diſſimili. Flores emittit Autumni tempore, quum reliquæ omnes herbæ, & virgulta defloruerunt, quare ab apib. præ florũ aliorum inopia, maximè appetuntur: ſitque ex iis mel quod ericæum vocatur, ſylueſtrem, & minimè probatum ſaporem referens. *Autor Plin.lib.24.c.9. & lib.11.c.16.*

ERĪCHTHEVS, ἐριχθεύς, Nomen proprium fuit Athenarum regis, quem Minerea è rure vbi natus erat, ſuſcepit, educauit, & Athenièſi populo pro rege tradidit. Ab eo Athenæ Erichtheæ dictæ ſunt. *Virg.in Ciri:* Qualis Erichtheis olim portatur Athenis.

ERĪCHTHŌNĬVS, ἐριχθόνιος, Qui etiam Erichtheus dictus eſt, Athenienſium Rex, fuit ex ſemine Vulcani in terram proiecto editus. Vnde & nomen habet, ἀπὸ τῆς ἔριδος, ἡ χθονός, id eſt, ex certamine, atq; humo. Nam quum Vulcanus diis arma feciſſet, eíque Iupiter opinionem deciſſet præmij quod vellet poſtulandi, iuraſſérque per infernam paludem ſe nihil negaturum: tum illæ Mineruæ nuptias poſtulauit, quas quum Iupiter iuramento obſtrictus, ei negare non poſſet, Minerua tamẽ monuit repugnare, pudicitiámque defendere. Tum in illa luctatione Vulcanum in terram profudiſſe aiunt ſemen, atque inde editum fuiſſe puerum draconum pedibus nomine Erichthonium: qui quum adoleuiſſet, vt pedum deformitatem tegeret, primus currus vſum adinuenit. [*Ouid.Eleg.1.lib.2.Triſt.* Natum de crimine virgo Suſtulerit quare mœret Erichthonium.] Hanc fabulam refert *Seruius in illud Virgil.Georg.* Primus Erichthonius currus, & quatuor auſus Iungere equos, rapidíſque rotis inſiſtere victor. Ab eo populus Athenièſis Eri-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

sis Erichthonius dictus est.[¶Erichthonius Dardani filius, pater Troïs. *Ouid.4.Fast.*

ERICHTHŌ, ἐρεχθώ, Mulieris Thessalæ nomen est *apud Lucanum lib.6.* multitudine veneficiorum famosæ. Eo nomine vsus est *Ouid.in Epist.Sapphûs*, pro Furiæ cuiusdam infernalis nomine. Illuc (*inquit Sappho*) mētis inops, vt quam furialis Erichtho Impulit, in collo crine iacente, feror.

ERICIS portus. *Ptolem.* Liguriæ oppidum: *Plinio* Delphini portus.

ERĪDĂNVS, pen.corr. ἠριδανός. Vulgò *Po*: Italiæ fluuius in Vesulo monte nascens, & per agrum Gallicum in mare Adriaticum influens. Hodie notiore nomine Padus appellatur. Eridanum autem dictum volunt ab Eridano Apollinis & Clymenes filio, qui à luce illius incendij quod bonam terrarum partem excussit Phaethon cognominatus est. Hunc poetæ fabulantur, quum paternum currum regendum suscepisset, aurigandique imperitia orbem terrarum in discrimen adduceret, à Ioue fulmine ictum in Padum fluuium decidisse, eique Eridano nomen fecisse *Virg.* quòd Italicorum omnium maximus sit, regem fluuiorum appellat. ¶ Est item Eridanus cœleste signum Arieti proximum. *Cicc.ex Arato.* Nanque etiam Eridanum cernes in parte locaximum. *Cicc.ex Arato.* Nanque etiam Eridanum cernes in parte locarum Cæli.

ERĪGĔRŌN, penultima córrepta. {ἠρίγερον. GAL. Seneçon. ITALIC. *Cardoncello, Spelicitisa.* GERMAN. Creutzwurtz oder grind kraut. HISPAN. *Bon varon.* ANG. *Groundsell.*} Herba est cauliculis subrubicundis, specie & mollitia, trissaginem referens: ita dicta quòd Vere canescat, quàm citissimè in albam quandam lanuginem abeat. Sonat enim erigeron Latinè Vernum senem. Vnde etiam hodie nonnulli senecionem vocant.

ERĪGONE, ἠριγόνη, Icarii filia fuit, *teste Hygino*, quæ ex dolore paternæ necis quem rustici temulenti occiderant, se ipsam suspendit, deorumque miseratione in cælum translata, Virginis nomen obtinuit. *Virg.2.Geor.* Qua locus Erigonen inter, Chelásque sequentes Pandita. *Virg.2.Geor.*

ERĪGŌNĒĬVS, adiectiuum, ἠριγονήϊος: vt Canis Erigoneius, *apud Ouid.lib.5. Fast.* Nocte sequente diem Canis Erigoneius exit. Id est, oritur Canis sydus cœleste. Vide Hyginum. Et canis erigones vocabatur Chimæra. Porrò quum eius vmbra regionem illam infestaret, ad iram mitigandam imagunculas ex cera confectas arboribus appenderunt, quod in Bacchi sacrificiis fieri consuetum est. Vnde *Virg.lib.2. Georg.* tibique Oscilla ex alta suspendunt mollia pinu.

ERĪGO, is, erexi, erectum, ere, Ab è & rego compositum, Elcuo, attollo, extollo, excito. {הקים *hekim.* αἴρω, αἰορθόω, ὦ. GALL. Esleuer, hausser, dresser. IT. *Drizzare, inalzare* GERM. Auffrichten. HIS. *Alçar.* ANG. *To raise vp, to lift vp, to aduance.*} *Cic.pro Rosc.Amer.* Quem simul atque attigi, statim homo se erexit: *Idem 1.de Legibus.* Nam quum cæteras animantes abiecisset ad pastum, solum hominem erexit, & ad cœli quasi cognationis, domicilique pristini conspectum excitauit. [Erigere manum, pro pugnare. *Quint.* ¶ Item, Erigor, passiuum: *Ouid.13. Metam.* Erigor (animo) & trepidos ciues exhortor in hostes.] ¶ Per translationem accipitur pro consolari & subleuare. *Cic.pro lege Manil.* Diffidentémque rebus suis confirmauit, afflictum erexit, perditúmque recreauit. *Erigere ad spem, & in spem. Cic.pro Domo sua,* Ciuitatémque fractam malis, mutam, debilitatam, abiectam metu, ad aliquam spem libertatis & pristinæ dignitatis erexit. Sic *3.Phili.Liu.* 10. *bel.Pun.* Is honoribus mollitus regis animus, erectúsque in spem propinquam sublato Syphace. *Sic 3.ad Vrbe,* Agratij se in spem libertatis erexerant. *Aliquem erigere, Ad diuitias & honores extollere. Ouid. ad Pison.* Mecœnas tragico quatientem pulpita cæstu Erexit Varum. * Patriam erigere, id est, Celebrem reddere. *Claud.8.Pan.* Scilicet illa tui patriam præcepta Platonis Erexêre magis, quàm, &c. *In digitos erigi. Quint.lib.2 c 3.* Vt statura breues in digitos eriguntur, & plura infirmi minantur.

ERĔCTŬS, part. {מוקם *mukám.* ἀορθωθείς, ἀνυψωθείς. GALLIC. Esleué, dressé. ITAL. *Erto, diritzato.* GERM. Auffgericht. HISPA. *Leuantado, inhestado.* ANGL. *Raised vp, lifted vp right.*} *Cic.* Ego vos ardentes & erectos ad libertatem recuperandam adhortabor. *Idem ad Brut.* Erectior senatus erat non sententiis solùm nostris, sed cohortationibus excitatus.

ERIMANTVS, quí lites disseminando diuinat, ἔρις, lis, μάντις, diuinus. *Iuuen.* Aut Dysphilus, aut Erimantus.

ERIMVM, ἔρημον. Vrbs Oenotrorum in mediterraneis. *Steph.*

ERĪNĔŌS, ἐρινεός. Locus asper sub Ilii mœnibus à caprificorum, quos Græci ἐρινεὸς appellant, multitudine dictus. Meminit huius loci Andromache, *apud Hom.Iliad.*

ERINEVM, ἐρινεὸς, Vrbs in Doride à caprifico dicta, *vt autor est Strab.* ἐρινεὸς, *Steph.* vrbs Dorien sium sub Parnasso, dicitur etiam, ἐρινεός. Est & alia Italiæ, & Achaiæ.

ERĪNNĂ, ἔρινα, Nomen poëtriæ: ex Teno vrbe Laconica, quæ floruit circa Olympiadem centesimam septimam.

ERĪNNYS, ἔρινυς, Vna Furiarum: ita dicta, ἀπὸ τῆς ἔρριψεν τὸν νοῦν, hoc est, à corrumpenda mente. *Virgil.1. Æneid.* quò tristis Erinnys, Quò fremitus vocat. ¶ Erinnys ex tragœdia, Ἐρινὺς ἐκ τραγῳδίας: De fœdis aniculis, quales exibant è scena, repræsentantes Erinnyn. *Ex Aristop. Pluto.*

ERIONIA, ἠριονία, Regio circa Sardes quæ & Asia. *Steph.*

ERĪŌXŸLŎN, pen.pro. ἐριόξυλον, Lana est quæ ab arboribus producitur. *Vlp.Si cui lana ff.De leg.3.* Lana (*inquit*) legata, etiam leporinam lanam & anserinam, & caprinam credo contineri: & de ligno, quam Græci ἐριόξυλον, hoc est, lineam lanam appellant.

ERIPHIA, Veneficæ & fascinatricis cuiusdam nomen fuit, *de qua vide Erasmum in Adagiis.*

ERĪPHIA, ἐριφία, Herba est septem lanuginosis ramulis apii modo foliata purpureo flore, & eo quidem perenni, semine fabaceo, totidem radiculis quot ramis. Hanc magi prodidêre in auenas carabeum habere, sursum deorsúmque decurrentem cum sono hœdi: vnde & nomen accepit. *Vide Plin.lib.24.c.18.*

ERĪPHŸLĒ, es, vel Eriphyla, æ, penult. product. ἐριφύλη, Nomen vxoris Amphiarai, & sororis Adrasti: quæ accepto à Polynice aureo monili, maritum latentem, ne ad bellum Thebanum vbi se moriturum sciebat, proficisci cogeretur, Polynici prodidit. *Virgil.6. Æneid.* His Phædram, Procrínque locis, mœstámque Eriphylen. *Cic.6.Verr.* Eriphylam accepimus in fabulis ea fuisse cupiditate, vt quum vidisset monile ex auro, vt opinor, & gemmis, pulchritudine eius incensa, salutem viti proderet. *Iuuen. Satyr. 6.* Occurrunt multæ tibi Belides, atque Eriphylæ.

ERĪPHŸS, ἔριφος, Insula vna ex Æoliis. *Strab.lib.6.*

ERĪPIO, pis, pen.cor. Vi tollo: &, *vt ait Pomponius Iurisconsultus,* aufero, adimo, extorqueo. {מלט *millit* חצל *hitsil.* ἁρπάζω, ἁρπαγήν. GAL. Rauir, oster par force. ITA. *Rapire, torre per forza.* GER. Zuſshin reiſſen, mit gwalt auß den henden zucken. HISP. *Arrebatar.* ANG. *To snatch and pluck away by force.*} *Ter.in Heau.* Crucior bolum tantum mihi ereptum, tàm subitò de faucibus. Duplicem omnino habet constructionem. [Eripere se contumeliis. *Suet.in Neron.c.*48 Eripere æde Deam raptámque auferre per hostes. *Ouid.13.Met.* Eripiat me vobis supremus dies. *Suet.in Tib.c.*67. At postquam eripui eum ex hoste, fugit. *Ouid.13.Meta.* Eripe oculum isti, ab humero qui te tenet. *Plau.Men.sc. 2.a.5.* Libertatem hostilis eripuit manus. *Plaut.Capt.sc.2.a.3.* Pulmentum ei pridem eripuit miluius, *Plau. Aul.sc.1.a.2.* Eripui homines qui te ferebant sublimem. (i. Eripui te hominibus, qui homines te ferebant sublimem. (Ita Lambin. & Passerat. explicant hunc locum *Plæ. in Men.sc.8.a.5.* Accurro, téque eripio vi pugnando, in gratiis. *Plaut. Men sc 8.a.5.* Legibus eripere reum (i. è reorum numero.) Eripiet me vobis summus dies. *Idem in Tib.c.*67.] Interdum enim cum accusatiuo habet datiuum: & tunc ferè in malam partem accipitur, *vt Valla placet.*

¶ Aliquando verò cum accusatiuo habet ablatiuum, præcedente aliqua præpositione: & tunc sæpius in bonam partem accipitur, nonnunquam tamen etiam in malam. Sed hæc *Valla* differentia non est omnino vera. Nihil enim vsitatius est his locutionibus, Eripere aliquem morti, periculo, damno, dolis, & similibus, vbi certè quanuis ac cusatiuum habeat cum datiuo, in bonam tamen partem accipitur. *Virg.12. Æn.* Accelera, & fratrem, si quis modus, eripe morti. *Plin.in Epist.* Eripe me huic tormento. *Eripere simpliciter vsurpatum, pro De periculis eripere. Vir.3. Æn.* Hos Helenus scopulos, hæc saxa horrenda canebat, Eripite ò socij, paritéque insurgite remis. *Ereptus, a, um, Par. ἐξαρπασθείς. Cic.pro Rosc. Ame.* Ipse assiduitate, consilio, authoritate, diligētia perfecit, vt S. Roscij vita erepta de manib. sectorum, sententiis iudicum permitteretur. * Ereptus, mortuus. *Ouid. ad Liu.* Obuia turba ruit, lachrymísque rigantibus ora, Consulis erepti publica damna refert. *Sil.lib.1.* Erepto trepidus ductore exercitus. [Ereptus filius (marti exilio) *Senec.c.14.de Consol.ad Helu.* Ereptorum desiderio sumus iniquiores aduersus relicta. *Senec.cap.16. de Consol. ad Mart.* Erepti nobis ius habet illa loci. (illa sup. mens.) *Ouid.Eleg.2.li.4.Trist. Catull.ad Ortalum:* Troia Rhœteo quem subter littore tellus Ereptum nostris obterit ex oculis (de mortuo.) *Catullus ad Ortalum.*]

ERĪSĪCHTHŌN, ἐρισίχθων, Vir impius fuit in Thessalia, qui quum Cereri nemus consecratum, præcipuè verò quercum in qua Nympha quædam succidisset: irata Ceres famem ad eum misit, quæ toto exhausto patrimonio, eò coëgit etiam vt propria membra ipse absumeret. Huic erat filia puella præstanti forma, nomine Metra, quam vbi prostituisset, adulescentes qui commeabant ad illam, varia munera deferebant: alius equos, alius boues, alius verueces: nam id temporis nondum auri, argenti, gemmarúmve erat vsus. Porrò Thessali per iocum dicebant Metram Erisichthonis: verti in eo ea omnia, quæ illi ab amatoribus filiæ donabantur; Atque hinc prouerbium, Mutabilior Metra Erisichthonis, μεταβλητότερος μήτρας τῆς Ἐρισίχθονος. In eum congruit, qui secum non constat, sed subinde aliam atque aliam personam sumit. *Fabulam Erisichthonis tractat Ouid.lib. Metam.8.*

ERĪTHĂCVS, ci, {ἐρίθακος. ANG *Roben redbreſt.*} Auis est solitaria, formã & colorem mutans, cum nomine. Nam hyeme tantùm erithacus, æstate phœnicurus appellatur, à puniceo caudæ colore. *Autor Pli.lib.* 10 *c.29. Theodorus ex Arist.* rubeculam *vertit.*

ERĪTHĂLĒS, ἐριθαλὴς, Herba est semper virens, quæ alio nomine sedum, siue semperuiuum minus appellatur. *Vide Plin.lib.25.c.13.*

[Erithrotaones. *Sueton.in Cal g.cap 22.* (Aliàs, tetraones.)]

Eritius, *apud Cæsarem lib.3.de bell. ciu.* Cuius verba sunt apud Non. videtur fuisse munitionis genus, quum aut humi aut aliqua in materia tela palíve defigebantur non valdè remota à terra.]

ERĪVO, as, pen.prod. Riuis factis educo, euacuo. {ἐξυστερῶ. GAL. Espuiser & faire escouler par ruisseaux. ITALIC. *Scolare per condutti, vuotare.* GERM. Das wasſer in grãblinen hinauß richten. HIS. *Vaçiar las agua.* ANG. *To mak emptie and voyd by a riuer.*} *Plin.li.17.c.20.* Cæterùm maiore in parte orbis etiam pluuias Autumni aquas eriuari conuenit.

ERŌ, ήρώ, Puella formosissima ex Sesto Thraciæ vrbe, ad Hellespontum sita, & Veneris sacerdos: cuius mutuo amore correptus Leander Abydenus adolescens, noctu eius causa Hellespontum solebat traicere. Verùm quum aliquando nimio amatæ desiderio, mari tempestatibus agitato se commisisset, viribus destitutus, submersus est. Cuius cadauer quum fluctuum impulsu Sestum esset delatum, Ero doloris impatientia, ex editissima sese specula in mare præcipitauit. Musæus horum amores elegantissimo carmine exequitur.

ERŌDIVS, ἐρωδιός. *Homero,* Auis est quæ in coitu sanguinem exudat: vnde nomen impositum creditur. Quænam tamen auis sit, non satis conuenit inter scriptores. *Suidas* enim ciconiam putat esse, aut aliquam ciconiæ similem, putáque erodion dictam quasi elodiõ, quòd scilicet in paludibus versetur. *Augu.* fulicam esse credit, *Theodorus* ardeolam.

ERŌDO, is, ere, Rodo. {κατεσθίω, κατεσθίω. GAL. Ronger autour. ITA. *Rodere.* GER. Benagen. HIS. *Roer.* ANG. *To gnaw of.*} *Plin. lib.11.c.19.* Omnia verò morsu erodentes. *Col.lib.10.* Nec solum teneras audens erodere frondes. Erosus sale. *Plin.lib.12.c.9.*

ERŌSIADAE, ἐρωσιάδαι, Vicus in tribu Hippothoontide, *Steph.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Erogennetón, ἐρωγέννητον, Herba est sic dicta quòd amatoriis conueniat. γίνεσθω enim, & γεννῶ gigno & ἔρως amor dicitur.

[Erogito, as, are. *Plaut. Capt. sc. 1. a. 5.* Volo erogitare ex hoc quid factum filio.]

Erogo, as, penult. correp. Distribuo, & expendo. {חלק *chalák.* διαδίδωμι. GALLIC. Eslargir, distribuer, donner à celuy qui demande. ITA. *Distribuire, spiendere.* GERM. Außgäben/außspenden. HISP. *Distribuir y dar alguerue ga.* ANG. *To giue or bestowe, to spend, to laye out.* } *Plin. Epist.* 240. Deinde quam ipsi erogare in oleum soliti, parati sunt in operibus balinei conferre. Erogare pecunias ex ærario. *Cic. in Vatinium*, Vnde in eos sumptus pecunia erogaretur, *Liu. 1. ab Vrbe.* ¶ Inuenitur etiam exrogare, quod est (*vt Festus inquit*) ex lege vetere per nouam legem eximere.

Erogātus, pen. prod. particip. {נחלק *nechélak.* ἐνδοθείς, ἐξαναδοθείς. GAL. Distribué. ITAL. *Distribuito.* GER. Außgegeben/außgetheilt. HISP. *Distribuido.* ANG. *Spended, bestowed.*} Vt pecunia publica ex ærario erogata. *Cicer. 5. Verr.*

Erogito, as, pen. corr. {עתר *hathár.* πολλαπλασιάζω. GAL. Fort prier & souuent. ITALIC. *Pregare instantemente.* GER. Hefftig vnd trungenlich bitten. HISPAN. *Con instancia y muchas vezes preguntar.* ANGL. *To pray or requeste much or often.*} Vehementer rogo. *Plaut. Capt.* - interibi ego ex hac statua veruecea volo Erogitare meo minori quid sit factum filio.

Erogātio, verbale, Distributio. { מחלקת *machaloketh.* ἐνδοσις, ἔξανδος. GALL. Distribution, donaison, despense, largesse. ITAL. *Distributione, despensa.* GERMAN. Außgebung/außtheilung/außspendung. HISP. *Aquella distribution al que ruega.* ANG. *A geuing or besto wing.*} Vt erogatio pecuniæ. *Cic. ad Att. lib. 15. Plin. in Paneg.* Vt tot impendiis, tot erogationibus sola sufficiat. Atque hic in malum sumitur, *quemadmodum apud Suet.* Plerisque in locis, nempe pro largitionibus & profusionibus pecuniarum.

EROPIA, Insula, vna ex Cycladibus, aliter Acis: & postea Syphnus appellata.

EROPOLISTIDES, nomen *apud Plautum* quo significatur ob amorem vendita ἔρως, amor, πωλῶ vendo.

Erōs, {עגבה *thagbáh*, ἔρως. GAL. Amour. ITAL. *Amore.* GERMA. Liebe. HISP. *Amor.* AN. *Loue.*} Amor, Latinè. vnde erotica carmina, id est, amatoria. ¶ Fuit etiam nomen Comœdi, *huius meminit Cicero in Oratione pro Roscio Comœdo.*

Erōtēmă atis, Græca dictio, Latinè Interrogatio. {ἐρώτημα. GA. Interrogation. ITA. *Interrogatione.* GE. em frag. HI. *Pregunta de respuesta.* ANG. *An interrogation.*}

¶ Est item Erotema Aquilæ figura quædam, quam *Cicero* interrogatum vertit: qua vtimur, vbi exacerbando aliquid interrogamus vt exaugeamus rei inuidiam. Differtque à pysmate, hoc est, à quæsito, quòd ad erotema vna voce responderi possit negando vel confitendo: ad pysma verò nonnisi pluribus.

Erōtĭum, tij, ἐρώτιον, Mulierculæ nomen est *apud Plautum* per diminutionem à τὸ ἔρωτος, hoc est, ab amore detortum. ¶ Erotium item Græcis Cupidinis imagunculam significat.

Erōtȳlos, ἐρωτύλος, Gemma eadem quæ mepicoros, & hieromnemon dicitur: à Democrito præcipuè laudata in argumentis diuinationum. *Autor Plin. lib. 37. c. 10.*

Errō, erras, errare, Vagor, labor, erro re ducor, pecco, offendo. {תעה *taháh* נדד *nadhádh* נוד *nadh* שגה *schaghah.* σφάλλομαι, πλανῶμαι. GAL. Aller ça & là, s'esgarer, se fourvoyer. ITAL. *Errare, fallire.* GERMA. Jrren/oder jrr gehn. HISPAN. *Errar.* ANGLIC. *To stray abrode or, erre, to wander, to be deceiued.*} *Vir. 1. Æn.* Heus, inquit, iuuenes, monstrate, mearum Vidistis si quam hic errantem forte sororum. *Cic. 3. Tuscul. ex Homero,* Qui miser in campis mœrens errabat Acheis. [At non per dubias errant mea carmina laudes. *Tibull. lib. 4.* Ille per ignotas audax errauerit vrbes. Ibid. Ecastor erras, quæ illum expectes virum. *Plaut. Mostell. sc. 3. a. 1.* Errauerunt sæpe circa nos pericula. *Senec. cap. 11. de tranquill.* Ne erres, non rupturus sum. P*laut Capt. prolog.* Ne tu erres, præter hac mihi non facies moram. *Plaut. Mostell. sc. 1. a. 1.* Ne erretis, hæc duarum feret imaginem. *Plaut, Milit. sc. 1. a. 2.* Aduleſcens, erras. Quid erro? *Plaut Men sc. 7. a 5.* Eam sentio errare. *Plaut. Men sc. 2. a 3.* Errantes fertque refertque pedes. *Ouid. 6. Fast.* Sed tamen errabant etiam tunc tempora (de ordinatione anni) *Ouid. 3. Fast.* Protinus erratis lxti vescuntur in agris. Ibidem. Quò feror? Immensum est erratas dicere terras *Ouid. 4. Fast.* ¶ Erraturi postero die per eadem vestigia (discursando.) *Senec cap. 12. de Tranquill.*] ¶ Sed quoniam pecudes errando, id est, vagando pascuntur, errare ponitur pro pascere. *Virgil. 3. Eclog.* Mille meæ Siculis errant in montibus agnæ. [Erroris ego illos & dementiæ complebo. *Plaut. Amphitr.* Reduxit me ex errore in viam (suo viatico.) *Metaph. Plaut. Pseud. sc. 3. a. 2.* Qui me deceperit error, dicere. *Ouid. Eleg. 7. libr. 1. Trist.* Principiúmque mei criminis error habet. *Ouid. Eleg. 6.* Nec tamen errori vita negata meo est. *Ouid. Eleg. 8. libr. 4. Trist.* Mihi longis erroribus acto. *Ouid. Eleg. vlt. lib. 4. Trist.*] ¶ Errare aliquando est putare, vel approbare verum esse quod falsum est, vel falsum esse quod verum est: vel certum pro incerto, siue falsum, siue verum sit, σφάλλομαι, πλανῶμαι. Vnde sciendum quòd licet quis absque ignorantia errare nequeat, non continuò qui aliquid nescit, errare: sed qui se existimat scire quod nescit, & falsum pro vero, siue incertum pro certo approbat. Quæ tamen significatio metaphorica est. *Cic. 12. Philipp.* Cuiusuis est hominis errare, nullius nisi insipientis perseuerare in errore. *Idem 5. Verr.* Erravit, an potiùs insaniuit Apronius? *Terent. Andr.* Huic, non tibi habeo, ne erres. *Idem in Eunuch.* Quid tu his rebus credis fieri? tota erras via. * Errātur, Pass. *Cic. 4. de Finib.* Si aut res ignoratur, aut erratur in nomine. *Hinc Erratus, a, um, Particip. pass. *Virgil. 3. Æneid.* Talia monstrabat relegens errata retrorsum Littora Achæmenides. *Ouid. 3. Fast.* Protinus erratis lxti vescuntur in agris. Id est, quos errando lustrauerant. ¶ Cōposita sunt Aberro, Deerro, Oberro, Pererro, Exerro: *quorum significata vide suis locis.*

Errŏr, ris, *vt scribit D. Augustinus in Ench.* est existimatio, vel approbatio veri pro falso, & certi pro incerto, vel è conuerso. {נדוד *nedhúdh* שלו *schalú* משגה *mischgháh.* πλάνη. GALLICE, Erreur, esgarement, fourvoyement, faute faite par ignorance. ITAL. *Errore, fallo.* GERMAN. Jrthumb/fehl. HISP. *Errada.* ANG. *An errour, a straying abrode.* } *Cic. 1. Acad.* Omnes enim qui ad illa arma fato sumus nescio quo Reipub. misero, funestóque compulsi: etsi aliqua culpa tenemur erroris humani, à scelere certè liberati sumus. *Horat. in art.* Quid deceat, quid non? quò virtus, quò ferat error. ¶ Proprie autem error est deflectio à via, quum scilicet viæ ignari, extra iter instituturum deflectimus. ¶ Inter errorem & errationem hoc interesse Donatus existimat, quòd error animi sit: erratio, pedum, σφάλμα. *Ter. in Adelph.* Sanè hâc multò propiùs ibis, & minor est erratio, id est, minus est spatii quo erres. *Cic. de Vniuers.* Itaque eum ab omni erratione liberauit.

Errābūndŭs, di, Assatim vel valdè errans, vagabundus. {נדד *nodhédh* נד *nádh.* πλανώμενος, πλάνος ὤν. GALL. Vagabond, qui va errant çà & là. ITAL. *Errabondo, vagando.* GERM. Jrrend/ombschweiffend. HISPAN. *Vagabondo, erradizo.* ANGL. *That wandreth muche, a vacabond.*} *Liu. 1. ab vrbe,* Quum nunc in liminib, starent, nunc errabundi domos suas, vtrùm illas visuri, peruagarentur. *Virg. 6. Ecl.* Si quà forte ferant oculis sese obuia nostris Errabunda bouis vestigia. [*Vide Gellium cap. 15. lib. 11.*]

Errāticŭs, tica, cum, Vagabundus, qui scilicet certa sede carens, errat & vagatur. {נדד *nodhédh* נד *nadh.* πλανητικός. GALL. Errant, vagant çà & là. ITA. *Erratico, errante.* GER. Vmbschweiffig. HISP. *Erradizo.* ANG. *That wandreth or strayeth much.*} *Gell. libro 2. cap. secundo,* Interibi aliquot ex iis qui aderant, erraticum esse hominem dicere, & nullius rei, incolámque sordentium ganearum. Hinc etiam herbæ erraticæ, & frutices erratici dicuntur qui non sunt satiui, sed vbique sua sponte latè serpunt. *Plin. lib. 19. c. 8.* Est & erraticum intubum quod in Ægypto cichorium vocant. Sic Erratica brassica *apud Colum.* [Erraticæ stellæ, *Gell. cap. 10. lib. 3 & cap. 1. lib. 14.*]

Errātum, ti, Peccatum. {שלו שגם *schalú aschám.* σφάλμα, πλάσμα. GALL. Faute promptement prouenue par ignorance. ITA. *Error, peccato.* GER. Ein sund/fehl HIS. *Y erro, y error.* AN. *A fault comming of ignorance.*} *Cic. Tironi.* Tantum mihi dolorem cruciatúmque attulerunt errata meæ ætatis, vt non solum animus à factis, sed aures quoque à commemoratione abhorreant. *Idem 2. de lege Agrar.* Cui errato nulla venia, rectè facto exigua laus.

Errātĭo, verb. Error, {נדוד מנוד *menód nedúdh.* τὸ πλανᾶσθαι, τὸ πλάνησις. GA. Fourvoyement, esgarement. ITALIC. *Esso errare.* GERMAN. Jrthumb/mistritt. HISP *Obra de errar.* ANG. *A wandring, a straying abrode.*} *Terent. Adelph.* Sanè hâc multò propiùs ibis, & minor est erratio. *Cic. 2. de Nat. deor.* Nulla igitur in cælo nec fortuna, nec temeritas, nec erratio, nec vanitas inest: contráque omnis ordo, veritas, ratio, constantia, *Idem de Vniuers.*

*Errantia, æ, Idem. *Accius Neoptolemo,* Satis iam dictum est, neque ego errantia animi prauè morigerabor. *Nonius.* Antiquum.

Errōnēs, Qui incertis sedibus vagantur. {נדום *nadhim.* πλανῆται, ἀστερόφυτοι, ἀλήται. GALLIC. Vagabonds, errans. ITA. *Vagabondi, vaghi, erranti.* GERMAN. Vmbschweiffer/vaganten. HIS. *Vagabundos, erradizos.* AN. *Vagabondes.*} *Tibullus,* Atque iterum erronem sub tua signa voca. *Sappho apud Ouid. in Epist.* Nec vos erronem telluri admittite nostrum. *Vlpiano,* Errones appellantur ferui qui non quidem fugiunt, sed frequenter sine causa vagantur, & tempore in res nugatorias consumpto, serius ad dominum redeunt. [Errones, stellæ erraticæ dicuntur *Gell. cap. 10. lib. 3. & cap. 1. lib. 14.*]

Errōnĕus, Qui vagatur, erro. {נדד *nodhédh* נד *nadh.* πλανητὸς, πλάνης. GALLIC, Vagabond. ITALIC. *Vagabondo.* GERMAN. Vmbschweiffer. HISPA. *Vagabundo.* ANGL. *A vagabond.*} *Colum. lib. 7. ca. 12.* Maxime autem debent in custodia vigilaces conspici, nec erronei, sed assidui & circumspecti magis quàm temerarij. De canibus loquitur *Vlpian. in L. adiles, de Ædilit. edict.* Si aleator erroneus vel vinarius sit factus.

Errŭbĕsco, scis, Propriè significat rubore suffundor, rubeo. {בוש *bosch* חפר *chaphár.* ἐρυθριάω. GA. Rougir de honte, auoir honte & vergongne. ITA. *Arrescire.* GER. Scham roht werden. HISP. *Ennergonçarce.* AN. *To blushe or be ashamed.*} *Ouid. 2. Amor. Eleg. 6.* Sensit te totis erubuisse genis. [*Idem Eleg. 1. lib. 3. Trist.* Erubui domino cultior esse meo.] ¶ Et quia quos alicuius rei pudet, ferè rubore suffunduntur, factum est vt erubescere accipiatur pro pudore suffundi. *Cic. 1. de Legib.* Erubescunt pudici etiam loqui de pudicitia.

Errūcă, cæ, penultima prod. Genus vermis qui in olerum folia repit, aboritque præsertim brassicas. {גזם *ghazám.* κάμπη. GAL. Chenille, chatepeleuse. ITAL. *Ruga verme.* GERM. Ein raup/graßwurm, HISP. *La oruga gusano.* ANG. *A canker, a worme that commonely eateth colewortes.*} Vnde etiam ab erodendo eruca appellata est. *Columel. libro 11.* Vbi verò apricis regionibus, post pluuias, noxia incesserunt animalia, quæ à nobis appellantur Eruceæ, Græcè autem κάμπαι nominantur, vel manu colligi debent, vel matutinis temporibus frutices olerum concuti. Sic enim adhuc torpent nocturno frigore, si decciderint, non amplius in superiorem partem prorepunt. ¶ Est etiam herba quædam virtutis calidæ, quæ venerem excitat. {ἄζωμον. GAL. Herbe nommee Roquette. IT. *Ruchetta.* HISP. *Oruga yerua.*} *Ouidius de Remedio amo.* Nec minùs erucas iubeo vitare falaces. *Colum lib. 10.* Excitet vt veneri tardos eruca maritos.

Errūcto, as, est frequentatiuum verbi erugo, is. {חביץ *hibbiaẽ.* ἐρεύγω. GALL. Rotter, jetter & mettre hors. ITAL. *Ruttare, ruteggiare.* GERM. Herauß görbsen. HISPAN. *Echar regoldando.* ANGL. *To bealhe or breake vynde out of the stomache, to cast out.*} Erugere enim (*vt Festus docet*) semel factum significat, eructare, sæpius. Est autem eructare, ructando aliquid eiicere. Horum omnium primitiuum est vetus verbum rugo, is, ruxi, ructum. Vnde fit ructus, huius ructus, quod crudi stomachi sonitum significat, quem edere solent qui plus æquo onerarunt ventriculum. ἐρεύγω. Item Ructo, ctas, quod est sonitum eiusmodi edere. ἐρεύγω. *Iuuenal.* Si benè ructauit, si rectè minxit amicus.

¶ Pro eodem etiam nonnunquam inuenimus Ructor deponens. *Horat.* Hic dum sublimes versus ructatur. ¶ Hinc rursus fit secundum frequentatiuum ructito. *Colu. lib. 7.* Gemitus exprimit, locóque stare non

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

non patitur : sæpe decumbere & ructitare cœpit, caudámque crebriùs agere. ¶Eructare autem propriè (vt iam diximus) significat ructando aliquid emittere, vel eiicere. *Virg. 3. Æneid.* de Polyphemo, Saniem eructans, ac frusta cruento Per somnum commista mero. ¶Per translationem tamen accipitur pro quouis modo eiicere. *Virg. 6. Æneid.* de Acheronte, vastáque voragine gurges Æstuat, atque omnem Cocyto eructat arenam. ¶A ructo fit etiam alterum compositum irructo.

Ērūctātĭo, ἐρυγή vel ἐρεύγμος. *Iulius Firmicus libro 4. Matheſ.* Quos intrinsecus dolor collectus assidua eructatione discruciat.

[Eructus, a, um, *Gell. cap. 7. lib.* 11. Furfureum panem eſitare, vinum eructum & fœtidum potare, (i. fæcem vini. GALLIC. Les lies ou baſſieres du vin.)]

Ērŭdĕro, as, pen. cor. Ruderibus expurgo. {מקל *ſikkél.* ἐξερεπτόω. GALL. Nettoyer de toutes pierres, plaſtrats & autres matieres de vieux edifices. ITA. *Purgare, nettare vn campo di pietre & altre lordure.* GERM. Seuberen vom dem vnrath vnnd gemuſel ſo ein alt zerbrochen gemeur gibt/als ſtein/kalch/&c. HISP. *Limpiar la vaſſara ò p. ço, deſpedregar.* ANGLIC. *To tak away rubbell or rubbish of auld houſes.*} Sunt autem rudera, purgamenta, putà, cæmentum, lapides confracti, arena, calx, & huiuſmodi ex ruinis congeſta. Hinc ruderatur ager, qui veterum ædificiorum materiâ ſcatet. Eruderare itaque eſt purgare, & rudera eiicere. *Varr. 2. de Re ruſt. c. 2.* Solum oportet eſſe eruderatum, & procliuum, vt euerri facilè poſſit.

Ērŭdĭo, is, pen. cor. Ex rudi decoctũ facio, doceo, inſtituo, expolio, imbuo. {למד *limmádh* אלף *illéph* השכיל *hiſchchíl* יסר *jaſár.* σοφιζω, παιδεύω. GALLIC. Enſeigner, endoctriner, inſtruire. ITA. *Ammaeſtrare, inſtruire.* GERM. Vnderweiſen/lehren. HISP. *Enſeñar doctrina.* ANG. *To teach, to inſtruct.*} *Cic. 1. Tuſc.* Philoſophia verò omnium mater artium quid eſt aliud niſi vt Plato ait donum: vt ego inuentũ deorũ? Hæc nos primùm ad illorum cultum, deinde ad ius hominum, quod ſitum eſt in generis humani ſocietate, tum ad modeſtiam, magnitudinémque animi eruduit. [*Ouid. Eleg. 1. lib. 2. Triſt.* Romanas eruditúmque nurus, (i. amare docent.) *Idem 3. Faſt.* Illa etiam ſtantes radio percurrere telas Erudit (i. docet.)]

Ērŭdītĭo, Doctrina, inſtitutio. {אלוח *lekách* παίδευσις, παιδεία. GALLIC. Erudition, ſauoir, inſtruction, enſeignement. ITA. *Dottrina, ſcienza.* GER. Gelehrheit. HISPAN. *Enſeñança de doctrina.* ANC. *Eruditon, cunning.*} *Cic. 1. de Finib.* Nullam eruditionem eſſe duxit, niſi quæ beatæ vitæ diſciplinam iuuaret. *Idem 1. Acad.* Sine eruditione Græca intelligi non poſſunt. *Idem 2. de Orat.* Omnis eruditionis expers, atq; ignarus.

Ērŭdītŭs, particip. Edoctus, inſtitutus. {מלמד *melummádh.* πεπαιδευμένος, κεκπημένος. GALLIC. Appris, ſçauant, endoctriné, inſtruict. ITALICE, *Ammaeſtrato.* GERMANIC. Gelehrt. HISPANIC. *Enſeñado en doctrina.* ANGL. *Inſtructed, taught.*} *Cic. Qu. Fratri, lib. 1.* Sic verò fallaces ſunt permulti, & lenes, & diuturna ſeruitute ad nimiam aſſentationem eruditi. *Idem 3. de Orat.* Nonne Socraticis erant diſputationibus eruditi? [¶*Gell. cap. 21. lib. 2.* Græcas res eruditi.]

Ērŭdītŭlus, nomen, Doctus, ſciens, literatus. {למוד *limmúdh.* πεπαιδευμένος, σοφιστής. ANG. *Learned cunning.*} vt, Erudita operatio, id eſt, ſciẽ facta. *Plin. lib. 11. c. 24.* Tertium araneorum genus erudita operatione conſpicuum. Diſciplina iuris ciuilis eruditiſſimus, *Cic. 1 de Orat. Columel. libro 8. capite 16.* Doctáque & erudita palata faſtidire docuit fluuialem lupum. *Quintil. lib. 1. cap. 5.* Hoc eruditiùs quæritur. *Vide doctus in* DOCEO.

Ērŭdītè, & Eruditiùs adverbia. {AN. *Learndnedly, cuningly.*} *Columella Agriculturæ libro primo cap. 1.* Duo volumina ſimilium præceptorum de vineis Iulius Græcinus conſcripta facetiùs & eruditiùs poſteritati tradenda curauit.

Ērŭdītŭlŭs, li, diminutiuum. {ANG. *Some what learned, a litle ſmat terer in learning.*} *Catull. in Mamurra & Caſ.* Morboſi pariter, gemelli vtrique Vno in lectulo, erudituli ambo.

Ērūgo, as, pen. prod. are, Cutem extendo, & rugas tollo. {ἐκρυσιόω. GALL. Oſter & faire en aller les plis & rides. ITALIC. *Diſtendere, leuar via le grinze.* GERM. Die runtzlen vertreyben. HISPA. *Deſarrugar, quitar arugas.* ANG. *To tak away wrinckles.*} *Plin. lib. 21. cap. 19.* Lichenas, & lepras, & furfures in facie emendant: etugant corpora.

Ērūgātĭo, verbale, *quo vſus eſt Plinius libro 28. cap. 21.* {ἐκρυσιωσις. GALL. Deſtidement, oſtement de rides. ITAL. *Eſſo cacciare la rugine* GER. Vertreybung der runtzlen oder rumpfen. HISPANIC. *Obra de deſarrugar y quitar las arrugas, deſarrugamiento.* ANG. *A taking away of wrinkles.*}

Ērŭĭ̆na, æ, Genus eſt leguminis, folio quàm faba longiore, flore apib. gratiſſimo: ideo rei ruſticæ ſcriptores circa aluearia ſeri præcipiunt, ὄχρος. *Colum. lib. 1.* Saſerna putat agros ſtercorari lupino, faba, vicia, eruilia.

Ērŭmpo, is, Cum impetu egredior, eruptionem facio. {בקע *bilkéach* פרץ *paráts.* ἐκρήγω. GAL. Saillir, & ſortir auec violence & impetuoſité, faire vne ſaillie. ITAL. *Vſcire fuori con empito.* GERM. Auß hin brachen/auſſhin fallen. HISP. *Sallir con impetu.* ANG. *To bruſt out or to break out with force.*} *Caſ. 1. bell. Ciuil.* Quo paratiores eſſent ad inſequendum omnes, ſiue noctu ſiue interdiu erumperent. [*Caſar 2. de bell ciuil.* Si ſe foras erumpunt In eas (naues) doloris iracundia. *Caſ. 3. de bell. ciu.* Per obſtantia erumpit lumen dicendi. *Quintilian.*] *Cic. 1. in Catilinam*, Sed neſcio quo pacto omnium ſcelerum, ac veteris furoris, & audaciæ maturitas in noſtri conſulatus tempus erupit. * Erumpere ad pugnam, *Colum. lib. 9 cap. 4. De Apibus.* * Erumpere aliquo. *Ouid. in Ibin,* Stygiis erumpere nitar ab oris. * Erumpere ex. *Cic. pro Seſtio,* Coniuratio ex latebris atque ex tenebris erupit. * Erumpet in neruum iſthæc fortitudo. *Terent. Phorm.* O vir fortis atque amicus : verùm hoc ſæpe Phormio Vereor, ne iſthæc fortitudo in neruum erumpat. *Vbi Donatus,* Ex conſuetudine Romana dixit quia ſæpe in neruum coniicebantur ex aliquo maleficio in carcerem miſſi. An prouerbium à ſagittariis natum eſt, quod immoderatè plenumque vires, adducendo arcu non telum incisent, ſed neruũ rũpant? an ex eo quòd ſæpe fortius ferientes, neruum ſibi aliquem lædant? Ergo fortitudine nimia ſæpe vinci, ſæpe decipi contingit. Inuenitur interdum actiuè poſitum cum accuſatiuo à tergo. *Terent. in Eunucho,* Iámne erumpere hoc licet mihi gaudium?

Ērŭptĭo, verbale, quæ propriè dicitur cùm milites ex vrbe vel ex caſtris impetum in hoſtes faciunt. {פרץ *peréts.* ἐκρηγμα, ἐκβολή. GAL. Saillie ou ſortie auec impetuoſité. ITA. *Lo aſſalire con empito.* GERM. Ein außbruch/das außſhin fallen. HIS. *Aquella obra de ſalir con impetu.* ANG. *A bruſting or breaking out.*} *Cæſar 2. bell. Ciuil.* Non ſolùm ab eruptionibus caueant, ſed etiam ſingulorum hominum occultos exitus obſeruent. [*Quintilian.* Velut eruptione pugnare.]

Ērūnco, as, Herbas noxias & ſpinas, frutetáque euello. {ἐκβοτανίζω. GAL. Sarcler, arracher les herbes inutiles qui croiſſent en quelque champ parmi les bonnes. ITAL. *Purgare, ò tirar via l'herbe.* GER. Außreuten. HISP. *Roçar ò arrancar las yeruas.* ANGL. *To weede or pluk vp wee des.*} Antiqui enim, *teſte Feſto*, runcam dicebant quæ deinde runcina cœpit vocari, hoc eſt, inſtrumentum ferratum quo radices ſpinæque in agris ſolent excindi. Hinc verbum runcare, & compoſitum eruncare.

Ērŭo, is, eiicio, extraho. {חצל *hitſil* חלץ *chillés.* ἐξερύω, ἐξαιρέω. GAL. Tirer hors, arracher de parmi, demolir. ITA. *Cauare, tirare.* GERMA. Außreiſſen/außziehen/herfurziehen. HIS. *Socar à fuera lo eſcondido.* AN. *To drow out with force by the rootes.*} *Col. lib. 7. c. 5.* Subluuies & intertrigo pice per ſe liquida, vel alumine & ſulphure atq; aceto miſtis ritè eruentur. *Plin. lib. 11. c. 37.* Certè nulli ſine redundantia eius eruitur oculus. [*Senec.* Eruentur tibi oculi. ¶Eruere aliquem in eloquentiam & libertatem. (i. eius ſcripta edere.) *Senec. c. 1. de Conſol. ad Mart. & Sueton. cap. 9.* Eadem illa carmina ſacerdos Iouis Cluniæ ex penetrali ſomnio monitus eruerat.] ¶Interdum eſt interimere. *Lactant. lib. 7.* Eruentur funditùs ciuitates. *Virg. 2. Æn.* Troianas vt opes, & lamentabile regnum Eruerint Danai. ¶Eſt etiam eruere, perſcrutando inuenire, & veluti ex abditiſſimis latebris in lucem proferre. *Cic. pro Murena.* Ex animalium vetuſtate eruenda eſt memoria nobilitatis tuæ. *Sic idem 2. de Orat. dixit,* Cura & cogitatione aliquid eruere: hoc eſt, inueſtigare & inuenire. *Idem 2. Tuſc.* Si verò ſcrutari vetera, & iis ea quæ ſcriptores Græciæ prodiderunt, eruere coner, &c.

Ērŭum, {ἔρεβος GAL. Ers. ITA. *Mocho.* GER. Roßwicke. HISP. *Ieruos, hiergos, ciçylaon, euill aquæ.*} Genus leguminis, ſiliqua cylindracea, fructu lignoſo, nec lenticulæ diſſimili: cuius duo ſunt genera, alterum candidum, alterum rufum. Candidum dulcedine præſtat. Vtrunq; in ſiliquis grana ſine ſepto habet, quæ ſe inuicem ipſa tangant. Siliquæ forma teres, & ad rationem grani cylindracea. Patientiſſimum vetuſtatis eſt: in eo tamen phalangium innaſcitur. *Columel.* Eruum lætatur loco macro, nec humido: quia plerunque corrumpitur. *Virgil. 1. Eclog.* Eheu quàm pingui macer eſt mihi taurus in eruo. [*Plaut. Moſt. ſc. 1. a. 1.* Eruum datur in eſtis bubus quod feram. *Ibid.* Eruum tibi cras aliquis feret.] Dictum eruum ab eruendo: capitur enim & manu vellitur. Hoc ſemen à Delphinatibus, apud quos abundat, illorum lingua vocatur. *Des erç.*

ĔrўcŭS, ἔρυξ, *à Cicer. 4. Verrina* appellatur Siciliæ mons quem Strabo & alij Erycem vocant. Non enim (*inquit*) Quæſtor petit (vt eſt conſuetudo) is qui Erycum montem obtinebat. *Et paulò pòſt in eadem actione:* Hoc de homine, ac de huius bonis etiam in Eryco monte monumentum poſuiſti. *Vide plura in dictione* ERYX.

ĕrўcīnă, æ, Ἐρυκίνη, Veneris cognomentum eſt ab Eryco Siciliæ monte, in quo religioſiſſimè colebatur. *Ouid. 2. Amorum,* Quid geminas Erycinæ meos ſine fine dolores? *Vide Cic. in Diuin. in Verrem.*

Erygion, Aloe, *Dioſcor. lib. 3. cap. 4.*

ĕrўmănthўs, Ἐρύμανθος, Mons Arcadiæ, in quo aprum agrorum vaſtatorem Hercules domuit, viuúmq; in humeris ad Euryſtheum detulit; quo conſpecto, Euryſtheus in æreo ſe vaſe abſcondit. *Virg. lib. 8. Æn.* Fixerit æripedem ceruam licet, aut Erymanthi Placarit nemora, & Lernam tremefecerit arcu. ¶Eſt & fluuius hoc nomine in Alpheum defluens, *vt oſtendit Plin. lib. 4. cap. 6.*

ĕrўmānthēŭs, a, um: vt, Monſtrum Erymantheum. *Valer. 1. in Arg.* Quiq; Erymanthei ſudantem pondere monſtri Amphitryoniadem, &c.

ĕrўmānthĭŭs, a, um, vt Aper Erymanthius. *Cic. 6. Verr.* Aiebant in labores Herculis non minùs hunc immaniſſimum Verrem, quàm illum aprum Erymanthium referri oportere.

ĕrўmānthĭs, idos, Aliquando legitur pro ipſa Arcadia. *Ouid. 2. Metam.* Nexilibúſque plagis ſyluas Erymanthidos ambit. ¶Erymanthis viſa, dicta eſt Calliſto Lycaonis filia, quæ verſa eſt in vrſam : *vt docet Ouid. lib. 2. Metam.* ¶Cuſtos Erymanthidos vrſæ, Arctophylax. *Idem 2. Triſt. Eleg. 3.* Tingitur Oceano cuſtos Erymanthidos Vrſæ, Æquoreáſq; ſuo fidere turbat aquas. [*Ouid. Eleg. 10. lib. 1. Triſt.* Fuſcabátque diem cuſtos Erymanthidos vrſæ. *Idem Eleg. 20. lib. 1. Triſt.* Proxima ſideribus tellus Erymanthidos vrſæ. *Idem ibidem Eleg. 4. lib. 5.* Suppoſitum ſcelus Erymanthidos vrſæ.]

ĔrўmnA, Ἔρυμνα, Vrbs Lydiæ, Trallis poſtea dicta. *Steph.*

ĔrўmnAE, Ἔρυμναι, Vrbs Lyciæ, *Steph.*

ĕrўngĭŏn, ſiue Erynge. {ἐρύγγιον. GALL. Panicaut ou chardon teſtu. ITAL. *Cento capi.* GERM. Manſtreuw oder brachendiſtel/ein kraut. HISP. *Cardo corredor.*} Herba ex genere aculeatarum, paſſim in campeſtribus naſcens quam alio nomine à capitulorum multitudine Centum capita appellant. *Vide Plinium libro 22. capite ſeptimo, & libro 21. capite 15. & 16.*

Eryſimon, ἐρύσιμον, Semen eſt non diſſimile ſeſamo, *teſte Galeno lib. 1. de Aliment. facult.* ſed deteriùs, parciúſque nutriens. Romani irionem vocant, *teſte Plin. lib. 22. cap. vlt.* ¶Alij genus herbæ eſſe volunt, vt *Dioſc. lib. 2.* Alij agreſte naſturcium. Alij cum frugibus annumerant: alij cum oleribus.

Eryſipelas, atis, neutri generis, ἐρυσίπελας, *A Celſo,* vlceris genus, quum ſuper inflammationẽ rubor vlcus ambit iſque cum dolore procedit. Naſcitur ex intemperie compoſita primarum qualitatum cum affluxu flauæ bilis, *teſte Galeno lib. 1. de Different morb. Apud Celſum titulus quidam ſic habet,* Curatio eryſipelarum: ac ſi nominatiuus eſſet eryſipela, quo in loco arbitror legendum, Curatio eryſipelatum.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ERYSTHEA, ἐρυσθέα, Vrbs Cypri in quo Apollo Hylates colitur. *Stephanus.*

ERYSICE, ἐρυσίκη, Vide Oeniadæ, Vrbs Acarnaniæ, quæ postea Oeniadæ nominata est: aliqui totam Oeniadarum regionem Erysicem nominarunt, ab Erysice Acheloi filia. Gentile Erysicæus, *Steph.*

Erythăcē, ἐρυθάκη, Herba quam alij sandaracham, alij cerinthum nominant. Hic est apum, dum operantur, cibus, qui sæpe in fauorum inanitatibus inuenitur sepositus, saporis amari, sed plenus humoris. *Var. 3 de Re rust. c.16.* Erythacen vocant, qua fauos extremos inter se conglutinant. Erythace à coloris rubedine dicitur. Græcè enim ἐρυθρὸν, rubor appellatur.

Erythacus, *Vide* ERITHACVS.

ERYTHEVS, ἐρυθεύς, Rex fuit Athenarum, Orithyiæ pater, quam Boreas rapuit, & in Thraciam deduxit.

ERYTHIA, ἐρυθία. {GERMA. Ein Insel im hachmeer nahe bey den Gadibus heisst ietz Calis.} Insula est in Oceano, proxima Gadibus, in qua olim Geryones regnasse creduntur. In ea tanta aëris benignitas esse fertur, vt homines pariat penè immortales. *Strab. lib. 5. & Plin. lib. 4. cap. vlt.*

ERYTHINI, ἐρυθινοὶ, Vrbs Paphlagoniæ, παρὰ τὸ ἔρυθος. *Apollonius* ἐρυθίνους dixit. *Steph.*

Erythinus, siue Erythrinus, ἐρυθῖνος vel ἐρυθρῖνος *Oppiano* Piscis est Phagio similimus, rubescentis coloris, excepto ventre candido, cuius oculi guttis aureis distinguuntur. *De eo Arist. hist. lib. 8. c. 13. Oppianus 1. Halieut. Plin. lib. 32. c. vlt. lib. 9. c. 16.* In quodam genere omnino non sunt mares, sicuti in Erythrinis, & channis: omnes enim ouis grauida capiuntur, quod est desumptum *ex Arist. hist. lib. 4. & 6.*

ERYTHRA, ἐρυθραὶ, Vrbs Ionum, quæ & Cnopupolis, κνωπόπολις, à Cnopo vocabatur. Alia est Lybiæ, & alia Locridis, alia Bœotiæ, & alia Cypri, quæ nunc Paphus, *Steph.*

ERYTHRA ACRA, ἐρυθρὰ ἄκρα, Promontorium est Lybiæ, *Stephano.* ἐρυθρὰ βῶλος, quasi dicas glebam rubram, vrbs Ægypti, *Steph.*

Erythra, Melissophyllon, *Dioscor. lib. 2. c. 117.*

ERYTHRAE, ἐρυθραὶ, Vulgò *Cabo-bianco*, Ciuitas Asiæ, non longè à Chio, ex qua Sibylla fuit, quam à patria Erythræam nominauerunt: antiqua sanè mulier, & diuinatrix, tempore Alexandri.

Erythranon, à calore acinorum, Hederæ genus; *de quo vide Bar. in Coroll.*

Erythranum, Satyrium, *Dioscor. lib. 5. c. 146.*

ERYTHRÆVM mare, Pars Oceani, Arabiam à Meridie alluens: ad Occidentem, Arabico: ad Ortum, Persico sinu terminata. {ים סוף *jam Saph.* ἐρυθρὰ θάλασσα.} Ratio nominis variè traditur à scriptoribus. Proximè tamen ad veritatem videntur accessisse, qui ab Erythra rege, Persei & Andromedes filio, dictum putant: *cui etiam opinioni subscribit Arrianus, Gestorum Alexandri, lib. 8.* Reliquas opiniones, hic breuitatis causa omisimus. *Strab. lib. 16.* A Latinis autem per errorem videtur appellatum Mare rubrum. Nam quum audirent à Græcis Erythreum vocari, existimantes à rubedine aquarum ita dictum, ipsi quoque Mare rubrum dixerunt.

Erythrodanum, {ἐρυθρόδανον. GALL. Garance. ITAL. *Robbia da tingere.* GERM. Ferber röte ein kraut. HISP. *La rauia.* ANGL. *Madder herbe to die or colour with.*} Herba est rubram habens radicem, qua tinguntur lanæ. Latini rubiam tinctorum appellant. *Vide Plin. li. 24. cap. 11.*

Erythros, {ἐρυθρὸς GAL. & ITA. Sumach. GER. Ein herter roter sam in der Apotecē. HIS. *Sumayre sumach.*} Frutex, alio nomine thus appellatus, cuius folio corriarij in condensandis pellibus vtuntur. Vnde & excoriarium fruticem quidam appellarunt. *Vide Plin. lib. 24. cap. 11.* Galli *Vitexam* vocant.

Erythrotaones, ἐρυθροτάωνες. Ex anserum genere volucres, in quibus nitor eximius absolutáque nigritia, & in superciliis cocci rubor: ita dicti, quasi ἐρυθροὶ ταῶνες, hoc est rubri pauones.

ERYX. {GER Ein berg in Sicilien/heisst ietz Monte di S. Giuliano} Nomē montis in Sicilia ab Eryce ibi sepulto. & nomen ciuitatis in eo sitæ, in quo templum Veneri constructit Eryx eius filius. *Ouid. 2. de Arte,* Sed dea nec patitur sic ad sua munera cogi, Colle sub vmbroso, quē tenet altus Eryx *Pomp.* Montium Eryx maximè memoratur ob delubrum Veneris. Vnde Venus Erycina dicta est. ἐρυκίνη. *Oui. 2. Amo.* Quid geminas Erycina meos sine fine dolores? [*Suet. in Claud. cap. 25.* Templum quoque in Sicilia Veneris Erycinæ vetustate collapsum, ex ærario Populi Rom. reficeretur, auctor fuit.]

E ante S.

F.S. In notis antiquorum. E senatu, E.S.AE.MR. è sacra æde Martis. ESS. VDD. MM. R. esse videndum monumentum Regis. EE. esse, vel ex edicto. EE.I.P. esse in potestate, vel in posterum. EE.MG.P. esse magis potest, vel magister potest. EE.M.F.I. esse magis fieri iussit. EE. N. P. esse non potest. E.ERG.R. eius ergo rex.

[Es, pro ede: *Virgil.* Bibe, es, fuge. *Plau. Pseud. sc. 2. a. 1. & in Milit. sc. 1 a. 3.* Es, bibe, animo obsequere.]

[Es, pro esto. *Plaut. Pseud. sc. 3. a. 1.* Liquido es animo. *Ibidem,* Animo bono es.]

Esalon. Vide AESALON.

ESAV, {עשו *hesáv.* δασύ.} Nomen filij Isaac, qui Edom, hoc est rufus: Seir, quod pilosum significat, appellatus est.

Esca, ab edendo dicta: Cibus non solùm hominum, verùm etiam omnium animalium. {מאכל *maehál.* βρῶσις. GAL. Viande, mangeaille, amorse, past. ITA. *Esca, cibo.* GER. Speyss oder aß. HIS. *Manar ò yesca, veno del hugo.* ANG. *A bayte fayde.*} *Ouid. 2. Amor. Eleg. 6.* Nux erat esca tibi, causæque papauera somni. *Cicero 2. de Nat. deorum,* Sus verò quid habet præter escam: [Esca est meretrix, amatores aues. *Pl. Asin. sc. 3. a. 1* Nunquam hodie ex ista nassa escam petam. *Plaut. Milit. sc. 6. a. 2.* Qui eas esitabunt escas, quas condiuero. *Plaut. Pseud. sc. 2. a. 3.* Esca & potione vinciri decet fugitiuos. *Plaut. Men. sc. 1. a. 1.* Adolescens est escæ maximæ. (i. cibi multi.) *Plaut. Men. sc. 1. a. 1.* Affatim est hominum qui singulas escas edunt. *Plaut. Men sc. 1. a. 3.*]

¶ Accipitur præterea, pro eo quod datur auibus, piscibúsve decipiendi gratia. *Cic. de Senect.* Diuinè enim Plato escam malorum, voluptatem appellat, quod ea videlicet homines capiantur, vt hamo pisces. ¶ Vnde inesco, as, est porrecta esca decipere aues, vel pisces, & per translationem, homines aliqua illecebra in perniciem abducere. *Terent. in Adelph.* Nunquam rem facies, abi, nescis inescare homines, Sannio.

Escārius, a, um, Quod ad escam pertinet: vt escaria vasa. {ἐσθητὸς. GAL. Appartenant à viandes. ITAL. *Cio che à viuande si appartiene.* GER. Das zur speyss gehört. HI. *Cosa de comer.* ANG. *That belongeth to foode.*} *Plinius libro 16 ca. 36.* Ad escaria vasa totum rubens vitrum, non tràslucens. Escaria mensa *teste Festo,* dicitur quadrata, in quo homines epulantur. Vincula escaria. *Plau. Menach.* Facilè asseruabis dum illo vinclo vinces. Ista istæc nimis lenta vincula sunt escaria.

Escālis, & hoc escale, penultimo producto, ἐσθητὸς. *Paul. in L. Quum quidem. ff. Supell. leg.* Escale autem vel potorium argentum non deberi.

Escŭlēntus, a, um, Quod esui aptum est. {τρόφιμος, ἔρσιμος GA. Bon à manger. ITAL. *Mangratiuo.* GER. eßig/das gut zu essen ist. HISP. *Cosa de comer.* ANG. *Any thing to be eaten.*} *Plin lib. 10. c. 10.* Notatum miluos nihil esculenti rapere vnquam ex funerum furculis. *Cic. 1. de Nat. deor.* Atque ita eligere ex iis quæ sunt esculenta. *Ibid.* Iam gustatus, quæ sentire eorum quibus vescimur, genera deberet, habitat in ea parte oris qua esculentis & poculentis iter natura patefecit. ¶ Omnia esculenta obsessis, ἅπαντα γὰρ τοι ἑρπετὰ πολιορκημένοις. Quum vrget necessitas nihil non facimus: & vehementer famelicis nullus non suauis est cibus. [*Gell. c. 1. lib. 4.* Esculenta & poculenta.]

* Esco, as, are, *Solinus vsurpat c. 53. ad finem.* Noceri eis omnibus quidem locis nefas ducunt, sed in Thessalia vel maximè, vbi serpentum immanis copia est, quosdam escandi gratia insectantur, regionibus Thessalicis plurimum mali detrahunt. De ciconiis.

[Escendo, is. *Senec. c. 22. de Const. ad Mart.* In humeros non imponi, sed escendere.]

Escharā, ἐσχάρα. Græcis dicitur crusta siue durities illa quæ vulneribus per cauteria quædam induci solet, quum sanguis aliter sisti non potest.

Escharotica medicamenta, ἐσχαρωτικὰ φάρμακα, dicuntur causticа, quæ vim habent escharam, hoc est, crustam inducendi.

Esculus, arbor est ex genere glandiferarum, eadem cum illa (vt nonnulli existimant) quam Theophrastus πλατύφυλλον, id est, latifoliam appellat. Est autem fago magnitudine, & glande inferior duplicem ferens gallam, alteram quernæ non dissimilem, sed nulli rei vtilem: alteram nigram, tingendis lanis vtiliorem. Dicta esculus, *teste Seruio in secundo Georg.* quod primi mortales, nondum inuentis frugibus, glande eius pro esca vterentur. *Idem tamen Seruius* autor est principium huius vocis diphthongo scribi consueuisse: cui tamen consuetudini hodie doctiores non obtemperant, plus originis rationi, quàm Seruij autoritati tribuentes. *Virg. 2. Georg.* Altiùs ac penitus terræ defigitur arbos, Esculus in primis, quæ quantum vertice ad auras Æthereas, tantum radice ad tartara tendit. *De hac arbore vide plura apud Plinium libro 12. cap primo, & libro decimosexto, cap. quarto, & libro decimoseptimo, cap. 20.*

Esculĕus, a, um, πλατυφύλλινος. Quod est ex esculo. *Pallad. libro primo cap. 9.* Deinde vt axes quernæ cum esculeis non misceantur. *Ouid. 1. Metam.*

Esculētum, ti, pen. prod. πλατύφυλλον. Locus esculis consitus *Hora. 1. Carm.* Quale portentum neque militaris Daunia in latis alit esculetis. Fuit autem locus in vrbe, qui nomen accepit ab esculis quæ ibi excisæ sunt: quemadmodum Fagutal à fagis, Lauretum à Lauris, Cornetа à corneis: *Varro.*

Esis, pro fluuii nomine, *Vide* AESIS.

Esito, *Vide* EDO, ES.

ESLINGA, vrbs Germaniæ in ducatu Vuirtembergico.

Esquiliæ, *Vide* EXQVILIAE.

Essĕdum, di, pen. corr. {ἅμαξα, ὄχημα γαλατικόν. AN. *A chariot or waggon.*} Vehiculum Gallorum, Britannorúmque, apud Belgas primò repertum. *Cic. ad Atticum lib. 6.* Hic Vedius venit mihi obuiam cum duobus essedis, & rheda equis iuncta, & lectica, & familia magna. *Virgilius 3. Georgicor.* Belgica vel molli melius feret essēda collo. [*Suet. in Claud. cap. 16.* Essedum argenteum sumptuosè fabricatum ac vænale ad sigillaria, redimi concidíque coram imperauit. *Idem in August. ca. 76.* Nos in essedo panem & palmulas gustauimus. *Et in Calig. cap. 26.* Quosdam summis honoribus functos, ad essedum sibi occurrere togatos per aliquot passuum millia, & passus est. *Ibidem c. 19.* Et in essēdis cohorte amicorum (sup. comitante.)] ¶ Legitur etiam Essēda genere fœminino. *Seneca Epistol. 57.* In iis quæ me sine euocatione circunstrepunt, essēdas transcurrentes pono. ¶ Hinc dicti essēdarii, qui essēda regunt, aut qui ex essēdis pugnant. *Cicero Trebatio.* Tu qui cæteris cauere didicisti in Britannia ne ab essēdariis decipiaris, cauēto. *Cæsar lib. 5. belli Gall.* Equites hostium, essēdariique acriter prælio cum equitatu nostro in itinere conflixerunt. [Essēdarii idem gladiatores. *Suet. in Calig. capite trigesimo quinto. Idem Claud. capite vigesimo primo, & Senec. epist. 29.*]

[Esse, infinitiuus, Vide fuit infrà, Item Est, Ibidem.]

ESSĒDŌNES, ἐσσηδόνες, *teste Plinio lib. 4. cap. 12.* populi sunt Asiæ, vtramque Scythiam incolentes, super Mæotim lacum non procul à Riphæis montibus, quibus (*teste Herod. libro 4. Hist.*) mos fuit parentum funera cantu prosequi, & congregatis proximis, cadauera ipsa pecudum admistis carnibus comedere: os autem capitis, quod cranium vocamus, auro cingere, & ad poculi vsum asseruare.

ESSAEI, ἐσσαῖοι, Vna ex tribus religiosioribus Iudæorum sectis: quæ omnino tres erant, *teste Iosepho,* Pharisæorum, Essæorum, & Sadducæorum. Ex his Essæi vxoribus & vino, & carnibus abstinebant, quotidianúmque ieiunium vertebant in naturam.

Essentiă, {οὐσία. GAL. Essence. ITAL. *Essenza.* GERMA. Wäsenheit. HISP. *Essencia.* ANG. *Essence, the being of any thyng.*} Vocabulum est religiosis quidem Latinæ linguæ obseruatoribus non vsitatum, à Philoso-

phis

phis tamen melioris inopia in vsum receptum, pro ipso esse cuiusuis rei, quàm οὐσίαν Græci appellant. *Augustinus libro 12. de Ciuitate Dei.* Sicut ab eo quod est sapere, vocatur sapientia: sic ab eo quod est esse, vocatur essentia, nouo quidem nomine, quo vsi vereres non sunt Latini sermonis autores, sed iam nostris temporibus vsitato, ne deesset etiam linguæ nostræ quod Græci appellant οὐσίαν, hoc enim verbum è verbo expressum est, vt diceretur essentia. *Quintil. libro octauo cap. 3.* Quorum dura quædam admodum, vt ens, & essentia, quæ cur tantopere aspernemur non video nisi quòd iniqui iudices aduersus nos sumus: ideóque pauperrate sermonis laboramus. Hinc essentiale, οὐσιῶδες, quod est essentiæ: & Essentialiter, οὐσιωδῶς, secundum essentiam. Vocabula sunt solis Philosophis, & Theologis vsurpata.

ESSVS, Ἔσσος, vrbs Locridis, *Steph.*

ESTO, *Vide* SVM.

ESTRIX, Esurio, Esuritio, Esurito, *Vide* EDO, ES.

Esula, æ. Huius varia genera à perito rei herbariæ distinguenda erunt. Euonymus, vulgò apud Barbaros, item Gallos & Italos Fusaria, vel fusanus appellatur ab vsu fusorum, propter materiæ soliditatem: à nonnullis scrota sacerdotum, à figura fructus. *Tragus Tomo 3.* fusariam nulla ratione euonymum esse negans, carpinum facit. *Gesnerus in Capra, lit. C.* Coqui etiam verucula transigendis lardo carnibus ex ea conficiunt.

E ante T.

ET. In notis antiquorum etiam. ET. N. C. & nunc.

ET, ἔτ, ν. ϗ. GAL. Et mesues. ITAL. *Et, e.* GERM. Vnnd. HISPA. Y. ANGL. *And.* Coniunctio est Græca τε, quam Latini inuersione literarum suam effecerunt. [*Ouid. 13.* Desine Tydidem vultúque & murmure nobis Ostentare meum. *Sueton. in Cæs. cap. 7.* Et eripuit occultauitque. Et se mihi comparat Aiax: *Ouid. 13. Metam.* **Plaut. Capt. sc. 3. a. 2.* Et tua ornatus reueniam ex sententia. *Plaut. Most. sc. 3. a. 1.* Potare tecum mihi collibitum est, lubet & ædepol mihi tecum. *Plaut. Men. sc. 7. a. 5.* Tibi suppetias aduenio. M. Et tibi adolescens dij semper faciant bene, (pro quoque vel vicissim.) *Ouid. 5. Fast.* Iámque decem menses, & puer ortus erat. *Plaut. Men. sc. 3. a. 3.* Est istud & aliud, (i. quod volet) cura bo. *Plaut. Curc. sc. 2. a. 4.* Et nunc idem dico, (i. etiam nunc.) *Idem Milit. sc. 5. a. 2.* Certè noster sum. P. & pol ego, (i. etiam.) *Plaut. Capt. sc. 2. a. 2.* Deus omnia & videt. Velleius, Credere & auunculo & Cæsari.] Est autem copulatiua: vt, Cicero eloquens fuit, & Philosophus. Duplicatúrque interdum, ac completiua est in diuersis rebus: vt, Te admirantur & ciues & hospites. *Virg. 1. Æn.* multùm ille & terris iactatus & alto.

¶ Modo accipitur pro etiam. *Idem 2. Æneid.* -quorum Iphitus æuo Iam grauior, Pelias & vulnere tardus Vlysti Modo interrogatiua, seu expletiua. *Virgil. 1. Eclog.* Et quæ tanta fuit Romam tibi causa videndi? Modo indignatiua. *Idem. Virgil. 1. Æneid.* -& quisquam numen Iunonis adoret Præterea, aut supplex aris imponat honorem? *Cicer pro Milone.* Et sunt qui de Appia loquantur, raccant de Cutia? *Virg. 6. Æn.* Et dubitamus adhuc virtutem extendere factis? Ponitur interdum ἐξηγητικῶς, pro hoc est, siue id est. *Plaut.* Annos natus iam sexaginta, & senex. Interdum pro quia. *Virg. in Buc.* Audieras, & fama fuit. *Quint. libr. 1. cap. 1.* Has primùm audiet puer, harum verba effingere imitando conabitur: & natura tenacissimi sumus eorum quæ mollibus animis percepimus. Plerunque sententiarum initiis competit, quemadmodum & Græcis καί. *Idem*, Et finitę quidem sunt partes duæ quas hæc professio, &c. ¶ Interdum ponitur pro adhuc. Ouidius ornandi. *Virgil.* -corpúsque lauant frigentis, & vngunt, id est, deinde vngunt. ¶ Item pro quamuis, siue tamen. *Cic. de Senect.* Defendi legem Voconiam magna voce; bonisque lateribus, & videtis annos meos, id est, tamen videtis quàm sim iam senex. ¶ Item interdum pro quod, si sequatur, si. *Cic. Catilin 3* Et si non minus nobis iucundi atque illustres sunt ii dies quibus conseruamur, quàm ii quibus nascimur: profectò apud vos in honore debebit is, qui eandem hanc vrbem conditam amplificatámque seruauit. *Terent. in Phor.* Et si tibi res sit cum eo lænone. *Vbi Donat.* Et, inquit, non connexiua, sed inceptiua particula est. Huius composita sunt, etsi, εἰ καί & tametsi. *Et pro Nam vel Quia. *Virg.* Audieras, & fama fuit. *Quint. lib 1. c. 1.* Has primùm audiet puer: harum verba effingere imitãdo conabitur: & natura tenacissimi sumus eorum quæ rudibus annis percepimus. *ex Valla, lib. 2.*

ETAEI, Ἐταεῖς, vrbs est Laconica, *Steph.*

ETAXALVS, Ἐταξαλος, Insula est iuxta sinum Persicum, *cuius meminit Plin. lib. 6. c. 28.*

ETEARCHVS, chi, Ἐτεάρχος, Oaxi ciuitatis Creticæ rex fuit, qui amissa vxore filiæ suæ Phronimæ nouercam superinduxit, quæ domum ingressa, vt erat ita re ipsa se nouercam præstitit, cum lædendo, atque omne iniuriarum genus excogitando, tùm ad extremam impudicitiam impingendo. Etearchus criminationibus vxoris fidem habens, Thenisonem quendam Theræum iure iurando astrinxit, vt acceptã Phronimam in mari demergeret. Qui quum se neque Etearchi crudelitatis ministrum præbere vellet, neque rursus iusiurandum violare, reuinctam funibus puellam demisit in pelagus, eáque subito retracta, Theram peruenit: vbi Polymnestus vir inter Theræos spectatus, in concubinatum Phronimam accipit: qui ex Ea Battum genuit Cyrenarum in Africa conditorem. *Autor Herodotus lib. 4.*

ETENIM, Nam, enim, quia: & ferè primum sibi in oratione locum vendicat. { ϗ *chi. Δ μὲν γὰρ, καὶ γάρ.* GALLIC. Pource, car. ITAL. *Certo, percioche, perche.* GERM. Dann. HISPAN *Porque, ciertamente.* ANGL. *For, becaus.* } *Cic. 4. Verr.* Etenim quoniam numerum iniuriarum vobis non possum exponere, sigillatim autem de vniuscuiusque incommodo dicere infinitum est, genera ipsa iniuriarum quæso cognoscite. *Idem 2. de Diuinat.* Etenim ex diuisione hoc secundum est. *Plin.* Etenim multa de hac Magi prodiderunt, quæ non sunt nobis commemoranda. Inuenitur tamen & secundo loco. *Senec a* Quis etenim inter tot corporis cruciatus, fœlicem quenquam esse posse existimat? ¶ Accipitur aliquando pro quippe. *Cic. pro Flacco*, Neque in toto Æmonensium testimonio commouebor: etenim quibus ego istam laudationem remittam, id est, quippe quibus, &c. ¶ Nonnunquã diuisa compositione per duas dictiones effertur, vocula aliqua in medio interiecta. *Cic. de Clar. Orat.* Et dicere enim benè nemo potest, hoc est, etenim dicere bene.

ETEOCLES, penultima correpta, Ἐτεοκλῆς, Oedipi, filius, ex nefando Iocastæ matris concubitu editus: cui cum fratre Polynice ita conuenerat, v. alternis annis regnarent. Exacto deinde primo anno, quum Eteocles qui quod maior natu esset, primo anno regnárat, renueret fratri regno cedere: Polynices adiutus à Tydeo Adrasto socero, fratri bellum intulit, in quo ambo mutuis vulneribus ceciderunt. Impositis deinde cadaueribus eidem rogo, flamma sic diuisisse traditur, tanquam odium illud quod inter viuos fuerat, ne morte quidem finiri potuerit. Interpretatur autem Eteocles vera gloria, ab ἐτὸς quod verum significat, & κλέος gloria. Vnde etiam sine aspiratione scribendum est.

ETEONEVS, Ἐτεονεύς, Vrbs Euboeæ, Ἐτεώνειος, ab Eteoneo quodam, nunc Scarphen vocant, in colle sita, λόφος enim lego, non κάμπος. *Ste.*

ETESIAE, Ἐτησίαι, Venti qui certo anni tempore fiant. Hos *Strab. li. 3.* Sub solanos vocat, hoc est Euros. Hi quotannis in vigore æstatis perflant XL. diebus post Caniculæ exortum. { GER. Wind so järlich etlich tag in den hundstagen wehen. } Dicti Etesiæ, id est, annui: (ἔτος enim annus, ἐτήσιος annus) quòd ex omnib. ventis hi maximè stati sint, & singulis eodem tempore redeant. *De his Plin. lib. 37. c. 5. & Gell. lib. 2. c. 18.* [*Liuius lib. 7. d. 4.* Etesiæ iidem cum fauoniis.]

ETHALIA, αἰθαλία, insula in Ligustico mari, Populoniæ vrbi opposita; ab Ethalio qui ei præfuit, sic dicta. Quidam hoc nomen cum diphthongo scribunt. *Vide Æthalia.*

Ethanion, ἠθάνιον, Vasis æneus genus est, quo Ægyptij vti consueuerunt: Nam (*teste Atheneo*) in Ægyptiorum omnibus penè domibus tria erant vasa ænea, cyathus, phiala, & ethanium.

ETHERCVSA, Insula est in ora Cariæ, non procul ab Argiis insulis *Plin. li. 5. c. 31.*

ETHELEVM, Fluuius minoris Asiæ, olim Troadis & Mysiæ terminus, *cuius meminit Plini. lib. 5. c. vlt.*

ETHEMON, nomen viri proprium, *de quo Virg. lib. 10. Æneid. meminit quæ sic:* Et clarus Ethemon Lycia comitatur ab alta.

Ethesios, *teste Plin. lib. 36. cap. 28.* lapis est ex quo confici solent mortaria.

Ethice, es, vel Ethica, æ, pars philosophiæ ad mores pertinens De moribus, moralis, ἠθικὴ. GAL. Philosophie morale. ITA *Filosofia morale.* GERM. Das theil der Philosophia/so von guten sitten lehret. HIS. *Philosophia moral* AN. *Morall philosophie.* } *Cic. de Fa.*, Quia pertinet ad mores; quos ἤθη Græci vocant, nos eam partem philosophiæ de moribus appellare solemus: sed decet augentem linguam Latinam, nominare moralem.

Ethicus, pen. cor. Moralis. { ἠθικός. GA. Moral. ITAL. *Morale.* GER. Das zu der zucht leer dienet HISPA. *Moral, y perteneciente à costumbre.* ANG. *Morale.* } *Cic. in Orat.* Duo sunt quæ benè tractata ab Oratore, admirabilem eloquentiam faciant: quorum alterum est quod Græci ἠθικὸν vocant, ad naturam & ad mores, & ad omnem vitæ consuetudinem accommodatum.

Ethicã, orum, ἠθικά, Opus moralem tractans philosophiam: quo nomine *Arist.* libros de moribus inscripsit.

ETHICI, Africæ populi, *apud Plin. lib. 5. c. 4.*

Ethmoides, id est, cola: vocantur narium meatus, quibus olfactus percipitur. *Gal. lib. 2. de Olfactus sensorio.*

Ethnearches, æ, ἐθναρχής, Gentis princeps.

Ethnearchia, Principatus, vel Præfectura.

ETHNESTAE, Ἐθνησταὶ, populi Thessaliæ, ab Ethnesto Neoptolemi filio. *Stephano.*

Ethnicus, penult. corr. { ϗ *goi.* Ἐθνικός. ANGL. *Anethnick.* Gentilis; ab ἔθνος, quod gentem significat. *Hieronymus contra Iouinianum*, Et si ducendæ essent vxores, Christianas tantùm accipi iubere; an & Ethnicas?

Ethologus, pen. cor. { ἠθολόγος. GAL. Bouffon, farceur, badin. ITA. *Histrione, buffone.* GER. Der ein ding mit weysen vnd gebärden so er füret / auffs truest / das man es schier verstünd / ob er schon sunst schwige. HI. *Representador ò fingidor de persona agena, como quien representa comedias y tragedias.* ANGLIC. *A fauocie scoffer, a flattering iester.* } Morum expressor qui gestu ipso corporis, & sono vocis ita exprimit mores hominum; vt gestibus loqui videatur. *Cicer. 2. de Orat.* Mimorum est enim & ethologorum si nimia est imitatio, sicut obscœnitas, &c. Quibus verbis Cic. nimiam in Oratore imitationẽ reprehendit, quasi mimicam, non oratoriam. *Budæus.*

Ethologia, æ, ἠθολογία, Est affectuum, morumque personæ alicuius efficitio. *Quintil. lib. 1. c. 9.* Ethologia personis continetur. ¶ Ethologia *Rutilio Lupo* figura est sententiarum, quum verbis sonoque vocis exprimitur, ac describitur hominis consuetudo & mos.

Ethopœi, ἠθοποιοὶ, Dicuntur histriones qui mores & gestus imitantur eius personæ quam sustinent.

Ethopœia. { ἠθοποιία. GAL. Representation des façons & manieres d'autruy. ITA. *Imitatione delle maniere d'altri.* GER. Außtruckung eines andern weysen vnd gebärden. HIS. *Representacion de maneras y costumbres de alguno.* ANG. *A representation of an others maners.* } Est morum, affectuúmque alicuius expressio, quæ ethologia à nonnullis appellatur. Differt à prosopopœia, teste Aquila, quòd in hac personas fingimus quæ non sunt: in Ethopœia verò certis quibusdam personis vel ad improbitatem vel ad dignitatem sermonem accommodatè effingimus.

Ethos, (*vt inquit Quintilianus*) vno verbo Latinè dici non potest, hoc enim omnes mentis habitus continentur, à quo pictores quidam & statuarij Ethici dicti sunt. *Budæus.*

ETHVSA, Olim insula fuit in mari Myrtoo; quæ deinde continenti apud Myndum accreuit. *Plin. lib. 26. c. 89.*

ETI, Ἔτι, Vicus Laconiæ, aut Cretæ ciuitas, patria Mysonis, vnius ex septem sapientibus, vnde Etius nominatus *Steph.*

Etiam, Coniunctio est idem significans quod quoque. *Plautus*, Tunc etiam id te fecisti miser? [Nunc etiam volo dicere. *Pl. Mostell. sc. 2. a. 1.* ¶ Etiam vigilas (pro quin vigilas) *Plaut. Mostel. sc. 1. a. 2.* Vix caue: cæ etiam cauet. *Plaut. Capt sc 2 a. 2.* Non iuuat quod edo domi, foris aliquantulum etiam quod gusto, beat. *Idem Plaut.* Quid? Nunc etiam

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

mihi despondes filiam? *Plau. Aulul. sc. 4. a. 1.* Etiam audes reuerti. *Plau. Mea. sc. 3. a. 4.* Etiam parasitum manes? *Plaut. Men. sc. 4. a. 2.* ¶ Etiámne astas? *Ibid. sc. 3. a. 4.* D. Ec mihi hoc etiam. *Plaut. Men. sc. 5. a. 5.* Quid tibi nos tactio est? E. Etiam rogitas? *Plaut. Aul. sc. 2. a. 3.* ¶ Etiam tu taces? (i. non adhuc taces.) Etiam. *Plaut. Amph.* Neque meum pedem huc intuli etiam in ædes, (i. adhuc.) Ibid. Nemo etiam tetigit, (i. adhuc.) *Plaut. Asin sc. 3. a. 2.* Age vsq; excrea. D. Etiámne. L. Etiam amplius. *Plaut. Asin sc. 1. a. 1.* ¶ Vel etiam matrem quoque, (tangas.) *Plaut. Pseu. sc. 1. a. 1. & sc. 3. a. 1.* Etiam illa quoque iterari multa possunt. *Plaut. Asin. sc. 1. a. 3.* Atque ego quoque etiam qui Iouis sum filius. *Plaut. in prolog. Amphitr.* Concede huc à foribus. fiat. Etiam huc. Etiam nunc. Et matrem vendidisse etiam scio. *Plaut. Men. sc. 5. a. 5.* Etiam adhuc. *Idem Amph. sc. 1. a. 1.* Etiam tu quoque assentaris huic. *Idem ibidem sc. 2. a. 2.* Etiam quoque lubet. *Plaut. Curc. sc. 2. a. 1.* Etiam derides? *Idem Men. sc 2. a. 3.* ¶ Etiámne ambulas? *Plaut. Asin. sc. 1. a. 1.* Audin' etiam. D. Ecce. Ibidem. ¶ Etiam tu herum istum abs te amoues? (pro nónne, vel ne non?) *Plaut. Asin. sc 3. a. 3.* ¶ Et etiam dispertimini? (pro nondúmne) *Plaut. Curc. sc 3. a. 1.* Absede etiam nunc, etiam nunc, cur non? Etiam. Ohe nunc. *Plaut. sc. 1 a. 1.* Hoc etiam est quamobrem cupiam viuere. *Plaut. Curc. sc 3. a. 1.* Vtere vel tu, vel vxor tua, vel etiam in oculos (compingite) *Plaut Men. sc. 3. a 4.* Ob istanc industriam amabit etiam amplius. *Plaut. Men sc. 2. a. 5.* ¶ Redde etiam argentum, aut virginem (i. statim) *Plaut. Curc. sc. 2. a. 5.* Ob hanc istam industriam amabit etiam amplius. *Plaut. Men. sc. 2. a. 5.* Quin etiam nunc habet pallam. *Plaut. Men. sc. 2. a. 5.*

¶ Aliquando significat adhuc. {גם *gham.* ἔτι. GAL. Aussi, d'auantage, encor. ITA. *Ancho, anchora, etiandio.* GER. Auch/noch. HISP. *Tambien.* ANG. *Also, moreouer.*} *Terent. in Andr.* Nihil suspicans etiam mali. *Ibidem*, Non satis me pernosti etiam qualis sim, Simo.

¶ Aliquando præterea. *Idem in Andr.* Etiam puerum inde abiens cóueni Chremis. *Ibidem.* Imò etiam, quo tu minus scis ærumnas meas. Hæ nuptiæ non apparabantur mihi. Etiam, respónsio est affirmatiua, quemadmodum & ita. *Plin.* Tacito, Studes, inquam? Respondit, Etiam. Vbi Mediolani. ¶ Aliquando & affirmandi vim habet, nulla tamen præeunte interrogatione: vt idem sit quod sic. *Cic. pro R. Sc. Comœd.* Si non quomodo tabulas conficis? Si etiam, quamobrem quæ cætera nomina in ordinem referebas, hoc nomen triennio amplius, quod erat in primis magnum, in aduersariis relinquebas? ¶ Accipitur & pro quin potiùs. *Plin in Panegyr.* Nullius ab eo magistratus ius, nullius auctoritas imminuta est, aucta etiam. ¶ Ponitur quoque interdum ita, vt ab eo intelligatur non solùm. *Cic. ad Lent.* Quúmque ea contentio mihi magnum etiam foris fructum tulisset, hoc est, non solùm domi & in vrbe, sed foris etiam & extra vrbem. *Idem Att. lib. 9.* Etiam hæc me solicitant, quasi dicat, non solùm maxima ista, sed etiam minima.

¶ Etiam atque etiam pro valdè, summopere *Cic. 6 de Finib.* Atqui iste locus est Piso tibi etiam atque etiam confirmandus. ¶ Etiamdum, pro adhuc. *Terent.* Hoc ego mali non pridem inueni, atque etiam dum scit pater [*Plaut Pseud. sc. 2. a. 4.* Nihil etiamdum harpagauit. *ibid sc. 3. a. 4.* Mutuo ne redeat h. rus etiam dum à foro nunc.]

¶ Etiamne. *Plaut. in Asin* Téque obsecro hercle, vt quæ loquutus, despuas. D. Fiat, geratur mos tibi. L. age excrea. D. Etiámne? L Age quæso hercle vsque ex penitis fucibus. D. Etiã L. Amplius. D. Nam quousque? L. vsque ad mortem volo. *Cic. Att. lib. 10* Etiámne balbus in Senatum venire cogitet? [*Plaut. Mostell. sc. 3. a. 1* Etiámne vnguentis vnguendam censes. ¶ *Plaut. Pseu. sc. 3. a. 1.* Quia viginti minas etiam non dedit. (i. nondum adhuc) Quin etiam illi hoc dicto facturum me vt ne etiam aspicere ædes audeat. *Plaut. Mostell. sc. 1. a 2.*]

¶ Etiamnum idem quod Adhuc, vel ad hoc vsque tempus. *Plaut. Trucul.* Mihi etiamnum quid sit negotij, falsus, incertúsque sum nisi quia Timeo tamen. ¶ Pro eodem etiã legimus Etiamnunc. *Idem in Amph.* Lassus sum hercle è nauí, & vectus huc tum, etiamnunc nauseo.

¶ Ponitur & pro statim, illico, vel ex témplo. *Plaut. in Aulul.* Abscede hinc etiamnunc [*Ouid. 3. Fast* Plebs vetus & nullis etiamnunc. [*Ouid. 3. Fast.* Plebs vetus & nullis etiamnunc tuta tribunis. (pro etiam tunc) *& Sueton. in Othon. cap. 9. & ib. 13. Metam.* Nec Telamoniades etiam nunc hiscere audet?] ¶ Etiam tum, pro vsque tunc, vel vsque ad id tempus, vel nunc adhuc. *Terent. in Heaut.* Me educit foras, narrátq; vt virgo ab se integra etiam tum fiet *Cic. in Orat.* omnes etiam tum retinebant illum Periclis succũ. *Adria. Carden.* Quod multi, inquit, inscitè quidem & minus Latine dicunt, vsque nunc, vsque tunc, vsq; ad id tempus perfecti illi Romani sermonis parentes, etiamnũc, etiam tunc, vel etiamnum, etiamtum, dicebant.

ETSI, כי *chi.* κἄπι. GAL. Combien que, açoit que, toutesfois que. ITA. *Benche, tutto che, anchor che.* GERMA Wiewol/obschon HISP. *Aunque.* ANGL. *Albeit, suppose.* } Coniunctio aduersatiua est, indicatiuum exigens, quemadmodum & quanquam: quum tamen quamuis & licet magis subiunctiuo gaudeant. *Plaut. in Trinum.* ibo huc Quò mihi imperatum est etsi odi hanc domum. *Terent. in Andr.* Ibo: etsi hercle sæpe iam me spes hæc frustrata est. *Cic. pro Milone.* Etsi vereor Iudices, &c. [*Plaut. Milit. sc. 4 a. 2.* Non vidi eam, etsi vidi. (pro quamuis videtur.) *Ibid. sc. 6. a. 2.* Etsi ea est non est ea. *Plaut. Milit. sc. 6. a. 2. Catull. ad Ortal.* Etsi me assiduo, &c. (Initium Elegiæ.)]

¶ Interdum etiam cum subiunctiuo inuenitur. *Cic. de Amic.* Etsi illis planè orbatus essem. ¶ Non nunquam etiam interrogatiuè profertur. *Cicer. Attic.* Do, do pœnas temeritatis meæ: etsi quæ fuit illa temeritas? ¶ Interdum Etsi inuenitur iunctum cum quamuis. *Cic. ad Att. lib. 16.* Etsi quamuis non fueris suasor & impulsor profectionis meæ, approbator certè fuisti.

ETYMOLOGIA, ἐτυμολογία, Latinè veriloquiũ sonat: ab ἔτυμος vetus; & λόγος sermo, vel loquutio. *Cicero 1. Acad.* Verborum etiam explicatio probatur, id est, qua de causa quæq; essent ita nominata, quã Etymologiam appellant. Sed quia veriloquiũ (*vt inquit Boethius in Topica Ciceronis*) minùs in vsu Latini sermonis habetur, Cicero etymologiam vocat notationem, quia notam facit rẽ de qua prædicatur. *Aristoteles* symbolũ nominat: quidam etiam originationem, *teste Fabio.*

ETYMON, etymi, ἔτυμον, Idem quod etymologia. *Varro 3. de Re rust. c. 48.* de gluma loquens, videtur vocabulũ etymon habere à glubendo, quòd eo folliculo deglubatur granum.

ETYMOLOGUS, ἔτυμολόγος, Qui rationem verborum indagare solitus est.

ETYMOLOGICUS, ἐτυμολογικὸς, Vt Etymologica ratio. *Gellius libro primo capite decimooctauo,* Resoluit in voces Latinas ratione etymologica falsa.

E ante V.

[EU, Interiectio exultantis, *Plaut. Mostell. sc. 4. a. 1.* Eu Philolaches, salue. *Idem in Persa sc.* Omnem rem, Eu probe.]

EV. In notis antiquorum Eius. E. V. V. N. V. V. E. Ede vt viuas, ne viue vt edas.

EVA, ἥρα, Vrbs Arcadiæ: gentile Euæus, *Steph.*

EVACUARE, Exinanire. {ערה *herah* הריק *herik* פנה *pinnáh.* κενοῦν. GALL. Vuider hors, euacuer. ITAL. *Euacuare, votare.* GERM. Außleéren. HIS. *Vaciar, euacuar.* AN. *To emptie, to make voyde.*} Vnde euacuare aluum, *Plin. lib. 20. c. 6.* Diocles hydropicis cum centaurea, aut in fico duplici ad euacuandum aluum.

EVADO, dis, si, sum, Effugio, exeo, erumpo. {מלט נמלט *nimlat* נוס *nus.* διαδιδράσκω. GAL. Passer outre, paruenir, venir au dessus, eschapper. IT. *Scampare, fugire.* GERM. Entgehn, entrunnen. HISP. *Escapar de peligro, salir hecha alguna cosa.* ANG. *To escape, to passe without danger.*} *Virg. Æneid. 9.* nos: ísne euadere demens Sperasti te posse manus? [*Plaut. Amphit.* Si molestus fis euades nunquam quin te sacrificem. *Ibidem sc. 3. a. 4.* Ne te sacrificem nusquam euades.] *Cic. pro Calio,* Potuerúntne meliori tempore profilire, quàm cum Licinius veniisset, quum in manu teneret veneni pyxidem? quæ quum iam erat tradita seruis, si euasissent subito ex balneis mulieris amici, Liciniúmque comprehendissent, &c. id est, si è balneis erupissent. *Cæsar*, reliquos equites consectari, paucos qui fuga euaserant, reliquerunt. Sic euadere è manibus hostium, *apud Liuium*: & Euadere ex iudicio aliquo, *apud Ciceronem*, liberationem quandam præ se ferre videtur: quemadmodum & *Sallustius* dixit, At ni Marius signa inferre, atque euadere oppido properauisset, profectò cuncti, aut magna pars fidem mutauissent. οὐκ ἂν ἐκφυγεῖν, οὐκ ἂν διαδρᾶναι *Cice. 1. Tusc.* Accedit, vt eo facilius animus euadat ex hoc ærumnosa. *Idem de Senect.* Mihi quidem nunquam persuaderi potuit, animos dum in corporibus essent mortalibus, viuere, quum exissent ex iis, emori: nec vero non animum esse insipientem, quum ex insipiente corpore euasisset. ¶ Ponitur etiam hoc verbum pro eo quod est ad finem perduci, vel exitum habere. *Terent. in Andr.* Quàm timeo quorsum euadas, id est, ad quem finem perueniat oratio tua. *Ibid.* Et heri semper lenitas verebar quorsum euaderet. *Cic. Att. lib. 16.* Tu quidem & prudenter, & amicè suades, vt in his locis sim potissimùm, quoad audiamus hæc quæ commota sunt quorsum euadant. *Plaut. in Asin.* Demiror quid sit, & quò euadat sum in metu. ¶ Item profieri, ἐκβαίνειν. *Cic. in Verr.* Tu eiusmodi euasisti, in foris ac diuisoris disciplina educatus. *Idem in Brut.* In dicendo pauci digni nomine euadũt. *Liu. lib. 1. ab vrbe,* Iuuenis euasit verè indolis regiæ. ¶ Euadere in muros, vel in cacumen montis, est ascendere, siue potiùs scandendo peruenire, ἀνέρχεσθαι, ἀναβαίνειν. *Virgi. 2. Æneid.* Euado ad summi fastigia culminis. ¶ Euadere ardua apud Liuium.

¶ Euadere ante oculos, pro apparere. *Virgil. 1. Æneid.* Vt tandem ante oculos euasit, & ora parentis. ¶ Euadere ad coniecturam, *id est,* non sequi coniectura *Plaut.* Nunquam hodie quiui ad coniecturam euadere. ¶ Euadere in malum, *Ter. in Adelph.* verùm nimia illæc licentia Profectò euadet in aliquod magnum malum.

EVADNE, per diæresin, Εὐάδνη, Martis filia ex Thebe vxore Asopi, & coniunx Capanei, quæ illum incredibili amore dilexit. Itaque quum audisset illum apud Thebas cecidisse, ferè in mortis stuporem diriguit: deinde quum celebraretur funus, se in rogum proiecit. *Eius meminit Virgil. 6 Æneid.* Euadnéque, & Pasiphaën, &c.

EVAEMON, Εὐάιμων, Pater fuit Eurypyli qui cum Græcis ad Troiam profectus cum quadraginta nauibus, præfuit Ormeniis. *Autor Hom. in Catalogo nauium.*

EVAENETVS, Εὐάνετος, Nomen regis Lacedæmoniorum, qui ad custodiendum introitum Thessaliæ contra Xerxem, vnà cum Themistocle Atheniensium duce, à Græcis constitutus fertur.

EVAGOR, aris, Latius vagor, exspatior. {נדד *nadhádh* צעה *tsabáh.* περιφέρεσθαι. GAL. Sortir de son lieu, ordre ou place, vaguer çà & là, sortir de propos. ITA. *Vagare, andare vagabondo.* GER. Außstreifen. HIS. *Andar fuera vagando.* ANG. *To wander abroade.*} *Liu. 2. bell. Pun.* Frontib enim aduersis concurrendi erat, quippe nullo circà ad euagandum relicto spatio. ¶ Per metaphoram euagari est aliquid extra propositum dicere, & veluti à via instituta digredi. *Quint. lib. 2.* Verùm hactenus euagati satis fuerit.

EVAGATIO, verbale. {נדוד *nadhudh.* περίφασις. ANG. *A rouing or wandering abroade.*} *Plin. lib. 2. ca. 17.* Ac spatia longitudinis, latitudinum euagatione pensat.

EVAGINO, as, vagina diripio atque educo. ANG. *To drawe a weapon out of the sheath or scarberd.*} *Iustinus Histor. li. 1.* Gladio sua sponte euaginato in fœmore grauiter vulneratus occubuit.

EVAGORAS, ad quem Isocrates scripsit.

EVAI ENI, Εὐαὶ ἰωὴ, populi quorum meminit *Glaucus lib. 2. de Arabia.*

EVALCO, es, pen. cor. Validior, & potentior fio. {גבר *ghabár* חזק *chazák* אמץ *amáts.* κραταιοῦμαι, ὑπερισχύω. GAL. Pouuoir. ITA. *Ingagliardirsi.* GER. Dermuglich sein. HISP *Mucho poder.* ANGL. *To waxe more strong and heall.*} *Stat. 5. Syl.* tibine illa nefanda Pocula lethaléque manu componere succos Eualuit? *Luc. lib. 1.* Ouid. *Epist. 14.* [¶ Eualuit hoc feliciter. *Quintil.* (i. vsu receptum est)] ¶ Eualere dicitur de precio & significat vt valere simplex. *Macrob. 1. Satur. c. 7.* Cùm ipsa margarita centies sestertiũm sine contentione eualuisset. [GA. Fust esualuée, appretiée, estimée.]

EVALESCO, Robur & vires acquiro. גבר *ghabár* חזק *chazák* אמץ *amáts.* κραταιοῦμαι. GAL. Retourner en vigueur. ITA. *Ristorarsi, ripigliar forza & vigore.* GER. Starck werden HIS. *Tornar en fuerça.* ANG. *To recouuer health or strength.*} *Pun lib* 55. Quæ postquam eualuit, flaccescente patritia Marsico bello, languida autoritas Patrum facta est, ac paulatim in sterilitatem emarcuit maiestas. *Quint. lib. 2. c. 9.* Adiuta cura natura magis eualescit.

EVALLO, Excludo, & quasi extra vallum eiicio. {גרש *gheréseh.* ἐξελαύνω τῷ σχοινίῳ. GALLICE, Chasser dehors. ITAL. *Cacciar fuori.*

GERM.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

GERM Außhin stossen oder werffen. HISP. *Echar à fuera.* ANG. *To exclude or bme out.* } Verbum est ὁλοέτευτον. *Varro apud Nonium,* Donec fos nos intus euallauerunt.

EVALLO, is, } purgare frumentum. {הניף *heniph* זרה *zeráh.* GALL. Vanner, crib. ITAL. *Vagliare, criuellare.* GERM. Das korn wannen oder seuberen. HISP. *Euiuar, acriuar.* ANG. *To cleanse wheat, or to winnow.* } *Plin. lib. cap.* 10. Et ipsa quæ euelluntur, variam pisturarum rationem *habent Ibidem,* Triticum autem perfundi aqua multa iubet, postea euelli einde Sole siccatum pilo reperi.

EVAN, Vum est ex Bacchi cognominibus. *Ouid. lib. 4. Metam.* Nyctelius, Elaleúsq; parens, & Iacchus, & Euan. ¶ Inde Euantes, dictæ sunt Bacchæ, quæ Liberi patris Orgia celebrantes, Euantis nomen identem acclamabant. *Virg. 5. Æn.* Euantes Orgia circum Ducebat Phrygias.

EVANDER, Ἐυάνδρος, Proprium nomen Carmentis filij, qui quum patrem impridens occidisset, relicta Arcadia in Latium sese contulit, atque pulsis Aboriginibus, in Palatino monte consedit, vbi oppidum Pallanteum fundauit, à nomine Pallantis (*vt Virgilio placet*) proaui sui. *Virg. 8. Æn.* Arcades his oris, genus à Pallante profectum, Qui regem Euandrum comites, qui signa sequuti Delegêre locum, & posuêre in montib. vrbem, Pallantis proaui de nomine Pallanteũ. [*Gell. c. 10. l. 1.* Quasi cum matre Euandri loqui.] ¶ Legitur & nominatiuus Euandrus. *Virg. 8 Æn.* Tum pater Euandrus dextram complexus euntis Hæret. ¶ Fuit etiam eiusdem nominis plastes ac cælator egregius Athenien sis, à M. Antonio Alexandriam perductus, eóque victo, inter captiuos Romam aduectus, *auctore Acrone in illud Hor. 1. Ser. Sat. 18.* -menſáve catillum Euandri manib. tritum deiecit. Id est, calicem nobiliter cælatum.

EVANDRIVS, ia, ium, adiectiuum: vt, Euandria regna. *Sil. lib. 7.* Qui Carmentis opes, & regna Euandria seruas. *Virg. lib. 2. Æn.* Nam tibi Tymbre caput Euandrius abstulit ensis.

EVANESCO, es, secunda syllaba produ. à quo Euanesco, quod est pereo, E conspectu abeo. {הבל *habal* עלה *haláh.* ἀφανίζομαι. GAL. Deuenir à neant, se perdre, s'esuanouir. ITAL. *Suanire. farsi vano, partire.* GER. Vergehn, verschwinden. HIS. *Desuanescerse, desoparecer.* ANG. *To come to nothing, to vanish away* } *Plin. lib. 9. c. 51.* Verè pectines, limaces, hirudines eodem tempore euanescunt. *Cic. de Clar. Orat.* Isque & oratores reliquit quæ iam euanuerunt. *Idem ad Att. lib. 3.* Postquam extenuari & euanescere spem nostram vidi, mutuaui consilium.

EVANIDVS, a, um, Inanis, caducus, & citò periturus. {הבל *hobél.* ἐφήμερος, ἔπτηλος. GA. Qui n'a point de vertu, qui soudain s'esuanouit. ITA. *aduco, smarito.* GERM. Hinfellig, zergenglich. HISP. *Desuanecido.* ANG. *Vaine, fraile, that willsoone perish.* } *Col. lib. de Arbo. c. 17.* Nam quæ proceritatem extenduntur, euanidæ fiunt, parum fructus ferunt. *Pn. 37. c. 5.* Quædam ex iis senescunt, paulatim viriditate euanida. *Oid. 5. Metam.* Pectoráque in tenues abeunt euanida riuos. [*Senec. epist. 34.* Gaudium leue & euanidum.]

EVANGELIVM, {בשורה *beſoráh.* ἐυαγγέλιον. GAL. Euangile, bonne nouuelle. ITA. *Euangelio, buona noua.* GER. Ein gute botschaff. HISP. *Euangelio, buen mensage.* ANG. *To gospell.* } Lætus nuncius: Vnde non immeritò à Christianis Euangelium appellatum est, salutiferum illud nuntium, à Christo veracissimo Patris nuntio nobis allatum.

EVANGELIA, orum, pluraliter, & neutro genere dicuntur sacrificia & supplicationes quæ pro iucundo nuntio decerni consueuerunt: vel etiã merces allati iucundi nuntij. *Cicer. Att. lib. 2.* O suaues duas epistolas, quibus euangelia deberi fateor. *Idem ad eundem,* Iráne nuntiat Brutus, illum ad bonos viros euangelia? sed vbi eos? nisi fortè se suspẽdit. *Vlp. in l. Falsus. ff. de Furt.* Ergo si ea quæ dicunt Græci euangelia, pecu, id est, mercedem pro rei inuentæ vel repertæ nuntio.

*EVANGELVS, Bona nuntians. *Vitruu. lib. 10.* Honores ei decreuerunt, & nomen mutauerunt, vt euangelus nominaretur.

EVANNO, is, ere, Vanni motu euẽtilo. {הניף *heniph* זרה *zeráh.* λικμάω. GALL. Vanner & ietter hors en vannant. ITAL. *Suentolare.* GERM. Außwannen. HISPA. *Carandar ò auentar.* ANG. *To fanne or winnow.* } *Varro 1. de Re rust.* Ita fit, vt quod leuissimum est in eo, atque appellatur acus, euannatur foras extra aream. ¶ Per translationem sumitur pro amouere. *Pompon. ex Pannuceatis;* Dixi ego illud futurũ: in prima vua est: vix hæret misera, euannetur, & mea ocyus opera vt fiat fetero.

¶ Apud *Nonium* legitur euannetur, vt ventileture: tanquam esset ordinis primi, quemadmodum etiam vsque adhuc creditum fuit. Sed si quis simplex vanno consideret, de quo infrà exempla posuimus, videbit pro euannetur, euannatur apud *Nonium* legendum esse.

EVAPORATIO, onis, Vaporis expiratio. {איד קישור *edh kitór.* ἐξατμισμός. GAL. Euaporation. ITA. *Vapore.* GERMAN. Ein außdimpfung, verrieselung HISPAN. *Obra de abahar.* ANG. *Asteeming, a breathing or euaporation.* } *Sen. lib. 1. Nat. quæst.* Nec mirum, si terris omnis generis & varia euaporatio est. *Idem lib. 3.* Nec trahit saporem euaporatio, quia clausa perlabitur.

*EVARCHVS, Fluuius est Scythiæ Europææ. *Valer. 6. Argon.* Taras niueúsmque ferax Euarchus olorum.

EVASTO, stas, stare, Vasto. {נתס *nathás* נתץ *natháts* נתש *nathásch* שדד *schadhádh* השם *heschém* ἐνδεστυμόω. GAL. Destruire, gaster. ITALIC. *Guastare, dare il guasto.* GERM. Verwüsten, zerstören. HISP. *Desolar ò mucho destruir.* ANG. *To destroye, to waste.* } *Liu. 10. ab Vrbe,* Ibi duo Consulares exercitus diuersis vagati partibus, omnia quinq; mensũ spatio euastauerunt.

EVAX, εὐοῖ, Interiectio exultantis. [*Diomedes lib. 1. & Plaut. Curc. sc. 2. a. 1.*] *Plaut. in Menech.* [*sc. 2. a. 1.*] Euax, iurgio vxorem tandem abegi. ¶ Fuit etiam nomen regis Indiæ, qui de virtutibus gemmarum scripsit ad Neronem.

[Eubius, *Ouid. Eleg. 1. lib. 2. Trist.* Eublus impuræ conditor historiæ.]

EVBOEA, { εὐβοια. GERM. Ein lange Insel im Aegeischen meer welche mit einem engen meer von dem land Boetia abgeschneiden ist / heißt yetz Negroponte. } Nomen insulæ est in mari Ægæo tam angusto euripo à Bœotia diuisa, vt ponte illi coniungatur, insignis tribus promontoriis, Gerestо scilicet ad Atticam vergente: ad Hellespontum Cephareo, exitio Græcæ classis notissimo]: ad Septentrionem, Cæneo, *teste Plin. lib. 4. c. 12.*

EVBOICVS, a, um, adiectiuũ. vt, Plebs Eubœa. *Stat. lib. 1. Syl.* -stupuit primæua ad carmina plebes Eubœa.

EVBOICVS, a, um: vt carmen Euboicum. *Ouid. 4. Fast.* Carminis Euboici fatalis verba sacerdos Inspicit. Sybilla Euboica, id est, Cumana. *Stat. 1. Syl.* -Euboicæ carmen legit ille Sybillæ. [*Ouid. 13. Metam.* Aulidáque Euboicum complerunt mille carinæ.] ¶ Hinc Euboicum mare, δίθαλασσον πέλαγος, quod duplex esse dicitur: alterum in Ægeo mari: alterum in Campano, seu Tusco, quod in Ægæo, Eubœæ adiacet insulæ, à qua de nominatum est: quod autem in Tusco, Cumarum, Baiarúmque alluit oram, ab Euboicis aduenis & Cumarum conditoribus nuncupatum.

EVBVLVS, pen. prod. εὔβουλος. Athenièsis ciuis fuit, contrarias fere Demostheni in Reipubl. administratione partes fouens. ¶ Fuit & Eubulus mediæ comœdiæ poëta, *vt scribit Suidas.* ¶ Eubulus prætereanomen fuit historici, qui historiam Mithræ multis voluminibus explicuit.

EVCAERIA, Græca dictio, Latinè opportunitas. {εὐκαιρία. GAL. Opportunité, occasion. IT. *Opportunità, occasione.* GE. Gelägenheit / tomlichkeit / gutter anfaß. HISP. *Sazon, occasion.* ANG. *Occasion, opportunitie.* } *Cicer. 2. de Finibus.* Et quemadmodum opportunitas (sic enim appellamus εὐκαιρίαν) non fit maior productione temporis. *Idem 1. Offic.* occasionem interpretatur.

EVCARPIA, εὐκαρπία, Vrbs Phrygiæ, in qua racemi feracitate ac magnitudine spectabiles sunt: vnde & nomen, quasi vber fructuum prouentus. *Meminit huius oppidi Strab. lib. 12.* Eucarpia Stephano, vicus est minoris Phrygiæ, in qua, Metrophane teste, racemus tantus prouenit; vt currus medius præ onere aliquando rumpatur. Hanc regionem Barbari Iouem Cereri & Baccho fœcunditatis gratia donasse fabulantur. Est etiam Eucarpia castellum Siciliæ, inter Timæos.

EVCHARISTIA, {תורה *thodháh.* εὐχαριστία.} Vox est Græca, quam nos Gratiarum actionem vertere possumus: vnde & εὐχαριστεῖν Græci dicunt pro gratias agere.

[Euchydæ, prodigiosa celeritas. *Plut. in Arist.*]

EVCHYLA, εὔχυλα, Dicuntur quæ sunt boni succi: vt carnes auicularum montanarum, & piscium saxatilium. His opponuntur. κακόχυλα, quæ malum generant succum: vt caseus vetus & salsamenta. χυλὸς Græcis succus est, siue liquor.

EVCHYMA, εὔχυμα, Græca appellatione dicuntur quæ boni sunt succi; siue præstantis saporis. Nam χυμὸς Græcis modò succum significat, modo saporem.

EVCLIDES, εὐκλείδης, Philosophus fuit Megarensis, Socratis auditor, ad quem belli tempore assumpta muliebri veste sæpius commeasse traditur. Defuncto verò Socrate in patriam sese contulit, ibique celebri auditorio (in quo etiam Plato fuisse perhibetur) Philosophiam professus est. Scripsit dialogos quàm plurimos, *quorum nomina recensent Suidas & Diogenes Laertius.* ¶ Fuit & alter eiusdem nominis Platonicus philosophus, & geometra insignis, tempore primi Ptolemæi, posterior aliquanto his qui Platonis temporibus vixerunt: antiquior verò Eratosthene, & Archimede. Hic multa de Geometria & Musica conscripsit, quæ etiam hodie omnium manibus teruntur.

EVCRATIDA, vrbs Bactrorum (*Steph. ex Strab.*) ab imperante cognominata.

Eucteria, orum, Sunt loci, in quibus orationes, actáque prouinciarum continentur. *Alc. in l. immunitatis C. de Agricolis & censitis lib. 11.*

EVDAEMON, onis, pen. prod. gen. cor. δαίμων, Ægyptius grammaticus; *teste Suida,* patria Pelusiotes, Libanii sophistæ contemporaneus. Scripsit varia poemata, item artem Grammaticam, & de recta scribendi ratione.

EVDEMVS, δήμιος, Orator fuit Megalopolitanus, Philopœmenis præceptor. *Autor est Plutarchus in vita Philopœmenis.*

EVDAMIDES, pen. corr. δαμίδης, Nomen filij Archidami, & fratris Agidis Lacedæmoniorum regis.

EVDIPNE, δίπνη, insula Libyæ Phœnicum, *Steph.*

EVDORA, pen. prod. δώρα, Nympha Oceani & Tethios filia, *vt placet Hesiodo in Theogonia.* ¶ Item vna ex Atlantibus, quæ septem numero esse perhibẽtur, Ambrosia, Eudora, Pasithoë, Coronis, Plexora, Pitho, Tyche.

EVDORVS, εὔδωρος, Mercurij filius fuit ex Polymela Phylantis filia, qui Achillem ad bellum Troianum sequutus est, *vt est videre apud Hom. 8. Iliad.*

EVDOXVS, εὔδοξος, Peritissimus Astrologus fuit & Geometra, filius Æschinis, patria Gnidius, qui primus apud Græcos annum ad Lunæ cursum ordinauit. {*Germ.* Ein erfarner Astrologus der erstlich bey den Griechen des Jars lenge von den Mons lauff gestellet hat. } *Luc. libr. 10.* Nec meus Eudoxi concedet fastibus annus. Scripsit leges & de Geometria atque Astrologia libros edidit. *Cicero 2. de Diuinat.* Ad Chaldæorum, inquit, monstra veniamus, de quibus Eudoxus, Platonis auditor, in Astrologia iudicio doctissimorum hominum facilè princeps, sic opinatur (id quod scriptũ reliquit) Chaldæis in prædictione & notatione cuiusq; vitæ ex natali die, minimè esse credendum. ¶ Fuit & alius Eudoxus Rhodius historicus: alius Siculus, filius Agathoclis, poëta comicus.

EVDOXIA, {שם טוב *schem tob.* εὐδοξία. GALL. Bonne renommee. ITA. *Buona fama.* G. Ein gut lob oder guter leumat. HISPA. *Buena fama.* ANG. *Goode renowme.* } Claritas nominis, laus, existimatio, & bona fama. *Cic. 3. de Fin.* De bona autem fama, quam appellant εὐδοξίαν: Aptius enim est hoc loco bonam famam appellare quàm gloriam.

EVEHO, is, Extra veho, asporto, aufero. {נשא *nasá* עמס *hamás.* ἐξάγω. GALL. Enleuer, porter hors. ITALIC. *Condur fuori, portar fuori.* GER. Außfüren. HISP. *Eleuar à fuera.* ANG. *To cary, out.* } *Varro lib. 1. de Re rust.* Quarto eundem fructuosiorem faciunt vecturæ, si viæ sunt quæ plaustra agi facilè possint, aut flumina propinqua quæ nauigari possint, quib. vtrisq; euehi atq; inuehi multa ad prædia scimus. *Liu. 5. bell. Pun.* Vbi primùm tranquilliras maris in altum euexisset. *Et lib. 1. ab Vrbe,* Vt in collem Exquiliarum eueheretur. [Euictis tempestatibus, naufraga, corpus sui viri euexit. *Senec. cap. 17. de Consol. ad Helu.* In id euectus Pompeius supra quod ascendi non potest. *Vellei. ius.*] ¶ Per translationem significat extollo. {נשא *nasá.* ἀναιρῶ. GAL.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Hausser, esleuer. ITA. *Inalzare.* GERM. Erheben/fürhin ziehen vnd hoch dran bringen. HISPANIC. *Alçar arriba.* ANG. *To lifte vp. Virg. 6. Æneid.* pauci quos æquus amauit Iuppiter, aut ardens euexit ad æthera virtus. Diis geniti potuêre.

EVECTIO, Euehendi actus. { מעלה מסא *massá. terumáh.* ἐξαγωγή, GALL. Portement dehors. ITAL *Portamento di fuori.* GERM. Außshin fürung. HISP. *Obra de leuar afuera.* ANGL. *Acarying out.* } Euectiones etiam, *teste Budæo*, dicuntur diplomata, siue Chartulæ signo principis obsignatæ, quibus potestas permittitur aliquid euehendi. Vnde *C. de Cursu public.* cauetur, vt euectiones ab omnibus postulentur.

EVECTVS, tus, Euectio & portatio, quæ fit vel nauibus, vel curribus in aliquem locum. { ANG. *A carying away to any place.* } *Plin. lib. 18. cap. 5.* Malus est ager cum quo dominus luctatur. Cato inter prima spectari iubet, nō solum sua virtute valeat qua dictum est positione, vt operariorum copia propè sit, oppidúmque validum, vt nauigiorum euectus, vel itinerum.

EVECTATVM, Veteres dixere pro euentilato. { מוזרה *mezoréh.* GAL. Esuenté. ITA. *Suentolata* GERM. Erlufftet/Erseübret. HISP. *Auentando.* ANGLICE. *winnowed.* } Vnde velabra dicuntur quibus frumenta eventilantur. *Autor Festus.*

EVELLO, is, euelli, & euulsi, euulsum, Extraho, Extirpo. { נתש *natháseh* נתק *natháh* ἐκτίλλω, ἐκτοπίω. GAL. Arracher. ITA. *Stirpare, suellere.* GERM. Außrupfen/außreyssen. HISP. *Arrancar algo de lugar.* ANGL. *To pluck vp or away.* } vt, Euellere sibi capillum præ luctu, *apud Cic. 3. Tuscu. Idem ad Attic. 5.* Excisa enim est arbor, non euulsa: itaque quàm fruticetur vides. Sic, Euellere se ex complexu, apud eundem: &, Euellere sese ex cœno, *apud Plin. lib. 8. cap. 42.*

¶ Per translationem Euellere sibi scrupulum ex animo. *Cic. pro Ros. & pro Cluentio*, Euellere opinionem aliquam ex animis hominum.

EVULSIO, verbale. { מסח *masáseh.* ἐκσπασμός, ἀφαίρεσις. GAL. Arrachement. ITAL. *Essò suellere.* GERMA. Außstupfung/außreyssung. HISP. *Obra de arrancar algo de lugar.* ANG. *A plucking vp, a pulling away.* } *Cic. de Nat. deor.* Qui primus purgationes alui, dentisque euulsionem inuenit.

EVEMERVS, pen. cor. εὐήμερος. Nomen historici, *de quo Lactantius*: Euemerus inquit, antiquus autor fuit è ciuitate Messana. Res gestas Iouis, & cæterorum qui dij putantur, collegit, historiámque contexuit è titulis, & inscriptionibus sacris quæ in antiquissimis templis habebātur. Hanc historiam interpretatus est Ennius, & sequutus.

EVENETVS, Lacedæmoniorum dux fuit, qui ad arcendum Thessaliæ finibus Xerxem, Themistocli adiutor fertur. *Autor Herod. l. 7.*

EVĔNĬO, euenis, penultima correp. eueni, euentum. Venire, accedere. { קרה *karáh.* ἐπιβαίνω, ἐπιπίπτω. GAL. Aduenir. ITA. *Venire, accostarsi, accadere, auuenire* GER. Begegnen/widersaren. HISP. *Acontescer.* ANG. *To happen by chaunce, to come to passe.* } *Plautus Casina.* Sine modo rus eueniat, remittam ad te virum. ¶ Non nunquam etiam significat euadere, hoc est, per quamcunq; difficultatem ad aliquid peruenire, exitum habere *Plaut. in Mostell.* Hei mihi, commissa hæc blanda dicta quò eueniant, madeo metu. *Idem in Epid.* Expectando exedor miser, atque exenteror, quo mihi Epidici blanda edicta eueniant: nimis diu maceror. ¶ Sæpius tamen ponitur pro contingere, accidere, συμβαίνειν, ἐπιβαίνειν, & tam in malam quàm in bonam partem accipi solet. *Plaut. in Asin.* Opta id quod vt contingat tibi, vis. AR. Quid si optaro? LE. Eueniet. *Idem in Persa*, Quid agitur? T. Viuitur. S. Satin' ergo ex sententia? V. Si eueniunt quæ opto, satis. *Idem in Mercat.* Omnia mihi hodie eueniunt præter sententiam: non viuam vesperi. Nisi illanc à me scelestam abigam. *Cic 3. Offic.* Quod autem in poëmatibus, & in picturis vsu euenit, in aliisque compluribus, vt delectentur imperiti. *Idem Fam. 2.* Ex quo vereor, ne idem eueniat in meas literas. [Virtute formæ id cuenit vt deceat quicquid habeas. *Plaut. Mostell. sc. 1. a. 1.* Hæc euenerunt nobis ex sententia. *Plaut. Men. sc. vlt.* Gaudeo si quid propter me tibi euenit boni. *Paut. Men. sc. vlt. a.* Hæc mihi euenit seruitus. *Plaut. Pseud. sc. 1. a. 2.* Haud falsū mihi euenit somnium. *Plaut. Milit. sc. 4. a. 2.* Seruitus si euenit, ei morigerari decet. *Plaut. Capt. sc. 2 a. 1.* Quod mihi ne eueniat periculum est. *Plaut. Capt. sc. 1. a. 2.* Merito tibi ea euenerunt à me (i. collata sunt in te) *Ibid. sc. 3. a. 2.* Infecta dicta re eueniant tua: *Idem Amphitr.* Mihi haud sæpè eueniunt tales hæreditates. *Plaut. Curc. sc. 2. a. 1* Vbi euenit huic occasio. *Plaut. Milit. sc. 1. a. 2.* Isthæc quò eueniant madeo metu. *Plaut. Mostell. sc. 1. a. 2. & sc. 2. a. 1.*]

¶ Quandoque est obuenire, & fortè alicui obtingere. *Sallust. in Iugur.* Metellus & Syllanus coss designati prouinciam inter se partiuerant, Metellóque Numidia euenit.

EVENIT, impersonaliter prolata cecidit. *Ter. in Andr.* Quid tu Athenas insolens? c. Euenit.

EVENTVM, eventi, neuro genere, quod in plurali euenta facit. { מקרה *mikréh.* συμβεβηκός, συμπτῶμα. GAL. Euenement, la fin & issue de quelque chose. ITAL. *Riuscimento di qualche cosa.* GER. Zutragung eines dings/ein beschähung eines handels. HISP. *A contescimiento, ò lasada de lo que acontesce.* ANG. *The end euent, that followeth of.* } *Lucr. libr. 1.* Euentum dici poterit quodcunque erit actum. *Cicer. in Partition.* Si cuiusque facti, & euenti causa ponetur. *Idem in Diu.* Si euenta quærimus quæ exquiruntur auibus. *Idem ad Att 1cum*, Semper causæ euentorum magis mouent, quàm ipsa euenta.

¶ Euentum præstare, est periculum alicuius rei in se recipere, ἐγγυᾶσθαι τὸ μέλλον ἔσεσθαι.

EVENTVS, gen. masc. & quarti ordinis, tam in plurali numero quàm in singulari dicitur quod casu aut fortuna nobis euenit, tàm in bonum quàm in malum. { מקרה *mikréh.* σύμβαμα, συμβεβηκός. GALL. Euenement. ITA. *Euento, accidente, caso.* GERM. Der außstrag oder aus̄gang. HISP. *Acontescimiento.* ANGL. *Happe, chaunce, successe, that followeth of any thing.* } *Cic. lib. 1. de Orat.* Vt enim quisq; optimè dicit, ita maximè dicendi difficultatem, variósq; euentus orationis, expectationémq; hominū pertimescit. *Virg. 6. Æn.* -cæcósq; volutat Euentus animo secū. *Ouid. 2 de Ponto*, Nam timor euentus deterioris abest. *Ouid. in Epist.* Phyllidis, -careat successibus opto, Quisq; ab euētu facta notāda putat. [Euentus rebus in omnibus, velut horna messis, magni fit. *Plau. Most. sc. 3. a. 1.* Cuius in euentu pœnæ clementia tanta. *Oui. Ele. 1. li. 2. Trist.* Euentus in manu fortunæ. *Suet. in Ner. c. 23.*]

EVENTILO, as, Ventilatione purgo. { זרה *zeráh.* λικμάω. GAL. Esuenter. ITALIC. *Criuellare, suentollare.* GERM Mit werffen oder gnnen ersuberen. HIS. *Derramar el viento, auentar.* ANG. *To cleanse by winnowing, to fanne corne.* } *Colum. lib. 1.* Et celeriter frumenta deterunt, non cedente solo pulsibus vngularum, tubularúmque: & eadem uentilata, mundiora sunt.

EVENVS, pen. prod. { Αἶνος. GERM. Ein fluß in Aetolia. } Fluuius est Ætoliæ in Callidromo monte nascens, & iuxta Calydonom mare Ionium influens: ita dictus ab Eueno Martis filio, & Marpessæ Ioue, qui se in hunc fluuium præcipitauit. *Ouid. lib. 9. Met.* Nanque rata repetens patrios cum coniuge muros, Venerat Eueni rapidas Inue natu ad vndas. *Lucan.* Et Meleagream maculatus sanguine Nessi, Euenu Calydona secat, &c.

EVENVS, ἄινος, Philosophus, qui famem optimum ciborum condimentum esse dicere solebat, *vt refert Plutarch.*

¶ Fuerunt item Eueni duo Patij, Elegiarum scriptores: *quorum meminit Suidas.*

EVERBĔRO, Verbero. { הכה *hichcháh.* τύπτω, μαστιγόω. GALL. Battre. ITAL. *Battere, percuotere.* GERM. Schlagen/schwingen. HISP. *Herir, ò azotar.* ANGL. *To scourge, to whippe.* } *Quint. lib. 2. cap. 4.* An credibile sit super caput Valerii pugnantis sediße coruum, qui os oculósque hostis Galli rostro atque alis euerberaret? *Ouid. 14. Meta.* -& cineres pulsis euerberat alis. [*Gell. cap. 23 lib. 1.* Euerberare animum alicuius adiquirendum.

EVERGETES, Εὐεργέτης, Cognomen Ptolemæi Agyptiorum regis, qui Philadelpho successit, à maximis eius in Græcas ciuitates meritis impositum. Nam εὐεργέτης, à Græcis dicitur quem nos beneficum, vel bene meritum appellamus.

¶ Euergetæ item dicti sunt populi Scythiæ, qui & Arimaspi, quòd benefici fuerint in Argonautas maris tempestate ad eorum littora deiectos. *Steph.*

EVERGO, is, E mitto. { שרח *schillách.* ἐκχύω. GA. Enuoyer dehors. IT. *Gettar fuori.* GE. Herfurgeben. HI. *Embiar à fuera.* AN. *To send forth.* } *Lib. 45.* Montes ingentis altitudinis spem faciebant, eò magis quòd multos apertos euergerent riuos, occultos continere latices, quorum vena in mare permanantes, vndæ miscerentur.

EVERRO, is, euerri, euersum, Scopis expurgo. { טאטא *teté* בער *biér.* σκορέω, ἐκσαίρω. GA. Balier & nettoyer. IT. *Spazzare.* GE. Außwuschen. HI. *Barrer.* AN. *To sweepe cleane away.* } *Col. li. 8.* Stabula frequentæ euerrenda & purganda, stercúsque omnis vrinæ deuerrendus est. Per translationem accipitur pro spolio, expilo. *Cic. 3. Verr.* O Verrea præclara, quoquam si accessisti, quò non attuleris istum diem. Etenim quæ tu domum, quam tu vrbem adiisti, quod fanum denique, quod non euersum atque extersum reliqueris?

*Euerrere sermones, pro Curiosè excutere. *Sen. 3. de Ira*, Qui minimos sermones, etiamsi secretò habiti sint, euerrit, se ipse inquietat.

EVERRIATOR, Dicitur is qui iure accepta hæreditate, iusta facere defuncto debet: quæ si non fecerit, seu quid in ea re turbauerit, sio capite luat. Id nomen ductum à verrendo: nam Exuerræ, sunt purgationes quædam domus, ex qua mortuus ad sepulturam ferendus est, *qua fit* per euerriatorem, certo genere scoparum adhibito, *ab extra verendo* dictæ.

EVERRICVLVM, li, Rete est piscatorium à Græcis dictum: & à verreda aqua sic appellatum. { חרם *chérem.* σαγλώνη. GAL. Filé, verueil, seine. IT. *Rete da pescare.* GER. ein zuggarn der fischeren. HISP. *La red barredera pescadores.* ANGL. *A dragnet.* } *Varro 3. de Re rust. cap. 17.* Quumque euerriculo illi in littus educere possunt viuam sagenam plebeiorum pisces. *Cic. 6. Verr.* expilatorem Siciliæ Verrem, euerriculum appellat. Quòd vnquam (inquit) Iudices, huiusce modi euerriculum in ea provincia fuit? *Idem lib. 3. de Nat. deor.* doli mali actionem euerriculum appellat omnium malitiarum: quòd scilicet ea euerrantur omnes fraudes è vita hominum ciuili. Est enim ea actio prodita ad terrorem hominum subdolorum, qui ignominiam eius iudicii reformidant. *Verba Ciceronis sunt hæc*, Inde euerriculum malitiarum omnium, inde; cúsde dolo malo quod C. Aquilius familiaris noster protulit: quem dolum idem Aquilius tùm teneri putat, quum aliud sit simulatum, aliud actum. *Hæc Budæus.*

EVERTO, is, euerti, euersum, Excindo, diruo, demolior. { נתץ הרס *harás. nathás.* καθαιρέω, παραλύω, ἀναστατῶ. GA. Renuerser ce qui est dessus dessoubs, abolir, destruire. IT. *Rouinare, volgere sotto sopra.* GER. Dmbkeren. HIS. *Reboleuer ò trastornar, subuertir, destruyr.* AN. *To turne vp syde downe, to ouerthrowe.* } *Cic. lib. 1. Offic.* De euertendis diripiendisque vrbib. valde illud considerandum est. *Virg. 3. Æn.* Priamique euertere gentem Immeritam visum superis. *Idem 1. Æn.* Diiecitque rates, euertitque æquora ventis. *Cic. 3. Verr.* Nec per summam iniuriam pupillum Iunium fortunis patris conetur euertere. *Idem 1. de Orat.* Qui duorum socialmorum nauiculam in portu euerterit. [*Catull. de Com. Bereu.* Ille quoque euersus mons est. *Ouid. lib. 13. Meta.* Quid dubitas ingentem euertere Troiam?]

EVERSIO, verb. Ruina, casus, pernicies. { מהפכה *mahpeckáh.* ἀνατροπή, καταστροφή, ἀποστάτωσις, καθαίρεσις GA. Renuersement, destruction. IT. *Abbattimento, distruttione.* GE. Vmbkerung/vmbwerffung. HI. *Obra de trastornar alguna cosa.* AN. *An ouerthrowing, a turning vpside downe.* } *Plin. li. 12. c. 17.* Euersiones vehiculorum. *Cic. de Senect.* Hinc Rerump. euersiones. Euersio vitæ *Cic 4. Arad.*

EVERSVS, a, um, Dirutus, destructus. { נהפך *nehpháeh.* ἀνατετραμμένος, ἀνάστατος, καταστραφείς. GAL. Renuersé, jetté par terre, destruit. ITA. *Riuesciato, atterato, distrutto.* GERM. Vmbkert. HISP. *Trastornado, destruyde.* AN. *Ouerthrowen, turned vpside downe.* } Vt euersa vrbs, *Plin. lib. 15. c. 18.* Euersus fortunis, Cicero pro Flacco.

* Euersæ ceruices dicuntur cuius ceruices non amplius erectæ sunt, sed depressæ. *Terent. Heaut.* Ego te autem noui quàm esse soleas imporens, Inuersa verba, euersas ceruices tuas. *Fasces euersi, Consulatus fato amissus. *Ouid. ad Liu.* Quos primum vidi fasces, in fungere vidi, Et vidi euersos, indiciúmque mali.

EVERSOR, oris. { הפך *hopheéh* נתם *notháes.* ἀνατροπεύς. GAL. Renuerseur, destruiseur. IT. *Riuesciatore, destruetore.* GERM. Ein vmbkerer oder zerstörer. HISPA. *Trastomador, destruydor.* ANGL. *A destroyer, an ouerthrower.* } *Cic. pro*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Cic. pro domo sua. Euersor huius imperij. *Virg. 12. Æn.* Priami regnorũ euersor Achilles. ¶Euersor item pro prodigo & dissoluto ponitur, qui patrimonium suum profundit. *Caius lib. Instit. 1.* Sub curatore sũt minores ætate, maiores euersores insani: qui euersores aut insani sunt, omni vitæ tempore sub curatore sunt.

Euestigãtus. *Seneca Controuers. lib. 2.* Tu Crasse post euestigata illa fugitiuorum arma vbis Romanæ ditissimus.

Euestigio, aduerbium, Confestim, properanter: vnica dictio est composita, aut certè duæ dictiones per subunionem coniunctæ. { פתאם *pitheóm, παρὰ χρῆμα, αὐτίκα.* GAL. Tout incontinent apres, tout soudain, subit. ITA. *Incontinente, subito.* GER. Einswegs von stund an/ auff den fusnach. HIS. *Luego, sin algun medio.* ANG. *Forthwith, by and by, quickelie.* } *Cic. Fam. lib. 4.* Postea se à Marcello ad me missum esse qui hæc nunciaret, & rogaret vt cogerem medicos: coëgi, & euestigio eo sum profectus prima luce. *Pli. in Epist.* Nunquam sum magis de occupationib. meis questus, quæ me non sunt passæ aut proficiscentem te valetudinis causa in Campaniam prosequi, aut profectum euestigio subsequi.

Evgãnei, Δρύοντες, Populi fuerunt ad intimum maris Adriatici sinum, Alpes versus: qui deinde à Troianis & Henetis, qui Antenore duce in eam Italiæ partem venerant, sedibus suis pulsi, Alpes Graias tenuerunt. *Liu. lib. 1. ab Vrbe,* Casibus deinde variis Antenorem cum multitudine Henetũm, qui seditione ex Paphlagonia pulsi & sedes & ducem, rege Pylemene ad Troiam amisso, quærebant, venisse in intimum maris Adriatici sinum, Euganeosque, qui inter Alpes maréque incolebant, pulsis, Henetos Troianósque, eas tenuisse terras, & in quem primum egressi sunt locum, Troia vocatur, pagóque inde Troiano nomen est. Gens vniuersa Veneti appellati. Hæc ille. Dicti autem sunt Euganei ἀπὸ τῆς εὐγενείας, hoc est, à generis nobilitate, *teste Pl. lib. 3. cap. 20.* Hinc Euganeus, a, um. *Iuuenalis,* Euganea quantumuis mollior agna. *Lucanus,* Euganeo (si vera fides memoranribus) augur Colle sedens, Aponus vbi terris fumifer exit, Atque Antenorei dispergitur vnda Timaui.

Euge, εὖγε, חכח *hahách* הֵאח *heách.* Interiectio assentientis, laudantis & gratulantis. *Plaut in Epid.* Euge, corpulentior videre atque agilior. *Idem in Mercatore,* Euge mi Demipho salue.

[Euge homo lepidissime. *Plau. Pseud. sc. 3. a. 1.* Lepidè dictum. Euge plaudo Scaphę. *Plaut. Most. sc. 3. a. 1.* Euge oculus meus. (exultantis) Ibidem. Euge, Euge, lepidè laudo commentum tuum. Idem *Milit. sc. 2. a. 2.* Euge ædilitias edictiones habet. *Plaut. Capt. sc. 1. a. 4.* Euge, Thalem non emam talento. *Plaut. Capt. sc. 2. a. 2.* Eas legiones copiásque sumus, euge, potiti. *Plaut. Asin sc. 2. a. 3.* S Euge, optime, nunc exquire. (hortantis.) *Plaut. Amphitr. sc. 3. a 2.* Euge, Euge, Dij me seruatum volunt. *Plaut. Aul. sc. 3. a. 4.* Sed ædes occluserunt Eugepæ? Idem *sc. 2. a. 4.*]

Eugẽniæ, pe. prod. Vuæ quædam sunt à generositare sic dictæ. Nam εὐγένεια à Græcis dicitur nobilitas. *Colum. lib. 3. cap. 2.* Frigidum solum ac roscidum cælum commodissimè sustinent, sicut eugeniæ dum sũt in Albano colle. Nam mutato loco, vix nomini suo respondent.

Evgĩa, εὐγεια regiuncula Arcadiæ *Steph.*

Eugium. Pellicula quædam in pudendo muliebri, quam primo coitu rumpi nonnulli ex antiquis putauerunt. ὑμὴν. Quamuis reuera constet inter Anatomicę rei peritos pelliculam eiusmodi commentitiam esse & in virginum dissectionibus non inueniri. *Nonius,* Eugium, inquit, pars media inter naturalia muliebria. *Nauius,* Sine eugio puellam inuenit. *Laberius,* Quare tàm arduum ascendis? an concupiscis eugium scindere?

*Euhoe, εὐοῖ, Vox Bacchantis. *Plaut. Menæch sc. 2. a. 5.*] Euhoe atque eheu Bromie quò me in syluam venatum vocas? Fortasse rectius scriberetur euohe. Acron *in Horat. 2. Carm. Ode* 11. [*Apud Pl.* Ibidem alij ita legunt: Evoe, evie, Bromie, &c. *Vide infrà in* Euæ]

Evhyvs, ὑιὸς. GE. Guter son/ ein junam Bacchi welchen im Jupiter gäben hatt/ als er wie ein löw fur in wider die Risen gestritten hatt. } Vnum ex Bacchi cognominibus, à Ioue illi inditum eo in bello quod Gygantes cum diis gesserunt. Fabulantur enim Poetæ, cæteris diis perterritis, Liberum patrem se in leonem conuertisse, vnúmque ex Gygantibus interfecisse, & ob rem tam strenuè gestam, Euhyon, hoc est, bonum filium à Ioue fuisse salutatum. *Stat. lib. 2.* Et tunc fortè dies noto signata tonantis Fulmine, prærepti cum te tenet Euhye partus Trãs misere patri. ¶Inde fit fœmininum Euhyas, Bacchi sacerdos. *Horat. li. 3. Carm.* Non secus in iugis ex somniis stupet Euhyas, Hebrum prospiciens, & niue candidam Thracen.

*Euibro, as, are, ἐκπλήττω. *Gell. lib. 1. cap. 11.* Excitarentur, atq; euibrarentur animi.

Euĩdens, pen. cor. Clarus, apertus, perspicuus. { נראה כרור *niréeh barúr* צח *tsach* צחיח *tsechiách.* σαφὴς, ἐναργὴς. GAL. Euidẽt, clair, manifeste. ITA. *Euidente.* GERM. Scheynbar/klar vnd heitter. HISP. *Visible, clara y manifesto.* ANG. *Plane, manifeste.* } *Cic de Vniuers.* Atq; vt esset mensura quædam euidens, quæ in istis octo, cursib. celeritates, rarditatésque declararet. Sic euidens ratio, euidens argumentum. [*Gell. cap. 6. lib. 17.* Ea sunt euidentia.]

Euidẽtĭa, Perspicuitas. { ראי *roi* מראה *mareéh.* GAL. Euidence. ITA. *Euidenza.* GERMAN. Klarheit/ heitere eines dings HISPA. *Aquella claridado manifestation.* ANGLI. *Planenesse, clearnesse.* } Claritas, perspicuitas, quo nomine figura quædam Sententiarum à Rhetoribus dicitur, quæ & ἐνάργεια à Græcis appellatur, quum scilicet res ita oculis subiicitur vt coràm geri, non commemorari videatur. *Cic. 4. Acad.* Propterea quòd nihil clarius ἐναργείᾳ, vt Græci, perspicuitatem aut euidentiam nos, si placet, nominemus, fabricemúsque, si opus erit, verba.

Euidẽntĕr, aduerbium, Clarè, perspicuè. { ἐναργῶς. GALL. Euidemment, clairement. ITA. *Euidentemente, chiaramente, manifestamente.* GER. Klarlichen/ augenscheynlich. HISP. *Clara y manifestamente.* ANG. *Plane, bysclearly.* } *Liu. 6. ab Vrbe,* vel fateri nobis ea, quum tam euidenter pœnituerit, tutum censemus.

Euidẽntissimè, Aduerb. *Paulus D. lib. 30. tit. 1. l. 33.* Siquidem euidentissimè apparuerit.

Euigĭlo, as, pen. corr. Expergiscor, excitor. עיר *ear* ἐγείρομαι. GALLICE, veiller, ne dormir plus. [*Item,* estre esueillé, se reueiller. } ITA. *Destarsi, suegliarsi.* GERM. Außwachen/ erwachen. HISP. *Velar despues del sueño.* ANGL. *To wake, to tak paine or be diligent.* } [*Suet. in Galba cap. 2.* Somniauit fortunam dicentem, &c. vsque euigilauit, &c.] *Plin. Epist. 5.* Euigilaueram: nũtius à Spurina, &c. *Stat. 5. Sylua.* Graius qua puppe magister Excidit, & mediis miser euigilauit in vndis. ¶Nonnunquam significat elucubro, & elaboro siue vigiliis cõficio. *Ouid.* [*Eleg. 1. lib. 1.*] *Trist. ad librum,* Aspicies illic positos ex ordine fratres, Quos studium cũctos euigilauit idem. *Cic. ad Attic. lib. 9.* At quàm honesta, at quàm expedita tua consilia, quàm euigilata tuis cogitationib. [*Quintil.* Pythagoreorũ mos cùm euigilassent. *Gell. cap. 7. lib. 1.* Pleraque litterati meditata euigilatáque erant.

Evii, populi Liguriæ, *Steph.*

Evila. { חיולה *chauiláh.* } Regio ad Orientem vergens, sacris literis celebrata, quam circuit de Paradiso Phison egrediens, quem nostri mutato nomine Gangem vocant. In ea aurum purissimum, quod Hebraicè Zaab, & gemmæ pretiosissimæ, carbunculus, smaragdúsque nascuntur.

Evĭlesco, Vilesco, vilis fio, & in contemptum abeo. { נקל *nakál.* φαύλιζομαι. GALL. Auilir, deuenir vil. ITA. *Deuenir vile, auilire.* GERM. Vernichtet werden. HISP. *Valer poco, ir à menosprecio.* ANG. *To become vyle.* } *Suet. in Claud. Cæs. cap. 15.* Propter quæ vsq; eò euiluit, vt passim ac propalàm contemptui esset.

Evĭnĭo, is, ere. Vincio, ligo, circunligo, corono. { אסר *asár.* αἰαδεσμεύω, αἰαδέω. GALLIC. Lier & serrer. ITAL. *Ligare.* GERM. Binden/ tnupfen. HISP. *Atar.* ANGLIC. *To bind, to knit hard.* } *Virg. 8. Æneid.* Euincti tempora ramis. *Tacit. lib. 5.* Surena patrio more Tiridatem insigni regio euinxit.

Evĭnctus, participium. { אסור *asúr.* αἰαδεδεκὼς. GAL. A qui on a lié & accouplé quelque chose, lié. ITA. *Ligato, cinto.* GERM. Gebunden. HIS. *Atado.* ANGL. *Bound hard.* } *Virg. 5. Æne.* Ipse caput tonsæ foliis euinctus oliuæ. *Ibidem,* Puniceis ibant euincti tempora tænis. *Idem 7. Eclog.* Læui de marmore tota Puniceo stabis suras euincta cothurno. [*Ouid. Eleg. 4. lib. 4.* Protinus euincti tristem ducuntur ad aram. *Gell. cap. 1. lib. 14.* Omnia quasi sideribus euincta duci & regi.]

Evĭnco, Vinco, cõuinco, vel vincendo extorqueo. { נצח *nitséach* הוכיח *hochiách.* νικημάω. GAL. Conuaincre, surmonter, vaincre. ITA. *Vincere.* GERM. Vberwinden. HISP. *Vencer.* ANG. *To ouercome, to vanquishe.* } *Liu. 2. ab Vrbe,* Omne id tempus cum coniuratis consultando absumitur, euincúntque instando vt literæ sibi ad Tarquinios darentur. *Horat. 2. Serm. Satyr. 3.* Si puerilius his ratio esse euincet amare: *Colum lib. 6. c. 5.* Euincendi sunt autem, quamuis pestiferi morbis, & exquisitis remediis propulsandi. ¶Euincere item apud Iurisconsultos, est eandem rem quam aduersarius iure legitimo acquisierat, per iudicem recuperare. Hinc Euictio, talis recuperatio. Itaque propter periculũ euictionis moris fuit olim vt si res non Quiritium, sed Gentiũ iure abalienaretur, is qui eam acquirebat, duplam aut simplam stipularetur sibi ab aurora dari, si ea sibi iudicio adimeretur: quemadmodum ex *Varr. lib. 10. de Rerust.* intelligitur.

Evictus, participiũ, Victus, conuictus. { נוכח *nochách.* ἐπικρατὴς. GALL. Conuaincu, vaincu. ITA. *Conuinto.* GERMA. Vberwunden/ vberzeugt. HIS. *Vencido.* ANG. *Vanquished.* } *Cic. 2. Verr.* Qui tàm nefariis criminibus, tàm multis testib. euictus, ora iudicum aspicere, atq; os suum populo Romano ostendere auderet. *Virg. 4. Æneid.* Tu lacrymis euicta meis, tu prima furentem His germana malis oneras, atq; obicis hosti. [*Suet. in Tib. c. 37.* Euictus precibus, Euicti tempestatib. naufraga eiecit corpus viri. *Senec. cap. 17. de Consol. ad Helu.* Euictus longo tempore Cæsar erit. *Ouid. Eleg. 1. lib. 3. Trist.*

Evippe, Δίππη, Vicus Cariæ. *Steph.*

Evĭro, as, Castro, virilitatem execo. { נתק *nathák.* εὐνουχίζω. GALL. Chastrer, effeminer, oster la virilité. ITA. *Castrare, tagliare i genitali.* GERM. Außthauwen/ munchen. HISP. *Castrar, enflaquescer à otro.* ANG. *To geld.* } Et per translationem, mollem & effœminatum reddo. κατευνάω. *Varr. Marcipore, vt citat Nonius,* Euirauit omnes veneri vagã pueros.

Evĭrātus, Castratus, quasi virilibus spoliatus. { סתנ *nathúk.* ἐξευνουχισμένος. GALL. Chastré, effeminé. ITA. *Castrato, priuato de i genitali.* GERM. Dem außgehauwen ist. HISPAN. *Gastrado, ò assi enflaquescido.* ANG. *Gelded.* } Per metaphoram accipitur pro molli & effœminato. *Plaut.* Adulescens euiratus ac mollis. *Martial. lib. 5.* Spadone quum sis euiratior fluxo.

Evĭrātio, onis, Virilium exectio, & per translationem, effœminatio. { αἰανδρία, εὐνουχισμός. GALLIC. Chastrement. ITALIC. *Il castrare.* GER. Munchung/ außhauwung. HISP. *Aquella obra de castrar ò enflaqueçer.* ANG. *A gelding.* } ¶Euirationem pilorum, *dixit Plin. lib. 29. cap. 1.* pro depilatione qua corpus glabrum & molle redditur more fœminarũ. Nam viros hirsuta decent corpora, iij enim robustiores sunt, & naturæ calidioris. [*Senec. cap. 26. de vita beata*: Euiratio bonæ spei est lacessere virtutem.]

Evĭrĕsco, is, } רטב *ratáb.* εὐθαλέω, ἐκχλωρίζω, ἐκθάλλω. GAL. Deuenir verd, verdoyer. IT. *Diuenir verde, ò verdeggiare.* GER. Grunen/ grũen werden. HISPA. *Reuerdecer.* ANG. *To waxe grene.* } Vtride fieri. *Varro Prometheo,* Atque ex sanguinibus dolore euirescat colos.

Evĭscĕro, as, Viscerib. spolio. ἐκσπλαγχνίζω. GA. Esbouëller, esbreuiller, oster les entrailles & le dedans. ITAL. *Suiscerare, suientrare.* GERM. entweyden/ das eingeweyd außnemmen. HISP. *desollar, ò desembuchar.* AN. *To pull out the garbushe or guttes, to bowell.* } *Virg. 11. Æn.* Compressámq; tenet, pedibúsq; euiscerat vncis. *Cic. 1. Tusc. ex Ennio,* Ipse summis saxis fixus asperis, euisceratus latere pendes.

Evĭto, as, pen. prod. compositum à vito, effugio, vito, deuito. { ברח *barách* נשמר *nischmar.* εὐλαβοῦμαι, φυλάττομαι. GAL. Fuir, euiter. ITA. *Schifare.* GERM. Vermeyden. HISP. *Esquiuar.* ANG. *To eschew, to awoyde.* } *Cic. de Amic.* Est enim varius & multiplex vsus amicitiæ, multæque causæ suspicionum, offensionúmque damnantur, quas tum euitare, tùm leuare, tùm ferre sapientis est. *Horat. lib. 1. Carm.* -metáque feruidis Euitata rotis. *Calius Ciceroni,* Periculosam, & grauem illam dimicationem euitarent. ¶Legitur & Euito apud antiquos pro vitam eripio, occido, αἱρέω. *Cic. 3. Tusc.* ex vetusto

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quopiam Pœcta, Hæc omnia vidi inflammari, Priamo vitam euitari.

Euitatio, onis. {משמר *mischmár.* ἀλαζεία, ἀλλοτρίωσις. GAL. Euitement, eſcheuement, fuite. ITALI. *Schiuamento.* GERM. Vermeydung/ fliehung. HISP. *Eſquinamiento.* ANGL. *An eſchewing.*} *Quintil. anus.* Malorum euitationem, & liberationem, &c.

Euitabilis, le. {εὐφυλακτος, εὐφύλακτος. GAL. Euitable, qu'on peut euiter. ITA. *Che ſi puo ſchiuare.* GERM. Das zu wermeyden iſt. HISP. *Coſa que ſe puede eſquiuar.* ANGL. *Eaſie to be eſchew.*} Non euitabile telum, *apud Ouid. 6. Metam.*

Eulŏgĭă, eulogiæ. {ברכה *beraehâh.* εὐλογία. GAL. Beniſſon, louange. ITA. *Beneditione.* GER. Ein ſägen/benedeyung. HISP. *Benedicion, razonamiento, obra de razonar.* ANG. *A bleſſing, a louing.*} Benedictio, munificentia, beneficentia, vel etiam rationabilitas: ἀπὸ τῶ εὐλόγου, quod ſignificat rationabile. *Cic. ad Attic. lib. 13.* Locum non ſanè probo, quòd eſt hominibus deſertior, ſed habet εὐλογίαν.

EVMAEVS, εὔμαιος, Subulcus fuit Vlyſſis, qui dominum à bello Troiano reducem opera ſua adiuuit contra procos vxoris. *Homer. lib. 22. Odyſſ.*

Eumĕcĕs, Balſami genus læui cortice: ita dictum quòd cæteris ſit procerius. εὔμηκης enim Græcè, procerus & prolixus dicitur. *Plin. lib. 12. c. 5.*

EVMĒLVS, εὔμηλος, Admeti regis Theſſaliæ ex Alceſti vxore filius.

EVMĔNĒS, εὐμενὴς, Vir Cardianus ex intimis Philippi & Alexandri familiaribus, qui cura, diligentia, patria calliditate, & celeritate omnes Macedones ſuperauit: de quo multa à Græcis hiſtoricis traduntur. ¶Fuit præterea hoc nomine Pergami rex, qui Antiochum apud Sardeis ingenti prælio ſuperauit: *de quo vide Strab. lib. 13. & infrà in dictione* PERGAMVS.

EVMĔNĬĂ, εὐμένεια, vrbs Phrygiæ quam Attalus ab Eumene Philadelpho ſic vocauit: aut Hylas, quòd bene in ea manſiſſet, ſic eam appellauit. Alia eſt Cariæ, tertia in Hyrcania.

EVMĔNĬDĒS, εὐμενίδες Furiæ, κατ' ἀντίφρασιν dictæ, quòd minimè beneuolæſint. εὐμενὴς enim beneuolum ſignificat. {*Germ.* Würende vnd vngütige helliſche weiber.} Has autem tres ferunt fuiſſe, Acherontis & Noctis filias, vno partu editas. Et apud inferos vocantur Canes: vnde Lucanus, - iam vos ego nomine vero Eliciam, Stygiáſque canes in luce ſuperna Deſtituam. Apud mortales, Furiæ ab effectu. *Cic. 2. de Legib.* Agitant & inſectantur impios Furiæ non ardentibus tædis (ſicut eſt in fabulis) ſed angore conſcientiæ, & fraudis cruciatu. Apud Superos d cuntur Diræ. *Virgil. lib. 12. Æneid.* At procul vt Diræ ſtridorem agnouit & alas, Infelix crines ſcindit Iuturna ſolutos: Vocantur & Volucres, vt apud eundem, lamiam linquo acies, ne me terrere timentem Obſcœnæ volucres, alarum verbera noſco.

Eumetris, Gemma eſt apud Bactros naſcens, ſilici ſimilis, quæ captiui ſuppoſita nocturna viſa ad oraculi ſimilitudinem reddit. *Plin. lib. 37. cap. 10.*

EVMŌLPVS, εὔμολπος, Nomen viri Athenienſis, quem Suidas Muſæi poëtæ filium fuiſſe ſcribit, & Pithiorum victorem. Alij Orphei vatis filium fuiſſe credunt, qui Poëta fuit ipſo etiam Homero antiquior. Ab hoc Eumolpidas, ſacrorum quorundam præſides dictos volunt, quorum meminit Æſchines in oratione contra Cteſiphontem.

Eumōlpĭdæ, εὐμολπίδαι Dicti ſunt ſacerdotes, ſeu magiſtratus Athenis, in memoriam & honorem Eumolpi regis, quem Ægyptij generis fuiſſe Diodorus refert.

EVMONĬDĒS, εὐμονίδης, Nomen proprium viri Thebani, *cuius meminit Plutarchus.*

EVNAE, εὐναὶ, vrbs Cariæ, in qua fluuius eſt Eunæus. Eſt etiam Eunæ vrbs Arabiæ, quam habitabant Cyrenæi *Steph.*

EVNEVS, pen. prod. εὐνεύς, Iaſonis filius ex Hypſipyle filia Thoantis regis Lemni, *teſte Homero lib. 7 Il. ad.*

Eunŏmĭă, æ, εὐνομία. Eſt recta iuris legúmque conſtitutio, quo nomine Dea illa vocatur, quam Demoſthenes alteram iudiciorum præſidem facit: duplex eſt Eunomia, vna quidem recta iuris conſtitutio: altera vero rectè conſtituto iuri obtemperatio: & εὔνομοι eunomi populi dicuntur, qui recta legum inſtitutorúmque ratione vtuntur, *Budæus.*

EVNONYMITAE, εὐνωνύμιται, populi Ægyptij iuxta Æthiopiam. *Steph.*

Eunūchus, pen. prod. {סריס *ſaris* εὐνοῦχος, εὐνοῦχος GAL. Eunuque, chaſtré des ſon ieune aage. ITA. *Eunucho, caſtrato, ſenza genitale.* GER. Ein verſchnitner. HISP. *Capado, ò caſtrado.* ANG. *A gelded man.*} Caſtratus: ab εὐνὴ, quod eſt cubile, & ἔχω cuſtodio: quia id hominum genus adhibebatur ſeruandis cubilib. regum, quaſi Eunœchus, & per ſyncreſin Eunuchus. *Cic. in Orat.* Eunuchi in Syria Ægyptióque, &c. *Iuuenal. Satyr. 10.* - decidere iactu Cœpit cum ventis, imitatus caſtora, qui ſe Eunuchum ipſe facit, cupiens euadere damno Teſticulorũ. [*Gellius cap. 12. lib. 4.* Eunuchus morboſúſve.]

Eunūchizo, as, {נתק *nathák* εὐνουχίζω. GAL. Chaſtrer. ITA. *Caſtrare, Cauare i genitali.* GERM. Manchen/verſchneiden/auſſhauwen. HISP. *Caſtrar.* ANG. *To geld.*} Caſtro, *Hieronymus contra Iouin.* Sunt Eunuchi qui de vtero matris ita nati ſunt, & ſunt eunuchi qui ab hominibus eunuchizati ſunt, & ſunt eunuchi qui ſe caſtrauerunt propter regnum cælorum.

Eunūcho, as, Eiuſdem ſignificationis. {נתק *nathák* εὐνουχίζω. ANG. *To geld.*} *Varro in lege Mauia apud Nonium,* Sic quidem patriam maiorem parentem extinguit in eo eſt culpa: quod facit pro ſua parte is qui ſe eunuchat, aut alibi liberos producit.

Euŏco, as, penultima correpta, Extra voco. {קרא *karâ* זעק *záhák.* ἐκκαλέω, παρακαλέω. GALL. Huchet pour venir dehors, appeller. ITAL. *Chiamar fuori.* GERM. Auſſhin berüffen. HISP. *Atraer yllamar affuera.* ANG. *To call forth.*} *Plaut. in Amph.* Euocare huc Soſiam. *Terent. in Eunuch.* Num quem euocari hic vis foras? [*Plaut in Amph.* Tu gubernatorem è naui huc euoca meis verbis Blepharonem, vt re diuina facta mecũ prandeat. [Pectus digitis pultat. Cor credo euocaturus eſt foras. *Plaut. Milit. ſc. 2. a. 2.* Oſtium pultabo, & intus aliquem euocabo foras. *Plaut. Pſeud. ſc. 2. a. 2. & ſc. 7. a. 4.*] ¶Sic euocare ad cœnam, euocare ad colloquium, euocare ad pugnam, &c. *Cic. Attic. lib. 2.* Tuas Numeſio literas dedi, ſic te his euocabam, vt nihil acrius, neque incitatius fieri poſſet. Euocare aliquem Romam, aut aliam ad vrbem accerſere. Sic qui in prouinciis erant, ſæpe ad dicendam cauſam Romam euocabantur. *Cic. 3. Verr.* Pericles Epheſius homo nobiliſſimus Romam euocatus eſt, quòd autor iniuriæ illius fuiſſe argueretur. ¶Euocare item eſt ad ſubitam tumultuariámque militiam vocare. *Cæſar 1. bell. Ciu.* Magnus numerus Equitum Romanorum & Decurionum, quos ex municipiis Domitius euocauerat. ¶Euocare deos ſiue ſacra, veteres dicebant pro precibus elicere numina illa in quorum tutela vrbs obſeſſa eſſe putabatur, vt ea relicta, in eorum qui obſidebant, vrbem transirent. Nefas enim ducebant, vibem aliquam niſi prius euocatis diis tutelaribus, oppugnare: ne aut aduerſus deos pugnare aut capta vrbe ipſos etiam deos captiuos habere viderentur. Huiuſmodi autem euocationes fiebant conceptis verbis, & crimine quodam in eum vſum compoſito, *cuius formulam deſcribit Macrobius Satur. lib. 3. cap. 9.* ¶Per tranſlationem ponitur pro auerto, ἀποστρέφω. *Cic. 1. Tuſcul.* Nam quid aliud agimus, quum à voluptate, id eſt, à corpore, quum à re familiari quę eſt miniſtra & famula corporis, quum à Repul. quum à negotio omni euocamus animum? Quo tamen in loco potius legẽdum viderur auocamus.

*Euocator, Verbale. *Cic. in Catil.* Principem coniurationis, euocatorem & ſeruorum & ciuium perditorum exire patieris?

Euŏcāti, Dicuntur non qui iuſti milites ſunt, ſed qui repentina aliqua neceſſitate ex agris in bellum tumultuariè vocantur. {קרואים *kerum* נזעקים *nizhakim.* ἐκκλητοι. GA. Apellez à la guerre par neceſſité. IT. *Chiamati à biſogni per ſoldati.* GE. Zwiegsleut die man eilends in der not von heimet in das feld auſſshinberüfft. HISP. *Llamados todos à la guerra.* ANG. *Souldiers choſen & called to warre of neceſſitie.*} Hi pro militibus ducebantur. *Suet. in Galb.* Delegit & equeſtris ordinis iuuenes, qui manente anulorum aureorum vſu, euocati appellarentur, excubiáſque circa cubiculum ſuum vice militum agerent. [*Idem in Aug. c. 56.* Affuit clientibus: ſicut Scutario cuidam euocato quondam ſuo, qui poſtulabatur iniuriarum.] *Ci. ad Appium,* Antonium præfectum euocatorum miſit ad te, cui ſi videbitur, cohortes traderes.

Euŏcātio, *Hircius de bello Alexandrino:* Edictum tota prouincia propoſuerat, vt quibus pecunias imperaſſet, neque contuliſſet ſi adirentque euocatio vehementer omnes turbauit.

Euœ, per duas ſyllabas, εὐοῖ. Interiectio bacchantis eſt, quam in Liberi patris Orgiis identidem inculcabant Bacchæ. *Ouid. 6. Metam.* Exululant, euœque ſonant. Dicitur & Euohe triſſyl. *Virg. 7. Æneid.* Euohe Bacche fremens. *Ouid. 4. Metam.* Téque ferens paruum nudis Melicerta lacertis Euohe Bacche ſonat [Et ſine aſpiratione, *apud Plaut. Men ſc. 2. a. 5.* Euoe atque euie Bromie, quò me in ſyluam venatum vocas? Vide ſupra in Euhoe.]

Euŏlo, as, are, Extra, vel in altum volo, deuolo, auolo. {עף *Baph* נדד *nudádh.* ἀπίπταμαι. GALLIC. S'enuoler, voler hors. ITALIC. *Volar fuori, volar in alto.* GERMANICE, Auſſſtiegen/darnon fliegen. HISPA. *Volar de vn lugar à otro.* ANGLI. *To flee out or away, to eſcape.*} *Plin. lib. 10.* Vultur, & ferè graniores, niſi ex procurſu, aut altiore tumulo immiſſæ non euolant. *Cicer. de clar. Orat.* Itaque tantos proceſſus efficiebat, vt euolare, non excurrere videretur. *Idem 1. de Legibus.* Quare glandifera illa quercus, ex qua olim euolauit Nuntia fulua *Iouis* miranda viſa figura, nunc ſit hæc. ¶Et per tranſlationem ponitur pro effugere. *Cicer. 3. Verr.* Ille qui ſua cupiditate tantos tumultus concitaros videret, cupere al quò euolare ſi poſſet. ¶Euolare pœnam, *Cicer de Prouin. Conſul.* Quam pœnam ſi tùm aliorum opibus, non ſuis, inuitiſſimis vobis euolarent: at al am multò maiorem grauioremque ſubierunt.

¶Exprobrans ſonus:*Quintilian.*Dulcis debet eſſe non exprobrans ſonus.(ſup.vocis.)*Senec.cap.16.de Conſol.ad Helu.* Non te facunditatis tuæ,(quaſi exprobraret ætatem,) puduit.*Ouid.lib.12.Metam.*-trepidó que fugam exprobrauit amico.*Pl.in Capt.ſc.*4.a.3. Pergin' ſeruum me exprobrare eſſe,quod vi hoſtili obtigit?¶Aliquando eſt obiicere culpam non verbis,ſed re,& aliquo facto,κατηγορεῖν,καταμέμφεσθαι,παρέχειν. *Pli. in Epi.*Nam mala emptio ſemper ingrata,eo quòd exprobrare ſtultitiam domino videtur.

Ēxprōbratrīx,fœmin.quæ exprobrat. *Seneca de benefic. lib.*7 *cap.*22. vt hæc nimia & exprobatrix memoria ſubſideret, obliuiſci eum qui dedit iuſſimus

Ēxprōbrātio,{ גדוף *giddúph* חרפה *cherpáh.* ἐνέδισις,ἐνυβρισμός. GALLICE, Reproche. ITAL. *Rinfaccíamento.* GERM. Verweyſſung/außhebung. HISPANIC.*Aquella obra de ſaherir y dar en denueſto , ſaherimiento.* ANGL.*An vp braiding.*}*Plin.lib.*19.*c.*4 *Terent.And.*-nam iſthęc commemoratio Quaſi exprobatio eſt immemoris benefici. Eſſe in exprobratione,id eſt vitio verti. *Plin.* Nam pari deſiderio etiam erant in exprobratione.

Ēxpromitto,is,ere.Eſt pro alio promittere,hoc eſt, fideiubere. { כחר *ẖarár.* ἐκδιγυᾶσθαι.GA.Promettre & s'obliger pour vn autre,reſpondre pour luy,le pleger.IT.*Promittere per alteri.*GE.Für ein andern verſprechen/verburgen. HIS.*Prometer por otro.*AN.*To promiſe or vndertake for another* }*Vlp.de Iure dot.* Debitor mulieris iuſſu eius pecuniam viro ſuo expromiſit.*Idem de Donat.* Si quis ſeruo ſuo grandem pecuniam crediderit,deinde liber factus eam expromiſerit.

¶Aliàs expromitto idem eſt quod ſimplex promitto:*Pomponius libr.* 14.*Tit.vlt.l.Fina.* Si is,cui dum poteſtate patris eſſet,mutua pecunia data fuerat,paterfamiliàs factus,per ignorantiam facti nouatione facta eam pecuniam expromiſit,ſi petatur ex ea ſtipulatione, in factum excipiendum erit.

Ēxprōmissŏr,{ ערב *ẖoréb.* ἔγγυος,ἐγγυάδωρος.}*Pompo.de verborum obligationibus l.quinta*,Satis acceptio eſt ſtipulatio,quæ ita obligat promiſſorem,vt expromiſſores quoque ab eo petantur. Expromiſſores ſunt hi qui pro eo promittunt qui ipſe efficaciter obligatus non eſt: vt qui pro ſeruo promittit centum domino,ſi eum manumiſerit: nec enim cum ſeruo contrahitur vera obligatio. Quo verò expromiſſor à mandatore, fideiuſſore,ſponſore,conſtitutore,& principaliter obligato differat,*annotatum eſt in Authentic.De fideiuſſor.in princip. Accidit.*§.*Satis acceptio. leg.quinta ff.de Verborum obligationib.& l.Si quis accepto, de Condic.ob cauſ.Spiegel.*

Ēxprōmo,mis,penultima producta. Extra promo , profero , expono. { חוצ *hotsí.* προφέρω. GALLIC. Tirer hors,produire,mettre hors. ITA. *Trar fuori,producere.* GERMAN. Außhinnehmen/ fürhin ziehen. HISP.*Sacar à fuera.*ANG.*To draw forth,to vtter.*} *Plaut.in Mil.* Neque equidem heminas octo expromptſi in vrceum.*Varr.*2.*de Reruſtic.* capite ſecundo, Quum emptor dixit,Tanti ſunt mihi emptæ: & ille reſpondet:Sunt:& expromſit nummos. [*Cicero pro Milon.* Expromere crudelitatem.]

¶ Expromere interdum , idem eſt quod eloqui , & animi ſenſa efferre.*C.cer.4.Academ.*Expromam primùm illa inuidioſa , quòd eos omnes qui,&c. *Liu.9.bell.Punic.* Expromerent quid ſentirent,cum bona venia ſe auditurum. [*Catull.ad Ortal.* Nec potis eſt dulces Muſarum expromere fœtus Mens animi. *Plaut. Milit. ſc.*2.a.2. Quicquid eſt incoctum non expromit,benè coctum dabit. (*De Conſilio & dolo.*)]

Ēxprōmītur,paſſiuè.*Cic.*2.*in Cat.* Quorum omnis induſtria virtæ,& vigilandi labori in antelucanis cœnis expromitur.

Ēxprōmptus,participium.In medium prolatus,*inquit Donatus.*{ מוצ *mutſá.* προφερόμενος,ἐκφερόμενος. GA.Tiré hors,produit,mis hors. IT.*Meſſo fuori.* GER.Herfurgenommen/oder herfurgelegt.HI.*Sacado afuera.*AN.*Drawen forth,taken forth.* } *Tereut.in And.* -Myſis nunc opus eſt tua Mihi ad hanc rem expromptа memoria.

Ēxpūgno,as,Pugnando capio. { קר *tſar* תפש *taphás.* κατακρατῶ,ἐκπολιορκῶ. GAL.Gaigner en bonne guerre,vaincre par force,forcer. ITA. *Prendere combattendo.*GERM.Beſtreyten/ mit ſtreytten eroberen. HISP. *Tomar combatiendo.*ANGL.*To winne by aſſaute,to conquire.* } *Terent. Eunuch.* Primum ædes expugnabo. *Cæſ.*4.*bell.Gall.* Complutibus expugnatis oppidis *Cicer.*1.*Verr.* Nihil eſſe tam ſanctum,quod non violarit:nihil tam munitum,quod non expugnari pecunia poſſit. [*Plaut. Pſeud.ſc.*4.*a*1.faxo expugnatum hoc erit oppidum. *Idem Pſeud.ſc.*7.a. 4.An expugnauit ille carcerem patriam tuam? & Metaphoricè, *idem Plaut.Ibid.ſc.*1.a.2.Hoc oppidum expugno. *Plaut.Amph.*Id vi & virtute militum victum & expugnatum oppidum.(de dedito) *& Sueton. in Tib.cap.*21.Expugnatus precibus.]*Expugnare aurum ab aliquo,metaphoricè,pro Extorquere nummos ab aliquo.*Pl.Bacchid.*Expugnaui amanti herili filio aurum ab ſuo patre. Id eſt, technis tantum effeci,vt pater daret pecunias filio.*Cœpta expugnare,Id eſt, expugnando & inſtando aſſiduè incœpta perficere.*Ouid.9.Meram.* *Expugnare pudicitiam puellæ.*Cic.pro Cælio*,Vtrum hic tibi L. Herennij adulter,an amator,expugnare pudicitiam , an explere libidinem voluiſſe videatur?

[Expugnaſſere:*Plaut.Amph.*Seſe igitur ſumma vi virisque eorum oppidum expugnaſſere.]

Ēxpugnātĭo,onis. { מרור *matſor.* ἐκπολιόρκησις. GAL. Forcement,priſe d'aſſaut. ITA.*Forzamento,vittoria.*GERM.Eroberung. *Hisp. Aquella obra de tomar por combate.*ANG.*A winning by aſſaute,a vanquishing.*} *Cicero pro leg. Manil.* Non multùm ab hoſtili expugnatione differunt.

Ēxpūgnātŏr,oris,{ צר *tſar.* πολιορκητής. GA.Forceur,vainqueur.IT. *Forzatore,vincitore.*GE.ein eroberer/ein Syger im ſtreyt/ein vberwinder HISP. *Vencedor,tomador,por combate y por fuerça.*AN.*A vanquisher, an ouercomer.* }vt,Expugnator pudicitiæ.*Cic.*3.*Verr.*

Ēxpūgnābilis,le,{ ἁλωτός,ἑαλωκώς. GA. Qu'on peut vaincre. ITA. *Coſa che ſi puo vincere.*GER.wol durch beſtreytung zu eroben.HI.*Coſa que ſe puede vincer.*AN.*That may be vanquished or ouercome.* } *Statius* 4.*Theb.*-& nullo ruis expugnabilis aſtro.

Expumo,as,are,In modum ſpumæ emano.{ ἐξαφρίζω. GAL.Eſcumer, rendre & ſetter eſcume. IT. *Schiumare.* GERM. Oberſchaumen/außhinſchaumen HIS.*Eſpumar echando la ſpuma.*ANG.*To caſt out ſome.*}*Celſ. lib.*6 *c.*7.Si ex grauedine eſt,purgare autem oportet, & ſpiritum continere,donec inde humor aliquis expumet.

Ēxpūmĭco , as , expurgo , expolio : verbum formatum à pumice, cuius vſus eſt in chartis læuigandis, & ſordibus pedum abradendis in balneis. *Tertul.aduerſus Valent.* Et ab omnibus iniuriis paſſionis expumicat.

Expūngo,gis,Quod ſcriptum eſt deleo,deleo,induco. { מחה *macháh.* ἐξαλείφω.GA.Effacer & oſter,caſſer, annuler, abolir vne eſcriture.IT. *Cancellare,annulare,caſſare.*GER.außthun/außtilgen/durchſtreichen.H. *Caſſar la eſcriptura ò la cuenta.*AN.*To pricke or croſſe out a worde or ſentence written.*} *Plaut.in Ciſt.* Nunc quod reliquum reſtat,volo perſoluere,Vt expungatur nomen,ne quid debeam.Vnde etiam milites expungi dicuntur à militia,quum nomina eorum ex albo eraduntur? Et expuncti milites,dicti ſunt deleti,& à militia remoti. [*Vide* interpretem Perſij.] *Plau.in Curc.* Miles pulchrè centuriatus eſt expuncto in manipulo.Expungi dicuntur Iudices , quando amouentur à iudicando,veluti eraſi ex albo Iudicum. ἐξαλείφεσθαι,διαγράφεσθαι,ἐκκρίνεσθαι.*Perſius Saty.*2. per tranſlationem poſſunt pro expellere,& loco mouere,Pupillúmve vtinam quem proximus hæres Impello, expungam: nanque eſt ſcabioſus,& acri Bile tumet.[*Plau.Amph.* Vt metuo ne victis hoſtibus Dij partam expungant gloriam. *Item Suet.in Claud.c.*13. Cum decurias rerum actu expungeret.]

¶Expungere rationes,eſt vltimam manum calculo imponere. *Hermo. De diuerſ.temp.præſcript.*Reipublicæ rationes ſubſcripræ & expunctæ, aduerſus eum quidem qui adminiſtrauerit,vltra viginti:aduerſus verò hæredem,vltra decem annos retractari non poſſunt. Tracta eſt locutio à more ſupputantium,qui ſemel atque iterum diſpuncto calculo, vbi minores omnes ſummas in vnam contraxerint,reliqua omnia ſolent expungere.¶Diſpungere verò rationes (vt ſuo loco dictum eſt,) eſt expenſa & accepta conferre.

Expŭo,puis,Saliuam aliúdve quid ex ore eiicio.{ רק *rak.* ἐκπτύω,πτύω. GAL.Cracher,ietter hors.ITA.*Sputare.* GERMA. Außſpeuwen.HISP. *Eſcopir*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Escop're. ANGLIC. *To ſpette out, to voide out.*}¶*Plin.lib.7.c.23.* Anaxarchus, quum ſimili de cauſa torqueretur, præroſam dentibus linguam, vnámque ſpem indicij in os tyranni expuit. *Terent. per translationem in Eun ucho dixit,* Vbi illam expuerit miſeriam ex animo.[*P. Pſeu ſc 1.a 1.* Nequeo lacrumam exorare vt expuant vnam modò. (ſup. oculi.)

Expūtio.{קנ *rok* κόπωσις. GAL. Crachement, crachat. ITA. *Sputamento.* GERM. Außſpōwung. HISP. *La eſcopitia, ò eſcopidura.* ANG *A ſpetting out.*}*Plin.lib.23.c.1.* Et ad expuitionem ſanguinis quoque adhibent.

Expurgo, as, Purgo, vel perfectè purgo. {ברר *berér* נקה *nikkáh.* ἐκκαθαίρω. GALLIC. *Purger*, nettoyer, eſmonder. ITALIC. *Purgar.* GERM. Außſeuberen/wol reinigen. HISPAN. *Alimpiar.* ANGL. *To clenſe, to make cleane.*} *Cic. de Clar. Orat.* Quò magis expurgandus eſt ſermo. [*Gell. cap.3.lib.7.* Expurgare fidem.]¶Expurgare ſe à criminis alicuius ſuſpicione, eſt ſe innocentem probare. *Plaut. in Mil.* [*ſc.6.a.2.*] Expurgare volo me. PE. Tùne expurges mihi, Qui facinus tantum, támq; indignum feceris?[*Plaut. Capt. ſc.4.a.3.* Hoc volo expurgare tibi.]

Expūrgātio, Verbale. {נקיון נקה *nikkájon* טהרה *taboráh.* ἐκκαθαρσις, κάθαρσις. GALL. Purgation, nettoyement. ITA. *Purgamento, nettamento.* GERM. Außſeuberung/reinigung. HISP. *Purgation obra de alimpiar.* ANGLIC. *A purgation or cleenſing.*} Expurgationem habere, id eſt, ſe purgare, *Plaut. Amph.*[*ſc.3.a.3.*]

Expūto, tas, pen. corr. Ab ex, & puto compoſitum, ſignificat ramos ſuperfluentes ex arboribus, vel ſarmenta ex vitibus runca reſecare. {זמר *zamár* סעף *ſchéph.* ἀκρεμονεύω, κλαδεύω. GALL. Tailler ce qui eſt ſuperflu, couper, pouer. ITA. *Tagliare, pedare.* GERM. Außſhauwen/ außſchneyden. HISP. *Podar.* ANG. *To loope trees, to cutt of bowghes.*}*Col. lib.11.* Palos, vna opera cædere, & exputatos acuere centum numero poteſt. *Et lib.3.cap.15.* Deinde velut veteranam vitem totam exputare, & ad vnam materiam firmiſſimam redigere. ¶Per tranſlationem ponitur pro reputare, & mente voluere. ἀναγίζω. *Plaut. Ciceroni,* Quę mens eum, aut quorum conſilia, tanta gloria, ſibi verò etiam neceſſaria ac ſalutaria auocarint, & ad cogitationem Conſulatus bimeſtris, ſummo cum terrore hominum, & inſulſa cum efflagitatione tranſtulerim, exputare non poſſum, id eſt, apud me perpendere & ratiocinari.[¶Exputatum & excoctum argentum. *Gell. cap.5.lib.6.*]

Expūtrēſco, ſcis, *Apud Plaut.*[*in Curc.ſc.1.a.2.*]legitur pro penitus putrefio. {רקב *rakáh* נאלח *neelách.* κατάπυσις. GALLIC. Se pourrir & gaſter. ITALIC. *Putrefarſi.* GERM. Gar erfaulen. HISP. *Podrirſe.* ANG. *To rott, to putrefie, to waxe rotten.*} Quin (inquit) tu aliquot dies perdura, dum inteſtina expurreſcunt tibi.

[Exquæſtor, oris, *Iuſtinian lib.1.Inſtitut.* Dicitur is qui quæſturæ functus eſt munere.]

EXQVĪLIAE, arum, tantùm plurale, Mons Romæ, dictus ab excubiis regiis Tullij Hoſtilij, qui hunc collem vrbi adiecit, (*vt auior eſt Liuius 1.ab Vrbe*) & in eum, vt frequentiùs habitaretur, domicilium ſuũ tranſtulit. {GERMAN. Der höchſt Buhel/oder berg in der ſtatt Rom/da yetz die kirch S Maria maiore iſt.}*Ouid.lib.1.Faſt.* Adde quod excubias vbi rex Romanus agebat, Qui nunc Exquilias nomine collis habet. Sunt qui ab exeolendo, Exquilias dictas volunt quòd ea pars vrbis quum antea neglecta iacuiſſet, à Tullo rege fuerit exculta. Quicquid iſt eſt, conſtat certè per x, & ſine diphthongo ſcribendum eſſe, contra receptum abuſum.

Exquĭlīnus, quilina, quilinum, Quòd in Exquiliis eſt, aut ad Exquilias pertinet: vt Exquilina porta, Mons Exquilinus. *Varro,* Exquilinus mons ſepticeps apud ædem Iunonis Lucinæ, vbi ædituus habitare ſolet.

[Exquilius, a, um, *Ouid. 2. Faſtor.* Monte ſub exquilio multis incæduus annis, Iunonis magnæ nomine lucus erat.]

Exquīro, is, penultima producta. Diligenter inquiro, ſecerno, eligo. {בקש *bikkéſch* חפש בקר *bikker* חפש *chaphaſch* בחר *bachár.* βασανίζω, ἐξετάζω GAL. S'enquerir diligemment. ITA. *Cercare diligentemente.* GERM. Fleyſſig nachhin ſuchen. HISP. *Buſcar con diligẽtia.* ANG. *To ſeeke, ſearch or trie out.*} *Cic.4. Academ.* Neq; nos ſtudium exquirendi defatigari relinquimus. *Terent. in Andr.* nunc ea me exquirere Iniqui patris eſt. *Plaut. in Amphitr.* Te certè heri aduenientem illicò & ſalutaui, & valuiſſeſne vſq; exquiſiui. [Satius eſt adire atq; exquirere ſintne ea vera. *Plaut. Pſeud. ſc.5.a.1.* Ex multis exquire vnum amicum certum. *Plaut. Pſeud. ſc.3.a.1.* Id dicam ſi me exquiret (id eſt, ex me quæret.) *Plaut. Milit. ſc.2.a.2.* Si ex iis, quæ volo, exquiſiuero. *Plaut. Capt. ſc.2.a.2.* Quí id exquiris tu? (id eſt, rogas, percontaris.) *Plaut. Amphit.* Intrò, exquire, ſitne ita, vt prædico. *Plau. Aul. ſc. 6.a.4.* Dabo ei ſpatium exquirendi meum factum. *Ibidem,* Iſtuc patrẽ exquiſito eſt opus. *Plaut. Amph. ſc.1.a.2. & ſc.3.a. eiuſdem. Pla. Capt. ſc. 4.a.3.* Satin' mihi exquiſitũ eſt fuiſſe hunc ſeruũ. ¶Exquirere fidiculis. *Suet. in Ca'ig.c.33.* (de queſtione.) Exquirere in exẽplũ. *Liu. li.4. bell. pũ.*]

Exquīsītus, a, um, nomen ex participio. Accuratus, lectus, excellens, {נחפש *nechpas* נבחר *nibchár.* ἐκλεκτός, ἐξεργασμένος, ἐξειργασμένος. GALLIC. Exquis, excellent. ITA. *Exquiſito, excellente.* GERM. Erſucht/ außerleſen. HISP. *Buſcado con diligentia, excellente.* ANG. *Much ſearched for fine, deintie, ſinguler, pikedh.* } vt, Exquiſita doctrina philoſophus: exquiſita verba: exquiſita opera, ἐξησκημένος. *apud Cic.* Exquiſita ingenia: exquiſitæ epulæ, *apud Plin. Tacit. l.12.* Cæterùm actæ principi grates exquiſitiore in Domitium adulatione.

[¶Exquiſita tormenta. *Sueton. in Tib. cap. 62.* Item, Exquiſitis modis os ducere. *Quintilian.* de inepto geſtu.]

Exquīsītīſsĭmus, ſuperlatiuus, *Suet. in Calig. cap.38.* Vario & exquiſitiſſimo calumniarum & auctionum & vectigalium genere. [*Suet. in Othon. cap.3.* ad auertendas ſuſpiciones cœnam vtrique exquiſitiſſimæ comitatis dedit.)

Exquīsītē, aduerbium, Diligenter, accuratè. {ἀκριβῶς. GAL. Soigneuſement, auec ſoin & diligence. ITA. *Con gran conſideratione & diligentia.* GER. Fleyſſiglich. HISP. *Diligentemente.* ANGL. *Finelye, paſſingly.*} *Cic. de Clar. Orat.* De crimine accuratè atque exquiſitè diſputare. Colligere exquiſitiùs aliquas rationes. *Cic.1.Tuſc.*

Exquīsītīſsĭmē, Aduerbium, valdè exquiſitè. *Gell.lib.10.cap.1.* Eam rem Pompeius exquiſitiſſimè retulit ad doctiſſimos ciuitatis. *Vide Gell. lib.13.cap.7.*

Exquisītim, aliud aduerbium, *Var. Aiace, vt citat Nonius,* Æger medicos exquiſitim conuocabat, vt conualeſceret.

Exquæſtor, Quæſtorius, qui quæſtura eſt functus: quemadmodum excõſul, qui Conſulatu. *Iuſtinianus in Latina præfat. Pandectarum.*

Extrādīco, Vnà cum radice euello. {עקר *akár* שרש *ſcherách.* ἐκριζόω, ἐκτίλλω. GA. Arracher, gaſter. ITAL. *Sradicare ſuellere miſeme con la radice.* GER. Außwurtzlen/mit der wurtzel außreyſſen. HISP. *Deſarrai ar haſta à la rayz.* ANG. *To pluk vp by the rootes.*} *Varro libro primo de Re ruſtica, cap.27.* Terram rudem proſcindere oportet: quæ ſunt exenata prius, quàm ex iis quid ſeminis cadat, vt ſint exradicata. *Plura vide in verbo* ERADICO.

Exrogo, as, ἀφαιρέω. Ex lege veteri aliquid eximo per legem nouam. *Feſtus.*

Exſacrĭfico, as, Sacrifico, verbum antiquum. {זבח *zabách.* θύω. GAL. Sacrifier, immoler. ITA. *Sacrificare, immolare.* GERM. Außopferen. HIS. *Hazer ſacrificio.* ANG. *To ſacrifice.*} *Cic.1.de Diuina. ex Ennio,* Exſacrificat hoſtiis balantibus.

[Exſæuio, is, ire, *Liuio lib.10.bell.Pun.* Exſæuire dicitur tempeſtas, Quand elle paſſe ſa fureur.]

Exſcrĭbo, is, Tranſcribere, deſcribere. [Exempla tranſferte. *Aſconius, 3. Verrin.*]{העתיק *hebethik.* μεταγράφειν. GAL. Tranſcrire, copier, extraire. IT. *Tranſcriuere.* GERM. Außſchreiben/tranßſcribieren HISP. *Transladar eſcriptura.* ANG. *To copie, to writ out of a copie.*}*Cicer.3.Verr.* Perinde quaſi exſcribendi poteſtatem non haberet. Exſcribere tabulas. *Cicero quarto Verr. Colum. libro duodecimo capite 3.* Hæc primò tradidimus, & loca ſingulis demonſtrauimus, & cuique ſua annumerauimus, & annumerata ipſi exſcripſimus, eúmque admonuimus, &c. *Exſcribere patrem ſimilitudine. *Plin. epiſt.3.lib.5.* Amiſit enim filiam quæ non minus mores eius, quàm os, vultúmque referebat, totúmque patrem mira ſimilitudine exſcripſerat. Id eſt, effinxerat & viuam patris effigiem reddiderat.

[Exſcendo, is, idem quod deſcendo, vnde particip. Exſcendens, apud *Liuium lib.5.d.5.*]

Exſcēnsŭs, us, [idem quod deſcenſus] {מורד *morádh.* κάθοδος, ἔκβασις, κατάβασις. GA. Deſcente. ITA. *Scendentia.* GER. Ein außgang oder nidergang HI. *deſcendimiento.* AN. *A downe going.*} *Liu.2.bel.Pun* Itaque ad Honoſcam claſſe prouecti, exſcenſu ẽ nauibus in terram facto quum vi vrbem cœpiſſent, captámque diripuiſſent; Carthaginem inde petunt. Ab exſcendo verbale.

[Exſcenſio, vel (vt quidam libri habent) Excenſio, *Liu. lib.7. & 8. bell. Pun.*]

Exsēmĭnāto, id eſt, ſtirpitus. *Sic Vlp. interpretatur in l. vitem. §. quod quis arb. furt. caſ.*

Exsēnsŭs, [a, um, Id eſt,] ſine ſenſu, ἀναίσθητος, *Nauius in Alceſt. apud Gellium.19.c.7.* Corpore, pectoréque vndique obeſo, ac mente exſenſa, tardigemulo ſenio oppreſſum. [aliàs, mente extenſa.]

Exsignārē. Signare. {חתם *chathám.* ἐσημείωται. GA. Marquer, & ſigner, ou cacheter, contremarquer. IT. *Segnare.* GE. Außzeichnen. HI. *Señalar.* ANGL. *To mark or ſealle.*} *Liu.1.ab Vrbe,* Eáque ſacra omnia exſcripta exſignatáque attribuit.

Exsōrdēſco, exſordeſcis, Sordidus & abiectus fio. {חמץ *tamé.* ἀποπλύνομαι. GALL. Deuenir ord & ſale, eſtre vilené & honni. ITALL. *Diuenir ſordido.* GERM. Gar vnflätig werden/zu einem wuſt werden HI. *Enſuziarſe.* AN. *To waxe filthie or foule.*} *Gell.lib.6.cap.2.* Cur ergo nos patimur nomen philoſophi illuſtriſſimum in hominibus deterrimis exſordeſcere?

Exta, orum, plurali tantùm numero, & neutro genere, dicuntur viſcera in corpore animantis maximè extantia, ex quibus aruſpices futura prænoſcebant. {מעים *meẽajim.* ἱερά, σπάγχνα. GALL. Les entrailles. ITA. *L'interiora.* GERM. Die eingeweyd/oder das gebentck. HISPA. *El aſſadura.* ANGL. *The in wardes or entrailles of beaſtes.*} Exta (*inquit Feſtus*) dicta quod ea diis proſecentur quæ maximè extant, emanéntque. *Plin. lib.11.cap.3.* Exta homini ab inferiore viſcetum parte ſeparantur membranis, quæ præcordia appellant, quia cordi prætenduntur. *Virgilius 2. Georgic.* Pinguiáque in verubus torrebimus exta colurnis. *Plaut. Aulul. ſc.5.a.3.* Qui oſſa atque pellis totus eſt, ita cura macet: Quin exta inſpicere in ſole etiam viuo licet, Ita is pellucet, quaſi laterna Punica. *Cicer.1.de Diuinat.* Quæ eſt autem gens, aut quæ ciuitas, quæ non aut extis pecudum, aut monſtra, aut fulgura interpretantium, aut augurum, aut aſtrologorum, aut ſortium, aut ſomniorum, aut vaticinationum prædictione moueatur? *Idem 2.de Diuinat.* Concedam hoc ipſum ſi vis, etſi magnam iacturam cauſæ fecero, ſi vllam eſſe conuenientiam naturæ cum extis conceſſero. [*Ou.4 Faſt.* Sectáque fumoſis exta dedere focis. *Plau. Pſeu. ſc.3.a.1.* Si ſacrificem & in manibus exta teneam. *Plaut. Ibid.* Nolo victimas, Agninis me extis placati volo. ¶Exta contraria Diti patri potiora. *Sueton. in Othon. cap.8.*]

Extābēſco, ſcis, Tabe conficior, tabeſco, marceſco. {נמק *namé* נמק *namák.* ἐκτήκομαι. GALLIC. Deuenir ſec & ethique, deuenir en langueur. ITA. *Ammartire.* GERMA. Verſchweynen/außdarren. HISPAN. *Desleirſe.* ANGL. *To pine or wether away.*} *Cicero 2. Tuſculan.* Refugêre oculi, corpus macie extabuit. *Cic.2.de Nat.deor.* per tranſlationem poſuit pro euaneſcere. Etenim, *inquit,* videmus cæteras opiniones fictas, atque vanas diuturnitate extabuiſſe. [*Sueton. in Galb.17.* Extabeſcere fame.]

Extēmplo, aduerbium, Statim, illicò, continuò. {פתאם *picheóm.* αὐτίκα. GAL. Soudain, incontinent. ITA. *Subito, incontinente.* GERM. Von ſtundan/geſchwind HIS. *A deshora, luego.* AN. *Incontinent, forth with, by and by.*} *Varro libro quinto de lingua Latina,* Extemplò (*inquit*) id eſt continuò, quòd omne templum debeat eſſe continuò ſeptum, nec pluſquàm vnum introitum habere. *Plautus Amphit.* ſe exercitum extemplò domo Reducturum. *Liuius lib.3.ab Vrbe, condit.* Secundæq; belli res extemplò vrbanos motus excitauerunt. [Extemplo ſimul, pro ſimul ac. *Liuius lib.34. Item,* Ædes cum extemplo paratæ ſunt (i. ſimul ac.) *Pl. Moſtell. ſc.2.a.1.* Cum extemplo veniunt conductum coquum. (i. ſimul ac.) *Plaut. Pſeud. ſc.2.a.3.* Cum extemplo aduenit à foro. *Idem Mil ſc.6.a.2.* Cum extemplo in forum aduenero. (i. ſimul ac) *Plaut. Capt. ſc.1 a.4.* Cum extemplo aduentum apporto illicò, Amphitruo fio. (i. ſimul ac) *Pl. Amph.* Pro móſtro extemplo eſt, quãdo qui ſudat, tremit. *Idem Aſi. ſc.2.a.2.* Extẽplo ſe applicant. *Pl. Men. ſc.2. Act.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Quam extemplo mihi operam das. *Plau. Asin. sc. 4. a. 2.* Nam si ignis viuet, tu extinguêre extemplo. *Plau. Aul. sc. 2. a. 1.* Ne tu me ignores, cum extemplo meo è conspectu abscesseris. *Plau. Capt. sc. 3. a. 2.* Eáque extemplo vbi vino has conspersi fores. *Plau. Curc. sc. 1. a. 1.* Eam ob truncabo extemplo, *Plau. Mil. sc. 5. a. 2.*]

Ex-tempŏrĕ, Ex-improuiso, & impræmeditatè. {מיד *myjádh.* ἐκ τοῦ παραχρῆμα, ἐκ τοῦ παραχρῆμα, ἐκ τοῦ ἀπροσχέδιος, καὶ ἀπροσδοκήτως. GAL. Tout sur le champ, incontinent. IT. *Immantinente, all improuiso.* GER. Einswegs/ vnbedachtlich/ vnuerzogenlich. HI. *Subito, y de improuiso.* ANG. *V pon a sodaine, at vnwares.*} *Cic. 2. Off.* Quos credimus expedire rem, & cõsiliũ ex tempore capere posse. [Ex tempore, & à cura opponuntur: *Suet. in Tib. c. 70.*] ¶ Aliquando ex tempore, pro temporis conditione, ἀπὸ καιροῦ. *Cic. lib. 3. Off.* Huius generis quæstiones sunt hæ omnes in quibus ex tempore officium quæritur.

Extēmporālis, le, Ex tempore factus, immeditatus. { ἀπροσχέδιος, ἀμελέτητος. GALL. Soudain, subit, faict à l'improuiste, & sur le champ. ITA. *Cosa fatta all improuiso.* GERM. Das in einer eil/ on verzug vnd vnbedachtlich geschicht HISP. *Cosa sulita y arrebatada.* ANGL. *Doone, said or made vpon a sodaine.* } vt, Extemporalis oratio, impræmeditata, *Quintilia. ib. 4. cap. 1.* Extemporalis actio, *apud eundem lib. 10. capit. 7.* Extemporalis actio frequenter excitatur. Extemporalis Rhetor, qui ex tempore dicit, *Martial. lib. 5.* Extemporalis garrulitas: & extemporalis temeritas, *apud Quintilianum.* [Extemporalis facultas, *Suet. in August c. 84.*]

Extēmporālitās, extemporalitatis, Promptitudo, siue facultas extempore aliquid dicendi, faciendíve. {ἀπροσχεδιασμός. GA. Promptitude, soudaine. IT. *Prontezza a fuor di tempo, senza consideratui.* GERM. Vnuerzogenheit/ behẽdigkeit von stundan etwas zuthun. HI. *Aquella obra subitaa.* AN. *A sodaine ableneſſe in doing a thing.*} *Suet in Tito, c. 3.* Latinæ Græcæque linguæ vel in orando, vel in fingendis poëmatibus promptus, faciliſque, vel ad extemporalitatem vsque.

Extēmporānĕum, pro subitario accipimus, ἀμελέτητον, αὐτοσχέδιον.

[Extempulò. *Vide suprà* Extemplò]

Extēndo dis, di, sum, vel extentum, Porrigo, protraho, explico. { נטה *natáh* רקע *rakáh* חרשׁ *hurshit* ἐκτείνω, διατείνω. GA. Estendre. IT. *Distendere, porgere.* GER. ausstrecken/ ausspannen. HISP. *Estender.* ANG. *To stretch out.*} *Colum. lib. 5.* Quare quam ad summum palum recta vitis extenta est, capistro constringitur. *Liu. l. 4. l. 5.* Quantum extendere iter posset, in castra properaret. *Plin. Epist. 37.* Extendere preces, nisi tu diu rogari nolles *Liu. 7. ab Vrbe,* Quum cerneret metu tenendos quos fides non tenuisset, extendere omnes imperii vires Consules delectu habendo iussit. *Virg. 6. Æneid.* Et dubitamus adhuc virtutem extendere factis. * Extendere aures dicitur oratio, quæ nimis lenta est: obruere, quæ nimis rapidè volvitur. *Seneca epist. 40.* Æque stillare oratione nolo, quàm currere. Nec extendat aures, nec obruat. [¶ Se extendere supra vires. (de paribus.) *Liu. lib 34.* ¶ Extendere somnum in partem diei *Senec. c 6. de Consil ad Polyb.* Extendit illa suam gratiam pro me. *Sen. c 17. de Consol ad Helu.* Quò magis vincla extendas, tanto astringunt arctius. *Plaut. Men. sc 1. a. 1* Et, *Cæsar lib. 3. de bell. ciu.* Cum se magnis itineribus extenderet. ¶ Extendere præcia. *Sueton. in Calig c 38.* Eo vsque extendens præcia, vt &c. *Item,* Extendere cerulcem, *Velleius.*]

Extendens, participium. *Suet. in Cal. c. 38.* posuit pro intendens: Exquirens per se precia, & vsque eò intendens, &c.

Extēnsus, participium. { נטוי *natúi* מחקע *m rukiáh.* ἐκτεταμένος, ἐκτενής. GAL. Estendu. IT. *Steſo.* GERM. ausgestreckt/ ausgespannet HISP. *Estendido* ANG. *Streetched out.*} *Cic. 4. Acad.* Cum extensis digitis aduersam manum ostenderat.

Extensiuus, a, um, διατατικός. *Paulus D. libro 8 Titul. vltim. l. sexta,* Propter hæc verba, si nemo filiorum voluerit hæreditatem suscipere quia extensiua sunt. Et cum verba extensiua sint, pœnitentia eius vsque ad annum admittenda sit.

Extentus, aliud participium. {נטוי *natúi* מרקע *merukkáh.* ἐκτεταμένος.} *Idẽ Cic. 2 de Orat.* Per statuas vero quum dixit, & extento brachio paululum etiam de gestu addidit, vehementer risimus. *Ouid. de Arte.* Hæc mouet arte latus, tunicisque fluentibus auras Excipit, extentos fémoraque superba pedes * Extenta itinera pro magnis. *Liu. li. 10. bell. Pun.* Mago proximè noctis silentio profectus quantum primi vigiliæ pars vulnus poterat, itineribus extentis ad mare in Ligures fraudulentos peruenit. [*Ou. Eleg. 6. lib. 4 Trist.* Tempus vt extentis tumeat facit vua racemis, *Velleius,* Extentam cerulcem præbere.]

Extento, tas, tare, frequentatiuum {παρεκτείνω. GA. Estendre fort souuent. ITA. *Estendere spesso.* GER. Offt ausstrecken HIS. *Estender mucho.* ANG. *To stretch out often*} *Pl. Bacch.* Quæ te mala crux agitat, qui ad istunc modum Alieno vires tuas extentas ostio?

Extenŭo, as, Minuo, attenuo, deprimo. { חתך *hedhák* בחש *chacháſch.* ἐπιτείνω, ἐκπυκνόω, ταπεινία, ω. GALL. Attenuer, menuiser, faire menu & delie. ITA. *Menomare, assottigliar, estenuare.* GERM. Klein machen/ vertleineren. HISP. *Adelgaçar logruesſo.* ANG. *To diminishe, to make leane, leſſe or slenderer.*} *Cicer. 2 de Natura deorum,* Dentibus autem in ore constructis manditur, atque ab his extenuatur & molitur cibus. ¶ Extenuare mala ferendo, est fortitudine & æquanimitate leuiora reddere. *Ouid. 3. Trist.* Quod pores extenua, forti mala corde ferendo. [*Oui. Eleg 4. lib. 1. Trist.* Spiritus hic vacuas prius extenuandus in auras Ibit.]

¶ Extenuare tem aliquam verbis, deprimere, & minorem facere, quàm reuera sit, eleuare. ἐκλυλίζειν, ἐκφαυλίζειν. *Cic. 2. de Off.* Neque verò verbis augere munus suum, si quo fortè fungitur, sed extenuat. Sic extenuare causam *Autor ad Her. l. 2.* Defensor autem causam fuisse negabit, si poterit, aut eam vehementer extenuabit.

Extēnŭātus part. cipium, cui opponitur concretus. { דל *dal.* λεπτυσμένος, ἐλαττωμένος. GALL. Extenué, an oindri, appetiſſé. ITAL. *Extenuato, indebolito.* GERMAN. Dunn oder subtil gemachet. HISPA. *Adelgaçado, indebolito.* GERMAN. Dunn oder subtil gemachet. HISPA. *Adelgaçado, logruesſo.* ANG *Diminished, made leane or slender.*} *Cicer. secundo de Natura deorum,* Exin mari finitimus aër die ac nocte distinguitur: ísque tùm fusos & extenuatus sublime fertur, tum autem concretus in nubes cogitur. *Brutus Ciceroni,* Recurri ad meas cópiolas: sic enim ferè eas appellare possum: sunt enim extenuatissimæ, & inopia omnium rerum pessimè acceptæ.

Extēnŭātĭo, onis. {דלות *dalláh* כחש *charbáſch.* λέπτυνσις, ἐλάττωσις. GAL. Amoindrissement, rabais. ITA. *Extenuatione, smagrimento.* GER. Verkleinerung. HIS. *Aldegaçamiento.* ANG. *A diminishing or appayring.*} *Cicer. tertio de Orator.* Significatio, & distinctè concisa breuitas, & extenuatio) (exaggeratio.

Extēnŭíssĭme, Aduerbi. *Senec. lib. 1. c. 4.* Extenuissimè maritus, & dedit adulteris locum.

Exter, vel Exterus, era, erum, penul. correp. Idem externus. {נכרי *nochrí* נכר *nechár.* ξένος, ξενικός. GAL. Estranger. ITA *Straniero, forestiere.* GER. Außländisch HIS. *Estrangero y desuera.* ANG. *Foreyne, strange.*} *Stat.* Exter hostis dixit pro extraneo. *Cic. in Cat.* Exterus hostis atque longinquus. *Idem in Verr.* Exteræ nationes & gentes.

Exercĕro, as, pen corr. Purgo. {נקה *pinnáh* נקה *nikkáh.* καθαρίζω, καθαίρω. GAL. Purger, curer & nettoyer. ITA. *Purgare, nettare.* GE. Außseuberen von kat vnnd dreck. HI. *Purgar, alimpiar.* ANG. *To purge, to cleanse.*}

Exterĕbro, ras, pen. cor. Terebrando extraho. διατυπόω. GALL. Percer tout outre, pertuiser. ITA *Triuellare, perruggiare.* GER. Außbinboren. HIS. *Barrenar ò horadar.* ANG. *To pearce or make hole through.*} *Cic. 1. de Diuinat.* Itaque ex eo auro quod exterebratum esset bubulam curasse faciendam. ¶ Per translationem significat aliquid extorquere. *Plautus in Persa,* Nunquam hercle exterebrabis tu, vt sis prior, Quàm ego siem. ¶ Nunquam idem quod perquirere, seu perscrutari. *Varro,* atque omnes adeo perquirit, atque exterebrat artes.

Exterĝo, gis, exterſi, exterſum, Tergendo purgo. {מרק *marák.* ἀμέργνυμι, ἐκκαθαίρω GA. Torcher & faire net, essuyer. ITA. *Nettare, forbire.* GE. Außwuschen. HIS. *Alimpiar, exugar* ANG. *To wipe cleane.*} *Cato de Re rust.* Post diem omnino duodecimum pernas eximito, & salem omnino detergito, & suspendito in ventum biduum, tertio extergito [*Plaut. Mostel. sc. 3. a. 1.* Linteum cape, atque exterge tibi manus.)] ¶ Pro eodem etiam dicimus exterge per secundam inst et onem, *Plaut. in Rud* Ita quanto magis exergeo, rutilum atque tenuius fit. *Cato de Re rust. capit. 162.* Die tertio extergito spongia bene.

Exterĭtŭs, participium, idem quod expolitus. {מרק *morák.* ἀπεσμιλευμένος. GA. Torché, poli & net oyé, essuyé. ITA. *Forbito, netiato.* GER. Außgewuschē außgebaliert/ außgefeubert HIS. *Alimpiado, xugado.* ANG. *Wel, edcleane.*} *Liu. lib. 34. c 9* Æra extersa, rubiginem ocleriùs trahunt, quæ neglecta, nisi oleo perungas. [*Plaut. Curc. sc. 4. a 4.* Linteum (extersum in supellectile tenonia.)]

Extermino, nas, pe. cor. Extra terminos eiicio, expello. {גרש *geréſch* נדח *nadhách* שדד *ſchodhédh* חרם *horém* לט אפל *ſchodhéth.* GAL. Exterminer, bannir & chasser hors des fins & limites, pedrc, gaster. IT. *Esterminare, ut a fuori, bandire, cacciar fuo i de confini.* GER. Vber die marchen außtreyben/ verjagen HISP. *Exterminar, enagenar, desterrar, apartar de sus termins.* ANG. *To banish, to driue out of the boundes.*} *Cic. lib 3 Offic.* Atque omne genus pestiferum, atque impium, ex hominum communitate exterminandum est. Exterminare vrbe, atque agro *Cic. 1. de Nat deor.* ¶ Exterminare morbum, est abigere seu depellere. *Plinius lib 11 cap. 10.* Regium quoque morbum, in vino exterminat potum ¶ Aliquando exterminare ponitur pro demoliri, & euertere. *Cic. post Red. ad Quirit.* Itaque neque respublica exterminata mihi locum in hac vrbe est data.

Exterminātŏr, Euersor, expulsor. {גרשׁ *goréſch* שדד *ſchodhédh* חרם *horém* לט אפל *ſchodhéth.* GAL. Exterminateur, destructeur, gasteur ITA. *Esterminatore guastatore* GER Ein vertreyber/ zerstörer. HIS. *Exterminador, guastador.* ANG. *One that destroyeth*} *Cic pro domo sua.* Tamen obuersamur ante oculos exterminatoris sui.

Externo, nas, ab ex, & sterno, Monte extorbo, dementem facio. {חת *chath* חמם *hamam* ἐκπλήττω, ἐκθαμβῶ ποιῶ. GAL. Mettre hors dubõ sens, descourager, troubler. ITA. *Fare impaçire.* GER Von sinnen bringen/ vnsinnig machen HIS. *Espantar, hazer loco.* ANG. *To abash greatlie and discourage*} *Pacuuius,* Sed eccam miseram, quam frequens luctus externauit. *Catullus in Argon* Ah miseram, assiduis quàm luctibus externauit Spinosas Erycina serens in pectore curas.

Externātŭs participium {חת *chath* נרחם *nirchám* ἔκστασις, ἐξιστάμενος. GAL. Esperdu, hors du sens. ITA. *Fuori di senno, peraduto.* GER. Erstanet/ von sinnen gebracht. HIS. *Espantado, hecho loco.* ANG. *Abashed, and discouraged*} *Catullus,* Sed quid ego ignaris nequicquam conqueror auris Externata malo? ¶ Equi externati, id est consternati, & perterriti. *Ouid. in Ibin. Idem in Metam.* Sic quæcunque solo defixa cohæserat harum, Externata fugam frustra tentabat.

Extĕrnŭs, a, um, ab extra præpositione, Extraneus, extrarius, exterus {נכרי *nochri* נכר *nechar.* ξένος, ξενικός. GAL. Estranger. ITA. *Quello che è dalla parte di fuori.* GER. Außlendisch HIS. *Estraño ò estrangero.* ANG. *Out ward, a foreiner, estranger.*} cui opponitur internus. Vnde externa pars corporis dicitur quæ foris apparet: & externa vis, quæ aliunde ingruit. *Liu lib. 1.* Timor deinde Patres incessit, ne ciuitatem sine imperio, exercitum sine duce multarum circa ciuitatum irritatis animis, vis aliqua externa adoriretur. Sic etiam externi homines dicuntur exteri, & alienigenæ. *Cic. 2. Offic.* Homines externos non egere, ornamento est reipublicæ.

Extĕro, is, penult. corr. Terendo excutio, comminuo. {הקצה *hikſsáh* חרק *hedhak.* ἐκτρίβω, διατρυμάω. GALL. Vser à force de frotter, oster en frottant. ITA. *Consumar fregando, far minuzzole.* GER. Außreiben/ außtrocken. HIS. *Trillar, gastar vsando.* ANG *To grinde, to tak away by rubbing.*} *Colum. lib. 2.* Quum rursus amplior messis prouenerit, quicquid exteretur, capisterio expurgandum erit. *Varro lib. 1. de Re rust* Apud alios exteritur grege iumentorum in acto, & ibi agitato pertica, quo ad vngulis è spica exteruntur grana. [*Quintilianus* : Opus poliat limâ, non exterat.] ¶ Exterere etiam dicimus aciem ferri pro acuere. Exterere literam, est eam expungere, & delere. *Varro 2. de Re rust. ca. 1.* A quo pòst Balare dicunt, exrita e litera, vt fit in multis. Exterere cibum, pro conficere & digerere.

Extrītŭs, particip. {מקצה *muktsélis.* ἐκτετριμμένος, ἐκτριβείς.} Vt ignis extritus, *Lucr. lib. 5. De fulgure.*

Extĕrŭs, a, um, siue Exter, à præpositione extra, Quod alibi natum est, vel quod aliunde aduenit. {נכרי *nochri* נכר *nechar.* ξένος,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ξωικός. GALLIC. Eſtranger. ITAL. *Foreſtiere, d'altro paeſe.* GERM. Frömbdling/frömbd. HISP. *Estrangero y de fuera.* ANG. *Foreine, ſtrange, of an other cuntrey.* } *Cic. in Catil.* Exterus hoſtis, atque longinquus. *Virgil. lib. 4.* & nos fas extera quærere regna.

EXTĔRIOR, Extimus, *Vide* EXTRA.

EXTĔRRĀNĔUS, Aduena, quaſi ex alia terra. { נכרי נכר *nechri nechar* ἀλλόφυλος. GALL. Eſtranger, né en terre eſtrange. ITA. *Straniere, nato altrove.* GERM. Ein außländiſcher. HISP. *Estrangero, de tierra estraña.* ANG. *Strange, foreyne.* } ¶ Exterraneus etiam vocatur, qui ante tempus natus, vel potius electus eſt: dictus quòd eum mater exterrita ejecerit. *Autor Feſtus.*

EXTERRĔO, res, rui, ritum, Idem quod ſimplex terreo. { בהל *bihél* πτοφοβέω, ἐκπλήττω. GAL. Eſpouuanter. IT. *Spauentare, sbigottire.* GERM. Erſchrecken. HIS. *Eſpantar.* ANG. *To mak afeard, to put in feare.* } *Cic. 2. Offic.* Et dolorum quum admouentur faces, præter modum plerique exterrentur. [*Ouid. Eleg. 1. lib. 2. Triſt.* Nunc vbi detonuit ſtrepitúque exterruit orbem.] ¶ Exterreri metu, *Liu. 4. ab Vrbe.*

EXTĔRRĬTUS, Terrirus, perterritus. { נבהל *nibhal* ἐκπλαγείς. GALLIC. Eſpouuanté. ITAL. *Sbigottito.* GERM. Erſchrocken. HISP. A. *Eſpantado.* ANGL. *Put ingreat feare, a frayd.* } *Virgilius,* - plausúmque exterrita pennis Dat tecto ingentem. *Idem 3. Georg.* Sæuit agris, aſpérque ſiti, atque exterritus æſtu. Quo in loco quidam exponunt exterritus, pro inflammatus, & incenſus. Loquitur enim Poëta de angue, qui nimio æſtu ſitibundus per agros oberrat. Sed illi nimis longè recedunt à prima ſignificatione.

EXTĔXO, is, Retexo quod textum eſt. { ἀναφαίνω. GALL. Deſtiſtre, desfaire ou rompre ce qui eſt faict. ITAL. *Disfare quello che è teſſuto.* GERM. Das gewäben widerum auffldſen. HISP. *Detexer, deshazer lo texido.* ANG. *To vnweaue, to vntwiſt or vntwinde.* } *Plau. in Bacch.* per tranſlationem poſuit pro auertere quempiam ab eo quod cogitauit, Extexam (inquit) ego eum pulchrè iam, ſi dij volunt.

EXTĪLLO, las, lare. Eſt guttatim effluere. { נטף *natáph* ἐκταλάζειν. GAL. De goutter, diſtiller. ITAL. *Stilare, lambicare.* GER. Außtropfen. HISP. *Destillar.* ANGL. *To drop out.* } *Columel. libro 12. c. 48.* Sícq; triginta dies pati exudaſcere, atque omnem amurcam extillare. [*Pl. Pſeud. ſc. 2. a. 3.* Sinapi, oculi vt extillent, facit.] ¶ Extillare lachrymis, eſt totum in lachrymas diſſolui. *Terentius in Phorm.* Hiſce ego dictis illam tibi incenſam dabo, Vt ne reſtinguas, lachrymis ſi extillaueris.

EXTĪMĒSCO, ab extimeo, Valde timeo. { ירא *jaré* רגז *ragház* πτήσσω, φρικιάω. GAL. Auoir grand peur, craindre fort. ITA. *Temer grandemente.* GERM. Sich biß auff das hinderiſt forchten vnd entſetzen. HIS. *Mucho temer.* ANG. *To feare greatlie.* } Et modo abſolutè accipitur. *Terent. in Hec.* Extimui illicò. *Plaut. in Ciſtell.* Extimuit tum illa. Modò actiue. *Cicer. in Catil.* Quod igitur aduleſcentes, & hi quidem non ſolùm indocti, ſed etiam ruſtici contemnunt, indocti ſenes extimeſcent? *Cæſar 3. belli Gall.* Quarum rerum omnium noſtris nauibus caſus erat extimeſcendus.

EXTĪMŬLO, Stimulo, hoc eſt veluti ſtimulis quibuſdam incito. { העיר הסית *heʕir hesith.* παροξύνω. GAL. Eſguillonner, eſmouuoir, inciter. ITAL. *Stimolare.* GER. Stupffen/treiben. HISP. *Herir con aguijon.* AN. *To edge or prouocke, to prick forward.* } *Colum. lib. 6. capit. 27.* Id præcipuè armentum, ſi prohibeas libidines, extimulatur furiis. *Plinius libro 3. capite 39.* Quoties errantium acceſſu impulſa, aut coniectu radiorũ extimulata ſunt, &c. Tigris fame extimulata. *Ouidius lib. 6. Metam.* Extimulare aliquem dictis. *Ouid. lib. 6. Faſt.* [*Ouid. Eleg. 2. lib. 3. Triſt.* Extimulare precor ceſſantia fata.]

EXTĪMŬLĀTOR, { מעיר מסית *meʕir mesith.* κεντητὴς, κέντωρ. GAL. Eſguillonneur. ITA. *Stimulatore.* GERM. Ein treiber/anreitzer. HISP. *Heridor con aguijon.* ANGL. *A pricker for ward.* } vt, Extimulator acerrimus. *Tacit. lib. 3.*

EXTINGUO, guis, ab ex, & tinguo: Propriè dicitur de iis quæ incenſa ſunt. { כבה *chibbah.* παύω, ἀποβέννυμι. GAL. Eſteindre. ITAL. *Stinguere, ammozare, ſpegnere.* GERM. Außlöſchen. HISP. *Apagar como huego.* ANG. *To quenche, to put out any thing that burneth.* } *Plaut. in Aſin.* Neque illa vlli homini nutet, nictet, annuat. Poſt id lucerna extincta ſit, ne quid, &c. *Idem in Perſe*, Da illi cantharum, extingue ignem, ſi cor vritur, Caput ne ardeſcat. [*Senec. cap. 7. de Conſol. ad Marc.* Extinguunt rabiem (deſiderij) feræ. *Senec. cap. de Conſol. ad Marc. Plaut. Moſtell. ſc. 2. a. 2.* Lucernam fortè oblitus fueram extinguere. *Idem Plaut. Aul. ul. ſc. 2. a. 1.* Extingui (ignem) volo. Nam ſi ignis viuet: Tu extinguito extemplò. *Item*, Extinguere vocem ſilentio. *Liuius 3. bell. Pun.*] ¶ Per tranſlationem verò accipitur pro opprimo, ſic tamen vt minorẽ in ſe vim habeat, quàm opprimo *Cicero in Lelio*, Primùm danda opera eſt, ne qua amicorum diſſidia fiant: ſin tale aliquid euenerit, vt extinctæ potius amicitiæ, quàm oppreſſæ videantur. ¶ Aliquando pro occidere, deſtruere. *Lactant. lib. 3.* Cæleſtes animas vnà cum corporib. extinguunt. *Idem lib. 4.* Iudæorum nomen & gentem Veſpaſianus extinxit, id eſt deleuit. *Terent. in Adelph.* Seni animam primùm extinguerem ipſi, qui illud produxit ſcelus. *Virg. 4. Æn.* Impléſſémque foros flammis, natúmq; patrémque Cum genere extinxem. [¶ Aquam diſſiparam riuis extinguere. *Liuius lib. 5. dec. 1.*] ¶ Extingui, mori. *Cic. de Sen.* Extingui hominem ſuo tempore optabile eſt. ¶ Aliquando eſt perfectè diſtinguere. ἀφορίζειν. *Cic. in Horten.* Quam ſi ſubtraxeris, qui extingues artificem ab inſcio?

EXTINCTŬS, particip. { כבה *chobeh.* ἀποσβεσθείς. GAL. Eſtaint, deſtaint. ITA. *Eſtinto.* GERM. Außgelöſcht/erlöſchen. HIS. *Apagado.* ANG. *Quenched.* } *Cic. pro Cornel. Balb.* Quum duo fulmina noſtri imperij ſubitò in Hiſpania, Cn. & P. Scipiones extincti occidiſſent. *Idem 2. de Nat. deor.* Refrigerato, & extincto calore occidimus ipſi, & extinguimur. [*Plaut. Aſin. ſc. 1. a. 4.* Si lucerna extincta ſit. *Idem Amph.* Duello extincto maximo, atq; internecatis hoſtibus. *Idem Pſeud. ſc. 2. a. 3.* Dij me ſeruatum velint, & Lenonem extinctum. *Cæſar lib. 1. de bell. ciu.* Extincti rumores.]

EXTINCTŎR, ctoris. { מכבה *mechabbéh.* φθορεύς, ἀποσβεννύων. GALL. Eſteigneur, deſtruiſeur. ITA. *Chi eſtingue ò ſtrugge.* GER. Ein Außlöſcher. HI. *Apagador, deſtruidor.* ANG. *A deſtroyer, he that quencheth.* } Belli domeſtici extinctor. *Cic. de Aruſp.* ¶ Extinctor incẽdij. Idẽ ad Piſonẽ, πυρὸς σβεστήριος. ¶ Extinctor patriæ, Idẽ Sylla, id eſt, euerſor & deſtructor.

EXTINCTIO, onis. { אבדון *abaddón.* σβέσις, ἀπόσβεσις. GAL. Eſteinte, extinctiõ. ITA. *Eſtitione.* GER. Außlöſchung. HIS. *Apagamiento.* AN. *A quenching a putting out.* } *Cic. 2. Tuſc.* Nam ſi ſupremus ille dies non extinctionem, ſed commutationem affert loci, quid optabilius?

*Extinctus, us, ui, Verbale, idem quod Extinctio. *Plin. l. 7. c. 7.* Miſeret atque etiam pudet æſtimantẽ quàm ſit friuola animalium ſuperbiſſimi origo, quum plerunque abortus cauſa fiat odor à lucernarũ extinctu.

EXTĪRPO, Proprie eſt vnà cum ſtirpe euello, extraho, eradico. { נתק *nathák* נתש *nathásch* שרש *ſcheréſch.* ἐκῤῥιζόω, ἀ. GAL. Arracher les racines, deſraciner. ITA. *Stirpare, ſuellere.* GERM. Außreutten/außwurtzlen. HIS. *Arrancar de riz.* ANG. *To pluck vp by the rootes.* } *Columel. lib. ſecundo capite ſecundo*, Et extirpandis radicibus. *Mart. lib. 6.* Extirpare pilos corporis. ¶ Per tranſlationem accipitur pro funditus extinguo. *Cic. de Amicit.* Quamobrem ſi cadit in ſapientem animi dolor (qui profectò cadit, niſi ex eius animo humanitatem extirpatam arbitremur) quæ cauſa eſt, vt amicitiam fundirus tollamus è vita? Extirpare perturbationes. *Cic. 4. Tuſc.* Extirpare & funditus tollere vitia, *Idem de Fato.*

EXTIRPĀTĬO, onis, Eradicatio. { מסח *maſſách.* ἐκριζώσις. GAL. Deſracinement, arrachement iuſques es racines. ITAL. *Diradicatione.* GERM. Außreutung. HIS. *Arrancamiento haſta ala raiz.* AN. *A plucking vp by the rootes.* } *Colum. lib. 2. cap. 2.* Filicis frequens extirpatio vel aratro fieri poteſt.

EXTĬSPĬCĔS, pen. corr. dicti ſunt haruſpices, qui extis inſpectis futura prædicunt. σπλαγχνοσκόποι, ἱεροσκόποι. *Varro Sarrano*, Te conſulem mihi pelui cedere ſubſilio, & hoſtia: ſed extiſpici diſputanti relinquo. *Cic. 2. de Diuin.* Artificioſa diuinationis illa ferè genera ponebas extiſpicum, eorúmque qui fulguribus oſtentiſque prædicerent.

EXTĬSPĬCĬUM, & Extiſpicina, Ipſa extorum inſpectio, quæ alio nomine haruſpicina dicitur, vel haruſpicina. σπλαγχνοσκοπία. *Accius in Medea.* Principio extiſpicium ex prodigiis congruens ars te arguit. [*Sueton. in Neron. cap. 56.* Attendit & extiſpicio, nec vnquam litauit.]

EXTO, tas, extiti, ſupinum extitum, & nonnunquam extatum: vnde participium extaturus, vel extiturus, Emineo, ſuperſum, appareo, conſto, ſum. { היה *hajáh* נראה *nireáh.* ἐξέχω, ἀναφαίνομαι. GALL. Apparoiſtre, hors, ſe monſtrer, eſtre encores. ITA. *Stare, Sproſtare, eſſere eminente.* GER. Füraußgehn/vberig ſein/vorhanden ſein. HIS. *Eſtar, è eſtar encima de otra coſa.* ANG. *To be apparant, to behigher, to remaine.* } *Virgil. 3. Georg.* Torpent mole noua, & ſummis vix cornibus extant. *Col. lib. 5. c. 10.* Faſciculos ſarmentorum brachii craſſitudinis demittito, ita vt ſupra terram paululùm extent.

¶ Extare etiam dicitur id quod nondum intercidit. Vnde opus extare dicitur, quod non depcriit. *Cic. ad Metel.* Iam illud Senatuſconſultum, quod illo die factum eſt, ea præſcriptione eſt, vt dum id extabit, officium meum in te obſcurum eſſe non poſſit. *Idem.* Quæ (vt ſcis,) extat oratio. [*Ouid. Eleg. 6. lib. 1. Triſt.* Quæ (carmina) quoniam non ſunt penitus ſublata, ſed extant. *Idem Eleg. 3. lib. 4. Triſt.* Veſter ab intacta circulus extet humo. *Idem lib. 4. Faſtor.* Teſtes extant. &c.]

¶ Sæpiſſimè præterea extare accipitur loco verbi ſubſtantiui eſſe. *Cic. ad Brutum*, Quales tibi ſæpe ſcripſi, Conſules extiterunt. *Idem pro Archia*, Ego multos homines excellenti animo, ac virtute fuiſſe & ſine doctrina naturæ ipſius habitu propè diuino, per ſeipſos & moderatos & graues extitiſſe fateor.

[Exrans, antis. *Sueton. in Neron. cap. 49.* In ea voce defecit, extantibus rigentibúſque oculis, &c. (id eſt conniuentibus, in morte.)]

EXTĀTŪRŬS, participium. *Plin. lib. 37. cap. 12.* Extatura etiamnum duabus gemmis.

EXTĀNTĬA, æ, ἔξοχή, στερεοχή. *Col. lib. 5. cap. 5.* Ipſa capita ſine vlla extantia, neque aratro, neque bubus obnoxia ſunt.

EXTŌLLO, is, tuli elatum, In altum eleuo, educo, effero, { נשא *naſá* הרים *herim.* αἴρω. GAL. Eſleuer, hauſſer, extoller. ITA. *Inalzare, accrõſcere.* GER. Erheben/in die höhe auffhebẽ. HIS. *Enſalcar.* ANG. *To aduance, to praiſe highly, to lifte vp on high.* } *Pl. in Amph.* Deuolant angues iubati deorſum in impluuium duo maximi: continuò extollunt ambo capita. [*Plaut. Moſtel. ſc. 3. a. 1.* Eho, Mauis falsò vituperari, quàm vero extolli? (id eſt laudari) bis. *Senec. cap. 17. de Conſol. ad Polyb.* Studia optimam felicitatem extollunt, & minuunt calamitatem. *Plaut. Moſt. ſc. 2. a. 1.* Parentes fundamentum ſubſtruunt liberorum: extruũt, (vt ædes) parant. &c.]

¶ Per tranſlationem accipitur pro exaggerare, amplificare. *Salluſt. Iugur.* Ita eorum quia ea fecêre, virtus tanta habetur, quantum ea verbis potuêre extollere præclara ingenia. Apud antiquos etiam lectũ eſt pro differre. *Cæcilius Plotio.* Ito intro, atque iſtæc auferitamen hodie extollet nuptias.

EXTŌRQUĔO, ques, rorſi, rtum. Eſt tormentis, vel alia quauis vi aliquid aufero, eripio, { ἐξετάζω, βασανίζω, ἐκβασανίζω. GAL. Oſter par force, tirer & auoir par force. ITA. *Rapire por forza.* GER. Mit gwalt außhin bringen/ abtringen. HIS. *Sacar atormentado.* ANG. *To wreſt or takaway by force, to conſtreine to confeſſe.* } Vnde extorquere veritatem, eſt adhibitis tormentis veram confeſſionem exprimere. *Donatus.* Torquemus homines, extorquemus veritatem. [*Velleius*, Extorquere confeſſionem parendi (à victis.) *Idem Vell.* Extorſerat ei legiones. *Et Suet. in Auguſt.* Extorquere poſſeſſoribus domos.]

Ad hunc etiam modum dicimus extorquere errorem ex animo, extorquere regnum, vel pecuniam. *Cic. in Cat.* Nec mihi hîc errorem, dum viuo, extorqueri volo. *Liu. li. 2.* Neque ambigitur quin Brutus, qui tantùm gloriæ ſuperbo, exacto rege meruit, peſſimo publico id facturus fuerit, ſi libertatis immaturæ cupidine, priorum regum alicui regnum extorſiſſet.

*Extorquere pro Luxare. *Senec. epiſt. 18.* Fregit aliquis crus, aut extorſit articulum: non nauem conſcendit, ſed medicum aduocat, vt fracta pars iungatur, vt luxata in locum reponatur. [Sic, Extorſiſſe talum dicimus. GA. l'auoir demis, l'auoir deboëtté. *Senec. epiſt. 54.* Cæſar dicit, Intorquere.]

EXTŌRTUS, participium. { ἐκβιασθείς. GAL. Oſté par force, violentement arraché ou tiré, raui. ITA. *Tolto à forza.* GER. Mit gwalt genommen. HI. *Sacado por fuerça.* ANG. *Conſtr ined by tormentis, wraſted by violence* } *Cic. pro Milone*, Extorta eſt confitenti ſica de manibus.

¶ Extortus, pro excruciato *Senec. epiſtola 67.* His oppone ferro transfoſſos, aut exanimatos ſerpentum morſu, aut fractos ruina:

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

aut per longam neruorum contractionem extortos minutatim. [*Iuuenal. Satyr.* 8. Prauam extortámque puellam.]

Extortor, toris. {βιαστής. GALLIC. Forceur, qui oſte par force. ITA. *Chi toglie à forza.* GERM. Ein abtringer/der mit gwalt erwas auß einem bringt/ oder ſunſt nimpt. HIS. *El que aſſi ſaca algo per tormento.* ANG. *He that conſtraineth by tormentu, or taketh by force.* } Qui vi rapit, & aufert. *Terent. Phorm.* Bonorum extortor, legum contortor.

Extorris, ris, Qui eſt extra terram, id eſt, patriam exul. { נוד *nadh* צעה *tsoéh.* ἀπόλις, ξένος. GALL. Banni, hors du pays. ITA. *Scacciato della ſua patria, fuor' vſcito.* GERM. Ein vertreibner eines landts / ein bandit. HISP. *Deſterrado, fuera de ſu tierra.* ANGL. *An out law or he that is banished.* } *Cicero 4. Verr.* Hinc centum patresfamiliàs extorres profugerunt. *Gell.* Exul, extorríſque eſto. *Liu.* Extorrem vrbe, domo, penatibus, foro, congreſſu æqualium. *Idem lib. 2. ab vrbe,* ne ſe ortum eiuſdem ſanguinis extorrem, egentem ex tanto modò regno cum liberis adoleſcentibus ante oculos ſuos, perire ſinerent.

Extra, præpoſitio ſeparata ſeruiens caſui accuſatiuo. { חוץ *chúts.* ἔξω, ἐκτός, cui contraria eſt intra. ἔσω. GALLIC. Hors. ITA. *Fuori.* GERMA. Auſſerhalb/drauſſen. HIS. *Defuera.* ANG. *without, forth.* } *Cic. 2. de Finib.* Et in corpore, & extrà eſſe quædam bona. *Idem de Vniuerſ.* Sic in omni mundo partes omnes collocatæ ſunt, vt nulla pars huiuſce generis excederet extrà *Idem 1. Off.* Cauendum autem, præſertim ſi ipſe ædifices, ne extra modum ſumptu & magnificentia prodeas. [Extrà portam currendum, Inde lauios arceſſam. *Plaut. Pſeud. ſc. 3. a. 1. & ſc. 2. n. 2. Milit. ſc. 4. a. 2.* Extra portam, &c. *Item Plaut. Men. ſc. 2. a. 1.* Quid ego? Extra numerum es mihi. *Idem Aul. ul. ſc. 5. a. 4.* Declinaui me paululum extra viam. *Idem Capt. prolog.* foris extra ſcenam fient prælia. *Ibidem ſc. 1. a. 1.* Extra portam ire.]

¶Extra pro præter, exceptionis gratia elegantiſſimè ponitur. *Plaut. Amph.* Vt mihi extra vnum te, mortalis nemo corpore Contingit, qui me impudicam faceret. *Plaut. Milit ſc. 2. a. 2.* Edico quemq; videritis, extra vnum Paleſtrionem, deturbatote in via. [Mox, Sed me excepit.] *Terent. Phorm.* Neque cognatus extra vnam aniculam, quiſquã aderat. ¶Extra iocum dicebant antiqui, quum quid ſeriò non ioco dicere ſeſe vellle ſignificabant. *Cic. Trebatio,* Sed me hercule extra iocum homo bellus es. ¶Extrà quàm, pro niſi, in exceptionib. concipiendis ponebatur. *Cic. 2. de Inuent.* Agit is cui manus præciſa eſt, iniuriarum: poſtulat is qui eum agitur, à Prætore exceptionem, extrà quàm in reum capitis præiudicium fiat. Vbi ſi particula deeſſe videtur. Extrà quàm ſis, *Vt Vlpianus in l. 1. §. Labeo ſcribit ff. de flumin.* Sed ita excipiendum ait, extrà quàm ſi quid ita factum ſit, vti de lege fieri licuit. *Hac Bud. Liu. 3. Decad. lib. 4.* Campanos omnes, Atrellanos, Calatinos, Sabatinos, extrà quàm qui eorum aut ipſi, aut parentes eorum apud hoſtes eſſent, liberos eſſe iuſſerunt. ¶Ab extra deducuntur exter, exterus, extraneus, extrarius, extrinſecus, extrorſum, ἐκ τὸ ἔξω, extremus, extimus, & Extrare verbum obſoletum quo antiqui vtebantur pro egredi. *De quibus mox.*

EXTRACLVSVS ager dicebatur, qui intra finitimam lineam & centurias interiacebat: ideóque extracluſus, quia vltra limites finitima linea clauderetur & extracluſa loca ſunt æquè iuris ſubſeciuorum, vltra limites, & vltra finitimam lineam. quod genus agrorum ſi Reipubl. populi Romani, aut ipſius coloniæ cuius fine circundatur, ſiue peregrinæ vrbi, aut locis ſacris, aut religioſis, æquè ad populum Romanum pertinentibus datum non eſt, iure ſubſeciuorum in eius, qui aſſignare potuerit, remanet poteſtate. *Ex Frontino de agrorum qualitate.*

Extrăcto, ire, Exire eſt. *Afran. in Auct.* Simul limen intrabo, illi extrabũt illicò. *Nonius.*

Extrāmūrānŭs, qui opponitur intramurano. *Lamprid. in Heliogab.* Iuſſerat & lenonem P. R. vnius anni meretricibus, lenonibus exoletis intramuranis dari, & extramuranis alia.

Extraordinārĭus, ria, rium, Quod extra ordinem fit. { ἔκτακτον, περίεργον. GAL. Extraordinaire, hors la façon accouſtumee. ITAL. *Eſtraordinario.* GER. Auſſert der ordnung oder gewonheit. HISP. *Coſa fuera de orden.* ANGL. *Extraordinaire, beſyde vſe and caſtome.* } *Brutus Cic.* Quare tùm & facilitatem & prouidentiam laudabo tuam, quum exploratum habere cœpero, Cæſarem honoribus quos acceperit extraordinariis fore contentum. *Idem 7. Verr.* Vt omnia ſemper quæ iucunda videntur eſſe, non modò his extraordinariis cupiditatibus, ſed etiam ipſi naturæ ac neceſſitati denegarem. Sic apud eundem Præſidium extraordinarium, poteſtas extraordinaria, reus extraordinarius, milites extraordinarij. ἐπίλεκτοι. [*Vide Liulum. Velleius* Extraordinaria Imperia Pompeij. Extraordinaria bella. *Sueton. in Tib. cap.* 30. Extraordinarium munus. *Liuius lib. 7. dec.* 4. Extraordinarium Imperium. *Sueton. in Caſ. cap.* 11.]

Extrānĕus, ria, rium, Alienus, aut alienigena, hoc eſt qui ex ea in qua agimus ciuitate oriundus non eſt, aut etiam qui ex noſtra familia nõ eſt. { נכרי *nochri* נכר *nechár.* ἀλλότριος. GALLIC. Eſtranger, de dehors. ITAL. *Straniere, alieno, foraſtiere.* GER. Auſſendiſch. HIS. *Coſa eſtraña y defuera.* ANGL. *Y Strange, foreyne.* } *Pomponius.* Præterea minabatur ſi extrario nupſiſſet, nihil ſe filiis eius ex paternis eorum bonis teſtamento relicturum. ¶Canis extrarius, pro non domeſtico, *apud Sueton. in Veſpaſ.* Extraria lux. *Lucret. lib. 4.* τὸ ἔξω φῶς. Atque vt penitus huius nominis vis intelligatur, idem eſt quod exterus, externus, & extraneus ſiue alienus: hæc enim omnia vnum ferè idémque ſignificant: *quanquam Corn. Fronto* originem magis quàm autorum conſuetudinem ſecutus hæc ita diſtinguit: Extraneus, inquit, eſt qui extra eandé ianuam eſt. Extrarius, qui extra eandem aream eſt. Exterus & externus, qui extra illam terram alterius cuiuſdam gentis eſt. Alienus autem nullo loco, ſed re differt.

Extrārium, Dicitur quicquid eſt extra rem de qua agitur. *Quint. lib. 7. c. 2.* Quum in perſonam certam transfertur accuſatio, aut in extrarium, &c.

Extrānĕus, Alienus, nullo propinquitatis gradu nobis coniunctus: quaſi exterraneus. { נכרי *nechri* נכר *nechár* ἀλλότριος, ὁδύνειος. GAL. Eſtranger. ITAL. *Straniere, alieno, foraſtiere.* GERMAN. Auſſendiger/ fremder. HISPAN. *Coſa eſtraña y de fuera.* ANGEL. *Y Stranger, of an other cuntrei.* } Vnde extraneus hæres, *apud Sueton. in Claudio Cæſare cap.* 4. Nec dubium eſt quid poſthæc Auguſtus conſtituerit, & reliquerit eum nullo præter auguralis ſacerdotij honore impertitum: ac ne hæredem quidem, niſi inter tertios, ac penè extraneos, ne partem ſexta nuncuparet. ¶Extraneus, & Domeſticus, contraria. *Cic. antequam iret in exil.* Pax & concordia extraneis gignetur, quum iam domeſticis non inſideat, ſed publicè prouidenti eripiatur. ¶Bona extranea, id eſt, externa, neque animæ, neque corpori propria, quæ & bona fortunæ dicuntur. *Autor ad Heren. lib. 4.* Hoc pacto non inordinatè poterimus & in laudando, & in lædendo, aut in corpore, aut in animo, aut in extraneis.

Exterĭor, comparatiuum, ſicut ab inferius, inferior, infimus. { חוץ *chiſon.* ἐξώτερος. GALLIG. Qui eſt plus dehors, exterieur. IT. *Piu di fuori, eſteriore.* GERM. Der auſſerthalb iſt. HISP. *Mas adefuera.* ANG. *That is further out.* } *Cic. de Vniuerſ* Atque ita quum alterum eſſet exteriorem amplexus orbem, &c. [*Plaut. Mil t. ſc. 2. a. 2.* Exterior ſis. (i. claude mihi latus læuum.] *Plaut. Menach.* Exterior ſis, obſeruato modo. ¶Comes exteriot, id eſt, inferiore indignioréque loco incedens. *Horat. 2. Serm.*

Extrēmŭs, a, um, Vltimus, poſtremus. { אחרון *achárón.* ἔσχατος, ὕστερος. GAL. Tout le dernier. ITAL *Extremo, vltimo.* GE. Der letſt/hinderiſt. HISP. *Coſa vltima ò cabera.* ANG. *The furtheſt, the laſt.* } *Cicer. de Amic.* Cuius diſputationis fuit extremum ferè de immortalitate animorum. *Virgil. 10. Eclog.* Extremum hunc Arethuſa mihi concede laborem. [Extremum miſſus in orbem. *Ouid. Eleg. 9. lib. 4. Triſt.* Sæpe per extremas profugus pater exulat oras. *Item Eleg. vlt. lib. 3. Triſt.* Gratum extremis ſermonem oris haurire. *Senec. cap. 3. de Conſol. ad Mart. & Tibull. lib. 4.* Qua maris extremis tellus includitur vndis. ¶Extremo eius anni. *Liu. lib. 5. dec. 4.* Et, Extremo hiemis, *Ibid. Liu. 9. dec. 4.* ¶Extremi ingenij homo. *Liu. 2. bell. Pun.* Extremi homines, i. infimi, humillimi. *Liu. 6. bell. Pun.* ¶Extremum ius retinere. *Caſ. lib. 1. bell. Ciu.* ¶Extrema metuentes (i. mortem.) *Sueton. in Calig. cap. 54. Item,* Extremis ſuis rebus fruſtrà requirere. *Sueton. in Nero. cap. 6.* ¶ Ponitur nonnunquam pro perditiſſimo ac nequiſſimo, quaſi à conſortio humanitatis remoto. *Virgil. 4. Æneid.* Illam terra parens, ira irritata deorum, Extremam (vt perhibent) Coo Enceladóque ſororem Progenuit, hoc eſt, peſſimam. *Seneca,* In hoc ſumma bonitas, in illo extrema malitia, id eſt maxima, & vltra quam nulla ſit malitia maior. Quod non ſine ratione eſſe videtur, quandoquidem medici affirmant, deteriores cæteris eſſe, qui vltimi naſcuntur. *Apul. lib. 3.* Fateor, Quirites, extremos latrones fugare atque proterere aggreſſus ſum. ¶Extremum etiam aliquando initium alicuius rei ſignificat. *Plaut.* Ab extremo narrare incipiam, hoc eſt à principio. *Ad extremum, pro* In extrema parte. *Liu. lib. 1. Decad.* Miſſile telum haſtili oblongo, & cætera toreti, præterquàm ad extremum, vnde ferrum extabat.

Extĭmŭs, mi, Vltimus. { ἔσχατος. GA. Tout le dernier, & le plus reculé ou eſlongné de tous. IT. *Piu vltimo, piu indietro.* GE. Der auſſeriſt/ ferriſt/weyteſt. HIS. *Coſa mas vltima ò cabera.* ANG. *The laſt of all, the furtheſt.* } *Plin. lib. 2 cap. 78.* Iiſdem imperia quæ nunquam extimis gentibus fuerint. Extimum promontorium apud eundem *lib. 6. cap. 28. Gell. c. 10. lib. 3.* extimum axem tangere.]

Extrēmō, aduerbium. { באחרונה *baachárona.* ὕστατον, τελευταῖον. GALL. Au dernier, à la parfin. ITALI. *Vltimamente, finalmente.* GERM. Letſtlichen/zum hinderſten. HI. *Vltima y finalmente.* ANGL. *Laſt of all.* } *Cic. ad Attic. lib 12.* Quod enim ſcribis extremò, vide ne is ipſe locus ſit, cuius cauſa, &c.

[Extremùm, idem quod extremò. *Ouid. Eleg 3. lib. 1. Triſt.* Alloquor extremùm mœſtos abſturus amicos.]

Extrēmĭtās, mitatis, Eſt id quod in quaque re extremum eſt, ora. { קצה *katſéh.* ὕστατον, ἴσχατα, τὸ ἄκρον. GAL. La fin, le bout, le bord, le coing. ITA. *La fine, l'eſtremo, l'vltimo di qualche coſa.* GE. Das end vñ auſſerſte theil eines yeden dings. HISP. *El fin y cabo de alguna coſa.* AN. *The extremitie, end, or bordour.* } vt, [Extremitas lintei, ſudarij, ſtrophioli, mappæ, ſudarioli. GALL. Le coing d'vn drap ou linceul, d'vn moucheoir, d'vne nappe, d'vne ſeruiette. *D. Eraſmus Roter. in Interpretatione Cap. 10. Actor. v. 11.* Et videt (Petrus) Cœlum apertum, ac deſcendens ad ſe vas quoddam, velut linteum magnum, quatuor extremitatibus alligatum. *Gall.* comme vn grand linceul lié par les quatres coings. Extremitas circuli. *Plin. lib. 2. cap. 17.* Cæli extremitas, *Cicero de Vniuerſit. Idem 2. de Finibus,* Hæc non erant eius qui innumerabiles mundos, infinitáſque regiones, quarum nulla eſſet hora, nulla extremitas mente peragrauiſſet. [*Quint.* Inter has extremitates (grandis vocis & exiguæ) mediæ ſunt ſpecies.]

EXTREMĬTĀS, in agro ita definitur *ab Aggeno,* Extremitas finitima linea eſt: quæ interuenit, aut per iter publicum, quod tranſcendi non poteſt, ſecundum legem coloni cam: quia omnis limes itineri publico ſeruire debet: aut per limites ſiue terminos, aliáque ſigna quibus territoria finiuntur: aut vbi inſoluta loca remanſerunt. hæc autem ſunt loca quæ inſoluta dicũtur, quæ aut in ſaxoſis, aut ſterilibus locis ſunt, aut in paludibus, vbi nulla potuit exerceri cultura: quia, dum non eſſet quod excoli potuiſſet, nullis neceſſe fuit limitum regulis obligari. *Ex Aggeno de limitibus.*

Extrīnsĕcŭs, penultima correpta, aduerbium, Externè, foris, aliunde, ab exteriori parte. { מחוץ *michúts.* ἔξωθεν. GA. Au dernier, à la parfin. ITA. *Di fuori.* GE Auſſerthalb/von auſſen. HI. *Defuera ò hazia fuera.* ANG. *On the other ſide, outwardly from without.* } *Cic. 1. de Orat.* Adhibita eſt igitur quædam extrinſecus ex alio genere quodam. *Var. li. 1. de re Ruſt. cap. 41.* Vt non denudes medullam, ne extrinſecus imbres noceant. *Cicer. 4. Acad.* Irrumpunt extrinſecus in animos noſtros per corpus imagines, nobis dormientibus. [*Sen. c. 10. de Tranq.* Extrinſecus diuerſas facies habentia, introrſus vana.]

Extro, as, Verbum obſolerum eſt, quo antiqui vtebantur pro exeo, & intro. { ἐξέρχομαι. GALL. Sortir. ITA. *Vſcire.* GER. Außhingehn. HISPA. *Salir à fuera.* ANGL. *To go forth.* } *Afranius,* Simul limen intrabo, illi extrabunt illicò.

Extrōrsum, Verſus exteriorem partem. { החוצה *hachutſáh.* εἰς τὸ ἔξω. GA. Vers le dehors. ITA. *Verſo la parte di fuori.* GERM. Außhinwerts. HISP. *Hazia fuera.* AN. *To wardes the outward part.* } Sicut introrſum, verſus interiorem.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Extrăho, extrahis, extraxi, extractum, extrahere, Extra trahere, elicere. {משך *maschaeh* הלח *dalâh* גח *gâch.* ἕλκειν. GA. Tirer hors. ITAL. *Trar fuori.* GERM. außzieh'n. HISP. *Sacar à fuera.* ANG. *To draw out.*} VT, Extrahere serpentes cantu: extrahere venena corpori, apud Plinium. *Cicero pro Cluent.* Extrahitur domo Oppianicus à Manlio. *Livius lib. 6. bell. Punic.* Ni venient in Senatum circa domos eorum ituros se, & in publicum omnes vi extracturos esse. ¶ Extrahere diem, est diem consumere, quod & eximere diem dicimus. *Cæs. lib. 1. bel. Ciuil.* Catone verò acerrimè repugnante, & pristina consuetudine dicendi mora dies extrahêtur, vt sui ratio absentis haberetur, &c. *Et paulò pòst,* Sic triduum disputationibus, excusationibúsque extrahitur. [*Livius lib. 7. d. 4.* Extrahere tempus. *Sueton. in Tib. c. 37.* Extrahere aliquem, pro euocare è regno. *Et Senec. c. 3. de Tranquill.* Qui candidatos extrahit.] ¶ Extrahere iudicium, producere est, prorogare, proferre. *Paulus l. 10. D. ad exhibend.* Si optione intra certum tempus data iudicium id in tempus extractum est, quò frustrà exhibetur, &c. ¶ Extrahere aliquem, pro inducere, & vehementer solicitare vt aliquid faciat. *Liu. lib. 2. bel. Pun.* Vulgus etiam extrahere ad Consulatum nitebantur. ¶ Extrahere se ex aliquo negotio. *Terent. Phorm.* Ita nunc imparatum subitò tanta te impendent mala, Quæ neque vti diuitem scio, neque quo modo me inde extraham. Extrahere scelus aliquod in lucem ex occultis tenebris. Id est, prodere, & manifestare. *Liu. 9. bel. Maced.* Omnia diis propitiis, volentibúsque ea faciemus, qui quia suum nomen sceleribus, libidinibúsque contaminari indigne ferebant, ex occultis ea tenebris in lucem extraxerunt. [*Senec. c. vlt. de Tranqu.* Extrahendus animus in libertatem.]

Extractus, participium, Productus, prorogatus. {נמשך *nimschach.* ἀποσπασθείς, ἀφελκυσθείς. GA. Tiré hors, differé, prolongé. IT. *Tirato fuori, differito, prolongato.* GE. Außgezogen.. HIS. *Sacado à fuera, dilatado en tiempo, alongado.* AN. *Drawen out, differred.*} *Cic. Qu. Fr. lib. 2.* Sed per obtrectatores Lentuli res calumnia extracta est.

Extractōrius, ria, rium, ἀφελκυστικός. *Pli. lib. 24. c. 11.* Vulgaris arundo extractoriam vim habet hoc est, vacuatoriam & eductoriam.

Extrīco, cas, pen. prod. Verbum est à tricis deductum, Explico, expedio, libero. {ἐκπλέκω, ἀπακανθίζω. GAL. Desempestrer, desmesler, desueloper. IT. *Districare, disuilupare.* GER. Entwirren/auffbßen. HI. *Desembolluer, ò desenhetrar.* AN. *To vnfetter, to vnridde.*} Sunt autem tricæ capilli vel aliæ quæuis res tenues, quæ gallinarum pedibus nonnunquam adhærent, earúmque gressum impediunt: quanuis etiam pro quibuslibet rebus minutissimis accipiantur. *Plaut. in Epid.* Aliqua ope exoluam, extricabor aliqua. ¶ Extricare locum aliquem pro purgare, & mundare. *Col lib. 4.* Syluestris ager præcipuè est eligendus, qui etsi fructetis aut arboribus obsessus est, facilè extricatur.

Extricābĭlis, A quo quis se facilè potest extricare, hoc est, eximere vel expedire. {ANG. *Of the which any may ridde him self.*} Cuius contrarium est Inextricabile, ex quo se quis extricare non queat. *Plin. lib. 36. c. 16.* Intus labyrinthum extricabilem, quò si quis improperet sine glomere lini, exitum inuenire nequeat.

Extrilidus, idem est quod exalbidus, *Gell. li. 19. c. 1.* Atque ibi hominem conspicimus impauidum, & extrilidum, ploratus quidem nullos, sicut cæteri omnes, nec vllas eiusmodi voces cientem: sed coloris & vultus turbatione non multum à cæteris differentem.

Extrīngo, gis, extrinxi, extrinctum, gerere, Stringo. {σφίγγω. GAL. Estraindre. IT. *Stringere.* GER Zuſammen trucken. HISP. *Apretar.* ANG. *To straine, to wring.*} *Cic. 6. Arad.* Deinde quum paulum digitos extrinxerat, Assensus huiusmodi. Quo in loco, ex vetustis exemplaribus legitur contraxérat, non autem extrinxerat.

Extrinsĕcus. Extro, Extrorsum, *Vide* EXTRA.

Extrūdo, dis, pen. prod. Extra trudo, per vim expello. {חדיח *hiddiách.* ἐξωθέω. GAL. Pousser hors, chasser. IT. *Cacciar fuori.* GER. Außhintrucken/außtossen. HIS *Echar fuera forcejando.* ANG. *To thrust or drive out violently.*} *Plaut. Casin.* Illæ autem senem Incœnem extrudere cupiunt ex ædibus: Vt ipsæ solæ ventres distendant suos. *Teren. in Hecy.* Eo amantem inuitum Pamphilum extrudit. [*Pl. Aul. prol.* Anum foràs extrudit, ne sit conscia.] *Pl. in Aul. sc. 1. a. 1.* Nam qua nunc me causa ex trusisti ex his ædibus? Accipitur nonnunquam pro vendere, vel alienare. *Horat. 2. Epist.* Laudat venales, qui vult extrudere merces. [Galli dicunt, qui s'en veut defaire, desempestrer, desblier.] * Extrudere tabellarios, pro Accelerare ad iter. *Cic. ad Brut.* Ego autem quum ad me de Ciceronis abs te discessu scripsisses, statim extrusi tabellarios, literásque ad Ciceronem *Idem Terent. lib. 14.* Pollicem, si adhuc non est profectus, quamprimum fac extrudas.

Extrŭo, is, Ædifico, construo. {בנה *banáh.* κατασκευάζω. GALL. Bastir, esleuer vn monceau de quelque chose, faire vne montioye. ITA. *Edificare, fabricare.* GERM. Auffbawen. HISP. *Edificar, ò componer.* ANGL. *To build vp.*} *Cæs. 3. belli Gall.* Omnem eam materiam quæ erat cæsa, conuersam ad hostem collocabat, & pro vallo ad vtrumque latus extruebat. Extruere ædificium in alieno, *apud Ciceronem pro Mil.* Extruere stramenta in acervum, *apud Col. li. 6. c. 3.* Extruere mensas epulis, & poculis. *Cic. 1. Tusc.* [*Pl. Men. sc. 1. a. 1.* Cereales cœnas dat, Ita mensas extruit. *Idem Pers. sc. 2 a. 1.* Tu argentum eluito atque extrui to. *Oui. Ele. 3. li. 1. Trist.* Contigit extructos ore tremente focos.]

Extrūctus, participium. {בנוי *banúi.* κατασκευασμένος, κατασκευάσθείς. GAL. Edifié, basti. ITA. *Edificato.* GE. Auffgebawen/zugerüstet. HIS. *Edificado.* ANG. *Builded vp.*} *Cic. in Pisonem.* Extructa mensa non conchylis, aut piscibus, sed multa carne subrancida.

Extructissĭmus, superlat. *Apul. de Deo Socratis,* Villæ extructissimæ.

Extructĭo, onis. {בנין *binján* מבנה *mibnéh.* οἰκοδομία, οἰκοδόμημα. GA. Bastiment, entassement. ITA. *Edificio.* GERM. Auffbawung. HISP. *Aquella obra de edificar.* AN. *Building vp.*} *Cic. 14. Philip.* Eáque extructione quę fit ad memoriam æternitatis.

Extŭbĕro, as, Intumesco, excresco. {צבה *tsabáh.* ἐξοιδέω, ὠδηνάω. GALL. S'enfler, & esleuer & façon de vessie. ITAL. *Conflare, enflare.* GER. Ein knorren herfur gewunnen/auffgeschwollen/ auffstauffen oder sich erheben wie ein beulen HISP. *Hincharse.* ANG. *To swel, or ise vp lik a bot che.*} *Plin. lib. 25. cap. 13.* Neque in omnibus terris est, radice foliosa, ex qua media veluti extuberat. *Item lib 37.* Cauæ aut exuberantes videtur viliores æqualibus, loquitur de gemmis. ¶ Nonnunquam etiam actiuè ponitur pro tuberibus æquale aliquid reddere. *Sen. c. 6. Natur. quæst.* Defert montes, subigit plana, valles extuberat, nouas in profundo insulas erigit.

Extŭbĕrātio, Tumor. {שאת *seéth.* ὑπερογκία, ὑπερόγκωσις. GAL. [Esleuement, ou] Enfleure en façon de bosse, [ou de vessie.] ITA. *Gonfiatura, enfiatura.* GER. Auffgeschwällung/auffbortzung. HIS *Hinchamento.* AN: *Aswelling lika botch.*} *Pl. lib. 31. c. 9.* Luxat s imponitur cum far na & melle, item extuberationibus, hoc est per corpus enascentibus.

Extŭmĕo, & extumesco, Tumesco, in tumorem sed gen. {צבה *tsa áh.* ὑπερογκόομαι. GAL. S'enfler. ITA. *Gonfiare.* GER. Geschwällen/ auffgeblasen werden. HIS. *Hincharse.* ANG. *To swel.*} *Plin. lib 37 c. 5.* Dem critus in hoc genere posuit Armenios, & Ethiopicos illos extumescentes pinguitie.

Extŭmĭdus, da, dum, {צבה *tsabéh.* οἰδιώλιος, οἰδηματώδης. GAL. Enflé. ITA. *Gonfiato, infiato.* GER. Auffgeblasen/buchlechtig. HIS. *Hinchado.* ANG. *Swelled.*} *Varr. 2. de Re rust. cap. 5.* Hanc esse modicam pro magnitudine segetis potissimum rotundam, & mediam paulo extumidam.

Extŭndo, is, tudi, tusum, Vi, vel blanditiis aliquid extorqueo. {ἀποθλάω, ἐκπιέζω. GAL. Faire sortir quelque chose à force coups, obtenir par force ou par amour. ITA. *Cacciar per forza ouero per prieghi.* GERM. Außstossen/außhinpolderen/mit muh fürherbringen HIS. *Empuxar por fuerça ò por amor.* ANG. *To beate out, to finde out with labour and paine.*} *Sueton.* Nec vt appeteret, compelli, nisi à matre potuit: ea demùm extudit magis conuitio, quàm precibus. [*Pl. Mostel. sc. 3. a. 1.* Eundem animum gratum mihi esse oportet vt Impetrauí atque olim fui. *Senec. cap. 18. de Consol. ad Polyb.* Extudisset illis fortuna sapientiam (Aliàs excussisset.) ¶ Extundere, studiosè facere. *Virgil. 8. Æneid.* Laniger óque apices, & lapsa ancilia cælo Extulerat. *Idem 1. Georg.* Vt varios vsus meditãdo extunderet artes. *Ita enim legit Nonius,* licet vbi nonnulli legant excuderet.

Extŭrbo, bas, E loco deiicio, extra turbo, expello, deiicio, vi eiicio. {חפיל *hippíl* חשפיל *hischpil.* παραθεωρέω. GAL. Oster violentement de la place. ITA. *Scacciare, precipitare, disturbare.* GER. Hinauß sturmen/ vngestümiglich außhinstossen HI. *Derrocar ó echar con sanuiendo.* AN. *To put out or frome by violence.*} *Cic pro Cluent.* Lectum illum genialem quem biennio antè filiæ suæ nubenti strauerat, in eadem domo sibi ornari & sterni, expulsa atque exturbata filia, iubet. *Plaut. in Cur.* Si rectè facias Phædrome, auscultes mihi, atque istam exturbes ex animo ægritudinem. *Colum. lib. 18. cap. 17.* Et in tranquillo consistens piscis, sedibus suis non exturbatur.

¶ Exturbare calculos, pro eiicere, expellere. *Plin. lib. 20. cap. 10. de aspharago loquens.* Radix quoque plurimorum prædicatione trita, & in vino albo pota, calculos quoque exturbat. *Exturbare oculos alicui, pro Exculpere, siue effodere. Plaut. Pœnulo,* Non ego homo trioboli sum; nisi ego illi mastigiæ Exturbo oculos atque dentes.

Extŭrbātus, participium. {מפרץ משפל *nuppál muschpal.* ἐξωσμένος, ἐκβεβλημένος. GA. Ietté par force, chassé. IT. *Spinto à forza.* GER. Außshingestossen oder gerissen. HIS. *Derrocado ò echado por fuerça.* ANG. *Put out by force.*} *Catul.* Eruit illa procul radicibus exturbata.

Extŭssĭo, is, ire, Tussiendo aliquid eiicio. {ἐκβηχάω. GALL. Cracher & ietter hors en toussant. ITA. *Tossire, gettar fuori qualche cosa con tosse.* GER. Außhusten oder toderen außwerfen. HIS. *Echar alguna cosa tossiendo, tossir.* ANG. *To cough out.*} *Plin. lib. 35. cap. 15.* Purulenta quoque extussientibus, & contra scorpionum ictus. *Idem lib. 23. capite 3:* Et radice oleæ quàm tenerrimè cortex deratus, in melle crebro gustatu medetur sanguinem reiicientibus & suppurata extussientibus.

Exŭbĕro, as, penultima correpta, Affluo, abundo: ab adiectiuo vber, quod plenum, fœcundum, & fertile significat. {חתיר *hothir.* ὑπερπίπτω. GAL. Abonder, estre abondant & fertile. ITA. *Abundare, soprabundare* GER. Vberflussig sein/Voll seinHIS. *Mucho rebossar ò abundar.* AN. *To be wealthie and fertile, to abund.*} *Colum. in Præfat.* In Asia Mysiáque densa & glutinosa terra maximè exuberat. *Virg. 8. Georg.* pomíque exuberat arbor. [*Suet. in Calig. cap. 40* Vectigalia noua atque inaudita, primùm per publicanos, deinde quia exuberabat, per Centuriones Tribunósque prætorianos exercuit.] Aliqui per h scribunt Exhubero.

[Exuberans, antis, *Quintilian.* Exuberantis hoc est operis.

Exūbĕrantissĭmus, Superlatiuus. *Gell. lib 3. cap. 1.* Hunc equum C. Bassus vidisse se Argis refert, haud credibili pulchritudine vigoréque, ac colore exuberantissimo.

Exūccus, a, um, Quod est sine succo: {ἄχυμον, ἄλιμον. GAL. Sec, sans suc, sans humeur. IT. *Secco, senza succo & humore.* GE. One safft oder feuchtigkeit/dürr. HIS. *Seco, sin cumo.* ANG. *without sap or humour.*} *Senec. in Epist.* Scis illum infirmi semper & exucci corporis fuisse. *Quint. lib. 12. cap 10.* Vnde nunc quoque aridi, & exucci, & exangues.

Exūdo, as, penultima producta, Veluti per sudorem emitto. {ἀναθύω, ἐξιδρόω. GAL. Degoutter de sueur, rendre sueur. ITA. *Sudar, mandar fuori con sudore.* GER. Außshinschwitzen/außlauffen. HIS. *Sudar, echar alguna cosa sudando.* ANG. *To send out licour, to sweat out.*} *Plin. lib. 24. cap. 9.* Est autem trium generum: vnum arbor ipsa exudat gummi modo: alterum manat in plaga quum floret. *Virgil. lib. 1. Georg.* exudat inutilis humor, dixit absolutè, pro sudando effluit, nouo locutionis genere: nam ipse humor propriè non dicitur suuare, vel exudare, sed id quod humorem emittit. *Colum. lib. 12. ca. 48.* Quum oliua quicquid habuit amurcæ exudauit. Eodem modo vsus est *Persius Satyr. 3.* & ægris Faucibus exudat grauis halitus. * Exudare causas, pro magno labore agere. *Horat. Serm. Satyra 10.* [*Liuius lib. 4. ab vrb.* Ingens exudandum præmium. *Ibidem li. 5.* Nouus exuderat labor.]

Exuĕho, is, is, Exporto. *D. lib. 10. Tit. 4. l. 5.* Celsus scribit, si quis merces quas exuehendas conduxit, in horreo posuit, cum conductore ad exhibendum agi potest.

Exuĕiræ, Purgatio quædam domus ex qua mortuus ad sepulturam ferebatur, quæ purgatio fiebat per euerriatorem, certo genere scoparum adhibito: ab extra verrendo dictæ. *Autor Festus.* ἀποσαρώσεις.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Exuĕrto,is,exuerti,exuerſum,ere, Præuenire, præoccupare. {קדם *kiddém.* προφθάνειν. GALL. Preuenir,anticiper. ITAL. *Preuenire.* GERM. Zuuorkommen. HISP. *Ir delante ò anticipar.* ANG. *To preueine.*} *Plaut. Pœn.* I in malam rem.M. I tu,& herus tuus. S. Verùm enim qui bene eum norit,citò homo exuerti poteſt.

Exūgo,is,penultima correpta, xi, ctum, quod & Exugeo,ges,Sugendo elicio. {מצה *matsáh* ינק *janák.* ἐκπιπάζω,ἐκμυζίω. GALLI. Eſſucer,Sucer tout l'humeur. ITA. *Mognere,ſucciare.* GERM. Außſaugen.HISP. *Chupar ò mamar.* ANG. *To ſucke vp or out.*} *Plaut.in Epid.* Iam ego me cõuertam in hirundinem,atque eorum exugebo ſanguinem. *Idem in Rud.* Ni hunc amittis, exugebo quicquid humoris tibi eſt. *Idem in Pœnulo* , Iam nunc ego illi egredienti ſanguinem exugam procul. *Col.lib.4 c.24.* Sed ab vno latere exugitur.

Exūctus, particip. {ממצה *nimitséh.* ἐκψυκλωθείς,ἐκμυζηθείς. GALL. Tout eſſucé,ſans ſuc & humeur. ITA. *Senza ſugo,ſucciato.* GERM. Außgeſogen. HISP. *Chupado del todo , ſin çumo.* ANGLIC. *Al ſucked out.*} *Gellius.* [*Gell. cap.7. lib.20.* Exucta oſtrea. GALL. Huiſtres ſans eau,ſans humeur.]

Exŭl,lis, Si Nonio Marcel. credimus , dicitur quaſi extra ſolum eiectus. [quaſi ſolo patrio expulſus. *Quintilian. declamat. 366.*] {נע צעה *tſoféh* נד *nâdh.* φυγὰς,ἀπολις. GALLIC. Banni,enuoyé en exil. ITAL. *Bandito, eſule,fuor' d'eſtro.* GERM. Ein vertribner auſs ſeinem vatterland. HISPA. *Deſterrado y fuera de ſu tierra.* ANG. *A banished man.*} *Cic.pro Aul. Cecin.* Exilium non eſt ſupplicium,ſed profugium,portúſq; ſupplicij. Nam qui volunt pœnam aliquam ſubterfugere, aut calamitatem, eo ſolum vertunt:hoc eſt,ſedem & locum mutant. Itaque in nulla noſtra lege reperietur,vt apud cæteras ciuitates maleficium vllum exilio eſſe multatum,ſed quum omnes vincula, neceſs ignominiáſque vitant quæ ſunt legibus conſtitutæ , confugiunt quaſi ad arma,in exilium:qui ſi in ciuitate legis vim ſubire vellent, non prius ciuitatē quàm vitam amitterent. *Hæc Cic.* Solum(*inquit Feſtus*)quin ſignificet locum,quis dubitet,quum exules quoque dicantur loco patriæ ſuæ pulſi? *Cic.pro domo ſua* , Hunc tu etiam portentoſa peſtis, exulem appellare auſus es,quum tantis ſceleribus eſſes & factis notatus? *Et iterum,* Quid enim exul? Ipſum per ſe nomen calamitatis , non turpitudinis. *Apud Iureconſultum,* Exules hi propriè ſunt quibus aqua & igni interdictum eſt:cætera non exilia,ſed relegationes ſunt. [*Ouid. Eleg.1.lib.2.Triſt.* Quippe relegatus,non Exſul dicor in illo(edicto.) *Idem Eleg.3.lib.5.* Nec Exſul edicti verbis nominor ipſe tui. *Ouid. Eleg. 3 lib.3.Triſt.* Sic ego non etiam mortuus exul ero. *Idem 13.Metam.* Nec in his(maiorib.)quiſquam damnatus & exul. *Idem Eleg.3.lib. 4. Triſt.* Cùm diceris Exulis vxor,auertis vultus.] *Vide ſequentia.*

Exĭlium,lij,Patriæ priuatio,& natalis ſoli mutatio. {גלות *ghalúth* גולה *gholáh.* φυγὴ , φυγαδία. GALLIC. Exil, banniſſement. ITALIC. *Eſtilio, bando.* GERMAN. Verweyſung oder verweyſung in das elend. HISP. *El deſtierro fuera de ſu tierra.* ANG. *Banishment.*} *Seneca in lib.de Conſolatione [ad Heluiam cap.6.*] Exilium,nempe,loci commutatio eſt. Hanc commutationem loci aliquando ſequuntur incommoda paupertas,ignominia,contemptus: quibus detractis, nihil eſt quod magnopere exilium ſit pertimeſcendum,nec commutatio loci onoroſa. Aſſiduus enim eſt humani generis diſcurſus,& naturalis quædam irritatio animis mortalium ineſſe creditur commutandi ſedes,& trãsferendi domicilia. *Cic.5.Tuſcul.* Exilium credo,quod in maximis malis ducitur. *Et paulò pòſt* , Iam verò exilium ſi rerum naturam non ignominiam nominis quærimus , quantum demum à perpetua peregrinatione differt? Triplex autem numeratur exilij genus. Nam aut certorum locorum interdictio eſt : aut lata fuga,vt omnium præter certum locum:aut relegatio in inſulam. Erat autem exilium pœna capitalis:& exilio mulctatus capite damnatus dicebatur. Exulis enim caput de ciuitate eximi dicitur. Quoties autem ciuitas retinetur,relegatio propriè,non exilium dicitur. *Senec.c.6.de Conſol.ad Helu.* docet quid ſit Exilium. *Idem ibidem* Exilia publica ſunt populorum tranſportationes. *Plaut.Capt ſc.3.a.3.* Neque exilium exitio eſt. Obſcurè. ¶ Exilium æternum pro morte. *Horat.Ode 2. lib.2.*]

Exŭlo,penultima correpta Parria priuatus ſum,exul ſum. {גלה *ghaláh.* φεύγω,ἀποδιδράσκω GALLIC. Eſtre banni,eſtre en exil. ITA. *Eſſere in eſſilio,eſſer in bando.* GERM. Im elend ſein/ein vertribner ſein. HISPANIC. *Eſtar deſterrado ò fuera de ſu tierra.* ANG. *To be banished.* } Et duob. modis dicitur,ſcilicet de loco in quo exul eſt, & de quo eiectus eſt. *Terent.in Eunuch.* Perij,nam domo exulo. *Plaut.in Moſtell.* An id maluis,vt habeat foras vrbem, exulétque à patria ſua , cauſa tui? [*Plaut. Pſeud.ſc.3.a.4.* Vt exulatum ex pectore(cor) effugiat meo. *Idem Cure. ſc.4.a.4.* Ne trapezita exulatũ abierit. *Ouid.Eleg.4.l.3.Triſt.* Naſonis ſq; tui quod adhuc non exulat vnã , Nomen ama. *Idem el. vlt.lib.3. Triſt.* Cùm pater ,profugus Exulet, natis Exulis licet eſſe in vrbe. *Liuius lib.9. ab vrb.* Exulat ignominia animi.[*Ouid.3.Triſt.*- per externas profugus pater exulat oras. * Exulat auaritia ex vrbe, per tranſlationem. *Plaut.Perſa,*-pulchrè munit arbitror,Perfidia & peculatus ex vrbe,& auaritia ſi exulant.

Exŭlāns,exulantis,participium. {צעה *tſeféh* גלה *gholéh.* μετοικῶν. } *Cic.2. de Diuinat.* Rex Pruſias quum Annibali apud eum exulanti depugnare placeret,negabat ſe audere quòd exta prohiberent.

Exŭlcĕro,as,ſiue potius Exhulcero. Vlcus facio. {מכה *machats.* ἑλκόω. GALLIC. Exulcerer,bleſſer & entamer la peau. ITA. *Impiagere, tagliare la pelle.* GERM. Die haut verferen oder erſchwãren machen. HISP. *Llagar ò enconar la llaga tratondela.* ANG. *To mak ſore , to break the ſkinne.*} *Plin.lib.20.cap.6.* Lepras, lichenas,lentigines exulcerat. *Varr. lib.2.de Re ruſt.cap 9.de canibus loquens.* Quidam nucib. Græcis in aqua tritis perungunt aures,& inter digitos,quò muſcæ,ricini,& pulices ſoleant (ſi hoc vnguine non ſis vſus)ea exulcerare. [*Senec.c.11. de Tranquillit.* Exulcerat quod percuratum non eſt.] ¶ Per tranſlationem accipitur pro exaſperare,vel exacerbare. *Cic.2. de Orat.* Aut eà quæ ſatiare nequeunt exulceraut. *Idem pro Deiot.* Fore putabant, vt in exulcerato animo facilè fictum crimen reſideret.

Exŭlcĕrātio,tionis. {מכה *máchats.* ἕλκωσις. GALLIC. Nature, bleſſeure, entameure de peau. ITAL. *Eſſo ferire,impiegare.* GERM. Verferung der haut. HISP. *Llago,ò obra de enconar la aſſi.* ANG. *A making of à botche.*} *Plin.lib. 20.cap.3.* Sed omnium conſenſu , ſtomacho vtiliſſimæ iudicantur, & interaneorum veſicarúmque exulcerationibus. [*Seneca 1.ae Conſol.ad Mart.* Non Conſolatio ſed exulceratio.

Exŭlcerātōrĭus,a,um, Exulcerandi vim habens. {ἑλκωτικός. GAL. Qui naure ou a vertu d'entamer la peau. IT. *Che ha virtu d'impiagare.* GE. Das die haut verferet vnd auffſchwãrend macht. HIS. *Lo que llaga ò enconar la llaga.* ANG. *That ha h power to mak a botche.*} Vt Exulceratorium medicamentum. *Plin.lib.32.c.7.*

Exŭlcĕrātrix,cis. {מכה *mochéſeth.* ἑλκώσασα. GAL. Qui entame & naure ITA. *Donna che impiaga.* GER. Ein geſchwãrmacherin. HI. *La que llaga ò encona la llaga.* AN. *That hath power to makſore,eat and frete.*} *Plin.lib.27.cap.12.* Vis ei ſtiptica,& exulceratrix.

Exŭlto,as,are,ab ex & ſalto, a,in i mutata, Immoderatè iacto , voluptate & lætitia nimia geſtio. {עלץ *baláis* גל *ghal.* ἀγάλλομαι,χαίρω, καυχάομαι,τῇ ψυχῇ πλεονάζω. GAL. Sauter & treſſaillir de ioye , s'exalter & glorifier. ITA. *Allegrarſi grandemente,gioire.* GER. Außſpringen. von freuden. HISP. *Saltarde allegria ò plazer,alegrarſe.* ANGL. *To leap for ioye,to glorifie and boaſt foulishly.*} *Cic.lib.de Repub.* Eſt igitur quidam turbulentum in hominibus ſingulis,quod vel exultat voluptate,aut moleſtia frangitur. *Idem in Catone* , Annibalem iuueniliter exultantem patientia ſua molliebat, hoc eſt , iactantia iuuenili gloriantem. *Virgil lib.5.*-exultantiáque haurit Corda pauor. *Cic.lib.4. de Repub.* Quæ ſanguine alitur,quæ omni crudelitate ſic exultat, vt vix hominum acerbis vulneribus ſatietur. Quo in loco (*vt Nonius interpretatur*) accipitur pro ſæuire:quanuis alij malint ibi pro gaudere & delectari accipi. Exſulto ſcribendum , & cætera ab eodem deducta. [Illud eſſet exultantiſſimum (in oratione) *Quintilian.*]

Exŭltātĭo,onis {עלצת *ſalitsúth.* ἐκτάδιασις, σκίρτησις. GAL. Sautement de ioye,ou autrement. ITA. *Gioia,piacere.* GER. Groſſe freud/ feudſprung/ frolockung. HIS. *Aquella alegria.* ANG. *A leaping through ioye,a triumphing.*} *Plin. lib.8.cap.54.* Mutianus luna caua triſtes eſſe,quibus in eo genere cauda ſit , nouam exultatione adorare. Indecora exultatio, *Quin lib.2.cap.2.*[*Senec. cap.vlt. de Tranq.* In libertatem exultationemque extrahendus animus.]

Exultantĭa,tiæ,Exultatio. *Gell.l.12. cap.5.* Cum petulantia morbi doloriſque exultantia colluctantem.

Exŭltānter,aduerbium. {σκιρτητικῶς,ἀγαλλιαστικῶς. GAL. En ſautant de ioye. ITA. *Saltando ai contento & gioia.* GER. Mit ſonderbarer freudigkeit. HI. *Saltando por alegria,alegramente* AN. *Braggingly,as it were leaping for ioye,ioyously.*} *Plin.Epiſt.62.* Quum ea potius quæ preſſiùs & aſtrictius, quàm illa quæ hilarius & quaſi exultantiùs ſcripſi, poſſint videri arcerſita,& inducta.

Exŭltim,aduerbium,Id eſt exultando. {σκιρτητικῶς, χαυνοειδῶς. GAL. En ſautant,en treſſaillant. ITAL. *Saltando di gioia.* GER. Mit außſpringen. HIS. *Alegrandoſi ſaltando.* ANG. *By reioyſing and leaping.*} *Hor.3. Car. Ode 11.* Quæ velut latis equa trima campis , Ludit exultim, metuitque tangi nuptiarum expers , & adhuc proteruo *Cruda* marito.

Exŭlŭlo,as,Valde vlulo. {ὀλολύζω. GAL. Vrler & crier comme vn loup & telles beſtes. ITA. *Vrlare,gridar forte.* GER. Seer heulen. HIS. *Aullar.* ANG. *To howllik a dogge or wolf.*} *Ouid.lib.1.Metam.* Territus ipſe fugit,nactúſque ſilentia ruris Exululat. [*Idem Ouid.4. Faſt.* Exululant comites,furioſáque Libia flatur.]

Exŭlŭlātŭs,participium,voce paſſiua actiuè ſignificans. *Ouid.Eleg 1.lib.4. Triſt.* Vtque ſuum Bacche non ſentit ſaucia vulnus , Dum ſtupet Idæis exululata iugis. [*Ibidem* , Feretur vrbis per medias exululata vias.]

Exŭm,Extra ſum. {ἄπειμι. GAL. Eſtre dehors. ITAL. *Eſſere fuori.* GERM. Außſen ſein. HIS. *Eſtar y ſer de fuera.* ANG. *To be forth.* {Sic enim lictor in quibuſdam ſacris clamitare ſolebat, Hoſtis victus, mulier , virgo exeſto. Hoc eſt,non introito,quia ſcilicet ingredi ea ſacra prohibebantur.

Exūndo,das,Alueum exeo,ſiue extra alueum vndas effundo, inundo. {πλημμυρῶ,ὑπερβάλλω. GAL. Se desborder,s'eſcouler par deſſus. ITA. *Inondare,vſcire delle riue.* GER. Vberlauffen/ vberflieſſen. HIS. *Manar reboſſar ò liquido.* ANG. *To ouerflow,to ſurrounde.*} *Plin lib.2.cap.101.* In Tenedo inſula fons ſemper à tertia noctis hora in ſextam ab æſtiuo ſolſtitio exundat. *Colum.lib.8.cap.16.* Verùm meminiſſe oportebit, vt riuis per quos exundat piſcina, præfigatur ænei foraminibus exiguis cancelli,quibus impediatur piſcium fuga. Transfertur etiam ad alia. *Tacitus in Dialogo de oratoribus,* Exundat admirabilis illa eloquentia. Hoc eſt,abundanter effluit.

Exūndātĭo,onis, Inundatio, eluuio. {שפע *ſchéphah.* κατακλυσμός. Desbordement d'ondes. ITA. *Sporgimento,inondatione.* GER. Außgieſſung/ auſſflieſſung HIS. *Aquella obra de manar ò reboſſar.* AN. *A ſurrounding, an ouerflowing.*} *Plin.lib. 19.c.3.* Negant naſci , niſi exundatione fluminum inuecto ſemine ab Tiaris.

Exūngo,is,ere, Vngo, inungo. {משח *maſchách.* χρίω. GAL. Oindre. ITA. *Vngere.* GER. Wol ſalben. HIS. *Vntar.* ANG. *To beſmere, or anoynt.*} *Plin Rud.* antè pœnitet In mari quod delaui,ne hic in terra quoque eluam? s. Eluas tu,an exungare ſiccus?

Exūngŭlo,as,are, Vngues aufero. {ἐξονυχίζω. GAL. Couper ou oſter les ongles. ITAL. *Tagliar l'vngie.* GER. Die klauwen oder negel dannen thũ. HIS. *Cortar las vñas.* ANG. *To tak away the nayles or hoofes.*} *Plaut.in Trucul.* Hem,tuos exungula,malè viuitis.

Exŭo,is,exui,exutum, Propriè eſt indumenta detraho. {פשט *paſchát.* ἐκδύω. GAL. Deſueſtir, deſpouiller. ITA. *Spogliare.* GER. Außziehen. HIS. *Deſnudar el veſtido,deſpojar.* ANG. *To vncloth , to deſpoyle.*} *Lactan.lib.1.* Exuuntur etiam veſtibus flagitante populo. Exuere ſe fortunis paternis,idem eſt quod ſpoliare. *Liu lib.1.* Primò ſe agro paterno,aurióq; exuiſſe,deinde reliquis fortunis. ¶ Sæpe etiã accipitur pro ſoluo,λύω. *Vir.2.Æn.* Suſtulit exutas vinclis ad ſidera palmas. ¶ Quandóq; etiã accipitur pro denudo. γυμνόω. *Vi.5.Æn.*-magna oſſa,lacertóſq.

Exuſ-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Exuit.*Exuere castris hostem,pro Expellere.*Liu.9.bell.Pun.*Nec ante absc̃essum est quam castris quoque exuerunt hostem.* Exuere se ex laqueis,pro Liberare.*Cic.7.Verr.*Si me Hereule (id quod fieri intelligo non posse)ex his laqueis te exueris, ac te aliqua vi ac ratione explicaris,in illas tibi maiores plagas incidendum est. [Exuere castris. *Velleius.* Exuere mentitũ colorem. *Quint.* Exuere Consulẽ exercitu. *Vell.* Exutus nauib.fugit Pompeius.*Item Vell.* Exuitur ferias, &c. *Ou. 3.Fast.* Nunquam saluis suis exuitur seruitus muliebris, *Liuius lib.* 34. Exuta sc̃nectam Roma. *Mart Epigr.*7.*lib.*5.Timore vano quietẽ exuere.*Liuius lib.8.dec.*4. Item si non saltas, Exue igitur (sup. pallam.) *Plaut.Men.sc.*3.*a.*1.Exuere virtutes.*Tacit.lib.*1.

Exŭpĕro,as, pe. corr. ab ex,& supero, Supero,excello. {השתרע *hischtare*ḥ נצח *nitsṣeaḥ* חוחיר *hothir.* ὑπερκύπτω,ὑπερβαίνω. GALL. Surpasser,surmonter,outrepasser ITA.*Superare,auanzare.*GER. Vbertreffen. HISP. *Sobrar,vencer.sobrepujar à otro.* ANGLIC. *To passe,to excede,to surmont.*}*Plaut.in Milit.* Metuo ne prædicatio tua nunc meam formam exuperet.Cic.4.*Tusc.* Quis homo te exuperauit vnquam gentiũ impudentia?[*Ouid.6.Fast.*Etsi non poterant exsuperare,cadant.(pro superare)*Idem El.*g.4.*l.*4. *Trist.* Exuperas morum nobilitate genus. *Gell.c.*3.*l.*14. Vter esset exuperantior (i. præstantior.)*Idem cap.*3.*l.*6. Exuperãti forma virgo.GAL.qui est des belles l'outrepasse: de beauté non-pareille.] *Exuperare animam,cui Mortuum esse opponitur. Cicer.post red.in Sen.* Quapropter memoriam vestri beneficij colam benevolentia sempiterna,non solum dum anima exuperabo mea,sed etiam cum mortuo monimenta vestri in me beneficij permanebunt. Id est,quandiu viuam.Vbi ex vetusto codice legitur superero.

Exŭpĕrantĭa,pro eminentia. {שפע *schéphaḥ* יתרון *jithrón.* ὑπεροχή, ὑπερβολή.} GAL.Surmontement,outrepassé,excellence par dessus. ITA.*Trapassamento,auentamento.* GER. Vbertreffenheit. HISP. *Aquella obra de sobrepujar,excellentia.*AN.*Surmonting,a passing.*}*Cic.*5.*Tuscul.*Nónne omnem exuperantiam virtutis oderunt?[*Gell.c.*1.*lib.* 14. exuperantia splendoris.]

Exŭpĕrātĭo,onis,Superlatio.{מותר *mothár* יתרון *jithrón.* ὑπεροχή, ὑπερβολή.} *Idem ad Herenn.lib.*4.Significatio est, quæ plus in suspicione relinquit, quàm positum est in oratione: ea fit per exuperationem. *Et paulò pòst* , Per exuperationem quum plus dictum est, quàm patitur veritas,augendæ suspicionis causa.

Exŭpĕrābĭlis,le, Qui potest superari. {ὑπερβλητος, αἰκητος. GALLIC.Qui peut estre surmonté. ITA.*Cosa che si puo vincere.*GER.Das vbertroffen werden mag. HISPAN. *Cosa che se puede sobrepujar.*ANG.*That may be surmonted and passed.*}*Statius* 1.*Thebaid.*-nec exuperabile diris Ingenium mortale queror.Vallum non exuperabile,*Claudianus.*

[¶Pro Insuperabili.*Gell.c.*2.*lib.*17.Cuius (Manlij) operam apud Gallos fortem atque exuperabilem Respub. sensit, &c. (vbi Apud pro aduersus notabis : loquitur enim de M.Manlio qui Capitolium seruauit à Gallis.)] ¶Exuperabile, significatione actiua, quod potest superare.*Virg.*3.*Georg.*-tortósque Ixionis angues, Immanémq; rotã, & non exuperabile saxum.*Seruius.*

Exŭpĕrātŭs,particip.Superatus, victus. {מנצח *menutstsách* ὑπερβληθεὶς. GAL. Outrepassé,vaincu.ITA. *Trapassato, vinto.* GER. Vbertroffen. HISP.*Sobrepujado,vencido.*ANGL.*Surmonted,ouercomed.*}*Lucili.lib.*2. Sed citius cædunt grauiotibus exuperatæ.

Exŭpĕrantĭssĭmŭs, Superlat.{ὑπερφάτος}.*Apuleius in Hermetis Asclepio:* Gratias tibi agimus summe & exuperantissime.

Exūrdo, das, actiuum, Surdum reddo. {ἐκκωφόω.GAL. Assourdir,faire sourd.ITAL. *Assordare.*GERM. Dumm machen. HIS. *Ensordar à otro.* ANG. *To make deaffe.*}. curus passim posuit *Valerius Max.lib.* 2. Græcis actionib.aures curiæ exurdantur,id est, obtunduntur. *Pl n. lib.* 32. *ca.*10. Panniculæ flos,si aures intrauerit,exurdat.¶Exurdare palatum, dixit *Horatius* pro sensu gustus spoliare , & stupefacere, *Serm. lib.* 2. *Satyr.*8.Feruida quòd subtile exurdant vina palatum.

Exūrgo,gis,Surgo. {קם *kam.* ἀνίστημι. GAL. Se leuer, soudre. ITA. *Leuarsi.* GERM.Aufstehn.HISP. *Leuantarse:* ANG.*To arise out of some place.*}*Plaut.in Mostel.*[*sc.*1.*a.*2.de dormiente.] Quæso exurge,pater aduenit.*Idem Epid.*Lumbos extollite, atque exurgite. *Cicer pro Cluent.*Paulisper exurge,& perfer hunc dolorem commemorari nimis non necessariæ,Per translationem ponitur pro erigere se & recreare, ex diutina afflictione.ἀναπαύομαι. *Cicer,pro Lege Agra.* Hæc quæ procul erant à conspectu imperii, non solùm afflixerunt , sed etiam ne quando recreata exurgere,atque erigere se possent, funditus (vt dij) sustulerunt. *Idem ad Attic.* Nos autem vbi exurgere poterimus,aut quando?*Idem ad Cassium,* Autoritate vestra Respublica exurget, & in aliquo tolerabili statu consistet.Exsurgo scribendum. [*Tibu .libr.*4. Quinetiam structis exurgunt oppida muris. *Plau Mil.sc.*1.*a.*2. Qui ausultare nollet exurgat foras:*Idem Plaut.sc.*1.*a.*5. Postquam exsurrexi (sup.è conuiuio.)*Plaut.Most.sc.*1.*a.*2.Exurgere(ex marcore) *Sene.e.*16. *de Consol.ad Helu.*]

Exūro,ris,pen.pro.exustum,Igne prorsus consumo,comburo. {יקד *jaqádh* שרף *saráph.* κατακαίω.GA.Brusler.IT. *Abbrosciare.*GE.Verbrennen/ außbrennen. HI.*Mucho quemar.*AN.*To burne out.*}*Ci. in Pison.* Epirus excisa,Locri,Phocij,Bœotii exusti.Ex animo exuri.*Idem* 3.*de Nat.deor.* Mihi quidem ex animo exuri non potest,esse deos.Sed fortè legẽdum exui,aut erui.Igni exuritur scelus. *Virg.*6.*Æn.* -aliis sub gurgite vasto Infectum eluitur scelus,aut exuritur igni.[*Pl.Men.sc.*2.*a.*3. Vt ego illi oculos exuram lampadibus ardentibus.Perii,minatur mihi oculos exurere.*Plau.Men.sc.*2.*a.*3.]

Exūstŭs,participium,Combustus,igne planè consumptus. {תרף *soráph* ἐμπυρωθεὶς,ἐκκαυθεὶς.GA.Brusle,ars.ITA *Abbruggiato,arso.* GE.Gar verbunnen.HIS *Quemado mucho.*AN.*Burned,parched,dried.*} *Plin.lib.*2.*c.* 68.Media vero terrarum,quà Solis orbita est,exusta flammis,& cremata.[*Tibull.lib.*4.Nulla nec exustas habitant animalia partes. [Vinus exustus est.*Cicer.*3.*Verr.*Ager exustus morientibus æstuat herbis.*Virg.* 1.*Georg.*Exustus Sole caseus *Col.lib.*7.*cap.*8.Quorum victiorum primum solet accidere si parum pressus,si nimio sale sit imbutus: tertium , si Sole exustus est.

Exūstĭo,onis.{שרפה *serephàh* העיר *hebir* עורר *horér.* ἐκπύρωσις,καῦσις. GA.Brustlement.IT.*Esso ardere,abbruggiamento.*GE.Brũst/ außbrennũg. HI.*Aquella obra de mucha quemar,quemadura.*ANG.*A burning out.*} *Cic.in Somn.Scip.* Propter eluuiones exustionésque terrarum, quas accipere tempore certo necesse est,&c Exustio Solis,*Plin.li.*14.*c.*24.

Exūscĭto,tas,Suscito,{הקים *hekim.* ἐγείρω.GAL. Faire dresser, faire leuer,esueiller,ITA.*Suscitare,far leuare,drizzare,destare.* GE.Auferwecken.HI.*Despertar.*AN.*To make to arise,to wake from sleepe.* } *Cice.pro Muran.*Te gallorum,illum buccinarum cantus exuscitat.*Idem li.*1.*Off.* Quæ cura exuscitat etiam animos, & maiores ad rem gerendam facit.[*Pl.Curc.sc.*1.*a.*1.Exuscitate vestram huc custodem mihi.] ¶ Exuscitare se.*Brut.ad Cic.* Quare non Octauius est rogandus vt velit nos saluos esse,magis tu te exuscita,vt eam ciuitatem,in qua maxima gessisti,liberam atque honestam fore putes.

Exŭvĭæ,arum,Spolia hosti detractatita dicta,ab exuẽdo.{שלל *schalál.* ἔναρα,λάφυρα.GA.Despouilles de l'ennemi,la peau & despouille d'vne beste.ITA.*Spoglie nimiche,& la pelle di vna bestia.*GERM.Die außgezogenen kleider der feynden.HIS.*Los despojos,come de ennemicos y de bestias.* ANG.*Spoile taken frome enemeis,boone,te hid of a beast.*} sicut induuiæ, ab induendo.*Cic pro lege Mani.* Quum eum vobis maiores vestri exuuiis nauticis,& classium spoliis ornatum reliquissent. *Virgil.*2.*Æneid.* qui redit exuuias indutus Achilli.[*Plaut.Men.sc.*3.*a.*1. Quid hoc est? M.Induuiæ tuæ,& vxoris exuuiæ.(De palla surrepta.)*Idem ibid.* Exuuias facere,quas vouì volo.(i.Exuere pallam, & ea induere amicam, & tanquam opima spolia ei dicare.)*Catull.de Com.Beren.*Dulcia nocturnæ portans vestigia rixæ , Quam de virgineis gesserat exuuiis. (i.pudicitia.) *Suet.in Aug.c.*94.Exuuiæ Iouis pro ornatu.] ¶ Et non solùm hominum tegmina,aut vestes dicuntur, sed etiam cæterorum animalium.*Virgil.lib.*2.*de serpente,* Quum positis nouus exuuiis, nitidúsque iuuenta Volui tur.*Plaut.in Mostell.* Mane castigabit eos exuuiis bubulis.

F

LITERA à Prisciano inter mutas numeratur, ab aliis inter semiuocales,eo quòd à vocali incipiat, & in seipsam terminetur. Hæc alio nomine dicta digamma Æolicum , quòd duplex gamma imagine referat. [Fdigamma , cur reperta,docet] *Gell. cap.* 5.*lib.*14. Eundem sonum habet quem apud Græcos φ. Vnde etiam dictiones aliquot Græcæ , in Latinorum vsum receptæ,quæ apud illos per φ, scribuntur apud Latinos per f. vt Fama,Fanum,& similia.Vetustissimi hac litera loco aspirationis vti solebant. Dicebant enim Fordeũ, trafo,vefo. pro hordeum, traho,veho. [Confirmat id *Terent. Scaurus de Orthogr.his verbis;* F olim erat in multis nominibus, quibus h successit, vt fordeum,fœdus, fariolus, &c. quod nunc hordeum, hœdus, hariolus. &c. Vnde fircus, qui postea hircus. *Idem ibid.*] Fuerunt, præterea apud antiquissimos , qui loco literæ f vtebantur b , Bruges dicentes,pro quo posteri fruges dicere maluerunt. Hanc Claudius Cæsar inuersam , vt consonantis vicem voluit præstare:quod etiam hodie in plerisque vetustis monumentis conspicitur : nunquam tamen efficere potuit,vt omnium consensu reciperetur. Sonat aliquando asperius quàm,u, consonans : auget sonum & minuit pro qualitate loci,& alterius literæ subsequentis. In notis antiquorum F.fecit,vel felix,familia,fuit,fit,figura,fides,filius, Fluuius , Februarius.fur.Fausturn quoque declarabat diem.ꟻ.pro V.vt,SERꟻVS,ꟻVLGVS,ꟻIXIT pro Seruus,Vulgus,Vixit,in digamma Æol.ꟻ. vt in multis sepulchris. SERꟻVS,ꟻVLGVS,ꟻALE, ꟻIXIT. pro Seruus, vulgus,vale,vixit.Fab.Fabius. Fab. Fabricauit. Fab. Fabrũm,vel fabrorum,vel fabricabant.FAV.F.Faustinæ factum.F.C. Fidei commissum, vel fiduciæ causa,vel fidei causa,vel fraude creditoris, vel faciendum curauit,vel fecit,vel fecerunt. F.CD. fraude credentes. F.C.L. fraudatoris causa Latina,vel fraude clientis.F.D.Fides data , vel fecit dies,vel fecit Deus.FD.C.Fideicommissum.F.D.M.Fides mundi. F.D. AG.Fundum agri.

Făbă,æ,Genus leguminis,notius quàm vt egeat descriptione. {פול *pol.* κύαμος.GALLIC.Vne feue.ITAL.*Fauua.*GERM.Ein bon. HISPAN. *La hauua.*ANGL.*A beane.*} A Falisc̃is hoc vocabulum Latini sumpserunt vna immutata litera. Dicebant enim illi Habam,quam Latini Fabam,propter cognominationem literarum F.& H.*Qu.Teren.Scaur. de Ortograph.Terent.Eunuch.* Atenim isthæc in me cudetur faba.¶Faba Græca λαθὶς dicitur. *Plin lib.*16.*c.*30. Faba Græca quam Romæ suauitate fructus sylvestris quidam , sed cerasorum penè natura,lotos appellant.¶Faba porcina,herba quã vulgus vocabulo depraua-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

vocat *Iusquianum*, ὑοσκύαμον. Vide latiùs in dictione HYOSCYAMVS. ¶Fabarum arrosor, κυαμοτρώξ, prouerbio dicebatur, qui in creandis magistratibus vendebat sua suffragia, eóque quæstus gratia sedulò versabatur in Comitiis. [¶Faba nigra signum damnationis: Alba absolutionis. *Plutarch. in Alcibiad.* Faba pertusa signum damnationis. *Plutarch. in Lyc.* ¶De fabarum suffragiis *Plutarch. in Arist.* Item, *Plau. Au. sc. 1. a.* 5. Reperi non quod pueri clamitant se in faba reperisse.] Qui circa fabam & salem, περὶ ἅλα καὶ κύαμον. In eos dicebatur, qui se simularent scire quod nescirent. ¶In me hæc cudetur faba, *Terent. in Eunuch. Donato interprete*, hoc est, In me hæc vindicabitur culpa, in me malum hoc recidet. Faba nummus: Dictum est olim fabis ferri solita suffragia: quod innuisse Pythagoram existimant, quum vetaret edere fabas. Corrupta itaque suffragia hoc lepidissimo tropo significauit *M. Tull. lib. 6. epist.* 1.

Fabŭlă, læ, diminut. { τὸ κυάμιον. GALL. Petite feue. ITAL. *Picciola fauai* GERM. ein bönle. HISP. *Pequeña haua.* ANGL. *A litle beane.* } *Plaut. in Stich.* Pro opibus nostris satis commodulè, nucibus, fabulis, ficulis, &c.

Fabulum, pro faba, *apud Gell. lib. 4. c.* 11. Opinio vetus falsa occupauit, & conualuit, Pythagoram philosophum non esse tauisse ex animalibus, item abstinuisse fabulo, quem κύαμον Græci appellant. *Cic. 1. de Diuin.* ex quo etiam Pythagoricis interdictum putatur, ne faba vescerentur, quòd habet inflammationem magnam in cibis, tranquillitati mentis quærenti vera contrariam.

Făbāgĭnĕus, a, um, adiect. Quod est ex fabis. { κυαμικός. GALL. De feues. ITAL. *Di faua.* GERMAN. Das von bonen ist. HIS. *Cosa de materia de hauas.* ANGLIC. *Of beanes.* } vt Fabaginum acus, *apud Catonem de Re rust. c.* 54.

Făbārĭus, a, um, adiect. Quod ad fabam pertinet. κυαμικός. GA. Propre & conuenable à feues. IT. *Cio che à faua si conuiene.* GE. Das zu den bonen gehört. HI. *Cosa pertenesciente à las hauas.* AN. *That belongeth to a beane.* } vt, Fabariæ calendæ, hoc est calendæ Iuniæ, quia hoc mense adultæ fabæ diuinis rebus adhibebantur, *teste Macrob. in Satur.* Pilum fabarium, *apud Catonem c.* 12.

Făbālĭa, lium, Sunt stipulæ fabarum, hoc est culmi illi ex quibus siliquæ fabaceæ dependent. { φερετύσματα τῶν κυάμων. GAL. Vn fauat de feues. ITA. *Stopie de fane.* GERM. Bonenstraw. HISPAN. *Las canas de hauas.* ANG. *The stalkes of beanes.* } *Plin. lib.* 18. *c.* 12. Sed maior pars malunt fabalia maturæ sationis, quàm trimestrem fructum eius: Nam siliquæ, caulésque gratissimi sunt pabulo pecori. *Col. lib.* 2. veteres rusticos plerunque dicentes audio, malle se matura fabalia, quàm fructum trimestrem.

Făbālĭs, & hoc le, adiect. { κυαμικός. GA. De feues. IT. *Fauale* GE. Das von bonen ist. HI. *De hauas* AN. *Of beanes* } vt, Stipula fabalis. *Ouid. lib.* 4. *Fast.* Certè ego de vitulo cinere, stipulámque fabalem Sæpe tuli plena februa tosta manu. Ac paulò pòst declarat quid sit stipula fabalis, Sanguis equi suffimè erit, vitulíque fauilla, Tertia res duræ culmè inane fabæ. Culmè verò pro stipula vsurpauit. Sicut autem cinis vituli & vituli fauilla, res est eadem: sic culmè fabæ & stipula fabalis, quæ & fabalia substantiuè dicuntur. *Plin. li.* 22. *c.* 25. Fabalium etiam siliquarum cinis ad coxendices & neruorum veteres dolores cum adipis suilli ve tustate prodest.

Făbācĕă, Fabaciæ, A veteribus dicebatur genus libi ex fabis. { κυαμίτης. GALL. Vne sorte de gasteau ou torteau fait de feues. ITALI. *Fauata, focaccia, torta di faua.* GER. ein gattung kuchen von bonen gemacht. HISP. *Mania ò potaie de hauas.* ANGL. *A kind of bread made of beanes.* } *Plin. lib.* 18. *cap* 12. Quin & prisco ritu fabacia suæ religionis diis in sacro est.

FABARIA, Insula est in mari Germanico, non procul à Cimbrica Chersoneso: alio nomine Burchana dicta. Fabaria à Romanis dicta, propter similitudinem frugis sponte ibi prouenientis *Author Plin.*

FABARIS. pen. corr. Fluuius in Sabinis, cuius meminit *Virg. 7. Æneï.* Qui Tyberim Fabarímque bibunt. Alio nomine vocatur Farfarum, *Authore Seruio. Plautus*, Dissipabo te tanquam folii Farfari. *Ouid.* & amœnę Farfarus vndæ.

Fābēlla, *Vide* FABVLA.

Făbĕr, { חרש *cheréfch.* δημιουργός, τεχνίτης, τέκτων. GALLIC. Tout ouurier besongnant en dure matiere, comme en bois, fer, pierre, & semblables choses. ITAL. *Fabro, artefice di cose dure, come legno, ferro, pietre.* GERMANICE, ein werckman in harter materey/als da ist/eisen/stein/holtz/ wie da sind/schmid/ steinmen/zimmerman. HISPA. *Official de qualquier arte.* ANGLIC. *All creaftes man that worketh in hard ſtuffe, as yron, woode, ſtone.* } Generale est nomen, communéque iis omnibus qui circa duram versantur materiam, in opificióque suo malleo vtuntur: quæ tamen significationis amplitudo restringitur ex significatione adiectiui adiuncti. Est enim faber ferrarius, qui aliquid ex ferro conficit, σιδηρουργός, faber tignarius, qui tigna ad ædificia exaptat, οἰκοδόμος τεκτονικός. faber aurarius qui ex auro aliquid excudit, χρυσοτύπος χρυσουργὸς, χρυσοχόος. & sic de cæteris. Qui verò ex gypso, argilla, cera, aliáve molli materia aliquid conficiunt, plastæ dicuntur. *Plaut. in Most.* [*sc.* 2. *a.* 1.] Venit imber, lauat parietes, perpluunt tigna, putrefacítque operam fabri: nequior iam factus est Vsus ædium, atque fabri culpa. *Idem in Rud.* vt fortunati sint fabri ferrarij Qui apud carbones assident, semper calent. *Idem Mostell.* Taceſis faber, qui cudere solos nosti plumbeos nummos. [*Plaut. Mostell. sc.* 2. *a.* 4. Laudant fabrum (qui fecit ædes.) *Plaut. Capt. sc.* 5. *a.* 3. Abducite istum ad Hippolytum fabrum: Iubete huic crassas compedes impingier. De ea re, *Plaut. Menæch. sc.* 1. *a.* 1. Item *idem ibid. sc.* 3 *a.* 5. Cogito vtrum me dicam ducere Medicum, an fabrum: qui obligasse ait crus fractum Æsculapio, & Apollini brachium. *Plaut. Capt. sc.* 4. *a.* 5. Accersatur faber, qui istas compedes tibi adimam. ¶ Fabri pro genitoribus siue parentibus: *Plaut. Mostell. sc.* 2. *a.* 1. In fabrorum potestate dum fui. (i. parentum.) Abeunt à fabris. (i. à parentibus.) *Ibidem Mostell. sc.* 2. *a.* 1. Parentes fabri sunt liberûm, & quomodo, Vide apud *Plaut. Mostell. sc.* 2. *a.* 1.] *Horat. 2. epist.* 1. Marmoris aut eboris fabros, aut æris amauit. *Cicer de Clar. Orat.* Ego me Phidiam esse malim, quàm vel optimum fabrum tignarium. ¶ Faber quum sis, opera haud facis fabrilia, τέκτων γὰρ ὢν οὐκ ἐποίησας ξυλουργικά. Congruet in eum qui tentat ad quæ non est idoneus, vel ob imperitiam, vel ob naturam alienam. ¶ Faber etiam piscis est, qui & Zeus καλεῖται *Athenæo lib.* 1. Est planus, cui pinnæ nigricant, latera aurea, in medio corpore vtrinque fusca macula nummi instar, lineáque obliquè à capite ad caudam protenta est. *Colum lib.* 8. Faber qui in nostro Gadium municipio generosissimis piscibus annumeratur, eúmque prisca consuetudine Zeu n appellamus. Dalmatæ Fabrum vocant, quia in eo omnia fabrilia instrumenta reperiantur.

[Faber, ra, rum, i. fabrilis. A diectiuum priscis vsitatum, & quo etiam vsus est *Ouid. lib.* 8. *Metam.* Dædalus ingenio fabræ celeberrimus artis. *Idem* 3. *Fast.* Marmurius morum, fabræne exactior arris, Difficile est vli dicere, clausit opus. *Apuleius Apol.* 1. Lævias fabra speculi. Hinc faberrimus, superlat. *Apuleius* 2. *Florid.* Et amilum, in læua aureum faberrimo signaculo.]

Fabrûm in genitiuo plurali, vsitatius erat Ciceronis ætate, quàm fabrorum. *Cic. in Orat.* Fabrûm & procûm audeo dicere, non fabrorum & procorum. *Idem ad Attic. lib.* 9. Iam duo præfecti fabrûm Pompeij in meam potestatem venerunt.

Fabrē, aduerbium, Idem quod artificiosè, affabrè, scitè. { τεχνικῶς. GAL. Artificieusement, ingenieusement, de main de maistre. ITA. & HIS. *Artificiosamente.* GER. Werckflich/meisterlich/kunstlich. ANG. *Cunningly, craftily, work manly.* } *Plaut. in Pœnul.* Basilicè exornatus incedit, & fabrè ad fallacias *Idem in Menæch.* [*sc.* 1. *a.* 1.] Hoc facinus pulchrum est, hoc probum est, hoc lepidum est, hoc factum est fabrè. Hodie vsitatius est compositum eius Affabrè, quod eiusdem est significationis cum infabrè. *Pacuuius*, Barbaricam, inquit, pestem nostris manibus obtulit, noua figura factam, commistam infabrè. hoc est fœdè & turpiter *vt interpretatur Nonius.* ¶Omnia hæc originem ducunt ab antiquo adiect. Faber, ra, rum, [pro fabrilis, & hoc fabrile, de quo paulò antè.]

Fabrĕfăcĭo, is, Ædifico, artificiosè compono { κατασκευάζω, τεκταίνομαι. GAL. Faire artificieusement, besongner en maistre & ingenieusement. ITAL. *Fabricare, edificare, comporre, lauorare con arte.* GER. Werckflich machen/kunstlich bauwen. HIS. *Edificar, obra por artificio, componer.* AN. *To build or worke or make a thing cuningly or workmanly.* } *Plaut. in Capt.* Nec fallaciam astutiorem vllus fecit poëta, atque vt hæc est fabrefacta à nobis. *Plin. de Viris illustr.* Quum videret eos multum mari posse, classem magis validam quàm decoram fabrefecit, hoc est ædificauit. Vnde fabrefactum opus, id est, artificiosè factum, καλλίεργον, εὐεργητικόν.

Fabrĭco, as, pen. cor. & fabricor, aris, deponens. Fabrili arte aliquid conficio, architector. { בנה *banah.* τεκταίνομαι, σκευοποιῶ, κατασκευάζομαι. GAL. Forger, faire bastir. IT. *Fabricare, edificare.* GE. Schmidē/zimmeren/machen. HIS. *Fabricar, obrar por artificio.* AN. *To forge or frame.* } *Ouid. lib.* 13. *Metam.* Craterem Æneæ quem iam fabricauerat Alcon. *Cic.* 3. *de Orat.* Capitolij fastigium illud, & cæterarum ædium non venustas, sed necessitas ipsa fabricata est. *Quintil. lib.* 3. *c.* 2. Nisi quis dicit, etiam gladium fabricatum ab eo, priùs qui ferrum in tutelam sui, quàm in principem alterius comparavit. ¶ Transfertur etiam ad *animum. Curtius*, Multa interea fabricatus ingenio, quomodo auertere inde hostem posset. [*Plaut. Asin. sc.* 1. *a.* 1. Fabricare quiduis, quiduis comminiscere.]

Fabrĭcātŭs, particip. { עשוי *haſúi.* τετεκτονώμενος. GAL. Fait, forgé, edifié. ITAL. *Edificato, fabricato.* GER. Geschmidet/gezimmeret/gemacht. HISP. *Obrado por artificio, edificado.* AN. *Forged, framed, wroght.* } *Cic. 1. de Vniuers.* Et globosus est fabricatus, quod σφαιροειδὲς Græci vocant.

Fabrĭcātŏr, ris, Ædificator, architectus, artifex. { עשה פעל *poſéh* פֹּעֵל *pohél.* τεχνασίτης, κτίστης, GAL. Forgeur, ouurier. ITA. *Fabricatore, operario.* GER. ein schmid der etwas auß harter matery macht. HIS. *El que artificiosamente obra.* ANG. *A forger or framer.* } *Quintil. lib.* 2. *c.* 16. Et hercle Deus ille princeps, parens rerum, fabricatióque mundi, nullo magis hominem separauit à cæteris, quæ quidem mortalia essent, animalibus, quàm dicendi facultate.

Fabrĭcātĭo, nis, Fabrica. { מעשה *maſéh* מפעל *miphhál.* δημιουργία, κτίσις, σύστασις. GAL. Forgement, façon, edifice. ITAL. *Fabrica, edificio.* GERM. Schmidung/machung. HIS. *Aquella obra de fabricar.* AN. *A framing or making* } *Cic. 2. de Nat. Deorum*, Si erit tota hominis fabricatio perspecta.

Fabrĭcă, fabricæ, propriè fabri lignarij officina, quanuis & de aliis officinis dicatur. { ἐργαστήριον, τεκτονικόν. GA. Bastiment, ouurage, vne forge. IT. *Bottega del lignaiuolo, fabrica.* GER. ein werckstatt HIS. *Botica, ò tienda de carpintero, fabrica.* ANG. *A forge or shope whe rein any thing is forged or framed.* } Nam fabricam ferream dixit *Plin. lib.* 7. *cap.* 56. Fabricam ferream inuenere Cyclopes. [*Plaut. Milit. sc.* 1. *a.* 2. Facetis fabricis & doctis dolis. *Item Quintil. c.* 18. *lib.* 2. Nec fabrica sit ars: Casas enim prius illi sine arte fecerunt.]

¶Ponitur pro ipsa fabricatione siue arte fabrili. { μηχανή. ANGL. *A working in hard ſtuffe.* } Vnde & ædificium fabricam dicimus & machinationem. *Plaut. in Pœn.* Nunc hoc consilium capio, & hanc fabricam apparo, vt filias dicas tuas. *Cic.* 2. *Of.* pro coagmentatione siue compactione sumpsit. Hanc (inquit) tam diligentem naturæ fabricam imitata est hominum verecundia.

[Fabricus, a, um: A diectiuum, quo vsus est *Paulus* I. C. *In*] *l. si mancipia. ff. de Instructo vel instrumento legato*, quum ait, Seruum verò arte fabricæ peritum.

Fabrĭlĭs, brile, Quod est fabri siue quod ad fabrum pertinet. { τεκτονικός. GAL. Appartenent à vn forgeur. ITA. *Fabrile, pertinente à magnano.* GER. Das zu einem schmid oder anderen dergleichen werckmann gehört/ schmid gezeug. HISP. *Cosa perteneciente à tal obra.* ANGL. *Belonging to a ſmith or carpenter.* } *Horat. lib.* 2. *Epistol.* quod medicorum est Promittunt medici, tractant fabrilia fabri. Fabrile sealprum. *Liu.* 8. *bel. Pun.* Fabrile erratum, *Cicer. ad Attic. lib.* 6. Fabrile gluti um. *Plin. lib.* 28. *c.* 11. Fabrilis manus, *Mart. lib.* 11. Factáq. fabrili dedicat ossa manu.

FABIANVS, φαβιανός, Martyris nomen, qui vnà cum Sebastiano, quod Christum profiteretur, supplicio affectus est.

FABIORVM familia Romæ nobilissima fuit, cognomen hoc sortita ab eo tempore quo Romani penè omnes nobilissimi agriculturam exercebant: quòd primus qui hoc nomen adeptus est in faba ferenda excelle et: sicut etiam Cicerones, Pisones, & Lentuli dicti sunt à lente, cicere & pisis bene serendis. Horum tanta Romæ potentia fuit

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

vt bellum aduersus Veientes, soli cum suis clientibus & seruis in se se receperint: quúmque ex leuibus aliquot prælijs sæpius victoriam reportassent, tandem ad Alliam fluuium insidijs circunuenti, ad vnum omnes cæsi sunt. *Ouid. l. 2. Fast.* Vna dies Fabios ad bellum miserat omnes: Ad bellum missos abstulit vna dies. Ex tanta Fabiorum clade vnus tantùm superfuit; qui nondum armis per ætatem idoneus, in vrbe relictus erat: ex cuius sanguine per longam nepotum seriem natus Fabius ille Maximus est, qui Dictator aduersus Annibalem creatus, cunctabunda quadam prudentia rem Rom. aliorum Imperatorũ temeritate labefactatam, primus restituit. [Fabij dicti olim Fodij, à fodiendo; & cur, vide *apud Plutarch. in Fabio.* ¶ Fuit & Fabius Rullus. *Ibidem.*] ¶ Fuit & alius Fabius, Allobrox cognominatus, à rege Allobrogum ad Isaram flumen interempto. ¶ Fabius pictor homo nobilissimus, iuris & literarum antiquitatis bene peritus, *vt autor est Cicero in Bruto.*

Fabianus, a, um, denominat. Arcus Fabianus, Romæ erat iuxta regiam, in via sacra. [*Suet. in August. c.* 40. Fabiani tribules.]

Fabius, a, um, aliud adiectiuum: vt gens Fabia. *Ouid. 3. de Ponto.*

FABRATERIA, φαβρατερία, Oppidum Campaniæ ad Terum fluuium. *Iuuenal. Sat. 3.* optima Soræ, aut Fabrateriæ domus, aut Frusinone paratur. Meminit huius oppidi & *Silius lib.* 8. Hinc deducitur denominatiuum, Fabraternus, a, um.

Fabrè, Fabricatio, Fabrica, *Vide* FABER.

FABRICIVS, cij, φαβρίκιος, Nomen Romani ciuis frugalissimi, qui in tenuissimo censu, Samnitum munera forti animo spreuit. [*Vide Plutarch. in Pyrrho.*] Hic vnicum frugalitatis exemplar fuit apud Romanos, patellam & salinum ex argento tantùm colendorum deorum causa domi habuit, ita tamen vt patella corneo pediculo sustineretur. Huius filię ob paupertatẽ ex publico dotatę, ad maritos ierũt portantes gloriam domesticam, pecuniam publicam. Hic aduersus Pyrrhum Epirotarum regem & Samnites grauissima bella gessit: aduersus quos, vt bello inuictum, ita muneribus se præstitit incorruptum. Regis etiam medicum domini sui mortem per venenum pollicentem, vinctum ad regem remisit.

FABRICIANVS, φαβρικιανὸς, Fabriciani filius, qui matrem Fabiam interfecit, quòd illa maritum suum occidisset, vt liberius adulterium cum Petronio adolescente committeret. *Author Dositheus apud Plutarchum.*

Fabrico, Fabrile, *Vide* FABER.

Fābŭlă, æ, Proprie est sermo & rumor populi, & res passim diuulgata, à fando dicta. { משל *maschál* שנינה *schenináh.* μῦθος. G. Fable, conte, deuis, bruit, rumeur, discours, farce, comedie, tragedie. ITAL. *Fauola nouella.* GERM. Ein fabel/ein gmeine gassenred/ ein erdichte red. HISP. *Ficion, ò nouella fingida.* ANG. *A tale, a fable.*} [Pro sermonibus & colloquiis: *Plaut. Pseud. sc. 3. a.* 1. Nolo bis iterare: sat sic sunt longæ fabulæ. (i. sermones, colloquia.) ¶ In fabulis esse, id est, in ore siue sermone populi. *Suet. in August. cap.* 70. Cœna secretior eius in fabulis fuit.] *Iuuenal.* It noua, nec tristis per cunctas fabula cœnas. *Martial. lib.* 1. Quòd nunquam maribus iunctam te Bassa videbam, Quódque tibi mœchum fabula nulla dabat. Esse videbaris, fateor, Lucretia nobis. *Teren. Hecyr.* odiosa hæc est æras adolescentulis: E medio æquũ est excedere: postremò iam nos fabulæ sumus, Pamphile, senex atque anus. [¶ Hem tibi omnem fabulam (i. rem, commentum, dolum.) *Plaut. Pseud. sc. 4. a* 2. Ne temerè hanc tollas fabulam. (i. ne differas & vulges, quod te vidisse dicis & fingis.) *Plaut. Mil. sc. 3. a.* 2. Aliam occipis fabulam. *Plaut. Men. sc. 5. a. 5.*

¶ Pro Comœdia, *Plaut. Pseud sc. 2. a.* 5. Si vultis approbare hunc gregem & fabulam. *Idem Men. sc. 5. a.* 5. Aliã occipis fabulam. *Idẽ Capt. prolog.* Expediet fabulæ huic operam dare. *Idem Men. sc. vlt. a.* 5. Quæ hæc est fabula? *Ouid. Eleg. 1. lib. 2. Trist.* Nomine sub nostro fabula nulla fuit. *Ouid. Eleg. 1. lib. 2. Trist.* Sic ego delicias & mollia carmina feci, Strinxerit vt nomen fabula nulla meum. *Plaut. Capt. prolog.* Hæc res agetur nobis, vobis fabula. *& Gell. c. 21. lib.* 17. Fabulas apud populum dare, & fabulas docere. *Ibidem & Tibul. lib.* 4. Atque hæc seu nostras intersunt cognita terras, Fabula siue nouum dedit his erroribus orbem.] ¶ Dicitur etiam fabula, narratio ad delectationem inuenta, rerum nec verarum, nec verisimilium: vt quòd Daphne versa sit in laurum, & Tantalus apud inferos fugientia captet flumina. *Hora. in Serm. Satyr.* 1. Quid rides? mutato nomine de te Fabula narratur. *Cic. 3. de Nat. deor.* Iam verò quid vos illa delectat explicatio fabularum, & enodatio nominum: exectum à filio Cælum, vinctum itidem à filio Saturnum? ¶ Apologus autem differt à fabula, vt species à genere. Dicuntur enim apologi fabulæ quæ sub tectorio ridiculæ alicuius narrationis, & inter bruta animantia colloquij, recondit aliquid, quod ad vitam & mores pertineat: quales sunt fabellæ illæ quæ Æsopi nomine circunferuntur, quanuis ab Hesiodo primùm profectas constet. Comœdiæ & Tragœdiæ fabulæ sunt, non apologi. Huiusmodi autem fabulæ diuersa fortiuntur nomina pro habitu & qualitate personarum. Aliæ enim togatæ dicebantur, quarum personæ togis & Romanorum cultu erant ornatæ. Aliæ palliatæ, cùm personæ Græco more palliis indutæ, in scenam prodibant. Erat enim pallium Græcis peculiare, quemadmodum Romanis toga. Togatarum genera quatuor. Sunt enim togatæ quæ prætextatæ dicuntur, in quibus reges Romani, vel duces inducuntur, personarum dignitate & sublimitate Tragœdiis similes. Prætextatæ autem dicuntur, quia ferè regum vel magistratuum prætexta vtentium in huiusmodi fabulis personæ introducebantur. Secundum genus togatarum, tabernariæ dicuntur, humilitate personarum & argumentorum similitudine Comœdiis pares: in quibus non magistratus, sed humiles & priuatæ personæ induci solebant: quales ferè sunt Mercatores, aut institores, qui in tabernis merces suas vendere consueuerunt. Erant præterea fabulæ Atellanæ, iocis & salibus quamproximè ad Satyram accedentes: ab Atellis Campaniæ oppido, in qua plurimùm actitatæ sunt, nomen sortitæ. Aliæ erant planipediæ, à planis actorum pedibus dictæ, qui ob humilitatem argumenti, & vtilitatem personarum neque cothurnis vtebantur, neque soccis. ¶ Sine capite fabula, ἀκέφαλος μῦθος, dicitur imperfectus ac mutilus sermo. *Zenodotus ex Platone & Plutarcho.* * Fabulæ, Verbum in responsione poni solitum, quum negamus verum esse quod quis dicit, veluti per tædium. *Terentius Heaut.* Si tibi narrem quamobrem id faciam, vera causa est. CL. fabulæ.

Fabellă, diminutiuum est à fabula. {τὸ μυθάριον. GALL. Petite fable, petite farce. ITALIC. *Fauoletta, fauoluccia, nouelletta.* GERMAN. Ein märle. HISP. *Pequeña ficion ò nouella fingida.* ANGL. *A litle fable.* } *Cicer. pro Calio,* Verùm hæc tota vetus, & plurimarum fabellarum poëtriæ. *Idem 5. de Fin. & 2. de Diuin.* Nihil debet esse in philosophia commentitijs fabellis loci.

Fābŭlŏr, laris, à fando deriuat. & significat loqui. {שיחה *schaháh* חשתעה *hischtaháh* ספר *sippér.* μυθολογέω, ὁμιλέω. GAL. Conter des fables, deuiser, caqueter, babiller. ITA. *Ragionnare, fauollare, fauolegiare.* GERM. Schwetzen/reden. HISP. *Dezir ò contar nouellas.* ANG. *To babble, to pratte or chatter.* {*Plaut. in Capt.* Quid fabulabor? quid negabo? aut quid fatebor? *Idem in Cistell.* Hæc nostram rem fabulatur, hanc scire oportet, filia tua vbi sit. Id est, de re nostra loquitur. *Idem in Merc.* Quid illud quod solus secum fabulatur filius? [*Item,* Satin' hoc rectè fabulor. *Plaut. Men. sc. 1. a.* 5. Expeditè fabulatus. *Plaut. Men. sc. 2. a.* 1. Nunc quomodo, & verbis quibus me deceat fabularier prius ipse mecum etiam volo hic meditari: sic hoc proloquar. *Plaut. Amphitr.* Clarè ad uorsum fabulabor. *Ibid.* Vigilans video, vigilans fabulor. *Idem ibid.* Vigilo & vigilans id quod factum est fabulor. *Ibid.* Video cum illa fabularier. *Plaut. Pseud. sc. 1. a.* 1. ¶ De fabula poëtica loquẽs, *idem Plaut. Amph. sc. 4. a.* 4. Verum quod olim auditum est fabularier.] ¶ Fabulari pro ineptè garrire. *Liu. lib. 5. Decad. 5.* & tu centurio, miles, quid de Imperatore Paulo Senatus decreuit, potiùs; quàm quid Sergius Galba fabuletur, audi. [*Plaut. Capt. sc. 3. a.* 3. Ne tu quod fabuletur in aures immittas tuas. (Mox, garriuit.) ¶ Inuenitur & fabulo, as, are: *Plaut. Milit. sc. 4. a.* 2. Nimis stulta sum & mora, quæ cum insano fabulem.] ¶ Eius compositum est Confabulabor. [¶ *Item,* pro confabulari interdum vsurpatur: *Gell. cap.* 13. *lib.* 19. Stabant fortè vnà in vestibulo palatij fabulantes Fronto Cornelius, & Festus Posthumius.]

Fābŭlo in actiua voce, pro eodem. *Plaut. in Milite,* Mala es. P. Imò ædepol stulta multùm, Quæ vobiscum confabulem.

Fābŭlātŏr, oris. { שנין *schonéh* משתעה *mischtaháh* מספר *mesappér.* μυθιστής, λογοποιός. GAL. Vn faiseur de cõtes, raconteur de fables. ITA. *Narratore di fauole.* GER. Ein schwetzer/tandter/mãrlesager. HISP. *El dezidor y contador de nouellas.* ANG. *A babler or pratter.*} Facetus colloquutor. *Suet. in August.* Si interruptum somnum recuperare, vt euenit, non posset, lectoribus, aut fabulatoribus accersitis resumebat, producebátque vltra primam sæpe Lucem.

Fābŭlāris, are, adiectiuum, Fabulosus. μυθώδης. vt, Historia fabularis, in qua multa falsa, & minimè vera scribuntur. *Suet. in Tiberio,* Maximè tamen curauit historiæ fabularis notitiam vsque ad ineptias & derisum.

Fābŭlōsus, a, um, Dicitur quod commentitium est: vel quod fabulis & figmentis celebratur: vel de quo multa finguntur. { μυθώδης. GALL. Fabuleux. ITAL. *Fauuloso.* GER. Erdichtet/ dauon man vil sagt vnd aber erdichtet fabelwerck ist. HISP. *Fingido.* ANGL. *Full of fables or inuentiones, fayned.*} *Horat. lib. 1. Carm.* Vel quæ loca fabulosus lambit Hydaspes. *Plin. lib. 10. cap.* 49. Pegasos equino capite volucres, & gryphas auritos aduncitare rostri, fabulosus refert. ¶ Fabulosior. *Plin. lib. 33. cap.* 1. Midæ quidem annulum, quo circumacto habentem nemo cerneret, quis non etiam fabulosiorem fateatur?

Fābŭlōsè, aduerbium, Falsò, vel per fabulas. {μυθικῶς, ψευδῶς. GALL. Par mensonge, fabuleusement. ITAL. *Fauolosamente.* GERM. Falschlich/ lugenhafftiglich. HISPA. *Fingidamente.* ANG. *Feynedlie.* } *Plin. lib. 32. c. 11.* Accedat his Taprobane, insulæque aliæ Oceani fabulosè narratæ. *Idem lib. 5. cap.* 1. Colonia à Claudio Cæsare facta Lixes, vel fabulosissimè ab antiquis narrata.

Fābŭlōsĭtās, tis, Hoc est fabulantium vanitas. { τὸ μυθῶδες. GALLIC. Conte menterie, mensonge. ITAL. *Il contar fauole, menzogne.* GERM. Ein erdichtung/ fabelwerck. HISP. *A quella obra de fingir.* ANG. *A telling of fables or lies.*} *Plin. lib. 36. c. 13.* Sed quum excedat omnia fabulositas, vtemur ipsius M. Varronis in expositione eius verbis. *Idem lib. 7. cap.* 32. Reperimus inter exempla, Aristæi etiam visam euolantem ex ore animam in Proconnesio corui effigie, magna quidem fabulositate.

FĂBŬLĪNŬS deus, Qui pueris primò fari incipientibus præesse putabatur: cui etiam Romani sacrificabant, quum primũ liberi eorum fari incipiebant. GERM. Der sprach herrgot bey den Römeren/ welchem sy opfferten als bald ire kinder anfiengend reden. } *Autor Nonius,* citans testimonium Varronis de liberis educandis.

Fabulum, *Vide* FABA.

Făcĕllo, *Vide* FACIO.

Făcētŭs, ti, Dicitur qui salibus & sermonis vrbanitate, citra scurrilitatem tamen, abundat: Salsus, vrbanus, venustus, scitus, concinnus, festiuus, argutus, dicax. {ὠτοπάπελος, κωμῳδός. GALLIC. Facetieux, plaisanteur, railleur, recreatif en parolles. ITA. *Faceto, piaceuole, chi ragiona piaceuolmente per ridere.* GERM. Schimpflich/ höfflich vnnd bossechtig mit reden. HISP. *Cosa salada ò donosa.* ANG. *That speaketh or doeth to make men laughe, merie, pleasant.*} *Cic. ad Quint. fratrem,* Eam neque paruum facetus scurra Sextus Næuius. *Plaut. Mil.* Cauillator facetus, vel commodus conuiua item ero. (*Plaut. Mil. sc. 1. a. 2.* Facetis, fabricis & doctis dolis. *Idem Asin. sc. 2. a. 2.* Facio me facetum ac magnificum virũ.] *Cic. lib. 2. de Legibus,* Facetissimus Poëta veteris comœdiæ Aristophanes. Quidam à faciendo detiuant, vt is sit, qui gestib. aut verbis ita aliũ imitatur, vt se illum faciat. Alij à fando deducunt. *Cic. de Clar. Orat.* Acuti, elegantes, faceti, breues homines. ¶ Veteres facetum dixerunt quicquid venustum esset, & elegans. *Horat.* facetum dicendi genus *Catoni: Virgilio* decens tribuit.

Făcētè, aduerbium, Eleganter, vrbanè. { κομψῶς, χαριέντως GALL. Plaisamment, par raillerie. ITAL. *Piaceuolmente.* GERM. Schimpflichen/ mit höflichen worten. HISP. *Donosa y graciosamente.* ANG. *Pleasantly,*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

merely.}[Sic decet facete verba dari custodicatæ. *Plaut. Men. sc. 2. a. 3.* Non vidi magis facetè ludificari, *Plaut. Milit. sc. 6. a. 2.* H. Te ad cœnam vocari volo. E. Facetè dictum. *Plautus Capt. sc. 2. a. 1.* Vt facetè orationem ad seruitutem contulit! *Ibidem*, Facetè aduortis animum tuum ad animum meum. *Plau. Mil. sc. 1. a. 1.*] *Cic. 6. Verr.* Nunquam tantum mali est Siculis, quin aliquid facetè & commodè dicant. *Idem pro Rosc. Amerin.* Nósque ab isto nebulone facetius eludimur.

Fácētĭæ, arum, Sunt quasi deliciæ quædam sermonis, & dicta vrbana sine scurrilitate, iocus, sal, lepos, vrbanitas, festiuitas, argutiæ. {ἐυτραπελίαι, τὰ γελοῖα. GALL. Plaisanteries, ioyeusetez de paroles, railleries. ITAL. *Facetie, burle piaceuole.* GE. Schimpfreden/ hofflichkeit mit reden. HISP. *Los donayres de palabras.* ANG. *Merie gestes or conceites.*} *Plaut. in Milite*, Nam tu quemuis potis es facere vt fluat facetiis: *Catullus*, Est enim leporum Disertus pater, & Facetiarum. *Cic. 1. Offic.* Sale verò & facetiis Cæsar Catuli patris frater vicit omnes. *Idem 2. de Orat.* Etenim quum duo genera sint facetiarum: alterum æquabiliter in omni sermone fusum: alterum peracutum, & breue: illa à veteribus superior cauillatio, hæc altera dicacitas nominata est. [*Gel. c. 2. 6. lib. 6.* Facetias nebulonis risi. (i. ineptias.) *Idem cap. 8. lib. 15.* Facetiæ (cœnę.) *Velleius*: Leporis Latini facetiæ.] ¶Reperitur & in singulari facetiæ, *apud Apuleium in Apologia*: Atque ego scio nonnullos, & cum primis Æmilianum istum facetiæ sibi facere res diuinas deridere.

Fácētŏ-ĭus, a, um, Iucundus, facetiis abundans. {κομψευτικὸς, εὐτραπελώδης. GAL. Facetieux, plein de plaisanteries & railleries. ITA. *Pieno di piacenole zza.* GERM. Vol schimpfflicher vnd kurtzweyliger reden. HIS. *Ileno de gracias y donayres.* ANG. *Full of merie conceites.*} *Cic. de Finib.* Quos quidem dies quemadmodum agatis & in quantam hominum facetosam vrbanitatem incurratis non dico. Quanquam alij hanc lectionem *apud Ciceronem* suspectam habent, & pro ea facetorum vrbanitatem legendum censent.

Făcĭēs, faciei, Species oris. {פנים *panim.* GAL La face, le visage. ITA. *Faccina.* GER. Das angsicht. HISP. *La cara ò fruente.* ANG. *The face, the visage.*} προσώπου: & vultus, πρόσωπις, differunt, quòd vultus, voluntatis indicium sit, quod pro motu animi in facie ostenditur. Vnde *Seruius*, Vultus est voluntatis indicium, qui pro voluntatis varietate mutatur. *Virgil. 4. Æneid.* Spem vultu simulat, premit altum corde dolorem. Facies est pars anterior capitis humani, constans ex fronte, oculis naso, malis, ore, & mento. *Sallust. in Catil.* Prorsus in facie, vultúque vecordia inerat. ¶Sumitur tamen facies pro totius corporis forma. *Terent. in Eunuch.* O faciem pulchram. Vt enim ab aspectu species, à fingendo figura: ita à faciendo, vel à factura corporis dicitur facies. [Est enim facere, proprie in opere esse, id est rei alicui faciem inducere: vt qui facit vas, vasis illi faciem imponit, qui gladium, gladij, &c id est formam siue figuram.] *Plaut. in Pœnulo*, Sed earum nutrix qua sit facie, mihi expedi. M. Statura non magna, corpore aquilino. Atque ipsa est. M. Specie venusta, ore paruo, atque oculis peregrinis. ¶Neque solùm de hominibus dicitur, sed etiam de rebus inanimatis. *Sall. lib. 2. Histo.* Sardinia in Aphrico mari facie vestigij humani, in Occidentem, quàm in Orientem latior. *Idem*, Quibus rebus permota ciuitas, atque immutata vibis facies erat. [Faciem illam rerum vltimam promis. (i. funeris imaginem.) *Senec. c. 5 de Consol. ad Mart. Ité*, In faciem puluueris. (i. formam & modum.) *Gell. c. 18. l. 10.* En façon, forme, & maniere de pouldre. *Item*, Vrbis abest facies. *Ouid. Eleg. 6. l. 4. Trist.* Hæc facies Troiæ, cùm caperetur, erat. *Ibid. Eleg. 5. l. 1.* Nomẽ quod appellationis Græcæ vim habeat, non faciem. *Senec. cap. 2. de tranq.* Ista facie ingenij blandimentur. *Quintilian.* In eadem facie (orationis) quasi vultus mutandus. *Idem.* Facies plures eloquentiæ & genera dicendi. *Idem.*]¶Accipitur tamen nonnunquam vultus pro facie, præsertim apud Poetas: qui pro eodem dicunt, Fœdato vultu, & fœdata facie. ¶Quandoquoque etiam facies, pro specie dicitur: εἶδος. *Virgil. lib. 6. Æneid.* Quæ scelerum facies, ô virgo, effare. *Idem lib. 1. Georg.* tot bella per orbem. Tam multæ scelerum facies. ¶Facies etiam pro corporis longitudine ponitur. *Pacuuius in Niptra*: Ætate integra, feroci ingenio, facie procera. *Vide Gell. l. 12. cap. 28.* ¶Antiqui declinabant, hæc facies, huius facies, vel facij. pro faciei, vt testimoniis aliquot docet *Gell. lib. 9. cap. 13.* ¶Facies, quid proprie, & vnde. *Gellius cap 28. lib. 13.* Est totius corporis forma, non vultus tantum. ¶Facies pro statura, totiúsque corporis figura, & *apud Plaut.* & Quadrigariũ. *Ibidem, & cap. 9. lib. 13.* ¶Peregrina facies hominis. *Plaut. Pseud. sc. 2. a. 4.* Qua facie vis hominem? Malum, callidum. *Plau Pseud. sc. 4. a. 2.* Qua facie est? macilento ore. *Plau. Cas. sc 4. a 3.* Faciem cùm aspicias, haud videntur mali *Plaut. Pseu sc. 2. a. 1.* Ego Sauream non noui, neque qua facie sit, scio. *Plaut. Asin sc. 2. & 3, a. 2.* Qua facie est? Subniger, rufus, ventriosus, acuto capite, magnis pedibus. *Plau. pseu. sc. 7. a. 4.*]¶Vertere se in omnes facies, id est, experiri omnia consilia, aut vires. *Virgil. lib. 12. Æneid.* Verte omnes tete in facies, & contrahe quicquid, Siue animis siue arte vales. ¶De facie nosse, est leuiter cognitum habere, quasi quem semel atque iterum videris duntaxat: non quicum sis familiariter versatus. Id si transferatur ad res animi, fiet venustius. *Cic. in Pisonem*, Habet hoc ipsa virtus, quã tu ne facie quidem nosti, id est, ne tenuiter quidem. ¶Simile huic est prima facie, pro primo aspectu, & priusquam pressiùs ac diligentiùs consideres. ¶Faciem proverbio perfricuisse dicuntur, qui pudorem omnem dedidicerunt, vel abstersa manu à vultu pudore. *Plinius.*

Făcĭlis Făcĭlitas Facinus, *Vide* FACIO.

Făcĭo, cis, ci, ctum, cuius passiuum est fio. {עשה *hasáh.* ποιέω, δράω, ποιῶ. GAL. Faire. ITA. *Fare.* GER. Machen/ thun. HIS. *Hazer.* ANG. *To make any thing, to do.*} Apud antiquissimos in vsu fuit facior, quod adhuc remansit in verbis iis quæ ex præpositionibus fiunt: Vt Afficio, passiuum facit Afficior: Conficio, conficior, & sic de reliquis. Quæ verò ex aliis partibus componuntur, passiua faciunt per verbum fio: vt Fabrefacio, fabrefio: Madefacio, madefio. Sic etiam pinguefacio, assuefacio, calefacio, candefacio, excandefacio, condocefacio, commonefacio, frigefacio, feruefacio, consuefacio, tepefacio, dissuefacio, mansuefacio, stupefacio, satisfacio, vacuefacio, patefacio, putrefacio, pudefacio, labefacio, expergefacio, torrefacio, & si qua alia reperiantur. Vbi illud obiter notandum est, composita à facio, habentia e ante f, quæ fiunt ex verbis secundæ coniugationis, habere quartã à fine indifferentem. *Horat. lib. 2. Serm.* In matris iugulo ferrum tepefecit acutum *Catullus*, Alta tepefaciet permista flumina cæde. Est autem facere proprièe, in opere esse, id est rei alicui faciem quandam inducere. Vnde etiam facies dicitur. Qui enim facit vas, vasis faciem illi imponit: qui vestimentum, vestimenti faciem. ¶Interdum sumitur pro scribere, id est componere, ποιῶν. *Donatus in Terentium*, Facit qui materiam componit, vt Menander. [Hinc litteras facere superre aliqua. (i. scribere) *Gell. c. 15. l. 6. & Plin Asin. sc. 1. a. 4.* Ne sit illi cera, vbi facere possit litteras]¶Pro æstimare, ποιεῖσθαι. *Plau. in Curcul.* Migrare certum iam nunc è fano foras, Quando Æsculapij ita sentio sententiam, Vt me nihil faciat, nec me saluum velit. Sic magni facio, οὐδενὸς ποιοῦμαι. Parui facio, οὐδενὸς ὀλίγου ποιοῦμαι, παρ' οὐδὲν ἡγοῦμαι. [*Plau. Asin. sc. 1. a. 1.* Te ipsũ haud facio magni.] Tãti facio, magno pretio æstimo, nullius æstimo, tãti æstimo. Nec composita sunt hæc, quum manifestè diuisa inueniantur. *Plaut. in Curc.* Respicio vos nihil meã gratiam facere. *Idem in Rud.* Minacias ego istas flocci non facio tuas. *Cicero Cecinn.* Vtebar familiariſsimè Cæsare, Pompeium faciebam plurimi. ¶Iungitur & cum genitiuis lucri, & sumpti: vt Lucrifacio idem fit quod facio lucrum: πράττομαι. & sumpti facere, idem quod facere sumptum: ἀναλίσκειν. *Plaut. in Persa*, Non ædepol trecentis cara est, fecisti lucri. *Idem in Casin.* Si nunc me suspendo, meam operam luserim, & præter operam rem sumpti fecerim. ¶Transfertur porrò verbum facio ad innumeros propemodum vsus. Nam & facere verba dicimus id est loqui: ποιεῖσθαι λόγους. Facere iter, est ire. ὁδοιπορεῖν. Facere aliquem certiorem, est significare alicui rem aliquam. Facere gratum: χάριν ὀφείρειν. Facere ludos, exhibere. Facere lucrum, lucrari. ¶Facere etiam, pati est: vt, Facere iacturam, damnum, naufragium: ζημίαν ὄφλειν. [Non facit ad aulam contumacia. *Senec. c. 4. de Tranquill.* Non bene facit ad forensem puluerem vestis versicolor. *Quintilian.* Faciunt hæc ad inclinationem causæ. (i. prosunt.) *Idem Quint.* Non facit ad stomachum nostra lagena tuum. *Mart. Epigr. 45. lib. 10.* Non facit ad sæuos ceruix nisi prima leones, *Mar. Epigr. 19. lib. 1.* Mirè hoc facit ad pullatum circulum. *Quintilianus c. 13. l. 2.* Nihil æquè facit ad viperæ morsum, (id est prodest.) *Suetonius in Claudio capite. 16. Gall.* Il n'y a rien de si bon, de si souuerain pour la morsure de serpent. *Quintilianus.* Alij (canes) ad aprum, alij ad ceruum faciunt. (id est, apti sunt.) ¶Mixtus loquendi modus diligenter notandus: *Plaut. Aul sc. 6* (*alias 10.*) *a. 4.* Quem ego auum feci vt esses hodiè. *Idem in Pseud. sc. 6. a. 4.* Quid cessо Pseudolum facer, vt det nomen ad molas. *Idem Amph.* Me meus herus fecit vt vigilarem. *Idem Most. sc. 1. a. 2.* Aduenientem patrem faciam ne introëat. *Idem Pseud. sc. 2. a. 1.* Pernam, callum facito, in aqua iaceant. Ita etiam *Gell. cap. 12. l. 14.* Faceret me vt essem prudentior. *& c. 13. l. 19.* Fac me vt sim certus. In quibus loquutionibus Accusatiui illi auum, Pseudolum, pernam, me &c. per suos nominatiuos auus, perna, &c. resoluuntur.] ¶ Item facere pro sacrificare: ἱερεύειν, ἱερὰ ποιῶν. *Virg 3. Eclog.* Quum faciam vitula pro frugibus, ipse venito, id est, quum sacrificabo. *Cic. pro Mur.* Nolite à sacris patriis Iunonis sospitæ, cui omnes Consules facere necesse est, *domesticum* & suum Consulem potissimum auellere. *Plaut.* Plenam faciam tibi fideliam, id est implebo. ¶ Item, rem obscœnam facere. *Plaut.* Mauult ancillæ facere, quàm liberæ. [*Plaut. Mostell. sc. 4. a. 1.* Si tibi cordi est facere. (i. amplecti amicam) licet. Facere consuetudinem stupri cum aliqua. *Suet. in Calig c. 24.* ¶ Complectere. Ph. facio lubens. *Plaut. Asin. sc 3. a 3.* Facere damnum & flagitium. *Plaut. Pseud. sc. 5. a. 1.* Et factum flagitium, vide inf. in factum. *Gell. c. 12. lib. 7.* Fecit quod Cinœdi facere solent. ¶ Facere matres. Vide Mater. Facere Auum, vide Auus Hic senex clam vxore animo suo fecit volupe. *Plaut. Asi.* Item, *Ouid. Eleg. 1. lib. 2. Trist.* Detexit variis qui sua facta modis. (i. adultera)] ¶ Pertinet & ad pecuniam, quæ fieri dicitur, quum cogitur, seu colligitur. *Sallustius Iugurth.* Quæ pecunia ad Hispaniense bellum Metello facta erat. ¶Denique facere (*vt Papinianus inquit*) omnem omnino faciendi causam complectitur, dandi, soluendi, numerandi, iudicandi, ambulandi, reddendi. Vnde qui otiosus sedet, si rogetur quid faciat: rectè respondere poterit se nihil facere, quandoquidem otiosus est. Rectè etiam se sedere: quoniam & sedere ipsum aliquid facere est: vt iacere, nauigare, quiescere. ¶ Faciam te vt plurimum amem, id est, plurimum amabo. Faciam vt tibi prosim, id est, tibi prodero. [¶ *Plaut. Milit. sc. 6. a. 2.* Arbitramini quiduis licere facere vobis? *Plaut. Aul. sc. 6. a 2.* De decoris plenum faciam herum istum. ¶ Facere delicias, Vide Deliciæ. Tu facito vt venias aduorsum. *Plaut. Men. sc. 4. a. 2.* Hoc serui facinus frugi, quod facere persequor. *Plaut. Aulul. sc. 2. a. 4.* Faciam vestra latera lorea. *Plaut. Mil. sc. 2. a. 2.* Facere sementem. Vide Sementis.] ¶ Fac te esse qui sum, id est, finge te esse me, vel pone te eum esse qui sum. πόησον. ¶ Facto opus est, fieri opus est. ποιῶν δεῖ, ποιητέον. quod etiam dicimus, Opus est factu, [¶ Contumeliam facere alicui: *Plaut. Asin. sc. 4. a. 2.* Tu contumeliam alteri facias tibi non dicatur.] ¶ Factum iri audio illi iniuriam, hoc est audio futurum vt illi fiat iniuria. Factum itur mihi contumelia. *Cato pro se contra Cassium*, [*apud Gell. c. 14. l. 10.*] Atque euenit ita Quirites, vt in hac contumelia quæ mihi propter huiusmodi petulantiam factum itur, Rei quoque publicæ medius fidius misereat Quirites. ¶ A facio item fiunt verba primæ coniugationis in eo terminata, quæ propriè infinita sunt: vt Sacrifico, magnifico, deifico, clarifico, ædifico, viuifico, mortifico, iustifico, falsifico, & huiusmodi. ¶ Facere are, *apud Lucretium lib. 6.* pro arefacere, κατὰ συγκοπήν. Principio terram sol excoquit, & facit are. ¶ Factum, in responsione affirmatiua, pro Ita, siue etiam. *Terent. in Eunuch.* Chæreáne tuam vestem detraxit tibi? DO. Factum. PH Et ea est indutus? DO. Factum. *Ibidem*, Dic mihi, aufugistin? CH. Hera, factum. [*Plaut. Pseud. sc. 3. a. 1.* Furcifer. B. Factum optumè, (assentientis.) Sic *Plaut. Cur. sc. 2. a. 5.* Bene facis. Mox, lepidè facis, (quia annuit petenti.) Vide Benignè. ¶ Da facto gaudia lucro. *Ouid. 5. Fast* Vt de Claudio factum palam est (i. de morte) *Suet. in Neron. cap. 8.* Factis vicibus. Vide Vicem.] ¶ Facere ægrè alicui, hoc est facere alicui rem molestam. *Terent. in Eunuch.* Miles verò sibi putare adductum ante oculos æmulum: Volunt facere contra huic ægrè. ¶Facere animum alicui, est incitare, & animum alicui augere. *Liuius 5. bell. Pun.* Missum à Metaponto præsidium, Romanis fecit animum, vt nocte ex improuiso opera hostium inuaderent.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

rent. *Ouidius 5. Triſt.* Quæ tibi res animos in me facit improbe? ¶Facere argentariam, eſt facere quæſtum argentarij, hoc eſt, trapezitæ, ſiue mensarij. *Cic 7. Verr.* Is quem ille argentariam Lepti feciſſe dicit. Facere auſpicium dicitur auis è qua auſpicium capitur. *Liu. 1. ab vrbe,* Eam alitem ea regione cœli, & eius diei nuntiam veniſſe, circa ſummum culmen hominis auſpicium feciſſe. [*Item,* Facere pecuariam. *Sueton. in Cæſ. c. 42. & Plaut. Aul. ſc. 3. a. 4.* Cor cœpit artem ludicram facere. *Idem Amph. prol.* Iouem facere hiſtrioniam. Facere medicinam, pro mederi. Vide medicinam. Facere ſcriptum pro ſcribam eſſe. *Gell. c. 9. lib. 6.*] ¶Facere cadauer, occidere. *Apul. lib. 8.* Cadauer quod ipſe fecerat, auidè complexus eſt. [*Gell. c. 23. l. 13.* ex oratione M. Catonis: Succidias humanas facere, funera facere, (i. occidere.) ¶Facere vulnera, *Ouid. 4. Faſt. Velleius:* Quin tu hoc facis? (de eo qui inuitat ad mortem exemplo ſuo.) Facere paucos dies cum aliquo. *Senec. epiſt.* 67. ¶Facere damnum & flagitium. *Plaut. Pſeud. ſc. 5. a. 1.* Facere opibum. *Idem Aſin. ſc. 3. a. 3.* Acerbum funus filiæ faciet, ſi te carendum eſt, (id eſt, immaturæ morti dabit filiam, &c.) & *Men ſc. 2. a 3.* Feciſti funus abſente me, prandio, (i. ſepeliuiſti prandium.) Vous auez encoffré, denuoré le diſner. *Metaphor.* ¶Haud cauſſa, quin tu quod voluiſti facere, quin facias mihi, (i. occidere, mergere.) *Plaut. Moſt. ſc. 2. a. 2.* Facere facinus. *Plaut. Curc. ſc. 1. a. 1.*] ¶Facere copiam & poteſtatem alicui. *Plaut. Capt.* gratiam habeo tibi, Quum copiam iſtam mihi, & poteſtatem facis, Vt ego ad parentes hunc remittam nuntium. ¶Facere cum aliquo eſt patres illius fouere, aut ſequi. *Gell. lib. 15. cap. 22.* Ex eis nationibus quæ cum Sertorio faciebant, quum multis prælijs ſuperatus eſſet, nemínem vnquam ab eo deſciuiſſe. *Cic. pro Quint.* Quum veritas cum hoc faciat, &c. [*Ouid. Eleg. 1. lib. 4. Triſt.* Deorum Cæſare cum magno cætera turba facit, (i. conſentit.) ¶Minus quam æquum erat feci. *Plaut. Aul ſc. 2. a. 4.* Facere compendium pultandi. *Plaut. Pſeud. ſc. 2. a. 2. Plaut. Aul ſc. 2. a. 4.* Facere obſequelam liberis. (i. obſequi.) *Plaut. Aſin. ſc. 1. a. 1.* Dij tibi faciant benè. *Plaut. Mil. ſc. 6. a 2.* ¶Sermoni finem face tuo. *Plaut. Aſin. ſc. 3. a 3.* ¶Facere exuuias, (i. exuere.) Vide Exuuias. ¶Quid me facturum putatis? (pro facturam.) *Plaut. Aſin. ſc. 3 a. 3.* Aliquid facere certum alicui, (pro reddere.) *Plaut. Men. ſc. 1. a. 2.*] ¶Fac eſſe, permittentis & concedentis eſt locutio, ac ſi dicas, eſto, vel pone ita eſſe. *Cicer. in Verr.* Fac ita eſſe, tamen hoc ferendum nullo modo eſt. ¶ Facere fidem, eſt facere vt quis credat, perſuadere: πίστιν ποιεῖν vel παρέχεσθαι. *Cicer. in Catil.* Vt quoniam auribus veſtris propter incredibilem magnitudinem, ſceleris minorem fidem faceret oratio mea. ¶Facere gradum eſt ambulare. *Cic. de Orat.* Quin prodis mi Spuri, vt quotieſcunque gradum facias, toties tibi tuarum virtutum veniat in mentem? *Plaut. in Curc.* Sed grandiorem gradum ergo fac ad me obſecro, Id eſt, propera ad me accedere. Gradum ad aliquid facere, eſt per quoſdam veluti gradus ab vna re paulatim ad aliam tranſirum facere. *Quintil. lib. 3. cap. 6.* Nanque & illud frequens eſt, vt ea quibus minus confidimus, quum tractata ſint, omittamus: interim ſponte noſtra veluti donantes, & ad ea quę ſunt potentiora, gradum ex his feciſſe contenti. ¶Facere gradum, pro promouere. *Liuius 6. ab Vrbe,* Accingendum ad eam cogitationem eſſe, conando, agendóque, iam eo gradum feciſſe plebeio: vnde ſi porro annitantur, peruenire ad ſummá, & patribus æquari tam honore, quàm virtute poſſent. ¶Facere gratiam iuriſiurandi, id eſt, ſoluere vinculo iuriſiurandi. *Plautus in Rudente,* Nihil hercle hic tibi eſt, ne tu ſupercenſiuriſiurandi volo gratiam facias. Facere gratiam pro onus quod ſubire quis teneatur, ei remittere, priuilegióque ab eo eximere. *Sueton. in Auguſt. cap.* 38. Mox reddendi equi gratiam fecit eis qui maiores annorum quinque retinere eum nollent. ¶Facere gratiam delicti, pro ignoſcere, *Salluſt. in Iugurtha,* Cæterùm Baccho, quoniam pœnitet delicti, gratiam facit, Id eſt, ignoſcit. ¶Facere gratum pro gratificari. *Terent. in Eunuch.* Hac re, & omni te turba euolues, & illi gratum feceris. ¶Facere iniuriam, eſt, verbo factóve aliquem iniuſtè lædere, ἀδικεῖν. *Plaut. Mercat.* Filio ſuo innocenti qui fecit tantam iniuriam. ¶Facere initium, incipere, ἀρχὼ ποιεῖσθαι, ἄρχεσθαι. *Cic. ad Attic lib. 9.* Si hic qua ratione initium fecit, eadem cætera agat ſyncerè, temperatè, prudenter, valde videro. ¶Facere largitionem, ſeu largitiones, eſt largiri, & profundere, ac diſſipare. *Cic. 3. Tuſcul.* Et quidem C. Gracchus quum largitiones maximas feciſſet, & effudiſſet ærarium, verbis tamen defendebat ærarium. ¶ Ne longum faciam, id eſt, vt breuiter dicam. *apud Horat. 1. Serm. Satyr. 3.* ¶ Facere ludos, irridere ἐπιφωνῶν. *Plaut. in Aulul.* Quem tu ſenecta ætate ludos facias. [¶Experior te quanti facias vxorem tuam. *Plaut. Amph.*] ¶Facere magni, eſt magni æſtimare. ἐκεῖ πολλοῦ ποιεῖσθαι. *Plaut. in Aſin.* Nunc neque quid velim facitis magni peſſimæ. ¶Facere maximi. *Terent. in Phorm.* Meritò te ſemper maximi feci Chreme. ¶Nihili facere, eſt nihili æſtimare. ἐκεῖ ἐνὸς ποιεῖσθαι. ¶Facere parui. *Plaut. Rudente,* Illos ſceleſtos qui tuum fecerunt fanum parui, & auſi ſunt violare nos. [*Plaut. Pſeud. ſc. 2. a. 4.* Pauci iſtuc faciunt. *Item,* Facito vt memineris, & facito vti pretio peruincas. *Plaut. Curc. ſc. 3. a. 1.* Et, Equi facite vt in flexu ſit pedum pernicitas. *Plaut. Men. ſc. 2. a. 5.* ¶Facere verba, vide verba. *Plaut. Men. ſc. 5. a. 5.* Propere quicquid ſis facturus, face. *Plaut. Aſin. ſc. 2. a. 2.* Facio me facetum, magnificum virum. *Idem Capt. prol.* Reducem faciet liberum in patriam. *Idem Men. ſc. 2. a 1.* Nunc adeo vt facturus dicam. *Plaut. Pſeud. ſc. 2. a. 3.* Boues coniuas faciunt.] ¶Ne pili quidem facere. *Catullus,* Ludere hanc ſinit vt lubet, nec pili facit vni. ¶ Pluris facere. *Cic. Attic. lib. 8.* Ego pro Pompeio libenter emori poſſum, facio pluris omnium hominum neminem. [Totum inſanum amare, hoc eſt quod herus facit. *Plaut. Capt. ſc. 3 a. 1.* Facere turbas. Vide turba, Facere moram. Vide mora.] ¶Facere manum, pro colligere milites. *Cic. in Verr.* Illi nocte, facta manu armatáque veniunt. *Idem Cicer. pro Cecinna,* Quum manum fecerit, copias parárit, &c. [Facere bellum. *Liu. l. 3. d. 4.* Facere terrorem. *Liu. 8. d. 4.* ¶ Facere ſilentium. *Plaut. Prol. Amphitr.* Ita huic facietis fabulæ ſilentium. Facit ſenſum adiectio ſyllabæ. ¶Facere viam. *Liuius lib. 6. dec. 4.* Facere ſemitam, per fundum. *Plaut. Curc. ſc. 1. a. 1.* Facere opus. Vide opus. Facere reducem, vide, Redux. ¶Facere ſomnum. *Ouid. 4. Faſtor.* Vino ſomnum faciente iacebant. *Et 3. Faſt.* Volucréſque canoræ fecerunt ſomnos. *Celſus c. 39. l. 3.* Quæ quia leuat morbum, poteſt etiam facere ſomnum. ¶Facere negotium alicui. *Gellius cap. 16. lib. 3. Item,* Face id, vt illum paratum ſit. *Plaut. Aſin. ſc. 1. a. 1.*] ¶Facit mecum, hoc eſt, ſentit mecum, ac meæ eſt opinionis. *Ouid.* Vt fatear, mecum ſola Corinna facit. *Horatius,* Et ſapit, & mecum facit, & Ioue iudicat æquo. Ad eum etiam modum dicimus, tecum, ſecum, nobiſcum, aut vobiſcum facere. *Cic. pro Sylla,* Quid tum? Craſſus ſi reſpondiſſet idem ſentire, & ſecum facere Syllam. *Idem pro A. Cecinn.* Videatis autoritatem ſapientiſſimorum hominum facere nobiſcum. ¶ Facere mentionem, commemorare. *Cic. de Senect.* Lyſandrum Lacedæmonium (cuius modò mentionem feci) dicere aiunt ſolitum, Lacedæmone eſſe honeſtiſſimum domicilium ſenectutis. ¶Facere miſſum: idem quod dimittere. *Cicer. 3. Off.* Iurauíſque ſe illum ſtatim interfecturum, niſi iuſiurandum dediſſet, ſe patrem miſſum eſſe facturum. [Miſſiones facere veteranorum, facere interceſſiones. *Gell. cap. 12. l. 13.* ¶Facere teſtes. *Ouid 5. Faſt.* Siue ego te feci teſtem, falsóve citaui. Facere teſtationes. *Quintilian.* ¶Facit omnia feſta (lau: us) *Ouid. Eleg. 1. lib. 3. Triſt.* Facere iudicium pro iudicare, Vide iudicium. ¶Fecit hominem frugi vt facere oportuit. *Plaut. Capt. ſc. 2. a. 2.*] ¶Facere modum alicuius rei, eſt ſibi temperare, & modum non egredi. *Cicer. 1. de Legib.* Ipsíſque magnoperè autorem fuiſſe, vt aliquando controuerſiarum aliquem facerent modum. ¶Facere modos, eſt inter actus fabularum intercinere: *Terent. in prologo Andr.* Flaccus, Claudij filius modos fecit tibiis paribus, dextris & ſiniſtris. *Cicer. de Orat.* Neque id actores prius viderunt, quàm ipſi poetæ, quam denique illi etiam qui fecerunt modos. ¶ Facere mutuum & proprium cum aliquo. *Plau. Trin.* Benè vult tibi ſi Ædepol mutuum mecum facit. *Idem Curc.* [*ſc. 11. a. 1.* ea me deperit: Ego autẽ cum illa nolo facere mutuum, id eſt, nolo eam deperire, vt me deperit. ¶Naufragium facere. *Cic. ad Tironem,* Qui cupidè profecti ſunt, multi naufragia fecerunt. ¶Facere nomen, eſt nominare. *Liu 8. ab Vrbe,* Scelerato campo, credo ab inceſto id ei loco nomen factum. [*Ouid. 6. Faſt.* Tum ſibi Calluco Brutus cognomen ab hoſte fecit. *Plaut. Men. ſc. vlt. a. 5.* Quomodo nomen factum Menæchmo tibi. *Ibid.* Fecit mihi nomen, quod tibi eſt. & alibi, Iuuentus fecit mihi nomen Pœniculo. ¶Facere ſcriptum, pro ſcribam eſſe. *Gel. c. 9. l. 6.* Neque ſibi placere, qui ſcriptum faceret, eum Ædilem fieri. Paulò antè, qui Ædili appararet. *Idem.* ¶Facere pro aptum eſſe, *Quint.* Alij canes ad aprum, alij ad ceruum faciunt (i. apti ſunt.) *Item,* Nupſiſti eius patri? Dii melius faciant. *Plaut. Pſeu. ſc. 3. a. 1.* Facite, coquite, feſtinate. *Plau. Aulul. ſc. 3. a. 3.* ¶ Pro oſtentare, *Plaut. Mil ſc. 4. a. 2.* Dum te fidelem facere hero voluiſti. ¶ Faciebam me glorioſum, (i. iactabam.) *Plaut. Pſeud. ſc. 4. a. 2.*] Facere nomen alicuius amplum, eſt conciliare famam & celebritatem. *Liu. 8. bel. Pun.* Vbi per aliquot annos maximis rebus gerendis ampliſſimum nomen apud exteras gentes, popul. Rom. faniliæque veſtræ fecerant. ¶Facere nomina, idem quod debitotem ſe conſtituere. [*Senec. c. 1. lib. 1. de benef. & c. 24. De vita beata.*] *Cic. 3. Off.* Emit homo cupidus & locuples, tanti quanti Pythius voluit, & emit inſtructos: nomina facit, negotium conficit. ¶ Accipitur etiam pro pecuniam mutuam dare, aut aliàs debitorem ſibi aliquem facere. *Cicero Gallo, lib. 7.* Accepi Auiani literas, in quibus hoc inerat liberaliſſimum, nomina ſe facturum qua ego vellem die. Id eſt, pecuniam crediturum, in eam diem ſoluendam, quam ego poſtulaſſem. ¶ Facere nomen cum vineis, hoc eſt, facere ſupputationem reditus vinearum. *Colum. lib. 3. cap 3.* Quod quaſi nomen ſi vt fœnerator cum debitore, ita ruſticus cum vineis ſuis fecerit, eius ſummæ, vt in perpetuum, &c. ¶Facere otium, id eſt, dare, *Virg. 1. Eclog.* O Melibœe, Deus nobis hæc otia fecit.] Facere ſpem, *Suet in Tib. cap. 24. Item,* Facere multa indicia violenti amoris. (De Artemiſia.) *Gell. cap. 18. l. 10.* ¶Facere profore: *Ouid. Eleg. 1. lib. 3. Triſt.* Spes igitur ſupereſt facturum vt molliat pœnam, (i. fore vel futurum eſſe.) ¶Facere oua pro parere. *Varr. 3. de Re ruſt. cap. 9.* Neque ferè in villis oua ac pullos faciunt, ſed in Syluis. ¶Facere par. *Plaut. Trinum.* Feceris par tuis cæteris factis, patrem Tuũ ſi percoles. ¶Facere periculum eſt tentare, & experiri. *Terent. Andr.* Quî ſcis ergo iſtuc, niſi periculum feceris? ¶Facere poteſtatem, permittere, concedere. *Cic. in Catil.* Siquid de his rebus dicere vellet, feci poteſtatem. Facere poteſtatem, ſiue copiam ſui, eſt aditum ad ſe præbere, & permittere vt ſecum agatur. vt, Facere omnibus ſui conueniendi poteſtatem. *Cic. 8. Philipp.* [¶Facere impetum in aliquem. *Plaut. Amphitr.* Facit recta in angues impetum. ¶Facere auctionem. (*Gal.* Faire vn inquant, ou vendue.) *Plaut. Men. ſc. vlt.* Facere compendi, Vide compendium. ¶Facere fortunatum: *Plaut. Aulul. ſc. 5. a. 2.* Vt Fortunatis faciat (lar) gnatæ nuptias. ¶Facere recognitionem mutuam, Faire recognoiſſance mutuelle, s'entre-cognoiſtre l'vn l'autre. *Gell. cap. 14. l. 5.* De Leone caudâ & lingua Androdo benefactori ſuo blandiente, Tum (inquit) quaſi mutuâ recognitione facta, &c.] ¶Facere progreſſum in ſtudiis. *Cic. 4. Tuſc.* Philoſophiæ denique ipſius principes nunquam in ſuis ſtudiis tantos progreſſus ſine flagranti cupiditate facere potuiſſent. ¶Facere prouentum maiorem, hoc eſt, vberiores fructus dare. *Colum. lib. 2. cap. 15.* Nec ſolùm ea res maiorem facit prouentum, ſed etiam ſaporem & odorem vini pomorúmque reddit meliorem. ¶Facere quæſtum, lucrari *Plaut. Capt.* Ægrè eſt mihi hunc facere quæſtum carcerarium propter ſui gnati miſeriam. Quæſtum ſuo corpore facere, idem quod meretricis eſt. *Liu. 6. bell. Pun.* Quid tu huic homini facias? *Idem pro Cecin.* ¶ Facere ratione, hoc eſt, ob aliquam certam cauſam. *Cic. ad Attic. lib. 12.* Quòd domi te incluſiſti ratione feciſti. ¶Ratum facere, eſt confirmare. *Liu. 8. bell. Pun.* Quæ nobis Imperatores veſtri commoda tribuerunt, ea rata atque perpetua veſtra autoritate faciatis. ¶Facere rem, eſt opes quærere & parare. *Terent. in Ade'ph.* Nunquam rem facies: abi, neſcis ineſcare homines Sannio. [*Plaut. Pſeud ſc. 1. a. 2.* Hinc ego rem meis ciuibus faciam. ¶Mei tergi facio hoc, non tui fiducia. *Plaut. Moſt. ſc. 1. a. 1.*] ¶Facere rem diuinam, ſacrificare, *Plaut. in Amphitr.* Ego rem diuinam intus faciam, vota quæ ſunt. ¶Facere reum, hoc eſt, accuſare, ſiue reum agere. *Tacit. lib. 1.* Violatorem fœderis veſtri Arminium, apud Varum qui tum exercitui præſidebat, reum feci. ¶Facere ſacrificium, & ſacra. *Cic. de clar. Orat.* Licet aliquid etiam de M. Popilii ingenio ſuſpicari, qui quum Conſul eſſet, eodémque tempore ſacrificium publicum cum læna faceret. *Liu. 1. ab Vrbe,* Qui ſacra publica pop. Rom. faceret. ¶Facere ſanguinem, pro effundere. *Liu. 5. bell. Maced.* Nondum indicto bello, aut ita commiſſo, vt ſtrictos gladios, aut ſanguinem vſquam factũ audiſſent. ¶Facere ſatis, eſt debi-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

persoluere *Plaut. Asin.* Sed vina quæ vendidi heri vinatio Exæranbo, Ia pro his satisfecit Stichoꝰ LI. Feciſſe satis opinor, id eſt, ſoluiſſe. ¶ Facere satis alicui, pro eius voluntati obtemperare. *Cic. 1. de clar. Orat.* Ego verò, inquam, ſi potero, faciam vobis satis. Facere ſtipendia ſuo aliquo, idem quod militare. *Plin. de Viris illustr.* Sub Oreſte in Sardinia ſtipendia fecit. Facere ſtipendiarios, eſt cogere ad ſoluendum tributum. *Cæſ. 1. bell. Gall.* Heduos ſibi quoniam belli fortunam tentaſſent, & armis congreſſi & ſuperati eſſent, ſtipendiarios ſibi factos. *Plaut. Curc. ſc. 2. a. 4.* ¶ Facere interceſſiones. *Gell. cap. 12 l. 13.* Interceſſionibus faciundis, &c. Facere amolitionem, pro amoliri. *Idem cap. 1. l. 12.* vbi facta infantis amolitio eſt. GALL. Quand on a enuoyé l'enfant en nourrice. ¶ Facere teſtes. *Ouid. 5. Faſt.* Siue ego te feci teſtem, falſóve citaui. Facere coniecturam. Vide Coniectura. Facere capital, Vide Capital. *Item*, Fac niteant ædes: propera, habes quod facias. *Plaut. Pſeud. ſc. 1. a 1.* ¶ *Item*, Iamdudum factum eſt, cum primùm bibi. *Plaut. Aſin. ſc. 2. a. 5.* Iamdiu factum eſt cùm diſceſſiſti ab hero. *Ibid. ſc. 1. a. 2.* Iampridem videtur factum, quòd. *Plaut. Amph.* Quamdudum factum eſt iſtuc? & Nunquam factum eſt. *Ibid. ſc. 2. a. 2.* Factum eſt illud, vt ego vini hirnæam ebiberim meri. *Plaut. Amphit.*] ¶ Facere ſtomachum alicui, eſt commouere aliquem, & bilem excitare. *Cic. Lent. lib. 1. epiſt.* Non illi quidem, vt mihi ſtomachum facerent. ¶ Facere ſumptum, quod alias facere expenſas, vel expendere dicitur. *Plaut. Capt.* Quin ita faciam, vt te cupias facere ſumptum, etſi ego velem. ¶ Facere vadimonium, pro promittere. *Plaut. Epid.* Iicet, vt vadimonium mihi hic vltrò facit. ¶ Facere vela, id eſt, velificare. *Virgil. 5. Æneid.* Vela facit tamen, & plenis ſubit oſtia velis. ¶ Facere veſtigium, ambulare & progredi. *Cic. pro Rab. Poſthum.* Hic vos aliud nihil orat, niſi vt rectis oculis hanc vrbem ſibi intueri, atq; in hoc foro veſtigium facere liceat. ¶ Facere vitium, eſt corruere, vel vitiari, & aliqua parte labefactari: & propriè de ædificiis dicitur. *Cic. in Topic.* Si ædes exeſæ corruerunt, vitiúmve fecerunt. Facere vitium, pro vitiare & corrumpere. *Vitruuius*, Si venti frigidi ſunt, lædũt: ſi calidi, vitiant: ſi humidi, nocent: iidem faciunt vitia pauimentis. ¶ Facere volupe animo ſuo. *Plaut. Aſin.* [*ſc. 2. a. 5. & Moſt. ſc. 4. a. 1.*] Hic ſenex ſi quid clam vxore ſuo animo fecit volupe, Neque nouum, neque mirum fecit, nec ſecùs quàm alij ſolent. ¶ Facere vota, eſt ſupplicare *Plin. lib. 17. cap. 2.* Ergo qui dixit hyemes ſerenas optandas, pro arboribus vota fecit. ¶ Facere vrinam, eſt meiere. *Colum. lib. 6. cap. 30.* Plerunq; iumenta morbos concipiunt laſſitudine & æſtu: nonnunquam & frigore, & quum ſuo tempore vrinam non fecerint. ¶ Quid faciemus hoc homine? hoc puero? pecunia? Loquendi mos eſt perelegans, & veteribus ſolùm vſitatus, in quo ellipſis eſſe videtur præpoſitionis, cum [*Plaut. Moſt. ſc. 4. a. 1.* Quid hoc homine faciam poſtea. *Idem Milit. ſc. 5. a. 3.* Quid facies ea machæra? *Idem Capt. ſc. 1. a. 5.* Quid meo minore factũ ſit filio. *Terent. in Andr.* Quid me faciam? neſcio. *Cic. 6. l. ad Attic.* Quid iis fiet, ſi huc Paulus venerit? ¶ Interdũ tamen præpoſitio (de) exprimitur, vt *apud Plaut. Pſeud. ſc. 1. a. 1.* Quid de drachma facere vis? *Et Cic. lib. 6. ad Attic.* Quid de B. Clodio fiat, reſcribe.] *Terent.* Neutra in re vobis à me difficultas erit. Sed quid faciemus puero? *Cic.* Quid factum eſt Strabone & Nicoſtrato? quid te futurum putas? * Facere vnguentariam, pro Illinere oleo & vnguentis, quod balneatores vel ante balneum facere ſolebant. Vnguenta autem vocabant antiqui omnia olea compoſita. *Plaut. Pœnulo*, Ibi te replebo vſque vnguentorum è zeugmatis. Quid multa verba faciam? vbi tu laueris, ibi vt balneator faciat vnguentariam. [¶ Faciundus, a, um, *Plaut. Curc. ſc. 1. a. 2.* Dare faciundam ſtatuam. & *Gellius cap. 11. lib. 15.* Viſum eſt faciundum vt offenderemus.] Faciundũ fuit: hoc eſt, factum oportuit. *Terent. Eunucho*, Non pol quò quenquam plus amem, aut plus diligam, Eo feciſſed ita res erat, faciendum fuit. [¶ Factu id optimum. *Plaut. Aul. ſc. 5. a. 3*]

[Factus, a, um: Facta ad pudicos mores fabula. *Plaut. Capt. ſc. vlt a. 5.* Facta parens. Vide parens. Facta ruina, vide Ruina. Ego ſum in vſu factus nimio nequior. *Plaut. Moſt ſc 2 a. 1.* Factus nequior vſus ædium. *Plaut. Moſt. ſc. 2 a. 1.* Notaq; non tardè facta Thaleia mea eſt. *Ouid. Eleg. vlt. lib. 4. Triſt.* Virtute id factum tua. *Plaut. Moſt. ſc. 1. a. 1.* Fert bene præcipites nauis modò facta procellas. *Ouid. Eleg. 6. lib. 4.* Morib. præfectum mulierum hunc factum velim. *Plaut. Aul. ſc. 5. a. 3.* Ædes factæ probè examuſſim. *Plaut. Moſtel. ſc. 2 a. 1.* Facta eſt pugna in gallo gallinaceo. *Plauti Aul. ſc. 4. a. 3.*]

Factum, cti, ſubſtantiuum. Res geſta. {מעשה *maaſeh* מפעל *miphhal.* πρᾶξις. GAL. Vn faict, vne choſe faicte. ITAL. *Fatto.* GERM. Ein that. HISP. *El echo* ANG. *A thing doone, a deed.*} *Virgil. lib. 1. Æncid.* Fortia facta patrum. *Terent. in Andr.* dictum ac factum inuenerit Aliquam cauſam, quamobrem eiiciat oppido. [Vtinam dictis facta ſuppetant. *Plaut. ſc. 1. a. 1.* Dicto non audebat, facto nunc lædat. licet. *Plaut. Capt. ſc. 2. a. 1.* pro claris factis diris aguntur malis. *Plaut. Amph.* Vxor me infanum facit fœdis ſuis factis. *Ibidem* Eorum alter ſuis factis, immortali te afficiet gloria. *Plaut. Amphitr. ſc. 1. a. 5.* Magis percipimus linguâ dicti, quàm factis fore. Idem *Aſin. ſc. 3. a. 1.* Matronarum hic facta pernouit probè. *Item*, Hoc factum eſt optimum. *Plaut. Pſeud. ſc. 2. a 1. Tibul. lib. 4.* Ergo vbi præclaros poſcent tua facta triumphos. ¶ Factum pro beneficio, *Plaut. Aſin. ſc. 1. a. 5.* Iſto me facto deuinxiſti. *Idem Milit. ſc. 3. a. 3.* Neque ſis horum tuis factis ſoſpitare. (id eſt, beneficiis.) *Catull. de Com. Beren.* Queis ego pro factis. (i. meritis vel cuentis.) ¶ Pro flagitio: *Plaut. Aſin. ſc. 2. a. 5.* Hoc facto ſeſe oſtendit *Idem Aul.* Dabo illi ſpatium exquirendi meum factum.] ¶ Factum mutare, pro ſententiam mutare. *Terent. in Andr.* Haud muto factum.

Factũs, us, Confectio. {פעלה *peẖulláh* מעשה *maaſeh.* ποίησις. GAL. Vne choſe faicte. ITA. *Fatto.* GERM. Ein gemächt. HISPAN. *El echo.* ANG. *A dooing or making.*} Vnde factus olei dicitur, quantum vna vice conficitur. *Cato de Re ruſt. cap. 67.* Factoribus det in ſingulos factus olei ſextarios & in lucernam quod opus ſiet, hoc eſt in ſingulas olei confectiones, vel quoties oleum conficitur. *Varro de Re ruſt. lib. 1. cap. 24.* Hoſtium vocant, quod ex vno facto olei reficitur: Factum dicunt quod vno tempore conficitur. ¶ Factus villæ, pro ſtructura, opere, & ædificatione, *Varro lib. 3. de Re ruſt. cap. 1.* Ego quoq; quò exornatior villa eſſe poſſet fructu, quàm factu, hæc ad te miſi.

Facẽſſo, ſſis, faceſſ, ſupinum in vſu non eſt: legitur tamen participium faceſſitus, tanquam ſupinum eſſet faceſſitum. *Cic. in Verrem.* Quum audiſſet ſibi negotium faceſſitum. Significat autem propriè ad faciendum eo; viſo, ad videndum eo. {עשׂה *'aſáh.* GAL. Faire, aller faire. ITAL. *Andare à fare.* GERM. Thun/ machen/ gingen zu thun. HISP. *Andar para hazer.* ANG. *To go ao ut to dooe, to dooe.*} *Virg. 4. Georg.* Haud mora, continuò matris præcepta faceſſit: ¶ Interdum eſt diſcedere. {הלך *haláeh.* ἐρχόμαι, πάρειμι.} *Terent. in Phorm.* Dic quid velis dari tibi in manum, vt herus his deinſtat ĩtibus. Hæc hinc faceſſat Id eſt, ſua curatum abeat. *Donatus*, Faceſſat, pro hinc ſe faciat, id eſt abeat. *Cic. in Hortenſ.* Faceſſant igitur qui docere nihil poſſunt quò melius ſapientiúſque viuamus. ¶ Negotium faceſſere, eſt cuipiam moleſtum eſſe. {עיק *heẖik* צרר *ſarár.* θλῖψις παρέχειν. GALLIC. Moleſter, faſcher, ennuyer, bailler des affaires à quelqu'vn. ITALIC. *Eſsere moleſto, moleſtare.* GERM. Zu ſchaffen machen / zu thun geben. HISP. *Moleſtar ò enojar à alguno.* ANG. *To vexe vo th buſineſſe.*} *Cic. Appio Pulchr.* Quum eſt nobis allatum de temeritate eorum, qui tibi negotium faceſſerent. Et periculum alicui faceſſere, id eſt creare, parare. *Cic. in Verr.* Profecto metuere incipies ne innocenti periculum faceſſeris. ¶ Huius paſſiuum extulit *Cic. pro Cluent.* Sed hoc polliceor omnibus, ſicuti fortè hac lege negotium faceſſetur: qui lege non teneatur: ſi is vti me defenſore voluerit, me eius cauſam legis præſidio defenſurum. [*Plaut. Mĩn. ſc. 1. a. 2.* Dictum feceſſas doctũ, & diſcaueas malo.]

Factito. as, pen. corr. Sæpè facio. {πράττω. GAL. Faire ſouuent. ITAL. *Fare ſpeſſo.* GERM. Offt machen. HISPAN. *Hazer amenudo.* ANGL. *To make or do often.*} *Cic. lib. 2. Off.* Hæc apud maiores noſtros factitata, *Terent. in Eun.* Idem hoc Pyrrhus factitauit. *Horat. in Arte*, Nec ſatis apparet cur verſus factitet. [*Quintilian.* Factitare medicinam *Gell. cap. 3 lib. 5.* Factitare corpore vecturas onerum. (id eſt, baiulum eſſe.]

Factitator, ris, apud Tertull. aduerſus Valenr. ſignificat conditorem creatoremque. Ergo & factum intelligebat & factitatorem facti eſſe quemcunque. *Ibidem mox*, Saltem ſuſpectus de aliquo factitatore?

Factitatio, nis, *apud eundem Tertull. aduerſus Hermog.* creatio, conditio. An & hæc in hominis factitatione conſentur?

Factor, oris, nomen à verbo facio, Qui aliquid facit. {עשׂה *poẖel.* ποιητής. GALL. Faiſeur, manœuure. ITA. *Factore.* GER. Ein macher. HISP. *Hazedor.* ANCL. *A dooer or maker.*} *Cato de Re ruſt. cap. 13.* Lectum ſtratum: vbi duo cuſtodes libere cubent, & tertius ſeruus vnà cum factoribus vbi cubet. *Idem cap. 64.* Leguli volunt vti olea caduca quàm plurima ſit, quò plus legatur: factores, vt in tabulatu diu ſit, vt fracida ſit, quò facilius oleum efficiant. [*Plaut. Curc. ſc. 1. a. 2.* Et datores & factores ſubdam ſub ſolum, (deluſurũ)] ¶ Factores item pro criminum autoribus ponuntur. *Macer L. 7. D. de cuſtod. & exhib.* Solent præſides prouinciarum, in quibus delictum eſt, ſcribere ad collegas ſuos, vbi factores agere dicuntur.

Factitius, a, um, Quod arte aliqua effectum eſt, hoc eſt quod naturale non eſt. {עשׂוי *baſúi.* σκευαστὸς, παρίγραπτος, τεχνικός. GAL. Faictis, qui eſt fait de main, non de nature. ITAL. *Fatto à mano, non da natura.* GER. Gemacht mitt henden. HIS. *Coſa heca ò hechiſa.* ANG. *Made to the like neſſe of another thing.*} vt, Vinum factitium, Color factitius, Sol factitius. *Plin. lib. 12. cap. 17.* Ergo in vtraque gente bina laudaui genera, terrenum & factitium. [*Plaut. Milit. ſc. 1. a. 2.* Factitiis fabricis. (aliàs facetis.)]

¶ Factitia verba dicuntur quæ & fictitia appellantur, quæ ad ſoni alicuius ſimilitudinem efficta ſunt: vt Crocire, Hinnire, Claſſis, Tintinnabulum & ſimilia.

Factio, onis, ab initio (vt auctor eſt Feſtus) honeſtum vocabulum fuit. αἵρεσις. vnde factiones hiſtrionum, & quadrigarum dicebantur. Nunc verò (inquit) nomine factionis ſeditio. & arma dicuntur. {קשר *keſcher* חבר *ẖebér.* σύνδεσις. GALL. Vne bande & ligue, vne faction, vne ſecte. ITALIC. *Fattioni, parti, congiura ſetta.* GERM. Ein rott/ aufruer/ Meuterey. HISPAN. *Vando en la ciudad.* ANG. *A bande or faction of one opinion.*} Nam eſt diuiſio ciuium in diuerſa ſtudia, quum aliqui ſe principes in ciuitate efficere conantur, inter quos eſt æmulatio: vtroque quàm maximam corradere poteſt, ciuium trahente multitudine, quos clientes vocant. [*Suet. in Tib. cap 3. in fine*: Reliquit filium, quem diuerſa factio per fraudem interemit. (i. diuerſæ partes.) *Idem in Cl. aud. cap. 13.* Per factionem & ciuili denique bello infeſtatus.] *Nonius.* Factio dicitur malorum conſenſus, & conſpiratio. *Salluſt de bell. Iug.* Inter bonos amicitia, inter malos factio. Qui autem huiuſmodi factiones exercent, factioſi appellantur. [¶ Factio interdum etiam in bonam partem ſumitur, vt *apud Liuium lib. 4. d. 4.*] ¶ Interdum factio eſt potentia, & autoritas alicuius in ciuitate: quod & Nonius annotauit. Titinnij loco. Sed iam hercle metuo ne nimis ſtultè fecerim, qui ex tanta factione atque opibus ea auſus ſum aggredi. *Plaut. in Aul.* Itas magnas factiones, dotes dapſiles nihil moror. *Idem in Ciſtel.* Neq; nos tãta factione ſumus, neq; opes noſtræ tàm ſunt validæ. ¶ Quatuor apud antiquos ferunt aurigantium factiones, Venetã, Praſinã, Albã, Roſeã, à coloribus nominatæ. Caſſiodorus quatuor colores harum factionum, cum partibus anni quaternis aſſimilat. Praſinus, virenti veri dicatus erat: Roſeus, flammeæ æſtati. Venetus, nubilæ hyemi: Albus, promiſo autumno. *Sueton.* [*in Domitian. c. 7.*] Iecribit his addidiſſe Domitianum duas, alteram Aurati, alteram Purpurei panni. Hæ certamine curuli & pernicitate curſus inter ſe decertabant, fauoréque populari, ſiue Imperatorio, victoriæ præmia adiudicabantur eis qui vicíſſent. [*Suet. in Calig. cap. 35.* Praſinæ factionis meminit. Praſinæ, inquit, factioni ita addictus & deditus, vt cœnaret in ſtabulo, & maneret. ¶ Factiones Pantomimorum cum ipſis relegatæ. *Suet. in Neron. cap. 16.* ¶ Domini factionum. (i. Aurigantes.) *Suet. in Neron. ca. 5. & 22.*]

¶ Factio interdum eſt ius faciendi: vnde factionem teſtamenti dicimus pro iure, ſeu poteſtate conficiendi teſtamenti. *Cic. Topic.* Quas is inſtituiſſet, cui teſtamenti factio nulla, eſſet, hoc eſt, qui conficiendi teſtamenti non haberet poteſtatem. ¶ Teſtamenti autem

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

autem factio non modò testamenti faciendi, sed etiam capiendi ex testamento facultatem significat, quam Iurisconsulti testamenti factionem passiuam vocant.

Factiōsus, factiosi, appellatur qui procliuis est ad factionem, id est, discordiam & seditionem. {אשגרורים *ischged hudbim*. στασιαστής, στασιώτης, στασιώδης GAL. Seditieux, factieux, faiseur de menees. ITAL. *Sedittioso*. GERM. Aufrūrisch. HISP. *Vendejador ò venderiso*. ANG. *Geuen to sedition. seditious.*} *Sallust. in Catil.* Cn. Piso adolescens nobilis summæ audaciæ, egens, factiosus: quem ad perturbandam Rempub. inopia, atque mali mores stimulabant. ¶ Factiosus, diues & potens. *Plin. Aul.* Venit hoc mihi in mentem Megadore, te esse hominem diuitem, Factiosum: me item esse hominem pauperem, paupertinum.

Factiōsissimus, superlatiuus. *Plin. Epist. l. 4. Vrso*: Dicerem causas, quibus factiosissimum quemque, & illum ipsum Theophanem offendisset.

Factūra, æ, Cōpositio rei quam facimus. {מעשה *maʕaseh* מפעל *miphʕal*. πόησις. GAL. Facture, façon, ouurage. ITA. *Opera fatta per besogno*. GER. Ein gemächt/machung. HIS. *Hechura*. ANG *The making of any thing.*} *Plin. lib. 34. cap. 14.* Aliubi vena bonitatem hanc præstat, aliubi factura, vt Sulmone aqua, vt diximus. [*Gell. cap. 28. lib. 13.* Facies, est forma omnis, & modus, & factum totius corporis, à faciendo dicta, &c.]

Facturio, ris, ποιησείω. Facere desidero, quod nonnulli ad rem veneream transferunt. *Plaut.* Facturire postquam ancillam aspexerit: hoc est, coire cupit.

Faxo, is, pro faciam, ποιήσω. *Virg. 12. Æneid.* Ego fœdera faxo Firma manu. Verbum est defectionum, quod tātùm habet futurum indicatiui, nec id omnino integrum Faxo, is, it: & in futuro optatiui, & præsenti subiunctiui, Faxim, is, it, faximus, itis, faxint. *Terent. Heaut.* Vtinam dij faxint. *Ennius apud Cic. de Sen.* Nemo me lachrymis decoret, nec funera faxit. [*Plaut. Amphitr.* Familiaris faxo accipiare haud familiariter. *Idem in Asin. sc. 1. a. 1.* Ibo ad tres viros, ibique vestra nomina faxo erunt. *Idem Amph.* Ego faxim te Amphitruonem esse malis, quàm Iouem.]

Facilis, le, penultima correpta. Quod expeditum est & nullius negotij; procliuis, expeditus. {נקל *nakel*. ἀχερής, εὔκολος, ῥᾴδιος. GAL. Facile, aisé à faire. ITA. *Facile, ageuole*. GER. Leicht/zu thun ding. HI. *Cosa que legeramente se pued hazer. facil, tratable*. ANG. *That may be doone ea sily or lightly.*} *Terent in Heaut.* faciet omnia. s. hæc dum incipias grauia sunt, dúmque ignores: vbi cognoris, facilia *Ibidem*, Bonam atque iustam rem oppido numeras, & factu facilem. [*Ouid. Eleg. 5. lib. 3. Trist.* Et faciles motus mens generosa capit. *Plaut. Curc. sc. 1. a. 2.* Facile est miserum irridere. ¶ Facilis legi epistola. (1. lectu.) *Gell. c. 9. li. 17.* Vt facilisque tuis aditus sit, & arduus hosti. *Tibull. lib. 4.*] Huius contrarium est difficilis, hoc est multum habens negotii & molestiæ. χαλεπός. Vnde difficiles terræ dicuntur, quæ non sine labore fructū producunt. *Virg. 1. Georg.* Difficiles primùm terræ collésque maligni. *Facilis vterus, Qui facilè exerit quicquid continet. Plin liu. 8 cap. 31.* Fœminæ autem ante partum purgantur herba quadam, quæ seselis dicitur, faciliore ea vtentes vtero. *Facilis ad. *Cic. 1 Tuscul.* Quod non modò facile ad credendum est, &c. ¶ Aliquando facilis ponitur pro exorabilis, lenis & placabilis. *Virg. 4. Georg.* faciles venerate Napæas. *Terent. in Heaut.* Mihi si vnquā filius erit, næ ille facili me vtetur patre. *Plin. lib. 7. cap. 6.* Melior color matrem ferenti & facilior partus. *Ibidem cap. 16.* Incipiente autem hoc statu, aut desinente, conceptus facillimi traduntur. ¶ Ex facili, pro facilè. ῥᾳδίως. [*Senec. cap. 1. de trāq.*] *Colum. lib. 6. cap. 1.* Quæ vitanda non ex facili dixerim. *Plin lib 30.* Eorundem cinis exesis dentibus coniectus, ex facili eos cadere cogit. [¶ In facili: *Liuius lib. 3. ab Vrb.* Cum exitus haud in facili esset.]

Facilè, aduerbium, Nullo negotio, nullo labore. {ῥᾳδίως, ἀχερῶς. GAL. Facilement, aisement. ITA. *Facilmente, ageuolmente*. GER. Leichtlich. HIS. *Legeramente. facilmente*. ANG. *Easily, lightly.*} *Cic. lib 1. Epist.* Cæteris iniuriis, quæ propositæ sunt à Catone, facilè, spero, resistemus. [Facilè est cui vis facere nequiter. *Plaut. Mostel. sc. 1. a. 2.* Facilin' tu dormis turans? (pro faciléne) *Plaut. Men. sc. 5. a. 5.* Facilè fungitur munus octo hominum parasitus. *Ibid. sc. 4 a. 1.* Tam facilè noui, quàm me. *Pl. Curc. sc. 2. a. 5.* (i. bene) *Ibid. sc. 1. a. 1.* Facile asseruabis. Suprà, Rectè dum illo vinclo vincies. *Ibid. sc. 1. a. 1.* ¶ Haud sum falsus, quam facile sit properare. (fsip. parum, vel non.) *Plaut. Men. sc. 2. a. 5.* ¶ Comparatiuus est facilius. *Plaut. Mostel. sc. 6. a. 5.* Magis multò facilius patior verba, verbera ego odi. *Idem Pseud sc. 3. a. 1.* Nimio facilius fertur quod pudet, quàm quòd piget.] ¶ Est etiam confirmantis aduerbium, significans haud dubiè, liquidò, certò, nullo aduersante, ὁμαλῶς, Iungitúrque eleganter cum nomine Princeps. *Cic. lib. 1. Epist.* Tu qui esses ordinis tui facilè princeps. ¶ Admittit & superlatiuum, vt Facilè doctissimus, facilè primus. Item adiectiua diuersitatem importantia: vt Facilè dissimilis. ¶ Aliquando & verba cum præpositione Præ composita: vt facilè præstat æqualibus. ¶ Nonnunquam accipitur pro libenter. *Cic. 4. Tuscul.* Sed te aberrare proposito facilè patiebar, id est, non inuitus. ¶ Antiqui pro facilè facul & faculter dixerunt, *vt suprà ostendimus in dictione* DIFFICILIS.

Facilitās, tatis, est inclinatio quædam & propensio ad aliquid prompte dicendum faciendúmve: feréque in meliorem partem accipitur: nam propensio in deteriorem partem vsitatius procliuitas dicitur. {ῥᾳδία GALL. Facilité, aisance. ITA. *Ficilità, ageuolezza*. GERM. Leichtheit/ringhartigkeit. HISPA. *Facilidad, aquella ligereza de hazer algo*. ANG. *Gentleneesse, easinesse, readinesse.*} *Cic. 4. Tusc.* Procliuitas ad ægrotandum: sed hæc in bonis rebus, quòd alii ad alia bona sunt aptiores, facilitas nominetur: in malis procliuitas, vt significet lapsionem. Sic facilitatem ingenii dicimus, qua aliquid facilè apprehendimus. ¶ Facilitas carminis vel orationis, est perspicuitas quædā & claritas, qua mentem scribentis facilè assequimur. ¶ Accipitur etiam pro lenitate & humanitate. *Terent in Hec.* Etsi ego meis me omnibus scio etiam adprimè obsequentem, Sed non adeò vt facilitas mea illorum corrumpat animos.

Facul aduerb. antiquitate obsoletum. *Lucil.* Peccare impunè rati sunt posse, & nobilitate facul propellere iniquos. *Afranius*, Haud facul femina inuenietur bona. Huic contrarium est difficul.

Facūltās, tatis, propriè facilitas agendi. {כוח *choăh* רשות *rischjon*. ῥᾳδιουργία. GAL. Faculté, pouuoir & puissance, aisance. ITA. *Facultà, arbitrio, potestà*. GER. Vermögenheit oder leychte etwas zuthun. HIS. *La hazendia o possibilidad*. ANG. *Faculti e, habilitie, power.*} *Terent. And.* dii date facultatem obsecro Huic pariundi, atque illi in aliis potius peccandi locum. Cuius contrarium est difficultas. ¶ Aliquando pro potestate, seu commoditate, ἐξουσία. *Plin.* Si mihi facultas daretur vtrum mallem eligendi. [*Ouid. Eleg. 9. lib. 4. Trist.* Denique vindictæ si sit mihi nulla facultas. *Velleius*, Facultatibus & licentia vitia aluntur. (Aliàs, facilitatibus.) *Cæs. lib. 1. de bell. Ciuil.* Si qua facultas daretur, ad se veniret.] ¶ Præterea facultas est vis quædam quæ facit, vt id facilius fieri possit, quod de vnaquaque arte præcipitur. δύναμις. Est enim genus omnium artium, quo in omnium artiū definitione vti possumus: vt quū dicimus, Dialectica est facultas disserendi: Rhetorica est facultas dicendi, & sic de aliis. ¶ Facultates quoque in plurali tantùm numero dicuntur opes: quoniam quum dues quis existit, facilè quod vult agit. *Cic. ad Attic. lib. 11.* Si quas habuimus facultates, eas tum Pōpeio: quum id videbamur sapienter facere, detulimus. Itaque tum à tuo villico sumsimus & aliunde mutuati sumus, &c. *Cæsar 6. bell. Gall.* Tantas videri Italiæ facultates, vt si quid esset in bello detrimenti acceptum, non modò, &c. ¶ Quare non absque ratione facultates à nonnullis ita dictæ putantur, quod rerum omnium facultatem ac valuti quandam facilitatem præbeant, Græcorum imitatione, qui facultatem & opulentiam vno verbo significant. Hinc ait *Horat. lib. 2. Serm Satyr. 2.* omnis enim res Diuitiis paret, quas qui construxerit, ille Clarus erit, fortis, iustus, sapiens, etiam rex. ¶ Facultaten à facilitate distinguit *Plin.* illam vocans vim & energiam eloquentiæ: hanc promptitudinem duntaxat. *Sic enim epist. 115. inquit*, Quia scilicet nimia assiduitate facilitas magis, quàm facultas: nec fiducia, sed temeritas paratur. ¶ Omnem facultatem indutus est, ἅπασαν πλουσιότητα ἠμφίεσται. De paupere qui præter vestitum nihil præterea rerum possideat: alioqui αὐτάρκης καὶ ἀνόλβιος.

Făcĭnŭs, noris, pen. cort. A Facio est deductum, vocabulum est medium, quo tàm in bonam quàm malam partem vti possumus. [*Gellius cap. 9. lib. 12.*] Est enim facinus insigne aliquod factum, siue bonum siue malum. {מעשה *maʕaseh* פעל *pʕhal*. GA. Vne entreprinse, vn hau. faict. ITA. *Fatto rileuato cosi in buona come in mala parte*. GER ein mannhaffuge that/sie sey dann gut oder bōß. HISP. *La hazaña en buena y en mala parte*. ANGL. *A fact or deed.*} In bonam partem accipitur, *apud Sallustium*, pro virili & strenuo facto, quod Græci κατόρθωμα appellant. [*Et apud Catull.* Anne bonum oblita es facinus? Et *Gell. cap. 2. lib. 5.* Facinora facere fortia. Et *Plaut. Men. sc. 2. a 1.* Vin' tu facinus luculentum inspicere. *Plaut. Aul. sc. 1. a. 4.* Hoc est serui facinus frugi. *Plaut. Pseud. sc. 1. a. 2.* Stultitia est facinus magnum timido cordi credere.] Qui aliquo negotio intenti, præclari facinoris, aut bonæ artis famam quærunt. Sæpius in malam, κακούργημα. *Cic. lib. 3. Offic.* Ab hoc nulla fraus, nullum facinus aberit. *Terent. in Adelph.* Proh dij immortales, facinus indignum. *Idem in Heautont.* - is mihi vbi adbibit plus paulo, sua quæ narrat facinora? [O facinus indignum! *Plaut. Men. sc. 6. a. 5.* Proh facinus ind gnū. *Senec.* Facinus fecit audax (mulier.) *Plaut. Mil sc. 3. a. 2.* Qui facinus tantum, tamque indignum feceris, *Ibid. sc. 6. a. 2.* Facinus audax incipit, qui pauper cum opulento cœpit habere negotium. *Plaut. Aul. sc. 4. a. 3.* Facinus apud nos natum bonum. (de stupro) *Plaut. Milit. sc. 3. a. 2.* Sequitur impudicum: *item*, Haud decorum facinus tuis factis facis. *Plaut Aul. sc. 4. a. 1.* Me insimulat falsum facinus. *Plaut. Amph.* Si abstulerit (à me argentum) mirum & magnū feceris facinus. *Plaut. Pseud. sc. 5 a. 1.* Num tu (quod genere indignum sit tuo) facis, aut inceptas facere facinus? *Plaut. Curc. sc. 1. a. 1.* Me hæc tanta facinora promittere, (de dolis.) *Plaut. Pseud. sc. 5. a. 1.* Nunquam facinus feci peius, nec scelestum. *Plaut. Men sc. 1. a. 3.* Ecquid augustus est! Malorum facinorum sæpissimè. *Plaut. Pseud. sc. 4. a. 2.*] * Facinus istud non est mihi conducibile. Id est, Non profuerit mihi si istud egero. *Plaut. Bacch.*

Făcĭnōrōsŭs, osa, osum, Scelestus & flagitiosus. {רשע *raschaʕ*. κακοῦργος. GAL. Plein de toute meschanceté. ITALIC. *Sceierato, maluagio, seditioso*. GERMAN. ein lasterhafftiger/schalck. HIS. *Hazañoso en mala parte, lleno de peccado y destruicion para otros*. ANGLICE, *Wicked, naughtie, mischieuous.*} *Cicer. in Catilin.* Quintum genus est parricidarum, sicariorum, denique omnium facinorosorum. Vita facinorosa. *Idem primo de Legibus.*

Facula. Facularii, *Vide* FAX.

Făcūndus, di, Dissertus: à fando, quòd ea quæ mente conceperit, ad audientes facilè & ornatè [fatur, effatur, edisserit, ac] profert. {מליץ *melits*. ἀνάγνωστος, εὐφραδής. GAL. Facond, eloquent, qui parle bien. ITA. *Facundo, eloquente*. GER. Wolberedt. HIS. *Eleganie*. ANG. *Eloquent, well spoken.*} *Ouid. de Arte*, Non formosus erat, sed erat facundus Vlysses. *Quintilian. lib. 12.* In omnibus gentibus alius alio facundior habetur: & in eloquendo dulcis magis. [*Velleius*, Facundus malo publico Curio.]

Făcūndĭa, Eloquentia, orationis elegantia. {מליצה *melitsáh*. λογιότης. GAL. Grace de bien parler, eloquence, facunde. ITA. *Gratia di ben dire*. GER. Wolredenheit/geschicklikeit zu reden. HISP. *Elegancia en las palabras*. ANG. *Eloquence, a good grace in speaking.*} *Plin. lib. 7. c. 30.* Facundiæ, Latinarúmque literarum parens Cicero. [*Gell. c. 7. lib. 3.* Facundiarum Græcarum magniloquentia.]

Făcūndē, aduerb. Disertè. {εὐφραδῶς, λογίως. GALLICE. Facondement, de bonne grace. ITALICE. *Con eloquenza*. GERMAN. Mit zierlicher feiner red. HIS. *Elgan emente*. ANGL. *Eloquently, with a good grace and readely.*} *Liu. 8. bel Pun.* Tanta autem inerat comitas Scipioni, atq. ad omnia naturalis ingenij dexteritas, vt non Syphacem modò barbarum, insuetúmque moribus Romanis, sed hostem etiam infestissimum facundè alloquendo sibi conciliaret.

Făcūndĭssĭmē, aduer *Gel. lib. 13. cap. 78.* Nihil enim fieri posse indignius, neque intolerantius dicebat, quàm quod homines ignaui ac desides operti barba & pallio, mores & emolumenta philosophiæ in linguæ verborúmque artes conuerterent, & vitia facundissime accusarent, intercurbus vitiis ipsi madentes.

Făcūndĭōsŭs, adiect. *Sempron. Asel. referente Gellio lib 4. cap. 5.* Facta sua

expectare oportere, dicta non, si minus facundiosa essent.

EADIVS, Pomperanus miles, cuius meminit *Asin. Pollio apud Cic. l.* 10. *Epistol.*

Fæx, fæcis, per æ diph. vt Apul. docet, vt differat in datiuo à præt. huius Facio: & est excrementum cuiuscunque rei: cuius diminutiuum est fecula, deducitúrque à facio. {שמר *schemér*, πύξ, ὑποστάθμη. GA. Lie, fõdrille, bourbe ou limon. ITAL. *Feccia, t'ordura di qua'che cosa.* GERM. Trusen/hepfen. HI. *La hez* ANGL. *The dregges, lies or groundes.*} *Horat. 1. Car. Ode* 35. Diffugiunt cædis cum fæce siccatis amici. Fæces vnguenti est materia crassior, ex qua expressum est vnguentum: magmata Græco vocabulo appellantur, *teste Plin. lib.* 13. *c.* 2. Fæcem ciuitatis (πῶν συγκλύδα) homines viles & abiectos, quòd vitam agant sordidam & abiectam, vocamus. *Cic. pro Flac.* Opifices & tabernarios, atque illam omnem fæcem ciuitatum quid est negotij concitare? Sordes & fex vrbis, *Cic. Att. l.* 1. Fæx Romuli, pro plebe Romuli, quam ideò fæcem vocat *Cic.* quòd collecta esset ex confusa & turbulenta multitudine. *Att. l.* 2. *Epist.* 1. Loquitur autem illic de Catone, quem reprehendit, quod ita se gereret quasi esset in Republ. Platonis, & non in fæce; hoc est, Romuli fæculenta plebe. ¶ Mali bibunt improbitatis fæcem, οἱ κακοὶ πίνουσι τῆς πονηρίας τὸν ὁμίχλων. Dici solitum vbi pœna maleficis digna meritis contigisset. Translatum apparet ab iis qui vino limpido epoto, tandem ad fæcem vsque perueniunt. ¶ De fæce haurire, figura nimirum prouerbiali. *Cicer. in Catalog. illustrium orator.* dixit pro eo quod est, sordida quæpiam ac plebeia, nimisque humilia persequi.

Fæcŭlentŭs, a, um, Quod est fæcis plenum, {τρυγώδης. GA. Plein de lie, de fondrilles, bourbe ou limon. IT. *Fecioso, pieno di fecia.* GE. Voll trusen/hepfechtig. HIS. *Lleno de liezes ò borras.* AN. *Full of lies or dregges.*} Vt fæculenta aqua, *apud Plin. li.* 31.

Fæcatum vinum, Quod è fæcibus est expressum. {τρυγώδης οἶνος. GALLIC. du vinot, vin de despense. ITAL. *Vino mal purgato.* GERMA. Trusechtiger trũber weyn. HIS. *Vino non purgado.* ANG. *Wine vnsetled or not fined.*} *Cato de re Rustic. cap.* 154. Vinum fæcatum sic facito, Fiscinas olearias Campanicas duas illi rei habeto: eas fæcis impleto, sub prælúmque subdito, exprimitóque. *Plinius lib.* 14. *c.* 10. de vini operatij generibus agens. Tertium, inquit, est fæcibus vini pressum, quod fęcatum *Cato* appellat.

Fæcŭtīnus, pen. prod. Fæcatus. {τρύγινος. GALLIC. Plein de lie. ITA. *Pieno di feccia, non purgato d'alla feccia.* GERM. Vnlauter ven trusen. HISP. *Cosa llena de hezes ò borras.* ANGL. *Full of lies or dregges.*} *Gell. lib.* 13. *c.* 19. Non eas finitiones prærancidas, neque fæcutinas grammaticas spectaueris: sed aurem tuam interroga, quo quid loco conueniat dicere.

Fæcinæ vuæ, Dictæ sunt quæ plus quàm cæteræ fæcis afferunt, τρυγεχεῖς σαφυλαί. Alio nomine à colore rubellanæ vocantur: & à loco Nomentanæ, *autore Col. l.* 3. *c.* 2.

Fāgŭs, gi. {φηγός. GAL. Vn arbre qu'aucuns appellent fau, les autres fouteau, & les autres hestre. ITAL. *Faggio.* GER. Ein buchbaum. HISP. *La haya arbol conocido.* AN. *A beeche tree.*} Arbor est glandifera, quam rustici in Gallia vocant *vn fau*, ita dicta ἀπὸ τῦ φάγειν, hoc est, à comedendo, quod ante inuentas fruges (vt fabulantur poetæ) homines eius arboris glandibus solerent victitare. ¶ Sunt qui scribant Phagus, ad Græcam originem spectantes: id tamen magis superstitiosum est, quàm necessarium: est enim hæc dictio ita iam apud Latinos recepta, vt merito Latinorum more scribi possit.

Fāgīneus, Faginus, & Fageus, Qui ex fago est. { GAL. Qui est de fau, de fauteau, ou de hestre. ITAL. *Difaggio.* GERM. Buchin / vom buchbaum. HISP. *Cosa de haya.* ANGLIC. *Of the beeche tree.*} *Ouid. 4. Fast.* Bis sua faginea tempora fronde tegit. sic faginus axis, *apud Virg. 3. Georg.* Post valido nitens sub pondere faginus axis. Et pocula fagina, *apud eundem* 3. *Ecl.* Glans fagea, *apud Plin. lib.* 16. *c.* 5. Alia fageæ glandis figura, alia quernæ.

Fagutal Fuit Romæ sacellum Iouis, in quo erat fagus arbor, quæ Iouis ara habebatur. *Plin. lib.* 16. *cap.* 10. *A Plin.* videtur dissentire *Varro, qui lib. de ling. Lat.* Fagutal locum fuisse scribit vibis in regione Esquilina, cui nomen à fagis, vt laureto à lauris, elculeto ab esculis. In hoc tamen loco templum est Iouis fagutalis.

FALACRIVM, φαλάκρειον, *Ptol.* 7. Europæ tabula, promontorium est Siciliæ, quod nonnulli idem esse credunt quòd vulgò hodie appellatur *Melazo* vel *Rasocolino.*

Fălæ, Turres ligneæ, ob altitudinem dictæ, quibus in oppidorum oppugnat onibus, & in spectaculis vtebantur: à falando: Tusci enim falandum cælum vocabant.

Falarica *Vide* PHALARICA.

Falcarius, Falcatus Falcula. *Vide* FALX.

Falcidia lex, φαλκίδιος νόμος. Quæ ampurat legara, quando ad minimum quarta pars bonorum non supereſt hæredibus.

Falco, onis, { Græcè ἱέραξ. GALL. Vn faucon. ITAL. *Falcone.* GERMA. ein falck. HISPANIC. *Falcon.* ANGL. *A falcon.*} Auis est ex accipitrum genere: ita dicta (*vt Festus inquit*) quod vngues more falcis habeat introrsum. flexos. Auis huius volatus à veteribus in auguriis maximè obseruabatur. Fœlicissimum siquidem omen ad res agendas putabant, si falco à sinistra volasset: vnde & à Græcis ἱέραξ, quasi sacra auis vocatur. Campani capyn olim vocabant: à qua etiam nonnulli volunt Capuæ nomen esse impositum: quod ex volatu falconis, de ea ædificanda sumptum fuerit augurium. Sunt autem falcones omnes (vt hodie à principum aucupibus obseruatum est) fœminæ: mares verò sunt quos vulgus hodie vocat *Moscardinos.*

Fălĕrĕ, neutri generis. *Var. de Re rust. c.* 5. Intra rete aues sunt omne genus, maximè cantrices, vt luscinniolæ, ac merulæ, quibus aqua ministratur per canaliculum, cibus obiicitur sub rete. Subter columnarum stylobaten est lapis à falere, pedem & dodrantem altus, ipsum falere ad duos pedes altum à stagno, latum ad quinque, &c. Verbum architecturæ nobis hodie incognitum.

FALERII, orum, φαλέριοι, Oppidum fuit Falisc orum in Tusciæ mediterraneis *Autor Ptol. lib.* 3. *c.* 1.

FALERNVS ager, *teste Plinio libro decimoquarto, capite quinto*, Campaniæ tractus est, qui à ponte Campano incipiebat Læua petentibus vrbanam coloniam Syllanam. Totus hic tractus vitiferos habet colles, generosissimo vino nobiles, quod à regionis nomine etiam falernum est appellatum. Huic inter generosa Italiæ vina, secunda nobilitas tribuebatur. Prima etiam laus dabatur Pucino: quod à Græcis Pictanum appellabatur. Nequaquam verò mirum videri debet, si hoc vini genus hodie, aut prorsus ignotum sit, aut minus celebre, quum etiam Plinii seculo (vt ipse testatur) exolesceret, culpa agricolarum, copiæ magis studentium quàm bonitati. Pro vino frequentissimè neutri generis est *Tibullus* tamen in masculino genere vsurpauit, Nunc, inquit, mihi fumosos veteres proferre falernos.

FALISCI, φαλίσκοι, Populi Hetruriæ fuerunt, quorum oppidum Falerij, φαλέριον. *Stephan.* vocabatur. *Ouid.* Adde senem Tatium, Iunonicolásque Falisc os. Vulgò *Monte Fiasco.* [*Terent. Scaurus* de Orthograph. eorum meminit, Falisci, inquit, Habam dixerunt, quam nos Fabam.]

Falíscus venter, non dissimilis Lucanicis, inuentus primò in Falisc is. *Papin. lib.* 4. *Syluarum*, Non Lucanica, non graues Falisci. *Mart. lib.* 1. Et lucanica ventre cum Falisco.

Fāllo, lis, fefelli, Decipio, induco, fraudo. { פתה *pitháh* בגד *baghádh* התל *hethél.* ἐξαπατάω, παραγεύω. GALLI. Deceuoir, abuser & tromper. ITAL. *Ingannare, gabbare.* GERM. Betriegen HISP. *Engañar.* ANG. *To abuse a man, to deceiue, to beguile.*} A fando deductum verbum, vt *inquit Varro*: quum contra quàm diximus, facimus: nam si quis re decipit, impropriè fallere dicitur. *Terent. in Heaut.* Per alium quemuis vt des, falli te sinas Technis per seruulum. *Idem in Andr.* Quidnis cupio, dum ne ab hoc me falli Comperiar. *Cicer. pro Rosc. Amer.* Perditissimi est igitur hominis, simul & amicitiam dissoluere, & fallere eum, qui læsus non esset, nisi credidisset. ¶ Fallere tempus, *Gall.* Passer le temps: *Ouid. Eleg. 3. lib. 3. Trist.* Non qui labentia tardè Tempora narrando fallat amicus adest. *Idem ibid. Eleg. 1. lib.* 4. Cantantis fallitur, decipitúrque labor. *Ibid. Eleg. 2. lib.* 3. Fallebat curas ægráque corda labor. ¶ Pro fugere, vel latere, *Idem Eleg. 2. lib.* 4. *Trist.* Nos procul expulsos communia gaudia fallunt, (i fugiunt & latent.) ¶ Pro decipere, & illudere: *Plaut. Amphitr. sc.* 3. *a.* 4. Ostendam quid sit herum fallere minis, & dolis incessere. (dixerat antè, territare minis. i. illudere) *Ouid. 5. Fast.* Siue Deum prudens alium diuámve fefelli. *Plaut. Amph sc.* 2. *a.* 3. Id ego si fallo, tum me summe Iupiter, &c. *Ibid. sc.* 1. *a.* 1. S. Quid si falles? M. Tum Mercurius Sosiæ iratus sict. & *Aulul. sc.* 6. *a.* 4. Quid si fallis? L. Tum me, quod volt, faciat Iuppiter, &c. *Senec. cap.* 14 *ad Polyb.* Aut me omnia fallunt ait. ¶ Fallor? an hi sient ingentia mœnia montes. *Ouid.* 1. *Fast.* Fallimur? an veris prænuncia venit hirundo. *Ibid.* 2. *Fast. Item*, Fallor? an arma sonant? Non fallimur, arma sonabant.] ¶ Ponitur & pro lateo, λανθάνω. *Liu.* Speculator Carthaginensis, qui per biennium fefellerat, Romæ deprehensus precisis manibus dimittitur. ¶ Fallit me, id est, ignoro. *Cicer. de Orat.* Neque hoc te Crasse fallit. *Et in Orat.* Quem quæso nostrum fefellit, ita vos esse dicturos? *Idem Attic. lib.* 2. Tamen in lege *nulla esse* huiusmodi capita, te non fallit. *Tacit. lib.* 12. Quæ mutatio *neque* Neronem fefellit. ¶ Fallere spem, fallere opinionem, *est secus facere* quam quis opinatus fuerit. *Cic. in Catil.* Si vis *improborum* spem meam fefellerit. *Idem Lentulo lib.* 1. *Epist.* Non fallam opinionem tuam. *Fallere aliquem omnia, pro Fallere in omnibus. Senec. epist.* 96. Amici omnia me fallunt. *Fallunt opera. *Plaut. Pseu.* [*sc.* 2. *a.* 3.] At faciem quum aspicias eorum, haud videntur mali, opera fallunt, id est, ipsorum operibus apparet eos esse deceptores. *Fallens, entis, Particip. Act.)(Constans. *Cicer. de Finib.* His initiis inducti, omnia vera diligimus: id est, fidelia, simplicia, constantia: tum vana, falsa, fallentia odimus, vt fraudem, &c.

Fālsŭs sum, Deceptus sum, lapsus sum. {ANGL. *Beguyled, deceiued.*} *Terentius Andr.* Heu me miserum, qui tuum animum ex animo spectaui meo. P. Falsus es, Id est, erras, aliter est atque tu putas. *Plautus in Trucu.* Mihi etiamnum quid sit negotij, falsus incertúsque sum: nisi quid timeo tamen. Huius compositum est Refello. [¶ Falsus eris, *Ouid. 5. Fast.* à Passeratio exponitur falleris. *Item*, Haud falsus quàm mihi hoc facile. *Plaut. Men. sc.* 2. *a.* 5. *Item*, Haud falsa sum nos odiosas haberi. *Plaut. Aul sc.* 3. *a.* 1. (i. non me fugit, haud me latet, siue fall. t. *Lambin.* In eum locum.)]

Fālsŭs, sa, sum, nomen actiuè accipitur, Quod fallit, adulterinus, inanis, mendax, vanus. {בחש *chechásch* כזב *chozéb* חותל *huthál.* ψευδὴς. GAL. Faux. ITA. *Falso.* GERMA. Falsch. HISP. *Engañoso.* ANG. *False.*} *Terent. Eunuch.* Quæ vera audiui taceo, & contineo optimè: Sin falsum, aut vanum, aut fictum est, continuò palàm est. [*Catull. de Com. Beren.* An ne parentum frustrantur falsis gaudia lacrymulis. *Plaut. Asin. sc.* 1. *a.* 3. Si quid ergo me falsum dixeris. ¶ *Gel. c.* 3. *lib.* 1. Falsum deierare. ¶ Falsi iurius animus. *Plaut. Milit. sc.* 2. *a.* 2. *Item*, Vera illi obsunt, Falsa prosunt. *Plaut. Capt. sc.* 5. *a.* 3. Illic (i. ille) obscæuauit meæ falsæ fallaciæ. *Plaut. Asin. sc.* 1. *a.* 2. Qui sæpe falso testimonio perdidit ciuem innocentem. *Plaut. Men. sc.* 2. *a.* 5. Siccine insimulare falsum facinus tam malum. *Plaut. Amph.* Iniuria es, falsum nomen possidere postulas. *Plaut. Milit. sc.* 5. *a.* 2. *Ouid.* 13. *Metam.* An falso Palamedem turpe est accusasse mihi, vobis damnasse, decorum. *Ouid. Eleg.* 13. *lib.* 3. *Trist.* Euxinus falso nomine dictus. *Et Eleg.* 1. *lib.* 2. Fœmina cui falsum Lesbia nomen erat. *Idem Eleg.* 11. *lib.* 3. *Trist.* Qui falsum lento torruit igne bouem. ¶ Falsus pro impudico, siue adultero. *Plaut. Amph.* Vir ego tuus sim? Ne me appella falsa falso nomine. (i. impudica. Omne enim falsum, *inquit Terul.* adulterium est.)] *Plaut. in Milit.* Æcastor ergo mihi haud falsum euenit somnium. Sic falsus tutor dicitur, qui se pro tutore gerit, quum verus tutor non sit. Falsum testamentũ, quod supposititicium est, vel corruptum. Sic falsum iudicium, Falsam sententiam, Falsum nomen dicimus, pro eo quod verum non est: non quòd fallendi gratia aut dictum aut factum sit: sed quòd homi num opinionem fallat. Quandò verò participium est, passiuè accipitur pro decepto. *Teren. in And.* Falsus es, hoc est deciperis, *vt interpretatur Donatus.* *Falsus animi dicitur is, cui lõgè aliter cecidit atque opinabatur. *Teren. in Eunu.* sed quid videtur Hoc mihi mancipium? P. non malum hercle. C. verò hominem: vt falsus animi est.

Fālsum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Fālsum habere, est fallere. παραλογίζομαι. Sallust. *in Iugurtha*, Neque ea res me falsum habuit.

Fālsō, aduerbium, Falsè, fallaciter. {ψευδῶς. GALL. Fauſſement, à tort. ITA. *A torto. falsamente.* GERM. Fälſchlich. HISP. *Falsamente, engañosamente.* ANG. *Falsely.* } *Salluſtius in Proœmio Iugurthæ*, Falsò queritur de natura ſua genus humanum. *Plaut. in Bacchid.* Non maneo, neque tu me habebis falsò ſuſpectum. [Falsò inſimulatam probri. *Plaut. Amph. ſc. 2. a. 3.* Si falsò eam inſimulas, hoc perteris. *Plaut. Milit. ſc. 3. a. 2.* Sequitur, Si id verum eſt & innocentem falsò inſimulauit. *Ibid. ſc. 4. a. 2. Item*, Perperam falsò inſimulara. *Ibidem.* Et *Men. ſc. 4. a. 2.* Haud falsò prædicas. Et *Moſtell. ſc. 3. a. 1.* Falsò vituperare, & verò laudare. *Ouid. 5. Faſt.* Siue ego te feci teſtem falsóve citaui, Non auditi numina vana Iouis. *Idem Eleg. 1. lib. 2. Triſt.* Et falso moui pectus amore meum.]

Fālsē, aliud aduerbium. *Plaut. in Capt.* Tace modò, ego Philocrates Falsè faciam, vt verus hodie reperiare Tyndarus.

Fālsĭdĭcŭs, ci, pen. cor. Falſiloquus, Qui falſa loqui conſueuit ✕ veridicus. {כחש *chocheſch* כוב *chozéb* רותח *huthál*. ψευδολόγος, ψεκτολόγος. GALLIC. Qui dit & raconte choſes fauſſes. ITAL. *Huomo che dice il falso.* GERM. Ein lugner/der falſche ding ſagt. HISPANIC. *El que dize falsedad.* ANG. *A falſe ſayer, a lier.* } *Plaut. in Capt.* Me meámq; rem, *falsedad.* ANG. *A falſe ſayer, a lier.* } *Plaut. in Capt.* Me meámq; rem, *falsedad.* Quarum rerum te falſiloquum mihi eſſe nolo.

Fālsĭfĭcŭs, Qui facit fallacias. {עקוב *hakób* הותח *huthál*. ψευδοποιός. GALL. Qui fait fauſſetez, fauſſaire. ITAL. *Falsario.* GERM. Ein falſch-macher/der mitt betrug vmbgeht. HISPA. *El que haze la falsedad.* ANG. *That worket deceat and guile.* } *Plautus in Milite*, Domi habet animum falſiloquum, falſificum, falſiurium.

Fālsĭūrĭtŭs, a, um, {ἐπίορκος, ψευδόρκιος. GAL. Pariure. ITAL. *Spergiuro.* GERM. Meineydiger. HISPA. *El que iura falsedad.* ANG. *That forſweareth.* } *Plaut. Milit.* [*ſc. 2. a. 2.* Falſiiurius animus.]

Fālsĭlŏquŭs, a, um {ψευδολογῶν. GAL. Qui dit fauſſetez. ITA. *Qui parla il falso.* GER. Der falſchheit furgibt. HISP. *El que habla falsedad.* ANGLI. *A falſe ſpeaker, a lier.* } *Plaut. Mil. Idem Capt.* Quarum rerum te falſiloquum mihi eſſe nolo. [*Et Milit ſc. 2. a. 2.* Falſiloquus animus.]

Fālsĭmōnĭum, nij, Fraus, fallacia. {מרמה *mirmáh* תוך *toch*. ἀπάτη. GALL. Fraude, dol, fallace. ITAL. *Fraude, fallacia.* GERM. Falſcheit/betrug. HISP. *Engaño.* ANGL. *Fraude, guile.* } *Plaut. in Bacchid.* Multi more iſto atque exemplo viuunt: quos quum cenſeas Tibi amicos, reperiuntur falſi falſimoniis.

Fālsĭpărēns, rentis, Qui falſum habet parentem: hoc eſt, cuius pater is eſſe creditur, qui minimè tamen eſt. ψευδοπάτωρ, τοῦ γνήσιος ψευδόπατωρ. Sic *Catullus* vocat Herculem, quem ex Ioue & Alcmena natum plurimi credebant, Amphitryonis eſſe filium, qui vetus erat Alcmenæ maritus. *Catull. ad Mallium, epigram. 63.* Quod quondam cæſis montis fodiſſe medullis Auſus falſiparens Amphitryoniades.

Fālsĭtās, tatis, Vanitas, mendacium, ✕ veritas. {שקר *ſchéker*, ψεῦδος. GALLIC. Fauſſeté. ITAL. *Falsità.* GERM. Falſchluge. HISP. *Falsedad.* ANG. *Falshoode, falneſſe.* } Cui contraria eſt veritas, qui oſtendit id quod eſt. *Cic. pro Cluent.* Etenim ſicut aliis in locis parum firmamenti, & parum virium falſitas habet: ſic in hoc loco falſa inuidia imbecilla eſſe debet.

Fāllāx, cis, Fraudulentus, mendax. {ἀπατεών. GALLIC. Trompeur, deceueur, faux. ITA. *Fallace, ingannatore, gabbatore.* GERM. Betrugklich. HIS *Engañoſo.* ANGL. *Deceat full, beguiling.* } vt Fallax interpres, *apud Cic. ad Brutum. Plin. lib. 22. cap. 23.* Quoniam in his naturam eſſe apparet, in illis coniecturam ſæpiùs fallacem. *Mart. lib. 1.* Sic auidis fallax indulget piſcibus hamus. *Cic. de Amic.* Nouitates autem ſi ſpem afferunt, vt tanquam in herbis non fallacibus fructus appareat, non ſunt illæ quidem repudiandæ. [*Ouid. Eleg. 1. lib. 2. Triſt.* Quum leto fallax hoſpita penè dedit. *Tibul. lib. 4.* Teſtis quoque fallax Pannonius.]

Fallacia, æ, & Fraus, præſtigiæ, dolus malus, laqueus. {מרמה *mirmáh* תוך *toeh* מהתרות *mahatalóth* עקבה *hokbáh*. σοφισμός, ἀπάτη. GALL. Fallaces, tromperies. ITAL. *Fallacie, inganni.* GERM. Betrug/beſchiß. HISPAN. *Engaños.* ANG. *Deceat, guile.* } [*Ouid. 13. Metamor.* Sumptæ fallacia veſtis deceperat omnes. Abduxit nauclerio ornatu per fallaciam. *Plaut. Aſin. ſc. 1. a. 1. Idem ibid. ſc. 1. a. 2.* Argento comparando fingere fallaciam. *Idem Capt. prolog.* Expediet hanc doctè fallaciam. *Ibidem*, Sua ſibi fallacia finxerant dolum. *Idem Pſeud. ſc. 4. a. 2.* Doctè ferat hanc fallaciam. *Idem Aſin. ſc. 1. a. 2. ver. vlt.* Obſcæuauit meæ falſæ fallaciæ. id eſt, malum omen obtulit. Scæua enim omen eſt ſiue bonum, ſiue malum. *Et Suet in Tib. c. 62.* Larga meri potione aliquem per fallaciam onerare. (Quæſtionis ſiue cruciatus genus.) *Idem Plaut. Pſeud. ſc. 7. a. 4.* Te fallaciam docuit, vt fallaciis à me mulierem abduceres.] *Cic. de Diuin.* Tota res eſt inuenta fallaciis, aut ad quæſtum, aut ad ſuperſtitionem, aut ad errorem. *Terent. in And.* Fallacia alia aliam trudit. *Col. lib. 11. cap. 2.* Sed hæc ipſa res habet aliquam fallaciam.

Fallācĭtĕr, Fraudulenter, malitioſè. {δολίως. GALL. Fauſſement, par deception & tromperie. ITALIC. *Fallacemente, fraudolentemente.* GERMAN. Betrüglicher weyß. HISPAN. *Engañoſamente.* ANGL. *Deceatfullye, falſly.* } *Cicer. 1. de Diuin.* Fallaciter portenta interpretari. *Idem 3. Offic.* Ratio igitur hoc poſtulat, nequid inſidioſè, nequid ſimulatè, nequid fallaciter. Vindicare ſe alicui fallaciſſimè, *Cicer. de Aruſp. reſpon.*

Fāllācĭōsŭs, a, um, Fallaciis plenus. {חותל *huthál* עקוב *hakób*. ἀπατηλός. GALLIC. Plein de fallaces. ITALIC. *Pieno d'inganni.* GERMANI. Vol liſt vnd betrug. HISP. *Lleno de enganos.* ANG. *Full of falſneſſe.* } *Gellius*, Veterum teſtimonia quibus huiuſmodi ambages fallacioſæ confutantur.

Fāllam pro fallacia dixere veteres, *vt annotauit Nonius, Nonij antiqui Poeta locum citans ex Decumo*, Me non vocabit ob eam rem: hanc feci fallam.

Fāllācĭlŏquentĭă, tiæ, *Cicer. de Fin. l. 2.* Quæ diligentiſſimè contra Ariſtonem dicuntur à Chryſippo ex ea difficultate illæ fallaciloquentiæ.

Fālso, as, falſum facio. {πλεονεκτῶ, πλεονεξίαν. GALLIC. Fauſſer, faire faux. ITA. *Falsare.* GER. Falſch machen/felſchen. HISP. *Falsar.* ANG. *To make falſe.* } *Modeſt. leg. penultima. ff. ad l. Corn. de falſ.* Decretóque diui Adriani præceptum eſt in inſulam eos relegari, qui pondera aut menſuras falſent.

Fālsārĭŭs, Qui falſa in ſcripta publica & inſtrumenta refert. {μεταγεγραφώς, ψευδογεγραφώς. GAL. Fauſſaire. ITAL. *Falsario.* GERM. Ein felſcher. HIS. *El que en la eſcriptura haze falsedad.* ANGL. *A forger of wrytinges.* } *Sueton. in Neron. cap. 19.* Aduerſus falſarios tum primum repertum, ne tabulæ, niſi pertuſæ, ac ter lino per foramina traiecto obſignarẽtur. [*Sueton. in Claud. cap. 15.* Falſario præcidendæ manus.]

Fālx, cis, Ferramentum aduncum quo ſegetes & herbæ ſecantur: item illud quo vites & arbores putantur. {מגל *maghghal*. חרמש *cherméſch*. δρέπανον, ἀρότη. GAL. Vne faux ou faucille, vne ſerpe. ITA. *Falce.* GERM. Ein ſichlen/rãbmãſſer/oder ein ander krumb ſchnãdmeſſer. HISPAN. *Hoz.* ANG. *A ſickle, an hooke.* } *Varro lib. 1. de Re ruſt. cap. 50.* In Vmbria falce ſecundum terram ſuccidunt ſtramentum. *Virgil. Eclog.* Tum credo, quum me arbuſtum videre Myconis, Atque mala vites incidere falce nouellas [*Quintilian.* Falcem reformidant frondes terrenæ.] *Plin. lib. 8. cap. 28.* Falcium duo genera: Italicum breuius, ac inter vepres quoque tractabile: Galliarum latifundia maioris compendij, quippe medias cedunt herbas, breuioréſque prætereunt. *Cicer. 5. Tuſculan.* Immiſſi cum falcibus multi purgarunt, & aperuerunt locum. Falces in Campania, ſeculæ dicuntur à ſecando. ¶Falcium varia enumerantur genera *à Catone*, *cap. 110. & 111.* Sunt enim falces quædam fœnariæ, quædam ſtramentariæ, quædam arborariæ, aliæ vineaticæ, ſyluaticæ, & ruſcariæ. ¶Falx etiam appellabatur bellica machina quæ adunco præfigebatur ferro: ſic dicta quòd incuruata eſſet ad ſimilitudinem falcis, vt ex muris lapides extraherentur. *Cæſar 3 bell. Gall.* Vna erat magno vſui res præparata à noſtris falces præacutæ, inſertæ, affixæque lõguriis, non abſimili forma muralium falcium. ¶Falces poſtulabam, ἅρπας ἀπάντων. In eos qui reſpondent id quod ad rem nihil attinet. Videtur hinc natum, quòd agricolæ cupiam à vicino falcem commodato petenti, negauerit ille ſibi ligonem eſſe domi. *Plutarch. Zenodotus, & Suidas referunt.*

Fālcŭlă, æ, diminutiuum, Parua falx. {δρεπάνιον, δρεπανίς. GALL. Vn faucille, ſerpe, ſerpillon, vn crochet. ITA. *Falceta, coltellacio da bruſcare.* GERM. Ein kleine ſichel oder rãbmãſſerlin. HISP. *Pequeña hoz, hocezilla.* ANG. *A litle ſickle or hooke.* } *Colum. lib. 12. cap. 18.* Nec minus falculæ, & vngues ferri quamplurimi parandi. *Cato cap. 54.* Quod falcula ſecueris non renaſcetur. ¶Dicuntur etiam falculæ, pardorum & pantherarum extremitates vnguium in falcis formam incuruatæ, quibus dum appetunt, integra corpora dilaniant, à quibus falculis falcones dictos putat *Feſtus. Plin. lib. 8. cap. 15.* Mirum pardos, pantheráſque, leones, & ſimilia, condito in corporis vaginas vnguium mucrone ne refringantur, hebetentúrq; ingredi, auerſiſq; falculis currere, nec niſi appetendo, protendere.

Fālcārĭŭs, ria, rium, Quod ad falcem pertinet. {δρεπανικός. GAL. Appartenant à vne faux. ITA. *Pertinente à falce.* GERM. Das zu den ſichlen oder rãbmãſſeren gehört HISPAN. *Coſa perteneſciente à hoz.* ANG. *That pe teineth to a ſickle.* } vt Cotes falcariæ quibus falces acuuntur

Fālcārĭī, Homines falcibus armati: quemadmodum à ſica dicuntur ſicarij. δρεπανηφόροι. *Cicer. 1. Catil.* Dico te prima nocte veniſſe inter falcarios.

Fālcātŭs, a, um, Quod formam falcis habet. {δρεπανοειδής. GAL. Courbé comme vne faux ou faucille. ITA *Che a forma di falce.* GER. Krumb wie ein ſichel. HISP. *Coſa encoruada en manera de hoz.* ANG. *Hooked or crooked like a ſickle* } *Plin. lib. 10. cap. 21.* de gallo loquens, Sola, inquit, volucrum in cælum aſpicit crebrò, in ſublime caudam quoque falcatam erigens. Amygdalæ falcatæ, *apud Plin. lib. 17. cap. 10.* ¶Rurſus falcatum, dicitur falcibus inſtructum: vnde falcati currus dicti ſunt, quos *Macrobius* per circumloquutionem, Currus cum falcibus appellat, quum ait, Inducebat etiam currus cum falcibus, & elephantos cum turribus. *Stat. lib. 10. Thebaid.*

Antea falcato luſtrantem mœnia curru
Deſuper Ogygiæ pepulit grauis imperus haſtæ. [Et *Liuius lib. 8. dec. 4.* De aſſeribus falcatis pinnas detergere.]

Fālcĭfĕr, Falcem ferens. {δρεπανηφόρος. GAL. Qui porte vne faux ou faucille. ITA. *Che porta la falce.* GERM. Ein ſichlentrager. HIS. *Coſa que trae hoce.* ANG. *That beareth a ſickle.* } Vnde perpetuo epitheto Saturnus Falcifer à poëtis appellatur: cui ideirco falx tribuitur, quòd primus in Italia agriculturæ vſum credatur indicaſſe, *autor Macrob. lib. 1. Satur. Mart. lib. 5.* Nam ſi falciferi defendere templa Tonantis.

Fāmă, mæ, à fando, dictio media. {שמע *ſchmáh*. φήμη. GALL. Renommée, bruit, renom. ITA. & HISP. *Fama.* GERMAN. Ein geſchrey/ein red ſo von einem ding außgeht. ANG. *Fame, brute.* } Eſt enim quicquid de aliquo diuulgatur, ſiue in bonum, ſiue in malum. *Virgil. lib. 4.* Neque enim ſpecie famáve mouetur, id eſt, infamia, vt exponit Nonius. *Idem 4. Æneid.* Fama malum, quo non aliud velocius vllum, Mobilitate viget, viréſq; acquirit eundo. *Terent. in Andr.* omnes vno ore omnia Bona dicere, & laudare fortunas meas, Qui gnatum haberem tali ingenio præditum. Quid verbis opus eſt? Hac fama impulſus Chremes Vltrò ad me venit. *Cicer. decimaquarta Philipp.* Hoc triduo, vel quatriduo triſtis à Mutina fama manarat. [Si bonam famam mihi ſeruaſſo fat ero dines. *Plaut. Moſtell. ſc. 3. a. 1.* Vt fama eſt homini, exinde ſolet pecuniam inuenire. *Ibid.* Hæc famam ingenij faciunt. *Quintilian.* Siue fauore tuli, ſiue hanc ego carmine famam. *Ouid. Eleg. vlt. lib. 4. Triſt.* Famam in tuto collocare. *Quintilian.* Requiéſque mihi, non fama petita eſt. *Ouid. Eleg. 1. lib. 4. Triſt.* Et fieri famæ párſq; gradúſque poteſt. *Ouid. Eleg. 12. lib. 3. Triſt.* Famáque tam longè non niſi parua venit. *Ouid. Eleg. 2. lib. 4. Triſt.* Non fuit ingenio fama maligna meo. (ſuprà, liuor.) *Idem Eleg. vlt. lib. 4. Triſt. Item*, Ingenio ſtimulos ſubdere fama ſolet. *Idem Eleg. 1. lib. 5. Caſ. lib. 3. de bell. ciu.* Fama plerunque in nouitate antecedit. ¶De fama victoriarum, *Plutarch. in Paulo Æmilio.*] ¶Idem autem ſunt, rumor & fama, præterquam quòd alterum Latinum eſt, alterum verò, vt teſtatur, è Græco, Valla. ¶Et fama fuit, & eras, -ἦν δὲ καὶ ἔσσα, id eſt, & dicebaris eráſque. Hemiſtichion prouerbiale, quoties facta reſpon-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

dent opinioni Suidas è poëta quopiam. ¶Fama etiam dicitur de re inueterata, firmatáque in hominum opinione, quanuis incerta. *Martialis libro primo*, Quicquid fama canit, donat arena tibi. *Quintilianus*, Fama est, olim Iouem in imbrem aureum conuersum, puellæ in gremium descendisse. *Plinius Iunior in Epistol.* Huc eum liberalitatis tuæ fama perduxerat. Sic fama Scipionum, fama Camilli, id est laus, celebritas. *Virgilius 1. Æneid.* Sum pius Æneas fama super æthera notus.

*Famæ in plurali. *Plaut. Trinumm.* hem mea malefacta, hem meam Auaritiam tibi hascine me propter res maledictas Famas ferunt? ¶A fama diffamo, & infamo deducuntur, de quibus alibi.

Fāmōsĭtās, tis, in bonam partem pro celebritas. *Apul. lib. 9.* Hic vxorem generosam, & eximia famositate præditam. Vide tamen ne formositate legendum sit, vel reclamantibus codicibus.

Fāmōsŭs, a, um. Frequentius in deteriorem partem accipitur, pro infami. {δύσφημος. GAL. Fameux, fort renommé soit en bien ou en mal. IT. *Famoso, di gran fama.* GE. Berümpt/ oder verschreyt vnnd verleumbdet. HIS. *Famoso en buena y mala parte.* ANG. *Much spoken of, ather forgoode or euill.*} *Sallust.* Largitionem famosam, impudentémque. Inde famosa mulier, quæ est famæ parum integræ, hoc est, quæ impudicitiæ nomine malè audit. *Cic. 2. de Orat. ex Poeta*, quid tu Ægilia mea, Quã do ad me venis, cum tua colu & lana? Non pol inquit audeo: Nam me ad famosas vetuit mater accedere. Quem locum in id expendit *Nonius Marcell. Ita Suet. in Tib. c.* 35. Fœminæ famosæ vt ad euitandas legum pœnas iure ac dignitate matronali exoluerentur, lenocinium proferre cœperant. [Et, famosus adulteriis, *Suet. in Claud. c. 16.* &, famosa epigrammata. *Idem Suet. in Cæs. c.* 73. &c.] *Martial lib. 2. Epig.* 39. Coccina famosæ donas, & ianthyna mœchæ. *Et rursus Epig.* 47. Subdola famosæ (monco) fuge retia mœchæ. ¶Interdum in actiua significatione accipitur pro eo quod vulgo dicunt *Diffamatorium*. Vnde famosi libelli apud Iurisconsultos, qui alicuius famam lædunt. ¶Et famosa iudicia, quæ & turpia dicuntur, quòd turpitudinem damnatis adferant, vt iudicium tutelæ, fiduciæ, societatis, &c. ¶*Suet. in Tib. c* 35. Famosi iudicij notam sponte subibat. Et famosa causa, *in lege, Sed si hac.* §. *prætor ait. ff. de dol. mal.* Et famosum interdictum, *in l. Neque ff. de vi arma.* Sic famosum carmen dicitur *apud Horat. lib. 1. Epist.* 20. *ad Mecænatem*, Nec sponsæ laqueum famoso carmine nectit. *Et Suet. in Tiberio c.* 28. Famosa carmina dixit. Eadem ratione famosi versus *apud Hora. li. 2. Ser. Satyr.* 1. Famosisque lupo cooperto versibus. Et famosa Epigrammata, *apud Suet. in Cæs. c.* 73. Famosa scripta, *apud eundem in Domitiano.* Famosi libelli, *apud eundem in August. c.* 55. Famosi gladiatores, *apud* Apul. *lib.* 10. *Met amorph.* ¶ Inuenitur interdum in bonam partem acceptum, *præsertim apud Pl n. Iuniorem, & eius seculi scriptores.* Nam Ciceronis seculo vix quisquam aliter, quàm in malam partem vsus est. *Plin. lib. 6. Epist.* Impensè petis vt causam tuam pertinentem ad curam tuam, pulchram alioqui & famosam faciam. *Tacitus lib.* 21. Sed quia famosæ vrbis (de Hierosolyma loquitur turpi & vili) supremam diem traditurí sumus, congruum videtur primordia eius aperire. [*Suet. in Calig. c.* 19. Famosi equi (id est, nobiles victoria.)]

Fāmōsĭssĭmŭs, in superlatiuo. *Lactant. lib.* 3. *c.* 15. vbi de Aristippo loquës, Quid ergo interfuit quo animo Philosophus ad meretricem famosissimam conueniret? [*Gell. cap.* 3. *lib.* 7. Superbia Rhodiensium famosissima. *Gall.* Tres-fameuse, tres-renommée, cogneuë & diuulgee par tout le monde.]

Fāmĭgĕro, as Diuulgo. {השמיע *hischmiáh* διαφημίζω. GALL. Diuulguer. ITA. *Diuulgare.* GER. Ein geschrey außbringen. HIS. *Derrama, ò diuulgar fama.* ANG. *To mak or forge newes.*} Famigeratus, diuulgatus, fama celebratus. διαδοθείς.

Fāmĭgĕrātŏr, Qui rei alicuius famam spargit. {משמיע *meschmiah.* διαφημιστής. GAL. Semeur ou porteur de bruit. ITA. *Quello che diuulga la fama di qualche cosa.* GER. Einer der new geschrey außbringt. HI. *A quell diuulgador de fama.* ANG. *A forger of newes.*} *Plaut. in Trinumm.* Ego de verbis eorum famigeratorum inscius profilui.

Fāmĭgĕrātĭo, onis, Famæ dissèminatio. {השמעות *hafchmaháth.* διαδόσεις. GAL. Bruit semé ou porté çà & là. ITA. *Diuulgatione di fama.* GERM. Außspreitung einer sag oder leumbdens. HIS. *Aquella obra de derramar ò diuulgar fama.* ANG. *A forging of newes.*} *Plaut. in Trinumm.* Hęc famigeratio te honestat, mecum conlutulet.

Fāmĭgĕrābĭlĭs, le, Celebris, clarus, famâ notus. {אשהשם *nifseh haschchĕ.* διαδόσιμος. GAL. Bien famé, renommé. ITA. *Celebre, illustre, conosciuto per fama.* GER. Berümpt. HIS *Bien enfamado, solenne, famoso.* ANG. *Famous, renowmea.*} *Ap. de Asin. aureo*, Satis famigerabilis consector.

Fāmĭgĕrātus, fama celebratus. {διαφημισθείς. *Apul. Florid. lib.* 2. Fanum Iunonis antiquitùs famigeratum.

Fāmĕlĭa, diminutiuum est à fama. *Festus.*

Fāmēs, huius famis [& olim famii, *Gell. c.* 14. *lib.* 9.] edendi cupiditas. {רעב *rabáb.* λιμὸς, ὄρεξις. GAL. Faim, famine. ITA. *Fame.* GER. Hunger. HI. *Hambre.* AN. *Famine, hunger*} ἀπὸ τοῦ φάγω, edo: & differt ab inedia, quòd fames est semper cum cupiditate edendi, inedia etiam sine appetitu vt in ægrotis Est enim propriè inedia, abstinentia à cibo, ab edendo dicta. ἀσιτία. Vnde summos aliquot viros legimus aliquot dierum inedia se enecasse. *Cic. pro Aul. Cluent.* Iam hoc ignoratis, iudices, vt estiam belliæ, fame dominante, plerumque ad eum locum vbi pastæ aliquando sint, reuertantur. ¶Accipitur interdum fames, pro caritate ex annonæ penuria, quum scilicet plerique aliquo in loco alimento deficiente de vita periclitantur. *Cic. pro Flacc.* In fame frumentum erat exportare ausus. Multa docet fames πολλὰ ὁ λιμὸς γίγνεται διδάσκαλος. [Fractus morbóque famèque (Philoctetes.) *Ouid. 13. Metã.* Periclũ ne nos moriamur fame. *Plau. Asin. sc. 1. a. 3.* Nisi hanc anum interfecero fame & algu. *Idem Most. sc. 3. a. 1. Item*, Verbera, compedes, molæ, fames, frigúsque durum. *Plaut. Men. sc. 6. a. 5.* Hunc leonem fames iam occiderit *Plaut. Ps. sc. 3. a. 1.* Hic dies mihi famem & pauperiem obtulit. *Pl. Aul. sc. 6. a. 4.* Reddam te ex fera fame mansuetam. *Plau. Asin. sc. 2. a. 1.* Fames & mora bilem in nasum conciunt. *Plau. Amph.* Famem expectat ob ambulans. *Idem ibid. Item*, Fame lippiunt fauces, Et de fame plura *apud Plaut. in Curc. sc* 3 *a.* 2.] ¶Fames Melia, λιμὸς μηλιάς. De fame extrema, déque rebus difficilimis. Est enim Melus oppidũ Thessaliæ quod Nicias Athenienſium dux obsedit expugnauitque, non tàm machinis bellicis, quàm fame. *Suidas ex Aristoph.*

Fāmĕlĭcŭs, a, um, pen. cor. Qui fame laborat. {רעב *rabéb* λιμώττων, λιμωδης. GAL. Affamé, qui a faim. ITA. *Famelico, affamato.* GER. Hungerig/ oder hungerstottig. HIS. *Hambriento.* ANG. *Hungrie, hunger sforuen.*} *Plaut. in Casin.* Post id quum lassus fueris & famelicus, Noctu vt condignè recubes, curabitur. *Ter. Eunuch.* Ille vbi miser famelicus videt me esse in tantum honorem, Et tam facilè victum quærere, ibi homo, &c. *Plaut. Pseud.* Dúmque ridebunt faturi, mordebunt famelici.

Fāmĕlĭcōsŭs, a, um, Qui frequenter fame conflictatur. {λιμωδης. ANG. *That is very or often hungrie.*} Vnde famelicosam terram paluſtrem veteres vocabant, teste Festo.

[Familia, æ, vel familias.]

Fāmĭlĭæ appellatione comprehenduntur tam liberi, quàm serui vtriusque sexus, vnus, quem patrẽfamiliâs vocamus, iuri subiecti. {משפחה *mischpacháh* בית *bajith* οἰκία. GAL. Famille. ITA. *Famiglia.* GER. Hausgesind HIS. *La familia, casa y personas de casa.* ANG. *A familie a kred.*} Apud antiquissimos familia scribebatur per e literam, tantúmque de seruis dicebatur: ab Osca dictione Famel, qua illi seruos appellabant, *vt autor est Festus*: postea cõmutata e in i, familia appellata est. Quo vocabulo *Varronis* etiam seculo serui significabantur. Ita enim ait, *lib. 1. cap* 16. Si ab fundo longiùs absunt oppida aut vici, fabros parent quos habeant in villa: sic cæteros necessarios artifices: ne de fundo familia ab opere discedat, ac profestis diebus ambulet, feriata potiùs, quàm opere faciundo agrum fructuosiorem reddat. [Hinc emptor familiæ *apud Sueton. in Claudio cap.* 4. Et, familiæ emancipatio: Vide Emancipatio.] Deinde tamen paulatim inualuit vsus, vt etiam liberi familiæ nomine, & quicunque sub vnius patrisfamiliâs iure viuerent, comprehenderentur. *Plaut. in Trucul.* Hæc vna opera circumit per familias, puerum vestigat. [Homo indiligens cum pigra familia. *Plaut. Most. sc. 2. a.* 1. Fui imperator familiæ (i. paterfamilias.) *Pl. Cap. sc. 2. a.* 2. Ego Lar sum familiaris ex hac familia, vnde me exeuntem aspexisti. (i. domo) *Plau. Aul.* Ex hac familia me planè excidisse intelligo. *Pluat. Men sc. 2. a.* 4. Filia familias, mater Senecæ, *Senec. c.* 14. *de Consol. ad Helviam.* Familia alienari. (i. abdicati.) *Quintilian.* In familiam rediré. *Idem.*] ¶Post hæc ad eos quoque translatum est, qui ex eadem sunt cognatione: vt Cæsarum familia, Scipionum familia. *Suet. in Nerone*, Ex gente Domitia duę familię claruerunt, Coruinorum, & Ænobarborum. [*Velleius*, Familia Porcia. (i. gens) *Velleius. Item*, Iuliorum familia. *Idem.*] ¶Familia pro Secta αἱρέσεις. *Cic. 2. de Diuin.* Magnus locus, philosophięque proprius, à Platone, Aristotele, Theophrasto, totáque Peripateticorum familia tractatus vberrimè. ¶Vnicus verò seruus familię nomine non continetur, nec duo faciunt familiam. Est enim collectiuum nomen, pluralitatem in se continens. *Vide latiùs nominis huius significationem apud Paulum Iurisconsultum l. Pronuntiato. ff. de verb. signif.*

Fāmĭlĭārĭs, quando adiectiuum est, significat quod ad familiam pertinet, quod est familiæ. {οἰκειακὸς, οἰκεῖος. GAL. Familier, domestique, de la maison. ITA. *Famigliare, di casa.* GERMA. Das zu dem hausgesind gehört. HISP. *Famigliar.* ANG. *That belongeth to the familie, familier, household.*} Vnde familiaria negotia, res familiares. [*Epistolæ familiares*,] res domestica. *Autor ad Herenn.* in operis præfatione. [Credo expectatus veniam familiaribus. *Plaut. Mostel. sc. 1. a. 2.* Vt se domi videant familiares. *Plaut. Milit. sc. 2. a. 2.* Familiaris faxo accipiare haud familiariter. *Plaut. Amph. Plaut. Asin. sc. 2. a. 2.* Subuenire familiari filio. *Idem ibid. Item*, Minus familiari vultu respicere aliquem. *Sueton. in Cæs. cap.* 78. Familiaris epistola. *Quintil. & Macrob. cap. 4. lib. 2. Saturn.* Familiaribus litteris aliquem euocare. *Suet. in Tib. c.* 61. ¶Flatu non familiaris auræ morbidus homo. *Senec. cap. 11. de Consolat. ad Mart.*] ¶Etsi negotiis familiaribus impediti, vix satis otij studiis suppeditare possumus. *Gell. lib.* [3. *cap.* 17.] Memoriæ mandatum est, Platonem philosophum renui admodum pecunia familiari fuisse. [*Idem Gell. cap. 1. lib.* 18. *Liuius libr.* 8. *ab Vrb.* Caput iecinoris à familiari parte cæsum.] ¶Familiaris focus, *Colum. lib* 11. *cap.* 1. Consuescat rusticos circa larem domini focúmque familiarem semper epulari. ¶Sepulchra familiaria, quæ quis sibi ac familiæ suæ constituit: quemadmodum hæreditaria dicuntur quæ quis sibi & hæredibus extruit. *Autor Caius Iurisconsultus l. familiaria de Relig. & sumpt. funerum.* ¶Interdum idem est quod necessarius, amicus, intimus, arctáque familiaritate coniunctus. {רעה *reéh.* συνήθης, οἰκειος, συνήθεια, γνώριμος, πεφιλημένος, συνουσιαστής. GAL. Familier, ami & priué, qui hante souuent auec. ITA. *Famigliare, amico.* GER. Ein geheimer/ ein guter freund auß beywonung hãr. HIS. *Familiar, ò amigo de casa.* ANG. *A freind, one with vvh me another haunteth.*} *Cicer. Attic.* Homo familiarissimus mihi, & omnibus in rebus coniunctus. *Idem de Amicitia*, Vidimus P. Æmilium C. Luscinio familiarem fuisse. *Idem pro Cælio*, Mulier illa quadrantaria permutatione familiaris facta erat balneatori. ¶Familiares etiam olim dicebantur, qui serui erant. [Postea dicti mimi. *Senec. epist.* 47. Me arguere familiaris meus visus est. (i. seruus ex nostra familia.) *Plau. Milit. sc. 4. a. 2.* Inspectauit nescio quis familiarium, (mox, conseruus.) *Plaut. Mil. sc. 2. a. 2.* Ne qui essem, familiares quærerem (mox, conserui.) *Plaut. Amphit. prolog. Item*, Hæc sola fanam mentem gestat meorum familiarium. (i. seruorum.) Quantum hic familiarium est (i. omnes conserui.) *Plaut. Milit. sc. 3. a. 2.* ¶ Item, Lar familiaris sum ex hac familia. *Plaut. prolog. Aulul.* ¶ Aduenisse familiares dicito (i. conciues.) *Idem Amph. Macrob. lib. 1. cap. 2.* Nam & nostri maiores omnem dominis inuidiam, omnem contumeliam seruis detrahentes, Dominum patrem familiàs: Seruos familiares vocabant. *Idem scribit Seneca lib. Epist. 6. epist.* 47. ¶ Arbor familiaris Italiæ, id est, protrita, & passim nascens, *apud Plin. lib.* 23. *cap.* 5. ¶Quandoque hoc nomine intelliguntur domestici, quíve sunt ex familia. *Plautus in Amphitr.* Ne qui essem, familiares quærerent, Versari crebrò hic quum viderent me domi. ¶ Familiaris sella, à veteribus appellata fuit sella perforata, eiiciendi alui excrementis accommodata. ἀφεδρών. *Varro 1. de Re rust. cap.* 13. Itaque periti, vt eò aqua influat, eo nomine faciunt: quidam & sellas familiares ponunt.

*Familiaris filius, pro familiâ. *Plaut. Capt.* [*Sc.* 2. *a.* 2.] quanquam non multum fuit molesta seruitus: Nec mihi secus erat quàm si essem familiaris

miliaris filius. *Idem Asi. ſ. 2 a. 2. verſ. 1.* Vbi ego nunc Libanum requiram, aut familiarem filium. (i. herum minorem.) *Paſſer.* interprete.]

Fămĭlĭārĭtās, atis, Conſuetudo ipſa, quæ eſt inter familiares & amicos. {συνήθεια. GALL. Acointance, familiarité, amitié familiere & priuee, priuauté. ITAL. *Famigliarità, domeſtichezza.* GERM. Freundſchafft/ Beywonung/ beheimſe. HISPAN. *Familiaridad.* ANGL. *Familiaritie, acquaintance.* } [Quid ſit propriè familiaritas, Cicero docet *in Orat. pro Milon.*] *Terent. in Heauton.* Mihi magna cum eo iam inde vſque à pueritia ſemper fuit familiaritas. *Cicer. de Amicit.* Sic quum acceperis à patribus, maximè memorabilem C. Lælij, & P. Scipionis familiaritatem.

Fămĭlĭārĭtĕr, aduerbium, liberè, amicè. {συνήθως. GA. Familierement, priuement. ITA. *Famigliarmente, domeſticamente.* GERM. Freundlich/ beheimlich. HIS. *Amigable y familiarmente.* ANG. *Familiarlye, by acquaintance.*} [*Plaut. Men ſc. 4. a 2.* Quæ hominem ignotum compellas tam familiariter.] *Plaut. in Rud.* Ah nimium familiariter me attrectas. familiariter.] *Plaut. in Rud.* Ah nimium familiariter me attrectas. *Terent. in Heaut.* Tamen vel virtus tua me, vel vicinitas (Quod ego in propinqua parte amicitiæ puto) Facit vt te audacter moneam, & familiariter. *Cicer. 6. Verr.* Præſertim quum is L. Siſenna defenſore tuo tam familiariter vteretur. Familiariter ferre mortem alicuius, id eſt, grauiter & moleſtè: nam quæ ſunt nobis familiaria, ea animo noſtro ſunt chara, *inquit Donatus. Terent in And.* Huius mortem tam fert familiariter. [*Senec. cap. 3. de Conſ. ad Mart.* Familiariter eam coluiſti.]

Fămōsŭs, *Vide* FAMA.

Fămŭlŭs, li, Originem habet ab Oſcis Italiæ populis, apud quos ſeruus famul dicebatur. {עבד *hébedh* משרת *meſcharéth. ὑπηρέτης.* GAL. Seruiteur, varlet ou valet. ITA. *Famiglio, ſeruitore famigliare.* GERMAN. Ein knecht oder diener. HISPA. *Seruidor.* ANGL. *A ſeruaunt, a houshold ſeruaunt that attendeth on his maiſters buſineſſe.* } *Martial.* Argolico famulum non te ſeruire tyranno Vidiſſent gentes, ſæuáque regna pati. *Luc. lib. 3.* Oſſa dedit terra, proinde ac famul infimus eſſet. Item vſus eſt *Ennius* famul pro famulo, *vt autor eſt Nonius.* mortalem ſummum fortuna repentè Reddidit, vt ſummo regno, famul optimus eſſet. [*Ouid. Eleg. vlt. lib. 4. Triſt.* Quid referam comitúmque nefas, famulóſque nocentes! *Catull. de Com. Beren.* Ipſa eò famulum legarat. (i. equum ſuum.)]

Fămŭlŭs, a, um, adiectiuum. Idem quod famularis. { δουλικός. GALLIC. Appartenant à vn ſeruiteur ou ſeruante. ITALIC. *Pertinente à ſeruitore.* GERM. Das der dieneren iſt/ oder zu den knechten gehört. HISP. *Coſa pertinesciente à ſeruidor.* ANGL. *That belonge h to a ſeruaund.* } *Ouid. 3. de Pont.* Nec dedignata eſt abiectis Illyris armis Cæſareum famulo vertice ferre pedem. *Idem 1. Faſtor.* Tradiderat famulas iam tibi Rhenus aquas.

Fămŭlă, læ. Ancilla. {שפחה *ſchiphchâh* אמה *amáh ὑπηρέτις.* GAL. Chambriere, ſeruante. ITA. *Serua, fantesca.* GERM. Ein dienerin/ dienſt magt. HI. *Seruidora.* AN. *A maid ſeruaund that attendeth on hir maiſtreſſe.* } *Cic. 5. Tuſc.* Sin autem virtus ſubiecta ſub varios incertó, que caſus, famula Fortunæ eſt. *Virg. 8. Æn.* Noctem addens operi, famuláſque ad lumina longo Exercet penſo.

Fămŭlŏr, aris, Famuli officio fungor, ſeruio. {עבר *bahbádh. ὑπηρετέω.* GALLICE, Seruir. ITALI. *Seruire.* GERMAN. Dienen. HISPAN. *Seruir el que es libre.* ANGLICE, *To ſerue.* } *Plin. libr. 2. capit. 63.* Vt alimentis noſtris famulentur. *Ibidem capit. 7.* Famulantur æternis ſacris. Fortuna famulante aliquid agete, id eſt adiuuante fortuna. *Claud. de bell. Get.* A magno Stilicone caue, qui ſemper iniquos Fortuna famulante premit.

Fămŭlārĕ, in actiua ſignificatione. *Papinius in ſuo Hercule Surrentino:* Pacatus mitíſque veni, nec turbidus ira Nec famulare timens. ¶ Et *Terent. aduerſus Gentes:* Elementa ipſa famulant.

Fămŭlāntĕr, aduerbium, Suppliciter & in modum famuli. {ικετευτικῶς, ὑπηρετικῶς. GAL. Seruilement, humblement. ITA. *Sopplicheuolmente, humilmente.* GERM. Dienſtiglich/ vnderthänigklich. HIS *Seruilmente, humilmente.* ANG. *After the maner of a houshold ſeruand.* } *Nonius,* Famulanter, ſuppliciter. *Accius Tereo,* Semela natum affare, & famulanter pete.

Fămŭlātĭs, re, Quod pertinet ad famulum, ſiue famulam, ſeruilis. {δουλικός. GA. Appartenant à ſeruiteur, ou ſeruante. IT. *Pertinente à ſeruitore.* GE. Das zu einem dienſtknecht oder dienſtmagt gehört. HI. *Coſa pertenesciente a ſeruidor.* ANG. *That belongeth to a manſeruand or maidſeruand.* } *Cicero primo Tuſc* Qui ſe in medios immiſit hoſtes famulari veſte, ne poſſet agnoſci ſi eſſet ornatu regio ¶ Iura famularia dare, pro imperare populo regia poteſtate. *Oui. 13. Met.* Si Romam intrarit, famularia iura daturum. Manus famularis, *Senec. Herc. Oetæo,* Turba famularis menſas inſtruit. *Stat. 2. Achil.*

Fămŭlārĭŭm, rij, *Cerne ius Fronto lib. de nominum verborúmque differ.* Familiarium eſt quod ſeruo competit, vt ſagum, gladius, &c.

Fămŭlārĕ, neutrum pro aduerbio, ſeruiliter. *Stat. 3. Syl.* -nec turbidus ira, Nec famulare timens. Id eſt, more famuli.

Fămŭlārĭtās, us, & Famulitium, ſeruitus. {עבודה *bahodháh.* δουλεία. GALL. Seruitude, ſeruage. ITAL. *Seruitù.* GERMA. Dienſt oder dienſtbarkeit. HISP. *Seruidumbre.* ANG. *The ſeruice of hous hold ſeruandes.* } *Cicer. de amicit.* Qui aliquandiu propter ignorantiam ſtirpis & generis in famulatu fuerint. *Idem tertio Offic.* Quàm miſer virtutis famulatus ſeruientis voluptati. *Varro,* apud ignauum dominum duro famulitio adſtrictus. ¶ Dicitur etiam famulitium, ſeruorum copia. {עבודה *bahodháh.* τὸ οἰκετικὸν, τὸ ὑπηρετικὸν, ἡ ὑπηρεσία. GAL. Compagnee de ſeruiteurs. ITAL. *Multitudine di ſerui.* GERM. Die der knechten. HISPAN. *Aquellos meſmos ſeruidores.* ANGL. *The whole company of houſh ld ſeruandes.* } *Macrobius,* Vnus è famulitio cui prouincia erat, admittere volentes dominum conuenire. ¶ Item famuliras pro ſeruitute antiqui dixerunt. *Accius in Andromeda,* Nam poſtquam paruas vos oppreſſit famulitas, vis atque egeſtas, fama, formido, pudor. *Pacuuius,* Quæ famulitas.

Fămŭlātĭo, Famulorum, famularúmque multitudo. {עבודה *bahodháh.* διακονία. GAL. Compagnee de ſeruiteurs. ITAL. *Molti udine di ſerui.* GER. ein hauffen knecht. HIS. *Los ſeruidores.* AN. *The whole companie of houſhold ſeruandes.* } *Apul. li. 2.* Et ecce mulierem quampiam frequenti famulatione.

Fanaticus. *Vide* FANVM.

Fāndŭs, *Vide,* FARIS.

FĀNESII, Populi in Oceano Septentrionali, qui (*vt ait Plin. lib. 4. c. 13.*) tales habent aures, vt eorum nuda corpora his tegantur. { GER. Vnſicker im Mitnächtigen hohen meer / welche ſo gros ohren haben / als Plin. ſchreibt/ daß ſy ſich mitt denen bedecken köndten. }

FANESTRIS, colonia, Pomponio Vmbriæ, ſiue agri Galliçi oppidum eſt, non procul à Piſauro vibe, & Metauro amne, quod *à Plin. lib. 3. ca. 14.* Fanum fortunæ appellatur. Vulgo *Fano.* Vide Panotii.

Fānnĭă lex, φάννιος νόμος, *à Macrob. lib. 2. c. 24.* numeratur inter leges ſumptuarias quæ ad nimium conuiuiorum luxum compeſcendum à Fannio Conſule lata fuit, anno poſt Vrbem conditam quingenteſimo octauo. Hæc ludis Romanis, item ludis plebeis, Saturnalibus, & aliis quibuſdam diebus in ſingulos dies centenos æris inſumi conceſſit, decémque aliis diebus in ſingulis menſibus tricenos: cæteris autem omnibus diebus denos. *Vide & Gellium lib. 2. c. 24.*

Fānnĭānă pyra, *Vide* FAVONIANA.

FĀNNĬVS, Duorum oratorum nomen, quorum meminit *Cic. in Bruto,* Horum (inquit) ætatibus adiuncti ſunt duo C. Fannij, Marci filii: quorum C. Fannius qui Conſul cum Domitio fuit, vnam orationem de ſociis & nomine Latino contra Gracchum reliquit, ſanè & bonam, & nobilem. Alter autem C. Fannius, M. F. C. Lælii gener, & moribus & ipſo dicendi genere durior. *Hæc ille.*

FĀNVM, fortunæ, φανὰ. *Steph.* Agri Gallici vrbs eſt, *teſte Plin. lib. 3. cap. 14.* in litore Adriatico, inter Piſaurum & Senogalliam, non longè à Metauro amne ſita: ſic dicta, quòd in ea pulcherrimum Fortunæ templum fuerit. Huius vrbis incolæ, Fanenſes: & colonia ipſa, Faneſtris à Pomponio appellatur. *Vide* Paneſtris colonia.

Fānum, ni, Templum. {במה *bamáh.* οἶκος, νεώς. GAL. Temple. ITA. *Tempio, chieſa.* GER. ein tempel/ ein kirch. HIS. *Templo donde ſe dauan reſpueſtas.* ANG. *A temple, a church.* } à Faunis Latinorum diis, qui indormientibus reſponſa dare ſolebant, vt ait Martianus Capella: vel à Fauno, qui (*autore Probo Grammatico*) primus oraculi conditor fuit. *Feſtus,* Fanum à Fauno, vel à fando, quòd pontifex in dedicatione templi certa verba præfari ſolebat.] Fanum religioſiſſimum templum, vnde fata petuntur. *Aſcon. 3. Verrin. Liu. lib. 10. ab vrb.* Fanum. (i. locus templo effatus.) *Pla. Aul. ſc. 5. a. 3.* Te auferam (aula) in fidei fanum. *Ibid. ſc. 2. a. 4.* In luco fanóque fidei ſitum. *Pl. Curc. ſc. 1. a. 1.* In fano Æſculapii ægrotus incubat.] *Cic. 2. de Legibus,* Illud vitioſum Athenis quòd Cylonio ſcelere expiato, Epimenide Crete ſuadente, fecerunt Contumeliæ fanum, & Impudentiæ. Sunt tamen qui hoc nomen per ph ſcribant, ἀπὸ τῦ φαίνεσθαι, quod ſignificat manifeſtum, quòd è phano aperta reſponſa dabantur. Differunt autem, fanum, templum, ſacellum, delubrum & lucus. Quòd fanum ſit locus Fauno conſecratus: Templum in loco augurato: Sacellum paruulum ædificium diis conſecratum: Delubrum in quo homines pericula ſua diluunt: Lucus, locus fulmine ictus & arboribus tectus. *Corn. Fronto de differ vocab.*

¶ Ab hoc nomine adiectiuum deducitur profanus ſiue prophanus, a, um, id eſt, nulla religione obſtrictus, tanquam portò fanum, id eſt, procul à fano.

Fānātĭcŭs, a, um, adiectiuum à fano deductum. {משוגע *meſchugháh.* AN. *Mad or poſſed with a propheſing or ſome euill ſpirite.* } ¶ Dicuntur autē fanatici quos Græci vocant ἐνθέους aut θεοφορουμένους, quòd non ſua ſponte ſed diuino numine ferri credantur. Fanatici autem dicti ſunt idcit co quòd in fanis, hoc eſt in templis ſacerdotes oraculum edituri, huiſmodi furore corripiebantur. *Virg. 6. Æneid. & Luc. Pharſ. lib. 5. Liu. lib. 8. bell. Maced.* Galli Matris magnæ à Peſſinunte occurrēre cum inſignibus ſuis, vaticinantes fanatico carmine, deam Romanis viam belli & victoriam dare. *Quint. lib. 11.* Frequens etiam capitis nutus non caret vitio: adeò caput iactare, & comas excutientem rotare fanaticum eſt. *Iuuen. Sat. 2.* & crine ſenex fanaticus albo, Sacrorum antiſtes. *Cic. pro Domo ſua.* Quid tibi neceſſe fuit anili ſuperſtitione, homo fanatice, ſacrificium, &c.

Fānŭs, Deus qui eũtibus præerat, vel deus anni: cuius imaginem quum Phœnices vellent exprimere, draconem finxerunt in orbem reductum, caudámque ſuam deuorantem, vt appareat mundum in ſe reuolui. *Macrob.*

Făr, farris, olim generale nomen fuit ad omnia genera frumenti: ita dictum à ferendo, quòd à terra proferatur: ſiue (*vt Varr. placet*) à faciendo, quòd in piſtrino fieret, id eſt, præpararetur & contunderetur. Hinc triticeum far, pro tritico veteres dixerunt, & hordeaceum far pro hordeo: & far adoreum pro certo frumenti genere quod alio nomine ador appellabatur. *Col. lib. 8. c. 5.* Poſt hæc cauea cum matre claudendi ſunt, & farre hordeaceo cum aqua incocto, vel adoreo farre vino reſperſo modicè alendi. Et *paulò pòſt,* Vũa labruſca de vepribus immatura lecta cum farre triticeo minuto cocta obiicitur eſurientibus.

¶ Proprie autem farris nomine certum quoddam frumenti genus intelligamus, quod primum ab edendo edor, deinde literæ primæ immutatione ador appellatum fuit, quódque paulò antè etiam far adoreum dici indicauimus. {חטה *chittah.* GAL. Toute ſorte de blé, mais principalement fourment. ITAL. *Farro.* GER. Dinckelkorn/ dern. HISP. *Farro ò eſcandia.* AN. *All maner of corne properly meale of weathe and barley.* } *Plin. lib. 18. c 8.* Vulgatiſſima frumenti genera, far quod adoreũ veteres appellauêre, ſiligo & triticum. *Et paulò pòſt,* Qui zea vtuntur, non habent far. *Et rurſum,* Ex omni genere duriſſimum far, & contra hyemes firmiſſimum: primus antiquo Latio cibus. *Et iterum lib. eodem c. 7.* Popolum Romanum farre tantùm è frumento CCC. annis vſum, *Verrius tradidit.* [Far etiam pium dicitur, quod adhibebatur in ſacrificiis. Vide in Dictione Nefarium.]

¶ Farris quatuor genera, cluſinum, vermiculum duplex, & trimeſtre quod & alicaſtrum vocatur. *Vide Col. lib. 2. c. 6.* * Far vernaculum. *Col. lib. 11. c. 2.* Eodémque menſe ante Calendar. Februar. ſarriendæ ſegetes autumnales, ſiue illæ ſeminis adorei ſunt (quod quidam far vernaculum vocant) ſeu tritici.

Fārrĕŭs, a, um, Quicquid ex farre confectum eſt. {σπιτὸς, ὁ τῦς ζειᾶς, ζύτινος. GAL. De fourment. IT *De formento.* GER. Kernen/ auß kernen oder dunckel gemacht. HIS. *Coſa de farro ò eſcandia.* ANG. *Meade of wheate or corne.* } vt Panis farreus. *Col. lib. 7. c. 12.* Farreo vel triticeo pane ſartam di ſunt.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Farraceus,a,um,ζέινος. Idem quod farreus, vt farraceum pollem. *Plin.lib. 24.c.7.*

Farreum,rei,genus libi ex farre factum. {τὸ σπιπόν,τὸ ἐκ τῆς ζειᾶς. GALL. Gasteau de fourment. ITA. *Foccacia di formento.* GERM. ein fuchen auß fernen gemacht. HISP. *La oblada ò torta de farro ò trigo.* ANG. *A wheaten cake.*} *Plin.lib.18.c.3.* Nouæ nuptæ farreum præferebant. ¶ Farreum quoque veteres vocabant horreum à farre: sicut granarium à grano, & hordeum ab hordeo.

Fārrĕātio, Genus sacrificij erat quo sacerdotum nuptiæ confirmabantur. Nam (*vt autor est Boethius in Topica Ciceronis*) tria erant genera vxorum: vnum quum vxor tantùm in lecti partem veniebat, quam matronam vocabant: Alterum quum in manum mancipiúmque viri conueniebat, omniúmque eius fortunarum fiebat particeps, & marito suo intestato vt hæres succedebat, & maritus vicissim illi: cuiusmodi vxores matresfamiliàs vocabantur. Tertium quum adhibito libo farreo, certa sacrificij solennitate nuptiæ contrahebantur. Sed eiusmodi solennitate in contrahendis nuptiis soli sacerdotes vtebantur. Porrò matrimonium per farreationem contractum, nonnisi per diffarreationem poterat dissolui. Erat autem diffarreatio aliud sacrificij genus, quo nuptiæ per confarreationem contractæ, contrario ritu dissoluebantur.

Fārrāgo,pen.prod.huius farraginis, Quod ex multis satis,vt hordeo,vicia,& leguminibus fit,pabuli causa. { מספוא *mispó* בליל *belil.* χιλὸς,ἀγωγὴ. GAL. Meslange,dragee pour les bestes. ITA. *Commissione de diuerse cose.* GER. ein gemischt futer dem viech alß auß fernen gestern/haber/wicken/&c. HISP. *Herren de centeno y otra cosas.* ANG. *A fodder for beastes mingledan made of diuerse sortes of cornes.*} *Varro* Inde quòd far ferro cæsum, farrago dictum, aut quòd primùm in farracea segete seri cœptum sit.

¶ Diuersarum quoque rerum commistio farrago dici potest *Iuuen. Sat.19.* Quicquid agunt homines, votum, timor, ira, voluptas, Gaudia, discursus, nostri est farrago libelli. *Persius autem Sat.5.* Farraginem pro farre vel frumento posuit, Vappa & lippus & in tenui farragine mendax.

Farraginaria, pluraliter. *Col.11.c.2.* Nam & napinę, itémque rapicæ, ficcaneis locis per hos dies fiunt. Farraginaria quoque pecori futura per hyemem præsidio.

Fārīnă, æ, Frumentum mola comminutum, & in puluerem redactum. {קמח *kemach.* ἄλευρον,ἄλφιτον. GAL. Farine. ITAL. *Farina.* GERM. Mäl. HISP. *Harina.* ANGL. *Meale.*} quod nomen à farre deductum tradit *Plin.lib.18.cap.9.* Nam (*inquit*) quæ ficca molūntur, plus farinæ reddunt: quæ salsa aqua sparsa, candidiorem medullam: verum plus retinent in furfure. Farinam à farre dictam, ex nomine ipso apparet. *Hæc ille.* Scribitur tamen vnico r, quamuis far in obliquis, r, geminet. Corripit enim primam syllabam *Martial.lib.13.* Pascitur & dulci facilis gallina farina. *Ouid de Med. faciei.* Nam quæ puluerę fuerint confusa farinæ. *Per.Satyr.3.* cribro decussa farina. ¶ Quid ad farinas? τί πρὸς τ' ἄλφιτα, id est, quid attinet ad parandas facultates? Concupiuit assam farinam, ὥσπερ ὁπτῆς ἀλφίτου. In eum dicebatur, qui domesticam tenuitatem pertæsus, apud alios lautiorem viram quæsisset. *Theocritus in Cynisci*s, farinam assam, nouam & lautiorem victus rationem vocat, properę a quod priscos illos pulte duntaxat victitasse legimus, videlicet clibano coquendi panis vsu nondum reperto. [*Mart.ep.gr.16.lib. 18.* Et panem facis, & facis farinam: Ambigue. *Et Persius Satyr.5.* Nostræ paulò antè farinæ.] ¶ Exigit è statuis farinas, ἐξαιτεῖ χαλκοῦς τοὺς ἀνδριάντας ἄλφιτα. In eum dicebatur qui nullius misertus, vndecunque quod posset auellit, vel ab ipsis mortuorum statuis. ¶ Nostræ farinæ dicuntur inter quod est ind. screta similitudo, *Persius in 5.Satyr.* ¶ Ne verba pro farina, -μὴ λόγους ἀντὶ ἀλφίτων. id est, ne verba pro farinis. Aduersos eos iaciebatur, qui beneficium verbis, non re dabant. Qui ferè magnatum mos est, vti suos splendidis promissis alant.

Fārīnācĕŭs,a,um, Quod factum est ex farina. {ἀλευρώδης. GAL. De farine. ITA. *Di farina.* GER. Auß mäl gemacht. HIS. *Cosa de materia de arina* ANG. *Of meale.*}

Fārīnārium, Locus vbi seruatur farina. {ἀλευρών. GAL. Lieu pour garder la farine. ITA. *Luogo de tener farina.* GER. Ein mältkast/ein ort da man das mäl hinbehaltet. HISP. *Lugar donde se guarda la harina.* ANGL. *A place where... meale may be keept, a boulting house.*}

Fārīnārius,a,um, Quod ad farinam pertinet. {ὁ τῶ ἀλεύρω,ἀλευρίτης,ὁ τῶ ἀλφίτω. GAL. Seruant à farine. ITA. *Che serue à farina.* GERM. Das zu dem mäl gehört. HISP. *Cosa perteneciente à harina.* ANG. *That belongeth to meale.*} *Plin.lib.18.* Farinario cribro succernunt.

FARAN, {פרן *parán.* φαράν. Oppidum trans Arabiam, Sarracenis iunctum qui in solitudine vagi errant. Pharan (inquit Stephanus) oppidum est inter Ægyptum & Arabiam: à quo fit gentile Pharanites, φαρανίτης, & possessiuum Pharaniticus, φαρανιτικός.

Fārcĭo, is, farci, fartum, Sagino, pinguefacio, saturo quasi farre impleo. {חשבע *hubtsá* הבא *hibri* מלא *mille.* συμπλήθω,σπιόω. GALLIC. Farcir, remplir. ITALIC. *Ingrassare, impire.* GERMANIC. Fullen/mesten. HISPA. *Embutir o recalcar.* ANG. *To fill, to stuff, to fatt, or cramme.*} *Col.l.8.c.7.* Hæc enim ferè communis est cura farcientium: nam illi qui volunt non solùm opimas, sed etiam teneras aues facere, mulsea fœcunde aqua prædicti generis farinam conspergunt & ita farciunt.

¶ Significat & quouis modo implere, idque per metaphoram. *Pl.in Epistol.* Præterea architectus sanè æmulus eius, à quo opus inchoatum est, affirmat parietes (quanquam viginti & duos pedes latos) imposita onera sustinere non posse: quia sint cæmento medij farti, nec testaceo opere præcincti. ¶ Farcire alicui centones. *Plau.Epid.* hic non est locus: Quin tu alium quæras cui centones farcias, id est, quem tu gloriosis mendaciis, & confarcinatis fabulamentis expleas. * Farcire pannum in os, pro Inferere. *Sen.3.de Ira,* Dum spongiæ non reperiantur, scindi vestimenta miserorum, & in os farcire imperauit. ¶ Huius verbi composita sunt Confercio, Effercio, Infercio, Offercio, Refercio. *Quorum significata vide suis locis.*

Fārtŭs, seu Fartus, participium. { מלא *malé.* ἐμφορηθείς,σπυθείς,παθείς. GALLIC. Farci, rempli. ITAL. *Guarnito, riempito.* GERM. Gefüllt/volgeschoppet HISPAN. *Embutido ò recalcado.* ANGLIC. *Stuffed, crammed.*} *Cicero 7.Verr.* Lectica octophoro ferebatur, in qua puluinus erat pellucidus, Melitensi rosa farctus. *Martial.lib.5.* Hic farta premitur angulo Ceres omni. *Plin.lib.29.ca.5.* Fartus ventriculus coriandro.

Fārcĭmĕn, pen.prod. huius farciminis, Intestinum variè ac minutim concisa carne refertum. {ἀλλᾶς. GAL. Sauciſſe, andouille ou boudin. ITA. *Salcisia, lucanica.* GER. Ein wurst. HI. *Longaniza, salcitia, ò relleno.* ANG. *A sawsige, a pudding.*} *Varr.lib.6.de ling. Lat.* Ab eadem fartura farcimina extis appellata.

Fārtōres, Qui farcimina faciunt ex insecta carne & adipe & huiusmodi. ἀλλαντοπῶλαι. GAL. Paſtiſſiers, faiſeurs de ſauciſſes. ITA. *Scalciai, che fan no salcicie.* GER. Wurstmacher. HIS. *Los que hazen salcicias.* ANG. *Pudding makers, crammers of geese or capons.*} Aut certè aues macras ab aucupibus emptas, lucri gratia farciunt, hoc est, saginant. σπιοῦ: *Terent. in Eunuch.* Cupidinarij omnes, cetarii, lanii, coqui, fartores, aucupes. *Columel.lib.8.c.7.* Pinguem quoque facere gallinam, quamuis fartoris non rustici sit officium. ¶ Hoc etiam vocabulo, *autore Festo,* appellati sunt nomenclatores, quòd obuiorum nomina candidatis in aurem in farcirent.

Fārtilis, fartile, pen.corr. Fartus. {ברוא *bari.* σπιτιός. GA. Engraiſſé. ITA. *Ingrassato* GER. Gefult/gemest. HIS. *Embutido, relleno, recalcado.* ANG. *Made fatt, francked or crammed.*} *Plinius lib.10.c.22.* de anseribus & eorum iecore loquens, Nostri sapientiores, qui eos iecoris bonitate nouêre, fartilibus in magnam amplitudinem crescit. Vbi fartiles anseres vocat fartos & saginatos.

Fārtum, ti, Genus libi, à farciendo dictum: quòd multis variis rebus farciretur. *Perſ.Sat.2.* Attamen hic extis & opimo vincere farto Contendit. Veteres enim (*vt Cato de Re rustic. scribit*) struem farris, tritici, hordei, fabæ, seminis rapacij, ture ac vino additis, ante messem parabant in porcæ præcidaneæ immolatione, Ianóque & Ioui ac Iunoni sacrificabant: quæ diuersarum rerum congeries fartum appellabatur. Scribitur etiam fertum, & *Cornutus* dici putat à ferendo: quod genus hoc libi dius infertur à pontificibus: quam nonnulli (*vt inquit idem*) vas putant esse quod ornatum certis speciebus & refertum sacris dius infertur.

¶ Est & fartum quo quid farcitur, vel fartum est. {τὸ ἐμφορητὸν,τὸ σπιωτὸν,τὸ ἔνστιμα. ANG. *Suffe wherewith any thing is stuffed.*} *Col lib.3.* Semper proderit, simul ac folia agere cœperit ficus, rubricam amurca diluere, & cum stercore humano ad radicem infundere: ea res efficit vberiorem fructum & fartum fici speciosius & plenius. [*Plaut. Amph.* Qui non iubes illam pro Cerrita circunferri? A. Quin facto opus est. *Idem Mil sc.1.a.1.* Quæ (machæra) gestit fartum facere ex hostibus.] ¶ Fartum vestis pro ipso corpore posuit *Pl.in Most.* [*sc.3.a.1.*] Non vestem amatores mulieris amant, sed vestis fartum.

Fārtură, æ, dicitur actus modúsve farciendi altilia. {ἐμφόρησις,ἔνστιμα,σπιωτός. GAL. Engraiſſement. ITA. *Ingrassamento di bestie.* GER. Fullung/mestung. HIS. *Aquella obra de embutir relleno.* ANG. *A cramming or making fatt.*} *Col.lib.9.* Sed si fastidiet cibum, totidem diebus minuere oportebit quot iam farturæ præcesserunt.

Fārtim, aduerbium, penè idem quod aceruatim, accumulatim. חמרים חמרים *chomarim chomarim.* συμπεφορημένως. GAL. A monceaux. ITA. *Amuchi.* GER Hauffechtig/schollechtig. HIS. *A montones.* ANG. *By heapes.*} *Apule.* Parabat filicum fartim concisum. [Fariolus, i. *Gall.* Vn Deuin: *Trent. Scaurus de Orthograph.* Fariolus pro hariolo apud veteres, vt fordeum, & fœdus, pro hordeo & hœdo.]

FARFARVS, siue Farfar, Syriæ fluuius, qui ex radicibus Libani montis emittitur, & per Antiochiam fluens Syriaco miscetur mari. {GERMANIC. Ein fluß in Syrien so vnden am berg Libano entspringt.} Farfarus etiam dictus est fluuius per Sabinos fluens. *de quo Ouid.* & amœnæ Farfarus vndæ. A quo nomine dicitur Fabaris pen.corr. *Virgil. lib.7.* Qui Tybrim Fabarimque bibunt. ¶ Farfarum vocat *Plautus in Pœnulo* arborem populum, Prosternebam, inquit, eos vt folia farfari, quæ leui pulsu venti alicuius, Autumno vniuersa aliquando cadunt.

Farfentum, Virgulti genus est, *inquit Festus.*

Farfŭgium, gij, Herba est nymphææ non absimilis, circa fluuios nascens, populi folio, sed ampliore, μεγαλοφύλλου. Alio nomine farranum dicitur. *Vide Plin.lib.4.c.15.*

Fārīs, vel fare, fatur, fatus. A Fero deductum est: quod inter alia significata significat loqui. {דבר *dibbér.* φάσκειν. GAL. Parler. ITAL. *Parlare.* GER. Reden. HIS. *Hablar.* ANG. *To speak.*} Quanquam fari, *teste Varrone,* minus sit quàm loqui. Pueri enim quum primùm vocem edere incipiunt, quæ intelligi potest, fari dicuntur. *Plinius lib.11.cap.1.* Qui celeriùs fari cœpêre, tardiùs ingredi incipiunt. Loqui autem nemo dicitur, nisi qui seruato quodam verborum ordine perfectè quæ sentit efferre potest. Vnde pueri qui nondum fari didicerunt, infantes dicuntur. Hæc tamen *Varronis* differentia non obseruatur. *Virgilius lib.6.* Sic fatur lacrymans, classíque immittit habenas. Legitur & in significatione passiua *Suetonius,* Prætorum fasti dies sunt quibus ius fatur, id est, dicitur, sicut nefasti, quibus non dicitur, θεμιτός. Huius verbi prima persona deberet esse for, *vt inquit Priſc.* quæ tamen non est in vsu. ¶ Eius cõposita sunt Effari, eloqui, Affari, alloqui, περιφαίνειν. *Cicin Cat.* Licet mihi iisdem versibus affari te, ô Attice, quibus affatur Flaminium ille vir. Præfari antè fari. προλέγειν. *Columella in Præfatione,* Quos ordine suo tunc demum persequar quum præfatus fuero, quæ reor ad vniuersam disciplinam maximè pertinere. Profari idem quod effari. *Virgilius primo Æneidos,* Tum breuiter Dido vultum demissa profatur.

[Fandi Gerundium, *Gellius capite tertio libro 16.* Homo fandi dulcissimus.]

Fāndo, gerundium. *Plautus Amphitr.* quæ neque fieri possunt, neque fando vnquam accepit quisquam, profers Carnifex. *Cicer pro Quintio,* Non denique vlla vnquam intercessit postulatio, omitto æqua, verùm ante hoc tempus ne fando quidem audita. [Sæpè occurrit *apud Liuium.*]

Fāns, participium, {דבר *dobér* מדבר *medhabbér.* φασὶ,λέγων. GAL. Parlant, qui dit. IT. *Parlante.* GE. Redend. HI. *El que habla.* A. *That speaketh.*} *Propert.lib.3.El.7.* Subtrahit hæc fantem torta vertigine fluctus.

Fātŭs, participium. ἐπὼν,φάμενος. *Virg.2. Æneid.* Sic fatus: deinde comantem Androgei galeam, clypeique insigne decorum Induitur.

Fandus

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Fándŭs,fanda, fandum, quanuis ratione originis videatur significare quod fatu dignum est: ferè semper tamen accipitur pro eo quod iustum, æquum, rectúmque est. {θεμιτὸς, ὁσιος, ἱερὸς, ῥητός. GAL. Qu'on ſtum, æquum, rectúmque eſt. {θεμιτὸς, ὁσιος, ἱερὸς, ῥητός. GAL. Qu'on ſtum, æquum, rectúmque eſt. {θεμιτὸς, ὁσιος, ἱερὸς, ῥητός. GAL. Qu'on ſtum, æquum, rectúmque eſt. {θεμιτὸς, ὁσιος, ἱερὸς, ῥητός. GAL. Qu'on ſtum, æquum, rectúmque eſt. {θεμιτὸς, ὁσιος, ἱερὸς, ῥητός. GAL. Qu'on

Fārrāgo, Farreatio, Farreum, Farina, Farinaceus, Farinarius, *Vide* FAR.

Fārtilis, Fartim, Fartores, Fartum, Fartura, *Vide* FARCIO.

Fās, Nomen eſt defectiuum, ties tantùm caſus habens, eóſque in ſingulari numero, nominatiuum videlicet, accuſatiuum & vocatiuum. Eſt autem Fas, idem quod ius, quod pium, & fando dignum: & putant referri ad deos, quemadmodum iuſtum ad homines. {θέμις, ὁσία. GAL. Ce qui eſt loiſible, licite & permis. ITAL. *Ciò che é giuſto, lecito & honeſto.* GER. Göttlich/billich vnnd recht. HIS. *Lo que es licito por religion.* ANG. *Lawful, ſtanding with te lawe.* } {Fas prohibet quemquam Latio de ſanguine natum Vincla pati. *Ouid. Eleg. 1. lib. 2. Triſt.* Si fas eſt homini cum Ioue poſſe loqui. *Ibid. Eleg. 3. lib. 5.* ¶ Pro poteſt, *Ouid.* Eſſe. *5. lib. 3. Triſt.* Fas etiam fieri ſolitis ætate priorum Nomina, &c. (i. fieri poteſt, vt &c.) *Idem Eleg. 2. lib. 1. Triſt.* Nec fáſve, piámve puto. (i. iuſtum, honeſtum.) ¶ Nec vos mihi fallere fas eſt (ô manes) (i. pium.)] *Virgilius 1. Georgicor.* Fas & iura ſinunt, id eſt, diuina & humana iura permittunt. *Et paulò poſt.* Quippe vbi fas verſum; atque nefas, tot bella per orbem, Tam multæ ſcelerum facies. ¶ Fas eſt, id eſt, licitum [ſiue pium.] *Plaut. in Aſin.* [*Sc. 1. a. 3.*] Neque pol te accuſo, neque id me facere fas [id eſt, pium] exiſtimo. *Cicer. pro Mil.* Clodium nihil delectat quod aut per naturam fas ſit, aut per leges liceat. *Tacit. lib. 14.* Ex hominum fibris conſulere deos fas habebam. *Quint. lib. 3. cap. 8.* In iudiciis enim vulgò fas habetur, indulgere aliquid ſtudio ſuo. Huius contrarium eſt Nefas, quod eſt impium & execrabile. ἀθέμιτον.

[Faſceatim: *Quintilian.*]

FASCĔLIS, idis, Dicta eſt Diana, à faſce lignorum, in qua abſconditum eius ſimulachrum Oreſtes & Iphigenia ex Taurica regione Ariciam attulerunt.

Fāsci-ă, æ, Genus linteoli quo pueri vel aliud quid ligari ſolet {חתלה *chathulláh.* חתול *chittúl.* δῆσις, σπάργανα. GAL. Vne bande ou autre piece de linge, comme pour emmailloter les petis enfans, ou vn gorgias ou bauette, ou vn brayer, ou des gueſtres. ITA. *Faſcia.* GER. Ein wigenband/windlen. HI. *Lfaxa.* ANG. *A bande tyk vnto that where with litle babes arbound in thair ſwathling clothes.*} *Cic. 2. de Diuin.* Defert ad coniectorem quidam ſomniaſſe ſe ouum pendere ex faſcia lecti ſui cubicularis. ¶ Et proprie, pro tegumento crurum pedúmque faſciæ poni conſueuerunt: ideóque crurales, peduléſque dicuntur. *Vlpianus.* Faſciæ crurales, peduléſque veſtis loco ſunt, quia partem corporis veſtiunt. *Scribit Plin. lib. 8.* Mures portendiſſe exitium Carboni Imperatori, arrofis faſciis quibus in calceatu vtebatur. *Columel. lib. 7.* Rectè genibus applicantur ac faſciis circundantur. ¶ Faſcia pectoralis, quâ mulieres mammas tegunt. *Martialis lib. 14.* ¶ Item faſciæ dicuntur ſectiones quædam orbis, quæ ab Aſtrologis zonæ, ſiue plagæ appellantur. *Mart.* Orbis terræ in quinque zonas, ſiue meliùs faſcias diſcernitur. [¶ Eſt quoque faſcia, inſigne regium: *Senec. epiſt. 81.* & *Sueton. in Cæſ. ca. 79.* Cùm quidam, inquit, e turba ſtatui eius (Cæſaris) coronam lauream candida faſcia præligatam impoſuiſſet. Et paulò infrà, Ex eo infamiam affectati regni diſcutere voluit, &c. *Item in Calig cap. 17.* Viris; pueris, ac fœminis faſcias purpuræ ac conchylij diſtribuit. ¶ *Item Quintiliano*, Faſciæ ſunt quibus crura veſtiuntur ægrorum. *Et Item Suet. cap. 21* Faſcia carnem quæ excreuit, ſubſtringere.] ¶ Ponitur pro nube, in modum faſciæ cælum percurrente. *Iuuenal. Satyr. 14.* Nil color hic cæli, nil faſcia nigra minatur.

Fāsciŏlă, diminut. Parua faſcia. {σπαργάνιον. GAL. Bandelette, petit gorgias, drappeau. ITA. *Picciola faſcia.* GER. Ein bindle. HIS. *Pequeña faxa.* AN. *A litle bande, agarter.* } *Cic. de Aruſp. reſpon.* P. Clodius à crocata, à mitra, à muliebribus ſoleis, purpureiſque faſciolis, à ſtrophio, à pſalterio, à flagitio, à ſtupro eſt factus repentè popularis. *Horatius lib. 2. Serm. Satyr. 3.* ponas inſignia morbi, Faſciolas, cubital, focalia.

Fāscĭo, as, are, Eſt faſcia ligare. {חתחיל *hechethil* חבש *chabaſch.* σπαργανόω. GAL. Bander, emmailloter, lier des bandes, enuelopper. ITAL. *Faſciare, bendare.* GER. Binden/einbinden. HI. *Faxar ò emboluir al cuerpo la faxa.* ANG. *To knitt or binde with a bande, to ſwalde.* } *Spartianus de Antonino Pio*, Sed quum eſſet longus & ſenex, incruatúſque tilia eiis tabulis in pectore poſitis faſciabatur, vt rectiùs incederet. *Mart. lib. 12.* Nec faſciato naufragus loquax trunco.

Fāsciculus, *Vide* FASCIS.

Fāscĭnum, penult. correp. Quoddam incantationis genus, quo homines ita ligantur, vt, liberi non ſint, nec mentis compotes, ſæpéque ad extremam maciem deueniant. [Vnde dictum, docet *Gellius cap. 12. li. 16.*] {כשף *chaſchâph.* βασκανία, γοητεία. GAL. Sorcelerie, enchanterie, enchantement. ITA. *Malia incantamento.* GER. Verzauberung. HISP. *Ojo, encantacion, aojadura.* ANG *An inchantement, bewitching.*} *Horat.* pro virili membro poſuit *in Epod. Od. 8.* Illiterati num minus nerui rigent, Minúſve languet faſcinum?

Fāscĭno, as, pen. corr. Faſcino noceo. [Vndedicatur vide *apud Gell. cap. 12. li. 16.*] {כשף *chiſcheſchéph.* κατασκευάω. G. Enſorceler, enchanter. IT. *Amaliare, ſtrigare.* GER. Verzauberen. HIS. *Aojar con mal ojo* ANG. *To bewiteh, to foreſpeak.* } *Virgil. 3. Eclog.* Neſcio quis teneros oculus mihi faſcinat agnos. Lingua mala faſcinare aliquid, *Catull. ad Lesb.* Fit autem à verbo Græco βασκαίνω quod ſignificat inuideo, indignor, iraſcor, accuſo. Huius compoſitum eſt Effaſcino.

Fāscĭnāns, tis, partic. {מכשף *mechaſchſchéph.* βασκαίνων. GALL. Enſorceleur, ſorcier. IT. *Strigante, amaliante.* GE. Verzauberen. HI. *El que aoja.* AN. *One that bewitcheth or foreſpeaketh.* } *Plin. lib. 13. c. 4.* Dente contra faſcinantes religione politum.

Fāscĭnātio, onis. {כשף *chaſchâph.* βασκανία, γοητεία. GAL. Enſorcellement, ſorcelerie. ITA. *Lo ſtrigare & amaliare, amaliamento.* GER. Verzauberung. HIS. *Aquella obra de aojar con mal ojo, aoiadura.* ANG. *A bewitching, a foreſpaking.* } *Plin. lib. 28. c. 2.* Cur & faſcinationibus adoratione peculiari occurrimus? *Idem lib. 19. cap. 4.* Hortóſque & fores tantùm contra inuidentium faſcinationes dicari videmus. [*Gell. c. 4. lib. 9.* Faſcinationes fieri oculis.]

*Faſcinus, ni, penultima correpta, Dei nomen apud veteres. *Plin. lib. 28. c. 4.* Religione mutatur & Faſcinus, imperatorum quoque non ſolum infantium cultos, qui deus inter ſacra Romana à Veſtalibus colitur, & currus triumphantium ſub his pendens defendit medicus inuidiæ, iubéſque eoſdem recipere.

Fāscis, huius faſcis, maſculini generis, Lignorum aliarúmve rerum colligatarum congeries. {אגרה *aghuddáh.* δέσμη. GA. Vn faiſſeau de quelque choſe que ce ſoit, vn paquet, fardeau ou botte. ITA. *Faſcio, fardello.* GERM. Ein burſle/es ſey holtz oder ein ander ding. HI. *Hace, emboltorio, ò carga como de leña.* ANG. *A fagot, a ſhaffe of arrowes.* } Vnde faſcem cocularium vocare poſſumus id quod Pariſienſes vocant, *Bourrée.* Nam cocula (*vt Feſtus ait*) ſunt ligna minuta quibus facilè coquuntur obſon a. *Cæſar 8. bell. Gall.* Faſces ſtramentorum, ac virgultorum, Sic faſces calamorum, *apud Martialem lib. 14.* ¶ Per tranſlationem quandoque ponitur pro onere. ἄχθος. Nam faſces lignorum, ſeu aliarum rerum, graues ſunt portantibus. *Virg. in Bucol.* -ego hoc te faſce leuabo. *Idem 3. Georg.* -non ſecus, ac patriis acer Romanus in armis Iniuſto ſub faſce viam dum carpit. ¶ Vno faſce complecti, legitur *apud Plinium in Epiſtol.* pro eadem opera & coniunctim agere, non ſeparatim Id Græcè dicunt συναθρόως, id eſt comprehenſim. ¶ Erant præterea faſces, apud Romanos magiſtratuum inſignia, quæ illis à lictoribus præferebantur: Conſulibus quidem duodeni, Proconſulibus autem & Prætoribus ſeni. {ῥάβδοι συνδεδεμέναι φερόμεναι πρὸ τῶν ὑπάτων. GAL. Petis trouſſeaux de verges à l'enrour des haches d'armes qu'au temps paſſé ou portoit deuant les magiſtrats. ITA. *Inſigne portate anticamente auanti i magiſtrati Romani.* GERMA. Buſchlen ruten vmb ein axt gebunden / ſo man vor zeyten zu Rom den burgermeiſteren vorgetragen hatt. HIS. *Las inſignias del conſul Romano.* ANGL. *Signes, or tokens of honours borne in oldes tymes before the magiſtrats of Rome.* } Fiebant autem ex betula arbore in eum vſum ex Gallia in Italiam tranſlata. Figura faſcium erat huiuſmodi, Detractis ex betula arbore virgis, ita includebatur ſecuris, vt acies ferri in ſummitate emineret, reliqua pars circunducto loco tegeretur. Quod eo conſilio à maioribus fuit excogitatum, (*vt docet Plutarchus in Problematibus*) vt oſtenderent magiſtratuum iram in ſumendo ſupplicio non debere eſſe precipitem, cóſque faſces habere, ſed tamen ligatos: quíque ſine iuſta cauſa non debeant diſſolui. Præterea ſi ſubitò in aliquem magiſtratus excanduiſſet, vt ea mora, dum virgæ, aut ſecuris expediretur, furor ille aliqua in parte ſubſideret. Duo autem videbant eſſe facinoroſorum genera, quorum alterum ſperabatur poſſe emendari, alterum planè erat deploratum. Qui igitur corrigi poterant, virgis caſtigabantur: malitia verò deplorata ſecuri amputabatur. ¶ Quoniam verò faſces erant magiſtratuum inſignia, factum eſt vt pro ipſis etiam magiſtratibus ponantur. *Vir. lib. 2. Geor.* Non illum populi faſces non purpura regum Flexit. Hinc Summittere faſces, eſt auctoritatem vímque imperij, maiori atque auguſtiori imperio ſubmittere. ὑφιέναι τὰς ῥάβδους τῷ σφοδρύνοντι τὴν ἀρχήν. *Sic Publicola*, [autore *Plutarch. in Valer.* &c.] *Liu. l. 2. ab Vrb.* Cum populo Romano acturus, eius maieſtati faſces ſubmiſit, hoc eſt, lictores, cæteráque magiſtratus inſignia à ſe recedere iuſſit, vt veluti priuatus populi iudicium ſubiret. Vocato, inquit, ad concilium populo, ſummiſſis faſcibus in concionem aſcendit. Ad hunc etiam modum intelligendum eſt illud *Plin. lib. 7. c 30.* Cneus Pompeius confecto Mithridatico bello, intraturus Poſſidonii ſapientiæ profeſſione clari domum, fores percuti de more à lictore vetuit: & faſces lictorios ianuæ ſubmiſit is, cui ſe Oriens, Occidénſque ſubmiſerat, hoc eſt, lictores ſuos ad ianuam ſubſiſtere iuſſit, vt veluti priuatus familiariter cum Poſſidonio colloqueretur.

Fāscĭcŭlus, li. diminutiuum, Paruus faſcis. {אגרה *aghuddáh.* δέσμη. GAL. Vn petit faiſſeau ou fardeau paquet. ITA. *Picciolo faſcio, fardello.* GER. Ein burbelen/buſchelein HIS. *Pequeño hace, emboltorio.* ANG. *A litle fagot, or fardell.* } vt, Faſciculus literarum, *Cicer. ad Quintum Fratrem lib. 2. Idem ad Tironem*, Quod faſciculus alter ad me iam ſine tuis literis perlatus eſt. ¶ Accipitur & pro olfactoriolo. ὀσφρητήριον. *Cice. lib. 3. Tuſcula.* Faſciculum ad nares admouebis, incendes odores, & ſertis redimiri iubebis, & roſa.

Fāscĭă tim. *Quint. lib. 1. c. 4.* Adiiciebant & aſſeuerationem, vt heu: & attractionem, vt faſceatim: quæ mihi non approbantur.

Fāscĭŏlus, pen. prod. *Vide* PHASELVS.

Fāsĕolŭs, li. {φασήολος. GA. Des faſeoles, vne eſpece de pois. ITA. *Fagiuolo.* GERM. ein gattung gemüß tregt etwas lengere täſchlin dann Griechiſch höuwe. HISP. *Faſoles legumbre.* ANG. A *king of pulſe.* } Genus leguminis ſiliquam ferens longiorem quàm fænogræcum, quæ vnà cum ſemine manditur viridis ex oleo & garo. *Colume. lib. 2. c. 15.* Faſeoli modii quatuor obruuntur totidem operis. ¶ Legitur & Faſcelus, li, per tres ſyllabas. *Virg. 1. Georgic.* Si verò vicíamque ſeres, vilémque faſelum. *Galen. lib. de Aliment. facul.* faſeolos diſtinguit à faſelis: vúltque faſeolum plantam hortenſem eſſe eandem cum ſmilace, cuius fructus lobi dicuntur, & dolichi *Theophraſto*: Faſelum autem eundem eſſe cum cicercula, aut certè eius ſpeciem, quæ etiam hodie *Faſillorum* nomen apud vulgus retinet.

Fāstī dies. Dicti ſunt quibus Prætoribus licebat tria verba fari, do, dico, addico. {ᾧ ἐξεστιν, δίκαιόν ἐστι λέγειν. GA. Iours plaidoyables. IT. *Giorni da litigare & lauorare.* GE. Gerichtstag an denen man gericht halte darff. HI. *Dias en los quales ſe puede pleytear.* AN. *Dayes of aſſiſe, or pleaſible dayes in the which iudges did ſitte.* } & Nefaſti, quibus non licebat fari. *Ouid. lib. 1. Faſt.* Ille nefaſtus erit, per quem tria verba ſilentur. Faſtus erit per quem lege licebit agi. ¶ Faſti etiam libri, omnium dierum totius anni rationem, & numerum continentes. {ἐφημερὶς ἐναγῶν ἡμερῶν. GA. Calendrier, par lequel on pouuoit cognoiſtre les iours feſtez, plai-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

doyables & non plaidoyables. ITA. *Calendario da cognoscer i giorni festiui da gli altri, & quando si litiga ò no.* GER. Kalender oder bucher auß welchen man die feyrtag oder andere gebottne oder verbotne tag erlernet. HISP. *Libro de los annales, el calendario para conoscer las fiestas.* ANGL. *An almanak to knowe holy or p'eadible dayes.*} Pro eodem etiam legimus Fastus, huius Fastus, per quartam declinationem. *Lucanus lib.10.* Nec meus Eudoxi vincetur Fastibus annus. Et, *vt autor est Priscianus*, eadem forma dicitur fastus, vel fasti, qua senatus vel senati, ornatus vel ornati, apparatus vel apparati. Ante tempora Appij Cæci, Romani fastos non habebant, paucíque sciebant, posset lege agi, nécne, donec Cn. Flauius Appij scriba, compilatis patroni scriniis, fastos populo publicè legendos proposuit: quod adeò gratum populi Romano extitit, vt illum primùm Tribunum plebis, deinde etiam Ædilem curulem designarint. [*Senec. c.14. de Consol. ad Polyb.* Ad fastos & annales te perducam publicos. *Et Sueton. in Tiber. cap.5.* In fastos actáque publica relatum.]

Fāstĭdĭo, Fastidium. *Vide* FASTVS, pro superbia.

Fāstĭgium, gij, Altitudo, & summitas operis, quæ latitudine surgere incipiens, paulatim tollitur in acumen. {ראש *roseh.* κολοφών. GA. Le coupet ou sommet, le comble ou cime. ITAL. *Fastigio, sommità, acutezza.* GE. Ein spitzgipfel oder gibel/ein fyrst. HIS. *Combre ò altura de alguna cosa.* AN. *The ridge of an house, the toppe or higt of a thing.*} Hinc illam formam in quacunque re fastigium dixêre, κῶνον. *Virg. lib.1. Æneid.* & fastigia suspicit vrbis. *Cæsar 7. bell. Gall.* Meditoci interfecto spatio, pari altitudinis fastigio. *Plin. in Paneg.* Excessúrósque templorum fastigium titulos. ¶ Quandoque est quod vulgus *Statum* vocat: vnde *apud Liuium*, Ciues ciu dem fastigij, hoc est, eiusdem status, sortis, conditionis, aut dignitatis: ἴσοι πλὴν τάξιν. *Curtius*, humanum fastigium exceditis, id est, humanæ conditionis modum. μείζονες ἢ κατὰ ἀνθρώπους γενέσθαι. Hinc attollere fastigium, id est, augere nomen, existimationémque. [*Sueton. in Calig. c.22.* Fastigium principum & regum. Et *in Cæs. c.76.* ampliores humano fastigio. *Item Cæs. lib.2 de bell. ciuil.* Fastigio leuiore, & molliore fastigio. Et *Senec. c.4. de Consol. ad Marc.* In fastigio collocatis (i. principibus.) & *Velleius*, Principale fastigium. (de Metello.) *Idem Vell.* In quod fastigium emersissent partes Pompeianæ. *Quintilian.* In fastigio eloquent. æ stetit Cicero. *Idem*, Quantum fastigium accepit eloquentia à Demosthene, & Cicerone.] ¶ Vsurpauit pro profunditate, siue altitudine. *Virgil lib.2. Georg.* Forsitan & scrobibus quæ sint fastigia, quæras. ¶ Per translationem etiam pro cuiusli bet rei fine & extrema manu quæ operi imponitur. *Cicero libro 3. Officior.* Sed quoniam operi inchoato, propè tamen absoluto, tanquam fastigium imponimus. Tracta est metaphora à ratione ædificiorum quibus acuminatum illud tectum quod proprie fastigium vocatur; vltimo loco imponitur. ¶ Fastigia *Diomedi Grammat. libr. secundo*, sunt accentus, qui capitibus literarum apponuntur. Accentus, *inquit*, quidam fastigia vocauerunt, quòd capitibus literarum apponerentur. * Fastigium, Idem quod genus. *Varro de Re rust. lib.1. c.6.* Igitur quum tria genera sint à specie simplicia agrorum, campestre, collinum, & montanum: est ex iis tribus quartum, vt in eo fundo in quo hæc duo vel tria sunt, vt multis locis licet videri. E quibus tribus fastigiis simplicibus, siue dubio infimis alia cultura aptior quàm summis, quòd hæc candidiora quàm summa: sic collinis, quòd ea tepidiora quàm infima aut summa. *Paulò pòst*, Propter hæc tria fastigia formæ, discrimina quædam fiunt fationum. *Ibidem ad finem capitis*, Hæc atque huiusce modi tria fastigia agri ad colendum dispariliter habent momentum.

Fāstĭgĭŏ, gias. Acumino, & quasi in fastigium erigo. {ὀξύνω. GAL. Faire en pointe, aiguiser par le haut. ITA. *Aguzzare, tirare in punta.* GER. Spitzen/in die höhe wie ein gibel auffrichten. HIS *Enhestar ò encumbrar ò empinar.* ANG. *To mak a thing sharpe to wardes the toppe.*} *Plinius libro 18. c.7.* Frumenta hyeme in herba sunt, verno tempore fastigiantur in stipulam, quæ sunt hyberni temporis. Sic dicimus fastigiatum in meram: quòd summa sui parte acutius quàm ima, metæ habet similitudinem: & fastigiatum in mucronem, quod summa sui parte cuspidata mucronem refert. [Vsus est & *Cæsar lib.2. de bell. ciu.*] *Liu.7. bell. Maced.* Ipse collis est in modum metæ in acutum cacumen fundo satis lato fastigiatus.

Fāstĭgo, as, *Sil. lib.5.* -mediámque per aluum Sensum fastigans, compressa cacumina nectit.

Fāstĭgātĭo, verbale. {ἀκρόφασις. GAL. Aiguisement & amenuisement en pointe. ITA. *Somnita, aggruzzamento.* GE. Spitz. HISP. *Aquella obra de encumbrar ò empinar, encumbramiento.* ANG. *A making sharpe in the toppe.*} *Plin. lib.17. cap.14.* Calami exactio ut edullam ne nudet: tenui tamen fistula detegat, vt fastigatio læui descendat cuneo, tribus non amplior digitis.

Fāstōsŭs. *Vide* sequentia.

Fāstŭs, huius fastus, masc. gen. Superbia, & elatio quædam cum iactantia verborum. {גאות *gaaváh* גאות *geúth* זדון *zadhón.* ὑπερος. GAL. Arrogance, hautaineté, orgueil. IT. *L'arroganza, l'orgoglio, la propria presuntione.* GE. Pracht/stoltzheit/hochmut. HI. *Fasto, soberuia, altiuez.* AN. *Pryde, loftinesse, hawtinesse.*} *Pls. ls. 11. c.37.* Hæc maximè indicant fastus. *Idē lib.9. c.35.* Superbo simul ac procaci fastu, vt regina meretrix. [*Ouid. 1. Fast* Fastus inest pulchris.]

Fāstōsŭs, a, um, Qui magno fastu alterum contemnit. {זד *zedh.* ὑπερήφανος, καταφρόνητος. GAL. Arrogant, desdaigneux, hautain. ITA. *Arrogante, altiero, sdegnoso.* GE. Prächtig/Stoltz/hochtragend. HIS. *Soberuio ò altiuo.* ANG. *Hawtie, that prowdly disdayneth other.*} *Martial. [epig.13.] lib.10.* Ad nocturna iaces fastosæ limina mœchę. ¶ Fastosus Maximus, κόμπος μάζιμος. In eum dicebatur qui sibi plus satis arrogasset in sapientia. Sumptum à moribus Maximi cuiuspiam arrogantis, & sibi immodicè placentis. *Diogen. Collect.*

Fāstĭdĭo, dis. penultima producta, diui, ditum, à fastu. Nam propriè fastidio, est cum fastu quodam contemno, fastidio afficior, fastidium ad rem habeo, ἀποστρέφομαι. cum accusatiuo. {עץ kats מאס mads בעל baʕál. διαπτύω, παραπέμπομαι, δυσχεραίνω. GALLIC. reietter auec desdain, ne tenir conte, mespriser, desdaigner. ITA. *Hauer in fastidio, fastidire.* GERMA. ein vnwillen haben/verachten. HISPA. *Exhastiar, hazer hastio.* ANGLIC. *To contemne with disdaine, to lothe.*} *Virgil. 2. Eclog.* Inuenies alium, si te hic fastidit Alexis. [Fastidire preces alicuius. *Liu. lib.34.* Et, Fastidire gloriosos. *Plaut. Curc. sc.2. a.5.* Vt fastidit gloriosas! *Idem Men. sc.2. a.1.* Olfacta penicule lepide vt fastidis. *Idem Capt. sc.2. a.4.* Nactus (alium) vbi cœnes, eo fastidis. (i. non vis apud me cœnare.) Dicitur etiam de stomacho, quum cibum aliquem respuit: constructúrque sæpissimè cum accusatiuo, interdum etiam cum genitiuo. *Horatius in Serm.* Num esuriens fastidis omnia, præter panonem, rhombúmque? *Plaut. in Aul.* Ablit, neque me certiorem fecit, fastidit mei. *Lucilius lib.7.* Difficiles sumus, fastidimus bonorum. [Fastidiendo. *Quintilianus.* Quasi fastidiendo calcare quæ refutare non possis.]

* Fastidire, cum infinitiuo, pro Recusare. *Quint. lib.5. c.11.* Philosophi quanquam inferiora omnia præceptis suis ac literis credunt, repetere tamen authoritatem à plurimis literis non fastidiunt. *Idem*, Idque fieri, quia fastidiant præstare hanc inferioribus curam.

Fāstĭdĭtŭs, pen. prod. Fastidio habitus. {נגעל *nigʕál.* πικρὸς ὢν, καταφρόνητος. GAL. Mesprisé, contemné. ITA. *Fastidito.* GER. Verachtet/ab dem man hatt ein vnwillen getragen. HIS. *Enhastiado, ò menospreciado.* ANG. *Hated, lothed, disdained.*} *Lucan.* - pars magna Senatus Fastidita iacet. *Plin. in Præfat.* Res ardua vetustis nouitatem dare, nouis autoritatem, obsoleris nitorem, obscuris lucem, fastiditis gratiam, dubiis fidem. Verba fastidita repellere. *Ouid. 4. de Ponto.* Donus fastidita. *Idem 2. de Remed. am.* [*Idem Oui. Ep. 1. lib.2. Trist.* Et audet (me) Non fastiditis annumerare viris. *Ibid. El. 6. lib.1.* Non fastiditus si tibi lector ero.]

Fāstĭdĭum, dij, Contemptus, tædium. {געל *goʕál.* καταφρόνησις. GAL. Desprisement, mespris, contemnement, degoustement. ITA. *Fastidio, sprezzamento.* GER. Maßleidigkeit/verdruß/verachtung. HIS. *Hastio ò aborrecimiento de alguna cosa.* ANG. *Disdaine, lothsomnesse.*} *Cic. 11. Philip.* Si essent arrogantes, non possem ferre fastidium.] *Quint. lib.2. cap.4.* Fastidium mouent vt frigidi & repositi cibi. *Sueton. in Tib. cap.49.* Ad fastidium vitæ adigere. *Idem in August. cap.76.* Pari fastidio spreuit cacozelos *Idem in Tib. cap.10.* An vxoris tædio, an assiduitatis fastidio vitrato, &c. *Idem Sueton. in Neron. cap.44.* Ingenti fastidio exigere tributum.] *Quintilian. lib.9. cap.3.* Quotidiani, & semper eodem modo formati sermonis fastidium leuat. ¶ Fastidium meum, quo ego alios fastidio: fastidium mei, quo ab aliis fastidior. *Quintilian.* Ceu mulier omnibus exposita mortalibus, vanitatem fastidio mei, despectúque caprauit. Ad hunc etiam modum, Fastidium stomachi dicimus, quum nos ciborum nausea capit & satietas. *Plin. lib.7. cap.6.* Fastidium in cibis, redundatio stomachi, indicia sunt hominis inchoati.

Fāstĭdĭōsŭs, Qui omnia fastidit, ambitiosus, superbus. {זד *zedh.* δύσκολος, ὑπέροπτος, ὑπερήφανος. GA. Qui est tout desgousté, difficile, & desdaigneux. IT. *Fastidioso.* GER. Maßleidig/verdrüßig/verachtig. HIS. *Cosa que ha ò da hastio.* ANG. *Disdaine full.*} *Cic. de clar. Orat.* Propterea quòd Antonius, qui maximè expetebatur, facilis in causis recipiendis erat, fastidiosior Crassus, sed tamen recipiebat. * Cum genitiuo. *Cic. de clar. Orat.* C. Memmius L. filius perfectus literis, sed Græcis, fastidiosus sane Latinarum, argutus orator, &c.

Fāstĭdĭōsē, aduerbium, Ambitiosè. {בוהן *beʒadhón.* ὑποπτικῶς, ὀκνηρῶς. GAL. Arrogamment, par desdain, desdaigneusement. ITA. *Arrogantemente, con sdegno, sieramente.* GERM. Verachtlich/stoltzlich/verdrüßlich. HIS. *Hastiosamente, y con hastio.* AN. *Prowdely, disdainefully.*} *Cic. 1. de Orat.* Quàm diligenter, quàm sæpe fastidiosè iudicamus? *Idem de Orat.* Nolo enim dicere de tàm suaui homine fastidiosius.

Fāstĭdĭlĕter, quoque veteres dixerunt pro fastidiosè. *Varro.* Cras credo, hodie nihil Quibus insatiabilis animus ardens, mirabiliter non habere fastidiliter inconstanti pectore.

Fātālis. *Vide* FATVM.

Fătĕŏr, teris, fassus, Confiteor, verum esse concedo. {הודה *hodháh.* ἀνομολογέω, συμφωνέω, ὁμολογέω. GAL. Confesser, accorder, consentir au dire de quelqu'vn. ITAL. *Confessare, affermare.* GERMA. Bekennen/verjähen. HIS. *Confessar, por su voluntad.* ANG. *To confesse, to achnoweledge.*} *Terent. in And* Ego me amare hanc fateor: si id peccare est, fateor id quoque. *Martialis lib.5.* Ingenium, studiúmque tibi morésque genúsque Sunt Equitis, fateor, cætera plebis habes. *Virgil. 4. Æneid.* Anna (fatebor enim) miseri post fata Sichæi, &c. *Donatus item*, Fateri non testis est, sed rei. *Teren. in Eunuc.* Vidistin' fratrem Charream? P. Non potest sine malo fateri, video. *Cicer. 3. Tusc.* Vt victum se quando esse fateatur. [Pro ostendere. *Iuuenal. Satyr.10.* Mors sola fatetur Quantula sint hominum corpuscula, (id est ostendit, arguit.) *Ouid. 6. Fast.* Horrueram tacitéque animum pallore fatebar. (id est ostendebam.) *Item*, Præmia magna peti fateor. *Ouid. 13. Metam. & Pl. Men. sc. vlt. a.5.* Est tibi Menæch. nomen. M. Fateor. *Idem Milit. sc.6. a.2.* S. Fateor. P. Quidni fateare ego quod viderim. *Idem, Capt. sc.2. a.2.* Hic fassus est mihi. *Et Ouid. Eleg.1. lib.2. Trist.* Sæpè legenti Delicias versu fassus es ipse tuas. *Ibidem Eleg.1. lib.2.* Déque mea fassa est pars quoque victa fide. [Vtque fodet vultu fassus Telamonius iram, (id est ostendens, arguens.) *Ouid. Eleg.1. lib.2. Trist.*] ¶ Huius composita sunt Confiteor, Diffiteor, Infiteor, Profiteor: *vide suis locis.*

Fāssŭs, participium. {מודה *modhéh.* ὁμολογικὼς, ὁμολογήσας, ὁμολογησάμενος. GAL. Qui a confessé. ITA. *Chi a confessato.* GER. Bekennet. HIS. *El que a confessado.* AN. *That hath confesseth.*} *Ouid. 13. Metam.* Da veniam fassis, *Ouid. 1. de Ponto eleg.8.*

Faticanus. Fatidicus. Fatifer. Fatiloquus. *Vide* FATVM.

Fătīgo, gas, pen. prod. Lasso, siue ad lassitudinem perduco: quasi fatim ago. {הטריח והלאה *hitrich* והלאה *heledách.* κατατονῶ, κμετόω. GAL. Lasser, trauailler, matter. ITA. *Faticare.* GER. Bemühen/mud machen. HIS. *Acossar, cansar ò fatigar à otro.* ANG. *To weary or tire.*} Est autem fatim aduerbium eiusdem significationis cum suo composito affatim, hoc est valde seu vehementer. *Virg. 5. Æneid.* Veloces iaculo ceruos, cursúque fatigat. *Linius 8. ab Vrbe*, Qui aliquandiu pugna atroci quum & semetipsi fatigassent, & hastas aut præfregissent, aut hebetassent. [*Gell. c.1. lib.14.* Expectatio spei te suspensum fatigabit. *Liu. lib. 6. ab Vrb.* Fatigare interrogando. *Idem lib 7. bell. Pun.* Matronæ supplicíis votísque fatigauere Deos. *Liuius lib. 5. dec. 4.* Fatigare aliquem precibus. *Item*, Fatigare rogando & allegando: *Liuius lib.6. dec.4.* ¶ Pro arare, colere, fodere, exercere: *Arnob. libro 1.* Cuia strista, quam

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quam fatigatis, terra.] ¶Aliquando percutio. *Virgilius 9. Æneid.* versáque iuuencûm Terga fatigamus hasta. ¶Aliquando perturbo, commoueo, ἐνοχλέω, ἐλαύνω. *Virgilius 1. Æneid.* Quæ mare nunc, terrásque metu, cælúmque fatigat. ¶Aliquando excito *Virgilius*, sociósque fatigat: Præcipites vigilate viri. ¶Aliquando cohibeo. ἐίργω. *Cicer. lib. 3. Off.* Qui non verbis sunt & disputatione philosophorum, sed vinculis & carcere fatigandi. ¶Huius compositum est Defatigo, valdè fatigo. *Terent. in Adelph.* Vtinam quidem (quod cum salute eius fiat) ita se defatigarit velim, vt triduo hoc perpetuo prorsus lecto nequeat surgere.

Fătigātŭs, participiũ. {חלאת *neleéh.* κατατρυθείς, ἀνοχληθείς, κακοπαθήσας. GAL. Lassé, trauaillé, ITA. *Stancato, trauagliato.* GERM. Můd gemacht. HIS. *Cansado.* ANG. *Wearied, tyred.*} *Horat. 3. Carm. Ode 4.* Fatigatum corpore dicimus, animo verò fessum. *Seruius.* [*Seneca cap. 1. de Consol. ad Mart.* Fatigatæ allocutiones amicorum.]

Fătigātĭo, {תלאת *telaáh.* κόπος, κάματος, ἀνάπαυσις. GAL. Lasseté, trauail. IT. *Stanchezza, trauaglio.* GERM. Můde/můdmachung. HISPAN. *A quella obra de cansar à otro, causamiento.* ANG. *Wearinesse.*} *Colum. lib. 4. cap. 18.* Quinetiam ipsa hortorum descriptio, quantò est minoribus modulis consita fatigationem veluti minuit, &c. *Quintil. lib. 1. c. 12.* Minùs afficit sensus fatigatio, quàm cogitatio.

Fătĭm, aduerbium est antiquum, idem significans quod abundè, copiosè. {ברוב *beroḇ.* ἀφθόνως, ἐπαρκέως. GAL. Abondamment, copieusement. ITALIC. *Abondeuolmente, copiosamente.* GERM. Gnugsamlich / vberflussiglich. HISPA. *Abundantemente, copiosamente.* ANG. *Abundantly.*} A quo affatim compositum eiusdem significationis, & verba, fatisco, & fatigo: quæ vide suo loco.

Fătĭsco, is, ere, Est abundãter aperior, quasi fatim hisco. {נפתח *niphtáḥ.* χάινειν. GALL. Baailler, s'ouurir. ITA. *Aprirsi grandemente.* GERM. *Hoffig auffklecken/ auffspalten.* HISP. *Henderse ò abrirse mucho.* ANG. *To gape, to chinke.*} *Virgil. 1. Æneid.* Accipiunt inimicum imbrem, rimísq; fatiscunt. Fatim enim, abundanter veteres dixerunt: vnde & affatim: hiscere autem aperiri. ¶Fatisco à Fateor deduci notauit *Aulus Gellius lib. 17. cap. 2. ex Qu. Claudij Annalium libro 1.* Fatiscere etiam sæpe accipitur pro deficere. ὀκνεῖν, ἀπαγρεύω, νωθρὸν εἶναι πονοῦντα. *Colum lib. 2. cap. 14.* Sed omni solo quod prædictorum leguminum segetib, fatiscit, vna præsens medicina est, vt stercore adiuues, & absumptas vires hoc velut pabulo refoueas. *Virg. 1. Georg.* neu puluere victa fatiscat. *Tacit. lib. 14.* Ipse, exercitúsque eius per inopiam & labores fatiscebant, carne pecudum propulsare famem adacti.

Fătŏr, fataris, Multùm loquor. {πολυλογέω. GALLIC. Parler beaucoup. ITALIC. *Parlar molto.* GERM. Vil reden. HISP. *Hablar mucho.* ANGL. *Speak muche.*} Est enim frequentatiuum à verbo fari. *Festus*, Fatantur, id est multa fantur.

FĂTŬA, Deæ nomen erat cui à Romanis matronis in operto sacra fiebant nocturno tempore. Viri autem tanta cura ab eius sacris arcebantur, vt vel in ædem eius inspexisse, capitale haberetur. { GERMA. Ein göttin der Römischen weiberen / welcher sy zu nacht opferten/ vnnd kein manspersonn darzu nur schmöcken dorfft.} Rationem huius affert *Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 12.* Fatuam dum inter homines ageret, Fauni vxorem fuisse tanta pudicitia, vt perpetuò gynæcio, hoc est mulierũ conclaui incluſa, nullum vnquam virum præter maritum aspexerit. *Varro* eandem esse existimat quæ & Telluris & Terræ nomine à Romanis colebatur. ¶Fatuæ autem nomine à fando deductum volunt, quòd infantes partu editi, non prius vocem edunt quàm terram attigerint. Eadem & Bona dea vocata est, quòd omnium nobis ad victũ bonorum causa est: & Fauni quòd omni vsu animantium fauet: & Ops, quòd ipsius ope vita constat.

Fătŭĭtās, *Vide* Fatuus.

Fātum, ti, A participio fatus (*teste Prisciano*) deducitur, quòd fatum nihil aliud sit quàm dictum & iussum diuinum. {ἐιμαρμένη, τὸ πεπρωμένον. GAL. Destinee, ordonnance diuine, à laquelle on ne peut contreuenir. ITA. *Fato, destino, ordine diuino, infallibile.* GER. Ein schickung oder ordnung gottes/ verhengnuß gottes. HISPAN. *Hado que es la voluntad de Dios.* ANG. *Destenie, goddes prouidence, a perpetuall order of thinges following one vpon another.*} *Cic lib. 1. de Diuinat.* Fieri igitur omnia à fato, ratio cogit fateri. Fatum autem id appello, quod Græci εἱμαρμένον, id est, ordinem, seriémq; causarum, cùm causæ causa nexa, rem ex se gignit. Ea est ex omni æternitate fluens veritas sempiterna. Quod quum ita sit, nihil est factum quod non futurum fuerit: eodémque modo nihil est futurum, cuius non causas id ipsum efficientes natura contineat. Ex quo intelligitur, vt fatum sit non id quod superstitiosè, sed id quod physicè causa æterna rerum appellatur, cur & ea quæ præterierunt facta sint: & quæ instant, fiant: & quæ sequuntur, futura sint. Chrysippus, *referente Gellio* [*cap. 2. lib. 6.*] definit fatũ esse sempiternam quandam, & indeclinabilem rerum seriem. *Senec. in Quæst. natur.* Quid intelligis fatum? Existimo necessitates rerum omnium, actionúmque quas nulla vis rumpat. ¶Apud poëtas fatum quandoque capitur pro natura, *vt docet Aulus Gellius lib. 13. cap. 1. exponens hunc locum Ciceronis ex prima Philipp.* Multa autem impendere videntur præter naturam etiam præterq; fatum. *Virgil. 4. Æneid.* Num quia nec fato, merità nec morte peribar. [*Tibul. lib. 4.* Seu natura dies fato properat mihi mortem. *Catull. de Com. Beren.* Abiunctæ paulò antè comæ mea fata sorores Lugebant. *Tibull. lib. 4.* Nulla mihi statuent te fata canendi. *Ouid. Eleg. 4. lib. 5.* Dum me mea fata sinebant. *Gellius cap. 9. lib. 3.* Eo fato siue fortuna fuit ille equus. *Senec. cap. 10. de Const. ad Marc.* Hoc fatum ab vtero eum prosequebatur. *Idẽ c. 15. & 16. de Const. ad Helu.* Crudele fatum, suprà fortunã *Plau. Amph.* Sic statuit Iuppiter, sic fatũ habet. *Ibid.* Fata istæc me premunt. *Ouid. Eleg. 4. lib. 3.* Dignus es & fato candidiore frui. *Senec. cap. 14. de Const. ad Marc.* Fata publica secũ duxit Iulia Cæsaris filia. *Oui. Eleg. 2. li. 3. Trist.* Extimulate precor cessãtia fata. *Idem Eleg. vlt. lib. 4. Trist.* Cùm cecidit fato cõsul vterq; pari. *Idem Ouid. Eleg. vlt. lib. 4. Trist.* Et iam cõplerat genitor sua fata. ¶Pro fortuna, *Ouid. Eleg. 1. lib. 5. Trist.* Nec mea sunt fati verba, sed ista mei. (suprà, fortuna.) *Idem ibid.* Tristia, quo possum carmine, fata leuo. *Idem Eleg. 4. lib. 3.* Mea fata gementem.] ¶Quandoque pro oraculo, quod dij fantur, χρηστήριον. *Virg. lib. 5. Æneid.* Oblitus fatorum, Italáne capesseret oras. ¶Quandoque pro morte: quippe quum nihil tam necessarium impendeat homini quàm mors: vnde fato concedit, qui moritur, pro quo etiam fungi fato dicimus. *Plin. in Panegyr.* In principe enim qui electo successore fato concessit, vna eadémque certissima diuinitatis fides est, bonus successor. Quæ huius verbi significatio inde fine dubio dicitur, quod crederent veteres, quo temporis puncto quis nasceretur, eo ipso fataliter constitui de morte atque interitu ipsius, quod indicat versiculus *Manilij*, Nascentes morimur: finísque ab origine pendet. *Et illud Seneca*, Primus dies dedit extremum.] Fato functus, *Suet. Calig. c. 6.*]

Fătālis, fatale, Quicquid nobis ex fato accidit, siue bonum sit, siue malũ. {πρεσβυτικὸν, δηλωτικὸν τοῦ μέλλοντος, προφητικὸν, πεπρωμένον. GA. Fatal, fee, chose qui doit venir par necessité ou ordonnance de Dieu. ITA. *Fatale, che viene per ordine diuino.* GER. Von gott zugeordnet oder verhengt. HIS. *Cosa hada da è que no puede noser.* ANG. *Fatall, that perteineth, to destenie.*} [*Gell. c. 1. lib. 14* Fatales rerum omnium stellæ. *Suet. in Nero. c. 49.* Fatalis hora. *Item*, Fatalis victoria, *Velleius. & Ouid. El. 1. lib. 5. Trist.* Est aliquid fatale malum, per verba leuare. *Ouid. El. 1. lib. 5. Trist. Idem 13. Meta.* Et, ostendit signum fatale Mineruæ. *Item*, Fatales libri (qui etiam infrà fatidici dicuntur.) *Suet in Cæs. c. 79.*] *Cic. 2. de Diuin.* Si enim prouideri nihil potest futurum esse eorum quæ casu fiunt, quia esse certa non possunt, diuinatio nulla est. Sin autem idcirco possunt prouideri, quia certa sunt & fatalia, rursus diuinatio nulla. Fatale remedium. *Valer. lib. 1.* Eò legatis missis, vnicam fatalis remedij opem imperaturam se credidit. ¶Accipitur nonnunquam fatalis pro eo quod fatum, hoc est mortem affert. Inde fatalẽ ensem dicimus, & fatale cicutæ poculũ.

Fătālĭtĕr, aduerbium, Necessariò. {πεπρωμένως, εἱμαρμένως, καθ' εἱμαρμένην. GALL. Par destinee, par ordonnance diuine. ITA. *Per fato per ordinatione diuina.* GER. Durch die ordnung oder verhengnuß gottes. HIS. *Por y con hado y voluntad de Dios.* ANG. *By destenie.*} *Cic. 2. de Diuin.* Et omnia quæ fiunt, quęque futura sunt, ex omni æternitate definita dicis esse fataliter.

Fātĭcĭnŭs, penult. correpta. Qui fata canit, id est, futura prædicit. {χρησμολόγος. GA. Qui chante & qui dit les destinees & fortunes qui aduiendront. ITA. *Che predice le cose future.* GER. Ein weyssager zukünfftiger dingen. HISP. *El que cantalos hados.* ANG. *That fore sheweth destineis.*} *Ouid. lib. 9. Met.* Hæc vbi faticano venturi pręscia dixit Ore Themis, &c.

Fătĭcĭnĭus, ni, eiusdem significationis. *Ouid. 5. Met.* sic dicere vates Fatici násque ferunt sortes.

Fātĭdĭcus, ci, pen corr. Qui nobis fata, id est, decreta deorum exponit. {ἐνθεος, μάντις, λόγιος, χρησμολόγος. GA. Deuin, qui predit les destinées. IT. *Che dice la ventura.* GER. Ein warsager/ erõffner der ordnung gottes. HI. *El que dice los hados de lo venidero.* ANG. *A fore shewer of thinges to come.*} Vnde fatidici libri, qui continent fata populorum, quales erant Romæ Sibyllini libri, qui & ab historicis fatales appellantur. ¶Fatidici vates, & fatidica Manto nominatur, quoniam erat fatiloqua, hoc est futurorum præscia, & vaticinatrix. *Vir. 8. Æneid.* Quam memorant nymphæ priscum Carmentis honorem: Vatis fatidicę, cecinit quę prima futuros Æneadas magnos. *Plin. in Epist.* Præsens numen, atque etiam fatidicum indicant sortes. [¶Fatidici libri. *Suet. in Aug. ca. 30.* Et, Fatidica puella, *Idem in Galb. c. 9.*]

Fătĭfĕr, a, um, penultima correpta, idem quod mortiferum, quasi fatum, hoc est mortem afferens. {μόρσιμος. GAL. Qui apporte la destinee. ITA. *Che apporta la morte.* GER. Tödtlich/ das den todt bringt. HIS. *Cosa que acarrea la muerte.* ANG. *Deadly, that causeth death.*} *Virgil. 8. Æneid.* intérque manus & brachia versat Terribilem cristis galeam, flammásque vomentem, Fatiferúmque ensem.

Fătĭlŏquŭs, a, um, penultima correpta, adiectiuum: idem quod fatidicus. {χρησμολόγος. GAL. Deuin, qui predit les destinées & auentures. ITAL. *Che dice le cose che hanno à venire.* GER. Warsager/ der da anzeigt was vber ein kommen soll. HIS. *El que habla lo venidero, ò hados.* ANG. *A fore shewer of thinges to come.*} Li. 3. *ab Vrbe*, Venerabilior diuinitate credita Carmentæ matris, quàm fatiloquam ante Sibyllæ in Italiam aduentum miratæ hæ gentes fuerant.

Fătŭŭs, adiectiuum, Insipidus, & propriè de cibis dicitur, qui quùm non sapiunt, fatui dicuntur. {פתי *pethi* — סכל *sachál.* ἄτοπος. GAL. Fade, sot en paroles & faits, niais. ITA. *Senza sapore, sciapito, sciocco.* GER. Vngeschmackt/ ein speyss hinder welcher kein krafft ist. HIS. *Loco sosso, ò en sal.* ANG. *That is vnsauerie.*} *Mar. ial. in Distichiis*, -Vt sapiant fatuæ faborum prandia betæ, O quàm sæpe petet vina pipérque coquus. ¶Quoties autem ad homines transfertur, significat stultum, amentem & stolidum. {ἀνόητος, ἐυήθης, μωρός. GER. Ein thor/ nar/ dõpel. ANG. *Foolishe, vnwise.*} [*Plaut. Amph.* Penè effregisti, fatue, cardines. *Sen. epist. 51.* Harpaste fatua vxoris meæ. *Item*, Fatuis delectari. *Ibid.*] *Terent. in Eunuch.* Fatuus est, insulsus, tardus. *Vbi Donatus*, fatuus, inepta loquẽs: à fando fatuus dicitur. Inde Fauni Fatui, & Nymphę Fatuæ dictæ sũt. *Et iterum*, Fatui sunt qui verbis & dictis stulti sunt: Insulsi verò corde & animo. Fatuus à Fando, *inquit Varro*, qui fatur, quòd puer primò fatur, hoc est qui inepta loquitur. *Cic. 2. de Orat.* Hoc præceptum est, magísque monitoris non fatui, quàm eruditi magistri.

Fătŭĭtās, tatis, Insipientia, stultitia, ineptia, stoliditas. {פתיות *pethajúth* סכלות *sichluth.* ἐυήθεια, μωρία. GAL. Sottise, niaiseté, sottie. ITA. *Sciochezza* GE. Torheit/ narrheit. HIS. *Locura, ò desfabimiento.* ANG. *Foolishnesse, follie.*} *Cic. ad Attic. lib. 11.* Ego huius miserrimæ fatuitate conflictor. *Idem 2. de Inuentione.* Non hanc imprudentiam, aut necessitudinem, sed inertiam, negligentiam, fatuitatem nominari oportere.

Fătŭŏr, aris, Ineptio, nugor. {פתח סכל *patáḥ sachál.* ὑθλέω. ἰυχολογέω. GAL. Faire le sot, folastrer. ITA. *Dir sciocheZZe.* GER. Den narrentreyben/ Mit narren werck vmbgehn. HI. *Enloquecerse.* ANG. *To playe the foole or idiote.*} *Seneca de morte Claudij*, Audi me & define fatuari. Nonnunquam idem est quod diuino furore corripi, quemadmodum fanatici solent. *Iustinus lib. 43.* Fauno fuit vxor nomine Fatua quæ assiduè diuino spiritu impleta, velut per furorem futura prænonebat: vnde adhuc qui inspirari solent, fatuari dicuntur.

FĂTŬĔLŬS, Qui & Faunus dictus est, Pici Latinorum regis filius, cuius vxor Fatua, vel Fauna dicta fuit. *Vide Seruium in illud Virgilij li. 7. Æneid.* Hunc Fauno & Nymphâ genitum Laurente Marica Accipimus: Fauno Picus pater.

FĂVĔNTĬA, *Fauentia Stephano*, Ciuitas in octaua regione Italiæ, quam

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

hodie Itali sua lingua vocant *Fauenza*. Eius incolæ vocantur Fauentini, Fidentinis finitimi, *teste Plin. lib. 3. cap. 15.*

Fāueo, es, fāui, fautum, Alicui bene cupio. {רצה *ratsáh.* εὐφημέω, συμφέρω, σπουδάζω. GAL. Fauoriser, supporter, porter faueur. ITA. *Fauoreggiare.* GERM. Gönnen/günstig sein. HIS. *Fauorescer.* ANG. *To fauour, to beare good will.* } *Terent. in Eunuch.* Bene ædepol narras: nam illi faueo virgini. ¶Fauere, etiam tacere est, *vt docet Donatus Terent. in And.* Fauete, adeste æquo animo. Fauere faucib. antiqui dixerunt pro silere. *Cic. 2. de Diuin.* Qui quidem silentio noctis (*vt ait Ennius*) fauent faucibus: rursus cantu plausúque premunt alas. Loquitur de gallis. ¶Fauere linguis. *Cic. 3. de Diuin.* Idcirco omnibus rebus agendis quod bonum, faustum, felix, fortunatúmq; esset, præfabantur, rebúsq; diuinis quæ publicè fierent, vt fauerent linguis imperabatur, inque feriis imperandis vt litibus & iurgiis se abstinerét. *Ouid. 15. Metam.* animis linguísque fauete. *Tibullus,* Vos itidem & linguis quisque fauete suis. Ad eundem modum dixit *Virgil. 5. Æneid.* Ore fauete omnes. *Vbi Seruius,* Fauet ore quis per taciturnitatem. [*Seneca epist. 53.* Tacete, fauete, præbete vos curationi. *Quintilian.* Fauet ingenio suo auditor. ¶Ventis fauentibus nauigare. *Ouid. 15. Metam.* Venti cælo pelagóque fauentes, *Ouid. Epist. 2.*

[Fauens, entis: *Ouid. eleg. 3. lib. 4.* Addebat veris multa fauentis amor. *Idē Eleg. 13. lib. 3. Trist.* Concipiámq; bonas, ore fauente, preces. *Idem Eleg. 2. lib. 4. Trist.* Inde petes atcem, & delubra fauentia votis.]

Fāuētŭr, impersonaliter. { ANG. *Men fauour.* } Cui contrarium est inuidetur. *Cic. 2. de Orat.* Inuidetur enim commodis hominum ipsorum: studiis autem eorum cæteris commodandi fauetur. *Idem lib. 2. Offic.* Quod eo firmiore animo facient, quia non modò non inuidetur illi ætati, verùm etiam fauetur.

*Fauturus, a, um, Particip. futuri temporis, *Cic. pro Cn. Plancio,* Quum autem adirem meos partim inimicos, partim inuidos, huic accusationi esse fauturos, eandémque rem aduersariam esse in iudicio Cn. Plancio, quæ in petitione fuisset aduersarix.

Fāuŏr, oris, voluntas, studium. { רצון *ratsón* חן *chen.* εὔφημία. GALL. Faueur, support. ITAL. *Fauore.* GERM. Gunst. HIS. *Fauor, alabança.* ANGL. *Fauour, goodwil.* } Vox Ciceronis tempore noua, id quod ex Sextiana intelligitur. Ei, inquit, qui pendet à rebus leuissimis, qui rumore, & (vt ipsi loquuntur) fauore populi tenetur & ducitur, plausum immortalitatem, fibilum mortem videri necesse est. (*Vide Quint. lib. 8. cap. 3.*) Tamen ab ipso Cicerone & optimis quibusq; & poëtis & oratoribus recepta. *Ouid. in Ibin,* Sit quoque (quod raxum est) solito deteca fauore Fortunæ facies inuidiosa tuæ. [*Ouid. Eleg. 1. lib. 1.* Non sunt, vt quondam plena fauoris erant (carmina.) *Idem Eleg. 1. lib. 2. Trist.* Plauditur, & magno palma fauore datur. *Idem Eleg. vlt. lib. 4. Trist.* Siue fauore tuli, siue hanc ego carmine famam. ¶Fauor etiam dicitur de amplexu & osculis in abeuntem. *Ouid. Eleg. 5. l. 3. Trist.* Manifesta signa fauoris] *Plin. lib. 14. cap. 4.* Maiórque etiam fauore hominum fama? *Cic. pro Rosc. Comœdo,* Quam expectationem, quod studium, quem fauorem secum in scenam attulit Panurgus?

Fāuōrābilis, Dicitur qui gratiosus, ac fauoris plenus est apud omnes {רצוי *ratsui.* δημοπρὰς. GALLICE. Fauorable, fauorisé, fauori. ITAL. *Fauoreuole, gratioso.* GER. Gunstreych/angenẽm. HISP. *Fauorabile ò digno de fauor.* ANG. *In great fauour.* } *Sueton. in Calig.* Sic vulgo fauorabilis, vt plurimi tradant, quoties aliquò adueniret, vel sicundè discederet, præ turba occurrentium prosequentiúmve nonnunquam eum discrimen vitæ adiisse. *Quint. lib. 11. cap. 1.* Aliter enim pro alio sæpe dicendum est, vt quisque honestus, inuidiosus, fauorabilis erit. *Idem Quintilia.* fauorabilia in caussis. *Velleius,* fauorabilis reditus Pōpeij.] ¶Dicitur etiam fauorabilis actiuè pro eo qui fauet. *Liuius 2. bell. Pun.* Iam ad consulatus spem quum attolleret animos, haud parùm callidè auram fauorabilis populi ex Dictatoria inuidia petit. ¶Fauorabilior, *apud Quintilian.*]

Fāuōrābĭlĭtĕr, aduerbium, Plausibiliter. {εὐπροσδεκτῶς, φιλικῶς. GALL. Fauorablement. ITAL. *Fauorabilimente.* GERM. Günstiglich / mit gunst. HISP. *Fauorablemente.* ANGL. *Fauorably, freindly.* } *Quintil. lib. 4. de egressione.* Plerisque moris est, prolato rerum ordine protinus vtique in aliquem lætum atque plausibilem locum, quàm maximè possint fauorabiliter excurrere. [*Sueton. in Neron. cap. 7.* Circensibus ludis Troiam constantissimè fauorabiliterque lusit.

Fautŏr, oris, Studiosus, qui alteri bene cupit. { רצה *rotséh.* σπουδαστὴς. GALLIC. Fauteur, qui porte faueur. ITAL. *Fautore.* GERM. Ein gönner. HISP. *El que fauorece.* ANG. *A fauourer, a supporter.* } *Cic. pro Plan.* Multi sunt cupidi tui, multi fautores laudis tuæ. *Idē lib. 1. Epist.* Cuius ego ab adolescentia adiutor atq; fautor extiti. [*Suet. in Calig. cap. 16.* fautor exempli boni. *Idem in August. cap. 48.* fautor affinitatis.]

Fautōrem, Antiqui dicebant pro fautore. σπουδαστήν. quod & *Nonius annotauit citans locum Lucily ex lib. 19.* Fautorem me tibi, amicum, amatorem putes. [*Plaut. in Amphitr. prolog.* Si cui fautores viderint. *Idem, Ibid.* fat habet fautorum semper qui rectè facit. *Ibidem,* Virtute ambire decet non fautoribus.]

Fautrix, amica. {רעה *rotsáh.* σπουδάστρια, εὐεργέτις. GAL. Celle qui supporte & fauorise. ITAL. *Danna che fauorisce, & intratiene.* GERM. Ein gönnerin. HIS. *La que fauorece.* ANG. *She that fauoureth or manteineth.* } *Terent. in Eunuch.* nihil est Thaide tua dignius, Quod ametur, ita nostræ est omnis fautrix familiæ. Fautrix suorum regio, *Cic. pro Plance. idem 1. de Finib.* Amicitiæ non modò fautrices fidelissimæ, sed etiam effectrices sunt voluptatum tàm amicis, quàm sibi.

Fāvĭī, Antea Fouij à familiæ authore dicti, qui ex ea natus fuit cùm qua Hercules in fouea concubuit. Quamuis alij putent ita vocitatũ, quòd primus ostenderit quemadmodum vrsi & lupi foueis caperentur. Vtcunque sit, constat à fouea dictos fuisse. Vnde Fouij: non Fauij primùm appellari sunt.

Fāvīlla, læ, Proprie est scintilla igne destituta: cuiusmodi flãmę impetu solent egeri: quanquã etiam indifferenter p quouis cinere accipitur. {פיח *piach.* ἀνθρακιὰ, αἰθάλη. GAL. Cendre chaude, brasier esteint. IT. *Fauilla, cenere calda senza fuoco.* GER. Ein gneist/aschen in deren die gneist getrochen sind. HIS. *La morcella de centella muerta.* AN. *The whyte ashes remaining vpon the quicke coles.* } *Plin. lib. 36 c. 25.* Dein spissè calcatis carbonib. inducitur fabulo, calce ac fauilla mistis. *Idē lib. 18. c. 35.* Quũ cõtectus ignis à se fauillã discutit. Scintilla verò, priè est quæ è silice. cum is cæditur, exilire solet. σπινθὴρ. *Vir. lib. 1. Æneid.* Ac primùm silicis scintillam excudit Achates.

Fāuīllācĕŭs, a, um. {τεφρώδης, αἰθαλώδη. GAL. Cendreux, de cendre. ITA. *Di cenere, cenerolo.* GERM. Äschechtig. HISP. *Cosa de morcella de centella muerta.* ANG. *Of ashe.* } *Solin. c. p. 48.* Nam fuliginem extrinsecus fauillaceam ambitio tantùm extimæ curis cohibet, quæ vel leui tactu pressa, fumum exhalat.

Fāuīssæ, Cellæ quædam & cisternæ in area Capitolina, vbi reponi solebant signa, & thesauri, & alia quædam religiosa donariis consecrata: *autor Gell. lib. 2. cap. 10.* θησαυροί. Dictæ fauissæ quòd in eis non rudes æs, argentúmque, sed flata signatáque pecunia conderetur. Vnde & à priscis Latinis flauissas dictas fuisse comperitur, quas Græci thesauros appellant. *Vide* FLAVISSAE in FLO.

FAVNŬS, *Vide* FATVELVS.

FAVNĪ, Agrorum & syluarum putati sunt dij, qui post prolixum tempus moriuntur: quo è terra geniti sint. GER. Waldgotter/oder waldgöttern. } *Ouid. 1. Met.* Sunt mihi semidei, sunt rustica numina Fauni, Et Nymphæ, Satyríque, & monticolæ Syluani. Ex quo loco apparet, alios esse Faunos, alios Satyros, & rursus alios Syluanos.

FAVNVS, φαῦνος, Filius Pici & pater Latini, antiquissimus Aborigi-num rex, Deus post mortem habitus, qui regnauit in Latio. Is genuisse etiam fertur Faunos, Satyros, Panes, & Syluanos rusticorum numina, quos Poëtæ fingunt & cornigeros, & caprinis pedibus. [Picus & Faunus vincti à Numa, & qui, *Plut. in Numa.*]

Fāuoniānă, Pyra rubra, à Fauonio institore dicta, *quorum meminit Plin. li. 15. c. 15.*

FĀVŌNĬVS, Ventus ab Occasu æquinoctiali spirans, contra Subsolanum *teste Plin lib. 2. c. 47.* { GERM. Der westwind. } A fouendo dictus, quòd cuncta foueat. ζέφυρος. Est enim genitalis spiritus mundi, quo plantæ hyberno frigore enectæ, reuiuiscunt. Vnde etiam à Græcis Zephyrus dicitur, quasi ζωὸν φέρων, hoc est vitam afferens. [*Vide Gellium cap. 22. lib. 2.*]

Fāuōrābilis. *Vide* FAVEO.

FĀVŌRĪNVS, φαβωρῖνος. Nomen philosophi, de quo sit frequens mentio *apud Gellium:* Oriundus fuit Arelate celebri Galliæ Narbonensis oppido. Inde in Græciam profectus, sub Dione philosophiæ operam dedit. Hic tria præcipue in se solebat admirari: quod Gallus quum esset, Græcissaret: quúmque eunuchus esset, in adulterij tamen suspicionem aliquibus veniret: & quum imperatorem inimicum haberet, adhuc tamen viueret. Erat enim Adriano Cæsari infensissimus. Hunc Herodes Atticus patrem solebat appellare, hæréseque librorum ab eo factus est. *Hæc ex Philostrato. Aelianus de varia historia,* dicit hunc quandoque in disputatione quadam Adriano cessisse, admirantibúsque proximis, Nónne cedam, inquit, ei qui viginti habeat legiones?

Faustĭānum vīnum, dicebatur quod in mediis collibus Falerni agri gignebatur. Nam quod in summis iugis nascebatur, Gauranum vocabant, quod in mediis collibus, Faustianum: quódque in ima radice gignebatur, Falernum appellabant. *Autor Plin. lib. 14. cap. 6.*

FAVSTVLVS, Pastor, Remi & Romuli nutritor, *Vide Liu. libr. primo ab Vrbe.*

FAVSTVS, L. Syllæ Dictatoris cognomen fuit, quod *sibi* ille ob perpetuam in rebus gerendis felicitatem arrogauit. ¶Faustus Quintilius Senator sub Iuliano principe fuit. Fuerunt & alii hoc nomine, *quorum catalogum vide apud Volaterranum.*

Fāustŭs, a, um, à fauore, Prosper, felix, fortunatus. {מזל *aschré.* εὐτυχὴς. GALL. Heureux. ITAL *Fausto, prospero, felice.* GERMAN. Glückſälig oder glückhafftig. HISP. *Dichoso ò de buena auentura.* ANG. *Happie or luckie.* } *Terent. in And.* O faustum & felicem hunc diem. *Cic. 1. Tusc.* Eodem tamen simus animo, vt horribilem illum diem aliis, nobis faustum putemus. O nox illa fausta huic vrbi. *Idem pro Flacc.* Faustum omen. *Liuius 7. ab Vrbe.* Huius contrarium est infaustum & horribile. [*Ouid. Eleg. 1. lib. 2. Trist.* Omine non fausto. *Et Senec. c. 13. de Consola ad Mart.* Fausta nuncupans (dicantis) faustum vocant Romani quod prosperè succedit, vnde Faustus *Plutarch. in Sylla. Sueton. in Aug. c. 58.* Faustis ominibus, &c.]

Fāustĕ, aduerbium, Fortunatè, fœliciter. {αἰσίως, εὐτυχῶς. GALL. Heureusement. ITA. *Felicemente.* GER. Gluckſälliglich/glucklich. HISP. *Dichosa y bien auenturadamente.* ANG. *Happelie, luckelie.* } *Cicer. pro Muræn.* Idem ego sum precatus, vt his quoque hominibus quibus hic consulatus me rogante datus esset, ea res faustè, feliciter, prosperéque eueniret. Huic contrarium est infaustè.

Faustĭtās, tatis, Fœlicitas. {אשר *aschér.* εὐτυχία. GA. Bonne auenture, bonne fortune, bon heur. IT. *Felicità.* GE. Gluckſälligkeit. HI. *Aquella dicha ò bien auenturança.* AN. *Good happe and loocke.* } *Horat. 4. Carm. Ode 5.* Nutrit rura Ceres, almáque Faustitas.

Fāuus. Apum domus & cellulæ: à fouendo quòd in his sobolem foueat. {צוף *tsuph* נפת *nópheth.* κηρίον. GA. Vn bornal ou rayon de miel, vn couſtau de cire ayant des troux, dans lesquels les mouches font le miel. IT. *Cera piene di mele, fauo di mele.* GERM. Ein waben der ymben/ Ein honig röſz. HI. *Panal de la miel.* AN. *A honie combe.* } *Plin. lib. 11. ca. 5.* Primùm itaque fauos construunt, ceram fingunt. *Virg. 4. Georg.* Prima fauis ponunt fundamina, deinde tenaces Suspendunt ceras. *Cic. 1. Off.* Apum examina non fingendorum fauorum causa congregantur: sed quum congregabilia natura sint, fingunt fauos. Huius diminutiuum est Fauulus. *Plaut.* Meus dulciculus fauulus.

Faūx, cis, vel potiùs in plurali numero Fauces. (Nam singularis numerus rarò est in vsu.) Superior pars gulæ mento propinqua, sed interior vbi os angustatur. {חך *chéeh.* λάρυγξ. GAL. La gorge. ITA. *Parte superiore della gola.* GERM. Schlund/rachen. HIS P. *La garganta, tragadero del animal.* ANG. *The chawes or iawes.* } *Plin. lib. 11.* Summum guIæ fauces vocantur: postremum, stomachus. *Cic. 1. Tuscul.* Has tamen imagines loqui volunt: quod fieri nec sine lingua, nec sine palato, nec sine faucium latere úmve & pulmonum vi & figura potest. [*Plaut. Mostell. sc. 3. a. 1.* Velim in anginam verti, vt illi veneficæ fauces prehendam. *Idem ibidem sc. 1. a. 2.* Miserum est opus fodere puteum vbi sitis fauces tenet. *Idem Cure. sc. 2. a. 1.* Ingurgitat in se merum plenis faucibus. *Idem Asin. sc. 1. a. 1.* Excrea vsque ex penitis faucibus. *Idem Curc. sc. 3. a. 2.* Lupiunt fauces fame.]

¶Fau-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶ Fauces per translationem dicuntur stricti ingressus vallium, seu alterius loci: vt, Fauces Orci. *Virg. 6. Æneï.* Vestibulum ante ipsum, primisque in Faucibus Orci. *Florus de bello Lugustico,* De sub Alpibus, hoc est, de sub ipsis Italiæ faucibus. *Fauces, Ora siue ostia fluuiorum, quibus in mare se exonerant. *Plin. de Nilo verba facions lib. 5. c. 9.* Multis quanuis faucibus in Ægyptum mare se euomit. [Fauces portus. *Cæs. 3. de bell. ciuil.*]

¶ Hinc deducuntur, Suffoco, Præfoco, & Obfoco, diphthongo au, in o longum mutata, *de quibus suis locis.* ¶ Bolus è faucibus eripi dicitur, quoties commoditas aliqua quæ iam propemodum tenebatur, præter expectationem subitò præripitur. *Terent. in Heaut.*

¶ Statuam faucibus colas, ἀνδριάντα γαργαλίζειν. De re maiorem in modum absurda, quæque fieri nullo modo possit. Veluti si quis hominem præporentem & inuictum frustra conetur opprimere, nec enim licescit statua.

Fax, cis, Fustis incisus, & cera vel oleo inunctus, ad lumen faciendum tæda. {לפיד *lappidh. δᾷς.* GAL. Vn flambeau, vne torche ou vn fallot. ITA. *Face, torchio.* GERMA. Ein fackel/torſtchen. HIS. *La hacha de cera ò tea Face, torchio.* GERMA. Ein fackel/torſtchen. HIS. *La hacha de cera ò tea encendida.* AN. *A torche, à fier brande.*} Fitque præcipuè ex arundinibus aridis, & picei generis arboribus: cuiusmodi sunt teda, & larix. *Varro de vita pop. Rom. lib. 2.* Quum à noua nupta ignis in face afferretur, de foco eius sumptus, fax ex pinu ablata esset, vt eam puer ingenuus afferret. [*Seneca cap. 11. de Trang.* fax cereúsque præcedebat exequias immaturas.] ¶ Per translationem accipitur pro incitatore, & autore alicuius facinoris. *Plin. in Epist.* Rufo successit Theophanes, vnus ex legatis, princeps, fax accusationis, & origo, id est, autor & incitamentum, siue (*vt Nonius inquit*) fuscitabulum. [*Velleius,* facem flagrantissimam bello subiecit Curio.] *Cic. pro domo sua,* Nónne senatui prouidendum fuit, sic in hanc tantam materiam seditionis ista funesta fax seditionis adhæresceret? ¶ Addere faces alicui, est eum incitare, incendere, inflammare ad aliquid agendum. *Tacit. lib. 17.* Flagrantibus iam militum animis veluti faces addiderat Mæuius, &c. ¶ Primam facem veteres, noctis principium vocitabant, quòd tum primùm vti face incipiamus. *Gellius [cap. 2. li. 3.]* Sed quum iam prima fax noctis, & densiores esse tenebræ cœpissent, discessimus. ¶ Facem in nuptiis præferre solebant, siue ad obseruandam antiquam consuetudinem, quòd non nisi noctu duci nouas nuptas à sponsis mos erat: siue in honorem Cereus, quæ facem in quærenda Proserpina gestauerat: siue vt noua nupta ignem & aquam, quæ duo sunt in vita maximè necessaria cum viro communicare videretur. Etenim aqua quoque aspergi solebat, vt casta puráque ad sponsum duceretur. ¶ Fax genus teli: *Gell. c. 25. lib. 10.* Hinc Trifax, & Bifax apud Festum.]

Fă ŭlă, penultima correpta, diminutiuum, Parua fax, hoc est tæda ex arboribus pinei generis, sæpiùs dissecta, vt facilùs ardeat: quanquam & ex cera, & ex pice fieri possit. {δαδίον, λαμπάδιον. GALLIC. Petit flambeau, petite torche. ITA. *Facella.* GERM. Ein kleine fackel. HIS. *La raja.* ANG. *A litle fier brand.*} *Propert. lib. 2. Eleg. 10.* Quorum alij faculas, alij retinere sagittas, &c.

Făcŭlārĭi, dicuntur qui faculas gestant. {δαδοῦχοι. GAL. Porteur de torches. IT. *Que'li che portano la facella.* GE. Fackelntrager oder torſchen träger. HIS. *Los que lleuam antorchas.*

[Faxo. *Plaut. Curc. sc. 4. a. 4.* Quingentos pro vno faxo reperias. Iam faxo hic erit. *Plau. Mil. sc. 5. a. 2.* Ex tabellis faxo scies. *Plaut. Pseud. sc. 1. a. 1.* Hæc iam madebunt faxo. *Plaut. Men. sc. 2. a. 2.* Ob istanc industriam faxo, amabit amplius. *Ibid. sc. 2. a. 5* faxo referetur palla. *Plaut. Men. sc. 2. a. 4.* Hæc palla & spinther faxo referantur simul. *Plaut. Men sc. 3 a 3.* Faxo scias quid tristis sit. *Ibid. sc. 2. a. 4.* Faxo haud inultum prandium comederis. *Plau. Men. sc. 2. a 3* Si vllum verbum faxo, nisi quod iusseris. *Plaut. Men sc. 2. a 1.* Helleborum potabis faxo aliquos viginti dies. *Plaut. Men. sc. 5. a. 5.* Iam faxo manifesto hominem opprimas: *Plaut. Asin. sc. 2. a. 5.* Siquid tale posthæc faxis, faxo vt vidua visas parrem. *Plaut. Men sc. 2. a. 1.* ¶ Faxim, faxis, faxit, faxint. *Plaut. in Aulul.* Ego faxim multi præcio qui superant equos sint viliores gallicis canteriis. *Plaut. Asin. sc. 1. a. 2.* Caue tu idem faxis, alij quod serui solent. *Ibid. sc 3. a. 3.* Caue verbum faxis verbero. *Ibidem,* Si istuc quod dicis faxis, certum est in me efficere omnia, quæ tu in te faxis. *Plaut. Aul. sc. 3 a. 1.* Quod tibi salutare sit. M. Ita Dij faxint. *Ibid sc. 4. a. 5.* Dij istuc bene vertant. M. Ita faxint. *Ibid. sc. 5. a. 3.* Ita Dij, deæque faxint. *Plaut. Capt. sc 2. a. 1. Item,* Ne tuum animum auariorem faxint diuitiæ meæ. *Ibid. sc. 2. a. 2.*

¶ Faxem, pro feci essem. *Plau. Pseu. sc. 5. a. 1.* Pristinum in mundo scibam, si id faxem, mihi.]

F ante E

FE. In notis antiquorum, Fundauerunt, vel fortem, vel familiæ, vel filios eius. FEA. fœmina. FEB. Februarius. FED. factum esse dicetur. FED. factum edicto. FEM. fœmina. FER. fecerunt. F. F. flando, ferendo, vel fidem, vel fecit, vel filiusfamilias, vel filiusfamiliæ, vel fortunæ felici, vel fabre factum. FFF. ferro, flamma, fame, vel fortior, fortuna, fato, vel Flauij filius. F. F. L. vel F. F. fratris filius. FH. filius hæres.

Febris, huius febris, à feritate morbi, vel (*sicuti seruius docet.*) à feruore: Est (*vt medici docent*) intemperies calida totius corporis {חמת *kaddáchath.* πυρετός. GAL. Fieure. ITAL. *Febre.* GE. Das feber oder kaltwee HIS. *Fiebre, calentura* ANGL. *An ague or feuer.*} *Cic. ad Tironem,* Is etsi mihi nũtiauit te planè febri carere, & bellè habere, &c. [*Plá Cu. sc. 1. a. 1.* Caruítne febris te hodie? *Idẽ in pſ. sc. 2. a. 2.* Scio hoc tibi febrimesse, quia non licet huc iniicere vngulas? Febris quartana. *Vide* Quartana.] *Celſ. l. 2. c. 8.* Febris assidua, quæ & cibi tempora eripit, & siti affligit. *Plin. lib. 23. c. 8.* Febres frigidas leuiores facit agaricum potum in calida aqua. *Idem lib. 7. cap. 51.* Antipater Sidonius poëta, omnibus annis vno die tantùm natali corripiebatur febre, & ea consumptus est, saris longa senecta. Febres periodicę, quę ſtati temporis periodo accedunt & recedunt, cuiusmodi sunt quotidianę, tertianę, & quartanę. *Plin. lib. 20. ca. 3.* Semina eius si fuerint pari numero adalligata febribus, sanare dicuntur, quas Græci periodicas vocant. Sunt & alia febrium genera, quæ quoniam ad nostrum institutum nihil conducunt, rei medicæ ſtudiosis ex libro Galeni, quo ex professo febrium differentias tractat, petenda relinquimus. * Valetudo febrium. *Plin. lib. 23. cap 1.* Quod ad febrium valetudines attinet, certum est non dandum in febre, nisi veteribus, egris, vinum: nec nisi declinante morbo. **Celsus lib. 3. cap. 5.* Quum verò febris instet, incipiat, augeatur, consistat, decedat: deinde in decessione consistat, aut finiatur: fere licet, optimum cibo tempu esse febre finita: deinde quum decessio eius consistit: tertium si necesse est, quandocunque decedit; cætera omnia periculosa esse. Si tamen propter infirmitatem necessitas vrget, satius esse cõsistente iam incremento febris, aliquid offerre, quàm increscente. Satius esse instante quàm incipiente.

Febrĭcŭlă, lę, diminutiuum, Parua febris, {πυρέτιον. GA. Petite fieure. ITA. *Febricella.* GER. Ein klein fieber. HIS. *Pequeña fiebre.* AN. *A litle feuer.*} *Plancus Cic.* Qui ex labore in febriculam incidit assiduam, & satis molestam. *Celsus lib. 3. c. 22.* Ex phthisi febricula leuis fit: quę etiam cùm quieuit, tamen & repetit.

Febrĭcŭlōsŭs, Febri subiectus, qui febrem sępe habet. {πυρετώδης. GALL. Fieureux, qui a grande fieure. ITA. *Chi a molta febre, febricitante.* GE. Voll feber oder kaltwe HIS. *Calenturoso, che tiene mucha fiebre.* AN. *Subiect to the feuer.*} *Gell.* Non morbus hic febriculosus, aut nimium grauis.

Febrĭlis, le, pe. prod. Quasi ad febrem pertinens. {πυρετικόν. GA. De fieure. ITA. *Di febre.* GERM. Das des febers ist. HIS. *De fiebre.* ANG. *Of the feuer.*} *Apuleius,* ardore ęstuans febrili.

Febrĭo, is, ui, itum, Febrem patior. {πυρέτω. GAL. Auoir la fieure. ITAL. *Hauer la febre.* GERM. Das feber oder kaltwee haben. HIS. *Tener fiebre.* AN. *To haue the feuer.*} *Macer,* Hæc nondum tremulo potanda dabis febrienti. *Celſ. lib. 6. cap. 11.* Potiones, si febriat puer, aquæ: si sine febre est, vini diluti. *Col. lib. 6. cap. vlt.* Mulæ febrienti cruda brassica datur.

Febrĭcĭto, as, pen. corr. Febre laboro, {πυρέττω. GAL. Estre en fieure, auoir la fieure. ITA. *Hauer febre.* GERM. Das kaltwe haben. HIS. *Tener febre.* AN. *To be sick of the feuer orague.*} *Col. lib. 7.* Febricitanti boui conuenit abstinere cibo vno die. *Celſ. lib. 2. c. 7.* Febricitanti aliquis, aut inhorruit.

Febrifŭga, Matricacia, & centuria minor. *Dioſc. lib. c. 8. & Coniza apud eundem lib. 3. c. 23 & 35.*

Febrĭlio, as, Lustro, purgo, à feruefo: hoc enim adolendi, & flammis feruentibus fieri solebat. {טהר *tihár* נקה *nikkáh* καθαίρω, ἁγνίζω. GA. Purger par sacrifices IT. *Lustrare, purgare.* GER Reinigen. HISPA. *Purgar, dimpiar.* AN. *To purge by sacrifice.*} Vel à Sabinorum lingua, qui februum, purgamentum dicunt *Varro de vita pop. Rom.* In eorum enim sacris liba quum sint facta, incerni solent farris semine, ac dicere se ea februare. Id est, pura facere. ¶ Hinc Februarius mensis dictus est, quòd tum, id est, extremo anni mense, populus februaretur, id est, purgaretur. Per duodecim enim dies continuos Februarij celebrabantur februa: hisque diebus pro impetranda mortuorum manibus quiete, omnis populus piaculis, sacrificiisque circa sepulchra accensis facibus cereisque intentus erat. {פתח *adhár* περιρραίνεσθαι. GAL. Le mois de Feburier. ITAL. *Febraro mense.* HIS. *El mes de Febrero.* AN. *The moneth Februare.*} Et Iuno Februata, siue Februalis, quòd ei hoc mense sacra fiebant: eiúsque feriæ erant Lupercalia.

Februă, orum, Dicebantur quæcunque purgamenti causa in quibuscunque sacrificiis adhibebantur. καθάρματα. *Plinius,* Vulgata priscis temporibus opinio obtinuit, Februa esse omnia quibus malefactorum conscientiæ purgarentur, delerentúrque peccata, aut manes defunctorum placidi redderentur. *Ouid. 2. Fast.* Februa Romani dixere piamina patres: Nunc quoque dant verbo plurima signa fidem *Et paulò pòst,* Denique quodcunque est quo corpora nostra piantur, Hoc apud intonsos nomen habebat auos.

Februŭs, Dictus est Pluto, vel Dis pater, inferorum Deus, quòd ei mense Februario sacrificaretur. *Dõnat. Vide Macrob. lib. 1. Saturn.*

Fĕcĭālēs. Dicti à faciendo, (*vt autor est Festus*) quòd belli pacísque faciendæ penes eos ius erat, σπονδοφόροι. Neque enim licebat bellum inferre nisi hi & iusta causa susceptum declarauissent, & prius indixissent. *Varro,* & priusquam indiceretur bellum iis à quibus iniurias factas sciebant, feciales legatos res repetitum mittebant quatuor, quos Oratores vocabant. *Cic. 7. Verr.* Habemus hominem in fecialium manibus educatum: vnum præter cæteros, in publicis religionibus fœderum sanctum ac diligentem.

Fecialium Collegium à Numa Pompilio institutum, qui de bello Pacíque iure consulerentur.

[¶ Fecialium verba in bello indicendo, *Vide apud Gell. ca. 4. lib. 16.* De eorum munere, *Plutar. in Num. & in Camil.*]

Fĕcĭālĭs, & hoc feciale, adiectiuum. Quod ad feciales pertinet. *Cic. 1. Off* Belli quidem æquitas sanctissimè feciali populo Romano iure perscripta est.

[Fecutinus, a, um: *Gell. cap. 19. lib. 13.* finitiones illæ, prærancidæ & fecutinæ, &c.]

Fel, fellis, {מרורת *merorâth.* χολή. GAL. Fiel. ITA. *Fele.* GER. Die gall. HI. *Hiel.* AN. *The gall.*} Humor est flauus in corpore, in ima hepatis parte, in vesicula quadam contentus, quàm cistulam fellis appellant. χολοδόχον. Humor autem ipse à medicis flaua bilis appellatur. Bilis autem atra est, quàm Græci melancholiam vocant, insaniam generans. *Pl. in Amph.* Delirat vxor, atra bili percita est. Sed de bili suo loco dictum. Aliquando fel, quòd sit amarissimus humor, pro animi amaritudine ponitur. *Plaut. in Trucul,* In melle sunt linguæ sitæ vestræ, atque orationes: Corda in felle sunt sita, atque acerbo aceto. Linguis dicta dulcia datis, corde amarè facitis amantes si quid non danunt. [*Ouid. eleg. 1. lib. 2. Iriſt.* Candidus à salibus sussusis felle refugi.] ¶ Fel terræ, genus herbæ (quæ & centaurion, *teste Pli. lib. 25. cap. 6.* propter amaritudinem summam appellatur.

Fellĕus, a, um. {χολώδης. GAL. De fiel. ITA. *Di felle.* GER. Gallechtig / von der gall. HIS. *De hiel.* ANG. *Of gall.*} *Plin. lib. 26. cap. 12.* Sudores enim felleos mouent. ἱδρῶτες χολώδεις.

Fēlis, huius felis, mascul. gen. Animal quadrupes, quod domi alimus ad murium venatum, Vulgò *Catus* dicitur ab insigni astutia. αἴλουρος, γαλῆ. GAL. Vn chat. ITA. *Gatto.* GER. ein katz. HIS. *Gatio.* ANG. *A cat.*} Veteres enim catos dicebant eos qui cauti & astuti erant: vnde etiam Catones primò volunt appellatos. Quod etiamnum apud Germanos in vsu est: sic enim de astuto homine verba facientes dicunt, Er ist ein listige katz. *Plin. lib. 10. ca. 73.* Feles quo silentio, quàm leuibus vestigiis, quàm multo speculatu in musculos exiliunt: excrementa sua obruunt terra, intelligentes odorem illum, indicem sui esse. *Varr. lib. 3.* Omnes parietes tectorio læuigantur, ne felis aliáve bestia introire ad nocendum possit. *Senec. lib. 10. epist.* Quid est quare tã

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

pauonem, quàm anſerem gallina non fugiat? ac tantò minorem eis, nec notum ſibi accipitrem? quare felem pulli timeant, canem non timeant? De animalis huius natura ſic ſcribit *Ælian. lib. 7. cap. 40.* Quemadmodum ex felibus mas eſt libidinoſiſſimus, ſic amantiſſima catulorum fœmina: quæ veneream idcirco maris conſuetudinem refugit, quòd is calidiſſimum, igníſque ſimile ſemen emittat genitale vt fœminæ adurat. Eiuſce rei mas non ignarus, communes catulos interimit. Hæc autem nouorum catulorũ deſiderio permota, eius libidini morem gerit. Quòd autem ab omni tetro odore feles abhorreãt, eò excrementa ſua, foſſa prius facta, in terra occultant. *Hæc ille.* ¶Sunt & feles feræ, domeſticis aliquantò maiores, pelle nigris maculis variegata, ex quibus domeſticum noſtrum animal videtur propagatum. ¶Feli crocoton, γαλῆ κροκωτὸν, ſubaudiendum das, aut addis. Dici ſolitũ quoties honos additur indignis, & quos haudquaquam decet: aut quũ datur quippiam iis, qui munere non norunt vti. Veluti ſi quis à muſis alieniſſimo belliſſimum donaret librum. Crocoton veſtis genus eſt rotundæ ac fimbriatæ, qua diuites vtebantur Matronæ. ¶Minervæ felem, ἀλεκτρυὼν τῇ ἀθηνᾷ, ſubaudiendum comparas. Quum multò inferiora cum præſtantiorib. comparantur, quòd leuicula quadam in re conueniant. Quid enim habet Minerua dea cum fele, præter glaucoma oculorum? *Refertur à Zenodoto & Suida.*

Fēlix, icis, penult. genitiui product. Proſper, beatus, fortunatus. {אשרי *aſchré.* μακάριος, εὐτυχὴς, εὐκάρδιος. GAL. Heureux. ITA. *Felice, fortunato.* GER. Sälig/gluckſälig. HISP. *Bienauenturado.* ANGL. *Happe, bleſſed, luckie.*} *Virg. 3. Æneid.* Viuite felices, quibus eſt fortuna peracta Iam ſua. ¶Interdum propitium ſignificat, qui ſcilicet alios felices reddit. *Virg. 1. Æneid.* Sis felix, noſtrúmq; leues quæcunque laborem. *Vbi Seruius*, Felix, propitia. Felix enim dicitur & qui habet felicitatem, & qui facit eſſe felicem. Vnde & deos felices vel infelices dicimus ex rebus quas præſtant. *Idem in Daphnide.* Sis bonus ô, felixque tuis. [*Ouid. Eleg. 1. lib. 5. Triſt.* Felix qui paritur quæ numerare poteſt. *Senec. cap. 15. de Tranq.* Circumcurrit tot ſcelerum feliciũ turba. *Idem Eleg. 10. lib. 3. Triſt.* Heu loca felici non adeunda viro. *Ibid. Eleg. vlt. lib. 4.* Felices ambo, tempeſtiuéque ſepulti. *Idem Eleg. 3. lib. 4. Triſt.* Hectora quis noſſet, felix ſi Troia fuiſſet?]

¶Aliquando idem eſt quod vtilis, ſiue commodus. σύμφορος. *Martialis*, Illa manus quondam ſtudiorum fida meorum, Et felix domino, notáque Cæſaribus. ¶Aliquando pinguis, fœcundus, ferax, fertilis. ὄγκιος, βαθυγείος. *Virg. 2. Georg.* Exiit ad cælum ramis felicibus arbos. *Martial. lib. 13.* Hos Amiternus ager felicibus educat hortis.

[¶Felix arbor, quæ fert fructum. *Liuius lib. 6. ab Vrb.* Nulla felix arbor, nihil frugiferum in agro relictum. *Et Gell. cap 12. lib. 19.* Virgulta felicia pomis gignendis.] ¶Huius contrarium eſt Infelix, infortunatus, δυστυχής. *Cic. 4. Philipp.* Si quis Reipublicæ ſit infelix, is felix eſſe nõ poteſt. Accipitur pro aduerſario. *Virg. 7. Æneid.* Aſt ego magna Iuno coniunx nil linquere inauſum Quæ potui infelix. *Vbi Seruius*, Infelix, id eſt, aduerſa Troianis. Aliquando pro ſterili & infœcundo. *Virg.* Infelix lolium & ſteriles dominantur auenæ.

Fēlīcĭtās, aris, Proſperitas, beatitudo. {אשרי *éſchor.* εὐδαιμονία. GAL. bon heur, proſperité. ITAL. *Felicità, proſperità.* GER. Gluckſäligkeit/wolſtand. HISPA. *Bienauenturança, felicidad.* ANG. *Happineſſe, proſperitie.*} *Cic. pro Fonteio*, Videor hoc leuiter vobis pro mea autoritate præcipere poſſe, vt ex eo genere homines, quorum induſtria, virtus, felicitas cognita in re militari ſit, diligenter vobis retinendos exiſtimetis.

¶Felicitas terræ, fœcunditas, fertilitas, *apud Plin. in epiſt.* εὐφορία. ¶Erat & Dea apud Romanos hoc nomine, cui ad impetrandum proſperos rerum inſtrutarum ſucceſſus ſacra fiebant. *Auguſt. 4. de Ciuit.* Quid felicitas? Dea eſt, ædem accepit, aram meruit, ſacra ei congrua inſtituta ſunt. Huius contrarium eſt infelicitas. ¶A Deo felicitas, Θεοῦ δὲ δῶρόν ἐστι εὐτυχεῖν ἕκαστοις, id eſt, felicitas datur Deũm homini munere. Vt res noſtræ benè cedant, id in nobis ſitum nõ eſt, ſed à ſuperũm arbitrio pendet. Hominum eſt conatus, Dei eſt euentus. [¶Felicitas multos habet amicos, εὐτυχία πολύφιλος. Finitimum eſt illi, τῷ εὐτυχοῦντι πάντες οἱ συγγενεῖς, id eſt felicibus cognatus eſt vel quilibet. Notior eſt ſententia quàm vt requirat interpretem. ¶Felicitas raro inuidiam effugit. *Senec. cap. 2. de Conſol. ad Polyb.* felicitatem ſuam non continuit Oceano Iul. Cæſar. *Idem Senec c. 14. de Conſol. ad Mart.* felicitatis ſimulachrum. *Sueton in Tib. cap. 4.*]

Fēlīcĭtĕr, aduerbium, Proſperè, beatè, fortunatè. {εὐδαιμόνως, εὐτυχῶς. GAL. Heureuſement. ITA. *Felicemente.* GER. gluckſälingen/oder gluckſälich. HISP. *Bien auenturada y ferti'mente.* ANG. *Proſperouslie, happelie, with good lucke.*} *Cic. 3. de Finibus.* Neceſſariò ſequitur omnes ſapientes ſemper feliciter, abſolutè, fortunatè viuere, nulla re impediri, nulla re prohiberi, nulla egere. *Plaut. Mercat.* Feliciter is ſapit, qui alieno periculo ſapit. *Virgil. 1. Georg.* Hic ſegetes, illic veniunt feliciùs vuæ. [*Suet. in Claud. cap. 7.* Acclamante populo Feliciter. *Plaut. Aulul. ſc. 6ª a. 4.* Quæ res tibi benè felicitérque vertat.]

Fēlīcĭto as, pen. corr. Felicem ac beatum facio. {אשרי *iſchſcher.* μακαρίζω. GAL. Rendre heureux, faire heureux. ITA. *Felicitare, far felice.* GERM. Gluckſälich machen. HISP. *Hazer bienauenturado.* ANG. *To mak happie.*} ✠ Infelicito, hoc eſt bonis omnibus ſpolio, infelicem reddo, de quo ſuo loco.

Fēllĭco, as, Lac exugo. {ינק *janák.* σπάζω. GALL. Tetter. ITA. *Tettare, poppare.* GERM. Außſaugen/ oder außmelcken. HISPAN. *Mamar leche.* ANG. *To ſucke milk out of a dugge.*} *Solinus in Collect.* Nequaquam mater pullo præbet vbera fellicanda. Fortaſſis legendum vellicanda. *Apud Nonium* eſt fellare pro exugere. *Varro*, Tum cum ad quem veniunt in hoſpitium lac humanum fellaſſe.

FĔLSĪNA, Vulgò *Bologna.* Vrbs Italiæ, poſtea Bononia appellata, *vt ſcribit Plin. lib. 3. c. 15.* in deſcriptione octauæ regionis Italiæ, Intus (inquit) colonia Bononia, Felſina vocitata, quum princeps Hetruriæ eſſet.

Fĕmĕn, minis, Sumitur in eadem ſignificatione qua femur, {ירך *jareeh.* μηρός. GAL. Le dedens de la cũiſſe. ITALIC. *La parte dentro della coſcia che ſi tocca con l'altra.* GERM. Das inner theil dicke an ſchenckel oben bey der ſcham. HISP. *El muslo por la parte de aentro.* ANGLIC. *The inne parte of the thigh.*} Propriè tamen femina, *teſte Valla lib. 4.* ſunt interiores partes: femora, exteriores: femina poſteriores: femora anteriores. *Plin. lib. 11.* ſic de apibus ſcribit, Prioribus pedibus femina onerant propter matura ſcabra. *Et lib. 8.* Femina, inquit, alteri aduríque equitatu, notum eſt. Femina enim interiora equitando atteruntur, non exteriora. [Hæc duo tamen interdum confunduntur ſemen & femur. *Plaut. Milit. ſc. 2. a. 2.* In femine habet læuam manum. Mox, feriens femur dextrum.] *Lucret. lib. 4.* ideo faſtigia poſſe Surarum ac feminum pedibus fundata plicari.

¶Hinc Apuleius finxit vocabulum, Interfemineum, pro pudendis muliebribus, veluti poſitis inter femina. *Colum. lib. 7.* Vtile quoque & ſub femina manum ſubiicere, ne ad huiuſmodi tactum poſt modum paueſcant. ¶Exiſtimat *Seruius* femen in nominatiuo non reperiri. *Priſcianus docet in raro vſu.* ¶Femina etiam inferiores partes ſignificant: nam à flexu dicta videntur. Vbi igitur iunctura cum flexu penis eſt, femina dicuntur. *Plaut. in Aſin.* Sed tamen tu nempe eos aſinos prædicas, vetulos, claudos, quibus obtritæ ad femina erant vngulæ. *Colum. lib. 6.* Femina ſecari, & interdum inuri ſolent.

Fĕmĭnālĭa, Tegumenta feminum, & ſubligacula. {περιζώματα. GAL. Lededans de la cuiſſe. ITA. *La brache.* GER Badehr/ ſchurtztuch mit welchen die weyber ir ſcham bedecken. HIS. *Las bragas.* ANG. *Breeches or oaes ſtockes.*} [*Suet. in Auguſt. Vide* dictionem ſequentem.]

Fĕmŭr, ŏris, quod & Femor dicitur ſecundum Phocam à ferendo, quòd his præcipuè partibus ſuſtineatur animal, atque feratur. {ירך *jareéh.* μηρός. G. La cuiſſe, ou le dehors de la cuiſſe. IT. *Il difuor de la coſcia.* G. Die außwendige dicke des ſchenckels/ von oben herab bis auff die knie. HI. *El muſ'o por la parte de fuera.* AN. *The out warde part of the sight, the hãme.*} Vide latiùs in dictione FEMEN. *Pl. in Mil. ſc. 2. a. 2.* Ecce autem aduortit, nixus læua, in femore habet manũ: Dextera digitis rationẽ computat, feriens femur dexterum. *Liu. 4. bell. Pun.* Scipionis femur tragulae infixum. [*Velleius*: Ad femur alligare pugionem. *Plaut. Mil. ſc. 1. a. 1.* Elephanto perfregiſti brachium. P. Quid brachium? Illud volui dicere femur.

Fĕmŏrālĭa, femorum tegmina, ſubligacula. {מכנסים *michneſaiym.* περιζώματα. GAL. Des brayes, haut de chaſſes. ITA. *Brache.* GERM. ein bruch/ niderkleid. HIS. *Las braguas, caraguelles, muſlos de calças.* ANGL. *Shopes or ouer ſtockes, breeckes.*} *Suetonius de Auguſto*, Quare quaſſato corpore neque frigora, neque æſtus facilè tolerabat hyeme quaternis cum pingui tota tunicis, & ſubucula, & thorace laneo, & femoralibus, & tibialibus muniebatur. Legitur & feminalibus.

Fĕnĕſtra, ſtræ, Locus apertus ad lumen accipiendum. {חלון *challon.* θυρὶς φωτὸς, λυχνὸς. ITA. *Feneſtra.* GERM. ein fenſter/ tagloch. HIS. *La ſiniestra ò ventana.* ANG. *A window.*} *Ouidius*, Quæ lumen thalamis, parua feneſtra dabat. ¶Interdum ponitur pro aditu, & via, & occaſione. *Terent. in Heaut.* Hui quantam feneſtram ad nequitiam patefeceris. [*Plaut. Milit. ſc. 4. a. 2.* Neque ſolarium, neque feneſtra quaſi clathrata. *Ouid. 6. Faſt.* per feneſtram ire.]

Fĕnĕſtrŭla, Parua feneſtra. *Hieron.* Sit autem vna vel plures feneſtrulæ, ux'a diſpoſitionem Epiſcopi. Et per detractionem mediæ ſyllabæ, feneſtra, quod eſt oſtium paruum in ſacrario, *vt ait Macrob.* [¶Feneſtram aperire. *Metaphor. Suet. in Tib. cap. 18.*]

Fĕnĕſtĕlla, & Feneſtricula, diminutiua ſunt à feneſtra. {θυρίδιον. GAL. Petite feneſtre. ITA. *Feneſtretta.* GER. ein fenſterlein HIS. *Pequeña ſiniestra.* ANG. *A litle window.*} *Colum. lib. 1. cap. 1.* Granaria modicis feneſtellis Aquilonibus inſpirentur. ¶Eſt etiam FENESTELLA nomen proprium hiſtorici, ſæpius à Plinio citati, qui nouiſſimo tempore Tiberij Cæſaris claruit: de hoc nomine ita *Alciat. in lib. 11. parergõn.* Latini (inquit) veteres caluos in medio capitis Feneſtellas vocabant, quod ea caluitie feneſtræ ſimilitudinem præ ſe ferret: hinc que hiſtorici Feneſtellæ nomen apud Plinium, quòd ea corporis parte glaber autor eius familiæ fuiſſet. ¶Feneſtella item alius fuit, cuius de magiſtratibus Romanorum liber extat.

Fĕnĕſtro, as, {θυρίδωμι, θυρίδας ποιῶ. GA. Faire feneſtres & ouurir quelque choſe. ITA. *Aprire qualche coſa, far una feneſtra.* GER. Ein fenſter machen/ ein tagloch machen. HIS. *Abrir alcuna coſa, hazer ſiniestras.* ANG. *To mak windowes.*} *Plin. li. 11. c. 37.* Media oculorum cornea feneſtrauit pupilla.

Fĕnĕſtrātŭs, ta, tum, Feneſtris ornatus & abundans, perforatus. {πολυθυρὲς, θυρεσσώτος. GAL. Percé, & feneſtré. ITA. *Aperto, fatto à feneſtre.* GER. Durchfenſteret/ oder das fenſter hatt. HIS. *Coſa con ventanas y ſiniestras.* ANG. *That hath windowes, bored through.*} *Plautus*, Nulla eſt feneſtratior domus.

Fĕnĕſtrātĭlis, pen. prod. adiectiuum. {θυρίδιος, ὁ πῆς θυρίδος. GAL. De feneſtre. ITA. *Coſa de feneſtra.* GER. Das zu den fenſteren gehört/ oder von fenſteren denn nahmen hatt. HIS. *Coſa de ſiniestra.* AN. *Of windowes.*} Vt, porta feneſtralis. *Ouid. 6. Faſt.*

Fĕrābĭtes, pen. prod. dicitur agreſtis. *Siſenna apud Nonium*, partim ferabites, partim lauro ac pinu abundant.

Fĕræ, arum, A ferendo dictæ ſunt, quòd cum impetu, & ſine ratione ferantur: aut quòd naturali vtantur libertate, & pro deſiderio ferantur. {חיות *chajiáh.* θῆρες. GAL. Beſtes ſauuages. ITA. *Fiere, beſtie ſaluatiche.* GER. Wilde thier. HIS. *Las beſtias brauas y fieras.* AN. *wylde beastes.*} Propriè autem feræ dicuntur quæ ferocitatem habent: vt leones, pardi, lupi, quæ vbi manſuefactæ ſunt, cicures appellantur. *Ouid. in Epiſt. Ariad.* Mitius inueni quàm te genus omne ferarum. *Idem 2. Met.* Vaſtatúmque videt trepidus ſimulacra ferarum. *Quintil. lib. 1. cap. 10.* Non feras modo, ſed ſaxa etiam, ſyluáſque duxiſſe memoriæ proditum. [¶Feræ beſtiæ. *Liu. 6. bell. Pun. & lib. 1. d. 4. & lib. d. 5.* ¶Fera tellus. *Tibul. lib. 4.* Nec fera Thereo tellus poſſeſſa colono. Et, fera beſtia, luxuria. *Liuius lib. 34.* Magna minórque feræ. (id eſt, virſæ.) *Ouid. Eleg. 3. li. 4. Triſt.*]

¶Interdum feræ ſignificatio latiùs extenditur, vt omnia ferè bruta terreſtria complectantur. *Cic. 1. Off.* Expertes rationis & orationis feræ. ¶De fera comediſti ἀγρίου βεβρωκας. Dicebatur olim oſcitanti. Nã vulgò creditum, carnem ferinam comeſam crebras oſcitationes excitare. Venuſtius erit, ſi commodè transferatur ad ſupinos, oſcitabundos, & negligentes.

Fĕrīnŭs, a, um, penult. prod. Feralis, quod eſt ferarum. {θηρεῖος, θηριώδης. GALLIC. De beſte ſauuage, comme beſte ſauuage. ITAL. *Ferino.* GER. Thieriſch/ das von wilden thieren iſt/ oder inen gleych iſt. HISP. *Coſa pertineciente à fiera.* ANG. *Of a wilde beaſte, reſembling à wilde beaſte.*} *Apuleius*, Ferino, ac beluino ritu. *Sallust. in Iugurth.* Getulis

cibus

cibus erat caro ferina. *Ibidem*, Numidæ plerumque lacte & ferina carne vescebantur. *Col. lib.* 10. *in Proœm.* Largior tamen pauperibus fuit vsus lactis copia, ferináque, ac domesticarum pecudũ carne. *Ci. 1. de Inuent.* Nam fuit quoddam tempus quum in agris homines passim bestiarum more vagabantur, & sibi victu ferino vitam propagabant. [*Ouid. Ele. 11. li. 3. Tri.* Natus es è scopulis, nutritus lacte ferino. *Idem 5. Fast.* Vberáque expositis illa ferina dedit.(Lupæ.)]

¶ Ferina absolutè aliquando vsurpatum : & subintelligitur caro. *Virgilius 1. Æneid.* Implentur veteris Bacchi, pinguisque ferinæ.

Fĕrus, a, um, Agrestis, & indomitus. {פרא *pore* סורר *sorér.* ἄγριος. GA. Sauuage, farouche, cruel. ITAL. *Fiero, seluatice, indomito.* GERMA. grimm/ wild/ grausam. HISP. *Fiero, brauo y cruel.* ANG. *wyld, cruell, fierce.*} Cui opponitur cicur: & per translationem atrox, sæuus, qui ferinum animum habet, vel qui durioris est vitæ, & animi crudelioris. *Virgil. 2. Æneid.* -ferus omnia Iupiter Argos Transtulit. *Cic. ad Attic. lib. 12.* O fera tempora, quum dubitet Curtius consulatum petere. [*Ouid. 13. Metam.* Pérque feros enses. *Idem Eleg. 3. lib. 3. Triſt.* feri manes: ô vmbræ Sarmaticæ. *Idem Eleg. 1. lib. 2. Triſt.* Ah ferus, & nobis nimium crudeliter hostis. *Ibi. Eleg. 1. lib. 1.* Me fera iactat hiems. *& Eleg. 1. lib. 2.* Pardeliter hostis. *Ibi. Eleg. 1. lib. 1.* Me fera iactat hiems. *& Eleg. 1. lib. 2.* Parce precor, fulménque tuum, fera tela reconde. *Idem 3. Fastor.* Nec cõprecor, fulménque tuum, fera tela reconde. *Idem 3. Fastor.* Nec vos turba feri censu fraudate magistri (id est, Lanistæ.) *Ibid.* qui fera bella canunt. *Ouid. Eleg. 2. lib. 4. Triſt.* fera Germania. *Ibid.* feræ cædis plena. ¶ Fera flumina. *Tibull. lib. 4.* Et fera discordes tenuerunt flumina venti. ¶ Ferus absque adiuncto pro equo, *Virg. lib. 2. Æne.* & pro ceruo *Idem lib. 7.*

¶ A ferus componitur Semiferus, pen. corr. Vnde semifera dicuntur animalia, quę ex fero placidóque nascuntur, vt ex apro & sue: aut certè quæ nec placida nec fera sunt, sed mediæ inter vtrunque naturæ, vt in volucribus hirundines: in campo lepores, cuniculi: in mari, delphini. Perferus, valde ferus. παναγρος. *Varro lib. 2. de Re ruſt.* Boues perferi etiam nunc multi sunt in Dardania, & Media, & Thracia. ¶ Et per translationem, fera vlcera, fera scabies, feræ papulæ, quæ manu chirurgica non possunt perdomari.

Fĕritās, tatis, Immanitas, naturæ asperitas)(mansuetudo. {ἀγελότης. GALL. Farouche & sauuage maintien, brutiueté & cruauté sauuage. ITAL. *Fierezza, crudeltà.* GERMAN. Wilde/ grimmigkeit/ grausamkeit. HIS. *Fiereza, brauega, ò crueldad.* ANGL. *wyldnesse, cruelte, fiercenesse.*} *Cæsar 8. bell. Gall.* Cultu & feritate non multum à Germanis differebant. *Martial. lib. 1.* Postquam inter nos est, plus feritatis inest. *Liuius 4. bell. Maced.* Lacetanos deuiam, & sylvestrem gentem: cùm insita feritas continebat in armis, tùm, &c. *Ouid. 4. Fastor.* Deposita sequitur taurus feritate iuuencam, Quem toti saltus, quem nemus omne tremit. [*Ouid. Eleg. 6. lib. 4. Triſt.* Nec feritas animo (Leonum) quę fuit antè manet.]

Fĕrālĭa, orum, Feriæ erant Romanis, diis Manibus sacratæ: ita dictæ à ferendis ad tumulum epulis. {νεκύσια, ἐπισφάγια. GALLIC. Iour dedié és morts. ITAL. *Giorno dedicato ad officij mortorij.* GERM. Seyrtag bey den heiden denn sie den seelen tũceren/ aller seelen tag. HISPA. *Dia consegrado à los muertos.* ANG. *All soules day, a day dedicated to godde for the dead.*} *Ouid. 2. Fast.* Hanc quia iusta ferunt, dixere Feralia lucem, Vltima placandis manibus illa fuit. *Cic. Att lib 7.* Eodem enim die video Cæsarem à Corfinio post meridiem profectum esse, id est, feralibus, quo Canusio mane Pompeium.

Fĕrālis, le, adiectiuum, Funestus, dirus, exitialis: à feralibus diebus, quibus epulæ in mortuorum sepulchra inferebantur. {θανάσιμος, νεκρικὸς, θανατώδης. GAL. Mortel, pestiferé, pernicieux. ITA. *Mortale, crudele.* GERM. Das zu der todten feyrtag gehört tödlich/ klãglich/ grausam. HIS. *Mortal, cruel.* ANG. *Deadlie, mortall.*} *Virg. 4. Æn.* Solúque culminibus ferali carmine bubo Visa queri. [*Ouid. Eleg. 13. l. 3. Triſt.* funeris ara mihi ferali cincta cupressu Conuenit. *Ouid. Eleg. 3. l. 3. Triſt.* Tu tamen extincto feralia munera semper dato. *Idem lib. 5. Fast.* Vt nullo feralis tempora operta vides. (templa.)] Generaliter dicitur de omni re ad defunctos pertinente. Vnde Ferales victæ quæ sunt funeri accommodatæ, Feralia amicula, sunt vestimenta quibus cadauera defunctorum vestita sepulchro conduntur. Feralia fœdera, Tedæ ferales, & arma feralia, hoc est mortifera. Feralia officia, quæ inferis & defunctis exhibentur. Feralis cultus, pro funebri & lugubri. Feralis item arbor. *Plin. lib. 16. cap. 10.* Picea montes amat, atque frigora, feralis arbor, & funebri indicio ad fores posita. Et ferales præcones, quos anteambulones atratos Latinè appellare possumus, ex quorum grege sunt funerum indictores. *Budæus.*

Fĕrax, Ferculum, *Vide* FERO.

Fĕrbĕo, bui, Bullio. {ζέω. ANG. *To buble as water in seething.*} *Horat. 1. Carm.* Velatúmque stola mea cum deferbuit ira. Vnde & Ferbesco, scis. Huius composita sunt Deferbeo, quod est à bulliendo cessso. *Gellius* propriè, Puer interea venerat, & olla deferbuerat, tempúsque esse cœperat edendi. Efferbeo, ἀναζέω. Extrà & valdè bullio. *Vide* Feruĕo.

Fĕrē, aduerbium, Fermè, propè, propemodum, penè. {כמעט *chimhat.* παρὰ μικρὸν, σχεδόν. GALL. Presque, il ne s'en faut gueres. ITAL. *Quasi.* GERM. Schier/ damach. HISPAN. *Quasi à poco mas ò menos.* ANG. *Almost.*} vt, Ferè hominem occidistis: id est parum abfuit, quin hominem occideris. ¶ Ferè, pro plerunque. *Terent. Phorm.* -quippe homo iam grandior, Pauper, cui opera vita erat, ruri ferè sese continebat: id est, non semper, sed plerumque. *Quintilian. libr. 2. capit. 5.* Nam in omnibus ferè minùs valent præcepta quàm experimenta. [*Plaut. Capt. sc. 1. a. 2.* Maxima pars ferè morem hunc homines habet. *Ouid. Eleg. 1. lib. 4. Triſt.* Sentit amans sua damna, ferè tamen hæret in illis.] ¶ Interdum in oratione ita constituitur, vt intelligatur quædam vniuersitas. πᾶς. *Quintil.* Hæ ferè sunt emendatè loquendi scribendique partes. Id est, ferè omnes. *Cic. de Amic.* Meminit in eum sermonem incidere qui tùm ferè multis erat in ore. Id est ferè semper, vel ferè omnibus.

*Ferè (*inquit *Valla lib. 2.*) de loco, de tempore, similibúsque dicitur, vt vtor ferè hac veste in faciendis sacris. Id est, omni ferè tempore. Fere Romani orbem subegerunt. Id est, ferè totum orbem. Ferè fit vt iuuenes ament. Id est, ferè vbique. *Liu. 1. ab Vrbe,* Contrahit celeriter similitudo eos (vt ferè fit) malam malo aptissimum.

Fĕrentārii, *Vide* FERO.

FĔRENTĪNVM, pen. prod. φερεντία. *Ptolemæo,* Oppidum est Tuscorum, iuxta Fesulas, non procul ab Arno fluuio. {GERM. Ein statt in Tuscia Italiæ.} Cuius oppidi incolæ dicuntur Ferentini, φερεντῖνοι. *Autor Plin. li. 3. cap. 5. & Pompon. Mela lib. 2.* ¶ Ferentinates autem, Latij populi sunt, *apud eundem Plin.* loco iam citato: quorum oppidum Ferentinum commemoratur à *Strab. lib. 4.* [Ferentina porta Romæ. *Plutarch, in Romul.*

Fereola, læ, Vitis cuiusdam genus est, *apud Colum. lib. 3. c. 2.* Irtiolam (*inquit*) fereolámque non facilè asseuerem quo gradu habendæ sint.

FĔRETRĬVS, φερέστριος, Dictus est Iupiter non à pace feretéda (*vt quibusdam visum est,*) sed à ferendis spoliis. Nam Romulus deuictis Ceninensibus hostium spolia ferculo ad id facto, in Capitolium detulit, ibíque ex quercu suspensa. Ioui consecrauit, eodémque in loco Ioui Feretrio templum condidit, autórque fuit posteris, vt eò capta ex hostibus spolia deferrent [*Vide Plut. in Romul. & in Marc.*] *Liu. lib. 1. ab vrbe,* Inde exercitu victore reducto, ipse cùm factis vir magnificus, tùm factorum ostentator haud minor, spolia ducis hostium cæsi suspensa, fabricato ad id ferculo gerens, in Capitolium ascendit: ibíque ea quum ad quercum pastoribus sacram deposuisset, simul cum domo designauit Iouis templo fines, cognoménque addidit Deo: Iupiter Feretri, inquit, hæc tibi victor Romulus Rex regia arma fero: templúmque iis regionibus, quas modo animo metatus sum, dedico: sedem opimis spoliis quæ regibus, ducibúsque hostium cæsis me auctorem sequentes posteri ferent. Hæc templi est origo, quòd primum omnium Romæ sacratum est. Ita deinde diis visum, nec irritam conditoris vocem esse, qua laturos eò spolia posteros nuncupauit: nec multitudine compotum eius doni vulgarem laudem. Bina postea inter tot annos, tot bella, opima parta sunt spolia: adeò rara eius fortuna decoris fuit.

Fĕretrum, *Vide* FERO.

Fĕriæ, arum, Dies cessationum ab opere: ita dicti vel à feriendis victimis, vel ab epulis ferendis: in his enim epulæ fiebant ex pecorum frugúmque prouentibus. {עצרת *hatséreth* שבת *shabbáth* חג *chagh,* ἑορτή, τελετή. GALL. Feries, festes, iours de festes. ITA. *Ferie, iorni quieti.* GERM. Feyrtag/ festtag. HISP. *Las fiestas dias de guardar.* ANG. *Holy dayes, dayes vacant frome labour.*} *Cic. 2. de legibus,* Feriis iurgia amouento. *Festus,* Ferias antiqui festa vocabant: & aliæ erant sine die festo, vt nundinæ: aliæ cum festo, vt Saturnalia: quibus adiungebantur epulationes ex prouentu fœtus, pecorum, frugúmque.

¶ Feriæ præcidaneæ quid, *docet Gell. c. 6. lib. 4.* Ferias seruare. *Idem cap. 28. lib. 2. Idem Capt. sc. 1. a. 4.* Lucrum, ludum, iocum, festiuitatem, ferias. ¶ Esuriales feriæ: *Vide* Esuriales. ¶ Feriæ vindemiales excusant militem. *Gell. cap. 4. lib. 16.* Feriarum æstiuarum tempus. *Idem Gellius c. 15. lib. 9.*]

¶ Feriarum autem apud Antiquos multa erant genera quæ pollui dicebantur, si in his aliquod opus fieret. Erant enim inter ferias aliæ publicæ, aliæ familiis quibusdam propriæ Feriarum publicarum quatuor erant genera, *vt docet Macrobius lib. 1. Saturn. cap. 16.* Stativæ, vniuerso populo communes, quæ certis & constitutis diebus fiebant, in quibus præcipuè seruabantur Agonalia, Carmentatia, Lupercalia, Conceptiuæ, quæ quotannis à magistratibus vel sacerdotibus concipiebantur in certos siue incertos dies, vt sunt Latinæ, Sementinæ, Paganalia, Compitalia. *Cic. 1. de Nat. deor.* Nam quum feriis latinis ad eum ipsius rogatu, accersitúque veniissem.

[Ferias autem Compitalia, quomodo Prætor concipiebat, *vide apud Gell. cap. 24. lib. 10.*] Imperatiuæ, quas Consules vel prætores pro arbitrio indicebant extra ordinem pro salute Reipublicæ aut principis, aut ob rem fœliciter gestam. Nundinæ paganorum erant ac rusticorum, quibus ad negotia & merces conueniebant. Erant præterea propriæ familiarum feriæ quas quæque familia ex vsu domesticæ celebritatis obseruabat, vt Claudiæ feriæ, & Æmiliæ. Item singulorum, vt natalium dierum, quæ Natalitiæ dicuntur, & fulgurum & funerum expiationes. ¶ A feriis festi dies dicti sunt Feriati, hoc est in quibus feriæ celebrabantur. ¶ Ignauis semper feriæ sunt, ἀεργοῖς αἰὲν ἑορταί. Aptè accommodabitur in eos, qui nunquam non causantur aliquid quò sint in otio, quíque optant dies festos, quò liceat otiari, ventri- que & voluptatibus indulgere.

Fĕrio, & Ferior, aris, deponés. Vaco ab opere, cesso, quiesco. {שבת *schabath* חג *chagh* σχολάζω, σχολὴ ἄγω. GALL. Cesser, se repoſer, fester, ne faire rien. IT. *Far feria, far vacanza.* GER Feiren. HISP. *Guardar sin obra la fiesta.* AN. *To keepe holy day to be vnoccupied.*} Vacare ab aliquo opere vel studio. Vt feriari ab studiis. *Tribon. ad Cic. lib. Epist. 12.*

Fĕriātus, a, um, Quietus, otiosus, nihil agens. שבת חגג *schobéth chogheg,* σχολαῖος. GAL. Qui fait la feste, qui ne fait rien, qui est oiseux. ITA. *Otioso, che non fa nulla.* GE. Gefeyret/ müssig. HISP. *El que es de fiesta, otioso y sin obra.* ANG. *That keepeth holy day, idle.*} *Trebonius Ciceroni,* Illud quoque nobis erit curæ, vt Cratippus vnà cum eo sit, ne pures in Asia feriatum illum ab iis studiis in quæ tua cohortatione incitatur, futurum. *Plaut. in Mil.* Tibi ego dico, feriatus ne sis. *Martial.* Nec feriatus ibat ante carrucam. *Cic. 1. de Natura deorum,* Deum sic feriatum volumus cessatione torpere. ¶ Feriati dies, in quibus ferię aguntur. ἑορταί [*Gell. cap. 20. lib. 19.* Die feriato. &c.] *Plin. in Epist.* Nam & menstruum meum Calendis Septembris finitur, & sequeņs mensis complures dies feriatos habet. *Plin. lib 18. c. 6.* malum patrem familiàs quisquis interdiu faceret quod noctu posset, nisi tempestate cæli: peiorem qui profestis diebus ageret quod feriatis deberet: pessimum, qui sereno die, sub tecto potiùs operaretur, quàm in agro. Contrà, Profesti dicuntur, qui feriati non sunt. * Feriata machæra, Qua quis non vtitur. *Plautus Milite sc. 3. a. 1.* hanc machæram mihi consolari vòlo Ne lamentetur, néve animum despondeat, Quia se iampridem feriatam gestitem. Quæ misera gestit fractum facere ex hostibus. *Malè feriatus, id est Ignauus, inutili otio vacans, ait Budæus.* [Et, malè feriati homines dicti sunt à *Gellio cap. 22. lib. 10.* ij pseudophilosophi qui aburentes bono otio, in tricis & futili argutiarum puerilium meditatione, nihil ad vitam vel tuendam, vel ordinandam

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

promouentium conſaneſcunt.)*Malè feriati Troes. *Horat. 4.Carm. Ode 6.*

Fĕrĭātĭcŭs, idem quod feriatus, vel feſtus, vt dies feriatici, pro feriati. *Vlpian. L.1.de feriis.* Diuus Marcus effecit de aliis ſpeciebus Prętorem adiri, etiam feriaticis.

Fĕrĭo, ris, ire, ſine præterito & ſupino, idem quod percutio. {הכה *hichchâh* כרת *charáth.* πάτταω, τύπτω. GA. Ferir, frapper. ITA. *Percuotere, ferire.* GERM. Schlahen. HIS. *Herir.* ANG. *To ſtrike or ſmite.* } *Virgil. 9. Eclog.* Occurſare capro, cornu ferit ille, caueto. *Plautus in Amphitryone,* Non pu ſcis Bacchæ bacchanti ſi vis aduerſarier, Ex inſana inſanio rem facies, feriet ſæpius. [*Plau. Men. ſc.2.a.1.* Fores ferio? feri, placidè pulta. *Idem Prolog. Amphitr.* Adeſt, ferit. (id eſt, pulſat oſtium.) *Idem Milit. ſc.2.a.2.* feriens femur dextrum. *Senec. epiſt.* 89. Ea, quæ oculos feriunt, maximè mouent. *Quintil.* feriri ſimili ictu. (de repetito vulnere orbitatis,) *Idem Quintil.* feriunt animum ſententiæ. *Plau. Pſeu l. ſc.2. a.4.* Quos dum ferias tibi plus noceas. *Senec. c.9. de Conſo. ad Marc.* ferimur à fortuna ex inopinato. *Oui. Eleg. vlt. lib.4. Triſt.* Dum ferit Auſonia carmina culta lyra.]

¶Ferire item, & ſancire, firmare. Vnde ferire fœdus dicimus. *Virg.* 10. *Æneid.* haud mora, Tarchon Iungit opes fœdúſq; ferit. *Cic. pro domo ſua,* Sed vno tempore cautiones fiebant pecuniarum, fœdera feriebantur prouinciarum. Origo harum locutionum inde tracta eſt, quòd antiqui fœdus & pacem ſolemni pompa cum hoſtibus ineuntes, porcam ſaxo ſilice feriebant, id conſtat ex *lib.1. Liuij,* vbi vetuſtiſſimi fœderis ritus deſcribit.

¶Ferire item pulſare eſt, κόπτειν. *Plautus in Amph. ſc. 1. a.4.* Feriam fores, aperite. Ferire iugulum, eſt inferre mortem, iugulare. ¶Ferire munere, eſt mulctare munere, ſeu munus emũgere. *Terentius Phorm.* Porrò autem Geta ferietur alio munere, vbi hera pepererit: Porrò autem alio, vbi erit puero natalis dies. ¶Spectris feriuntur oculi, *Cic. Caſſio lib.15. epiſt.* Ferire aures, pro excitare. *Quint. lib. 9. cap.3.* Quæ etiam ſi fuerint crebriores, aures conſuetas minùs ferient. ¶Huius cõpoſitum eſt Referio quod eſt repercutio. ἀνατύπτω. *Plaut. in Aſin.* Patitor tu idem quum ego te referiam.

Fĕrĭo, ferias, *Vide* FERIAE.

Fĕrĭtās, *Vide* FERVS.

Fermè, aduerbium, Ferè, penè, propè, propemodum. { כמעט *chimṯáth.* σχεδόν. GAL. Preſque, peu s'en faut, à peu pres. ITAL. *Quaſi, poco meno.* GERMAN. Schier, garnach. HISPAN. *Quaſi ò poco mas ò menos.* ANGL. *Almeſt.* } *Terent. in Andr.* Iam fermè moriens me vocat, id eſt, quum parùm abeſſet, quin moreretur. ¶Ponitur quandoque pro facilè ῥᾳδίως. *Terent in Andria,* fidelem haud fermè mulieri inuenias virum. vbi *Donatus* fermè pro facilè poſuit: fermè facilitatem ſignificat: quia sũt aduerbia extenuationis. *Plaut. Pœnul.* Facio quod manifeſtè deprehenſi mœchi haud fermè ſolent.

Fermentum, ti, Farina quæ ſubigitur priuſquam addatur ſal, ad pultis modum decocta, & relicta donec aceſcat. { שאר *ſeor. ζύμη, ζύμωμα.* GA. Leuain. ITAL. *Fermento, leuito.* GER. Hebel, ſaurteig. HIS. *La leuadura.* ANGLI. *Leauen or ſower dowgh.* } Dictum [quaſi fŏruentum] quòd feruendo creſcat. *Plin. lib.18. cap.7.* Spuma ita concreta pro fermento vtuntur. Iacere in fermento, ἐν τῇ ζύμῃ κεῖσθαι. per tranſlationem dicebãtur qui animo eſſent ægro, quiq; iracundia turgerent. *Plaut. in Merc.* Nam mea vxor propter illum tota in fermento iacet, id eſt inflata eſt & irata. *Idem in Caſ.* dij te ſeruaſſint mihi. Nunc in fermẽto tota eſt, ita turget mihi: Ædepol ego illam mediam diruptam velim. ¶Fermẽtum tranſlatum ad terram, id ſignificat quod glebas reſoluit, tumidámq; terram ac ratam reddit: quemadmodum conſperſionem rare facit fermentum. *Colum. lib.3. cap.11.* parum quod ſupereſt inferioris ſoli, raſtris licet effodere, & in fermentum congerere atq; componere. *Idem lib. 4. c. 1.* Repaſtinata humus, dum eſt recens, ſoluta, laxatáque, velut fermento quodam intumeſcit.

Fermẽnto, tas, Fermento miſceo, ſeu creſcere facio. { חמץ *chamáṣ.* ζυμόω. GALLIC. Mettre du leuain, faire leuer ou enfler la paſte, aſſaiſonner de leuain. ITAL. *Far leuitar la paſta.* GERM. Heblen / Verſeüren. HISP. *Leudar.* ANGL. *To leauen, to mixte leauen with dowe.* } *Plin.* Quum fieret panis bordeaceus cicerculæ farinæ admiſtione, fermentabatur. ¶Transfertur etiam hoc verbum ad terræ culturam, quæ tũc fermentari dicitur, quum rarefit & ſpiſſæ illæ glebæ reſolunntur & augentur, & veluti inflantur: quemadmodum conſperſio, hoc eſt farina illa ſubacta, & in maſſam redacta, intumeſcit, addito fermento. *Varro lib.1. de Re ruſt. cap.38.* Stercus optimum ſcribit eſſe Caſſius volucrum, præter paluſtrium, ac nantium. De hiſce præſtare columbinũ, quod calidiſſimum ſit, & fermentare poſſit terram. *Colum. lib. 2. cap. 15.* Maximè tamen columbinum probamus, quòd modicè ſparſum, terram fermentare comperimus. Quo in loco nonnulli expoſuerunt fermentare pro ſtercorare, & pingue facere, quòd viderent *Columellã* de ſtercore columbino loqui, quo agrum pinguiorem reddi credũt. Sed eam non eſſe mentem autoris ex diuerſis eius locis facilè poteſt deprehendi. *Ita enim habet lib.4. cap.1.* Quid quod repaſtinata humus, dum eſt recens, ſoluta, laxatáque, velut fermento quodam intumeſcit: quum deinde non longiſſimam capit vetuſtatem, condenſata ſubſidit? Quo in loco vocat terram fermento intumeſcentem, quam alibi vocat fermentatam. Pro eodem etiam dixit Humum reſolutam, eique oppoſuit denſam *lib. 2. cap. 2.* Sed ex his nihil non melius reſoluta humo quàm denſa prouenit. Quod noſter quoque *Virgilius,* quum & alias fœcundi arui laudes retuliſſet, adiecit, Et cui pure ſolum: nanq; hoc imitatur arando. Neq; enim aliud eſt colere quàm reſoluere & fermentare. Ex quib. *Columella* verbis clariſſimum eſt, fermentare terram, nihil aliud eſſe, quàm diligenti cultura, paſtinatione, ſiue etiam calidis ſtercoribus, quale eſt columbinum, terram putrefacere, reſoluere, & rationem reddere.

Fermẽntēſcĕrĕ, Eſt creſcere, & pareſcere addito fermento: & propriè de pane dicitur. { נקע *batsék.* ζυμοῦσθαι. GAL. Eſtre leué ou enflé de leuain, s'enfler ou leuer comme la paſte. ITA. *Leuitarſi, enfiare.* GERM. Aufgehn oder geſchwellen von dem ſaurteig. HIS. *Leudarſe.* ANG. *To ſwell by leauen.* } Quanuis etiam ad terram transferatur quæ tunc fermenteſcere dicitur, quum denſitas illa glebarum rarefit, & reſolnitur. *Plin. libr.18. cap.8.* Quum teratur inter digitos, fermenteſcens. *Idem lib.17. cap.2.* Tellus quoque illo modo fermenteſcit, & ſucci plena, ac lacteſcentibus ſatis non effœta, quum tempus aperit, tepidis arridet horis.

Fĕro, fers, tuli, latum, Propriè ſignificat porto. {נשא *naſa* סבל *ſabál.* φέρω. GALLIC. Porter ITA. *Portare.* GER. Tragen HIS. *Lleuar ò traer.* AN *To carie, to beare.* } *Virgil. lib.5. Æneid.* Vix illam famuli Phlegeus Sagatiſque ferebant. ¶Facit etiam præteritum tetuli, *vt apud Terent. teſte Diomede lib.1. Grammat.* Huc retuliſſem pedem. [¶Ferre annos dicitur vinum. *Quintilian. cap 4. lib.1. Item,* Ferre ætatem. *Plinius. Catull. de Com. Beren.* Digna ferat ſi quis inaniter adiurarit. *Ouid. Eleg 8. lib.1. Triſt.* Hac ratione diuinaui notitiámque tuli. (i. adeptus ſum.) *Idem Eleg.1.l.1. Triſt.* Ingenitq; minor laude ferere mei. (i. diceris.) ¶Ferri ordine (id eſt, ordinem ſequi.) *Ouid. Eleg.1.l.2. Triſt.* ¶Pro accipere. *Plaut.* Hinc dimidium aut plus feres. Lures delubra tulerunt. *Ouid.6. Faſtor.* ¶Pro ire, *Sueton. in Aug. c.* 32. ſeſe ferebant ſuccincti ferro. Pro adferre: *Gell. c. 1. l. 5.* Ferre medicinas. *Et Plaut. Aulul. ſc.5. a.3.* Mores pro dote ferant. *& Aſin. ſc.2.a.2.* Feras argentum, id eſt, auferas, accipias. *Ouid.13. Metam.* Quídve domum ferris decimo, niſi de ceus, anno. *Tibull. lib.4.* (Sol) æſtiuum fertur in orbem. ¶Ferri, pro funere efferri. *Plaut. Aulul ſc.3.a.1.* Cras veniat, perendie feratur foràs. *Et Ouid. Eleg. 3. lib. 1. Triſt.* ſine funere ferri. (id eſt auferri) ¶Pro dignari. *Ouid. in epiſt.* Seruus eras, Seruo nubere Nympha tuli. ¶Aliquando pro Inferre: *Liuius lib.4 bell. Pun.* Vitandæ, non inferendæ fraudis cauſſa, hoc conſilij capimus. ¶Pro auferre, ſiue accipere. *Ouid.13. Metam.* Ipſe tulit pretium, iam nunc cerraminis huius. *Item Sueton. in Tiber. cap.16.* Ferre pretium perſeuerantiæ.]

¶Aliquando tolero, patior. *Terentius in Heauton.* Nam quem ferret, ſi parentem non ferret ſuum? Aliquando duco, dirigo. ἄγω. *Liu. lib.1.* Pergit ad proximam ſpeluncam, ſi fortè eò veſtigia ferrent. *Virgil. 6. Æneid.* Hinc via tartarei quæ fert Acherontis ad vndas.

¶Sæpe etiam accipitur pro dicere, præſertim in tertiis perſonis. λέγω. vt, Sic ferunt homines, hoc eſt ſic loquuntur, aut dicunt. *Tacit. lib.15.* Ex Caio Cæſare ſe genitum ferebat. *Liuius lib. 1. ab Vrbe,* Fauſtulo fuiſſe nomen fertur. *Cic. de Amic.* Quod Tarquinium dixiſſe fertur tùm quum eſſet exul. *Virgil. 1. Æneid.* Quam Iuno fertur terris magis omnibus vnam Poſthabita coluiſſe Samo. ¶Aliquando exhibeo. *Virgil. 3. Æneid.* Sacra Dioneæ matri, diuíſque ferebam. ¶Aliquando concupiſco, γλίχομαι, θυμῷ. *Salluſt. in Catil.* Tunc Catilina polliceri tabulas nouas, proſcriptiones locupletũ, magiſtratus, ſacerdotia, rapinas, atque alia omnia quæ bellum & libido victorum fert. *Lucan. lib. 1.* Fert animus cauſas tantarum exponere rerum. *Ouid. 1. Metamorphoſ.* In noua fert animus mutatas dicere formas Corpora.

¶Aliquando extollo. αἴρω. *Salluſt.* Conſulares omnes itémque Senatus magna pars ſententiam eius laudant, virtutem animi ad cœlum ferunt. ¶Aliquando gigno, produco. γίνομαι. *Virgil. 11 Æneid* Si duo præterea tales Idæa tuliſſet Terra viros. [*Suet. in Aug. c.63.* Ex Liuia nihil liberorum tulit. *Idem in Tib. c. 47. & in Calig. c.7.*] ¶Aliquando habeo. *Virgil. 5. Æneid.* Ferre ſui decerat monumentum & pignus amoris. ¶Aliquando affero, *Virgil. 11. Æneid.* Legati reſponſa ferũt. ¶Aliquando confero. συμφέρεσθαι. *Virgil. 3. Æneid.* quibus acer Eryx in prælia ſuetus Ferre manum.

¶Aliquando diſturbo. διαφέρω. *Virgil. lib. 1. Æneid.* Quippe ferant rapidi ſecum, verſántque per auras. ¶Aliquando oſtento. ἐπιδείκνυμι. *Virgil. 11. Æneid.* captiuo ſiue vt ſe ferret in auro, Venatrix.

¶Aliquando conſulo. χρηματίζω. vt Pompeius tulit ad populum. Sic ferre ad Senatum, eſt Senatum aliqua de re conſulere. διαφέρειν περὶ τῆς συγκλήτου. ¶Aliquando aufero, ἀποφέρω. *Virgil. in Daphnide,* poſtquã te fata tulerunt. *Idem 9. Eclog.* Omnia fert ætas, id eſt aufert. Aliquãdo refero, ſeu recipio. *Terent. in Adelph.* Pro labore ab his fero odium, id eſt, φέρωμαι φέρεσθαι ὄδυνον. ¶Aliquando aſſequor. *Terent. in Eunucho,* Hoc ſi effeceris, quoduis donum & præmium à me optato, id optatũ feres. *Et in Adelphis.* Ni faciant quod illos æquum eſt, haud ſic feret, id eſt obtinebunt. ¶Quòd ſi cum hoc verbo, præ me, præ te, vel præ ſe, addatur, ſignificat dicto, vel facto, vel geſtu aliquid oſtendo, confiteor. δηλόω, ἐπιδείκνυμι. vt, Præ te fers iram. *Quintil.* Fiduciam igitur præ ſe ferat orator, ſempérque ita dicat tanquam de cauſa optimè ſentiat, id eſt, ex ipſo aſpectu oratoris, ex ipſa voce, ex ipſa oratione eluceat fiducia: quemadmodum qui pugnaturi ſunt, in vultu & geſtu indicant tacitam vel formidinem vel fiduciam, hoc eſt præ ſe ferunt fiduciam, formidinémve. *Cicero,* Nam ille qui accipit iniuriam, meminit, & præ ſe fert, id eſt, ſe mentem perſequendæ iniuriæ habere oſtendit.

¶Ferre autẽ eſt aſſueſcere aëtis varietati quæ obeſt. *Virg. lib. 2 Georg.* Quum ſemel hæſerunt aruis, auráſque tulerunt. ¶Ferre tribum, ferre centuriam dicitur is qui tribum vel centuriam habuit ſibi ſuffragantem. *Cic. pro Plancio,* An tandem vna centuria prærogatiua tãtùm habet authoritatis, vt nemo vnquam prior eam tulerit, quin renuntiatus ſit? *Idem 4. Philipp.* An tùm quum es factus, vnam tribum ſine Curione ferre potuiſſes? Ferré ſuffragium, eſt ſuffragari, iudicare, ſententiam ferre. *Cic. Attic. lib.1.* Idémque refert vt vniuerſus populus in campo Martio ſuffragium de cæde P. Clodij ferat. ¶Ferre ſententiam, eſt pronuntiare. *Cic. pro Cluentio,* Vos autem Iudices de hominum fortunis ſententiam fertis.

¶Ferre fortunam, pro vti, χρῆσθαι τῇ τύχῃ. ¶Ferre expenſum, eſt id quod alicui dederis, in rationes referre. Cui opponitur referre acceptum, quod eſt, id quod acceperis ab aliquo, in rationes referre inter accepta. *Qui plura ea de re noſſe cupit, videat Adrian. Cardinalem, qui diligentiſſimè hæc explicuit.* ¶Ferre iudicem alicui, pro iudicio aliquem laceſſere, & iudicem offerre. *Cic. pro Q. Roſcio,* Quem ego ſi ferrem iudicem refugere non deberet, quum teſtem producam reprehendere audebit? ¶Ferre conditionem pro offerre & præſcribere. *Cic. pro Quintio,* Conditionem tuli, ſi vellet pecuniam perere, Quintium iudicatum ſolui, ſatis daturum. Idem pro S. R. Hanc conditionem miſero ferunt. *Ferre annos & vetuſtatem, ſiue perferre, dicuntur vina propriè: quod ad alia quoque transfertur, & ſignificat, Vetuſtate non exoleſcere. *Quintil. lib.2. cap.4.* Quare mihi ne maturitas quidem feſtiner, ac multa in lacum ſtatim auſtera ſint: ſic & annos ferent, & vetuſtate proficient. *Idem lib.10. cap.1.* Paucos enim vel potius vix

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tius vix vllum ex iis qui vetuſtatem pertulerunt, exiſtimo poſſe reperiri, qui iudicium adhibentibus non allaturus ſit vtilitatis aliquid. Sumpta à vinis metaphora quæ non fugiunt. *Fert natura, Id eſt, Per naturam licet. *Cæſar 3. belli Ciuil.* *Natura fert vt extrema ex altera parte grauiter, ex altera autem acutè ſonent. Id eſt, natura comparatum. *Cic. in Somnio Scip.* [*Quintil.* Si res in contrarium tulit. *Senec. cap. 16. de Conſol. ad Mart.* Si bene fers amiſſum filium. *Ouid. 5. Faſt.* Si quid fert Impetus: ora. Omne feres. *Senec. c. 16. de Conſol. ad Mart.* Si bene fers (amiſſum filium) magna ſolatia relicti nepotes: ſi malè, magna onera. *Ouid. El. 1. lib. 4. Triſt.* Et tulerit quo me caſus, & vnde ſubit. ¶ Ferre ſe pro ciue. *Liu. lib. 4. d. 4.* ¶ Compoſita ſunt affero, aufero, antefero, confero, circumfero, ſuperfero, rransfero, quæ habent penultimam correptam. [Tetuli: *Plaut. Amph.* Et manum præhendi, & oſculum tetuli tibi. ¶ Ferens, entis: *Ouid. Eleg. 2. lib. 1. Triſt.* Vt mare ſubſidat ventiſque ferentibus vtar. ¶ Latus, a, um. *Plaut. Amph.* Diuinitus non metuo, quin vxori lætæ ſuppetiæ ſient.]

Lātŏr, oris, verbale. {נשא *noſe* סבל *ſobel.* φορεύς, κομιστής. GALL. Porteur. ITA. *Latore, portatore.* GER. Ein trager. HIS. *El portador.* ANG. *A caryer, or bearer.* } vt, Lator legis, qui & legiſlator vno verbo dicitur, ille eſt qui promulgauit, vel inſtituit, vel tulit legem. νομοθέτης. *Cic. 2. de Natura deorum,* Ferrétne ciuitas vlla latorem iſtiuſmodi legis, vt condemnaretur filius, &c. Aliquando ponitur pro tabellario, γραμματοφόρος. *Sueton. in Caligula,* Quaſi vniuerſa tradita inſula magnificas Romam literas miſit, monitis ſæpe latoribus, vehiculo ad forum vſque & curiam pertenderent. * Latorius, adiect. vt, Latoria lex. *Cic. 3. Offic.* Atque iſte dolus malus etiam legibus erat vindicatus, vt tutela 12. tab. & circunſcriptio adoleſcentium lege latoria. Quo in loco antiquiſſimi codices ſcriptum habent lege Pletoria, à Pletoro lata.

[Latio, onis. *Liuius lib. 8. dec. 4.* Latio ſuffragij.]

Fĕrax, feracis, Fertilis, fœcundus. {פרה *poréh.* ἄφορος. GALL. Qui porte & rapporte beaucoup, fertile, de grand rapport. ITA. *Fertile, fecundo, arabondante.* GER. Fruchtbar. HIS. *Coſa fertil.* ANG. *Fertile, fruitfull, rancke.* } *Plaut. in Epidic.* Nullum eſſe agrum opinor in agro Attico Æquè feracem, quàm hic noſter Periphanes. *Colum. lib. 1. cap. 3.* Nullus feracior, & vberior locus, &c. *Plin.* Vt tam ferax bonarum artium ſeculum videremus.

Fĕrācĭſſĭmŭs, ſuperlatiuus, Fertiliſſimus. ἀφορώτατος. *Plin. in Panegyrico,* Tantis ſegetibus induebatur, vt cum feraciſſimis terris quaſi nunquam ceſſura certaret.

Fĕrācĭtās, tatis, Fertilitas, fœcunditas {מבוע *ſoháh.* ἀφορία. GAL. Fertilité, plante, abondance. ITA. *Fertilita, abondanza.* GER. Fruchtbarkeit. HIS. *Fertilidad.* ANG. *Fertilitie or fruitfulneſſe.* } *Colum. lib. 3. cap. 2.* Vbi nihil erit, aut non multum quod proritet feracitatem, potiùs ſequemur, &c.

Fertĭlis, le adiectiuum, penultima correpta, Ferax. { פרה *poréh.* ἄφορος. GAL. Fertile, abondant de grand rapport. IT. *Ferule, abondante, graſſo, fruttuoſo.* GER. Fruchtbar/das vil tregt. HIS. *Fertile, abondante, fructuoſo.* ANG. *Fertile or fruitfull, cancke.* } *Colum. lib. 4* Vt ex his partibus trúci ſumantur, quæ & genitales ſunt, & maximè fertiles. Vberrimos, maximéque fertiles agros incolere. *Cicer. 1. de Diuinat. Virgil. 2. Georgi.* hic fertilis vuæ, Hic laticis, qualem pateris libamus & auro. *Plin. lib. 14. in Proœm.* Tãto priſcorum cura fertilior, aut induſtria felicior fuit. *Ouid. 4 de Pont.* Fertile pectus habes, intérque Helicona colentes Vberius nulli prouenit iſta ſeges. [*Tibull. lib. 4.* Dum terna per orbem Sæcula fertilibus Titan decurrerit horis.] *Plinius,* Captatio in quæſtu fertiliſſimo. *Ouid. 1. de arte,* Fertilior ſeges eſt alienis ſemper in agris. Hinc:

Fertĭlĭtās, ſicut à ferax feracitas, Vbertas agrorum, bonitas agrorum. {שבע *ſabáh* מושכ *meta'.* εὐετηρία, εὐθηνία, ἀφορία. GAL. Fertilité, abondance. ITA. *Fertilita, abondanza.* GER. Fruchtbarkeit. HIS. *Fertilidad.* ANG. *Fertilitie, pleintie, abundance.* } *Colum.* Id enim non accidit palmitis fertilitate. Fertilitas loci. *Cæſar 2. bell. Gall. Cic. 1. de Diuinat.* Quæ ſit vel ſterilitas agrorum, vel fertilitas futura. [*Ouid. Eleg. 1. lib. 2. Triſt.* Magnæ fertilitatis opus. (i. res Auguſti.)

Fĕrēntārĭi, orum, Leuis armaturæ milites, auxiliatores à ferendo auxilio, vt quicquid opus eſſet auxilio ferrent, ex curſu leues, armis grauibus non impediti, ſed enſe & telis tantùm inſtructi. Hæc Nonius. ἀνεξολισθαί. *Varro* autem ferentarios vocat milites, qui fundis, lapidibúſque pugnabant: quæ tela feruntur, non tenentur. *Salluſt. in Catil.* Poſtquàm eò ventum eſt, vnde à ferentariis prælium committi poſſet: Hi & velati vocabantur, *vt inquit Feſtus,* quòd veſtiti inermes ſequerentur exercitum.

Fĕrcŭlum. *Teſte Nonio,* Miſſus cibi, ita dictus quòd ad menſam inferatur. {παρατιθέμενον, παραφερόμενον, παρεδρεῖον. GAL. Vn mets de viande, qu'õ porte & met ſur la table. ITAL. *Viuanda, che ſi porta in tauola.* GER. Ein tracht. HISP. *Maniar à coſa que ſe lleua en plato.* ANG. *A meſſe or diſh of meate borne to the table.* } *Iuuen Satyr. 2.* : quis fercula ſeptem Secretò cœnauit auus. *Hora. 2. Sermon. Satyr. 6.* Multáque de magna ſupereſſent fercula cœna. ¶ Aliquando ſumitur pro geſtamine, quo põpa deferri ſolet. φορεῖον. *Sueton. in Cæſare,* Pontico triumpho, inter Põpæ fercula trium verborum prætulit titulum, VENI, VIDI, VICI. Hoc eſt inter pompæ triumphalis geſtamina. Quo nomine continentur ſimulachra oppidorum, ſpolia hoſtium, coronæ, machinæ, & id genus alia quæ fieri ſolẽt in pompa triumphali: ſicut fercula ludorum quæ in ludis: ſacrorum, quæ in ſacris. *Acron* etiam docet ferculà eſſe pulpita, in quibus deorum ſimulachra reponebantur, quia in pompa Circenſi (hoc eſt celebritate ludorum Circẽſium) huiuſmodi ſimulacha deorum ferebantur. *Cic. libr. 1. Offi.* Cauendum eſt ne tarditatibus vtamur in ingreſſu mollioribus, ac ſimiles pomparum ferculis eſſe videamur. [*Liu. lib. 1. ab vrb.* ferculum fabricatum ad ferenda ſpolia. *Senec. cap. 25. de vita beat.* In ferculum alienum imponi (ſub. captiuum.) *Item Sueton. in Cæſ. cap. 76.* Theuſam & ferculum Circenſi pompa (ſup. decerni ſibi paſſus eſt.) *Et Senec. c. 5. de Tranquill.* Fercula illi pro congiariis numerant. *Item,* fercula de funere, *Sueton. in Calig. cap. 15.*

Fĕrĕtrum, tri, penultima correpta, à fero, Lectus, vel quid aliud quo mortuus efferri ſolet, capulus. {φέρετρον. GAL. Vn ſarcueil, ou biere à porter les morts, lictiere. ITAL. *Feretro, barra, cataletto.* GERM. Todtenbahr. HIS. *Las andas para leuar muertos.* ANG. *A bier or cophin where on de ad menar caried.* } *Plin. lib. 7. cap. 52.* Varro quoque autor eſt xx. viris agros diuidentibus Capuæ, quendam qui efferretur feretro, domum remeaſſe pedibus. ¶ Feretra item dicebantur, quibus fercula ſpoliáve in pompis geſtabantur. *Liuius 1. ab Vrbe,* Spolia ducis ſuſpenſa, fabricato ad id aptè feretro gerens, in Capitolium deſcendit.

FĔRŌNĬA, æ, θεραπία, Nemorum dea, à ferendis arboribus. {*Ger.* Ein wald-göttin. } *Virg. 7. Æneid.* & viridi gaudens Feronia luco. Tradunt enim cùm lucus eius fortuito arſiſſet incendio, & ob id transferre inde dea ſimulachrum incolæ vellent, nemus ſubitò euiruiſſe. ¶ Fuit & Feronia ciuitas ſub monte Soractẽ, in qua eiuſdem nominis dea erat, quam finitimi mira religione venerabantur.

Fĕrōx, cis, penult. gen. prod. Elatus, ſæuus, crudelis, vehemens, immanis. {¶ פרא *pére* אבזר *aehzár* זדון *zedh* סורר *ſorér.* ἀγριος, θηριώδης, τολμηρός, αὐθάδης. GAL. Fier, courageux, orgueilleux, farouche. ITA. *Feroce, fero, coraggioſo.* GER. Frech/ſtoltz/grimm. HISP. *Brauo y fuerne conde ſatiuo.* ANG. *Fierce, cruell, outrageous.* } *Horatius,* Vrbes gentésque & Latium ferox. *Salluſtius,* Ille animo feroci negat ſe fuſum toties Numidam pertimeſcere. *Virg. 4. Æneid.* Stat ſonipes, & fræna ferox ſpumantia mandit. ἀγριαινόμενος. Ferox animo. *Plaut. in Mil.* Et quia tecum eram: proterea animo eram ferocior. [*Suet. in Aug. c. 65.* Ingenium ſordidum ac ferox. *Plau. Men. ſc. 2. a. 5.* Iunctos equos capere, indomitos, feroces. *Ouid. 13. Met.* Ego marte feroci in acie valeo. *Idem El. 2 lib. 4. Triſt.* Ille ferox, & adhuc oculis hoſtilibus ardens. *Plaut. Curc. ſc. 3. a. 4.* Nec te mihi facias ferocem. *Pla. Aſin. ſc. 4. a. 2.* Ferox eſt viginti minas tractare ſe.]

Fĕrōcŭlŭs, adiectiuum. {ὑπάγριος. GAL. Vn peu trop fier & orgueilleux. ITA. *Alquanto feroce.* GER. Stoltzlechtig/etwas frech. HIS. *Brauo vn poco.* AN. *Somewath fierce.* } *Hircius de bel. Afric.* Quid tu, inquit, miles tyro ram feroculus es.

Fĕrōcĭă, æ, Ferocitas. {אכזריות *aehzerijjúth.* θράσος. GALL. Fierté & orgueil. ITAL. *Ferocita, crudelta.* GER. Grimme/ſtoltze. HISP. *Brauez a ſin timo.* ANG. *Fierceneſſe, cruelie.* } *Cic. lib. 6. de Repub.* Qui comprimit eius vim, & effrænatam illam ferociam. *Idem de Aruſp. reſp.* Duobus inceptis verbis omnem impetum gladiatoris, ferociámque compreſſi. *Tacit. lib. 2.* Per communes liberos orauit, exueret ferociam. [*Senec. c. 8. de Conſ. ad Mart.* Ferociæ mitigandæ tempus efficaciſſimum. (i. dolori inſano.)]

Fĕrōcĭtās, tatis, Superbia, elatio animi, crudelitas, ſæuitia, & (vt inquit Speuſippus) exceſſus audaciæ, haud metuens quæ metuenda ſunt. {אכזריות *aczejijúth.* θράσος. GAL. Fierté, orgueil. ITA. *Ferocita, fierez za, orgoglio.* GER. Hochmuth / frecheit/grimmigheit. HI. *Brauez a con desarino.* ANG. *Fierceneſſe, arrogancie in shewing crueltie.* } *Cic. 1. Off.* Sicut equos propter crebras contentiones, præliorum ferocitate exultantes domitoribus tradere ſolent, vt his facilioribus poſſint vti, &c. *Idem in Vatin.* Ferocitatem tuam iſtam comprimerem & audaciam frangerem. *Et de Sen.* Infirmitas puerorum, ferocitas iuuenum, & grauitas iam conſtantis ætatis.

Fĕrōcĭtĕr, Superbè, elatè, immaniter. { ἀγρίως, θηριωδῶς. ANGL. *Fiercenelie, cruellie.* } *Plaut. in Amph.* Superbi nimis ferociter legatos noſtros increpant. *Liuius 3. ab Vrbe,* Legatíque caput ferociter oſtentantes. *Idem 3. bel. Punic.* Cum quo ferociſſimè pro Romana ſocietate aduerſus Punicum fœdus ſteterat. Multò ferocius, *Cicero Quint. Frat. lib. 2.*

Fĕrōcĭo, cis, ciui, vel ferocij, citum, Ferox fio, vel ferociam exerceo. {דרך *ſorer* לוהם ἀγριαίνομαι, ἀγριόομαι. GA. Eſtre fier & farouche. ITA. *Farſi fero ce, incrudelire.* GER Frech ſein/grimm vnnd vngeſtüm ſein. HIS. *Embraueceſſe.* ANG. *To waſſe fierce, cruell or haſtie.* } *Gell. lib. 1.* Nihil adeò in congrediendis hoſtibus, atque in principiis præliorum ad ſalutem, vir tutémque aptius rati, quàm ſi permulti ſonis mitioribus, non immodicè ferocirent. *Ouid.* Diſce bonas artes, nullis aſſueta iuuentus Mox inractati more ferocit equi.

FĔRRĂRĬA, Vulgò *Ferrara.* {GER. Ferrar.} Nomen vrbis celeberrimę in Italia circumpadana. Item promontorium in Hiſpania non procul à Carthagine noua: ita nominatum quòd habeat ferri fodinas feraciſſimas. *Vide Melam lib. 2.*

Ferrŭm, ri, vel à ferendo, quòd in agro colendi gratia feratur: vel à feriendo, quòd cætera eo feriantur, hoc eſt domentur. Sua enim ſponte feriendo domat reliqua metalla; attenuat, & extendit. {ברזל *barzél.* σίδηρος. GAL. Fer, ferrement, ferraille. ITALIC. *Ferro.* GERMA. eyſen HIS. *Hierro.* ANG. *Yron.* } *Plin. lib. 12. c. 25.* Ferro læda vitalia odir. *Ci. de Nat. Deor.* Nos ex terræ cauernis ferrum elicimus, rem ad colendos agros neceſſariam. *Quint. lib. 2. c. 4.* Quod etiam ruſticis notum eſt qui frondibus teneris non putant adhibendam eſſe falcem, quia reformidare ferrum videntur, & nondum cicatricem pati poſſe.

¶ Ferrum aliquando pro gladio accipitur. *Cic. 1. Tuſc.* In ſeruorum ferrum & manus incidiſſet *Sic pro Roſc. Amer.* Vulneratus ferro Phrygio. [*Ouid. 13. Met.* Ferro deuaſtare. *Sen. c. 11. de tranq.* Ad ſe ferrum recipere. *Apud Gell. c. 2 li. 11.* Ferro ſimilem eſſe vitam docet *Cato. Catull. de Comm. Veren.* Quid facient crines cum ferro talia cedant? *Ibidem,* ferri frangere duritiem.]

¶ In ferrum atque in vincula conijcti. *Cic. 7. Verr.* Vbi ferrum videtur poſſuiſſe pro compedibus ferreis. ¶ Ferro & flamma rem geri, quadam proquerbij ſpecie dicimus, quum extriale bellum ſignificamus. *Cic. pro Luc. Flac.* O dii immortales quid hoc miſerius, nos qui P. Lentulo ferrum & flammam de manibus extorſimus, imperitæ multitudinis iudicio confidimus. Sic pro Sylla. ¶ Ferrum natare doces, σίδηρον νηχεῖν διδάσκεις. De iis qui rem conantur, quæ repugnante natura nequaquam fieri poſſit. ¶ Ferro damnati & ad ferrum dicuntur non qui ad beſtias damnantur, ſed qui damnantur vt cum gladiatoribus pugnent. *Itaque Sueton. de munere gladiatorio loquens in Nerone cap. 12.* Exhibuit (inquit) ad ferrum etiam quadringentos Senatores.

Fĕrrĕŭs, a, um, Quod ex ferro eſt. {σιδήρεος. GALL. De fer. ITAL. *Di ſerro.* GER. Eyſin. HISPA. *Coſa de materia de hierro.* ANG. *Of yron.* } vt Maſſa ferrea, Annulus ferreus. *Plin. lib. 10. cap. 42.* Hæc quum loqui diſcit, ferreo verberatur radio: non ſentit aliter ictus. Ferream fabricam

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

inuenere Cyclopes. *Plin. lib. 7. c. 56. Virg. 3. Æn.* confixum ferrea texit Telorum seges. *Idem lib. 12.* it toto turbida cælo Tempestas telorum, ac ferreus ingruit imber. ¶ Ferreus per translationem produro, & inexorabili. *Cic. ad Treb.* Ferreus essem si te non amarem. *Idem ad Attic. lib. 13.* O te ferreum, qui illius periculis non moueris. [*Liu. l. 9. d. 4.* Ferrei corporis & animi M. Cato. *Plau. Curc. sc. 3. a. 5.* Delicatum te faciam cum catello vt accubes ferreo. *Ouid. Ele. 4. li. 5. Trist.* Ferrea sors vitæ difficilisque premit.]

Ferrārĭus, a, um, Quod ad ferrum pertinet. {σιδηρικός. GALL. Des appartenances de fer. IT. *Cio che à ferro si appartiene.* GERM. Das zu dem eysen gehört. HISP *Cosa perteneſciente à hierro.* ANG. *That belongeth to yron.*} vt, Faber ferrarius, fodina ferraria, officinæ ferrariæ, metalla ferraria. *Plin. lib. 34. ca. 14.* Quum ferratia metalla in his locis non sint. ¶ Ferraria aqua, qua vtuntur fabri ferrarij ad extinguendum candens ferrum. *Plin. lib. 28. cap. 16.* Quidam vrinam equi aquæ ferrariæ ex officinis miscent.

Ferrārĭa, æ, substantiuum, Locus in quo ferrum foditur. {σιδηρομμία. GAL. Vne mine de fer, vne forge. ITA. *Miniera del ferro.* GERMA. ein eysengrub. HISPAN. *Herreria, lugar do ſe haze ò labra el hierro.* ANGL. *An yron mine.*} sicut auraria, argentaria, æraria, in quibus aurum, argentum, & æs effoditur. *Cæsar lib. 7. bel. Gal.* Apud eos magnæ sunt ferrariæ. *Liu. 4. bel. Maced.* Parata prouincia, vectigalia instituit ex ferrariis, argentariisque.

[Ferratilis, & hoc ferratile. *Plaut. Most. sc. 1. a. 1.* Ruri augebis numerum genus ferratile.]

Ferrātŭs, a, um, Nomen est, non participium, quum verbi originem non habeat, sicut tunicatus, manicatus, & similia: significátque id cui ferrum inductum est. {σιδηρόδετος. GAL. Ferré. ITAL. *Ferrato.* GERM. Mit eysen beſchlagen. HISP. *Coſa herrada por defuera.* AN. *Hawing yron vpon it.*} Vnde ferrata spicula & ferratas lanceas dicimus. *Virg. lib. 3. Georg.* Vndique iam tergo ferratos sustinet orbes. [*Iuuenal. Satyr. 11.* Quantum ferrata distet ab arca Sacculus.]

¶ Huius compositum est Præferratus, *de quo suo loco.*

Ferrāmēntum, ti, Instrumentum ex ferro. {σιδήρεον. GALLIC. Instrument de fer, ferraille, ferrement. ITAL. *Ferramento, instromento fatto di ferro.* GERMA. Eyſen werck/eyſen werckzeug. HISP. *Herramiento ò instrumento de hierro.* ANGL. *An instrument or toole of yron.*} Vnde Ferramenta fabrilia, & Ferramenta consoria. *Cicer. 1. de Natura.* Quę mollitio, quæ ferramenta, qui vectes, quæ machinæ, qui ministri tanti muneris fuerunt? *Colum. libr. 3.* Nonnunquam etiam quum frondere cœperint arbores, cacumina fici acutissimo ferramento summa amputare prodest. Hinc Ferramentarius faber, ferramentorum confector.

[Ferricrepidinæ Insulæ. *Plaut. Asin. sc. 1. a. 1.*]

[Ferritribaces viri, *Plaut. Asin. sc. 1. a. 1.*]

Ferrūgo, inis, pen. prod. Rubigo ferri. {ἰὸς σιδήρου. GAL. Rouillure de fer. IT. *Ruggine del ferro.* GER. eyſen roſt. HIS. *Orin, color morado ſcure ò de hierro.* ANG. *The rouſt of yron.*} sicut ærugo æris. *Plin. lib. 23. cap. 8.* Sudor virgæ corni arboris, lamina candente ferrea exceptus, non contingente ligno, illitáque inde ferrugo, incipientes lichenas sanat. ¶ Per translationem ferrugo color rufus dicitur nigrioris rubedinis, similitudine coloris ferri rubigine exesi. *Virg. lib. 9.* Pictus acu chlamydem, & ferrugine clarus Ibera.

Ferrūgĭnĕus a, um, quod refert colorem ferruginis. {σιδηροειδής. GAL. Ressemblant le fer enrouillé, soit en couleur ou autrement, perfumé. IT. *Di color di ruggino, ferrigno.* GERM. Roſtfarbig/eyſenfarbig. HIS. *Coſa de aquel color morado, negro.* ANGL. *Reuſtie coloure.*} Talis est color quem Galli sua lingua *Perfumatum*, veteres (vt opinor) impluuiatum dixerunt: aut certè is est quem hodie colorem regium vocamus, qui à superiori non ita multum distat. Quid quod *Ouid. 13. Metam.* dixit, viridem ferrugine barbam.] Sunt qui velint ferrugineum colorem eum esse, quem alio nomine vocamus cæruleum: adducti, opinor, autoritate *Pl. in Mil.* qui eundem colorem thalassicum vocat & ferrugineum. Sed non idcirco *Plaut.* vocat colorem ferrugineum, thalassicum quòd maris colorem referat, sed quod nautæ ejusmodi colore soleant vti in mari. Iubet enim ibi Palæstrio Pleusidem, qui meretricem abducturus erat, ferrugine a veste exornatum venire, vt faciliùs persuadeat militi se esse nauclerum. Verba eius vt res faciliùs intelligi possit, ascribemus, Facito (*inquit Palæstrio*) vt venias ornatu huc nauclerico, causiam Habeas ferrugineam, culturam ad oculos laneam: Palliolum habeas ferrugineum: nã is color est thalassalicus: hoc est mari, & nautis qui in mari versantur, idoneus. Non absimilis error est eorum qui ferrugineum colorem arbitrantur esse colorem hyacinthi: eò quod *Virgil. 4. Georg.* hyacinthos vocat ferrugineos. Constat enim vel *Ouidij* testimonio, florem hyacinthum purpurei coloris esse, vtpotè qui Hyacinthi pueri sanguinem ex quo enatus fertur, dicatur referre. Certum est itaque *Virgilium* hyacinthum non dixisse ferrugineum, quòd ferrugineum colorem imitetur: sed eadem ratione qua *6. Æneid.* cymbam Charontis dicit esse ferrugineam, quòd scilicet funesta putabatur & luctuosa. Solent enim lugentes vestibus ferruginei coloris vti, quòd is color fuscus sit, & subobscurus. Sic etiam *Virg.* hyacinthum florem vocat ferrugineum, hoc est lugubrem & funestum alludens nimirum ad fabulam illam, qua fertur hunc florem ex sanguine Hyacinthi pueri ab Apolline iactu disci occisi, primùm futisse enatum. Hæc paulò verbosiùs visum est discurrere, quòd videamus eruditos nostri seculi tàm discrepantia de hoc colore tradidisse, vt quid de eo sentire debeamus, non facilè fuerit constituere. Sed certè verisimile est hunc colorem eum esse, quem suprà diximus, qui scilicet ferruginis (à qua nomen habet) colorem imitatur: hùncque eundem esse quem veteres appellauerunt Bæticum, seu Hispanum. Quod etiam non obscurè ostendit *Virg li. 9. Æneid.* quum vocat ferruginem Iberam, hoc est, Hispanicam. Quo coloris genere etiam hodie nautæ Hispani, atque adeò omnes tenuiores vtuntur: vt non immeritò *Plautus* colorem hunc videatur appellasse thalassalicũ, hoc est, mari maximè conuenientem. Nam quum hic color sit nativus, & penè terræ similis, neque facilè mutat colorem, neque maculæ in eo apparent. Constat autem hunc colorem fuisse vilissimum vel eo argumento, quòd *Plautus* in loco iam citato ferrugineas vestes piscatoribus tribuit. Nam quum iussisset Pleusidem aduenire exornatum causia & palliolo ferrugineo, vt probè nauclerum ementiretur, subdit, Atque apud hunc senem omnia hæc sunt, nam is piscatores habet. Huc accedit, quod *Plin. lib. 29. cap. 6.* scribit lacertas virides ferrugineis maculis esse distinctas. Lacertæ autem maculas eius esse coloris quem iam indicauimus, nemo addubitat qui vel semel lacertam viderit. Non tamen inficias iuerim, pro ea verborum inopia, quæ est apud Latinos in distinguendis coloribus, vel ipso Plinio teste, colores aliqua ex parte ad hunc accedentes, etiam ferruginis nomine fuisse appellatos. Hinc etiam *apud Claudianum lib. 2. de Raptu Proſerpinæ*, violas etiam ferrugineas inuenimus appellari, & à magnæ autoritatis scriptoribus colorem ferrugineum inter gratissimos colores numerari. Quamobrem vt non magnoperè repugnauerim iis qui hunc colorem Gallorum lingua *Tanneum*, aut *Castaneum* interpretantur, pro intentione aut dilutione obscuræ rubedinis, aliis atque aliis appellantes nominibus. ita plurimum ab iis dissentio, qui hunc eundem faciunt cum colore cæruleo, quem alio nomine Venetum appellant. Quorum errorem manasse arbitror ex loco *Vegetij libro 5. cap. 37.* malè intellecto, quòd ibi *Vegetius* nauis videatur tribuere colorem cæruleum, siue Venetum, quibus (vt suprà ostendimus) *Plautus* assignat vestes ferrugineas. Arbitrati sunt itaque eundem esse colorem quem *Plautus* ferrugineum, & *Vegetius* cæruleum siue Venetum vocat. Sed hoc argumentum quàm falsis innitatur fundamentis, facilè diiudicabit, qui citatum *Vegetij* locum non oscitanter excusserit. Neque enim ibi cæruleum colorem nautis omnibus attribuit, sed iis tantùm qui in bello nauali scaphis quibusdam exploratoriis hostium consilia inuestigãt, quibus etiam velum nauis, atque ipsos adeò rudentes cæruleo colore tinctos esse iubet, vt aquæ marinæ similitudine, hostium oculos faciliùs fallant.

Ferrūmen, penultima prod. inis, Quoddam quasi gluten, iunctura, seu ligatura, qua metalla, siue etiam aliæ res consolidari solent. {דבק *débek. κόλλα, σύναψις.* GAL. Soudure, liaison de metaux ensemble. ITAL. *Saldatura, colla, ligamento de metalli.* GER. Lötmetall. HISP. *Soldadura.* ANG. *Solder, glue, or any ſuch thing where with mettatlé or other thing is faſtened together.*} *Plin. lib. 36. cap. 23.* Ruinarum vrbis ex maxima causa: quòd furto calcis sine ferrumine suo cæmenta componuntur. Calcem vocat ferrumen cæmentorum, id est lapidum, quòd illa consolidentur & conglutinentur cæmenta. Ferrumen auri (*vt ſuo loco diximus*) vocatur chrysocolla: [*Gel. c. 25. lib. 13.* Tanquam ferrumine immisso fucatior versus.]

Ferrūmĭno, as, penultima correpta, Iungo, consolido: propriè de metallis dicitur, quanuis & ad alia transferatur. {הדבק *hiabbik.* συνάπτω, παγόω. GA. Souder, & ioindre ou coller ensemble. ITAL. *Saldare, congiugnere.* GE. Löten/zuſamen löten. HIS. *Soldar la meſma materia, como hierro.* ANG. *To gluer or ſolder.*} *Pompon. Iureconſultus*, si tuum scyphum alieno plumbo plumbaueris, argento ferruminaueris, non dubitatur tuum scyphum esse. *Plinius* pro glutinare posuit *lib. 36.* Vitrum sulphuri incoctum ferruminatur in lapides, hoc est glutinatur in formam lapidis. *Et lib. 35.* Calcis quoque vsum bitumen præbuit, ita ferruminatis Babylonis muris.

Ferrūmĭnātio, {דבק *débek. ἡ διὰ σιδήρου ἢ ἄλλης μεταλλικοῦ κόλλησις, σύναψις, συνάφεια.* GA. Soudure ou collure de metaux. ITAL. *Saldamento, ſaldatura, incollatura.* GERM. Zuſamen lötung. HISP. *So'dadura.* ANG. *A ſoulderring.*} *Paul. lin Rem actio. §. item quæcunque, ff. de re vend.* Ferruminatio per eandem materiam facit confusionem, plumbatum verò non idem efficit.

Fertĭlis, *Vide* FERO.

Fertum, ti, pro libi genere, *Vide* FARTVM.

Feruĕo, es, ferui, vel ferbui, igne supposito calco, ebullio. {רתח *rathach ζέω.* GAL. Bouillir. ITAL. *Bollire.* GERM. Heiß ſein/ſiedig ſein. HI. *Herutir, bullir.*} ANG. *To ſeet, to be chaufed.*} Inde aqua propriè feruere dicitur, quum vi ignis commouetur & agitatur: quod etiam bullire dicimus. ¶ Transfertur tamen ad ea, quæ quouis modo calefiunt, siue aliquo æstu agitantur. Sic vinum feruere dicimus, quod ex musto transit in vinum. *Plin. lib. 14. cap. 9.* Medium inter dulcia vinum est, quod Græci ἀσάγλυκος vocant, hoc est semper mustum. Id euenit cura, quoniam feruere prohibetur, sic enim vocant musti in vina transitum. Sic etiam mare feruere dicitur quum æstu & fluctibus agitatur: vnde & fretum appellatum volunt. *Ouid. 11. Metamorph.* pontus vertigine feruet. ¶ Feruere opus dicimus, dum studio & diligentia elaboratur. Hominem quoque ira, odio, aut calore feruere dicimus: dum ira, aut odio, aut calore incensus est. *Cic. pro Quintio*, Vsque eò feruet fertúrque auaritia, vt de suis commodis velit aliquam partem admittere, ne quam partem huic propinquo suo illius ornamenti relinquat. *Horat. 1. Epiſt. 1.* Pectus auaritiâ, miseráque cupidine feruet. *Ouid. 2. Metam.* vtque animus tumida feruebat ab ira, Arma assueta capit. *Martialis*, fora litibus omnia feruent. ¶ Huius contrarium est Deferuere, quod est mitescere, & placidum fieri, seu à calore deficere. Cõposita à feruco sunt Deferueo, Efferueo, Referueo. A quibus deferuesco, & Referuesco. *Vide suis locis.*

Feruĕns, participium, Quod bullit aut calidum est, {רתח *rotheácth. ζέων, ζεσμός, ζεόμενος.* GAL. Bouillant, fort chaud, feruent. ITA. *Bogliente, calidiſſimo.* GER. Siedend. HISP. *Coſa heruiente ò que hierue.* ANGL. *That ſeethed, mery hoat.*} *Plin. lib. 7. cap. 2.* Feruntque ictas saliua, vt feruentis aquæ contactum fugere. [*Plaut. Curc. sc. 2. a. 4.* Quasi aquam frigidam feruentem ita esse putatis leges. *Idem in Amph.* facere aliquem feruentem flagris. *Idem Capt. sc. 1. a. 4.* Epulas fouere foculis feruentibus.]

¶ Migrat interdum in nomen, admittítque comparationem. *Horat. 1. Serm. Satyr. 10.* Quale fuit, Crassi rapido feruentius amni Ingenium. *Columella lib. 12. cap. 59.* Ad præsidium aquæ calidæ curritur: sed id non feruentissima fieri oportet. *Cic 1. Officiorum*, Nam fortis animus & magnus in homine non perfecto, nec sapiente feruentior plerunque est.

Feruēntĕr, aduerbium, Vehementer. {θερμαντικῶς, θερμῶς. GALLIC. Fervemment, ardemment. ITALICE. *Ardentemente.* GERMAN. Hitziglich. HISPAN. *Heruientemente.* ANG. *Hately, earneſtly, haſtely.*} *Ca. ius Ciceroni*, Quòd Pilius necessarius Attici nostri de repetundis eum pos-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſtulauit, magna illico fama ſurrexit, & de damnatione feruenter loqui eſt cœptum.

Fĕruĕſco, is, Feruĕo. [GALLI. S'eſchauffer, deuenir chauld, commencer à bouillir.] {רתח *rathách*. ANGL. *To boyle ouer.*} vt, Terræ feruescunt ſole. *Lucret. lib. 6.* Ventus mobilitate ſua ferueſcit: apud eundē. [*Plaut. Capt. ſc. vlt. a. 4.* Poſſentne feriæ feruescere?]

Fĕruo, is, ui, eiuſdem ſignificationis eſt cum feruĕo. {רתח *rathách*. ζεω, ἑφθω. GAL. Bouillir. ITAL. *Bollire.* GERM. Heiß ſein/ſiedend. HISPAN. *Heruir.* ANGL. *To ſeeth, to be chaufed.*} *Propert.* Incipit ſein. & ſicco feruere terra Cane. *Gell. lib. 2. c. 29.* Dominus quos rogauerat opperitur, ſol feruit, & ſit nihil. *Terent. in Adelph.* Ego illius ſentum pulchrè calleo, quum feruit maximè, tàm placidum, quàm ouem, reddo. *Virgilius 3. Georg.* Omnia tunc pariter vento, nimbiſque videbis Feruere.

Fĕrŭĕfăcio, cis, vt feruĕat efficio. {רתח *rittéach*. θερμαίνω. GALLIC. Faire bouillir. ITAL. *Far bollire.* GERMAN. Sieden machen. HISPAN. *Hazer bouillir.* ITAL. *Far bollire.* GERMAN. Sieden machen. HISPAN. *Hazer bouillir.* ANGL. *To cauſe to ſeeth, to mak ſcaldinh hoate.*} *Cato de heruir ò bullir.* ANGL. *To cauſe to ſeeth, to mak ſcaldinh hoate.*} *Cato de re ruſt.* Et potionem polentæ eodem addito, & oleum feruefacito. *Idem cap. 123.* Eam feruefacto cum congio vini veteris.

¶Feruefactio, pro calefacio. *Plaut. Pſeud.* Eæ ipſæ ſe patinæ feruefaciunt illicò. Feruefacta iacula. *Cæſar 5. bell. Gall.* ¶Hinc compoſitum Inferuefacio, quod eſt in re aliqua operam do, vt quid ferueat. Cato, Sumito braſſicam, coniicito in aquam feruentem, coquito pauliſper, vti ſubcruda ſit: poſtea aquam defundito, non omnem: eo addito oleum benè, & ſalem, & cumini paululum, inferuefacito pauliſper.

Fĕrŭĭdŭs, a, um, penultima correpta, Feruens, maximè calidus, ardens. {רתח *rotheách*. θερμός. GALLIC. Fort ardent, & bruſlant, bouillant. ITA. *Bollente.* GERM. Heiß/ſiedig. HISP. *Coſa herujente ò que hierue.* ANG. *Scalding hoat.*} *Plin. lib. 13. cap. 4.* Nulla eſt in Italia ſponte genita, nec in alia parte terrarum, niſi in calida: frugifera verò nuſquam niſi in feruida. *Cic. 2. de Natur. deor.* Iam verò rel. qua quarta pars mūdi ea & ipſa tota natura feruida eſt, hoc eſt ardens maxime. [*Ouid. Eleg. 10. lib. 3. Triſt.* Nec cumulant altos feruida muſta lacus.]

¶Ponitur & tranſlatè pro vehementi, feroci, diligenti. *Liu. 7. bell. Pun.* Quum toto eo bello damnoſa, præpropera, ac feruida ingenia Imperatorum fuiſſent. *Et Cic. de Clar. Orat.* Appij Claudij volubilis, ſed paulò feruidior erat oratio. Hinc fermentum dictum eſt, quòd feruendo creſcat.

Fĕrŭĭdē, pen. corr. Aduerbium. {ζεστῶς, θερμῶς. GALL. Feruemment, ardemment. ITA. *Feruentemente, ardentemente.* GERM. Hitzlich/ mit eyfer. HISP. *Herujentemente.* ANG. *Hoatlie, ardentlie.*} *Plaut. Trucul.* feruidè vt tota floret, vt oleum Nitidè nitet.

Fĕrŭŏr, oris. Calor vehemens qualis eſt ignis vel ſolis æſtus. {חם *chom. ζέσις*. GALLIC. Ardeur, ferueur, grande chaleur. ITA. *Bollore, ardore, feruore.* GER Hitz. HIS *Heruor, obra de heruir.* ANG. *A burning heat or vehemencie.*} *Plin. lib. 11. cap. 31.* Indi furantur æſtiuo feruore aurum crutum à formicis tempore hyberno. *Horm. 1. Carm. Ode 16.* -me quoque pectoris Tentauit in dulci iuuenta feruor, & in celeres iambos Miſit furentem.* *Lucret. lib. 5.* Nimiis torret feruoribus ætherius ſol.

*Maris feruor. *Cic. de Prou. Conſul.*

*Siccis aër feruoribus vſtus. *Ouid. 1. Metam.*

Fĕrŭlă, læ, penultima correpta, Baculus, ſiue virga qua puerorū manus ſcriuntur, vnde & nomen habet: quanquam ſint qui à ferendo malint deducere, quòd propter leuitatem ſenes ferula pro ſcipione ſolent vti. {שבט *ſchebéth*. ῥάβδος. GALL. Baguette, verge. ITA. *Bacchetta, ſferza.* GERM. Ein ſtab/ſteck oder ruth HISPA. *Cayado ca[illegible]ahe[illegible] ò palmatoria.* ANG. *A rodde to ſtrike children on the palme of ther handes.*} [*Sueton. in Calig. cap 20.* Obiurgare ſcripta mala ferulis. [*Iuuen. Sat. 1.* Et nos ergo manum ferulæ ſubduximus. *Martial. lib. 10.* Ferulæque triſtes ſceptra pædagogorum Ceſſent. *Colum.* Nec manibus mites ferulas. *Idem,* ferulæque minaces Plantantur. Græcè ῥάβδος: & per diminutionem ῥαβδίσκιον dicitur. Inde *apud Platonem in Phœdone* ῥαβδιοφόροι, miniſtri Bacchi, quaſi feruligeri nominantur. Baccho enim ferulæ aſſignantur, quæ aſinis gratæ ſunt in pabulo. Ideo aſinus grata hoſtia Baccho cadit. Ferula annumerata eſt inter externos frutices à *Plinio*, lignum corticis loco habet, ligni autem loco fungoſam intus medullam, quemadmodum caulis fœniculi, quamuis in multò maiorē altitudinem & craſſitudinem exereſcat. Naſcitur in locis calidiſſimis: & vix alibi quàm in Africa. Nulli fruticum leuitas maior, ob id geſtata, faciliùs baculorum vſum ſenecluti præbet. *Colum. lib. 3.* In quo ſcrobe deſtinaueris nuces ſerere, terram minutam in modum ſemipedis ponito, ibique ſemen ferulæ facito: quum ferula fuerit enata, eam findito, & in medulla eius nucem Græcam, vel auellanam abſcondito.

*Frangere ferulas dicitur, in quō ferulæ franguntur. *Iuuen. Satyr. 6.* -hîc frangit ferulas, rubet ille flagellis.

Fĕrŭlăcĕus, a, um, ῥαβδινος. *Plin. lib. 18.* At milium & paniculum in culmen geniculatum & concauum: zizania verò, in ferulaceum ſcilicet faſtigiatur.

Fĕrŭlă, ſylueſtris rapſia, *Dioſc. lib. 4. cap. 159.* Ferulæ deſcriptionem lege *apud Dioſcor. lib. 3. cap. 75. Plin. lib. 13. c. 22. lib. 20. c. 22. & lib. 14. c. 1.*

Fĕrŭlāgo, raſia, *Dioſc. lib. 4. c. 152.*

Fĕrŭs, *Vide* FERA.

Fĕſcĕnnīnī verſus, *vt autor eſt Feſtus*, Carminis genus erat omni obſcœnitate & flagitio plenum: ira dictum quod ex Feſcénia vrbe primùm fuerit allatum: ſiue quòd faſcinum arcere putabatur, quaſi faſcininum: *Macrob. lib. 2. Satur.* Temporibus Triumuiralib. Pollio quū feſcenninos in eum Auguſtus ſcripſiſſet, ait, At ego taceo. Non eſt. n. facile in eum ſcribere, qui poteſt proſcribere.

Fĕſcĕnnĭă, *teſte Plin. libro 3. cap. 5.* Hetruriæ ciuitas eſt, cuius populi originem trahunt ab Athenienſibus. {GERM. Ein ſtatt in Hetruria heißt jetz Caſtellana.}

Fĕſcĕnnīnŭs, a, um, *Virg. 7. Æneid.* -hi Feſcenninas acies, æquóſque Faliſcos.

Fĕſſŭs, a, um, Fatigatus: & tàm ad animum, quàm ad corpus refertur, *vt autor eſt Valla lib. 4. Elegant. de quo in dictione* DEFETIS COR.

{נלאה *nileéh* יעף *jaféph*. κακμακώς, ἀπειρηκώς. GAL. Laſſé, trauaillé, qui n'en peut plus. ITA. *Stanco, laſſo, ſtracco.* GERM. Ermüdet. HISP. *Canſado.* ANG. *wedried, tyred.*} *Virgil. 1. Æneid.* Tum Cererem corruptam vndis, Cerealiáque arma Expediunt feſſi rerum. *Vbi Seruius,* Feſſi rerum, hoc eſt penuria fatigati. *Idem 2. Eclog.* Theſtylis & rapido feſſis meſſoribus æſtu Allia, ſerpyllúmque herbas contundit olentes. *Plin. lib. 7. cap. 52.* Puerum æſtu & itinere feſſum. [*Ouid. 13. Metam.* Feſſus ſenilibus annis. *Idem Eleg. 1. lib. 3. Triſt.* Da placidam Feſſo, Lector amice manum.]

Fēſtīno, as, pen. prod. Propero, maturo, celero, accelero. {מהר *mihér* חפז *chapház*. σπεύδω. GALL. Se haſter, s'auancer, diligenter. ITA. *Affrettare, affretarſi.* GERM. Eylen. HISP. *Apreſſurarſe, aquexarſe.* ANG. *To mak haſte, to ſpeede.*} [Quid ſit, & vnde, & quid differat feſtinare à properare, docet *Gellius cap. 14. lib. 16. Plaut. Aul. ſc. 3. a. 3.* Coquite, facite, feſtinate. *Idem Aſin. ſc. 3. a. 3.* Qui nunc feſtinat, atque ab ea minarut abire.] *Virgil. 2. Æneid.* Feſtinate viri: nam quæ tam ſera moratur Segnities? *Plin. de viris illuſtr.* Sed quum ad Camerinam ab hoſtibus obſeſſam feſtinaret, à Pœnis in anguſtiis clauſus eſt. *Plaut. in Aſin.* Remigio, velóque quantum poteris, feſtina, & fuge.

*Item pro Feſtinanter conficere. *Ouid. 11. Metam.* -& iam quas induat illa Feſtinat veſtes. Sic *Virgil. 4. Æneid.* dixit feſtinare fugam.

*Cum infinitiuo. *Plin. lib. 9. cap. 8.* Solúmque locum pandendis retib. habilem effugere feſtinant. *Quint. lib. 9. cap. 4.* Finē imponere egreſſo deſtinatum modum volumini feſtino. ¶Interdum feſtinare eſt trepidare, & turbari. *Salluſt.* Feſtinantib. in ſumma inopia patrib. *Terent. in Adelph.* Quid feſtinas? mi Geta? animum recipe. *Idem in Eunuch.* Quid iſtuc? quid feſtinas? aut quem quæris Pythia?

Fēſtĭnŏr, aris, paſſiuum. *Tacit. de moribus Germ.* Nec virgines feſtinantur, id eſt, citò ad coniugium abripiuntur.

Fēſtĭnātŭs, participium. {נחפז מכהר *nechpáz* מבהל *mebohál*. ἐσπευσμένος, διὰ τάχος πεποιημένος. GALLIC. Haſté & auancé, fait en haſte. IT. *Affrettato.* GERM. Geeylet. HISP. *Apreſſurado, aquexado.* ANGLI. *That is doone in haſte, haſted.*} *Plin. in Paneg.* Quinimò feſtinatis honoribus amplificat atque auget, & maiorib. ſuis reddit. *Tacit. in vita Agricolæ,* Ita feſtinatæ mortis grande ſolatium tulit.

Fēſtĭnāntĭă, & Feſtinatio, Properatio. {חפזון *chippazón*. σπουδή. GALL. Haſte, haſtiueté. ITAL. *Velocità, fretta.* GERM. Eylung/eyl. HISPANIC, *Prieſſa ò quexura.* ANGL. *Haſtineſſe, Speedineſſe.*} *Cic. pro Milone,* Quæ cauſa, cur Romam properaret? cur in noctem ſe conficeret? quid afferebat feſtinationem? *Columel. lib. 11. cap. 2.* Quò cautior villicus vel abſtinere poſſit operibus, vel feſtinationem adhibere.

Fēſtĭnāntĕr, aduerbium à feſtinans, Celeriter, & citò. {מהרה *meheráh*. σπουδῆ. GAL. Haſtiuement, en diligence, ſoudainement. ITAL. *Frettoloſamente.* GERM. Eylens/ ſchnell. HISPA. *Apreſſuradamente.* ANG. *with ſpeede, haſtelie, quickelie.*} *Cic. 5. de Finibus,* Illud mihi à te nimiū feſtinanter dictum videtur, Sapientes omnes eſſe beatos. [¶Feſtinantius, *Sueton. in Auguſt. cap. 29.* Feſtinantius publicatum cautúmq; eſt.] *Plin. l. 17. c. 11* Quia feſtinantiùs germinant.

Fēſtĭnātō, aduerbium à feſtinatus. {מהרה *meheráh*. σπουδαίως, ταχέως, ἐν τάχει. GALLIC. Haſtiuement. ITAL. *Frettoloſamente.* GER. Jn eyl. HISPAN. *Apreſſuradamente.* ANG. *Haſtelie, with ſpeele.*} *Plin. libro 18. cap. 10.* Quod niſi, feſtinatò peragratur, lurido colore mucescere. *Quint. lib. 4. cap. 2.* Quàm nihil properatò, nihil feſtinatò feciſſe videtur Milo. [*Sueton. in Cæſ. cap. 16.* Feſtinatò coactus ſenatus.]

*Dicitur & Feſtinatè. Vnde comparat. Feſtinatiùs. *Tacit. lib. 15. in principio,* Occulto præcepto, compoſitiis cuncta, quàm feſtinatiùs agerent: quippe bellum habere, quàm agere malebant.

Fēſtĭnŭs, Celer, properans. {מהיר *mahir*. ταχύς. GALL. Haſtif, ſoudain. ITA. *Velece.* GERM. Eylend. HISPAN. *Preſtoy preſſuroſo.* ANG. *Haſtie, quicke or ſpeedie.*} *Cic. Attic. lib. 19.* Feſtino enim ſimillimus decurro, atque in decurſu ſtatuis meas commentari non deſino. *Ouid. 11. Metamorph.* -curſu feſtinus anhelo Aduolat amenti cuſtos Phocæus Anetor.

Fēſtĭnē, Aduerb. {מהרה *meheráh*. σπουδαίως, ταχέως, ἐν τάχει. GALLICE. Haſtiuement. ITA. *Frettoloſamente.* GER. Eylends/ ſnyr. HISP. *Apreſſuradamente.* ANG. *Haſtelie, quickelie.*} *Cicer. Attico lib. 4.* Si quid fortè de comitiis, de Republica (ſoles enim tu hæc feſtinè odorari) ſcribas ad me.

Fēſtĭuĭtās, feſtiuitatis, *Vide* FESTVS.

Fēſtră, Oſtium minuſculum in ſacrario, ab feneſtra per detractionem mediæ ſyllabæ. *Feſtus.*

Fēſtūcă, cæ, penultim. prod. Minima quæque res, & leuiſſima. {מוץ *mots*. κάρφος. GAL. Vn feſtu, vn ietton & ſcion d'arbre. ITAL. *Ramuſcelle, feſtuca.* GER. ein agſen ſtupfel. HIS. *La paja ò palillo ò coſa ſemejante.* ANG. *A feſtu, a greaſſe or yonge ſette of a tree.*} *Columella lib. 8. cap. 15.* Per quos feſtucæ, ſurculíque in auiariis paſſim ſpargendi ſunt. *Plin. lib. 19. cap. 10.* Fœminam coitum fugere, donec mas feſtucam aliquam imponat auerſæ. ¶Feſtuca, virgâ Prætoria quæ imponebatur ſeruo, quem dominus apud Prætorem manumittebat: vnde & vindicta dicebatur, quòd ea in libertatem vindicaretur, vt colligi poteſt *ex Plutarchi* libello, quem de Sera numinis vindicta inſcripſit. *Plautus in Mil.* Quid ea? ingenua, aut feſtuca facta? ſerua, an libera eſt? *Perſ Sat. 5.* Non in feſtuca lictor quam iactet ineptus. ¶Ne moue feſtucam μὴ κάρφος κίνει. Prouerbium, vbi quis omnis ſtrepitus impatiens eſt.

Fēſtūcārĭus, adiectiuum. {καρφαλέος, καρφίτης. GAL. De feſtu, de ietton. IT. *Di ramuſcello, di feſtuca.* GERM. Das von der agſen iſt. HIS. *Coſa de paja ò palilo.* ANGL. *Of a feſtu or younge ſette.*} *Gellius lib. 20. cap. 3.* Id circo Ennius ſignificare volens bellum non vt ad Prærorem ſolitum eſt, legitimis actionibus, neque ex iure manu conſertum, ſed bello, ferróque, & vera vi, atque ſolida: quod videtur dixiſſe, conferens vim illam ciuilem, & feſtucariam, quæ verbo diceretur, non quæ manu fieret, cum vi bellica, & cruenta.

FĒSTŬS, Domitiani amicus, qui dum mentagra vſque ad deſperationē laboraret, gladio ſe traiecit: prius tamen amicos conſolatus. Eius mortem *Martial. lib. 1.* deſcripſit.

Fēſtŭs, ſta, ſtum, Dies feſtus, feriatus, feriæ. {ἑορτάσιμος, ἑορτασός. {GALL.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Festé, celebré, solennel. ITALIC. *Festa, di festiuo, di festa.* GE. Feyrtäglich/zu einem fäst gehörend. HIS. *Cosa de fiesta que es de guardar.* ANG. *A festiuall day when one maketh good cheere.*} Vnde festi dies, in quibus vel sacrificia diis offerebantur, vel epulationes celebrabantur, vel ludi in honorem deorum agebantur, vel feriæ obseruabantur. ἑορταί. *Plaut. in Aul. sc. 5. a. 2.* -festo die si quid prodegeris, Profesto egere liceat, nisi peperceris. *Vir. 1. Georg.* Quippe etiam festis quædam exercere diebus Fas & iura sinunt. *Idem lib. 6. Æneid.* festósque dies de nomine Phœbi Instituam. [*Sen. cap. 15. lib. de Tranq.* Per ludos & festa tempora tripudiare. *Ouid. Eleg. vlt. lib. 4. Trist.* Hæc (dies) est armigeræ festis de quinque Mineruæ. ¶ Festum solemne, *Ouid. 2. Fast.* Forte Iouí Phœbus festum solemne parabat. (mox, pia sacra.) *Idem 3. Fast.* Idibus est Annæ festum geniale, &c.] ¶ Huius compositum & contrarium est, Profestus: vt, Profesti dies, qui hominibus ad rem vel priuatam, vel publicam administrandam concessi erant. ¶ Quandoque festus dicitur ad festum diem pertinens: vt, Festæ frondes, quæ festis adhibentur.

[Festatus est semper Dialis. *Gell. c. 15. lib. 10.*]

Fēstīnŭs, a, um, pen. prod. Lepidus, vrbanus, facetus. {לץ *ghál.* ἀστεῖος, δεξιός. GAL. Plaisant, ioly, recreatif. ITA. *Piaceuole, faceto.* GER. Lustig/lieblich. HISP. *Cosa bien criada y donasa.* ANG. *Pleasant in talk mirie, pretie.*} vt, Festiua oratio, dictum festiuum. *Cic. lib. 1. Offi.* de Græcis, dulcem & facetum, festiúque sermonis. [*Plaut. Pseud. sc. 1. a. 5.* In festiuo loco festiuè accepti sumus. *Idem Curc. sc. 1. a. 1.* Festiuæ fores, suprà bellissimum ostium. Ibidem, Aperiuntur ædes festiuissimæ.] *Plaut. in Mil. sc. 6. a. 2.* Nimium festiua mulier operam præbuit. *Terent. in Adelph.* O mi pater festiuissime. Quidam etiam festiuum pro festo accipiunt, siue ad festum pertinente. vt, Festiua gaudia. In hac tamen significatione apud veteres non inuenies. [Festiua veste indutus. Inter pres *Iuuenal.*]

Fēstīuē, aduerbium, Bellè, facetè. {δεξιῶς, ἱλαρῶς. GALL. Plaisamment, ioyeusement, iolyment. ITA. *Piaceuolmente, allegramente.* GER. Liebtichen/holdsäligtich. HIS. *Con buena crianza y donayre.* ANG. *Ioyfully merely.*} *Cic. ad Quint. frat. lib. 2.* Quanquam à te actam fabellam video esse festiuè, nullo modo probaui. *Idem ad Attic. lib. 4.* Soles enim tu hæc festiuè odorari.

Fēstīuĭŭs, aduerb. πρωΐως. Festiuè. *Gell. lib. 1. c. 2.* Seuerè simul ac festiuiter se vinxit.

Fēstīuīssīmē, πανυστίως. *Gell. lib. 9. c. 5.* Atque ibi Iulianus festiuissimè, nolite quærere, inquit, quid sentiam.

Fēstīuĭtas, tatis, Lepor, & vrbanitas sermonis. {לוץ *ghil.* ἀστεῖότης, ὀλιγαπέλεια. GAL. Plaisance, ioyeuseté, iolyueté [recreation.] ITAL. *Piaceuolezza, gentillezza.* GER. Liebstkeit/holdsäligkeit. HI. *Aquella buena crianza y donayre.* ANG. *Mirth, ioyfulnesse, ioylytie.*} [*Suet. in Calig. cap. 7.* Insigni festiuitate puer.] *Autor ad Heren. lib. 1.* Illud genus narrationis quod in personis positum est, debet habere festiuitatem. *Cic. de Clar. Orat.* Festiuitate igitur & facetiis, inquam, C. Iulius L. F. & superioribus & æqualibus suis omnibus præstitit. *Plaut. Capt.* Lucrum, ludum, iocum, festiuitatem, ferias, &c. *Terent. Eunuch.* An fortunam collaudem, quæ gubernatrix fuit: An mei patris festiuitatem, & facilitatem?

[¶ Festiuitates vocum *Gell. c. 1. lib. 5.*]

FESVLAE, arum. Olim Hetruriæ insignis ciuitas fuit: hodie modicus vicus non procul à Florentia: Conditam autem volunt ab Atlante Mauritaniæ rege.

Fēudum, Barbarum vocabulum à Gottis ortum, quo significatur genus clientelæ, quo vel dignitas, vel vectigal, vel prædium aliquod ea lege alicui datur, vt ipse & ipsius posteri atque hæredes beneficij autorem perpetuò agnoscant. *Ex Hotomani obseruationum lib. 1.*

F ante I

FI. In notis antiquorum, fieri iussit. FI. B. fide bona. FIC. fiscum, vel fidei commissum. FIC. R. P. C. fiscum reipublicæ causa. FID. fides. FID. D. fide dignus. FID. F. fictũ. FID. IMP. fides Imperatoria. FID. INTEMP. fides intemperata. FID. P. C. fides patrum conscriptorum. FID. P. R. fides populi Romani. FID. R. fides regia. FID. R. P. fides Reipublicæ. FID. S fides Senatus. FID. SER. fidelis seruus. FIL. filius. F. IR. fidei iussores.

Fĭbĕr, Animal in Ponto, sic dictum à fibris, hoc est ab extremis oris amnium quas colit, & vbi maximè solet videri. {κάστωρ. GAL. Vne beste qu'on appelle bieure. ITA. *Castore animale.* GER ein biber. HISPA. *Vn cierto animal.* A. *A badger, a graye.*} Effossis enim in ripa cuniculis caudam inter aquas tenet, reliquo tempore in sicco habitat. *Albertus Magnus* dicit habere pedes anterinos posteriores quibus facilius natet: anteriores, caninos. *Vide in dictione* CASTOR. ¶ Est & fiber, genus vespæ quadrupes incitatissimum, *teste Festo. Pl.* Sic me subis quotidie, quasi fiber salicem.

Fībrĭnŭs, a, um, *Plin. lib. 17. c. 28.* Fibrina pelle detergunt.

Fībræ, fibrarum, [Fibra, ę.] Omnium extremitates rerum. Ab antiquo adiectiuo Fiber, bra, brum, quod idem erat quod extremum, *Varr. teste 4. de ling. Lat.* factum vt arbitror à verbo finio, eodem modo quo à tumeo tuber, à suo suber, à craceo craber. {ἶνες, λοβοί. GAL. Petites veines & menues comme vn cheueu, petis filets, extremité de toutes choses. IT. *L'estremità di tutte le cose.* GER. Die ausseristen theil eines jeden dings als an der lebber die zäserle / an bletteren die äderlin so dadurch gehen/an den wurtzlen/die kleinen wurtzlin wie haar/&c. HIS. *La parte cabera de todas causas.* AN. *Small veines like heares, or the borders of any thyng.*} Vnde & iecoris, & cordis, & cuiuscunque visceris extremę partes, fibræ dicuntur. [*Suet. in Aug. c. 95.* Abima fiba fibra replicata Iecinora.] *Virg. lib. 6.* nec fibris requies datur vlla renatis. Et *Celsus* pulmonis fibras nominat, *lib. 4. c. 1.* Pulmo spongiosus, ideóque spiritus capax, & à tergo spinæ ipsi iunctus, in duas fibras vngulæ bubulæ modo diuiditur. *Plin lib. 11. c. 37.* Murium iecusculis fibræ, ad numerum Lunæ dierum in mense congruere dicuntur, totidémque inueniri. Quin & minuta radicum in arboribus herbísque capillamenta, hoc nomine appellantur, *ἶνες. Plin. lib. 17. c. 10.* de arborum sationibus ait, solum eligi oportere quàm maximè rimosum, ne penetrans sol exurat fibras. *Virg. 1. Georg.* & amaris intuba fibris. *Columella de alijs.* Quum ternas, inquit, fibra emiserint spicæ, sarriantur. *Idem lib. vlt. de Rapu.* Post tertiam diem mediam fibram rapi gustato, si receperit salem. *Cicero 1. de Diuinat.* Similiter quid fissum in extis, quid fibra valeat accipio: quæ causa sit nescio. *Persius Sat. 1.* nec enim mihi cornea fibra est, id est, non sunt mihi ita dura præcordia, vt laudis amore nõ capiar, *inquit Budæus. Idem Sat. 5.* Quod latet arcana non enarrabile fibra.

Fībrātŭs, fibrata, fibratum, adiectiuum. {ινώδης. AN. *That hath small things like heare, as in onyons.*} vt, Fibrata radix cæparum modo. *Plin. lib. 25. cap. 5.*

Fībŭlă, læ, pen corr. Propriè ornamentum cinguli ad vestem subligandam. {περόνη, περόνιον. GAL. Vne boucle ou agrafe. ITAL. *Fibia.* GERM. Ein hafft/das beschlecht an einem gurtel. HISPA. *La heuilla de la cinta ò vestidura.* AN. *A buckle or claspe.*} *Virg. 1. Æneid.* Aurea purpuream subnectit fibula vestem.

¶ Ponitur quandoque pro circulo æneo quo adulescentulorum virilia solent coërceri, conseruandæ vocis gratia, quo ex veneris vsu debilior reddi solet, & asperior. Solet etiam huiusmodi fibula Comœdorum, Histrionúmque pudendis adhiberi: quòd illi potissimum hominum generi vocalitas sit necessaria. *Mart. lib. 7.* Menopoli penem tam grandis fibula vestit, Vt sit Comœdis omnibus vna satis *Idem lib. 14.* Dic mihi simpliciter, Comœdis & Citharœdis Fibula quid præstas? Carius vt futuant. Hinc deducitur verbum fibulo, & eius compositum infibulo, hoc est circulum æneum peni induco. *Item,* Refibulare, hoc est, fibulam huiusmodi soluere. *Vide plura de fibula apud Corn. Cels. lib. 7. c. 25. Col. lib. 6. c. 5.* de Bobus sic habet, Ænea fibula pars auriculæ latissima circumscribitur: ita vt manante sanguine, tanquam o literę ductus appareat orbiculus. In emendationibus exemplaribus fubula legitur, non fibula. Aurea fibula donabantur antiquitus milites. *Liu. 27.* Tum puero annulum aureum, tunicam lato clauo, cum Hispano sagulo, & aurea fibula equúmque ornatum donat. *Idem 9. bell. Mac.* Quintius alter Prętor suos equites catellis, ac fibulis donauit. ¶ Fibulę ité in ędificiis dicuntur ferramenta quibus tigni coniungũtur. *Cæs. 4. bell. Gall.* Hæc vtraque insuper bipedalibus trabibus immissis quantum eorum tignorum iunctum distabat, binis vtrinque fibulis, ab extrema parte distinebantur. Ab hoc nomine dicitur Suffibulum vestimentum album, prætextum, quadrangulum, oblongum, quod in capite Vestales sacrificantes habebant, idque fibula comprehendebatur.

Fībŭlo, as, are, Fulcire, coniungere, {חבר חביק *chibbér hibbik.* ἁρμόζω. GALL. Boucler, agrafer, conioindre auec vne boucle ou agrafe. ITA. *Affibiare.* GERM. Zu samen hafften/den ringgen einthun. HIS. *Poner heuilla, hayuntar.* ANG. *To buckle or fasten together.*} *Col. lib. 1.* Omnésque parietum & soli iunctura testaceis puluinis fibulantur: quoniam ferè quum his partibus ędificia rimas egerunt, caua prębent, ac latebras subterraneis animalibus.

¶ Huius composita sunt, diffibulo, refibulo, & infibulo. Est autem infibulare, super glandem penis, fibulam, hoc est circulum æneum inducere: quod fiebat duabus de causis, vel vocis seruandę gratia, *vel valetudinis*, id quod iam dictum est. *Vide de hoc Corn. Cels. lib. 7. c. 25.* Refibulare, est fibulam tollere, siue soluere. *Mart. lib. 7.* Et cuius refibulauit turgidum faber penem. Idem significat diffibulare. *Pap.* Emicat & torto chlamydem diffibulat auro.

FĪCārĭŭs, *Vide* FICVS.

FĪCēdŭla, Auis est quę ficuum esu pinguescit. {συκαλίς. GA. Bequefique. ITA. *Beccafico.* GER. Ein schnepf. HIS. *El tordo, ò aue comedora de higos.* AN. *A nightingale, a birde that eateth figges.*} *de qua sic Mart. libro 13.* Quum me ficus alat, quum pascar dulcibus vuis, Cur potiùs nomen non dedit vua mihi? Idem alibi, Cerea quę patulo lucet ficedula lumbo. [*Gell. c. 8. li. 15.* Ficedulam totam comesse oportere.] *Iuuen. Satyr. 14.* & eodem iure natantes Mergere ficedulas didicit nebulone parente. Quo in loco dictionis huius antepenultima corripitur, quę in versu Martialis iam citato producitur. *Plin. libro 10. cap. 29.* Alia ratio ficedulis, nam formam simul colorémque mutant. Hoc nomen nõnisi Autumno habent, postea melancoryphi vocantur. *Gell. libro 19. cap. 8* scribit tantam fuisse veterum in cœnis instruendis luxuriam, vt negarent auem vllam, prętet ficedulam totam comesse oportere.

[Ficedulenses: *Pl. Capt. sc. 2. a. 1.* Ficedulensibus opus militibus.]

FĪcŭs, {תאנה *teuáh.* GA. Figue. ITAL. *Fico.* GER. Ein feige. HISP. *Higo fruta.* AN. *A figge.*} Tria omnino significat, fructum scilicet notissimũ, quem Græci σῦκον vocant, deinde arborem ipsam quę hunc fructum profert, quam illi συκεώ appellant: tertiò vlceris genus in locis pilosis nascens, à similitudine fici fructus ita appellatum. Pro hac significationum varietate diuersa habet genera & declinationes.

¶ Nam quum pro fructu accipitur, tam secundæ declinationis est, quàm quartæ. In secunda tamen declinatione tàm masculini generis est, quàm fœminini: in quarta verò solùm fœminini generis. De secunda declinatione hæc erunt exempla. [*Suet. in Augusto cap. 7.* ficos virides, biferas maximè appetebat, vescebatúrque & ante cœnam.] *Plin. lib. 16. cap. 26.* Fici mirabiles sunt, & abortiui, qui nunquam matureścunt. *Macrob. lib. 3. cap. 10.* Grossi appellantur fici qui non matureścunt. Quanquam *Plinij* lectio hodie sic habet, In ficis mirabiles sunt & abortus qui nunquam matureścunt. Item *apud Macrobium* hodie sic legitur, Grossi appellantur fici quæ non matureścunt. Et (vt ingenuè quod sentio, proferam) nulla aut certè pauciśima de genere masculino possunt adduci testimonia: hisce præsertim duobus locis immutatis, quibus maximè innitebantur qui in masculino inueniri asserunt. *Valla* tamen in secunda declinatione tam masculinum quàm fœmininum esse credit: quod etiam ex hoc apparet, quòd hoc nomine pro morbo, qui à fructus similitudine dictus est, in masculino genere vtamur. Huc accedit diminutiuum ficulus, quod quum sit masculini generis, videtur ipsum etiam primitiuum eiusdem esse generis. Solent enim ferè semper diminutiua eius esse generis cuius sunt primitiua: quanquam hoc nonnunquam fallat. Quicquid id est, frequentiùs certè fœmininum est: vt apud *Varr. lib. 1. de Re rust.* Fici (inquit)

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

(inquit) semen naturale intus in ea fico quam edimus. *Et paulò pòst,* Quum enim resticulas per ficos quas edimus, maturas, & eas quum maturuerint, complicant. *Plin. lib. 15. cap. 18.* E reliquo genere pomorum ficus amplissima est. De quarta declinatione etiam frequentia occurrunt exempla. *Iuuen. Satyr. 14.* si vis aliam decerpere ficum. *Marti.* Res mira est, ficus non habet vnus ager. ¶ Ficus pro arbore, gen. fœm. est, & secundæ vel quartæ declinationis. {συκὴ. GALLIC. Figuier. ITA. *Fico.* GER. Ein feigenbaum. HIS. *La higuera arbol.*} *Plin. lib. 16.* Quidam breuitate radicum senescere celeriùs arbores putant: quod coarguunt fici, quarum radices longissimæ sunt, & senectus ocyssima. *Iuguunt* fici, quarum radices longissimæ sunt, & senectus ocyssima. *Iuuen.* ad quæ Discutienda valent sterilis mala robora fici. *Cic. de Orator.* per quartam declinationem inflexit. Cui, quum familiaris quidam quereretur, quòd diceret vxorem suam suspendisse se de ficu: Amabo te, inquit, da mihi ex ista arbore quos scram surculos. ¶ Ficus pro morbo masculini generis, & secundæ declinationis, σῦκον. *Martial. lib. 1.* Dicemus fici Cæciliane tuos. Sunt qui hoc loco ficus, quarta declinatione legant. Nascitur hoc vitium ferè in capite, tum in capillo, tùm in barba, & locis obscœnis, quæ pilis inreguntur. *Celsus lib. 6. cap. 3.* Est etiam vlcus, quòd à fici similitudine σύκωσις à Græcis nominatur. Caro excrescit: & id quidem generale est. Sub eo verò duæ species sunt, nam alterum vlcus durum & rotundum: alterum humidum & inæquale. Ex duro exiguum quiddam & glutinosum exit: ex humido, pus mali odoris, fitque in his partibus quæ pilis contegunturi sed id quod humidum, præcipuè est in capillo, atque ano ex attritu, quem cinædi patiuntur. In ficorum genere sunt Chalcidicæ, Chiæ purpureæ, chelidoniæ, marisæ, callistruthiæ, Liuiæ, Libyssæ, Flauiæ, & reliquæ. ¶ Ficum petit, σῦκον αἰτεῖ. In eum dicebatur qui commoditatis alicuius gratia blandiebatur. Inde natum tradunt, quòd moditaris alicuius gratia blandiebatur. Inde natum tradunt, quòd olim Athenienses agricolis blandiri solerent, vt ab illis ficos præcoquos acciperent. *Aristophan. in Vespis.* ¶ Ficos diuidere, σῦκα μερίζειν, prouerbialiter dicuntur, qui impendio parci ac sordidi sunt, etiam si ditissimi. *Mart.* Ficus ficus, ligonem ligonem vocat, τὰ σῦκα σῦκα, τὸν σκάφιον σκάφιον λέγων. Quadrat in eum qui simplici & rusticana vtens veritate, rem vt est, narrat, nullis verborum ambagibus ac phaleris obuoluens. Ficum Mercurio, σῦκον ἐπ' Ἑρμῇ. De prompto & quiburlibet exposito beneficio dicebatur. Nam antiquis mos erat, si buslibet exposito beneficio dicebatur. Nam antiquis mos erat, si cubi ficus repertus fuisset, eum veluti Mercurio sacrum suspendere. ¶ Vt fici oculis incumbat, ὥσπερ τὰ σῦκα ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἔδυ. De iis dicebatur qui pertinaciter vrgerent premerentque negotium aliquod. Sumpta similitudine à ficis, hoc est à vitio quod oculis innascitur, nec facilè potest euelli oculo incolumi. *Aristoph. in Ranis.* ¶ Similior ficu. ὁμοιότερος σύκου, per iocum dicebatur de vehementer inter se similibus. Ducta metaphora à ficorum inter ipsas similitudine. *Plutarchus.*

Ficŭlĭus, diminutiuum est. {συκίον. AN. *A litle figge.*} *Plaut. in Sticho,* Nucibus, fabulis, ficulis.

Ficetum, ti, Locus vbi ficus consitæ sunt. {συκεών. GA. Figueraye, lieu complanté de figuiers. ITA. *Ficarete, luoco piantato de fichi.* GER. Ein feigenbaumgarten. HIS. *Figueral, arboleda de higueras.* AN. *A figge yard, a place where figge trees growe.*} *Varr.* Ficúsque densa materia non est, ideo sequitur calorem: quo fit vt in locis frigidis ficeta fieri non possint. *Mart.* iocum captans ex ambiguo, ficetum posuit pro obscœnis partibus ficosis, hoc est multis vlceribus quæ ficos vocant, obsitis. *Sic enim habet lib. 12.* Vt pueros emeret Labienus, vendidit hortum, Nil nisi ficetum nunc Labienus habet.

Ficārĭus, a, um, Quod ex ficu est, aut ad ficum attinet. {σύκινος. GAL. De figuier ou figue. ITA. *Di fico.* GER. Das zu den feigen gehört. HIS. *Cosa per teneciente a higuera.* AN. *Of a figge, or figge tree.*} *Plin. li. 11. c. 35.* Ficarios culices caprificis generat. *Cato c. 48.* Eò sarmenta aut ficarias crates imponito, quæ frigus arceant & solem.

Ficārĭă, riæ, Locus est, ficis arboribus consitus. {συκών. GALLI. Lieu complanté de figuiers. ITA. *Luogo doue sono molti fichi.* GER. Ein ort da viel feigenbäum gepflantzet sind. HI. *Higueral ò arboleda do higueras.* AN. *A place planted with figge trees.*} *Pallad. li. 4.* Aliqui inter ficarias caprifici arborem serunt.

Ficātum iecur, suillum maximè, quod Græci συκωτὸν appellant, à sue fico pasta.

Ficītŏr, pen. corr. Ficorum amator, seu ficorum collector. {συκολόγος. GA. Qui aime les figues ou les amasse. ITA. *Chi ama ò racoglie fichi.* GER. Der gern feigen hat/oder feigen brechet. HIS. *El que hama ò coglos higos.* ANG. *A lickerous eater of figges.*} *Nanius apud Non.* Ficitores omnes cupiunt ficitatem.

Ficŭlnĕŭs, a, um, siue Ficulnus. {σύκινος. GALLIC. De figue, ou figuier. ITAL. *Di fico.* GERM. Feigenbömmin. HISPAN. *Cosa de higuera.* ANGL. *Of or belonging to a figge tree.*} Quod est ex ficu arbore. *Plin. lib. 25. cap. 28.* Sunt & ficulnei caules. *Horat. 1. Serm. Sat. 8.* Olim truncus eram ficulnus, inutile lignum. Eadem autem forma ficulnus & ficulneus dicimus, qua salignus & saligneus, ilignus & iligneus. *Cato,* Fibulę vnde fiant aridæ, ligneæ, vlmeæ, nuccæ, ficulneæ, face vt in stercus aut in aquam coniiciantur. Ficulnea arbor. *Col. lib. 5. c. 11.* Ad crus arboris ficulneæ religa.

Fictĭlis, Fictitius, Fictor, Fictus, *Vide* FINGO.

Fidēĭcōmmissum, Fideiubeo, Fideiussio, Fidēiussor, *Vide* FIDES, fides.

Fidēlĭă, æ, Genus vasis Samij, *teste Nonio,* ad vsus plurimos accommodati. {חמת *chemeth.* κεφάμιον. G. Vaisseau de terre. IT. *Vaso di terra.* GE. Ein gattung eines irdinen geschirs/ein hafen oder trug. HIS. *Vaso de barro.* ANG. *A vassell of earth.*} *Persius,* Discę, nec inuideas, quòd multa fidelia potet In locuplete penu. *Plaut. in Aulul.* Mulsi congialem plenam faciam tibi fideliam. *Col. lib. 12. cap. 38.* In fictili fidelia sacro loco reponuntur. *Pers. Sat. 5.* tumet alba fidelia vino. ¶ De eadem fidelia duos dealbare parietes, est eadem opera duos velle demereri. *Curtius Ciceroni,* Sed oro te, amice magne, noli hanc epistolam Attico ostendere: sine eum me virum bonum esse putare, nec solere duos parietes de eadem dealbare fidelia. Metaphora tracta videtur ab iis qui parietibus albarium inducturi colores habent in fictilibus præparatos. *Vide Erasmi Adagia.*

Fidēlis, *Vide* FIDES, fidei.

FIDĒNA, æ, pen. prod. φιδήνη, φίδωνα. *Stephano,* & Fidenæ, arum, φίδωνα. *Strabo,* Vrbs Latinorum mediterranea. *Virgil. 6. Æneidos.* Hi tibi Nomentum, Gabios, vrbémque Fidenam. *Iuuen. Satyr. 6.* Viuat Fidenis, & agello cede paterno.

Fidēnātēs, φιδηνάτης, φιδωνάτης. *Stephano,* Dicti sunt Fidenarum incolę: *quorum meminit Plin. lib. 3. c. 5.*

FIDENTĬA, æ, φιδεντία. Vulgò *Fiorenzola,* Oppidum est in octaua regione Italiæ, cuius incolæ dicuntur Fidentini, *quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 15* ¶ Est & Fidentia, Hispaniæ Bæticæ vrbs, inter Bætin amnem & Oceanum sita, alio nomine Iulia appellata, *autore eodem Plin. lib. 3. cap. 1.*

Fĭdes, huius fidei. {אמונה *emunáh.* πίστις. GAL. Foy, loyauté, feauté. ITA. *Fede.* GER. Glaub/warheit/treuw. HIS. *La fe.* ANG. *Beleiffe, truft, faith.*} Dictorum est & conuentorum constantia & veritas, quia fiat quod dictum est sic appellata. *Cic. 1. Offic.* Fundamentum autem iustitiæ est fides, id est Dictorum, conuentorúmque constantia & veritas: ex quo (quanquam hoc videtur fortasse cuipiam dutius, tamen vt videamur imitari Stoicos, qui studiosè exquirunt vnde verba sint ducta) credamus, quia fiat quod dictum est, appellatam fidem. *Terent. Heaut.* Sed video, eccos quos volebam. c. O Iuppiter, vbinam est fides? *Fides est quod vulgò conscientiam dicimus. Cic. pro Cœlio,* Sed vestræ sapientiæ tamen est, Iudices, non si causa iusta est viris fortibus oppugnandi M. Cœlium, ideo vobis quoque vos causam putare esse iustam alieno dolori potius quàm vestræ fidei consulendi. *Idem pro Archia poeta,* Adest vir summa authoritate, & religione, & fide L. Lucullus, qui se non opinari, sed scire: non audiuisse, sed vidisse: nō interfuisse, sed egisse dicit. *Hæc Budæus.* *Obstinatio fidei in bonam partem, pro obfirmatione & constantia. *Tacit. lib. 19.* Bleso super claritatem natalium, & elegantia morum, & fidei obstinatio fuit. *Idem Tacit. lib. 21.* vocat fidem obstinatam pro obfirmata & constante. ¶ Constans fidei. *Tacit. lib. 10.* Neque fidei constans, neque strenuus in perfidia. Fidei plenus. *Cic. de Senect.* Licet enim versibus iisdem mihi affari te Attice, quibus affatur Flaminium ille vir haud magna cum re, sed fidei plenus. ¶ Fides tabularum, id est autoritas. *Cic. pro Archia,* Quum Appij tabulæ negligentiùs asseruatæ dicerentur, Gabinij quandiu incolumis fuit, Iculitas, post damnationem calamitas, omnem tabularum fidem resignasset.

Bonæ fidei possessor, qui ignorauit rem quam emit, alienam esse aut putauit eum qui vendidit, ius vendendi habere. *Budæus.* Bona fide, id est, seriò. *Plaut Aulul. sc. 6. a. 7.* Dic bona fide, tu id aurum non surripuisti. ¶ Dare fidem idem est quod sanctè promittere. πίστιν. *Cic. 1. de Finib.* Nec dubitat isti vestro beato M. Regulum anteponere: quem quidem quum sua voluntate, nulla vi coactus, propter fidem quam dederat hosti, ex patria Carthaginem reuertisse: tùm ipsum, quum vigiliis & fame cruciaretur, clamat virtus beatiorem fuisse quàm potantem in rosa Thorium. {Fides muliebris, id est inconstans, dubia siue mala: *Plaut. Milit. sc. 5. a. 2.* Mulie bri fecisti fide. ¶ Fides pro fiducia *Plaut. Aulul. sc. 2 a 4.* Fides tuæ fidei credidit aurum. *Plautus Aulul. scen. 2. a. 4.* ¶ Pro periculo. *Plaut. Capt. scen. 2. a. 2.* Mittam hunc æstimatum tua fide, (paulò antè dixerat tuo periculo.) ¶ In fide alicuius esse (i. in tutela) *Cæsar lib. 1. de bell. ciuili.*] ¶ Accipere fidem & dare, πίστιν δίδόναι, δέχεσθαι. *Virg. 8. Æn.* Accipe, dáque fidem, sunt nobis fortia bello Pectora. ¶ Dare fidem publicam, est publico nomine securitatem, vel impunitatem promittere. *Cic. 3. in Catil.* Introduxi Vulturium sine Gallis, fidem ei publicam iussu Senatus dedi: hortatus sum vt ea quæ sciret, sine metu indicaret. Accipere fidem publicam, est id quod dicunt, Impetrare saluum conductum. {πίστιν ἔχειν, seu λαβεῖν. GA. Impetrer saufconduit & seureté publique. ITAL. *Ottenere saluo conduttoy securità publica.* GERM. Ein sicher frey geleit erlangen. HIS. *Alcançar saluo conduttoy segurta del principe.*} Sic interponere fidem publicam, est alicui fidem publicam dare. *Sallust. in Iugurtha,* C. Memmius Pop. Rom. persuadet, vti L. Cassius, qui tum Prætor erat, ad Iugurtham mitteretur, eúmque interposita fide publica Romam duceret. Venire fide publica. *Sallustius ibidem,* Comes eius qui Romam fide publica venerat. ¶ Affecta fides. *Tacit. lib. 19.* Et credebatur affectam eius fidem præiuisse, id est fidem læsam, sicuti Liuius dicit res affectas. *lib 6. Decad. 1.* Quorum legati opem rebus afflictis orantes. Hanc eandem *lib. 17.* appellat afflictam fidem. [¶ Non ex fide versare pecunias. *Sueton. in Galba cap. 9.* ¶ Fidei templum struxit Numa, sanctissimúmque esse voluit Iusurandum per fidem. ¶ Fidem lædere. *Cæsar lib. 2. de bell. ciu.* ¶ Fidei commissum accipere exercitum. ¶ Fidem autem apud antiquos in vtramque partem appellatam esse, videre est apud *Cic. lib. 3. de Of.* ¶ Habere fidem alicui, est credere. *Plaut. Pseud.* Vt mihi cauerem à Pseudolo seruo suo, Neu fidem ei haberem. *Terent. Andr.* Propemodum habeo iam tibi fidem. ¶ Implorare fidem alicuius, id est, auxilium. *Terent. Adelph.* Illa fidem nunc vestram implorat Demea. ¶ Ciere fidem, idem quod implorare. *Iuuen. Sat. 5.* Nos hominum diuúmque fidem clamore ciemus. ¶ Interponere fidem. *Cic. de Clar. Orat.* Quæ quidem vis tùm maximè cognita est, Lusitanis à Ser. Galba Prætore, contra interpositam vt existimabatur, fidem, interfectis. ¶ Fidem liberare; est promissis stare, hoc est præstare quod quis pollicitus est, & propriè dicitur de fideiussore, quum creditoribus satisfacit. *Cic. pro Flacco,* Pecunia petitur ab Hermippo, Hermippus ab Heraclia petitur: ipse tamen Fusiis satisfacit absentibus, & fidem suam liberat. ¶ Mutare fidem, est pactum rescindere, & violare promissum. *Sallustius in Iugurt.* Profectò cuncti, aut magna pars Cirthensium fidem mutauissent, tanta mobilitate sese Numidæ gerunt. ¶ Fallere fidem, est quod quis sua fide promisit non seruare. *Cic. 1. Off.* Ad supplicium redire maluit, quàm fidem hosti daram fallere. ¶ Præstare fidem. *Cic. ad Attic. lib. 9.* Itaque nunc Romæ omnia negotia Lentuli procuro, sustineo, meúmque officium, fidem, pietatem iis præsto. *Ouid. 3. Fastorum,* Bacche fidem præsta, nec præfer amoribus vllam Coniugis. [¶ Fidem exonerare. *Liuius lib. 2. dec 5.* ¶ Fidem decipere. *Seneca.* ¶ Fidem abrogare. GA. Perdre le credit: *Liu. l. 6. ab Vrb.*] ¶ Item bonæ fidei homo vocatur, cui res tutò creditur, vel qui rem sibi creditam fideliter seruat, aut etiam qui fideliter præstat quod promisit. *Suet. in Aug. c. 42.* Populo promissum congiarium reposcenti, bonæ se fidei esse respondit. [GAL. Qu'il estoit homme de promesse.] *Cic. Lent. li. 1.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

fidé pro promissione, & quasi spõsi me posuit, Põpeii fides, quã de me Cæsari dedera t. *Fide alicuius sumere: sub. argentum. Id est, non sua sed aliena cautione. *Cic. pro Flacco.* Nam hunc Hermippum hominem eruditum, ciuem suum, cui debeat esse notissi mus, percussit: eius enim fide sumpsit à Fusiis Securus Hermippus' Tennum proficiscitur, quum iste sese pecuniam, quam huius fide sumpserat à discipulis suis, diceret Fusiis persoluturum. *Budæus.* [¶ Dubia fides Rhodiorum. *Velleius.* Plancus dubia, id est sua fide. *Vel. Oy. Eleg. 7. lib. 1. Trist.* Et nihil est de quo non sit habenda fides. (id est, quod non credi possit) *Plaut. Curc. sc. 2. a. 4.* Rem fidémque perdere eos aiunt, qui consistunt cum Lenonibus.]

¶ Facere fidem, est rem per argumenta, tabulas, aut testes probare: πίστιν διδόναι, πίστιν ποιεῖν. *Cic. 2. de lege Agr.* Fac fidem: te nihil nisi populi vtilitatem quærere.

¶ In alicuius fide esse, [Pro in tutela & protectione alicuius esse dixit *Cæs. lib. 1. de bell. ciuil.*] Est aliquem soli dominum agnoscere, ac patronum. *Cic. pro Plancio.* Eorúmque preces & vota de meo reditu exaudiens, Dyrrachium quod erat in fide mea, petere contendi. *Budæus.* ¶ Accipitur interdum fides pro fiducia. *Terent. in Andr.* Tristis seueritas inest in vultu, atque in verbis fides. ¶ Est item fides vocabulum negotiatoribus proprium, pro constantia illa promissorum, qua debitores suo loco & tempore præstant quod promiserunt. *Cic. pro Fonteio,* Scimus Romæ solutione impedita fidem concidisse. *Idem Artic. lib. 11.* Huius pecuniæ permutatione fidem nostram facilè tueberé. *Cæsar 3. bell. Gall.* Quum fides tota Italia esset angustior, neque creditæ pecuniæ soluerentur. *Fidei pen. prod. *apud Lucretium li. 5.* via qua munita fidei, &c. *Fide pro fidei, *apud Horat. 3. Carm. Ode 7.* Thyna merce beatum, Constantis iuuenem fide Gygen. *Idem 1. ser. Satyr. 19.*

Fīdēiūbĕo, bes, bere, Pro alio promitto, fidem meam pro alio interpono, promitto. {ערב ẖaráb, ἐγγυᾶσθαι. GAL. Pleiger ou respondre. ITA. *Far sicurtà.* GERM. Verheissen für einanderen/verburgen/sich verspr echen. HISP. *Fiar por alguno.* ANG. *To be sureti: for, to vndertak.* } *Vlpianus l. si dubitet. §. Fi iussamil. ff. de fideiuss.* Filiusfamilias pro patre potest fideiubere, nec erit sine effectu hæc fideiussio.

Fīdēiūssĭo, onis, Sponsio pro alio facta. {ערבה ẖarrubáh. ἐγγύη, ἐγγύησις. GALL. Pleigement, response, caution. ITA. *Sigurtà.* GERMA. Verheissung/verburgung. HISPAN. *Fianca por alguno.* ANG. *Suertyship, vnder taking.* } *Iabo. sed etsi ff. de fideiuss.* Quum seruos fideiussionis nomine obligari non prodest.

Fīdēiūssŏr, Sponsor, qui pro alio fideiubet, & fidem suam interponit. {ערב ẖoréb. μεσέγγυητης, ἐγγυητής. GAL. Pleige ou respondant. ITA. *Mallenadore, chi responde & promette per altri.* GER. Ein verheisser/ bürg. HISPAN. *Fiador por alguna persona.* ANGL. *Assertie or borow.* } *Donatus,* Fideiussor est autor credendi, alium aliquid daturum facturúmve, sua fide, suóque periculo promittens. *Vlpianus in Tractatu de fideiussor.* Si quis Stichum stipulatus fuerit, & fideiussorem ita acceperit: Stichum aut decem fide tua esse iubes? Vbi illud obiter animaduertendum est, pro eodem dici, Fideiúbeo: & diuersis dictionibus, fide mea esse iubeo. *Paulus l. Vbi autem ff. de Verb. oblig.* Si filiusfamilias ita stipulatus fuerit, Quantam pecuniam Titio ex dotali dero, fide tua esse iubes.

Fīdēiūssōrĭus, adiectiuum. *D. de minoribus lib. 7.* Vt puta si fideiussorio nomine se vel rem suam obligauit.

Fīdēicōmmissus, a, um, adiect. ὁ πίστει συνθέμενος, ὁ πιστευθείς. vt, Libertas fideicommissa, id est fide commissio relicta. *Vlpian l. Titius ff. de actionibus emptorum.* Cæteri quoque serui cognita voluntate defuncti, fideicommissam libertatem petissent. [*Cæsar lib. 2. de bell. ciu.* Fideicommissum accipiet exercitum.]

Fīdēicōmmissum. {GALL. Ce dont nous auons charge, & qui nous est baillé en garde de bonne foy ITA. *Fideicomm ss.* GER. Das eines anderen treuw vnnd glauben zubehalten oder auszurichten vbergeben vnd vertrawt ist. HISP. *Cosa que se comete à la fede de otro.* ANG. *Assossement of trust a putting of a thing in our handes to dispose vpon te only credite of his honestio.* } Est species dispositionis vltimæ voluntatis, quum testator alicuius fidei aliquid committit quod alteri sit traditurus: quod idcirco Fideicommissum dictum est quòd ex Fide eius cui committebatur, pendebat. Postea tamen Fideicommissa vt omnis fraudi humanæ occasio imputaretur, à diuo Augusto ad necessitatem iuris sunt retracta, iustísque legatis exæquata.

[¶ Iurisdictio de fideicommissis etiam potestatibus (id est, præsidibus prouinciarum) à Claudio demandata.]

Fīdēicōmmissārĭus, sarij, habet passiuam significationem: nam is dicitur qui Fideicommissionem accepit: πεπιστευμένος. AN. *A seoffert of trust, one put in trust to disp. se a thinge.* } *Vlp. l. Fideicommissa. de leg. 3.* Paulatim igitur admittemus, etsi ex parte pecuniæ rem comparauit, quam non hoc anno exegit, vt Fideicommissarium priuaret Fideicommisso, posse adhuc Fideicommissi petitionem superesse.

Fīdo, is, fīsus, Fidem habeo, credo, spem fiduciámq; in aliquo repositam habeo: & tàm cum ablatiuo quàm cum dativo construitur. {בטח batá. מאמין heemin. πεποιθέναι, πείθεσθαι. GAL. Se fier & croire à quelqu'vn. ITA. *Confidarsi, fidarsi.* GER. Trawen/glauben. HISP. *Confiarse de alguno.* ANG. *To trust, or beleue.* } *Iuuen.* Fidimus eloquio Ciceronis. *Virg. 6. Æneï.* & fidere nocti. *Plin. in Epist.* Liber fuit, & opusculis varius & metris: ita solemus qui ingenio parum fidimus, fatigatis periculum fugere. ¶ Huius composita sunt, Confido & Diffido, pen. prod. quæ sunt contraria. Nam confidere, idem est quod fidere. *Cic. ad Att.* Itaque accusabar ab eo, quòd parùm constantiæ suæ confiderem. Contrà, diffidere est fidem non habere, ἀπιστεῖν. Sen. Nec secundis rebus nimis fidendum, nec aduersis diffidendum est.

[Fidens, fidentis, *Suet in Aug. c. 65.* Lætum eum atque fidentem sobole fortuna destituit. *Plaut. Asi. sc. 2. a. 3.* Vbi fidentem fraudaueris, Mox, fideli infidus fueris.]

Fīdēntĕr, aduerb. intrepidè & cum fiducia, confidenter, audacter. {לבטח labetách. πεποιθότως. GAL. Asseureement, hardiment. IT. *Fidatamente, con fidenza.* GERM. Vertrawolich/sicherlich. HISP. *Confiando, con buena fiuzia.* AN. *Boldlie, with trust and assurance.* } *Cic. 2. de Orat.* Tùm ille fidenter homo peritissimus confirmare, ita se rem habere vt respondis-

sent. *Idem 2. de Diui.* Timidè fortasse signifer euellebat quod fidenter infixerat. Fidentiùs scribere alicui. *Item ad Att. lib. 6.*

Fidentĭă, tiæ, Firma animi confisio, & fortitudinis pars, per quam animus multum in se fiduciæ cum certa spe collocauit. {מבטח mibtá. ἐλπὶς, θάρσος. GAL. Fiance, confidence. ITA. *Fiaanza.* GERM. Trewung/gewüsse zuuersicht. HIS. *Fiuzia, confianza.* ANG. *Boldenesse trust, confidence.* } Ponitur autem in laude, quemadmodum & fidens, vnde deducitur. θαρραλέος. Confidens autem & confidentia plerunque in malam partem. *Cic. 3 Tusc.* Qui fortis est fidens, quoniam confidens mala loquendi consuetudine in vitio ponitur: ductum verbum à confidendo, quod laudis est: qui autem est fidens, is profectò non extimescit. *Idem 2. de Inuen* ait, fidentiam partem esse fortitudinis, per quam magnis & honestis in rebus, multum ipse animus in se fiduciæ cum certa spe collocauit. *Idem 4. Tusc.* Etsi fidentia, id est firma animi confisio, scientia quædam est & opinio grauis, non temerè assentiens, metus quoque est diffidentia expectati & impendentis mali.

Fidēlis, e, à fide. Qui seruat fidem, vel cui turò fidem adhibere possumus, fide præditus, fidem suam præstans. {נאמן neemán. πιστός. GAL. Fidele, loyal, feal, feur, feable. ITA. *Fedele.* GER. Treuw/ dem wol zu glauben ist. HIS. *Cosa fiel.* ANG. *Trustie, fatihful, true hartied.* } [Nec fideliorem mittere potest, nec cui plus credas. *Plaut. Capt. sc. 2. a. 2.* Ibidem. Vbi amicæ, quàm amico fueris magis fidelis. *Plau. Capt. sc. 3. a. 2.* fac fidelis sis fideli. *Idem Milit sc. 4. a. 2.* Dum te fidelem facere fero voluntati.] *Terent. in Hecyra.* Perpol quàm paucos reperias meretricibus Fideles euenire amatores Syra. *Cic. ad Seru.* Aut si quem tuorum fidelium voles, ad me mittas. *Ibid. Qu. fratri.* Græcorum familiaritates parùm fideles sunt.

[¶ Fidele consilium. *Liuius lib. 2. & 7. dec. 4.*] *Teren. in Hecyra,* Quàm fideli animo, & benigno in illam, & clementi fui. ¶ Transfertur etiam ad inanimata. *Plin. lib 16. c. 36.* de arundinum comis, Aut enim pro pluma cauponarum strata repletur aut vbi limo fiore callo induruit, sicut in Belgis, contusa & interiecta nauium commissuris ferruminat textus, glutino tenacior, rimísque explendis fidelior pice. [¶ Fidelior. *Plaut. Mil. Capt. sc. 5. a 3,* mihi quàm illi fuisti fidelior.]

Fīdēlĭtās, Obseruatio fidei. {אמון emún. πιστόν GAL. Fidelité, loyauté, seauté, asseurance. ITA. *Fedeltà* GER. Glaubenheitung/treuw. HISP. *Fieldad.* ANGL. *Trustinesse, loyaltie, faithfulnesse.* } *Cic. ad Qu. fratr. lib. 1.* Quibus in rebus etiam si fidelitas summa est, quod prorsus credo, &c. *Idem ad Att. lib. 9.* In hac enim fortuna perutilis eius & opera & fidelitas esset.

Fīdēlĭtĕr, aduerb. {πιστῶς. GALL. Fidelement, fealement, loyaument, ou loyalement. ITA. *Fedelmente.* GER. Trewlich. HISP. *Fielmente.* ANGL. *Faithfully, truely.* [Pl. *Cap. sc. 2. a. 2.* Vult te herus domino dare operam fidelicet. *Quint.* Reddere fideliter, quæ sis animo complexus. *Plaut. Curc. sc. 2. a. 2.* Fideliter sibi esse argenti inopiam respondit.] *Liu. bell. Maced.* Constanter & fideliter permanere in amicitia populi Romani. *Horat. 5. epist.* Percontatorem fugito: nam garrulus idem est, Nec retinent patulæ commissa fideliter aures. [¶ Fidelius. *Gell. c. 13. l. 17. Fidelius* constantiusque valent quarta nam passi.]

Fidēlĕ, aliud aduerb. *Pl. in Cap.* Fac fidelè sis fidelis, *caue fidem fluxam* geras.

Fīdĭus, a, um, fidelis. {נאמן neemán. πιστός. GAL. Seur, loyal, feal. ITA. *Fido, fidato, fidele.* GERM. Trew/dem wol zu vertrawen ist. HIS. *Fien de quien se puede fiar.* AN. *True, harted, trustie, faithfull.* } *Cic. de Amicit.* Quod Tarquinium dixisse fertur, quum exul esset se intellexisse quos fidos amicos habuisset, & quos infidos. *Idem 1. de Finib.* Inest ad humanam societatem iustitiæ fida custodia. [*Ouid. Eleg. 5. lib. 1. Trist.* Malè fidus rebus acerbis. ¶ Huius compositum & contrarium est Infidus, penult. product. ἄπιστος. nam Perfidus, pen. corr. à fides fit. *Liu. 1. ab Vrbe,* Infida regni societas.

Fidĭor, comparatiuus. *Iustin. Hist. lib. 6.* Vt eos sibi fidiores & dominis infestiores redderet.

Fīdē, aduerbium, Fideliter. {πιστῶς. GAL. Fidelement. ITA. *Fedelmente.* GER. Trewlich. HISP. *Fielmente.* ANG. *Faithfully, truely.* } *Cic. Cal. lib. 2.* Nec me ista terrent, quæ mihi à te ad timorem fidissimè atque amantissimè proponuntur.

Fīdūcĭă, fiduciæ, fidentia, hoc est certa quædam opinio & spes de se vel de alio concepta. {מבטח mibtách בטחון bitachón. θάρσος, θράσος. GAL. Fiance & asseurance. ITA. *Fiducia fede, fedanza.* GER. Vertrawung/zuuersicht. HISP. *Fiuzia, confianza.* ANG. *Confidence, trust.* } Sumitúrque tàm in meliorem partem, quàm in deteriorem. *Cic. 2. Verr.* Habeo hominem præpotentem, cuius fiducia prouinciam spolio. *Idem Q. Fratr.* Nihil est quod posthac artis nostræ fiducia conturbes. *Idem de Amicitia.* Vita tyrannorum in qua nulla stabilis benevolentiæ possit esse fiducia. *Virg. 1. Aen.* Tantáne vos generis tenuit fiducia vestri? *Idem 9. Æneï.* Cernis, quæ Rutulos habeat fiducia rerum. [*Plaut. Aul. sc. 5. a. 3.* fretus tuâ fide, fiduciâ *Idem Most. sc. 1. a. 1.* Mei tergi hoc facio, non tui fiduciâ. *Ouid. Eleg. 3. lib. 5. Trist.* Pax tamen interdum est, pacis fiducia nunquam.] ¶ Accipitur etiam fiducia pro contractu quo fidem alterius secuti, rem ei aliquam simulandi tantùm causa mancipamus: inde ducta appellatione quòd fide ac probitate emptoris freti eam venditionem interposuimus. *Boethius in 4. Comment. Topic.* Fiduciam (inquit) accepisse dicitur, cuicunque res aliqua ea lege mancipatur, vt mancipanti aliquando remancipet: Veluti si quis tempus illud dubiũ timens, amico potentiori fundum mancipet, reddituro quum tempus illud dubium præterierit. *Cic. pro Flac.* Pecuniam adulescentulo grandi fœnore, fiducia tamen accepta occupasti. Hanc fiduciam tibi commissam tenes hodie atque possides. Credidisti, inquit, adolescentulo grandem pecuniam fœneratitiam, accepto tamen fundo fiduciario, quem restituas quum tibi pecunia vnà cum vsura fuerit reddita. Inde fiduciariam mancipationem veteres vocauerunt, quam hodie dicimus *Venditionem cum regressu*, siue sub redimendi potestate contractam: & rem ipsam fiduciariam, quæ alteri ea lege traditur, vt postea reddatur ei qui emancipauit. *Liu. 2. de bell. Mace.* Optimum ratus eam Nabidi Lacedæmoniorum tyranno, velut fiduciariam dare, vt victori sibi restitueret, si quid aduersi accidisset, vt ipse haberet. Loquitur de Corintho, quam Philippus bellum Romanis illaturus, Nabidi ea lege dederat, vt si victor ex bello rediisset, sibi restitueretur. Inde fiduciarius hæres vocatur *ab Iaboleno in l. Seius ad Trebell.* quem aliàs vocamus

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

vocamus fideicommissarium, quòd hæreditatem velut fiduciatiam videtur accepisse, quam mox alteri sit traditurus. Ad hunc etiam modũ dicitur accepisse, quam mox alteri sit traditurus. Ad hunc etiam modũ *Cæsar bel.ciu.l.lib.2.* operam Legati vocat fiduciariam: quia Legatus potestatem suam ab Imperatore accipit, quam redeunti ad exercitũ Imperatori debet cedere.

Fĭdes, fidium, Lyra, cythara, instrumentum musicum neruis instructum. {מיתרים *metharim* כנור *chinnór.* λύρα, χέλυς, κιθάρα. GAL. Vne harpe, ou les cordes qui y sont. ITA. *Lira ouero altro instromento che habbia harmonia nelle corde.* GERM. Seiten spyl oder seyten auff solchen instrumenten. HISP. *Instrumento musico de cuerdas.* ANG. *An harpe, gittern, fidle.*} *Cic.2.de Legib.* Seuera illa Lacedæmon neruos iussit quod plures quàm septem haberet, in Timothei fidibus inde demi. *Idem de Orat.* Omnes voces, vt nerui in fidibus, ita sonant vt à motu animi sunt pulsæ. ¶Legitur & in sing.num. fides, fidis, quod non temerè alibi reperias quàm apud poëtas. *Cic.in Arat.* Cedit clara fides Cyllenia. *Persius Satyr.6.* Atq; marem strepitum fidis intendisse Latinæ. [Ouid. *5.Fast.* Inuentor curuæ furib. aptę fidis.] ¶Nihil ad fides, *Οὐδὲν πρὸς τὴν χορδήν.* In eos quorum vita vehementer est inæqualis, quorúmve mores ab oratione dissident, *Ex Lucian. & Plutarch.* ¶In hac significatione Sosipater masculini generis esse contendit. *lib.1.Inst.Gramm.* quod tamen falsissimum esse Latinè loquentium vsus ostendit.

Fĭdĭcŭla, læ, diminut. parua lyra, parua fides. {λυρίον. GAL. Vne petite harpe ou petite corde. ITALIC. *Ceteriad, ceteretta.* GER. Ein geygen oder harpfen. HISP. *Trato de cuerda.* ANG. *A litle harpe, a gittern or rebecke.*} *Gell.lib.1.* Sed enim Achæos Homerus pugnam indipisci ait, non fidicularum tibiarúmq; concentu conspiratam. *Cic. lib.2.de Nat.* Quid si platani fidiculas ferent numerose sonantes, idem scilicet censeres, in platanis inesse musicam? ¶Est & FIDICVLA inter astra constituta, quæ Fides à *Colu.ab Higino* Lyra nominatur. *Plin.lib.18.* Fidiculæ occasus Autumnum inchoat ¶Præterea fidiculæ, numero tãtum plurali, sumitur pro instrumento torquendi, ex duobus, vt putatur obliquatis lignis compacto: ab extorquenda veritate, ac fide: vel à neruis funib. quib. homines torquendi ligabantur. *κύφωνες Suet.in Tib.c.62.* Excogitauerat inter genera cruciatus, vt repetè veteris deligatis, fiduciarũ simul vrinæq; tormento distenderet. [*Idem Suet.in Calig.cap.33.* vel fidiculis se exquisiturum de Cæsonia sua cur tantopere diligeret.]

Fĭdĭcĕn, pen. corr. Qui cithara lyráve canit. κιθαρῳδὸς, κιθαριστὴς, λυρῳδὸς. GALL. Ioueur de harpe, harpeur. ITA. *Suonatore di tale instromento.* GERM. Der auff seiten spyelen kan/seyten schlaher/harpfen schlaher. HISP. *El que tañe instrumento de cuerdas.* ANG. *An harper.*} *Cic.Pato,* Socratem fidibus docuit nobilissimus fidicen. *Horat.4.Carm. Ode 3.* Romanæ fidicen lyræ.

Fĭdĭcĭnĭus, a, um, Quod ad fidicinem pertinet. {κιθαρῳδικὸς. ANG. *Belonging to an harper.*} *Plaut.in Ru.* Eam vidit ire è ludo fidicinio donum.

FIDICVLANVS Falcula, Senator leuissimus, quem *Cic.in Orat.pro Cec.* splendorem ordinis Equestris, decus iudiciorum & exemplar antiquę religionis per ironiam appellat.

FĬDĬVS, Iouis filius fuisse creditus est, quem vt fidei præsidem colebant. ὅρκιος. *Plaut.* [*Asin.sc.1.a.1.* per Deum fidium qu'ris! Necesse est eloqui iurato mihi. Ita legit hunc locum Pass.] Vnde dicimus Medius fidius. *De quo suo loco.*

Fĭdo, fidis, Fiducia, Fidus, *Vide* FIDES, fidei.

FIGITES, *vt ait Plin.* Sunt animalia Æthiopiæ, fusci coloris, mamillas geminas in pectore habentia, sicut homo: nec fera multùm, vt quæ domari non possint, nec ita mansueta, vt nocentibus non noceant.

Figmentum, *Vide* FINGO.

Figo, is, xi, xum, Imanitto, planto, affigo, adhærere facio. {תקע *takáh* מעך *mahách.* πήγνυμι, πηξίδω. GAL. Fichier, attacher. ITA. *Ficcare.* GER. Heffsten/stecken. HIS. *Hincar.* ANG. *To thrust in, to fasten.*} *Col.* Palum humi fixit. *Virg.4.Georg.* ipse feraces Figat humo plantas. *Cic.ad Att. lib.1.* Ast tute scripsisti ad me, quoddam caput legis Clodium in Curiæ poste fixisse, ne referri, néve dici liceret. [*Senec.c.1.de Tranq.* Ne figat altius in me vitium consuetudo. *Idem Senec. c.6. de Consol. ad Mart.* Contrà fige stabilem gradum. *Ibidem cap.9.* Quæ alios tela fixerunt circa te vibrasse.

¶Figere per translationem pro firmare, siue stabilire. *Cic.ad Att.l.8.* Et simul scito labare meum consilĭũ, illud quod iam satis fixum videbatur. ¶Interdum pro percutere, ferire. *Iuuen.Sat.1.* Quum tenet vxorem ducat spado, Mœuia Tuscũ Figar aprum, & nuda teneat venabula mamma. * Figere aliquem maledictis, per translationem. *Cic.1.de Nat.deorum.* Zeno quidem non eos solùm, qui tum erant, Apollodorũ Syllum, cæteros figebant maledictis: sed Socratem, &c.

¶Figere arma dicebantur gladiatores iam emeriti, quum arma ad templi parietem, aut columnam suspendebant. *Horat.1.Epist.* - Vesanius armis Herculis ad postem fixis latet abditus agro.

¶Figere spem in aliquo, est omnem spem suam in eo repositam habere. ¶Figere beneficium clauo trabali, prouerbialis loquutio est, idem significans quod operam dare vt perpetua beneficij extet memoria. *Cic.7.in Verr.* Et vt hoc beneficium, quemadmodũ dicitur, trabali clauo figeret: cum concilio causam Mamertinorum cognoscit, & de consilij sententia Mamertinis se frumentum nõ imperare pronuntiat. *Vide Erasmi Adagia.* ¶Huius composita sunt, Affigo, Configo, Infigo, Præfigo, & Transfigo, *quorum significata suis locis.*

Fixus, a, um, *Senec.c.20.de Consol. ad Mart.* Fixus cuiq; vitæ terminus. *Pl. Asin.sc.3.a.1.* Tuus animus apud nos est fixus clauo cupidinis. *Idẽ Men. sc.4.a.2.* Nauis sæpè trita, sæpè fixa, sæpe excussa malleo.]

Filictum, Filicula, *Vide* FILIX.

Figŭlo, as, fingo, facio, ceu figulus aliquid officio. *Tert. aduerf. Valent.* Figulat ita hominem Demiurgus, & de afflatu suo animat.

Figlina, Figulus, Figura, *Vide* FINGO.

Filiaster, *Vide* FILIVS.

Fĭlĭus, lij. {בן *ben.* υἱός. GALLIC. Fils. ITA. *Figliolo, figliuolo.* GER. ein sohn. HISP. *Hyo legitimo ò natural.* ANG. *A sonne.*} Notæ significationis nomen est: ἀπὸ τῆς φιλίας, hoc est ab amore dictum: quod omnium constantissimus amor sit parentum in filios. [Imò, vt Pass. coniicit, filius dictus est, quasi fidius, quòd filiis fidunt parentes potiùs quam seruis: vel, vt idem ait, à filo & linea, mentis orisque paterni.] *Cic. 1. de Fin.* Effigies probitatis paternæ filius. *Idem Catinna lib. 6.* Imago animi & corporis filius. [*Plaut.Curc.sc.1.a.2.* Geminos in ventre videor habere filios. *Idem Pf.sc.5.a.1.* Istuc est patrem esse, vt æquum est, filio. *Pl.Amph.* Atque illam geminos filios pueros peperisse conspicor. *Idem Men.sc.vlt.a.5.* Vestrum patri filii quot eratis? Duo. *Gell.c.1.li.12.* Auctus nato filio. *Pl.Curc.sc.2.a.5.* Anulum mihi dedit, tanquam filio suo, vt æquum fuerat.

Flāgĭto, flagitas, instanter peto, exigo, requiro, & quasi iure quodam meo depoſco: habétque in se maiorem vim quàm postulo: & quandóque accusatiuo tantum iungitur. {בקש *bikkésch* שאל *schaál* פצר *patsár.* προσαιτῶ, ἐπιχρῶ, ἀξιῶ. GAL. Demander quelque chose affectueusement, ou importuneément. ITAL. *Dimandare con instanza.* GERM. Mit ernſt/ oder erfoderen/ treuwlich begären. HISP. *Demandar con importunidad.* ANG. *To ask importunatlie or without ceaſe.* } *Cic. pro Quintio,* Tametsi causa postulat, tamen quia postulat, non flagitat, præteribo. Quandoque habet accusatiuum cum ablatiuo mediante præpositione. *Cæſ. 1. bell Gall.* Interim quotidie Cæsar ab Heduis frumentum quod essent pollicіti flagitat. Quandoque etiam construitur cum duobus accusatiuis: *vt apud Sueton. in Vitel.* Tum fœneratorum & stipulatorum, publicanorúmque, qui vnquam se aut Romæ debitum aut in via portorium flagitassent, vix vllі pepercit. Flagitare, pro accusare. *Tacit lib. 17.* Mox compertum pecuniam publicam auertisse, vt peculatorem flagitari iussit. [*Plaut. Pseud. sc. 5. a. 1.* Si non dabis clamore magno & multum flagitabere. *Idem ibid. sc. 7. a. 4.* Flagitare sæpè clamore in foro cum libella nuſquam est *Item,* Flagitare & sectari, dixit de Creditore *Gell. c. 6. lib. 17.*] ¶Huius composita sunt, conflagito. *Plin lib. 34.* Tanta populi Romani contumacia fuit, vt magnis theatri clamoribus reponi apoxyomenon conflagitauerit. Efflagito, *de quo suprà.*

*Flāgĭtans, Particip. *Cic. de Aruſp. resp.* Ecce iisdem autoribus, Pompeio principe, qui cupientem Italiam, flagitantes vos, Pop. Romanum desiderantem, non autoritate sua solùm, sed etiam precibus ad meam salutem excitauit restituti sumus.

Flāgĭtātŏr, verbale, Qui assidue petit. {מבקש *mebakkeséch* שאל *schoél* פרי *porſér.* ἐξαιτέων, παραιτούμενος. GAL. Demandeur importun, qui demande sans cesse. ITA. *Chi demanda con importunidad.* GER. Ein ernstiger begärer/ ein gutzler/ ein übertrágner heuscher. HIS. *Demandador con importunidad* AN. *He that asketh importunatlie.* } *Plaut. in Moſt* Sol semper hic est vsque à mane ad vesperum, quasi flagitator astat vsque ad ostiū. ¶Accipitur etiam pro creditore repetente pecuniam sibi debitā *Plaut. in Caſin.* Ducite ex animo curam, atque alienum æs Nequis forte rudet flagitatorem suum. [*Gell. c. 6. li. 17.* Flagitatorem apponere, (qui repetat creditum.)]

Flagratores. Flagrioncs, *Vide* FLAGRO.

Flāgro, as, Ardeo: a flamma, vel à flatu quo alitur incendium, quando flatu excitatur ignis. {דלק *dolák* בער *baʕár.* φλέγομαι. GAL. Ardre, bruſler, ettre embrasé ITAL. *Ardere.* GERM. Brunnen. HISP. *Arder ò ſer encendido.* ANG. *To burne with a flamme or fier.* } *Virgil. 1. Æneid.* Ilagrantisque Dei vultus. *Plin. lib 14. cap. 20* Fax vini siccata recipit ignes ac sine alimento per se flagrat. *Ouid. 6. Faſtorum,* Flagrabant sancti sceleratis ignibus ignes. ¶Transfertur quandoque ad desyderium amoris, odij, iræ, virtutis, aut vitij. *Lactantius lib. 1* Quid Apollo pater eius, nonne ob amorem quo flagrabat, turpissimè gregem pauit alienum? *Et lib. 7.* qui auaritia opum inexplicabili quadam siti flagrant. *Liu. lib. 2.* Ciuitas secum ipsa discors, intestino inter patres plebémque flagrabat odio. [*Ouid. Eleg. 9. lib. 4. Triſt.* Flagrant odio tua pectora nostro.]

Flāgrāns, participium siue nomen ex participio. {דלק *dolék* כער *bo-ber.* φλεγόμενος, καιόμενος. GAL. Ardent, bruſlant. ITAL. *Ardente.* GERM. Brunnend. HISP. *Encendido.* ANGL. *Burning, in a flamme of fier.* } vt, Flagrans pinus. *Virgil. lib. 9. Æneid.* Flagrans cupiditas. *Cicer. 4. Tuſcul.* Eximio litterarum amore flagrans, *Quint. in proœm. lib. 2.* Flagrantissimus homo. *Cic. de Fato.* [*Sue. in Claud cap 36.* Flagrantissimum amorem Messalinæ abierit. *Et Velleius,* Nemo flagrantiorem facem subiecit bello.]

Flāgrāntĕr, aduerbium, {θερμῶς. GA. Ardemment, desirément. IT. *Molto ardentemente.* GE. Embrunstiglich. HIS. *Encendidamente.* AN. *Exceading earneſtlie.* } *Tacit. lib. 1.* Destinare Consules specie recusantis flagrantissimè cupiuerat.

Flāgrāntĭă, tiæ, Ardor. {כערה *beberáh* תכשרה *tabberáh.* φλογμός. GAL. Ardeur, bruſlement. ITAL. *Ardore.* GERMA. Brunſt. HISPA. *Ardor ò encendimiento.* ANGL. *Burning bright, ardent deſire.* } *Gell. lib. 17. capit.* 10. propriè est vsus, Quod de natura atque flagrantia montis eius compositum est. [Propriè enim dicitur de rebus quæ per se ardent, flagrant: Itaque propriè dicitur, flagrantia fæcis vini naturalis est, quia fæx vini exsiccata, recipit ignes, & sine alimento per se suáque natura flagrat, vt autor est *Plinius lib. 20. cap. 14.*] Flagrantia oculorum, pro ardore. Transfertè. *Cic. pró Cælio,* Si denique ita se geret, non incessu solùm, ornatu, atque comitatu, flagrantia oculorum, libertate sermonis, sed etiam, &c. [*Item Gell. c. 1. lib. 12.* Vigor maternæ flagrantiæ.]

Flāgrum, gri, Quo cædi consueuerunt serui. {שוט *schot.* μάστιξ. G. Fouët, verges. IT. *Flagello.* GER Ein geisel/ ruten. HISP. *Açote cruel para açotar.* ANG. *Aſcourge, a whippe.* } *Pl. in Amph.* Inde cras è promptuaria cella depromar ad flagrum. [*Plaut. Aſin. sc. 2. a. 2.* Gymnasiumi flagri saluere. *Idem in Amph.* Quem ego ob isthæc dicta faciam ferucntem flagris. *Idem Pſ. sc. 8. a. 4.* Stimulis, aut flagris insidiantur seruis. *Sene.* Fla ra iussit adferri. (in conuiuio.) *Iuu. Sat. 5.* nec dura timebis Flagra pa i. *Liu. 8. bell. Pun.* Ob quam causam cæsa flagro est Vestalis. Hinc Flagellum diminutiuum.

Flāgrātōrēs, Dicebantur illi, qui mercede flagris cædi se permittebant *Autor Feſtus.*

Flāgrĭōnēs, dicti sunt serui, quòd flagris subiecti sunt. {μαστιγίαι. A. κναοῦες *worthie to be ſcourged* } vt, Verberones à verbere. *Nonius.* [Flagritribæ: *Plaut. Pſeu. sc. 2. a. 1.* Eo ingenio sunt isti flagritribæ.]

Flāmĕn, neutri generis. *Vide* FLO.

FLĀMĔN, huius Flaminis, masculino genere, sacerdotem significat. {GER. Ein pfaff oder priester. ANG. *A preiſt.* } [Dicti sunt flamines, quasi Filamines, quia Græcis φίλος Petasi genus est, *Plutarch. in Num.* & Persicum capitis ornamentum, *Xenophon. Lucian.*] Sumebant autem Flamines ab eo Deo cognomen, cui sacra faciebant: vt, Flamen Dialis, παρὰ τὸ διός, hoc est, à Ioue, quasi Iouialis: Martialis à Marte: & Quirinalis à Quirino, hoc est, à Romulo. Ratio autem nominis tracta est à filo, quo caput cinctum habebant: *vt docet Seruius his verbu,* Flamines in capite habebant pilcum: quod quum per æstus ferre non possent, filo tantùm capita religare cœperunt: nam nudis penitus capitibus incedere nefas erat: vnde à filo quo vtebantur, Flamines dicti sunt, quasi filamines. *Pl n. lib. 18. cap. 11.* Varro Flaminem faba nō vesci tradit. *Cic. 2. de Legibus,* Diuisque aliis alii Sacerdotes, omnibus Pontifices, singulis Flamines sunto.

Flāmĭnĭă, Flaminis domus. *Gell. lib. 10. c. 15.* Ignem è flaminia, id est, Flaminis Dialis domo, nisi sacrum, efferri ius non est. { *Ouid. 2. Faſt.* Ipse ego flaminiam poscentem februa vidi.}

FLĀMĬNĬCA, Flaminis vxor erat. *Gell. lib. 10. c. 15.* Eædem fermè ceremoniæ sunt quas Flaminicas sacerdotissas Diales seorsum aiunt obseruitare. Hoc etiam nomine appellabantur virgines Flaminicę Dialis præministræ, *Autor Feſtus.*

Flāmĭnĭum, nij, Est Flaminis dignitas, siue sacerdotium. *Liu. 6. bell. Pun.* C. Claudius flamen Dialis, quòd exta perperam dederat, Flaminio abiit. *Gell. lib. 10. cap. 15.* Vxorem si amisit, Flaminio decedit. Hic nota, Abire, & decedere Flaminio, eo modo dictum quo abire magistratu, officio, &c.

Flāmĭnĭus lictor, (*inquit Feſtus*) dicitur qui Flamini Diali sacrorum causa præsto erat. ¶Flaminius Camillus, puer patrimus & matrimus, qui Flamini Diali in sacrificiis præministrabat. Antiqui enim ministros Camillos dicebant. *Autor Feſtus.*

FLĀMĬNĬŌRVM, nobilis fuit Romæ familia: ex qua fuit *T. Flaminius,* qui ad Thrasimenum lacum ab Annibale cum vniuersis penè copiis deletus est. Hic viam Flaminiam strauit à Roma Ariminum vsque. ¶Fuit præterea T. Quintius Flamininus superioris filius, cuius vitam latè exequitur Plutarchus. Hic in suo Consulatu Macedonum Regem Philippum acie victum eò necessitatis compulit, vt Demetrium filum obsidem dare, Græciæque ciuitatibus quæ illius iugo parebant, abstinere cogeretur. Huic frater fuit L. Flaminius fratri dissimilimus, qui à Catone tum Censore per ignominiam Senatu fuit eiectus, quod quum Galliæ prouinciæ præesset, in gratiam pueri quem turpiter à se amatum per omnem prouinciam circumuexerat, Gallum quendam in conuiuio suis manibus interemisset. *Autor Liuius.*

Flāmĭnĭă via, Quæ per portam Flaminiam ad Tyberim sicam Ariminū vsque ducit. [*Suet. in Aug. cap. 100.*] Nomen habet à Flaminio consule qui eam strauit: à quo & Circus Flaminius, & Forum Flaminium nomen acceperunt. *Cic. 12. Philip.* Tres ergo, vt dixi, viæ: à supero mari Flaminia, ab infero Aurelia, media Cassia. *Ouid. 1. de Ponto, Eleg. 9.* Spectat Flaminiæ Claudia iuncta viæ.

Flāmmă, mæ, Est fumus accensus, à Græco φλέγω, ardeo. {להבה *láhabh.* φλόξ. GAL. Flambe. ITA. *Flamma.* GER. Ein feur flamm. HIS. *Llama del fuego.* ANG. *A fllamme of fyre.* } *Virgil. 8. Eclog.* Aspice, corripuit tremulis altaria flaminis Sponte sua. [*Tibull. lib. 4.* Vel paruum Ætneæ corpus committere flammæ. *Item* Sudare ad flammam. *Suet. in Aug. cap. 82.*] ¶Ponitur interdum metaphoricè flamma pro periculo. *Cic. 2. Tuſcul.* Quid de cupiditate honorum loquar? flamma est per quam non concurrerint hi, qui hæc olim punctis singulis colligebant? *Idē in Bruto dixit,* Galbam eripuisse sese de flamma iudicij, quum significare vellet eum liberatum esse à periculo iudicialis damnationis. *Terent. in Eunuch.* Ex flamma te petere cibum posse arbitror. ¶Præcipitare se ex fumo in flammam, est ita se expedire minore periculo, vt in maximum discrimen se quis coniiciat. ¶Flamma fumo est proxima. *Plaut. Curc. sc. 1. a. 1.*] Commonet adagium periculum maturè fugiendum esse, quóque malum euitare cupiat, ei vitandam priùs occasionem.

Flāmmĕă viola, Flos coronarij generis, odoris prorsus expers, colore tantùm flammeo in coronamenta expetitus. φλόξ, φλόγιον. *Vide Ruel. li. 2. c. 137.*

Flāmmŭlă, læ, diminutiuum est à flamma. {φλόγιον. GAL. Petite flambe. ITA. *Fiammella.* GER. Ein feurmalein. HIS. *Pequeña llama.* ANG. *A little flamme.* } *Colum. lib. 9. c. 14.* Vndique papilones cōcurrunt, dúmque circa flammulam volitant, aduruntur.

Flāmmĕŭs, a, um, Ignitus, accensus, flammæ colorem referens. {φλογώδης, φλογοειδὴς. GAL. De flambe ou couleur de flambe. ITA. *Di fiamma fiammeggiante.* GE. Flammächtig/ feurig. HIS. *Cosa toda de llama.* ANG. *Burning, yat is of the coulour of a flame of fyre.* } *Cic. 1. de Diuin. ex Accio poeta.* Dextrorsū orbē flāmeū Radiatū solis liquier cursu nouo. *Col. li. 5. c. 5.* Quædā partes eius regionis sic infestantur Euro, quē incolæ Vulturnū appellant, vt nisi vites tegminibus opacētur, velut haliru flāmeo fructus vrantur. *Cic. 1. de Nat. Deor.* Sunt autem stellæ naturâ flammeæ,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

meæ.[*Catull. de Com. Beren.* Flammeus vt rapidi solis nitor obscuretur.] ¶Interdum & flammeum dicimus quod flammæ colorem refert, hoc est,ardens & lucidum: vnde flammearij dicti sunt,qui flammeum colorem tingebant:vt violarij,qui violaceum.

Flămmĕum,mei, Hermolao genus est veli lutei,seu crocei,quod à nouis nuptis gestabatur. {κρόκινος πέπλος. GALL. Vn voile iaune que portoyent les nouuelles espouses. ITA. *Velo portato d'alle Sposе.* GERM. ein gattung eines gälben schleiers so vor zeyten die breut einswegs noch der hochzeyt trugen. HISP. *El antifaz amarillo de la nouia.* ANG. *A kippit.*} sic dictum quòd eo assiduè vtebatur Flaminica, id est, Flaminis vxor. Et quia Flamini non erat permissum cum vxore diuortium facere, institutum est, vt etiam nouæ nuptæ hoc amiculi genere vterentur boni ominis causa, & in signum indissolubilis coniugij. Lucanus de Marria iterum nubente Catoni, Lurea demissos velarunt flammea vultus. *Plin. lib. 21. c. 8.* Lutei video honorem antiquissimum in nuptialibus flammeis totum fœminis concessum. ¶ Huius diminutiuum est Flammeolum. *Iuuen. Sat. 10.* sedet illa parato Flammeolo.

Flămmĕārĭus, rij, Infector flammei coloris, qui flammeum colorem facit. {GAL. Teinturier d'escarlatte. ITA. *Tintore di colore di grana di scarlatto.* GER. ein färber sölcher schleieren. HIS. *Tintorero di grana.* AN. *A dier of scarlett.*} sicut violarius, coloris violacei tinctor, aut cerè flammeorum confector, aut venditor. quo amiculi genere nouæ nuptæ vtebantur. κεκρυφαλοποιός. *Plau. in Aul.* Ciniflones, patagiarij, indusiatij, flammearij, violarij, &c.

Flămmĕŏlus, Quod flammæ colorem habet, dilutiorem tamen. φλογερός. *Col. lib. 10.* Pressáque flammeola rumpatur fiscina caltha.

Flămmo, mas, Incendo, inflammo: & per metaphoram, incito, exacuo. {לְהַשִּׁיר *lihát* הכעיר *hibbir* חדליק *hidhlik* חסית *hesith.* φλογίζω, παροξύνω. GALLICE, Jetter flamme, flamboyer. ITA. *Infiammare, gittar fiamme, lampaggiare.* GER. Flammen gäben: item, entzunden/ brunstig machen. HIS. *Encender en llama.* ANG. *To kendle, to kast flammes of fier.*} *Tacit. lib. 18.* Nanque omnes exercitus flammauerat arrogantia veneficiū à Vitellio militum, quòd truces corpore, horridi sermone, cæteros vt impares irridebant. *Idem lib. 20.* His inter se vocibus insistentes flammauêre insuper allatæ à Vespasiano literæ. ¶Interdum flammare, absolutè legitur pro exardere. Vnde Flammantia lumina dicuntur è quibus quidam quasi flammæ color emicat, quod iratis accidere solet. *Virg. 3. Georg.* Exilit in siccum, & flammantia lumina torquens, Sæuit agris. ¶Hinc componitur inflammeo, quod est incĕdo. *Cicer. Curt.* Non feci inflammandi rui causa, sed testificandi amoris mei.

Flămmātŭs, ta, tum, Incensus, incitatus {לחש *lohét* דלק *dolék.* φλογούμενος, φλογώδης. GAL. Rouge comme feu, enflammé. ITA. *Infiamato.* GERM. Entzundet. HIS. *Encendido en llamas.* ANG. *Glowing redde, inflammed.*} *Virg. 1. Æneid.* Talia flammato secum dea corde volutans. Flammatus Iupiter, id est, flammam dextra manu tenens pro sceptro: ita enim apud antiquos pingebatur. *Cic. 1. de Diuin.* Principio æthereo flammatus Iuppiter igni Vortitur, &c.

Flămmĕscĕrĕ, Est accendi, & flamma corripi. {לחש *lathát* דלק *dalák* φλογιδίζω. GAL. S'enflamber. ITA. *Infiammarsi.* GER. Flammend oder feurig werden. HIS. *Se enceder en llama.* ANG. *To waxe to a flamme.*} Flămmĭfĕr, a, um, Flammam afferens, exurens, plus æquo calefaciens, inflammans. {מלחט *melahét.* φλογοφόρος. GALL. Portant flammes, flamboyant. ITA. *Che abbruscia, che apporta fiamma.* GER. Flammengaber/ Das feurig vnd flammend macht. HIS. *Cosa que trahe llamas.* ANG. *That bringeth a flamme.*} *Cic. 4. Acad.* Fer mihi auxilium, pestem abige à me, Flammiferam hanc vim quæ me excruciat.

Flămmĭgĕr, a, um: vt, Sol flammiger. *Val er. 5. Argon.*

Flămmĭgĕrārĕ, Flammas emittere. *Gell. lib. 17. c. 10.* Interdiu fumare Ætnam, noctu flammigerare.

Flămmĭgĕnă, næ, E flamma genitus. φλογογενής.

Flămmĭuŏmĭs, a, um, Quod flammas vomit. πυριπνόος.

FLĀNDRĬA, driæ, Regio est in finibus Belgarum, ad littora Oceani Septentrionalis posita: in qua sunt vrbes insignes Gandauum & Brugæ, *Flandres.* {GERM. Flandren/ein landschafft im Niderland.}

Flātŏr, Flātŭs, *Vide* FLO, FLAS.

Flāuĕo, *Vide* FLAVUS.

FLĀVĬĀ familia, à flauedine capillorum dicta, quæ tres continuos Romano populo Imperatores dedit, Vespasianum, Titum, & Domitianum.

FLĀVĬA colonia, Palæstinæ vrbs, primùm ab Herode condita, & in gratiam Tiberij Cæsaris Cæsarea appellata. Postea deducta eò à Flauio Vespasiano colonia, Flauia appellata est. *Autor Plin. lib. 5. c. 13.* {GER. Die statt Cæsarea in Palæstina.}

Flāuĭālĭs, vt flauialium collegium, *apud Suet. in Domitiano,* Assidentib. Diali sacerdote, & collegio Flauialium pari habitu.

FLAVIOBRIGA, φλαβιόβριγα, Oppidum Vardulorum in Hispania citeriori: *cuius meminit Plin. lib. 4. c. 20.*

FLAVIOPOLIS, φλαβιόπολις, Thraciæ oppidum, in eo loco conditum vbi antea Zela fuerat. *Autor Plin. lib. 4. c. 11.*

FLAVISSAE, *Vide in* FLO.

FLAVIVN, φλάβιον, Norici oppidum est, *apud Plin. lib. 3. c. 24.*

FLĀVĪNĬVM, Locus Italiæ in Sabinis sub Soracte monte. *Vide Serv. in illud Virg. 7. Æneid.*

Hi Soractis habent arces, Flauiniáque arua.

[Flauissæ, priscis Latinis sunt Thesauri. M. Varro *apud Gell. c. 10. lib. 2.* ait, quos Thesauros Græco nomine appellaremus, priscos Latinos flauissas dixisse.]

FLAVONA, pcn. prod. φλαουώνα. Ptolemæo. Oppidum est Illyrici, *apud Plin. lib. 3. c. 21.*

Flāuŭs, a, um, Color ex viridi & rufo & albo concretus: hoc est, fuluo clarior, qualis est color auri, & mellis, & aristarum quum iam maturuerunt. {ארום *adhóm.* ξανθός. GALL. Iaune. ITA. *Biondo, di color d'oro.* GERM. Gälw. HISP. *Rueo ò roxo.* ANGL. *Brigt yealow lik a woomani heare.*} Flaua mella. *Martial. lib. 1.* Flauáque de rubro promete mella cado. Flauus crinis. *Virgil. 4. Æneid.* Nondum illi flauum Proserpina vertice crinem Abstulerat. Flaui capilli. *Ouid. lib. 2. Fast.* Forma placet, niueúsque color, flauúque capilli. *Virgil. lib. 1. Georg.* -neque illum Flaua Ceres alto nequicquam spectat Olympo. *Vbi Seruius,* Flaua Ceres dicitur propter aristarum maturitatem.

Flāuĕo, es, ui, Flauus sum, hoc est, eius coloris cuius est aurum. {ארם *adham* התארם *hitheaddam.* ξανθίζομαι. GAL. Iaunir, deuenir iaune. ITA. *Biondeggiare, essere biendo, di color d'oro.* GER. Gälw sein. HISP. *Ser ruuio ò roxo.* AN. *To be yealow.*} *Col. lib. 2. c. 21.* Sed æqualiter flauentibus iam satis, antequam ex toto grana indurescant, cùm rubicundum colorem traxerunt, messis facienda est. *Virg. 3. Georg.* Turbidus & torquens flauentes Ister arenas. *Idem 10. Æneid.* Tu quoque flauentem prima lanugine malas Dum sequeris Cyrium, &c. Id est, habentem flauentes malas.

Flāuēscĕrĕ, Est flauum fieri. {ארם *adhám* התארם *hitheaddam.* ξανθίζεσθαι. GAL. Iaunir, deuenir iaune. ITA. *Diuenir biondo, di color d'oro.* GER. Gälw werden. HIS. *Venir ruuio, ò roxo.* AN. *To waxe yealow or of golden colour.*} *Virg. 4. Eclog.* Molli paulatim flauescet campus arista. *Plin. lib. 9. cap. 35.* Herbulæ spicas imitatæ, inanibus aristis; ante messem flauescunt.

Flĕcto, is, xi, xum, Torqueo, inflecto, moueo. {כפף *caphaph* ברר *baráeh* עוה *havváh.* κάμπτω, διαστρέφω, κάμπτω. GAL. Flechir, ployer, tordre, courber. ITA. *Piegare, torcere.* GERM. Biegen/ trumben. HIS. *Doblegar ò inclinar.* AN. *To bowe, to bende.*} *Plin. lib. 11. c. 45.* Elephantus poplites intus flectit hominis modo. Flectere iter aliquò, est cursum eò dirigere, vel iter instituere. *Liu. lib. 8 ab Vrbe,* ad Priuernum cos. flexit iter. *Idem lib. 5.* Quod vbi parum processit, Brundusium flexit iter, prodi id oppidū ratus. [*Suet. in Tib. c. 20.* Flectere in Capitolium. (de Triumphante.)] * Flectere Leucaten, pro Dirigere cursum ad Leucaten. *Cic. ad Attil. lib. 5.* Actio maluimus iter facere pedibus, qui incommodissimè nauigassemus: & Leucaten flectere molestum videbatur. [*Ouid. Ele. 9. lib. 1. Trist.* Flexi mus in læuum cursus. *Senec. c. 15. de Consol. ad Mart.* Flente populo Romano flexit vultum Tiberius. *Idem ca. 9. de Tranquill.* Flectendum est interius in Circi spatiis. *Ouid. Eleg. 1. lib. 5. Trist.* Socios ad publica carmina flexi.} ¶Per translationem Flectere animum est vincere & comprimere. *Terent. in Hecyr.* Istuc est sapere, qui vbicunque opus sit, possis animum flectere. [*Suet. in Calig. cap. 9 siue* 10. Tumultuantes milites & in furorem vsque præcipites, solus conspectu suo flexit.} ¶Flectere aliquem precibus, est aliquem exorare, commouere, & in nostram sententiam adducere. *Cic. 4. Acad.* Si te oratio Luculli flexit, quæ est habita memoriter. ¶Flectere verbum de Græco. *Gell. lib. 4. c. 3.* Hoc vocabulum est de Græco flexum. ¶ Huius composita sunt, Circunflecto, Deflecto, Inflecto, Reflecto, Offlecto, *vide suis locis.*

Flexŭs, participium. {כפוף, *caphúph.* κεκαμμένος, καμπτός. GAL. Ployé, flechi, tourné. ITA. *Piegato, torto.* GER. Gebogen. HIS. *Doblegado, inclinado, plegado.* ANG. *Bowed, bended.*} *Ouid. lib. 4. Metam.* flexímque genu submisit. *Tacit. lib. 3.* Cæsar flexo in mœstitiam ore, suam inuidiam talimorte quæsitam, &c. [Flexa ad mitius ira. *Ouid. Eleg. 5. lib. 3. Trist.* Ad fratrem casu lumina flexa tulit. *Ibid. Eleg. 9.* Flexo genu succubuisse (de supplice.) *Ouid. Eleg. 2. l. 4. Trist. & Plau. Men. sc. 2. a. 5.* Equi facite in flexu sit pedum pernicitas.

Flexŭs, us, curuatio, inflexio. {אכף *écheph.* λύγισις, κάμψις, κάμπη. GAL. Flechissement. ITA. *Piega.* GER. Bug/ wendung. HIS. *Plegadura.* ANG. *A bowing, or bending.*} *Quintil. lib. 7. c. 2.* Propter flexus capillorum, pars est summa capitis, scilicet vertex. *Idem lib. 9. c. 2.* Qui cursu parum valent, flexu eludunt. ¶Flexus ætatis quum ætas vergere incipit, & inclinari. *Cic. in Proœm. de Orat.* Si infinitus forensium rerum labor, & ambitionis occupatio decursu honorum etiam ætatis flexu constitisset.

*Sic apud *Tacitum lib. 21.* Flexus autumni est, quum autumnus vergere incipit, & inclinari. [*Item,* Mille flexus & artes in defendendo, *Quintilianus.*]

Flexio, Flexus, anfractus. {אכף *écheph.* καμπή, κάμψις. GAL. Flechissement, tournoyement, courbement. ITA. *Piegamento, inchinamento, torcimento.* GER. Biegung. HIS. *Plegadura, obra de doblegar ò inclinar.* AN. *A bowing, or benaing, a turning.*} *Cic. in Orat. Idem in Pison.* Quos tu Mæandros, dum omnes solitudines perfequeris: quæ diuerticula flexionésque quæsisti?

Flexĭbĭlis, le, Quod torqueri, & facilè in quamuis partem curuari potest, tenerum, molle. {καμπύλος, λυγιστός. GAL. Facile à flechir, ployable. ITA. *Piegheuole, facile da piegare.* GER. Biegig/ das sich gern bucken oder biegen lasst. HIS. *Lo que se puede doblegar.* ANG. *Easie to bowe or bend or wreith.*} *Ouid. 3. Amor.* Nobis flexibiles curuantur Apollinis arcus. *Cic. pro Milone,* Nihil enim est tàm molle, tàm tenetum, tàm aut fragile, aut flexibile, quàm voluntas erga vos, sensúsque ciuium, *Idem 3. de Orat.* Nihil est tàm tenerum, tàm flexibile, neque quod tàm facilè sequatur quocunque ducas, quàm oratio. ¶Flexibilis ætas, per translationem, pro molli & tenera, quæque facilè flecti potest, in quamcunque partem. *Cic ad Brutum,* Videtur in eo esse bona indoles, sed flexibilis ætas, multíque ad deprauandum parati.

Flexĭlis, le, pen. corr. Flexibilis. {λυγάδης, λυγιστός. GAL. Facile à flechir. ITA. *Piegheuole.* GER. Biegig HIS. *Lo que se puede doblegar.* ANG. *Easie te bowe, or wreith.*} *Plin. lib. 11. c. 37.* Sed quibus ceruix è multis, vertebratísque orbiculatim ossibus flexilis ad circunspectum articulorum nodis iungitur. *Ibidem,* Item omnium auriculæ, ad nares quæ modicum eminent flexili mollitia. Cornu flexile. *Ouid. 5. Metam.*

Flexŭōsŭs, a, um, Quod varios, vel multos habet flexus, tortuosus. {עקלתון *hakallathón.* καμπύλος, ὀπικαμπής. GAL. Tortu, qui va en tournoyant. ITA. *Di molti giri, torto in giro.* GER. Voll trumben/ oder rencken. HISP. *Doblegable, doblegado, plegado.* AG. *That hath many turninges or windiges.*} vt, Flexuosa vitis. *Cato de Re rust. c. 33. Plin. 9. c. 20.* Hæc omnia flexuoso corporum impulsu in mari vruntur, vt serpentes tetra. Flexuosus volatus hirundini, *Plin. lib. 10. cap. 24. Cic. 2. de Nat. Deor.* de auditu loquens, Flexuosum iter habet, ne quid intrare possit, si simplex & directum pateret. *Plin. lib. 11. c. 37.* Hominique flexuosissimis orbibus.

Flexŭōsē, aduerbium, {καμπύλως, ὀπικαμπῶς. GAL. Tortuement, enflechissant. ITA. *Tortuamente.* GER. In die trumbe. HI. *Doblegablemente.* ANG. *Crookedlie, winding in and out.*} *Plin. lib. 10. cap. 35.* Si flexuosè volitet flamma.

Flexănĭmă oratio, Dicitur quæ animum flectere possit. {ψυχαγωγός.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*Cic.2.de Ora.*Sed tantam vim habet illa quæ rectè à bono Poëta dicta est flexanima,atque omnium regina rerum oratio , *vt non modo* inclinantem erigere,aut stantem inclinare:sed etiam aduersantem & repugnantem,vt imperator bonus ac fortis,capere possit.

Flexumines,Equites Romani erant,à flectendis equis dicti. *Plin.libr.33. cap.2.* Quinetiam ipsum Equitum nomen sæpe variatum est: in his quoque qui ad equitatum trahebantur:celeres sub Romulo,regibúsq; appellati sunt : deinde flexumines : postea trossuli,quum oppidum in Tuscis citra Volsinios passuum IX.M. sine vllo peditum adiumento cepissent.

Flexūrā,Flexus,curuatio.{אכף *écheph.*στροφή,καμπή,κύτισμα. GALL.Ployement,flechissure,courbement. [*Item*,destour de ruë.] ITAL.*Tortura, piega.*GE.ein biegung/krumb.HISP.*Plegadura.*ANGL.*A bewing or bending , a wrething* } *Col.l.5.c.5.* Proxima deinde putatione melius existimat Celsus ferro abstineri,ipsósq;coles in modum coronæ contortos arbori circundari,vt flexura materias profundat.[*Sue. in Ner.c.*38. Offensus deformitate veterum ædificiorum , & angustiis flexurísque vicorum,incendit vrbem,&c.

Flexíloquis,λοξίας,ἀμφιλόγος. Qui ambigua & obscura loquitur,dubius, ambiguus. *Cic.2 de Diuin.*Tuis enim oraculis Chrysippus totum volumen implevit,partim falsis (vt ego opinor)partim casu veris, vt fit in omni oratione sæpissimè : partim flexiloquis, & obscuris, vt interpres egeat interprete.

Flegmina,siue vt alij scribunt Flemina,dicuntur à *Festo*,quum ex labore viæ sanguis effluit circa talum. *Plaut.Epid.* dum te sequor,Præ lassitudine inuaserunt miserum in genua flegmina.

Fléo,fles,fleui,fletum,Lacrymas emitto,fletum facio,lacrymo.{בכה *bachâh* ספך *saphadh* δακρύω,κλαίω.G.Pleurer ou plourer.I *Lagrimare,piagnere.*GE.Weynen/greynen. HI.*Llorar echando lagrimas.* AN.*To weepe, to waill.*}*Ouid.2.de Remed.amor.*Vt flerent,oculos erudière suos. *Idem in Ibin.* Non patitur miseri funera flere viri.*Cic.3.Verr.* Flebat vterq; non de suo supplicio,sed pater de filij morte,de patris filius.] *Oui.Elg 3.lib.4.Trist.* Fléque meos casus, Est quædam flere voluptas. *Ouid. Eleg.vlt.lib.4.Trist.*Non aliter fleui (patrem)quàm me fleturus ademptum ille fuit.*Plaut.Capt.sc.2.a.1.* H.Ne fle.E.Egóne illum non fleam? Ego illum non defleam.*Idem Pseud.sc.1.a.1.* Nisi tu illi drachmis flueris argenteis.*Ou.Eleg.11.lib.3.Trist.*Carnifici fortuna potest mea flenda videri.]

Flētūr,impersonale. { ANG.*Thay weepe.*} *Ter.in Andr.*In ignem posita est,fletur.*Silius li.5.*Longo æuo fleb.tur.Compositum est Defleo,quod est flendo deploro.κατακλαίω,δακρυόομαι.*Cic.vlt.1.Tusc.* Non exercitu amisso nudus in seruorum ferrum & manus incidisset, non liberi defleti,non fortunæ omnes à victoribus possiderentur.

Flēns,participium.{בכה *becheh* ספד *sophéd.*κλαίων,δακρύων. GA.Qui pleure,pleurant.ITA.*Chi piange.*GER.Weynend.HIS.*El que llora.*AN.*Weeping.*}*Ouid.1.Trist.*Vxor amans,flentem,flens acrius ipsa tenebat.

¶ Flexturus.*Ouid.4.Trist.*Non aliter fleui, quàm me fleturus ademptum Ipse fuit.

Flētūs,aliud participium,Deploratus,defletus,cuius causa fletur. {נסף *nisphádh.*δάδακρυσμένος.AN.*Weeped for,bewailed.*}*Vir.6.Æn.*Hic multùm fleti ad superos, bellóque caduci, id est nobiles & conspicui,quorum mortem,magna lamentatio sequitur.

Flētūs,substantiuum,ciulatus,lacrymæ,lacrymatio.{בכי בכות *brethi* בכות *bathúth* κλαυθμός. GAL. Pleur,pleurement.ITA.*Pianto,ramarico.* GERM. Weynung.HIS.*Lloro,llora de llorar con lacrymas.* ANG.*A weeping.*}*Ci. ad Ter.lib.*4.Id quod ego maximo cum fletu legi.*Idem pro Rosc.Ame.* Quod Amerinis vsque eò vt um est indignum, vt vrbe tota fletus,gemitúsque fieret.*Qu.lib 5 c.11.* An verò me de incommodis vitæ dissentirem non adiuuabit earum persuasio nationum,quæ fletibus natos, lætitia defunctos prosequuntur?

Flēbĭlis,le,Quod dignum est vt defleatur.{πολύδακρυ,δακρυώδης.GA.Plein de pleurs, qu'on doit pleurer,ou qui incite à pleurer. ITAL.*Pieno di pianto ò degno d'esser pianto & lamentato.*GER.Beweynlich/wirdig zubeweynen/klaglich.HISP.*Cosa digna de ser llorada.*ANGL.*To be weped for,lamentable.*} *Horat ib.1.Carm.* Multis ille quidem flebilis occidit,Nulli flebilior,quàm tibi Virgili.*Ci. or.11.Philip.* Ponite ante oculos P. C. miseram quidem illam,& flebilem speciem,sed ad incitandos animos vestros necessariam. [*Ouid.Eleg.1.lib.5.Trist.* Flebilis vt noster status est,ita flebile carmen. *Idem Eleg.4 lib.3.Trist.* Occurri regi flebilis vmbra suo. *Senec.cap.10.de Consolat.* Flebilis est tota vita. *Idem Senec.epist.*89. Docent qui sint flebiles modi, doce me flebilem vocem emittam.*Catullus de Com Beren.* Sed fratris cari flebile diss dium]

Flebĭlĭtĕr,adu. tb Miserabiliter.{θρηνητικῶς,πενθικῶς.GALL.En pleurant, tristement.ITAL. *Piangendo,dolentemente.* GERM. Beweynlichen/mit klagen vnd weynen.HIS. *Llorando y gemiendo.*ANGLIC. *Lamentablie, sorowfullie.*} *Cicero.2.Tuscul.* Vide quàm flebiliter respondeat. *Liu.1. ab Vrbe ,* Soluit crines,& flebiliter nomine sponsum mortuum appellat.

FLEVO,Rheni fluminis ostium,*vt scribit Pomp. Mela,lib.3.Pli.l.4 c.15.*alterum ost orum Rheni,Fleuum: alterum Helinium appellatum scribit. {GE. einer von den außgängen deß Rheins/ wirt teils die wal genennet } ¶*Corn.Tacit.lib.4.*Fleuum castellum esse ait prope Rheni in Oceanum exitum,à quo ait sumptum nomen, quòd alueo daretur: aut certe prius ab alueo natum,in castello retentum est.

Flīgo,gis,xi,ctum,Antiquissimi vsi sunt pro percutio. {הכה *hichcháh.* Sma. GAL.Frapper,donner coups.ITAL. *Percutere.*GER.Schlagen/ streych geben.HI. *Herir.*AN. *To afflict , to beat.*} *Liu.Andr.in Ægistho, vt citat Nonius,*Ipse se in terram saucius fligit cadens. ¶Huius composita sunt,Affligo,Confligo,Infligo,& Profligo.*Quorum significationes vide suis locis.*

Flictŭs,verbale,Ictus.{מכה *muchchéh.*πεπληγμὸς,πλῆξις.GAL.Coup,frappement.IT *Ferita.*GER.ein streych.HIS.*Herida.* AN.*A stroke,a stripe.*}*Sil. lib.1.*-galea horrida flictu Aduersæ ardescit galeæ.*Virg.9.Æneis.* Dant tonitum galeæ flictu:pugna aspera surgit. Quo in loco *Seruius* putat dictum esse flictu pro afflictu,per aphæresin.

Flo,as,aui,atum,Spiro. {נפח *naphách* נשב *naschâb* נשף *naschâph.* πνέω. GALL. Souffler.ITA.*Spirare,soffiare.*GERM. Blasen.HIS.*Soplar, respirar.*ANGLI.*To blowe.*} *Pli lib.27.c.24.*Hinc enim si flauerit eiusca brumam,exurit frigore arefaciens.*Cæsar 5.bell.Gall.* Quòd Corus ventus nauigationem impediebat , qui magnam partem omnis temporis in his locis flare consueuit.*Cic.Art.lib.7.*Belle nobis flauit ab Epiro lenissimus Auster.[*Gellius cap.2.lib.1.*Inanes glorias flare, (aliàs efflare.)i.spirare]¶Flare simul & sorbere,prouerbium quum quis duabus rebus diuersissimis,naturáque disiunctis,eodem tempore operam dare velit. *Plaut.Mostell.* Simul flare , sorbereque haud factu facilè est:ego hic esse, Et illic simul haud potui.¶Aliquando flare, fundere est & conflare,quòd æs siue argentum flando , hoc est , flatu calefaciendo fundatur.{נתך *nathách* צרף *tsaráph.*χωνεύω.}Hinc flatum æs, & flata pecunia dicitur. [*Gell.cap.10.lib.2.*Flata signatáque pecunia.] ¶Huius composita sunt,Afflo,quod est ad aliquid spiro. *Cic.in Catone,*Quum admiraretur Lysander & proceritates arborum & directos in quincuncem ordines , humum subactam atque puram,& suauitatem odorum qui afflarentur à floribus. ¶Per translationem. *Lactant. libr.7.* Non vidisse , nec comprehendisse philosophos veritatem, sed ita leuiter odoratos, vt tamen vnde odor ille sapientiæ tàm suauis,tàm iucundus afflauerit , nullo modo senserint,id est, aduenerit, vel aspersus sit. *Virg.1. Æneid.* -nanque ipsa decoram Cæsariem nato genitrix, luménque iuuentæ Purpureum , & lætos oculis afflarat honores,id est afflando dederat. Diffluo, flatu dispergo,disturbo. *Plaut.in Milit.*Cuius tu legiones difflauisti spiritu. *Lucili.lib.26.* Pars difflatur vento,pars autem obtigescit frigore. Defluo,deorsum vel valde flo.κατακωνεύω. *Varro,*Vas fictile,eò quòd est leuissimum ad summum deflatum,vt traiiciant in alia vasa. Inflo, turgefacio , quales sunt vtres vento distenti,ἐμπνευματόω.Inflare calamos vel tibias,est calamis vel tibiis canere : quia huiusmodi instrumenta sonum,non edunt,nisi flatu expressum. *Virg.6.Ecl.* Tũ calamos inflare leues,egò dicere versus. *Item,*Flare quoque & flari tibia dicitur : *Ouid.4.Fast.* Protinus inflexo berecinthia tibia cornu flabit. *Ibid.*Furiosáque tibia flatur.]Per metaphoram inflari accipitur pro superbire , & arrogantia turgescere.*Cic.lib.1.Tusc.quæst.*Sic igitur inflatus, & tumens animus in vitio est:sapiens autem animus semper vacat vitio , nunquam turgescit,nunquam tumet.Inflatio,ἐμπνευμάτωσις.Perflare,flando percutere,flatu implere,vel commouere,διαπνέω,διαφυσῶ. *Virg.1.Æneid.* & tertias turbine perflant.¶Reflo,contrà spiro,ἀνεμνεύω. *Cicer.1.Tusc.* Sin autem reflantibus ventis reiiciemur,tum eodem paulò tardiùs referamur necesse est.*Idem lib.1 Off.*Nam quum prospero flatu eius vtimur,ad exitus prouehimur optatos: & quum reflauerit , affligimur. ¶Sufflare,idem quod flare,seu flando turgefacere, πνευματόω. *Nonius.* Sufflatum dicitur tumidum,& quasi vento quodam latius factum. A verbo sufflo fiunt alia duo composita,Insufflo, & Exsufflo , *qui vide suis locis.*

Flatŭs,us,Spiritus,ventus,flamen. {רוח מפח *ruách* מפוח *mappách.*πνοή. GALL. Souffilement.ITA.*Fiato,soffio di vento* GERM.ein blaast. HISP. *Obra di soplar viento.*ANG.*A blowing,wind.*} *Cic.in Arato,* Aram quam flatu permulcet spiritus Austri. Et paulo post , Æstiferes validis erumpit flatibus ignes. *Idem 1.Off.* Quum prospero flatu iudiciorum vtimur. [¶Prouento secundo.*Quint.*Si fuerit flatus,(id est, ventus secundus.) danda vela sunt.]

Flāmĕn,minis,neutri generis,Flatus dicitur à Flo,flas. {רוח מפח *ruách* מפוח *mappách.*πνεῦμα.GA.Souffilement.ITA.*Soffiamento.*GER.ein blaast/ oder wind.HISP.*Obra de soplar,soplo.*AN.*A blowing,a gale of wind.*}*Horatius,*-cur Berecinthiæ Cessant flamina tibiæ ? *Virg.10.Æneid.*-ceu flamina prima Quum deprehensa fremunt syluis , & cæca volutat Murmura,venturos nautis prodentia ventos. [*Ouid 13.Met.* Nulla aut contraria classi Flamina erunt.]

Flabĭlis,le,Spirabilis.{ῥιπτικός,πνευστικός.GA.Soufflable, qu'on peut souffler. IT.*Che si puo soffiare.*GE Blästig/tufftig.HI.*Cosa que se sopla,ò puede soplarse.*AN.*Blowen eaſilie.*}*Cic.1.Tusc.* Nihilne aut humidum quidem, aut flabile, aut ignem? Flabile dixit pro aërio.

Flābrum,bri , vel potius Flabra , orum , pluraliter tantùm , (*vt Seruius docet*) à verbo Flo,as:sunt flatus,vel flamina ventorum. {רוח מפח *mappách.*πνεῦμα,πνευσμα.GAL.Esuentement,esuentoir, soufflement. ITAL.*Soffio di venti.*GERM. Blast HISP.*Elsoplo ò viento.*ANG.*A flapper for wond.*}*Proper lib.2.*Neque hic Boreæ flabra neque arma timet, id est flatus *Virg.2.Georg.*Ergo, non hyemes illam, non flabra nec imbres Conuellunt.

Flābellum,li,diminut. Instrumentum quo ventulum æstate excitamus refrigerandi causa,quo etiamnum Itali plurimum vtuntur.{ῥιπτακίδιον. GALL.Esuenteoir,dequoy on s'esuente par temps de chaleur. ITAL. *Suentole.* GERMAN. Ein wadel mit dem man ein lufft macht so einem heiss ist. HIS. *El moscadero.* ANGL. *A flapper to gather wind intyme of heat.*}*Terent.in Eunuch.* Heus,*inquit* , Dore,cape hoc flabellum,& ventulum huic sic facito,dum lauamur.*Ouid.de Arte Amandi,* Proficit & tenui vẽtos mouisse flabello.¶Flabellum seditionis,per translationem.*Cic.pro Flacco,*Cuius lingua quasi flabello seditionis, illata est egentium concio ventilata.

Flābellĭfĕr,adiectiuum,ῥιπιδοφόρος.GAL.Qui porte l'esuentoir.ITA.*Chi porta ventole.*GER.Wadeltrager HIS. *El que trae el moscadero.* ANG. *That beareth a flapper.*}*Plaut.Trinum.* -flabelliferæ , sandaligerulæ, Cantrices,cistellatrices,nuntij,renuntij.

Flātŏr,oris , Ab antiquis dicebatur quem nos tibicinem vocamus: ab inflatu tibiarum deducta appellatione, Auror Festus. { חלל *chalél* מחצר *machtzer.*σάλπιγξ.GALLIC.Trompette. ITAL.*Trompetta.* GERMAN. Ein blåser/trommetter.HISPAN.*Trompetta.* ANGL.*He that blowe.th,the trumpett.*}*Apud Pompon.de origine Iuris.D.lib.1.*pro conflatore & conflatore ponitur:vt, Triumuiri monetales æris,argenti,auri flatores.

Flatura,à quo fit conflatura:apud Plin. χάνδιας. *Iulius Firmicus Matheseos lib.6.*Falsarios facient,aut qui pecunias publicas flaturarum aduersteras artifices imitentur,R.C.

[Flaturarius æri flando. *Brisson.in formul.*]

Flāuĭsæ,vocabulum antiquum,quo vt Varro existimat , vereres Latini id appellabant,quod Græci thesaurum. *Varro in Epist.ad Ser.Sulpit.* Quintum Valerium Soranum solitum dicere , quos thesauros Græco nomine appellaremus,priscos Latinos flauissas dixisse , quòd in eas non rude æs,argentúmque,sed flata signatáque pecunia conderetur. *Ex Nonio & Gellio lib.2,c.10.Vide* FAVISSAE.

Flŏccĭ

Flóces, Vini, Vuarum purgamenta: hoc est fæx vini ex vinaceis expressa: sicut fraces oliuarum {שמרים *schemarim.* τρύφυλα. GALL. Lie de vin. ITAL. *Feccio de vino.* GERM. Trefterweyn. HIS. *Heces del vino.* ANG. *The lies of wyne, or dreggis.*} *Gell. lib. 11. c. 7.* Item floces audierat prisca voce significare vini fæcem è vinaceis expressam, sicuti fraces ex oleis. *Cæcil. Ædepol.* Ego neque florem, neque floces volo mihi, vinum volo. *Gell.* Apludam edit, & floces bibit. Vox est obsoleta.

Flóccus, flocci, Lanarum particula diuisa à velleribus inutiliter euolãs. {κρόκος. GAL. Vn lopin ou floquet de laine qui vole en l'air ou s'attache quelque part. ITA. *Fiocco di lana* ò *d'altro.* GER. Wollflöcklein / kleine fäßle die von der wollen stieben. HIS. *Flucco como de pano* ò *cosa semejante.* ANG. *A locke of woll.*} *Varro*, Diligentiores tegeticulis subiectis oues tondere solent, ne qui flocci intereant.

¶ In vestibus item flocci dicuntur lanæ particulæ eminentiores, quę filum tegunt. Vnde *Celsus* signa mortiferi morbi esse scribit, si quis in febre & acuto morbo manibus in veste floccos legit, (quod Græci κροκιζειν appellant) fimbriásve deducit. *Plin. lib. 10. c 33.* Hirundines nidum mollibus plumis floccísque consternunt.

¶ Et quia floccus res est nullius pretii, factum est vt dicamus Floccifacio, & Floccipendo, pro contemno, & in nulla æstimatione habeo. οὐκ ἀξιῶ πεποίημαι. *Pl. in Epid.* Dum tibi ego placeam, atque obsequar, meum tergum floccifacio. [*Idem Pl. Curc. sc. 3. a. 5.* Neque ego te floccifacio, ne me territes. *Idem Mostel. sc. 1. a. 1.* Neque quod dixi flocci æstimat.] *Terent. in Eunuch.* Inuidere omnes mihi, mordere clanculum, ego non floccipendere. Idem autem significant Foccifacere aliquem, & non facere flocci, diuisa compositione. *Cicero ad Attic. lib. 4.* Totam denique Rempubl. flocci non facere. *Idem ad eundem lib. 13.* Hoc ipsum quantum acceperit, prorsus aueo scire: nec tamen floccifacio.

Flōccŭlus, diminutiuum. {τὸ κροκίδιον. GAL. Vn lopinet ou floquet. ITAL. *Picciolo fiocco.* GER. Wölflöcklein. HIS. *Pequeño flueco.* ANG. *A litle locke, of woll, a floke.*} *Plin. lib. 16. c. 7.* Nascuntur in robore pilulæ nucibus non absimiles, intus habẽtes flocculos molles, lucernarum lumi nibus aptos: nam & sine oleo flagrant.

FLŌRA, ræ, Dea quædam à Romanis in honore habita, quam floribus præesse volebant. { *Germ* Ein göttin der blumen / ist ein reiche gemeine mäz geweſen / welche die Römer zu erben gesetz hatt / auff das ire tarzeyt gehalten wurden.} Hãc meretricem fuisse aiunt, quæ quum magnas opes corporis quæstu quęsiuisset, populum Romanum scripsit hæredem, certámque pecuniam reliquit, cuius ex annuo fœnore suus natalis dies celebraretur editione ludorum, quos appellant Floralia, siue ludos Florales. Quod quia Senatui flagitiosum tractu temporis videbatur, ab ipso nomine argumentum fumi placuit, vt pudendæ rei quędam dignitas adderetur: deam finxerunt esse quæ floribus præsit, eámque oportere placari, vt fruges cum arboribus aut vitibus bene prosperéque florescerent. Celebrabantur illi ludi omni cum lasciuia conuenientes memoriæ meretricis: præter verborum licentiam nuda bantur flagitante populo meretrices, quæ mimarum functæ officio, in conspectu multitudinis ad satietatem vsque impudicis motibus detinebantur. Hęc à Græcis χλωρίς dicitur. *Ouid. 4. Fast.* Chloris eram quæ Flora vocor. [*Vide Ouid. lib. 5. Fast.* ¶ Floralium ludorum commissio, *apud Suet. in Galb. c. 6.*]

Flōrālĭa, lium, Dies festi, ludique in honorem Floræ instituti, quæ florum dea habita fuit, αἱ Φλωραλια. {*Germ.* Jarzeytliche fästtag vnnd schauw spyl / so man zu ehren der blumen gottin zu Rom hilet.} *Qui. li. 1. c. 9.* Quædam tamen & faciem folœciſmi habent, & dici vitiosa non possunt: vt, Tragœdia Thyestes, & Ludi Floralia, ac Megalesia. *Ouid. 4. Fastor.* Exit & in Maias festum Florale Calendas. ¶ Floralia etiam dicuntur loca in quibus sunt Flores. *Varr. lib. 1. de Re rust. cap. 23.* Nec minùs ea discriminanda in conserendo quę sunt fructuosa, ab iis quę sunt propter voluptatem, vt quæ pomaria, aut floralia appellantur.

Flōrālĭtĭus, a, um, adiectiuum à Floribus deductum, quo id significatur quod ad Floralia pertinet, aut quo in Floralibus vtebantur. *Mart. lib. 8.* Et Floralitias lasset arena feras.

FLŌRĒNTĬA, ę, Vibs insignis Hetruriæ, olim Fluentia dicta, quòd sit ad fluentum Arni fluminis, & populi ipsi Fluentini: *quorum meminit Cato in Originibus, vt refert Angelus Politianus Epistola ad Bartholomæum Scalam.* Vulgò *Florenza.* {*Germ* Florentz in Italia.}

FLŌRĬĀNUS, Imperator, qui Tacito successit, dolens Probum militiæ peritum à magna exercitus parte electum, sibiipsi venas incidit, effusóque sanguine consumptus est.

FLORIUS, fluuius est Galleciæ in Hispania. *Plin. lib. 4. c. 20.*

Flōs, huius floris, masc. gen. à Græco nomine φλόξ, vt quidam putãt, quia emicat, scintillátque vt flamma. {פרח *perach* נצח *nitsáh* נץ *nitsán* ἄνθος. GAL. Fleur. IT. *Fiore.* GER. Ein blum / oder bluſt. HIS. *Flor.* ANG. *A floure.*} *Plin. lib. 11. c. 10.* Flos arboribus suauitate inenarrabili. *Ouid. 9. Metam.* Naias hoc pomis, & odore flore repletum, Sacrarunt. *Ouid. 4. Eclog.* Ipsa ubi blandos fundent cunabula flores. [*Ouid. 13. Met.* Purpureum viridi genuit de cespite florem. *Idem El. 2. lib. 4. Trist.* Vndique iactaro flore tegente vias. (in Triumpho.) *Sue. in Neron. c. 57.* Floribus vernis & cęstiuis ornare tumulum.] ¶ Per translationem accipitur pro ornamento, siue decore. *Cic. 2. Philip.* Nobilitatis, ac flos iuuentutis. *Plaut. in Casin.* Ea tempestate flos poetarum fuit, id est, excellentissimus inter poetas. Flos ętatis, id est, vigor, siue integra ętas, qualis est iis, qui iam iustum incrementum sunt adepti. ἀκμὴ τῆς ἡλικίας. *Cicer. 4. Philipp.* Gratia non virtute, sed ętatis flore collecta. Flos iuuentę. *apud Virg. 5. Æneid.* Et primo flore iuuentæ. [*Quint.* Nimiis floribus, & ingenii affluentia malè audit Cicero. ¶ Flos cœnæ, *Gell. c. 8. lib. 15.*]

¶ Nonnunquam etiam pro virginitate. *Catul. in Epithalamio*, Sic virgo dum casta manet, tum chara suis: sed Quum castum amisit polluto corpore florem, Nec pueris iucunda manet, nec chara puellis.

¶ Flos vini, dicitur exigua quædam quasi spuma, quæ vino in doliis supernatare solet, in modum pollinis farinæ, eodem ferè tempore, quum in vitibus florent futuri racemi. *Plin. lib. 14. c. 21.* Flos vini candidus probatur, rubens triste signum est, si non is vini color sit. Aliquando etiam Flos vini accipitur pro vini odore. *Plaut. in Curc.* Flos veteris vini naribus meis obiectus est.

¶ Flos æris, est portio æris tenuissima, quæ ab ære expuitur, quum frigida affusa extinguitur. χαλκοῦ ἄνθος. Solet autem inueniri in fundo vasorum instar granorum milij, colore æris rubri. Est autem hoc omnino diuersum à chalcantho. *Vide Galenum lib. 9. de facul. simplicium medicament.* Flos salis, portio salis leuissima & candidissima, fauillæ ritu efflorescens. ἅλὸς ἄνθος. Hoc præterea nomine ab antiquis dicebatur res à superiori diuersissima, humidioríque naturæ, & coloris crocei, & salis quasi quædam rubigo, odore quoque ingrato, ceu gari. Inuenitur in Ægypto, Nilo fluuio, & fontibus quibusdam innatans. Naturam habet asperam, excalfactoriam, & stomacho inutilem. *Plin. lib. 31. cap. 7. & Dioscor. lib. 5. cap. 83.* *In ipso Græciæ flore. Id est, Quum florerent Græcia, *Cic. 3. de Nat. deor.* Quàm multas ante hunc in ipso Græciæ flore Pisistratus ac Phalaris, ac Apollodorus, pœnas sustulit, &c.

Flōscŭlus, diminutiuum. {ἀνθύλλιον, μικρὸν ἢ λεπτὸν ἄνθος. GAL. Vne fleuret te ou petite fleur. ITA. *Fior picciolo.* GER. Blümlein / bluſtlein. HIS. *Pequeño flor.* AN. *A blossome, a litle floure.*} *Cic. 2. Offic.* Ficta omnia celeriter tanquam floſculi decidunt. [*Quintil.* Floſculis nitens oratio? *Item*, Floſculos partium (orationis) congerere. *Idem Quint.* Non ille (puer) floſculos, sed deformatos fructus ostendebat. *Gel. c. 21. l. 17.* Floſculi historiæ.]

Flōreŭs, a, um, Quod est ex floribus. {ἀνθινος. GALL. De fleurs. ITAL. *Cosa che sia di fiore.* GER Von blümen gemacht. HISP. *Cosa florida.* AN. *Offloures.*} vt, Florea corona. *Plautus in Menach.* [*Sc. 2. a. 4.*] Non ego te modo hic ante ædes cum corona florea Vidi astare? *Martial.* Et cingant florea serta caput. [*Plaut. Aul sc. 5. a. 2.* Emi has floreas coronas.]

Flōrĭdŭs, a, um, Quod floribus abundat, siue quod ex floribus confectum est. { ἀνθώδης. GALL. Floriſſant, Plein de fleurs. ITA. *Di fiori.* GER. Blůend / voll bluſt / oder blumen. HISP. *Cosa florida, ò florecida.* ANGL. *Freshe, lustie, florishing.*} *Tibul. l. 1. Eleg. 2.* quum post floridæ serta darem. Floridus homo. *Cic. de Clar. Orat.* At est floridior, vt ita dicam, quàm Hyperides, quàm Lysias. Floridus color. *Plin. lib. 5. c. 6.* Sunt aut colores austeri, aut floridi. [¶ Floridius genus dicendi. *Quint.*]

Flōrĭdŭlus, diminutiuum. {ἀνθηρίδιος. AN. *A litle beautifull or florishing.*} vt, Ore floridulo nitens. *Catull. in Epithalamio Iulię.*

Flōrĭgĕr, & Florifer, ferens flores. {ἀνθοφόρος. GALL, Portant fleurs. ITA. *Che produce fiori.* GERM. Der blumen oder bluſt tregt. HISP. *Cosa che trahe flores.* ANG. *Bearing floures.*} vt, Saltus floriferi, *apud Lucret. lib. 3.*

Flōrĭlĕgŭs, a, um, Qui flores legit: vel qui aliquid ex floribus colligit. {ἀνθολόγος. GA. Cueillant fleurs. ITA. *Che raguna fiori.* GERM. Das blumen abbricht / oder auß den blumen zusammen liset. HIS. *El que coge flores.* ANG. *That gathereth floures.*} vt, Apes florilegæ. *Ouid. 15. Met.* Florilegæ nascuntur apes.

Flōrŭlentŭs, Floribus plenus. {ἀνθεμώδης. GA. Plein de fleurs. ITA. *Pieno di fiori.* GER. Voll bläst oder blumen. HIS. *Lleño de flores.* ANG. *Full of floures.*}

Flōrĕo, res, rui, Est floridum esse, seu flores producere. {פרח הנץ *parách. henéts* ἀνθεῖν. GALL. Fleurir, estre en fleur. ITA. *Fiorire.* GERM. Blůen / grunen. HIS. *Floreścer.* ANG. *To florish, to haue flours.*} *Cic. 1. Tusc.* Segetes largiri fruges, florere omnia, fontes scatere. [*Seneca cap. 1. de Cõsol. ad Marciam.* Legitur, floret.] *Plin. lib. 19. c. 6.* Florent vero cum fraxino serpillum, abrotonum, &c. Translatè ponitur pro vigeo, eniteo, emineo, clarus sum. ἀκμάζω, εὐδοκιμέω. [*Velleius*: Sparta excellissimè floruit. *Ouid. 5. Fastorum.* Et monet ætatis specie dum floreat, vti.] *Cic. in Lal.* Magnáque Græcia, quæ nunc quidem deleta est, tum florebat institutis & præceptis. *Cic. 11. Philip.* Nihil enim semper floret: ætas succedit ætati, &c. *Ouid.* Nos quoque floruimus, sed flos fuit ille caducus. Florentissima fortuna, *Cic. Attic. lib. 10. Idem 1. de Leg.* Qua nihil à diis immortalibus vberius, nihil florentius, nihil præstabilius hominum vitæ datum est. [¶ Florens, entis: *Gellius lib. 6. cap. 13.* Enthymemata lepida & minuta florentem vino lacessentia. *Idem c. 5. l. 5.* Florens exercitus armis. *Plautus Men. sc. 4. a. 2.* Me benefactis florentem facis. *Ouidius*, Florentibus ara coronis Cingatur.] ¶ Huius composita sunt, Defloreo, Effloreo, & Refloreo, de quibus suis locis. ¶ Est & floro floras, ἀνθίζω. Vnde & Præfloro, ἀπανθίζω. *Gellius*, & expectatio tę spei suspensum fatigabit, & futuri gaudij fructum spes tibi iam præflorarit.

Flōrĕsco, is, re, Est floridum fieri. {פרח הנץ *parách. honéts* ἀνθεῖν. GAL. Deuenir fleuri, fleurir. ITA. *Fiorire.* GERM. In bluſt kommen / anfahen bluen. HIS. *Floreścer.* AN. *To beginne to florish, to budde.*} *Colum. lib. 5.* Venćque nebulam & rorem pestiferum celeriter afficcant, multúmque ad floreſcendum & ad bonitatem vini conferunt. *Varro lib. 1. de Re rust.* Pratum aqua defendi debet antè, quàm floreſcere incipiat. ¶ Per metaphoram pro augeri, siue crescere. αὔξεσθαι, ἀκμάζειν. *Cicer. pro Marcello*, At verò hæc tua iustitia, & lenitas animi floreſcet quotidie magis, ita vt quantum operibus tuis diuturnitas detraheret, tantum afferat laudibus. *Cic. pro Cælio.* Nolite Iudices hunc nunc primum floreſcentem firmata iam stirpe virtutis, tanquam turbine aliquo, aut subita tempestate peruertere.

Flōrĭfĕrĭum, Dies erat festus apud Romanos, ita dictus quòd eo die spicæ ad sacrificium ferebantur. *Festus.* ἀνθοφορεῖα.

Flŭctŭārĕ. Fluctuosus, Fluctus, Fluito, Flumen. *Vide* FLVO.

Flūmĕntānă porta, quam Tiberis in vrbem intrans, in siniſtræ ripæ parte relinquit: dicta quòd Tiberis quandoque in eam influxerit.

Flŭo, is, xi, xum, Propriè decurro. {נזל *nazál* זב *záb.* ῥέω, ῥύω. GAL. Couler, fluer. ITA. *Correre. scorrere.* GERM. Fluessen / rünnen. HIS. *Correr la cosa liquida.* ANG. *To flowe.*} *Vergil. lib. 1. Georg.* Hæc eadem argenti rivos æriſque metalla Ostendit venis, atque auro plurima fluxit. *Cic. 1. de Diuinat.* Flumináque in contrarias partes fluxerunt. *Idem 6. Verri.* Chrysas est amnis, qui per Assorinorum agros fluit. [*Sen Epist 61.* Nec ficci sint oculi (in lugendo) nec fluant. *Idem c. 21. de Consol. ad Mart.* Labuntur ac fluunt humida. ¶ Quique Aër fluit, (i. ventus) ex eadem cœli regione. *Gellius cap. vlt. li. 2.*] ¶ Quoniam verò ea quæ fluunt, latiùs diffundi videntur, fluere quando-que capitur pro latiùs atque ve-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

beriùs excrefcere. *Virgil.2.Georg.*-tum denique durâ Exerce imperia,& ramos compefce fluentes.¶Rurſus,quia quæ decurrunt , quodammodo minui videntur,fluere pro deficere ſumitur.*Virgil.2.Æneid.* Ex illo fluere, ac retrò ſublapſa referri Spes Danaûm. [Sic,*Liuio lib.* 10.*ab vrb.* Fluere corpora Gallorum dicuntur,quia vires ſenſim deficiunt longiore pugna. Eodémque ſenſu fluida corpora dixit,*idem Liuius lib.4.dec.4.*& *l.8.d.2.*] Hinc fluxa dicimus quæ inſtabilia, ac momentanea ſunt,& citò peritura. ¶Item procedere,naſci.*Lactant. lib.2.* Ab hac gente proximi quinque populi multitudine increſcente fluxerunt.

*Fluere pro Euenire,*apud Ci.1.Off.* Atque etiam in rebus proſperis,& ad voluntatem noſtrã fluentibus ſuperbiam,faſtidium, arrogantiámque magnopere fugiamus. In eandem ſententiam dixit *Seneca 3. de Ira,* Fluunt ex deſtinato propoſita noſtra. ¶Huius compoſita ſunt Affluo,Confluo,Defluo, *de quibus ſuprà,* Circunfluo, περιῤῥέω. ¶ Diffluo, variè fluo, διαῤῥέω. *Lactant. lib.7.* Nam ſi terrenum & fragile corpus, poſt ſucceſſum animæ non ſtatim diffluit in terram,tabeſcítque,ex qua illa origo eſt. Per tranſlationem luxurior, corrumpor,διαλύομαι,φθείρομαι. *Terent.in Heaut.* Vt illius animum qui nunc luxuria, & laſciuia diffluit, retundam, & redigam. ¶ Influo, *de quo ſuo loco.* ¶ Interfluo , in medio fluo, μεταῤῥέω. ¶ Perfluo, Tranſfluo, per medium fluo,non contineo, διαῤῥέω. *Terent.in Eunuch.* Plenus rimarum ſum,hac atque illac perfluo. Profluo,de quo alibi. ¶ Præfluo,antè fluo, προῤῥέω, vel præterfluo, *Plin.lib 4.cap.5.* Præfluente Alphæo amne. *Idem lib.5.cap.*20. Et parte læua in Meſopotamiã vadit per ipſam Seleuciam,circa eum præfluenti infuſus Tigri. ¶ Præterfluo, fluendo prætereo, vel antè fluo,παραῤῥέω. *Liu lib.*1. Infima valle præterfluit Tibris. *Quintilianus* per tranſlationem *lib.*1. Omnis diſciplinæ memoria conſtat, fruſtráque docemur,ſi quicquid audimus præterfluat. ¶ Refluo,retrò ſiue rurſus fluo, ἀναῤῥέω. Vnde fluxus , & refluxus pro acceſſu , & receſſu aquæ in Oceani æſtuariis. ¶ Superfluo, ſuperabundo, ὑπερῤῥέω, à quo ſuperfluus,ſuperflua,fluum.*Col.lib.*4.Per medullam tranſmittit quicquid aquarum cæleſtium ſuperfluit. ¶ Supterfluo,inferius fluo, ὑποῤῥέω.

[Fluens, entis, pattic. *Senec. cap.1.de Conſol.ad Mart.* Exhauſtos & fluentes oculos tuos continebo. *Velleius* , Fluens mollitiis Sardanapalus.*Idem Vell.*Mollitiis vltra fœminam fluens. *Senec.c.15.de Tranq.* Inceſſu ipſo vltra muliebrem mollitiem fluentibus. *Gel. cap.9.lib.*19. Fluentes carminum delicias facere. *Et Suet.in Neron.cap.*35.Balineæ marinis fluentes aquis.]

Flŭĕntum,ti,Paruum flumen,ſiue decurſus aquæ. { זלים *nozelim.* ῥεῦσον. GAL. Cours d'eau,petite riuiere ou ruiſſeau d'eau.ITAL. *Fiumicello,torrente.* GERM. Ein fluß/waſſer runß.HISPAN.*El rio ò el corriente del agua.*ANGL.*A riuer or fludae.*}*Virgil.4.Æneid.* Qualis,vbi hybernum Lyciam Xanthíque fluenta Deſerit , ac Delum maternam inuiſit Apollo.

Flŭĕntĭsŏnŭs,a,um,{חמה *homeh.* ῥεῖθρον ἠχοῦμενον ἀνάτυπος. GALLI. Qui par abordement d'eau rend grand bruit.ITA.*Che fa gran ſtrepito.* GER. Das von dem fluß tönet.HIS.*Coſa que ſe ſuena con aquel chorro.* ANG. *That giueth the ſound of a riuer.*}vt,Littus fluentiſonum,*apud Catu.in Argon.*κυμαινωνὴς,σύνηχ βρέμουσα ἀντιπλὴξ ἀκτή.

Flŭctŭs, us, ui, Moles aquæ vi venti concitata , vnda,procella. { גל *ghal.* κῦμα. GAL. Le flot.ITA. *Onda.*GERM.Ein wällen deß waſſers. HISPAN.*La onda de la mar ò dela agua.* ANGL. A *waue or ſourge of watter ſtirred by tempeſte.*}*Cic.6.Verr.* Qui fluctu totus operiretur,niſi munitione,ac mole lapidum mari diſiunctus eſſet.[*Ouid.Eleg.*10.*li.* 1.Ipſe ego nunc miror tantis animíque mariſque Fluctibus ingenium non cecidiſſe meum.] ¶ Fluctus pro impetu. *Cic.ad Attic.lib.7.* Fluctum enim totius barbariæ vna ferre vrbs non poterat. ¶ Fluctus fortunæ.*Plin.lib.5.cap.*17.Quos vita feſſos ad mores eorum fortunæ fluctus agitat.

Flŭctĭcŭlŭs , diminutiuum à fluctu. κυμάτιον. *Diomedes Grammat.libr.*1. *Apuleius in Apologia.* Hæc enim friuola nominaſtis , pleráque in littoribus omnibus congeſtim , & aceruatim iacent , & ſine illius opera quamlibet leuiter motis fluctículis vltro foras euoluuntur.

Flŭctĭfrăgŭs,ga,gum,{κυματορῥαγὴς. GALLIC. Le bord de la mer qui rompt l'impetuoſité des flos.ITA.*Che rompe l'onde.*GER.Das die wällen deſs waſſers zerſchlecht.HIS. *Que quiebra las ondas.* ANG. *The ſhore that breaketh the waues.*}vt,Littus fluctifragũ, hoc eſt fluctus ipſos frangens.κυματωγή.*Lucretius* , Denique fluctifrago ſuſpenſæ in littore veſtes.

Flŭctĭuăgŭs,Quod fluctibus vagatur,aut agitatur. {πολυπόνητος. GALLIC. Qui vague par les ondes & par la mer. ITA. *Coſa che va vagando per l'onde.*GER.Das in dem wällen hin vnd hãr fart/oder das von den wällen hin vnnd wider getriben wirt.HI.*Coſa que anda por las ondas.* AN.*That is toſſed by the waues and flitteth.*} Vnde nautæ fluctiuagi, & Vnda fluctiuaga appellantur *à Papinio.*

Flŭctŭo,as, Fluctibus iactor,agitor, vacillo, fluito. {מש נגרת *nighráſch mat.* κυμαίνειν,κυματίζεσθαι. GALLI.Faire vages & ondes,flotter ſur l'eau. ITA.*Ondeggiare.* GER.Schwencken/wällen gäben.HIS.*Ondear ò hazer ondas en la mer.* ANG.*To riſe in waues,to flitte.*}*Plaut.in Rud.* Atque vt nunc validè fluctuat mare,nulla nobis ſpes eſt.*Cic.7.Verr.* Quadriremémque in ſolo fluctuantem reliquerat. ¶ Per metaphoram etiam pro iactari,dubitare & diuerſis cogitationum quaſi fluctibus, & veluti marino quodam æſtu agitari. { ANGL.*To be wauering in mynd.*} *Virgil* 8.*Æneid.*-magno curarum fluctuat æſtu. *Liu.3.bell.Maced.* Epheſi regem eſt conſecutus,fluctuantem adhuc animo , incertúmque de Romano bello. [*Catull. ad Ortalum,* Mens animi tantis fluctuat ipſa malis.] ¶ Pro eodem fluctuor deponens.*Liu.3.bell.Maced.* Fluctuantur incerti animi. *Curtius* ,Fluctuari animo Rex, & modò ſuum,modò Parmenionis conſilium expendere. [*Senec.cap.9.de Conſolat.ad Polyb.* Pendemus,fluctuamur, illidimur.] ¶ Accipitur nonnunquam fluctuare pro fluitare & ſupernatare. *Plinius. libro 36.capit.*17. Lapidem è Scyro inſula integrum fluctuare tradunt, eundem comminutum mergi.

[Fluctuans,antis:*Gell.c.6.lib.*10. Turba confluentis & fluctuantis populi. *Idem c.*14.*li.*5.toris,coniſque fluctuantibus(leonis ſup.)]

Flŭctŭātŭs,particip.{נגרש מת *mat.nighraſch* κυμαινόμενος,κυματούμενος σαλευόμενος. GAL.Ietté & agité du flot. ITALI.*Trauagliato d'alle onde.* GER. Geſchwänckt/von den wällen getriben. HI.*Ondeado,echado por las ondas.* ANG.*Toſſed by the waues.*}[*Liuius 3.bell.Pun.* & *2.bell.Mace.* Fluctuatus animo fuerat.]*Plin.lib.*4 *c.*12.Delos diu fluctuata,vt proditur ſolarum terræ non ſenſit. *Idem lib.9.cap.*8. Et ſopitus (vt apparuit) odoris nouitate, fluctuatiſque ſimilis exanimi, cauit hominum conuerſatione.

Flŭctŭātĭo.{מות *mot.* κυμάτωσις, ζάλη. GALLIC. Agitation du flot çà & là, doute,incertitude.ITA.*Ondeggiamento dubio.* GERM. Schwäncknng/ ſchwebung. HISPANCI. *Aquella obra de hazer ondas, duda.* ANGLI. *A flotting,vncertaintie.*}Fluctuatio ſtomachi. *Plin lib.*20.*cap.*8. Vallíuis cocta fluctuationes ſtomachi ſiſtit , & ventris. ¶ Fluctuatio animorum. *Liu.6.ab Vrbe* , In ea fluctuatione animorum opprimi incautos poſſe. [*Senec.ca.*1.*de tranq.* Fluctuationem meam.(i.animi) ſiſtas.]

Flŭctŭōſŭs,Vndoſus,procelloſus,inquietus. {κυματώδης. GALLI. Plein d'onde & de vagues. ITAL. *Procelloſo,tempeſtoſo.* GERM. Wallechtig/ vngeſtüm HISPAN. *Lleno de ondas,ondoſo.* AN.*Full of waues and ſourges.*}vt , Mare fluctuoſum,Gemmæ fluctuoſæ, quæ maculas habent fluctuum quandam ſimilitudinem referentes.*Plin.libr.*37.*cap.*5.Iij ſunt fluctuoſi& rerum imagines complexi , vt verbi gratia , papauerum aut auium,pinnarúmque,vel catulorum , & ſimilium. Loquitur de ſmaragdis.

Flŭctŭātīm,aduerb.Iactanter,ſolutè, {πύμασιν δίκλω, κυματειδῶς. GALLI. En maniere de flot,orgueilleuſemẽt. ITA.*Ondeggiando,con trauaglio.* GER.Vngeſtummigſtich/ wie ein wällen.HI.*En guiſa de ondas vanaglorioſamente.*AN.*By flitting and houering.*}*Afranius.* Volo fluctuatim ire ad illum.*Nonius.*

Flŭxŭs,a,um, Quod fluit.{זוב נוזל *nozél.* ῥευστικός. GALLI. Qui a coulé,qui eſt de petite duree & paſſe legerement ITAL. *Che ſcorre, chè paſſa teſto.*GERM.Fluſſig oder flieſſig.HIS.*Lo liquido que corre.* ANGL. *That dureth but a while.*} *Plin.lib. 9.c.*38. Quoniam quum fœtificauere , fluxos habent ſuccos. ¶ Per tranſlationem accipitur pro eo quod eſt inſtabile,momentaneum , & citò periturum , ἐπιῤῥέπον: tracta eſt metaphora ab aqua fluuiali, quæ nunquam in eodem loco conſiſtit, ſed citò præterfluit. [*Liu.li.* 10. *dec.*4. Fluxa fide homines. *Plaut.Capt.ſc.3.a.2.* Caue fidem fluxam geras.(i.inſtabilem,non firmam.)]*Virgil.lib.*10.*Æneid.*Nósne tibi fluxas Phrygiæ res vertere fundo Conamur?*Sall.in Catil.*Nam diuitiarum & formæ gloria,fluxa & fragilis habetur.

¶Aliquando capitur pro laxo,ac minimè aſtricto. Vnde Parthorum veſtimenta fluxa fuiſſe *Lucanus* ſcribit, Illic & laxas veſtes , & fluxa virorum Velamenta vides. *Sic Suetonius in Cæſ. cap.*45. Fluxiore cinctura cingeretur.*Et Virg.*1.*Æneid.*veſtium ſinus fluentes dixit. *Apuleius lib.*2.accepit paſſiuè,Fontanos,*inquiens,* latices,de corporibus humanis fluxos.¶Et fluxi dicuntur remiſſi,ſoluti,libidinoſi,molles,effœminati.*Suet.in Tiberio* [*ca.*52.] Druſus animi fluxioris, remiſſioríſque vitæ erat.*Mart.*Cinædo cuiratior fluxo.

Flŭxē, aduerbium,affluenter,abundanter.{ῥοιδῶς,ῥευστικῶς.GAL.*En abõdance,abondamment,largement.*ITA.*Abundantemente.* GER.*Vberflüſſiglich.* HIS. *Abundamente.*ANG.*Abundantlye.*}*Varro lib.1.de Reruſt.cap* 11.Et eò magis fluxè ex herba , quæ eadem ipſa ſumpta,perpurgare corpora noſtra ſolet.

Flŭxĭo,fluxus,curſus.{זוב זוֹב *ſúb.* ῥεῦμα.GAL.Flux,coulement.ITA.*Fluſſo,ſcolamento.*GER. Flieſſung HIS.*Corrimiento delo liquido.fluxo.*AN.A *flowing.*}vt,Fluxio aquarum,*apud.Cic.lib.*1.*de Diuin.* & fluxiones ſanguinis,*apud Plin.lib.*20.*c*14.

Flŭĭto,as,penultima correpta,F equẽtatinum,Sæpe ſiue continuè fluo. {πλέω.GAL.Flotter nager ſur leau.ITA.*Scorrere di continuo.* GER. Stätig flieſſen.HIS.*Correr continuatamente lo liquido.* ANG.*To flite or houer aboue the water.*}*Liu.lib.*1.Tenet fama,quum fluitantem alueũ in quo expoſiti erant pueri,tenuis in ſicco aqua deſtituiſſet.[*Sene.ca.* 6.*de Conſol.ad Mart.* Qui fluitantia vela deſecuit.] ¶Nonnunquam etiam accipitur pro ſupernatare.νηνέω,νηνέχεσθαι.*Plinius*,Omnes piſces,quum ſunt extincti,fluitant,exceptis anguillis.¶Aliquando fluitare eſt nutare,quod *Terentius* vocat labaſcere.*Tacit.lib.*8.Vnde primùm creditur Cecinnæ fides fluitaſſe.*Tere.*in amore hæc ſunt mala, bellum,Pax rurſum: hæc ſiquis. *Hora.*2.*Serm.Sat.*3.tempeſtatis propè ritu Mobilia,& cæca fluitantia ſorte laboret Reddere certa: ſibi nihilo plus explicet,acſi Inſanire paret certa ratione.*Tranquillus & quietus,Immoderatè agitatus & fluitans,contraria.*Cicer.de Vniuerſ.* Quicquid erat quod in cernendi ſenſum caderet , id ſibi aſſumpſit, non tranquillum & quietum , ſed immoderatè agitatum & fluitans.

Flŭĭdŭs,a,um, pen.cor. Liquidus & diffluens,{זוב חלק *chalák.* ῥευματικός. GAL. Coulant qui coule & gliſſe aiſément. ITAL. *Humido, liquido.*GER.Fluſſig.HISPA.*Liquido que corre aſſi como agua.*ANGL.*Flowing,relented,without ſtiffeneſſe,or ſtreuth.*} *Plin.lib.9.cap.*30. Vnum hoc animal niſi viuum ferùenti aqua coquatur , fluida carne non habet callum. [*Senec.c.* 11.*de Conſol.ad Mart.* Ex fluidis contextus homo. Et,putre & fluidum corpus. ¶ Nonnunquam pro languidus ſiue marcidus ponitur.*Liu.lib.*4.*bell.Macedon.* vocat corpora Gallorum emollida & fluida.]

[Fluor iugis imaginum.*Apolog.*1.]

Flūmĕn,nis,Fluuius,hoc eſt aqua continuè decurrens,& perennis:& maior eſt quàm riuus.נהר יאור *nahár jeór.* ποταμὸς. GA. Vn fleuue,vne riuiere.ITA.*Fiume.*GER.ein waſſerfluß/fluß.HIS.*El rio.* ANG. A *fludde, a riuer.* } Torrens contrà,qui æſtate ſiccatur. *Horat.*2.*Carm.Ode* 6. Dulce pellitis Ouibus Galeſi flumen,& regnata petam Laconi Rura Phalanto. *Virgil.* 4.*Georg.* At mater ſonitum thalamo ſub fluminis alti Senſit. [*Ouid.* 1. *Faſtor.* Ingenij currant flumina quanta tui. *Tibull. lib.* 4. Curua nec aſſuetos egerunt flumina curſus.] ¶Sed quando hoc nomen genitiuo iungitur , capitur pro fluxu , ſeu curſu, ῥεῦμα. *Plin.* Ne flumini eius riui eſſet impedimento. ¶¶Hinc Flumentana porta Romæ, quam Tyberis vrbem intrans,in ſiniſtra ripæ parte relinquit: ita dicta quòd pars Tyberis per eam partẽ vbi nunc hæc porta ſita eſt,fluxiſſe creditur.*Auſor Feſtus.* ¶Magno flumini riuulum

uulum inducis. ποταμὸ μεγάλω ὀχετὸν ἐπάγεις. Id est, maximis reb. pusillum & inutile momentum addis. ¶Flumen etiam vocabulum est Iurisconsultorum in seruitutis constitutione, vt stillicidiorum. *Paulus D. lib. 8. Tit. 1. 28.* Foramen in imo pariete cóclauis, vel triclinij quod est proluendi pauimenti causa, id neque flumen esse, neque tempore acquiri placuit.

Flūmĭnĕus, a, um, vt, Aqua fluminea, quæ ex flumine est. {ποτάμιος. GAL. De fleuue ou de riuiere. ITAL. *Di fiume.* GER. Dem fluß zu gehörig. HISP. *Cosa de rio.* AN. *Of a riuer.*} *Ouid. 4. Fast.* Ne sua fluminea corpora mergat aqua. *Idem 2. Met.* Flumineæ volucres medio caluêre Caystro.

Flūmĭnōsus, a, um, Quod fluminibus abundat. {ποταμώδης. GALL. Plein de riuieres. ITA. *Pieno di fiumi.* GERM. Das viel fluß hatt. HISP. *Lleno de rios.* ANG. *Full of riuiers.*} vt, Regio fluminosa, id est fluminibus multis irrigua.

Flŭuĭus, quod fluat semper, flumen. {אור נחר *nahúr jeór.* ποταμός. GAL. Vn fleuue, vne riuiere. ITA. *Fiume.* GER. ein fluß. HIS. *El rio.* ANG. *A fludde, a riuer.*} *Plaut. in Curc.* [*sc. 1. a. 1.*] Quisnam hîc fluuius est quem non recipiat mare? *Virg. 3. Georg.* & agri Carpere prata fuga, fluuiósque innare rapaces. *Horat. 4. Carm. Ode* 12. Nec fluuij strepunt Hyberna niue turgidi. ¶Fluuius cum mari certas: ποταμὸς θαλάττῃ ἐρίζεις. Vbi minimi cum maximis certamen suscipiunt. Suidas. ¶Fluuius non semper fert secures. οὐκ ἀεὶ ποταμὸς ἀξίνας φέρει. Non protinus non semper fert secures. Natum ab Apologo tibi speres idem quod aliis feliciter cessit. Æsopico: Cuidam syluam cædenti securis è manibus excidit, Mercurius inuocatus reddidit argenteam. ¶Iuxta fluuium puteum perum. Putei enim fodiuntur ob aquarum inopiam. ¶Fluuius quæ procul absunt irrigat. ποταμὸς τὰ πόρρω ποτίζων, τὰ δ' ἔγγιον καταλείπει. id est, Fluuius quæ longè dissita sunt irrigat: quæ proxima sunt præterit. De iis dici conueniet, qui benè merentur de externis & nihil ad se pertinentibus, suos negligunt. Apparet inde ductum, quòd vbi fluuius oritur, minor esse solet minúsque argillæ secum trahens: & quò longiùs recessit à fonte, hoc est copiosior vberiórque. Diogenianus. ¶Per fluuium traducere, διαβιβάζειν τὸν ποταμὸν, dicebantur qui difficultatem explicabant rei, quam ineruditiores aut inualidiores explicare non poterant. Translatum à torrentibus aut fluuiis profundioribus, quàm vt cuiuis tutum sit traiicere. *Plato lib. de leg. 10.*

Flŭuĭālis, le, Quod ex fluuio est, fluuiatilis. {ποτάμιος. GALL. De fleuue, de riuiere. ITA. *Fluuiale, di fiume.* GER. Das auß dem fluß ist. HI. *Cosa de rio.* ANG. *Of a fludde or riuer.*} vt, Aqua fluuialis, & fluuialis lupus, hoc est fluuiatilis, qui in fluuio viuit. *Col. lib. 8. c. 16. Virgil. 4. Æneid.* Dic corpus properet fluuiali spargere lympha. *Idem 2. Georg.* Vimina per syluam, & ripis fluuialis arundo Cæditur.

Flŭuĭātĭlis, le, pen. corr. Fluuialis, quod in fluuio viuit. ποτάμιος. vt, Piscis fluuiatilis, fluuiatilis auis, fluuiatilis arena, quæ in fluuiis est. *Plin. lib. 36. c. 23.* Arenæ tria sunt genera, fossitia, cui quarta pars calcis addi debet: fluuiatilis ac marina.

Flŭuĭātĭcus, Fluuiatilis. *Colum. lib. 8. c. 15.* Vbi delitescentibus fluuiaticis animalibus insidientur.

Flŭuĭātus, a, um, In flumine maceratus. {ὁ ἐν ποταμῷ βεβρεγμένος, ὁ ἐξ ὑδατώλυτος. GAL. Trempé dans vn fleuue. ITA. *Baganato nel fiume.* GER. Im fluß geneyt oder geweicht/gewässeret. HIS. *Majado nel rio.* ANG. *Soked in water, and made leane.*} *Plin. lib. 16. c. 19.* Abietis quæ pars à terra fuit, enodis est: hácque quam diximus ratione decorticatur. Sic dicere possumus cannabem fluuiatam.

FLŬŌNĬA, æ, Iuno, quam mulieres colebant, quòd sanguinis fluorem in conceptu retinere putabatur. *Bocatius in Genealogia deorum.*

Flŭstrum, stri, {שפש *schekét.* GAL. Bonace, caline. ITALIC. *Bonaccio.* GERM. Stille des meers. HIS. *Bonança, calma.* ANG. *Calmen esse of the sea.*} Status & tranquillitas maris, quum fluctibus non agitatur, hanc Græci μαλακίαν vocant. *Autor Festus.*

Flūtæ, arum, Anguillæ, siue murenæ dicebantur in freto Siculo, propterea quòd sole torrefactæ, quum se curuare, aut mergere non possint, aquis superfluant. πλώτας. *Macrob. lib. 3. cap. 15.* Accersebantur murænæ ad piscinas nostræ vrbis ab vsque freto Siculo, quod Rhegium à Messana despicit, Græcè πλώτας vocantur, Latinè flutæ, quòd in summo supernantes, sole torrefactæ, curuare se posse, & in æquam mergere desinunt. *Colum. lib. 8. cap. 17.* Item flutas, quæ maximè probantur, murænas, & si quæ sunt saxatiles notæ, quarum pretia vigent.

Flŭuĭālis, Fluuius, Fluxio, Fluxus. *Vide* FLVO.

F ante O

FO. In notis antiquorum, forum. FOR. fortè, vel forris, vel foras, vel fortuna. FOR. RED. fortuna reduci. FO. S. V. P. XX. INV. MM. LDBLE. fode sub via pedes viginti, inuenies monumentum laudabile.

Fŏcālĕ, lis, pen. prod. Genus est ligaminis, & fascia quædam collum ambiens, fauces à frigore defendens, & pronuntiationi conducens. {περισφυκτήριον, λάρυγγος σκεπαστήριον. G. Vn linge dequoy on enueloppe la gorge. ITA. *Fascia da inuiluppare la gola.* GER. Ein binden/in welche man den halß verwicklet. HISP. *La beca que se rodea a alcolla.* ANC. *A tippit defending the thaukes fromne cauld, a muffier.*} Dictum focale à faucibus, au in o mutata, quod etiam contingit in verbis suffoco, & præfoco. *Sen. lib. 3. Natur. quæst.* videbis quosdam graciles, & palliolo, focalíque circundatos, pallentes & ægros. *Quint. lib. 11.* Palliolum, sicut fascias, quibus crura vestiuntur, & focalia, & ligamina aurium, sola excusare potest valetudo. ¶Sunt qui putant aliquando accipi pro ferramento quo crispantur capilli, & à nomine Focus deriuari, eò quòd videant primam corripi *apud Horat. 2. Serm. Satyr. 3.* vbi sic legunt, ponas insignia morbi Fasciolas, cubitale, focalia. Quo tamen in loco doctissimorum iudicio legi debet cubital. Quod autem attinet ad significationem, nullo modo assentior iis qui hoc loco pro ferramento exponant: nam quum Horatius numeret ipsas fascias, & cubital inter morbi insignia: quo pacto hoc de ferramento potest intelligi, quo capilli crispantur, quum ægri soleant cultum omnem negligere? Itaque si quis attentius hunc *Horatij* locum secum expendat, intelligit profectò in eadem significatione accipi *apud Horatium*, in qua accipitur *apud Quint. loco iam citato* quum ait, fascias & focalia sola valetudine excusari.

Fŏcānĕus palmes dicitur, qui ex fauce vitis, hoc est ex bifurco medius erumpit. *Colum lib. 4. c. 24.* Vocatur etiam Focaneus palmes, qui solet in bifurco medius prorepere, & idcirco eum prædicto vocabulo rustici appellant, quòd inter duo brachia, quà se diuidit vitis, enatus, velut fauces obsidet, ac vtriusque duramenti alimenta præripit. * *Idem lib. 5. cap. 6.* Focaneus est, qui inter duo brachia velut in furca, de medio nascitur: eum colem deterrimum esse comperi, quòd neque fructum ferat, & vtraq; brachia, inter quæ natus est, attenuet: ita tollendus est.

Fŏcīllo, as, significat calefacio, recreo, instauro, reficio, confirmo. {רוח *rauách* הרגיח *hirghiáh* נפש *nippásch.* αἱμάζω. GAL. Eschauffer, refaire, recreer, conforter. IT. *Riscaldare, ristorare.* GER. erwärmen/erquicken HISP. *Recrear, calentar.* ANG. *To keep warme, to cherish, to conforte.*} *Plin. lib. 3. epist. 16.* Focillata dixeram, inquit, vobis inuenturam me quamlibet duram ad mortem viam quando vos facilem negassetis. *Suetonius in August. cap. 16.* Antonij societatem semper dubiam & incertam, variisque reconciliationibus malè focillatam abrupit. ¶Pro eodem etiam quandoque legitur Focillor deponens, *quod & Nonius annotauit Varronis testimonio de vita populi Romani.* Propter secundas res sublato metu, non in communi spectant, sed suum quísque diuersi commodum focillatur, id est, fouet. * Focillo, penult. breui, ablato vno, l, *apud Ouid. ad Pisonem*, Sed miserum patua stipe focillat, vt pudibundus Exercere sales inter conuiuia possit. ¶Hinc componitur Refocillo, recreo, Focillationes, *inquit Festus*, à fouendo dicuntur, hoc est à calefaciendo.

Focula, Foculus. *Vide* FOCVS.

FOCVNATES, *Plin.* Populi sunt in Alpibus. *lib. 3. c. 20.*

Fŏcŭs, ci, à fouendo dicitur, id in quo ignis seruatur. {אח *ách* מוקיד *mokedh* יקוד *jakúdh*, ἑστιατήριον. GAL. Le fouyer où on garde le feu. IT. *Focolaro, guarda fuogo.* GER. ein herdstatt oder feurstatt. HI. *El hogar donde se haze huego.* AN. *An hearth.*] [*Plaut. Prolog. Aulul.* In medio loco aurũ defodit, *Ibidem sc. 5. a. 2.* Hæc imponentur in foro nostro Lari. *Ibidem sc. 2. a. 3.* Erat tibi negotium ad focum. (de coquo.) *Senec. epist. 79.* Cum opsoniis focos ipsos coqui transferunt. Mox culina dicitur.] *Ouid. lib. 6. Fast.* At focus à flammis, & quòd fouet omnia dictus. *Idem*, Tute vacent aræ, sténtq; sine igne foci. *Tibullus*, Dum meus assiduo luceat igne focus. *Cato de Re Rust.* Folia subdito in loco calido, sub testa coquito leuiter. Ponitur etiam quandoque pro priuatis domibus, sicut ara pro templo. *Plau. in Amphit.* Conuent, victi vtri viri sint eo prælio, Vrbem, agrum, aras, focos, séque vt dederent.

Fŏcŭlus, culi, diminut. {ἑστιάτιον. Petit foyer, reschaut. IT. *Focarello.* GER. ein kleine feurstat. HISP. *Pequeño bogar.* AN. *A litle hearth.*] [*Plaut. Capt. sc. 1. a. 4.* Iube epulas foueri foculi ardentibus.] *Gell. lib. 1. cap. 17.* Tum illa foculum coram rege cum ignappositum, & tres libros ex nouem deurit. *Valer. lib. 1.* Quum carbasus quem optimum habebat, foculo impositus esset, subitò ignis emicuit.

Fŏcŭla, lorum, Nutrimēta, {מזון *mazón.* τροφή. GAL. Nourrissemens. IT. *Nodrimenti.* GERM. Nahrung. HISP. *Mantenemiento.* ANGL. *Nurishmentes.*} *Plaut. in Persa*, Nam iam ints ventris fumant focula. *Ex Nonio.*

Fŏcārĭus panis, Qui in foco coquitur, {ἐγχειτης ἄρτος. GAL. Pain cuit sous les cendres & au fouyer. ITA. *Pan cotto sotto al cenere.* GER. Kuchen. HISP. *Pan cozido en padil a ò al hogar.* ANG. *Bread baken, on the hearth.*} qui & subcineritius appellatur, ὑπεμφιάς.

Focaria, æ, A veteribus dicebatur concubina quam domi habebant ad curam rei domesticę. {παλλακὶς οἰκουρός, quasi παλλακὶς οἰκουρός. GAL. Concubine ordinaire à pot & à feu. ITAL. *Concubina.* GER. Ein kochin/ein mätz HISP. *Manceba abarraganado.* ANG. *A concubine for the pott and fyre.*} *In l. ij. C. de donat. inter virum & vxorem.* Si ancillam numeris tuis comparatam esse, præsidi prouinciæ probaueris, donationisque causa focariæ tuæ nomine instrumentum emptionis esse conscriptum: eam tibi restitui iubebit. Nam licet cessante iure matrimonij, donatio perfici potuerit, militès tamen meos à focariis suis hac ratione, fictisque adulationibus spoliari nolo.

Focarij serui, qui focum curant dicuntur *in L. 1. de naut. caup. stabu. l. 12. & 15. D. de institut.*

Fŏdārĕ, pro fodere dixerunt veteres, *teste Festo.*

Fŏdĭo, dis, fodi, fossum. Pala alióve ferramento terram, aliúdve quid eruo. {חפר *chaphár* כרה *charah* חתר *chathar.* ὀρύσσω. GALLICE. Fouir & creuser la terre, percer. ITAL. *Cauare fossare.* GERMAN. Graben. HISP. *Cauar, ò horadar.* ANCL. *To digge or diche.*] [*Plaut. Most. sc. 1. a. 2.* Miserum est opus fodere puteum, vbi fauces sitis tenet *Gellius c. 6. l. 5.* Fodere puteum strenuè in militia. *Ouid. Eleg. 12. lib. 3. Trist.* Iacu duro non fodiantur aquæ.] *Plaut. in Rudent.* Nostro illum puteum periculo & ferramentis fodimus. *Liu. 28. bel. Pun.* In Melessum finibus est sita Hispania gentis ager frugifer: argentum etiam incolæ fodiunt. Sic fodere metallum. *Plin. lib. 2. cap. 63.* Fodere ense iugulum, hoc est percutere seu ferire. *Mart. lib. 1.* Fodere stimulis est pungere. *Cic. 2. Philip.* [*& Plaut. Men. sc. 5. a. 5.* Te pendentem stimulis fodiam 30. dies. *Idem Curc. sc. 2. a. 1.* Stimulo fodere lubet te. *Idem Milit. sc. 4. a. 2.* Non possunt mihi tuis minaciis oculi fodiri. *Idem Amp.* Agrum sterilem fodiendum locare. *Idem Aul sc. 2. a. 3.* Male factum arbitror, quia non latus fodi. *Ouid. l. 3. Fast.* Cum leuis Aoniæ vngula (Pegasi) fodit aquas.] Fodere calcaribus. *Virgil. Æneid. 6.* Seu spumantis equi foderet calcaribus armos. ¶Dicitur etiam fodire per quartam verborum coniugationem. *Colum. lib. 11. cap 2.* Runcari, & adhuc fodire possunt. Idem de arboribus, Sed omnibus annis ante cal. Mart. fodiri & interputari oportet. Hinc fouea, de quo infrà. Huius composita sunt, Affodio, vide suo loco: Confodio, quod est cauo siue in totum fodio. ὀρύσσω. *Plau. in Aulul.* Hîc apud me coi fodere hortum iussi. Interdum transuerbero, occido. *Salust. in Catil.* Inter confertissimos occurrit, ibique pugnando confoditur, διελαύνεται.

¶Circumfodio, terram circumquaque fodio, περιορύττω. *Colum. lib. 1.* Arborem quam deposueris, sæpius circumfodito. Defodio, κατορύττω. *vide suo loco.* ¶Effodio, extra fodio, vel fodiendo eicio, ἐξορύττω. *Plaut. in Aulul.* Oculos hercle istos improba effodiam tibi, ne me ob-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

seruare possis, si quid rerum geram. ¶ Infodio, intus planto seu defodio, indo sepelio, ὀρύσσω. *Col. lib.* 4. Campestris locus altè duos pedes infodiendus est. *Virg. l.* 2. *Georg.* Antè supinatas aquiloni offendere glebas, Quàm lærum infodias vitis genus, id est, obtruas. ¶ Perfodio, rumpo, ferio, perforo, διορύσσω. *Pla. in Asin.* Vbi parietes perfoderis. *Colum. lib.* 11. Tu grauibus rastris cunctamia perfode terga. *Lactant. lib.* 4. Sed tantummodo latus eius perfoderunt. *Gell. lib.* 2. Quadringenti omnes tum vnum perfossi gladiis aut missilibus operti cadunt.

¶ Præfodio, antè fodio. *Plin. lib.* 17. *c.* 11. Præfodere scrobes antè, si fieri posset, tantò, donec pingui cespite obducantur.

¶ Refodio, rursus fodio, ἀνορύσσω. *Plin.* Mus marinus in terras, scrobe effossa, parit oua, & rursus obruit terra, tricesima die refossa, parit, fœtúmque in aquam ducit. ¶ Suffodio, subtercauo, ὑπορύσσω. *Colum. lib.* 2. Neque suem velimus impasci, quoniam rostro sustodiat & cespites excitet. ¶ Transfodio, transuerbero, ab vno latere ad aliud fodio, διελαύνω, διορύσσω. *Ouidius.* Gemino fodit vlcere pectus. Et omnia habent fo syllabam correptam in omnibus temporibus à præsenti manantibus. Nam quæ à præterito fiunt, eandem producunt.

Fŏdĭco, cas, penultima correpta, Stimulare, pungere, vellere siue fodere. {מבאיר *bimeir.* מחץ *machats.* νύττειν. GALLIC. Piquer, percer. ITA. *Stimulare, pugnere, cauare.* GERM. Grublen. HISP. *Punçar, pecilgar ò escaruar.* ANGL. *To pricke, to pearse.*} *Horatius,* Emanus Qui fodicet latus. ¶ Per translationem accipitur pro angere, siue dolore afficere. *Cic. 3. Tuscul.* Non est enim in nostra potestate, fodicantibus his rebus quas malas esse opinamur, dissimulatio vel obliuio. ¶ Fodicare animum. *Plautus Bacch.* quia isthæc lepida sunt memoratu: Eadem in vsu, atque vbi periculum facias aculeata sunt, Animum fodicant, bona dissimulant facta, & famam fauciant.

Fŏdīnă, næ, penultima producta, Locus vbi quid effoditur. {מברה *michréh.* μεταλλον. GALLIC. Vne mine, vne carriere, ou on tire quelque metal ou autre chose. ITA. *Minera.* GERM. Ein grub in deren mann etwas grabt/als ein Ertzgrub. HISP. *Lugar donde algo se saca y se caua.* ANGL. *A mine.*} Vt, Auri fodina, vbi foditur aurum: argenti fodina, vbi effoditur argentum. *Plin. lib.* 33. *cap.* 6. Odor ex argenti fodinis inimicus omnibus animalibus, sed maximè canibus.

Fŏssă, æ, Locus est vnde effossa est terra. {פחת *pachath* בור *bór.* πάρεξις, βάθρεξις. GALL. Fosso ou fosse. ITA. *Fosse.* GER. Ein graben oder ein grub. HISP. *Caua ò hoya.* ANA *diche, like or meate.*} *Col. de Arb.* Priusquam pomarium constituas quàm magnum habere voles, circummunito maceria aut fossa. *Cic. 5. Tusc.* Transitum fossæ pontículo ligneo coniungere. Vlpianus scribit follam esse receptaculum aquæ manufactum, ad castra, seu vrbes opidaue, aut alia huiusmodi munienda. *Cic. ad Att. lib.* 4. Pop. Romexercitus Cn. Pompeium circunsidet, fossa & vallo septum tenet. *Cæs. 2. bell. Gall.* Castra in altitudinem pedum duodecim, vallo fossique duodecuginti muniri iubet. [*Tib. li.* 4. Qua deceat tutam castris deducere fossam. *Ouid. 13. Metam.* Fossas munimine cingo. ¶ Fossæ Marianæ locus, vbi & vnde. *Plutar in Mario.*]

Fŏssŭlă, pen. cor. diminut. parua fossa. {ὀρυγμάτιον. GA. Fossette, petit fossé. ITA. *Fossitella, fossetta.* GERM. Ein grâblein. HISPA. *Pequeña caua ò hoyo.* ANG. *A litle diche.* *Cato de Re rustic. cap.* 161. Deinde fossulas facito qua radices asparagi demittas. *Colum. lib.* 11 *c.* 3. Singulis fossulis disponas.

Fossātum, ti, idem quod foss. *Plin. lib.* 17. *c.* 21. Fossatum purgari & extendi ne crudum relinquatur. *Vegetius c.* 16. *lib.* 4.]

Fŏssŏr, Qui fodit, {חפר *chepher* קרח *coréh.* διωρύχιτης, σκαπανεύς, ὀρυκτήρ. GA. Fouysseur, fossoyeur, pionnier. ITA. *Zappatore, cauatore.* GERM. Ein graber/ein fries. HIS. *Cauador.* ANG. *A dicher.*} *Virg 2. Georg.* Et labefacta mouens robustus ingera fossor. Rigidus fossor. *Mart. lib.* 7. *Ouid. Eleg. 1. libr.* 4. *Trist.* Hoc est cur cantet vinctus quoque compede fossor.

Fŏssĭo, Ipsa fodiendi actio. {ὄρυξις. GAL. Fouyssement. ITAL. *Cauamento.* GER. Grabung. HIS. *Cauazon ò la obra de cauar.* AN A *diching.*} *Colum.* 5 Deinde malleolo inter ordines posito, crebris fossionibus pastinatum resoluere.

Fŏssūră, æ, Fossio, {ὄρυγμα, διορυγή. GALLIC. Fouyssure, fouyssement. ITAL. *Cauatura.* GER Grabung. HISP. *Cauazon, cauadura.* ANG. A *diching.*} *Colum. lib.* 5. Hanc planam fossuram minimè nos probauimus. Numerus autem fossionis, aut idem debet esse qui primi anni, aut vnâ minus. [*Suetonius in Calig. cap.* 37. Complanat fossuris montium iuga, incredibili celeritate, cum moræ culpa capite lucretur.]

Fossĭlis, le, pen corr. Quod foditur siue quod fodi potest. {ὀρυκτός. GAL. Qu'on fouyt & tire, ou qu'on peut fouyr & tirer de terre. ITA. *Che si puo cauare.* GER. Das gut zu graben ist. HISP. *Cosa cauadaza.* AN. *That is or may be digged out of the earth.*} *Plin. lib.* 36. *cap.* 18. Theophrastus autor est & ebur fossile candido & nigro colore inueniri, & ossa è terra nasci. *Idem lib.* 33. *ca.* 6. Tum salem fossilem adiiciunt, id est qui foditur. *Varr. 2. de Re rust.* Melior fossilis sal, quàm marinus.

Fŏssĭtĭtĭŭs, a, um, Fossilis, quod scilicet è terra effoditur. {ὀρυκτός. ANG. *Digged ou of the earth.*} *Plin. lib.* 36. *cap.* 23. Arenæ tria genera: fossititia, cui quarta pars calcis addi debet, fluuiatilis aut marinæ tertia.

Fœcĭālĭs, *Vide* FECIALIS.

Fœcundŭs, da, dum, Ferax, fertilis. {פרה *poréh.* ἔυφορος. GAL. Fecond, fertile. ITAL. *Fecondo, fertile, abundante.* GERMA. Fruchtbar. HISPAN. *Cosa fertil, ò copiosa.* ANGLI. *Fuit full, fertile, rancke.*} *Ouid. lib.* 4. *Fast.* Forda ferens bos est fœcundáque, dicta ferendo. *Colum. lib.* 8. *cap.* 14 Id neque æquè fœcundum est, nec tam pretiosum. *Plaut. in Cistel.* Namque æcastor amor & melle & felle est fœcundissimus. [*Ouid. lib.* 5. *Fast.* Est mihi fœcundus dotalibus hortus in agris *Tibull. libro* 4. Horrea fœcundis indeficientia mensis. *Ibid.* Centum fœcundos Titan renouauerit annos. ¶ Fœcunda negotia. *Senec. cap.* 5. *de Tranquill.* Non tam magna, quàm fœcunda negotia. ¶ Fœcunda aqua, pro fœcundo ingenio: *Ouid. Eleg.* 7. *lib.* 3. Ne malè fœcundæ vena periret aquæ.] *Cum genitiuo sæpius iungitur. Annonæ fœcunda prouincia, *Tacit. lib.* 17. Fœcunda metallorum terra, *Plin. lib.* 33. *cap.* 4 Italiæ parcitum est vetere interdicto Patrum, vt diximus: alioquin nulla fœcundior metallorum quoque erat tellus. Fœcundam esse & de muliere quoque dicitur, quæ fuit vterum. *Ouid. 2. Metam.* Vt fœcunda fores, fierétque iniuria partu Nota. Interdum sumitur pro abundanti & pleno. *Horat.* Fœcundi calices quem non fecere disertum? ✠ Infœcundus, id est, non ferax: inde infœcunditas.

Fœcūndĭtās, Abundantia, vbertas, feracitas. {שבע *sobá.* πολυφορία, εὐυετία, εὐθενία. GAL. Fecondité, fertilité. ITA. *Fertilità, abondança.* GERM. Fruchtbarkeit/völle. HIS. *Fertilidad ò copia.* ANG. *Fruitfulnesse, fertilitie.*} *Plin. lib.* 20. *c.* 6. Fœcunditatem fœminarum hoc cibo augeri. *Cic. 1. de Nat. Deor* Aquarum inductionibus terris fœcunditatem damus. Fœcunditas animi. *Plin. in Præf. li.* 3.

Fœcūndē, adueib. εὐφόρως, γονίμως, εὐτύχως. GAL. Fertilement, plantureusement, abondamment. ITA. *Fertilmente, abondantemente.* ANG. *Fertilly, abundantly.*} *Plin. lib.* 6. *c.* 36. Atque etiam recisa fœcundiùs resurgit.

Fœcūndo, das, Abundantem seu fructiferum facio. {חפרת *hiphrát* πιαίνω, γόνιμον ποιῶ. GAL. Faire fertile.} ITA. *Far fertile, abundante.* GER. Fruchtbar machen. HIS. *Hazer fertyle y copioso.* ANG. *To mak fruit full.* *Virgilius libro.* 4. *Georg.* Et viridem Ægyptum nigra fœcundat arena.

Fœdŭs, fœderis, vt quibusdam placet, cum œ diphthongo, vt e longa, si, quoniam ferio e breue habeat. {ברית *berith.* σπονδή, συνθήκη, ὁμολογία, ὅμοσις. GAL. Alliance, confederation, appointement & traité de paix. ITA. *Lega, confederatione.* GER. ein bundt/bundtnuß. HIS. *Confederaciõ ò alliança.* ANG *A league, couenant, or bande of peace.*} Fœdus pro hœdo, veteres dicebant, vt fordeum, pro hordeo, &c. *Terent. Scaur. de Ortograph. Ou d. Eleg. 1. lib. 2. Trist.* Quam non legitimo fœdere iunctus amor. *Plaut Pseud. sc. 1. a. 5.* Ab hero ad herum meum maiorem venio fœdus commemoratum, (i. pactum.) ¶ Reddere fœdus, pro ferire & contrahere, *Liuius lib. 8. ab. vrb.*] Propriè enim fœdus pacem significat, quæ fertur inter dimicantes. [Hinc *Plaut. Amphit. sc. 1. a. 1.* Pacem feci, fœdus feci, vera dico.] Quidam huius nominis etymologiam manasse putant à Fecialibus per quos fiebant fœdera. Alii à fide, quia in fœdere interponebatur fides. Itaque *Ennius, vt est apud Varronem,* fidus dixit pro fœdus. Alij à fœde credendo, nam ad fœdera sancienda vtrinque Feciales adhibebantur, qui firmato fœdere porcam cædebant silice: eiusmodi exitium imprecantes capiti illius qui prior fœdus violasset: *de qua re vide Liu. lib.* 1. vbi rituum & formulam antiquissimi fœderis inter Pop. Rom. Regem & Albanorum Dictatorem icti, latissimè exequitur. [Tangit etiam *Sueton. in Claud. c.* 25. cùm ait: Cum regibus fœdus in foro icit, porca cæsa, ac vetere feciali præfatione adhibita.] Tria autem (*vt idem Liuius ostendit lib.* 34.) erant fœderum genera, quibus populi & reges *mutuas* amicitias iubant. Vnum, quum bello victis dicebantur leges. *Vbi enim omnia ei, qui armis plus posset, dedita essent quæ ex iis habere victos, quibus mulctari eos vellet, victoris arbitrium erat.* Alterum quum pares bello, æquo fœdere in pacem atque amicitiam veniebant, redditis per conuentionem iis rebus quarum bello turbata erat possessio. Tertium qui quum hostes nunquam fuissent, ad amicitiam sociali fœdere iungendam coibant. ¶ Accipitur etiam fœdus pro necessitudinis alicuius vinculo: vt fœdera amicitiæ dicimus pro necessitudine illa quæ est inter amicos. *Oui. 3. Trist. Eleg. 6.* Fœdus amicitiæ non vis charissime nostræ: Nec si fortè velis, dissimulare potes. ¶ Fœdera lecti, pro coniugali vinculo. *Luc. lib.* 2. da fœdera prisci Illibata tori, da tantùm nomen inane Connubij Fœdus coniugale, *Ouid. 11. Metam.* ¶ Accipitur etiam quandoque pro lege, *vt apud Virg. lib.* 1. *Æn.* Regémque dedit qui fœdere certo, Et premere & laxas sciret dare iussus habenas. ¶ Facere fœdus cum aliquo. *Cic. de Senect.* Quum sententia Senatus inclinaret ad pacem & fœdus faciendum cum Pyrrho, non dubitauit. ¶ Ferire fœdera. *Cic. pro Calio,* Ideóne ego pacem Pyrrhi diremi, vt tu amorum turpissimorum quotidie fœdera ferires? Firmare fœdera. *Virg. lib.* 11. *Æn.* firmabant fœdera dictis. ¶ Fœdus pro fœditate legitur *apud Paulum in l.* 3. *de ritu nupt.* Nec. n. honos ei seruatur, quæ se in tantum fœdus deduxit. Nisi rectiùs ibi legatur, Scelus, quemadmodum vulgati codices habent.

Fœdĭfrăgŭs, penult. corrept. Qui fœdera fregit. {παρασπονδήσας. GALLI. Qui rompt l'alliance ou apointement. ITA. *Che rompe patti.* GERM. Bundtbruchtig. HIS. *Que brantador de pazes.* ANG. *A breaker of leagues.*} *Cic. 1. Offic.* Pœni fœdifragi, crudelis Annibal.

[Fœderatus, a, um, *Gall.* Confederé, allié: Vnde Fœderatæ ciuitates: & Fœderati dicuntur populi qui fœdere & amicitia sunt conuncti. {אנשי ברית *anshe berith.* ὑποσπόνδοι, σύμμαχοι. GAL. Confederez, alliez. ITA. *Confederati, vniti.* GER. Bundtsgenossen/ eydtgenossen. HIS. *Confederatos ò ariados.* ANGL. *Thay hath made a league together.*} Namque inter ciuitates prouinciarum, aliæ ciuium Romanorum, aliæ Latinorum veterum, aliæ fœderatorum, aliæ stipendiariæ dicebantur, *συμμαχίδες πόλεις. *Sueton. in Caligula,* Domi, forisque ciuilis, libera ac fœderata oppida sine lictoribus adibat. *Cic. 1. de Orat.* Si quis apud nos seruisset ex populo fœderato seséque liberasset. *Idem 5. Verr.* Fœderatæ ciuitates duæ sunt, Mamertina, & Tauromitiana. [¶ Quasdam *pro Archia.* Si qui fœderatis ciuitatibus ascripti essent. [¶ Quasdam fœderatas vrbes, ad exitium licentiâ præcipites, (Augustus) libertate priuauit. *Sueton. in August. cap.* 47.]

Fœdero, fœdere facto concilio. *Cornel. Tacit. lib.* 20. Donec egregia erga populum Rom. merita, mox rebelles fœderant.

Fœdŭs, da, dum, Quod est deforme. {שער *schebar* טמא *tamé* איש *ish.* αἰσχείς, δυσειδής. GAL. Laid, ord, infect, vilain. ITA. *Sozzo, lardo, brutto.* GER. Wust/häßlich/vnsätig. HIS. *Cosa fea, ò feada.* ANG. *Lofiled, voyled, deformed.*} *Terent. in Eunucho,* Nunc eò tibi videtur fœdus quia illam non habet. *Cicero ad Atticum libro* 15. Parúmque fœda persona est

est senectutis. *Plin. lib. 11. cap. 19.* Odere fœdos odores, procúlque fugiunt. ¶ Ponitur quandoque pro execrando. *Virg. lib. 8.* auersúsque refugit Fœda ministeria. ¶ Quandoque pro crudeli, *Terentius in Eunu.* O facinus fœdum. *Donatus*, Fœdum, crudele. Ea enim quæ crudelia sunt & nefaria, ipsa crudelitate fœda & maculosa dici possunt. Sic dicimus fœdum exemplum, quod crudelitatis, & turpitudinis plenum est. *Liu. 7. bell. Pun.* Qui neque magistratum continuari satis ciuile aiebant, & multò fœdioris exépli eum ipsum creari, qui comitia haberet. [Apud Liuium nihil frequentius, quàm fœda clades, pestilentia, strages.]

Fœdo, as, are, Polluere, inquinare. { חמא *timmé.* μολύνειν, μιαίνειν. GALLIC. Vilenner, honnir, enlaidir, maculer, souiller, deshonnorer. ITAL. *Bruttare, imbrattare.* GERMAN. Verwüsten / häßlich machen. HISPAN. *Enfuzcar, ò afear lo hermoso.* ANGL. *To vnfyre, to deforme, to work villanie.* } *Virgil 2. Æneid.* -quæ causa indigna serenos Fœdauit vultus ? Per translationem accipitur pro dehonestare. *Cato apud Plin. libr. 29. capit. 1.* Nos quoque dicturant Barbaros: & spurciùs nos, quàm alios Opicos appellatione fœdant, hoc est, conspurcant, & dehonestant. ¶ Accipitur etiam pro dilacerare, frangere vel corrumpere. *Virgil. 1. Æneid.* Impulerat ferro Argolicas fœdare latebras. *Liu. lib. ab Vrbe*, Vis Sabinorum ingens prope ad mœnia vrbis infesta populatione venit: fœdati agri, terror iniectus vrbi est [*Plaut. Amphitr.* Fœdant & proterunt hostium copias. *Tibull. lib 4.* Victa Maronæo fœdatus lumina Baccho.]

Fœdè, aduerbium, Turpiter. { αἰσχρῶς. GALLIC. Vilainement, ordement, laidement. ITALIC. *Brutamente, crudelmente.* GERMANICE, Vnflätiglich / schantlich. HISPAN. *Feamente, deshonestamente, ò cruelmente.* ANGL. *Filthelie* } *Liu. 3. ab Vrbe*, Non minore motu animorum Siccij cædis memoria renouata, quàm quod noua fama de Virginia adeò fœdè ad libidinem petita accenderat. Fœde diuexari. *Cicer. 1. Tusculan.* Fœde interemptus. *Liu 5. bell Pun.* Admissum fœdè, dictúmque superbè. *Luc. lib. 5.* Fœdissimè caulam agere, *Cic. Attic. lib. 9.*

Fœditās, atis, Turpitudo. { שערורה *schuháruráh* טמאה *tumeáh.* αἰσχρότης. GALLICE, Salleté, Laideré ou laideur, vilenie, ordure. ITAL. *Bruttezza.* GERMANIC. Häßligkeit / wüste. HISPANIC. *Suzedad, afeemiento.* ANGLICE, *Filthinesse, dishonestie, villanie.* } *Liu. lib. 31.* Diuisa à corpore capita, parentiáque viscera, & fœditatem aliam vulnerum viderent. *Cic. lib. 3. de Fin.* Nisi eos per se fœditate sua turpitudo ipsa deterreat. *Liu. lib. ab Vrb.* Auertêre omnes à tanta fœditate spectaculi oculos. [*Quintilian.* Inenarrabili fœditate pallescet. (Lana.)]

Fœlīx, Cum suis deriuatis, vide suprà in dictione FELIX.

Fœmēn, *Vide* FEMEN.

Fœmĭna, næ, Latioris significationis est quàm mulier. Nam non solùm de hominum genere, verumetiam de brutis & plantis dicitur, descenditque à fœtu. {נקבה *nekebáh. γυνή, θήλεια.* GALL. Femelle, femme. ITAL *Femina.* GERM. Ein weybßbild / ein frawe. HISPAN. *Hembra en todo genero de animales.* ANG. *The female.* } [*Velleius*: Mollitiis fluens. *Plaut. Milit. c. 6. a. 2.* Dam hi optima fœmina manum. *Liuius libr. 34.* Fœminæ magistratus, & sacerdotia & triumphi non contingunt. Tamen Cicero *apud Gell. c. 19. lib. 13.* Sacerdotes quoque fœminas fuisse scribit, eásque Antistitas appellatas. ¶ Fœminæ vni Tarratiæ datum ius dicendi testimonii, *Gell. cap 7. l 6.* ¶ Fœminæ non possunt arrogari. *Gell. cap 19 lib. 5.* Item nulla comitiorum communio est, cum fœminis: *Item*, fœminæ sunt in parentum potestate. *Idem ibid.*] *Plaut. in Persa*, -qui Atticam hodie ciuitatem Maiorem feci, atque auxi ciui fœmina. *Plin. in Epist.* Habebat illa pantomimos, foucbátque effusiùs, quàm principi fœminæ conueniret. [¶ De brutis, *Gell. cap. 2. lib. 4.* Fœminæ sues. *Idem cap. 3. lib. 4.* Agnum fœminam cædito. *Plin lib. 9. cap. 50.* Fœmina piscis coitus tempore marem sequitur. *Idem lib. 2. cap. 18.* de chamæleonte herba, Ex nigris aliqui marem dixere, cui flos purpureus esset: & fœminam, cui violaceus.

Fœmĭnālis, pudendum muliebre, interfemineum. *Apuleius in Apologia*: Sed enim fœminal nullo pacto reperiens munditer dicere, ad mea scripta confugit.

Fœmĭnĕus, a, um, & Fœmininus, a, um. {θηλυκός. GALL. De femelle, ou de femme. ITA. *Cosa da femina.* GERM. weybisch. HISP. *Cosa de hembra.* ANGL. *Of the female kinde.* } *Virgil. 11. Æneid.* Fœmineo prædæ spoliorum ardebat amore. *Vbi Seruius.* Fœmineo, impatienti, irrationabili. *Ibid.* Fœmineum cœli clamorem ad sidera tollunt. [*Ouid. 13. Met.* Arma ego fœmineis meritibus inserui.] *Plin. lib 2. cap. 101.* Fœmineum Lunæ, ac molle sidus *Quint. lib. 1 c. 14.* Quæ aut fœminina positione mares, aut neutrali fœminas significant. ¶ Diminutiua Fœmella, & Fœminula, γυναῖον, γυναικάριον. A fœmina, etiam fit Effœmino, ἐκθηλύνω, *de quo suo loco.*

Fœnārĭus, *Vide* FOENVM.

Fœnĕbrĭs, Fœneratitius, Fœnĕro, *Vide* FOENVS.

Fœnĭculum, li, Herba est nota, à fœnore, vt quidam existimant, dicta quòd semen hoc terræ mandatum magno fœnore reddat fructum {μάραθον. GAL. Fenouil. ITA *Finocchio.* GE. Fenchel. HIS. *Hinoio.* AN. *Fenell.* } [*Plaut. Pseud. sc 2. a. 3.* Indunt Coriandrum, fœniculum, allium.] *Plin. lib 20. c. 23.* Fœniculum nobilitauêre serpentes, gustatu senectam exuendo, oculorúmque aciem succo eius reficiendo. Vnde intellectum est hominum quoque cáliginem præcipuè eo leuari. *Eius inuamenta lege apud Dioscor. lib. 5. c. 179.*

Fœnum, fœni, Herba in pabulum refecta ita dicta à fœnore, quòd sine cura fœnus præbeat: vel à fœtu, quòd herbæ eædem manentes quot annis nouas pariant. {חציר *hatsir.* χόρτος. GALLICE. Du foin, herbe seche & mangeaille pour les bestes. ITAL. *Fieno.* GERM. Hew. HIS. *El heno.* ANG. *Haye.* } *Col. lib. 2. ca. 19.* Sic enim commodissime fœnum defenditur à pluuijs. [*Ouid. 3. Fast.* De fœno signa & Manipuli. Vide *& Martial. epigr. 162.*] Fœnum esse, prouerbiali figura dixit *Cic. libr. 2. de Orat.* in indoctos ac brutos homines, qui scilicet pecudibus sunt æquandi: nam fœno victitant boues. ¶ Fœnum habet in cornu. In homines maledicos ac feroces dicitur. *Horat.* [*Saty. 4. lib. 1. Serm.*] Fœnum habet in cornu, longè fuge. Vnde id prouerbium ortum sit, docet *Plutarchus in Crasso.*] Inde translatum, *vt Acroni placet*, quòd antiquitùs bubus corniperis fœnum pro signo in cornu appenderetur, quo sibi cauerent qui fortè occurrissent.

*Fœnea, eorum, Simulachra ex fœno, quæ fiebant ad irritandos in spectaculis tauros. *Ascon. in orat. pro Cornelio de Maiestate. Budæus.*

Fœnārĭus, ria, rium, ὁ τῷ χόρτῳ. Quod ad fœnum pertinet, vt, Falces fœnariæ, quibus fœnum secamus. χορτοκόπος δρέπανον. GAL Faux à faucher le foin. ITA. *Falcida fieno.* GER. Mäy. HIS. *Las guaañas.* ANG. *A sheth to mowe haye with.* }

Fœnīcŭlārium, rij, (*vt quidam interpretantur*) Est ipsa fœni refectio, vel tempus illud quo fœnum secatur. {ANG. *The mowing, or mowing tyme of haye.* } *Cic. lib. 12. ad Atticum*, Scribe, quæso, quid referat Celer egisse Cæsarem cum candidatis: vtrum ipse in fœniculario, an in campum Martium cogitet. Quem locum sic exponit interpres, In fœnicularium, id est in aciem ad exercitum, quando fœnum succiditur à militibus falculariam facientibus.

Fœnīle, Locus est in quo asseruatur fœnum. { χορτών. GALLICE. Fenil, feniere, où on garde le foin. ITALIC. *Fenile, doue se tiene il fieno.* GERM. Ein schewren / ein stadel oder hörwhauß. HISP *El alm. ar, lugar donde se guarua el heno.* ANG. *An haye house or lofte, an hay mewe or ricke.* } *Ouid. 6. Metam.* Non secus exarsit conspecta virgine Tereus, Quàm si quis canis ignem supponat aristis, Aut frondem, positáque cremet fœnilibus herbas. *Virgil lib. 3. Georg.* -nec tota claudas fœnilia bruma. *Colum. lib 6. c. 6.* Pars autem fructuaria diuiditur in cellam olearium, torcularium, cellam vinariam, defrutariam, fœnilia, palearíaque.

Fœnĭfex, fœnifecis. Qui fœnum secat. {χορτοκόπος. GA. Faucheur de prez. IT. *Segatore da fieno, fenaiuolo.* GE. Ein mäyer HI. *El que siega ò corta el heno.* AN. *A mower of haye.* } *Plin. lib. 18. c. 29* Igitur cornu propter oleum ad crus ligato fœnifex incedebat.

Fœnisecă, cæ, pen. corr. Idem. {ANG. *A mower of haye.* } *Persius Satyr. 6.* Fœnisecæ crassa vitiarunt vnguine pultes. *Varr. de Re rust. lib. 1. c. 49.* Ita necubi ferramentum fœnisecæ possit offendere. *Idem paulò pòst.* Si cilienda prata, id est falcibus confectanda, quæ fœnisecæ prætorirent.

Fœnisecium, secij, ipsa fœni sectio, & veluti messis fœni. {χορτοτομία. GA. Fauchement de prez, ou la saison de les faucher. IT. *Raccolta del fieno.* GE. Der höwend oder mäyend. HI. *Segazon del heno con guadana.* A. *The haye harueſt, or haye time.* } *Varr. de Re rust.* Nec primo anno rigari, nec pasci ante secunda fœnisecia, ne herbæ vellantur, obtritúque hebetentur. *Col. lib. 2. c. 8* Altero tamen anno minora pecora pòst fœnisecia permittemus admitti.

Fœnĭsĭcĭă, æ, Fœnisecium. {ANG. *The haye harueſt.* } *Varro de Re rustic. lib. 1. cap. 49.* Primùm de pratis summissis herba quum crescere desiit, & æstibus aresci, subsecari falcibus debet, & quoad perarescat, furcillis versari: quum peraruit, de ea manipulos fieri ac vehi ad illam. Tum de pratis stipulam tastellis eradi, atque addere fœnificiæ cumulum.

Fœnumgræcum. {τῆλις. GALL. Vne herbe nommee Senegré. ITAL. *Fienogreco.* GERM. Griechisch höuw oder bockshorn HISP. *Las alholuas.* } Genus herbæ est, (*vt inquit Plin. libr. 24. cap. vlt.*) quam alij telin vocant, alij carphos: aliqui buceras, alij ægoceras, quoniam siliquas habet corniculis similes: vnde & siliquam vocat *Colum. libr. 11. c. 2.*

Fœnŭs, oris, (vt ostendit *Gellius, [cap. 12. lib. 16.] ex lib. 3. Varr. de Lingua Latina*) idem est quod vsura, ita dictum à fœtu. { נשך *néschech*, תרבית *tarbith.* τόκος. GAL. Vsure. ITAL. *Vsura.* GER. wucher. HISP. *El logro ò renueuo, ò vsura.* ANG. *Gaine by money ient, vsurie.* } Nihil enim aliud est fœnus, quàm fœtus, hoc est, partus pecuniæ. Quidam tamen à fundo, quod cum o, non cum u, apud antiquos scribebatur, quòd prouentus propriè esset ex naturali terræ fructu: postea verò ad vsuram est translatum, quasi pecunia per se fructum producat, sicut terra. *Plaut. in Asin.* Nam si mutuo non potero, certum sumam fœnore. *Cic. pro Cælio*, Parcat iuuentus pudicitiæ suæ: ne spolier alienam, ne effundat patrimonium, ne fœnore trucidetur, ne incurrat in alterius domum atque famam. *Propert. lib 1. Elegia 7.* Sæpe venit magno fœnore tardus amor. *Ouid. 1. Fast.* Hordeáque ingenti fœnore reddat ager. *Quærere argentum in fœnus. *Plaut. in Asin.* [*sc. 4. a. 2.*] Dum reperiam, qui quæritent argentum in fœnus: *Idem Curc. sc. 2. a. 4.* Vos fœnore, hi (lenones) malè suadendo, & lustris lacerant homines. *Ibidem sc. 1.* Sub veteribus (tabernis) ibi sunt, qui dant, quíque occipiunt. fœnore. *Item Pli. sc. 2. a. 4.* Qui fœnore & periuriis habent rem partam, &c.]

*Reddere cum fœnore quinquagesimo. *Plin. lib 17. c. 18.* Sic quoque cū quinquagesimo fœnore messes reddit fœlicitas soli. * Nummi positi in fœnore, *Horat. de arte poet.*

Fœnūscĭlum, li, diminutiuum. {τοκίσκος, τοκίδιον. GA. Petite vsure. ITA. *Picciola vsura.* GER. Ein kleiner wücher. HI. *Pequeño logro ò renueuo ò vsura.* AN. *Small vsurie or gaine.* } *Plaut. Pseud. [sc. 2 a. 1.]* ad danistam deuenires, adderes fœnuiculum.

Fœnĕro, as, penultim. corr. & Fœneror, aris, deponens, [quo vsus est *Gell. cap. 12 libro 18.*] Fœnori do, in fœnore colloco, Vulgò ad vsuram do. {נשה *naschah* לוה *lauáh.* δανείζω. GAL. Bailler à vsure. ITAL. *Dare & prestare ad vsura.* GERMAN. wucheren / auff wucher außleyhen. HISPA. *Dar à logro ò vsura ò renueuo.* ANGL. *To lende out to vsurie.* } & modò datiuo iunguntur, modò accusatiuo. *Plin. lib. 2. cap. 6.* Fœnerat Sol lumen suum cæteris sideribus, id est, mutuat. *Cicer. de Amicit.* Vt enim benefici liberalésque simus, non vt exigamus gratiam: neque enim beneficium fœneramur, sed natura propensi ad liberalitatem sumus, id est fœnori damus. [*Seneca*, Iuba, & Petreius mutuis vulneribus concurrerunt, & mortes fœnerauerunt.] *Martialis*, Hæc sapit, hæc omnes fœnerat vna deos ¶ Fœneror, cum ablatiuo, significat fœnori accipio. { δανείζομαι. GALLIC Prendre à vsure. ITALICE, *Pigliar ad vsura.* GERMAN. Auff wucher nemmen. HISPAN. *Tomar à logro ò vsura.* ANGL. *To borowe or tak money lent to vsurie.* } [Sic Iureconsulti.] *lib. Dig. 31.* Si autem aliquis eorum vo-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

luerit vendere partem suam, vel fœnerari super eam, potestatem habeat vendere cohæredi suo, & fœnerari ab eo. ¶Beneficium fœneratum dicitur quod cũ fœnore redditur. *Terent. in Phorm.* Fœneratum istuc beneficium tibi pulchrè dices. *Et paulò pòst hoc ipsum exponens,* Idem hoc tibi quòd benè promeritus fueris condupli tauerit. *Vbi Donatus,* Fœneratum, hoc est cum fœnore redditum, & multiplicatum. ¶Interdum fœnerare est, cum fœnore reddere, vel refundere. *Terent. Adelph.* Metuisti, si nunc de iure tuo concessisses paululum, atq; Adolescenti esses morigeratus, hominum homo stultissime, Ne non tibi istuc fœneraret?

Fœnĕrātŏr, toris, Qui fœnus exercet. {נשה *noshéb.* δανειστής. GALL. Vsurier. ITAL. *Vsurato.* GERM. Ein wucherer. HISP. *Logrero, ò vsurero.* ANGL. *An vsurer, or lender for gaine.*} [*Verrius apud Gell. cap. 12. lib* 16. Fœnerator, (inquit) appellatus est, quasi φανεροπορος, ἀπὸ τῆ φαίνεσθαι ὅτι τὸ χρησόμενον, quoniam id genus hominum ostentant speciem humanitatis, & commodi esse videantur inopib. nummos desiderantibus. Hæc *Verrius.* Puto autem ibi legendum φανεροπορος, pro φανερόγεγος. *Varro* contrà, ait fœneratorem dictum esse à fœnore. Quæ sententia Gellio probatur, alia reiicitur.] *Cic. 1. Offic.* Primùm improbantur hi quæstus qui in odia hominum incurrunt, vt portitorum, vt fœneratorum. *Idem Sestio famil. lib. 5.* Nec putant ei nummos decesse posse, qui fœneratores ex obsidione exemerit.

Fœnĕrātĭo, onis, Fœnoris exercitatio, pecuniæ nundinatio. {δανεισμός. GAL. Vsure. ITA. *Vsura.* GERM. Das wucheren/wucher. HISP. *Logro ò obra de dar ò tomar à vsura.* ANGL. *Vsurie, the practise or feate of vsurie.*} *Colum. in Præfat.* An fœneratio probabilior sit, etiam iis inuisa quibus succurrere videtur. *Cicer. pro Flac.* Hæc pecunia ab honorib translata in quæstum & fœnerationem, recuperata est multis pòst annis.

Fœnĕrātŭs, tus, fœneratio, id est, mutatio ad vsuram. δανεισμός.

Fœnĕratò, aduerbium, cum fœnore. {GALL. Auec vsure, au double. ITALIC. *Con vsura.* GERM. Mit wucher. HISP. *Con longro.* ANG. *With vsurie and gaine.*} Fœneratò reddere, πωῦ ὀπιπαρατία ἀμειβεσθαι. *Plaut. in Menæch.* [*sc. 2. a. 4.*] Næ illam mecastor fœneratò abstulisti, hoc est graui vsura, velut à fœneratore, quam multo cum fœnore restituas. [*Idem Plaut. Asin. sc. 2. a. 5.* Equidem fœneratò funditat.]

Fœnĕrātĭtĭus, ia, um, Quod datum est fœnori, vel quod ad fœnus pertinet. {δανειστικός. GALL. Donné ou prins à vsure. ITA. *Dato ò tolto ad vsura.* GER. Auff wucher gäben oder genommen/das zu dem wucher gehört. HISP. *Pertinesciente à logro, ò vsura, tomado ò prestado à vsura.* ANGL. *That is giuen or taken to vsurie.*} vt, Fœneratitia pecunia, quæ ex vsuris collecta est.

Fœnĕrālĭa, orum, Tempus quo fœnus cessabat, & finiebatur, reddebatúrque pecunia. *Liu. 35.* Ita libero verò fœnore obruebantur debitores: cuius coercendi quum ratio quæreretur, diem finiri placuit: fœneralia quæ proxima fuissent, vt qui post eam diem socij ciuibus Romanis credidissent pecunias, profiterentur, & ex ea die pecuniæ creditæ, quibus debitor vellet legibus creditori ius redderetur.

Fœnŏbrĭs bre, penultima indifferenti, quod ad fœnus pertinet. {δανειστικός. GALLIC D'vsures, des appartenances d'vsure. ITA. *Pertinente ad vsura.* GERM. Dem wucher zugehörig. HIS. *Cosa pertenesciente à logro.* ANG. *That belongeth to vsurie.*} vt, Lex fœnebris, qua fœneratorum auaritiæ coercetur. *Liuius 15.* Instabat enim cura alia quòd ciuitas fœnore laborabat, & quum multis fœnebribus legibus constricta auaritia esset, via fraudis inita erat, vt in socios, qui non tenerentur iis legibus, nomina transcriberent. Fœnebris res, *Liuius 7. ab Vrbe,* Inclinatis semel in concordiam animis, noui Consules fœnebrem quoq; rem, quæ distinere vnanimes videbatur, leuare aggressi solutionem alieni æris in publicam curam vertere. Malum fœnebre. *Tacit. libro 5.* Sanè vetus Vrbi fœnebre malum. [*Item,* Fenebris pecunia, *apud Suet. in Calig. cap.* 41.]

Fœtĕo, es, Malè oleo. {באש *baásh.* נאלח *neelách.* δυσωδίαν, ἐκνεμόμενος. GAL. Puir, sentir mauuais. ITA. *Putire, puzzare.* GER. Stincken. HIS. *Heder.* ANG. *To stinck, to giue an ill sauour.*} *Plaut. in Asin.* [*sc. 2. a. 5.*] Dic amabo, an fœtet anima vxori tuæ? *Mart. lib. 5.* Fœtere multo Mytale solet vino.

Fœtĭdŭs, a, um, Malè olens. {נבאש *nibéasch* נאלח *neelách* δυσώδης. GAL. Puant. ITA. *Fetido, puzzolente.* GERM. Stinckend HISPP. *Cosa hedionda.* ANGL. *That stinketh, or fauoureth ill.*} *Plaut. in Merc.* tanto minus: Quum sis iam ætatis plenus, anima fœtida, Senex hircosus. *Idem in Capt.* [*sc. 1. a. 4.*] Tum piscatores, qui præbent populo pisces fœtidos. *Cicer. in Pisonem,* Et cum isto ore fœtido teterrimam nobis popinam inhalasses. [¶Fœtidum vinum. *Gellius capit. 7. libro* 11.]

Fœtŭlēntŭs idem quod fœtidus. δυσώδης. *Apul. in Apolog.* Quid in crimen haud contemnendum philosopho nihil in se sordidum finere, nihil vspiam corporis aperrum, immundum pati ac fœtulentum.

Fœtŏr, oris, Malus odor. {באש מק *mak báash. bóesch.* δυσωδία. GAL. Puanteur. ITA. *Fetore, puzza, lezzo.* GER. Gestanck. HISPAN. *Hedor ò mal odor.* ANGL. *Stinck an euill sauour.*} *Colum. lib. 12. cap.* 18. Cella quoq; vinaria omni stercore liberanda, & bonis odoribus suffiēda, ne quem redoleat fœtorem, acoré.ave. [*Suetonius in August cap* 86. Fœtores reconditorum verborum.

Fœtĭdĭtās, Fœtor. {באש *bóesch* δυσωδία. GAL. Puanteur ou puantise. ITA. *Fetore, puzza, lezzo.* GERM. Gestanck. HISP. *Hedor ò mal odor.* ANG. *A stinck.*} *Senec. Epist.* 111. At ne hercule ista solicitè scrutata, varieque condita, quum ventrem subierint, vna atque eadem fœtiditas occupauit.

[Fœturina, & olenticeta. *Apul. Apolog. 1.*]

Fœtŭs, tus à fouendo, quoniam & dum in vtero est, & postquam eductus fœtus est, à matre fouetur, vel ἀπὸ τῆ φοιτᾶν: quo verbo veteres rem veneream significarunt pudenter. [vel à forda pecude. *Ouid 4. Fast.* Vide in Forda, & Horda, infrà.] {גלם *gholém* יצאת *tseetsá.* עול *ʕul. γονή.* GALLIC. Le fruict ou portee des bestes ou plantes. ITAL. *Il parto, il frutto che le bestie partoriscono.* GERM. Die frucht eines jeden thiers anderen dings. HISP. *El frutto ò lo que la hembra pare.* ANGL. *The young or fruitte of euerie creature that lieth.*} Est autem fœtus generale nomen ad omnia pene quæ nascuntur. Sunt enim fœtus omnium quadrupedum, siue feræ sunt, siue cicures: præterea etiam auium & piscium, atque adeò ipsorum etiam hominum. [¶Pro partu: *Plaut. Amph. sc. 2. a. 1. & sc. 1. a. 3.* Pater curauit vno vt fœtu fieret. (i. vt vno partu duos eniteretur.) *Item.*

¶Fœtus, pro sexu, Quod eius virile fœtus futurum est. (id est sexus.)] *Plin.* Legimus mulierem Ægyptiam binos fœtus quater enixam. *Idem lib. 8. cap.* 18. Totus tigridis fœtus, qui semper numerosus est, ab insidiatore rapitur equo. *Cic. 3. de Fin.* Atque etiam in bestiis vis naturæ inspici potest, quarum in fœtu & educatione laborem quum cernimus, naturæ ipsius vocem videmur audire.* Facere fœtus. *Plin. lib. 10. cap.* 31. Oscines præter exceptas, non temere fœtus faciunt ante æquinoctium vernum, aut post autumnale: ante solstitium autem dubios: post solstitium, vitales.* Procreare multiplices fœtus, *Cic. 2. de Nat. deor.* ¶Neque animalium tantùm fœtus dicuntur, verùm etiam inanimatorum. Nam & arborum fœtus passim legimus & fœnum, terræ fœtum vocamus. *Cic. 2. de Orat.* Edit fœtus meliores & grandiores ager non semel aratus, sed nouatus & iteratus. *Virgil. 1. Georg.* Hic tegeres, illic veniunt fœliciùs vuæ, Arborei fœtus alibi. Id est fructus, vt poma. *Idem 2. Georg.* Nec minùs interea fœtu nemus omne grauescit. *Vbi Seruius,* Fœtu, id est vtilitate: nam omnis vtilitas fœtus est. ¶Fœtus animi, per translationem. *Cic. 5. Tusc.* Ex quo triplex ille animi fœtus existet: vnus in cognitione rerum positus, & in explicatione naturæ: alter in descriptione expetendarum, fugiendarúmve rerum: tertius in iudicando, quid cuiq; rei sit consequens, quid repugnans.

Fœtŭs, ta, tum, Propriè de minore pecore dicitur. {חרה *horéh* על *ʕal.* ἔγκυος. GAL. Qui a le ventre plein de petis, gros. ITA. *Pieno, grauido, pregno.* GERM. Voll unger/ tragend. HIS. *Cosa himbraprenada.* ANG. *That hath the wom be full of young ones.*} vt, Ouis fœta, id est grauida, & in vtero ferens. *Virg. 1. Eclog.* Non insueta graues tentabunt pabula fœtas. *Col. lib. 8.* Huic pecudi nocet æstus, & præcipuè fœtæ, quæ gelicidio hyemis conceptum fecit. ¶Dicitur & partu liberata, hoc est, quæ peperit. *Virgil. 9. Æneid.* Fecerat & viridi fœtam Mauortis in antro. Enixam autem fuisse, lac quod pueris præbebatur, ostendit. ¶Transfertur & ad alia: vt, Loca fœta furentibus Austris, apud *Virgil. 1. Æneid.* id est plena. ¶Huius composita sunt, Confœtus. *Festus,* Confœtus fus dicebatur, quæ cum omni fœtu adhibebatur ad sacrificium, Defœtus, & Effœtus. *de quibus alibi.*

Fœtŭōsŭs, sa, sum, Quod est plenum fœtu. ἔγκυος. *Hieronymus contra Iouin.* Lippientem iam deformem, atque fœtuosum synagogæ typũ prætulisse. Retinet hoc nomen u, quoniam fœtus est quartæ declinationis. Sic sumptuosus, fructuosus, luctuosus, actuosus, quæstuosus: quæ autem veniũt ab aliis declinationibus, non habent u ante o: vt Fabulosus, Dolosus, Vitiosus, Portentosus, & huiusmodi.

Fœtūra, ræ, Pecoris prouentus, à fœrando dictus. {נשאת *tseetsá.* τόκος. GAL. La portee ou porture des bestes ou plantes. ITA. *Il tempo dal partorire.* GERM. Die gebärung/die zeit deß gebärens. HIS. *Parizion, ò tiempo, de parir.* ANG. *Hatching or bring forth of younge.*} *Virgil. Eclog.* 7. Si fœtura gregem suppleuerit, aureus esto. *Varro lib. 2. de Re rust. c. 1.* Accipit pro ipsa fœtatione, siue pro illo toto tempore ab admissione vsque ad partum. Secunda (inquit) pars est de fœtura. Nunc appello fœturam à conceptu ad partum. Hi enim prægnationis primi & extremi fines. [¶Fœtura pro infante in vtero (interprete Passer.) inuenitur apud *Gellium cap. 16. lib. 3.* vbi ita scribit: Quod si ita est, neque vltra decimum mensem fœtura mulierem protolli potest. &c.]

¶Transfertur etiam ad inanimata: vt, Fœtura pratorum. *Plin in Præfat. totius op.* Opus natum apud me proxima fœtura licentiore epistola narrare constitui.

Fœtĭfĭco, as, Fœtum facio, pario. {חוריח *holidh.* γεννάω. GAL. Faire ses petis, faonner. ITA. *Partorire, far figliuoli.* GERM. Gebären/junge machen. HISP. *Empreñar ò parir.* ANG. *To bring forth litleones.*} *Plin. lib. 10. cap. 8.* Accipitres totius Massiliæ humi fœtificant. *Idem lib. 9 cap.* 38. Qui quum fœtificauére, fluxos habent succos. *Ibid. c. 15.* Intrant è magno mari in Pontum verno tempore gregatim, nec alibi fœtificant.

Fœtĭfĭcŭs, a, um. {מוליד *holidh.* γόνιμος. GAL. Generatif. ITA. *Generatiuo* GERM. Gebärig oder fruchtbar. HIS. *Cosa que empreña.* ANG. *That maketh fruitfull.*} *Plin. lib. 9. cap. 51.* Nuper compertum in ostreariis, humorem in fœtificum lactis modo effluere.

Fœtĭfĕr, pen. cor. Adiectiuum. {מוליח *holidh.* ὁ ἢ ἡ κυοφόρος, κυοφόριον, γόνιμος. GALL. Qui porte fruict, qui donne fecondité. ITA. *Chefa generare.* GERMAN. Das da machet frucht zubringen. HISPAN. *Cosa que haze engendrar.* ANG. *Fruitfull.*} *Plin. lib. 7. cap. 31.* Vbi fœtifer potu Nilus.

Fœto, tas, Fœtum emitto. {הליד *holidh.* τίκτω. GAL. Faire ses petis. ITA. *Partorire.* GERMA. Gebären. HISP. *Parir.* ANG. *To bring out litle ones.*} *Col. lib. 8.* Circa paludes, in quibus plerunque fœtant *Ibidem c. 8.* Minùs enim suas impares diligunt, & ideò nec multùm ineunt, nec sæpiùs fœtant.

Fŏlĭum, lij. {עלה *ʕaléh.* GALL. Fueille. ITA. *Foglia.* GERM. Ein blatt. HISP. *Hoja.* ANG. *A leaf of a tree.*} *autore Festo,* à Græca dictione φύλλον: sed ideo per simplex l scribitur, quia antiqui non geminabant consonantes. Est autem folium, *teste Valla,* & arborum, & herbarum, & florum: quum frondes arborum tantùm dicantur. *Cicer. 3. de Orat.* Quid in arboribus, in quibus non truncus, non rami, non folia sunt denique, nisi ad suam retinendam, conseruandámque naturam? *Plinius libro 21. cap.* 17. Iasione vnum folium habet, sed ita implicatum, vt plura videantur. *Virgilius 2. Georg.* folia haud vllis labentia ventis. [*Plaut. Menach. sc. 4. a 2.* Folia nunc cadunt, post arbores in te cadent. *Plaut. Milit sc. 1. a. 1.* Cuius tu legiones diffluisti ipiritu, quasi ventus folia. *Ouid. Eleg. 8. lib. 3.* Est color in foliis quæ noua læsit hyems. *Ibid. Eleg. 3. l. 3.* Atque ea (ossa) cum foliis & amomi puluere misce.]

¶Folia etiam appellantur chartæ librorum quas re uoluimus: à palmarum foliis in quib. olim scribi solebat, quæ Græca voce φύλλα appellantur: quarum extremitas margo dicitur: & pagina, vtraque pars fo-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

pars folij: nam folium duas paginas habet. φύλλ. ¶ Hinc componuntur Trifolium, τρέφυλλον. Quinque folium, πεντάφυλλον. Latifolium, quod habet lata folia, πλατύφυλλον. Mille folium, μυριόφυλλον, herba, & huiusmodi multa.

Fŏlĭācĕŭs, a, um, Quod ex foliis factum est, vel foliis simile est, {φύλλινος. GAL. Semblable à fueilles. IT. *Simile à foglie.* GE. Auß blettern gemacht/ oder den blätteren gleych. HISP. *Cosa de materia de hojas, ò semejante à las hojas.* ANG. *Resembling leafes.*} *Plin. lib. 19. c. 7.* Paucis sunt semina foliacea & lata vt atriplici sunt semina.

Fŏlĭōsŭs, a, um, Foliis plenus. {φυλλώδης. GA. Plein de fueilles, fueillu. IT. *Pieno de foglie, foglioso.* GER. Voll bletter. HIS. *Lleno de hojas.* ANG. *Full of leafes.*} *Plin. lib. 24. c. 15.* Chamæcissos spicata est tritici modo, ramulis quinis ferè, foliosa.

Fŏlĭātum, Vnguenti genus, quod & nardinum vocat *Plin.* à nardi folio, quo confectum est: {μαλαβάθρινον.} *Mar. li. 11.* At mea me libram foliati poscat amica. [*Idem Mart. ep. 110. lib. 14.* Foliata sitis.] Hoc *Plin.* scribit constare omphacio, balanino, iunco, nardo, amomo, myrrha, balsamo. *Pl. in Curc.* Græca voce vocat petalion, πιτάλιον enim Græci vocant folium.

Fŏlĭco, Follicas, *Vide* FOLLIS.

Fŏllis, lis, masc. gen. Instrumentum quo attrahitur ventus, atque emittitur ad ignem excitandum. {נפח *mappuach.* φύσα. GAL. Souffler, sac ou sachet de cuir, bourse, bale à iouër, grosse pelotte enflee de vent. ITAL. *Mantice, folle, fossietto, borsa, sacco ò altro simili cosa fatta di cuoro.* GER. Blaßbalg. HIS. *La bolsa ò correa para lleuar dinéro, ò bola di viento para jugar.* ANG. *A bellowes.*} [*Plau. Aul. sc. 1. a. 2.* Quando it dormitum, follem obstringit ob gulam ne quid animæ amittat dormiens.] *Virg. 8. Æneid.* alii ventosi follibus auras Accipiunt, reddúntque. His vtuntur ferrariæ, argentariæque officinæ. Vtuntur & coqui, sed paruulis, ne opus sit ignem insufflare buccis: quod qui faciunt, sufflatores vocantur. Primus Anacharsis philosophus folles ignis exsuscitatores inuenit, *vt refert Strab. lib. 7.* ¶ Est item follis, pilæ genus omnium maximum, constans ex aluta vento inflata: quod etiam hodie Italis plurimo est in vsu: puerorum præcipue & senum lusibus conueniens, vtpote quo minùs fatigentur ludentes quàm harpasto. Nam & lentius fertur follis, magísque resilit, tardiúsque descendit, veluti ex industria percussorem expectans. *Mart.* [*epigr. 47.*] *lib. 14.* Ite procul iuuenes, mollis mihi conuenit ætas: Folle decet pueros ludere, folle senes. Quoniam verò hoc pilæ genus pugno excutitur, pugillatotius follis quandoque vocatur. *Plau. in Rud.* extemplo hercle ego te follem pugillatorium faciam.

¶ Quandoque accipitur pro marsupio, receptaculóque numorum, ex pelle aut corio confecto. *Iuuenalis.* - & tenso folle reuerti. Nam sicut folles pilæ vento intumescunt, ita crumenæ pecunia turgent: à qua similitudine inditum nomen. *Vegetius autor est*, disciplinæ militaris consuetudine decem folles, hoc est decem saccos, per singulas cohortes solere disponi, in quibus militum pecunia condebatur.

Fŏllĭcŭlŭs, li, paruus follis, & quodcunque turgidum est & laxum in morem follis. {θυλάκιον. GALLI. Sachet, bourselle, cuirot, petite peau ou bourse, ou estuy qui couure le grain des frouments ou autres fruicts. ITA. *Sachetto, borsetta, picciola guscia che cuopre il grano del frumento & altri grani.* GERM. Ein iedes auffgeblasen ding / als die hulsen seind an dem getrayd. Item/ die ballen mit welchen man spylet/ &c. HISPA. *El fardel ò talega ò mochilla, del holleio de panes y legumbre.* ANGLIC. *A satchell or purse, the small huske that couereth the cornes of wheate and other graynes.*} Vnde frequentissimè accipitur pro theca, seu siliqua leguminum frumenti, vel lini, vel cuiuslibet alterius rei quę granum continet inuolutum: λυτρον. *Col. lib. 2. cap. 8.* Quoniam folliculum quo continetur, finum & durabilem aduersus longioris temporis humorem habet. ¶ Accipitur item folliculus pro maiori pilæ genere: quod ex aluta conficiebatur, solóque implebatur vento: quod & follem frequentiùs inuenimus appellari. *Sueton. in August.* Post bella ciuilia ad pilam primo, folliculúmque transiit.

¶ Quandoque pro pelle seu sacculo: *vt lib. 1. Rhet. ad Heren.* Malleolus iudicatus est matrem necasse: eo damnato, statim folliculo lupino os obuolutum est, soleæ ligneæ pedibus indutæ. *Liu. 9. ab Vrbe*, Eques in castra folliculis frumentum veheret. ¶ Non inuenustè aliquando transfertur ad corpus humanum, siue quod ad follis similitudinem semper attrahat, & emittat spiritum: siue quòd ad sacci coriacei similitudinem pelle sit circundatum. Veteres enim saccos ex corio factos folles appellabant. *Luc. lib. 26. vt citat Nonius*, Et quo folliculo nunc sum indutus, non queo.

* Follitus, a, um, θυλακωτός, Obuolutus corio. *Pl. Epid.* Para tu ductare, atque ego follitum ductitabo.

Fŏllĭco, as, pen. corr. {נפח *naphách.* GAL. Souffler. ITA. *Soffiare col naso.* GER. Durch die nasen schnaufen. HISP. *Soplar.* ANG. *To snuffe or fetche the breath lowde at the nose.*} Follium more reciproco spiritu nares agito. *Apul. lib. 9. Met.* Nares follicantes languidas. ¶ Est item follium laxitatem & cauitatem imitari. Vnde *Hieron.* caligas monachorum follicantes dixit, quales hypocritas gestare ait, vt humani cultus contemptores videantur.

Fŏllĭcŭlārĕ, Pars remi quæ folliculo tecta est. A quo vita follicularis dicta est. *Autor Festus.*

Fomes, Fomentum, *Vide* FOVEO.

Fŏns, fontis, à fundendo, quòd fundat aquam, tantùm masc. gen. {עין *hayin* מעין *maiján.* πρόιν, πηγή. GAL. Vne fontaine. ITA. *Fonte, fontana.* GERM. Ein brunn. HI. *Fuente.* ANG. *A spring, a fontaine.*} [¶ Fontes vnde procreentur, & quomodo, *Plut. in Paulo Æmylio. Pl. Au. sc. 5. a. 3.* Quæ interbibere Corinthiensem Fontem & Pirenem potest. *Ouid. Eleg. vlt. lib. 3. Trist.* Cuius (ingenij fons inficiendus paruáque vena fuit. *Ouid. Eleg. 8. lib. 4.* Nec siccam Getico fonte leuare sitim. *Idem El. 1. lib. 5. Trist.* Illa mihi pleno de fonte ministrat.] Non desunt qui olim etiam fœmininum fuisse velint: cuius tamen rei nullum proferunt testimonium. *Plin. lib. 12. c. 1.* Nunc est arbor clara in Lycia socia gelidi fontis amœnitate. *Hirtius 8. bell. Gall.* Sub ipsius enim oppidi murum magnus fons prorumpebat. ¶ Fons per translationem accipitur pro origine & causa. *Cic. 3. Tusc.* Non rem ipsam causam atque fontem esse mœroris. *Idem ad Brutum*, Nec in Senatu sceleratissimorum consiliorum fontes aperire dubitaui. ¶ Fontem pro aqua fontana posuit *Virg. 12. Æneid.* pro parte totum vsurpans, -alij fontémque ignémque ferebant. ¶ Fontes ipsi sitiunt, prouerbium in eos qui petunt ab aliis quod ipsis affatim abundet domi. *Cic. ad Quintum Frat.*

¶ Ipse sibi mali fontem reperit, αὐτὸς ἑαυτῷ κακοῦ πηγή. In eos dici solitum, qui sibi ipsis ministrauerint exitii causam. ¶ Omissis fontibus consectari riuulos, non sine prouerbij specie dixit *Cicer. 2. de Orat.* pro minùs ad rem pertinentia dicere, omisso eo quod est negotii caput.

Fōntĭcŭlŭs, li, diminutiuum, Paruus fons: à quo fonticellus. {πηγίδιον. GA. Petite fontaine. IT. *Fonticello.* GER. Ein Brunlein. HISP. *La fuente pequeña.* ANG. *A litle springe.*} *Plin.* Vbicunque moueris humum, fonticuli scatent. *Idem lib. 31. c. 50.* Lacus est nitrosus, exiliente è medio dulci fonticulo.

Fōntānŭs, a, um, Quod ex fonte est. {πηγαῖος. GALL. De fontaine. ITAL. *Fontano, di fonte.* GE. Aus von brunnen ist. HI. *Cosa de fuente.* ANG. *Of a fontaine.*} *Plin.* Fontanæ aquæ cyathos duos. Sic *Colum. lib. 12. cap. 9.* Sed extrinsecus vasa pertegere, & aqua fontana quàm recentissima refrigerare. [*Ouid. 4. Fast.* Tu Dea pro nobis fontes, fontanáque placa Numina.]

Fōntālis, le, Fontanus, quod scilicet ex fonte est. {πηγαῖος. ANG. *Of a spring or fontaine.*} *Plaut. in Sticho*, Vide, vtram tibi lubet etiam nunc capere. Cape prouinciam. s. Quid istuc est prouinciæ. T. Vtrum fontali, An Libero imperium te inhibere mauis? Vbi interpres, Id est, num velis imperium habere, an præesse aquæ, an vino præbendo? Fontalem aquam dixit è fonte scaturientem.

Fōntānālĭă, *Varroni*: Fontinalia, *Festo.* Feriæ erant fontibus dicatæ, quibus & coronæ in fontes coniici, & putei coronari solebant.

FŌNS SŌLĬS, In desertis Libyæ est, vltra Cyrenaicam regionem: iuxta Iouis Ammonis oraculum, cuius aqua manè & vesperi tepida est, meridiano tempore gelidissima, sub mediam noctem feruidissima. {ἥλιου πηγή. GE. Der sonnen brunnen in der einöde Libye gelegen/ welches wasser abents vnd morgens law ist/ zu mittag gantz kalt/ zu mitternachts ganz heiß.} Fontem autè Solis appellarunt, quòd à Sole regi videatur, & pro ratione diuersorum cardinum quos ille perlabitur, calorem tepore, teporémque frigore permutet. Apud Ammonios (*inquit Herodotus libro quarto,*) aqua fontana est, quæ sub matutinum quidem tepet: sub horam, qua forum frequentissimum est, frigescit: sub meridiem multò frigidior est, cáque hora hortos irrigant. Declinante iam die remittitur frigus, donec Sol occidit: tunc tepescit, magis ac magis calescens vsque ad mediam noctem, quo tempore feruens exæstuat: præterita nocte media, ad auroram vsque refrigescit. Cognominatur autem Fons Solis. *Hæc ille.* Meminit huius fontis & *Ouid. lib. 15. Metamorph.* quamuis Ammonis, non Solis fontem appeller, medio (*inquit*) tua corniger Ammon Vnda die gelida est, ortúque obitúque calescit. *Silius quoque lib. 3.* Ammonis oraculum describens, Stat (*inquit*) fano vicina nouum & memorabile, lympha, Quæ nascente die, quæ deficiente tepescit: Quæque riget, medium quum Sol ascendit Olympum. *Plin. lib. 2. cap. 103.* duos huius naturæ fontes cōmemorat, quorum alterum à vicino oraculo, Ammonis fontem appellat: alterum apud Troglodytas collocat, Æthiopiæ populos, eúmque Solis fontē nominat. Verba eius sunt hæc, Iouis Ammonis fons, interdiu frigidus, noctibus feruet. Deinde subdit, in Troglodytis, fons Solis appellatur, dulcis & circa meridiem maximè frigidus: mox paulatim tepescens, ad noctis media feruore, & amaritudine infestatur.

FŌNTĒĬĂ, Virgo Vestalis, Fonteii soror, cuius meminit *Cicer. in Orat. pro Fontēio.*

FŌNTĪNĀLĬS porta dicta est Romæ, quæ alieno nomine Capena dicitur ob propinquitatem scaturientium fontium. *Iuuen. Sat. 3.* Substitit ad veteres arcus, madidámque Capenam. *Liu.* Ædiles alteram porticum ad portam fontinalem, ad Martis aram, qua in campos iter esset, perduxere.

Fora, vasa, quibus antiqui vtebantur in torcularibus. *Columell. libro 12. capite 18.* Tum lacus vinarij, & torcularij, fora, omniáque vasa, si vicinum est mare, aqua marina: sin minùs, dulci eluenda sunt, & commundanda, & diligenter asiccanda, ne humorem habeant.

Fŏrāgo, pen. prod. Filum est, {AN. *A stippe or yarne.*} *autore Festo*, quo textrices opus diurnum distinguunt, à forando dictum.

Fŏrāmĕn, *Vide* FORO, as.

Fŏrās, Extrà. {חוץ *chuts* חוצה *chutsah.* ἔξω, & Foris ἔξωθεν. GAL. Hors, dehors. ITA. *Fuore, fuori.* GER Hinauß/ auß/ hin. HIS. *Afuera, de fuera.* ANG. *Forth abrode, out of the dores.*} Aduerbia loci sunt à foris, hoc est spectaculis deriuata, vt *Seruio* videtur: siue (quod verisimilius est) à foro quòd domo exeuntes ferè ad interiorem partem vrbis in qua forum est, soleamus accedere: *in qua etiam sententia est Festus.* Differunt autem inter se hæc duo aduerbia, vt foras motum importet ad locum. [*Plaut. Mostel. sc. 4. a. 1.* Illinc vbi fui inde effugi foràs. *Ibidem sc. 1. a. 1.* Exi, è culina sis mastigia, *Idem Curc. sc. 1. a. 5.* Vix foras me abripui. *Idem Asin. sc. 2. a. 1.* Siccine hoc fit? Foras ædibus me eiicit? *Ibid. sc. 3. a. 3.* Excluſus est foras. *Plaut. Aul. sc. 3. a. 1.* Cras veniat: perendie foras feratur, (id est, efferatur mortua.) *Ibid. sc. 1. a. 2.* De suo tigillo fumus si qua exit foras. *Pl. Mil. sc. 1. a. 2.* Ex hospitio eduxit se foras. Euocate foras: Vide Euoco. Dare foras vtendam chlamydem aut pallium, (bis) *apud Pl. Men. sc. 2. a. 4.* (id est, commodare vicinis.) *Item*, Proficisci foras, *Pl. Cur. sc. 1. a. 1.* & migrare foras. *Ibid. sc. 1 a. 2.* Et procedere foras, *Plaut. Pseud. sc 2 a. 2.* Patronus foribus processit foras. *Idem Curc. sc. 2. a. 1* Mittite istanc foras. *Exsurgat foras, qui nolet auscultare. *Pl. Milit. sc. 1. a. 2.*] *Plaut. in Cas.* Foras tacitus exeo cum ornatu quo vides. *Idem in Amph.* Sed quid tu foras egressa es?

¶ Foris, motum in loco & de loco significat. *Terent. in Eunuch.* Quæ dum foris sunt, nihil videtur mundius, Nec magis compositum quic-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quam. *Plaut. in Asin.* Ille opere foris faciundo lassus domum noctu aduenit. [*Plaut. Aulul. sc. 3. a. 2.* Ligna ne quæras foris. *Idem Capt. prolog.* Foris illic, extra scenam, fient prælia. *Idem Milit. sc. 3. a. 2.* Oculos non rogo vtendos foris. *& Mostell. sc. 1. a. 2.* Ædes occludam hinc foris claui Laconica. *Plaut. Capt. sc. 2. a. 1.* Foris quod gusto, id beat. *Plaut. Capt. sc. 2. a. 1.* Sinito ambulare si foris, si intus volent. ¶ Nonnunquam etiam iungitur verbis motum ad locum significantibus. *Plaut. Men. sc. 2. a. 1.* Faxo foris vidua visas patrem.] *Plin. lib. 9. cap. 33.* Margine in Mucronem emisso, foris effuso, intus replicato. *Cicer. in Parti.* Illa verò indigent, & nec eo dicuntur sine arte, quod ita sunt, sed quod ea non parit Oratoris ars, sed foris ad se delata, tamen arte tractat.

FORIS, quandoque passim vsurpatur. *Cic. ad Quint. frat.* Foris valde plaudit: id est non solum in senatu: sed apud cæteros etiam. *& in epistola longa ad Lentul.* Quum ea contentio mihi magnum etiam foris fructum tulisset. In vulgus idem alibi dixit, eadem sententia. *Ex Aldi commentario ad Quint. frat.*

Fōrĭnsĕcŭs, penultim. corrept. Foris, ab exteriori parte)(intrinsecus. {לחיצון *lachitsón* מחוץ *machúts.* ἔσωθεν, ἔξωθεν. GALLIC. Par dehors. ITAL. *Estrinseco, cio che é di fuora.* ANGL. *Without.*} *Plin. lib. 13. c. 82.* Lignum omne corticis loco habent, hoc est forinsecus. *Col. lib 8. c. 3.* Sed ab cohorte forinsecus prædictis fenestellis scandulæ similiter iungantur.

Foriatus, nomen, *vide* FORO, as.

Fōrbĕă, Genus cibi à veteribus dicebatur, quo calido vesci solebant. Græci φορβὴ vocant. *Fest.*

{Forcillate: *Plau. Pseu. sc. 2. a. 2.* Væ tibi: Tu inuentus verò meam qui forcilles fidem.]

Fōrcĭpēs, pen. corr. quasi foruicapes dictæ sunt, quòd iis forua, id est, calida capiantur. {מלקחים *melkachaim.* λαμβάνειν. GA. Tenailles, pincettes. ITA. *Tanaglie, molle da fuoco.* GER. Zang. HIS. *Las tenezas ò instrumento para asir.* ANG. *A paire of tonges or pincers.*} *Virgil. 8. Æneid.* Illi inter sese magna vi brachia tollunt In numerum versantque tenaci forcipe massam. Et tam masculini quàm fœminini generis, *secundum Priscian. Ouid. 12. Metamorph.* Terribilem stridore sonum dedit, vt dare ferrum Igne rubens plerunque solet, quòd forcipe cutua Quum faber eduxit, lacubus demittit. *Colum. lib. 16. cap. 16.* Deinde priusquam ferrum admoueas, duabus angustis ligneis tegulis, veluti forcipibus apprehendere testium neruos. *Plin. li. 7. cap. 56.* Autorem & inuentorem forcipis fuisse tradit Cinyram Cyprium Agriopæ filium.

FORCVS, φόρκος, Nomen viri proprium, qui tres filias habuit Gorgonas, Sthenio scilicet, Euryalen & Medusam, quæ nimis locupletes fuerunt, & Gorgones dicuntur, id est terræ cultrices.

Fōrdă, dæ Bos prægnans, à ferendo. { עלה *ħaláh* βοῦς ἐγκύμων, ἢ ἔγγυος. GAL. Vne vache qui est pleine, qui porte veau en son ventre. ITAL. *Vacca pregna.* GE. ein tragend kůh. H. *Vacca preñada* AN. *A cowe with calfe.* } *Ouid. 4. Fast.* Forda ferens bos est, fœcundáque dicta ferendo. *Colum. lib. 6. cap. 24.* Post vnum coitum forda non admittit taurum. [¶ Quæ forda ab Ouidio appellatur, Latini veteres vocabant Hordam, vt testatur *Varro cap. 5. lib. 2. de Re rust.* his verbis : Quæ sterilis est vacca, taura appellatur : quæ prægnans, Horda. Vide infrà in Horda.]

[Fordeum pro hordeo veteres dixisse, vt fœdum & fariolum, pro hœdo, & hariolo, scribit Terent. Scaurus de Orthogr.]

Fordicidia. Dies festus à fordis bubus, hoc est prægnãtibus: quòd eo die immolarentur boues prægnantes in curiis: à fordis cædendis fordicidia dicta.

Forem, fores, foret, & in tertia persona pluralis numeri forent, & in futuro infinitiui fore pro futurum esse. Forem autem idem omnino significat quod essem. {היה *ehjéh.* γενέμην. [*Plau. Pseud. sc. 2. a. 5.* Hoc ego nunquam ratus sum fore. *Idem, Cap. sc. 2. a. 1.* Hoc ego nunquam ratus sum fore. *Plaut. Most. sc. 1. a. 1.* Pol istuc tibi credo nomen actutum fore. *Plau. Men. sc. vlt. a. 5.* Vis conclamari auctionem? Fore quidem die septimi. *Plaut. Pseud. sc. 5. a. 4.* In pistrinum credo vt conuenit fore (iam esse, vel mox futurum esse.) *Ouid. 13. Metam.* Pollentémque metu & trepidantem morte futura. *Ibidem,* Mihi cura futuri est. *Plaut. Most. sc. 3. a. 1.* Quid cæteris tuis amatoribus futurum est? *Catul. de Com. Beren.* In limite cœli fixa corona foret.] *Sallustius in Iugurth.* Nam ego quidem vellem, vt & hæc quæ scribo, & ea quæ antè in senatu questus sum, vana forent. Fore verò habet significationem participij futuri, vnà cum infinito esse, ἔσεσθαι. Idem enim est fore quod futurum esse. Ideo iungitur cum nomine, vel interdum cum participio, quod in nomen transmigrauit : vt spero re amicum fore: non amaturum fore. *Cicer. Trebatio,* Scribit ad me Cæsar, se tibi nõdum familiarem esse satis propter occupationes suas, sed citò fore. *Cæsar de bell Gall. 1.* Nonnulli etiam Cęsari nuntiabant, quum castra moueri, aut signa ferri iussissent, non fore dicto audientes milites. ¶ Composita eius sunt Abfore, Adfore, Confore, Defore & Profore, quæ sæpius sola ponuntur, hoc est sine nomine aut particip. à tergo. ¶ Abfore quid significet, quemque in oratione vsum habeat, explicuimus suprà. ¶ Adfore idem est quod adfuturum esse. *Ouid. 14. Metam.* Esse quoque in fatis reminiscitur adfore tempus. Adforem, adessem. *Virgil. 1. Æneid.* Atque vtinam rex ipse Noto compulsus eodem Afforet Æneas. ¶ Confore, conuenturum esse. συμπλέσεσθαι. *Terent. in Andr.* Restat Chremes, qui mihi exorandus est, & spero confore, id est, conuenturos esse. ¶ Defore, defuturum esse, ἐλλείψειν. *Cicer. contra Rullum,* Verùm arbitrantur non defore qui illam restituerent. ¶ Profore, profuturum esse, ὠφελήσειν. *Horat. in epist.* Quæ nocuere sequar, fugiam quæ profore credam.

Forensia, Forensis. *Vide* FORVM.

Fores, Propriè (*inquit Seruius*) quæ foris aperiuntur. {דלתות *delathoth.* θύρα. GAL. Huis, porte. ITA *Porta.* GER. Thuren. HIS. *Las puertas con que cerranos lo cosa.* ANG. *The gates, the dores.*} Vnde *Plutarchus* memorat, primùm Valerio Publicolæ fratri, quum de Sabinis triumphasset, domum publicè ædificatam, cuius fores extra aperirentur: quum antea cæterarum introrsùm referando impellerentur: vt ex hac concessione honoris appareret, quotidie eum domum aliquid admissurum. [*Plaut Mostel. sc. 2. a 2.* Ecquis istas aperit fores? *Plau. Men sc. 3. a. 2.* Fores aperiri nolo. *Plaut. Curc. sc. 2. a 1.* Quid si adeam ad fores, atque occentem. *Plau. Curc. sc. 2. a. 1.* Prohibe fontum forium. *Ibidem.* foribus da aquam quam bibant. *Plaut. Amph. sc. 2. a. 4.* Quis ad fores est? *Ibid.* pene effregisti tatue foribus cardines. *Ibidem,* Hasce (fores) toto demoliar cardine. *Idem Men. sc. 4. a. 3.* Foribus bullas in splendorem date. *Plaut. Capt. sc. 1. a. 4.* Foribus exitium affero. *Seneca epist. 68.* Foribus ornatis excipere res lætas. *Senec. cap. vlt. de Tranqui.* Fores poëticas nemo sui compos pepulit. *Ouid. 4. Fast* Et tegat ornatus longa corona fores *Idem Eleg. 4. l. 4. Trist.* Circundate fores geminas.] *Terẽ. in Adelph.* Fores effregit, restituentur. *Cicero ad Brutum,* In omnibus nouis coniunctionibus interest qualis primus aditus sit, & qua commendatione quasi amicitia fores aperiantur. *Idem 2. de Natura Deorum,* Foréque in liminibus prophanarum ædium, ianuæ nominantur. Valuæ autem dicuntur quæ intus reuoluuntur, quanquam vsus hodie obtinuit, vt omnia ostia fores appellentur.

¶ Hoc nomen etiam singulariter hæc foris, huius foris, declinatur. *Ouid. 1. Amorum,* Difficilem moto cardine pande forem. *Cicero pro Cornel* Aperuit forem scalarum. *Terent in Adelph.* Sed quidnam foris crepuit? *Vbi Donatus,* foris singularis numeri, nominatiui casus. *Plaut. in Amphitr.* Orationem comprimam, crepuit foris. *Idem Bacchid.* -hanc forem pauxillulum Aperi placide, ne crepet. [*Plau. Mil. sc. 1. a. 2. & sc. 3. a. 2.* Sed foris concrepuit. *Idem Au. sc. 3. a. 4.* hinc à vicino sene: Atat foris crepuit. ¶ Fores portarum. *Liu. libr. 1. ab vrb.* Et fores portæ : *Idem 5. bell. Pun.*] *Horat. lib. 1. Serm. Satyr. 2.* Exclusus fore, quum Longarenus foret intus. Fores aperire, ἀνοίγειν τὴν θύραν, prouerbio dicebatur qui rei cuiuspiam ingressum initiúmque parefaceret. *Plin. lib. 2. cap 8* ¶ In foribus adesse, πρὸ τῶν θυρῶν, dicitur allegoria prouerbiali, quod instat, iámque in proximo est. Plutarchus, πυρετὸς πρὸ θύρας ἐστὶν, id est, Quum febris in foribus adest.

Fōrĭcŭlæ, arum, diminutiuum. {θύριον. GALLIC. Huisset, guichet, petit huis. ITALICE, *Portelle.* GERMAN. Thurlein. HISPANIC, *Pequeñas puertas.* ANGLICE, *Litle wickettes or uores.* } *Varro libr. 1. de Re rust. cap 59.* Et ideò oporothecas qui faciunt, ad Aquilonem vt fenestras habeant, atque vt aëre perflentur, curant : neque tamen sine foriculis, ne quum humorem amiserint, pertinaci vento vieta fiant.

Fōrfĭcēs, pen. cor. Quibus telam seu fila incidimus. { מלקחים *melkachaim.* φαλίδες. GA. Ciseaux, forces. ITN. *Forbice, forfice, cesore.* GERM. Scharr. HISP. *Las tiseras.* ANG. *Sheares.*} *Seruius,* Forfices sunt quibus incidimus: forcipes quibus aliquid foruum tenemus, quasi foruicapes: nam forum est calidum. *Colum. l. b. 12. cap. 43.* Alij quum legerũt vuam, si qua sunt in ea grana vitiosa forficibus amputant. ¶ Forfices etiam vocabulum militare de instructa acie forficum instar. *Gellius lib. 10. c. 9.* Vocabula sunt militaria, quibus instructa certo modo acies appellari solet: Frons, subsidia, cuneus, orbis, forfices, serta, ala, turres.

Fōrficŭlæ, arum, diminut. { φαλίδια. GALL. Forcettes, ciselets. ITAL. *Forficette.* GERM. ein schärlein. HISPA. *Pequeñas tiseras.* ANGL. *Litle sheares or cisers.* } *Plin. lib. 25. cap. 5. de helleboro,* Præterea mirum inuentum est, quòd incisum forficulis (vt diximus) cribrant, cortex remanet: hoc inanito, medulla cadit. ¶ Ab huius instrumenti similitudine, etiam forsiculæ dicuntur extremitates brachiorum, & veluti manus cancrorum, scorpionum, & quarundam locustarum. *Plinius libro 32. capit. 1.* Elephanti locustarum generis, nigri pedibus quaternis bisulcis : præterea brachia duo, binis articulis: singulisque forficulis, denticulatis. Hæ ab eodem *Plinio libro 9. capite 31.* forcipes vocantur. Fœminæ, inquit, primus pes duplex, mari simplex : præterea bina brachia denticulatis forficibus.

Fōrĭ, orum, numero plurali. Sunt tabulata nauium, vel locus in naui aptior, qui iter nauem perambulantibus præbet: ita dicti (*vt Seruio placet & Festo*) quòd per eos ferantur incessus. { κατασκεύασματα, ζυγά. GALLI. Le tillac ou beisse d'vn nauire. ITAL. *Tauolati de naui, la corsia, luoco da mirare gli spettacoli.* GERMAN. Bruge in einem schiff / auff welcher man hin vnd har gehn thun. HISPAN. *La tilla de la naue.* ANGLIC. *The hatches of a shippe to walk vpon.* [Fori quid, *Diomedes libro 1.*] *Cicer. in Catil.* Quum alij malos scandant, alij per foros curritent, alij sentinam exhauriant. *Virgil. 4. Æneid.* -faces in castra tulissem, Implesséque foros flammis. *Idem 6. Æneid.* -laxárque foros, simul accipit alueo Ingentem Æneam. ¶ Item fori dicuntur Circensia spectacula, id est, loca recta, vt ex his spectetur. *Liuius lib. 1.* Tum primùm Circo, qui maximus dicitur designatus est locus, diuisa loca patribus, equitibúsque, vbi sibi spectacula quisque faceret, fori appellati. ¶ Fori etiam in hortis sunt angustiores quidam sulci & oblongi, iter præbentes circa porcas (ita enim vocant terram editiorem inter duos sulcos) quemadmodum fori in nauibus facultatem præbent nautis vltro citróque discurrendi. *Colum. libr. 10.* Angustósque foros aduerso limite ducens, Rursus in obliquum distinguat tramite paruo. ¶ Legitur etiam forus in singulari numero pro via illa in nauibus. *Ennius,* Multa foro polari numero pro via illa in nauibus. *Ennius,* Multa foro polari numero pro via illa in nauibus. *Ennius,* Multa foro pol

{שוצאות *motsaóth.* τὸ ὑγρὸν ἔκ ἀφοδεύματος. GALL. Foire, excremens de ventre humides. ITA. *Sterco liquido.* GERM. Dunn dreck. HISP. *Estier col liquido y ralo.* ANG. *Thin ne excrements.*} Inde conforire verbū, quod eſt ſtercore liquido fœdare. *Autor Nonius ex Pomponio in Marco.* Conforiſti me. *Diomedes.*

Fŏrĭŏlŭs, li, cum accentu in antepenult. Qui ventrem ſolutum habet, & foria facilè emittit. ὑγρολίθης, ἢ ὑγρώτερος. GALL. Foireux. ITAL. *Di ventre sciolto, lubrico, che facilmente lo scarica.* GERM. Scheißig/ blutterig HISP. *El que haze estiercol liquido.* ANGL. *Loose the wombe.*} *Laberius*, Foriolus eſſe videris, in coleos cacas. Nonius.

Fŏrĭcă, penult. corrept. Locus in quem alui ſtercora deiicimus. {ἀφεδρών. GALLIC. Vn retraict public. ITAL. *Condotto, chiauiggia.* GERM. Ein offen ſcheißhaus. HIS. *La priuada ò labanar publico.* ANG. *A common draught.*} *Iuuenal. Satyr. 3.* inde reuerſi Conducunt foricas. Et propriè de publicis dicitur, latrina de priuatis, à latendo.

Fŏrĭcārĭŭs, Qui foricas eluit. *D. libro secundo titul. primo. l. 17.* Fiſcus ex ſuis contractibus vſuras non dat ſed ipſe accipit, vt ſolet à foricariis, qui tardius pecuniam inferunt. *Budæus tamen legit* fornicarios.

Fŏrĭcŭlæ, *Vide* FORES.

FORICVLVS, Deus putatur foru præſes. {Θυρεύς. GER. Der thurengott.} Sicut Cardinea dea, quæ cardinibus præerat: & Limentinus deus, qui præerat limini.

Fŏrĭnsĕcŭs, Foris, *vide* Foris aduerbium in FORAS.

Fŏris, huius foris, *vide* FORES.

Fōrmă, Figura ſiue facies vniuſcuiuſque rei. {תאר *todr.* σχῆμα, μορφὴ, τύπος. GALL. Forme, pourtrait, patron, beauté. ITALIC. *Forma bellezza, faccia, apparenza.* GERM. Ein geſtallt/ feem. HIS. *La forma de la cosa, la hermosura.* ANG. *A shape, a forme, beautie.*} Intereſt tamen, *autore Cornelio Frontone*, inter figuram & formam, quòd figura artis eſt opus: forma naturæ bonum: vnde etiam formoſus dicitur. *Cicero 1. de Natura Deorum*, Omnium animantium formam vincit hominum figura. *Idem 2. de Diuinat.* In nubibus nunquam animaduertiſti leonis formam, aut Hippocentauri? *Cicero primo de Natura deorum*, Rotunda forma vllam negat eſſe pulchriorem Plato. *Quintil. lib. 1. cap. 10.* Quicquid formæ quadrati detraxeris, amplitudini quoque peribit. *Idem libro primo capite primo.* Neque enim mihi illud ſaltem placet quod fieri in plurimis video, vt literarum nomina & contextum priuſquam formas paruuli diſcant. Eſt autem hoc vocabulum medium, quod modò cum laude, modò cum vituperio dicitur ratione adiuncti. *Terent. And.* Et quia erat forma præter cæteras honeſta & liberali, &c. Puer egregia forma, *Cicer. 4. Tuscul.* Sic etiam è contrario infœlicem, vitioſam & illaudatam formam dicimus pro deformitate.

¶Interdum tamen fōrma abſolutè ponitur pro pulchritudine. *Horat. 2. Carm.* Mouit Aiacem Telamone natum Forma captiuæ dominum Tecmeſſe. *Virgil. 9. Æneid.* Senſit læta dolis, formæ ſibi conſcia coniux. [*Plaut. Moſtell. ſc. 3. a. 1.* Virtute formæ id euenit vt te deceat quicquid habeas. *Plaut. Men. ſc. 1. a 1.* Virum fortem & forma regia. *Plaut. Menach. ſc. 4. a. 5.* Meam formam noſcito. *Velleius*, Forma ſua reddatur operi noſtro.

¶Interdum forma ſumitur pro exemplari, *Sueton. in Cæſ. capit. 30.* Formam quaſi ædificaturus erat ludum gladiatorium conſiderauit. *Senec. epiſt. 34.* Vt omnia tua facta & dicta vna forma percuſſa ſint. *Plaut. Curc. ſc. 1. a. 2.* De forma noui, de colore non queo nouiſſe. Virtute, forma & factis inuictiſſimis. *Plaut. Milit. ſc. 1. a. 1.* ¶*Item*, Forma, pro formula; *Quintilian.* Iudex qui nulla certa pronuntiandi forma tenetur (id eſt, legum formula.)]

¶Stata forma, quæ eadem & vxoria dicitur, eſt mediocris pulchritudo, & media inter extremam deformitatem, & ſummam pulchritudinem. *Gellius libro 5. cap. 11.* Inter enim pulcherrimam fœminam & deformiſſimam media quædam forma eſt, quæ à nimiæ pulchritudinis periculo, à ſummo deformitatis odio vacat. Qualis *à Q. Ennio* in Menalippa, perquàm eleganti vocabulo ſtata dicitur, quæ neque νεωτὴ futura ſit, neque πρεσβῦτις: quam formam modicam & modeſtam Fauorinus non mehercle inſcitè appellat vxoriam. *Ennius* autem in iſta, quam dixit tragœdia, eas ferè fœminas ait incolumi pudicitia eſſe, quæ ſtata forma fotent.

¶Transfertur ad incorporea pro effigie & ſpectro quodam, ſeu idea quam de re quaq; mente concipimus. *Cicer. lib. 1. Offic.* Formam quidem ipſam, Marce fili, & tanquam faciem honeſti vides. *Idem de finib.* Habes vndiq; expletam, perfectam, Torquate, formam honeſtatis, quæ tota ex his quatuor virtutibus, quæ à te quoque commemoratæ ſunt, continetur.

¶Forma item *Colum. lib. 7. cap. 8.* dicitur inſtrumentum in quo exprimitur caſeus. Liquor, inquit, in fiſcellas, aut in calathos vel in formas transferendus eſt. *Ibid.* Deinde vbi formis aut calathis exemptus eſt.

¶Forma pro ſpecie frequenter accipitur apud Rhetores. *Quint. lib. 7. cap. 5.* Abdicationum formæ ſunt duæ: altera criminis perfecti, altera imperfecti, &c. ¶Forma pro regula. *Virg. 6. Æneid.* Quam pœnam aut quæ forma viros fortunáve merſit. Vbi *Seruius* forma, regula. Singulis enim ſceleribus ſtatuta ſunt ſupplicia ex more Romano quem ſequitur.

¶Accipere formam, id eſt modum. *Quint. lib. 2. c. 4.* Ita quum iam formam rectæ, atque emendatæ orationis accipient. *Virg. 1. Georg.* Continuò in ſyluis magna vi flexa domatur In burim, & curui formam accipit vlmus aratri. * Prouinciæ forma ſignificat fines & contributa loca. *Vlpian. in l. relegatorum ff. de interdictis & relegatis*, In inſulam relegare Præſides prouinciarum poſſunt: ſic tamen, vt ſiquidem inſulam ſub ſe habeant, id eſt ad eius prouinciæ formam pertinentem, quam adminiſtrant, etiam ſpecialiter inſulam adſignare poſſunt, in eámque relegare. * Ad Formam. *Plin. lib. 4. cap. 12.* Peninſula ad formam gladij in tranſuerſum porrecta. * Forma, delineatio futuri ædificij. *Cic. pro Cælio lib. 2.* Ego nec præterita, nec præſentia abs te, ſed vt ab homine longè in poſterum proſpiciente, futura expecto: vt ex tuis literis quum formam Reipublicæ viderim, quale ædificium futurum ſit, ſcire poſſim. *Budæus.* ¶Hinc cōpoſita fiūt Conformis, ὁμοιόσχημων, Deformis, Informis, Vniformis, Multiformis, Semiformis & huiuſmodi adiectiua: *de quibus vide ſuis locis.*

Fōrmŭla, læ, diminutiuum, {σχημάτιον, γράμματος, γραμματίδιον. GAL. Manier, façon, formule. ITA. *Maniera à fazzone.* GER. Ein geſtältlein. HIS. *La forma de cada cosa.* ANG. *The fashion and forme of a thing.*} Aliquando pulchritudinem ſignificat, cum quadam diminutione, ſiue blandimento *Plaut. in Perſa*, Tempori hanc vigilare oportet formulam atque ætatulam, Ne vbi capillus verſipellis fuat, fœdè ſemper ſeruias. [Ad formulam ſuam exigere aliquem, *Senec. cap. 4. de vita beata.* Et, Viuere ad formulam, *Senec. cap. 11. de Tranquill. Item*, Ad certam ſtipendiorum formulam adſtringere milites. (i. formam.) *Sueton. in Auguſt. cap. 49.* Ex formula dare milites *Liuius 5. lib. 3. bel. Pun.*] ¶Aliquando notam. *Cic. 2. de Orat.* Sequitur vt cuiuſque rei nota quæratur & formula. [*Velleius*, Natio redacta in formulam prouinciæ. ¶*Suet. in Tib. cap. 17.* Ad certam formulam adſtrictus commeatus. *Quintilian.* Colaphum tibi ducam, & formulam ſcribam, quod caput durum habeas. *Idem*, Iudex vnus multis & diuerſis formulis.] Aliquando genus & rationem. *Cicer. de Opt. orat.* Genus & formula dicendi. ¶ Sæpiſſimè verò ponitur pro certis & ſolennibus conceptionibus verborum, quales in iudiciis & omnibus publicis actionibus eſſe ſolebant. ¶Etiam formulæ dicuntur quæ nos inſtrumenta vocamus: vt teſtamentorum formulæ, *apud Cic. 2. de Orat.* Hinc formulam intendere *apud Suet. in Vitel.* Quum libertino cuidam acerbiùs debitum repoſcenti iniuriarum formulam, quaſi calce ab eo percuſſus intendiſſet. Cadere formula vel Excidere formula, eſt aliquid de conceptis formulæ verbis immutare. Erant. n. iuris formulæ certis quibuſdam verbis conceptæ, à quibus ſi quis vel minimum receſſiſſet, cadebat cauſa, id eſt amittebat cauſam. *Quint. li. 3* Neque ignoro multa transferri, quum in omnibus ferè cauſis in quibus cecidiſſe quis formula dicitur, hæ ſint quæſtiones, &c. Sunt qui pro eodem acciptant, Cadere formula, & Cadere cauſa: quibus facile aſſentior: vnum enim ſequi ſolet ex altero. Nam qui formula cadebat, idem etiam cadebat cauſa. [*Hinc Sueton. cap. 14 in Claud.* Plus petendo excidere formula, pro cauſa cadere. *Senec. epiſt. 49.* Formula cadere. *Et Liuius l. 5. d. 5.* Dicere formulam: *Idem Liuius l. 9. de. 4.* Formulam dixit pro iure. ¶Errare formula, pro malè agere, dixit *Quintilianus de clam. 260.*] Quod & ipſum non obſcurè oſtendit *Quint. lib. 7. quum ait*, Eſt enim certa ſeruitus ad certa ſe verba adſtringendi: ídque ne fiat in lib. Cic. de Orato. vetát M. Antonius. Nam eſt etiam periculoſum, quum ſi vno verbo ſit erratum, tota cauſa cecidiſſe videamur.

Fōrmŭlārĭŭs, rij, dicebatur cauſidicus, qui ex formula iuris agere conſueuit. {δικολόγος, δικολόγος, δικαστικός. GA. Vn practicien en preces. IT. *Pratico, procuratore, auocato.* GERM. ein redner ſo nath form deß rechten handlet. HIS. *Abocato de pleitos.* ANG. *A practiſer in the lawe to drawe or writes.*} *Quint. lib. 12.* Quorum alij ad rubricas vel ad album ſe tranſtulerunt, & formularij: vel [*vt ait Cicero*] leguleii eſſe maluerunt. Qui formularij eſſent, V. Rubrica.

Fōrmōsŭs, moſa, moſum, Pulcher, ſpecioſus, bona forma præditus. {יפה *japheh.* εὐειδής, εὔμορφος. GAL. Beau. ITA. *Bello di forma.* GER. Wolgeſtalet/ hupſch. HIS. *Hermoſo de forme.* ANG. *Beauti full, faire, well fauoured.*} Semper enim cum laude dicitur: quanuis forma, vnde originem ducit, medium ſit vocabulum. *Cic. 1. de Nat. deor.* Eſt tanta vis naturæ, vt homo nemo velit niſi hominis ſimilis eſſe: ſed tamen cuius hominis? quotus enim quiſque formoſus eſt? *Virg. 2. Eclog.* Formoſum paſtor Corydon ardebat Alexin. *Cicer. 6. Verr.* Mulierum nobilium & formoſarum gratia.

Fōrmōsĭtās, tatis. {יפי *jópheh.* εὐμορφία, κάλλος. GAL. Beauté. ITAL. *Belta.* GER. Wolgeſtaltung/ ſchöne/ hupſche. HIS. *Hermoſura.* ANG. *well fauoured redneſſe.*} *Cicer. 1. Offic.* Idque poſitum eſt in tribus rebus, formoſitate, ordine, ornatu ad actionem apto.

Fōrmālis, formale. εἰδικὸς. *Suet. in Domit.* [*cap. 13.*] Pari arrogantia, quum procuratorum ſuorum nomine formalem dictaret epiſtolam, ſic cœpit: *Dominus & Deus noſter ſic fieri iubet.* Epiſtolam formalem accipit pro ea quæ certa forma qua dictabatur, excipiebatur à ſcribis. Pro quo prioris ſeculi homines dixiſſent, *Concipere Epiſtolam. Plin. lib. 34. cap. 9.* Appellatur etiamnum & formalis temperatura æris tenerrimi: quoniam nigri plumbi decima portio additur, & argentarii viceſima, maximéque ita colorem bibit, quem Græcanicum vocant.

Fōrmātur iuratur, quando cum cauſa adiecta, vel cum expreſſione contractus iuratur. Informiter vero, quum cauſa iuramenti non exprimitur. *Zaſius de Aſ. § item ſi quis poſtulante: inſtit. de Act.*

Fōrmo, formas, Formam alicui induco, figuro, fingo, effingo. {יצר *jatſár* תאר *teár.* σχηματίζω, κατάσκημι, τυπόω, μορφόω. GAL. Former, façonner. ITA. *Formare.* GERM. Formieren/ ein geſtalt machen. HIS. *Formar ò dar figura à la cosa.* ANG. *To formes, to fashione.*} *Cicer. 4. Acad.* Parmenides ignem qui moueat terram, quæ ab eo formetur. *Plinius lib. 10. cap. 93.* Quò maius eſt animal, tantò diutiùs formatur in vtero. *Virgil. 9. Æneid.* Tempore quo primùm Phrygia formabat in Ida Æneas claſſem. *Suetonius in Domit. cap. 20.* Epiſtolas, orationéſque, & edicta alieno formabat ingenio. Id eſt, in iis componendis aliena opera vtebatur, ſiue per alium componebat. *Horatius 3. Carm.* eradenda Cupidinis praui ſunt elementa: & teneræ nimis Mentes aſperioribus Formandæ ſtudiis. [*Seneca cap. 6. de Conſolat. ad Helu.* Formetur ad tuum exemplum. *Senec. cap. 7. de Conſol. ad Polyb. Quintilianus.* Formant oculos ſupercilia. *Suetonius in Calig. cap. 56.* Formata commotáque in obſcœnum modum. *Quintilianus.* Sic formata manus (in geſtu.) ¶Formare & condere res alicuius. *Senec. cap. 7. de Conſol. ad Polyb. Item*, Formatus ſermo de hac re in ſcrinio inuentus. *Sueton. in Neron. cap. 7. Item*, Formata in gradus coma. *Suetonius in Neron. cap. 51.*] ¶Formare iuuentutem, & inſtituere, & veluti à rudiore ingenio ad meliorem quandam formam traducere. *Plinius in Panegyr.* Quid vitam? quid mores iuuentutis quàm principaliter formas? [*Quintilianus*, Quæ iudicem quoq; formari quæque conuenit. *Sueton. in Auguſt. cap. 89.* Nam ſi quid res exigeret Latinè formabat, verendúmque alij dabat. Formare ſtudia. *Senec. cap. 24. de Conſol. ad Martiam.* Item *Liuius lib. 4. dec. 5.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Ab effusâ licentia ad militarem disciplinam formato milite. *Sene. ep. 26. de Const. ad Mart.* Formati ad rem militaris gladij duces.] ¶ Huius composita sunt, Conformo, Deformo, Informo, Reformo, Transformo: *quorum significata vide suis locis.*

Fōrmātŭs, participium. {יצר נוצר *notsár* מתאר *methoár.* μορφωθείς, πλασθείς. GA. Fait, formé. IT. *Formato, fatto.* GE. Gestaltet, geformiert. HI. *Hecho, formado.* AN. *Formed, fashioned.*} *Cic. 3 de Nat. deor.* Nam Cleanthes, vt dicebat, quatuor modis formatas in animis hominum putat deorum esse notiones. *Ouidius 3. Metamorph.* -vultúque immotus eodem Hæret, vt è Pario formatum marmore signum. [*Vide* FORMO.]

Fōrmātŏr, Qui instruit & format. {יצר *jótser* מתאר *methaér.* πλάστης, εἰδοποιός. GALL. Formeur, façonneur, qui instruit. ITAL. *Chi forma & instituisce.* GERMAN. Ein gestalter. HISPA. *El que forma ò da figura à la cosa.* ANG. *A shaper or fashioner.* } vt, Formator animi, formator morum. *Col. in Præfat. lib. 1.* Denique animi sibi quisque formatorem præceptorémque accersat. *Plinius in Epistol.* Latum clauum in domo mea induerat, suffragio meo adiutus in petendis honoribus fuerat, ad hoc, ita me dilexerat, ita verebatur, vt me formatore morum, me quasi magistro vteretur. [*Senec. cap. 8. de Consol. ad Heluiam,* Formator vniuersi (Deus.) *Et Quintilian.* Formator alienorum ingeniorum.]

Fōrmātūra, ræ, Conformatio, siue forma vniuscuiusque rei. {יצר ראר *toár.* μορφώσιμος, μορφή. GA. Façon, façonnement. IT. *Forma, fazzone.* GE. Gestaltung HI. *Forma ò figura.* AN. *A fashioning of a thing.*} *Luc. lib. 4.* Formaturáque laborum pro parte figurat. *Et paulò pòst,* Seruat enim formaturam, seruátque figuram.

FŌRMĬCA, arum, φορμίαι. Vulgò *Nola*: aliis, *Formie.* Vrbs est Campaniæ maritima iuxta Caietam, Læstrigonum quondam sedes, à Laconibus (*vt Strabo autor est*) condita: à quibus primùm Hormiæ dictæ sunt, siue à frequétia bonitaréque ὀρμῶν, id est, stationum, vt *Festo* placet: siue ἀπὸ τῆς ὁρμῆς, id est ab impetu Læstrigonum (*vt Seruio placet*) qui anthropophagi fuisse perhibentur. Quicquid id est, primum Hormiæ dictæ putantur: & deinde aspiratione in F, commutata, Formiæ. Verisimile est, illud esse oppidum quod quinto à Caieta lapide situm, vulgò *Nolam* vocant.

Fōrmĭcā, micæ, à ferendis micis dicitur. {נמלה *nemaláh.* μύρμηξ. GALLICE. Fourmi, ou fourmis. ITALICE, *Formica.* GERMAN. ein Ameyß. HISPAN. *Hormiga.* ANGLICE, *An ant, emote, or pismire.*} Mica verò proprie est pulusculus ille qui in arena quasi argentum fulget, à quo & panis, & omnium rerum minimæ partes, micæ dicuntur, quasi minutim cadentes. Vel simpliciter à ferendo, quòd nullum animal frequentius pondera conuehat, neque si mensuram corporis respicias maiora. *Cicer. 3 de Natura Deorum.* Num ideirco existimas formicam anteponendam esse huic pulcherrimæ Vrbi, quòd in Vrbe sensus sit nullus, in formica non modò sensus, sed etiam mens, ratio, memoria? *Plaut. Trin.* -quid factum est eo? s. Comesum, expotum, exutum, elotum in balneis, piscator, pistor abstulit, lanij, coqui, holitores, myropolæ, aucupes, confit citò. Quàm si tu obiicias formicis papauerem.

[*Ouid. Eleg. 8. lib. 1. Trist.* Horrea formicæ tendunt ad inania nunquam. *Pl. Cur. sc. 4. a. 4.* Faciam vt te formicæ frustillatim differant. *Sene. e. 12. de Tranq.* Inconsultus illis vanúsque cursus est, qualis formicis, quæ inanes per arbusta vagantur. [¶ Inde fit diminutiuum Formicula, μυρμήκιον. ¶ Formicæ Indicæ, μύρμηκες ἰνδικοί, animalia sunt Ægyptij lupi magnitudine, & felium colore, sed cornuta, aurum ex terræ cauernis eruentia, in regione Septemtrionalium Indorum qui Dardæ vocantur, erutúmque summa cura asseruantia. Accolæ æstiuos feruores maximè obseruant, illíque præ æstu in cuniculis latitantibus, aurum surripiunt. Sæpe tamen odoré admonitæ formicæ, è cauernis prouolant, crebróque lacerant, quanuis præ velocibus camelis fugientes. Tanta pernicitas feritásque est cum amore auri. *Hæc Plin. lib. 11. cap* 31. ¶ Formica camelus, μύρμηξ ἡ κάμηλος. De vehementer inæqualibus, & modò minimis, modò maximis, quod perinde sit, quasi repentè camelus in formicam vertatur. *Lucian.* ¶ Ineſt & formicæ & serphobilis ira, ἔνεστιν καὶ μύρμηκι, καὶ σύρφῳ χολή. Admonet prouerbium non esse contemnendum inimicum quempiam, nec vllum temerè lacessendum: quandoquidem nullum animal est tam minutum aut imbecillum, quod irritatum non excandescat ira. Quadrabit & in homunculos, nullis præditos viribus, tamen vindictam molientes, ira, vt solet, animos suppeditante. Serphus minutulum animal, non dissimile formicæ.

Fōrmĭcīnŭs, a, um, pe. pr. Quod ad formicam pertinet. {μυρμήκινος. GAL. De formis, ou formi. IT. *Cio che a formica s'appartiene.* GE. Den omeyſen zu gehörend. HIS. *Cosa pertinesciente à la hormiga.* AN. Of *an emote or ant.*} *Plaut. in Men.* -Nunc cogito Vtrum medicam ducere medicum aut fabrum: Atque eccum incedit, mouet formicinum gradum, hoc est incedit more formicæ.

Fōrmĭcōsŭs, a, um, Plenum formicis. {μυρμηκώδης. GALL. Plein de formis, formillant. ITA. *Pieno di formiche.* GERMA. Voll omeyſen. HISP. *Lleno de hormigas.* ANG. *Full of emotes or antes.*} *Plin. lib. 10. c. 74.* Dissident thoës & leones, & minima æquè ac maxima: formicosam arborem sorices cauant.

Fōrmĭcārĭo, onis. {μυρμηκίασις. GALLI. Certaines verrues es parties du corps qui formillent & demangent, formilliere. ITAL. *Mal della formica.* GERMAN. Die beißige rand. HISPAN. *Aquella obra de hormigar el cuerpo.* ANGL. *Certaine wartes the in bo die which it chethas the bytinge of antes.* } Extuberatio quædam est parua & callosa, in summa cute latissimis radicibus inhærens, supernè angustior, quæ inter scalpendum mordentis formicæ sensum præbet: vnde etiam ex Græcis nonnulli hoc malì genus μυρμήκια, hoc est formiculas appellarunt. *Plin. lib. 8. cap. 7.* Cinis muliebrium crinium quum fuerint combusti, addito melle sanguinem sistit illicò, & formicationem corporum. Inde *lib. 30. c. 8.* Verendorum formicationibus, verrucísque medetur arietini pulmonis inassati sanies.

Fōrmĭcāns pulsus, Exiguus est, debilis, & frequens, omniúmque maximè lethalis. σφυγμὸς μυρμηκίζων. Ita dictus quod veluti formicas per arteriam discurrentes tactui repræsentet. *Plin lib. 7. c. 51.* Venarum inæquali aut formicante percussu.

Fōrmīdo, dinis, secunda syllaba producta, metus vehementior, pauor, {יראה *jiréáh* פחד *páchad.* φόβος, δέος. GAL. Crainte, peur. IT. *Paura, timore.* GER Forcht/schrâcken HISP. *Miedo ò temor demaſiado.* ANG. *Feare, dreade.*} *Cic. 4. Tuscul.* Formidinem mortis permanentem definiunt. *Horat.* Oderunt peccare mali formidine pœnæ. *Pla in Amph* Neque miser me commouere possum præ formidine. *Cic. Attic. lib. 8.* Omnino intelligo, nullum fuisse tempus post has fugas & formidines, quod magis debuerit metuere esse literis. *Virg. 3. Æneid.* Tùm verò ancipiti mentem formidine pressus Obstupui. [*Ouid. 5. Fast.* Dum noua lanugo est pauidus formidine cetuos terget. *Pl. Amph.* Eadem nos formido tetrore timidas impulit. *Item Plaut. Capt. sc. 4. a. 3.* Vix ast præ formidine. *Plaut. Men. sc. 5. a. 5.* Me impleuit flagitij & formidinis.]

Fōrmīdo, das, penultima producta, Metuo, timeo, {יראת פחד *pachad* חרד *charadh* φοβοῦμαι, δέδοικα. GAL. Craindre, redoubter. ITAL. *Hauer grand paura, temer forte.* GER. Hefftig förchten. HIS. *Temer demaſiadamente.* ANG. *To be affraye, to haue a feare and dread.*} *Plau in Cap.* Nimísque hercle illum malè formidabunt *Idem in Cistel.* Nam & intus pauco, & formido. [*Plaut. prolog. Amph.* Formidare malum. *Idem in Pseud. sc. 3. a. 1.* Fac mea fide, si isti formidas credere.]

* Formido ne. *Plaut. in Asinaria,* Formido miser ne hic me tibi arbitretur Suasisse, sibi ne crederes.

¶ Huius composita sunt, Afformido, Deformido, & Reformido, *quæ vide suis locis.*

Fōrmīdāns, participium. {ירא *jaré* מפחד *mephachéth.* φοβούμενος, ὑποπτεύων. GALLIC. Craignant. ITAL. *Temente.* GERM. Förchtend. HISP. *Temeroso, medroso.* ANGLIC. *Feariny.*} *Plaut. Amph.* Ego cunas receſſim rursum prorsum trahere & ducere, Metuens pueris, mihi formidans.

Fōrmīdātŭs, participium, Formidabilis, {נורא *norá.* φοβερικός. GALL. Redoubté. IT. *Temuto.* GERM. Geförchter. HIS. *Temido.* ANG *Dread. feared.*} *Horat. 3. Carm. Ode 6.* Pene occupatam seditionibus Delerit vrbem Dacus & Æthiops. Hic classe formidatus, ille Missilibus melior sagittis.

Fōrmīdātĭo, {יראה *jiréáh* חררה *charadháh.* φόβος, τὸ ὀκνεῖν. GALL. Crainte. ITA. *Esso temere.* GER. Forcht. HIS. *Aquel temer.* ANG. *Feare, dread.*} *Cicer. in Partition,* In suasione autem aut spem aut formidationem deliberantis. Quædam exemplaria reformidationem, alia reformationem.

Fōrmīdōlōsŭs, a, um, modò actiuè sumitur pro eo qui timet. {חרד *charédh* ירא *iaré.* φοβούμενος. GALLIC. Vn homme qui s'estonne, qui craint, craintif. ITA. *Timoroso, che è temuto.* GER. Forchtsam. HIS. *Temeroso ò medroso.* ANG. *That feareth or dreadeth much.*} *Terent. Eunuch.* num formidolosus obsceros es mi homo. C. Apagesis, cegóne formidolosus? id est, timidus, vel meticulosus. Modò passiuè, pro eo qui formidatur. φοβερός. [*Gall.* Pour celuy qui est craint, qui estonne, qui faict peur. *Vide Gellium cap. 12. libro 9.*] *Sallustius,* Regibus boni quàm mali suspectiores sunt, sempérque his aliena virtus formidolosa est, id est, quæ formidatur. *Cicero 4. Tuscul.* Conteruatio stabilis iudicij in iis rebus quæ formidolosæ videntur. [*Plautus Pseud. sc. 2. a. 3.* (Herbas) formidolosas dictu, non esu modo. *Idem Amphit.* Mira memoras, nimis formidolosum facinus prædicas.]

* Comparat. Formidolosior. Superlat. Formidolosissimus. *Tacit I br.* Formidolosior hostium miles. *Cic. pro lege Manil.* Ad bellum maximum formidolosissimúmque pro Consule mitteretur. *Sueton. in August. capite* 91. Plurima & formidolosissima somnia & vana, & irrita videbat.]

Fōrmīdōlōsē, aduerb. {φοβερῶς. GAL. Auec crainte, en craignant. ITAL. *Con timore.* GER. Forchtsamglich. HIS. *Con miedo y temor.* ANG. *Fearfully. areadfullye*} *Cic. pro Sestio,* Eos qui plurimùm possent opponi omnibus concionibus falsò, sed formidolosè tamen autores ad pernicíem meam.

Fōrmīdābĭlis, le, Quod est formidandum. {נורא *norá.* φοβερός. GAL. Qui doit craindre, qui est à craindre & redoubter. ITAL. *Formidabile, del quale si teme.* GERM. Das zu forchten ist. HIS. *Cosa que se puede ò deue temer.* ANG. *That is to be feared.*} *Ouidius 2. Metam.* Nullæ in fronte minæ, nec formidabile lumen.

Fōrmīdāmĭnā, ab Apuleio vocantur spectra. φάσματα. *Apuleius in Apol.* Omnia bustorum formidamina.

FORMIONES. *Vide* Phormiones *infrà.*

FORMIO, Ptolem. Istriæ fluuius: hodie Cisanus.

Fōrmo, Formas, Formosus, Formula. *Vide* FORMA.

Fōrmĭōnēs, φόρμιον siue φόρμια. *Vlp. D. lib. 33. Tit. 7, l. 12.* Formiones, & spongias, & amas, & scopas, contineri plerique & pegasos aiunt.

Fornax, fornacis, {כבשן *chibschan* תנור *tannúr.* κάμινος. GAL. Fournaise. ITA. *Fornace.* GER. Ein ofen. HIS. *Horno ò hornaza.* ANG. *An ouen furnaise, orchymney.*} Quæ rei alicuius coquendæ, aut calefaciendæ gratia igni succenditur: cuiusmodi sunt, quibus calx aut lateres coquuntur, quibúsque hypocausta calefiunt. *Cic. 2. de Natur. deorum.* Sunt quædam etiam quæ igne nasci putentur, apparénrque in ardentibus fornacibus sæpe volitantes. *Plinius libro 9. cap. 8.* Longinquæ fornacis cuniculo.

Fornācŭla, diminut. Iuuen. Saryr. 10. Magna est fornacula. {μικρὸς κάμινος. GAL. Petite fournaise. ITA *Fornace picciola* HIS. *Pequeño horno ò hornaza.* ANG. A *litle furnaise or ouen.*} ¶ Fornacula, transfertè, *Apuleius in Apologia,* Hic aduocatorum conductor, hic testium emptor, hic totius calumniæ fornacula.

Fornācĕus, a, um, Factum in modum fornacis. {καμινοειδής. GALL. Fait en façon de fournaise. ITAL. A *foggia di fornace.* GER. Gemacht wie ein ofen. HISP. *Hecho en guisa de hornaza.* ANGLIC. *Make iyk an ouen or fournaise.*} *Plinius lib. 35. cap. 14.* Quid non in Africa, Hispaniáque ex terra parietes, quos appellant fornaceos (quoniam fornacum modo circundati vtrinque duabus tabulis, infarciuntur veriùs, quàm instruuntur) æuis durant, incorrupti imbribus, ventis,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ventis, ignibus, omníque cæmento firmiores?

Fornācārius, fornacarij, Cui accendendæ fornacis, coquendíque panis cura incumbit. {καμινευτὴς, ἀρτόπλης. GALL. Fournier, boulenger. ITAL. *Fornaio.* GERM. Ein ofen hitzer/oder beck. HISPAN. *Hornero.* ANG. *A baker of bread.*} *Vlpian. l. Si seruus. ff. Ad leg. Aquil.* Si fornacarius seruus coloni ad fornacem obdormiſſet, & villa fuiſſet exuſta.

Fornācālia, fornacaliorum, Feriæ farris torrendi gratia inſtitutæ, quòd ad fornacem quæ in piſtrinis erat, ſacrificium fieri ſolebat. *Ouid. lib. 2. Faſtorum*, Facta dea eſt Fornax, læti Fornace coloni: & paulò pòſt, Curio legitimis tunc Fornacalia verbis Indicit, nec ſtata ſacra facit. *Bud. poſt Feſtum.*

Fornix, cis, pen. genitiui correp. & generis maſculini, Arcus in ædificiis, & quodcunque opus concameratum. {אול elám אולם *vlám.* καμάρα. GAL. Voute, arc ou arche, la ploye ou arc d'vne voute. ITAL. *Volto. arco.* GER. Ein ſchwibogen oder gewölb. HISPA. *Arco ò boueda ò coſa ſemeiante.* ANGL. *An arche or vault.*} A furuo, atro: nam loca in arcum ædificata ſubobſcura ſunt. *Cic. in Topic.* Non debebit præſtare quod fornix vitium fecerit. *Virgil. 6. Æneid.* Mœnia conſpicio, atque aduerſo fornice portas. *Idem 10. Æneid.* Aut amnis ripis, aut alti fornice ſaxi. *Plin. lib. 33. cap. 4.* Relinquuntur itaque fornices crebri montibus ſuſtinendis. ¶ Quoniam verò meretrices in huiuſmodi locis, id eſt ſub fornicibus habitare conſueuerunt, ponitur fornix pro lupanari, ſeu meretricia cella. καμαρωτὸν. *Senec. libro 1. Controuer.* Redoles adhuc fuliginem fornicis. *Et in Priapeia*, Nigri fornicis oblitus fauilla. *Iuuenal. Satyr. tertia*, Lenonum pueri quocunque in fornice nati. *Horat. 1. Serm. Satyr. 2.* -ſunt qui nolunt tetigiſſe, niſi illas, Quarum ſubſura talos tegat inſtita veſte: Contrà, alius nullam niſi olenti in fornice ſtantem. [¶ Item pro ipſo ſcorto, ſiue meretrice. *Suet. in Caſ. cap. 49.* Stabulum Nicomedis, & Bithyni cum fornicem Cæſarem Curio vocat.

¶ Erant etiam fornices, arcus in memoriam rerum à triumphalibus viris geſtarum extructi, quaſi monumenta victoriarum. *Cic. 2. de Orat.* Etiam illa ridentur, quæ minuendi aut agendi cauſa ad incredibilem admirationem efferuntur: velut tu Craſſe in concione, ita ſibi ipſi magnum videri Memmium, vt in forum deſcendens caput ad fornicem Fabij demitteret. *Idem 4. Verrin.* Hujus fornix in foro Syracuſis eſt, in quo nudus filius ſtat. Huiuſmodi fornices etiam hodie Romę extant, quos *Arcus triumphales* vulgò vocant, quorum antiquiſſimus eſt D. Veſpaſiani nomine erectus in triumpho Iudaico. Alij autem duo maximè inſignes, quorum alter Septimij Seueri, alter Conſtantini memoriæ erectus eſt.

Fornico, cas, pen. corr. Fornices extruo, vel fornicis figuram rei alicui induco. {καμαρόω. GAL. Vouter, faire en maniere d'arche. ITA. *Fabricare in volto.* GER. Wölben/ein ſchwibogen oder gewölb machen. HIS. *Hazer arco ò boueda.* ANG. *To build an wault, or wault, or archeroofe.*} *Plin. lib. 11. cap. 10.* Ruentes certas fulciunt pilarum integerinis à ſolo fornicatis, ne deſit aditus ad ſarciendum. *Idem lib. 16. cap. 42.* Populus contra omnia inferiora panditur, palma econtrario fornicatur, hoc eſt ſurſum incurua tur, quum fornicis cornua deorſum ſoleant inclinari.

Fornicātus, participium, Quod ad fornicis modum ædificatum eſt, quod & concameratum opus, & arcuatum vocamus. {καμαρωτὸς, καμαρωτός. GALL. Fait en voute. ITA. *Fatto in volto.* GERM. Gewölbt/ zuſamen geſchloſſen als ein ſchwibogen. HISP. *Hecho in arco ò boueda.* ANG. *That is builded lyk an wauli.*} *Cic. in Top.* Omnib. ius eſt, parietem directum ad parietem communem adiungere vel ſolidum, vel fornicatum.

Fornicor, caris, Meretricor, hoc eſt cum meretricibus rem habeo. {זנה *zanáh.* πορνεύω. GALLIC. Paillarder. ITA. *Hauer à fare con meretrice.* GER. Hurerey treyben. HISPA. *Fornicar ò endar en puterias.* ANG. *To play the harlotte.*} Dictum fornicari à fornicibus, in quibus meretrices proſtare conſueuerunt. [Huiuſque verbi exemplum nullum inuenimus in eo ſignificatu apud idoneos Latinæ linguæ auctores, & tantùm apud Eccleſiaſticos inuenitur.]

Fornicārius, rij, ſubſtantiuè, ὁ ὑπὸ τῆς καμάρας, ἢ σοαὶς διατρίβων. Propriè dicitur opifex, aut propola, ſiue inſtitor qui tabernas à fiſco conducit ſub fornicibus, vt ibi merces ſuas vænales habeat: cuiuſmodi eſſe ſolent in porticibus fori vænalium, id eſt macelli, quas halas appellant. *In Pandectis. l. Quum quidam de vſuris*, Fiſcus ex ſuis contractib. vſuras non dat, ſed ipſe accipit, vt ſolet à fornicariis, qui tardiùs pecuniam inferunt. *Bud. in Annotationibus.*

Fornicātio, onis, Fornicis ſtructura. {καμάρωσις. GAL. Voutement, vouture. ITALIC. *Edificio in volto.* GERM. Wölbung/ zuſamen ſchlieſſung wie ein ſchwibogen. HIS. *Edificio à boueda.* ANG. *A vaulting or making an archeroofe.*} *Seneca*, Societas noſtra lapidum fornicationi ſimilis eſt, quæ caſura, niſi inuicem obſtarent, hoc ipſo ſuſtinetur.

Fōro, ras, penetro, ſiue pertundo. {נקב *nakáb.* πτεράω, τρέω. GALL. Percer, forer, trouer. ITALIC. *Forare, pertugiare.* GERM. Boren. HISP. *Horadar.* AN. *To pearſe, to mak an hole trough*} *Col. lib. 5. cap. 9.* Amygdala ſi parum ferax erit, forata arbore lapidem adigito, & librum arboris inoleſcere ſinito. *Plaut. Moſtell.* O carnificinum cribrum quod credo fore. Ita te forabunt patibulatum per vias. *Col. lib. 8. c. 3.* Foratis duob. aduerſis parietibus. ¶ Hinc Infoto, & perforo. pen. cor. quod eſt perterebro, & ab vno latere ad alterum foro. πρυπάω, πτεράω, διαπεράω. *Col.* Sed aliud ferramentum, quo priores vitem perforabant. *Liu.* Vna tamen perforata naui.

Fōrābilis, le, Quod perforari poteſt. {πρυτὸς, διατρητός. GALL. Perceable, qu'on peut forer & percer. ITA. *Che ſi puo forare.* GERMAN. Gut zu boren. HISPA. *Coſa que ſe puede ligeramente horadar.* ANG. *That may be pearced.*} *Ouid. 12. Metam.* Contemptor ferri, nullóque forabilis ictu.

Fōrāmĕn, pen. prod. inis, Quicquid perforatum eſt. {חר *chór.* πόρος, πόρος, πόρος. GALL. Vn trou, ou pertuis. ITAL. *Forame, buco.* GERM. Ein loch das geboret iſt. HISPANIC. *Horado ò agujero.* ANGL. *An hole.*} *Colum. de Arb. cap. 8.* Itaque cauatum foramen quum purgauimus, vndique adraſos ſurculos inferimus. *Cic. 1. Tuſc.* Nam nunc quanquam foramine illa quæ patent ad animum à corpore, caliditſimo artificio natura fabricata eſt: tamen terrenis concretiſque corporibus ſunt intercepta quodammodo. *Plin. lib. 10. cap. 70.* Piſces quidem, auditus nec membra habent, hæc foramina. Foramen ad excrementa corporis, *apud Plin. lib. 11. c. 12.*

Fōrāmĭnōsus, a, um, Quod foraminibus abundat. {τρηματώδης. ANG. *Full of holes.*}

Fōrātus, us, ui, foramen, vel potiùs ipſa perforatio. {נקיב *nakúb.* πῆμα, πρῆσις. GAL. Trou ou pertuis. ITA. *Forame, buco.* GERM. Boring/das boren. HI. *Horado.* ANG. *An hole.*} *Lactant. lib. de Opif.* Oculorum orbes concauis foraminibus concluſit: à quo foratu frontem nominatam *Varro* exiſtimauit.

Fōrpex, forpices, *in plur.* quibus pili inciduntur. Forfices enim ſarcinatorum, forcipes fabrorum quibus ferrum calidum capiunt: & forpices tonſorum. *Soſip. libr. 1. ſua Grammat.* [*Sueton. in Auguſt. cap. 75.* Nihil præter cilicia, & ſpongias, & rutabula, & forpices, atque alia id genus.]

Fors, ô fors, à forte, fœm. gen. Fortuna, caſus. {גד *gadh* פור *pur.* ἡ τύχη, δαίμων. GA. Fortune, cas, auenture. IT. *Fortuna, coſa.* GER. Ein gluckſal/ zufal. HISPA. *Fortuna, auentura.* ANG. *Fortune, chance.*} Caſus eſt extemporalis: Fortuna autem ipſa dea: *vt annotauit Norius, citans locum Accij ex Andromeda.* Multi quibus natura praua magis, quàm fors aut Fortuna obfuit. *Cic. ad Attic. lib. 14.* Fors in aliquibus rebus plus quàm ratio poteſt [*Ouid. 4. Faſt.* Fors ſua cuique loco eſt. *Et Gell. c. 8. lib. 12.* Fors fuit vt, &c. *Plaut. Milit. ſc. 3. a. 2.* Forte fortuna per impluuium huc deſpexi. *Quint.* Forte quadam. *Ouid. Eleg. 7. lib. 3. Triſt.* Si forſan noſtrum deleuit amorem (tempus.)] ¶ Interdum tamen pro Fortuna ponitur. *Cicer. 4. ad Attic.* Sed de illa ambulationè Fors viderit: aut ſi quis eſt qui curet Deus. *Terentius in Heaut.* Fors fuat pol, Fortuna faueat, vel bona eueniat. *Idem Phorm.* Dij voſtram fidem, quàm ſæpè Forte temerè Eueniunt quæ non audeas optare.

FORS FORTVNA, *Vide* FORTVNA.

Fōrsăn, dubitandi aduerbium eſt. {אולי *ulái.* ἴσως. GALLICE. Parauenture, de fortune. ITAL. *Forſe.* GERM. Villeicht. HISPA. *Por auentura. Peraduenture, perchance.*} *Virgil. 1. Æneid.* Forſan & hæc olim meminiſſe iuuabit. *Terent. in Andr.* Aliquis forſan me putet non putare hoc verum.

Fōrsĭtăn, dubitandi aduerbium, Forte, forſan, & fortaſſe. {אולי *ulái.* ἴσως. GA. Parauenture. ITA. *Forſe.* GERM. Villeicht. HISPAN. *Por auentura.* ANG. *Peraduenture.*} *Cic de Orat.* Maior ars aliqua forſitan eſſet requirenda. [Accipe ſupremo dictum tibi forſitan ore (vale.) *Ouid. Eleg. 4. lib. 4. Triſt.*]

Fortāſsis, ſiue fortaſſe, dubitandi aduerbium. {אולי *ulái.* ἴσως. GAL. Par auenture. ITA. *Forſe.* GER. Villeicht HIS. *Por auentura.* ANG. *Perchance.*} *Cic. Cal. lib. 2. Epiſt.* Sed ego fortaſſis vaticinor, & hæc omnia meliores habebunt exitus. *Ter. Eun.* Tu fortaſſe quæ facta hîc ſunt, neſcis. *Cic. Mario.* Habes epiſtolam verboſiorem fortaſſe quàm velles.

¶ [Forraſſe, pro niſi fallor. *Pl. Mil. ſc. 3. a. 2.* Noſter eſt? fortaſſe circiter circa triennium.]

Fortĕ, adu. Fortuitò, caſu. {אולי *ulái.* τυχόν. G. Parauenture, de cas fortuit. ITA. *Per auentura.* GE. Ongeverd. HISP. *Por auentura.* AN. *Peraduenture, by chance.*} *Virg. Ec. 7.* Fortè ſub arguta conſederat ilice Daphnis. ¶ Aliquando autem dubitandi aduerb. eſt. *Cic. 2. Orat.* Nec fortè hoc magnum ac memorabile videatur. [*Pl. Curc. ſc. 3. a. 2.* Fortè aſpicio mi litem. *Idem Moſt. ſc. 2. a. 2.* Lucernam fortè oblitus fuerã extinguere.]

Fortis, te, tàm de corpore quàm de animo dicitur. Nam & eum ſignificat, qui validis viribus eſt præditus, & qui infractum in aduerſis habet animum. {גבור *gibbor* אדיר *addir* עז *ḥaz* חזק *ḥazák* איתן *eithán* אביר *abbir.* ἀνδρεῖος. GALL. Fort, robuſte, gaillard. ITAL. *Forte, gagliardo.* GER. Starck/mannlich/dapffer. HISP. *Fuerte.* ANGL. *Serong in bodie, valyand of courage.*} *Cic. pro Milone.* Vir fortis & animoſus, & acriter morti ſeſe offerens. *Idem 2. Tuſculan.* Fortes Fortuna adiuuat, vt eſt in prouerbio. *Idem de Senect.* Senectus animoſior eſt, quàm adoleſcentia & fortior. *Idem pro Sext. Roſcio*, Vir contra audaciam fortiſſimus. *Idem de Orat.* Inflexio laterum fortis & virilis. *Plaut. in Aſin ſc. 2. a. 3.* Qui me vir eſt fortior ad ſufferendas plagas? *Virg. 1. Æneid.* fortémque Gyam, fortémque Cloanthum. [*Plau. Pſeud. ſc. 2. a. 4.* Quid agit is? Quod homo fortis & bellator probus *Sene. cap. 18. de Conſo. ad Polyb.* Dura magis, quàm fortis prudentia. *Senec. cap. 18. de Conſol. ad Polyb. Ouid. 13. Metam.* Non tu tantum terreris Vlyſſe, ſed fortes etiam. *Ibidem*, Arma viri fortis medios mittantur in hoſtes. (i. Achillis.) *Gellius cap. 2. lib. 5.* Fortia facinora facere. (in pugna.) *Ouidius 3. Faſt.* Conſilium vobis forte piúmque dabo. *Quintilian.* Fortibus armis & fulgentibus præliari. ¶ Item fortior alis, ſiue auis. *Catull. de Com. Beren. Ouid. 13. Met.* Euentus veſtræ fortiſſimæ pugnæ quis fuit? ἐφεγνικώς.]

¶ Quandoque celer. *Virgil. 11. Æneid.* Quid tam egregium, ſi fœmina forti Fidis equo? ¶ Quandoque formoſus. *Plaut. in Milite*, Ecquid fortis viſa eſt? ¶ Quandoque diues. *Plaut. Trinumm.* Eum ſororem ſpopondiſſe ſuam in ram fortem familiam. ¶ Fortis in alium fortiorem incidit, ἐδάλος ἐδάλε κρείσσονος αὐτυχεῖ. Dici ſolitum, vbi quis nimiùm fretus ſuis viribus, aliquando nanciſcitur à quovincatur. *Zenodotus.*

Fortĭcŭlus, li, diminutiuum. {ἰσχυρίσκος. GALLIC. Forcelet, vn peu fort. ITAL. *Aliquanto forte.* GERM. Starcklechtig/etwas dapfer. HISP. *Fuerte vn poco.* ANGL. *A litle ſtrong, ſomewhat hardie.*} *Cic. 2. Tuſc.* Quanuis idem Epicurus forticulum ſe in torminibus, in ſtranguria ſua præbeat.

Fortĭfico, cas, Munio, roboro, fortem facio, confirmo. {חזק *chizzék.* עז *ḥaz* ἰσχυρίζω. GAL. Fortifier. ITA. *Fortificare.* GER. Sterckẽ/ſtarck machen. HIS. *Fortalecer.* ANG. *To ſtrenthen or mak ſtronge.*} *Pl.* Fortifica animum.

Fortĕſco, ſcis, Fortis fio. {חזק *chazák.* κραταιῶμαι. GAL. Deuenir fort, s'enforcir. ITA. *Diuenir forte.* GERM. Starck oder dapfer werden erſtarcken. HIS. *Fortalecerſe.* AN. *To waxe ſtronge.*} *Nauius*, Creſcit annis, & forteſcunt vires. Hoc verbum à *Gell. lib. 19. cap. 7.* refertur inter antiqua & obſoleta.

Fortĭtūdo, dinis: Magnitudo animi, robur, animi excelſitas, præſentia animi. {חזק *chezek* חוק *chozék* עז *ḥoz* גבורה *gebu-áh.* ἰσχὺς ἀνδρεία. GALLIC Force, bon courage, vaillantiſe. ITAL. *Forteżża.* GERM. Mannheit/Dapferkeit/ſtercke HISP. *Forteleza, virtud del animal.* ANGLIC. *Strenth, courage, manhoode.*} *Cicer. de Inuent.* Fortitudo eſt,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

considerata periculorum susceptio,& laborum perpessio. Vel(*vt idem 4.Tusc.l.definit*) est scientia rerum perferendarum,vel affectio animi in patiendo ac perferendo,summæ legi parens sine timore. *Macrob.* Fortitudinis est, animum supra periculi metum agere, nihilque nisi turpia timere,tolerare fortiter vel aduersa vel prospera. Fortitudo præstat magnanimitatem, fiduciam, securitatem, magnificentiam, constantiam,tolerantiam, firmitatem. *Cic.13. Philip.* Est omnino fortium virorum, quales vos esse debetis, virtute præstare tantum,vt possint fortunæ culpam non extimescere. Sed quoniam ab hoc ordine non fortitudo solùm, verùm etiam sapientia postulatur, quanquam videntur hæc non posse seiungi,&c. *Idem* 1.*Off.* Sunt ergo domesticæ fortitudines non inferiores militaribus.

Fortiter, aduerbium,Animosè, infracto animo. {בחוקה *bechozkah*, ἀνδρικῶς. GALL.Fort vaillamment,puissamment, courageusement. ITAL. *Fortemente, animosamente.* GERM. Mannlich / dapferlich. HISP. *Fuerte y esforçadamente.* ANG.*Manly, stoutlie.*} *Cic.de Senect.* Quem ego meum casum fortiter ferre visus sum.*Idem* 4.*Philipp.* Nec solum id animosè, & fortiter, sed considerate etiam sapientérque fecerunt. [*Ouid.*13. *Metamorphos.* Quodcunque potest fecisse videri fortiter iste,meum est. *Plaut. Men. sc.2.a.1. Idem Amphitr.* Regem Pterelam nostris occisum manibus fortiter. *Plaut.Asin.sc.2.a.2.* fortiter malum qui petitur. *Idem pòst*, potitur bonum.]*Plaut.Merc.* Non abstulit modò, sed in amorem coniecit fortiùs. *Plin. lib. 16. cap.*40. Fortissimè vlmus seruat rigorem.

Fortiter, aduerb. *Vide* FORTVNA.

Fortuna, næ, Est accidentium rerum subitus atque inopinatus euentus,Sors,fors,casus, temeritas. {גד *gadh* פור *pur.* τύχη. GAL. Fortune, auenture.ITA.& HISPAN.*Fortuna.* GERM. Gluck/ein zufal er sey gut oder böß. AN.*Fortune,chance.*} *Cic.2.de Diuin.* Quod est enim aliud fors,quid fortuna, quid euentus,quid casus,nisi quum sic aliquid cecidit,sic euenit,vt vel non cadere,atque euenire,vel aliter cadere atque euenire potuerit? Est autè fortunæ vocabulum medium:sed quũ fortunã solã dicimus,intelligimus fœlicitatem. [*Oui.*19.*Met.* Si quæritis huius Fortunam pugnæ: non fuit superatus ab illo.*Plaut.Curc. sc.2.a.2.*fortuna humana fingit artátque vt lubet. *Velleius*, fortunam hominis egressus Pompeius.*Plaut.Capt.sc.1.a.2.* Per fortunam incertam te oro.*Vell.*fortunam in sua potestate habuit Cato.*Senec.cap.*16. *de Consol ad Mart.* Cum fortuna in gratiam reuerti. *Velleius*,Quos fortuna præsenti periculo subduxerat.*Ouid.Eleg.7.lib.3.Trist.*fortuna dat & rapit quidlibet. *Velleius.* A se discordauit fortuna in Pompeio.*Idem Vell.* Ancipitis fortuna temporis(de tempestate)virtute correcta. *Vell.* In quem statum peruenerit fortuna publica. *Ouid.Eleg.*1.*lib.*5.*Trist.* Hic (liber) talis erit, qualis fortunæ. *Senec.cap.*8 *de Tranq.* Quos fortuna nunquam respexit.*Plaut.Pseud.sc.3.a.2.* Sola fortuna centum doctorum hominum consilia deuincit. *Ouid.Eleg.*4. *lib.*1.*Trist.*Dum ridet fortuna: at simul intonuit.*Liuius lib.5.bell. Pun.* pro fortuna,qua erat natus. *Cæs. lib.2.de bell. ciu.* Eadem esset belli fortuna patienda.]

¶ FORTVNA dea credita est antiquis, quæ apud Prænestinos & Anciates præcipuè colebatur. *Iuuen.Satyr.*10.Nullum numen abest,si sit prudentia:sed te Nos facimus Fortuna, deam, cœlóque locamus. *Terent.Phorm.* O fortuna,ô Fors fortuna, quantis commoditatibus, Quàm subitò hero meo Antiphoni ope vestra hunc onerastis diem. *Donatus*,Aliud fortuna,aliud fors fortuna. Fortuna dicta est incerta res : fors fortuna, euentus fortunæ bonus, τύχια, ἐπιτυχία. Nam Fors fortuna Dea, trans Tyberim ædem habebat, cuius festum colebant, qui sine arte aliqua viuebant.*Cic.de Amic.* Non enim solùm ipsa Fortuna cæca est, sed eos etiam plerumque efficit cæcos quos complexa est.

[¶Fortunæ multebris templum cur extructum. *Plutarch.in Coriolan.* Templum fortunæ huius diei viuit Catulus.*Plutarch. in Mario Item, Plaut. Asin.sc.3.a.3.* Quem te nominem Deum? Fortunam atque obsequelam. *Cæs.lib.*3. *de bell. ciu.* Fortuna quantum in bello possit. *Ouid.Eleg.vlt.lib.*4.Fortunæ munere factus eques.]

¶Accipitur etiam fortuna in vtroque numero pro diuitiis, copiis,opibus.*Cic.in Diuinat.in Verrem.* Cur., de quibus in prouincia non optimè es meritus, eos nunc plane fortunis omnib. conaris euertere? *Tacit.lib.*13.Nec si Iturius & Caluisius adesis omnibus fortunis, &c. *Cic.de Amic.* Sæpe enim quibusdam aut animus abiectior est, aut spes amplificandæ fortunæ fractior *Horat.*1.*epist.*5. Quò mihi fortuna,si non conceditur vti? [*Ouid.Eleg.5.lib.*4. *Trist.* Vnica fortunis ara reperta meis.*Plaut. Capt.sc. 2. a.*5.Vbi loci tuæ fortunæ sunt,intelligis.],

¶Fortunæ, rum, pluraliter pro fœlicitate. *Terent. in Andr.*Cum id mihi placebar, tum vno ore omnes omnia bona dicere, & laudare fortunas meas, Qui gnatum haberem tali ingenio præditum. *Cic.pro Sylla*,Hic vos orat,Iudices,paruus, vt se aliquando,si non integra fortuna, aut afflicto patri suo gratulari sinatis. ¶Fortuna æstuaria:τύχη ἐυπλοος. Quod vicissim huic fauere soleat,nunc illi.

¶Manum admouenti fortuna est imploranda, πλὴν χρὴ ποσὶ ἕπεσθαι δεῖ παὶ τύχην ὑπαγαλεῖν. Admonet adagium ita fidendum esse diuino auxilio,vt nihilo segnius, quantum in nobis est, etiam ipsi nostra adnitamur industria:alioqui non audituros Superos inertium ac desidiosorum vota. *Plutarch.*¶Sui cuiq; mores fingunt fortunam.E medio vulgo videtur sumpta sententia *apud Cornelium Nepotem in vita Pomp. Attici.* Nam plerunque videmus mala malis euenire,digna dignis: ídque vulgò dictitant,Malus malum reperit. Attestatur & versiculus prouerbialis,Ἐσθλὸν ἐσθλὸ μάλ' ἐσθλὸ γ' ἐσθλὸ γὰρ ἐσθλὸ θεός.Viro bono fortuna suppeditat bona.[*Senec.c.17. de Consol.ad Mart.*Si fortuna cuiq; pro moribus esset,nunquam mala bonos sequerentur. *Et Plaut. Pseud.sc.3.a.* 2. Vt quisq; fortuna vtitur,ita sapiens,vel stultus habetur.Et *Liu.6 d.* 4.fortunam in consilio habere.] ¶Cuiusmodi portento me inuoluit fortuna!ὦ τύχη ὡς δεινὸν πρᾶγμα συγχέας πάρει! Dici conueniet,vbi negotium incidit cum homine morosò difficiliq; cum quo non queas viuere,nec à quo te possis extricare. *Zenodotus.* ¶Præsentem fortunã boni consule,τὸ παρὸν εὐπρεπές. Quo admonemur ne nos alienarũ rerum cupiditate maceremus, sed quæcunque contigit sors, eam velut optimam amplectamur.*Plato in Georgia.*

Fortũno,nas,Prospero,secundo,seruo,augeo. {צליח *hitsliach.* διδωμι,ζω. GALL. Conduire à bonne fin,donner bonne issue, bien fortuner ou prosperer. ITA.*Felicitare prosperare.* GER. Gluecken/gluecklich machen. HIS. *Hazer bien auenturado.* AN.*To prosper,or to giue prosperitie.*} *Cic.Curioni*,Tibi patrimonium dij fortunent:*Idem M.Marcello.* Maxima sum lætitia affectus,quum audiui te Consulem factum esse, eúmque honorem deos tibi fortunare volo.

Fortũnãtus,ta,tum,Prosper,fœlix.{מסרח מאשר *mutslách* אשרי *meuschse áschré.* εὐδαίμων, εὐτυχής. GA. Heureux, prosperé. IT. *Prospero, auenturoso.felice.* GE. Gluckhafftig/gluckſälig. HIS. *Dichoso y bienauenturado.* AN.*Prosperous,that lucketh well.*} *Terent.in Adelph.* Derides fortunatus qui istoc animo sies.*Virg.in Daphnide*,Fortunate puer, tu nunc eris alter ab illo.*Idem* 1.*Eclog.* Fortunate senex,ergo tua rura manebũt.[*Oui.*3.*Fast.*Et fortunatos obuia turba vocat(id est,ebrios.) *Plaut.Most.sc.*1.*a.*1. Tu fortunatus,ego miser,patiunda sunt.] ¶Aliquando idem est quod propitius.*Afranius*,Deos ego omnes,vt fortunati sint,precor.Inter fœlix & fortunatus hæc tamen differentia traditur à *Corn.Fron.*Fœlix,inquit, est,qui ita est natus. Fortunatus cum opibus nomen accepit:ita felix naturæ bono, fortunatus temporis commodo fruitur.

Fortũnãtè,aduerbium,Fœliciter,prosperè.{εὐτυχῶς. GA. Heureusemẽt. ITA. *Felicemente,prosperamente.* GER. Gluckhafftiglich/gluckſälig lich. HISP.*Bien auenturadamente.* AN G.*Prosperously,with good lucke.*} *Cic.3.de Fini.*Necessario sequitur,omnes sapientes semper fœliciter,absolutè,fortunatè viuere.

Fortũnãtim aduerbium.Idem quod fortunatè.'διδυμώνως.*Plaut.* Si deerit Iupiter vt fortunatim omnia succedant.

Fortũitus,ta,tum,Quod casu accidit.{τυχηρός. GA.Fortuit,casuel, aduenu d'aduenture. ITA.*Ciò che auiene à caso per caso prezzogodi per sorte.* GE.Zufellig HIS.*Cosa que viene à caso y fortuna.* AN.*That cometh by chance.*} vt,Fortuitus concursus.*Ci.1.Tusc.*Democritum enim illum, magnum quidem virum,sed leuibus,& rotundis corpusculis efficiẽtem animum coneursu quodam fortuito,omittamus. *Quint.lib 6.c.6.* Insidiarum inuidiam in Clodium vertit,quanquam reuera fuerat pugna fortuita.*Idem lib.*10.*c.*7. Ne tumultuarij,nec fortuiti sermonis contextum mirabor.

[¶Fortuita potentia (id est,fortuna.)*Senec.cap. vlt. de Consolat. ad Mart.*]

Fortuito,Casu,temerè,fortè,fortuna. [*Diomedes lib.*1.] {בקרי *bekéri.* τυχόν,κατὰ τύχω. GALL. D'auenture par fortune. ITAL. *A cosa per sorte.*GERM. Ongefehrd. HISPA. *A cosa ò por auentura.*ANGLIC. *By chance.*} *Cic.de Leg.Agrar.contra Rullum*,Paucas tribus non certa conditione iuris, sed fortuitò, fortísque beneficio, ad vsurpandum libertatem vocare. *Idem* 5.*de Finib.* Siue hæc ita fiunt fortuito.Pro eodem legitur & fortuitu.*Cic.6.Philipp.* Quod verbum ubi non excidit(vt sæpe fit)fortuitu,sed scriptum,meditatum,cogitatum attulisti.

FORTVNATAE insulæ, à fluctuum vbertate, aëri ísque temperie dictæ sunt.μακάρων νῆσοι. *Strabo lib.*3. Fortunatæ insulæ contra extremam Mauritaniam ad Occidentem sunt, quam quidem ad partem & Hispaniæ terminus occiduus concurrit. Sunt autem sex *numero*, *vt ex* Iubæ sententia tradit P*lin.lib.6.cap.*32. quarum *primam Ombrion* appellari ait,secundam Iunoniam,tertiam eodem nomine, quartam Caprariam,quintam Niuariam, perpetua niue nebulosam, sextam Canariam,plenam ingentibus canibus. Fortunatæ insulæ(*inquit Mela lib.*3.)abundant sua sponte genitis & subinde aliis super aliis innascentibus,nihil solicitos alere,beatiùs quàm vllæ vrbes excultæ:vna singulari duorum fontium ingenio maximè insignita:alterum qui gustantẽre,risu soluuntur in mortem:ita affectis remedium est ex altero bibere. *Solinus* magna ex parte fabulosa esse scribit, quæ de fortunatis insulis traduntur: vnámque tantùm esse, quæ nonnihil habeat fertilitatis, nimio tamen calore infesto. Hodie omnes vno nomine Canariæ vocantur,à fertilitate canarum,in quibus nascitur saccharum.

FORVLI, orum, Oppidum Sabinorum. saxoso in loco situm. *Strabo lib.*5. Petram vocat ad rebellandum, quàm ad habitandum aptiorem.{GERMA.ein statt in Italia/heißt jetz Forolo.} *Vir.7.Æne.* -qui tetricæ horrentes rupes montémque seuerum, Casperiámque colunt,Forulos & flumen Hymellæ.[¶Foruli pro capsulis siue armariolis,*vide suprà.*]

Fõrum, ri, Propriè dicitur locus, quo res vænales afferuntur,à ferendo nomen habens. {שוק *schuk* שער *schakár.* ἀγορά. GALL. Halles,lieu public où on vend & achete. ITAL. *Foro,piazza.* GERMAN. ein marckt.HISP.*Mercado,lugar donde comprany venden.* ANGL.*The merkat place.*} Vnde forum suarium Romæ dictum in quo fues vendebantur:boarium, in quo boues: piscarium in quo pisces,ἰχθυοπωλεῖον:olitorium,λαχανοπωλεῖον, in quo olera: cupedinis forum, in quo cupediæ,hoc est,lautiores cibi vendebantur.Quæ omnia,*teste Varrone lib.5.de lingua Latina*, postea in vnum locum sunt contracta, quem macellum appellauerunt. [¶Forum aleatorium calere fecimus.*Sueton.in August.ca.*81.¶In foro puppis stare. *Gell.cap.*19.*libr.* 16.¶Forum Appij *Suet.in Tib.cap.*2.*Et Liuius 5.bell.Pun.* In plateis, foris,& conciliabulis.*Et eod lib.*Per fora & conciliabula. *Idem libr.* 10.*dec.*4.In foris publicis. *Ouid.Eleg.*1.*lib.*3.*Trist.* Hæc sunt tria fora Cæsaris,inquit.]

¶In foro veritas,ἐν ἀγορᾷ ἀλήθεια,id est in foro abstinendum est à mẽdacio.Lex erat apud Athenienses,vt in foro rerum vænalium vanitas omnis abesset.¶Est præterea forum, quod Græco vocabulo vocamus emporium:hoc est,oppidum vel alius quiuis locus,quo vndique mercatores conuenire solent ad emendum aut vendendum.*Sal. in Iugurth.* Erat haud longè ab eo itinere quo Metellus pergebat, oppidum Numidarum,nomine Vacca, forum rerum vænalium, totius regni maximè celebratum,vbi & incolere & mercari consueuerant Italici generis multi mortales. Hinc,plerisque etiam oppidi nomen à foro etiam manssisse videmus, vt forum Cornelij, dicta est Æmiliæ vrbs,quam nunc Imolam vulgò vocant, à nomine eius, qui eo in loco primus nundinas instituit. Ad hunc etiam modum forum Liuium, forum Iulium, forum Aurelium, forum Sempropij

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

pronij inde sua nomina acceperunt, quòd à Liuio, Iulio, Aurelio, vel Sempronio in his locis institutæ sunt nundinæ, ad quas totius prouinciæ mercatores merces suas afferebant. *Cic. in Catil.* Quanquam uinciæ mercatores merces suas afferebant. *Cic. in Catil.* Quanquam ego te inuitem, à quo iam sciam esse præmissos qui te ad forum Aurelium præstolarentur armati. ¶ Fora, vasa quibus antiqui vtebantur in torcularibus. *Colum. lib. 12. c. 18.* Tum lacus vinarij & torcularij, & fora omniáque vasa, si vicinum est mare, aqua marina: sin minus, dulci eluenda sunt, & commutanda & diligenter asficcanda, ne humorem habeant.

¶ Dicitur etiam forum locus in quo iudicia exercentur. {שער *schaar* דין. δικαστήριον. GA. La cour, l'audience. IT. *Foro iudiciale, parlar in corte.* GER. ein ort an dem man gericht haltet. HIS. *Lugar donde se razona, corte.* AN. *The courte where maters ar pleaded for.*} *Cic. responde de derecho.* AN. *The courte where maters ar pleaded for.*} *Cic. ad Att.* Quòd me in forum vocas, cò vocas vnde etiam in bonis meis rebus fugiebam. *Quint. lib. 3.* Rarum est autem vt in foro iudicia propter id solùm constituantur, sicut diuinationes quæ fiunt de accusatore constituendo. Fora tria iudiciaria antiquitùs Romæ fuisse manifestum est. Forum Latium siue Romanum antiquissimum. Forum Cæsaris Dictatoris in quo lorieatam sibi fieri statuam passus est, & forum Augusti, quod cum æde Martis vltoris extruxit. [*Ouid. Eleg. 12. lib. 3. Triſt.* Cúmque tribus resonant terna theatra foris. ¶ Cedere foro. *Iuuenal. Satyr. 11.* ¶ Foro vti est præsentem rerum statum boni consulere & vtcunque sese obtulerit fortuna, ita animum applicare. *Terent. in Phorm.* Cœpi his omnia facere, obsequi quæ vellent. S. Sciſti vti foro. Donatus vulgare prouerbium admonet esse: ductámque metaphoram à mercatoribus, qui non ante locum commercij præscribunt quanti vendant quæ aduehunt: sed secundum ancnonam fori quam deprehenderint, consilium de non vendendis aut vendendis mercibus sumunt. *Seneca*, Vtamur foro, & quod fors foret æquo feramus animo. *Ex Eraſmo.* ¶ Agere forum dicitur, qui prouinciæ præest, quum ciuitates vocat, & de controuersiis earum cognoscit. *Cic. Appio lib. 3.* Qui te forum Tarsi agere, statuere, multa decernere, iudicare dicerent. ¶ Forum à subselliis & iudiciis distinguit *Cicer. 1. de Orat.* Age verò ne semper forum subsellia, rostra, curiámque mediteris, &c. id est causas ciuiles, publica iudicia, & conciones & sententias in Senatu dicendas. ¶ Forum triplex siue trinum. Cùm fuerint fora multa Romæ, tamen hoc loquendi genere intelligitur de tribus in quibus causas orabant: quorum primum Romanum nuncupatur. Secundum Caij Cæsaris. Tertium Augusti. *Martial.* Atque erit in triplici par mihi nemo foro.

FORENSIS, & hoc, se, adiectiuum est à foro deriuatum, quo significatur omne illud, quod ad forum iudiciale pertinet. {δικανικὸς. GALLIC. Seruant aux plaids & proces, ou des appartenances. ITA. *Chio che al foro iudiciale s'appartiene.* GERM. Das zu dem gericht gehört. HISP. *Cosa perteneſciente ad conſiſtorio è derecho.* ANG. *Perteining to the commone place of iudgement.*} Vnde forenses causæ dicuntur, quæ in foro iudiciali agitantur *Cic. 3. de Nat. deor.* Nec si id facerem in causis forensibus, idem facerem in hac subtilitate sermonis. Forensis homo qui in foro versari, & causas agere consueuit. Forensis rhetorica quæ foro iudiciisque est accommodata. *Cice. 2. de Finib.* Sed hac Rhetorica philosophorum, non nostra illa forensi, quam necesse est quum populariter loquitur, esse interdum paulò hebetiorem. [¶ Forenses operæ de vilibus aduocatis. *Quintilian.*] Lucilius masculino genere dixit, Forus olim ornatus lucernis. *Autore Sosipatro lib 1.* ¶ Item Forensia, Vestes erant quibus in foro vtebantur, sicut cœnatoria quibus domi vtebantur in cœna. {δικανικὰ. *Sueton. de Augusto* [*cap. 73.*] Forensia autem & calceos nunquam non intra cubiculum habuit, [ad subitos repentinósque casus parata. *Idem in Calig. cap. 17.* Forensia vtris dedit in congiario.] Alio nomine dicuntur togæ forenses, vel vestimenta forensia. *Colum. lib. 12. cap. 45.* Arculæ fagineæ vel etiam tiliaceæ: quales sunt in quibus vestimenta forensia conduntur. [*Et Liuius lib. 3. dec. 4.* vestitus forensis.]

FORVM Bibalorum. Vulgò *Fomilla*, Hispaniæ Tarraconensis oppidum est, non procul à Vaccæis, cuius meminit *Ptolem. libr. 2. cap. 6.* Sunt nonnulli qui putent idem esse cum eo quod hodie Fomillam appellant.

FORVM Claudij, Oppidum Alpinum, Centronum metropolis *apud Ptole. lib. 3. c. 1.* Sunt qui existiment idem esse cum eo quod hodie *Tarentesiam* vocant.

FORVM Clodij, vulgò *Forca nuoua.* Oppidum Hetruriæ, cuius incolæ Foroclodij nominantur *à Plin. lib. 8. cap. 5.* Fuit præterea eiusdem nominis oppidum in octaua regione Italiæ, *cuius meminit idem Plin. lib. 3. cap. 15.*

FORVM Cornelij, vulgò *Imola.* Oppidum est in via Æmylia, quod & forum Syllæ appellatur: vtroque nomine deducto à Cornelio Sylla Dictatore, qui ibi primus forum instituit. Forocornelienſis agri meminit *Plin. lib. 3. c. 16.* Hodie *Imolam* vocant, quasi Æmyliam à nomine viæ, in qua sita est.

FORVM Iulij, siue forum Iulium, Oppidum est Narbonensis prouinciæ, Octauianorum colonia, *teste Plin. lib. 3. cap. 4.* hodie seruatis non obscuris prisci nominis vestigiis *Freiulium* vulgò appellatur. ¶ Fuit & Carnorum siue Iapidum oppidum eiusdem nominis, *teste Ptolem. lib. 3. cap. 1.* à quo tota regio hodie corrupto nomine *Freiulium* appellatur.

FORVM Segusianorum, Galliæ Lugdunensis oppidum est *apud Ptolem. lib. 2. cap. 9.* idem cum eo (vt putatur) quod hodie *Burgum Breſſia* appellant *Bourg en Breſſe.*

FORVM Liuij, vulgò *Forli*, Oppidum Æmyliæ in octaua regione Italiæ, Cornelij Galli poëtæ natalibus nobilitatum. Meminit huius oppidi *Plin. lib. 3. cap. 15.*

FORVM Gigurrorum, siue Egurorum, *à Ptolem. libr. 2 capit. 6.* appellatur vrbs quædam Hispaniæ in tractu Tarraconensi, quæ à nonnullis eadem esse creditur, quam Hispani sua lingua vocant *Medina de Rioſeco.*

Fossa, Fossio, Fossor, Fossura. *Vide* FODIO.

FOSSAE Marianæ, {GERMANIC. Ein statt in Delphinat heißt jetz Aigue-mortes.} *apud Ptolem. lib. 2. cap. 99.* Galliæ Narbonensis oppidum est, ad alterum ex Rhodani ostiis situm; ita dictum à propinqua fossa quàm Marius ex Rhodano duxit in vicinum lacum, *vt scribit Strab. lib. 4.* ostreis abundantem.

FOSSAE Papyrianæ, Tuscorum ciuitas *Ptol.* hodie *Fossonium.*

FOVEÃ, à fodiendo, Fossa. {βόρ. βόθρος. GALLI. Fosse, ou fosse. ITA. *Fossa, cauerna.* GER. Gruben. HISP. *Hoyo è caua.* ANG. *A pitte den ne, or caue.*} *Cic. 1. Philipp.* Bellua, quæ quoniam in foueam incidit obruatur. Plautus in Pœnulo, Ita decipiemus foueam lenonem Lycum. *Plin. lib. 10. c. 38.* Itaque anates in foueas quibus feras venamur, delapsæ solæ euadunt.

FOVEO, ues, ui, tum, proprie est calidũ teneo, aut calefacio. {חמם *iſchamm chimmém.* ἀρμαίνω, θερμαίνω, θάλπω. GALL. Eſchauffer & entretenir en chaleur, couuer, estuuer. ITA. *Tenir caldo, couare.* GERM. Warm halten/entwarmen. HIS. *Calentar.* ANG. *To cherishe, to keep in the warmes and beſome.*} *Pl. in Capt.* Iuben', an non iubes astitui aulas, patinas elui, Laridum atque epulas foueri foculis feruentibus? *Pl. li 8. c. 36.* Fœtus rigentes apprimendo pectori fouent, non alio incubitu, quàm oua volucres. [¶ Fouere voluntatem alicuius. *Liu. lib. 3. ab Vrb.*]

¶ Aliquando ponitur pro nutrio, alo. *Pl in Merc.* Alios enecat & extinguit, alios suo lacte fouet & etigit. *Virg. lib. 3. Georg.* Progeniem, nidósque fouent.] *Ouid El. vlt. lib 4. Triſt.* Temporis illius colui, fouique poëtas.] ¶ Est etiam fouere medicorum vocabulum, pro partem læsam vel morbosam tepefacere humidis calidísve fomentis foris applicatis, humectare & dolorem lenire. καταπλάσσειν, πυριᾶν. *Virg. 12. Æneid.* Fouit ea vulnus limpha longæuus Iapix.

¶ Interdum pro constituo. *Virg. lib. 4. Georg.* Sæpe etiam effossis (si vera est fama) latebris, Sub terra fouêre larem. Sic enim legit *Nonius*: quanquam in vulgatis exemplaribus quibusdam legatur fodêre.

¶ Interdum pro tueor, *vt apud eundem lib. 9.* non obuia ferre Arma viros, sed castra fouere. [*Ouid. El. 4. l. 1. Triſt.* Quid non contraria foui Arma.]

¶ Interdum pro amplector, seu in deliciis habeo. *Virgil. 3. Eclog.* Infelix ô semper ouis pecus, ipse Neæram Dum fouet, ac ne me sibi præferat, illa veretur. ¶ Huius composita sunt, Confoueo, Circunfoueo, Refoueo, fo syllaba correpta: *quorum significata vide suis locis.*

FŌTŨS, fota, fotũ, participium. {מיחם *mejuchaam.* πεπυρωμένος, καταπλασθείς. GAL. Eschauffé, couué, estuué, fomenté. ITALIC. *Scaldato fomentato, couato, stuffato.* GERM. Gewermt/warm gehalten/gebrutet. HIS. *Calentado, couado.* ANG. *Cherished, nuriſhed, keept warme.*} *Cic. 2. de Natura deorum*, Quinetiam anarum oua gallinis sæpè supponimus, ex quibus pulli orti primùm aluntur ab iis, vt à matribus, à quibus excluſi fotíque sunt.

FŌTŨS, huius fotus, nomen substantiuum, Fomentum, ipsa fouendia actio. {πυρίασις, καταβολή. GAL. Estuuement, fomentation, couuement, eschauffement. ITA. *Esso scaldare, fomentare, couare, stuffare.* GER. Warmhaltung/brutung. HISP. *Obra de calentar è cauar.* ANGLI. *A cherishing or keeping warme.*} *Pl. lib. 23. c. 1.* Decoctura eorum, veteres dysentericos & cœliacos iuuat & potione & fotu.

FŌMĔS, fomitis, à fouendo, hoc est nutriendo igne dicitur. Est enim assula ex arbore excussa dum cæditur. ¶ Ponitur & pro omni materia sicca, quæ facilè igni inflammatur. {ἔσμισμα, ζώτυρον. GAL. Allumette, ce qui fait allumer ou entretient le feu. ITA. *Esca ogni coſa per accendere & lumare il fuoco come ſcheggie & ſimili.* GE. Zundel/alle materey die gern feur empfacht. HISP. *Yesca è aſtillas para encender fuego.* ANG. *Anything that nourisheth the fyre or inflammeth, as matches, cloutes in a tinder boxe.*} *Virg. 1. Æneid.* Ac primùm ſcilicis scintillam excudit Achates. Suscepítque ignem foliis atque arida circum Nutrimenta dedit, rapuítque in fomite flammam. *Plin. lib. 6. c. 40.* Excipiente materia aridi fomitis.

¶ Per translationem fomes dicitur quicquid excitat nos & accendit ad aliquid agendum. *Gell. lib. 13. c. 1.* Fomitem esse quendam dicens & incitabulum ingenij virtutísque, si mens & corpus hominis vino flagraret.

FOMENTUM, ti, à fouendo, id est calefaciendo vel nutriendo {ארכה *aruchah* מזור *mazór.* πυρίαμα, καταπλασμα. GAL. Ce qui est propre à appaiser douleur, addoucissement, rechaufement. ITA. *Coſa per leuare il dolore, coſa che acchetta & tranquilla.* GER. Ein warme oder feuchtey artzney/so man vber ein ding schlecht/zu mitterung des schmertzens. HIS. *Emplaſtre para mitigar dolor, emplaſtradura.* ANG. *Fomentation, any thinh layde to the bodie plaiſter wiſe to mitigate dolour.*} Inde fomenta dicuntur applicationes rerum calidarum & humidarum ad partes corporis læsas medendi gratia. *Plin. Iunior.* Cuius grauissimo vulneri magno aliquo fomento medendum fuit. *Colum. lib. 6. cap. 30.* Frigori fomenta adhibentur, caputque & spina repenti adipe vel vino illinuntur. [*Gellius cap. 4. lib. 12.* fomenta, leuamenta, solatia. ¶ Fomenta pro deliciis, *Senec. ca. 51.* fomenta Campaniæ eneruarunt Annibalẽ.] ¶ Hinc ponitur trãslatè pro remedio & mitigatione. *Cic. 2. Tuſc.* Hæc sunt solatia, hæc fomenta summorum dolorum. *Idem 2. Fin.* Fortitudinis fomentis dolor mitigari solet. [*Quintilian.* His veluti fomentis præmolliemus si quid erit asperum.]

*FOMENTATIO, onis. Idem quod fomentum. *Vlpian. in l. si cui. §. lana appell. ff. de leg. 3.* Nec ea quidem, quæ fomentationis gratia parata sunt, vel medicinæ, lanarum appellatione continentur.

F ante R

FR. In notis antiquorum fronte vel fratres, vel forum. F. R. forum regendorum, vel regum vel finium regendorum, vel finibus regnãdis. FRA. C, fraude creditoris. FR. COR. forum Cornelij. F. E. D. factum esse decebatur. FRES. AR. fornaces artificum. FR. F. fratris filius. FR. I. forum Iulium. FR. L. forum Liuium. FRMS. fortissimus. FR. POM. forum Pompilij vel Pomponij. FR. S. forum Semptonij, vel FRS. fortia. vel FRS. fraude siue sua. FRT. forsitan. FS. fratres. FS. E. factus est. F. S. E. factum sic est. F. T. C. familia vel famula testis causa.

FRĂCĔO, ces, cere, à quo Fracesco, corrumpor, & quasi vetustate putrefio. { נסרה *nisráh* באש *baasch.* σήπεσθαι, σαπρὸν γίνεσθαι, ἐξισχνάνεσθαι. GALL. Se moisir, se rancir, se flestrir. ITAL. *Corromperſi, marsire.* GERM. Faul vnnd murb werden von feste. HISP. *Córromperſe, podrirſe.* ANGL. *To putrefie, to waxe mouldie.*} *Colum. lib. 1.* Oleum quod

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

minus prouenit,si congelatur fraceſcet,id eſt putreſcet. *Varro lib. 1. de Re ruſt.c.55.*Hæc de qua fit oleum,congeri ſolet aceruatim per dies ſingulos in tabulata,vt ibi mediocriter fraceſcat.

Frăcĭdŭs, a, um, penultima correpta,à fraceo, Pluſquam maturum & iam putreſcens. { נשרח *niſrach.* σαπρός. GAL. Fleſtri,moiſi,& ranci. ITA. *Che gia ſi commincia à corrumper la maturita.* GERM. Halb faul/ teig/matt. HIS. *Rancioſo.* ANG. *Mouldy, hoary.*} *Cato de Re ruſt.c.64.* Factores volunt vt oliua in tabulato diu ſit,vt fracida ſit, quò facilius efficiant.

Frăcēs olei.{ פסולת *peſoleth* שמרים *ſchemarim.* τὰ περὶ ἔλαιόν ἀποπέσματα. GALLIC. Le marc des olives apres qu'elles ſont preſſorees,ou la lie qui en ſort. ITA. *Polpa d'oliua fece d'oglio.* GERMAN. Oel truſen. HIS. *Las borras del azeyte.* ANG. *The lies of oliues.* } Dicuntur carnes, & fæces oliuarum quæ in oleo ſubſidunt. *Plin.lib.15. cap. 6.* Oleum in tabulatu minui', deteriúſque fieri : item in amurca & fracibus: eæ ſunt carnes , & inde fæces, quare ſæpius die decapulandum. *Colum. lib. 6. cap.13.* Quidam fraces vino & adipe commiſcent, eóque medicamento poſt fomenta prædicta vtuntur. [*Vide Gell. cap. 7.lib.11.*]

Frăctŭs, *Vide* FRANGO.

Frænum, ni , cum æ diphthongo , in plurali numero tàm maſculini, quàm neutrius generis. Inſtrumentum quo equus coërcetur,ita dictũ à frangendo, quod equorum ora frangat.[vel potiùs à frendendo,id eſt,frängendo,quia id fruſtrà frendere tentant mandentes. *Virgilius,* Ac fræna ferox ſpumantia mandit.] { מתג *méthegh* רסן *réſen.* χαλινός. GAL.Frein,bride,mors. ITA. *Freno , morſo.* GER. Ein zaum/oder das gebiſs am zaum. HISPA. *El freno de cauallo ò mula.* ANGL. *A bridle or hitte of a bridle.*} [*Tibull. lib.* 4. Equum celerem arctato compeſcere fræno. *Ouid.Eleg.3.lib.1.Triſt.* Cerucis rigidæ fræna remittit equo. *Ouid. Eleg. 6. lib. 4.Triſt.* Et domitus fræno ſæpe repugnat equus.] *Seneca ,* Hippolytus arctis continet frænis equos. *Ouid. 3.de Arte,* Tempore lenta pati fræna docentur equi. *Virgil.3.Georg.* & ſtabulo frænos audire ſonantes. *Ouid.2.Metam.* Quadrupedes ducunt adduntque ſonantia fræna. ¶ Frœna Pelethronij inuenere,qui & ſtrata equorum primi monſtrauerunt. *Plin.lib.6.cap.56.* ¶ Hinc compounntur Effrænus,a,um,& effrænis,& hoc effræne,idem quod indomitus,quaſi ſine fræno,ἀχάλινος. *Virg.lib.3.Georg.* Gens effræna virûm Riphæo tunditur Euro. Vbi *Seruius,* Gens effræna,id eſt ſæua, rectorem recuſans.Infrænus , ſiue infrænis eiuſdem ſignificationis. *Virgil. 4. Æneid.* Hinc Numidæ infræni cingunt. Quo in loco Numidæ vocantur infræni,quòd illorum equi nullis frænis coerceantur.

¶Frænum mordere , ſignificat obluctari , & oſtendere nos grauiter aliquid ferre , quod tamen ferendum eſt. ὥσπερ ἵππος μὴ χάσκειν, τὸν χαλινὸν δάκνειν. Tranſlatio ſumpta eſt ab equis , qui quum frænum excutere non poſſint , perpetuò tamen mordent & arrodunt , oſtendúntque coactos & inuitos frænum ore recipere. *D. Brutus ad Cicer.* Si frænum momorderis, peream,ſi te omnes quotquot ſunt, conantem loqui ferre poterunt.[*Senec.c.vlt.de Tranquill.*Efferatur(mens)& mordeat frænos. *Ouid.Eleg.1.lib.2.Triſt.* Nec te quiſquam moderatius vnquam Imperij potuit fræna tenere ſui. ¶Dare frænos,pro vincere,ſiue ſibi ſubiicere. *Liuius lib.4 dec.4.*Contrà,Accipere frænum & iugũ. (de victis.) *Liuius lib.7.dec 4.*]Accipére enim frænum , per tranſlationem,eſt dedere ſe alicui. *Virgil.12.Æneid.* Nì frænum accipere,& victi parere fatentur. * Frænum, *apud Celſ.lib.7.cap.25.* eſt morbi genus quod Græci φύμωσιν vocant.Eſt autem quum glans penis ita contecta eſt,vt nudari non poſſit

Frænō,as,Equo frænum inticio.{ חסם *chăſam* בלם *balám.* χαλινόω. GAL. Brider. ITA. *Frenare.* GERM. Zeumen hinder ſich halten. HISP. *Enfrenar.* ANGL. *To bridle.* } *Cæſar 8 bell.Gall* Equites frænatis equis in ſtationibus diſponit. *Liu. 1. bell.Pun.* Inſtructus frænatúſque equus. [*Ouid. Eleg. 8. libr.3. Triſt.* Nunc ego Medeæ vellem frænare dracones]

¶Per tranſlationem accipitur pro cohibere,continere. *Cicer. 5.Verr.* Quum eius animum ad perſequendum non negligentia tardaret, ſed conſcientia ſceleris, auaritiæque ſuæ frænaret. *Virg. 1. Æneid.* Luctantes ventos, tempeſtaréſque ſonoras Imperio premit , ac vinclis,& carcere frænat. *Liu 10.bell.Pun.* Qui eas voluptates ſua temperantia frænauit,ac domuit,multò maius decus,maiorémque victoriam ſibi peperit,quàm nos Syphace victo habemus. *Idem 7.bel. Maced.* Vbi demerſis nauib. fræna ſſet clauſtra maris. *Virgil. lib.3. Georg.* & glacie curſus frænaret aquarum. ¶Hinc compoſita,Defræno & Effræno,quod eſt frænum detraho , ſiue abſque fræno rectoréve duco, ἀποχαλινόω ¶Hinc Defrænatus,& Effrænatus,participia ſiue nomina ex participio, quæ de iis dicuntur , qui veluti fræno excuſſo regi non poſſunt. *Ouid.lib. 1. Metamorph.* Et defrænato voluuntur in æquora curſu. *Cic.4.Tuſcul.*Vt ægritudo quaſi morſum aliquem doloris efficiat,metus receſſum quendam animi atque fugam,lætitia perfuſa hilaritatem,libido effrænatam appetentiam.¶Refræno,cohibeo,& quaſi fræno retineo. *Lactant.lib.6.* Virtus eſt,iram cohibere,cupiditatem compeſcere,libidinem refrænare. ¶Suffræno,arcto,conſtringo. Vnde verbale ſuffrænatio.Vide ſuo loco.

Frænātŏr,ris. χαλιναγωγός, Qui refrænat. { ANG. *A bridler or refrainer.*} *Plin.in Panegyrico.* Infinitæ poteſtatis domitor & frænator animus ipſa vetuſtate horeſcit.

*Frænigerus, Adiectiuum , χαλινοφόρος. *Stat.5. Syluarum,* Quiſnam fræni geræ ſignum dare dignior alæ?Hoc eſt,equitibus.

Frăgă,orum,Mora quæ in herbis humi repentibus naſcuntur.{ τὰ κόμαρα. GAL.Freſes. ITA. *Fragole.* GER. Erdbeer. HISP. *Miezgado,mayueta.*} *Virgil.3.Eclog.* Qui legitis flores,& humi naſcentia fraga. *Ouid.13.Metamorph.* Mollia fraga leges.

Fragĭlis, Fragmen, Fragor, Fragoſus, *Vide* FRANGO.

Fragmoſa Conuza, *apud Dioſc.lib.3.cap.135.*

Fragro , as,are, Redoleo,oleo,odorem emitto frangendo: quia res fractæ vehementiùs olent. { נתן ריח *nathán réaḥ.* ὄζω. GAL. Rendre grand odeur,fleirer fort, ſentir bon. ITA. *Rendere odore.* GERMANIC. Riechen/guten geruch oder geſchmack gäben. HISP. *Oler echando de ſi olor.* ANG. *To ſauour ſweetely as floures dooe.* } *Virgil. 1. Æneid.* -redolétque thymo fragrantia mella. *Mart.lib.1.* Ne grauis heſterno fragres Feſcennia vino.

Frăgrāntĭă, æ { ריח *réaḥ.* ἀωδία, τὸ εὐῶδες. GA. Bonne odeur. IT. *Buon odore.* GER. Ein gutter geruch oder geſmack. HI. *Bueno olor.* ANG. *A ſweet ſa iour or ſmell.*} *Valer. Maximus.*

Framĕă, eæ, penultima correpta , Germanicum verbum eſt quo illi haſtam ſignificabant { רמח *rómach.* δόρυ. GAL Vn dard ou iaueline ITA. *Haſta,iauerina* GER. Ein ſpiesig gewear als ein glân oder ſcâfelein, HIS. *El rito o eſpada* ANG. *A gleaue,iauelin,or ſpeare.*} *Iacitus de Ger.* Ne ferrum quidem ſupereſt , ſicut ex genere telorum colligitur. Rari gladiis,aut maioribus lanceis vtuntur : haſtas vel ipſorum vocabulo framas,gerunt anguſto & breui ferro,ſed ita acri,& ad vſum habili, vt eodem telo , prout ratio poſcit , vel comminus vel eminus pugnent: & eques quidem ſcuto frameáque contentus eſt. *Iuuen.Saty.13.* Et Martis frameam , & Cyrrhæi ſpicula vatis. [*Vide Gell. capite 15. lib.10.*]

FRANCFORDIA, vrbs Franconiæ ad Mœnum ſita,ob totius Europæ emporium celebratiſſima. ¶Eſt & alia in Germania eiuſdem nominis ad Viadrum ſita. *Vulgò* Franckfurt an der Oder.

FRĂNCŌNĒS , Germaniæ populi ſunt,quos nonnulli Francos Orientales vocant.{ *Germ.* Die Franckẽ.} à Septentrione Chattis , & Cheruſcis:à Meridie , Noricis finitimi: ad Occaſum Rhenum fluuium:ad Ortum , Hercyniæ ſyluæ partem,qua Boëmiam attingit,habentes. Hi olim bonam Galliarum partem occupauerunt , vbi hodie Lutetia Pariſiorum ſita eſt , quæ etiam Galliæ pars ab illis Franciæ dicta putatur. Francorum meminit *Cicero in Epiſtol. ad Atticum lib.14.*

Frăngo,gis,ſregi,fractum,Rumpo,infringo,confringo. { שבר *ſchabár* ῥήγνυμι, κατάγνυμι, καταῤῥήσσω, κλάω. GA. Rompre,froiſſer,briſer. IT. *Spezzare,rompere.* GE. Brächen. HIS. *Quebrar ò quebrantar.* AN. *To break.*} *Plaut in Aſin.ſc.3.a.2.* Quis noſtras ſic frangit fores? [*Catull.de Comæn Beren.*Ferri frangere duritiem. *Plaut.Curc.ſc.1.a.1.* Frangit nucem, qui vult eſſe nucleum. *Quint.*Frangas potius,quàm obligas. *Pla.Capt. ſc.1.a.1.* Frangit aulas in caput parafiti.] *Cicer. 7.Verr.* Prætorem tu accuſas? frange ceruicem. Vbi illud obiter notandum eſt, Frangere ceruicem,tàm de eo dici,qui alteri per vim ceruicem rumpit, quàm de eo, qui patitur. Sic dicitur etiam, fregit nauim, ναῦν ἔαξεν. Fregit brachium, ἔπαρέκλασε τὸ ἕτερον χεῖρα , quaſi ipſe fregerit, & non potiùs paſſus ſit. *Terent. in Andr.* Is fregit nauem apud Andrum. *Cic.2.de Orat.* Græcaleſque eum , in campum cur non veniſſet,requirerent:excuſauit Veſpa Terentius quòd eum brachium fregiſſe diceret:hoc eſt quòd ei brachium eſſet fractum. *Plin.in Epiſt.*Fregit coxam. [*Plaut.Men ſc.3.a.5.* Aut ſe obligaſſe crus fractum Æſculapio : Apollini autem brachium.] ¶ Transfertur & ad incorporea: vt Frangere animum pro compeſcere,vel etiam imminuere. { ANG. *To diſcourage,tame,and keep vnder* } *Plaut.in Ciſtell.*Ita meum frangit amantem animum. *Cic.3.Offi.*Qua quidem re audita,fractum animum Annibalis ſcribit. Frangere audaciam hoſtis , *Liuius 5. bell. Pun.* Frangere conſilia perditorum. *Cicer. ad Lentulum* , Nec mihi aliter potuiſſe videor hominum perditorum de me conſilia frangere. [Frangere diem,pro terere dixit *Horat.Oda 7.lib.2.*]Frangi,debilitari,ſuccumbere. *Cicer. 2. de Finibus,* Potiùs ergo illa dicantur,Turpe eſſe viro debilitari,dolere,frangi,ſuccumbere. Frangi dolore , *Cic. 2.Tuſcul* Frangi metu,*Idem 1. Offic.* Frangi pudore, *Idem 2. Tuſcul.* Minis frangi. *Stat. 9. Thebaid.* [*Senec.cap.1. de Conſ. ad Mart.* Frangendus eſt dolor.*Idem cap.7.de Conſol.*Frangi luctibus.*Idem cad vlt.de Tranquill.*Frangit animos labor aſſiduus. *Ouid.Eleg.1.lib.1.*Si vires fregerit ira ſuas. *Ibidem Eleg.2.lib.1.*Frangitur ira maris. *Idem Eleg vlt.lib.3 Triſt.*Ingenium fregere meum mala. *Quintilian. cap.2.lib.1.* Frangere cõmam in gradus. *Martial. Epig.8.lib.4.*Frangere toros.(de conuiuio.)]

¶Compoſita ſunt, Affringo,Confringo,defringo, diffringo, effringo, infringo,offringo,perfringo,refringo,& ſuffringo: *quorum omnium ſignificata vide ſuis locis.*

Frāctŭs,participium,ſeu nomen ex participio, Debilitatus , afflictus; { שבור *ſchabúr.* κεκλασμένος, κατέρρωγως. GAL. Rompu,briſé, froiſſé. ITA. *Rotto.* GER Gebrochen. HIS. *Quebrado ò quebrantado.* ANG. *Broken, burſt.*} *Cic.ad Attic.lib.2.*Deformatus corpore,fractus animo , quo ſe conferat,neſcit Calamitate fractus, & afflictus , *Cicer. pro Sylla.* Spes fractior. *Cic. de Amic.* Sæpe enim in quibuſdam aut animus abiectior eſt,aut ſpes amplificandæ fortunæ fractior. [*Ouid Eleg.2.lib.4. Triſt.*Cornibus hic fractis.Fractus morbóque, fameque. *Ouid. 13.Metamor.*]

Frāgmĕn , inis,& fragmentum , ti , Accipi ſolent pro parte rei fractæ. { פלח *pélach.* κλάσμα. GAL. Eſclat,vne piece d'vne choſe rompue. ITA. *Parte d'vna coſa rotta.* GER. Ein ſtuck von einem zerbrochnen ding. HI. *El pedaço.* ANG. *The partyat is broken of an thing.*} *Virgil. 11 Æneid.* Mortalis mucro,glacies ceu futilis, ictu Diſiluit , fulua reſplendens fragmina arena. *Columm. lib.9.cap.15.*Mox deinde fragmina fauorum quæ in ſacco remanſerunt, retractata exprimuntur. *Martial. lib.8.* Collegítque ſinu fragmenta nouiſſima fracti Oris, & aggeſta contumulauit humo.[*Veleius,*fragmine ſubſeli,ictus.]

Frāctūră, æ. { שבר *ſchéber.* κλάσμα, τὸ κλάσμα, τὸ ἄγμα. GAL. Rompure , briſure,fraction. ITA. *Rottura.* GERM. Ein brächung / oder bruch. HISP. *Quebradura.* ANGL. *A breaking,a burſting.*} *Plin. lib. 29. cap. 6.* Item minutæ & latæ fracturis aurium illinúntur cum melle. *Idem lib. 22. cap.28.*

Frāgŏr,ris,Sonitus qui ex arbore, aut alia re inter frangendum editur, ſtrepitus. { קול *kol* רעם *raḥam* המיה *hemiáh.* κτύπος. GAL. Vn ſon eſclattant. ITA. *Strepito,il romore che fa alcuna coſa che ſi ſi ange.* GERM. Ein knall/ das knaſchlen wan man etwas bricht. HIS *Ruydo do las coſas que ſe quiebran.* ANG. *A noiſe of wind among trees.*} Accipitur tamen pro quouis magno ſonitu. { ANG. *A crashe , the noiſe of a thing that is broken.*} *Virgil.1.Georg.*& horridus altris Mont.bus audiri fragor. *Seruius,*Horridus fragor, ſonitus qualis fieri ſolet ex aridis quum franguntur arboribus. *Liu.lib.1 ab Vrbe,* Iam fragor tectorum ea quæ diruebantur, vltimis vrbis partibus audiebatur [*Senec. cap. 1.de Tranquill.* Frágor ruentis alius ædificij ſonuit. ¶ Et etiam de acclamatione & plauſu vſurpatur *à Seneca & Quintil.*]

Frāgōsŭs, ſa , ſum , à frango , Aſper atque præruptus. { איתן *eithán* דמם

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

חמס *homélh.* βαρύκτυπος, βαρύβρομος, πραχώδης. GALLIC. Qui rend vn son effelattant, aſpre & rude. ITA. *Aſpero, duro.* GER. Rauch/ſchroffecht tig. HIS. *Coſa que haze aquel eſtruendo y ruydo, aſpero.* ANG. *Rough, that giueth a noiſe, broken and vneuen.* } Vnde compoſitum Confragoſus. *Colum. lib.* 2. Incultum igitur locum conſideremus, ſiccus an humidus: nemoroſus arboribus, an lapidib. confragoſus. Fragoſa oratio, cui contraria eſt lenis. *Quintil. lib.* 9. *c.* 4. Quæ connexa, & totis virib. fluit, fragoſa atque interrupta melior oratio. *Ibidem,* Aures fragoſis offenduntur, & lenibus mulcentur.

Frāgōsē, aduerbium, {βαρυβρόμως, βαρυκτύπως, πραχωδῶς, πραχέως. GALL. Auec bruit eſclattant & violent. ITA. *Con ſtrepito, violente.* GER. Mit tnabuit eſclattant & violent. ITA. *Con ſtrepito, violente.* GER. Mit tnabuit eſclattant & violent. ITA. *Con ſtrepito, violente.* GER. Mit tnabuit ſchlen oder krachen. HISP. *Con eſtruendo y ruydo.* ANGL. *with a ſodaine and great noiſe.* } *Plin. lib.* 16. *cap.* 10. Quippe reſpuuntur, & fragoſius ſidunt, ægriùs reuelluntur.

Frāgēſco, is, ab antiquo verbo frageo, es, Frangor, langueſco. {נשבר *niſ. hbár* חלש *challáſch* אמלל *vmlál.* φαθυμῶ, ὑφθενῶ. GAL. Fragile, freſle, caſſant, aiſé à rompre ou caſſer. ITA. *Frale, che facilemente ſi può frangere.* GERM. Zerbrechlich/das man leichtlich brechen kan. HISP. *Coſa que ſe puede quebrar.* ANG. *Eaſie to break.* } *Plin. lib.* 12. *cap.* 8. Saccharum eſt mel in arundinibus collectum, gummium modo candidum, dentibus fragile. *Idem lib.* 12. *cap.* 7. Eſt etiamnum in India piperis grani ſimile, quod vocatur caryophyllon, grandius, fragiliúſque. Per tranſlationem accipitur pro debili, fluxo, ſeu caduco. *Cic. de Amic.* Sed quoniam res humanæ fragiles, caducæq; ſunt, ſemper alii qui acquirendi ſunt quos diligamus, & à quib. diligamur. [*Ouid Eleg.* 10. *lib.* 3. *Triſt.* Déque lacu fragiles effodiantur aquæ. *Ibidem Eleg.* 8. *lib.* 4. Iam ſubeunt anni fragiles, &c.]

Frāgĭlĭtās, Iratis, Facilitas frangendi, qua aliquid faciliùs frangitur quàm flectitur. {חלושה *chaluſcháh.* ὀθφωσύνη, ὑφθενότης. GALL. Fragilité, facilité de ſe caſſer ou rompre. ITA. *Fragilità.* GER. Zerbruchligkeit/ſchwechc. HISP. *Aquella facilidad de quebrarſe.* ANGL. *Frayltye, brickleneſſe.* } *Plin. lib.* 34. *cap.* 14. Tenuiora ferramenta oleo reſtingui mos eſt, ne aqua in fragilitatem durentur. ¶ Per tranſlationem pro debilitate, ſiue imbecillitate accipitur. *Plin. in Epiſt.* Illud etiam notabile, vltimus ex Neronianis Conſularib. obiit, quo Conſule Nero periit: quod me recordantem, fragilitatis humanæ miſeratio ſubit. *Cicer. 5. Tuſcul.* Equidem eos caſus, in quibus me fortuna vehementer exercuit, mecum ipſe conſiderans, huic incipio ſententiæ diffidere: interdum etiam humani generis imbecillitatem, fragilitatémque extimeſcere.

Frātĕr, tris, Iiſdem parentibus genitus: ita dictus quaſi ferè alter, vt poſt Nigidium docet *Gell. lib.* 13. *cap.* 10. {אח *ach.* ἀδελφός. GALL. Frere. ITA. *Fratello.* GERM. ein bruder. HISP. *Hermano.* ANGL. *A brother.* } Niſi malimus à Græco deducere. Illi enim φράτορας coniunctòs appellant, & ἑταιρείαν contubernium. [*Catull. ad Ortal.* Non ego te, vita frater amabilior aſpiciam poſthac. *Idem de Com. Beren.* Sed fratris cari flebile diſſidium.] *Plin. epiſt.* 164. Quum affectum tuum erga fratris filiam cogito, etiam materna indulgentia molliorem, intelligo prius tibi, quod eſt poſterius, nuntiandum. *Plaut. Pœn.* quid eſt fratris mei gnate? quid vis? expedi. Frater germanus. *Cic. 3. Verr.* Dixit C. Fannius eques Romanus, frater germanus Q. Titinij iudicis tui, tibi ſe pecuniam dediſſe. Fratres gemini. δίδυμοι, duo eodem partu editi: quos minùs rectè geminos fratres, conuerſo ordine appelles, *vt docet Quintil. lib.* 9. *cap.* 4. *Cicer. pro Cluent.* C. & L. Fabricij fratres gemini fuerunt ex municipio Alettinate, homines inter ſe cùm forma, tùm moribus ſimiles, municipum autem ſuorum diſſimillimi. [*Plaut. Men. ſc. vlt. a.* 5. Fratres germanos duos geminos. *Idem ſc.* 1. *a.* 1. Fratres germanos duos geminos. *Ibidem ſc. vlt. a.* 5. Aut Sycophanta, aut geminus frater tuus eſt. *Ibidem,* mi gemine germane frater, ſalue. ¶ Pro eo qui ſimilis eſt alteri virtute, forma, fortitudine: *Plaut. Milit. ſc.* 1. *a.* 1. Hiccine eſt Achilles? Imò eius frater, (id eſt, ſimillimus.) ¶ Pro libris eiuſdem autoris, *Quid. Eleg.* 1. *lib.* 1. & *Eleg.* 1. *lib.* 3. *Triſt.* Aſpicies illic poſitos ex ordine fratres.] Fratres patrueles, ἀνεψιοί, τὰ τῶν ἀδελφῶν τέκνα: ſororéſque patrueles, ἀνεψιαί, dicuntur qui quæve duob. ex fratribus progenerantur, *vt docet Iuſtinianus lib.* 3. *Inſtit. Suet. in Cæſare.* Qui fratri patrueli ſuo Marco in conſulatu ſucceſſerat. [*Ouid.* 13. *Metam.* Frater erat, fraterna peto. (de patruelibus.)]

¶ Frater viro adſit, ἀδελφὸς, ἀδελφὴ παρεῖη. De fido auxilio dici ſolitum, propterea quòd in rebus periculoſis vix vnquam frater ſolet fratri deeſſe. *Plato lib.* 2. *de Repub.*

[Fratellus, à frater per diminutionem. *Terent. Scaur. de Orthogr.*]

Frātercŭlus, li, diminutiuum, Paruus frater. {ἀδελφίδιον. GAL. Frerot, petit frere. ITALIC. *Fratellino, fraticello ò hermanillo.* GER. Brüderlein. HIS. *Pequeño hermano.* ANG. *A litle or yonge brother.* } *Iuu. Sat.* 4. Vnde fit vt malim fraterculus eſſe gigantum. Fraterculus gigantum dicitur homo obſcurus, cuius maiores ſunt incogniti, tanquam è terra ſubitò ſit enatus, quemadmodum de gigantibus Poëtæ fabulantur. *Cic. 5. Verr.* Volo mihi fraterculo tuo credas.

Frātrĭa, æ, Vxor fratris, vt Feſtus docet. {יבמת *jebamáh.* εἰνάτη. GAL. Féme du frere. ITAL. *Moglie del fratello.* GER. Des bruders frawv. HISP. *La cunada, muger de hermano.* ANG. *The brothers wyfe.* } Contrà Notrias dici vult fratrum inter ſe vxores.

Fratro, as, are, κυμίζω. De puerorum mammis dicitur, quòd velut fratres pares oriantur: quod etiam in frumento ſpica facere videtur. Pro eodem veteres dixerunt Fraterculare. *Feſtus,* Sororiare mammæ dicuntur puellarum, quum primùm tumeſcunt, vt fraterculare puerorum. *Plaut.* Tunc mammulæ primùm ſororiabant: illud volui dicere, fraterculabant.

Frātĕrnŭs, na, num, poſſeſſiuum. {ἀδελφικὸς. GALLIC. Fraternel, de frere ou freres. ITA. *Fraterno, fraternale.* GERMAN. Brüderlich. HIS. *Coſa perteneſciente à hermano.* ANGLIC. *Of brothen.* } Vt, fraternus amor. φιλαδελφία. Fraterna inuitatio. *Cic.* Fraterna mors, *Virgil.* Sic Fraternæ acies, *apud Statium.* Fraternum parricidium, *apud Cicero pro Cluentio.* [*Ouid. Eleg.* 3. *lib.* 1. *Triſt.* Quóſque ego dilexi fraterno more ſodales. *Ouid.* 13. *Metam.* Frater erat, fraterna peto. *Ibidem,* Pater eſt fraterni ſanguinis inſons.]

Frātĕrnē, aduerbium, pro amore fraterno. {φιλαδέλφως. GAL. Fraternellement. ITA. *Fraternalmente.* GERM. Brüderlichen. HIS. *Con amor de hermanos, con hermandad.* ANG. *Brotherly.* } *Cic. ad Quint. Fratr. libr.* 2. Quare facis tu quidem fraterne, quod me hortaris: ſed me hercule currentem nunc quidem, vt omnia mea ſtudia in iſtum vnum conferam. *Ibidem lib.* 1. Hùic tu epiſtolæ non fraternè ſcriptæ, fraternè debes ignoſcere.

Frātĕrnĭtās, atis, Fraterni amoris coniunctio, neceſſitudo inter duos fratres. {ἀδελφότης, φιλαδελφία. GA. Fraternité. ITA. *Fraternità.* GE. Brüderſchafft. HIS. *Aquella hermandad de hermanos.* ANG. *Brotherh od.* } *Quint. Decl.* 16. A primis ſtatim ætatibus in eandem coire vitam habet aliquem fraternitatis affectum.

Frātrĭcīdă, dæ, Qui fratrem occidit. {ἀδελφοκτόνος. GALLIC. Homicide de ſon frere, qui a tué ſon frere. IT. *Occiditor di fratello.* GE. Ein brudermörder. HI. *Matador de ſu meſmo hermano.* AN. *That murthereth his brother.* } *Cic. pro Domo.* Extra ordinem ferri mihi placet Clodio: quid de me quod tuliſſe te dicis, parricida, fratricida, ſororicida, non rexitra ordinem tuliſti?

Frātŭlī, villi ſordidi in tapetis, quòd per terram ferantur. *Autor Feſtus.* κῳγοσύλ.

Frāus, fraudis, Dolus, malitia, fallacia, machina. {מרמה *mirmáh* נכרי *néchel* κατασόφισμα, ἀπάτη. GALLI. Fraude, tromperie, deception. ITA. *Fraude, inganno.* GERM. Beſchiß/betrug. HISPA. *El engaño ò mengua, à falta.* ANGL. *Guile, deceit.* } *Cic. 1. Off.* Vi, aut fraude fit iniuria: fraus quaſi vulpeculæ, vis leonis videtur: vtrumque ab homine alienissimum: ſed fraus odio digna maiore. *Pl. in Mili.* [*ſc.* 2. *a.* 2.] Atque adeò, vt ne legi fraudem faciam talariæ, Accuratore, vt ſine talis domi agitem conuiuium. [*Velleius,* fraude deceptum vinxit eum.] ¶ Vſurparunt etiam veteres non rarò fraudem pro crimine. Vnde Capitalem fraudem admittere, *teſte Vlp. de Ædil. edict.* eſt tale aliquid delinquere, propter quod capite puniendus ſit qui deliquit. *Liuius 3. bell. Pun.* Qui capitalem fraudem auſi, quíque pecuniæ iudicatæ in vinculis eſſent. [*Ouid. Eleg. 9. lib. 3. Triſt.* Et pater eſt aliqua fraude moratus ait: (id eſt, ſcelere atroci aſtrictus.) *Idem lib.* 13. *Metam.* Furtíſque & fraude ſimillimus illi (Siſypho.) ¶ Fraus populi, Contubium in Lenonem. *Plaut. Pſeud. ſc.* 3. *a.* 1.] ¶ Accipitur etiam quandoque pro periculo & damno. *Virg lib.* 5. Quis deus in fraudem quæ dura potentia noſtra Egit? *Terent. in Heaut.* In eandem fraudem ex hac re atque illa incides. *Cic. ad Attic.* Quod multò rectiùs fuit, id mihi fraudem attulit. *& ad eundem,* Pacis ego ſpe in hanc fraudem incidi. Inde fraudi eſſe, veteres dixerunt pro damnum & incommodum afferre. *Cic. 5. Philipp.* Cenſcóque vt iis, qui in exercitu Antonij ſunt, ne ſit earum fraudi, ſi ante Kalend. Febr. ab eo diſceſſerint. [*Ouid. Eleg.* 1. *lib.* 2. *Triſt.* Nec fuit hoc illi fraudi. Suprà, Nec obfuit illi. *Idem* 6. *Faſt.* Piſcis adhuc illis populis ſine fraude natabat. *Plaut. Milit. ſc.* 3. *a.* 2. Tuis cruribus & capiti fraudem creas capitalem. *Et Sueton. in Auguſt. cap.* 54. Nec libertas aut contumacia fraudi cuiquam fuit. (id eſt, obfuit, vel pœnæ ſiue exitio fuit.) Veteres enim, vt ſcribit *Vlp.* fraudem pro pœna ponere ſolebant.] *Liu. lib.* 1. *ab Vrbe,* Fecialis regem interrogauit, Rex faciſne me tu regium nuntium Populíque Romani Quiritium: vaſa, comitéſque meos? Rex reſpondit, Quod ſine fraude mea, populíque Quiritium fiat, facio: hoc eſt, quæ res ſine meo damno, periculo aut incommodo fiat.

Frāudŭlēntŭs, a, um, Doloſus, fallax. { נכל *nechél.* δολερός, ἀπατηλός. GALLIC. Grand trompeur, cauteleux, plein de tromperie. ITAL. *Fraudolento, pieno d'inganni.* GE. Beſchweiſſer/trughafft/tuckiſch. HI. *Engañoſo, lleno de engannos.* AN. *Deceitfull, craftie, full of guyle.* } *Cic.* 2. *Off.* Nam quos improbos, maledicos, fraudulentos putant. [*Plaut. Pſeud. ſc.* 3. *a.* 1. Fraudulentè, impurè, leno. *Idem Capt. ſc.* 1. *a.* 2. Ex bonis peſſimi & fraudulentiſſimi ſunt.] &c. *Colum. lib.* 9. *cap.* 4. Neque ea curatorem fraudulentum tantùm, ſed etiam immundæ ſegnitiæ peroſa eſt: æquè enim dedignatur ſi minùs purè habita eſt, ac ſi tractetur fraudulenter.

[Fraudulentia, æ, *Plaut. Mil. ſc.* 2. *a.* 2. Confidentiam, confirmitatem, fraudulentiam.]

Frāudŭlēntĕr, Doloſè, malitioſè. { כמר מח *bemirmah.* δολίως. GALLIC. Cauteleuſement, par tromperie. ITALICE, *Con fraude.* GERMA. Zuglich/mit beſchiß. HISP. *Engannoſamente.* ANGL. *Deceitfullie, by tromperie.* } *Columel. lib.* 1, *ca.* 8. Sæpe enim querendi poteſtatem faciat de iis qui aut crudeliter eos, aut fraudulenter infeſtet. *Plin. lib.* 30. *cap.* 10. Quoniam nullum animal fraudulentiùs inuidere homini tradunt.

Frāudo, das, Decipio, fallo, deſtituo, ludifico. {עשק *haſchák* כבע *kabáh.* πλεονεκτέω, ὑπερφέρω, πραγκόπτω. GAL. Frauder, priuer de quelque choſe, chiffrer, fruſtrer, tromper. ITAL. *Fraudare, ingannare.* GERMAN. Betriegen/mit liſten hindergehn. HIS. *Engañar.* ANGL. *To deceiue, to beguyle, to diſapoynte.* } Habet vt plurimùm poſt ſe accuſatiuum perſonæ cum ablatiuo rei. *Virgil. 4. Æneid.* Quem regno Italiæ fraudo, & fatalibus aruis. *Liu. ab Vrbe,* In magna inopia pro domeſticis copiis vnus quiſque ei aliquid fraudans ſe ipſe victu ſuo contulit. [*Velleius,* fraudare eum vero teſtimonio noluit.] Aliquando autem ſolo accuſatiuo contentum eſt, omiſſa re qua quis fraudatus dicitur. *Cicero pro Roſc. Com.* Æquè enim perfidioſum & nefarium eſt fidem frangere quæ continet vitam: & pupillum fraudare qui in tutelam peruenit: & ſocium fallere qui ſe in negotio coniunxit. ¶ Interdum etiam inuenitur cum accuſatiuo rei. *Cæſar 3. bell. ciuil.* Fraudare ſtipendium militum, & prædam omnem domum auerrere. ¶ Fraudare genium, eſt non ſatisfacere appetitui & voluptati. Nam Genius apud veteres habebatur naturæ & voluptatis deus, vnà Genitales homines dicti ſunt, qui dapſiles eſſent & ad exc. pi nd s conuiuias liberales. *Plaut. in Aulul.* Perditiſſimus ego ſum omnium in terra. Nam quid mihi opus vita eſt, qui tantùm auri Perdidi, quod cuſtodiui ſedulò, egomet me fraudaui, Animúmque meum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

mumque meum. Huius contrarium est, Curare genium, id est, lautè viuere.

Frāudātŏr, oris, Inficiator. {עשק *boschék.* δόλος, πλεονεκτικός, συλαγής. GALLIC. Trompeur, chiffreur. ITA. *Ingannatore.* GERMANIC. Ein betrieger/vberlister. HISPANIC. *Engañador.* ANGL. *A deceiuer, a defrauder.*} *Cic. pro Flacco,* Nolite existimare Iudices, non vnam & eandem omnibus in locis esse fraudatorum & inficiatorum impudentiam. Fraudator, & interceptor prædæ. *Liu. 4. ab Vrbe.* [*Item Quintil. cap. 8. lib. 1.*]

¶ Frāudātōrĭus, fraudulentus. {ἀπατηλός, δόλιος. ANGLICE, *Deceitfull, full, of guyle.*} *Valens D. lib. 36. Tit. 1. l. 67.* Vix fraudatorio interdicto locus erit.

Frāudātĭo, onis, Fraudandi actio. {עשק *boschék* מעשקה *maḥáschakkáh.* τερατεία, παράκρουσις. GAL. Tromperie, chiffrement. ITAL. *Inganno, essa ingannare.* GE. Betrug HISPA. *Engano, obra de enganar.* AN. *A deceiuing, a beguyling, a dispoynting.*} *Cic. 3. Off.* Inter bonos bene agier oportet, & sine fraudatione. *Idem in Catil.* Ex hac enim parte pudor pugnat, illinc petulantia: hinc pudicitia, illinc stuprum: hinc fides illinc fraudatio. [*Plaut. Asin. sc. 1. a. 2.* Qui ad heri fraudationem callidum ingenium gerunt.]

Frāusŭs, antiquum est participium, actiuæ significationis, quo significatur is qui fraudem commisit, *vt Festus & Nonius notauerunt. Plau. in Asin.* Metuo in commune, ne quam fraudem frausus siet.

Frāxĭnŭs, ni, pen. corr. {ברוש *beróschmiláh.* GAL. Ficsne. ITAL. *Frassino.* GERMAN. ein eschen/oder eschenbaum. HIS. *Fresno, arbol conocido.* ANG. *An asche tree.*} Genus arboris est notissimæ, cuius vmbra, *teste Plin. lib. 16. cap. 13.* vsque adeò inuisa est serpentibus, vt citius in igné confugiant, quàm ad fraxini vmbram. Fraxinus in syluis pulcherrima. *Virg. 7. Eclog.*

Frāxĭnĕus, a, um, Quod est ex fraxino. {μελέινος, μελίινος. GAL. De fresne. IT. *Di frassino.* G. Eschin/von eschinen holtz gemacht HI. *Cosa de fresno.* AN. *A shen or of ash e.*} VT, Frondes fraxineæ. *Col. lib. 11. c. 1.* Iisdem temporibus si sit, fraxineam: sin minus, ornean: si nec hæc sit, iligneam frondem rectè præbebimus.

Frāxĭnŭs, a, um, per tres syllabas. aliud adiectiuum, vt, Virga fraxina. *Ouid. epist. 11.* Vt quatitur tepido fraxina virga noto.

Frāxo as, Virgilius circumeo, quòd eo labore homo frangatur, *autore Festo.*

FREGELLAE, arum, φρέγελλα. *Steph.* Vulgò *Ponte coruo*, olim ciuitas fuit clarissima inter Fotmias & Sinuessam sita, non procul à Liri amne, quem nunc Garilianum vocamus. Cuius etiam hodie non obscura extant vestigia, ex quibus facilè potest æstimari, quanta olim fuerit eius vrbis amplitudo. Hæc quum à Romanis defecisset, diruta fuit, & ad vicum iam vsque à Straboris tempore redacta. *Sil. lib. 8.* -obsessæ campo squallente Fregellæ. *Idem alio loco,* Et quæ fumantem texêre giganta Fregellæ. Inde Fregellani populi dicti, *quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 5.*

Frĕgellānŭs, adiectiuum: vt Fregellana vitis, *Colum. lib. 3. cap. 2.*

FREGELLANVS, Nomen proditoris, cuius meminit *Cic. 5. de Finib.* Quis Fregellanum proditorem, quamquam Reipub. nostræ profuit, non odit.

Frĕmo, mis, mui, itum, Sonitum edo, qualis fit à fluctibus maris, murmuro, indignationem voce ostendo. {רגש *ragásch* המה *hamáh* רעש *raḥásch.* βρέμω, ἐνυάλιος, βρεμβύλιον. GALLIC. Fremir, bruire, faire bruit. ITAL. *Fremere, fare strepito.* GERMA. Sŏsen/ein getŏs machen: item, Mit grimmen murren. HISP. *Bramar, hazer ruydo hasta prorumpir en bozes.* ANGL. *To murmure, to make a noise or to e lik a lyon.*} *Virgil. 1. Æneid. de ventis,* C. rcum claustra fremunt. *Cic. ad Attic.* Fremit sibi ereptum consulatum. *Sueton. in Galba,* Præcipuè Germanicæ gentes fremebant, se fraudari stipendio. [*Idem Sueton. in Tiber. cap. 73.* pro contempto se habitum fremens, &c. *Quint.* Cùm omnia clamoribus fremerent. *Tibull. li 4.* Nam si u diuersi fremat inconstantia vulgi.] *Lactant. lib. 7.* Fremunt vbique bellatomes gentes in armis erunt. Huius composita sunt, Adfremo & Iufremo: *quorum significata vide suis locis.*

Frĕmĭtŭs, tus, pen. cor. Sonus fluctuum, & in populo indignante murmur & strepitus. {רעש *raḥách* המית *hamith.* ψόφος βόμβος, βρόμος. GAL. Grand bruit, fremissement, bruyement. ITA. *Strepito, romore.* GERM. ein getŏsz: item das murren oder brummen. HISP. *Brumido, y ruido.* ANG. *A murmuring, a noise as of waters or of a lyon.*} *Virg. 2. Georg.* Fluctibus & fremitu assurgens Benace marino. *Cic. ad Att.* Qui fremitus hominum? quàm irati animi? *Idem 5. de Finibus,* Quo in loco ad fluctum aiunt declamare solitum Demosthenem, vt fremitum assuesceret voce vincere. [*Gellius cap. 14. lib. 5.* Terrifico fremitu Leo. *Linius lib. 10 dec. 4.* Fremitus ortus cum assensu. *Plaut. Amphit sc. 1. a. 1.* Boat cœlum fremitu virûm.]

Frĕmebūndŭs, bundi, Valde fremens, indignatione plenus, furens. {המה *homéh* רגש *roghésch.* ἐνάλιος. GALLICE, Qui fremit & bruit, qui fait grand bruit. ITAL. *Strepitoso.* GERM. Zornig/brummend. HISP. *Cosa que mucho brama.* ANG. *That roreth much.*} *Cic. 2. de Nat. Deor. ex Accio Poeta,* Tanto moles labitur Fremebudda ex alto ingenti sonitu & strepitu. *Ouid. 12. Metamorph.* Tum verò præceps fremebundus ab alto.

Frĕndĕo, des, dui, in supino fressum, *autore Festo,* significat frango. {שבר *schabár.* θλάω GALL. Rompre, briser. ITA. *Frangere.* GERM. Brechen. HISP. *Fresar.* ANG. *To break or bruise.*} Vnde Faba fressa dicitur quæ mola leuiter fracta est, μύλαις θλασθεῖσα. *Columel. lib. 12. cap. 61.* Cicera bubus erui loco, fressa datur in Hispania Bætica. *Varro 2. de Re rustic. capit. 4.* Amisso nomine lactentis, dicuntur nefrendes, ab eo quod nondum fabam frendere possint, id est, frangere. ¶ Frendeo item est præ iracundia simul concussis, & strictis dentibus vocem emittere, fremere, fœmire. {חרק *charák.* βρύχειν. GALL. Grincer les dents, rugir. ITA. *Battere i denti, fremere con denti.* GERM. Mit dem zänen hirren vor zorn. HISPA. *Regañar.* ANG. *To gnashe or grind the teeth.*} *Plaut. in Captiuis,* Nimisque hercle ego illum male formidabam: ita frendebat dentibus. ¶ Hinc frendeo, id est, valdè frendeo. *Virgil. lib. 3. Æneid.* Dentibus infrendens gemitu, graditúrque per æquor Iam medium. Legitur & Frendo, frendis, tertiæ coniugationis. *Plaut. in Truc.* Traxit ex intimo ventre susp rium: hoc vide, dentibus Frendit, icit femur.

Frĕndēns, participp. {חרק *chorek.* βρύχων, βρυχάων. GA. Grinçant les dents, rugissant, fremissant. IT. *Cosa che rugge.* GE. Brummend/vnd vor zorn die zän auff ein ander beissen. HI. *Cosa que regana.* ANG. *Grinding or gnashing.*} VT, Frendens leo, Frendens aper, hoc est, ex ira dentes concutiens. *Ouid. 1. de Arte.*

FRENTĀNI, Populi sunt Italiæ, non procul à Dauniis & Picentinis, diuersi ab iis quos alibi Ferentinos, & ab iis quos Ferentinates diximus appellari. Horum regionem *Plin. lib. 3. c. 11.* Frentanam vocat, à Frentone vicino fluuio deducto nomine.

Frĕquēns, tis, omnis generis, Creber, multus, plenus, celeber. {שרץ *resh* תמיר *tamidh* רב *rab.* συχνός, θαμινός. GAL. Frequent, assidu, continuel, fort hanté ITA. *Frequente, spesso.* GER. Embsig/dick/in grosser zal. HISPA. *Lo que muchas vezes se haze, espesso frequentado.* ANG. *Often resorted much, hanted.*} [De etymo huius nominis *vide Varr. lib. 6. de ling. Lat.*] *Valla li. 4. c. 96.* Frequentem locum dicimus, quem frequentare multi solent: vt, Vrbs frequens, Oppidum frequens, Platea frequens, vbi multi homines aut habitant, aut diuersantur. Quando autem de persona, aut de re animata loquimur, duobus modis dicitur vel de sola, sic: Sit miles frequens spectator præliorum: id est, creber & assiduus. [*Gell. cap. 15. lib. 6.* Homo frequens in opere bonarum disciplinarum. *Varro lib. 6. de ling. Lat.*] Vel de turba, sic: Frequens populus, Frequens Senatus: id est, copiosus, & multus. Et id quidem cum nomine collectiuo in singulari: cum cæteris verò, in plurali: vt, Frequentes ciues, frequentes Senatores: hoc est, multi, & numerosi. Verùtamen quâ dico, Sis frequens, innuo actionem: quum dico, Frequés locus, passionem: ille frequentat, iste frequẽtatur. *Hac ille. Cic. ad Lent.* Causam enim frequenti Senatu obtinebamus. *Plin. in epist.* Proximè frequenti auditorio inter se certàm multi ordinis nostri clare iecabãtur: intraui, conticuerunt *Cic. de Sen.* At caret epulis, extructísque, & frequentibus poculis. Id est, non versatur inter pocula. [*Pla. Mil. sc. 6. a. 2.* Frequens senatus poterit nunc haberier.]

* Conuiua frequens, Id est, multi conuiuæ. *Ouidius 2. Amor. Eleg. 5.* Iámque frequens ierat mensa conuiua relicta. * Quibuscum si frequentes sunt, opiuionem afferunt populo, eorum se fore similes, quos sibi delegerunt ad imitandum, *apud Cic. 2. Off.* Id est, si sæpe versantur. * Frequentes fuimus ad ducentos. *Cicer ad Quint. Frat. lib. 2.* * Frequentissimi venerunt mercatores. Id est plurimi. *Cic. 7. Verr.*

Frĕquēntĭa, tiæ, Qualiscunque hominum multitudo, crebritàs, multitudo, copia. {רב *rob.* πλῆθος, σύλλογος. GAL. Frequence, hantement continuel, grande assemblee. ITA. *Souenteza, concorso, multitudine.* GE. Ein menge oder vile. HIS. *Mucho dumbro, quando se ayunta y concurre mucha gente.* ANGL. *A great assemblie or very many, a companie of folke.*} *Cic. de Amic.* Atque hoc maximè iudicaretur, si quid tale posset conringere, vt aliquis nos Deus ex hac hominum frequentia tolleret, & in solitudinem vspiam collocaret. [*Idem Cic. initio Philipp. 4.* Frequẽtia vestrûm incredibilis, concióque tanta, quantam memini me videor.] *Sallust. in Catil.* Reliquos cum custodibus in ædem Concordiæ venire iubet: eò Senatum aduocat: magna frequentia eius ordinis erat: Frequentia autem differt à turba, quòd angustus locus facit turbam, frequentiam multitudo.

Frĕquēntĕr, aduerb. Sæpe, crebro. {תמיר *tamidh.* συχνῶς, πυκνῶς. GA. Souuent. ITAL. *Frequentadamente, spesso.* GERM. embsiglich/offt vnd dick. HISP. *Frequentadamente.* ANG. *Often times.*} *Ad Heren. lib. 4.* Vt frequenter & assiduè consequamur artis rationem studio, & exercitatione. *Cic. in Orat.* Translatione fortasse crebrior, qua frequentissimè sermo omnis vtitur non modò vrbanorum, sed etiam rusticorum. [*Gell. lib. 11. c. 1.* Frequenter ventitare.

¶ Frequentius, *Liuius lib. 9. dec.* Frequentius arx, quàm vrbs habitabatur.]

Frĕquēnto, tas, Frequenter adeo. {התהלך *hithalléch.* φοιτάω, ἐπιφοιτάω. GAL. Frequenter, hanter. ITA. *Frequentare, continouare.* GER. embsig an ein ort kommen/vil mahl oder flœyssig an einem ort sein. HIS. *Continuar alguna cosa, y la hazer muchas vezes.* ANG. *To hant, te reserte and go often vnto.*} *Sallust. in Catil.* Iuuentutem quæ domum Catilinæ frequentabat. *Sueton. in August.* Officia cum multis mutuò exercuit, nec priùs dies cuiusque solennes frequentare desiit, quàm grandior iam natu, & in turba quodam sponsaliorum die vexatus. Frequentari domus dicitur, quæ à multis aditur, vel cum multis. *Cic. 1. Off & Liu. 1. ab Vrbe.* [*Sueton. in Tib. ca. 32.* Frequentare exequias ad rogum. *Idem in August. ca. 31.* frequentare spectaculum nocturnum prohibuit. *Idem in Caf. cap. 84.* frequentare bustum: *Idem in August. cap. 72.* frequentare secessus. ¶ Frequentari, pro visitari, dixit *Sueton. in Tib. cap. 12.* Vitánsque præternauigantium officia, quibus frequentabatur assiduè. *Item Quintil.* frequentabunt eius domum Iuuenes. & *Senec. cap. 3. de Consol. ad Mart.* Frequentare memoriam alicuius. (i. crebra mentione facta de aliquo, celebrem eum reddere.) *Liuius 6. de 4.* Ad frequentandum triumphum milites addicere.] ¶ Frequentare, {שנן *schinnén.*} pro geminare, vel frequenter reperere, *apud Gell. lib. 13. cap. 23.* Quæ à Poetis vel Oratoribus celebrandæ & ornandæ rei gratia in duobus eadem pluribúsve nominibus frequentantur.

¶ Nonnunquam etiam frequentare idem est quod frequens reddere, congregare, conuocare. {אסף *asáph* קבץ *kabáts.*} *Cic. in Catil. 4.* Conueniisse video Tribunos ærarios, fortissimos viros, Scribas item vniuersos, quos quum casu hic dies ad ærarium frequentasset, video ab expectatione sortis ad communem salutem esse conuersos. Quæ (inquit) hic dies frequentasset Tribunos, i. frequentes reddidisset & coaceruasset. *Idem in Orat. pro domo sua,* Quem tu populum nisi tabernis clausis frequentare non poteras. *Idem 2. Off.* Vrbes sine cœtu hominum non potuissent nec ædificari, nec frequentari, hoc est, frequentes & populosæ reddi. *Suet. in Augusto cap. 46.* Italiam de triginta coloniarum numero deductarum à se, frequentauit. *Gellius cap. 10. lib. 16.* Sobolis tamen gignendæ copia ciuitatem frequentarét (id est frequentem redderent, & copiosam: hoc est, populosam, hominibus abundantem affluentémque: Galli dicunt peupler.)

Frĕquēntātus, participp. {ANGLIC. *Much hanted and reserted.*} *Cicer. de Cla-*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

de Clar. Orat. Alterum genus est non tam sententiis frequentatum.

Frēquēntātĭo, onis, Crebritas, multitudo, coaceruatio. {צבר reb tsibbúr. πύκνωσις, συναγωγὴ διατελής. GALL. Frequentement, hantement. ITAL. Frequentatione, continuatione. GER. ein embsige übung/ ein stätiger brauch. HISP. Obra de hazer muchas vezes, continuation. ANG. Hanting or assembling.} Cic. in Partit. Frequentatio argumentorum, & coaceruatio vniuersa. Autor ad Heren. l. 4. Densa & continens frequentatio verborum. Et paulò pòst, Frequentatio est, quum res in tota causa dispersæ coguntur in vnum locum, quò grauior, aut acrior, aut criminosior oratio sit.

[Frequentatiuus, a, um, Gell. cap. 6. lib. 9. Verba sunt, quæ appellant Grammatici frequentatiua, vt Actito, as.]

Frēquēntāmēntum, ti, {שערת zemiráh. πύκνωμα.} Genus est modulationis musicæ. Gell. lib. 1. cap. 11. Quum numeros & modos, & frequentamenta quædam varia tibicen incineret. Idem lib. 5. cap. 1. Si quibusdam quasi frequentamentis orationis mouentur, exagitantur, & gestiunt.

Frēquēntārĭŭs, a, um, Veteres dixerunt pro frequente, Festo autore.

Frēlsă faba, Vide FRENDEO.

Frĕtum, ti, à feruendo dictum, vt Varro inquit, à similitudine feruentis aquæ, quòd in fretum sæpe concurrat æstus, atque feruescat. {▭' iam. πορθμός. GALL. Vn destroit de mer, vn perit bras de mer. ITAL. Mare. GERM. Das meer/eigentlich heißt es ein enge deß meer. HIS. Estrecho del mar entre dos tierras. ANG. The sea, the narrow seas, an arme of the sea.} Proprié enim significat loca maris angustiora, quæ quòd aqua minùs liberum habeat fluxum, vehementiùs solent concitari. Vnde angustias illas quibus Atlanticum mare irrumpit terras, Latini fretum appellant: Ad eundem etiam modum, angustum illud mare quod Siciliam ab Italia dirimit, fretum appellatur. Cic. 7. Verr. Hi ne in freto ante sua tecta, & domos nauigarent. Ibidem, Te iubere in ea parte figere, quæ ad fretum spectaret. Loquitur de C. Verre, qui in Sicilia iniula iussit cruces figi, in ea insulæ parte, quæ fretum spectabat: vt qui se ciues Romanos esse dicerent, ex cruce Italiam possent aspicere. [Plaut. Amphitr. sc. 4. a. 4. per freta Ionium, Ægeum, Creticum. Tibull. lib. 4. Aduersis hyberna licet tumeant freta ventis. Gell. cap. 3. lib. 10. Quod, & quale inuidiæ atque acerbitatis fretum efferuescit? (In oratione Ciceronis sup.) Ouid. Eleg. 10. lib. 3. Trist. Si tibi tale fretum quondam Leandre fuisset, Non foret angustæ mors tua crimen aquæ.] ¶Apud Veteres legitur & fretus, genere masculino. Ennius, Crassa puluis oritur, omnem peruolat cæli fretum. Lucr. libr. 6. Nam fretus ipse anni permiscet frigus & æstum. Cic. in Verrem act. 7. Vt ille in dolore cruciatúque moriens, per angusto fretu diuisa seruitutis ac libertatis iura cognosceret. Sic enim Gellius legit [cap. 19. lib. 13.]

¶Hinc transfreto, de quo suo loco.

Frĕtŭs a, um, Vide FRVOR.¶

Frĭābĭlis, Vide FRIO, frias.

FRIBVRGVM, vrbs, alia in Brisgòia, alia in Vchtlandia.

Fribusculum, discessiuncula coniugum non diuturna. Vlpianus l. 32. D. de donat. int. vir. & vxor. Quod si diuortium non intercesserit, sed fribusculum, profectò valebit donatio, si fribusculum quieuit.

Frĭco, cas, Notæ significationis est. {גרר garádh. τρίχω, τρίβω. GAL. Frotter. ITA. Fregare. GERM. Jucken/reiben/reiben/iucken/tranen. HISPA. Fregar ò tratar vna cosa con otra. ANG. To rubbe or frette to gether.} Virg. lib. 3. Georg. fricat arbore costas. [Plaut. Asin. sc. 3. a. 3. pol hodie non feres ni genua confricantur. Quid vis? egestas imperat, fricentur.] Idem ibidem paulò infrà. Nunquam hercle facerem, genua ni tam nequiter fricares. Plin. in Epist. Quinetiam (fœdum, miserandúmque dictu) dentes lauandos fricandósque præbebat. Præteritum facit fricui, & supinum frictum. Hinc manserunt verbalia Frictio & Frictus. Olim fricaui & fricatum. Vnde adhuc in vsu sunt Fricatio, & Fricatus. Sic etiam duo manserunt participia præteriti temporis Fricatus & Fricatus. Iuuenal. si prurit frictus ocelli Angulus. Macer, Vtricæ foliis reuocatur vulua fricata. Sed hoc in simplici rarum, frequens in compositis. Cic. lib. 12. epist. ad Attic. Quæ res fortasse sit tefricatura vulnus meum: Plin. lib. 8. Pantheras per carnes affricatas aconito venantur Barbari. ¶Huius composita sunt, Affrico, ad aliquid frico, περιτρίβω, περιτρίβω. Colum. lib. 8. Pecudes aut morsu scalpunt, aut cornu, aut vngula tundunt, aut arbori affricant, parietibúsve detergunt. Plin. Marathro herbæ sese affricat.

¶Confrico, simul frico, συντρίβω. Plaut. in Asin. Atqui pol hodie non feres, ni genua confricentur. Colum. lib. 2. Boues quum ab opere dimiserit substrictos, confricet, manibúsque comprimat dorsum, & pellem reuellat. ¶Defrico, fricando purgo, ἀπότρίβω. Author ad Herenn. Nam vt fortè hic in balneas venit, cœpit postquam defusus est, defricari. Colum. lib. 2. Solida id Sole siccetur, & radice silphij trita cum aceto aspergatur, defricetúrque. Infrico, intus frico. Colum. lib. 6. Maximè proderit fuligo ex alieno vlceri infricata.

¶Perfrico, καταγρίβω. Idem ibidem, Deinde nares perfricato, vt homines discant odorari. Plin. in Prolog. Perfricui faciem, nec tamen profeci. Non est enim eorum qui cum pudore aliquid agunt, vt faciem perfricent, natura ipsa ad id impellente, quasi ad abigendum sanguinem, qui ex præcordiis ad faciei superficiem confluit. Propter quod quærit Aristoteles, cur pudore facies hominis rubescat, metù pallescat, quum pudor nihil aliud sit quàm timor futuræ reprehensionis. Hinc ergo ortum est prouerbium, vt quoties dicere volumus nos pudorem deposuisse, dicamus, Perfricui faciem: hoc est, Pudorem expuli. ¶Refrico, fricando aperio, ἀνατρίβω. Perfricare vulnus, vel cicatricem. Cic. contra Rull. Ne refricare iam obductam Reipubl. cicatricem videret. Idem pro Plancio. Quum illud, vulnus dicendo refricuisset. Per translationem item dicimus, Refricare dolorem, refricare desiderium pro eo quod est renouare, siue reuocare. Cic. lib. 2. Epist. Verebar ne refricaret meis literis desiderium ac dolorem tuum. Habent autem hæc omnia penultimam correptam.

Frictŭs, us, Est ipse fricandi actus. {τρίψις, ἔντριψις. GAL. Frottement. ITA. Fregamento. GERM. Reibung/ficken. HIS. Fregadura. ANG. Rubbing, fretting.} Iuuenalis, frictum crissantis adorat.

Frictĭo, onis, Idem τρίψις. Celsus lib. 1. In ipso quoque itinere frequens frictio. Plin. lib. 23. Frictiones inhibeat oculorum.

Frĭcātĭo, Idem. Colum. lib. 6. cap. 12. Sed si sanguis adhuc supra vngulas in cruribus est, fricatione assidua discutitur.

Frĭcātŭs, tus, Idem. ἀπαλοιφὴ, τρίψις. Plin. lib. 23. cap. 7. Luscios ex oleo illitus emendat, dentiúmque vitia crebro fricatu.

Frīgīllă, læ, Auis sic dicta quòd frigore cantet & vigeat. {σπίζα. ITA. Frenguelo.} Martial. lib. 9. Nunc sturnos inopes frigillarúmq; querelas Audit, & arguto passere vernat ager. Vide Fringilla.

Frīgo, gis, xi, xum, & frictum significat Torreo [Diomedes lib. 1.] {קלה kalàh רבך ribbèch. ῥοβέω, τηγανίζω. GALLIC. Frire, fricasser. ITALIC. Frigere. GERM. Rösten/braten. HISP. Freir. ANG. To frye.} Festus, Frigere, & Frictum à Græco. Inde frictorium, & Frixorium, in quo quid frigitur. {מרחשת marchéscheth. מחבת machabáth. τρύγανον. GA. Vne poile à frire. ITALIC. Padella. GERMAN. Ein brahtpfann. HISPA. La sarten para freir.} Plaut. in Bacch. Tam frictum ego illum reddam, quàm frictus est cicer. Idem in Pœn. nil nisi laterculos, Sesamũ, papauerúmq; triticum, & frictas nuces. Plin. lib. 18. cap. 7. Postero die frigunt, deinde molis frangunt. Corn. Celsus, Tum res eadem magis alit turulenta, quàm assa: magis assa, quàm friga.

Frīgŭs, oris, pen. cor. Vis frigoris) (calor. {קר kor קרח karáh צנה tsinnáh. ψύχος, ῥῖγος. GALL. Froid, froidure. ITA. Freddo. GERM. Kelte. HIS. Frie, òfrescura. ANG. Colde.} Virg. lib. 1. Georg. Frigúsque, caloremque Inter. Idem, aut Boreæ penetrabile frigus adurat. [Plaut. Men. sc. 6. a. 5. Lassitudo, fames, frigúsque durum. Ouid. Eleg. 10. lib. 3. Trist. Et, percussa frigore folia. Ibidem Eleg. 8. ¶Frigus cum minus amatur quis, quem ante alius ardebat. Vide Lipsium in Vell. pag. 72. & 71.] ¶Aliquando sumitur pro metu: ab eo quod præcedit, ad id quod sequitur. Virg. 1. Æneid. Extemplò Æneæ soluuntur frigore membra. Seru. Frigore, id est, timore. Reciproca translatione, & timor pro frigore, & frigus pro timore ponitur: vt apud Terentium, Vxorem tuã paniture aiunt, hoc est, non timere, sed laborare frigoribus. Rursus frigus dicitur ipsa aëris natura. Virg. lib. 2. Georg. -at sceleratum exquirere frigus Difficile est. ¶Frigus id etiam appellatur, quum pro risu, & gratia, vel fauore sperato, res in diuersum exit. Cic. ad Quint. frat. lib. 2. Pridie Idus quum Appius Senatum infrequentem coëgisset, tantum fuit frigus, vt populi conuitio nos coactus sit dimittere. Quintil. lib. 6. Nam & imperitia, & rusticitas, & rigor, & deformitas afferunt interim frigus, diligentérque actori hæc sunt prouidenda. Frigus his in locis (vt Budæus docet) absurdam rei speciem significat, quam incommodus euentus consequitur. [¶Frigus argumentorum. Quintilian. cap. 12. lib. 2. Item frigus non leue interrogantis testem. Idem Quintil.] ¶Frigus etiam ponitur pro ipsa morte, vt Hor. Sermon. lib. 2. Satyr. 1. -ô puer vt sis Vitalis metuo, & maiorum ne quis amicus Frigore te feriat, id est morte te afficiat, vt interpretatur Acron.

Frīgĕo, ges, frixi, teste Prisciano, frigidus sum, algeo) (caleo. {ψύχειν ἐμὲ, κατάψυχομαι. GALL. Auoir froid. ITAL. Raffredarsi. GER. Frieren/kalt sein. HISPAN. Enfriarse. ANGL. To be colde.} Virgl. lib. 11. - corpúsque lauant frigentis & vngunt. Fit autem frigeo (vt quibusdam placet) ἀπὸ τοῦ φρίσσω horreo. Vnde φρίκη, horror seu frigus dicitur. Siue (vt alii malunt) παρὰ τὸ ῥῖγος. Sic enim Græci frigus & rigorem vocant.

¶Frigere etiam dicuntur qui segnes sunt, languidi & remissi. Terent. in Eun. Hice homines frigent, id est, languidi sunt, & nequaquam feruidi: quales esse solent quibus res parum succedunt ex sententia. Cic. 4. Verr. Quum omnia iudicia frigerent admonitu istius. Terent. in Eunuch. Sine Cerere & Baccho friget Venus, hoc est languida est, & remissa. Cic. ad Attic. lib. 1. Quum Romæ à iudiciis forum frixerit. ¶Huius compositum est Refrigeo, quod est calorem amittere, & ex caldo frigidum fieri. Vide infrà suo loco.

Frīgĕsco, scis, frigidus fio. {κατάψυχομαι. GAL. Deuenir froid, se refroidir. ITAL. Diuenir freddo. GERM. Erkalten/ansahen frieren. HISP. Enfriarse. ANG. To waxe colde.} Cato de Re Rust. cap. 65. Vbi erit tam crassum, quàm viscum, finito frigescat. Cælius ad Cic. Si Parthi nihil vos calefaciunt, nos hîc frigore frigescimus. Vbi metaphoricè accipitur frigescere, pro otiosum esse, & languescere. Quint. non debet frigescere hoc opus (i. mouendi sunt affectus.) Lactant. lib. 7. Quos autem morbus interimit, spiritum diutiùs exhalant, vt paulatim frigescẽtibus membris anima effletur.

Frīgĕfăcĭo, {ψύχω. GALL. Refroidir. ITAL. Far freddo, refreddare. GER. Erkülen/kalt machen. HISPA. Enfriar otra cosa, resfriar. ANG. To make colde.} A quo frigefio notæ significationis, & Frigefacto, as, are, frequentatiuum. Plaut. in Pœn. Calidum prandisti prandium hodie? dic mihi. A. Quid iam? L. Quia hoc nunc frigefactas, quum rogas.

Frīgĕro, ras, penultim. corr. Frigefacio. κατάψυχω. Composita eius magis sunt in vsu: vt, Refrigero, quod est rem aliquam calidam, frigidam facio. Perfrigero, vehementer frigefacio. διαψύχω. Plinius, Omnium earum vis eadem perfrigerare est, & astringere.

Frīgēns, frigentis, participium à frigeo apud Virgil. lib. 6. Æn. ponitur pro mortuo: Corpúsque leuant frigentis, & vngunt.

Frīgĭdŭs, gida, dum, Quod habet frigus, gelidus, algidus. {קר kar. ψυχρός. GAL. Froid. ITA. Freddo, qualcunque cosa che hafredo. GERM. Kalt. HISPAN. Cosa fria ò fresca. ANG. That is colde.} [Plaut. Curc. sc. 2. a. 4. Quasi aquam frigidam feruentem esse ita putaris leges. Quintil. cap. 4. lib. 2. frigidi & repositi cibi fastidium mouent.] Ouid. Frigidius glacie pectus amantis erat. ¶Quandoque dicitur segnis, languidus, & remissus. Virgil. 11. Æneid. Largus opum, & lingua melior: sed frigida bello Dextera. Sic Frigidum hominem dicimus, qui omnia nimis remisse agit: cui opponitur feruidus & vehemens. Cic. in Verrem, Alij etiam frigidiores: sed quia stomachabantur, ridiculi videbantur esse. Ad hunc etiam modum loci dicuntur frigidi, qui parum habent salis ad excitandum risum. [Quintilian. Frigidus in salibus Cicero. Gell. cap. 15. lib. 6. Frigidæ rationes, frigidi versus, Idem cap. 16. libr. 6. Item Quintilian. Frigida affectio. Item, frigi-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

gidi ioci. *Suet. in Claud. cap. 21. Idem in Calig. c. 26.* leue ac frigidum sit, his addere quo propinquos amicósque pacto tractauerit. GA. Ce seroit peu de faict & auroit peu de grace, &c.] ¶ Frigidus, pernicios us, *inquit Seru. in hunc Virg. locum*, Frigidus, ô pueri fugite hinc, latet anguis in herba.

¶ Frigidus quandoque pro mortuo à bonis authoribus ponitur, *vt Virg. 9. Æneid.* Voluitur ille vomens calidum de pectore flumen Frigidus. Quem locum in hac significatione expendit *Nonius Marcellinus. Vide Quint. in proœmio libri sexti*: Tuum corpus frigidum exangue aspexi, &c. ¶ Frigida per se positum, accipitur pro aqua quæ calida non est, aut tepida. *Plau. in Most. sc. 3. a. 1.* Iampridem mecastor frigida non laui magis libenter. *Plin. in Epist.* Per solem plerunque frigida lauabatur.

¶ Vnde, Frigidam fusfundere, prouerbio dicimus, pro rem aliquam inflammare. Tractum est prouerbium à fabris ferrariis, qui ignì frigidam aspergunt quo vehementiùs ardeat. **Pl. in Cist. sc. 1. a. 1.* Eas si adeas, abitum quàm aditum malis, ita nostro ordini Palàm blandiuntur: clàm si occasio vsquam est, frigidam subdolè fusfundunt. Id est, instigant clanculum. Conqueritur enim in ea fabula meretrix de matronis maritos suos in meretricum odium quoad possunt inflammatibus. Tractum apparet ab iis qui certaminibus equestribus aquam equis aspergebant quo refocillati currerent acrius, atque hoc pacto ad cursum instigabant. *Ex Erasmo.*

Frigĭdē, aduerb. {ψυχρῶς. GAL. Froidement, auec peu de grace. ITA. *Fredamente, senza gratia.* GER. Ganz lauw/one gnad vnd bilicheit. HISP. *Fria y frescamente sin nayre.* ANG. *Barely, leanely, coldlye.* } *Quint. lib. 6. c. 1.* Tum ille, alioqui vir facundus, inopinatæ rei casu, obmutuit, & in fantem suum frigidissimè reportauit. [Et alibi. *Idem Quint.* frigidissimè id fecit.]

Frigĭdiŭscŭlŭs, diminutiuum. {ὑποψυχρός. *Gell. lib. 3. c. 10.* Sed alia quoque ibidem congerit frigidiuscula.

Frigĭdŭlŭs, diminutiuum, subfrigidus, aliquantulum frigidus. {ὑποψυχρος. GAL. Froidelet. ITA. *Freddarello.* GE. Kaltlecht. HISP. *Cosa vn poquillo fria, ò fresca.* AN. *Somewhat colde.* } *Catul. Argon.* Frigidulos vdo singultus ore cientem.

Frigēdo, inis, antiqui dicebant pro frigore. {קרחה *karáh.* ψύχος, ψυχότης. GAL. Froid, froidure. ITA. *Freddo.* GER. Kelte. HISP. *Frio, ò fresura.* AN. *Coldenesse.* } *Varro*, Atque in igni feruido, medullitus Aquiloniam seruat frigedinem. *Ex Nonio.*

Frigĭdārium, rij, Ahenum in balneis, quo frigida aqua continebatur. λοῦτρον ψυχρόν. sicut caldarium, quo calida: & tepidarium, quo tepida. Frigidaria cella, locus erat in balneis, in quo frigida lauabantur. *Plin. lib. 5 Epist.* Frigidariæ cellæ conuectitur media, cui Sol beniguissimè prælto est: caldariæ magis, prominet enim.

Frigŏrĭfĭcŭs, a, um, Quod frigus inducit. {ψυχαγωγικός. GALL. Refrigeratif. ITA. *Che induce freddo.* GER. Das kält/das kelte bringt. HIS. *Cosa que haze frio, ò fresco.* ANG. *That causeth or maketh colde.* } Sicut à calore, Calorificus. *Gell. lib. 17. c. 8.* Acetum autem omnium maxime frigorificum est, atque id tamen nunquam concrescit.

Frigŭtio, tis, tiui, frigutire, Minutim subsilire, quod verbum à frigilla aniçula putatur deductum. {ψιχίζω, γῶ, ρέξιλω. GALLICE. Frissonner, trembler de froid. ITAL. *Tremere di freddo.* GERM. Zitteren/oder schnallen vor frost. HISPA. *Tremblar de frio.* ANGLIC. *To quake or shuer for colde.* } *Pla. in Cas.* Nam quid frigutis? quid istuc tam cupidè cupis?

Fringilla siue frigilla, στίνος. Auis est passeris magnitudine, albo, viridi rufóque colore distincta. Maris pectus rubescit, Fœminæ pallidius ac dilutius. Vermiculis victitat, æstate tepidis locis degit, hieme frigidis. Auienus: Si matutino fringilla resultat ab ore. ¶ Est & fringilla montana, cui collum cæruleum, Aristoteli ὀρτύζας. *Hist. lib. 8. c. 3.* cuius sunt plures species.

Fringultio, fortè idem quod frigutio. *Apuleius in Apologia*: At ego illi contra iustius exprobrauerim, quod qui eloquentiæ patrocinium vulgò profiteatur, etiam honesta dicta sordidè blateret, ac sæpè in rebus nequaquam difficilibus fringultiat, vel omnino obtumescat. *Idem Flor. libr. 3.* Merulæ in remotis tesquis fringultiunt.

Frĭo, as, significat tero. {שחק *schachák.* λεπτοποιῶ. GAL. Esmier, briser & mettre en poudre en frottant. ITA. *Tritare.* GERM. Reyben/zerreyben. HIS. *Quebrar ò desmenuzar entre los dedos.* ANG. *To crumme smal to, break in small pieces.* } *Plin. lib. 13. cap. 4.* In ipsa quidem Æthiopia friatur hæc, (tanta est siccitas) & farinæ modo spissatur in panem. *Varro 1. de Re rust. c. 9.* Si sit terra alba, si nigra, si leuis, quæ quum fodiatur, facilè frietur. Huius composita sunt Affrio, quod est terendo aliquid digitis leuiter inspergo ὀπαλείφω. Suffrio, paululum contero.

Frĭābĭlĭs, le, Quod facilè friatur, & digitis minutim teri potest. {ψαθυρὸν, ψαθυρὸν εὐθρυπτον, ὀπαλεπτὸν, εὐθρυπτος. GALLI. Aisé à esmier, facile à mettre en pouldre. ITA. *Friabile, che facilmente si può fregare.* GERM. Das leycht zu zerreyben ist. HIS. *Cosa que se puede desmenuzar.* ANGL. *That may be easilie broken in pieces* } *Plin. lib. 28.* Optimáque est quæ candidissima, & friabilis, minimèque ponderosa, quum teratur inter digitos.

Frĭtĭtus, est Fremitus, strepitus. *Cicero de Natura Deorum ex Accio*, Tanta moles labitur fremebunda ex alto ingenti sonitu & frititu. Sic enim in quibusdam libris legitur, & in nonnullis fremitu.

FRĪSĪI, populi sunt ad Oceanum Septentrionalem siti, Batauis & Sicambris finitimi, etiam hodie nomen retinentes. {*Germ.* Friesland.}

Frit. Dicitur illud in summa spica iam matura, quod est minus quàm granum. *Varro lib. 1. de Re rust. c. 48.*

Frĭtillŭs, li, Tabula lusoria in qua tesseræ coniectæ, agitatæque mittũtur, inquit Porphyrio. {τάβλος. GA. Tablier à iouer aux dez. ITA. *Tauogliero per giuocar à dadi.* GER. Ein bretspyl. HIS. *La salsereta del donde echan los dados.* ANG. *A payre of tables to playe at the dice.* } Solent enim tesseræ conici in fritillum, tanquam vasculum, quo agitatæ deinde mittuntur in alueolum. *Iuuenal. Satyr. 14.* paruóque eadem mouet arma fritillo. Dictus fritillus (vt quidamputant) à crepitu ipso tesserarum, vel quòd super eo tesseræ frangantur. *Martial. lib. 4.* Dum blanda vagus alea December Incertis sonat hinc & hinc fritillis.

Frĭtinnio, is, ire, Hirundinum proprium est, *quemadmodum annotauit Scaliger in Varronem, cuius ego versus ex Nonio collectos adscribam*: Et pullos peperit fritinnientes, Quos non lacte nouo leuata pascat Sed pancarpynio ocymo coacto, Libamenta legens caduca veris: Ad quos tum volucres venit pusillos, Vsque ad limina nidica esca vitis.

Frĭuĭcŭlum, li, (*vt quibusdam placet*) est leuis offensiuncula inter virum & vxorem, quam sequitur secessio. *Vlpian l. Quum hic. de Donat. inter vir. & vxor.* Quòd si diuortium non intercesserit, sed friuiculũ intercenerit: donatio profecto valebit, si friuiculum quieuit. Quo tamen in loco malim legere frigusculum: vt frigusculum intelligas, quando ex coniugali amore dissidio enato, aliquid remittitur, vehemẽnsque ille ardor refrigescit. Sunt etiam qui fribusculum legant, quod tamen vocabulum nusquam credo reperiri.

Frĭuŏlă, *autore Festo*, sunt vasa fictilia cassa. Vnde dicta verba friuola, quæ minùs sunt fide subnixa. *In Pandect. in l. Solutum. de pign. actio.* Non enim credibile est hoc conuenisse, vt ad vniuersam pensionem insulæ friuola mea teneantur. Vbi friuola pro supellectili tenui, & vili accipiuntur: qualis eorum esse solet, qui in cœnaculis habitant: *quomodo & Satyricus vsus est, Satyr. 5.* Et ne te teneam, Romanorum omnia regum Friuola. Quibus verbis paupertatem Regum Romanorum significauit: quos etiam Samiolis vasis vsos esse constat. *Idem in tertia*, Viuendum est illic vbi nulla incendia, nulli Nocte metus: iam poscit aquam, iam friuola transfert Vcalegon, tabulata tibi iam tertia sumant. [*Senec. cap. 1. de Tranq.* friuola mea, dixit pro vasis non magni pretij. *Suet. in Calig. c. 39.* Nescio quid friuoli emere.] A Græcis γρυπώρια dicuntur, id est, τὰ κατὰ τὴν οἰκίαν σκεύη λεπτά. Vnde & grytopolæ ab eis dicuntur, qui huiusmodi supellectilia venditant: quos Latinè vocamus Friuolarios. *Budæus in Annotat.*

Frĭuŏlŭs, a, um, penult. corr. à Frio as, dicitur quod est inane, leue, nullíusve momenti, quasi friabile. {רק *rek.* ψυχολόγος, φλύαρος. GAL. Friuuole, de perite valeur & estime. ITA. *Leggiero, vano, de nun momento, friuolo.* GER. Nichts sölend/liederlich/vnnütz. HIS. *Cosa vanay de poco precio.* ANG. *Vaine, triffling, of no value.* } *Plin. lib. 7. cap. 7.* de generatione hominis loquens, Miseret atque etiam pudet æstimantem, quàm sit friuola animalium superbissimi origo, quum plerunque abortus causa fiat odor à lucernarum extinctu. Friuolam originem pro fragili, & infirma dixit, & veluti friabili. *Gellius lib. 15. cap. 30.* Oppido quàm fiunt in litterarum ostentatione inepti & friuoli. *Idem lib. 16. cap. 12.* Quædam futilia & friuola. *Quint. lib. 7. c. 3.* Eóque satius est omni se anteactæ vitæ abstinere conuitio, quàm leuibus aut friuolis, aut manifesto falsis reum incessere. [*Senec. cap. 12. de Consol. ad Marc.* Friuola oblectamenta animorum.

Frondātŏr, Frondes, Frondosus, *Vide* FRONS frondis.

Frŏns, tis, à ferendo, vt quibusdam placet: quod indicia animi præ se ferat. {מצח *métsach.* μέτωπον. GA. Le front. ITA. *Fronte.* GER. Die stirn. HIS. *Frente.* ANG. *The forehead.* } A dextra & sinistra temporibus, à superiori capillorum radice: ab inferiori verò parte supercilijs terminata, corrugatur in tristitiam & in lætitiam dilatatur. Hinc factum est, vt fons accipiatur pro vultu, & pro animi nostri affectu, quem ex fronte perspicimus. *Martialis*, Nec matutinâ si mihi fronte venis. *Idem. lib. 1.* Illa fronte precor carmina nostra legas. *Cic. ad Atticum lib. 4.* Pompeius fremit, queritur, Scauro studet: sed vtrum fronte an mente, dubitatur, id est, vultu, an animo. [*Senec. c. 15. de Tranquill.* fiere & frontem suam fingere. *Idem c. 1. de Consol. ad Marc.* fronte hilari tegere gemitus. *Idem cap. 8. de Consol. ad Polyb.* fronte remissa aliquid facere. *Plaut. Aulul. sc. 1. a. 4.* Herile imperium ediscat, vt quod frons velit, oculi sciant. *Idem Asin sc. 3. a. 2.* Truculentis oculis, tristi fronte. *Gell. c. 1. lib. 19.* fronte fallâ terrere, (i. specie inani.) *Plaut. Men. sc. 2. a. 5.* Ex temporibus & fronte viridis exoritur color. *Quint.* frons imbecilla sustinetur magna conscientia. (i. nimia verecundia.) *Idem Quint.* Plus habet in recessu, quàm in fronte.] ¶ Frontem explicare, vel exporrigere dicimur quum hilarescimus: contrahere quum ringimur, hoc est, vbi quid modestum est. [*Plaut. in Prolog. Amph.* Quid contraxistis frontem? frons enim (*inquit Plin. lib. 11.*) homini tristitiæ, hilaritatis, clementiæ, seueritatis index est. *Terent. in Adelph.* Exporge frontem, (hoc est, viue hilariter.) *Horat. li. 3. Carminum*, Sollicitam explicuêre frontem. *Plaut. in Cas* Porrectiore fronte mecum loquaris oportet. Sic etiam dicimus, Frontem exporrectam, vel explicatam, pro hilari vultu. Contrà, Obductam frontem, Corrugatam frontem, Contractam frontem, Caperatam frontem, pro nubilo & mœsto vultu. *Plaut.* Caperata frons seueritudine. Nubila frons, serena frons, explicita frons. [Sic, Adducta frons, mollis, asperior, confecta. *Quint.* frontis adductæ: & alio loco, Animi iacentis res, & mollis frontis: & alibi frontis asperioris. ¶ Frons seuera. *Plaut. Mil. sc. 2. a. 2.* Vide vt astitit seuera fronte, curas cogitans.] ¶ Frontem perfricare, pro deponere pulmonem. *Plin.* Perfricui frontem, & nihil profeci. *Calum apud Quint. lib. 9. cap. 2.* Perfrica frontem, & dic te digniorem, qui Prætor fieres, quàm Catonem. *Persius*, exclamet Melicerta periße Frontem de rebus. ¶ Dicitur frons etiam de rebus inanimatis pro principio, vel anteriore parte cuiusque rei. *Virgil.* Fronte sub aduersa scopulis pendentibus antrum. [*Ouid. Eleg. 2. lib. 1. Trist.* Nunc notus aduersa prælia fronte gerit.] Et licet frequentissimè generis fœminini proferatur, à Cæcilio tamen masculino genere ponitur. Hi sunt, inquit, inimici, pessimi, fronte hilaro, tristi corde. *De quo Gell. lib. 15. cap. 9.* ¶ A fronte atque à tergo, μέχρι τῆς ὄπισθεν. Prouerbij vice receptũ, pro eo quod est diligenter inspicere, & præterita cum præsentibus & futuris conferre. *Ex Homero.* [Interdum metaphoricè vsurpatur: *Sen. c. 9. de Tranq.* frontes titulique voluminum. *Ouid. Eleg. 1. lib. 1.* Cætera turba (librorum) palam titulos ostendit apertos: Et sua detecta nomina fronte gerit. *Idem Eleg. 6 lib. 1. Trist.* In prima fronte libelli sex versus. *Quint.* prima fronte non diiudicandum. Idem frons causæ, vbi non est. *Quin.* Fronte detecta (aliàs directa) pugnare. *Sen. cap. 5. de Con-*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

5.*de Consolat. ad Helu.* Ea nihil habent intra se fronti simile. (loquitur de bonis fortunæ.) ¶ Item, frontem dirigere & cornua promouere. *Quin.* Frons castrorum. *Cæs 3.de bell.ciu.* In frontem naues instruere: *Liuius lib.7.d.4.* Arcta fronte acies. *Liu.lib.6.dec.4. Item,* frons in acie, vt cornua. *Gell.c.9.lib.10. Quint.cap.13.li.2.* Vt dirigat frontem, cornua vtrimque promoueat. *Et Liu.lib.6.dec.4.* fronte pugnam accedere. *Tibull lib.4.* Rectus vt æquatis decurrat frontibus ordo. *Suet.in Claud.c.4* Expositus in prima fronte spectaculorum cõspicietur.) ¶A fronte præcipitium, à tergo lupi, ἀμφοτέρωθεν κρήμνος, ὄπισθεν λύκοι. Quum aliquis hinc atque hinc duobus maximis premitur malis, vt in vtrum inciderit, pereundum sit. ¶Frontem ferire dicuntur, qui supra modum & imporenter indignantur. *Cic.ad Attic.* Puto te in hoc aut risisse aut ingemuisse vt frontem ferias: sunt qui etiam Cæsonium putant, &c. ¶Frons occipitio prior. Quo significauit antiquitas, rectiùs geri negotium, vbi præsens ac testis adest is, cuius agitur negotium. Prior dictum est pro melior. *Cat.de Re rust.cap.4.* ¶Vera fronte fieri dicuntur quæ ex animo citráque fucum dicuntur geruntúrve.

Frontalĕ, lis. Est ornamentum frontis præcipuè in equis & elephantis. {עיט *tsits.* περιτόδεσμος. GAL. Fronteau, frontiere de bride. ITAL. *Frontale.* GE. Ein stirnenzierd/stirnengerädt. HISPAN. *El frontal, ornamento de la frente* ANGL. *A foreheade clothe.*} *Plin.lib.47.c.a.11.* Quandoque tantæ magnitudinis fecêre, vt equis regum in Oriente frontalia, atque pro p..aleris pensilia facerent. *Liu.37.* Ingentes ipsi erant, addebant speciem frontalia & cristæ, & tergo impositæ turres.

Frontātŭs, a, um, Quod frontem habet, vel quod in fronte positum est. {μετωπιαῖος, ὀξέχων. GALLI. Qui a front. ITA. *Che ha la fronte.* GERM. Das ein stirnen hatt. HIS. *Lo que tiene frente..* ANG. *That hath an forehead.*} Frontati lapides, à *Vitruuio* dicũtur, quos Græci διατόνους appellant, quia per latitudinem totam porrecti, vtramque parietis frontem conficiant *Plin.lib.35 c.12.* Vel tecta coctilibus lacterculis, frontatúsque, hoc est ab ea parte continuatis qua opus lateritium conspici debebat. *Budæus in Annot.*

Frōnto, onis, Qui latam habet frontem. {μετωπίας. GAL. Qui a grand frond. ITA. *Che ha gran fronte.* GER. Der ein breite stirn hatt. HIS. *Hombre de grande frente.* AN. *That hath a brode forehead.*} *Cic.1.de Natu. Deor.* Ecquos næuum habere, ecquos filos, flaccos, frontones, capitones, quæ sunt in nobis?

Frōns, dis, generis fœminini à fero, Quòd frondes arborum huc atque illuc à vento ferantur. { עלה *haléh* עפא *hopha* פארח *puráh.* φύλλον, πέταλον. GALLIC. Feuilles d'arbre, rameaux. ITALICE, *Fronda, foglia.* GERM ein laubast/ein grüner zweyg. HISPAN. *La hoja del arbol.* ANGL. *The leaue of a tree.*} Propriè autem frondes arborum dicuntur, *teste Valla.* folia verò tam arborum, quàm herbarum, & florum. *Ouid.13.Met.* & sine frondibus idem (stabit.) *Varro 1.de Re rust.* Quod Cato ait circa fundum vlmos & populos, vnde frons ouibus, bubus sit. [Interdum metaphoricè, frondem immaturam distringere.] ¶Antiqui fros sine n, quàm frons dicere maluerunt, ne faceret, *vt inquit* Plin. frontis. *Varro Rei rustic.lib.1.* Vlmos & populos vnde est fros. *Item Antiqui. Rom.lib.15.* Fros fœnum, messis. *Ennius lib.7.* frundes pro frondes dixit, tanquam à nominatiuo frus. Rurescant frundes.

Frōndĕŭs, a, um, Quod totum ex frondibus est. {φύλλινος. GA. De fueilles ou rameaux d'arbres. IT. *Di fronde* GE. Aus laubästen gemacht. HI. *Cosa de materia de hojas.* ANG. *Of leaues or branches.*} vt, Torus frondeus, Frondea corona. *Plin.lib.16.c.4.* [*Ouid.3.Fast.* Sunt quibus è ramis frondea facta casa est.]

Frōndōsŭs, sa, sum, Quod frondibus abundat. { רענן *rahanán.* πολύφυλλος, φυλλάδης. GALL. Fueillu, branchu. ITAL. *Frondoso, che abunda di frondi.* GE. Aestechtig/das vil grüner ästen hatt. HIS. *Cosa llena de hojas.* AN. *Full of leaues.*} vt, Lucus frondosus. Frondosus ramus. *Liu.10.ab Vrbe.* Et frondosi montes, *Var.2.de Re rust.c.5. Vir.4.Georg.* Corporáque ipsa boum frondoso desere luco. *Idem 3.Georg.* -dum mox frondosa reducitur æstas.

Frōndātĭŭs, a, um. Quod ad frondes pertinet, siue quod ex frondibus est. {φύλλινος. GA. Seruant & des appartenãces des fueilles des arbres. IT. *Ciò che si fa di frondi.* GER. Das zu den zweygen/oder laubästen gehört. HI. *Cosa perteneciente a las hojas.* AN. *Of or belonging to leaues of trees.*} vt, Frondatiæ fiscinæ. *Pli.l.18.c.31.* Vnus frondator quatuor frõdatrias fiscinas complere in diem iustum habet.

Frōndĕo, des, dui, Frondes habeo. { רענן *rahanán.* φυλλοφορῶ. GALLI. Auoir ou porter fueilles, produire fueilles. ITAL. *Far foglie, diuenir frongiuto.* GERMAN. Grüne blетter haben. HISPA. *Echar hojas el arbol.* ANG. *To haue leaues, to bring forth leaues.*} *Virg.3.Eclog.* Nunc frondent syluæ, nunc formosissimus annus. *Idem 2.Georg.* -nemorúmque Ioui quæ maxima frondet Æsculus. Sic frondens vitis, *Colum.lib.3.c.1.*

Frōndĕsco, scis, scere, Est frondes emittere. { φυλλοδῶ. GALL. Produire fueilles. ITAL. *Produrre le frondi.* GERMAN. Grunen/grün laub vberkommen. HIS. *Echar hojas el arbol.* ANGL. *To spring, to bringe forth leaues.*} *Colum.lib.5.* Nihilominus enim paucis frondescet pampinis. *Idem lib.4.c.9.* Nanque defluens humor cæcat oculum, nec patitur frondescere.

Frōndo, as, frondes amputo. { עלף *scheph.* φυλλορρυῶ. GALL. Couper & oster les fueilles. ITA. *Sfrondare, sfogliare.* GERM. Die ast erhawen. HISPA. *Deshojar las hojas del arbol.* ANG. *To loppe, or shred boughes of trees.*} à quo Frondator, Frondatio: & Defrondo, quod est frondes deiicio.

Frōndātŏr, oris. { מסעף *mesaséph.* κλαδολόπτης, φυλλοκοπῶν, φυλλοκοπήσας. GALLIC. Esmondeur, & qui coupe le bout des branches des arbres. ITAL. *Potatore, che taglia y rami de gli alberi.* GERMA. Der die ast erhawet vnd seuberet/oder das laub abstreifft. HISPAN. *El que deshoja las hojas del arbol.* ANG. *A lopper, that cutteth of superfluous boughes.*} qui arborum ramos superuacuos amputat: & qui è frondibus manipulos facit hyemis tempore animalibus ad pastum offerendos: & qui manibus folia vitium vellit, quo ardor solis vuam maturiorem reddat: aut auis quæ in frondibus habitat, & his vescitur: vel etiam palumbes quæ in frondibus nidificat. *Hæc Seruius. Plin.lib.18.cap.31.* Vnus frondator quatuor frondarias fiscinas complere in diem iustum habet. *Virg.Eclog.1.* Hinc alta sub rupe canet frondator ad auras. [*Catullus*, Non falx attenuat frondatorum arborum vmbram.]

Frōndātĭo, Frondium & ramorum redundantium refectio. { φυλλοτομία. GALL. Couper des bouts des branches, amas de fueilles des arbres. ITAL. *Il tagliare le foglie, il raccogliere le foglie d'alberi.* GERM. erhawung der ästen. HISPAN. *Aquella obra de deshojar.* ANG. *A shredding of boughes of trees.*} *Columel.lib.5.cap.6.* Atque in frondatione cauendum ne aut prolixiores pollices fiant, qui ex amputatis virgis relinquuntur.

Frōndĭfer, ra, rum, Frondes ferens. { רענן *rahanán.* συμφορέσης. GAL. Portant fueilles. ITA. *Che produce frondi.* GER. Das bletter oder laub tregt. HISP. *Cosa que trahe hoias.* ANG. *That beareth leaues, or braunches.*} *Lucret.lib.1.* Frondiferíque domos auium. *Ibidem,* Frondiferásque nouis auibus canere vndique syluas. Nemus frondiferum, *apud eundem lib.2.*

Frōnto, frontonis, *Vide* FRONS frontis.

FRONTO, Philosophiæ simul, & dicendi præceptor M. Antonini principis, adeò ab illo dilectus, vt ille statuam ei à Senatu statui decernendum curarit. *Author Capitolinus.* ¶Frontonis alterius sub Nerone meminere *Tacitus, Iuuenalis, & Martialis,* Clarum militiæ Fronto togæque decus.

Frūctŭs, *Vide* pòst FRVOR.

Frūgālis, Frugalitas, Frugiperda, *Vide in* FRVGES.

Frūgēs, gis, vel hæc Frux, frugis, *secundum Priscianum*, dicitur generaliter quicquid ex fructu terræ in alimoniam vertimus: neque solùm quod ex frumentis & leguminibus, verumetiam quòd ex vino, vel ex syluis cæduis, cretæ fodinis, lapicidinis, capitur. { שבר *schebér* עבור *hatúr* תבואה *tebuáh* בר *bar.* καρπός. GA. Toute sorte de fruict propre à se nourrir, soit de grain ou autrement. ITA. *Il frutto della terra che conuertiamo in nostro notrimento.* GERM. Allerley frucht des erdtrichs zu vnserer auffenthalt dienstlich. HISP. *El frutto de la tierra.* ANG. *All kinde of fruite that the eareth bringeth forth.*} *Festus, Seruius, & Donatus*, frugis verbum à frumine eminente sub mento gutturis, seu curculionis parte qua cibus in aluum demittitur, à ferendo cibo appellatum dicunt. *Varro lib.4.de ling.Lat.* à fruendo. Erraut igitur qui discernunt legumina à frugibus. Nam *Cicero ait*, Olei & frugum minutarum: quum de leguminibus diceret: vt ostenderet, etiam legumina, fruges vocari. *Liu.lib.5.ab Vrbe*, Eam gentem traditur fama, dulcedine frugum, maximè vini, noua tum voluptate captam. *Virg.3.Eclog.* Quum faciam vitulâ pro frugibus ipse venito. *Ibidem.* Triste lupus stabulis, maturis frugibus imbres, Arboribus venti, nobis Amaryllidis iræ. *Tibull.lib.4.* Nec frugem segetes præbent, nec pabula terræ. *Ouid.Eleg.6.lib.4.Trist.* Bis frugibus area trita est. *Quintilian.* doctrina & vsus id generare & ad frugem perducere potest.] ¶Recipere se ad frugem bonam, *Cic.pro Calio.* Corrigere aliquem ad frugem, hoc est, ita emendare, vt frugi homo euadat. *Plaut.Trinum.* Quin eum restituis? quin ad frugem corrigis? Euadere ad frugem bonam, de eo dicitur qui antè nequam fuerat. Redire ad frugem bonam. *Lamprid.in Heliogab.* Milites se parsuros dixerunt si ad frugem bonam rediret. ¶Nominatiuo singulari frux, *vsus est Ausonius in monosyllabis*, Antè equidem, campis quàm spicea suppeteret frux.

Frūgi, Nomen à fruge denominatum, omnis generis & indeclinabile est, Moderatus, prudens, sobrius, modestus, abstinens, temperans, innocens. { טוב *tób* חבם *chachám* צנוע *tsanúa* σώφρων. GA. Bon mesnager, qui se gouuerne bien, qui ne despend que par raison, espargnant, sans excés, homme de bien. IT. *Buono, vtile, necessario, virtuoso, moderato, modesto.* GERM. Nutzlich/gut/gemaß HISP. *Bueno y de prouecho, templado, moderado, virtuoso.* ANGL. *wyse, sober, modest, a good man, thrifrie*} *Quintil.* taxat eos à quibus dicitur frugalis & non frugi, tanquam frugalis sit dictio parum probata: quum tamen (quod mirum videri potest) frugalior, & frugalissimus à *Terentio & Cicerone* religiosissimis linguæ Latinæ custodibus vsurpentur. *Donatus in illud Eunuchi.* Frugi est: Eruges, *inquit*, id est, vtilis & necessarius: à frugibus, quæ quod his fruamur, dictæ sunt. Vnde antiqui seruum laudare volentes, frugi dicebant, tanquam sobrium, vtilem & necessarium, *Plaut.in Amph.* Ita seruum par videtur frugi esse instituere. Pro eodem etiam apud veteres legimus, Bonæ frugi seruus, quæ quidem compositio etiamsi duriuscula videtur, frequentiùs tamen occurrit, quàm vt mendum videri queat. *Vlpian.l.Neratius ad legem Aquil* Sed si frugi bonæ seruus intra annum, mutatis moribus, occisus sit. *Cicer. Attic.lib.4.* Permodestus ac bonæ frugi homo. *Plaut in Trinum.* Is probus est, quem non pœnitet quàm probus sit, & frugi bonæ. *Apud Gellium*, frugis bonæ legitur. Huius autem vocis significationem latiùs exprimit *Cic.lib 3.Tusc.* Sed quia, inquit, nec qui propter metum præsidium relinquit, quod est ignauiæ, nec qui propter auaritiam clàm depositum non reddit, quod est iniustitiæ, nec qui propter temeritatem malè rem gessit, quod est stultitiæ, frugi appellari solet, eo tres virtutes fortitudinem, iustitiam, & prudentiam frugalitas complexa est. Ergo frugi hominem bonum, & virtute præditum intelligimus. [*Plaut.Most sc.2.a.5.* Ad id vsque frugi & probus fui. *Plaut. Pseud.sc.3 a.1.* Dum viuam nunquam eris frugi bonæ. *Plaut.Pseud. sc.5.a.1.* Cupis me esse nequam, tamen ero frugi bonæ. *Idem Asin. sc.3.a.3.* Nunquam bonæ frugi sient, noctes diésque potent. *Plaut. Curc.sc.2.a.4.* Nec quisquam frugi vobiscum (id est, cum lenonibus) consistere audet. *Plaut.Aul.sc.6.a.4.* Qui vestitu & creta occultant sese quasi frugi sient. *Idem Asin.sc.2.a.5.* Siccum, frugi, continentem, mox madidum, nihili incontinentem. *Plaut.Capt.sc...a.2.* fecit hominem frugi. *Plaut.sc.4.a.2.* frugi sum, nec potest peculium enumerari. ¶Ante fruges nouas fieri cœptas Porca mactabatur. *Gell. cap.6.lib.4.*]

*Frugi & Nequam opponuntur. *Cic pro M.Fonteio*, Qui tanta virtute atque integritate fuit, vt etiam illis optimis temporibus, quum hominem inuenire nequam neminem posses, solus tamen frugi nominaretur.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶ Accipitur etiam frugi pro eo qui in victu, vestitu, similibúsque temperas est, ὁ τῆς οἰκονομίας κατορθωτικὸς, σώφρων, τεταγμένος, sicut cõtrà luxuriosus, nequam, ἄχρηστος. *Horat.* Parcius hic viuit, frugi dicatur.

Frūgĭfĕr, ra, rum, Fructus ferens. {φέρων *porén.* καρποφόρος. GALL. Portant fruict, fertile, profitable. ITA. *Che produci frutti.* GERM. Fruchtbar/ das frucht tregt HIS. *Cosa che trahe frutto.* ANG. *Fruteful, that beareth fruite.*} Vt, Arbores frugiferæ quæcunque fructum ferunt, quæ & fructiferæ dicuntur. *Luc. lib.* 3. Vtraque frugiferis est insula nobilis aruis. *Ouid.* 5. *Metam.* Frugiferas messes alimentáque mitia reddat. *Plin. lib.* 15. *c.* 2. Vicina bonitas prouinciis, excepto Africæ frugifero solo. [Frugifera quercus. *Suet. in Galba, cap.* 4. dicitur, quasi fruges sint glandes.]

¶ Per translationem vsus est pro eo quod vtilitatem affert. *Cic.* 3. *Off.* Sed quum tota philosophia, mi Cicero, frugifera & fructuosa, nec vlla pars inculta ac deserta sit, &c. *Liuius in præfat. ab vrbe,* Hoc illud est præcipuè in cognitione rerum salubre ac frugiferum, exempli documenta in illustri posita monumento intueri.

Frūgĭfĕrens, tis, poëticum epitheton, pro frugifero. {καρποφορέων. *Lucret. lib.* 1. Quæ mare nauigerum, quæ terras frugiferentes Concelebras.

Frugilegus, a, um, Formicarum epitheton est, à granorum colligendorum consuetudine tractum. {σπολόγος. GALLIC. Qui amasse & recueille les fruicts. ITAL. *Che racoglie il grano.* GER. Ameyssen / die korn zusamen tragen HIS. *Cosa que coge fruttoy dello viue.* ANG. *That gathereth fruit.*} *Ouid.* 7. *Metamorph.* Hic nos frugilegas aspeximus agmine longo Grande onus exiguo formicas ore legentes.

Frūgĭpĕrda salix. ἀλεσίκαρπος. *Plin. lib.* 19. *cap.* 26. Ocyssimè autem salix amittit semen, antequam omnino maturitatem sentiat: ob id dicta ab *Homero* frugiperda. Non innenustè etiam hoc nomine appellari possunt homines nullius pretij, neque alij rei, quàm consumendis frugibus nati.

Frūgālis, le, moderatus, prudens, frugi, abstinens, temperans. {טוב *toób* חכם *chachám* צנוע *tsanúah* χρηστὸς, σώφρων, ἐγκρατὴς, οὐχρηστος. GALL. Bien & sagement viuant, & sans reproche. ITAL. *Temperato, moderato, sobrio.* GERM. Mäßig/ züchtig. HISP. *Templado, vtil.* ANGL. *Sobre, vrísie.*} Frugalior, pro temperantior. *Terentius in Heaut.* Dedo me parti nunc iam, vt frugalior sim, quàm vult. *Varro* 3. *de Re rustic. cap.* 2. Sed non hæc, inquit, villa, quanquam ædificauerint maiores nostri, frugalior & melior est, quàm tua illa perpolita in Reatino. Et frugalissimus, quasi experientissimus & prudentissimus. *Columella libro primo capite nono,* Magistros pecoribus oportet præponere sedulos ac frugalissimos. *Cic.* 4. *Verr.* Nihil aliud in eo quod reprehendi possit, inuenio: nisi quòd homo frugalissimus atque integerrimus, te hominem plenum stupri, flagitij, sceleris, domum suam inuitauit.

Frūgālĭtas, modestia, temperantia, abstinentia. {חכמה *chóvhmáh.* σωφροσύνη. GALL. Sobrieté, contentement de peu. ITA. *Temperanza, frugalità.* GERM. Mäßigkeit/ abbruch deß vberflus vnd wollusts. HISP. *Aquella vtilidad, modestia y templança.* ANG. *Trístinesse hus wyfery.*} *Sen.* Luxurioso frugalitas pœna est. *Cicer. pro Deiot.* Hæ sunt regiæ laudes, illa priuata est: vt volet quisque accipiat: ego tamen frugalitatem, id est, modestiam & temperantiam, virtutem esse maximam iudico. *Idem* 5. *Tuscul.* Verisimile etiam illud est qui sit temperans, quem Græci σώφρονα appellant, eámque virtutem σωφροσύνην vocant, quam solco equidem tùm temperantiam, tùm moderationem appellare, nonnunquam etiam modestiam, sed haud scio an rectè ea virtus frugalitas appellari possit. *Et paulo pòst,* Frugalitas (vt opinor) à fruge, qua nihil melius è terra oritur. [*Quintilian.* frugalitas quædam Eloquentiæ in Atticis Oratoribus.]

Frūgālĭter, aduerb Sobriè & modestè. {σωφρόνως. GALL. Sobrement, en bon mesnager. ITA. *Frugalmente, temperamente.* GER. Mäßiglichen/ gezimlichen. HISP. *Vtily modestamente.* ANGL. *Husfoisely, trístelie.*} *Plaut. in Epid.* Ille eam rem adeò sobriè & frugaliter accurauit, vt alias res esset impensè improbus. *Cicero pro domo sua,* Itaque omnia signa, tabulas, ornamentum quod superfuit in fanis & communibus locis, tota è Græcia, atq; insulis omnib. honoris populi Romani causa, sanè frugaliter domum suam deportauit.

Frugiona, vestimenta sunt ea, quæ Ricæmata vocant Itali dictione Syriaca: in quibus tramæ diuersis modis retortæ, & perplexi Mæandri sunt. *Meminit Varro lib.* 4. *de ling. Lat.* Trama, quòd trameat frugionis vestimentum. *Ita enim legendum esse doctissimè ostendit Scaliger.*

Frŭĭscŏr, *Vide* FRVOR.

Frūmĕn, inis, Summa pars gulæ interior, per quam cibum lingua demittit in ventrem, λάρυγξ. *Seruius in* 1. *Æn.* Frumen eminens sub mento gutturis pars, laryngem *Græci* vocant: *Latini, & Celsus,* fauces.

Frūmĕntum, ti, dictum est à fruendo. {שבר *schéber* עבור *baúr* תבואה *tebuáh* בר *bar* σῖτος. GAL. Toute sorte de grain, soit blé, froment, seigle, orge, auoine, mil ou autre. ITA. *Ogni sorte di biaua, frumento, orzo, auena, miglio, & altri.* GER. Allerley korn. HIS. *Los panes trigo, ceuada, &c.* ANG. *All corne beit wheat, rye, barley or other.*} *Horatius* 2. *Serm. Satyr.* 3 Si quis ad ingenrem frumenti semper aceruum Porrectus vigilet. *Idem* 1. *Epistol.* 15. Maior vtrum populum frumenti copia pascat. Frumenti genera (*vt scribit Plin. lib.* 18. *cap.* 7.) hæc vulgatissima sunt, far quod adoreum dixerũt, siligo, triticum, hordeum. Frumenta dici putat *Seruius* quæcunq; emittunt aristas. *Varro* 1. *de Re rustic. cap.* 48. In segerib. autem frumentum quod culmus extulit. [Frumenti montes; & frumentum deferre. *Plaut. Pseud. sc* 2. *a* 1.]

¶ In sicis ité frumenta dicuntur grana illa exigua quibus sunt refertæ. *Plin. lib.* 18. *cap.* 19. Ficis mollis omnibus tactus: maturis frumenta intus: succus matures centibus, lactis: percoctis, mellis.

Frūmĕntācĕus, a, um, Quod ex frumento est. σιτικὸς GALL. De froment. ITA. *Di frumento.* GER. Auß korn gemacht. HISP. *Cosa de materia de aquellos panes.* ANG. *Of corne.*} *Hieronym.* Maior turba hordeaceis panibus, minor frumentaceis pascitur.

Frūmĕntārĭus, a, um, Quod ad frumentum pertinet. {σιτικός. GAL. A partenant au fait de blé. ITA. *Ctò che à frumento si conuiene.* GERM. Das zu dem korn gehört. HISPAN. *Cosa pares aquellos panes.* ANG. *That belongeth to corne.*} Frumentarius ager, frumẽtarius negotiator, frumentaria lex, quæ tractat de frumentis. *Cicer.* 5. *Verr.* Neminem vestrûm præterit, Iudices, omnem vtilitatem, opportunitatémque prouinciæ Siciliæ quæ ad commoda pop. Rom. adiuncta sit, consistere in re frumentaria maximè: in cæteris rebus adiuuamur ex illa prouincia, hac verò alimur, ac sustinemur, *Plin. lib* 18 *cap* 6 Syluestris pyrus, malisque, frumentarij soli nor. *Sic libro* 17. *cap.* 5.]

Frūmentārĭus mercator. {σιτοπαγὸς, σιτοπράτης, σιτοπώλης. GAL. Marchand de blé. ITA. *Marca te de biada.* GERMAN. Ein furköffer des korns. HISP. *Mercador de aquellos panes.* ANG. *A merchant of corne.*} Qui frumenta comparat, vt inde lucrum faciat. *Plaut. in Pseud. sc.* 2. *a.* 1. quę amica es frumentariis, Quibus cunctis montes, maximi acerui frumenti sunt domi. *Cicer.* 5. *Offic.* Non igitur videtur nec frumentarius ille Rhodius, nec hic ædium venditor celare emptores debuisse.

Frūmĕntŏr, aris, Frumentum colligo. {שבר *schabár.* σιτολογέω. GALLIC. Aller au fourrage de blé, faire prouision de blé. ITALIC. *Raccogliere frumento* GERM. Korn sämlen/ vmb korn zugen. HISP. *Ir à buscar à quellos panes, coger trigo.* ANGL. *To prouyde or gather corne.*} *Cicero ad Atticum, lib.* 8. Neque solus eum ista copia tantam multitudinem sustinere poteris, vt frumentatum eas. *Liu.* 1. *belli Macedonici,* Quum in propinquo agro frumentarentur Romani.

Frūmentātĭo, Verbum est castrense, quo significatur egressio militum ad frumentum in castra congerendum. {σιτολογία. GALLIC. Fourragement de blé IT. *Raccolta di frumento, di distributione di frumento.* GERM. Korn samlung. HISP. *Obra de ir à buscar aquellos panes, cogimiento de trigo.* ANG. *A taking in of corne, a foraging.*} *Cæsar* 7. *bell. Gall.* Omnes nostras pabulationes, frumentationésque observabat. *Liu.* 1. *bell. Maced.* Qua ex tam propinquis statiuis parum tuta frumentatio erat. ¶ Frumentatio etiam dicebatur distributio frumenti, quæ Romæ fiebat, vbi principes recuperãt curam publicæ annonę. σιτομετρία. *Sue. in Aug.* Imperum se cepisse scribit, frumentationes publicas in perpetuum abolendi. [*Idem Suet. cap.* 40. Ac ne plebs frumentationum caussa frequentiùs à negotiis auocaretur, &c.]

Frūmentātŏr, Qui frumentatum profectus est. {σιτολόγος. GAL. Celuy qui va au fourrage de blé, qui fait prouision de blé pour vne commune, fourrageur. ITALIC. *Raccoglitore di frumente.* GERM. Einer der korn zusamen außgangen oder außgefaren ist. HISPAN. *El que va buscar aquellos panes.* ANGL. *A fouragour or purueyour of corne.*} *Liu.* 1. *bell. Macedon.* Improuiso impetu Gallorum, cum frumentatoribus est circumuentus.

Frūnīscor, *Vide* FRVOR.

Frŭĭtūrus, participium, *Cicer. lib.* 3. *Tusculan.* Zeno Stoicorum acutissimus contendere, & magna voce dicere solebat, eum esse beatum, qui præsentibus voluptatibus frueretur, consideretque sese fruiturum.

*Fruendus, a, um, *Cic. de Senect.* Agro bene culto nihil potest esse necvsu vberius, nec spe ornatius: ad quem fruendum non modò non retardar, verùm etiam inuitat atque allectat senectus. [*Senec. cap.* 10. *de Consol. ad Mart.* Fruendos vos liberis date, & rapite ex iis voluptates. *Idem Liuius lib.* 2. *dec.* 5. fruendum agrum locare.

Frētŭs, confisus, nixus, fultus. {בטוח *batuách.* τυχὼν, πεποιθὼς, πεθαρρηκώς. GALLIC. Se confiant, asseuré, qui a fiancé. ITAL. *Confidato.* GERM. Vertrauwend / sich verlassend HIS. *El que tiene confiança.* ANG. *That trusteth, that hath confidence.*} Nomen est participium: quum verbi originem non habeat. Nam à fruor non deriuari diuersitas significationis ostendit. *Cic. de Nat. deor.* Fretus intelligentia vestra, dissero breuiùs, quàm causa desiderat. *Idem Appio,* Fretus conscientia officij mei, beneuolentiæque, hæc ad te scripsi liberiùs. *Idem* 1. *de Inuent.* Tum ingenio freta malitia peruertere vrbes, & vitas labefactare assueuit. [*Ouid. Eleg.* 3. *lib.* 4. *Trist.* Vtere temporibus, quorum nunc munere freta es. *Et Plaut. Men. sc.* 2 *a.* 5. Dote fretæ, feroces. *Idem Amph. sc.* 1. *a.* 1. freti virtute & viribus, superbi. *Idem in Asin.* Virtute vlmorum freti. *Idem Aul. sc.* 5. *a.* 3. fretus tua fide, fiducia. *Idem Pseud. sc.* 1. *a* 2. Maiorum meorum fretus virtute dicant.]

Frŭĭscŏr, eris, à fruor deducitur, eiusdémque significationis est. {חושל *hoßil* אחז *achaz* χαίρω οὐρέω. GAL. Iouyr paisiblement, auoir à commandement. ITA. *Godare, fruire, vsare.* GERM. Nießen/ ein genuß haben. HISP. *Alançar lo desseado, gozar de. fructo.* ANG. *To inioye, to take pleasure of a thing.*} *Metellus ad Domitios,* Illi verò omni iure & honestate interdicti, ego neque aqua, neque igni careo, sed summa gloria fruiscor. *Plaut. in Rud.* accusiunxit. Hinc tu nisi malum, fruiscì nihil potes. *Vide Gell. lib.* 17. *cap.* 1.

Frūnīscor, eris, pro fruor *Cato posuit, autore Festo*: & frunitum dixit prudentem, hoc est eum quo perfrui liceret: sicut è contrario infrunitum.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

nitum. καλόζηλον, ἀπειρόκαλον : *Hermolaus* insipientem, ac stolidum, qui nulli vsui esset. Quarnuis alij fronitum per o, legendum putent. Nam Græci φρένιμον, prudentem dicunt: ἄφρονα verò dementem. *Lucil. lib.* 18.

Æquè fruniscor ego, ac tu. *Celius lib.* 2. Domus suas quosque ire iubet & sua omnia fruniscí. *Nonius in Par.* Eò quòd magnopere quæserunt id fruniscí non quærunt. *Gellius* citans hoc exemplum, fruisci legit. Quicquid id est, fruniscor, nisi fortè apud obsoletos illos non legitur.

Früctŭs, tus, apud antiquos fructi, & fructuis, fruges, fœtus, partus, & transfatè commodum, vtilitas. {פרי *peri* תבואה *tebuáh*. καρπος. GALL. Fruit. ITA. *Frutto*. GER. Frucht. HIS. *Fructo ò fructa*. AN. *Fruite*.} A fruendo, *teste Varrone*, quia fructibus fruimur. *Cic. Contr. Rull.* Vt esset locus dominis condendis quæ fructibus fruimur. *Cic. Contr. Rull.* Vt esset locus dominis condendis quæ fructibus fruimur. *Varro*, Quæro an fructus an comparandis condendisque fructibus. *Varro*, Quæro an fructus an comparandis condendisque fructibus. *Cic. de Amic.* Et amicos tanquam pecudes, eos potissimùm diligunt, ex quibus sperant se maximum fructum delectationis causa vendatis. *Cic. de Amic.* Et amicos tanquam pecudes, eos potissimùm diligunt, ex quibus sperant se maximum fructum esse capturos. *Idem pro Sext.* Præsentes fructus negligamus: posteritati & gloriæ seruiamus. [*Ouidius Eleg. 2. lib. 4. Trist.* At mihi auribus esse capturos. *Idem pro Sext.* Præsentes fructus negligamus: posteritati & gloriæ seruiamus. [*Ouidius Eleg. 2. lib. 4. Trist.* At mihi auribus hic fructus percipiendus erit. (id est, voluptas.) *Plaut. Pseud. sc. 1. a. 3.* Cras mihi potandus est fructus fullonius. *Quintilianus*, fructum studiorum viridem & adhuc dulcem promi decet. *Idem Quintil.* Non floſculos, sed fructus deformatos ostendebat. *Item Cæs. libro 3. de bell. ciu.* fructus vocat, quæ paulo antè vocarat folia.]

¶ Fructus etiam non rarò ponitur pro vsufructu, & præsertim apud Iurisconsultos; quanquam & *Cicer.* in hac significatione posuerit. *De legibus*, Pecudes partim sunt ad vsum, partim ad fructum procreatæ.

Früctĭfĕr, ra, rum, Quod fert fructum, hoc est fœcundum & fertile. {פרה *poréh*. καρποφόρος. GA. Qui porte fruit. ITA. *Frutifero, che produce frutti.* GERM. Fruchtragend/fruchtbar. HI. *Cosa fructuosa*. ANG. *That beareth fruite, fruitefull.*} *Pl. lib.* 12. *c.* 3. Quæ ex his incolarum numero esse cœpere, dicentur inter fructiferas.

Früctĭfĭcŭs, a, um, idem quod fructuosus, qui facit fructum: hoc est, vtilitatem præstat. καρπιμος, γόνιμος.

Früctŭārĭŭs, Dicitur cuius est fructus, vel qui fructum alicuius rei percipit. {פרה *poréh*. καρπεύσιμος. GAL. Fruictier, qui iouit du fruict. ITAL. *Frutuario, chi gode il frutto, vsufrutuario*. GERMAN. Der die frucht vnd nutzbarkeit einnimpt/nutzet. HISPAN. *Aquel à quien pertenece à quel fructo*. ANG. *He that inioyeth the fruite, or takech the profeof.*}

Früctŭārĭŭs, a, um, Quod fert fructum seu quod ad fructum pertinet. {פרה *poréh*. καρπιμος, δεντικάρπιος, ὄγκαρπος. GA. Fruitier, reserué pour porter fruict. ITA. *Fruttuario*. GERM. Fruchtbar/ oder das zu der frucht dienet. HIS. *Cosa que trahe fructo*. ANG. *That bringeth or longeth to fruit.*} *Colum. libro* 1. Pars autem fructuaria diuiditur in cellam olearium, torcularium, & cellam vinariam. *Palladius*, Decisis malè natis omnibus, veteribus, nouellos, & fructuarios serues. *Varro* 2. *de Re rust. capite vigesimoquarto*, Parere tot oportet porcos quot mammas habeat: si minus pariat, fructuariam idoneam non esse. Agri fructuarij, *Celius Cic. lib.* 8.

Früctŭōsŭs, a, um, Fœcundus, vtilis, frugifer. {פרה *poréh*. πολύκαρπος. GAL. Fructueux, qui rend beaucoup de fruict. ITA. *Fruttuoso*. GERMA. Fruchtbar/ das vil frucht bringt. HISP. *Cosa que trahe fructo*. ANGL. *Very fruitefull, profitable.*} *Cicer.* 2. *Tusc.* Ager quanuis fertilis, sine cultura fructuosus esse non potest. *Idem* 1. *de Finibus*, Eas ergo artes persequeretur: viuendi artem tantam, támque operosam, & perinde fructuosam relinqueret? Fructuosissima ars medicina, hoc est, vtilissima, & haud parum fructus atque vtilitatis afferens. *Plin. libro* 29. *cap* 1. *Cicer.* 2. *Offic.* Est enim non modo liberale, paulùm nonnunquam de iure suo decedere, sed interdum etiam fructuosum.

ERVSINO, penultima correpta, Frusinonis, Ciuitas Campaniæ, à qua Frusinates populi ad Falernum, *quorum meminit Plin. libro tertio, capite quinto, Iuuenal. Satyr. tertia*, - optima Soræ, Aut Fabrateriæ domus, aut Frusinone paratur. *Silius libro* 12 Bellator Frusino. Sed hîc populum significat. *Ptolemæus* Frusinum inter Latij oppida enumerat, *lib.* 3. *cap.* 1.

Früstrā, aduerb. incassum, nequicquam. {חנם *chinnám*. ματαίως, μάτην. GA. En vain, pour neant. IT. *In vano*. GERM. Umb sunst/vergäbenlich. HIS. *En vano*. ANG. *In vaine, to no effect or purpose*} *Cic. de Sene.* Nec me vixisse pœnitet: quando ita vixi, vt non frustra me natum existimem. *Terent. in Adelph.* Nemo dabit, frustra egomet mecum has rationes deputo. [*Plaut. Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Sine argento frustra est quod postulas. *Plaut. Curc. sc.* 3. *a.* 2. Mœstus me illò frustrà deuenisse. *Apuleius Apolog.* 1. Erras, & huius animi frustra es. *Plaut. Aul. sc.* 4. *a.* 1. præsagibat animus frustrà me ire cùm exibam domo. *Plaut. Men. sc.* 3. *a.* 4. frustrà me ductare non potes. (id est, sine mercede.) *Idem Capt. sc.* 1. *a.* 4. Nihil hic edes ne frustrà sis. (i. ne fortè frustreris.) *Idem Plaut. Men. sc.* 3. *a.* 4. Huc pedem non feres, ne frustrà sis. (id est, ne te frustrere, vel ne erres. ¶ *Pl. Pf. sc.* 3. *a.* 2. Stulti haud scimus, vt frustra simus, i. nescimus vt fallamur, vt decipiamur. Vide dictionem sequentem vbi eo verbo Ennius ludit.] Frustra esse dicitur, quod exitum speratum non habet, quódque non ex sententia euenit. *Sallust.* Cuius neque consilium vllum, neque incœptum frustra erat. Idem, Ea res frustra erat, id est, expectationem frustrata est. [vt interpretatus est doctiss. *Bud.*] *Plaut. in Amph.* Hi iam ambo, & seruus, & hera frustra sunt duo, hoc est vterque fallitur. ¶ Frustra habere aliquem, pro decipere & circunuenire. *Plaut. in Amph.* Is aduenientis seruum & dominum frustra habet.

Früstro, as, Decipio, fallo. {בוב *chibbéh* בתה *pittáh* רמה *rimmáh*. ψεύδομαι, ἀπατάω. GAL. Frustrer, abuser & deceuoir. ITA. *Ingannare, defraudare*. GER. Betriegen. HIS. *Faltar en lo prometido, engañar*. ANG. *To deceiue, to dooe in vaine.*} *Cæsar*, Non frustrabo vos milites. Inuenitur etiam in eadem significatione frustror, verbum commune, secundum Priscianum. *Plaut. in Amph.* Nescio quis præstigiator hanc frustratur mulierem. [*Plaut. Asin. sc* 4. *a.* 3. vt consuencre, homines salus frustratur & fortuna: (id est, fallit, destituit homines.) Constructio enim talis est, vt consueuere (sup. facere salus & fortuna) homines salus frustratur, & fortuna quoque.] Passiuo vsus est *Plin. de vir. illustr.* Et quum ad tertium ab vrbe lapidem castra posuisset, tempestatibus repulsus, primùm à Fabio Maximo frustratus, deinde à Valerio Flacco repulsus, &c. [*Plau. Curc. sc.* 3. *a.* 2. Noluit frustrarier, id est, negauit ingenuè sibi esse argentum. *Gell. c.* 10. *lib.* 5. Sic à discipulo magister captionis versutè excogitatæ frustratus fuit. *Velleius*, frustratus eius visus. (i. oculi decepti.) *Item*, frustratis custodibus, *idem Velleius.*] *Sic etiam Festa*, *neſtella*, Frustratus igitur, à spe deiectus, in castra se recepit.

[¶ Frustrari, frustra esse, frustra sentire, contenniter multifariámque implicauit. Ennius his è satyra quadam versibus: Nam qui lepidè postulat alterum frustrari, Quem frustratur, frustra eum dicit, frustra esse. Nam qui sese frustrari, quem frustra sentit, Qui frustratur, is frustra est: si non, ille est frustra. Refert *Gell. cap.* 2. *lib.* 18.] ¶ Frustrari item est frustra facere. ἀποστρέφειν, ματεῖν. *Colum. lib.* 1. *cap.* 1. Sæpe magnam dominis afferunt iacturam, quum imprudenter facta opera frustrantur expensas. *Idem in præfat. lib.* 1. Siderum ortus & occasus memoria repetat, ne imbribus ventísque imminentibus opera inchoet, laborémque frustretur, id est, frustra faciat laborem [operámque omnem ludat.]

Früstrātĭo, onis, Deceptio. {כזב *chazáb* רמיה *remijjáh*. ἀπάτη. GAL. Abus, abusement, frustration. ITA. *Il defrauaare, inganno*. GER. Betriegung. HIS. *Engaño, obra de enganar*. ANG. *A begailing, a deaceiuing.*} [*Pl. Amph. sc.* 3. *a.* 1. In eius familiam frustrationem inuiciam. Supra dixerat, erroris & dementiæ complebo.] *Planc. ad Cic. lib.* 10. Tantò maiorem his frustratio dolorem attulit. *Col. l.* 11. *c.* 1. Nec supplicium grauius, quam frustrationem cupiditatis existimat.

[Frustratus, us, ui, *Pl. Men. sc.* 3. *a.* 4. Nisi feres argentum frustra me ductare non potes. Aliam posthac inuenito, quam tu habeas frustratui. (id est, quam tu frustreris, decipias, fallas.)]

Früstrātŏr, ἀπατεών, deceptor, impostor, fraudulentus, *D. de negot. gest. l.* 31. litem in iudicium deductam, & à reo desertam frustratoris amicus vltrò egit.

Früstum, sti, Rei cuiusque particula: sic dictum (vt quibusdam placet) à frangendo. {פת *path* נשת *néthach*. τέμαχος, τεῖχομμα, κερμάτιον. GAL. Vne piece, morceau, lopin. ITA. *Pezzo. particella*. GER. Ein stuck. HIS. *El pedaço, parte dele entero*. ANG. *A peece or morsell, a gobbet.*} *Virg. 1. Æn.* Pars in frusta secant. *Cato*, Frusto panis conduci potest vel vti taceat, vel vti loquatur. [*Suet. in Aug. cap.* 77. pro potione sumebat perfusum aqua frigida panem, aut cucumeris frustum, &c. *Ouid. Eleg.* 10. *lib.* 3. *Trist.* Nec hausta meri, sed data frusta bibunt. *Senec. cap.* 11. *de Tranq.* In frusta diuisus Setanus. *Senec. epist.* 90. philosophiam in partes, non in frusta diuidam. *Et Quintili.* Non iam membra, sed frusta.]

Früstŭlum, li, diminutiuum, apud Plautum, à frustum: à quo frustillum. {τεμάχιον. GA. Petite piece, morcelet, lopinet. IT. *Vn pezzeto*. GER. Ein stucklin. HIS. *Pedaçuelo*. AN. *A litle peece.*}

¶ Aliquando abundanter præbere. *Virg.*4. *Eclog.* Ipsa tibi blandos fundent cunabula flores. [*Suet. in Calig. c.*42. Steit in vestibulo Kalendis Ianuariis ad captandas stipes, quas plenis ante eum manibus ac sinu omnis generis turba fundebat.]

¶ Aliquando pro loqui. σπερμολογεῖν, ἀδρεσιλογεῖν, ἀποδιδόναι, βλωθρεύειν. *Virgil.*3. *Æneid.* Talia fundebat lacrymans. [*Ouid.*13. *Metam.* Stolidæ conuitia fundere linguæ. *Plaut. Pſeud. ſc.*1. *a.*4. Mera iam mendacia fundis.]

¶ Aliquando pro demittere, *vt apud eundem*, -crinísque à vertice flammam Fundit. ¶ Huius composita sunt Affundo, ad aliquid fundo, ἐπιχέω. *Plinius*; exprimitur foliis succus mollissimis, in pila tusis, affuso paulatim vino austero.

¶ Confundo, perturbo, opprimo, siue omnia in vnum misceo, coniungo, συγχέω. *Liuius lib.*1. *ab Vrbe*, Alterius vrbis duo populi in vnum confusi sunt. *Virgil. lib.*3. qui nunc Ore Arethusa tuo Siculis confunditur vndis, id est, coniungitur. *Plinius*, Et si misceantur, facilè confundunt colorem, id est, perturbant.

¶ Circunfundo, circumcirca spargo. περιχέω. *Apuleius*, Atque eo liquore stabulum omne circumfundit. *Virgil.*2. *Æneidos.* Vndique visendi studio Troiana iuuentus Circunfusa ruit.

¶ Defundo, deorsum fundo, κατα χέω. *Autor ad Herennium lib.*2. Nam vt fortè hic in balneas venit, cœpit postquam defusus est, defricari.

¶ Diffundo, & Effundo, *de quibus suprà.* ¶ Infundo, in rem aliquam quippiam fundo. ἐγχέω. *Colum. lib.*2. Merúmque faucibus, si æstuauerint boues, infundet. Hinc infundibulum, *de quo suo loco.* Infusum idem est, *Plinio* quod Clyster, τὸ ἐγκλυζόμενον.

¶ Offundo, & perfundo, valde, siue per omnes partes fundo, spargo. ἀναχέω, διαπάσσω. *Ouidius*, Perfunditque genas lacrymis.

¶ Profundo, προχέω. ¶ Refundo, rependo, ἀμείβομαι, ἀντιμβάλλω. *Senecæ*, Id erat non tàm accipere beneficium, quàm refundere. Interdum restituo quod sparsum erat. *Idem*, Quicquid deerit ex mero, refundam. Interdum reiicio, ἀναφέρω: vt, Omnem culpam in te refundam. Interdum idem est, quod Euomo. *Plinius*, Quod hesterna crapula ingurgitauerat, palàm refudit. χαλάω.

¶ Suffundo, est suprà fundo, aut fundendo iniicio. *Colum. lib.*7. Lassæ & æstuanti mulæ ad eos in fauceis dimittitur, vtrunque in os suffunditur. *Plautus in Curcul.* Mane suffundam aquulam. Interdum forinsecus spargo, ἐπιχέω. cùm infundo potiùs de interiori parte dicatur. *Virg.*1. *Georg.* At si Virgineum suffuderit ore ruborem, Ventus erit. *Seruius*, Suffuderit, forinsecus habuerit.

¶ Hinc suffusio, morbus est oculorum, quem vulgò Cataractam vocant, ortum trahens ex vitioso humore inter duas tunicas collecto, visúmque deprauante, ὑπόχυσις, ὑπόχυμα. *Celſus lib.*7. *cap.*7. Suffusionis plures species sunt: quædam sanabiles, quædam quæ curationem nō admittunt: nam si exigua suffusio est, si immobilis, colorem verò habeat marinæ aquæ, vel ferri nitentis, & à latere sensum aliquem fulgoris relinquit, spes supereſt. Si magna est, si nigra, pars oculi, amissa naturali figura in aliam vertit: si suffusionis color cæruleus est, aut auro similis: si labat, atque hac illac mouetur, vix vnquam succurritur. *Hæc Celſus.*

¶ Interdum Confundo siue rubore perfundo. *Cicero pro* inspergo *poſuit ad Lentulum scribens*: Noui animum cùm mihi amicissimum, tùm nulla in cæteros maleuolentia suffusum. ¶ Suffundere frigidam, *Vide in dictione* Frigida. ¶ Superfundo, ἐπιχέω. *Lactant. lib.*6. Extinguitur protinus tanquam igni aquam superfuderis.

¶ Transfundo, de vno vase in aliud fundo, spargo, immittóve. διαχέω.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Cato de Re ruſt. Vbi dies triginta præterierint, transfundito, ita relinquito. *Cic. Dolabella,* Libentiùs omnes meas laudes (ſi modò ſunt aliquæ meæ laudes) ad te transfuderim, quàm aliquam partem exhauſerim ex tuis.

Fūsĭlis a, um, particip. conflatus, vel liquefactus, vt aurum, vel argentum fuſum dicimus. { יצוק *jatsúk* מתך *mutták* נשפך *niſchpách.* χαδεὶς. GALLIC. Fondu, eſpandu. ITA. *Liquefatto, ſparſo.* GERM. Geſchmelzet/gegoſſen. Item, Außgeſpreitet HISPAN. *Derramado, ò hundidolo, liquido.* ANG. *Powred out.*} ¶Interdum idem quod fuſione conſtus, vt quum ſtatuam, aliúdve quid operis ex metallo quopiam dicimus eſſe fuſum. ¶Aliquando idem quod diſperſus. *Cic. de Orat.* Genus facetiarum æqualiter tota in oratione fuſum. *Idem 13. Philipp.* Exercitum hoſtium cæſum, fuſúmque cognouimus. *Idem 2. de Nat. Deor.* Exin mari finitimus aër die ac nocte diſtinguitur, iſque tum fuſus, & extenuatus ſublimè fertur, tùm autem concretus in nubes cogitur.

Fūsē, aduerb Abundanter, & copiosè. {εὐρὺ, πλατέως. GALLIC. Au large, bien au large, amplement ITA. *Sparſamente, largamente, abundevolmente.* GERMAN. Oberflüßiglich. HIS. *Abundoſamente, largamente, copioſamente.* ANGL. *Largelye plentifully* } *Cic 3. de Finib.* Poteſt id quidē fusè, & copiose, & omnibus electiſſimis verbis grauiſſimiſque ſententiis rhetoricè & augeri & ornari. *Idem quarta Tuſculana,* De cuius excellentia multa quidem dici quanuis fusè latéque poſſint, ſed breuiſſimè illo modo.

Fūsim, aduerbium, Sparſim. {χύδην. GALLIC. En fondant. ITAL. *Sparſamente.* GERM. Weytlöuffig/hin vnd hār. HISPANIC. *Derramadamente.* ANG. *Here and there, by powring out.* } Fusè autem, vt ſuprà diximus, ſignificat latè & copiosè.

Fūsĭo, onis. {יקוקה *jeſſukáh* התוך *hittúch* מסכה *maſſeckáh.* χύσις. GAL. Fuſion, eſpādement. ITA. *Spargimento, ſtendimento.* GERM. Gieſſung/oder außgieſſung. HISP. *Obra de derramar, hundimiento.* ANG. *A powring out, a melting* } *Cicer. 1. de Nat. deor.* Ipsúmque mundum Deū dicit eſſe, & eius animi fuſionem vniuerſam.

Fūsĭlĭs, le, penultima correpta, Quod fundi poteſt, ſeu quod fuſum eſt, vel quod ponum eſt ad fundendum. { מוצק *mutsák.* χυτός. GALL. Qui eſt de fonte, qu'on peut fondre. ITA. *Che ſi può liquefare.* GERM. Gießig das ſich ſchmelzen vnd gieſſen läßt. HIS. *Coſa que ſi puede hundér.* ANG. *I hat u or may be molten.* } Vnde fuſilia vaſa dicuntur, & fuſilia ſigna, quæ ex metallo aliquo fuſa ſunt. *Ouid. 11. Metamor.* Fuſile per rictus aurum fluitare videres. *Col. 6. c. 33.* Vel cum fuſili ſale trita ſæpiæ teſta.

Fūsōrēs, dicuntur qui ex metallo quopiam ſtatuas, aliáve opera fundunt. { צרפים *tſorephim* χαλκευτὴς. GAL. Fondeurs. ITA. *Coloro che famo ſtatue ò altri lauori di getto.* GER. Gieſſer/ſchmelzer. HISP. *Hunidores para echar in molde.* ANG. *Melters.*}

Fūsōrĭus, a, um, Quod ad fuſionem, hoc eſt liquefactionem attinet, ſeu quod funditur, aut fundi poteſt. {מוצק *mutſak.* χυτὸς. GALL. Appartenant à fondre. ITA. *Perteinente à fondere.* GERM. Das zu dem ſchmelzen oder gieſſen gehört. HISP. *Perteneciente à hunair.* ANGLIC. *Belonging to melting.* } vt, Opus fuſorium, Fuſorium vas, in quo metalla liquefiunt. Ars fuſoria, ars fundendi, conflandive metalla, operi. qs aliquid ex eis conficiendi. χωνευτικὴ.

Fūsūra, ræ, Fuſio, liquefactio. { יצוקה *jetſukáh* התוך *hittúch* מסכה *maſſeckáh.* χύσις. GAL. Fonte. ITALIC. *Fondimento.* GERMAN. Ein guß. HISPAN. *Aquella obra de hundir, hundimiento.* ANGL. *A me ting, aſpreading.* } *Plinius lib 33. c. 6.* Chryſitis ex ipſa vena fit, Argyritis ex argento, Molybditis plumbi ipſius fuſura, quæ fit Puteolis, inde habet nomen.

Fūndĭto, as, penultima correpta, Sæpe fundo. { σπερμολογέω. GALLIC. Eſpandre & verſer en abondance. ITA. *Spargere ſpeſſo.* GERMAN. Gieſſens eins gieſſens. HISP. *Hundir y derramar muchas vezes.* ANG. *To powre out largelye or often.* } *Plautus in Amphit.* Dum cruciatu tuc iſthæc hodie verna verba funditas. *Idem in Pœnulo,* En monſtrum mulieris: tantula tanta verba funditat, id eſt, multùm & fruſtra profert.

¶Funditare rem, pro conſumere, prodigere, ac profundere: *Plaut. in Mercat.* Omni quòd modò, cui iuuenis ipſe parſerit. Merem videret funditare ac perdere. [*Plaut. Aſin. ſc. 2. a. 5.* Fœneratò funditat. (i. loquitur, & tanquam pecuniam profundit, quam reddat cum fœnere.)]

Fūndum, di, Ima pars cuiuſque rei quæ aliquid liquoris in ſe continet, vel ad continendum facta eſt, vt dolij, nauis, aluei, fluminis, lacus, maris. {קבעית *kubáßath* נחשית *nechóſcheth* תחתית *tachtis h* קרקע *karkáh.* πυθμὴν. GALLI. Le fond de quelque choſe que ce ſoit. ITA. *Fundo, profondo.* GERMAN. Der boden oder grund. HISP. *El hondon de qualquier coſa.* ANG. *The bottome of the water.* } *Virg. 2. Æneid.* -ſæuitque tridenti Spumeus atque imo Nereus ciet æquora fundo. ¶Largitio non habet fundum. Quo dicto ſignificamus, ſtultæ liberalitate quantaſlibet opes exhauriri, vel effluere potiùs. *Cicero libro Offic. 2.* ¶Sera in fundo parſimonia, prouerbium *apud Senecam in prima epiſtola.* In tempore parcendum rebus neceſſarijs: neque imitandum profuſorum vulgus, qui tum denique incipiunt parcere, poſteaquam viderint minimum ſupereſſe. ¶Profundum, *vide ſuo loco.*

Fundĭtŭs, penultima correpta, aduerbium, prorſus à fundo. { כל *chól.* ἐκ βάθρων, ἀρδὴν. GALLIC. Iuſques au fond, totalement, du tout. ITALI. *Dal fondo.* GERMAN Vom boden auff/von grund auff HISP. *Deſde cimiento ò hondon.* ANG. *Frome the very bottome, vtterly, Wholy.* } ſicut cæſirus, à cœlo. *Cicero 6. Verr.* Qui non obtuſit aliqua ex parte monimenta P. Scipionis, ſed funditus ſuſtulit ac deleuit. *Idem de Amicitia,* Quæ enim domus tàm ſtabilis quæ tam firma ciuitas eſt, quæ nō odiis atque diſſidiis funditus poſſit euerti? *Cicero Torquato libro 4.* Neceſſe eſt enim aut armis vrgeri Rempublicam ſempiternis, aut his poſitis recreari aliquando, aut funditus interire. [*Velleius,* Funditus ſuſtulit Carthaginem Scipio. Et, Mummius funditus.] ¶Porrò quòd prorſus ac citra ſpem inſtaurationis perditur, funditus ac radicitus tolli dicitur, * *Cic 3. de Orat.* Neque earum rerum quenquam funditus natura voluit eſſe expertem. *Idem in Orat.* Ne ſpondæus quidem funditus eſt repudiandus.

Fūndo, as, fundamentum facio, ago, pono, conſtruo. {יכן *jaſádh.* κατασκευάζω, θεμελιόω. GALLI. Fonder, ietter les fondemens ITAL. *Fondare, iettare le fondamente.* GERM Veſeſtigen/ſteyff ſetzen. HIS. *Echar fundamento ò fundar.* ANGL. *To lay à ground.* } *Virgilius 8. Æneid.* Haud procul hinc ſaxo colitur fundata vetuſto Vrbis Agyllinæ ſedes.

¶ Transfertur ad incorporalia, & idem ferè ſignificat quod firmo, ſtabilio. [*Senec. Epiſt 91.* Fundauit Athenas æquo iure Solon. *Idem Senec. cap. 21 de Conſol. ad Mart* Poſitæ benè ac fundatæ res alicuius } *Quint.* Fundatam paternis auitíque opibus domum exhauriſt. ſ ficat & firmare in mari. *Virg. 6. Æneid.* tum dente tenaci Anchora fundabat naues. *Fundatiſſima familia, Antiquiſſima & ditiſſima. Cic. p domo ſua ad Pontif.* Quod quum iudicaſſem, deſſeui coniugis miſeræ diſſidium: liberorum chariſſimorum ſolitudinem, fratris abſentis amantiſſimi atque optimi caſum, ſubitas fundatiſſimæ familiæ ruinas.

¶ Huius compoſita ſunt Effundo, as, quod eſt à fundo euerto, χοηπιαλιόω. *Cæcilius,* Reſpublica amiſſo & effundato pulcherrimo ſtatu, non paruam fecerat iacturam. Suffundo, pro fundamento ſubiicio. *Varro,* Qui in domibus lateritiis paululum modò lapidibus ſuffundatis, vt humorem fugerent, habitabant.

Fūndāmĕn, inis, & Fundamentum, ti, ſolum, ſedes, id ſupra quod quid ſtruitur. {יסוד *jeſódh* קרקע *karkáh.* θεμέλιον, καθέδρασις, ἕδος. GAL. Fondement. ITALICA. *Fondamento.* GERM. ein fundament oder ptolment/ein grundfeſte. HISPAN. *Cimiento ò ganja de edificio.* ANGL. *A foundation the firſt beginning or ground of a thing.* } *Ouid. 5. Metamorph.* Amb bas Siculæ cantus fundamina terræ. *Virgili. 4. Georg.* & lentum de cortice gluten Prima fauis ponunt fundamina. [*Ouid. 4. Faſt.* Augurio lætificiunt (vrbis) fundamina ciues.] *Plin lib. 36. cap. 14.* Rurſus ne in lubrico atque inſtabili fundamenta tantæ molis locarentur. *Virgili. Æneid.* Fundamenta locant alij, pars ducere muros. [*Plaut. Moſtell ſc. 2. a. 1.* ædes totæ ruant: quin cum fundamento perierint.]

¶ Iacere fundamenta Reipublicæ, eſt quaſi dare Reipublicæ principium. *Cicero Cornificio,* Ego mi Cornifici, quo die primum in ſpem libertatis ingreſſus ſum, & cunctantibus cæteris ad XIII. Calendas Ianuarij fundamenta feci, eo ipſo die prouidi multùm, atque habui rationem dignitatis. [*Quintilian. Metaphoric.* Fundamenta iacere impudentiæ. *Senec. c. 16. de Conſ. ad Heluiam.* Fundamenta diſciplinarum acta. *Pla. Moſt ſc. 2. a. 1.* Fundamenta liberorum ſubſtruunt (parentes.) *Sen. c. 2. de Conſol. ad Mart.* Fundamenta nulli ponderi ceſſura. (de homine.)]

Fūndŭs, d. Eſt quæuis poſſeſſio ruſtica, ita dicta quòd fundæ quorannis multa: vel quòd ſit rei familiaris fundamentum: nam pecuniarum ratio hæc eſt. {שדה *ſadéh* חלק *chelék.* χωρίον, ἀγρός. GALLIC. Fond de terre, heritage, champ ou piece de terre. ITALIC. *Fondo, poſſeſſione.* GERM. ein gut auſſerhalb der ſtatt gelägen/als da ſeind weyngärten/ackermatten. HI. *La hered ad ò poſſeſſion de tierra.* ANGL. *A peere of ground, land.* } *Plaut. in Capt.* [*ſc. 2. a. 1.*] Quaſi fundum vendam, meis me additam legibus. (*Plaut. Men ſc. vlt. a. 5.* Vænibunt ſerui, fundi, ædes, omnia *Idem Pſeud. ſc. 2. a. 1.* Niſi ex fundis amicorum tuorum penus aſſertur. *Plaut. Capt. ſc. 2. a. 1.* Profundum, (id eſt, vennem inlaudabilem, *Turnebus:*) vendis tu quidem, haud fundum mihi.]Fundi appellatione (*vt docet Florentinus Iurisconſultus*) omne ædificium, & omnis ager continetur: ſed in vſu, vrbana ædificia, ædes ruſticę, villa dicuntur. Locus verò ſine ædificio in vrbe, area: rure autem, ager appellatur. Idémque ager cum ædificio, fundus dicitur.

¶Accipitur etiam fundus per tranſlationem pro cuiuſuis negotij fundamento. *Plaut. in Trinummo,* Nunc mihi is proprie conueniendus eſt, vt quæ cum eius filio egit, ei rei fundus pater ſit potior eo, hoc eſt fundamentum, autor & approbator. Sic populum fundum fieri, *teſte Feſto.* eſt populum eius rei quam alienat, fieri autorem. *Cicer. pro Cornelio Balbo,* Quid enim dici potuit imperitius, quàm fœderatos populos fieri fundos oportere. Nam id non magis proprium eſt fœderatorum, quàm liberorum omnium. *Et paulo pòſt,* Potuit magis fundus populus Gaditanus fieri, ſi tum ſit fundus, quum ſcita ac iuſſa noſtra ſua ſententia comprobat. [*Gell c. 13 l. b. 16.* Quorum nunquam populus fundus factus. *Idem cap 8. lib. 19.* Fundus ſubſcripſérque fieri.] ¶Fundum ſterilem ne colas, σέλινον ἀγρὸν μὴ σπείρειν. Refertur inter leges Platonicas. Hoc ænigmate lex apud Platonem verecundè deterret à venere maſcula. Poteſt tamen ad alios vſus accommodari. *Plautus Amph.* [*Idem Plautus Aſin. ſc. 2. a. 5.* Fundum alienum arat, incultum familiarem deſerit, (id eſt, adulter eſt.) *Idem Curc. ſc. 1. a. 1.* Dum ne per fundum ſeptum facias ſemitam. (de venere prohibita: Mox enim ſequitur: Abſtineas nupta, vidua, virgine, pueris, liberis.) *Gell. c. 8. lib. 17. Metaph.* Fundus, & fundamentum cœnæ.]

Fūnĕbrĭs, Funeſtus, Funero, *Vide* FVNVS.

Fūnētă, Arcus ſunt in vitibus, quum breuiores palmites ſarmento iunguntur inter ſe funium modo. σχοινισμοί τινες κλημάτων ἀμπέλου. *Autor Plin. lib. 17. c. 22.*

Fūngor, eris, functus, Significat officium aliquod exerceo, munus obeo. {שרת *ſchereth.* τελέω, διακονέω. GALLI. Faire ou exercer quelque charge ou eſtat ITA. *Fare eſſercitare vfficio, vſare.* GER em amps verwalten/außrichten/&c. HIS. *Vſar de algun officio.* ANGL. *To be in ſome eſtate to exeiut or exerciſe ſome office or charge.* } Fungi munere. *Cæſar 7. bell. Gall.* Hunc ex proximis vnus iacentem tranſgreſſus, eodem illo munere fungebatur. *Cicero quinto de Finibus,* Atque in ſenſibus hæc eſt ſua cuiuſque virtus, vt ne quis impediat, quominus ſuo quiſque ſenſus munere fungatur in his rebus celeriter expeditéque percipiendis. [Defungi certamine. *Liuius lib. 10. ab vrb. Idem libro 9. bell. Pun.* Non leui defungetur pœna, qui &c. (Minantis.) *Horat. Oda 9. lib. 2.* Ter æuo functus. *Sueton. in Calig. cap 4* Functus faro. *Item,* Defunctus bello, *Liuius 2. dec. 4.*] Fungi officium dixit *Terent. in Adelph* Maior filius tuus Æſchinus, Quem fratri adoptandum dediſti, neque boni, Neque liberalis functus officium eſt viri. *Plautus in Menach. [ſc. 4. a. 1.*] Nam paraſitus octo hominum munus facilè fungitur. [*Suet. in Auguſt. cap. 35.* Fungi munera. *Ibidem cap. 44.* Fungi vicem.

Plaut.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Plaut. Asin. sc. 2. a. 4. Munus adolescentuli fungare. *Idem Amphitr.* Qui, te absente, tuam rem curet, & munus fungatur tuum. *Idem Mostell. sc. 1. a. 1.* Sine me alliato fungi fortunas meas.]

¶ Fungi aliquando significat id quod debetur dare. *Cic. Verr. 5.* Trib. decimis pro vna defungi, id est, tres pro vna persoluere. *Vlpian. in instit. tit. de dotibus,* Dos quæ semel functa est amplius fungi non potest. *Hotoman. in suo lexico.* ¶ Huius composita sunt Defungor: id est, expedio, finem facio, perago, cesso, & liberor ab alio officio vel munere. *Virgilius 6. Æneid.* O tandem magnis pelagi defuncte periclis: id est, qui euasisti & euasisti pericula. *Liuius,* Defuncta morbis corpora salubriora esse cœpere: id est, euaserunt morbos. *Terentius in Adelph.* Vtinam hoc sit modo defunctum: id est, vtinam hoc malum vltimum sit quo defungatur, & in quo finem faciat peccandi Æschinus. [*Liuius lib. 1. dec. 1.* Defuncti regis Imperio, id est exhausto. *Idem lib. 2.* Sed adeò infensa erat plebs, vt vnius pœnâ defungendum esset. *Idem lib. 3.* Cætera multitudo nequaquam pari defuncta est cæde. *Idem lib. 4. ab vrb.* Defuncta ciuitatem plurimorum morbis, &c. *Item Velleius,* functi morte fatali. *Quintilian.* Functa omnibus virtutibus vxor. *Ouid. 2. Fast.* Sic epulis functi, sic dant sua corpora somno. *Ibidem,* Corpora functa sepulcris. *Idem 4. Fast.* Corpora functa cibo. *Ibidem,* Et nouus accenso fungitur igne focus. *Idem 2. Fast.* Functus erat dapibus, &c. *Item Quintilian.* Fungi primo loco.]

¶ Inde etiam defunctos dicimus qui mortui sunt, eò quòd vitæ munus peregerunt: quod etiam functos vita dicimus: quasi illud dicamus, eos vixisse, nec ampliùs viuere. ¶ Perfungor, perfectè fungor, ad finem vsque exequor, ἐπιτελέω, ἐκτελέω. *Cicer. Lentulo,* Quum & honoribus amplissimis, & laboribus maximis perfuncti essemus.

Fūnctĭo, onis, actio, gestio, { שרת *scharéth* פעלה *peʃulláh.* ἐνέργεια, τελείωσις, ἐπιτελείωσις, λειτουργία. GALL. L'execution de quelque charge ou office. ITAL. *Essecutione di qualche vfficio.* GERMA. Ein ampt/ oder ein verwaltung vnd außrichtung des ampts. HISP. *La obra de vsar de algun officio.* ANG. *The execution of some charge.* } *Cic. 2. Tuscul.* Labor est functio quædam vel animi vel corporis, grauioris operis, vel muneris. *Idem 5. Verr.* Vt iis iucundior esset muneris illius functio. Aliquando ponitur pro solutione. *Paul. in l. 2. D. si certum petatur.* Quia in suo genere functionem recipiunt non specie, id est solutionem.

Fūngŭs, gi, à funere (vt quidam docent) descendit, quòd vescentib. periculosissimus sit, vel ipso *Plinio teste,* qui eos annumerat inter ea, quæ temerè mandantur. { μύκης. GAL. Champignon ou potiron. ITALIC. *Fungo.* GERM. Ein pfifferling/ oder schwamm. HISP. *El hongo.* ANG. *A mus hrome or todestole.* } Tanta enim est fungis cum venenis cognatio, vt si vel caligaris clauus, aut ferri rubigo, aut panni marcor adfuerit, aut si serpens primo pauescentem adhalauerit, omnis statim succus decoquatur in venenum. Fungi nomen generale est. Boleti autem dicuntur qui in voluis albis nascuntur, quibus sublatis lutei sunt coloris. *Plin. lib. 22. cap. 25.* Fungorum lentior natura, & nullo rosa genera, sed origo non nisi ex pituita arborum. Tutissimi qui rubent callo, minùs diluto rubore quàm boleti: mox candidi, velut apice Flaminis insignibus pediculis. Tertium genus suilli, venenis accommodatissimum. Fungorum diuersa sunt genera, nam sunt boleti pratenses albi, qui in pratis nascuntur: spongioli, à similitudine spongiæ: digitelli, à digitis: à porrigine, porrigino si. Nascuntur & in arboribus fungi, & in spinarum radicibus. ¶ Fungus, arborum morbus. *Plin. lib. 17. cap. 24.* Olea præter vermiculationem, quam æquè ac ficus sentit, clauum etiam patitur, siue fungum placet dici, vel patellam: hæc est Solis exustio. ¶ Fungus pro homine stupido & insulso. *Plaut. in Bacch.* Adeón' me fuisse fungum, vt qui illi crederem?

Fūngōsŭs, a, um, Quod est rarum & leue ad similitudinem fungi. { μυκητώδης. GAL. Leger & ayant petis trous comme vn champignon. ITAL. *Fungoso, leggiero como fungo.* GERM. Schwammechtig/ lucht vnd durchlöcheret als ein schwamm. HISPANIC. *Ligero como hongo.* ANG. *Lyk a mushrome, holow spongie.* } *Plin.* Hunc totum fungosa replet medulla.

Fūngōsĭtās, atis, hoc est raritas & leuitas, qualis in spongiis apparet. *Idem,* Tota fungositas derasa.

Fūngīnŭs, a, um, Quod est ex fungo, { ὁ τῆ μύκητος, ὁ μύκητι ἐοικὼς, ὁ μυκητοειδὴς. GAL. De champignon, ressemblant à champignon. ITA. *Di natura di fongo.* GERMAN. Schwammin/ das der schwammen eigenschafft hatt. HISP. *Cosa de hongo ò semejante à hongo.* ANG. *Of a mushrome.* } *Plaut. in Trinu.* Pol, hic quidem fungino genere est, capite se totum tegit.

Fūnĭs, Restis ex cannabe aut alia materia contorta. { חבל *chebél* פתיל *pathil* יתר *jéther.* κάλως, σχοῖνος. μάγγανον. GAL. Chable ou corde. ITALIC. *Corda, fune.* GERM. Ein seil/ schnur. HIS. *La cuerda.* ANG. *A rope or corde.* } Hodie tantùm mascul. gen. est, olim etiam fœminini. *Virgil. 5. Æneid.* Volucrem traiectam in fune columbam. Quò tendant ferrum, malo suspendit ab alto. *Lucretius apud Gell. lib. 13. c. 20.* Haud, vt opinor, enim mortalia secla superne Aurea de cælo demisit funis in arua. *Plin. lib. 6. cap. 1.* Vlua & palustri iunco funes nectunt. *Colum. libro 16. cap. 2.* Cannabinisque funibus cornua iuuencorum ligato.

¶ Funis abrumpitur nimium tendendo, ὑπερβαίνοντες τεινόμενον τὸ καλώδιον. In eos dici solitum, qui dum extrema experiuntur, alienant à se eos cum quibus agunt, & vniuersæ rei iacturam faciunt, dum plus satis attenti sunt ad lucrum. *Lucianus.*

¶ Hic funis nihil attraxit, οὗτος μὴ μάγγανόν τι οὐδὲν ἕσπασεν. Senarius, quo significabant operam frustra sumptam, neque ex sententia euenisse quod quis conabatur. Translatum ab hamato funiculo piscantibus qui sæpe hamum retrahunt inanem. ¶ Funem reducere, prouerbialiter videtur dici de illo qui libertatem quam dederat, aut beneficia adimit. *Persius Satyr. 5.* Quod dederam supra repeto funémque reduco.

Fūnālĭa, lium, dicuntur faces ex contortis funibus, cera, aut pice circundatis. { δᾷδες. GAL. Torches. ITAL. *Torchi.* GERM. Ein fackel/ ein tortschen HISPANIC. *Hachas ò antorchas de cera.* ANG. *Torches.* } *Cicero de Senect.* Delectabatur crebro funali, tibicine: quæ sibi nullo exemplo priuatus sumpserat, tantum licentiæ dabat gloria. *Plin. de Viris illustr.* Duillio concessum est, vt præeunte tibicine ad cœna publicè rediret. ¶ Funales verò equi sunt qui fune, hoc est rectè iuncti, currum triumphalem præcedunt σειραφόρες. *Suetonius in Tib.* Dehinc pubescens Actiaco triumpho currum Augusti comitatus est sinisteriore funali equo, quum Marcellus Octauiæ filius dexteriore veheretur. ¶ Funalis cereus. *Valerius Maxim. lib 3. cap. 6.* Caius autem Duillius, qui primus nauale triumphum ex Pœnis retulit, quotiescunque epulaturus erat, ad funalem cereum præeunte tibicine & fidicine, à cœna domum reuerti solitus est. [Funalia — fundæ: *Liu. 2. d. 3.*]

Fūnāmbŭlŭs, penultima correpta, Qui graditur per funes. { σχοινοβάτης. GALLIC. Vn danseur sur corde, qui va & marche sur vne corde. ITALIC. *Quello che camina sur le corde.* GERM. Der auff dem seil geht. HISP. *El trepador que anda sobre maroma.* ANG. *A trumbler which daunceth trough an hoope.* } *Terentius in Prolog. Hecyra,* Ita populus studio stupidus in funambulo. [*Suet. in Galba c. 6.* Elephantos funambulos edidit.]

Fūnārĭŭs, σχοινοπλόκος, restio. Vocatus est autem Valentinianus imperator funarius, eò quòd venalitium funem portanti quinque milites nequiuerint extorquere. *Sextus Aurelius Victor in Valentiniano,* Funarius appellatus est, eò quòd venalitium funem portanti quinque milites nequiuerint extorquere.

Fūnĭrĕpus, pi, funambulus, σχοινοβάτης. *Apul.* Comœdus sermocinatur, Tragœdus vociferatur, funirepus periclitatur.

Funĭcŭlŭs, li, diminutiuum à fune. { חוט *chut* פתיל *pathil.* καλώδιον, σχοινίον. GALL. Cordelette, petit chable. ITAL. *Cordicella, funicella.* GER. Ein klein seil/ schnur. HIS. *Pequeña cuerda.* ANGL. *A litle rope or small corde.* } *Cicero 2. de Inuent.* Vsque adeò vt dominus nauis quum idem gubernator esset, in scapham confugeret: & inde funiculo qui à puppi religatus scapham annexam trahebat, nauim quoad posset, moderaretur. ¶ Ponitur quoque funiculus pro mensura quadam Persica, sexaginta continente stadia, *vt placet Herodoto:* quanquam *Plinius* ex Eratosthenis sententia quadraginta tantùm stadiorum esse tradit. In hac tamen significatione frequentiùs vtuntur Græco nomine Schœnus. ¶ Funiculum fugiunt miniatum, σχοινίον φεύγουσι τὸ μεμιλτωμένον. Aptè dicetur vbi quis properat officio suo fungi non ex animo, sed ne in mulctam incidat. Miniato enim funiculo notabantur Athenis, qui ad concionem non accedebant, atque mulctam pendere cogebantur.

Fūnŭs, neris, Pompa quæ fit in exequiis mortuorum, exequiæ, supremi diei celebritas. { מטה *meth* קבורה *keburáh.* κηδεία. GALL. Funerailles, conuoy d'obseques. ITALIC. *Funerale, pompa funebre.* GERMAN. ein leych/ ein leych volge. HISPANIC. *Mortuorio del exequias del muerto.* ANGLIC. *Funeralles, solennitie of buryng.* } A funalibus dictum funus, quòd incensi funes mortuis præferebantur: quoniam noctu efferebantur cadauera. Vel potiùs quod φοῦνος Iones dicunt Ionicè pro φόνος, quod cædem, vel cladem significat. [*Ouid. Eleg. 3. lib. 1.* Sine funere ferri. *Idem Eleg. vltim. lib. 3. Trist.* Carmina de domini funere rapta sui. *Idem Eleg 1. lib. 5.* Efficio (canendo) tacitum ne mihi funus eat. *Sen. cap. 12. de Tranquill.* Funus ignoti hominis persequi.] *Ennius,* Nemo me lachrymis decoret, nec funera fletu Faxit. *Terentius in Andr.* Funus interim procedit: sequimur: ad sepulchrum venimus. *Cicero de Amic.* Quàm autem ciuitati charus fuerit, mœrore funeris indicatum est.

¶ Interdum ponitur pro cadauere, νεκρὸς. *Terentius in Andr.* Efferrur funus. ¶ Interdum significat mortem. *Virg. 4. Æneid.* Nec moritura tenet crudeli funere Dido. [¶ Pro morte: *Ouid. Eleg. 4. lib. 4. Trist.* Alter ab alterius funere mœstus erat. (i. ob mortem imminentem.) *Senec. cap. 1. de Tranquill.* Funus geminum renunciatum. (i. mors duorum liberorum.) *Plau. Amphitr.* Qui multa Thebano populo acerba obiecerunt funera. *Idem Asin. scen. 3. a. 3.* Acerbum Funus filiæ faciet si te carendum est. (i. morte immatura filiam afficies.) ¶ *Item,* Funera facere, pro occidere. *Cato apud Gell. cap. 23. lib. 13.* ¶ Et *Metaphor. Plaut. Men. sc. 2. a. 3.* Fecisti funus absenti me prandio. *Senec. cap. 11. de Tranquill.* Dum ei hæres esurienti publicum funus locat. ¶ De Funeris pompa *Suet. in Cæsa. c. 84.* Funus familiare excusat militem. *Gell. cap. 4. lib. 6.*] ¶ Quandoque pro sepulchro. τάφος. *Virg. 3. Ænei.* Ergo instauramus Polydoro funus. * Funus facere prandio alicuius, pro consumere epulas prandij. *Plaut. Menach.* -fecisti funus absente me prandio: Cur ausus facere, cùm ego ea, qua tu eras, eram?

Fūnĕræ, arum, Apud veteres dicebantur mulieres ad quas funus pertinebat: vt sunt mater & soror defuncti. Nam Præficæ vt planctus sunt principes, ita doloris sunt expertes. *Virgilius 9. Æneidos,* -nec te tua funera mater Produxi, presíque oculos, aut vulnera laui. Quem locum *Seruius,* Funeræ, inquit, dictæ sunt quasi funereæ, ad quas pertinet Funus.

Fūnĕrātĭŭs, & funeratitius, quod fit ob funus, vt funeraria & funeratitia actio dicitur à Iurisconsultis, quæ ob impensas funeris causa factas conceditur. ¶ Κηδευτικὸς, κηδευτικός. *Vlpianus Digest. lib. 11. Titul. 7. lib. 14.* Hæc actio quæ funeraria dicitur ex bono & æquo oritur.

Fūnĕrĕŭs, a, um, Funebris. { τάφιος. GALL. De funerailles, de dueil. ITA. *Funerale, cio che apartiene à mortuorio.* ANG. Das zu der leych oder begrebnuß gehört. HIS. *Cosa para mortuorio.* ANG. *Perteining to funeralles.* } vt, Funerea fax. *Martial. lib. 8.* Funereámque toris quassat vterque facem. *Virg. 4. Æneid.* Intenditque locum sertis, & fronde coronat, Funere. *Ouid. 10. Metam.* -ter ómen Funereus bubo lechali carmine fecit.

Fūnĕbrĭs, funebre, penultima correpta, Quod ad funus pertinet. { τάφιος. GAL. Funebre, de funerailles, de dueil. ITALIC. *Funebre, funesto.* GERMAN. Der leych oder begrábnuß zu gehörig. HISPAN. *Cosa pertineciente ad mortuorio.* ANGLIC. *Perteining to funeralles.* } vt, Funebris pompa. Funebre carmen, ἐπιτάφιον, ἐπικήδιον. *Quintil.* Quid sibi velit ille funebrium longus ordo pomparum. Funebres tibiæ, quibus in funere canebatur. Funebris oratio. *Cicer. 2. de Orat.* Funebre vestimentum. *Cicer. 2. de legib.* Funebria iusta. *Liu. 1. ab Vrbe.* [*Velleius:* Funebres ludi Olympiorum. *Ouid. Eleg. vlt. lib. 4. Trist.* Funebria sacra (Dianæ.) *Velleius:* funebre auctoramentum (cædis.) *Sen. c. 41 de*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Conſ. ad Martiam. Ipſo funebri die.] ¶ Interdum accipitur pro exitiali ſeu pernicioſo, quódque multa affert funera. Sic funebre bellum, θανάσιμος πόλεμος, *Homero. Legitur apud Horat. in Serm.*

Fūnĕro, as, pen. corr. Iuſta mortuo perſoluo, pompam funebrem duco. {קבר *kabár.* κηδεύω, κατατάπτω. GAL. Enſeuelir, enterrer. ITAL. *Sepelire, far il funerale.* GERM. Die leych volge halten/begraben. HISP. *Enterrar cuerpo muerto, hazer mortuorio* ANG. *To burie.*} *Plin. lib. 33. cap. 10.* Qui funerari ſe iuſſit feſtertiis vndecim millibus. *Suet. in Domit.* Cadauer eius populari ſandapila per veſpillones exportatum, Phyllis nutrix in ſuburbano ſuo Latina via funerauit. *Horat. 3. Carm. Ode 8.* funeratum dixit pro occiſo: id quod ſequitur pro eo quod præcedit, prope funeratus Arboris ictu. [*Suet. in Tib. c. 51.* Funeratam (matrem) prohibuit conſecrari. *Idem Suet. in Neron. c. 50.* Funeratus eſt impenſa ducentorum millium.]

Fūnēſtus, ſta, tum, Pernicioſus, exitialis, inquinatus. {ממת *tamé.* ὀλέθριος. GAL. Pollu pour auoir touché vn mort, malheureux. ITA. *Funeſto, che aporta morte, rouina.* GERM. Todtlich/verderblich. HIS. *Mortifero, mortal.* ANG. *Mortell, cruell, deadlie.*} *Cic. ad Attic.* Maiores noſtri funeſtiorem eſſe voluerunt diem Allienſis pugnæ, quàm Vrbis captæ. *Idem in Catil.* Hoc tibi pernicioſum eſſe confido, & funeſtum futurum. *Senec.* Vox illa funeſta Reipubl. Item quod funeribus adhibetur: vt, Funeſta tibia, qua ad funera canebant. [*Ouid. Eleg. 6. lib. 3. Tri.* Mea lumina funeſti conſcia facta mali.] ¶ Funeſta arbor dicitur à Poëtis cupreſſus, cuius ramus poni ante domum funeream ſolitus fit, ne Pontifex peringnorantiam ingrediens pollueretur. ¶ Funeſta familia dicebatur tantiſper dum cadauer humatum non eſſet, neque iuſta perſoluta. Nam his rebus factis pura dicebatur. *Catus l. 28. de ſtip. ſeru.*

Fūnēſto, ſtas, ſtare, Cæde polluo, funere inquino. {ממא *timmé.* μιαίνω. GALL. Polluer, contaminer. ITAL. *Funeſtare, contaminare, vituperare.* GERMAN. Beflecken mit todtſchlag. HIS. *Enſuziar con la muerte de alguno.* ANG. *To pollut, to defile.*} *Cic. pro Fonteio.* Qui etiam ſi quando aliquo metu adducti, deos placandos eſſe arbitrantur, humanis hoſtiis eorum aras ac templa funeſtant. *Idem pro Rabirio*, Funeſtari concionem carnificis contagione veto. Vnde domus funeſtata, quæ aliquo funere affecta eſt. *Plautus*, Paternam domum funeſtaui. [*Senec. de Conſol. ad Polyb. cap. 16.* Funeſtat ipſa puluinaria fortuna.]

Fŭo, fuis, fui, futum, Antiquiſſimi dixerunt pro ſum. *Plau. in Amphit.* Ne quis tam audax fuat homo, qui obuiam obſiſtat mihi. Hinc manſit præteritum Fui. Vide ſuprà FVAT.

Fūr, generis communis, Notæ ſignificationis eſt, à ferendo, vt quidam putant, hoc eſt ab auferendo, dictus. {גנב *gannáb.* κλέπτης, κλέπτης. GAL. Larron, ITAL. *Ladro, rubbatore.* GERM. ein dieb / es ſey ein mann oder weyb. HIS. *Ladron che hurta deſcondidas.* ANGL. *A theefe.*} Vel (*vt docet Varr. lib. 14. rerum diuinarum*) à furuo, nigro: quòd furta clàm fiant, & plerumque nocte. Aut certè, quod Gellio magis placet, à Græco nomine φώρ. Ita enim antiqui vocabant quem nunc κλέπτην dicunt. *Plaut. in Aulul.* [*ſc. 6. a. 4.*] Tametſi fur mihi es, moleſtus non ero furi. *Idem in Rud* Fures mihi eſtis, hoc eſt furamini res meas. *Cic. pro Mi one.* Nocturnum furem quoquomodo, diurnum autem ſi ſe telo defenderit, interfici impunè voluerunt. [*Plau. Pſeu. ſc. 1. a. 3.* In ædibus ſunt fures, (coqui.) Prædo in proximo. *Idem Moſtel. ſc. 1. a. 1.* Quàm confidenter loquitur fur? *Plau. Aulul ſc. 2. a. 1.* Fures veniſſe atque abſtuliſſe dicito. *Ibid. ſc. 1. a. 2.* Coquum, non furem rogo. *Idem Aſin. ſc. 2. a. 3.* Eas legiones, copias, exercitúſque furum ſumus potiti. *Idem Aulul. ſcen. 5. a. 2.* Confige ſagittis fures theſaurarios.] ¶ Fur item à *Varrone* dicitur qui fucus in apibus nominatur. *lib. 3. de Re ruſt. cap. 16.* ¶ Interdum fur capitur pro ſeruo. *Virgil. 3. Eclog.* Quid domini facient, audent quum talia fures? [*Plaut. Aſin. ſcen. 3. a. 3.* Virum optimum, & non ſimilem furem huius (id eſt, nequiſſimi ſerui.) Et; Cui nunquam eandem rem mihi licet ſemel præcipere furi. (id eſt, ſeruo nequam.)] Compoſita ſunt Biſur & Triſur. τετραφώρ. *Plautus*, Verberabiliſſime etiam rogitas? non fur, ſed trifur, hoc eſt ſummè fur. Auri fur, qui furatur aurum. χρυσοκλέπτης. ¶ Diminutiua ſunt, Furunculus, de quo infrà: & Furculus, *ſecundum Priſcianum.*

Fūrūncŭlus, diminutiuum à fur. {ὁ μικρὸς ἢ λεπτὸς κλέπτης. GAL. Larronneau; petit larron. ITAL. *Ladroncello.* GERM. ein kleiner dieb. HIS. *Pequeño ladron ò ladroncillo.* ANGL. *A little theefe.*} *Cicer. in Piſonem.* Olim furunculus, nunc etiam rapax. ¶ Accipitur etiam quandoque pro muſtella ſyluestri, qua in cauernis cuniculi capiuntur. Alio nomine dicitur viuerra, Græcè ἰκτὶς. ¶ Eſt & furunculus tuberculum acutum, cum inflammatione ac dolore in carnoſis maximè partibus, vt ſcribit Galenus. ἑλκίδιον. Prouenit ex humoribus craſſis, differtque à phymate, quod hoc maius eſt furunculo, rotundius atque planius. *Plin. libr. 26. cap. 12.* Paſſim & in quacunque parte, ac maximo incommodo naſcuntur qui furunculi vocantur mortiferum aliquando malum confectis corporibus. ¶ Eſt præterea furunculus in vitibus tuberculum in modum verrucæ eminens: quod fit dum ex cicatrice germen procedit. *Colum. lib. 4. cap. 22.* Plerumque autem germen de cicatrice procedit, quod ſiue longius proſilierit in flagellum ſubmittitur: ſiue breuius, in pollicem: ſiue admodum exiguum in furunculum, is ex quolibet vel minimo capillamento fieri poteſt. *Ibidem cap. 14.* Sed ſi reſecis facultas non erit, circunſpiciendus eſt furunculus, qui quamis anguſtiſſimè præciſus, in modum verrucæ proximo vere materiam exigat. Dictus furunculus, quòd quaſi furtim naſcatur. [Vide *Plin. c. 22. li. 17.*]

Fūrīnŭs, a, um, Quod ad furem pertinet. {ὁ κλεπτικός. GAL. De larron, des larrons. IT. *Ciò ch' appartiene à ladro.* GER. Das zu den dieben gehört. HIS. *Coſa perteneciente à ladron.* ANG. *Of a theefe.*} *Pla. in Pſeu.* Nam non coquinum eſt, verùm furinum eſt forum.

Fūrtum, ti, *vt Paulus Iureconſult.* definit, eſt contrectatio rei fraudulosa lucri faciendi gratia, vel ipſius rei, vel etiam vſus eius, poſſeſſionisve, quod lege naturali prohibitum eſt admittere. [*Vide Gellium cap. vlt lib. 11.* In extremo.] {גנבה *genebáh*, κλοπή, κλέμμα. GALL. Larrecin ITA. *Furto.* GER. ein diebſtall. HISP. *Hurto.* ANG. *Theft, a craftie wyle to deceiue one.*} *Cicer. pro Cluent.* Hoc ipſo fere tempore Strato ille medicus domi furtum fecit, & cædem eiuſmodi.

Idem 3. de Nat. Deorum, Conſilio tuo furtum factum eſſe aio. [*Plau. Aſin. ſc. 2. a. 3.* In furto vbi ſis prænenſus & manifesto verberatus. (bis) *Gell. cap. 15. lib. 17.* furti ſe obligat, qui longius ducit iumentum, quàm vtendum cepit. ¶ De pœna prænenſorum furti manifeſti, ſiue furto manifesto & neque manifesto: Et quid ſit furtum, & de furti generibus, *vide Gellium cap. 18 lib. 11.*] Vetereſ tamen dicebant furtum, quicquid clàm committeretur: vnde furta pro adulteriis, coitúque clandeſtino frequenter legimus apud poetas. *Virg. 4. Georg* Inter quas curam Clymene narrabat inanem Vulcani, Martiſque dolos, & dulcia furta. *Tibul.* Celari vult ſua furta Venus. [*Ouid. El. 1. lib. 2. Triſt.* Sed ne que me nuptæ didicerunt furta magiſtro, (id eſt, adulteria.) *Ibidem.* Non potuit Veneris furta tacere mea.]

¶ Item pro inſidiis. *Virg. 11. Æneid.* Furta pro belli conuexo in tramite ſyluæ, Armato vt biuias obſidam milite fauces. *Salluſt. lib. 2. Hiſtor.* Metu gentis ad furta peridoneæ. [*Ouid. 13. Metamorph.* Furtíſque & fraude ſimillimus illi. *Ibidem*, Rem gerit, & furtis incautum decipit hoſtem, id eſt, dolis, fraude, inſidiis: eodemque pœnè ſenſu dixit *Velleius*: Furto creatus Pontifex M. Lepidus. Niſi dicas cum quibuſdam furto ibi aduerbiaſcere, & ſignificare idem quod furtim, ſiue clam.] ¶ Furta domeſtica vocantur, quæ ſerui dominis, vel liberti patronis, vel mercenarii illis apud quos degunt, ſurripuerunt.

Fūrtim, aduerb. Significat latenter, clàm. {κρύφιος. GAL. En cachette, ſecrettement. ITA. *Naſcoſamente, celatamente.* GERM. Heimlichen/verſtolne. HIS. *Hurtiblemente, eſcondidamente.* ANG. *Quietly, by ſtealth.*} *Virgil. lib. 3. Æneid.* Hunc Polydorum auri quondam cum pondere magno Infœlix Priamus furtim mandarat alendum. *Cicer. de lege Agrar.* Quid Alexandria? quid cuncta Ægyptus? vt occultè latet? vt recondita eſt? vt furtim tota Decemuiris traditur? Furtim habere ſeruum alienum, eſt occultare: cui opponitur palàm habere. [*Ouidius Eleg. vltim. lib. 4. Triſt.* Inque ſuum furtim muſa trahebat opus. *Idem Eleg. 1. libr. 3.* Hæc vbi ſum furtim lingua titubante locutus &c.]

Fūrax, racis, dicitur qui procliuis eſt ad furandum, qui à furto abſtinere non poteſt. {גנב *gannáb.* κλεπτικός. GAL. Grand larron, adonné & enclin à deſrobber. ITA. *Furace, nato ad rubbare.* GERMA. Diebiſch/auff diebſtall geneigt. HISPA. *El que mucho hurta à eſcondidas.* ANGL. *Theenish, naturallye geuen to ſtealing.*} vt, Furax alcator, Furax ſeruus, Furaces manus, *Cicero 2. de Orat.* Ridiculum eſt illud Neronianum vetus in furace ſeruo, ſolum eſſe, cui domi nihil ſit obſignatum & occluſum. *Idem in Piſon. m*, Nam quum timidus ac tremens tuis ipſe furacissimis manibus detractam cruentis faſcibus lauream, &c.

Fūrācĭtās, ratis, Procliuitas, ſeu inclinatio ad furandum. {κλεπτοσύνη, τὸ κλέπτειν. GA Enuie de deſrobber & faire larrecin, inclination à larreciner & deſrobber. ITA. *Rubbamento, inchinatione à robbare.* GERM. Ein diebiſche art. HISP. *El habito de mucho hurtar aſſi.* ANG. *An inclination to ſtealing.*} *Plin. lib. 10. c. 29.* Cui ſoli aui furacitas auri argentique p æcipuè mira eſt.

Fūrācĭtĕr, aduerbium, {κλεπτικῶς, κλεπτίμως. GAL. Auec affection ou intention de deſrobber. ITA. *Con affetto di rubbare.* GERM. Mit luſt zu ſtelen. HISP. *Con gana de hurtar.* ANG. *Theenishly.*} *Cicer. in Varin.* Quúmque omnium domos, apothecas, naues furaciſſimè ſcrutarere.

Fūrtīuŭs, a, um, pen. cor. Quod furto ablatum eſt. {גנוב גנובה *gannúb gannubáh.* κλοπιμαῖος, κλοπικός. GA. Fait en cachette, furtif, deſrobbé, pris par larrecin. IT. *Furtiuo, rubbato.* GER. geſtolen HIS. *Coſa hurtible ò hurtada.* AN. *Droneby ſtealth or priuely ſtollen.*} *Pl. in Curc.* [*ſc. 2. a. 5.*] Qui ſcias mercari furtiuas, atque ingenuas virgines, Ambula in ius. *Idem in Perſa*, Adduxi ſimul forma experenda liberalem mulierem, Furtiuam, abductam ex Arabia penitiſſima. ¶ Quandoque furtiuum dicitur clandeſtinum. Vnde & furtiuæ literæ, & furtiua ſcripta, quæ artificio quodam fiunt ne legi ab alio quàm ab eo ad quem ſcribuntur poſſint: quales erant quas Lacedæmonii σκυτάλας vocabant. *Gell. libro 17. c. 9.* Res quaſdam occultas nuntiare Regi furtiuo ſcripto volebat. [Sic, Furtiuæ excurſiones.] *Liu. lib. 4 bel. Pun.* Et furtiuum iter, *apud Cic. in Piſoniana.* [*Catull. ad Ortalum.* Vt miſſum ſponſi furtiuo munere malum. ¶ Furtiuæ res pro adulteriis: Ædepol ni illa te furtiuis oculis ſciat operam dare.]

Fūrtīuē, aduerbium, Pro furtim. {κλεπτικῶς, κλοπίμως. GAL. Furtiuement, en cachette. IT. *Furtiuamento, di naſcoſto.* GER. Diebiſch/heimlichen/verſtolen. HISPA. *Hurtiblemente, à eſcondidas.* ANG. *Quietly, by ſtealth.*} *Plaut. Pœn.* certiorem eſſe te volui Ne quid furtilè, aut clàm acceptiſſe cenſeas.

Fūrtĭfĭcŭs, a, um, Quod furtum facere ſoler. {גנב *gannáb.* κλεπτικός. GAL. Qui fait ou eſt couſtumier de faire larrecin. ITA. *Che ſuole far furto.* GE. Das da ſtälens gewont iſt. HI. *El que haze hurto.* ANG. *That vſith to ſteall.*} *Pl. in Perſa*, Vbi illa altera eſt furtifica læna. *Idem in Pſeud.* Vt prærodatis veſtras furtificas manus.

Fūrōr, aris, Furtum facio, clàm alienum aufero, compilo, expilo, clàm eripio. {גנב *ganáb.* κλέπτω. GA. Deſrober, larreciner, faire larrecin. ITA. *Furare, rubbare.* GER Stälen. HIS *Hurta de eſcondidas* ANG. *To ſteale.*} *Cic. 4. Verr.* Tum primùm intelle xi ad eam rem iſtos fratres Cyrenſes potestas fuiſſe, vt iſte in furando manibus ſuis, oculis illorum vteretur. *Plin. lib. 12. cap. 17.* Nemo furatur alteri. *Cic. 3. Verr.* Verres ſolet hæc quæ rapuit, & furatus eſt, dicere ſe emiſſe. [*Pl. Pſe. ſc. 2. a. 3.* Ad furandum conductus coquus. *Item*, Furari otium *e vlt. lib. 20.*] ¶ Furari pro furtim aſſequi, & furtim obrepere ad aliquid. *Cicer. pro Cornelio Balb.* Non enim furatus eſſe ciuitatem, genus ſuum mentitus, non in aliquo impudenti mendacio dilituiſſe, non irrepſiſſe in cenſum dicitur.

Fūrcă, æ, Inſtrumentum quo ſtramenta feruntur. {קלשון *killeſchón.* τρισδάκτυλον σκεῦος. GALLIC. Fourche. ITAL. *Forcella, forcina.* GERMA. Ein gabeln. HISP. *Horca de los gaios ò puntas.* ANG. *A gibbet or gallowes.*} *Horat. in Epiſtol.* Naturam expellas furca licet, vſque recurret: Et mala perrumpet furtim veſtigia victrix. *Virgil. lib. 1. Georg.* Exacuunt alij vallos, furcáſque bicornes. Dicitur etiam furca id, quo quid ſuſtentatur in modum furcæ factum. *Plinius libro 1. cap. 2.* Furcas ſubdere his neceſſarium. *Idem libro 9. cap. 8.* Tunc piſcatores circun-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

circundant retia, furcísque subleuant. ¶Vnde Bifurcus, Bifurcatus, & Bifurcatim. ¶Furca quoque crucem significat aliquando. Sub furca vinctum esse, *Liu. lib.* 1. Figebantur furcæ grassatores, *Callistratus in l. Capitalium.* §. *famosos ff. de Pœnis.* * Furcam ferebant deprehensi in aliquo maleficio serui. *Cic. de Diuin.* Quúmque iam populus conse-disset, seruus per circum quum virgis cæderetur, furcam ferens ductus est. Hinc apparet furcam fuisse lignum oblongum in modum furcæ, duas autem hinc & hinc positas superiecta vna pertica, sub qua vincti verberabantur, aut quam ferebant qui cædebantur, siue serui, siue alij qui aliquid peccassent. [*Plaut. Men. sc.* 5. *a.* 5. Cæsum virgis sub furca scio. ¶Furca quid docet *Plutarch. in Coriolano.* ¶Furcæ imperabatur ceruix more maiorum. *Sueton. in Neron. c.* 49.]

Fūrcillis, Instrumentum bidentatum, tridentatúmve, quo vtimur ad extrahendum fimum.

Fūrcŭlă, diminutiuum. {τὸ μικρὸν δίδυμον ξύλον. GALLI. Fourchette, petite fourche. ITA. *Forcheta.* GERMAN Ein gäbelin. HISP. *Pequeña horca.* ANG. *A litle gibbet.*} *Liu.* 38. Momento enim ad inane suspenso furculis ab hostibus muro peruenerunt.

Fūrcillă, læ, aliud diminutiuum, à furcula, & significat instrumentum quo frumenta cillentur, hoc est mouentur: (nam cillere mouere est) & quo fœnum, stramenta & id genus reliqua iumentis ministrantur. {ANG. A *corne or hay forke.*} Hoc rustici in fœno colligendo vtuntur. *Varro lib.* 1. *de Re rustic.* Herba quum crescere desiit, & æstibus t

bauerunt specie. *Idem lib.* 10. -Et dira execratio ac furiale carmen detestandæ familiæ stirpique compositum. *Cic.* 2. *Tusc.* Hæc me irretiuit veste furiale inscium.

Fŭrĭālĭtĕr, aduerbium. μανικῶς, ἐμμανῶς. *Ouid.* 3. *Fast.* Non habet exactum quid agat, furialiter odit.

Fŭrĭōsŭs, a, um, Furens, furibundus, vesanus. {משגע *meschughghâh.* μανιώδης. GALLIC. Furieux, forcené, enragé. ITALIC. *Furioso.* GERM. Wutig/vnsinnig. HISPAN. *Loco furioso.* ANGL. *Furious, mad, wood.*} Differt autem furiosus ab insano mali magnitudine: insanus enim is dicitur, cui mentis sanitas non satis constat, ita tamen vt & officium tueri possit, & communem vitæ cultum: furiosus autem qui omnino mente alienatus est. *Seru. in illud Virgilij libr.* 2. *Æneid.* Non tulit hanc speciem furiatâ mente Corœbus. Furiatus (inquit) dicitur qui ex causa furit: furiosus, à quo furor nunquam recedit. Quod tamen omnino verum non est: sunt enim furiosi qui intermissionem habent, morbíque & sanitatis interualla. *Vlpian. l. Qui testamento, Digest.* Qui testamentum facere non possunt. Nec furiosus adhiberi testis potest, quum compos mentis non sit: sed si habet intermissionem, adhiberi potest. In hoc autem furiosus differt à mente capto, quòd furiosus rabie quadam animi agitur: is verò qui mente captus est, in quiete agit, nullâque furoris ostendit indicia. Vnde mente captus videtur dici, qui eo morbo laborat, quem Græci vocant μώρωσιν, quum scilicet λογιστικὸν, hoc est, pars rationalis animæ vitiata est.

Fŭrĭōsē, aduerbium, Dementer, insanè, furenter. {μανικῶς, μανιωδῶς. GAL. Furieusement. ITA. *Furiosamente.* GER. Wütiglich/vnsinniglich. HI. *Furiosamente, y locamente.* AN. *Ragingly, lik a mad body.*} *Cic. ad Atti.* Etsi debĕt cum, quum aliquid furiosè fecit, pœnitere.

Fŭrō, is, ere, Furiosus sum, furore exagitor, insanio, bacchor. {השתגע *hischtagghéah.* μαίνομαι. GALLIC. Forcener, enrager, estre insensé, & hors du sens. ITALIC. *Furiare, essere furioso.* GERM. Wüten/toben. HISP. *En loqueſcer.* ANG. *To be mad or out of his witte.*} *Cic.* 2. *de Diuinat.* Qui valetudinis vitio furunt, & melancholici dicuntur. *Idem lib.* 3. *Tuscul.* Quo genere Athamantem, Alcmæonem, Aiacem, Orestem furere dicimus. *Cicer. lib.* 1. *Offic.* Versutum & callidum factum Sosonis, qui quò tutior vita eius esset, & plus aliquando Reip. prodesset, furere se simulauit. *Idem de claris Orator.* Eos furere, & bacchari arbitrabatur. ¶ Aliquando idem quod vehementer irasci, & præ iræ magnitudine furioso similem fieri. *Cic. Qu. fratri,* Clodius furebat, à Racilio se contumaciter, vrbanéque vexatum. *Idem in Epistol.* Nunc furit Domitius tam gauisos homines suum dolorem. [*Senec. capit.* 2. *de Consolat. ad Mart.* Furebat in Liuium Octauia. *Velleius,* Furente in gladios ambitu. *Ouid.* 13. *Metamorphos.* Virum morbis, iráque furentem Molliet.] ¶ Transfertur etiam ad alia: vt quum dicimus quempiam furere audacia, scelere, aut libidine: hoc est, præ audacia, scelere, aut libidine, præcipitem ferri, & à furioso non admodum differre. *Cicer. in Catilin.* Furens audacia, scelus anhelans Catilina. *Idem* 4. *Tusc.* Inflammatus & furens libidinibus.

Fŭrēntĕr, aduerbium, insanè, more furiosi. {μανικῶς. GA. A la façon d'vn insensé, & enragé, furieusement. IT. *Furiosamente.* GE. Wütiglichen/mit wüten. HI. *Locamente, furiosamente.* AN. *Ragingly, lik a mad body.*} *Cic. Attic. lib.* 6. Dionysius mihi quidem in amoribus est: pueri autem aiunt eum furenter irasci.

Fŭrĭō, as, Furore concito, in furorem ago. {משגע *schigéah.* ἐμμαίνω. GAL. Faire deuenir furieux, faire forcener, & enrager. IT. *Infuriare.* GER. Wütig/oder vnsinnig machen. HIS. *Hazer à otro loco.* ANG. *To mak one mad.*} *Hora. lib* 1. *Carm.* Quum tibi flagrans amor & libido, Quæ solet matres furiare equorum.

Fŭrĭātŭs, a, um, Furore concitatus. {משגע *meschughghâh.* ἐμμανὴς. GALL. Forcené, enragé. ITAL. *Infuriato.* GEEMAN. Zu grimm vnd wütigkeit bewegt / erzobet. HISP. *Enloqueſcido.* ANGL. *Made mad.*} *Vir.* 2. *Æne.* Non tulit hanc speciem furiata mente Corœbus. *Vbi Seruius,* Furiatus dicitur, qui ex causa furit: furiosus, à quo furor nunquam recedit.

Fŭrĭbŭndŭs, furens. {משגע *meschughghâh.* ἐξισάμενος, παραφρονικῶς, μανιώδης. GAL. Forcené, plein de rage, enragé. ITA. *Infuriato grandamente, furibundo.* GERM. Hefftig wütend. HISPA. *Mucho enloqueſcido.* ANGL. *Mad or raging woode.*} *Salluſt. in Catil.* Tum ille furibundus, Quandoquidem circumuentus, inquit, agor, incendium meum ruina extinguam. *Cic. pro Sestio,* At quum ille furibundus incitata illa sua vecordi mente veniſſet, &c. *Idem* 13. *Philipp.* Cæsaris enim incredibilis ac diuina virtus, latronis impetus crudeles ac furibundos retardauit.

Fūrtim, Furtiuus, Furtum, Furunculus, *Vide* FVR.

Fŭscŭs, a, um, Niger, ater, obscurus. {חום שחור *schachor. chum.* μέλας, ἀμαυρὸς, σκοτεινός. GAL. Noir, tenebreux. ITA. *Obscuro, nero, bruno.* GERM. Schwartz. HIS. *Negro, escuro.* ANG. *Blak, darke.*} [*Terent. Scaurus de Orthogr.* Furuos dicimus, quos antiqui fuscos.] *Ouid. lib.* 5. *Metamorphos.* Ascalaphus vidit quem quondam dicitur Orpne, Inter Auernales haud ignotissima nymphas, Ex Acheronte suo furuis peperisse sub antris. Hostiæ furuæ dicebantur, quæ nigri erant coloris: quod hostiarum genus diis inferis gratissimum putabatur.

Fūscĭnă, næ, penultima correpta, Telum tridens, siue trisulcum, aut bisculum, quo piscatores figunt anguillas, & ea quæ in imo aquæ fundo natant. {שרש קלשון *schelósch killeschón.* δίκερως, τρίαινα. GAL. Vne fourchefiere à trois pointes. ITAL. *Tridente foscina.* GERM. Ein fischergarn. HISP. *El arrexaque de tres puntas de hierro.* ANG. *A forke or trout ſpear with three pointes.*} Erat autem hoc insigne, & sceptrum Neptuni, *vt in Priapea,* Neptuni fuscina telum. *Cic.* 1. *de Natura Deor.* Dant etiam Deo arcum, hastam, clypeum, fuscinam, fulmen. ¶ Hoc etiam retiarij in gladiatoriis ludis vtebantur. *Iun. Sat.* 2. Vicerat hoc monstrum tunicati fuscina Gracchi. *Mart. li.* 1. Fuscina dente minax. [*Vide & Suet. in Calig. c.* 30.]

Fŭscĭnŭlă, diminutiuum, Parua fuscina. {δικερκίδιον, ἰχθύκεντρον. AN. *A flesh hooke or litle troute ſpeare.*}

Fuscus, a, um, Color subniger, id est, non planè niger: qualis est Indorum Meridionalium, & Æthiopum color. {שחרחר *schechrachór.* φαιός. GALLIC. Brun, obscur, tenebreux. ITA. *Fosco, bruno, oscuro.* GERMAN. Braunschwartz. HISP. *Baço ò pardo en color.* ANG. *Dunne or darke colour.*} [*Terent. Scaurus de Orthogr.* Furuos dicimus quos antiqui fuscos.] Fuscus pilus. *Plin. lib.* 8. *cap.* 21. Fuscum Falernũ, *Martialis.* Fuscus equus, *Ouid.* 2. *Fast.* Hesperus & fusco roscidus ibat equo. Fusca vox est ea quę clara aut canora non est. [*Quintilian.* Candida & fusca vox. *Suet. in Neron. cap.* 20. Exiguæ vocis ac fuscæ.] *Cicer.* 2. *de Natura deorum,* Et vocis genera permulta, canorum, fuscum: lene, asperum: nea si non sum, nunquid sum fuscior?

Fūsco, as, Est fuscum, hoc est, subnigrum facio. {ὑπομελανίζω. GALLIC. Offuscquer, rendre noir & tenebreux. ITAL. *Infoscare, far fosco, ò bruno.* GERM. Schwartzlecht/oder braun farb machen. HISPANIC. *Embaçar y descolorar à otra cosa.* ANG. *To mak dunne, or duskie.*} *Ouid.* 1. *de Arte amandi,* Fuscantur corpora campo. [*Ouid. Eleg.* 10. *lib.* 1. *Triſt.* Fuscabátque diem custos Erymanthidos vrsæ. *Idem Eleg.* 1. *lib.* 2. *Triſt.* Composita est aliis fuscandi cura coloris.]

Fūscātŏr, oris. {σκοτίζων, σκιὰν ποιῶν. GALL. Celui qui offusque, rend tenebreux. ITA. *Che fa bruno, ò fosco.* GERMAN. Der da dunckelfarb oder schwartzlecht macht. HIS. *Aquella obra de embraçar y descolorar.* ANG. *That maketh dunne or duskie.*} *Luc.* 4. -quicquid cæli fuscator Eoi Illustrat corpus.

Fūsĕ, Fusilis, Fusim, *Vide* FVNDO, fundis.

FVSIDIVS, Fœneratoris nomen, *apud Horat.* 1. *Serm. Sat.* 2.

Fusidius vappæ famam timet, ac nebulonis,
Diues agris, dives positis in fœnore nummis.

FVSIVS, pro Furius, Antiqui dixerunt, vt Valesius pro Valerius. *Auctor Festus.*

FVSIVS, Oratoris nomen, *cuius meminit Cic. lib.* 2. *de Oratore,* Fusius (*inquit*) neruos in dicendo C. Fimbriæ, quos tamen habuit ille, non adsequitur: oris prauitatem, & verbotum latitudinem imitatur, &c.

Fusĭo, Fusor, fusoris, *Vide* FVNDO, fundis.

Fūstĕtă, næ, Pars abietis superior, durior, & nodosior. nam inferior, minúsque nodosa Sapinus dicitur. *Plin. lib.* 16. *cap.* 30. Abietis quę à terra fuit, enodis est, hácque, quàm diximus ratione, fluuiata decorticatur, atque ita Sapinus vocatur: superior pars nodosa duriórque, Fusterna. Non desunt qui malint legere Sustĕrna. *Vide* ABIES.

Fūstis, huius fustis, mascul. gen. Baculus, stipes. {שבט *schébet* מקל *makkél.* βάκτρον, βακτηρία. GALL. Vn baston. ITA. *Baſtone.* GERM. Ein stab/stâck. HISP. *Pala ò vara como para hoſtigar.* ANGLIC. *A cudgell.*} *Plaut. in Amphit.* Auferêre, non abibis, si ego fustem sumpsero. [*Plaut. Aul. sc.* 4. *a.* 3. Capio fustem; obtrunco Gallum. *Plaut. Aul. sc.* 1. *a.* 3. Me & meos contuderunt fustibus. *Idem Asin. sc.* 4. *a.* 2. Tanquam si claudus sum cum fusti est ambulandum. *Idem Aul. sc.* 1. *a.* 1. si fustem ecpero, aut stimulum in manu. *Ibidem sc.* 2 *a.* 3. Fustibus sum molliet quàm vllus cinædus. *Plaut. Capt. sc.* 1. *a* 4. Si manticulatus hæc fuero, fusti plectito. *Spartianus in Seuero,* Fustib. cædi sub elogio prœconis. *Velleius;* Fuste percussus Centurio primipili ob fugam. *Quintilian.* Fustibus vapulasse. *Plaut. Aul. sc.* 3 *a.* 3. Impleuisti fustibus istorum caput.] *Plin. lib.* 14. *cap.* 13. Inuenimus inter exempla Egnatij Mecennij vxorem, quòd vinum bibisset è dolio, interemptam fuste à marito. *Cic. pro Cecinna,* Quid igitur si glebis, aut saxis, aut fustibus aliquem de fundo præcipitem egeris?

[FVSTITVDINÆ insulæ. *Plaut. Asin. sc.* 1. *a.* 1.]

Fūstŭārĭum, rij, Pœna quę fuste infligitur, verberatio & castigatio quę fit fustibus. {ξυλοκοπία. GAL. Bastonnade, coup de baston. ITAL. *Baſtonata, colpo de baſtone.* GER. Die straff mit stolben oder stâcken zu schlahen. HIS. *Hoſtigamiento con vara.* ANGLIC. *A beating with a staffe or cudgell.*} *Cicer.* 3. *Philipp.* Nam si ille Consul, fustuarium meruerunt legiones quæ Consulem reliquerunt.

Fūsūră, Fusus, *Vide* FVNDO, fundis.

Fūsŭs, si, Instrumentum quod mulieres tendo digitis voluunt: à fundendo dictum, quòd dum trahitur, voluendo quasi liquefieri videtur. {פלך *pélech.* ἄτρακτος. GALL. Vn fuseau. ITA. *Fuſo.* GERM. Ein spindel. HISPANIC. *El huſo para hilar.* ANG. *A ſpindell.*} *Plin. lib.* 11. *cap.* 23. Lanificia mox in fila tenuantur iunceo fuso. *Idem lib.* 28. *cap.* 2. Paganalege in plerisque Italiæ prædiis cauetur, ne mulieres per itinera ambulantes torqueant fusos, aut omnino detectos ferant. *Ouidius lib.* 4. *Metamorph.* versato ducentem stamina fuso. *Virg.* 4. *Georg.* dum fusis mollia pensa Deuoluunt.

Fūtĭlĭs, le, penultima correpta, A fundendo, vt *Festo* videtur: aut certè quod *Valla* placet, ab antiquo verbo futio: à quo & effutire propriè dicitur, quòd liquorem sibi commissum non satis fideliter continet, sed protinus effundit. χυδαῖος. Futile, vasis genus dicebatur, *autore Donato,* latissimi oris, ex altera parte arctum quod statim positum effundebatur. Vtebantur eo in sacrificiis Vestæ: quia aqua ad sacra hausta in teria non ponitur: quòd si fiat, piaculum est. Vnde excogitatum vas est quod stare non posset, sed positum statim effunderetur.

¶ A quo futilis homo dicitur, qui continere tacenda non potest, sed ea effundit. {ריק *rek.* χυδαῖος, φλύαρος. GALLI. Qui ne peut contenir ce qu'il tient ou scait, languart, inutile, vain, de nulle importance, leger. ITALIC. *Che no può tener ſecretto da, poco inutile, leggiero.* GERM. Ein klaffer / oder klapperman / schwätzmaul. HISPANIC. *Vano, loco, sin prouecho.* ANGLI. *A babler or lying teltayle.*} *Terentius in Andr.* -tam iners, tàm nulli consilij Sum: seruón' fortunas meas me commisisse futili? *Idem in Adelph.* Tu quantus, quantus es, nihil nisi sapientia es: Ille futilis, somnium. ¶ Accipitur etiam futilis pro vano, leui, & inutili. *Cicer.* 1. *de Nat. Deor.* Futiles, commentitiæque sententiæ. Sic *Plin. lib.* 33. *cap.* 2. causam futilem vocat, quæ leuis est, & nullius momenti. [*Gellius cap.* 8. *lib.* 4. Imbelles & futiles competitores.]

Fūtĭlĭtās, atis, Vanitas, leuitas. {הבל *rik* הבל *hebel.* φλυαρία, ματαιότης GALLIC. Legereté, vanité en parler. ITALIC. *Leggierezza, vanità.* GERMAN. Leichtfertigkeit/vnnutze taderten. HISP. *Locura, vanidad en palabras.* ANG. *Lightneſſe, folish babling.*} *Cic.* 2. *de Natur. Deor.* Hæc & dicuntur, & creduntur stultissimè, & plena sunt futilitatis, summæque leuitatis.

Fūtĭlŏ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Fūtĭlĕ,aduerbium, Pro futiliter. {ריק *rik* ψυχρῶς.} GALLIC. En vain,inutilement. ITALIC.*In vano,inutilmente.* GERM. Leichtfertigklich/vnnutzlich. HISP. *Loca,y vanamente.* ANG. *Vainely,bablinglye.*} *Ennius in Phœnice, vt citat Nonius,* Vt quod factum est futile, amici nos feramus fortiter.

Fūtĭo,is,Effundo. {שפך *schaphách.* ἐκχέω. GALLIC. Espandre dehors. ITA.*Mandar fuori.* GERM. Außgiessen.HIS. *Echar de fuero.* ANG.*To bable foolishlye.*} A quo componitur Effutio, *de qua paulò antè in dictione* FVTILIS.

Fūtĭs, Fas aquarium, quo aqua in triclinium infundebatur.*Sipontinus.*

Fūtĭs, Redarguo : à quo Confuto, & Refuto. {חוכיח *hochiach.* ἐλέγχω. Vide in dictione REFVTO. *Cato* futauit vsus est, pro sapius fuit.

Fūtātim, aduerbium antiquum,idem est quod profusim. *Plaut.in Truc.* Futatim nomen meum commemorauit ter.

[Futuo,is,ere,Obscœnum verbum,significat rem cum muliere habere: vnde Gallicum foutre,vtrunque à Græco φυτάω siue φυτεύω,id est, fero, planto,semen eiicio,genero.]

Fūtum,ti,Vas aquarium quo in triclinio aquam infundebant,à fundendo dictum.*Var.4.de ling.Lat.*

Fŭtūrŭs,a,um,Consequens,insequens, posterus, reliquus, impendens, {עתיד *hathidh.*} *Cicer. Attic. 93.* Sed illum eum futurum puto quis esse debet. [*Ouidius 13.Metamorph.* Fuga tarda futura tibi est, *Plaut.Pseud.sc.1.a.1.* Atque id vnde futurum nescio,ni si quia futurum est.*Pla.Men.sc.1.a.2.* Quid modi futurum est illum quærere.*Ou.Eleg. 8.li.1.Trist.* Augurium ratio est & coniectura futuri.*Pla sc.2.a.4.* Quid mihi futurum est,qui tibi hanc operam dedi?*Idem Mostell.sc.3.a.1.*]

FYTERNVS,*Ptol.* Ferentanorum fluuius: Typernus aliis.

G

LITERA muta est, quæ in verborum præteritis mutatur in c: vt, Lego, lectus, Agor, actus. Aliquando in s, vt Spargo,sparsi, Mergo, mersi. Aliquando in x,vt Rego, rexi, Pingo, pinxi.In Græcis quibusdam dictionibus nos G pro K substituimus: nam quod illi κύκνος, nos cygnus : quod illi κώβιος, nos gobius, vel gobio scribimus. [Confirmat *id Terent. Scaurus de Orthogr.* C, inquit,cognationem habet cum G: Ideo alij dicunt Caunacen , alij Gaunacen : alij Camelum , alij Gamelum.] In notis antiquorum , G. gaudium , gens, Genius, vel Gellius , Gaius , gratia. GA gravis. GVG. gemo augmenti. GA.V. gravitas vera, vel vestra. G.B. gens bona. G D. gaudium. G D. gens dolosa.

G ante A

GABA,per simplex b.{גבע *ghébah* γάβα.} *teste Iosepho lib.5.Antiqu.Iudai.* Galileæ oppidum est.

GABALE, es {גבל *ghebhál.* γαβάλη.} Promontorium est in ora Syriæ, in quo sita est Laodicæa libera ciuitas.*Autor Plin.lib.5.cap.*20.Hodie Gibel.

GABALES,*apud Pli.lib.*4.*c.*18.Aquitaniæ populi sunt.

GABALVS,Romanorum Imperator fuit omni genere luxus effœminatissimus:qui quum se solem appellari vellet,quem Græci ἥλιον vocant, composita dictione vocatus est Heliogabalus.*Author Seruius.*

GABALVM, γάβαλον, Oppidum Aruernorum, in ea parte Galliæ Aquitanicæ situm,quæ Narbonensem prouinciam spectat.Hinc Gabales, γαβαλεῖς,populi,apud quos olim fiebat optimus caseus.

Gābālŭs,pen. prod. Apud veteres crux,siue patibulum dicebatur.*Varro,* Nos barbari quòd innocentes in gabalum suffigimus: homines vos,non barbari,quòd noxios absoluitis?*Nonius.*

GĂBĂŌN, {גבעון *ghibbón.* γαβάων.} Olim metropolis & regalis ciuitas Heuæorum, & nunc (*vt refert Hieronymus*) ostenditur villa eodem nomine ad quartum miliarium à Bethele contra Occidentalem plagam iuxta Rhama,vbi Solomon oblatis victimis diuinum meruit oraculum.

Gābăōnītæ,pen.prod.{גבעונים *ghibbonim.* γαβαωνῖται.}Populi in Gabaon habitantes.

Găbătă, æ,pen.corr. {קערה *kebaráh.* τὸ μεζονύμιον, ἀγγεῖον κοῖλον καὶ μέγα ξύλινον. GAL.Vn plat creux à mettre viande, vne gatte ou iatte. ITA.. *Vaso concauo di viuande,piatto.* GER. Ein schussel oder blatt. HISP. *Vn tayfor ò escudilla de faldas.* ANGL. *A platter,or a brode dishe lik a charger.*} Vas concauum,eduliis,pulmentariisque aptissimum. *Martial.lib.7.* Transcurrunt gabatæ, volántque lances. *Et alibi,* Sic implet gabatas,paropsidésque.

GABATHA , {גבעת *ghibbáth.* γαβάθ.} Vrbs Galilææ,*teste Iosepho lib.6. Antiquitatum.*

GABAVPOLIS, γαβαύπολις, Oppidum Galilææ.*Steph.ex Iosepho Antiquit. lib.*4.

GĂBBĂ,Per duplex bb,{גבעה *ghibbáh.* γάββα,siue,(*vt alij scribunt*)Gabaa,Syriæ vrbs.

GABIENVS, Fortissimus dux classium Cæsaris à Sext.Pompeio captus, eiusdem iussu incisa ceruice iacuit in littore tota die. Deinde quum aduesperasceret, petiit vt Pompeius ad se veniret,testatus se ab inferis remissum,habere quod nuntiaret.*Ex Pli.li.7.c.*52.

GĂBĪI,orum, γάβιοι, Volscorum vrbs fuit LXX. millibus passuum ab vrbe distans,à Galacto & Bio fratribus Siculis condita, sicut scribit Solinus , fraude Sexti Tarquinii superbi filii in Romanorum ditionem redacta,*vt tradit Liu.lib.3.ab Vrbe.* Gabiorum meminit & *Virg.lib.6. Æneid.*Hi tibi Nomentum,& Gabios, vrbémque Fidenam,Hi Collatinas imponent montibus arces.

Gābīnēnsīs,adiectiuum, *Pli.lib.2.c.*94. Quædam verò terræ ad ingressus tremunt,sicut in Gabinensi agro non procul vrbe Roma.

Gābīnŭs,a,um:vt Gabina Iuno, *Virg.6.Æneid.*Vrbs Gabina,*Ouid.Fast.* Robore freta Gabino,*Claud.2.Paneg.*

GĂBĪNĬVS,Romanus,quiPtolemæum Aulerem Ægypto pulsum in regnum reduxit, præsidiúmque illi, quo aduersus suorum insidias tutior esset,ex suis copiis reliquit.*Autor Plutarchus in vita Pompeij.*

Gābīnŭs cinctus,Toga erat(*sicut docet Seruius*)sic in tergum reiecta, vt vna eius lacinia reuocata hominem cingeret:quo vestimenti genere vtebatur Consul bella indicturus.*Virg.7.Æneid.*Ipse Quirinali trabea cinctúque Gabino Insignis reserat stridentia limina Consul. Eodem etiam Decios indutos fuisse legimus, quum se pro Republica deuouerent.

GABINVS,Presbyter,ciuis Romanus,iussu Diocletiani Imperatoris in carcerem coniectus est , ibique fame extinctus , quòd Christianam profiteretur religionem. Frater fuit Caij pontificis , pater Susannæ virginis & martyris,quæ nuptias filij Diocletiani recusauit. *Volaterranus.*

GABRIEL,{גבריאל *ghabriél.* γαβριήλ.} Vox Hebraica,quam Latinè Dei fortitudinem interpretari possumus. {GER.Stercke Gottes.}

GADĂREVS, γαδαρεύς, Sophista , qui priùs more mendicorum peregrinabatur,Maximiani beneficio Consulatum adeptus est.

GADARA,{גדרה *ghedheráh.* γάδαρα.}Ciuitas est in Decapoli Syriæ, nō longè ab Ascalone : ex qua ortus est Theodorus Rhetoricæ professor,quem *Strabo* sua ætate floruisse testatur.Meminit huius oppidi & *Plin.lib.5.c.*18.

GADES,dium.γάδειρα,τά.Vulgò *Galiz,ò Caliz.*Duæ insulæ sunt, *teste Pli. lib.*4.*c.*22. vltra finem Beticæ prouinciæ , & in extremo nostri orbis versus Occidentem,vbi Europa ab Africa dirimitur. {GER.Zwo inseln zu eusserst nāben Hispanien im Meer gelegen in der vndermarck Europa vnd Africæ.}Harum maior,Erythria dicta est à Tyriis ab Erythreo mari oriundis,qui in hac insula vrbem condiderunt. Distat à Calpe, *teste Strabone* , septingentorum quinquaginta stad.interuallo: parua quidem insula,sed virorum dignitate excellens.In qua Equestris ordinis Gaditanos (γαδειτανούς,γαδειρεῖς,γαδειρίτας,γαδειτάνους) quingentos in vno censu numeratos aliquando fuisse compertum est. Insula hæc vbi continenti est proxima , interluitur freto DCC.non amplius pedum.

¶.Huic adiacet altera insula minor , & ipsa Gadis appellata, vnius tantùm stadij Euripo interlabente ab altera direpta,in qua tanta est pabuli lætitia,vt pecudum ibi pascentium lac serum non efficiat,neque ex eo caseus fieri possit , nisi multa admista aqua. Quin illud etiam traditur,pascentes in hac insula pecudes , nisi subinde sanguinem exhaurias,intra triginta dies pinguedine suffocari.Quę res Poëtis occasionem videtur ministrasse eorum quæ de Geryonis armentis fabulati sunt.*Autor est Strabo lib.3.Plin.* tamen vult Geryones in maiori insula habitasse.

¶ Declinatur autem hoc nomen in vtroque numero. dicimus enim Gadis in numero singulari pro alterutra harum insularum:vel in plurali numero Gades. *Plin.lib.4.c.*22. Gadis longa est XII. lata III. M. passuum.

Gāditānŭs,na,num,pen.prod.γαδειτικός,vt mare Gaditanum,Vulgò *Estreco di Gilbatar,*& Gaditanæ puellæ , quæ agilitatis lasciuiæque nomine olim in prętio fuerunt.

Gāditāni oriundi à Tyriis:Lucanus,Tyriisque à Gadibus hospes.

GĂDIR,vnico d scribendum,quemadmodum & Gades,quum vtriusque eadem sit origo.Est autem Gadir vrbs opulenta in Gadibus,quæ antea Tartessos dicebatur ταρτησσός. Vulgò *Caliz.* Rufus Auienus in descriptione orbis,Gadir prima fretum soli da supereminet arce: Attollítque caput geminis inserta columnis : Hęc Cotinusa priùs fuerat sub nomine prisco, Tartessúmque de hinc Tyrij dixêre coloni : Barbara quin etiam Gades hanc lingua frequentat , Pœnus quippe locum Gadir vocat vndique septum. Quibus in versibus Auieni hoc animaduertendum est, quòd prima Gadir dixerit, fœminino genere vsus.*Sallust.tamen lib.1.Hist.referente Prisciano,* vsus est in neutro genere. Tartessum(inquit)Hispaniæ ciuitatem,quam nunc Tyrij mutato nomine Gadir habent.

Gadira,Punicum vocabulum est;*teste Plin.lib.4.c.*22.quo illi septum significant.Vnde insulæ duæ non procul ab ostio maris Mediterranei, Gades appellatæ sunt: & insigne in illis insulis oppidum, Gadir est appellatum.

GAEON,à *Iosepho* dicitur esse Nilus Rectius scripserit Critho.

GAETVLIĂ , γαιτουλία *Stephano* , Africæ interioris regio est , Garamantibus proxima. {GERM. ein landtschafft deß inneren Africæ.} cuius incolæ Gætuli appellantur,qui primi omnium Africam tenuisse dicuntur, nullius imperio subiecti , nullásque habentes domos: sed vbi eos nox deprehenderat , pernoctantes , carnéque ferina , & terræ pabulo victitantes. *Autor Sallustius in Iugurtha.* Habet autem hæc dictio duas primas syllabas productas , quum diphthongo

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

scribatur apud Græcos. *Virg.4.Æn.*- aut captam ducat Gætulus Iarbas? *Iuuen.* Quum Gætula ducem portaret bellua luscum.

GAGAE, γάγαι, Lyciæ oppidum ad Gagem amnem: à quo & nomen accepit. *Autor est Steph.*

Gagates, {γαγάτης. GAL. Agathe, certaine pierre precieuse. ITA. *Pietra preciosa.* GER. Ein edelgestein / etlich wöllen es sey ein schwartz agstein. HIS. *El azauaje.* ANGL. *A jeat stone.*} Nomen lapidis in Gage Lyciæ fluuio primùm reperti: quanuis etiam in Anglia abundet. Hic lapis, quanuis rudis & rusticus videatur, diuini tamen nescio quid in se habet. Ignem enim alit in laternis, solo oleo extinguibilem. *Plin. lib.36. cap.* 19. Gagates lapis, nomen loci & amnis habet Gagis Lyciæ. Niger est, planus, pumicosus, non multùm à ligno differens, leuis, fragilis: odore, si teratur, grauis. Fictilia ex eo inscripta non delentur. Quum vritur, odorem sulphureum reddit: mirúmque, accenditur aquâ, oleo restinguitur. Fugat serpentes ita, recreátque vuluæ strangulationes. Deprehendit sonticum morbum, & virginitatem suffitus. *Hæc Plin.* cui per omnia ferè conuenit cum *Dioscoride*, eo tamen excepto, quòd gagatem aqua accendi tradit, & oleo restingui: quod à *Dioscoride & Nicandro* Thracio lapidi verius tribuitur: cuius naturam *Plinius* cum gagate videtur confudisse.

GAGES, γάγης, Lyciæ fluuius est, Phlagyopolin ciuitatem præterfluens: in quo gagates lapis primùm inuentus est. *Autor Dioscor. lib.5.*

GALAAD, {גלעד *ghilhádh* γαλαάδ.} Mons est, à quo ciuitas in eo condita sortita est vocabulum, quam & accepit de Amorrhæorum manu Galaad filius Machir filij Manasse.

Galacion, idem quod Galion, *apud Dioscor. lib.4.c 95.*

Gălăctis, Tithymallus, *apud Dioscor. lib.4.c.* 168.

Gălăctītēs, γαλακτίτης, Gemmæ genus lactei coloris, *teste Plin. lib.37.c.* 10. Est præterea galactites lapis cinericij coloris, qui coti madefactæ attritus, liquorem reddit colore & sapore lacti non dissimilem. Hic melititiæ per omnia similis est: hoc vno differt, quòd succus in quem dissoluitur, remissiorem habeat dulcedinem. *Vide Galen. lib.9. Simpl. & Dioscor. lib.5.*

Galactobadalon, *Apud Plin. lib.26.cap.9.* idem quod Galeobdolon, & Galiopsis, *apud Dioscor. lib.4.c.95.*

GĂLĂCTŎPHĂGĪ, γαλακτοφάγοι, Cognominati sunt Mysiæ & Thraciæ populi, quòd lacte alerentur. {GERM. Milchtrůmmel/die völcker in Mysia vnnd Thracia.} quos *Hom.13. Iliad.* hominum iustissimos appellat, propter a quòd tenui victu contenti, ab omni iniuria sese continerent.

GĂLĂCTŎPŌTAE, arum, penult. corr. γαλακτοπόται, Lactis potu vtentes. Quo cognomine dicti sunt populi aliquot in Scythia Europæa ex Nomadum Getarúmque genere. {GERM. Milchtrincker/völcker in dem nächeren vnnd Europischen Scythia.} *Colum.lib.7.cap.2.* Quibusdam nationibus frumenti expertibus victum commodat, ex quo Nomadũ, Getarúmque plurimi, γαλακτοπόται dicuntur.

GALADA, vel Galadene, vel Galaditis, regio Arabiæ. *Autor Steph.*

GALADRAE, γαλάδραι, Vrbs Macedoniæ in Pieria. *Autor Steph.*

GALADRVS, γάλαδρος, Mons quidam à Galadro Emathij filio dictus. *Stephanus.*

GĂLĂNTHĬS, γαλανθίς, Vt est in fabulis, Alemenæ ancilla fuit, quę quum domina sua partus doloribus laborans, à Iunone ne pareret impediretur, mira astutia dicitur deam elusisse. {GERM. Die haußmagt Alemene/ welche de Göttin Juno in ein wyselin verwandlet hatt.} Læto enim vultu egressa cubiculum, in quo illa parturiebat, peperisse ĩã heram simulat, eóque nomine palàm diis gratias agit. Cuius verbis fidem adhibens Iuno, resolutis, quas pectinarum iunctas habebat, manibus surrexit, pellicique pariendi tempus concessit. Verùm quũ Galanthis ob eam rem tam prosperè gestam nimium sibi placeret, deámq; etiam risu & insultatione prosequeretur, illa ancillæ procacitatem ægrè ferens, in γαλῆ, hoc est, mustelam eam dicitur transformasse, hac addita pœna, vt ore, quo præcipuè peccauerat, pareret. Latè exequitur hanc fabulam *Ouid.9. Metam.*

GALARINA, γαλάρινα, Vrbs Siciliæ à Margo Siculo condita. Dicitur & regio Galaria. *Steph.*

GĂLĂTEĂ, γαλάτεια, Theocrito, Nympha marina Nerei & Doridos filia, à lactis candore sic dicta, γάλα enim lac significat. *Virg.7. Eclog.* Nerine Galatea, thymo mihi dulcior Hyblæ.

GĂLĂTĬA, γαλατία, Regio minoris Asiæ, ab Oriente Cappadociam & Halym fluuium, ab Occidente Bithyniam & Asiam, à Meridie Pamphyliam, à Septentrione Pontum Euxinum habens. {GERMAN. ein Landtschafft des minderen Asia/ stost gegen Mitnacht an das Euxinischen Meer/ sunst an Cappadociam/ Pamphyliam/ Bythiniam.} A qua Galatæ populi. *Lucan. lib.7.* Istis parce precor, viuant Galatæque, Syríque. Hæc & Gallogræcia dicitur: populique ipsi, Gallogræci. Nam quum à Rege Bithyniæ Galli simul & Græci in auxilium vocati venissent, partem regni tenuerunt, & ab vtrisque populi Gallogræci sunt dicti.

GALATA, A *Pomponio & Mela* numeratur inter insulas Siciliæ adiacentes, non procul à Melita.

GĂLĂTAEĂ, Nympha marina à lactis candore sic dicta.

Gălăxĭās, γαλαξίας, Gemma est lactei coloris, incurrentibus sanguineis venis distincta. *Plin.lib.37.c.6.*

GĂLBĂ Sergius, *vt autor est Sueton. in Galba*, Nobilis Romanus: orator insignis, qui quum Hispaniam prouinciam Prætor obtineret, conuocato populo, tanquam de commodis ipsorum acturus. xxx. Lusitanorũ millia trucidauit. Eius frequens est mentio apud *Cic. in Bruto.* **Valerius* autem dicit, eum trium Lusitaniæ ciuitatum conuocato populo, tanquam de commodis eius acturum, nouem millia hominum trucidasse. *Pedianus* ait, eum pro direptis Lusitanis accusatum à Catone, duósque amplexum filios prætextatos, absolutum propterea misericordia fuisse.

Gălba, bæ, Vermiculus miræ exilitatis, qui nascitur in esculis. à quo qui primus Sulpitiorum cognomen Galbæ tulit, ab exilitate ita vocitatus est: quem alij econtrario, quòd præpinguis fuerit, ita nominatum scribunt. Talem enim Galli vocant Galbam. Alij quòd oppidum Hispaniæ frustra diu oppugnatum, illatis dedecorum galbano ficibus, succenderit. Nonnulli quod in diuturna valetudine galbeo, hoc est remediis lana inuoluris assiduè vteretur.

Gălbănum, ni, pen.corr. {חלבנה *chelbenáh.* Succus est siue lacryma ferulæ in Syria nascentis, quam metopium vocant, *teste Dioscor. lib.3.* Græci χαλβάνιον dicunt per χ. nostri mutata aspirata in suam mediam Galbanum vocant. {GAL. Vne espece de gomme appelee galbanon. ITA. *Galbano gommo.* GERM. ein gummi dises nahmens. HI. *El galbano.* AN. *A kind of gumme called galbanon.*} *Lucan.li.9.* Hîc ebulum strident, peregrinaque galbana fudant. *Plin.lib.* 12.c. 25. Dat & galbanum Syria, in eodem Amano monte è ferula, quam eiusdem nominis resinæ modo stagonitim appellant. ¶Est etiam hoc nomine genus vestimenti delicatorum, à colore albo, ac sublucido, quod nullos habet pilos. {GA. Vne sorte de vestement blanc, duquel vsoyent les delicats. IT. *Habito bianco da gente delita.* HIS. *Vestidura di color blanco.* ANG. *A kinde of garment which delicate folkes did vse.*} *Iuuen. Sat.2.* Cærulea indutus scutulata & galbana rasa.

Gălbănārŭs, {χαλβανατος. GAL. Vestu d'vn tel habit. IT. *Vestido con tale habito.* GER. Mit einem solchen weyssen kleid angethon. HIS. *Vestide de aquel color.* ANG. *Clothed with such a garment.*} Nomen simile participio formauit *Martial.*, quod est Galbano indutum: accipitúrque pro homine molli & effeminato. Iacet (inquit) occupato galbanatus in lecto.

Gălbănĕŭs, a, um, adiectiuum. {χαλβάνινος. GA. De galbanon. ITA. *Digalbano.* GERM. Das von dem gummi ist/ genant galbanum. HISP. *Cosa de galbano.* ANG. *Of the gumme galbanon.*} *Virg.3. Georg.* Galbaneóque agitare graues nidore chelydros. *Idem 4. Georg.* Hinc iam galbaneos suadebo incendere odores.

Gălbīnŭs, a, um, penultima producta, Mollis & lasciuus. {רוח *saruách.* GAL. Mol, delicat, lascif. ITA. *Molle, lasciuo, lussurioso.* GERM. Weich/ gart/ geyl. HISP. *Enflaque, fcido, luxurioso.* ANG. *Delicat.*} *Martialis*, Galbinos habet mores. Tunica quoque galbina à colore dicta est. *Vopiscus in Aurel.* Inter hæc fuit tetricus chlamyde coccea tunica galbina. Quanquam in hoc Vopisci loco malim legere Tunica galbina.

Galbeum, Ornamentum muliebris generis. *Festus.*

Gălbŭlă, Auicula quæ vuis maturescentibus, calamis & retibus capitur. *Mart.lib.13* Galbula decipitur calamis & retibus ales, Turget adhuc viridi quum rudis vua mero. Quidam eandem esse existimant cũ ea quam Græci ἰκτερίδα appellant. Quod an verum sit, ipsi viderint. *Plin. certè lib.33.c.11.* autor est, quem Græci ἰκτερίδα vocant, à Latinis galgulum appella i.

Gălbŭlŭs, Pilula cupressi arboris, in qua semen reconditur. σφαιρίδιον τῆς κυπαρίσσου v. GAL. Noix de cypres. ITAL. *Nosse di cypresso.* GERM. Cypressennuß. HISPAN. *El agalla de cypres.*} *Varro lib. 1. de re Rust. cap.40.* Non enim galbuli qui nascuntur, id est, tanquam pilæ paruæ corticiæ id semen, sed in his intus pr.migenia semina dedit natura.

Gălĕ, les. {γαλῆ. GA. Vne bellette. ITA. *Donnola.* GER. ein wysselein. HIS. *Comadreja.* ANG. *A weesell.*} A Græcis appellatur animal illud notum quod Latini mustelam nominant: vt multis argumentis docet *Sipontinus*, recentiorum omnium Græcorum errorem redarguens, qui felem γαλῆν nominat. Nam quæ de Gale tradit *Arist.* eadem omnia mustelæ assignat *Plin.* neque ad felis naturam possunt accommodari.

Gălĕă, leæ, Instrumentum est ferreum ad capitis munitionem inuentum. {כובע *chobáh.* κόρυς, καθοπλισμός. GAL. Heaume, armet, vne salade, bonnet de fer. ITA. *Celata, elmo.* GER. ein helm/ beckelhaub. HISP. *Elcaparete, yelmo, armadura de cabeça.* ANG. *An helmet or sallett.*} [*Plaut. Amphitr.* Frater trudebat fratrem hasta & galea. *Ouid.13. Metamorph.* Ipse nitor galeæ claro radiantis ab auro Insidias proder. *Idem Eleg. 1.lib.4. Trist.* Canitiem galeæ subiicióque meam. *Liuius*, Galeæ cornua.] Est autem galea, *teste Diodoro*, crista capitis de corio, quum fit Cassis de lamina. Dictáque Galea *Varroni*, à Galero quo multi antiquorum vsi sunt. Conum, curuaturam galeæ quæ in ea præeminet dicimus, super quam cristæ sunt. *Lego apud Alexand. Neapolitanum lib.1* quo loco refert insignia Galearum apud diuersas gentes, Cymbris nostris, atque Teutonibus in vsu fuisse, vt galeas contegerent horrentium hiatibus animalium, quo in aciem delati visu essent truculentiores. *Plin lib.7.c.56.* Galeam, gladium, hastam Lacedæmonij inuenêre. Varro à galero deducit, quanquam videtur potius ἀπὸ τῆς γαλῆς, à fele. Olim enim ex diuersorum animalium pellibus conficiebantur. Quod patet ex ipsis nominibus apud poetas. Sunt enim apud illos κυνέαι, λυκέαι. Sic etiam quòd ex felina pelle fiant, γαλέαι dictæ. γαλῆ enim felis est, vel simile animal ei quod vocant ἰκτιν. Quare & *Homerus* quoque ἰκτιδόω, galeam vocat. *Hæc ex Scaligero in Varr.*

[Galeola, æ, Diminutiuum (id est, parua galea.) *Diomedes lib.1.* Item est genus vasis sinuosi.]

Gălĕo, as, Galeam induere. {κορύσσω ἐνδύω, κράνος ὁπλίζω. GAL. S'armer d'vn armet, se couurir d'vn heaume. ITAL. *Vestire celata, armarsi di elmo.* GERM. ein helme auffsetzen. HIS. *Armar con yelmo è capacete.* ANG. *To put on an helmet.*} *Hircius 5. De bell. Afric.* Milites in campo iubet galeari, & ad pugnam parari.

Gălĕātŭs, Galea indutus. {κεκορυθωμένος ἐνδεδυκὼς, ὑποκορυσσόμενος, & ἱππουρικός. GALL. Heaume, qui a armet en teste. ITA. *Chi ha celata è elmo in testa.* GER. Der ein helm auffhat. HISP. *Armado de capacete è yelmo.* ANG. *That hath an helmet.*} vt, Galeati, galeis tecti milites sunt. Galeata Minerua, *apud Cic.1.de Natur.deor.* Et barbati quidem Iouis, galeatæ Mineruæ.

Gălēnā, Dicitur plumbi & argenti vena communis, quæ & μολύβδαινα vocatur. *Plinius lib.34.c.18.* Est & molybdæna, quam alibi galenam vocauimus, plumbi & argenti vena communis. Quo pacto autem conficiatur galena, *docet idem Plin. eodem lib.c.* 19. Plumbi (inquit) nigri origo duplex est. Aut enim sua prouenit vena, nec quicquam aliud ex se parit: aut cum argento nascitur, missíque venis conflatur. Eius qui primus fluit in fornacibus liquor, stannum appella-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

appellatur: qui secundus, argentum: qui remansit in fornacibus, Galena: quæ portio est tertia addita venæ.

GALĒNVS, penultima producta, γαληνός. Nomen medici excellentissimi, ex Pergamo Asiæ vrbe: {GER. Ein außbündiger artzet auß Asia burtig, ex Pergamo Asiæ vrbe.} Floruit temporibus Traiani adutque Antonini Pij tempora. Plurima reliquit de re medica conscripta volumina, quæ hodie omnium teruntur manibus. Scripsit & dictionarium in omnia Hippocratis opera ordine literarum. Fama est 140. annos vixisse.

Galĕōlă cum accentu in antepenultima, Vas sinuosum, à galeæ similitudine dictum, *autore Nonio. Varro de vita populi Rom.* Vbi erat vinum in mensa positum, aut galeola, aut situm.

GALĔŌTAE, γαλεῶται. Erant vates quidam in Sicilia & Attica: à Galeote Apollinis filio, qui frater Telmessi eius fuisse traditur, qui Telmessum vrbem in Caria condidit, oraculo ex Dodona accepto. *Æthanus* scribit, Dionysium tyrannum Galeotas solitum consulere in Sicilia. *Meminit horum Cic. lib. 1. de Diuinat. quum ait*, Huic interpretes portentorum: Qui Galeotæ tum in Sicilia nominabantur, respondentorum: Qui Galeotæ tum in Sicilia nominabantur, respondentorum, &c.

Gălĕŏs, γάλεος. Piscis est à Rhodiis olim maximo in pretio habitus, qui à nostris etiam mustella dicitur. *Plin. li. 32. c. 2.* Quod ad repugnantiam à nostris etiam mustella dicitur. *Plin. li. 32. c. 2.* Quod ad repugnantiam rerum attinet, quam Græci antipathiam vocant, nihil est venenatius vsquam, quàm in mari pastinaca, vtpote quum radiis eius arbores necari dixerimus. Hanc tamen persequitur galeos.

Gălĕōtes, tæ, γαλεώτης, Species est stellionis Plinij temporibus Italiæ incognitum. Hic & colores & ascalabores appellatur *Plin. lib. 29. ca. 4.* Scorpionibus maximè contrarius inuicem stellio traditur, vt visus quoque pauorem iis afferat, & torporem frigidi sudoris. Hunc Græci coloten vocant & ascalaboten, & galeoten. In Italia non nascitur. Est enim hic plenus lentigine, stridoris acerbi, & vescitur: quæ omnia à nostris stellionibus aliena sunt.

GALEPSVS, γαλεψός, Vibs Thraciæ, & Pæonum, *autor Steph.*

Gălĕrĭtă, penultima producta, Auis quæ nunc alauda dicitur. Varro gallericum appellat, quia plumam claram in capite habet galeri similitudine. {χαρυδαλίς. GAL. Alouette. ITA. *Lauda*. GER. Ein lerch. HI. *Cogujada*. ANG. *A larke.*} *Plin. li. 10. ca. 49.* Quęque de vna aue galerita priuatim commemorat.

Gălĕră, æ, idem quod Galerus, vsus est C. Gracchus apud Censores, *vt autor est Sosipater.* ¶ Inde Galericula, parua Galera. Inuenitur etiam Galeria, *quo vsus est Varro de actione scenica 2. autore Sosipatro.* Iraq; non leuiter emendandum est, id quod legitur apud Festum, Galeata à Galearum similitudine dicta.

Gălĕrŭs, ri, siue galerum, ri, neutr. penultima producta, Pileus rotundus à galeæ similitudine dictus, *vt inquit Varro.* {מגבעת *mighbaḥáh.* κυνῆ, πῖλος. GAL. Vn petit chapeau. ITA *Capello.* GER. Ein hut. HISP *El bonete ò sombrero.* ANG. *An hat* } *Stat lib. 1. Thebaid.* Et temperat altra galero *Iuuen. Sat 6.* flauo crinem abscondente galero. [*Gellius ca. 15. li. 10.* Is solus (flamen Dialis) album habet galerum, &c. *Apuleius Apolog. 1.* Pontificum Galerum, lituus Augurum. *Suet. in Ner. c. 26.* Cum pileo aut galero (nocte ire.)] ¶ Accipitur interdum pro coma aliena, quam ad galeri effigiem formatam capiti ita aptare solemus, vt internosci non queat. περάκιον, πιλωίκιον. Hoc *apud Suet. in Caligula* capillamentum nominatur.

Gălĕrĭcŭlŭs, li, siue galericulum, diminutiuum. {πιλίδιον, πιλίσκος. GALLIC. Petit chapeau. ITALIC. *Piccolo capello.* GERMANIC. Ein hütlein/ kappen. HISPANIC. *Pequeño bonete ò sombrero.* ANGL. *A litte hat.*} *Suet. in Othone cap. 12.* Galericulo capiti propter raritatem capillorum adaptato, & annexo, vt nemo dignosceret. [*Item, Martial. Epigr. 30, lib. 14.*]

GĂLĒSVS, si, penultima producta, γαλησός, Fluuius iuxta Tarentum. *Vir. lib. Georg.* Qua niger humectat flauentia culta Galesus. *Hora. 2. Carm. Ode 6.* Dulce pellitis ouibus galesi flumen.

Gălgulŭs, li, λεπτρος, Auis est quę si spectetur à quopiam morbo regio laborante, sanatur æger, & auis emoritur. *Plin. lib. 3. c. 11.* Auis icterus vocatur à colore: quę si spectetur, sanari id malum tradunt, & auem mori. Hanc puto Latinè vocari galgulum.

GĂLĬLAEA, lææ, penultima producta. {גלילי *galil.* γαλιλαία.} Nomen duarum regionum, ex quibus vna Galilæa Gentium vocatur, vicina Tyriorum finibus, vbi & Salomon viginti ciuitates donauit Hiram Regi Tyri in sorte tribus Nephthali. Altera Galilæa dicitur regio sita ad Tyberiadem, & stagnum Genezaret in tribu Zabulon. *Plin. li. 5. c. 14.* Pars Iudęæ Syriæ contermina, Galilæa vocatur.

Gălla Fructus quercuum. {κηκίς. GA. Noix de galle. ITA. *Galla.* GERM. Eychapfel/oder gallapfel. HISP. *El galla para tintar.* ANG. *A gall nutte.*} *Plin. li. 20. c. 20.* Cruentis dolores cum garla & limi semine pari mensura sedat. *Virgil. 4. Georg.* Proderit & tonsum gallæ admiscere saporem. Gallam bibere ac rugas conducere ventri, *quum ait Lucilius*, præmonet parsimonia esse vtendum, neque gulæ indulgendum, ventrémque coarctandum. *Festus.* ¶ Galla etiam instrumentum est sutorium, σκῶπον, subula. *Macrob Saturn. lib. 2. ca. 2.* Plancus in iudicio fortè amici cum molestum testem destituere vellet, interrogauit (quia sutorem sciebat) quo artificio se tueretur. Illo vbanè respondit. Gallam subigo. Sutorium hoc habetur instrumentum, quod non infacetè in adulterij explorationem ambiguitate conuertit. Nam Plancus in Meuia Galla nupta malè audiebat.

GĂLLĂĒCI, siue Gallæci, γαλλαικοί. Vulgò *Galeghi*, Hispaniæ populi sunt Gallis finitimi. *Martial. lib. 1.* Nec quæ Gallaico linuntur auro. Sunt tamen qui hoc loco *apud Martial*, legant Callaico per secundam consonantem.

GĂLLAECĬA, Vulgò *Gallizia.* Regio est citerioris Hispaniæ: cuius descriptionem vide *apud Plin. lib. 4 c. 20.* GERM. Ein Landtschafft in Hispanien/ heysst jetz Gallizia

Gallĭă, {ארפת *sarpá h.* γαλλία *Stephan.* πολυγαλατία *Ptolemæo.* ANG. *France.*} Vulgò *France* Europæ pars: & à candore populi dicta. Gala enim lac Latinè dicitur: Nam montes & rigor cæli ab ea parte Solis ardorem excludunt, vt eorum corpora non colorentur. Est autem triplex, Togata, Comata, & Braccata. Gallia Togata dicitur Cisalpina, quæ scilicet inter Alpes, & Rubiconem fluuium, antiquum Italiæ limitem: ita dicta, quòd populi illi Romanorum more, toga vterentur. {GERMAN. Lombardey/ wirt jetz Italien zugerechnet.}

Braccata autem Gallia, dicta est Gallia Narbonensis, Romanorum prouincia: à braccis villosæ vestis genere appellata, quibus peculiariter eius prouinciæ homines vtebantur. {GER. Die prouintz oder Delphinat.} Comata cognominatur omnis transalpina Gallia, à comæ nutriendæ studio. {GER. das gantze land so zwischen den Meer/den Rocneuall vnd Alpebirg/auch dem Rheyn begriffen wirt/welches gröster theil jetz Franckreych genennet wirt.} Hæc rursus in tres partes diuidi ur, Belgicam, Celticam, & Aquitanicam, quæ Armorica antè dicta est. Nam à Scalde ad Sequanam Belgica: ab eo ad Garumnam, Celtica, eadémque Lugdunensis: inde ad Pyrenęi montis excursum, Aquitanica. [Vide suprà in Celtæ, & Celtica.]

GĂLLĬĂ TOGATA, non est, vt quidam credunt, ipsa planè cisalpina, sed cisalpinæ pars, togata enim incipit à Rubicone flumine, & Placentia terminatur: cisalpina verò initium quidem ipsa quoque capit ab eodem flumine, sed terminum habet alpes. Erant autem in togata multa municipia, multæ coloniæ Romanæ. Præterea dixit *Cic. in Epist. 1. ad Attic.* Videtur in suffragiis multum posse Gallia: ius enim ferendi Romæ suffragii habebant omnia municipia, eæque omnes coloniæ, ideo Romanæ dicebantur, quia iura possiderent ciuium Romanorum. nam Latinæ suffragium non habebant, sed tantùm ius Latii, vnde appellatæ. *Ex Aldi commnetario in epist. ad Attic.*

Gallĭcŭs, ca, cum, Quod est ex Gallia: vt Gallica terebra, *apud Col. l. de arborib. cap.* 8. Gallicum acer, in transpadana Italia, etánique Alpes nascens, præcipui candoris. *Pli. lib. 16. cap. 15.* [*Plau. Aul. sc. 5. a. 3.* Muli viliores Gallicis canrheriis]

Gallĭcānŭs, a, um, Gallicus: vt, Gallicanæ res. *Cic. pro Quint.* Quum & de societate multa inter se communicarent, & de tota illa iuri atque re Gallicana &c *Varro lib. 1. de Re rust. c. 32.* Cæteráque quæ alia legumina: alii (vt Gallican.) legaria appellant. [Gallicana catella. *Epigr. in 8. lib. 14.*]

Gallŭs, a, um, Sicut Gallicus & Gallicanus, quod originem habet ex Gallia. *Sallust. li. 14. Hist.* Duæ Galliæ mulieres conuentum virantes, ad ministrum soloenda monetam ascendent. *Catul. ae Berecynthia*, Agite, ite ad alta Gallæ Cibeles nemora simul. [Galli Rom. formidolosi: & Tumultus Gallicus. *Plu. in Marcell.* : *in Cam.*]

Gallĭcæ, arum, {αἱ ἀσκάραι. GAL. Galloches ITA. *Zoccoli, galloche.* GER. Bundtschuch so die Frantzosen tragen wann es rägen watter ist. HISP. *Galochas.* ANG. *A kinde of shooes for raynie weather.*} Genus calcéamenti, quo vtuntur Galli pluuioso tempore. Vulgus (*inquit Bayfius*) vocat *Gallosas. Cic 2. Philip.* Nam quod quærebas quomodo rediissem: primùm luce, non tenebris: deinde cum calceis & toga, nullis neccallicis, nec lacerna. Quo tamen in loco omnia penè exemplaria habent, Nec caligis, nec lacerna: sed corruptè, *vt satis constat ex Aulii Gellij Noct. Att. li. 13. c. 20.* vbi refert, T. Castritium discipulis suis probro vertisse, quòd feriato die conspicerentur lacernis induti & gallicis calceati.

GĂLLĪNĂRĬA, riæ, γαλλιναρία, Insula est in mari Tusco secundum Italiam, contra montes Ligusticos, à Gallinarum agrestium copia, *vt inquit Varro lib. 3. de Re rust. appellata.* ¶ Est & sylua gallinaria, γαλλιναρία ὕλη, Cumis vicina, *de qua Cicero ad Patum*, Qu. Caprarius obuiam mihi fuit in sylua Gallinaria. De hac *Strabo* ita scribit, Hoc quoque in sinu fructuosis virgultis frequens, & arboribus, sylua est multis portecta stadiis, aquarum indiga.

GĂLLŌGRAECĪ, iidem sunt qui Galatæ, ad quos Pauli epistola extat. Eorum regio est Galatia, quam Gallorum aliquot populos insedisse *Plinius libro quinto capite trigesimosecundo testatur, & Ptolemæus libro quinto tabula Asiæ prima. Strabo quoque lib. 4.* Tectosages è Narbonensi, Tœlistobogios & Trocinos è Celticis Galliæ profectos, Phrygiam Cappadocię & Paphlagonię vicinam occupasse scribit: tanto olim hominum robore Galli valuerunt. *Meminit & Liuius pluribus lib. 8.*

GĂLLVS, li, γάλλος, Cybeles sacerdos {GER. Ein pfaff der göttin Cybeles.} à Gallo Phrygiæ fluuio, cuius aquam qui gustassent, reddebantur insani. *Lucan. lib. 1.* crinémque rotantes Sanguineum populis vlularunt tristia Galli. *Ouid. 4. Fastorum*, Amnis it insana nomine Gallus aqua. [¶ Gallus Asinius scripsit libros aduersus Ciceronem *Suetonius in Claud. cap. 41.*]

Gallo, as, βακχεύω. Bacchor, insanio, Gallos Cybeles sacerdotes imitor. *Varro Eudamonibus*, Et deam gallantes vario retinebant studio. *Nonius.*

* GALLONIVS, Vir sumptuosus, de quo *Cic. pro Qu.* Non vsque eò tamen vt in capite fortunisque hominum honestissimorum dominentur ii, qui relicta bonorum virorum disciplina, & quæstum & sumptum Gallonii sequi maluerunt. *Idem 2. de Finib.* Sed qui ad voluptatem omnia referens, viuit vt Gallonius, loquitur vt frugi ille Piso.

Gallŭs gallinaceus, nota auis, nocturnus vigil, quem excitandis in opera mortalibus, rumpendóque somno genuisse Prouidentia diuina videtur. {שכוי *schechvi* ἀλεκτρυών. GALL. Coq. ITAL. & HISP. *Gallo* GERM. Ein han. ANG. *A cocke.*} *Cic. 2. de Diuinatione*, Democritus quidem optimis verbis causam explicat cur ante lucem galli canant. depulso enim de pectore, & in omne corpus diuiso, & modificato cibo cantus edere, quietę satiatos: qui quidem silentio noctis, (*vt ait Ennius*) fauent faucibus: rursus cantu plausúque premunt alas. *Et paulò antè*, Quia galli victi silere solent, canere victores.

¶ Vnde ioco prouerbiali dicimus, Superatus es à gallo quopiam, ἡττήσης ὑπὸ ἀλεκτρυόνος, in seruos qui dominos à tergo sequuntur supplices videlicet & abiecti, cuiusmodi solent esse galli superati in pugna. ¶ Domi pugnas more galli, οἰκοδομίας ἀπ' ἀλεκτωρ. In eum qui semper domi desidens, non audet vel in bellum, vel in certamina proficisci foras. Nam hoc pugnacissimum quidem est, sed domi. ¶ Huic

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

finitimum est, Gallus in suo sterquilinio plurimùm potest. ¶Gallus insilit, ἀλεκτρυὼν ἅπτεται. Vbi quis semel victus, redintegrat certamen. ¶Gallorum incusare ventrem, ἀλεκτρυόνος μάμφεσθαι κοιλίαν. De edacibus ac luxu multum absumentibus facultatum. Huic enim animanti venter mirificè calidus, ita vt omnia staeim concoquat. *Aristoph. Vespis.* ¶GALLI item Europæ populi sunt in multas gentes regionésque diuisi: *de quibus in dictione* Gallia. ¶Gallus item fortunam corporis significat, *vt inquit Quintilianus*, id est castratum: nam tales erant Galli sacerdotes Cybeles. Vnde prouerbialiter dicimus, Gallos quid exsecas? γάλλους τί τέμνεις; pro, quid actum agis? ¶Fuit item hoc cognomen Cornelij præstantissimi poëtæ, cuius etiam hodie aliquot extant fragmenta. Hic primus Ægypti præfectus, Augusto Cæsari familiarissimus fuit: cuius tamen iussu, quum in proditionis suspicionem venisset, fuit interfectus. [Non obscurè indicat *Suet. in August. cap. 66.*] *Vide plura de hoc supra in dictione* CORNELIVS.

Gallĭnă, næ, Auis nota. {ὄρνις, ἀλεκτρίς. GAL. Geline ou poulle. ITA. *Gallina.* GERM. Ein henn. HISPAN. *Gallina ò polla.* ANG. *An henne.* } *Terentius in Phorm.* Anguis per impluuium decidit de tegulis, gallina cecihit. [*Plaut. Milit. sc. 2. a. 2.* Quòd Gallinam aut columbam, se dicat sectari. *Idem Asin. sc. 3. a. 3.* Die me tuum passerculum, Gallinam, coturnicem. *Iuuenal. Satyr. 13.* Gallinæ filius albæ. ¶Villa ad Gallinas vnde dicta, vide *apud Sueton. in Galba cap. 1.*] *Plautus in Pseud.* [*sc. 1. a. 1.*] An obsecro hercle habent quoque gallinæ manus? Nam has quidem gallina scripsit. ¶Tria autem gallinarum genera enumerantur *à Varrone de Re rustica libro 3. cap. 9.* villaticæ, rusticæ, siue agrestes, & Africanæ. Villaticæ dicuntur vulgatissimæ illæ quas in villis, & nonnunquam etiam in vrbe ali videmus. Rusticæ, siue agrestes, medij cuiusdam generis sunt inter villaticas & Africanas: quæ *Varronis* tempore raræ erant in Vrbe: & in ornatibus publicis poni solebant cum pisacis, & merulis albis, aliisque rebus inusitatis. Ideo autem dictæ sunt agrestes, quòd non in villis, sed ferè in syluis oua facerent. Hæ primùm allatæ sunt è Gallinaria insula maris Ligustici: vbi hoc gallinarum genus agreste est, & ferum. Paulatim deinde cicures factæ, omnem Italiam impleuerunt: & ex Italia in Galliam & Germaniam translatæ sunt: à quibus ea de causa Longobardicæ gallinæ vocantur. Tertium gallinarum genus est, quas, quòd primùm ex Africa in Italiam sunt translatæ, Africanas vocauêre. Hæ (*vt loco iam citato ait Varro*) grandes sunt, variæ, gibberæ, & à Græcis Melagrides appellantur. Vulgus hodie vocat *gallinas Indicas.*

Gallĭnācĕŭs, a, um, Quod ex gallinis est. { ὀρνίθειος. GAL. De poulle ou geline. ITAL. *De gallina.* GERM. Von hennen. HISPA. *Cosa de gallo ò gallina.* ANG. *Of an henne.* } vt, Pullus gallinaceus. *Varro 3. de Re rustica capite 9.* Gallinaceis enim pullis bis deni dies opus sunt: pauonis ter noueni. Gallinaceum fel. *Cicero 2. de Diuinat.* Gallinacea oua. *Varro 3. de Re rustica, cap 9.* Si oua gallinis pauonina subiicies, quum iam decem dies pauonina fouere cœpit, tum denique gallinacea subiicere, vt vnà excludant. [*Plaut. Capt. sc. 1. a. 4.* Agninam & pullos gallinaceos.]

Gallĭnācĕŭs, cei, substantiuum, Ipse gallus. { ἀλεκτρυών. GAL. Coq. ITA. & HISPAN. *Gallo.* GER. Ein han. ANG. *A cocke.* } *Pescennius Niger*, Ob vnius gallinacei direptionem decem commanipulares qui raptum ab vno comederant, securi percuti iussit. *Plin. lib. 37. cap. 10.* Alectorias vocant in ventriculis gallinaceorum inuentas crystallina specie. *libro 8. cap. 17.* Gallinaceorum cristæ.

Gallĭnārĭŭs, rij, & Gallinaria, riæ, qui gallinas curat. { ὀρνιθοκόμος. GAL. Nourrisseur de poulles, poullalier ITA. *Gallinaio, ò gallinaia.* GERM. Ein man oder fraw so die hennen versorgt. HISP. *Gallinero ò gallinera que curan las gallinas.* ANG. *An henne heard.* } *Plin. libro 10. cap. 55.* Traditur quædam ars gallinarij cuiusdam dicentis quid ex quoque esset. *Varro de Re rust. lib. 3. cap. 9.* Inter duas ostium sit, quà gallinarius curator ille possit.

Gallĭnārĭum, rij, Locus in quo aluntur gallinæ. { ὀρνιθών. GAL. Vn gelinier, le lieu où les poules se iuchent, vn pouillier. ITA. *Pollaio, luoco da galline.* GERMA. Ein hünerhauß/oder hünerstall. HISP. *El gallinero donde auermen las gallinas.* ANG. *A coope where pultrie is keept.* } *Colum. lib. 9. cap. 3.* Gallinaria constitui debent parte villæ quæ hybernum spectat Orientem. Græci, *autore Polluce*, ποτανεῖον, vulgus à pullis gallinaceis, *Pullarium* appellat.

Gallĭcĭnĭum. { ἀλεκτρυοφωνία. GALLIC. Le temps de la nuict, que les cocs chantent. ITA. *Quella parte della notte, quando cantano gli galli.* GERM. Die zeit der nacht wenn die hanen krehen. HISP. *La media noche.* ANG. *The tyme of the night when the cockes craweth.* } Pars noctis appellata est, qua galli cantant, quæ est quarta castrensis vigilia. *Apuleius lib. 2. de Asino aureo*, Noctis gallicinio venit quidam iuuenis è proxima ciuitate.

Gallŭlo, as, are, pubescere est. *Nonius in Epodio*, puerum mulieri præstare nemo scit, quàntò melior sit, cuius vox Gallulascit, cuius iam ramus roborascit. *Ex Nonio.* At potiùs est graue quiddam & raucum sono, more gallinaceorum: quod in adolescentibus iam pubem emittentibus solet accidere: quod alio nomine hirquitallire dicimus.

Cămēlē, penult. correp. γάμαλα, Vrbs in Iudæa, siue in Syria Iudææ finitima. *Iosephus*, Syriæ habitatio quædam Gamale. *Sueton. in Tito*, Tarachiam & Gamalem vrbes validissimas Iudææ in potestatem redegit.

[Gimelus olim dicebatur, qui nunc Camelus. *Terent. Scaurus de Orthograph.*]

AMBRIVM, γαμβρεῖον, vrbs Ioniæ. *Steph.*

Gămmărŭs, ari, penultima correpta, aquaticum animal, simile cancro: vel (vt quidam putant) ipse cancer cui bina brachia denticulatis forcipibus ad caput porriguntur. { ἄστακος. GAL. Escreuisse, & langouste à Marseille. ITAL. *Gambaro.* GERM. Ein krebs/ oder ein thier das in wasser lebt einem krebs gleych. HIS. *Congrejo ò Camaron.* ANG. *A fishe lyk the crabbe.* } Color eius est glaucus, & subuiridis sed inter coquendum rubescit. *Martialis libro 2.* Concolor in nostra gammare lance rubes. *Iuuen. Satyr. 5.* Sed tibi dimidio constrictus gammarus ouo Ponitur. Veneri adhuc hodie nomen retinent. *Plinius autem libro 9. cap. 31.* leonem appellat: quod nomen Massilienses etiam habent.

Gămmoīdēs, γαμμοειδής, Ferrum quo vtuntur chirurgi ad extrahendum pus: ita dictum à similitudine Græcæ literæ γ.

Gămŏs, { חתנה *chatunnáh.* γάμος. GAL. Nopces. ITAL. *Nozze.* GERM. Hochzeit. HISP. *Bodas.* ANG. *Mariage.* } Latinè nuptiæ. Hinc composita fiunt, agamus, monogamus, bigamus, digamus, trigamus, polygamus, quæ omnia penultimam corripiunt. Hieronymus contra Iouinianum, Non damno digamos, imo nec trigamos, & si dici potest, octogamos.

Gamphasantes, populi Libyces Æthiopiæ, sine vllis vestibus viuentes, qui (*sicut scribit Pomponius*) à prælijs abstinent, quum nec tela iacere aut vitare noscant, ideóque obuios fugiunt. { GERM. Nackende leut so in dem innersten Libya wohnen. } *Plin. lib. 5. cap 8.* Gamphalantes nudi, prælióque expertes, nulli externo congregantur.

Gandavvm, Vrbs Flandriæ, Vulgò *Gent.*

Gāndrī, Populi sunt interioris Asiæ Pomponio, quos *Plinius* trans Margianem in Ortum ponit. ¶Sunt & Gandaræ populi quos *Ptolem. lib. 7.* in India, ad ipsum Indum sitos esse ait.

Gănĕă, næ, & ganeum, Lupanar meretricum, guloforum diuersorium, & popina: quòd scilicet sit in terra, non vt cænacula, supernus. {χαμαιτυπεῖον, πορνεῖον, γαστρεῖον. GALLI. Bordeau ou tauerne bordeliere. ITAL *Bordello.* GER. Ein hurenhauß. HISP. *El burdel.* ANG. *A brothell house, a tauerne of baudrie.* } Est enim locus abditus, & velut subterraneus, vinolentiæ & libidini aptus. *Cic. in Pisonem*, Paulisper sterti mus in illo ganearum tuarum nidore atque fumo: vnde tu nos cùm improbissimè respondendo, tùm turpissimè eructando eiecisti. *Terent. in Adelph.* Vbi ego illum quæram? Credo abductum in ganeam. [*Plautus Mostellar. scen. 1. a. 5.* Immersit aliquo se se in ganeam. *Idem Asin. sc 2. a. 5.* Censen' illum nunc primùm ire assuetum in Ganeam.] *Colum. in prolog.* Mox deinde vt apti veniamus ad ganeas, quotidianam Laconicis eruditatem excoquimus. *Plin.* tamen accepisse videtur pro ipsa ingluuie, cibarissque: ait enim de porco *lib. 8.* Neque alio ex animali numerosior materia ganeæ. [¶Ganeas popinásq; vsq; eò inhibuit Tiberius, vt ne opera quidem pistoria proponi venalia sineret. *Vide Suet. in Tib. c. 34.*]

Gănĕōnēs, {ἀσωτοι. GAL. Bordeliers, hanteurs de tauernes bordelieres. ITA. *Bordellieri.* GERM. Ein hurenfürer/ein vnnutzer züchtbrüder in hurenheuseren. HIS. *Los que andan al burdel.* ANG. *Haunters of baudene, ruffianes.* } Dicti à ganeis, *teste Nonio*, quemadmodum Popinones à popinis, qui ganeas frequentant. *Var. in Modio*, Et hoc interest inter Epicurum & ganeones nostros quibus modulus est vitæ culina. *Cic. in Catil.* Quis ganeo? quis adulter? quæ mulier infamis? qui corruptor iuuentutis. *Terent. in Heaut.* Si scire vis, ego dicam: gerro, iners, fraus, helluo, ganeo, damnosus.

Ganganorvm, promontorium Hyberniæ, *Ptol. lib. 2. c. 3.*

Gāngărĭdaē, γαγγαρίδαι, *vt inquit Curtius*, populi inter Assyrios & Indos, iuxta Gangen. *Virg. 3. Georg.* In foribus pugnam ex auro solidóque elephanto Gangaridum faciam, victorisque arma Quirini.

Gange, Vrbs Indiæ regia.

Gānges, gis. & Gangetis, γάγγης, Indiæ fluuius maximus. { GERMA. ein grosser fluß in Jndia. } Qui vniuersam secat Indiam, secum aureas arenas trahens, alio nomine Physon à Græcis dictus: quem Sacræ literæ inter eos annumerant, qui de paradiso profluunt. Fontes eius alij incertos esse tradunt, vicináque omnia rigare, quemadmodum & Nilum. Alij in Scythicis nasci, ipsámque Indiam secare dixerunt, flueréque in eum triginta amnes. Minima Gangis latitudo per octo millia passuum, maxima per viginti patet. Altitudo vbi vadosissimus est, mensuram centum pedum implet. [*Ouid. Eleg. 4. lib. 5. Trist.* Lato spatiantem flumine Gangem.] Dictus Ganges à Gange Æthiopum Rege, *vt ait Suidas. Ouid. libro 4. Met.* De color extremo qua cingitur India Gange.

Gāngētĭcŭs, ca, cum, γαγγητικός, Denominatiuum. *Col. libr. 8. cap. 8.* Iam nũc Gangeticas & Ægyptias aues temulenter eructas.

Gānglĭŏn, γάγγλιον, Tumor in capite, vel collo vt plurimùm proueniens, interdum flatu tantùm, interdum tenuissimo humore plenus, quæ duo genera facillima sunt curatu. Nonnunquam etiam contingit humores esse crassissimos nullis cedentes medicamentis: quod genus non nisi arctis ligationibus, aut sectionibus potest curari. De his *Cels. lib. 7.* Est & Ganglion Paulo nerui alicuius vel exictu, vel ex lassitudine contortio, in multis quidem omnino partibus corporis, sed præcipuè mollibus, vt in extremitate manuum atq; pedum.

Gāngră, γάγγρα, ἡ vel τό, Vrbs Paphlagoniæ. Causam nominis *Steph.* explicat. *Vide* Candara. Alia est in Arabia felici.

Gāngrænă, næ, {γάγγραινα. GAL. Chair morte par vlcere & inflammation. ITA. *Carne moria di vna pagia.* GER. Der krebs/oder faul fleisch von dem krebs har. HISP. *Carne morte de llaga.* ANG. *Dead flesh in the body of a botche.* } cum æ diphthongo: caro est emortua ex vlcere, vel inflammatione: cui nisi opportuno remedio occurratur ad vicina proserpit. Dicta Gangræna, παρὰ τὸ γραίνω, τὸ ἐσθίω, hoc est, à comedendo, seu depascendo. Subalbescit autem primò, demum atra fit sensu amisso in prominentibus membris, id est, inter vngues, & alas, & inguina: & in senibus ferè, atque his quorum corpus malè habitus est. *Lucil lib. 1. Sat.* Serpere vti gangræna malo, ad quem herpetica posset. *Varr.* Non vituperamus, quum sciamus digitum præcidi oportere: si ob eam rem gangræna non sit ad brachium ventura. *Vide de hoc Cornelium Celsum lib. 5.*

Gānnĭo, is, niui, vel gannij, itum. Proprie vulpium est: *teste Donato.* {κυζάομαι. GALLI. Glappir ou iapper à la façon d'vn renard ou d'vn chien, gronder, grommeler. ITA. *Far voce di volpe, sgagnolere.* GERM. Bellen oder schreyen wie ein fuchs HISPAN. *Gañir el can ò raposa.* ANG. *To yaulpe or bark lyk a dogge or foxe.* } Dicitur tamen & de canibus, quum claro vlulatu dolorem quendam gaudiúmve testari videntur. Inde ad homines translatum. *Terent. in Adelph.* Quid ille gannit? quid vult? *Persius Satyr. 5.* Stat contrà ratio, & secretam gannit in aurem. Huius compositum est Oggannio, de quo suo loco. [*Plaut.* Oggannis? S. Nec gannio, nec latro.]

Gānnītĭo, & Gannitus. {κυζηθμός. GALLIC. Glappissement, iappissement,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

sement,grondement,grommellement. ITA. *Lo sgagnolire,u'ſ grnire.* GERM. Das bällen. HIS. *El gañido.* ANG. *Barking,yaulping.*} *Lucret. us,* Longe alio pacto gannitu vocis adulant: Aut quum deſerti baubantur in ædibus: aut quum Plorantes fugiunt ſubmiſſo corpore plagas. *Gannitus Nereïdum. *Plin. lib. 9. cap. 5.* Nanque hæc in eodem ſpectata litore eſt, cuius morientis etiam gannitum triſtem accolæ audiuere longè.

* Gannitus eſt, propriè veluti ploratus vapulantium. *Donatus.*

GANNODVRVM, γαννόδουρον, Vulgò *Conſtantia*, Heluetiorum oppidum eſt ad Iuram montem, *teſte Ptol. lib. 2. c. 9.* {GER. Conſtentz an Bodenſee.

GĂNYMĒDĒS, γανυμήδης. Trois filius fuit formoſiſſimus puer, quem quum Iupiter deperiret, iuſſit in cælum ab aquila portari, & ſibi à caliculis eſſe, repudiato miniſterio Hebes, quæ ante illius raptum miſcendo nectari præerat {GER. Ein ſchöner Knab/welchen Jupiter durch ein Adler in Himmel hat entragen laſſen/damitt er ſein einſchäncker wäre. Hanc falcon

currere cursum dicitur. [Gaudere geminum gaudium, *Gell. cap. 9. lib. 9.*] *Terent. in Adelph.* Hunc scio mea solidè solum gaudium gaudia. *Calius Ciceroni*, In theatrum Curionis Hortensius introiit, puto vt suum gaudium gauderemus. Gaudeo voti, significat ex animo gaudeo te voti compotem factum esse. *Apuleius lib. 1.* Sed quid istud? voti gaudeo. Locutio est noua & inusitata, *vt pleraque apud Apuleium* Gaudere in sinu, prouerbialis locutio, quam & Poëtæ vsurpant, significat secum, & cum suis lætari. *Cic. lib. 3. Tusc.* Quoniam plausibilia non hæc sunt, vt in sinu gaudeant, gloriosè loqui desinant. *Tibul.* Qui sapit, in tacito gaudeat ille sinu. *Propertius lib. 2.* In tacito cohibe gaudia clausa sinu. Huius verbi composita sunt, Congaudeo, simul gaudeo, συνχάιρω. Adgaudeo, gratulor, ἐπιχάιρω. *Lactantius lib. 4.* Ego eram cui adgaudebat, hoc est, quasi applaudebat, & gratulabatur. [*Plau. Mostell. sc. 3. a. 1.* Gaudeant suo semper perpetuo bono. *Idem Men. sc. vlt. a. 5.* Quem (fratrem) esse inuentum gaudeo. *Idem Mostell. sc. 2. a. 2.* Saluc, saluum te aduenisse gaudeo. *Idem*: E. Gaude. H. Quid ego gaudeam. E. Quia impero. *Item*, Gaudeo, etsi nihil scio, quod gaudeam. *Plaut. Capt. sc. 1. a. 4. Idem. Plau. Capt. sc. 5. a. 3.* Herum seruaui quem seruatum gaudeo. *Idem Men. sc. vlt. a. 5.* Gaudeo, si quid propter me tibi euenit boni. *Sen. epist. 46.* Non delectatus modò, sed & gauisus sum.]* Gaudeo ventum, pro venisse. *Plaut. Cistel.* Quod ille dixit, qui secundo vectus est mari, Ventum gaudeo ad te ecastor: ita hodie hic acceptæ sumus suauibus modis. [¶ Cùm tu es liber, gaudeo, (formula est.) *Plaut. Men. sc. 7. & sc. vlti. a. 5.*]

GAVGAMELA, vel Gangamela potiùs, γαυγάμηλα. locus Persidis, *Steph. Vide Strab. in initio lib. 6.*

Gāuĭa. Auis est aquatica in petris nidificans. *Plin. lib. 10. c. 32.* Gauiæ in petris nidificant, mergi in arboribus. Pariunt plurimùm terna, sed gauiæ æstate, mergi incipiente vere. *Idem c. 74. eiusdem libri*, Aquaticæ anates & gauiæ.

GAVLĔŌN, γαυλεών, Teste Solino, insula est Lybiæ obiacens, in qua serpens neque nascitur, neque inuectus viuit: puluisque eius quocunque gentium iactus, angues & scorpiones perimit.

Gaūlŭs, γαυλός. Nauis genus paruæ & rotundæ. Festus. [*Idem Gellius c. 25. lib. 10.*] Est item GAVLOS, insula Siciliæ adiacens, ab ea parte, qua Africam spectat. *Autor Pli. lib. 3. c. 8.*

[Gaunace: *Terent. Scaur. de Orthogr.* Alij Gaunacen dicunt: alij Caunacen.]

Gaunacum, ci, Vestimentum crassum. *Varro lib. 4. de lingua Latina. Meminit Aristophanes, οἱ ὧν καλὸν περᾶδε, οἱ δ' καυνάκλυ.* Item *Athenæus lib. 4. καῦνακας ἀμφιβεβλημένους*, perperam pro καυνάκας. *Scaliger in Varronem.*

GAVRVS, γαῦρος. Mons Campaniæ, Massicis & Surrentinis propinquus, in quo nascitur vinum præcipuæ bonitatis. *Stat. lib. 3. Sylu.* Seu tibi Bacchæi vinetra madentia Gauri.

¶ Hinc Gauranus, a, um, vt Gaurani montes, *apud Plin. lib. 3. cap. 5.* Gauranum vinum, quod in summis agri Falerni iugis nascebatur. Nam quod in mediis gignebatur montibus, Faustianum: quod in imis, Falernum dicebatur, *teste Plin. lib. 14. c. 6.*

Gausapatus, a, um, *Seneca Epist. 54.* Gausapatus me in mare iniicio.]

Gāusăpē, pen. cor. {ארדת *addéreth.* τὸ ἀμφίπαλλον, τὸ ἀμφίπατον, ὁ ἀμφιστὴς. GALLIC. Mante velue. ITALIC. *Schiauina.* GERM. ein gefoyet kleid/ oder ein winterdecke. HISP. *Vestidura velloſa.* ANGL. *A carpet to laye on a table, a frize garment.* } Vestis militaris seu straguli genus, quod olim ex stramento confici solebat, quanquam postea etiam ex lana fieri cœpit maioribus villis: quo etiam in vrbe vtebantur, hyberno potissimùm tempore, aduersus frigoris tempestatúmque iniurias. *Plin. lib. 8. cap. 48.* Antiquis totus è stramento erat, qualiter nunc etiam in castris gausape. Patris mei memoria cœpêre amphimalla nostra, sicut villosa etiam ventralia. Nam tunica laticlaui in modum gausape texi tunc primùm incœpit. Quo in loco gausape genitiui casus est. Est enim hoc nomen indeclinabile: quanquam apud antiquissimos inueniatur gausapes, pis, & gausapa, gausapæ, & gausapum, gausapi. Adhuc apud probatos autores nonnunquam occurrit in numero plurali gausapa. *Ouid. lib. 2. de Arte amandi.* Gausapa si sumpsit, gausapa sumpta proba. *Persius Saty. 6.* Iam chlamydas regum, iam lutea gausapa captis, Effedáque ingentésque locat Cæsonia Rhenos. *Idem Satyr. 4.* pro barba hirsuta & prolixa. Sic enim solet interpretari versus ille: Tu cum maxillis balanatum gausape pectas. [*Vide Martial. Epig. 49. lib. 14. & epigr. 138. & 152.* eiusdem libri Gausape quadratum.]

Gāusăpĭnă penula, Villosæ vestis genus, quo hyberno tempore, & frigido vtebantur. {ἡ ἀμφιμαλλωτὸς, ἡ ἀμφίπαλλα. GA. Mante ou habit velu dehors & dedas. IT. *Schiauina.* GE. ein gefoyrleten kleid. HI. *Vestidura velloſa dentro y fuera.* AN. *A rough winter gowne.*} Hanc sic describit *Martialis in Distichis*: [*Epig. 145. lib. 14.*] Ismihi candor inest villorum gratia tanta, Vt me vel media sumere messe velis. Pro eodem dicitur & gausapina, absolutè. *Idem*, Mense vel Augusto sumere gausapinas. [*Idem Martial Epig. 147. lib. 14* Gausapina cubicularia.]

Gāusăpātus, pen. prod. Gausapinâ indutus. {ἀμφιμαλλωτὸς, ὁ ἀμφίπαλλα ἐνδεδυκώς. GAL. Vestu d'vne robbe ou mante velue dehors & dedans. ITA. *Vestito di manto peloſo.* GER. Mit einem gefoyrleten kleid angethon. HISP. *Veſtido di veſtidura velloſa d'entro y fuera.* ANG. *Cladde with a rough gown.*} *Senec. epist. 54.* Mitto me in mare quomodo psychrolutam decet gausapatus.

Gāzā, æ, {גנזך גנזי *ganáz reechúsch.* γάζα. GAL. Grande cheuance, finance ou richesse. ITA. *Maſſeritia, richezza.* GER. ein schatz/ reichtum/ hab vnd gutt. HIS. *Granues riquezas.* ANG. *Riches, the flore an ſtuffe of any man.* } Dictio Persica, significans opes, supellectilem, & omne quod possidemus. *Pompon. Mela.* Gazam Persæ ærarium vocant. *Curt. lib. 3.* Igitur quasi parum munimentis oppidi fidens, ante solis ortum pecuniam re iam (gazam Persæ vocant) cum pretiosissimis rerum efferri iubet, simulans fugam. *Virg. 5. Æneid.* Et gaza lætus agresti. *Idem*, -tabulæque & Troia gaza per vndas. *Cic. 2. Offi.* Omni Macedonum gaza, quæ fuit maxima, potitus est Paulus. [*Sueton. in Neron. cap. 31* Gazæ antiquissimæ Thesauri.] ¶ Arabum gazas dixit *Horatius*, pro cumulatissimis opibus, non sine specie prouerbiali. ¶ Est etiam GAZA nomen ciuitatis in Persida, ita dictæ quòd Cambyses eò vrbium munitissimam totius regni arcem, omnes opes pecuniámque congesserit.

Gazæus, a, um, γαζαῖος. Et Gazæticus, ca, cum, quod est ex Gaza vrbe Persica, circa quam nobilissima vina nascebantur, *teste Pomponio Mela. Suetonius in Faustum*, Vina mihi non sunt Gazætica, Chia, Falerna.

Gāzophўlācium, cij, {גנזך לשכה *ganzách lischcháh.* γαζοφυλάκιον GALL. Thresorerie, le lieu où on met le thresor. ITAL. *Luogo doue si conſeruano le cose pretiose.* GER. ein schatzkammer/ ein ort dahin man gelt vnnd gut behaltet. HISP. *El threſoro, lugar donde gardan las riquezas.* ANG. *A cheſt where a treaſure is keept, a iewell houſe.*} Nomen compositum ex Gaza dictione Persica, & Græco verbo φυλατίω, quod est custodio. Est enim locus, in quo gazam, hoc est, thesaurum, opes, aut pretiosiorem supellectilem conseruamus.

GAZACA, γάζακα, ἡ γάζακος, ἡ, Vrbs aut vicus maximus in Media, *Stephan.*

GAZETAE, γαζῆται, Populi Galatiæ aurum gerentes, *Author Stephanus.*

GAZORVS, γάζωρος, Vrbs Macedoniæ, *Steph.*

GAZVS, γάζος, Vrbs Indica longè maxima, *Steph.*

G ante E.

GEN. CORN. In notis antiquorum, Gente Corneliorum, GENS. Gentes. GERM. vel GER. Germanicus, vel Germanico. G.F. Gula filiorum. GG. aliàs GD. Gesserunt. G. GEN. GER. Gaudium generis Germanici.

Gĕă, γέα, Oppidum est Arabiæ Petreæ, non procul à Petra regionis totius Metropoli. *Author Steph.*

Gĕbăl, ă, {גבל *gebál.* γάβαλα,} Tertia Palæstinæ portio, à qua deducitur gentile Gebalenus. Quin ipsa etiam Idumæorum regio, Gebalene, γαβαλήνη, cognominatur. *Autor Steph.*

GEBALENA, γαβαληνή, Regio in finibus Eleutheropoleos.

GEBANITAE, Populi sunt maris rubri accolæ, in Arabia deserta, quorum præcipua oppida sunt Nagia, & Tamna, *teste Pli. li. 6. cap. 28.* Hinc genus myrrhæ Gebaniticum appellatur.

GEBELEIZES, Dæmon, idem Zamolxidi putatur. *Vide Herodotum lib. 4.*

Gĕbennă, Mons est in Gallia, Arnernos ab Heluiis diuidens, ab ea parte qua Cadurci & Ruteni Arnernos spectant. {GERM. ein gebirg in Frantkreych} *Cæsar li. 7. bell. Gall.* Partem copiarum ex prouincia, supplementúmque quod ex Italia adduxerat, in Heluios, qui fines Arnernorum contingunt, conuenire iubet. His reb. comparatis repressoque iam Lucterio, & remoto, quòd intrare intra præsidia periculosum putabat, in Heluios proficiscitur: etsi mons Gebenna qui Arnernos ab Heluiis discludit, durissimo tempore anni, altissima niue iter impediebat, &c. Ex quo loco Cæsaris facilè deprehendi potest error eorum, qui extremum Allobrogum oppidum ad Lemanum lacum sicum in confinio Heluetiorum, vocant Gebennam, quum omnino constet ex primo Comm. Cæsaris, Geneuam appellari. *Lucan. lib. 1. in* plurali numero vsus est pro oppido in Gebenna monte sito: Cana, inquiens, pendentes rupe Gebennas.

GEDANVM, Vulgò *Danzig.* Vrbs est totius Borussiæ Emporio celeberrima: ad ostium Vistulæ, fluminis Poloniæ, in mare Balticum sese exonerantis, sita. Hæc omnis generis merces copiosas secundo Vistula ex regno Poloniæ acceptas, maritimis regnis & vrbibus multis, sine vanitate impertit. Paret verò Regi Poloniæ: & ad omnia quæ ad ius & personam Maiestatis Regiæ pertinet iuramento obligatur. *Lin. 5. statut. Polon. c. 3.*

Gĕdĕon, {גדעון *gidéón.*} Nomen proprium Iudicis Israel, qui occidit Oreb, Zeb, Zebee, & Salmana.

GEDROSIĂ, γεδρωσία Regio maioris Asiæ. Hodie Tarsæ regnum vocari, Autor est Sabellicus.

[Gegania, mulier Rom. *Pluta. in Num. & Lyc.*]

Gĕhennă, nę, {גי-חנם *ge-hinnóm.* γέεννα. Quid significet explicat *Hieronymus* hisce verbis, Erat (*inquit*) idolum Baal iuxta Hierusalem ad radices montis Moria, in quibus Siloa fluit. Hæc vallis & parua campi planities, irrigua erat, & nemorosa, plenáque deliciis, & lucus in ea idolo consecratus. In tantam autem populus Israel venerat dementiam, vt deserta templi vicinia, ibi hostias immolaret, & rigorem religionis deliciæ vincerent, filiósque suos incenderent dæmonibus, vel initiarent. Et appellabatur locus ipse Gehennon, id est, vallis filiorum Hennon. Hoc regum volumen, & Paralipomenon, & Ieremias plenissimè scribunt. Et comminatur Deus se locum ipsum impleturum cadauerb. mortuorum, vt nequaquam Thopheth & Baal, sed vocaretur Polyandrium, id est, tumulus mortuorum. Futura ergo supplicia & pœnæ perpetuæ quibus peccatores cruciandi sunt, huius loci vocabulo denotantur. Duplicem autem esse gehennam, nimii ignis & frigoris, in Iob plenissimè legitur.

Gĕlă, γέλα, *Scephano*, Vulgò *Cherza*, Fluuii nomen est in Sicilia, & vrbis à pruina, quam multam gignit, (Siculi enim γέλαν, pruinam vocant) deducto nomine. *Virg. 3. Æneid.* Immanísque Gela fluuij cognomine dicta.

¶ Inde Gelous, a, um, denominatiuum. *Ibid.* Apparet Camerina procul, campique Geloi.

Gĕlăbĭlis. Gelasco, *Vide* GELV.

Gĕlăsīnī, pen. prod. dentes anteriores, quos ridendo ostendimus: Cicero aduersos acutos vocat. {γελασῖνοι. GALL. Dents deuant qui apparoissent quand on rit. ITA *Denti ainnanzi.* GER. Die vorderſten grossen zän im mund/ so man entdeckt im lachen. HISPAN. *Dientes de delante.* ANG. *The fore teeth with appareth in laughing.*} Ἀπὸ τῦ γελᾶν, hoc est, à ridendo. ¶ Gelasini item lineæ sunt, siue rugæ quæ in ridentis facie apparent *Mart. lib. 7.* Nec grata est facies, cui gelasinus abest. ¶ Item mimi, qui gesticulatione faceta populum oblectant. Vnde Gelasinus ille Plautinus, falsis dictetiis populum delectat & dum risum captat, irridetur. Vnde est illud, Caue ex Gelasino fias catagelasinus: hoc est deridiculus.

GEL BŌE, {הרי-גלבוע *hare-gilbóah.*} Mons Syriæ ad sextum lapidem à Scythopoli, in quibus etiam est vicus grandis, qui vocatur Gelbos.

Gelĭcĭ-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Gĕlĭcĭdĭum, Gelidus, Gelo, *Vide* GELV.

GELLIVS, viri proprium, ἀπὸ τῦ γελᾶν, id est, ridere: cuius extant Atticæ noctes. Prænomen habet Aulus, quanquam non desint qui coniunctim legendo, Agellium dici putent.

GĔLŌI campi, γελῶα πεδία, In Sicilia sunt ad Gelam fluuium. *Virg.* 3. *Æneid.* Apparet Camerina procul, campíque Geloi.

GĔLŌNĪ, γελωνοὶ, populi interioris Scythiæ, Agathyrsis proximi: qui faciem pingunt, vt viriliores in prælio videantur. Patientissimi sunt inediæ, famémque vrgente, equo vehuntur, sanguinis nonnihil detrahunt, eóque cum lacte commisto inediam leuant. Hodie Tartari appellantur. *Virg.* 2. *Georg.* Pictósque Gelonos. *Lucan. libro* 4. Massagetes quo fugit equo, fortésque Geloni. *Virg.* 3. *Georg.* Bisaltæ quo more solent, acérque Gelonus, Quum fugit in Rhodopen, atque in deserta Getarum. Et lac concretum cum sanguine potat equino.

GĔLŎS, Cariæ portus est, iuxta Halicarnassum, *vt scribit Pompon. l. b. 1. in descriptione Cariæ.*

GĔLOVM, Stagnum est Siciliæ, quod appropinquantes tetro odore abigit. {GER. Ein stinckender see oder wüste pfützen in Sicilia.} à quo nõ procul duo fontes sunt, ex quorum altero si sterilis bibit, concipit: ex altero autem si fœcunda, sterilis fit. Hinc campi Geloi, stagno illi ad iacentes. Sunt tamen qui ab Gela fluuio dictos volunt.

Gĕlū, Aquæ concretio ex frigore. { קרח *kérach.* κρυμὸς, κρυμοτὸς, πάγετος. GALLIC. Gelee, glace. ITA. *Gelo, ghiaccio.* GERMAN. Eyß / gefrurste. HISPAN. *Yelo ò elada.* ANG. *Yce, froſt.*} [*Ouid. Eleg.* 4. *lib.* 3. *Triſt.* Astricto terra perusta gelu. *Ibidem Eleg.* 10. Terráque marmoreo est candida facta gelu. *Item*, Et niter inducto candida barba gelu.] Aliquando tamen ponitur pro frigore. κρύος. Vnde gelidum, frigidum dicimus. Antiqui etiam gelus dixerunt, teste Nonio: & similiter gelum, geli. *Lucret. lib.* 5. Assiduósq; geli casus mortalibus aufert. *Et lib.* 6. Demittit qua sæpe gelum quod continet in se.

Gĕlĭcĭdĭum, dij. Ipsum gelu, & concretio aquæ. { קרח *kéracḥ.* κρυμὸς, κρυμὸς. GALLIC. Gelee. ITA. *Gielo.* GERM. Gefrierung. HISP. *La cayda del yelo ò elada.* ANG. *A freezing or congealing together.*} *Colum. lib.* 2 *c.* 8. Vt priùs conualescant radices frumentorum, quàm hybernis imbribus, aut gelicidiis, pruinísve infestentur. *Idem lib.* 11. *c.* 2. Hyemat cum frigore & gelicidiis.

Gĕlo, las, lare, actiuum verbum, idem quod frigore astringo. {κρυσταλλῶμαι, πήγνυμι. GAL. Geler, glacer. ITAL. *Congelare, agghiacciare.* GERM. Gefroren machen. HIS. *Elar.* ANG. *To freeze.* Eius passiuum gelor legitur *apud Iuuenalem, Sat.* 6. pauidóque gelantur Pectore. Sic gelatum lac, *Colum. lib.* 10. *cap.* 38. Gelatus caseus, *Idem lib.* 7. *cap.* 8. Sæpe etiam neutrum est, sed vix aliter, quàm in tertiis personis. *Polyb. lib.* 14. *cap.* 3. Non antè demetuntur, quàm gelauerit. *Idem lib.* 15. *cap.* 6. Si gelant frigora, quarto die præmendum. ¶Hinc etiam componunt, Congelo, Relego, *de quibus suis locis.*

Gĕlāsco, is, ere, Est gelu astringi. {κρυσταλλοῦμαι. GALLIC. Se geler ou glacer. ITA. *Congelarsi, agghiacciarsi.* GER. Gefrieren. HISP. *Elarse.* ANG. *To congeall, to freeze.*} *Gellius lib.* 17. *cap.* 7. Vina rarenter congelascunt. *Plinius libro* 14. *cap.* 21. Vini natura non gelascit.

Gĕlātĭo, verbale, Congelatio. { πῆξις, πάγωσις. GALLIC. Gelement, glacement. ITAL. *Agghiacciamento.* GERM. Gefrierung / oder gefurste. HISP. *Elamiento, elado.* ANG. *A freezing.*} *Plin. lib.* 17. *c.* 14. Si protinus editis fructibus gelatio magna consecuta est, etiam paucis diebus necat.

Gĕlābĭlis, le, Quod gelu durari potest, ut quo fit compositum Ingelabilis, vel potiùs incongelabilis, de quo suo loco.

Gĕlĭdŭs, da, dum, penult. corr. Frigidus, congelatus, frigore concretus. { קר *kar.* κρυερὸς. GAL. Fort froid, gelé, glacé. ITA. *Gelido, freddo, gelato.* GERM. Eyßkalt. HISP. *Cosa fria, ò elada.* ANG. *Very colde, froſer.*} *Virg. lib.* 3. *Æneid.* Nimbi frigidus horror Membra quatit, gelidúsque coit formidine sanguis. Gelidus æther, *Virg.* 8 *Æneid.* Gelidus amnis, gelida rupes, gelidum flumen, apud eundem. Gelidæ naturæ sydus. *Plin. lib.* 2. *cap.* 86. Gelida, absolutè, subaudi aqua. *Horat.* 2. *Serm. Sat.* 7. Poscit te mulier, vexat: foribúsque repulsum Perfundit gelida: rursus vocat. [*Tibull. lib.* 4. Nobilis Atraciæ gelidos (Læstrigonas) quos irrigat vnda. *Ibidem* Gelidas disiectus in alpes Pannonius. *Item*, Atq; duę zonæ gelido vastantur frigore semper.] ¶Hinc componitur Egelidus, a, um, quod significat id, quod non est calidum, neque frigidum (nam e, quandoque priuationem denotat) quanuis *Serv.* pto valde frigido exposuerit. *vide suo loco.*

Gĕlĭdē, aduerb. frigidè, timidè. { κρυερῶς, πάνυ ψυχρῶς. GAL. Fort froidement. ITA. *Gelatamente, da agghiacciato, fredamente.* GERM. Gantz kalt / one eyfer vnnd ernst. HISP. *Fria y frescamente.* ANG. *Coldelie, as it were froſen.*} *Horat. de Arte*, Vel quod res omneis timidè, gelidéque ministrat.

GEMEA, Nomen alæ militum Macedonensium. *Liuius* 7. *bell. Macedon.* Addita his ala mille fermè equitum, gemeam vocabant.

Gĕmĕllăr, aris, neutri gen. Vasis genus, cui fortassis ex eo inditum nomen, quòd geminas mensuras contineat. *Colum. lib.* 2. *cap.* 50. Quod deinde primum defluxerit, in rotundum labrum (nam id melius est, quàm plumbeum quadratum, aut gemellar) protinus capulator depleat. * Gemellaria, æ, fœmin. gen. dixit *Augustin. in Psal.* 136. Vt amurcam per plateas fluentem cœnens, oleum in gemellaria, nõ videas.

Gĕmĕbūndŭs, *Vide* GEMO.

Gĕmĭnŭs, a, um, duo, bini. { תאום vel תאמים *teóm* vel תאמים *teomim.* διδυμος. GAL. Gemeau, double. ITA. *Gemino, doppio.* GERM. Zwyfach / Zwyfaltig. HISPA. *El mellizo con otro, entre si muy seme jantes.* ANG. *Twoo, double.*} *Virg. lib.* 6 Sunt geminæ somni portæ. *Terent. in And.* Nam satis credo, si aduigilaueris, Ex vnis geminas mihi conficies nuptias. Vnde etiam gemini dicuntur duo vno partu editi. *Virg. lib.* 8. *Æneid.* Geminos huic vbera circum Ludere pendentes pueros. [*Plaut. Amph.* Hodie illa pariet filios geminos duos. *Idem Plaut. Amphitr. sc.* 1. *a.* 5. Illam filios pueros geminos peperisse conspicor. *Ouid. Eleg.* 11. *lib.* 3. *Triſt.* Exhibuit geminos ore gemente sonos. *Idem ibid.* Vnus olim nunc verò parrus est geminus. *Senec. c.* 14. *de Consol. ad Mart.* Geminum funus renunciatum, (id est mors duorum liberorum.) *Idem Plaut. Milit. sc.* 4. *a.* 2. Mea soror gemina germana. *Idem Men. sc.* 1. *a.* 2. Geminum germanum fratrem meum. *Idem Curc. sc.* 1. *a.* 2. Geminos in ventre videor habere filios.] Si autem tres fuerint, trigemini dicuntur: si quatuor, quatergemini. *Colum. lib.* 4. Albanas equitię familiæ trigeminorum matres. ¶Quandoque pro simili ponitur. *Pacuuius*, Par fortitudo, gemina confidentia. *Cicer. pro Rosc. Amer.* Par est auaritia, similis improbitas, eadem impudentia, gemina audacia. *Idem pro Rosio Comœd.* Simillima, & maximè gemina societas hæreditatis est. [*Plaut. Men. sc. vlt. a.* 5. Gemini ambo eramus. Suprà, duo & pares. *Idem Men. sc. vlt. a.* 5. Spes est vos inuenturos fratres germanos, duos, geminos, vna matre, vno patre, vno die natos. *Ibidem*, Ii sunt gemini germani duo. *Plaut. Amphitr. sc.* 1. *a.* 5. Geminus Sosia hic factus est tibi. (id est duos similimos pro vno habes.)]

¶Est etiam cæleste signum, quod Astrologi vocant Geminos, Castorem & Pollucem intelligentes, qui à matre Leda vno partu creduntur editi, *de quibus Seneca.* In magna tempestate apparent quasi stellæ cælo insidentes, adiuuantque se tunc periclitantes existimant Pollucis & Castoris nomine. *A Columella* dicitur Geminum astrum, quod XIIII. Calendas Iunij Sol ingreditur ¶Geminus etiam Iani epithetũ est, quòd gemina facie pingi solear: cuius ratione hanc affert *Macrob.* quòd Ianus omnium sui seculi fuerit prudentissimus: neque solùm ea viderit quæ ante se erant, hoc est præterita, verum etiam ea quæ post se erant, hoc est, futura prospexerit. [*Sueton. in Neron. cap.* 13.]

Gĕmellŭs, la, lum, dimin. {תאום vel potiùs תאמים *teomim.* διδυμος, διδυμάων. GAL. Gemeau, double. ITAL. *Gemello, doppio.* GER. Zwyfach / zwifsing. HISP. *El mellizo con otro, doblados.* ANG. *Double, twoo.*} *Virg. Ecl.* 1. Modò namque gemellos Spem gregis, ah silice in nuda connixa reliquit. [*Ouid. 5. Fast.* Bina gemellorum quærebam signa Deorum (Larium. Gemella legio.) quo de duab. facta est, *Cæs. lib.* 3. *de bell. ciu.*] Gemellæ vites, *à Col. lib.* 3. *c.* 1. dictæ sunt ab vuis semper geminis, nam duplices vuas (vt inquit idem) exigunt. *Plin. lib.* 14. *cap.* 2. Gemellarũ, quibus hoc nomen vuæ semper geminæ dedêre.

Gĕmĕlliparā, pen. cor. Latonæ epitheton est, quæ Apollinem & Dianã vno partu edidit. διδυματόκος. *Ouid. 5. Fast.* -fuit impetus illi Curua gemelliparæ spicula ferre deæ.

Geminitudo, inis, verbum antiquitate obsoletum. *Pacuu. in Atlanta.* Habeo ego istam, qui distinguam inter vos geminitudinem. *Ex Nonio.*

Gĕmĭno, nas, penul. corr. Duplico. { כפל *chaphál.* διπλασιάζω, διπλόω. GAL. Doubler. ITAL. *Doppiare, radoppiare.* GERM. Zwyfach machen / zwyfaltigen. HISPAN. *Doblar ò reperir alguna cosa.* ANG. *To double.*} *Terent. in Adelph.* Geminabit, nisi caues. *Varro* 3. *de Re ruſt. cap.* 16. Eximendorum fauorum signum sumunt ex ipsis, quum plenas aluos habent, & quum illas geminauerint. [*Ouid. Eleg. vlt. lib.* 4. *Triſt.* Iámque decem vitæ frater geminauerat annos.] Geminatus Sol, *Cicer. de Natura deorum*, Geminata ars, *Plinius libr.* 20. *cap.* 1. Gemina victoria, *Liu. 1. ab Vrbe.* Geminatus honor. *Idem lib.* 9. *bell. Maced.*

¶Huius composita sunt, Congemino. *Plaut. in Amph.* Nunc si patera pateram peperit, omnes congeminauimus. Ingemino, repeto, duplico. *Virg. lib.* 1. *Georg.* Tum liquidas corui presso ter gutture voces, Aut quater ingeminant. διπλοχρόσται.

Gĕmĭnātĭo, verbale, Duplicatio. { כפל *chéphel.* διπλασιασμὸς, διδυμότης. GALL. Doublement, redoublement. ITA. *Doppiamento.* GERMAN. Zwyfachung / widerauferung. HISPAN. *Aquella obra de doblar ò reperir.* ANG. *Doubling or repeating.*} *Cic. lib.* 3. *de Orat.* Nam & geminatio verborum habet interdum vim, leporem aliàs, paulum mutatum verbum, atque deflexum.

Gĕmĭnātĭm, aduerbium, *teste Diomede Grammat. libro primo*, διδύμως.

Gemites, Gemma, quæ veluti candidas manus inter se complexas habet: *de qua Plin. lib.* 37. *c.* 11.

Gĕmma, mæ, Oculus vitis quem primò emittit. { פרח נצה *nitzṣáh pérach* ὀφθαλμὸς. GAL. Le bourgeon ou bouton de la vigne. ITA. *L'occhio della vite.* GER. Ein rãbang. HISP. *Yema del sarmiento, que es capullito de sale la flor de la vua ò del fructo.* ANG. *A young budde of a wyne.*} *Virgil.* turgent in palmite gemmæ. *Cicer. de Senect.* Itaque ineunte vere in his quæ relicta sunt, existat tanquam ad articulos sarmentorum ea quæ gemma dicitur, à qua oriens vua sese ostendit. [*Ouid. Eleg.* 12. *lib.* 3. *Triſt.* Quóque loco est vitis de palmite gemma mouetur.] ¶Ab huius similitudine, gemma vocatur omnis lapis pretiosus, siue pellucidus sit, siue non. {אבן יקרות *eben jekaráh.* λίθος τίμιος. GALLIC. Pierre polie ou pretieuse. ITA. *Gemma, pietra pretiosa.* GERMAN. Ein edelgstein. HISPAN. *Piedra pretiosa.* ANGL. *A pear'e, a margarite.*} *Virg.* 5. *Æneid.* & tereti subnectit fibula gemma. *Idem* 7. *Æneid.* Regalésque accensa comas, accensa coronam Insignem gemmis. *Plin. de viris Illustr.* Vnde Romam legatione repetitus, hausto, quod sub anuli gemma habebat, veneno absumptus est. [*Plaut. Curc. sc.* 2. *a.* 5. Sub gemmam tuos parentes abstrusos habeo? (de gemma annuli.)]

Gĕmmŭla, diminutiuum. {ὀφθαλμίδιον, κιδάριον. GAL. Petit bouton de vigne, petite pierre precieuse. ITA. *Picciolo, bottone della vite picciola gemma.* GERM. Ein rebãuglin / ein zart herfurwachsend blũm oder / ein edelgsteinlin. HISPA. *Pequeña yena del sarmiento ò otra arbol, pequeña picara pretiosa.* ANGL. *A litle budde of a wyne a litle pearle.*} Quo etiam flores significantur, quib. tanquam gemmis verno tempore cuncta pinguntur, & prata vestiuntur. *Apul. lib.* 10. Planè tenui specula folabor clades vltimas, quòd ver in ipso ortu gemmulis floridis cuncta depingeret.

Gĕmmĕus, a, um. Quod ex gemma est, vel quod in formam gemmæ factum est. {διδασκάλιδος λιθοειδὴς. GAL. De pierres pretieuses. ITAL. *Di gemma.* GER. Edelgsteinin / von edelgstein. HISP. *Cosa de piedras preciosas.* ANG. *Of pretious stones.*} *Cicer 6. Verr.* Mittit etiam trullam gemmeã rogatum, &c. Radix gemmæ rotunditatis, id est, rotunda in modum gemmæ, *Plinius libro* 18. *cap.* 7.

Gĕmmo, as, are, Est gemmas in vitibus, & arboribus emittere. { הניץ *henits* פרח *parách.* ἐκφυομοιοῦμαι. GAL. Produire, ou auoir pierres precieuses, bourgeons, ou boutons, bourgeonner, boutonner. ITA. *Pullulare, gemmare.* GERM. Trucken / augen furhin lassen / bollen herfur bringen. HISP. *Hincharse las yemas enel arbol.* ANG. *To budde or spring.*}

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Colum. Quum primùm vites incipiunt gemmare, *Cic. 3. de Orat.* Nam gemmare vites, luxuriem esse in herbis, lætas segetes etiam rustici dicunt *Sic Col. lib. 4. c. 24.*

Gēmmāns, antis, instar gemmæ resplendens. {מופיע *mophiah.* λιθίζων, ὁμοιούμενον. GAL. Reluisant ou clair, ou autrement ayant espece de pierre polie ou de bourgeons de vignes. ITAL. *Riluocente come una gemma.* GERM. Glantzend wie ein edelgstein. HIS. *Resplandeciente como yema.* AN. *Budding, or bright lyk a pretious stone.*} vt, Gemmantes alæ pauonis, id est, lucentes in modum gemmarum. *Mart. lib. 13.* Miraris quotics gemmantes explicat alas: Et potes hunc sæuo tradere, dure, coquo? Herbæ gemmantes rore: id est, coopertæ rore, tanquam lucidis gemmis, *Lucret. lib. 2.*

Gēmmātŭs, a, um, Gemmis instructus, & ornatus. {διάλιθος. GALLI. Orné ou enrichi de pierreries. ITAL. *Ingemmato, imperlato, adornato di gemme.* GERM. Mit edelgstein geziert. HISPAN. *Cosa ornada de piedras preciosas.* ANGLIC. *Sett with pretious stones, buddied.*} *Plinius libro 37. capite 2.* Quinimo etiam ius videmur perdidisse corripiendi gemmata potoria, & variæ supellectilis genera, annulos transeuntes. Mundia gemmata, *Ouid. 10. Metamorph.* Gemmati magna specie annuli, *Liu. 1. ab Vrbe.*

Gēmmāsco, scis, scere. Est gemmas emittere, vel pullulare. {הניץ *benits* פרח *parách.* ἐφθαλμίζειν. GA. Bourgeonner, bouronner. ITA. *Pullulare, gemmare.* GER. Trucken/voll bollen werden. HISP. *Hincharse las yemas enel arbol.* ANG. *To beginne to budde.*} *Plin lib. 17. c. 5.* Atque vt gemmascere incipient, ligetur calamus. *Col. lib. 5 c. 10.* Nucem Græcam ferito circa Calend. Ianuarias, quæ prima gemmascit. ¶ Accipitur gemmascere, pro gemmæ duritiem & formam acquirere. *Plin. lib. 37. c. 10.* Draconites, siue dracontias è cerebro fit draconum, sed nisi viuentibus abscisso nunquam gemmascit. In aliquibus tamen codicibus legitur gemmescit.

Gēmmĭfĕr, a, um, vt Gemmiferi amnes. {λιθοφόρος, τιμίους λίθους φέρων. GAL. Qui porte ou a pierres precieuses. ITA. *Qui porta pietre preciose.* GER. Das edelgstein hatt oder tregt. HIS. *Cosa que trahe ò tiene piedras pretiosas.* ANG. *That heareth or hath pretious stones.*} *Plin. lib 37. c. 13.* Gemmiferi amnes sunt Acesinus & Ganges, &c. Corona gemmifera, *Valer. Flacc. Argon. 5.* Maie gemmiferum, *Propert. lib. 3. Eleg. 4.*

Gēmmōsŭs, sa, sum, Quod multis gemmis est ornatum, quod gemmis abundat. ANG. *Sett with many pretious stones.*} *Apuleius lib. 5.* Auro facto, gemmosísque monilibus onustas eas tradit reportandas.

Gĕmŏ, is, ui, tum, Est præ animi angustia in sonum erumpo, lugeo, doleo, luctum & dolorem voce ostendo. {נאיח *neenách* אנק *anák.* στενάχω, στενάζω. GAL. Gemir. ITA *Gemere.* GERM Seufftzen. HISP. *Gemir como doliente.* ANGLI. *To sobbe, or grone, to sighe.*} Vnde Gemitus. στεναγμός. *Plaut. Amph.* Dum hæc aguntur, interea vxorem tuam Neque gementem, neque plorantem nostrûm quisquam audiuimus. *Martial. lib. 9.* Quæ mala sunt domini, quæ ferat commoda, nescis Condile, qui seruum te gemis esse diu. *Cic. ad Attic.* Eandem virtutem istam, veniet tempus quum grauiter gemes. ¶ Per metaphoram etiam de inuentis, & rebus inanimatis dicitur, quum nimio pondere pressa, sonum edunt. *Virg. 6. Æneid.* gemuit sub pondere cymba. *Plin. in Epist.* Ideo nequaquam par gubernatoris est virtus, quum placido, & quum turbato mari vehitur: tunc admirare te nullo illaudatus, inglorius, subibit portum. At quum stridunt funes, curuatur arbor, gubernacula gemunt: tunc ille clarus, & diis maris proximus. ¶ Legitur etiam Gemor passiuum, pro deploror. *Cic. ad Attic. lib. 2.* Atque hic status vna voce omnium gemitur, neque verbo cuiusquam subleuatur. ¶ Quandoque gemere ponitur pro flere, & quandoque pro canere, de iis solùm auibus quæ flebilem cantum habent, vt turtur, & columba. *Virgil. 1. Eclo.* Nec gemere aëria cessabit turtur ab vlmo. Hinc fit Ingemo, de quo infra.

Gĕmĭsco, is, ere, gemo. {נאנח *neerach* אנק *anák.* στενάζω. } vt, Ferale gemiscunt, *Claudianus 3. de rapt. Proserp.*

Gĕmĭtŭs, us, susp. irium. {אנחה *anachá!* אנקה *anakáh.* στεναγμός. GAL. Gemissement, souspir. ITA. *Gemito, sospiro.* GER. ein seufftz. HIS. *Gemido.* AN. *A sobbing, a pitiefull grone or sighe.*} *Cic. 6. Verr.* Quod postea quam dixi, tantus est gemitus factus aspectu statuæ, & commemoratione, &c. *Idem 5. Verr.* Quum totius Siciliæ quotidie gemitus, querimoniásque audiret Gemitus delphini est similis humano, *Plin. lib. 10. cap. 36.* [*Plau. Pseu. sc. 1. a. 3.* Aiunt illud magno cum gemitu fieri, (obscœne.) *Ouid. Eleg. 1. lib. 5. Trist.* Exigis vt nulli gemitus tormenta sequantur. *Idem Eleg. 9. lib. 4. Trist.* Et gemitus vox est magna futura mei, (id est, querelæ & maledictorum.) *Idem 13. Metam.* Saxa moues gemitu.] ¶ Legitur, & Gemiti antiqui, antiqua declinatione in genitiuo. *Plau. in Aul. sc. 6. a 4.*] Tantum gemitu, & malæ mœstitiæ hic dies mihi obtulit.

Gĕmĭbŭndŭs, Abundè gemens. {נאנח *neenách* נאנק *neenák.* στενάζων. GAL. Gemissant & souspirant asprement. ITA. *Che geme aspramente.* GER. Seufftig vnd ernstlich seufftzend. HIS. *Cosa que mucho geme.* ANG. *That wayleth or sobbeth greasly.*} *Ouid. 14. Met.* Ille quidem totam gemebundus obambulat Ætnam.

Gĕmōnĭæ Scalæ dicebantur Romæ, ad quas corpora damnatorum [abiiciebantur, &] unco pacto vnco trahebantur. *Corn. Tacitus,* Tunc confossum collaceratúmque, & abscisso capite truncum corpus Sabini in Gemonias trahunt. *Plin. lib. 8. c. 40.* scribit canem à corpore serui non recessisse, abiecto in gradibus Gemoniis. [*Suet. in Aug. c. 53.* Imputauit etiam, quod non laqueo strangulatam in Gemonias abiecerit. *& cap. 61.* In Gemonias abiectus, vncóque tractus.]

¶ Alludens ad has scalas *Tertull. aduersus Valent. ait,* Aliud ex alio per gradus reuera Gemonios structum. Erant in Auentino in decima tertia regione vrbis.

Gemonides, Gemmæ quas quidam præantidas vocant. Prægnantes fieri, & parere dicuntur, mederíque parturientibus: nam tales in Macedonia iuxta monumentum Tiresiæ inueniuntur, speciésque est eis aquæ glaciatæ. *Plin. lib. 37. c. 10.*

Gĕmūrs. {AN. *A corne in the toes, an agnaill.*} Tuberculum sub pedum digitis nascens: ita dictum quòd gemere faciat eum qui id gerit, *inquit Festus. lib. 16. c. 1.* Et hic quidē morbus in Italia celeriter restinctus est, sicut & ille quem gemursam appellauêre prisci, inter digitos pedum nascentem, etiam nomine obliterato.

Gĕnă, næ, Est membrana tàm superior, quàm inferior, quæ tegit oculum {לוחי *lechi.* βλέφαρον, ὁμμάτιον μικρόν. GAL. [La peau, tant de dessus que de dessous, qui couure l'œil, quand on le cligne. Galli communius Latinorũ nomen exprimentes vocant la Paulpiere de l'œil. Illi enim pellem, qua tegitur oculus, Palpebram nominant, sed impropriè vt mox dicetur.] ITA. *Guancia, gota.* GER. Ein augdeckel/oder augbo. HIS. *Maxilla ò el carillo.* ANG. *The eya lidde, the bal of the cheeke.*} *Teren* Hodie non compressi genam genæ. *Plinius,* Aquatilia dormire existimant, non oculorum argumento, quia non habent genas: sed ipsa quiete placida, seu sopor ata. *Idem lib. 11. cap. 37.* Omnia talia, & pisces, & insecta non habent genas, nec integunt oculos. Ex his [*Terentij*] *Plinij* locis luce clarius ostenditur genas esse duo illa oculorum opercula, quibus coëuntibus, pupilla obtegitur, quas [*Cic. in Pison. & 2. de nat. Deor.*] vocat palpebras. ¶ Genæ etiam dicuntur partes illæ ab oculis ad mentum, quæ barba vestiuntur, quas radi in fœminis, XII. Tabularum interdicto antiqui vetuerunt, pudoris sedes esse arbitrati, quòd ib maximè ostendatur rubor {GERM. Die bäcken oder wangen, das vnder den augen ist biß auff das kyn.} Dictæ genæ, quod in his pili gignantur. *Virg. 8 Æneid.* Tum mihi prima genas vestibat flore iuuentus. *Apul. in Mag a.* Purpuris infectas genas, & oculos illæsos illices. Hę quoniam in mali speciem factę sunt rotundę, dictę sunt etiam malę. *Vide plura apud Plinium libro 11. capite 37.* Vmbratus genas, Id est barbam gerens circa genas. *Stat 3. Syluarum.*

Gĕnăbum, *Vide* GENEVA.

Genauius, a, um, Idem quod guloſus, a, um, *Varro,* Hæc nouissimè in triclinium genauium introierunt è cælina, propter fastidium.

GĔCa, cæ, Ala est mille equitum, éstque cuiusdam temporis spatium, *autore Heracleto.*

Gĕnĕārchă, æ, γενεάρχης, generis princeps.

Gĕnĕă, (γενεά, aliàs τενεά,) vicus Corinthi, vnde prouerbium, οὐδείμων ὑπέρχονος, ὁ γὰρ ἐλθὼν γενεάτας, aliqui tamen incolas γενεάδας vocant. *Steph.*

Gĕnĕălŏgĭă, giæ, Oratio generis originem ostendens. { יחוס *jachas.* γενεαλογία. GAL. Genealogie, denombrement des ancestres. ITA. *Genealogia, descendimento di parentato* GER. Ein geburts register/geschlächts register/vnderzehlung. HISP. *Description ò lignea del lignage ò generacion: que tambien en Castellano se dize genealogia ò lignea.* ANG. *A pedigre, a reckening of forebeares.*} *Cicer. 3. de Nat. deor.* Quod fictum est, Cæli quoque parentes, dij habendi sunt, Æther & Dies: eorúmque fratres & sorores, qui à genealogiis antiquis sic nominantur, Amor, Dolus, Metus.

GENESARA, Galileæ lacus circumseptus vrbibus plurimis, & celebris. *Autor Solin c. 48.*

Gĕnĕr, Generalis, Generatim, Genero, Generosus, *Vide* GENVS.

GĔNĔSĂRĔTH. {כנרות *chinneróth.* γενεσαρητικὴ λίμνη.} *Strabo.* Stagni nomen proprium: ab eo (vt quibusdam videtur) sic dictum, quòd flantibus ventis, crispantibus vndis, auram ex se generare videatur. Sed hoc profectò ridiculum videtur in voce Hebraica Græcam quærere etymologiam. Idem dicitur mare Tiberiadis, à Tiberiade ciuitate: & mare Galileæ, ab adiacente Galilæa prouincia. Habet hoc mare, siue stagnum, CXL. stadia in longitudine: XL. verò latitudine. Non tamen idcirco mare vocatur, quòd eius aquæ sint amaræ: sed Hebrææ linguæ consuetudo est, omnes congregationes aquarum, siue salsæ sint, siue dulces, vocare maria, sicut in Genesi scriptum est, Congregationes aquarum vocauit maria.

GĔNĔSĔ, γενέσεν, vrbs Laconicæ, *Steph.*

Gĕnĕsĭs, pen. corr. huius geneseos. Generatio, natiuitas. {תולדות *toledháh.* γένεσις. GAL. Generation. ITA. *Generatione.* GER. Ein geburt/ anfunfft. HIS. *Generacion.* ANG. *Generation, birth.*} ¶ Accipitur etiam pro fidere natalitio quod conuersione cæli oritur eo momento quo quis nascitur. *Iuuen. Sat. 14.* Nota mathematicis genesis tua. *Idem Sat. 6.* si prurit frictus ocelli Angulus, inspecta genesi collyria poscit. *Suet. in Vesp.* Monentibus amicis cauendum esse Metium, quòd vulgò crederetur genesim habere imperatoriam, insuper Consulem fecit, id est, quod opinio esset à mathematicis prædictum esse, fore vt imperaret. *Budæus.*

GĔNĔTĒS, γενήτης, Promontorium Themiscyræ regionis, inter Amisum & Phasin annes, templo Iouis, quem ξένιον, id est, hospitalem vocabant, nobilitatum. *Vide Strab. lib. 10.*

Gĕnĕthlē, genethles, fœminini generis, γενέθλη. Venus.

Gĕnĕthlĭăci, orum, qui ex die & hora natiuitatis fortunam hominis ostendunt. {הרשמים *chartummim.* γενεθλιακοί. GAL. Dresseurs de natiuitez, astrologues, qui considerent les natiuitez & les constellatiõs. ITAL. *Cognore che pronosticano della natiuità.* GERM. ein waarsager von dem tag vnd stund der geburt hãr. HISP. *Los astrologos de los nascimientos.* ANG. *Fortune shewers by the day and houre of natiuitie.*} *Gellius li. 14. cap. 1.* Aduersum istos qui se Chaldæos, seu genethliacos appellãt: ac de motu déque posito stellarum dicere posse, quæ futura sunt, profitentur, audiuimus quondam Phauorinum philosophum Romæ Græcè differentem egregia oratione.

Gĕnĕthlĭăcŭs, a, um, γενεθλιακός, natalitius.

Gĕnĕthlĭă, orum, γενέθλια. Dicuntur celebritates, quæ fiunt natali die.

Gĕnĕthlĭŭs, γενέθλιος, Latinè natalis dicitur: vnde Genethliaci dicti sunt: de quibus suprà iam diximus. ¶ Erat etiam Genetlius Iouis cognomen, quòd ei incumberet cura omnia propagandi. ¶ Fuit præterea, teste *Suida,* hoc nomine Palæstinus quidam Sophista, discipulus Minutiani & Agapeti: qui quanuis in ipso ætatis flore occiderit, plurima tamen scripta reliquit: ex quibus *Suidas* recensct λιθικὰ & διαλεξεις & μελέτας, & multa alia, vt mirabile sit dictu, tam paucis annis vitę, tanta scripsisse.

GĔNĒVĂ, {IT. *Geneura.* GE. Genff.} Oppidum est Allobrogum ad Lemanum lacum, proximum Heluetiis quod etiam hodie nomen retinet. *Cæsar*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*Cæsar bell.Gallici lib.*1. Extremum oppidum Allobrogum est,proximúmque Heluetiorum finibus Geneua. Ex eo oppido pons ad Heluetios pertinet. Ex quo loco Cæsaris, facilè deprehendi potest error eorum, qui hoc oppidum Gebennam appellant:quum Gebenna, *eodem Cæsare teste*, sit mons ille qui Aruernos ab Heluiis diuidit. *De quo vide plura suo loco. Glareanus in Annot.in eum Cæsaris locum sic inquit.* Quatuor hæc nomina, Genua, Geneua, Genabum & Gebenna, multum obscuritatis lectori ingerunt, ac non attentum sæpe fefellerunt : quæ ipsa longè diuersa sunt. Geneua enim Ligurum caput in Italia ad mare est nostrum : Geneua verò Allobrogum,ad ostia Lemani lacus, vbi Rhodanus exit : Genabum, Carnutum oppidum ad Ligerim amnem,hodie (vt quidam putant) Aurelia, Vulgò *Orleans* : denique Gebenna mons est, qui Heluios ab Aruernis separat : vt libro septimo posteà dicet Cæsar. *Hæc Glareanus.*

Gĕnĭālis,[& Genius,*Vide* Gigno.]

Genianes, Gemma quam Magorum vanitas inimicorum pœnas effi-cere promittit. *Auctor Plin.lib.37.c.10.*

Gĕnĭculum,Geniculatus,*Vide* GENV.

Gĕnĭstă, ætæ, Arbuscula quædam humilis est,fronde minuta, flore luteo,apibúsque gratissimo , semine lenticulis haud absimili , quod phaseolorum modo siliquis innascitur : ita dicta quod in modum genu flexilis sit ad nexus, idcircóque vinculis ligandis idonea : vel quia genibus medeatur dolentibus {רתם *róthem.* σπάρτον. GALL. Du geneſt. ITA. *Ginestra.* HIS. *Hineſtra.*} *Vide Ruel. in.l.6.c.64. & lib.3.cap.142. Plin lib.21.cap.9.* Florem esse dixerim genistas, nanque ex iis decerpitur lutulus. *Mart.* Non pyra quæ lenta pendent relegata genistra. *Virg.2.Georg.* Molle silex,lentæque genistæ.Humiles genistæ,*ibidem.*

Gĕnĭtālis, Genitor,Genitura,Genitiuus,Genitus,Genius, *Vide* GIGNO

Gĕno,is,genui,genitum,ere, Antiquis in vsu erat pro gignere,generare. {הוליד *holidh.* γεννάω. GAL.Engendrer. IT.*Generare.* GER. Gebären. HISP.*Engendrar.* ANG. *Lo begete.*} *Priscian.lib.10.*Gigno, genui: pro quo Geno vetustissimi protulisse inueniuntur. *Varro in Andabat.*Sed quod hæc loca aliquid genunt. *Idem in de Re rust.c.40.* Quædam enim ad genendum, &c. Ex vetusto codice. Infinitum passiuum *Lucret.*protulit *libro* 5.-tantò magis inficiandum Totum posse extra corpus durare, geníque. Item,Genitur aliquoties *apud Iurisc.l.17. D.de leg.*1. Si qua filia mihi genitur, ei hæres meus centum dato. *& lib.13. Dig. de reb. dub.* Si quis mihi filius aut filia genitur, hæres mihi esto.

Genuates populi Molossiæ à Genoo, duce ipsorum. *Steph.*

Gens,gentis, *Vide* GENVS.

GENTÆ,χώρα,vrbs Indiæ extra Gangem.*Steph.*

Gentiană,tianæ,φυτανή. *Dioscoridi* herba est folio fraxini,sed magnitudine lactucæ, caule tenero,pollicis crassitudine, cauo & inani ex interuallo foliato, trium aliquando cubitorum, radice lenta, subnigra , aquosa , & sine odore. Nascitur vbique , copiosissimè tamen in Illyrico , vbi à Gentio rege nomen accepit , qui primus eam inuenisse dicitur , *vt tradit Dioscorides libro Sylua medicinalis 3. capit. 3. & Plin. libro 25. cap.* 7. quod etiam hodie seruat in officinis.

Gentiana pumila,flosculo cæruleo instar calathi , in pratis humidis,radiculis albis, caule puniceo,foliis tenuibus vestito , florens in October.

Gentiăs,φυτή,*Vide* CISSVS.

Gentiles,Gentilitas,Gentilia,*Vide* GENVS.

GENTINVS , χρῆνος, vrbs Troiadis , ab vno filiorum Æneæ condita. *Stephan.*

GENTĬVS , Illyrici rex qui gentianæ herbæ à se inuentæ nomen fecit: *teste Plin.lib.25 c.7.*

Gĕnŭ,{ברך *béreh.* γόνυ. GAL.Genouil. IT. *Ginochio.* GE.Das knie. HIS. *Rodilla.* ANGL.*The knee.*} neutri generis & indeclinabile in numero singulari & in plurali genua. Sunt curuaturæ illæ quibus crura & femora committuntur. Dicta genua quod hæc dum infans est in vtero matris , genis opposita sunt:siue à generando,quòd in genibus est vitalitas. *Plin.lib.11.cap.*45. Hominis genibus religio quædam inest, obseruatione gentium:hæc supplices attingunt,ad hæc manus tendunt : hæc, vt aras,adorant,fortassis quia inest iis vitalitas.Nanque in ipsa genu vtriusque commissura, dextra lævaque à priori parte gemina quædam buccarum inanitas inest, qua perfossa,ceu iugulo spiritus fugit.*Hæc. Plin.* [*Plaut.Curc.sc.3.a.2.* Genua inedia succidunt.*Plaut.Asin.sc.3.a.3.* Non feres ni genua confrican ur. Mox, genua in tam nequiter fricares. *Ouid.5.Fast.* Ipse genu nixus,flammas excussit ab aura. *Plaut.Capt.sc.1.a* 4. Genu vt quemque icero ad terram dabo. *Plau.Curc.sc.2.a.5. & Mil.sc.6.a.2.* Per tua genua te obsecro. *Ouid.Eleg.2.lib.4.Trist.* Iam fera Cæsaribus Germania, victa potest flexo succubuisse genu: Per genua orare,*Sueton.in Tib.capit.* 27.*Ibid.cap.*24. Ad genua procumbere. *Ibid cap.*20. Ad genua submittere se. ¶ Genu nixus, Vide Nixus] *Virg.5 Æneid.* Genua labant,vastos quatit æger anhelitus artus. *Ouid.2 Metamorph.*Et genibus pronis supplex,similísque rogantes ¶ Genua submittere,pro flectere. *Plin.lib.8.cap.*5. Regem adorant,genua submittunt, coronas porrigunt. ¶ A genu fit nomen adiectiuum Geniculatus, ta,tum,de quo infrà. ¶ Veteres dixerunt genus, masculino genere. *Lucil.lib. 4.Sat.vt citat Nonius,* Hæret ventriculis effixum in posteriore parte,atque articulis nouus vt talúsque genúque. Legitur etiam genus neutri generis in eadem significatione. *Cicero in Orat.* At propter lævum genus omni ex parte locatas Paruas Virgilias tenui cum luce videbis. *Et paulò pòst* ¶ Atque inter flexum genus & caput alitis hæsit. [*Liuius 4.d.5.* Genus tenus.] Ne genu quidem flexo. οὐδὲ γόνυ κάμψας. Dictum est ὑποφορτικῶς, pro ne tantulum quidem.*Philostratus.*

Gĕnŭālĭa,Indumenta genuum. τὰ ἐπιγονάτια. GALLIC. Genouilleres. ITAL.*Internodij ligame de calze, ò ginocchi.* GERMAN. Hosenbendel. HIS.*Los enojales ò fenogiles para calcas.* AN. *The clothing of the knees.*} *Ouid.10.Metamorphos.* -quæque Poplitibus luberant picto genualia limbo.

Gĕnĭcŭlum,li,diminutiuum.{γόνυον. GALLIC. Genouillet,le neud d'vn chaume,ou roseau,ou herbes. ITA. *Picciolo ginocchio,nodo de canne & herbe.* GERMAN. Ein gleychle oder knödle an einem halm/ oder stengel. HISPAN. *Pequeña rodilla ei ũsudo de la caña ò otra cosa.* ANGL. *The knott of a straw.*} Genicula dicuntur stipulæ, vel caulis, herbacei internodia , & veluti articuli ac nodi quidam. *Plin.lib.6.cap.*39.Arundini in geniculo. *Idem lib.18.cap.*7. Genicula autem tritico sunt quaterna,hordeo octona.Quandoque Geniculum accipitur pro germine,βλαστός.

Gĕnĭcŭlātus, a,um. Dicitur quod frequentibus geniculis constat,vt heliotropium, quæ ob id genicularis herba vocatur. {πολυγόνατον. GAL. Qui a neuds,noué. ITA.*Chi a molti nodi.* GER. Voll gleych/oder knödle. HISP. *Cosa che tiene nudos come caña.* ANG. *Full of knotes or ioynes.*} *Cic. de Sen.* Deinde tepefactum vapore & compressu suo diffundit, & elicit herbescentem ex eo viriditatem , quæ nixa fibris surpium, sensim adolescit,culmóque erecta geniculato, vaginis iam quasi pubescens includitur.

Gĕnĭcŭlātim, aduerbium, significat per genicula. κατὰ γόνυ. GA. De neud en neud. ITA. *Di nodo in nodo.* GER. Von gleych zu gleych HIS. *De nudo en nudo.* ANG. *From ioynt to ioynt,or by knottes.*} *Plin.lib.21.ca.*11. Foliis geniculatim circundata.

GĔNŬA, {γόνα. IT.*Genoua* GE.Gennaw ein gwaltige gwerbstatt in Liguria am meer gelegen.} Ligustum caput Italiæ ad mare Ligusticum.Hinc incipit Apenninus mons distátque à Sabbatiis stadiis ducentis sexaginta. Geneua verò est Allobrogum oppidum, proximum Heluetiorum finibus:de quo suo loco diximus. Inter Varum amnem & Genuam habitant Ligures. Dicta Genua à genu , quia habet tanquam genu recuruum à latere maris. Vel à Genuo Saturni filio qui fertur eam condidisse. Vel (vt quidam aiunt) à Genuino Phaëtontis socio. HANC Annibal penitus deleuit, sed Cn.Seruilius Consul instauravit, sicut *Liu.* refert. HINC Genuensis , γενόαμος. Quidam Ianuam hanc vrbem appellant,quòd à Iano conditam dicant.

Gĕnŭīnus, *Vide* GIGNO.

Genus,à Græco γένος.{יחש *jáchas* זרע *zeráh* מין *min.*GAL. Genre,race, lignee.IT.*Genere, generatione.* GER. Ein geschlecht/der stamm vnd anfang einer geburt. HISPAN *Genero ò linage.* ANG.*A stock linage,a kinred sort,kynd or maner.*} Propriè principium est vniuscuiusque generationis,vel ab eo qui genuit,vel à loco in quo quis genitus est. vt Orestes à Tantalo ducit genus , & Plato genere Athenienſis est. patria enim generationis vniuscuiusque principium est , quemadmodum & parentes.*Plaut.in Capt* [*sc.2.a.1.*] Nam eccum hìc captiuum adolescen ulum alium, progbatum genere summo, & summis diuitiis. [*Tibul.lib.4.* Sed generis priscos contendis vincere honores. *Ouid.13.Metam.* Non genus & proauos,& quæ non fecimus ipsi, Vix ea nostra voco. *Plaut.Prolog. Capt.*De summo loco summóque genere eques. *Idem Aul.sc.4.a.1.* Quali me arbitraris genere prognatum? bono. *Idem Pseud.sc.3.a.1.* Tu istoc genere natus numum non habes. *Idem Curc scen.1.a.* 1. Quod te aut genere indignum sit tuo facis. *Plaut.Curc sc.2.a.4.* Genus lenonum inter homines est vt muscæ: *Plaut. Pseud.sc.1.a.1.* Genus nostrum semper siccoculum fuit (seruus loquitur.)*Ouid. Eleg.1.lib.2. Trist.* Párque tui generis (prolis) pars tua facta canit. *Idem Eleg.3,ibid.Metaphor.* * In genus auctoris miseris fortuna redundat, (id est libros tanquam prolem meam.) ¶ Genus pro filia,*Tibull.lib.4.* Quamuis illa foret Solis genus, (id est filia.)] *Plinius de viris illust.* Pyrrhus rex Epirotarum, materno genere ab Achille,paterno ab Hercule oriundus.*Terentius in Adelphis,* Hæccine flagitia facere te ? hæc te admittere indigna genere nostro? ¶ Præterea etiam genus vocamus multitudinem aliquorum ad vnum aliquid,& ad se inuicem quodammodo se habentium, vt Romanorum genus dicimus , quod ad Romulum refertur, & cognationem in se habet, per quam cæteris distinguitur. In hac significatione accipimus genus , quum genus humanum, vel genus hominum dicimus: quandoquidem omnes homines ad vnum principium referuntur, ad omnium rerum conditorem Deum:& inter se habent quandam cognationem qua à reliquis animantibus distinguuntur. ¶ Rursus appellatur genus, cui subiicitur species,& quod conuenit pluribus differentibus specie. Quæ significatio tracta videtur à prima significatione. Est enim genus hoc modo acceptum principium omnium quæ sub ipso sunt, specietum : vtputa animal genus est,quod de homine, elephanto, equo, auibus,piscibus,reptilibus,aliísque specie differentibus:homo species,quoniam de Socrate, Platone, Aristotele,Fabio,Catone,Cicerone aliísq;non specie,sed numero differẽtibus dicitur.¶ Item genus dicitur quicquid per quod alicuius rei qualitas indicatur, εἶδος. Vnde genus mortis,genus vitæ, genus pœnæ,genus marmoris,genus coloris,& huiusmodi.*Sen.* Summum genus infelicitatis misero est, fuisse aliquando felicem. *Tere in Eunuch.* Est genus hominum qui se primos esse omnium rerum volunt.*Virgil.1.Æn.* Quod genus hoc hominum? quæve hunc tam barbara morem Permittit patria ? ¶ Nonnunquam sumitur pro accidente partium orationis,vt quum dicimus animal est generis neutri. *Composita vide suis locis.* * Genus , pro Specie , seu parte seu membro.*Cic.1.Offic.*Omnis de officio duplex est quæstio, vnum genus est quod pertinet ad finem bonorum: alterum quod positum est in præceptis, * Generis eius est vt.*Plin.ep.ſſ.*181. Vererer ne immodicam orationem putares quam cum hac epistola accepisses,nisi esset generis eius vt sæpe incipere, sæpe desinere videatur. Id est,sic composita. [*Quint.lian.Declama.*347.Matrimonium duobus generibus soluitur, (id est duobus modis.) ¶ Hominum genus (pro ipsis mortalibus) dixit *Suet.in Calig cap.* 13. & generis humani odium nos occupat. *Senec. capit.15.de Tranquill. Item,* Romani generis doctissimi, (id est gentis.) *Gell.cap.16.l b.4.* Idem de Delphinis amasiis loquens, *cap.* 8 *lib.7.* Neque ij amauerunt quod sunt ipsi genus , (id est,Delphini Delphinos.) ¶Optimi generis homines, (id est fortissimi milites.) *Cæs.lib 1.de bell.ciu.*

Gĕnĕrōsus,a,um, Quod est nobile & præclaro genere ortum. {חורים בן *ben chorim.* γενναῖος,εὐγενής. GALL. Genereux, ble,de nobl. ce, vaillant. ITAL.*Generoso,nobile.* GERM. Edel/wolgeboren: item, dapfer/

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

manlich. HISP. *De buen linage, noble.* ANG. *Of a noble linage or stocke.*} *Papyrius Syl.* titulis generosus auctis. *Sueton. in Tib.* Condemnatam & generosissimam fœminam Lepidam in gratiam Quirini consularis prædiuitis, & orbi. Differt igitur generosus & nobilis: quòd generosus ex genere & cognitione est: nobilis ex nobilitate rerum. *Sic enim Cornelius Fronto distinguit.* ¶Latius itaque patet nomen nobilitatis quàm generositatis: nobilitatem enim dicimus & eam quæ ex genere est, & propriè quæ ad reliquas res pertinet. Quæ distinctio deprehendi potest etiam ex *Ouidio lib. 4. Trist. Eleg. 3.* O qui nominib. quum sis generosus auorum: Exuperas morum nobilitate genus. Sed tamen hæc differentia non adeò religiosè obseruatur. Est enim nobilitas ex genere quoque & cognatione.

[¶Generosus quis verè dicatur, docet. *Seneca Epistola 44. Item,* Generosissimum pomum, generosissimus equus, homo, quis sit, docet quoque *Quintilian.*] Per translationem accipitur pro magnanimo *Cicer. libro 3. Offic.* Quúmque de imperio certatum esset cum rege generoso atque potenti. [*Ouid. Eleg. 5. lib. 3. Trist.* Et faciles motus mens generosa capit. *Idem 13. Metam.* Sed neque materno quod sum generosior ortu.] Transfertur etiam ad inanimata, vt quum dicimus arbores generosas, & vitem generosam, & ipsum etiam vinum generosum. *Horat. libro 1. Epist.* Ad mare quum veni, generosum & lene requiro, Quod curas abigat. *Virg. lib. 3. Georg.* Continuo pecoris generosi pullus in aruis Audet, & ignoto sese committere ponto. *Col. lib. 4.* Atque vbi multa inuitabũt regionis commoda, vt nobilem vitem conferamus, generosam requiremus. *Idem lib. 3.* Vitem maximè populus alit: & postea vlmus, quam Atiniam vocant rustici, generosissima est. Sic florem generosum vocat. *Ouid. lib. 5. Fast.* Nunc meus impleuit generoso flore maritus. Ita vuam generosam vocat *lib. 1. de Remed. amoris,* Est tibi rure bonõ generosæ fertilis vuæ Vinea. Sic quoque pruna generosa, *apud eundem lib. 13. Metamorph.* Prunáque non solùm nigro liuentia succo, Verùm etiam generosa.

Gĕnĕrōsĭssĭmŭs, a, um, superlat. γενναιότατος. *Sueton. in Tiber. cap. 49.* Condemnatam & generosissimam fœminam Lepidam, id est, nobilissimam.

Gĕnĕrōsē, aduerb. Fortiter{γενναίως. GALLIC. Noblement, vertueusement, vaillamment. ITA. *Virtuosamente, nobilmente, valorosamente.* GER. Adelich/mannlich/dapferlich. HISP. *Noblemente, virtuosamente.* ANG. *Noblie, courageoualie.*} vt, Perire generosius. *Horat. 1. Carm. Ode 36.*

Gĕnĕrōsĭtās, generositatis, Nobilitas. {εὐγένεια. GALLIC. Noblesse, vaillance, bonté & vertu naturelle. ITAL. *Generosità, nobiltà.* GERMAN. ein gůt herkommen/adel/ oder edle art. HISP. *Aquella hidalgura de linage.* ANG. *Nobilitie, gentle manlinesse, kindelinesse.*} *Colum. lib. 3.* Qui vineam vel arbustum cõstituere volet, seminaria priùs facere debet: sic enim sciet cuius generis vitem posturus sit. Nam quæ pretio parata disponitur, certam generositatis fidem non habet: quum dubium est an is qui vendidit, legendis seminibus adhibuerit diligentiam.

¶Interdum idem est quod magnanimitas. Generositas tauris est in aspectu. *Plin. lib. 8. c. 45.*

Gĕnĕrālĭs, le, Vniuersalis, ad omnes pertinens. {γενικὸς, καθολικός. GALLI. General, vniuersel. ITA. *Generale, vniuersale.* GERM. Allgemein. HIS. *Cosa general.* ANG. *Generall, Vniuersall.*} *Quint. lib. 9. c. 1.* Quædam ex iis species planè distant, manente tamen illa generali societate. *Cic. 1. de Inuent.* Quum de genere negotij controuersia est, constitutio generalis vocatur. *Idem 1. Offic.* Generale quoddam decorum intelligimus quod in omni honestate versatur, & aliud huic subiectum quod pertinet ad singulas partes honestatis.

Gĕnĕrālĭtĕr, aduerbium, Vniuersè, indefinitè. {γενικῶς, καθόλου. GAL. Generalement, vniuersellement. ITAL. *Generalmente, vniuersalmente.* GERM. Allgemeinlich. HISPAN. *Generalmente.* ANG. *Generallie.*} *Cic. 1. de Inuent.* Nam ipsum quidem generaliter definire difficile est. *Plin. in Epist.* Memini quidem te iam quædam notasse, sed generaliter.

Gĕnĕrātim, Per singula genera, seu per singulas species. {κατὰ γένη. GALL. En general, chasque genre ou sorte à part. ITA. *In ciascun genere per se.* GERMAN. Durch alle geschlächt oder gattung vberal. HISP. *En partes.* ANGL. *In generall, by euerie kinde.*} *Virgil. lib. 2. Georg.* Quare agite ô proprios generatim discite cultus Agricolæ. *Varr.* Non in volucribus generatim seruatur analogia. *Cic. 4. Acad.* Igitur exponam generatim argumenta eorum, quoniam ipsi etiam illa solent non confusè loqui. Generatim distributi in ciuitates. *Cæsar 7. bell. Gall.*

¶Aliquando generatim ponitur pro generaliter, confusè & indeterminatè, κεφαλαιωδῶς. *Cic. lib. 2. de Orat.* Infinitum mihi videtur id dicere in quo aliquid generatim quæreretur hoc modo, Expetendáne esset eloquentia, expetendique honores.

Gĕnĕro, as, are, Gigno, fœtum procreo, & propriè de maribus dicitur. {הוליד holadh. γεννάω. GALLIC. Engendrer. ITA. *Generare.* GERMAN. Gebären. HISP. *Engendrar.* ANGL. *To begette, to engender.*} *Virg. 8. Æneid.* At Maiam (auditis si quicquam credimus) Atlas, Idem Atlas generat, cæli qui sydera fulcit. *Cic. in Partit.* Quemadmodum quisque generatus, quemadmodum educatus. Inuenitur tamen etiam de fœminis dici. *Plin. lib. 8. cap. 44.* Et quæ non primo initio generare cœperit. *Ibidem.* Contráque multos quos asini & equæ generarent. Et de herbis. *Gell. lib. 5. cap. 6.* Obseruari solitũ, vt fieret è gramine quod in olea generatum esset.

¶Per translationem accipitur, pro inuenire, & excogitare. *Quint. lib. 10. c. 2.* Illi rudes sola mentis natura ducti sunt, vt iam multa generarent [Sic, generare carmina. *Suet. in Neron. cap. 52.*]

¶Huius composita sunt Congenero, pro adiungo, associo. συγγενάω. *Ennius,* Quem mihi congenerat affinitas. ¶Degenero, de quo in dictione Degener. ¶Ingenero, quod modò significat genero, modò gignendo insero, ἐγγενάω, ἐμποιῶ. *Lactant. lib. 6.* Deus itaque quum hominem primùm fingeret, mirabili prouidentia ingenerauit ei priùs istas animi commotiones, vt posset capere virtutem. ¶Progenero, generationem prorogo. *Colum.* Nam humidæ res & ficcæ, quas terra progenerat, facilè vitiantur. Hinc progenies pro genere & familia. ¶Regenero, rursus genero, ἀναγενάω. *Lact. lib. 4.* Ex eorum semine regenerari cùm iussit.

Gĕnĕrāsco, is, ere. Nascor. {ילד jaládh. γίγνομαι. GALLIC. Naistre. ITA. *Nascere.* GERM. Geboren werden. HISPA. *Nascer.* AN. *To be borne.*} *Lucr. lib. 3.* cur omnia membris Ex meunte æuo generascunt, ingenióque.

Gĕnĕrātio, onis, Quæ est (vt Speusippus ait) motus ad essentiam, accepto essentiæ, processus in esse. {לדה ledáh תולדה toledáh. γένεσις. GALLIC. Generation. ITALIC. *Generatione.* GERM. Gebärung. HISP. *Generacion, obra de engendrar.* ANG. *Generation, engendring.*} *Plin. lib. 10. cap. 52.* Auium generatio simplex videtur esse.

Gĕnĕrātor, oris, Genitor, procreator, parens, sator. {יוליד מולידh חרח horeh. γεννητής. GALLIC. Engendreur. ITA *Generatore, genitore.* GERM. Ein gebärer. HISPANIC. *Engendrador.* ANGLIC. *A begetter or engenderer.*} *Cicero de Vniu.* Nosse autem generatores suos optimè poterant.

Gĕnĕrābĭlis, Quod facilè generatur. {γεννητός. GAL. Qui s'engendre facilement. ITALIC. *Che si genera facilmente.* GERM. Das leychtlich geboren wirth oder entsteth. HISP. *Cosa que facilmente se engendra.* ANG. *That is lightly ingendred.*} *Plin. lib. 2. cap. 43.* Hic est ille generabilis rerum naturæ spiritus.

Gĕnĕri, ri, Filiæ meæ vir, quasi generis propagator: adhibetur enim ad genus augendum. {חתן chathan. γαμβρός. GALL. Gendre, le mari de ma fille. ITALIC. *Genero.* GER. Tochtermann. HISPANIC. *Yerno, marido de hija ò nieta.* ANGLI. *A sonne in law.*} *Plaut. in Cistel* Isthic quidem ædepol mei viri habitat gener. *Cic. 1. Offic.* Cum soceris generi non lauantur. *Pers. Sat. 2.* Hunc optent generum rex & regina. *Tacit. lib. 1.* Mox defuncto Marcello generum sumpsit. ¶A quo progener orta appellat auus neptis suæ virum.

[Genius, ij, quid sit, *Vide* infrà post Gigno.]

Gens, gentis, A genus deducitur, u litera detracta, idem ferè quod natio, quanquam gentis appellatio generalior esse videtur, multáque sub se comprehendere nationes. {γένος. γένος. GALLI. Vne gent, nation. ITAL. *Gente, natione.* GERM. Ein volck oder geschlecht HISP. *Toda la gente de vna nation.* ANGLIC. *A nation, a people.*} Gens enim Itala Latinos habet, Hetruscos, Campanos, Vmbros, Picentes & huiusmodi. *Cicer. de Natur. deor.* Deum non curare singulos homines, nec ciuitates, nec nationes, nec gentes. *Cic. 1 Offic.* Propior est eiusdem gentis, nationis, linguæ coniunctio. *Virgil. 1. Æneid.* Gens inimica mihi Thyrrenum nauigat æquor. [*Ouid. 13. Metam.* Inseris Æacidis alienæ nomina gentis *Ouid. 5. Fast.* Falsifico libata seni duo corpora gentes Mittite.] *Plinius de Viru illustr.* Mithridates rex Ponti oriundus à septem Persis, magni vir animi & corporis, vt sex iuges equos regeret, duarum & viginti gentium ore loqueretur, bello sociali, dissidentib. Romanis, Nicomedem Bithynia, Ariobarzanem Cappadocia expulit. ¶Interdum pro familia & domo ponitur, οἶκος. vt gens Ælia, gens Valeria, pro Æliorum & Valeriorum familia. Inde gentiles dicti, ex eadem gente, id est familia oriundi. Quanquam accuratius cogitanti videbit hoc interesse inter gentem & familiam, quod interest inter totum & partem. Gens enim multas familias comprehendere potest, vt in gente Cornelia, familia est Syllarum, Scipionũ. Dolabellarum, Cinnarum, &c. quæ quidem omnes inter se sunt gentiles, non autem agnati. Scipiones enim tantùm Scipionib. *Syllæ Syllis agnati* sunt. Itaque quod interest inter totum & partem, *quod inter agnatos & gentiles,* hoc interest inter gentẽ & familiam. ¶Sine gente, hoc est ignobilis. *Horat. 2. Serm. Satyr. 5.* Qui quanuis periurus erit, sine gente, cruentus Sanguine fraterno, &c. ¶Gens per translationem de apibus dicitur. *Colum. l. 9. cap. 9.* Intestino bello totæ gentes consumuntur. ¶Et de piscibus, *Virgil. 4 Georg.* Quum Proteus consueta petens è fluctibus antra Ibat: eum vasti circum gens humida ponti Exultans, &c. ¶Vbicunque terrarum & gentium, *Cic. 7. Verr. Idem in Catil.* O Dij immortales, vbinam gentium sumus? quam Remp. habemus? in qua vrbe viuimus? Nusquam gentium, id est nusquam omnino. *Terent. in Adelph.* Næ ego homo sum infœlix, primum fratrem nusquam inuenio gentium. [*Plaut. Asin. sc. 1. a. 1.* Viginti vsus filio argenti minis: face id iam paratum sit. L. Vnde gentium? *Idem Pseud. sc. 1. a. 4.* Vnde hunc hominem dicam esse gentium? *Idem Aul. sc. 1. a. 3.* Nusquam gentium ligna vidi præberi pulchrius. *Plaut. Amphitr.* Num obdormiuisti dudum? Nusquam gentium. *Ibidem,* Misisti ad me Sosiam? A. Nusquam factum gentium. (id est nunquam.) *Idem Pseud. sc. 2. a. 2.* Vbi me vidisti gentium? *Idem ibidem:* Quando gentium? So. Iamdudum modò. *Idem Men. sc. 1. a. 2.* Nusquam gentium blandiores meretrices.]

Gentĭcŭs, penultim. cor. gentilitius. {πάτριος. GAL. De mesme gent ou nation. ITA. *Di quella istessa gente.* GERM. Das eines volcks ist. HISP. *Del mesmo nombre, lignage y parentesco.* ANG. *Of the same nation.*} Vnde genticus mos, id est gentis vel patriæ consuetudo. *Corn. Tacit. lib. 3.* Adduntur è seruitiis gladiaturæ destinati, quibus more gentico continuum ferri regimen (crupellarios vocant) inferendis ictibus inhabiles.

Gentĭlēs, Qui ex eadem gente sunt, quique idem nomen habent, etiãsi cognomina habeant diuersa {מולדת modhádh. οἱ ἐκ τοῦ αὐτοῦ σπέρματος γινόμενοι, γνησιοι. GAL. De mesme race ou maison. ITA. *Della medesima famiglia.* GER. Die eines geschlächts vnnd nahmes sind. HIS. *Dela mesma familia y nombre.* ANGLIC. *To one stocke or kinred.*} Vnde *Cincius,* Gentiles mihi sunt, qui meo nomine appellantur. *Cic. lib. 1. Tusc.* Pherecydes Syrus primùm dixit animos hominum esse sempiternos, antiquus sanè fuit enim meo regnante gentili, hoc est Seruio Tullio, quia eiusdem nominis erat. ¶Idem *Cicero in Topicis ad Trebatium* authoritate Scæuolæ pontificis gentilis esse ait qui inter se eodem nomine sunt, qui ab ingenuis oriundi sunt, quorum maiorum nemo seruitutem seruiuit, qui capite non sunt diminuti. Et eum locum enarrans Boëtius, Gentiles, inquit, sunt qui eodem nomine inter se sunt: vt Scipiones, Bruti & cæteri. Quid si serui sunt? Num nulla gentilitas esse potest? Minimè. Quod si libertinorum ciuium Romanorum eodem nomine nuncupentur? Num gentilitas vlla est? Ne id quidem: quoniam ab antiquitate ingenuorum gentilitas dicitur. *Et huc alludit illud Ouidij de Fabijs loquens lib. 2. Fast.*

Vna domus vires & onus susceperat vrbis,
Sumunt gentiles arma professa manus.
Egreditur castris miles generosus ab iisdem,
E queis dux fieri quilibet aptus erat.

Autor

Autor *ad Heren. lib.* 1. Si paterfamiliâs inteſtatus moritur, familia, pecuniáque eius agnatorum, gentiliúmque eſto. ¶ A gentili deducitur nomen Gentilitas, quod accipitur pro origine hominum ingenuorum qui ſunt eiuſdem nominis : ſeruorum autem, aut libertinorum nulla eſt gentilitas. Interdum etiam Gentiles dicuntur qui ſunt eiuſdem nominis tantùm, etiamſi ex eadem gente non ſint. Vnde etiam ſerui dicebantur gentiles dominorum, quoniam dominorum nomine vocabantur. *Plin. lib.* 33. *cap.* 1. Singuli Marcipores, Luciporéſve dominorum gentiles omnes victum in promiſcuo habebant : nec vlla domi cuſtodia à domeſticis opus erat. [¶ Gentilis eius : (id eſt, eiuſdem nationis) *apud Gell. lib.* 17. *cap.* 17.] ¶ Item Gentile dicitur, quod eſt gentis alicuius peculiare, & proprium : vt, *Iuuenalis* gentilia tympana dixit, id eſt gentis propria. *Sueton. de Tiberio, cap.* 68. Capillo ponè occipitium ſubmiſſiore, vt ceruicem etiam obtegeret, quod gentile in ea videbatur. ¶ Scriptores rerum ſacrarum Gentiles vocant idolorum cultores, qui alii ter quàm Chriſtiani de Deo ſentiunt, quos nonnulli voce Græca malunt Ethnicos appellare. Qui loquendi ritus à Iudæis manauit, qui nationes omnes præter ſuam, Gẽtes ſeu Gentiles vocitabant. גוים *goiim*, Vide Gens.

Gentilitius, a, um, {ἐθνικός, ὁμόγνιος. GALL. Qui appartient à vne meſme race, commun ou propre à la race. ITA. *Cio che è di quella iſteſſa gente ouero famiglia.* GERM. Das eines geſchlechts eygen iſt/das von einem geſchlechte oder volck hárkompt. HISP. *Coſa del meſme nombre y familia.* ANG. *Of the ſame nation or kinred.* } Quod eſt ex gente, aut familia: vt, Gentilia nomina dicuntur, quæ originem gentis declarant, vt Porcius, Cornelius. Gentilitia ſacra, quæ genti alicui ſunt peculiaria. *Cic. de Aruſp.* Multi ſunt etiam in hoc ordine, qui gentilitia ſacrificia, illo ipſo in ſacello ſtatuto loco anniuerſaria facitarint. Gentilitium ſacerdotium, quod ad ius familiæ pertinet, & nunc vulgò *Ius patronatus* dicitur. ¶ Gentilitium hoc illi, id eſt hoc illi à gente ſua proprium eſt. [Galli dicunt, il ne tient cela que de race : vel, Il eſt cela de race.] *Plin. in Epiſt.* Paſſenius Paulus, ſplendidus eques Romanus, & in primis eruditus ſcribit elegos: gentilitium hoc illi : eſt enim municeps Propertij, atque etiam inter maiores ſuos Propertium numerat. *Plin. lib.* 19. *cap.* 1. In Serranorum familia gentilitium eſſe fœminas linea veſte non vti. ¶ Interdum etiam gentilitium id vocamus, non quod familiæ alicui, ſed populo aut nationi cuipiam eſt peculiare: vt, Gentilitium nomen, hoc eſt nationis, vel populi nomen. [*Sueton. in Claud. cap.* 25. peregrinæ conditionis homines vetuit vſurpare Romana nomina, duntaxat gentilitia.] *Gell. lib.* 14. *cap.* 1. Vulgus autem quos gentilitio nomine Chaldæos dicere oportet, mathematicos nominat.

Gentilitas, Gentilium coniunctio, & neceſſitudo. { יחש *jáchas* זרע *zéraḥ* מורעה *moahbath*, ἐκ τῶ αἱρῶν οἰκειότης, ὁμωνυμία, ὁμοψύια. GALL. Parenté ou race, affinité, communication de meſme nom. ITA. *Multitudine di gente ò di famiglia, ò di natione.* GERM. Verwandtſchafft des geſchlächts/vile des geſchlächts. HISP. *Gentilidad, communidad de la gente.* ANG. *Affinetie and communication of ont name.* } *Cic. de Aruſp. reſp.* In ea cauſa fuit oratoribus de toto ſtirpis & gentilitatis iure dicendum. ¶ Interdum accipitur pro ipſis gentilibus, hoc eſt pro multitudine ipſa vel familiæ, vel gentis, ſiue nationis alicuius. *Plin. de viris illuſtrib.* Gentilitas eius Manlij cognomen eiurauit, ne quis poſteà Capitolinus vocaretur. *Plin. in Paneg.* Ex quo intelligi poteſt quantæ benignitatis, quanti ſpiritus fuerit, ſparſas, atque (vt ita dicã) laceras gentilitates colligere, atque connectere.

ĔNVSVS, Fluuius quem Dyrrachio euntes in Theſſaliam inueniunt. *Lucan. lib.* 5. Quam volucer Genuſus, quam mollior Apſus Circumeunt ripis, &c.

Geōdæsĭă, γεωδαισία. Terræ dimenſio, & ſcientia earum quæ in ſenſibilibus ſunt corporib. magnitudinum & figurarum, circa diuiſionem & compoſitionem verſans.

Gĕōdætēs, γεωδαίτης. Qui geodeſiam nouit: terræ diuiſor, & agri menſor, *inquit Budæus.*

Gĕōdēs, γεώδης. Lapis in concauitate ſua terram habens, quemadmodum ætites lapidem: vnde & auribus admotus ſonitum edit, ſed dilatiorem, quàm ætites. Facultatem habet aſtringendi & ſiccandi : vnde & ea quæ claritati oculorũ officiunt, purgat. Ex aqua quoq; inunctus, mammarum genitaliúmque inflationes ſedat. *Autor Dioſc. lib.* 5.

Gĕōgraphĭă, { γεωγραφία. GAL. Deſcription de la terre, geographie. ITA. *Deſcriptione della terra.* GERM. Beſchreybung deß Erdtreichs. HIS. *Geographia, traço ò debuxo de la tierra.* ANGL. *The deſcription of the earth.* } Dicitur terræ deſcriptio. γαῖα enim ſiue γέα ſiue etiam γῆ, terram, & γράφω ſcribo ſignificat. *Cic. Attic. lib.* 2. De geographia dabo operam vt tibi ſatisfaciam, ſed nihil certi polliceor: magnum opus eſt, ſed tamen vt iubes, curabo vt huius peregrinationis tibi opus extet.

Gĕōmāntĭă, pe. prod. γεωμαντία, Diuinatio ex terra. Inde geomantes, γεωμάντης, qui ex terra diuinat.

Geōmetrēs, & Geometra, pen. cor. terræ menſor ſiue diuiſor. {γεωμέτρης. GAL. Geometre, arpenteur, meſureur de la terre. ITA. *Meſuratore ò diuiſore della terra.* GER. Ein mäſſer vnd außtheiler des erdtreichs. HIS. *Medidor de la tierra.* ANGL. *A meaſurer of landes.* } *Cic. 4. Acad.* Quomodo aut geometres ea cernere poteſt, quæ aut nulla ſunt, aut internoſci à falſis non poſſunt. *Idem 4. Acad* Geometræ prouideant, qui ſe profitentur non perſuadere, ſed cogere.

Geōmetrĭă, æ, terræ dimenſio. {γεωμετρία. GALL. Geometrie, l'art de meſurer la terre. ITAL. *Geometria, ſcientia da meſurare la terra.* GERM. Mäſſung des Erdtreichs. HISP. *Geometria, la arte de medir la tierra.* ANG. *The meaſuring of the land, geometrie.* } Eſt autem mathematicæ pars, quemadmodum Aſtrologia, Muſica, & Arithmetica, circa formas præcipuè ſeu figuras verſans. *Cic. 3. de Finib.* Quanquam ea verba, quibus ex inſtituto veterum vtimur pro Latinis, vt ipſa philoſophia, vt Rhetorica, Dialectica, Grammatica, Geometria, Muſica: quanquam ea Latinè dici poterant, tamen quoniam vſu percepta ſunt, noſtra ducamus.

Gĕōmetrĭcŭs, a, um, adiectiuum, quod ad geometriam ſpectat. {γεωμετρικός. GAL. Seruant à meſurer & arpenter la terre, appartenant à geometrie. ITAL. *Coſa che ſerue à miſura la terra.* GER. Das zu der mäſſung deß Erdtreichs gehört. HISP. *Coſa deſta arte de medir la tierra.* ANG. *That perteneth to the meaſuring of landes.* } *Cic. 1. Tuſc.* Socrates interrogat quædam geometrica de dimenſione quadrati. *Idem 2. de Diuin.* Si velim geometricum quiddam, aut Phyſicum, aut dialecticum explicare. *Idem 4. Acad.* Quod ſi geometricis rationibus non eſt creditum, quæ vim afferunt in dicendo, næ ille longè aberit, vt rationibus credat Philoſophorum.

Geōmetrĭcă, orum. γεωμετρικά, τά. Sunt ipſa de geometria præcepta. *Cic. 1. Tuſc.* Ita faciles interrogationes ſunt, vt gradatim reſpondens, eò perueniat, quaſi geometrica didiciſſet.

Geōmetrĭcē, {γεωμετρικῶς.} Ais terrã, aliúdve quid dimetiendi: quæ & geometrica dicitur. *Plin. lib.* 35. *cap.* 10. Sed primus in pictura omnibus literis eruditus, præcipuè Arithmeticè, & Geometrice: ſine quibus negabat artem percipi poſſe.

GĔŌN, {גיחון *gichón.* γιων}, Vnus ex quatuor fluminibus, quæ ſacra Scriptura ex Paradiſo profluere teſtatur. *Ioſephus* eundem eſſe Nilum credit.

GĔŌRGĪ, γεωργοί, Populi Scythici ab agricultura, cui vni maximè ſtudent, nomen ſortiti: quibus vicinos Coriſtas, Phorſitas, & Riphaces Mela facit. Conſtat etiam Tauricam Cherſonenſum Georgiam cognominatam, propter memorabilem in ea frumenti copiam, *vt notat Vadianus.* Græci enim agriculturam γεωργίαν, & agricolas ipſos γεωργοὺς appellant.

Gĕōrgĭcă, orum, γεωργικά, τά. Dicuntur libri tractantes ea, quæ ad agrorum cultum pertinent.

Gĕōrgĭcŭs, a, um, γεωργικός. Quod ad agriculturam ſpectat: vt Carmen georgicum. *Colum. lib.* 7. *cap.* 5. Sed georgicum carmen affirmat, nullam eſſe præſtantiorem medicinam, Quam ſi quis ferro potuit recidere ſummam Vlceris os, &c.

GĔŌRGONYĀ, γεωργονία, Oppidum in altiſſimo monte in regione Aruernorum: *Cuius meminit Suet. in Cæſare.*

GEPHYRA, γέφυρα, Vrbs Bœotiæ, eoſdem & Tanagræos eſſe aiunt, *Steph.*

GEPHYROTE, vrbs Lybiæ, γεφυρώτη, *Steph.*

GĔRAEĂ, γεραία, Oppidum mediterraneum Luſitaniæ, *apud Ptolem. lib.* 2. *cap.* 5.

GĔRAESTVS, γεραιστός, Promontorium Eubœæ inſulæ, Atticam ſpectans, *teſte Plin. lib.* 4. *cap.* 12. *Ptolem. lib.* 3. *capite* 15. portum eſſe ait in Eubœa.

GĔRĀNĒĂ, æ, γερανεία, Laconici agri locus eſt, *teſte Plin. lib.* 4. *c.* 5. Eſt item Geranea alterius loci nomen inter Megaria & Corinthium, *teſte eodem Plin. lib.* 4. *c.* 7. ¶ Fuit præterea eiuſdem nominis oppidum in ea parte Thraciæ, quam Pygmæorum gens olim creditur tenuiſſe. *Autor idem Plin. lib.* 4. *c.* 11.

Gĕrānĭŏn, {γεράνιον. GA. Eſgueille à berger, pié de colomb, herbe robert. ITA. *Roſtro di grua.* GERM. Storckenſchnabel/kranchehalß/ taubenfuß. HIS. *Pico de cigueña, anguias pampilos.* } Herbarum qua unum nomen eſt: quarum altera foliis eſt anemones, diuiſuris longioribus radice ſubrotunda, quam eſtur, dulci. Hanc officinæ, *Acum Paſtoris* appellant. Altera caules habet ſeſquipedales, tenues & pilioſos, folia maluæ: in ſummis autem alis ſurſum ſpectantia grumi capitula cum ſuis roſtris: à quibus etiam nomen accepit. Nam γέρανον Græci grumum appellant. Hanc noſtræ ætatis herbarij *Eadem columbinum* nominãt.

GĔRĀNTHAĒ, arum, γεράνθαι, Oppidum Laconicę regionis: à quo fit gentile Geranthores, γερανθώτης, vt ex Pauſaniæ ſententia docet *Steph.*

GERASA, γέρασα. Oppidum eſt in ea parte Syriæ Cœles, quæ à non. quatuordecim ciuitatum πενταπολιτικὴ appellatur. Gentile eſt Geraſinus, γερασηνός. *Steph.*

GĔRĒNĬĂ, γερηνία, Oppidum agri Meſſeniaci, in quo Neſtor Pylius educatus fuit: vnde ab Heſiodo Gerenius cognominatur. *Hæc Stephanus.* *Ptolemæus* verò Gereniam Laconico agro attribuit.

GĔRĒN, enos, γέρην, Vicus eſt in Lesbo inſula, ita dictus à Gerene Neptuni filio. *Strab. lib.* 8. eiuſdem nominis oppidum in agro Meſſeniaco collocat: quod idem eſſe opinamur cum eo, quòd alia inflectione Gerenia appellatur.

GĔRGĪS, ithos, vel GERGITHOS, ithi, γέργις, ἡ γέργιθος. *Steph.* Oppidum Troadis, ſiue (*vt Plin. placet*) Æolidis, à quo Sibyllarum vna Gergithia cognominata eſt.

[Gergouia, ſiue Gergobia. Gallicè, Clarmont, ville capitale de l'Auuergne, prouince de France. *Cæſar lib.* 7. *de bell. ciu Et Sueton in Cæſ. cap.* 28. Et in Gallia, inquit, ad Gergouiam legione fuſa.]

GERMALVM, locus Romæ fuit, cui nomen à Germanis fratribus Romulo & Remo inditum, quòd hîc ad ficum ruminalem ad quam hyberna aqua Tiberis, eos in alueo expoſitos detulerat, inuenti dicuntur. Hic poſtea palatio coniunctus nomen amiſiſſe videtur. *Varro lib.* 4. *de ling. Lat.*

GĔRMĀNĬCĒĂ, γερμανικεία, Oppidum Euphrateſiæ, quod à *Quadrato lib.* 3. Rerum Parthicarum in Parthis numeratur.

GĔRMĀNĬĂ, niæ, {γερμανία. ITAL. *Lamagna, Terra Todeſca.* GERM. Das Teůtſchland. } Regio quæ à Gallis, Rhœtis, ac Pannonia, Rheno & Danubio fluminibus, à Sarmatis, Dacíſque metu mutuo, ac montibus ſeparatur: cætera ambit Oceanus, latos ſinus, & inſularũ immenſa ſpatia complectens. Rhenus, Rhæticarum Alpium inacceſſo & præcipiti vertice ortus, modico flexu in Occidentẽ verſus Septentrionali Oceano miſcetur. Danubius molli & clementer edito mõtis Arnobæ iugo effuſus, plures populos adit, tandemque in Ponticum mare ſex meatibus erumpit, ſeptimum os paludibus hauritur. Germani ipſi indigenæ exiſtimantur: quoniam non eſt veriſimile aliquos Aſia, aut Africa, aut Italia relicta, Germaniam petiiſſe antiquis temporibus informem terris, aſperam cœlo, triſtem cultu, aſpectúque, neque cuiquam, niſi cui patria erat, magnopere expetendam. [Hinc *Cæſar lib.* 8. *de bell. Gall.* Cultu & feritate non multùm à Germanis differebant, inquit. *Idem Cæſ de iiſdem.* Gens cui inſita feritas. *Et Ouidius Eleg.* 2. *libro* 4. *Triſt.* Iam fera Cæſaribus Germania victa poteſt flexo ſuccubuiſſe genu.] Hi antea Teutones appellabantur

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

à Teutono deo eorum, quem terrâ ortum existimabant: siue à Teutono oppido, cuius adhuc tenues supersunt reliquiæ, etiam hodie nomen seruantes. Germaniæ vocabulum, *vt autor Strab. lib. 7.* à Romanis primùm inuentum est: quoniam quum primum Rhenum deiectis Gallis trangressi fuissent, videntes eos & feritate animorum & proceritate corporum, & colore flauo, forma præterea, & moribus & viuendi ritu Gallis simillimos, Germanos eos, hoc est, fratres Gallorum esse existimauerunt. Sunt qui Germanos inde dictos putent, quod peculiari eius regionis ritu, se mutuò sua lingua Germanos, hoc est fratres consalutent. Eruditi tamen inter Germanos huius vocis etymologiam ex sua lingua petunt. Illi enim *Gar*, siue *Ger*, totum dicunt, & *Man* virum, quasi planè virum: Quibus vt faciliùs accedam, facit Alemani vocabulum, quod apud inferiores Germanos idem sonat, quod Germanus apud superiores. Illi enim pro eo quod est totum, dicunt, *Al*, quod in superiori Germania *Gar*, vel *Ger*, dici ostendimus. [¶Germani custodes corporũ Imperat. *Suet. in Galb. c.* 12.]

Gĕrmānĭcus, adiectiu. sicut ab Hispanus Hispanicus, ab Italo Italicus. Vnde Germanici dicti Imperatores aliquot à deuictis Germanis.

*GERMANICVS, C. Cæsaris Caligulæ pater, Druſi & Iunioris Antoniæ filius, à Tiberio patruo adoptatus, missus ad exercitum in Germaniã, excessu Augusti nuntiato, legiones vniuersas Imperatorem Tiberium pertinacissimè recusantes & sibi summam Reip. deferentes, incertum constantia an pietate maiore compescuit: atque hoste mox deuicto triumphauit. *Sue. in Calig. c.* 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7.

Gĕrmānĭcĭānŭs, aliud adiectiuum, quo aliquoties vsus est *Sueton. vt in Vespasiano*, Neque enim, *inquit*, deteriores esse aut Hispanienſi exercitu. qui Galbam, aut Germaniciano, qui Vitellium Imperatorem fecisse. *Idem in Tiber.* Flagitabant ambo exercitus multa extra ordinem, ante omnia vt æquarentur stipendio Prætoriani Germanicianis. Quibus in locis Germaniciani dicuntur, non qui ex Germania erant oriundi, sed qui in Germania militabant. * Seu quibus præerat Germanicus.

Gĕrminus, pen. prod. *Vide* GERMEN.

GERMARA, γέρμαρα, populi Celticæ, qui diem non vident. *Steph.*

GERMÉ, γέρμη. Oppidũ est ad Hellespontum non procul à Cyzico. *Steph.*

Gĕrmĕn, inis, Dicitur quod ex arborum oculis nascitur: surculus. S. prægnans à generando dictus, quod sit generationis principium. {צמח *tsemách* βλαστὸς GA. Germe & semence des arbres, bouton, surgeon, scion. ITAL. *Germe* GERM. Ein zweyg/ein schoß. HIS. *Renuono de la planta.* ANGL. *A branche or young spring of a tree or herbe.*} *Plin. lib. 10. cap. 29.* Denſante se frondium germine. *Idem lib. 7. cap.* 15. Sed nihil facilè reperitur mulierum profluuio magis monstrificum: acescunt superuentu musta, sterilescunt tactæ fruges, moriuntur insita, exuruntur hortorum germina. & fructus arborum, quibus insidere, decidũt: speculorum fulgor aspectu ipso hebetatur, &c. *Virg. 2. Georg.* huc aliena ex arbore germen Includunt.

Gĕrmĭno, nas penult. corr. Pullulo, & germen emitto. {צמח *tsamách* הניץ *henits* פרח *parách*. βλαστάνω, θάλλω. GAL. Germer, ietter ou borgeonner. IT. *Germogliare, pullulare.* GER. Herfürsprossen/wachsen. HIS. *Brotar y echar renueno los arboles.* ANG. *To spring, to branch out, to burgen.*} *Plinius ib* 13. *cap.* 4 Fœmina citra florem germinat tantum spinæ modo. [*Quintil.* Omnia velut germinant initio adolescentiæ.] ¶Huius composita sunt Congermino, quod est coagmento, consocio, coniungo. *Varr. lib. 1. Rerum human.* Postea cùm his vnam Remp. coniuncti ac congerminati tenuere Egermino ἐκβλαστάνω, germen foras emitto *Colum. lib. 5.* Nam plurimùm interest, non esse longum sarmentum quod inseratur & rursus plures oculos quibus egerminet inesse. Progermino, in germina exeresco, *Idem ibidem*, Vt & radices deorsum agat, nec ex propinquo negligenter in summa terra resecta progerminet.

Gĕrmĭnātio, Pullulatio. {נצת *nitsáh*. βλάστησις. GAL. Germement, quand les arbres ou herbes iettent leur germe. ITA. *Germinatione, quando germinans gli arbori.* GE. Ein sprossung/ein herfürschiessung HIS. *Obra de brotar ò echar renueno los arboles.* ANG. *A springing or shoothing of branches.*} *Plin. lib. 16 cap. 25.* Alia protinus, vt animalia: tardiùs aliqua & diutius grauida partus gerunt: quod germinatio idcò vocatur. *Colum. lib. 4. cap.* 24. Propter quod palmes, quem mox in germinatione circuerit, imbecillis ac minùs fructuosus erit.

Gĕrmĭnātŭs, us. {ANGLI. *A shoothin out of branches.*} *Plin. lib. 15. cap. 8* Oleã si capra depauerit primo germinatu sterilescere, autor est Varro.

Gĕrmĭnĭsco, scis, germen emitto. {פרח *parách* βλαστάνω. GAL. Germer, bourjonner. ITA. *Germogliare.* GER. Herfürsprossen/wachsen HIS. *Brotar y echar renueno los arboles.* ANG *To spring or shoote out branches.*} à quo fit compositum Congermino, simul pullulo. συμβλαστάνω, & per translationem coalesco, coniungor. *Quadrigarius*, Facite exempla eorum vt cum illis congermino scire sciatur.

Gĕrmānŭs, a, um, {אח *ach*. ὁμοπάτριος, ὁμοπατρωρόμοιχμὴς. GA. Frere germain, engendré de meime germe. ITA. *Fratello germano, generato de' medesimo germe.* GER. Von einen eltern/oder eines geschlechts. HISP. *Hermano de padre y de madre, engendrado de mesmo renueno.* ANG. *Come of the same stock.*} Isdem parentibus natus: quod nomen à germine deductum putat *Festus*. Germen (*inquit*) est quod ex arborum surculis nascitur: vnde & Germani quasi eadem stirpe nati. Hinc Germani fratres, ὡς τοκετογνῶτι, dicuntur qui patre eodem eadéque matre editi sunt: [ita *Plutarchus in Romulo.*] quemadmodũ vterini dicuntur qui ex eodem vtero prodierunt, qui scilicet matre eadem, diuersis autẽ Patribus sunt procreati. *Terentius in Andr.* Si te in germani fratris dilexi loco. Aliquando sine fratre ponitur. *Terent. in Adelphis*, O mi Æschine, ô mi germane: ah vereor coràm in os te laudare amplius. *Ibidem*, Nunc tu mihi es germanus pariter corpore & animo. *Cicer. 2. de Finibus*, Et L. Cicero frater noster cognatione paruelis, amore germanus. ¶Ponitur aliquando pro similis. *Cic. 4. Acad.* Erat quidem, si perpauca mutauisset, germanissimus Stoicis. id est, similimus. *Idem in Oratore*, quam mutila quædam & hiantia loquuti sunt, vel quæ sine magistro facere potuerunt, germanos se putant esse Thucydidis. *Plaut. Men. sc. vlt a* 5. Mi gemine germane frater, salue. *Idem ibid.* Spes mihi est vos inuenturos fratres germanos duos geminos, vna matre, vno patre, vno die natos. *Ibidem sc.* 1. *a.* 4. fratrem geminum germanum quæsitum venimus. *Idem Capt. sc.* 4. *a.* 5. Intus eccum frattrem germanum tuum.]

¶Accipitur item germanus pro vero, & sincero, hoc est non fucato, & non adulterato: quod Græci γνήσιον dicunt. {ANG. *Right and very true, not counterfayte.*} vt, Germana iustitia. *Cicero* 3. *Offic.* Sed nos veri iuris, germanæque iustitiæ solidam & expressam effigiem nullam tenemus. ¶Germana patria. *Cicero 2. de Legibus*, Quia si verum dicimus, hæc est mea & huius fratris mei germana patria: hîc enim orti stirpe antiquissima sumus. Germanum nomen. *Plaut. in Capt. sc.* 2. *a.* 2. Nã ille Theodoromedes fuit germano nomine. Germanæ gerræ. *Plaut. in Pœn.* Nam tuæ blanditiæ mihi sunt, quod dici solet, Gerræ germanæ, atque ædepol, λῆρος λήρων. ¶Fœmininum huius nominis est germana, ὡς τὸ ἀναγνώτη. *Virgil. lib. 4. Æneid.* Inueni germana viam, gratare sorori. Germana soror. *Cic. 1. de Diuin.* Clodius cum sorore germana nefarium stuprum fecit. [*Plaut. Milit. sc.* 2. *a.* 2. *& sc.* 4. *a.* 2. Sororem geminam germanam alteram aduenisse Philocomasio. *Idem Most. sc.* 1. *a.* 1. Germanæ lituuies rus, pecus, hara suis.]

Gĕrmānē, aduerb. hoc est syncerè, & in modum germani fratris {ממש *beemérh. ἀδελφικῶς, γνησίως, ὁμοπατρίως, ὁμομητρίως*. GA. Fraternellement ou frere germain. IT. *Sinceramente, da fratello.* GER. Brüderlich/ freundtlich. HISPAN. *Muy limpia ò enteramente.* ANG. *Brotherlie, vpryghtlie.*} *Cic. ad Quint. Frat. lib.* 2 De quo petis, vt ad te nihil occultans, nihil dissimulans, nihil indulgens germanè, fraterneque referibam, &c.

Gĕrmānĭtās, tatis Est coniunctio, & vinculum quoddam necessitudinis: quale solet esse inter fratres {אחוה *achavah* διαφίτης, φιλαδελφία. GA. Parenté entre freres germain, fraternité ITA. *Fratellanza parentato.* GER. Ein rechte freundtschafft/als zwuschen natürlichen brüderen. HIS. *Hermandad.* AN. *Brotherhod a by the same father and mother.*} *Cic. pro Ligario.* Si fraternè, si pie, si cum dolore faciunt, moueantur horum lacrymæ, moueat pietas, moueat germanitas, valeat illa vox quæ vicit. *Liu.* 37. Argos & illos, sicut se se, omnibus esse, ab ea germanitate fraternam sibi cum iis charitatem esse. *Plin. lib. 6. cap.* 1. Vnde nomen ambobus, & tanquam in dissociatione germanitas concors.

Gĕrmānĭtŭs, aduerb. hoc est germanè, fideliter: dictum à germanitate. {AN. *As a verie brother.*} *Pompon.* Vt siquis est amico amicus, gaudet si quid euenit boni, cui amicus est germanitus.

Gĕro, geris, gessi, gestum, Propriè significat porto. {נשא *nasá*. φέρω. GAL. Porter. ITA. *Portare.* GER. Tragen HISP. *Traer.* ANG. *To do or exercise, to beare or behaue*} *Virg. 7. Æneidos*, Bella manu lethúmque gero. [*Plaut. Pseud. sc.* 7. *a.* 4. Scias posse eum gerere crassas compedes.] ¶Interdum est habere, {ἔχειν. GAL. Auoir. ITA. *Hauere.* GER. Haben. HISP. *Auer.*} *Virgil. lib* 2. Et nos aliquod noménque decúsque gessimus. [Nihil muliebre præter corpus gerens Fuluia. *Velleius. Ouid* 13. *Metam.* Tu vires sine mente geris. Item gerere animos. *Liuius lib.* 3. *dec.* 4 *Et Plaut. Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Insipientia est tram in prompru gerere. *Idem Asin. sc.* 1. *a.* 2. Qui ad heri fraudationem callidum ingenium gerunt. ¶Rem gerere pro dimicare, *Plaut. Amphitr.* Nec decedit loco, quin statim rem gerat *Plaut. Cap. sc.* 3. *a.* 2. Caue fidem fluxam geras.] ¶Interdum facere {עשה *ásáh*. πράττειν GAL. Faire. ITA. *Fare*, GERM. Thun/verwalten. HIS. *Hazer.*} *Virgil. lib.* 9 nec te cum talia gessi, Magnanimum Æneam, & fata extrema sequutus. [*Plaut. Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Tace, atque hanc rem gere. (id est hoc age.) *Idem Men. sc.* 4. *a.* 5. Obseruatum quam rem geras. *Idem sc.* 2. *a.* 5. Quid ille faciat, quid eat, quid rerum gerat. *Idem Milit. sc.* 6. *a.* 2. Scio quam rem gerat. (is quid in me moliatur) *Idem Pseud. sc.* 1. *a.* 1. *& sc.* 2. *a.* 4. *& sc.* 6. *a.* 4. Vide sis quam tu rem geras. (id est facias.) *Plaut. Aul. sc.* 1. *a.* 5. Scio quam rem geras. Et, quam rem geram. *Ibidem.* (id est quid agam.) *Plaut. sc.* 4. *a.* 2. Timeo quid rerum gesserim. *Idem Asi. sc.* 2. *a.* 5. Occupemus ex insidiis quam rem gerant, id est quid agant. *Idem Aul. sc.* 1. *a.* 1. Ne me obseruare possis quid rerum geram. *Iterum Ibid. sc.* 2. *a.* 1. Rogitant me vt valeam, quid rerum geram. (id est quid agam.) *Plaut. Capt. sc.* 1. *a.* 2. Est Deus, qui omnia quæ gerimus videt (i. facimus) ¶Pauper permetì rem malè gerit. (id est suis commodis malè consulit.) *Plaut. Aul. sc.* 4. *a.* 1. *Item Capt. sc.* 2. *a.* 3. Quid est suauius quam benè rem gerere bono publico. (id est suo commodo & publico seruire.) ¶Sciui extemplò rem de compacto geri. Mox, Compacto rem agunt. *Plaut. Capt. sc.* 1. *a.* 3. ¶Quibus res publica & priuata geritur, iis non crederem? (de Tabellis) *Plaut. Curc. sc.* 3 *a.* 4. ¶*Metaphoric.* Rem gerere & operibus & cuniculis. *Quintil. Id in Amph.* vt scires rem vt gessissem publicam.] ¶Interdum administro, διακονῶμαι, νέμω, διαχειρίζω. *Cicero in Catone*, Qui amplissimum magistratum gerunt. [*Plaut. Capt. sc.* 3. *a.* 2. Erga hunc rẽ geras fideliter. *Item Cas. lib.* 1. *de bell. ciu.* Gerere Remp. felicissimè.] Hinc dicuntur gesta: & gestæ res. πράξεις. ¶Cumaccusatiuo reciproco significat viuere: aut hoc, aut illo modo se habere: vt, Moderatè se gerere. χρῆσθαι αὐτῷ μετρίως. *Cicer. de Amic.* Qui ita se gerunt, ita viuunt, vt eorum probetur fides, integritas, æqualitas, liberalitas. Getere cẽsuram, id est fungi censura. *Plin. lib.* 17. *cap.* 1. Consulem gerere. *Sallust. in Iugurtha.* Formam alterius gerere, *Plaut. in Prol. Amph*, Honores gerere, *Plin. in Epistol.* Ingenium callidum gerere, *Plaut. in Asin.* Gerere inimicitias, *Liuius* 10. *bell. Maced.* Iras gerere, *Plaut. in Pœn. fine.* *Morem gerere id est obedire, obtemperare. *Cicer. 1. Tusc.* Geram tibi morem, & ea quæ vis vt potero explicabo, *Morem gerere animo. *Plaut. Amphitr.* Pater nunc intus suo morem animo gerit. *Partum gerere, Idem quod Vterum gerere, & grauidam esse. *Plin. lib. 7. cap. 5.* Cæteris animantibus statum & parendi & partus gerendi tempus est. *Res alias gerere, pro non attendere ad ea quæ dicuntur. *Plaut. Cistel.* mi homo obsecro Alias res geris. *Rempub. gerere, Id est administrare & præesse Reip. gerendæ *Plaut. in Aph. & Cic. pro Rosc.*

¶Huius cõposita sunt, Aggero, congero, digero, de quibus locis suis. ¶Egero, effero, ἐκκομίζω. *Lact. lib.* .. Qui simũ stabulo, quã qui vitia de corde egerit. *Col. lib.* 2. Auiũ primũ habetur stercus quod ex colũbariis egeritur. Quandoque pro euomo vel ventrem exonero ponitur. ἀναβόλλω, ἐκκενόω. Ingero vide alibi. ¶Oggero, intẽdo, seu adiicio: vt, Oggerere oculum, alicui rei adiicere, seu intentum habere. ἀπέχω. *Plaut. in Trucul.* Quando intro aduenimus, Vnus eorum aliquis oculum amicè oggerit, dum illi agant. Progero vltra seu foras gero: προφέρω. *Colum. lib.* 1. Ideóque periti rustici, quicquid ouilibus, stabulisque conuersum progesserunt, superpositis virgis tegunt, nec aresce-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

re solis incursu patiuntur. Regero, scriptis mando, quod legendo, aut audiendo dicerim. ὑπομνήσω. *Quintil. lib. 2. cap. 8.* Sunt enim velut res gestæ in hos commentarios quos puer deduxerat schola. Vnde regesta dicuntur, quæ iam in tabulas, aut etiam in libros redacta sunt. τὰ ὑπεσημασμένα, τὰ ὑπομνήματα. Non inepte etiam, *teste Budæo*, Regesta dici possunt, quæ vulgò *Registra* dicuntur. ¶ Aliquando Regero, idem est, quod refero, reddo, reticio, ἀναδίδωμι. *Plin. lib. 2. cap. 9.* In coitu quidem non cerni: quoniam hausturn omnem lucis auersa illo regerat, vnde acceperit. Sic regerere crapulam, dixit *Apuleius*, pro euomere. Regesta *(inquit)* crapula vestem inquinauerat. Inde regestus participiũ: vt, Terra regesta, hoc est, eodem relata vnde fuerat egesta. *Ouid. 11. Metam.* secedit, humúmque Effodit, & domini quales conspexerat aures, Voce refert parua, terræ quæ immurmurat hastæ, Indiciúmque suæ vocis tellure regesta Obruit, & scrobib. tacitis discedit opertis. ¶ Suggero, & Suggestus, Vide suis locis. Sunt & alia composita, vt armiger, belliger, moriger, & multa huiusmodi, quæ omnia habent penultimam syllabam correptam.

Gĕrēns, participium, coniungitur à *Cicerone* eleganter cum genitiuo Negotij. *Pro Quinct.* Aliquis loculpes & sui negotij bene gerens. Pro Sext. Sunt rustici, municipaléſque Romani sui negotij gerentes.

Gestŭs, sta, stum, participium à gero. {נעשה *naṫaseh*. πεπραγμένος, διοικημένος. GALL. Fait, porté ITAL. *Fatto, portato.* GERM. Gethon/ gehandlet/ getragen. HISPAN. *Hecho, traido.* ANG. *Done, borne.*} *Plaut. in Trin.* Nihil euenit, ne time, re bene gesta saluus rĕdeo. [*Plaut. Pseu. sc. 7. a. 4.* Ita res gesta est, (i. ita malè rem gessi.) *Idem Men sc. 2. a. 3.* Omnem rẽ vxori, vt gesta, eloquar. *Et Ouid. lib. 13. Metam.* Nihil gestũ ab Vlysse. *Gell. c. 17. lib. 5.* proximo prælio rem malè gestam esse. *Ilidem cap. 18.* per singulos dies res gestæ scribuntur. *Valer in prolog.* Omnia æui gesta comprehendere.] *Cicero pro Murana* Gestus est mos & voluntati, & dignitati ruæ. *Idem ad Attic.* Gestus mos vtrique.

Gestŭs, ŭs, est compositio corporis & habitus quem in pronuntiando & dicendo obseruamus {מנחג *minhagh*, πάσης πράξεως ὑπόκρισις. GAL. Geste, contenance, maintiẽ, mine. ITA. *Gesto, atto, fatto* GER. Weis vnnd gebärt die einer fürt. HISP. *Gesto ò visaje de la cara.* ANG. *Demeanure, behauiour.*} Gestio verò est administratio & actio, quanuis parum in vsu sit, *inquit Valla lib. 4. Cicer. 2. de Natur. deor.* In corporum etiam motione atque gestu multa cernunt subtiliùs. *Idem 4. Acad.* Et hoc quidem Zeno gestu conficiebat. [Gestum facere: *bis apud Quintil.*]

Gĕrītio, pro Gestio, *Vlp. l. 14. de relig.* Licet ex hoc ipso neque pro hærede geritio, neque aditio præsumitur.

Gestuōsŭs, sa, sum, qui multum gessit. {ὑποκριτικὸς, χειρονομικός. GAL. Qui fait beaucoup de gestes ou de mines. ITA. *Gestuoso, che ha gran gratia ne gesti.* GER. Zierliche geberd fürend oder treibend. HISP. *El que haze gestos y visajes con gratia.* ANG. *That hath done many thinges.*} *Gell. lib. 1. capit. 5.* Gestuosas Hortensij manus & argutas.

Gestĭo, onis, Curatio & administratio. {διοίκησις. GAL. Administration. ITAL. *Administratione.* GERM. Ein handlung/ verwaltung. HISP. *Administracion.* ANG. *The doing of any thing.*} *Cic. 1. de Inuent.* Negotiis autem quæ sunt attributa, partim sunt cõtinentia cum ipso negotio, partim in negotij gestione considerantur, partim adiuncta negotio sunt, partim gestum negotium consequuntur.

Gĕrdĭus, dij, puer fortassis à gerendo dictus, quòd gereret. *Lucil.* Curate domi sint, gerdius, ancillæ, pueri, zonarius, textor. *Ex Nonio.*

Gestio, gestis, gestiui, & gestij, Propriè est lætitiam animi, aut alium affectum gestibus corporis exprimo. {עלץ *ẖalaẓ* עלס *ẖaláṣ* עלס *ẖalás.* γανιάω. GALL. Saulter de ioye, & se resiouir, faire feste. ITA. *Gongolare, r allegrarsi, far festa.* GERM. Vor freuden außwendige geberd oder weiß treiben HISP. *Alegrarse, hazer gestos coduciando ò alcançado alguna cosa.* ANG. *To shew glaydneste by outward signes.*} *Cic. lib. 2. de Finibus,* Quorum alter lætitia gestit, alter dolore cruciatur. *Idem lib. 1. Offic.* Aut voluptate nimia gestiunt: quorum omnium vultus, voces, motus, statúsque mutantur. [*Plaut. Men. sc. 1. a. 1.* Quæ misera (machęra) gestit fartum facere ex hostibus.]

¶ Interdum etiam gestire, est vehementer cupere, & gestib. cupiditatem præ se ferre. ὁρμίζω, σπουδάζω. *Terent. in Phormione,* Egóne illi nõ succenseam? ipsum gestio dari Mihi in conspectum, nunc sua vt sciat culpa Lenę patrem illum, factũ me esse acerrimũ. Sic *Plaut. in Amph.* Gestiunt pugni, hoc est, cupiunt verberare. *Persius Sat. 1.* Non hic qui in crepida Graiorum ludere gestit. [*Plaut. Asin. sc. 1. a. 4.* Illam moueri gestio (id est percupio.) *Idem Pseud. sc. 1 a. 1. & sc. 6. a. 4.* Illam moueri gestio (id est percupio.)] *Cic. pro Marcel.* Parietes medius fidius (vt mihi videtur) huius curiæ gratias agere gestiunt. [Pro prurire. *Plaut. Asin. sc. 2. a. 2* Mirabar quod scapulæ gestibant mihi. (id est pruriebant.) ¶ Pro gesticulari. *Gell. c. 15. l. 11.* Ad facienda ridicula histriones imitantur & gestiunt (sup. homines.) Huius compositum est, Prægestio, *de quo suo loco.*

Gestiēns, participium, exultans, lætans. {עלז *ẖalaẓ* עליז *ẖalliẓ.* γανιάων, σκιρτῶν. GALLIC. Saultant & declarant per gestes & mines l'affectiõ qu'il a, sautant de ioye. ITA. *Chi salta di allegrezza.* GERMAN. Sich freuwend/ vor freuden etwas gebärden treibend. HISP. *El que salta de alegria hazẽdo gestos.* AN. *A reioysing, declaring by gestes hismeaning.*} *Cic. 5. Tusc.* Elatus inani lætitia, exultans & temerè gestiens. *Idem 2. de Natur. deor.* Deinde hac cohortamur, hac persuademus, hac consolamur afflictos, hac deducimus perterritos à timore, hac gestientes comprimimus. De eloquentia loquitur.

Gesticŭlŏr, laris, gestum ago. {ὀρχέομαι, χειρονομέω. GERM. Faire cõtenãce, faire mines, faire morisque. ITA. *Atteggiare, gioccolare.* GERM. Etwas posſen oder gebärden treyben. HISP. *Hazer gestos.* ANG. *To mak gestis.*} vnde Gesticulari carmina, dixit *Sueton. in Nerone*, pro ad numeros car minis saltare, & modulis corpus adaptare. Super abundantissimam (inquit) cœnam iocularia in defectionis duces carmina, lasciuéque modulata, quæ vulgò innotuerunt, etiam gesticulatus est.

Gesticŭlātŏr, oris, verbale, Qui corporis gestu populũ oblectat. {μίμος, ὀρχηστὴς. GALL. Iouеur de morisque ou de farces, faiseur ou representeur de contenances & mines. ITAL. *Chi giuoca di mano, ouero di persona.* GER. ein possentreiber/ gaugkler. HISP. *Hazedor de aquellos gestos.* AN. *A poppet player.*} *Col. in Præfat. lib. 1.* Nec minus corporis gesticulatorem scrupulosissimæ requirant saltationis, ac musicæ artis studiosi.

Gesticulātĭo, onis, Est ipsa saltatio, seu gesticuladi actus. {ὀρχησμὸς, ος. GAL. Ieu de souplesse, representa ion de contenances & ITA. *D'atteggiare gioccolare.* GER. Possenreibung/ das gaucklen HISP *Aquella obra de hazer gestos.* ANG. *Poppet playe g, g ling.*} *Valerius Maximus & Sueton.* [*In Tiber. cap. 68.* Mollis gesticulatio digitorum.

Gesticulātrix, æ, mima, gesticulatrix, quæ scilicet corporis gesticulatione populum oblectat. {ὀρχηστρὶς, χειρονόμος, ἡ GAL. Iouеuse de morisque. ITA. *Donna che giuoca di mano ouero di persona.* GER. Ein possenreiberin/ ein frawo die ein gaucklespyl haltet. HISPANIC. *Mugeder a de aquellos gestos.* ANG. *She that playeth the poppet.*} *Gell lib. 1. c 5.* Non iã histrionem eum esse diceret, sed gesticulariam, Dionysiámque eum notissimæ saltatriculæ nomine appellarit.

Gĕrŭlŭs, li, pen corr. qui fert aliquod onus: & pro baiulo accipitur. {סבל *ṣabbál.* ὁ κομίζων. GAL. Porteur, portefaix, gagnedenier. ITA *Facchino, bastaso, camalo, portatore.* GERM ein trager. HISP. *El ganapan que lleua cargos.* ANGLIC. *A bearer of any mater or thing, a porter.*} Baiulũ autem dicimus, qui mercedis gratia onera ferre consueuit. *Suet. in Calig.* Ex gerulorũ diurnis quæstib. pars octaua exigebatur. Hinc Nugigerulus, nugarum apportator. [Et Munigerulus, Damnigerulus, plagigerulus, Salutigerulus, *apud Plautum in Mostell.* & vbique.] *Plaut. in Bacchid.* Non dabis, si sapies: verùm si das maximè, Næ ille alium gerulum quærat, si sapiet, sibi: Nam ego non laturus sum.

Gestŏr, oris, verbale, qui gerit siue portat. {נשא נשיל *noſé netil.* φορεύς. GAL. Porteur, rapporteur. ITAL. *Chi porta, portatore.* GER. Ein trager. HISP. *Lleuador.* ANG. *He thath beareth.*} *Plaut. Pseud.* Homines qui gestant, quique auscultant crimina, Si meo arbitratu liceat, omnes pendeant: Gestores linguis, auditores aurib. ¶ *Plin. epist. lib. 8. Canino:* Delphinus gestor, collusórque puerorum.

Gĕrūndĭum, siue verbum sit (vt quibusdam videtur) siue participiũ, siue (vt alij malunt) nomen ex participio, caret numeris & personis, & sub vna voce actiuam & passiuam significationem gerit. Vnde à gerenda duplici significatione, quidam gerundia dicta esse existimãt. Gerũdia ante se nullum habent casum: post se casum habent verbi actiui: nam in passiua significatione nullum habent. ¶ Habent autem gerundium quatuor omnino casus, nominatiuum, genitiuum, accusatiuum, & ablatiuum. De nominatiuo exemplum est *apud Virg. 12. Æn.* Pacem Troiano à Rege petendum. Genitiuus iungitur nominibus substantiuis in vtraque significatione. *Virg. 1. Eclog.* Et quæ tanta fuit Romam tibi causa videndi? In passiua significatione gerundiũ nullũ habet post se casũ: vt non dicimus, Vrbs est in periculo capiendi ab hostib. ¶ Inueniuntur aliquando gerundia genitiui casus passiuè accepta: sed absque casu: vt apud Iustinum Trogi abbreuiatorem, *lib. 17.* Athenas eruditionis gratia missus, quantò doctior maiorib. suis, tantò & gratior populo fuit. ¶ Datiui casus gerundia nulla sunt, nisi fortassis soluendo & inficiando, quæ aliqui volunt esse nominatiua adiectiua indeclinabilia, alij gerundia datiui casus. *Cic. in Orat.* Quum est inficiando reus, duo prima sunt. Soluendo exigit datium, licet non semper adponatur. *Quintil.* Pauperi soluendo non sumus. *Cic. Lentulo,* Ciuitatum principes ad me detulerunt sumptus decerni legatis nimis magnos, soluendo ciuitates non esse. Interdum et ã habet adiunctum genitiuum. *Quintil.* Maximi tamen virorum, & quibus artis suæ soluendo non sit humanitas. ¶ Accusatiuus gerundij iungitur verbis significantib. motum ad locum, & hoc cum præpositione ad, aut etiam aliis verbis cum præpositione inter, & aliquando etiam cum præpositione ante. *Virgil. in Bucolicis,* inter eũdum Occursare capro (cornu ferit ille) caueto. *Idem 3. Georg.* ante domandum Ingentes tollent animos.

¶ Ablatiuus trib. modis accipitur: Primo sine regimine: vt, Legendo disco, Currendo cecidi. Et ponitur actiuè & passiuè. Actiuè. *Virg. 3. Æneid.* Cantando tu illum? Passiuè: idem, Frigidus in pratis cantãdo rumpitur anguis. *Idem,* Alitur vitium, crescítque tegendo, id est dum cantatur & dum tegitur. [*Plaut. Curc. sc. 3. a. 1.* Vapulando & somno pereo.] Secundò cum præpositione de, ex, à, ab, cũ vel in. *Cicero,* Ex quo ardescit siue amor siue amicitia: vtunque enim dictum ab amando. *Idem,* In defendendo maior labor est quàm in accusando. *Quintil.* Quum præcipere de aptè loquendo cœperimus. Tertiò, cum verbis significantibus motum de loco: vt, Venio ab arãdo, redeo à spectando: licet magis vsurpemus ab aratione & à spectaculo. Sed hæc non magnopere pertinent ad præsens argumentum: quandoquidem dictionũ significationes, non syntaxin, docendas suscepimus.

Gerundia à Grammaticis appellantur nomina adiectiua, quæ fiunt à gerundiis, vt à legendi, da, dum, fit legendus, legenda, legendum.

Gesto, gestas, Sæpe vel quasi perpetuo gero. {נשא נשל נטל *naſá natál* עמס *ẖamás.* αἴρω, μεταφέρω. GAL. Porter. ITA. *Portar.* GER. Offt oder steht tragen. HIS. *Traer, lleuar.* ANGL. *To beare often.*} *Plaut. in Curcul.* Rogita istum vnde habeat annulum. P. Pater istum meus gestauit. *Idem in Sticho,* Nam me illa aluo menses gestauit decem. *Plin. lib. 18. cap. 10. de elephantis,* Decem annis gestare in vtero vulgus existimat. *Terent. in Adelph.* Quem ego modo puerum tantillum in manib. gestaui meis, [*Ouid. 13. Metam.* fruſtrà Telamone creatus Gestasset læua taurorum tergora septem. *Plaut. Amphitr.* Hæc sola sanam mentem gestat mearum familiarum. *Plaut. Curc. sc. 2. a. 5.* Pater istum (anulum) gestauit. *Plaut. Pseud. sc. 1. a. 1.* Gestas tabellas tecum, eas lacrymis lauis. *Ibid. sc. 5. a. 1.* Homines qui gestant quique auscultant crimina. (i. qui deferunt & spargunt, siue annunciãt.) *Sueton. in Galba, cap. 8.* Ad gestandum iter ingredi (i. delectationis causſa.)

Gestātŭs, particip. {עמס *ẖamus.* βαστάξας, φορηθείς. GAL. Porté. IT. *Portato.* GERM. Getragen. HISP. *Traido, lleuado.* AN. *Borne, caryed.*} *Martial. lib. 1.* Gestatus binis regulus esset equis.

Gestĭto, tas, pen. corr. frequentatiuum à Gesto, as. {φορέω. GA. Porter souuent. ITA. *Portar spesso.* GER. Tragen eins tragens HIS. *Lleuar à menudo ò muchas vezes.* ANGL. *To beare often.*} *Plaut. in Cistel.* Eloquere, vnde sunt tibi hæc cito crepundia? L. Mea hæc heritis gestitauit non tua. *Idem in Amph.* Næ ego homo infœlix fui, Qui non alas interuelli: volucrem vocem gestito.

Gestātĭo, onis, Vectio, portatio. {משאת משאה *maſſaṫ maſſáh* נשא *naſá.* φορεῖον. GALLIC. Portement. ITA. *Portamento.* GERMA. Tragung.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

His. *Lleuamento, traimoiento.* ANG. *A bearing or eatying.* } *Cels lib. 2. cap.14.* Gestatio etiam longis & iam inclinatis morbis aptissima est. Idem, Gestationum leuissima est nauis in portu. ¶ Gestatio item ὠφέλιμος, locus erat, in quo gestabātur homines sanitatis vel voluptatis gratia: ea forma qua cœnatio ambulatióque dicitur. *Plin. in Epist.* Ab his gestatio in modum circi quæ buxum multiformem, humilesque ac retentas manu arbusculas circumit.

Gestātūs, us, Gestatio, portatio. {מעמסה *maḥamaṣáh.* נטל *nétel* משא *maṣṣá.* φορεῖ.} *Plin. l. 15. c. 25.* Iulianis gratus sapor, sed penè tantùm sub arbore sua, adeò teneris, vt gestatum non tolerent, id est gestari non possint.

Gestāmēn, inis, Quicquid geritur, vt vestes, arma, sceptrum. {מעמסה *maḥamaṣáh.* נטל *nétel* משא *maṣṣá.* φορεῖον.} GAL. Ce qu'on porte, faix, portee. ITAL. *Cosa che si porta.* GER. Die man tregt / ein burde / ein buntel. HIS. *Cosa que se trae ò lleua.* ANG. *A mace or any thing that is borne.* } *Virg. lib. 3. Æneid.* Æra cano clypeū magni gestāmē Abantis, Postibus aduersis figo. id est quod geri solebat à magno Abante. *Iuuenal. Satyr. 2.* Ille gerit speculum pathici gestamen Othonis. Item ponitur pro onere. *Plin. lib. 37. c. 2.* Hoc vectigal, hócque gestamen diuites in ceruice gratissimum norūt. [*Ouid. 13. Metam* fuga tardè futura tibi est gestamina tanta trahenti Clypeum. & hastam, & galeam.]

Gestātōrĭus, a, um, Quod ad gestandum & gerendum pertinet. { φορητός. GALL. Seruant à porter. IT. *Che serue à portare.* GERM. Das zu dem tragen gehört. HIS. *Cosa para traer, ò pertinesciente à traer.* ANG. *That serueth for bearing.* } vt, Sella gestatoria in qua aliquis gestatur. *Suet. in Ner.* Interdiu quoque clarè gestatoria sella delatus in theatrum.

Gestātōrĭum, rij, appellatur lectica, sella, siue carucca, & omne id in quo gestamur. {φορεῖον. GAL Littiere. ITA. *Lect cà ò sedia ò altro in che si porti a'cuno.* GER. ein roßbaar / ein tragsessel / senffte oder etwas anders darinn man einen tregt. HIS. *Anaas ò litera para traer.* ANGL. *An horse letter.* } *Suet. in Claudio*, Solitus, etiam in gestatorio ludere.

GERONTIA, γερόντια, Insula ante sinum Pegasicum, *teste Plinio lib. 4. cap 12.*

Gerontocomion, γερωντοκομεῖον, Vbi alimoniæ subministrantur senibus emeritis. *Vtitur hac voce Imperator C. de sacrosanct. eccles.*

Gerontopogon γερόντων πώγων. Herba est foliis hirci barbulæ, tenuioribus longioribúsque, in modum capilloriū, caule paruo super quem calyx est longus & barbula quæ sunumo vertice in cana funditur. Florem habet luteum qui in volucres barbulas euanescit. Dictum Gerontopogon, quasi senilis barba. Vulgus *Barbam Sacerdotum* appellat.

GERRA, γέρρα, Arabiæ fœlicis oppidum, turres habens ex salis quadratis molibus. A quo finus propinquus Gerraicus cognominatus est. *Autor Plin. lib. 6. c. 28.*

Gerræ, arum, {γέρρα. GALL. Bourdes, choses de neant. ITA. *Ciancie, parole, chiachiare.* GERM. Geflochten körb / burd: item narren werck / vnnütz nichts sollend ding. HIS. *Desuarios de vanas palabras.* ANGL. *Bourdes, thinges of no effect.* } Crates viminææ primum appellabantur: quæ vox postea vulgò pro nugamentis rebúsque friuolis vsurpata est, *autore Festo Pompeio*: & id quidem hac occasione: Athenienses cùm Syracusas obsiderent, & crebrò gerras poscerent, irridentes Siculi gerras clamitare cœperunt. Hinc in prouerbium cessit. *Plaut. in Asinar. sc. 3. a. 3.* Videlicet Solon est, Leges vt conscribat quibus se populus teneat: gerræ. *Idem in Pœn.* Nam tuæ blanditiæ mihi sunt quod dici solet, gerræ germanæ, atque ædepol λῆρος λήρων. *Ausonius Sym.* Misi itaque friuola gerris Siculis vaniora.

Gerrōnēs, Nugatores, à gerendis nugis. {φλύακες ἀδολέσχαι. GALL. Conteurs de bourdes, iaseurs. ITA. *Ciancatori, chi narrano fauole, motti.* GER. Ein Tandtman / Klapperer / der mit vnnutzen dingen vmbgeht. HISP. *Vanos, locos, mentirosos, que disuarian en vanas palabras.* ANG. *A talker of trifles and light maters.* } *Festus*, Gerrones, leues & inepti, à cratibus prosiratis dicti, quod Siculi aduersus Athenienses crassibus vsi sunt, quas Græci gerras appellant. Hinc fit Congerro pro connugatore. *Vide suo loco.*

Gerrēs, Piscis vilis, & alecuarij genus. {ANG. *A pilchard.* } De *quo Plin. lib. 32. c. 11. Martial lib. 12.* Téque iuuant gerres, & pelle mælandria cana *Idem lib. 1.* Fuisse gerres, aut inutiles mænas, Odor impudicus vrcei fatebatur.

GERRVS, γέρρος, Fluuius Scythiæ, septimus ab Istro, memoria dignus: *meminit eius Herod. lib. 4.*

Gerūlūs, Gerundium. *Vide* GERO.

GERVNDA, γερωῦδα, Oppidum Authetanorum, in Hispania citeriore, iuxta montes Pyrenæos. *Autor Ptol. lib. 2. cap 6.*

GERVSA, Sarmatiæ vibs in Asia. *Ptol.* hodie S. Georgius.

Gerūsĭa, γερουσία, in Græcis vrbibus vocabatur conuentus senum, quē & nos Senatum, ab ætatis vocabulo dicimus. *Plin. lib. 3 6.* Sic extruxere domum regiam Attali Trallibus, item Sardibus Crœsi quam Gerusiam fecere. *Vitruuius*, Crœsi domus quam Sardiani ciuibus ad requiescendum ætatis otio Seniorum collegio dedicarunt. Hoc nomine dicebatur summus Lacedæmoniorum Senatus, in quem nemo nisi graui ærate venerandus, probisque moribus spectatus admittebatur. Erat enim ille summus Spartæ honos, vitæque integrè actæ amplissimum præmium, quo illis maius contingere nullum poterat. Siquidem (*vt est apud Demosthenem in oratione aduersus Leptinem*) summa penes hunc senatum Lacedæmone erat potestas, adeò, vt quisquis in gerusiam legeretur, statim cum sui ordinis sociis dominus esse ficeretur suæ ciuitatis. ¶ Gerusiæ etiam appellatione locus in quo seniores conuocantur appellatur, quem Latinè dicimus Senaculum. *Varro*, Senaculum vocatum, vbi senatus aut vbi seniores consisterent, dictum Gerusia.

GERYON, γηρυών, Nomen regis Hispani, quem Hercules interfecit, eiúsque boues abstulit. {GER. Ein könig in Hispanien / welchen Hercules vmbbracht hatt / vnd seine rinder hinweg getriben.} Hunc tricorporem fuisse fabulantur ob triplex regnum præfuit enim tribus insulis, quæ adiacent Hispaniæ, Balearicæ maiori, minori, & Ebusæ. Fingitur etiam bicipitem habuisse canem, quia & terrestri & nauali certamine plurimum potuit. Declinatur etiam Geryones, næ: & Geryoneus, *secundùm Priscianum. Virg 8. Æneid.* Tergemini nece Geryonæ. Sic enim habent emendatiora exempla. *Lucret. lib. 5.* Quidve tripectora tergemini vis Geryonai. Quo in loco Geryonai antiquus est genitiuus primæ declinationis per diuisionem diphthongi factus: quales crebri occurrunt apud *Lucretium.*

[¶ Geryonis oraculum in Italia. *Sueton in Tiber. cap. 14.* ¶ De Geryone & cur tergeminus fictus sit. *Iustin. lib. vlt.*]

Geryonaceus, cea, ceum, γηρυόνιος. *Plaut in Aulul.* Qui mihi intromisisti in ædibus quingentos coquos, cum senis manibus, genere Geryonaceo. *Aristophanes Geryonem* τετράπλευρον nominauit, hoc est, *vt Suidas ait*, τετρακέφαλον.

Gesēcretæ, Nauigij speculatorij genus, à Brutiis inuentum, idem, vt quidem volunt, quod *Plautus* prosumiam appellat. *Sipontinus.* [¶ Gesecreta *Gellio* dicitur *cap. 25. lib. 10.*]

GESODVNVM, γησόδουνον. Norici oppidum sub Danubio, *teste Ptolem. lib. 2. cap. 14.* Quanquam in nonnullis exemplaribus Gebodunum legitur, non Gesodunum. {GER. Jps.}

GESORIACVM, γησοριακόν, Mortuorum nauale fuit *teste Ptolem. lib. 2. cap. 9.* Vnde nonnulli coniciunt oppidum illud esse vnde breuissimus est in Angliam traiectus, quod vulgò *Caletum* vocant. {GERMAN. Calles}

GESEM, גשן *góschen.* Locus Ægypti in quo habitauit Iacob.

GESSVS, γήσσος, Fluuius apud Iones in regione Trogilia, quæ & Panionia dicitur, *Plin. lib. 5. ap. 29.*

Gesta, orum, *vide* ACTA.

Gestāmēn, Gestatorium, Gesticulor, Gestio, Gesto, Gestus, *vide* GERO.

*Gesum, gesi, Telum Gallicum. *Liu. 8. ab vrbe*, Leues autem qui hastam tantum gesáque gererent, vocabantur. *Idem 6. belli Punici*, Sub læuo humero summum pectus gesо ictum est. Sunt qui gæsum scribant.

GETAE, γέται, Populi sunt in Scythia Europæa: Appianus Dacos appellat. {GERM. Dölcker im Europischen Scythia so dem Euxinischen meer zu ligend / als itzt Walachey / Mudauwer vnnd Tartaren.} *Strabo lib. 7.* Getas a Dacis ita distinguit, vt Geræ sint qui ad Pontum in Orientem vergunt: Daci qui in oppositum versus Germaniam, & ad Istri fontes quos olim Dauos vocatos nonnulli volunt: ex quo apud Athenienses Dauorum & Getarum seruorum nomina in vsu maximè fuissent. Getas à Lucullo victos *Sallustius* scribit. *Aelius Spartianus* scribit Getas dictos fuisse qui postea Gothi appellati sunt. *Ouid. de Ponto.* Nulla Getis toto gens est truculentior orbe. Huius nominationis singularis est Geta vel Getes. Getarum deserta. *Virg. 3. Georg.* Pharetrati Geræ, *Ouid. 4. Trist. Eleg 9.* ¶ Getarum leges & ritus, vide apud Steph.

Geticus, a, um, γετικός, Quod est ex Getarum regione, vt, Humus Getica. *Ouidius 3. de Ponto*, Qui Getica longè non ita distat humo. Littus Geticum. *Idem 3. Trist. Eleg. 12.* Nam procul à Getico littore vitis abest. Plectrum Geticum. *Statius 2. Sylu.* & Getici cedat tibi gloria plectri. [*Ouid. Eleg. 8. l. b. 4. Trist.* Nec siccam Getico fonte leuare sitim.]

GETH, גת *gath.* Allophylorum ciuitas fuit, hæc nunc appellatur Zaph.

GETHVSA, γήθουσα, vrbs Libyæ. *Steph.*

GETIA, γετία, Regio Getarum in Thracia: gentile γέτης, & fœmininum γέτις, quo nomine etiam Philippi Amynthæ vxor vocatur. *possessiuum* γετικός. *Arrianus* γετωνὲς vocat.

Gethyum, γήθυον. Cepę genus condimentarium, nullo penè capite, sed radice tantùm oblonga. Latini pallacanam vocant, *teste Plin. lib. 19. cap 6.*

Getulia, *vide* GAETVLIA.

G ante I

Giārus, *vide* GYARVS.

Gibbŭs, gibbi, Propriè est tumor dorsi aut etiam pectoris, ex spinæ flexu enatus. {דבשת *dabbeseheth* ὕφος, κύρτωσις, κύφωσις. GAL. Vne bosse en quelque partie du corps. IT. *Gobbo* GER. Ein hofer. HIS. *La corcoba ò comba.* AN. *A knoble or knott in mannes bodie.* } *Martialis*, Non aliter ridetur Atlas cum compare gibbo. Quo in loco aliqui legunt, cum compare mulo. Nonnunquam accipitur pro quouis alio corporis tumore. *Iuuenalis Satyra 6.* medi ista quem naribus ingens Gibbus & acre malum semper stillantis ocelli. ¶ *Sueton.* in fœmnino genere dixit gibbam in *Domitiano, cap. 23.* Ipsum etiam Domitianum ferunt somniasse gibbam sibi pone ceruicem auream enatam.

Gibbŭs, gibba, gibbum, Conuexus. {גבן *gibben.* κυρτὸς, κυφός. GAL. Bossu. ITAL. *Gobbo.* GER. Gebogen / hoferechtig HISP. *Corcouado.* ANG. *That hath a croobed backe or bunche in his body.* } *Cels. lib. 8. cap. 1.* Igitur caluaria incipit ex interiore parte concaua, extrinsecus gibba: vtrinque leuis.

Gibbĕr, ra, rum, Gibbo deformatus: & propriè is cui spina extrorsum flexa, tumorem in dorso creauit. {גבן *gibben* ὕφος, κυρτὸς, κυφός. GAL. Bossu. ITA. *Gobbo.* GERM. Hoferechtig / das ein hofer hatt. HISP. *Corcobado.* AN. *That hath a bunche in his backe.* } Nam quibus illa introrsum flectitur tumorem efficiens in pectore, regibberi, λοιδοῦ potius dicuntur. [*Suet. in Galba cap. 3.* breui corpore, atque etiam gibber, modicæque in dicendo facultatis, causas industriè actitauit.] *Plin. lib. 10. cap. 26 de gallinis Africanis*, Hoc est gallinarum genus gibberum, variis sparsum plumis. *Varro lib. 2. de re Rust. cap. 9.* Gallinæ Africanæ sunt grandes, variæ, gibberæ.

Gibbĕrōsŭs, pro gibber siue gibbosus legitur *in l. 3. de ædilit. edict.*

Gibbōsŭs, a, um, adiect. Gibber, hoc est gibbo deformatus. {גבן *gibben.* κυφὸς, κυρτός. ANG. *That hath a bunche in his backe.*

GIGOMTIS, vetus nomen Arcadiæ. *Steph.*

Gigās, antis, {נפיל *naphil* רפא *rapha.* γίγας. GAL. Geant. ITA. *Gigante.* GER. Ein ryß oder helD. HIS *Gigante à hijo de la tierra.* ANG. *A gyant.* } Dictio composita creditur à verbo græco γίνομαι, quod est nascor, & à γαῖα, Doricè γᾶ, quod terram significat: quasi ex terra genitus. Credidit enim vetustas Gigantes homines fuisse excelsissimæ staturæ, & draconum pedibus ab irata tellure procreatos in deorum perniciem, vt scilicet superis bellum inferrent, Iouémque de cæli possessione deiicerent. Quo commento quid significare voluerint poetæ, explicat *Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 20. his verbis*, Gigantes quid aliud fuisse credendum est quàm hominum quandam impiam gentem deos negantem, & ideò existimatam deos pellere de cælesti sede voluisse

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

luisse ? Horum pedes in draconum volumina desinebant: quod satis significat eos nihil rectum cogitasse, totius vitæ eorum gressu, atque processu, in inferna vergente. Physici interpretantur Gigantes spiritus esse terræ inclusos, qui dum exitum non inueniunt fractis interdum altissimis montibus vi erumpunt, & frusta ipsa quasi in cælũ eiaculantur. *Cic. 2. de Natur. Deor.* Nec verò vt fabulæ ferunt, Dij bellis, prælisque caruerunt: nec solùm, vt apud Homerum, quum duos exercitus contrarios alij dij ex alia parte defenderent: sed etiam cum Titanis, cum gigantibus propria bella gesserunt. Hæc & dicuntur, & creduntur stultissimè. *Idem de Senect.* Nam quid est aliud gigantum more bellare cum diis, nisi naturæ repugnare ? *Ouid.* Affectasse ferunt regnum cœleste gigantes. *Iuuen. Satyr. 4.* Vnde fit vt malim fraterculus esse gigantum. Id est, obscuro & ignoto genere natus, quemadmodum gigantes, qui nullo parente è terra prognati creduntur.

¶ Gigantum arrogantia, γιγάντων διάνοια: Dicebatur vbi quis viribus suis fretus, temerè nullóque consilio res non tentandas moliretur: prouerbium admonet inauspicatò cedere, quæcunque citra consiliũ aduersus deos, aduersus pietatem, aduersus ius & æquum per vim instituuntur.

Gigantĕus, a, um, quod est gigantis. {γιγάντειος. GAL. De geant. ITA. *Di gigante.* GERM. Das der ryssen ist. HISP. *Cosa de gigante.* ANG. *Of a gyant.*} *Ouid. 2. Trist.* Quúmque gigantei memorantur prælia belli. Furiæ giganteæ, *Claud. 4. Paneg.*

Gigantŏmăchĭa, æ, Gigantum pugna. {γιγαντομαχία. GALLIC. Guerre des geans. ITALIC. *Pugna de giganti.* GERMAN. Der ryssen krieg oder streit. HISP. *Pelea ò batalla de gigantes.* ANGL. *A batell of gyantes.*} Gigantum pugnam Poëtæ in campis Phlegræis inter deos & Gigantes gestam fabulantur, quum illi Iouem de cæli possessione deiicere conarentur.

Gigĕrĭa, orum, teste Nonio, intestina sunt gallinarum, & quæ cum his coquuntur. *Lucili. lib. 8.* Gigeria sunt sine allio: his vescamur alacriter.

Gīgno, gignis, genui, genitum, Genero, procreo. {יולד *holídh.* γεννάω. GALL. Engendrer. ITAL. *Generare.* GERM. Gebären. HISP. *Engendrar.* ANGL. *To begette, to engender.*} *Cic. 1. de Finib.* Ad maiora enim quædam nos natura genuit & conformauit, vt mihi quidem videtur. [*Ouid. 13. Metamorp.* Purpureum viridi genuit de cæspite florem. *Plaut. Pseud. sc. 2. a. 3.* Te mihi adiutoré Dij genuere. *Ouid. Eleg. 1. lib. 3. Trist.* Quos (libros) suus optaret non genuisse parens.] *Plin. lib. 7. cap. 51.* Hæc est conditio mortalium, ad has, & huiusmodi occasiones fortunæ gignimur. *Idem lib. 14. cap. 6.* Fastidium gignit vuas appetendi. *Quint. lib. 1.* Ac sicut aues ad volatum, equi ad cursum, ad sæuitiam feræ gignũtur: ita nobis propria est mentis agitatio. *Gigni pedib. *Plin. lib. 7. cap. 8.* Neronem quoq; paulò antè principem, & toto principatu suo hostem generis humani pedib. genitum mater eius scribit Agrippina. ¶ Huius compositum est, Ingigno, ingenero, gignendo infero. ἐγγεννάω. *Cic. de Fin.* Siue, vt doctissimis viris visum est, maior aliqua atque diuinior hanc vim ingenuit: siue hoc fit ita fortuitò. *Col. lib. 4.* Tanquam naturali & ingenita sterilitate laborantib. ¶ Antiqui pro eodem dixerunt Geno, *de quo suprà.* vnde adhuc manserunt genui præteritum, & suplnum genitum. *Lucan. lib. 3.* Totum posse extra corpus durare genique.

Gĕnĭtŭs, participium, natus. {נולד *noládh.* γεννώς. GALLIC. Engendré. ITA. *Generato, nato.* GERM. Geboren. HISPANIC. *Engendrado, hijo* ANG. *Begotten, engendred.*} *Plin. lib. 11. cap. 37.* Septimo mensc genitis sæpenumero foramina aurium, & narium defuere. Geniti dentes in palato, genitus annos nouem, genitus ad perdenda vina, genitus ad superbiam, genitus in seruitio, pro eo qui seruus natus est, multáq; id genus alia passim occurrunt, *apud eundem Plinium.* [*Ouid. Eleg. vlt. lib. 4. Trist.* Nec stirps prima fui genito: sum fratre creatus. *Sueton. in Tib. cap. 7.* Genitus Marco Agrippa.] Hinc componuntur Vnigenitus, primogenitus, & progenitus: de quibus suis locis.

Gĕnĭtŭs, us, γένεσις. Generatio. *Plin. Apuleius in Apologia,* Aristoteles & Theophrastus qui plurimos libros de genitu animalium reliquerunt.

Gĕnĭtŏr, oris, Pater dicitur, qui scilicet genuit. {חרח מליד *horeh molidh.* γονεὺς, γεννητὴς, ὁ γεννήσας. GAL. Engendreur, pere. ITA. *Genitore.* GERM. Ein gebărer/vatter. HISP. *Engendrador, padre.* ANG. *He that begetteth, a father.*} *Cic. ad vniuers.* Quo nihil ab optimo & præstantissimo genitore melius procreatum. Genitores omnium vitiorum Græci, *Plin. lib. 15. cap. 4.* Genitor dubius, id est pater incertus. *Ouid. 5. Metam.* occidit Astreus Matre Palæstina, dubio genitore creatus. Genitor deorum, id est Iupiter. *Idem Eleg. 1. lib. 2. Trist.* Iure igitur genitórque deũm, rectórque vocatur.

Gĕnĭtrix, Mater dicitur, quæ scilicet genuit. {מולדת חרה *horáh molédheth.* γεννήτειρα, ἡ γεννήσασα. GAL. Mere. ITA. *Matre.* GER. Ein gebărerin/mutter. HISP. *Madre.* ANGL. *A mother.*} *Vir. 1. Æneid.* nanq; ipsa decoram Cæsariem nato genitrix, lumenq; iuuentæ Purpureum, & lætos oculis adflarat honores. Genitrix frugum Ceres, id est inuentrix. *Ouid. 5. Metamorph.* Et frugum genitrix immensos sistе labores. [*Idem 13. Met.* Genitrix Nereia.]

Gĕnĭtūra, ræ, generatio, procreatio. {חרח *haráh* לרה *ledháh.* γένεσις. GA. Engendrement ou conception. IT. *Generatione, esse generare.* GE. Gebärung. H. *Generacion, obra de engendrar.* AN. *Begetting, ingendring.*} *Plin. lib 18. cap. 24.* Inter diligentissimos conuenit, vt in alitum quadrupedúmq; genitura, esse quosdam ad conceptum impetus terræ: *Idem lib. 9. cap. 35.* Origo atq; genitura conchæ est, haud multum ostrearum conchis differens. ¶ Accipitur etiam pro semine humano, quod Græco vocabulo sperma vocamus. *Plin lib. 22. cap. 22.* Datur & contra profluuia genituræ viris. *Idem lib. 20. cap. 7.* Semen eius extinguere genituram virorum dicitur. ¶ Genituram horoscopum vocauit *Sueton. in Augusto. c. 94.* id est, constitutionem cœli, qua quis natus est, vnde de fœlicitate eius, qui natus est, genethliaci prædicunt. Verùm genitura sua vix & cunctanter edita, exiluit Diogenes, adoraúitq; eum. Tantam autem mox fiduciam fati Augustus habuit, vt thema suum vulgauerit, numúmq; argenteum, nota Syderis Capricorni, quo natus est, percusserit. [*Idem in Calig. c. 57.* Consulenti quoq; de genitura sua, Sulla Mathematicus certissimam necem appropinquare, affirmauit. *Et Gell. c. 1. lib. 14.* Ex eorum genitura debuisse iam tum prospici, quinam olim futuri essent. &c.] *Iul. Firmicus lib. 3.* Secundùm hanc genituram, & secundùm has conditiones stellarum, & secundùm testimonia, quæ huic genituræ perhibentur, etiam hominum volunt fata disponi. *Budaus in Annot.*

Gĕnĭtālis, & hoc genitale, natalis. {γενεθλιακὸς. GAL. Où on est engendre, seruant à engendrer. IT. *Genitale, natio, che serue à generare.* GE. Gebärig/das zu der gebärung gehört. HI. *Cosa para generacion.* AN. *Belonging, to engendring.*} vnde genirale solum, patria in qua nati sumus, quod & natale solum appellatur. Et genitalem diem, quo scilicet in lucem editi sumus. Genitalia semina quibus aliquid procreatur & gignitur. [*Ou. Eleg. 13. li. 3. Trist.* Libáque dem pro te (ô natalis) genitale notantia tempus. *Gell. c. 2. l. 4.* paulò ante natiua. *Idem c. 10. l. 3.* Genitale semen. *Velleius,* Genitali solo potentior colonia.] *Vir. lib. 2. Georg.* Vere tument terræ, & genitalia semina poscunt. *Col. l. 3 c. 6.* Adhibenda ratio est subtilior, vt ex his partibus trunci sumantur, qui & genitales sunt, & maximè fertiles. *Idem li. 7. c. 9.* Fœminis quoque vuluæ ferro exulcerantur, & cicatricibus clauduntur, ne sint genitales, id est, ne possint generare. ¶ Genitalia membra, siue genitales partes dicuntur pudenda, tàm in viro, quàm in fœmina. τὰ αἰδοῖα. *Col. lib. 7.* Et ipsos neruos, quos Græci cremasteras appellant, quòd ex illis genitales partes dependent, comprehensæ.

Gĕnĭtālĕ, membrum genitale masculi, & tàm de cæteris animantibus quàm de homine dicitur. {בשר *basár.* τὸ γεννητικὸν μόριον, τὸ αἰδοῖον. GAL. Le membre d'vn masle genitoire. IT. *Membro di maschio da generare.* GER. Das geburts glid. HIS. *La cola ò rabo ò cojon de animal para engendrar.* AN. *The secret membrer of a male.*} *Plin. lib. 20. c. 63.* Coitus auersus elephantis, camelis, tigribus, lincibus, rhinnoceroti, leoni, dasypodi, cuniculis, quibus auersa genitalia. *Idem lib. 11. c. 44.* Ac præter genitale tantùm, & hoc in maribus, viscera etiam interiora omnia ad exemplar. *Colum. lib. 7.* Elicitur cupiditas odore genitalium admoto natibus.

Gĕnĭtālĭtĕr, aduerbium. γονίμως, γεννητικῶς. *Lucr. lib. 4.* vt semina possint seminibus commiscerí genitaliter apta.

Gĕnĭtīuŭs, a, um, quod ad generationem pertinet, quod vim habet generandi. {γεννητικὸς. GALL. Qui a force d'engendrer. ITALI. *Che à forza di generare.* GER. Kreffrig zu gebären. HISP. *Cosa ordenada para engendrar.* ANG. *That hath force to engendrer.*} Vnde genitiuus humor: & genitiuus casus, Grammaticorum vox, γενικὴ. [*Gell. c. 3. lib. vlt.* Mei oblitus est. Mei casus interrogandi est, quem genitiuum Grammatici vocant: & ab eo declinatur quod est Ego. Idem repetit *Gell. c. 24. l. 13.*]

Interdum idem est quod natura ingenitus, vt, Genitiuæ notæ, quæ sunt maculæ à natura ingenitæ. *Sue. de Augusto.* Corpore traditur maculoso, dispersis per pectus, atque aluum genitiuis notis, in modum & ordinem & numerum stellarũ cælestis Vrsæ. ¶ Interdum pro gentilitio. *Ou. 3. de Ponto,* Adiectique probent genitiua agnomina Cottæ.

Gĕnĭtĭuŭs, pater, parens. γενίτωρ. vt, Apollo genitiuus. *Cato de liberis educandis:* Nutrix hæc omnia faciebat in verbenis, ac rubis, siue hostiis, vt Deli ad Apollinis genitiui aram.

Gĕnĭus, nij, Veterum sententia dicitur vniuscuiusque animа rationalis ideóque esse singulos singulorum. {δαίμων. AN. *The spirite of man, the grace and pleasatnesse of a thing.*} Fuêre etiam, qui dicerent genios deos, aquam, terram, ignem, & aerem, quæ rerum semina sunt, elementáque appellata. Duodecim quoque signa, Lunámque & Solem inter hos deos putabant: & à gerendo, quòd multa gerere possent, gerulos, deinde genios vocitarunt. *Censorinus* scribit genios dictos, quia vt gignamur, curent, siue quòd vna gignantur nobiscum, vel etiam quia nos genitos suscipiant, ac tueantur. παρὰ τὸ παραπέμπειν καὶ παραπαίειν. Certè à gignendo Genij appellantur. *Terent. in And.* Quod ego per hanc te dexteram oro, & genium tuum, Per tuam fidem, &c. [*Plaut. Capt. sc. 2. a. 2.* Genio quando sacrificat, Samiis vasis vtitur, ne Genius ipse surripiat. *Ibidem sc. 1. a. 4.* Tuum gnatum & Genium meum. *Idem sc. 2. a. 5. Ibid.* Per tuum Genium obsecro, exi. *Item,* per Genium principis deierare. *Suet. in Calig. c. 27.* Et, Genio Augusti dicare ædes. *Idem Suet. in Aug. c. 60. Plau. Men. sc. 2. a. 1.* Quid agis? P. Teneo dextra Genium meum.]

¶ Eundem esse genium & larem, multi veteres memoriæ prodiderunt. *Euclides Socraticus,* duplicem omnibus nobis genium dicit apposítum, hoc est, duos lares. Hi etiam Penates dici solent. ¶ Aliquibus genius dicitur hospitalitatis, voluptatis, & naturæ Deus. Hinc indulgere genio, est operam dare voluptati, & quò quenque natura trahat subsequi. *Persius Sat. 5.* Indulge genio, carpamus dulcia. Defraudare genium, negare naturæ quòd appetit. *Terent. in Phorm.* Quod ille vnciatim vix de demenso Suo, suum defraudans genium, comparsit miser. Id illa vniuersum abripiet. Belligerare cum geniis, idem quod defraudare genium. *Plaut. in Truc.* non isthæc mea benignitas docuit te fabulari. A. sed istos Qui cum geniis suis belligerant, parcipromis. [*Plaut. Aul. sc. 6. a. 4.* Me defraudaui animúmque meum, geniúmque meum.]

¶ Interdum etiam genius accipitur pro energia quadam, vel potiùs gratia, lepore, venustate alicuius rei. *Mart. lib. 6.* Victurus genium debeo habere liber. Boni genij, ἀγαθοῦ δαίμονος, subaudi nomine, Sermo est benè ominantis, in re quapiam aggrediunda.

Gĕnĭālĭs, & hoc geniale, γαμήλιος, γεννητικὸς. Quod ad genium, naturæ & voluptatis deum pertinet: vt, Genialis dies, lætus & voluptarius. *Iuuenalis,* genialis agatur Iste dies. Genialis torus, siue lectus, qui in nuptiis sternitur in honorem Genij: θάλαμος γαμικὸς. *Virg. 6. Æneid.* lucent genialibus altis Aurea fulcra toris. *Cic. pro Cluen.* Lectum illum genialem, quem biennio filiæ suæ nubenti strauerat, in eadem domo, &c. *Virg. 1. Georg.* Inuitat genialis hyems. *Ouid. 3. Amorum,* Nunc elegi molles genialis Musa, valete. Genialis homo, hoc est hospitalis & dapsilis. Genialis copia pecudum, id est, fœcunda. *Pli. lib. 17. cap. 2.* Rus geniale Amœnum, & voluptatis plenum. *Ou. Epi. 18.* [*Ou. 3. Fast.* Idibus est annæ festum geniale perenne.]

Gĕnĭālĭtĕr, aduerbium, Opiparè & lautè. {τρυφερῶς, ἁπαλῶς. GALLIC. Ioyeusement, auec bonne chere. ITALIC. *Con piacere & solennità.* GER. Frölichen/mit sonderbarer zurüstung/mit wollust. HIS. *De leytosa*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

mente. ANG. *ioyeusly, with good cheere.* ¶ *Ouid. 11. Met.* Hospitis aduentu festum genialiter egit.

Gĕnŭīnŭs, a, um, natiuus ac peculiaris. {נאמן *neemán.* γνήσιος GAL. Naif, propre & naturel. IT. *Natio, domestico.* GE. Naturlich/angeboren. HIS. *Natural.* AN. *That is naturally geuen or ingendred in a thing, naturall.*} *Apul.* Genuino sermone nomen Augusti Cæsaris inuocare tentauit. *Gel. li. 2. c. 2.* Quum extra rem publicam in domestica re atque vita sedeatur, ambuletur, in conuiuio quoque familiari discumbatur, tum inter filium magistratum, & patrem priuatum publicos honores cessare, genuinos ac naturales exoriri. [*Idem Gel. c. 9. lib. 9.* Gaudium gaudeat genuinum.]

¶ Genuini, dentes posteriores, qui in extrema gingiua in homine gignũtur nouissimi. {שן מתלעות *tsechanóth methalleloth.* מלתעות *maltheoth.* ὀφθαλμοδόντες, κεφαλιδόντες. GAL. Dents masceliers. ITAL. *Denti mascellari.* GE. Die stock zähn/ sind die hinderstẽ/ vnd die zu dem letsten wachsen. HISP. *La muelas cordales.* ANG. *The hinder teeth whereby we chewe.*} Gignuntur enim, *teste Pli. l. 11. c. 37.* circiter vigesimum annum, multis etiam circiter octogesimum. Dicti genuini, quòd à genis dependeant. *Ci. 2. de Natura deorum,* Dentibus in ore constructis manditur, atque ab his extenuatur, atque molitur cibus. Eorum aduersarij acuti, morsu diuidunt escas, intimi autem conficiunt, qui genuini dicuntur. Quoniam autem hi dentes in postrema mandibulæ parte veluti occultati sunt, neque ita facilè patent aspectui, quem admodum primores, aut canini, factum est, vt Rodere dente genuino & Frangere genuinum, accipiantur pro clàm alicui detrahere. *Persius Sat. 1.* -secuit Lucilius vrbem, Te Lupe, te Muri, & genuinum fregit in illis. Quanquam & alio modo hoc *Persij* interpretatur *Cornutus*: Ita enim, inquit, inuectus est Lucilius in vitã nimio furore iracundiæ elatus, vt frangeret genuinum illorum. Genuinus autem propriè dens qui sub genis est, qui simul eum homine nascitur & vnà cum eo interit, qui dens à Græcis ὀφθαλμοδόντες vocatur.

Gĕnīmĕn, inis, pen. co. A gigno, generatio dicitur. {צנת *tseettá.* γέννημα. GAL. Generacion, race. ITA. *Generatione.* GERM. Ein gebärung oder geburt. HIS. *Generacion.* AN. *Generation.*} Vtitur semel atque iterum hac voce interpres vulgatus Noui testamenti: vt, Genimina viperarum, & Genimen vitis. Apud bonos autores vix reperies.

GIGONVS, pen. prod. γίγωνος, Oppidum est ad sinum Thermaicum non procul à Pallene, *cuius meminit Her. lib. 7.*

Gilda, γίλδα, vrbs Lybiæ, *Steph.*

Giligambæ, γιλιγάμβαι, populi Libyæ, *Steph.*

GILIO Nomen notissimi adulteri tempore Iuuenalis.

GĪLLVS, Exul Tarentinus, qui quum Persarum exploratores à piratis captos pecunia sua redemisset, & ad Darium reduxisset, iussus eo nomine petere quicquid vellet, hoc vnum petiit, vt regis opera in patriam reduceretur. *Vide Herod. l. 3.*

Gilo nomen ciuitatis à qua Gilonitæ, penultima product. homines in ea habitantes dicuntur. Est & nomen viri γίλων. *Iuuenal.*

Vnciolam Proculeius habet, sed Gilo deuncem.

Giluus, {ירקרק *jerakrák.* GA. Fauue de couleur de miel, iaunastre, entre blanc & roux. ITAL. *Bing geelino.* GERMAN. Falb oder wachsgälb/ bleych gẽlb. HISP. *Color vayo ò ruuio.* ANGL. *Yalow ly\ honie.*} Color medius inter album & rufum, qui à Græcis, *teste Gell. lib. 13. c. vlt.* appellatur πυῤῥός. Hic à nonnullis vocatur melinus, quasi mellinus, quòd mel eiusmodi colorem habet. *Virgil. 3. Georg.* Luxuriátque toris animosum pectus, honesti Spadices, glaucique color deterrimus albis, Et giluo. *Vbi Seruius,* Aliud est candidum esse, id est, quadam nitenti luce perfusum: aliud album quod pallori constat esse vicinum. Giluus autem melinus est color. Alij autem ita legunt, albis & giluo: vt non album & giluum, sed albogiluum vituperet. quòd si singuli colores vituperandi sunt, quanto magis mistus vterque, id est: albogiluus?

GIMANTI, capras in Gimanti natas Alexander Myndius scribit sex menses non bibere *Ælianus.*

GĪNDĀNĒS, γυδάνης, Lybiæ populi, Lotophagis contermini, quorum vxores multis pelliceis fimbriis adornantur. Nam quum pulcherrimum ducant à plurimis adamari, à singulis quibus sui copiam faciunt, fimbriam vnam exorant, eóque argumento ostendunt quot habuerint amatores. *Autor Herodot. lib. 4.*

GINDARA, æ, γίνδαρα, Oppidum Syriæ Cœles, cuius incolæ dicuntur Gindareni γινδαρηνοί, *quorum meminit Plin. lib. 5. c. 22.*

Gindes, fluuius qui per Dardanos fluens ingreditur Tigrin.

GĪNGĪDĬŌN, vulgò cerifolium, herba est quæ ex Syria affertur Visnaga vel Busnaga nomine, ex cuius vmbellis vsus ad dentifricia. *Pli. li. 20. cap. 5.* Syria similimam Staphylino herbam serit, quam alij gingidion vocant, tenuis tantum & amarius, &c.

GĪNGĪVÆ, {GAL. Gengiue. IT. *Gengiua.* GER. Die bijderen/ oder das zanfleisch. HIS. *La encia.* ANG. *The gumme or iawe wherein the teeth be sette.*} Pars est oris, cui dentes inhærent, cuius exterior pars à Græcis οὐλόν, interior ἔνδον vocatur. *Pli. li. 24. c. 6.* Ex bis dulcia, quæ apyrina alio nomine appellauimus, stomacho inutilia habentur, inflationes pariunt: dentes, gingiuáque lædunt. *Lactan. lib. de Opif.* Dentes autem ipsos, ne magis horrori quàm ornamento essent, gingiuis mollibus (quæ à gignendis dentibus nominantur) ac deinde labiorum teguminibus honestauit. *Iuuen. Sat. 10.* Frangendus misero gingiua panis inermi. ¶ Huius diminutiuum est Gingiuula, οὐλον. *Apul. in Apol. Magia.* Complanatorem tumidæ gingiuulæ.

GINGLÆ, τίγγλα, Oppidum Comagenes, non procul ab Euphrate fluuio. *Autor Plin. lib. 5. c. 24.*

GĪNGRIŌ, gingris, gingrij, itum, Anserum vocis proprium. { κλαγγάζειν. GA. Faire la voix de l'oye. IT. *Fare la voce de l'occa.* GER. Gagen vnnd schreyen wie ein gantz. HIS. *Hazer la voz del pato à ganzo.* AN. *To gagle or creaklyk a goose.*} Vnde genus quoddam tibiarum exiguarum, Gingrinæ dicuntur: & tibicen ipse, gingritor. Alij Gingegiator, alij gringrinator legunt. *Autor Festus.*

GĪON, *Vide* GEON.

GĪRGĪLLVS, Instrumentum quo fila reuoluuntur. {ἄτρακτος. Galli sua lingua vocant Vn deuidoir. GERM. Ein haspel oder garnwind.}

Girim, mons apud Garamantes in quo nasci gemmas vetustas testata est.

Gittã, γίτθα, Vrbs Palestinæ. *Steph.*

Gith genus seminis, Officinis Nigella Romana. {קצח *kéthsach,* μελάνθιον. GAL. Poyurette, nielle. ITA. *Nigella, ortelana.* GER. Schwartz Coriander. HIS. *Alpiure axenuz.*} *Colum. lib. 7.* Interdum fastidio ciborum languescit pecus: eius remedium genus seminis quod Gith appellatur. *Plin. lib. 20. c. 17.* Gith ex Græcis alii melanthion, alii melanthemon vocant. *Plau. in Rud.* Os calet tibi: num gith frige factas? *Rusticus ureton* quasi minutum piper, eò quòd tenuiores hoc semine cibos condire soleant vice piperis.

G ante L

GL In notis antiquorũ. gloria. GLASH. INT. E. gloria sua hic intus est. GL. E. R. gloria exercitus Romani. GLI gloria GL. N. L. gloria nominis Latini. GL. P gloria parentum, vel patriæ, vel populi. GL. P. R. gloria populi Romani. GL. R. Gloria Romanorum. GL. S. Gallus Sempronius. G. M. gens mala. GM. F. Germanus frater, vel germana filia, vel germanus filius.

Glăbĕr, bra, brum, Quod est læue & sine pilis. {חלק *chalák.* ψιλός, λεῖος, ἀλαχής. GA. Pelé, qui n'a point de poil. IT. *Pelato, polito, senza peli.* GER. Kaal/ one haar/ glatt. HISP. *Cosa lampiña y sin pelos.* ANG. *Bare without heare, piede.*} *Pl. in Trin.* Oues scabræ sunt tàm glabræ hem, quàm hęc est manus. *Idem in Asil.* Tu istum gallum, si sapis, glabriorem redde mihi, quàm Volsus Ludius. Quem locum explicans *Nonius* de Doctorum indagine, Legitur (*inquit*) quod ludis præsulis pueri essent glabri ac depiles propter ætatem, quos antiqui Ludios appellabant. *Varro de Re rust. cap. 2.* Si quem glabrum facere velis. Sic glabræ sues, *apud Colum. in præfat. lib. 1.*

Glăbellŭs, diminutiuum, Glabra etiam, siue Glabella, vocatur interstitium, supercilia supra nasum disterminans, quia sine pilis esse consueuit. {μεσοῤῥυον. GAL. Espace entre les sourcils. ITA. *Spatio otra le ciglie.* GERM. Das theil der stirnen so zwischen den augbrauwen oben auff der nasen ohne haar ist. HISPANIC. *Espacio que ay entre ceja y ceja.* ANG. *The space betwene the browes.*} *Capella lib. 1. Nup. Philologia.* Quarum vna deosculata Philologiæ frontem illic, vbi pubem ciliorum discriminat glabellæ medietas.

Glăbrĕtă, orum, Loca satis, stirpibusque nuda: quæ & Calueta à nonnullis appellantur: in quibus scilicet propter noxium aliquem humorem nihil gignitur. {φαλάκρωμα. GALLI. Terre où il ne croist rien. ITA. *Terreno oue non nasce biada ne altro.* GERM. Durre vnnd vnfruchtbare orth/ an welchen nichts wachßt. HISPA. *Terruno donde no nace nada.* ANGLIC. *Bare places without corne or grasse.*} *Colum. lib. 2. c. 9.* Solet autem falsam nonnunquam, & amaram vliginem vomere terra quæ quamuis matura iam fata, manente noxio humore corrumpit, & locis glabrentibus sine vlla stirpe seminum areas reddit: ea glabreta signis adhibitis notari conuenit, vt suo tempore vitiis eiusmodi medeamur.

Glăbro, as, are, Pilos auferre. {קרח *karáh.* ψιλόω, μαδίζειν. GAL. Peler, oster le poil. ITAL. *Pelare, spelare.* GER. Das haar außrauffen oder abschaben/ glatt machen. HISPA. *Pelar y hazer lampino.* ANGLI. *To make bare, or pilde.*} *Colume. libro. 12. capite. 55.* Quum ab aqua pridie sues prohibiti sunt, postero die mactantur: & vel aqua candente, vel ex tenuibus lignis flammula facta glabrantur.

Glăbrĕo, es, Glaber fuit & depilis: quanquã etiam ad terram transfertur, quæ etiam glabrere dicitur, vbi satis stirpibusque nuda est, nihilque gignit, {חלק *chalák.* ψιλόω, φαλακόω. GALLIC. Se peler, perdre son poil, estre sans poil. ITA. *Essere senza peli.* GER. Glatt vnnd one haar sein/ kal sein. HISP. *Ser sin pelos.* ANGL. *To be pilde or wit hout heare.*} Vnde loca glabrentia, *apud Colum. lib. 2. cap. 9.*

Glăbrēsco, scis, glaber fio, pilos aut capillos siue plumas amitto: quod euenit nonnunquam, morbo aliquo. {חלק *chalák.* ψιλόω, ψιλόομαι. GALLIC. Denenir pelé, perdre son poil. ITAL. *Diuenir senza peli.* GERMAN. Kal werden. HISP. *Pelarse, y hazerse lampino.* AN. *To waxe pilde.*} Transfertur quandoque ad alia: vt Glabrescere dicitur area, quum herbis attritis vel euulsis complanatur, & quasi glabra redditur. *Colum. lib. 2. cap. 20.* Nam dum à pecudib. legumina proculcantur, herbæ etiam vnguis atteruntur, atque ita glabrescit, & fit idonea, seminibus area, id est, sic glabra, mundáque.

Glăbrĭōnes, Dicti sunt qui corpus glabrum, & pilis nudum habent. {ψιλόδοντες. GAL. Pelez, qui sont sans poil. ITA. *Coloro che non hanno peli su la persona.* GER. Die ein glatten leib haben one haar. HISP. *Varrones lampinos y sin pelos.* ANG. *Thay that hath no heare on there bodyes.*} Vnde Glabrionũ non ignobilis Romæ familia nomen accepit, ex qua fuit M. Glabrio, M. Seauri ex sorore nepos: *cuius meminit Asconius in oratione Ciceronis pro M. Scauro.* Eiusdem familiæ M. Atilius Glabrio fuit.

Glăcĭēs, cii, Aqua concreta gelu, quasi gelacies. {קרח *kérach.* κρύσταλλος. GAL. Glasse, glasson. ITA. *Giacchio.* GERM. Eyß. HISP. *Yelo ò la elada.* ANG. *Yce.*} *Plin. lib. 5. cap. 18.* Aure ad glaciem apposita. *Virg. 10. Eclog.* Ah tibi ne teneras glacies secet aspera plantas. *Idem. 1. Georg* filicúmque manibus Sternere subter humum, glacies ne frigida lædat Molle pecus, scabiemque ferat, turpeísq; podagras. [*Ouid. Eleg. 10. lib. 3. Trist.* Sæpè sonant moti glacie pendente capilli. *Tibull. lib. 4.* Sed durata riget (vnda) densam in glaciémque niuémque. ¶ De glacie in vino. *Senec. epist. 79.*

Glăcio, cias, Verbum est actiuum, frigore astringo, in glaciem conuerto. {συμπήγνυμι. GAL. Glacer. ITA. *Agghiacciare, ghiacciare.* GER. Zu eyß machen. HISP. *Elar à otra cosa* ANG. *To make any thing freeze and congeale.*} *Horat. Car. lib. 3. Ode 10.* Audis quo strepitu ianua, quo nemus Inter pulchra situm tecta remugiat Ventis, & positas vt glaciet niues Puro numine Iuppiter. *Glaciare, pro glaciari. *Plin. lib. 29. cap. 3. ad finem,* Fit autem hyeme, quoniam æstate non glaciat nisi accepta cera. Id est non glaciatur, non coit, non coagulatur. ¶ Inde passiuũ Glacior, in glacies conuertor. χρυσαλλόομαι. *Plin lib. 14. cap. 13.* Flore eius aquam glaciari Pythagoras tradit. *Idem lib. 14. cap. 21.* Glaciatæ moles prodigij modo. Caseus glaciatus, id est, coagulatus, & concretus, *Colum. lib. 7. cap. 8.* Nec dubium quin fici ramulis glaciatus caseus iucundissimè sapiat.

Glăcĭālis, le, A glaciale deducitur, id quod congelatur, & in glaciem conuertitur. {κρυσταλλώδης, κρυσταλλοειδής. GAL. Gelé, glacé. ITA. *Dighiacciato.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

cio. GERMAN Eyssechtig HISPAN. *Cosa que se yela ò puede elar.* ANG. *where yce is, that may or is wont to be froseu.* } *Iuuen. Satyr. 2.* Vltra Sauromatas fugere hinc libet, & glacialem Oceanum. *Col. lib. 3. cap. 1.* Per quam omni penè regione, & omni declinatione mundi, nisi tamen glaciali, vel præferenda, curæ mortalium respondet. Fretum glaciale, *Claud in Paneg.* Frigus glaciale, *Ouid. 6. Met.*

Glăcitārĕ, Proprium est vocis anserum. { κλαγάζειν. GALLIC. Vn mot propre és oyes quand elles crient. ITAL. *Far voce d'occa.* GERMAN. Gagen oder schnateren wie die gâns. HIS. *Hazer la voz del pato.* ANG. *To gagle or creake lyk a goose.* } In carmine de Philomela, quod *Ouid.* nomine circunfertur, Cacabat hinc perdix, hinc glacitat improbus anser. Alij legunt glocitat, alij Gratitat.

Glădĭŭs, dij, Ensis, à clade dicti videtur, c in g mutata, vt scribit Varro, quod ad cladem sit inuentus. { חרב *chereb* שלה *schélach.* ξίφος, μάχαιρα. G. Vn glaiue, vn cousteau, vne espee. ITA. *Spada, coltello, pugnale.* GER. ein schwert. HISP. *Cuchillo, ò espada.* ANG. *A sworde.* } *Plaut. in Trin.* Dedistine hoc pacto ei gladium, qui se occideret? Id est, ministrasti materiam ad perniciem. *Cæsar 7. bell. Gall.* Gladiis districtis, portas occupauerunt. [*Senec. cap. 26. de Consol. ad Mart. Ouid. Eleg. 1. lib. 4. Trist.* Gladióque latus, scutóque sinistram Subiicio. *Plaut. Pseud. sc. 3. a. 1.* Gladium adfer. P. Quid opus gladio? Qui me & hunc occidam. ¶ Gladius & Ensis. *Idem apud Quint.*] ¶ *Terent. in Adelphis,* suo sibi hunc gladio iugulo. *Erasmus,* Suo gladio, suóve telo iugulari dicitur, qui suis ipsius dictis reuincitur: aut qui suopte inuento, dolóve capitur: denique, in quem quocunq; modo seu dictū, seu factum retorquetur quod ab ipso profectum sit. Translata metaphora ab iis qui in pugna suis ipsorum telis aliquoties confodiuntur. ¶ Gladio plumbeo iugulare, est leui argumento nullóque negotio conuincere quempiam. *Cic. ad Attic.* Quum illum plumbeo gladio iugulatum tamen iri diceret. ¶ Gladij potestas dicitur à Iurisconsp. ro iure in facinorosos animaduertendi. Ad gladium damnari, idem est, quod ad ferrum, ad ludum gladiatorium. ¶ Antiquissimi gladium dixerunt in neutro genere: *vt probat Varro hac Lucilij autoritate.* Hætebat gladium mucrone in pectore totum. ¶ Est & gladius, genus piscis marini rostro mucronato, quo naues perfodit & demergit, in Atlático Oceano. ξιφίας. *Plin. lib. 32. cap. 2. & 11.* ¶ Gladium acutum auertas, ὀξεῖαν μάχαιραν ἀποστρέφειν. Opinor innui, à periculosis negotiis abstinendum. ¶ Huic finitimum est, Ne puero gladium, μὴ παιδὶ μάχαιραν, subaudiendū cōmiseris. Allegoria prouerbialis, admonens, non esse mandandam potestatem vel adolescentibus, vel imperitis ac stultis, quā tùm in suā, tùm aliorum perniciem sunt abusuri. Ficulnus gladius. συκίνη μάχαιρα. De friuola causa dici potest, quæq; minimo negotio queat refelli. Dictus est autem ficulnus gladius sycophanta, quòd idem & mollis sit, & calumniator. *Hesychius.* ¶ Ne gladium tollas mulier, μὴ μάχαιραν ἄρῃς γύναι. Hoc est, ne suscipias negotij molem, quum nequeas auxiliari.

Glădĭŏlŭs, li, Paruus gladius. { ξιφίδιον. GALL. Coustelet, petite espee. ITA. *Coltellino.* GERM. ein schwertlin/dägelin. HISP. *El espadana.* ANG. *A litle sword, a knyfe.* } Quo etiam nomine à Romanis dicta est herba quædam, quam & Græci ξίφιον appellant, propterea quòd folium habeat gladij figuram referens. Iridi persimilis est, nisi quòd folio minore sit, & angustiore, & gladij modo mucronato, neruosúmque in caulem exeunte, in quo purpurei flores in ordinem digesti. *De hoc Plin. lib. 21. cap. 11.*

Glădĭātōrēs, Serui erant, quos lanistæ armorum artem docebant, vt postea & pugnandi, & in ludis populi delectandi causa in arena depugnarent. { μονομάχοι. GALL. Ioueurs d'espee, escrimeurs. ITA. *Schermitori, coltellatori.* GERM. ein fächter/mit den schwert besonder. HISP. *Esgremidores de espada.* ANG. *Fencers, sworde players* } [*Quintilian. Declamat.* 303. docet quis Gladiator dicatur, & plura de iis, *ibidem. Item,* quàm vilis eorum conditio, *Calp. Flaccus Declam.* 50. *Ouid. Eleg. 6. lib. 4. Trist.* Integer est melior nitidis gladiator arenis, (quàm faucius.) *Ibidem Eleg. 1. lib. 2. Trist.* Scilicet vt victus repetit gladiator arenam.] *Cic. 3. Philipp.* Quòd si iam (quod dij omen auertant) fatum extremum Reip. venit, quod gladiatores nobiles faciunt, vt honestè decumbant, faciamus nos principes orbis terrarum, gentiúmque omnium, &c. Quoniam autem gladiatores neque suam, neque eorum cum quib. pugnabant vitam curabant, factum est, vt sanguinolenti & interfectores ciuium gladiatores quoque odioso vocabulo appellarentur. *Cic. 7. Philipp.* Gracchorum potentiam maiorem fuisse arbitramini, quàm huius gladiatoris futura sit? quem gladiatorem non ita appellaui, vt interdum etiam M. Antonius gladiator appellari solet: sed vt appellant ij, qui planè & Latinè loquuntur. *Idem ad Cassium,* Cædem enim gladiator quærit. ¶ Inter gladiatores erant retiarij qui aduersus mirmillones pugnabant. *De quibus suo loco.*

¶ De gladiatorum origine ac causa *Iulius Capitolinus* habet hoc pacto, Multi dicunt, apud Veteres hanc deuotionem contra hostes factam, vt ciuium sanguine litato, specie pugnarum fortunam satiarēt. Alij hoc literis tradunt quod verisimilius credo, ituros ad bellum Romanos debuisse pugnas videre, & vulnera, & ferrum, & nudos inter se coëuntes, ne in bello armati, hostes timerent, aut vulnera & sanguinem perhorrescerent. Hinc mos tractus videtur vt Imperatores ad bellum proficiscentes, munus darent gladiatorium.

Glădĭātōrĭē, aduerb. *Lamprid. in Commodo,* Habuit præterea morem, vt omnia quæ turpiter, quæ impurè, quæ crudeliter, quæ gladiatoriè, quæ lenocinè faceret, actis vrbis indi iuberet.

Glădĭātōrĭŭs, ria, rium, Quod ad gladiatores pertinet. { μονομαχικός. GALL. Seruant au ieu d'espee ou aux escrimeurs. ITA. *Cio che à scher mitori si appartiene.* GERM. Das zu dem fechten gehört. HISP. *Cosa perteneciente à esgremidor.* ANGL. *Belonging to fencers.* } vt, Spectacula gladiatoria, Ludus gladiatorius, Munus gladiatorium. *Cic. in Catil.* Nemo est in ludo gladiatorio paulò ad facinus audacior, qui se non intimum Catilinæ esse fateatur. *Plin. lib. 15. cap. 18.* Ara inde sublata gladiatorio munere Diui Iulij quòd nouissimè pugnauit in foro. ¶ *Terent. in Phorm.* Hi gladiatorio animo ad me affectāt viam. Animū gladiatorij vocat *Terent.* animū tā pertinacē, vt vel magno suo periculo rē institutā perficere nō dubitet, certe aut omnino superare, aut labori succūbere. Gladiatorib. enim, vbi semel in arenā descenderint, ea necessitas imponitur, vt aduersarium victū occidāt, aut idē ab illo expectēt. *Cic. 4. Tusc.* An verò vir fortis, nisi stomachari cœperit, nō

pōt fortis esse. Gladiatorū id quidē: quanquā in eis ipsis videmus esse sæpe constantiā. *Sallust.* Itē ex Senatus consilio decreuēre, vt gladiatoriæ familiæ Capuam, & inter cætera municipia distribuerentur. * Gladiatorium quoque ponunt sine adiectiuo scriptores, subaudito substantiuo. *Liu. 4. Decad.* Vix gladiatorio accepto decem talentis, ab rege rex vt in eam fortunam recideret. *Sub.* præmio.

Glădĭātūrā, ræ, Congressus gladiatorum. { μονομαχία. GAL. Ieu d'espee, escrimerie, l'art d'escrimer. ITA. *Abbatimento & contesa de gladiatori, arte di scrima.* GE. ein gang den die fächter zusammen thōnd. HIS. *Aquel la arte de esgremir.* ANG. *Fighting of sworde players.* } *Corn. Tacit. lib. 3.* Adduntur è seruitiis gladiaturæ destinati.

GLANDOMIRON, γλανδόμιρον. Oppidum est Gallæcorum Lucensium, in tractu Tarraconensis Hispaniæ. *Autor Ptol. lib. 2. c. 6.* GLANICVS, Amnis qui & Liris appellatur, in cuius ripa templum fuit Maricæ nymphæ Minturnensis. Vulgò *Garigliano. Plin. lib. 2. c. 5.* Minturnę Glanico amne diuersæ, Liri appellato.

GLANIS, γλάνις, Hetruriæ fluuius in Tyberim influēs, *cuius meminit Plin. lib. 3. c. 5.* Vulgò *Chiana.* ¶ Glanis item, siue Glanus, piscis astutissimi nomen, qui auersos mordet hamos, nec deuorat, sed esca spoliat. *Idem lib. 33. c. 10.* Verrucas tollit glani iecur illitum.

Glāns, glandis, Fructus quercus, roboris, esculi, cerri, ilicis, fagi, suberis, & si qui sint similes. { βάλανος. GAL. Du gland. ITA. *Ghianda.* GER. Ein eychel. HIS. *Bellota de ciertos arboles.* ANG. *Okecorne or maste.* } *Plin. lib. 16.* Dulcissima est omnium glans fagi. [*Gellius cap. 16. lib. 7.* Glans Iberica optima.] *Virg. 4. Georg.* Nec de concussa tantùm pluit ilice glandis. *Colum. lib. 4. cap 33.* Glandem magis quàm castaneam postulabant. *Plin. lib. 7. cap 56.* Ceres frumenta inuenit, quum antea glande vescerentur. Sed quia ex his homines quondam viuebant, glandis appellatione (*vt Vlp. sentit*) omnes fructus continentur.

¶ Glans etiam dicitur plumbum, in modum glandis formatum, quod antiqui loro alligatum, in hostem torquebant, & ad se trahebant. { AN. *A pellet of lead.* } *Sallust. in Iugurtha.* Pars eminus glande, aut lapidibus pugnare. *Hirc. de bell. Afric.* Sagittásque & tela vti fierent complura curare, glandes fundere, fudes comparare. ¶ Item glans pars summa colis dicitur, quæ præputio tegitur, oculo similis. Præputium enim pellis est, qua glans tegitur: coles, ipse penis, à quo colei pendent.

Glāndŭlă, æ, diminut. à glans, Significat carnem Glanduloſam in sue: cuius sapor ab antiquis commendabatur. { ἰσχὰς ἀδένων ἀπὸ χοίρου. GALLIC. Glande, soit de pourceau ou autres bestes. ITA. *Picciola ghianda de porci ò altre bestie.* GER. Trüßfächtig oder grunsechtig schweinin fleisch so am halß bey dem stich stehet. HISP. *Landre ò landrezilla de puercos ò otras bestias.* AN. *A litle okecorne or a kernell that groweth in hogges.* } *Plau. in Menech.* Iube nobis tribus apud te prandium accurari, Atque aliquid sit amentorum de foro obsonarier, Glandionicam suillam, laridum, peronitidem. *Mart.* Partitur apri glandulas palæstritis. *Idem lib. 7.* Ter poscit apri glandulas, quarter lumbum.

¶ Glandulæ, arum. *Plin. lib. 11. c. 37.* in suibus glandulas appellari testatur quæ in homine vocantur tonsillæ, hoc est, partes illas faucium quæ vtrinque iuxta gargareonem sitæ, à Græcis παρίσθμια appellantur. ¶ Quidam etiam glandulas appellant, tumores ex pituita nascentes, quos Græci χοιράδας, Latini strumas appellant: quæ nihil aliud sunt quàm adenes indurati, præcipuè in collo, alis, vel inguinibus.

[Glandionia, siue Glandionica, *Plaut. Menech. sc. 3. a. 1.* Glandionicam suillam (i. carnem suillam ex glandiis) laridum, peronidem, aut sinciput, &c.]

Glāndŭlōsŭs, a, um, Plenum glandibus. { ἀδενώδης. GA. Glanduleux, plein de glandes. ITA. *Chi ha molte ghiande.* GER. Trüßechtig. HIS. *Cosa llena de landrezillas.* AN. *Full of kernelles, or maste.* } *Col. lib. 7. c. 9.* Qui porcum laudat, qui est amplæ & glanduloſæ ceruicis.

Glāndŭla, dij, Pars apri glanduloſa, quæ est circa ceruicem: vel ipsa ceruix. in hac enim glandulæ positæ sunt. { ἀδένες. GAL. Glandes de pout ceau, ou le lieu où sont les glandes. ITA. *Copa ò gola del porco.* GERM. ein stück trüssechtigs fleisch. HIS. *La coguilada ò papada del puerco.* AN. *A kernelle in swine or the place where thaybe.* } *Plaut. in Capt. sc. 3. a. 4.* Prætruncauit tribus tergoribus glandia. [*Pl. Curc. sc. 3. a. 2.* pernam, abdomen, lumen, suis glandium. *Idem Pers. sc. 2. a. 1.* pernam, callum, glandium, lumen, &c. & *Men sc. 3 a. 1.* Glandium, (inquam) suillam, pernam.] *Plin. lib. 8. c. 51.* Hin Censoriarum legum paginæ, interdictáque cœnis abdomina, glandia, testiculi. *Idem lib. 6. c. 38.* Quibusdam sunt tubera, sicut sunt in carne glandia.

Glāndĭfĕr, ra, rum. Quod glandes producit. { βαλανοφόρος. GAL. Qui porte gland ITA *Che produce ghiande.* GER. Das eychlen tregt. HISP. *Cosa que trae ò cria bellotas.* ANG. *That beareth or bringeth forth orke cornes or maste.* } *Plin. in Proœm. lib. 16.* Proximum erat narrare glandi feras quoque. *Cic. 1. de Legibus.* Quare glandifera illa quercus, ex qua olim euolauit Nuntia fulua Iouis. *Idem 2. Philip.* Quandoquidem hæ quondam arationes Campani & Leontini in pop. Rom. patrimonio glandiferæ, & fructuosæ ferebantur.

Glāndārĭŭs, a, um, denominatiuum à glande. { βαλανίτης, βαλανώδης. GAL. De gland. ITA. *Di ghiande.* GER. Das zu den eychlen gehört. HISP. *Cosa de bellotas.* A. *Of okecornes.* } vt, Glandaria sylua, quæ seruatur glandis ferendę causa. *Cato de Re rust. c. 1.* Secundo loco hortus irriguus, &c. octauo arbustum, nono glandaria sylua. Sic *Var. de Re rust. c. 7.*

Glāndātĭo, Glandium collectio, & pastio suum ex glandibus. { βαλάνισις. GAL. Cueillette de glands. IT. *Amassamento & rauriamento di ghiande.* GER. Eychlen samlung/oder mestung mitt eychlen. HISP. *Cogimiento de bellotas.* ANG. *A gathering of okecornes.* } *Sipontinus.*

GLANVM, γλάνον, Salyum oppidum est in Alpibus, Narbonensem prouinciam spectantibus. *Autor Plin. lib. 2. c. 9.* Vulgò *Gap.*

* Glanus, vel glanis, Piscis genus. *Plin. lib. 9. c. 43.* Cantius qui & glanis vocatur, auersos mordet hamos, nec deuorat, sed esca spoliat. *Idem lib. 32. c. 10.* Verrucas tollit glani iecur illitum.

GLAPHYRVS, pen. cor. γλάφυρος. Notissimus adulter Iuuenalis tempore, cuius meminit *Sat. 9.* Vxorem ducis, de qua citharœdus Echion, Aut Glaphyrus fiat pater. Nomen deductum est à festiuitate & elegantia quam Græci γλαφυρότητα dicunt.

Glăphȳræ, γλαφυραί, Vrbs Thessaliæ, à Glaphyra conditore Magnetis filio. *Homero βοιβίδι γλαφυρῇ.* Est & vicus Ciliciæ, à Tharso versus

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Occidentem triginta ſtadiis diſtans. *Steph.*

Glārĕă, reæ, pen. cor. terra lapidoſa, qualis in fluuiorum ripis, vel maris littoribus eſſe ſolet. { ψῆφις, ψάμμος. GAL. Grauier, grauois. ITA. *Ghiara, terra ſaſſoſa.* GERM. Kiſs/ſandechtig vnnd grieſechtig erdtrith/ als gewönlich iſt an den geſtaden der waſſeren. HIS. *Caſcajo, arena con guijas.* ANG. *Grauell, courſe ſande.* } *Colum. lib. 2. cap 3.* Qui quum parte dimidia lapides minutos, vel nudam glaream repererint. *Idem lib. 6. cap 13.* Stabula ſunt optima ſaxo, aut glarea ſtrata, non incommoda etiam fabuloſa: illa, quòd imbres reſpuant: hæc, quòd celeriter ſorbeant, tranſmittántque. *Lucanus*, Aut impulſa leui turbatur glarea vena. *Virgil. 2. Georg.* Nam ieiuna quidem cluoſi glarea ruris Vix humiles apibus caſias, rorémque miniſtrat.

Glārĕŏlă, diminutiuum eſt, cum accentu in antepenultima. { ψαμμίον, μικρὸς ψῆφος. GAL. Petit & menu grauois. ITA. *Picciola ghiara.* GE. Klein kiß oder greefs. HISP. *Pequeño caſcajo ò arena conguijas.* ANGL. *Smal grauell.* } *Plaut.* Glareolam manu effundens.

Glārĕōsŭs, a, um, Quod abundat glarea. { ψηφίδων ἐμπλεως, ψαμμώδης. GAL. Plein de grauois. ITA. *Ghiaroſo.* GER. Kiſsechtig/grieſechtig/ ſandechtig. HISPA. *Coſa llena de guijas arena.* ANG. *Fuell of grauell.* } *Plin. lib. 26. cap. 8.* Si laus naſcitur glareoſis & perennibus riuis, cubitalis apij ſimilitudine. *Columella de arborib.* Glareoſa & ſaxoſa amat ficus. *Linius 1. bell. Pun.* Ad hæc ſaxa glareoſa voluens, nihil ſtabilis, nec tuti ingredienti præbet.

Glāſtum, ſti, Herba ſimilis plantagini, quâ Britanni ſe inficiunt: (*vt autor eſt Cæſar lib. 5. bell. Gall.*) quò horridiore ſint aſpectu in pugna: efficit enim cæruleum colorem. { ἴσατις. GAL. Herbe appellee guelde ou paſtel de Languedoc. ITAL. *Gnodo herba.* GERM. Weidt/iſt ein kraut. HISPAN. *Paſtel yerua, ò color de añir.* ANG. *wad, an hearbe wherewith clothe is died blue.* } *Plin. lib. 22. cap. 1.* Simile plantagini glaſtũ in Gallia vocatur: quo Britannorum coniuges nurúſque toto corpore oblitæ, quibuſdam in ſacris nudæ incedunt, Æthiopum colores imitantes. Glaſto infectores cæruleum colorem pannis inducunt. Maximus eius eſt prouentus in agro Toloſate, vbi vulgi vocabulo *Paſtellum* appellant.

GLAVCIA, γλαυκία, oppidum Ioniæ. *Steph.*

Glāucĭŏcŭlŭs, Dicitur equus qui felineis oculis eſt. { ANG. *An horſe with a wall eye.* }

Glāucĭſcēns, Piſcis eſt, alius quàm glaucus. γλαυκίσκος. *Plin. lib. 32. c. 10.* Mulieribus lactis copiam facit glauciſcus, è iure ſumptus.

Glāucĭto, as, apud autorem carminis Philomelæ, verbum eſt proprium catulis. Glaucitat (inquit) & catulus, at lepores vagiunt.

Glāucĭum, γλαυκίον, Species eſt rhœæ herbæ ſylueſtris, & erraticæ (*vt autor eſt Plin. lib. 20. cap. 19.*) quæ alio nomine dicitur paralion. Naſcitur in afflatu maris, aut nitroſo loco, vnde nomen aſſumpſit. Nam glaucus cæruleum ſignificat, qui color eſt maris. *Plin. lib. 20. cap. 19.* Hodie hanc herbam pharmacopolæ vocant *Memithã*: *vt docet Ruellius lib. 3.* Herbæ huius folia fictili olla in tepidis clibanis calfaciunt, donec flacceſcant: deinde exemptis ac tuſis ſuccum exprimunt, qui & ipſe glaucion appellatur, *teſte Dioſcoride.*

Glāucōmă, Glaucopis. *Vide* GLAVCVS adiectiuum.

GLĀVCŬS, γλαῦκος, Hippolochi filius qui in Troiano bello Priamo ſuppetias tulit: homo tàm ſtupidus, vt cum Diomede armorum permutatione facta, ænea acceperit pro aureis. Vnde etiam hodie Glauci & Diomedis permutatio prouerbio celebratur: quo vtimur, quoties permutatarum rerum inæqualitatem volumus denotare. [Diabolus Glauci filius, apud *Plaut. Aſin. ſc. 1. a. 4.*] ¶Fuit & alter Glaucus piſcator, qui quum piſces captos in ripa explicuiſſet, ſubitò contacta quadam herba ſe colligentes, in fluuium proſilierunt. Admiratus itaque Glaucus herbæ illius vim, quum & ipſe deguſtaſſet, piſces ſequutus in aquam inſiluit: maríſque Deus factus creditur. Alij aliter referunt fabulam. Glaucum inſignem vtinatorem fuiſſe, qui quum ſæpiùs inſpectantibus ſuis municipibus in fluuium ſe deiecíſſet, diutiúſque ſub aqua moratus ſemper emerſiſſet: randem quum illis fruſtra expectantibus non rediret, creditum eſt Glaucum factum eſſe maris Deum. Hinc natum prouerbium, Glaucus comeſa herba habitat in mari, γλαῦκος φαγὼν πόαν οἰκεῖ ἐν θαλάσσῃ. Dictum apparet per iocũ de iis, qui quum perierint, tamen vulgò creduntur viuere. ¶Alius præterea Glaucus fuit, Siſyphi filius, qui quum equas ſuas humana carne naſceret, ab illis etiam ipſe deuoratus eſt. Vnde natum adagium, Glaucus alter, γλαῦκος ἄλλος ἱππόφωτος, id eſt, Glaucus alter abequis deuoratus. Quadrabit in hominem alendis equis exhauriendem facultates ſuas. ¶Eſt etiam Glaucus nomen piſcis. *Plin. lib. 6. cap 16.* Quidam rurſus æſtus impatientia mediis feruoribus, ſexagenis dieb. latent, vt glaucus, aſelli, auratæ. *Idem lib. 32. cap. 11.* tradit glaucum, æſtate non apparere.

Glāucŭs, a, um. { תכלת *techéleth.* γλαυκός. GAL. Verd vn peu meſlé de blanc, de couleur d'aſur & d'eau. ITA. *Colore meſchio tra'l bianco e'l verde.* GER. Grawblaw. HISP. *Color entre verde y blanco.* ANG. *Gray of colour.* } Color dicitur qui admiſtum habet viridi alborem: qualis in noctuarum (quas Græci γλαῦκας appellant) oculis apparet. *Gell. lib. 2. cap. 26.* Sed ne viridis quidé color pluribus, quàm à nobis vocabulis dicitur. Neque non potuit *Virgilius* colorem equi ſignificare viridé, ſolens cæruleum magis dicere equũ, quàm glaucum: ſed maluit verbo vti notiore Græco, quàm vſitato Latino. Sic etiam alibi vocat frondes ſalicis, glaucas, & oliuas glaucas. ¶Item in hominibus & equis glauci oculi pro viridibus dicuntur: quales ſunt, felis, leonis, & noctuæ. *Plin. lib. 8. cap. 21.* Oculis glaucis, colore ſanguineo, &c. Hic color à Latinis vocatur cæſius, quaſi cælius, *vt ex Nigidio probat Gellius.* Nam à veteribus illis linguæ Latinæ autorib. Minerua cæſia vocatur, quæ ab *Homero* γλαυκῶπις dicta eſt. Præterea maris color etiam glaucus dicitur, quem & cæruleum paſim appellatum inuenimus.

Glāucĭŭs, a, um, penultima correpta. { γλαύκιος, γλαυκοειδής. GALL. De couleur verde, ou entre aſur & eau. ITA. *Di colore far bianco & verde.* GERM. Das grawsblaw oder eyſenfarw iſt. HISPA. *Coſa de color verde ya poco.* ANG *Gray coulowred.* } Quod glaucum habet colorem: vnde Glaucinæ veſtes, quæ & glaucina abſolutè dicuntur. *Martialis lib. 9.* Pallia donauit glaucina Coſme tibi. Glaucinam *Pomponius in l. 21. D. de aur. & arg. mun.* inter ea vnguẽta, quæ valetudinis cauſa parata ſũt, fortaſſis confectũ ex Glaucio. Niſi fortè Glaucina legẽdũ ſit. Nam Gleucini olei factitij *Plin.* meminit, ciuſque conficiendi rationem *Col. lib. 12. c. 51.* demonſtrat.

Glāucōmă, atis. { γλαύκωμα. GALLIC. Vne tache en l'œil. ITAL. *Humor detto criſtallino nell' occhio.* GERM. Ein grawer flẽck in dem aug. HISP. *La cequeda que daño los ojos claros.* ANGL. *A ſpotte i the eye.* } Vitium humoris eius qui cryſtallinus appellatur in colorem glaucum mutantis oculum. *Serenus*, Si verò horrendum ducent glaucomata plumbum, Spiritus alterius prodeſt, qui grana cymini Pallentis mandens viſus exhalat in ipſos. *Plin. lib. 29. c. 6.* Glaucomata dicunt magi cerebro catuli ſeptem dierum emendari, ſpecillo demiſſo in dextram partem, ſi dexter oculus curetur, in ſiniſtram ſi ſiniſter, aut felle recenti aſionis. Hypochyſes verò, ſiue (quod idem eſt) hypochymara, quæ nos ſuffuſiones vocamus oculorum, fiunt ex humore inter corneam & cryſtallinam partem concreto. Interdúmque oculi potentię, qua cernitur, ſe opponunt. ¶Legitur & Glaucoma, æ, fœm. gen. *Plaut. in Mil.* Glaucomam ob oculos obiiciemus, eúmque ita faciemus, vt quod viderit, non viderit.

Glāucōpĭs, pen. prod. { γλαυκῶπις. GAL. Femme ayant les yeux vers. ITA. *Femma d'occhi verdeggianti.* GER. Ein frauw die grawe augen hatt. HI. *Muger que tiene las ojos garços.* ANG. *That hath fyrie bright eyes lyke cast.* } Glaucopis, habens oculos cæſios. Quo nomine dicta eſt Pallas, quæ à Latinis dicitur cæſia, à colore cæli, quaſi cælia. Diodorus ſcribit aërem nominatum eſſe Pallada: & ideo dici glaucopin, quoniam aër glauci, hoc eſt cærulei ſit aſpectus.

Glāux, γλαῦξ, Herba eſt folia habens cytiſo, & lenticulæ ſimilia, quæ ſuperne virent, auerſáque candidiora ſpectantur. Ramuli à terra exiliunt quini ſenive, tenues ab radice, dodrantem alti: flores ceu violæ albæ, purpurei exeunt, minores tamen. Naſcitur ad mare. *Vide Plin. lib. 27. cap. 9.*

Glēbă, bæ, Fruſtum terræ, ita dictum quòd ſit quaſi globus. { גרגפת *megraphâh* רגב *ghuſch* רגב *réghebh*, βῶλος. GALL. Vne blette ou motte de terre. ITAL. *Zolla, reſpuglio di terra.* GER. Ein ſcholle erden. HISP. *El terron de tierra.* ANG. *A clod or clot.* } *Plin. lib. 18. cap. 19.* Scarifica inter duos ſulcos cruda ne relinquantur, glebæ ne exultent. *Cicero Cec.* Quid igitur ſi glebis, aut ſaxis, aut fuſtibus aliquem de fundo præcipitem egeris? *Ibidem*, Vinces profectò non fuiſſe armatos eos qui ſaxa iacerent, quæ de terra tollerent: non eſſe arma cæſpites, neque glebas. *Virg. 1. Georg.* Multùm adeo raſtris glebas qui frangit inertes, Vimineáſque tradit crates, iuuat arua. ¶Gleba aruum, βῶλος ἀγροῦ. ſubaudi οὐσία, auget. Vbi quis exigua maximis apponit, credens ſe nonnihil iuuare.

Glēbŭlă, diminutiuum eſt. { βωλίον. GAL. Mottette de terre. ITAL. *Picciolo reſpuglio.* GERM. Ein ſchöllein erden. HISP. *Pequeño terron de tierra.* ANG. *A litle clod.* } *Colum. lib. 1. c. 6.* Eadem enim lata mundiora ſunt, lapilliſque carent & glebulis, quas per trituram ferè terrena emittit area.

Glēbōsŭs, a, um, quod glebæ in morem eſt connolutum, vel quod glebis abundat. { βωλώδης, ἀδρόβωλος. GAL. Plein de blettes ou motte de terre. ITA. *Che abonda di zolle.* GERM. Schollechtig. HIS. *Coſa llena de terrones.* ANG. *Full of clodes.* } *Plin. lib. 35. cap. 15. de ſulphure loquens*, Genera quatuor, viuum, quod Græci ἄπυρον vocant, naſcitur ſolidum, hoc eſt glebioſum.

GLĔSSĀRĬĂ, Inſula in Oceano Germanico, quæ (*Solino teſte*) ſuccinum gignit, *Sudan* vulgò appellata, haud longè à Pruſſia.

Gleſſum, Idem quod ſuccinum, vel electrum, quo Gleſſaria inſula abundat. { ἤλεκτρον. GAL. Ambre. ITAL. *Ambro.* GER. Agſtein. HIS. *Ambar.* ANGL. *Amber.* } *Plin. lib. 37. c. 3.* Certum eſt gigni in inſulis Septentrionalis Oceani & à Germanis appellari gleſſum: itaque & à noſtris vnam inſularum ob id Gleſſariam appellatam, Germanico Cæſare ibi claſſibus rem gerente, Auſtrancam à Barbaris dictam. Naſcitur autem defluente medulla pinei generis arboribus, vt gummi in ceraſis, reſina pineis. Erumpit humoris abundantia, denſatur rigore vel tempore Autumnali. *Hac. Pli.* Compertiora tamen hac de re tradidimus ſuprà in dictione ELECTRVM.

GLETES, γλῆτες, gens Iberica poſt Cynetas, *Steph.*

Glēucĭnum, γλεύκινον, Olei factitij genus, muſtum & aromata admiſta habens. Rationem conficiendi *vide apud Colum. lib. 12. c. 51.* Dictum gleucinum à muſto, quod à Græcis γλεῦκος appellatur. *Plin. lib. 15. cap. 7.* Gleucino muſtum incoquitur vtpote lento.

Glĭnon, Aceris genus, quod aliter craſſiuenium dicunt, campeſtre, candidum, nec criſpum. *Pli. lib. 16. c. 10.*

Glĭs, gliris, maſculini generis, Animal muri ſimile, maiori tamen corpore, nutritur in arboribus, & bonam anni partem ſomno conſumere dicitur. { ἐλεός. GA. Vn loir, vn loirot, vn rat velu. IT. *Ghiro.* GE. ein ratz/andere nennendts ein vellmauß. HIS. *Liron animal noto.* ANGL. *A dormous.* } *Vide Plin. lib. 8. cap. 57.* Somniculoſos ille porrigit glires. *Idem li. 13.* Tota mihi dormitur hyems, & pinguior illo Tempore ſum quo me nil, niſi ſommus, alit.

Glīrārĭum, pro loco in quo nutriuntur glires. { ἐλεών. GAL. Le lieu ou on nourrit les loirs ou loirots. ITAL. *Luogo da nodriui tighiri.* GERM. Ein orth da diſe thier ſind. HISPANIC. *El lugar donde ſe crian los lirones.* ANG. *A place where dormyſe be nurished.* } *Varro 3. de Re ruſtic. c. 15.* Glirarium diſſimili ratione habetur, quod non aqua, ſed maceria locus ſepitur.

Glĭſco, ſcis, Creſco, augeor, inualeſco. { גדל *gadhál* חזק *chazák* עצם *batsám* רבה *rabáh* רב *rab.* αὔξω, πλατύνομαι. GALL. Croiſtre. IT. *Creſcere, augmentare.* GERMA. Wachſen/ zunemmen. HISPAN. *Creſcer.* ANGLIC. *To grow, to increaſe more.* } *Liu. lib. 6. ab Vrbe*, Gliſcente in dies ſeditione *Gellius lib. 20. ca. 7.* Eadem autem ipſa quæ creſcente luna gliſcunt, deficiente contrà luna deficiunt. [*Plaut. Aſin. ſc. 2. a. 5.* Pulchrè hoc gliſcit prælium. *Idem Cap. ſc. 4. a. 3* Gliſcit rabies, cauc, tibi.] ¶Gliſcere etiam terra dicitur, quum pingueſcit. *Colum. lib. 2.* Priùs tamen, quàm exilem tetram iteremus, ſtercorare conuenier: nam eo quaſi pabulo gliſcit. *Idem lib. 8. de aſino loquens*, Paleis quæ penè omnibus regionibus abundant, etiam gliſcit. ¶Item ardeo, vehementer cupio. { אות *vváh* עשק *chaſchák* חשק *chaſchák.* ἐπιθυμέω. GAL. Deſirer ardemment. ITA. *Deſiderare.* GER. Hefftig begären. HI. *Codiciar.* ANG. *To deſire greatly.* } *Papinius lib. 3.* Et conſanguineo gliſcis regnare ſuperbo Exule. ¶Huius compoſitum eſt Pergliſco. *Colum. l. 8.*

Quæ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Quę prima luna saginari cœpit, vigesima pergliscit, hoc est crescendi vel pinguescendi finem accipit.

GLISSAS, γλισσας, vrbs Bœotiæ, à Glisone aut Glisante quodam dicta. *Steph.*

Glŏbŭs, bi, Est corpus solidum, vndequaque rotundum. {כידור *chiahór* σφαῖρα. GAL. Vn globe, chose ronde comme vn globe. ITAL. *Globo, sfera, cosa rotunda, balla.* GER. Ein Kugel/ein ronder Klotz. HISPAN. *Pelota, ò goma ò ouillo de hilado.* ANG. *A boule.*} *Virg. 6. Æneid.* Principiò cælum, ac terras, campósque liquentes, Lucentemque globum lunæ. [*Ouid. lib. 1. Fast* Tunc ego qui fueram globus, & sine imagine moles.] *Cicer. 2. de Nat. deor.* Quúmque duæ formæ præstantissimæ sint, ex solidis, globus (sic enim sphæram interpretari placet) ex planis, circulis, globus, &c. *Idem 1. Tuscul.* Globus terræ eminens è mari. Globum definiunt geometræ esse corpus solidum, vnica superficie contentum, in medio habens centrũ, à quo omnes lineæ ad superficiem ductæ sunt æquales. ¶ Ponitur quandoque pro multitudine hominum in vnum collecta, & quasi conglobata. *Sallust.* Alij fiducia gnaritatis locorum in occultam fugam sparsi, alij globis eruptionem tentauerunt. *Liu. 8. ab Vrbe,* Extrema concio, & circa Fabium globus, increpabant inclementem Dictatorem.

[¶ Globus & Orbis in acie verba militaria. *Velleius,* Globus coniurationis (id est, coniuratorum manus.)]

Glŏbŭlus, diminutiuum, Parvus globus σφαιρίδιον. GAL. Petit globe, boulette, petite boule. ITAL. *Picciola balla.* GER. Ein Kugelein/runds Klötzlein. HIS. *Pequeña pelota.* ANG. *A little boule.*} *Plin. lib 33 c. 5* Quum in xére pictores orobitin vocant: enúsque duo genera faciunt, luteam quæ seruatur in lomentum: & liquidam globulis fudore resolutos. Accipitur pro genere eduli in globi modum conuoluti. *Cato de Re rust. ca. 79.* Globulos sic facito, caseum cum alica ad eundem modum misceto.

Glŏbōsĭtās, σφαιρικὸν. *Macrob. Comm. lib. 1. c. 15.* Globositas terræ habitationes omnium æquales sibi esse non patitur.

Glŏbōsŭs, a, um, rotundus, spissatus. {σφαιροειδής. GAL. Rond comme vne boule. ITA. *Rotundo comme balla.* GER. Rond/Kugelechtig. HIS. *Cosa rotunda, pelota.* ANG. *Round lik à boule.*} *Cic. de vniuers.* Et globosus est fabricatus, quod σφαῖρα Græci vocant, cuius omnis extremitas paribus à medio radiis attingitur.

Globo, as, are, aliquid rotundum facio, & in formam globi redigo, conglobo. {σφαιρόω. GALL. Faire rond comme vne boule, arrondir. ITA. *Agomitolare, far rotundo.* GERM. Rund oder Kugelechtig machen. HISP. *Deuanar ò redondear.* ANG. *To mak rond yk à boule.*} *Plin. l. b. 2. cap 2.* Formam eius in speciem orbis absoluti globatam esse, nomen in primis, & consensus in eo mortalium orbem appellantium *Ibidem c. 65.* Nanque dependentes vbique gurtæ paruis globantur orbibus. Globari in rotunditatem. *Ibid. lib. 18 cap. 13.*

Glŏcĭdo, as, pe. cor. {κακκαζω κακκαβίζω GAL. Glosser ou cluper comme vne poule qui couue. IT. *Chiocciare, far verso di gall ne che couano.* G. Gagsen oder klucken wie ein Henn. HIS. *Cloquear, la gallina clueca.* ANG. *To ciock lik an henne sitting a brode.*} Proprium est vocis gallinarum, quum ouis incubituræ sunt; quod fit crebris singultibus, interiecta voce acuta. *Festus.*

Glŏcĭo, cis, glocido. *Colum. lib. 8. cap. 5.* Obseruare debet custos, dum edant oua, vt ea quæ nata sunt, recolligantur, notentúrque quo quæque die sint edita, & quàm recentissima supponantur glocientibus.

Glŏmŭs, glomi, & glomus, glomeris. Est filum, vel aliquid simile in globi figuram conuolutum {גולם *ghólem*, ἀγαδίς. GALLIC. Vn plotton de fil. ITA. *Gomitolo ghiomo, gemo, gemisello.* GERMA. Ein knewrle faden. HISPA. *Ouilo ò pelota ò monion.* ANGLIC. *A clew or bottome of threed.*} *Plin lib. 36 cap. 13.* Inde basi quadrata intus labyrinthum inextricabilem: quo si quis improperet, sine glomere lini exitum inuenire nequeat.

¶ Bonorum glomi, ἀγαθῶν ἀγαθίδες. De opibus extructis & affatim accumulatis.

Glŏmĕro, ras, pen. cor. Implico, & in globi speciem formo, siue filum in globi figuram conuoluo. {גלם *ghalám.* περισπειλῶ. GAL. Amasser en plotton, amonceler en rond, assembler rondement. ITA. *Inuiluppare, auiluppare.* GER. An ein knewrle fäden auffwinden. HIS. *Emboluer en redondo ò deuanar.* ANG. *To winde threed in bottomes.*} *Ouid. 6. Metamorph.* lanam glomerabat in orbes.

¶ Per translationem pro cogere, congregare, accumulare. *Virgil. 9. Æneid.* Et fœdam glomerant tempestatem imbribus atris Collectæ ex alto nubes. *Varr. 3. de Re rust cap 5.* Cibarui offas positas, eæ maximè glomerantur ex ficis & farre misto. Glomerata clades. *Cic. 2. Tuscul. Virgil. lib. 4. Georg.* magnum mistæ glomerantur in orbem. Compositum est Agglomero. *Vide suo loco.*

Glŏmĕrātĭus, *Seneca controuers. lib. 1. in vlt.* quod pater (militis) efficaciter dicat, detrahere illum operibus suis, glomeratium, sanguinarium.

Glŏmĕrātĭo, onis. {συμβυσις, εἱλημα. GALL. Amas en rond, amoncelement en rond. ITA. *Il dipannare, suolgere, ingemare il filo.* GER. Auff windung ein knewrle faden. HISPAN. *Aquel emboluer.* ANGL. *A making round or winding threed.*} *Plin. lib. 8. cap. 43.* Quibus non vulgaris in cursu gradus, sed mollis alterno crurum explicatu glomeratio.

Glŏmĕrāmĕn, inis, monticulus glomi formam referens {σφαίρωμα, σφαιρωμα. GA Monceau rond. ITA *Mucchio.* GE. Ein auffgehauffelt oder auffgewunden ding/als ein knewrle faden HISP. *Embo'umento en redondo.* ANG. *A round bottome, a pille.*} *Lucr. lib. 2.* Dissimiles igitur formæ, glomeramen in vnum, Conueniunt.

Glōrĭă, æ, Est frequens de aliquo fama cum laude. {כבוד *cabód* κλέος, δόξα. GALL. Gloire & los qu'on acquiert par bien faire. GER. Lob/ehr/thum. ITA. & HIS. *Gloria.* ANG. *Glorie, praise gotten by well doing.*} *Quintilianus,* Consentiens laus bonorum, gloria appellatur. *Cic. 1. Offic.* Vix inuenitur qui laboribus susceptis periculisque aditis, non quasi mercedem rerum gestarum desideret gloriam. *Idem pro Plancio,* Is gloria maximè excellit, qui virtute plurimum præstat. *Idem in Philipp.* Ea autem est gloria & laus rectè factorum, & magnorum in Rempublicam meritorum. [*Plaut. Milit. sc. 1. a. 1.* Gloriarum plenior rem si quis viderit. *Idem Amphitr.* Suis factis Immortalitate afficie gloria. *Idem Capt. sc. 5. a. 3.* facito vt Acheronti ducas gloriam. *Senec. cap. 3. de Consol. ad Mart.* Ne gloriam peruersissimam concupieris. Infœlicissimam videri. *Gellius capite secundo libro primo* Glorias inanes flare. *Idem capit. 27. lib. 2.* Gloriarum quæstu & compendio. *Ouid Eleg. 3. lib. 4* Ardua per præceps gloria vadit iter. *Ouid. 13. Metamorp.* Quæritur istis Quam mihi maior honos coniunctáque gloria nostra est. (armorum & Aiacis.) *Idem Eleg. 1. lib. 2. Trist.* Quod si non prodest & honesti gloria nulla Redditur. *Tibull. libro 4.* Seu tardi pecoris sim gloria Taurus.] ¶ Inter gloriam, & claritatem hoc interest, *vt inquit Senec. lib. 3. Epist.* quod gloria multorum iudiciis constat, claritas bonorum. ¶ Gloria futuri, τὸ δὲ πολλοὺς ἐπαυξῆσαι. *Refertur in Plutarchi Collectaneis.* Admonet famam laudémque rectè factorum contingere, potissimum apud posteros.

Glōrĭŏlă, riolæ, diminutiuum. {δοξάριον. GALL. Gloirette, petite & legere gloire. ITALIC. *Picciola gloria.* GERMAN. Ein kleiner rhum. HIS. *Pequeña gloria.* ANGLI. *Small glorie.*} *Cic. Luceio,* Illa nos cupiditas incendit, quòd alacres animo sumus, vt cæteri, viuentibus nobis, ex libris tuis non cognoscant, & nosmetipsi viui gloriola nostra perfruamur. *Idem ad Cæsarem lib. 7.* Hisce eum ornes gloriolæ insignibus.

Glōrĭōsŭs, a, um, Gloria dignus, præclarus, cui laus & gloria tribuitur. {נכבד *niehbádh.* ἔνδοξος. GALLIC. Glorieux, digne de grande louange, plein de gloire. ITALIC. *Glorioso, pieno di gloria, degno di laude, famoso.* GERM. Ehrlich/verthümbt/lobreich. HISPANC. *Famoso, glorioso.* ANG. *worthie of glorie or praise.*} vt, Glorioſus homo, glorioſus triumphus. *Plaut. in Epid.* Magnus miles Rhodius, raptor hostium gloriosus. *Cic. 2. de Diuin.* Magnificum etiam illud, Romanisque hominibus gloriosum. *Id m l. de Finibus,* Illustria & gloriosa facta.) Inglorius: *de quo suo loco.*

[Glorioſus animus. (id est, gloriæ cupidus.) *Suet. in Claud. c. 1.* Non minùs glorioſi, quàm ciuilis animi. ¶ In malam partem reperitur, pro vano & superbo. *Plaut. Capt. prolog.* Meretrix mala, miles glorioſus. *Plaut. Curc. sc. 1. a. 4.* Mendacem & glorioſum apud Cloacinæ sacrũ. (fup. reperias.) *Idem Mil sc. 1. a. 2.* ἀλαζών, Id nos Latinè glorioſum dicimus. *Ibidem;* Herus meus glorioſus, impudens. *Idem Pseud. sc. 2. a. 3.* Multiloquum & glorioſum coquum.] * Ei quoque opponitur Inuidioſus. *apud Cic. 1. Philip.* Charum esse ciuibus, bene de Republ. mereri, laudari, coli, diligi glorioſum est: merui verò & in odio esse, inuidioſum, detestabile, imbecillum, caducum.

¶ *Hieronymus in Prologo Sophiæ Propheta,* glorioſum pro nobili posuit, cum dicit, glorioſa maiorum suorum stirpe generatus est.

¶ Interdum significat Ostentatorem, & qui nimium se prædicat. {μεγαλαυχήτης, κενόδοξος, ἀλαζών GAL. Glorieux & outrecuidé. ITA. *Ventatore.* GER. Ehrgeitzig/ruhmfertig/prächtig. HIS. *Glorioso en mala parte.* ANG. *A glorious personne, a cracker.*} Vnde Miles glorioſus inscribitur Plauti Comœdia. *Idem in Trucul.* Vos nequam & glorioſæ, malæque, &c. *Plin. in Epist* Miserat etiam epistolas Romam ad aniculam quandam iactantes, & glorioſas.

Glōrĭōsē, aduerbium, Cum gloria & laude. {ἐνδόξως, ἐυκλεῶς. GAL. Glorieusement, auec gloire. GERM. Ehrlichen/mit lob vnd ehr ITA. & HIS. *Glorioſamente.* ANG. *Gloriouslye, boastingly.*} *Plin. de viris illustribus,* Ipse quadragies quater accusatus, gloriosè absolutus. *Cic. ad Calium,* In quam sæpe gloriosè triumpharent.

¶ Accipitur & in malam partem. *Cic. 2. de Finib.* Quid ergo attinet gloriosè loqui, nisi constanter loquare?

Glōrĭŏr, aris, Iacto, me effero & prædico. {התהלל *hithallél* גאה *ghaáh.* μεγαλωχέω, καυχάομαι. GAL. Se glorifier & vanter. ITA. *Gloriarsi.* GER. Sich rhumen. HISP. *Gloriarse por algun hecho.* ANG. *To boast, to cracke.*} De re aliqua gloriari. *Cicero tertio de Finibus,* Quis aut de misera vita possit gloriari, aut non de beata? *Idem de Senect.* Vt de me aliquid more senum glorier in re aliqua. *Cic. in Officiis,* Nobis quoque licet in hoc quodammodo gloriari. Gloriari absolute. *Cic. 5. Verr.* Vt tu in multis epistolis tuis ad amicos gloriaris. *Cæs. 8. bell. Gall.* Propterea quod insolenter aduersari sui gloriarentur. [Item, Gloriari alicui. *Suet. in Calig. cap. 38.*] Accusandi casui adiunxit *Cicero de Senectute.* Equidem posse vellem idem gloriari quod Cyrus. *Sallust. in Cic* Quasi verò togatus, & non armatus, ea quæ gloriaris, confeceris.

Glōrĭāndŭs, idem est, quod gloria & prædicatione dignus {נכבד *niehbadh.* σεμνυντέος, καυχητέος. GAL. Digne de gloire. ITA. *Degno di gloria.* GER. Das zu rühmen ist/das lobens vnd preisens wärt ist. HIS. *Digno de gloria.* ANG. *worthie of glorie.*} *Cic 5. Tusc.* Beata vita gloriandа, & prædicanda, & præ se ferenda est. *Ibidem,* Prædicabile aut gloriandum, nec in misera vita quicquam est.

Glōrĭātĭo, verbale, Glorioſa prædicatio. {גאון גאות *ghaón* גאות *ghaavádh* גאותה *ghevúth.* καύχησις. GAL. Vanterie, glorifiement. ITAL. *Gloriatione.* GER. Rhümung/lobpreisung HIS. *Aquella obra de glorificar, glorificamento.* ANG. *A boasting, a cracking.*} *Cic. de Finib.* Virtus est digna gloriatione. *Et lib. 4.* Illud verò minimè consectarium, sed in primis hebes: illorum scilicet nominum gloriatione dignam esse beatam vitam.

Glōrĭātŏr, ris, dicitur qui inaniter se effert ipse & iactat. {ANG. *A boaster, or cracker.*} Differt autem à glorioſo, quod Gloriator absque causa semper gloriatur: Glorioſus autem pluribus de causis esse cogitur. *Corn. Fronto de differ. vocab.* quæ tamen differentia nescio an recipi possit. Nam cùm glorioſus in malam accipiatur partem, necesse est gloriandi causam non subesse.

Glōrĭābūndŭs, di, Qui abundè gloriatur. {מתהלל *mithallél.* καυχηματίας. GAL. Qui se glorifie, glorieux. ITAL. *Chi si gloria, vantatore.* GERM. Ganz rhumsüchtig/stoltz. HIS. *Cosa que mucho se glorifica.* ANG *That crackerh greatly* | *Gell. lib. 1. c. 5.* Contemplatione tanti, & tam ornati exercitus gloriabundus, Annibalem aspicit.

Glŏs. {יבמה *jebámah.* γαλως. GAL. La sœur de mon mari, ma belle sœur, ou la femme de mon frere ITA. *Sorella di mio marito, & moglie di mie fratello.* GERM. ein geschwey/das mans schwester. HISP. *La cunada muger del hermano.* AN. *The hus bandes sister, or brothers wyf.*} App maiur soror, atque item fratris vxor. *Nonius.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Glōssĭ, æ, {לשון *laschón.* γλῶσσα. GALL. Langue. ITA. *Lingua.* GERM. ein zung. HIS. *Lengua.* ANG. A *tounge.*} Per duplex ſſ, lingua dicitur. Vnde Gloſſæ à quibuſdam pro interpretationibus ponuntur, quod vice linguæ, hoc eſt, vice doctoris fungantur. {פשר *péscher.* GALL. Gloſes. ITA. *Ghioſe.* GERM. ein außlegung/erklärung. HISPA. *Gloſas ò interpretationes delo eſcuro.*} *Quint. lib. 1. cap. 1.* Protinus enim poteſt interpretationem linguæ ſecretioris (quas Græci gloſſas vocant) dum aliud agitur, edicere. Quem locum *Quintiliani* ſic vulgò interpretantur, vt gloſſæ dicantur interpretationes linguæ ſecretioris. Quod certè neque verum eſt, neque Fabij ſententiæ conueniens: vt latiùs docebimus in dictione GLOSSEMA. Hîc illud ſuffecerit, gloſſas & gloſſemata eſſe voces obſcuriores, & minùs vſitatas quæ interpretatione indigent. Neque in *Quintiliani* exemplo relatiuum referendum eſt ad interpretationem, ſed ad vocem linguæ ſecretioris.

Glōssārĭă, γλωσσοκομεῖα, Feretra mortuorum conditoria. *Gellius libr. 18. capit. 7.* Vos philoſophi mera eſtis (vt M. Cato ait) mortuaria gloſſaria.

Glōssēmătă, γλωσσήματα. Dicuntur voces occultiores, abſtruſiores, & minùs vſitatæ, quæ ſcilicet interpretatione egent, quales ſunt voces aliquot in tragœdiis, heroicis verſibus, & ſimili genere grauioris poëmatis. *Quint. lib. 1. c. 14.* Circa gloſſemata etiam, id eſt, voces minus vſitatas, non vltima eius profeſſionis diligentia eſt. His verbis Fabius innuit gloſſemata voces eſſe quæ expoſitione indigent, non vt vulgò accipitur, ipſas expoſitiones. *Sic Varro lib. 6. de lingua Latina exponens verſum Ennij*, Cælitum Camilla expectata aduenis, &c. Camillam, qui gloſſemata interpretati ſunt, dixerunt adminiſtram: hoc eſt qui voces priſcas, & minùs vſitatas ſunt interpretati. Eiuſdem etiam ſignificationis eſt gloſſa, quod facilè deprehendet, qui locum *Quintiliani*, quem ſuprà in dictione Gloſſa *ex li. 1. c. 1.* citauimus, diligentiùs cum hoc velit conferre. Ibi enim Linguam ſecretiorem appellat, quas hîc voces minùs vſitatas.

Glōssŏgrăphi {γλωσσογράφοι. GAL. Gloſſateurs. IT. *Ghioſſatori.* GE. Gſtlarer der dunckelen wörtern/die ſo die gloſſen vber die bücher ſchreyben. HIS. *Los que gloſan los libros, gloſadores.* ANG. *writers of commentaries, exponers of harde wordes.*} Dicuntur qui gloſſas, hoc eſt obſcuriores & minus vſitatas voces interpretantur.

Glōssŏpĕtră, γλωσσόπετρα. Gemmæ ſpecies, linguæ humanæ ſimilis. Magi eam credunt non naſci in terra, ſed deficiente luna de cælo decidere. *Plin. lib. 37. c. 10.*

Glōtōrārĕ, κλάζειν. Voce ciconiæ clangere. *Author philomela Carminis*, Glotorat immenſo de turre Ciconia roſtro. *Plenius* dicit Ciconias inter ſe commurmutare. *Solinus*, Ciconias ferunt non habere verum ſonum quo crepitant, oris potius quàm vocis eſſe.

Glōttĭs, idis, γλωττίς, Lingula aſperam arteriam operiens, quæ & epiglottis dicitur. Hinc. Pl. *l. 10. c. 23.* auem; quę rex coturnicũ appellatur, glottida vocauit, quòd prælongam linguam habeat. {GA. Vn oiſeau qui tire la langue quand il a ſoif, qu'on dit le Roy des cailles. IT. & HIS. *Bitor.* GER. Der wachtlen könig/iſt ein vogel ANG. A *birde which hangeth out the tongue when it is thiſtie.*}

Glŭbo is, Pellem vel corticem detraho, deglubo, excortico. {פצל *pitſtſél* ξυσῶ. GAL. Eſcorcer, oſter l'eſcorce, peler, oſter la peau. ITA. *Scorticare.* GERM Die rinden abſchellen/ſchinden/die haut abziehen. HISP. *Deshoiojar, deſcortezar.* ANG. *To draw of the skinne or heare.*} Vnde & & pecus glubi dicitur, quum pellis detrahitur: & arbores, quum cortice denudantur. *Cato de Re ruſt. cap 33.* Salictum ſuo tempore cædito, glubito, arcteque alligato, librum conſeruato. *Catullus*, Nunc in quadruuiis & angiportis Glubit magnanimos Remi nepotes. Glubi pecus dicitur (*vt Feſtus ait*) cuius pellis detrahitur. ¶ Glubere ramos, diſtringere, valde ſtringere, *inquit Nonius. Varro de Re ruſt.* Durities enim ea, non ſolùm ſtringit baccam ſed etiam ramos glubit, ac relinquit ad gelicidium rectos.

Glŭmă, mæ, Folliculus grani frumentarij: à glubendo, quòd eo folliculo deglubatur granum, hoc eſt decorticetur. {מוץ *móits.* ἄλυπον. GAL. La petite paille ou peau dõt eſt veſtuvn grain d'orge ou autre grain. ITA. *La tega doueſta chiuſo il grano del fiumento.* GE. ein hornhulſen. HI. *El holle je ael grana ò coſa ſemejante.* ANG. *Caſſe or huske of wheat.*} *Varro lib. 1. de Re ruſt c. 48.* de frumento loquens, Granum dictum eſt, quod eſt intimum, ſolidum: gluma, qui eſt folliculus eius: ariſta, quæ vt acus tenuis, longa eminet è gluma, Proinde vt grani theca ſit gluma & apex, ariſta.

Glūtĕn, inis, & Glutinum, ni, id vocant Latini quod Græci κόλλαν. {דבק *deḇék.* GALL. Colle, glu. ITA. *Colla.* GERMAN Leym. HISPAN. *El engrudo, ò cola.* ANGLICE. *Glue, paaſte, ſoulder.*} *Plinius lib. 11. cap. 39.* Boum coriis glutinum excoquitur, taurorúmque, & id præcipuum. *Idem lib. 26. cap. 8.* Laudatur Colophonium natione, Myſium, Prienenſe: ſpecie autem nitidum, & quàm ſimillimum taurino glutini.

Glutĭnōsŭs, ſa, ſum, Tenax, {κολλώδης, κολλητικός. GAL. Gluant. ITA. *Incollato.* GERM. Leymechtig/klaberechtig. HISP. *Coſa pegajoſa ò con engrudo.* AN. *Clammie, glewish.*} *Plin. li. 35. c. 16.* Prioris laus, vt recens ſit & leuis, linguáque glutinoſa. *Cotum. in Præfat. lib. 1.* In Aſia Myſiáque denſa etiam glutinoſa terra maximè exuberat.

Glūtĭno, nas, pen. corr. Coniungo, ferrumino. {דבק חבר *heidhbik chibbér.* κολλάω, συνάπτω. GAL. Coller, gluer, conioindre. ITA. *Congiugnire, incollare.* GERM. Leymen/zuſammen fügen HIS. *Engrudar ò pegar con cola.* ANG. *To glue, to ſoulder.*} *Plin. lib. 35. c. 15.* Vis bituminis quæ ſulpluris: ſiſtit, diſcutit, attrahit, glutinat. *Idem*, Quo genere ſiſtitur ſanguis, & vulnus glutinatur. ¶ Huius compoſita ſunt; Agglutino, Conglutino, Deglutino, Reglutino: *quorum ſignificata vide ſuis locis.*

Glūtināmēntum, ti, Compactio, coniunctio. {דבק מחברת *maċbbéreth dehéḳ* κόλλημα, κόλλησις. GAL. Collement, collure. ITA. *Incolamento, congiuntione.* GERM. Leymung. HIS. *Embra de engrudar ò empegar.* ANGL. *A glowish mater aſp aaſt.*} *Plin. li. 13. c. 12.* Deprehenditur & lentigo oculis, ſed mediis inſerta glutinamentis tenuia. Loquitur de chartis. κόλλησις.

Glūtĭnātŏr, oris. {מחבר *meċhabbér.* κολλητής. GAL. Colleur. ITAL. *Incolatore.* GERM. ein leymer. HISP. *Engrudador ò pegador.* ANG. A *glewer.*} *Cic. Att. libro 4.* Etiam velim mihi mittas de tuis librariolis duos aliquos, quibus tyrannio vtatur glutinatoribus: ad hoc, cætera adminiſtris, iſque imperes, vt ſumant membranulam, ex qua indices fiant.

Glūtĭo, tis, tiui, titum, Deuoro. {לעע *laʿaʿ* בלע *balaʿ.* καταπίνω. GA. Engloutir; aualer gloutement. IT. *Deuorare, inghiottire.* GE. Gſchucken/ verſchlingen. HIS. *Tragar.* ANG. *To ſwallow.*} *Iuuen. Satyr. 4.* Quales tunc epulas ipſum glutiſſe putamus Induperatorem?

Gluto, nis, guloſus. {λεῖμαργος. *Ambroſius*: Sic amat Diabolus filios ſuos vt perdat: ſicut amat gluto porcellum vt comedat.

Glūtus, a, um, apud antiquos inuenitur pro coacto, vnito, & bene ſubacto. *Cato c. 45.* Locus bipalio ſubactus fiet, benéque glutus fiet, Eadem hæc verba repetit *Plin lib. 17. c. 18.*

[Glycere meretricis nomen: *Plau. Mil. ſcen. 5. a. 2.* Quî igitur vocare: Ph. Glycere nomen eſt (ſup. mihi.)]

Glycymerides, γλυκυμερίδες, Piſcis genus: quod à *Macrobio* enumeratur inter delicias in adiciali cœna Lentuli Flaminis appoſita. *Plin. li. 32. cap. 11.* Inter cancrorum genera enumerat chamæglycymeridas, maiores quàm pelorides. Quo nomine videtur ſignificare, vel glycymeridas nondum adultas, vel genus aliquod iuſta glycymeride minus.

GLŸCŌN, γλύκων, *apud Hor. lib. 1. epiſt.* Nomen eſt gladiatoris robuſtiſſimi. Nec (inquit) quia deſperes inuicti membra Glyconis, Nodoſa corpus nolis prohibere podagra.

¶ Fuit & nomen medici Panſæ, qui mortuo domino ex vulnere, quod in prælio Mutinenſi acceperat, in carcerem coniectus eſt, & à Torquato parricidij accuſatus, tanquam vulneri venenum indidiſſet. *Suet. in Auguſto*, Panſæ quoque adeò ſuſpecta mors fuit, vt Glycon medicus cuſtoditus ſit, quaſi venenum vulneri indidiſſet. *Cic. ad Brutum*, Tibi Glycona medicum Panſæ, qui ſororem noſtri Achylleos in matrimonium habet, diligentiſſimè commendo.

Glycyſide, γλυκυσίδη, *Dioſcor.* Herba quæ notiore nomine Pæonia vocatur. *Plin. lib 27. cap. 10.* Glycyſide, quam aliqui pæoniam, aut pentorobon vocant, &c.

Glycyrriza, ę, {γλυκύῤῥιζα. GA. Regaliſſe. ITA. *Regolitia.* GER. Süßwurtz/ ſüßholtz HISP. *Regaliza.* ANGL. *Liquarces.*} Frutex eſt exiguus, ramos habens duorum cubitorum, folia lentico ſimilia, florem accedentem ad hyacinthum: fructum pilularum platani magnitudine, ſed aſperiorem, eúmque incluſum ſiliquis, lentis modo rubeſcentibus; radices autem longas colore buxeo, ſapore dulci: & nomen accepit, quaſi dulcis radix. *Theophraſt. lib. 9. plantarum*, Scythicam radicem appellauit. Officinæ hodie corrupto nomine vocant *Liquiritiam.* Maxima eius copia prouenit in agro Franconienſi.

G ante N

Gnaphalium, {γναφάλιον. ANGLIC. *Cudwerde.*} Herba quam quidam chamæzelon nominant, cuius folia ita alba, ac mollia ſunt, vt *ils* vtantur pro tomento. *Plin. lib. 27. cap. 10.*

Gnaphalon, γνάφαλον. Genus tomenti, ex lana illa ſcilicet breui, atque conciſa, quæ veſtibus à fullone poliendo detrahitur. Vnde ea, quorum natura mollis, candidi, & omnino lanea eſt, γναφάλη appellantur.

Gnaphalus, γνάφαλος. *Ariſt.* Auis eſt vocalis ac pulchri coloris, *cui* à gnaphalo tomenti genere nomen eſt.

Gnaphos, Frutex eſt ſpinoſus & naſcens in eo carduus, quo pannis recenter textis lana inducitur. Hæc *Perottus.* quæ tamen nullius eorum qui de ſtirpium differentiis aliquid conſcripſerunt, teſtimonio confirmat.

[Gnarures, id eſt, rei gnati: *Plaut. Moſtel. ſc. 2. a. 1.* Simul gnarureis (aliàs gnaruris) vos volo eſſe hanc rem mecum. *Item*, Arnobius aduerſus gentes *lib. 2. Et vet. Gloſſ. & Plau. in prolog. Pœn.*]

Gnārŭs, ri, & Narus, Nauus, Sciens, peritus. {ידע *jodheaḥ* חכם *ċháeham.* ἐπιστήμων. GAL. Sauant & expert, bien entendant ITA *Dotto, inſtruito, eſperto, intendente.* GERM. erfaren/verſtändig. HISP. *Sabio, y eſperimentado.* ANG. *Expert, skilfull.*} *Plin. lib. 9. cap. 35.* Concha ipſa quum manum videt, comprimit, operítque opes, gnara propter illas ſe peti, *Cic. in Orator.* Pericles gnarus quibus orationis modis animi moueantur. *Idem pro Seſtio*, Guarus & prudens impendentium malorum. *Plaut. in Aſinar. ſc. 2. a 3.* Tortoréſque acerrimos, gnaróſque noſtri tergi, Qui ſæpe antè in noſtras ſcapulas cicatrices indiderunt. *Suet. in Calig. cap. 46.* Nemine gnaro & opinante, quidnam cœpturus eſſet.]

¶ Accipitur aliquando paſſiuè, pro cognito. *Tacit. lib. 1.* Trudebantúrque in paludem gnaram vincentibus, iniquam neſciis. *Idem lib. 12.* At nobis ea pars militiæ maximè gnara eſt, *Idem lib. 15.* Idque nulli magis gnarum quàm Neroni. ¶ Veteres Narus dixerunt ſine g, etiamſi in compoſito ignarus, prius n, vertebant in g. *Cicero in Oratore*, Noti erant & naui, & nari: quibus cum IN præponi oporteret, dulcius viſum eſt, ignoti & ignari dicere, quàm vt veritas poſtulabat.

Gnāritās, tatis, Scientia, peritia, aſtutia. {ידעה מדע *maddaʿ dehâh.* ἐπιστημοσύνη. GAL. Sçauoir & experience. IT. *Scienza, ſapere, intelligenza, eſperienza.* GER. Wiſſenheit/erfahrung. HISP. *Experiencia, aquella ſciencia experimentada.* AN. *Skilfulneſſe.*} *Salluſt.* Nanque alij fiducia gnaritatis locorum occulta fuga ſparſi, alij globis eruptionem tentauere. }(Ignarus & Ignaritas.

Gnārĕ, aduerbium, Peritè, & quandoque apertè. {ἐπιστημόνως. GALL. Doctement, apertement. ITA. *Dottamente, apertamente.* GER. Wiſſentlich/gantz heiter. HISP. *Sabia y claramente.* ANGL. *Skilfullie.*} *Apul.* Qui gnarè in noſtris oculis contemplati ſumus. *Vide in dictione* IGNORO.

Gnārĭtĕr, pro gnarè antiqui dixerunt: à quo Prognariter, de quo ſuo loco.

Gnāthŏs, {לחי *lechi:* γνάθος. GA. Ioue, bouche. IT. *Guancia, gota, maſcella.* GERM. ein backe oder wang. HIS. *Boca, maxilla de la cara.* ANG. *The cheeke.*} Latinè gena, maxilláve dicitur, aut bucca. Inde apud *Terentium*, Gnatho paraſitus.

*Vſurpatur etiam Gnatho pro homine impuro & nihili. *Cic. 2. Philip.* Hodie non deſcendit Antonius. Cur? neminem nominabo. Putaro-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

te eum Phormioni alicui,tum Gnathoni,tũ Ballioni.O fœditatẽ hominis flagitiosam! Hinc componitur Tetragnathius, τετραγνάθιος, genus araneorum, ita dictum à discursu linearum, quatuor maxillarum speciem referentium. *Autor Plinius libro 29.cap.4.*

Gnātus,ti Filius. { בן *ben.υἱός.* GALLIC. Fils,enfant. ITAL. *Figliuolo.* GERM Ein sohn. HISP. *El hijol.* ANGLIC. *A sonne.*} cui eadem ratione præponitur g,qua & gnaro. [*Plaut. Pseud. sc.2.a.1.* Duo gnati Iouis. (sup.Zetus & Amphion.)] *Cic.pro Planco,* Quanquam ad præcepta ætas non est gnati, ex poëta. *Idem 1. de Diuin.* O gnata,&c.Dulces gnati, *Lucr.lib.4.*

[Gnatus participium,*Vide* Natus.]

Gnāuus, ui, & Nauus, Celer,strenuus, { גבור אביר *ʾabír* שקר *ghibbór* *shakár* *chokedh.δεξτικὸς, ὀξυτικὸς.* GALLIC. Diligent,habile. ITA. *Presto, diligente.* GERM. Fertig/geflissen/hurtig. HISPANIC. *Prompto,vigilante, presto.* ANGLIC. *Valiant,iustie,actiue and quicke.* } A nauium celeritate,vt quibusdam placet. Grammatici protesin figuram appellant, quando apponitur litera principio dictionis : vt,Gnatus,pro natus, gnotus,pro notus. *Plaut. Mostell.* Simul autem gnauos esse ad hanc rem mecum vos omnes volo. *Horat.1. Epistol.6.* Gnauus mane forum, & vespertinus pete tectum. *Ouid.1 de Ponto, Eleg.11.* Nectar , & ambrosiam , latices, epulásque deorum Det mihi formosa gnaua iuuenta manu.

Gnāuiter,aduerbium,diligenter,accuratè,studiosè. {δεξτικῶς, δεξτερίως. GALLI. Diligemment habilement. ITA. *Diligentemente,valorosamẽte.* GERM. Fleissiglich/fruitlich. HISP. *Prompta y diligentemente.* ANG. *Valiantlye,lustelye.* } *Liu.10.ab Vrbe,* Ibi aliquandiu nec cessatum ab armis,nec gnauiter pugnatum. *Plaut.Cistell.* Vt me,quem ego amarem gnauiter,sineret cum eo viuere.

Gnēsi ŏn, γνήσιον. Aquilæ genus,à Latinis syncerum interpretatur,velut verum solúmque incorruptæ originis: media magnitudine , colore subrutilo,raro visum. *Plin.lib.10.cap.3.*

Gneus,corporis insigne,& prænomen à generando dictum: vt ex Græco γένεσις apparet. *Festus.*

Gnidē,siue potius Cnide , κνίδη,Piscis genus, quod Latini Vrticam appellant. Nomen accepit ἀπὸ τῶ κνίδειν,hoc est à mordendo.

Gnĭdŭs,γνίδος. Vulgò *Cabo crio.* Vrbs insignis in extremo cornu peninsulæ Cariæ adhærentis sita. Veneris templo & signo Praxitelis in primis nobilis. *Horat.in Carm.Ode 30* O Venus regina Gnidi,Paphíque. E Gnido viri memorabiles fuerunt,Eudoxus mathematicus Platonis sodalis,Agatharcides Peripateticus,historiæ conditor. *Theopompus, Iulio Cæsari familiaris* , Artemidorus eius filius , & his antiquior Ctesias , qui Xerxem medicatus est , & res Syriacas Persicásque conscripsit.

Gnīdĭus,a,um,vt Gnidia Venus. *Cic.de Diuin.*

Gnomā , *inquit Festus* , Genus est machinæ, qua regiones agrorum dignoscuntur : quod Græci dicunt γνώμονα. {ANG. *An instrument or rule or measure land.*} ¶Gnomæ item, משלים *meschalim* γνῶμαι, dicuntur memorabiles sententiæ omnium iudicio , & assensu comprobatæ. *Vide Quint.lib.8.cap.5.*

Gnōmōn ,onis, { γνώμων. ANGL. *That which sheweth the houres in a diall.*} Est stylus in medio horologij solaris,vmbra sua horas indicãs, quem *Plinius* Vmbilicum solis vocat. ita enim ait *lib.2.cap.71.* Solis itaque vmbilici , quem gnomonem appellant : vmbra in Ægypto, meridiano tempore,æquinoctij die paulò plus, quàm dimidiam gnomonis mensuram efficit : in vrbe Roma,nona pars gnomonis deest vmbræ.In oppido Ancona supereſt , quinta trigesima,&c. Gnomon & regula,ὁ γνώμων ἡ κανὼν , prouerbio vocatur quod in re quapiam est præcipuum;& ad quod vnum reliqua omnia tanquam ad regulã referuntur.

¶Gnomones, γνώμονες,etiam dicuntur dentes iumentorũ,quibus ætas illorum dignoscitur. { ANG. *The toothe whereby the age of beastes is knowen.*} vnde agnomones,ὠγνώμονες dicuntur,quorum ætas dentib. perspici non potest.

Gnōsĭdĭcŭs,γνωσίδικος. Clarissimus Asclepiadarum Nebri filius , pater Hippocratis , Ænei & Podalirij : auus autem Heraclidæ , qui pater fuit Hippocratis medicorum omnium doctissimi. *Autor Steph.in dictione* COS.

Gnōssŏs,κνωσσός. Vulgò *Candia.* Vrbs Cretæ fuit Minois regia, quæ alio nomine Cerathus , *vt scribit Strabo* , appellata fuit à fluuio eius nominis.

Gnōsĭŭs,a,um,quod est ex Gnosso vrbe: vt Gnossius ciuis , Gnosia littora , Gnossia regna. *Ouid. in Epist. Parid.* Non habuit tempus,quo Gnossia regna videret, Aptius.

¶Pro eodem etiam dicitur Gnossiacus , ã, um: vt,Corona Gnossiaca, *apud Stat.lib.1.Syl.*

Gnōsĭus,a,um,idem quod Gnossius. *Lucan.lib.3.* Creta vetus populis, Gnosiásque agitare pharetras Docta.

Gnōsĭs , idis , Patronymicum fœmininum. *Ouid. Epist.21.* Et Phœbus Daphnen,& Gnossida Bacchus amauit.

Gnōstĭcī,γνωστικοὶ,Hæretici quidam erant,*de quibus frequens est mentio in Epistolis D.Hieronymi.*

G ante O

GOTHI , In notis antiquorum , Gothicus. G. P. gula parentum.

Gŏarenē,es,γοαρηνὴ,Regio Arabiæ non procul à Damasco,quæ & Gorea,γοάρεια dicitur. *Autor Steph.*

Gŏraeum , γοβαῖον , Promontorium Galliæ Lugdunensis, *apud Ptolom. lib. 2. cap. 8.* In plerisque exemplaribus Gabeum legitur , non Gobæum.

Gōbĭŭs,bij,{κωβιός. GALLIC. Vn poisson nommé goujon. ITAL. *Gobio pesce,goato.* GERM. Ein gõb/ist ein meerfisch. HISPAN. *Cierto pelcado.* ANG. *A gugion.* } Piscis exiguus qui & gobio dicitur *Iuuen Satyr. 11.* Nec nullum cupias,quum sit tibi gobio tantùm In loculis. *Martial. lib.13.* Principium cœnæ gobius esse solet.

Gōbrўas , γωβρύας , Nobilis Persarum Satrapes fuit , vnus ex iis qui cum Dario coniuratunt aduersus Magos. Nam erat Darij socer, antequam regnum Darius ipse adipisceretur, *vt ostendit Herodotus initio lib.7.*

Gŏĕtĭă , {כשף *chasscháph.* γοητία. } Incantatio, impostura, præstigiatura.Quomodo autem differat à pharmacia, *vide apud Cæl. Rhodig. lib. 5.c.61.*

GOG, גוג *ghogh* & MAGOG, מגוג *maghógh.* Voces sunt in Sacris literis aliquoties repetitæ,quibus sunt qui putent gentes Scythicas significari. *Hieronymus tamen in Ezechielem* mauult allegoricum sensum subesse nullósque iis nominibus significari.

Gol gi , orum , γολγοὶ *Stephano* , Locus est in Cypro insula Veneri & Cupidini sacer. *Catullus in Nupt. Pelei.* Sancte pater, cutis hominum qui gaudia misces , Quique regis Golgos , quique Idalium frondosum. Quo in loco in omnibus fere exemplaribus hactenus corruptè lectum est Colchos : Aldi vetus editio tamen *Golgos* habet.

Gomolitae,γομολίται, populi Idumææ Gomphi. Vide Philippi, & Gomorrhum,vtroque modo oppida. *Solin.*

Gomŏrrhă, æ,vel Gomorrhvm, rhi,(vtroque enim modo dicitur,) עמרה *ʾamoráh* oppidum Iudææ , ab Asphaltite lacu hausturn,quemadmodum & Sodoma,& alia nonnulla. *Vide Solinum.*

Gomphī,γόμφοι,vrbs Thessaliæ, *Steph.*

Gondraē,γόνδραι , Populi Thraciæ, *apud Herod.* Cindra & Rhonda legitur. *Steph.*

Gonei,γονεῖς , Vrbs Thraciæ , cuius incolas aliqui vocant Adrianopolitas, *Steph.*

Gonni,γόννοι vel γόννος,& γόννη,Vrbs Perrhæbiæ à Cuneo quodam Cyphi nepote dicta: Regia Gonnia, *Steph.* vide Gonusa.

Gonnvs , Vrbs est in superiori parte Thessaliæ , vnde ad Thessaliam introitus comperitur.

Gonorrhœă, { קרה לילה *mikkeréh lájelah* γονόῤῥοια. } Vitium est membrorum genitalium, quum præter voluntatem sperma colloboranti effluit:quod genus vitij prouenire solet ex retentricis facultatis imbecillitate. Qui verò hoc vitij patiũtur,gonorrhœi , γονόῤῥοιοι, appellantur. γονὴ nanque semen significat, ῥέω fluo. *Vide Galenum de Locis affectis lib.6.*

Gonos,γονοὶ , Thraciæ oppidum est , non procul à Philippis & Ergino fluuio. *Autor Plin.lib. 4.cap.11.*

Gonvsa,Perrhæbiæ vrbs. *Steph.*

Gorama,Regio Arabum Scenitarum,cuius incolæ Goramei.

Gordiani, Tres fuerunt Romanorum Imperatores,pater,filius,& nepos. *Vide Herodianum lib.8.*

Gordĭvs,γόρδιος,Phrygiæ rex fuit,rusticus alioquin & ignobilis. Quum enim Phrygibus oraculum de rege creando consulentibus , responsum esset,vt eum in regem deligerent,qui primus templum ingrederetur, euenit vt Gordius summo mane ad agrum properans,loráque plaustri gestans,primus templum introiret. Quare ab omnibus rex consalutatus,lora ad rei memoriam in templo suspendit , in quibus erat nodus adeò perplexus, vt indissolubilis putaretur,circunferebatúrque oraculum,vt regno potiretur qui lora dissolueret. Hunc nodum Alexander quum dissoluere non posset,ense dissecuit.Hinc factum est,vt Nodus Gordius , notissimo prouerbio dicatur de rebus indissolubilibus.

Gordivm,γόρδιον,vrbs magna Phrygiæ iuxta Cappadociam, à Gordio patre Midæ.

Gordii mvrvs , γορδιοῦτειχος , Vrbs Midæ , à Gordio filio condita.

Gordiaea , γορδιαία, regio Persica , à Gordia Triptolemi filio , &c. *Stephanus* vocat Gordos & Gordochos hos populos, & montes Gordiæos.

Gordynia,γορδυνία,vrbs Macedoniæ, *Steph.*

Gorgias , γοργίας , Leontinus fuit Rhetor , Empedoclis discipulus,& Isocratis præceptor, *vt scribit Quint. lib.3 cap.2.* cui tanta fuit artis fiducia,vt de omni re , quæcunque in disceptationem quæst onémq; vocaretur , se copiosissimè dicturum esse profiteretur. *Meminit eius Cic.in Bruto , & libris de Oratore.* Hic arte sua tantum pecuniæ corrasit,vt auream statuam primus omnium poneret in templo Apollinis Delphici.

Gorgones,pen.cor.γοργόνες,Dictæ sunt Phorci filiæ,Medusa,Sthenyo,& Euryale : quæ Dorcadas insulas in Oceano Æthiopico sitas habitasse dicuntur , contra Hesperidum hortos.Nomen habent à truculentia,quam Græci γοργότητα appellant. Scribit *Diodorus* fœminas fuisse in Africa bellicosas , aduersus quas Perseus bellum gesserit, & earum reginam Medusam debellauerit , ac interfecerit. Vide MEDVSA, & PEGASVS.

Gorgŏnĕus , a,um, γοργόνειος , Nomen possessiuum. *Ouid.2.Metam.* Gorgoneas tetigisse domos.

[Gorgophone , Amphitruonis Amita. *Plaut. Amphitr. sc. 4. a.4.* Ego idem ille sum Amphitruo , Gorgophones nepos Imperator Thebanorum,&c.]

Gorgŏphŏrŏs,γοργοφόρος,Palladis epitheton est, quasi Gorgonem ferens. in eius enim scuto pictum est Medusæ Gorgonis caput. *Cicer. antequam iret in exilium,* Teque Tritonia armipotens,gorgophora Pallas, Minerua cæterique dij,deæque immortales,&c.

Gorgŏnĭă , γοργόνεια , *teste Plin.lib.39. cap.10.* nihil aliud est quàm corralium : ita dictum , quòd ex aquis exemptum , protinus in duritiem lapidis conuertatur , quemadmodum illi qui gorgonas aspexerant.

Gorgўthiōn, γοργυθίων , Priami filius ex Castianira Threissa susceptus,qui postea in bello Troiano à Teucro Telamonis filio confossus occubuit. *Autor Homer.Iliad.8.*

Gorgonivs, Viri proprium malè olentis. *Horat.1.Serm.* Pastillos Rufillus olet,Gorgonius hircum.

Gortyn , siue Gortys, ynis , siue Gortyna, næ, γόρτυν,ὴ γόρτυς, *Stephan.* Oppidum mediterraneum Cretæ insulæ,ad Lethæum fluuium , *cuius meminit Plin.lib.4. cap.12.*

Gortynius , ia , ium , γορτύνιος , vt, Gortynia spicula, *apud Stat.lib.5. Thebaidos.*

Gorthynis , idis,patronymicum fœmininum,γορθυνίς. *Lucanus libro sex-*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

to, Dictæa procul ecce manu Gortynis arundo Tenditur in Sæ-uam.

Gossipium, {ANG. *The tree that beareth cotton, also cotton.*} Frutex est ex superiori parte Ægypti, quæ in Arabiam vergit, primùm allatus, hunc etiam in quibusdam Italiæ locis nascens: ex quo lina fiunt quæ gossipina dicuntur. Alio nomine dicitur xylon, ξύλον, & lina ex eo confecta, xylina *Plin. lib. 19. c. 1.* Superior pars Ægypti in Arabiam vergens gignit fruticem, quem aliqui gossipion vocant: plures, xylon: & ideo lina inde facta, xylina. Paruulus est, similémque barbatæ nucis defert fructum, cuius ex interiore bombyce lanugo netur. Nec sunt vlla eis in candore, mollitiáve præferenda. *Ex quibus Plinij verbis* sátis cóstat gossipion fruticem esse, qui lanam illam molliſſimam profert, quam vulgo vocant *Cotonium*, quod & ipsum Latinè vocare possumus linum gossipinum, vel xylinum. Hunc fruticem nos aliquando in Italia vidimus, pomúmque eius mali cotonei similitudine, quod matureſcens, lanæ, quam includit, copia dirumpitur, linúmque intuſum detegit.

[GÖTHIA, Regio Europæ, contermina Daniæ & Noruegiæ. {GER. *Gottland/ist ein mittnächtige landtschafft / stosset an Swedien vnnd Nortwegen.*} Ex qua Gothi immanis populi, qui olim Italiam armis subegerunt, Romámque ipsam solo æquarunt, suámque in totum orbem inuexerunt barbariem. Hæc dictio potiùs videtur vnico t, scribenda, quum à Latinis poëtis prima syllaba fere semper corripiatur. *Ausonius*, Hinc possem victos inde referre Gothos. *Et sæpiùs apud Claudianum.* Non multùm tamen peccauerit qui consonantem geminabit: quod & in Græcis aliquot codicibus factitatum animaduertimus.

G ante R

G. R In notis antiquorum, Genus Regium, vel rerum. G R. gerens vel gerit. GRA. Gracchus. GR. AT. RS B. genitur autē reseruator bonus vel gerit rem Senatus benè. GRC. Græcus GR. D. gratis dedit, vel datum. GR. E. gratia eius GRT. getit. GRM. HI. RQ. genus regium hic requieſcit. GS. gesserunt. GS. genus, vel gessit. GS. genio sacrum. GT. gentem vel gentes.

Grab, Fistula, oculi morbus.

Grabātus, ti. {ערש *béres* κεφάβατος. *Suida.*} GA. Vn petit lit sur quoy on se repoſoit sur le iour. ITAL. *Letticello.* GERM. Ein gautsch/oder lotterbet HIS. *Lecho pobre.* AN. *A litle bedde or couche.*} pe. pro. Lectus exiguus, in quo meridiari solent: dictus quasi carebatus, quòd in eo capite recumbamus, κεφὰ enim caput, βατὸν peruium Græci dicunt. Alij κεφάβατον, παρὰ τὸ κρεμᾶν τὰς βάσεις, hoc est à suspendendis pedibus dictum malunt. Vnde & pro lectis pauperum & mendicantium grabati accipi solent. *Cic. lib. 2. de Diuin.* diuersa facit lectos, & grabatos, quum air, Venit enim iam in contentionem vtrum sit probabilius, Deósne immortales, rerum omnium præstantia excellentes, circumcursare omnium mortalium, qui vbique sunt, non modò lectos, verùm etiam grabatos: & quum stertentes aliquos viderint, obiicere iis visa quædam tortuosa, & obscura. Apud Latinos primam corripit sed apud Græcos eandem producit, & duplici ββ scribitur. *Virg. in Moret.* Membra leuat sensim vili demissa grabato. *Mart. lib. 6.* Sed si nec focus est, mundi nec sponda grabati.

GRACCHVRIS, Vrbs Iberiæ, ita nominata à Sempronio Gracchо, qui accepris in deditionem Celtiberis, hanc vrbem, quæ antea Ilurcia dicebatur, splendidiùs restitutam, vt superesset rerum à se gestarum monimentum, à suo nomine appellauit Gracchurim.

GRACCHVS, Semproniæ familiæ cognomen fuit, ex qua fuit Tib. Gracchus Caij & Tiberii pater, qui in Hispaniam Proconsul missus, Celtiberos in deditionem accepit, Ilurciámque eorum oppidum splendidiùs à se restitutum, vt gestarum à se rerum memoria superesset, de suo nomine Gracchurim appellauit. Huic vxor fuit Cornelia ex Scipionum familia, insigni pudicitia, & eruditione mulier, ex qua Tyberium & Caium Gracchos suscepit genero ſiſſimæ quidem indolis iuuenes, eloquentiáque imprimis admirabiles, cæterùm popularis auræ plus satis auidos. Quæ res fecit, vt relictis optimatibus ad plebem se contulerint, legésque Agrarias perpetuos seditionum fomites in lucem reduxerint: neque antea quieuerint, donec Senatum in suam necem armarent. Tiberius prior occisus est in concione à Publio Nasica. Caius autem biennio post quum montem Capitolinum occupasset, à consule Opimio. *Vide plura apud Plutarchum in vita Gracchorum.*

Grācilis, le, adiect. pen. cor. gracilentus, Tenuis, macilentus. {דק *dak* דאל *dâal*, כחוש *chachûsch.* ἰσχνὸς, λεπτὸς. GALLIC. Greſle, maigre, mince, menu, delié. ITAL. *Sottile, magro, scarno, tenue.* GERMA. Rañ/klein/mager HISPAN. *Magro, sutil, delgado.* ANGL. *Slender, thinne, leane, small.*} *Terent. in Eunucho.* Haud similis virgo est viginum noſtrarum quas matres student Demiſſis humeris esse, vincto pectore, vt graciles sient. *Turpilius*, Noſti quàm sit gracilis corpore. Gracilis lapis. Gracile marmor. Gracili nucleo glans. Graciles vindemiæ, *apud Plinium* leguntur. Gracilis liber. *Mart. lib. 8.* Si quid fortè petam timido gracilíque libello. [*Ouid. Eleg. vlt. lib. 4. Triſt.* Et gracilis ſtructos effugit vmbra rogos.] ¶ Gracili ponitur pro molli. λεπτὸς. *Horat. lib. 1. Carm.* Quis multa gracilis te puer in rosa.

Grācilitās, tatis Corporis habitus tenuior. {דלה *dalláh* כחש *chasch.* ἰσχνότης. GAL. Graisleté, maigreté, maigreur. ITAL. *Sottilezza, magrezza, tenuità.* GERM. Rañheit/dünne. HISP. *Magrezza, sotileza, delgadez.* ANGL. *Leaneſſe, slenderneſſe.*} *Cicero secundo de Claris Oratoribus*, Habet enim certos sui studioſos, qui non tàm habitus corporis optimos, quàm gracilitates consectantur. *Ibidem*, Erat eo tempore in nobis summa gracilitas, & infirmitas corporis. *Gell. c. 19. l. 13.* loquens de pronunciatione vocis turrim: Quæ sunt, inquit, iucundioris gracilitatis &c.

Grācilitudo, dinis, gracilitas. *Accius in Amph.* & statuæ gracilitudo, & propemodum luctus facit ne dubitem. *Nonius.*

Grācilēns, tis, omnis generis. Antiquis idem erat quod gracilis. *Næuius in Proteſilao*, Demam gracilentis colorem, dum ex hoc gracilens fit. *Nonius.*

Grācilēntus, a, um, gracilis. ὁ ἢ τὸ λεπτομερὴς, ἰσχνός. *Ennius lib. 7.* Deducunt habiles gladios filo gracilento. *Nonius.* [*Gellius cap. 12. lib. 4.* Gracilentus equus.]

Grācileſco, is, ere, gracilis & tenuis fio. {כחש *chachasch.* ἰσχναίνομαι. GAL. Deuenir greſle, & menu, amaigrir. ITA. *Dimagrare, diuenir magro, scarno.* GER. Rañ vnnd klein werden/mager werden. HIS. *Emagreſcer.* ANGL. *To waxe leane or slender.*} *Plin. lib. 17. cap. 22.* Quum aliàs fœtimatione pariendi gracileſcat.

Grācus, siue quod vsitatus est, Graculus, nomen auis, cornici similis, niſi quòd minor est: à voce quam edit, vel à gerendo dicta, quòd iacta segetum semina gerat: vel quia ex oliuetis cubitum se recipiens, duas pe dibus baccas, tertiam ore ferat, seu etiam quòd gregatim volitet: sicue à gracilitate corporis. {κολοιὸς, ὁ κορακίας. GAL. Vn gay ou guay. ITA. *Cornacchia.* GER. Ein dieb oder dull. HIS. *El grajo.* ANGL. *A dawe corghe, or eadeſſe.*} Est huic furandi natura, ex quo nonnulli moſe dulam eam appellauêre, à furandis monetis. Exprimit sermonem humanum, & cauea emissus reuertitur. Harum animum tria sunt genera: Maiuſculæ similiores sunt cornicibus niſi quòd nigriores: minimæ, & inter eas mediæ, quibus roſtra, & pedes rubent. *Plinius libro 10. cap. 29.* Transpadana Italia iuxta Alpes Latium lacum appellat, amœnum arbuſto agrum, ad quem ciconiæ non transmeant, sicuti nec octauum circa lapidem ab eo, immensa alioqui finitimo Inſubrium tractu examina graculorum, monedularum: cui soli aui foracitas auri, argentíque præcipuè mira est. Quo ex loco facilè apparet monedulam esse speciem graculi.

¶ Æsopicus graculus, ἀλοτρίοις κολοιὸς, dicitur qui aliena sibi vsurpat, alorúmque bonis se venditat. *Lucianus & Horat.* Tractum ab Æsopi apologo. Semper graculus aſſidet graculo, ἀεὶ κολοιὸς παρὰ κολοιὸν ἵζανει. Hoc est, Simile gaudet simili. *Refertur à Diogeniano, notaturque ab Ariſtotele.*

¶ Sumitur etiam Graculus pro piſcis genere, qui & monedula dicitur à *Plinio*, Græcè κολιάς.

Grādātim, Gradatio, Gradior, Gradiuus, *Vide* GRADIS.

Grādūs, huius gradus, masc. ge. à gradiendo, id est eundo. {מעגל *maahregháh* מערה *maʿhaláh* כבש *chebesch.* κλίμαξ. GALL. Degré, pas marché. ITA. *Scaglione, grado.* GER. Ein tritt, item, ein staffel/ seiget. HIS. *Escalon grada.* ANG. *A degre, or steppe.*} Sunt etiā gradus ex quib. scalæ constant, & quibus ad ædificiorum altiora conscenditur. *Cic. ad Att.* Gradus templorum ab infirma plebe compleri erant. *Idem pro Seſtio*, Gradus eiusdem templi tollebantur. *Virgil. 1. Æneid.* Ærea qui gradibus surgebant limina.

Gradus etiam idem interdum est quod greſſus, βῆμα: hoc est gradientium pedum vicisſitudo, *vt apud Virgilium 3. Georg.* Carpere mox gyrum incipiat gradibuſque sonare Compoſitis. Addere gradum, pro accelerare. *Liuius lib. 26.* Alacréſque milites alius alium vt adderet gradum. memor ad defendendum ire patriam, hortabantur. [*Plaut. Pseu. sc. 4. a 2.* Confer gradum contrà pariter. *Idem Aulul. sc. 1. a. 5. E.* Congrediar. L. Contollam gradum. *Idem Pl. Men. sc. 2. a. 5.* gradum proferam, (id est, progredi properabo.) *Idem*, Teſtudineum hunc ego tibi grandibo gradum. Vide Teſtudineus, & Grandius. *Plaut. Men. sc. 3. a. 3.* propera Menæchius, fer pedem, confer gradum. *Senec. cap. 11. de Conſol. ad Mart.* Non dispari gradu vadit huc (ad mortem) omnis turba. *Idem. lib. cap. 20.* Licet vno gradu (mortis) ad libertatem transire. *Quintilian.* Si quid titubauerint (teſtes) velut in gradum reponantur. *Senec. c. 3. de Tranquill.* Gradu relato cedendum & saluis signis. *Ibidem. cap. 13.* In vltimo gradu positus. (id est mortis tempore) *Ouid. Eleg. 1. lib. 3. Triſt.* Gradib. sublimia celsis Templa, *& Eleg. 11.* Quis gradus vlterior quò se tua porrigat ira? *Idem Eleg. 12.* Et fieri famæ parsque, gradúsque poteſt. ¶ In gradus comam frangere, *Quintilian. cap. 12. li. 1.* formare. *Suet. in Neron. cap. 51.* formata in gradus coma. Item in gradus atque annulos comptum caput.] ¶ Pleno gradu quadam prouerbii specie dicuntur ingreſſi, qui aliquid magno ſtudio inſtituerunt: contrà, qui leuiter rem quampiam attigerunt, ingreſſi sumnio pede, *Tribonius lib. 12.* [*Et Liuius lib. 9.*]

¶ Gradum facere dicimus, vt si in arborem tectúmue scandere velim, ex saxo, aut scamno, aliquáve alia re, gradum facio, βάσιν, κλίμακα ποιεῖν. *Valla lib. 5. cap. 26.* Gradum facere non est transitum facere, sed aliquam rem gradum & quasi scalam ad alia facere, *Ouidius 4. Metamorph.* Notitiam, primóſque gradus vicinia fecit. [Imò de transitu ad alium vſurpauit *Plaut. in Cure. sc. 2. a. 1.* Fac Grandiorem gradum ad me. *& Quintil.* facere gradum ad alia. *& Liuius 6. ab vrb.* Iam eo gradum feciſſe plebeios, vnde peruenire ad summa poſſent.]

¶ Gradum iacere ad aliquam rem, metaphoricè, quod vulgò, *Facere ingreſſum* dicunt. *Cicero contra Rullum*, Hunc quasi gradum quendam, atque aditum ad cætera iactum intelligetis.

Gradum inferre. *Liuius*, Tandem gradum Romani acriùs intulerũt, ceſsítque Luſitanus. *Tacitus libro 19.* Gradum inferunt quasi recentibus auxiliis aucti. ¶ Gradu mouere, est retro agere, pro pellere retrorsum. *Liuius*, Primùm gradu mouerunt hoſtem, deinde pepulerunt, poſtremò haud dubiè auertunt.

¶ Deiici de gradu, est amittere constantiam, & animi magnitudiné. ἀπὸ τῆ φρονήματος καθαιρεῖσθαι. *Cicer. 1. Offic.* Fortis enim animi est, non perturbari in rebus aſperis, nec tumultuantem de gradu deiici, vti dicitur: sed præsentis animi vti consilio. Sic etiam Gradu dimoueri, est ab existimatione priſtina deiici, & deturbari. *Cicer. 2. Tuſculan.* Non sentiunt viri fortes in acie vulnera: vel si sentiunt, se mori malunt, quàm tantummodò de dignitatis gradu dimoueri, id est quàm indignum sese aliquid admittere. ¶ Venire gradib. *Cic. 1. de Nat. deor.* Nam à beatis ad virtutem, à virtute ad rationem video te veniſſe gradibus. ¶ Interdum etiam Gradus accipitur pro existimatione, & loco honoris. *Cicer. 2. Philipp.* Est enim querela mihi neceſsaria pro hoc gradu, in quo me S. P. Q. R. collocauit. [¶ *Suet. in Aug. cap. 49.* definitis pro gradu cuiusque (militis præmiis: ſtipendiſque sup.) id est pro ordine siue dignitate.]

¶ Gradus quoque cognationis dicti sunt, ad similitudinem scalarum, locorúmve decliuium, quos ita ingredimur, vt à proximo in proximum,

mum,id est in illum qui quasi ex illo nascitur,veniamus.Quapropter graduum huiusmodi alios superioris ordinis esse Caius scribit, vt sunt pater & mater, qui sunt in proximo gradu: in secundo, auus & auia:in tertio,proauus & proauia.Alios inferioris,vt liberi. Alios ex transuerso,siue latere,vt fratres & sorores, liberique eorum.] *Ouid. 13.Metam.* Nostri quoque sanguinis autor Iuppiter est,totidéque gradus distamus ab illo. *Suet.in Tiber. cap.* 10. Vsurpare secundum gradum,dixit,de hæredibus loquens. ¶Gradus ætatis. *Suet.in August. c.* 79.]*Gradus pro occasione & facultate,& præparatione. *Cic.Attico lib.*7. Mihi venit in mentem multum fore sermonem, me iudicium iam de causa publica fecisse,qua desperata, quasi hunc gradum mei reditus esse,quòd mulieres reuertissent.

¶A gradus fiunt Tardigradus,da, dum, pen. cor. qui tardè graditur. βραδύπους. Vnde testudinem tardigradam dicimus. Spissigradus pro frequenti graduum motu incedente. *Plaut.* Pœn. Spissigradissimos, tardiores multo,quàm corbitæ sint in tranquillo mari.[¶Sedato gradu. *Liuius l.*5.*bel.Pun.*]

Grădior,eris,gressus sum,Vado,incedo,ambulo,eo, progredior. {הלך *haláech* צעד *tsaádh.*βαίνω.GAL. Marcher.ITAL. *Andare,passeggiare.* GER.Gehen/treten.HIS *Andar passo à passo.*ANG.*Togo or walk.*}*Virg.* 1. *Æneid.* Ipse vno graditur comitatus Achate. *Cicer.* 2. *de Natura deorum,*Iam verò alia animalia gradiendo, alia serpendo ad pastum accedunt.*Idem* 1.*Tusculan.* Fidenti animo,si ita res fert, gradietur ad mortem.[*Plaut.Amphitr.*Oppressulatas altè fores graditur. Sequitur obambulat. *Idem Pseu.sc* 7.4 +. Si graderere tantum, quantum loquere, Iam isses ad forum ¶Vox siue clamor graditur foràs: Lucrequere, Iam issem ad forum ¶Vox siue clamor graditur foràs: Lucretius apud *Gellium cap.*26.*lib.*10 vbi plura de hoc verbo,& illius comtius positis]

¶Huius composita sunt Aggredior,antegredior, congredior, digredior,egredior:de quibus alib. Ingredior, introgredior, prætergredior,progredior,regredior,subtergredior, supergredior, & transgredior:*quorum significata vide suis locis.*

Grēssŭs,sa,sum participium à gradior. {הלך *holéch* צעד *tsoħedh.* βεβηκώς.}*Virg.* 6. *Æneid.*& pariter gressi per opaca viarum.

Grēssŭs,sus, Progressus, incessus, ambulatio. {צעד *tsaħadh.*βάσις.GAL. Marcheure,marche,pas,alleure.ITA.*L'andare passo.*GER.Ein gang/tritt.HIS.*El passo ò la obra de andar.*ANG.*A steppe or going.*} *Cicer.* 1. *Offic.*Cauendum est autem ne aut tarditatibus vtamur in gressu mollioribus,&c.*Virg.*3.*Georg.* Insultare solo, & gressus glomerare superbos.[Gressus orationis.*Gell.*c.13.*lib.*11.]

Grădātŭs, a,um, In modum graduum factum. {κλιμακηδόν. GALLICE. Fait en degrez. ITAL.*Fatto in gradi.* GERM.Wie die staffeln gemacht. HISP.*Echo en escalones.* ANG. *Made by de grees and steppes* ¿ *Plin. lib.*13. *cap.* 4. Densis, gradatisque corticum pollicibus. *Plinius in Epist.* Omnia maceria muniuntur, hanc gradata buxus operit & subtrahit.

Grădātĭo, Apud Rhetores dicitur quum ex prima sententia oritur secunda,& ex secunda tertia,atque ita deinceps.κλῖμαξ. *Cic.*3 *de Orat.* Est etiam Gradatio quædam & conuersio. & verborum concinna transgressio.*Autor ad Herennium lib.*4 Gradatio est in qua non ante ad consequens verbum descenditur, quàm ad superius conscensum est:hoc modo. Nam quæ reliqua spes libertatis manet, si illis & quod libet, licet: & quod licet, possunt: & quod possunt, audent: & quod audent, faciunt, & quod faciunt, vobis molestum non est.

Grădārĭi equi,qui sine succussatione molliter incedunt.{ἱππορρεῖς.GA. Cheuaux qui vont vn bon pas,qui vont à l'amble. ITA. *Caualli che hanno buon andare.*GER.Zält ross HISP. *Caualos ambladores.* ANG. *Ambling horses.*}*Lucil.lib.*14. Ipse equus non formosus, gradarius optimus.

Grădātim,aduerbium,per gradus,ordine.{κλιμακηδόν. GAL. Par degrez, degre en degré,petit à petit,pas à pas. ITA. *Passo passo,à passo à passo.* GER.Von einem tritt oder staffel zu dem anderen/süss für süss/gemächlich. HIS.*De passo en passo.*ANG *By degrees,in order by litle and litle.*}*Var. lib.*1.*de Re rust.*Cato quidem(*inquit*) gradatim alium præponens alij agrum meliorem dicit esse in nouem discriminibus.*Plin.lib.*33.*cap.*4. Fossæ in quas perfluat,cauantur: agogas vocant: eæ sternuntur gradatim.

¶Gradarim,pro sensim,paulatim,ordinatè,& lentè.βάδην. *Cic. Dolabellæ*, Ita pedetentim & gradatim tùm accessus à te ad causam facti, tùm recessus. *Idem* 1. *Tusc.* Tamen ita faciles interrogationes sunt, vt gradatim respondens eo perueniat quasi geometrica didicisset.

GRĀDĪVŬS,penultima producta, Martis cognomen, à gradiendo (*vt Festus ait.*){GER.Ein zunam Martis.}quia gradatim,& per ordines in bellum itur,ἀφῆς.Siue à vibratione hastæ, quod Græci vocant κραδεύειν. Sunt tamen qui à gramine dictum putent, quia gramine sit ortus. Vnde & graminea corona in re militari maximæ est honorationis. *Hæc ille.*¶Alij Gradiuum,non Latinum,nec Græcum, sed Thracium vocabulum esse,& significare bellicosum ac fortem dicunt. *Virgil.* 3. *Æneid.* Gradiuúm ue patrem Geticis qui præsidet aruis. Gradiuus Mars dicitur, quum sæuit,*inquit Seruius* : quum tranquillus, Quirinus. Denique in Vrbe duo eius templa sunt: vnum Quirini intra Vrbem, quasi custodis & tranquilli. Alterum in Appia via, extra Vrbem prope portam, quasi bellatoris vel gradiui. *Hæc Seruius.*

Grādīvĭcŏlă,læ,Qui colit Martem.*Silius lib.*4.-iaculatorémque Sabellum,Et Gradiuicolam celso de colle Tudertem.

GRAĒ,γραῖαι.Tres fuerunt sorores, Phorci filiæ, vnicum tantùm habentes oculum & dentem,quibus vicissim inter se tres vtebantur.Harum ope Perseus ad Gorgonas peruenit. *Vide prouerbium apud Erasmum,*Orci galea,vbi hæc omnia copiosiùs.

GRAECĬA,{יון *ján.*ἑλλάς.}Europæ regio est, olim omni disciplinarum genere exculta,hodie, non sine ignominia nominis Christiani, Turcarum imperio subiecta.{GER Griechenland/ist yetz die Türckey.} Hæc à *Ptolemæo* Achaia nominatur. Principium sumit ad Meridiem ab Isthmi Corinthiaci angustiis,indéque ad Septentrionem in Thessaliam vsque & partem Ægæi maris extenditur.Ad Occasum Achelóo fluuio ab Epiro dirimitur. Ab ortu rursus habet mare Ægæum, qua parte Sunium eo abluitur.Scinditur in multas regiones quarum præcipuæ sunt Attica, Bœotia, Phocis & Locris. Dicta est Græcia,à Græco proximo eius prouinciæ rege,*teste Plin. lib.* 4. *cap* 7. *Cic. pro Flacco,*Hæc cuncta Græcia,quæ fama,quæ gloria, quæ doctrina,quæ plurimis artibus,quæ etiam imperio & bellica laude floruit, paruum quendam locum Europæ tenet,sempérque renuit:Italiæ marit mam oram bello superatam cinxit vrbibus. *Idem* 1 *de lege Agraria*, In angustiis & faucibus Græciæ posita erat Corinthus. ¶Magna Græcia dicta est extrema Italiæ ora, à Locris Italiæ fronte initium sumens; in tres recedens maris Ausonij sinus, patens in longitudinem LXXXII. M. pass. *vt ex sententia Varronis tradit Plinius lib.* 3. *cap.*10. Hanc Græci subactam maximis potentissimisque vrbibus frequentarunt:in quibus numerantur Croton, Arpi, Thurium, Tarentum,aliæque complures. *Cic.*2.*de Oratore.*Nam & referta quondam Italia Pythagoreorũ fuit,tum quũ erat in hac gente magna illa Græcia, &c. *Idem* 4.*Tuscul.*Quum floreret in Italia Græcia potentissimis & maximis vrbibus,ea quæ magna nunc est dicta, &c. [*Plaut.Men sc.*1.*a.*2. mare superum Græciámque exoticam.*Ouid.*13.*Metam.*Egi quam mihi mandarat communis Græcia causam.]

Græcŭs,Qui est ex Græcia {יון *ján* ἑλλην.GER.Ein Griech.}*Cic.pro Flacco,*Quanquam quis ignorat, qui modò vnquam mediocriter res istas scire curauit,quin tria Græcorum genera sint verè? quorum vni sunt Athenienses,quæ gens Ionum habebatur: Æoles,alteri:Dores,terti nominabantur.*Idem Qu.fratri, lib.*1.Familiaritates Græcorum neque tam fideles sunt,inuident non nostris solùm,verumetiam suis.*Idem de Aruspicum responsis,* Artibus Græci, Galli robore,Hispani numero,Pœni calliditate valent. [*Sueton.in August. cap.* 45. Græcum certamen.&,Græci Latinique pugiles.*Plaut.Cure.sc* 3.*a.*2. Tum isti Græci palliati capite operto qui ambulant suffarcinati cum libris. *Idem Asin.sc.*3.*a.*1 Græca mercamur fide.]

Græcŭs,ca,cum,adiectiuum.{יון *ján* ἑλληνικός.}vt,Literæ Græcæ.*Cicero de Claris Orat.* Gallus qui maximè omnium nobilium Græcis literis studuit. Exemplaria Græca. *Horat in Arte.* vos exemplaria Græca Nocturna versate manu, versate diurna. Græco more bibere. *Cicero* 3. *Verr.* Fit sermo inter eos & quitatio, vt Græco more biberent.

¶Græca rosa,λυχνὶς στεφανωτική, *Dioscoridi,* violæ magnitudine est; non nisi in locis humidis prouenientis, quinque folia non excedens:omnis odoris expers, coloris tantùm gratia expetita ad coronamenta: vnde & lychnis coronia appellatur. *vide Plin. lib.* 21. *cap.*4.

¶Græca salix,dicitur salix rubra.

Græcē,aduerbium,ἑλληνιστί.*Cic.*1.*de Orat.*Quum ea quę legerem Græcè Latinè redderem. *Idem* 1.*Tusc.*Scis enim me Græcè loqui in Latinó sermone non plus solere quàm in Græco Latinè.

Græcānĭcŭs, ca,cum. *Plin. lib.* 34.*cap.*9.Maximéque ita colorem bibit, quem Græcanicum vocant.

Græcĭēnsĭs,se, Græcus,a,um. *Gell.lib.*16.*c.*10 Offendimus eum cubantem in symposio Græciensi. Sic apud *Plin.* Græcienſe melinum. *lib.* 35,*c.*6.

Græcŭlŭs,diminutiuum.ἑλληνίσκος.*Iuuenal.Satyr.*3. Græculus esuriens in cœlum,iusseris,ibit.Assentator Græculus, *Cicero pro Milone.Idem secundo de Oratore,*Homines Græculos controuersia verbi tandiu torquet. ¶Græcula rosa, diuersum omnino genus est ab eo quod paulò suprà Rosam Græcam appellauimus. Folia habet latissima, sed panniculos ita conuolutos vt nunquam nisi manu coacta dehiscat, sempérque nascenti similis sit. *Autor Plinius libro vigesimo primo, cap.*4: ¶Græcula mala,à patria sic dicta. *Plin.lib.*15. *cap.*4. Patrias nobilitauêre Camerina & Græcula.

Græcārī penult.prod. Est conuiuiis & compotationibus operam dare; {ἑαυτοὺς ἀγειν, κωμάζειν. GER. Schlemmen/im sauffen ligen. ANG. *To banketti and make riotous cheere.*}ab eo quòd Græci gento plurimùm indulgerent, & intemperantiùs in conuiuiis se gererent. Nam quandoquè verba trahuntur à moribus nationum. *Horat.*2.*lib. Ser.Sat.*3. Vel si Romana fatiget Militia assuetum græcari.

Græcīsso,Græcos imitor.ἑλλωίζω.

Græcōstăsĭs,pen. cor. γερουσιαστής. Quasi Græcorum statio, locus Romę celebris.*de quo Varro de lingua Latina libro* 5.sic habet, Ante curiam Hostiliam rostra,cuius id vocabulum ex hostibus,capta fixa sunt rostra. Dextra è comitio locus substructus, vbi nationum subsisterent legati qui ad Senatum essent missi. is gręcostasis appellatur. *Cic.ad Quintum Fratrem lib.* 2. Deinde eius operę repentè à gręcostasi, & gradibus clamorem satis magnum sustulerunt.

GRAĪVS,idem quod Gręcus.{יון *ján* ἑλλην,γραικός.GER. Ein Griech.}*Quint.lib.*8.*cap.*4. Non putent indignum Troiani principes, Graios Troianósque propter speciem Helenę tot mala tanto temporis spatio sustinere. *Virgil.lib.* 4.*Æneid.* Graiúmque ideo bis vindicat armis. [*Plautus Men.sc*, 1.*a.* 5. Graij prędicabant Hecubam esse canem.*Ouidius* 13. *Metam.* De tot graiotum millibus vnum A Diomede legi.

Grāiŭs,a,um,Gręcus,à,um.{יון *ján.*ἑλληνικός.}*Virgil.*3.*Æneid.*Priamiden Helenum Graias regnare per vrbes.

Grāĭŭgĕnæ,narum,pen.cor.Gręci dicti sunt. {יונים *jevanóm.* ἕλληνες.} *Cic.*2 *de Nat.deor.* Graiugena de isto aperit ipsa oratio. *Ex Pacuuio: Virgilius tertio Æneidos,*Graiugenúmque domos,suspectáque linquimus arua.

Grāllæ,rum. {τὰ καλοζαπήλαθρα, ἢ τὰ σκωλοζαπτόντων ἐδάφισματα.GALLI. Eschasses.ITALI.*Zanche:*GERM.Stältzen. HIS.*çancos.*ANG.*Crutches or stiltes.*} Fustes furculas habentes sunt, quibus nituntur qui super iis ambulant.

Grāllātŏr,qui grallis graditur,ac passus ingentes facit. καλοζάπης,σκωλοζαπτίζων. GAL.Qui va sur des eschasses.ITA.*Chi camina conscallo ò çanche.*GER.Der auff stältzen geht.HIS.*El que assianda en çancos* ANG.*He that goeth on stiltes.*} *Plaut.in Pœnul.* At si ad prandium in ędem vos dixissem ducere, vinceretis ceruum cursu, & grallatorem gradu: Grallatores(*inquit Festus*)appellantur pantomimi,qui vt in saltatio-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ne imitarentur Ægipanas, adiectis perticis furculas habentibus, atque in his superstantes ob similitudinem érurum eius generis gradiebantur, vtique propter difficultatem consistendi.

Grallātōrĭŭs, a, um, {ὁ τῶν κωλοβάτων vt, Grallatorius gradus, id est magnus, quales solent esse grallatorum. {AN. *A great long stride as u were with stilles.*} (testudineus gradus, hoc est lentus, quali incedunt testudines. *Plautus in Amphitron.* Abstine, quæso, non potuimus Nostros grandius grandire gradus. A. Siue grallatorius, siue testudineus fuerit, certum est mihi hunc scelestum perdere.

Grāmen, minis, Herba vulgatissima, sic dicta à gradiendo, hoc est progrediendo, siue serpendo, quòd geniculatis internodiis mirificè serpat, crebróque nouas spargat radices. {עשׂב דשא *deschè hesét achu*, ἄγρωστις. GALL. Dent de chien. ITA. *Gramigna.* GER. Graß. HISP. *La yerua que diz en grama.* AN. *Graße.*} Hæc herba, *vt autor est Plin. li. 24. cap. 19.*) iumentis est gratissima, siue viridis sit, siue in fœno siccata. *Vir. in Buc.* nulla neque amnem Libauit quadrupes, nec graminis attigit herbam. [*Ouid. Eleg 8. lib 4. Trist.* Languidus in pratis gramina carpit equus. *Ibid Eleg. 1. lib. 5.* Mollia quot mattis gramina corpus habet. *Cicero 2. de Finibus,* Tua sint Puteolis gramina. *Liuius 1. ab Vrbe,* Fecialis ex arce graminis herbam puram attulit. Gramen floreum. *Martialis li. 9.* Sit in gramine floreo recliuis.

Grāmĭnĕus, a, um, Quod ex gramine est factum. {ὁ τῆς ἀγρώστεως, χλωρός &c. GALL. D'herbes, de verdure, heibu. ITA. *Graminoso, di gramigna.* GE. Von graß/oder kraut gemacht. HISPA. *Cosa de grama.* AN. *Of graße* } vt, Gramineæ coronæ. *Gel. li. 5. cap. 6.* Obsidionalis corona est, quam ij qui liberati sunt obsidione, dant ei duci qui liberauit: ea corona gramineæ est; obseruaríque solitum, vt fieret è gramine quod in eo loco generatum esset, intra quem clausi erant qui obsidebantur. *Sic Plin. l b. 22. ca. 3. & Liu. 7. ab Vrbe.* Cespes gramineus. *Ouid 2. Amor. Eleg. 15.* Campus gramineus. *Ouid. 3. Fast.*

Grāmĭnōsŭs, a um. Plenus gramine, gramine abundans. {χορτώδης. GAL. Herbu, plein d'herbes. IT. *Grami ηoso, pieno di gramigna.* GE. Graßecht ig/voll graß. HISP. *Lleno de grama.* AN. *Full of graße.*} *Col. in præfat. li. 1.* Quid syluester ager, quid humidus & graminosus, quid siccus, & spurcus recusaret? *Sic lib. 7. c. 9.*

Grāmĭæ, siue Gramæ, sunt oculorum pituitæ, λῆμαι, λήματα. *Festus,* Gramiæ vitia sunt oculorum, quas alij gramas vocant. *Nonius,* Gramiæ sunt oculorum pituitæ. Vnde Gramiosi oculi: à quo qui tristes sunt, in hodiernum quoque diem gramiosi vulgo nominantur.

Grāmōsŭs, mosa, sum, siue Gramiosus, id est lippus. *Calius apud Nonium,* Gramosis oculis ipsa, attritis dentibus

Grāmmă, matis, pen. corr. neutr. gener. {אות *oth.*} Latinè litera dicitur.

Grammătĭcă, æ, vel Grammatice, es {דקדוק *dikdúk. γραμματική.*} Est rectè loquendi scribendique scientia, quæ vsu, ratione, auctoritatéque constat. Latini numero pluriali Literas vocant. *Cicer. 3. de Finibus,* Quanquam ea verba, quibus ex instituto veterum vtimur pro Latinis, vt ipsa Philosophia, vt Rhetorica, Dialectica, grammatica geometria, Musica, quanquam Latinè ea dici poterant, tamen quoniam vsu recepta sunt, nostra ducamus. *Quint. lib. 2. cap 14.* Grammatice, litteratura est, non literatrix. *Et c. 1.* Et Grammatice, quam in Latinum transferentes, Literaturam vocauerunt, fines suos norit.

Grammătĭcă, corum, Studium literarum, quod profitentur ij qui grammatici vocantur. *Cic. 1. de Orat.* in Grammaticis poetarum pertractatio, historiarum cognitio, verborum interpretatio, pronuntiandi quidam sonus.

Grāmmătĭcē, aduerbium, γραμματικῶς, vt Grammaticè loqui, est in loquendo Grammaticorum obseruare regulas. Latinè loqui, est pura & latinis auribus vsitata oratione vti. *Quintilian lib. 1. cap. 6.* Quare mihi non inuenustè dici videtur, aliud est Latinè, aliud grammaticè loqui.

Grāmmătĭcĭs, ca, cum, γραμματικός, Quod ad grammaticam pertinet, vt Figuræ grammaticæ, grammaticus stylus, Grammatica oratio, Ars grammatica *Ad Heren. lib. 4.* Hæc qua ratione vitare possimus, in arte Grammatica dilucide discemus. ¶ Grammaticus substantiuum, qui grammaticam docet: Latinè dici potest Literatus. *Sueton. de Clar. Grammat.* Appellatio Grammaticorum Græca consuetudine inualuit: sed initio Literati vocabantur. *Corn quoque Nepos in eo libello, quo distinguit literatos ab eruditis,* Literatos quidem vulgò appellari ait eos, qui aliquid diligenter, & acutè, scientérque possint aut dicere aut scribere. Cæterùm propriè sic appellãdos Poëtarum interpretes, qui à Græcis Grammatici nominantur, eosdem Literatos vocitatos. *Hactenus Sueto.* [Grammaticus quis sit & eius Officium docet *Seneca epist. 9. Gellius c. 9. li. 20.* Rem grammaticam docere (id est artem.)] *Cicero 2. Tusc.* Vt enim si grammaticum se professus quispiam, barbarè loquatur: aut si absurdè canat is, qui se velit haberi Musicum, hoc turpior sit, quòd in eo ipso peccet, cuius profitetur scientiam: sic philosophus in ratione vitæ peccans, hoc turpior est, quòd in officio, cuius magister esse vult, labitur: artémque vitæ professus, delinquit in vita. *Horat. in Arte,* Grammatici certant, & adhuc sub iudice lis est. ¶ Grammatici à veteribus etiam Critici dicti sunt, eò quod sibi de genere scriptorum diiudicandi sumebant potestatem. Eosdem Literatores vocitatos, *Messala Coruinus autor est.* Sunt tamen qui Grammaticum à Grammarista distinguunt, vt Literatum à literatore, tanquam Grammaticus sit absolutè & perfectè doctus, sicut Literatus: Grammarista, sicut Literator, tenuiter eruditus: in malam enim partem accipitur. Quorum opinionem *Orbilius* etiam exemplis confirmat. Nam apud Maiores (ait) quum familia alicuius vænalis produceretur, non temerè quemlibet literatum in titulo, sed literatorem inscribi solitum esse, quasi non perfectum in literis, sed imbutum.

Grāmmătĭcālĭtĕr, aduerbium. *Spartianus in Regilliano,* Tum is qui aderat scholasticis cœpit quasi grammaticaliter declinare & dicere Rex regis, regio regionis.

Grāmmătĕŭs, Scriba publicus, qui publicas tabulas scribit, & custodit. {ספר *sopher. γραμματεύς.* GAL. Escriuain. ITAL. *Scriuano.* GER. Schreiber. HISP. *Scriuano.* ANG. *A scriuener or notarie making commoue writinges.*} *Apul lib. 11.* Quum ex his vnus quem cuncti Grammatea dicebant. *Suidas ait* Grammatea esse notarium, & χαρτοφυλάκιον, id est, arcanorum participem. Hinc Archigrammateus, princeps scribarum, quê hodie vocamus Cancellarium *Bud.* ¶ Hoc nomen non semper fuisse honorificum apud Græcos ex eo apparet, quod eo veluti contumelioso Demosthenes subinde vocat Æschinem.

Grāmmătophylăcĭum, cĭj, {בית ספרים *beth hassepharim. γραμματοφυλάκιον.* GA. Le thresor des Chartres, le lieu où on garde des lettres & registres publics. ITA *Luogo doue si conseruano gl' atti publici, cancelleria.* GERM. Ein Cantzley/ein ort da mann gemeine bücher/ geschrifften oder brieff hinbehaltet HISP. *Lugar donde se guarnan las letras publicas.* ANG. *A place where commone writinges vekept.*} Locus vbi tabulæ & instrumenta publica, monumentáque rerum gestarum acto, dimque asseruantur: quod tabularium Latinè appellatur. Iurisconsulti in tractatu τῶν ἀρχείων fortasse, vel grammatophylacio.

Grāmmătĭas, Gemma est ex aspidum genere, similis smaragdo, per transuersum linea alba præcincta: quæ ab Orientalibus populis pro amuleto gestari solet. Hæc & polygrammos (πολύγραμμος) dicitur. *Plin. lib. 37. c 9.*

Grāmmē, Græci dicunt quam Latini lineam. {קו *kav. γραμμή.* GAL. Vne ligne. ITAL & HISP. *Linea.* GER. Ein linien. ANGL. *A lyne.*} γραμμὴ (inquit Euclides) μῆκος ἀπλατές, hoc est gramme, siue linea longitudo est sine latitudine. Emensa vero cum longitudine latitudo, ἐπιφάνεια, id est superficies dicitur. *August.* Si omissa latitudine, solùm quis longitudinem voluerit emetiri, longitudo sine latitudine mensuræ subiecta, gramme dicitur. Non quòd sit longitudo aliqua quæ careat latitudine, sed quod solam quis metiens longitudinem, grammen metiri dicitur.

GRĂMMĪVM, vrbs in Græcia, γράμμιον, ciues Grammitæ & Grammitij. Sunt & Grammitæ populi iuxta Celticam. *Steph.*

GRANATA, Hispaniæ vrbs celebris.

Grānārĭum, Granatus. *Vide* GRANVM.

Grandĭs, de, Propriè ætatis magnitudinem denotat. {*ghadól. πολυτής.* GALLIC. Grand. ITA. *Grande.* GERM. Groß/erwachsen. HIS. *Cosa grande en quantidad o an dignidad.* ANG. *Bigge. great.*} *Terent. in Adel.* An sedere oportuit domi virginem tam grandem? *Cicero pro Cluent.* Reliquit hunc annos xv. natum: grandem autem & nubilem filiam. [*pl. Aul. sc. 4. a. 1.* Virginem habeo grandem, dote caßam. *Ibidem,* Ætatem meam scis? E scio esse grandem. Itidem vt pecuniam.] Quod si NATV addatur, prouectiorem ætatem significat, & iam tenem [vel certe mediæ ætatis: ita enim exponit *Plaut. Aul. sc. 3. a. 1.* cum ait; Sed est grandior natu: media est mulieris ætas. *Et Quint. E. eg. vlt. lib. 4.* Grandior æuo.] *Plinius Iun.* Mulier natu grandior, & tot liberorum parens. *Cicer pro Rosc. Com.* Quid expectas quàm mox ego Lucium & Mantium dicã ordine esse Senatores: ætate grandes natu: natura sanctos. ¶ Dicitur & de quauis alia magnitudine: neque de solo homine grãdis dicitur, verùm etiam ad inanimata refertur: vt, Grande æs alienũ. *Plin. lib. 7. cap. 38* Grandi Gnidiorum ære alieno permutare eam conati. Grande pondus argenti. *Cic. pro Cæcinna,* Grande gaudium. *Plaut. in Stich,* Tantum à portu apporto bonum, tam gaudium affero grande. [*Suet. in Aug. c. 44.* Grandia corollaria de suo offerre. *Sueton. in Tiber. cap. 16* Grande pretium tulit perseuerantiæ. *Gell cap. 11. lib. 9.* Grãdia ingredi. *Gellius cap. 5. lib. 16.* Grandis locus & grandia spatia. *Ouid. Eleg. 5 lib. 1. Trist.* Grandia sic paruis assimilare licet. *Ibidem Eleg. 3. lib. 1.* Si licet exemplis in paruis grandibus vti. *Ouid. 4. Fast.* Non grandia diuide mecum Præmia. *Ibid. Eleg. 1. lib. 2.* Grande tamen toto nomen ab orbe fero. *Ibid. Eleg. 2 lib. 5.* Grandibus accedunt tempore damnatis. *Seneca cap. vlt. de Tranquill.* Canere aliquid grandius ore mortali. In grandibus cœnis grata varietas. *Plaut. Capt. sc. 2. a. 2.* Grandi mercatus præsenti pecunia. *Idem Curc sc. 2. a. 1.* Grandiorem gradum fac ad me, obsecro. *Senec. ca. 11. de Consol. ad Polyb.* Grandia & solida concipere.]

Grandiŭscŭlŭs, la, lum, diminutiuum. {קטנטן *katnatán. μικρός.* GAL. Grandelet, vn peu grandet. ITAL. *Grandetto, grandicello.* GER. Großlecht. HIS. *Poquillo grande.* ANG. *Somewhat bigge.*} *Terent. in And.* Nam tere grandiuscula profecta est illinc.

Grandĭtās, tis, Propriè ætatis magnitudo. {גדל *ghódhél. πολυετία.* GAL. Grandeur. IT. *Grandezza.* GE. Grösse/ältc. HIS. *Grandeza como quiera.* ANG. *Biggenesse. greatnesse.*} *Seneca lib. 4. Hist.* Neque ætatis grandioris, neque ea merita, neque ordinis honestatem, aut dignitatem sibi esse excusationi. ¶ Ad orationem *Cicero* transtulit de Claris Orat. Id quæ apparet ex genere, & grandi tate verborum. *Plin. in Epistol.* Non illi vis, non granditas, non subtilitas, non amaritudo, non dulcedo, nõ lepos defuit. Quibus in locis grandi tas accipitur pro subtilitate, vel grandiloquentia verborum vel orationis.

Grandæŭŭs, qui est prouectioris ætatis, quasi grandis æui, senex. {זקן זקנה *zikén. πολιός. sab* שׂב *ba baiyamim.* πολιήτης. GALLIC. Qui est fort aagé. ITAL. *Di molta età.* GERMA. Eines grossen alters HISPA. *Cosa de grande edad.* ANG. *Very old eancient.*} Virg. 1. Æneid Et qua vectus Abas, & qua grandæuus Alethes. *Pli. li. 2. c. 47.* Alios esse grandæuos, semperque canos.

Grandæŭĭtās, atis, senectus grandis, æuitas. {זקנה *zikináh. πολιότης.* GAL Grande aage, vieillesse. ITA. *Aquella grandezza de edad.* AN. *Oldenesse.*} *Accius,* Ne quia nec vos nec illi impunè irriderent meam grandæuitatem.

Grandĭlŏquŭs, pen cor. Qui grandi & sublimi dicendi genere vtitur, quive nihil humile loquitur. {μεγαλορρήμων. GAL. Qui dit choses grandes, qui parle d'vn haut style. ITA. *Che ragiona de cose grande.* GERM. Der hoch ein hãr redt/der von grosen dingen redt/herrliche wort brauchet. HIS. *El que siempre habla grandezas.* ANG. *That vseth amp e wordes and speaketh with great magnificence.*} *Cicer. in Orat.* Nam & grandiloqui, vt ita dicam, fuerunt cum ampla, & sententiarum grauitate, & maiestate verborum vehementes. *Idem 5. Tuscul.* Quid tandem isti grandiloqui contra hæc duo?

¶ Hinc grandiloquentia, μεγαλορρημοσύνη.

Grandĭcŭlŭs, pen. corr. diminut. {ὁ μικρὸς μεγαλόφρων. GAL. Grandelet, vn peu grand. ITAL. *Grandicello.* GER. Großlächt. HIS. *Poquillo grande.* ANGL. *Somewhat bigge.*} *Plau. Pœn.* In fundas infundebam grandiculos glo-bos.

Grandĭo, dis, diui, ditum, Grandem facio. {גדל *ghiddél.* αὐξάνω. GAL. Agrandir, faire grand. IT. *Agrandire.* GE. Groß machen. HIS. *Hacer grande otra cosa.* AN. *To mak bigge or greate.*} *Plaut. in Aulul.* [*sc. 1. a. 1.* Si

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

a.1.]Si hodie Hercle fuſtem cepero, aut ſtimulum in manum. Teſtudineum iſtum tibi ego grandibo gradũ. *Idem in Amph.*-abſtine quæ ſo:non potuimus noſtros grandiùs grandire gradus. [*Idem ibidem*; Gradus condecet grandire, Nam, vt video, Amphitruo expectat.]

Grandĕſco, ſcis, Creſco, grandis fio. {גדר *ghadhál.* αὐξάνομαι, ἐύομαι, μεγαλύνομαι. GAL. Deuenir grand, croiſtre. ITA. *Creſcere, diuenir grande.* GERM. Groß werden. HISP. *Hazerſe grande* AN. *To waxe greate.*} *Pli. lib.*18. Creſcente luna frumenta grandeſcunt. *Colum. lib.*2. *cap.*12. Omne autem frumentum ſpicam à tertio ad quartum nodum emittit, & quum totam ediderit, octo diebus defloreſcit, ac deinde grandeſcit diebus quadraginta, quibus poſt florem ad maturitatem peruenit. *Cicer. de Diuin.* Lentiſcus triplici ſolita grandeſcere fœtu. [Et, Grandeſcere fœtus, dixit *Gell. cap.*16. *l.*3.] ¶Hinc Ingrandeſco, de quo ſuo loco.

Grandigro, as, antiquum verbum eſt, quo *Plaut. in Truculent.* vſus eſt, pro grădi gradu eo, magnum gradum facio. Quid, inquit, clamitas impro grandigras, iam ego iſtos fictos, Compoſitos, criſpos, cinnos tuos vnguentatos vſque ex cerebro Expellam.

Grando, dinis, Pluuia in aëre gelu concreta: ſic dicta, quòd granis ſimilis ſit. {ברד *barádh.* χάλαζα. GAL. Greſle. ITAL. *Tempeſta, grandine.* GERM. Hagel. HIS. *El granizo.* ANG. *Hayle.*} *Cic.*3. *de Nat. Deor.* Atenim minora negligunt, neque agellos ſingulorum, nec viticulas perſequuntur: nec ſi vredo aut grando quippiam nocuit, id Ioui animaduertendum fuit: ne in regnis quidem reges omnia minima curant. [*Plaut. Moſtel. ſc.*1. *a.*1. Ea (tempeſtas) mihi aduentu ſuo grandinem atque imbrem attulit *Quinctilian.* Ea multa argumenta nocent, ſi non vt fulmine, tamen vt grandine.] *Virgilius* 1. *Georgic.* crepitans ſalit horrida grando. *Horat.*3. *Carm. Ode* 1. Non verberatæ grandine vineæ. *Plin. lib.*2, *c.*60. Grandinem conglaciato imbre gigni, & niuem eodem humore molliùs coacto, pruinam aurem ex rore gelido. *Plaut. in Moſtel.* Ea mihi aduentu ſuo quamprimùm grandinem, imbrémque attulit. ¶Drachmæ grando. δραχμὴ χαλαζῶσα, id eſt, Drachma grandinans. De lucro quod tanquam cælitus emiſſum obtigit. Nam olim theatrale præmium erat drachma, quæ veluti grandinis in morem in populum ſpargebatur. *Zenodotus & Heſychius.* ¶Grando item morbus eſt, ſiue vitium oculorum, quod Græci χάλαζιον appellant: quum ſcilicet in extrema ciliorum ora, vnde pili oriuntur, tuberculum enaſcitur mobile, quod digito huc illuc impelli poſſit. ¶In ſuibus item grando dicitur, quum ſub lingua venulæ varioſæ fiunt ac nigreſcunt. *Autor Ætius li.* 13. *c.*120.

Grandĭnōſus, ſa, ſum, Quod abundat grandine, {χαλαζώδης. GALLI. Suiet à la greſle, qui greſle ſouuent. IT *Te peſtoſo, che abonda di tempeſta.* GER. Zu dem hagel geneigt/das gern haglet. HISP *Lleno de granizo, ò el que abunda de granizo.* AN. *Full of hayle, wherin haileth often.*} *Col. lib.*3. *ca.*1. Poſt hæc non ignorabit dominus loci, plus poſſe qualitatem cæli frigidam vel calidam, ſiccam vel roſcidam, grandinoſam, ventoſámque vel placidam, ſerenam vel nebuloſam.

Grandĭno, nas, pen. cor. Grandinare dicitur Deus. {ברד *barádh.* χαλαζόω. {ANG. *To haile.*}

GRANICVS, γρανικὸς *Ptolemæo*, Fluuius eſt minoris Myſiæ ex Ida monte profluens, & inter Priapum & Eſapum in Propontidem influens: iuxta quem Alexander Darij Satrapas memorabili prœlio ſuperauit, ſex centis Perſarum millibus cæſis fugatíſque, quum victoris copiæ triginta peditum millia, & quatuor millia equitum & quingentos non excederẽt. *Autores Plutarch. in Alexandro, Iuſtinus li.*2. *Diodorus item Siculus lib.*17.

Grānum, grani, Propriè ſemen frugum dicitur, vt tritici, hordei & huiuſmodi. {גרגר *gharghár* פרה פרש *perudháh pérus.* κόκκος. GA. Graĩn. ITA. *Grano, granello.* GERM. ein korn oder kern. HISP. *Grano de ſimiente qualquiera.* ANG. *Grayne or a corne.*} *Plaut. in Sticho*, Videlicet illum fuiſſe nequam adoleſcentem, qui ilico, Vbi ille poſcit, dare denegauit ſe granũ tritici. *Varro* 1. *de Re ruſt. c.* 48. Granum dictum, quod eſt intimum ſolidum. *Et paulò poſt*, Granum à gerendo: id enim ſeritur, vti ſpica gerat frumentum. *Cicer.* 1. *de Diuinat.* Fiunt certè diuinationum coniecturæ à peritis. Midæ illi Phrygio, quum puer eſſet, dormienti formicæ in os tritici grana congeſſerunt: diuiſſimum fore prædictum eſt, quod euenit. ¶ Granum enim generaliter dicitur, quicquid minutum eſt, & ſimilitudinem aliquam habet cum grano frumenti. Vnde & mali punici acinos, grana, ipſúmque malum, granatum dicimus. Fructus quoque arboris cuiuſdam ilici ſimilis, quem Dioſcorides κόκκον βαφικὸν appellat, à quibuſdam granum dicitur. Quod quia copioſiſſimè naſcitur in Bætica prouincia, factum eſt, vt ea regio ab eo Granata dicatur. [*Ouid. Elegia* 6. *libr.*4. *Triſt.* Vixque merum capiant grana quod intus habent: (id eſt acini.) *Idem Ouid. Eleg.*2. *libro* 5. *Triſtium*, Quódque ſoporifero grana papauer habet.]

Grānārĭum, rij, Locus in horreis ſeruandis ſeminum granis paratus, vel in quo grana frugum reponuntur. {אוצר *o.ſár* מסכנה *miſchenáh* גרן *ghóren.* σιτοφυλακεῖον, σιτοβολών. GAL. Grenier, vn lieu à ſerrer les grains. ITA. *Granajo.* GERM. ein korn hauß/kornſchutte. HI. *Lugar para gardar los granos.* ANG. *A barne or granar to keep corne in.*} *Varro* 1. *de Re ruſt. c.*57. At triticum condi oportet in granaria ſublimia quæ perflentur ventis ab Exortu, & Septentrionum regione, ad quæ nulla aura humida è propinquis locis aſpiret. Pro granariis quidem habet ſub terris ſpeluncas quas vocant ſyros, alij puteos. *Perſ. Satyr.*5. Iam nunc aſtringas, iam nunc granaria laxes. *Horat.* 1. *Serm. Satyr.*1. Cur tua plus laudes cucumis granaria noſtris? *Columel. li.*2. *c.*10. Repoſitum in granario patitur æſtum.

Grānātus, a, um: Quod abundat granis: vt malum granatum. {ροιὰ κοκκώδης. GAL. Grené, qui a force grains. ITA. *Granato, che ha molti grani.* GERM. Das vil kernen hatt. HISP. *Granado de muchos granos.* ANGLI. *That hath many graynes.*} *Col. li* 12. *c.*41. Et integra mala dulcia grana ta quæ punica vocantur.

Grānātum, ti, Subſtantiuè accipitur pro malo punico. {ῥοιὰ, vel ῥοὰ. GAL. Pomme de grenade. ITAL. *Pomo granato.* GERMAN. ein granatapffel. HIS. *La granda fruto do granado.* ANG. *A pomegarnette.*} *Plin. lib.*20. *ca.*41. Singultus & vomitus ſiſtit cum ſucco granati.

Gra nōsŭs, ſa, ſum. Quod granis eſt repertum. {κοκκώδης. GALLI. Grenu, qui a beaucoup de grains. ITAL. *Granelloſo, di molti grani.* GERMAN. Kernechtig/vol kernen. HISP. *Lleno de granos.* ANG. *Full of graynes.*} *Plin. lib.*21. *c.* 31. Quorum alterum, cui acini coccinei, granoſi folliculi, halicacabum vocatur, & alij callion.

Grānĭfĕr, ra, rum, Ferens & producens grana. {κοκκοφόρος, πυροφόρος. GAL. Qui porte grains. ITA. *Che porta grani.* GER. Das kernen tregt. HISP. *Coſa que trae ò tiene granos.* AN. *That beareth graynes.*} Ferens granũ: vt, Agmen graniferum, dictæ formicæ ab *Ouid.* 7. *Metam.* Graniferúmque agmen ſubiectis ſpargere in armis.

Grăphē, Scriptura. {כתב *chetáb* שטרה *ſitnáh.* γραφή. GAL. Eſcriture, accuſation. ITA. *Scritura, accuſa.* GERM. Ein geſchrifft. HISP. *Eſcriptura, accuſation.* AN. *Wryting.*} Aliquando etiam (*vt inquit Suidas*) Genus eſt publicæ accuſationis, quando ſcilicet lex aliqua vt iniqua, aut perperam lata accuſatur.

Grăphicē, ces, Ars pingendi, pictura, ſculptura. {γραφική. GALLIC. L'art de peindre. ITA. *Arte del dipingere.* GE. Die kunſt deß mahlens. HISP. *Arte de pintar.* ANG. *The art of pinting or pourtratting.*} *Plin. libro* 35. *cap.*10. Et huius autoritate effectum Sicyone primùm, deinde & in tota Græcia, vt pueri ingenui ante omnia graphicen, hoc eſt picturam in buxo docerentur. ¶Graphice item dicitur, *teſte Budæo*, cura, vſus, meditatio elaborandi, limandíque ea quæ ſcribimus. *Cic.* ſtylum *appellat, lib.*2. *de Orat.* Huic opponitur extemporanea dicendi, ſcribendíve facultas, quam Græci vocant, αὐτοσχεδιαστικὴν.

Grăphĭs, phidis. {γραφίς. GALLIC. Proiet de peinture, degroſſement, delineament. ITAL. *Diſegno, abozzamento.* GERMAN. Entwerffung eines gemähls. HISPA. *El debuxo.* ANGLIC. *The a draught or delineation before the peinting.*} Eſt delineatio futuræ picturæ, quæ & ἐγγογραφία à Græcis dicitur. Frequens huius dictionis vſus *apud Vitruuium li.* 1. Graphidem verò accipit pro primo illo linearum ductu, & vmbrarum delineatione in inſtrumentis ſciothericis, quam & ſciographiam identidem appellat. Dicta graphis à ſtylo, quem Græci γραφεῖον & γραφίδα quoque nominant. *Plin. lib.*35. Graphidis veſtigia extant in tabulis, ac membranis ex quibus proficere dicuntur artifices.

Grăphĭum, phij, {γραφεῖον. GAL. Pinceau ou autre inſtrument dequoy on peint ou eſcrit ſur tablettes. ITA. *Stilo da ſcriuere in tauolette.* GER. Ein griffel. HISP. *El puncon para debuxar.* ANG. *A penſill for a peinter.*} Stylus ferreus, quo veteres in cereis pugillaribus ſolebant ſcribere. *Ouid. lib.*1. *Amorum, Eleg.* 11. Quid digitis opus eſt graphium laſſare tenendo. [¶Etiam pugionis ſiue cultri genus videtur eſſe; *apud Sueton. in Cæſ. cap.*82. Graphio traiecit brachium. *Item in Caligul. cap.*28. Graphiis confoſſus. *Et in Claud. c.* 15. Graphio non leuiter perſtringere.

Grăphĭcŭs homo. {γραφικός. GAL. Fait comme qui l'auroit peint, bien & naifuement fait. ITAL. *Ben fatto, & come de eſſere.* GERM. Ein wolgeſtalter menſch an dem nichts vergäſſen iſt. HISP. *Bien y perfettamente hecho y compueſto, lendo.* ANG. *A perfyte man as if ware peinted.*} Dicitur ad vnguem factus, abſolutíſque & quaſi pictoris manu expolitus. *Plaut. in Epid.* Næ tu habes ſeruum graphicum, & quantiuis pretij, ſi ſeruat fidem. [*Item*, Mortalis graphicus, apud eundem. *Plaut. in Pſeud. ſc.*5. *a.*1. *& ſc.*4. *a.*2.]

Grăphĭcē, eleganter, politè, venuſtè, accuratè. {γραφικῶς. GALLIC. Et bonne peinture, naifuement, fort bien. ITA. *Elegantemente, galantemente, polidamente.* GERM. Zierlich/artlich. HISP. *Linda, galantaẏ genuilmente.* ANGL. *By maner of paſſing well painting.*} *Plaut. in Perſa*, Nunc huic ego graphicè facetus eram, Subnixis aliis me inferam; atq; amicibor gloriosè. *Idem in Trin.* Exornetur graphicè. [*Gell. c.*4. *lib.*12. Graphicè deſcribere.]

Grăphĭărĭum, rij, Theca in qua graphia & ſtyli reponuntur, quib. ſcribere & pingere ſolebant. {קסת *kéſeth.* γραφιοθήκη. GA. Vn calmar ou eſtuy de peintre ou eſcriuain. ITA. *Pannaiuolo.* GE. Ein ſchreybzeug. HIS. *La caxa de aquellos punçones.* ANG. *A caſe wherein the inſtrument is of peinting ar keepſt.*} *Mart. lib.*14. Hæc tibi erunt armata ſuo graphiaria ferro, Si puero dones, non leue munus erit. Eadem & theca graphiaria dicitur. [*Vide Sueton. in Claud. c.*35.]

Grāſſŏr, ſaris, Si originem ſpectes, nihil aliud eſt, quàm cum impetu & vehementia incedo. Creditur enim frequentatiuum eſſe à verbo gradior. {AN. *To go or come on with a violent rage, to robbe and ſlay by the high wayes.*} Frequentiſſimè tamen accipitur pro eo quod eſt vias obſidere, obuiósque veſtibus, aut pecunia, aut alia quauis re ſpoliare. *Feſtus*, Graſſari propriè dicuntur latrones vias obſidentes. Gradi ſiquidem ambulare eſt: vnde tractum graſſari. [*Ouid. Eleg.* 1. *lib.*2. Diſcolor vt recto graſſetur limite miles, (id eſt latrunculus.) *& Sueton. in Auguſt. c.*67. Superbè, auaréque in prouincia graſſantes.] Sed quum quis graſſatur, id eſt, quum impetu ſiue frequenti gradu vadit in aliquem, & bono & malo animo graſſari poteſt: ideo & in bonam & in malam partem accipi poteſt: *vt apud Salluſt. in Iugur.* Sed dux atque Imperator vitæ mortalium animus eſt, qui vbi ad gloriam virtutis via graſſatur, abundè potens, pollénſq; & clarus eſt. *Liuius libro* 3. *ab Vrbe*, Iam à vi tuta erat, quum aſſertor nihil opus eſſe multitudine cõcitata ait, ſe iure graſſari: non vi, hoc eſt iure progredi. *Nenius, Ped.* Nunc me res ipſa reprimit, ſæpe hac eadem graſſatus via. Sæpius tamen in deteriorem partem accipitur pro ſæuire in aliquem, vel vi aliquem adoriri. {פשט *paſhát.* κατακόπτω, ἐγκατακόπτω, λοιδορέω. GA. Aſſaillir, courir ſus, brigander, deſtrouſſer. ITAL. *Aſſaſſinare, ſtrugere.* GERM. wüten/vngeſtüm ſein/mit gwalt anfallen. HISP. *Saltear.*} *Plaut. in Rud.* Acta hæc res eſt. certum eſt mori quàm hunc pati lenonem in me graſſari *Lactant. lib.* 2. Suis enim vitiis perditis ſæuiunt, & graſſantur vt perdant. *Idem lib.*3 Archipirata quiſpiam vel latronũ ductor, ſi ſuos ad graſſandum cohortetur: Cæſar, Graſſari in hoſtes vetat. *Liu. lib.*2. Trecenti coniurauimus princip. s iuuenturis Romanæ, vt in te hac via graſſaremur. Graſſatur peſtis, hoc eſt, cum ingenti clade hominum inualeſcit. ¶Huius compoſitum eſt Oggraſſor, quod eſt obuiam, ſeu contrà cum impetu gradior. *Plaut. in Pœn.* Niſi cum impudicis condidiciſtis oggraſſari gradũ.

Grāſſātŏr, oris, Propriè dicitur, qui vias obſidens, obuios aut veſtib. aut pecunia ſpoliat: quales ſunt qui prima face in maioribus vrbibus

ministris vestes detrahunt, aut cœnas quas dominis ferunt vi eripiunt metu verborum aut mortis intento. {פשט *poschét* פריץ *paritz*. λωποδύτης. GAL. Brigant, destrousseur de gens, guetreur de chemins. IT. *Malladrino, ladrone assassino da strada*. GERM. Ein räuber / der mit gwalt ein anfalt. HISP. *Salteador de caminos y robador*. ANG. *A robber or sleyr by the high wayes.* } *Iuuen.* Interdum & ferro subitus grassator agit rem. *Callistratus leg. Capitalium Digest. De pœn.* Grassatores qui prædę causa id faciunt, proximi latrombus habentur. *Suetonius in Augusto*, Nam & grassatorum plurimi palàm se ferebant succincti ferro, quasi tuendi sui causa. Et paulò infernùs, [In eodem *Aug. c.* 43.] Igitur grassatores, dispositis per opportuna locà stationibus, inhibuit. *Ci. de Fato*, Hoc enim modo viator quoque bene vestitus, causa foret cur à grassatore spoliaretur. *Quintil.* Grassatorem olim dicebatur qui poeticę operam dabat, vel ad conuitia se applicabat, *Gel. c. 2. lib.* 11.]

Grassātio, tionis, Dicitur actus ipse grassandi. {פרץ *pérets*. GALL. Course sur vn homme, destrousseme nt, brigandérie, volerie. ITA. *Assanimento*. GER. Das wüten / vngstümigkeit / räuberey. HISPAN. *Aquella obra de saltear*. ANG. *A robbing or slaying by the high wayes.* } *Plin. lib.* 3. *c.* 22. Nero Cæsar claritatem ei dedit, initio imperij nocturnis grassationibus conuerberatam faciem illinens sibi eum thure ceràque, & sequente die contra famam cutem synceram circumferens. *Budæus.*

Grāsātōr, rix, Idem quod grassatio. *Suetonius in Tiberio*, In primis tuendæ pacis à grassaturis, & latrociniis, seditionúmque licentia curam habuit.

GRASTILLVS, γεράστιλος, ὁ, Vrbs Macedoniæ, alij Præstillus, *Steph.*

Grātē, Gratis, *Vide* GRATIA.

Grātĭă, tiæ, Interdum idem est quod beneficium: inde dictum quòd gratis nobis detur. {חן *chen* חסד *chaésedh* תורה *todháh*. χάρισμα. GALL. Grace, plaisir, bien fait. ITA. *Gratia, beneficio*. GERM. Gnad oder danck. HIS. *La gracia, ò graciosidad*. ANG. *Fauour, thank, grace, respect.* } *Cic. lib.* 1. *Epist.* Quum prælectum considerem, nullam esse gratiam, quam vel non capere animus meus, vel in accipiendo, vel remunerando, cumulandóque illustrare posset. *Terent. in Andr.* Ego Charine neutiquam officium esse liberi puto, Quũ is nihil promereat postulare id gratiæ apponi sibi, hoc est, postulare vt sidi habeatur gratia vel vt pro beneficio reputetur. [*Plaut. Capt. sc.* 5. *act.* 3. Si quis seruus id tuo gnato faxit, quam haberes gratiam? *Plaut. Aul. scen.* 2. *act.* 2. Sultum & sine gratia est tibi rectè facere.] ¶ Gratia gratiam parit, ἡ χάρις χάριν τίκτει. *Sophocles in Oedip. Colon.* Sententia qua monemur, neminem fermè mortalium inueniri, qui velit in quempiam beneficium collocare, à quo non speret aliquid emolumenti vicissim ad se rediturum. ¶ Frequenter item gratia accipitur pro memoria accepti beneficij, & voluntate referendi. Hinc dicimus agere gratias, pro verbis ostendere, nobis aliquid fuisse gratum. Habere autem gratias (χάριν εἰδέναι) pertinet ad animum, quum memorem accepti beneficij mentem animúmque habemus, & in vicem gratificandi voluntatem. Referre verò gratiam, est facto acceptum beneficium remetiri. ἀποδοῦναι χάριν. vt si à me subleuatus aliquo beneficio, alio me vicissim subleues, gratiam mihi refers. Accipitur & in malam partem, pro eo quod est iniuriam iniuria compensare, & par pari reddere. *Cicer. in Sallust.* Quòd ista inusitata rabie in vxorem & filiam meam inuasisti, (quæ se mulieres faciliùs à vitijs abstinuerunt, quàm tu vir à viris) satis doctè ac peritè fecisti. Non enim sperasti mutuam me tibi gratiam relaturum, vt vicissim tuos compellarem. *Terent. in Eunu.* Illis crucibus, quæ nos nostramque adolescentiam habent despicatui, Nunc referam gratiam, atque eas itidem fallam, vt ab eis fallimur. [*Plaut. Mostell. sc* 3. *a.* 1. Nunquam possum referre gratiam, vt meritus est. *Ibidem*, magis amabunt, cùm videbunt benè merenti gratiam referentem. *Idem Asin. sc.* 3. *a.* 1. Referre gratiam nunquam potes. *Idem Capt. sc.* 1. *a.* 5. Non possum referre gratiam perinde vt promeritus.] Referre igitur gratiam, tàm in meliorem, quàm in deteriorem partem sumitur: quum sit, ipso facto acceptum beneficium, vel iniuriam compensare. Rectèque huic verbo accusatiuum singularem GRATIAM iungimus, quàm pluralem gratias. [Quo tamen inter dum vsi sunt Latini *vt Plaut. Amph. sc.* 1. *a.* 1. Si merito meo referre studeant gratias. (In malam partem pro gratiam)] Et contrà vsitatiùs dicimus, *teste Vaila*, Habere gratias, quàm gratiam. [Ira tamen *Plaut.* sæpè, vt *in Curc. sc.* 3 *act.* 5. Æsculapio huic habeto, quòd pudica es, gratiam. *Et Aul. sc.* 4. *a.* 1. Redeo ad te, si quid me vis. H Habeo gratiam. *Idé Men sc.* vl. *a.* 5. Rectè monuisti, & habeo gratiã. *Idẽ Ca. sce.* 3. *a.* 2. Gratiã habeo tibi, cũ eã potestatẽ mihi facis. *Et Most. sc.* 2. *a.* 2. Habeo Neptune gratiam magnam tibi. Dicit etiam in plural. GRATIAS, *vt in Asin sc.* 2. *act.* 3. Perfidiæ laudes, gratiásque habemus. *Et ibid. sc.* 2. *a.* 1. Magnas habebas omnibus Diis gratias.] Nunquam aurem, vel rarissimè, agere gratiam, sed semper ferè, agere gratias, *Liu. 3. bel. Maced.* Satiatur tandem complexu filij, Renuntiate, inquit, gratias Regi me agere, referre gratiam aliam nunc non posse, quàm vt suadeam, non antè in aciem descendat, quàm in castra me rediisse audierit. *Cicero pro Pla. eo.* Cui pro me Senatus gratias agendas putauit, ego à me gratiam referendam non putem? [*Plaut. Aul. sc.* 3. *a.* 4. Iuppiter te diique omnes perdant. S. Haud malè agit gratias. *Senec. cap.* 14. *de Tranq.* Gratias agebant etiam damnati. *Ibid.* Gratias tibi ago, optime princeps.] ¶ Habere & referre gratiam coniunctè dixit *Ter. in Eunu.* Et habetur, & refertur à me Thais tibi, ita vt merita es gratia. *Vbi Donatus.* Qui habet apud se gratiam, non dum retulit: retulit, qui destitit habere. Multum ergo hic dixit. Et habetur gratia & refertur. Quem sensum transtulit *Sallustius in bello Iugurth.* Ar nas pecuniam sume, vtere, & quoad vxeris, nunquam redditam tibi gratiam putaris: semper apud me integra erit. [Gratiam facere criminum, (pro veniam dare) *Sue. in Calig. c.* 15. ¶ Facere gratiam iurisiurandi, pro remittere *Suet. in Tib. c.* 25. *Item in August. c.* 16. Gratiam fecit coniurandi, (id est permisit) & reddendi equi. *Ibidem r.* 38. *Senec. c.* 16. *de Consol. ad Polyb.* Gratiam facit nulli necessitatis suæ natura *Gell. c.* 15. *l.* 10. (Diali) gratiam aliquot ceremontarum factam (i. aliquot ceremonias remissas.) *Et Plaut. Pseu. sc.* 2. *a.* 5. Non audes mihi facere gratiam argenti, (i. remittere argentum debitum. Galli dicunt Faire grace, quitter.) *Gel. c.* 8. *lib.* 13. Veniam gratiamque malæ existimationis postulare. ¶ Gratia verbum medium *Gell. ca.* 9. *li.* 12. ¶ Pro venustate, *Ouid. 13. Metam.* Nec abest facundis gratia dictis. *Gel c.* 9. *l.* 9. loquens de verbis, Perdunt, inquit, illa gratiam. *& Suet. in Aug. ca* 86. Gratiam augent, (id est venustiorem reddunt orationem.] ¶ Cum isto magna est mihi gratia, *Ci. ad Len.* hoc est magna intercedit mihi cum illo familiaritas: vel inter nos amamus plurimum. ¶ Cum bona & cum mala gratia. *Terent. in Ph. rm.* cur non, inquam, Phormio. Vides, inter nos sic hæc potiùs cum bona Vt componãtur gratia, quàm cum mala? Est gratia, pro ago gratias, *Plaut. in Menach* (*sc.* 4. *a.* 2.) Eamus intro, vt prandeamus. MEN. bene vocas: tum gratia est. *Idem in Mercat.* Salue mi sodalis Eutyche: Vt valuisti? quid parentes mei valent? EVT. tibi gratia est. Bene vocas, benignè dicis, cras apud te cœnauero. ¶ Esse in gratia pro gratiosum esse, & gratia aliquid valere, *Cic. Attic. li.* 2. Erit nebulo iste cum his dynastis in gratia. ¶ Facere gratiam, hoc est, ex iure strictiori aliquid imminuere, vel remittere aliquid quod sibi debeatur. Vnde facere gratiam iurisiurandi, est iusiurandum remittere: *Plaut. in Rud.* Nihil hercle hîc tibi est, ne tu speres: iurisiurandi volo gratiam facias. *Liuius li.* 3. Omnium tibi Appi Claudi, quæ impiè nefariéque per biennium alia super alia es ausus, gratiam tibi facio. ¶ Accipitur interdum gratia pro beneuolentia & fauore. *Sallust. in Iugurth.* Ita bonum publicum priuata gratia deuictũ. Hinc inire gratiam ab aliquo, est fauorem eius emereri. *Terentius in Eunuch.* Adibo, atque ab eo gratiam hanc, quam video velle, inibo. *Vbi Donatus*, Gratiam inire, est dare beneficium, ac per hoc, inire gratiam, id est amicitiam. [*Ouid. 5. Fast.* Gratia Pieridum nobis æqualiter adsit. *Plaut. Asin. sc.* 1. *a.* 1. Benefacitis & à me initis gratiam. *Idem Cur. sc.* 1. *a.* 3. Inibit à me solidam & grandem gratiam. *Ibidem sc.* 3. *act.* 2. ¶ Pro beneficio, *Plaut. Capt. sc.* 5. *a.* 3. Ab eo petito istam gratiam, (id est rependat istud beneficium tibi.) *Idem Aul. sc.* 4. *a.* 1. Si opulentus sit petitum pauperioris gratiam, (id est amicitiam, affinitatem.) *Ouid. El.* 5. *l.* 1. *Trist.* Nulla quibus reddi gratia nulla potest.] ¶ Recipimus in gratiam eum qui vult nobis reconciliari, quum aliquando fuerit inimicus. *Cicero pro Rab.* Quem enim ex tantis inimicitiis receptum in gratiam summo studio defenderim, hunc afflictum violare non debeo.

¶ Redire in gratiam est reconciliari. *Cicero Attico lib.* 1. Cum Luctatio in gratiam redi. [*Senec. c.* 18 *de Consol. ad Polyb.* In gratiam redire cum fortuna. *Idem* 16. *de Cons. ad Marc.* In gratiam cum fortuna reuerti. *Plaut. Amph.* Vbi cum vxore redisti in gratiam. *Ibidem*, Iræ inter eos uenium, redeunt rursus in gratiam. *Retinere gratiam. Id est, fouere amicitiam, &, vt vulgò dicitur*, Manere in gratia. *Cic. ad Quintum Fratrem lib* 2. Quæ tibi eo scribo quòd me de retinenda Scitij gratia literis sæpe monuisti. ¶ Gratia pro causa, ratione, siue occasione: ídque in ablatiuo duntaxat. χάριν ἕνεκα. *Terent. in And.* Hic nunc me credit aliquam sibi fallaciam portare, & ea me hîc testitisse gratia. *Vbi Donatus*, Gratia veteres pro causa ponebant. *Sallust.* Remotum aperit, cuius gratia mittebatur. [*Plaut. Aulu. Prol.* Id ea facim gratia, vt is facilius ducat. *Idem Men. sc.* 2 *a.* 1. Scio quâ gratia litigium tibi est cum vxore. *Idem. Cur. sc.* 3. *act.* 5. Dicendi, non rem perdendi gratia lingua nata est mihi. *Idem Amphytr.* honoris gratia. *Plautus Curc. sc.* 2. *a.* 1. Fite mea causa Lydij: mox, Nec mea causa se commouent. *Ibid. sc.* 1. *a.* 3. Qua aduenisti gratia. *Idem in Amph.* Qua gratia? (id est cur, qua de causa. *Ibid. sc.* 3. *a.* 4. *Quid tu me de ridiculi* gratia sic salutas & appellas? *Idem Pseud. sc.* 2. *a.* 5. Nam mea causa pertimuisti? &c.] * Gratia mea, Hoc est mea causa, propter me. *Plaut. Bacchid.* nam id flagitium meum sit mea gratia Te operam dare mihi, & ad eam operam facere sumptum de tuo. ¶ Poetæ tres GRATIAS finxerunt, Iouis & Autonoës, siue potiùs Liberi patris & Veneris filias, quæ & χάριτες à Græcis appellantur, quarum vnam Aglaiam nominarunt ab hilaritate, seu lætitia: propterea quòd hilariter præstandum sit beneficium. Secundam Thaliam à viditate: quòd beneficij memoria semper virere debeat: & nunquã marcescere. Tertiam, Euphrosynem, ab oblectatione, eò quòd non minùs in dando beneficio, quàm in accipiendo nos delectari conueniat. Harum vna auersa pingitur, duæ ad nos conuersæ: quo illud significatur, duplicem pro accepto beneficio gratiam rependi oportere. Nudę sunt: beneficia enim sine fuco esse oportet. Vnde locus factus prouerbio, Nudæ gratię, αἱ χάριτες γυμναί. Quo admonemur, vt candidè ac benigniter impertiamus amicis. Connexæ, quòd beneficium semper beneficium pariat: quódque perpetuum esse debeat beneuolentiæ fœdus. Hilares enim esse debemus in dandis accipiẽdísq; beneficiis. Iuuenes: beneficij enim accepti gratia senescere non debet, sed perpetuò florere. Virgines sunt, & in Acidalio Orchomeni fonte lauantur: vel quòd pura beneficia esse, nullámque retributionis spem habere, vel quòd nihil turpe rogare oporteat. [*Quintilian.* Gratiæ ipsæ finxere sermonem Xenophontis. ¶ Gratiola, diminutiuum; *Diomedes libro* 1.

Grātŭs, ti, Qui meritam gratiam persoluit, qui beneficia accepta meminit. {חסיד *chasidh* ידיד *modhéh* מחבבן *michbónen*. εὐγνώμων, εὐχάριστος. GALLICE, Agreable, qui n'est point ingrat, mais recognoist le plaisir qu'on luy a fait. ITA. *Grato, recognoscente del ricenuto beneficio*. GER. Danckbar. HI. *Agradecido ò aplazible*. ANG. *Thankfull, kynde, gentle.* } *Cic. 1. de Legib.* Gratus est, qui in referenda gratia non commodum: sed eum ipsum, cui refert gratiam, cernit. *Idem*, Tu quàm gratus erga me fueris, ipse existimare potes. *Brutus Cicer. li.* 11. Gratiorem me esse in te posse, quàm isti peruersi sint in me, exploratum habes. *Cicero Planco*, Re ipsa, atque animo gratissimus. *Terentius in Adelph.* Scio non te vsum antehac amicitia mea: Memorem me dices esse, & gratum. *Plin. in Paneg.* Nam liberalitatem iucundiorem debitor gratus, clariorem ingratus facit. *Cicero 5. Verrina*, Sed quòd sua interesse putabant, se memores, gratósque existimari, gratias istiegerunt. ¶ Gratus interdum idem est quod acceptus & iucundus. {רצוי *nirtsúi* נרצה *nirtséh*. χαρίεις.} Ingratus non acceptus. *Liuius* 2. *ab Vrbe*, Gratæ in vulgus leges fuêre. *Terent. in Andr.* Et id gratum fuisse, Gratæ in vulgus leges fuêre. *Terent. in Andr.* Et id gratum fuisse *be*, Gratæ in vulgus leges fuêre. *Terent. in Andr.* Et id gratum fuisse *be*, Gratæ in vulgus leges fuêre. *Terent. in Andr.* Et id gratum fuisse *be*, Gratæ in vulgus leges fuêre. *Terent. in Andr.* Horat. 2 *Ser. Satyr.* 2. Siue operum vacuo gratus conuiua per imbrem Vicinus. Gratum facere, obsequi, & inseruire χαρίζεσθαι. *Cicer. libro* 13. *Epist.* Si hunc inueneris, gratissimum mihi feceris, ἀγνώμων, ἀχάριστος. [*Tibul. libro* 4. Etiam Phœbo gratissima

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tissima dona.]A quibus Gratitudo,ἐυχαριστία,& Ingratitudo,ἀχαριστία, ἀγνωμοσύνη. Gratè, & Ingratè,Gratis,& Ingratis aduerbia: de quibus suis locis.

Grātē,aduerbium, Grato animo. ἐυγνωμόνως. GAL. Agreablement,auec recognoissance du plaisir ou du bien fait. ITA. *Gratamente.* GERM. Danckbarlich. HISP. *Agradecidamente.* ANGL. *Kyndely thankefully.*}Ingratè. *Cic.pro Plancio*, Audi atque attende Laterensis, vt scias quid Plancio debeam: confitear éque aliquando,quod faciam,me & gratè & piè facere. *Idem lib.1.de Finib.* Nam & præterita gratè meminit,& præsentibus ita potitur,vt,&c.[*Sue.on.in August.cap.66.* Gratè piéque prosequi.]

Grātiōsŭs,sa,sum, Qui gratia apud omnes plurimùm valet, vel qui omnium gratiam & fauorem sibi facilè conciliat,quod ferè fieri solet obsequio, & morum comitate. {טוב־חן *tob chén* רצוי *ratsúi.* χαρίεις, χαριτήρης. GAL. Agreable,fauori,qui est en grace & credit,courtisan, gratieux. ITA. *Gratioso,gratiato,fauorito,di gran credito.* GER. Gunstreich / angenām / hulдreich. HISP. *Gratioso,que recibe aquellas gracias.* ANGL. *Very thank full,in great fauour an credite.*}[Gratiosus dicitur, & qui adhibet gratias & qui admittit. *Gell.c.12.lib.9.*]*Cic.3.Offic.* Tum Pythius,vt argentarius,qui esset apud omnes ordines gratiosus. *Idem Lentulo*, Vehementer confidit se his nostris literis apud te gratiosum fore,id est,valde gratum. *Cic.pro L.Murana.* Nihil tibi Consulatum petenti à me defuit, quod esset aut ab amico, aut à gratioso, aut à Consule postulandum.

Grātiōsē,aduerb. Cum gratia. {χαριέντως. GALL. Gracieusement,par faueur. IT. *Gratiosamente,por fauore.* GERM. Mit gunst. HISP. *Graciosamente,por fauor.* ANGL. *For fauour.*}*Vlpian.l.Tutor qui repertorium.§. Competer.ff.de Adminiſt.tut.* Competet aduersus tutores tutelæ actio, si malè contraxerunt:si prædia non idonea comparauerunt per sordes, aut gratiam. Quid ergo,si neque sordidè, neque gratiosè,sed non bonam conditionem elegerint? Rectè quis dixerit, solam latam negligentiam eos præstare in hac parte debere.

[Gratis,idem quod gratuitò,siue gratis. *Plaut.Asin.sc.3.a.1.* Meum non est ad te vt mittam gratis. *Idem*, Hanc tibi noctem honoris caussa gratiis dono dabo. *Idem Capt.sc.2.a.1.* Cuius nunquam vultum tranquillam gratiis,(id est sine magna mea mercede.)]

Grātis,aduerbium, Gratuitò,sine præmio,ant pretio. {חנם *chinnám.* δωρεὰν, ἀφρίκτως. GAL. Pour neant,gratis,sans espoir de recompense. IT. *Senza premio,senza pagamento.* GERM. Auß lautterem gunst/vmb sunst/ vergäbens. HISP. *Debalde,de gracia,ò sin merito ò precio.* ANG. *Freely, for nothing.*}*Plaut.in Cap.* Nunquam erit tam auarus, quin te gratis emittat manu. [*Plaut.Most.sc.3,a.1.* Non patiar te eam laudasse gratis. *Idem Capt.sc.1.a.5.* Gratis à me, vt sit liber,abducito.] *Cic.3.Verr.* Is repente,vt Romam venit,gratis Prætor factus est. *Idem 2.de Finibus*, Vt æquitatem,modestiam, virtutes omnes per seipsas gratis diligāt. *Sueton.de Clar.Gramm.* Sunt qui tradant, tanta eum honestate præditum,vt temporibus Syllanis proscriptorum liberos gratis, & sine mercede vlla in disciplinam receperit. ¶Gratis)(Pretio. *Cic.pro Roscio Com.* Hìc primùm quæstus est non leuiter Saturius, communem factum esse gratis cum Roscio,qui pretio proprius fuisset Fannij. ¶Aliquando significat sponte. ἀσυμφώνως. Vnde deducitur compositum Ingratis,inuitè,non vltrò:quia quæ quis sua sponte facit,grata sunt: Ingrata,quæ ab inuitis recusantibus fiunt. ἀκουσίως. *Plaut.in Amphit.* Hæc fieri immodestia coëgit me, qui hoc noctis ingratis excitauit. *Terent.in Eunuch.* Opus faciam vt defatiger vsque, ingratis vt dormiam. *Cic. pro Quintio*, Exprimendum est inuito atque ingratis,quod non debet.

Grātŭītŭs,ta,tum,penultima correpta. Quod datur gratis, id est, sine præmio aut pretio. {ἄμισθος. GALL. Gratuit,donné sans espoir de recompense. ITA. *Gratuito,cosa donata senza recompensa* GER. Vnuerdienet/ohn anſahung einer widergeltung. HIS. *Gratioſo,ò sin precio.* ANG. *That is geuen freehly.*} *Quintil.Declamat.325.* Gratuita sunt quædam vt vocantur odia. *Senec. Epist.29.* Gratuita sunt verba. *Idem.epist.42.* Gratuita videntur,quæ magno emuntur. ¶Gratuita parricidia dixit *Liuius lib.1.dec.1.Idem lib.2.* Gratuitus furor (id est non promotus. *Pass*) *Item lib.3.* Et ne gratuita crudelitas esset,&c.]*Cicer.lib.1.de Legibus*, Quid liberalitas? gratuitáne est,an mercenaria? Si sine præmio benigna est,gratuita est:si cum mercede,conducta. *Idem 1.de Natura deorum*, Prata,& arua,& pecudum greges diliguntur isto modo,quòd fructus ex his capiuntur: hominum charitas & amicitia gratuita est. Id est,non ad fructum relata,sed ad illius commoda qui diligitur:alioqui mercatura est,non amicitia.

Grātŭītō,aduerbium,Gratis,sine pretio. {חנם *chinnám.* ἀμισθί. GAL. Sans loyer & recompense,gratis. ITA. *Senza premio,senza aspettar ricompensa.* GERM. Vnuerdienlich/freywilligklich/vmb sunst. HISPAN. *Debalde.sin precio.* ANG. *Freehly.for nothing.*}*Suet. in Cæsare*, Omnibus verò circa eum, atque etiam parte magna Senatus gratuitò aut leui fœnore obstrictis. *Cic.2.Offic.* Differti igitur hominis & facilè laborantis, quódque in partis est moribus, multorum causas, & non grauatè & gratuitò defendentis, beneficia & patrocinia latè patent.

Grātēs,Numero tantùm plurali,& in hac tantùm terminatione, gratia quæ referri debet pro accepto beneficio. {תודה *todhad.* χάρις. ANG. *Thankes.*} *Virg.lib.1.Æneid.* Grates persoluere dignas Non opis est nostræ,Dido. *Cicer.in Som.Scipion.* Et grates(inquit) tibi ago summe Sol. *Plaut.Mil.*[*sc.5.a.2.*]Inde ignem in aram,vt Ephesiæ Dianæ latas lautes Gratésque agam. *Quintil.Curt.* Grates habebant, veluti præsenti deo. *Liu.7.bell.Pun* Discursum inde ab aliis circa tépla Deûm, vt grates agerent. *Tacit.lib.20.* Sed præcipuo deorum Marti grates agimus. [*Ouid.Eleg.vlt.lib.4.Trist.*]Iure tibi grates,Candide lector,ago. *Liuius* initio orationis M. *Marcelli 7.bell.pun.* Diis immortalibus vt in tali re(inquit)laudes gratésque agam.]

Grātificŏr,aris,Rem gratam facio. {חנן *chanán.* χαρίζομαι,χάριν φέρω. GA. Faire bien,plaisir ou seruice, faire au gré ou chose agreable. ITAL. *Far cosa grata,farpiacere ad alcuno.* GER. Ein dienst thun/etwas dieſtlichs beweiſen. HISP. *Gratificar al memor en gracia.* ANG. *To do or ſhewo pleſour.*} *Cicer. Lentulo*, Quòd Pompeio se gratificari putant. *Idem Valerio Famil.lib.1.* Cur tibi hoc non gratificer nescio. Differunt tamen gratificari,& gratum facere: quod gratificari in se contineat quiddam maius:est enim beneficum Esse. *Cic.lib.1. de Natura deorum*, Deum hominibus gratificari,non gratum facere:quasi gratificari sit beneficia conferre:gratum facere,obsequi & inseruire. *Cic. lib.13.Epist.* Si hunc iuueris, gratissimum mihi feceris.*Gratificari gratiam. *Sallust.de Repub.ordinanda,ad Cæsarem*, Neque aliter quisquam extollere sese,& diuina mortalis attingere potest, nisi omissis pecuniæ & corporis gaudiis,animo indulgens, non assentando, neque concupita præbendo,peruersam gratiam gratificans: sed in labore, patientia,bonisque præceptis & factis fortibus exercitando.* Gratificari, pro Fauere & ornare. *Cic.3. de Legibus*, Vti in eo sit ipsa libertas,quòd populo potestas honestè bonis gratificandi datur.

Grātĭfĭcātĭo, onis, {חנינה *chanináh* חסד *chésed.* χάρισμα. GALL. Plaisir fait,bien fait,gracieuseté. ITAL. *Piacere,fatto per gratificarsi alcuno.* GER. Ein dienst beweyſung. HISP. *Aquella obra de gratificar al memor, bien hecho.* ANG. *A doing or ſchewing of pleaſour.*} *Cicero 1.de Natura deorum*, Vos autem quid mali datis, quum imbecillitatem, gratificationem & beneuolentiam ponitis? Impudens gratificatio, *Idem 3.de lege Agrar.*

Grātŏr, aris, Gratulor, lætor ob felicitatem vel commoda, gaudeo. {ברך *beréch.* συγχαίρω,σωτηδομαι. GAL. S'esiouir du bien auenu,remercier. ITA. *Ringratiare,allegrarsi.* GERM. Frolocken/ von wolfart frölich ſein. HISP. *Alegrarse con otro por ſu bien.* ANGL. *To be glade, to giue thankes to.*} *Virgil.4.Æneid.* Inueni germana viam, gratare sororis. *Ouid.8.Metamorph.* Totóque libens mihi pectore grator. Gratari superis,est diis gratias agere, & ob fœlicem rei alicuius successum sacrificare,quod Græci dicunt χαριστήρια θύειν. *Ouid.2.Fast.* Quisquis ades,castæque colis penetralia Vestæ,Gratare, Iliacis thuráque pone focis.

Grātăbūndŭs,a,um,Gratulabundus. {מברך *meharéch.* συγχαίρων. GALL. Qui mõstre face de se resiouir du bie aduenu à soy ou à quelqu'vn. ITAL. *Qualunque che ſia lieto del bene auenuto à ſe ò ad altri.* GERM. Frolockend/ſich frõwend. HISP. *El que mucho ſe alegra con otro por ſu bien.* ANG. *That sheweth himſe{ to be glade for the good luck that is happened to him or another.*} *Tacit.lib.17.* Et proximi militum gratabundi respondent. [*Liuius lib.7.ab vrb.*]

Grātāntĕr, aduerbium. *Iulius Capitolinus in Maurino*: Mortem Antonini Senatus grauiter accepit.

Grātŭlŏr,aris,ri,Grator,gratulationem facio,lætor. {ברך *bereéch.* σωτηδομαι, συγχαίρω. GAL. Dire & monstrer qu'on s'esiouit du bien & prosperité aduenue. ITA. *Rallegrarsi,congratularsi, monſtrare di rallegrarſi del bene di alcuno.* GER. Frolocken/frõd erzeigen. HISP. *Alegrarſe con otro por ſu bien.y gozar ſe de a'gun bié.* ANG. *To ſhew him ſelf glade for the luck that is happened him ſelf or another.*} Triplicem ferè habet constructionem. Interdum enim absolutè ponitur sine aliquo casu à tergo. *Ouid.3.de Arte am.* Prisca iuuent alios,ego nunc me denique natum Gratulor. Interdum solo datiuo contentum est. *Trebonius Cic. lib.12.* Itaque tibi(quod verè facere possum) libenter quoque gratulor. Nonnunquam etiam accusatiuum habet cum datiuo. *Cicer.2. Verr.* Appellat hominem, & ei voce maxima victoriam gratulatur. [*Ouid.Eleg.8.lib 1.Tristium*, Tota tibi mente mihique gratulor, ingenium non latuisse tuum. *Plaut.Capt.sc.2.a.3.* Gratulantur mihi eam rem. *Item*, Vix ex gratulando eminebam. *& apud Liuium lib.6.dec.4. & 5.dec.5* Habet accusatiuum cum datiuo.]Inuenitur etiam aliquando cum solo accusatiuo, ita tamen vt datiuus subaudiatur. *Terent.in Eunuch.* Salutant,ad cœnam vocant,aduentum gratulantur. Conuertitur aliquando accusatiuus in ablatiuum mediante præpositione. *Cic.Lentulo*, Quod mihi de nostro statu,& de Milonis familiaritate, de leuitate & imbecillitate Clodij gratularis. minimè miramur. [Et ita *Liuius anted.lib.5.dec.5.*]Interdum etiam sine præpositione. *Celius Cic.lib.8.* Gratulor tibi affinitate viri medius fidius optimi. ¶Aliquando significat,pro re bene gesta gratias diis agere,quemadmodum triumphantes solebant, qui equis albis, currúque aurato in Capitolium vecti, Ioui pro fœlici rerum successu taurum immolabant,quod Græci dicunt, χαριστήριον θύειν. *Ennius in Hecuba*, Iupiter tibi summe, tandem malè re gesta gratulor. *Liu.* Triumphantes in Capitolium ascendebant, Ioui Optim.Maxim. cæterísque diis gratulaturi.

¶Huius compositum est Congratulor.

Grātŭlātĭo,onis, Testatio gaudij ob fœlicem successum. {ברכה *beracháh.* συγχαρμα,φιλοφροσύνη. GAL. La ioye qu'on meine du bien & prosperité auenu aux autres ou à nous. ITAL. *Allegramento,allegrezza, congratulatione ,il rallegrarſi di proſperità auenuta à fuori ò ad altri.* GER. Frolockung/gluckwunſchung. HIS. *Aquella obra de alegrarſe con otro.* ANG. *A reioſing in ones be half.*} *Cic.Attic.* Mihi facta statim est gratulatio. *Idem 2.Ver.* Nuntiatur mihi, maximam gratulationem huic esse factam. ¶Aliquando significat lætam supplicationem & gratiarum actionem, χαριστήριον, quæ à Senatu nomine alicuius Imperatoris,qui rem in bello fœliciter gesserat,ad omnium deorum templa solet decerni. *Cic.in Catil.* Cæteris semper bene gestis,mihi vni conseruatæ Reip.gratulationem decreuistis. *Idem ad Brutum*, Sed tamen tàm recenti gratulationi, quam tuo nomine ad omnium deorum templa fecimus,&c.

Grātŭlābūndŭs,Valde gratulans. {מברך *meharéch.* συγχαίρων, σωτηδομένως. GALL. Qui s'esiouit ou monstre signe de s'esiouir de sa prosperité ou de celle d'autruy. ITA. *Che ſta lieto del ben auenuto à ſe ò ad altri.* GER. Hefftig frolockend. HISP. *El que mucho ſe alegra con otro por ſu bien.* ANGL. *That rewyſeth greattie for the good luck that is lappenes to him ſelf or another.*} *Gel.lib.3.c.15.* Quúmque populus gratulabundus flores vndique in eum iaceret,&c.

GRĀTĬDĬĂ,γεφυδία. Proprium nomen mulieris Neapolitanæ vnguentariæ,ac maleficæ,quam *Horat.in Epod.* Ganidiam nominauit.

GRĀVCĂSVM, Caucasum montem nominarunt Scythæ,quod illorum lingua significat niue candidum. {GER. Ein ſchneeberg Scythiae in Aſia gelegen.}*Autor Plin.lib.6.c.17.*

GRAVIONARIVM, Oppidum est Germaniæ, *apud Ptol.lib.2.c.11.* Vulgò *Bamberg.*

Grăŭĭs,& hoc graue, Significat ponderosum,quod scilicet suapte natura deorsum fertur)(leuis,quod sursum fertur. {כבד *chabád.* βαρύς, βαρεῖα,βαρύ. GALLIC. Pesant,fascheux,graue. ITALI. *Graue,ponderoſo,*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

GERM. Schwär/gewichtig. HIPS. *Cosa graue, molesta y pesada.* ANGL. *Heauie of weight.* } *Virg. primo Georgic.* Vomis & ingesti primùm graue tobur aratri. *Ouid. 13. Metam.* Onerosa grauisque Pelias hasta. *Idem Eleg. 1. lib. 4. Trist.* Indocili numero cum graue mollit opus *Plaut. Pseud, sc. 1. a. 3.* Si quispiam det cui manus grauior fiet, (id est pecuniam adferat.) ¶Grauis vulnere, (i. tardus.) *Virgil. & Vell. ites. Item Iuuius l. 6 dec. 4.* ¶Grauis valetudo & perprospera, opponuntur *Suet. cap. 31.*] ¶Per translationem dicitur [Grauis fructu vitis *apud Quintilian* (i. grauida) vt infra loquitur *Ouidius* in Grauidus,] morbus grauis, senectus grauis, id est, molesta: quoniam qui molestiam ex senectute, morbo, cæteris q; huiusmodi sentiunt, quasi onere intolerabili premuntur, quod cupidè velint deponere. *Senis, ἐαρὸς χαλεπὸς. Cicero in Catone,* Quod nunquam mihi senectus item tibi grauem esse senserim. [Graue. i. molestum. *Ouid. Eleg. 3. lib. 3. Trist.* At tibi qui transis, ne sit graue dicere. *Ibidem Eleg 1.* Dicite lectores, si non graue, qua sit eundum: *Idem Eleg. 6. lib. 4. Trist.* Iámque parum firmo me mihi ferre graue est.] ¶Grauis item accipitur pro constanti & seuero, quadámque autoritate & grauitate prædito, quod Græci dicunt σεμνὸν. { יקיר *jakkár* נכבד *niehbádh.* GAL Modeste, graue. ITA. *Modeste e graue.* GER. Ernsthafftig/standhafftig. HIS. *Modesto, no liuiano.* ANGL. *Sage and modest.*} Quæ significatio inde ducta est, quod quemadmodum grauia & maiora onera non facilè loco mouentur, ita homines seueri & constantes nec minis, nec precibus ab æquitate auelluntur. *Cic. de Orat.* Vir autoritate grauis. Idem alibi, Vir prudens & grauis. *Idem in Hortensio,* Quid enim aut Herodoto dulcius, aut Thucydide grauius? ¶Varijs aliis modis dicitur graue, sed ad hos reduci possunt. Nam ponitur pro pernicioso, acerbo, nocente. *Cicer. 3. Officior.* Magnum illud bellum, & grauem aduersarium imperij sustulissent. [*Ouid. Eleg. 3. lib. 1. Trist.* Stella grauis nobis lucifer ortus erat. ¶Item graue vulnus: *Ouid. Eleg. 1. lib. 5.* Acceptóque graui vulnere flere vetas. *Ouid. Eleg. 8. lib. 4. Trist.* Curriculo grauis est facta ruina meo.] ¶Pro forti & robusto. { חזק *chazáh.* ἰσχυρὸς } *Virgil. lib. 5.* Prima petes ineunt grauibus certamina remis: Pro grandæuo. *Idem 5 Æneidos,* Hic grauis Entellum dictis castigat Acestes. ¶Pro solido, firmo, constante, στερεὸς ἄξιος. *Cicero libro 1 Officior.* Vt iam sint alia grauiora, at que meliora, tamen nos studia nostra naturæ regula metimur. { Pro tristi: *Virg. lib. 8.* Grauior ne nuntius aures Vulneret. ¶Æs graue à Romanis dicebatur æs rude, & quod non erat signatum: idcirco quod non numero, quemadmodum hodie, sed pondere in solutionem cederet. *Liuius lib. 4.* Patres bene cœptam rem perseueranter tueri, conferre ipsi primi: & quia nondum argentum signatum erat, æs graue plaustris quidam ad ærarium conuehentes, speciosam collationem faciebant. Pro eodem etiam æs rude dicitur à *Plin. lib. 33 cap. 3.* Seruius, inquit, rex primus signauit æs: antea rudi vsos Romæ Remeus tradit. [*Cornel. Tacit. lib. 1.* Tenuia graui cœno.] { Pro necessario. *Lucil. lib. 29.* Habeásque animo, mihi admodum causam grauem fore, quæ me ab vllo commodo abducat tuo. ¶Pro pleno *Virgil 1. Æneid.* Tum pietate grauem ac meritis si forte virum quem Conspexêre, silent. ¶Pro fœcundo, & frugifero. *Virgil.* Quid labor aut benefacta iuuant? quid vomere terras Inuertisse graues?

¶Pro multo. *Varro apud Nonium,* Vbi graues pascantur & alantur pauonum greges. *Sallust. lib. 3.* Cœpit per omnem prouinciam graue pretium fructibus esse. ¶Pro amaro. *Var. & Quinquatribus, vt citat Nonius,* Absinthium vt bibam graue & castoreum. ¶Nonnunquá etiam pro grauida. *Virg. 1. Æneid.* Donec regina sacerdos Marte grauis. *Idem Ecl.* Non insueta graues tentabant pabula fœtas.

[Grauiusculus, a, um: *Gell. cap. 11. lib. 1.* Sensim grauiusculum sonum inspirauit.]

GRAVITAS, atis, Pondus, ponderositas. { כבד *chóbedh.* βάρος, βαρύτης. GAL. Pesanteur, grauité. ITA. *Grauezza, peso.* GER. Schwäre. HIS. *Graueza, pesadumbre y molestia.* ANG. *Heauinesse, weightinesse.* } *Cic. 1. de Nat. deor.* Tanta contentio grauitatis & ponderum. *Idem de Fato,* Atomos grauitate & pondere moueri. ¶Accipitur & pro constantia, & seueritate, quam Græci σεμνότητα vocant. { אדר *é'dher.* ANG. *Sageneſſe, discretneſſe.* } *Cic. Att.* Tu cum Sexto seruasti grauitatem eandē quam mihi præcipis. *Idem 1. Offic.* Catoni incredibilem tribuit natura grauitatem. ¶Grauitas morbi, id est, magnitudo *apud Cic. de Nat. deor.* ¶Grauitas cæli, id est, intemperies aëris. *Idem Attic.* Corpore vix sustineo grauitatem cæli huius.

GRAVITER, Molestè, ægrè. { βαρέως, δυσχερῶς GAL. Griefuement, grauement. ITA. *Grauemente, molestamente.* GERM Schwärlich/vast übel. HISP. *Graue y pesadamente.* ANG. *Grenouslie.* } *Sallust. in Cic.* Grauiter & iniquo animo paterer maledicta tua, M. Tulli, &c. *Cicer. de Aru. respons.* Id grauiter equidem, sed aliquantò leuius ferebam, quòd, &c. ¶Accipitur item grauiter, pro constanter, seuerè, & cum quadam autoritate. *Cic. de Orat.* Thucydides res gestas narrat grauiter, sanè, & probè. ¶Interdum etiam pro valdè, siue vehementer. { מאד *meód.* σφόδρα. *Cæcilius Plorio,* vt citat Nonius, Placere occœpit grauiter, postquam est mortua. *Cic. in Catil.* Si me meis ciuibus suspectum tam grauiter atque infensum viderem, &c. Sic grauiter ægrotare, id est, vehementer, & periculosè *apud eundem l. 1. Offic. & l. 2. de Fin.* [¶Grauissimè opinari de aliquo. *Suet. in Aug. c. 67.*]

GRAVEDO, inis, Capitis morbus quum humor crassior ex cerebro in nares decumbit, cáscq; claudit, vocem obtundens, & tussim siccam mouens. { κόρυζα. GAL. Pesanteur de teste, destillement de cerueau, catarre. ITA. *Pesamento di testa, distillatione freddore.* GER. Ein fluß deß haupts so das schwär macht/der pfnusel. HIS. *Elromadizo.* ANG. *Heauineſſe or dizzineſſe of the head, a murre or diſtillation of the brayne.* } *Cel. lib. 4. cap. 2.* Aliud à destillatione malum, quanuis non multum distās, grauedo est. Hæc nares claudit, vocem obtundit, tussim siccam mouet: sub eadem salsa est saliua, sonant aures, venæ mouentur in capite, turbida vrina est. Hæc omnia κορύζας vocat *Hippocrates*: nunc video apud Græcos in grauedine hoc nomen seruari, destillationes κατασταγμοὺς appellari. *Plaut. in Asinar.* Quod illa autem simulet, quasi grauedo profluat: hoc ne sic faciat tu labellum abstergas. *Cic. Att. lib. 16.* Grauedini, quæso, omni ratione subueni. *Plin. lib. 23.* Grauedinem enim capiti morbúmque lethargicum faciunt. [*Suet. in Aug. c. 8.* Grauedine tentari.]

GRAVEDINOSUS, sa, sum, Qui grauedine infestatur, quíque ad eum morbum est proclivior. { κορυζώδης, κορυζώδης. GAL Qui est subiect & coustumier d'auoir pesanteur de teste, catarreux. ITAL. *Soggetto à pesamento di testa* GER. Pfnußlechtig. HIS. *Cosa arromadizada, que tiene pesadumbre de cabeça.* ANGL. *That hath an heauie head, that hath murre or pozé.* } *Cic. 4. Tusc.* Itaque dicimus quosdam grauedinosos, quosdam, torminosos, non quia iam sint, sed quia sæpe sint. *Plin. lib. 8 cap.* Asphodeli eruum grauedinosum, quòd bubus in pabulo grauedinem facit.

GRAVEOLENS, tis, omn. gen. Quod malè olet, quod grauem habet odorem. { באש *boésch* נסן *namák.* δυσώδης GALL. Qui sent fort, qui sent mal. ITAL. *Che ha cattiuo odore* GERM Vbel riechendt/vbel stinckend. HIS. *El que hiede de la boca.* ANG. *That hath a strong stinking sauour.* } *Virg. 4. Æneid.* ad fauces grauis olentis Auerni. *Plin. lib. 27 c. 8.* Graueolentibus foliis.

GRAVEOLENTIA, æ, Grauis odor. { באש צחנה *tsachanáh* סן *mak.* δυσωδία. GAL. Mauuaise odeur, mauuaise senteur. ITA. *Puzza, lezzo* GER. ein starcker böser geschmack HISP. *Hedor de la bocca, malo ior.* ANG. *A strong stinking sauour.* } *Plin. lib. 20. c. 9.* Syluestris, siue erraticæ brassicæ effectus multò plus laudat Cato adeo vt aridæ quoque farinam in olfactorio collectam, vel odore tantùm naribus rapto, vitia earum, graueolentiámque sanare affirmet.

GRAVO, uas, Onero, siue graue reddo. { רכביר *hiebidh.* φορτίζω, βαρύνω. GAL. Greuer, charger. ITA. *Grauare, caricare.* GER. Beschwären/beleestigen. HISP. *Agrauiar, haser pesado à otro.* ANG. *To greiue, to burden, to lode.* } *Cic. 2. de Diuinat.* Iam verò semper viridis, sempérque grauata Lentiscus triplici solita grandescere fœtu *Liu. 25.* Grauatis omnibus vino somnóque. Caput grauatum, hoc est grauedine laborans. *Col. lib. 6. cap. 9.* Signa febricitantis, manantes lachrymæ, grauatum caput, oculi compressi. ¶Interdum grauare accipitur pro molestia afficere. *Virg. 2. Æneid.* Nec me labor iste grauabit. ¶Nonnunquam etiam pro grauius & molestius aliquid reddere. *Ouid. 5. Tristium, Eleg. 11.* At tu fortunam, cuius vocor exul ab ore, Nomine mendaci parce grauare meam. ¶Huius composita sunt, Aggrauo, Degrauo, Ingrauo, & Prægrauo: *De quibus suis locis.*

GRAVOR, ris, deponens. Molestor, offendor. { יגע *jaráh.* βαρύνομαι, δυσφορῶ. GALL. Estre greué faire à regret & ennuy. ITAL. *Aggrauarsi, hauer à male.* GERM Sich beschwären/ein verdruß haben/mit beschwärd etwas thun. HIS. *Ser graue, hazerse pesado.* ANG. *To be greiued.* } *Plaut. in Trinum.* Non grauabor, Faciam ita vt vis. *Idem in Rud.* Cur tu aquam grauare amabo quam hostis hosti commodat? *Cic. de Amic.* Ego vero non grauarer, si mihi ipse confiderem. *Liu. 1 ab Vrbe,* Minus tamen plebs grauabatur se templa deûm exædificare manibus suis.

¶Grauari cum accusatiuo. *Quint lib. 1. cap. 2.* Quæ si quis grauabitur, non rationi defuerit, sed oneri. *Lucan.* Romanos odere omnes, dominósque grauantur, hoc est grauiter ferunt dominos. ¶Est etiam grauor verbum passiuum à verbo Grauo: vt, Lentiscus triplici fœtu grauata, *apud Cic. 2. de Diuin.*

GRAVATUS, particip. { βεβαρυωμένος, δυσχερανόμενος. GALL. Greué, chargé, qui fait quelque chose à regret. ITA *Grauato, carico, huomo che fa alcuna cosa mal volentiere.* GERM. Beschwär HISP. *Agrauado, que haze alguna cosa con peso.* ANG. *Greiued, burdeined, loded.* } *Plaut. in Rudente,* nam vox me Precantis huc foras excitauit, bonam atque obsequentem deam, atque aut grauatam Patronam exequuntur, benignámque multum. Id est, quæ ex animo facit, quod ab ea petitur, non inuita, aut ægrè.

GRAVATÈ, aduerb. Inuitè, non libenter, cum molestia, ægrè. { לא ברצון *le beratsón.* ἀκουσίως, δυσχερῶς. GAL. A regret. ITA. *Grauosamente.* GERM. Mit beschwärd/ vnwilligklich/vngern. HIS. *Grauamente.* ANG. *Grenouslie.* } *Plaut. in Bacch.* Quàm grauatè pater dedit, id est quàm ægro animo & inuito. *Cicer. pro Balbo,* Qui erranti comiter monstrant viam, benignè, non grauatè. *Idem lib. 2. Off.* Grauatè ille primò: quid multa? impetrat.

GRAVATIM, aliud aduerbium, grauatè, ἀκουσίως. *Liu. 1. ab Vrbe,* Haud grauatim socia arma Rutulis iunxit.

GRAVESCO, scis, Grauis fio, oneror. { כבד *chabádh.* βαρύνομαι, βαρυδμαι. GAL. Deuenir pesant, se rengreger, s'appesantir. ITA. *Aggrauarsi, farsi graue.* GER. Schwär werden. HISP. *Hazerse pesado.* ANGL. *To waxe heauie.* } *Virg. lib. 2. Georg.* Nec minus interea fœtu nemus omne grauescit, id est, oneratur. *Plin. lib. 11 cap. 41.* Cameli lac habent, donec iterum grauescant, hoc est, grauidæ fiant & prægnantes. Valetudo grauescit, id est, grauior fit. *Tacit. lib. 1.* Hæc atque talia agrantibus grauescere valetudo Augusti. *Idem lib. 14.* Malis publicis in dies grauescentibus. Hinc Aggrauesco, & Ingrauesco, *de quibus suo loco.*

GRAVIDUS, a, um. Onustus, grauis. { כבד *chabédh.* ἔμφορτος. GALL Plein & pesant. ITAL. *Carico di peso.* GERM Schwar/beleestiget. HISP. *Cosa pesada.* ANGL. *Burdened, heauie.* } *Plaut. in Trucul.* Neu qui manus attulerit steriles intrò ad nos, Grauidas foras exportet. Sed hoc translatitium est: propriè enim mulier dicitur grauida, quæ iam concepto fœtu grauatur. { הרה *haráh.* ἔγκυος, ἐν γαστρὶ ἔχουσα. GAL. Gros ou grosse, preings ITA. *Grauida.* GERM. Schwanger oder tragende frauw. HISP. *Muger pezada de preñez.* } *Plaut. in Amphit.* Et quum te grauidam, & quum te pulchrè plenam aspicio, gaudeo. *Cicer. pro Cluent.* Quum mulier esset grauida, & iam appropinquare partus videretur. Aluus grauida. *Ouid. 2. Amor. Eleg. 14.* Si Venus Æneam grauida temerasset in aluo, Cæsaribus tellus orba futura fuit. *Plaut. Amph.* Ex concubitu grauidam feci filio *Terent. Andr.* Iamprimùm hæc se è Pamphilo grauidam dixit esse: inuentum est falsum. [¶Sic per translationem Grauida vitis, dicitur quæ fructu grauis est (vt suprà in Granem Grauida vitis, dicitur quæ fructu grauis est (vt suprà in Granis loquitur *Quintilian.*) *Ouid. 3. Fastor.* Et grauidæ munera vitis amas.]

GRAVIDITAS, atis Prægnatio, cōceptio. { הרין *herón* הרון *herón* } *Gal.* Grosseſſe, engrossissement de femelle, portee. ITAL *Grauidezza, ingrossamente di donna.* GER. Schwangerheit. HISP. *Preñez.* ANGL. *Greatneſſe with chylde or younge.* } *Cic. 1. de Nat. Deor.* Ipse sol mundum omnem suâ luce compleat, ab eóque luna illuminata graviditates, & partus afferat, maturitatésque gignendi.

Grāuĭdo,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Grăuĭdo,das, propriè est mulierem grauidam reddo: quanuis etiam ad alia transferatur.{עבר *Ibbár.*ἐγκύμονα ποιῶ. GALL. Engrossir vne femelle. ITA. *Ingrauidare.* GER. Schwanger machen. HIS *Empreñar* AN. *To mak great with chylde or younge.*} *Cic. de Nat. Deor.* Quippe quæ *che translatè.* Per mysteria hic te inhoneste grauidauit probro, id est, onerauit.

Grăuĭdārī, grauidam fieri. *In Epitome Sext. Aurelij Victoris in Adriano,* Huius vxor Sabina dum propè iniuriis seruilibus afficitur ad mortem voluntariam compulsa, quæ palàm iactabat, quàm immanè intem voluntariam compulsa, quæ palàm iactabat, quàm immanè intem voluntariam compulsa, quæ palàm iactabat, quàm immanè intem genium pertulisset, & elaborasse ne ex eo humani generis pernicies genium pertulisset, & elaborasse ne ex eo humani generis pernicies grauidaretur.

Grăuĭlŏquŭs, Grauiter loquens. δεινολόγος. Inde grauiloquentia. δεινολογία.

Grăuāstĕllŭs, Senior. à grauitate dictus, *vt Festo placet. Plaut. in Epidico,* Sed quæ est hæc mulercula, & ille Grauastellus, qui venit? Quidam legunt rauastellus, à rauo colore.

GRĂVĪSCAE, *Ptolemæo*, Hetruriæ castellum est in Tuscia quod hodie *Montem altum* vocant: ita dictum ab aëris grauitate. *Virg. 10. Æneid.* Et Pyrgi veteres, intempestæque Grauiscæ.

[Graxis, *Plaut. Prolog. Asin.* Caue modò ne graxis. (i. ne minimum somnum edas.) *Passeratius* sic ibi legendũ opinatur, vel certè γρύξης. *Lambinus* contra gratis legendum contendit.]

Grĕgālĭs, Gregarius, Gregatim, *Vide* GREX.

GRESINVS, γρησῖνος, Vrbs Chersonesi, *Steph.*

GRĒSTŌNĒ, γρηστωνέα, regio Thraciæ iuxta Macedoniam, à Gresto quodam dicta, Gastrones gentile, *Vide* Gastronia.

Grĕssŭs, *Vide* GRADIOR.

Grex, gregis, Differt ab armento, *teste Valla lib. 4. c. 24.* quòd grex minorum animalium sit congregatio, vt ouium, porcorum caprarum, {עדר *Édhe* צאן *tsón.* ἀγέλη, τοίμνη. GALL. Troupeau de bestes ITAL. *Gregge, greggia* GER ein schar/ein herd HIS. *Grey ò manada, rebano, como de ouejas ò cabras.* ANG. *A flock of beastes.*} Armentum maiorum, vt camelorum, boum, equorum. *Ouid. 4 Metam.* Mille greges illi, totidémque armenta per herbas Pascebant. *Virg. 3. Georgic* Hæc satis armentis: superat pars altera curæ, Lanigeros agitare greges, hirtásque capellas. Inuenitur tamen quandoque grex dè maioribus dici, vt de bobus, equabus & similibus: sed tunc ferè habet ad unctum nomen adiectiuum, aut genitiuum determinantem, aut potiùs detorquentem eius significationem ad rem aliquam, pro qua, si solum positum esset, non ita aptè acciperetur. *Virgil. Eclog 5.* Aut aliquam in magno sequitur grege. Vbi adiectiuum magno, efficit vt grex accipiatur pro armento. Sic *Horat.* quum vellet significare boum armenta, dixit, Greges mugientium. [*Et Sueton in Cæs. cap 81. & in Neron. cap. 22.* Greges equorum, dixit.] Item *Cic. 3. Philipp.* Cædit greges armentorum, reliquíq; pecoris quodcunque nactus est. *Idem 3. Verr.* Præterea greges equa ũ eius istum abigendos curasse. Ex his exemplis omnino diceudum videtur gregis appellationem generaliorem esse, quàm armenti. Hoc enim de maioribus duntaxat animalibus dicitur: illud autem, quoties solum ponitur, ferè de minoribus: cum adiuncto autem, etiam de maioribus. *Dux gregis pro Tauro. Ouid. 1. de Arte 65. de Europa.* Hanc tamen implent vacca deceptus acerna Dux gregis: & partu proditus author erat. ¶Neque solum pro quadrupedum congregatione, verumetiam pro auium, atque adeò ipsorum hominum multitudine accipitur. *Horat. 1. Epist. 3.* Nec, si fortè suas repetitum venerit olim Grex auium plumas, moueat cornicula risum Furtiuis nudata coloribus. [*Plaut. in fin. Pseud.* Si vultis approbare hunc & fabulam. *Idem in prol. g. Asin.* Grex & gregis dominus: (de mimis & histrionibus.) *Item in fine Capt.* Grex loquitur. *Item,* Princeps Gregis. (i. puerorum ludentium.) *Suet. in Calig. a. 58.* ¶*Item* de globo militum, *Liuius 8. ab vrb.* Grege facto venientes hostes.] *Plaut. in Aulul.* [*sc. 3. a. 3.*] Etiam introducet, si vis, vel gregem vænalium. *Terent. in Eunuch.* Vnum etiam hoc vos oro, vt me in gregem vestrum recipiatis. *Idem in Heaut.* -ancillarũ gregem Ducunt secum. Sed hæ significationes impropriæ sunt. & transslatitiæ. *Transfertur & ad inanimata. Nam *Plautus* greges virgarum dixit *in Pseu.* -lanios inde accersam duo cum tintinabulis: Eadem duo greges virgarũ inde vlmearũ adegero: Vt hodie ad litationẽ huic suppetat satis Ioui.

Grĕgo, as, A Grex deductum, colligo, congrego. ἀγείρω. ANG. *To gather into flockes.*} Huius tamen composita magis in vsu sunt, vt Abgrego, Congrego, Disgrego, *quæ vide suis locis.*

Grĕgārĭus, ria, rium, Quod est ex grege. {ἀγελαῖος. GALL. Du troupeau, de la troupe. ITAL. *Di gregge.* GERMA Zuß der schar/gemein oder geschlecht. HI. *Cosa de manada.* AN. *Of the flocke.*} vt, Gregarius bos, qui adhuc in grege pascitur: nondum iugo domitus. Gregarius miles dicitur, non electus, sed tumultuarie vndecunque collectus. *Cic. pro Plancio,* At id etiam gregarij milites faciunt inuiti. *Sallust.* Deinde multi memores Syllanæ victoriæ, quod ex gregariis militibus alios Senatores videbant, alios ita diuites, vt regio victu atque cultu vitam agerent. *Colum. in Præfat. lib. 6.* Gregariotúmque pastorum velut minutam professionis suæ disciplinam constantissimè repudiasse.

Grĕgālĭs, le, Quod ex eodem grege est. {ἀγελαῖος. GAL. Qui est du troupeau. IT. *Di vno istesso gregge, di vna istessa razza.* GER. Zuß der schar/ geh örend zu der schar HISP. *Cosa ret anada y de vn mesmo grey.* ANG. *Of the same flocke.*} *Varr. lib. 2. de Re rust.* Equi boni futuri signa sunt, si cum gregalibus in pabulo contendit in currendo. ¶Dicitur quoque de hominibus, & ponitur pro sociis & sodalibus, idque ferè in deteriorem partem. *Cic pro Domo sua,* An vt crudelem tyrannum? quod vos Catilinæ gregales dicere solebatis. *Idem pro Archia,* Nec Clodius, nec quisquam de gregalibus eius aut consiliariis. [¶Gregale tectorium. *Senec. Epist. 87.*]

Grĕgātim, aduerbium, Per greges, id est coniunctim, simul, vnà. {ἀγηδόν. GAL. Par troupeaux, & bandes. ITA. *Ag eggi.* GER. Scharächtig/ mit hauffen oder scharen HIS. *De rebaño en rebaño, ò manadas.* ANG. *By flockes.*} *Varr. lib. 4. de ling. Lat.* Merula quod mera, id est, sola volitet: contrà ab eo graculi, quòd gregatim *Plin. lib. 8. c. 5.* Elephanti gregatim semper ingrediuntur. ¶Transfertur etiam ad homines, quemadmodum & nomen grex, à quo deriuatur. *Cicer. 7. Verr.* Vides cives Romanos gregatim coniectos in latomias, &c.

Grēmium {חצן *chótsen* חיק *chék* κόλπος. GAL Le giron. IT. *Gremio, seno.* GER. Der schoss. HIS. *El regaço.* ANG. *The lappe, the spaces betwene the thighes.*} Est inter complexum femorum, femineúmve, in quo complexu mulieres concipere solent: Differt autem à sinu: quoniam sinus est intra pectoris brachiorúmque complexum: vnde sinus vestium, quales erant tunicæ Romanorum. Litora quoque curua, & quasi brachiis mare amplectentia, sinus vocamus. Et per translationem gremium terræ appellamus, quum semen suscipit, conceptúmque retinet, quasi viuentem fœtum postea paritura. Quare quum lactantur infantes, ad sinum admouentur: pueri verò tam facti à sedentibus matribus, vtique quum illis blandiuntur, ad gremium accipi solent: *vt Cicer. de Clar. Orat.* Filius in gremio matris educatus. *Virg. 1. Æneid. de Cupidine sub imagine pueri Ascanij,* Hæret, & interdum gremio fouet insciа Dido. Quin etiam matres nut icésve quum super genua collocant infantem, aut extremis vestibus repositum, & ad vterum vsque sublatum gestant, in gremio magis, quàm in sinu tenere aut gestare dicuntur. *Vt idem de eodem,* & fotum gremio Dea tollit in altos Idaliæ lucos. [*Catull. de Com. Beren.* Et Veneris casto collocat in gremio.] ¶Gremia, sunt culi aridi & minuti. *Vlp. L. 55. de legat. & fideicommissis lib 32.* Sed si voluntas non refragatur, & virgulæ, & gremia, & sarmenta, & superamenta materiarum continebuntur. *Colum. lib. 12. cap. 19.* Multum in vasa defutaria deferemus, leuique primùm igne ex tenuibus admodum lignis, quæ Gremia rustici appellant. Hinc arbores Gremiales, quæ surculos illos suppeditant, & vnde fasciculi componuntur. *Vlp. L. 7. Soluto matr.* Puto autem si arbores cæduæ fuerint, vel gremiales, dici oportere in fructu cedere.

Grīphŭs, phi, {חידה *chidháh.* γρῖφος GAL. Vne question ou propos obscur, difficile à soudre ITAL. *Questione ò sententia difficile da soluere.* GERMA. Ein nen: item, ein verbogne vnnd verwirrte red/ein vätterschen. HISP. *Questio ò sentencia escura, artificial de declarar.* ANGL. *An intricate question, a riddle.*} Rete, sagena. Item ænigma, hoc est, sermo ita implicitus atque intricatus, vt facilè dissolui non queat. *Gell. libr. 1. cap. 2.* Aliórque id genus griphos neminem posse dicens, nisi se, dissoluere.

Groma, Genus machinulæ est, quo regiones agri cuiusque cognosci possunt, quod genus Græci dicunt γνώμονα. *Apud Non.* Gruma scriptum est in eadem significatione, de qua infrà. Hinc Gromaticus, a, um, quod ad Groma pertinet. Hygmus scripsit librum Gromaticum, in quo castra metandi & loca opportuna in bello capiendi rationem tradidit.

GRONII, Hispaniæ Tarraconensis populi sunt ad Durium annem, *quorum meminit Pomp. Mela lib. 3.*

Grōssus, ssi, masculini vel fœmini. gen Ficus immatura. {פג *pagh.* ὄλυνθος. GALL. Vne figue qui n'est encore meure, figue sauuage, qui ne paruient à maturité. ITAL. *Fico che non si matura mai.* GER. Ein vnzeytige feygen. HISP. *Higo aun no maduro.* ANG. *A greene figge n yet rip.*} *Plin lib. 13. cap. 7.* Grossus eius non maturescit. *Cels lib. 5.* Grossi in aqua cocti. *Plin. lib. 15 c. 18.* Deprehensíque in his hyeme grossos. *Idem lib. 23 c. 7.* Crudæ grossi verrucas rollunt.

Grōssŭlus, diminut. {μικρὸς ἢ λεπτὸς ὄλυνθος. GAL. Petite figue qui n'est encore meure ITAL *Fico picciolo non maturo.* GERM. Ein kleine vnzeitige feygen. HISP. *Pequeño higo aun no maduro.* ANG *A litle vnripe figge.*} *Colum. de Arboribus, cap. 21.* Si voles ficum, quanuis non natura, feram facere, quum grossuli minuti erunt, fructum decutito. *Sic lib. 5. c. 10.*

Gruēs, Aues minimè soliuagæ, quæ non se segregant, neque quum volant, neque quum pascuntur: à sono vocis ita dictæ. {עגור *ʃus.* γέρανος. GAL. Vne grue. ITAL *Gru.* GERM. Kranich oder krey. HISP. *La grulla.* ANG. *A crane.*} Excubias nocte diuidunt, capite subter alam condito dormiunt, alternis pedibus insistentes. Volantes autem ordine quodam y literam faciunt: quòd Palamedem primùm deprehendisse ferunt. Vnde & Palamedis aues appellantur à Martiale, Turbabis (inquit) versus, nec litera tota manebit, Vnam perdideris si Palamedis auem. *Virgil. lib. 1. Georg.* Strymoniæ dant signa grues. *Horat. 1. Serm.* -decepta ferentes Membra gruis sparsi. Mira de gruibus habes *apud Plin. lib. 20. cap. 23. & apud Cic. lib. 2. de Nat. deor.* [¶Grues Mellicæ præstantissimæ. *Gell. c. 16. lib. 7.*]

Grŭo, gruis, grui, Gruum more sonitum edo, & de gruibus solis propriè dicitur. {κλαγγάζω. GAL. Gruir, chanter comme les grues. ITAL. *Far la voce di gru.* GER. Wie ein kranich schreyen. HIS. *Cantar la grulla.* ANG. *To crie lyk a crane.*} Congruo, pro conuenio. *Terent. in Heaut.* Concede hinc domum, ne nos inter congruere sentiant, id est, concordare. ¶Hinc etiam deducuntur, Congruus, a, um, & verbum ingruo: quorum significationem vide suis locis.

Grūmă, mæ, Mensura quædam, qua flexæ viæ ad lineam diriguntur, vt est agrimensorum & similium. κάθαρμα. *Apud Ennium lib. 17 referente Nonio,* legitur grumam dirigere. ¶Hinc fit verbum compositum, Degrumor, *de quo infra.* ¶Grumæ item sunt loca media, in quæ directæ quatuor congregantur & conueniunt viæ. *Nonius.*

[Grumio nomen Bubulci, *in Mostell. Plaut. sc. 1. a. 1.*]

Grūmŭs, mi, Terræ collectio, minor tumulo, quem etiam cliuulum vocamus. {גבן *réghebh* גושׁ *gúsh.* βῶλος. GALL. Grumeau, petit monceau ou amas. ITA. *Mucchio grumo, monticello.* GER. Ein buhelein. HIS. *El cerro, ò ta ò monton de tierra.* ANG. *An hillok, a mold hill.*} *Colum. lib. 2. cap. 18.* Grumos quos ad versum plerunque tractæ faciunt crates, dissipabimus ita, vt necubi ferramentum fœniſecæ possit offendere. Grumus salis. *Plin. lib. 33. c. 4.* Torretur & cum salis grumo, pondere triplici.

Grūmŭlŭs, diminutiuum. {τὸ βῶλιον. GALL. Petit grumeau, petit monceau, ou amas, grumisseau. ITA. *Mucchietto.* GER. Ein kleins heufflein grund in einem acker. HIS. *Pequeño cerro, mota ò monton de tierra.* ANG. *A litle hillocke, a clot of any thing.*} *Plin. li. 19. c. 6.* Quidam vlpicum, & allium in plano seri vetant, castellatimque grumulis imponi distantibus inter se pedes ternos.

Grūndīrĕ Veteres dicebant quod nos Grunnire. {γρύζειν GALLIC. Gronder, grongner comme les pourceaux. ITA *Far la voce del porco,* GERM. Schreyen oder ruchlen als ein schwein. HISP. *Grunir el porco.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ANGL. *To grunt as swyne doue.*} *Claud lib. Annalium* 15. *vt citat Nonius*, Grundibat grauiter pecus suillum. ¶Hinc Grundules Lares dictos accepimus quos Romulus constituisse dicitur in honorem scrophæ, quæ triginta pepererat porcos. *Cassius Hemina*, Sus parit porcos triginta, cuius rei fanum fecerunt Laribus grundulibus. [*Vide Diomed. lib.* 1.

Grūnnĭo, is, niui, & grunnij, itum, proprium est vocis porcorum. γρυλίζω, γρύζω. *Plin. lib.* 32. *c.* 2. Grunnire eum quum capiatur. *Iuuen. Sat.* 15. Et cum remigibus grunnisse Apennina porcis.

Grūnnītūs, ūs. {γρυλισμός. GALL. Grongnement, grondement. ITA. *Grunimento.* GER. Das rúchsen oder sauwgeschrey. HIS. *Aquel gruñido.* ANG. *The gruting of swyne.*} *Cic.* 3. *Tusc.* Nec grunnitum audit, quum mactatur sus.

* GRUS, huius gruis, masculini vel fœminini gen. Auis nota. *Vide suprà* Grues. ¶Grus est etiam machina ad subleuanda onera accommoda: sic dicta quòd in longum prominens, collum gruis referat: Græcè γέρανος dicitur: cuius sæpe fit mentio apud Vitruuium. *Labeo in l. si seruus tuus ff. de actio. empt. & vendit.* Qui per καταβάθρων γερᾶνος descendere, aut in cloacam demitti solitus esset.

GRŸLLUS, ii. {γρύλλος. GAL. Vn gryllon ou crinon. ITA. *Grillo.* GERM. Ein muckheim/grylli. HISP. *El grillo animal conocido.* ANG. *A kind of locust.*} Genus est locustæ, similis cicadæ, longiori tamen corpore, vbique gentium pernicies agris: retro ambulat, terram terebrat, & noctu stridet: vnde & nomen accepit. *Plin in lib.* 29. *c.* 6. Auribus prodest grylli cum sua terra effossus, & illitus. Magnam autoritatem huic animali perhibet Nigidius, maiorem Magi: quoniam retrò ambulet, terramque terebret, stridat noctibus.

GRYLLVS, Xenophontis Socratici filius, qui pro patria fortiter pugnans, honestam mortem oppetiit, multorum ob id encomiis celebratus. *Auctor Aristoteles in Politicis.*

GRŸNĒVS, γρυνεύς. Dictio dissyllaba, nomen est Centauri. *Ouid.* 12. *Metam.* Cúmque suis Gryneus immanem sustulit aram Ignibus, & medium Lapitharum iecit in agmen.

GRYNIA *Plinio, Straboni* Grynium, γρυνοί, *ut* γρυνέα *Stephano*, Oppidum est Myrinæorum in Æolide Asiæ regione, Apollinis fano & perantiquo oraculo nobile, à quo Apollo Grynæus, γρυνάιος dictus putatur. *Vide Strab. lib.* 13. *& Plin. lib.* 5. *c.* 30.

GRŸNĒVS, a, um adiectiuum trisyllabum, γρυνάιος. Cognomen est Apollinis indictum, à Gryneo nemore iuxta Clazomenam Asiæ ciuitatem in quo Apollo celebratur. *Virg. l.* 4 *Æneid.* Sed nunc Italiam magnam Gryneus Apollo: Italiam Lyciæ iussere capessere sortes. *Idem* 6 *Eclo.* His tibi Grynei nemoris dicatus origo. *Seruius* Gryneum nemus est in finibus Æolidis, Apollini consecratum. Dictum est autem hoc nemus à Gryneo vicino oppidulo. *De quo vide Strab. lib.* 13.

GRŸPHĒS, {גְּרִיפִים *peres.* γρύφες. GAL. Gryffons ITAL. *Griffi, gryffoni.* GERM. Greyffen. HISPAN. *Gryphos.* ANG. *Gryffons or grypes.*} Qui & gryphi, animalia pennata, & quadrupedia: omni ex parte leones, alis tantùm & capite aquilis similia, equis vehementer infesta. *Virg. Eclog* 8. Iungantur iam gryphes equis. *Plin. lib.* 10. *cap.* 49. Pegasos equino capite volucres, & gryphas auritos aduncitate rostri, fabulosos reor: illos in Scythia, hos in Æthiopia. *Idem lib.* 35. *cap.* 4 Aurum inuenitur in nostro orbe, vt omittamus Indicum, atque à formicis, aut gryphibus apud Scythas erutum. Singularis nominatiuus est Gryps, gryphis: vel gryphus, gryphi. Prioris iam dedimus aliquot exempla. Posterioris testimonium est *apud Plin. lib.* 7. *ca.* 2. Sed & iuxta eos, qui sunt ad Septentrionem versi, produntur Arimaspi, quos diximus vno oculo in fronte media insignes: Quibus assiduè bellum est circa metalla cum gryphis, ferarum volucri genere, quale vulgò traditur, eruente ex cuniculis aurum, mira cupiditate & feris custodientibus, & Arimaspis rapientibus, &c. [¶Gryphos dissoluere, *Gell. cap.* 2. *lib.* 1. de captiunculis dialecticis.]

GRŸPŬS, {γρύπος. GAL. Qui a le nez aquilin ou crochu. ITA. *Colui che ha il naso aquilino.* GERM. Der ein habichts nasen hatt. HIS. *El que tiene la nariz corua ò aguilena.* ANG. *One that hath an hawnoked nose.*} sine aspiratione, Dicitur qui nasum habet aduncum, fortassis à gryphorum similitudine, quos Græci γρύπας vocant. Feruntur enim gryphes rostrum habere incuruatum in morem aquilæ.

G ante V.

GV. In notis antiquorum genus. G. V. grauis Valerius. GX. grex.

GŬBĔRNO, as, Propriè nauim rego. {κυβερνάω. GALL. Gouuerner. ITAL. *Reggere, gouernare, amministrare.* GERM. Ein schiff leiten oder regieren/ verwalten/ Herschen HISP. *Gouernar ò regir.* ANGL. *To gouerne, to guide.*} *Cicer. l. Offic.* Vt si nautæ certent quis eorum potissimùm gubernet. ¶Per translationem accipitur pro moderor, procuro, administro. {נהג *niheegh* רעה *raháh* הרביר *hidhbér* διαίνω.} *Cic. Curioni*, Téque hortor vt omnia gubernes, ac moderere prudentia tua. *Idem Att. li.* 6. Sed hæc Deus aliquis gubernabit.

GŬBĔRNĀTŎR, oris, Rector nauis, qui clauum moderatur. {רכחבי *rabhachabél* מנהג *menahégh* רעה *roéh* κυβερνήτης. GAL. Gouuerneur ITA. *Temoniero, gouernatore, patron di naue.* GERM. Ein steürman/ regierer/ verwalter. HISP. *Gouernador ò regidor.* ANG. *A gouernour, a guider.*} *Cic. de Senect.* Gubernator clauum tenens sedet in puppi. *Idem. l. de Inuen.* Nauis quæ scientissimo gubernatore vtitur. *Idem.* 7 *Philip.* Quanquam non eges consilio, quo vales plurimùm, tamen & summi gubernatores in magnis tempestatibus à vectoribus admoneri solent. [*Senec. c.* 6 *de Consol ad Mart.* Gubernatoris autem non ostendit secundus cursus.] Gubernator equorum. *Quintil. lib.* 8. *cap.* 6. Translatio est, quum in rebus, animalibúsue aliud pro alio ponitur: vt de agitatore, Gubernator magna contorsit equum vi. Custos & gubernator Reipublicæ, *Idem* 7. *Verr.*

GŬBĔRNĀTRĪX, fœmininum. {מנהגת *menaí égheth* רעה *roháh.* ἡ κυβερνήτειρα, διοικητική. GAL. Gouuernereſſe ou gouuernante. ITA. *Donna che gouerna.* GERM. Ein herrscherin/ regierin. HISP. *La gouernadora ò regidora.* ANG. *A gouernesse, or woman ruler.*} *Cic. l. de Orat.* Eloquentia gubernatrix ciuitatum.

GŬBĔRNĀTŪS, a, um. Propriè de nauis directione dicitur: quamuis per translationem pro quauis administratione accipitur. {החבולה *tachbuláh* κυβέρνησις, διοίκησις. GALL. Gouuernement. ITAL. *Gouerno, amministratione.* GERM. Herschung/ regierung/ verwaltung. HISP. *Gouernamiento, aquella obra de gouernar ò regir.* ANG. *A gouuerning or ruling.*} *Cic. 4. de Fin.* Et si in ipsa gubernatione negligentia nauis est euersa. *Idem* 3. *in Catil.* Vix videtur humani consilij tantarum rerum gubernatio esse potuisse. [*Senec. epist.* 88. Gubernationem dixit, pro arte gubernandi.]

GŬBĔRNĀCŬLUM, li, Clauus nauis, id quo nauis gubernatur, & regitur. {πηδάλιον. GALL. Le gouuernail d'vn nauire. ITA. *Temone.* GERM. Das steür ruder in dem schiff. HIS. *Gouernale de naue.* ANG. *The sterne of a shippe where by she is guided.*} *Cic. 2. de Inuent.* Hic ille naufragus ad gubernacula accessit. *Sen. cap.* 6. *de Const. ad Mart.* Turpis rector naui gij, cui gubernacula fluctus eripuit.] ¶Per translationem accipitur pro administratione. {החבולה *tachbuláh.*} *Cic. pro Domo sua*, Quum Senatum à gubernaculis deiecisses, populum è naui exturbasses, ipse archipirata cum rege prædonum impurissimo plenissimis velis naui gares. Gubernacula Reip. tractare, apud eundem pro Sestio. Gubernacula vitæ, *apud Plin. lib.* 11. *cap.* 37. Legitur & gubernaclum per syncopem. *Virg.* 6. *Æneid.* Nanque gubernaclum multa vi fortè reuulsum.

[Gubernium, dixit Laberius *apud Gell cap.* 7. *lib.* 16.]

GŬLĂ, gulæ, לוע *lóah.* GAL. Gueule, conduit par lequel on aualle ce qu'on boit & mange. ITAL. *Gola* GERM. Der schlund oder die kel/ die speiserör. HISP. *La heruera con que tragamos.* ANG. *The gullet, where by meatt and drinck passeth, into the stomack.*} Est fistula colli interior, constans ex carne & neruo, per quam cibus & potus in ventriculum defluit. Græci οἰσοφάγον appellant. *Plin. lib.* 11. *cap.* 37. *de epiglottide loquens*, Operæ eius gemina, duabus interposita fistulis: interior earum appellatur arteria, ad pulmonem atque cor pertinens. Hanc operit in epulando, ne spiritu ac voce illac meante, si potus cibúsue in alienum deerrauerit tramitem, torqueat. Altera exterior est, appelletur sanè gula, qua cibus atque potus deuoratur. Tendit hæc ad stomachum, inde in ventrem. Hanc per vices operit, quum spiritus tantùm aut vox commeat, ne restagnatio intempestiua alui obstrepat. Ex cartilagine & carne arteria: gula carne & neruo constat. *Hastenus Plin.* ¶Inuenitur nonnunquam gula sumpta pro anteriore parte colli, quam iugulum vocamus. *Plaut. in Merc.* Demisisti gladium in gulam: iam cadam. *Sallust. in Catil.* Laqueo gulam frägere. *Cic.* 6. *Ver.* Quem obrorta gula in vincula abripi iussit. [*Senec. cap* 19. *de vita beata*; Gulam sibi præcidere. *Plaut. Men sc.* 6. *a.* 1. Tergum quàm gulam oportet potiora esse, & crura, quàm ventrem. ¶Gula, de folle: *Plaut. Aulul. sc.* 1. *a.* 2. Follem obstringit ob gulam, &c.] Sed in hac significatione vix inuenies in medicorum aut physicorum scriptis. Illi enim gulam, vt iam diximus, accipiunt pro fistula illa, qua cibus & potus in stomachum demittitur. ¶Vnde per translationem accipitur pro voracitate, & nimio delicatiorum ciborum appetitu, λαιμαργία. *Cic. in Sallust.* Posteaquam immensæ gulæ impudicissimi corporis quæstus sufficere non potuit. Quanta est gula quæ sibi totos ponit apros, animal propter conuiuia natum? *Plin. lib.* 19 *cap.* 4. Hi niues, illi glaciem potant, pœnásque montium in voluptatem gulæ vertunt.

GŬLŌNĒS, Guloſi. {γαστέρισμαργοι, λαίμαργοι. ANGL. *Gulligurtes.*} *Apuleius in Apolog.* Gulones omnes qui impenso precio à piscatoribus mercantur.

GŬLŌSŬS, a, um, Qui est deditus gulæ, vorax, comedo. {γαστρίμαργος. GALL. Gourmant, glout, goulu. ITAL. *Goloso, che si lascia tirar da l'appetito di buoni bocconi.* GERMAN. Fräſſig/ dem fräſſen ergäben HIS. *Cosa golosa ò glotona.* ANG. *Gluttunous.*} *Mart. lib.* 8. Esse tibi videor sæuus, nimiúmque gulosus. *Idem li.* 12. Non est Tucca satis quòd es gulosus: Et dici cupis, & cupis videri. *Gulosus lector *Martialis*, Non opus est nobis nimium lectore guloso. Hoc est multæ lectionis curioso.

GŬLŌSĒ, aduerbium, Luxuriosè, immoderatè. {λαιμαργικῶς, ἀδηφάγως. GAL. Glouttement en gourmand. ITA. *Da goloso.* GER. Fräſſiglich. HIS. *Golosamente.* ANGL. *Gluttonously.*} *Colum. in præfat. lib.* 1. Contemptissimorum vitiorum officinas gulosiùs condiendi cibos, & luxuriosiùs fercula struendi. Degulo, degulas, & Ingluuies, *vide suùlocis.*

GŬLLĬŎCÆ, Nucum iuglandium summa & viridantia putamina. *Auctor Festus.*

Gumia, æ, Antiqua vox idem significans quod gulosus. *Lucil. lib.* 30. Illo quid fiat lamia & pytho oxiodontes Quos veniunt illæ gumiæ vetulæ, improbæ, ineptæ. Idem compellans gumias ex ordine nostros. *Festus in voce Ingluuies, & Scaliger in Varronem.*

GŪMMĪ, {κόμμι. GAL. Gomme. ITA. *Gomma.* GERM. Gummi. HISPAN. *La Goma.* ANG. *Gomme of trees.*} indeclinabile, & Gummis gen. fœm. Est gutta viscosa ex arboribus quibusdam per corticem diffluens. *Plin. lib.* 13. *c.* 11. Gummi optimum esse ex Ægyptia spina conuenit. *Colum. lib.* 12. *cap.* 50. Nostrorum temporum agricolæ repudiauerunt, existimauerúntque satius esse noua dolia liquida gummi perluere.

Gummitio, Illinitio quædam ex glutinoso illo arborum succo, quæ doliis fieri solebat, quemadmodũ picatio ex pice. {κόμμωσις. *Colum. lib.* 12. *cap.* 50. Multi quum semel noua dolia vel seruias crassa gummi liuerunt, vna in perpetuum gummitione contenti sunt. Et sanè quæ semel oleum testa combibit, alteram gummitionem non recipit.

GŪMMĀTŪS, a, um, adiect. Gummatæ arbores dicuntur, quæ gummi producunt. {κομμωδείς. GAL. Qui produit de la gomme. ITA. *Che produce gomma.* GER. Bäum auß welchen gummi oder harz treüfft. HIS. *Cosa che haze goma.* ANG. *That bringeth forth gumme.*} *Palladius*, In cerasis hoc est seruãdum, & in omnibus gummatis, vt tunc inserantur, quando vel non est, vel desinit gummi effluere.

GŪMMŌSŬS, a, um, Quod multum gummi habet. {κομμώδης. GALL. Plein de gomme, gommeux. ITAL. *Pieno di gomme.* GERM. Voll gummi. HIS. *Lleno di goma. gomoso.* ANGL. *Full of gumme.*} *Plin. lib.* 12. *cap.* 9. Facilius hoc, & crustosius, amariúsque: at gummosum.

GŪMMĪNŬS, a, um, Quod est ex gummi confectum. {κόμμινος. GALL. Fait de gomme. ITALIC. *Fatto di gomma.* GERMAN. Auß gummi gemacht. HISPA. *Cosa hecha de goma.* ANG. *Made of gumme.*} vt, Gumminum oleum quod ex gummi elici solet, neruis in primis vtile, *teste Plin. lib.* 15. *c.* 6.

GVNAS,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

GVNAS, γυνάς, Locus habitatus in Syria vberis & fœcundi soli, vnde nomen ei παρὰ τὸ γόνιμον. *Steph.*

Gūrdŭs, di, pro stolido, vox est Hispanica. {פתח *poteh* פתי *pethi* נבל *nabál* בער *baʿár* כסיל *chesíl*. δόκανος, μωρός. GAL. Sot, gourd. IT. *Balordo.* GER. Narr/thor/dölpel. HISP. *Loco ò bouo.* ANG. *Foolish.*} *Quintil. lib. 1. c. 5.* Et gurdos, quos pro stolidis accipit vulgus, ex Hispania duxisse originem audiui. [Ea voce vsus est *Labertius apud Gellium cap. 7. lib. 16.*]

Gūrgĕs, gitis, Propriè locus est in flumine profundus, in quo aqua vertitur: quamuis generaliter de omni aquarum congerie dicatur: & de ipso etiam mari. {גל *ghal* תהום *tehóm*. δίνη, ἄμπαξ. GALL. Vn gouffre d'eau, profondeur d'eau. ITAL. *Gorga.* GERMA. Ein wurbel im wasser. HISP. *Lugar profundo enel agua ò enel lago.* ANG. *A gulfe, a great pitt and swallow in a riuer where the water is swallowed vp.*} *Martial. lib. 1.* Raptus flumineo venit de gurgite piscis. *Plin. lib. 8. ca. 5.* Amnem transiturí minimos præmittunt, ne maiorum ingressu atterente alueum crescat gurgitis altitudo. *Virg. 1. Æneid.* Apparent rari nantes in gurgite vasto. [*Tibull. lib. 4.*] Vel si interrupto nudaret gurgite pontem. *Velleius,* festinatio pronti gurgitis modo. *Ouid. Eleg. 10. lib. 3. Trist.* Fluctus in obsesso gurgite nullus erit. (id est mare.) *Quintil.* Multo gurgitis tractu fluens amnis. *Ouid. Eleg. 1. lib. 2. Trist.* Nec mihi pars nocuit de gurgite parua, &c.] ¶ Ponitur translatè pro homine insatiabili, aut alia quauis re inexplebili. *Cicer. in Pisonem,* Ille gurges, atq; helluo, natus abdomini suo, non laudi atque gloriæ. *Idem in Verrem,* Immensa illa vorago, aut gurges vitiorum, turpitudinúmq; omnium. *Idem in Arusp. resp.* Quæ vnquam Charybdis tantos exhau ire gurgites posset, quantas iste Byzantiorum prædas exorbuit? [*Gellius ca. 24 lib. 2.* Familiam, pecuniámque suam prandiorum gurgitibus proluere.]

Gūrgŭlĭo, onis, siue potiùs Curculio, A rei anatomicæ peritis vocatur caruncula quædam in fine palati ad fauces dependens, inter tonsilas, quam alio nomine columellam appellamus. {παρήμιον. GALL. Le gauion. ITAL. *Vgola.* GER. Die gurgel. HIS. *El garguero.* ANG. *A piece flesh in the, nother parte of the roofe of the mouth.*} *Varro lib. 2. de Re rust. cap. 3.* videtur posuisse pro colli parte anteriore, quam & guttur appellat. Hireus (*inquit*) molliori pilo, & potissimùm albo, ac ceruice, & collo breui, gurgulione longiore. ¶ Rursus gurgulio, vermis quidam, qui in horreis nascens, frumentum absumit: sic dictus, quòd totus sit guttur. {πρῶξ, κὶς. GAL. Calendre. IT. *Tignuela.* GER. Kornwürm/ kornmiswen. HIS. *Gorgojo del trigo.* ANGL. *A weeuill.*} *Virg. lib 1. Georg.* populátque ingentem farris aceruum Gurgulio, atque inopi metués formica senectæ. Rectiùs scripseris curculio per secundam consonantem. Sic enim veteres scripsisse constat ex argumento Plautinæ Comœdiæ eiusdem nominis, in quo primæ versuum literæ curculionis nomen exprimunt. *Vide* CVRCVLIO.

Gūrgŭstĭum, stij, & diminutiuum gurgustiolum, genus habitationis angustum, à cutculione verme sic dictum. {מלונה *melunáh*. οἰκίδιον. GALL. Logette estroitte, cabaret destourné. ITA. *Stanza molto stretta.* GER. Ein klein nachgustig heusslin/oder ein schlechtwonung. HIS. *Casa probre ò choça.* ANG. *A litle narrow cabin, acotage or lodge.*} *Seruius* docet gurgustium esse obscuram & latentem tabernam. *Cic. in Pisonem,* Meministine cœnam, quum ad te quinta fe. è hora cum C. Pisone veniissem, nescio quo è gurgustio te prodire obuoluto capite soleatum. *Apul.* Ergo breuitatem gurgustioli nostri ne spernas, peto, sis contentus lare paruulo.

Gūsto, as, Libo, labris primoribus attingo. {טעם *taʿám.* γεύομαι. GAL. Gouster. ITA. *Gustare.* GER. Versuchen/kosten. HIS. *Gustar prouando el sabor.* ANG. *To taste, to feel ethe taste of any thing.*} [*Plaut. Capt. sc. 2. a. 1.* Nihil quicquam iuuat quod edo domi, foris aliquantillum etiam quod gusto, id beat. *Ibid. sc. 2. a. 3.* Gustato tute prius. ¶ Gustare solebant à balneo. *Sen. c. 22. de Consol. ad Marc.*] *Cæsar 5. bell. Gall.* Leporem & gallinam, & anserem gustare fas non putant. *Cicer. ad Gallum,* Fugi in Tusculanum, quum quidem biduum ita ieiunus fuissem, vt ne aquam quidem gustarem. *Idem 2. de Nat. Deor.* Capræ dictamum quærunt: quam quum gustauerint sagittæ quibus confixæ sunt, excidunt. ¶ Et per translationem accipitur pro leuiter attingere, experiri. *Cic. pro M. Celio,* Equidem multos & vidi in hac ciuitate, & audiui, non modò qui primoribus labris gustassent genus hoc vitæ, & extremis (vt dicitur) digitis attigissent. ¶ Huius composita sunt, Degusto, hoc est, Delibo, libo, labris admoueo. προγεύομαι. *Sallust. in Cat.* Inde quum post execrationem omnes degustassent, sicut in sacris solennibus fieri consueuit, aperuisse consilium suum. ¶ Prægusto, antè gusto, προγεύομαι.

Gūstātŭs, us, Gustus, hoc est, sensus ille quo sapores discernimus. {טעם *taʿám.* γεῦσις. GAL. Le goust, goustement. IT. *Gusto.* GER. Versuchung/ kostung. HIS. *Sentido de gustar.* AN. *A taste, the sense of tasting.*} *Cic. 2. de Nat. Deor.* Gustatus, qui sentire eorum quibus vescimur, genera debet, habitat in ea parte oris, qua esculentis & poculentis iter natura patefecit. *Gustatus, pro ipsa gustatione seu gustandi actu. *Cic. 2. de Nat. Deor.* Nisi fortè tanta vbertas & varietas pomorum, eorúmque iucundus non gustatus solùm, sed odoratus etiam, & aspectus, dubitationem affert quin hominibus solis ea natura donauerit.

Gūstŭs, us, Vnus ex quinque sensibus exterioribus, quo saporum diuersitatem discernimus {טעם *taʿám.* γεῦσις. GAL. Le goust. ITAL. *Gusto.* GER. Das versuchen ob ein ding saur/süss/oder dergleychen seye. HIS. *Sentido de gustar.* ANG. *The sense of tasting.*} *Plin. lib. 10. c. 71.* Existimauerim omnibus sensum gustus esse. [*Gell. c. 6. lib. 7.* Nullum animal sine gustu aut tactu. *Suet. in Neron. c. 33.* Ad primum gustum (veneni) concidere.] *Quint. l. b. 6. cap. 5.* Nec magis arte traditur, quàm gustus, aut odor. Veræ laudis gustum non habere, Metaphoricè. *Cic. 3. Philip.* Vt quidam morbo aliquo & sensus stupore suauitatem cibi non sentiunt: sic libidinosi, auari, facinorosi, verę laudis gustum non habent. [*Quintil.* Vrbanitas est, quæ habet quendam gustum vrbis.] ¶ De gustu cognoscere, ἐκ γεύματος γινώσκειν, hoc est, minima experientia iudicare.

Gūstātōrĭum, torij, Crater siue labrum (*inquit Perottus*) in quod aqua è fonte profluit, ἀνάκαμος. GAL. Vn lieu ou vaisseau à gouster. ITA. *Luoco ò vaso da gustare.* GERM. ein orth da man etwas versücht/oder das selbig geschirr. HISP. *Lugar ò vaso para gustar ò comer.* ANG. *A tasting place or veßel.* {*Plin. in Epist. lib. 5.* Gustatori um, grauiórque cœnatio marginí imponitur. [*Vide Mart. epig. 88. lib. 14.*]

Gūttă, tæ, Minima pars aquæ, vel alterius materiæ liquidæ, quæ & stilla vocatur. {דלף *déleph* נטף *nátaph* אגל *éghel* רסיס *resis.* σταγών, σταλαγμός. GAL. Vne goutte. ITA. *Gocciola.* GER. ein tropff. HISP. *La gota de lo liquido que corre.* ANG. *A droppe.*} *Plaut. in Casin.* Dij me & te infelicent, si ego in os meum Vini guttam indidi. *Plin. lib. 31. c. 2.* Distillantes quoque guttæ in lapides durescunt in antris Coryciis. ¶ Quum ex magno lucro paululum quiddam alicui decidit, guttam aspergi dicimus. *Cic. pro Cluentio,* Atque etiam ipse conditor totius negotij guttam aspergit huic Bulbo. ¶ Ne gutta quidem, ὀβολιαῖος pro minimo. [*Plaut. Pseud. sc. 4. a. 1.* Cui nec parata gutta certi consilij.] ¶ Gutta vini non miscetur aqua sæpius infusa, σταλαγμὸς οἴνου μικρὸς χωσθεὶς ὑδατος ὑ μέγιστου. Quum paululo boni nimia mali vis admisceatur. Separant tamen Grammatici Guttam à Stilla, quòd gutta maneat: stilla autem cadat. *Corn. Fronto de diff. vocab.*

Gūttŭlă, diminut. {τὸ σταγόδιον, μικρὸς σταλαγμός. GALL. Gouttelette, petite goutte. ITA. *Goccioletta.* GER. ein tröpffen. HISP. *Pequeña gota.* ANG. *A litle droppe.*} *Plaut. in Epid.* Ah guttula pectus mihi ardens aspersisti. *Idem alibi,* Vt guttulam hauriret ex guttulo.

Gūttātim, Per singulas guttas. {κατὰ σταγόνα. GAL. Goutte à goutte. ITAL. *A goccia à goccia.* GER. Tropffechtig/ein tropffen nach dem anderen. HIS. *Corriendo gota à gota.* ANGL. *By droppes.*} *Plaut.* Cor ædepol miserum meum, Quod guttatim contabescit, quasi in aqua tu indideris salem.

Gūttātŭs, ta, tum, {σταλαχθείς, στιγματισθείς. GAL. Tascheté, mouscheté. IT. *Pomellato, Parso di goccie.* GER. Getrucfft/gesprengt. HIS. *Gotado, manchado.* ANG. *Spotted here and there and as it were dropped.*} Quod colorem habet, maculis quibusdam in modum guttarum distinctum. *Mart. lib. 5.* Et picta perdix, Numidicæque guttatæ.

Gūttānstis, Formam participij habet, quasi a gutto, tas, pro guttatim stillare. {דלף *dolèph* נשף *notéph*. σταλάζων. GALL. Degouttant, qui degoutte. ITAL. *Che goccia.* GERM. Tropffend. HIS. *Qui corre gota à gota.* ANG. *Dropping, falling by droppes.*} *Plin. lib. 20. c. 8.* Huius folia ambustis vtilia, guttantia astringunt.

Gūttŭr, uris, Pars colli anterior. {גרון *gharón.* βρόγχος. GAL. Le gosier. ITA. *Gola, canna de la gola.* GERM. Die kal. HISP. *El papo ò garguero.* ANG. *The throte.*} *Plin. lib. 11. c. 37.* Guttur homini tantùm, & suibus intumescit, aquarum, quæ potantur, plerunque vitio. Accipitur item pro via ea, qua spiritus à pulmone ad os transmittitur, quæ in homine aspera arteria appellatur. πραχεῖα ἀρτηρία. [*Plaut. Curc. sc. 2. a. 1.* Naso est obsecutus odor (vini) Da vicissim gutturi gaudium. *Idem:* Vineam statuam quæ tuo gutturi sit monumentum. *Ouid. Eleg. 12. lib. 3. Trist.* Indocilisque loquax gutture vernat auis. *Plaut. Capt. sc. 1. a. 3.* Guttur ventérque resident esuriales ferias.] *Cicer. 2. de Diuin.* Haud modicos tremulo fundens è gutture cantus. *Virg. in Georg.* Et lætas pecudes, & ouantes gutture corui. Inferiorem gutturem dixit *Plaut. in Aul. [sc. 1. a. 2. pro ano* Etiámne (inquit) obturat inferiorem gutturem, nequid animæ emittat dormiens?

Gūttūrōsĭ {οἱ πλὴν φάρυγγα ὀγκώδεις, οἱ βεβρογχοκήλωι πάσχοντες. GALL. Qui ont gros gosier, goitreux. IT. *Gozzuti, di grossa gola.* GER. Die grosse auffgeblasne kälen haben. HIS. *Cosas papulas ò que tienen garguero.* ANG. *A hat hath a great throte.*} dicuntur quorum guttur tanquam spongia quædam intumescit: quod vitij genus βεβρογχοκήλωι appellant, quum scilicet inter cutem & asperam arteriam, aut etiam in alia colli parte tumor nascitur, qui modò hebetem carnem, modò humorem melli similem includit: interdum etiam minuta ossa, pilis admista. Solent autè huic vitio peculiariter obnoxij esse accolæ Alpium, qui aquam bibunt ex niue resolutam. *Vlp. de ædil. edict.* Si quis natura gutturosus sit aut oculos eminentes habeat.

Gūttūrnŭm, nij, Vas ex quo aqua guttatim in manus datur, ab eo quòd propter angustias guttatim fluat. *Festus.* {χέρνιβον. ANG. *A lauer or eawer.*}

Gūttŭs, ti, Poculi genus, angusto collo, quo in sacrificiis vtebantur. {אגנון *tsintsnéneth.* χέρνιβον. GAL. Vn goutteron ou burette, soit à huile ou autre chose. ITA. *Vaso da vino, ò da oglio.* GER. ein tropffgeschirr/ ein gutter. HIS. *Vaso que tiene angosta bocca como aʒeytera.* AN. *A lauer or eawer out of the which water is powred vpon the handes.*} *Plin. lib. 6.* Curius iurauit, se ex præda nihil attigisse, præter guttum faginũ quo sacrificaret. [*Mart. epigr. 52. lib. 14.* Guttus corneus.] ¶ Erat etiam guttus vasis genus, in quo oleum asseruabatur. *Gell. [ca. 8. lib. 17.*] Puerum iubet Taurus oleum in ollam indere (erat is puer genere Atticus festiuissimus, ad annos maximè natus VIII. ætatis & gentis argutiis scatens) guttum Samium ore tenus imprudens inanem, tanquam inesset oleum, affert, conuertítque eum: &, vt solitum est, circumegit per omnem partem ollæ manum, nullum inde ibat oleum. Vtebátur etiam gutto in balneis, ad conseruanda vnguenta. ¶ Dictus est etiam guttus, *teste Varr.* à gutta, quòd propter colli angustiam humor inde guttatim efflueret.

Gūttŭlŭs, pen. corr. Diminut. {χερνιβεῖον, ἢ χέρνιβος, ἴδος. GAL. Esguiere ou biberon. IT. *Vasetto da bere.* GER. ein gutterlein/ein geschirrlein mit einem engen halßlein. HIS. *Pequeño vaso que tiene angosta bora.* ANG. *An eawer.*} *Plaut.* Vt guttulam hauriret ex guttulo.

G ante Y

GȳărŭS, ri, fœm gen. γύαρος. *Steph.* vel Gyara, æ, pen. corr. {GER. ein insel im Egæischen meer gelägen/eine auß den Sporadibus/in welche die Römer ire vbeltäter verschicken.} Insula est maris Ægæi vna ex Sporadibus in quam Romani noxios deportabant. [*Sen. cap. 5. de Consol. ad Helu.*] *Plin. lib. 8. c. 29.* Ex Gyaro insula incolas à muribus fugatos. *Iuuen. Satyr. 10.* Vt Gyaræ vinctus scopulis, paruáque Seripho: *Idem Satyr. 1.* vsus est numero plurali. Aude (inquit) aliquid brettibus Gyaris, & carcere dignum, Si vis esse aliquid.

GȳĂS, γύας, Viri Troiani nomen est *apud Virg. 5. Æneid.* Ingentémque Gyas ingenti mole Chimæram, &c.

GȳGAĒŸS lacus, γυγαία λίμνη, Lydiæ lacus est, stadiis quadraginta à Sardibus distans: qui postea Colous dictus est. *Propertius,* Lydia Gygæo tincta puella lacu. Meminit huius lacus *Hom. in fine Catalogi. Plin. li. 5. c. 29.* Gygæum stagnum appellat.

Gygarthus, thi, masc. secund. Lectus est in quo paralytici, mentéque

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

capti,q; sinue vocantur dæmoniaci vincti iactant sese Vnde prouerbium, γύαρβον ουτὰς, dicit,Gygarum spicas,in insana frustraneáque vociferatione. *Paul.lib.3.c.14.*

GYGEMORVS,Thraciæ mons est,*apud Plin.lib.4.c.11.*

GYGĒS,γύγης,Nomen viri proprium, qui Cæli & Terræ filius fingitur, gigas maximus, & centimanus, frater Briarei.{GER.ein groſſer ryß.} Sunt tamen qui Briareum,Gygen,& Ægeona eodem putant. *Ouid. 4.Triſt.* Centimanúmque Gygen,semibouémque virum. ¶Est & nomen virtutis proprium *apud Maronem lib.9.* Principiò Phalarim,& succiso poplite Gygen Excipit. ¶Item formosi pueri,*apud Horat.2.Carm.* Lunaris Gnidiúsve Gyges. ¶Alius fuit Gyges quidam Lydus, cui quum Candaules rex vxorem suam nudam ostendisset, illa mariti indignata,Gygen ad cædem eius impulit, seséque cum regno Lydiæ illi tradidit.Historiam hanc vide latiùs *apud Herod lib..Cic.lib.3.de Off.* Hinc ille Gyges(inquit) inducitur à Platone, qui quum terra discessisset magnis quibusdam imbribus, in illum hiatum descendit,æneúmque equum(vt ferunt fabulæ)animaduertit,cui ubi in latebras fores essent:quibus apertis,hominis mortui corpus vidit magnitudine insitata,anulúmque aureum in digito:quem vt detraxit,ipse induit(erat autem Gyges regius pastor)tum in consilium pastorum se recepit. Ibi quum palam eius anuli ad palmam conuerteret,à nullo videbatur: ipse autem omnia videbat, idem rursus videbatur quum in lucem anulum inuerterat.Itaque hac opportunitate anuli vsus,reginæ stuprum intulit, eáque adiutrice regem dominum interemit, sustulit quos obstare arbitrabatur, nec in his facinoribus eum quisquam videre potuit. Sic repentè anuli beneficio rex exortus est Lydiæ.*Hactenus Cicero.* ¶Hinc locus prouerbio, Gygis anulus, γύγε δακτύλιος. Quadrat vel in homines inconstantibus moribus,vel in fortunatos, qui veluti virgula diuina, quicquid optant, id suo arbitrio consequuntur.

¶Eodem nomine dictus est Lydiæ fluuius.

[Gylippus:*Tibull.lib.4.*Non magni potior sit fama Gylippi.]

Gymnas,adis,gen.fœm.{γυμνάς.GAL.Exercice.ITA *Essercitio* GERM. ein übung.HISP *Exercicio.*ANG.*Exercise* }*Stat.4.Syl.*-sic lubrica ponit Membra Therapnæa resolutus gymnade Pollux. *Idem* 1.*Achill.* -exercere proteruas Gymnadas.

Gymnăsium,sij, Locus in quo fit exercitium. {γυμνάσιον. GAL.Lieu d'exercice.ITA.*Luogo da essercitarsi.*GER.ein ort an welchem man sich etwarinn übt HISP. *Lugar donde se exercitan.*ANGL.*The place of exercise.*}ἀπὸ τὰ γυμνάζειν,hoc est,ab exercendo. Vnde apud veteres,loca illa in quibus palæstritæ nudi exercebantur,peculiari nomine Gymnasia vocata sunt *Plaut.in Amph.* Nam omnes plateas perreptant, gymnasia,myropolia,apud emporium,atque in macello,in palæstra, atque in foro.[*Plaut.Asin.sc.2.a.2.*Gymnasium flagri salueto. *Idem Aulul.sc.1.a.5.* Iste me habuit senex Gymnasium.] ¶Verùm postea Gymnasium pro ludo literario,& omni loco in quo fiat aliquod genus exercitationis,sumi cœpit,quum philosophi gymnasia tenuerint & in illis disputauerint,quæ & scholæ & diatribæ vocitatæ sunt.*Cic. 1.de Orat.* Clamabunt credo omnia gymnasia,atque omnes philosophorum scholæ,suas hæ esse omnia propria.*Plin.in Epist.* Gymnasiis intersunt Græculi.Vnde apud Rhetores progymnasmata præexercitamina dicuntur:id est,exercitationes quædam in dicendo,antecedentes actiones descendant.

Gymnaſiarch *Ital. ha'l carico & la cura del Gymnasio è della scholа.*GER. ein schulmeiſter oder eber ein übung zu einem meiſter geſetzt iſt.HIS.*Maestro del exercitio.*ANGL *That hath the charge of the place of exercise.*} Præceptor exercitiorum,Athletas vel pueros exercens,ἀπὸ τὰ γυμνάζειν,quod est exercere.

Gymnāſticā, æ,γυμναστική. Ars seu doctrina,qua pueri exercentur,disciplina exercitationis. *Aristoteles præcipit lib.8. Polit.* Adolescentes gymnasticæ & pædotribicæ vacare debere,vt ita fiant exercitationes, fiimioréſque. *Plat lib.7.de Leg.* gymnasticæ nomine exercitationes omnes bellicas contineri docet: eámque diuidit in saltationem & luctationem. [*Plaut.Most.sc.2.a.1.* Quo neque industrior arte gymnastica,disco,hasta,pila,&c.]

Gymnāſticŭs,a,um,Quod pertinet ad exercitationem.{γυμναστικός.GAL. Appartenant à exercice. ITAL.*Pertinente ad essercitio.* GER.Das zu der übung gehört. HISP.*Perteneſciente ad exercicio.*ANGL.*That hath belongeth to exercise.*}*Plaut.in Rud.*Ex vrbe ad mare huc prodimus pabulatum pro exercitio gymnastico & palæstrico.

Gymnĭcilūdī. Dicti sunt in quibus se nudi atque vncti exercebant palæstritæ.*ἀγῶνες γυμνικοί.* à Lycaone in Arcadia primùm inuenti,*vt autor est Plin.lib.7.c.56.* Gymnicos ludos Romæ editos fuisse à Nerone testatur *Suet.in vita eius,c.12.* [¶Gymnicum,equestre,musicum certamen quinquennale.]

Gymnăsiarchiă,Gymnasiorum præfectura. *Modeſtinus ſub tit.de excuſ. appellat.*

Gymnāsiarchŭs,vel gymnasiarcha.{γυμνασιάρχης.ANG.*The head maister of a schoole or exercise.*} Præses gymnasij,id est,loci in quo Athletæ nudi exercebantur. *Cic.6.Verr.* Demoliendum curauit Demetrius gymnasiarchus quòd is ei loco præerat. ¶Accipitur & pro ludi literarij præfecto.Nam vt dictum est suprà in primitiuo,gymnasium generaliter dicitur quiuis locus exercitio alicui destinatus.

GYMNĀSIAE *Plinio,*siue Gymnesiæ,*γυμνησίαι Straboni & Step.*insulæ duæ ante Hispaniam,quæ à Latinis Baleares appellantur,eò quòd incolæ harum insularum præcipuè se funda exercebant.*Autores Strab.lib. 14.&Plin.lib.3.c.5*

GYMNĒTES,γυμνῆται,Æthiopum populi,Nigritis & Pharusis vicini.*Plin. li 5.c.8.*

GYMNOSOPHISTAE,γυμνοσοφισταὶ,Philosophi Indorum:sic dicti quòd nudi in syluis agerēt,voluptatum omnium experres,quibus moralium vita corrumpitur.{GERM.Die weiſen vnnd gelehrten philoſophi bey den Indianeren/ſo ein geſtreng abgeſündert läben furten.}*Plin.lib.7.c.2.*Philosophos eorum quos Gymnosophistas vocant,ab Exortu ad Occasum perstare,contuentes solem immobilibus oculis,feruentibus arenis toto die alternis pedibus insistere. *Auguſt.lib.15.de Ciuit.* Indorum Gymnosophistæ, qui nudi perhibentur philosophari in solitudinibus Indiæ,à generando se cohibent. Hi ab Exortu ad Occasum perstare dicuntur,solem contuentes immobilibus oculis,feruentibus arenis toto die alternis pedibus insistentes.Hi frigora niuium, & æstus flammæ citra dolorem perferunt.Ferunt Alexandrum Magnum, quum in Indiæ expeditione ad Gymnosophistas penetrasset,grauiſsimè ab illis fuiſse increpitum,quòd mortalis quum esset,mortali tamen sorte non cõtentus,totum Orientem latrociniis infestaret.De his *Cic.Tuſc.quaſt.lib.5.* Quæ barbaria (inquit) India valtior,aut asperior:in ea tamen gente primùm hi,qui sapientes habentur,nudi ætatem agunt.Caucasi niues,hyemalemque vim perferunt sine dolore: quúmque ad flammam se applicauerint,sine gemitu aduruntur.

Gynæcēum,cei,pen.prod.Locus secretior in ædibus,vbi solæ mulieres degebant.{γυναικεῖον. GAL.Vn lieu reculé à part en la maison où les femmes seules hantent,vn cabinet ITAL. *Luogo apparato in casa doue si ritrannole donne.*GER.ein hauß oder gemach in dem das frauwenzimmer iſt. HISP.*El retraymiento de mugeres* ANG.*A nourcery or place where on y vomen abyde* }*Plaut.in Mo,t.*Dare volt vxorē filio,quantum potest:ad eam rem facere volt nouum gynæceum.*Cic.2.Phiſipp.* Syngrapha sestertij centies,facta est in gynæceo. Pro eodem etiam dicitur gynæconitis, γυναικωνῖτις. Materfamilias apud Romanos primum locum tenet ædium,atque in celebritate versatur,quod multò aliter fit in Græcia. Nam neque in conuiuium adhibetur, nisi propinquorum: nec sedet, nisi in interiore parte ædium, quæ gynæconitis appellatur.

Gynæcĭārĭi,orum,inter viles artifices numerantur. Qui autem hi sint videbis *apud Alciatum & Pyrrhum in rub.C.de Murileg.& gynec.li.11.*

GYNAECOPOLĪS, Ægypti oppidum,à quo propinqua præfectura, Gynæcopolitis appellatur:*cuius meminit Plin.lib.5.c.6.*γυναικοπολίτης.

GYNDES, γύνδης, Fluuius est Assyriorum maximus secundùm Euphratem,in Mauricnis nascens montibus, & per Dardanæos in Tigrim influēs.{GER.ein groſſer fluß der Aſſyriern/ſo in den Tigrim fleußt }Hùc Cyrus Persarum Rex quum equitem quendam sibi in primis dilectum ablumpsisset, totum in varios alueos deriuauit. *Autore Herod. lib.1.& Senec.li..de Ira.*[*Tibull.lib.4.*Rapidus Cyri demētia Gyndes.]

GYPSEĪS,γυψαία,Æthiopiæ insula,*apud Martianum lib.3.*A qua fit gentile Gypseites,γυψαίτης.

Gypsum,psi.{γύψος.GAL.Du plastre.ITA.*Geſſo.*GER.Gyps HIS.*Yeſſo.* ANG.*Pargetie,plaiſter.*} Materia est calci similis ex lapidibus exustis vt plurimùm confecta,qua tectoria parietibus inducuntur,& signa arte plastica conficiuntur. *Plin.lib.36.cap.24.* Cognata calci res gypsum est.*Iuuen.Satyr.2.* -quanquam plena omnia gypso Chrysippi inuenias. Plura eius genera. Nam è lapide coquitur, vt in Syria, & Thuriis:& è terra foditur,vt in Cypro & Perrhæbis:è summa tellure, & Tymphaicum est.

Gypsātŭs,a,um,Gypso illitus.{γυψωτός.GALL Plastré.ITA.*Ingeſſato,imbiancato.* GER.Gegypſet. HIS.*Co a enyeſſa.a,cubierta de yeſſo.*ANGL. *Plaiſtred,pargetted.*} *Tibu lib..Eleg.* Nota loquor,regnum ipse tenet,quem sæpe coegit Barbara gypsatos ferre catasta pedes. *Colum.* Quum deinde modice aruerunt in vasa nouа sine pice opercula & gypsata,sicco loco reponito. *Ouid.1.Amor.Eleg 8.* Despice gypsati crimen inane pedis.*Cic.in Epiſt.ad Trebat.*Hoc tibi tam ignoscemus nos amici, quàm ignouerunt Medeæ matronæ opulentæ optimates, quibus illa manibus gypsatis persuasit, ne sibi illæ vitio verterent quod abesset à patria. Vbi gypsatas manus dixit Cicer. pro manibus medicamentis & veneficiis infectis.

Gȳrŭs,ri, Circumuolutio in orbem, ambitus, circuitus,circulus.{סבב *mesab.*γυρός. GALL.Vn tour,ou tournoyement,& entortillemẽt,rondeur.ITAL.*Giro,circuito.*GER.ein ring/kreiß/vmbwendung.HIS.*Buelta en derredor.*ANGL.*A tourning about in maner of a circle.*} *Cic.ad Attic..i.2.* Fenestrarum angustias quod reprehendis,scito te *νῦν παρδίαν* reprehendere:nam quum ego istuc idem dicerem,gyrus agebatur.*Virg l.5.Æneid.* Dixerat hæc,adytis quum lubricus anguis abimis Septem ingens gyros, septena volumina traxit. *Ouid.2.Amor.Eleg.6.* Vinit edax vultur, ducítque per aëra gyros Miluius:& pluuiæ graculus autor aquæ.[*Tibull.lib.4.*Libeat curuo breuius contendere gyro.(de flexu equi.)*Catul.de Com.Beren.* Vt triuiã dulcis amor gyro deuocet aërio.]¶Ducere seu compellere in gyrum,est angustis quibusdam limitibus coarctare,& non sinere latiùs euagari. Quæ translatio tracta est ab equis,qui quum fræno discunt parére, non in liberum ducuntur campum,sed in spatium aliquod angustius, vbi sæpiùs sit flectendum, quod & ipsum gyrus appellatur. *Cic.3.de Orat.* Sed si his contenti estis, atque iis etiam, quæ dici voluistis à me, ex ingenti quodam oratorem, immensóque campo in exiguum sanè gyrum compellitis. *Idem 1.Off.* Homines secundis rebus effrænatos, sibíque præsidentes, tanquam in gyrum rationis & doctrinæ duci oportet.[*Gell.cap.8.lib.16.* In Dialecticæ gyris atque mæandris tanquam apud Sirenios scopulos conseneſcere.]

Gȳro,as,Gyrum facio. {סבב *ſabab* חקיף *hikkiph.*γυρόω. GAL.Tourner en rond,entortiller rondement.ITA.*Girare,circondare.*GER.Ringen weiß vmbtreiben/in einem kreiß vmbwenden. HIS.*Hazer buelta en derredor.*ANG.*To turne about in maner of a circle.*} Vnde regyro, pen. prod.quod est in gyrum reflecti,*de quo ſuo loco.*

Gȳrātŭs,pen.prod.Adiect.{מסובב *musáb.*γυρωτός,γυρωδής. GAL.Tourné en rond,entortillé rondement.ITA.*Circondato,tornito.*GERM.Vmbgetriben/ringsweiß vmbgeträhet.HIS.*Buelt ado en derredor.*ANG.*Tourned about.*} *Plin.lib.5.c.10.* Ad effigiem Macedonicæ chlamydis orbe gyrato lacinioſam.De Alexand.vrbe Ægypti.

GYRTŌN, onis, siue Gyrtona,næ, γυρτών *Ptolemæo,*γυρτὼν *Stephano,*Perrhæbiæ oppidum, vt *Stephano* placet,ita dictum à Gyrtone Phlegiæ fratre.*Ptolemæus* Gyrtonam in Stymphalia Macedoniæ regione,*Plin.* in Magnesia collocat.

GYTHEVM, γύθειον, Oppidum est Achaiæ ad Maleum promontorium, quod Hercules &Apollo depositis eò loci simulcatibus cõmuni opera condiderunt. {GER.ein ſtatt in Achaia welche Hercules vnd Apollo mitteinanderen gebauwen haben.}*Liu.in Maced.bell.*Gytheum (inquit) omnium maritimarum rerum Lacedæmoniis receptaculum. Hinc Gytheates sinus,ad Maleum promontorium, *cuius meminit Plin.lib. 4.c.5.*

GYZANTES, populi Africæ. vide Byzantes *apud Steph.*apud quem etiam Gygantes reperitur.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

H



ELEMENTVM hoc à Latinis dicitur aſpiratio, fitque ex vtraque aſpiratione Græca, quarum altera ſic ſcribitur, altera verò ſic: ex quarum coniunctione fit Latina aſpiratio, figura talis H. nomen priorum temporum me latet, noſtra ætate profertur hacca, eius poteſtas nulla, niſi quòd ſonum auget illius, ſeu vocalis, ſeu conſonantis, cui adhæret. [¶ Nonnunquam reperitur pro conſonante, vt *apud Catull. de Com. Beren.* Qua rex tẽpeſtate nouo auctus hymenæo.] Ineptè meo iudicio nos Itali proferimus has duas dictiones mihi & nihil, quaſi h in his duabus vocibus locum obtineat ch. Si qui ſunt qui aſſeuerent eſſe hanc noſtri temporis pronuntiationem eandem, qua olim loquebantur maiores, omni ratione penitus carere videntur, & neotericorum conſenſu, & candidioris ætatis teſtimonio, cùm cæteris, tùm vel maximè in hoc elemento. *Cic.* apertiſſima oratione id comprobat: clariùs explicari non poteſt, quàm *Catul.* ex epigrammate: Chommoda dicebat ſi quando commoda vellet Dicere, & hinſidias Arrius inſidias. O noſtra miſera tempora ô feliciſſimum illud ſeculum. Tantam calamitatem deplorarunt complures doctiſſimi viri: ſed aliubi diffuſiùs diſſeremus. ¶ H finalis in ſyllaba eſſe non poteſt, præterquam in Ah, & Vah, interiectionibus, quæ vel per apocopen dictæ ſunt, quum completæ ſint Aha, & Vaha: vel quia abſcondita voce ſolent proferri interiectiones. Iungitur autem vocalibus omnibus, & quatuor conſonantibus, ſcilicet c, vt Chremes: p, vt Philippus: r, vt Pyrrhus: t, vt Thraſo: & hoc vt valentiùs ſonet dictio. Ante Ciceronis tempora, *vt ipſe in Oratore teſtatur*, ſolis vocalibus addebatur aſpiratio, non autem conſonantibus, quorum etiam pronuntiationem ipſe aliquandiu ſe fuiſſe ſequutum fatetur. Quin ego ipſe (inquit) quum ſcirem ita maiores loquutos eſſe, vt nuſquam niſi in vocali, aſpiratione vterentur, loquebar ſic, vt Pulcros & Cetegos, Triumpos & Cartaginem dicerem: aliquando, idque ſerò, conuitio aurium quum mihi extorta veritas eſſet, vſum loquendi populo conceſſi, ſcientiam mihi reſeruaui. *Gell. etiam lib. 2. cap. 3.* autor eſt, in pleriſque Latinis dictionibus præter etymologiæ rationem, addi aſpirationem: quod crederent ſonum firmiorem reddi & vegetiorem: idque exemplo Atticorum, qui citra morem cæterarum Græciæ ciuitatum multas dictiones aſpirarent. Aſpiratio autem *(vt idem Gell. autor eſt)* non ſolet literis interſeri, ſed more Græcorum ſupra literas annotari: quod & ipſum ſe vidiſſe affirmat, in quodam vetuſtiſſimo codice, quem Virgilij autographon fuiſſe putat. [¶ H, in multis ſucceſſit literæ F: Nam veteres quod fordeum, fœdus, fariolus dicebant; Recentiores Hordeum, hœdus, hariolus, pronunciarunt, vt auctor eſt nobiliſſimus Grammaticus *Teren. Scaur. li. de Orthogr.* Vbi Haba antiquis noſtris faba dicta.]

H ante A.

In notis antiquorum H. Honeſtas, vel hic, vel hoc, vel hæres, vel hæredes, vel hæc, vel homo, vel honeſtas, vel habet, vel huius. H. Hora, vel honeſtas. H. Honor, vel honori, vel hora, vel hoc. HA. Hadrianus, vel hora. H. ÆD. Q. C. P. AM. FE. Hoc ædificium quod cernis, prudens amator fecit. H. B. Hæres bonorum. H. B. F. Homo bonæ fidei. HC. Hunc. HC. AM. N. Hunc amicum noſtrum. HC. L. Hunc locum. HC. L. RO. Hunc locum Romanum. H. COG. Hæredem cognitorem, vel hæredem cognouit. HC. V. Huic vitæ. H. D. Hic dedicauit. H. DD. Hic dedicauit, vel dedicant, vel dedicarunt, vel dedicauerunt. H. D. D. Hoc dono datur. H. DM. Hæc domus mortui.

Ha, interiectio eſt corripientis, ſiue admonentis nequid fiat, néve quis in re cœpta progrediatur, ἀ, ἅ. *Plaut. in Moſtell.* Ha caue ne illi obiectes nunc in ægritudine Te has emiſſe.

Ha Ha he, חאח *heách.* Interiectio ridentis eſt. [*Plaut. Pſeud. ſc. 1. a. 4.*] *Teren. in Eunuch.* Ha hahe. THR. quid rides? GNA. iſtuc quod dixti modó.

[Haba, olim pro faba: *Terent. Scaur. de Orthog.* Haba Faliſcis, noſtris faba dicta.]

Hăbēnă, næ, penult. prod. Retinaculum & lorum illud quo equi reguntur, & inhibentur. {מתג *méthegh.* λώρια, ἀγωγεῖς, ἡνιοχεῖς. GALLIC. La rene d'vne bride. ITAL. *Le redene della briglia.* GERMAN. Ein zaum/ die riemen oder der zeügel an zaum. HI. *La rienda para templar el freno.* ANGL. *A bridle or bitte.*} [*Ouid. Eleg. 6. lib. 4. Triſt.* Tempore paret equus lentis animoſus habenis. *Tibul. lib. 4.* Validiſque ſedet moderator habenis. Et, Effuſas tardo permittere habenas.] *Virg. lib. 9. Æneid.* Ipſe ter adducta circùm caput egit habena. *Idem 3. Georg.* ac per aperta volans, ceu liber habenis Æquora. *Ouid. 3. Faſto.* Vincitur ars vento, nec iam moderator habenis Vtitur. ¶ Teretibus habenis iunctæ ſoleæ. *(Gall.* De cordes.) *Gell. c. 20. lib. 13. Ite,* Habenæ ſimplicis funda. *Liu lib. 8. a. 4. Idem* Effuſiſſimis habenis. *Liu. 7. dec. 4.*] * Habena, item Scutica. *Horat. 2 epiſt. 2.* ſemel hic ceſſauit, & vt fit, In ſcalis latuit metuens pendentis habenæ. * Habena vel ferula cædi. *Vlp. in l. cùm a'iter. §. impub. ff. de S. C. Silaniano.* ¶ Pro poteſtate, & facultate agendi. *Virg 12. Æneid.* Terribilis ſæuam nullo diſcrimine cædem Suſcitat, irarúmque omnes effundit habenas. *Cic. 1. de Orat.* Senatum ſeruire populo, cui populus ipſe moderandi & regendi ſui poteſtatem, quaſi quaſdam habenas tradidiſſet. Rerum habenæ traduntur Aſdrubali, *Silius lib. 1.*

Hăbēnŭlă, diminut. {μικρὰ ἡ λεπτὴ ἰσία, τὸ ἡμιχάλινον. GALLI. Perite rene de bride. ITAL. *Picciola redena di briglia.* GER. Ein riemlin am zaum/ oder ein binden wie es die wundartzet brauchen. HISPA. *Pequeña rienda para templar el freno.* ANGLIC. A *litle raine, bridle or leash.*} *Celſus lib. 7. cap. 20,* Ab ora quoque eius vulneris quod in inguine eſt, demenda habenula paulò latior eſt, quò maior plaga ſit.

Hăbēntĭă, æ, Ab antiquis vſurpatum eſt pro diuitiis ab habeo. {רכוש *rechúſch* הון *hon.* ἕξις. GAL. L'auoir. ITA. *L'auere.* GER. Hab vnd gut. HISP. *Las riquezas.* ANG. *The hauing or poſſeſſing of a thing.*} ſicut à Sapio, ſapientia. *Claud. 7. Annal. apud Non.* Animos eorum inflaret habentia.

Hăbĕo, bes, bui, bitum, Obtineo, teneo, poſſideo. {אחז *hachaz* ירש *jaráſch.* ἴχω. GAL. Auoir, tenir. ITA. *Hauere.* GERM. Haben/ beſitzen. HISP. *Auer ò tener.* ANG. *To haue.*} *Sall. in Iugurt.* Animus incorruptus, æternus, rector humani generis agit atque habet cuncta, neque ipſe habetur. *Virg. 2. Æneid.* Hoſtis habet muros. *Plaut. in Aul.* Virginem habeo grandem, dote caſſam, atque illocabilem. *Idem Rud.* Papæ, diuitias tu quidem habuiſti luculentas. L. Miſerum iſtuc verbum & peſſimum eſt, habuiſſe, & nihil habere. [¶ Baſilicas edictiones ille habet. *Plaut. Capt. ſc. 2. a. 2. Idem Plau. Pſeu. ſc. 2. a. 1.* Vobis hanc habeo edictionem. *Senec. c. 3. de Conſ. ad Mart.* Habebis lucem inuiſam.] ¶ Per tranſlationem ponitur pro tenere, κρατῶ. *Salluſt. in Iugur.* Tale periculum Reipublicæ haud occultum habuit; ¶ Pro agere. *Salluſt. in Catil.* Igitur comitiis habitis, Conſules declarantur M. Tullius, & C. Antonius. [*Plaut in prolog. Amphitr.* Seruus hic quoque partes habet.] ¶ Pro ferre *Salluſt* Neque cuiquam mortalium iniuriæ ſuæ paruæ videntur, multi eas grauius æquo habuêre.* Habere concionem, eſt, *vt ait Gell. lib. 13. c. 14.* Verba facere ad populum ſine vlla rogatione. *Plaut. Menach.* Vt illum dij omnes perduint, qui primus commentus eſt Concionem habere, quæ homines occupatos occupat. [*Quintil.* Habere actiones, orationes: *Suet. in Aug. cap 8.* Habere ſermones cum aliquo. *Item,* Habere mentionem alicuius. *Quintil.* Et, Habere honores alicuius memoriæ: *Sueton. in Neron c. 9. Plau. Aſin. ſc. 2. a. 3.* Perfidiæ laudes gratiáſque habemus. *Idem Pſeu. ſc. 3. a. 3.* Habui expurgationem. (i. me expurgaui.) *Ouid. Eleg. 1. lib. 4. Triſt.* Habere excuſata. ¶ Habere conſilia: (*Gall.* Tenir conſeil) *Plau. Pſeu. ſc. 2. a. 1.* ¶ Pecuniam dediſſe, vt haberent. (i. habendam.) *Gell. c. 19. lib. 16. Item Plaut. Milit. ſc. 1. a. 1.* Me ſibi habeto. *Gell. c. 9. lib. 17.* Seruo oculos ægros habenti.] ¶ Pro detinere & occupare. *Salluſt.* Neque flumen, neque mons erat, qui fines eorum diſcerneret, quæ res eos magno diuturnóque bello inter ſe habuit. ¶ Pro credere, exiſtimare, νομίζειν. *Terent. in And.* Semper eius dicta, atque habita eſt ſoror, hoc eſt, exiſtimata & credita. [*Plaut. Men. ſc. 2. a. 4.* Pauper haud malus, nequam habetur.] ¶ Pro habitare: *Plaut. in Trucul.* Nam mihi hæc meretrix, Quæ hîc habet, Phronceſium ſuum nomen, omnem Ex pectore euomit meo phroneſim; [*Idem Aulul. prolog.*] *Salluſt. apud Priſcian.* Tarteſſum Hiſpaniæ vrbem, quam nunc Tyrij mutato nomine Gadir habent. *Idem in Catil.* Credo falſa exiſtimans ea quę de inferis memorantur, diuerſo itinere malos à bonis loca terrena, occulta, fœda atque formidoloſa habere. ¶ Pro intelligere: nam quod intelligimus, animo quodammodo tenere & poſſidere videmur. *Terent. in Heaut.* Habet omnem rem: pergam quò cœpi, hoc iter. ¶ Habere fruſtra, idem eſt quod decipere, & deludere. *Plaut. in Amph.* Is aduenientis ſeruum, ac dominum fruſtra habet. ¶ Nihil penſi habere, hoc eſt, nihil pendere, non curare, περὶ δένος ποιεῖσθαι. ¶ Habere honorem, idem eſt quod honore afficere. *Terent. in Eunuch.* Hic tibi pro eo munere honos eſt habitus ab eo, *Cic. in Lelio,* Hęc habui, de amicitia quę dicerem. ¶ Accipitur etiam pro tractare. *Terent. in Hecyr.* Nunquam ſecus habui illam, ac ſi ex me nata eſſet. [*Plaut. Capt. ſc. 2. a. 2.* Vti tu me hic habueris perinde illum illic curauerit. *Idem Aſin. ſc. 1. a. 1.* Mater habet illum arctè & contentè. *Ibidem,* Illum miſerum habebo, (id eſt malè accipiam. *Ibidem ſc. 1. a. 3.* Ita me iſte habuit ſenex gymnaſium. *Plaut. Pſeu. ſc. 2. a 1.* Ignaui malè habiti & malè conciliati: *Ibidem ſc. 1. a. 5.* Mundiciis dignè habiti (id eſt tractati.) *Liu. 4. d. 4.* Habere comiter aliquem. *& l. 6. d. 4,* indulgenter. *Plaut. Men. ſc. 2. a. 5.* Te auaram & veſtitam bene habet.] ¶ Benè habere, idem eſt quod benè valere, & incolumem eſſe: ſicut malè habere, infirmum & ægrotum eſſe. Benè habet, vel malè habet: vel etiam ſic, Res benè vel malè habet: hoc eſt, fœliciter, vel infœliciter cedit. *Liuius libro 7. ab Vrbe,* Benè habet, iacta ſunt fundamenta. *Idem lib. 8.* Benè habet (inquit) Quirites: vicit diſciplina militaris. Bellè habeo, idem eſt quod benè valeo, vel incolumis ſum. *Cic. in Epiſt.* Tullia noſtra valet, Terentia minùs bellè habuit, id eſt, minùs benè valuit. ¶ Item habet, per ſe poſitum ſignificat percuſſus eſt, *vt Donatus inquit*: & propriè de gladiatoribus dicitur, quòd priùs alij ſanguinem videant, quàm illi ſentiunt ſe percuſſos eſſe. *Terent. in Andr.* Certè captus eſt, habet. [*Liuius lib. 10. ab vrb.* Habet pœnam noxium caput.] ¶ Sat habeo, id eſt, ἀλις ἴχω. *Cæſar lib. 3. bell. Ciuil.* Noſtri verò qui ſatis habebant ſine detrimento diſcedere. ¶ Quandoque habere, eſt ſeruare, detinere: *vt eſt illud Salluſt. in Catil.* In cuſtodiis haberentur. [*Gell. cap. 12. lib. 15.* Habere ſe caſtè à ſeruis. *Plaut. Curc. ſc. 3. a. 5.* Benè ac pudicè me habuit. ¶ Habere Senatum, *Gall.* Tenir la Cour. *Plaut. milit. ſc. 6. a. 2.* Frequens ſenatus poterit nunc haberier. *Item,* Modus haberi non poteſt. *Idem Plau. Curc. ſc. 3. a. 2.*] ¶ Quandoque præbere, exhibere, *in declamat. in Ciceronem.* Ita largitionibus corruptus eſt, vt ſeſe ad fortunas ſuas venales haberet. ¶ Habere gratiam vel gratias in animo, eſt quum memorem accepti beneficij mentem, animúmque habemus, & inuicem gratificandi voluntatem. *Cicer.* Nec enim mihi

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

gratiam modò habuisti, verumetiam cumulatissimè retulisti. *Idem,* Maximas tibi Pansa gratias & habemus & agere debemus. *Terent. in Andr.* Diis pol habeo gratias quum in pariundo aliquot affuerunt liberæ. ¶Habere iter, est proficisci. Habere verba, λόγος ἔχειν, est loqui. [*Plaut. Mil. sc.6.a.2.* Hic ad me recta habet rectam viam.] ¶Habere fidem verbis, est credere, πιστεύειν. *Terent. in Andr.* Nam propemodum habeo tibi iam fidem. *Et in Heaut.* Seni nostro fidei nihil habeo. ¶ Habere rationem salutis, honoris, rei familiaris, id est, curam, & vt vulgus loquitur, respectum. λόγον, ἢ πρόνοιαν ποιεῖσθαι. Sed si cum ablatiuo construatur mediante cum, vt Habere rationem cum re aliqua: idem est, quod habere negotium & commercium. ἔχειν πρᾶγμα πρός τι. *Cic. in Catil.* Rem habet cum terra quæ nunquam recusat imperium. *Idem in Tusc.* Quis est hominum qui modò cum Musis, id est, cum humanitate & doctrina habeat aliquod commercium, qui se non hunc Mathematicum malit, quàm illum tyrannum? *Et ad Attic.* Cum omnibus musis rationem habere cogito. Habere rem, de meretricis cum amatore consuetudine. *Terent Eunuch.* Ego cum illo quocum nunc rem habebam tum hospite Abij huc. συνεῖναι. Habere rem cum aduersario, est litigare, *contendere.* ¶ Habeo conuenire, habeo polliceri, habeo audire, idem valet quod possum. *Cic. Lentulo,* Tantum habeo polliceri. *Idem in Catone,* Neque eos solùm conuenire habeo quos vidi, sed etiam quos audiui & legi. *Idem in Orat.* Audire habeo quid hic sentiat. *Vide Vall. lib.5.* [¶Morem habere: *Plaut. Capt sc.1.a.2.* Morem hunc homines habent: *Idem Curc. sc.1.a.3.* Habent hunc morem plerique argentarij. ¶ Habere inuidiam, Vide Inuidia. Habere patibulum, *Plaut. Mil. sc.4.a.2.* Dispessis manibus patibulum cum habebis. ¶ Tibi istos habeas turtures. (vulgò accipe pro te.) *Plaut. Most. sc.1.a.1.* ¶ Habere pro decere, siue conuenire. Hic ornatus satísne me conde cet? Optimè habet. (id est benè tibi conuenit. *Gall.* Il vous vient bien.] ¶ Súsque déque habere, vel Súsque déque ferre (vtroque enim modo dicimus) est æquo animo ferre, & non magni pendere, & penè idem quod Græci dicunt ἀδιαφορεῖν. *Plaut. in Amph.* Ea quæ sunt facta, infecta esse acclamitat: Quæ neque sunt facta, neque ego in me admisi arguit. Atque id me súsque déque esse habituram putat. ¶ Huius verbi compositæ sunt Adhibeo, Cohibeo, Exhibeo, Inhibeo, Præbeo, Posthabeo, Perhibeo, Prohibeo, & Redhibeo, *de quibus suis locis.* ¶ Ægrè habere, idem quod ægrè ferre. ἀνιᾶσθαι. *Liu. 7. ab Vrbe,* Ita ægrè habuit, filium id pro parente ausum. [*Plaut. Asin. sc.1.a.5.* Ea res malè habet. (sup. me.) *Pl. Men. sc.2.a.4.* Sollicitum nimis me habuit cliens. ¶Habes dicere, *Gell. c.20. l.17 & c.1. l.14.* Et *apud Suet. in Aug. c.58.* Habeo aliud precari.] ¶Sicuti pleræque mortalium habentur: hoc est, vt solet accidere rebus hominum. *Sall. in Catil.* [¶Habere profligatum bellum. *Liu. l.5 d.4.* Qui profligatum bellum haberet. *Item* Habebant emerita stipendia *Idem 7. d.4.* Cunctatio Fabij habebat sollicitum Annibalem *Liu. 2. bell. Pun.*] ¶ Habere delictum, id est, deligere. *Cic. 3. de Finib.* Quum enim virtutis hoc proprium sit, earum rerum quæ secundùm naturam sint, habere delectum ¶ Delectum militum habere, est cogere milites, & ex illis aptiores deligere. *Cæs. 1. bell. Ciu.* Tota Italia delectus habentur, arma imperantur, &c. [Habebat Annibal Tarentum, (id est possidebat) *Liu. 4. d 4.* ¶ Habui numerum sedulò. *Pl. Pseu. sc.2.a.4.*] ¶ Habere in deliciis, voluptatis causa habere, vehementer amare. *Cic. 1. de Diuin.* Simia, quam rex Molossorum in deliciis habebat, & sortes ipsas & cætera quæ erant ad sortem parata, disturbauit. ¶Habere derelictui, id est, relinquere incultum. *Gell. lib.4. c.12,* Siquis arborem suam vineámque habuerit derelictui. Habere pro derelicto aliquid, est curam eius nullam suscipere. *Ci. ad Att. lib.8,* Id ego in eam partem accepi: hæc oppida, atque oram maritimam illum pro derelicto habere: nec sum miratus, eum qui caput ipsum reliquisset, reliquis membris non parcere. [Sic *Suet. in Tib. c.73.* Haberi pro contempto. Et habere contemptui. *apud eundem in Aug. c.93.*] ¶Habere despicatum, pro spernere, & contemptui habere. *Terent. in Eunuch.* An id flagitium est, si in domum meretriciam Deducar, & illis crucibus quæ nos nostrámque adolescentiam Habent despicatam, & quæ nos semper omnibus cruciant modis, Nunc referam gratiam? [Sic *Plaut. Men. sc.2.a.1.* Nimium te habui delicatam.]Habere despicatui, pro despectui. *Plaut. in Menæch.* Tu huc post hunc diem pedem intrò non feres, ne frustra sis. Quando tu me bene merentem tibi habes despicatui. ¶ Habeo dictum, pro dixi. *Plaut. Persa,* Satis iam habeo dictum. Habeo dicere, id est, habeo quod dicam *Cic. 3. de Nat. deor.* Hæc ferè dicere habui de Nat. deor. *Idem de Partit.* Quid habes igitur de causa dicere? ¶ Habere dignitatem alicui: hoc est, alicuius dignitatem plurimi facere. *Plin. in Panegyr.* ¶ Ita se habet. *Cic. de Senect.* Quod quidem, ne ita se haberet, vt animi immortales essent, haud optimi cuiusque animus maximè ad immortalem gloriam niteretur. ¶ Habere pensi. *Sallust in Catil.* Prorsus neque dicere, neque facere quicquam pensi habebat. [Eos in armis Galli accolæ semper habebant, (id est cogebant in armis semper esse.) *Liu. lib.10. adverb.* Item, Habuerunt Parthi Bibulum in obsidione. *Cæs. lib.3. de bell. ciu.*] ¶Periculum habere, esse in periculo. *Col. lib.12. c.21,* Sed periculum habet ne vitietur vinum, si malè cocta sit aqua. ¶Potius habere, pro præferre. *Cæsar 1. bell. Ciu.* Semper se Reip. commoda priuatis necessitudinibus, habuisse potiora. ¶ Necesse habere, id est, necessitate cogi, *Cæsar.* ¶ Habeo in promptu, hoc est prompta est mihi de hac re memoria. *Cic. 4. Acad.* Oportet igitur & ea, quæ pro perspicuitate responderi possunt, in promptu habere. ¶Sic habeto: id est, ita tibi persuadeto, vel pro comperto teneto. *Cicer. ad Tironem,* Sic habeto, mi Tiro, neminem esse qui me amet, quin idem te amet. ¶Habere statiua, id est, in æstiuis agere. *Liu. 2. bell. Maced.* Ibi statiuis rex per aliquot dies habitis, fluctuatus animo est. ¶Habere suspectum *Liu. 4. bel. Pun.* Quia & ipsum vt ambiguæ fidei virum, suspectum iampridem habebat. ¶Habere sibi res suas, iubebatur vxor quæ à viro repudiabatur, *Cic. 6. Philipp.* Illam suas sibi res habere iussit. ¶ Sic habendum est: hoc est, ita intelligendum. *Cic. de Amic.* Sic habendum est, nullam in amicitia pestem esse maiorem, quàm adulationem, blanditias, assentationem.

Hăbēsĭt, pro habeat, antiquè dictum. *Cic. 2. de Legib.* Separatim nemo habessit deos, néve nouos: sed ne aduenas, nisi publicè ascitos priuatìm colunto.

Hăbĭtĭo, ōnis, habendi actio. *Gell. lib.1. cap.4.* Debitio enim gratiæ, non habitio cum pecunia confertur.

Hăbĭtŭs, ta, tum. {מתוקן *achúz,* ἐσχηκώς. GALL. Eu, ou qu'on a eu. ITAL. *Hauuto.* GER. Gehapt/gehalten. HISP. *Tenido.* ANG. *Hadde, compted, estemed.*} Participium à passiuo habeo, quod varias habet significationes, quemadmodum & verbum à quo descendit. *Plin. lib.16. c.34,* Vt mirum sit, vllum honorem habitum ei. ¶Interdum idem est quod affectus. *Terent. in Heaut.* Imò, vt patrem tuum vidi esse habitum, diu etiam duras dabit. ¶Aliquando idem quod existimatus. νομιζόμενος. *Cæsar 7. belli Gall.* Hic summo in Aruernis natus loco, & magnæ habitus autoritatis. [*Plaut. Most. sc.1.a.1.* Quo nemo antehac magis est habitus parcus, &c.] ¶ A participio nomen Habitus atque habitior comparatiuus, id est, obesior. *Plaut. in Epid.* Corpulentior hercle, atque habitior, id est, pinguior. *Terent. in Eunuch.* Siqua habitior paulò, pugilem esse aiunt, deducunt cibum. [*Gell. c.1. l.3.* Quisquis est corpore benè habito ac strenuo.]

Hăbĭtĭssĭmŭs, pinguissimus. *Gell. lib.4.* [*cap. vlt.*] Equum nimis strigiosum & malè habitum, sed equitem eius vberrimum & habitissimum viderunt.

Hăbĭtŭs, us, Qualitas, & forma est corporis, & cuiusque rei. {מתכונת *mathchóneth* משפט *mischpát.* σχῆμα. GAL. Contenãce, port, estat, disposition, qualité. ITA. *Habito, qualita, forma.* GERM. Ein weyß/gestalt/gattung. Item, ein bekleidung. HISP. *Habito, qualidad.* ANG. *Behauiour, qualitie, disposition.*} *Plaut.* Qualis habitus oris. *Col. lib.1.* Vineæ non sic altos & lacertosos exigunt: nam is habitus fossuris magis aptus. *Virg.1. Georg.*-cultúsque, habitúsque locorum. [*Gell. 4.1. lib.20.* Vt ipse æquitatis habitus demõstrat. *Ouid. 2. Fast.* Vtque videt habitũ (flentis passis crinibus.)] ¶ Accipitur etiam pro cultu corporis, vestíumq; ornatu. Vnde habitus scenicus, habitus militaris dicitur. *Plaut.* Quis habitus iste tam prolixus? *Plin* Qui ad nos lugubri habitu venerat, & capillatior solito. [*Suet. in Claud. c.15.* Mutare habitum (id est pallium & togam.) *Idem in Aug. c.40.* Habitus vestitúsque.] ¶Habitus, ἕξις, hoc est promptitudo frequentibus actibus agendi comparata. A Philosophis definitur alicuius rei siue in animo, siue in corpore natura conceptam, sed vsu corroboratam & plenam perfectionem esse. ¶Habitum item vocant medici constantem corporis constitutionem, & solutu difficilem, ex proba improbáve similarium particularum temperatione, instrumentaliúmque conformatione nascentem. Vnde bonum corporis habitum (εὐεξίαν,) firmam sanitatem appellant, omnibus corporis particulis probè actiones suas obeuntibus. Rursus malum corporis habitum (κακοεξίαν,) appellant constitutionem corporis in morbos procliuiorem, valetudinémque infirmam ex similarium partium intemperie, vel improba instrumentalium prouenientem coagmentarione. * Habere habitum temporis. Id est, Ornatum esse pro ratione temporis. *Ouid. 1. Trist. eleg.1,* Vade, sed incultus, qualem decet exulis esse, Infelix habitum temporis huius habe.

Hăbĭtūdo, dinis, Corporis habitus, corporis constitutio, *quam vulgò vocant Complectionem.* {ἕξις. GALL. Habitude, estat & disposition. ITAL. *Habitudine, complessione.* GER. Die eigenschafft vnd natur des leibs. HIS. *Disposicion de cuerpo, habilidad.* ANGL. *The state, plight, or lyking of the body.*} *lib.4. ad Heren.* Nam vt corporis bonam habitudinem tumor imitatur sæpe, ita grauis oratio sæpe imperitis videtur ea quæ turget & inflata est. *Terent. in Eunuch.* Qui color, nitor, vestitus? quæ habitudo est corporis?

Hăbĭlĭs, le, Quod est aptum, conueniens, accommodatum. {ראוי *raúi* נכון *nachón* מוכן *muchán.* ἁρμόσιος, πρόσφορος. GAL. Habile, seant, propre & bien conuenant. ITA. *Habile, atto, acconcio, conueniente.* GER. Gehãdsam/ fuglich/bequem. HISP. *Cosa habil para tener ò tratar.* ANG. *Fitte, handsome, able.*} *Virg.6. Æneid.* Namque humeris de more habilem suspenderat arcum Venatrix. *Mart. lib.13.* Non habilis cyathis, & inutilis vua Lyæo. *Suet. in Aug. c.18.* Vt feraciorem habiliorémque annonæ redderet. (i. aptiorem.) *Quint.* Acutior & habilior ad inueniendum. *Sen. c.8. de Tranq.* Habiliora corpora pusilla. *Sue. in Claud. c.2.* Nulli muneri habilis.] *Cic. 1. de Ora.* Si mihi calceos Sicyonios attulisses, non vterer, quamuis essent habiles, & apti ad pedem, quia non essent viriles.) (Inhabilis, ineptus, indecens, quasi parum habilis hoc est, minùs aptus ἀνάρμοστος.

Hăbĭlĭtĕr, penultima correpta, Aduerb. aptè, cõmodè. {ἁρμοστικῶς, ἁρμόσιος, ἁρμόσιως. GAL. Habilement, proprement, commodement. IT. *Commodamente.* GER. Gehandtsamlich/fuglichen/geschicklich. HISP. *Habilmente tratablemente.* ANG. *Fittelie, hand somelie.*} *Paul. in l.si vir ff. de Aur. & arg. leg.* Si vt habiliter gemmæ geri possint, incluſæ auro fuerint.

Hăbĭlĭtās, Conuenientia, aptitudo. {מתכנת *mathchóneth* משפט *mischpát.* ἁρμογή. GAL. Habilité, proprieté, seance & conuenance. IT. *Habilità, proprietà, conuenienza.* GE. Bequemmung/geschrecklichkeit. HISP. *Habilidad, conueniencia.* ANG. *Fittnesse, handsomnesse.*} *Cicer. de Leg.3.* Omitto opportunitates, habilitatésque reliqui corporis, moderationem vocis, orationis vim, &c.

Hăbĭto, as, penultima correpta, frequentatiuum est ab Habeo. {ישב *jaschább.* οἰκίω. GAL. Habiter, demourer pour quelque temps en vn lieu. ITA. *Habitare, dimorare.* GER. Innhaben/wohnen. HIS. *Morar.* AN. *To dwell or tarie in a place, to inhabite.*} Aliquando, vt verbũ Habeo, adiungitur accusatiuo. *Virgil. Eclog.2,* Atque humiles habitare casas. [*Tibull. lib.4.* Nulla nec exustas habitant animalia partes. *Plaut. Amph. & Asin. sc.3.a.1.* In ædibus vbi tu habitas nimia mira vidi. *Idem Men. sc.1.a.2.* Habitant in hac vrbe palpatores. *Ouid. Eleg.3 lib.5. Trist.* Sic habitas terram, sic te desideret æther. *Plaut. Men. sc.7.a.5.* Apud te habitabo (patronum.) *Ibid. sc.2.a.5.* Si intra ædes huius, vbi habitas penetraui pedem.] *Terent. in Andr.* in hac habitasse platea dictum est Chrysidem. Huius passiuum in tertia persona protulit *Virg. lib.3.* Effuge, cuncta malis habitantur mœnia Graiis. ¶ Inter habitare autem & commorari hoc interest, quòd hoc sit ad exiguum tempus: illud verò ad longius temporis spatium: quanquam hæc differentia sæpe confunditur. ¶ Habitare etiam antiqui acceperunt pro frequenter vel passim habere. *Varro lib.16. Rerum diuin vt citat Nonius,* Hoc modo antiquos secundis rebus comas habitasse. ¶ Tecum habita,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

bita,prouerbij ſpeciem habet, pro Domi tuæ habita, & tuo te pede metire.*Perſius Satyr.4.* Tecum habita, vt noris quàm ſit tibi curta ſupellex.Hoc eſt, domi tuæ viuito, vt intelligas quàm tenuis ſit tua fortuna.Tractum videtur ab aulicis,quibus, quum alienis opibus,vt tumeſcant,domi nihil eſt miſerius.* Habitare triginta millibus,eſt Triginta millia pro habitatione dare.*Cic.pro Calio,*Sumptus vnius generis obiectus eſt habitationis : triginta millibus dixiſtis eum habitare.*Plin.lib.17.c.1,*Grauiter increpuit tanti Cenſorem habitare,Id eſt In ædibus tanti ſumptus. [*Item Velleius:* Si quis tanti habitet,(i.ſex millibus tantum ædes conducat.)]

Habitatio, Pro domo, & loco quem habitamus. {מעון *maôn* מושב *moſchâb.*οἴκησις, οἴκησις. GAL.Habitation,demeurance,maiſon à demourer.ITA.*Stanza el luoco da habitare.*GER. Wohnung/behauſung. HISP.*Morada.*ANG.*A dwelling place.*}*Cic. Memmio,* Peto à te vt ei de habitatione accommodes. [*Suet.in Caſ.c.*38.Annuam etiam Romæ habitationem vſque ad bina millia nummûm remiſit. *Plaut. Moſt.ſc.* Habeo;Hæc mihi(mortuo) dedita eſt habitatio.] *Col.lib.*2, Villico iuxta ianuam fiat habitatio.

[Hăbĭtācŭlum, idem quod habitatio. Vſurpatur etiam de ſpecu,ſiue antro,domicilio leonis:*Gell.c.*14.*lib.*15. Introgreſſus leo in habitaculum illud ſuum,&c.]

Hăbĭtābĭlis,Quod habitari poteſt. {מושב *meſchâb.*οἰκήσιμος. GAL.Habitable,qu'on peut habitet.ITA.*Che ſi può habitare.*GER.Wonhafft/das man einwohnen kan.HIS.*Lo que ſe puede buenamente morar.*ANG. *That may be dwelled in.*}*Cic.*1.*Tuſc.* Tum & habitabiles regiones,& rurſum omni,&c.[*Ouid.*4.*Faſt.* Nec nobis cœlum eſt habitabile dixit.*Idem Ed.*4.*l.*3. Vlterius nihil eſt niſi non habitabile frigus.]

Hăbĭtātŏr,Pro incola.{ישב *joſchéb.*οἰκήτωρ. GAL.Habitant. IT.*Habitatore.*GER.Ein einwohner. HIS.*Morador.*ANG.*He which dwelleth in a place.*} *Cic.ad Qu.Frat.lib.*2,Tuam domum in Carinis mundi habitatores Lamiæ conduxerunt.*Luc.lib.*1. Ratus & antiquis habitator in vrbibus errat Heſperiæ.

HABESSVS,*autore Plin.lib.*5.*c.*27. Lyciæ vrbs eſt, poſtea Antiphellus dicta.

HABRONICAS,Nomen viri proprium.

Hăc,aduerbium motus per locum.{παύρη,τῇδε. GAL.Par ci,par ici. ITA. *Per qua,di quà.*GER. Hierdurch/des wegs.HIS.*A qui donde yo eſtoy.* ANG.*By this place or way.*}*Terent.Eunuch.* Ite hâc vos omnes.[*Plau. Curc.ſc.*1.*a.*2.*&Men.ſc.*1.*a.*4. Sequere me hac intrò. *Idem Men.ſc.*3. *a.*3.*& ſc.*1.*a.*4.Hac abiit. *Item in Pſeud.ſc.*3. *a.*4. *Capt.ſc.*2.*a.*2.*Curc. ſc.*1.*a.*1.*Amphitr.ſc.*2.*a.*2. & alibi ſæpius; Sequere me hac ad forum. *Idem Pl.Amphitr.ſc.*4.*a.*4.Obſtricto collo hac arripiam.*Idem Aulul. ſc.*5.*a.*3.I hac intrò mecum ad fratrem.*Plaut.Curc.ſc.*2.*a.*1.Hac abiit, hac perſequar.*Idem Plaut. Pſeud.ſc.*3.*a.*1.Accedamus(ſiue Occedamus hac obuiam.*Idem ibid.* Verte hac te puere,&c.]

Hāctĕnŭs,penul. corr. Ex hac, & tenus compoſitum,idem quod ad hunc vſque locum, ad hanc vſque rem : non enim de tempore dicitur vnquam,qua in re etiam doctos video erraſſe.{עדן *hadén* עדנה *hadennáh.*μέχρι τῦδε,μέχρι ἐντεῦθεν. GAL.Iuſques ici: ITAL.*Fin qui,ſine a qui.* GERM.Biſshâr/biſshieher. HIS.*Haſta aqui.*ANGL.*Hitherto.*} *Cic.de Amic.* Hactenus mihi videor de amicitia quod ſentirem, potiſſimè dixiſſe. ¶ Aliquando ponitur pro ita , adeò ſiue in tantum, augendi particulis. *Suet.in Neron.* Cœnæ tempore interpellatus, tumultuoſioribus literis hactenus excanduit,vt malum iis, qui deſciſſent minaretur. * Hactenus quatenus. *Vlp. de In rem verſo. l. ſi pro patre,* Si domini debitor ſit ſeruus , & ab alio mutuatus ei ſoluerit, hactenus non vertit quatenus domino debet.

HADRANITANI, Siciliæ populi. P*lin.lib.*3.*c.*8.

HADRIA,ſiue potiùs Adria.*ἁδρία; Suida & Stephano* : ſecundus Europæ ſinus inter Lacinium Italiæ & Acroceraunium Epiti promontorium,irrumpens dextrà Macedoniæ partem,Dalmatiam,Illyricum & Iſtriam: ſiniſtrà Apuliam, Frentanos, Picentes,& Venetos alluens. GERM.Das Venediſch meer.}*Lucan.lib.*5.-ſonat Ionio vagus Hadria ponto.Videtur hoc nomen rectiùs ſine aſpiratione ſcribi. Accepit enim nomen ab Atria nobili Circumpadanæ regionis oppido (*vt docet Cato in Originib.& Plin.lib.*3.*c.*16,) quod inſignem circa Padi oſtia habebat portum,à quo quidem oppido vicinum mare primùm Atriaticum dictum fuit,& deinde literæ vnius immutatione Adriaticum eſt. ¶ Fuit item Hadria, ſiue Adria,oppidum in finibus Piceni, Romanorum colonia. VII.M.paſſuum à mari diſtans, à qua vicinus ager,Ager Hadrianus,ſiue Adrianus dictus eſt.

HADRIANOPOLIS,Bulgariæ vrbs eſt.

Hadrŏbŏlum, li,pen. prod.*ἁδρόβολον*, Bdellij genus eſt nigrum,& in offas conuolutum , naſcens in Arabia, India , Media, & Babylone, quod in ſacris vino perfundi ſolebat, vt eſſet odoratius. Dictum hadrobolum,à glebarum craſſitudine. Nam *ἁδρὸν* Græci craſſum & plenum appellant.*Vide Plin.lib.*12.*c.*7.*& Dioſc.lib.*1.

Hadrŏſphærum,*ἁδρόσφαιρον*, Nardi genus,à folij amplitudine ita dictum,quemadmodum aliud genus minimo folio microſphærum, & rurſus aliud quod mediocri eſt folio, Meſoſphærum eſt appellatum. *Autor Plin.lib.*12.*c.*11.

HAEBVDES,pen.prod.*αἰβῦδαι*, Inſulæ ſunt numero quinque inter Caledonium,quæ hodie Scotia dicitur, & Thulen inſulam. {GER.Funff inſſlen zwiſchen Schottland vnnd der inſel Thule gelegen.}*Solinus:*A Caledonię promontorio Thulen petentibus,bidui nauigatio:inde excipiunt Hæbudes quinque numero.*Et paulò pòſt,* Secundam à continenti ſtationem Orcades præbent , quæ ab Hæbudibus porro ſunt ſeptem dierum,noctiúmque totidem curſu.

Hæc,fœmininum.*Vide* Hic,hæc,hoc.

Hædŭs,di,ſiue vt alij ſcribunt,hœdus, Eſt fœtus capræ. {גדי *ghedhi.* ἔριφος. GALL.Vn cheureau.IT.*Capretto.*GER.ein geiß/ein gitze.HISP. *Cabrito,hijo de cabra ò cabron.*ANG *A kidde.*} Qui per æ diphthongum ſcribunt , videri volunt dictum eſſe hædum *ὁτὸ τῶν αἰδοίων*, hoc eſt,à teſticulis. Alij verò qui per œ ſcribunt,à lingua Sabina eius originem petunt. Illi enim hœdum dicebant, quod Romani dicunt fœdum.*Virg.*1.*Eclog.*Sic canibus catulos ſimiles,ſic matribus hœdos. *Ouid.*13. *Metam.*-tenero laſciuior hœdo. [¶ Hædus ex Ambracia optimus *Gell.c.*16.*lib.*7.]

Hædŭlus,Hædillus, & Hædiculus, diminutiua. {ἐρίφιον. GALL.Petit cheureau.ITA.*Picciolo capretto.* GER.ein gitzlin.HIS.*Pequeño cabrito.* ANG.*A litle kidde.*}*Plaut.in Aſin.* Dic igitur me tuum paſſerculum, galinam,coturnicem,agnellum,hædillum. *Iuuen. Satyr.*11, E Tiburtino veniet pinguiſſimus agro Hædulus.

Hædinŭs,a,um,Quod eſt ab hœdis.{ἐρίφειος. GAL.De cheureau.ITAL. *Coſa di capretto.* GER.Geiſſin/gitzin.HISP.*Coſa de capritto.* ANGL.*Of a kidde.*}vt,Caro hædina, quæ eſt ex hædo. Et hædinæ pelliculæ. *Cic.pro Murena*, Atque ille homo eruditiſſimus , ac Stoicus, ſtrauit pelliculis hædinis lectulos Punicanos.

Hædīlĭa,Sunt hædorum ſtabula.{ἐριφοστάσια. GAL.Eſtable à cheureaux. ITAL.*Le ſtalle de capretti.* GER.ein geiß oder geißſtal. HISP.*Chibital donde ſe acogen los cabritos;* ANG.*Stalles for kiddes.*}qua ratione etiam dicuntur ouilia,quòd in his ea animalia contineantur.*Orat.*1.*Carm. Ode* 17, Nec virides metuunt colubros , Nec Martialeis hædilia lupos.Vbi *Acron*,hædilia,ſepta hædorum:per continens,id quod continetur,*συνεκδοχικῶς*.

Hæmăchātēs,*αἱμαχάτης*. Gemma ex achatæ generibus, ſanguinei coloris, *Plin.lib.*37.*c.*10.

Hæmătĭnŏn,*αἱμάτινον*. Vitri genus totum rubens,non pellucidum,ex quo eſcaria vaſa veteres conficiebant. Dictum hæmatinum, quaſi ſanguineum,quòd ſanguinis colorem referret. *Plin.lib.*36.*c.*26,Fit & tincturę genere obſidianum,ad eſcaria vaſa,& totum rubens vitrum atque non tranſlucens,hæmatinon appellatum.

Hæmătĭtēs,pen.prod.*αἱματίτης*,Lapis eſt duriſſimus,rubore adeò ſaturo, vt niger videatur , coti tamen attritus , rubedinem manifeſtam oſtendit,ſanguinis colori ſimillimam. Quatuor ferè enumerantur hæmatitæ differentiæ, duritie tantùm diſtinctæ & colore magis,minúſve nigricante. Optimus tamen eſt,*teſte Dioſcoride*,qui friabilis eſt,& in quædam quaſi fila poteſt ſecari.Nomen habet *ἀπὸ τῦ αἵματος*; hoc eſt , à ſanguine : vel quod totus concreto ſanguini ſimilis ſit, vel quòd coti madefactæ attritus, facultatem habeat ſiſtendi ſanguinis. *Vide Gal.lib.*9.*ſimp. medic. Dioſcor. de materia medic.lib.*5.*&* P*lin.lib.*36.*c.*16.

Hæmătŏpŏdēs,*αἱματόποδες*. Aues Ægypto peculiares,muſcis præcipuè veſcentes,terniſque inſiſtentes digitis. Hæmatopodes dictæ à ſanguineo crurum colore. Habent enim crura prælonga,eáque rubentia,*teſte Plin.lib.*10.*c.*46.*&*47. Quanquam ibi in omnibus ferè exemplaribus,corrupte,vt arbitror,pro hæmatopodem,himantopodem legimus, quod Latinè loripidem interpretari poſſumus, quo nomine quidam Æthiopiæ populi commemorantur à P*lin.lib.*5.*c.*8.

HAEMODES,*teſte Pomponio,lib.*1,Mons eſt Lyciæ.

HAEMŌN, *αἵμων*, Thebanus iuuenis, qui quum amore incredibili Antigonem Oedipi & Iocaſtæ filiam deperiret , ad eius tumulum mortem ſibi conſciuit. Fuerat autem Antigone iuſſu Creontis(qui vetuerat cadauera Græcorum inhumari)iugulata,quod Polynicen fratrem mortuum noctu ſepelire voluiſſet.De huius adoleſcentis morte,*vide Statium in Thebaid. & Propert.lib.*2, Quid non Antigones tumulo Bœotius Hæmon?&c.

HAEMONIA,*Vide* AEMONIA.

Hæmŏrrhăgĭă, Eſt copioſus , Immoderatúſque ſanguinis effluxus: {αἱμορραγία. GAL.Flux de ſang.ITAL.*Fluxo di ſangue.*GERM.Außblutung/auß fluß deß bluts.HISP.*El finxo de ſangre.*ANG.*A fluxe of blud-de.*} Fit autem (*teſte Galen.lib.de Sympt.differ.*) tribus ferè modis, ex vaſorum videlicet ruptura,vel ex eroſione eorundem, vel ex nimia apertione orificiorum in venis. Nonnunquam ex nimia ſanguinis tenuitate , quum videlicet ſanguinis magnam copiam ſeroſi humoris habet admiſtam.

Hæmŏrrhŏĭs,pen.corr.{αἱμορροΐς. ANG.*A kind of peſtiferous ſerpent.*} Serpentis peſtiferi genus eſt , cuius morſu ſanguis omnis effluit è corpore,vnde & nomen habet:αἷμα enim ſanguinem ſignificat,& ῥόος fluxus.*Lucan.lib.*9,Impreſſit dentes hæmorrhois aſpera Tullo.Dicitur etiam Hæmorrhoia. *Plin.lib.*33.*cap.*117, Muſtum ſerpentibus aduerſatur maximè hæmorrhois & ſalamandræ.¶ Eſt etiã hæmorrhois: {עפלים *hapholim* טחרים *techorim.* GAL. Hæmorrhoides,flux de ſang,caque ſangue.ITA.*Il male chiamato morice,quando ſi va ſangue.* GERM.Blutfluß/ſo da kompt auß den aderen hinden am affter. HIS.*Fluxo del ſangre,el almorrana de ſangue.* ANG. *A diſeaſe in the fundament called hemorrhoydes or pyles.*} Genus morbi quod inter ſedem naſcitur,immaturi mori ſpecie,quum ora venarum iuxta anum,tanquam ex quibuſdam capitulis turgent , & ſanguinem fundunt : quod & in ore vuluæ fœminarum incidere conſueuit. *Vide plura apud Celſ.lib.* 6.*c.de Hæmorr.*

HAEMVS,ſiue Æmus,*αἷμος*, rex Thraciæ potentiſſimus, qui Rhodopen Strymonis fluuij filij duxit vxorem. Hi in tantam arrogantiam elati ſunt,vt Hæmus ſe eſſe Iouem,Rhodope Iunonem,prædicarẽt, ſéque vt deos adorari iuberent. Qua inſolentia Iupiter indignatus,eos in montes commutauit.*Ouid.*6.*Metam.*

HAEMVS,*αἷμος; Suida*,ſiue,vt aliis videtur,Æmus, mons eſt Thraciæ vaſto iugo procumbens in Pontum : cuius excelſitas ſex millibus paſſuum ſubitur.Oppidum habuit in vertice Ariſtæum. *Plin.lib.*4.*c.*11, In Pontum quidem vergit mons Hæmus,cæteros,eius ſpatij magnitudine ac ſublimitate ſuperans, mediámque Thraciam diuidens. *Strabo lib.*7.Exiſtimat Polybius ex eius vertice vtrunque mare cerni, Ægæum & Adriaticum. Id quod *Strabo*,ob ingens interuallum,falſum probat. Sententiam tamen Polybij ſequitur *Mela.* Nomen ei inditum ab Æmo Boreæ & Orithryiæ filio.{GER.Das begirg Theſſaliam von Thracia vnderſcheidet.} *Autor Steph.de Vrbib. Seruius in illud Georg.* Æmathiam & latos Hæmi pinguescere campos, tradit montem eſſe Theſſaliæ. Sed hoc dixiſſe putatur,quia Theſſaliam à Thracia Hæmus diuidit.In eadem eſt ſententia idem *Seruius in illud* 2.*Georg.* O qui me gelidis in vallibus Hæmi Siſtat. *Liuius* 4.*Decad. lib.*10,montem deſcribit.*Vide* HEMVS.

Hærēdĭtās,*Vide* HAERES.

Hærĕo,ēs,ſi,ſum,Adhæreo, rei alicui inſideo & coniunctus ſum. {דבק *dabák* נאחז *neechâz.*κόλλαται,συμφύομαι. GAL.Tenir contre,herdre,eſtre ioint & y tenir.IT.*Eſſere ſtrettamente congiunto & vnito.* GERMAN. Hangen/kleben.HIS. *Allegarſe à alcuna coſa.*ANG.*To cleaue or ſtick.*} *Virg.*2.*Æneid.*Hærent parietibus ſcalæ. ¶ Et quoniam qui in aliqua re dubitant,non mouentur,ideóque hærere,ac ſuſpenſi eſſe videntur:

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

factum est vt hærere aliquando ponatur pro dubitare, & ancipitem esse. {פון תלה *pun talâh.* ἀμφιδάκνειν, ἀπορεῖν. GALL. Douter. ITA. *Dubitare.* GER. In zweyffel hangen. HIS. *Dudar.*} *Terent. in Eunuch.* Hæreo, quid faciam. *Cic. in Antonium*, Hærebat nebulo, quò se verteret non habebat. ¶ Quandoque simpliciter est, manere, vel insidere. *Terent. in Hecyr.* In te hæret omnis culpa. *Virg. lib.* 4 Multa viri virtus animo multúsque recursat Gentis honos: hærent infixi pectore vultus. [*Ouid. Eleg.* 4 *l.* 3. *Trist.* Vos quoque pectoribus nostris hæretis amici. *Idem Ouid. Eleg.* 8. *lib.* 3. *Trist.* Hæret, & ante oculos forma. *Idem Eleg.* 3. *lib.* 4. *Trist.* Vultibus illa tuis tanquam præsentibus hæret. *Idem Eleg.* 10. *lib.* 3. *Trist.* Vidimus in glacie pisces hærere ligatos.] *Circa aliquid hærere. Quintil. lib.* 1. *cap.* 7, Non obstant hæ disciplinæ per eas euntibus, sed circa illas hærentibus. [*Plaut. Capt. sc.* 3. *a.* 3. Maximas nugas incepi, hæreo. *Plaut. Men. sc.* 1. *a.* 3. Immersi me in concionem, vbi dum ego hæreo, &c. *Idem Pseu. sc.* 5. *a.* 1. Occisa hęc res est, Hæret hoc negotium.] *Hærere apud meretricem, pro Eam perditissimè amare, Non posse ab ea disiungi. *Plaut. in Epid.* [*Ouid. Eleg.* 1. *lib.* 4. *Trist.* Sentit amans sua damna furens, tamen hæret in illis. *Item Suet. in August. cap.* 71. Circa libidines hæsit, (i. purgare se non potuit.] *Aqua hæret. *Prouerb. Cic* 3. *Off* Dicit ille quidem multa multis locis, sed aqua hęret, vt aiunt. Significat *Cicero* Epicurum parum secum in disputando constare, séque ipsum mouluere, dum ea quæ dicit hic pugnant cum iis quæ dixit alibi, atque ita quasi fluctuare, neque in solido consistere. Translatum ab oratorum clepsydra: vt eum in aqua hęrere dicamus, qui se distillata iam aqua, tamen è causa non potest expedire. ¶ Huius verbi composita sunt, Adhæreo, Cohæreo, Inhæreo: *de quibus suo locis.*

[Hærens, entis. *partic. Suet. on. in Galba cap.* 4. Hærens mos in domo. ¶ Hæsurus, a, um, *Ouid. Eleg.* 4. *lib.* 3. *Trist.* Pietate id mereris hæsuráque mihi tempus in omne fide. ¶ Hæsus in præterito perfecto, patiendi significatione, *Diomedes lib.* 1.]

Hæro, as, pen. corr. frequentatiuum, Identidem & multùm hęreo, & grædi non possum. {דבק *daβák* נאחז *neechâz.* ἐπισχεῖν. GALL. Estre empesché, attacher, arrester. IT. *Ac ostarsi.* GER. Gestecken/bestanden sein. HIS. *Mucho allegarse.* ANG. *To stinck, to doubte.*} *Terent. in Phorm.* in eodem luto hæsitas. Vbi hęsitare in eodem luto, prouerbialiter dictum stare implicitum esse alicui negotio, vt te commodè expedire non possis. Dicitur à viatoribus, qui simulatque in lutum inciderint, quum alterum pedem conantur educere, altero altiùs immerguntur. Aptissimè autem competit in eos qui versuram faciunt. Nam illi mutant quidem creditorem, ære tamen alieno se non liberant. ¶ Accipitur etiam hæsitare pro dubitare, & sese explicare non posse. {פון תלה *pun talâh.* GALL. Hesiter, douter. ITAL. *Dubitare.* GERM. Zweyfflen eins zweyfflens. HISP. *Dudar.* ANGL. *To doubte, to staggerin speaking.*} *Cic. 2. de Finibus*, Aperiendum est igitur quid sit voluptas: quam si explicauisset, non tam hæsitaret. *Idem 2. de Orat.* Carbo hęsitans in maiorum institutis, rudis in iure ciuili. *Idem 4. Acad.* Dubitant, hęsitant. *Idem in Catil.* Quum hæsitaret, quum cunctaretur, quæsiui quid dubitaret proficisci eò, quò iampridem paratat. Hæsitare lingua est titubare. *Idem 2. de Orat.* Idem lingua hæsitans, & voce absonus. Hæsitantia verba, *apud eundem pro Domo sua.*

Hæsitātĭo, onis, Dubitatio, cunctatio, & perplexitas. {ἀπορία. GALL. Arrest & doubte, doutance. ITAL. *Dubitatione, dubbio.* GER. Zweyfflung. HIS. *Duda.* ANG. *Doubt, a doubting.*} *Cicer. Appio Pulchro*, Noli ignoscere hęsitationi meæ. ¶ Accipitur & pro titubatione, & linguæ hęsitantia, ἰσχνοφωνία. *Idem lib.* 2. *de Orat.* Qui timor? quę dubitatio? quanta hęsitatio, tractúsque verborum?

Hæsitātŏr, oris, Cunctator, & dubitator. {תולי *talâi.* μελλητής. GAL. Qui doute & est suspens, arresté. ITAL. *Dubitatore, dimoratore.* GERM. Ein Zweyffler/der in einer sach bestanden ist vnd nit weißt wo auß. HISP. *El que mucho duda.* ANG. *That doubteth.*} *Plin in Epist.* Sum ipse in edendo hæsitator, tu tamen eam quoque cunctationem, tarditatémque vicisti.

Hæsitantĭa, æ, Hęsitatio, titubatio, balbuties, & difficultas explicandi quod sentias. {ἰσχνοφωνία. GALL. Doute, arrest qu'on ne peut passer IT. *Esso dubitare.* GER. Zweyffel hafftigkeit/stamlung. HISP. *Obra de dudar.* ANG. *A doubting, staggering in vttorance.*} *Cic. 3. Philipp.* Qui propter hęsitantiam linguę, stuporémque cordis, cognomen ex contumelia traxerit.

Hærēs, dis, generis communis, qui defuncto succedit in ius vniuersum quod habebat: ab hęreo, quod qui hęres est, hæret, hoc est, proximus est illi cuius est hęres. {ירש *jorésch.* κληρονόμος. GALL. Heritier, successeur, hoir. ITA. *Heredo, successore.* GER. Ein erb. HIS. *Heredero.* ANGL. *An heire.*} Quidam hoc nomen ab hęrus deriuant, & per simplex scribendum putant, quod dominus fiat bonorum quæ ad eum perueniunt. Hęres enim apud veteres (*autore Festo*) dominus dicebatur. Id quod *Iustinianus* comprobat *in titul. de hæredit. quæst. & differ.* Pro hęrede *inquis*, gerere est, pro domino gerere. Veteres enim heredes dominos appellabant. Exemplum extat *apud Plautum in Men.* [*sc.* 2. *a.* 3.] vbi Menęchmum peregrinum de palla loquentem facit: prandi, potaui, abstuli hanc, cuius hęres nunquam erit post hunc diem. *Horat. lib.* 2. *Serm. Satyr* 3, vt hęres lam circum loculos, vel claueis, lærus, ouánsque Curreret. *Ouid. 6. Metamorph.* & auiti nominis hęres Tantalus. *Cic. pro Quintio*, Hęredem testamento reliquit hunc P. Quintium. Idem pro Cluentio, Auiam tuam Dineam, cui tu es hęres. [*Plaut. Cure. sc.* 2. *a.* 5. Me fecit hęredem (pater) *Gell cap.* 7. *lib.* 6. Heredem bonis facere. *Plau. Mist sc.* 3. *a.* 1. Vtinam pater meus ad me nuncietur mortuus, vt ego me exhæredem bonis faciam, atque hęc sit hęres. *Ouid. Eleg. vlt. lib.* 4. *Trist.* Vique à proauis vetus ordinis hęres, non modo factus eques fortunæ munere. *Ouid. 13. Metam.* Si proximitas primúsq; requiritur hęres. Est genitor peleus, est pyrrhus filius illi.] ¶ Secundus hęres dicitur qui hęredi instituto substituitur, *vt inquit Boetius in Commen. in Top. Ciceronis*, ea lege, vt si prior hęreditatem non adeat deuoluatur ad secundum. *Cic. pro Cluent.* Memoria teneo, Milesiam quandam mulierem, quum essem in Asia, quod ab hęredibus secundis accepta pecunia parum sibi medicamentis abegisset, rei capitalis esse damnatam. *Idem 1. de Invent.* Qui patris pupilli hæredes secundi sunt. ¶ Hęredes arboris, pro surculis & ramis. *Plin. lib.* 16. *cap.* 37, Cęsaque densûs innumero hærede prosint. ¶ Hinc composita, Cohęres & Exhæres, *de quibus suprà.*

Hærēdĭtās, tis, Successio est in vniuersum ius quod defunctus habebat tempore mortis, {ירשה *jerusché* מורש *morâsch.* κληρονομία, κτῆμα, ἐπιβολή. GAL. Heritage, hoirie, succession aux biens du trespassé. IT. *Heredità, successione.* GER. Ein erbschafft. HIS. *Heredad ò la herencia.* AN. *Heritage, a succeiding in lanues or other goodes.*} Et apud antiquos diuidebatur in duodecim vncias, quę assis nomine continentur. *Plaut. Truc.* Verùm nunc si qua mihi obtigerit hęreditas magna atque luculenta. *Cic. 1. Offic.* Optima autem hęreditas à patribus traditur liberis omnique patrimonio præstantior, gloria virtutis, rerúmque gestarum. [*Velleius* Hęreditati relicta Asia populo Rom. *Plaut. de Capt. sc.* 1. *a.* 4 Sine sacris hęreditatem sum adeptus. *Idem Curc. sc.* 2. *a.* 1. Mihi haud sæpè eueniant tales hęreditates.]

Hærēdium, hæredij, Patrium prædium, quod nobis hęreditate venit. {ירשה *jerusché* מורש *morâsch.* κτῆμα πατρικόν. GAL. Vn heritage. ITAL. *Hereditâ.* GERM. Ein erbgut. HISP. *La heredad ò possession de tierra.* AN. *A piece of ground fallen by heritage.*} *Varr. de Re rust. lib.* 1. *cap.* 10 Quantum attinet ad antiquos nostros, ante bellum Punicum pendebant bina iugera, quot à Romulo primùm diuisi ferebantur viritim: quæ quod hęredem sequerentur, hæreditum appellarunt. *Plin. lib.* 19. *cap.* 4. In duodecim tabulis legum nostrarum nusquam nominatur villa, semper in significatione ea hortus: in hortis verò, hęredium.

Hærēdiŏlum, oli, cum accentu in antep. significat paruum hęredium, hoc est, paruum prædium, quod nobis hęreditate venit. {κτημάτιον, χωρίον πατρικόν. GAL. Vn petit heritage. ITA. *Picciola heredità.* GER. Ein erbgütle. HISP. *Pequeña heredad.* ANG. *A litle piece heritage.*} *Col. in Præf. l.* 1. Ex qua Cincinnatus obsessi Consulis & exercitus liberator, ab aratro vocatus ad Dictaturam venerit, rursus fascibus depositis, quos festinantius victor reddiderat quàm sumpserat imperator, ad eosdem iuuencos, & quatuor iugerum hęrediolum redierit. Quo in loco hęrediolum auitum vocat paruum prædium à maioribus relictum, & veluti per manus traditum.

Hærēdĭpĕtă, tæ, pen. corr. Qui blanditiis, muneribus, & aliis huiusmodi artibus captat gratiam senum & viduarum, vt ab illis hęres instituatur. κληρονομικός, κληρονόμος.

Hærēdĭtārĭŭs, a, um, Quod ad hęreditatem pertinet. {κληρονομικὸς, κατὰ κληρονομίαν κτηθείς GAL. Venant par succession d'heritage. ITAL. *Pertinente à successione.* GER. Erblich/das zu der erbschafft gehört. HIS. *Perteneciente à la herencia* ANG. *That cometh by heritage.*} Cic. 6. *Verr.* Simul cum cęteris Chelidonis hæreditariis ornamentis ponętur. Hinc bona hęreditaria, & successio hæreditaria. [*Sen. Epist.* 51. Hęreditarium onus in domo remansit. *Quintilian.* Hæreditariæ lites.] Morbos etiam hęreditarios vocamus, qui parentum vitio nobis obtingunt. *Vide Hereditas.*

HAERES MARTIA, Nomen deæ quę vna ex Martis comitibus esse putabatur, cui veteres post acceptam hęreditatem sem diuinam faciebant. *Autor Festus.*

Hærĕsis, is, pen. corr. {αἵρεσις. GALL. Opinion confermee soit en bien ou en mal, secte, heresie. ITA. *Opinione ferma in bene, ò in male, ostina.* GERM. ein meinung/sie sey gut oder böß/ die ihm einer erwölt/ vnd den selbigen steiff anhangt/ein sect. HISP. *Opinion confirmada en buena ò en mala parte, setta, hereglia.* ANGL. *Heresie, a sect.*} Græca dictio est, qua optio, vel electio, & secta significatur: ab αἱρέομαι, quod significat eligo, volo, expeto. Vnde sumitur pro opinione tenaci & cõfirmata de aliquo dogmate, & sententia, in qua persistimus, electa. *Cic. in Paradoxu*, Caro autè perfectus (mea sententia) Stoicus, & ea sentit, quæ non sanè probantur in vulgus, & in ea est hęresi, quæ nullum sequitur florem orationis, neque dilatat argumentum, sed minutis interrogatiunculis, & quasi punctis quod proposuit efficit. ¶ Hinc Diæresis, διαίρεσις, diuisio: Aphæresis, ἀφαίρεσις, ablatio. Synæresis, συναίρεσις coniunctio.

Hærĕsiārchă, Hęreticorum princeps.

Hærĕtĭcus, propriè dicitur qui est alicuius opinionis, vel sectę. Vnde à Theologis hęretici dicuntur, qui sectam aliquam diuersam à vera religione aut instituunt, aut sectantur.

Hærĭto, hęsitas, *Vide* HAEREO.

Hăgĭŏgrăphă, {כתובים *chetubîm.* ἁγιόγραφα.} A Græcis dicuntur scripta sacra, orthodoxorum omnium consensu in Sacrę scripturę canonem recepta. Quomodo autem differant ab Apocryphis, *vide in Decreto, dist.* 15. *c.* Sancta Romana Ecclesia.

Hăgnŭs, *Vide* AGNVS.

HĂGNĒS, etis, ἁγνός, Mulieris proprium, ἀπὸ τῆς ἁγνότητος, id est à castitate impositum.

[Ha hæ interiectio *apud Plaut. Pseud. sc.* 5. *a.* 4.]

[Hala Seruilius: *de quo Plutarchus in Bruto.*]

Hălŏbārchēs, ἁλοβάρχης. Latinè salis præfectum sonat. Erat autem is præcipuus honos apud Ægyptios, *teste Iosepho Antiq. lib. vlt.*

HALAE, ἅλαι, Bœotię oppidulum, *vt ex Pausania sententia tradit Steph.* Sunt & alia eiusdem nominis loca, quæ ab eodem commemorantur.

HALALCOMENE, & Halalcomenæ, *Vide* ALALCOMENE.

HALARODII, Populi citra Pontum. *Steph.*

Hălcyon, halcyonis, ἀλκυών. Auis est maritima, hyberno tempore in mari ouа pariens, pullósque suos educens quo tempore summa est in mari tranquillitas, quam Alcedonia *Plautus* appellauit. Fabulantur poetæ, Halcyonem Æoli filiam, & Ceycis vxorem in hanc auem mutatam fuisse: Æolúmque hoc filiæ suę posteritati tribuere, vt quandiu illa pullis procreandis vacet, tandiu summa in mari sit tranquillitas. *Seruius* Ceycen Luciferi filium fuisse tradit, & Halcyonę maritum: à qua quum prohibitus, isset ad consulendum Apollinem de statu regni, naufragio periit. Cuius cùm corpus ad vxorem delatum fuisset, illa se præcipitauit in pelagus. Postea miseratione Tethyos & Luciferi, conuersi sunt ambo in aues marinas quæ halcyones vocantur. Illud sciendum est quum de muliere dicimus,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

cimus, Hæc Halcyone in recto efferri, quum de auibus, hic & hæc halcyon, hi & hæ halcyones. Istæ autem aues nidos faciunt in mari media hyeme: quibus diebus tanta est tranquillitas, vt nihil penitus in mari possit moueri. Inde etiam dies ipsi, Halcyonia nominantur. *Hæc Seruius.* Dictæ autem sunt halcyones, παρὰ τὸ ἐν ἁλὶ κυᾶν, quòd im mari oua pariant. Quò fit, vt prima vocalis, si originem spectemus, aspiranda videatur. *Eustathius* tamen contra etymi rationem tenui spiritu notandam præcipit, adiecto etiam generali canone, quo negat vocabulum vllum esse aspirandum, quod initium sumat ab α, subsequente κ.

HALCYŌNĒ, es, pen. corr. ἀλκυόνη, Æoli ventorum Regis filia, vxor Ceycis, quæ præ dolore, quem ex naufragio & morte mariti susceperat, mutata est in auem halcyonem. *Vide* Alcedo.

Hālēc, ecis, vel vt alij scribunt halex, fœm gen. piscis sola aqua victitans, quem *Aristot.* μαρίδα appellat, si Theodori versioni credimus. ¶Est item halec, siue halex, liquaminis genus, quod ex piscium intestinis confici solet. *Mart. lib. 11.* Cui portat gaudens ancilla paropside rubra Halecem, sed quam protinus illa voret. *Plin. lib. 31. c. 8.* Halec imperfecta, necdum colata. Legitur & in neutro genere. *Horat. 2. Serm. Sat. 4.* ~ego fæcem primus & halec, Primus & inueni piper album. *Plaut. in Aulul.* Qui mihi olera cruda ponunt, halec danunt. Vbi tamen ratio carminis clamat legendum esse halecem, alioqui versui deerit syllaba.

Hālēcŭlă, diminut. {ANG. *A pilchard or litle hering.*} *Col. lib. 8. c. 17.* Itaque præberi conuenit tabentes halecculas, & salibus exesam chalcidem.

HĂLAĒSĂ, ἅλαισα, Siciliæ oppidum inter Agathyrsum & Cephalenium situm, triginta pass. M. ab vtroque, *teste Strab. lib. 6.* ¶Hinc deducitur adiectiuum Halæsinus, a, um, vt Halæsina ciuitas. *Cic. 3. Verr.* Siciliæ ciuitates multæ sunt, Iudices, ornatæ atque honestæ, ex quibus in primis numeranda est ciuitas Halæsina. Nullam enim reperietis aut officiis fideliorem, aut copiis locupletiorem, aut authoritate grauiorem. Halæsini, vrbis huius incolæ, *quorum meminit Plin. libr. 3. cap. 8.*

HĂLAĒSŬS, ἅλαισος, Fluuius & mons non longè ab Ætna. *Col. lib. 10.* Et quæ Sicanij flores legistis Halæsi. ¶Est & in Ionia Asiæ regione eiusdem nominis fluuius Colophonem præterfluens. *Autor Plin. lib. 5. c. 29.*

HĂLAESŬS, ἅλαισος, Agamemnonis fuit filius ex Briseide, vt quidam volunt: vel ex Clytemnestra, vt alij. Dicunt enim hunc cum matre sensisse contra patrem, & postea patria pulsum in Italiam venisse, atque apud Massicum Campaniæ montem consedisse, & tanquam Troiani nominis hostem Turno aduersus Æneam fauisse. *Virg.* Hinc Agamemnonius Troiani nominis hostis Iungit Halæsus equos, &c. *Ouid. quoque lib. 4. Fast.* autor est, ab hoc Halæso Falisços nomen accepisse.

HALEI, ἁλιεῖς, Maritima vrbs Laconiæ, *Steph. Vide* TIRYNS.

HALIA, æ, Nympha marina, Nerei & Doridis filia: ἀπὸ τῆς ἁλὸς, hoc est à mari dicta.

Halias, ados. ἁλιάς. Genus scaphæ, vel paruæ nauiculæ, *vt ex Appiano docet Bayfius.*

Hălĭæ ētŭs, ti, pen. cor. {ἁλιάετος. ANG. *Agose hauke or falcon.*} Genus est aquilæ. falco à nonnullis dicitur, ab aliis accipiter, ab aliis nisus. *Ouid. Metam. lib. 8.* Et modò factus erat fuluis haliæetus alis. *Plin. lib. 10. cap. 3.* Haliæetus tantum implumes etiamnum pullos suos percutiens, subinde cogit aduersos intueri Solis radios, & si conniuentem, humectantémque animaduertit, præcipitat è nido, velut adulterinum & degenerem: illum, cuius acies firma contrà fleterit, educat. Haliæeti suum genus non habent, sed ex diuerso aquilarum coitu nascuntur.

HALIACMON, siue Haliagmon, ἁλιάκμων, Fluuius est Macedoniæ. {GE. Ein fluß in Macedonia.} *Plin. lib. 31. c. 2.* Item in Macedonia qui velint sibi candida nasci, ad Haliacmona ducere: qui nigra aut fusca, ad Axium.

HĂLĬĂRTŬS, ἅλιαρτος. Nomen vrbis Bœotiæ quam Haliartus condidit Terpandri filius: *de qua vide Strab. lib. 9.*

HALICA, Nomen mulieris.

Halicacabus, ἁλικάκαβος. Alterum solani genus, semen in folliculis rotundis habens, ad speciem vesicarum, orbiculatum, rubens, & leue. Latini vesicariam vocant, *teste Plin. lib. 21. cap. 31.* Officinæ Mauritanos sequutæ, vocant *Alcaquengi.*

HALICARNA, ἁλίκαρνα, Oppidum mediterraneum Ætoliæ, *apud Plin. l. 4. c. 2.*

HĂLĬCĂRNĂSSŬS, pen. prod. ἁλικάρνασσος. Vrbs Cariæ, principum regia, circa initium Tauri sita, ad mare, in minori Asia, Argiuorum colonia, in qua Mausoleum quondam nobilissimum opus extabat, & Salmacis fons. {GERM. Die hauptstatt in Caria deß minderen Asie am Meer gelegen.} Hæc prius Zephyra dicebatur. Ex Halicarnasso fuit Herodotus historicus, item Heraclius Poëta, & Dionysius scriptor antiquitatum Romanarum, qui ab ea Halicarnasseus dictus est.

HALICYAE, Vrbs Siciliæ, *Steph.*

HALICYRNA, Vicus Acarnaniæ.

Hălĭeŭtĭcă, ἁλιευτικά. Dicuntur volumina, in quibus tractatur de piscibus. *Plin. li. 32. c. 2.* Mihi videntur mira, & quæ *Ouid.* prodidit, piscium ingenia, in eo volumine quod halieuticôn inscribitur. Fuerunt & alij qui halieutica scripserunt: vt Olympius Nemesianus, quem *Vopiscus* tradit scripsisse cynegetica & Halieutica: & Oppianus qui opus de piscibus Antonio dicauit. Scripsit & Apicius, sed halieusin appellauit.

HALIMEDA, Nympha *Vide in* Damasco.

Halimus, ἅλιμος, Frutex sepimento vallari idoneus, similis rhamno, sine spinis, foliis oleæ, sed latioribus. Nascitur in sepibus & maritimis, locisque salsis, salsilaginémque refert. Vnde & nomen videtur accepisse. Alij sine aspiratione scribunt: indéque Alimum dictum putant, quòd famem arceat. Tradit enim Solinus fruticem hunc in Creta nasci, mirabili effectu, quòd eo admorso, fames aliquandiu nulla sentiatur. *Vide Dioscor. lib. 1. Theophrast. lib. 4. c. 5.*

Hălĭphlœŏs, ἁλίφλοιος. Græcis arbor est, glandiferarum omnium deterrima, quæ à nostris salsicortex appellari potest, cui glans tam amara, vt eam præter sues, nullum animal attingat.

Hăl ĭpleumōn, ἁλιπλεύμων, Marinus pulmo, genus piscis, *apud Plin. lib. 31. c. 11.*

Halito Halitus. *Vide* Halo, halas.

HĂLĪZON, ἁλίζων, Fluuius.

HĂLĪZŌNĒS, pen. prod. ἁλιζῶνες, Populi Asiæ maritimi, Mysis, Caribus, & Lydis finitimi sita dicti, παρὰ τὸ ἁλὶ ὑποζώννυσθαι, hoc est, ab eo quòd mari præcingantur, vt indicat *Plin. lib. 5. cap. 31.* *Stephanus* Halizones dictos putat, quasi ἁλαζόνας. quòd ob diuitias superbi essent & præferoces.

Hallucinor, aris, *Vide* Allucinor. [Vnde dictum sit docet *Gell. c. 12. lib. 16. Idem c. 17. l. 7.* Oscitans & hallucinanti similis.]

Hāllŭx, cis, vel Hallus, li, Pollex, ex eo dictus, quòd super proximum digitum saliat. {בהן *bóhen.* αἰσίχειρ. GAL. Le poulce. ITA. *Dito grosso.* GERM. Der daum an der hand/oder der zehen am fuß. HIS. *Dedo pulgar.* ANG. *The great toe or thumbe.*} Nam constricta manu solus proximum digitum scandit. Vnde quidam à Græco ἅλμομαι trahunt, quod Latinè scandere, seu salire significat.

Hālmădēs. {ἁλμάδες. GAL. Oliues confites en saumure. IT. *Oliue di sa lamuoia.* GERMANIC. Ein gemachte oliue/oder salwe ärtzen. HISP. *Olivas de salmuera.* ANG. *Flyues confected in a certaine pickle.*} *teste Ruellio*, Oliuæ dicuntur, quæ condiuntur muria. Nam ἅλμη, muriam vel salsuginem significat.

HALMYRIS, ἁλμυρίς, Lacus ambitu LXIII. M. pass. ex Danubio natus supra Istropolim: *de quo Plin. lib. 4. c. 12.*

Hălo, las, Spiro, vel odorem emitto. {נפח *naphách* הפיח *hippiach.* ἀτμίζω, ἐκπνέω. GAL. Halener, flairer, & rendre odeur. ITA. *Spirare, mandar fuori odore.* GER. Riechen/ein geschmack geben/athmen. HIS. *Echar de sí baho.* ANG. *To breath, to sauour.*} *Virgil. lib. 4. Geo. gic.* Innitent croceis halantes floribus horti. ¶Huius Composita sunt, Adhalo, Exhalo, & Inhalo; *de quibus vide suis locis.*

Hālĭto, as, pen. cor. Expiro, halitum emitto. {נפח *naphách* הפיח *happiach* ἐκπνέω. GAL. Souuent halener, haletter. ITA. *Halinare, spirare, respirare.* GER. Hefftig athmen. HISP. *Soplar, echar amenudo de sí baho.* ANGL. *To breath often.*} *Ennius*, Sublime iter quadrupedantes, flammam halitantes.

Hālĭtŭs, us, pen. cor. Spiritum significat: & est nomen ab halo, sicut Spiritus à spiro. {נשמה *neschamáh* מפח *mappách* קטור *kitór.* ἀἀπνοή. GA. Halaine. ITA. *Halito, spirito, vento, fiato.* GERM. Der athem. HIS. *Huelgo ò aceço ò aliento.* ANG. *The breath.*} *Plin. lib. 9. c. 7.* In aquas quidem penetrare hunc vitalem halitum quis miretur? Efflare extremum halitum. *Cic. 2. Tusc.* Halitus Solis, id est vapor & calor. *Colum.* Dissectum deinde protinus fimum inarari & obrui conuenit, ne Solis halitu vires amittat. Halitus terræ, pro vapore qui per terræ rimulas sursum ascendit, ἀναθυμίασις. *Plin. lib. 11. c. 12.* Obuio terræ halitu infectus.

Hălōs, {ἁλώς. GALL. Couronne, cercle ou rondeur, aire. ITAL. & HISP. *Corona.* GER. Ein ring vmb dem mon/ein hoff deß mons. ANGL. *A circle a bout the moone.*} *Aristoteli in Meteoris* dicitur, quam Latini modò coronam, modò aream circa lunam dicunt. *Senec. lib. 9. Quæstion.* Hunc Græci halon vocant, quem nos dicere coronam aptissimè possumus.

HĂLŌNĒ, ἁλώνη, Insula Propontidis ante Cyzicum, oppidum habens eiusdem nominis. *Autor Plin. lib. 5. c. vlt.*

HĂLŌNĒSŬS, ἁλόνησος. Insula Ægæi maris: *Strab. lib. 14.*

Hălŏphāntă, tæ, Hominum genus nequam (vt ait Nonius) quod ob fuenda mendacia miserrima mercede conducitur. *Plaut. in Curcul.* Ædepol nugatorem lepidum lepidè hunc nactus est Phædromus, Halophantem an sycophantem hunc magis dicam, nescio. Quo in loco legendum videtur, holophantem.

Hălōsĭs, pen. prod. fœm. gen. {לכד *léchedh* מלכדת *malchódeth.* ἅλωσις. GAL. Prinse d'assaut. ITA. *Presa, espugnacione.* GER. Ein einnemmung/oder ein eroberung/ein gewynnung. HIS. *Tomamiento por combate.* ANG. *A taking and ouercoming by battell.*} Latinè captio, vel expugnatio dicitur. *Sueton. in Neron.* Hoc incendium è turre Mecœnatica prospectans, lætúque flammæ pulchritudine, halosin Ilij decantauit.

HĂLSĬŬS, campus Tragasæ.

Hāltēr, eris, pen. gen. prod. ἀπὸ τοῦ ἅλλεσθαι, hoc est, à saliendo dictus est: sunt enim halteres, ἁλτῆρες, pilæ plumbeæ, massulæve, quibus vtraque manu se librabant qui saltu certabant, vt certiùs assilirent. *Martialis in Apop.* Qui pereunt stulto fortes haltère lacerti? Exercet melius vinea fossa viros.

HALVS ἅλος, vel ύς, Ciuitas Achaiæ & Phthiotidis, &c. Parmenisci aliam facit Malliacam Achilli subditam, aliam Protesilao. *Steph.* Incolæ Halei Halusij vel Halij dicuntur.

Halus, li, à Gallis vocatur herba, quam Veneti cotoneam dicunt, similis cunilæ bubulæ, cacuminibus thymo, dulcis & fitim sedans. *Vide Plin. lib. 26. c. 7.*

HĂLŸĂTTĒS, ἁλυάττης, Lydiæ rex, pater Crœsi. *Autor Herodot. lib. 1.*

Hălyăttĭcŭs, a, um, *Hora. lib. 3. Carm.* Quàm si Mygdoniis regnum Halyattici Campis continuem. Regnum, inquit, Halyattici, hoc est Crœsi, Halyattæ filij.

HĂLŸS, ἅλυς, Fluuius ex Tauri montis radicibus profluens per Cappadociam, & à Meridie Syros ac Paphlagones interfluens: contra Aquilonem in Euxinum mare euoluitur. {GERM. Ein fluß so am berg Tauro entspringt vnd durch Cappadociam fleußt.} *Meminit eius Cic. 2. de Diuin.* Crœso fatalis Halys. *Luc. l. 3.* Crebro vortice tortus Halys, *Ouid. 4. de Ponto.*

Hāmă, æ, Instrumentum ad incendium compescendum. {חכה *chachchâh.* ἀμή. GAL. Vn croc. IT. *Istromẽto da spegner fuoco.* GE. Ein feurhack HISP. *Instrumento para apagar el encendimento.* ANG. *An instrument to quench fire.*} *Plin. in Epist.* Et alioqui nullus vsquam in publico sipo, nulla hama, denique instrumentum ad incendia compescenda.

HĂMĂDRŸĂDĒS, pen. cor. ἁμαδρυάδες, Nymphæ syluarum, quas vetustas credidit simul cum arboribus nasci & interire. Vide DRYADES. {GER. Waldgöttin von welchen die alten gehalten haben daß sy mitt den eychbeumẽ auffwüchsend vnnd so lang läbten als die selbigen beständend.}

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*Virg.*10. *Ecl.* Iam neque Hamadryades rursus, nec carmina nobis Ipsa placent.

Hāmātilis, Hamatus, *Vide* HAMVS.

Hămăxă, {עגלה *hagaláh.* ἅμαξα. GAL. Chariot. ITA. *Carro.* GERM. Ein wagen/ein karren. HIS. *Carro ò carreta para cargar.* ANG. *A chariote.*} à Græcis dicitur, quod à nobis plaustrum. Vnde etiam sydus illud, quod Septentriones dicimus, à figura, posituráque ipsa, quia simile plaustri videtur, similiter hamaxa appellatur. *Vide Gell. libr. 2. cap. 21.*

Hāmāxĭcī, orum. *Suet in Neron. c.* 30. Armillata & phalerata cum hamaxicorum turba atque cursorum.

HĂMĂXĂ, Regio Bithyniæ. *Steph.*

HAMAXANTIA, pars Hippoontidis, *Steph.*

HAMAXIA, ciuitas Atricheæ Ciliciæ. *Steph. ex Strab.*

HĂMĂXŎBĬI, *Ptolemæo*, Hamaxobitæ *Pomponio*, ἁμαξόϐιοι, ἁμαξοϐῖται, Populi sunt Sarmatiæ Europææ, ita dicti quòd plaustris vtantur vice domorum. {GER. Döicker Sarmatiæ in Europa welche an stat der heuseren wagen brauchen/als jetz sind die Reussen/Moscouiter/Plescouier/&c.} Vadianus Pomponij interpres eos esse putat, quos non procul à Polonis sitos, vulgus corrupta voce vocat *Moscouitas.* Hinc prouerbium *apud Tertull. l. 1. contra Marcio.* Hamaxobio instabilior, de Marcione homine inconstantissimo.

HAMAXAMPEVS, Pars est fluminis Hypanis, qui cum fonte Xampeo amaro commixtus est. *Tortellius.*

HAMBVRGVM: Vrbs in finibus Saxoniæ.

Hamiotæ, *Vide* HAMVS.

Hāmmītēs, Gemma quæ ouis piscium similis est. *Vide Plin. lib. 37. cap.* 10.

HAMMODARA, Oppidum inter Ægyptum & Æthiopiam, iuxta se habens bituminis fontem. *Autor Plin. lib. 6. c. 29.*

*HAMMON, Cognominatus est Iupiter, qui in arena putatur inuentus. Nam Græcè ἄμμος, (quod quidam ἄμμος scribunt) dicitur arena. *Festus.* Vide AMMON.

Hāmmŏnĭăcŭm, ἀμμωνιακόν, Resinæ species ex arbore, quam metopium vocant, stillans in arenis, iuxta Hammonis templum: vnde & nomen sortitum est. *Vide* AMMONIACVM.

Hāmmōnīs cornu, Inter sacratissimas Æthiopiæ gemmas habetur auri colore. *Plin. lib. 37. c. 10.*

Hāmmŏnĭum, Coloris genus vergentis in rufum. *Varr. de Re rust. lib. 3. cap. 2.* Nunc vbi vides hîc citrum, aut aurum? num minium, aut hammonium? num aliquod emblema, aut lithostrotum? illic omnia contrà. Sunt tamen qui in hoc loco malint legere Armenium.

Hāmōtrăhōnēs, Dicti sunt vel piscatores, vel qui cadauera traherent hamo. Nam, *vt est apud Suetonium*, eorum, qui supplicio afficiebantur, cadauera, iussu principum vnco sæpe trahebātur in locum, quem tum Gemonias scalas dicebant.

Hāmŭs, mi, Significat, non catenam, vt hîc ante scriptum erat, sed exiguos annulos, ex quibus loricas & eiusmodi alia confecta videmus. {חכה *chachcháh.* ἄγκιστρον. GAL. Vn haim, vn hamesson, croc ou crochet. IT. *Catena, hamo.* GERM. ein ketten/ring. Item, ein iedes krumm eysen/hackechtig wie ein angel. HIS. *Anzuelo para pescar à cosa semejante.* ANG. *An hooke, a crooke, a caltrope.*} *Virgil.* 3. *Æneid.* Loricam consertam hamis, auróque trilicem, hoc est hamis aureis. ¶Accipitur etiam hamus pro vnco quo piscatores escam suspendunt ad capiendos pisces. *Plau. Sticho*, Arundinem fert, sportulámque & hamum piscarium. [*Plau. Curc. sc. 1. a.* 3. Meus hic est, hamum vorat. *Ouid. 6. Fast.* Canities pennis, vnguibus hamus ineſt.] *Ouid. de arte amandi*, Carus vbique valet: semper tibi pendeat hamus, Quo minimè credis gurgite, piscis erit. *Idem in Epist.* 18. Nunc volucrem laqueo, nunc piscem ducitis hamo. ¶Præterea ab huius vnci similitudine hamus accipitur pro instrumento ferreo quo diuitum arcæ numariæ obsepiuntur. *Iuuen. Sat.* 14. Dispositis prædiues hamis vigilare cohortem. Quo in loco hamus priorem corripit, quam poetæ omnes producunt: aut certè dicendum erit s literam in dictione PRAEDIVES cum præcedente vocali absumi, in qua sententia est Mancinellus. ¶Hamus etiam aliud instrumentum ferreum significat, quo linum pectitur. *Pli. lib. 19. c.* 1. Et ipsa tamen pectitur ferreis hamis, donec omnis membrana decorticetur. ¶Aureo piscari hamo dicuntur qui mediocris commodi cupiditate ita graue sæpe periculū adeunt, vt maximarum rerum faciant iacturam. Commemoratur inter facetè dicta Octauij Cæsaris *à Suetonio.* [*cap. 25. in August.*] Fit enim nonnunquam vt piscis hamum ipsum secum auferat.

Hāmŭlŭs, li, dimin. {ἀγκίστριον. GAL. Petit hamesson. ITA. *Picciolo hamo.* GER. ein häcklin. HI. *Pequeño anzuelo para pescar.* ANG. *A litle hooke.*} Hamulum *Celsus* vocat vncinum, quo chirurgi pterygion ex oculo eximunt. *Celsus lib. 5.* Specilo auriculario protrahendum est, aut hamulo retuso.

Hāmātŭs, a, um, Hamo instructum & munitum significat. {ἀγκιστρωτός. GAL. Fait en maniere d'amesson, garni d'amessons. ITAL. *Hamato, pieno di hami.* GERM. Mit hacken bewart/oder getrumbt wie ein hacken oder ein angel. HISP. *Cosa con anzuelos.* ANG. *Hooked or crooked.*} *Cic. 4. Acad.* Hamatis, vncinatísque corpusculis. Hamata munera, quæ ita dantur vt alia subinde dona ad se alliciant. *Plin. in Epist.* Volo enim eum, qui sit verè liberalis, tribuere patriæ, propinquis, affinibus, amicis: sed amicis dico pauperibus, non vt isti, qui iis potissimum donant, qui donare maximè possunt. Hos ego viscatis hamatísque muneribus non sua promere puto, sed aliena corripere. Sagittæ hamatæ. *Ouid. 3. Trist. Eleg.* 10. Pars cadit hamatis miserè confixa sagittis. Vngues hamati. *Ouid. 12. Metam.* Hamatísque viri laniauerat vnguibus ora.

Hāmātĭlĭs, & hamatile, penult. cor. Quod ad hamum pertinet, vt, Piscis hamatilis, id est hamo captus. {ἀγκιστρωτός. GAL. D'hamesson, qu'on prend auec vn hamesson. ITAL. *Pertinente ad hamo, che si pesca con hamo.* GERM. Das zu dem Angel gehört. HIS. *Cosa perteneciente à tal anzuelo ò que se toma con ello.* ANG. *Of an hooke, taken with a caltrope.*} *Plaut. in Rud.* Post id hamatilem piscem, saxatilémque aggredimur, captamus cibum in mari, id est hamo piscamur.

Hāmĭōtæ, Qui hamo ad piscandum vtuntur. {ψαρεῖς. GALL. Pescheurs auec hamessons, pescheurs à la ligne. ITAL. *Coloro che pigliano i pesci con gli hami.* GERM. Die fischer mit den angeln. HIS. *Pescadores con los anzuelos.* ANG. *An angler, a fisher with the angle.*} *Plaut. in Rud.* Saluete fures maritimi, conchitæ atque hamiotæ, Famelica hominum natio. *Varro*, Cohortis coquorum atque hamiotarum, aucupúmque. Sunt qui hîc legendum putent amiotarum: & ita etiam videtur exigere ratio carminis apud *Plaut.*

Hāmo, as, Curuo. {חפה *chaphaháh.* ἀγκιστρόω. GALL. Plier, faire crochu en façon d'hamesson. ITAL. *Piegare, torcere à guisa di hamo.* GER. Krümmen wie ein angel. HIS. *Plegar, coruar.* AN. *To bowe lyk ad hooke.*} à quo Hamatus, curuatus, de quo suprà. Hinc Adhamo, as, *de quo suo loco.*

HANAPIS, Fluuius est Scythiæ, *Herod. teste.*

HANNIBAL, *Vide* ANNIBAL.

HĀnno, Punicum nomen est, quo plerique non ignobiles Carthaginiensium duces sunt appellati: tres tamen inter cæteros maximè illustres extitere. Primus fuit Philippi Macedonis temporibus, qui quum tyrannidis cupiditate accensus, omnes ciuitatis principes in filiæ suæ nuptiis veneno necare constituisset, prodito à ministris consilio, frustra concitatis seruitiis, Maurorúmque rege in patriæ exitium sollicitato, viuus in Carthaginensium manus peruenit: à quibus & ipse virgis cæsus, & manibus cruribúsque fractis in crucem actus est, & in cognatos omnes sæuissimè animaduersum. ¶Fuit alter Hanno temporibus Agathoclis Siculorum tyranni, à quo cum xxx. Pœnorum millibus conferta pugna est interfectus. ¶Tertius fuit tempore secundi belli Punici, Barchinæ factionis princeps, contrarias Hannibali in Republica partes fouens. *De hoc multa apud Liu. Aliorum meminit Iustinus lib. 21. & 22.*

Hānum, Veteres pro fano vsurparunt, & hanulum, pro paruo fano.

Hăphē, ἁφή, Inspersio pulueris, quo inspergebantur luctantes, vbi ceromate illiti fuissent, vt mutuas prehensiones admitterent. *Mart. li. 7.* & flauescit haphe. Nam puluere perfusa luctantium tempora quodammodo flauescebant, lepram patientibus similia. *Plin. lib. 36. ca. 11.* refert arenam tenuissimam è Nilo peti solitam ad debellanda corpora palestræ studiis. Haphe enim Græcè & tactum significat, & vncturam, & contrectationem in palæstra, & notas quibus lepra corpus maculat. *Iulius Pollux* haphem accipit primam infecturam, quoties vestes imbuuntur coloribus.

*Hapsus, masc. gener. *Celsus lib. 7. cap. 26. Quæ curatio calculo eunsdo habenda sit*, Tum multo is oleo perungendus, inducēdúsque hapsus lanæ mollis tepido oleo repletus, qui pubem, & coxas, & inguina, & plagam ipsam contectam eodem ante se linteolo proregat: isque subinde oleo tepido madefaciendus est, vt neque frigus ad vesicam admittat, & neruos leniter molliat. Hapsum lanæ intelligunt docti quantum manu capi potest. Galli vocant *Vne poignée.*

Hărā, æ, Porcorum stabulum. {συφεὸς, συῶν ἕδος. GAL. Estable à porceaux. IT. *Stala da porce.* GER. Schweinstal/sauwstal. HIS. *La pocigla, apossimiento de puercos.* AN. *Hogstie.*} *Donatus*, Hara in qua pecora includuntur. *Plaut. Asin.* vos Dormitis interea domi, at harus in hara, haud ædibus habitat. *Cic. in Pison.* Ex hara producte, non ex schola. *Ouid. 1. Epist.* Tertius immundæ fidelis haræ. *Colum. lib. 7.* Diligens autē porculator frequentèr suile conuerrat, & sæpiùs haras. [*Plaut. Asin. sc. 4. a. 2.* Herus in hara, haud ædibus habitat. *Idem Mostel. sc. 1. a. 1.* Germana illuuies, pecus, hircus, hara suis.]

¶Hara stabulum anserum. *Varro de Re rust. lib. 3. cap.* 10. Singulis vbi pariant faciendum haras quadratas circùm binos pedes & semipedem. *Sic apud Col. lib. 8. cap. 14.*

Hărēnă, Harenarius, Hareola, *Vide* ARENA.

Haringua, Apud priscos significat hostiam: quæ inde dicta erat, quòd eius adhærentia inspicerentur. *Autor Festus. A Donato* autem haruga vocatur hostia: ab hara cui includitur.

Hărĭŏlŭs, li, cum accentu in antepenul. Futurorum diuinator. {נחש *kosém. μάντις, ὁ χρησμολόγος, χρησμῳδός.* GAL. Deuin, deuineur. IT. *Profeta, indouino.* GE. Ein warsager/weyssager. HIS. *Adeuino.* AN. *A sooth sayer.*} Dictus hariolus quasi fariolus, à faris, vel à fando, sicut hanula, quasi fabula, hoc est, parua fana: aspiratione (vt plerunque fieri solet) pro f litera posita. [*Plaut. Amphit.* Aruspices, Hariolos mittite omnes.] *Terentius in Phormione*, Interdixit hariolus. *Cic. 1. de Diuinat.* Sibyllinorum versuum decem interpretes disertos ex ciuitate esse voluerunt: ex quo genere sæpe hariolorum etiam & vatum furibundæ prædictiones.

[¶Hariolus, olim fariolus: vt fordeum, fœdus, pro hordeo, & hœdo. *Terent. Scaur. de Ortograph.*]

Hărĭŏlă, æ. {קסם *kosémeth. ἡ χρησμολόγος, ἡ θεσπέσια.* GAL. Deuinereſſe. IT. *Donna che indouina.* GE. Ein warsagerin. HIS. *La adeuina.* AN. *She that sooth sayeth.*} *Plaut. Cist.* Hariola es.

Hărĭŏlŏr, aris, ari, Diuino, vaticinor. {קסם *kasám. μαντεύομαι, χρησμῳδῶ.* GAL. Deuiner. IT. *Profetare, indouinare.* GERM. Warsagen. HIS. *Adeuinar.* ANG. *To geſſe or tell thinges to come.*} [*Plau. Asi. sc. 2. a. 3.* Argenti viginti minas habēs-ne? L. Hariolare. *Idem Amphi.* Quid tibi patiundum sit hariolor. *Idem Asin. sc. 2. a. 5.* Vę mihi! A. Vera hariolaris. *Item* Hariolari occœperunt sibi esse in mundo malum.] *Cic. de Diuinat.* Nec eos qui quæstus causa hariolantur, agnosco. *Idem Att. lib. 8.* μαντεύομαι igitur noster Attice, non hariolans vt illa, cui nemo credidit, sed coniectura perspiciens, &c.

Hărĭŏlātĭo, Actus ipse hariolandi. {קסם *késem. μαντεία.* GALL. Deuinement. ITA. *Indouinamento.* GERM. Warsagung. HIS. *Diuinacion por superfticion.* ANG. *Sooth saying.*} *Cic. 1. de Diuin.* Superstitiosæ hariolationes.

HĀRMĂ, vrbs Bœotiæ Tanagricæ: est etiam tribus Att. pars. *Steph.*

HĀRMĂSTĪS, tis, ἅρμαστις, Iberiæ oppidum, ad Neorim amnem, ex aduerso portarum Caucasi. *Autor Plin. li. 6. c. 4. 10. & 11.*

HĀRMĂTĂ, ἅρματα, vrbs Indica, *Steph.*

HĀRMĂTĪTĒS, ἁρματίτης, ciuitas quædam, *Steph.*

HARMATHVS, untis, Ciuitas seu promontorium è regione vrbis Methymnæ, à qua Harmatopolitæ dicti sunt.

HĀRMĂTŌPŎLĪTĂE, ἁρματοπολῖται, Populi sunt Asiæ in sinu Elaitico, ita dicti ab Harmathunte vicino promontorio. Meminit eorum *Plin. lib. 5. cap. 30.* Apud Strab. tamen hoc promontorium vocatur Hermathus per e literam in prima syllaba.

HĀRMŌDĬŎS,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

HARMODIVS, & Aristogiton, ciues Athenienses fuerunt, quibus quòd Rempubl. tyrannide liberassent, hoc honoris à ciuibus suis tributum est, vt nemo vnquam ipsorum nomine vocaretur. Hinc natum Adagium, Harmodij cantilena, ἁρμοδίου μέλος. De lugubribus dicebatur. Aristoph. Ἀχαρνεῖς, Οὐδὲ παρ' ἐμοὶ ποτὲ τὸν Ἁρμόδιον ἄσεται Id est, Nec vnquam apud me carmen Harmodium canet. Genus erat cantilenæ quod in compitis cani consueuerat in Harmodium & Aristogitonem, quòd hi Pisistratidarum tyrannidem sustulerũt. Eius carminis hoc erat initium, φίλτατε Ἁρμόδιε οὔπω τι τέθνηκας, hoc est charissime Armodi haudquaquam mortuus es. *Refertur à Suida & Diogeniano.*

HARMODOTVS, poëtæ nomen est *apud Plutarchum.*

Hārmŏnĭă, pe. corr. Concentus, consentientia, concordia, compositio. {ἁρμονία. GALL. Harmonie, accords de sons differens. ITA. *Armonia, concordanza, concento.* GERM. Ein zusammen stimmung/zusammen richtung/wollautung. HIS. *Consonancia en la musica.* ANG. *Melodie, harmonie, sweetnesse of musick.*} ἀπὸ τῦ ἁρμόζειν, quod est congruere. [¶ *Harmoniæ periphrasis, est Veneris filia.*] Musici harmoniam vocant inmoniæ periphrasis, est Veneris filia.

haſtam. *Plaut. Bacch.* Ibi curſu, luctando, haſta, diſco, pugillatu, pila, ſaliendo ſe exercebant. [*Idem Moſt. ſc. 2. a. 1.* Diſco, haſtis, pila, curſu, exerceri. *Ibid. ſc. 1. a. 2.* Vbi aliqui quindenis haſtis corpus tranſfigi ſolent. *Ouid. 13. Met.* Parmam haſtamque tenenti. ¶*Gell. cap. 6. lib. 4.* Haſtas Martias mouiſſe in ſacratio. Ad haſtā accedere. *Liu. lib. 3 dec. 5.* ¶Haſta pura. *Suet. cap. 28. in Claudio* ¶Haſtam centumuiralem cogebant Centumuiri. *Suet. in Auguſt. cap. 28. & Quintilian.* In duas partes centumuiralium.]

¶Haſtam abiicere, eſt cauſæ diffidere, & contentionem relinquere. *Cic. pro Muran* Vidéſne tu illum triſtem, demiſſum? iacet, diffidit, abiecit haſtas. *Eraſmus in chiliadibus.* Haſtæ ſubiicere bona alicuius, eſt ea publica auctione vendere, eíque qui plurimum obtulerit, addicere. Solet enim haſta figi in auctionibus publicis: vnde factum eſt vt haſta nonnunquam pro ipſa auctione ponatur. *Cicero Philip. 8.* Itaque haſtam ſemper videre cupiunt ij qui noſtris hoſtibus imminent. *Idem lib. 15. Epiſt. ad Caſſium*, Cæſarem putabant moleſtè laturum, verentem ne haſta refrixiſſet. Sub haſta ſubire eſt vendi. *Plaut. in Moſtel.* Vel iſti qui trium numorum cauſa ſubeunt ſub haſta.

¶Primas iactare haſtas dixit *Cicero 2. de Orat.* pro velitari, quod ad oratorem transfert, cuius dictio initio debet eſſe leuis & ſedata, vt paulatim incandeſcat oratio.

¶Ab haſta fit diminutiuum Haſtula, quod paruam haſtam ſignificat.

Hāſtārium, rij, Venditio auctionaria. {λικουεγπωλία. GALL. Vente à l'encant. IT. *Vindita à l'incanto.* GER. Vergandtung oder verkauffung. HIS. *Almoneda.* ANG. *Open ſale or porte ſale.*} Vnde *Tertull. in Apologet.* In haſtario vectigales ſumus.

Haſta centumuiralis ideirco dicta, quod centumuiri haſta in foro poſita iudicabant. *Bud. in Annot. prior.*

Haſtati dicti ſunt, qui primi in acie cum haſtis conſtitui ſolebant. {ωϳχμητοί. GAL. Piquiers. IT. *Con lancia ò iauelina.* GERM. Spieſſtnechte/ mit ſpieſſen bewaffnet. HISP. *Armados de lança.* ANG. *Pikemen.*} Haſtatus verò primus dicebatur, qui duas centurias, id eſt ducentos milites ducebat in acie ſecunda, quem nunc Ducenarium vocant, vt *Vegetius* denotat [*cap. 8. lib. 2.*] *Varro de ling. Latin. lib. 4.* Haſtati milites dicebantur, qui primi haſtis pugnabant. *Vide in dictione* ANTEPILANVS.

[Haſticus, a, um: *Suet. in Calig. cap. 20.* Edidit in Sicilia Syracuſis Haſticos ludos.]

Hāſtīlĕ, is, pen. prod. Dicitur quod ad haſtæ formam factum eſt, hoc eſt lignum teres, oblongum, cuiu'modi eſt haſta. {λόγχη, τὸ ἀκοντὶς ξύλον, σίγωνος. GAL. Fait en forme de iaueline, pique ou lance. IT. *Fatto à guiſa d'aſta.* GER. Das wie ein ſpieß gemacht iſt oder ein ſpießſtang. HIS. *Haſtil ò haſta pequeña.* ANG. *A pole or long ſtaffe called a ſpeare ſtaffe.*} *Cic pro Rab.* Quum denique Quin. Scæuola confectus ſenectute, præpeditus morbo, mancus & membris omnibus captus ac debilis, haſtili innixus, &c. *Virgil. 5. Æneid.* præfixa haſtilia ferro.

HASTA, Oppidum in extremis Italiæ finibus, circa Iapygium promontorium: *cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 1.*

Haſtula regia. {ἀσφόδελος. GAL. Aſphrodille. IT. *Aſphodello.* GER. Affodel wurtz. HISP. *Gamonito.*} Herbæ genus eſt quæ & albucum & aſphodelus vocatur. *Plin. lib. 21. cap. 10. & lib. 16. cap. 11.*

Hau, Interiectio eſt mentis perturbatæ, φεῦ, ἆ. *Terent in Eunucho*, Hau obſecro mea Pythias, quid iſtuc nam monſtri fuit? Interdum inuenitur geminatum. *Terentius in Adelph.* Hau hau mi homo ſanúſne es?

Haud. {לא *lo. ou.* GAL. Non, non pas. IT. *Non.* GER. Nicht. HIS. *No.* ANG. *No.*} aduerbium negandi, ſignificat non. *Terent. in Andr.* Haud muto factum Haudquaquam, ἐμὶ, hoc eſt nullo pacto, vel nullo modo. *Luuius lib 30.* Aſdrubalem propediem affore cum manu haudquaquam contemnenda. [*Ouid. 13. Metam.* Haud timeo ſi iam nequeam defendere crimen. *Plaut. Men. ſc. 6. a. 5.* Metuam ego haud multum. *Plaut. Men. ſc. 2. a. 5.* Haud ſum falſus, quàm facilè eſt. *Ibidem*, Haud abſtinent culpa. *Ibid. ſc. 5. a. 5.* Haud pro inſano iſtud reſpondit. *Ibid. ſc. 2. a. 4.* Si pauper eſt atque haud malus, nequam habetur. *Plau. Pſeu. ſc. 2 a. 5.* Haud malè mones. *Plaut. Curc. ſc. 3. a. 1.* Hoc haud multò poſt luce lucebit. (id eſt mox) *Et Pſeud. ſc. 4. a. 4.* Haud multò poſt ſcibis. (id eſt mox) *Idem Pſeud. ſc. 4. a. 4.* Haud multò prius. (id eſt paulo antè. (*Plaut. Aul. ſc. 3. a. 1.* Noui hominem haud malum. *Ibidem ſc. 1. a. 5.* Ipſus eſt, haud alius eſt. *Idem Men. ſc. 4. a. 2.* Haud inuita fecero. Haud aliter, *Vide* Aliter.]

Hāurĭo, is, hauſi, hauſtum, ſignificat propriè extraho humorem, & educo ex aliquo profundo loco. {שׁאב *ſchaáb* דלה *daláh.* ἀρύομαι, ἀντλέω, ἀδρύπτω. GAL. Puiſer, & tirer. IT. *Tirar fuori, attingere.* HISP. *Sacar fuera lo liquido.* ANGL. *To drawe wather or other licour out of a deepe place.*} *Cicer. 1. de Diuinat.* Qui quum vidiſſet hauſtam aquam de iugi puteo terræ motus dixit inſtare. *Idem de Claris Orator.* Si is potare velit, de dolio ſibi hauriendum putet. *Idem ; Academic.* Vt ea fontibus potius hauriant, quàm riuulos conſectentur. *Idem de Diuinat.* A qua è puteo hauſta. [*Ouid. 3. Faſt.* Cauus alueus haurit aquas Naufragus. *Idem Eleg. 10. lib. 1. Triſt.* Aut Hyadas ſæuis hauſerat Auſter aquis. ¶Hauſit mare quaſdam gentes. *Senec. cap. 6. de Conſol. ad Hel.*]

¶Haurire auribus eſt audire. *Virgil. lib. 4. Æneid.* vocémque his auribus hauſi. Haurire oculis eſt aſpicere, pro quo poetæ etiam interdum dicunt Haurire, omiſſo ablatiuo oculis. *Virgil. 10. Æneid.* Suſpiciens hauſit cœlum, mentémque recepit. Accipitur etiam pro confodere, ſeu vulnerare. *Virgil. 10. Æneid.* Per tunicam ſquallentem auro latus haurit apertum. ¶Item conficere, abſoluere. *Virgil. lib. 4. Georg.* & medium ſol ingens orbem Hauſerat. ¶Item defatigare. *Virgil.* exultantiáque haurit Corda pauor pulſans. ¶Item exequi, implere, διατελεῖν, ἐπιτελεῖν. *Lucil. lib. 30.* Quando haurire animus Muſarum, & fortia geſtit. [¶Haurire oſcula & ſermonem. *Senec. cap. 3. de Conſ. ad Marc.* ¶Haurire opes vrbium. (Eſpuiſer les richeſſes des villes.) *Liu. lib. 4. d. 4.* ¶Haurire pectus gladio. *Gell. cap. 13, lib. 9 Ouid. 13. Metam.* dixit, noſtriúmque haurire cruorem.] Item lucre pœnam & ſupplicium ſuſtinere. *Virgil. 4. Æneí.* Spero equidem mediis, ſi quid pia numina poſſunt, Supplicia hauſurum ſcopulis. Quo in loco *Virgilij* obſeruato hauſurum dici abſque t, pro hauſturum. Item conſumo. πέμπω. *Liuius 5.* Tam longi temporis opus incendium hauſit. Haurire calamitatem, Haurire dolorem, Haurire gaudium. [*Liuius lib. 2. bell. Pun.* Haurire oculis, & auribus gaudium.] *Vide Bud. in Annot. & in epi.* Huius compoſitum eſt Exhaurio, ἐξαντλέω. Legitur nonnũquam præteritum hauriui & ſupinum hauritum. *Varro ad Cicer.* Quum idem quoque haurierit. *Apul. lib. 2. de Aſin.* Lagena facilis hauritu.

Hāuſto, as, frequentatiuum, à quo fit compoſitum Exhauſto. *Feſtus*, Exhauſtant, efferunt.

Hāuſtŭs, us, Sorbitio, & eductio liquoris ex aliquo loco. {משאב *ſcheáb.* ἄντλησις. GAL. Puiſement, vn trait à boire. ITAL. *Sorbimento, il cramiento, à fuera de liquido.* ANG. *A drawght in drinking, a drawght of water.*} *Col. lib. 1.* Si deerit defluens vnda putealis, quæratur in vicino aqua, quæ non ſit hauſtus profundi; id eſt, quæ non è profundo puteo hauriatur, & extrahatur. *Ouid. 6. Metamor.* Hauſtus aquæ mihi nectar erit. *Quintilian.* Hinc ille Iuſtitiæ hauſtus bibat.]

Hāuſtŭs, a, um, Abſumptus, deuoratus, abſorptus, demerſus. {מאוב *ſchaúb.* ὠθ πλωθὼς. GAL. Puiſé, tiré, englouti. ITA. *Conſumato, deuorato, beuuto, inghiottito.* GER. Verſuncken/ verſchluckt/ vndergangen. HIS. *Coſa beuida, guaſtada y tragada.* ANG. *Drawen or drunken vp gredely.*} *Liu. lib. 1.* Nec ferro tantùm periere, ſed in paludes quidam coniecti, profundo limo cum ipſis equis hauſti ſunt. *Idem lib. 33.* multæ naues erectæ, mulræ ita hauſtæ mari, vt nemo in terram enauerit. [*Ouid. 3. Faſt.* Puppis & abſumptis omnibus hauſta perit.]

*Hauſtæ in profundum arbores. *Liu. 10. bell Pun.* Vt in Veliterno agro terra ingentibus cauernis conſedit, arboréſque in profundum hauſtæ. Id eſt abſorptæ.

Hāuſtrum, ſtri, *teſte Budæo*, Eſt machinæ genus rotam habens, qua calcata, aquam è puteis, vel fluminibus haurimus quod tympanum vocatur. {ὠθτλιοι. GALL. Vn ſeau ou autre vaiſſeau à puiſer, ou la roue à puiſer l'eau. ITA. *Rota à altro ingenio de cauar aqua.* GER. ein rad mit welchem man waſſer auffzeucht/ ein ſchöpffrad. HISP. *El alcaduz de anoria para ſacar agua.* ANG. *A wheele to draw vp water.*} *Luc. lib. 3.* Vt fluuios verſare rotas atque hauſta videmus. *Nonius* tamen mauult hauſtra eſſe ipſos cados, hoc eſt ſitulas in huiuſmodi machinis quibus aqua hauritur.

H ante E.

H.E.M.TBNR. In notis antiquorum, hoc eſt memoria tribunorum.

HER.S. Herculis ſacrum.

H.F. Hic fundauit, vel honeſta fœmina, vel fortuna vel fundat.

Heautontimorumenos, ἑαυτὸν τιμωρούμενος. Nomen eſt fabulæ Terentianæ, quod *ſeipſum excruciantem* interpretari poſſumus. τιμωρέομαι enim idem eſt, quod ſæuio, punio, crucio, & ἑαυτὸν, ſeipſum. Inducitur enim ſenex Menedemus ſeipſum excrucians, quòd filium Cliniam duritia ſua in militiam proficiſci compulerit.

Hĕbdŏmās, adis. {שבע *ſchabúah.* ἑβδομὰς. GA. Vne ſepmaine, vne ſeptaine. IT. *Settimana.* GER. ein woch̃en. HIS. *La ſemana.* ANG. *A week.*} Hebdomada, dæ, dicitur numerus ſeptenarius, ſicut ogdoas numerus octonarius, & enneas nouenarius, decas denarius. *Cic. Tyroni lib. 16. Epiſt.* Symphoniam Lyſonis velim vitaſſes, ne in quartam hebdomadam incideres. Vbi per quartam hebdomadam intelligit diem vigeſimum octauum: qui numerus conſtat ex quatuor ſeptenariis. Septimi autem quique dies in febribus criſimi ſunt & periculoſi. Neque verò ſolùm de diebus dicitur, ſed etiam de annis & quibuſcunque rebus, quæ ſeptenario numero comprehenduntur. *Gell. [cap. 10. li. 13.]* Tum tibi addit, ſe quoque iam duodecimam annorum hebdomadam ingreſſum eſſe, & ad eum diem ſeptuaginta quinque librorum hebdomadas ſcripſiſſe. [*Idem Gell. cap. 2. lib. 15.* Hebdomadibus Lunæ agitabantur conuiuia.]

HĒBĒ, Filia fuit Iunonis abſque patre, vt Latinorum poetæ aſſerunt. {GERM. Ein dochter Junonis vnd ein göttin der jugend.} Apollo enim cùm Iunoni nouercæ conuiuium in patris ſui domo paraſſet, inter alia lactucas agreſtes ei appoſuit: quas cùm Iuno auidè comediſſet, illicò vſque tunc ſterilis, prægnans effecta eſt, perperámque Hebem, quam poſtea Iupiter ob formæ elegantiam ad pocula miniſtranda aſſumpſit, deámque Iuuentutis effecit. Tandem cùm ipſe vnà cum cæteris diis apud Æthiopes comeſſaturus iuiſſet, factum eſt vt adminiſtrans ei Hebe pocula, pérque lubricum minus cautè incedens caderet, reuolutiſque veſtibus obſcœna Superis monſtraret: quam ob rem ab officio eſt amota, eiúſque loco Ganymedes ſubrogatus. Poſtremo Herculi in deos relato, vxor data. *Autor Seruius.* Homerus autem ex Ioue eam conceptam eſſe tradit, neque omnino ab officio remotam, ſed cæterorum deorum pincernam fuiſſe. Ganymedem verò ſolius Iouis. *Ouid. lib. 9. Metam.* Hoc illi dederat Iunonia munera Hebe, &c. Hæc dea iuuentutis putabatur, ἥβη enim florem ætatis & primam pubem ſignificat.

Hebĕnŭs, ni, gen. fœm. & hoc Hebenum, ni, pe. cor. {הובנים *hobnim.* ἔβενος. *Dioſcoridi.* Cuius deſcriptionem vide ſuprà in dictione EBENVS.

Hĕbĕs, etis, Obtuſus, piger, acumine carens. {מקהה *mekaheh* נרפה *nirpeh.* ἀμβλὺς. GALL. Qui a la pointe ou le trenchant rebouché, refoulé, rebatu, lour, groſſier, hebeté. ITA. *Spuntato, ribatuto, rituzzato, groſſolano, tardo, non acuto.* GERM. Stumpff: item toll/ eines langſamen verſtands. HIS. *Boto contrario de agudo, pereſoſo rudo de ingenio.* ANGL. *Blunt, dull, ſtow.*} *Cic. lib. 2. Acad.* Quid? Lunæ quæ lineamenta ſunt potéſtne dicere huius & naſcentis aliàs hebetiora, aliàs acutiora videantur cornua? *Ouid. 3. de arte amandi*, Ponite iam gladios hebetes, pugnetur acutis. Atque in hac ſignificatione proprium eſt. [*Plaut. Mil. ſc. 1. a. 1.* Vti hebes machæra foret.] ¶Transfertur autem ponitur etiam pro tardo & ſtupido. *Cic. 10. Philipp.* Scilicet hæc Panſa aut non videt (hebeti enim ingenio eſt) aut negligit? Id eſt ingenio non acuto, ſed tardo. *Idem 2. de Diuin.* Vidéſne Epicurum, quem hebetem & rudem dicere ſolent Stoici, quemadmodum, &c. [*Ouid. 5. Faſtor.* Vel quia nec flos eſt, hebeti nec flamma colore. *Ouid. 13. Metam.* Vt eſt hebes eſſe videtur.]

*Hebes Ad. *Gallus Ciceroni, lib. 8.* Neque hebes ad id quod melius ſit intelligendum.

*Hebes In. *Cic. de Orat.* Aliud enim eſt eſſe artificem eiuſdem generis, atque artis, aliud in communi vita & vulgari hominum conſuetudine non hebetem nec rudem.

*Hebes guſtu. *Col. lib. 3. c. 2.*

Hĕbĕo,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Hébèo,es,Hebes sum.{קהה *kehâh.* ἀμβλυώσσω.} GAL. Estre rebouché, refoulé, rebau & mouce. ITAL. *Essere ottuso, rintuzzato, ribatulo, spuntato.* GER. Stumpff sein/toll sein. HIS. *Serboto, embotarse, ser perezoso.* ANG. *To be dull.* } *Liu. lib.* 23. Num ferrum hebet? an dexteræ torpent? Verba sunt Annibalis suos increpantis. *Virg.* 5. *Æneid.* sed enim gelidus tardante senecta Sanguis hebet, frigéntque in corpore vires.

Hébēsco, scis, Hebetior fio. {קהה *kehâh.* ἀμβλυώσσω.} GA. Se reboucher, deuenir stupide. IT. *Diuenir ptu ottuso, balordo, stupido.* GER. Stumpff oder toll werden. HISP. *Embotarse, empezarse.* ANG. *To waxe dull or slow.* } *Cic.* 1. *Tusc.* Sic mentis acies sciplam intuens, nonnunquam hebescit, id est obtusior, desidiosior & remissior fit. *Sallustius,* Postquà diuitiæ honori esse cœpère, & eas gloria, imperium, potentia sequebatur, hebescere virtus cœpit.

Hébēto, as, penult. correp. Obtundo, obscuro. {הרפה *hirpâh.* ἀμβλύω, ἀμβλύνω. GALL. Reboucher, rebatre, refouler, faire mouce. ITA. *Obscurare far diuenir stupido, rintuzzare.* GERM. Stumpff machen / toll machen / verdunckten HISP. *Embotare, escurecer.* ANG. *To mak duull or blunt.* } *Plinius in Paneg.* Eodem ergo tempore nec animos modò, sed & corpora ipsa linguescere, gladios, etiam in curia hebetari, retundique gaudebant. *Plinius libro septimo capite* 15. Speculorum fulgor aspectu ipso hebetatur, acies ferri perstringitur.

[Hebetatus, a, um. *Suet. in Claud. cap.* 2. Animo simul & corpore hebetato, nulli muneri habilis.]

Hébētātio, Obtusio, corruptio, & obscuratio. {מרפא *marpé.* ἀμβλυσις. GA. Rebouchement, refoulement, reblouissement. ITAL. *L' stupire & rintuzzare.* GERM. Stumpffe/vnscharpffheit/dunckelheit. HIS. *Aquella obra de embotar.* ANG. *A dulling.* } *Plin. li.* 8. *c.* 5. Medetur & lumborum dolori, oculorum hebetationi, mente captis & melancholicis. [*Senec. c.* 15. *de Tranquill.* Hebetatio & languor animorum ex assiduo labore.]

Hébētūdo, Hebetatio. {ἀμβλυσις. ANGL. *Dulnesse, dauskfnesse.* } *Macrob. comm. lib.* 1. *c.* 14 Memoria non illa ratione mista, vt quę hebetudinem sensuum quinque comitatur.

Hébēscēsco, scis, scere. {קהה *kelah.* ἀμβλυώσσω. GAL. Deuenir stupide, rebouche & mouce. ITAL. *Diuenir debole, stupido, rintuzzato.* GERM. Stumpff vnnd vnschneidig werden HIS. *Embotarse.* ANG. *To waxe stupide or dull.* } *Plin. lib.* 28. *cap.* 7. Sed præter alia certum est aciem in cultris tonsorum hebetescere.

Hébētātrix {מקהה *mekahâh.* ἀμβλυπική. GALL. Celle qui fait esblouir, & obscurcir. ITA. *Che obscura.* GER ein verdünckterin. HIS. *La que haze escuro.* ANG. *That dulleth and maketh stupide.* } vt, Hebetatrix vmbra. *Plin. lib.* 2. *cap.* 13.

HEBRAEI, {עברי *hibrim.* ἑβραῖοι. GERM. Die Jsraeliten.} dicti sunt Iudæi, ab Heber qui fuit abnepos Sem filij Noe: priùs Heberæi cognominati, ac deinde vna detracta litera Hebræi: *sicut docet Aug. lib.* 10. *de ciuitate dei.* Et quia in eius familia remansit lingua, quæ priùs humano generi creditur fuisse communis, quum gentes linguarum diuersitate sint diuersæ, deinde Hebræa est nuncupata.

¶ Ab Hebræus fit Hebraicus, Hebraica, Hebraicum, vt lingua Hebraica.

HEBRVS, ἕβρος, Fluuius in Thracia: nascitur iuxta Hadrianopolim, in monte Rhodope, labitúrque in Ægæum mare, è regione Samothraciæ insulæ. {GER. ein fluß in Thracia am berg Rhodope entspring heißt yetz Mariza } Celebratur propter aurum quod ex arena eius colligitur. [*Tibull. lib.* 4.] Poëtæ fabulantur in hunc Oiphei caput, quum Cicones eum confecissent, proiectum esse, vnde & Oeagrius dicitur ab Oeagro Orphei patre. *Virgilius lib.* 4. *Georg.*

Tum quoque marmorea caput à ceruice reuulsum
Gurgite quum medio portans Oeagrius Hebrus,
Volueret, &c.

Ouid. lib. 11. *Metam.*

Membra iacent diuersa locis, caput Hebre lyramque
Excipis, & mirum, &c.

Martial. lib. 6. Hebrum (*inquit*) Odrisiæ niues complent, qui inter diuersos barbaros fluens, etiam Ciconas perluit. Hebrus hodie *Mariza* dicitur.

HECALE, ἑκάλη, Nomen anus pauperculæ, quæ Theseum adhuc adolescentem hospitio suscepit. [*Plutar. in Theseo.*] Huius paupertatem *Callimachus* iusto volumine celebrauit. Hinc natum prouerbium, Nunquam Hecale fies, hoc est nunquam te inopia opprimet. *Ouid. de Amor.*

Cur nemo est Hecalen, nulla est quæ nouerit Irum?
Nempe quòd alter egens, altera pauper erat.

Plautus in Cistellaria, Siquidem eris vt volo, nunquam Hecale fies.

HECAMEDA, ἑκαμήδη, Arsinoi filia, quæ direpta Tenedo, Nestori in prædam cessit, *teste Hom. lib.* 11. *Iliad.*

HĔCĂTĒ, penult. correp. ἑκάτη: Iouis & Latonæ filia, & soror Apollinis, quæ & Diana dicitur. {GERM. Die göttin Diana ein schwester Apollinis.} Huic triplex numen attribuitur: vnde à *Virgilio* Tergemina vocatur. Nam in cælo creditur esse Luna, in terris Diana, & apud inferos Proserpina ¶ Dicta Hecate, *teste Seruio,* quòd centum victimis placetur, aut quod centum annos errare iubeat insepultos. Verisimilius viderur Hecates nomen factum esse à masculino ἑκατὸς, quo nomine Græci vocant Apollinem: sicut à Cynthio Cynthia, à Delio Delia, à Phœbo Phœbe. Dictus autem Sol est Hecatos, ab ἑκὰς longè, quòd eminus radios suos ad nos mittat, & quodammodo iaculetur. Hæc & τριπρόσωπος, quia (*vt inquit Orpheus in Argon.*) tria habuit capita, dextrum equinum, sinistrum caninum, medium suis agrestis. *Ouid. 9. Metam.* Túsque triceps Hecate. ¶ Alia fuit Hecate, herbarum veneficiorúmque peritissima, quæ in Taurica Chersoneso regnauit, *teste Dionysio Milesio. Vide* 1. *Argonauticôn & Diodor. Sicul. lib.* 5. *cap.* 4. *item Apollon. Rhod. lib.* 3. *Argonauticôn.* Filia fuit Persæ, filij Solis, & fratris Æetæ: à quo & Perseis, siue Perseia cognominatur. *Ouid. 7. Metamor.* Ibat ad antiquas Hecates Perseidos aras. *Valerius Flaccus li.* 6. Hanc residens altis Hecate Persëia lucis Flebat. ¶ Veteres cœnam perparcam & impendio frugalem Hecatę cœnam appellabant, quòd apud inferos tenuissimo victu, minimóque cibo, eóque vilissimo viuitur, iuxta Poëtarum theologiam.

[Hecatebeletes: Græcè ἑκατοβελέτης. *Sueton. in Neron. cap.* 39. ex quodam poëta; Dum tendit citharam noster, dum cornua Parthus, Noster erit Pæan, ille Hecatebeletes.

HĒCĂTAEVS, ἑκαταῖος, *Historicus Milesius,* Protagoræ auditor, qui primus soluta oratione historiam condidit. Floruit temporibus Darij, qui Cambysæ successit. *Autor Suidas.*

¶ Fuit præterea eodem nomine grammaticus quidam Abderita, *cuius meminit Suidas.*

HĔCĂTŌMBE, ἑκατόμβη. Sacrificij genus in quo ritus hic seruabatur, vt centenæ vnius generis mactarentur victimæ: vt centum sues, centum hœdi, &c. *Iul. Capitolinus,* Tantùm sanè lætitiæ in Balbino, qui plus timebat vt hecatomben faceret: quod tale sacrificium est, Centum aræ vno loco constituuntur ex cespite: ad eas centum sues, vel centum oues mactantur. Iam si Imperatoris sacrificium sit, centum leones, centum aquilæ, &c. Huiusmodi animalia feriuntur: quod quidem Græci quondam fecisse dicuntur, quum pestilentia laborarent. Dicta hecatombe à numero victimarum: vel à numero sacrificantium, quia centum Peloponnesi vrbes id faciebant. *Iuuen. Sat.* 13. Existunt qui promittant hecatomben.

HĔCĂTŌMPŎLĪS, ἑκατόμπολις, Cretæ insulæ epitheton est, à numero ciuitatum impositum, quæ centum in hac insula fuisse perhibentur, vel *Virgilio teste lib.* 3. *Æneid.* Creta Iouis magni medio iacet insula ponto, Mons Idæus, vbi & gentis cunabula nostræ, Centum vrbes habitant magnas, vberrima regna. { GER. ein stadt in der insel Candia/von den hundert stetten hat/so in deren sollen gewesen sein.}

HĔCĂTŌMPĔDŎN, ἑκατόμπεδον, Templum erat apud Athenienses Minervæ dicatum, patens omni à latere pedes centum: vnde & nomen accepisse existimant. Alio nomine Parthenon dicebatur. *Meminit huius templi Plutarch. in Pericle.*

HĔCĂTŌMPHŌNĬĂ, ἑκατομφόνια, Sacra erant apud Messenios celebrari solita, à centum hostium cæde originem habentia. *Meminit huius sacri Plutarch. in conuiuio septem sapientum.*

HĔCĂTŌMPUS, odis, ἑκατόμπους. nomen piscis qui hamo deuorato omnia interanea euomit, donec hamum quoque egerat. Dictus Hecatompus à centum pedum numero: vnde & centipes à Latinis appellatur. Dicitur & scolopendra, à terrestris scolopendræ similitudine.

HĔCĂTŌMPŸLŌS, ἑκατόμπυλος, Thebes Ægyptiacæ epitheton est, à portarum numero, quæ centum in hac vrbe fuisse dicuntur. *Iuuenalis,* Atque vetus Thebe centum iacet obruta portis. ¶ Est item eiusdem nominis vrbs in Parthia, *teste Stephano.*

HĔCĂTŌNCHĪRŌS, pen. prod. ἑκατόγχειρος, Briarei, siue Ægæonis epitheton, quod nobis Centimanum sonat. Fingunt enim Poëtæ, Briarei centum manus, & quinquaginta ventres habuisse: *vt tradit Plutarch. eo in opusculo,* quod περὶ πολυφιλίας *inscripsit.*

HĔCĂTŌNNĒSI, ἑκατόννησοι, Insulæ exiguæ viginti circa Lesbum: ab Hecato, id est Apolline dictæ, qui in illis plurimum colebatur.

HĔCĂTŌNTĀRCHŪS, ἑκατόνταρχος. centum militibus præfectus, quem Latini Centurionem vocant.

HĔCTĂ, (*inquit Sipontinus*) accipitur pro re minimi pretij, quasi hieta, ab hio verbo: quasi hiatus & oscitatio. Alij pustulam dicunt, quæ in coquendo pane solet assurgere. *Pomponius,* Hic homo hectæ me facit, & multibibam vocat, id est, parui me facit.

HĔCTŎR, ἕκτωρ, Priami Regis filius, Troianorum omniũ fortissimus, ab Achille interfectus. {GER Ein sohn Priami deß Troianischen königs.} dictus (*vt scribit Plato*) ab ἔχω, defendo, quòd vrbem contra hostium impetum tenuerit, patriámque seruarit: eo nanque sospite Troia nunquam potuit expugnari. Vxorem habuit Andromachen, ex qua Astyanactem suscepit, quẽ Vlysses capta Troia è fastigio turris præcipitauit. Solus Græcos, quemadmodum Achilles solus Troianos, fugabat: ex quibus Protesilaum, & Patroclum, aliósque permultos interfecit. Tandem ab Achille interemptus est, à quo etiam bigis alligatus, circum Patrocli sepulchrum, Troięque muros tractus est. *Virg. lib.* 1. *Æneid.* Ter circum Iliacos raptauerat Hectora muros. Tandem eius corpus, per duodecim dies insepultum ab Achille seruatum, Priamus auro redemit, idque veteri more honorificentissimè cremauit. *Vide Hom. lib.* 23. *Iliad.* [*Ouid.* 13. *Metam.* Hectora qui solus sustinuit. *Item,* Iacet inclytus Hector. *Ibid.* Hector obit vulneratus vulnere nullo. *Item,* Hector adest, & eius vis. *Vide apud Ouidium* 13. *Metam.*]

HĔCTŎRĔŬS, a, um, penultima correpta, adiectiuum est possessiuum: vt, Gens Hectorea, quæ ab Hectore originem duxit: & Nomen Hectoreum. *Ouid. in Heroid. Epist.* Nomine in Hectoreo pallida semper eram. [*Ouid.* 13. *Metamorph.* Ausim etiam Hectoreis solus concurrere telis.]

HĔCTĬCĂ, cæ, vel Hectice, es, {ἑκτική. GALL. Fieure etique. ITA. *Hettica febre.* GERM. Ein fast feber. HISP. *Calentura etica.* ANGL. *An ague for feuer wherby the bodie is pyned litle and litle.* } Febris genus curatu difficile, nisi adhuc nascenti occurratur, non in spiritibus, vt diaria: non in humoribus, vt periodica: sed in partibus solidis insidens, corpúsque paulatim consumens. Dicta hectica, ἀπὸ τῆς ἕξεως, hoc est, ab habitu, vnde & febrem habitualem nonnulli appellarunt. Duæ autem sunt hecticæ differentiæ, *quas vide apud Galenum lib.* 1. *de Differ. feb. c.* 10.

HĔCŬBĂ, ἑκάβη, Priami Troianorum Regis vxor, filia Dymantis, teste Homero. {GER. ein hausfraw Priami deß königs zu Troia.} aut (*vt Virg. Euripidem secutus sentit*) Cissei filia, capta Troia (vt Poëtæ fabulantur) in canem versa. Quam fabulam inde ortam putat *Seruius,* quòd quum à Græcis captiua abduceretur, & filij sui Polydori corpus in mare abiectum agnouisset, quoniam aliter iniuriam vlcisci non posset, Græcos inanib. lacessiuerit conuitiis. [*Plaut. Men. sc.* 1. *a.* 2. Non scis quapropter Hecubam canem prædicabant, & cur.]

HĔCŸRĂ, pe. co. {חמות *chamóth.* ἑκυρά.} Latinis socrus, quemadmodum ἑκυρὸς, socer: quo etiam nomine dicta est Terentij Comœdia. Malè tamen videtur scribi cum aspiratione, quum ἑκυρὰ notetur spiritu leni.

HĔDĔRĂ, penult. corrept. Herba est perpetuò virens, quæ quum per se stare non possit, arboribus & muris adhæret. {κισσός. GAL. Hierre, ou lierre. ITAL. *Hedera, hellera.* GERM. Ebhew. HISP. *La yedra.* ANGL. Iuie.} Huius tria præcipua sunt genera. Quædam enim à baccarum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

albedine, candida dicitur. Altera nigra, quòd baccas ferat subnigras, aut certè croceas, quæ & dionysia appellatur. Tertia, elix dicitur, fructum nullum gignens, sed albas habens viticulas, & folia parua, angulosa, & reliquis generibus multò concinniora. *Virg. 7. Ecl.* Candidior cycnis, hedera formosior alba. *Vbi Seruius*, Alba hedera: quia sunt & nigræ hederæ: vt, aut he deræ pandunt vestigia nigræ. Dicta hedera ab hærendo, quod hæreat semper, & sequatur quicquid proximum est: quamuis per diphthongum non scribatur, corripit enim primam syllabam. *Virgil. in Pharmac.* atque hanc sine tempora circùm Inter victrices hederam tibi serpere lauros. Quidam ab edo deducunt, quòd parietes edat atque consumat. *Festus*, Hedera dicta, quòd hæreat, vel quòd edita petat, vel quia id, cui adhæserit, edat: quæ in tutela Liberi patris putabatur esse, quia, vt ille semper est iuuenis, ita hæc semper viret.

Hēdĕrācĕŭs, a, um, Quod ex hedera est. {χάρτινος. CAL. De hierre, ou fait d'hierre. ITA. *Di hellera.* GERM. Ebhewin/auß Ebhew gemacht. HISP. *Cosa de materia de yedra.* ANG. *That is male of iuie.*} vt, Corona hederacea: Materia hederacea. *Cato cap. 3.* Si voles scire, in vinum aqua addita sit nécne, vasculum facito de materia hederacea, &c. Hederaceæ baccæ. *Colum. lib. 8. c. 10.* Item oleastri, & hederaceæ baccæ, nec minùs arbuti.

Hēdĕrōsŭs, a, um, Qui abundat hedera. *Propert. li. 4. eleg. 4.* Lucus erat fœlix hederoso conditus antro.

Hēdĕrĭgĕrā, {κισσοφόρος.} *Catu. de Berecyn.* Vbi capita Menades vi iaciunt hederigeræ.

HĒDVĪ, Galliæ populi, Sequanis finitimi, olim Romanorum fratres dicti: quorum hodie loca Burgundiones tenent. Caput eorum est Augusto dunum, vulgò *Auſſum*, de quo *Tacitus lib. 3.* {GERM. Volcker in Burgund gelegen am anstoß Franckreichs / deren Hauptstatt yetzt Austun heißt.}

Hedychrum, ἡδύχρων. Odoramenti genus est. *Cic. 3. Tusc.* Collocemus in culcitra plumea, psaltriam adducamus, hedychrum incendamus, demus scutellam dulciculæ potionis. *Victorius tamen in suis in Ciceronem annotationibus indicat*, hedychrum à medicis inter vnguenta potiùs numerari, quàm inter odores, putátque dictum à suauitate coloris, quem faciei illitum inducit. Sed in hoc loco ex *Cicerone* adducto, videtur potiùs accipi pro aromatis genere, quod igni accensum suauem reddit odorem.

[Hedylium nomen meretriculæ. *Plaut. Pseud. sc. 2. a. 1.*]

Hēdўōlmŏs, {ἡδύοσμος. ANG. *Mynte*} Herba notissima ab odoris suauitate ita dicta, quam Latini mentam vocant. *Galen. lib. 6. Simplic.* duplicem facit mentam, hedyosmum, quam & mentam odoratam appellat: alteram inodoratam, quam vocat calamintham. *Meminit huius herbæ & Plin. lib. 35. cap 15.*

Hēdўpnŏĭs, idis, ἡδυπνοΐς, Inrubi syluestris genus est latioribus foliis, non crudum quidem aluum sistit: coctum verò ventriculum dissolutum astringit.

HĒDўPNŎS, ἡδύπνους, Susianę fluuius, qui Persarum Asylum prętерfluens, in Eulæum illabitur. *Astor Plin. lib. 6. c. 27.*

Hēdўsmătă, ἡδύσματα, Græcè condimenta, sed propriè quæ dulcore constant: qualia sunt quæ τραγήματα Græci vocant.

Hegaleos, (Quod vt deprauatè scriptum, ita perperam huc relatum erat) *vide Ægaleos.*

HĒGĔMŌN, ἡγεμών, Poëta fuit ex Charace Phrygiæ oppido, qui bellum Leuctricum, hoc est pugnam illam, qua ad Leuctram Lacedæmoniorum opes à Thebanis fractæ fuerant, carmine heroico descripsit.

HĒGĒSĬĂS, ἡγησίας, Cyrenaicus philosophus fuit, qui tanta fuit eloquętia (*sicut Valerius Maximus lib. 8. cap. 9. scribit*) vt sic mala vitæ repræsentaret, vt eorum miseranda audientium pectoribus inserta, multis voluntariæ mortis opp tendæ cupiditatem ingeneraret, ideóque à Rege Ptolemæo vlteriùs hac de re disserere prohiberetur. *Huius meminit Cic. in Orat. & lib. 1. Tusc. quæst.* ¶Alter fuit Magnesius orator eiusdem nominis, *cuius meminit Strabo.*

HĒGĒSĬPPŬS, ἡγήσιππος, Nomen historici, qui historiam Ecclesiasticam quinque voluminibus complexus est, à Christo passo ad sua tempora. ¶Hegesippus alter fuit Poëta Comicus, cognomento Crobylus, inter cuius fabulas commemoratur Philetærios, *vt ex Athenæi sententia tradit Suidas.*

HĒGĒSĬPўLE, pen. cor. ἡγησιπύλη. Holori Thracum regis filia, quam Miltiades Athenienſium dux accepit in vxorem.

HĒGĒSĪSTRĂTŬS, pen. cor. ἡγησίστρατος. Ciuis Ephesius, conditor Elææ vrbis non procul à Delphis. Nam quum ob necem tribuli suo illatã exulans peruenisset Delphos, oraculo monitus est, vt ibi sedem figeret, vbi rusticos cum coronis oleaginis videret saltantes.

Hēgĕtērĭă, ἡγεμονία. Ab Athenienſibus appellatus est fructus fici, quòd inter fructus omnes antiquitatis principatum obtineret. Dicuntur enim Athenienses ante fruges inuentas ficis victitasse, quemadmodum Arcades glandibus. *Cal. Rhodig. Antiq. lect. lib. 18. c. 9.*

[Hegio, nomen proprium *in Capt. Plaut.*]

HEGITINACIA, *Ptolem lib. 2. c. 2.* Germaniæ vrbs, vulgò *Lignitz.*

Hēī, {הוֹי *oi* אוֹיָה *oiáh.* οἰ. GAL. Aa, helas. ITA. *Oime.* GER. Ye/ach/owe. HISP *Aa.* ANG. *Ah, allace.*} Interiectio [timentis est, *Diomedes lib. 1. Plaut. Aul. sc. 2 a. 1.* Hei occidi. lapides loqueris. *Et Amph. sc. 1. a. 5. a.* He mihi. B. Ne pane. ¶Item dolentis & ingemiscentis: *Plau. Mostell. sc. 3. a. 1.* Hei misero mihi. *& Men. sc. 2. a. 2.* Hei mihi, cum nihil est, qui illi diminuam caput. *Plaut. Amphi.* Hei non placet conuiuium. *Ouid. Eleg. 2. lib. 1. Trist.* Hei mihi, Cur vnquam Musa loquuta mea est. *Idem Eleg. 2 lib. 1. Trist. Et Plaut. Aul. sc. 4. a. 1.* Hei Megadore haud decorum facinus tuis factis facis.] *Virgil. 2. Æneid.* Hei mei qualis erat. *Cicero*, Hei mihi, non possum hoc sine lachrymis commemorare. Aspiratur natura, quòd is animi affectus aspiratione melius declaretur. *Hei, vocatiuo etiam iungitur, quum exclamatio est hortantis cum approbatione. Terent. Eunuch.* Hei noster laudo, tandem perdoluit: vir es.

[He-heu. *Vide* Heu.]

HEIDELBERGA, Vrbs Germaniæ ad Neccarum celebris, & Ducum Palatinorum regia.

HELA, ἴλα, regiuncula Asiæ, Attali regis emporium. *Steph.*

Hēlcўsmă. ἕλκωσμα. *Plin. lib. 33. cap. 6.* Scoriam in argento Græci vocant helcysma.

Hēlcĭum, cĭj, {ἕλκιον. ANG. *The hame or coller of an horse.*} Dicitur instrumentum ante pectus equorum, & id genus animalium, ab armis, id est, humeris pendens, quòd & molæ per machinulam innexæ vertantur, & curricula per temonem trahuntur: vnde & nomen accepit. ἕλκω enim Græcè, traho Latinè dicitur. *Apul. lib. 9. Metamorph.* Defectum alioqui me, helcio sparteo dimoto, nexu machinæ liberum applicat prælepio. *Et paulo pòst*, Helcio tandem absolutus, refectuique securè redditus.

Hēlcĭārĭī, Qui in naui onera funibus moliuntur, vel qui naues deducunt, subducúntve, ad officia inuicem adhortantes, vt vno connixu pariter conspirantes, admoliri vniuersis viribus possint, quod singuli nequeunt. *Hæc Budæus in prioribus Annotat. in Pandect. Martialis lib. 1.*

Qui nec rumpere nauticum celeusma, Nec clamor valet helciariorum.

Helea, ἑλέα *Aristoteli*: *Gazæ* velia: Auicula est canora, cuius multæ species.

HĒLĔĪ, penult. prod. Populi in Peloponneso clarissimi, propter delubrum Iouis Olympij, Iudósque Olympiaco., quorum præfecturam Helei habuerunt. Vnde Helei equi, & carcer Helcus, læpe leguntur. *Lucanus lib. 1.* Quantum clamore iuuatur Heleus sonipes. Rectiùs scripseris Elei, sine aspiratione. Nam apud Græcos ἥλις & ἠλεῖος tenui spiritu scribuntur.

HĒLĔNĂ, næ, Helene, nes, penultima correpta. ἑλένη, Filia fuit Iouis ex Leda, Castoris & Pollucis soror: vel, vt alij, Tyndari regis Laconiæ, & Ledæ. {GER. Ein dochter Jouis von der Leda/vnd die hausfraw Menelai des Lacedemonien/ welche Paris deß Troianischen konigs sohn von wegen jrer außbundigen schöne entfürt hatt} Hæc ob formæ eí gantiam, qua cæteris præstabat, à multis amata est, & primùm à Theseo adhuc virgunculà rapta, sed postea absente Theseo à Castore & Polluce repetentibus citra iniuriam restituta: mox adulta Menelao Lacedæmonum regi nupsit. Paris autem Priami filius nemini quoqi forma tedens, illius pulchritudine illectus, Spartã nauigauit, ibique Helenam absente Menelao, à quo priùs benignè fuerat exceptus, rapuit. Alij tamen dicunt, quum postulata Hesiona negaretur, Parim dem illam regionem bello vastasse, & expugnata Sparta, Helenam captiuam abduxisse. Hac iniuria vniuersi Græcorum principes commoti, primùm omnes in Aulide coniurarunt de reperenda Helena, & euertendo Ilio. Quo in bello occiso Paride, Deiphobo eiusdem fratri nupsit. Quúmque Græci armis diffidentes, ad proditionem conuersi, discessum ex composito simulassent, illa ex arce accensa face ad occupandũ vrbem Græcos reuocauit. Capta autem vrbe, Menelaum in cubiculum, vbi Deiphobus dormiebat, vocauit: quo interfecto, ad viro in gratiam redisse, *Virgilius autor est.* Hoc igitur modo Menelao restituta, cum eodem nauem ascendens, tempestatibus in Ægyptum delata est: vnde rursus nauigãs, cum marito incolumis Lacedæmona peruenit. *Virgil. 7. Æneid.* Ledeámque Helenam Troianas vexit ad vrbes. [*Ouid. 13 Meram.* Priámdque Helenámque reposco.] Scribit Demetrius Mosi hus tanta Helenam venustate fuisse, vt mirificæ admirationi, & ferè stupori fuerit ipsis diis: quippe cuius curam, Venere tradente, Gratiæ susceperint. Illas verò his verbis est affata, Δεῦτε φίλαι τῷ μοι ἀπαλλεῖτε μὲς ἐπέσθην, Οἷον ἐμὶν πολύμητον ἐφήψατο, ἀμβροτον ὕβρι.

HĒLĔNĒ, ἑλένη. Alio nomine Cranae. Insula est vna ex Sporadibus, quæ adiacet Sunio promontorio terræ Atticæ. {GERM ein insel nahe bey Sunio dem Athenienſischen vorgebirg ligend/heißt yetz Macronisso.} Inde dicta quòd Paris raptæ Helenæ primùm in ea stuprum intulerit.

Hēlĕnĭum {ἑλένιον GAL. Enula campana, anlnee. ITA *Lella, enola, enoa.* GER. Alantkraut. HIS. *Raiz de ella.* ANG *Elecampane.*} Herba quæ ex Helenæ lacrymis fingitur nata in Helene insula, in qua Paris illi primùm obtulit stuprum. Fauere creditur formæ, & eutem nutrire corruptam, Venerem conciliare, & hilaritatem inducere in vino pota. *Vide Plin. li. 21. cap. 10.* Officinis *Enula campana.*

HĒLĔNŬS, penultima correpta, ἕλενος, Vir Troianus filius Priami ex Hecuba, vaticinio clarus: quem quidam ob id à Græcis seruatum dicunt, quod loca opportuna ad capiendam patriam ipsis indicasset. Quinetiam euerso Ilio Pyrrhum à nauigatione prohibuit, cæteris abeuntibus naufragium prædixit. Quamobrem non solùm à Pyrrho seruatus, verumetiam liberaliter ab eo habitus est, quúmque ille Orestí Hermionem eripuisset, Andromachen, quam antea iustæ vxoris loco habuerat, Heleno concessit: adiecta etiam regni parte, quam Helenus de fratris sui nomine Chaoniam appellauit: in qua & vrbem ad similitudinem Troiæ condidit, in qua & profugum Æneam hospitio susceptt. *Virgilius lib. 3. Æneid.* -quum sese à mœnibus heros Priamides multis Helenus comitantibus offert.

HĒLĬĂDĔS, ἠλιάδες, Fuerunt filiæ Solis & Clymenes, sorores Phaëthontis, quarum nomina sunt Phaëtusa, Lampetusa, & Lampetia. {GER. Döchteren der Sonnen.} Hæc iuxta Padum mortem Phaëthontis fulmine deiecti flentes, in arbores, quas alnos vocant, versæ sunt, electrum lachrymantes. Vocãtur autem Heliades à patre Sole, qui Græcis ἥλιος dicitur. *Ouid. lib. 2. Meta.* Hec minus Heliades lugent, &c. Eædem & Phaëthontiades appellantur à fratre Phaëthonte. *Ecl. 6.* Cum Phaëthontiades musco circundat amaræ Corticis atque solo proceras erigit alnos.

Hēlĭæă, ἡλιαία, Maximum erat Athenis iudicium, cuius iudices heliastæ, ἡλιασταὶ dicebantur, παρὰ τὸ ἀθροίζεσθαι ἐν τῷ ἡλίῳ βάλλοντες, hoc est, ab eo quòd sub dio esset, & solis radiis vel beraretur. *Vide plura de hac voce apud Pollucem & Aristophanis interpretem.*

Hēlĭcĕ, es, penult corrept. ἕλικη, Græco nomine dicitur quæ à nobis Vrsa maior: ἀπὸ τῆ ἕλικος, hoc est, à circunuolutione dicta, quòd diei nocti ſque spatio circùm Polum Arcticum voluatur. *Ouid. 1. Trist.*

Esse duas Arctos, quarum Cynosura noretur Sidoniis, Helicen Graia carina noret.

¶Fuit item Helice, oppidum Achaiæ propriè dictæ ad sinum Crisæum, maris impetu haustum. *Plin. libr. 2. cap. 92.* Pyrrham & Antissam circa Mæotim Pontus abstulit: Helicen & Buram in sinu Corinthio: quarum in alto vestigia apparent. *Ouid. 15. Metamorphos.* Si quæras Helicen & Buran Acheidos vrbes, Inuenies sub aquis: & adhuc ostendere

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ostendere nautæ Inclinata solent cum mœnibus oppida mersis.

Hēliŏchrȳsŏs, siue heliochrysum, ἡλιόχρυσος. Herba est, quam alio nomine chrysanthemon appellant, ramulis candidis, foliis subalbidis, abrotono similibus, corymbos habens nunquam marcescentes, in orbem dependentes, qui ad Solis repercussum aurei apparent. *Plin. lib. 21. ca. 25.*

Hēlĭcōn, pen. cor. ἡλικών. {GERMAN. Ein berg in Boeotia dem Apollini vnd Musis zugeeignet.} Mons Bœotiæ iuxta Thebas, atque (*vt Strab. lib. 9. scribit*) Phocidi vicinus, non procul à Parnasso, eique æmulus & altitudine & circuitu: qui & ipse Apollini sacer est & Musis. Vnde Heliconides, ἡλικωνίδες & per epenthesin Heliconiadæ Musæ sunt appellatæ. Dictus Helicon ab Helicone, qui cum Cithærone fratre singulari certamine pugnasse fertur. [*Ouid. Eleg. vlt. lib. 4. Trist.* In me dióque mihi das Helicone locum (ô Musa.) *Ibidem*, Totóque Helicone relicto (à me.)]

Hēlĭctērēs, ἑλικτῆρες, Inaures sunt, *sicut docet Iulius Pollux*: quę & helicæ dicuntur, à clauiculis vitium, quas helicas vocant.

Hēlĭŏcămīnŭs, ni, penultima producta, ἡλιοκάμινος, Vaporarium quoddam solare in aprico loco situm, ad calorem Solis excipiendum. *Vlpianus l. Si arborem. ff. de Seruit. vrban. prad.* Si arbor, inquit, in heliocamino, vel solario Solem adimat, dicendum erit, quia vmbram fecit in loco cui Sol fuit necessarius, contra seruitutem impositam fieri. Heliocaminus, *inquit Budæus in prioribus Ann. in Pandect.* ad verbum solaris fornax dici potest. Est autem solare vaporariũ, in aprico situm, ad calorem Solis excipiendum, quo antiqui vtebantur. *Plin. in Epist. li. 2.* de diæra quadam loquens, In qua heliocaminus quidam, aliâ xystum, aliâ mare, vtraque Solem: cubiculum autem valuis, cryptoporti cum fenestra prospicit.

Hēlĭŏdōrŭs, pen. pro. ἡλιόδωρος, Nomen proprium Rhetoris Græci, cuius meminit *Horat. lib. 1. Serm. Satyr. 5.*

¶ Fuit & alter Heliodorus Rhetor Adriani Cæsaris temporibus, Imperatori charissimus, & ab eodem magistet epistolarum effectus: in quem extat illud Dionysij Sophistæ scomma, Pecuniam & honores dare Cæsar potest. Rhetorem efficere non potest.

HĒLIOGABALVS, ἡλιογάβαλος Antonini Caracallę filius, furtim susceptus ex Scenide Phœnissa filia Mesæ, quæ soror erat Iuliæ vxoris Seueri. Mesæ enim filiæ duæ erant Scenis, & Mamæa quarum vtranque Antoninus creditur polluisse, atque ex illa quidem Bassianum, qui postea dictus est Heliogabalus, ex hac verò Alexianum suscepisse, qui deinde dictus est Alexander. Mortua deinde Iulia, Antoninóque ipso Macrini dolo interfecto, permissum est Mesæ, vt se cum filiabus & nepotibus rebúsque omnibus suis, in patriam reciperet. Pollens itaque opibus mulier, quum Antiochiæ sibi domicilium delegisset, facilè perfecit, vt Bassianus nepos Heliogabali dei (eo nomine Syri Solem appellabant) sacris præficeretur, ex cuius sacerdotij munere & ipse Heliogabali nomen inuenit. Astu deinde auiæ ad imperium prouectus, vitam egit omni mollitiæ luxuriæq; genere effœminatissimam. Postremò quum Alexandrum consobrinum, Cæsarem consortémque imperij declarasset, & mox facti pœnitens eidem insidiaretur, à militibus præuentus, vnà cum matre est interfectus. Corpus vtriusque per Vrbis vicos vncotractum, ludibrióque habitum, tandem in Tyberim est abiectum. *Ex Herodiano lib. 5.*

HELIOPOLIS, ἡλιόπολις, Ciuitas Ægypti, inter Alexandriam, & Coptum, Solis numini sacra: vnde & nomen accepit. {GER. Sonnenstatt/ist ein mechtige grosse statt in Ægypten/heißt yetz Alcayro.} Distat à Thebis nauigatione dierum nouem, *vt li. 2. testatur Her.* Huius incolæ dicuntur Heliopolitæ, quos idem Herodotus Ægyptiorum omnium solertissimos esse tradit. Altera est in Cilicia, Chrysippi Stoici patria, *vt autor est Solinus.*

Heliopus, ἡλιοπος, Nomen herbæ, eiusdem cum heliotropio maiori, inde dictæ, quòd Solem aspiciat. *Vide Marcel. Virg. in Dioscor. li. 4.*

Hēlĭŏscŏpion, ἡλιοσκόπιον, Quartum tithymali genus est, foliis portulacæ, ramulis stantibus à radice quatuor aut quinque rubentibus, semipedali altitudine, succi plenis. Nascitur circa oppida, semine albo, columbis gratissimo, quod colligitur incipiente vua. Nomen accepit παρὰ τὸ σκοπεῖν τὸν ἥλιον, hoc est, ab aspiciendo Sole, capita enim cum Sole circumagit. *Ex Pli. l. 26 capit. 8.*

Helioselinon, (quod hîc pro apij genere corruptè legebatur) rectiùs scripseris heleoselinon. Est autem heleoselinon apij genus, satiuo maius, in paludibus, locísque humidis sponte prouenientis: vnde & nomen accepit. Nam ἕλος Græcis paludem significat.

Hēlĭŏstrŏphŏn, ἡλιόστροφον, Nomen herbæ quæ alio nomine heliotropium maius appellatur, *teste Pl. l. 22. c. 21.* Dictum heliostrophon κατὰ τὴν συστρέφεσθαι τῷ ἡλίῳ, hoc est, ab eo quòd cum sole conuertatur.

Hēlĭŏtrŏpĭum, pij. ἡλιοτρόπιον. GALL. Torne sol, herbe au chrancre. ITA. *Girasole.* GE. Sonnenwurbel. HISP. *Tornasol.*} Herba solaris: dicta quòd se cum sole circumagat, etiam nubilo die, ac nocte. *Varro*, Nec minùs admirandum quod fit in floribus, quos vocãt heliotropia ab eo quòd solis ortum manè spectant: & eius iter ita sequuntur ad occasum, vt ad eum semper spectent. *Plin. lib. 22. cap. 21.* duo facit heliotropii genera, Maius in pinguibus tantùm locis culróque solo nascens, quod & heliostrophon nominat, vulgò, vt creditur, *Cæcri flos* appellatus. Et minus vbique prouenies, quod & triticon, & scorpiurum appellat, quòd semen habeat, caudam referens scorpionis. ¶ Est etiam heliotropium, gemmæ nomen, viridis quidem, sed sanguineis venis distinctæ. Causa nominis est, *autore Plin. libro 37. capit. 10.* quòd in vas aquæ deiecta, radios solares accedentes in sanguinis colorem mutare videatur. Extra aquam autem speculi modo solis imaginem reddit, eiúsque eclipsin prodit, lunam subeuntem ostendens.

HELIS, *Vide* ELIS.

HELISVS (quod hîc pro Atticæ fluuio malè legebatur,) *Vide* HILISVS.

Hēlītēs, penultima producta, ἥλιτης, Dioscoridi, squama æris decussa ex clauis ex Cyprio ære confectis: quæ subtilissimæ est substantiæ, summámque desiccandi vim habet. *Vide Galen. lib. 9. Simplicium.*

HELIVS Cæsarius, Neronis adulatione potentissimus fuit, qui Sulpitium Camerinum virum primarium, eiúsdémque filium è medio sustulit, crimini dans, quòd quum cognomine hæreditario Pythici dicerentur, in Pythicas Neronis victorias ἐπὶ τῇ ἐμωνυμίᾳ, impij viderentur. *Ex Dione Cassio.*

Hēlīx, icis, ἕλιξ. Tertium hederæ genus nunquam fructum ferens, folia habens exigua, angulosa & concinniora, quàm reliqua duo hederarum genera. *Vide Plin. lib. 16. cap. 34.* Dicta helix quod teneribus sarmentis, veluti clauiculis quibusdam arboribus fruticibúsq; circumuoluatur. ἕλικας enim Græci clauiculas appellant.

HĒLĪXAĒ, ἑλίξαια. Insula Hyperboreorũ, non minor Sicilia sub fluuio Cerambica. Insulani Cerambicæ, μεγαμύκαι, dicuntur, *Stephan.*

HĒLĪXŸS, ἑλίξιος, Cei insulæ fluuius, iuxta Coressum: *cuius meminit Strabo lib. 10.*

HĒLLĂS, adis. {יון *javán.* ἑλλάς.} Latissima Europæ regio, olim disciplinarum nutrix, quæ alio nomine Græcia dicitur. {GER. M. Griechenland/ein mutter freyer kunsten.} Initium sumit ad Meridiem ab Isthmi Corinthiaci angustiis, ad Septentrionem in Thessaliam vsque protẽsa: Ad Occasum Acheloo fluuio ab Epiro dirimitur: ad Ortum Ægæo mari abluitur. *Ptolemæus* Achaiam appellat. Dicta Hellas ab Hellene Deucalionis filio, *vt scribit Thucyd. lib. 1.*

HĒLLĒ, es, ἕλλη, Filia Athamantis regis Thebarum, quæ vnà cum Phryxo fratre, nouercales insidias metuens, quum accepto à patre ariete Pontum vellet traiicere, magnitudine periculi conterrita, in mare decidit, marique nomen fecit: quod etiam hodie ab eius nomine Hellespontum vocant eruditi.

Hēllĕbŏrŭs, siue Helleborum, ἑλλέβορος *Dioscoridi.* Herba est insignẽ purgandi vim habens, quam Latini veratrum appellant. Eius duo sũt genera, album quod vomitione causas morborum extrahit: & nigrũ per aluum quicquid noxium est deiiciens: alio nomine melampodiũ dictum à Melampode quodam (siue medicus, siue pastor fuerit) qui eo Prœti filias in furorem actas, traditur persanasse. Præcipuus huius vsus est in educendis noxiis humoribus, principis animæ facultatis sedem infestantibus: vnde melancholicis & furiosis dari solet, & comitiali morbo laborantibus. Hinc factum est, vt quos cerebro minus sano esse velimus significare, Helleboro opus esse dicimus, aut Helleborum edere iubeamus. *Plin. lib. 25. cap 13.* Efficacius helleborum ad vomitiones & ad bilem nigram extrahendam. *Plaut. in Pseud.* Helleborum hisce hominibus opus est. Masculino genere vsus est *Virgil. 3. Georg.* Helleboróque graues, nigrúmque bitumen. *Colum. lib. 10.* Sed negat helleboros, & noxia galbana succo. *Apuleius* nominis huius primam vocalem aspirandam putat, etymon, credo, spectans: volunt enim helleborum dictum παρὰ τὸ τῇ βορᾷ ἑλεῖν. *Apud Dioscor.* tamen, cæteróque Græcos, tenui spiritu constanter scribitur. *Vide* ELLEBORVS.

Hēllĕbŏrōsŭs, ἑλλεβορῶν. Dicitur qui plus hellebori sumpsit, quàm par fuit. *Plaut. in Rud.* Helleborosus sum. T. At ego ceritus. Helleborum enim, si plus æquo sumatur, non mediocre periculum creat: sin minus sumarur, magnam ægritudinem leuare nõ potest. Vnde stomachatur *Persius* in imperitos medicos, qui quum modũ mistionis ignorarent, non dubitabant tamen rem tam ancipitem, & periculosę aleę plenam, non sine graui sumentium discrimine aggredi: Diluis (inquit) helleborũ, certo cõpescere puncto Nescius examen: vetat hoc natura medendi. {ANGL. *Bearesfoote, an hearbe so called.*}

HĒLLĒN, {יון *javán.* ἕλλην.} Deucalionis filius à quo Græcos Hellenes nonnulli credunt fuisse nominatos. *Autor Thucyd. belli Peloponnesiaci lib. 1.*

HĒLLĒNĬCVM, & Carium, ἑλληνικὸν καὶ καρικὸν, loci in Memphide à quib. Hellememphitæ & Caricomemphitæ, *Steph.*

HELLENŎPŌLĪS, Ἑλληνόπολις. Vrbs Bithyniæ post instaurationem Bithalbes. *Steph.*

HELLESPŌNTŬS, ἑλλήσποντος, *Stretto di Galipoli*, Fretum angustum inter Ægeum mare & Propontidem, septem tantum stadiorum spatio Asiam ab Europa diuidens. {GERMAN. Der enge meerschlund zwuschen dem Ageischen meer vnnd Propontide gelãgen/ wirt yetz Estrecho de Gallipoli genant.} Nomen habet ab Helle Athamantis filia ibi submersa. *Vide* Helle.

Hēllespōntĭcŭs, ἑλλησποντικὸς, & Hellespontiacus, a, um, denominatiua. *Virg. 1. Georg.* Hellespontiaci seruet tutela Priapi.

Hēlŏps, ἕλοψ, Piscis delicatissimi saporis, quem Theodorus à Latinis accipenserem appellari putauit. Cui tamen refragatur *Ouidij* autoritas, qui helopem Italiæ incognitum esse scribit, *referente Plin. lib. 32. cap. vlt.*

Helorius, ἑλώριος, & μακρίμυτι à longitudine nasi, id est rostri. auis est cuius rostrum incuruum, longum, nigri coloris: vngues nigerrimi, pennæ fuscæ, variæ ac maculosæ.

Hĕlōrŭs, pen. prod. ἕλωρος, Siciliæ fluuius. *Virg. 3. Æneid.* Præpingue solum stagnantis Helori. ¶ Fuit etiam eo nomine Istri fluminis filius, qui ab Aiace occisus est in ea pugna, quam Græci cum Telepho Rege Mysorum habuerunt.

Hēlŏs, ἕλος. Vitium est oleæ peculiare, & quædam quasi solis inustio, quam Latini nonnulli clauum, alij fungum, quidam etiam patellam appellant.

HĔLŏS, Ἕλος, Vrbs Laconiæ, quę Preleon, & Dorion dicta, quòd in palude sita sit, cuius cines ἕλωτες, Helotæ, ἕλειοι, & Eleatæ, & regio ἑλωτεία. Est etiam Helops Ægypti.

HELOS, Locus Atticæ, *vide in* Echelidæ.

Hēluāccă, Genus ornamenti Lydij, dictum à colore boum, qui est heluus, hoc est, inter rufum & album. *Autor Festus.*

Hēluēllæ, arum, Sunt olera minuta (*vt inquit Festus*) quoniam helus, & heluſa veteres dicebant, pro holus & holera. {ירק ירק *Orórth jarák.* λαχανάρια. GALLIC. Menues herbes. ITALIC. *Herbette.* GERM. Schlechte kreuter. HISP. *Menudas yeruas.* ANG. *Small colowortes.*} *Cic. ad Gallum lib. 7.* Fungos, heluellas, herbas omnes ita condiunt, vt nihil possit esse suauius.

HELVĒTĬI, ἑλουήτιοι *Ptolemæo.* {GALL. Suisses. ITA. *Suizzari.* GER. Die eidgnossen oder Schweitzer.} Fortissimi Gallorum populi, inter Rhenum, & Rhodanum fluuios. Iuram montem, & Alpes Sitiin quatuor olim pagos diuisi, quorum eo tempore quo aduersus Cæsarem bellum gerebant, caput erat Auentianum: *vt autor est Tacitus, Ptolemæus*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

lib.2.ca.9. inter Heluetiorum ciuitates annumerat & Gannodurum, & Forum Tiberij. Hodie in tredecim distincti sunt siue ciuitates, siue pagos, quorum nomina sunt Tigurum, Berna, Lucerna, Vria, Suicia, Syluania, Tugium, Clarona, Basilea, Friburgum, Solodurum, Abbatiscella, & Scaphusia. Statum habent popularem, æqua viuentes libertate, concordi inter se fœdere aduersus vim omnem externam muniti: vnde & Confœderati à quibusdam appellantur: à nonnullis etiam Suiceri: nimirum à Suicia pago, qui primus omnium Austriæ Ducum iugum excussit.

HELVII, Populi inter Celtas monte Gebenna ab Aruernis diuisi, &c. *Vide iudicem Marliani in Cæsarem.*

Hĕluo, onis homo immoderatæ voracitatis, prodigus, gulæ ventríque deditus. {זולל *zolel.* ΝΑΒ *sobé.* λαφύστης, ἄσωτος. GAL. Gourmand, qui deuore tout. ITA. *Mangiore, diuoratore, ingordo.* GER. Ein fraß/ein schlemmer. HIS. *Comilon, tragador.* ANG. *A glutton, a rauenour or deuourer.*} Heluo (*inquit Festus*) qui immoderatè bona sua consumit. Ab eluendo. Aspiratur autem, vt auiditas magis exprobretur: sic enim fit vox incitatior. *Terent. in Heaut.* At ego (si me meuris) mores caue in te esse istos sentiam. CL. Quos? C. Si scire vis ego tibi dicam, Gerro, fraus, heluo, iners, ganeo, damnosus. ¶ *Cic.* per translationem heluonem librorum dixit, pro nimis auido lectore, & qui legendo satiari nequit. Heluo patriæ per translationem, pro eo qui turpissimo scelerum genere patriam perdit & infamat, vel patriæ bona prodigit ac deuorat. *Ci. pro Sex.* Gurges atque heluo. *Idem in Pisonem,* Heluo impurus. *Idem 1. de Leg. Agrar.* Heluo immanis spurcissimus, nequissimus. *pro Domo sua, & post reditum in Senatu.*

Hĕlŭāri, Luxuriari, luxuriæ & gulæ operam dare. [Cur aspiretur, *Vide Gellium ca.3. lib.2.*] {ΝΑΒ *sabá.* λαφύσσειν, ἀσωτεύεσθαι} GALLI. Gourmander, deuorer gloutement. ITA. *Diuorare, consumare.* GER. Fräſſen/ zächen/ schlemmen/ prassen. HISPA. *Tragar, gastar* ANG. *To deuour, to ranine lik a glutton.* } *Cic pro Domo sua,* Cur ille gurges, heluatus tecum simul Reip sanguinem, ad cœlum tamen extruxit villam in Tusculano viceribus ærarij? *Idem pro Sextio,* Quid? tu meo periculo gurges, ac vorago patrimonij heluabere?

Hĕlŭātĭo, onis, prodigalitas, voracitas, dilapidatio. {λαφυσμὸς, ἀσωτία. GAL. Gourmandise. ITA. *Il diuorare, & trangughiare.* GER. Fräſſerey/ schlemmerey. HISP. *Tragoy gasto.* ANGL *Gluttons ,rauening.*} *Cicer. post reditum in Senatu,* Cur in lustris & heluationibus huius calamistrati saltatoris tam eximia virtus tandiu cessauit.

Hĕlūcŭs, ci, significat languidum & semisomnum, & hesterno vino languentem. *Autor Festus* Sic dicitur ab oris hiatu & oscitatione: quanquam *Tertullianus in lib. de corona militis,* pro ipsa potius affectione capitis videtur vsurpare, qua proclines in somnũ reddimur, quam Græci κεφαλαίαν appellant. Eius verba sunt. Liberum eundem apud Ægyptios Ostin, Harpocration industria hederarum argumentatur, quod hederæ natura sit cerebrum ab heluco defensare.

HELVRI, λαυγεῖς, à paludibus dicti, *vt meminit Dioxippus lib.12. Chronicorum. Varinus.*

Hĕlŭŭs, Color medius inter rufum & album, {πυῤῥὸς, πυῤῥοειδὴς. AN. *Horse fleshe colour.*} *Varro lib.2. de Re rust. cap.5.* de corio boum loquens: Corium, *inquit,* attactu non asperum ac durum colore potissimum nigro, deinde rubro, tertio heluo, quarto albo.

Hĕluŏlŭs, Ja, lum, pe. cor. {ὑπωχρόπυῤῥος. ANG. *Horse fleshe colour.*} Quod accedit ad heluum colorem, sed tamen dilutiorem, vt plus ex albo parti ciper quàm ex rufo. Vnde heluolæ vuæ dicuntur quæ eius sunt coloris. *Col lib.3.c.2* Sunt & heluolæ quas nonnulli varias vocant, neque nigræ, ab heluo (ni fallor) colore vocitatæ.

Hĕlxīnē, es, {ἕλξινε. GALL. Paritoire. ITA. & HIS. *Parietaria, vitreola.* GER. Tag vnd nacht ein traut/ S. Peterstraut/ glaßkraut.} Herba est mercurialis folia habens, eáque hirsuta, caulículos subruentes, & circa eos semina aspera vestibus adhærentia. vnde & nomen accepisse volunt. Alio nomine perdicium dicitur, quòd perdices ea vnicè delectentur. A Romanis vrceolaris appellatur, quòd vrceis detergendis asperitate sua in primis sit idonea. Nascitur in parietinis sepibus & macris. Vnde & *Parietaria* vulgò appellatur.

HELYMVS, & PANOPES, Acestæ & regis Siciliæ comites venatores fuerunt. *Vir. li.5. Æneï* Tum duo Trinacrij iuuenes, Helymus Panopésq; Assueti syluis comites senioris Acestæ.

Hem, {הוי *hoi,* φεῦ. Interiectio coarctantis seipsum, vel indignantis vel admirantis. *Seruius Sulpitius Ciceroni, Epist. lib 4.* Hem nos homunculi indignamur si quis nostrum interiit, aut occisus est, quotidie, &c. *Apul.* Hem hominis audaciam. ¶ Quandoque demonstrantis est. *Terent. in Andr.* Hem puer, hercle puer est. *Hem comm serescentis *Terent. in Andr.* estne hic Crito sobrinus Chrysidis? Is est. C. ô Mysis salue. M. saluus sis Crito. C. Itáne Chrysis? hem. M. nos quidem pol miseras perdidit. *Vbi Donatus,* Non nunc interrogat, sed commiseratur: & ita sequebatur, vt diceret, perijr. *Hem. lætitiæ, *Terent. Heauto.* Dic conuenisse, & egisse de nuptiis. M. Dicam. quid deinde? C. me facturum esse omnia. Generum placere postremò etiam si voles, Despon am quoque esse dicito. M. hem istuc volueram [¶ Demonstrantis. *Plaut. Aulul. sc.3 a.2.* Ostende manus? Hem tibi eccas. *Idem Plaut. Pseud. sc. 2.a.3.* Hem illic habito. *Ibidem sc.4.a.2.* Hem tibi omnem fabulam. *& Capt. sc.1.a.4.* Cedo manum. H. Hem manum: (id est, ecce siue En.) *Ibid. sc.4.a.3.* Aspice ad me T. Hē. *Ibid. & Asin. sc.2.a.5.* Hem tibi hominem. (pro ecce.) *Idem Plaut. Curc. sc.2.a.1.* Hem tibi anus lepida (id est ecce, tene.) *& pseud. sc.5.a.1.* Quam pugnam dabis? P. Hem. (id est, ecce doceo.) *Plaut Amphitr.* Hem tibi pateram eccam. *Idem Asin. sce.2. a.2.* Quid tum postea? L. Hem ego, (id est, ecce tibi dico.) ¶ Ferentis: *Plaut. Curc. sc.2.a.5.* Hem vt scias me liberum esse. Hem tibi. *& Asin. sc.4.a.2.* Hem ergo hoc tibi. *Idem pseud. sc.2.a.1.* Hem, sic datur. ¶ Item irascentis: *Pl. Capt. sc.4.a* ; Hem rursum tibi. ¶ *Pl. Aul. sc.5.a.4.* Hem mater mea, Tibi rem potiorem videri. *Ibid. sc.4.a.4.* Hem, quid agis.] *Hem, Ironica interiectio, *Teren. Phor.* hem, si quid velis, Huic mandes, quod quidem rectè curatum velis *Hem, Respondentis. *Terent. Adelph* Heus Syre. S. hem quid est?

Hĕmĕrēsĭos, {ἡμερήσιος GAL. D'vn iour. IT. *Diurno.* GERM. Eines tags. HISP. *Cosa de vna dia.* ANG. *Of a day.*} Adiectiuum significans idem quod diurnus: Vnde tabella quæ vno die picta est à Pamphilo Apellis præceptore hoc nomine vocata est, cuius meminit *Plin. lib.35.c.11.* Absoluit vno die, inquit, tabellam quæ vocata est Hemeteſios, pucro picto.

Hĕmĕrĭs, ἡμερίς. Genus est arboris glandem ferentis, *teste Theophrasto,* trunco neque erecto, neque læui, neque excelso, sed caudice in orbem composito, contorto, sinuosóque, ramorum alis multis, concauo, glande maxima & post fagum dulcissima. *Meminit huius arboris & Plin. lib.16.c.6. Theodorus* Græci vocabuli vim exprimens, placidam vertit.

Hĕmĕrŏbĭŭs, ἡμερόβιος. Vermiculus est ad Hypanim Ponti fluuium, vltra diem vnum non viuens. P. *in lib.11.cap.26.* Hypanis fluuius in Ponto, citra solstitium defert acinorum effigie tenues membranas quibus erumpit voluere quadrupes suprà dicti modo, nec vltra diem viuit: vnde Hemerobion vocatur.

¶ Hemerobij præterea dicuntur homines in diem viuentes, quibus crastini nulla est cura: qualis fuisse traditur Diogenes Cynicus qui præcipuè ideirco hoc nomine fuit appellatus.

Hĕmĕrŏcallĭs, ἡμερόκαλλις, *Dioscor.* Herba est folio & caule lilio simillima, herbacei coloris, vt plurimum: flores habens ternos, quaternóve in singulis scapis erumpentes: lilij modo striatos, qui quum dehiscere cœperunt, in colorem vehementer pallidum immutantur. Nomen accepisse putatur à floris fugacitate, quod vno tantùm die pulchritudinem suam tueatur. *Meminit huius herbæ & Plin. lib.21.c.21.*

Hĕmerodrŏmī. {ἡμεροδρόμοι. GAL. Courier postes. ITA. *Corrieri.* GERM. Schnelle louffer/ so ein tag weit lauffen/ posten. HIS. *Correos ò corredores.* ANG. *Runners, postes.*} Dicuntur curiores qui die vno ingens spatium cursus emetiuntur. *Liu. lib.31.* Nisi speculator (hemerodromos vocat Græci) ingens die vno cursu emetiens spatium, contemplatus regium agmen è specula quadam, prægressus nocte media Athenas peruenisset. Inter huiusmodi hemerodromos clarissimus fuit Philonides Alexandri Magni cursor.

HEMEROSCOPIVM, ἡμεροσκοπεῖον, Vrbs Celtiberorum, Phocensium colonia.

Hĕmĭcrānĭcī. {ἡμικρανικοί. ANG. *Sick of the megrim.*} Sunt qui dimidia parte capitis laborant; qui morbus Græcè nomine ἡμικρανίας, siue ἡμικρανίου appellatur: quemadmodum cephalea, quo totum caput infestatur. Gignitur vterque à fontu clamóque vehementiore, aut etiam ab immodico splendore vel odore, aliúsve huiusmodi prægrauidis obiectis sensum lædentibus.

Hĕmĭcyclŏs, {ἡμικύκλος. GAL. Demy cercle. ITA. *Mezzo circhio.* GER. Ein halber ombkreiß oder circkel. HIS. *La meytad del circulo.* ANG. *Half a circle.*} Latine semicirculus. Qua voce Mathematici frequenter vtuntur. Accipitur etiam pro cathedra semirotunda facta in medij circuli formam. *Cic. in Lælio,* Tum memini domi in hemicyclo sedenté.

HEMICYNES, ἡμίκυνες, quasi semicanes. Populi non procul à Massagetis & Hyperboreis: quos Apollonius in Argonauticis canum instar latrare scribit. *Steph.*

Hĕmĭnă, næ, penultima correpta, κοτύλη. Genus est mensuræ, *dimidium* continens sextarij: à Græco ἥμισυ, quod dimidium significat. *Gel. lib.3. cap.13.* Si ex sextario hemina fusa sit, non dimidium sextarium fusum dicendum est. *Plaut. in Mil.* Neque equidem heminas octo expromsi in vrceum. [*Senec. ca.14. de Tranquill.* Habes, inquit, cur tibi placeas: Hemina sanguinis est in tua potestate.]

Hĕmĭnārĭus, Quod heminæ mensuram habet. κοτυλιαῖος. per translationem accipitur pro exiguo. *Quintil. lib.6 cap.4.* Fabius Maximus incusans Augusti congiariorum quæ amicis dabantur exiguitatem, heminaria esse dixit, id est tenuia & exigua.

Hĕmĭŏlĭŏn, ἡμίολιον, Nauigij genus, quod à puppi ad malum vsque binis remis à malo ad prorā vnico tantum agitatur: cuiusmodi sunt, *inquit Bayfius,* quas hodie *Fuscas* vocamus.

Hĕmĭŏlĭŭs, ἡμιόλιος, Quædam Arithmetica proportio, continens aliquem totum numerum, atque eius dimidium: vt se habent tres ad duo, & quindecim ad decem. *Gell lib.18.c.14.*

Hĕmĭŏnĭum, siue hemionitis, ἡμιόνιον, ἡ ἡμιονῖτις, Herba est dracunculi folio, lunato, radicibus cohærens multis, itique tenuibus, nunquam flores neque semen neque caulem gignens, in petrosis locis nascens, austero sapore. Alio nomine spleniū σπλήνιον dicitur. Herbariorum plerique *Linguam cerninam* appellant. Officinæ etiam scolopendriam. Omnino tamen alia est a scolopendria Dioscoridis.

Hĕmĭplexĭă, ἡμιπληξία. Paralysis, semiapoplexia, quum in alteram tantùm partem corporis malum id incubuit: nam quum totum afficitur, apoplexia nominatur.

Hĕmĭsphærĭum, Dimidia sphæra cæli dimidium, quod semper nobis apparet. {ἡμισφαίριον. GAL. Vne demi sphere. ITA. *Mezza sphera.* GER. Ein halbekugel. HIS. *La meytad de la sphera.* ANG. *Half a sphere or half heauen.*} *Varro de Re rustic. lib.3. cap 5.* Intrinsecus sub tholo, stella Lucifer interdiu, noctu Hesperus, ita circumeunt ad hemisphærium ac mouentur, vt indicent quot sint horæ.

Hĕmĭstĭchĭum, Versus dimidiatus {ἡμιστίχιον. GAL. Demi vers. ITAL. *Mezzo verso.* GER. Ein halber vers. HIS. *La meytad del verso.* ANG. *Half a verse.*} quasi ἥμισυ στίχος, cuiusmodi *apud Virgilium* aliquot leguntur imperfecta.

Hĕmĭtrĭtæŭs, ἡμιτριταῖος, semitertiana febris, sic dicta quòd parte aliqua tertianam repræsentet, tertio die, vt illa repetens, non tamen vt illa diem vnum præstet integrum, sed inter horas xxxvi. plus vel minus porrigitur. *Mart. lib.12.* Cui grauis & feruens hemitritæus erat. *Morbi eius naturam & differentias videto apud Galenum lib.2. de differ. feb. cap.8. & 10.*

HEMODES, Insulæ 7. in Oceano Germanico. Hæmodes per æ mons est Lyciæ.

HEMVS, seu potius Hæmus, αἷμος, Mons in Thracia excelsitate cõspicuus. {GE. Ein vast hoher berg in Thracia} ex cuius vertice vulgata olim opinio fuit Pontum simul & Adriaticum mare, & Istrum amnem & Alpes conspici posse: nam excelsitate tua sex millia passuum cõtinet. Dictus Hæmus à nomine regis Hæmi: à cuius sorore alter quoque mons Thraciæ, Rhodope nominatur: in quos trãsfiguratos esse Rhodopen & Hæmum fabulæ canunt. *Ouid. lib 6. Metamorph* Threiciam Rhodopen habet angulus vnus, & Hæmum, Nunc gelidos montes, mortalia pectora quondam. Alij dictum volunt Hæmum ab Hæmo Boreæ & Orythyiæ filio. *Vide* HÆMVS. ¶ Est & Hæmus nomen

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

men Græculi hiſtrionis, cuius meminit *Iuuen. Satyr. 6.* Dicas hæc mollius Hæmo, Quanquam & Carpophoro, facies tua computat annos.

Hendecaſyllabus, ἑνδεκασύλλαβος, verſus vndecim ſyllabarum: qui & Phaleucius dicitur ab inuentore: qualis ille Catullianus, Paſſer deliciæ meæ puellæ.

Hendiadys, ſi recentioribus Grammaticis credimus, figura eſt qua vnum in duo diuiditur: *vt apud Virgil.* 1. *Æneid.* Molémque & montes inſuper altos Impoſuit. id eſt moles altorum montium. Sic alibi, Pateris libamus & auro. id eſt pateris aureis. Meminit huius figuræ *Seru. in* 1. *lib. Æn.* Vbi tamen in exemplaribus manu ſcriptis non hendiadyn legimus, ſed ἓν διὰ δυοῖν, hoc eſt vnum per duo: cui figuræ contraria legitur *apud Donat. in And. Terentij*, quam appellat δύο δι' ἑνός, id eſt duo per vnum.

HENETI, Ἐνετοί, Paphlagoniæ populi fuerunt, qui Antenore duce, quũ in intimum maris Adriatici ſinũ veniſſent, permiſti Troianis, omnes vno nomine Veneti appellati ſunt. *Liu. lib.* 1. *ab Vrbe*, Caſib. deinde varijs conſtat Antenorem cum multitudine Henetûm, qui ſeditione è Paphlagonia pulſi, & ſedes & ducem, rege Pylæmene ad Troiam amiſſo, quærebant, veniſſe in intimum maris Adriatici ſinum, Euganeíſque qui inter mare, Alpéſque incolebant, pulſis, Henetos, Troianóſque eas tenuiſſe terras: & in quem primùm egreſſi ſunt locum, Troia vocatur: pagóque inde Troiano nomen: gens vniuerſa Veneti appellati.

HENIOCHI, Ἡνίοχοι, Populi Pontici, Achæis finitimi, latrociniis ac piratica victitantes. Originem ac nomen traxiſſe putantur ab Amphito ἡνιόχους Græci aurigas vocant: quaſi τὰ ἡνία ἔχοντες. *Vide plura de his apud Strab. lib.* 11.

Hēpăr, atis, pen. gen. corr. Primum eſt ſanguinis generandi inſtrumentum, venarúmque omnium principium, quod Latinè iecur appellatur. {כבד *chabedh.* ἧπαρ. GALLIC. Le foye. ITA. *Fegato.* GERM. Die läber. HISP. *El higado.* ANG. *The liuer.*} ¶Eſt item hepar nomen piſcis ex genere locuſtarum, *cuius meminit Plin. lib.* 32. *cap.* 11. Hepar etiam inter marina eiectamenta hepatis cocti lobum referens, rubrum, poroſum, fragile, putidum, quod per mare vagatur, in fundóque cum algis implicitum ſæpe piſcatorum retibus ac ſagenis extrahitur. Eſt & aliud hepatis longè diuerſum genus ſanguine præditum, *de quo Bell. in libr. de piſcib.*

Hēpătārĭus, a, um, Ad hepar pertinens. {ἡπατικός. GALL. Appartenant à foye. ITA. *Cio che afegato s'appartiene.* GERM. Das zu der läber gehört. HIS. *Coſa perteneciente à higado.* ANG. *That belongeth to the liuer.*} Vt, Morbus hepatarius. *Plaut. in Curcul.* Tum te igitur morbus agitat hepatarius.

Hēpătĭcus, a, um, ἡπατικός, Quod ad hepar pertinet. *A Celſo lib.* 4. *c.* 9. hepaticus morbus dicitur, qui à *Plauto* appellatur hepatarius.

Hēpătĭcī, {ἡπατικοί. GAL. Hepatiques. ITA. *Fegatoſi.* GERMAN. Läberſiechy. HIS. *Higadoſes.* AN. *That hath a diſeaſe in the liuer.*} Qui ex hepate laborant & propriè ij quibus imbecillum eſt iecur, ſine tumore tamen & dolore. *Plin. lib.* 26. *cap.* 6. Datur hepaticis in farre cocta.

Hepatites, ἡπατίτης, Gemma eſt quæ à iecoris figura nomen ſortita eſt *Plin. lib.* 37. *cap.* 11.

Hepatorium, ἡπατώριον, A quibuſdam vocatur Eupatorium herba, eo q iecori affecto auxilietur. *Autor Dioſcorides lib.* 4. Quanquam non deſunt qui hanc nomenclaturam inter eas reiiciendam putent, quæ à doctioribus inter autoris eius notha meritò annumerantur.

Hepatitis, penult. pro. ἡπατίτης. Vena ampla, ex caua ſiue ſima hepatis parte emergens, omnes meſaraï venas excipiens. Vulgus *Hepatis portas* appellat.

Hepatizon, ἡπατίζων, Aëris temperamentum, iecinoris colorem referens, magno olim in pretio habitum. *Plin. lib.* 34. *cap.* 2. Præter hæc eſt, cuius ratio non poteſt reddi, quanquam hominis manu facta dederit fortuna temperamentum ſimulachro ſigniſque, illud ſuo colore pretioſum ad iecinoris imaginem vergens, quod ideò hepaticon appellant procul à Corinthio, longè tamen ante Ægineticum atque Deliacum, quæ diu obtinuere principatum.

HEPHAESTIAS, dis, ἡφαιστιάς, Vrbs Lemni inſulæ, in Orientali tractu ſita, nonnihil tamen diſtans à mari. {GERM. Ein ſtatt in der inſel Lemno in dem ſtrich gegen auffgang gelägen.} Ita dicta à Vulcano, quem Græci ἥφαιστον appellant, cuius in hac vrbe inſigne olim fuit templum, quod ἡφαιστεῖον etiam vocabant. Iuxta hanc quoq; vrbem collis oſtenditur, Vulcani (vt credi volunt) caſu nobilitatus. Ferunt enim Vulcanum à Iunone ob inſignem deformitatem è cælo præcipitatũ in collem illum decidiſſe. Cuius fabulæ occaſio inde ſumpta eſt, quòd totus hic collis combuſto ſimillimus videatur, neque planta vlla in eo gignatur. Ex hoc colle effodiebatur Lemnia terra, Dioſcoridis & Galeni ſcriptis magnopere celebrata. *Vrbis huius meminit Ptolemæus Geographiæ ſuæ lib.* 3. *& Galen. lib.* 9. *Simplic. Medicament.*

HĒPHAESTĬŌN, onis, ἡφαιστίων, Vnus ex Alexandri Magni ducibus, mirũ in modum ab eo amatus, quem ille ita cum Cratero conferebat, vt hunc quidem φιλοστρατίαν, Hephæſtionem verò φιλαλέξανδρον appellaret. {GERM. Einer auß den hauptleuten des groſſen Alexandri.} Hunc poſtea apud Babylonem vita functum, tanta funeris magnificentia proſequutus eſt, vt facilè omnes, quæ toto terrarum orbe editę ſunt, pompas ſuperaret. Fertur ſiquidem in funus hoc impẽſa ſupra duodecim talentorũ millia. *Vide Qu. Curt. & Plutarch. in vita Alexãdri.*

[Hephæſtion Locus Lyciæ mirabilis. *Senec. epiſt.* 80.]

Hēphæſtītēs, ἡφαιστίτης. Gemma eſt rutili coloris, naturam ſpeculi habens in reddendis imaginibus: dicta κατὰ τὸν ἥφαιστον, hoc eſt à Vulcano, ſiue quòd ignei ſit coloris, ſiue quòd materiam aridam in Sole accendat *Vide Plin. lib.* 37. *cap.* 10.

HEPHESTVNESI, id eſt, Vulcani inſulę, regioni Adiabenæ adnumerãtur. *Steph.*

HEPHAESTVS, ἥφαιστος, Proprium viri & nomen Vulcani.

Hēpĭălŭs, ἠπίαλος, GAL. Vn papillon. ITA. *Farfalla.* GERM. Ein mucke oder pfeyffholtzer ſo vmb die liechter fliegen. HISPA. *Mariposa.* ANGL. *A flie which flieth in the flamme of the candell.*} Papilio qui in lucernarum luminibus aduolat. Epialus autem ſpiritu tenui, genus eſt febris: de quo vide ſuprà ſuo loco.

HĒPĬVM, ἧπιον, Vibs Thryphilliæ (*Steph.*) ab Eleis acquiſita.

Hēpsēmă, ἕψημα. Muſtum ad tertiam partem decoctum, quod & ſapam appellant. *Plin. lib.* 14 *cap.* 9.

HĒPTĂCŌMĒTAE, ἑπτακωμῆται, Populi ſupra Colchidem, Moſchicorum montium ſumma incolentes: ita dicti à ſeptem vicis, quos inhabitant. *Autor Strab. lib.* 12.

HĒPTĂGŌNĬAE, ἑπταγωνία, Nomen loci *apud Liu. lib.* 34. Quod roboris in exercitu erat, trifariam diuiſum, parte vna à Phœbeo, altera à Dictinneo, tertia ab eo loco, quem Heptagonias appellant, aggredi iubet.

HĒPTĂPHŌNŎS, ſubſtantiuum, ἑπτάφωνος, porticus eſt Olympiæ, ea arte confecta, vt eadem vox in ea ſepties reddatur. *Plin. libr.* 36. *capite* 15. Olympiæ autem arte mirabili modo in porticu, quam oppidani Heptaphonon vocant, quoniam ſepties vox redditur.

Hēptăplĕurŏs ἑπτάπλευρος, Plantaginis ſpecies eſt, foliis ſeptem laterum modo incluſa: vnde & nomen habet. *Autor Plin. lib.* 25. *cap.* 8.

HEPTĂPŌRVS, ἑπτάπορος, Rheſi Troadis fluuij epitheton eſt *apud Pomerum lib.* 12. *Iliad.* à natura eius fluuij tractum, quòd ſepties eadem via vado tranſici poſſet. *Vide Strab. lib.* 13.

HĒPTĂPŸLŎS, ἑπτάπυλος. {GER. Die ſtatt Thebae in Böotia mit ſiben thoren.} Thebarum Bœoticarum epitheton, à ſeptem portarum numero dictum: idque ad diſcrimen Thebarum Ægyptiarum, quæ à numero centum portarum ἑκατόμπυλοι dicebantur.

Hēphthēmīmĕrĭs, ἑφθημιμερής Eſt cæſuræ genus, quum poſt tres pedes ſupereſt ſyllaba terminans partem orationis: quæ interdum etiamſi natura breuis ſit, licentia tamen poëtica inuenitur producta. *Virgil.* 3. *Æneid.* Dona dehinc auro grauia, ſectóque elephanto Imperat ad naues ferri. *Idem* 12. *Æneid.* Cõgredior, fer ſacra pater, & concipe fœdus. ¶Componitur autem hephthemimeris ab ἑπτά ſeptem, ἥμισυ ſemis, & μερὶς diuiſio vel pars, quaſi dicas ſeptimam dimidiam diuiſionem, vel dimidium ſeptem pedum.

Hēptērēs, {ἑπτήρης. GAL. Vne nauire ayant ſept tireurs en chaſque bãc. ITA. *Naue de ſette rami per banco.* GERM. Schiff ſo an einer yetlichen ordnung ſiben ruder haben. HI. *Naue de ſiete ordenes.* ANG. *A ſhipe wi h ſeuen rank of rollers.*} Nauis eſt ſeptem habens remorum ordines. *Liu.* 37. Regia claſſis ſeptem & triginta maioris formæ nauium erat: in quibus tres hepteres: & quatuor hexeres habebat, præter has, decem triremes erant: & ij adeſſe hoſtes ex ſpecula quadam cognouêre. *Ibidem*, Maximè exterruit hepteres regia, à minore Rhodia nauivno ictu demerſa.

HĒRă, Ἥρα, Iunonis nomen apud Græcos. {GERM. Die göttin Juno.} vnde Heræa, ἡραία, ipſius feſta, & Hereum, ἡραῖον, templum eius appellant. Sed in hac ſignificatione producit penultimam, quum apud Græcos ſcribatur per η vocalem longam. Vnde λιβάδιος ἥρη, apud *Homerum* aliquoties legitur in fine verſus.

Hĕră, *Vide* HERVS.

HĒRĂCLEă, penultimâ producta, ἡράκλεια. Multæ fuerunt hoc nomine vrbes: inter quas maximè inſignis fuit ea quæ Pontica cognominata fuit, ad Pontum Euxinum ſita, iuxta Mariandinos: à qua Dionyſius philoſophus, Zenonis diſcipulus Heracleotes à *Cic. in Tuſcul.* appellatus eſt ¶Heraclea item magnæ Græciæ ciuitas, in finibus Italiæ inter Siris & Acirin amnes, non procul à Crotone, aliquando Siris appellata, *teſte Plin. lib.* 3. *cap.* 11. Fuit præterea aliud eiuſdem nominis oppidum, vltra Caſpios montes, non procul ab Oxo amne, qui Margianam Sogdianámque irrigat, ab Alexandro Magno primùm cõditum: quod deinde euerſum Antiochus reſtituit, & Achaida appellauit: *vt refert idem Plin. lib.* 6. *cap.* 16.

¶Eſt & Heraclea in Caria, *apud eundem lib.* 5. *cap.* 25. ¶Item alia in Sicilia, medio ferè ſpatio ſita inter Lilybæum, & Pachinum promontoria: *cuius meminit Pomponius Mela lib.* 2. *in deſcriptione Siciliæ.* ¶Eſt & Heraclea Cretæ, *apud Plin. lib.* 4. *cap* 12. ¶Item alia in Narbonenſi Gallia, ad oſtium Rhodani, *apud eundem Plin. lib.* 3. *cap.* 4. ¶Fuerunt & aliquot alia eiuſdem nominis oppida quę commemorantur à *Steph.*

Hērăclĕōtēs, ſiue Heracleota, ἡρακλειώτης, Gentile ab Heraclea vrbe deductum nomen. *Cic.* 2. *Tuſc. quæſt.*

Hērăclĕōtĭcŭs, a, um, ἡρακλειωτικός, denominatiuum, vt Heracleotici cãcri, *apud Plin. libr.* 9. *cap.* 31. Heracleoticum origanum, apud eundem *libr.* 15 *cap.* 4. Heracleoticum oſtium Nili, quod alio nomine Naucraticon appellatur, *apud eundem libr.* 5. *capit.* 10. Heracleotica nux quæ & auellana. *Vide in dictione* IVGLANS.

Hērăclĕōbūcŏlī, ἡρακλεοβουκόλοι, vicus, συνοικία, in Ægypto.

HĒRACLĔŌN, onis, ἡρακλέων, Grammaticus Ægyptius, qui ſcripſit commentarios in Homerum, & Lyricos quoſdam Poëtas: item alia quædam quæ enumerantur à *Suida.*

HĒRACLĔŌPŎLĪS, ἡρακλεόπολις *Stephano*, Oppidum eſt in inſula quadam Nili, longa L. M. paſſ. {GER. Herculis ſtat in einer Inſel Nili gelägen.} quod à *Plin. lib.* 5. *cap.* 9. Herculis oppidum appellatur. Hinc Heracleopolitis præfectura, *apud eundem Plinium loco iam citato.* ¶*Stephanus* duo alia enumerat eiuſdem nominis oppida, quorum alterum iuxtà Peluſium, alterum iuxta Canopicum Nili oſtia collocat. Eſt & alia in Ægypto ciuitas, ex qua fuit Theophanes Phyſicus.

Hēraclĕon, ſiue Heraclion, penultima producta. ἡράκλειον. Panacis ſpecies eſt, ab Hercule inuenta, quam alij origanum Heracleoticum ſylueſtre dicunt: quoniam eſt origano ſimile, *vt teſtatur Plinius lib.* 25. *cap.* 4. Eſt & alia herba Heracleon ſiderion, caule tenui, digitorum quatuor altitudine, flore puniceo, foliis coriandri, iuxta amnes & lacus naſcens, & omnia vulnera ferro illata efficaciſſimè ſanans. *Autor Plin. libro* 25. *c.* 5.

HĒRACLĔŌPŎLĪS, ἡρακλεόπολις. Nomen trium vrbium. Vna eſt in Ægypto, ex qua fuit Theophanes phyſicus: altera non longè à Peluſio: tertia ſecundùm Nili oſtium quod Canopicum appellatur.

HĒRACLĪDĒS, penultima producta, ἡρακλείδης, Inſignis Philoſophus fuit ex Heraclea Ponti ciuitate, Platonis & Ariſtotelis auditor, vir inſigni ingenio, ſed habitu adeò molli, vt pro Pontico Pompicus diceretur. *Autor Laertius.* Reliquit ingenij ſui monumenta non pauca, quæ nõ extant. *Huius meminit & Cic. 5. Tuſcul.* ¶ Fuit præterea hoc nomine Lycius quidam Sophiſta non ignobilis, qui quum aliquandiu Smyrnę docuiſſet, Seueri principatu ſe Romam contulit: coram quo extempore dicturus, perturbatus nobilitate auditorum, ſermone excidit,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Solus sophistarum ad hanc artem industria & labore, natura minimè iuuante contendit. *Hæc ex Philostrato.* Heraclides alius fuit è Mopso, ciuitate Ciliciæ, Grammaticus nobilis, *vt scribit Stephanus.*

¶ Alius præterea pictor nobilis Macedo, qui initio naues pinxit: captóque Perseo à Paulo Æmilio Athenas commigrauit, eodem tempore quo & Metrodorus Philosophus & pictor. *Plin. lib. 35. c. 11.* ¶ Fuerunt & alij multi Heraclidæ ingenio & doctrina insignes.

HĒRACLĪTVS, penultima producta, ἡρακλειτος. Nomen proprium Philosophi Ephesij, qui, vt tradit Suidas, nullum inuenitur habuisse præceptorem: tantum natura & diligentia sola profecit {GER. Ein philosophus zu Epheso/der ab allen menschlichen sachen weinet. } Quidam tamen audiuisse Xenocratem & Hippasum Pythagoricum volunt. Floruit temporibus vltimi Darij. Scripsit poëticè multa quæ ab Aristote le sæpe pro testimoniis citantur. De hoc sic scribit *Cic. lib. 5. Tusc. qua.* Et apud Heraclitum physicum de principe Ephesiorum Hermodoro. Vniuersos ait Ephesios esse mactandos, quòd quum ciuitate expellerent Hermodorum, ita locuti sunt, Nemo de nobis vnus excellat: sin quis exiterit, alio in loco, & apud alios sit. *Hæc ille.* Hunc aiunt, cùm hydropicus esset, spretis medicis, oblitum bubulo sceuo soli siccandũ se præbuisse, dormientémque à canibus dilaceratum esse. *Suidas.* Hic quoties domo egredi batur, flebat, sicut Democritus ridebat: quòd alteri omnia quæ agimus, digna fletu, alteri ineptiæ viderentur. Horum meminit *Cic. lib. 4. Acad.* Cognominatus est σκοτεινὸς, quasi tenebricosus. De industria enim adeò obscurabat stylum, vt eius volumina philosophi sudantes vix intelligant. Huius dictionis penultima syllaba perperam corripitur, quum scribatur per ει diphthongum. *Lucret. li. 1.* Heraclitus init quorum dux agmina primus. ¶ Fuerunt alij quatuor Heraclitj: primus, poëta Lyricus: secundus Halicarnassæus, summę elegantiæ: tertius, Lesbius, qui Macedonum scripsit historiam: quartus, vir ridiculus.

Heraclĭus lapis, siue Heracleus, {ἡρακλεία λίθος, ἢ μαγνῆτις. *Suida.* {GALLIC. Aimant, ou pierre de touche. ITAL. *Calamita, pietra da prouar l'oro.* GERMAN. Ein magnet/oder ein goldstein/probierstein. HISPA. *Piedra iman, ò el toque de oro.* ANGL. *The lodestone that hath propertie to draw yron to it.* Lapis occultà quadam naturæ vi ferrum ad se trahens, qui & magnes dicitur. *Plinius libro 36 capite 36* Quid ferri duritia pugnacius? sed cedit & patitur mores. Trahitur namque à magnete lapide: domitrix illa rerum materia ad inane nescio quid currit: vt propiùs venit, tenetur assistítque, & complexu hæret: fideritin ob hoc alio nomine appellant, quidam Heraclion. *Hæc ille.* Rationem autem nominis hanc afferunt, quòd primum inuentus sit circa Heracleam Magnesiæ ciuitatem: *Meminit huius lapidis & Galenus libro nono Simplic.* Est & ad quem auri bonitatem exploramus: quem & Lydium & coticulam appellamus *Plin. libro 33. capite 6.* Auri, argentique mentionem comitatur lapis quem coticulam appellant, quondam non solitus inueniri, nisi in flumine Tmolo (*vt autor est Theophr.*) nunc verò passim: quem alij Heraclium, alij Lydium vocant. Sunt autem modici, quaternas vncias longitudinis, binásque latitudinis non excedentes. His coticulis periti, quum è vena lima rapuerit experimentum, protinus dicunt quantum auri sit in ea, quantum argenti vel æris, scrupulari differentia mirabili, ratione non fallente. ¶ Hinc Heraclius lapis, λίθος ἡρακλεία, prouerbium est in eos qui vehementer acri, exactóque iudicio essent. *Refertur à Theophr.*

HĒRĀCLĪVS, ἡρακλειος, Imperatoris proprium, Phocæ successoris, sub cuius imperio Saraceni Mahomete duce, caput attollere cœperunt.

HĒRAEA, ἡραία, Arcadiæ oppidum, *apud Plin. lib. 4. c. 6.*

HĒRAEVM, vel Hæreus murus, ἡραῖον, ἢ ἡραῖον τεῖχος. Thraciæ oppidum, apud Stephanum, Heræum item Græci vocant templum Iunonis quam ἥρην appellant.

Hĕrbă, bæ, {עֵשֶׂב *hésib* דֶּשֶׁא *désche* יָרָק *jarák*, βοτάνη, πόα. GALL. Herbe. IT. *Herba.* GER. Kraut. HIS. *Yerua.* ANG. *An hearbe grasse, or wode.* } Herbam solemus appellare, quod ab radice foliatum sine caudice proueniat, sæpiúsq; semen sine caule ferat, vt frumenta & olera. *Ouid. 2. Met.* -inque olo, quod texerat herba, iacebat. *Virg. 9. Eclo.* Quis caneret nymphas? quis humum florentibus herbis Spargeret? aut viridi fontes inducere umbra? *P. Pssc 2. a. 1.* Quas herbas pecudes non edũt. *Idẽ sc. 1 a. 1.* Quasi solititialis herba, paulisper fui. *Idem Pl. sc. 2. a. 3.* Boues conuiuas faciunt, herbásq; aggerunt, Eas herbas porrò aliis herbis condiunt. *Tibul. l. b. 4.* Aptà vel herbis, Aptáq; vel cantu veteres mutare figuras] ¶ Herbam porrigere, siue Dare herbam, tritum est prouerbium, pro eo quod est, se victum fateri, & aduersarium suum victorem agnoscere. Tractum (*vt indicat Festus*) ab eo, quòd olim pastores cursu certantes, quum superati essent, herbam ex eodem loco statim decerptam aduersario porrigebant, victor cognitę symbolum. *Nonius,* Herbam veteres palmam, vel victoriam dici voluerunt. *Virg. 3. Georg.* atque immemor herbæ Victor equus. *Accius Melœagro,* Gaudent, currunt, celebrant, herbam conferunt, donant, tenent pro se quisque. *Hæc ille.*

¶ In herbis esse, prouerbij quadam specie dicuntur, quæ nondum maturuerunt, sed spem modò bonam de se præbent. *Cic.*

Hĕrbŭlă, æ, diminutiuum. {τὸ βοτάνιον, τὸ ποώδιον. GAL. Herbette, petite herbe. ITA. *Herbetta.* GE. Ein kreutlin. HISP. *Pequeña yerua.* ANG. *A litle hearbe or wede.* } *Cic. 2. de Nat. Deor.* Cerneque ante partum perpurgant se quadam herbula quæ seselis dicitur.

Hĕrbācĕŭs, a, um, quod est ex herba. {βοτανώδης, ποώδης. GAL. Fait d'herbes, ou ressemblant à l'herbe. ITAL. *Di herba.* GERM. Das von kreutern ist. HI. *Cosa de materia de yerua.* AN. *Made of hearbes.* } vt Corona herbacea: aut quod in herbam excrescit & assurgit. *Plin. l. 12. c. 13.* Herbaceum amomum peius.

Hĕrbĕus, a, um, Viridis, vel herbæ colorem habens. {יָרֹק *jarók.* ποώδης, ἐγχλωρος. GA. Resemblant à l'herbe verde, verd comme pré. ITA. *Verde, di color d'herba.* GER. Kreutergrun/grasgrün. HISP. *Cosa de color de yerua, cosa verde de color.* AN. *Grene lyk an hearbe.* } *Plau. in Cur. [sc. 1. a. 2.]* Quis est homo, Cum collatiuo ventre, atque oculis herbeis?

Hĕrbārĭŭs, a, um, Quod ad herbas pertinet. {βοτανικὸς. GALL. Appartenant aux herbes. ITA. *Chio ch' all' herbe s'appartiene.* GER. Das zu dem kraut gehört. HIS. *Cosa pertenecciente à las yeruas.* AN. *That belongeth to hearbes.* } Inde Herbaria ars dicitur, qua herbarũ vires dignoscim⁹. Herbariam substantiuè dicit *Plin. lib 7. c. 56.* Herbariam, & medicamentariam à Chirone Saturni & Phyllyræ filio, &c.

Hĕrbārĭŭs, substantiuum, Qui herbas, earúmq; vires cognoscit, & ex iis medicamenta efficit. [*Item,* dicitur qui herbas vendit. Galli. Vn vendeur d'herbes. {βοτανοπώλης. GAL. Vn herbier, expert aux simples à les cueillir. ITAL. *Herbolato, herboliuolo.* GERM. Ein kreutler/der sich auff die kreuter verstehet. HISP. *El herbolario.* ANG. *That hath skill of the hearbes.* } *Plin. libr. 2. capit. 17.* Dalion herbarius parturientibus ex eo cataplasma imposuit cum opio.

Hĕrbĭfĕr, ra, rum, Herbas efferens. {βοτανοφόρος. GALLIC. Qui porte force herbe & force verdure, herbu. ITAL. *Herboso, che produce herbe.* GERMAN. Das kraut tregt. HISPAN. *Lo que trae ò cria ò tiene yeruas.* ANGL. *That bringeth or beareth hearbes.* } *Plin. lib. 25 cap. 8.* Alioquin herbiferum est & Pelium montem in Thessalia. [*Ouid. 4. Fast* Præterit & ripas herbifer Aci tuas.

Hĕrbĭlis, & noc bile, Quod herba pastum est, vt Anseres herbiles, quos Festus maiores esse asserit, quàm qui frugibus alti sunt.

Hĕrbēsco, is, ere, [*Diomedes lib. 1*] Est herbam efferre, vel in herbam conuerti. } Γίνομαι ὁδάξ. GALL. Deuenir en herbe, se conuertir en verdure. ITA. *Produre herba, herbeggiare, conuertirsi in herba.* GERMAN. In ein kraut wachsen/zu kraut wachsen. HIS. *Heruescer.* ANG *To waxe grene lyk the grasse or to waxe to an hearbe.* } *Cicer. de Senect* Terra semen tepefactum complexu suo diffundit, & elicit herbescentem ex eo viriditatem, quæ mixa fibris stirpium sensim adolescit. Pro eodem etiam *apud Plin.* legitur Herbascere. *Ita enim ait lib 18. cap. 8.* Quin & ouillo fimo nominatim vti: quoniam aliud herbascere, hoc est, herbas emitteret.

Hĕrbōsŭs, a, um, Herbis abundans. {Γοτανώδης. GALL. Herbu, abondant en herbes. ITAL. & HISP. *Herboso.* GER. Grasachtig/voll kraut. ANG. *Full of hearbes or wodes.* } *Plin. lib. 33. cap. 4.* Viex siccatus vritur, & cinis eius lauatur, substrato cæspite herboso, vt fidat aurum. *Ouid. 4. Metam.* Soluitur herboso religatus ab aggere funis. [*Ouid. 4. Fast.* Herbosum moretum.]

Hĕrbĭgrădă cochlea quæ super herbam graditur.

Hĕrbĭdŭs, a, um, herbosus, plenus herbis { Γοτανώδης. ANG. *Grene, full of hearbes or grasse.* } *Plin. in Epist.* Nulla in hoc nauis (facer enim est) sed innatant insulæ herbidæ, omnes arundine & iunco tectæ. Herbidus color, est qui herbam refert, hoc est, viridis, *apud Plin. libr. 11. cap. 14.* Herbidæ segetes, *Colum. lib. 2. cap. 6.* Herbidus locus, vel campus, *Liuius 1. ab Vrbe, & 9.*

HERBANVM, Tusciæ oppidum, *apud Plin lib. 3. cap. 5.*

HERBIPOLIS, Vrbs Franconiæ Episcopalis, Vulgò Wirtzburg.

HERBITA, ἥρβιτα *Ptolemæo,* Siciliæ vrbs est: à qua Herbitenses populi; *quorum meminit P. in lib 3. c. 8.* hodie S. Nicolaum vocant.

HĒRCĒVS, pen. prod. ἕρκειος, dictus est Iupiter, quem etiam Penetralem vocabant, quòd intra conseptum domus cuiusque colebatur. Græce enim ἕρκος septum, claustrúmque nominatur. *Ouid. in Ibin.* Cui nil Hercei profuit ara Iouis.

[Herculia *Plutarch. in Rom.*]

Hĕrcīscĕrĕ, *Vide* ERCISCERE.

Hercĭus, ἕρκιον vel ἕρκιος. Septum quod portis obiicitur vt porta catarracta siue pendula ac recidens Liuio. *Cæs. bell. ciuil. lib. 3.* Erat obiectus portis Eritius, & infrà, exitiosóque Eritio: vbi legendum, Hercius & hercio.

HĒRCVLĀNĪVM, ἡρακλεια, fuit Campaniæ oppidum iuxta Pompeios, *apud Plin. lib. 3. cap. 5.*

HĒRCVLĒIVS, ἡρακλειος. Vir Romanus, qui Marianas partes fouit cum Sertorio.

Hercŭlĕ, & Hercle, Hercules, Mehercules & Mehercule, aduerbia sunt iurandi, ab Hercule deducta: quasi dicas per Herculem. νὴ τὸν ἡρακλέα. *Terent. in Eunuch.* Hercle hoc factum est. *Calius Cic. lib. 8.* Et hercule confecta omnia fœdè & inhonestè sunt. *Idem de Clar. Orat.* Et Hercules hæ quidem extant. *Idem pro Plancio,* Verè mehercules dicam. *Idem Calio lib. 2.* Mehercule magnæ curæ est Ædilitas tua. *Idem de Oratore,* Libentius dixerim Vichercule, quàm Mehercules. [*Plaut. Mostell. sc 3. a. 1.* Benè herclè factum. *Ibidem sc. 1. a. 1.* Cis hercle paucas tempestates. *Idem Men. sc. 2. a. 2. & sc. 2 a. 3.* Mones quidem herclè rectè. *Ibidem sc. 2. a. 1.* Herclè tamen vxorem abegi. *Ibidem sc. 1. a. 1.* Nunquam herclè aufugiet. *Ibidem sc. 2. a. 5.* Heu hercle morbum acrem & durum! *Ibidem sc. 5. a. 5.* Obsecro hercle quicquid futurus face. *Idem Men. sc. 7 a. 5.* Credo herclè vobis. *Ibidem sc. 2. a. 3.* Ego hercle verò. ¶ Item initio scenæ apud *Plaut. Asin. sc. 1. a. 2.* Herclè vero Litane. ¶ Næ herclè, *vide* Næ, *Plaut. Milit. sc 5. a. 2.* Herclè opinor, ea videtur. *Idem Mil. it. sc. 3 a. 2.* Quid domi? P. Domi herclè verò. ¶ Verum hercle verò, cùm recogito. (i. verumenimverò. *Plaut. Cure, sc. 1. a 3.*]

HĒRCVLĒS, ἡρακλῆς, Iouis & Alcmenæ filius, qui ob fortitudinẽ & gloriã creditus est inter deos relatus. {GERM. Ein sohn Jouis vnd Alcmenæ/ein dapfferer held/welcher von wegen seiner manheit für ein Gott ist gehalten worden. } [*Ouid. 13. Metamorph.* Mœnia qui Troiana sub Hercule cepit. *Plaut. Men. sc. 3. a. 1.* Hercules ab Hippolyta rapuit succinguli. *Idem Cure sc. 3. a 2* Inuoco meã almam nutricẽ. Herculẽ iacto basilicũ ¶ Herculem non urabant mulieres; & cur, docet *Gell. cap. 6. lib. 11. Itẽ,* Herculano sacrificio abstinebãt. *Idem ibidem.*] *Cic. lib. 3. de Nat. Deor.* sex hoc nomine fuisse appellatos commemorat: quorũ primus fuit qui certauit cũ Apolline de tripode Alter, Nilo natus, Ægyptius, qué aiũt Phrygias literas cõscripsisse. Tertius, ex Idæis Dactylis, cui inferias afferũt. Quartus, Iouis filius, ex Asteria Latonę sorore, qui Tyri colitur, filiámq; habuit Carthaginẽ. Quintus, in India, qui & Belus dicitur. Sextus, Thebanus, ex Alcmena & Ioue tertio genitus, cui aliorũ res præclare gestas assignãt. *Herodotus* scribit, Herculẽ vnũ esse ex duodecim diis Ægyptiorũ Græcóq; ab Ægyptijs hoc nomẽ mutuatos, indidisse filio Amphitryonis. *Varr. XLIIII.* Hercules nominat. Verùm tamen omnes, qui robore præstiterunt, hoc nomine ab Hercule Alcmenæ filio appellatos fuisse affirmat. *Macrob lib. 1. Saturn. c. 20.* asserit Herculem, esse Solem. Et re vera, inquit, Herculem Solem esse, vel ex nomine claret. Ἡρακ ῆς enim quid aliud est nisi ἥρας, id est aeris, & κλέος, gloria? Quæ porrò alia aëris gloria, nisi Solis illuminatio est, cuius recessu, profunditate spiritus occultur tenebrarũ? Duodecim

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

decim autem illi labores, quos Hercules creditur confeciſſe, nihil aliud ſignificant quàm XII. ſigna Zodiaci, quæ Sol ſingulis annis conficit. *Sed de hoc vide plura apud Macrobium.* Herculem autem Alcmenes filium maximè nobilitauit implacabile Iunonis odium, quæ, quòd ex pellice natus eſſet, perdere illum cupiens, nouis ſemper monſtris obiecit: quæ res expectationem eius maximè fefellit. Ille enim ſemper victoriam referens immortale ſibi decus peperit, adeò vt illa priùs iubendo, quàm hic laborando defatigetur. Quo factum eſt vt licet multi fuerint Hercules, qui variis temporibus floruerint, omnes heroica virtute, rerúmque geſtarum magnitudine inſignes, tamen huic vni reliquorum omnium labores tribuantur: quorum quando nuſquam non mentio occurrit, viſum eſt celeberrimos aliquot ſubiicere. Primò itaque quum adhuc in cunabulis aliquot ſubiicere. Primò itaque quum adhuc in cunabulis iacéret, geminos angues à Iunone immiſſos elisit. II. Theſtij filias numero quinquaginta adhuc puer, ſed corporis robore præſtans, vna nocte compreſſit, ſuſcepítque quinquaginta filios, quos Theſpiadas vocauerunt. III. Iam adultus hydram colubris & capitibus pullulantem, face & ferro in Lerna palude oppreſſit. IIII. Ceruam aëripedem, aureáque habentem cornua, in Menelao monte curſu comprehendit, atque interfecit. V. In Nemea ſylua iuxta Cleonas inuſitatæ magnitudinis leonem iugulauit, & detractam pellem pro inſigni geſtauit. VI. Diomedem Thraciæ regem, qui equos ſuos hoſpitum carnibus & ſanguine paſcebat, deuicit: victúmque ipſius equis in pabulum dedit. VII. In Erymantho Arcadiæ monte terribilem aprum, & omnia circa illum locum deuaſtantem, cepit, eúmque viuum ad Euryſtheum attulit. VIII. Stymphalides aues ſagittis, vt quidam volunt, interfecit, vt alij, ſonitu ahenei crepitaculi vſque ad inſulam Aretiada fugauit. IX. Taurum (cui Neptunus furorem immiſerat, eò quòd Minos Neptuno ſacrificaturus, optaſſet victimam maieſtate illius dignam: cui quum pulcherrimus taurus ab eodem deo fuiſſet oblatus, ipſum Minos ſeruare voluiſſet) inſulam Cretam ferè totam deuaſtantem domuit, eúmque vinctum ad Euryſtheum attulit: qui poſtea eum Atticæ regioni immiſit, cui plurimùm damni intulit: ſed à Theſeo interfectus fuit apud Marathonem, vt canit *Ouid. lib. Metam.* 7. Acheloum ſuperauit, vt ſuprà dictum eſt. XI. Buſiridem Ægypti regem hoſpites ſuos mactantem occidit. XII. Anteum gigantem in Libya luctu victum ſuffocauit. XIII. Calpen & Abylam montes antea coniunctos, diuiſit. XIIII. Aurea mala in Heſperidum hortis, interempto priùs dracone peruigili, qui ea cuſtodiebat, ſuſtulit. XV. Cælum iam feſſo & ſuccumbente ponderi Atlante, humeris tulit. XVI. Geryonem Hiſpaniæ regem tricorporem bello ſuperauit, eiúſque armenta abduxit. XVII. Cacum latronem, Vulcani filium, ſemihominem, & flammiuomum oppreſſit. XVIII. Lacinium latronem, extremam Italiæ oram infeſtantem, ſuſtulit, ibíque Iunoni templum conſtituit, quod Iunonis Laciniæ appellauit. XIX. Albionem & Bergionem iter ipſius impedientes, haud longè ab oſtio Rhodani, à Ioue patre lapidum imbre adiutus, deuicit. XX. Pyrechmum Euboiæ regem, Bœotiis bellum inferentem profligauit, eúmque pullis equinis alligatum in diuerſas partes diſcerpſit. XXI. Centauros domuit. XXII. Augiæ ſtabulum repurgauit. vide ſuprà. XXIII. Heſionem Laomedontis filiam monſtro marino expoſitam liberauit, occiſo prius cete. Sed cum Laomedon equos præſtantiſſimos in præmium illi pollicitus denegaret, Hercules indignatus, Troiam euertit: & occiſo rege, Heſionem Telamoni, qui primus murum conſcenderat, in prædæ partem conceſſit. XXIIII. Diripuit inſulam Cón, regémque Eurypylum cum vxore & liberis trucidauit. Vide ſuprà in dictione Cós. XXV. Amazonas debellauit, earúmque reginam Hippolytem cepit, cui baltheum abſtulit, Euryſtheóque regi tradidit: captam verò Amazonem Theſeo bellorum ſocio dedit. XXVI. Ad inferos deſcendit, & Cerberum iter prohibentem, triplici catena vinctum ad ſuperos traxit. Sunt qui dicant Herculem etiam adiuuaſſe Theſeum in rapienda Proſerpina: alij ſolum Theſeum eam eduxiſſe ad ſuperos, Ditémque vulneraſſe. XXVII. Alceſtim Admeti regis coniugem ab inferis ad virum reduxit. XXVIII. Ab inferis reuerſus, Lycum Thebarum regem, eò quòd Megaræ coniugi vim voluiſſet inferre, interemit. XXIX. Aquilam quæ Promethei in Caucaſo religati perpetuò renaſcens iecur exedebat, ſagittis traiecit. XXX. Cygnum Martis filium equeſtri certamine vicit. XXXI. Occidit Theodomantem, quòd ei cibum denegaſſet: illiúſque filium Hylam ſibi chariſſimum, ſecum abduxit. XXXII. Cecropas vicit, dum Omphalæ Lydorum reginæ ſeruiret. XXXIII. Pylum diripuit, eiúſque regem & Neleum cum tota domo, præter Neſtorem trucidauit: inſuper Iunonem Meleo opem ferentem telo triſulco vulnerauit. XXXIIII. Eurythum Oechaliæ regem occidit, ipſámque Oechaliam vrbem deleuit, & Iolen Eurythi filiam ſibi in vxorem denegatam, (quam tamen parens antea ei deſponderat) vi obtinuit, eámque ſecum in Euboeam abduxit. Quod quum Deianira coniux reſciuiſſet, maritum ſuum Ioles amore detineri, per Lycham ſeruum veſtem illi miſit Neſſi Centauri ſanguine infectam, futurum rata vt ea ratione languentem viri amorem excitaret, eúmque ab aliis auulſum, ad ſe vnam reuocaret, quemadmodum Centaurus ipſi perſuaſerat. Quum itaque Hercules veſtem ſacrificaturus induiſſet, in tantam rabiem verſus eſt, vt conſtructa pyra ſe ipſum combuſſerit. Poſt mortem verò in deorũ numerum relatus eſt. Habentur & aliæ res ab eo geſtæ *apud Diodorum Siculum*: quas ſi quis volet, inde petat. ¶ Herculis cothurnos aptare infanti, à *Quintiliano li. 6. de perorat.* dicuntur qui minimis applicant maxima, quæ nequaquam vel congruunt, vel deceant: veluti ſi quis rem humilem oratione tragica proſequatur. ¶ Hercules & ſimia, Ἡρακλῆς μὴ πίθηκος. De minimè congruentibus. Simia dolis valet: Hercules viribus antecellit. ¶ Fruſtra Herculi, Εἰκῆ πρὸς Ἡρακλέα, ſubaudi calumniam ſtruxeris. De iis dici conſuetum, qui ſic omnia ſua negotia gerũt, vt nemo queat aut audeat calumniari. Conuenit aut in vehementer laudatum probatúmque, aut in præpotentem, quem inſimulare turũ non ſit. ¶ Hercules hoſpitatur, Ἡρακλῆς ξενίζεται. Dictitatum vbi quis diutiùs in conuiuio commorari videretur: propterea quòd qui receperiſſent Herculem hoſpitio conuiuióque, his multum temporis erat operiendum, donec ille ſatur eſſet.

Dies amico Hercule. *Horat. 2. Serm Satyr. 6.* Ideo quia theſauris præeſt. Et ſunt qui eundem Incubonem quoque eſſe velint. Vnde putant & quòd res ruſtica in tutela eius ſit. nam illi ſacrificia reddunt ruſtici quum iuuencos domuerint. Præterea etiam traditur fabula, fuiſſe quendam mercenarium, qui ſemper Herculem deprecatus ſit, vt ſibi boni aliquid præſtaret: quẽ Hercules ad Mercurium duxit, & bieratũ theſaurum fecit oſtendi: quo effoſſo, ille eundem agrum in quo operam mercenariam faciebat, comparauit, & labori ſolito (perã dedit. Sícque probauit mercenarius quod Deus prædixerat Herculi, nulla re vllum poſſe beatum viuere, quum in eadem opera etiam poſt inuentionem theſauri perſeuerauerit. *Perſius Satyr. 2.* ô ſi Sub rãſtro crepet argenti mihi ſeria dextro Hercule: pupillúmve vrinam quem proximus hæres Impello, expungam. Quia Deus lucri & theſauri dicitur. *Hactenus Porphyrio.*

HERCVLIS portus, Ἡρακλέους λιμήν, Vulgò *Protohercule.* Oppidum eſt in Hebora Ligueſtica, cum portu, *apud Ptolemæum lib. 3. capite 1 & apud Plin. lib. 3. cap. 5.*

¶ Eſt & Herculis portus in littore Etruſio, non procul à Metauro fluuio: *cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 5.*

Hercŭlĕus, a, um. pen. corr. quanquam Græcè Ἡράκλειος cum ει diphthongo in penult. efferatur. Eſt autem propriè nomen poſſeſſiuum, ſignificans id quod ad Herculem pertinet: vt, Claua Herculea, labor Herculeus. *Horat. lib. 1. Carm.* Perrupit Acherontа Herculeus labor, id eſt, labor ipſius Herculis. Nonnunquam Herculeos labores, Ἡρακλείους πόνους, partim prouerbiali hyperbole pro immenſis & penè inſuperabilibus laboribus accipimus, quique vires deſiderent Herculeas: quemadmodum vſurpauit *Catul.* Sed te, inquit, quærere, iam Herculis labor ſit. *Item Propert.* Deinde vbi perruleris, quos dicit fama labores Herculis. Ité Herculei labores dicuntur, qui ſunt eiuſmodi, vt aliis quidem maximas adferant commoditates, cæterùm autori ſuo nihil fermè fructus adducant, præter aliquantulum famæ, plurimum inuidiæ: ¶ Herculeus nodus, Ἡράκλειον ἄμμα, prouerbij item ſpeciem habet pro nodo indiſſolubili. ¶ Herculeus morbus, Ἡράκλειος νόσος dicitur quem comitialem alio nomine vocamus, quòd Hercules morbum hunc aliquando paſſus credatur.

Hercŭlĕē, Ἡρακλείως, pro fortiter dixit *Cic. lib. 8. ad Attic.* Nunc fert etiam Herculeè: Sed Mherculè eſt legendum: [*Senec. epiſt. 88.* Herculaneus nodus.

Hercŭlānŭs, na, num, Nomen poſſeſſiuum. Ἡράκλειος. *Gell. lib. 1. cap. 1.* Comprehenſa, inquit, menſura Herculani pedis ſecundùm debitam membrorum omnium inter ſe competentiam modificatus eſt. Herculanę formicæ. *Plin lib. 30. cap. 34.* Herculanę vrticæ genus odorem fundens, *Plin. lib. 21. c. 15.* Herculani lecti, Ἡράκλειοι στρῶμαι, dicebantur molles aẽ delicati. *Athen. lib. 12.*

[¶ Herculano ſacrificio abſtinent mulieres. *Gell. cap. 6. lib. 11.*]

HERCVLEVM, Ἡράκλειον. Promontorium eſt, non longè à Leucopetra diſtitum. *Autor Strabo lib 16.*

HERCYNIA ſylua, Ἑρκυνία. Straboni. Vulgò in nonnullis locis vocatur. Schwartz waldt. in nonnullis nominis antiqui veſtigium retinens Hartz waldt. eſt omnium Germaniæ ſyluarum longè maxima, *quam Celſ. lib. 6. Comment. deſcribit his verbis:* Huius Hercyniæ ſyluæ quæ ſuprà demonſtrata eſt, latitudo nouem dierum iter expedito patet. Non enim aliter finiri poteſt, neque menſuras itinerum nouerunt. Oritur ab Heluetiorum, & Nemetum & Rauracorum finibus rectáque fluminis Danubij regione pertinet ad fines Dacorum, & Anartium: Hinc ſe flectit ſiniſtrorſus diuerſis à flumine regionibus, multarúmque gentium fines propter magnitudinem attingit. Neque quiſquam eſt huius Germaniæ, qui ſe aut adiſſe, aut audiſſe ad initium eius ſyluæ dicat, quum dierum iter XL. proceſſerit, aut quo ex loco oriatur acceperit. *Plura de Hercynia ſylua vide eodem loco apud Cæſarem.*

Hĕrĕbŭs, ἔρεβος. pen. corr. profunditas inferorum dicitur. *Vide in dictione* EREBVS.

Hĕrĭ, id eſt heſterno die. {אתמול *ethmól.* χθές, ἐχθές GAL. Hier. ITA. *Hieri.* GER. Geſtern. HIS. *Ayer.* ANG. *Yeſterday.*} *Cic. ad Attic.* Lepidus ad me heri veſperi literas miſit Antio.

¶ Dicitur etiam Here, propter cognationem literarum i & e, vt veſpere & veſperi. *Terent. in Eunuch* Inhoneſtum hominem quem mercatus eſt here? [*Plaut. Amphitr.* Herè veniſti media nocte, nunc abis: *Plaut. Capt. ſc. 2. a. 1.* Herè quos emi de præda. (id eſt heri.) *Idem pſeud. ſc. 2. a. 1.* Here antè dixeram omnibus. *Idem Plautus Curc. ſc. 2. a. 1.* Caruíſne febris re herè vel nudiuſtertius.} ¶ Heri & nudiuſtertius, χθὲς, χὰ πρώην. Prouerbialis hyperbole, tempus admodum nuper actum ſignificans. *Plutarch. & Plato.*

¶ Heri ſeruus, hodie hiber, ſpeciem prouerbij habet in eo liberto qui aduerſus patronum inſolentiùs ſeſe gerit. *Vlpian. lib. 7. de iniur.* Neè enim ferre prætor debet heri ſeruum, hodie liberum conquerentem quod dominus ei conuitium dixerit, vel quod leuiter pulſauerit. *Ex Hotomano.*

Hĕĕtĕrnŭs, na, num, {χθεσινός, χθιζινός. GA. D'hier. IT. *De hieri.* GE. Geſterig. HIS. *Coſa de ayer.* ANG. *Of yeſter day.*} ſicut à cras, craſtinus, vt Dies heſternus, nox heſterna. *Ouid. Epiſt. 18* Eſt mare (confiteor) nondum tractabile nanti: Nocte ſed heſterna lenior aura fuit.

¶ Accipitur nonnunquam pro pridianus. *Terent. in Eunuch.* Quo pacto ex iure heſterno panem atrum vorent.

Hĕrĭcĭŭs, cij, Animal eſt ſpinis horridum, ſeſe, dum metuit in globum conuoluens. {ἐχῖνος, χερσαῖος. GAL. Vn heriſſon. ITA. *Riccio.* GE. Ein igel. HIS. *El erizo.* ANG. *An hedghog, an irchin.*} Aliis nominibus herinacius, & echinus terreſtris dicitur. In ſepibus dumoſis & vineis per Autumnum præcipuè verſatur. Conditur in arboribus hyeme, & cibis per æſtatem paratis veſcitur. Vbi ſenſerit venatores, contractis ore & pedibus conuoluitur in formam pilæ, nequid comprehendi poſſit præter aculeos. Sunt è genere eorum maiores hiſtrices quibus longiores aculei *de quibus infrà. Vide plura apud Plin. lib. 8. cap. 37.*

Hĕrĭfŭga Herilis, *Vide* HERVS.

Hĕrĭnācĭus, Echinus terreſtris, qui & hericius dicitur. {ἐχῖνος, χερσαῖος. AN. *A hedghog or irchin.*} *Vide ſuprà in dictione* HERICIVS.

HERILLVS, ἔριλλος. Chalcedonius Philoſophus, Zenonis diſcipulus fuit, qui quum audiſſet ſcientiã laudatã eſſe ab Ariſtotele & Theophraſto,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

summum bonum in ea posuit. *Meminit eius Cic. lib. 4. Acad. & 2. de Finibus.*

Hermæ, ἑρμαι, Statuæ erant siue signa, & præcipuè trunci, quorum capita permutari poterant: cuiusmodi Athenis plurimi erant, Mercurij imaginem referentes: à quo & nomen acceperunt. Nam Mercurius Græcis dicitur ἑρμῆς. *Cicer. ad Attic. lib. 1.* Hermæ illi tui Pentelici cum capitibus æneis, de quibus ad me scripsisti, nunc admodum me delectant. *Probus Æmilius in Alcibiade*, id quum apparet, priusquam classis exiret, accidit, vt vna nocte omnes Hermæ, qui in oppido erant, Athenis deinicerentur, præter vnum qui ante ianuam erat. *Suidas* dicit Hermas, statuas dictas, quòd plurimùm Mercurij statuæ delinearentur. Vnde videtur profectum esse vulgatum illud proverbium, Non ex quouis ligno fit Mercurius.

¶ Solebant autem Hermæ præcipue circum sepulchra erigi, ad propagandam defunctorum memoriam. Solebant præterea Romani, Mercurij, ac Mineruæ statuas coniungere in gymnasijs, dicaréq; quas Hermathenas *Cicero* nominat *lib. 1. ad Att. Epist. 2.* Quòd ad me, inquit, de Hermathena scribis, per mihi gratum est, ornamentum Academiæ propriùm meæ, quod & Hermes commune omnium, & Minerua singulare est insigne eius gymnasij.

HERMAEA, ἑρμαῖα, Promontorium Africæ propriè dictæ, *apud Ptol. lib. 4. cap. 4.*

Hermathēnă, ἑρμαθήνη. Mercurij ac Mineruæ statua coniuncta, *Vide* HERMA.

HERMAGORAS, ἑρμαγόρας, Carion cognominatus, rhetor egregius ex Temno Æolidis ciuitate. Scripsit autem rhetoricam libris tex, de Cultu Oratoris, de decoro, de Elocutione, de figuris. Docuit Romæ Augusti temporibus, decessitque senex. ¶ Fuit item Hermagoras alter Amphipolitanus, philosophus, discipulus Persei, qui plures scripsit dialogos. *Autor Suidas.* Hermagoras philosophus & orator, *apud Cic. de Clar. Orat.*

HERMANDVRI, siue HERMVNDVRI, Germaniæ populi Cheruscis finitimi, eo tractu quem hodie Misniam vocant. *Meminit horum Plin. lib 4. cap. 41.*

HERMAPHRODITVS, penultima producta ἑρμαφρόδιτος, Mercurij & Veneris filius. {GERM. Ein sohn Mercurii vnd Veneris.} vt ex ipsa statim vocis compositione apparet. Nam Mercurius ἑρμῆς, Venus ἀφροδίτη à Græcis dicitur. Hic quum errabundus in Cariam ad limpidissimum fontem quem Salmacis nympha incolebat peruenisset, illa subito eius amore correpta (erat enim adolescens formosissimus) quum neque blanditiis, neque precib. ad concubitum flecti posset, simulato recessu post vepres latuit. Is autem nympham abisse ratus, fontem nudus intrauit, quod videns Salmacis, subitò accurrit, & abiectis vestibus arctissimè eum complexa est. Sed cùm ne tunc quidem obstinatum exorare posset, à diis petiit vt duo corpora illorum in vnum corpus redigerentur. Cuius precibus exauditis, ambo in vnum corpus coaluerunt, in quo sexus vterque remanebat integer. Quod quũ vidisset Hermaphrodirus, à superis petisse dicitur, vt ea fonti natura maneret, vt qui vir eũ intraret, ἀνδρόγυνος: id est vtrunque sexum adeptus, exiret. Hinc omnes Androgyni vocati Hermaphroditi.

Hermēnīa, Græca dictio, Latinè interpretatio. {מליצה *me itsáh.* ἑρμηνεία. GAL. Interpretation. ITA. *Interpretatione.* GERM. Ein auslegung. HISP. *Obra de trutamanear.* ANG. *An interpretation.*} ἀπὸ τῦ ἑρμηνεύειν, quod est interpretari. Vnde libros illos dialecticos quos περὶ ἑρμηνείας inscripsit Aristoteles: nos de interpretatione dicere possimus.

HERMEAS, ἑρμείας. Insignis belli dux fuit, teste *Polybio*, cuius strenua opera ad res maximas vius est Antiochus, à quo tamen postremò ob suspicionem affectati regni, cum vxore & liberis est occisus.

HERMENII, Populi Moschorum sunt prope Colchos, *Perottus.*

HERMES Trismegistus, ἑρμῆς ὁ τρισμέγιστος. Philosophus in Ægypto post Mosen claruit, eo tempore quo philosophiæ studia in Ægypto cœperunt florescere: quum antea tantùm circa Astronomiam & Mathematicas disciplinas versarentur, quæ ad exercendum ingenium magis quàm ad illustrandum animum valent. { GERMAN. Ein herrlicher philosophus in Aegypten bald nach den zeiten Mosis.} Scripsit lingua patria dialogum, in Latinum sermonem postea conuersum, vbi Asclepius introducitur. Deum omnino vnum opinatur omnium conditorem, errorémque fatetur parentum qui superstitiones idolorum inuenerunt. *De hoc plura apud Suidam & Augustin. de ciuitate dei.* ¶ Hermes alter item philosophus Ægyptius, auditor Syriani sophistæ, condiscipulus Procli sub Adriano principe, vir non minore iustitia quàm doctrina præditus. Moriens iurauit & immortalem se esse & incorruptibilem animum habere. *Hæc Suidas.*

HERMES, ἑρμῆς. Dicitur à Græcis quem nos Mercurium vocamus ἀπὸ τῆς ἑρμηνείας, hoc est ab interpretatione, quod nuntius & interpres deorũ habitus sit. { GERM. Mercurius der sendtgott vnd dolmetsch der gotter.} *Seruius in illud Virgil. 4 Æneid.* Nunc etiam interpretes Diuũm, Ioue missus ab ipso. Hermes, inquit, Mercurius dictus est ἀπὸ τῆς ἑρμηνείας, id est à sermone. Præstabat enim eloquentia, quem effingebant alas in capite & pedib habentem, quòd sermo hominum per aera volitet. *Vide ursa in dictione* MERCVRIVS.

Heliodorus, Gemma ignei coloris radians, auro portante secum in extremam candidam lucem. *Plin. l. b. 37. cap. 10.*

HERMIONA, pen. prod. ἑρμιών, Oppidum Peloponnesi maritimum ad sinum Argolicum situm, non procul à Phlunte, Iunonis templo nobile. *Virg. in Cir.* Hinc sinus, hinc statio contra patet Hermionę. Versus est sponiacus.

HERMIONE, pen. prod ἑρμιόνη. { GERM. Die tochter des konigs Menelai von der schönen Helena erboren.} Filia Menelai ex Helena, admodum festiuola, in Laconie patre apud Troiam, Oresti Agamemnonis filio desponsata fuit: sed hanc Menelaus huius rei insciis apud Troiam promisit Pyrrho Achillis filio. Qui domum reuersus quum Ægisthus regiam, occiso Agamemnone, occupasset, atque Orestes ad Strophiũ Phocensium regem Electræ sororis auxilio clàm ablegatus esset, Hermionem reluctantem vi rapuit, tradita Andromacha Hectoris coniuge, quæ illi in sortem cesserat quámque pro vxore habuerat, Heleno vati, filio Priami. At Orestes posito furore, quo ob interfectam à se matrem cruciabatur ex Taurica regione rediens, Pyrrhum in templo Apollinis Delphici trucidauit, suámque sponsam recepit. *Virgil. 3. Æneid.* qui deinde sequutus Ledæam Hermionem Lacedæmoniosque hymenæos, &c.

HERMIONES, Populi sunt in finibus Germaniæ, *autor Pomponius lib. 3. Vadianus* arbitratur eos esse, quos hodie Pomeranos vocat Germani.

HERMIPPVS, ἑρμιππος, Atheniensis poeta fuit, antiquæ comœdiæ scriptor, altero captus oculo, frater Myrtili Comici. Scripsit fabulas xl. ¶ Fuit item alter Hermippus Berytius, discipulus Philonis Biblij, qui multa composuit sub Adriano principe. *vide Suidam.*

HERMOCRATES, ἑρμοκράτης, Nobilis sophista tempore Seueri principis, à quo coactus, filiam Antipatri magistri epistolarum, infelici forma puellam, duxit vxorem, quam postea repudiauit.

HERMIAS, ἑρμίας, Eunuchus, Trapezitæ cuiusdam famulus, Athenas profectus Platonem, Aristotelémque audiuit: & domi reuersus cum domino suo Atarnenses & Assenses aggressus, subegit, & illis simul cum domino imperauit. *Ex Suida.*

HERMINIVS, Germanorum dux fuit, qui Varum Augusti legatum cum tribus legionibus ad internecionem cecidit. *Cuius cladis meminerunt Suetonius in Augusto, & Tacitus de rebus Germanicis.* {GER. Ein haupman der Teutschen / so Varum mit sampt dreyen legionen / von keiser Augusto vbersy zu einem zusatz gelegt / gar erschlagen haben.} Fuit certa hoc nomine Romanus quidam reperimus, vnus ex iis qui vnà cum Cocite Hetruscis in Publicio rebellarunt, duce à tergo sollicitaturus. *Liu. lib. 1. ab Vrbe condita.* {Est præterea nobilis cuiusdam Hetrusci nomen apud *Virg. 11. Æneid.* Ingentem corpore & armis Deicit Herminium.}

HERMODORVS, penultima producta, ἑρμόδωρος. Fuit philosophus Eusebius, quem in Italia exulantem, Pomponius Iureconsultus tradit autorem fuisse Decemuiris ferendarum legum XII. tabul. *Plin. lib. 34. ca. 5.* dicit hunc fuisse interpretem legum decemuiralium, atque ob id statuam publicam dicatam. *Cic. lib. 5. Tusc. quæst.* Est illud scitum apud Heraclitum Physicum de principe Ephesiorum Hermodoro. Vniuersos ait Ephesios morte esse multandos, quòd quum ciuitate expellerent Hermodorum, ita loquuti sunt, Nemo de nobis vnus excellat: si quis extiterit, alio in loco & apud alios sit. Eadem ferè refert *Strab. lib. 14.* ¶ Fuit & alter Hermodorus Siculus, auditor Platonis: cui vitio datum est quæstui philosophiam habuisse, dictata quæ sub præceptore audiuerat colligendo, ac deinde in Sicilia venditando. ¶ Hinc locus factus prouerbio, Verba importat Hermodorus, λόγους ἑρμόδωρος ἐμπορεύεται. In eum dicebatur qui præter verba nihil afferret. Aut in eos qui verba vendunt pecunia: quod in poëtas, aduocatos, fumi venditores, atque in id genus homines rectè dici poterit.

HERMODOTVS, ἑρμόδοτος, Poetæ nomen, cuius aliquoties meminit *Plutarchus.*

HERMOGENES, penultima correpta, ἑρμογένης, Tarsensis sophista fuit, in pueritia tanto differendi acumine, vt natus annos non amplius quinque decim, fama sui nominis Marcum Antonium principem ad auditorũ exciuerit, ab eóque non pœnitenda tulerit munera. Accedente verò ætate, tanta illi oborta est stupiditas, vt omnibus esset ludibrio. Nam Cratillus ad nomen eius alludens, dicebat eum à patre degenerare, quòd quum Hermogenes esset, hoc est Mercurio genitus, nullam tamen paternæ eloquentiæ haberet micam. *Antiochus autem* sophista cauillabatur, eum in pueritia fuisse *senem, in* senectute puerum.

HERMOLAVS, ἑρμόλαος, Byzantinus grammaticus fuit, qui in librum Stephani de Vrbibus ad Iustinianum Cæsarem scripsit epitomen. *Suidas.* ¶ Memoratur & ante hunc alius, qui contra Alexandrum conjurauit. ¶ Alius item, *apud Plin. lib. 36. cap. 5.* statuarius inter eos qui ædes principum signis nobilibus ornauerunt.

Hermoglyphŭs, {מחרת *mephattéach:* ἑρμογλυφος. GAL. Tailleur d'images ITA. *Scultore, statuario.* GERM. Ein bildhauwer. HIS. *Esculpidor.* *entallador.* ANG. *A caruer of images.*} Statuarius: nam vt suo loco diximus, Græci signa & statuas Hermas vocant. γλύφειν autẽ est sculpere.

HERMON, Nomen Hebraicum, quod interpretatur lignum exaltatum, mons longè distinctus ab Ierusalem trans Iordanem. Hermon, ἑρμών, etiam dicitur pilcatorium in Peloponneso.

HERMONASSA, ἑρμώνασσα, Insula parua in Cimmerio Bosphoro, vrbem habens Ionum coloniam. *Stephanus* ἑρμώφειαν vocat. *Strabo* Hermonactis vicum Menippus regiunculam. Trapezuntius, Hecateus & Theopompus ciuitatem esse dicunt. *Steph.* Adiacet Tauricæ. *Plinius lib. 6. cap. 6.*

HERMONTHIS, ἑρμωνθις. Vrbs Ægypti, *Stephanus*, vbi Iupiter, Apollo, & Isis coluntur.

HERMOPOLIS, ἑρμοπόλις; *Stephano*, Latinè Mercurij ciuitatem sonat, vrbs est Ægypti in præfectura Sebenitica, vbi Pan colitur & hircus. *Autor Strabo lib. 17. Vide Volaterranum lib. 12. Herodianus* duas esse scribit, magnam & paruam & tertiam in Ægypto, & quartam, τὴν θμουῖτιν, & quintam in fluuio, & sextam in Co insula, septimam in Arcadia. *Stephan.*

Hermŏpōlĭum, penultima producta, ἑρμοπωλεῖον. Officina est vel quiuis alius locus in quo hermæ, hoc est statuæ vel signa vendebantur.

HERMOS, ἑρμος, τὸ, Vicus in tribu Acamantide. *Steph.*

HERMOTYMBIEI, ἑρμοτυμβιεῖς, Pars bellicosorum in Aëpto. Dicuntur & Labarei *Steph.*

[Hermundulus populus & eius bellum cum populo Rom. *Gell. capit. 4. lib. 19.*]

HERMVPEDION, ἑρμουπεδίον, Locus apud Cumam, *Steph.*

Hermūdă, ἑρμοῦδα. Herba vulgo in vineis nascens, quam Græci Linozostin vocant. Latini verò Mercurialem, quasi Mercurij herbam. *Plin. lib. 21. cap. 5.*

HERMVS, ἕρμος, Fluuius minoris Asiæ, aureas arenas trahens. Oritur iuxta Dorylaum Phrygiæ ciuitatem, auctóque Pactolo, Smyrnæ campos irrigat, tandémque in Phocaicum sinum illabitur. *Vide Plin. lib. 5. cap. 29. & Strab. lib. 13. Virgil 2. Georg.* Nec pulcher Ganges, atque auro turbidus Hermus.

Hērnĭă, æ, Morbus est sciori intumescentis: & propriè quum erupto peritoneo, corpus aliquod in scrotum deciderit. {κήλη. GALLICE. Hargne, rompeure, greueure. ITAL. *Hernia, rottura, crepatura.* GER. Ein

Ein bruch der gemächten. HISP. *La potra.* ANG. *A bursting when the bowelles fall into the coddes.*} Eius multæ sunt species, Enterocela, ἐντεροκήλη enim dicitur quum intestina dilabuntur in scrotum, hoc est in sacculum illum qui ambit testiculos, quem Græci vocant ὄσχεον. Epiplocela, ἐπιπλοκήλη, quum omentum. Epiploenterocele, ἐπιπλοεντεροκήλη: quum intestina simul cum omento cõdem fuerint delapsa. Hydrocela, ὑδροκήλη, quum in alterum è testibus humor confluit. Has species nostri vocant hernias (*Vt inquit Celsus.*) à duritie pellis quæ fit post intestinorum descensum. Hernium enim durum & asperum dicitur. Tractum à Sabinorum lingua qui herniam saxum vocant. *Martialis* Derisor Fabianus herniarum, Omnes quem modò colet timebant Dicentem tumidas in hydrocelas. Ramices verò vocant, quum integro peritonæo scrotum aliqua ex causa intumescit, quorum etiam aliquot faciunt species. Porocelam enim, ποροκήλην vocant quum ex absessu aliquo circa scrotum materia subduruit: Sarcocelam, σαρκοκήλω, quum in ipso scroto concreuit caro. Cirsocelam, κιρσοκήλω, quum tumescentes venæ scrotum replent. Bubonocelam, quum illæso peritonæo, aliquid superiorum corporum non in scrotum, sed in inguen tantum descenderit. Hæc tamen differentia inter ramices & hernias ne ab ipsis quidem medicis semper obseruatur. De broncocela antè diximus. Neque enim illa inter species herniæ est connumeranda, vtpote quæ non pudendas partes, sed collum infestat. Est enim bronchocele, tumor magnus, & rotundus inter cutem & asperam arteriam, cui modò caro hebes, modò humor aliquis includitur. Interdum etiam minutis ossibus pili immisti. Sunt etiam qui herniam interpretentur testium checam, in illo versu *Martialis*, Ingens iratis apparuit hernia sacris.

HERNIÓSVS, qui herniam patitur. {חתוּת *chathuth.* ἀποκηλικός. GALLI. Hergneux, greué & rompu. ITAL. *Rotto, creuato.* GERM. Gebrochen. Der ein bruch der gemächten hatt. HIS. *El potroso.* ANGL. *That hath his bowel es fallen into his coddes.*}

HERNICI, ἕρνικες, Populi in Campania saxa incolentes: vnde & nomen acceperunt. Nam hernias Sabini saxa vocant. Hos tamen Hernicos appellatos voluit *Macrobius* ab Herno quodam Pelasgo ipsorum duce. Horum metropolis est Anagania. *Virgil. 9. Æneid.* & roscida riuis hernica saxa colunt, quos Anagania pascit.

Hero, herûs in genitiuo, *vide* ERO.

HERÓDES, ἡρώδης, Antipatri Idumæi filius, anno decimo Augusti rex Iudæorum, à Romanis declaratus est, regnauítque annis triginta septẽ. {GE. Ein kõnig von dem Xõmeren vber Juden verordnet.} Hic vir strenuus Samariam olim in cineres redactam à fundamentis erexit, eámque in honorem Augusti σεβάστην hoc est Augustam appellauit. Crudelissimus tamen fuit, quippe qui multos iniustè occiderit. Nam omnes legis interpretes, & paruulos Bethlehemitas gladiis interemit.

¶Huic filius fuit eodem nomine, de quo refert *Lucas in Actis Apostolorum*, quum ad populum concionem haberet, acclamante concione, Vocem Dei esse illam, non hominis: ab irato Deo cuius honores sibi vendicabat, percussus, scatentibus toto corpore vermibus, miserando genere lethi mortuus est.

¶Fuit alius Herodes Antipas, huius filius, præfectus Galilææ: post Archelaum, qui impiissimus etiam fuit. Nam in ciues sicarius, in nobiles latro, in socios populator habitus est, vxorem Philippi fratris duxit, Ioannem Baptistam occidit & Dominum nostrum illusum Pilato remisit: tandem Lugdunum à Caio Cæsare relegatus, ibi vitam finiuit.

¶Quartus Herodes Agrippa, Aristobuli filius qui Iacobum occidit.

¶Alius Herodes fuit Atticus, qui Græca oratione, *inquit Gel.* ferè vniuersos grauitate atque copia elegantiáque vocum longè præstitit. Is Athenis natus, nobilitate generis, potentia simul & sophistica facultate clarus, genus ex Æacidarum sanguine ducebat, patre Attico, cui diuitiarum initium ex thesauro prope domum reperto fuit. Huius Herodis vitam *vide apud Philostratum.*

HERODIANVS, ἡρωδιανός, Alexandrinus grammaticus, Apollonij etiam grammatici filius, & discipulus, floruit sub Marco Antonio imperat. Sc ipsit de arte grammatica: præterea Cæsarum historiã à Commodo M. filio vsque ad Gordianum, eius Gordiani nepotem, qui Maximino successit. *Autor Suidas.*

Herodius, *vide* ERODIVS.

HERODOTVS, penultima correpta, ἡρόδοτος, Historiographus Græcus, quem *Cic. libr. 2. de Leg.* patrem historiæ appellat. {GERMAN. Ein griesch*er* history schreyber.} Hunc Halicarnasseum fuisse autor est *Suidas*, claróque apud suos genere ortum. Floruit tempore Cyri Persarum regis tyrannis omnibus infensissimus. Quare, quum patriam à Lygdamo tyranno quodam videret occupatam, successit in Samum: eóque extincto, quum ad suos rediisset, inuidiæ obnoxius factus, sponte Thurium Athenien sium coloniam in exilium profectus est: vbi etiam mortuus esse dicitur, & sepultus. Scripsit historiarum libros nouem, quorum singulos singularum Musarum nomine inscripsit.

HERÓN, ἥρων, Athenien sis orator, scripsit commentarios in Herodotum, Xenophontem & Thucydidem. *Autor Suidas.*

HERÓPHILA, ἡροφίλα. Proprium nomen fuit Sibyllæ Eretriæ, quæ Tarquinij Superbi tempore Romam venit, tréque secum libros attulit, heroico carmine conscriptos: quorum nomine quum magnam pecuniæ summam à rege petisset, nec obtinuisset, duos exussit: vniúsque qui reliquus erat, nomine tantundem obtinuit, quantum paulò antè pro tribus popposcerat. *Autor Suidas.*

HERÓS, in genitiuo herois, penult. product {גבור *gibbór.* ἥρως. GALL. Demi dieu, homme noble & vertueux par excellence. IT. *Barone & signore, ò roe, huomo illustre.* GER. Ein herlicher dapfferer vnd fürtraffenlicher mann, ein held. HISP. *Señor que tiene excelente virtud.* ANGL. *A passing excellent man in vertue and nobleneſſe, half a god.*} Dicti autem sunt à veteribus heroes viri nobiles & illustres, qui mortales quum essent, rerum tamen à se gestarum magnitudine, quàm proximè ad deos immortales accesserunt, eámque apud vulgus opinionem meruerunt, vt post mortem in deorum numerum credantur relati, qualesij fuerunt, de quibus fabulatur antiquitas altero patente Deo, altero mortali prognatos esse. Quanquam est verisimilius hoc commentum à mulieribus excogitatum ad prætexendam adulterionum turpitudinem. *Lucian. in 3. Dialog. mor. definit Heroes hunc in modum*, ἥρως ἐὰν ὁ μήτε ἄνθρωπος ᾖ, μήτε θεὸς, ἀλλὰ συναμφότερον ᾖ, hoc est, Heros est qui neque homo est, neque deus, & simul vtrunque est.

¶Quod ad huius vocis originem attinet variæ sunt opiniones. Sunt enim qui heroem dictum putent ἀπὸ τῆς ἔρου τῆς ἀρετῆς, hoc est ab amore virtutis, prima vocali tenui mutata in aspiratam. *Augustinus lib. 10 de Ciuit. Dei.* ἀπὸ τῆς ἥρας, hoc est à Iunone, primúmque nescio quem eius filium Heroem appellatum. HOC videlicet mysticum significante fabula, quod aër Iunoni deputetur, vbi volunt cum dæmonibus Heroas habitare. Quo nomine appellant alicuius meriti animas defunctorum. *Idem lib. 7. autor est* inter Lunæ gyrum & nymborum ac ventorum cacumina, aërias esse animas: sed eas animo, non oculis videri, & vocari heroas, & lares, & genios. *Martianus Capella in nuptiis Philologiæ*, dicit Heroas ab Hera quæ terra dicitur nuncupatos. *Horat. in Arte poet.* Intererit multum, Dauúsne loquatur, an heros. *Cic. ad Attic. lib. 1.* Heros ille noster Cato. *Et lib. 14.* Illi non heroes, sed dij futuri quidem, in gloria sempiterna sunt. *Virg. 6 Æneid.* -tum maximus heros Matrem as agnoscit aues. [*Ouid. 13. Metam.* Donec Laertius heros adstitit.]

HERÕÏCVS, a, um, Illustris, nobilis, egregius, eximius. {ἡρωϊκός. GALL. Heroique, appartenant aux gens de vertu tresexcellente. ITA. *Pertinente ad huomo per vertu excellentiſſimo.* GERM. Das zu solchen fürtraffenlichen vnd herrlichen männeren gehört. HIS. *Cosa perteneſciente à señor que tiene excellente virtud.* ANGL. *Noble, excellent.*} VT, Heroica ætas, in qua heroes floruerunt. Et Heroicus versus, quòd eo genere carminis heroum gesta describantur. *Cic. de Legib. lib. 2.* Ne plus quatuor heroicis versibus, quos longos appellat Ennius.

HERÕÏDES, {גבירות *gebiróth.* ἡρωΐδες, ἡρωΐναι. GAL. Femmes par excellence nobles & vertueuses. ITAL. *Femine per vertu excellente.* GERMAN. Herrliche vnd weibliche frawen. HISP. *Señoras que tienen excellente virtud.* ANG. *Noble women or ladyes of the courte.*} A veterib. dictæ sunt fœminæ illustriores quales sunt heroum vxores & filiæ. *Papin. lib. 3. Sylu.* Qua veteres Latias, Graiásq; heroidas æquas. *Martial.* Mutatas formas heroidas insuper iisdem Addidit.

HERÕÍNA, æ, ἡρωΐνα, Dicta fuit ab antiquis quælibet fœmina illustris, vt sunt heroum filiæ, & vxores. {ANG. *A ladie of the courte.*} *Propert. lib. 1. Eleg.* Illa sit Inachiis & blandior heroinis.

HERÕÜS, a, um, ἡρῷος, Heroicus: Heroi pedes dicuntur quib. in carmine heroico vtimur. *Cic. 3. de Oratore*, Quare primùm ad heroum nos dactyli, & anapæsti, & spondæi pedem inuitat. Heroi carminis opus, *Propert. lib. 3. Eleg. 3.* [*Ouid. 2. Fast.* Heroi reserat ista pedis.]

HERÕSTRÁTVS, penultima correpta, ἡρόστρατος. Ephesius homo ignauus fuit, & sceleſtus, qui celeberrimum illud Dianæ, Ephesiæ templum suis manibus incendit, vt ea re nominis immortalitatem sibi compararet. {GER. Ein öder Schelmshalß der dem wunder herrlichem tempel der Göttin Dianã zu Epheſo angezündet hatt/ vnd damit ein nammen schöpffen wöllen.} Ephesij autem ne speratum ex scelere fructum cõsequeretur, seueriſſimis edictis cauerunt, nequis eum vnquam nominaret: non tamen efficere potuerunt, vt nomen illius ad nos non peruenireti: *vt ſcribit Strab. lib. 14.*

HERPES, ἕρπης, Tupor contra naturam, siue vlcus, ab intemperie partis proficiscens cum affluxu flauæ bilis ἀπὸ τῦ ἕρπειν, id est à serpendo nomen habens, propterea quòd ad vicinas partes proserpat, carnémq; sæpenumero vsque ad ossa deuoret: quod quum fit, ἕρπης ἐσθιόμενος à Græcis dicitur. ¶Est item herpes, animalis nomen, sic dicti, quòd vlcera proserpentia eo persanentur, *Plin. lib. 34. cap. 13.*

HERSÍLIA, ἑρσιλία, Nomen vxoris Romuli, quam *Ouid. 14. Meta.* fabulatur, post mariti apotheosin, & ipsam deam factam, communia cum Quirino templa habere, mutatóque nomine dictam esse Oram.

Herus, ri, Dominus [Vnde Dij Heri, & Hera fortuna. [{אדון *adhón* בעל *báal.* δεσπότης. GALLIC. Maistre, sire, seigneur. ITAL. *Padrone, signore.* GER. Ein herr. HISPA. *El señor.* ANGL. *A maister or lord.*} *Plaut. Capt. ſc. 1. a. 2.* Indigna digna habenda herus quæ facit. *Idem Mil. ſc. 5. a. 2.* Athenis domus est atq; herus. *Idem Pl. Men ſc. 4. a. 2.* Sed ego inscitus qui me postulé hero moderarier. *Ibid. ſc. vlt. a. 5.* Tu mihi herus es, quære seruũ [*Terent. in Andr.* Herus est, neque præuideram. *Cic. 2. Offic.* Sed iis qui vi oppressos imperio coërcent, sic sanè adhibẽda sæuitia, vt heris in famulos, si aliter teneri non possunt. *Virg. 3 Æn.* Nec victoris heri tetigit captiua cubile.

¶Herus interdum heri filium significat, propterea quod illi etiam viuo patre quodámodo heri sint & domini, δεσπόσιοι. *Teren. in Andr.* Quæ si non astu prouidentur, me aut herum pessundabunt. Verba sũt Daui de Pamphilo heri sui filio. [*Plaut. Aſin. ſc. 1. a. 1.* Serua herũ. (sup. minorem) *Idem Pseud. ſc. 1. a. 1.* Here (sup. minor.) *Idem ibid. ſc. 1. a. 5.* Ab hero (minore sup.) ad herum maiorem venio, &; Ego & herus minor. *Ibidem ſc 2. a. 1.* Herum (minorem) vt ego seruos criminarer apud herum (maiorem.) *Idem Plaut. Capt. ſc. 5. a. 3.* Seruaui herum, cui me custodem addiderat herus maior meus. *Idem Capt. ſc. 2. a. 2.* vult te nouus herus veteri domino dare operam &c. *Idem* alibi, Maior (herus) apud forum: Minor hîc intus est.]

HERÁ, ræ, priore correpta, fœmininum ab herus, Domina. {גברת *gebereth* בעלה *baláh.* δέσποινα. GALLIC. Dame, maistresse. ITA. *Padrona, signora.* GERMAN. Ein herrin/ frauw im hauß. HIS. *Señara.* ANG. *A lady, a maiſtreſſe.*} *Ouid. Epiſt. 9.* Æquaque formosæ pensa rependis heræ. *Terent. in Andr.* Quod si omnes omnia consilia tua cõferant. Atque huic malo salutem quærant, auxilij nihil afferant, Quod mihíque, heræque, filiæque herili est, *Ennius apud Cic. lib. 1. Offic.* Vósne velit, an me regnare hera, quídve ferat fors, Virtute experiamur. Quo in loco nonnulli malè accipiunt heram pro Iunone. Nam in ea significatione (vt suprà ostendimus) priorem producit, quum hîc corripiatur. Neq; alio qui aptè hic locus de Iunone intelligi potest, cui nihil cum bello est cõmercij, sed de Fortuna potiùs, quę in bello suo arbitrio victoriam, cui sibi visum est parti creditur tribuere. ¶Qualis hera, tales ancillæ, ὁποία ἡ δέσποινα, τοιαῦται καὶ αἱ θεραπαινίδες. *Cic. ad Att. lib. 5.* [¶Hera etiam de matre dicitur: *Plaut. Aſin. ſc. 2. a. 1.* Mater tu, eadem hera es. *Item* etiam appellabatur fortuna Hera.]

HERÍFVGA, gæ, Fugiens herum. {δεσπότου φυγάς, ὁ δεσπότην φεύγων. GAL. Qui fuit son maistre, fugitif de son maistre. ITAL. *Che fugge il padrone.* GER. Der von herren fleücht. HIS. *El que huye su señor.* AN. *That fleeth from his maiſter.*} VT Famuli herifugæ, *Catullus*, Patria ô mea creatrix,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

patria ô mea genitrix, Ego quàm miser relinquens dominos, vt herifugæ Famuli solent, ad Idæ retuli nemora pedem.

Hērilis, le, penultima producta, possessiuum est ab hero deductũ, Quod est heri, quódque ad herum pertinet. {δεσποτικός. GAL. Du maistre, appartenant au maistre. ITA. *Del padrone.* GER. Deß herren im hauß/ dem herren zugehörig HI. *Del senor.* ANG. *That belongeth to the lord or maister.*} [*Plaut. Milit. sc. 6. a. 2.* Herile negotium non curat. *Plaut. Mostell. scen. 1. act. 2.* Me periisse cupit Iuppiter & herilem filium. *Idem Milit. sc. 6. a. 2.* Herile negotium non curat. *Pl. Amphitr. sc. 1 a. 5.* Heris ts peruertit metus. *Plaut. Asin. sc. 3. a. 3.* Custos herilis decus populi. *Idem Milit. sc. 3. a. 3.* Herilis concubina. *Et Aulul. sc. 1. a. 1* Quo pacto celem heri is filiæ prob.um *Ibid. sc. 2. a. 4.* Herile impe ium ediscat seruus. *Plaut. pseud sc. 4. a. 1.* Quas (minas) dem herili filio, &c.] vt Herilis filius, herilia imperia. *Plaut in Amphit.* Non soleo ego somniculose herilia imperia perfi qui. *Terent. in Andr.* Herum fefellisin nuptias conieci herilem filium.

HĒSAĒNŪS, ὄρος, Mons qui Pannoniam & Mœsiam distinguit, in quo feram Menopem reperiri aiunt. *Aristoteles ab initio mirabilium narrationum. Alibi tamen lib. 6. historiæ* Mesappus legitur montis illius nomen.

HESAIAS, ὄνομα, Nomen Prophetæ proprium, qui nobili genere ortus in Ierusalem prophetauit, ut hil rusticitatis in sermone habens qui non tàm Propheta, quàm Euangelista fuit. Vniuersa enim Christi Ecclesiæque mysteria ad liquidum prosequutus est, vt nõ putes eum de futuro, sed de præterito historiam texere. Tandem sub Manasse rege sectus in duas partes occubuit *Vide Hesychium.*

HĒSĬŎDŬS, pen. corr. ὀνομα, Poeta vetus, ex Ascra vico Bœotiæ: vnde & Ascræus dictus est, Homeri (vt creditur) coætaneus. Hic primus de agricultura versibus scripsit, quem *Virgilius* imitatus est. De morte eius scribit *Plutarchus* in conuiuio septem Sapientum, apud Nemeũ Locritum occisum fuisse à Locrensibus quibusdam adulescentibus cum quorum sorore clàm rem habebat hospes quidam Milesius, quo Hesiodus familarissimè vtebatur. Suspicati itaque fratres puellæ, Hesiodum ab initio rei totius conscium fuisse dispositis insidiis eum trucidarunt, & in mare abiecerunt. Cerpus autem à delphinis protinus acceptum, ad Rhium Molytricum est aduectum.

¶Hesiodi senecta, γήρας: Longæua viuáxque sic appellabatur. Fertur etiam de Hesiodi longæuitate Pindari egigramma eiusmodi, χαῖρε δὶς ἠβήσας, κὴ δὶς τέφρα σὺ κεδνὸς ἐσσὶ Ἡσίοδ' αἱ θρώποις μέτρον ἔχων τοκίης.

Hēsĭŏdĭus, a, um, Quicquid Hesiodi est. *Cic. in Bruto*, Illud Hesiodium laudatur à doctis, quòd, &c.

HĒSĬŎNĒ, ὀνομα. Laomedontis regis Troiæ filia, & Priami soror, quã Hercules à Pistricis monstri periculo liberatam, vxorem dedit Telamoni.

HĒSPĔRĬAĒ, ἑσπερίαι, duæ sunt, vna quæ Hispania dicitur, altera Italia, quæ sic discernuntur. aut enim Hesperiam solam dicimus. *Virg. 2. Æneid.* Est locus, Hesperiam Graij cognomine dicunt. Aut addimus extremam, vel vltimam, & significat Hispaniam, quæ in occidentis est fine. *Horat. libr. 1. Carm.* Qui nunc Hesperia victor ab vltima. Et hæc ab Hespero Occidentali stella dicta est: Italia verò ab Hespero Atlantis fratre, qui à germano pulsus, Italiam tenuit, & ei nomen vel suum, vel suæ pristinæ regionis imposuit. *Macrobius* tamen voluit Hesperiam dictam esse Italiam, quòd Occasui subiecta sit.

HĒSPĔRĬDĔS, pen. cor. ἑσπερίδες. Appellatæ sunt Hesperi fratris Atlantis filiæ, Ægle, Aretusa, & Hesperetusa, quas Poetæ fabulantur habuisse hortos, nemore aurifero pretiosos: vbi erat draco custos peruigil, mala auren vigilanter obseruans, quem interfecit Hercules, pomáque au rea retulit ad vitricum Eurystheum. {GER. Des Atlantis bruders döchteren/ welche garten gehabt haben/ in denen bäum gewächsen sind so gut den opfel getragen haben.} *Plinius & Solinus* interpretantur fuisse æstuarium maris meatu flexuoso instar diaconis, quod hortos Hesperidum amplectabatur, vbi præter oleastrum, aliud nihil ex celebri illo aurifero nemore extare prodiderunt. *Varro* per mala aurea, omes significari dicit, quales Hercules ex Africa in Græciam exportauerit: nam μῆλον apud Græcos significat ouem & pomum. Hinc Melotæ, μηλωταὶ dictæ vestes ex pellibus ouium confectæ. *Aliter tradit Diodorus lib. 5. Bibliothecæ, quem videre potes.* ¶Hesperidum mala largiri, μῆλα ἑσπερίδων δωρήσασθαι, dicuntur, qui magna splendidáque largiuntur.

Hēspĕrĭs, dis, ἑσπερίς, teste *Plin. lib. 21. c. 7.* Herba est, quæ noctu magis olet. vnde & nomen inuenit.

HĒSPĔRUM, ἕσπερον, Promontorium in Africa est, nauigatione decem dierum ac noctium distans à monte, quem θεῶν ὄχημα vocant Græci. *Vide Plin. lib. 5. c. 1.*

HĒSPĔRUS, pen. cor, ἕσπερος, Atlantis frater. vnde Hesperia. {GER. Der bruder deß konigs Atlantis.} Scribit *Diodorus* hunc Hesperum conscendisse cacumen montis Atlantis, ad cursus astrorum obseruandos, & nonquam deinde comparuisse: cui vulgus honores diuinos exhibuit, astrúmque lucidissimum eius nomine appellauit. *Virgil. Eclog. 7.* Ite domum saturæ, venit Hesperus, ite capellæ. Hæc etiam Serotina stella, & Vesper dicitur, & Vespertigo, & Lucifer, & Venus, de quibus suo loco. {AN. *The euenyng starre. the euening, or euentide.*} *Huius meminit Cic. lib. 2. de Nat. Deorum.* Infima est (inquit) quinque errantium, terræque proxima stella Veneris, quæ φωσφόρος, Latinè Lucifer dicitur, quum antegreditur solem: quum subsequitur autem Hesperus.

*Dicitur & Hesperugo. *Senec. Medea*, Mergit diem timendum Dux nostri Hesperugo.

HĒSĒNĪ, Populi Palæstinæ, sine vlla fœmina viuentes, & omni Venere abdicati. *Autor Pli. li. 5. c. 17* Apud hos capitale erat columbas interficere. Quare tam circes factæ traduntur, vt etiam ad ignotissimum quenque aduenarum aduolantes, ora rostro velut exosculerentur. *Ad hoc alludit Tibul. lib. 1. Eleg.* Quid referam vt volitet crebras intacta per vrbes Alba Palæstinis sancta columba viris?

Hestĕrnus, a, um, Quod heri fuit. {χθίζινος, χθιζός. ANG *Of yesterday.*} *Pl. pseud. sc. 4. a. 2.* Neque venit Athenas ante hesternum diem.] *Vide in* HERI.

[Hesternò, Aduerbium. *Auson. Epist. 73.*]

HĒSTĬAĒĀ, ἑστιαία Eubœæ oppidum, quod *Plin.* ab vuarum copia πολυσταφυλον cognominat. ¶Est & eiusdem nominis oppidum in Acarnania, *teste Stephano.* ¶Pars item quædam Thessaliæ *à Strabone lib. 13.* Hestiæa appellatur.

HĒSŸCHĬŪS, ἡσύχιος, Milesius historicus tẽpore Anastasij principis. Scripsit historiarum libros sex de Romanorum, aliarúmque gentium principibus: item Dictionarium, quo se vsum fatetur *Suidas.*

Hĕtĕroclĭton, {ἑτερόκλιτον.} Quod à communi vulgatáque declinãdi ratione deflectit, quasi alieno, & nouo quodam modo declinatum.

Hĕtĕrocrānĕa, ἑτεροκρανέα, Morbus est capitis, quum caput inæqualiter dolet, tumétque, & inter pilos rotunda, & humida hulcuscula surgũt, & pus mali odoris. *Plin. lib. 31. c. 9.* Ad heterocraneas, capitísque vlcera & pustulas, papuláſve, &c.

Hĕtĕrŏgĕnĕus, a, um, pen. corr. ἑτερογενὴς. Quod est alterius generis: cui opponitur homogenius, quod est eiusdem generis. ὁμογενὴς.

Hĕtĕrŏmălchălă, {ἑτερομάλχαλα. ANG. *Polergamentes sil̃ed onlie on the one side*} Vestimenta, quæ ex altera tantum parte villosa sunt, & seruitiis apta. Contrà, amphimalchala, & amphimalla, quæ ab vtraque parte villosa, & ingenuis dedicata iunt. *Vide Bayfium de Re vestiaria.*

HĒTRŪRĬA, Regio est Italiæ ad primam vsque Tyberis ripam protensa, Macra fluuio à Liguria discreta τυρρηνία. *Stephan.* cuius h die præcipua metropolis est Florentia. {GERM. Ein herrliche landschafft in Italien/ heißt jetz Toscana/ welcher hauptstatt ist Florentz.} Dicta est autẽ Hetruria, quasi ἑτεροεία, κατὰ τὸ ἑτέρου, ἢ ὕδατος eo quod extendebatur ad alteram ripam Tyberis qui est terminus inter Latium & Hetruriam. ¶Alij dictam Herruriam autumant ab eiusdem regionis oppido Atria, quam Diomedes condidit & Æthrian primo nominatam scribit *Stephan.* Vel κατὰ τὸ παρὰ αὐθρεῖ ἀσκεῖν, propter augiuriorum peritiam, quia de cœlo seruantes exercent æthera Patras. Claruit olim maximè aruspicina, quam Tages ex hac ratione oriundus primus inuenerat.

HĒTRŪSCĪ, Regionis eius incolæ, τυρρηνοί. *Martialis*, Quantum solicito fortuna parentis Hetrusco.

[Hette interiectio: *Priscian. lib 2.*]

Heū, Interiectio est dolẽtis, & interdum exprobrantis. {הוֹי הוֹי *Nojáh, oimoi.* GAL. Helas. ITA. *Oime, hai* GER. Ey/ ey ey/ ach/ owee. HISP. *Hay.* ANG. *Allace, ach.*} Iungitur nominatiuo, accusatiuo, & vocatiuo: *de quibus vbique occurrunt exempla.* Inuenitur etiam apud *Plautum* sæpiusculè cum dativo, nisi exemplaria sint vitiosa. *Ita enim legitur in Milite*, heu mihi, nequeo quin fleam. *Idem in Mercat.* Heu miseræ mihi. *Ibidem*, Heu misero mihi: Si ille aberit, mea omnes dicant esse ignauia. Sunt tamen qui his omnibus in locis legant hei. [Sed nimis audacter, Ita enim etiam *Ouid. Eleg. 10. lib. 13. Trist.* Heu loca felicinõ adeunda viro.] Pro eodem etiam dicimus Eheu: *de quo suo loco diximus.* Interdum geminatur, & tunc ferè absolutè pronuntiatur. *Plaut. in Pseud* [*sc. 3. a 1.*] Heu, heu, quàm ego malis modis perdidi quod nihil detuli. [*Plaut. Men sc. 5 a. 5.* Heu hercle mulier multum, & audax & mala. *Idem Aulul. sc. 3. a. 3.* Heu senex &c *Idem Men. sc. 2. a. 5.* Heu hercle morbum acrem & durum! *Ibidem sc. 1. a. 2.* Heu hercle hominem molestum & odiosum. *Plaut Men. sc. 2. a. 1.* Heu ædepol næ tu esses agitator probus. Nonnunquam ter repetitur: vt *Pl Pseud. sc. 2. a. 5.* Heu, heu, heu doleo. Interdum tantum geminatur vt apud *Ouid. 4. Fast.* Heu heu perpetuo debuit illa tegi, *& apud Plaut. sc. 3. a. 1.*]

Hēus, aduerbium vocantis. {הוֹי. ANG. GAL. He, vien, ou venez. ITA. *Oli, a* GER. *Hołla/ loſ/ oſcha.* HIS. *He.* AN. *Holah.*} [*Plaut. Most. sc. 1. a. 2.* Heus ecquis istas aperit fores? *Idem Aulul. sc. 4. a. 1.* Heus Staphyla. *Idem Curc. sc. 2. a. 4.* Heus, tibi ego dico. *Plaut. pseud. sc 3. a. 1.* Heus tu! Isti postquam à mensa surgunt alienum reddunt nato nemini. *Idem sc. 7. a. 4* Heus vbi estis vos. *Ibid.* Heus momento mihi dimidium date. *Plaut. Curc. sc. 2. a. 1.* Pessuli, Heus pessuli, vos saluto lubens. *Ibidem sc. 2. a. 2.* Heus exi, exi. *Ibid. sc. 1. a. 3.* Heus tu te volo.] *Virgili. 1. Æneid.* At prior, heus, inquit, iuuenes monstrate mearum, Vidistis si quam hic errantem fortè sororum. *Terent. in Andr.* Heus, euocate huc Danum. *Heus heus, geminatum. *Terent. Heaut.* Verum hercle istuc est, Syre, Syre inquam, heus heus Syre. *Sed heus tu, Reuocantis particula. *Cic. ad Qu frat. lib. 2.* Sed heus tu, celari videor à te: quonam modo mi frater de nostris versibus Cæsar? *Terent. Eunuch.* Sed heus tu, purgon' ego me de istac Thaidi, Quòd eam me amare suspicatur? ¶Nonnunquam interiectio dolentis est: vt, Heus etiam mensas consumpsimus, inquit Iulus. Aspiratúrque magis vsu, quam ratione originis, quum & *Festus* à Græco αὖ trahere videatur, quæ vox doloris est, vnde & ægritudinem deductam esse tradit.

Hexaclinon, Penultimà producta, ἑξάκλινον. Vocatur stabadium, hoc est, cœnatio sex lectos cœnatorios capiens. *Martial.* Et testudineum mensus quater hexaclinon Ingemuit.

HEXAGON, *teste Plin. lib. 28. cap. 3.* Legatus Oblogenum (qui populi sunt in Cypro) à Consulibus Romæ in dolium serpentium conjectus, experimenti causa, circum mulcentibus linguis miraculum præbuit.

Hexăgōnum, pen. prod. {ἑξάγωνον.} Sex angulorum. *Colum. lib. 5. c. 2.* Si fuerit sex angulorum, ad quadratos pedes sic redigitur. Esto hexagonum quoquouersus lineis pedum triginta, &c.

Hexămetrum, penultima correpta, ἑξάμετρον. Quod est sex mensurarum, siue pedum, vnde versus hexametri dicuntur, qui sex constant pedibus. *Cicer. 3. de Orat.* Solitus est versus hexametros, aliósque variis modis atque numeris fundere extempore. [*Vide Gell. cap. vlt. lib. 18.*]

Hexăphŏrum, ἑξάφορον. Lecticam significat, quæ à sex seruis lecticariis ferri solebat. *Martial. lib. 2.* Laxior hexaphoris tua sit lectica licebit. *Vide* LECTICA.

Hexăstĭchum, ἑξάστιχον. Hordeum dicitur, cuius spicæ sex ordines habent. sicut distichum, cuius spicæ duos tantùm habent ordines. *Colum. lib. 2. c. 9.* Proximus est his frumentis vius hordei: quod rustici hexastichum, quidam etiam cantherinum appellant.

Hexecontalithos, ἑξηκοντάλιθος, Gemma, quæ tametsi vireat, in parua tamen magnitudine multicolor est, ita dicta quòd sexaginta colores habeat. ἑξήκοντα enim sexaginta λίθος lapis. *Vide Plin. lib. 37. cap. 10.*

Hexērēs, penultima producta. ἑξήρεις. Naues dicuntur quæ sex ordines remorum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

remorum habent. *Liu. 7. bel. Maced.* Regia classis septem & triginta maioris formæ nauium erat, in quibus tres hepteres, & quatuor hexeres habebat: præter has decem triremes erant. [*Idem Liu. l. 9. bell. Pun.*]

H ante I

H. I. In notis antiquorum, hæreditatis iure, vel hercle iurauit. H. I. hic inuenies. HIC. IN. EDF. REG hîc inuenies ædificium regale. HIC. LOC. HÆR. NON. SEQ. hic locus hæredes non sequitur H. L. honesto loco vel hic locus. H. L. D. hunc locum dedit. H. L. N. honesto loco natus. H. L. H. N. S. hic locus hæredes non sequitur. H. M. honesta mulier, vel hora mala, vel hora mortis. H. M. AD. H. N. TRAN. hoc monumentum ad hæredes non transit. H. M. D. A. hoc mandauit dari Augustus. H. M. EX I. N. REC. hoc monumentum exteros non recipit. H. M. D. M. A. huic monumento dolus malus abest. H. M. H. E. N. SEQ. hoc monumentum hæredes eius non sequuntur. H. M. H. N. S. hoc monumentum hæredes non sequitur, vel hæredem non sequetur. H. M. M. hic memoria mirabilis. H. M. P. hic memoriæ posuit, vel hæc monumentum posuit. H. M. S. M. hic mater sua mortua, vel hora mala sumpsit moram. H. M. S. S. E. H. N. S. hoc monumentum suis successoribus eadem hæreditate non succedit.

HIARBAS, *Ἰάρβας*, Iouis filius ex Garamantide nympha, & Getulorum rex, qui quum ab Elisa, quam in matrimonium petierat, repulsam tulisset, ira commotus, nascenti adhuc Carthagini bellum intulit. Cuius belli metu quum illa à ciuibus suis cogeretur Hiarbæ nubere, impetrata mora, vt Sichæi prioris mariti manes placaret, seipsam in pyram, quam tanquam sacrificatura extruxerat, conscendit, maluitque se comburere, quàm secundas nuptias experiri. Docti scribũt Iarbas sine aspiratione.

HIÆSCO, Hiato, Hiatus, *vide* Hio, hias.

HIBERIS, idis, *ἰβηρίς*. Herba est folia habens nasturtij, vere viridiora, caulem cubitalem, aut minorem, florem autem lacteum. Nascitur in incultis. *Ruellius* eam esse credit quam Latini lepidium syluestre, herbarij *Valerianum pratensem* appellant.

HIBERNIA, Insula in mari Atlantico. *Cæsar lib. 5. bell. Gallici*, Hibernia (*inquit*) dimidia minor, vt æstimatur, quàm Britannia. Huius incolæ, longè magis quàm Britanni syluestres sunt, vt scribit *Strabo lib. 4.*

HIBISCUS, siue hibiscum, Herba non dissimilis maluæ (*vt inquit Theophrast.*) folio maiori, quàm maluæ piloso, isque caule. *ἀλθαία, ὑβίσκος.* GALL. Mauues, ou menus panets, guimauues. ITA. & HISPAN. *Malua uisco.* GERMA. Eibischkraut.] Alio nomine althæa dicitur, & à vulgo sepiasiorum *Bismalua.* Vsus ad rupta & tusses. *Plin. lib. 19. cap. 5.* Hibiscum à pastinaca gracilitate distat, damnatum in cibis, sed medicinę vtile. *Virg* accipit pro iunci, siue viminis genere *Eclog. 2.* Hœdorúmq; gregem viridi compellere hibisco.

HIC, ISTE & ILLE, {זֶה *zeh. ἥτος.* GALLIC. Cestuy ci. ITAL. *Questo, cotesto, quello.* GER. Diser/der. HISP. *Aqueste, esse, aquel.* ANG. *This, he.*} [*Plaut. sc 5. a. 1.* Hic dux, sic ille est pædagogus. *Plaur Men. sc. vlt. a. 5.* Hic tui, Túque huius similis. *Idem Capt prolog.* Hos quos videtis stare illi stant. *Ibidem*, Hic, illius, ille huius fert imaginem. *Ibidem Capt. sc. 3. a. 3.* Hic ille est dies cui nulla salus. *Ouid. 13. Metam.* His humeris, his, inquam humeris. *Plaut. Milit. sc. 3 a. 2.* Vidi his duobus oculis.

¶Hic pro is. *Plaut. Capt. sc. 2. a. 2.* Hic est huius cliens, ¶Pro ego, *Plaut. Curc. sc. 1. a. 2.* Solus hic homo est qui sciat diuinitus, (id est, ego.) *Idem Milit. sc. 3 a. 2.* Tollat has ædes, atque hunc in crucem (id est me) *Idem Pla. Pseud. sc. 5. a 1.* Iuberes hunc in pistrinum trahi (id est me.) *Idem Plaut. Aul. prologo.* Hic qui poscet sibi vxorem. (suprà, est asinculus.) *Ouid. Eleg. vlt. lib. 4 Trist.* Cum tamen hic essem, (id est eiusmodi tam mollis) &c. Hac dextra, *Vide* dextra.] Differunt in hunc modum, vt Hic cum suis deriuatis & compositis dicatur de persona, aut re loquentis, aut certè de re, aut persona illi proxima. Iste spectet personam audientis, quam nos vocamus secundam personam, hoc est personam vel rem ei cui loquimur proximam. Ille verò ad tertiã personam refertur, quæ remota est tam à loquente quàm ab audiente. *Cic. Curioni*, Putarésne vnquam accidere posse, vt mihi verba deessent, neque solùm ista vestra oratoria, sed etiam hæc leuia nostraria? Eadem quoque ratio est eorum aduerbiorum quæ localia nominata, ab iisdem pronominibus formantur: vt hîc denoret locum primum, in quo est is qui loquitur, aut scribit: isthic secundum locũ vbi est cui loquimur, aut scribimus: illic tertium & remotum quendã locum, in quo neque ego sum qui loquor aut scribo, neque tu, sed tertius quidam locus remotus ab vtroque nostrũm. Quare sic aptè loquemur, Hîc noui habemus nihil, quòd si quid isthic vobis acciderit, scire cupio. Item sic, Regis Hispanorum orarores, qui diebus superioribus hac iter habuerunt, ad quod tempus isthuc peruenerint, facies me certiorẽ. *Cic. Valerio*, Ibi malis esse, vbi aliquo numero sis, quàm isthic vbi solus sapere videare. Ille verò, *ἐκεῖνος*, cum aduerbiis ab eo formatis (quemadmodum iam diximus) significat rem seu locũ ab vtroque remotum. *Plaut.* Quis est, quem videmus venientem, pannosum ac squalidum. Illéne est noster Syrus? *Plin.* Hæc omnia ad nos ex illa prouincia comportantur. Illinc succi, illinc odores, illinc extremo orbe quæsitæ luxuriæ opes.

¶Duobus autem modis construuntur, demonstratiuè & relatiuè. *Teren. in Eunuch.* Viden' tu illum Thais? *Seneca*, Et qui hoc facit sanè prudens appellandus est. Et tunc hic eandem significationem habet, quamuis à quo in nominatiuo pluralis numeri vtriusque generis scriptura distinguitur. Hi enim & hæ cum aspiratione & vna vocali, ab eo quod est hic & hæc descendunt. Ij vero & eæ cum duabus vocalibus sine aspiratione fiunt ab is, ea, id. ¶Sciendum quoque est hic quum pronomen est, indifferenter produci aut corripi. *Virg. 4. Æn.* Hæc finis Priami fatorum, hic exitus illum Sorte tulit. Quando verò aduerbium est producitur, vt Posthabita coluisse Samo, hîc illius arma.

¶Hic interdum accipitur pro talis, vt *apud Virg. lib. 1. Æn.* Hunc ego te Euryale aspicio. ¶Præterea quemadmodum hic pronomen accipitur pro talis, ita hîc aduerbium pro in tali loco & tam sordido. Accipitur quandoque iste pro hic. *Cic.* Quum isto tempore stent cũ gladiis armati. Hic & is, alio modo vsurpari solent ab autoribus, vt, Alexander paruis copiis fretus superauit Darium cum infinito exercitu, & id (*ἡ πεῖρα*) vel in adolescentia. ¶Ab Hic tam pronomine quàm aduerbio fiunt hicce & hiccine, *ὅπως*: illud eiusdem significationis cum hic, hoc semper interrogatiuè ponitur, quasi hícne. [*Plaut. Curc. sc. 3. a. 5.* Hóccine pacto me condemnatum abripi? *Idem Milit. sc. 1. a. 1.* Hiccine est Achilles tibi? *Ibidem sc. 2. a. 2.* Philocomasium hiccine etiam nunc est? (sup. apud vos) *Idem Pseu. sc. 2. a. 1.* Húncine hominem? *Idem Plaut. Milit. sc. 2. a 2.* Non possunt mihi minacis hîce oculi fodiri, &c.] Dicitur & hicce, hæcce & hocce. *πουΐ.* Vnde *apud Terent.* Hice plurali numero dicitur hi: Hice arbitrantur, nunc hoc munere suam esse Thaidem. *Plaut. in Capt.* Hice autem inter se confixerunt dolum. [*Plaut Men. sc. 2. a. 1.* Post huncce diem. *Plaut. Men. sc. 2. a. 1. Idem Amphit. sc 1 a. 1.* Ea signa nemo horumce familiarium videre poterit.]

Hîc, aduerbium. In loco, in hoc loco. {פֹּה *poh. ἐνταῦθα, ὧδε, ἐνθάδε, ἐνθαδί:* GALL. Ici, en ce lieu. ITAL. *Qua, in questo luoco qui.* GERM. Hie an disem ort/da. HISP. *Aqui donde yo esto* ANG *In this place, here.*} [*Plaut. Men. sc. 6. a. 1.* Hîc parato oppido. *Idem Pseud. sc. 2. a. 2* Hîc doli, hîc fallaciæ, hîc sycophantiæ. *Ibidem sc. 2. a. 3.* Hîc homines tam breuem vitam colant (id est, in terris.) *Idem Pseud.* Hic (id est, in crumena) sũt quinque minæ] *Terent. in Eunuch.* Iam frater ipse hîc aderit virginis. *Ibidem*, Thais, ego iamdudum hic adsum.

[Hic, pro huc: *Plaut. Asin. sc. 2. a. 1.* Exit hîc ante ostium. ¶Hic intus: *Vide* Intus.] ¶Hic pro tum aduerbium temporis. *Terent. Hecyr.* Hîc animus partim vxoris misericordia deiectus, &c. *Cicer. 5. Verr.* Hic illi flentes rogare atque orare cœperunt, vt, &c. *Virgil. lib. 1. Æneid:* Hic regina grauem gemmis auróque popposcit, Impleuítque mero pateram. [¶Hic, pro tunc temporis. *Plaut. Mostell. sc. 2. a. 1.* Hîc vitium ædibus additur.]

Hinc, aduerb. de loco. {מִפֹּה *mippoh. ἐνθεν, ἐνθένδε, ἐντεῦθεν.* GAL. D'ici où ie suis, de ceci, de ce lieu. ITA. *Di qua, da questo luoco.* GERM. Von hinnen/von dannen. HISP. *De aqui.* ANG. *Frome hence, fiome this place.*} *Plaut. Amphitr.* Atque is repentè abiit ex me hinc ante lucem. *Terent. in Adelph.* Nam vt hinc fortè ea ad obstetricem erat missa, vbi eam vidi illico Accedo. [*Tibull. lib. 4.* Nec tamen hinc aut hinc tibi laus, maiórve minórve. *Plaut. Men. sc. 2. a. 5.* Hinc stas, Illinc caussam dicis *Plaut. Amphitr.* Hinc atque illinc veta suscipere. *Idem Milit. sc. 3. a. 2.* Nihil est qua hinc huc transire possit. (i domo foras.) *Plaut. ibid.* faciam vt hinc exire videas domo, foras. *Idem Men. sc. 1. a. 4.* Pallam hinc ad Phrygionem ferebat, quam surripuit domo. *Ibidem sc. 2. a. 5.* Amat meretricem hinc è proximo. *Item*, Quis me capillo hinc de curru deripit? *Idem Milit. sc. 1. a. 2.* foris concrepuit hinc à vicino sene. *Plaut. Pseud. sc. 3. a. 1.* Hinc porrò quid agas, consulas. (pro dehinc.) *Tibull. lib. 4.* Hinc placidus nobis per tempora labitur annus. (id est, ex ea temperie zonarum.) ¶Hôc, pro Ideò, & hoc pronomen. *Vide infrà pòst* Hoc anus.

Hāc, aduerbium per locum. {*πάντῃ, πῇδε, πανδί, παντῇ.* GAL. Par ici, ITAL. *Per qua.* GERMAN. Hiedurch disen wãg. HISP. *Por aqui donde yo estoy.* ANG. *By this place or way.*} *Terent. in Eunuch.* Ite hàc omnes vos: valete & plaudite. Hàc iter est. *Virg. 9. Æneid.*

Hūc, aduerbium ad locum. {הֵנָּה *peh. δεῦρο, αὐτόσε, δεῦ, ἐνθάδε.* GALLIC. Ici, en ce lieu. ITA. *Qua, à questo luoco.* GERMAN. Hieher. HISPAN. *Aca donde yo esto.* ANG. *To this place.*} *Virg. 2. Eclog.* Huc ades. Huc abi: cum illò, *Terent. Eunuc. Cic. 2. Tuscul.* Huc arripe ad me manibus abstractam piis.

[Hiempsal, Rex Numidiæ. *Plut. in Num. & Sallust. in Iugurth.*]

HIERA, *ἱερά*, vulgò *Suda*, Insula inter Siciliam & Liparam, Vulcano sacra, vna ex Æolis. {GERM. Ein insel zwischen Sicilien vnd Liparam/ist derem Vulcanus sein Schmitten gehabt hat.} In hac vetustas Vulcani officinam fuisse credidit, quòd nocte cerneretur ignis plerumque, interdiu fumum copiosissimum emitteret. [*Senec. epist. 84.* Vt cursores solent, Hieram fecimus] *Vide Thucyd. lib. 3.* ¶Fuit & via sic dicta in agro Attico, quòd ea irent sacerdotes ad Eleusinam Cererem. ¶Hoc nomine appellata est vxor Telephi regis Mysorum, quæ à Nereo interfecta dicitur, quum marito ferret opem; qui ab Achille vulneratus fuerat. Ea (vt fabulæ tradunt) tantæ fuit pulchritudinis, vt etiam Helenam superaret.

HIERAEA, *ἱερεία*, Ex. gua regio Libyæ in Cyrene, *Steph.*

HIERACOMES, Vide Hieracomitæ.

Hieracites, *ἱερακίτης*. Gemma est à colore accipitris sic dicta, quẽ Græci *ἱέρακα* appellant. *Plin. lib. 37. c. 10. & 11.*

Hierācĭŏn, *ἱεράκιον*. Herba est duorum generum. Hieracium maius caulem emittit asperum, subrubrum, spinosum, caulem: folia ex interuallis rariusculè diuisa, similia soncho per ambitum, flores autem luteos in capitulis. Hieracium minus, folia ex interuallis habet diuisa in ambitu, cauliculos teneros, virentes, in quibus lurei flores in orbem circinati emicant. ¶Hieracia à *Plin.* inter agrestis lactucæ genera numeratur, dictámque existimat ab eo quòd accipiter eius succo oculorum caliginem discutiat. *Vide locum ipsum libr. 20. cap. 7.*

HIERANÀ, *ἱερὰν*, In mari Cretico est & alia Ægypti, *Steph.*

HIERAPHE, *ἱεραφή*, Insula Lybiæ, *Steph.*

HIERAPYTNA, *ἱεραπύτνα*, Vibs Cretæ, quæ prius Cyrba, deinde Pytnà nominabatur, postea Camyros, postremo Hiera Pytna, inde Hierapytnius.

Hierānthĕmis, *vide* ERANTHEMIS.

Hiĕrăpiera, *ἱερὰ πικρὰ*, Confectionis genus est, à *Galeno* inuentum; ità dictum ab amaritudine aloes, quam multum recipit.

HIERAPOLIS, pen. cor. *ἱεράπολις*, Ciuitas Asiæ, contra Laodiceam, vbi aquæ calidæ scaturiebant, quæ in tophum admodum facilè durabãtur. ¶Est præterea Hierapolis aliis miraculis insignis. Præcipuè vero admiratione dignũ videri potest, quod de Plutonio ore tradit *Strab. lib. 13.* in collis Hierapoli imminentis fastigio, puteũ esse semiug ri magnitudine, tam pestilentes exhalantem nebulas, vt omnia animalia septum ingressa extinguat, quum tamen vicinus aër sit innocuus: *Strabo* ipse se aliquãdo passeres intra septum hoc immisisse testatur, qui statim mortui conciderunt. Autor est præterea idem *Strabo* circà Hierapolim aquam esse adeò tingendis lanis idoneam vt ex radicibus tinctæ, cum iis decertarent, quæ ex purpura tingebantur.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶Dicta est autem Hierapolis, *teste Steph.* à multitudine sacrorum siue templorum quæ Græci ἱερὰ vocant. Huius oppidi incolæ, Hierapolitæ, ἱεραπολῖται dicuntur. ¶Secunda est Cretæ, tertia Syriæ, quarta Cariæ.

HIERARCHIA, ἱερᾰρχία, Sacrorum principatum significat: & hierarcha, ἱεράρχης, sacrorum præfectum. *Dionysius in lib. de Eccl. Hierarch.* hierarchiam definit ordinatam omnium sacrorum administrationem, & hierarchen, virum diuinum omnium eorum quæ ad sacrorum cognitionem pertinent, peritum.

HIERATICA, ἱερατικά, Chartæ quoddam genus subtilius, religiosis tantùm uolumínibus dicatum, quæ ab adulatione Cæsaris Augusti nomen ac cepit. *Plin. lib. 13. c. 11.*

HIERI, Populi sunt ultra Sauromaras, calui & simi à natiuitate omnes & promiscuè barbam habentes, qui ideò ἱερεῖ, id est, sacri dicuntur, quia nihil iniustè agunt, nec bella norunt.

HIERICVS, tis, ἱερεχώ, Oppidum Iudææ, inter Hierosolyma & Iordanem situm palmetis circunquaque consitum & fontibus irriguum. {GER. Hierichó/em statt in Judischen land.} *Vide Plin. l. 5. c. 14.*

HIERO, ἱέρων, Syracusanorum quondam tyrannus, qui mansuetudine & lenitate itémque corporis pulchritudine, & viribus adeò præstitit vt omnibus penè miraculo esset. *Vide Iustinum lib. 23. Pl. Men sc. 4. a. 2.* Hieronymi regnum tradidit Liparo.] ¶Hiero alter Ferreus cognomento, Athenieusis, familiaris Niciæ ducis Athenien sis, vnaque cum eo disciplinis eruditus: poemata nonnulla conscripsit quæ *Plaut. in Nicia* ad ætatem suam peruenisse testatur.

HIERÖBOTĀNE, ἱερῳβοτάνη. Verbenaca herba, ab vsu nomen sortita, quòd ea in sacris vterentur, ad Iouis mensam verrendam, domúmque lustrandam. Hanc etiam legati ad hostes ituri manu ferebant. Duo eius sunt genera, *qua vide apud Plin. lib. 22. c. 9.*

HIEROCOMITAE, ἱερακωμῖται, Populi ab Hieracome ciuitate Cariæ. *Autor Polybius.*

HIERÖCŌMĪON, ἱερακμεῖον, Locus in quo leprosi aluntur. ἱερὸν enim inter cætera elephantiasim significat, quam arabes lepram appellant.

HIERÓDŪLI, orum, pen. prod. {כמרים *chemarim* משרתים *mascharetim.* ἱερόδουλοι.} Sacrorum ministri. *Iulius Firmicus li. 8.* Matheseos scribit futuros ædituos, aut hierodulos qui habuerint horoscopum in vicesima sexta parte Geminorum.

HIERÓGLYPHICÆ, literæ, ἱερόγλυφα γράμματα, dictæ sunt apud Ægyptios notæ quorundam aut animantium, aut aliarum rerum sacris monumentis, quæ illi hieroglypha vocabant, incisæ: quibus vice literarum vtebantur, quum literæ adhuc non essent inuentæ. Quod etiam apertissimè testatur *Cornelius Tacitus*: Primi, inquit Ægyptij per figuras animalium sensus mentis effingebant, & antiquissima monumenta memoriæ humanæ saxis impressa cernuntur, & litterarum inuentores perhibentur.

HIERONICAS, ἱερονίκας, vocamus victores sacrorum certaminum, hoc est Olympiorum, Pythiorum, Isthmiorum seu Nemæorum. [*Suetonius in Neron. cap. 24.* Ac ne cuius alterius hieronicarum memoria, aut vestigium extaret vsquam, subuerti & vnco trahi, abiicíque in latrinas omnium statuas & imagines imperauit. *Idem Sueton. cap sequenti*: Reuersus è Græcia Neapolim, quòd in ea primùm aureum protulerat, albis equis introiit, diiecta parte muri, vt mos hieronicarum est.]

HIERŌNYMVS, ἱερώνυμος, Proprium nomen doctoris Ecclesiastici, cuius opera in pretio habentur. Latinè sactum nomen interpretari possumus, quasi ἱερὸν ὄνομα, o paruo in y commutato. {GER. Ein gottes verstendiger lehrer die Kirchen von Seridon burtig.} ¶Fuit & hoc nomine philosophus ex Rhodo insula, qui finem summi boni posuit in indolentia, quæ Græcè dicitur ἀοχλησία. ¶Alius præterea fuit hoc nomine Siciliæ Tyrannus, Hieronis filius, qui patri admodum puer successit. Quapropter pater ei metuens, relictis tutoribus XV. mandauit moriens, vt fidem erga pop. Rom. annos quinquaginta ab se cultam, inuiolatam seruaret. Hic postea abiecta tutela, contempta patris disciplina ac moderatione, luxurioſiùs & arrogantiùs agendo, à Romanis desciuit, Annibalique adhæsit. Quúmque superbè nimis in ciues sese haberet, ab iisdem interfectus est. *Autor Liuius lib. 24.* ¶Hieronymus historicus Rhodius familiaris Demetrij Poliorceris, relictúsque ab eo præfectus in Regione Bœotię, scripsit res ab illo gestas, *vt scribit Plut. in Demetrio.*

HIEROPHĀNTĒS, ἱεροφάντης. Ædituus, sacrorum custodiæ præfectus. *Hieron. contra Iou.* Hierophantas quoque Athenien sium vsque hodie circunsorbitione castrari: & postquam in pontificatum fuerint electi, viros esse desinere affirmat. In quem locum annotauit *Erasmus*, Hierophantas non proprié dici sacerdotes, sed magis sacrorum custodes, quos Latinè vocamus ædituos. Hierophantę dicti, siue ab eo quòd sacra ostenderent, siue quòd sacris cibis vescerentur. Nonnunquam tamen pro ipsis sacerdotibus.

HIEROPHYLAX, phylacis, Custos sacrorum. {כמר *chamar* משרת *meschereth*, ἱεροφύλαξ. GAL. Secretain, gardien des choses sacrees. ITA. *Guardiano di cosa sacre* GER. Der vber heiligen ding sorg vnd hut tregt. HI. *Sacrist in o guardador del templo.* ANG. *A churche waren.*} quasi τὸ ἱερὸν φυλάττων. *Scæuola de Ann. legat. l. 2.* Annua sacerdoti, hierophylaci & libertis.

HIEROS colpos, id est sacer sinus, prope Aradum ciuitatem est. *Steph.*

HIEROSOLYMA, Hierosolymę, & Hierosolyma, Hierosolymorum, & Hierosolymę, Hierosolymarum, numero plurali: vrbs Iudææ, totius Orientis clarissima, quę & Hierusalem vocabatur. {ירושלם *jeruschalaim* ἱεροσόλυμα. GERM. Jerusalem die statt gottes / ein hauffpfstatt des Jutsischen landts.} *Cic. pro Flacco*, Quum aurum Iudæorum nomine ex Italia Hierosolymam exportari soleret, hic Cn. Pompeius captis Hierosolymis victor ex illo fano nihil attigit. *Suet. in Nerone.* Sponderunt tamen quidam destituto ei gubernationem Orientis & regnum Hierosolymorum. [*Sueto. in August. cap. 93.* Hierosolymam præterueher s noluit supplicare. *Idem in Neron. cap. 40.* Priuato siue destituto Nerom regnum Hierosolymorum nonnulli spoponderũt.] Hierosolyma (*vt scribit Hegesippus*) quę primo Solyma dicebatur, posteaquam re Chananęus, cognomento Iustus, qui fuit conditor Solymorum, templum ei addidit. nam Græci ἱερὸν templum vocant. *Eusebius libro 9. Euan. præpar.* Hierosolyma appellari ait, quasi hieron Solomonis, hoc est, ędem Solomonis, à templo quod Solomon Hierosolymis pulcherrimum magnificentissimúmque constr uxit.

HIEROSOLYMITA, pen. prod. {ירושלמי *miruschalájm* ἱεροσολυμίτης. & Hierosolymitanus.

HIEROSOLYMARIVS, dictus est Cn. Pompeius ab Hierosolymis expugnatis. *Cic. lib. 2. ad Attic.* Si vero quę de me pacta sunt, ea non seruantur, in cœlo sum, vt sciat hic noster Hierosolymarius traductor ad plebem, quàm bonam meis puriſſimis orationibus gratiam retulerit.

HIERÓTHEVS, ἱερόθεος, nomen viri proprium, & interpretatur, sacer deus.

HILA, ἵλεον, Intestinum tenue ab hira, siue ab hilum (*inquit Varr. lib. 4. de lingua Latina*) quod est minimum. Vnde quandoque hilę pro intestinis fartis, aut lucanicis, accipi solent. *Plaut.* Atque hilas est fumatas, & sumen. ¶Ab hila, siue ab hira, vt Festo placet, fit diminutiuum hila. *Horat. Serm. Satyr. 4.* Perna magis hillis Flagitat immorsus refici. ¶Quandoque ponitur pro eo intestino quod in anum resi luitur, quod medici vocant Rectum. *Laberius*, Neve aliter hunc prædicabis, quomodo video adulescenti nostro cædis hillas.

HILARIS, hilare, pen. corr. Iucundus, lętus, facetus) (tristis: mœstus, horrida vita atque inculta. {עלין *halíz* שמח *saméhach.* ἱλαρός, φαιδρός. GAL. Ioyeux, gay, gaillard. ITA. *Allegre, lieto.* GER Frölich frendig HIS. *Alegre.* ANG. *Mery, frolike.*} [*Plaut. Amphitr.* Tristis sit, heri si tristes, hilarus sit, si gaudeant. *Idem Plau. Asin. sc. 1. a. 5.* Quin te hilarem das mihi? *Idem Mostel sc. 4. a. 1.* Ingenio hilari & lepide nos accipiet.] *Plaut. in Asinaria*, Credam istuc, si esse te hilarem videro. *Cic. ad Qu. fratrem*, Risi nieum atram, téque hilari animo esse, & prompto ad iocandum valde me iuuat. *Horat. 1. Epist. 19.* Oderunt hilarem tristes, tristémque iocosi. *Terentius in Eunuch.* Certè tu quidem pol multò hilarior.

¶Pro eodem dicimus etiam hilarus, ra, rum. *Plautus in Milite*, Hilarus exit, impetrauit. inhiat quod nusquam est miser. *Terentius in Adelph.* ita decet, hilarum ac lubentem fac te in nari nuptiis.

HILARŪLUS, hilaruli, diminutiuum. {ιλαρόπους. GALL. Ioliet, guilleret, vn peu ioyeux. ITA. *Al quanto lieto.* GER. Zimlich frölich. HIS. *Alegre vn poco.* ANG. *Somewhat mery an pleasant.*} *Cic. ad Attic. lib. 16.* Atticę quoniam quod optimum in puetis est, hilarula est, meis verbis luauium des.

HILARITAS, Festiuitas, iucunditas, suauitas, lætitia. {עליזות *hallizúth.* ἱλαρότης. GALL. Ioye usete, gayeté, resiouyssance. ITALIC. *Allegria.* GERMAN. Fröligkeit. HISPAN. *Alegria.* ANGLIC. *Merinesse, ioyfulnesse.*} *Cicer. Dolabellæ*, Sed tamen hilaritas illa nostra, & suauitas, quæ te præter cæteros delectabat, erepta mihi omnis est. *Idem l. de Finibus*, Non enim hilaritate, nec lasciuia, nec risu, aut ioco comite lenitatis: sed sæpe etiam tristes firmitate, & constantia sunt beati.

HILARĒ, & Hilariter aduerbia, Lætè, cum hilaritate. {φαιδρῶς. GAL. Ioyeusement, gayement. ITA. *Allegramente, lietamente.* GER. Frödiglich/ frölichen. HIS. *Alegramente.* AN *Merilie, pleasantlie.*} *Cicer. de Fin. l. 5.* Dicimus aliquem hilarè viuere: igitur si semel tristior effectus est, hilara vita amissa est? *Idem 3. de Orat.* Quis vnquam res, præter hunc, tragicas penè comicè, tristes remissè, seueras hilarè, forenses scenica propè venustate tractauit?

HILARĪTUS, pro hilariter dixit *Plaut. in Milite*, Es, bibe, animo obsequere mecum atque onerato hilaritus me.

HILARITŪDO, inis. Antiqui etiam dixerunt pro hilaritate. {ANG. *Merinesse.*} *Plaut. in glorioso.* Siue animo obsequere mecum atque onerate hilaritudine ex Nonio.

HILARO, ras, Lætitiam, iucunditatémque adfero, exhilaro, oblecto. {שמח *simméach.* φαιδρύνω, ιλαρύνω. GALLI. Resiouir, delecter. ITA. *Allegrare, dar allegrezza.* GER. Frölich vnd mutig machen. HISP. *Allegrar à otro.* ANG. *To make merie or cher full.*} *Cic. lib. 2. de Finibus*, Omnem enim iucundum motum, quo sensus hilaretur Græcè ἱδιωτὶ, Latinè voluptatem vocant. Quæ mansiones hyemi parantur, ita sunt constituræ vt possit eas hyberni Solis totus propemodum cursus hilarare. Huius compositum est Exhilaro.

HILARĒSCO, Hilaris fio. {שמח *saméa* ἱλαρύνομαι. GALL. S'esiouir, estre aise. ITAL. *Farsi allegro, allegrarsi.* GER. Frölich werden. HIS. *Allegrarse.* ANGLI. *To waxe merie or frolike.*} *Varr.* In votum amicorum domus fumat, hilatesco.

HILARIA, orum, ἱλάρια, [i. festa matris deûm. *Lamprid. in Alexand. Seuer.*] tantùm pluraliter, & gen. neu. sicut Saturnalia, antiqui diem æquinoctij verni colentes appellarũt, *vt inquit Macrobius*, nempe octauum Calendas Aprilis, quo fit æqu noctium vernum: quo primum tempore Sol diem longiorem nocte protendit. *De hu meminit Flauius Vopiscus in Aureliano. Vide Budæum in Epist.*

HILARIVS, ἱλάριος, Phrygius quidam vates, sub Iouiniano principe, literarum quidem imperitus, cæterùm tanta diuinandi peritia præditus, vt Deus cum illo futurorum cognitionem communicasse videtur. ¶Fuit præterea eodem nomine Senator quidam Antiochenus, *de quo vide multa apud Suidam.* ¶Est præterea Hilarius nomen proprium doctoris Ecclesiastici, cuius etiamnum multa extant opera.

HILLA, æ, fœm. gen. vel Hilla, orum, neut. {ὑστερα, ἐγκάτιον, ὁ ἀλλᾶς. GA. Saulcice, ou endouille. ITA. *Salsiccia.* GER. Ein darm oder wurst HIS. *Salcicia, longaniza.* ANG. *A small gutte or chirterling, salted.*} *Horat. 2. Sermonum Sat. 4.* perna magis an magis hillis Flagitat immorsus, refici. Quo loco *Acron.* Hilla, *inquit*, dicuntur falsa intestina hirci. Positũ est dimcnutiuè hæc hilla. Quidã in diminutione neutri generis esse dicunt. Alij dicunt fracta falsitia. *Hæc ille. Varr. de ling. Lat. lib. 4.* Ab hilum deducit, quod est minimum. Videtur esse intestinum porcinum illud

lud farctum aliis inteſtinis. *Plaut.* Atq; illas eſt fumatas & ſumen.

Hilum, li, Punctum illud nigrum quod in ſummitate fabæ cernitur. {GALL. Le noir de la feue. ITA. *Il negro della faua.* GERM. Das klein ſchwartz flöcklein an den bonen. HI. *El nero de la haua.* ANGL. *The blak kof a beane.*} Et pro re exigua ſumitur, quæ parui vel nullius pretij eſt: quod Græci dicunt. γρύ. GAL. Si peu que rien, rien ITA. *Coſa picciola, niente.* GER. Etwas nichts ſollends/das nichts wärdt iſt. HI. *Nada.* ANG. *A dandepraie a dolkin.*} *Cic. 2. Tuſ.* Tum illud quod Siſyphus verſat ſaxum, ſudans nitendo, nec proficit hilum, id eſt quicquam, tã tillum, minimúmque. ¶ Ab hoc nomine fit nihilum, quaſi ne hilum quidem: & per apocopen nil. *Lucretius,* Ex nihilo nihil, in nihilum nil poſſe reuerti. *Varr. de ling. Lat. lib. 1.* Iraque vt eam quem putamus eſſe non hili, dicimus nihil: ſic in quo putamus eſſe nequicquam, dicimus nequam.

HĬMĀNTŎPŎDĔS, penul. cor. ἱμαντόποδες. Populi in Æthiopia loripedes, quibus ſerpendo ingredi natura eſt: hoc eſt. *vt Solinus interpretatur,* flexis crurum nexibus ingredi. ἱμάντα enim Græci lorum dicunt. *Plin. lib. 5. c. 8.* ¶ Eſt etiam himantopus auis ardeolæ magnitudine, cui alæ Grauiæ, oblongæ atque in acutum ferè deſinentes, corpus Phænopteri quaternum digitorum longitudine, & ſecus quàm in reliquis, circa finem ex plano ac lato acuminatum, ac nigrum, cum alioquin totum rubeſcat. Caput, collum, alarum pars exterior per tranſuerſum albicat. vnde Picæ nomen inditum, cauda circa extremum nigra, longa vt anatis: crura longa: pedum digiti terni, breues. *Plinius ſic de ea auis lib. 5. ca. 8.* Porphyrionibus roſtrum & prælonga crura rubent: Hæc quidem & himantopodi (nomen à crurum longitudine lori inſtar) multo minori: quanquam eadem crurum altitudine, naſcitur in Ægypto, Inſiſtit ternis digitis, præcipuè ei pabulum muſcæ.

HĬMĔLLĂ. Fluuius eſt Sabinorum, *de quo Virgil. lib. 7.* qui flumen Himellæ, Et Tyberim Fabarímque bibunt, &c.

HĪMĔRĂ, ἱμέρα. Fluuius Siciliæ, in duas partes diuiditur, & in altera dulcem ſaporem, in altera ſalſum retinet. Eſt etiam vrbis nomen eiuſdem inſulæ. *Silius lib. 4.* Armauêre ſuos, quà mergitur Himera Ponto. *Vide Plin. lib. 3. c. 8.*

Hīn, הין *hin,* Dictio eſt hebraica, quam *Hieronymus* interpretatur genus menſuræ, continentis duos coros Atticos, hoc eſt duos ſextarios Italicos.

HĪNC, *Vide* in HIC.

Hinnĭo, nis, niui, nitum, pen. prod. Proprium eſt vocis equorum: & tamen ad homines quoque transfertur, quemadmodũ adhinnio. {צרוד *tſahál:* χρεμπτίζω. GAL. Hennir, hinnir. ITAL. *Anestrire.* GER. wihelen/ſchreyen wie ein roß. HIS. *Relinchar el cauallo.* ANG. *To neye lick an horſe.*} *Quintil. lib. 1. c. 5.* Iam ne balare quidem, aut hinnire fortiter diceremus, niſi iudicio vetuſtatis niterentur.

Hinnītŭs, tus {מצהלה *mitſ'aláh.* GAL Henniſſement ou hinniſſemẽt. IT. *Annitrimento.* GE. Das roßgeſchrey/oder das wihelen der roſſen. HIS. *Aquell relinchido del cauallo.* AN. *Aneyeng.*} *Cic. 1. de Diuin.* Quum autem aliquantum progreſſus eſſet, ſubitò exaudiuit hinnitum, reſpexitque, & equum alacrem aſpexit.

Hinnŭs, hinni. {פרד *péredh* ישים *jemim* אחשתרנים *achaſchteranim.* ὁ ἐκ ἡμίονος, ὁ ἐξ ἵππου καὶ ὄνου θηλείας. GAL. Mulet ou mule engendrée d'vn cheual & d'vne aneſſe. ITA. *Mulo generato di cauallo & d'aſina.* GER. Ein thier/das von einem roß vnd eſſlin geboren iſt/ein kleiner mauleſel. HI. *El mohino, hijo de cauallo y aſina.* ANG. *A mule egendred betwene an horſe an a ſhe aſſe.*} Animal quòd ex equo & aſina naſcitur. *Varro lib. 2. de Re ruſt. capit. 8.* Multi & hinni bigeneri, atque inſtitutij non ſuopte genere ac radicibꝰ. Ex equa enim & aſino fit mulus: contra ex equo & aſina hinnus. *Ibidem paulò pòſt,* Hinnus qui appellatur ex equo & aſina minor eſt, quàm mulus corpore.

Hinnŭlŭs, li, pen. cor. Ceruorum, caprearum, capreolorum, damarum & ſimilium fœtura. {עפר *hópher.* GAL. Faon de biche ou autre beſte. ITA. *Pigliuolo di capriuoli, dami di caualli & ſimili.* GER. Ein iunges eines hirtzen/rechbocks/gembſen oder anderer derley thieren. HIS. *Enodio ò ceruatillo, hijo de cieruo ò otra beſtia.* AN. *A faune or hinde calf.* ¶ Accipitur etiam hinnulus pro paruo hinno, hoc eſt pro fœtu ex equo & aſina nato. *Plin. lib. 8. cap. 44.* Equo & aſina genitos mares hinnulos antiqui vocabant, contráque mulos, quos aſini & equæ generarent. ¶ Hinnulus leonem, ὁ νεβρὸς τὸν λέοντα, Subaudiendum, cepit, vicit, aut prouocat, aut id genus aliquod, pro ratione ſententiæ. Prouerbialis eſt allegoria, qua vti licebit, quoties præpoſtero rerum ordine, qui viribus multò eſt inferior, ſuperat potentiorem. *Lucianus.*

Hinnibūndĕ, aduerbium, Hinnorum more. *Claudius annalium li. xvj.* Equi hinnibundè inter ſe ſpargentes terram calcibus. *Ex Nonio.*

Hĭo, hias, Propriè ore operto ſpiritum emitto. {פער פה *paʃár peh* פה פתח *pathách peh* נבקע *nibkáh.* χάινω. GALLI. Baailler, s'entrouurir. IT. *Sbadagliare, ſpirare con la bocca aperta.* GER Geynen/ſich aufſthun oder von einander thun. HISP. *Abrir la bocca, ò hender ſe alguna coſa, abrirſe.* ANG. *To gape.*} *Plin. lib. 8. c. 25.* Inuitat ad hiandum ſui pabuli gratia. *Idem li. 10. c. 33.* Perdices hiantes per id tempus exerta lingua æſtuant. ¶ Accipitur etiam hiare pro ſponte, vel aliqua vi externa aperire ſeſe, & ſcindere vt ligna hiant ariditate, & tellus æſtu. *Salluſt. li. 4.* Atque hiauit humus multa vaſta & profunda. ¶ Hiare flores dicuntur, quum aperiuntur. *Proper. l. 4.* Nec flos vllus hiat pratis, quin ille decerpat Impoſitus fronti langueat antè mea. ¶ Hiare orationem, *dixit Quint. lib. 8. cap. 6.* quæ malè coniuncta concinnatáque eſt. *Hiare vocalibus ſermo dicitur, quum propter multarum vocalium concurſum hiulco ore proferendum eſt. *Quint. lib. 6 c. 4.* Neque enim aut hiare ſemper vocalibus aut deſtitui temporibus volunt ſermo & epiſtola. [*Idem Quintilian.* Commiſſuris hiantibus. (loquitur ibi de malè cohærente oratione.)] ¶ Per tranſlationem ſignificat mirari, dubitare, ſtupere. *Virgil. li. 6.* Incertus clamor fruſtratur hiantes. ¶ Accipitur etiam hio pro concupiſco. *Senec. in Epiſt.* Quicquid accepit integrum deuorat, & ſemper ad ſpem futuri hiat.

Hĭātŭs, tus, Propriè eſt apertio oris, & labiorum diductio. {פתחון *pithchón* פתח *petach.* χασμα. GAL. Ouuertute, baaillement, ou entrebaaillement, fendaſſe ou creuaſſe. ITAL. *Hiato, apertura.* GERM. Das geynen, ſtc ein ſpalt/klumbſe. HISPA. *Hendidura ò abiertura como de boca.* στόμα. χάσμα, κενωμα.} *Cic. de Natur. deor.* Quædam animalia eibum oris hiatu, & dentibus ipſis capeſſunt. *Plin. li. 8. ca. 16.* Iuxta littus conſpecto leone hiatu minaci, arborem fuga petit. ¶ Per tranſlationem accipitur pro terræ chaſmate, aliarumque rerum apertione. *Plin. lib. 36. l. 15.* Hauriri vrbes terræ hiatibus publicus mortalium dolor eſt. *Ouid. in Epi. Briſeid.* Deuorer antè precor ſubito telluris hiatu. [*Ouid. 4. Faſt* Heu fugiat? Quid agat? Quos terræ queerat hiatus? Hiatum terræ optabat Caligula. *Suet. in ipſo Catig c. 31.* ¶ D Hiatu in verſibus, Vide *Gellium cap. 20. lib. 7.*]

Hiſco, cis, ere, Propriè eſt labra diducere, & loquendi gratia os aperire. {פתח פה *patach peh* פער פה *paʃár peh* נבקע *nibkáh.* διερρῆχθαι τὸ στόμα. GALLIC. Baailler. ITA. *Aprir la bocca, aprirſi.* GERM. Ginen/das maul auff thun HISPA. *Boquear, abrir la boca.* ANG. *To yeaune, to gaſpe, to mutter.*} Vnde etiam accipitur pro eo quod eſt trepidè, hæſitanter, & imperfectè loqui: quod Græci dicunt γρύζειν. *Cic. 5. Philip.* Reſpondeténe ad hæc, aut omnino hiſcere audebis? *Virg. 3. Æneid.* vix pauca furenti Subiicio, & raris turbatus vocibus, hiſco. [*Liu. lib. 9. dec. 4.* Hiſcere non audent. (In me. u.) *Ouid. 13. Metam.* Nec hiſcere quicquam audet.] Dicitur tamen etiam de aliis quibuſuis rebus Vnde terra hiſcere dicitur, quum præ nimio æſtu aperitur, & rimas agit. *Ouid. 6. Faſt.* Hiſcere nempe tibi terra roganda foret *Plaut in Pſeud.* [*ſc. 1. a. 4.* Tacẽdes hiſcunt. Animo malè eſt ædibus. Vomunt Lenonem: id eſt, aperiuntur, patefiunt.] ¶ Inter hiare & hiſcere hoc intereſſe videtur: quòd hiare ſit patentem eſſe: Hiſcere verò, patefcere, id eſt patefieri. ¶ Quandoque hiſcere accipitur pro hæſitare, & dubitare. χασμᾶσθαι. *Naſius,* Hiſcit: dubius eſt quid agat. ¶ Huius compoſita ſunt, Dehiſco, & Fathiſco.

Hiāſco, cis, ere, Hiare, & aperiri. {נבקע *nibkáh* χάινω. GAL. S'entrouurir, & entrebaailler ITAL. *Aprirſi.* GERM. Ginen/auff thecken wie die zeitigen nußen/wann ſy noch in der ſchalen ſind HIS *Henderſe, abrirſe.* ANG. *To gape and open.*} *Cato de Reruſt. cap. 17.* Vbi primùm incipiũt hiaſcere, tum legi oportet. Hoc eſt, quando primùm incipiunt corticem intetã apertum oſtendere. De nucibus loquitur.

Hiāto, hiatas, frequentatiuum eſt, ſignificans ſæpe, vel multum aperior. {χαμῶ. GAL. S'entrouurir ſouuent. ITA. *Aprirſi ſpeſſo.* GE. Offt ginen/weit auffgethon werden. HIS. *Abrirſe muchas vẽzes.* ANG. *To gape muche and often.*} *Plaut.* Si qua fortè concio eſt, vbi quum habitare nondum in mentem venit, &c. Laberius paſſiuo vſus eſt, Hiatantur fores, inquit, pro hiarant, id eſt patent.

Hippācĕ, es, Caſeus eſt ex lacte equino. {ἱππάκη. GA. Fourmage de laict de iument. IT. *Formaggio di caualla.* GE. Käß von roſsmilch/roſskäſs. HISP. *Formage ò queſo de yega.* ANGL. *Cheeſe of mare milk.*} *Plin. libr. 28. c 9. de caſeis loquens,* Sertius eoſdem effectus equino, quos bubulo tradit. Hunc vocant hippacen. In quem locum Hermolaus, Hippocrates (*inquit*) diſtinguit lac equinum iam agitatum, in partes tres: ex quibus quod ſupernatat, butyrum vocatur: id quod ſidit, hippace, tenue illud, quod in medio ſubſiſtit, ὄρρον, ſerum.

Hippæ, ἵππος. *Ariſtoteli* cancrorum genus eſt, phalangi maioris magnitudine, coloris ſubalbidi, punctis ſubrubris conſperſi quod minimè edule eſt. *Plin. li. 9. ca. 31. de cancris,* In Phœnice Hippæ vocantur, tantæ velocitatis vt conſequi non poſſint, ἑφήμων, id eſt curſor dicitur ab *Heſychio.*

Hippāco, cas, pen. pro. Significat animum celeriter duco, *vt inquit Feſtus:* ab equi halitu, qui eſt ſupra modum acutus.

Hippāgo, inis, [*Gel. c. 25. li. 10.*] {AN. *A ferry boate tocary ouer horſes.*} Genus nauigij conuchendis equis aptum, quod *à Iulio Polluce* ἱππαγωγὸς dicitur: & *à Liuio* hippagoga. *li. 34.* Fortè poſtero die, quam ſybota claſſis tenuit quinque & triginta naues, quas hippagogas vocant, & ab Elea profectæ, cum equitibus Gallis, equiſque Phanas promontorum Chiorum petebant.

HIPPĀRCHVS, ἵππαρχος. Magiſter equitum. Quo nomine dictus eſt quidam celebris Aſtrologus, qui (*vt Columella autor eſt*) futurum aſſeruit, vt aliquando cardines mundi loco mouerentur. {GE Ein verrümpter Aſtrologus.} Scripſit de Arati Phænomenis, de ſtellis fixis, de lunæ motu contra Platonem. ¶ Primus inſtrumenta mathematica inuenit, vnde hæc ſenſibus deprehendi poſſent, *Plinio* maximè laudatus. ¶ Hipparchus item alius fuit Poeta Comicus, cuius fabula quædam ὀφὲι γάμων, id eſt, de nuptiis inſcribitur. Suidas. ¶ Alius propinquus Ariſtotelis. Alius Erettiæ tyrannus. ¶ Fuit etiam hoc nomine filius Piſiſtrati, qui ob libidinem in Harmodium, Ariſtogitonis coniurationem in ſe concitauit. Hic vt tyrannidis inuidiam ſapientiæ opinione leniret, eruditos præcipuo in honore habuit. *Autor eſt Ælianus de Varia hiſt.* Idem Academiam muro ſepſit, atque huius rei nomine, magnam pecuniæ vim ab Athenienſibus exegit. Vnde Hipparchi murus, ἱππαρχεῖον τεῖχος, dicebatur res quæpiam, quæ magnis conſtaret expenſis. *Autor Suidas.*

HIPPARIS ἵππαρις, Fluuius in Camarina, cuius aquarum pars dulcis eſt, pars ſalſa. *Interpres Pindari.*

HIPPASVS, ἵππασος, Philoſophus Metapontinus fuit, auditor Pythagoræ, qui mundi mutationi certum tempus præfinitum eſſe aiebat. *Vide Laërtium.*

HĬPPĒ, ἵππη, Chironis Centauri filia fuit, quæ quum in monte Pelio ſeſe venando exerceret, grauida facta eſt: & ob id patris indignationem timens, deorum miſeratione in equam conuerſa eſt: & in cælum tranſlata. Nonnulli vatem fuiſſem fabulantur: ſed quia deorum conſilia hominibus patefeciſſet, in equam eſſe conuerſam.

HĬPPĔUS, ἵππειος. Cometæ genus equinas iubas imitans, celerrimo motu in orbem circum ſe euntes. *Autor Plin. lib. 2. c. 25.*

HĬPPĔLĂPHŎS, ἱππέλαφος, Animal in Oriente, cerui magnitudine, habẽs cornua & iubas poſt collum, deſcendentes vſque ad ſcapulas & barbam ſub mento. *Theodorus ex Ariſtotele* Equicerum *vertit.*

HĬPPI, ἵππιοι, Cancrorum genus Phœniciæ peculiare equorum propemodum celeritatem adæquans: vnde & nomen accepit. *Plin. lib. 9. c. 31.* In Phœnice hippi vocantur tantæ velocitatis, vt conſequi non poſſint. ¶ Eſt & Hippi Ioniæ oppidum iuxta Clazomenas, olim inſula, ſed ab Alexandro per duo ſtadia continenti annexum. *Vide Plin. lib. 5. c. 29.*

HĬPPĬĂDĔS, ἱππιάδες, Statuæ mulierum equeſtres appellabantur, cuiuſmodi fuiſſe videntur Amazonum, quas mortalium primas equiti

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

scandere ausas, Lysias orator autor est.

HIPPĪAS, *ippías*. {GERMA. Ein stoltzer Philosophus/ der sich auffthun vnd rümen dorfft/ him were nichts in keiner kunst verborgen.} Philosophus Eleus fuit, *teste Cic. lib. 3. de Orat.* qui audiente penè tota Græcia gloriatus est, nihil esse vila in arte rerum omnium, quod ipse nesciret: nec solùm has artes, quibus liberales doctrinæ atque ingenuæ continerentur, Geometriam, Musicam, Literarum cognitionem, & Poetarum, atque illas quæ de naturis rerum, quæ de hominum moribus, quæ de rebus publicis dicerentur: sed & annulum quem haberet, pallium quo amictus, soccos quibus indutus esset, se sua manu confecisse. ¶Fuit item Hippias, Pisistrati filius, *de quo Cic. ad Attic. sic scribit*, Nefarius (*inquit*) Hippias, Pisistrati filius qui in Marathonia pugna cecidit, arma contra patriam ferens, &c.

Hippĭcē, *ippikḕ*, Herba est *de qua Plin. 25. cap. 8.* Scythicam herbam in ore habentes, famem sitimque non sentiunt. Idem præstat & hippice. dicta quòd in equis eundem effectum habeat.

HIPPĬON ARGOS, *argos ippion*, Oppidum fuit à Diomede conditum, postea Argyrippa, *argyrippa Steph. auo*, & Arpi appellatum: *Meminit Plin. lib. 3. c. 11.*

HIPPO, *ippṓnion Strabōni*, Oppidum Locrorum in Brutiis, quod postea Romani Brutiis ereptum, Vibonem Valentiam appellarunt, *testibus Strab. lib. 6. & Plin lib. 3. c. 5.* ¶Sunt præterea duæ hoc nomine vrbes in Africa, quarum alteram Vticæ proximiorem, Hipponem regium: alteram à littore remotiorem, quòd in palustri loco sita sit, Diarrhytum, hoc est, dilutum vocant, *interprete Plin. lib. 5. c 4.* Est autem hoc nomen modò masculini generis, modò fœminini: vnde Hipponem dilutum legimus *apud Plin. lib. 5. cap. 4.* & vtranque Hipponem *apud eundem l. 6. cap. 34.* Autor est *Solinus*, vtrunque horum oppidorum à Græcis equitibus conditum fuisse, atque inde nomen accepisse. ¶Est & Hippo, *ippṑ*, puellæ Bœotiæ nomen, *apud Plutarchum in Pelopida.*

HIPPŎRŎTŎN, *ippṓbotον*, Ptatum quoddam amplissimum est sub Caspius portis, in quo regium armentum, quinquaginta millium equorum pascitur: vnde & nomen accepit. *Autor Strabo lib. 11.*

Hippŏcāmpæ, *ippokámpai*. Equi marini, in piscium caudas desinentes: ita dicti a flexu caudarum, quæ piscosæ sunt: *kámpē*, enim flexura dicitur *Plin. l. 37. c. 5.* hippocampos vocat per secundam nominum inflexionem. Sed in maxima (*inquit*) dignatione Cn. Domitij delubro in Circo Flaminio Neptunus ipse, & Thetis, atque Achilles, & Nereides supra delphines, & cete, & hippocampos sedentes.

Hippŏcāmpīnŭs, a, um, adiectiuum, *ippokámpios*. vt, Hippocampinus cinis. *Plin. lib. 32. c. 7.* Alopecias replet hippocampinus cinis, nitro, & adipe suillo mistus.

HIPPŎCĒNTĀVRĪ, *ippokentaúroi*, Monstrosum hominum genus in Thessalia iuxta Pelion montem, anteriore parte (vt Poëtæ fabulantur) hominum, posteriore equorum effigiem referentium. {GERMANIC. Wunderbare völcker in Thessalia so vor außhin menschen/ hinden außhin roß sind.} Cui fabulæ occasionem ministrasse videtur, quod primi equos domare cœperint, iisque ita aptè insidere, vt homines vnà cum equis vnum in corpus coaluisse viderentur. Iidem autea Centauri dicebantur, *parà tò kentein toùs taúrous*, hoc est quòd tauros stimulis agitarent. Verùm quum iidem postea ex equis exisserent, iisque insidentes stimulis tauros præ se agerent, Hippocentauri dicti cœperunt: qui cùm ad Peneum amnem aquatum veniissent, conspecti ab vlterioris ripæ accolis, pro monstris habiti sunt, præsertim quum inclinata potandi gratia equorum capita non conspicerentur. Hinc factus est locus fabulæ, Hippocentauros monstrosam Centaurorum sobolem fuisse, quæ dimidia sui parte hominem, reliqua equum referret, quam tamen certum est non vnquam extitisse. Quod & *Cicero* affirmat 2. *de Natur. Deorum*, Quis (inquit) Centaurum fuisse, aut Chimæram putet? quæve anus tam excors inueniri potest, quæ illa quæ quondam credebantur apud inferos portenta, extimescat? *Hæc Cicero.* Constat tamen monstrosos huiusmodi partus aliquando editos fuisse, non sine gratia alicuius mali impendentis præsagio. Nam & Claudius Cæsar memoriæ prodidit, *refetente Plinio*, Hippocentaurum in Thessalia natum eodem die periisse: & *Plinius* ipse testatur se eiusdem Claudij principatu Hippocentaurum vidisse in melle ex Ægypto allatum.

Hippŏcŏmī, *ippokómai*. Mangones ab equis curandis, colorem fuco, robur inani fagina (*vt ait Quint.*) mentientes.

HIPPOCOMITAE, *ippokomîtai*, Incolæ vici cuiusdam in Lycia, cui Hippocome, *ippokómē*, nomen est ab equa viatoris cuiusdam ibi extincto. *Ex Steph.*

HIPPOCRĀTĒS, pen. prod. *ippokrátēs*. Nomen medici excellentissimi, patria Coi, cui tanta fuit artis peritia, vt vulgò crederetur Æsculapio prognatus. {GERM. Ein hocherfarner Artzet auß der insel Coo burtig.} Extat *apud Valerium* Artaxerxis Persarum regis honorificentissima de eo epistola, in hæc verba. Rex regum magnus Artaxerxes, Hystani Hellesponti Præfecto salutem. Hippocratis medici, Æsculapio prognati, ad me artis fama peruenit. Da igitur operam vt aurum illi tribuas, quantum cupit, aliáque item quorum indiget, & eum ad me mitte. Erit enim par honore summis in Perside viris, &c. Hic de re venerea eam habebat existimationem, vt coitum speciem esse putaret morbi comitialis. Extant adhuc de ea re eius verba *apud Gell. lib. 19. cap. 2.* τῶν συνουσιῶν ἱερὰν μανίαν. Eius libri, tanquam diuino emanauerint ore, vbique celebrantur: in primo enim iusiurandum continetur, in secundo Prognostica, tertio Aphorismi, quarto illa admirabilis compositio, LX. libris omnem scientiam medicinæ complectens. Excessit è vita anno natus CIIII. Suscepit filios Thessalum & Draconem. *Hæc Suidas.*

¶Hippocrates, præter superiorem, *Suidas* quinque commemorat, omnesque eiusdem artis & familiæ: quorum tamen nemo primi ingenium gloriámve adæquauit.

¶Hippocratem, alium Athenienſium ducem nominat in bello Peloponnesiaco *Thucydides.*

HIPPŎCRĒNĒ, penult. prod. *ippokrḗnē*, Fons in Bœotia non procul ab Helicone monte, quem Poëtæ fabulantur factum esse vngula Pegasi equi alati. {GERM. ein benampter brunnen in Boetia/ nicht fern vom berg Helicone/ den Musis zugeeignet.} Cui fabulæ occasionem videtur ministrasse Cadmus: qui cum in Bœotia locum vbi condendæ quæreret, huc illuc obequitans, hunc fontem primus creditur inuenisse. Et quoniam Cadmus literarum inuentor creditur, factum est, vt hic fons Musis sacer habeatur. *Persius* ad verbum reddens vocem Græcā, *kpḥṽn* fontem caballinum appellat. Nam *ἵππος* nobis equum sonat, &

Hippŏcrēnidēs, *ippokrḗnidēs*, Musæ ab Hippocrene fonte.

HIPPŎDĂMĒ, es, penult. corr. *ippodámē*, & HIPPODAMIA, penult. prod. *ippodámeia*, Filia Oenomai regis Elidis & Pisarum: qui quum ex oraculo se à genero interemptum iri didicisset, & illa tamen à multis procis ob formæ præstantiam peteretur, curule certamen procis instituit, cum ea (habebat enim equos velocissimos, qui ex ventorum flatu creati erant) ipsa lege, vt qui vinceret, filiam haberet, victus subiret mortem. Tredecim igitur victis & occisis, Pelops Tantali filius, visa puella, eius amore protinus exarsit: cuius nuptias vt assequeretur, Myrtilum eius aurigam pollicitis corrupit, sic vt ille axes infirmos & fragiles subiunxerit: vel vt alij volunt, obicem axi non obiecerit: & sic fracto vel dissoluto curru, Oenomaus excidit: moriénsque Myrtili caput deuouit: obtestans Pelopem vt vicem suam vlciscereturi: quod & factum est. Quum enim pactum sibi perfidiæ præmium à Pelope posceret, ab eodem in mare deiectus est, atque hoc modo Pelops puella & regno potitus est. De hac *Ouidius*, Venit vt in Phrygios Hippodamia sinus. *Virgil. 3. Georg.* Hippodamēque, humeróq; Pelops insignis eburno. ¶Alia item fuit Hippodamia Brisæ filia, quam Achilles expugnato Lyrnesso oppido secum abduxit. Hanc Poëtæ à patris nomine Briseida appellant. Alia quoq; Hippodamia fuit Anchisæ filia, quæ Alchatoo Troiano in vxorem data est, quem postea Idomeneus Cretensis in pugna occidit. ¶Fuit & alia Hippodamia Pirithoi vxor: quam quum ipso nuptiarum die Centauri ei præripere conarentur, ab Hercule & Theseo ingenti clade sunt profligati. *Ouid. 12. Metamorph.* ¶Piræei item forum Hippodamia appellatum aiunt, ab Hippodamo Milesio architecto, qui Athenienſib. Piræum extruxit. *Autor Suidas.*

HIPPŎDĂMVS, *ippódamos*. Milesius philosophus, naturæ studiosus, primus eorum qui in Republica versati non essent, cœpit aliquid dicere de optimo ciuitatis statu. Constituit enim ciuitatem ex numero decem millium diuisam in partes tres, artifices, agricolas & milites. Regiones in totidem partes, sacram, publicam & priuatam. Erat ob ambitionem vitæ morosior, crinium prolixitate, ac sumptuoso ornatu. *Arist. lib. 2 politic.* ¶Fuit item hoc nomine Architectus quidam Milesius, qui Athenienſibus Piræum portum extruxit, à quo forum quoddam Piræei Hippodamiam appellarunt. *Autor Suidas.*

HIPPŎDŌRVS, *ippódōros*. Athenienſis fuit, qui filiam cum mœcho deprehensam duab. quadrigis iussit alligari, & in partes discerpi. *Autor Suidas.*

Hippŏdrŏmŭs, penult. corr. Locus in quo cursu exercentur equi, curriculum equorum, planities in qua certatur cursu absq; pugna. {*ippódromos*. GALL. Vne lice & lieu pour faire courir cheuaux, & leur bailler carriere. ITA. *Luogo doue correno i caualli.* GERM. Ein rennplatz/ auff welchem man mitt den rossen rennet. HISPAN. *La corredera de caualos.* ANG. *A place wherein horses ar exercised in running.*} Stadium in quo equites imaginario prælio concurrere solebant, cataedromus, *katádromos* dicebatur. *Martial. lib. 12.* Puluereúmq; fugax Hippodromon vngula pulsat. *Plaut. in Cist.* Dico ei quo pacto eam ab hippodromo viderim herilem filiam nostram sustollere.

HIPPŎDRŎMVS, Thessalus genere, patria Lariſſæus, circa M. Antonini principis tempora Athenis scholæ successit, *vt est autor Philostratus*, qui eum inter Sophistas refert.

Hippŏglōssă, siue Hippoglossum, *ippóglōsson*. *Dioscoridi* herba est folia habens syluestris myrti, concaua & spinosa, & in his ceu linguas quasdam, folio paruo exeũte de foliis. *Plin. lib. 27. c. 11. Ruellius* existimat eam esse quam Itali sua lingua Bonifaciam, seu Linguam paganam appellant.

Hippŏglōttĭŏn, *ippoglṓttion*, Herba quam alij Daphnitin, alij Carpophyllon, & Alexandrinam laurum vocant. *Plin. lib. 15. cap. 10.*

HIPPŬLĂ, *ippoúla*, Vrbs vetus Laconica. Gentile Hippolaites.

HIPPŎLŎCHVS, pen. cor. *ippólochos*, Filius Bellerophontis, & pater Glauci, *teste Homero Iliad. 6.* ¶Alter, *teste eodem, lib. 11.* fuit Antimachi Troiani filius, qui vnà cum Pisandro fratre ab Agamemnone in Troiano bello interfectus est.

Hippŏlăpăthum, {*ippoláphaton*. ANG. *The commone or great docke.*} Herba laparho sativo maior, candidiórque, ac spissior, *vt scribit Plin. lib. 20. c. 21.* officinæ *Paricellam* appellant.

HIPPŎLŸTĒ, *ippólytē*, Amazonum regina fuit, quam Hercules prælio victam Theseo dedit vxorem. [*Plaut. Men. sc. 3. a. 1.* Hercules ab Hyppolyta succingulum rapuit.] ¶Fuit etiam hoc nomine Acasti Magnesiæ regis vxor, quæ Peleũ, quod libidini eius non patuisset, apud virum accusauit, tanquam ei vim inferre voluisset.

HIPPŎLŸTVS, pen. corr. *ippólytos*, Thesei & Hippolytæ Amazonis filius fuit. {GERM. ein son Thesei vnd Hippolytæ der Amazonen königin/ welcher ein keuschen wandel furt.} qui quũ cælibem ducens vitam sese vehemēter exercaret, & cõstanti animo sperneret mulierũ congressũ, à Phædra nouerca absente patre, amatus est: cuius turpi desiderio quũ obtemperare noluisset, illa apud virũ illũ detulit, quòd sibi vim inferre voluisset. Quamobrem quũ videret Hippolytus patrem dolo nouercæ persuasum, de nece sua cogitare conscenſo curru fugam arripuit. Sed dũ Phocæ, quæ tum fortè in littus exierant, equorum & rotarum strepitu perterritæ magno impetu se in mare præcipitarent, exterriti equi, frustra obluctante Hippolyto, currum per scopulos, & saxa traxerũt, iuuenémq; infelicem loris implicitũ in partes discerpserunt. Hunc postea Æsculapius reuocauit ab inferis, & pristinæ incolumitati restituit. Hippolytus verò relicta terra Attica, in Italiam venit, ne patris iram rursus experiretur: & se Virbium appellari iussit, quod bis vir fuisset. Oppidum non procul à Roma ædificauit, quod à nomine acceptæ, coniugis, Ariciam appellat.

¶Hippolytũ imitabor, *ippólytun mimḗsomai*. *Diogenianus in Collectaneis*, ait dictitatũ de iis, qui statuissent purè castéq; viuere vt Hippolytus.

¶Hippo-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶Hippolytus Sicyonius amatur ab Apolline.]

Hippomachĭa, pen. prod. Pugna equestris. {ἱππομαχία. GAL. Combat à cheual. ITAL. *Combattimento da cauallo.* GERMANICE. Ein streit auff rossen/ein reysiger streit. HISPAN. *Pelea a cauallo.* ANG. *A fighting of horses.*}

HIPPOMACHVS, ἱππόμαχος. Athenienſis tibicen, *de quo tradit Ælianus:* quum diſcipulum ab imperita plebe laudari videret, quem tamen in arte peccare cognoſceret: ſilentium ei impoſuit, quod nullum putaret maius ignorantiæ argumentum quàm rudi multitudini placere.

Hippŏmănes, penultima correpta, gen. neutri, ſecundùm Priſcianum, ἱππομανές, ab equæ furore nomen habet, quaſi τὸ ἵππου μανία. Quid autem ſignificet, non ſatis conuenit inter ſcriptores. *Seruius* ſcribit eſſe virus ex equarum inguinibus defluens, quo tempore feruntur in amoris furorem, quod in humana viſcera deſcendens hominem in furorem agat. *Virgilius libro tertio Georgicorum,* Hinc demum hippomanes vero quod nomine dicunt Paſtores lentum diſtillat ab inguine virus. *Sic Columella lib. 7.* Maximè itaque curandum eſt tam fœminis quàm admiſſariis deſiderantibus, coeundi fiat poteſtas, quoniam id præcipuè armentum ſi prohibeas, libidinis extimulatur furiis. Vnde etiam veneno inditum eſt nomen ἱππομανές, quòd equinæ cupidini ſimilem mortalibus amorem accendat. *Plinius libro 28. capite 11. & libro 8. capite 42.* aſſerit eſſe caruncula in fronte pulli equini, caricæ magnitudine, colore nigro: quam ſtatim edito partu mater è fronte dentibus conuellit. Quòd ſi quis priùs abſtulerit, pullum mater ad vbera non admittit. *Virgilius 4. Æneid.* Quæritur & naſcentis equi de fronte reuulſus, Et matri præreptus amor. Hac caruncula mulieres medicamenta componentes, vertere homines feruntur in furorem.

Hippŏmărathrum, ἱππομάραθρον. Herba eſt fœniculi, ſed maioris, & guſtu acriore, quod officinæ *Fœniculum Syluestre* appellant. *Plin. lib. 20. c. 23.* *Eſt (inquit) & in hoc genere ſyluestre, quod alij hippomarathrum, alij myrſineum vocant, foliis maioribus, guſtu acriore, procerius, brachiali craſſitudine, radice candida. Naſcitur in calidis, ſed laxoſis. Diocles & aliud hippomarathri genus tradit, longo & anguſto folio, ſemine coriandri. *Hactenus Plinius.* Nos verò fœniculum maius hippomarathrum vocamus: mos enim eſt Græcis, in compoſitione, quum magnum aliquid ſignificare volunt equum aut bouem ponant.

HIPPŎMĔNES, ἱππομένης. Macarei filius fuit, qui quum Atalantam puellam Scyriam curſu victam accepiſſet vxorem, & in luco magnæ matris cum ea concubuiſſet, ab irata dea in leonem eſt conuerſus. *Fabula extat apud Ouid lib 10. Metamorph.*

HIPPOMOLGI, ἱπποκομολγοί. Populi ab equis mulgendis dicti. *Steph. in Melanclaui.* {GER. Roſmelcker}

HIPPŌNĂ, ἱππώνη, Dea erat quam ſtabularij maximè colebant, cuiuſque effigies in ſtabulis locabatur. {GER. Ein rõßgõttin/deren bildtnuß man in denn ſtällen gehabt hatt.} *Apuleius li. 2. Metam.* Reſpicio pilæ medio, quæ ſtabuli trabes ſuſtinebat. In ipſo verò meditullio Hipponæ deæ ſimulachrum reſidens ædiculæ, quod accuratè corollis roſeis quidem recentibus fuerat ornatum. *Iuuen. Satyr. 8.* iurat Hiponam, & faciles olida ad præſepia pictas.

HIPPONAX, ἱππώναξ, Iamborum poëta, tanta deformitate & fœditate oris, vt eius effigies à pictoribus quibuſdam publicè propoſita fuerit deridenda. Quamobrem indignatus Hipponax tam amarè in illos eſt inuectus, vt aliquos ex iis credatur compuliſſe ad ſuſpẽdium. Hic creditur inueniſſe Scazontem carminis Iambici genus, quod ab eius nomine Hipponacticum vocamus ſiue Hipponacteum. *Cic. de Orat.* Senarios verò & Hipponacteos effugere vix poſſumus: magna enim parte ex Iambis noſtra conſtat oratio. *Vide Plinium lib. 36. cap. 5.* ¶Hipponacteum præconium, pro infami nota poſuit *Cicer. lib. 7. Epiſt.* Eúmque addictum tam puto eſſe Calui Licinij Hipponacteo præconio.

HIPPONESVS, ἱππώνησος, Inſula ante Cariam in ſinu Ceramico. *Plin. lib. 5. c. 31.*

HIPPONICVS, ἱππόνικος, Athenienſis ciuis fuit Hippiæ filius, qui quum patriæ ſtatuam dedicare decreuiſſet, ſuadentibus amicis, vt eam Polycleto faciendam locaret, vehementer ab aliis diſſenſit, quòd in ſtatuis tam inſignibus artificis potiùs induſtriam, quàm dedicantis virtutem commendari arbitraretur.

Hippŏpĕræ, pen. prod. Dicuntur ſacculi quibus equites neceſſaria itineri ſecum conferunt. {ἱππαποπήρα. GAL. Bouges ou bougettes de cuir, ou vne male qu'on porte à cheual. ITA. *Bolgie, valiggie, biſaccie.* GER. ein bulgen oder wãtſcher ſo man zu roß füret. HISPANIC. *Eſclauinas, talegas.* ANGLICE. *A male or bougett.* } *Senec. in epiſt. ad Lucil.* Marcus Cato Cenſorius, quem tam neceſſarium fuit Reipublicæ naſci, quàm Scipionem (alter enim cum hoſtibus noſtris bellum, alter cum moribus geſſit.) canterio vehebatur, hippoperis quidem impoſitis, vt ſecum vtilia portaret. *Hæc à Pomponio Feſto vocantur* bulgæ.

Hippŏphaës, ἱππωφαής, Frutex in maritimis & ſabuloſis locis naſcens, foliis quàm oleæ anguſtioribus: & inter ea ſpinis quum areſcunt candidis, anguloſis, geniculatim inter ſe diſtantibus, floribus hederæ Corymbis ſimilibus. Radix craſſa eſt & amara, lacte madens, quod thapſiæ modo acceptum, aut per ſe conditur, aut in ptiſana farina digeritur in paſtillos. Romani lappaginem, ſeu lapulam vocant. Vtuntur hoc frutice fullones in poliendis veſtibus.

Hippŏphæſtŏn, ἱππωφάϛον, Spinæ fulloniæ genus eſt, in maritimis & ſabuloſis locis naſcens, ſine caule ſiue flore, inanibus tantum caluculis, foliis paruis & ſpinoſis, radiculis mollibus & craſſis, quarum ſuccus comitiali morbo vtiliſſimus habetur, *teſte Plinio lib. 16. c. vlt.*

HIPPOPHAGI, Scythiæ populi in Aſia.

HIPPOPODES, ἱππωπόδες, Populi in Oceano Scythico, qui, *teſte Solino,* humanam vſque ad veſtigium formam tenent, ſed in equinos pedes deſinunt. {GER. Volcker deß Scythiſchen hochmeers ſo roſſfüß haben.} *Meminit horum Plin. lib. 4. c. 13.*

Hippŏpotămŭs, pen. corr. ἱπποπόταμος, Equus fluuialis, ſeu aquaticus, in Nilo præcipuè naſcens, binis vngulis quales ſunt bobus, dorſo equi & iuba & hinnitu, roſtro reſimo, cauda obtorta, dentibus aprorum aduncis, ſed minus noxiis. *Huius meminit Plinius lib. 8. c. 35.*

Hippŏſĕlĭnum, ἱππόσελινον, Apij genus eſt, ſatiuo multo maius, quod Romani olus atrum appellant. Hipposelinum dictum, quòd inter ſpecies apij longè maximum ſit. Solent enim Græci quum rem augere volunt, in compoſitione ἵππειον, vel βοῦν præponere. Vide pluta de hac herba *apud Plinium libro 20. cap. 12. & in Dioſcorid. lib. 3. c. 75.*

HIPPOTADES, ἱππότης. Dictus eſt Æolus rex ventorum, quòd nepos eſſet Hippotæ Troiani ex Seſta filia. {GER. Æolus der wind kõnig.} *Ouid. 11. Met.* Quod pater Hippotades tibi ſit, qui carcere fortes Contineat ventos.

Hipotomadæ, Vicus in tribu Oenide, *Steph.*

Hippŏtŏxŏtæ {ἱπποτόξοται. GAL. Archers à cheual. ITA. *Sagittarij à cauallo.* GER. Schutzen die zu roß ſind. HIS. *Balliſteros à cauallo.* AN. *Archers on horſeback.* } Dicti ſunt equeſtres Sagittarij, *qua voce vtitur Hirc. lib. 5 belli Aſiatici.*

HIPSICRATEA, *Vide* HYPSICRATEA.

HIPPVACRA, ἱππάκρα, (quaſi dicas equi promontorium) vrbs Libyæ. Gentile Hippacrites. *Steph.* Malim diuiſis vocibus, ἵππου ἄκρα, ratione accentus.

Hippŭrĭs, ἵππουρις, Herba à Latinis equiſetum dicta, & vulgò *cauda equina* interpretatur. *Plin lib. 26. c. 13.* Vide EQVISETVM.

HIPPVRVS, Inſula vna Sporadum, non procul ab Anaphe, & Altypalea. *Plin. lib. 4. c. 12.*

Hippŭrŭs, ἵππουρος, Piſcis ex genere locuſtarum, qui hybernis menſibus non capitur propterea quòd id temporis frigoris impatientia in cauernas ſeſe abdat. *Plinius libro 6. capite 16. & libro 32. cap. vlt.*

HIPPVRI autem pluralis numeri tantùm, Taprobanæ inſulæ portus, *cuius meminit Plin. lib. 6. c. 22.*

HIPPVRISCVS, ἱππουρίσκος, Inſula Cariæ, *Steph.*

HIPPVS, ἵππος, Fluuius eſt Colchorum, in Phaſim defluens. *Strabo lib. 11.* ¶Eſt & Hippus mons Bythiniæ, in cuius radicibus condita eſt Pruſa altera, diuerſa ab ea quam Annibal ſub Olympo condidit. *Plin. lib. 6. c. 32.*

HIPPVS, ἵππος, Inſula Eretriæ. Item vrbs Siciliæ, & alia Paleſtinæ. Gentile Hippus, Hippenus, Hippinus. *Steph.*

HIPSEVS, Filius fuit Æſopi fluminis, qui Ereocli in auxilium venit aduerſus Polynicem. *Stat.* Hipſea quadriiugos clypeo ſemptemplice tauros.

Hĭr, Nomen antiquum, quod pro vola, ſiue palma manus accipiebant. {ἦσθαφ. ϑέναρ. GAL. Palme de la main. ITA. *Palmo della mano.* GER. Die flechte oder höle der hand. HIS. *Palma de la mano.* ANG. *The palme of the hand.*} Genitiuum facit hiris, ſi Chariſio credimus. *Probus* mauult eſſe indeclinabile.

Hīrā, Inteſtinum ecphyſi ádhærens, quod quia ſemper inane eſt, à medicis ieiunum appellatur, ἔγκοιλίον, νῆστις. [*Plaut. Curc. ſc. 1. a. 2.* Hiræ, (ſiue hirræ) omnes dolent. (i. inteſtina.)] Hinc deducitur hilla, quod quanuis diminutiuum videatur, eiuſdem tamen eſt ſignificationis cum primitiuo. {GER. Die flechte oder höle der hand.} ¶Fuit item HIRA, ἵρη, Stephano, vrbs Meſſeniæ maritima, non procul à Pylo, Agamemnonis imperio parens: *cuius meminit Homerus 11. Iliad.*

HIRASA, ἵρασα, Locus Libyæ, in quem Afri Battum tranſtulerunt. *Stephan.*

Hircŭlŭs, Herba eſt ſemper naſcens cum nardo Gallico, eſque ſimillima, qua vtuntur qui ſyncerum nardum volunt adulterare. πρᾶρις *Dioſcoridi.* In hoc tamen diſtat à nardo, quod ſine cauliculo eſt, quódque minoribus foliis, radicéque amara & minimè odorata. *Autor Plin. 12. c. 12.*

Hīrcŭs, ci, per c, Caper admiſſarius, caper non caſtratus. {שעיר *ſcahir* צפיר *ſaphir* עתוד *hatúd.* τράγος. GALL. Vn bouc. ITAL. *Becco, capro, caprone.* GER. ein bock HISP. *Cabron.* ANGLIC. *A male goate or bucke.*} *Horat. Epod. 16.* Amétque ſalſa leuis hircus æquora. *Plaut.* ad hominem tranſtulit immundum & libidinoſum, *in Aſinar.* [*ſc.* Vt properarem] Flagitium maximum feci miſer Propter operam illius improbi hirci edentuli. ¶Mulgere hircum, πράγον ἀμέλγειν, dicitur prouerbialiter de re abſurda. *Virgil. 3. Eclog.* Qui Bauium non odit, amet tua carmina Mæui, Atque idem jungat vulpes & mulgeat hircos. ¶Hircus item dicitur alarum graueolentia, ab hirci animalis fœtorem accedens. {τράγος, πνεῦμα. ANG. *The ſauour of a male goate, rammishnes.*} *Horat. Epod. 12.* Grauis hirſutis cubat hircus in alis. *Catullus* caprum appellat. Valle ſub alarum trux habitare caper. [*Plaut. Pſeud. ſc. 4. a. 2.* Quid ſapit? Hircum ab alis. ¶Hircus vetulus Tiberius appellatus eſt. *Sueton. in Tiber. cap. 45.* (i. libidinoſus.) *Plaut. Men. ſc. 2. a. 5.* Illa me rabioſa fœmina obſeruat canis: Pòſt autem ille hircus alius, ſiue hircus Salius.] Græcis enim τράγος dicitur: quo nomine Martialis quoque vſus eſt. Inde tragos, celeréſque pili mirandáque matri Barba.

Hircīnŭs, a, um, pen. producta, Quod ex hirco eſt, quod ab hircum pertinet. {τραγικός. GA. De l'ouc. ITA. *Di becco.* GER. Bockin/das der bock iſt. HISP. *Coſa de cabron.* ANG. *Of a male goat or bucke* } *Apuleius*, Homo ſordidus, & hircina libidine fœtens. *Plin. lib. 11. cap. 17.* In pellibus hircinis. *Plaut. in Pſeu.* [*ſc. 2. a. 4.*] Heus tu qui cum hircina ſtas barba, reſponde quod rogo.

Hircōsŭs, a, um, Qui hircum olet, ſordidus, incultus. {τραγῶδες, τραγῶδες. GALLI. Qui ſent le bouquin. ITALIC. *Che ſente di becco, chi puzza no l'ale.* GERM. Bockenlechtig/das ſtincki wie ein bock. HISP. *Coſa che hiede à cabron.* ANGL. *That ſtinketh lik a buck, rammish.*}

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Perſ. Satyr. Hic aliquis de gente hircoſa centurionum. *Idem Satyr.* 3. Dixeris hæc inter hircoſos centuriones, id eſt ruſticos olidos & omnis nitoris expertes *inquit Badius*: [*Gellius c.* 2. *lib.* 12. Inter hircoſos ſcripti inter vnguentatos placent.]

Hircipĭlĭ, pe cor. D cuntur homines qui pilos duros atque extantes habent, quemadmodum hirci. *Δασύτριχες. Feſtus.*

Hirquitallīre, Propriè de pueris, ſiue adoleſcentulis, qui iam pubeſcentes, vocem emittere incipiunt grauem & ſubraucam, quod ferè accidere ſolet ſub finem ſecundæ hebdomadis, *teſte Cenſorino*, aut ſub initium tertiæ. Quo tempore & pueros ipſos hirquitallos appellant: ſiue quòd tunc primùm hircum incipiunt olere, ſiue quòd vocem edant grauiorem & inæquabilem, hircinæque non diſſimilem.

Hīrcŭs, per q. eſt angulus oculi, {κανθός. GAL. Le coing de l'œil. ITA. *Cantone del l'occhio.* GER. Ein augenwincket. HIS. *Lagrimal del ojo.* ANG. *The corner of the eye.*} *Virg.* 3 *Eclo.* Tranſuerſa tuentibus hirquis. Tractum eſt ab oculis hircorum qui ob libidinis ardorem, retortis in angulum oculis, capras obliquè aſpiciunt. *Vide Seruium in locum Virgilij iam citatum.*

Hīrcĭus, v. l. vt alij ſcribunt, Hirtius, Conſul fuit Romæ vnà cum Panſa, quo tempore Brutus ab Antonio obſeſſus fuit Mutinæ: ad quem liberandum profectus, vnà cum collega eſt interfectus.

Hīrnĕa, æ, Vaſis genus, quod *Plaut. in Amphitr.* cirneam appellat. *Cato de re ruſtic. c.* 8. Indito in hirneam fictilem.] ¶ Hirnea, vas vinarium: *Plaut. Amphitr.* Cadus erat vini, Inde impleui hirneam; Aliàs Cyrneam.]

Hīrpīnī, Familiæ in Faliſcorum agro fuerunt, quæ in ſacrificio annuo, quod fiebat in monte Soracte, ambulantes per ambuſtam ſtruem lignorum non adurebantur. *Autor Plin. lib.* 7. *c.* 2. Hi à Solino vocantur Hirpi.

Hirrio, is, ĭui, itum, ire, *Diomed. lib* 1.]

Hīrsūtŭs, a, um, penul. product. Piloſus, Setoſus, horridus. {שעיר *ſahir.* τριχώδης, λάσιος. GALL. Velu, couuert de poil, rude & picquant. ITA. *Peloſo.* GER. Rauch von haar/hadrechtig. HISP. *Velloſo y aſpero.* ANGLIC. *Heary, couered with pricking heares lik ſwyne.*} *Martialis lib.* 10. Hirſutis ego cruribus geniſque Os blæſum tibi, debilisque lingua eſt. *Virg.* 7. *Eclog.* Stant & iuniperi, & caſtaneæ hirſutæ. Quo in loco *Virgilius* vocat caſtaneas hirſutas quæ adhuc echinis includuntur. *Plin. l.* 20. *c.* 9. eius comparationis protulit, Folia habet bina, parua, rotunda, plantis oleris ſimilior, candidior, ſatiua & hirſutior. *Ouid.* 2. *Triſt.* [*Elegia vnica.*] Sumpſerit annales, nihil eſt hirſutius illis, vbi pro auſtero accipitur. [Imò pro luxurioſo hic ponitur, *Vt apud Sueton. in Tiberio cap.* 45. Obſcœnitate oris hirſuto atque olido ſenectæ exprobrata.]

Hīrtŭs, a, um, idem quod ſqualidus. {שעיר *ſahir.* ἐρεώδης. ANG. *Sluttiſh, or rough.*} Diſſimilem rationem poſtulat hirtum atque Tarentinum: *inquit Col.* vbi vir eruditus putat idem eſſe Tarentinum & hirtum, magno ſanè errore. Nam hirtum pecus Tarentino opponitur. In agro enim Tarentino oues pellibus tegebantur, vt mollioris eſſent velleris. *Virg. lib.* 3. *Georg.* hirtáſque capellas. *Plin. li.* 11. *c.* 37. Hirtus ſetis muſculus marinus. *Ouid* 10. *Met.* Canities rigidis ſtetit hirta capillis. *Col. l.* 10. Talis humus vel parietibus, vel ſepibus hirtis claudatur. Hirta corpora, *Plin. l.* 7. *c.* 2. Hirtæ oues. *Varro de Re ruſt. li.* 2. *c.* 2. [*Ouid. Ele.* 3. *lib.* 1. *Triſt.* Squallidus promiſſis hirta per ora comis. *Velleius*, Hirtus & horridus C. Marius.]

Hirudo, pen. prod. huius hirudĭnis, Sanguiſuga, dicta quòd carni hæreat. {עלוקה *ħaluká. ἕλμα.* GAL. Sangſue. ITA. *Sanguiſuga, mignata.* GER. Ein egel. HIS. *Sanguiſuela.* AN. *An horſe leach, or bludſucker worme.*} *Horat. de Arte poet.* Non miſſura cutem niſi plena cruoris hirudo. Quod prouerbij quadam ſpecie dicitur, torqueri enim poterit in homines nimium ſedulos, & quibuſuis in rebus comparandis immodicos. *Plau. Epidico.* Iam ego me vortam in hirudinem, atque horum exugebo ſanguinem *Plin. l.* 32 *c.* 10. Hirudinum quas ſanguiſugas vocant, ad extrahendum ſanguinem vſus eſt. ¶ Hirudo ærarij, per tranſlitionem, hoc eſt exhauſtrix *Cic. ad Att. li.* 1. Accedit illud quod illa concionalis hirudo ærarij, miſera & ieiuna plebecula me ab hoc magno vnice diligi putat.

Hirūndo, inis, Auis notiſſima, in tectis nidificans, ſub initium veris ad nos tranſuolans. {עגור *ħagħur.* χελιδών. GALLI. Vne heronde ou herondelle. ITA. *Larondine* GERM. Ein ſchwalm. HISP. *La golondrina.* ANG. *A ſwallow*} *Virg.* 4. *Georg.* ante Garrula quàm tignis nidum ſuſpendat hirundo. [*Ouid. Eleg.* 12. *lib.* 3 *Triſt* Vtque malè crimen matris deponat hirúdo Sub trabibus cunas paruáque tecta facit. (Veris periphraſis.)] *Ouid.* 1. *Faſt.* Fallimur an veris præmunta venit hirundo? *Plin lib.* 12. *c.* 2. Abeunt & hirundines hibernis menſibus, ſola carne veſcens auis, ex iis quę aduncos vngues non habent: ſed in vicina abeunt, apricos ſecuræ montium receſſus, inuentæque iam ſunt ibi nudæ ac deplumes. *Plaut. in Aſinaria*, [*ſc.* 3. *a.* 3.] Dic igitur me tuam anaticulam, columbam vel catellum, hirundinem, &c. ¶ Vna hirundo non facit ver. μία χελιδὼν ἔαρ οὐ ποιεῖ. Hoc eſt, in aliqua re non ſat eſt vnica coniectura. Sed multis hirundinibus opus eſt. *Ariſt. lib. Moral.* 1. & *Ariſtoph. in Auibus.* ¶ Hirundines ſub eodem tecto ne habeas, μισοπόνους χελιδόνας μὴ ἔχειν. Hoc ſymbolo Pythagoras conuictorem ingratum, parſimque fidum monuit ablegandum. *D. Hieronymus.* Ariſtotelis authoritatem ſequutus interpretatur abſtinendum à commercio garrulorum & ſuſurronum. ¶ Hirundo etiam piſcis eſt marinus, pinnis caudaque expanſis hirundini volucri perſimilis, cui caput oſſeum, vt teſtudinis, oris partes internę rubrę inſtar ſandarachę, quibus noctu velut igneus ſplendor abſtitit: ob idque lucernam piſcem quidam exiſtimarunt. Sed de Hirundine & lucerna diſtinctè *Plin lib.* 9. *c.* 27. *i.* 23. *c.* 11.

Hirūndĭnīnŭs, a, um, Quod eſt hirundinis. {χελιδόνιος. GAL. De herunde ou herondelle. IT. *Coſa da rondine.* GE. Das der ſchwalmen iſt HI. *Coſa de golondrina* AN. *Of an wallow.*} Vt, Hirundininus nidus, *apud Plaut. in Rudente, & apud Martial. lib.* 11. In nido ſeges eſt hirundinino. Hirundininus ſanguis. *Plin. li.* 30. *c.* 14.

HĪSMAĒLĪTAE, pen. prod. {ישמעאלים *jiſchmaelim* ἰσμαηλῖται.} Populi ſunt Africæ, qui nunc Saraceni dicuntur, ab Hiſmaële ſic nominati, Abrahæ filio ex Agar ancilla.

HĪSPĂLĬS, ἱσπαλις, Bæticæ prouinciæ vrbs clariſſima, Romanorum colonia, cognomine Romulenſis: à qua vnus ex quatuor iuridicis Bæticæ conuentibus, Hiſpalenſis dicitur. *Plin. lib.* 3. *ca.* 1 Hæc hodie *Siuilia* dicitur.

HĪSPĂNĭă. {ספרד *ſepharadh.* ἱσπανία, ἰβηρία.} Regio Europæ, quæ à montibus Pyreneis incipiens per columnas Herculis circumiens vſque in Borealem Oceanum prorenditur. {GER. Hiſpanien/das theil Europæ ſo inerhalb dem Ronceuall ſonſt mitt dem meer vmbfangen iſt.} Decem millibus ſtadiis (*vt Appianus ſcribit*) eius latitudo commenſuratur. Longitudo prorſus eadem eſſe videtur. Terra frumenti, vini, olei, auri, gemmarum, metallorúmque ferax. Ex qua etiam bellicoſiſſimi viri, ac velociſſimi equi procreantur. *Refert Varro* in Hiſpanis equas credi ex vento concipere, quod equos habeat hæc regio curſu tam veloces, vt meritò ex ventis concepti ferantur. Diuiditur autem omnis Hiſpania, *teſte Plin. lib.* 2. *c.* 1. 2. *&* 3. inciterioremque & vlteriorem. Vlterior rurſus ſecatur in duas partes, in Bæticam, quæ hodie *Granata* dicitur: & Luſitaniam, quam vocant *Portugaliam*, quæ Ana fluuio à Bętica diſtinguitur. Vlteriores Hiſpaniæ conuentus erant quatuor, Gaditanus, Cordubenſis, Aſtigitanus, & Hiſpalenſis. Citerior autem Hiſpania quæ Tarraconenſis dicebatur, in ſeptem diuidebatur conuentus: *vide Plinium* Hodie diuiditur in quinque regna: Caſtellam, quæ cum Legione permiſta vnum effecit regnum, Gallæciam, Cathaloniam, Arragoniam, & Nauarram. Omnis autem Hiſpania ab Ibero fluuio primùm dicta fuit Iberia: poſtea ab Heſpero Atlantis fratre: ſiue (vt alij malunt) ab Heſpero ſtella luciditſima, quæ veſpertino tempore in Occidente apparet, ſolem ſubſequens, vocata eſt Heſperia: poſtremò ab Hiſpali vrbe ad fretum Atlanticum ſita, quam hodie *Siuiliam* vocant, dicta fuit Hiſpalia: vnáque deinde littera immutata Hiſpania. [*Tibull. libr.* 4. Latis audax Hiſpania terris.]

Hiſpānŭs, & Hiſpanienſis, Fiunt adiectiua, ſicut à Sicilia, Siculus & Sicilienſis, à Corintho, Corinthius, & Corinthienſis. {GER. Ein ſpanier.} Sed qui in Hiſpania natus eſt, Hiſpanus dicitur, ἰβηρ. Hiſpanienſis, qui alibi ortus, in Hiſpania verſatur: hoc eſt, licet in Hiſpania ſit, non tamen in ea natus eſt, ἰβηρογενής. Hinc Hiſpanienſes negotiatores, qui in Hiſpania negotiantur. Sic Hiſpanienſem exercitum vocabant Romani, qui in Hiſpania militabat. *Pl. l.* 13. Cæſar Hiſpanienſi triumpho Chium & Falernum dedit, quum in Hiſpania bellum aduerſus Romanos, non Hiſpanos geſſerit. [*Plaut. Men ſc.* 1. *a.* 2. Iſtros, Hiſpanos, Maſſylienſes.]

[Hiſpanicus, a, um, Idem quod Hiſpanus: *Gellius c.* 13. *l.* 9. Hiſpanico gladio vſus Manlius.]

Hīſpĭdus, a, um, pen. cor. Hirſutus, aſper, ſetoſus, horridus. {שעיר *ſahir.* λάσιος, δασύς. GAL. Velu, de gros poil, picquant. ITAL. *Peloſo, aſpro.* GE. Rauch von haar/burſtachtig. HISP. *Coſa aſpera con ſedas.* ANG. *Rough, rugged with heares or briſtles.*} *Virg.* cui laterum tenus hiſpida nanti Frons hominem præfert. *Plin. l.* 16. Continentur hiſpido calice. Hiſpidus aſpectus, *apud eundem li.* 22. *c.* 6.

Hīlpĭdōsĭs, ſa, ſum, idem quod hiſpidus. λάσιος, τριχώδης. *Catul.* Non dico pueris, ſed hiſpidoſis.

Hīſtĕr, Hetruſcorum lingua dicebatur Ludio. ὀρχηστής. *Autor Liu l.* 7. *ab Vrbe. Vide* HISTRIO.

HĪSTĬAĒA, ἱστίαια, Euboœæ inſulæ ciuitas, quam *Homerus in Catalogo nauium*, à vitium copia πολυστάφυλον cognominat. Eadem poſtea Oropus dicta eſt, *teſte Stephano.*

HĪSTĬAĒŬS, ἱστιαῖος, Mileſiorum tyrannus, qui cùm relicto Dario, Iones ad defectionem ſolicitaret, captus ab Harpago Darij præfecto, in crucem ſublatus eſt. *Vide Herodot. lib.* 6.

HĪSTŌNĭUM, ἱστώνιον, Oppidum Frentanorum, in quarta regione Italiæ. *Plin. li.* 3. *c.* 12.

Hīſtŏrĭă, hiſtoriæ. {דברי הימים *dibre ha jjamim* זכרון ציברון. ἱστορία. GALLIC. Hiſtoire. ITAL. & HISPA. *Hiſtoria.* GERM. Ein hiſtori das iſt ein erzehlung einer geſchicht. ANG. *An Hiſtorie.*} Latinè narratio, & rerum geſtarum expoſitio. Propriè tamen eſt earum rerum quibus gerendis interfuit is qui eas narrat. Vnde nomen habet, ἀπὸ τοῦ ἱστορεῖν quod ſpectare, vel cognoſcere ſignificamus. *Plaut. in Menech.* [*ſc.* 1. *a.* 2.] Quin nos hinc domum redimus: niſi ſi hiſtoriam ſcripturi ſumus? *Cic.* 4. *Acad.* Sanè doctum hominem, vt indicat ipſius hiſtoria ſcripta Græcè. *Ouid. Eleg.* 1. *li.* 2. *Triſt.* Eubius impuræ conditor hiſtoriæ. ¶ Hiſtoria ab Annalibus quid differat, *vide apud Gellium c.* 18. *lib.* 5.] ¶ Accipitur etiam latiùs nomen hiſtoriæ, vt non ſolùm de narratione rei geſtæ dicatur, verumetiam de cuiuis interpretatione, ſeu expoſitione. *Vnde Plinius* opus ſuum ad D. Veſpaſianum, de Naturali hiſtoria inſcripſit. Hiſtoriam Cicero aliis vocabulis vocat, Memoriam publicam, Memoriam rerum veterum, Commemorationem antiquitatis, Monumenta rerum veterum, Monumenta temporum, locorum, hominum, rerum geſtarum, Omnium ſecretorum memoriam. Quomodo autem differat ab Annalibus, *vide in dictione* ANNALES.

Hīſtŏrĭcŭs, Hiſtoriarum ſcriptor. {ἱστοριογράφος. GAL. Hiſtorien. IT. *Hiſtorico, ſcrittor d'hiſtorie.* GERM. Ein geſchichtſchreiber. HI. *Hiſtoriador.* AN. *A writer of hiſtories.*} *Cic. pro Murana*, Tua verò nobilitas Seruij Sulpitiumetſi ſumma eſt, tamen hominibus literatis, & hiſtoricis eſt notior, populo verò & ſuffragatoribus obſcurior. *Idem in Topicis*, Philoſophi, poetæ, & hiſtorici.

Hīſtŏrĭcŭs, a, um, Quod ad hiſtoriam pertinet, quod hiſtoriæ proprium eſt. {ἱστορικός. GAL. Hiſtorique, d'hiſtoire. IT. *Coſa d'hiſtoria.* GER. Das der geſchichten oder hiſtorien iſt. HIS. *Coſa de hiſtoria.* AN. *Of a hiſtorie.*} Vt, Fides hiſtorica. *Ouid* 3 *Amorum*, Obligat hiſtorica nec ſua verba vir

Hiſtŏrĭcē,es, pen.cor. fœm. gen. ἱστορικὴ, pars illa Grammatices, quæ in enarratione autorum verſatur. *Quint.lib.1.cap.9.* Ratio loquendi & enarratio autorum : quarum illam methodicem, hanc hiſtoricem vocant.

Hiſtrĭōnēs, Fabularum actores, ludiones, qui perſonati in ſcenis fabulas agunt. {ὑποκριτὴς, μῖμος. GAL. Ioueurs de farces, ioueurs de quelques personnages. ITA. *Hiſtrioni che recitano le comedie.* GERM. Ein comedi ſpiler/oder der in einem ſpil ein perſon tregt. HISP. *Repreſentadores de perſonas, que repreſentan las comœdias.* ANG. *Players en interludes.*} ab Hiſtria regione, ex qua primùm veniſſe, indéque nomen ſortitos eſſe, aſſerit *Feſtus*: cui tamen refragantur *Liuius lib. 7. ab vrbe condita* haud multò poſt principium. *Valeriúſque lib.2.c. 1.* quod eſt de Inſtitutis antiquis. Et *Plutarchus in Problematu Romanis cap.17.* qui affirmant nomen hiſtrionibus fuiſſe inditum, quia Hiſter Tuſco vernbo ludio ſiue ludius vocabatur. *Cicer.lib.4.Tuſcul.* Aguntur iſta præclarè, & ab oratore quidem meliùs (ſi modò eſt orator) quàm ab vllo hiſtrione. *Idem de Oratore*, Roſcius & Æſopus hiſtriones cları. [*Sueton. in Auguſto cap. 43.* Hiſtriones omnium linguarum. Et *in eos lex vetus. Idem ibid. cap. 45. Item*, Iudicium conuicij in eos redditur ex alto. *Velleius. Plaut. Capt. prolog.* Hiſtrionem cogis mendicarier. *Quintilian.* Hiſtriones peracta fabula perſonam deponebant. *Plaut. prolog. Amphitr.* Siue etiam qui ambiſſent palmam hiſtrionibus, &c.]

Hiſt.rĭōnĭa, niæ, vel Hiſtrionica, æ, Ars hiſtrionum, {ὑποκριτικὴ. GALLIC. L'art & meſtier de iouër icux par perſonnes. ITAL. *Arte di repreſentare comœdie.* GERM. Die kunſt ſchauwſpil zuhalten. HISP. *Arte de repreſentadores de perſonas.* ANGL. *The art of playing en interludes.*} *Plaut.in Amph.*- quaſi verò nouum Nunc proferatur, Iouem facere hiſtrioniam.

Hīſtrĭcŭs, ca, cum, penult.corr. Quod ad hiſtrionem pertinet, hiſtrionicus. {ὑποκριτικὸς. GAL. Appartenant à ioueurs de farces. ITA. *Pertinente à hiſtrione, ò giuocolare.* GERMAN. Das zu denen ſo ſich in ſchauſpilen vben gehört. HISP. *Coſa pertineſciente à repreſentadores de comœdias.* ANGL. *That perteineth to a player in interludes.*} *Plaut.in Pœn.* Audire vos iubet Imperator hiſtricus. ¶Hinc formauit diminutiuum *Hieronymus contra Ruf.* Si hiſtriculæ, & liuidæ mentis homine à me ſubmoueo, & ad vnum ſtipitem cuncta iacula dirigo, qui vulnera ſua patitur in multos.

Hiſtrĭōnĭcŭs, a, um, Quod eſt hiſtrionis, ſeu quod ad hiſtrionem pertinet. {ὑποκριτικὸς. GALL. De ioueur de farces. ITA. *De giuocolare.* GERMANIC. Das zu einem ſchauwſpiler gehört. HISPANIC. *Coſa de repreſentador de comœdias.* ANGL. *Of a player of enterludes.*} vt, Ars hiſtrionica, Hiſtrionicæ veſtes, Hiſtrionicus geſtus, Hiſtrionica verba.

Hiſtrĭōnālis, le, Ad Hiſtrionem pertinens. ὑποκριτικὸς. vt, Studium hiſtrionale. *Tacit. lib. 1.* Miſcere cœtus hiſtrionali ſtudio doctus. *Cic.de Orat.* Vt laſciuia verborum, grauitate ſententiarum, licentia compoſitionis, hiſtrionales modò exprimant.

Hiſtrīx, ὑστριξ. *Vide* HYSTRIX.

Hĭūlcŭs, a, um, Fiſſus, fatiſcens. {פתוח נפתח *patuach niphthách* נבקע *nibkáh.* χασμώδης. GALLIC. Entrouuert, entrebaaillé. ITAL. *Feſſo, aperto.* GERM. Geſpalten/gineñd. HISP. *Coſa que ſe hiene ò abre.* ANG. *Gapingas the ground in drought.*} *Virg.2. Georg.* Hoc vbi hiulca ſiti findit Canis æſtifer arua. ¶Per tranſlationem etiam orationem dicimus hiulcam, quæ malè cohæret, quæque inepta & malè compoſita eſt. {AN. *Not fully ioyned.*} *Cic.de Orat.* Nec aſper verborum concurſus ſit, néve hiulcus. Diomedes hiulcos verſus appellat exiles, & quaſi in media parte hiantes. ὑποσπῶντας.

Hĭūlcē, aduerbium, ineptè, vaſtè, ✕preſè, æqualiter, leniter. {μαχνίτως διαχίτως. GALLIC. Sans s'entretenir, en s'entrouuant. ITAL. *Apertamente, con largo ſpatio, fra vna parolla al altra.* GERM. Mit anſtoſſenden worten. HISP. *Abiertamente, apartadamente.* ANG. *As it were by gapes or chappes.*} *Cic.de Orat.* Ex quo ſic locutum eſſe eius patrem iudico, ſic maiores, non aſperè, vt ille quem dixi, non vaſtè, non hiulcè, ſed preſsè, & æqualiter, & leniter.

Hĭūlco, as, aperio, findo, hiulcum facio. {פקע קרע *bakáh karáh.* ὀχίζω, διαχίζω, χασμώδη ποιῶ. GALLIC. Fendre & faire ouurir, faire baailler & s'entrouuir. ITAL. *Aperire, fendere.* GERMAN. Spalten/auffthun/zu ginen machen. HISP. *Hender, ò abrir.* ANG. *To mak to gape.*} *Catullus*, Æſtus hiulcat agros.

H ante O

HO. In notis antiquorum, homo, vel honeſtus. HO.H. homo honeſtus. HOM. homo. H. HON. homo honeſtus HOR.VI. hora ſexta. HOS. hoſtis. H.HO.S. hic hora ſecunda. H.P. honeſta perſona, vel honeſta puella, vel hora peſſima, vel hic poſuit, vel poſuit. HRDSS. hæreditatis poſſeſſor, vel poſſeſſores. H. PS. hora peſſima. HR hares. H.R. honeſta ratio. H.R. I. P. hic requieſcit in pace. H.S. vel H. hora ſecunda, vel ſacra. H.S. hic ſunt, vel hoſtia ſacrilega. HSB Hoſtibus. H. S.E. hic ſepultus eſt, vel hic ſitus eſt. H.S.H.N.S. hoc ſepulchrum heredes non ſequuntur. H.SPL.M.A. hæc ſepultura modo aucta. HSS. hoſtes. H.S. hoſtes ſacrilegi. H.S.S. hic ſepulti ſunt. H.S.V.F.M. hoc ſibi viuens fieri mandauit.

HŌărŭs, ὦαρος, Scythiæ fluuius apud Thuſſagetas naſcens, & in Mœotim paludem influens. *Autor Herod. lib 4.*

Hŏc, pronomen demonſtratiuum neutri generis. {זה *hez, záh.* GALL. Ceſtuy-ci ITA. *Queſto.* GERM. Das. HISPAN. *Aqueſto.* ANG. *This.*} Cuius maſculinum eſt hic. *Virgil.lib.4.Æneid.* Hoc illud Germana fuit? Migrat interdum in aduerbium, idé ꝙ ſignificat quod Huc. *Sedeo. Virgil.8.Æneid.* Hoc tunc Ignipotens cœlo deſcendit ab alto. Sic enim legit Priſcianus. [*Plaut.Milit.ſc.6.a.2.* Ignoſcas mihi hoc. Ignoſcam tibi iſtuc. *Ibidem ſc.5.a.2.* Vin'tu hoc facere ſtrenuè. *Plaut. Curc.ſc.3.a.5.* Animaduerte ſi poſſum hoc inter vos componere. (i. hanc turbam) *Idem ſc.1.a.3.* Catapulta hoc ictum eſt mihi. (i. oculus) *Plaut. Amph.ſc.1. a.1.* Qui hoc noctis ſolus ambulem. Quem antè ædes video hoc noctis? Non placet me hoc noctis eſſe? *Plaut.Amph. ſc.1.a.1.* Et *in Curc.ſc.1.a.1. Plaut.Pſeud.ſc.* 7.a. 4. Vt hoc pultem. (ſup. oſtium.)

¶Hoc age, *Plaut. Capt.ſc.3.a.2.* & hanc rem. *Ibidem ſc.1.a.4.* & *apud Gell. cap.vlt.lib.1.* Hoc agamus. *Plaut.Capt.ſc.1.a.5.* Hoc eſt quod herus facit. *Plaut.Curc.ſc.3.a.1. Idem ibidem ſc.2.a.1.* Hoc vide vt ingurgitauit in ſe merum. *Item*, Hoc vide vt dormiũt peſſuli. *Ibidem. Plaut. Curc.ſc.3. a.1.* Hoc etiam eſt, quamobrem cupiam viuere. *Plaut.Menach.* Quid hoc negotij eſt? *Idem Amphitr.* & *iterum ſc.3.a.2.* Quid hoc ſit hominis. *Idem Amphitr.* Luceſcit hoc iam. *Plaut.Pſeud. ſc.2.a.2.* Scio hoc tibi febrim eſſe, quia non licet inijcere vngulas. *Idem ſc.3.a.3.* M. Nempe hoc eſt quod illi dedi. A. Iſtuc. ¶Hoc, pro ob hoc: *Plaut. Milit ſc.3.a.2.* Si falsò inſimulas hoc perieris. ¶Hocce caput ſentit. *Plaut. Aulul. ſc.2.a.3. Idem Aſin.ſc.2. a.2.* Hocce teſtamento ſeruitus legat tibi. ¶Hoccine eſt pietatem colere? *Plaut. Aſin ſc.1.a. 3. Item*, Facinus fecit audax. Hoccine. *Plaut. Mi'it.ſc.3.a.2.* Hoccine fieri vt, &c. *Plaut. Curc.ſc.3.a.1.* Hoccine mandauit tibi ſenex? Hoccine, Hoccine, hoccine. *Plaut. Moſt. ſc 1.a 1.* ¶Rurſum, Hoc age, *Suet.in Calig.cap.58.* & *in Galba cap.20.* (id eſt, feri.) ¶In hoc, pro ob id: *Senec.cap.15.de Conſol.ad Mart. Item*, Hoc mentis. *Ibidem cap.17.* Hoc præmij feres. *Plaut. Men.ſc.7 a.5.* ¶Hoc erat quare Pœantius antrò fatigaret ſaxa. *Ouid. Eleg. lib.5. Triſt.* Hoc eſt cur cantet foſſor. *Idem Eleg. 1. lib.4. Triſt. Item*, Hoc erat quod &c. *Plaut. Men. ſc. vlt. a.5.* ¶Hôc pro ideo, *Plaut.Pſeud.ſc.2.a.3.* Hôc ego fui obſeſſor fori. *Ibidem*, Hôc homines tam breuem vitam colunt.

Hŏdĭē, Hoc die. {היום *hajjóm.* σήμερον, ἐ τήμερον, ἀ ἤμερος. GALLIC. Aujourd'huy, huy, enhuy. ITAL. *Hoggi, hoggidì.* GERM. Heut. HISP. *Hoy.* ANG. *This day.*} *Cic.3.Verrina*, Nonæ ſunt hodie Sextiles: hora nona conuenire cœpimus. [*Plaut.Pſeud.ſc.2. a.1.* Hodie mihi nuptialis dies eſt. *Plaut. Pſeud.ſc.2.a.1. Ibidem ſc.3.a.1.* Hodie nate. Heus hodie nate. *Idem Plaut. Amphitr.* Neque ego hodie vnquam ad has ædes ſinam accedere. *Ibidem ſc.4.a.4.* Nihil eſt, vt dici ſolet, quod hodiè benè ſuccedat mihi. *Idem Aſin. ſc.3.a.3.* Nunquam hodie exorabis. *Plaut. Curc. ſc.3. a.5.* Placidum te hodie reddam. *Idem Milit.ſc.3.a.2.* Nunquam hodie quieſcet. *Plaut. Men. ſc.2.a.4.* Qui hodie vnquam forum inſpexi. *Idem ibid.ſc.7. a.5.* Maximo hodie malo herclè veſtrò iſthunc fertis. ¶Nunc hodie, Vide Nunc. ¶Hodiéque, Vide *apud Velleium*, ſæpè.] ¶Accipitur item pro nunc, ſiue hoc tempore, ſiue hac ætate. *Plaut.in Aſin.* Censén' tu illum hodie primùm ire aſſuetum in ganeum? *Terent. in Eunucho*, O populares, ecquis me viuit hodie fortunatior. *Cicer. pro domo ſua*, Hodiéque Volaterrani non modò ciues, ſed etiam optimi ciues, fruuntur nobiſcum ſimul hac ciuitate. * Hodie per comminationem dictum, authore Donato: *Terent. Andr.* Si ſenſero hodie quicquam in his te nuptiis Fallaciæ conari. Hodie mane. *Cic. Attico lib.13.* Venit paulò poſt Curtius hic ſalutandi cauſa, ſed manſit inuitatus. Trebatium nobiſcum habemus Hodie mane Dolabella, multus ſermo ad multum diem. * Hodie nunquam. *Terent. Adelph.* Scio vbi ſit: verùm hodie nunquam monſtrabo. *Vbi Donatus*, Hodie, aut abundat: vt *Virgil.2.Æneid.*-nũquam hodie omnes moriemur inulti. Aut nunquam hodie, pro, nullo tempore huius diei: quia nunquam per ſe generale eſt.* Non faciés hodie? Non dices hodie? & ſimilia, inſtandi & vrgendi cauſa dicuntur. *Horat.2.Serm Satyr. 7.* Non dices hodie quorſum hæc tàm putida tandem Furcifer?

Hŏdĭĕrnŭs, a, um. vt Hodiernus dies. {היום *hajjóm.* ἡ τήμερον ἡμέρα. GALL. Du iourd'huy. ITA. *Del giorno d'oggi.* GER Heuttig. HISP. *Coſa de hoy eneſtadia.* ANGLIC. *Of this day.*} *Cic.in Catil.* Neq; à nobis ante hodiernum diem collocaretur. *Idem ibidem*, Vt quum hodierno mane per forum meo iuſſu, & coniurati, & eorum indices in ædem Concordiæ ducerentur, &c. [*Senec.c.11.de Conſol.ad Mart.* Nihil de hodierna die, nihil de hora mittitur.]

HŎDĭVS, ὁδίος, Fuit, teſte *Homero lib. 9.Iliad.* vnus ex Græcorum præconibus in bello Troiano.

Hŏdœpŏrĭcŭm, ὁδοιπορικὸν. Commentarius itineris cuiuſpiam, eorúmve quæ in itinere acciderunt deſcriptionem continens: quod & itinerarium nonnulli vocauerunt. Græci enim ὁδοιπορεῖν dicunt, pro iter facere: & viatorem ipſum ὁδοιπόρον, appellant.

HŎDOMĀNTĬ, ὁδόμαντοι, Populi Thraciæ. Inde Hodomanticus, & fœminino Hodomantis. *Steph.ex Thucyd.lib.2.*

HOETŸCHĬVS (quod hic pro nomine fabri corruptè legebatur) legè TYCHIVS. Quod quidem erratum primùm ab Homeri interprete manauit, dictiones duas quæ diuidendæ erant, coniungente. Locus Poëtæ eſt *lib. 7. Iliad.* vbi ſic habet Αἴας δ' ἐγγύθεν ἦλθε φέρων σάκος ἠΰτε πύργον, Χάλκειον, ἑπτάβοειον, ὃν οἱ τύχιος κάμε τεύχων, &c. Quem locum interpres ſic vertit, Ferens ſcutum, turris inſtar, quod fecerat Hœtychius: non ſatis animaduertens τὸν οἱ, ibi datiuum eſſe pronominis ὅς, æquipollentem datiuo Latino Sibi. Huius generis non pauca ex fontibus ipſis repurgauimus; quæ eorum culpa irrepſerant, qui voluminis magnitudini potiùs conſulentes, quàm bonitati, quicquid vbique obuium fuit nullo iudicio, albáque quod dici ſolet linea huc congeſſerunt, nihil interim penſi habentes, ſe & bibliopolis, quibus operas ſuas locant, futum facere, & rudi linguæ Latinæ tyrunculo adulterina, pro ſyncteris tradere, vnum priuati ſui commodi ſcopum ſibi præfigentes, quo & librorum bonitatem; & officium ſuum metiuntur: opus illud longè optimum iudicantes, ex quo quamplurimùm compendij ad ſe redeat, & emolumenti.

HŌLCĂDĒS, ὁλκάδες, Populi intra Iberum fluuium. *Steph.ex tertio Polybij.*

Holcŭs, ὁλκὸς; Herba ariſtas à corpore educens: vnde & nomen accepit, ἀπὸ τῆς ἕλκειν; quod eſt trahere. *Plin.lib. 27. cap. 10.* Holcus in ſaxis naſcitur: ariſtas habet in cacumine tenues; culmo, quale hordeum reſtibile. Hæc circa caput alligata, vel circa lacertum, educit ex corpore ariſtas. Hanc quidem ob id ariſtidam vocant. *Hæc enus ille.* Multi zeam eſſe putant inter ſaxa naſcentem: alij ſyluſtrem auenam.

HŌLMĪ, Vrbs Ciliciæ aſperæ, vbi priùs habitabant qui nunc Seleuces. Gentile Holmeis. Sed apud *Stephan.* ſine aſpiratione legitur ἅλμιοι. *Apud Strab.* Holmos cum aſpiratione, & ſingulari numero *lib.14.*

HŌLMĪVM, Vrbs Bœotiæ. Gentile Holmeis. *Apud Steph.* ἅλμιον ſine aſpiratione legitur.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

HOLMŌNĒS, Vicus Bœoticæ ab Holmo Sisyphi filio. *Pausan. lib. 9.* Gentile Holmoneis. In vulgaribus *Steph.* codicibus ὅλμωνες, & inde deriuata non aspirantur.

Holocaustum, {עוֹלָה *holáh* ὁλόκαυστον. ANG. *A burnt offring.*} Victima quæ detractis extis integra aræ imponebatur: παρὰ τὸ ὅλον καίεσθαι, hoc est ab eo quod totum cremaretur.

¶ Idem & holocautoma ὁλοκαύτωμα, dicitur à verbo ὁλοκαυτόω, quod est victimas integras comburo.

Hŏlŏgrăphum, phi. pen. corr. ὁλόγραφον. Testamentum quod totum testatoris manu scriptum est. Holographa epistola, quæ tota scripta est manu eius cuius nomine mittitur. *Hieronymus contrà Rufinum*, Quæ epistola holographica tenetur ab his, ad quos perlata est.

Hŏlŏphāntă ὁλοφαντὴς, Qui ob consuenda mendacia vili conducitur mercede. *Plautus in Curculione*, Ædepol nugatorem lepidum hunc nactus est Phædromus: Holophantam an sycophantam hunc magis dicam nescio.

Hŏlŏsĕrĭcă vestis, vel substantiuè holoserica, orum, vestis quæ tota ex serico confecta est, nulla alia materia admista, {ὁλοσηρικά. GAL. Robbe toute de soye ITA. *Vesta tutta di seta.* GER. Ein gantz seidin / oder sammatin kleid HIS. *Vestidura toda di seda.* ANG. *Cloth of silk.*} Primus (*teste Lampridio*) vsus est Heliogabalus. Tacitus autē Imperator holosericæ vestis vsum viris omnibus interdixit. Quàm rarus autem fuerit apud veteres holoserici vsus, quantáque eius caritas, docet *Vopiscus in Aureliano his verbis*, Vestem holosericam neque ipse in vestiario suo habuit, neque alteri vendam permisit. Et quum ab eo vxor sua peteret, vt vnico pallio blatteo serico veteretur, ille respondit, Absit vt auro fila pensentur. Libra enim auri tunc libra serici fuit. *Hactenus ille.* Sericæ autem vestes à Seribus Indiæ populis sunt appellatæ, apud quos vermiculus exiguus, qui σὴς appellatur, conficit molliorem illam lanam, quam sericum appellamus, quod vermiculi genus, antea orbi nostro ignotum, à monachis quibusdam è Serinda Indorum vrbe ad Iustinianum Imperatorem allatum, hodie per omnem Europam sparsum est. *De vermiculi huius natura vide plura apud Baysium, ex quo hæc excerpsimus.*

Hŏlŏsteŏn, ὁλόστεον, Herba est quadrantalis, humi repens, foliis viticulisque coronopo, aut gramini proximis, gustu astringentibus: radice alba, prætenui, vsque in capillamenti speciem longitudine quatuor digitorum: dicta per antiphrasin, quasi tota ossea, quum tamen careat omni duritia. *Plin. lib. 27. cap. 10.* Holosteon sine duritia herba, exaduerso appellata à Græcis, sicut fel dulce. Herbarij Molle gramen appellant.

Hŏlŏthūrĭă, ὁλοθουρία, sunt inter zoophyta, saxis non hærentia, aspero corio contecta. Edulia non sunt, sed in littoribus iacent inter marjs eiectamenta. *Plin. lib 8. c. 47.* Multis eadem natura, quæ frutici vt holothuris, pulmonibus, stellis.

HOMERITAE, Populi Æthiopum. *Steph.*

HŎMĒRŬS, ri, penultima producta, Ὅμηρος. Poëtarum omnium præstantissimus, qui fuit ante Romam conditam annis circiter centum sexaginta, *vt Cornelius Nepos in libris Chronicorum tradit.* {GER. Ein furst vnder den Griechischen poeten.} Hic fuit cæcus, & ob id Homeri nomen sortitus, quum priùs Melesigenes diceretur, quod ad Meletem fluuium natus esset. Cumæi nanque & Iones captos oculis ὁμήρους appellant, quòd homeris, id est itineris ducibus, egeant. Hinc Cæcutiēs Mæonius nuncupatur *à Martiano lib. 1. de Nupt. Philologiæ*, Cæcutientis Mæonij suauiloqua senectus. [*Vide Mæonides.*] De patria eius nihil certi traditur. Fecit enim nominis eius claritas, vt quem viuum, rebúsque omnibus egentem, nemo agnouerit, nunc multæ Græciæ vrbes certatim sibi vindicent, adeò vt quibus potissimum credere debeamus, non facile sit discernere. Quod etiam testatur *Cic. pro Arch.* Homerum (inquit) Colophonij ciuem esse dicunt suum, Chij suum vendicant, Salaminij repetunt: Smyrnæi verò suum esse confirmant, itaque etiam delubrum eius in oppido dedicauerunt: multi alij præterea pugnant inter se, atque contendunt. Extat ea de re distichon Græcum *apud Gell. lib. 3. cap. 11.*

Ἑπτὰ δὲ μήτηρουν πόλεις διὰ ῥίζαν Ὁμήρου,
Κύμη, Σμύρνα, Χίος, Κολοφὼν, Πύλος, Ἄργος, Ἀθῆναι.

Reliquam eius vitam breuitatis caussa hîc prætermittimus: quam qui latiùs nosse cupit, Herodotum adeat, & Plutarchum.

Hŏmērĭcŭs, Homerica, Homericum, ὁμηρικός, Quod Homeri est. *Quintilianus lib. 2.* Sic ergo tàm eloquentia, quàm moribus præstantissimus, qui ad Phœnicis Homerici exemplum dicere, ac facere doceat. *Iuuenalis.*

Tu miser exclamas, vt vincere Stentora possis,
Vel potiùs quantum Gradiuus Homericus.

Hŏmērŏmāstix, ὁμηρομάστιξ. Cognomen Zoili cuiusdam, qui eo solùm nomine innotuit, quòd præstantissimum Poëtarum omnium Homerum, libris aduersus eum editis, ausus fuerit insectiæ arguere. GER. {Ein frauentlicher beschelter vnd außhilper deß herrlichen Poeten Homeri.} quos libros quum Ptolemæo Ægypti regi obtulisset, rex tum quidem dissimulata indignatione, quam ex hominis impudentia conceperat, post aliquot dies pecuniæ aliquid petenti, quo inopiam subleuaret, Mirum (inquit) te inopia premi, qui multò Homero es doctior, quum ille qui ante annos mille fato functus est, etiam hodie tot hominum millia pascat. Tandem parricidij accusatus, iussu regis in crucem sublatus est. Dictus Homeromastix quasi Homeri flagellum. μάστιξ enim Græcis idem est quod nobis flagellum. Vnde & Comici verberones, hoc est, verberibus dignos mastigas appellitant. Extenditur & latiùs Homeromastigos appellatio, vt omnibus planè detractoribus accommodetur, qui insatiabili reprehendendi libidine, optima quæque lacerant: quúmque Venerem ipsam non possint, fandalium eius reprehendunt. *Plin. in proœmio operis*, Vt obiter caueam istos Homeromastigas. ita enim carptores suos nominat. Ad eundem etiam modum obtrectatores omnes mastiges appellantur, addito nomine eius cui obloquuntur: vt, Virgilio mastix, Virgilij reprehensor: & Ciceromastix, Ciceronis captor: quo nomine Largius Licinius eum librum inscripsit, quem in Ciceronem edidit, *teste Gellio lib. 17 cap. 1.*

HOMĒRĬDAE, ὁμηρίδαι, Familia apud Chios illustris, vt ait Hellanicus, quæ generis sui originem ad Homerum referebat.

Hŏmĭcīdă. Homicidium, *Vide* HOMO.

Hŏmĭlĭă, {דברה *dabberáh.* ὁμιλία. AN *A talke or aduise that menhaue together.*} Græcis colloquium, & cœtum significat: vnde etiam concionem siue orationem, quæ in cœtu habetur, scriptores Ecclesiastici homiliam vocant.

Hŏmĭlĕtĭcŭs, adiectiuum. *Hieronymus ad Heraclium*, Quem laborem *inquis*, idcirco suscepimus, ne pulsatæ quæstiones & relictæ (quod homileatico dicendi genere ab illo sæpe fieri assolet) Latino lectori fastidium generaret.

Hŏmo, inis, Ab humo dictus, *vt Varr placet.* Vel, *vt aliis*, ab ὁμοῦ, simul: est enim animal sociale: *Scalig.* {אדם *adham* אנוש *enósch.* αὐθρωπος. GAL. Homme ou femme. ITA. *Huomo.* GER. Ein mentsch. HIS. *El varon ò la muger.* ANG. *A man oo woman.*} [Quid sit homo, & quis sit, *Vide apud Gellium capite primo libro quarto decimo.*] *Cic. de Leg.* Animal hoc prouidum, sagax, multiplex, acutum, memor, plenum rationis & consilij, quem vocamus hominem, præclara quadam conditione generatum esse à supremo Deo. *Idem 3. Officiorum*, Homo autem qui rationis est particeps: per quam consequentia cernit, principia, & causas rerum videt, &c. *Idem 2. de Nat. deor.* Homo ortus est ad mundum contemplandum & mirandum. *Et paulò post*, Deus homines humo excitatos, celsos & erectos constituit, vt deorum cognitionem cælum intuentes capere possent. *Ouid. 1. Metamorphos.* Pronáque quum spectent animalia cætera terram, Os homini sublime dedit, cœlúmque videre Iussit, & erectos ad sydera tollere vultus. [*Seneca cap. 17. de Consol. ad Polyb.* Non sentire mala sua, non est hominis, non ferre, non est viri. *Ibidem cap. 11. de Consol. ad Mart.* Quid est homo? quæsitum vas. (sæpè.) *Quintilian.* Summi sunt Demosthenes & Homerus, homines tamen. *Plaut. Men. sc. 2. a. 1.* Quis homo est? Ego sum. *Idem Mostel. sc. 3. a. 1.* Vt fama est homini, exinde solet pecuniam inuenire. *Plaut. pseud. sc. 7. a. 4.* Hominem verberonem Pseudolum. *Ibidem sc. 2. a. 3.* Hominem coquum peiorem. *Plaut. Capt. sc 2. a. 2.* Optimus hominum es homo. *Ibid sc. 3. a. 2. Idem Ps. sc. 3. a. 1.* Quantum terra tegit hominum periutissime. *Idem Capt. sc. 3. a. 2.* En tibi hominem. (id est cum quem volebas.) ¶ Homo natus, vbi natus vacat. *Gellius cap. 6. lib. 16.* Facetus hominis nebulonis. *Senec. cap. 15. de Consol. ad Polyb.* Dum inter homines erat, hominem se sensit Augustus. *Plaut. Men sc. 2. a. 1. Gell. cap 1. lib. 9.* Demus huic (sup. erratico nebuloni) aliquid tanquam homines non tanquam homini. ¶ Portentum hominis. *Sueton. in Caud. cap. 3.* Flagitium hominis. *Plaut. Men. sc. 2. a. 3. Item.* Quis est homo meliorem. *Plaut. Capt. sc. 4. a. 2.* Quis tu homo es? Pl. *Curc sc 1. a. 3.* Quis homo vidit? tuus conseruus. *Idem Milit. sc. 2. a. 2.* Et, Quis homo est? Menæchmus quidam. *Plaut. Men. sc. 4. a. 1 Item*, Ille homo homines non alit, verùm educat. *Plaut. Men. sc. 1. a. 1.* Vt decet velle hominem amicum amico? *Plaut. Curc sc. 3. a. 2.*] ¶ Homo autem quanquam vtrunque sexum complectitur, separatim de fœmina dictum inuenitur, tametsi rarius. *Pl in Cistel.* Intus pauco, & formido foris, ita metus Nũc vtrobique me agitat, illos hominis miseræ misereri. [*Idem Plau. Amphit. sc. 3. a. 2.* Quid hoc sit hominis. (de Alcmena vxore Amphitruonis.)

¶ Homo, pro corpore humano, *Macrob. lib. 1. cap. 13.* Animum durare pòst hominem.] *Sulpitius ad Cicer. lib. 1. Famil. l. 4.* In vnius mulierculæ animula si iactura facta est, tantopere commoueris? quæ si hoc tempore non suum diem obiisset, paucis pòst annis tamen erat ei moriendum, quoniam homo nata fuerat. ¶ In quo tamen exemplo adiectiuum nata non cohæret cum substantiuo homo, sed cum substantiuo Tullia, vel pronomine Ipsa, quòd facilè intelligitur. Hic enim est sensus: Quoniam ipsa nata fuerat homo, id est humana sorte, & conditione: quasi dicat, mortalis. Eadem ratione dici potest, ea nata erat animal. *Homo, pro, Ille de quo agitur. *Horat. 2. Serm. Satyr. 7.* Aut insanit homo, aut versus facit. *Sic ad Sulpicium*, Repente Cæsar præter spem dixit, se Senatui roganti de Marcello, ne hominis quidem causa negaturum ipsius Marcelli.

*Nemo homo, *Terent in Eun.* Nunquis hîc est? nunquis hinc me sequitur? nemo homo est. *Vbi Donatus*, Quamuis per nemo, homo intelligatur, tamen adiit, homo, vt veteres solent, τῷ αἰχαίσμῳ. *Cic. pro P. Sylla*: Nisi fortè regium tibi videtur ita viuere, vt non modo homini nemini, sed ne cupiditati quidem vlli seruias. *Homo es, Idem quod Vir es, Hoc est fortem, & magni animi te esse ostendis. *Plaut. Epid.* Euge frugi Epidice, frugi es: bene pugnasti, homo es. *Homo de pueris. *Quintil. lib. 1. cap. 3.* Fugiendo turbam, hominum eius ætatis quę sit ad vitia maximè prona. [¶ Adolescens homo. *Plaut. Pseud. sc. 3. a. 1.* Quid mirum fecit adolescens homo si amat. *Idem Asin. sc. 2. a. 2. l. A.* Adolescens venit Vbi is homo est? &c. *Vide* Adolescens.]

*Homines pro famulis, ancillis, seruis & tota familia. *Scæuola in l. pater. ff. de dolo ma. excep.* Pater pro filia dotem promiserat, & pactus erat, vt ipse aleret filiam suam, eiúsque homines.

[Homo pro seruo passim apud Ciceronem: vt, Hominem Quintij deprehendis in publico. Et apud Catullum, Ad lecticam homines (id est serui.) & passim in iure, & Comœdiis Plautinis: vt *in Pseud. sc. 6. a. 4.* Venitne homo ad te? (id est Pseudolus.) &, Hominem conuenisti. *Ibidem. & sc. 7. a. 4.* Malus & nequam homo, qui heri imperium spernit. *Idem Asin. sc. 4. a. 2.* Non decet esse superbum hominem seruum. Homo seruus, *Vide* Seruus, & *apud Gellium capite 14. libro 5.* Homo Androdus, pro Androdus vel seruus. *Et Plautus Capt. sc. 2. a. 2.* Fecit hominem frugi, vt facere oportuit. (id est seruum.) *Gell. c. 14. l. 5.* Homo Androdus (i. seruus.)] ¶ Homo homini Deus, ἄνθρωπος ἀνθρώπου δαιμόνιον. Quod dici solet de eo qui subitam atque insperatam attulit salutem, aut qui magno quopiam beneficio iuuit. ¶ Huic quasi diuersum est, Homo homini lupus, ἄνθρωπος ἀνθρώπου λύκος. Quo monemur ne quid fidamus homini ignoto, sed perinde atque à lupo caueamus. Lupus, *inquit Plautus*, homo homini, non homo, qui qualis sit non nouit.

Hŏmŭlĭs

Hómūlŭs, Homululus, Homunculus, & Homuncio. {ἀνθρωπίσκος, ἀνθρώπιον, ἀνθρωπάριον, ἀνθρωπισκάριον. GALLIC. Petit homme, hommet, hommeau, hommelet, bout d'homme. IT. *Hometto, homocino, huomo picciolo.* GER. Ein mentschlein. HI. *Pequeño hombre, ẽñano.* AN. *A litle man, a dwarfish fellow.* } *Cic. in Pisonem,* Sed quoniam præterita mutare non possum⁹, quid cessat hic homulus ex argilla & luto factus Epicureus dare hæc præclara præcepta sapientiæ, clarissimo & summo imperatori genero suo? *Idem l. I. Tusc.* Sed vt homunculus vnus è multis. *Et Terent. in Eunuc.* Ego homuncio hoc non facerem? *Plau. Cap. Prol.* Homunculi quanti sunt cum recogito. *Gel. c. 13. l. 13.* Homunculi Galli, Homunculus, (in vitium.) *Gel. c. 11. li. 6.*]

Hŏmĭcīdă, dæ, pen. prod. Qui hominem necat. {רצח *rotséach.* αἰδροφόνος. GAL. Homicide, tueur de gens, meurtrier. IT. *Homicida, homicidia'e.* GE. ein todschläger/der ein mentschen vmb das läben bringt. HISPA. *Homiziano que mata hombre.* AN. *A mankiller.* } *Cic. 2. Philip.* Fateor eos plus quàm sicarios, plus quàm homicidas, plus etiam quàm parricidas esse. *Quint. li. 7. c. 4.* An qui se interfecit homicida sit? *Horatius* homicidam Hectorem cum laude dixit.

Hŏmĭcīdĭum, dij. Hominis necatio, cædes. {רצח *rétsach.* αἰδροφονία, μιαιφονία. GAL. Homicide, meurtre. IT. *Homiciuio.* GE. Todtschlag. HISP. *Homicidio, muerte de hombre.* ANG. *Manslaughter.* } *Plin. li. 18. c. 3.* Frugem aratro quæsitam, furtim noctu pauisse ac secuisse, puberi duodecim Tabulis capitale erat: suspensumque Cereri necare iubebant grauius, quàm in homicidio conuictum. *Cic. 2. Philip.* Homicidij rei sunt, an vindices libertatis.

Hŏmœŏmĕrĭă, ὁμοιομερία, Similitudo partium. *Lucr. l. 1.* Hinc & Anaxagoræ scrutemur homœomeriam. *Ser. super illud Vir. 4. Æn.* Exoriare aliquis nostris ex ossibus vltor: Secundùm (inquit) Anaxagoram, qui dicit homœomeriam, i. omnium membrorum similitudinem esse in rebus creandis: i. ex ossibus, ex sanguine, ex medullis, nam omnia pro parte sui transeunt in procreationem. ¶Homœomeria item appellatur, quum partes eandem rationem, atque idem nomen cum toto obtinent. Sic terram vel aquam ὁμοιομερῆ esse dicimus, quòd quamuis exiguam terræ æquæve partem, terram aut aquam appellemus. Sic etiam à medicis in corpore animalis partes illæ minimæ, & sensu simplices ὁμοιομερεῖς appellantur, quas nos similares nominamus: quales sunt caro, os, cartilago, & eiusmodi, quorum vel minimæ particulæ, totius & rationem obtinent & appellationem.

Hŏmœŏptōtŏn, ὁμοιόπτωτον. Figura est, quum diuersæ dictiones in fine membrorum in similes casus exeunt. *Sall.* Maximis ducibus, fortibus, strenuísque ministris. *Ennius,* Mœrentes, flentes, lachrymantes, & miserentes. Dictum homœoptoron, quasi ὁμοίως πλωτὸν, hoc est similiter cadens, *vt interpretatur Cic.*

Hŏmœōsĭs, ὁμοίωσις. Figura est sententiarum, qua per similitudinem cogniti deducimur in cognitionem incogniti. Dicta homœosis à verbo Græco ὁμοιόω, quod est assimilo. Latini similitudinem interpretantur. Eius tres sunt species, Icon, Parabola, & Paradigma: *de quibus vide suis locis.*

Hŏmœŏtĕlĕutŏn, ὁμοιοτέλευτον, Similiter desinens. Figura, quum plura verba in eandem vocem finiunt: vt, Abiit, discessit, euasit, erupit. Differt ab homœoptoto, quòd illud solùm fiat in casibus similiter desinentibus: hoc etiam in his partibus orationis quæ casus non habent.

Hŏmŏgălăctŏs, ὁμογάλακτος. GALL. Nourri d'vn mesme laict. ITA. *Nutrito d'vn istesso latte.* GER. Von einer milch erzogen/ der von einer milch gesogen hatt. HISPAN. *Criado de vna mesma leche.* ANG. *Nourished of the same milk.* } Eodem lacte nutritus, quem Latini collactaneum vocant. Vox composita est ab ὁμὸς, quod est vnus, idem, vel similis, & γάλα, lac. Verùm huiusmodi vocum significatio ex Græcolatino potiùs Lexico petenda erat: quippe quæ neque Latinis in vsu sunt, neque nostris literis scribi consueuerunt. Quare id genus non paucas, nullo prorsus iudicio huc congestas, sustulimus, & veluti ab aliena familia remouimus: idque eodem iure, quo Latinas voces è Græco dictionario eximeremus.

HŎMŎLĒ, es, ὁμόλη, *Stephano,* Mons est Thessaliæ, Centaurorum olim sedes, quemadmodum & Othrys. *Vir. 7. Æn.* Ceu duo nubigenæ quum vertice montis ab alto Descendunt Centauri, Homolen, Othrynque niualem Linquentes.

HŎMŎLĬVM, ὁμόλιον, *Stephano,* Magneſiæ oppidum, *cuius meminit Pli. l. 4. c. 9. & Strabo li. 7.*

Hŏmŏhȳpnī, ὁμόυπνοι. Domestici, contubernales, ac familiares, quasi vnà somnum capientes. Ita enim eos appellat Charondas, *apud Aristl. lib. 1. Polit.*

Hŏmŏnœă, ὁμόνοια. Latinè concordia. ¶Fuit etiam castissimę matronę nomen, cuius epitaphium memini me vidisse Romæ in veteri marmore incisum, quod id temporis asseruabatur in peristylio ædium Cardinalis Alexandri. Erat autem huiusmodi.

Tu, qui secura procedis mente, parumper
Siste gradum, quæso, verbáque pauca lege.
Illa ego, quæ claris fueram prælata puellis,
Hoc Homonæa breui condita sum tumulo.
Cui formam Paphiæ Charites tribuêre decoram,
Quam Pallas cunctis artibus erudiit.
Nondum bis denos ætas mea viderat annos,
Iniecêre manus inuida fata mihi.
Nec pro me queror hoc, morte est mihi tristior ipsa
Mœror Atimeti coniugis ille mei.
ATIM. Sit tibi terra leuis, mulier dignissima vita,
Quæque tuis olim perfruerere bonis.
Si pensare animas sinerent crudelia fata,
Et posset redimi morte aliena salus:
Quantulacunque meæ debentur tempora vitæ,
Pensarem pro te chara Homonœa libens.
At nunc, quod possum, fugiam, lucémque, deósque,
Vt te matura per Styga morte sequar.
HOM. Parce tuam coniux fletu quassare iuuentam,
Fatáque mœrendo solicitare mea.
Nil prosunt lachrymæ: nec possunt fata moueri.
Viximus: hic omneis exitus vnus habet.
Parce, ita non vnquam similem experiare dolorem,
Et faueant votis numina cuncta tuis.
Quod mihi præripuit mors immatura iuuentæ,
Id tibi victuro proroget vltrius.

Hŏmōnўmum, pen. corr. Eiusdem nominis, quod idem habet nomen. {ὁμώνυμος. GAL. D'vn mesme nom. IT. *D'vn istesso nome* GER. Gleichs oder eines nahmens. HIS. *De vn mesmo nombre.* ANG. *Of the same name.* } Propriè homonyma dicuntur res diuersæ eodem appellatæ nomine: vt Taurus Asiæ mons, & bos masculus eodem appellantur nomine, quum sint res diuersissimæ. Homonyma æquè dici possunt, quę à Grammaticis vocantur Æquiuoca, quę sub vna voce plura significant: quale est lupus, quod & animal terrestre significat, & piscem. Synonyma autem dicuntur voces diuersæ, quæ eiusdem sunt significationis: quales sunt ensis & gladius.

Hŏmŏūsĭŭs, ὁμοούσιος, Eiusdem substantiæ, quod Theologi voce inter Latinos non satis recepta consubstantialem dicunt, ὁμὸς enim idem est quod vnus, idem vel similis, & οὐσία substantia.

Hŏnēstŭs, a, um, Honore & dignitate præstans. {טוב נכבד *tob nachon* חדור יקר *hadhúr iakar* נקור *iakkir.* σεμνὸς, ἐνημος, σπάσιμος. GAL. Honneste, louable, & de vertu & de bonne reputation, gẽtil. ITA. *Honesto, laudabile, di vertu gentile.* GER. ehrlich/ehrbar/ehrsam/ehrenhafft. HIS. *Cosa honesta, hermosa, honrada y que parece bien.* ANG. *Honest, louable, good.* } *Salust. in Iugurtha,* Calumnia paucorum, quibus omnia honesta atque inhonesta vendere mos erat. [*Ouid. Eleg. 1. li. 2. Trist.* Honesti nulla gloria. ¶Honestum crimen. *Senec. cap. vlt. de Tranquil. Item,* honesta honoratáque imago. *Liu. l. 6. d. 4.*] ¶Item pulcher, καλὸς, ὡραῖος. *Terent. in Eun.* hem eunuchum tibi, Quàm liberali facie, quàm ætate integra! TH. Ita me dij ament, honestus est. *Et paulò pòst,* Ducit secum vnà virginem dono huic, papæ, facie quàm honesta! [*Suet in Tib. cap. c. 8.* Honesta facie erat Tiberius.] Sic etiam inhonestus modò idem est turpis, hoc est honoris & dignitatis expers, ἄτιμος. *Cic. pro domo sua,* Profectò illum Attilium, hominem turpissimum: atque inhonestissimum iudicares. Modò idem quod deformis, αἰσχρὸς. *Terent. in Eunuch.* Illúmne, obsecro, inhonestum senem, mulierem? Honestus etiam venustè dicebatur pro diuite, quemadmodum *Asconius in Verrinam tertiam* scribit, In qua significatione vsus videtur *Vlpian. L 52. D. de Furt.* Quum Titio honesto viro pecuniam crederē vellem, subiecisti mihi alium Titium egenum; quasi ille esset locuples. *Ex Hotomano.*

[Honestior, oris. *Pl. Capt. sc. 3. a. 1.* Me honestiorem honore semper fecit & facit. ¶Honestius me quàm te hęc palam facere. *Plaut. Asin sc. 2. a. 4.*]

Hŏnēstissĭmŭs, Honestate vel honore præstantissimus. ὑπερανέστατος. *Cic. Lentulo,* Post tuum discessum is dies nobis honestissimus fuit in Senatu.

Hŏnēstum, sti, substantiuum. Virtutem probitatémque significat, quo cauetur ne quid indecorè, effœminatè, libidinosè, turpiter fiat, cogitetúrve. {נכבד *nachon* נכבד *nichbádh* נהדר *nehdhár.* τὸ καλόν. GA. Ce qui est honneste, honnesteté. ITA. *Ciò che è honesto, virtu, honestà.* GER. ehrsamkeit/ehrbarkeit. HIS *Lo que es hermoso, honorado y honesto.* ANG. *Honestie.* } *Quint. lib. 2. cap. 4.* Sed nos iustum, pium, religiosum, cæteráque his similia honesto complectimur.

Hŏnēstās, Dignitas, decus, laus virtute comparata. {הדר *hadhár* קבוד *chabódh* יקר *jekár.* τὸ καλόν. GALL. Honnesteté. ITAL. *Honestà.* GERM. ehrsamkeit/ehrliche achtbarkeit. HIS. *La honestidad.* ANG. *Honestie, goodnesse.* } *Cic. in Offic.* In officio colendo sita est honestas omnis, & in negligendo turpitudo. *Idem ad Atticum,* O hominem amentem & miserum, qui vmbram quidem vnquam τῷ καλῷ videtis! Vbi enim est dignitas, nisi vbi est honestas? *Idem pro Muræn.* Nolite eum ante partis honestatibus, atque omni dignitate, fortunáque priuate.

Hŏnēstē, aduerb. Cum honore & dignitate, sine dedecore. {μετὰ τιμῆς. GAL. Honnestement, vertueusement, honorablement. ITA. *Honestamente, honoreuolmente.* GER. ehrlichen/ehrbarlichen. HIS *Honestamente, honorosamente y sin reprehension.* ANG. *Honestly, honorably.* } *Terent. in Eunuch.* Alio pacto honestè quomodo hinc abeam, nescio. *Cicer. de Amic.* Quod qui recusarent, quanuis honestè id facerent, ius tamen amicitiæ deserere arguerentur. [*Suet. in Aug. c. 43.* Honestè natus, (id est honesto loco.]

Hŏnēstĭtūdo, dinis, pro honestas antiqui dixerunt. *Accius,* Horrida honestitudo Europæ principium primo ex loco. *Idem in Mirmidonibus,* Tua honestitudo Danaos decepit diu.

Hŏnēsto, as, Decoro, honore afficio. {הדר כבד *hadhár chibbedh.* τιμάω, τιμίζω. GALL. Honnorer, faire honneur. ITA. *Fare honore, honorare.* GER. ehren/ehr anthun. HISP. *Honrar, hazer honor à otro.* ANG. *To cause honour or make men much esteme one.* } *Plaut. in Capt.* Ne me secus honore honestes, quàm ego te, quum seruiebas mihi.] *Plau. Capt. sc. 2. a. 2.* Cur me tanto honore honestas, & me eximis è vinculis.] *Cic. lib. 1. Offi.* Nec domo dominus, sed domino domus honestanda est. *Idem 2. Offic.* Quæcunque igitur homines homini tribuunt, ad eum augendum atque honestandum, aut beneuolentiæ gratia faciunt. *Sallustius in Catill.* Sed quòd indignos homines honore honestatos videbā. ¶Huius composita sunt Cohonesto, quod est simul cum aliis honeste, συμπεριποιῶ. *Cicer. Bruto,* Quos cohonestaris, in primisque me, si Respub. municipij tuo studio & diligentia bene administrata erit. Dehonesto, quod est contrarium suo simplici, ἀτιμάζω.

*Honestamentum, ti, *Senec. Epist. 67.* Nullo enim honestamento eget virtus, ipsa & magnum sui decus est, & corpus suum consecrat. [*Gell. ca. 26. lib. 10.* Honestamenta orationis.]

Hŏnŏr, oris & Honos, Reuerentia quam alicui exhibemus in virtutis testimonium. [Honor est verbum medium. *Gell. cap. 9. lib. 12.*] {הדר *hadhár* יקר *jekár* כבוד *chabódh.* τιμή. GAL. Honneur, dignité. ITAL. *Honore, ornamento.* GERM. Ehr. HIS. *Honra, hermosura.* ANG. *Honour, reuerence.* } *Cic. pro Calio,* Nemini vnquam præsenti Puteolani maiores honores habuerunt, quàm M. Cælio. [*Ouid. 13. Metam.* Nec sanguinis ordo; Sed virtutis honor queratur. *Plaut. Asin. sc. 3. a. 1.* Ætatis atque honoris gratia hoc fiet tui. *Item,* Hanc tibi noctem honoris caussa gratiis dono dabo. *Gell. cap. 1. lib. 4.* Faciam id honoris tui habendi gratia. (vbi habendi vacat.) *Plaut. Asin. sc. 1. a. 1.* Me honorem habere eius ingenio decet. (i. referre gratiam.) *Plautus Capt. sc. 3. a. 2.* Mē

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

honestiorem honore semper fecit. *Tibull. lib.* 4. Sed generis priscos contendis vincere honores, *Ibidem*; Nec solum tibi Pierij tribuentur honores. *Ouid.* 13. *Metamorphos.* Demit honorem Æmulus Aiaci. *Plaut. Curc. sc.* 3. *a.* 4. Tui honoris gratia feci quod mandasti, tuum nuncium ne spernerem. *Idem Amphitr.* Sed Alcmenæ huius honoris gratia pater curauit vno vt fœtu fieret. (i. vt pudicitiæ decus tueretur.) ¶Ob honores, pro in honorem : *Gellius c.* 2. *lib.* 5. de Bucephalo equo Alexandri loquens, Alexander parta belli victoria, oppidum in eis locis condidit: atque ob equi honores Bucephalon appellauit. Honore honestare, Vide Honesto. ¶Honos, & pretio. *Cæs. lib.* 3. *de bell. ciu.* Pecus magno in pretio habebant. ¶Pro præmio, *Cæs. lib.* 2. *de bell. ciu.* Honores habere, pro conferre præmia & gratias agere.] ¶Accipitur etiam honor siue honos pro dignitate siue magistratu, & in hac significatione in plurali præcipuè ponitur. *Idem de Clar. Orat.* Honos est præmium virtutis, iudicio studioque ciuium delatum ad aliquem. *Idem in Epist.* Quum honoribus amplissimis perfuncti essemus. *Idem antequam iret in exilium*, Qui sunt assecuti summum gradum honoris intelligit dignitatem Consulatus ad quam per Ædilitatem & præturam velut per inferiores gradus paulatim ascendebatur. ¶Aliquando accipitur pro pulchritudine, κάλλος. *Virgil. lib.* 1. Et lætos oculis afflarat honores. *Et alibi*, Frigidus & syluis Aquilo decussit honorem. ¶Aliquando pro cultura obseruantiáque, θεραπεία. *Idem lib.* 6. Semper honore meo, semper celebrabere donis. ¶Inuenitur etiam aliquando positum pro ipsis sacrificiis vel odoribus, quos veteres diis suis accendebant. *Virgil.* 1. *Æneid.* Aut supplex aras imponat honores? Aliquando pro præmio: vt apud eundem, Ipsis præcipue ductoribus addit honores. *Cicer.* 1. *Tuscul.* Honos alit artes, omnéque incendimus ad studia gloria. *Idem in Epistol fam.* Medico haberi honorem placet. ¶Mortis honos, id est sepultura. *Virgil.* Cernit ibi mœstos, & mortis honore carentes. Aliquando pro amore. *Virgil.* 11. *Æneid.* Si quis amatæ rangit honos animum.

¶Honorem præfari dicimur, quum rem aliquam turpem dicturi, paucula verba præmittimus, quibus turpitudinis veniam à præsentibus precamur. *Cic Pato*, Nos autem ridiculè: Si dicimus, Ille patrem strangulauit, honorem non præfamur: sin de Aurelia aliquid aut Lollia, honos præfandus est. Pro eodem etiam dicimus, Habere honorem auribus. *Curtius lib.* 5. Fœminarum conuiuia meuntium in principio modestus est habitus : paulatim pudorem profanant: ad vltimum opus (honos auribus sit habitus) ima corporis velamenta proiiciunt. * Appellare vel nominare aliquem honoris causa. *Cic. pro Sext. Rosc.* Quæ de viro fortissimo & clarissimo, L. Sylla, quem honoris causa nomino, Hoc est, Honorificè & non ad ignominiam cedere volo, quod nomen eius effero.

Hŏnōrārĭŭs, a, um, Quod ad honorem pertinet {יקר *jakár* יקיר *jakkir* כבוד *chabóud*. γερούσιος, ὁ τιμητικός. Gall. D'honneur, appartenant à honneur. Ita. *Di honore, pertinente à honore.* Ger. Das zu ehren gehört. Hisp. *Cosa de honra, pertinesciente à honra* Ang. *Belonging to honeur, of honour.*} vt, Ius honorarium, id est Prætorium, quod Prætores qui honoribus quoque funguntur iuri huic autoritatem dederunt. Honorarius autem arbiter dicitur, quem honoris causa vtraq; pars summum facit causæ suæ & controuersiæ iudicem. *Cic. 5. Tusc.* Quorum controuersiam solebat tanquam honorarius arbiter iudicare Carneades. ¶Ludi honorarij quos antiqui Liberalia dicebant, *vt inquit Festus*: dicti honorarij, ab honore videlicet eorum qui munera ea populo edebant. ¶Honorarium donum erat, *teste Budæo*, quod Cōsulib. olim in prouincias aduenientib. honoris loco dabatur: qualia hodie principibus suas primùm vrbes ingressis porrigi, veluti bene ominandi gratia solet. {תשורת *teschuráh*. γερούσιον, τὸ γέρας, τὸ τίμιον, τὸ φιλοτίμημα. Gall. Vn present de ville ou autre à vn prince ou magistrat. Ital. *Presente de una cita à vn principe donatiuo* Germ. Ein verehrung oder ehrenschenck. Hisp. *Don ò dadiua que daua la ciudad a principe.* Ang. *A present giuen to princes, ambassadours or great officers at there firis entrie* } ¶Honorarium ob id dictum, quod honoris causa dabatur, nō tanquam debitum exigebatur. *Cic. in Pis.* Quo modus tibi fuit frumenti æstimandi, qui honorarij? siquidem poteit vi & metu extortum, honorarium nominari: quod quū peræquè omnes sensissent, tum acerbissimè Bœotij, Byzantij, Chersonenses, Thessalonica sensit. ¶Est etiam honorarium apud Iurisconsultos munus quod patronis dabatur à clientib. Olim n. patroni non exigebant officij sui mercedem, quemadmodum nostri hodie aduocati, quod turpissimum ducerent patronum esse mercenarium: clientes tamen ne accepti beneficij immemores videretur, patronis pro suo censu atque arbitrio munus aliquod offerebant, quod honorarium vocabant, eò quòd magis ad honorandum patronum, quàm ad mercedis satisfactionem pro arbitrio clientis soleret offerri.

¶Honorarius tumulus, qui honoris causa erigitur, κενοτάφιον. *Sueton. in Claud.* Cæterùm exercitus honorarium ei tumulum excitauit : circa quem decursus statuto die quotannis miles occurreret, Galliárúmque ciuitates publicè supplicarunt. Quibus verbis significat cenotaphium Diuso in Germania extructum quum corpus eius Romam deuectum esset. Sic vocari possunt hodie quas *representationes* in anniuersariis exequiis vocamus. Vide cenotaphium. ¶Honoraria, ludi qui à Romanis fiebant in honorem Liberi patris, qui & Liberalia dicebantur, διονύσια. *Festus* honorarios ludos appellat. [*Sueton. in Aug. cap.* 32. honorarij ludi, &c.]

Hŏnōro, as, pen. prod. Honore afficio, honorem exhibeo. {כבד *chibbédh* הדר *hadhar*. τιμῶ, ἀγαπῶ τιμῇ. Gal. Honorer. Ita. *Honorare.* Germ. Ehren/ehr beweisen/in ehren halten. Hisp. *Honrar.* Ang. *To honour, to reuerence to.*} *Cic. 1. de Diuin.* Epiharaum autem sic honorauit fama Græciæ, deus vt haberetur. *Idem in Philip.* Hic me non solùm meis laudib. ornat, sed etiam honorat alienis. ¶Honorare aliàs à *Cicerone* dicitur, honorem habere alicui, honorem adhibere, honestare, in honore habere, honorem ei facere, honorem debitū alicui præstare, honore augere, honore amplissimo ornare. ¶Huius composita sunt, Exhonoro & Inhonoro, quæ sūt significationis cōtrariæ suo simplici.

Hŏnōrātŭs, Qui in honore habetur, qui est in existimatione & gloria: {נכבד *ni-hbádh* הדור *hadhúr* נחדר *nehdár*. ἔντιμος, τίμιος, ἔνδοξος. Gall. Honoré. Italic. *Honorato.* German. Ein ehrenman / der in ehren gehalten wirt. Hisp. *Honrado.* Ang. *Honoured.* } *Cic. lib.* 1. Offic. Dicendum est etiam qualem hominis honorati, & principis domum placeat esse. *Idem de Senect.* Manent ingenia senibus modo, permaneat studium & industria, nec ea tolum in claris & honoratis viris, sed in vita etiam priuata & quieta.

Honōrātē, aduerb. Cum honore & dignitate. {ἐντίμως, τιμίως, ἐνδόξως. Gal. Honorablement. Ita. *Honoratamente.* Germ. Mit ehren. Hisp. *Honorosamiente.* Ang. *Honorably.* } *Cic. 11. Philip.* Quæ de illo viro Sylla? quæ Muræna? quæ Seruilius? quæ Lucullus? quàm honorate, quàm honorificè, quàm grauiter sæpe in Senatu prædicauerunt. *Tacit. lib.* 10. Quod filium eius primo rerum motu in colonia Agrippinensi deprehensum honoratè custodierunt.

Honōrābĭlis, le, Honore dignus. {נכבד *niehbádh* יקר *jakár* יקיר *jakkir*. ἔντιμος, ἀξιότιμος. Gal. Honorable, digne d'estre honnoré. Ita. *Degno d'honore, honorabile.* Ger. Ehrwürdig. His. *Digno de ser honrado.* Ang. *Worthie of honour, honorable ; Liu. 4. ab Vrb* Quinque Consulatus eodem tenore gesti, vtraque omnis consulariter acta, verendum penè ipsum magis quàm honorabilem faciebant.

Honōrābĭlĭtĕr, aduerb. *Iul. Capito. in Macrino*, Mandauit vt Antonium honorabiliter sepeliret.

Honōrĭfĭcŭs, a, um, Quod honorem confert, quod cum honore coniunctum est {יקר *jakkir* יקר *jakar* τιμιος. Gal Qui fait honneur, honorable. Ita. *Cio che fa honore.* Ger. Das ehr bringt oder ehrlich machet. Hisp. *Cosa que honra.* Angl. *That bringeth honour, honorable, worshipfull.*} *Ci. Calio*, Honorificus in me consul fuit, & suauis amicus. *Idem ad Brut.* Decreui etiam imperium, quod quàquam videbatur illi ætati honorificum, tamen erat exercitum habenti necessarium. Honorifica mentio alicuius, *apud eundem ad Quin. Frat.* Item, Honorifica verba, Honorificum Senatusconsultum. *Honorificentiores, Comparatiuum. *Cic. ad Att. cum lib.* 1 Quæ mihi res multo honorificentior visa est, quàm aut illa quam, &c.

Hŏnōrĭfĭcē, aduerb. Honorate, cum honore, magnificè, splendidè. {τιμῶς. Gal Honorer, honnestement, auec honneur, en faisant honneur. Ita. *Honoratamente, honoreuolmente, con honore.* Ger. Ehrlichen/mit ehrbeweisung. His. *Honrosamente* An. *Honorably.*} *Cic. 6. Verr.* Itaque in eum portum venimus, honorificè sane consurgitur: nos rogatu magistratus assedimus. *Idem ad Calium*, In quo admiratus foleo grauitatem & iustitiam & sapientiam Cæsaris nunquam nisi honorificentissimè populum appellat. Honorificè dicere. *Brut.* Cic. Non enim solum vsitatum, sed etiam quotidianum est aliquid audire de te, quod pro nostra dignitate fideliter atque honorificè dixeris aut feceris. Honorifice appellari. *Hirtius 8. bell. Gallic.* Itaque honorifice ciuitates appellando, principes maximis præmiis afficiendo. *Cic. de petit. Consul.* Largè & honorificè promittere aliquid.

Hŏnōrĭfĭco, as, Honore afficio. {כבד *chibbédh* הדר *hadhár*. τιμῶ διὰ τιμῆς. Gal Honorer, faire honneur. Ita. *Honorare, far honore.* Ger. Ehr anthůn/ehr erbieten/ehr beweysen. His. *Honrar, hazer honrar a otro.* An. *To honour, to do reuerence to.*} *Lactant. lib.* 7. Vt adorent & honorificent regem magnum.

Hŏnō-ŭs, a, um, Decorus, honorificus. {נכבד *niehbádh* יקר *jakár* יקיר *jakkir*. τίμιος. Gal. Honorable, faisant honneur. Ital. *Che fa honore.* Germ. Ehrlich. His. *Honorable, che haze honra.* Ang. *Honorable.*} *Tacit lib.* 3. Fuerunt qui publici funeris pompam requirerent, comparárentque quæ in Drusum patrem Germanici honora & magnifica Augustus fecisset. Honora oratio, *apud eundem lib.* 3. Vnde inhonorus, sine honore, ἀδόξως, ἀκλεῶς. *Plin. lib* 5. *c.* 30. Aliæque inhonoræ ciuitates.

Hŏnōrĭpĕtă, æ, ambitiosus. φιλότιμος. *Apuleius lib. de Philosophia*, Culpabilium autem virorum quatuor formæ sunt, quarum prima honoripetarum.

[Honus, & honustus pro onus & onustus dixere veteres; *Vide Gell. c.* 5. *lib.* 2.]

Hoplomachus, penultima correpta, ὁπλομάχος. dicitur is qui scuto, reliquisque armis instructus in arenam descendit. Nam ὅπλον apud Græcos modo scutum, modò omnia vno nomine arma significat, quæ pugnantibus vsui sunt. *Martialis lib.* 8. Hoplomachus nunc es? fueras ophthalmicus antè: Feciſti medicus quod facis Hoplomachus. [*Suet. in Cal. g. cap.* 35. Hunc è spectaculis detractum repentè & in harenam deductum, Thraci, & mox hoplomacho comparauit.]

Hōrā, æ. {ὥρα. Gal. Heure. Ita. & His. *Hora.* Ge. Ein tedes theil der zeit ein stund. Ang. *An houre.*} [*Senec. cap.* 10. *ad Consol. ad Marc.* Nihil de hodierna die, nihil de hora promittitur. *Idem cap. vlt. de Tranquillit.* Vltra horam decimā nihil agebat Pollio. *Ibidem cap.* 15. In postmeridianas horas differre quod leuioris est operæ. *Plaut. Milit. sc.* 3. *a.* 2. Cui bini custodes semper totis horis accubant. *Quintilian.* Si ad horam constiterit orator. ¶Hora fatalis. *Sueton. in Neron. cap.* 49. Sub horam pugnæ. *Idem Sueton. in August. cap* 16. *Item*, Diei quarta, & sexta hora. *Liuius lib.* 2. *dec.* 5. Et, *Tibull. lib.* 4. Dum terna per orbem Sæcula fertilibus Titan decurrerit horis.] Apud veteres accipitur pro cuiusuis temporis parte. Vnde quatuor anni partes, Ver, Æstas, Autumnus & Hyems anni horæ dictæ. Hodie tamen magis accipimus pro æqualibus spatiis in quæ dies diuiditur. Dictæ autem sunt horæ (*vt Macrobius putat*) à sole. Ægyptij enim solem vocabant Horum. Vnde etiam horæ ab Ouidio solis ministræ finguntur: siue (vt alij malunt) ὅτι τὸ ὥριον, quod terminum significat: siue ab ὁρίζειν, quod est terminare, definire, vel diuidere. Sunt enim horæ nihil aliud quàm spatia quædam æqualia, in quæ dies diuiduntur. Alij malunt horas dictas ἀπὸ τοῦ οὔρου quo verbo vrina significatur. Ferunt enim Hermetem Trismegistum horas primùm obseruasse ex vrina sacri cuiusdam animalis quod Serapi erat dicatum. Nam quum animadverteret ab eo animali diei & noctis vnius spatio æqualibus interpositis interuallis, vrinam 12. emitti, placuit in totidem horas diem ciuilem diuidere, qui tamen postea duplicato numero in horas 24. est distinctus. *Terent. in Eunuch.* Dum hæc dicit abiit hora, rogo nunquid velit. *Cicer. 6. Verrina*, Hora amplius iam in demoliendo signo permulti homines moliebantur. ¶Hora etiam quandoque pro die accipitur, vel pro statuto quodam & certo tempore. *Cicer. 3. Verrina*, Menses mihi tres quum eripuissetis ad agendum maximè appositos, reliquum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quum omne tempus huius anni me vobis remissurum putastis vt quum horis nostris nos essemus vsi, tu binis ludis interpositis quadragesimo post die responderes. *Vbi Asconius*, Horas suas vocat viginti dies qui accusatori dabantur ad accusandum legitimi, totidémque defensori. *Virg. 1. Georg.* Nunquam te crastina fallet Hora, neque insidiis noctis capiere serenę. ¶Omnium horarum hominem, veteres appellabant eum qui seriis pariter ac iocis esset accommodatus, & qui cum assiduè libeat conuiuere. Atque ita appellatum Asinium Pollionem, *autor est Fabius lib. 8. cap. 4.* circa finem. *Vide Eras. Adag.* [Horarum omnium amici. *Sueton. in Tib. cap. 42.* Et Sermones. *Idem in Claud. cap. 40.*] ¶ HORA præterea, deæ nomen erat apud Romanos, ita dictæ ἀπὸ τῆς ὥρας, hoc est à venustate & pulchritudine, cui præesse putabatur. Hanc Romani putabant esse Hersiliam Romuli vxorem, quę post Romuli apotheosin, in cælum translata, pro Hersilia vocata est Hora. *Ennius*, Téque Quirine pater veneror, Horámque Quirini. Apud *Ouid. tamen in fin. lib. 14. Metam.* legitur Ora, sine aspiratione, & priore correpta. Priscum (*inquit*) pariter cum corpore nomen Mutat, Orámque vocat quæ nunc dea iuncta Quirino est. [Hora Quirini. *Gell. c. 21. lib. 13.* Quæ hic Hora Dea, Plutarcho Horta dicitur. *Vide Plutar. q. 22. & q. 46.*]

Hōrārĭus, a, um, Quod est vnius horæ: Hinc Secretum horarium, dicitur secretum vnius horæ. {ὡρεσίας. GALL. D'vne heure, qui dure vne heure. ITAL. *D'vn' hora, che dura vn' hora.* GERM. Das einer stund lang ist. HISP. *Cosa de vna hora.* ANG. *That dureth one houre.*} *Sueton. in Domitiano*, Inter initia principatus quotidie secretum sibi horarium sumere solebat, nec quicquam amplius, quàm muscas captare, ac stylo præacuto configere. [*Idem Sueton. c. 37.* Mori iussis non amplius quàm horarium spatium dabat.]

Hōrārĭum, rarij, substantiuum, Est instrumentum quoduis, quo diei horas deprehendimus, siue sciotericum sit, siue clepsydra, siue alia quæuis machina, horas indicãs. {צל המעלות *tsel hammaħalóth.* ὡρολογεῖον. GAL. Horologe. ITAL. *Horologio, horriuolo.* GERM. Ein instrument oder vhr so die stunden anzeigt HISP. *Relox.* ANG. *A diall, any instrument to know the houres by.*} *Censorinus cap. de diebus*, P. Corn. Nasica Censor ex aqua fecit horarium: quod & ipsum à consuetudine nascendi horas, à Sole solarium cœptum vocari.

Hōrŏlŏgĭum, gij, Horarium, quasi horarum ratio, instrumentum quo horæ designantur. {צל המעלות *tsel hammaħalóth.* ὡρολογεῖον. GAL. Horologe. ITA. *Horologio, horriuolo.* GER. Ein instrument oder vhr so die stunden anzeigt. HI. *Relox.* AN. *A clocke.*} Olim solarium dicebatur: quoniam in Sole tantùm horarum ratio conspiceretur. Apud antiquos enim erat concha hemicyclia, lineis debita proportione distincta, cui prælongus, ex ære, aut ligno baculus Soli oppositus supereminebat, & eius vmbra in lineas incidens horas ostendebat. Quanquam & alia habuerunt Prisci horologia, quæ aquæ fluxu horas indicabant, quas ab aqua sensim defluente, clepsydras vocabant. *Vide Plin. lib. 7. cap. 60.*

Hōrŏscŏpŭs, pi, penultima correpta. ὡροσκόπος, παρὰ τὸ σκοπεῖν τὰς ὥρας, hoc est, à perspectandis horis, significat eam cæli partem, quæ hora qualibet ab inferiori hemisphærio surgit ab Oriente. Astrologi nostri seculi ascendens appellant. {AN. *Any thing wherein houres be marked.*} *Augustinus lib. 5. de Ciuit. Dei.* Ac per hoc si tam celeriter alter post alterum nascitur, vt eadem pars horoscopi maneat, paria cuncta quæro, quæ in nullis possint Geminis inueniri. Si autem sequentis tarditas horoscopum mutat, parentes diuersos quæro quos Gemini habere non possunt. ¶Horoscopus item id temporis momentum significat, quo quisque nascitur, quasi horæ inspectionem & notationem. *Persius Satyr. 6.* geminos horoscope Varro Producis genios. ¶Est etiam horoscopus interdum adiectiuum, vt instrumenta horoscopa, & Vasa horoscopa dicuntur, in quibus horæ dignoscuntur. *Plin. lib. 2. c. 72.* Vasa horoscopa non vbique eidem sunt vsui in trecentis stadiis, aut vt longissime etiam in quingentis stadiis mutantibus semet vmbris.

Hōræum, ὡραῖον, per simplex r, cum diphthongo, dicitur mel æstiuum, cæreríque omnes fructus qui æstate colliguntur, ἀπὸ τῆς ὥρας, hoc est à pulchritudine, quòd fructus eo anni tempore collecti, pulchritudine & bonitate cæteris præcellant. ¶Dicuntur etiam hoc nomine quædam salsamenta ex piscibus confecta. Athenæus, Salsamentum autem horæum est, aut thynneum. In horeo macra pinguibus, in thynneo macris pinguia præferimus. Quæ cymbia dicuntur, inter macra sunt: inter pinguia cordylæ. [*Plaut. Capt. sc. 1. a. 4.* Horæum, Scombrum, & trygonum, & cetum, & mollem caseum.]

Hōrārĭum, *Vide* HORA.

HŌRĀTĬŬS, ὡράτιος, Poeta Venusinus, Lyricorum & Satyrarum scriptor, qui anno Imperij Augusti Cæsaris XXXIII. ætatis verò suæ LXII. moriens, Augustum reliquit hæredem, maxima pompa apud Mœcenatem in Exquiliis sepultus. Quidam hoc nomen ab orando deduci putant: quibus tamen præter scripturam, primæ etiam syllabæ quantitas refragatur. Corripit enim hoc nomen primam syllabam. *Ouidius*, Detinuit nostras numerosus Horatius aures. [M. Horatius Cos. dedicauit Capitolium. *Plutarch. in Public.*]

HŌRĀTĬŬS Cocles, *Vide* COCLES.

Hōrctum, & Forctum, Pro bono veteres vsurparunt. *Festus.*

Hōrda, dæ, Vacca prægnans, {βοῦς ἐγκύμων ἢ ἔγγυος. GAL. Vne vache pleine ou preings. ITA. *Vacca grauida.* GER. Ein tragende kuh. HIS. *Vacca prenada.* ANGLIC. *A cowe with calfe.*} Nam quæ sterilis est taura appellatur. *Varr. 2. de Re rust. c. 5.* Quæ sterilis est vacca, taura appellatur: quæ prægnans, horda. *Ouidius* mutata aspiratione in digamma Æolicum, pro eodem dixit Fordam, putátque à ferendo deriuari. Forda fereus bos est, fœcundáque dicta ferendo.

Hōrdĭcĭă, orum, Dicta sunt ab antiquis sacra, in quibus hostiæ hordæ, id est, prægnantes, immolabantur. *Festus.*

Hōrdĕum, dei, Ab horrore, quoniam tametsi calamus altior frumento, quàm hordeo sit: arista tamen mordacior est hordeo. {שעורה *sħoráh.* κριθή. GALLIC. Orge. ITA. *Orzo.* GERMAN. Gersten. HIS. *Ceuada.* ANG. *Barley.*} Vel dicitur ab oriendi celeritate, quòd ante omnia frumenta sit aridum: aut certè ab antiquo adiectiuo hordus, quod aspiratione in digamma Æolicum dixerunt Fordus. ¶*Teren. Scaurus de Orthograph.* Fordeum antiqui dixerunt, quod postea hordeum; vt fœdus pro hœdo, fariolus, pro hariolo. *Suetonius in August. cap. 24.* Hordeo decimatas (legiones) pauit. *Plaut. Asin. sc. 4. a. 3.* Demam de hordeo tolutim ni badizas. [*Plin. lib. 18. cap. 7* Hordeum frugum omnium molliſſimum est: seri non vult, nisi in soluta, & sicca terra, ac nisi læta. Palea ex optimis: stramento verò nullum comparatur.

Hōrdĕācĕus, a, um, Quod est ex hordeo. {κριθῖνος. GALL. D'orge. ITAL. *D'orzo.* GERM. Das von gersten ist. HIS. *Cosa de ceuada.* ANG. *Made of barley.*} vt, Panis hordeaceus, *Plin. lib. 18. c. 11.*

Hōrdĕārĭus, a, um, Quod hordeo viuit. {ὁ ἐκ κριθῆς ζῶν. GAL. Qui vit d'orge. ITA. *Chi viue d'orzo.* GERM. Das der gersten gelãbt. HIS. *El que viue de ceuada.* ANG. *That liueth on barley.*} *Plin. lib. 18. cap. 7.* Antiquissimum in cibis hordeum, sicut Athenienſium ritu Menandro autore apparet, & gladiatorum cognomine, qui hordearij vocabantur. Æs hordearium veteres dicebant, quod pro hordeo quiti dabatur. *Festus*, Hordearia pruna. *Plin. lib. 15. c. 13.* Hordearia appellata à comitatu frugis eius.

Hŏrĭă, horiæ, *Vide* ORIA.

Hŏrĭzŏn, huius horizontis, penultima producta, Finitor & finiens à Cicerone dicitur. {ὁρίζων. GAL. L'horizon. ITA. *Horizonte.* GERM. Der circkel an dem sich das gesicht endet / wan einer auff der weite ist / vnd im bedunckt es hange der himmel ringweis vmbhãr am erdtrich. HIS. *Terminador del cielo.* ANGL *Horizon.*} ἀπὸ τοῦ ὁρίζειν, quod est terminare. Est autem circulus maior apud astrologos, qui cœlum diuidit quasi medium & nostrum aspectum definit. Centum & octoginta stadia non excedere putatur, quòd oculorum acies vlterius se non extendat. *Cic. 2. de diuinat.* Quum enim illi orbes, qui cælum quasi medium diuidunt, & aspectum nostrum definiunt, qui à Græcis ὁρίζοντες nominantur, à nobis finientes rectissimè vocari possunt, varietatem maximam habeant, aliíq; in aliis locis sint: necesse est ortus, occasúsque siderum non fieri eodem tempore apud omnes.

HŌRŌDĒS, siue (vt alij scribũt) Orodes, pen. prod. Rex Parthorum fuit, qui M. Crassum occidit. *Vide Plutarch. in Crasso.*

Hōrmēsĭon, Gemma igneo colore radians auro, portante secum in extremitate candidam lucem. *Plin. lib. 37. c. 10.*

Hōrmĭnōdēs, Gemma quę ex argumento viriditatis appellata est, ambiente circulo aurei coloris. *Plin. lib. 37. c. 10.*

Hōrmīnum, ὅρμινον, Herba est, folio marrubij, caule semicubitali, quadrangulo, semine saluiæ simili. Vulgus *Saluiam transmarinam* appellat.

Horno, aduerbium, Significat Hoc anno. {πῖπτ, τοῦτῳ τῷ ἔτει. GALL. Ceste annee. ITA. *Questo anno.* GER. Heũr. HIS. *A questo año.* ANG. *This yeare.*}

Hōrnŭs, a, um, A pronomine hic & annus: idem est quod huius anni, vel quod ætatem vnius anni non excessit, hornotinus. ¶Alij deducũt ab Hora, quod huius esset anni, neque in alienas transisset horas, id est partes anni sequentis, *Scaliger.* {בן שנה *ben schanáh.* ἔτειος. GAL. D'vn an. ITA. *D'vn anno.* GERM. Heũrig / das nit vber ein jahr alt ist. HISPA. *De vno año.* ANG. *Of one yeare.*} Vnde Hornam frugem dicimus, quæ hoc anno prouenit. *Acron* hornum, quod est vnius anni dixit: vt, Res horna: id est annua, vel noua. *Propert. lib. 4.* Illa dies agnis cædem denuntiat hornis, id est, agniculis. *Horat. Epod. 2.* Et horna dulci vina promens dolio: Horna (*inquit*) vina dicuntur, huius anni. Nonius verò, illius anni interpretatus est, & adducit *Lucil. lib. 28.* ita scribentem, Vtrum anno, ánque horno te abluleris à viro. ¶Hornam messem, prouerbiali figura dixit *Plautus*, pro maximo emolumento: quasi dicas, tantum lucri, quantum eo anno sit prouenturum in agris. * Comici verba sunt hæc, [*in Mostell. sc. 3. a. 1.*] Iam pridem mecastor frigida non laui magis lubenter, Nec vnde me melius mea Scapha rerer ædificatam. Hæc dicuntur à persona puellæ: Tum læna, optans vt ex eius forma quàm plurimum commodi capiatur, Euentus (inquit) rebus in omnibus velut in horreo horna messis Magni fit. Id puella quippe simplex, quid sibi vellet, non intelligens, Quid (inquit) ea messis attinet ad meam lauationem? *Erasm.*

Hōrnōtĭnŭs, a, um, penultima correpta, sicut à Diu, diutinus: Huius, vel vnius anni. {בן שנה *ben schanáh.* ἔτος. GALL. De cest an. ITA. *Di questo anno.* GERMAN. Heũrig jãrig. HISP. *Cosa de questo año.* ANGL. *Of this yeare.*} *Cicer. 5. Verr.* Hæ literæ, Iudices, L. Metelli, quas audistis hoc quantum est ex Sicilia frumenti hornotini, exarauerunt. *Cato de Re rustic. cap. 17.* Hornotinæ nuces virides. *Col. lib. 3.* Plantas hornotinas, scrobibus pedalibus factis, ante Calendas Martij dispositas habeas.

Hōrŏlŏgĭum, *Vide* HORA.

* HORODES, Rex Parthorum, qui M. Crassum occidit. Alij Orodes scribunt.

HOROMASDES. Apud Chaldæos bonus dæmon erat, qui Iupiter putabatur. *Sipontinus.*

Hŏrŏs, ὅρος. A Græcis dicitur finis & terminus cuiusuis rei. Inde à Latinis oram dici quidam putant, cuiuscunq; corporis extremum.

Horreo, Horresco, *Vide* HORROR.

Hŏrrĕum, rei, ab horrore, quasi horridum, propter asperitatem aristarum: Prisci enim fruges inclusas spicis cum aristis in granariis condebant. {אסם אוצר *asám otsár.* ἀποθήκη, σιτοφυλακεῖον. GALLIC. Grenier. ITA. *Granaro.* GERM. Ein scheur / kornspeicher. HISP. *Alholi, ò algorfa, ò granero.* ANGLIC. *A barne.*} *Varro* ab hordeo tractum existimat, quemadmodũ à farre farreũ. Nam quemadmodum farreũ dicitur locus in quo reponitur far, ita horreum dicitur locus hordeo asseruando accommodatus: quanquam latiùs accipitur pro quarumlibet frugum repositorio. *Virgil. Georgic.* Illius immensæ ruperũt horrea messes. *Cicero contra Rullum*, Illi Capuam cellam atque horreũ agri Campani esse voluerunt. [*Sueton. in Caïg. cap. 26.* Horreis præclusis famem pop inducere. *Tibull. lib. 1.* Horrea fœcundis indeficientia mensis.] ¶Non solùm autem horreum accipitur pro loco destinato ad custodiam frugum, sed etiam rerum aliarum pretiosarum, sepositarum ad quotidianum vsum: *vt apud Apuleium in Metam.* Demonstrat horreum, vbi vesperè sagaciter argentum copiosum recondi viderat. Iurecõsulti horrea frequenter vsurpãt pro repositoriis mercũ, & rerũ pretiosarũ. [¶Horreũ excutere: (de bibliotheca) *Sen. epist. 45.*]

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶Ipso horreo dari dicitur, quod prolixè & affatim datur.

Hŏrrĕŏlum, {τὸ μικρὸν σιτευτήριον μικρὰ ἀποθήκη. GA. Petit grenier. ITA. *Picciolo granaio.* GER. ein ſcheurle. HI. *Pequeño alholi, ò algorfa, ò granero.* ANGL. *A litle barne.*} Diminutiuum ab Horreum. *Valer. Max.*

Hŏrrĕārĭŭs, Qui horreum curat atque cuſtodit. {ἀποθήκης, ταμίας. GALL. Gardien de blé. IT. *Gardiano del granaio.* GERMA. ein ſcheurenmeyer/ ſpeichermeiſter. HI. *Guardador, el que guarda el pan.* ANGLIC. *That kee peth the barne.*} *Vlpian. in l. Celſus ff. ad exhib.* Sed ſi nemo hæres ſit, cum horreario agendum.

Hŏrrĭbĭlĭs, Horridus. *Vide* HORROR.

Cic. in Tusc. Vites, & ea quæ sunt humiliora, neque se tollere à terra altiùs possunt. *Col. lib. 4. cap. 1.* Humili statu vitis plerunque iuxta terram coercetur. *Virgil. 2. Eclog.* Atque humiles habitare casas. *Idem 4. Eclog.* Non omnes arbusta iuuat, humilesque myricæ. [*Velleius*: Speciosis inuidebat, parebat humillimis Sex. Pompeius.] ¶ Accipitur etiam humilis pro contempto, abiecto, demisso, quod & Græci ταπεινὸν dicunt. {ANG. *Poore, vile.*} *Cicer. 3. de Finib.* Qui altiore animo sunt, nihil abiectum, nihil humile cogitant. *Idem de Amic.* Nihil enim altum, nihil magnificum ac diuinum suscipere possunt, qui suas omnes cogitationes abiecerunt in rem tam humilem, támque contemptam. *Idem ad Attic. lib. 7.* Dicam idem quod Pompeius, neque id faciam humili animo.

Hũmilitãs, atis, }{Altitudo. {שפל *schéphel* ענוה *hanaváh*. ταπεινότης, χθαμαλότης. GALL. Bleſſeure, bas eſtat, petiteſſe. ITA. *Baſſezza, humiltà.* GERM. Nidere/niderträchtigkeit/item demut. HIS. *Baxeza ò humildad.* ANG. *Humilitie, baſneſſe of condition, lowlineſſe.*} *Cic. 5. Tuſc* Sydera inter ſe altitudine & humilitate diſtantia. *Idem 2. de Diuin.* Docet enim ratio Mathematicorum, quanta humilitate Luna feratur, terram propè contingens. ¶ Humilitas ponitur etiam pro obſcuritate, tenuitate, & ignobilitate. *Cic. 1. Off.* Quorum autem prima ætas propter humilitatem & obſcuritatem in hominum ignoratione verſatur. *Idem 13. Philip.* Is autem humilitatem deſpicere audet cuiuſquam, qui ex eadem ſuſtulerit liberos. ¶ Humilitas cùm opponitur ſuperbiæ, ταπεινοφροσύνη, definitur à Speuſippo, quod ſit facilitas animæ omnis expers iracundiæ. Verùm in hac ſignificatione vſitatius Modeſtiæ vocabulo vtimur.

Hũmĭlĭtẽr, aduerb. hoc eſt demiſsè, ſubmiſsè }{altè, ſuperbè. {ταπεινῶς. GALL. Petitement, baſſement. ITA. *Humilmente, baſſamente.* GERM. Nider / niderträchtiglich. HISPAN. *Baxa y humilmente.* ANG. *Lowly, humbly.*} *Plin. in epiſt.* Eadem enim facta claritate, vel obſcuritate facientium, aut attolluntur altiſſimè, aut humilimè deprimuntur. *Liu. 4. bell. Pun.* Hæc natura multitudinis eſt, aut ſeruit humiliter, aut ſuperbe dominatur.

Hũmĭlĭo, milias, Humilem facio, & quaſi abiectum ac vilem reddo. {השפיל *hiſchpil.* ταπεινόω. GALL. Abaiſſer, humilier. ITA. *Far humile, humiliare.* GER. Ernideren/niderträchtig/ſclecht vnd vnachtſam machen. HISP. *Abaxar ò abatir, ò humiliar.* ANG. *To mak humble, or lowe.*} vt eſt illud, Humiliauit ſeipſum formam ſerui accipiens. Frequens eſt huius verbi vſus in Sacris literis, aliquot apud probatos linguæ Latinæ ſcriptores vix inuenies, in hac præſertim ſignificatione. Legitur tamen Humiliatus, part. pro eo quod eſt depreſſus, & humilis effectus, ita vt à terra parum attollatur. *Cic. 3. de Nat. deor.* Alia animalia humiliata, vt cibum terreſtrem facilè roſtris contingant: alia altiora ſunt, &c.

Hũmo, *Vide* HVMVS.

Hũmŏr, ris, Aqua, liquor, ab humus ſit, quia aquæ terris incluſæ ſunt. {לח *léach* לשד *leſchádh.* νοτὶς, ὑγρότης. GAL. Humeur. ITAL. *Humore, liquore.* GERM. Feuchte/feuchtigkeit. HISPAN. *Humor.* ANG. *Moyſture, licour.*} *Cic. de Diuin.* Et humor allapſus extrinſecus, vt in tectoriis videmus, Auſtro, poteſt ſudorem imitari. *Idem 2. de Natur. Deor. de aſtris loquens,* Et terrenis maximiſq; humoribus longo interuallo extenuatis alantur. *Ibidem*, Humor, & calor, qui eſt infuſus in corpore. *Virg. 1. Georg.* Hic ſterilẽ exigu⁹ ne deferat humor arenam. Humor pro portione vini aquoſa. *Virg. 1. Georg.* Aut dulcis muſti Vulcano decoquit humorem. Sic *alibi* humida vina vocauit tenuia, quæque plurimum aquoſæ ſubſtantiæ haberent admiſtum.

* Humificus, Adiectiuum, Idem quod humectans, humidum faciens. *Plin. lib. 2. c. 101.* Glaciem refundat, Cunctáque humifico ſpiritu laxet, De Luna.

Hũmŭs, mi, fœm. gen. Terra, ab ὑσμὸν in u mutata, Scaliger. {ארמה *adhomáh* ארץ *eréts.* γῆ, γῦς. GAL. La terre. ITA. *Terra.* GERM. Die erd/das erdtrich. HIS. *Tierra.* ANG. *The moyſt earth, the ground.*} *Cic. de Senect.* Humus ſubacta atque pura. *Idem 2. de Legib.* Quos humus iniecta contegit. *Virg. 1. Georg.* Necnon & lini ſegetem, & cereale papauer, Tempus humo tegere, & iamdudum incumbere aratris. *Idẽ 2. Georg.* At quæ pinguis humus, dulcique vligine læta. [*Ouid. Eleg. 3. lib. 4. Triſt.* Tactáque naſcenti corpus haberet humus *Idem Eleg. 3. lib. 9. Triſt.* Cùm veſter ab intacta circulus exter humo. *Ouid. Eleg 1. lib. 2. Triſt.* Alter humum de qua ſingantur pocula &c. *Idem 13. Metamorph.* Nec me luctúſq; tumórq; Tardarunt quin corpus humo ſublime referrem.] ¶ Humi vice aduerbij ponitur. {ὂπη γῆς, κῇ γῆς, χαμαί, χαμόζε. GAL. A terre, ſur la terre, en bas. ITAL. *In terra.* GER. Auff der erden/auff dem boden. HISP. *In tierra, baxamente.* ANG. *On the ground, a lowe.*} *Plin. libro 9. cap. 13* Humi quoque vice pedum ſe pũt. *Col. lib. 6. ca. 14.* Ineunt autem non vt priores aues, de quibus diximus, inſiſtẽtes humi. *Ouid. 5. Metam* Sternit humi iuuenem. *Virg. 1. Æneid.* Nec priùs abſiſtit quàm ſeptem ingentia victor Corpora fundat humi. ¶ Humi hauris, χαμαὶ αἰτεῖς. De inaniter laborante. Nihil eſt enim quod è ſolo haurias: hoc eſt ab imo putei fundo, ſi is ſiccus ſit. Apparet dici poſſe quoties exhauſta copia nõ multum ſupereſt quod haurias. *Zenodotus* ¶ Humi ſerpit oratio, quæ preſſior humiliórq; eſt quàm oportet, ſemper quaſi iacens, nunquam aſſurgens. *Hor.*

Hũmo, mas, Humo contego, ſepelio, terra condo, terra obruo. {קבר *kabár.* θάπτω. GAL. Enterrer. ITAL. *Sepelire, coprire di terra.* GERM. Mit erden bedecken. HISP. *Enterrar los cuerpos.* ANG. *To interre, to burie, to hide.*} *Cic. lib. 1. Tuſc.* Magorũ eſt mos, non humare corpora ſuorum, niſi à feris ſit ante laniata. *Ibidem*, In terram enim cadentibus corporibus, hiſq; humo tectis (ex quo dictum eſt humari) ſub terram cenſebant reliquam vitam agi mortuorum. *Plin. lib. 7. c. 54.* Sepultus intelligitur, quoquo modo conditus: humatus verò humo contectus. *Gell. lib. 7. cap 8. de delphino*, In ſui pueri ſepulchro humatus eſt. ¶ Huius compoſitum eſt, Inhumo, *de quo ſuo loco.*

Hũmātĭo, Sepultura. {קבורה *kebúrah.* ταφὴ, ἐνταφιασμός. GAL. Enterrement, enſeuelliſſement. ITA. *Eſſo ſepelire.* GER. Begrebnuſs/beſtattung zu der erden. HISP. *Enterramiento.* ANG. *A burying or interring.*} *Cic. 1. Tuſc.* Cuius hoc dicto admoneor, vt aliquid etiam de humatione & ſepultura dicendum exiſtimem.

* Humator, Aliud verbale. *Luc. li. 7.* nõ illũ Pœnus humator Cõſulis, &c.

HVNNI, ὦννοι, Populi ſunt qui quondam in Scythia Europæa ſuper Mæotim paludem incoluere: deinde mutatis ſedibus, ingenti multitudine in Pannoniam irrupére. {GER. Die Hunnen/haben vor zeyten in dem nãheren Scythia an dem Mäotiſchen meer oder ſee jr wohnung gehabt.} Hæc gens temporibus Valentiniani principis, duce Attila totam penè Europam peruagata, Galliam, Italiámque fœdiſſimis cladibus affecit: donec Leonis Pontificis precibus victa rurſus ſe recepit in Pannoniam. Quare credibile eſt, Hunnos eos eſſe, qui etiam hodie Pannoniam incolunt, paucis immutatis literis, Vngari vocati. De his Hieronymus ad Oceanum: ab vltima Mæotide inter glaciales Tanaim, & Maſſagetarum immanes populos, vbi Caucaſi rupibus feras gentes Alexandri clauſtra cohibent, etupiſſe Hunnorum examina, quæ pernicibus equis huc illúcque volitantia cædis pariter ac terroris cuncta compleuerunt.

H ante Y.

Hyăcīnthŭs, ὑάκινθος, Suidæ. { GAL. Vaciet ou oignon de chien. ITA. *Cipola canina.* GERM. ein blawe hornungs oder mertzen blum/violblum. HIS. *Los majos flores.* ANG. *A iacinct precious ſtone.*} Eſt genus violæ vernæ, colore obſcuræ purpuræ, quam à Romanis vacinium appellari *autor eſt Dioſcorides.* Galli, *teſte Ruellio libr. 3. cap. 4.* ſeruato Latini nominis veſtigio vocant *vacietam*: herbam aurem, cæpam agreſtem. Hoc violæ genus venis quibuſdam nigris eſt diſtinctum, ita diſcurrentibus lineis, vt duarum Græcarum literarum α & ι figuram referant: quæ res Poëtis duplicis fabulæ occaſionem præbuit. Nã & Hyacinthum puerum dilectum ab Apolline, quem imprudens diſci iactu interfecit, in hunc florem mutatum tradunt, interiectionémque dolentis αι, quæ ex duabus illis literis conficitur, veluti teſtimonium doloris, quem Apollo ex eius morte conceperat, habere inſcriptam. Præterea Aiacem in eundem florem conuerſum aiunt, dum impatientia prælati ſibi Vlyſſis ſeipſum interemit: duáſque primas eius nominis literas in hoc flore manſiſſe impreſſas. *Ouidius* vtranque fabulam complexus eſt *lib. 13. Metamorph.* rubefactáque ſanguine tellus Purpureum viridi genuit de cæſpite florem, Qui prius Oebalio fuerat de vulnere natus; Litera communis mediis pueróque viróque Inſcripta eſt foliis, hæc nominis, illa querelæ. [*Vide Martial. Epigr. 173. lib. 14.*] ¶ Eſt etiam Hyacinthus gemmæ nomen, colorem habens amethyſto gemmæ non abſimilem, ſed tamen dilutiorem. *Vide Plin. l. 34. cap. 9.*

Hyăcīnthĭă, orum, ὑακίνθια, ſubſtantiuum (*vt autor eſt Hieronymus contra Iouinianum*) dicebantur quædam ſacra nocturna à Lacedæmoniis reperta in honorem Hyacinthi pueri, ab Apolline diſci iactu interfecti. [Vide *Plutarch. in Ariſt.*] *Ouid. l. 10. Metam.*

Nec genuiſſe pudet Sparten Hyacinthon: honórque
Durat in hoc æuum celebri audáque more priorum,
Annua prælata redeunt Hyacinthia pompa.

Hyăcīnthĭnŭs, a, um, penult. corripit. {תכלת *techéleth.* ὑακίνθινος. GAL. De couleur de vaciet, de couleur de pourpre. ITAL. *Del color d'hyacintho.* GERM. Violbraun / gefarbt als ein Hyacinth. HISP. *Coſa d. color de aquella violeta o de jacincho.* ANGLI. *Of the colour of purple.*} Quod habet colorem hyacinthi. *Perſius Satyr. 1.* Hic aliquis cui circum humeros hyacinthina læna eſt. Flos hyacinthinus, *Catullus in Epithalamio Iuliæ.*

Hyacinthizontẽs, ὑακινθίζοντες, Dicti ſunt ſmaragdi quidam ad hyacinthi colorem accedentes: *quorum meminit Plin. lib. 37. c. 5.*

HYĂDĒS, {כימה *chimáh.* νάδες.} Suidæ, ſtellæ ſeptem in capite Tauri, quoties naſcũtur, vel occidunt, pluuias creant. ὑσὶ τῶν ὑετῶν. {GER. Das ſiebengeſtirn im kopff des ſtiers.} *Ouid. lib. 5. Faſtorum*, At ſimul inducent obſcura crepuſcula noctem, Pars Hyadum toto de grege nulla latet: Ora micant Tauri ſeptem radiantia flammis, Nauita quas Hyadas Graius ab imbre vocat. [*Ouidius Eleg. 10. libro 1. Triſt.* Aut hyadas fœuis hauſerat Auſter aquis. *Item*, Pleiadáſque Hyadáſque Immunémque æquoris vrſton.] Fabulantur Poetæ Hyades Bacchi nutrices fuiſſe, quæ & Dodonides nymphæ vocatæ ſunt, à Dodona ciuitate Epiri: quæ quum Iunonis iram verentur, fugerémque Lycurgi regis fœuitiam, à Ioue in cælum tranſlatas. Alij tradunt Atlantem ex Æthra vxore Hyantem filium ſuſcepiſſe, ſeptémque puellas quarum hæc ſunt nomina, Ambroſia, Eudora, Paſithoe, Coronis, Plexauris, Pytho, & Tyche: quæ cum fratrem à leone deuoratum implacabili luctu proſequerentur, doloríque magnitudine extabeſcerẽt, Iouis miſeratione in ſeptem ſtellas ſunt conuerſæ: & vt perpetuum maneret tantæ pietatis teſtimonium, fratris nomine Hyades ſunt appellatæ. Hæ à Latinis vocantur Succulæ, ignorantia Græcæ linguæ, *vt Tiro Ciceronis libertus putauit.* Nam quum ſcirent priſci illi linguæ Latinæ autores ὗας à Græcis dici, quas vocamus ſues, putauerunt etiam ὑάδας Latinè poſſe verti Succulas: tanquam Hyades, ἀπὸ τοῦ ὑσὶν, hoc eſt à Suibus, ac non potius ἀπὸ τοῦ ὕειν, hoc eſt à pluendo dicerentur. *Sed de Tironis iudicio vide Gell. lib. 13 cap. 9.* Non abſurdum tamen videtur, idcirco Succulas à Latinis vocatas eſſe, quòd propter maximas quas afferunt pluuias, luto gaudere videantur, quemadmodum ſues.

HYĂĒĂ, ὑαῖα, Vrbs Locrorum Ozolarum, *apud Thucydidem libro 3.*

Hyæna, ὕαινα, cum diphthongo, & penultima producta. Animal ferum, & crudele, quod ſermonem humanum aſſimilat, paſtorúmque nomina addiſcit, vt eos foras euocatos dilaniet. *Plin. lib. 8. cap. 30.* Hyænis vtranque eſſe naturam & alternis annis mares, alternis fœminas fieri. Parere ſine mare vulgus credit: Ariſtoteles negat, &c. *Et paulo poſt,* Multa præterea mira traduntur: ſed maximè, ſermonem humanum inter paſtorum ſtabula aſſimilare, noménque alicuius addiſcere, quẽ euocatum foras laceret. Item vomitionem hominis imitari, ad ſollicitandos canes, quos inuadat. Hyænæ etiam meminit *Ouid. li. 15. Metamor.* & quæ modo fœmina tergo Paſſa marem, nunc eſſe marem miramur hyænam.

Hyălŭs, pen. cor. {ὕαλος. ANG. *Of the colour of glaſſe.*} Vitrum. Vnde color hyali, dicitur color viridis, qualis eſt color vitri. *Virgil. 4. Georg.* Mileſia vellera nymphæ Carpebant hyali ſaturo fucata colore. ¶ Inde fit Hyalinus, ὑάλινος, pro vitreo: & Hyalurgus, ὑαλουργὸς, pro vitreario. ¶ Eſt item HYALVS Aſiæ fluuius, in Tmolo monte naſcens, & non procul ab Hermi oſtio in mare Ægæum influens. *Vide Strab. libro 11.*

HYĂMĒ, ὑάμεια, Meſſeniaci agri oppidum, vnum ex quinque, *vt inquit Steph.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Steph. Gentile est Hyamita, ὑαμείτης, *teste eodem Steph.*

HYAMION, ὕάμιον, Troadis oppidum, à quo fit gentile Hyamios, ὑάμιος. *Steph.*

HYAMPOLIS, ὑάμπολις, Phocidis oppidum ad Parnassum montem, *cuius meminit Plin.li.4.c.7.& Strab.l.6.* {GERM. Ein stat in Phocide am berg Parnasso } Est & Hyampolis altera in Bœotia, non procul ab Orchomeno: *cuius meminit Ptol.l.4.c.15.*

HYANTES, ὕαντες, Ab antiquis appellabantur Græciæ populi postea Bœoti appellati. {GERM. Die völcker in Bœotia.} *Teste Plin.lib.4.c.7.* quod nomen ab Hyante rege traxisse putantur, *vt non obscurè innuit Strab. libr.7.* ¶Hinc deducitur adiectiuum Hyantius, a, um, idem significans quod Bœotius: vnde Acteonem Cadmi nepotem Hyantium cognominat *Ouid. 3. Metam.* Quum iuuenis placido per deuia lustra vagantes Participes operum compellat Hyantius ore.

HYAPEA, ὑάπεια, Vrbs Phocidis ab Hyapo, Ciuis Hyapeus.

HYAS, ὕας, antis, Atlantis filius ex Æthra vxore, qui cum adhuc puer venationibus sese exerceret, à leone deuoratus est. {GER. Ein sohn des königs Atlantis welcher auff dem geiägt von eim löwen ist zerzerret worden.} Huic fuerunt sorores septem à patris nomine Atlantides dictæ: quæ cùm fratris desiderio extabescerent, deorum miseratione in septem stellas conuersæ sunt: quarum pietas ne vllo temporis interuallo obliuione obliteraretur, à fratris nomine Hyades appellatæ sunt. [*Vide Ouid.lib.5.Fast.*]

¶Fuit & Hyas Bœotiæ rex, à quo Bœoti aliquando Hyantes fuerunt nominati. *Autor Strab.lib.7.*

HYASIS, ὕασις, Vrbs Libyæ, quæ & Oasis: vnde Hyasites, vel Oasites. *Steph. Vide* Oasis.

HYBA, vel Hybadæ, ὕβα, ἡ ὑβάδαι, Vicus in tribu Leontide. *Steph.*

HYBANDA, ὑβάνδα, Olim insula fuit Ioniæ, postea maris recessu continenti annexa. *Autor Plin.lib.2.c.89.*

Hyberes, Hyberi, & Hyberia, quæ hîc vt perperam scripta, sic alieno loco inserta erant. *Vide* IBERES, Iberi & Ibera.

HYBELE, ὑβέλη, Vrbs iuxta Carthaginem, Gentile Hybelites.

HYBERNIA, ὑβερνία, Vulgo *Irlandia*, Insula inter Septentrionem & Occidentem solem, dimidio minor quàm Britannia, cui propinqua est. {GER. Irland/ ein insel hinder Engelland halb als groß } Ab hyberno tempore (vt quidam putant) sic appellata propter hyemis magnitudinem. Hinc

Hybernicus, ca, cum: vt, Mare Hybernicum. *Claudianus* hanc insulam vocauit Hybernen in 7. *Pan.* Scotorum cumulos fleuit glacialis Hyberne.

Hybernus, a, um, Quod est hyemis, hyemalis, brumalis. {χειμερινός. GAL. D'hyuer. IT. *Inuernale, d'inuerno.* GER. Winterlich/ das deß winters ist. HI. *Cosa de inuierno.* AN. *Of winter.*} vt, Hyberna glacies: quod nomen ab hyeme deduci aspiratio indicio est. *Plin.lib.8.c.47.* Multi hybernos agnos præferunt vernis. Soles hyberni. *Virg.2.Georg.* Qui tantùm Oceano properet se tingere soles Hyberni: vel quę tardis mora noctib. obstet. [*Suet.in Calig.c.8.* Apud hybernas legiones. *Idem August. cap 82.* Solis patiens ne hyberni quidem. *Plaut.pseu.sc.2.a.5.* Credo te ebibere potesse quatuor fructus massici in vna hora Hyberna addito. *Tibu.li.4.* Seu celer (Sol) hybernas properat decurrere luces. *Item,* Aduersis hyberna licet tumeant freta ventis.]

Hybernă, orum, numero plurali, Dicuntur loca in quibus milites hyeme, sicut Æstiua, in quibus æstiuo tempore, commorantur {χειμαδία. GAL. Le lieu où on se retire l'hyuer, où on hyuerne. IT. *Luoghi doue inuernano y soldati.* GE. Winterläger. HI. *Lugar para inuernar.* AN. *wintering places for souldiers.*} *Cæsar,* Post hæc legionibus in hyberna deductis, in Italiam profectus est. *Cic.ad Catonem,* Exercitum in hyberna dimisi. [*Cæsar lib.1.de bell.ciuil* frumenta in hybernis erant.] *Taci. lib.1.* Frumentum quod ex hybernis extulerat.

Hybernăculă, hybernaculorum, Castra hyberna. {τὰ χειμάδια χώρια. GA. Le lieu où on se retire l'hyuer. ITA. *Luoghi da inuernare.* GERMAN. Oerter an denen man im winter ist vmb wohnen/als in den stuben. HISPA. *Lugar para inuernar.* ANG. *wintering places for souldiers.*} *Liu.lib.5.ab Vrb.* Hybernacula etiam, res noua militi Romano ædificari cœpta. *Tacit.* Cohortes, alæque nouis hybernaculis locatæ. [*Liuius lib.10. dec.4.*]

Hybĕrno, as, Hyemo, hyemem ago, stationem hyberno tempore in aliquo loco habeo. {חרף *charáph.* διαχειμάζω. GALLIC. Hyuerner, passer l'hyuer en quelque lieu. ITAL. *Inuernare.* GER. Das winterläger haben/sich in winter halten. HISP. *Inuernar ò tener el inuierno.*} *Liu.lib.7. ab Vrbe,* Quia procul ab domo, ac rebus suis hybernassent. *Cic.pro Lege Manilia,* Iam verò quemadmodum milites hybernent, quotidie sermones ac literæ perferuntur. [*Liuius libr.10.ab vrb.* Hybernatum ducere]

¶Dicitur etiam de mari & nauibus, aliisque rebus, quę hyeme quiescunt. *Pers.Satyr.6.* mihi nunc Ligus ora Intepet hybernátque meum mare, qua latus ingens Dant scopuli & multa littus se valle recepta.

HYBLA, vel HYBLE, es, ὕβλα, Ciuitas Siciliæ, circa quam est thymi & salicum copia: ab Hyblone Rege ita dicta, Megara appellata postea. Hanc *Strabo* à Dorensibus conditam scripsit. ¶Est etiam huius nominis mons dictæ vrbi proximus, thymo abundans: vnde apes pastæ mel optimum conficiunt. *Mart.* Quum dederis Siculis mediæ de collib. Hyblæ, Cecropios dicas tu licet esse fauos.

Hyblæus, a, um, ὑβλαῖος, vt Apes Hyblææ, quæ in Hybla monte pascuntur. *Virg.1.Eclog.* Hyblæis apibus florem depasta salicti.

HYBLON, onis, ὕβλων, Siciliæ regulus, qui Hyblæ ciuitati nomen fecit, quæ postea Megara dicta est. *Autor Steph.*

HYBREAS, ὑβρέας, Insignis Orator ex Mylasis Cariæ vrbe: cui quum pater nihil præter mulum lignarium & mulionem reliquisset, illorum opera aliquandiu nutritus, Diotrephi Sophistæ operam dedit: posteáque ad Reipublicæ gubernacula conuersus proximam Euthydamo autoritatem obtinuit: quem quum patriæ quidem suæ tyrannidem exercere, sed tamen multis vtilitatibus id incommodi pensate videret, fertur ei in concione dixisse, Euthydame, malum es ciuitatis pernecessarium. Nam nec tecum viuere possumus, nec sine te. Hic quum Labienus Parthorum auxiliis instructus, in Asiam irrupisset, adolescentulúmque quendam iactantem audiret, se Parthicum imperatorem esse, At ego, inquit, Caricus. Quo eius dicto irritatus Labienus, impetum in vrbem fecit, eáque capta magnificas Hybreę ædes diruit: (nam ipse fuga se Rhodum subtraxerat) vrbémque ipsam ruinis incędiisque deformauit: Verùm quum ille Asiam reliquisset, reuersus Hybreas, ædes suas, vrbémque reparauit. *Ex Strab.lib.14.*

Hybris, ĭdos, vel Hybrida, æ, Propriè dicitur sus imparib. prognata parentibus, hoc est altero fero & altero domestico: quæ tamen appellatio etiam aliis animalibus conuenit, teste Porphyrione; atque adeo ipsis hominibus: imparibus editis parentibus. {ANG. *A mungrell, which is engendred betwene two of diuerse kindes.*} *Plin.libr.8.capite.15.* In nullo genere æquè facilis mystura cum fero: qualiter natos antiqui hybridas vocabant, ceu semiferos: ad homines quoque, vt in Cn. Antonium Ciceronis in Consulatu collegam, appellatione translata. Appellatio videtur tracta à Græco nomine ὕβρις, quod inter cætera significat adulterium. Videtur enim esse quædam quasi adulterij species, quum aliquod animal cum alterius generis animali habet consuetudinem. *Suet.in Augusto,* Themasinum quendam Epicadum vocat hybridam, quòd natus esset ex patre Parthico, & matre Romana.

Hybris, ὕβρις Auis ex accipitrum genere, quæ interdiu minùs apparet; quia non clarè videt, sed nocte venatur more aquilæ. cum aquila adeò acriter, vt sæpiùs ambæ implexæ deferantur in terram.

HYCCARON, ὕκκαρον τὸ, vel ὕκκαρα τὰ, Oppidum Siciliæ, vbi Laidem meretricem natam aiunt. Gentile Hyccareus, possessiuum Hycaricus; *Steph.*

HYDA, dæ, siue Hyde, es, ὕδη, Oppidum Lydiæ, sub Tmolo monte situm, *cuius meminit Hom. in Catalogo.* Sunt qui idem esse putent cum Sardibus. *Vide Strab.lib.13.*

HYDARCAE, ὑδάρκαι, Indiæ populi, qui aduersus Liberum patrem pugnarunt. *Steph.*

HYDARNES, ὑδάρνης, Fuit nobilis Persa, qui *teste Herod.li.3.* cum Dario in Smerdin Margum coniurauit. *Vide Stra.li.11.*

HYDASPES, ὑδάσπης, Fluuius Indiæ qui per Parthos & Medios fluens, in Indiam extenditur, Nysámque vrbem alluens, Indo flumini miscetur. {GE. Ein fluß Indie.} Alij non in Indum, sed in mare labi tradunt. *Luc.li.6.* Quà rapidus Ganges, & quà Nytæus Hydaspes. Dictus ab Hydaspe antiquissimo Medorum rege.

Hydĕrŏs, ὕδερος, Aqua subter cutem, quam & Hydropen Græci appellant, vtroque nomine, ἀπὸ τοῦ ὕδατος, hoc est, ab aqua deducto.

HYDISSVS, ὑδισσός, Cariæ oppidum, ita dictum ad Hydisso filio Bellerophontis, & Asteriæ, filiæ Hydei, *teste Steph.* Huius incolæ dicuntur Hydissenses, ὑδισσεῖς, *Quorum meminit Plin.li.4.c.29.*

Hydră, dræ, {ὕδρα. AN. *A water adder.*} Serpens in aquis viuens: *de quo vide plura in dictione* HYDRVS. ¶Est & HYDRA promontorium Æolidis, quod Hermatunti alteri promontorio aduersum, Elaiticum sinum efficit. *Autor Strab.li.13.*

¶Item Æoliæ oppidum, quod postea Lysimachiam appellarunt: *teste eodem Strab.li.10.* ¶Est præterea huius nominis insula iuxta Carthaginem, *vt ex Ephori sententia tradit Steph.*

Hydrăgōgus, ὑδραγωγός, Qui aquas ducit, aquæ ductor, παρὰ τὸ ἄγειν τὸ ὕδωρ. Vnde & hydragogiæ dicuntur ipsæ aquarum deductiones.

Hydrargyrum, {ὑδράργυρος. GAL. Vif argent. ITAL. *Argento viuo, mercurio.* GE. Quecksylber. HI. *El azogue.* AN. *Quicke sylver.*} Genus est metalli liquidi, argenteum colorem, liquida verò consistentia aquam referens: vnde & nomen accepit. Latini argentum viuum appellant: argentum quidem à colore: viuum autem à motu. *Aristoteles* ἄργυρον ζωντὸν, hoc est fusile, seu liquidum argentum vocat. Huius duæ sunt species: natiuum siue fossitium, & factitium, quod ex minio excoquitur: quod solum *Galeno* fuit cognitum. *Dioscorides* vtriusque meminit: *Plin.libro 33.capite 3.* argentum viuum ab hydrargyro videtur distinguere, quum ait, Æs inaurari argento viuo, aut certè hydrargyro, legitimum erat. Sed ea controuersia facilè potest tolli, modò intelligamus *Plinium* illic, quod natiuum siue fossile esse diximus, argentum viuum: quod verò ex minio excoquitur, hydrargyrum appellare. Vtraque species pestilentem exhalat odorem, aurámque planè exitialem.

HYDRAMIA, ὑδραμία, vrbs Cretæ: ciues Hydramici. *Steph.*

[Hydraula, æ, *Sueton.in Neron.cap.54.* Hydraulam & choraulam præbere, &c.]

Hydraulŏs, masc. g. {ὕδραυλος. AN. *A patre of organe.*} Musicum organũ; aquæ decursu sonum reddens. *Plin.l.9.cap.1.* Delphinus non tantùm hominis amicum animal, verùm musica arte mulcetur, symphoniæ cantu, & præcipuè hydrauli sono.

Hydraulĭcŭs, a, um, {ὑδραυλικός. ANGLICE. *Belonging to organs.*} vt, Hydraulicum organum. *Plin.libr.6.capite 37.* Laudatus Ctesibius, pneumatica ratione, & hydraulicis organis repertis. [*Suetonius in Neron. cap.41.*]

HYDREA, ὑδρέα, Insula iuxta Trœzenem. Gentile Hydreates, *Step.*

HYDRELA, ὕδρελα, In Caria est. Gentile Hydrelicus. *Steph.*

Hydrēlæum, ὑδρέλαιον, Oleum aquæ commistum, humectandi, molliendi & penetrandi vim habens, *vt est autor Gal.li.3.Simp.*

Hydrĭă, Vrna, vas aquarium. {כד *ch.adh.* ὑδρία. GALLIC. Cruche à porter eau. ITALIC. *Vrnà d'acqua.* GER. Ein wasserkrug. HISPAN. *Tinaja ò vasa, para tener agua.* AN. *A pitcher or potte for water.*} *Cicer.4. Verrina,* Dicebant syphorum paria compluria, hydrias argenteas, pretiosam vestem, stragulam, multa mancipia pretiosa Verri data esse, *Ibidem,* Quum in hydriam sortes conicerentur.

Hydrocēlē, {ὑδροκήλη. ANG. *A bursting when water falleth into the codes.*} Hernia aquosa, quum scilicet aquâ in scroto colligitur. *Mart. lib.12.* Quem cuncti modò olei timebant Dicentem tumidas in hydrocelas. Inde hydrocelicus, ὑδροκηλικός, qui hydrocele laborat: *Vide in dictione* HERNIA.

Hydrocĕphălŏs, ὑδροκέφαλος. Dolor capitis, nascens ex humore inter cutem & pericranium, aut certè inter hoc & cranium collecto. *Vide Celsum lib.4.cap.2.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

HYDRŌCHŌVS, ὑδροχόος, Signum cæleſte quod Latinè Aquarium dicimus, παρὰ τὸ χεῖν τὸ ὕδωρ, hoc eſt, ab aqua fundenda dictus. GERMANIC. Der waſſerman. } Nam qui Aſtrologiam Poëticam ſcripſerunt, putant hunc fuiſſe Ganimedem Trojanum puerum, Iouis iuſſu ab aquila raptum, & in menſa deorum miſcendæ nectari aquæ præpoſitum.

Hydrogārum, garum, ex aqua. *Lampridius in Heliogabalo,* Hydrogarum Romanorum ducum primus publicè exhibuit.

Hydrolăpăthon, ὑδρολάπαθον, Lapathi genus quod in aqua naſcitur. *Plinius libr. 20. cap. 1. 22.* Sunt qui hydrolapathon tradunt in aqua natum.

Hydrŏmāntĭă, ὑδρομαντία, Diuinatio quæ fit per aquam *Auguſt. lib. 7. de Ciuit.* ſcribit Numam Pompilium hydromantiam feciſſe, vt videret imagines deorum vel ludificationes dæmonũ à quib. audiret quid in ſacris conſtituere atq; obſeruare deberet. Quod genus diuinationis *Varro* à Perſis dixit illatum, quo & ipſum Numam, & Pythagoram Philoſophum fuiſſe vſum commemorat.

Hydrŏmeli, { ὑδρόμελι. ANG. *Meade or methegline made of water and honie ſodden together.* } Aquæ mulſæ genus, ex imbre puriſſimo, & melle temperatum, & iam vetuſtate vini ſaporem referens. Nam quod recens eſt, & ad præſentem vſum confectum, melicraton potiùs nominatur. *Plin. lib. 31. cap. 6.* Hydromeli quoque ex imbre puro cum melle temperabatur quondam, quod daretur appetentibus vinum ægris. *Vide Marcellum Virg. in Dioſcor. lib. 5 cap. 9.*

Hydromĕlŏn, ὑδρόμελον, Liquoris genus ex melimelitis portione vna, & duabus aquæ confectum, inſolatis ſimul per Canis ortum. *Dioſc. lib. 5. c. 21.*

Hydrŏmphălŏs, ὑδρόμφαλος, Torpidi humoris in vmbilico collectio.

Hydrophanta, ὑδροφάντης, qui aquarum ſcaturigines perquirit, ſiue irrigandis agris, ſiue potus cauſa. Hinc Hydrophantica, cæ, aquæ inquiſitio. *quo vocabulo vſus eſt is, qui de re ruſtica ad Conſtantinum Cæſarem ſcripſit. lib. 1. c. 5. Alciat. lib. 11. παρέργων. c. 4.*

Hydrŏphŏbĭa, ὑδροφοβία, Quam Latinè interpretari poſſumus Aquæfugam: morbi genus, quum æger ſupra modum aquam expaueſcit: quod accidere ſolet iis qui à rabido cane fuerunt morſi. Hoc morbi genus attigit *Ouid. de Remed. Amoris,* Tollere nodoſam neſcit medicina podagram: Nec formidatis auxiliatur aquis. Hinc hydrophobi, ὑδροφόβους, dicti ægri, qui aquam expaueſcunt, hoc eſt, quos canis rabidus momorderit. παρὰ τὸ φοβεῖσθαι τὸ ὕδωρ. *Plin. lib. 29. cap. 5.* Eſt limus ſaluæ ſub lingua rabioſi canis, qui datus in potu, fieri hydrophobos non patitur.

¶ *Cornelius Celſus lib. 6. cap. 27.* genus morbi eſſe dicit in quo ſimul æger & ſiti, & aquæ metu cruciatur. Alij mutata vna litera Hygrophobiã vocant, quod omnem liquorem metuat. Alij Cynolyſſon veluti ex rabie canina morbum conceptum. Qui hoc morbo laborãt, *vocãtur à Plin. 24. c. 5.* Hydrophoui. Ab aliis Phouodipſi quod cum timore ſitiant. *Polybius* Pheugydros vocat, quòd aquam fugiant, *Aurelianus* Aquifugas *Tertu. in lib. de Bap.* Lymphatos vocat quos aquæ necauerunt, aut formidine, vel metu exercuerunt.

Hydropĭpĕr, ὑδροπέπερι. Herba circa ſtagnantes aquas, aut quæ pigro lapſu fluũt, naſcens caule geniculato, robuſto, multis alis concauo: foliis menthæ maioribus, candidioribus, teneriorib. úſque, guſtu piperis amaro. Fructum gerit acrem in ramulis ſecundũ folia, continenti acinorum ſerie congeſtum, vuæ modo. Dictum hydropiper, *teſte Galeno,* à piperis ſapore, & locis aquoſis in quib. naſcitur, quaſi piper aquatile. *Ruellius* eam eſſe exiſtimat, quam vulgus herbariorum falſo nomine *Eupatorium appellat.*

Hydrŏpŏtēs, Aquæ potator, qui aquam bibit. { ὑδροπότης. GALL. Boy l'eau. ITAL. *Beuitor d'acqua.* GERMAN. Ein waſſertrincker. HISPAN. *Beuedor de agua.* ANG. *A drinker of water.* } Cyrus *apud Xenophontem,* monet ſuos, vt conſuefcant aquam bibere, vt fiant hydroporæ.

Hydrōps, is, generis maſculini, { ὕδρωψ. GALLIC. Hydropiſie. ITAL. *Hydropiſia.* GERM. Die waſſerſucht. HISP. *Hydropeſia, enfermedad de humor aguoſo.* ANGL. *The dropſie* } Morbum ſignificat, qui Latinè dicitur aqua intercus, quòd ſub cute aqua naſcatur, qua corpus turgeſcit. *Horat. 2. libr. Carm.* Creſcit indulgens ſibi dirus hydrops: Nec ſitim pellit, niſi cauſa morbi Fugerit venis, & aquoſus albo Corpore languor. Huius tria ſunt genera, tympanites nomen habens à tympano inſtrumento muſico, quum corpus ſpiritu magis, quàm aqua diſtenditur, pulſatúmq; tympani ſonum reddit. Aſcites, ἀπὸ τῶν ἀσκῶν, hoc eſt ab vtre, quum alimenta in aquam conuertuntur, quæ inter inteſtina & tunicam, quam peritonæon vocant, velut in vtrem colligitur. Tertium genus omnium periculoſiſſimum, & penè incurabile vocant leucophlegmatian, vel hypoſarca, quam ſolidæ corporis partes in aquam reſoluuntur, adeò vt corpus pallidum reddatur, & cadaueri ſimile. *Vide Celſum lib. 3. cap. 21.* ¶ Ab hydrops fit hydropicus, { ὑδρωπικός. GALLIC. Hydropique. ITAL. *Hydropico.* HISP. *Enfermo de hydropeſia.* } qui hydrope laborat. *Horat. 1. Epiſt. 2.* Si noles ſanus, cures hydropicus.

Hydrŏpĭsis, is, ὑδρόπισις, idem quod hydrops, hoc eſt, aqua inter cutem. *Plin. lib. 20. cap. 1,* Sic & contra phthiriaſim bibitur, & hydropiſes.

Hydroſĕlĭnum, ὑδροσέλινον. Apium paluſtre, quod & eleoſelinum appellatur.

Hydrŭnteroccēlē, ὑδρουντεροκήλη. Herniæ genus, quum & inteſtinum in ſcrotum delabitur, & aqua ibidem colligitur.

HYDRVNTVM, ti, ὑδροῦς, Vulgò *Otranto,* Oppidum extremum agri Salentini, *apud Plin. lib. 3. cap. 11. quod à Stephan. & Strab.* Hydrûs *appellatur.*

Hydrŭs, & Hydra, { ὕδρος, ὕδρα. ANG. *A water ſerpent.* } Genus anguiũ in aqua degentium, quorum hydrûs mas, hydra fœmina. *Plin. lib. 29. cap. 4* In orbe terrarum pulcherrimum anguium genus eſt: quod in aqua viuit: hydri vocantur, nullis ſerpentium inferiores veneno. *Ælianus lib. 9. autor eſt,* in Corcyra hydras procreari, quæ ſe retrorſum ad inſequentes retorquent, & grauem odorem exhalantes, inſectatores reprimunt. Magis varius quàm Hydra, ποικιλώτερος ὄφεως. De callidis ac doloſis, quòd hydra ſerpens ſit verſicoloribus notulis diſtincta. Aptè dicetur in vafros ac verſipelles, aut etiam parum ſibi conſtantes.

¶ Hydram finxerunt poetæ eſſe multorum capitum in Lerna paludes quorum aliquot exciſis, totidem continuò renaſcebantur: quæ tandẽ ab Hercule & ſagittis & igne interfecta fertur. ¶ Hydram ſecare, ὕδρᾳ τέμνειν eſt, ita vnum aliquod incommodum tollere, vt in eius locum alia plura recipias. Accommodari poterit ad eos, qui litibus inuoluuntur nunquam finiendis.

HYDRŪS, untis, *vide ſuprà* HYDRVNTIVM.

HYDRŪS ὁ, ὑδροῦσσα, Duarum inſularum nomen in mari Ægeo, quarum altera notiore nomine Andros, *Andro,* altera, Ceos appellatur. Hydruſæ ab aquarum vbertate appellatæ. *Vtriuſque meminit Plin. lib. 4. c. 12.*

HYĔLA, ὕελα, Oppidum Lucaniæ, iuxta Palinurum promontorium, à Phocenſibus conditum, *teſte Herodoto libr primo,* poſteà Elea, deinde Helia & poſtremò Velia appellata *Vide St. ab. lib. 6.*

Hўĕms, mis, Pars anni frigidiſſima, media inter Autumnum & ver. { חרף *chóreph* סתו *ſethâu.* χειμών. GALL. Hyuer. ITA. *Inuerno, innernata.* GERMAN. Der winter. HISPANIC. *El inuierno.* ANG. *winter.* } [*Sueto. in Cæſare cap. 35.* Hyeme anni.] *Virg. 1. Georg.* - hyemes optare ſerenas Agricolæ, ἀπὸ τοῦ ὕειν, pluo: quòd id tempus anni pluuioſum ſit. *Var.* ab hiando deriuat, quòd anima quæ à nobis afflatur tum appareat. Spiritus enim noſter quũ ſpiramus hyeme, quaſi in nebulam concretus cernitur. [*Ouid. Eleg. 10 lib. 3. Triſt.* At cum triſtis hyems ſqualléntia protulit ora. ¶ Pro glacie: *Ouid. Eleg. 10. libr. 3. Triſt.* Conantes (ſe tollere Delphines in auras) dura coercet hyems.] ¶ Interdũ accipitur pro tempeſtate, procella, ſiue ventorũ impetu. [*Oui. Eleg. 10. lib. 1. Triſt.* Improba pugnat hyems.] * Hyems pro anno: vt Sexta hyems, id eſt, ſextus annus. *Martial. 5. 38.* Sextam peremit hyemem, nec tamen totam.

*Hyeme pro in hyeme. *Cic. 1. de Diuinat.* Campos & montes hyeme & æſtate peragrantes.

Hўĕmo, as, are, Hyemem perago, ſtationem hybernam aliquo in loco habeo, hyberno. { חרף *charáph.* παραχειμάζω. GALLIC. Hyuerner, paſſer ſon hyuer. ITAL. *Inuernare.* GERMANIC. Winteren/das winterlãger haltem/im winter wohnen. HISP. *Inuernar ò tener inuierno.* ANGL. *To winter, to lodge, reſt, or mak abode in winter tyme.* } Cæſar *1. bell. Gall.* Duáſq; ibi legiones conſcribit, & tres, quæ circum Aquileiam hyemabant, ex hybernis educit. *Cic. pro Font.* Cn. Pompeius maximus atq; ornatiſſimus hyemauit in Gallia, M. Fonteio imperante. *Horat. 1. Epiſt. 17.* Medius hyemet mercator in vndis.

[Hyemare, pro Hyemis incommoda perferre dixit *Sueton. in Auguſt. cap. 72.*]

¶ Hyemare item in tertiis duntaxat perſonis, interdum verbum eſt ex iis, quæ Grammatici exceptæ actionis appellant: quorum actio ſoli Deo, vel naturæ conuenit: cuiuſmodi ſunt, pluit, ningit, & ſimilia: quæ interdũ ſic ponuntur ſine nominatiuo, qui facilè *in iis* intelligitur: interdũ eũdem habent expreſſum. Sic aliquando dicimus hyemat, abſolutè, χειμάζει, id eſt hyems viget, *vel frigus vehemens eſt. Col. lib. 11. cap. 2.* Quinto Calendas Nouembris Vergiliæ occidunt, hyemat cum frigore & geliciditis. Interdum expreſſo nominatiuo Deus, natura, ventus, ſydus, vel dies hyemat. *Plin. lib. 18. cap. 28.* Delphini veſpertini Occaſu continui dies hyemant. *Col. lib. 11. cap. 2.* Auſter aut Africus hyemat. ¶ Hyemare interdum pro affligi incommodo hyemis, *quam vocem in Salluſt. notauit Seneca in Auguſt. cap. 72.* Aſſiduéque in vrbe hyemaret.

Hўĕmātĭo, onis, Hyemis traductio. { παραχείμασία. GALLIC. Hyuernage, quand on paſſe l'hyuer. ITAL. *Il paſſare l'inuerno.* GERM. Winterung/ einhaltung über den winter. HISP. *Obra de inuernar.* ANG. *A wintering.* } *Varr. 3 de re Ruſtic. cap. 16.* Vt ne plus tertia pars eximatur mellis, reliquum hyemationi relinquatur.

* Hyematus, a, um, Particip. χειμασθείς, *Plin. lib. 9. cap. 22.* Autumnali fidere, vt palàm eſt, hyemato lacu, fluctibus glomeratæ voluuntur multitudine.

Hyemalis, le, Hybernus, vt hyemalis dies. { χειμερινός. GAL. D'hyuer. ITA. *Inuernale, coſa da inuerno.* GERMAN. Winterlich. HISP. *Coſa del inuierno.* ANG. *winterly, ſ elenging to winter.* } *Colum. lib. 11. cap. 1.* Hyemalis vis. *Cic. 5. Tuſc.* In ea tamen gente primùm hic qui ſapientes habentur, nudi ætatem agunt, Caucaſi niues hyemalémque vim perferunt ſine dolore. Hyemalis nauigatio, & minimè portuoſa, *apud Cic. in Epiſt famil.*

Hyerus. *Vide* HIERVS.

HYĔTTVS, ὑηττός, Vicus Bœotiæ, quem nonnulli Aſpledonem nominãt ab Hyetto quodam Argiuo nomen habens, ſiue (vt aliis placet) ab eo quòd iugibus rigetur pluuiis. *Vide Steph.*

HYĔSĂSVS, ὕγασος, Cariæ ciuitas, *apud Steph.* à qua campus vicinus Hygaſſeus appellatur.

HYGRĕis, ὑγρεῖς, Sarmatiæ Europææ oppidum, inter Lycum & Poricum fluuios. *Vide Ptol. Tabul. 8. Europæ.*

Hygrēmplaſtră, ὑγρέμπλαστρα, Liquida emplaſtra: ſicut xeria, ξήρα, quæ ſunt arida. *Ex Galeno.* * Vtitur & *Plin. lib. 34. cap. 15.* Præcipua tamen commendatio eius in hygremplaſtro ad purganda vulnera fiſtuláſque.

HYLĂCTŎR, ὑλάκτωρ, Nomen vnius ex canibus Actæonis: ἀπὸ τοῦ ὑλακτεῖν, hoc eſt latrando *Ouid. 3. Metamor.* Et acutæ vocis Hylactor.

HYLAĔĂ, ὑλαία, Sarmatiæ regio ſyluoſa, non procul à loco quem Achillis curſum nominant: à qua vicinum mare Hylæum appellarum eſt. *Vide Herod. lib. 3.*

HYLAĔŬS, ὑλαῖος, Centauri nomen, à ſyluis deductum. *Virg. 8. Æneid.* tu nubigenas inuicte bimembres, Hylæúmq; Pholúmq; manu, tu Creſſia mactas Prodigia.

HYLĂS, ὕλας. Filius fuit Theodamantis, quem Hercules rapuit. Quum enim ex Calydonia occiſo Oenei pincerna fugeret, veniſſetq; cum Deianira & Hyla filio ad Dryopes, & eſurienti puero quum Lychas pædagogus abeſſet, à Theodamante aliquid cibi poſtulaſſet, ille autem denegaſſet, arreptum vnum ex bobus Theodamantis mactauit, atque coxit. Quam ob rem Theodamas, conuocatis popularibus, atque coxit. Quam ob rem Theodamas, conuocatis popularibus, arma aduerſus Herculem mouit: & quanuis in ea pugna ferè oppreſſus fuerit Hercules, tamen victoriam obtinuit, & occiſo Theodamante,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

mante, Hylam filium eius secum abduxit: quem postea vnicè dilexit, secúmque cum reliquis Argonautis Colchos nauigans duxit. Verùm quum inter remigandum Hercules remum suum fregisset, vnà cum Hyla naui egressus est, vt alium in Mysiæ syluis quæreret. Inualescente autem æstu, quum siti premeretur, Hylam cum vrna mittit ad Ascanium fluuium, vt inde sibi aquam afferret. Verùm quum ripa altior esset, quàm vt stans haurire posset, procumbens in pectus Hylas, vrnam è manibus amittit: quam quum subito recipere conaretur, pondere eius demersus est. Quæ res poëtis occasionem præbuit fabulandi, Hylam à Nymphis fuisse raptum. Hercules autem quum Hylas nusquam compareret, causam eius tam ægrè tulit, vt relictis Argonautis, Mysiam totam oberrans, Hylam quæreret. *Iuuenal. Sat.* 1. Et multrum quæsitus Hylas, vrnámque secutus. Vnde locus factus prouerbio, Hylam inclamas ὑλαν κεκυκάζεις. De frustra vociferantibus, aut in genere, de nihil proficientibus.

HYLATAE, ὑλάται, Populi Syriæ Cœles *apud Plin. lib. 5. c. 23.*

HYLAX, actos, ὕλαξ, Nomen canis, ἀπὸ τοῦ ὑλακτεῖν, hoc est, à latrando.

HYLLARIMA, ὑλλάριμα, Oppidum Cariæ, supra Theostrotoniciam, patria Hierocli ex athleta philosophi. Ciuis Hyllarimæus. *Steph.*

HYLLESSA, ὑλλήσσα, Paros vna Cycladum olim vocabatur. Est etiam Zacynthi epitheton. *Steph.*

HYLLVALA, ὑλλάλα, Vicus Cariæ, vbi Hyllus interiit, cum templo Apollinis. Alla apud Cares equum significat. *Stephanus.* Alias Hyllæa.

HYLLVS, ὕλλος, *Suida.* Filius fuit Herculis ex Melita Ægæi fluminis filia: à quo Hyllinenses populos, & Hyllicum portum denominatum tradunt. ¶Hylus, simplici, alius fuit filius Herculis ex Deianira, qui Iolen, patre mortuo, vxorem duxit, *vt ait Ouid. lib. 9. Metam.* Hic postea cum cæteris fratribus, qui ex Hercule superstites fuerunt, ab Eurystheo pulsus, Athenas confugit, ibíque Misericordiæ, vel Clementiæ templum condidit, quod & accepti ab Æthenienſibus beneficij testimonium, & miseris in posterum asylum esset, & perfugium. *Seneca in Hercul. Oetæo*, Si vera pietas Hyle quærenda est tibi, Iam perime matrem.

¶Hyllus item *Straboni lib.* 13. Fluuius est Lydiæ, in Hermum influens, qui postea Phrygius appellatus est.

HYLONOMES, ὑλονόμα, Mulier ex genere Centaurorum, Cyllari Centauri vxor, quæ mortuo marito gladio suo incubuit.

HYLVS, ὕλος, Filius Herculis ex Deianira: *de quo copiosius egimus in dictione* HYLLVS.

HYMARI & Ætnæ filius Gelon. *Steph. in* γέλα.

Hymber, bris, *Vide* IMBER.

Hymen, enis, ὑμήν. A veteribus accipiebatur pro tenui membrana, quæ in fœminis tanquam virginitatis clausirum est: eam autem primo coitu rumpi putauerunt: quanquam inter rei Anatomicæ peritos satis constat, in virginum dissectionibus pelliculam eiusmodi nullam inueniri.

HYMEN, pro Deo nuptiarum præside, qui & Hymenæus, & coniunctis dictionibus Hymen Hymenæus dicitur. *Catullus in Epithalamio*, Hymen, ô Hymenæe Hymen, Hymen ô Hymenæe.

HYMENAEVS, penult. prod. ὑμέναιος, Deus nuptiarum putatus est ἀπὸ τοῦ ὑμῆν, hoc est, à membrana quæ clausirum virginitatis esse, & primo coitu rumpi putabatur. ¶ GE. Ein gott der hochzeyten. } Hic Veneris & Liberi filius dictus est, vel (vt quidam aiunt) ex Vrania progenitus, qui primus certas nuptias instituerit. Alij putant Hymenæum virum Atticum fuisse, qui raptas à latronibus virgines, parentibus intactas restituit: ideóque hanc vocem nuptialem factam apud Græcos, quémadmodum Romani in nuptiis virginalibus Thalassi nomen inuocabant. Alij dicunt hymenæum fuisse quendam iuuenem, qui die nuptiarum ruina oppressus interiit. Vnde postea institutum, vt expiationis gratia nominaretur in nuptiis. Sunt etiam qui putent Hymnum ipsum in virginalibus nuptiis cantari solitum, vocari hymenæum. *Terent. in Adelph.* hoc mihi in mora est, Tibicina, & hymenæum qui cantent: vbi Donatus, Sic accipe, inquit, hymenæum in nuptiis, quemadmodum θρῆνον in funere, vel in sacris hymnum. ¶Accipitur etiam pro ipsis nuptiis. [*Catull. de Com. Beren.* Qua rex tempestate nouis auctus Hymenæis. *Virgil. Æneid.* Pergama quum peteret, inconcessósque hymenæos.

HYMERA, *Vide* HIMERA.

HYMETTVS, ὑμηττὸς, *Stephano & Suida* per duplex tt, Mons Atticæ clarissimus, semper florens, cuius mel *Plin.* scribit esse pretiosissimum. {GERM. Ein berg in Attica hart gut weiden gehabt.} *Mart. libro* 14. Hoc tibi Thesei popularrix misit Hymetti Pallados à syluis nobile nectar apis.

Hymettius, tia, tium, adiect. ὑμήττιος *Stephano*, Quod est ex Hymetto monte. *Plinius lib. 36. c. 3.* Lucius Crassus orator, primus peregrini marmoris columnas habuit Hymettias. Erant columnæ ex Hymetto monte excisæ, nam ex hoc monte pulcherrimum marmor effodiebatur.

Hymnus, cantus in laudem alicuius. {חזמר ומרה *zimráh* מזמור *mizmór.* ὕμνος. GAL. Cantique, ode, chanson, vers à la louange de quelqu'vn. ITA. *Hinno, laude, canzone.* GER. Ein lob oder lobgesang. HIS. *Loor y alabança que se canta à dios.* ANG. *An hymne made to the praise of a god.*} *Mart. lib.* 12. Inuitus puerum fatetur hymnus.

Hymnifer, pen. corr. adiect. {ὑμνοφόρος, ὑμνοπόλος, ὑμνοφόρος. GAL. Qui porte odes, chansons, & louanges, lyrique. ITAL. *Che porta laude, canzone.* GER. Der lobgesang fürt oder übt. HI. *El que trae loor ò alabança.* ANG. *That bringeth hymnes.*} VE, Vultus Orphei hymniferi, *Ouidius* 11. *Metam.*

HYOPE, ὑόπη, Vrbs Matienorum (sorte Matianorum) Gentile, Hyopeus, enus, ites. Vestiti sunt vt Paphlagones. *Steph.*

HYOPS, ὑόψ, Vrbs in Iberia Cherronensi, non procul à Lesiro fluuio. Inde Hyopus. *Steph.*

Hyoscyamus. {ὑοσκύαμος. GAL. Du hanebane ou iusquiame. IT. *Dente caualino, disturbio.* GER. Bilsamkraut. HIS. *Veleno.* ANG. *Henbane herbe.*} Herba quam Latini Apollinarem appellant. Vulgus *fabam porcinam* vocat, vel *iusquiamum. Col. lib.* 7. Est ὑοσκυάμους, cuius semen detritum, & cum vino datum, prædicto vitio medetur. *Plin. lib.* 20. *cap.* 17. Colligitur succus eius, vt hyoscyami.

Hyoscyaminus, a, um, ὑοσκυάμινος. Quod est ex hyoscyamo: vt, Oleum hyoscyaminum, quod ex hyoscyamo decoquitur. *Plin. lib.* 23. *cap.* 15.

Hyssopus, ὕσσωπος, Herba est intubo similis sed minor, & tactu asperior: quæ vulneribus contusa prælarè medetur. *Plinius libro* 27. *capit.* 10.

HYPACARIS, Scythiæ fluuius.

HYPAE, ὑπαί, Massiliensium insula, vna Stœchadum. *Autor Plinius lib.* 3. *cap.* 5.

HYPAELOCHII, ὑπαιλόχιοι, Gens Molossica. *Steph.*

HYPAEPAE, arum, ὕπαιπα, *Stephano & Straboni*, Lydiæ oppidum, quod occurrit à Tmolo monte ad Caystri campestria iter facienti. Nomen ei est (*vt inquit Stephanus*) quoniam sub Æpo monte sita est, Veneri sacra est, eò quòd pulchræ fœminæ ibi visantur. *Ouidius de Arachne*, Orta domo parua, paruis habitabat Hypæpis.

Hypæthra, ὑπαίθρας, siue Hypæthria, *teste Budæo.* {ANG. *Places open aboue not couered ouer.*} Loca sunt aperta, quasi sub æthere constituta, quę Latinè subdialia vocare possumus, quòd sub Dio, hoc est, sub Ioue, & sine tecto sint. *vide Budæi Annotationes in Pandectas.*

Hypagogeus, ὑπαγωγεύς, Instrumentum quo lapides expoliuntur.

Hypagum, pen. prod. Nonnulli credunt esse nauticum instrumentum adducti, vt opinor, manca & depraua ta *Pliny* lectione, quam ex *libro septimo cap.* 56. adducunt ad hunc modum, Velum Icarus, malum & antennam Dædalus, hypagum Salaminij, aut Pericles Atheniensis: Ex quo loco atque ex iis quæ præcesserant de antennis & velis, coniecturam fecerunt, hypagum etiam esse instrumentum nauticum. Sed isti profectò si paulò vlteriùs progressi essent, legendo hypagum, siue potiùs hippagum (vt nos legendum docebimus) nauis genus esse, non instrumentum nauticum animaduertissent. Subdit enim *Plinius*, Tectas longas Thasij, &c. Illud enim videri vult Plinius, nauim illam, qua ad transuehendos equos vtimur, à Salaminiis, aut certè à Pericle fuisse inuentam, quemadmodum nauim tectam à Thasiis. Hoc autem nauigij genus, ἱππηγὸς à Græcis vocatur, quod nos *n* in *a* longum mutato hippagum vocamus. *Polyb. lib.* 1. Ἐπὶ δὲ τούτοις ἐπέστησαν τοὺς ἱππαγοὺς, ἑνὸμασται δ' οὗτοι κοινῶς παρὰ τῶν πρώτου στόλου ναυσὶ, hoc est, Post hæc disposuerunt hippagos, dantes ex iis iora, & funes tractorios nauibus, quæ in tertia classe erant. Ex his constat hippagum esse nauigij genus ad transuehendos equos accommodatum.

Hypallage, ὑπαλλαγή, Figura est, quam nos suppositionem vertere possumus, vel submutationem, quum scilicet vnum pro altero subiiciuntur vt quum agere dicimus, quod patimur: aut contrà: aut quum aliud quiduis præposterè efferimus: vt Trade rati ventos, pro Trade ratem ventis.

Hypanis, pe. corr. ὕπανις, Fluuius Scythiæ, ex magna palude profluens, sapore dulcissimo, donec ad quadragesimum milliare miscetur ei exiguus fonticulus. {GER. Ein fluß in Scythien.} Exempæum nominat *Herod. li.* 4. qui sua amaritudine totum corrumpit Hypanim. *Ouid.* 15. *Metam.* Quid non & Scythicis Hypanis de montibus ortus, Qui fuerat dulcis, salibus vitiatur amaris?

¶Est & alter eiusdem nominis fluuius in India, *cuius meminit Strabo lib.* 15. Ad quem referri potest illud *Propertij*, Quantum Hypanis Veneto distat ab Eridano.

HYPANA, ὕπανα, Triphyliæ ciuitas, *apud Strab. lib.* 8.

Hyparchvs, ὕπαρχος, Præfectus prouinciæ vel exercitus, cuius potestas & autoritas superiorem potestatem agnoscit: vnde & illi imperandi vis, & prouinciam administrandi: quasi {ὑφ' ἑτέρου ἀρχόμενος. ANG. *That hath the ouersight and charge in doing any thing.*} Eiusmodi erant legati in exercitu, qui sub Imperatore rem gerebant & prouinciarum Præsides à Principe vel Senatu constituti. {GE. Ein landvogt oder befelchsman in einem kriegsheer.

HYPATI, ὑπάτιοι, ὕπατα, Æniensium ciuitas, *teste Stephano.* Sunt autem Ænienses, Æoliæ populi, Perrhæbis finitimi, *teste Plinio libr. quarto c.* 2. ¶Est item Hypata Bithyniæ regiuncula, ad Sangarium fluuium, *teste Steph.*

HYPATOS, ὕπατος, Phœnices fluuius, *apud Melam. libr.* 1. ¶Hypaton item Græci Consulem appellant, & Hypatriam Consulatum, & Hypaticon consularem. Verùm hæc quòd nostro instituto parum conueniant, ex Græco potiùs Lexico petenda relinquimus.

HYPATIA, ὑπατία, Mulier Alexandrina, Theonis Geometræ filia & vxor Isidori Philosophi, quæ magno & frequenti auditorio varia disciplinarum genera in patria professa est. *Suidas.*

Hypecoon, ὑπήκοον, Herba in segetibus aruísque nascens, foliis rutæ, ramis exilibus, vires papaueri proximas habens. Alio nomine Hypopheon appellant.

Hypelate, ὑπελάτη, Lauri species, quam quidam laurum Alexandrinam, alij daphnem, alij carpophylum vocant. *Vide Plinium libro* 15. *c. vltim.*

Hypenemium ouum, ὑπηνέμιον ὠόν, Dicitur ex quo nihil gignitur, cuiusmodi sunt quæ gallinæ citra coitum, ipsæ sibi venerem figurantes. A quibusdam & Zephyrium ouum dicitur. Latini ouum irritum, & ventosum appellant. *Plin. lib.* 10. *cap.* 58. Et ipsæ autem inter se (si mas non sit) æquè saliunt, pariúntque oua irrita, quę hypenemia Græci vocant.

HYPENOR, ὑπήνωρ, Troianus, quem, *teste Hom. lib.* 5. *Iliad.* Diomedes in bello occidit.

HYPENVS, ὕπηνος. Athleta qui primus diaulo vicit. Pausan.

Hyperaspistes, {מגן *maghén.* ὑπερασπιστὴς.} Latinè propugnator & defensor. ἀπὸ τοῦ ὑπεραπίζειν, quod est scuto protegere. Vnde hyperaspistes dicitur, qui velut scuto aliquem protegit. ἀσπὶς enim apud nos scutum sonat. *Hieronymus in prafat.* Quum Aristeus eiusdem Ptolemæi hyperaspistes, & Iosephus non multò post nihil tale retulerint.

[¶Hoc nomine vocauit Des. Erasmus Roterodam. libros suos de

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

libero Arbitrio aduersus M. Lutherum.]

Hyperbasis, ὑπέρβασις, penult. corre. Latinè transgressio verbi, *interprete Quintiliano, li. 8. cap. 6.* quam frequenter ratio comparationis & decoris poscit. Fit enim frequentissimè aspera & dura, dissoluta, & hians oratio, si ad necessitatem ordinis sui verba redigantur. Longius ergo verbum propriè hyperbaton est. Insigne huius exemplum est illud *apud Virg. 12. Æneid.*

Interea reges (ingenti mole Latinus
Quadriiugo vehitur curru, cui tempora circum
Aurati bis sex radiis fulgentia cingunt:
Solis aui specimen bigis it Turnus in albis
Bina manu lato crispans hastilia ferro:
Hinc Pater Æneas, Romanæ stirpis origo,
Sydereo flagrans clypeo, & cælestibus armis,
Et iuxtà Ascanius, magnæ spes altera Romæ)
Procedunt castris.

Quo in exemplo post octauum demum versum nominatiuo redditur verbum. *Vide Macrob. Sat. lib. 6. c. 5.* Dicitur Hyperbaton, ἀπὸ τοῦ ὑπερβαίνειν, quod est transcendere.

Hyperbolé, les, pen. corr. ὑπερβολή, Dici potest eminentia, vel *(vt ait Cicero)* Superlatio: à *Quintiliano* Superiectio interpretatur: à quibusdam Excessus: ab ὑπερβάλλω, quod est extendo, supero, excedo. Est enim Hyperbole figura, quum sententia aliqua fidem excedit augendæ rei gratia: vt, Niue candidior, & Fulminis ocyor alis. Item, Volantis Te folij sonitus terret: &, Vix ossibus hærent. *Virg. 12. Æneid.* Qui candore niues anteirent, cursibus auras. *Cic. in Topic.* In hoc genere Oratoribus & Philosophis concessum est vt muta etiam loquantur, vt mortui ab inferis excitentur, aut aliquid quod fieri nullo modo possit augendæ rei gratia dicatur, aut minuendæ: quæ hyperbole dicitur. *Vide Quint. lib. 8. c. 6.*

Hyperbolicus, ca, cum, ὑπερβολικός, id est excessiuus. & Hyperbolicas, aduerbium.

[Hyperbolus, homo improbissimus Athenis. *Plutarchus in Alcibiad.*]

HYPERBOREI, pen. cor. ὑπερβόρεοι, Montes & Populi Septentrionales: ita dicti quòd supra Boreæ flarum siti esse crederentur. {GERMAN. Mit nachtrischte berg vnd völcker / von woelchem die alten vil gedichtet haben} *Festus*, Hyperborei supra Aquilonis flatum habitantes dicti: quoniam humanæ vitæ modum excedant, viuendo vitra certissimum, quasi ὑπερβαίνοντες ὅρους humani seculi. Ferunt magnam his de cælo clementiam concessam esse, auras spirare salubres, nihil noxij flatus habere, domos esse nemora, victum arbores ministrare, discordiam nescire, ægritudine non inquietari, ad innocentiam omnibus æquale votum esse, mortem accersere, & voluntario interitu obeundi tarditatem castigare. Sed hæc fabulosa sunt. *Diodorus* oppositam Celtis Oceani ac colis esse insulam scribit, haud multò Sicilia minorem, valde fertilē, & biferam, hoc est, bis quotannis fructus ferentem: habitarique ab his qui Hyperborei appellantur: eò quòd vento Boreæ sunt expositi. Hyperborei, *inquit Pomponius Mela*, super Aquilonem Rhiphæósq; montes sub ipso sydetum cardine iacent, vbi sol non quotidie, vt nobis, sed primùm verno æquinoctio exortus, autumnali demum occidit: & ideò sex mensibus dies, & totidem alijs nox vsque continua est. Terra angusta, aprica, per se fertilis: cultores iustissimi & diutiùs quàm vlli mortalium & beatiùs viuunt, &c *Hactenus Mela. Plura de his vide apud Plin. lib. 4. c. 12.*

Hypercatalectícum metrum, ὑπερκατάληκτικόν, Cui vna syllaba, vel duę supersunt. *Vir. 1. Æn.* Alloquitur Venus, ô qui res hominúmque deorúmque. *Et Horat.* Sylvę laborantes gelúque. Illud dialecticum hyper catalecticum est: hoc iambicum hypercatalecticum.

Hyperdexion, ὑπερδέξιον, Regio Lesbi est, vbi Iupiter Hyperdexius, & Minerua Hyperdexia coluntur. *Steph.*

HYPERECHIVS, ὑπέρεχιος, Alexandrinus grammaticus sub Martiano principe, scripsit de nominibus & verbis, & de orthographia. *Suidas.*

HYPEREA, siue HYPERIA, penultima product. ὑπέρεια, Fons Thessaliæ, *apud Plin. l. b. 4. capite 8* Meminit huius fontis & *Strab. libro nono*, qui eum in medio collocat Metaleuse, quod oppidum est Pheręorum in Thessalia,

HYPERESIA, ὑπερησία, Oppidum est Achaiæ propriè dictæ, *cuius meminit Hom. in Catalogo, & Strab. li. 9.*

Hyperícon, {ὑπερικόν. ANG. *S. Iohnes wort.*} Herba est odore resinam imitans (vnde & *chamæpitys* à quibusdam appellatur) quæ digitis trita succum sanguineum emittit: qua ex causa αἱματόεσσαν à Græcis cognominatur. Vulgus *Perforatam* seu *Herbam diui Iohannis* nominat.

HYPERIDES, ὑπερίδης, Athenienfis orator, æmulus Demosthenis, iussu Antipatri execta lingua interfectus. *Plut. in vita Demosthenis.*

HYPERMNESTRA, ὑπερμνήστρα, vna ex quinquaginta Danai filiabus. {GE. Die frömbste auß den 50 döchteren Danai.} quæ quum totidem Ægisthi filiis nupsissent, iussæque essent à patre prima nocte maritos interficere, sola ex omnibus maritum suum Lynceum nomine ab insidiis liberauit, qui postea Danaum occidit. Extat *inter Epist. Ouid.* vna Hypermnestiæ, ad Lynceum virum.

HYPERIÓN, pen. prod. ὑπερίων, Hyperionis in genitiuo, pen. cor. ἀπὸ τοῦ ὑπέρ, καὶ ἰών, quod est eo à poetis vsurpatur pro Sole: quanuis alij Solis patrē esse tradant. {GE. Die Sonn.} *Ouid. lib. 1. Fa.* Placat equo Persis radiis Hyperiona cinctum. *Diodorus* scribit Hyperiona Saturni fratrem fuisse, Cæli filium, qui Solis & Lunæ, aliorúmque astrorum motus, horáſque primùm summa cura obseruationéque à se percepta, cæteris noscenda tradidit: ideóque horum parentem nominatum esse, veluti ipsorum naturæ contemplatorem. *Cicero in Prognost.* Vt quum Luna meanş Hyperionis officit orbi. ¶Inde sit adiectiuum Hyperionius.

Hypermeter, & Hypermetrus, ὑπέρμετρος, Dicitur versus vna syllaba redundans, quæ plerunque à prima syllaba subsequentis versus incipiente à vocali, absumitur. *Virg. libr. 1. Geor.* Aut dulcis musti Vulcano decoquit humorem, & foliis vndam, &c.

Hyperóchà, ὑπερoχή, exuperantia. *Scaeuola l. penulti. D. qui pot. in pign.* post primum contractum tuum, antequam aliam pecuniam tu crederes, eidem debitori Seius credidisset quinquaginta, & hyperocham huius rei, quæ tibi pignora data esset: obligassem. *Et infrà*, Verùm tibi crederet pignoris hyperocha, id est, Quanti pluris est pignus quàm debiti summa: quatenus pretium pignoris debiti summam exuperat.

Hyphéar, ὑφέαρ. Arcadum dialecto dicitur quod Latini viscum vocant, præsertim qui in abiete, & larice gignitur. *Vide Plin. l. 16. c. vl. & Theophrastum li. 2. de Caus. plantarum.*

Hyphen, {הפן *makkáph.* ὑφέν.} Subunio Latinis dicitur ex ὑπὸ sub, & ἓν vnum: quum duæ dictiones proferuntur sub vno accentu. Notatur autem linea ab vltima primæ dictionis litera ad primam sequentis subducta. *Virg. 1. Ænei.* Neque enim ignari sumus ante malorum. *Vbi Seruius*, Ante-malorum, ὑφέν est. *Terent. in Andr.* & heri semperlenitas Verebar quorsum euaderet. *Vbi Donatus*, Semper-lenitas, hyphen.

HYPIVS, ὕπιος, ὁ vel ἡ. Vrbs est & fluuius, sub Pontica Heraclea. Item Hypij montes sunt, quorum incolas Mylos esse aiunt. Gentile Hypianus. *Steph.*

Hypnālē, ὑπνάλη, Aspidi genus, solo somno, citráque vllum doloris sensum hominem necans: cuius morsu sibi Cleopatram mortem conscisse, *autor est Solinus.* Galenus pryadem appellat propterea quod cerucem erigens, ex interuallo venenum expuat.

HYPOBARVS, ri, ὑποβαρος, Indiæ fluuius, à Septentrione in orientalem fluens Oceanum, iuxta quem Ctesias montem syluosum esse tradidit, cuius arbores electrum exudarent. *Vide Plinium libro 37. capite secundo.*

Hypocaustum, sti, ὑπόκαυστον. GALLIC. Estuues, lieu eschauffé par dessous pour suer. ITAL. *Stufa, luogo da sudare.* GERM. Stuben oder badstuben. HISPA. *Estufa, lugar para sudar.* AN. *A bath stewe, or hoate house.*} Locus ad sudandum, παρὰ τὸ ὑποκαίεσθαι, hoc est, à succendendo. Solent enim hypocausta sub pauimento habere fornaces, quibus accensis ipsa calefiant. Latinè dicitur Vaporarium, ab excitandis vaporibus. *Papinian, libr. Syl.* Tenuem voluunt hypocausta vaporem. *Plin. ad Callum*, Applicitum est cubiculo hypocaustum perexiguum, quod angusta feneſtra suppositum calorem, vt ratio exigit, aut effundit, aut retinet. Vitruuius appellat hypocausim, tradit enim faciendą esse ahena supra hypocausim tria, caldarium, tepidarium frigidarium.

HYPOCHALCIS, ὑποχαλκίς, Vrbs Ætoliæ in Europa. Gentile Hypochalcideus. Sita sub Chalcide monte, *Strep.* in Hypochalcis & Hypoth. cę. *Vide* Chalcis.

Hypochysis, siue Hypochyma, {ὑπόχυσις ἡ ὑπόχυσμα, Morbus est oculorum, quem Latini suffusionem appellant. Est autem (*teste Æginetą*) est fusio humorum lentorum inter corneam tunicam & crystalloidem congelatorum.

Hypochondria, ὑποχόνδρια, Partes sunt laterales, vtrinque nothis costis subiectæ, hepati & lieni superiacentes, quas Latini præcordia cant. Dicta hypochondria, quòd ὑπὸ τῷ χόνδρῳ, hoc est, sub cartilagine sitæ sint. *Plin. li. 30. c. 3.* Præcordia vocamus vno nomine extra in homine: Græci quoniam sub chondro, hoc est, sub cartilagine sunt, hypochondria.

Hypocistis, ὑποκιστίς. Quiddam est mali punici cytinis non dissimile, sub cisto frutice nascens, vnde & nomen accepit. *Plin.* duo facit hypocistidis genera, candidu & rufo colore ea distinguens. *libro 26. cap. 8.*

Hypocrisis, {חנפה *chanuphá.* ὑπόκρισις. GALLIC. Hypocrisie, simulation. ITALIC. *Simulatione, hypocrisia.* GERMAN. ein annemmung vnd nachfolgung eines anderen gestalt/gleissnerey. HISP. *Simulacion, hypocrisia.* ANG. *Hypocrisie.*} *vt Budæus interpretatur*, est simulatio alienę personæ, quum scilicet quis se alium videri cupit, quàm est, ἀπὸ τῶν ὑποκρίνεσθαι, quod inter cætera significat simulare. Hinc in Comœdijs, Tragœdíſque actio ipsa vocatur hypocrisis, quòd actores alias simulant personas.

¶A Rhetoribus item hypocrisis appellatur, quam latini pronuntiationem seu actionem vocant, in gestu motúque præcipuè consistentem: cui Demosthenes primas, secundas, & tertias tribuit.

Hypocrita, {חנף *chanéph.* ὑποκριτής. GAL. Hypocrite, d simulateur. IT. *Simulatore, hypocrita* GE. Der einer anderen personen gestalt annimpt/ein gleissner. HISP. *Simulador y fingidor, hypocrita.* AN. *An hypocrite.*} *eodem Budæo interprete*, est simulator alienæ personæ: vnde histriones, & mimi, planipedes, & si qui alij sint fabularum actores, qui personam aliquam assumunt, propriè vocantur hypocritæ.

[¶De eo etiam vsurpatur qui actores instruit & docet. *Suet. in Neron. c. 14.* Non aliter confirmatus est, quàm adiurante hypocrita, non animaduersum id &c.]

¶Transfertur tamen etiam ad eas personas, quæ aliud in pectore gerunt, aliud in ore: quíſmque se probos, piósque videri cupiant: longissimè tamen absunt ab ea persona quam simulant.

Hypodiastolē, ὑποδιαστολή, quam nos subdistinctionem vocare possumus, est dextra pars circuli ad imam literam in fine dictionis applicata, qua nota Græci malè coherentia discernunt.

Hypodidascalus, ὑποδιδάσκαλος. {GA. Vn second maistre, sousmaistre. IT. *Repetitore, secondo maestro.* GER., ein lehrmeyster der vnder einem anderen ist/ein prouisor. HI *Repetidor, secundo maestro.* ANG. *An vsher or substitut in teaching.*} Dicitur is quem vulgus in ludo literario *submonitorem* vocat, vel *coadiutorem*. ita dictus παρὰ τὸ ὑπ' ἄλλου διδάσκειν, hoc est, ab eo quod sub alio docear. *Cicer. ad Papyr.* Sella tibi erit in ludo tanquam hypodidascala.

Hypodytes, æ, ὑποδύτης. Interior vestis siue subucula, & propriè Ponticum, *vt inquit Hieronymus*: ἀπὸ τοῦ ὑποδύεσθαι, quod est subinduere.

Hypogeā, orum, {ὑπόγεια. GALL. Lieux sous terre. ITAL. *Luoghi sotto terra.* GERMAN. Oetter/oder gemach vnder der erden/als die keller seind. HISPAN. *Lugares sotterrańos.* ANGLICE. *Places vnde the earth a diageon in a prison.*} Loca subterranea dicuntur à Græcis: quæ dictio frequens est *apud Iosephum & Hegesippum.* Hypogeorum (*inquit Budæus*) appellatio complectitur cellas vinarias, carnarias, olearias, penuarias, promptuarias.

Hypogeson, ὑπόγειον, Herba aizoi, sedi & semperuiui maioris nomi-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

nibus flotior: ita dicta quòd in subgrundiis nascatur. Græci namque partes tecti prominentes γείσα appellant.

Hypoglottis, idis, ὑπογλωσσίς. Caruncula qua lingua cohæret inferiori parti oris: ita dicta quòd sub lingua sita sit.

Hypomnēmă, pe. pro. atis, {ὑπόμνημα. GALLIC. Commentaire, exposition. ITAL. *Comento, espositione.* GERMAN. ein außzeichnung erlicher dingen der gedächtnuß halb. Item, ein erklerung. HISP. *Glosa, ò exposicion.* ANG. *An exposition or comment.*} & hypomnematum, ti, sumitur, pro interpretatione & commentariis. *Cic. Tironi,* Multum mihi eripitur operæ in exscribendis hypomnematis. *Plin. lib. 7. cap. 5.* Cuius commenta quæ appellantur Græcè ὑπομνήματα, sub nomine Democriti falsò produntur.

[¶Hinc hypomnemotographi dicuntur Commentariorum scriptores, qua voce vtitur Imperator *C. de decur. l. Siquis spontaneus,*

Hypŏpheŏn, ὑπόφειον, Herba est in segetib. aruisq; nascens, rutæ foliis, ramis exilibus, succum emittens papaueris viribus proximum. Alio nomine hypecoon dicitur.

Hypŏpyŏn, ὑπόπυον. Oculi morbus, quum pus sub cornea tunica colligitur. In qua significatione per y, in penultima scribi debet, quum ἀπὸ τοῦ οὐρεῖν, hoc est, à pure deducatur.

¶Hypopion autem per i nostrum, antepenultima producta, ὑπόπιον, liuor est sub oculis contingens, à sanguine compressis venulis, exeunte, & sub cute permanente, cuiusmodi vitia Latini sugillata appellant.

Hypŏsphāgmă, ὑπόσφαγμα, sanguinis subter cutem diffusio contingens ex ruptura venæ, ictu, fuste, durove alio corpore illato. Galenus αἱματώδη ὑπόχυσιν, id est, sanguineam suffusionem appellat.

Hypŏstăsis, ὑπόστασις. Substantia siue natura subsistens. Vna Theologis hypostasis in Trinitate diuina, idem est quod οὐσία τις, & πρόσωπον, quam personam Latini nominant.

¶Hypostasis item à medicis dicitur vrinæ fæx in ima matulæ parte subsidens.

Hypŏthēcă, pen. prod. {עֵרָבוֹן *Erabón.* ὑποθήκη. GALLIC. Gage. ITAL. *Pegno.* GERM. Ein pfand. HISP. *La prenda que se da.* ANG. *A pledge, a gage.*} Latinè pignus, *teste Martiano,* Inter pignus, inquit, & hypothecam tantùm nominis sonus differt: cui assentitur *Valla. Cicero ad Thermum,* Cures velim vt aut de hypothecis decedat, eáq; procuratorib. Cluuij tradat, aut pecuniam soluat. Iurisconsulti tamen inter hypothecam & pignus sæpissimè distinguunt: vt illa sit rei immobilis, quæ solo adhæret: hoc verò rei mobilis, quæ tradi manu potest.

Hypŏthēcārĭus, adiect. {מְשֻׁבָּן *noschéb.* ὑποτιθέμενος, ὑποτεθειμένος, ὑποθήκην λαβών. GALL. Qui a gage, fourni ou garni de gage. ITAL. *Chi presta denari su pegni.* GERMANIC. Dem man pfander einsetzt/oder die von einer schuld wegen nimpt. HISPAN. *El que tiene prenda.* ANGL. *That hath a pledge.*} vt, Hypothecarius creditor. *Vlp. in l. 1. §. Sciendum est autem ff. de separ.* Hypothecaria actio. *l. 3. ad exhib.*

Hypŏthēcæ, ὑποθῆκαι, Vocatæ sunt Porniæ in Bœotia. Alij oppidum quoddam esse aiunt à loci situ ita nominatum. *Steph.*

Hypŏthĕsis, pen. corr. {ὑπόθεσις. ANGL. *A mater, argument or cause to write or dispute on.*} Suppositio, scopus, institutum. Vnde accipitur pro argumento totius operis præcipua capita paucis perstringente. ¶A Rhetoribus item hypothesis dicitur quæstio finita, circa quam totius disputationis cardo versatur. Nam quæ infinitæ sunt, & generaliter proponuntur, theses appellantur. Si itaque in deliberationem veniat, Num omninò ducenda sit vxor, thesis erit: sin hoc in cõtentionem adducatur, Num Catoni Martia ducenda sit, hypothesis censebitur. *Cic. in Top.* Quod Græci hypothesin vocant, nos causam ex definito quæstionum genere. *Idem Attic.* Hypothesin hanc habent, eámque præ se ferunt, clarissimum virum interfectum, Remp. perturbatam.

Hypŏthўră, ὑπόθυρα, ἡ ὑποθυρίς, *apud Vitruu.* pro valuarum ciuitate & inanitate accipitur.

Hypothicos, (Quod hìc pro vestis genere corruptè legebatur) *Vide* HYPODYTES.

Hypŏzeūxis, ὑποζευξις, Subcõiunctio, figura zeugmati contraria, quum singulis sensib. tribuitur propria clausula. *Virg. 10. Æn.* Regem adit, & regi memorat nomenq; genúsq;, Quidve petat, quidve ipsa ferat, &c. A verbo Græco ὑποζεύγνυμι, quod est subiicio, vel subiungo.

HYPSELIS, ὕψηλις, Vicus Ægypti, quem inhabitant Hypselitæ. Sunt etiã Hypselitæ in vico quodam Thraciæ, *Steph.*

HYPSĒNŌR, ὑψήνωρ, Fuit, *teste Hom. lib. 5. Iliad.* filius Dolopionis, qui sacerdos Scamandri, in tãto honore habitus fertur, vt tanquam diuinũ quoddam numen coleretur, acsi deus quidam fuisset. Illum Eurypylus in bello Troiano interemit.

HYPSICRĂTĒA, ὑψικράτεια, Mithridatis regis vxor, insigne coniugalis fidei exemplar, quæ maritum à Pompeio victum, attonsis capillis, virilíq; habitu assumpto, per loca inculta, ferásq; gentes, infatigabili corporis animíque robore sequuta est. {GERMA. Ein getreuwe haußfrauw deß königs Mithridatis.}

HYPSIPYLE, ὑψιπύλη, Lemni regina Thoantis filia, quæ quum reliquæ mulieres eius insulæ omnes viros ex cõmuni sententia occidissent, sola patrem seruauit. Ob quam pietatem è Lemno eiecta capta à Piratis dicitur, & Lycurgo Thraciæ regi vendita: à quo liberaliter habita: & nutriendo filio eius præposita est. Nam paulò ante fugam gemellos pepererat, quos conceperat ex Iasone, quem in Colchos nauigantem hospitio simul & lecto exceperat. Postea quum Argiuis ad Thebanam expeditionem proficiscentibus, Langiam fontem ostensura, Archemorũ alũnum humi deposuisset, ea absente adrepens serpens puerum interemit: quo nomine quum à Lycurgo ad supplicium quæreretur, ab Adrasto, cæterísque Argiuis seruata est. *Vide Statium in Theb. & Ouid. in Epist. Heroid. Propert. lib. 1.*

HYPSVS, ὕψους, Lycaonis filius, condidit Thyræum Arcadiæ vrbem. *Steph.* Est & Hypsus Arcadiæ vrbs. *Steph.*

HYRCĀNĬA, ὑρκανία, Regio Asiæ, magna ex parte plana, & præclarissimis vrbibus insignis, quarum celeberrimæ sunt Talebrota, Samariana, Carta & Tape: adeò autem fertilis & opulenta, vt vitis vini metretam ferat, & ficus sexaginta modios ficorum: frumentum ex semine nascatur quod cadit ex culmo, in arboribus mellificetur, perfluat mel ex oleis. {GERMANIC. Ein ebne landtschafft Asiae stoßt gegen auffgang an das Meer von bachaw.} Dicta Hyrcania, ab Hyrcana Sylua, quæ Scythiæ subiacet. Habet ab Oriente mare Caspium, à Meridie Armeniam, à Septentrione Albaniam, ab Occasu Iberiam. In ea regione pantheræ, pardi, & tigres abundant, quum syluis aspera sit.

Hyrcānŭs, na, num, ὑρκάνος. vt, Mare Hyrcanum. *Mar. de Bacan.* homines Hyrcani. *Hieronymus,* Hyrcani volucribus & canibus semiuiuos proiiciunt. *Virg. 4. Æn.* Hyrcanæque admorunt vbera tygres.

HYREVS, ὑρεύς, Rusticus quidam Bœotius, qui quum Iouem, Mercurium, & Neptunum hospitio suscepisset, iussus petere quicquid vellet, mox voti compos futurus: respondit se quidem nihil æquè cupere ac filium, vxorem tamen ducere nolle. Quo intellecto, tres dij in bubulũ tergus, quod ille iuuenco detraxerat, quem Ioui recens immolauerat, lotium reddidêre: ex quo decimo mense natus est puer, quem ille ἀπὸ τοῦ οὐρεῖν, hoc est, ab vrina, Vrionem vocauit: qui postea primæ literæ mutatione Orion dictus est. {GERM. Der nam eines Bawren in Boetia welcher Mercurium vnd Neptunum beherberget hatt/vnd sy in hergãgen auff seinen wunsch mitt einem jungen Sohn begabet haben.}

HYRIA, ὑρία, Insula est Ionij maris, ante Peloponnesum, alio nomine Zacynthus dicta. *Autor Plin. lib. 4. cap. 12.* ¶Fuit præterea Hyria Bœotiæ oppidum, in agro Tanagræo, *autore Plin. lib. 4. c. 7. & Strab. lib. 9.* ¶Item aliud in Iapygia, à Cretensibus conditum, *cuius meminit Herod. lib. 7.*

HYRMINE, ὑρμίνη, Oppidum in ea parte Achaiæ propriè dictæ, quæ Eleorum agro proxima est. *Autor Plin. lib. 4. c. 5.*

HYRNITHIVM, ὑρνίθιον. Parua regio in Epidauro, cui nomen dedit Hyrnitho, filia Temeni. Gentile Hyrnithios. *Steph. in Pausania lib. 2.*

HYRTĂCŶS, ci, ὑρτακός, Oppidum Cretæ, *apud Steph.* ¶Fuit præterea hoc nomine Troianus quidam ex Ida monte, pater Nisi, vnus ex comitibus Æneæ, qui à nomine patris Hyrtacides appellatur *à Virg. lib. 9. Æneid.*

HYSEIS, ὑσειῆς, Insula parua & magna Æthiopum: Insulares Hysaitæ. *Stephan.*

HYSBĒ, es, ὕσβη, Lydiæ oppidum, *apud Steph.* à quo deducuntur gentilia Hysbæus & Hysbites.

HYSCANA, ὕσκανα, τά, Vrbs Illyriæ: gentile Hyscaneus. *Steph.*

Hўsginum, ὕσγινον Plantæ genus, quo color tingitur coccineo similis: vnde Græci vestes ὑσγινοβαφεῖς appellant, hoc est, hysgino tinctas. *Plin. lib. 25. cap. 7.* Quare Puteolum potiùs laudatur, quàm Tyrium, aut Getulicum, aut Laconicum: vnde pretiosissimæ purpuræ. Causa est, quòd hysgino maximè inficitur, rubiámque cõgitur sorbere.

HYSIA, æ, vel Hysiæ, arum, ὑσία, ἡ ὑσίαι, Bœotiæ oppidum, colonia Hyreorum, à Nicteo Antiopes patre condita: *de hac Thucydides lib. 3.* Est & alia regio sedes Parthorum. Gentile Hysicus. Est item vicus Argiuus Thucydidi: Characi verò ciuitas. Vnde Hysiates, tis. Item Arcadiæ vrbs, denique Rhysia, fortè Hysia, vrbs Bœotiæ. *Steph. Vide Hyria.*

Hўssōpŭs, pen. prod. {אֵזוֹב *ezób.* ὕσσωπος. GALLIC. Hyssope. ITA. *Hissopo.* GER. Jsop oder Jsten. HISPANIC. *Hyssopo, hyssopillo.* ANG. *Hyssope.*} fœminini generis, & Hyssopũ, neutri, cum y, & gemina ss, vt quibusdam videtur. Herba notissima, pulmoni valde vtilis. *Col. lib. 6. cap. 10.* Vererem tussim sanant duæ libræ hyssopi macerati sextariis aquæ tribus. *Plin lib. 25. c. 11.* Hyssopum in oleo cõtritum phthiriasi resistit, & prurigini in capite. *Col. lib. 7. c. 5.* Remedio sunt hyssopus & sal, æquis ponderib. contraria. ¶Apud Macrum legitur hysopum vnico s, duob. priorib. syllabis contra artis præceptiones correptis. Est (inquit) hysopum siccum, calidúmque, & tertius illi est in vtrisq; gradus.

Hўsōpītes, hyssopitæ, masc. gen. ὑσσωπίτης. Vinum factitium ex hyssopo: sicut Myrtites, ex myrto: Absinthites, ex absinthio. *Col. lib. 12. cap. 35.*

HŸSTĂSPĒS, ὑστάσπης, Darij Persarum Regis filius ex Atossa Cyri filia: *cuius meminit Herod. lib. 7.* ¶Fuit & ante hunc alter eodem nomine, Arsamenis filius, & Darij pater: *de quo idem Herod. lib. 1.*

Hўstĕră, ὑστέρα. Latinè vocantur Secundæ. Sunt autem folliculi quib. infans inuolutus prodit in lucem, & quicquid infantẽ ex vtero sequitur.

Hўstĕrĭcæ, ὑστερικαί, Dicuntur mulieres quæ vteri suffocatione laborant, in quibus sensum pulsúmque per interualla nullum, aut certè petexiguum percipere possumus. quam affectionem hystericam appellant, ἀπὸ τῆς ὑστέρας: quo nomine Græci matricem vel vterum significant.

Hўstĕrŏlŏgĭă, ὑστερολογία, Loquutio præpostera: figura eadem cum ea quæ dicitur hysteron proteron, quum scilicet quod priore loco dicendum erat, posterius dicitur.

Hўstĕron prŏtĕron, ὕστερον πρότερον. Est figura quum sententia ordine commutatur, vt, Postquam altos tetigit fluctus, & ad æquora venit: nam prius ad æquora vênit, quàm tangeret fluctus.

Hўstrĭx, ὕστριξ Suidæ, hystricis. pen. corr. Animal est spinis contectum ex herinaceorum genere. {GALL. Porc espic. ITA. *Porco Spinoso.* GER. Meerschwein/stachelsaw. H. *El puerco espin.* ANG. *A porcupine, abeast so called that casteth prickes fromе him at men, as it were arrowes.*} *Plin. lib. 8. c. 35.* Hystrices generat India, & Africa spina contectas ex herinaceorum genere: sed hystrici longiores aculei, & quum intendit cutem, missiles. Ora virgentium figit canum, & paulò longiùs iaculatur. Hybernis autem se mensibus condit, &c.

¶Hystricis seta, δρὶξ ὕστριχος, dici poterit dicterium acriter in quempiam tortum.

HYTENNA, ὑτέννα. Vrbs Lyciæ. *Steph.*

HYTHMITAE, ὑθμῖται. Populi iuxta Lyburnos & Cyopios. *Steph.*

HŸTTĒNĬĂ, ὑττηνία. *Vide* TETRAPOLIS.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

I

VOCALIVM nulla ſonum edit exiliorem quare inter cæteras conſorores non immeritò poſtremæ eſt notæ, etſi producitur. Hoc enim indicauit Plato: accommodum ait elementum eſſe ad exprimendas res ſubtiles ac penetrabiles: declarant hoc, vt ipſe ait, ἶνα, ἰσθμὸς, ac ſimilia. Dum profertur, ictu quodam petit vltimos dentes, quos genuinos appellant, naſcitúrque circa primores dentes colliſio ſpiritus, neque os multum aperitur, neque labra hoc præſtant, vt os illuſtriore & hilariore ſono renideat. Quod *Virgilius* plurimis in locis oſtendit, ſed in hoc maximè cognoſci poteſt, Olli ſubridens dixit, non Illi, quum ſubiecturus eſſet ridendi nomen, à quo natura literæ I longa aliena eſt. Hæc cauſa videtur mutatæ literæ: ſi enim propter magnificentiam ſolùm fieret, quam poſtulat heroici carminis maieſtas, hanc cauſam affert *Phauorinus Gellianus*, cur iſtuc magis fiat hîc, quàm in aliis. Rurſus alio in loco *Virgilius* quum narraturus eſſet ex perſona Æneæ excidium Troianum, in exordio in cæſuris principalioribus locum dedit huic elemento: Eruerint Danai quæque ipſe miſerrima vidi, Et quorum pars magna fui. Huius tamen literæ exilitas non ita exanguis, nec ſemper triſtis, vt non ſuo loco amœnitatis, vel primùm adducat venuſta gracilitate: qua de cauſa apud Latinos non rarò in locum emigrat accita. Auget ſonum & diminuit, ſicuti cæteræ vocales, de quibus ſuprà dictum eſt. Litera vocalis eſt, quæ etiam conſonans fieri conſueuit: & modò pro ſimplici conſonante, modò pro duplici accipitur. Pro duplici conſonante accipitur, quando in eadem dictione ponitur in medio duarum vocalium, ita vt poſteriori cohæreat in eadem ſyllaba: vt Maius, Pompeius, Peius. Simplex autem conſonans eſſe intelligitur, quoties in principio ponitur dictionis, ita vt cum ſequente vocali cohæreant in eadem ſyllaba aut quoties ſubſequitur immediatè aliquam conſonantem: vt, Ianus, coniuro. Notandum tamen i literam pro conſonante aſpirari non poſſe, quum nulla conſonans ante aſpirationem accipere valeat. Vnde *Hieroſolyma* ſex ſyllabarum eſt, Hiulcus trium, [E & I, commutari ſæpe docet *Gell. capite* 29. *libr.* 10.

I ante A

In notis antiquorum, I. in, inter, interdum, intra, vnum, Iunius, Iulius. IA. P. Intra prouinciam. I. AG L. in angulo. IAD. Iamdudum, vel iamdiu. IA. S. D. Iam ſatis dandum. IA. RI. Iam reſpondi. I. AQ. Iam aquam.

IA, *ia*, Filia fuit Atlantis, ſoror Maiæ, matris Mercurij, *de qua Homerus lib.* 14. *Odyſſ.* ¶Item Ia, ἴα, Græci vocant violas: vnde Ianthina veſtis, *vide infrà.*

IACCHVS, ἴακχος, Nomen Bacchi ab ἰαχὼ, clamo, canto, vocifero: nam qui Baccho ſacrificabant, vlulatibus & camoribus omnia implere ſolebant. *Virg. Eclog.* 7. Populus Alcidæ gratiſſima, vitis Iacchо. ¶Ponitur quandoque pro vino. *Virg.* 6. *Eclog.* Inflatum heſterno venas, vt ſemper, Iaccho.

IACEO, ces, iacui, iacére, Cubo, decumbo, reclino, proſtratus ſum. {שכב *ſchachâb* רבץ *rabâts* κεῖμαι, κατάκειμαι.} GAL. Eſtre couché ou eſtendu, geſit. ITA. *Giacere, ſtar giu.* GER. Ligen. HIS. *Yazer, ò eſtar echado è acoſtado.* ANG. *To lye, to extende out orbe of lengh.* } *Virgil. in Buc.* Silenum pueri ſomno videre iacentem. *Idem* 7. *Eclog.* Strata iacent paſſim ſua quæque ſub arbore poma. [*Ouid. Eleg.* 2. *lib.* 5. *Triſt.* Mens tamen ægra iacet. *Ibidem Eleg.* 3. *li* 3. Dura in regione iacenti: (id eſt ægro.) *Ibid. Eleg.* 1. *lib.* 2. Nec mihi credibile eſt quenquam inultare iacenti.] *Pl. in Amphitr.* Quis eſt hic ſenex, qui ante ædes noſtras ſic iacet? Dicimúſque iaceo in ſtrato, iaceo humi. *Liu. lib.* 3. *bel. Pun.* Humi iacentes inter cuſtodias ſtationéſque militum circunſpexerunt. [Iacere in luto. *Vide* Lutum. *Pl. Curc. ſc.* 2. *a.* 5. In merito iam iacebis, niſi mihi argentum redditur. *Ouid. Eleg.* 2. *lib.* 3. *Triſt.* Hic ego, qui iaceo tenerorum luſoramorum. *Plaut. Moſt. ſc.* 4 *a.* 1. Si cades non cades quin cadam tecum. Iacentes toller aliquis. *Idem Pſeud. ſc.* 1. *a.* 5. Vultis vt me iacentem hic aliquis tollat? *Ibidem ſc.* 2. *a.* 1. Pernam, Callum, glandium facito in aqua iaceant (id eſt macerentur.) *Ouid.* 13. *Metam.* Oppoſui molem clypei texíque iacentem.]

¶Quandoque accipitur pro ſitum eſſe. *Salluſt* In medio campus iacet aquis vndique ſcatens. *Brutus ad Ciceronem*, Quem locum volo tibi eſſe notũ: iacet inter Apenninum, & Alpes, impeditiſſimus ad iter faciendum. [*Ouid. Eleg.* 7. *lib.* 4. *Triſt.* Iacent inter me & te montes, flumina, campi, maria.]

¶Quandoque mortuum eſſe atque adeo ſepultum. *Lucan. lib.* 8. Ille iacet, lætæ paci quem prætulit orbis. *Martialis*, Non aliter cineres mando iacere meos. [*Ouidius Eleg.* 3. *libro* 4. *Triſt.* Et cinis in tumulo poſitus iacuiſſet auito. *Plaut. Amphitr.* Spes & opes vitæ iacent ſepultæ in pectore. *Senec. c.* 17. *de Conſol. ad Heluiam*: ô quàm multorum egregia opera in obſcuro iacent. *Plaut. Curc. ſc.* 4. *a.* 4. Meæ pugnæ obtritæ iacent. *Ouidius* 13. *Metam.* Per me iacet inclytus Hector.]

¶Aliquando iacere ponitur pro abiectum, & miſerum eſſe, pro contemni. *Cic.* 2. *de Fin.* Maximas verò virtutes iacere tum ceſſe eſt, voluptate dominante. Iacens animus: id eſt, non alacer, abiectus, humilis, demiſſus. *Cic. de Amic* Non eſt igitur amici, talem eſſe in eum, qualis ille in ſe eſt: ſed potiùs niti, & efficere vt amici iacentem animum excitet, indu cátque in ſpem, cogitationémque meliorem. Iacens hæreditas dicitur antequam adita ſit apud Iuriſconſultos. *Ité*, Iacés res, cuius dominus ignoratur. *Vlp. lib.* 43. *D. de furt.* Qui alienum quid iacens lucri faciendi cauſa ſuſtulit, furti obſtringitur.

¶Iacet oratio, Quæ languet, & quaſi exanimis eſt. *Quintil. lib.* 9. de figuris ſententiarum loquens, Motus eſt in his orationis, atque actus: quibus detractis, iacet, & velut agitante corpus ſpiritu caret. *Budæus.* [*Quintilian.* Animi iacentis, & mollis frontis (ſup. homo.) *Et Gell. ca.* 7. *lib.* 1. Aure non ſurda meo iacenti.]

*Iacent pretia prædiorum, pro Vili venduntur prædia. *Cicer pro Roſcio Comœdo*, Accepit enim agrum temporibus iis, quum iacerent pretia prædiorum *Rationes iacent, Hoc eſt emortuæ ſunt & languidæ ac ſopitæ. *Plaut. Amphitr.* ſupreme Iuppiter Quid intueor, vtrique in muſculo dextro, eodem in loco Signo eodem apparet probè, vt primum coiuit cicatrix rufula Sublurida. Rationes iacent, iudicium ſilet: quid agam neſcio: Id eſt, rationes ignoro. [Et inde fit, vt res diſcerni non poſſit.]

*Iacere, pro plurimum porrigi. *Virgil. lib.* 3. *Georg.* ſtque pecus longa in deſerta ſine vllis Hoſpitiis; tantum campi iacet. *Nonius.* Huius verbi compoſita ſunt, Adiaceo, Interiaceo, Obiaceo, & Subiaceo: *de quibus vide ſuis locis.*

Iacio, cis, ieci, [& iacui, auctore *Diomede lib.* 1.] iacere, iactum, Significat emitto, iaculor, {ירה *jaráh* השליך *hiſchlich* רמה *ramáh.* βάλλω, βάπτω.} GAL. Ietter, lancer, tirer. ITAL. *Trarre, tirare, lanciare.* GER. Werffen. HIS. *Echar, tirar, lançar, arrojar.* ANG. *To caſt, trowe or hurle.* } *Cic. 6. Verr.* In quem ſcyphum de manu iacere conatus eſt. *Virgil. 5. Æneid.* Sublatáque procul dextra connixa coruſcat, Et iacit. [*Tibull. lib.* 4. celerémve ſagittam Iecerit.

¶Iacere talos, vide Tali. *Plaut. Aſin. ſc.* 2. *a.* 5. Iace pater talos, vt potiò nos iaciamus. *Idem ibid. ſc.* 1. *a.* 4. Cum iaciet (talos) Te ne dicat, nomen nominet. *Et Curcul. ſc.* 3. *a.* 2. Iacit volturios quatuor, Iacto baſilicum.] *Cæſar* 2. *bell. Gall.* Vndique in murum lapides iaci cœpti ſunt.

¶Iacere, pro dare: *Sueton. in Neron. cap.* 37 Multáſque nec dubias ſignificationes iecit, cum ordinem (ſenatorium) ſublatutum, &c.] ¶Iacere fundamenta, eſt ponere vel collocare lapides, quibus ædificium ſuperſtruatur. *Suetonius in Caio*, In ꝛea Capitolina nouæ domus fundamenta iecit.

¶Per tranſlationem autem pro inchoare, & rei alicuius *principium* ſtatuere. *Cic.* 1. *Phil.* In quo templo, quantum in me fuit, ieci fundamenta pacis. Gradum iacere, atque aditum *ad cætera, idem eſt quod* veluti viam parare: qua ad reliqua progrediamur. *Cic.* 1. *de Leg. Agr.* Hunc quaſi gradum quendam atque aditum ad cætera iactum interligatis.

¶Iacere, pro enuntiare, ſiue ſpargere in vulgus. *Tacit. lib.* 1. Quædam de habitu, cultúque, & inſtitutis eius iecerat. *Tacit. lib.* 4. Neque rarò, neque apud paucos talia iaciebat. Iacere in aliquem aliquid, metaphoricè, eſt dictum aliquod in quempiam torquere. *Liu.* 34. Rem defendam, non nos, in quos iecit magis hoc Conſul verbo tenus, quàm vt re inſimularet. Iacere contumeliam in aliquem. *Cic, pro Syl.* ¶Huius compoſita ſunt, Abiicio, ἀποῤῥίπτω. Adiicio, Coniicio, Circuniicio: vnde Circuniecta impedimenta dicimus, Deiicio κατατίθημι. Diſſicio, Eiicio, Iniicio, Abiicio, Proiicio, Reiicio, Subiicio, Traiicio, *quæ omnia videto ſuis locis.*

[¶Iactus, a, um: *Velleius*, Iacta mentio, (pro facta,) vt aliqui libri habent.]

Iacto, tas, Frequenter & multum iacio. {השליך *hiſchlich* הניד *henid* התיל *hetil.* ἀναῤῥιπτέω.} GAL. Ietter ſouuent. ITA. *Lanciare ſpeſſo.* GERM. Vil vnd offt werffen/werffen eins werffens HIS. *Lançar à menudo.* ANG. *To caſt often.*} *Sen.* Dum lapillos iactaret in puteum. *Vir. lib.* 1. *Georg.* Deucalion vacuum lapides iactauit in orbem. [*Plaut. Curcul ſc.* 3. *a.* 2. Iacit vulturios quatuor, Iacto baſilicum. ¶Iactare, fuſiùs grauiſque eſt, quàm iacere. *Ouid. Eleg.* 2. *lib.* 1. *Triſt.* Iactat mea verba precéſque.] ¶Aliquando idem eſt quod ſæpe multúmque animo reuoluere, ἐπαναπολεῖν. *Virgilius* 11. *Æneid.* Atque illum tales iactantem pectore curas.

¶Aliquando fatigare, vexare, concutere, exagitare, moleſtia afficere. {מלמל *tiltél.* κοπόω, ἐλαύνειν.} *vt Virg.* 1. *Æneid.* iactatos æquore toto Troas reliquias Danaûm, atque immitis Achilli. *Vbi Seruius*, Iactamur in mari, fatigamur in terris. [*Ouid. Eleg.* 2. *lib.* 3. *Triſt.* Dum tamen & ventis dubius iactabar & vndis. *Ibid. Eleg.* 4. *lib.* 4. Nam neque iactantur moderatis æquora ventis. *Idem Eleg.* 1. *l.* 4. Toto iactatus in orbe. (id eſt, per orbem.) *Idem Eleg.* 3. *lib.* 4. Feſſáque iactati corporis oſſa dolent.] *Cic. in Verr. act.* 2. Iactatur domi ſuæ vir primarius, & homo honeſtiſſimus: pro ſe quiſque manus affert. *Idem pro Quintio*, Æquitas multis iniuriis iactata, atque agitata. *Et paulò poſt*, Multis vexatus contumeliis, plurimis iactatus iniuriis.

¶Aliquando pro ſeſe efferre, gloriari. {התחלל *hithallél* גאה *gaáh.* μεγαλαυχέω.} GAL. Se vanter. ITA. *Vantarſi.* GER. Rhümen HIS. *Vanagloriarſe.* AN. *To cracke or boaſt to glorifie him ſelf.*} *Cic pro Roſc. Amer.* Hæc tu Eruci, tot & tanta ſi natus eſſes in reo, quam diu diceres? quo modo te iactares? *Quint. lib.* 4. *c.* 13. Aduerſarius enim fiduciam partis ſuæ iactat. [*Ouid. Eleg.* 3. *lib.* 4. *Triſt.* Tempus vbi eſt illud quo te iactare ſolebas coniuge. *Item*, Iactate ſeſe inſectatione & conuiciis dominorum *Liu. lib.* 9. *dec.* 4. Et iactare obſequium amatori. (id eſt nimium prædicare.) *Idem Ibid.*

¶Eſt interdum Iactare idem quod inaniter loqui. *Virg.* 2. *Eclog.* vbi hæc incondita ſolus Montibus & ſyluis ſtudio iactabat inani. *Idem* 1. *Æneid.* Talia iactanti ſtridens Aquilone procella Velum aduerſa fe-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

rit. ¶Aliquando frequenter emittere, siue eiaculari. *Idem 2. Georg.* Et si non alium latè iactaret odorem: Laurus erat. *Et alibi*, Ipsa lætitia vocis ad sydera iactant, id est, crebrò emittunt. ¶ Aliquando frequenter ducere: *vt apud eundem*, Haud vnquam manibus iactata fatiscit, id est, ductata. *Iactatur nummus. Cic. 3. Offic.* Cúmque collegium Prætorum Trip pleb. adhibuissent, vt res nummaria, &c. constitueretur: iactabatur enim nummus illis temporibus sic, vt nemo scire posset quid haberet. Id est, fluctuabat æstimatio nummi. *Budæus.* [Iactans sui. *Quintilian.* Iactantior gestus. *Idem Quintilian.* Iactantius genus ambitus.]

Iactito, tas, frequentatiuum à Iacto. {θρυλλέω, νεανεύομαι.} GALL. Ietter souuent. ITAL. *Gittar souuente.* GERMA. Hin vnd wider treiben/emsig handlen. HI. *Echar à menudo.* ANGLIC. *To cast often.* } *Liuius 7. ab Vrbe*, Iuuentus, histrionibus fabularum actu relicto, ipsa inter se more antiquo ridicula intexta versibus iactitare cœpit.

Iactus, part. positus, constitutus. {משלך *muschlaech.* ἐρριμμένος, βεβλημένος, ὁ ἐφεὶς.} GALL. Ietté. IT. *Gittato.* GER. Geworffen/item, gelegt. HISPAN. *Echado.* ANGL. *Casten, layed.* } *Cicer. 2. de leg. Agrar.* Hunc quasi gradum quendam, atque aditum ad cætera iactum intelligetis. [*Ouid. Elegia 10. libro 3. Trist.* Nix iacet, & iactam non sol pluuiæque resoluunt. ¶Iactus pro Iactatus: *Ouid. Eleg. 8. lib. 4. Trist.* Terráque marique iactum, &c.]

Iactus, us, ui, Actus ipse iaciendi {משחוה *metachauéh.* βολή.} GA. Iet, ietterment. IT. *Tirare, gittamento.* GE. Ein wurff. HISP. *El lance.* AN. *A cast or throwe.* } *Ter. Adelph.* Ita vita est hominum, quasi quum ludas tesseris: Si illud, quod est maximè opus iactu, non cadit: Illud quod cecidit forte, id arte vt corrigas. *Virg. 4 Georg.* Se iactu dedit æquor in altum. Iactus pilarum, *Ouidius 2. Trist.* [*Eleg. 1.* Ecce canit formas alius, iactúsque pilarum. ¶Iactus talorum. *Ouid. Ele. 1. l. 2.* Quid valeant tali, quo possis plurima iactu fugere. *Plau. Asin. sc. 2. a. 5.* Plaudite & mihi ob iactum cantharo mulsum date. (de Venere iacta in Talis.)] Iactus fulminum, *Cicer. 3. Catil.*

¶Iactus absolutè, βόλος, pro iactu retis. *Val. l. 4. c. 1.* A piscatoribus in Mœsia regione verriculum trahentibus, quidam iactum emerat. ¶Iactus item accipitur pro mercium in mare proiectione, quę in magnis tempestatibus fieri solet nauis exonerandæ gratia. Vnde extat *Titulus l. 14. Pand.* Ad legem Rhodiam de iactu: quo cauetur, si leuandę nauis gratia iactus mercium factus sit, omnium contributione esse faciendum, quod pro omnibus damni factum est.

Iactanter, aduerb. Insolenter, gloriosè, cum iactantia. {ἀλαζονικῶς. GAL. Auec vanterie, & iactãce. IT. *Con superbia, ambitiosamente.* GE. Stoltzlich/mit rhũmen. HI. *Vanagloriosamẽte ò pomposamente.* AN. *Boastinglie.* } *Tacit. lib. 2.* Periisse Germanicum, nulli iactantius mœrent, quàm qui maximè lætantur, id est, maiori cum ostentatione.

Iactatus, par. {מטולטל *metulalál.* αἰωρούμενος, τεταραγμένος, ἀγόμενος, καὶ φερόμενος. GAL. Agité, ietté d'vn coſté & d'autre. ITALIC. *Spinto gittato quà & là.* GERMAN. Hin vnd här geworffen vnd getriben. HISPAN. *Acoſſado, echado en diuerſas partes.* ANG. *Taſſed to and frome.* } [*Ouid. Eleg. 10. li. 3.* Et quamquam Boreas iactatis insonet vndis. *Ibi. Eleg. 2. l.* Vndique iactato flore regente vias.] *Vir. 1. Æn.* Iactatos æquore toto Troas, reliquias Danaûm, atque immitis Achilli. [¶Iactatus, pro Iactus. *Au. apud Suet. in Aug. c. 71.* Loquens de lusu talorum: Talis enim iactatis, vt quisque Canem, aut Senionem miserat. ¶Iactabundus, a, um, *Gel. c. 1. li. 19.* Iactabundum mare dixit.]

Iactatus, us, ui, Agitatio, succussio. {טלטלה *talteláh* ῥῖψις. GALLIC. Agitation IT. *Agitattone ò motto.* GERM. Bewegung. HISPANIC. *Acoſamiento.* ANGLIC. *A toſſing, a mouing.* } vt, Iactatus maris, πάλος *Plin. lib. 14 cap. 18.* Sic & mari nauigato, cuius iactatus his quæ dura uerint, tantum vetustatis adiicere lentitur, quantum habuerint. *Ouid. 6. Metamor.* Excussit pennas, quarum iactatibus omnis Afflata est tellus.

Iactatio, nis, Agitatio, succussatio. {טלטלה *talteláh.* σάλος, ἀλισμός. GAL. Secouëment. ITA. *Crollo.* GE. Bewegung/hin vnd här treibung. HIS. *Sacudimiento.* AN. *A toſſing, a boaſting.* } *Liu. l 30. bel. Pun.* Simul sperans leniorem in nauigatione quàm in via iactationem vulneris fore, & curationi omnia commodiora. *Ci. pro Mur.* Quo tandem animo me esse oportet, propè iam ex magna iactione terram videntem, in hunc cui video maximas Reip. tempestates esse obeundas? Iactatio etiam ponitur pro iactantia & gloriatione. *Idem Tuscul.* Iactatio (vel iactantia potiùs) est voluptas gestiens, & se efferens insolentius. Insolentiam & iactationem hominum ferre, *Cic. ad Attic. li. 10.* Iactatio verborum. *Idem ad Brutum.* [*Quintil.* Cùm iactatio illa dicendi vitiosa detonuit.]

Iactator, toris, Gloriosus, insolenter se venditans. {מתהלל *mithhallél* הנ *geéh.* μεγαλαυχος, ἀλαζών. GAL. Vanteur, glorieux. ITAL. *Ventatore.* GERM. Ein rhumer der sich grosſer dingen außthut. HIS. *Alabancioſo de ſi.* ANG. *A boaſter a cracker.* } *Quint. l. b. 11. c. 1. ad Cicer.* Is quidem rerũ à se gestarum maior quàm eloquentiæ fuit in orationibus vtique iactator. *Clau. 3. Paneg.* Immodicus proprij iactator honoris [*Gell. cap. 4. lib. 18.* Iactator & venditator Sallustiæ lectionis. *Et Quintil.* Iactator rerum gestarum & Eloquentiæ. *Suet. in Claud. c. 35.* Iactator ciuilitatis.]

Iactantia, æ, Iactatio, insolentia, superbia. {גאון *gaón* גאוה *gaauáh.* μεγαλησεία, μεγαλαυχία, ἐπίδειξις, νεανίευμα. GALL. Venterie. ITAL. *Superbia, iattantia, vanto.* GERM. Rhumung/rhumsüchtigkeit. HISPAN. *Soberuia alabança vana.* ANGLI. *Boaſting, cracking pryde.* } *Definitur à Cic. 4. Tusc.* voluptas gestiens, & se efferens insolentius. *Quintil. lib. 9. c. 2.* Veritus opinionem iactantiæ. Idem, Hoc enim inanis est iactantiæ: *Tacit. lib. 1.* Iactantia, gloriáque ad posteros. [*Quintilian.* Iactantia ingenij.

Iactũosè, Iactanter, insolenter, superbè. {ἀλαζονικῶς. GALL. Auec vanterie. ITALIC. *Ambitioſamente, ſoperbamente.* GERM. Stolzlich / mit rhumen. HISP. *Vanagloriosamente.* ANGL. *Boaſtingly, by cranckingpride.* } *Cic.* Quum sint multa iactuosè dicta. Sic enim legunt quidam: quanuis in castigatioribus exemplaribus non iactuosè legatur, sed actuosè.

Iactũosus, iactans. *Cic. in Orat.* Quum sint luminosæ, & quasi iactuosæ partes duæ. *Ex Nonio.*

Iactũra, æ, Propriè dicitur damnum illud quod ex iactu consequimur. hoc est, ex proiectione mercium in mare, quæ fieri solet in magnis tempestatibus ventis aduersis sæuientibus, ad exonerandam nauem. {נזק *nézek.* ζημία.} GAL. Perte, dommage. ITAL. *Danno, perdita.* GER. Eigentlich der schad so einer erleidet in das Meers vngestümigkeit / auß werffung der güteren/sunst aber/ ein ieder schaden vnd verlust. HIS. *Damno perdida.* ANGL. *Looſe, hurte.* } *Salluſt. ad Cæſarem*, Si quid aduersi coortum est, de illis potissimùm iactura fit quæ minimi pretij sunt. [*Liuius lib. 1. ab vrb.* Iacturam sui iuris facere. *Et Senec.* Iactura publica pacisci.]

¶Per Metaphoram accipitur pro quouis damno: *vt apud Cicer. 2. de Finib.* Facere iacturam rei familiaris *Ouid. 9. Metamor.* Hunc tamen ablati domuit iactura decoris. *Idem 1. Metamorph.* Est tamen humani generis iactura dolori Omnibus.

Iacũlum, li, pen. corr. Propriè telum, siue hastile, quod manu eiaculari potest. {חץ *chets.* ἀκόντιον. GA. Dard. IT. *Dardo.* GE. Ein pfeyl oder etwas anders das man in die weite wurfft. HIS. *Tiro que se tira.* ANG. *A pike a darde.* } *Quin. l. 8. cap. 2.* Qui iaculum emittit, iaculari dicitur. *Virg. 9. Æneid.* & iaculum contorquens mittit in auras.

Iacũlor, aris, pen. corr. deponens, Iaculum emitto, telum conficio. {ירה *jaráh* רמה *ramáh.* ἀκοντίζω. GAL. Darder, ietter vn ou plusieurs dards. ITA. *Tirare, lanciare.* GER. Schiessen/werffen. HIS. *Tirar ò lançar tiro.* ANG. *To caſt dartes.* } *Iuuen. Sat. 1.* Quantas iaculetur Monychus ornos. *Ouid. 2. Metam.* vasti quoque rector Olympi, Qui fera terribili iaculatur fulmina dextra. [*Quintilian. cap. 12. lib. 2.* Iaculantur abrupta quædam declamatores. *Et Liu. lib. 2. dec. 5.* Probris in ipsum iaculati sunt. *Quintilian.* Iaculari in aliquem obliquis sententiis. *Idem Quintilian.* Iaculati sententias vibrantibus digitis, &c.] ¶Aliquando simpliciter accipitur pro proiicio. *Columel. libro 2.* Faba, quę longius emittetur, pura eo perueniet, quò ventilator eam iaculabitur: ¶Legitur & Iaculo actiuum. *Claudianus*, Latis iaculabat in aruis: Hinc sit compositum Eiaculo, *quo vſus est A. Gellius*, Arionem (*inquit*) cum fidibus & indumentis, cum quibus se in salum eiaculauerat, extitisse.

Iacũlãtio, Iaculamen, & Iaculamentum, Dicitur ipse actus iaculandi. {משחוה *metachauéh.* ἀκόντισις, ἀκόντισμα. GA. Dardemẽt, iettement. IT. *Il tirare, tiro.* GE. Schiessung/werffung. HI. *Aquella obra de tirar lance.* AN. *A thro wing or har ing of dartes.* }

Iacũlator, oris. Qui iaculum emittit. {רמה מחץ *roméh mechatsétseth.* ἀκοντιστής. GA. Dardeur, ietteur de traict, arbalestrier, archer. ITA. *Tiratore, lanciatore.* GERM. Ein schützoder werffer. HISP. *Tirador ò lançador de tiro.* ANG. *A shooter, an hurler of dartes.* } *Liu. 7. bel. Pun.* Annibal turmatim per equites, peditúmque iaculatores leuia certamina serens; &c. *Horat. 3. Car. Ode 4.* Enceladus iaculator audax.

Iacũlãtrix, cis, quę iaculum emittit. {רמה מחצת *romáh mechatsétseth.* ἀκοντίστρια. GA. Dardereſſe, celle qui iette dards. IT. *Donna che lancia dardi.* GER. Ein schiesserin oder ein werfferin. HI. *Lançadera de tiro.* AN. *She that caſteth or throweth dartes.* } vt, Diana iaculatrix. *Ouid. 5. Met.* Pallada nónne vides, iaculatricémque Dianam Absceſſiſſe mihi? *Ouid. 2. Faſt.* Iaculatricémque Dianam.]

Iacũlãbĭlis, le, Quod iaculari, hoc est, longè proiici potest. {βλητὸς, ἀκοντιστὸς, δυτάμβολος. GAL. Qu'on peut darder ou ietter. IT. *Ciò che ſi puo tirare.* GER. Das gut zu schiessen oder zu werffen ist. HIS. *Coſa que ſe puede tirar.* ANG. *That may be shoote or throwen.* } vt, Telum iaculabile. *Ouid. li. 7. Met.* sed non formosius isto Viderunt oculi telum iaculabile nostri. Pondus iaculabile, *Stat. 6. Theb.*

Iacũlãtorĭus, adiect. Quod ad iaculationem pertinet. {ἀκοντιστήριος. GAL. De dards, ou chose pour darder. ITA. *Coſa da lanciare.* GERM. Das zu dem schiessen gehört. HI. *Coſa para lançar aſſi.* ANG. *Of dartes, or a thing to throwe, as it were a darte.* } vt, Campus iaculatorius, *Vl. in L. Item, ſed ſi ff. ad l. Aquil.*

Iacũlus, li, pen. cor. Serpentis genus; arbores subiens, è quibus vi maxima se eiaculatur, penetrátque quodcunque animal obuium fecerit fortuna. τοξεία. *Luc. lib. 9.* Et natrix violator aquæ, iaculíque volucres: *Plin. lib. 8 cap. 23.* Iaculum ex arborum ramis vibrari, nec pedibus tantùm pauendas serpentes sed & missili volare tormento. *Vide Ælianum li. 9. c. 49.*

Iacob, יעקוב *Iahakób.* Lat. athleta, & exercens se dicitur, quam appellationem primùm habuit, quum practicis operationibus multos proprietate labores ferebat. Quum autem iam victor luctando euasit, & speculationibus fruebatur bonis, tunc Israelem ipse Deus appellauit, æterna præmia beatitudinémque vltimam, quæ in visione Dei consistit; ei largiens. Hominem enim qui Deum videat, Israel nomen significat.

Iacob vs, pen. prod. {יעקוב *Iahakób* ἰάκωβος.} Nomen proprium, quatuor syllabarum. *Clau.* Quid laceras versus dux Iacobe meos? Nomina enim propria apud Hebræos (*sicut Priscianus docet*) in fine acutum accentum habent, quæ more Latino declinata, eundem retinent, & penultimam producunt: vt, Adam, Adamus, Ioseph, Iosephus.

Iader, *Iadĕr*, neut. gen. Fluuius est Illyrici in Adriaticum mare defluens, iuxta quem oppidum est Iadera. {GERM. Ein fluß auß der Windischen marck bey der stat Zara.} *Liu. li. 4.* Et tepidum in molles Zephyros excurrit Iader.

IADERA, quæ & Iader, neutro genere, *Iadĕra*, *Prol.* Vrbs est Illyrici; non procul ab Apollonia & Salona. *Pom. l. 2.* Iaderæ meminit & *Plin.* in descriptione Liburniæ. Vulgò *Zara.*

IARTIA, *Iartia*, Vrbs Siciliæ. *Steph.*

IAʃCHLEVEI, *Iaschyuĕi*, Populi Lybiæ.

Ialmenus. Vide suprà Ascalaphus.

IALYSOS, *Iálysos*, Oppidum in Insula Rhodo; *cuius meminit Plin. lib. 5. ca. 31. Et Pomp. l. 2.* In Rhodo, *inquit*, tres quondam vrbes erant, Lindos, Camiros, Ialysos autem hæc ipsa est, quæ Telchinas olim aluit, his qui in Creta floruêre, cognomines, maleficum genus hominum & præstigiis infame. [De Ialysi imagine *Gel. c. 31. li. 15.*]

Iam, aduerbium temporis. Quod penè est, idem quod nunc, illico. {עתה *hattáh.* νῦν. GAL. Desia, maintenant, à ceste heure. ITA. *Gia, hò-*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

mai,hora. GER. yetzt/yetzung/bald. HISP. Ya ANG. Now,euen now.} Terent.in Adelph. Tace,egomet conuentã iam ipſum. Idem in Eunucho, Nam aut iam reuertêre,aut mox noctu te adigent horſum inſomnia. Plaut. Moſtell.ſc.4.a 1. Iam reuortar. Diu eſt iam iſtuc mihi. Idem Men.ſc.5.a.5. Iam hîc erunt. Mox; Iam illic faxo eris. Idem Pſeud.ſc.5.a. 1. Vt rus item iam heri conſtitueram. (Gallicè, dés hie .) Ibidem ſc. 3.a.1. Iam hic ero. Ibid.ſc.1.a.1. Iam hos multos dies geſtas tabellas. ¶Quid Iam? (id eſt, Cur ita? bis apud Plaut.ſc.7.a.4.] ¶Interdum hortantis eſt, & veluti moram increpãtis. Terent.in Eunuch. Iámne imus? Nonnunquam accipitur pro modo. Virgilius 3. Georg. Iamque hos curſu, iam præterit illos: hoc eſt modò hos, modò illos. ¶Interdum pro præterea, ἔτι, & quaſi nodus eſt quidam coniungens ſententias. [Tibull.lib.4. Iam ſimul audacis veniunt certamina martis.] Et apud Virgilium, Iam maris immenſi prolem & genus omne natantum, Iam varias pelagi volucres. Hoc idem efficit coniunctum cum verò. ἐπὶ πάνων. Cicer.1. de Orat. Iam verò narrationem, quòd iubent veriſimilem, &c.* Iam, tarditatis ſignum, pro Tandem. Terent. Andr. Dehinc poſtulo, ſiue æquum eſt, te oro Dane, vt redeat iam in viam. Idem Adelph. Non innueram: verùm in iſtam partem potius peccato tamen I nunc iam. Vbi Donatus, Nunc iam, duæ partes ſunt. Et bene Iam, quia ſerò & poſt plagas. [Iam pro mox: Tibul. Eleg.1.lib 1. Iam ſubrepet iners ætas. Et Horat. Od. 4.lib. 1. Iam te premet nox. Plaut. Aſin. ſc. 1. a. 1. Face id paratum iam ſit (i. mox) Idem Aul. ſc. 4. a.1. Iam ad te reuortar. Idem Men. ſc. 2.a.5. Ni iam abſcedat ex oculis. Idem Moſt. ſc. 4. a.1. Dormiam ego iam, &c.

¶Iam diſſyllabum interdum eſt, vt apud Plaut. Aſin. prol. verſu 1. Hoc agite ſultis ſpectores nunc iam. Item Ibidem ſc. 1.a.1. Pro amplius: Plaut. Amph. Iámne irata non es? Non ſum. Idem Curc.ſc. 2.a. 4. Nunquid iam me vis? ¶Iámne pro tam citò? Plaut. Pſeud.ſc.3.a.1. Iámne abis. Idem Men.ſc.2.a.5. Iámne iſti abierunt è conſpectu meo? Plaut. Curc.ſc.3.a.1. Iámne ego relinquor? Plaut. Men. ſc. 2.a 4 & ſc. 4.a.3. Iámne ille abiuit? (de odioſo & moleſto.) Item, Iámne abis? (increpantis morantem.) Plaut. Men.ſc. 4. a.2. Iam inde à principio. Plaut. Pſeud.ſc. 4.a.2.] * Iam pro Tunc. Quintil. Quòd ſi ſatis prudenter ea viderint, iam propè conſummata fuerit præcipientis opera. [Plaut. Men.ſc.7.a.5. Id tibi iam nunc afferam. Idem Curc.ſc.3.a.1. Migrare certum eſt iam nunc è fano foràs. ¶Iam tunc, Sueton. in Aug. cap. 88. & in Neron. cap. 7. ¶Nunc iam, vide Nunc. Item Iam verò Menæchme ſatis iocatus, Nunc hanc rem age. Item, Iam herclè occœperat inſanire primulum. Plaut. Men.ſc.5.a.5.] Iamdiu, multo iam tempore. { בכר hebár. πάλαι. GALL. Long temps y a. ITA. Giù molto tempo, gran tempo. GER. yetzt lange zeit. HIS. Y a mucho tiẽpo. ANG. A great while agoe or ſince. } Cic. de Senectute, Carthagini malè iam diu cogitanti. Idem ad Caſſ. Vtte, quem iamdiu plurimi facio, tãto interuallo viderim. [Plaut. Moſtel.ſc.3.a.1. Nec quicquam argenti iamdiu æquè benè collocaui. Plaut. Moſt.ſc.1.a.1. Iamdiu ſum iudicatus. Plaut. Men.ſc.1.a.2. Si acũ quæreres, acum inueniſſes iamdiu Idem Moſt.ſc.4.a.2. Vbi me hic iamdiu (nouit.) Idem Moſt.ſc.2.a.2. Scelus iamdiu factum antiquum & vetus ante ſexaginta annos.]

¶Iamdudum, Ex Iam & dudum componitur, & frequentiùs de tempore exiguo dicitur. { כבר chebár πάλαι, πολλοῦ ἤδη χρόνου. GALLIC. Dés pieça, il y a ia aſſez long temps. ITA. Gia buona pezza di tempo. GERMAN. Vor langeſt/vor einer gûten weil. HISPAN. Y ha poco tiempo. ANG. Now, a litle while agoe.} vt, Iamdudum te expectõ. Cic. in Epiſt. Vides me ſudare iam dudum. Plaut in Menah. Iamdudum mulier tibi non imprudens aduerſabar, hunc metuebam. Aliquando de longiori. [Idem Aſin.ſc.4.a.3. Iamdudum eſt intus. Ibid. ſc. 2. a.5. Iamdudum factum eſt cum primum bibi. Idem Milit.ſc.6.a.2. Senſi, & iamdudum ſcio.] Plin.lib.19. Iamdudum ex eadem Hiſpania Zœlicum venit in Italiam plagis vtiliſſimum. Macrobius, Iamdudum hæc quæſtio ab Ariſtotele & propoſita eſt, & ſoluta. Ponitur etiam pro continuò, & quamprimùm. Virg.2. Æneid. Iamdudum ſumite pœnas.

¶Iamiam, repentè, ſine mora. { מתע pétah. παραυτίκα. GALLIC. Maintenant, à ceſte heure. ITAL. Hora hora. GER. Eben yetzt/grad yetzt/yetzt bald. HISP. Agora, luego. ANGL. Euennow. } vt, Iamiam aderit. [Plaut. Curc.ſc.2.a.5. Iamiam faciam vt iuſſeris. Idem Pſeud.ſc.2.a.1. Tu quæ iam iamque argentum mihi numeras. Idem Men. ſc. 4. a.2. Iamiam deſine ludos facere. Plaut. Curc. ſc.1.a.2. Iam iam noui, &c.] Ponitur & cum præſenti, licet in futurum reſoluatur. Virg. 2. Æneid. Iamiámque manu tenet & premit haſta. quaſi mox tenebit, & nunc videtur tenere. Plerunque figuratè per indignationem accipitur. Idem, iamiam nec maxima Iuno, Nec Saturnius hæc oculis pater aſpicit æquis. Et per miſerationem. Sallust. in Iugurth. Iamiam animo meo, chariſſime frater, quanquam tibi immaturo, & vnde minimè decuit, vita erepta, tamen lærandum magis, quàm dolendum puto caſum tuum. Et per exhortationem. Quintil. Iamiam commiliro, quicunque caſus monet, etiamſi Imperator damnaturus eſt, habes ſolatium: fatiùs eſt, quàm à patre occidi. ¶Iamolim, multo iam tempore. { מן קדם min kédhem. ἐκ πολλοῦ. GALL. Par le paſſé, il y a aſſez long temps. ITAL. Per lo paſſato, d'aſſai tempo. GERMANIC. Vorlangen. HISPA. Y a ha luengo tiempo. ANGL. A great while agoe.} Cic. Iamolim à principio illud ſtatueram. Vſurpatur interdum pro aliquando Virg. 2. Georg. Et iam olim ſeras poſuit quàm vinea frondes. ¶Olimiam, pro iampridem, ἐκ πολλοῦ ἤδη. Quintil. Olim iam Imperator inter fulgentes virtutes liuor locum quærit, id eſt, à longo tempore. ¶Iampridem, Aliquanto abhinc tempore. { παλαιόχρων. GALLIC. Il y a ia long temps. ITAL. Già tempo. GERM. Vmblangeſt/vorlangeſt. HI. Y a ha tiempo. ANG. A great while agoe or ſince. } [Plaut. Moſtell.ſc.2.a.1. Iampridem ecaſtor frigida non lani magis libenter. Idem Amphitr. Iampridem videtur factum, quod heri quatuor homines in ſoporem collocaſtis.] Seneca, Iampridem te expectantes ibi federamus. Dicitur & de longiori tempore, vt idem ſit quod iam olim. Plin. Quod maiores noſtros iampridem feciſſe manifeſtum eſt: quod genus nuper & patrum ferè noſtrorum memoria inuentum eſt. [¶Pro Nuper. Plaut. Pſeud.ſc.4.a.1. Iampridem me daturum dixeram. Paſſerat.] Accipitur item pro ſtatim ſiue continuò. Lucan.lib.1. Tollite iampridem, victricia tollite ſigna.

¶Iam tum, ſignificat ex eo rẽpore. { מעתה meháttáh. ἔκ τοτε. GAL. Dés maintenant, à ceſte heure. ITA. All hora. GERMAN. Von derzeit hár/ſeidhár. HISPANIC. Dende entonces. ANG. Since that tyme, euentum relligio pauidos terrebat agreſtes.

[¶Iam nunc pro ampliùs: irata non es? id eſt, non ſum.]

*Iam nunc, Certi tempotis quod præſens eſt indicationem faciens. Cic.1.Verr. Iam nunc mente & cogitatione proſpicio. Virg.1.Georg.& votis iam nunc aſſueſce vocari.

IAMBLICHVS, {ἰαμβλίχος. GERM. Ein Philoſophus in Syria/der Pythagoriſchen lehr vaſt wol bericht. } Pythagoricus Philoſophus è Chalcide Syriæ fuit, Porphyrij diſcipulus, qui tempore Conſtantini Magni floruit: ſub quo breui tempore tantum profecit, vt ſecundas poſt præceptorem Romæ obtineret, nec ab eo quicquam differe videretur doctrina: niſi quòd ille melior facilitate & dulcedine orationis, hic paulò durior habebatur: atq; vt de Xenocrate Plato dicebat, venere dicendi carebat. Morib. adeò probatus, vt eius vitæ abſtinentia, modeſtiáque ea tempeſtate nulli non cognita fuerit. Hunus meminit & Hieronymus.

IAMBRASVS, ἰαμβρασύς, Samus à fluuio ſic dicta. Steph.

Iambus, ἴαμβος, Pes metricus conſtans ex priore breui, & poſteriore longa. Horatius in Arte, Syllaba longa breui ſubiecta vocatur iambus. Dictus iambus, vt quidam volunt, ab inuentore. Feſtus ἀπὸ τοῦ ἰαμβίζειν, deducit, quod eſt cõuitiari, ſeu inuehi: quũ tamẽ veriſimil? ſit ἰαμβίζειν verbum, ab iambi pedis natura eſſe deductum. Hinc iambicum carmen, cuius multa ſunt genera, quæ latiſſimè exequitur Mycillus. [Ouid. Eleg. vlt. lib. 4. Triſt. Battus quoque clarus Iambis.] * Iambeus, Aliud adiectiuum. vt, Trimetri Iambei. Horat. de Arte.

IAMESAIS, ἰαμεσαΐς, Æſtuarium eſt maris Britannici, in quod illabitur fluuius ille, quem Temeſim Cæſar vocat. Plin. lib. 1. c. 3.

IAMI, ἴαμοι, Populi Scythiæ, Steph.

IAMNIA, ἰαμνία, Oppidum Phœniciæ. Strabo vicum eſſe ſcribit, ab Iamno dictum, aut quòd Iamnos Græci vocãt humidos & floridos locos: gentile, Iamnites pro Iamnites.

IAMNO, onis, Oppidum inſulæ Baleariçe minoris: quæ duo olim habuit oppida, Iamnonem & Magonem, teſte Plin. lib. 3. cap. 5. & Pompon. Mela ad finem libri 2. Ptolem. Iamnam, ἰάμναν, nominat.

IANA, Prius dicta fuit, quæ poſtea præpoſita litera d, Diana appellata eſt, teſte Nigidio.

IANASSA, ἰάνασσα, Nympha dicta eſt, à ſuauiter regendo, ἰανὸς, lætifico: ἀδάσσω, regno, impero.

IANASSVM, Oppidum Celticæ gentis in Hiſpania citeriore. Pompon. Mela lib. 2.

Iāneus, Ab antiquis dicebatur, quem hodi Ianitorem vocamus, teſte Feſto.

IANICVLVM, Oppidum fuit in Ianiculo monte trans Tyberim, ita dictum à Iano conditore, vt quidam putauerunt: vel quòd tanquam Ianua eſſet Romanis in Hetruriã proficiſcentib. Virg. 8. Æneid. Hæc duo præterea diſiectis oppida muris, Relliquias, veteremque vides monumenta virorum: Hanc Ianus pater, hanc Saturnus condidit vrbem: Ianiculum huic, illi fuerat Saturnia nomen.

[Ianiculum captum à Porſẽna. Plutarch. in Publ.]

IANIRA, pen. prod. ἰανίρα, Nymphæ nomen, Oceani & Tethyos filia, παρὰ τὸ ἰάνειν τοὺς ἄνδρας, hoc eſt, à vitis demulcendis. Heſiodus in Theogonia.

Iānitor, Vide IANVA.

IANTHE, ἰάνθη, Puella fuit Cretenſis, ex Phæſto oppido, Telet. filia, vxor Iphidis, qui ipſo nuptiarum die ex fœmina mutatus eſt in marem. Ouid. lib. 9. Metamorphoſ. Tertius interea decimo ſucceſſerat annus, Quum pater Iphi tibi flauam deſponder Ianthem Inter Phæſtiadas, quæ laudatiſſima formæ Dote fuit virgo, Dictæo nata Teleſte.

Iānthĭnus, a, um, pen. cor. ἰάνθινος. idem eſt quod violaceus. Nam Græci ἴα violas, & ἄνθη flores vocant. Ianthinum itaq; dicitur, quod floris violæ colorem refert. Vnde veſtis ianthina, & Ianthina, orum, ſubſtantiuè, dicuntur veſtes violacei coloris. Martial. Coccina famoſæ donas & ianthina mœchæ. Plin. lib. 21. cap. 6. Ex his violis, quæ ſponte apricis ac macris locis prouenium, purpureæ, latiore folio, ſtatim ab radice carnoſa exeunt: ſolæq; Græco nomine à cæteris diſcernuntur, appellatæ ἴα: ab his ianthina veſtis.

Iānŭa, æ, Primus ingreſſus ad interiora domus, à Iano dicta, quod huic conſecratum erat omne principium. { שער ſchaár פתח péthach שׂרג. GALLIC. Porte, huis. ITAL. Porta. GERMANIC. ein thur/ein eingang in ein hauß. HISP. Puerta. ANG. Agate. } Et proprie domus eſt ianua: oſtium verò, partium, vt cubiculorum: licet confundantur. Nam & ianua, à quo ianitor, pro oſtio ponitur: & oſtium, à quo oſtiarius, pro ianua. Cic. 2. de Orat. Vt illud Naſicæ, qui quum ad poeram Ennium veniſſet, eíq; ab hoſtio quærenti Ennium. Et paulò poſt, Quum ad Naſicam veniſſet Ennius, & cum à ianua quæreret, exclamat Naſica, &c. Valla lib. 4. cap. 8. Porta murorum eſt, munitionúmque, atque caſtrorum: ianua parietis, atq; domorum. Cic. 3. Verr. Seruius ſuis incaſtrorum: ianua parietis, atq; domorum. Cic. 3. Verr. Seruius ſuis imperat Rubrius, vt ianuam clauderent, & ipſi ad fores aſſiſterent. Ouid. 2. Amor. Clauſa tua maius ianua fulmen habet. [Plaut. Moſtell. ſc. 1. a. 1. Abſcede à ianua. Plaut. Aul. ſc. 3. a. 4. Foris crepuit. Mox. Ad ianuam conceſſero. Plaut. Men. ſc. 2. a. 1. Ab ianua vxorem iurgio abegi. Plaut. Aſin. ſc. 3. a. 2. Ita hæc morata eſt ianua, extemplò ianitorem vocat. Vide Fores. Ibid. ſc. 3. a. 1. Ianuæ lenoniæ portitorum ſimillimæ ſi aditum ſpectes. Ibid. ſc. 2. a. 2. Væ illi, qui tam indiligenter obſeruauit ianuam. Ouid. Eleg. 1. lib. 3. Triſt. Cur ramen appoſita velatur ianua lauro. Quintil. Si ianua tenetur incendio, per parietes exibimus. ¶Fauces Ponti, & ianua gemini Maris. Ouid. Eleg. 9. lib. 1. Triſt. ¶De Ianuæ aperiendæ ratione, &c. more Rom. & Græco, Vide Plutarch. in Publ.] * Ingredi ianua aliqua in cauſam: per metaphoram. Cic. pro Plancio, Itaque quanquam qua nolui ianua ſim ingreſſus in cauſam, &c.

Iānitor, oris, pen. corr. in recto, Cui ianuæ cuſtodia eſt commiſſa. { שׁער ſchoẽr. θυρωρός. GAL. Portier, huiſſier. ITA. Portiere. GER ein portner/ thurhüter. HISP. El portero. ANG. A porter or keeper of the gate. } Cic. ſ. Verr. Hunc veſtri ianitores, hunc cubicularij diligunt. Ianitor carceris, apud eundem legitur 7. Verr. Ianitor inferorũ Cerberus. Virg. 6. Æneid. licet ingens ianitor antro Æternum latrans exangues terreat vmbras.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

bras.[*Plaut.Men sc.2.a.4.* Heus ecquis hic est ianitor aperite.]

IANITRIX,icis, fœminini gener.Mulier cui ianuæ custodia est commissa. {θυρωρος,ὁ.GAL.Portiere,huissiere.ITA. *Portinara.* GERM.Portnerin/ thurhüterin HISP. *Portera.* ANG. *She that keepeth the gate.*} *Plaut.in Curc.* Anus hic recubare solet custos ianitrix.*Plin.lib.25.cap.*30.Laurus triumphis propriè dicatur, vel gratissima domibus, ianitrix Cæsarum,Pontificúmque, id est, quæ solet plantari ante domos Cæsarum & Pontificum.

¶Vxores duorum fratrum dicuntur ianitrices *Modestino in l. non facile. §.ad fines ff.de gradib.cognationum.* In emendatioribus exemplaribus legitur dictio Ianitrices:sed vnico contextu ita legitur,Duorum fratrum vxores dicuntur apud Græcos εἰνάτερες.

IANUAL,Libi genus,quod Iano tantummodo libabatur. *Festus.*

IANUARIUS,rij,{ἰανουάριος,γραμματεύς.GALL.Le mois de Ianuier.ITA. *Gennaio.*GER.Der Jenner.HIS. *El mes de Enero.*AN.*The moneth Ianuar.*} Primus mensium,à Iano appellatus,quem Numa Pompilius primum anni esse voluit,tanquam bicipitis diei mensem, respicientem & prospicientem transacti anni finem futuríque principia.

IANUS,iani,Ab hiatu dictus est,detracta aspiratione: quem quidam Solem putant: ideóque geminum , quasi vtriusque ianuæ cælestis potentem,qui exoriens aperiat,occidens claudat. Alij Ianum mundũ, id est,cælum intelligunt,quasi Eanum ab eundo,*vt inquit Cic.lib. 2. de Natur.Deor.*cò quòd mundus semper eat,dum in orbem voluitur, & ex se initium faciens in se refertur.Hinc & bifrons pingitur: duas enim facies habere dixerunt , alteram suo loco, alteram à tergo,eò quòd annus ex se initium faciens, fini occurrat: vel quòd præterita scierit,& futura præuiderit : seu quòd superorum & inferorum ianitor extiterit.{GERMAN. Der Gott Janus/ward gemahlet mit zweyen angesichtern von einanderen gewendet/sein tempel zu Rom stund offen so lang vnnd sie krieg furten/zu frydens zeyt aber ward er beschlossen.} Huius templum erat Romæ ad infimum Argiletum , à Numa Pompilio positum,quod tempore belli patebat , tempore pacis claudebatur: vnde Patulcius,& Clusinus cognominabatur , *vt autor est Seruius.* Constat autem templum hoc ter fuisse clausum. Primùm regnante Numa:iterum post bellum Punicum secundum: tertiò post bella Actiaca,quæ confecit Augustus:quo tempore pax quidem fuit , quantum ad exteras pertinet gentes:sed bellis flagrauêre ciuilib. Romani.[*Suet.in Neron.cap.*13.Ianum geminum clausit. ¶Ianus qui , cur biceps,& de eius templo,*Plutarch.in Num.*] Huius autem claudendi vel aperiendi templi ratio varia est.Alij dicunt Romulo contra Sabinos pugnante,quum iam propè vinceretur , calidam aquam ex eodem loco erupisse , quæ fugauit exercitum Sabinorum. Hinc ergo tractum morem , vt pugnaturi aperirent templum quod in eo loco fuerat constitutum,quasi ad spem pristini auxilij. Alij dicunt Tatiũ & Romulum facto fœdere hoc templum ædificasse. Vnde & Ianus ipse duas facies habet , vt ostendat duorum regum coitionem: vel quòd ad bellum ituros æquum sit de pace cogitare. Est alia melior ratio,quò ad prælium ituri,optent reuersionem. Hunc alij quadrifrontem fecerunt:ob quatuor orbis cardines , & Ianum quadrigeminum vocitarunt:& Iunonium,quasi Calendarum principem, Calendæ enim sunt Iunoni dicatæ.

¶Ianus præterea erat locus Romæ, vbi fœneratores consistebant eregione Basilicæ : quoniam in eo Iani simulacra collocata visebantur.*Ouidius,*Quíi puteal,Ianúmque timet, celeréſq; calendas. *Horat. in Epist.*- hæc Ianus summus ab imo Prædicat. *Suet. in Domit.* Ianos, *inquit,*arcúsque cum quadrigis , & insignibus triumphorum per regiones vrbis extruxit. ¶Ianus antiquissimus Italiæ rex quem geminam faciem prætulisse ferunt : quod ad regis prudentiam solertiámque referendum est:qui & præterita nosceret, atq; prospiceret futura:vnde etiam bifrons dicitur. Hic Saturnum à filio fugatum è Creta classéque in Italiam aduectum suscepit hospitio : & quoniam ab eodem ruris agriculturam edoctus est , regni partem illi concessit, ambóque vnà regnarunt concordes , vicináque oppida communi opera condiderunt. Romani , vt dictum est, hunc omnibus ianuis præesse crediderunt:vnde & clauigerum ipsum vocarunt.Eum autem primum in Italia diis templa fecisse, ritúsque sacrorum instituisse, atque ob id eum in sacrificiis præfationem meruisse perpetuam, *autor est Macrob.lib.1.cap.*7. 8.9.

IANALIS,le,adiectiuum à Iano:vt,Ianalis virga.*Ouid.2.Fast.*Virgáque Ianalis de spina sumitur alba. Qua lumen thalamis parua fenestra dabat.Ianalis porta quæ & Belli porta vocabatur Romæ , à Iano dicta, vbi & positum eius signum dicitur.Hanc Numa ea lege instituit, vt esset clausa semper, nisi quum bellum foret.

IANXVATIS , ἰανξυάτης , Vrbs Libyorum , gentile Ianxuatites.

IAPETVS,penultima correpta:ἰαπετός,Cæli & Terræ filius(*vt inquit Hesiodus*)vir quidam potens apud Thessalos , sed proterui ingenij magísque filiorum,quàm sua virtute clarus. Ferunt hunc Asiam nympham vxorem duxisse , & ex ea Hesperum,Atlantem, Epimetheum, & Prometheum suscepisse.*Valer.Flac.lib.*1. Iapeti post bella trucis, Phlægræque labores.Hũc quidam Promethei parrem fuisse asserunt. *Ouid.5.Metamorph.* Siue recens tellus,seductáque nuper ab alto Æthere,cognati retinebat semina cæli , Quam satus Iapeto mistam fluuialibus vndis , Finxit in effigiem moderantum cuncta deorum. De Prometheo loquitur.¶Iapeto antiquior, ἰαπετῷ ἀρχαιότερος. De re antiquissima dixit *Lucianus.*

IAPYGIVM,promontorium, Acram Iapygiam,ἄκραν ἰαπυγίαν, cũ Græcis nominat *Plinius*:extremum Salentinorũ promontoriũ est,quò quàm longissimè in mare excurrit Italia.Vulgò *Cabo de S. Maria in tierra de Otranto. Vide Plin.lib.3.cap.*11.

IAPIS,idis,ἰαπὶς, Nomen proprũ cuiusdam Ætoli,qui quum in Venetiã venisset,oppidũ de suo nomine condidit:à quo ea pars Italiæ , quæ Timauo fluuio irrigatur,Iapide dicta est.Quin etiam Timauum ipsũ ab huius nomine Iapidem cognominat *Virg.* 2. *Georg.* Castella in tumulis,& Iapidis arma Timaui.

IAPYGIA , ἰαπυγία, Regio est in finibus Italiæ , in Cherronesi formam coacta,cuius Isthmus à Tarento Brunduſium vsq; extenditur.{GER. Das land so sich zu hinderst in Italien in das Adriatisch meer wie ein halbe insel zeucht/heisst jetz tierra d'Otranto.} Alio nomine Messapia dicitur. *Autor Strabo lib.6. Seruius in illud Virgilij* , Ille vbem Argyripam patriæ cognomine gentis Victor Gargani condebat Iapygis aruis. Iapygia(inquit)pars est Apuliæ, in qua mons Garganus, qui vsque ad mare Adriaticum extenditur.Quod si verum est, longè maiores sunt Iapygiæ fines,quàm quos modò ex sententia Strabonis descripsimus. Nam Garganus mons multis passuum millibus extra iã dictam peninsulam situs est. Dicta est autem Iapygia ab Iapyge Dædali filio,*vt tradit Solinus in Polyhistore.* [*Tibull.lib.*4. Testis quoque victæ fortis Iapygiæ miles(alias Lepidæ.)]

IAPYX,ἰάπυξ,Ventus est ab Occasu solstitiali spirans, qui alio nomine Caurus dicitur,*teste Gellio lib.2.Noct.Att.*{*Eland.* Nordwesten, west. GER. Der wind so von des Sommers Nidergang herwähet.} Dictus Iapyx à Græcis quod ab Iapygia spirare videatur: quare & commodissimus est ex Italia in Græciam nauigantibus.*Horat.lib.1.Carmin.Ode* 3. Sic te diua potens Cypri,Sic fratres Helenæ, lucida sydera, Ventorúmque regat pater,Obstrictis aliis,præter Iapyga.

IARBAS,ἰάρβας,Getulorum rex:qui quum Didûs ambiret nuptias , ab ea repulsus nascenti adhuc Carthagini bellum intulit : quod quum propulsare non possent, reginam suam eò adegerunt,vt nuptiis suis pacem redimeret. Quod quum illa alia ratione effugere non posset, simulat se antè Sichæi (id enim defuncti mariti nomen erat) manes placare velle.Eam itaque ad rem impetrato spatio,pyram ingentem extruxit , cui superincumbens , suis sibi manibus necem consciuit: [*Ouid.3.Fast.* Et potitur casta Maurus Iarba domo.]

IARCHAS,ἰάρχας,Philosophorum Indiæ princeps,qui in solio aureo sedens apud suos, sapientiam profitebatur. *Vide Philostratum in vita Apollonij Tyanei.*

IARDANVS,ἰάρδανος,Fluuius Lydiæ.

IAS,ἰας,Pars Illyriæ:dicitur etiam Ionica,incolæ Iateæ.*Steph.*

IASA,Nomen ciuitatis quæ imminet Rubro mari,vbi est terminus Moabitum prouinciæ.

IASIS,ἰασις,Dicta est Atalanta ab Iasio patre.Propertius,Atque animum duræ contulit Iasidos.

IASIVS,ἰάσιος,Filius fuit Abantis Argiuorum Regis,frater Dardani.Nam Dardanus,*inquit Seruius,*& Iasius fratres fuerunt , Electræ filij : sed Dardanus de Ioue,Iasius de Corito procreatus est. *Hoc Seruius apud Virgilium 3.Æneid.*Hinc Græci,Iasidæ:& Iasis vocatur Atalanta eiusdem filia.[¶Iasius quem amauit Ceres ex Creta. *Ouid.lib.3. amor.Eleg.9.*]¶Fuerunt & alij eiusdem nominis: vnde Iasides Palinurus, *apud Virgil.5.Æneid.*Et Iapis Iasides,*apud eundem libro.*5.

IASION,onis,ἰασιών,quem *Diod.lib.6.*etiam Iasium appellat: Iouis & Electræ filius,qui adeò à Cerere adamatus est, vt in eius gratiam ad nuptias Hermiones ipsius Iasij sororis , maximam & frumenti & panis copiam attulerit,atque ex eo Plutum pepererit, qui cultum vitæ instituere, pecuniásque coaceruare, atque in vsus custodire omnium primus docuit,quum antea parua congregandæ seruandæque pecuniæ fuisset cura. Alii addunt fabulæ , eum postea à Ioue ex inuidia fulmine ictum:quanuis non desint,qui aliam mortis causam afferant; quod simulachrum eius contumelia affecerit.Hunc quoque alio nomine Ætionem vocant. *Ouid.lib.*9.-queritur canescere mitem Iasiona Ceres,&c.

IASIONIA,ἰασιώνια,Herba est volubilis siue conuoluuli species.*Theoph.lib.*1. *de Plant.*Vide concilium.

IASON,ἰάσων,[*Plaut. Pseud.sc.*2. *a.*1. Fac vt ex Ballioue me prædicet regem Iasonem(qui abundauit frumento sup.)]Filius Æsonis ex Polymela,seu(*vt aly volunt*) Alcimede quem pater moriens Peliæ fratri in tutelam commendauit,tradito etiam regno, ea tamen lege, vt illud adulto Iasoni restitueret.Porrò Alcimedes suspectum habens Peliam, Iasonem Chironi alendum dedit. Itaque Iason adultus ad repetendum paternum regnum venit:sed Pelias cõmentus fraudẽ Colchos ad auferendum aureum vellus nauigare iussit. Quæ res tametsi in principio esse maior hominũ viribus Iasoni videretur, constructa tamen Argo naui,cum reliquis heroibus Colchos profectus est.Inter nauigandũ autẽ primũ ad Lẽnum insula appulit,vbi ab Hypsipyle & hospitio & thalamo susceptus est.Deinde ad Phineum regem, à quo muneris loco edoctus est,quomodo per Cyaneas petras inter se concurrentes ad Colchos vsquẽ tutò nauigare posset.Quò quũ peruenisset,Medea Colchorũ Regis filia,forma eius capta, à certissimo eũ eripuit exitio:offensa ratione qua ætipedes tauros perdomare, & draconem peruigilem sopire posset.Eius igitur consiliũ sequutus Iason, aureum vellus sustulit,& inde clàm cum sociis & Medea fugam arripiens,ad Istri ostium peruenit:aduersóque flumine subiens, quũ cũ tandẽ in locum peruenisset, vbi Danubius Liburniæ montibus proximus est,nauim,qua vectus erat,suis sociorúmque humeris superatis montibus in mare Adriaticum deportauit: tandémque sospes in patriam reuectus,duos ex Medea filios suscepit.Sed quum postea Creusæ,Corinthiorum Regis filiæ amore flagrans, eam vxorem duxisset, Medea agrè ferens diuortium , Creusam cum regia exussit. Sunt qui tradant,Medeæ postea reconciliatum Iasonem, Æeten socerũ à Perſa fratre pulsũ,in regnum restituisse,multáque alia præclara gessisse, adeò vt diuinos in Asia honores fuerit promeritus. *Describitur latiùs tota hac fabula ab Apollonio Rhodio, & Valerio Flacco.* ¶Corripit hoc nomen penultimi genitiui syllabã.*Ouid.7.Metamorph.*Multáque per pessi claro sab Iasone,tandẽ,&c. *Et alibi,* Quem nisi crudelem, non tangat Iasonis ætas?¶Hinc fit patronymicum Iasonides:vt, Iasonidæ iuuenes,*apud Statium lib.*10.*Theb.*

IASONIVM,ἰασώνιον Promontorium Cappadociæ.*Ptolem.libr.5.cap.6.*

IASPIS:{שפה *jaſpheh.*ἰασπις.GAL.Iaspe.ITA.*Iaspe,piedra preciosa.*GER. Jaspis ein edelgestein.HISP.*Iaspe,piedra pretiosa de color verde.*ANG.*A iaspe,a precious stone so called.*}Gemma est è viridantium genere,cuius vt multæ species,ita varij sunt colores:*Autor Plin.lib.37. cap. 9. Martial.lib.5.*

Sardonychas,smaragdos,adamantes,iaspidas vno
Portat in articulo Stella Seuere meus.

IASPIDEVS,ea,um,vel Iaspidea gemma,quæ iaspidis colorem refert. {ἰασπιδοειδὴς,ἰασπίζων. GAL. Qui ressemble à vne jaspe,ou qui a couleur de jaspe. ITALIC. *Che a colore de jaspe.* GERMAN. Das ein farb hat wie ein Jaspis. HISPAN. *Cosa semejamente à tal piedra, ò que tiene color de jaspe.*AN.*Resembling à jaspe in colour.*}*Plin.lib.*39.*c.*10.Cepionides in Ætolia Atarne nunc pago,quondam oppido,nascuntur multis

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

coloribus transfucentes,aliàs vitreæ,aliàs cryſtallinæ, aliàs iaſpideæ.

IAſpŏnyx,ἰασπόνυξ,Iaſpis gemmę ſpecies,maculis quibuſdam humano vngui non diſſimilibus variegata:vnde & onychi puncta dicitur.*Plin. lib.37.ca 9.*

IAsvs,ſiue Iaſſus,ἰασὸς,Inſula Cariæ,continenti adiacens,cuius incolæ, quòd regionem habeant ſterilem,ex piſcatu potiſſimùm victum quæritant.{GER. Ein vnfruchtbare Inſel nahe bey Caria gelegen} Hæc proximus ſinus,Iaſſus cognominatus eſt.Ex Iaſo orti ſunt Chœrulus poëta,& Diodorus dialecticus,cognomento Chronus.

IATHRIPPA,*ἰάθριππα*,Vrbs Arabiæ prope Egram.*Steph.*

IATINVM,*ἰάτινον*,Maldenſium ciuitas eſt *apud Ptol.li.2.c.8.*Fortè quæ hodie vocatur *Meaux.*

IAtrŏs,{ἰατρός,GAL Medecin.ITA.& HIS. *Medico.*GE.Ein artzet.ANG. *A phyſicion.*}Latinè medicus,Vnde Archiatros,princeps medicorum: quo nomine dictus eſt Æſculapius,tanquam præſes, deúique medicorum.*Plin lib.29.c.1.*

IAtrālēptēs,vel Iatralepta,*ἰατραλείπτης*,Medicus vnguentarius, qui vngentis & perfrictionibus curat.*Celſus lib.1.ca.1.*Sanus homo,qui & bene valet,& ſuæ ſpontis eſt,nulli obligare ſe legibus debet,ac neque medico,neque iatralepta egere.

IAtrālēptĭcē,*ἰατραλειπτική*,Medicinæ genus, quæ vnguentis & perfrictionibus curat,quaſi medicina vnguentaria:*ἰατρικὴ*, enim medicina,*λείπτης*,vnctor dicitur.

IAVA,Hiſpaniæ ciuitas.*Ptolem.*

IAXAMATAE,*ἰαξαμάται*,Populi circa Mæotim(*inquit Stephanus*) quos Ephorus appellat Sarromatas.*Valer.Flac.*Mellis honos Torinos ditat ſua mulctra Satarchen.Iaxamatas venatus alit. *De his Amm.li.4.* Circa hæc ſtagna gentes ſermonum inſtitutionúmque varietate diſpares,Iaxamatæ,Mæotæ,cum Gelonis Agathyrſi.

IAXĀRTĒS,*ἰαξάρτης*, Fluuius Scythiæ eſt,eorũ,qui Caſpium mare influũt, longè maximus.Quem Alexander falsò credidit Tanaim eſſe.Nam eſt ſe diuerſum Iaxartem à Tanai aliorum poſtea nauigationibus compertum eſt.Oritur apud Sacas(*vt ait Ptol.*)in Septentrionem fluens.

*IAXTES,Fluuius,quem eodem cum ſuperiore in tractu quidam locant: *cuius meminit Claudianus*,Sic nobis Scythicus famuletur Iaxtes.

IAZYGES Meranaſtæ,{*ἰάζυγες*. GER. Sibenbürger.}Populi in Europa, qui ab Oriente habent Daciam,ab occaſu & Auſtro Germaniæ partem,à Septentrione Sarmatiam.Hodie (ſi quis in re tam vetuſta coniecturæ locus eſt)creduntur populi inhabitantes eam regionem, quã Septem caſtra vocamus,Germanicè Sibenburgen, quæ regio partim ab Hungaris,partim à Valachis colitur.*Ptol.li.3.c.23.*[*Ouid.Eleg.1.lib.2. Triſt.*Iazyges(triſyllabum)& Colchi.

I ante E.

I.B.In notis antiquorum,In breui.

IBAEI,*ἰβηροί*,qui & Ibeni,Populi Celticæ.Sunt etiam Ibeni, aliàs Iaonitæ dicti.*Steph.*

IBERNIA,*Vide* HIBERNIA.

IBĒRvs.pen prod.{*ἴβηρ*.GER.Ein fluß Hiſpaniã/jetz Ebro.}Fluuius Hiſpaniæ,qui apud Cantabros oriens,per XL.paſſuum millia fluit,& in mare Balearicum euoluitur.Dictus(*vt Euſtathius ait*) à Rege eiuſdam nominis.*Luc.li.4.* Qui præſtat terris,aufert tibi nomen Iberus.

¶Iberus etiam piſcis,Scombrus.*Horatius li.2.*

His miſtum ius eſt oleo,quod prima Venafri
Preſſit cella garo,de ſuccis piſcis Iberi.

IBĒRĬA,*ἰβηρία*,*Arragon*, Primùm appellata Hiſpaniæ regio vtrinque Ibero fluuio proxima,quam poſtea Celtæ Gallorum populi,relictis ſedibus, ſuis habitauẽ e{GE.Ein landtſchafft in Hiſpanien/jetz Arragon.} Vnde compoſito ex vtraque gente nomine,Celtiberi appellati ſunt: & regio Celtiberia. Poſtea tamẽ vniuerſa Hiſpania, Iberia dicta eſt: & Hiſpani ipſi,Iberi ſiu Iberes,*ἴβηρες*.*Virgi.3.Geor.* Aut impacatos à tergo horrebis Iberos.*Luc.* Occurrat Iberibus alter.

¶Eſt & alia regio hoc nomine iuxta Pontum, inter Colchida & Armeniam venenorum ferax,quæ Caucaſijs montibus circundatur:cuius ſimiliter populi Iberi & Iberes dicti ſunt,à quibus (*vt Varro ſcribit*)profecti dicuntur,qui in Hiſpania habitauerunt: & ab illis Hiſpania,Iberia:& fluuius Hiſpaniæ,Iberus dictus eſt,& hinc adiectiuũ:

Ibērŭs,a,um.*Virg.li.9.*Pictus acu clamydem, & ferrugine clarus Ibera. *Dionyſius* contra aliorum ſententiam tradit Iberos populos à Pyrenæis montibus profectos, in Aſia ſedes poſuiſſe. Vnde ea pars Aſiæ, Iberia nuncupatur.*Iberiacus,Aliud adiectiuum.vt,Terræ Iberiacę, *apud.Sil l.13.*

Ibērĭcă herba,ſpartum dicebatur antiquis.*Quint.li.8.c.2.*Vt ille qui in actione Ibericas herbas,ſe ſolo nequicquam intelligente,dicebat,niſi irridens hanc vanitatem Caſſius Seuerus ſpartum eum dicere velle indicaſſet.[*Gel.c 16.lib.7.*Iberica glans optima.]

Ibērĭs,idis,*ἰβηρίς*,Herba eadem cum lepidio ſyluestri:*de qua vide Plin. lib 25.c.6.*

Ibi,aduerbium loci,Significat in eo loco:quo propriè vtimur in demonſtrando.{*שם ſcham.*ibi. GAL.Là,en ce lieu là. IT.*Iui,en quel luogo,la.* GERMAN.Daſelbſt.HI.*Ay ò a'li do algo eſta.*AN.*In that place, there*} Ibidem vero relationis eſt,idem ſignificans,quod in eodem loco,*αὐτόθι*.*Cic.pro Domo ſua*,Ibi enim poſtis eſt,vbi rempli auditus eſt.*Idem in Epiſt.*Nemo eſt quin vbiuis,quàm ibi vbi eſt,eſſe malit.[*Plaut.Moſtel.ſc 2.a.1.*Ibi ſumptus ſumptui non ſunt.*Idem Men.ſc.vlt. a.5.* Hic natus eſt ibi.*Ibi.ſc.2.a.5.*Amat meretricem,atque ibi potat.*Pl.Cur.ſc 1.a.4.*In Tuſco vico,Ibi ſunt qui ſe venditant.*Item*,Ibi ſunt qui dant & accipiunt fœnus.*Ibidem,& Gellius.Plaut.Cur.ſc.2.a.5.*Tum ibi me neſcio quis arripit.]¶Accipitur aliquando pro aduerbio temporis,idémque valet quod tunc *Terent in Eunuc.*Inuitat triſtis, manſit: ibi illa cum illo ſermonem occipit.

[¶Pro tum.*Plaut. Amph.*p rdnelles penetrant ſe in fugam, Ibi noſtris animus additus eſt. *Idem ibidem*, Ibi me inclamat Alcmena. *Plaut.Curc.ſc.3.a 2* Ib. me interrogat.*Idem Ibid.ſce 2.act.5* Spectacula ibi ruunt.*Plaut.Aulul.ſcen.4.act 1.* Vbi manum iniicit,ibi onerat aliquam Zamiam,(id eſt,cum tum.)*Ibid ſc.1.a.3.*Vbi res ſolura eſt omnibus,ibi cedit miles.(id eſt,cum,tum)¶Ibidem,*Plau.Pſeu.ſc.1.a.4.* Ibidem vna aderit mulier.*Plaut.Men.ſc. 4. a.2.* Vbi hunc hominem nouiſti?Ibidem,vbi ille me. *Idem Moſtell.ſc.2.a.2.* Defodit hoſpitem hic ibidem in ædibus.]¶Ab ibi fiunt compoſita,Inibi,& alibi,ſeu alicubi,& ibidem: *quæ ſuis locis explicantur.*

Ibices, Capræ ſyluestres ſunt, pernicitatis mirandæ. *Plin.lib 8.cap.33.* Sunt caprææ,ſunt rupicapræ, ſunt ibices pernicitatis mirandæ,quanquam onerato capite,vaſtis cornibus, gladiorúmque vaginis: in hac ſe librant,vt tormento aliquo rotari in petras, potiſſimum e monte aliquo in alium tranſilire quærentes, atque recuſſu pernicius, quo liberit, exultant.

Ibĭdem,penultima producta,In eodem loco.{*αὐτόθι*. GAL.En ce meſme lieu,là meſme. ITA. *In quello iſteſſo luogo.* GERMA. Eben daſelbſt. HISP.*Enel meſmo lugar.* ANG.*In that ſame place.*}*Virg.1.Æneid.* Fluctus ibidem Torquet agens circum. *Cic.pro Quintio*, Quod ibi recte cuſtodire poterunt,id ibidem cuſtodiant.

IBYLLA,*ἴβυλλα*,Vrbs Tarteſiæ,ciues Ibyllini, apud quos auri & argenti metalla ſunt.*Steph.*

Ibĭs,*ἶβις*,Auis ſoli Ægypto peculiaris,quæ ſerpentibus veſcitur. Hæc duplex eſſe fertur: altera nigra tota eſt,altera ciconiæ non abſimilis,diuerſa tamen à ciconia.*Ciu.lib.2.de Nat.deor.* Ibes maximam vim ſerpentium conficiunt,quum ſint aues excelſæ,rigidis cruribus, corneo proceróque roſtro:auertunt peſtem ab Ægypto, quum volucres angues ex vaſtitate Lybiæ vento Africo inuectas interficiunt atque conſumunt: ex quo fit, vt illæ viuæ nec morbũ noceant,nec odore mortuæ. *Hæc ille.* Traditur autem ibis clyſteris vſum prima commoſtraſſe, quòd conſuetudinem habeat ſe purgandi, roſtri aduncitate eam perluens partem, qua ciborum onera redduntur. *Autor Plin.lib.8.cap..7.*

[Ibus,pro iis,ab Is,ea,id:*Plaut.Curc.ſc.2. a. 4.* pariſſimi eſtis ibus. ſaliàs nibus)*Idem in Milit.ſc 1.a.1.*Ibus d numerem ſtipendium.]

Ibўcvs,penultima correpta,*ἴβυκος*,Nomen poëtæ lyrici Rhegini,apud Græcos præclari,ſed tamen omni libidinis genere effœminatiſſimi, à quo genus metri dictum eſt Ibycum, ſicut alterum ab Alcæo Alcaicum.Ibyci equus,*ἴβυκειος ἵππος*,in quo prouerbium abiiſſe videtur, de iis qui nolentes præter ætatem ac vires ad periculoſum negotium adigerentur Nam(*vt refert Plato in Parmenide*) Ibyco equus erat nam annoſus,athleta multis certaminib.detritus. Is quum ad certamen currui iungeretur,extimuit, videlicet expertus eiuſmodi ludorum aleam ridente populo, Ibycus ſurgens,Equus,inquit,domino ſimilis eſt:nam & ipſe iam ſenex ad amandum compellor.

I ante C.

I. C. In notis antiquorum iuxta catulum,vel intra circulum, vel Iulius Cæſar,vel Iuriſconſultus. I. C.E.V. Iuſta causa eſſe videtur.I.CL.Intra cliuum.

ICADIVS,*ἰκάδιος*,Prædo inſignis. *Cic.de Fato*, Ne Icadij quidem prædonis video fatum vllum: nihil enim ſcribit ei prædictum. Quid igitur, ex ſpelunca ſaxum in crura eius incidiſſe? Puto enim ſi Icadius tum in ſpelunca non fuiſſet, ſaxum tamen *illud* caſurum fuiſſe.

ICADISTAE,*ἰκαδισταὶ*, cognominati ſunt Epicureæ ſectæ *Philoſophi,* φὼς *ἐικάδας*,hoc eſt,viceſimum quenque lunæ diem, quo natus eſt Epicurus,celebrarent, imagines eius per cubicula circumferentes. *Vide Athenæum Dipnoſophiſtarum lib. 7.*

ICĂRĬA,ſiue ICAROS,*ἰκαρία*.*Ptolemæo*,*ἴκαρος Stephano*.{GERMANI. Eine auß den rings weiß ligenden Inſulen im Aegeiſchen meer.} Inſula eſt, inter Samum & Myconum ſita,vna Cycladum: à quo vicinum mare Icarium appellatur,non (vt Poëtæ fabulantur) ab Icaro Dædali filio. Eadem & Doliche & Macris, & Ichthyoeſſa aliquando fuit appellata. *Autor Plin.lib. 4 cap. 12.* In hac inſula fuit inſigne Dianæ templum Tauropolium appellatum:*cuius meminit Strab. lib.14.*Vulgo *Nicaria.*

ICărĭvs,*ἰκάριος*,Pater Penelopes. *Ouidius Epiſt.* 1.Me pater Icarius viduo diſcedere lecto Cogit,& immenſas increpat vſque moras.[*Omi. Ele.2.lib.5.Triſt.*Icariæ numerum dicere coner aquæ.]

Icărĭs,*ἰκαρὶς*, Patronymicum fœmininum, quod Poëtæ accipiunt pro Penelope Icari filia. *Ouid. in Ibin*, Et velut Icaridis famulæ peritre, procíque.

Icărĭotis, idis, *Ouid. 3.de Ponto*,Morte nihil opus eſt,nihil Icariotide tela.

ICĂRvs,*ἴκαρος*,penultima correpta. Oebali Laconum regis filius fuit, parer Erigones,qui quum acceptum à Libero patre vinum ruſticis diſtribuiſſet,illique ex nimio potu ebrij facti eſſent, arbitrantes ſibi toxicum eſſe datum,Icarum interfecerunt. Quod vbi Erigone cognouit,doloris impatientia laqueo vitam finiuit: quæ deorum miſeratione in cælum tranſlata, ſignum efficit Virginis. *Tibullus lib.4.ad Meſſalam*,etiam Phœbo gratiſſima dona Ceres tulit, & cunctis Bacchо iucundior hoſpes Icarus,vt puro teſtantur ſydera cœlo.*Item Propertius lib.2.*Icare Cecropiis meritò inguiate colonis. ¶Icarus,*ἴκαρος*. {GERM.Der ſon Dædali/welcher als er mit ſeinem vatter auß Creta hat fliegen wöllen/ins meer gefallen vnd ertruncken iſt/darumb das erden flug zu hoch genommen hatt.} Dædali filius fuit,qui vnà cum patre e Creta fugiens,fretus alarum fiducia, quum vltra patris iuſſa altiùs euolaſſet,ſoliſq; ardore cera,qua pennæ continebantur, liquefacta eſſet, ita vt ab aliis defluerer,decidit in mare,quod eſt inter Samum & Myconum,quod ab eius nomine Icarium dictum eſſe fabulantur Poëtæ. *Ouid.3. Triſtium*, Icarus Icarias nomine fecit aquas. Conſtat.n.verè, vt diximus ſuo loco, Icarium mare nomen accepiſſe ab Icaria inſula,medio ferè inter Samum & Myconum ſpatio ſita.

ICESIVS,*ἰκέσιος*, Conditor Eraſiſtratiorum ſcholæ apud Smyrnam: *cuius meminit Strabo lib. 11.*

ICHANA *ἴχανα*, Oppidum Siciliæ mediterraneum: cuius incolæ dicti ſunt Ichanenſes, *ἰχανῆς*, *Stephano*, *quorum meminit Plin. libr.3. cap.8.*

Ichnæ,*ἴχναι*,Oppidum in Ora Macedoniæ, non procul ab Axij fluminis oſtio.*Plin.lib.4.cap.8.*

Ichnēumŏn, {*ἰχνεύμων*. GALL.Vn rat d'Inde. ITA.*Sorice d'topo d'India.* GERM. Ein Indianiſch Mauß. HISP.*Ratonn de India.* ANG.*A rat of Inde.*} Animal eſt magnitudine felis,ſpecie muris: vulgò nunc *Murem Indicum* vocant.Naſcitur in Ægypto, & cum aſpide pugnat.

Ichneu-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Ichneumona Ægyptij adorant, quoniam oua crocodilorum conterit: & luto conuolutus, quum os aperiunt, ita in ventres eorum insilit, vt exesis intestinis eos interimat. *Plin. l. 8. c. 24.*

Ichneutas. Quandoque *Nicander* vocat ichneumones.

Ichnographia, *ἰχνογραφία*. Quasi vestigij descriptio, est futuri operis de Incatio, quam Galli *Planam formam* vocant. *Vide Vitruuium l. 1.*

ICHNVSSA, pen. prod. *ἰχνοῦσσα*, Insula Sardinia dicta est: quoniam similitudinem referat humani vestigij, quod Græcè *ἴχνος* dicitur. *Sil. l. 12.* Indè Ichnusa piis Graiis memorata colonis. *Vide Plin. li. 3. ca. 7.* {GER. Die Insel Sardinia / hatt disen nammen von einer fusolen welcher sie gleych förmig ist.}

ICHTHYÓESSA, *ἰχθυόεσσα*, Insula in mari Icario, vna Cycladum, inter Samum & Myconum sita, quæ aliis nominibus Icaros & Icaria dicitur. *Vide Plin. ca. 3. l. 12.*

Ichthyocolla, {*ἰχθυόκολλα*. GA. Colle faite de peau de poisson, colle de bouche. ITA. *Colla di pesce.* GE. Hausblassen/ist ein leim von einem fischbouche. HISP. *Cola de pesce.* ANG. *Glewade of fish skinnes, moutglew.*} Gluten ex pisce, à Dædalo primùm inuentum, *vt tradit Plin. l. 7. c. 56.* ¶Est item ichthyocolla, piscis cuiusdam nomen, corium habens glutinosum, ex quo glutinum conficitur. *Autor Plin. l. 32. c. 7.*

ICHTHYÓPHAGI, penultima correpta. {*ἰχθυοφάγοι* ANGL. *That liueth on fishes.*} Qui ex piscibus viuunt: quo nomine dicti sunt quidam populi, Maris rubri accolæ. {GER. Fischfresser/ seind völcker gewäsen am Roli

aſpexerant. *Et Liuius lib.41.* Id quòd erat vetuſta coniunctio cum Macedonibus. *Et lib.3. ad Qu. Frat.* Teneo accuſando vix mehercule, ſed tamen teneo, id quòd iudices nullos habemus. *Ex Aldi Commentario ad Qu Fratr.*

IDĀ, Idæ, ἴδη, Mons altiſſimus, qui ad Troadem ſpectat. {GERMAN. Ein brunquelliger vnd hoher berg in Troade.} Latus eius Septentrionale, ex angustiis Abydi vſque ad Æſapum, & Cyzicenum agrum, ad Propõtidem pertinet: Occidentale, ad Helleſpontum reſpicit: Auſtrale promontorium efficit, quod Lectum appellatur. Orientalia Idæ ad Myſos declinant. Abundat mons aquis, & multa flumina emittit: in eius ſummitate locus eſt Gargarus appellatus, quæ & Gargara in plurali numero dicuntur, atque adeò æquè pro monte atque oppido ſumptum quod in dorſo montis eſt ſitum. *Ouid. lib.4. Faſt.* Dindymon & Cybelen, & amœnam fontib. Idam. Ida item appellata eſt Dardani Scytharum regis filia. ¶Eſt & Ida Cretæ mons, ita dictus à Corybantibus, ſiue dactylis Iuæis, qui quum in Cretam veniſſent, montem, in quo conſederunt, patrij montis nomine appellarunt. *Virg.12. Æneid.* Dictamnum genitrix Cretæa carpit ab Ida.

Idæ͡ŭs, a, um, ἰδαῖος, adiect. *Propert.* Cedite iam diuæ, quas paſtor viderat olim Idæis tunicam ponere verticibus.

Idĭcŭs a, um, Poſſeſſiuum ab Ida monte. *Plin. lib.16.* Idicarum cedrorum. Veteres tamen Idicos pro montanis omnibus ſumunt, *vt inquit Nicander.*

IDAEĪ Dactyli, δάκτυλοι ἰδαῖοι, Idem qui Corybantes, quos Iouem aluiſſe ferunt: & ne vagitu puer prodetetur, nouo luſus genere excogitato, clypeolis inter ſe concurſantes, æris tinnitu & numeroſi pedis compoſitione, qui dactylus inde dictus eſt, Saturnum celauiſſe. Dicti Idæi, ab Ida Phrygiæ monte, quem primùm incoluerunt. [Faciebant mi. acula, *Plutar. in Numa. Ouid. Eleg.1. lib.4. Triſt.* Bacche dum ſtupet Idæis exululata modis.] ¶Sunt & gemmæ quædam in Creta ferrei coloris, humani pollicis imaginem referentes, quos dactylos Idæos nominant. *Vide Plin. lib.37. cap.10.*

IDAEŬS, ἰδαῖος, Rhodius poeta, ſcripſit Rhodiorum res geſtas verſibus ter mille. *Autor Suidas.* [¶Fuit & Priami auriga, *Virgil. lib.6.* Idæúmque etiam currus &c.]

IDALE, oppidum eſt in Troade, *vt inquit Plinius. De hoc quoque Luc. lib.3.*

Myſiáque & gelido tellus perfuſa Caito,
Idalis & nimium glebis exilis Arisbe.

IDĂLĬVM, ἰδάλιον, Cypri oppidum, quod ab euentu nomen accepit. Nam quum oraculum Chalcenori datum eſſet, vt illic vrbem conderet, vbi primùm orientem Solem conſpicaretur, vnus à comitibus qui fortè aſtabat, ad eum conuerſus, ἴδον ἄλιον, inquit, id eſt, vidi Solé. Arreptóque Chalcenor omine, ciuitatem ſtatuit, ab ea voce Idalium nominauit. *Autor Steph.*

Idă̄lĭŭs, a, um, adiectiuum, ἰδάλιος. Vnde Venus Idalia, & Idalium nemus eſt appellatum. *Virg. lib.10.* Eſt Amathûs, eſt celſa mihi Paphos atque Cythera, Idaliæque domus, &c.

IDĀNTHȳRSŬS, Scytharum Rex, qui bello res magnas geſſit, bonáque pãrte Aſiæ ſubiugata, vſque in Ægyptum excurrit: *vt autor eſt Strabo lib. 14.*

IDĂS, ἴδας, Apharei filius nomine, re autem ipſa Neptuni, qui acceptis à patre velociſſimis equis, Marpeſſam filiam formoſiſſimã Eueni regis Ætoliæ, Martis filij, in Dianæ luco ſaltantem rapuit. Ob quam rem eiuſdem pater (qui nulli procorum filiam ſuam dare voluerat, niſi certamine curſus fuiſſet victus: à ſe autem victos decollare, eorúmq; capita in aliorum terrorem de muris ædium ſuarum ſuſpendere conſueuerat) dolore commotus, interemptis, quos habebat equis, ſe in fluuium Lycormam, qui poſtea ab ipſo Euenus dictus eſt præcipitauit. Cæterùm fugienti cum puella Idæ Apollo in itinere obuiam venit: qui quum Marpeſſam & ipſe præripere Idæ vellet, ventum vtrinque ad certamen eſt. Sed à Ioue miſſus Mercurius arbitriũ Marpeſſæ commiſit, vt ipſa vtrum vellet eligeret: illa autẽ Idam elegit, verita ne ſeſe ætate prouectam Apollo relinqueret. *Hom. lib. 9. Iliad. Vide* MARPESSA.

IDĂSPĒS, *Vide* HYDASPES.

Idcirco, vel Iccirco, coniunctio, ideo, eam ob cauſam. {עַל כֵּן *ẖalchen.* διότι, ὑπὲρ ὃν, διὰ τοῦτο. GALL. Pource, pourtant. ITAL. *Percio, per tanto.* GER. Darumb/derhalben. HIS. *Porende.* ANG. *Therefore for that cauſe.*} *Terent in Andr.* Nam idcirco accerſor, nuptias quòd mihi apparari ſenſit. *Cic. 7. Verr.* Reperieris idcirco hæc in vno homine conſtituta, vt cæteris formidines, &c.

Idĕă, æ, pen. prod. ἰδέα, ἀπὸ τοῦ εἴδους. eſt prima rerum ſpecies, & inchoata intelligentia. *Cic. in Orat.* Has rerum formas appellat ideas ille non intelligendi ſolùm, ſed etiam dicendi grauiſſimus autor & magiſter Plato, eáſque gigni negat, aitq; ſemper eſſe, ac ratione & intelligentia contineri: cætera naſci, occidere, fluere, labi, nec diutiùs eſſe vno & eodem ſtatu. Ideas (*inquit Auguſt. lib.70. Quæſtionum*) Latinè poſſumus vel formas, vel ſpecies dicere, vt verbum è verbo transferre videamur. Ideas primus Plato appellaſſe perhibetur. Sunt autem Ideæ exemplaria æterna eorum quæ naturaliter fiunt, immortales, immutabiles, inuiolabiles. Et vt res apertior fiat, opus eſt, præter omnes homines intelligere quendam hominem: & præter omnes equos, equum: & præter animalia, animal ingenitum. Et quemadmodum ex vno ſigillo compluries fiunt impreſſiones: ſic ex vno homine ſexcenta millia hominũ. Et hæc eſt Platonis idea: à quo Ariſtoteles diſſentiens, nullas putat eſſe ideas. *Euſeb. lib. Præp.* ideam ſic definit, Idea eſt perpetua ſubſtantia, cauſa & principium, vt ſingularia talia ſint, qualis eſt ipſa: & quemadmodum ſenſibilium exemplaria ad hæc corpora præcedunt, ſic quæ omnia in ſeipſa continet pulcherrima atq; perfectiſſima, huius mũdi exemplar eſt, ad quam à creatore Deo ab vniuerſa ſubſtantia mundus ſimillimè formatus eſt.

Idem, componitur ex is, & demum. {עַצְמוֹ *ẖetsém.* αὐτὸς, τὸ αὐτό. GAL. Le meſme. ITAL. *Quello iſteſſo, quel medeſimo.* GERM. Eben der. HISP. *Ello meſmo.* ANG. *The ſame.*} In maſculino genere nominatiui ſingularis producit priorem, quam in neutro genere corripit, tàm in nominatiuo, quàm accuſatiuo. *Virgil. 4. Æneid.* Idem ambas ferro dolor, atque eadem hora tuliſſet. *Iuuenal.* Si feciſſet idem, caderet ſub iudice morum. [Idem cum datiuo, *Horat. de arte poet.* Idem facit occidenti. Legend. victor. *cap.22. lib.10.* ¶Idem vocari, id eſt eodem nomine. *Quintilian. & Ouid. 2. Faſt.* Torrida cum mica farra vocantur idem (id eſt februa.) Ad idem tendere, *Quintil.* Idem laborare. *Quintilia.* ¶*Pl. Men ſc.1. a.5.* Idem faciebat Hecuba, quod tu facis. ¶Idem Accij, quod Titij: quid ſit, docet *Gell. cap.16. lib.3.*] Accuſatiuus maſculini & fœminini generis mutat m in n ante d, euphoniæ cauſa: vt Eundem, eandem. Cæteri verò caſus ex integro & corrupto cõpoſiti inueniuntur: vt eadem, eiuſdem, eidem, eodem: idem, eadem, eiſdem, vel iiſdem, eoſdem. Itaque per duo ij, vel per e & i, regula exigit ſcribi, tam nominatiuum pluralem maſculinum, quàm datiuum & ablatiuum plurales. Solent tamen poëtæ per ſynæreſin duo ij, in vnum contrahere. Vnde iidem & iiſdem in carmine ſunt diſſyllaba. [*Ouid. 1. Faſt.* Quiſque ſuas artes ob idem delibat agendo. (id eſt eadem de cauſa (*Ouid. Eleg.13. lib.3. Triſt.* Inque relinquendo (quod idem fecere ſodales) *Ouid. 1. Faſt.* Dij quoque cultores in idem venere Lyrici (id eſt eodem) *Ouid. 5. Faſt.* Hæc quoque diſierat laudata voce ſororum. Quid faciant? turbæ pars habet omnis idem. ¶Eadem *Vide* E. ſuprà.] ¶Habet nõnunquam venuſtam quandam vim & rationem retinendi, quæ iam ſunt dicta. *Cic. 1. Off.* Et huic coniuncta beneficentia, quam eandem, vel benignitatem, vel liberalitatem appellare licet, id eſt, quam etiam. *Quintil.* Si cauſam veneficij dicat adultera, nõ M. Catonis damnata iudicio videtur, qui nullam adulteram non eandem eſſe maleficam dixit. *Idem, Similis. Pl. Miles, [ſc.6. a.2.]* Proh dii immortales, ſimiliorem mulierem, Magiſque eandem, quàm noſtræ eſt ea, non reor Deos facere poſſe. *Idem qui. Plaut. Trucul.* Idem es ecaſtor, qui ſoles. *Idẽ quod. Cic. 2. de Diuinat.* Quid enim ſors eſt? idem propemodum quod micare. *Idem ac. Terentius Heaut.* Et animus te erga idem ac fuit. Idem vt, pro Idem quod. *Plautus Mercat.* Non ego idem facio, vt alios in comœdiis amantes videre facere. *Idem ætatis Tacit. lib.13.* Mos habebatur principum liberos cum cæteris idem ætatis nobilibus ſedentes veſci in aſpectu propinquorum. Id eſt, eiuſdem ætatis. *Idem virium, pro Eædem vires, apud eundem libro 14.* Hæc bonis artibus idem viriumerat. ¶Ab idem fit itidem, quaſi item idem, quod eſt ſimiliter, eodem modo. *Vide ſuo loco.*

Idẽntidem, pe. co. Componitur ex idem geminato. {פְּעָמִים רַבּוֹת *pehamim rabbóth.* πολλάκις, πολλὰ καὶ ἐπὶ πολλοῖς. GAL. Souuentesfois. ITA. *Souuente, ſpeſſe fiate.* GER. Stätz/immerdar/eins vber das ander. HISP. *Muchas vezes.* ANG. *Often tymes.*} ſed prius m in n mutatur, & interponitur euphoniæ cauſa, ſignificátque frequenter, & (*vt inquit Valla lib.2.*) cum quodam interuallo. [*Plau. Men. ſc.2. a.1.* Reſpectas identidem.] *Liuius lib.1.* Vnam longè ante alias inſignem ſpecie, & pulchritudine, à globo Thalaſſij cuiuſdam raptam ferunt, multiſque ſciſcitantibus cuinam eam ferrent, identidem, nequis violaret, Thalaſſio ferri ehmitatum. *Plinius*, Centum millia numorum pro domo eius identidem promittens. *Suetonius in Cæſare*, Quam M. Cato identidem, nec ſine iureiurando denunciaret, delaturum ſe nomen eius ſimul ac primùm exercitum dimiſiſſet, id eſt frequenter, ſubindè, crebrò.

Idĕo, Coniunctio collectiua, ſiue rationalis, ſignificans *idcirco, eam ob* cauſam. {עַל כֵּן *ẖalchen.* διὸ, διότιπερ, ὑπὲρ ὅν, διὰ τοῦτο. GAL. Pource, pourtant. ITA. *Percio.* GERMAN. Darumb/derhalben. HISP. *Porende.* ANG. *Therefore.*} *Cic. 6. Ver.* Ideo Claudius Pulcher retulit, vt C. Verres auferre poſſet. *Idem 1. de Inuent.* Hæc ideo diligentius inducitur præſcriptio, vt apertè, &c. Ideò quòd. *Idem Lepiul Famil.* Re quidem ipſa mihi ideo non ſatisfacio, quòd nullam partem tuorum meritorum, &c. *Et in Verr.5.* In hoc genere facilior eſt exiſtimatio quàm reprehenſio, ideo quòd eum, qui hoc facit auarum poſſumus exiſtimare, crimen in eo conſtituere non tam facilè poſſumus. *Ideo quoque pro Cœlio*, Non ſi iuſta cauſa eſt oppugnãdi, ideo quoque iuſtum eſt, &c. [*Ouid. Eleg.1. lib.2. Triſt.* Non ideo debet pelago ſe credere, ſi qua Audet in exiguo ludere cymba lacu. ¶Ideo quia, pro Ideo quòd *Plaut. Men. ſc.1. a.1.*]

Idiographum, pen. corr. ἰδιόγραφον. Latinè priuata ſcriptura. [Dicitur & idiographus liber, *Gell. cap.14. lib.9.* Facilè iis credam, qui ſcripſerũt idiographum Vergilij ſeſe inſpexiſſe, &c. (i. manu Virgilij ſcriptum.)]

Idioma, atis. {לָשׁוֹן שָׂפָה *laſchõn ſapháh.* ἰδίωμα. GAL. Proprieté de langage. ITA. *Idioma, linguaggio.* GER. Einer ſprach eigenſchafft. HIS. *Propridad de lenguaje.* ANG. *A proper forme of ſpeach.*} Proprietas ſermonis: vt ſunt quinque idiomata Græcorum, quæ & dialecti vocantur.

Idĭōtēs, ſiue Idiota, pen. prod. {ἰδιώτης. GAL. Idiot, lourdaut, ſot, ignorant, priuee perſonne. ITAL. *Ignorante, idiota.* GER. Ein ſchlechte perſon/ſo kein ampt tregt. HIS. *Necio, ruſtico, indocto, loco.* ANG. *An idiot, a foole.*} Propriè idem eſt, quod priuatus, nullóque munere publico fungens. Vnde ἰδιωτεύειν dicunt Græci, pro eo quod eſt priuatam vitam agere, Apud Latinos tamen ferè accipitur pro illiterato, & imperito, *Lucil.* Quidni, & tu idem illiteratum me, atque idiotam dicerés? *Cicer. 7. Verr.* Quæ non modò iſtum hominem ingenioſum, atque intelligentem, verumetiam quenuis noſtrum, quos iſte idiotas appellat, delectare poſſent. [*Gell. cap.2. lib.1.* Idiotæ, rudes, & agreſtes. *Et Quint.* Grati etiam Idiotis ioci.]

Idiotiſmus: *Senec. Controuerſ. lib.7.* Idiotiſmus eſt inter oratorias virtutes, res quæ raro procedit. Magno enim temperamento opus eſt, & occaſione quadam, nec tamen mirum eſt ſi difficulter apprehenditur vitio tam vicina virtus.

IDMON, nis, pen. cor. ἴδμων, Vates inter Argonautas, Apollinis & Aſteriẽ filius: ex Idmone autẽ & Theſtia, Theſtor: è Theſtore Chalcas item vates, vt placet Pherecydi. Apollonius autem poeta Idmonem Abantis filium eſſe dicit, & item Herodotus. *Volaterranus.*

Idōlum, li, pen. prod. Simulachrum, ſtatua, imago. {תְּמוּנָה צֶלֶם *tſélem temunáh* אֱלִיל *elil.* εἴδωλον. GAL. Idole, image. IT. *Idolo, ſimulacro.* GE. ein Bild oder Götz. HISP. *Idolo.* ANG. *An idole or image.*} *Cic. 1. de Fin.* Atomi, inane, Imagines, quæ idola nominant.

¶Nonnunquam accipitur pro ſpectro ſiue phantaſmate. *Plin. in Epiſt.* Mox apparebat idolon, ſenex macie & ſqualore confectus, promiſſa barba.

Idōlŏlatrā, εἰδωλολάτρης, Idolorum cultor.

Idōlŏlatrĭă, εἰδωλολατρία. Simulachrorum cultura. compoſitum ex εἴδωλον & λατρεία.

Idōlŏ-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

IDŌLŌPŒĬA, εἰδωλοποιία, Figura est qua introducimus personam notam, sed mortuam, & quæ loqui desierit: sicut *in Hecuba Euripidis*, Polydori inmortuam, & quæ loqui desierit: sicut *in Hecuba Euripidis*, Polydori introducitur idolum: & Appij Cæci *in Oratione pro M. Calio.*

IDŌLOTHŸSĬA, εἰδωλοθυσία. cum accentu in penultima, immolatio quæ fit idolis.

IDŌLŌTHŸTUM, pen. pro. εἰδωλόθυτον. Immolatum idolo.

IDOMĔNAE. ἰδομεναί, Macedoniæ oppidum, *apud Steph.* Gentile, Idomenius, ἰδομενεύς, vel Idomenienſis: *quo vtitur Plin. li. 4 c. 10.*

IDŌMĔNEVS, per quatuor ſyllabas, ἰδομενεύς, Deucalionis filius, Crerenſium rex, qui contra Troianos ſtrenuè dimicauit. {GER. Ein ſohn Deucalionis vnd König in Creta ſo auch für Troiam gezogen iſt.} Troia autē cueiſa, quum in patriam renauigaret, ſubitò oborta tempeſtate, ſolenne votum concepit, ſi ſe Neptunus incolumem in patriam reduceret, ſe illi immolaturum quod primùm ſibi occurreret. Contigit autem, vt filius eius ei primus occurreret: quem quum immolare vellet, à ſuis pulſus, fugit in Calabriam: vbi iuxta Silentinum promontorium oppidum condidit. *Hac refert Seruius in illud Virg. 3. Æn.* Et Salentinos obſedit milite campos Lyctius Idomeneus. [*Ouid. 13. Met.* Ne minus Idomeneus, patriáque creatus eadem.]

IDŌNĔŬS, a, um, Conueniens, aptus. {ראוי raúi. ὁπτηδείος. GALL. Idone, propre & conuenant. ITA. *Atto, conueniente.* GERMAN. Geſchickt/futuglich/tauglich. HIS. *Coſa decente y idonea.* AN. *Apt, meet, proper.*} [*Ouid. 5. Faſt.* Sed idonea nondum eſt via. *Plaut. Au'ul. ſc. 4. a. 1.* Me arbitraris idoneum quem ludos facias. *Item,* Idonei nuncij. *Caſ. li. 1. de bel. ciu.*] *Terent. in Andr.* Adeón' videmur vobis eſſe idonei, in quibus ſic illudatis? *Idem in Hecyra,* Nequeo mearum rerum initium vllum inuenire idoneum. Idoneus autor, Fidelis, ἀξιόπιστος. *Cic. ad Atticum,* Non mihi ſatis idonei ſunt autores ij qui à te probantur. Idoneus, cum dati, i. Vtilis. *Plin. lib. 23. ca. 19.* Idoneus & tingendis veſtibus flos. Idotiuo, i. Vtilis. *Plin. lib. 23. ca. 19.* Idoneus & tingendis veſtibus flos. Idoneus Ad. *Plau. Pœnulo,* Non potuiſti adducere homines ad hanc rem idoneos.

IDŌNĔA, orum, *Tacit. li. 4.* At apud idonea prouinciarum, id eſt apud idoneos locos prouinciarum.

IDŌNĔŌ, aduerbium, Aptè, commodè, conuenienter. {ἁρμοδίως, ὁπτηδείως. GAL. Conuenablement, comme il appartient. ITA. *Conueneuolmente, ſofficientemente.* GER. Geſchickluchen/fügklichen. HI. *Digna y decentemente.* AN. *Aptelie, properlie.*} *Cic. 1. de Inuent.* Exordium, eſt oratio, auditoris animum idoneè comparans ad reliquam dictionem.

IDŌTHĔA, εἰδοθέα, Nomen proprium filiæ Proti Argiuorum regis, *apud Homer. 11. Odyſſ.*

IDRYEVS, ἰδρεύς, Hecatomni Cariæ regis filius, frater Mauſoli, qui Artemiſiæ ſorori in regnum ſucceſſit. *Strab. li. 14.*

Idulis, Ouis quæ omnibus Idibus Ioui immolabatur. *Feſtus.*

IDŬĀRĔ, Lingua Hetruſcorum diuidere eſt. Inde Viduam dictam putat *Gellius,* quaſi væ iduam, hoc eſt, valde diuiſam.

inapparātio, Incuria, & negligentia apparitioni contraria. {ἀσκευασία. Gal. Faute d'appreſt, quand il n'y a nul appreſt ou appareil. Ital. *Sprouedimento.* Ger. Vnbereitung/liederligkeit der zurüſtung Hi. *Quando no es aparejado.* Ang. *Lack of preparing.*} *ad Herenn. lib. 2.* Si præter ea ex altera parte vires, pecunia, consilium, scientia, apparatio: ex altera parte imbecillitas, inopia stultitia, imprudentia, inapparatio, demonstrabitur fuisse.

inapertus, a, um, Non patens, clausus, occlusus. {סתום *sathúm.* ὁ ἀνεῳγώς, ἀνυποδιόπτος. Gal. Qui n'eſt point ouuert, mal-aiſé à tromper. Ita. *Non aperto.* Ger. Das nit offen iſt. Hisp. *No abierto.* Ang. *Not open, not patent.*} vt, Senectus inaperta fraudi. *Silius l. 7.*

inarcŭlum, li, Virgula erat ex malo punico incuruata, quam regina sacrificans in capite gerebat. *Festus.* Vbi rectius legitur, in apice, pro in capite. ponebatur enim virgula ex felici arbore in summo flaminis faſtigio quod appellabatur apex, quæ virgula in flaminibus dicebatur Stroppus, in flaminicis inarculum. *Scaliger in Varronem.*

inardesco, scis, Flammam concipio, igne accendor. {להט *lahát.* ἐκπυρσοῦμαι. Gal. Ardre, eſtre embraſé. Ita. *Ardere.* Grr. Entbrennen / erwarm. Gal. Ardre, eſtre embraſé. Ita. *Ardere.* Ger. Entbrennen / erwarm. His. *Consumirse alguna cosa del huego.* Ang. *To burne, to be one fire.*} Inardeo verò, idem est quod in re aliqua ardeo. *Horatius Epod. 3* Nec munus humeris efficacis Herculis Inarsit æstuosus, hoc est, arsit in humeris. [*Quintilianus*, Inardescant affectus.]

inarēsco, scis, Aridus & siccus fio. {יבש *jabésch.* ξηράνομαι, ἀχυμίζομαι. Ga. Deuenir sec, se secher. It. *Seccarsi.* Ge. Erdorren/dur werden. Hi. *Secar se.* Angl. *To waxe drier and drier, to drie vp.*} *Columella libro primo,* Deinde vbi tectorium illud inaruerit.

inarefactus, Participiū ab inaresio. {מחרב *macboráb.* κατεξηραμμένος, ἀφαυσθείς. Gal. Fort seiché. Ita. *Forte secco.* Germ. Gedörret. Hispan. *Mucho seccado.* Ang. *Made dried, dried to pouder.*} *Plin. lib. 32. cap. 10.* Ad sanguinem sistendum & ranarum illinunt cinerem vel sanguinem inarefactum.

inargentātus, a, um, Argento coopertus, atque obuolutus. {מצפה וחב *meiúppeh vahàb.* ἀργυρωτός. Gal. Argenté, couuert ou brun d'argent. Ita. *Argentato.* Ger. Vberſylberet/mit ſylber vberzogen. Hisp. *Plateado por defuera.* An. *Couered with siluer.*} *Plin. lib. 21. cap. 2.* Paulatimque & Romæ subrepsit appellatio, cotollis inter initia propter gracilitatem nominatis: mox & cotollariis postquam è lamina ærea, tenui, aut inaurata, aut inargentata dabantur.

inārgūtē, aduerbium. Non acutè. {ἀκαρχνῶς. Gal. Sans ſubtilité. Ita. *Senza argutie, senza sottilita.* Ger. Nitt ſpitzfündiglich/nitt ſubtil. His. *Sin sotilezas.* Angl. *without subtilitie, vnwittily.*} *Gell. lib. 21. cap. 13.* Tunc Sulpitius Apollinaris renidens, Non me hercule inargute, inquit, nec incallidè oppositi hoc Tullianum.

Inārimi. ἄρημοι *Homero,* πτηνοῦσσοι *Stephano.* {Ger. Ein inſel nitt fert von Neaples gelägen.} Insula est in sinu Puteolano, non procul à Neapoli, *vt ait Plinius libro 3. cap. 6.* In qua mons fuit qui terræ motum passus, alteram fecit insulam, quæ Prochyta ab effusione dicta est. Sub hanc quoque insulam Typhœa gigantem à Ioue detrusum, *Virgilius his versibus declarat,* Tum sonitu Prochyta alta tremit, durúmque cubile Inarime, Iouis imperiis imposta Typhœo. Eadem & Ænaria, à statione nauium Æneæ: & à coxendicis forma, Ischia dicitur. Ab *Homero* in Catalogo insula hæc ἄρημοι appellatur. Primus *Virgilius* quū illud Homeri ἐνάρημοις transferret, ex εν, Ionum præpositione, & ἀρημοις, vnam dictionem conflauit, numero & declinatione mutatis: Inarime verò ab Arimis, siue populis, siue beluis, ita prisca Hetruscorum lingua simias dictante, quas Græci πίθηκους vocant, vnde nomen insulis Pithecusis, vt Straboni placet, ex historia fabulosa, quam Harpocration, Xenagoras, & Suidas ita referunt. Fratres (aiunt) duo fuerunt, Candulus & Atlas, omnium scelerum, quibus humana vita damnata est, autores & inuentores. Quibus morum peruersitas, Cercopum nomen dedit. Impostores enim ac planos, quales hi præcipui fuêre, ita Græci vocant, ab animalibus quæ κέρκωπ id est, caudæ motu blandiuntur. Iis summum studium fuit, appulsos & aduenas dolis quibuscunque circunuenire. Quod quum in ipsum etiam Iouem tentassent, ab eo ex hominibus in simias mutati sunt, quas Græci pithecos vocant. Vndè insulis quas tenebant, pithecusæ vocabulum datum. Hinc *Ouidius* Xenagoram secutus 14. *Metamorphoseos* cecinit, Inarimen, Prochytémque legit, sterilíque locatas Colle Pithecusas, habitantum nomine dictas. Quanquam *Plinius libr. 3.* ait Inarime dicta, Græcis Pithecusa, non à simiarum multitudine, vt aliqui existimauêre, sed à figulinis. doliariorum.

inăro, penultima correpta, Aro, terram ararro proscindo. {חרש *charáſch.* ἀρόω. Gall. Labourer, arer, cultiuer. Italic. *Arare.* Ger. Das vēld ehren. Hispanice. *Arary labra la tierra.* Anglic. *To plowgh, to eare land.*} *Plinius lib. 18. cap. 14.* Iuarari protinus solum opus est.

¶Interdum inarare idem est quod arando obruere: vt cùm lupinum, fabaliáve, aut quid simile stercorandi agri gratia aratro obruimus. *Varro lib. 1. de Re rust. cap. 24.* Itaque lupinum, quum necdum siliculumcepit, & nonnunquam fabália, si ager macrior est, pro stercore inarare solent. Inarare arbores, *apud Colum. lib. 2. cap. 2.*

inărātus, a, um, Non aratus. {לא חרוש *lo necheráſch.* ἀνάρωτος. Gal. Non aré, ne labouré. Ita. *Non arato.* Ger. Vngeeehret/vngebauwet. His. *Cosa no arada, no labrada.* Ang. *Vnplowghed or tilled.*} *Virg. l. 2. Georg.* Nec vlla interea est inaratæ gratia terræ.

inartificiāliter, aduerbium. {ἀτέχνως. Gal. Inartificiellement, sans artifice. Ita. *Non artificiosamente.* Ger. Vnkunſtlichen/vnartlichen. Hisr. *Sen arte.* Ang. *without art.*} *Quint. lib. 2. cap. 17.* Sed nec illa omittenda sunt, qua in re alius se inartificialiter, alius artificialiter gerat in ea esse artem.

*Inascensus. ἀνάβατος. Ascensus. *Plinius in Pan.* iii. Jàm toties procedere in rostra, in ascensúque illum superbiæ principum locum terere, &c.

inaspectus, ta, tum. Non visus, non conspectus {ἀνόπτος, ἀόρατος. Gall. Non veu, non regardé. Ita. *Non visto* Ger. Nitt angesähen. His. *No mundo.* An. *Vnseen.*} *Stat. 1 Thebaid.* imæque recessu Sedis inaspectos cælo radiísque penates Seruantem.

inassatus, Assatus. {לא צלוי *eſalúi* לא *tſeli.* ὀπτὸς, ὀπλατός. Gal. Rosti. Ita. *Arrosto.* Germ. Gebraten. His. *Cosa mucho asada.* Ang. *Rosted*} *Plin. lib. 28 cap. 8.* Glaucomata vero iecinoris recentis inassati sanie, cum despumato melle inunctis. *Idem lib. 30. cap. 8.* Verendorum formicationibus, vertucísque, medetur arietini pulmonis inassati sanies.

inassuētus, ta, tum, Insuetus, inusitatus. {ἀσύνηθης. Gal. Inaccoustumé, non accoustumé. Ita. *Non vsitato, non consueto.* Ger. Vngewohnt.} *Ouid. 4. Fast.* Panditur interea diti viatiámque diurnum Lumen inassuetis vix pasiuntur equi. *Idem in Ibin*, Cogit inassuetas sumere tela manus.

inātĕrēs, pen. prod. ἐνάντιοι, Græco nomine dicuntur quæ duobus vel pluribus nupserunt fratribus, sicut æelij, ἀδελφοί, quibus duæ nupserant sorores.

INATVS, εἰνατος, vrbs Cretæ, alij montem & fluuium esse dicunt, in quo colatur Ilithia Inatina. *Steph.*

inattĕnŭātus, a, um, Non attenuatus, aut imminutus. {ἀλεπτοτύπωτος, ἀπερίβλητος. Gal. Qui n'eſt point attenué, appetiſſé ne amoindri. Ital. *Non attenuato, non sminutto.* Ger. Vngeminderet/vngeſchweyneret. His. *No adelgazado* Ang. *Not diminished nor made lesse.*} *Ouid. 8. Metam.* Iám que fame patrias, altíque voragine ventris, Attenuarat opes: sed inat tenuata manebat Tum quoque dira fames, implicatæque vigebat Flamma gulæ.

inaudax, acis, Timidus {δειλός. Gall. Qui n'eſt point hardi couarts. Ita. *Timido.* Ger. Vnkack/nit frauel. Hi. *Temeroso.* Ang. *Cowardous.*} *Horatius 3. Car. Ode 20.* Dura pòst paulò fugies inaudax Prælia raptor.

inaudĭo, inaudis, Rem antea incognitam audio, & intelligo, auditione percipio. {ὑπακούω Gal. Ouyr. Ita. *Vdire.* Ger. Hören sagen His. *Oyr.* An. *To heare.*} [*Plaut. Milit. sc. 5. a. 2.* Sororem hìc esse inaudiui. *Ibid. sc. 3. a. 2.* Os columnatum esse poetæ inaudiui barbaro. *Et Capt. prolog.* Quoniam heri inaudit de summo loco esse (i. inaudiuit.) *Pl. in Aulul.* Credo ego iam illum inaudisse, mihi esse thesaurum domi. *Cicer. Pansa*, Quorum erupit illa vox, de qua ego ex te primum inaudieram.

inaudītus, a, um, Non auditus, nouus. {ἀνήκουστος. Gall. De quoy on n'a point ouy parler, non ouy. Italic. *Inaudito, nuouo.* Germ. Vnerhört/von dem mann nie hatt hören sagen Hiispan. *Cosa no oyda.* Angl. *Vnheard.*} *Liu. 5. belli Macedon.* Et multa nomina gentium inaudirarum. *Cic. 1. de Orat.* Nihil dicam re conditum, nihil expectatione vestra dignum, nihil aut inauditum vobis, aut ciuiquam nouum.

¶Inauditus quándoque significat causam indictam, *vt apud Sueton. in Vitel. cap. 14.* Vt quisque deferretur inauditum capite puniebat. *Idem in Gal. capit. 14.* in eadem significatione inauditum vsurpat.

inaudītus, a, um, apud veteres etiam actionis significatione in vsu fuit, *vt Nonius annotauit.* Quædam animalium aliud alio sensu carent, & natura gignuntur, aut inodora, aut inaudita. *Ex Nonio. Vnde locus Gellij lib. 7. cap. 6. corrigendus est.*

inaudītiūncŭla, læ, Festiua, iucundáque narratiuncula auditu non indigna. {ἀνεκδιήγητον. *Gell. lib. 5. cap. 21.* Habebátque nonnullas disciplinæ grammaticę inauditiunculas, partim rudes, inchoatásque, partim non probas.

inaŭĕrsābĭlis, ineuitabilis, atque indeclinabilis. *αἰκατάστατος. Apul. in Herm. Asclepio*, Sed seruiunt necessitati rationis æternæ, quæ æternitas inauersabilis, immobilis, insolubilis est.

inaŭgŭro, as, penult. corrept. Dedico, consecro. {חנך *chanách.* ἐποιωνίζομαι, ἀφιερόω. Gal. Dedier, consacrer. Ital. *Dedicare, consecrare.* Germ. Einweyhen/einem ehrwirdigen ampt zueignen. His. *Consagrar.* Ang. *To dedicar or consecrat.*} Apud veteres enim nefas erat quempiam in dignitatem aliquam, aut sacerdotium assumi, aut etiam ædem alicui Deorum consecrari, nisi augurato, hoc est, addicentibus auibus. *Cic. 2. Philip.* Quid igitur cessas? cur non inaugurare? sume diem, vide qui te inaugurei: collegæ sumus, nemo negauit. *Plaut. Asin. sc. 1. a. 2.* Impetritum, inauguratum est, quouis admittunt aues. *Suet. in Calig. cap. 11.* Augur inauguratus, &c.] *Liuius 3. ab Vrbe*, Eò magis quòd & Augures iussos adesse ad Regillum lacum fama excierat: locúmque inaugurari, vbi auspicato cū populo agi posset. ¶Exauguro, hoc est, quod augurio consecratum erat, addicentibus auibus profanum facio, & religione libero. [¶Porrò, Inaugurare, est diuinare. *Liuius lib. 1. dec. 11* Agedum inaugura fierine possit.]

inaŭgŭrātō, aduerbium, hoc est, præcedente augurio, & addicentibus auibus. κατ' οἰωνισμὸν, οἰωνοῦ χάριν. *Liuius 1. ab Vrbe.* Id quia inaugurato Romulus fecerat, negare Accius Nauius, inclytus ea tempestate Augur, neque mutari, neque nouum constitui, nisi addixissent aues; posse. [*Idem Liu. lib. 5.* Vrbem auspicato inauguratóque conditam habent.]

inaŭrīs, Ornamentum quod ab aure pendet. {נזם *nezém.* ἐνώπιον, ἐνώτιον. Gall. Bague ou aneau pendu au tendron de l'oreille. Ital. *Ornamento de l'orecchio.* Germ. Ein ohren zierd/ohrenring. His. *Los cercillos de las orejas.* Ang. *An earing.*} Nam in Oriente decus existimatur gestare aurum in auribus. *Plaut. in Epid.* Non meministi me inaurem ad te afferre natali die? *Plin. lib. 9. cap. 55.* Antonia Drusi murænæ quam diligebat, inaures addidit. [*Pl. Men. sc. 3. a. 3.* Inaures dà mihi faciundas pondo dusim numsim.

inaūrītus, a, um, Carens auribus. {ἄωτος. Gall. Qui n'a point d'oreilles; esloreillé. Ita. *Che non ha orecchie.* Germanic. Der keine ohren hat. Hispa. *Cosa que no tiene orejas.* Angl. *That hath not eares.*] *Gell. lib. 7. cap. 6* Quædam animalium alia alio carent sensu, & aut cæca natura gignuntur, aut inodora, inauritáve, id est, sine auribus: ita enim in quibusdam legitur. Sed ostendi ex *Nonio*, Inaudita legenda

dum esse [*Vide supra* Inauditus.]

Inaūro, as, Auro tego, vel aurum induco. {צפחזהב *tsippáh zahábh*. χρυσόω. GAL. Dorer, enrichir d'or. ITA. *Dorare, indorare*. GER. Vergülden oder übergülden HI. *Dorar por defuera*. ANG. *To gile or couer with gold*.} Per metaphoram accipitur pro diuitem facio. *Cic. ad Trebat.* 7. Puto te malle à Cæsare consuli, quàm inaurari. *Horat. 1. Epist.* 12. -vt te confestim liquidus fortunæ riuus inauret.

Inaūrātus, inaurata, inauratum, Auro tectus & obductus. {מצפה זהב *metsuppéh zahábh*. ὑπεχρυσωμένος, χρυσοφανής, χρυσοφανής. GAL. Dore, enrichi d'or. ITA. *Indorato*. GER. Vbergüldet. HIS. *Dorado por defuera*. ANG. *Gilded, gilde*.} *Cicero in Pisonem*. [*Suet. in Cæs. ca.* 54.] Tria millia pondo auri è Capitolio furatus, tantundem inaurati æris deposuit. GALLIC. Il remit en la place autant de cuiure doré. *Tibul. libr.* 4. Nec illis (Dijs) Semper inaurato Taurus cadit hostia cornu. *Ouid.* 2. *Fast.*

Cetuus inauratum pedibus cratera recuruus
Tollit, & aërium peruolat altus iter.

Inaūrātor, inauratoris. {χρυσόχους. ANGLI. *A gilder*.} *Iulius Firmicus Matheseos lib.* 4. Facit aurifices inauratores, bractearios argentarios, &c.

Inauspicātō, Non captatis auspiciis, malo auspicio. {ἀπαρχίως. GAL. A la malheure. ITAL. *Senza auspici, cio importuni auspici*. GERM. Zu einer vnglucklichen bösen stund oder zeit. HISPANIC. *Malauenturadamen e*. ANG. *Vnluckely, vnfortunatly*.} *Cic. 1. de Diuinat.* Qui quum tabernaculum vitio cepisset imprudens, quod inauspicato pomœrium transgressus esset, comitia de Cõsulibus abrogãdis habuit. ¶Et, quia veteribus ita persuasum erat, nihil feliciter succedere nisi aues addixisset, factum est, vt Inauspicatò accipiatur pro infeliciter. Ita Crito ille Terentianus dicit se inauspicato Athenas contulisse quòd magnam molestiam suscepisset, sine vlla commodi compensatione.

Inauspicatus, a, um, Adiect. ἀπάρχιος. Non auspicatum, Infœlix, nempe quod fit auspicio non prius captato. Id enim priscis illis pro summa religione habebatur, vt nihil quod graue esset, prius inciperet, quàm augurium aut auspicium captassent. *Plin. lib.* 28 *cap.* 2. Incendio inter epulas nominato, aquam sub mensa profundi abominamur: recedente aliquo ab epulis, simul verri solum, aut bibente conuiua, mensam vel repositorium tolli, inauspicatissimum iudicatur. Id est, infœliciſſimum.

Inausus, inausa, inausum, quod non audetur, quod nemo audet. ὑπερμαθὴς, ἀτόλμητος. GALLI. Que personne n'oie entreprendre ou faire. ITAL. *Che non se ardisce*. GE. Das niemandt hatt thun dörffen. HIS *No atreuido, ni osado*. ANG *which non manaar re interprise*.} *Sene. Thyeste.* Ac me innocentem faciat, & inausa audeat. Id est, quæ alij non sint ausi. *Virgil. 8. Æneid.* At furiis Caci mens effera, nequid inausum, Aut intentatum sceleriſve, dolive fuisset. [*Senec. c. 16. de Const. ad Polyb.* Nihil inausum & intactum fortunæ.

Incæduus, dua, duum, cum diphthongo, Quod non ceditur: ex in, & cæduus. ἄτμητος. GALL. Qu'on ne coupe point, qui n'est point tondu. ITA. *Che non si taglia*. GER. Das man nit abhauwet. HIS. *Cosa que no se corta*. AN. *with no man cutteth*.) vt, incædua sylua. *Lucanus libr.* 3. Stat vetus, & multos incædua sylua per annos. Sic Incædui montes, dicuntur syluosi quos intonsos *Virgilius* appellat. *Seruius*, Intonsi mõtes, syluosi, incædui. [*Ouid. 2. Fast.* Monte sub Exquilio multis incæduus annis Iunonis magnæ nomine lucus erat.]

Incalēsco, cis, incalui, Valde calidus fio. {יחם *jachám*. διαθερμαίνομαι. GA. S'eschauffer. ITAL. *Scaldarsi, diuenir caldo*. GER. Warm oder heiß werden. HI. *Calentarse*. ANGL. *To waxe or be verie hoat*.} *Plin. lib.* 14. *ca.* 21. Item vasis incalescentibus, operculisque sudantibus. *Colum. lib.* 2. *cap.* 4. Pingues campi, qui diutiùs continent aquam, proscindendi sunt anni tempore iam incalescente. *Liu. lib.* 9. *bell. Mace.* Fortè epulantibus iis, quum iam vino incaluissent, nuntiatum in conuiuio est. [*Ouid. 2. Fastor.* Nam dicitur nomine ab isto Roma suburbanis incaluisse rogis. *Idem Eleg. 1. libr. 2. Trist.* Hospitis igne duas incaluisse Deas.]

Incālfacio, cis, Calidum facio. {יחם *ijchém*. θερμάνω. GAL. Eschauffer. IT. *Scaldare*. GERMAN. Erwermen/warm machen. HISP. *Calentar*. ANGL. *To mak very hoate*.} *Ouid. 4. Fast.* Quantum si culmos Titan incalfacit vdos. *Idem* 15. *Metam.* Ictaque concectos incalfacit hostia cultros.

Incālliduus, a, um, per duplex ll, Non astutus. {פתי *pethi*. ἄδολος, ἀπλοῦς. GAL. Qui n'est pas fin caut ne rusé. IT. *Simplice, non astuto*. GER Vngeschreyd/vnlistig. HISP. *No astuto ni malicioso*. ANG. *Simple, vn subtile*.} *Cic. 1. de Inuent.* Sed quum à summis viris maximæ res administrarentur, arbitror alios fuisse non incallidos homines, qui ad paruas controuersias priuatorum accederent.

Incallidē, Simpliciter, non astutè {ἁπλῶς. GAL. Sans ruse, peu finement. ITA. *Senza accortezza, simplicemente*. GER. Vngeschreydigklich/one list. HISP. *No astutamente*. ANGL. *No subtillie, simple*.} *Cic. 3. Offic.* In his generibus, quoquo modo possunt, non incallidè tergiuersantur.

Incālo, as, pen. cor. Voco, *to sle Festo*. κηλεῖν.

Incāndēsco, scis, incandui, Candens & ignitus fio. {πυρωθῶμαι, πυρὸς γίνομαι. GAL. S'eschauffer fort vehementement. ITAL. *Diuenir affocato*. GERM Gluyent oder feürig werden. HIS. *Encenderse*. ANGL. *To be angrie, to be all as afire*.} *Ouid. 7. Metam.* Non secus exarsit, quàm quum Balearica plumbum Funda iacit: volat hoc, atque incandescit eundo: Et quos non habuit, sub nubibus inuenit ignes. ¶Per metaphoram accipitur pro vehementer irasci, & iracundia quodammodo accendi.

Incānto, as, Verbis solis, vel etiam rebus quibusdam adiunctis aliquid supra naturam molior. {כשף *chischschéph*. ἐπάδω, γοητεύω. GALL. Enchanter. ITAL. *Incantare*. GER. Verzauberen/bezauberen. HI. *Encantar con palabras*. ANG. *To inchaunt*.} *Plin. lib.* 28. *c.* 2. Qui malum carmen incantasset.

Incāntātio, & Incantamentum, ti, {כשף *chascháph*. ἐπῳδὴ, γοητεία GALL. Enchantement. ITA. *Incantesimo*. GER. Zauberey/hexenwerck. HIS. *Encantamento*. ANG. *Enchauntement*.} *Plin. lib.* 28. *cap.* 21. Valeantne aliquid verba, & incantamenta carminum.

Incantator, γόης. In prima Scorpij parte quicunque habuerit horoscopum, erit incantator, qui latentes dolores mitiget potestate verborum. *Iul Firmic. Mathes. lib.* 1.

Incānus, na, num, Canus, aut valde canus. *Seruio teste*. {שב *sabh*. πολιός. GALLIC. Chenu, blanc de vieillesse. IT. *Canuto, bianco di vecchiezza*. GER. Gantz weyß oder grauw alters halb. HIS. *Cosa muy cana y blanca*. ANG. *Very hoare for age*.} *Plaut. in Rudente*, Ecquem tu hic hominem crispum, incanum videris. *Virgil. 3. Georg.* -noscо crines, incanáque menta. Incana herba, id est, subalbida, lanugine canitiem referens. *Colum. lib.* 8. *cap.* 2. Paleæ ex rutilo albicantes, quæ velut incanæ herbæ dependent.

Incānēsco, verbum, Canus fio. {שב *sabh*. πολιοῦμαι. GAL. Deuenir blanc, ou chenu. ITAL. *Venire canuto*. GE. Graw werden. HIS. *Encanescer*. ANG. *To waxe hoare for age*.} *Catul. in Argon.* Tortáque remigio spumis incanuit vnda.

Incāpistrārē, Illigare, à capistro formatum verbum. {חסם *chasám*. ἐμφιμόω, κημόω. GALL. Lier, encheuestrer. IT. *Ligare*. GER. Die halffter anleggen. HISP. *Atar*. ANGL. *To halter*.} quod raro apud classicos scriptores inuenies.

Incassum, aduerbium, Frustra, inaniter, {ריק *rík*. ἐξεύδως, μάτην. GAL. En vain. ITA. *In vano*. GERM. Vergebens. HIS. *En vano*. ANG. *In vaine*.} Tractum à cassibus, *vt ait Seruius*. [Imò à Cassum, vanum, inane, vacuum, nulli vsui, vt cassa nux, & cassi lumine, à carendo.] *Sallust.* Lucullus superiore anno quantis animis ierit in L. Quinctium, vidistis: quantæ denique nunc mihi turbæ concitentur: quæ profectò incassum agerentur, si priùs quàm vos seruiendi, finem illi dominationis facturi erant. *Virg. 7. Æneid.* Turne tot in cassum fusos patière labores? Incassum tela iactare, *Liu. 10. ab Vrbe*, Ignis incassum furit, *Virg. 1. Georg.*

Incastīgātus, a, um, Non castigatus, {ἀνεπανόρθωτος. GAL. Non corrigé. ITA. *Non castigato*. GERM. Vngestrafft/vngezuchtiget. HIS. *No castigado, incorregido*. ANGLIC. *No casticed, vncorrected*.} *Hora. 1. Epist.* 10. Nec me dimittes incastigatum, vbi plura Cogere, quàm satis est, ac non cessare videbor.

Incăuo, as, penultima correpta, Cauo, excauo, effodio. {כרה *charabh*. κοιλαίνω. GAL. Cauer dedans, creuser. ITA. *Cauare, incauare*. GER. Außhöhlen/hol machen. HIS. *Cauar à fuera*. ANG. *To mak holow*.} *Colum. lib.* 4. *cap.* 25. Nam quum in aduersum pressa manu defecare quid debet, cultro vtitur: quum autem retrahere, sinu: quum alleuare, leuat pro: quum incauare, rostro.

Incautus, ta, tum, Imprudens, non cogitans, inconsideratus, {ἀβάσκοπος, ἀπλοῦς, ἀφρόφυλακτος, ἀκατάσκεπτος. GALL. Imprudent & negligent. ITA. *Incauto, non aueduto*. GER. Vnbehutsam/vnfürsichtig. HISP. *No auisado, astuto*. ANG. *Vnware, vncircunspect*.} *Cicero pro Plancio*, Quite, incautum fortassè, nunc tuo loco dimouere potuerunt: prouidentem antè, & præcauentem nunquàm certè mouebunt. *Virgilius tertio Georgicon*. Continuò ferro culpam compesce, priùsquàm Dira per incautum serpant contagia vulgus. *Ouid. 4. de Ponto Elegia* 14. Plectar & incauto semper ab ingenio. [*Ouid. 13. Metam.* furtis incautum decipit hostem.]

Incautē, aduerbium, Improuidè, imprudenter. {ἀφρονόπτως, ἀπλῶς. GALL. Par mesgarde, imprudemment. IT. *Senza accorrezza, imprudentemente*. GER. Vnbehutsamlich/vnbewarlich. HIS. *No prouentemente, sin cuidado*. ANG. *Vncircunspectlie, without taking heade*.} *Cic. 7. ad Atticum*, Nisi ego insanio, stultè omnia & incautè agitiudico. *Liu. 4. ab Vrbe*, Primo prælio, quod ab Sempronio incautè imprudentérque commissum est, &c. Legitur & incautè, inconsultéque. *Idem 9. belli Maced.* Sed dum incautiùs subit muros, ictus, ex vulnere paucos post dies moritur.

Incēdo, dis, penultima producta, cessi, cessum, Ingredior, procedo, sed ferè cum pompa, & quodam fastu. {התהלך *hithhalléch* יצר *tsabádh*. εἰσέρχομαι. GAL. Se marcher, aller. IT. *Andare, caminare pomposamente*. GERMAN. Einhär trätten/dahär gehn. HISP. *Andar con pompa*. AN. *To go or walk*.} *Virgil. lib. 1. Æneid.* Ast ego, quæ diuûm incedo regina, Iouisque Et soror & coniux. *Liu. lib.* 1. Ipse nostris decoratus insignibus magnificè incedit. *Seneca*, Tenero ac molli passu suspendimus gradum, nec ambulamus, sed incedimus. [*Pl. Curc. sc.* 2. *a.* 4. Non mediocri incedo iratus iracundia. *Idem ps. sc.* 1. *a.* 5. palliolatus huc incessi, (paulò antè, me intuli.) *Ibi. sc.* 3. *a* 1. Simonem video cum Calliphone incedere. (de senibus) *Pl. Curc. sc.* 3. *a.* 2. Capite operto ambulant, incedunt suffarcinati. *Ibid.* Incedunt cum suis sententiis. *Pl. Asin. sc.* 3. *a.* 2. Casanti capite incedit. (i. capite crebrò cadenti & nutanti. Ita legendum, non quassanti.) *Item*, Æacidinis minis expletus, animisque incedit. *Ibid. sc.* 4. *a.* 3. Hem quid istuc est? vt tu incedis? (de equo) *Pl. Aul. sc.* 1. *a.* 1. vide vt incedit! (de anicula.) *Idem Curc. sc.* 2. *a.* 3. Eccum lenonem incedit. (de ægroto.) *Idem Milit. sc.* 1. *a.* 2. Is deridiculus est quaqua incedit omnibus. ¶Incedere sella adoperta (i. vehi.) *Suet. in Aug. cap.* 53. *Senec. cap* 1. *de Trang.* Altus incedo.] ¶Aliquando significat simpliciter ire. βαδίζειν. *Pl. in Mercat.* Flagitium est, si sequatur, quando incedit per viam. *Idem in Curcul. sc.* 1. *a.* 1. Caueè vt incedas via. (*Metaphoricè.*) *Liu. lib.* 5 *bell. Pun. secundi*, Cum signis prima luce motis, segniter agmen incedere. ¶Pro venire & accedere. *Pl. Mostell. sc.* 3. *a.* 1. Sed est-ne hic meus sodalis qui huc incedit cum amica sua? (de ebrio.) [*Pl. Aul. sc.* 4. *a.* 3. Sed Megadorus eccum incedit à foro *Ibid. sc.* 5. *a.* 3. Iam istos absolutos censeas cùm incedunt à foro (i. accedunt.) *Idem Capt. sc.* 3. *a.* 5. Incedit huc audax *Senec.* 18. *de Conso. ad Marc.* Vt incessit fidus æquum vel iniquum.]

Incēssus, sus. Ingressus. {אחר *tsaţádh*. βάδισμα, βάδισις. GAL. Allure auec grauité, marchement. ITA. *Caminar con grauita*. GER. Der gang/das grauité, marchement. ITA. *Caminar con grauita*. GER. Der gang/das einhär trätten. HIS. *Andadura con pompa*. ANG. *A walking, a maner of going*.} *Valla*, Incedere, est ambulare: inde Incessus siue tardus, siue festinus, siue commotus, incompositus, immoderatúsque: propriè tardus. *Cic. 2. de Fin.* Quòd si men sublimior quidam, & fastum præ se ferens. *Cic. 2. de Fin.* Quòd si vultum, si incessum fingeres, quo grauior videretur, non esses tui similis. *Virg. 1. Æneid.* Et vera incessu patuit dea. [¶Fractus incessus palis. *Virg. 1. Æneid.* Et vera incessu patuit dea. [¶Fractus incessus palis. *Virg. 1. Æneid.* Et vera incessu patuit dea.] ¶Accipitur tamen rum viri signum. *Quint. & Sen. ca. 15. de Trang.*] ¶Accipitur tamen quandoque

quandoque pro quouis gressu, siue hominum, siue aliorum animantium. *Plin. lib.* 10. *c.* 38. Incessus omnibus animalibus certus, & vniuscuiusque generis. Item, Incessus, modi, & in suo cuique genere.

Incesso, is, ssi, vel ui, vel ui, à supino verbi incedo formatum. Lacesso, conuitiis insector, prouoco, concito, maledictis peto. {גרה *gharáh* הסירו *hesith.* προκαλοῦμαι. GALL. Venir sus, assaillir, molester, vexer. ITA. *Molestare, prouocare.* GERM. Anfallen/ anreitzen mit lesterworten. HISPAN. *Enojar, dar sa fiar al enemigo.* ANGLIC. *To prouoke, to exaspe rat the mynd and mak angrie.* } [*Plaut. Amph.* Herum fallere mihi, & dolis incessere. *Et Quintil.* Incessere testes. *Ouid. Eleg.* 11. *lib.* 3. *Trist.* Quid simulachra ferox dictis incessis amaris? Facit & incessuit in præterito; *Gell. c.* 2. *l.* 1. Iuuenes dilatrantes iusta obiurgatione incessuit. ¶*Suet. in Calig. c.* 25. * Incessere ora digitis, & Incessere nuda latera hostiũ. *Liu. lib.* 6. *d.* 4. pro, lacerare, fœdare, diffamare.] *Lactant. lib.* 3. Quid ergo te magistra illa vitæ docuit? an vt potentissimum Consulem maledictis incesseres? *Quint. lib.* 7. *cap.* 3. Satius est omni se anteactæ vitæ abstinere conuitio, quàm aut leuibus, aut friuolis, aut manifestò falsis reum incessere, hoc est, lacerare, vel accusare maledictis. βάλλειν λόγῳ.

¶Dicimus etiam, Incessit me cupiditas, vel incessit mihi cupiditas: hoc est, inuasit, vel cepit me cupiditas. *Liu. lib* 1. Timor deinde patres incessit, ne ciuitatẽ sine imperio vis aliqua externa adoriretur. *Et iterum*, Perfectis patris mandatis, cupido incessit animos iuuenũ sciscitandi, ad quem eorum regnum Romanum esset venturum. *Valer. Max.* datiuo iunxit, Nec mihi cuncta complectendi cupido incessit. Aliter *Terent. in Adelph.* Noua, inquit, nunc religio in te Ithæc incessit? *Et Liu. 8. bell. Pun.* Pestilentia incessit pari clade in Romanos Pœnósque. ¶Sine cau, Incessit timor: *Cæs. lib.* 3. *de bell. ciu.*] ¶Aliquando significat ingruo, {ἐπιβαλλω.} *Col. lib.* 2. *cap.* 21. Si verò procellæ ventorum, aut turbines incesserint, maior pars ad terram decidit. *Idem cum datiuo posuit*, Famem quoque, si sterilitas annorum incessit hominibus, commodè propulsat. ¶Interdum significat ingredior. *Columell. lib.* 3. Et quum autumnus incesserit, antequam frigus cacumina adurat, omnia folia decerpere expedit. ¶Incessit mos vt, Id est inualuit, aut inuectus est. *de Repub. ord. ad Cæsarem*, Quoniam is incessit mos, vt homines adolescentuli sua atque aliena consumere, nihil libidini, atque aliis rogantibus denegare, pulcherrimum putent. [Sunt tamen qui illud Incessit, & Incesserit malint deducere à verbo Incedo, is, ere.] ¶Incessor, passiuum. *Virgil.* enim infinitiuo, Incessi, vtitur 12. *Æneid.* Regina vt tectis venientem prospicit hostem, Incessi muros, ignésque ad recta volare &c. Hoc est inuadi. *Seruius.*

Incelebris, bre, pen. corr. Non celebre. {ἀδιάφορος, ἄσημος. GALL. Cogsău, sans renom. ITA. *Non frequentato.* GERM. Vnberümpt. HISP. *No famoso, no diuulgado.* ANG. *Vnknawen, without estimation.* } vt, Vallis incelebris, *apud Silium lib.* 8.

Incelebrātus, Non celebratus. *Corn. Tacit. lib.* 5. Nobis pleraque digna cognitu obuenêre, quanquam ab aliis incelebrata.

Incendo, dis, inflammo, accendo. {חבעיר *hiböir.* ἐμπυρίζω, ἐμφλέγω, καταιθω. GALLIC. Faire bruser, mettre le feu, allumer. ITAL. *Inflammare, abbrustare.* GERM. Anzünden. HISP. *Encender.* ANG. *To set on fier, to kendle, to mak to burne.* } *Plaut in Menach. sc.* 3. *a.* 2. Sternite lectos, incendite odores. *Cic.* 7. *Verr.* Inflammari nauem, incendique iussi. [*Plaut. Men. sc.* 2. *a.* 1. Mox incendo rogum. *Idem Asin. sc.* 4. *a.* 2. Semper per me ille incendit ira. *Idem Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Nimis sermone huius ira incendor. *Gell. cap.* 26. *lib.* 2. Acuere & quasi incendere colorem. *Item*, Incendere ædes: *Vide* Ædes.] ¶Hinc per translationem dicimus, Incendere aliquem ira, vel amore, hoc est ad amandum, vel irascendum inducere. *Plaut. in Asin.* Sine me hunc perdere, qui semper me ira incendit.

Incensio, onis, Inflammatio. {בערה *beʕeráh* חבערה *taʕberáh.* ἐμφασις, ἐμπύρωσις. ITA. *Abbraggiamento di fuoco.* GERM. Anzündung. HISP. *Encendimiento.* ANG. *A burning, a setting on fiere.* } *Cicero pro P. Sylla*, Incensione vrbem, interfectione ciuis, vastitate Italiam, interitu Rempublicam liberauit.

Incensè, ardenter. *Gell. lib.* 10. *cap.* 3. Detestationéque apud ciues Romanos incensè atque acriter, atque inflammanter facit.

Incensiõr, comparat. magis incensus atque iratus. *Claudian. libr.* 3. *de raptu Proserp.* Phlægráque nobis incensior æther.

Incensŏr, is, ἐμφατικὸς, φρυκτωρός. *Apul. lib. de munuo*, Nocturni exploratores & nuncij speculatorum incensoris assidui. ¶Dicitur etiam incensor incendiarius. *Vlpian. D. lib.* 48. *Titu.* 19. *lege* 16. Messium incensores, &c.

Incendium, dij, Inflammatio. {בערה *taʕberáh* תבערה *taberah.* ἐμφασις, ἐμπύρωσις. GAL. Embrasement de feu, vn grand feu bruslant vne maison ou autre chose. ITALIC. *Incendio, abbrugiamento.* GERMANIC. Ein brunst. HISPANI. *El huego quando al go se enciende.* ANG. *Burning, a light fyre that burneth an house.* } [*Quintilian.* Si ianua incendio teneretur, per parietem erumpendum. *Senec. cap.* 12. *de Tranquill.* Quasi ad incendium currentes.] *Plin. lib.* 12. *cap.* 19. Donec in delubrum incendio consumptum est. ¶Per metaphoram etiam accipitur pro vehementia amoris. *Plaut. in Asin.* Nam ni impetro, regem perdidit ex amore tantum est homini incendium. [*Velleius*, Crescente amoris incendio. *Ouid.* 1. *Fast.* Hinc aliæ, Satyris incendia mitia præbent (amoris.)]

Incendiārius, rij, Qui tectis, ædificiisve ignem iniicit. {מבעיר *mabbir.* πυρπολητής. GAL. Boutefeu. ITAL. *Incendiario.* GERMANICE. Ein brenner. HISPANICE. *El que pone huego per hazer daño.* ANG. *That fyreth buildings.* } *Quintil. Declam.* 9. Morabar inter sacrilegos, incendiarios, & (quæ gladiatoribus vna laus est) homicidas, inclusus turpiore custodia. *Vtuntur etiam hac voce Sueton. in Vitell. & Tacit. lib.* 15.

¶Incendiaria, auis quædam infausta, alio nomine Spinturnix dicta, cuius conspectus tam inauspicatus habebatur, vt eam solam ob causam, vrbem sæpiùs lustratam fuisse memoriæ proditum sit. Quidam incendiarim auem esse volunt, quæcunque apparuerit ex aris vel altaribus carbonem auferens. *Vide Plin. lib.* 10. *c.* 13.

Incensus, a, um, Qui non est census, hoc est qui censum suum non est professus: quod criminis grauissimi loco habebatur apud Romanos, adeò, vt qui censum non esset professus, libertate spoliaretur. {ἀτίμητος. ANGLIC. *Not registred, one that wald not be registred or enrolled in the nomber of the citizens.* } *Cicer. pro Cæc.* Si pater vendidit eum, quem in suam potestatem susceperat, ex potestate dimittit. Iam populus quum eum vendidit qui miles factus non est, non adimit ei libertatem, sed indicat eum non esse liberum, qui vt liber sit, adire periculum noluit. Quum autem incensum vendidit, hoc indicat quum ij qui in seruitute iusta fuerunt, censu liberentur, eum qui cùm liber esset, censeri voluerit, ipsum sibi libertatem abiudicasse.

[¶Incensum dedicare, fundi instrumentum, *Gell. c.* 11. *l.* 7. Sed tu in vno scorto maiorem pecuniam absumpsisti, quàm quanti omne instrumentum fundi Sabini incensum dedicauisti.].

Incentio, Incenticus, *Vide* INCINO.

Incĕptio, Incepto, Inceptor, *Vide* INCIPIO.

Incerno, nis, Compositum à Cerno, significat cribro. {חנף *heniph.* διαλέγω, διακρίνω, σήθω, διαστρώ. GAL. Cribler, passer, bluter ou tamisser. ITA. *Criuellare, ternere.* GERMA. Vber etwas raben oder beutlen. HISP. *Cernér como harina.* ANG. *To sifte, to range, or serce.* } *Cato de Re rust. cap.* 48. Tum semen serito cribro tanquam linum, & eo terram cribro incernito. Vnde Incerniculũ, cribri genus quo frumẽta purgantur. *Vitruu.* Super fricaturam, læuigationibus, & polituris quum fuerit perfecta, incernatur marmor.

Incernĭculum, cuius Est instrumentum quo frumenta purgantur antequam molantur. { נפה *napháh.* πτύα. GALLIC. Vn crible, saz ou bluteau. ITA. *Crinelle, staccio, tamiso.* GERMAN. ein beutel oder rennen. HISP. *Cedaço para cerner harina.* ANGLIC. *A ranging siue a serce.* } *Plin. lib.* 8. *cap.* 44. Decretum fecêre, quo cauere ur ne frumentarij negotiatores ab incerniculis eum arcerent. *Cato de Re rust. cap.* 3. Cribrum vnum, incerniculum vnum, securim vnam, scamnum vnum.

Incĕro, as, pen. prod. incerare, aliquid cera tego. {κηρόω. GALLIC. Encirer, couurir ou enduire de cire. ITA. *Incerare.* GERM. Vberwachsen. HISP. *Encerar cubriendo de cera.* AN. *To dresse with waxe.* } *Iuu. Satyr.* 10. genua incerare deorum. *Cornutus in Pers. Satyr.* 1. Apud antiquos citreis tabulis parietes ornabantur, quas & cera incerabant, vt quicquid in animum veniebat statim notaretur.

Incertus, a, um, Dubius, anceps. {ἄδηλος, ἄπορος. GALL. Incertain, douteux. ITA. *Dubbio, incerto.* GERM. Vngewüß. HISP. *Dudoso, no cierto.* ANGL. *Vncertaine, doubtfull.* } [*Plaut. Capt. sc.* 4. *a.* 3. Mihi res omnis in incerto sita est. *Idem Asin. sc.* 4. *a.* 2. Ego me certè scio incerto datum hoc nemini. *Idem Aulul. sc.* 1. *a.* 4. Incertum mihi est quid agam. *Idem Plaut. Capt. sc.* 1 *a.* 2. Per fortunam incertam te oro, &c.] *Idem Plaut. in Pseu. sc.* 3. *a.* 2. Certa amittimus, quum incerta petimus. *Terent. in Heaut.* Domum reuertor mœstus, atque animo fere perturbato, atque incerto præ ægritudine.

[¶Incerta vltionis mulier: *Tacit. lib.* 2. *Et Ouid. Eleg.* 3. *lib.* 3. Incertúsq; meæ penè salutis eram.] Incertum vulgus, hoc est, non sibi constans: *Cic. pro L. Murena*, Nihil est incertius vulgo, nihil obscurius voluntate hominum, nihil fallacius ratione tota comitiorum.

Incertè, ἀσαφῶς, ἀδήλως. *Ennius apud Gell. lib.* 19. *c.* 10. Incertè errat animus præter proteruiam viuitur. [*Plaut. Pseud. sc.* 2. *a.* 4. Admodum incertò scio. *Ouid.* 6. *Fast.* Auctor in incerto est.]

Incĕrto, as, Incertum, seu dubium reddo. {ἀδηλόω, εἰς ἀμηχανίαν καθίστημι. GALLIC. Faire ou rendre incertain. ITALI. *Far dubbio.* GERMANICE. Vngewüß machen. HISPA. *Hazer dudoso y no cierta.* ANGLIC. *To make vncertaine.* } *Plaut. in Epid.* Longa dies meum incertat animum. Verbum est deriuatum à nomine incertus.

Incĕsso, Incessus, *Vide* INCEDO.

Incĕstus, stus, & Incestum, sti, {ἀνόσιος συμπλοκή, ἀνόσιος μειξις. GALLIC. Inceste, cognoissance ou assemblee charnelle illicite comme auec parentes. ITAL. *Incesto, congiontione carnale illecita, come tra parenti.* GERM. ein blutschand. HISPA. *Ayuntamiento con parienta.* ANGLICI *Incest.* } Dicitur flagitium, quod committitur cum ea, cum qua sanguinis ratio aut religio matrimonium contrahere prohibet, vt cum matre, sorore, sacris virginibus, aut similibus: ita dictum (*vt Nonius putat*) quasi non castum. Alij Incestum deducunt à cesto Veneris cingulo, quo amor maritalis in legitimis nuptiis conciliari putabatur: vt Incestus dicatur concubitus illegitimus, cui cingulum illud, iustarum nuptiarum insigne, non adhibetur. *Papinianus l. Si adulterium. ff. ad legem Iuliam, de adult.* Incestum autem quod per illicitam matrimonij coniunctionem admittitur; excusari solet vel sexu, vel ætate, vel etiam puniendi correctione, quæ bona fide interueniat. *Cicer. 4. Tuscul.* Omnibus enim ex animi perturbationibus est profecto nulla vehementior: vt si iam ipsa illa accusare nolis, stupra dico & corruptelas, & adulteria: incesta denique, quorum omnium accusabilis est turpitudo.

Incestus, sta, stum, Pollutus, impurus; nefarius. { טמא *tamé.* μιαρός, αἴσιος, βδελυρός. GALLIC. Pollu, souillé. ITAL. *Macchiato, violato.* GERM. Mit blutschand befleckt. HISPA. *Ensuziado.* ANG. *Polluted, defiled.* } *Propert. lib.* 3. *Eleg.* 11. Scilicet incesti meretrix regina Canopi. *Cicer. pro domo sua*, Istius qui non solùm aspectu, sed etiam incesto flagitio, & stupro polluit cæremonias, &c. [*Ouid. Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.* Non satis incestis temerari vocibus aures. Id est, obscœnis verbis.]

Incestè, aduerb. Fœdè, turpiter. {ἀσελγῶς, βδελυρῶς, ἀνοσίως. GALL. Par vilaine, infame & illicite paillardise. ITAL. *Con tale sporcamenta, & cortotamente.* GERM. Schandtlichen. HISP. *Con ayuntamiento con parienta.* ANGL. *Filthelie, as by incest.* } *Cic. pro Cælio*, Ideo aquam adduxi, vt ea tu incestè vterere?

Incĕsto, as, Polluo, conspurco. {טמא *timmé.* μιαίνω. GAL. Polluer, corrompre. ITALIC. *Macchiare, violare.* GERM. ein blutschand begehn/ beflecken. HISP. *Ensuziar, violar.* ANG. *To pollute, to defile.* } *Titus Liuius lib.* 5. Post quos Sextus Marius Hispaniarum ditissimus, defertur incestasse filiã; & è saxo Tarpeio deiicitur. *Virg. 6. Æneid.* Totámque incestat funere classem. [¶*Sueton. tamen in Tib. cap.* 43. de monstroso concubitu eorum qui sanguine iuncti non erant, vsurpauit. Triplici, inquit, sertæ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

connexi incestarent se coram ipso. Sic quoque incestas voces dixit *Ouid.*(id est obscœnas.)de quo suprà in Incestus a,um.]

incēstuōsus,Qui incestum commisit,hoc est, qui inconcesso concubitu se polluerit:cuiusmodi sunt, qui cum sanguine iunctis sese commiscent.

incēstificus,a,um,{φθορέτειρος,φθορεύς.GAL. Corrompeur de femmes ses parentes. ITALI. *Che giace con parenti.* GER. Der ein blutschand begeht oder begangen hat. HIS. *El que comete pecado de ayuntamiento con parientes.* ANG. *An incestuous persoane.*}*Senec.Thyeste*, Ego castam manum Nefandus,incestificus,execrabilis Atreo.

Inchŏo,as,A nomine Chaos,*vt autor est Festus*,quòd Hesiodus omniū rerum initium dixerit esse chaos,Incipio ordior,exordior. [Cur autem aspiretur *Vide Gellium cap.3.lib.2.*]{החל *hechél.ἀρχωμαι.*GAL.Cōmencer,encommancer.ITA.*Cominciar,dar principio.*GER. Anheben/ anfahen.HIS.*Começar.*ANG.*To beginne.*} Est autem inchoare idem quod incipere. *Virg.3.Georg.* Te sine nil altum mens inchoat *Cic. de clar. Orat.* Meos libros quos expectas, inchoaui, sed conficere non possum his diebus.

¶Quandoque perficere est,τελεῖν.*Virg.6.Æneid.* Tunc Stygio regi nocturnas inchoat aras.*Vbi Seruius*, Inchoat,perficit : & est verbum sacrorum.

¶Idem *Seruius in illud Georg.* Te sine nil altum mens inchoat : autor est,antiquos olim scripsisse Incoho,aspiratione interposita inter duas vocales,quòd putarent nullum verbum esse Latinum quod ante o haberet alterum o in fine: quod tamē hodie videmus in verbo Boo, & composito Reboo.In secunda autem syllaba verbi Inchoo nullā scribebant aspirationem,quòd tres tantùm putarent esse voces Latinas quæ post e literam aspirationem reciperent,sepulchrum,orchus, & pulcher:ex quibus,*inquit Seruius*,pulcher tantùm hodie recipit aspirationem.

¶*Martianus Capella* neutrum protulit,quum ait, India ab Emodiis montibus inchoat.

*Inchoatus,a,um,Particip.Imperfectus.*Cic.2.de Natur.deor.*Atque si etiā à primis inchoatísque naturis ad vltimas perfectásque volumus procedere,ad Deorum naturam peruenīamus necesse est.[*Plaut.Amphitr.* Næ hanc inchoatam transigam comœdiam. *Senec. cap. 15. de Tranquill.*Inchoati conceptus.]

inchŏātīuă,verba,A *Priscīano* appellabantur, quæ à verbis secundæ potissimùm coniugationis,aut à nominibus quibusdam adiectiuis deducta,in sco syllabam desinunt:cuiusmodi sunt calesco,& frigesco,à caleo,&frigeo:it émitesco,dulcesco , sterilesco,à nominibus adiectiuis mitis,dulcis,& sterilis deducta.ἀφτικὰ ῥήματα.Huius generis antè verba *Prisciānus* Inchoatiua appellauit , quòd putauit per ea significari inchoationem actionum,quę per verba primitiua denotantur.Quem ob id non immeritò reprehend.t *Valla lib.1.Eleg.* docens ea augmentatiua potiùs appellanda,quum incrementum potiùs importent, quā inchoationem.Aliquando tamen comparatiuè,id est,maiori cum augmentatione sumuntur. *Virg.* Sin in processu cœpit crudescere morbus.*Vbi Seruius* exponit,Crudescere,validior fieri. Aliquando comparatio opponitur.*Terent.in Heaut.*Nam mihi quotidie augescit magis de filio ægritudo.*Virgil.lib.7.*Quam magis effuso crudescunt sanguine pugnæ.Quòd autem significent incremētum interpretum autorúmque idoneorum autoritate simul , & ratione probandum duxi. *Nonius in priscis dictionibus*,Albicatur,candicatur,exalbescit,purpurascit,purpurat:um fit.*Cic.lib. 2. Acad.* Quid mare?nónne cœruleum? aut eius vnda,quum est remis pulsa,purpurascit? *Nigidius ?* Dicemus quæ vetustate deteriora fiunt vetustescere,inueterascere,quæ meliora.Similiter *apud Virg.lib.2.Georg.* Aeráque dissiliunt vulgò,vestésque rigescunt.*Seruius*,Rigescunt,durantur.*Festus*,Remorbescat , in morbum recidat.Et Obherbescere,herbam increscere.*Cic.lib.4.Tusc.*De feruescere,pro decrescere,exponit.Aut rogandi (inquit) orandique sunt si quàm habent vlciscendi vim,differant in tempus, dum deferuescat ira.Deferuescere autem,decrescere significat ardorem animi, inuita ratione excitatum.Ex quo illud laudatur Architæ,qui cùm vilico factus esset iratior:Quo te modo(inquit)accepissem,nisi iratus essem?*Idem pro Marcel.*Nihil opera & manu factum , quod non aliquando conficiat,& consumat vetustas:at verò hæc tua iustitia & lenitas floruit quotidie magis. Quis ibi interpretatur , Florescit, pro incipit florida fieri,quum illud potiùs nolit,Cæsaris lenitatem , tùm quidem floridam,in dies tamen magis ac magis floridam fieri.Si quotidie magis fiebat,profectò ista continuatio dierum , dum hoc fieret iam ab initio rem inchoatam semel fuisse,non quotidie incipi,apertè demonstrat.*Cic.etiam in Catone* , Ita sensim sine sensu ætas senescit,nec subitò frangitur,sed diuturnitate extinguitur.Si ætas sensim senescit,aut sensim incipit semper senescere.Si ita est,ergò plus milies ista inchoatio fiet.Et sic toties desinet fieri senex,quoties sensim senescit.Sed quoniam ab initio,quo cœpit senex fieri, nunquam omnino desit fieri senex,patet quòd Senesco, significat senex fio, non, incipio fieri senex.*Plin.quoque lib.21.*de ortu rosæ, Paulatim(inquit) rubescens dehiscit.Iungimus autem hęc duo verba istis verbis in sco terminatis, sicut & aliis, quum aliquid inchoari significare volumus, quæ ex hoc potissimùm inuenta esse intelligimus , vt prædictis verbis, & omnibus aliis iungi possent,cùm actus inchoationem designari necesse foret: quod non fieret,si ex se inchoationem significarent. Quare *Virg.*dixit, Sin in processu cœpit crudescere morbus. *Cato de Re rust.* Et vbi primùm incipiunt hiscere, tum legi oportet. *Cæs. in Comm.*Cùm maturescere frumenta inciperent. *Cicer. de Nat.* In his animantibus,quæ lacte aluntur , omnis ferè cibus matrum lactescere incipit.*Etalibi dixit*,Orationem suam canescere cœpisse.Formantur hæc verba vt plurimùm à verbis neutris secundæ coniugat. à secunda persona iuncta co syllaba,vt Albeo,albes,albesco.Quædam tamē ab actiuis,vel neutris transitiuis deducuntur,quę passiuam nihilominus significationem innatam habent: sicut illa quæ à neutris secundæ coniugationis sunt,vt Augesco,ab augeo:Integrasco, ab integro: Sanesco,à Sano,a in e mutata.Siccesco,crudesco,mollesco, marcesco,matūresco,hilaresco,grauesco,grandesco: quæ tametsi à nominibus venire posse videantur,tamen à verbis eorum vel actiuis,vel neutr is transitiuis fermè omnia venire magis credo. Quædam verò à nominibus formari conuenit,vt Miresco,dulcesco,crudesco,sterilesco, lapidesco, rarescо,crebresco. Sunt etiam quædam ambigua & varia, quæ significationem passiuam habent innatam,& à neutris veniunt, & nihilominus etiam actiuam habere reperiuntur,vt Horresco.Pertimesco,pertimesco,abhorresco,præsentisco,contimesco, præsciscо, exsciscо,asciscо, & concisco, & si qua sunt alia. Alia terminantur in sco,licet non sint deriuata:vt posco,discо, glisco, offulco, inesco. Sciendum etiam quòd hæc verba,de quibus agimus,habent præterитum perfectum, quanuis multi negent, sed falluntur : quoniam cum primitiuis eorum aut ea communia habent , aut certè mutuo ab illis accipiunt.Quod *Priscia.*in verbis Asciscо,& desciscо non dissimulauit:Asciscо,*inquit*,asciui, ascitum:Desciscо, sciui, scitum. Vbi *Liuij* exemplum ponit.Desciscum ab Romanis.Postea verò subdit,Abisciscо,& Desciscо composita ab inchoatiuo Sciscо , habere præterita a primitiuo Sciscо. Quo in loco *Prisc.* male appellat Sciscо inchoatiuum,quum tamen inchoatiuum non sit , neque habeat significationem verborum in sco desinentium.*Diomedes* quoque præteritum ostendit verbi adolescо:Adolescо(*inquit*)adoleuit facit.*Virgilius*,Mox cùm matura adoleuerit ætas.A permaturescо est:significat enim permaturum factum est.*Columella libro* 10.At circa Calend. Martias locis apricis licet porrum,si iam ingranduit transferre. Ab ingrandescо est,non ab Ingrandeo,quod nescio si inueniatur: nec si inueniretur,ab eo esset,quia ingranduit,grande factum est significat, non autem grande fuit,quod significaret,si ab ingrandeo esset,sed sensum nō conueniret.*Sallust.* Hi postquam conuenerunt in vna mœnia, dispari genere,dissimili lingua,alij alio more viuentes,incredibili memoratu est,quàm facilè coaluerint. Vbi coaluerint,est à Coalescо,quod significat concrescо,non à Coaleo,cuius significatio actiua repugnaret sensui orationis.*Lactant.lib.5.* Decet eos suscipere defensionem Deorum suorum,ne si nostra inualuerint,vti quotidie inualescunt,cum delubris suis ac ludibriis deserantur.Inualuerint,validiora fiant, ab inualescunt: quoniam subditur,vti quotidie inualescunt *Quint.lib.5. Institut.Orat.*Iam illa flamma,quæ magna congerie conualuerat,diductis quibus alebatur.Vbi conualuerat, idem significat quod creuerat , siue valida facta erat , non valida fuerat , à Conualescо , non à Conualeo. *Cic.lib.6.de Repub.* Hoc sonitu omnes ferè completæ aures hominum obsurduerunt: significat surdæ factæ sunt , ab Obsurdescо,non autem surdæ fuerunt, ab Obsurdeo , quasi non amplius surdæ tunc forent.Hoc modo omnia præterita perfecta eiusmodi interpretata sunt.Et si ambigua videbuntur,disquirendum erit,an à primitiuis an deriuatiuis veniant , quod significatio & res de qua tractabitur,commonebunt.Possunt nihilominus sic discerni:vt si dicam Canui,pro canus factus sum,tunc à canescо erit:si verò dixero, Hæc vestis canuit,pro cana fuit,quę amplius cana non fit,vt si eam pullam feceris,tunc à Caneo erit. Similiter,Hæc arbor floruit,si de tempore quo florida fuit,loquar, tunc à Floreo erit : sin eam floridam factam esse intelligi voluero,à florescо sumetur.Hoc enim florida facta est significat , illud verò florida fuit. *De his plura vide apud Vallam lib.1. Elegant.*

incīdo,dis,incidi,incisum,pen.prod.ex in,& cædo,seco,resecо,amputo.{חטב *chatáb* בצע *bitsáb* גזר *ghazár* נתח *nuthách* בתר *bitsér* חק *chák* חקה *chikkáh.διατέμνω,κατακόπτω,ἐγκολάπτω.*GAL.Entailler, couper,inciser,trancher,engrauer.ITA.*Tagliare,intagliare.*GERM. Anschneiden/einschneiden.HISP.*Cortar,entallar,exculpir.*ANG.*To cut, to graue,to in tayle.*}*Virgilius.3.Ecl.* Atque mala vites incidere falce nouellas.

¶Accipitur etiam Incido pro insculpo.*Cic.de Senec.* Notum est eius carmen incisum in sepulchro,

*Cum datiuo *Plin. Paneg.9.* Quod ego titulis omnibus speciosius reor,quando non trabibus,aut saxis nomen tuum , sed monumentis æternæ laudis inciditur.*Sueton.de Clar.gramm.* Statuam habet Prænestæ in inferiore fori parte contra hemicyclum , in quo festos àse ordinatos,& marmoreo parieti incisos publicaret.

incīsus,sa,sum,Inscriptus, insculptus. {חקוק מחקה *chatuk mechukkéh.ἐγκεκολαμμένος.* GAL. Coupé,entaillé, engraué. ITALICE. *Tagliato, scolpito.*GRR.Eingehauwen/eingeschnitten. HISP. *Cortado , esculpido, entallado.*ANGL.*Graued , intayled.*}*[Velleius*,Incisis venis.] *Liu.3. ab Vrb.* Leges in æs incisas in publico proposuerunt. *Cic. in Orat.de Signis*, Id non modò conscripserunt , verumetiam in ære incisum tradiderunt.

¶Incisum aliquando significat amissum,ademptum.ἀποκεκομμένον.*Liu. lib.3* Itaque spe incisa priùs quàm prædicta dies adesset,Appius mortem sibi consciuit.

¶Incisum,Oratores vocant sensum non expleto numero conclusum: quod plerisque pars membri esse videtur.κόμμα. vt , Domus tibi decorat:at habebas: pecunia superabat? at egebas. Fiunt autem singulis verbis incisa. *Cic.in Orat.*Quæ nescio cur quum Græci κόμματα & κῶλα nominant,nos non rectè incisa & membra dicamus.

incīsĭo,onis,Est actus ipse incidendi.{גזר *ghézer* נתח *néthach* διακοπή.GAL.Incision,coupure.ITA.*Taglio,intaglio.*GERM.Einschneidung in ein ding HISP.*Cortadura,intalladura.* ANG. *A cutting or graeuing.*}*Colum.lib.3.* Infra incisionem & alligaturam, falce acuta leuiter vitem vulnerato ex vtráque parte,vt his potiùs plagis humor defluat,quàm ex incisione abundet.

¶Incisio aliàs in oratione pars membri est , quod Græci κόμμα nominant. *Cicero in Oratore.* In incisionibus verò multò magis , & in membris.

In cīsūrā, Ipsa incisio.{גזר *ghézer* בתר *béther* נתח *néthach.*διατομή.GA. Coupure,entailleure.ITA.*Taglio.*GER.Ein schnitt.HISP. *Cortadura.* ANGL.*A iagge,gashe or cutte.*}*Plin.lib.11.cap.39.* Pili recisi,non vt herba,ab ipsa incisura augentur,sed ab radice exeunt.*Colum.lib.11.cap. 54.*Tum salem inter incisuras raporum non nimium minutum aspergito.

¶Incisuræ etiam dicuntur in manibus , quæ vulgò lineæ vocantur. *Plin.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Plin.lib.11.c.52. Contrà longæ esse vitæ incuruos humeris, & in manu duas incisuras longas habentes.

Incalpo pis, psi, ptum, à scalpo compositum est, ut te Diomede, non à se ipso, quod Latinum esse negat, Incido, indo {חקק *c.* קה *chikkáh* מחתּ *p* נקב. *b.* γλύφω. GALL Entailler, engraver. ITAL *Scolpire.* GER. Eingraben. HISP *Esculpir.* ANG. *To carue in or engraue.*} Mutatur autem prima vocalis in vltimam, quemadmodum in compositis verbi Calco, inculco, conculco, & proculco. Vnde gemmam scalptam contendit dicendum, non sculptam. Est autem insculpere, incidere aliquid in ære, in argento, in marmore, in gemma, & simili materia. *Cic. ne Diuin.* 2. Itaque postquam saxo sortes erupisse in robore insculptas priscarum literarum notis. ¶ Per metaphoram dicimus aliquid insculptum esse in animo, quod ita memoriæ animóque nostro impressum est, & infixum, vt facile excidere non possit. *Cicer. 2. de Natura deor.* Omnibus enim innatum est, & in animo quasi insculptum, esse deos.

Insĕco, as, are, Seco, siue intus seco. {גזר *ghazár* כתר *kittér.* ἐντέμνω, ἐγκόπτω. GAL. Couper, tailler. ITAL. *Tagliare.* GER. Einschneiden/auffschneiden. HISPANI. *Cortar.* ANGLIC. *To cutt.*} *Liu. lib 8. bel. Maced.* Sed non tam patentibus plagis mouentur: interdum infecta cute, vbi latior, quàm altior plaga est etiam gloriosius se pugnare putant. *Colum. lib. 11. cap. 47* Quidam oliuam non contundunt, sed acuta arundine insecant *Idem l. 4. c. 5.* Sequente deinde anno insecatur superior pars curuaturæ, vsque ad medullam. [*Gel. c. 10. li. 19.* Insecta & aperta corpora quas κατατομὰς dicunt.]

[Insecenda, quid Catoni, & vnde *Vide apud Gellium c. 9. l. 18.* Ioan. aurem Passeratio interprete significat dicenda siue narranda. *Vide infra* Insequi.]

Insĕcta, Animalcula sunt partim terrestria, vt scolopendræ, stelliones: partim volucria, vt apes, vespæ: partim cum vtroque participantia, vt formicæ partim pennis & pedibus carentia, vt tineæ quæ in homine nascuntur. {ערם *berét.* ἔντομα. GALL. Petites bestes qui n'ont point de sang. ITAL. *Piccoli animali che non hanno sangue* GER. Allerley kleine thierlin so zwischen dem haupt vnd brust/ oder zwischen der brust vnd dem bauch sehen als ob sy zerschnitten werend/ als fliegen / käfer/ &c HIS. *Los animales cortados.* ANG. *Little beastes without blude.*} *Arnob.* Dicta insecta ab incisuris, quæ nunc cernuntur in loco, nunc pectorum sunt, atque alui. Hæc *Albertus Magnus* appellat annullata. *Vide plura de his apud Plin. lib. 11. c. 1.*

Insĕcābilis, bile, individuum, quod secari ac diuidi non potest, quales sunt atomi {ἄτομοι. GAL. Qu'on ne sauroit couper ne diuiser. ITA. *Che non si può tagliare.* GERM. Vnzerschneydig. HIS. *Cosa que no se puede cortar.* ANG. *That can not be satt or deuided.*} *Quint. l. 2. c. 17.* [& *c. 3. l. 5.*] Nec hi quid in quicquam aut aquam, aut quatuor elementa, aut corpora insecabilia esse, ex quibus res omnes initium duxerint, tradunt.

Insĭcia, Obsonii genus est, ex insecta carne confectum: vnde & nomen profluxit *Varr. l. 4 de lin Lat.*

Insĕdātus, a, um, Non sedatus, turbulentus, commotus, implacatus, impacatus. {הרד *charádh.* ἐ πεταραγμένος, ἀτάκτος. GAL. Qui n'est point posé ne rassis. ITA. *Non acquitato, commosso.* GERMANIC. Vngestillet/vnruwig. HISPA. *No assossegado.* AN. *Vnquiet, troblous.*} *Cic. in Partit.* Simúlque altitudo animi in capiendis incommodis, & maximè iniuriis, & omne quod est eius generis graue, insedatum, turbulentum, ἀπαύστους, δεινοὺς &c.

Insĕdābĭlis, le, Quod sedari non potest: vnde adverbium insedabiliter. *Lucr. vsus est li. 6.* Insedabiliter ùtis arida corpora mersans.

Insēmĭno, as, are, Infero, implanto. {ἐμβάλλω, ἐμφυτεύω. GALLI. Semer. ITA. *Seminare.* GER Einsäyen. HISP. *Semorar.* ANG. *To sowe.*} *Gell. l. 19. cap. 1.* Quinquam nimiùm frugibus sanè & arboribus fœcundam diceret, sed hominibus parum amico insalubrem esse, rabem & morbos sensim atque in diem longam visceribus inseminare.

Insĕnĕsco, scis, scere, Immoror & quasi in aliqua re ætatem consumo. {γηρασκω. GAL. Enuieillir, deuenir vieil. ITAL. *Diuenir vecchio in qualche negotio.* GE. Eswarob veralten. HISP. *Ennegeserse.* AN. *To waxe old or spend his life in a thing.*} *Quint. libr. 10. cap. 3.* Singulis actionum partibus insenescere. *Tacit. lib. 3.* Quum plerique iisdem negotiis insenescerent.

Insĕnsĭbĭlis, le, Quod sub sensum cadere non potest. {ἀναίσθητος. GA. Insensible. ITA. *Insensibile.* GER. Vnempfindlich. HISP. *Cosa que no se puede sentir.* ANG. *Insensible.*} *Gel. l. 17. c. 10.* [Incantabile] esse ait, & propemodum insensibile.

Insensĭlis, le, idem *Lucr. lib. 1.* necesse est Ex insensilibus tamen omnia confiteare Principiis constare.

Insēpărābĭlĭtĕr, ἀδιαχωρίστως. *Macrob commen. li. 1. c. 12.* Quæ inseparabiliter involuta rerum necessitas in se vinxit.

Insepūltus a, um, Non sepultus, inhumatus, indefletus. {ἄθαπτος. GALLIC. Qui n'est point ensueli, ne enterré. ITA. *Insepulto, non sepelito.* GERMA Vnbegraben HISP *No enterrado.* AN. *Vnburied.*} *Cicer. in Catill.* Cerno animo sepultam natiram, miseros atque insepultos aceruos ciuium *Horat. Epod. 5.* Post insepulta membra different lupi, & exquilinæ alites. * Mors insepulta, vbi arcetur sepultura is, qui supplicio est affectus. *Seneca de Tranquillitate vitæ* [capit. 14.] Minabatur Theodoro philosopho tyrannus mortem, & quidem insepultam.

Insĕquĭtur, penultim. correpta, Sequor, subsequor. {השיג *hidhbik* הדביק *hissigh* ἀκολουθῶ ἀπαιτῶ. GAL. Suiure, ensuiure, poursuiure. ITALIC. *Seguitare. Seguir dentro, perseguitare.* GERMANI. Nachfolgen/nacheylen. HISPA. *Seguir, perseguir.* ANGL. *To follow after, to pursue.*} *Virgi. 1. Æneid* Insequitur clamórque virûm, stridórque rudentum. *Cic. de clar. Orat.* Hunc proximo seculo Themistocles est insecutus. *Idem in Orat.* Quintianam post eman literam detrahebant, nisi vocalis insequebatur. ¶ Item ponitur pro persequi & insectari. διώκειν. *Ci. 2. Phi.* Si tu vi occisus esset, quum tu illum in foro spectante popul. Rom. gladio stricto insecutus es. *Virgil. 1. Æneid.* Nunc eadem fortuna virostot cæsos insequitur: quem das finem rex magne laborûm?

Cic. pro Rosc. Amer. Quid vis amplius? ecquid insequeris? quid oppugnas? Insequi clamore ac minis, *Cic. pro Cluen.* [¶ Insequi, pro dicere siue narrare; & insecenda, aliàs Insequenda pro dicenda, narranda; *Vide apud Gel cap. 6. lib. 18.*]

Insĕquēns, participium Consequens, sequens, cohærens. {ἐφεπόμενος, ἑπόμενος. GAL. Ensuyuant. ITALIC. *Perseguitante.* GERMA. Nachfolgend. HISP *Perseguidor, el que siegue.* ANG LIC. *That followeth.*} *Cicer. ad Olauium,* Quæ non insequens hora antecedente calamitosior populo Romano illuxit? Insequens officium. De quo mox dicturi aut deliberaturi sumus *Plancius ad Senatum lib. 10. Famil. Ciceronis*, Quis prius excusandum me esse arbitror, quàm de insequente officio quicquam vili pollicendum. [*Velleius*: Insequens Thessalus. (i. alter & posterior.)]

Insĕquēntĕr, aduerb. Pro inconsequenter. {ἀκολούθως. GALLI. Inconsequemment, mal à propos. ITALI. *Senza proposito.* GERMANIC. Vnsinnig das vorgehend nicht folgend. HISPAN *No siguiendo se.* ANGL. *Not to the purpose.*} *Gellius lib. 10. cap. 20.* Obscurè & insequenter particula illa posita.

Insĕctor, aris, frequentatiuum, Insequor, persequor. {דרבק *hidhbik* חשוג *hisigh.* διώκειν. GAL. Poursuyure diligemment, & instamment. ITA. *Perseguitare attentamente* GERMAN. Mit ernst nachreylen HISP. *Perseguir mucho y con diligencia.* ANGL. *To follow or pursue diligentlie after a thing.*} Cic. *pro Font.* Insector vltrò, atque insto accusatori iudices: insector, inquâ, ac flagito testeis. *Plaut. in Ca.* [*sc. 4. a. 3.*] Nam istic hastis insectatus est domi matrem, & patrem. [*Gell. ca. 9. li. 2.* Non modo hæc non sectatur, sed etiam insectatur.] ¶ Legitur etiam Insecto, sed apud vetustissimos duntaxat. *Plaut. in Cap.* [*sc. 4. a. 3.*] Iam illic nos insectabit lapidibus, nisi illum iubes Comprehendi. ¶ Insecta ri terram rastris. *Virg. 1. Georg.* Quod nisi & assiduis terram insectabere rastris.

Insectātĭo, onis, Criminatio, obtrectatio. {שיג *sigh.* διώξις, ἐπίληψις. GAL. Poursuite, comme quand on medit d'aucun. ITA. *Il perseguitare con triste parole.* GER. Verfolgung/Durchächtung. HI. *A quella obra de perseguir con parolas iniuriosas* ANG. *Pursueyng or sclandering.*} *Liu. 1. ab Vrbe,* Inde illam absentis insectationem esse natam, quòd morando spem destituerit.

[Insectiones *apud Gell. c. 9. l. 18.* appellantur Sermones siue narrationes. Vide suprà insecenda. *Item*, Insequor.]

Insectātus, passiuè, διωγμός. *Hirt. de bell. Afric.* Grauis enim armaturæ miles simulatq; ab his insectatus constiterat, in eósque impetum fecerat, illi veloci cursu facilè periculum vitabant.

Insectāntĕr, aduerb. Iniuriose, ὑβριστικῶς. *Gel. li 19. c. 3.* Turpius esse diebat Phauorinus Philosophus exiguè atque frigidè laudari, quàm insectanter & grauiter vituperari.

*Insĕrenus, a, um, Non serenus, Nubilus. *Stat. 1. Sylu.* Non tam his inserena nimbis, Terras obruit, aut, &c.

Insĕro, is, penultima correpta, inserui, insertum, significat Immitto, impono, immisceo {ἐμβάλλω, ἐντίθημι, ἐμβάλλω, ἐγκεντρίζω. GA. Entremettre dedans. ITAL. *Inserire por dentro, inestare, incalmare.* GERMA. Einlassen/einstossen HIS. *Meter dentro, enxerir.* ANG. *To greffe or sett in.*} *Te ent. in Heaut.* Vidin' ego te modò manum in sinum huic meretrici Inserere? *Colum. lib. 6. ca. 4* Nausea discutitur, si integrum gallinaceum crudũ ouũ iciuni faucibus inseras. *Plin. lib. 10. c. 57.* Penna per transuersas inserta nares. [*Ou. El. l. 2. Tri.* Necobsuit illi Historiæ torpes inseruisse iocos. *Item*, Inserere rixas. *Tib. li. El 1.* inserere per os pollicem. *Sue. in Gal. c. 20.* (Quid) Inseris Æacidis alienę nomina gentis? *Ouid. 13. Metam.* Inseri per adoptionem familiæ. *Sueton. in Claud. ca. 39. Idem*, Succensebátque si qui vel oratione, vel carminibus imaginibus eum Cæsarum insererent.] ¶ Quando facit inseui, insitum, significat idem quod insemino. *Colum. lib. 5. cap. 7.* Arboribus frumentinis, si frumentum non inseritur, in vtranque partem viginti pedum sparia interueniunt, hoc est, si inter arbores frumentum non seminetur. Solent enim Itali inter arbores illas, quæ vitibus vestiuntur, frumentum serere: qui mos etiam hodie manstit in Campania, & in agro Mediolanensi De arbore dicitur, quando scilicet scisso trunco, furculus fœcundæ arboris inseritur sterili. ἐμφυτεύειν, siue quum oculus vnius arboris alteri adhibetur, quod quidam inoculationem vocant: vel quando arbor seritur, aut plantatur. *Virg. 1. Ecl.* Insere nunc Melibœe pyros, pone ordine vites. *Colum. de Arbor. c. 8.* Vitem, quam inseturus es, resecato, & plagam leuato, atque ita findito, & paratos furculos in fissura demittito, eatenus quà adrasi sunt. *Idem*, Insita est fructuosior quàm quæ insita non est, quàm quæ cum ramis, radicibúsque seritur. ¶ Per translationem *Lactant. lib. 5.* Odium & inuidiam & dolum hominibus inseuit, vt tàm essent, quàm serpentes venenati, tàm rapaces, quàm lupi. *Diomed.* Inseror, insertus, & insitus facit. Et tradunt quidam Insitus arborum esse, Insertus hominis vel alicuius rei. Seruius, Insitas arbores dicimus: Insertas verò causas aut fabulas. *Plin lib. 10.* Penna per transuersas insertas nares. [¶ Insertus alienæ familiæ. *Sueton. in Tiber. c. 3.*]

Insĭtus, siti, penultima correpta, Surculus qui inseritur. {ἐμφύτευμα, ἐμφύτευμα. GA. Vn greffe, vn' ante. IT *Inestato, pianiato, vna calma.* GERMAN. Ein zweyg/ein schoss daß man in ein anderen baum zweyget. HISP. *Cosa exerida, ò enxerta.* ANG. *A shoote or young sets of a tree.*} *Colum. lib. 4. cap. 29.* Tum quod ex insito profundit, subligandum, ne vento surculus motus labefactetur, explantetúrve tener pampinus. *Idem de Arbor. ca. 26.* Terram circa arborem aggerato vsque ad ipsum insitum.

Insĭtus, pen. cor. participium, Innatus, ingenitus, ingeneratus. {ἔμφυτος. GALLI. Inseré, mis dedans ITA. *Inestato, incalmato.* GE. Eingepflantzet/eingesayt. HI. *Enxerido.* AN. *Greffed, or sett in.*} *Cic. 6. Verr.* Hoc cum cæteræ gentes sic arbitrantur, tum ipsis Siculis tàm persuasum est, vt animis eorum insitum, atque innatum esse videatur. Insitus vbi ciuis, *Sall. in Cic.*

Insĭtĭo, onis, Inserendi actus. {ἐμφυτεία. GAL. Entement, enture ITAL. *Inestamente, incalmatura.* GER. Einzweygung/sympfung HIS. *Obra de enxerir arbolos.* ANG. *A greffing, or pianting in.*} *Colum. lib. 5. cap. 11.* Tria genera

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

genera porrò insitionum antiqui tradiderunt. *Ouid.1.de Remed.amo.* Venerit insitio,fac ramum ramus adoptet.*Cic.de Sen.* Nec consitiones modò delectant,sed etiam insitiones, quibus nihil inuenit agricultura solertius.

Insītŏr,oris, Qui inserit. {ἐγκεντριστὴς,ἐμφυτιστής. GALLIC. Enteur. ITAL. *Incalmatore.* GE. eingweyger. HISPA. *Enxeridor.* ANGLI. *A greffer or planter.* } *Plin.lib.*18.*c.*33. Hunc caueat insitor calamis, gemmisque inoculator.

Insītīvum, Quod inseri potest, quod insitum est, & non natura innatum, aliunde acitum. {ἐγκεντριδίον. GA. Entré, inseré. ITAL. *Inestato, incalmato.* GE eingepfropffet. HI. *Enxerido.* AN. *That is greffed in, not natural.* } vt, Surculus insititius. *Plin.in Epist.* Qui multa? inuideo Græcis quod illorum lingua scribere maluisti. Neque enim coniectura eget, quid sermone patrio exprimere possis, quum hoc insititio & inducto tam præclara opera perfeceris.

Insītīuŭs,a,um, Insititius, quod scilicet naturale non est, sed aliunde ascitum. *Gel.* Corpúsque & animum benignè ingenitis primordiis in choatum, insitiuo degenerísque alimento lactis alieni corrumpere. *Cic.pro Sestio,* Quúmque insitiuum Gracchum contra vim multitudinis incitaræ censu prohibuisset.

Insĕrto,ras,frequentatiuum à supino insertum formatum. {παρεντίθημι. GAL. Accommoder, mettre dedans. IT. *Accommodare.* GERM. einthun stossen. HISP. *Atauiar.* ANG. *To applie, to mak meete.* } *Virg.*2.*Æn.* Hic ferro accingor rursus, clypeóque sinistram Insertabam aptans, méque extra tecta ferebam. *Stat.*3.*Theb.* piget irrupisse volantum Concilia,& cœlo mentem insertasse vetanti. Dextras insertare catenis, *Stat.*12.*Thebaid.*

Insĕrpo,is,ere, Serpo & obrepo, leniter inuado. {בא *ba* זחל *zachál,* εἰσέρπω. GAL. Se trainer & couler dedans, entrer doucement. ITA. *Entrare dentro dolcemente.* GERMANI einhineriechen oder schleichen. HISP. *Entrar à escondidas.* ANG. *To creepe in.* } *Stat.*1. *Theb.* iam somnus auaris Inserpit curis.

Insĕruĭo,is, Obsequor alicui, seruitium præsto, colo. {עבר *habádh.* δουλεύω, θεραπεύω. GALLI. Seruir, faire seruice. ITALIC. *Seruire, far seruicio.* GERMANI. Dienen. HISPA. *Seruir, hazer seruicio.* ANGLIC. *To serue.* } *Cicer* 1.*Offic.* A quo plurimum sperat, etiam si ille his non eget, tamen ei potissimum inseruit. Antiqui etiam accusatiuo iungebant. *Plautus in Mostell.* Non meretricum est, vnum inseruire amantem, Inseruire suis commodis, est vtilitati suæ consulere. *Cicer.*2.*de Finib.* Ergo in his adolescentibus bonam spem esse dicemus, & magnam indolem, quos suis commodis inseruituros, & quicquid ipsis expediat, facturos arbitramur. *Inseruitum est. *Cicer.Appio lib.*6. Sed nihil est à me inseruitum temporis causa. *Liuius* 2.*ab Vrb.* Plebi cui ad eam diem summa ope inseruitum est, iniuriæ à primoribus fieri cœpere.

Insībĭlo, las, lare, Sibilo, spiro, sibilum emitto. {שרק *scharák,* ἐμυσάω. GALL. Siffler. IT. *Fischiare.* GERM. einpfeyffen. HISPA. *Syluar.* ANGL. *To whistle or blowe in.* } *Ouid.*15.*Met.* Qualia succinctis vbi trux insibilat Eurus, Murmura pinetis fiunt. Membra insibilat ignis, *Silius lib.*12.

Insĭccātŭs,a,um, Non siccatus. {ἀνεφανδής. GAL. Qui n'est point seché. IT. *Non asciutto.* GER. Vngetrucknet. HIS. *Cosa no seca ni exeuta.* AN. *Not made dryo.* } *Stat.*3.*Theb.* Vulneráque ista ferens putri insicata cruore, Protinus ire peto.

Insĭdĕo,es, penultim. correp. In re aliqua siue superrem sedeo, inhæreo, insisto. {ישב *jaschább* רכב חנה *raehább chanáh.* ἐπιμένω. GALL. Estre assis dessus. ITA. *Sedere sopra qualche cosa.* GERMANIC. Etwa rauff sitzen. HIS. *Assentarse sobre algo.* ANG. *To sit vpon.* } *Plin. de Viris illustr.* Hic primus instituit, vt equites Romani Idibus Quintilibus ab æde Honoris equis insidentes, in Capitolium transirent. *Liu.*7.*ab Vrb.* Equo deinde quàm poterat maximè exornato insidentem se in specum immisisse. *Cic.li.*4.*Tusc.* Quum autem hic feruor concitatióque animi inueterauerit, & tanquam in venis medullísque insederit. ¶ Aliquando locum aliquem occupo ad intercipiendum aliqué. {ארב *arábh.* ἐνεδρεύω. } vt, Insidere arcem militibus *Li.*6.*bell.Pun.* Quingentis militibus arcem insedit. Insidere itinera. *Liu.*5.*bell.Pun.* Quà fugam inclinaturam credebat, omnia itinera insidere iubet. [*Liu.lib.*5.*dec.*4. Insidere saltum, *Idem l.*6. Cum Porsena Ianiculum insedit. *Item,* Insessæ viæ, & insessi loci. *Idem Liu.lib.*9.] ¶ Aliquando obsidere. {צר *tsar.* πολεμέω, ἐπιζεύγνυμι. ANG. *To besiedge.* } *Liu.*2.*bel.Pun.* Mago locum monstrabit quem insideatis. *Vir.l.*11. Arripuítque locum, & syluis insedit iniquis. *Liu.li.*9. Insessis omnibus viis, per quas commeatus ex Samnio subuehebatur.

Insĭdĕrī, passiué. *Liu.*5.*bel.Pun.* Vixque omnes hostium præsidiis insiderentur.

Insĭdiæ, arum, Technæ, artes, fallaciæ, ab insidendis & occupandis locis quæ ad insidias deliguntur. {ארב מארב *éreb maarábh.* ἐνέδρα, ἐπιβουλή. GAL. Espies, embusches. ITALI. *Insidie, aguati.* GER. ein heimliche hinderhaltung an ein verborgen ort gelegt/ yemandts vnwussend zů vberfallen/ auffsatz/ hinderlist/ betrug. HISP. *Las assechanças.* AN. *A lying in waitt to entrap.* } Solent enim qui hostibus insidiantur, ea loca insidere, quà illos iter facturos putant, vt incautos opprimant *Cæs.*1.*bell. Gal.* Insidias vereor. *Cic.pro Cn.Pla.* Vigilandum est semper, multæ insidiæ sunt bonis. *Idem* 3.*Offi.* Súntne igitur insidiæ, tendere plagas, &c. [*Plaut.Curc.sc.*1.*a.*1. Num tu pudicæ cupiam insidias locas? *Idem Pseud sc.*8.*a.*4. *Pseud.* Insidias dabo. (i. illi inopinato argentum offeram.) *Idem Mil.sc.*3.*a.*2. *Et Pseu.sc.*3.*a.*4. Me mortuum mauelim, quàm non dem insidias seni. *Idem Pla.Asin.sc.*1.*a.*1. Quid si in insidias deuenero, tum redimes me si hostes interceperint, *Plaut.Men.sc.*2.*a.*1. perij, In insidias deueni: Imò in præsidium, ne time. *Ibid.sc.*1.*a.*4. Huc concedamus, ex insidiis aucupa. *Idem Asin.sc.*2.*a.*5. Aucupemus ex insidiis quam rem gerant. *Idem Aulul.scen.prima act.*1. Metuo ne mihi ex insidiis verba imprudenter duit. *Plautus Pseud. scno.secunda a.*4. Ingredere in viam, dolis, ego hic in insidiis ero. *Velleius:* Insidiis conflata mors Scipionis. *Idem Vel.* Insidiis tentare aliquem. *Idem Ve.* Insidiis petitus *Gel.c.*7.*lib.*12. Exceptum insidiis occidere (veneno.) *Ouid.*13.*Met.* Insidias prodet manifestabítque latentem (nitor galeę.) ¶ *Quin.* Antequam in has ætatis insidias deueniat. ¶ Insidiæ hostiles. *Plaut.Pseud.sc.*4.*a.*4.]

Insĭdĭor,aris, Insidias tendo. {ארב *aráb* נכל *nachál.* ἐνεδρεύω, θηρεύω. GALL. Espier, guetter. ITA *Insidiare, far aguati.* GER. Nit listen auff auff einen laustern/ auffsetzig sein. HIS. *Asseguar.* ANG. *To luy in waite to entrappe.* } *Sallust.in Iugurth.* Adhærebatem vitæ tuæ dolus insidiatum esse. [*Plaut.Pseud.sc.*8.*a.*4. Certum est alio pacto Pseudolo insidias dare, quàm in Comœdiis, vbi cum flimulis & flag (domini) insidiantur seruis. *Velleius,* Insidiari temporibus, & medium se præstare. *Ouid.l.*3.*Fast.* Error vt ante oculos insidiantis erat (furentis volentis ancilia sup.) *Item,* Insidiantis hoc fortunæ fuit.] *Cic. de O. at.* Non enim id agit vt insidietur, & obseruet, sed fauet. *Mart.lib.*12. Si te delectant animosa pericula tuscis, Tutior est virtus, insidiemur apris. *Virg.*9. *Æneid.* lupus insidiatus ouili. *Ouid.*13.*Metamorph.* Hostibus insidior, fossas munimine cingo. *Apud Callistr.in l.*28.*D.de pœnis,* præreritum est tanquam ab Insidio, as, are, Igni cremantur, inquit, plerunque serui, qui saluti dominorum suorum insidiauerint.

Insĭdĭātŏr, oris, Qui tendit insidias. {ארב *orév* נכל *nachél.* θηρευτής. GAL. Espieur, guetteur. ITA. *Insidiatore.* GERM. ein auffsetziger/ der einem mitt listen nachstellet. HISP. *Assechador.* ANG. *That layeth in waitt to deceiue.* } *Cic.pro Mil.* Insidiatori verò latroni quæ potest afferri iniusta nex?

Insĭdĭōsŭs, Qui sæpe insidiatur, plenus insidiis, fallax. {עקוב *hakób.* δόλιος, ἐπιβουλευτικός. GALLIC. Plein de tromperie. ITALIC. *Pieno d'inganni.* GER. Affsetzig/ arglistig/ heimlich nachstellig. HISP. *Lleno de assechanças y engaños.* ANG. *Full of wiles an deceit.* } *Cicer.* 4. *Verr.* Quis acerbior? quis insidiosior? quis crudelior vnquam? Insidiosus latro. [*Ouid.*6.*Fast.* latias Saturnia bacchas Inflimulat fictis insidiosa sonis. Et, Insidiosa itinera. (i. insidiis oportuna) *Sue. in Cæs. cap.*28.] *Mart.lib.*14. *Plin.lib.*29.*c.*1. In qua conditione insidiosissima authoritatem pessimis boni faciunt.

Insĭdĭōsē, Cum insidiis, failaciter, fraudulenter. {μετ' ἐπιβουλῆς. GAL. Par trahison, par deception & tromperie, en guettant. ITA. *Con tradimento, con inganno, con truffa.* GERM. Auffsatzlich/ mit hinderlisten. HISP. *Con assechanças, con engaño.* ANG. *Deceitfullie, with wiles.* } *Cic. lib.*3.*Off.* Ratio ergo postulat ne quid insidiosè, ne quid simulate, ne quid fallaciter.

Insĭdo,is,pen.prod. insedi, insessum, idem quod insideo. {ישב *jaschább* רכב חנה *raehább chanáh.* ἐφίζάνω, θηρεύω. GALLIC. S'asseoir, & se poser, reside sus. ITA. *Sedere.* GERMA. einsitzen/ sich niderlassen. HISP. *Assentarse.* ANG. *To sit downe vpon.* } *Virg.*5.*Æneid.* Ac veluti in pratis, vbi apes æstate serenâ Floribus insidunt variis, & candida circum Lilia funduntur. *Quint.lib.*10.*cap.*7. Moras, & fecessum, & silentium quæret, dum illa verba fabricentur, & memoriæ insidant. [*Senec cap.* 1.*de Consol.ad Marc.* Insidunt penitus vitia, nisi dum surgunt, opprimuntur.] *Lact.lib* 6. Vitanda ergo spectacula omnia, non solùm nequid vitiorum pectorib. insidat, id est, sensim ingrediatur, & inhæreat. *Stat.* passiuum protulit 2. *Theb.* Pessis insiditur astris. [¶ Insignia mancia, pro insignita. *Gellius cap.*4.*lib.* 7. Insignis annus siccitate. *Liuius* 10.*d.*4.]

Insīgnĭs, & hoc insigne, Eximius, egregius: & propriè in quo aliqua sunt signa, quibus ab aliis discernitur. {נסמן נכחם *nismán nechthám* כבד *chabédh.* ἐπίσημος. GALL. Notable, signalé, bien marqué, remarqué. ITA. *Nobile, illustre, chiaro.* GERM. Furnemb/ furtrafflich/ fur ander auß. HISP. *Claro, señalado.* ANGL. *Notable, euident, marked to be knawen.* } *Virg.lib.*3. *Georg.* Nec mihi displiceat maculis insigni & albo, hoc est, insignitus, quíque maculis ab aliis distinguitur. *Liu* 1.8 *ab Vrbe,* Flaminem Ioui assiduum sacerdotem creauit, insignísque eum veste, & Curuli tegia sella adornauit. *Virg.lib.* 4.*Æneid* ostróq insignis & auro Stat sonipes: hoc est, auro & ostro instratus. [*Liu.lib.* 34. Insignes auro & purpura.] ¶ Insigne itaque dicitur, quicquid signo aliquo, vel nota inter alia eminet. Ita qui nobilitate, aut virtute aliqua, aut etiam vitio inter alios eminent, insignes dicuntur. *Virg.*1.*Æneid.* Insignem pietate virum. [*Ouid.Eleg.vlt.lib* 4. *Trist.* Imus ad insignes vobis ab arte viros. (eruditionis causa.)] Sic etiam, insignes latrones dicimus, qui maiore a dacia grassantur, & suis facinoribus omnibus innotuerunt. [Sic, insignis aliquo incommodo, *Senec.cap.*14.*de Consol.ad Polyb.* Et insignis deformitas *Gell.cap.*15.*lib.* 11. *Item,* Insignia monstris corpora & prodigiosa *Quintilian.*] Item insignia etiam facinora dicimus, quæ vulgaria non sunt, sed rara nihilque habent mediocre, sed aut insigniter bona, aut mala. Insignis homo omnibus notis turpitudinis, *Cic. p o Rab. Terent. in Eunuch.* Iamdiu aliquam causam quærebat senex quamobrem aliquid insigne faceret. Donatus, Insigne aliquid magnum, & nobile facinus. Sic etiam insignia scelera, à Tacito dicuntur. Quicquid enim excellit, siue illud sit vitium, seu virtus insigne dicitur. Hinc etiam quandoque simpliciter pro magno sumitur. *Lucil.* Coquus non curat caudam insignem esse, modò pinguis siet.

[Insigne, is, & in plurali insignia, insignium. Notæ, signa. {נקודים *nekuddóth* אותות *othóth.* παρασήμια. GALL. Enseignes, marques, armoiries, armes. ITALIC. *Insegne, arme.* GERM. Zeichen/ wapen. HISP. *Las insignias de las horas, las armas.* ANG. *A badge or cognisance, signes of honoures or degrees.* } [Insigne Domitiorum, fuit rutila barba; *Suetonius in Neron cap.*1. Quod insigne mansit & in posteris eius, ac magna pars rutila barba fuerunt. *Et Gell.cap.*6.*lib.*5. Et *Velleius,* Insigne regium. (id est, diadema.) *Item Ouid.lib.*1.*de Arte.*] Este procul vittę tenues, insigne pudoris. Sic etiam dicimus insigne regni, pro diademate quo reges vtuntur. *Cicer.*3.*Philip.* Esset enim illi seruiendum, si Cæsar ab ipso regni insigne accipere voluisset. Dicuntur autem insignia quæ in vestibus, vexillis, & huiusmodi insignita sunt: aut ipsæ vestes, vexilla, & alia quæ fiunt, aut feruntur, ita ab aliis discreta, vt nosci possint cuius sint, & ad quos pertineant: vt vestes militares, & insignia militaria, regalia, consulariáve, quibus acies ab acie, eques ab equite, Rex & Consul à viro priuato cognosci debet. *Virg.*2.*Æneid.* Danaúmque insignia nobis Aptemus clypeos. *Liu.lib.*1. Ipse en ille nostris decoratus insignibus magnificè incedit. *Sallust. Catil.* Cum fascibus, atque aliis insignibus ad Manlium in castra tendit. Mos fuit antiquorum, vt bene meritis insignia tribuerent magistratuum. Vnde scribit *Tacit.* decreta fuisse Narcisso Quæstoria insignia à Claudio Cæsare. Ab

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

eodem insignia Prætura Crispino decreta fuerunt.[*Sueton.in Aug.c.* 29.Cuique victores essent,huc insignia triumphorum inferrent.*Liu. li.*34.Non triumphi,nec insignia contingunt fœminis.Mox,Munditiæ & ornatus fœminarum insignia sunt.*Ibid.Vell.*Cum se insignibus honorum velasset,iugulatus est.]¶Et non solùm signa & ornamenta ob virtutem adepta: sed etiam insignia laudis,& insignia gloriæ dicimus *vt Cic.Appio*, Insignia enim virtutis multi etiam sine virtute assequuti sunt.

Insignio,is,ui.ium, Signis noto, seu distinguo. { כתם *chathám* רשם *raschám.* σημαίνω, σημειόω. GALLIC. Marquer, noter & remarquer,orner. ITALIC.*Ricamare,ornare.* GERMANIC.Zeichnen. HISPANIC. *Señalar, ornar.* ANGLIC. *To marke or seale.* } *vt apud Claudianum libr.*1.Hic elementorum seriem, sedésque paternas Insignibat acu. *li.*4.*ad Heren.*Si quam rem deformabimus turpem aut cruentam,aut cœno oblitam,aut rubrica deliberam inducemus,quo magis insignita sit forma.*Virg.*7.*Æneid.* At læuem clypeum sublatis cornibus Io Auro insignibat.Insignire annum cladibus,*Tacitus* pro insignem facere.[*Suet in Calig.c.*31.Insigniri tempora calamitatibus: *Gell.ca.*6.*li.*5.Insignita corona rostris nauium. Insignita virgo labe. *Gell.cap.*12.*lib.*1.Insignitæ iniuriæ.*Gell.cap.*3.*l.*10. Et Insignitè loqui, ad vituperium dictum à Gellio de eo,qui loquebatur absona,&c.*ca.* 15 *lib.*6.]

Insignītŭs,pen pro,part.aut nomen ex participio,idemquod insignis. { נכתם *nichthám* נרשם *nirschám.* σημειωτός. GA. Marqué,orne,segnalé. ITA *Orna·o,sigillato.* GERMA. Bezeichnet oder mercklich. HIS.*Ornado,señalado* AN.*Marked or sealed.*}*Cic.t. de Diu.* Quod plenus aër sit immortalium animorum, in quibus tanquam insignitæ notæ veritatis appareant.*Tacit.li.*4.His partæ victoriæ spes,& si cedant,insignitius flagitium.*Insignita.*Plin.li.17.c.4.Oculorum vitia omnia sanari ea conuenit, priuatim prurigines & scabiem genarum, item insignita ac liuida.

Insignītē,pen.prod.Insigniter,eximiè.{παγκοσμίως. GALLI.Fort excellemment,notablement,euidemment,clairement.ITA. *Illustremente,manifestamente,chiaramente.*GERM. Treffenlichen/ auffbundiglich/ mercklich.HISPA.*Notable y señaladamente.*ANG.*Notably,euidently.*} *Cic.pro Quint.*Neque tamen quisquam inuentus est tam insignitè improbus.*Plau.in Men.*[*sc.*7.*a.*5.[Neu sinas in me insignitè fieri tantam iniuriam.

In.ignitĕr,aliud aduerb.eiusdem significationis. { παγκοσμίως, ὑπερφυῶς. ANGL *Notably-passing wœl.*}*Cic.in Partit.*Parentibus,amicis, hospitibus præcipue atque insigniter diligendis.*Idem* 3.*Phil.* Quis autem rex vnquam fuit tam insigniter impudens,vt haberet omnia commoda,beneficia,iura regni venalia?*Colum.li.*10.*ca.*1.Superest ergo cultus hortorum insigniter neglectus quondam veteribus agricolis. [*Sueton.in Tib.c.*14.Insigniter cristatus gallus:*Et Gel.ca.* 16.*li.*11.Insigniter turpe.]

Insĭlĕ,insilis,pen.cor.Est suspendiculum vel perpendiculum,quod tela demissam examinat:ita dictum,*vt credit interpres Lucretij*, eò quòd applausa pectine tela resultet & subsiliat. {AN.*The treadle of a weauers tome.*}*Luc.l.*5.Textile post ferrum est,quia ferro tela paratur : Nec ratione alia possunt tam læuia gigni Insilia,ac fusi,radij, scapique sonantes.Alij volunt esse duo instrumenta lignea,pedibus textorum supposita,quibus alternis resurgentibus & depressis,telæ operiuntur,& contrahuntur.

Insĭlĭo,is,penultim.corrept insilui,insiliui,insilij,insultum, Saltu ingredior, vel super aliquid salio,conscendo,ineo.{ דלג *dalágh.* ἐπάλλομαι, ἐπιπηδάω. GALLIC.Saillir ou sauter dessus,ou de dans,se ruer dessus ITALI *Assalire,saltare in qualche cosa.*GERMAN. einspringen oder etwarauff springen.HISPAN.*Saltar en otra cosa.*ANGLIC.*To eape in or vpon.*}*Lucret.lib.*3. Insiluit solo nociturus pondere puppi.Insilire in equum. *Liu.*6. *ab Vrbe.Plaut.in Rud.*E naui timidæ ambæ in scapham insiluimus,&c.*Plin.lib.*8.*c.*6. Dum sequitur,insilit saltus quo in fuga non vtitur.[*Sueton.in Claud.cap* 21.Insilire tauros defessos.*Plaut.Milit sce.*3.*act.*2. Ne in malum & cruciatum maximum insiliamus.]

[Insultura,(i.in equum insultus:)quand l'on saulte sur vn cheual : cui opponitur desultura,(i.ex equo desultus)quand l'on saulte,ou se iecte de cheual en bas:*Plaut.Mil.sc.*3.*a.*2.*Metaph.*Tu sali solus(sup.in maximum cruciatum)Ego istam insulturam & desulturam nihil hic moror.Vide Lambinum in hunc locum.]

Insĭmŭl,Ex in & simul significat,vnà.{ יחרו *jachdáv.* ἅμα. GAL.Ensemble. IT.*Insieme.*GE.Mit einanderen HI.*juntamente.*ANG.*Together.*} *Stat.*1.*syl.*Et gentes alis insimul togatas.

Insĭmŭlo,mulas, penultima correpta,Accuso, crimen ingero. { שטן *satán.* φερβαλλομαι, ἐνδείκνυμι, ὑπάδω, κρίνω. GALLIC.Accuser,blasmer, mettre sus.ITALIC.*Accusare,incolpare.*GERMANI. Zeyhen/beschuldigen.HIS.*Acusar,culpar.*ANG.*To accuse,to lay to ones charge.* } *Cic. Trebatio.*Hic tu me etiam insimulas,nec satisfactionem accipis.[*Pl. Milit.sc.*3.*a.*2.Si falsò eam insimulas,hoc perieris. *Plaut. Mos scen* 2. *a.*5 Male facis quæ insontem insimules.*Plaut.Amphitr.* Atque insimulabit eam probri.*Idem ibidem*, Istuc facinus quod tu insimulas generi nostro non decet.*Ibidem.*Quí illi collibitum meo viro sic me insimulare falsum facinus tam malum *Idem Milit. sc.*4.*a.*2. Insimulatam me perperam falsò.Probri,*Ibidem.*]¶Iungitur etiam quandoque genitiuo.*Terent.in Phorm.* Si herum insimulabis auaritiæ, malè audies. ¶ Accipitur etiam insimulo pro suo simplici simulo. φαντάζομαι.*Cicer.libr.*1.*Offic.*Solus neglexit fidem,furere insimulauit, ne quo iret.

Insĭmŭlātĭo, Quæ (vt inquit Donatus) est falsi vel veri criminis incusatio.{ שטנה *simáh.* ἐνδειξις ἐγκλημα. GAL.Blasme, accusation. ITALIC. *Accusatione.*GERM Zeyhung eines lasters/beschuldigung. HIS.*Aquella falta accusation.*ANGLIC.*Accusation,blaming.*}*Cic pro Fonteio*, In falsam atque iniquam proborum insimulationem vocabatur

Insĭnuo, insinuas,In notitiam alicuius adduco, latenter introduco. { εἰσδύομαι, ἐγκωπτίζω, ἐγκατακλίζω, ἰσοπιστοῦμαι, παρεισδύνω. GAL. Mettre ou ietter au sein,fourrer dedans,deconfire ITA.*Mettere in seno,o gittar dentro,demonstrare.*GERM. Sich einschmeychlen oder einflicken/zutöppisch machen. HISP. *Ensenar,o meter en el seno,demonstrar.* ANG.*To put into his besome.* } *Suet.de Clar. Gram.* Quare citò manu missus Augusto insinuatus est, quòd eleganter curam ordinandarum bibliothecarum in Octauiæ porticu suscepit, hoc est, in notitiam Augusti peruenit. *Cic. de Amicit.* Callidus ille & occultus ne se insinuet, studiosè cauendum est. *Plaut.in Milit.*[*sc.*1.*a.*2.] Interim iuit hinc miles: fortè Athenas aduenit : Insinuat sese ad aliam amicam heri mei. [Mox, sese intimum facit. *Et Gellius c.*7.*lib.*3. Insinuant in hunc locum.(id est,ingrediuntur.) *Liuius lib.*2.*bell.Macedon.*Insinuat se flumen inter valles. *Idem l.*10.*a.*3. Insinuauerat se animis suspicio. Insinuare ordines. *Liuius l.*4.*a.*5.] ¶ Dicitur autem insinuo, quasi in sinum vel pectus immitto. ¶ *Vnde apud Terull de Resurr.carnis*, Insinuare pro in sinum absconde vsurpatur. Moses manum in sinum condidit & emortuam profert, & rursus insinuat,& viuidam explicat. *Apud Virg.lib.*2.*Æneid.*Ic gitur insinuat,pro insinuatur.Tum verò tremefacta nouus per pectora cunctis Insinuat pauor. ¶Insinuare quoque aliquando est immittere aut mouere. *Sisenna Histor.lib.*4. Agmen perturbatum pedites insinuant, ac loco commouent.*Ex Nonio.*

Insĭnŭātŭs,Inflexus,complicatus, compressus. { חבוך *chabuk.* συμπεπλεγμένος. GALLIC.Tors,doublé. ITALICE. *Riuolto,torto.* GERMA. Jn buffen gelegt. HISP. *Doblegado, tuerto.* ANGL.*Bowed, pleti.* } *Apuleius libro* 9. Siccine vacuus & otiosus insinuatis manibus ambulabis mihi ? Tali enim habitu manus otiosorum complicantur. *Liu. pro eodem dixit*, Compressis manibus ,cuius hæc sunt verba *ex lib.*7. *ab Vrbe*, Quid aliud causæ esse credamus,cur veteranus dux fortissimus bello,compressis (quod aiunt) manibus sedeas? [*Sueton.in Calig.cap.* 12 Insinuatus per alium.*Et in Othon. cap.* 2. Per hunc insinuatus est Neroni. *Gellius cap.*1.*lib.*15. Ne ædificatio correpta atque insinuata flammis arderet.]

Insĭnŭātĭo,onis,Obscura & latens auditoris conciliatio. { παρέισδυσις. AN. *A craftie or coulourable beginning of an oration.* } *Cic.*1. *de Inuent.* Insinuatio est oratio quadam dissimulatione & circuitione obscurè subiens auditoris animum.*Vide Quint.lib.*4.

Insĭpĭāt,*apud Varr.*id est,alterando fiat insipidum.Quanquam alibi legatur cùm fur incipiat.

Insĭpĭdŭs,a,um, Iniucundus, insuauis, sine sapore: { נבל *chesil* אויל *evil.* δύσχυμος, ἄποιος. GALLICE.Qui ne sent rien, stupide.ITA.*Che a cattiuo sapore.*GER Vngeschmackt. HIS. *Cosa desabrida,sin sal.*ANG. *Without smacke, vnsauerie.*} ¶Per translationem accipitur pro stulto & insipienti. ἀξύνετος. *Gell.lib.*6.*c.*1. Nihil est prorsus,inquit,insipidius,qui opinantur bona esse potuisse,si non essent identidem mala.

Insĭpĭens,tis,Non sapiens,stultus,imprudens. { כסיל *chesil* אויל *evil.* ἀξύνετος, ἀφρων, μωρός. GA.Fol,qui n'est point sage.IT.*Pazzo, sciocco* GER Vnweyss. HI *Nosabido,necio.*ANG.*Foolish,not wise.*}*Cic. de Finib.* Turpe est sapientem ex insipientium sermone pendere.I*dem de Amic* Nihil insipiente fortunato intolerabilius fieri potest. [*Plaut.Pseud.sc.*3.*a.*3.Sumne ego insipiens qui solus loquor.*Idem Milit sc.*6 *a.*2.Nunc demum me insipientem esse arbitror:Suprà, Excordem,cæcum,incogitabilem]

Insĭpĭēntissĭmŭs,superl. *Sen.quæst. nat.l.*2.*c.vlt.*Non tibi timidissimus omnium videtur & insipientissimus,qui *magno ambitu rogat moram* mortis?

Insĭpĭentĭă,æ,imprudentia,dementia { כסילות אוולת *chesiláth ivvéleth.* ἀνοησία, ἀφροσύνη, μωρία. GA. Folie. ITA.*Pazzia.* GE.Vnweyssheit/torheit. HI. *La necedad,o ignorancia.* ANG.*Foolishnesse.*} Plaut. *in Amph.* Iusta autem ab iniustis petere, insipientia est. [*Plaut.Pers.sc.*5.*a.*1. Istæc insipientia est,iram in promptu gerere.]

Insĭpĭentĕr,aduerb.Imprudenter ,stultè, temerè. {ἀνοήτως. GA.Folement. IT.*Pazzamente.*GER.Vnweysslich. HI.*Nesciamente.* ANG.*Foolishlie.*} *Plaut Truculent.* per tua obsecro genua, Vt tu istuc insipienter factum, sapienter feras,mihique ignoscas.

Insĭpo,as,are , verbum est antiquum & obsoletum, quod *Festus* interpretatur iniicere.*Cato de Re rust.cap.*85. Omnia bene permiscето, & in ollam nouam insipato.

Insĭsto,stis, significat in re aliqua consisto. { עמד *hamádh.* ἐφίσταμαι, ἐνίσχυμαι. GALLICE , Se tenir ferme sur quelque chose,s'y arrester. ITALIC. *Affermarsi, star fermo.* GERMAN. etwar auffstehn. HISP.*Estar firmo, firmarse en lugar.* ANG. *To insist vpon any thing, to tarie.*}*Plin.lib.*7.*cap* 2.Contuentes solem immobilibus oculis, feruentibus arenis toto die alternis pedibus insistere. *Cæsar* 2 *bell. Gall.* At hostes etiam in extrema spe salutis tantam virtutem præstiterunt, vt quum primi eorum cecidissent, proximi iacentibus insisterent. *Insistere,Obfirmare animum.*Terent. *Hecyra*, Pamphile,ad aures haud inuito sermo mihi accessit tuus, Quum te post putasse omnes res præparente intelligo,Verùm vide ne impulsus ira,prauè insistas. ¶Insistere vestigia,pro firmare.{ חעיד *hecheemidh.* } *Virg.lib.*11. Vtque pedum primis infans vestigia plantis Insisteret,iaculo palmas armauit acuto. [*Plaut. Capt.sc.*1.*a.*4. Omnes itinera insistant sua. *Plautus Amph.*Vbi quisque insisterat concidit crepitu. *Idem Milit. sc.*4. *a.*2. Age nunc insiste in dolos. *Plaut.Capt.sc.*4.*a.*3. Ne quid huic temerè insistas credere.

¶Instĭtit,pro instituit,siue cœpit. *Catull de Com.Beren.* Et qui principio sub terra quærere venas Institit.] Item dicitur insistere vestigiis alicuius,id est,sequi & imitari aliquem. ¶Item insistere,pro operam dare.{ נצב *natsáv.* ἐπιτήδευμα, ἐπίσπημα. ¶Item sollicitare,vrgere.{ נצב *natsáv.* ἐγκειμαι,} *Plinius*, Frequentiúsque,vt id ageret,insistebat. *Autor ad Heren.* in hac significatione cum datiuo coniunxit. Nunc idem nosmetipsi vobis insistemus:res enim communis agitur,id est, vim faciemus.[*Gell.cap.*23.*lib.*1. Quid mater audire instituisset.(i.vrgere voluisset.)*Tibull.lib.*4.Magnis insistere rebus incipe. *Liu.*7.*d.*4. Legati eorum institerе.] ¶ Item pro resistere, immorari, & quasi fistere gradum : cuius contrarium progredi. *Cicer.*4.*Verr.* Quot videtis esse in vno furto peccatorum gradus ? vt si singulis insistere velim,progredi iste non posset. *Idem in Orat.* Sæpe accidit,vt aut celeriùs insistendum sit,aut longiùs procedèdum.Insistere hastæ, hoc est, inniti.*Plin.de viris illust.*Aduocato Marco Liuio Pontifice,hastæ insistens,& solennia verba respondens, se & hostes diis manibus deuouit.Insistere vestigiis alienis,hoc est,inhærere , & sequi aliena vestigia.*Plin.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

gia. *Plin.lib.6.cap.17.* * Insistere viam, & insistere iter, Proficisci, ambulare. *Terent.Eunuch.* Vbi quæram? Vbi inuestigem? quem percontem? quam insistam viam? *Liu.7. bell. Maced.* Iter quod insistis L. Scipio, ego quoque approbo. [*Liu.lib.5.dec.4.* Insistunt sequi suorum agmen. *Liuius 9.d.4.* Insistere perculsis. *Idem Liu.7. d.4.* Iter quod insistis.]

Īnstĭtĭo, nis, verò, Progressioni opponitur. { עמדה *b.mdáh.* στηχεσις. GALLICE. Arrest, demeure. ITALIC. *Dimora, mora.* HISP. *Tardança.* ANG. *An inſilling, or tarying.* } *Cicer.1. Tuscul.* Aut quis errantium stellarum cursus, progressiones, institiones noranit? Quo tamen in loco nonnulli (sed perperam) legunt institutiones. Vocat enim Cicero stellarum institiones, quum omnino non mouentur, sed ad quoddam tempus insistunt, siue consistunt: *id quod testatur lib.2.de Nat.Deor.*

Insĭtĭo, Insĭtĭtium, *Vide* INSERO.

Insĭtium, ab insectione dictum, Pulmenti genus, ex insectis & minutatim tritis carnibus confectum. ἔνδεσις. *Apud Apitium sæpe fit mentio* de insitiis. *Meminit & Varr. Vide suprà* insecto.

Insĭtum, Insĭtiuus, *Vide* INSERO.

Insŏcĭabĭlis, le, Quod coniungi non potest. {ἀκοινώνητος, ἀσυμπλακτος. GALLIC. Qui n'est point accompagnable. ITALIC. *Solingo, che non si può accompagnare.* GERMANIC. Ungesellig / vnvereinbarlich. HISP. *Cosa que no se puede ser accompañada.* ANGLIC. *That can haue no societie or companie with others.* } *Plin.lib.16.cap.43.* In omni genere & glutinum abdicant quædam, & inter se & cum aliis insociabili glutino, sicut robur. Sed nec ferè cohærent, nisi similia natura, vt siquis lapidem lignúmque coniungat. Indomita & insociabilis gens. *Liu.7.bell.Maced.* Regnum insociabile. *Tacit. lib.13. Liu.7. bell. Pun.* Insitari nanque aurea alienigenis, nec videre ipsi aduenam in terra sua adiuuti, omni generi humano insociabiles erant.

Īnsōlābĭlĭtĕr, aduerbium, Sine consolatione. { ἀπαραμυθήτως. GAL. Inconsolablement, desolablement. ITA. *Senza consolatione.* GERM. Vntröstlich / one troſt. HISPA. *No podiendo ser consolado.* ANG. *Without comfort.* } *Horat. 1. epist. 14.* Me quanuis Lamiæ pietas & cura moratur Fratrem mœrentis, rapto & de fratre dolentis Insolabiliter.

Īnsŏlens, penultima correpta, Insuetus & insolitus. { ἀλλόκοτ. GAL. Inusité, qui n'est point en vsage. ITALIC. *Insolito, non solito.* GERMAN. Vngewont / seltzam. HISPANIC. *No acostumbrado.* ANGLIC. *Not wont or accustomed.* { *Horat. 3. Carm. Ode 29.* Fortuna sæuo læta negotio, & Ludum insolentem ludere pertinax, Transmutat incertos honores, Nunc mihi, nunc alij benigna. *Sall.* Insolens vera accipiendi. [*Cæs. 2.de bell.ciu.* Insolens belli multitudo.] *Gell.lib.1.* Atque id quod à C. Cæsare excellentis ingenij, ac prudentiæ viro, in primo de Analogia scriptum est, habe semper in memoria atque pectore, vt tanquam scopulum, fugias inauditum atque insolens verbum. ¶Ponitur etiam pro superbo & arrogante, quem *præsumptuosum* dicere solemus. { זאר *gheed* זדון *zedh* ἀλαζών. GALLIC. Insolent, arrogant, superbe, fier. ITAL. *Arrogante, superbo.* GERM. Vbermütig / hochtragend / stoltz. HISPANIC. *Arrogante, y soberuio.* ANGLIC. *Presumpteous, arrogant., hautie.* } Quod est, quum quis audet facere vel dicere quod à modestis viris fieri aut dici non solet. *Cicer.pro Marcello*, In victoria, quæ sui natura insolens & superba est. *Idem de Senectute*, Tertiam enim iam ætatem hominum viuebat, nec erat ei verendum ne vera de se prædicans nimis videretur aut insolens aut loquax.

Īnsŏlēntĭa, æ, insuetudo, res non consueta aut solita. {ἀλλόκοτα. GAL. Faute d'accoustumance, inaccoustumance. ITALIC. *Nouità.* GERM. Vngewonheit / vnbreüchtigkeit. HISPANIC. *Aquella no costumbre.* ANGLIC. *Disusage, lack of wonting.* } *Cicer.1. de Inuent.* Primò propter insolentiam reclamantes, deinde propter rationem atque orationem studiosius audientes, &c. *Liu.8.bell. Maced.* Et offenderunt aures insolentia sermonis. *Cicer. pro Deiot.* Moueor etiam loci ipsius insolentia. [*Item*, verborum insolentias, dixit *Gellius cap. 19. libr.13.*]

¶Insolentia, pro arrogantia, superbia. { גאוה *ghaváh* גאית *ghéuth* זדון *zadhón.* ἀλαζονεία. GAL. Insolence, arrogance. ITA. *Superbia, arroganza.* GERM. Stolz / hochtragenheit / übermut. HIS. *Arrogancia, y soberuia.* ANG. *Fryae, presumption.* {[*Senec.epist.88.* Insolentia nihil est aliud quàm species magnitudinis falsæ.] *Cic.5.Verr.* De luxuria Apronij loquor, nihil de insolentia, nihil de singulari nequitia ac turpitudine. *Cicer.1.Tuscul.* Quæ quidem cogitans soleo sæpe mirari nonnullorum insolentiam philosophorum, qui naturę cognitionem admirantur.

Insŏlēntĕr, aduerbium, Arroganter & superbè. { ἀλαζονικῶς. GALL. Fierement, arrogamment. ITAL. *Superbamente, arrogantemente.* GERM. Stoltzlich / übermütigklich. HIS. *Arrogante y subertuiamente.* ANG. *Arregantlie, proudlie.* } *Cic.4.Tuscul.* Insolenter se efferre. *Liu.2. ab Vrbe*, Tandem superant externa: adeò superbè, insolentérque hostis eludebat. ¶Aliquando etiam insolenter vsurpatur pro rarò. { ANGL. *Seldome, few ymes.* } *Cic.1.de Inuen.* Deinde natura eius euenirene vulgò soleat, an insolenter & rarò.

[Insolesco, is, ere, s'enorgueillir, deuenir insolent. *Gell. cap.3.lib.7.* Ne Romani, Perse quoque rege victo, ad superbiam, ferociámque & immodicum modum insolescerent.]

Īnsŏlĭdum, siue Insolido, penultima correpta, Integrè. εἰς ὁλόκληρον, εἰς ὁλόκληρον. GALL. Entierement, en tout & pour le tout. ITA. *Interamente.* GERMAN. Gentzlich. HISPAN. *Integramente, ò enteramente.* ANG. *Throughlie.* } *Senec.de Benefic.lib.2.* Præsentia nondum tota insolida sunt: potest illa casus aliquis incidere. Obligari insolidum. *Vlp.l.Hu verbis eod.tit.* Spondere Insolidum. *Iulianus l. Reos eodem tit.*

Īnsŏlĭtus, a, um, Non suetus, insolens, inassuetus. { ἀλλόκοτ. GALLIC. Inaccoustumé, non accoustumé. ITAL. *Insolito, non consueto.* GERM. Vngewont HISP. *Descostumbrado, no acostumbrado.* ANG. *Anaceuſtoued not wonted.* } *Virg.1.Georg.* insolitis tremuerunt motibus Alpes. *Cic.6. Verr.* Cur prudentissimas, electissimásque fœminas in tantum virorum conuentum insolitas, inuitásque prodire cogis? Insolitus ad laborem exercitus, *Cæsar 3.bell. Ciuilis.* [Insoliti Romani tumultus, genitiuo casu. *Liuius l.10.ab Vrb.Quid.Eleg.vlt.lib.4. Trist* Insolita cepi tempora 2. ma manu.]

Īnsŏlĭtē, aduerbium, præter consuetudinem. {ἀλλόκοτ. ANG. *Not as it was wonte.* } *Gell.lib.1.c 5.* Intempestiuè ac insolite differebat. Sunt tamen qui eo loco legant, Insubidè differebat.

Īnsōlo, las, pen prod. Ad solem sicco. { ἡλιάζω, ἡλιῶ. GAL. Mettre au soleil, secher au soleil. ITAL. *Seccar al sole.* GERM. Sönnen / an die sonnen thun oder dahin trücknen. HISP. *A, solear poner.o ai sol.* ANG *To dry at the sonne.* } *Colum.lib. 12.c.39* Quas per triduum insolaueris. *Idem lib.4.c.17.* Nam & sic facilius insolatur humus, & fructus percoquitur.

Īnsōlātus, In sole, seu ad solé siccatus, aut calefactus. {ἡλιασθείς, ἡλιωθείς. GAL. Exposé, & sechè au soleil. ITA. *Seccato al sole.* GE. Gesönnet / an die sonnen gelegt. HISP. *Cosa asonalada.* ANG. *Dryed at the sonne.* } *Colum.lib.5.* Super hoc macetiæ quæ tenctum habent, melius conualescunt, & vuæ commodius insolaræ percoquuntur. *Insolati dies, *apud Columellam*, Illustres, quibus sol lucet. *Colum lib.11.cap 3.* Deinde quùm enata semina fuerint, tepidis diebus & insolatis iuxta ædificium sub dio ponat. *Budæus.*

¶Insolare quoque pueliæ crines dicuntur, dum facie recta passos capillos ad solem expandunt siccandi gratia. Et ipsi crines insolati dicuntur. *Plin.lib.21.cap.14.* de cera loquens, Candidissima verò fit post insolationem etiamnum recocta.

Īnsŏlūbĭlis, le, Quod solui non potest. {ἄλυτος. GAL. Indissoluble. ITA. *Che non si può sciogliere.* GER. Vnauflöslich. HISP. *Cosa que no se puede desatar.* AN. *That can not be lewsed.* } *Quintil.lib.5.cap.9.* Vbi est signum insolubile, ne lis quidem est. Insolubile iudicium, necessarium, quod vrget hominem: *apud eundem Quint.*

Īnsŏlūbĭlĭtĕr, aduerb. ἀδιαλύτως. *Macrob.Comment.lib.1.c.6.* Cùm verò mendacia ipsa geminantur, ea quæ extima sunt, non tenaciter tantùm, sed etiam insolubiliter vinciuntur.

Īnsŏlūtum accipere. Est aliquid accipere in satisfactionem, aut certè deductionem rei debitæ. *Senec.lib.2.de beneficiis, c.27.* Inde est, vt omnia meruisse se existimet, & insolutum accipiat, nec satis pro suo pretio æstimatum existimet. ¶Sic etiam dicimus Insolutum cedere, id est, cedere in solutionem. Exempla nusquam non occurrunt apud Iurisconsultos.

Īnsŏlum, Veteres pro insolitum dixerunt. *Afran.* Orbitatem senectuti tuæ malum meruit: quod insolum non venit cæco ac dementi.

Īnsŏmnĭum, nij, neut. gen. Est, vt inquit Macrobius, quod in somno videmus, & ex cura oppressi vel animi vel corporis vel fortunæ proficiscitur, vnà cum somno aduolat & pariter euanescit: vnde Insomnium nomen, non quia per somnum videtur, sed quia in ipso somno tantummodo esse creditur dum videtur, post somnum nullam vtilitatem vel significationem relinquit. { חלום *chalóm.* ἐνύπνιον, ὄνειρος, ὄναρ. GAL. Songé ou vision qu'on voit en dormant. ITA. *Sonno, ò ciò veduta in sogno.* GER. Ein traum / ein gesicht so einem im schlaff fürkompt. HIS. *Vision in sueños.* ANG. *A dreame or vision in ones sleepe.* } *Cæsar.*

Dij meliora ferant, nec sint insomnia vera. *Cic.de Senect* Caret ergo etiam vinolentia, & cruditate, & insomniis. [*Gell.cap.8.lib.11.* Tanquam mimo aut insomnio. *Plaut. Men.sc.7. a. 5.* Hæc nihilo mihi videntur secùs quàm insomnia. *Ouid. Eleg.8.lib.3.* Vt tetigi pontum vexant insomnia.]

Īnsōmnis, insomne, Peruigil. { עיר *ér.* ἄϋπνος. GALLIC. Sans dormir, sans sommeil. ITALIC. *Senza somno, vigilante.* GERM. Vnschläffig / wachend. HIS. *Sin sueño ò desuelado.* ANGL. *Without sleepe.* } Vnde insomnes noctes, *apud Virgil.9. Æneid.* hoc est, peruigiles. noctem custodia ducit Insomnem ludo. Oculi insomnes, *Stat.3. Theb aid.*

Īnsōmnĭa, æ, Vigilia. {ἀγρυπνία, ἄϋπνια. GA. Faute de dormir, quand on ne dort point. ITA. *Vigilia, vegghia.* GE. Vnschläffigkeit / das wachen. HIS. *La vela contraria del sueno.* ANGLICE. *Waking.* } *Calistus Plo i apud Nonium*, Consequitur omnes insomnia: ea porro infantem affert. *Donatus in illud Terentij in Eunuch.* Aut mox noctu te agitent horsum insomnia. Legitur, inquit, & Adiget, vt sit insomnia numeri singularis. [*Gell.cap.4.lib.6.* Insomnia necari.]

Īnsōmnĭōsus, Qui multum somniat. {ἐνυπνιώδης. GAL. Qui songe plusieurs choses. ITALIC. *Che si sogna molte cose.* GERM Treumig / dem gern vil schwerer treumen furkommen. HISP. *E.q se mucho sueña.* ANGL. *That dreameth often or seeth visiones in his sleepe.* } *Cæl. de Rust. c.* 157. Omnino qui insomniosus est, hac eadem curatione tanum facies.

Īnsōns, tis, Innocens, qui extra culpam est. {נקי *nakí.* ἄμεμπτος, ἀθῷος. GA. Innocent. ITA. & HISP. *Innocente.* GER. Vnschuldig. AN. *Gi tles, innocent.* } *Liu.4 ab Vrbe*, Etiamsi regni crimine insons fuerit. *Plaut.in Asin.* [*sc.2.a.5.*] Ille ecastor suppilabat me, quod ancillas meas Suspicabar, atque insontes miseras cruciabam. [*Liuius 1.d.5.* Insons omnis iniuriæ. *Ouid.3.Metam.* Pater est fraterni sanguinis insons. *Plau.Men. sc.2.a.5.* Malè facis quæ insontem insimules. *Ouid.Eleg.10.lib.3.* Et tremat insontes hostica turba casas.]

Īnsŏno, as, are, Sono. {הסה *hamáh.* ἠχέω. GALLICE. Sonner, rendre vn son. ITALICE. *Suonare.* GERMAN. Ertönen. HISPA. *Sonar.* ANG. *To sounde.* } *Luc. lib. 2.* Insonuêre tubæ & quanto clamore cohortes Miscentur, tantùm, &c. *Ouidius 11. Metamorph.* Nulla mora est, calamis agrestibus insonat ille. [*Ouid.Eleg 10.lib.3.Trist* Et quanquam Boreas iactatis insonet alis. *Ouid.2.Fast.* Dum latè insonuit ventonemus.]

INTĔRCĔDO, is, penultim, product. ssi, ssum, Inter duo venio, me interpono. {ערב *paghâb* διὰ μέσου γίνεσθαι, παρεγγυᾶσθαι, μεσιτεύειν. GAL. Estre entre deux, venir entredeux. ITAL. *Intraporsi, intramettersi* GERMAN. Darzwyschen kommen. HISP. *Interceder, entreponerse.* ANGL. *To come in betwene and lett.*} *Cæs lib.*1. Non se hostem vereri, sed angustias itineris, & magnitudinem syluarum, quæ inter eos & Ariouistum intercederent. [*Cæs. lib.*1. *de bell ciu.* Intercedunt quinque millia passuum. *Ibid.* Nullum intercedebat tempus quin extremi cum equitibus prælia rentur *Ibid.* Intercedunt paruis momentis magni casus.] *Cic. lib.*2. *de Orat.* Vix annus interceſserat. ¶ Intercedere etiam autoritate publica, & magistratum gerentis rem aliquam impedire, & prohibere. διαπορεύομαι ad verbum. Plutarchus, αἰτιᾶσθαι μποδὼν ἵστασθαι, ἐνίστασθαι. vt, Tribuni intercesserunt, hoc est, rem pro magistratus potestate impediuerunt. *Cæs lib.*8. Quòd ad Aricinos spectat, nihil intercedit quominus Samniti populo pacis, bellíque arbitrium sit. *Terent. in Andr.* Si nulla ægritudo huic gaudio interceſserit, id est interuenerit, vel hoc gaudium impediuerit. [¶ Qui ius intercedendi Senatusconsulto haberent, *vide apud Gel. c.*7. *lib.*14. *& c.*12. *lib.*13.] ¶ Dicimus etiam intercedit mihi tecum necessitudo, amicitia, familiaritas. & intercedit tibi cum illo affinitas: hoc est, media est, quæ me tibi, & te illi conciliat. *Cic. Appio Pulchro, Famil.*6. Veteres mihi necessitudines cum his omnibus intercedunt, quibuscum ego agere de te non destiti. ¶ Intercedere item aliquando accipitur pro spondere, seu fideiubere. {ערב *arâb.* ἐγγυᾶσθαι.} *Cic. Attic lib.*1. Accersiuit ad se, promisit, interceſſit, dedit. *Idem libr.*6. Adscribit, & quasi calcar admouet, interceſſisse se pro iis magnam pecuniam. *Idem Phil.*2. Tantum pro te interceſſisse dicebant. *Intercedere contra aliquẽ, Obstare, obesse. *Plin. lib.*32. *c.*1. de echineide pisce loquens, Nec longa fuit illius moræ admiratio, statim causa intellecta, quum è tota classe quinqueremis sola non proficeret, exilientibus protinus qui id quærerent circa hauium, inuenere adhærentem gubernaculo, ostenderúntque Caio, indignanti hoc fuisse quod se reuocaret, quadringentorúmque remigum obsequio contra se intercederet. Id est obstaret ne remiges obsequerentur Caio. *Imaginibus intercedere, pro Obstare imaginibus, & prohibere, per metaphoram. *Tacit. in vita Agricolæ,* Non quia intercedendum putem imaginibus, quæ marmore aut ære finguntur. Id est, Non quia negem, habendas imagines, quæ marmore aut ære finguntur.

INTĔRCĔSSIO, sionis, Impeditio, & prohibitio magistratus ne quid fiat. {מעצר *mphghâh* μαστιγία, διαπορεία. GAL. Opposition, empeschement. ITAL. *Diuieto, impedimento.* GERMA. Fürkommuſs/ verhinderung HIS. *Contraposicion, empacho.* ANGL. *A withstanding, & stopping to let a mater procreade.*} Erat autem intercessio propriè Tribunorum, quibus ius fuit intercedendi, hoc est, vetandi prohibendíque. Nam (*vt Gell. docet*) [*cap.*12. *lib.*13.] Tribuni plebis antiquitus creati videntur, non iuri dicendo, sed legibus & rogationibus intercedendo, vt iniuria si qua fieret, arceretur, & vt vim fieri prohiberent. *Cæsar* 1. *bell. Ciuil.* Refertur statim de intercessione Tribunorum. Intercessioni cedere vel prouocationi, est parere intercedenti, & rem omittere. [Intercessio etiam dicitur in re pecuniaria. *Vide Epist.*3. *ad Attic. lib.*1.].

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

intercessor, oris, Is qui intercedit, impeditor. {פגע pogheáh. ἐνστάτης, διαπορευόμενος, μεσίτης. GALLIC. Qui oppose & empesche. ITA. *Oppone & impedisce.* GERM. Ein verhinderer / der sich zwyschen etwas legt das es nicht fürgehen mag. HISP. *Aquel tal entreuiendor, empachador.* ANGL. *He that withstandeth.* } *Cicer. 3. de Legib.* Parêre iubet lex interfessori. Et, Intercessor rei male salutaris ciuis esto.

intercido, is, pen. prod. cidi, cisum, Ex inter & cædo: æ diphthongo in i productam mutata, Per medium fœco. {חצה chatsáh. διακόπτω, διατέμνω. GAL. Couper par le milieu. ITA. *Tagliare per mezo.* GERM. Entzwey hauwen. HIS. *Entrecortar.* ANG. *To cutt by the middes a sunder.* } *Cæsar lib. 2.* Vt si possent, castellum cui præerat Qu. Titurius legatus, expugnarent, pontemque interciderent. Sed interscinderent legendum.

intercisus, pen. prod. partic. Præcisus, abruptus, diuisus. {חצי hutsísáts נחצה nehetsáh. διακοπή. GALL. Coupé par le milieu. ITAL. *Tagliato, rotto per mezo.* GERM Zerhauwen/zerbrochen. HISP. *Entrecortado.* AN. *Cutt by the middes a sunder.* } Vnde intercisæ pactiones, dicuntur abruptæ, & non integræ. *Cicer. in Parad.* Qui tuas mercedum pactiones in patrociniis intercisas, &c. Intercisi dies dicebantur deorum, hominúmque communes: ita dicti, quòd veluti diuisi essent, partémque sibi dij, partem homines vendicarent. *Macrob. lib. 1. Satur.* Intercisorum dierum quibusdam horis fas est, quibusdam fas non est ius dicere: nam quum hostia cæditur, fari nefas est: inter cæsa & porrecta fari licet. Quibus verbis significatur medio illo interuallo, quod erat inter victimam cæsam, & extra porrecta, dum sacerdos cæremonias quasdam peragebat, fas fuisse prætori ius dicere, & fari verba illa, Do, dico, & addico. Et ita dies intercisi ex parte festi, & ex parte profesti sunt. *Cic. ad Attic.* Nequid inter cæsa & porrecta (vt aiunt) oneris mihi addatur, aut temporis. Quo in loco nonnulli malè legunt, intercæsa vnica dictione, quemadmodum etiam in loco Macrobij: quum tamen intercæsa Latinum non sit. Nam ab intercido dicitur intercisum. Est itaque legendum vtroque loco inter cæsa, diuisis dictionibus.

intercisio, onis, {בתר béther. διακοπὴ, διάκρισις. GAL. Coupure, ou coupé par le milieu. ITALIC. *Tagliamento per mezo.* GERM. Durchschneidung. HISPANIC. *Entrecortadura.* ANGLIC. *A cutting a sunder in the middes.* } vt, Intercisiones stomachi, *apud Plin. lib. 20. cap. 14. quas Dioscorides lib. 3. cap. 26* ὀνυχώδεις στομάχου, morsus & erosiones stomachi vocat.

intercise, aduerbium, Secti m, & per incisiones. {σωτόμως. GAL. Par morceaux & parcelles. ITA. *Facendo in pezzi, in particelle.* GERMANIC. Stucksweyss/ oder zerschnittner weyss. HIS. *A cortaduras ò cortando.* ANG. *By pieces* } *Cicer in Partitionibus,* Inuertatur ordo, & idem quasi sursum versus, retróque dicatur: deinde idem intercisè atq; permistè. [*Gellius cap. 3. lib. 13.* Inuenimus in Commentario Nigidij verbum *Autumo* compositum ex (*ab*) præpositione, & verbo (*æstumo:*) dictúmque interciè quasi abæstimo, quod significaret totum æstumo, tanquam abnumero. *Idem Gellius cap. 2. lib. 11.* Sparsim & intercise hæc memini, &c.]

intercido, is, pen. corr. intercidi, intercæsum, Pereo, intereo, & temporis spatio euanesco. {אבד abádh. διαπίπτω, διακόπτω. GALLIC. Cheoir, mourir. ITALIC. *Cadere, morire.* GER. Verfallen/ vergehen/ verloren werden. HISPA. *Caer, morir.* ANGLIC. *To decaie or perish.* } *Liu. lib. 2.* Credo, quia nulla gesta res insignem fecerit Consulatum, memoriam interciisse. *Cic. pro Deiot.* Pereant amici, dum vnà inimici interciant. [*Ouid. 2. Fast.* Redde patri natum, quanuis intercidit aker. (sup. Remus.)] *Plin lib. 9. cap 51.* Ea excludunt, quinquagesimo die, è quibus multa propter numerum intercidunt. ¶ Intercidere pro cadere, ἐμπίπτειν. *Liu. 6. bel. Pun.* Ita in arcto stipatæ erant naues, vt vix vllum telum in mare vanum intercideret.

intercinctus, participium ab intercingo, Maculis quibusdam circunquaque distinctus. {נקוד נקור nakóth. διεζωσμένος. GALLIC. Entrecoint, entrelacé. ITA. *Attorniato, circondato.* GERM Zu rings vmbher abgetheilt vnd vnderschniden. HISP. *Entrecenido.* ANG. *Interlaced.* } *Plin. lib. 37. c. 10.* Candore intercincto variis coloribus. *Idem lib. 36. c. 8.* Thebaicus, intercinctus aureis guttis, inuenitur in Africæ parte Ægypto adscriptæ.

intercino, nis, pen. corr. Cantum immisceo. { παρᾴδω, διωδέω. GALL. Entrechanter, chanter entredeux. ITA. *Cantar tradue.* GERM. Darzwuschen singen. HI. *Entrecantar.* ANG. *To sing betweens.* } *Horatius de Art. poet.* per translationem dixit, neu quid medios intercinat actus, Quod non proposito conducat, & hæreat aptè: hoc est, nihil scribat quod non ad propositum faciat.

intercipio, is, pen. corr. Interuerto, per insidias capio, ad me transfero & domum meam conuerto. {לכד lachádh. ὑποτέμνομαι, ὑπολαμβάνω, μεσολαβέω, διαλαμβάνω. GAL. Prendre cependant, surprendre. ITAL. *Tor di mezo, pigliare.* GERM. Mitt listem auffahen ehe dann es an sein statt kompt. HISP. *Entresacar, tomar.* AN. *To forestall, to encroche.* } *Plaut. in Asin.* Quid si forte in insidias deuenero, Tum redimes me, si me hostes interceperint? [*Plaut. Pseud sc. 4 a. 2.* Epistolam modo hanc intercepi, *Quint.* Si me fata intercepissent.] *Cic. pro Cluent.* Id quum daretur in mulso, Balbutium quendam eius familiarem intercepisse, bibisse, statímque esse mortuum. *Idem ad Qu. Frat.* Ego ad te nec hæc quidem scribo, ne cuiusquam animum meæ literæ interceptæ offendant. *Apud eundem in Rull.* Honos interceptus. Intercipere regnum, *Plin. de Viris illustr.* Intercipere victoriam, *Idem in Paneg.* Intercipi morbo, *Gel. lib. 7. c. 3.*

interceptus, particip. {נלכד nilchádh. μεσολαβηθεὶς. GALLIC. Surprins. ITALIC. *Sopraprieso.* GERM. Darzwyschen ergriffen oder auffgefangen. HISPAN. *Entresacado.* ANGLIC. *Forestalled, encroched.* } vt, Interceptus mortalitate, præuentus, præpeditus. *Plin. in Epist.* [*Sueto. in Tib. cap. 7.* Intercepto communis filij pignore, (i. immatura morte sublato.) *Senec. cap. 3. de Consol. ad Polyb.* Intercepta inter prima incrementa indoles. *Item,* Interceptus, *apud Quintilian.* (i. ante diem mortuus.)]

interceptio, onis, Ademptio, auersio. {מלכדת malcôdeth. διάληψις. GAL. Surprise. ITALIC. *Essoprapprendere.* GERM. Auffahung. HIS. *Entresacamiento.* ANGLIC. *A foreste alling or encroching.* } *Cicer. pro Cluent.* Per quem porrò datum? vnde sumptum? quæ dein de interceptio poculi?

interceptor, oris, Qui intercipit. {לכד lochedh. μεσολαβέων. GAL. Surpreneur. ITAL. *Chi sopra prende.* GER. Ein auffsaher. HIS. *Entresacador.* ANG. *A foreste aller, an encrocher.* } *Liu. 4. ab Vrbe.* Prædæ, & interceptis alienæ, *Liu. 3. ab Vrbe.*

intercludo, is, pen. prod. ab inter & cludo: in, euphoniæ causa interiecta: Iter impedire: quasi iter claudere. { סגר saghár עצר hatsar. διοπλαγκάω, διείργω. GALLIC. Enclorre, couper ou fermer le passage. ITALIC. *Serrar il passo.* GER. Den weg verlegen oder schliessen/ die strass verwachen. HIS. *Cerrar in medio.* ANGL. *To inclose, to shute in.* } *Varro 1. de Re rust. cap. 63.* Sub terra qui habent frumentum in his quos vocant syros, quod cum periculo introitur recenti apertione, ita vt quibusdã sit intercluſa anima. *Cic. ad Terent. Epist. 4.* Etiam illud metuo, ne iam intercludamini, vt quum velitis exire, non liceat. ¶ Aliquando etiam accipitur pro impedio, prohibeo. *Virg. 2. Æneid.* Sæpe illos aspera ponti Intercluſit hyems, & terruit Auster euntes. *Autor ad Heren.* Vt ille qui ad diem commeatus non venit, quòd eum aquæ intercluſissent. Commeatum inimicis intercludere, est impedire & itinera obsidere, ne inimicis commeatus possit deferri. *Plaut. Milit. [sc. 2. a. 2.]* Interclude inimicis commeatum, tibi muni viam. Intercludere commeatu. *Cæsar 1. bell. Gall.* Eo consilio, vti frumento, commeatúque, qui ex Sequanis & Heduis importaretur, Cæsarem intercluderent. Fugam intercludere, iter occupare per quod inimici fugam arripere possent. *Cæs. lib. 7. bel. Gal. & Liu. lib. 5. belli Pun.* Hostes intercludere ab oppido, & ponte, & commeatu omni. *Cæsar lib. 1. bell. Ciu.* [Intercludere hostem Ibero. *Ibid* (i. impedire ne ad Iberum peruenirent.)] Dolore intercludi, id est, impediri, *Cic. ad Attic. lib. 8.* { *Cæs. lib. 1. de bell. ciu.* Ne frumento pabulóque intercluderetur.]

[Intercluſus, a, um: *Suet. in August. c. 16.* Ob intercluſos commeatus, famémque ingraue scentem.]

intercluſio, onis, Impedimentum, occluſio, obsessio loci atque interceſſio. {סגור seghór מעצר matsár. ἀποκλεισμός. GALL. Estoupement, coupement ou closture de passage. ITALIC. *Rinchiudimento, tagliamento di via.* GERMANIC. Verhinderung / verschliessung. HISP. *Aquella obra de encerrar, encerramiento en medio.* ANGLIC. *An inclosing, a stopping of the way.* } *Cicer. 3. de Orat.* Clausas enim & interpuncta verborum, animæ intercluſio, atque angustiæ spiritus attulerunt.

intercolumnium, { μεσοστύλιον. GALLIC. L'espace qui est entre deux colonnes. ITA. *Spatio fra l'vna & l'altra colonna.* GERM. Die weyte zwyschen zweyen seulen HISP *El spatio intre columnas.* ANG. *The space betwene two pillers.* } Dicitur spatium illud in ædificiis quod est medium inter columnas. *Vide* COLVMNA.

intercõciliãre, Beneuolum reddere. {רצה riitsáh. εὐμενίζεσθαι. GAL. Concilier, mettre amitié entre. ITA. *Cõciliarsi, farsi beneuolo.* GERM. Zwyschen einchen fryden vnd einigkeit schaffen. HISPA. *Halagar ò enamorar, hazer amigo.* ANGLI, *To procure fauour and friendship.* } *Quint. lib. 11. cap. 10.* Siue aliud inter conciliandi videtur præstare officium. *Ibid.* In docendo autem acumen, in interconciliando lenitas, in monendo grauitas videatur.

intercũlco, cas, care, {διὰ μέσων πατῶ. GALL. Fouler aux pieds entre ou par le milieu. ITAL. *Calpestrare tra due con piedi.* GERM. Darzwyschen mitt füssen tratten oder stampffen. HISP. *Entrerecalcar, recalcar en medio.* ANG. *To trample vpon betwene or in the middes.* } Ex Calco cõpositum, In medio, vel inter aliqua calco. *Col. lib. 12. cap. 43.* Et deorsum versus spectantes ollæ componuntur, ita distantes, vt intercalcari possint vinacea.

intercũrro, is, intercurri, cursum, ere, Interuenio, & intercedo, *ait Budæus.* {פגע pagháh. μεσιτεύω. GALL. Courir entre, suruenir. ITA. *Transcorrere, intrauenire.* GERM. Darzwischen lauffen. HISP. *Entreuenir, entrecorrer.* ANG. *To runne betwene.* } *Cic. 8. Philipp.* Pugnatur acrit mè: qui intercurrerent, misimus tres principes ciuitatis: hos contempsit, reiecit, repudiauit Antonius. *Idem 2. Tusc.* Ergo his laboriosis exercitationibus & dolor intercurrit.

intercũrso, as, are, freq. {παρεμβάλλομαι. GA. Se mettre ou estre entre deux. ITA. *Mettersi tra due.* GER. Sich vnd offt darzwyschen lauffen. HIS. *Entremeterse, ser entre dos.* AN. *To runne often betwene.* } *Plin. lib. 19. c. 4.* Vnum simile formicæ, sed multò maius, rufo capite, reliqua parte corporis nigra, albis intercursantibus respersum guttis.

intercũrsus, us, ui, Interuentus, interceſsio. {παρέμπτωσις, παρέκτασις. GAL. Suruenement de quelqu'vn parmi. ITAL. *Soprauenimento di alcuno.* GERM. Darzwyschen lauffung/ vndertauffung HIS. *Entreuenimiento de alcuno.* ANG. *A running or coming betwene, an interception to pacifie.* } *Liu. 2. ab Vrbe,* Consulum intercursu rixa sedata est. *Idem 4. bell. Maced.* Quum Capitolio ab Sabinis capto, medio in foro signis collatis dimicaretur: nónne intercursu matronarum inter acies duas prælium sedatum est? *Liu. lib. 1. dec. 3.* Intercursu Scipionis Africani patris periculum propulsatum.]

intercũs, utis, penultima genitiui corr. {τὸ μεταξὺ σαρκὸς καὶ δέρματος. GAL. Qui est entre cuir & chair, interieur. ITAL. *Tra carne & pelle.* GER. Das zwyschen haut vnnd fleisch ist. HI. *Entre cuero y carne.* ANG. *Betwene the skinne and the flesh, dropsie.* } Hinc Aqua intercus, ὕδρωψ. *Cic. 3. Offic.* Si quis medicamentum cuipiam dederit ad aquam intercutem, &c. *Plaut. Menach.* Num veternus, aut aqua intercus tenet? [¶ Sic Vitium intercus dixit *Gellius cap. 8. lib. 13.* quod foris non apparet, quasi intra cutem consistens; Quum (inquit) vitia facundissimè accusarent, intercutibus ipsis vitiis madentes.]

intercũtãneus, a, um, Quod infra cutem est, τὸ ὑπὸ τὸ δέρμα.

interdãtus cibus, *apud Lucret. lib. 4.* hoc est, per corporis partes diuisus. Propterea capitur cibus, vt sufficiat artus, Et recreet vitas interdatus. { נתון נתן nathún ben נחלק nechelák. διανεμόμενος. GALL. Donné & distribué, ou mis entre. ITA. *Dato tra due.* GERM. Die speyss in die glider auffgetheilt. HIS. *Puesto ò enxerido in medio.* ANG. *Geuen betwene.* }

interdico, cis, pen. producta, Veto, prohibeo {מנע manáh. παραγγέλλω, ἀπαγορεύω, εἴργω. GALLIC. Defendre quelque chose à aucun. ITALIC. *Prohibir-*

prohibere, vietare, interdire. GERMAN. Verbieten. HISP. *Poner entre dicho, vedar.* ANG. *To forbidde, prohibite.*} Interdicitur autem locus, homo, res. *Cic. in Cat.* Malè rem gerentibus, patriis bonis interdici solet. ¶Interdum etiam res qua quis prohibetur, in acculatiuo ponitur. *Suet. de Neron.* [*c.* 12.] Et quum interdixisset vtum amethystini actus. Tyrij coloris, prælusit cunctos negotiatores. *Senec lib. 3. de Ira,* Si iubet Cæsar, statim illi domum meam interdicam. [*Suet. in Aug. c.* 66. Interdicere domo & prouinciis alicui. *Quint.* Cum interdixisset Proculeius Cassio Seuero domo sua. ¶In passiuis autem locutionibus accusatiuus huiusmodi in nominatiuum conuertitur: *Suet. in Claud. ca.* 23. Vt hi quibus à magistratibus prouinciæ interdicerentur, vrbe quoque & Italia submouerentur.] *Et Cic pro Domo sua,* Vt M. Tullio aqua & ignis interdicatur. πυρὸς καὶ ὕδατος ἐφίστασθαι. ¶ Interdicere prætoria locutione dicimus pro, Per prætorem interdicere, vel interdicto agere. *Vlp l.* 3. §. 5. *D. Vti possid.* Labeo quoque scribit, Ex ædibus meis in ædes tuas proiectum habeo: interdicis mecum si eum locum possideamus, qui proiecto regetur, an quò facilius possim retinere possessionem illius possessionis interdico tecum, sicuti nunc possidetis ædes eas. *Fab. lib. 4. c. 6.* Non debuisti interdicere, sed petere, an rectè an ædes eas proiectum habeo: interdicis mecum si eum locum possideamus, qui proiecto regetur, an quò facilius possim retinere possessionem illius possessionis interdico tecum, sicuti nunc possidetis ædes eas. *Fab. lib. 4. c. 6.* Non debuisti interdicere, sed petere, an rectè interdictum sit ambigitur. i. non debuisti interdicto vti, sed actione, an rectè actum sit interdicto ambigitur. *Ex Hotomanno.* ¶Significat quandoque obstare: & impedimento esse. [*Plaut. Capt. sc. 5. a* 3. Dum pereas, nihil interdico, dicant viuere.] *Cic. Verr.* 4. Nemo nostrûm posset ædes suas, nemo fundum, nemo bona patria obtinere: si quum hæc à quopiam vestrûm petita sunt, pater improbus, cui nemo interdicere possit, det quem velit iudicem.

interdictus, a, um, participium. Vetitus, prohibitus. {נמנע *nimnáh.* ἀπηγορευμένος, ἀπαγορευθείς. GALL. Interdit, defendu. ITA. *Cosa interdetta.* GER. Verbotten. HISPAN. *Cosa interdicha.* ANG. *That is forbidden.*} *Hor. 1. Epist. 16.* Cui potior patria fuit interdicta voluptas. *Suet. in Calig. c. 25.* Breuisque missam facit, interdicto cuiusquam in perpetuum coitu. [*Gell. c. 2. lib. 17.* Interdicti illi sunt omni honestate. Et, vibe, *Idem Gell. c. 11. lib. 15. Item Suet. in Aug. c. 27.* Vrbe interdicta. *Ouidius Eleg. 1. lib. 4. Trist.* Interdicta mihi talia (sup. erunt.]

interdictum, ci, substantiuum, Vetatio, prohibitio. { מעצר *mahisár* מעצור *mahatsor.* παράγγελμα, κώλυμα. GALL. Defense. ITAL. *Interdetto diuieto.* GER. Ein verbott. HIS. *Entredicho.* ANG. *A prohibition, a forbidding.* [*Plaut. Asin. sc* 1. *a.* 4. Nequeon'te interdictis facere insuetum meis. Sequitur, præceptis.] Hinc interdicta prætorum, dicuntur formæ, & conceptiones verborum, quibus Prætor aut iubebat aliquid fieri, aut prohibebat: quod tunc maximè faciebat, quum de possessione inter aliquos contendebatur. *Cicero contra Rullum,* Ergo hac lege Prætorum interdicta tollentur. *Idem ad Atticum,* Cæsaris interdicta respuentur. Idem pro Cecinna, Possessionem per interdictum repetere. [Ex eo deriuatam appellationem putat *Passeratius* quod inter hoc prætoris decretum & principalis negotij controuersiæque disputationem aliquid fieri aut iuberetur aut vetaretur: quasi hoc decretum *interea dictum,* (i. interpositum) esset, dum actionem principalis causæ aliquando litigator postularet: Exempli caussa, Cùm in fundo essem, tu me de eo deiecisti vi, armatis, vel non armatis hominibus, quòd tuum esse illum fundum diceres. Prætor me per interdictum restituit iubet, h. e. iubet me possidere interea dum ille, cõstituto iudicio, planum fecerit esse se fundi dominum. Interdictum ergò nihil planè aliud est, quàm actio, aut (vt veriùs loquamur) actionis species, nisi quod actionibus de re principali disceptatur, veluti de dominio & proprietate. Interdictis autem non ferè nisi de possessionibus. Hæc ergò inter actionem & interdictum similitudo, quod vtrunque à Prætore datur, vtrunque certa conceptáque verborum formula constituitur, in vtroque sponsiones fiunt, in vtroque Iudex, aut recuperatores dantur.]

interdictio, onis, verbale, Prohibitio. { מעצר *mahtsár* מעצור *mahatsor.* ἀπαγόρευσις, παράγγελμα. GALLIC. Defense, prohibition. ITALIC. *Interdeto, prohibitione.* GERMAN. Verbietung. HISPAN. *Entredicho, vedamiento.* ANG. *A forbidding.* { *Ci. pro domo sua,* Id autem vt esset faciendum, non ademptione ciuitatis, sed recti, & aquæ, & ignis interdictione faciebant.

interdiu, aduerbium temporis, significat per diem. { יומם *jomám.* μεθ' ἡμέραν. GAL. De iour, sur iour. ITA *Di giorno.* GERM. Im tag/tags zeyt. HISP. *Entre dia.* ANG. *In tyme of day.*} cui contrarium est Noctu. *Cato de Re rust.* Canes interdiu clausos esse oportet, vt noctu acriores & vigiliantiores sint. *Plin. lib. 18. cap. 16.* Inde illa reliqua oracula, Malum patremfamilias quisquis interdiu faceret quod noctu posset, nisi intempestate cæli.

¶Olim etiam pro eodem dicebatur interdius. *Plaut. in Mostel.* [*sc.* 2. *a.* 2.] Sed quid hoc? occlusa ianua est interdius. *Et in Aulul.* Nescio pol quæ illunc hominem intemperiæ tenent: Vel perui gilat noctes totas: tum autem interdius quasi claudus sutor domi sedet totos dies. [*Plaut. Capt. sc. 5. a.* 3. Interdius sub terra lapides eximet. *Idem Asin. sc. 3. a. 3.* Otiosus est interdius. *Idem Pseud. sc. 2. a. 5.* Interdius cum corolla ebrium.]

Interductus, us, Interpunctio, & distinctio, quæ inter sententias à librarijs duci solet. {διαστολή. GALL. Note ou marque entre les clauses d'vne oraison, qui signifie en quel endroit il faut reposer, & reprendre son haleine. ITA. *Segno tra le clausule di vn parlare, doue si prende riposo & lena.* GER. Ein strich oder vndescheidung in einer red verzeichnet/ darbey man abnimpt wo man ein klein still halten soll. HIS. *El espacio entre dos cassas.* ANG. *A note of distinction betweene clauses in an oraison.*} *Cic. in Orat.* Ne infinitè feratur, vt flumen oratio: quæ non aut spiritu pronuntiantis, aut interductu librarij, sed numero coacta debet insistere.

interdum, aduerb. Aliquando, nonnunquam ex inter, & dum, quod antiqui Interduatim dicebant. { לפעמים *liphhantim.* ἐνίοτε. GAL. Aucunes fois, quelques fois, parfois. ITA. *Qualche vota.* GE. Zu zeyten/ vnder weylen HIS. *Alas vezes.* AN. *Some tyme.*} *Virg. lib. 2. Georg.* Interdum aut hederæ pendunt vestigia nigræ. *Ter. in Eunuch.* Cibum nonnunquam capiet cum ea, interdum propter dormiet. [*Plaut. Most. sc. Habeo.* Interdum ineptè stultus es.]

[Inter duos pontes. Locus Romæ. *Plutarch. in Valer.*]

interea, aduerbium temporis est, compositum ex integris duobus, inter, & ea: quod quum sit neutrum plurale, debuit corripi: sed quia factum est aduerbium, producit a, sicut præterea, antea, & similia. Potest tamen & sexto casu deduci, qui in compositione solet huiusmodi inueniri: vt, Quapropter, Quocirca. Significat autem interim, tantisper, hoc interim spatio. {μεταξύ, ἐν τούτῳ. GAL. Cependant, ce temps pendant. ITA. *Tratanto fra questo mezzo.* GE. Darzwyschen. HISPAN. *Entretanto* AN. *In the meane tyme.*} *Terent. in Hecyr.* Quid interea? Ibâne ad Bacch. dem? *Phi Donatus,* Interea inter eos dies. *Idem in Andria,* Credo, impetrabo, vt aliquot saltem nuptiis protrahat dies: Interea fiet aliquid spero. Interea dum. *Plaut. Asin.* Atque interea vt decumbamus suadeo, hi dum litigant. [*Plaut Curc. sc. 2. a. 2.* Tu interea narra huic somnium. *Ouid. 13. Met.* Quid facis interea qui nil nisi prælia nosti? *Plaut. Pf. sc. 5. a. 1.* Tibicen interea vos delectauerit.] ¶Interdum significat tamen. *Virg. 1. Georg.* Nec nulla interea est inaratæ gratia terræ.

interĕā-lŏci, Interea temporis. { ἐν τῷ μεταξύ. GALLICE, Durant cẽ temps. ITALIC. *Tra questo tempo.* GERMAN. Dieweyl/ darzwyschen. HISP. *Entre tanto tiempo.* ANGIC. *In the meane tyme.* } Sæpe enim locus accipitur pro tempore: *vt apud Teren. in And.* Et multa alia, quæ non est nunc narrandi locus. *Plaut. in Pseud.* Interea loci Si lucri quid detur, potius rem diuinam deseram. [*Plaut. Men. sc. 1. a* 3. Plus triginta annis natus sum, quando interea loci nullum facinus peius feci. (aliàs Cum interea loci.) [*Terent. in Heaut.* Dum ego propter te exulans patria careo demens, tu interea loci Collocupletasti te Antiphila.

intĕ-ĕo, is, interij, Pereo, occido, morior, intercido. { אבר *abádh* גוע *ghaváh.* διαφθείρομαι, ἔρρω, ἀπόλλυμαι, παραπόλλυμαι. GAL. Mourir du tout. IT. *Morire affatto.* GER. Verdarben/ zu grund gehen/ Sterben. HI. *Perescer del todo.* ANG. *To decaie, to perish.* } *Cic. 3. de Nat. deor.* Non intelligo quomodo calore extincto corpora intereant: non intereant aut humore aut spiritu amisso. *Idem ad Atticum,* Vt posse videremur sine dolore interire. *Plaut. Amphit.* Vigilans somnio, viuus & sanus intereo. Ita interiit mora. *Oui. 1. de Arte.* Morte interire, *Ouid. in Ibin.* [*Plaut. Mil. sc. 3. a* 2. Mussitabo potius, quàm inteream malè. *Plautus Capt. sc. 5. a. 3.* Qui per virtutem peritat, non interit. *Ibid.* Vel te interisse, vel perisse prædicent. *Plaut. Pf. sc. 3. a. 1.* Quin nomen quoque iam interiit mutuum. ¶Intereunt nouem naues. *Cæs. 1. bell. ciu. & lib. 3. Ibid.* Naufragio naues intereunt.] ¶Habet autem interire maiorem vim, quàm perire. *Terent. in Hecyr.* Perij, interij, cur mihi id non dixit. [*Plaut. Aul. sc. 6. a. 4.* Perij, interij, occidi.]

interĭtus, participium. { אבד *obédh* מת *methúth.* διεφθαρμένος. GALLI. Mort. ITALIC. *Morto.* GERM. Verdarbt/ zugrund gangen/ vmbkommen. HIS. *Muerto.* ANG. *Dead.*} Reperitur in passiua significatione *apud Quintum Claudium,* Pugna acriter commissa, & multis vtrinque interitis. [Quid si mendum sit, & ibi Interentis, ab interimo, pro interitis scriptum primùm fuerit.]

interĭtus, Pro morte. { אבדון *abaddón* מות *mauéth.* ἀπώλεια. GAL. Destruction, perdition, mort. IT. *Perditione & morte.* GE. Der vndergang/ tod/ verderbung. HI. *La muerte, obra de perescer.* ANG. *Death viter decaie.* } *Cic. 1. Tusc.* Est enim interitus quasi discessus & secretio, ac diremptio earum partium, quæ ante interitum iunctione aliqua tenebantur. Interitus patriæ, exilium, seruitus, &c. Interitus legum, hoc est, abolitio. *Cic. in Catil.* Aruspices legum interitum, & vrbis occasum appropinquare dixerunt.

interĭtĭo, onis, Interitus. { אבדה *abedháh* אבדת ἀπώλεια. ANGL. *Decaying, aperishing.*} *Cic. in Frument.* Quum bis in eadem prouincia magnæ fugitiuorum copiæ versatæ sunt, rum interitio facta nulla est. Sic enim legit *Nonius.* Sunt tamen, qui legunt hic, internecio.

Intĕrĕquito, as, In medio equito. {διιππεύω. GA. Cheuaucher parmi ou entre autres. IT. *Caualcare tra mezzo.* GE. Darzwischẽ reyten. HIS. *Cauallgar entremedias.* AN. *To ride in the middes.* } *Cæsar lib. 6. bell. Gall.* Ordines interequitant. *Liuius 5. bell. Maced.* Obstant duces hastilibus cædentes terga trepidantium, & redire in ordines cogentes, sed interequitantes alarij non patiebantur.

Intĕrĕst, componitur ex in & re, & est, vt sit, quasi in re est. { διαφέρει. Vnde mea interest. διαφέρει μοι πάντα, διαφέρει μοι πάνυ, μέλει μοι πάνυ. GAL. Appar enir, Estre difference. ITA. *Questa cosa mi importa, appartenere; essere differenza.* GER. Es trifft an/ oder es ist nutz. item, Es ist darzwischen/ &c. HI. *Pertenescer, ser differencia.* ANG. *It belongeth, it differeth.*} constructur cum sexto casu possessiui, Mea, tua, sua, nostra & vestra, & cuius: siue sit personale, siue impersonale, quum in aliis nominibus genitiuo iungatur, vt Socratis interest: id est, in re Socratis est. ¶ Pro eodem interdum inuenitur, in re est, diuisis dictionibus *Liuius,* Quid enim in re est aliud, si plebeiam Patricius duxerit? Quid iuris tandem mutat? *Plaut.* Si tuam est quippiam in rem, id est, si tua interest. *Idem;* Vtrum veniat nécne, nihil interest mea. ¶Ponitur quandoque sine aliquo casu. *Plin. lib. 9.* Seri etiam radices illitas fimo interest. Sic dicimus, Interest vnde quis gaudeat: id est permagni refert. *Valerius Maximus,* Nihil interest humine an sublimis putrescam. [*Plaut. Most. sc. 1. a. 2.* Pluma haud interest patruus an clienS fuat. *Item Senec. t. 7. de Consol. ad Mart.* Quid interest commemorare (pro quid attinet.) *Velleius;* Quantum interfuit reip. habere Cæsarem principem quàm Antonium, tantum reruliset habere Brutum, quàm Cassium.] *Cicero* genitiuum iunxit, quum ait; Permagni interest, quo tempore hæc epistola tibi reddita sit. Similiter *Liuius,* Si nihil interest regis, peto vt dum dico, vinculis liberer. Nam hæc nomina, magni, parui, tanti, quanti, & aduerbia, facilè, multùm, plus, plurimùm, parum, paululùm, pauxillum, nihil, nunquid, aliquid, magis, maximè, minimè, iunguntur cùm his verbis, interest, & refert: vt, Minimè interest, minimè refert.

¶Interdum etiam interest, significat adesse & præsentem esse. παραγίγνεσθαι, παρεῖναι. *Cicero Lentulo,* Quæ gerantur, accipies ex Pollione, qui omnibus negotiis non interfuit solùm, sed etiam præfuit. *Valer. Max.* Quò facilius laboribus, & periculis interesset. ¶Interdum intercedere, interiacere. παρεγκεῖσθαι. *Liu. 2. de bell. Pun.* Id morari victoriam rati, quod interesset amnis. *Col.* Arbores quæ intererunt, ablaqueabuntur. ¶Interdum, discrimen præ se fert. διαφέρει. *Cic. 1. Offic.* Inter ho-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

minem & beluam hoc maximè interest. *Terent. in Eunuch.* homini homo quid præstat? Stulto intelligens quid interest? *Idem* alio modo extulit *in Adelphis.* Hoc pater, hoc dominus interest, id est, hoc inter est inter patrem & dominum. Hinc Iurisconsulti suum habent interesse, siue suum id quod interest, cùm significare volunt æstimationem eius damni, quod in re familiari alicuius, alterius culpa contigit: vel cùm significant discrimen, quod inter eam conditionem, quæ in re familiari alicuius vel antea fuit, vel omnino futura erat, & eam quæ nunc est, alterius culpa contigit. *De qua re vide Hotomannum.*

Interfuturus, Participium. *Vale. lib. 2. c. 2.* De honore impenso senibus à iuuenibus, inuitari ad cœnam, diligenter quærebant quinam ei conuiuio essent interfuturi, nec, &c.

Intĕrfăcĭo, interfeci, interfactum. Interim seu per interualla facio. {GA. Faire entredeux. ITA. *Fare mezzo.* GER. Darzwyschen thun. HI. *Hazer entremedias.* ANG. *To mak betwene.*} *Liu. 5. bell. Pun.* Reliquit tamen modicum præsidium, vt simul interficiendo muro adiuuaret, &c.

Intĕrfātĭs, Interfatur, interfari, interpellare, loquentem interrumpere. {διακόπτειν. GALL. Parler parmi le propos d'autruy, entrerompre la parole de quelqu'vn. ITAL. *Interrumpere, inframetter e à par. aet.* GE. *In die red fallen* HI. *Estouar al que habla, interrumper.* AN. *To interrupte a mans talk or speak in anothers tayle.*} *Vir. 1. Æn.* nec plura querentem Passa Venus, medio sic interfata dolore est. *Lin. 3. ab Vrb.* Priùs quàm aut ille postulatum perageret, aut Virginio respondendi daretur locus, Appius interfatur.

Intĕrfātĭo, Interpellatio. {λόγου παρεμβολή. GA. Parole entreiettee parmi quelque propos. ITA. *Parlamento interposto.* GERMA. Einredung/darzwyschen redung. HI. *Habla interpuesta.* ANGLIC. *An interrupting of a mans talk.*} *Quint. lib. 4.* Interim expediet narrationes breuiter interfatione distinguere.

Intĕrfĕmĭnium, *Vide* FEMEN.

Intĕrfĭcĭo, cis, penultima correpta Interimo, occido. {המית *hemith* אבד *ibbédh* האביד *heebidh* רצח *ratsách* καταργάζομαι, διαχειρίζομαι, κτείνω. GALL. Tuer. ITA. *Vccidere, amazzare.* GERM. Vmbbringen / tödten. HISP. *Matar.* ANGLI. *To kill, to slay.*} *Cæsar 7. bell. Gall.* Equitem Romanum, qui rei frumentariæ iussu Cæsaris præerat, interficiunt. ¶Interficere vitâ, hoc est, vita priuare. *Plaut. in Truc.* Salue, qui me interfeciſti pœnè & vita, & lumine. *Gell. lib. 12. cap. 7.* Eadem mulier & virum & filium eodem tempore, veneno clàm datis, vita interfecerat. [*Cæs. lib. 1. de bell. ciu.* Interficere igne. *Gellius c. 2. lib. 11.* Rubigo ferrum interficit. ¶Interficere pessimis exemplis. *Plaut. M. stell.* Proh Iuppiter! nam quod malum versatur meæ domi, vt dij deæque omnes me pessumis exemplis interficiant. ¶Interfectus omni supplicio, *Cic. pro lege Manil.* Vos legatum populi Romani omni supplicio interfectum inultum relinquetis? ¶Interfectus vsus ædium, *apud Plau. in Mercat.* Vsusfructus, victus, cultus iam mihi harumce ædium interemptus est, interfectus est, alienatus est: occidi. Interfici etiam inanimata dicuntur. *Virg. 4. Georg.* Fer stabulis inimicum ignem, atque interfice messes, id est, perde, & crema.

Intĕrfĕctŏr, oris, {רצח *rotseach* ממית *memith* φονεύς. GALLI. Tueur, meurtrier. ITALIC. *Amazzatore.* GERMANI. Tödter/todtschleger. HISP. *Matador.* ANGLIC. *A murtherer, a killer.*} *Brutus Ciceroni*, Hic ipse puer, quem Cæsaris nomen incitare videtur in Cæsaris interfectores. *Cic. post reditum*, Si hostes atque interfectores Reipubl. reuixissent *Idem 4 Philip.* Vt non modò impunè, sed etiam cum summa interfectoris gloria interfici posset. [*Quintilian.* Interfector patris & matris.]

Intĕrfĕctrix, cis. *Cornel. Taci. lib. 4.* Id ergo fas auiæ interfectricem nepotis aspicere.

Intĕrfĭo, is, interfieri, Pro consumi, & interire, apud antiquos. {אבד *abádh* חמר *humáth.* καταφθείρω, διαφθείρομαι. GALL. Mourir, perir du tout. IT. *Consumarsi, morire.* GE. Verzert werden. HISP. *Morir, perescer.* AN. *To die, to perish.*} *Luc. lib. 3.* vt aut putrescat corpore pasto, Aut flammis interfiat, malisve ferarum.

Intĕrfĕctōr, ōris. Cædes. *Lamprid. in Commodo*, Compulit ad eius interfectionem consilia inire.

Intĕrflŭo, fluis, Per medium fluo. {διαῤῥέω. GA. Passer & couler entre. ITA. *Scorrere per mezzo.* GERMAN. Darzwyschen fliessen. HIS. *Correr entremedias.* ANG. *To flowe betwene.*} *Plin. li. 17. c. 18.* Flumine medium oppidum interfluente. *Liu. 7. bell. Pun.* Et Ætoli nauibus per fretum, quod Naupactum, & Patras interfluit (Rhion incolæ vocant) exercitu traiecto depopulati erant. [*Gell. cap. 26. lib. 10.* Fretum quod Hispaniam & Africam interfluit.]

Intĕrflŭĭs, a, um, Quod interfluit. {ὁ μέσον διαῤῥέων. GA. Qui coule entredeux. ITAL. *Che scorre di mezzo.* GER. Darzwyschen fliessend. HIS. *Lo que corre entremedias* ANGL. *That floweth betwene.*} *Plin. lib. 6. c. 26.* Interfluo Euphrate, id est, interfluente.

Interfœmineum, pars mulierum inter fœmina, id est naturalia. χοῖον. Fœminal: *Apuleius in Apologia.* Interfœmineum tegat, & fœmoris obiectu, & palmæ velamento.

Intĕrfrĭngo, gis, ere, Infringo, frango, confringo. {שבר *shabár.* διαῤῥήγνυμι. GAL. Entrerompre. ITAL. *Rompere, frangere.* GER. Zerbrechen. HIS. *Romper, quebrar.* AN. *To breake betwene.*} *Cato c. 44.* Qui locus rectè ferax erit, quæ arida erunt, & siquid ventus interfregerit, ea omnia eximito. *Sic Plin. lib. 17. c. 18.*

Intĕrfŭro, ris, rere, Inmedio duorum insanio. {διαμαίνομαι, μεταξὺ μαίνομαι. GA. Enrager ou forcener entre. IT. *Furiare di mezzo.* GE. Vnder anderen wüten vnnd taub sein. HIS. *Enloquescer entremedias y entre des.* AN. *To be wood betwene.*} *Stat. 1. Achil.* -dúmque arma parantur Dorica, & alternum Mauors interfurit orbem.

Intĕrfūndo, Per medium fundo. {διαχέω. GALL Espandre entredeux. ITA. *Spargere di mezzo.* GERMA. Darzwyschen ausgiessen oder fliessen. HISP *Derramar entremedias.* ANGL. *To poure betwene twoo.*} *Plin. li. 2.* Idem Oceanus interfusus intrat per tot maria, quibus Africam, Europam, Asiam dispertit *Idem lib. 3. cap. 8* Sicilia Brutio quondam agro cohærens, mox interfuso mari auulsa. *Virg. 4. Georg.* & nouies Styx interfusa coercet.

Intĕrgārrĭo, *Apuleius in Apolog. 1.* Dein pauculis verbis intergarritis.

Intĕrgĕrĭnī parietes appellantur, qui intergerunt, hoc est, ferunt, & sustinent onera, quos è creta iubet *Vitruuius* constituere. {τὰ μεταξὺ βαστάζοντες, διατειχίσματα. GAL. Murs forts ou murailles mitoyennes ITAL. *Muri saldi, molto fermi.* GER. Mittelmaur/ mittelwand. HISPA. *Muros òpared en medio de dos casas.* ANGLIC. *Middewalles.*} Dicti intergerini, quòd inter nouos parietes, aut fundamenta pro fultura inrat, constituantur: & intergerinis è creta, beronibúsque ex vlua sactis calcetur. *Festus*, Intergerini parietes dicuntur, qui inter constructiones struuntur, & quasi intergerûtur. *Budæus* putat eosdem parietes intergerinos dici, qui à Papiniano concratitij vocantur, qui communiter à duobus vicinis ædificantur ad gerendum onus duorum ædificiorum, quæ illis incumbunt. Barbari vocant *Medianum parietem. Plin. libr. 35. cap. 14.* Romæ non fiunt talia ædificia, quia sesquipedalis paries non plus quàm vnam contignationem tolerat: eâque est ne communis crassior fiat, nec intergerinorum ratio patitur.

Intĕr hæc, Duæ dictiones loco aduerbij positæ, eiusdem significationis cum interea. {בין *ben.* μεταξύ. GA. En ces entrefaites, cependis. ITA. *Fraquesto mezzo.* GE. Zwyschen HI. *Alli entretanto.* AN. *In the meane tyme.*} [*Suet. in Tib. cap. 63* Quam verò inter hæc non modò inuisus ac detestabilis vixerit, &c.]

Intĕrĭăcĕo, es, pen. cor. Interpositus sum. {παρέγκειμαι, παρεντίθεμαι. GAL. Estre couché & estendu entredeux, estre entre. IT. *Esser steso tra due.* GER. Zwyschen ligen. HI. *Yaser ò estar entre dos.* AN. *To ly betwene or in the middes*} In medio iaceo. *Liuius libro 7. bel. Pun.* Interiacebat campus: colles imminebant nudi. *Plin. lib. 5. ca. 4.* Et à regione quæ duas Syrtes interiacet. *Colum. lib. 11. cap. 3.* Vt in id spatium, quod sulcis interiacet, inclinentur. De fœminibus, Interiacet hæc inter eam. *Plin. lib. 4. cap. 12.*

Intĕrĭbi, aduerb. Interea. {ἐν τῷ μεταξύ. GALLIC. Ce temps pendant, tandis. ITALI. *Fra questo mezzo.* GERMA. Darzwyschen/dieweyl HISPAN. *Allientretanto.* ANGLIC. *In the meane tyme.*} [*Plaut. Capt. fo. 1. a. 5.* Vos lauate interibi. *Item*, Interibi legendum *in Milit. fo. 1. a. 1. v.* bi legitur interim iuit, vel interim vt &c.] *Plaut. in Asin.* [*fo. 2. a. 5.*] Age tu interibi da suauium. *Gell. lib. 3. cap. 7.* Consul interibi dum ea pugna fit, se in locos subducit tutos atque editos. [*Idem Gell. capit. 2. lib. 9.*]

Intĕrĭĭcĭo, is, tertia syllaba corr. Inter aliquid iacio, interpono, intermitto, intermiſceo. {ירה *jaráh* השליך *hiſchehlich.* παρεμβάλλω, παρεντίθημι, παρεμβάλλω. GA. Entreietter, ietter parmi ou entredeux. ITALI. *Iettare tra qualche cosa.* GE. Zwyschen einwerffen HI. *Entreponer ò meter.* AN. *To caſt betwene.*} *Col. li. 1.* Vt siqua interiecta sint stramentis, aut paleis spinarum, vel germinum semina intereant. *Lin. lib. 1. ab Vrbe*, Hâſque interiectas collibus valles. *Ibid.* Paucis interiectis diebus. *Cæſ. libro 7. bel. Gal.* Galli inter equites, raros sagittarios, expeditósque leuis armaturæ interiecerant, qui suis sedentibus auxilio succurrerent.

Intĕrĭectŭs, participium. {משול *muſchlách.* παρεμβεβλημένος, παρεντεθειμένος. GALL. Entreietté, mis entredeux. ITALI. *Interposto.* GERMAN, Zwyschen eingetruckt. HISPAN. *Entrepuesto.* ANGLIC. *Caſte betwene.*} *Cæsar 7. bell. Gall.* Vt idem illud interuallum seruetur, neque inter se contingant trabes, sed paribus intermissæ spatiis singulis saxis interiectis, arctè contineantur. Interiectus inter Philosophos, id est intermedius, *inquit Budæus. Ci. 1. Off.* Aut interiecti inter philosophos, & eos qui Rempublicam administrarent, delectarentur re sua familiari. *Idem 2. de Natura Deor.* Nasus quasi murus oculis interiectus. ¶Interiectum tempus, hoc est interpositum, ὁ παρεμβεβλημένος χρόνος. [*Tibull. lib. 4.* Téque (manet) interiecto mundi pars altera sole.]

Intĕrĭectŭs, us, ui, Interiectio. {παρέθεσις, παρεμβολή. GA. Entreiet, interposition. IT. *Interpositione.* GE. Darzwyschensetzung/legung. HIS. *Obrade entreponer.* AN. *Caſting betwene.*} *Cic. 2. de Nat. Deor.* Interpositu, interiectúque terræ. *Col. li. 3 c. 21.* Si verò interiectibus capere cuiusque generis fructum aueat, &c.

Intĕrĭectĭo, Interpositio & insertio. {παρέθεσις. GA. Entreiet, interposition. ITA. *Interpositione.* GE Zwyschen ein werffung. HIS. *Entreposition.* ANGL. *Putting or caſting betwene.*} *Quint. lib. 4 c. 2.* Ne sententia quidem velut fatigatum intentione stomachum iudicis reficere dissuaserim, maximè quidem breui interiectione. *Idem lib. 8. ca. 2.* Etiam interiectione, qua & Oratores & Historici frequenter vtuntur, vt medio sermone aliquem inserant sensum, impediri solet intellectus, nisi quod interponitur, breue est. *Autor ad Heren. lib. 1.* Et tamen occultè dicemus interiectione verborum. Est etiam interiectio pars orationis, animi affectum exprimens: ita dicta quòd orationi interiaciatur.

Intĕrim, penultim. corr. aduerb. temp. Interea, tantisper, hoc interim spatio. {μεταξύ. GAL. Tandis, cependant. ITAL. *Fra questo mezzo.* GE. Darzwyschen. HISP. *Entretanto.* ANGL. *In the meane tyme.*} *Terent. in Andr.* Funus interim procedit, sequimur. *Cic. 3. de Orat.* Hoc interim in spatio conclaue illud concidit. *Idem pro Ligar.* Interim Varus Vaticam venit. [*Plaut. Men. fo. vlt.* Auctionem faciam, Nunc interim eamus intrò. *Ibid. fo. 2. a. 2.* Hoc ponam interim. *Idem Moſt. fo. 4. a. 1.* Interim da cantharum. (dum ille quiescit, sup.) *Idem Pseud fo. 3. a. 2.* Euenit in labore & dolore vt mors obrepat interim. *Plautus Curcul. scen. prima action. quart.* Sed interim crepuere fores. (id est, dum loquor.)] ¶Vsurparur & pro aliquando, ἐνίοτε. *Quint. lib. 1. c. 9.* [& *c. 4. lib. 14.*] Prima barbariſmi ac soloecismi fœditas absit. Sed quia interim excusantur hæc vitia aut consuetudine, aut autoritate, aut vetustate, denique vicinitate virtutum, acriter se in illud renue diſcrimen Grammaticus intendat. ¶Aliquando pro repentè. *Terent. in Hecyr.* Primùm dies compluſculos benè conueniebat sanè inter eas: interim Mitis modis odiſſe cœpit Soſtratam. *Donatus*, interim, exponit per repente. ¶ Interim aliquando diſcretio est rei quæ ad narrationem pertinet, *vt apud Teren. in Andr.* Tyſtis interim, non nunquam collacrymabat.

Intĕrĭmo, mis, pen cor. [ab inter & emo, quod est sumo, & tollo, quasi totum tollo] Interficio. {המית אבד *hemit ibhédh.* ἀναιρέω, ἀναιρέω, διαφθείρω. GAL. Tuer. ITA. *Ammazzare, vccidere.* GER. Vmbringen/ tödten. HIS.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tödẽn. HISPAN. *Matar.* ANGLIC. *To kill.* } *Plaut. in Cistell.* Accurrite, ne se interimat. *Cic. de Nat. Deo.* Si quæ interimant, innumerabilia sunt: etiam ea quæ conseruent, infinita esse debent. *Idem pro Milone,* Me quidem examinant & interimunt hæ voces Milonis.

¶ Interdum ponitur pro priuo. *Plaut. Cistell.* Nam dudum, vt concurrimus, Alcesimarchus ne se vita interimeret.

Interemptio, Interfectio, cædes. {מַכָּה מַהֲרֵגָה *mákáh mahárégáh* πάταξις, φονικὸς θάνατος. GALLIC. Meurtre, tuerie, occision. ITALIC. *Uccisione, homicidio.* GERM. Ymbbringung/ertödung. HIS. *Mantança.* ANG. *A killing or slaying.* } *Cic. pro L. Manil.* Testis est Gallia, per quam legionib. nostris in Hispaniam iter Gallorum interemptione patefactum est. Vetus exemplar habet internecione.

Interemptor, φονεὺς. Interfector, occisor. *Senec. epist.* 71. Inuenies etiam professos sapientiam, qui vim afferendam vitæ suæ negent, & nefas iudicent ipsum interemptorem sui fieri.

Interemptus, Sublatus. *Vlpian. D. lib.* 40. *Tit.* 7. *l.* 3. Quatenus dilatione interempta illico accipiat quod post tempus sequi poterit.

Interior, {ἐνδότερος, & Interius, ἐνδοτέρω. GALLICE. Qui est plus dedans & plus auant. ITALIC. *Più à dentro.* GERM. Der inner/baß dannen. HISP. *Mas à dentro.* ANGLIC. *More inwarde.* } ab interus antiquo positiuo.] *Ouid. 5. Fast.* Et medius iuuenum non indignantib. ipsis Ibat (senex) & interior si comes vnus erat. *Vide* in Intimus, & post Intra]

Interitus, *Vide* INTEREO.

Interiungo, Subsisto: tractum à curru, cuius rotæ interiecta sude iunguntur, vt quiescat. { ἐφίστημι. GALL. Entrecoucher, entre omdre. ITAL. *Raggiungere, far fermare.* GERM. Stillstehen/ oder stillhalten. HISP. *Entrejuntar.* ANGLIC. *To ioyne betweene, to stand still.* } *Martial. lib.* 2. Et quum currere debeas Bouillas, Interiungere quæris ad Camœnas.

¶ Interiungere equos, est equos è curru soluere, vt & pastu & quiete reficiantur. *Idem lib.* 3. & hora lassos Interiungit equos meridiana. [*Senec. cap. vlt. de Tranq.* metaphoricè dixit, Quidam medio die interiunxerunt. *Item Senec. epist.* 84.]

¶ Interiungere dextras, quod & iungere dextram dextræ dixit *Virg. Lu. 1. Bell. Pun.* Tum dextræ interiunctæ, militésq; concione dimissa, à notis, ignotísque benignè atque hospitaliter inuitari.

[Interlabor, eris, *Virg.* παρεμπίπτω. GAL Se laisser cheoir entre, &c.]

[Interlego, is. *Pallad.* Cueillir par ci par là.]

Interlino, is, penultima correpta, interlini, interliui, vel interleui, interlinire, Scripturam, vel picturam lituris corrumpo, scripturam induco, deleo, extinguo. { שׂוּח שׂחה *sach macháh.* καταλείφω. GALL. Canceler, effacer. ITAL. *Cancellare.* GER. Durchtun/ verstreichen/ verstudlen. HIS. *Truncar ò cassar la escriptura.* ANG. *To interline or race out.* } *Cic. pro Cluent.* Qui tabulas publicas municipij sui corrupisse iudicatus sit, qui testamentum interleuerit. *Ibidem,* Et quid C. Verres prætor vrbanus homo sanctus & diligens sub sortitionem eius in eo codice non haberet, qui tum interlitus proferebatur. *Idem 4. Verr.* Corruptæ, atque interlitæ tabulæ.

Interlŏquŏr, penultima correpta, Interpello, alterius loquentis orationem interrumpo. {διακόπτω. GALLICE Entreietter quelque propos. ITA. *Trapellare, romper il parlare.* GERM. Zwyschen einreden/in die red fallen. HIS *Estoruar al que habla.* ANG. *To disturbe, to interrupt anothers speach* } *Terent. Heautont.* Siccine mihi interloquere?

¶ Quandoque significat aliquid inter litigatores statuo, & definio interea dum principalis causa planè discepretur. Vnde interlocutoria sententia à Iurisconsultis vocatur, quæ non definit controuersiã, sed aliquid obiter ad causam pertinens decernit. *Gellius lib.* 14. *cap.* 2. Aliter atque aliter eadem causa, eodémque in tempore sentire, & interloqui videatur.

Interlŏcūtĭo, onis, Sermonis interpositio, interpellatio. { διαλογισμὸς. GALL Propos entreietté. ITALIC. *Parolle dette tra l'altrui parlare.* GERM. Eintredung. HISP. *Habla entrepuesta.* ANG. *An interposition of speach and interrupting of an others tale.* } *Quint. lib.* 5. *cap.* 7. Breui interlocutione patroni refutandus est. [*Gellius cap.* 2. *lib.* 14. Interlocutiones iudicum.]

Interlūcĕo, ces, penultima producta, In medio luceo, vel interea luceo, vel inter aliquid luceo. {παρεμφαίνω. GALL. Entreluire. ITAL. *Tralucere.* GERM. Vnder etwas oder bey etwas scheinen. HISPAN. *Entreluzir.* ANG. *To giue light in the middes or betwene.* } *Liuius 9. belli Punici,* Duos soles visos & noctu interluxisse, & facem stellæ sepries ab ortu solis ad Occidentem porrigi visam. ¶ Interluçet per translationem, pro interapparet, & interconspicitur. *Liu. lib.* 2. *ab Vrbe,* Quibus inter gradus dignitatis fortunæque aliquid interlucet posteri fama ferrent. *Virgil. 9. Æneid.* - interlucétque corona Non tam spissa viris.

Interlūco, cas, penultima producta, Ramos seu plantas inutiliter pullulantes cum interuallo reseco: & à luce deductum videtur: quòd quum creduntur rami, lux fiat ipsi arbori amplior. { שׂעף *sefeph.* διαχαθαίρω. GALL. Esbranler vn arbre, & comme luy bailler iour. ITA. *Tagliar i rami inutili del' albero quà e là.* GERMAN. Ein baum erhawen das er dunner werd HISPA. *Entresacar los ramos de los arboles.* ANG. *To loppe trees, to cutt of boughes.* } *Plin. lib.* 17. *cap.* 23. Deputantur enim pariter cum vite interlucata, densitate ramorum, qui sint superuacui.

Interlūcātĭo, {τῶν κλαδῶν διαιρεσις ὑπερκοπιῶν διαχάθαρσις. GALLICE. Esbranchement. ITALIC. *Il diramare degli alberi.* GERMANIC. Erhawung eines baums von vil vnnutzen ästen. HISP. *Entresacamiento de los ramos de los arboles.* ANGLIC. *The lopping of trees or cutting of boughes.* } *Plin. lib.* 17. *cap.* 27. Interlucatio arboribus prodest: sed omnium annorum trucidatio inutilissima. Eadem dicitur collucatio, *apud Catonem & Varronem.*

Interlūnium, nij, Dicitur id spatium temporis: in quo nec amplius luna vetus apparet, nec adhuc noua videtur: quia radiis solaribus supernè illustratur, non autem ab ea parte quæ nobis conspicua est. {συνόδους, συνοδικὴ σκιὰν. GAL. Le temps d'entre la vielle & nouuelle lune. ITA. *Congiontione de la luna, tempo tra la luna vecchia & la nuoua.* GER. Die zeyt zu deren der mon nit scheint/ die zeit deß newmons. HIS. *La coniuncion de la luna con el sol, tiempo entre la luna vieja y nueua.* ANG. *The space when nether the newe moone nor olde is seene.* } *Plin. lib.* 7. *cap.* 5. Septimo nonnisi pridie, posteróue plenilunij die, aut interlunio concepti nascuntur. *Idem lib* 16. *cap.* 39. Inter omnes conuenit, vtilissimè in cortu lunæ sterni: quem diem alij interlunium, alij silentis lunæ appellant. *Horat. 1. Carm. Ode* 25. Thracio bacchante magis sub interlunia vento.

Interluo, luis, Interfluo. { παρεμπίπτω. GALL. Mouiller en passant par dedans ou au milieu. ITA. *Bagnare in mezzo.* GER. Zwyschen durchflieſſen. HISPA. *Mojar entremedias.* ANGLIC. *To flow betweene, to wash betweene meales or other actes.* } *Claudian. in lib.* 1. Trinacria quondam Italiæ pars vna fuit, sed pontus, & æstus Mutauêre situm, rapuit confinia Nereus Victor, & abscissos interluit æquore montes. [*Liuius lib.* 1. *dec.* 5. Quantum interluit fretum?]

Inunitus, a, um, ab inuniendo, quod Græci dicunt ἀνοΐδητον. *Tertull. aduersus Valent.* Et tamen inunitum in Adam.

Inuoco, as, penul. correpta, Intro voco: & nonnunquam voco: quanquã posterius hoc rarius est {קרא *karâ.* εἰσκαλέω. GA. Appeler dedans. IT. *Chiamare dentro.* GE. Einyhen rüffen. HI. *Llamar para venir dentro.* AN. *To call in or on.*} *Pl. in Capt.* vtramque significationem complexus est, quum inquit, Nam scorta inuocantur, & nos parasiti inuocamur. [*Pl. Capt. sc. 1. a. 1.* Inuocatus esse soleo in conuiuio. *Idem Cure. sc. 3. a. 2.* Inuocat Planesium (ludens talis:) Ego almam meam nutricem Cererem. *Quintilian.* Ad aurem inuocare. *Et Suet. in Caligul. cap. 50.* Inuocare lucem.]

¶ Aliquando significat in auxilium voco. & subsidium peto. {βοηθέω, ἐπικαλέω. GA. Inuoquer, reclamer, appeller à secours. ITALIC. *Inuocare. chiamare per aiuto per soccorso.* GERM. Vmb hilff anruffen. HISP. *Llamar à ajuda.* ANGLI. *To call for help.*} *Plautus in Asin.* Deam sibi inuocet, quam lubebit, propitiam. *Cicero de Natura Deorum.* Apud nostros Iunonem Lucinam in pariundo inuocant.

Inuocatus, a dict. Non vocatus, inaccersitus. {ἄκλητος. GA. Non appelé. ITA. *Non chiamato.* GERM. Vnberufft. HIS. *No llamado.* ANG. *Not called on.*} *Pl. Capt.* Iuuentus nomen indidit scorto mihi, Eò quia inuocatus soleo esse in conuiuio. *Cel. ad Cic. Epi. lib. 8.* At ego simulatque audiui, inuocatus subsellia rei accurro.

Inuolo, as, are, à Vola fit, quæ est manus & pedis concauitas. Id est, concauam manum iniicio, rapaciter subtraho, cum impetu aliquem aggredior. {הטיט *hetît* חזג *ghazál.* ἁρπάζειν. GAL. Defrober. ITA. *Inuolare, rubbare.* GER. Darauff greyffen. HI. *Hurtar.* AN. *To steall, to runne violentlie vpon ones.*} *Lucan. lib. 6.* quid corpore magni Proiecto rapiat, quos Cæsaris inuolet artus. *Plin. lib. 9. cap. 59.* Singulos inuolat veriùs, quàm capit. *Terent. Eunuch.* Vix me contineo, quin ei in uolem in capillum. [*Plaut. Mostell. sc. 3. a. 1.* Vix comprimor quin inuolem in oculos illi stimulatrici. *Idem Amphitr.* Ab dextra maximo cum clamore inuolant, (equites) id est irruunt.]

¶ Aliquando Inuolare compositum est à verbo Volo, as, idémque est quod intrò volare. εἰσπέτομαι. *Col. lib. 8. c. 3.* Neque enim debent ipsis nidis inuolare, ne, dum adsiliunt, pedibus ova confringant. *Varr. 3. de Re rust.* At in villam intrò inuolant columbæ, de quibus merula, &c.

Inuolito, as, are, frequentatiuum. {πολὺς ἐπιπλαγχθῆναι. AN. *To flee in often.*} *Horatius 4. Carm. Ode 10.* Et quæ nunc humeris inuolitant, deciderunt comæ.

Inuolucris, cre, Quod adhuc volare non potest. {ἀπέτητος. GAL. Qui ne vole point. ITAL. *Che non può volare.* GERM. Vngeflucht. HIS. *Cosa que no puede volar.* ANGL. *That can not flee.*} *Gell. lib. 2. cap. 29.* Pulli tunc inuolucres erant.

Inuolucrè, Inuolucrum, *Vide* INVOLVO.

Inuoluo, is, ere, In seu super aliquid voluo, vel voluendo impono, aut inicio {גלל *ghalál* גלם *ghalám* חתל *chittél* עטף *batáph.* περιτυλίσσω. GAL. Enuelopper, entortiller, roulller dessus IT. *Inuolgere, auiluppare.* GE. Erwarauff weltzen: item, einwinden/ einwicklen. HIS. *Embolucr.* ANG. *To roll or wrappe together or vpon.*} *Virg. 3 Georg.* Ter sunt conati imponere Pelio Ossam, Scilicet atque Ossæ frondosum inuoluere Olympum. *Ouid. 12. Metam.* Saxa, trabésque super totósque inuoluite montes. ¶ Sæpe accipitur pro circumplico. circumuoluo, & re aliqua intego. *Plin. lib. 11. cap. 24 de araneis.* Nam & lacertarum catulos venantur, hos primùm tela inuoluêres, & tunc demum labra vtraque morsu apprehendentes, &c. Crinem inuoluit cassidе, *Silius li. 7. Ouid. 4. Fast.* Captiuam stipula, fœnóque inuoluit, & ignes Admouet. *Horat. 4. Carm. Ode 29.* & mea virtute me inuoluo, probámque Pauperiem sine dote quæro.

¶ Per translationem tenebras offundere, obscurare. *Virg. 3. Æn.* Inuoluêre diem nimbi, & mox humida cælum Abstulit. *Idem 6. Æneid.* Obscuris vera inuoluens. *Inuolui, quadrisyllabum pro Inuolui. Ouid. 9. Epist.* Scilicet immanes elisos faucibus hydros, Infantem caudis inuoluisse manum.

[Inuolutus, a, um, *Senec. cap. 10. de Consol. ad Polyb.* Obscura & inuoluta veritas.]

Inuoluulus, li, pen. corr. Vermiculus qui & conuoluulus dicitur, quòd sese foliis arborum & vitium circumuoluat, & implicet. λιβούλιος. *Suid.* {GALLI. Vercoquin ou hurbec. ITA. *Verme he rode i germogli delle vite, voluolo.* GERM. Ein taup/ einwurmlein so sich in die bletter wicklet. HIS. *El gusano rebolion.* ANG. *A caterpiller or worme eatbin the leaues of trees.*} Pl. *Cystel.* imitatus nequam bestiam, Et damnificam. P. Sed quamnam amabo? L. inuoluulum, Quæ in Pampini folio intorta implicat sese.

Inuolucrè, cris, (substantiuum, Est linteum illud, quo tonsores humeros tondendorum inuoluunt, ne vestes capillorum segmentis sordidentur. {חתלה *chathulláh* חתול *chittúl.* περὶ τῶν κειρομένων. GAL. Enuelopoir, vn linge ou couurechef qu'vn barbier estend sur celuy à qui il fait la barbe. ITA. *Panno che'l barbiere pone alle spalle di coloro che si fanno tosare.* GERM. ein schürtuch das man vmb einen schlechet. HISP. *Toalja para el cuello.* ANG. *A linnen cloth where with barbours couer the me which they sheare.*} Pl. *in Capt. sc. 2. a. 2.* Ne is quidem inuolucre iniicere voluit, vestem vt ne inquiner.

Inuolucrum, cri, pen. prod. Quo quippiam inuoluitur, aut integitur. {חתלה *chatulláh* חתול *chittúl.* ἕλυμα, ἐπίλυμα. GALL. Enueloppeoir. ITA. *Inuoglio.* GE. Darein man etwas wicklet. HIS. *Embolueador para embolucr.* ANG. *Anyt hing that serueth to cloke, couer or hide.*} *Ci. 1. de Orat.* Sic modo in oratione Crassi diuitiàs atque ornamenta eius ingenij, per quædam inuolucra atque integumenta perspexi: sed ea quum contemplari cuperem, vix aspiciendi potestas fuit. Inuolucris simulationum tegi, hoc est, simulatis affectibus. *Cic. ad Quint. Frat. lib. 1.* multis enim simulationum inuolucris integitur, & quasi velis quibusdam obtenditur vniuscuiusque natura.

Inuolutè, aduerb. *Spart. in Caracalla.* Questus est de fratris insidiis inuolutè, & inconditè ad illius accusationem.

Inuolutissimus, superlat. *Senec. Quæst. Natur. lib. 6. cap. 5.* Nec in hac tantum re omnium maxima atque inuolutissima.

Inurbanus, a, um, Inciuilis, Inuenustus, rusticis moribus præditus. {ἄγροικος, ἀστεῖος, ἀκόμψος, ἀπαίδευτος. GAL. Inciuil, rustique. ITA. *Inciuile, rostico, rozzo.* GERMAN. Vnhöfisch/ beurisch. HIS. *Rustico y descortes.* ANG. *Vnmanerly, vncourteis.*} *Cic. 2. de Orat.* Inopem quendam humanitatis, & inurbanum. *Idem de Clar. Orat.* Sed omnium oratorum siue tabularum, qui & plane indocti, aut inurbani, aut rustici etiam fuerunt, &c. *Horat. in Arte.* si modo ego, & vos Scimus inurbanum lepidò sapponere dicto.

Inurbanè, aduerbium, Insulsè, rusticè. {ἀστείως, ἀκόμψως, ἀγροίκως. GALL. Sans courtoisie, inciuilement, rustiquement. ITA. *Discortesemente, inciuilmente.* GERM. Vnhöfflichen. HIS. *Rusticay descortesemente.* AN. *Vnmanerlie, vncourteouslie.*} *Cic. 3. de Nat. Deor.* Alabandenses quidem sanctiùs Alabandum colunt, à quo est vrbs illa condita, quàm quenquam nobilium deorum, apud quos non inurbanè Stratonicus, vt multa, &c.

Inurgeo, es, id est, Contra aliquem vrgeo. {נגח *nagách* נגף *naghâph.* ὑπερέρχω, περιστρέφω, περικρούω. GALLICE. Pousser & heurter contre. ITALICE. *Premere, vrtare, spingere.* GERM. Treyben/ stössen. HISP. *Empuxar.* ANGL. *To force against any.*} *Lucret. lib. 5.* Cornua natã priùs vitulo, quàm frontibus extent, Illis iratus petit, atque infensus inurget.

Inurino, as, pen. prod. idem quod vrinare, id est, in aquam mergi, & natando emergere. {שחה *sachâh* שוף *ishph.* ἐνκολυμβῶ. GAL. Se plonger en l'eau. ITA. *Nuotiar sotto aqua.* GER. Vnder das wasser schiessen oder schwimmen. HIS. *Nadar y salir de l'agua nadando.* ANG. *To plunge in water.*} *Colum. lib. 8. cap. 14.* Lacus, piscináque manu fiant, vt sint quibus inurinare possint aues.

Inuro, is, ere, ignito ferro stigma imprimere, vt seruorum fronti & equorum coxis, vt cognoscantur à domino. {חרך *charách.* ἐγκάω, ἐγκαίω. GAL. Marquer d'vn fer chaud, imprimer quelque marque. ITA. *Marcare, segnare con ferro caldo.* GER. einbrennen/ auff etwas brennen. HIS. *Señalar de huego.* ANG. *To marke with a burning hoat yron.*} Inurere, adhibito igni fingere: quod genus picturæ Encaustice dicitur. *Plin. lib. 35. cap 4* Cuius supra caput tabula bigæ pendet, quam Nicias scripsit se inussisse.

¶ Et per translationem Inurere significat ita imprimere, vt deleri nequeat; vt, Inurere ignominiam alicui. {חקק *châk* חקקה *chikkáh.*} *Cic. de prouinc. Consul.* Sed fruatur sanè hoc solatio: atque hanc insignem ignominiam, quoniam vni præter se inusta est, putet esse leuiorem. Inurere sibi maculam, est ignominiam atque infamiam indelebilem contrahere. *Liu. lib. 3. ab Vrbe*, Prehensabat singulos, orabatque ne Claudiæ genti eam inustam maculam vellent. [*Velleius*, Inurere notas memoriæ alicuius. *Quintilian.* Inustas comas acu comere.

Inusitatus, a, um, insolitus, præter consuetudinem, rarò visus, inauditus. {ἀήθης, ἀσύνηθες. GAL. Inusité. ITALIC. *Inusitato, fuor d'vsanza.* GERMA. Vnbreuthig HISPANIC. *No acostumbrados vsusado.* ANGLI. *Not accustomed or wonted.*} *Cic. 2. de Orat.* Alter lepórem quendam inusitatum nostris oratorib. est consecutus. [*Gell. c. 14. l. 15.* Inusitatum portentum. *Livius l. 7. bell. Pun.* Homines inusitati alienigenis (id est qui non iis videndis assueuissent.]

Inusitatè, aduerb. {ἀήθως, ἀσυνήθως. GAL. Contre ou outre la coustume. ITALIC. *Contra'l costume.* GERMANIC. Vnbreuthlichen. HISP. *Desusadamentra, contra la costumbre.* ANG. *Not after the accustomed fashion.*} *Cic. ad Quint. Frat.* Absurdè, & inusitatè scripræ epistolæ. *Idem de clar. orat.* Inusitatè loqui.

Inutilis, le, Qui nulli vsui est. {ἄχρηστος. GALLIC. Inutile; qui n'est point profitable. ITA. *Inutile, disutile.* GERM. Vnnutz. HISPANIC. *Desaprouechado, ò sin prouecho.* ANGL. *Vnprofitable.*} *Cic. 1. de Inuent.* Is inutilis sibi, perniciosus, patriæ ciuis alitur. *Idem 2. de Diui.* Quid? quum quæritur quis sit optimus Reipub. status, quæ leges, qui mores aut viles aut inutiles? *Ouid. 13. Metam.* donec solertior isto, Et sibi inutilior, timidi commenta retexit. [*Ouid. Eleg. vlt. lib. 4. Trist.* Studibus quid inutile tentas? (sup. poësin.) *Plaut. Pseud. sc. 2. a. 3.* Gloriosus, insulsus, inutilis cocus. *Plaut. Asin. sc. 1. a. 4.* Si qua sit pictura inutilis, eam vendat. (id est noxia exemplo.) *Velleius*: Exemplo inutili, facto salutari cæsus Clodius.]

Inutiliter, aduerb. {ἀχρήστως. GALLIC. Inutilement, sans profit. ITAL. *Inutilmente sin profitto.* GERM. Vnnutzlichen. HISPAN. *Desaprouechadamente.* ANGLIC. *Vnprofitablie.*} *Plin. lib. 16. cap. 39.* Alij non inutiliter relinquunt. *Hirtius de bell. Alex.* Multa Romæ malè & inutiliter administrari.

Inutilitas, atis. {ἀχρηστία. GALLIC. Inutilité. ITA. *Mancamento d'vtilità & commode.* GERM. Vnnutzligkeit. HIS. *Desaprouechamiẽto.* ANGLIC. *Vnprofitablenesse.*} *Cic. 2. de Inuent.* Ex his illud conficitur, vt appetendarum rerum partes sint honestas & vtilitas: & vitandarum, turpitudo & inutilitas.

Inutrium, Ἰουτούργιον, Oppidum in finibus Vindelicię, non procul ab Alpibus, cuius meminit *Ptolem. lib. 2. cap. 13.* Idem esse putatur cum eo, quod hodie Oenipontem nominant. {GERM. Inspruck.}

[Inuulgare *Gell. cap. 9 lib. 4.* Reformidanda hæc sunt magis, quàm inuulganda. *Idem ibidem cap. 7. lib. 13.* Inuulgata verba, &c.]

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Inuulnĕrātŭs,a,um,Non vulneratus,ἄτρωτος.GAL. Qui n'a point eſté bleſſé.ITALI.*Non ferito.*GERMAN.*Vnuerwundt.*HISPA.*Non herido.* ANGLIC.*Not wounded.*} *Cicer.pro Sest.* Cæteri verò aut repentina vi perculſi, ac tempeſtate populari, per populum tamen recreati ſunt, atque reuocati: aut omnino inuulnerati, inuiolatique vixerunt.

Inūlnĕrābĭlĭs,ἄτρωτος.*Sen.de Benef.lib.5 c.5.* Neque enim minus fortis ſum, ſi cum inuulnerabili me hoſte committis.

Inūŭs Pan,ὁ τῆς ὕλης κύριος.*Macrob.Satur.li.1.c.22.*

INYSSVS,ινυσσὸς,Vrbs Ægypti prope Caſium montem. *Steph.*

I ante O

Io,Dolendi particula eſt.*Tibullus,* Vror io,remoue ſæua puella faces. [*Ouid.4.Fast.*Illa quidem clamabat,Io,cariſſima mater,Auferor.(rapta Proſerpina.)]¶Quandoque exprimit geſtientis lætitiæ affectum. *Ouid.2.de Arte,*Dicite io Pæan & io bis dicite Pæan.[*Ouid. Eleg. 2. libr.4.Triſt.*Ioque Nile io magna voce triumphe canet. *Plau.Pseud. ſcen. quarta act. 2.* Io Io te te Tyranne volo.Vocantis hic eſt,& lętantis.]

Iō,gen.Ūs,ὶώ.{GER.Ein tochter Inachi vmb welche Jupiter gebůlet hatt/ die iſt auch hernach/als ſy in Egypten kommen iſt vnd geſtorben/Iſis genennet/vnd fur ein göttin geachtet worden.} Filia Inachi fluuij traditur à Poetis,à Ioue adamata, quam ob interuentum Iunonis,ne agnoſceretur, Iupiter in Iuuencam transformauit: Iuno tamen ſuſpicata id quod res erat:vaccã eam à Ioue ſibi dono dari poſtulauit: quam quum accepiſſet, appoſuit ei cuſtodem Argum centoculum. [Id apertè Plautus indicat *in Aul.ſc.5.a.3.*hoc verſu:(Argus) quem quondam Ioui Iuno cuſtodem addidit.] à quo quum moleſtiſſima cuſtodia premeretur,ægrè id ferens Iupiter,per Mercurium eum interficiendum curauit. Quamobrem indignata Iuno,œſtrum pellici immiſit,cuius aculeis exagitata,in Ægyptum vſque perfugit: vbi implorato Iouis auxilio,priſtinam formam recuperauit,Regique Oſiridi nupſit:Ægyptiſque omnibus adeò chara fuit,vt poſt mortem dea habita ſit,quam illi Iſidem appellarunt:ſacráque eius Iſiaca,quibus anſer immolari conſueuit.*Vide hanc fabulam latiùs apud Ouid.lib.1. Met.* ¶Eſt & Io,Theſſaliæ fluuius,iuxta Oxineam ciuitatem in Peneum illabens.*Autor Strab.li.9.*

Iŏcāstă,ἰοκάστα,Oedipi mater fuit,filia Creontis Thebanorum Regis, & vxor Laij, quæ poſt mariti necem, Oedipo filio imprudens nupſit,ex quo Eteoclem & Polynicem genuit:qui quum ſe mutuis vulneribus confeciſſent,ipſa quoque ſibi manus intulit. *Vide Stat.libr. 1.Theb.*

Iŏcŭs,ci,maſc.gen.pluraliter hi ioci,vel hæc ioca, Dicitur quod ſeriũ non eſt.{אחק *tſechŏk.παίζω*.GAL.Ieu,raillerie,gaudiſſerie. ITALIC. *Scherzo,giuoco.*GERMAN.ein ſchimpff.HIS.*Burla,juego.*ANGLI.*Ieſt in wordes,a mery word,diſport.*}[*Plaut.Amphitr.* Si quid dictum eſt per iocum,id non æquum eſt te ſeriò prævortier.*Ibidem:*Scis me hæc dixiſſe per iocum.Equidem ſeriò ac verò ratus.*Idem Pseud.ſc.1.a.1.*Iocus,ludus,ſermo,ſuauis ſuaſiatio.*Idem Cap.ſc.1.a.4.*Lucrum,ludum, iocum,feſtiuitatem.*Idem pseud.ſc.7.a.4.*Auferetur à me quod promiſi per Iocum?*Ouid.Eleg.1.lib.5.Triſt.*Sit ſatis illa(littera) Ioco luxuriata meo.*Ibidem Eleg.1.lib.2.* Nec obfuit illi Hiſtoriæ turpes inſeruiſſe iocos.(Veneris.)*Ibidem:*Miror vnquam te noſtros euoluiſſe Iocos.(i.carmina.)]*Martial.*conſueuêre iocos veſtri quoque ferre triũphi.*Salluſt.in Iugurtha,*Ioca,ſeriáque cum humillimis agere. *Gellius lib.2.*Inſulſi hominis ioca non præteribo.*Cicero in ſecundo de Finibus,*At quicum ioca & ſeria,vt dicitur,quicum arcana,quicum occulta omnia?In ioco atque vino,genus loquendi antiquum,quo tempus ſignificabatur poſt conuiuium.*Catullus,* Marucine Aſini manu ſiniſtra,Non bellè vteris in ioco atque vino. *Vide ſuprain dictione* IN. [¶Iocum & ludum eſſe pro re abiecta & parui pretij docet *Victorin. ca.13.libr.6.Sueton.in Auguſt.capit.98.* Cachinum ſuſtulit & in iocos effuſus eſt.]

Iŏcŭlŭs,dimi.παιγνιδιον.GA.Petit ieu.IT.*Picciolo giuoco.*GE.Ein ſchimpff lein.HIS.*Pequeño juego.* AN.*A litle diſport,or mery word.*}*Pl.in Stic.* Noui illum:ioculo hæc dixit.

Iŏcōsŭs,a,um,Quod ſerium non eſt.{ὑποπαίκτικος.GALLIC.Ioyeux & recreatif,railleur.ITALIC.*Giuoſo piaceuolo.*GERMA.Schimpffig.HIS. *Coſa llena de burlas.*ANGLIC.*Merie,ioyous.*}*Cice.1.Offic.* Si de rebus ſeriis loquarur,ſeueritatem adhibeat,ſi de iocoſis,lepõrem.*Martial.* Non potuit meliùs litem finire iocoſam.[*Ouid.Eleg.1.lib. 2.Triſt.*Vita verecunda eſt,Muſa iocoſa mihi.*Idem ibidem Eleg.2.lib.1.*Non vt delicias videam Nile iocoſe tuas.*Et Eleg.2.lib.3.Triſt.* Muſa iocoſa mea eſt.

Iŏcōsē,Non ſeriò,ſed feſtiuitatis modò gratia.{ὑποπαίκτως. GALL.Par ieu,en ieu,par raillerie.ITA.*Piacevolmente,da giuoco.* GE. Schimpfflichen.HI. *De burlas,contrario de veras.*ANG.*Merilie,in maner of diſport.*}*Cicer.Quint.frat.* eúmque luſi iocoſè ſatis. ¶ In eadem ſignificatione dicimus & Iocò,aduerbij ſignificatione.*Terent.Heaut.*Iocóne illa dicat,neſcio.[*Plaut.Amph.*Cum ea ſermonem nec Ioco,nec ſeriò tibi habeas.]

Iŏcŭlŏr,aris,per iocum aliquid dico facióve.{אחק *tſechék.παίζω,χαριζόμαι*.GALLIC.Se iouër,faire ou dire quelque coſe par ieu.ITALIC. *Scherzare.* GERMANIC. Schimpffwerck treyben. HISPANIC. *Burlar.* ANGLI.*To do or ſay any thing by diſport or ieſt.*}*Liuius 7. ab Vrbe,* Inter carmina propemodum,incondita ioculantes, Torquati nomen auditum.

Iŏcŭlārĭs,re,Ioco,riſúque dignus.{παιδιώδης.GALL,Ioyeux & plein de raillerie.ITA.*Coſa gioccoſa.*GERM.Schimpfflich.HISPAN.*Coſa de burla.*ANGLI.*That is ſpoken in ieſt.*}*Terent.Phorm.*-quid mea? Illa quidem noſtra erit. D.Iocularem audaciam.*Cic.de Fat.*O licentiam iocularem!

Iŏcŭlārĭŭs,a,um,Quod ioco fit dicitúrve,neque ſerium eſt:vel quod ioco riſúque dignum eſt.{παιδιώδης.GA.Ioyeux & plein de raillerie.IT. *Da giuoco.*GE.Schimpfflich/ſchertzig.HIS. *Lleno de burlas.*AN.*That is ſpoken in ieſt.*}*Horat.1.Serm.Sat.1.* Prætereа ne ſic,vt qui iocularia ridens Percurram.*Teren.in And.*Iocularium in malum inſciens penè incidi.[*Suet.in Ner.c.2.*Iocularia & latebras omittere.*Ibid.capit. 42.* Iocularia carmina in aliquem geſticulari.]

Iŏcŭlārĭtĕr,Iocosè,per iocum & riſum.{παιδιώδως.GALL.Par ieu,en raillant.ITALIC.*Da giuoco.*GE Schimpfflichen/in ſchimpffs weyß.HISP. *De burla,burlando de palabra.*ANGL.*Ieſtenglie,merily,pleſantlie.*}*Plin. li.22.cap.22.*Hæc eſt,quam Ariſtophanes Euripidi Poetæ obicit ioculariter, Matrem eius ne olus quidem legitimum venditaſſe olim, ſed ſcandicem.

Iŏcŭlātōrĭŭs,a,um,Quod ſit per iocum.{παιδιώδης.GAL. Ioyeux,plein de raillerie.ITA.*Coſa giuocoſa.*GER.Das in ſchimpffs weyß geſchicht. HISPAN. *Lleno de burlas.*ANGLIC.*That is ſpoken in ieſt.*} *Cicer. ad Attic.lib.4.*Huic ioculatoriæ diſputationi ſenem illum, vt noras intereſſe ſanè nolui. Quidam legunt ioculatorem,ſed vtrum rectè,ipſi viderint.

Iŏcŏr,aris,Nugas ago,haud ſeriò loquor,cauillor.{παίζω *tſechŏk.παίζω, ἐκτὸς τοῦ μέτρου*.GALLIC.Se iouer,railler, ſe gaudir. ITALIE. *Scherzare.* GE.Schimpffen/ ſchimpffwerck treyben.HISPA.*Burlar,jugar.*ANG.*To vſe ieſpes,diſportes or merie wordes.*}*Cicer. libr.1.Epist.*Sed iam cupio tecum coràm iocari.*Plaut.in Menach.* [*ſce.2.a.2.*]Solet iocari ſæpe mecum illo modo.*Cic.4.de Fin.* Habent enim acceſſionem dignam in qua laboretur,vt mihi in hoc iocari videantur interdum,quum ita dicant.*Plaut.Men.ſc.2.a.5.*Iam vt ſeriò Menæchme ſatis iocatus,Nunc hanc rem age.*Oui.Ele.1.li.2.* Quid ſi ſcripſiſſem mimos obſcœna iocantes.]

Iŏcāns,tis, participium.{אחק *metſachék.ὁ παίζων*.GA.Se iouãt,ſe raillant,ſe gaudiſſant.ITA.*Chi ſcherza di parole.*GE.Schimpffend/ſchertzend.HI.*El que ſe burla.*AN.*Ieſting,bourding,ſpeaking merilie.*} *Cice.4. Aca.*Me quoque,iocánſne an ita ſentiens(non enim ſatis intelligebam)cœpit hortari vt ſententia deſiſterem.

Iŏcātĭo,onis,iocoſa & facета narratio,aut ſermo.{אחק *tſechŏk.ὁ παιδιὰ*. GAL,Raillerie,IT A.*Giuoco.*GE. Schimpffung/ſchertz.HI.*Burla,obra de burlar.*AN.*A bourding or vſing of diſportes.*}*Ci.ad Papyr.* Nunc venio ad iocationes tuas.

*Iocabundus, a ,um, Qui aliquid iocoſè facit.*Valer.libr.2,capit.15.* Iuuentus rudi atque incompoſito motu corporum iocabunda geſtus dedit.

Iŏl,ἰώλ,*Ptol.*Mauritaniæ Cæſarienſis vrbs, Iubæ olim Regia, à Diuo Claudio coloniæ iure donata, deductis eò eiuſdem iuſſu veteranis, & in honorem D.Auguſti Cæſarea appellata.*Autor Plin.li.5.ca.2.& Strab.lib.vlt.*

Iōlcŏs,ἰωλκὸς *Stephano*, Oppidum eſt Magneſiæ(quæ eſt regiuncula Theſſalię ab Ortu annexa)inter Pelion & Oſſam montes ad ſinum Pelaſgicum,quem & Iolciacum ab huius oppidi nomine appellat*Ouid.7.Metam.*

Iŏlāŭs,ἰόλαος, Iphicli filius fuit,qui Herculi hydram interficienti adfuit,ferróque candenti cruorem reſtinxit atque cohibuit. Hic quum ad decrepitam ætatem peruenиſſet, Herculis precibus iuuenтute fruitus eſt:*vt fabulatur Ouid.4.Metam.*-dubiáque legens lanugine malas Ore reformatus primos Iolaus in annos. Hercule verò vita functo,pleroſque ex filiis eius in Sardiniam *inſulam abduxit,* ibique cum incolis,qui natione Tuſci erant,promiſcuè *habitauit, vt tradit Strabo lib.5.*

Iŏlē,ἰόλη. Euryti Oechaliæ regis filia fuit,*ab Hercule adamata, quam* quum Eurytus iam victus ei tradere recuſaſſet, licet certaminis lege debitam,ita accenſus Hercules,Eurytum interfecit, vrbéque diruta,Iolen abduxit,poſteáque Hillo filio ſuo vxorem tradidit. *Ouid. lib.6. Metamor.*-at longis anxia curis Argolis Alcmene queſtus vbi ponat anules,Cui referat nati teſtatos orbe labores, Cuive ſuos caſus,Iolen habet,Herculis illam Imperio thalamóque receperat Hyllus.

Iōn,ἰων,Orchomenis filius ex Chio inſula,Poeta tragicus & Lyricus,& Philoſophus:cuius ſcripta commemorantur à Suida.

¶Fuit & alter Ion,Xuthi filius,à quo Pelaſgi Ægialces,qui Achaiam Peloponneſi regionem incolebant, Iones primùm appellati ſunt. *teſte Herod.lib.7.*

Iōnē,ἰώνη,Ciuitas Palæſtinæ,quæ aliàs Gaza,ſic dicta,quòd Io illuc appulerit,& manſerit,*Steph.*qui rurſus in Ionio mari ab hac vrbe dicto, vaccam eius inſigne eſſe meminit Ione,*apud eundem,* Antiochia ab Archis habitata iuxta Phadnen.

Iōnĭa,æ,{יון *javán.ἰωνία.*}Aſiæ minoris regio, media inter Cariam & Æoliden,tùm cœli bonitate,tùm ſitus commoditate nulli regionum poſthabenda.{GE.Ein ſchöne landtſchafft *im minderen* Aſia/zwiſchen Caria vnd Aeolia gelägen/in der vnder anderen ſtetten auch Epheſus gelägen iſt.}Huius incolæ dicti ſunt Iones.*ἴωνες*,ab Ionibus Græciæ populis oriundi,quorum olim duodecim præcipuè fuerunt ciuitates,decem in continenti ſitæ,Miletus ſcilicet,Myus,Priene,Epheſus,Colophon,Lebedus,Teos,Clazomenæ,Phocea,Erythræa,& duæ in inſulis,Chios & Samos.*Vide Herodot.li.1.*

Iōnĭcŭs,a,um,penultima correpta.Quod eſt ex Ionia.{יון *javán.ἰωνικὸς.*} vt,Ionica lingua,inter quinque Græcorum linguas notiſſima. Motus Ionicus. *Horat. lib.3.Car.Ode.5.*Motus doceri gaudet Ionicus Matura virgo, & fingitur artubus Iam nunc & inceſtos amores De tenero meditatur vngui.[*Plaut.pseud. ſce.1.a.5.*Ex diſciplina Ionica perdidici.]

Iōnĭŭs,a,um,{יון *javán.ἰώνιος.*}vt,Fluctus Ionius.*Virgil.3.Æneid.* Nec potis Ionios fluctus æquare ſequendo.Vndę Ioniæ *Lucan.lib.3.*Illyris Ionias vergens Epidaurus in vndas.¶Ionium mare, *ἰόνιον πέλαγος*, dicitur ea pars maris Mediterranei,quæ ſupra fauces Adriatici inter Siciliam & Cretam expanditur.{GERMANIC.*Das meer ſo ſich oberhalb dem Adriatiſchen außſtreckt zwiſchen Sicilien vnd Creta.*}vt non obſcurè innuit *Plin.lib.4.cap.11.*quum *ait,*Ionium mare à Græcis in Siculum & Creticum diuidi. Sunt qui Iſthamum Peloponneſiacum Ionij & Ægæi maris terminum faciunt:*Ptolem.in deſcriptione Mate-doniæ* eam quoque partem ſinus Adriatici quę Macedoniæ oram ab Occaſu alluit,Ionio mari attribuit, eiúſque terminos Dyrrhachio ſiue Epidamno vrbe,& Pylichno fluuio circumſcribit. Rectiùs *Plin.* cæteríque Acroceraunio promontorio Ionium mare ab Adriatico diſtinguunt.[Quàm ſæuum,violentum,vaſtum,& iactabundum ſit illud mare,*vide apud Gell.cap.1.li.19.*] Quod aurem ad nominis rationem attinet,non ſatis conuenit inter ſcriptores: Didymus enim dictum exiſtimat

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

existimat ab Ionio quodam Dyrrhachij filio, quem Hercules quum imprudenter occidisset, in mare proiecit, vt memoriam eius propagaret. *Solinus* ab Ionia, extrema Italiæ regiuncula dictum mauult. Lycophron ab errore Ius, Inachi filiæ: alij ab Ionum naufragio: nonnulli ab Ione quodam Adriæ patre, qui deinde mari Adriatico nomen fecit.

IŌNTHI, *ἰονθοι. A Galeno* appellantur exigui duríque faciei tumores, à crasso humore generati, quos *Plinius Celsúsque* varos, Itali sua lingua *Cossos* appellant, *teste Manardo Epist. Med. lib. 7. & 8.*

IŌPĀS, *ἰωπας*, Afr. cæ regulus, vnus ex procis Didûs: cuius meminit *Virg. lib. 1. Æneid.* citharæ crinitus Iopas Personat aurata.

IOPIS, *ἰόπις*, regio Laconiæ, *Steph.*

IŌPPE, {יפו *japhóh. ἰόππη.* Vulgo, *Puerto Iaffa.*} Vrbs est maritima Palæstinæ, quæ (vt quidam volunt) regia fuit Cephei Andromedæ patris. GERM. {Ein statt in Palästina am meer gelägen/vyt Puerto Iaffa.} Hæc *referente Solino in Co. ectaneis, & Plinio, l. 5.* fuit antiquissima omnium vrbium in vniuerso orbe, vtpote ante diluuium condita. Quod & ostendit saxum, quod vinculorum Andromedæ vestigia adhuc retinet, quam expositam beluæ (*vt ait Solinus*) non irritus rumor circumtulit. Nonnulli verò alij non Ioppen Palæstinæ, sed aliam Indiæ vrbem fuisse dicunt, vbi Andromede marinæ beluæ fuit exposita. *Ouid. l. 1. de Arte amandi*, Perseus Andromedem nigris portauit ab Indis. *Et Sappho, ad Phaonem*, Candida si non sum placuit Cepheia Perseo Andromede, patriæ fusca colore suæ. Sunt tamen qui credât, eam in Æthiopia Indica fuisse natam, circa Ioppen tamen Palæstinæ vrbem beluæ marinæ fuisse expositam.

IŌRDĀNĒS, {ירדן *jardén, ἰορδάνης.*} Fluuius in Iudæa eximiæ suauitatis, Peræam à reliqua Iudæa dirimens, *vt autor est Plin. lib. 5 cap. 5.* {GER. Ein verrümpter fluß in Jüdischen land.} Oritur ad radices Libani duobus fontibus altera est nomen Ior, altera Dan: qui simul iuncti, Iordanis nomen efficiunt.

IŌS, *ἰός*, Insula est maris Myrtoi, vna Sporadum, distans à Naxo XIIII. M. pass. in qua sepultus est Homerus, oraculo iubente, quon am mater eius ex Io foret: ipse verò certa matre, incerta esset patria, *vide Plin. lib. 4. cap. 12.*

IOSPICA, Oppidum in ora Liburniæ, *apud Plin. lib. 3. cap. 21. Ptolemæus* Lopsicam appellat.

IŌTAPATA, orum, siue Iotapata, tæ, *ἰωτάπατα, ἡ ἰωταπάτη. Steph.* Syriæ oppidum, *apud Iosephum lib. 3. Antiquit.*

Iota, litera est Græca, sed ponitur pro nihilo, ac re nullius momenti. *Cic. de Orat.* Vt iota literam tollas, & i planissimum dicas.

IOVINIANVS Pontanus, Poëta, multâ scripsit tùm prosa oratione, tùm carmine.

Iouinianus, *ἰοβιανός*, Diuus Maximianus voluit vocari, qui se fortiter in Illyrico gessisset.

Iŏuis gĕmma, Quæ præter candorem & leuis est, & terera. *διὸς λίθος. Plin. lib. 37. c. 10.*

Iŏuis flŏs, Flos est æstiuus & inodorus, colore purpureo, cuius gratia coronamentis expetitur. *διὸς ἄνθος. Plin. libr. 21. cap. 10.* Colore tantùm placet Iouis flos, odor abest: sicut & illi, qui Græcè Phlox vocatur.

I ante P.

IPAMA, vrbs circa Carthaginem, *ἴπανα, Steph.*

Ipes, Quæ & Scnipes, *ἶπες, ἢ σκνῖπες*, à Græcis appellantur vermiculi verno tempore, & potissimum spirante Austro in vitibus nascentes, oculósque earum erodentes, quos rustici solent ampelitide terra enecare, *vt docet Galenus lib. 9. Simpl. Medic.* [*Vide* latiùs infrà in Ips.]

IPHARES & Testorius, filij fuerunt Priami, quos illi vno partu Peridia Idæa nympha enixa est, quam ipse furtim in venatione compresserat: postea verò in bello Troiano ab Antilocho Nestoris filio sunt occisi.

IPHĬĀNASSĂ, *ἰφιάνασσα*, & Lysippe, filiæ fuerunt Prœti Argiuorum regis, quibus alij Mœram & Euryalen addunt: quæ quum au Iunonis templum venissent, deam contumeliis affecerunt, patris sui domum diuitiis templi Iunonis, vel, vt alij ferunt, formam suam deæ pulchritudini præferentes, à Iunone in furorem versæ sunt, vt putarent se esse vaccas. Ad quas curandas accersitus est Melampus, cui pater regni partem, & alteram filiam, quam vellet, nuptui promisit. Placata igitur per supplicationem, & hostias Iunone, Melampus Prœtidas à morbo curauit, & Iphianassam vxorem duxit

¶Hoc nomine appellatur etiam à *Lucret. lib. 1.* Iphigenia Agamemnonis filia, ex Clytemnestra, Aulide quo pacto Triuiæ virginis aram Iphianassæo turparit sanguine fœdè.

IPHĬCLŬS, penultima correpta, siue Iphicles, *ἰφικλῆς* Suidæ, fuit Amphitryonis & Alcmenæ filius, eodem partu cum Hercule editus, Iolai pater: sepulchrum habet Arcadiæ vrbem, vt scribit Pausanias. *Seruius*, Hercules natus est cum Iphiclo Amphitryonis filio: sed quum Iuno duos serpentes immisisset Herculi, Iphiclus de canis terrore lapsus, suo vagitu excitauit parentes: qui quum surrexissent, viderunt Herculem angentem manib. angues immissos ei nouercalibus odiis. Fuerunt & alij huius nominis.

IPHICRATES, *ἰφικράτης, teste Æmylio & Plutarcho*, vir Athenienſis non tàm magnitudine rerum gestarum, quàm disciplina militari nobilitatus. Hic primus omnium spoliis bello captis nomen suum inscripsit, quum antea ciuitatis nomen modò inscriberetur. *Autor Suidas.*

IPHIDAMAS, *ἰφιδάμας, teste Homero lib. 11. Iliad.* Antenoris filius fuit, corpore lato atque procero, ab Agamemnone in bello Troiano interemptus.

IPHĬGENĬA, *ἰφιγένεια*, Agamemnonis & Clytemnestræ filia fuit: de qua ita fabulantur poëtæ: Quum Agamemnon in Aulide ceruum Dianæ ignarus occidisset, dea irata ventorum flatus amouit, vt Græci nauigare non possent. Quapropter cùm oraculum consulerent, responsum est, Agamemnonio sanguine deam esse placandam. Missus igitur Vlysses Iphigeniam astu à matre abduxit, Achilli eam nupturam simulans, quúmque iam immolanda esset, dea eius miserta, ceruam pro ea supposuit: virginem autem in Tauricam regionem transtulit, vbi à Thoante Rege eiusdem deæ sacris præfecta est, quæ humano sanguine fieri solebant. Quò quum postea Orestes furiis agitatus, & ab incolis captus veniſſet, iámque esset immolandus, à sorore agnitus & liberatus est: cum quo non multo pòst, occiso Thoante Rege aufugit, ablato secum Dianæ simulachro, in lignorum fasce abscondito, propter quod illam Fascelidem vocarunt. Tandem venerunt in Italiam, & in Aricino nemore simulachrum locauerunt, ædificato deæ insigni templo.

IPHĪMĔDĬA, penult. prod. *ἰφιμέδεια*, Vxor fuit Aloei, quæ cõpressa à Neptuno filios geminos peperit, Otum & Ephialtem, qui singulis mensibus nouem digitorum longitudinem staturæ suæ adiiciebãt: quúmque paucis annis in summam corporis molem excreuissent, vnà cum cæteris gigantibus aduersus superos bellum mouentes, Apollinis & Dianæ telis confixi sunt.

IPHINOVS, *ἰφίνοος*, Vnus ex Centauris, *apud Ouid. 12. Metam.*

IPHĬS, *ἶφις*, Puer fuit formæ venustate conspicuus: qui quum Anaxareten puellam efflictim amaret, neque illa eius amori responderet, impatientia amoris vitam laqueo finiuit: Quúmque iam ad sepulturam efferretur, Anaxarete è fenestra prospiciens, in saxum mutata est. *Vide latiùs hanc fabulam apud Ouid. 14. Metamorph.*

¶Fuit item Iphis, puella quædam Cretensis ex Phæsto oppido, Lygi & Telethusæ filia, quam mater insciо viro (qui, si filia sibi nascereтur, occidi eam imperarat) virili habitu educauerat. Qua ratione quum ad annos pubertatis patrem fefellisset, Lygdus Ianthen puellam ei despondit. Quapropter inops consilij Telethusa, Isidis auxilium implorauit: quæ ipso nuptiarum die Iphidem transformauit in marem *Vide Ouid. lib. 6. Metam.*

IPHĬTŬS, *ἴφιτος*, Filius Praxonidis, siue Hæmonis, qui primus Olympia instituit. ¶Iphitus item alius Eurysti Oechaliæ regis filius fuit, & frater Ioles, quem Hercules è turri præcipitauit. {Alius fuit Troianus, *de quo Virgil. lib. 2. Æneid.* Duellimur inde Iphitus & Pelias mecum.

IPNVS, *ἴπνος*, quam alij Ipneam vocant, vrbs Locrorum Ozolorum, *Stephan.*

IPNVS, untis, *ἴπνους*, vel Ipnusia, Parua regio in Samo, vbi Iunonis Ipnuntidis templum erat. *Steph.*

IPSICVRI, *ἰψικουροι*, populi Liguriæ, *Steph.*

Ips, ĭpsis, Vermiculus est vitium oculos erodens, vt & cis frumenta, trips ligna, sis vestes, is vitrum, midas fabam. Vide latiùs suprà in dictione IPES.

Ipsĕ, a, um, Pronomen demonstratiuum, quòd cum aliis pronominibus iunctum, eorum accipit significationem: vt ego ipse, tu ipse, is ipse. {הוא *hu. αὐτός.* GAL. Luy, luy-mesme. ITALIC. *Esso.* GERM. Er. HISP. *Elmesmo.* ANGLIC. *He, him, self.*} Inuenitur tamen sæpè absque aliis per eclipsim prolatum, & tamen eorum habens significationem, quę cum eo subaudiuntur. *Virg. 2. Æneid.* Quæque ipse miserrima vidi. [*Plaut. Capt. sc. 2. a. 2.* Ipsus hic homo est. *Idem Asin. sc. 4. a. 2.* Cui rerum summam ipsus credit. *Plaut. Pseud. sc. 7. a. 4.* Ipsus verus Harpax ad me epistolam attulit. *Idem Men. sc. 1. a. 1.* Est adolescens ipsus escæ maximæ. *Plaut. Men. sc. 4. a. 5.* Atque eccum ipsum hominem. *Ouid. 13. Metam.* Sunt & mihi vulnera ciues ipsò pulcra loco. *Plaut. Pseud. sc. 3. a. 2.* Ipsa mihi opportunitas non potuit opportunius aduenire.]

¶Aliquando relatiuum est. *Idem 3. Æneid.* Ipsa arduus, altâque pulsat Sydera. [Insanit hic, qui ipse maledicit sibi. *Plaut. Men. sc. 2. a. 2.* *Ibid. sc. 5. a. 5.* An qui perperam me insanire aiunt, ipsi insaniunt. *Ibid. sc. 6. a. 5.* Diligenter rem heri turetur, quàm si ipse assit.] ¶Aliquando emphasim, id est, significationem & vim rei alicuius latentis habet; cuiusmodi est illud *apud Virg. 2. Æneid.* Ipse pater Danais animos virésque secundas Sufficit. Ibi enim ipse latentem quandam habet energiam: quasi dicat, Ipse Iupiter, qui se omnibus æquum solet præbere, & quem minimè verisimile erat talia facturum fuisse. [*Tibul. lib. 4.* Ipse mihi nõ si præscribat carmina Phœbus. *Ibid.* Iuppiter ipse leui vectus per inania curru adfuit. *Plaut. Amphitr. prolog.* Ipse hanc acturu'st Iuppiter comœdiam. *Idem Curc. sc. 2. a. 2.* Tu ipse ad me refers. *Idem prolog. Amph.* Siue qui ipsi ambissent seu per internuntiũ: *Plaut. Asin. sc. 2. a. 2.* Ille est ipsus. *Ouid. Eleg. 8. lib. 4. Trist.* Ipsáque delictis victa est clementia nostris. (i. Augustus est mitissimus.)] Quòd si addatur particula met, discretio signatur: vt ipsemet, hoc est, ipse per se, & non per alios. Ipsi, pro integri, siue toti, quemadmodum *Hieronymus* obseruauit, antiqua consuetudine: *Paulus L. 66. de verb. oblig.* Sed si ipsorum viginti annorum erit, non impedietur manumissio. *Cic. ad Attic. lib. 3.* Triginta dies erant ipsi, quùm has dabam literas per quos nullas à vobis acceperam, ¶Apud veteres Ipsus, pro ipse dicebatur. *Terent.* Ipsus est. [Vide exempla paulò ante. ¶*Item*; Ipsos, pro ipsus, siue ipse, *Plaut. Pseud. sc. 2. a. 3.* Ipsos sibi faciam, vt digitos prærodat suos.] ¶Item superlatiuum Ipsissimus, *αὐτότατος.*

¶Hinc fit compositum Isipse, id est, ipse & non alius. *Inter ipsos pro Inter se. Quint. lib. 8. cap. 6.* Circa quem inexplicabilis & grammaticis inter ipsos & philosophis pugna est. *Idem lib. 10. cap. 2.* In magnis quoque authoribus incidunt aliqua vitiosa, & à doctis inter ipsos etiam mutuò reprehensa. *Idem ibidem vsus est reciprocè.* Diuersa est causarum inter se ipsas conditio.

Ipsŭlĭcēs, Bracteæ dicebantur in muliebrem, virilémque speciem expressæ. *Festus.*

I ante R.

Ir, *Vide* HIR.

Īrā, *Vide* HIRA.

Īrā, Iracundia, furor, animi excandescentia in corde sedem habens: ita dicta, vt quidam tradunt, à verbo Ire. {אף *aph* חרון *charón* כעס *chás* זעף *záph.* GALLIC. Ire, courroux, cholere. ITAL. *Colera, ira.* GERM. Zorn. HISPAN. *Ira.* ANGLIC. *Anger, wrath.*} Nam is est ira qui irascitur, & furit. Vnde & qui iram deponit; ad se redire di-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

citur. *Terentius in Adelph.* Tandem reprime iracundiam, & ad te redi. [Quid ira differat ab iracundia, vide in verbo Iracundia.] *Cicero.4. Tusculanarum,* Quæ autem libidini subiecta sunt, ea sic definiunt, vt ira sit libido puniendi eius qui videatur læsisse iniuria. Iræ sunt inter Glycerium & gnatum. *Terent in Andr.* Iram euomere in aliquem, *Terent in Adelph. Cic. de Offi.* Prohibenda maximè est ira in puniendo. [*Tibul.lib.*4. Seu Iudicis ira sit placanda. (i. iratus iudex.) *Ouid.*13. *Metam.* Morbísque iráque furentem mollíet. *Plaut. Pseud sc* 2. *a.*1. Nimis sermone huius ira incendor. *Ouid. Eleg.*1. *lib.*2. *Triſt.* Atque vtinam reuoces animum paulisper ab ira. *Ouid. Eleg* 5. *li.*3 *Triſt.* Quo quisque est maior, magis est placabilis iræ. *Idem Eleg.* 4. *lib.* 4. *Triſt.* Tempore cum fuerit lenior ira. *Plaut. Pseud. sc.*5. *a.*1. Insipientia est iram in promptu gerere. *Plaut. Amphitr.* Iræ interueniunt, redeunt rursus in gratiam. (de amantibus.) *Ibidem;* Vix video præ ira.] Indomitæ iræ. *Virg.*2. *Æneid.* Nate, quis indomitas tantus dolor excitat iras? Exercere iras. *Virg* 3. *Georg.* Hoc quondam monstro horribiles exercuit iras Inachiæ Iuno pestem meditata iuuencæ. *Ouid.*13. *Metam.* -rostrísque & aduncis vnguibus iras Exercent, aliáque aduersáque pectora lassant.

Irācundŭs, da, dum, Qui ex parua & leui vel nulla causſa irascitur: quíque natura ad iram procliuis est. { כעס *chobés* ועף *zaháph.* ὀργίλος, χολώδης, θυμοειδής, θυμικός. GALLIC. Cholere, qui se courrouce incontinent & pour peu de chose. ITAL. *Colerico, iracundo.* GER. Zornmütig. HISPANIC. *Ayrado.* ANGL. *Soone angrie.* } *Plaut. in Mil.* Opus erimne tibi aduocato tristi, iracundo? Ecce me. *Idem in Pœn.* Eia haud vestrum est iracundos esse quod dixi ioco. [*Plautus Men. sc.*1. *a.*2. Ego homo iracundus, animi perditi. *Ibid. sc.*3. *a.* 4. Nimis iracunda es.]

Irācundĭă, dicitur procliuitas ad iram. {כעס *chabás* ועף *zaháph.* ὀργιλότης. GAL. Despit, ire. ITA. *Desiderio di vendetta, dispetto.* GERM. Zornmütigkeit. HIS. *A quella ira que permanesce.* ANGLIC. *Anger quiskelie mou-d.* } *Donatus,* ira de causa est, iracundia de virio multum irascentis. *Cicer.*4. *Tusculanar.* Ex eo in aliis anxietas, vnde anxij: in aliis iracundia dicitur, quæ ab ira differt: éstque aliud iracundum esse, aliud iratum. *Seneca,* Ira quo distet ab iracundia apparet: quo scilicet ebrius ab ebrioso, & timens à timido: Iratus potest esse non iracundus: iracundus potest aliquando non iratus esse. [Aliam differentiam iræ & iracundiæ tradit *Suet. in Claud. c.*38.] Vsurpatur tamen iracundia pro ira. *Cic.*3. *Tuscul.* Quanquam ipsa iracundia libidinis est pars: sic enim definitur, Iracundia est vlciscendi libido. *Terent. in Adelph.* Me miserum, vix sum compos animi, ita ardeo iracundia. [*Plaut. Curc sc.*3. *a.*4. Non mediocri incedo iratus iracundia. *Idem Asin sc.* 4. *a.*2. Iracundia obstitit oculis.]

Irācundē, aduerbium, Furiosè, animosè, impellētè ira. { ὀργίλως, λάβρως, θύμως. GALLIC. Auec ire, par courroux, de cholere. ITA. *Sdegnosamente, con ira.* GERM. Zornmütiglich. HISPAN. *Ayradamente.* ANGL. *Angerlie.* } *Cic. Philip.*8. Nam me tecum iracunde agere dixisti solere, non est ita: vehementer me agere fateor, iracundè nego.

Irāscŏr, sceris, iratus sum, Ira commoueor, stomachor, succenseo. { כעס *chabás* ועף *zaháph.* ὀργίζομαι. GAL. Se courroucer, se despiter, se cholerer. ITA. *Irarsi, adirarsi, corrucciarsi.* GERM. Zürnen/ zornig sein. HIS. *Enseñarse de presto.* ANGLIC. *To be angrie.* } Et modò absolutè ponitur. *Terent. in Eunuch.* Ille continuò irasci, Neque negare audere. *Idem in Adelph.* Rursum Demea irascere. Modò construitur cum dativo, *Cic. ad Attic. lib.*1. Pompeij nostri amici negant me ei iratum fore, si ad mea comitia nō venerit. *Plautus,* Noli amabo Amphitruo irasci Sosiæ causa mea. *Cic. pro Qu. Rosc.* Dij immortales hominibus irasci & succensere consueuerunt. [*Ouid.*13. *Metam.* Diuísque irascitur ipsis. *Plaut. Curc. sc.*2. *a.*5. Enimuerò irascor. (verba mulierculæ.) *Idem Capt. sc.*1. *a* 4. Noli iratcier. (de conquerente.) *Plaut Pseud. sc.*6. *a.*4. Ego haud iratus fui. (ob hæc conuitia.)] ¶ Irasci vicem alicuius, pro dolere. *Liu.*4. *bell. Maced.* ¶ Huius composita sunt, Subirascor, quod est paulum vel leniter irascor, Obirascor, contrà irascor. *αὐτοργίζομαι. Liu. lib.*1. Fortunæ (vt fit) obirati, cultum reliquerant Deum. *Nonius* veteres quoque Iraſco dixisse annotauit. *Pompon. in Aristæ,* Noli quæso irascere. Moré fit moriri suam quisque vxorem vt velit. *Nigidius commento grammat. lib.*1. Ita iratcere, quid nunc irasc. tur! *Ex Nonio.*

Irātŭs dicitur, qui aliqua re lacessitus excandescit: etiamsi natura non sit iracundus. { כעס *chobés* ועף *zahéph.* ὀργισθείς. GALLIC. Iré, courroucé, despité, cholerè. ITAL. *Adirato, corrucciato.* GERM Zornig/erzürnt. HIS. *Ayrado y sañudo.* ANG. *Angrie or displeased.* } [*Plaut. Men. sc.*2. *a.*5. Quid tu tristis es? quid autem ille iratus abs te discessit? *Plaut. Milit. sc.* 6 *a.*2. Benignè fecit, ne iratus esset (de placato sene.) *Idem Men. sc.*2. *a.*4. Num irata es alicui familiarium? *Senec. epist.*54. Irato mari natus Vlysses. *Idem c.*13. *de Consol. ad Mart.* Colere deos ne iratos quidem decet. *Plaut. Milit. sc.*3. *a.*2. Diis inimicis atque iratis natus. *Idem Curc sc.*3. *a.*4. Cui homini Dij sunt propitij, ei non esse iratos puto. *Ibid.* Non mediocri iratus iracundia. *Plaut. Amphitr.* Iuppiter quæso Amphitruoni vt semper iratus sies. A. Ah! propitius sit potius. *Ibid.* Dij tibi irati certò sunt omnes, qui sic frangas fores.] *Cicero pro Calio,* Huic ego deos propitios, plerique autem iratos putant. *Idem ad Atti.* Nolo te illum iratum habere. Iratior. *Cic. ad Attic. lib.*15. Antonio est enim fortasse iratior. Iratissimus. *Cicero* 8. *Philip.* Cæsar ipse qui illis fuerat iratissimus; tamen propter singularem eius ciuitatis grauitatem & fidem, quotidie aliquid iracundiæ remittebat. [*Ouidius Eleg. vlt lib* 4 *Triſt.* Iratus studio carminibúsque meis. *Plaut. Pseud. sc.*2. *a.*5. Nunquid iratus es mihi aut filio propter has res nihili.]

Irātē, aduerb. Per iram significat. { ὀργῇ, ὀργιλῶς. GALLICE, Par courroux, par cholere. ITALIC. *Iratamente, con sdegno, con ira.* GERMAN. Zornigklich. HISPANIC. *Ayradamente, sañudamente.* ANGL. *Angerlie.* } *Columell. libr.*7. *cap.*12. Satis est seueros esse, nec blandos vt nonnunquam etiam conseruos iratiùs intueantur, semper excandescant in exteros.

Iraphiotes, *Vide* Eraphiotes.

Ircēus, Genus est farciminis.

Ire pedibus in sententiam, ἀναστήθεσθαι, quid sit vide suprà in verbo EO, is.

Irēnārchēs, siue Irenarcha, { εἰρηναρχής. ANGL. *A iustice or inſticer of peace.* } Qui ad tollendas discordias & pacandos ciuium animos, siue qui disciplinæ publicæ, & corrigendis moribus præficitur. Græci enim εἰρήνην pacem vocant: ἄρχον, præfectum aut principem. Horum officium erat tranquillitatem publicam seruare, & recte facientibus vias securas præstare. *Vide Vlp. l. Munerum. Digest. de Muneribus & honoribus.*

IRENE, insula, εἰρήνη, vide Calabria.

IRESIDAE, εἰρεσίδαι, vicus in Tribu Acamandite, *Steph.*

IRIA, Flauia, Oppidum est Cæpororum, in ora Occidentali Tarraconensis Hispaniæ: *cuius meminit Ptolem. lib. ea.* 6. ¶ Est & Iria Tarrinorum oppidum non procul à Dertona: *cuius meminit idem Ptol. lib.*3. *cap.*1.

Iris, huius iris, vel iridis. { שקת *keſcheth* ἶρις. GAL. L'arc du ciel. ITAL. *L'arco del cielo.* GERMA. ein regenbogen. HISP *El arco del cielo* ò *de las nueues.* ANG. *The rayne bowe.* } Arcus cœlestis: à verbo εἴρω, quod est dicere vel nuntiare: propterea quòd is pluuias denuntiet: vnde etiam poëtæ Irim Iunonis nuntiam esse finxerunt: *Virg.*5. *Æneid.* Irim de cœlo misit Saturnia Iuno. Huius arcus causa est radius Solis, cauæ nubi immissus, qui repulsa acie in Solem refringitur: Nubes enim formam arcus discoloris efficiunt, quia alia parte earum tumidiores sunt, alia submissiores, & quadam crassiores, quàm vt Solem transmittant, alia imbecilliores, quàm vt excludant. Hæc inæqualitas alternis lucem vmbramque commiscet, & exprimit illam mirabilem arcus varietatem. ¶ Est & Iris, ἶρις. GALL. Flambe ou glayeul. ITAL. *Iride, giglio, azzurro, lilio celeste.* GERMANIC. Blawolilien. HIS. *Lirio cardeno.* AN. *Floure de luſe.* } Herba gladioli foliis, sed maioribus, latioribus & pinguioribus, radice odorata & sternutamenta mouente, flore coloreum varietate arcus cælestis speciem referente. Vulgus *Lilium caruleum* appellat. *Vide Plin. lib.*22. *c.*7.

Irīnum, ἴρινον. GALLICE. Onguent fait de glayeul. ITALIC. *Vnguento fato de iride.* GERM. ein salbe von blawen lilien gemacht. HIS. *Vnguento hecho de lirio cardemo.* ANG. *An oyntement made of the floure de luſe.* } Vnguentum quod ex iride fit. *Plin. lib.*13. *cap.*1. Irinum Corinthi diu maximè placuit. *Idem lib.*20. *c.*27. Capitis dolores discutit illitum ex aceto, & infusum naribus cum irino, oculorum epiphoras & tumores.

Irīon, onis, Frugis genus est, culmo assurgens ferulaceo, foliis & flore sesamo non dissimili. Seritur in Italia ante Vergiliarum exortum: in Græcia autem & Asia sub earum occasum. *Vide Plin. lib.*18. *c.*7.

Irnēllă, Vasis genus in sacris. *Festus.*

Irōniă, pen. prod. εἰρωνία. Figura est in pronuntiatione vim omnem habens, quàm nos vel dissimulationem, vel irrisionem dicere possumus: quum scilicet pronuntiatione ipsa nos diuersum ostendimus significare ab eo, quod verba ipsa videntur sonare. Eiusmodi est illud Iunonis *apud Virg.*10. *Æneid.* Me duce Dardanius Spartam expugnauit adulter. Nisi amaritudo pronuntiationis adiuuerit, confiteri videtur, quod negare contendit.

Irpicēs, Rastri sunt dentati, in agris ad extirpandas radices herbarum accommodati. *Festus. Varro* 4. *de Ling. Latina,* à serpendo dictos putat, eámque ob causam primùm Sirpices, postea Subdentata, Irpices appellatos esse. *Cato de re rust.* vocat Vrpices, vel Hurpices, *c.*10. ab ἁρπαξ ἡ ἅρπαγη Græco. *Euripides Cyclope,* Σάτυροι σπόρῳ πρὸς μ' ἁρπαγῇ δόμους. *Scaliger in Varr.*

Irpīnī, Populi erant ad Soracten montem, ita appellati ab Irpo, quo nomine Samnites lupum appellant, siue quòd lupum ducem secuti sedes suas delegerunt, *vt Festus* tradit: siue quòd more luporum ex rapto viuerent. Hos *Seruius* Hirpinos vocat per aspirationem in prima syllaba.

Irrādĭo, as, pen. corr. Illustro, illumino. { ἴριν ποιῶ, ἡλιοειδῆ ἀκτῖνα ἀφίημι. GAL. Ietter rayons comme fait le soleil, ietter clarté & lumiere. ITA. *Mandar raggi come il sole, lampeggiare.* GER. einschin glantzen/ beſcheinen. HIS. *Echar de si rayos de luz.* AN. *To shyne and caſt beames lik the sonne.* } *Plaut.* Faciunt quod consueuerunt, irradiant salibus mensam, omnes ad risum pronocant.

Irrāsŭs, penult. prod. Non rasus. { ἀξυρητος. GALLI. Qui n'est point trais ne tondu. ITALI. *Non raso.* GERMAN. Vnbeschoren. HISPA. *Noraſado.* ANGLICE. *Not shauen or clipped.* } *Plaut. in Rud.* Dij te ament cum irraso capite.

Irrātĭōnābĭlis, le, pen. corr. Ratione carens. { ἄλογος. GALLIC. Chose sans raison, qui n'vse point de raison. ITALIC. *Non ragioneuole.* GER. Vnuernunfftig. HISPANIC. *Cosa fuera de razon.* ANG. *Without raison.* } *Quint. lib.*7. *c.*4. Falsa est definitio, si dicas, Equus est animal rationale: nam est equus animal, sed irrationabile. Sunt tamen qui & hîc & alibi apud eundem autorem, non rationabile, sed rationale legant.

Irraucĭo, is, rausi, sum, *teste Prisciano,* siue irraucesco, cui, raucus fio. {βεγγω, βεγγιάζω. GALL. Estre enroué. ITAL. *Diuenir rauco.* GERMAN. Heiser werden. HIS. *Enronqueſcerse.* AN. *To haue an hoarse voice.* } *Cic. lib.*1. *de Orat.* At Æsopum, si paulùm irraucuerit, explodi. *Prisianus* legit irrauserit.

Irrĕdux, ducis, pe. cor.)(Redux. { ἀνόστος. GA. D'où on ne retourne point. IT. *Donde non si può tornar saluo.* GER. Vnwiderkomlich. HIS. *Donde no se torna del peligro.* ANG. *That can not be returned.* } *vt apud Lucan. lib.*9. Irreducémque viam deserto limite carpit, hoc est, viam vnde redituro non est.

Irrĕdĭŭĭŭs, a, um,)(Rediuiuus. { ὁ οὐκ ἀναβιώσιμος οὔτος τε ὤν. GAL. Qu'on ne peut refaire ne reparer. ITA. *Che non si puede refare.* GE. Nicht wider zubringen. HI. *Cosa que no se puede rehazer* ò *renouar.* AN. *That can not be reuiued or repaired.* } vt, Irredíuiuus pons apud Catullum, pro irreparabili, *inquit Budæus. Cat. Epig.* 17. *ad Coloniam.* -sed veteres inepta Crura ponticuli, sub his totus irredíuiuus Ne supinus eat, cauáque in palude recumbat.

Irrĕligātŭs, a, um, Solutus, & non ligatus. { ἄδετος. GAL. Qui n'est point lié, deslié. ITA. *Sciolto.* GERM. Vngebunden. HIS. *Cosa no atada.* ANG. *That*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

That is not found. }*Ouid.1.de Arte,* Vtque erat è somno tunica vela-
ta recincta, Nuda pedem croceas irreligata comas.

Irrĕlĭgĭōsŭs,a,um, Pietati,& religioni repugnans.{ איש בליעל *isch belyáal.* αἰσεβὴς, ἀσεβής, GALLIC. Qui n'est point religieux, irreligieux. ITALIC. *Irreligioso.* GE. Vngottsförchtig. HISP. *Cosa no religiosa.* ANG. *Without any religion.* }*Liu.5 ab Vrbe,* Salno etiam tum disci
mine diuinarum,humanarum rerum,irreligiosum ratus, sacerdotes publicos,sacráque populi Romani pedibus ire, ferrique se & suos in vehiculo conspici.

Irrĕligĭōsĭtās,ἀσέβεια. *Fabius Victorinus in 2.Rhetor.Ciceronis,* Religio vir
tus est,irreligiositas vitium.

Irrĕmĕābĭlĭs,bile, Vnde remeare non possis.{ἄπορος,ἀδιέξοδος. GALLIC. Dont on ne peut reuenir ne retourner. ITALIC. *Donde non si puede tornare à dietro.* GERMANI. Vnwiderkerlich. HISP. *Cosa que no puede tornar.* ANGLIC. *Of the which none can returne.* }VT, Error irremeabilis. *Virg.5.Æneid.* ancipitémque Mille viis habuisse dolum, qua signa sequendi Falleret indeprehensus, & irremeabilis error. *Idem 7. Æneid.* Occupat Æneas aditum custode sepulto, Euaditque celer ripam irremeabilis vndæ. Viæ irremeabiles. *Senec. Hercul furente.*

Irrĕmĕdĭābĭlĭs,bile, Cui mederi ac remedium adhibere non possumus,incurabilis {ἀίατος,ἀθεράπευτος. GA. A quoi on ne peut remedier. IT. *Che non si può trouare rimedio.* GE. Vnheilsam. HISP. *Cosa sin remedio.* AN. *That can not be remeded or cured.* }*Plin.lib.20. cap.7.* E quibus dixisse non pudeat,si in defectu Lunæ,Solisve congruat vis illa,irremediabilem fieri. *Idem lib.25.cap.13.* Sed in vino pota irremediabilis existimatur.

Irrĕmūnĕrābĭlĕ, Quod ob magnitudinem remunerari non potest, nec par pari rependi.{ἀνταπόδοτον. GALLIC. Qui ne se peut remunerer. ITA. *Che non si può remunerare.* GERMANI. Das man nicht vergelten kan. HISPAN. *Cosa que no se puede galardonar.* ANG. *That can not be rewarded.*}

Irrĕparābĭlĕ, Quod reparari & in integrum restitui nõ potest.{ἀνεπισκεύαστον. GA. Irreparable,qu'on ne peut reparer. IT. *Che non si può reparare.* GER. Vnwiderbringlich. HIS. *Cosa que no se puede reparar.* AN. *That can not be repaired or restored.* }*Virg.3.Georg.* Sed fugit interea, fugit irreparabile tempus.

Irrĕpertŭs,a,um, Non repertus.{ἀνεύρετος. GA. Non encor trouué. ITA. *Non ritrouato.* GE. Vnerfunden. HI. *Non hallado.* AN. *Not founde.* }*Horat.3.Car.Ode 3.* Aurum irrepertum, & sic melius situm Quum celat spernere fortior. Id est, nondum repertum.

Irrĕpo,pis,pen.prod. Passim & latenter more reptilium introeo. {וחל *vachál* משׁ *ramás.* παρεισπίπτω,εἰσδύομαι,παρείσειμι,παρεισέρχομαι. GALL. Se couler tout doucement,& trainer en quelque lieu. ITA. *Sapire a picendosi ò à muro ò ad altro* GE. Heimlich hárein kriechen. HIS. *Entrar à escondidas ò gateando.* AN. *To creepe in.* } Cuius frequentiatium est irrepto. *Plin.lib.26.ca.1.* Non fuerat hæc lues apud maiores, patrésq; nostros, & primò Tiberij Cæsaris principatu medio irrepsit in Italiam. *Cic.3.de Orat.* Irrepit in hominum mentes.

*Irrepere in tabulas publicas, Clam inuectum & scriptum esse. *Cic. pro Archia,* Quum cæteri non modo post ciuitatem datam, sed etiam post legem Papiam, aliquo modo in tabulas eorum municipiorum irrepserunt, &c.

Irrĕprĕhēnsŭs, Qui reprehendi iure non possit, innocens, inculpatus.{נקי *naki.* ἀνέλεγκτος, ἀνεπίληπτος, ἄμωμος. GALL. Sans reprehension, sans blasme, irreprehensible. ITA. *Che non si puo ripendere.* GER. Vnschelbar. HI. *Lo que no se puede reprehender.* AN. *That may not be reproued or blamed, faulteles.* }*Ouid.5.Triſt.Eleg.25.* Et tandem probitas irreprehensa fuit.

Irrĕprĕhēnsĭbĭlĭs, qui reprehendi non potest. ἀνέλεγκτος, ἀνεπίληπτος. *Ouidio,* irreprehensus. *Iulius Firmicus li.1. Matheseos,* Post dictaturæ irreprehensibilis actus.

Irrĕquĭētŭs,ta,tum, Qui nunquam quiescit.{ἄπαυστος,οὐκ ἡσυχάζων. GA. Qui n'a point de repos. ITA. *Che non ha quiete.* GE. Vnruwig. HI. *Cosa no descansada.* AN. *That ceaseth neuer.* }*Plin l.2,capit.3.* Æterno & irrequieto ambitu,&c. *Mart li.4.* Discurrit tota vagus vrbe, nec vlla cathedra est, Cui non manè feras irrequietus aue. Bella irrequieta. *Ouid.2.Triſt.* [*Eleg.1.* Belláque cum multis irrequieta geris. *Idem ibidem,* Cum te delicta notantem Præterij toties irrequietus eques. *Item,* Irrequieta sydera. *Senec.c.7.de Consol.ad Polyb.*] Sors irrequieta; *Ouid.2.Metam.*

Irrĕsĕctŭs,a,um, Non resectus.{ἀδιάκοπτος. GALLIC. Non coupé, ne rongné. ITALI. *Non tagliato.* GERM. Nicht abgeschnitten. HIS. *No cortado.* ANGLI. *Not cut.* }*Horat.Epod.5.* Hic irresectum sæua dente lituido Canidia rodens pollicem.

Irrĕsōlūtŭs,a,um, Quod nunquam remittitur.{ἀδιάλυτος. GALLI. Qui n'est point desnié. ITAL *Non sciolto.* GE. Vnauffgelöst/nit nachgelassen. HSPAN. *No atado.* ANGLI. *Not lewsed.* }*Ouid.1.de Pon Eleg.2.* At semel intentus neruo leuis arcus equino, Vincula semper habens irresoluta manet.

Irrĕsōlūbĭlĭs, *Ouidio* Irresolutus. ἀδιάλυτος. *Apul.lib.de Philoſoph.* Pares enim paribus irresolubili nexu iunguntur.

Irrĕtĭo,tis, Dolo capio, quasi reti quodam inuoluo.{יקש *jakásch.* ἀμφιβάλλω,ἀμφιπλέκω,συγχύνω. GAL. Enuelopper en ses rets ou laqs. ITALI. *Tirar alla rete irretire.* GERMAN. Ins garn bringen/fahen. HISPANI. *Enredar ò emboluer.* ANGLI. *To intangle, or as it were to tak in a net.* } *Cice. 4.Acad.* Quid enim ad illum qui te captare vult, verum tacentem irretiat te, an loquentem? Irretire illecebris, allectare, & detinere. *Cicer.in Catil.* Cui tu adolescentulo quem corruptelarum illecebris irretisses, non ad audaciam ferrum, ad libidinem facem prætulisti?

Irrĕtītŭs dicitur, qui aliqua fraude vel blanditiis, aut dolo, quasi reti captus est.{יקש *jakásch.* ἀμφιπλακείς, δεδικτυωμένος. GALL. Enuelopé & prins au file. IT. *Legato, proso alla rete* GE. In das garn gebracht/mit listen gefangen. HIS. *Atado, enredado.* ANG. *Catched or wrapped in snares.* }*Cic.5.de Fin.* Vidit Homerus probari fabulam non posse, si canticuleis tantus vir irretitus teneretur.

Irrĕtōrtŭs,a,um, pro recto.{ἀστραβής. GALL. Non tourné. ITALIC. *Non torto.* GERMA. Vngewendet. HISP. *No torcido.* ANGLIC, *Not crooked, euen.* }*Horat.1.Car. Ode 2.* Quisquis ingentes oculo irretorto Spectat aceruos.

Irrĕuĕrēns, miles ponitur, *l.miles agrum.§.irreuerens.ff.de re mil.*

Irrĕuĕrēntĕr, aduerb. Sine reuerentia & honore.{αἰσχρῶς,ἀτιμῶς. GAL. Irreuerenmment, sans reuerence. ITALIC. *Senza reuerenzia.* GERMA. Ohne ehr erbietung/vnzuchtiglich. HISPA. *No acatando.* ANG. *Vnreuerentely.* }*Plin.epiſt.* 38. Cæteri audaces, atque etiam magna ex parte adulescentuli obscuri ad declamandum huc transeunt, eam irreuerenter & temerè, vt mihi Attilius noster expresè dixisse videatur, sic in foro pueros è centumuiralibus causis auspicari, vt ab Homero in scholiis.

Irrĕuĕrēntĭa,æ,)(Reuerentia.{ αἰσχύνη. GA. Irreuerence. ITA. *Irreuerenza.* GERMAN. Vnzucht/verachtung. HIS. *Aquel no acatamiento.* ANG. *Lack of reuerence* }*Tacit.libr.13.* Quibusdam coalitam libertate irreuerentiam eò prorupisse frementibus. *Plin.epiſt.92.* Studiorum irreuerentia.

Irrĕuŏcābĭlĭs, Quod non potest reuocari, immutabilis.{ἐξ ἧς οὐκ ἀναπόστροφος. GALL. Qui ne se peut reuoquer. ITAL. *Che non si può riuocare.* GER Vnwiderrüfflich. HI. *Que no se puede reuocar.* ANG. *That can not be called back.* }*Horat.1.epiſt.18.* Et semel emissum volat irreuocabile verbum.

Irrĕuŏcāndŭs,da,dum, idem: vt, Error irreuocandus, *apud Claudianum de bell.Get.*

Irrĕuŏcātŭs,a,um, Non reuocatus.{ὃ ἐξ οὐκ ἀναπόστροφος, οὐκ ἀνακλώμενος. GALLI. Non reuoqué. ITALIG. *Non reuocato.* GER. Das nicht ab zu wenden ist. HIS. *No reuocado.* ANGL. *Not kalled back.* }*Horat.1.epiſt.1.* Quum loca iam recitata reuoluimus irreuocati. *Ouid.11.Metamorph.* Sed enim irreuocatus ab acri Cæde lupus perstat dulcedine sanguinis asper.

Irrĕuŏlūtŭs,a,um:)(Reuolutus.{ἀνέλικτος. GA. Qui n'a point esté reuolué, fueilleté, ne desroulé. ITAL. *Non riuolto.* GER. Vnumbgewent. HI. *No rebuelto.* AN. *Vnrolled, or wrapped together.* }*Mart.li.11.* Vadas & redeas irreuolutus.

Irrīdĕo,irrides,irrīsi,sum,pen.pro.ex in,& rideo, Derideo, Iudibrio habeo.{לעג *laág* שחק *sechók* קץ *la'ts* צחק *tzchék.* καταγελάω. GALL. Se moquer & rire de quelqu'vn. ITA. *Beffare, schernire, burlare.* GER. Verlachen/verspotten. HI. *Burlar, escarnesser.* ANGL. *To mocke, to laugh to scorne.* }*Plaut.Cur.ſc.1.a.2.* Facilè miserum irridere. *Plau.Amph.* Vltrò venis irrisum dominum. *Idem Plaut.Aul.ſc.4.a.1.* Facis haud decorum vt inopem irrideas: Sequitur, Derideo. *Idem Capt.ſc.4.a.3.* Hîc me nunquam irridebit, (minantis.) *Idem Pſeud.ſc.2.a.5.* Et argentum aufert, & me irridet?] *Terent.in Heaut.* Irrides in re tanta, neque me quicquam consilio adiuuas. *Idem in Eun.* Cœpit ad id illudere Et me irridere. *Cic.2.de Nat.Deor.* Etiam per iocum deos irridens, quum cauea liberati pulli, &c.

Irrīsŭs,us part.{מלעג *mulláb.* κατεγελασθείς. GA. Moqué. ITA. *Schernito.* GE. Verlacht. HI. *Escarnescedo.* ANG. *Mooked.* }*Tacit.lib.4.* Ad vana, & toties irrita reuolutus.

Irrīsŭs,pen.product.{לעג *láhag* שחק *sechók* χλευασία. GAL. Moquerie, irrision. ITA. *Schernimento.* GER. Das verlachen. HIS. *Burla ò escarnescimento.* ANGL. *A mocking, a scorning.* }*Tacit.libo.1.* Retinentes is centuriones irrisu, & contumeliis, postremo verberibus infectantur. *Idem lib.3.* Non sine irrisu audientium postulauit. Irrisui esse id est ludibrio haberi. [*Cæſ.l.2.de bel.ciu.*] *Plin li.22.ca.5.* Imò verò plerisque vltro etiam irrisui sumus, ista commentantes, ac friuoli operis arguimur.

Irrīsĭo,onis, Subsannatio, derisio, irrisio.{משׂחק *misebák.* χλευασμός. GAL. Moquerie. ITALIC. *Beffa, scherno.* GERM. Verlachung. HIS *Escarnescimiento.* AN. *A mocking, a lauging to scorne.* }*Cic.1.de Off.* Deforme etiam de seipso præd.care, falsa præsertim: & cùm irrisione audientium imitari militem gloriosum.

Irrīsŏr,ōris, Derisor, subsannator.{מלעיג לעג *lohégh malbíb* מצחק *metzachék.* χλευαστής. GA. Moqueur. ITA. *Schernitore.* GERM. ein verlacher/verspotter. HIS. *Burlador, escarnescedor.* ANG. *A scorner* }*Cic.in Parad.* Veniant igitur irrisores huius orationis ac sententiæ, & iam vel ipsi iudicent, &c.

Irrīdĭcŭlē aduerb. Infacetè, ineleganter.{οὐ γελοίως, ἀχαρίτως. GA. Sans grace & rencontre, sans mocquerie. IT. *Senza gracia, ridiculosamente.* GER. Lächerlich/spöttlich HI. *Sin gracia y burla.* AN. *Vnmerilie, without a good grace.* }*Cæsar 1.bel.Gal.* Quod quum fieret, non irridiculè quidam ex militibus decimæ legionis dixit, plusquam pollicitus esset, Cæsarem facere.

Irrĭgo,pen.cor.ex in & rigo, Adaquo, humecto; quasi riuos in agrum deduco.{רוה *rivváh* השׁקה *hischkáh.* ἀρδεύω, βρέχω, ὀχετηγέω. GAL. Arrouser. ITA. *Hiaffiare, adacquare, bagnare.* GE. Das wasser hinein füren/wässeren. HI. *Regar derramando agua.* ANGLI. *To water ground.* } *Cic.2.de Nat.Deor.* Ægyptum Nilus irrigat. *Idem 1.de nat.Deor.* Democriti fontibus Epicurus hortulos suos irrigauit. *Plin.lib.2. capit.63.* Quámque sanguine nostro irrigamus, insepultis ossibus tegimus. Sopor irrigat artus. *Virg.3.Æneid.*

Irrĭgātĭo,onis, Actus irrigandi.{ῥί. ἀρδία, ὀχετηγία. GAL. Arrousement. ITALIC. *Adacquamento.* GERMA. Wässerung. HISPA. *Regadio ò regadura.* ANG. *A watering of ground.* } *Cicer.1.Off.* Adde ductus aquarum, deriuationes fluminum, agrorum irrigationes, moles appositas fluctibus.

Irrĭgŭus,a,um, Quod irrigatur, vel facilè irrigari potest.{רוה *rávéh.* καταῤῥυτός. GA. Arrousé d'eaux qui sortent sur le lieu, marets eageux. IT. *Che facilmente si può adacquare.* GE. Das man wässert/gewässert. HIS. *Cosa que se puede regar, ò que es regada.* AN. *That may be easilie watered.* }*Cato cap.1.de Re ruſt.* Vinea est prima: si vino multo opus fieri, secundo loco hortus irriguus. ¶ Accipitur & quandoque in significatione agendi: vt, Aqua irrigua, quæ irrigat. *Virgil 4.Georg.* Irriguúmque bibant violaria fontem. *Tibul.* Tunc bibit irriguas fertilis hortus aquas.

Irrĭpĭo, Intus rapio. εἰσβάλλω. *Cic.* Irripiunt in ædes subito.

Irrĭto, pen.pro. frequentariuum ab Irruo, per mutationem u, in i, euphoniæ causa. Est autem irritare idem quod lacessere, prouocare, & ad iram incédere.{עקץ *chiches* הכעיס *hichʼʼís.* ὀργίζω, ἐπείγω, παροξύνω, παροργίζω. GA. Irriter, agacer, atiner, inciter à courroux. ITAL. *Prouocare,*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

attizzare. ſtimolare. GERM. Anreitzen / zu zorn bewegen. HISPANIC. *Prouocar ò enceder ò affomar.* ANGLIC. *To prouoke, to kendle wrath.*} Quæ ſignificatio à canum more tracta videtur, qui in laceſſentem irruunt: vel, *vt Donatus ait,* teſtrictis dentibus, r literam imitantur. [*Plaut. Capt. ſc. 1. a. 3.* Canem irritatam imitari, & dentes reſtringere.] *Virg. lib. 5. Æneid.* Irritátque virum telis, & voce laceſſit. *Ouid. lib. 2. Faſt.* Tum ſicco primas irritat cortice flammas, id eſt, ſuſcitat. *Plaut. in Amphyt.* Irritabis crabrones. [*Senec. cap. 1. de Conſ. ad Helu.* Irritant aliquando ſolatia dolorem. *Idem cap. 17. de Conſ. ad Polyb.* Irritare luctum ſuum ſqualore & ſordibus. *Plaut. Cure. ſc. 3. a. 5.* Si me irritaueris, his (pugnis) placidum te reddam. *Idem Amphitr.* Si me irritaſſis, hinc auferes infortunium. *Ibidem ſc. 4 a. 4.* Bacchus te irritaſſit. *Item,* Irritare ingenia: *Sueton. in Neron. c. 39.* Et, Irritare necem alicuius propoſita mercede. *Velleius.*] ¶ Ab eodem fonte manat, & Prorito, tas, pen. prod. Nam ſicut irrito pro laceſſo, ab irruo eſt, ita prorito à proruo: nec multum in ſignificatione differunt. Nam prorito idem eſt quod prouoco. *προερμάω. Col. lib. 2.* Lini ſemen, niſi magnus eſt eius in ea regione, quam colis, prouentus, & pretium proritat, ferendum non eſt. Hoc eſt, niſi precium alliciat, & inuiter. Differunt autem prorito, & irrito, quòd illud & in bonam partem, vti prouoco, capi poteſt: irrito, nonniſi in malam.

Irrītātŭs, a, um, participium. Laceſſitus, prouocatus. {מכעס *mechuhas* מכעס *mechhás.* ἐρεθισθείς, παροξυσθείς. GALLI. Irrité, agacé, eſmeu. ITA. *Irritato, incitato, ſmoſſo.* GERM. Angereitzt/bewegt. HIS. *Prouocado, encendido, acomado.* ANG. *Prouoked, ſtirred vp.*} Gens irritata, *Ouid. lib. 3. Metamorph.* Voluptas irritata, *Idem 2. de Arte.* ¶ Irritatus pro irato. *Terent. in Phorm.* Ita ſum irritatus, animum vt nequeam ad cogitandum inſtituere.

Irrītātŭs, nomen ex participio. *Gell. lib. vlt. cap. vlt.* Quo fit quorundam maledicorum hominum ſæuitas & inuidentia irritatior. [*Seneca cap. 3. de Conſol. ad Mart.* Irritata mater (luctu) tot rogis, quaſi toties amitteret filium.]

Irrītātĭo, onis, Inſtigatio. {כעס *cháhas.* παροξυσμός. GAL. Agacement, irritation. ITA. *Attizzamento, irritatione.* GERM. Anreitzung. HIS. *Prouocacion, encendimiento.* ANG. *A ſtirring vp to wrath.*} *Liu. 2. bell. Mac.* Et irritatio animorum ea prima fuit. [*Gellius cap. 16 lib. 7.* Edendi irritationes repertas eſſe. (i. cupedias & delicias ciborum.)]

Irrītātŏr, ἐρεθιστής. *Senec. epiſt. 109.* Cum irritator acceſſit, tunc illa animi bona veluti ſopita excitantur. [Vide paulò ante, in Irritatus.]

Irrītābĭlĭs, le, Quod facilè irritatur,)(Placabilis, εὐόργητος, ἐρεθιζόμενος εὐπαρόξυς. GALLIC. Aiſé & facile à courroucer. ITALIC. *Che facilmente ſi prouoca, facile à corrucciarſi.* GERMANIC. Das ſich gern zu zorn reitzen laßt/auffbindig. HISPANIC. *Coſa que puede ſer prouocada, enojadizo.* ANG. *That is eaſilie kendled to wrath.*} *Cic. ad Attic lib. 1.* Nam ſi ita ſtatueris, & irritabiles animos eſſe optimorum ſæpe hominum, & eoſdem placabiles, &c. *Horat. 2. epiſt. 2.* Genus irritabile vatum.

Irrītāmĕntum, ti, Quo quis irritatur, & accenditur. {ἐρεθισμός. GALL. Prouocation. ITA. *Prouocamento.* GERM. Ein anreitzung HISP. *Prouocacion.* ANGLIC. *A prouocacion to anger.*} *Plin. lib. 5. cap. 6.* Subinde inſulis impactus, totidem incitatus irritamentis, poſtremo, &c. *Ouid. lib. 1. Metam.* Effodiuntur opes irritamenta malorum. Sic irritamenta gulæ, dicuntur condimenta quibus edendi auiditatem prouocamus. [Sic *Liu. lib. 10. dec. 4.*]

Irrītāmĕn, inis, idé. ἐρέθισμα. *Ouid. lib. 12. Metam.* Haud ſecus exarſit quàm circo taurus aperto, Quum ſua terribili petit irritamina cornu. Irritamen amoris, *Quid. lib. 9. Metam. Idem 3. Metam.* magnas adieciſſet opes, animi irritamen auari.

Irrītus, ta, tum, cõpoſitum, ab in, & ratus: Non ratus, inutilis, nullius valoris. {רק *rek.* ἀστοιχάλευρος. GAL. Vain, qui n'a point d'effet. ITA. *Vano.* GER. Vnkräfftig/ vergäbenlich. HIS. *Caſado, vano.* ANG. *That is of no effect.*} *Terent. in Phorm.* Quod dictum, indictum eſt: quod modo erat ratum, irritum. [*Plaut. Amphitr. ſc. 1. a. 1.* Ea ingrata habui atq; irrita. *Ibid. ſc. 2. a 3.* Ego feci iſthæc verba virtute irrita. *Gellius cap. 14. lib. 13.* Aues irritas habuit Remus (i infauſtas, inauſpicatas, inutiles ſibi.) *Item,* Ad irritum cadens ſpes: *Liuius lib. 2. ab vrb.* Et, In irritum cedit: *Seneca Epiſt. 28.* Et *Velleius:* *Irritus conſilij, gladio ſe transfixit. (i. quia non potuit perſuadere quod ſuadebat.)] Labor irritus anni, *Ouid. lib. 1. Metam.* Irritæ preces, id eſt, vanæ, futiles, & in caſſum fuſæ. *Plin. in Panegyr.* Ac pleriq; irritis precib. ſurdas principis aures adſtrepebant. Tela irrita, *Virg. 4. Eclog.* Verba irrita, *Quid. 1. de Remedio amor.* ¶ Interdum irritus idem eſt quod ad nihilum redactus. *Virg. 4. Eclog.* Te duce, ſi qua manent ſceleris veſtigia noſtri, Irrita perpetua ſoluẽt formidine terras. Irritum fieri teſtamẽtum dicitur, quoties ſtatu teſtatoris mutato, ipſo iure teſtamentum concidit *l. ſi quis. 6. D. de iniuſt. rupt.* veluti ſi capite deminutus fuerit. Itaque Rumpi & Irritum fieri ſic differunt, quod irritum ſtatus teſtatoris immutatus facit: rũpit autem caſus extrinſecus contingens, & agnationis, adoptionis, teſtamenti noui. Rurſus inter Irritum eſſe, & Irritum fieri hòc intereſt, quod irrita fieri ea dicuntur, quæ cùm antea iure conſtarent, èuerſa ſunt. Irrita verò vel iniuſta eſſe dicuntur, quæ nunquam conſtiterunt, ſed infirma ſemper ſua ſponte fuerunt. *Hotom.* [*Quint.* Non plus irrogandum quieti. (i. tribuendum.)]

Irrōbŏro, as, penult. cor. Inualeſco, vires acquiro. {חזק *chazák.* ἐπιῤῥώννυμι. GALLI. Prendre force & vigueur, s'enforcir. ITA. *Prender forza, diuenir forte.* GERMANIC. Erſtarcken/an kräfften zunemmen. HISP. *Fortaleſcerſe.* ANGL. *To waxe ſtrong and tak force.*} *Gell. lib. 1. cap. 22.* Irroborauítque falſa atque aliena verba ſignificatio, quòd dicitur, Hic illi ſupereſt.

Irrŏgo, as, penultima correpta, Infero, infligo, impono. {השׂים *heſmis.* ἐπάγω, προστίθημι. GAL. Impoſer, requerir qu'on impoſe. ITALI. *Date, imporre.* GER. Aufſtegen / anthün. HISPANIC. *Dar, attribuir, imponer.* ANC. *To ſett a penaltie, to beſtowe.*} *Plaut. in Capt.* Qui conſilium inijcie, quò nos victu & vita prohibeant: His diem dicam, irrogabo mulctam, vt mihi cœnas decem Meo arbitratu dent, quum cara annona ſit. ἐπιζημιῶ ὑπερβολή. *Plin.* Non modò culpam omnem, ſed etiam mulctam irrogauit. *Cicero pro Domo ſua,* Vetant leges ſacratæ: vetant XII. tabulæ leges priuatis hominibus irrogari: id enim eſt priuilegium. ¶ Irrogare alicui mortem. *Tacit. lib. 4.* Sibimet irrogaret mortem, quam patri ſtruxerat.

Irrogātŭs, a, um, participium, Impoſitus. {ἐπιζημιωθείς. GALLIC. Impoſé. ITALIC. *Impoſto.* GERMA. Auffgelegt. HISP. *Impueſto.* ANG. *Impoſed, beſtowed.*} *Tacit. lib. 13.* Exilium, quæ accuſatori irrogatum, & tabulæ exultæ ſunt.

Irrogātĭo, onis. {ὑπερβολὴ ἐπιζημιώσεως. GAL. Impoſition. ITALIC. *Impoſitione.* GERM. Auffſegung. HISP. *Impoſicion.* ANG. *An impoſing of a tribut.*} *Cicer. pro Rabirio,* Nam quid ego ad longam orationem comparem, quod eſt in eadem mulctæ irrogatione præſcriptum, hunc nec luæ, nec alienæ pudicitiæ peperciſſe?

Irrŏgāſsĭt, antiquum verbum, pro quo apud *Cic. in leg.* corruptè legitur interrogaſſit.

Irrŏro, as, penultima producta, Rore aſpergo, ſeu madefacio. {ὑποβρέχω, ἐρέχω. GALL. Arrouſer, mouiller de rousée. ITALI. *Bagnar de rugiada, inaſſia. e.* GERMA. Mit taw beſprengen/beſeüchtigen. HIS. *Mojar, rociar derramando rocio.* ANGLIC. *To ſprinkle or weet with dew.*} *Col. lib. 11. cap. 2.* Septimo Idus Decembres Aquilo manè oritur, Africus, interdum Auſter irrorat. *Idem lib. 12. cap. 22.* Noctib. autem labrum operire conueniet, ne irroretur. Dicimus autem Aquam irrorare agro, & Agrum irrorare aqua. *Ouid. 1. Met.* Inde vbi libatos irroratere liquores Veſtib. *Idem lib. 7. Metam.* Ter ſe conuerrit, ter ſumptis flumine crinem Irrorauit aquis. [*Oui. 4. Faſt.* Ter caput irrorat.] ¶ Somnus irrorat quietem oculis, *Silius lib. 10.*

Irrŭbĕo, es, penultima cor. vel Irrubeſco, is, Rubrum fieri, rubore ſuffundi. {אדם *adhám.* ἐρυθράω. GAL. Se rougir, deuenir rouge. ITA. *Farſi roſſo, arroſciſco.* GER. Roht werden. HISP. *Hazerſe roxo,* ANG. *To waxe redde.*} *Statius 9. Thebaid.* Irrubuit cæli plaga ſydere miſto, Occurſúq; ſacro pariter iubar arſit vtrinque. Ignis irrubuit vultibus. *apud eundem lib. 5. Syl. pro* ſuffudit vultus.

Irrŭcto, as, Eſt ructu afflo {ἐπιρεύγω. GAL. Rotter ou reuper contre. ITA. *Rutare contra.* GERM. Angörpſen/ein görpß erwar an laſſen. HISPA. *Regoldar contra algo.* ANG. *To belke an blowe on.*} *Plaut. Pſeud.* Quid tu, malùm, ergo in os mihi Ebrius irructas?

Irrŭgo, as, Valde rugio. {ὑπερρυχάομαι. GALL. Rugir beaucoup comme le lion. ITALIC. *Ruggire molto.* GER. Heffrig dahär brüllen. HISP. *Mucho bramar el leon.* ANGLIC. *To braie out, to rore.*}

Irrŭgo, as, are, In rugas cõtrahere. {חרש *chaháh.* ἐρυσιπελάω. GAL. Se rider. ITA. *Creſpare.* GERM. Runtzlechtig machen. HISP. *Arrugar, haziendo rugas.* ANG. *To make wrinckles.*} *Gell. lib. 11. c. 1.* Ne æquor illud ventis irrugetur.

Irrŭmpo, is, Violenter cũ impetu ingredior, irruo, impetũ facio, {פרץ *paſchát* פרץ *paráts.* εἰσπίπτω, εἰσ ἔκκλω, ἐμβάλλω. GALLIC. Entrer par force, ſe ruer impetueuſement deſſus. ITA. *Entrare con empito, entrare violentemente.* GER. Mit gewalt hinein brechen. HIS. *Entrar con impetu.* ANG. *To break in.*} *Plin. lib. 35.* Hoſtilius Mancinus, qui primus Carthaginem irruperat. [*Cæſar l. 2. de bell. ciu.* Oppidum irrumpere. Et Cat. *de Com. Beren.* Cũ Medi irrupere nouum mare. *Oui. Eleg. 1. lib. 5. Trift.* Quæ tamen (curæ) irrũpunt, quóq; vetantur, eunt. *Oui. 15. Met.* portas irrumpere apertas. *Virg. 11. Æneid.* portas *irrupêre patentes. Lucil. lib. 2.* Nam quum ab Alexandro capta ciuitas eſſet, ac milites ad eam ſpoliandam irrupiſſent. Et fermè ſemper in hac ſignificatione hoc verbo vtuntur autores. *Lactan.* propriè ſumpſit *lib. 6.* pro penitus frango. *κατάῤῥηγνυμι.* Summum (inquit) inter ſe hominum vinculum eſt humanitas, quod qui irruperit, nefarius & parricida exiſtimandus eſt.

Irrŭptĭo, onis, Impetus, incurſio. {פרץ *gheháhdh* פרץ *peréts.* ἐφόδιον. GA. Entree impetueuſe. ITA. *Entrata impetuoſa.* GERM. Ein vngeſtümer einbruch. HIS. *Entrada con impetu.* ANG. *A breaking in by force.*} *Cic. pro lege Manil.* Nam quum hoſtium copiæ non longè abſunt, etiamſi irruptio facta nulla ſit, tamen pecora relinquuntur.

Irrŭo, is, rui, penult. correpta, irritum, Cum impetu aliquem aggredior, vel violenter me aliquò immitto. {פשׂט *paſchát* פרץ *paráts.* εἰσβάλλω, ἐμπίπτω. GALLIC. Se ruer & ietrer deſſus. ITAL. *Aſſalire con furia.* GER. Mit vngeſtümme einfallen oder anfallen. HIP. *A cometer con furia y impetu.* ANG. *To runne furiouſlie vpon à thing, to rush in.*} *Sall. in Iugurth.* Quum fortè in eum irruerent, facilè repulſi. *Cic. 2. de Fin.* Equo admiſſo in mediam Latinorum aciem irrũebat. *Terentius Adelph.* Fores effregit atque in ædes irruit alienas.

Irrĭŏlă, æ, Genus vitis Vmbriæ, Piceno, & Meuanati agro peculiare, *teſte Plin. lib. 14. c. 3. Colum. lib. 3. c. 2.* Nam has nuper mihi cognitas, pergulanam dico, & irriolam, ferreolámque, non facilè aſſeuerem quo gradu habendæ ſunt.

IRŬS, *ĭdis*, mendicus fuit Ithacenſis, aſſecla procorum Penelopes, quem Vlyſſes domum reuerſus pugno interfecit. *Hom. 18. Odyſſ.* Huius paupertas abiit in prouerbium, vt hominem extremæ inopiæ Iro pauperiorem dicamus. *Ouid.* Irus erit ſubitò, qui modò Crœſus erat.

IRŬS, *ĭdis*, Vrbs Theſſaliæ, ciuis Irotes, *ἰρώτης, Steph.*

I ante S.

Is, ea, id, eius, pronomen eſt, eandem habens ſignificationem quam ille, aut hic: eundémque in oratione locum obtinet. {זה *Zeh.* αὐτός, ἕνος. GAL. Il, iceluy, ceſtuy-la, celuy. ITA. *Queſti, il medeſimo, colui, coſtui.* GER. Der. HIS. *El, ella, ello.* AN. *That, he.*} Et modò demonſtrative accipitur. *Cic. li. 2. Epiſt.* Neque enim tu is es, qui, qui ſis neſcias. *Idem pro P. Sylla,* Neque enim vna eſt ratio defenſionis ea, quæ poſita eſt in oratione, Modò relatiuè. *Cic. ad Att. lib. 1.* Venit mihi obuiã puer tuus: is mihi literas abs te reddidit. *Idem 6. Philip.* Antonius cum vna legione, & ea quidem vacillante, L. fratrem expectat. *Idem de Diuin.* Plurimis noſtris exemplis vſus es, & iis quidem illuſtrib. ¶ Quis is, & quis eſt is, Vide Quiſquis is. *Plaut. Pſeud. ſc. 2 a. 4.* Quis is eſt homo: Et *ibi. ſc. 3. a. 1.* Quis eſt is ¶ Is, eius, eo, ij, vel eorũ ſubaudirum, vide Quis. *Gellius cap. 16. lib. 15.* Cum ille (Milo Crotoniẽſis) quaſi perfecto, quod erat cõnixus, manus laxaſſet, &c. Hic ſubaudiretur (eo) poſt *ni* perfecto. ¶ *Item,* Is eſt, pro ea eſt, ſi credendum Paſſeratio eſt, *dixit Plautus Aſin. ſc. 2. a. 3.* Philenium eſtne hæc quæ intus exit? Atque Argyrippus vnà. L. Os opprime: Is eſt, &c. (i. ea eſt.) ¶ Ea verba ſunt hæc. *Gell. cap. 12. lib. 15.*] ¶ Nonnunquam accipitur Is pro talis, vel eiuſmodi, *Cic. lib. 2. Epiſt.* Is enim tu vir es: & eum me eſſe cupio, vt, &c. *Idem Attic. lib. 35.* Itaque ego is in illum ſum, quem tu me eſſe vis.

*Eapſq

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Eapse pro, Ea ipsa. *Plaut. Ciſt.* Puerum aut puellam alicunde vt reperirem sibi Recens natum, eapse quod sibi supponeret. *Iſce, pro Is ipſe. Cicer. pro Roſc. Amer.* Nullum esse ius tam sanctum atque integrum quod non eiusce vis ac perfidia violaret.

Īs *is*, Vrbs à Babylone itinere dierum octo distans, apud quam est Is fluuius in Euphratem influens: è quo bitumen ædificandis muris Babylonis subministrabatur. *Autor Herod. lib.* 1.

ISACA, siue (vt in quibusdam exemplarib. legitur) Isca, fluuius est in meridionali latere Britanniæ insulæ. Vulgò *Ex Ptol. l.* 2. *c.* 3.

ISAEVS, *ἰσαῖος*, cum æ diphthongo, Nomen Rhetoris pariter & philosophi, quem Philostratus in vitris sophistarum, Assyrium fuisse tradit. Cuius hoc fuit inuentum, cuiusuis rei argumentum in breue contahere compendium.

Īsāgōgē, pen. product. {חנך *chinnúch*, *εἰσαγωγή*. GAL. Introduction. IT. *Introduttione*. GER. Ein einleuung/einführung. HI. *Introduction*. ANGL. *Introduction*. ANG. *An introduction*.} Prima artis scientiæue alicuius rudimenta, ad maiora altioraque viam munientia. A Græco verbo *εἰσάγω*, quod significat introduco, & prima artis cuiuspiam elementa trado. Quidam ex nostris rituo, & prima artis cuiuspiam elementa trado. Quidam ex nostris verbum ex verbo reddentes, introductionem appellarunt, quem neutiquam tamen imitabitur Latinæ elegantiæ studiosus. *Gellius libro* 16. *capit.* 8. Quum disciplinas dialecticas induci atque imbui vellemus, necesse fuit adire atque cognoscere, quas vocant dialectici *εἰσαγωγάς*.

Īsāgōgĭcŏn, *εἰσαγωγικόν*, Liber prima artis alicuius præcepta tradens: & ad interiora altioráque viam certam muniens. Quidam ex nostris Introductorium vertunt, vocabulo inter doctos non satis recepto, imò planè reiecto.

Īsāndēr, *Ἰσανδρος*, Filius fuit Bellerophontis & Achimenes, qui quum esset bellum inter Lycios & Solymos, contra Solymos pugnans occisus est.

Īsāpis, pen. pro. Vulgò *Aibs*, Fluuius Flaminiæ, propinquus Cæsennæ, *vt Strab. libr.* 5. *scribit. Luc. libr.* 2. Crustumiúmque rapax & iunctus Isapis Isauro.

Īsărā, pen. cor. Fluuius est Allobrogum, non procul à Cemeno monte in Rhodanum influens. Vulgò *Lisere*. {GE. Ein fluß so auß dem alpgeburg für Granoble gegē nidergang ob der stat Walansen laufft in den Rodan.} *Vide Plin. lib.* 3. *c.* 4.

Īsătis, {*ἴσατις*. GA. Guede, pastel en Languedoc. ITALI. *Guado*. GERM. Weidt/ein kraut. HISPA. *Paſtel*. ANGLI. *Wad*.} Græcis vocatur herba quam Latini glastum appellant. Eius duo sunt genera: Isatis syluestris, folia habet lactucæ, sed maiora: caules prætenues, multifidos, quadantenus rubentes: in quorum cacuminibus folliculi multi dependent, quandam linguatum effigiem referentes, in quibus semen habet flore tenui & luteo: satiua folia habet plantagini similia, verùm pinguiora, nigrioráque, caulémque duorum cubitorum altitudinem excedentem. Hanc trusatilibus molis premunt, vt herbaceam saniem excludant: deinde abacto liquore digerunt in magnos globos, quos in tabulatis in cinerem putrescere sinunt. Tolosates *paſtellum*, ab effigie pastillorum in quos glomeratur, nominant.

ISAVRIĂ, *ἰσαυρία*. Regio est Asiæ minoris, proxima Ciliciæ ad Taurum montem, quam Publius Seruilius cognomento Isauricus subegit, & multas piratarum munitiones, quæ in ora maritima erant, vi cepit. {GER. Ein landtschafft deß minderen Asia gelägen zwüschen Lycaonia vnd Cilicia nahe bey dem berg Tauro.} *Hæc Strab. l.* 12. qui se Seruilium vidisse scribit. Fuisse autem traditur fortunæ adeò tenuis, vt publico funere sit elatus.

ISAVRI, populi Isauriam tenentes.

ĪSAVRVS, Flaminiæ fluuius est, qui accepto Isapi, non procul à Cæsenna in mare Adriaticum influit. *Luc. l.* 2. Crustu miúmque rapax & iunctus Isapis Isauro.

ĪSAVRĂ, orum, *Ἴσαυρα, τά*, Vrbs Isauriæ, quæ est Asiæ regio non procul à Tauro monte, inter Lycaoniam & Ciliciam sita. Hanc vrbem postea Claudius, deducta eò colonia, à nomine suo Claudiopolim appellauit: *vt autor est Ammianus*.

ISBVS, *Ἴσβος*, Isauriæ ciuitas, gentile Isbotes, *ἰσβεύτης*. *Steph.*

ĪSCHĂDĒS, *ἰσχάδες*. Græco nomine fici aridi appellantur, *teſte Polluce*: nam *σῦκα* propriè de recentibus dicuntur.

ISCALIS, Britanniæ vrbs, *vt est autor Ptol. l.* 2.

ĪSCHĂS, adis, *ἴσχας*, Raphani agrestis genus quod apion nonnulli, alij agriorphanum appellant, *autor Plin.* ¶ *Gesnerus de sue, liter.* C. & H. Syluestris quod dam leguminis aut viciæ genus, non dissimile astragalo, panem porcinum in multis Germaniæ locis vocant, quod radiculas eius dulces & rotundas, sues agris effossis requirant.

Ĭschæmōn, *ἰσχαίμων*, Herba à Thracibus primùm inuenta, qua ferunt sanguinem sisti, non aperta modò vena, verùm etiam præcisa. Serpit è terra milio similis, foliis asperis & lanuginosis. *Autor Plin. libr.* 25. *cap.* 8.

Ĭschĭă, *ἰσχία*, Insula est maris Tyrrheni, altera Oenotridum, eregione Veliæ sita, *autor Plin. lib.* 3. *c.* 7.

Ĭschĭăs, adis, *ἰσχιάς, λευκόιον δε*, Herba quædam radice cyperi quæ commanducata dentium dolorem sedat, alij leucocantham vocant, alij polygonaton, alij Sigillum Solomonis. *Plin. li.* 22. *c.* 16.

Ĭschĭă, *ἰσχία*, Ossa duo sunt in posteriore hominis parte ossi sacro, in anteriori mutuò *κατὰ σύμφυσιν* cohærētia. {AN. *The hanche bones*.} Latinè coxendices appellantur. Vtrunque horum grandi cauatum est acetabulo, in quo insertum femoris caput circumuoluitur.

Ĭschĭăs, {*ἰσχίας*. GALLIC. Vne goute sciatique. ITA. & HI. *Sciatica*. GE. Hufftwee. AN. *A goutt in the hanche bones*.} Arthritidis species est apud Æginetam, coxendices (quæ *ἰσχία* vocant Græci) præcipuè infestans. Vulgò corrupto nomine *Sciaticam* vocant. *Plin. lib.* 27. *cap.* 1. Bibitur propter ischiada & strangurem in vino.

Ĭschĭăcŭs, siue ischiadicus. {*ἰσχιαδικός*. GAL. Qui est malade d'vne goutte sciatique. ITAL. *Chi patisce di sciatica*. GERMAN. Der hufftwee hat. HI. *El doliente de sciatica*. AN. *That is sick of this kind of goutt*.} Qui ischiade morbo laborat. *Plin. l.* 23. *c.* 1. Prodest stomacho, &c. Vertigini, torminibus, ischiadicis. *Cato de Re ruſt. c.* 123. Vinum ad ischiacos sic facito, &c. {*Gel. c.* 13. *li.* 4. Tibicinis modulos ischiacis mederi scribit: Ischiaci, inquit, cum maximè doleant, tum si modulis leuibus tibicen incinat, minui dolores. (mandatum memoriæ est; sup.)

ĪSCHŌMĂCHĒ, es, *ἰσχομάχη*. Vxor Pirithoi fuit, ex Atracia Thessaliæ regiuncula, alio nomine Hippodamia appellata, quam cum Centauri Pirithoo præripere conarentur, ingenti clade ab Hercule & Theseo profligati sunt. *Propert. lib.* 2. *eleg.* 4. Ischomache Lapithæ genus heroinæ. Dicta ischomache *παρὰ τὸ ἰσχειν τὴν μάχην*, hoc est, à cohibenda pugna.

ĪSCHOPŌLĪS, *ἰσχόπολις*, Vrbs est Ponti Cappadocij, iuxta Ceràsuntem: *teſte Ptolemæo lib.* 5. *c.* 6.

Ĭschūrĭă, *ἰσχουρία*. à Græcis dicitur vrinæ suppressio: quæ octo modis fieri solet, inflammatione, duritia, sanguinis collectione, resolutione, lapidis procidentia, vlceratione, & lithiasi.

ISEPYS, *Ἴσηπος*, gens Scythica. *Steph.*

ISEVM, *ἰσεῖον*, Vrbs Ægypti ab Isíde dicta; cuius incolæ Metaboli, id est, mutabiles: tales enim erant. Solis mercatoribus onera vniuersim vendunt, ipsa ab artificibus singulatim ementes. *Steph.*

ISIACI, *ἰσιακοί*, Isidis sacerdotes erant in Ægypto. {GER. priester der göttin Isidis in Aegypten.} qui vestibus tantùm lineis, quas illi *λινουχίας* appellabant, amiciebantur, à qua consuetudine emanauit scitum illud Plutarchi dicti, *Οὔτε γὰρ φιλοσόφες πώγωνοτροφία, οὔτε πεζοπορία πανυστὰ ἔστι ἰσιακὸς ἀλλ' ἀποστολή*. Hoc est, neque philosophos facit barba promissior, vestisque attrita, nec item Isiacos linea amictus. Habet autem hoc nō inuenustam prouerbij speciem, Isiacum non facit linostolia: quod trito vulgi prouerbio dicimus, *Monachum non perfici cucullo*.

ISINDA, vel Isindus, *Ἴσινδος*, Vrbs Ioniæ est: & Isinda vel Isindia regiuncula. *Steph.*

ISIPHYLVS, *ἰσίφυλος*. Pater fuit Protesilai, *cuius meminit Ouid. in epiſt. Laodamia ad Proteſilaum*, Vix socer Isiphylus, vix me grandæuus Acestus, Vix mater gelida mœsta refecit aqua.

ĪSĬS, Isis, & Isidis, Isim in accusatiuo, *Ἶσις*. {GERM. ein tochter Inachi welche die Aegyptier für ein göttin auffgeworffen haben.} Inachi filia, Io prius dicta, quæ quum à Ioue adamaretur, metu intetuenientis Iunonis in Iuuencam fuit transmutata: appositóque à Iunone Argo centoculo custode, arctissimè fuit obseruata. Tandem implorato Iouis auxilio, quum ad Nilum peruenisset, pristinam formam recepit; & ab Ægyptiis mutato nomine Isis dicta est: à quibus etiam numinis loco est habita. *Lucan. lib.* 6. Nos in templa tuam Romana recepimus Isim. ¶ Hoc etiam nomine dicta est insula in sinu Arabico. Scribit *Suidas*; Isim Iouem ex Argo Græciæ vrbe rapuisse: & quum Iunonem timeret, mutasse nunc in bouem candidam, nunc in nigram, nunc in violaceam: cúmque ea oberrantem in Ægyptum veniſſe.

Isiacus, à, um, denominatiuum ab Isíde. *Iuuenal. Sat.* 3. Aut apud Isiacæ potiùs sacraria lenæ.

ISMAELA, *ἰσμάηλα*, Arabiæ partia regio, incolæ Ismaëlitæ. *Steph.*

ĪSMĂRVS, pen. corr. gener. masc. *ἴσμαρος*, in plurali neutrius, Mons Thraciæ asper & incultus ex vna parte, ex alia fertilis vinetis & oliuetis, quem Orpheus incoluit. {GERM. ein berg in Thracien vor zeiten auff einer seyten rauch vnd vngebauwen/ auff der anderen aber gantz fruchtbar.} *Virg. 6. Eclog.* Nec tantùm Rhodope miratur, & Ismarus Orphea. *Et rursus* 2. *Georg.* Iuuat Ismara Baccho Conserere, atque olea magnum vestire Taburnum. ¶ Est item Ismarus, *Ἰσμάρος Stephano*: siue, vt apud *Plinium* legitur, Ismaron, Cyconum vrbs in Thracia, à monte ad quem sita erat, nomen habens. Vnde Ismarius, á, um, id est Thracius.

ISMĒNĒ, *ἰσμήνη*, Oedipi filia, *vt autor est Stat.* 2. *Theb.* Cyrrhei cuiusdam iuuenis sponsa, qui ante nuptias à Tydeo occisus est.

ISMENIAS, *ἰσμηνίας*, Nomen Thebani viri, optimi tibicinis. *Apuleius*; Nescio, inquit, vt Ismenias tibiis canere: vt Apelles pingere: vt Lysippus fingere. De hoc *Plutarch. in Pericle* dicit, Quum audisset Antisthenes, Ismeniam optimum esse tibicinem, respondit, Malus igitur vir est: nam si probus esset, tibicen non esset.

ISMĒNVS, pen. prod. *ἰσμηνός*; Fluuius Bœotiæ, non procul ab Aulide in Euripum Euboicum illabens. {GER. ein fluß in Boetia so in das Euboischen strudelmeer laufft.} Dictus autem putatur Ismenus ab Ismeno Pelagi filio. *Statius lib.* 1. *Theb.* Horruit ingenti venientem Ismenon aceruo.

ISMĒNĬVS, à, um, id est, Thebanus: Ismenides, mulieres Thebanæ.

Isŏcinnămōmon, *ἰσοκίναμωμον*, Frutex est præstantissimi odoris, in iisdem ferè locis nascens, in quibus & cinnamum nascitur & casia. Dictum isocinnamum, quòd cinnami præstantiam adæquare videatur. Alio nomine daphnoidem appellant. *Vide Plin. lib.* 12. *c.* 20.

Isŏcōlŏn, *ἰσόκωλον*, à rhetoribus vocatur schema, quod Latinorum nonnulli compar appellauerunt: quum scilicet periodus duabus aut pluribus sententiis breuibus, & inter se paribus exigitur.

ISOCRĂTĒS, pen. corr. *Ἰσοκράτης*, Nomen maximi rhetoris Græci, cuius domus cunctæ Græciæ quasi ludus quidam patuit, atque officina dicendi. {GER. ein furnemmer redner bey den Griechen.} Hic fuit auditor Platonis; suauissimus orator, & in diuersio dicendi genere nitidus, & comptus. Omnes dicendi veneres sectatus est, inuentione facilis, honesti studiosus, in compositione diligens. Hic nonagesimo quarto anno ætatis eum librum composuit, qui Panathenaicus inscribitur: Centum & sex annos vixit.

Isŏdŏmōn, *ἰσόδομον*, Vocabant genus structuræ in ædificiis, in quo coria omnia æqualis sunt crassitudinis: Nam vbi crassitudo est inæqualis, pseudisomon appellant. *Plin lib.* 36. *c.* 23. Græci è lapide duro ac silice æquo construunt, veluti lateritios parietes: quum ita fecerint, isodomon vocant genus structuræ. At quum inæquali crassitudine structa sunt, pseudisodomon.

Isŏnŏmĭă, *ἰσονομία*. Cum accentu in penultima, Latinè iuris æqualitas dicitur. *Cic. 1. de Nat. Deor.* Summa verò vis infinitatis magna ac diligenti contemplatione dignissima est: in qua intelligi necesse est eam esse naturam, vt omnia omnibus, paria paribus respondeant: hanc *ἰσονομίαν* appellat Epicurus, id est, æquabilem tributionem.

Isŏpyrŏn, *ἰσόπυρον*, Herba quam aliqui vocant phaseolum; quòniam eius folium, quod est anisio simile, in pampinos torques-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tur. Capitula sunt in summo caule tenuia, plena seminis melanthij. *Plin. lib. 27. cap. 11.*

Isopleuron, ἰσόπλευρον, Figura cuius latera omnia sunt æqualia. Nam ἴσον Græcis æquale sonat, & πλευρὰ latus.

Isostates, ἰσοστάτης, Æqualitatis recognitor. *Cod. de Pond. & aur. ill. l. Quoties* Quoties de æqualitate solidorum orta fuerit contentio, placet quem sermo Græcus vocat Isostatem, pro sua fide & industria, vt neque fallat neque fallatur, contentionem dirimere.

ISPALIS, ἰσπαλὶς, *Ptolemæo*, vulgò *Siuigla* {GERM. ein berümpte statt in Hispanien/heisst yetz Siuiglia} Vrbs clarissima Hispaniæ Bæticæ, non procul à freto Gaditano: à qua vnus ex quatuor iuridicis Bæticæ conuentibus qui ius dicunt Hispalensis à *Plinio* appellatur. Hodie ab Hispanis *Sebilla* dicitur. *Vide* HISPALIS.

ISPOLVM, ἴσπωλον, Vulgò *Spello*, Vlumbrorum ciuitas, nõ procul à Camertibus: *cuius meminit Ptolem. lib. 3. cap. 1.* hodie Ispellum.

ISPŌRIS, ἰσπωρὶς, Olim vicus fuit ad Syrtim magnam, *teste Ptolem. l. b. 4.* hodie ciuitas esse creditur ea quæ Naim appellatur.

ISRAEL, {ישראל *Israel*, ἰσραὴλ.} interpretatur vir videns Deum [siue præualens Deo] quod nomen impositum fuit Iacob Patriarchæ: à quo Israelitæ, ἰσραηλῖται, pen. prod. qui de Israelis stirpe sunt, qui priùs Hebræi dicebantur. Sed postquam in duo regna populus Hebræorũ diuisus est, tunc duæ tribus quæ de stirpe Iudæ reges habebant, Iudæorum nomen sortitæ sunt, reliquæ decem tribus Israelis nomen tenuerunt ab Israele filio Isaaci. Regio maioris Asiæ, Samariæ contermina, dicta est Israel. Dicuntur & Israelitides, ἰσραηλίδες, à nominatiuo singulari Israelis, tis, & tidis. Hieronymus in lib. Num. Arrepto pugione ingressus est post virum Israelitidem. Sic Madian, nitis, & nitidis, Moab, bitis, & bitidis.

ISSA, ἴσσα, Vrbs Lesbi, Imera etiam dicta, deinde Pelasgia, & Issa, ab Issa Macaris filia. Dicitur etiam in fœminino ἴσσους: vox corrupta videtur de Lesbo, *Stephan.*

ISSIORIVM, ἰσσιάριον, Vrbs Laconiæ, *vide* Diana, Issioria, ἰσσωρία, *Steph.*

ISSA, ἴσσα, Vulgò *Lissa*, insula in mari Adriatico, adiacens Dalmatiæ. {GER. Ein Insel vm Adriatischen meer bey Dalmatien ligend/ heisst yetz Lissa. } *vt tradit Ptolem. lib. 2. cap vlt.* in qua fuit non ignobilis ciuitas eiusdem nominis. ¶Est item Issa catellæ nomen *apud Martialem, epigram.* 138. Issa est passere nequior Catulli.

ISSVS, ἴσσος, Oppidum Ciliciæ non procul ab Amano monte, quo loco Alexander Darium vicit: vnde etiam pro Isso Nicopolim appellauit. Ab huius oppidi nomine propinquus sinus, Issicus appellatur *à Ptolem. Tab. 4. Asiæ.*

ISTE, ista, istud, genitiuo istius, pen. indifferente. {זה *Zeh* oder זו. GALLI. Celluy-ci, celuy qui est aupres de toy. ITAL. *Costesto.* GERM. Der. HIS. *Esse.* ANG. *This.*} Propriè dicitur de eo qui apud te est, aut de quo loqueris. *Terent. in Eunuch.* Mirum ni tu credas quod iste dicat *Cic. Cœlio lib. 2.* Putarésne vnquam accidere posse, vt mihi verba deessent, neque solùm ista vestra oratoria, sed hæc etiam leuia nostratia? [*Plaut. Men. sc 2. a. 5.* Eripe oculum isti, ab humero qui te tenet. *Iid. sc. 5. a. 5.* Non tu scis quantum isti morbo facias mali? *Idem Pseud. sc. 5. a. 1.* Istis tu manibus hodie mihi argentum dabis. *Idem Mostell. sc. 1. a. 1.* Tu tibi istos habeas turtures, pisces, aues. *Senec. cap. 16. de Consol. ad Helu.* Propter istas (malas fœminas) quæ litteris ad luxuriam vtuntur.]

*Istace, pro ista. *Cato cap.* 132. Macte istace dape pollucenda esto. ¶Istaccine: *Plaut. Pseud. sc. 2. a. 3.* Istaccine caussa tibi numum dabo? ¶Istuccine; *Item*, Istic, istæc, istoc, &c. Vide infrà.]

ISTŌ, aduerbium ad locum, idem significans quod istuc. {ὑπόστα, ἐστεῦθεν. GAL. Là où tu es. ITA. *Costò.* GER. Dahin/ daselbst hin. HIS. *De ay donde tu estas.* ANGL. *To this place.*} *Plin. Epist 59.* Destino enim, si tamen officij ratio permiserit, excurrere istò.

ISTIC, istæc, istoc, pro iste hic. *Terent. in Heauton.* Quid istuc quæso? qui istic mos est Clitiphonitáne fieri oportet? [*Plaut. Mostell. sc. 3. a. 1.* Nõ oportet istanc ætatem pigmentum attingere. *Plaut. Pseud. sc 5. a. 1.* Istæc insipientia est, iram in promptu gerere. *Idem Men. sc. 1. a. 5.* Aperiam istæc tua flagitia. *Idem Plaut. Pseud. sc. 3. a. 1.* Cum istoc genere natus numum non habes. *Idem Capt. sc. 2. a. 1.* Nunquam istoc vinces me. (i. illa re.) *Idem Men. sc. 5. a. 5.* Insanis. Eccõne? Tu istic, qui. *Idem Men sc. 2. a. 4.* Quis homo est? Tu istic, inquam. *Ibid. sc. 2. a. 1.* Quis istic ornatus tuus? *Plaut. Capt. sc. 3. a. 1.* Istic Iuppiter, pro iste. *Ibid sc. 3 a. 5.* Isne istic fuit. *Idem Men. sc. 1. a. 1.* Ira istæc nimis lenta vincla sunt efcaria, &c. *Idem Plaut. Men. sc. 2 a. 4.* Omnes istæc in te recident cõtumeliæ. ¶*Plaut. Milit. sc. 3. a. 2.* Væ capiti tuo. P. Tibi istuc (væ) promitto fore. *Idem Asin. sc. 1. a. 1* Istuc loci. (bis.) *Idem Curc. sc. 1. a. 1.* Quid istuc est verbi? *Idem Milit. sc. 5. a. 2.* Quid istuc est Philocomasium? (obiurgantis) *Idem Men sc. 2 a. 1.* Istuc aliis fieri solet. *Idem Milit. sc. 1. a. 1.* Istuc quidem nihil est. *Idem Men. sc. 2. a. 5.* Dic mihi istuc, quod dissertatis vt sciam, &c.]

ISTŪCCINĒ, penultim. correpta, pro istúdne. *Terent. in Eunuch.* Istúccine interminata sum hinc abiens tibi? [*Plaut. Pseud. sc. 1. a. 1.* Istoccine pacto me adiuras, &c.]

ISTIŪSMŌDI, pen. corr. {כזה *chazéh.* ποιουτοτρόπος. GALLIC. De coste maniere, tel, de ceste sorte. ITA. *Cotalo, di questa sorte.* GERM. Dergleychen/solliches. HISP. *Cossa de essa manera.* ANG. *Such, of this sort.*} *Plaut. in Mostell.* nihil moror mihi clientes istiusmodi. *Idem Epid.* malim istiusmodi mihi amicos furno mersos, quàm foro.

ISTIC, aduerb. est loci, quietem vel morum significans eo in loco in quo tu es, {ὧδε. GALL. Là où tu es. ITALIC. *Costi, in costesto luogo.* GERM. Daselbst. HISPA. *Ay don tu estas.* ANG. *In that place.*} *Terent. in Eunuch.* Omitte, iam istic adero. *Idem Adelph.* Tibi verò quid istic rei? *Cicer. Valer. lib. 1.* Etibi mals esse vbi aliquo numero sis, quàm istic, vbi solus sapere videare. [Tum forsitan istic iucundum nostri nescia tempus agis, pro illic. i. Romæ. *Ouid. Eleg. 3. lib. 3. Trist. & Eleg. 10 & 12. ibid.*]

ISTINC, aduerbium de loco. {ὡσταῦτα, ἐντεῦθεν. GALL. De là où tu es. ITAL. *De costa.* GERM. Von dannen. HISPANIC. *Ay donde tu estas.* ANG. *Out of that place.*} *Cic. ad Attic. lib. 7.* De malis nostris tu priùs audis, quàm ego, istinc enim emanant. [*Plaut. Pseud. sc. 7. a. 4.* Memento mihi dimidium istinc dare.]

ISTÕC aduerbium Ab isto loco. {GAL. De là où tu es. ITA. *Di donde tu sei.* GER. Dess/ deshin. HISP. *Ay donde tu estas.* ANG. *From yat place.*} *Terent. in Andelph.* accede istuc Parmeno: Nimium istoc abiisti.

ISTĀC, aduerbium per locum. {ὁδὶ πῆδε τὸ τόπου, τῆδε, ἐνθάδε. GAL. Par là où tu es. ITAL. *Per costà.* GERMAN. Daselbst durchhin. HIS. *Per ay donde tu estas.* ANG. *By that place.*} *Terent. in Heaut.* Abi deambulatũ GL. deambulatum, quoꝺs, vah, quasi desit locus. Abi sanè istac, istorsum, quo vis.

ISTORSUM, aduerbium, Versus eum locum vbi tu es. {πρὸς τοῦτ τὸν τοπον. GAL. Vers là où tu es. ITAL. *In costa.* GERM. Gegen dem orth Hsp. *Hazia alla donde tu estas.* ANG. *Towardes yat place.*} *Terent in Phorm.* Concede hinc a foribus paululum istorsum lodes Sphrona.

ISTER, [siue Istius, Istri, ἴστρος. Vulgo *Danoe.* {GERM. Die Thonaw} Fluuius est Europæ longè maximus, qui ortus in iugis Arnobæ montis Germaniæ, ex aduerso Rauraci Galliæ oppidi, multis intra Alpes millibus, ac per innumeras lapsus gentes, sexaginta auctus amnibus, in Pontum sex ostiis euoluitur. Alio nomine Danubius dicitur, præsertim à fonte vsque ad cataractas quæ sunt in montibus Daciæ, non procul à [Tauruto] oppido. Nam inde deinceps Istri nomen assumit. *Ouid. 1. de Pont.* Stat vetus vrbs ripæ vicina binominis Istri. [*Ouid. Eleg. vlt. lib. 4. Trist.* Tu nos abducis ab Istro. *Idem Eleg. 1. lib. 5.* Scythicis in finibus Istri. ¶Nilus, Istrus (qui alio nomine Danubius appellatur) & Rhodanus flumina sunt maxima. Vide *Gellium cap. 7. lib. 10.*]

ISTHMIĂ, ἰσθμία, inter quatuor sacra certamina numerantur, quæ quinto quoque anno in Græcia celebrari solebant, in honorem Neptuni instituta à Theseo, *vt Plutarcho videtur*: aut certè in honorem Palæmonis, *vt ex Archiæ Poetæ Græco Epigrammate colligitur, quod etiam hodie circumfertur.* Huius certaminis victores pinu coronabantur. De institutione horum ludorum sic scribit Plutarchus in vita Thesei, Theseus primus Neptuno certamen instituit, gloriaríque est solitus, ob Herculem Ioui, ob se verò Isthmia Neptuno celebrari. Quod enim ibidem in Melicertæ honorem institutum est, noctu agebatur, initiandi magis, quàm spectaculi speciem præferens. *Hactenus ille.* Dicta autem sunt Isthmia, à Peloponnesi isthmo, in cuius faucibus celebrabantur, non procul à Neptuni templo, quod illic erat in primis celebre.

ISTHMŪS, mi, ἰσθμός, Est angustia illa media inter peninsulam, & continentem, & veluti quædam ceruix, quæ à continente, velut à corpore gracilescens, peninsulam cum continente, tanquam caput cum reliquo corpore, connectit. Isthmo opponitur porthmus. i. fretum angustum inter duas continentes, quale est fretum Gaditanum, exiguo interuallo Europam ab Africa dirimens. Isthmus omnium celeberrimus est ille, quem & Corinthiacum & Achaicum vocamus, quinque tantùm millium spatio Ægeum mare ab Ionio subeuntem, angustóque tramite Helladi Peloponesum annectés. In huius Isthmi faucibus Corinthus olim sita fuit, totius Peloponnesi vrbs clarissima. ¶Isthmum perfodere dicebãtur, qui magno quidem conatu, sed irrito molirentur aliquid. Ductum ab hoc Isthmo Corinthiaco, qui efficiebat vt naues longo & ancipiti ambitu iuxta peninsulam circumagerentur. Vnde complures illum adorti sunt, qui erat angustissimus, perfodere, nempe, Demetrius Rex, Dictator Cæsar, C. princeps, Domitius Nero, *infausto, vt omnium patuit exitu, incepto. Autor Plin. lib. 4. cap. 4.* [*Et Sueto. in Neron. cap.* 19. In Achaia, inquit, Isthmum perfodere aggressus, &c. Idémque refert de Caligula in ipsius vita *cap.* 21.

ISTIAEA, ἰστιαία, Ionicè, pro Estiæa, ἑστιαία, Hometus πολυεράφιλος, id est, vini feracem cognomnat. Vrbs Eubœæ est, quæ nunc Otopus. Gentile Estiæus: nam Istiotes ab oppido Thessaliæ descendit.

ISTONE, ἰστώνη, mons Corcyræ proximus, vnde Istonæus, *Steph.*

ISTONIVM, Italiæ oppidum, Ptolemæo.

ISTRIĂ, ἰστρία, {GERM. Histereich ein land zwüschen den aspen. vnd Venedyger meer gelägen.} Italiæ regio, post flexum Adriatici sinus, Illyrio contermina, quæ in latitudine sexaginta passuum millia, in circuitu centum viginti quinque millia complectitur à Phormione, nunc Tisano fluuio ad Banoticum sinum, in quo Arsia amnis decurrens, Istriam ab Illyrio dirimit. Istrorum gentem, fama est originem à Colchis duxisse, missis ab Æeta Rege ad Argonautas persequendos: qui vtà Ponto intrauerunt Istrum, nec raptores inuenissent, siue metu regis, siue tædio longæ nauigationis iuxta Aquileiam consederũt, Istrique ex amnis nomine, quò à mari concesserant, sunt appellati. In ea est Iustinopolis vrbs, quam Iustinus imperator extruxit.

ISTRI, orum, ἴστροι, Istriæ populi, à Colchis (vt putatur) oriundi. *Luc. lib. 4.* Detegit orta dies stantes in puppibus Istros.

ISTRIANA, ἰστριανὰ, ciuitas ad mare Persicum, gentile Istrianites, vel Istrianeus. *Steph.*

ISTRŌPŌLIS, ἰστρόπολις, Thraciæ vrbs, non procul ab ostiis Istri, Milesiorum colonia. {GER. Ein statt in Thracien nit weit von den außgengen der Thonaw gelägen.} *Autor Plinius lib. 4. c. 11.*

ISTRVS, ἴστρος, vrbs Cretæ, quam Artemidorus Istronam ἰστρώνα vocat: altera, in Ponto. Hinc Istrius, Istrianus, Istrienus: Terria, insula cum oppido eiusdem nominis iuxta Triopium Cnidiæ. Quarta, vrbs Iapygiæ, *Steph.*

ISTVLA, fluuius ad finem Germaniæ ortum versus, *vide* Visula.

ISTVS, ἴστος, insula Africæ, ab Afris Vdenoen dicta, Phœnicibus Cella Rharsath, quod interpretatur ab istonis: naui enim similis est. gentile Istius. *Steph. ἴστος*, pro malo nauis aspiratur, videndum an etiam huic proprio abiicienda sit aspiratio.

ISVS, & Antiphus, Priami fuêre filij: verùm Antiphus ex Hecuba fuisse ptus est, cùm naturalis esset Isus, *vt autor est Hom. in Iliade.*

ISVRA, Insula est sinus Arabici, *apud Plin. lib. 6. c. 28.*

I ante T.

ITĂ, aduerb. est similitudinis, idem valens, quod sic. {כן *chen.* כך *choh.* οὕτως. GALLIC. Ainsi, tellement, voire, ouy. ITA. *Si, così, à questo modo, in tal maniero.* GERMAN. Ja/ also HISPAN. *Si, tambien.* ANGL. *Yea.*} *Cic. in Verr.* Est ita, vt dicitur, Iudices. [*Plaut. Milit. sc. 2. a. 2.* Is mihi abiens ita respondit. *Idem Curc. sc. 1. a. 5.* Audiui poëtam scripsisse duas

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

duas mulieres esse peiores vna. Ita res est. *Ouid Eleg. 8. lib. 4. Trist.* ¶Si mil tudinis: *Plaut. Curc. sc. 3. a. 5.* Ita te torquebo, itidem vti catapultę solent. *Idem Aulu. sc. 5. a. 3.* Ita me Dij amabunt, vt, &c. ¶ *Liu. lib. 34.* Emebant ita vt, (i. ea lege & conditione.) ¶Iurisiurandi formula *apud Senec.* Ita te legam, ita te fruar. Et *Quintilian.* Ita mihi contingat hæredē filio mori. *Senec. de Consol. ad Polyb. c. 1.* Ita est, nihil pertuum est. *Catull. de Com. Eeren.* Non, ita me diui, vera gemunt, iurant. *Plaut. Curc. sc. 4. a. 4.* Ita me machæra & clypeus benè iuuent. *Idem Curc. sc. 2. a. 1.* Ita me Venus amet. *Idem Aul. sc. 2. a. 3.* Ita me bene amet lauerna. *Idem Pseud. sce. 1. act. 4.* Ita me Dij amentia non faciant. ¶ Admirantis, *Plaut. Mil. sc. 1. act. 1* Itáne aiebat tandem? Et itáne vero! ¶ Pro enim. *Plaut. Mil. sc. 4. a. 2.* Timeo quid rerum gesserim; ita dorsus totus prurit. *Idem Menæc. sc. 2. act. 4.* Neque quod volui agere licitum est. ita me detinuit. *Ibid. sc. 1. act. 1.* Ita istæc nimis lenta vincla sunt escaria. *Ibid. sc. 2. a. 1.* Ita mihi necesse est eloqui quicquid ago, &c.] ¶Cum negatione idem ferè valet quod valde. *Cic. lib. 3 Epist.* Cassius non ita multùm furore vtitur. *Idem 2. de Fin.* Accessione vtuntur non ita probabili. *Idem de Clar. Orat.* Ille non ita pridem abiit: *Terent. in Andr.* Non ita dissimili sunt oratione ac stylo. [Aliquando tamen magis negat. *Plaut. Pseud. sc. 2. act. 2.* Non ita est. Et *Ouid. Eleg. 8. lib. 4. Trist.* Non Dis visum est. ¶ Imprecantis, *Sueton. in Aug. cap. 69.* Ita valeas, vt &c. ¶ Narrantis: *Ouid. 13. Metam.* Atque ita captiuo ingredior curru. ¶ Ita, pro itaque. *Plaut. Pseud. sc. 2. a. 1.* Ita val dè faciam vt vestra latera varia sint. *Ibid. sc. 3. act. 1.* Ita miser & amore pereo, & inopia. Et *Cic. 5. Verr. & lib. 1. de Diuinat. Et Senec.* sic vsi sunt.] ¶Quandoque oprantis. *Pacuuius*, Ita te dij ament, ita tibi prouoto secundent omnia. ¶Quandoque illatiua coniunctio est, pro igitur. *Cic.* Ita nobilissima ciuitas Græciæ & olim potentissima, sepulchrum ciuis sui ignorasset, nisi ab homine Arpinate didicisset. ¶Quando componitur cum que, coniunctio est quę rem concludit, & conficit, & habet accentum in prima syllaba, idémque significat quod ergo, vel igitur, ὥστε. Si autem duæ partes sunt, habet accentum in penultima. & dicimus itaque, ἐγὼ δ' οὕτως. *Terent. in Andr.* Imò ita volo, itáque postulo, vt fiat. *Plaut. in Amph.* Verùm ita animatus fui, itáque sum nunc, vt ea te patera donem. ¶Ita sanè, concedentis est particula cum affirmatione, ναί, πάνυ γε.

ITALI, ἰταλία. Europæ regio, prius Hesperia dicta, ab Hespero Atlantis fratre, qui à fratre ex Africa pulsus, & Hispaniæ & Italiæ dedit nomen. Siue (*vt Macrobius inquit*) ab Hespero stella, quòd Occasui subiecta sit. {Ge. Italien die gewaltig groß landtschafft Europæ mit dem alpgebirg vnd mittelmeer vmbzylet.} Dicta etiam fuit Oenotria, vel à bonitate vini quod in Italia nascitur (nam Græci οἶνον vinum dicunt) vel ab Oenotrio Sabinorum rege. Postea Italia, ab Italo Siculorum rege, qui agriculturam Italos docuit, & leges condidit, eámque partem in qua postea Turnus regnauit, à suo nomine Italiam appellauit. *Virgil. lib. 2. Æneid.* Est locus Hesperiam Graii cognomine dicunt: Terra antiqua, potens armis atque vbere glebæ Oenotrii coluêre viri, nunc fama, minores Italiam dixisse, ducis de nomine gentem. Timæus & Varro, à bobus vocatam dixerunt, quoniam Tauri Græca vereti lingua, Itali vocati sunt, à quorum multitudine & pulchritudine Italiam dixerunt. [Vide hac de re *Gell. 11. lib. 11.*] Latium autem & Ausonia, non totius Italiæ, sed partium quarundam sunt nomina. Latium enim est ea pars Italiæ quæ citeriori Tyberis ripæ adiacet, vbi hodie est Roma. Ausonia verò dicta fuit Italiæ regio maritima, inter eam agri Bruti j partem, qua Siciliæ obiicitur, & Salentinos intercepta: vnde etiam vicinum mare Ausonium appellatum fuit. ¶Est autem omnis Italia in formam cruris inter Adriaticum & Tuscum mare, à iugis Alpium dorsóque Apennini porrecta, se paulatim attollens vsque ad fretum Siculum. In vltimo sui scindi tur in duo cornua, quorum alterum Ionium spectat mare, alterum Siculum, in extremicate Rhegium oppidum habens. Eiusdem longitudo, quæ ab Augusta prætoria, quæ in Alpino limite sita est; per Romam Capuámque porrigitur, vsque ad oppidum Rhegium, *Solino teste*, decies centena & viginti millia passuum continet: latitudo verò quadringenta decem, vbi maior latitudo: vbi angustior centum triginta sex, habétque vmbilicum in agro Reatino. Olim tamen ex latere maris superi Rubiconem fluuium pro finibus habuit. Diuiditur autem in sexdecim regiones, scilicet Liguriam, Hetruriam, Latium, Campaniam, Lucaniam, Calabriam, Apuliam, Samnium siue Aprutium, Picenum, Flaminiam & Æmiliam, seu Romandiolam: Vmbriā nunc ducatum Spoletanum: Galliam Cisalpinam, Venetiam, nunc Marchiam Taruisanam: Lapidiam & Carniam, nunc Forum Iulium, & Istriam.

ITALIA, sic describitur *à Siculo Flacco* in libro de conditionibus agrorum. Ab Alpibus in mare porrigitur: à tribus lateribus exteras gentes intuetur: à Sicilia vsque ad Galliam omne litus Africum ei est contrarium: rursus à Leucopetra pars, quæ ad mare attingit, Macedoniæ & aliquam Epiri partem spectat, Adriaticum vero litus Illyricum contra se habet.

ITALVS, a, um, adiect. ἰταλός. Quod ex Italia est. vt, Gens Itala. *Virg. 6. Æneid.* Qui maneant Itala de Gente nepotes. *Idem 3. Æneid.* Et sæpe Hesperiam, sæpe Itala regna vocare. *Horat. 2. Carm. Ode 7.* Diis patriis, Italóque cælo.

ITALICVS, a, um, ἰταλικός. vt, Oræ Italicæ. *Ouid. 15. Met.* Graia quis Italicis autor potuisset in oris Mœnia.

ITALICVM, ἰταλικόν, Philosophiæ genus quoddam nuncupatum ab ea parte Italiæ, quæ quondam magna Græcia dicta est, quod (*vt docet Augustinus lib. 8. de Ciuit. Dei*) autorem habuit Pythagoram Samium: à quo etiam ferunt ipsum Philosophiæ nomen exortum.

ITALICA, ἰταλική. Vrbs Pelignorum, quæ alio nomine Corfinium dicitur, *vt ait Strab. lib. 5.* Alia Hispaniæ Bæticæ, in conuentu Hispalensi, *teste Plin. lib. 3. cap. 1.* patria Silij Italici, à qua & Adrianus Imperator ortum habuit.

ITALICENSES, ἰταλικήσιοι, Dicti sunt populi ab Italica Hispaniæ Bæticæ vrbe. Italicus ager, ἰταλικὸν χωρίον, in Sicilia. *Stephan.* [¶Italicenses, *Gellio teste cap. 13. lib. 16.* etiam sunt ciues Rom. ex municipio, ex quo ortus D. Adrianus.]

ITANVS, ἰτάνος, Vrbs in Creta, ab Itano Phœnice, vel ab vno Curetum. ¶Est & promontorium.

ITEA, ἰτέα. Vicus in tribu Acamantide: tribulis Itæus. *Steph.*

Item, aduerb. Significat similiter, quasi iterum idem. {אַף *aph* גַּם *gham* עוֹד *hodh.* ὁμοίως, ὡσαύτως. GALLI. Aussi, semblablement, pareillement. ITAL. *Similmente.* GERM. Desgleychen. HISP. *Esso mesmo, semetantemente.* ANG. *Also, lyk wise.* } *Autor Donatus & Valla lib. 2. c. 51.* [*Plaut. Prolog. Asin.* Vt vos item pariter nunc Mars adiuuet. *Idem Men. sc. vlt. a. 5.* Huic item Menæchmo nomē est. *Plaut. Amph.* Forma, ætate item qua ego sum *Idem Pseud. sc. 2. a. 1.* Item vt nos iterum rando malo rem quærunt. (i. similiter.) Et *in Aul. Prolog.* Item à me contra factum est. Nam item obiit diem. (i. similiter, *Lambinus*: vel postquàm siue Vbi, vt paulò antè, Vbi is obiit mortem, qui &c. Passerat.) Et *Cure. sc. 2. a. 2.* Item facturos alios Deos scilicet. (i. similiter.) *Ibidem sc. 2. a. 4.* Genus lenonum inter homines item est vti muscæ, pulicésque, &c.]

Iter, iteris, secūdùm Prisc. & itineris, ab antiquo nominatiuo Itiner, quo veteres vsi sunt. {דֶּרֶךְ *déreeh* אֹרַח *óraeh* חֲלִיכָה *haliech* חֲלִיכָה *haliechah* מַהֲלָךְ *malaech.* πορεία, ὁδοιπορία. GAL. Chemin. ITALI. *Camino, viaggio.* GERM. Ein reyss oder wägfart. HISP. *Camino.* ANG. *The way, a tourney.* } *Plaut. in Mercator.* Ergo itiner meum exequi me sines? *Varro.* Expectant itiner longo sermone leuare. Genitiuus etiam itineris, quamuis hodie non sit in vsu, legitur tamen ablatiuus itere *apud Lucret. lib. 5.* Cōcussos itere, & labefactos aëre multo. Dictum iter, ab eundo, cuius supinū est itum: siue ab ito frequentatiuo, *autore Varrone lib. de ling. Lat. 4.* Est autem iter idem ferè quod via, vel profectio ipsa, vel etiam nauigatio: *vt apud Terent.* Ain' tu tibi incommodum euenisse hoc iter? Non hercle Parmeno verbis dici potest; quātum re ipsa nauigare incommodum est [*Ouid. 6. Fast.* Audit, & ad votem concitus urget iter. *Idem Eleg. 6. lib. 3. Trist.* Fata omne bonæ claudantur vtilitatis iter. *Idem Eleg. 6. lib. 4 Trist.* Sol suum iter peragit. *Senec. cap. 11. de Tranquill.* Iter liberum ad te iis malis. Nocturnū iter. *Suet. in Tib. cap. 6.* Itinere alio alicui occurrere. Iter pedib. emetiri. *Gell. cap. 26. l. 10. Senec. cap. 20. de Consol. ad Mart.* Iter mortis ingredimur nascentes. *Ibidem cap. 12.* Iter mortis ingressus sum, & iam medium teneo.] ¶Iter facere, ὁδοιπορεῖν, est ire: quod & Iter tenere. πῆς ὁδοῦ ἴχεσθαι dicimus. *Virg. 1. Æneid.* Quóve tenetis iter? [¶Iter intendere aliquò: *Gell. cap. 7. lib. 3.*] ¶Habere iter, idem quod iturum esse: vt, Iter habeo ad Cæsarē. [*Plaut. Asin. sc. 3. a. 2.* Hùc habebas iter. *Cæs. lib. 1. de bell. ciu.* Pompeius ex vrbe profectus, iter ad legiones habebat. *Plaut. Mil. sc. 6. a. 2.* Hic ad me habet rectam viam. *Sueton. in Aug. cap. 82.* Itinera lenta facere ac minuta.] At Viam facere. ὁδοποιεῖν, non est iter facere, sed aperire & munire viam. [¶Ad iter proficisci. *Cæs. 1. de bell. ciu.* ¶Iter insistere, vide insisto. Iter vadere. *Ouid. Eleg. 3. lib. 4. Trist.* Ardua per præceps gloria vadit iter.] ¶Iter pro incœpto, & instituto. *Cic. ad Qu. frat. lib. 3.* Quare neque ego impediri Ciceronis iter atque illam disciplinam volo: & ipse puer magis illo declamatorio genere duci & delectari videtur: in quo quoniam ipsi quoque fuimus, patiamur illum ire nostris itineribus, id est, nostro hoc genere dicendi.

Itĕro, as, pen. corr. Repeto, resumo: quasi iterum aliquid ago. {חוֹסִיף *hosiph.* ἀναλαμβάνω. GALLIC. Reprendre & repeter quelque chose, la reiterer. ITA. *Rifare, replicare.* GERMANIC. widerfaren, widerumb thun oder anheben. HISP. *Repetir algo la segunda vez, iterar.* ANG. *To repeat, to beginne agayne.* } *Liu. lib. 1. ab Vrb.* Resistere atque iterare pugnam iuber. [*Plaut. Amphit.* Hæc vbi Telebois ordine iterarunt. (i. iterum dixerunt.) *Idem Asin. sc. 2. a. 3.* Tua malefacta iterari multa possunt. (i. prædicari.) *Idem Plaut. Pseud. sc. 3. a. 1.* Nolo * bis iterare. (i. iterum idem dicere.) *Gell. c. 18. lib. 5.* Iterare quę in bello gesta sunt; &c. pro narrare.] Iterare æquor, *apud Horatium lib. 1. Carm. Ode 7.* pro iterum nauigare. Iteratu ridiculum. *Plaut. Casin.* Itera dum eadem ista mihi. *Cic. ad Attic. lib. 14.* Iterare campum, terram, agrum, pro iterum proscindere. *Colum. lib. 2. cap. 4.* Igitur vliginosi campi prōscindi debent, post Idus mensis Aprilis, quo tempore quum arati fuerint diebus interpositis circa solstitium, quod est nonum & octauum Calendas Iulias, itérato esse oportebit: ac deinde circa Septembris Calendas tertiato. Idem, Colles pinguis soli, &c. Februario statim proscindendi sunt: deinde de Aprili medio vsq; in solstitium iterandi, tertiandique.

Itĕrātio, onis, Repetitio, resumptio. {שְׁנִינָה *scheininah.* ἀνάληψις. GALL. Reprinse & repetition de quelque chose. ITA. *Il replicare qualche cosa.* GER. Ein widerfarung. HISP. *Obra de repetir algo la segunda vez.* ANGL. *Repeating or doing agayne.* } *Cic. in Orat.* Itémque si quæ verborum iterationes contemptionem aliquam, & clamorem requirent; erunt ab hac summissione orationis alienæ. Iteratio, arationis genus qua ager secundò proscinditur *apud Plin. lib. 18. cap. 20.* ¶Iteratio præterea secunda olearum pressura dicitur, *apud Colum. lib. 12. cap. 50. Apud Gell. lib. 3. cap. 18.* legitur iterare pro iter facere. Sed eos (inquit) Senatores qui Magistratum curulem nondum acceperant pedib. iterauisse in Curiam. Quo tamen in loco omnino legendum puto irauisse.

Itĕrātō, aduerbium, Iterum. {ANGLIC. *Agayne eft foones.* } *Iustinus Histor. lib. 5.* quibus accitis iterato præliantur.

Itinĕrārium, Descriptio itineris, hoc est, commentarius earum rerum, quæ in itinere acciderunt, & locorum per quæ iter est faciendum. {ὁδοιπορικόν. GALLIC. Charte à voyage, liure pour monstrer les chemins & distances des lieux. ITALIC. *Charta del viaggio.* GERMA. Ein verzeichnung oder beschreibung einer reyß oder wägfart. HISP. *Libro de los lugares del camino.* ANG. *A description of the way.* } Adhuc extat Antonini itinerarium, de cuius ratione inscriptionis prōnuntiandum puto.

Itinĕrārius, adiectiuum. vt, Sumptus itinerarius. *Lamprid. in Commodo.* Simulauit se in Africam iturum, vt sumptum itinerarium exigeret, id est viaticum, ἐφόδιον.

It ĭnĕrŏr, neraris, Iter facio. {אָרַח *arách.* ὁδοιπορέω. GALL. Voyager. ITA. *Far viaggio.* GERM. Reysen, wanderen. HIS. *Hazer camino.* ANG. *To take iourney.* } Vtitur hoc verbo *Apul.* & recentiores quidam. Alioqui apud classicos scriptores non temere occurrit.

Itĕrum, aduerbium, Rursus. { עוֹד *hodh.* πάλιν, αὖ. GALLIC. Encor, de-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

rechef,pour la ſeconde fois.ITALI.*Vn altra volta,di nuouo, anchora.*GERMAN.Widerumb.HIS.*La ſegunda vez.*ANG.*A gayne oft ſcornes.*}*Vir.g.4.Eclog* Atque iterum ad Troiam magnus mittetur Achilles.¶Interdum ſignificat ſecundò.{שנית *ſchenith.*δὶς δεύτερον.}*Cic.l.1.de Inuent* Primò quidem decipi incommodum eſt,iterum ſtultum, tertiò turpe.]*Plaut.Capt.ſc.1.a.4.*Iterum natus videor.] Sic iterum Conſul dicitur à Latinis autoribus qui alterum conſulatum gerit, nonnunquam ſecundo Conſul,id quod ex Liuio & Cicerone præcipuè conſtat.[¶Iterum,pro deinde:*Plau.Mil.ſc.3.a.2.* Id tibi dicam: Primùm dum ſi falsò inſimulas philocomaſium,hoc perieris:Iterùm, ſi id verum eſt,tu ei cultos additus,perieris.*Idem Menæ.ſc.4.a.2.*Vbi Agathocles regnator fuit,& iterum Panthia.

ITHACA,*ἰθάκη.*{GERMAN.Ein Inſel im Ioniſchen meer heißt Compare.} Inſula eſt in mari Ionio,ante Epirum in qua regnauit Vlyſſes.*Cic.1.de Orat.*At ſi nos id(inquit)quod maximè debet,noſtra patria delectat,cuius rei tanta eſt vis,ac tanta natura,vt Ithacam illam in aſperrimis ſaxulis,tanquam nidulum affixam,ſapientiſſimus vir immortalitati anteponeret:quo amore tandem inflammati eſſe debemus, in eiuſmodi patriam quæ vna in omnibus terris domus eſt virtutis,imperij,dignitatis?*Hac ille.*¶Ab Ithaca,Vlyſſes Ithacus dicitur,& Ithacenſis.*Virgil.lib.2.Æneid.*Hoc Ithacus velit,hoc magno mercentur Atridæ.[*Ouid.13.Metam.*Conferat his Ithacus Rheſum.(i.Vlyſſes.) *Tibull.lib.4.* Non Pylos aut Ithace tantos genuiſſe feruntur. (Neſtora & Vlyſſem.)¶In Ithaca vrbs eſt eiuſdem nominis: item mons Neritos,*νήριτος*,à quo tota inſula interdum eſt Neritos appellata,*vt annotauit Seruius in illud Virgi.3.Æneid.* Iam medio apparet fluctu numeroſa Zacynthos,Dulichiúmque,& Neritos ardua ſaxis,&c.

ITHŌMĒ,*ἰθώμη.*Oppidũ eſt in Phthiotide Theſſaliæ regione:*cuius meminit Homerus in Catalogo.*¶Eſt & altera Ithome,in agro Meſſeniaco,quam Lacedæmonij poſt decem annorum obſidionem in deditionem acceperunt:*vt refert Thucyd.lib.1.Stat.lib.4.Theb.*Planáque Meſſene,montanáque nutrit Ithome.

ITIDEM,pen.correpta,Similiter,eodem modo,quaſi iterum idem. {כן *chen* ⊏⊐*gam.* παραπλησίως. GALL.Pareillement,ſemblablement. ITAL.*Medeſimamente,ſimilmente,parimente.*GER.Zůgleych.HI.*Otra y otra vez,ſemejantemente.*ANG.*So after the ſame ſorte,ilykwiſe.*}[*Pla.Pſeud.ſc.1.a.3.*Non itidem condio,vt alij coqui *Ibid.ſc.1.a.1.*Mihi atque itidem tibi.*Plaut Curc.ſc.1.a.3.*In cauea concluſi itidem vti pulli.*Plaut.Amphitr.*Solebas me ſalutare antidhac appellare itidem vt pudicæ ſuos viros quæ ſunt,ſolent.*Ibidem,* Vt filium bonum patri eſſe oportet,Itidem ego ſum patri.*Idem Plaut.ibid Idem Aſin.ſc.3.a.1.*Quaſi piſcis itidem eſt amator.*Ibidem;*Itidem hic apud nos.(in reddition ſimilitudinis.)*Plaut.Pſeud.ſc.3.a.1.*Exoſſabo illum itidem vt murænam coquus.Et in *Moſtell.ſc.3.a.1.*Itidem olent quaſi quum iura confundit coquus.]*Terent.Andr.* Ibo ad eum, atque hæc eadem quæ tibi dixi,dicam itidem illi *Sueton.de Auguſt.*Centuriones ſtatione deſerta,itidem vt manipulares , capitali animaduerſione puniuit.

ITIŌ,onis,Profectio,actus eundi. {הלך *hélech* הליכה *haliehâh.*πορεία, GALLIC. Partement,allee.IT.*L'andare,il partirſi* GE Ein gang/ein wandlung.HI.*Andadura,partida.*ANG.*A going,a walking.*}*Ter.Phor.* Hæccine erant itiones crebræ,& manſiones diutinæ Lemni?

ITO,itas,vide EO,IS.

ITON,onis,*ἴτων*,Oppidum eſt in Phthiotide Theſſaliæ regione,ea in parte,qua Crocium campum Amphryſus fluuius irrigat. ¶Hinc Itonia,*ἰτωνία*,cognominata eſt Minerua , quòd hoc in oppido eximium haberet templum,ſummóque cultu veneraretur. Fuit & Itoniæ Mineruæ templum in Bœotia.*Vide Strab.li.5.*

[Itur,*Plau.Pſeu.ſc.5.a.1.*Itur ad te Pſeudole.Vide EO:ſuprà.

ITVRVM,*ἴτουρον* , Vmbriæ oppidum eſt, non procul ab Iſpello. *Autor Strab.li 5.*

ITVRAEI,{עטור *ietúr.* *ἰτουραῖοι.* } Populi Syriæ Cœles in Arabiam vergentis accolæ,qui plana incolunt,perpetuis excurſionibus infeſtantes.*teſte Plin.lib 5 cap.23.& Strab.libr.16.* Hos arcu plurimum vſos fuiſſe memoriæ traditur : vnde Ituræi arcus à poëtis maximè celebrantur.*Virg.2.Georg.*Ituræos taxi curuantur in arcus.*Lucan.lib.7.*Ituræis curſus fuit inde ſagittis.*Cicer.5.Philip.* Ituræi barbaricum ſagitris.

ITUS,us,& Itio,*Sue.in Tib.c.38.* Ad extremum vota pro itu,& reditu ſuo ſuſcipi paſſus.*Vide* Eo.

ITVRISSA,*ἰτούρισσα* , Ciuitas eſt Hiſpaniæ citerioris in tractu Vaſconum,*cuius meminit Mela li.3.& Ptol.lib 2.c.6.*

ITYLVS,& NEIS,Filij fuerunt Zethi ex Aëdone coniuge,quorum Itylum mater noctu per errorem interfecit , putans eum eſſe Amalea Amphionis filium:inuidebat enim vxori Amphionis,quòd iam viro filios ſex mares peperiſſet. Quæ quum errorem ſuum cognouiſſet, optauit mori , ſed deorum commiſeratione in carduelem verſa Itylum deflet.[Itylus pro Itys.*Catull.ad Ortal.*abſumpti fata gemens Ityli.]

ITYMONEVS,*teſte Homero,* Hyperochi filius,vir in primis ſtrenuus: qui in bello Pyliorum cum Elidenſibus à Neſtore iaculo eſt interfectus.

ITHYPHALLI,*ἰθύφαλλοι* , Dicti ſunt in ſacris Bacchi qui Phallum ſequebantur,muliebri veſte induti, & ad carminis Phallici,ſiue Ithyphallici numeros ſaltantes.Erat autem Phallus,*teſte Suida* , membri virilis effigies,quæ primùm ex ficulno ligno,poſtea verò ex aluta rubra fieri ſolebat,quam ſibi ita inter femina adaptabant , vt inde enata videretur.

ITYS,*ἴτυς* , Terei & Prognes filius fuit,qui(*vt eſt in fabulis*)à Progne matre eſt diſcerptus,& patri epulandus appoſitus,in phaſianum mutatus eſt. *Autor Seru.apud Virg.in Sileno Ouid.ad Liu.* Decet Threicium Daulias ales Itym.[*Plaut.Capt.ſc.2.a.1.*Venare leporem, nunc Itym tenes.Itylus,pro Itys.Vide Itylus,ſuprà.]*Vide* PROGNE.

I ante V.

IV.In notis antiquorum,vel IIII.quatuor.I,V.Iuſtus vir. IVD. Iudicium,IVNON.ET.PROSER.Iunoni & Proſerpinæ.
IVRD.Iurisdictio.IVV.Iuuenalis,vel Iuuentus,

IVBA,Rex Mauritaniæ, Pompeianarum partium pertinaciſſimus aſſertor,qui Curionem à Cæſare in Africam miſſum cum omnibus copijs deleuit.{GERMANIC.Ein König der Mauritanier.} Victo verò Pompeio cum Scipione copias coniunxit:commiſſóque prælio ſuperatus, quum nulla iam ſpes reliqua eſſet, magnificè epulatus , cum Petreio mutuis vulneribus concurrens,fortiſſimè cecidit. *Plaut.in vita Cæſ.* De Iuba(inquit)rege triumphauit.Eius filius Iuba quoque nomine,puer admodum in eo deductus eſt triumpho: fortunatiſ ma que captiuitate qua effectum eſt, vt ex barbaro, atque impolito ter doctiſſimos ſcriptores connumeretur.

IŬBÆ,arum,Crines animalium à collo pendentes.{χαίτη.GALLIC. Les crins. ITALI.*Crini.*GERM Die mäne oder langen halßhaar an den ren/als roſſen/löwen/&c.HIS.*Las cermeias ò crines.* ANG.*The mane of an horſe,or other beaſtes.*}*Plin.lib.10.cap.63.* Equarum iubas tondere præciperunt.*Cæſ.i bell.Gal.*Equorum iubis ſubleuari. *Plin.lib 8.ca.16.* Leonis præcipua generoſitas tum quum colla armóſque veſtiunt iubæ.

IŬBĀTŪS,a,um,Quod iubas habet.{χαίτην ἔχων,ὁ χαιτήεις,χαίτεος. GALLI. Crinu,qui a des crins.ITA. *Zazzeruto,chi a crini.* GERM. Das lang haußhaar hat.HISPANICE.*Coſa con aquellas crines.*ANG. *That hath a mane.*}Vnde Iubati leones dicuntur,qui iubas habent,ad differentiam eorum,qui iubas non habent.*χαιτήεντες.*Iubati angues,id eſt, criſtati,& ceruicib.erecti.*Plaut.in Amph.*Deuolant angues iubati deorſum in impluuium duo.[*Liuius l.2.d.5.*Iubatus anguis.]

IŬBĂR,aris,pen.cor.Propriè eſt ſplendor ſolis aliorumue ſyderum, imaginem quandam ſimilitudinem referens. {יפעה *iphéâh* זהר *zóhar.* αὐγή.GAL.Lueur& reſplandiſſeur,comme du ſoleil & eſtoilles ITA. *Lo ſplendor del ſole ò d'altra ſtella.*GERM. Der ſchein vnnd glantz der ſonnen ſternen/oder auch anderer dingen.HISP. *La charidad del ſolo ò estras eſtrellas.*ANG.*The brigtneſſe of the ſonne or ſtarres.*}*Virg.4 Æn.* Ipſe diem alijs,alijs dum proterit horis,Iubar exorto delecta iuuentus. Et non tantùm de Solis ſeu ſtellæ claritate dicitur,ſed etiam de cuiuſcunque rei ſplendore , vt auri, argenti, gemmarum,aut ſimilium rerum.]Iubar Solis.*Sueton.in Aug.cap.94 Ouid.*Iubar tollit dies.

¶Hinc ad maieſtatem hominis transfertur.*Claudianus,* Per fratris regale iubar.

IŬBĒO, iubes, iuſſi, iuſſum, Impero, præcipio,mando,quaſi ius habeo, {צוה *tſiuváh.* κελεύω,παρεγγέλλω.GALLICE.Commander.ITALIC. *Comandare.*GER.Heiſſen/befehlen.HIS.*Mandar como ſenor.*ANG. *To bidde.*}*Terent.in Eunu.*Iubénè?CH.iubeo,cogo,atque impero. *Quint.9.Decl.*Nam quamuis infeſtum latronibus mare iuſſus intrauerim: neque diſſimulauerim magnas fuiſſe cauſas patri,cur hoc mihi imperaret. [*Pl.Men.ſc 2.a.5.*Inter ancillas ſedere(viros)*Ibid.* Cur accerſiri(meos iubes)ô filia)*ibid ſc.4.a.2.*Vt iuſſiſti atque voluiſti paratum eſt *Pl.aul. ſc. 5. a. 1.* Face quod te ſoror iubet. *Plaut. Milit. ſc 6.a.2.* Lucétne.P.Inquire , iubeo. (q.d. Ego dominus facio poteſtatem) *Ibidem.ſc 2.a.2.* Quin tu pertruncari tibi iſtam linguam iubes?*Ibidem a 2.*Iube tranſire huc.Idem *Curc.ſc.4.a.4* Vapulare ego te vehementer iubeo.*Idem Men.ſc.4.a.1.* Iube ire accubitum (conuiuas.) *Pl.Aſ. ſc.2.a.2.*Iubeo te ſaluere voce ſumma.*Ibid.ſc.7.a.5.*Liber eſto nempe iubes.Iubeo,ſi quid imperij eſt in te mihi.*Ibid.ſc.8.* Liberum te abire iuſſi.] ¶Interdum ponitur pro rogare.*Virg.lib.1. Æn.* Infandum regina iubes renouare dolorem [Pro cogere:*Pl Mil ſc.5.a.2.* Do fidem me intrò ituram quò iubes.(ſuprà dixerat,vt cogis) pro finere, *Pl Moſt ſc.1 a.2.*Iube venire nunc iam(ſenem,vt ludos faciam.) *Ibid.* Potin'vt facias quod iubeo,inquit ſeruus hero minori, &c. *Item Out. 13.Met.*Ecce Ioui monitu Rex iubet incœpti curam deponere belli. *Ibid.*Nec me ſors ire iubebat.]¶Interdum pro precari, optaréque: vt Iubeo te ſaluere,iubes me bene ſperare. *Ter.in Andr.* Iubeo Chremetem ſaluere.¶Interdum pro decernere,*ψηφίζεσθαι*, vt Populus iuſſit, id eſt,decreuit.

¶Inuenitur aliquando hoc verbum cum accuſatiuo. *Luc.lib.2.*Iámq; ſecuturo iuſſurus claſſica Phœbo.Iubere eſt,*inquit Feſt.*nonnunquam decernere.Hinc illud *apud Imperat.*Neque ij,quos leges iubent improbos inteſtabiléſque eſſe,poſſunt in numerum teſtium adhiberi: eſt,quos ſtatuunt ac decernunt.*Caius lib.25.D.de teſtam.* Cùm lege quis inteſtabilis iubetur eſſe,eò pertinet,vt,&c.*Hotom.Apud Cic.*ſæpe lex iubet,& quod illi contrarium eſt,lex vetat.

IŬSSĬO,onis,Iuſſus,us,& Iuſſum,ſi, d eſt,mandatum {מצוה *mitſváh.* πρόσταγμα,ἐπιταγή.GALLIC.Commandement.ITA.*Comandamento.*GER. Ein geheiß.HIS.*El mandamiento.*AN. A *bidding or commanding.*}*Pl. in Amph.*Iouis iuſſu venio.*Pl.in Curcul.ſc.3.a.2.* Poſtquam ſuo iuſſu profectus peruenit in Cariam.[*Idem Pl.Aſin ſc.2.a.1.* Tuo facit iuſſu, tuo imperio paret.*Vide Ouid.Eleg.1.lib.2.& Eleg. ult.lib.4. & Eleg.3. lib.5.Triſt.Idem Eleg.1.lib.2.Triſt.* Non tamen idcirco legum contra ria iuſſis ſunt ea.(à nominatiuo Iuſſum,iuſſi.)]*Virg.4.Æn.* Ille patris iuſſis ſunt ea.(à nominatiuo Iuſſum,iuſſi.)]*Virg.4.Æn.* Ille patris iuſſa exequitur.*Siſen.lib.3.* Tamen Tudertibus tenatuſconſulto & iuſſa exequitur.*Siſen.lib.3.* Tamen Tudertibus ten atuſconſulto & populi iuſſo dat ciuitatem. A iuſſus componitur in iuſſus,us, *Ter. in Hecyr.* Quamobrem incendor ira, te eſſe auſum facere iniuſſu meo, *ἀπαγγέλλων.*

IŬBĬLUM, li , Dicitur id quod ex gaudio voce ſignificatur: nec tamen verbis explicatur.{תרועה *teruáh.* ἀγαλλίασις GAL.Eſcri de ioye.ITA. *Gioia.*GER.Ein freudgeſchrey/iauchtzung vor freud HIS. *La gritò ò algrita.*ANG. *An out cry for ioye.*}*Silius lib.13.* Et læcus *borbolas como de Moros.*ANG.*To ſhout for ioye.*}Iubilare (*inquit Feſt.*) eſt ruſtica voce inclamare.

IŬBĪLĀTŪS,eſt clamor ruſticorum.Quiritatus vrbanorum,*vt oſcendit Valla ex Varronis autoritate.*

IŪCŪNDŪS,a, um, Suauis,gratus,lætitiam & voluptatem afferens: à iuuando dictum,*teſte Cic.2. de Fin.* propterea quod quæ iucunda ſunt,& ſenſus iuuent.{מוב *tób.* καταθύμιος,ἡδύς. GALmentem,& ſenſus iuuent.{מוב *tób.* καταθύμιος,ἡδύς. GALPlaiſant, ioyeux, recreatif, qui donne plaiſir. ITAL. *Sguaue giocondo dilettoſo*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

dilettoso, dolce. GERM. Lieblich/kurtzweylig/ergetzlich. HISP. *Cose que da plazer à otro.* ANGL. *That maketh sport to another, pleasant, delectable.*} Vnde iucundæ literæ, iucunda oratio, iucundus aspectus. *Cic. ad Att.* Fuit mihi sæpe & laudis nostræ gratulatio tua iucunda, & timoris consolatio grata. *Idem 4. in Catil.* Est mihi iucunda in malis, & grata in dolore vestra erga me voluntas. [*Ouid. Eleg. 3. lib. 3. Trist.* Iucundum nostri nescia tempus agis. *Plaut. Pseud. sc. 3. a. 1.* Non iucundū est nisi amans facit fultrè.] *Iucundus homo alteri, Obsequiosus & obtemperans. *Cic. pro Sestio,* Qui institutis maiorum neglexerunt, & imperitæ atque concitatæ multitudini iucundi esse voluerunt. [¶Iucundior: *Tibull. lib. 7.* Cunctis iucundior hospes Icarus.]

iucundĭtās, Oblectatio quædam ex qua nascitur voluptas. {נעימות *nehimáh* ‖ נעים *noēam.* ἡδύτης, ἡδονή, τερπνότης. GALL. Resiouissance, plaisir, recreation ITAL. *Piacere.* GER. Liebligkeit/ergetzligkeit/lust. HI. *Aquel plazer y alegria.* ANG. *Pleasantnesse, reioycing, wirth which is done to some body.* } *Cic. ad Attic.* Nihil mihi vnquam ex plurimis tuis iucunditatibus gratius accidisse, quàm quòd meam Tulliolam diligentissimè coluisti.

iucundē, aduerb. Suauiter, dulciter. {ἡδέως, τερπνῶς, φορτικῶς. GALLIC. Ioyeusement, plaisamment, auec recreation. ITAL. *Giocondamente, con diletto.* GERM. Lieblichen/ ergetzlichen. HIS. *Plazentera y alegramente.* AN. *Pleasantlie, merilie.*} *Cic. 1. de Fin.* Clamat Epicurus is, quem vos nimis voluptatibus esse deditum dicitis, non posse iucundè viui, nisi sapienter, honestè, iustéque viuatur, &c.

iucundor, aris, voluptate, & delectatione afficior. {עלס *nabám.* ἡδύνομαι. GAL. Se recreer, se resiouir. ITALIC. *Hauer piacere, riceuer dilettatione.* GERM. Belustiget oder ergetzt werden. HISP. *Alegrarse.* ANG. *To make ioye full or merie.*} *Lact. lib. 4.* Quotidie autem iucundabar ante faciem eius, quum lætaretur orbe perfecto gaudio affici. ¶Inuenitur etiam iucundo, das. *Augustin. lib. 17. de Ciuitate Dei,* Exaltasti dexteram, iucundasti omnes inimicos eius. Apud Classicos neutrum facilè inuenias.

IVDAEA, dææ, {יהודית *iehúdhah.* ἰουδαία. GER. Das Judisch land in Syrien gelägen } Quæ & Palæstina dicitur, Syrię regio est, à quo Iudaicus, ca, cum, sicut, Achaicus Euboicus: pro Hebræo, Achæo, Euboeo. *Iuuen. Satyr. 14.* Iudaicum ius ediscunt. Diuiditur autem Iudæa in Galilæam, hoc est, in eam partem, quæ Syriæ iuncta est, & Petræam, hoc est, vlteriorem, quæ Arabiæ & Ægypto proxima est, à cæteris Iudææ partibus Iordane amne discreta. Reliqua autem Iudæa diuiditur in decem Toparchias: *quas vide apud Plin. lib. 5. cap. 14.* Dicta autem est Iudæa à Iuda filio Iacob, quum antea terra Chanaan diceretur.

IVDAEI. {יהודים *jehudhim.* ἰουδαῖοι. GERM. Die Juden.} à Iuda filio Iacob dicti sunt. Nam licèt fuerint duodecim tribus, quæ à duodecim filiis Iacob descenderunt, à Iuda tamen primogenito omnes Iudæi sunt appellati: quia (*vt Augustinus inquit*) de stirpe eius regnum veniebat Iudæis. Prophetauerat enim Iacob, dicens, Non deficiet princeps de Iuda, nec dux de femorib. eius, donec veniat qui promissus est. De tribu autem Iuda venit Dominus noster Iesus Christus. [¶Imò Ruben fuit primogenitus ipsius Iacob, *Genes. 46. v. 8. & 1. Paralip. 2. v. 1.* Iuda vero quartus filius numeratur inter filios Iacobi, *Ibid.* & vbique passim. Itaque pro his verbis (*à Iuda tamen primogenito*) repono, (à Iuda tamen inter fratres fortissimo & principe) Hoc enim elogio insignitur ille Iuda *lib. 1. Paralip. cap. 5. v. 2.*]

Iūdaĭcŭs lapis, {אבן יהודית *eben jehudhith.* ἰουδαϊκὸς λίθος.} Inde nomen accepit, quòd in sola Iudæa nascatur. Candidus est, figura glandis, lineis distinctus inter se æqualibus, velut torno factis. *Autor Dioscor. lib. 5.* Retinet nomen in officinis. [¶Iudaici ritus: *Suet. in Tiber. cap. 36.* Iudaicos ritus compescuit.]

Iūdex, Iudicatio, Iudicium. *Vide* IVDICO.

Iūdĭco, as, Ius dico, iudicium exerceo, statuo, decerno. {שפט *schaphát* ‖ דן *dan.* κρίνω, δικάζω. GAL. Iuger. ITA. *Giudicare.* GERM. Richten/ vrtheilen. HIS. *Iuzgar.* ANG. *To iudge.* } *Cic. pro Flacco,* Itaque recuperatores contra istum rem minimè dubiam prima actione iudicarunt. [*Plaut. Curc. sc. 3. a. 5.* Istam rem iudicasti perfidiosè Phædrome.

¶*Liuius lib. 1. ab vrb.* Duumuiros facio, qui Horatio perduellionem iudicent. & paulò pòst, P. Horati tibi perduellionem iudico. (id est te in causa perduellionis iudico.) ¶Iudicare pro Iudices ferre, iudicium indicere, siue diem dicere: *Liuius l. 6. bell. Punic.* Cum trib. pleb. appellati negarent se esse in mora, &c. quoad vel capitis, vel pecuniæ iudicassent priuato: tum Sempronius perduellionis se iudicare Cn. Fuluio dixit. ¶Iudicare sub formula, pro eo quod dicunt, ad rigorem iuris. *Senec. de Clem. 2.* Clementia liberum arbitrium habet, nec sub formula, sed ex æquo & bono iudicat.] *Cicer. Attic. lib. 6.* Consulibus permissum erat, vt de Cæsaris actis cognoscerent, statuerent, iudicarent. ¶Interdum idem est quod æstimare, & opinionem de re aliqua in animo concipere. *Cic. pro Marcello,* Serui itaque etiam iis iudicibus, qui multis pòst seculis de te iudicabunt, & quidem haud scio an incorruptius quàm nos. ¶Cum accusatiuo personæ idem valet quod condemnare: vt, Iudicare aliquem capitis. *Terent. in Adelph.* Hominem maximi pretij esse hodie te iudicaui animo meo. *Cic. de Amic.* Sed vt mihi videris, non rectè iudicas de Catone. *Liu. lib. 6. ab Vrb.* Centurionem nobilem militaribus factis iudicatum pecuniæ quum duci vidisset, medio foro accurrit Iudicatum pecuniæ, dixit, pro eo quod est, iudicatum, vel condemnatum, actione pecuniæ. κατακεκριμένου χρημάτων. *Gell. lib. 20. c. 1.* Quantæque pecuniæ iudicati essent, prædicabatur.

¶Huius composita sunt, Adiudico, Abiudico, Diiudico, & Præiudico, de quibus suis locis. ¶Iudicatum facere, est parère iudicato, & persoluere, quod iudex dependendum esse pronuntiauit. ἐπιτελεῖν τὸ κριθὲν, κατακτίνειν ἢ ἐπιτίνειν τῷ κατακλιθέντι. *Cicero pro Flacc.* Quum iudicatum non faceret, addictus Hermippo, & ab hoc ductus est. ¶Iudicare quempiam creditori, est debitorem ei addicere ita vt abduci possit & vinciri. *Plaut. Menæch.* Nam ego ad Menæchmum, cui iamdiu sum iudicatus, vltrò eò, vt me vinciat. ¶Iudicassit, pro Iudicauerit: antiquum. *Cic. 3. de Legib.* Quum magistratus iudicassit, interrogassitve, per populum multæ pœnæ certatio esto.

Iūdĭcātŭs, a, catum, participium, Cognitus, condemnatus. {שפוט *mischpát* ‖ נדון *nadhón.* κεκριμένος, κατακεκλιθώς. GALLI. Iugé. ITAL. *Giudicato.* GERMAN. Geurtheilt. HIS. *Iuzgado.* ANG. *Iudged.*} *Cic. 4. Ver.* Atque vt aliquando de rebus ab isto cognitis iudicarisque, & de iudiciis datis dicere desistamus. Ne iudicatum sit, id est, ne valeat sententia, *apud Vlp. de Feriis.* [*Plaut. Asin. sc. 2 a. 5.* Iudicatum me vxor abducit domum (i. damnatum.) *Et Gellius c. 1. lib. vlt.* Confessi igitur æris, ac debiti iudicatis triginta dies sunt dati, conquirendæ pecuniæ caussa, quam dissoluerent. (vbi τὸ confessi passiue signifi cat, vt suo loco notauimus suprà.) *Senec cap. 12. de Const. ad Mart.* Sed illud inter res nondum iudicatas habeatur.]

Iudĭcātĭo, onis, Actus vel facultas iudicandi, {משפט *mischpát* ‖ דין *din.* κρίσις. GALLIC. Iugement. ITA. *Giudicio.* GERM. Ein vrtheilung/ entscheidung. HIS. *Iuyzio.* ANG. *A iudging.*} *Quint. lib. 6. cap. 5.* Consilium est ratio quædam alte petita; habétque in se inuentionem & iudicationem. ¶Interdum Iudicationis nomine id dicitur, quòd in iudicium venit, & in quo præcipuus causæ totius cardo versatur. τὸ κεφάλαιον. *Cicero 2. de Inuention.* Quæstio in coniecturali eadem quæ iudicatio.

Iudĭcātŭs, us, ui, Iudicatio, iudicandi facultas, vel officiū iudicis. {משפט *mischpát* ‖ דין *din.* δίκασις. GALLIC. Iugement, pouuoir & autorité de iuger. ITAL. *Guidicio.* GERM. Das ampt oder der gewalt zu vrtheilen. HIS. *Iuyzio.* ANG. *A iudging or power to iudge.*} *Cic. ad Att. lib. 12.* De Cocceio & Libone, quæ scribis, approbo: maximè quod de iudicatu meo responsum sit. *Gell. lib. 14. cap. 2.* Iuraui mihi non liquere; atque ità iudicatu illo solutus sum. (i. iudicandi munere.)].

Iudĭcātum, ti, In iudicio statutum. {משפט *schephót.* τὸ κεκριμένον, τὸ κακοξύλου φόρημα. GALLIC. Chose iugee & decidee. ITA. *Cosa giudicata.* GER. Eines gerichts rechtlicher auffspruch. HISP. *Cosa iuzgada.* ANG. *That is receiued by iudgement.*} Est vt ait *Cicer. 2. de Inuent.* de quo iam ante sententia alicuius aut aliquorum constitutū est. *Ibid. lib. 1.* Iudicatum est res assensione, aut autoritate, aut iudicio alicuius, aut aliquorum comprobata. *Idem pro Flacco,* Frater meus pro sua æquitate, prudentiáque decreuit, vt si iudicatum negaret, in duplum iret.

Iudĭcātō, aduerb. Maturo iudicio, & non temerè. {προνοήτως, μετὰ κρίσεως. GAL. Auec iugement. ITAL. *Con giudicio.* GER. Mit zeytigem vrtheil. HIS. *Con iuyzio.* ANG. *With faking aduisement, not rashly.*} *Gel. lib. 14. c. 1.* An ita serio iudicatóque pronuntiaret.

Iūdex, cis, Cognitor controuersiæ & disceptator, dicitur autem iudex quasi ius dicens, aut iure disceptans. {שפט *schophét* ‖ דיין *daiján.* κριτὴς, δικαστής. GAL. Iuge. ITAL. *Giudice.* GERMAN. Ein richter. HISP. *El juez.* ANG. *A iudge.*} Iure autem disceptat, est iustè iudicare. Est itaque iudex, qui ex iurisdictione propria, aut sibi delegata & commissa, ius habet causas litigantium cognoscendi. Et qui ex propria iurisdictione illud habet, dicitur iudex ordinarius: qui verò ex delegata, dicitur delegatus, seu extraordinarius. Itaque olim omnes iudices fuerant extraordinarij. Non enim ex propria sua potestate iudicabant, sed pro potestate sibi à prætore commissa. Prætor enim omnium priuatarum causarum iudices dabat. [¶Iudex est iustitiæ antistes. *Gell. c. 4. lib. 14.* In iudicem legi, & de iudicis officio. *Idem Gell. c. 2. lib. 14.* ¶Iudices à tricesimo quinto anno allegi soliti. Augustus Cæsar primus à tricesimo ætatis anno allegit, i. quinquennio maturius, quàm solebant; vt auctor est *Sue. in Aug. c. 32.* Iudices ex animi sui sententia pronuntiabant. *Quint. declamat. 312. Pl. Pſſc. 2. a. 2.* Res agitur apud Iudicem. *Sene. c. 4. de Const. ad Mart.* Fama Iudex principum liberrima. *Plau. Most. sc. 2. a. 4.* Ad populū, vel in iure apud Iudicem res est. *Ouid. Eleg. 1. lib. 1. Trist.* Iudicis officium est vt res, ita tempora rerum Quærere.] *Cic. pro Sext. Rosc.* L. Cassius ille; quem populus Romanus verissimum & sapientissimum iudicem putabat; idemtidem in causis quærere solebat, cui bono fuisset. ¶Iudex rerum, prò æstimatore. *Hor. 2. Serm. Sat. 7.* at ipse Subtilis veterum iudex & callidus audis. *Cic. 3. de Finib.* Quia te æquissimum habeo eorum studiorum, quæ mihi communia tecum sunt, æstimatorem & iudicem. [*Ouid. 13. Met.* Difficilem tenui sub iniquo iudice caussam. *Idem Eleg. 1. lib. 2. Trist.* Res quoque priuatas statui sine crimine iudex. *Ibid.* Nec mea (fugæ) selecto iudice, &c. *Idem Eleg. 7. lib. 3. Trist.* Sæpe tui iudex (in scriptis scilicet) sæpè magister eram. *Idem Ouid. Eleg. 4. li. 4 Trist.* Probabat meum ingenium plusquam me iudice dignus eram.]

Iūdĭcium, cij, Est legitima disceptatio duorum aut plurium coram iudice. {משפט *mischpát* ‖ דין *din.* κρίσις, δίκη. GAL. Iugement. ITA. *Giudicio.* GER. Ein gericht. HI. *El iuyzio.* ANGL. *Iudgement.*} [*Plau. Curc. sc. 3. a. 5.* Hoc iudicium meum est. paulò ante; vt scire possit meam sententiam: (de arbitro.) *Idem Pſ. sc. 1. a. 1.* Nihil hoc Iouis ad Iudicium attinet. (i. arbitrium & potestatem) *Liu. lib. 1. dec. 5.* Sub ius iudiciúmque suum redegit. (i. potestatem.) *Cæs. lib. 1. de bell. ciu.* Docét sui iudicij rem nō esse. (i. voluntate sua non fieri.) *Idem l. 2. de bell. ciu.* Iudicia in priuatos reddere. *Ibid.* Iudicium de re facere, pro iudicare. ¶Iudicia suprema (i. testamentum) *Quint. & Sue. in Aug. c. 66.* Amicorū tamen suprema iudicia morosissimè pensitauit, &c. *Pl. Amph.* Rationes iacent; iudicium silet. (i. ea res discerni & diiudicari non potest.) *Senec. l. 12. de Tranq.* Prosequi iudicium sæpè litigantis, vel sponsalia sæpe nubentis. *Ouid. Eleg. vlt. lib. 4 Trist.* Otia iudicio semper amata meo. *Velleius:* Petulantis conuitij iudicium histrionem ex alto redditur. ¶Priuata iudicia. *Gell. c. 2. l. 14.*] *Cic. pro Cecinna* Omnia iudicia aut distrahendarum controuersiarum, aut puniendorum maleficiorum causa reperta sūt. *Idem Qu. Rosc.* Aliud est iudiciū, aliud arbitriū: iudiciū est pecuniæ certæ, arbitrium incertæ. Capitale iudicium, *Quint. lib. 4. c. 1.* Iudiciū capitis. *Cic. 1. Tusc.* Accipitur etiā iudiciū pro existimatione, siue opinione alicuius. *Cic. de Clar. Orat.* Intráque parietes aluit eam gloriam, quam nemo quidem meo iudicio est consequutus.

Iudĭcālis, & hoc le, quod ad iudicium pertinet, iudiciarius, vt, Iudiciale genus causarum. {δικανικός. GALL. Iudicial, des appartenances de iugement. ITAL. *Ciò che à giudicio s'appartiene.* GERM. Das zu dem gericht gehört. HISP. *Cosa perteneſciente al iuyzio.* ANG. *That perteineth to iudgement.*} *Cic. 1. de Inuen.* Iudiciale est, quod positum in iudicio, habet in se accusationem & defensionem; aut petitionem & recusationem. Iudiciales suppressiones. *Cic. pro Cluent.* iudicialis molestia; *Cic. ad Attic.* [Officium iudiciale, *Gellius c. 2 lib. 14.* De his, & cæteris huiusce modi iudicialis officij tractatibus, cum erit otium, dicere quid sentiamus, conabimur.]

Iudĭcĭārĭus, a, um, Quod ad iudicem, siue ad iudicium pertinet: vt,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Controuersiæ iudiciariæ, δικαστικὰς. *Cic. 3. Ver.* Vt finis aliquando iudiciariæ controuersiæ constitueretur. *Cicer. pro Cluent.* Hic ille planus improbissimus quæstu iudiciario pastus, &c. *Idem in Pisonem*, Ecquid vides, ecquid sentis, lege iudiciaria lata, quos posthac iudices simus habituri? Leges iudiciariæ, i. ciuiles: *Sueton. in Aug. c. 56.* vt legibus iudiciariis tenerentur. Res iudiciaria, *Gel. cap. 2. li. 14.* Vt ad iudicandas lites vocatus, rem iudiciariam, ex mucis, quod aiunt, magistris, (id est libris) cognoscerem.]

IVERNIA, ἱερνία. *Steph.* {GE. Irrland.} Insula est in Septentrionali Oceano, tantùm fere Britannia distans, quantum Britannia ipsa distat à continente. *Cæs.* Hyberniam vocat, Mela Iuuernam: quo nomine etiam *Iuue.* eam appellat *Sat. 7.* arma quid vltra Littora Iuuernæ promouimus, & modò captas Orcadas, & minima contentos nocte Britannos? Strabo etiam ἱέρνην nominat: quem videtur sequutus *Claud. de 4. Honory Consulatu*, Scotorum cumulos fleuit glacialis Ierne. Vulgus *Irlandiam* vocat.

Iugalis, Iugamentum, *Vide* IVGVM.

Iugere, dicuntur mului, quum vocem emittunt. *Festus.*

Iugerum, ri, pen. cor. {עֹנֶת *mahanáh.* τὸ πλέθρον, τὸ πλέθριον. GA. Autant de terre que deux bœufs accouplez peuuent labourer en vn iour, deux arpens de terre. ITA. *Campo, spatio di terra che vn giorno si ara con vn paio di buoi* GE. ein juchart/ist ein feld 240. schuch lang/vnd 120. schuch breit. HISP. *Vna obrada de vn par de buyes, espacio de tanto campo quanto puede arar vn par de buyes en vn dia.* ANG. *Halfanacre so much land as two oken yoked together can plough in a day.*} In singulari frequentiùs est secundæ declinationis, & in plurali sæpiùs per tertiam declinatur, iugera, iugerum, iugeribus ab antiquo nominatiuo iuger vel iugus, à quo adhuc in vsu sunt genitiuus iugeris, & ablatiuus iugere. Similiter à nominatiuo iugerum legitur adhuc datiuus & ablatiuus pluralis iugeris. *Varro lib. 1. de Re rustic.* In Hispania vlteriore metiuntur iugis, in Campania versibus, apud nos in agro Romano ac Latino iugeris. De genitiuo iugeris, *testimonium est apud Pomponium Melam.* Sed vltrà (inquit) quàm canalem habet, euehi plus iugeris spatio sublimis. Ablatiuo iugere vsus est *Tibullus*, Vt multo innumeram iugere pascat ouem: [*Et Plau. Men. sc. 5. a. 5.* Non potest hæc res Ellebori iugere obtinerier.] Est autem iugerum mensura, quam *Hieronymus* Mathematicus ducentis pedibus contineri scribit. πλέθρον. *Quintilian.* autem ducentis quadraginta pedibus in longitudinem, dimidij in latitudinem: à iugo dictum, *teste Plin. libr. 8.* eò quòd tantum ferè spatij vno iugo boum in die arare possit. [*Gellius cap. 3 lib. 7.* Colonis prohibitum plus quinquenta iugera habere. *Liu. l. 2. d. 5.* Iugerum agri pater mihi reliquit.] *Varro lib. 1. c. a. 10.* Iugerum, quod quadratos duos actus habeat. Actus quadratus, qui & latus pedes centum viginti, & longus totidem: is modius, ac mina Latinè appellatur. Iugeri pars minima dicitur scrupulum, id est, decem pedes, & longitudine & latitudine quadratum. Alij iugerum inde dictum putant, quod constet ex duobus actibus quadratis simul iunctis. *Colum. lib. 5. ca. 1.* Ioquens de actu quadrato, Hoc duplicatum facit iugerum: & ab eo quod erat iunctum, nomen iugeri vsurpauit. ¶ A iugerum fit compositum semiiugerum, quod continet dimidium iugeri, hoc est, centum & viginti pedes in longitudinem, & sexaginta in latitudinem. Galli olim etiam vocauerunt *Arepennum, vt testatur Co um. lib. 5. ca. 1.*

Iugeratim, Per singula iugera. {κατὰ πλέθρα. GAL. Par[chasque deux arpens.] IT. *Per ciascun cosi fatto spatio.* GERMA. Von iuchart zu iuchart/ durch alle juchart HISP. *De obrada en obrada.* ANGLIC. *Acre by acre.*} *Colum. lib. 3. ca. 3.* Vt primæ vineæ centenas amphoras iugeratim præberent.

Iuges, Iugis, *Vide* IVGVM.

Iuglans. Est quæ per antonomasiam nux appellatur, & inter nuces primum locum obtinet. {ἀμυγδάλη βασιλικόν. GA. Noix. IT. *Noce.* GE. ein baumnuß HI. *La nuez* ANG. *A wallnutt.*} dicta quasi Iouis glans, *teste Macrobio.* Creditum est enim hoc nucis genus Ioui sacrum esse, quòd hæc arbor inter omnes suauissimum ferat fructum. Cleratius, *referente Macrobio*, Diuglandem primò vocatam scribit, quasi διὸς βάλανον: postea detractione primæ literæ, iuglandem. *Cic. 5. Tusculan.* Instituitque vt candentibus iuglandium putaminibus barbam sibi & capillum adurerent. Constat sanè apud antiquissimos maximo in honore fuisse glandem, antequam mortales ad mitiorem vitæ cultum se conuerterent, vt quæ simplici vitæ atque innocuæ alimenta præbebat. Hinc veteres quasi honoris gratia, Iuglandem quasi Iouis cibum nuncupauêre. ¶ Hanc nucem ob excellentiam Græci basilicam appellant, quasi nucem regiam. *Plinius*, Et iuglandes è Persidè à regibus transiatis, indicio sunt Græca nomina. Optima earum genera sunt, quæ Persica atque basilica vocant. Persica quidem intantum augentur, vt putamen rumpant, ideóque molluscæ nuces, à putaminis mollitie vocitantur. ¶ Est aliud nucis iuglandis genus, quæ Tarentina dicitur, fragili putamine, & ita mollis, vt vix attrectata frangatur, & auium furto semper exposita. Vnde quidam Tarentum appellatum putant, quòd nuces iuglandes, & pineas molles habeat, ac similiter oues Tarentum autem Sabini vocant, quod nos dicimus molle, ad quod alludens *Horatius* molle Tarentum vocauit. Secundum inter nuces locum obtinet pinea, exiles nucleos habens quamuis totius corporis magnitudine alias superet. Hæc Syluestris pinus dicitur ad differentiam alterius, quæ vrbana vocatur. Est & tertium genus eius, quæ pinus picea appellatur, quòd piceæ potiùs quàm pino similis sit: idcirco etiam apinam vocant, quasi minimè pinum. Nux hæc autem verius, quàm putamen, adeò mollem habet, vt simul mandatur. Quartum genus, apinastrum vocant. Tertio loco numerantur auellanæ, quas antea abellinas patrio nomine constat vocitatas, ab Abellino Campaniæ oppido, vbi abundant, cæteris minores: vnde à Satyrico poeta Nuces nuces vocantur. Proprium arboris nomen est corylus. Eædem & Prænestinæ vocantur, quòd his Prænestini abundent; vel quod à Pœnis obsessi hoc nucis genere famem toleraverint: *vt refert Macrobius libro 3. Saturn.* & Pontricæ, quod in Asiam Græciámque primò è Ponto venêre, *inquit Plinius.* Hinc illud Papinij ex Hendecasyll. Quicquid nobile Ponticis nucetis, Dehinc sequitur amygdala, nucletum habens dissimilem latitudine. Hæc & nux Græca vocatur, & Thasia à Thaso insula Thraciæ adiacente, è regione Nessi fluuij, olim Æria, & Æthria dicta: cuius populi Thasij vocantur. Postea nux castanea armata echynato calyce, quæ & Heracleotica. Sunt & castaneæ triangulari forma, quæ in aqua nascuntur, & coctiuæ vocantur. ¶ *Dauid Kyberus* in lexico rei herbariæ conicit Iuglandem dictam, quòd glandem iugulet, propterea quod natiuum quoddam dissidium sit inter iuglandem & quercum, vt quercus emoriatur, si iuglandi sit vicina. *Plin. lib. 14. cap. 1.* Sunt vero Iuglandis partes Gulnoca, Carina, Nauci. Gulnocæ iuglandium mala & viridia putamina apud veteres nominantur. Carina, meta ocrea loculamentum seu cortex durior in iuglande. Nauci membranula quæ in nucis iuglandis est medio.

Iugo, Iugas, *Vide* IVGVM.

IVGVLÆ, læ, Signum est cæleste, quod & Orion dicitur. ἀέριον de qua *Varro*, Iugula signum est, quod Accius appellat Orionа, quam alij Citius Orion patefir. Huius signi caput dicitur ex tribus stellis constare, quas infra duæ claræ, quas appellant humeros: inter quas quod videtur, iugulum: vnde Iugula dicta. *Plaut. in Amph.* Neque Iugula, neque Vesperugo, neque Vergiliæ occidunt.

Iugulus, li, penultima correpta, vel in neut. gen. Iugulum ferè accipitur pro colli parte anteriori, in qua aspera arteria cernitur eminere. {δειρή. GALLIC. Le gosier ou gauion. ITA. *Gola, στροφάγξ.* GERM. Das gürgelein vmb den knopff am halß. HISPA. *El cuello, ò garganta, ò asilla.* ANGLIC. *The fore parte of the neck where the windpipe is, the throte.*} Periti tamen rei anatomicæ iugulos appellant concauitates duas in summa thoracis parte sub claui bus sitas: quorum alterum dextrum, alterum sinistrum iugulum nominant, Græcè σφαγαὶ dicunt. *Plin. lib. 11.* Vni homini sunt duo iugali, dextrum, & sinistrum. *Corn. Celsus lib. 8.* A dextro iugulo si id factum est, ad alam sinistram: à sinistro, ad dextram. Neutro genere vsus est *Cic. de Fato*, Quòd iugula concauata non haberet. Passim tamen iugulus pro parte anteriore colli accipitur, qui locus quia maximè lethalis est, & penetrabilis, factum est, vt Iugulare accipiatur pro quouis modo perdere. ¶ Dare, præbere iugulum, & petere iugulum. *Cic. pro Mil.* Quod si ita putasset, certè optabilius Miloni fuisset dare iugulum P. Claudio non semel ab illo, neque tum primùm petitum: quàm iugulari vobis, quia se illi non iugulandum tradidisset. [*Senec. cap. 11. de Tranquill.* Præbere iugulum.] ¶ Ostentare iugulum pro capite alicuius, est se obicere periculo capitis pro vita alterius. *Cic. ad Attic. lib. 1.* Me vero teste producto, credo te ex acclamatione Clodij aduocatorum audisse, quas consurrectio Iudicum facta sit, vt me etiam circumstetterint, vt aperte iugula sua pro meo capite P. Clodio ostentarint. *Virg. 10. Æneid.* Hæc loquitur, iugulóque haud inscius accipit ensem. *Ouid. 1. Metam!* Obsidis vnius iugulum mucrone resoluit. [¶ Iugulare curas. *Martial. epigr. 50. lib. 8.*] ¶ In agendis causis iugulum petere dicitur Orator, cum id, quod firmissimum in causa aduersarij habent, inuadit, vt illius tanquam iugulum petere videatur. ἐνδυκνεῖν. *Quint. lib. 8. cap. 6.* Nam illa agendis causis iam detrita, Pedem conferre, & Iugulum petere, & Sanguinem mittere, inde sunt, nec offendit tamen.

Iugulo, as, Iugulũ incido, interficio. {שָׁחַט שָׁחָה *schachát. schachah.* σφάζω. GALLIC. Couper la gorge, esgorger, esgorgeter. ITA. *Scamare.* GERM. Die gurgel oder den halß abstechen/ tödten. HISP. *Degollar, cortar el cuello.* ANG. *To kill, to cutt a throte.*} Cic. 5. *Tusc.* Nec grunnitum audiunt, quum iugulatur sus. *Liu. 4. bel Pun.* Inter hæc abstractam penetralibus iugulant. Et non solùm de gladio, sed etiam de morbo dicitur. *Cels. lib. 3.* Quartana neminem iugulat. ¶ Transfertur interdùm ad inanimata. *Martialis*, Scelus est iugulare Falernum. ¶ Iugulare hominem suis verbis. *Terent. in Eunuch.* Pulchrè mehercle dictum, & sapienter, papæ! Iugularas hominem, quid ille? Sic *apud Cic. Ver.* Iugulari sua confessione. Iugulari suo gladio suóque telo dicitur, qui suis ipsius dictis teneri incitur, aut qui suo inuento, dolóve capitur: denique in quem quocunque modo seu dictum, seu factum reorquetur, quod ab ipso profectum sit. *Vide Adagia Erasmi.* Iugulare gladio plumbeo, hoc est, facilè, nulloque negotio aliquem conuincere, seu reum peragere. *Cic. ad Attic. lib. 1.* Quum illum plumbeo gladio iugulatum tamen iri diceret.

Iugulatio, tionis, Cædes, interfectio. {שְׁחִטָה שֹׁחַט *tibehâh* שֹׁחֵט *tébach.* σφαγὴ, σφαγεῖον. GALL. Esgorgement, coupement de gorge. ITALIC. *Lo scannare.* GER. Erwurgung/ tödung. HISP. *Degollamiento, obra de cortar el cuello.* ANGL. *A throtecutting.*} *Hirtius seu Oppius 6. bell. Hispan.* Iugulationes oppidanorum factæ.

Iugum, iugi, Vertex siue cacumen montis, {רֹאשׁ *rosch.* κορυφὴ, ἄκρον. GA. Le sommet ou coupet d'vne montagne. ITA. *Sommità di monti.* GER. Der spitz oder gipffel eines bergs. HISP. *La cumbre del monte alto.* ANG. *The toppe of a montane.*} *Virg. 5. Eclog.* Dum iuga montis aper, fluuios dum piscis amabit. *Cæsar 4. bell. Gall.* Tandem Germani à dextro latere summum iugum nacti hostem loco depellunt. *Ouid. 1. de Remed. amor.* Nunc tua frondosis retia tende iugis. ¶ Est & lignеum instrumentum, quo iunguntur boues, & arctantur. ¶ Deductum à Græco ζυγὸς, ζ in ι & ὑ in υ mutata. {עוֹל *ból.* ζυγὸς, ζυγός. GA. Le joug. IT. *Giogo, pajo.* GERM. Ein joch. GALLI. Vn joug, vn couple. ITAL. *Giogo, pajo.* GERM. Ein joch. HISP. *El yugo para vnir les animales.* ANG. *A yoke or couple.*} *Plin lib. 8. cap. 16.* de leonibus, Iugo subdidit eos, primusque Romæ ad curtum iunxit M. Antonius. *Idem lib. 10. cap. 45.* Leones iugum subeunt. ¶ Accipitur & pro pari boum. {צֶמֶד *tsémed.* GAL. Vn couple de bœufs, vne paire de bœufs. ITA. *Vn pajo di buoi.* GERM. Ein par ochsen oder rinder. HISP. *La yunta de vn par de bueyes ò otros animales.* ANG. *A yoke of oxen.*} *Cic. 5. Ver.* Quid qui in singulis iugis arant, qui ab opere ipsi non recedunt, &c. *Plin. lib. 9. cap. 15.* Nec nisi boum iugis extractus. [*Ouid. Eleg. 6 lib. 4. Trist.* Præbet & incurua colla premenda iugo. *Idem ibidem*, Scilicet & veteres fugiunt iuga cervices. ¶ Et *Metaphor.* mulier dicitur ferre iugum, quæ cum viris: *Plaut. Curc. sc. 1. a. 1.* Iámne ea fert iugum? patibat cum vitis: *Plaut. Cure. sc. 1. a. 1.* Iámne ea fert iugum? patibat cum viris.] ¶ Ad seruitutis malum atque incommodum erebro infrà Phædromus ita respondet: Illa est pudica, neque dum cubitat cum viris.] ¶ Ad seruitutis malum atque incommodum erebro *Cicero* transfert *1. Philipp.* Patriæ liberatores vrbe carebant ea, cuius à

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

cruicibus iugum ſeruile deiecerant. [*Senec. cap. 1. de Conſol. ad Marc.* Subactis omnium ceruicibus ad Seiani iugum adactis.] Hinc iactare iugum apud Iuuenalem, pro incommode ferre ſeruitutis neceſſitatem. ¶ Trahſtatum à bubus nondum aſſuetis iugo. ¶ Item lignum telæ. ¶ o texores telam conuoluunt. *Ouid. lib. 9. Metam.* Tela iugo iuncta quatiebat arundo. ¶ Præterea iugum dicebatur ſub quo ineuntium fœdere

burdens or do any labour.} Cuius appellatione continentur animalia, quæ vel sarcinas gerunt, vel currus trahunt, vel terram excolunt. *Columella in præfatione lib. 6. cap. 3.* Nec tamen vlla regio est, in qua modo frumenta gignantur, quæ non vt hominum, ita armentorum adiumento iuuetur. Vnde etiam iumenta à re traxere, quòd nostrum laborem vel onera subuectando vel arando iuuarent. *Plin. lib. 8. ca. 8. de animal.* Omnes autem iumentorum in iis terris dorso funguntur. Columella ferè iumenti nomine intelligit equos, non autem boues, *vt lib. 1. cap. 6.* Nec altiùs edita esse præsepia conuenit, quàm vt bos aut iumentum sine incommodo stans vesci possit. *Idem lib. 6. cap. 19.* Machina fabricanda, qua clausa iumenta bouésque curentur. [Iumenta sarcinaria, *Cæsar lib. 1. de bell. ciu.* appellare videtur quæ nos Galli vocamus Muletz, ou bien, Cheuaux de bagage.] ¶Est & iumentum vehiculi genus, ζεύγλη, quod adiunctis pecoribus trahebatur, quod à iungendo Gellius dictum existimat. *Gellius libro 20. cap. 1.* [Iumentum dicitur pecus aliquod vnicum tergo vehens. Et paulò pòst, Iumentum quoque, inquit,] non id solùm significat quod nunc dicitur, sed vectabulum etiam, quod adiunctis pecoribus trahebatur. Veteres enim nostri iumentum à iungendo dixerunt. [Vocabant & alio nomine, nempe Iunctum vehiculum, *vt apud Liu.* Vehiculo iuncto vti, idem est quòd Iumento vti.] ¶Suo iumento sibi malum accersere, dicitur qui ipse sibi malorum est autor, tanquam suo sumptu, sua opera, quasi suopte plaustro malorum sarcinam apportet sibi. *Plaut. in Amph.* [¶Superiumentarius pædagogus, *Suet. in Claud. cap. 2.* Diu & sub pædagogo fuit? quem Barbarum & olim superiumentarium, ex industria sibi appositum, vt se quibuscunque de caussis, quàm sæpissimè coerceret, ipse quodam libello conqueritur.]

Iuncus, ci, à iungendo, quoniam vsus eius ad iuncturas vtilis est. {אגמון *aghmón* גמא *ghóme*, σχοῖνος, βρύλλιον. Gallice. Ionc. Ita. *Gionco.* Ger. Ein bintz His. *El iunco.* Ang. *A bulrushe.*} Iuncorum autem multæ sunt species, *de quibus vide Plinium lib. 21. cap. 18.* Molli iunco detexere aliquid. *Virgil. 1. Eclog.* Palustres iunci, *Ouid. 8. Metamorph.* Limosus iuncus. *Virg. 1. Eclog. Tibullus lib. 2. Eleg. 3.* Et fiscella leuis detexta est vimine iunci.

Iuncŭlus, diminutiuum, {σχοινίον. Ga. Petit ionc. It. *Picciolo gionco.* Ger. Ein bintzlein. His. *Pequeno iunco.* An. *A litle bulrushe.*} ¶Iunculos item vocabant cibi genus ex opere dulciario, qui ad similitudinem iuncorum figuratus erat, quales hodie in opere pistorio venales conspiciuntur. Est etiam opus lactarium siue coagulatum instar metæ formatum, iuncis inclusum, quæ meta lactis à Martiale dicitur. Vulgus *Iuncatam* à iuncis nominat.

Iuncĕus, a, um, Quod est ex iunco, iuncinus. {σχοινος, βρύλλινος. Gall. De ionc. Italice. *De gionco.* Ger. Bintzin. Hispani. *Cosa de iunco.* An. *Of a bulrushe.*} [vt iuncea vincla, *Ouid. 4. Fastor.*] Iuncea cratis, *Plin. lib. 21. c. 14. Et apud Columell. lib. 11. c. 6.* Iuncea sporta. ¶Per translationem virgo iuncea, id est tenuis, gracilis, & in modum iunci tenera. *Terent. in Eunuch.* - deducunt cibum Tametsi bona est natura, reddunt curatura iunceas.

Iuncĭnus, adiect. Iunceus, ex iunco factum. {σχοίνινος. Gal. Fait de ionc. Ita. *Fatto di gionco.* Ge. Auß bintzen gemacht. Hi. *Hecho de junco.* An. *Made of a bulrushe.*} *Plin. l. 15. cap. 7.* Sic Rhodinum è rosis, iuncinum è iunco.

Iuncōsus, a, um, Iuncis plenum. {σχοινώδης. Gallic. Plein de ioncs. It. *Pieno di gionchi.* Ge. Bintzechtig. His. *Leno de juncos.* An. *Full of bulrushes.*} *Plin. lib. 18. ca. 6.* Iuncosus ager verti pala debet. Littora iuncosa, *Ouid. lib. 7. Metam.*

Iuncētum, ti, Locus iuncis consitus. {מוץ *suph.* σχοινών. Galli. Ionçaye, lieu où croissent les ioncs. It. *Luogo donde sono molti gionchi.* Germ. Ein orth da viell bintzen stehen, ein riedt. His. *Lugar donde nascen muchos juncos.* An. *A place where bulrushe groweth.*} *Varro 1. de Re rust. c. 7.* Primum genus quod dixi, maximè quærit ialicta: secundum arundineta, tertium iuncta.

Iuncus odoratus, à rosę odore, quem spirat nomen accepit, σχοῖνος ἀφάτου πλάτος. Scapo est exili, rubente, flore copioso, vinoso, sapore linguam mordicans. Præstantissimus nascitur in Nabathæa, proximus in Arabia, deterior in Africa. *Vide Plin. li. 12. c. 22.*

IVNGANNI, *vide* INGANNI.

Iūngo, gis, xi, ctum, Connecto, compono, coniungo, quasi in vnum ago, {חבר *chibbér* הדביק *hidhbik* חצמיד *hitsmidh.* ζεύγνυμι. Gal. Ioindre, accoupler. Italic. *Giungere, congiungere.* Ge. Fügen/oder zusammen fügen. Hisp. *Ayuntar.* Ang. *To ioyne or couple together.*} *Plinius li. 11. cap. 32.* Ceruix articulorum nodis iungitur. Sapientia iuncta eloquentiæ, *Cicer. de claris Oratoribus. Vir. 8. Æneid.* Queis neque mos neque cultus erat: nec iungere tauros, Aut componere opes norant, aut parcere parto. [*Tibull. Eleg. 1. lib. 1.* Iungere amores. *Liu. lib. 4. dec. 4.* Iungere amicitiam, semel atque iterum. *Sueton in Cæs. c. 81.* Iungere dextras cum Ioue. *Ouid. Eleg. 4. lib. 3.* Amicitias & tibi iunge pares. *Idem Eleg. 1. lib. 2. Trist.* Iunxit Aristides Milesia crimina secum.] ¶Huius cōposita sunt, Abiungo, Adiungo, Coniungo, Disiungo, Deiungo quod est separo. *Plau. in Asin.* Ne vos deiungat amantes. Iniungo, interiungo, subiungo, & seiungo.

Iūnctŭs, participium, {מחבר *mechubbár* מדבק *mudhbák* נצמד *nitsmádh.* ζευγνύμενος. Gal. Ioint, accouplé. Ita. *Congiunto.* Germa. Zusammen gefügt. His. *Ayuntado.* An. *Sett or ioyned together.*} Amor legitimo fœdere iunctus, *Ouid. 2. Trist. Eleg. 7.* Puella iuncta matrimonio, *Liu. 10. bell. Pun. Idem Liuius*, Iuncto vehiculo vti, pro eo quod iumento vti, dicebant veteres; vide Iumentum, suprà. *Plaut. Men. sc. 2. a. 5.* Equos iunctos iubes cápere indomitos. *Ibidem*, Equis iunctis minitari, *Ouid Eleg. 1. lib. 2. Trist.* Legitimo fœdere iunctus amor. *Plaut. Men. sc. Ædepol.* Me iunctis quadrigis minitatus es prosternere. *Tibull. lib. 4.* Seu iunctum cernere martem libeat. *Ouid. Eleg. 1. lib. 4. Trist.* Et mecum iuncti criminis acta rea est.]

[Iunctior, & iunctissimus: *Ouid. Eleg. 6. lib. 3. Trist.* Nec tibi me tota iunctior vrbe fuit. *Idem ibid* -Nobis vsu iunctissime longo. *Senec. Controuers. lib. 10.* Seueri hominis Labieno iunctissimi bellè res ferebatur, &c.

Iūnctio, ctionis. Coniunctio. {מחברת *machbáreth.* σύζευξις. Gal. Coniunction. Ital. *Congiuntione.* Germ. Zusammen fügung. His. *Ayuntamiento.* An. *A ioyning or setting together.*} *Cic. 1. Tusc.* Est enim interitus quasi discessus & secretio earum partium, quæ antè iunctione aliqua tenebantur.

Iūnctūra, æ, Commissura, coniunctio. {דבק *debék.* σύζευξις.} *Colum. lib. 2. c. 2.* Hoc enim genus iuncturæ maximè probatum est. Genuum iunctura. *Ouid. 2. Met.* Iunctura verborum, id est compositio. *Quint. lib. 9. c. 4.* [*Idem Quintil.* Inter iuncturas verborum reuocare spiritum. *Sueton. in Aug.* Inter iuncturas lapidum enata palma. *Sueton. in Aug. cap. 91. Sene. Epist. 77.* Iuncturæ nauium aquam excludentes. *Gell. c. 3. lib. 5.* Iunctura fascis lignei.]

Iūnctim, aduerbium, Sine interuallo. {ἀπαύστως. Gall. Tout ioignant tout ensemble Ita. *Insieme, giuntamente.* Germ. Aneinanderen/oder miteinanderen His. *Ayuntadamente.* An. *Iointly, without distance.*} *Suet.* Magistratus & maturius inchoauit, & penè iunctim percurrit.

Iūnīcēs, penul. prod. Teneræ ætatis boues fœminæ, quæ iam cessarunt vitulæ esse, necdum tamen ad summam magnitudinem peruenerunt, dictæ quasi iuuencæ, à iuniori ætate {פרה *parâh.* δαμάλιδες. Gal. Genices, ieunes vaches. Ital. *Manzuele, torelle.* Germ. Rütälblein. His. *Mugeres, mancebas, ò nouillas.* Ang. *Haifers.*} *Persius Satyr. 3.* Tot tibi quum in flamma iunicum omenta liquescant. Nominatiuus singularis est iunix. *Plaut. in Milit.* Quam mox ad stabulum iunix recipiat se de pabulo. Mares autem in eadem ætate, iuuenci, μόσχοι appellantur.

Iūnīcŭlĭs, Palmes vetus in magnam longitudinem, & ad quartum vsque pedamentum porrectus, quod alio nomine draconem vocant, ad masculeta conficienda idoneum. *Plin. lib. 17. cap. 25.* Nec vererem placet palmitem in longum & ad quartum vsque pedamentum emitti, quod alij dracones, alij iuniculos vocant, vt faciant quæ masculeta faciant.

Iunior, *Vide* IVVENIS.

Iūnipērŭs, peri, pen. cor. {{{ רתם *rothém.* ἄρκευθος. Gal. Genieure, ou geneure. Ita. *Ginebro.* Germ. Wachholterstaud. His. *El enebro.*} Arbuscula quæ in locis arenosis frequens nascitur, pro foliis spinas habens perpetuò virentes: vnde & topiario operi idonea est: materiámque habet cariei non obnoxiam. *Vide Plin. li. 8 c. 25.*

Iunis & hoc Iune, quod est æstate viride. νέος. vnde iunior comparatius fit, *inquit Cornutus.*

IŪNIX, *Vide* IVNICES.

IVNĬVS Mensis. {ἰούνιος, ἑκατομβαιών. Ga. Le mois de Iuin. Ital. *Giugno.* Ger. Der brachmonat. Hi. *El mes de junio.* An. *The moneth of iune.*} à Iunone putatur dictus, quem Iunionalem & Iunonium dicebant vel, *vt Nonius scribit*, à iungendo, G litera attrita. Sed postea detritis aliquot literis, ex Iunonio Iunius est dictus. Sunt qui putant à *Iunio* Bruto dictum Iunium, qui primus Romę factus est Consul, quod hoc mense scilicet Kalendis Iuniis, pulso Tarquinio, sacrum Camęę in Cælio monte voti reus fecerit. Alij à Iunioribus deriuant, sicut Maium à maioribus. *Ouid. lib. 6. Fast.* Sic statuit, mensémque nota secreuit eadem: Iunius est iuuenum, qui fuit antè senum. [Et à Iunone & à iuuenibus Iunium mensem dictum testatur *Plut. in Numa.*]

IŪNO, ūs, Saturni filia fuit, & (vt fabulantur Poetæ) Iouis & soror & cóiux. {Ge. ein tochter Saturni/ein schwester vnd hauptfraw Jouis.} Physici interpretantur per Iunonem intelligi aërem: idcirco autem Iouis coniugem, & sororem putari, quòd summa sit aeris cum æthere similitudo. *Cic. 2. de Nat. Deor.* Aer, vt Stoici disputant, interiectus inter mare & cælum, Iunonis nomine consecratur, quæ est soror & cóiunx Iouis, quòd similitudo est ætheris, & cum eo summa coniunctio. Effœminarunt autem eum, Iunonique tribuerunt, quòd nihil in eo est mollius. *Et paulò pòst*, Sed Iunonem à Iuuando credo nominam. Iunonis multa sunt nomina. Est enim Curetis, quæ vtitur curru & hasta. *Virg. 1. Æneid.* hic illius arma, Hic currus fuit. ¶Est & Lucina, quæ partubus præest. *Terent. in Andr.* Iuno Lucina fer opem. Est & regina. *Virg. 1. Æneid.* Aft ego quæ diuûm incedo regina. Et quia præest nubentibus, Pronuba dicitur. *Idem 4. Æneid.* & pronuba Iuno. [*Gell. c. 3. lib. 4.* Iunonis aram pellex ne tangito. *Plaut. Amphitr. ja. 3. a. 2.* Per supremi regis regnum iuro, & matrem familias Iunonem. *Idem Aul. sc. 5. a. 3.* Quem Ioui Iuno custodem addidit.]

[Iunonalis, e, *Ouid. lib. 6. Fast.* Iunonale leges tempus, &c.]

Iūnōnĭus, a, um: vt, Auis Iunonia, pauo. *Ouid. 1. de Arte*, Laudaras ostendit auis Iunonia pennas. Iunonius mensis, id est, Iunius. *Ouid. 16. Fast.* Iunonius puer, *Cic. Epist. ad Octauium*, Templa Iunonia, *Ouid. 3. Trist.*

Iūnōnĭcŏlæ, Colentes Iunonem, *Ouid. 6. Fast.*

Iūnōnĭgĕnă, æ, Vulcanus dicitur, Iunonis filius. *Ouid. 4. Metam.*

IVNONĬA, Duarum insularum nomen est inter Fortunatas, quarum altera Iunonia maior, altera Iunonia minor appellatur: *vt ex Iuba sententia refert Plin. lib. 6. c. 32. nęxia.*

IŪPĬTĔR, Iupitris, vel Iupiteris, vt Prisciano placet, non Iouis: qui genitiuus est non à Iupiter, sed à nominatiuo Iouis. ζεύς. Nam à principio Iouis appellatus est à iuuando: postea adiuncto altero vocabulo dictus est Iupiter, quasi Iouis siue iuuans pater, sicut Liber pater, & Dis pater. [*Item*, Neptunus-pater, Saturnus-pater, Mars-pater, (pro quo & Marspiter) Ianus-pater, &c. olim dicere solebant, vt autor est *Gellius cap. 12. lib. 5.*] Econtrario veteres Veiouem appellarunt Deum, cui nulla esset iuuandi facultas, celebrant enim quosdam deos, vt prodessent: quosdam, ne obessent, placabant. [¶Iupiter cur genitor & rector, & eo nihil maius: *Ouid. Eleg. 1. lib. 2. Trist. Plau. Most. sc. 1. a. 2.* Iupiter supremus, summus opibus & industrij me perisse cupit. *Idem Pl. Pers. sc. 3. a. 1.* Si sacrificem summo Ioui, & exta tenea m. *Idē Cap. sc. 1. a. 4.* Iupiter supreme serua me, meásque auges opes. *Pl. Amph.* Summo Iupiter, quid ego video? Iupiter? prô Iupiter. *Item initio sc. 1. a. 2. Pseu.* Proh Iupiter. Gaudentis siue gestientis præ gaudio. ¶Iurantis, adiurantisque *Pl. Pers. sc. 5. a. 1.* Do Iouem testem tibi. *Et Men. sc. 2. a. 5.* Iuem summum Deósque detestor me nihil ei malè feciße. *Idem Men. sc. 2. a. 4.* Per Iouem deósque omnes adiuro me isti non nutaße: Sattin hoc tibi. *Ibid. sc. 7. a. 5.* Per Iouem patrem adiuro. *Et Gell. c. 11. lib. 1.* Iouem lapidem (quod sanctiss. mum iusiurandum est habitum) pararus Iurare, &c. ¶Imprecatis: *Pl. Mo.* At te Iuppiter diíq; omnes perdant. *Et in Pse.* Iuppiter te perdat. *Et in Cur. sc. 2. a. 5.* Iuppiter te male perdat. ¶Bene precantis, & fausta optantis: *Pl. Pers. c. 1. a. 4. & Mostell. sc. 1. a. 3.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

sc 1.a.2. Ita ille faxit Iuppiter. *Idem in Mil sc.2.a.2.* At Iuppiter bene re amet. *Pl. Pſſc.1.a.1.* Miserè miser sum. ¶ Id te Iuppiter prohibeſſit. ¶ Ioui sacrificare: *Pl. Pſſc.3.a.1.* Si sacrificem summo Ioui, & exta tenea. ¶ Suſcipere vota Ioui: *Pl. Amph* Imperator vtrinq; hinc & illinc vota ſuſcipiunt. *Ouid. Eleg.2.lib.4. Triſt.* Et dabitur meritò laurea vota Ioui, &c. ¶ Iouis nomen interdum tribuerunt ipſis hominibus. *Ouid. Eleg.3.lib.1. Triſt* Infeſtúmque mihi ſit ſatis eſt Iouem. (i. Auguſtum:) *Idem Eleg.1.lib.3. & Eleg.1 lib.5. ver.* 2. Iouis domus. (i. Auguſti.) *Plaut. Capt. ſc.1.n.4.* Vt ſacrifices. H. Cui Deo? E. Mihi. Nam ſum tibi ſummus Iuppiter. *Item, Oui. Eleg 4 lib.4.* Iuppiter ſe celebrari quolibet ore ſinit. *Oui.13. Met.* A Ioue tertius Aiax. *Ibid.* Arma tuliſſe refert contra Troáſq; Ioueméque. *Item,* Iuppiter ipſe leui vectus per inania curru, &c.] Fabulantur autem Poetæ Iouem Opis & Saturni filium fuiſſe, in Creta inſula eodem cum Iunone partu editum, & in Ida monte à Curetib. educatum: ídque clam patre, qui ex pactione cum Titano fratre inita, filios ſuos omnes deuorabat. Quum autem in virum adoleuiſſet, cognouiſſétque etiam tunc patrem vitæ ſuæ inſidiari, regno eum pepulit, mundíque imperium cum fratribus Neptuno, & Plutone ſorte diuiſit: ac Ioui quidem cæli & terræ: Neptúno maris: Plutoni, inferorum imperium obtigit. Iunonem deinde ſororem ſuam vxorem duxit, quæ ei Vulcanum peperit. {GER. Ein ſon Opis vnnd Saturni der oberiſt Gott bey den heiden.} *Cic. 3. de Nat. Deor.* tres numerat Ioues. Principio inquit Ioues tres numerant ij qui Theologi nominantur: ex quibus primum & ſecundum natos in Arcadia, alterum patre Æthere: ex quo etiam Proſerpinam natam ferunt, & Liberum: alterum patre Cælo, qui genuiſſe Mineruam dicitur, quam principem & inuentricem belli ferunt. Tertium Creténſem, Saturni filium, cuius in illa inſula ſepulchrum oſtenditur. *Hæc Cicer.* Phyſici interpretantur Iouem elementum ignis, dictúmque Iouem à iuuando, quòd nulla ſit res, quæ æquè omnia foueat, atque calor. A Poetis dicitur diuúm atque hominum rex: à maioribus autem Optimus maximus. Et quidem antè optimus, id eſt, beneficentiſſimus, quàm maximus: quia maius, certéque gratius, prodeſſe omnibus, quàm opes magnas habere. *Cic. pro Domo ſua,* Quocircà te Capitoline, quem propter beneficia prop. Rom. optimũ: propter vim, maximum appellauit. ¶ In carmine ſemper ferè geminamus p, quòd à iuuando putatur deduci, cuius prima ſyllaba corripitur. ¶ Vſurpatur quandoque pro aere. *Horat. Ode* 1. Manet ſub Ioue frigido Venátor teneræ coniugis immemor. *Iuuenalis,* fremeret ſæua cum grandine vernus Iuppiter. Vnde & Sub dio dicimus, id eſt, ſub aere. Nam Iouem vocant Græci, quem omnia eſſe voluerunt: *Valerius Soranus,* Iuppiter omnipotens, regu o, rerúmque, deúmque Progenitor, genitrixque deûm, Deus vnus & omnes. ¶ Accipitur & pro imbri. *Virgil. lib.2. Georg* Et iam maturis metuendus Iuppiter vuis. ¶ Eſt & Iuppiter nomen ſtellæ illius ſalutaris, quæ in ordine ſecũda eſt. ¶ Aliquando per Iouem intelligimus ipſam vim duorum ſuperiorum elementorum, quæ agit in hæc duo inferiora ad generationem & corruptionem. ¶ Iupiter aquilam delegit, Ζεὺς ἀετὸν ἐλέσθαι. Vbi quis aſciſcit ſibi præclaro., ſuíſque rebus accommodatos titulos. Poetæ enim fingunt aquilam Ioui fulmen porrigere, quòd hæc auis omniũ altiſſimè ſubuolet, nec ictu fulminis lædatur. ¶ Ne Iupiter quidem omnibus placet, *Theognis in Sentent.* οὐδὲ τὸ Διὶ ὁ Ζεὺς, Οὐδ' ὧν πάντες αἰδέσιμοι, οὐτ' ἀπέχων. id eſt, neque Iupiter ipſe, Siue pluat, ſeu non, vnicuique placet. Hodiéque vulgò dicunt, neminem inueniri qui ſatisfaciat omnibus: nam aliis alia probantur. ¶ Pone à Ioue atq; à fulmine, πρόσω Διὸς τε καὶ κεραυνοῦ. *Refertur à Diogeniano.* Admonet non eſſe agendum cum præpotentibus, qui nutu poſſint perdere, ſi quando libeat: maximè cum regibus atque tyrannis. ¶ Stultitia eſt, Iouem putare eſſe, τῆς μωρίας, τὸν διὰ νομίζειν ὄντα πολιεῦσι, id eſt, inſcitia eſt, natum tot annos, credere eſſe vllum Iouem. In eum accommodari poteſt, qui grandis natu dicit aut ſentit abſurdum quippiam, quum propter ætatem nihil oporteat iam ignorare. Non conuenit enim in natu grandes puerilis ſuperſtitio. *Reprehenſetur à Suida* Iouis ſuffragium, Διὸς ψῆφος: dicebatur ſacrum & inuiolatum. Vnde ſententiã eius, cuius ſit velut irrefragabilis autoritas, Iouis ſuffragium rectè dixeris.

IVRA, Mons eſt Galliæ, Sequanos ab Heluetiis diuidens, *autore Cæſare in Comment.* {GER. Der läberberg/ ſonderet die Helnetiſchen vñ ehtſtenden von den Burgunderen.} Sunt qui putant eum eſſe, quem Galli ſua lingua vocant *Le mõt des faucilles.*

Iūrāmentum, Iuratus, *Vide* IVRŌ.

Iūrgo, iurgas, Contendo, litigo, rixor, controuerſiam cum aliquo habeo, diſcepto. { נצה רב *rab nitstsáh* ζυγμαχέω, ἔριζω, φιλονεικῶ. GAL. Noiſer & tancer, debatre. ITA. *Contendere, litigare.* GERM. Zancken/ haderen/ tyhlen. HIS. *Reñir, ò mordazmente reprehender.* ANG. *To braule or chide.*} *Terent. in Andr.* Cum Dauo egomet vidi iurgantem ancillam. Differt autem Iurgare à litigare, & Iurgium à lite, quoniam iurgium leuior res eſt. Siquidem inter beneuolos aut propinquos diſſentio, vel concertatio, iurgium dicitur: inter inimicos diſſenſio, lis appellatur. *Cic. 4. de R. pub apud Nonium,* Admiror nec rerum ſolùm, ſed verborum etiam elegantiam, Si iurgant, inquit, beneuolorum concertatio, non lis, ſed iurgium: inimicorum lis dicitur. Et in ſequenti, Iurgare igitur lex putat inter ſe vicinos, nõ litigare. Iurgare enim, à iure dictum eſt, *vt autor eſt Varro lib. 6. de ling. Lat.* & ſignificat iure agere, aut iure litigare. ¶ Eſt & iurgor deponens. *Horat 2. Serm. Satyr.* 2. iure inquit Thraſius iſtis Iurgatur verbis. ¶ Ab his fiunt compoſita, Obiurgo, & Obiurgor, *de quibus alibi.*

Iūrgium, gij, Cõtentio, diſſenſio, & læuior quædam lis, qualis nonnunquam etiam inter amicos ſolet accidere. { ריב מצה *rib matstsáh.* ἐρις, ὀνειδισμός. GALLIC. Noiſe & debat. ITA. *Contentione, lite.* GERM. ein zanck/ hader. HIS. *Renzilla, contencion.* ANG. *Brauling or chiding.*} [*Aſcon. Pædian. in Verrin.* 3. Iurgium, inquit dictum puto, quaſi iure agitum, quia iure agatur & diſceptetur. Nam & pro lite accipitur. Hæc ille.] *Cic. 2. de Senect.* Vt Themiſtoclem ferũt Seriphio cuidam in iurgio reſpondiſſe *Idem 4. Tuſcul.* Ira, cuius impulſu exiſtit etiam inter fratres tale iurgium. Inter iurgium autem & litem quid interſit, his verbis oſtendit *Cic. in lib. 4. de Repub.* Admi or nec rerum ſolùm, ſed verborum elegantiam. Si iurgant, inquit, beneuolorum concertatio, non lis, ſed iurgium: inimicorum lis dicitur. *Et ibidem,* Iurgare igitur lex putat inter ſe vicinos, non litigare. [*Plaut. Menach. ſc.2.a.5.* Non niſi commiſſi aut iurgij cauſſa, (inter virum & vxorem ſup.) patrem accerſit. *Ibid. ſc.2. a.1.* Iurgio abegi vxorem ab Ianua. Vide, in iurgo, vocabulo antecedente.]

Iūrgiōsus, a, um, Contentioſus, litigioſus. { φιλονεικὸς. GALL. Noiſif, noiſeux. ITAL. *Contentioſo.* GER. Zänckiſch/ haderiſch. HISP. *Rencilloſo.* ANG. *That braulеth or chideth muche* } *Gell. lib.1.c.17.* Mulier moroſa admodum fuiſſe fertur, & iurgioſa. De Xantippe Socratis vxore. [Eo etiam vſus eſt *Apuleius Apolog.1.*]

Iūrīdicus, Iuriſdictio. *Vide* IVS.

Iūro, as, Iure iutando aliquid affirmo, vel nego: quòd verbum à iure deductum putatur, quòd iurare propriè ſit aliquid ita ſanctè promittere, acſi ius eſſet. {נשבע *niſchbáh.* ὀμόω, ὄμνυμι. GALLI. Iurer. ITA. *Giurare.* GE. Schwehren. HISP. *Iurar.* ANG. *To ſweare.*} *Cic. ad Metel.* Iuraui iuſiurandũ veriſſimũ. ¶ Iurare conceptis verbis, eſt iurare certa verborũ formula, quam iuraturo præit is, qui iuramentum defert. *Pl. in Ciſtel.* At ille cõceptis iurauit verbis apud matrem meam, Me vxorem ducturũ eſſe. ¶ Iurare corporaliter in principũ Conſtitutionib, dicitur de iis, qui cùm ethnici eſſent, aras iurando tenebant: vel de iis, qui cùm Chriſtiani eſſent, Euangelij codicem tenebant, vel attingebãt. ¶ Iurare in leges alteri⁹: id eſt, iurare ſe ſeruaturũ leges alteri⁹. *Plin de vir. illuſt.* Aqua & igni interdixit ei, qui in leges ſuas nõ iurasſet. ¶ Iurare in litem, id eſt, iuramentũ de calumnia præſtare. *Cic. pro Roſc. Comœdo,* Quod in codicẽ iniuratus referre noluit, id iurare in litem non dubitet? Iurare in verba. *Cæſ. 1. bell. ciu.* Princeps in hæc verba iurat ipſe: ad idem iuſiurandũ agit Afranium. ¶ Huius cõpoſita ſunt, Abiuro, Adiuro, Coniuro, Deiuro, Exiuro, Deiero, Peiero, Obiuro, Præiuro, & Eiuro: quorum ſignificata vide ſuis locis.

Iūrātus, actiuè accipitur pro eo qui iurauit) (iniuratus. { נשבע *niſchbáh.* ὀμώμοκώς, ὀμοσάμενος. GAL Qui a iuré. ITA. *Che ha giurato* GERMANIC. Geſchworen/ der geſchworen hat/ beeidiget. HISP. *El que ha iurado.* ANG. *I haz ha ſworne.* } *Autor ad Herenn.* Ex eo quòd ait ſe non potuiſſe adeſſe ita vt iuratus fuerat, id eſt, iurauerat. Sic iniuratus, qui non iurauit ἀόμοτος. *Idem in Verr.* Malo ei iurato ſuam quàm iniurato aliorum tabellas committere. *Plaut. in Amph. ſc.1.a.1.v.283.* Nam iniurato, ſcio, plus credet mihi, quàm iurato tibi. [*Pl. Cur ſc.1.a.3.* Quid quòd iuratus ſum? *Et ſc.4.a 4.* Quod fu iuratus feci. (i. iurau.) *& Pſ. ſc.2 a 3. Idem Paut. in Perſ. ſc.2.a.3.v.2.* Iuratus eſt mihi. *& Bud ſc.3.a. 5.v.16* - Num tu iuratus mihi es? L. Iuratus ſum & nũc iurabo, &c. pro Nũ tu iurauiſti mihi? L. iurauí, &c *Oui. 13. Metam.* Et nũc ille eadem nobis iuratus in arma. *Pl. Pſ. ſc.2.a.3.* Nam ſi ego iuratus. (i. qui iurãti) peiorem hominem quærerem, Coquũ nõ potui, quàm hũc, quem duco, ducere. Hic tamen iuratus poteſt exponi paſſiuè pro adiurátus, vt *Aſin. ſc.1.a 1* Iurato mihi video neceſſe eloqui quicquid roges.] Paſſiuè protulit *Lucan. lib.8.* Mihi per latiũ iurata tonantem. [Hic nõ nemo exponit actiuè, i. quæ iurauit, *vt apud Ouid.* Fidem iurata fefellit. *Idem Lucanus*] *lib.5.* vſus eſt verbo paſſiuo iutor, Et lætæ iurantur aues bubone ſiniſtræ.

Iūrāmentum, ti, Iuſiurandũ, affirmatio, vel negatio rei alicuius ſacra atteſtatione firmata, ſanctè & religioſa affirmatio. { שבועה *ſchebũáh.* ὅρκος. GAL. Iutement, ſerment. ITALI. *Giuramento.* GER. ein eidſchwur. HISPA. *El iuramento.* ANGL. *An othe.*} *Senec. lib.2. de Clem.* O vocem in concionem omnium mortalium mittendam, in cuius verba principes regeſque iuramentum faciant, hoc eſt, in cuius verba reges & principes iurent.

Iūrándum, di, Iuſiurandum. {שבועה *ſchebũáh.* ὅρκος. GALL. Iurement, ſerment. ITA. *Giuramento.* GERMA. ein ſchwur/ ein eidſchwur. HISP. *El iuramento.* ANG. *An othe.*} *Plaut. in Ciſtel.* Verùm haud metuo ne iurandum noſtrum quaſquam culpitet. *Et paulo poſt,* Abi quærere, vel tuo iurando ſatis ſit ſubſidij.

Iūrātor, ris. {ANGLIC. *A ſwearer.*} Vtitur præter *Senec. Macrob lib.5 c.19.* Teſtamentum faciebat eſſe iurator, de quo iuraret.

Iūrātio, nis, {ὁρκωμοσία. ANG. *A ſweãring.*} *Macrob. Saturn. lib 1. c 6.* Verbã iurationis concipit, nullam eſſe in villa ſua ſcropham.

Iūrēiūrāre, Iurare, iuramentum præſtare. {נשבע *niſchbáh.* ὀμνύω GAL. Iurer. ITALI. *Giurare.* GERM. Schwehren. HISPANIC *Iurar.* ANG. *To ſweare.*} *Liu. Dec.5. lib.1.* Prætores ambo in eadẽ verba iureiurarũt.

Iurulentus, *Vide* IVS pro liquore.

Iūs, iuris, neutr. gen. Liquor eorum quæ coquuntur {שרק *márak.* ζωμός. GAL Brouet, potage. ITA *Brodo.* GER ein brũhe. HIS *El caldo de la carne ò peſcado.* ANGL *Brothe.*} *Plau. Moſt.* Itidẽ ol me quaſi quũ vbi multa iura cõfundit coquus. *Ter. Eunuch.* Quo pacto iure hoſterno panem atrũ vorẽt. Vocare piſces in ius. *Varro 3. de Re ruſt.* Sic hos piſces nemo coquus in ius vocare audebit. Ius cõditũ *Cic. 5. Tuſc.* Quid vĩ ctũ Lacedæmoniorũ in Phiditias, nõne videmus, vbi quũ tyrannus cœnauiſſet Dionyſius, negauit ſe iure illo nigro, quod caput cœnæ erat, delectatũ? Tum is qui illa cœperat, Minimè mirum, condimenta enim defuerunt. [¶ De iure nigro Laco rum, *Plutarc. in Lych*]

Iūrulēntus, a, um, Quod cũ iure coctũ eſt. {ζωμώδης. GAL. Qui eſt ã crouſtré en potage. ITA. *Cotto con brodo.* GER. Brũyächtig/ in der brüy geſtrẽ en potage. HISP *Coſa guiſada con ſu ſumo.* ANG *That is ſodden in broth.*} *Corn. Celſ. lib.2 c.10.* Tũ res eadem magis alit iurulenta, quàm aſſa; magis aſſa, quàm frixa *Varro,* Vbi pultẽ aut iurulenti quid ponebant; à capiendo catinũ nominarũt. *Apul verò in Magiæ Apolo* iuſſulentũ; non iurulentũ formauit, ſic de Ennio dicens, Oſtendit, qualiter quiſque piſcium aſſus aut iuſſulentus optimè ſapiat.

Iūſculum, ſiue quod vſitatius eſt iuſculum, Liquor eorum quæ coquuntur. {מרק *márak.* ζωμίδιον. GAL. Vn chaudeau, vn petit brouet. ITAL. *Brodetto, guazzetto.* GER. ein brũylein. HISP *El caldo.* ANG. *Potage gruell.*} *Cato de Re ruſt. c.156* Poſtea inde iuſculum frigidum ſorbeto.

Iūs, iuris, à iuſſu, vt quidam volunt, deducitur. { תורה *tuſchbijjáh* צדקה *tsedháh* צדקה *tsedháh* משפט *miſchpát* משפט *miſchpát* דת *daith* δίκη, τὸ δίκαιον. GAL Droict, raiſon, iuſtice ITAL. *Ragione, dritto, giuſtitia.* GE. Das recht oder billich. HIS. *Razon, derecho.* ANG. *Law, right.*} Nihil n. aliud eſt ius, q̃ quod vel natura, vel ciuitas, aut populus, vel gens, vel cõſuetudo iubet. *Ter. in Heaut.* Quid cũ illis agas, qui neq; ius, neq;

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

bonum atque æquum sciunt?[¶Duritia iuris siue Legum,æquo & bono opponitur. Hinc apud *Sueton.in Claud.c.14.* Duritiam multarum legum ex æquo & bono moderatus est.*& cap.seqtis.* opponuntur res cognitionis,& res iuris ordinarij.*Idem Sueton.in Aug.c.*56.Amicos pari iure esse voluit,quo cæteri.

¶Publicum ius,id est,ciuile,*apud Sueton.in Tib.c.*50. Sed & peculio concesso à patre præbitisque annuis fraudauit per speciem publici iuris,quod de his nihil Augustus testamento cauisset.*Idem Sueton.in Augusto cap* 32. Iuris ambigui loca. *Item* Ius, id est,iubendi facultas. *Suet.in Calig.cap.*14.Ius arbitriúmque omniũ rerum. *Velleius,* Iuris sui facere legiones(id est in potestatem redigere & occupare.)Ius consulere.*Liuius.9.d.4.Ouid.5.Fast.*Ius tibi dicendi,(est) si qua requiris, ait.*Idem Eleg.3.lib.5.Trist.* Nec mihi ius ciuis,nec mihi nomen abest. *Gel.c.15.lib.*10.Ius nõ est id fieri.*Ouid.eleg.vlt.lib.*4.Iure sodalitij, qui mihi iunctus erat.*Plaut.Capt.sc.2.a.*4.Ibo ad præfecturam , & ius dicam larido.*Plaut.Curc.sc.2.a.*5.Ambula in ius.T. Non eo.P. licet antestari?T.Non licet.*Idem Asin.sc.4.a.2.*In ius te voco.L.Non eo.*Idem Men.*iuris vbi dicitur dies,simul patronis dicitur.*Idem Aul.sc.5.a.*3.Si istuc ius pauperioribus dicitur;quomodo nubent diuites? *Ibid.Aul sc.6.a.*4.Si istuc ius est,(id est si licet)*Idem pseud.sc.5.a.*1. Ius bonum oras.*& in Sticho,*Ius bonus dicit.*Et in Epidic.*Ius dicis.*In Trinum.*Ius hic orat.*Idem alibi,*Ius bonum petis,postulas,&c. GALL. Vostre requeste est iuridique,est ciuile,raisonnable,recepuable. *Idem pseud. sc.2.a.*5.Ius petis,fateor.*Cic.Philipp.*2.Ius postulas.* Sui iuris & arbitrij animus,*Senec.cap.*8.*de Consol.ad Polyb.Et Velleius;* Iuris sui facere legiones:(id est,in potestatem redigere & occupare.)*Oui.6.Fast.* Ius tibi fecisti numen cœleste videndi.*Idem Eleg.2.lib.*4.*Trist.*Erepti nobis ius habet illa loci.*Idem* 13.*Metam.* Qui iura sibi silentibus illic Reddit.*Liu.3.ab vrb.*Iuris sui iacturam facere.*Idem Liu.*4 *d.*4.Ius esset (id est potestas.)*Ibid.*1.*d.*5.Sub ius iudiciúmque redegit.*Cic.* Colere ius. *Tacit.lib.*19.Exuere ius.*Lucr.lib.*3.*vers.*13.Trãscendere fines iuris. ¶Meo iure,tuo iure,suo iure;*Plaut.Capt.sc.*1.*a.*2. Quod antehac pro iure imperitabam meo. (id est, herili)id(re) oro nunc per precem. Hinc meo iure agere,idem est quod mea potestate vel authoritate concedere , decedere , remittere de iure suo , Relascher de son bon droict.)(Ius suum retinere,obtinere.*Quintil.c.6.lib.*3.Aliquo iuris adiutorio elabi ex crimine.*Senec.in Troad.*Gens expers iuris. *Quintil.c.* 2.*l.*4.Fiducia iuris.*Iuuenal.Satyr.*8. Nodos iuris soluere. *Plaut.Most.* docent litteras,iura,& leges ¶Summo iure agere,contendere, experiri,id est stricto iure, Vide Agere. *Cæs.*1.*de bell.Gall.* Ius extremum retinere.*Quintil.*Ius actionis non habeo;mox,non licet agere.*Idem,* Ius abdicandi habeo.*Idem Quintil.c.*4.*l.*1.verba ius(id est authoritatem)ab authoribus sumunt.*Item Cic.* perdiscere iura beneuolentiæ. ¶Ius esto,(i.vim atque authoritatem legis habeat.) *Cicer.3.de Legib.* ¶Reddere ius,Paulus I.C.Rapere, deducere in ius aliquem.Ius omne suum persequi.*Plaut.Capt.sc.*1.*a.*3. ¶Ius mortalitatis,id est conditio.*Senec.c.*1.*de Cons.ad Marc.* ¶De Iure Augurio pro Augurali. *Gell. c.*6.*l.*6.¶Ius trium liberorũ,*Suet.in Galba.c.*14.] Et differt à lege,quod ius,generale est:lex,iuris species. Rursus ius ad nõ scripta etiam pertinet,lex tantùm ad ius scriptum. Diuiditur autem ius, in naturale, gentium,& *ciuile.* Naturale , quod est commune omni nationi,eò quòd vbique instinctu naturæ habetur,non aliqua constitutione facta ab homine , sed ab ipso naturæ conditore : vt maris & fœminæ coniunctio , liberorum successio in bonis parentum , puerorum educatio , communis omnium possessio, quia iure uaturali omnia hæc omnibus nationibus sunt communia : quemadmodum & rei depositæ vel commodatæ restitutio , violentiæ per vim repulsio , quod tibi vis fieri vt alteri facias , & econtrario:Ius gentium , quo gentes humanæ vtuntur , quod à naturali processisse facilè intelligere licet: quia illud omnibus animalibus , hoc solis hominibus inter se conuenit : vt scilicet Deo , religioni , patriæ & parentibus pareamus, vt vim atque iniuriam propulsemus. Ius ciuile , quum aliquid communi iuri vel additur vel detrahitur : hoc est , quum populus sibi constituit quasi proprium ius ciuitatis.Hoc autem scripto constat, vt sunt leges, plebiscita, Senatusconsulta, principum decreta : aut sine scripto,vt ea quæ autoritate prudentium fiunt:quæ legum interpretationes recte dici possent,quàm leges. Vnde qui hoc profitentur, Interpretes iuris,& Iureconsulti,& Iuris prudentes dicuntur: Et qui inter-eos excellunt,Iuris antistites nominantur.

¶In ciuili iure Prætorium ius continetur,quod prætores supplendi, vel corrigendi iuris ciuilis gratia introduxerunt , ob publicam vtilitatem.Hoc à Prætoris honore,honorarium appellatur. ¶ Est etiam *ius singulare , quod contra tenorem rationis , ob aliquam vtilitatem* autoritate constituentium introductum est.¶Ius consuetudinis,quod *in* morem vetustas vulgi approbarione produxit.¶ Ius militare,quo soli milites sunt adstricti, vt belli inferendi solennitas , fœderis faciendi cæremonia,signo dato egressio in hostes, & pugnæ commissio, signo dato receptio,stipendiorum modus , dignitatum gradus , præmiorum honor,prædæ diuisio pro personarum qualitatibus.Iuris præcepta tria sunt,honestè viuere,alterum non lædere , ius suum cuique tribuere. In nostra etiam religione est ius diuinum , in quo diuina oracula comprehenduntur:& ius principum, quod principes singulis suis regnis præscripserunt.

¶Aliquando ius ponitur pro autoritate,omnium consensu alicui cõcessa.'Ἐξουσία.*Cic.pro Archia,* Quare suo iure noster ille Ennius , sanctos appellat Poetas,id est,sua quadã autoritate, & pro libertate sibi omniũ consensu,vt grauissimo Poetæ cõcessa.Idẽ pro meo iure dico, quasi confidenter. Hinc sui iuris esse dicuntur , qui nullius imperio sũt subiecti,αὐτεξούσιοι,αὐτοπράκτοι.¶Aliquãdo pro necessitudine:vt,Est mihi cũ illo ius cognationis,vel amicitiæ.¶Aliquãdo pro loco in quo ius redditur , appellatione collata ab eo quod fit in id,in quo fit:quẽ locum definunt,vbicũque Prætor salua maiestate imperij sui, saluóque more maiorũ dicere ius cõstituit.Ius suũ obtinere nõ posse dicebãt veteres eum,cui peruenire ad suũ non liceret. *Cic.* Hic Philodamus,postquam ius suum obtinere non potuit,vt humanitatẽ,consuetudinémque suam retineret,laborat.*Idem Cic.in Antonium actio* 4. *e* Hoc edicto non Siculi,sed *ipsi ipsi equites* Romani,qui *ius suum* retinere se contra Apronium posse erant arbitrati, splendidi homines, & aliis Prætoribus gratiosi,vincti Apronio traditi sunt.

Iūrẽ,aliquando aduerbialiter ponitur pro Merito.*Quintil.* Quis eum id non meruisse,quis non iure pæsum affirmet?

Iūsiūrándum,di,Est affirmatio religiosa,*vt inquit Cicer.lib.*3.*Off.* Iurament.ITAL.*Giuramento,sacramento.*GER.ein eidschwur.HIS.*Iuramido* quærunt rem.*Cic,*3 *Off.* Nullum enim vinculum ad stringendam fidem iureiurando maiores arctius esse voluerunt.[¶Schola iuramentorum à iureiurando incipiendi: *Seneca.* ¶ De Iurisiurandi sanctitate Romæ.*Gell.c.*18.*l.*7.*Pl.Curc.sc.*2.*a.*2.Tibi auxilium in iureiurando tulit(Iuppiter.)*Plaut.Amph.* mane arbitratu tuo iusiurandum dabo. *Cæs.l.*1.*de bell.ciuil.*Princeps in hæc verba iurat ipse : ad idem iusiurandum adigit Afranium.*Suet.in Tib.c.*35.Iurisiurandi gratiam facere.*Idem in Cæs.c.*85.Iureiurando distrahere controuersias.*Plaut.*Iureiurando vincere. ¶ Iurisiurandi militaris formula *apud Gell.cap.*4. *lib.*16.

Iūrisdictĭo,onis,Iuris dicendi potestas.{Διαιτολογία,δικαιοπραξία. GALL. Iurisdiction,puissance de iuger.ITALIC.*Giurisdictione.* GERMA. Gewalt oder gerechtigkeit/recht vnd gricht zuhalten HISPANIC.*Iuridicion como señorio.*ANGL.*Iurisdiction,power to iuage.*}*Seru.Sulpitius Ciceroni,* Postero die quum ab eo digressus essem eo consilio vt ab Athenis in Bœotiam irem,reliquámque iurisdictionem absoluerem.*Cic.*4.*Verr.* Is venalem iurisdictionem in Sicilia habuit. [*Sueton.in Calig.cap.*16. Iurisdictio libera sine appellatione.]

Iūriscōsŭltŭs,consulti,siue Iureconsultus, Iuris siue legum interpres. Vtrunque enim dicitur:quanuis *Sosipater lib.*1.Iureconsultus reiiciat. {סופר *sophér.ὁ νομικὸς,ὁ δικαιοπράκτης,συμβουλευτικὸς.* GAL. Iurisconsulte,iuriste,sauant és loix.ITA.*Giurista,dotto in leggi.*GERM.ein rechtskundiger/ein rechtsgelehrter.HIS. *Letrado en la ley y por pleytos,* ANG. *A lawyer.*}*Cic.*2.*de Legibus,*Sed iurisconsulti,siue erroris obiiciendi causa, quò plura & difficiliora scire videantur:siue (quod similius veri est) ignoratione docendi(nam non solùm scire aliquid artis est,sed quẽdam ars etiam docendi)sæpe quod positum est in vna cognitione,id in infinita dispertiuntur:velut in hoc ipso genere, quàm magnum illud Scæuolæ faciunt Pontifices ambo,& iidem iurisperitissimi. Consultus iuris,*apud Horat.de Arte.* [Iurisconsultor,pro Iurisconsultus: Autor Breuiarij *Passerat.teste.*

Iūrĭdĭcŭs,ca,cum,pen.corr.Quod iurisdictioni destinatum est,vel quod secundum ius est.{ἔνδικος.GAL.Iuridic,appartenant au droict.ITAL. *Giuridicio,pertinente al dritto.* GER. Rächtlich/das nach dem rechten oder gsatz ist.HIS. *Pertinesciente al derecho.*ANG *That is according to right and reason.*Hinc iuridicus dies,quo ritè ius dici potest.*Et iuridica* actio,quæ secundum ius est. ¶ Dicitur etiam iuridicus,*qui ius dicit.*{δικαστής.GAL.Iuge ITA.*Giudico.*GER ein richter.HIS. *Iuez.*ANG. *That doeth right vnto the parties vpõ the thing that they striue for.*}*Senec.in Herc.fur.*Flẽtes Eurydicem iuridici sedẽt.Iuridici cõuentus dicuntur in quibus ius redditur.*Plinius libr.*3.*cap.*1. Iuridici conuentus ei quatuor,id est,in quibus iura redduntur.

Iūrĭdĭcālis,le,Iudicialis,quod pertinet ad iudicium.{δικαστικὸς. GALL. Appartenant à iuge ou à iuger. ITAL. *Cio che à giudice,ò à giudicio s'appartiene.*GERM. Das zu dem rechten gehört.HIS. *Cosa pertenesciẽte al iuyzio,ò iuez.*ANG.*That belongeth to the iudge or iudgement.*}*Cic.* 1.*de Inuent.*Huic generi Hermagoras partes quatuor supposuit,deliberatiuam,demonstratiuam, iuridicialem, negotialem. Iuridicialis status,*apud Quint.lib.*3.*c.*8.

[Iurites Dea,*Gellius cap.*21.*lib.*13.

Iūscŭlum,*Vide* IVS pro liquore.

Iūssŭs,participium à IVBEO,& Iussum.si,*vide* IVBEO.

Iūstŭs, Probus, sanctus, bonus, qui ius obseruat,& à iure non discedit. {צדיק *tsaddik.δίκαιος.*GAL.Iuste.ITA.*Giusto.*GER.Gerächt.HISP.*Cosa iusta è ygual.*ANGL.*Iust,vpright.*}*Cic.*1.*Offic.*Iustus homo, ísque quem bonum virum dicimus.*Idem pro Sestio,* Aristides,qui vnus omnium iustissimus fuisse traditur.[*Ouid.*13.*Metam.*Aspiciunt oculis superi mortalia iustis.*Plaut.Capt.sc.*2.*a.*2. Non iusta causa est,vt vos seruem.*Idẽ prolog.Amphitr.* Æqui & Iusti eritis omnes arbitri.*Ibidem,* Iustè ab iustis iustus sum orator datus.Item,Iusta ab iniustis petere, Inscitia est. *Ouid.Eleg.*3.*lib.*4.*Trist.* Vt incubuit iusto mens ægra dolori. *Velleius,* Iustis legibus,& æquis conditionibus bellum componere. *Idem Velleius:* Mitissimo,ac iustissimo lenior(Sylla)ante victoriam; post auditò crudelior.(id est clementissimo.)*Velleius,* Iustissimo animo conditiones pacis Cæsar postulabat, æquo animo Pompeius recipiebat. ¶Interdum ponitur pro satis magno & mediocri , quum & ius ipsum mediocritas quædam sit. Vnde iustam magnitudinem alicuius rei dicimus,quum nec debita minor est,nec modum excedit. Iustum opus satis magnum,non exiguum.*Plin.in Præfat.lib.*8.Opere iusto temporum nostrorum historiam orsi.Sic iustum prælium, iustum exercitum, historici dicunt magnum,& non contemnendum.Sic etiam *Asconius,* iustas inimicitias,pro magnas apud Ciceronem exposuit.(*Liuius lib.* 6.*ab vrb.*Iusta cæde conficere hostem.(id est magna) *Cæs.lib.*1.*de bell.ciu.*Iustum iter conficere.(id est magnum)*Sueton.in Neron.cap.*31. Iusta statura esse,(id est mediocri.)*Item,* Iusta libertas,dicitur *Suet.in Aug.c.*40.quæ vulgò dicitur maior I.C.]¶Interdum pro vero,γνήσιος. Vnde apud Iureconsultos , qui filium adoptat , interrogatus an velit eum,quem adoptat,iustum sibi filium esse,id est verum filium. Iustus dominus,pro vero,cui contrarius est alienus.*Cic.lib.*1.*Offic.* Quare L. Syllæ & C. Cæsaris pecuniarum translatio à iustis dominis ad alienos,non debet liberalis videri. Iusta hæreditas,*inquit Hotomanus,*ea propriè dicitur,quę iure legitimo,id est,agnato proximo obuenit[Sic Iusta vxor:*Suet.in Calig.c.*24. *Item,* Iusti liberi : quibus opponuntur illegitimi , & ex pellice nati] *Varro latiùs accipit* 2.*de Re rust.*pro ea quæ iure , & quouis modo alicui obuenit. ¶ Est præterea Iusta ætas , cui ætas pupilli opponitur. Et rursus Iusta ætas, pro cuiusque quæstionis ratione , ea quam leges in ea causa exquirunt, veluti *in nuptiis xij.aut xiiij.* annorum. Iusta possessio, quæ possessio bonæ fidei , dicitur. *Iaulenus.* Iusta materfamiliâs, & Pelsessio bonæ fidei , dicitur. *Iaulenus.* Iusta materfamiliâs, quam lex contraria. *Liuius* 9.*belli Macedon.* Nam etsi minor ætate quàm Perseus esset , hunc tamen iusta matrefamiliâs , illum pellicerum

ortum esse. ¶A iustus deducitur iniustus, qui contra ius facit, & qui iustam magnitudinem excedit, ἄδικος. *Cic. 5. Tusc. quæstion.* Vir maiusculus natura & iniustus. *Virgil. 3. Georg.* Iniusto sub fasce viam dum lassicus natura & iniustus. *Virgil. 3. Georg.* Iniusto sub fasce viam dum carpit. ¶Iusti dies qui fuerint apud veteres, apertissimè docet *Gel. l. 20. cap. 1.* his verbis, Confessi itaque æris, ac debiti iudicatis, triginta dies sunt dati conquirendæ pecuniæ causa, quam dissoluerent. Eósque dies Decemuiri iustos appellauerunt: velut quoddam iustitium, id est, iuris inter eos quasi interstitionem quandam & cessationem, quibus diebus nihil cum his agi iure posset. ¶Dicebantur præterea in bellis suscipiendis dies iusti numero tres & triginta, ab eo scilicet die, quo res repetitæ erant per Fectalem: quibus elapsis, nisi redderentur, bellum indicebatur. *Liu. l. 1. ab Vrbe.*

Iūstē, aduerb. Rectè, legitimè, iure. {δικαίως. GAL. Iustement. IT. *Giustamente.* GE. Gerächtiglich/billigklich. HIS. *justa ò ygualmente.* ANG. *Iustly, vprightlie.* } *Brutus Cic.* At hoc ipsum, inquies, iniquè facitis: iustè, mò iustissimè. *Declam. in Sallust.* Id vos si fortè offendimini: iustiùs hunc quàm mihi succensere debetis. Iustè & legitimè imperare, *Cic. lib. 1. Offic.*

Iūstō, ablatiuus pro aduerbio: vt, Longius iusto, id est, longius quàm par est. *Quint. l. 9. c. 4.* Membrum longius iusto tardum: breuius, instabile est. [*Velleius*: Iusto ferocior, *Marcellus.*]

Iūstĭa, Exequiæ, siue parentalia, [& sacrificia, quæ Diis manibus fiebant;] quæque mortuis impenduntur, ita dicta quòd iure fierent his, qui de nobis viuentes bene meriti fuerant. {ἐναγίσματα, νηνεζόμενα, τὰ νομιζόμενα. GALL. Les obseques, funerailles, sacrifices & ceremonies qu'on faisoit aux trespassez. ITA. *Essequie, pompe funerali.* GERM. Begräbnuss/seelgrädt oder opfferung für die selbigen. HIS. *Las exe ſtattung der todten/ſeelgrädt oder opfferung für die ſelbigen.* HIS. *Las exequias de los muertos.* ANGL. *Funerailes, ſacrifices and ceremonies for the dead.* }[Iusta facere: *Plaut. Cistell.* Ille vxori iusta fecit.] *Sallust. in Iugurtha*, More regio iusta magnificè fecerant. *Ouid.* Hanc quia iusta ferunt, dixere Feralia lucem. *Cic. 2. de legibus*, Non solùm vita cruciati atque dedecore, verùm & sepultura, & iustis exequiarum caruerunt. ¶Iusta soluere paterno funeri. *Cic. pro Rosc. Amerin.* ¶Iusta funerum reticere ad interpretes religionum. *Cic. 2. de leg.* ¶Iusta peragere. *Plin. cap. vlt. lib. 2.* ¶Iusta præstare sorori. *Senec. cap. 17. de Consol. ad Polyb.* ¶Iustis exequiarum carere. *Cic. 2. de legibus. Ouid. Eleg. vlt. lib. 4. Triſt.*]

¶Iusta pro constitutis, quæ necessariò præstari debent. *Col. li. 11. ca. 2.* Item vinearum fossio iisdem locis peragenda, arbustorúmque siue putatio, siue alligatio sumenda est, quorum iusta certa esse non possunt. Ad iusta perducere, id est, ad iustum laborem. *Col. lib. 6. c. 14.* Iusta reddere, opus debitum & consuetum perficere. *Col. lib. 1. ca. 8. Cic. Offic. 1.* Est autem infima conditio & fortuna seruorum, quibus non malè præcipiunt, qui ita iubent vti, vt mercenariis ad operam exigendam & iusta præbenda.

Iūstĭtĭa, æ, *vt inquit Cic. 5. de Finib.* Est habitus animi, communi vtilitate seruata, suum cuique tribuens, atque societatem coniunctionis humanæ munificè, atque æquè tuens. {צדק *tſedhek* צדקה *tſedhakáh.* δικαιοσύνη GAL. Iustice. ITA. *Giustitia.* GE. Gerächtigkeit. HIS. *La justicia que yguala las partes.* ANG. *Iustice.* }*Virgil. 1. Æneid.* O regina, nouam cui condere Iuppiter vrbem, Iustitiáque dedit gentes frænare superbas. *Ouid 3. de Ponto*, Iustitia vires temperat ille suas. [¶Iustitiam religiosè colere. *Cic ad Heren. & 3. de Finib.* ¶Agitare Iustitiam pro assiduè exercere: *Plin.* vt in alienis, ita in suis agitare iustitiam mihi egregium videtur. (id est assiduè exercere.) ¶De iustitiæ vi ac laudibus *Plutarch. in Aristide.*] Vide in verbo Explico quæ de Iustitia differuntur.

Iūstĭfĭcŭs, a, um, Qui æqua & iusta agit. {מצדיק *matſdik.* δίκαιος. GALL. Qui fait iustice. ITA. *Che fa giustitia.* GE. Der gerächtigkeit übt. HI. *El que haze justicia* AN. *That doth iustlie and vprightlie.* }*Catull. Argon.* Iustifica mens deorum.

Iūstĭtĭum, tĭi, Quasi iuris statio dicitur. Est enim iuris dicendi intermissio, quæ iudici solet in publico luctu, & Reipublicæ insigni aliqua calamitate. {ἀναγκαία Plutarcho. GALLIC. Vacation, quand on cesse de plaider. ITAL. *Vacatione da tener ragione.* GER. Auffſchlahung oder anſtellung des gerichts. HISP. *Las vacationes de los juyzios.* ANGL. *A vacation or ceasing frome miniſtration of iuſtice.* }*Liu.* Dictator quũ iustitium edixisset, omnes iuniores sacramento adegit. *Idem*, Iustitium edicit: claudi tabernas tota vrbe iubet: vetat quempiam priuatæ quicquam rei agere. Tristi iustitio clausa fora. *Lucan. lib. 5.* Dicitur & iustitium remittere, iustitio finem imponere. *Liu. lib. 10.* Vt Romam reditum est, iustitium remissum est. [*Cic. de Arusp. Respons.* Hic in Concione ausus est dicere Iustitium edici oportere, Iurisdictionẽ intermitti, claudi ærarium, Iudicia tolli. ¶Iustitium (id est cessatio) exigendi æris, xxx. dies. *Gel. ca. 1. l. 20. Suet. in Tib. 52. & in Cali. c. 3.* Iustitij nomine vsus est.]

IŬTŬRNĂ, ἰωτούρνη, Dauni filia, & Turni Rutulorum regis soror, quam Iupiter pro erepta virginitate immortalitate donauit. *Virgil. lib. 12. Æneid.* Numicique fluminis nympham fecit. Hæc in bello fratrem aduersus Æneam multum adiuuit: sed videns fratri necem instare, in Numicũm fluuium se occultauit. Alij dicunt eam rem habuisse cum Iatino rege: eóque palàm facto, sua sponte se in Numicum præcipitauisse. *Virgil.* At procul vt diræ stridorem agnouit & alas, Infelix crines scindit Iuturna solutos, &c. ¶Est & Iuturna, fons Italiæ, prope Numicum saluberrimæ aquæ: vnde ad omnia sacra Romam afferebatur aqua. Ad hunc fontem plerique Virgilium respexisse volunt.

Iuuamen, *Vide* IVVO.

Iuuenalis, Iuuenalia, Iuuencus *Vide* IVVENIS.

Iuuencus, ci, Bos iunior, qui iam vitulus esse desiit, nondum tamen in iustam magnitudinem excreuit. {פר *par.* μόσχος, πόρτις. GALLIC. Vne ieune beſte, vn ieune bœuf ou taureau. ITALIC. *Manzetto, giouenco.* GERM. Ein iunger ochs oder ſtier. HISPANI. *El mancebo ò buey nouillo.* ANGLIC. *A yong oxe.* }Dictus à iuuando, vt *Varroni* placet, quòd iam dominum in agro colendo adiuuare possit. *Colum. lib. 6. cap. 2.* Nam vbi plaustro aut aratro iuuencum consuescimus, ex domitis bubus valentissimum, eundémque placidissimum cum indomito iungimus, qui & procurrentem retrahat, & cunctantem producat. [Hic obiter nota, consuescere actiuè dictum esse, pro consuefacere.] Sociare iuuencos impositio aratro, *Stat. 1. Thebaid. Virg. 3. Geor.* Seu quis Olympiacæ miratus præmia palmæ Pascit equos, seu quis fortes ad aratra iuuencos. [Scilicet & veteres fugiunt iuga sæpè iuuenci. *Ouid Eleg. 6. lib. 4. Triſt. Et Virg. 3. Geor.* Validis terram proscinde iuuencis. *Ouid. 13. Met.* Cornigeræ iuuencæ.]

¶Proprie tamen iuuenci dicuntur boues qui iam desierunt esse vituli. *Varro enim lib. 2. cap. 5. de Re ruſt.* quatuor distinguit bubuli generis ætates: quarum prima est vitulorum, secunda iuuencorum, tertia boum nouellorum, quarta vetulorum.

¶Iuuencus quoque de homine adolescente dicitur. *Horat. 2. Carm. Ode 8.* Te suis matres metuunt iuuencis, Te senes parci, miseræque nuper Virgines nuptæ. In quem locum annotauit Porphyrion, iuuencum non solùm de bobus, verumetiam de hominibus adolescentulis dici: quamuis in ea significatione frequentiùs iuuencùlos dicamus, & iuuenculas. Neque mihi tamen Porphyr. pertinaserit, tametsi venusta imprimis *Horatius* allegoria sit vsus, ob id rectè iuuencum de hominibus dici.

Iŭuĕncŭlus, diminut. μοσχάριον. *Catul. ad puerum.* Qui flosculus es iuuencũlorum.

Iuuencă, æ, Vacca iunior, quæ iam vitula esse desiit, nondum tamen iustam magnitudinem excreuit. {פרה *paráh.* δάμαλις, πόρτις. GAL. Geniſſe, ieune vache. IT. *Manza, manzuala.* GERM. Ein färbin. HISPAN. *Manceba ò nouilla.* ANGL. *A yong cowe.* }*Virgil. 3 Georg.* Pascitur in magna sylua formosa iuuenca. [*Ouid. li. 13. Metam.* Cornigeræ iuuencæ.]

Iŭuĕnis, à iuuando, quòd ea ætas maximè sit apta ad laborem toleranda, adolescens, integra & spectata ætate. {נער *naʕar* בחור *bachur* עלם *hélem.* νέος. GA. Ieune, iouuenceau. ITA. *Giouane.* GER. Jung/ein jung manns oder weibsbild. HISP. *Mancebo ò manceba en edad, iouen.* AN. *Yong, a yong man.* } Et à iureconsultis iuuenes dicuntur, qui adolescentiæ excesserunt ætatem, quoad incipiant inter seniores numerari. [*Censorin. de Die Natali.* Iuuenes ab anno 30. ad 45. Quod in re militari iuuare possent. Tubero historicus apud *Gell. cap. 28. l. 10.* Seruius Tullius rex prudentissimus cùm illas quinque classes iuniorum census faciendi gratia instituerat, pueros esse existimauit, qui minores essent annis septemdecim: atque inde ab anno 17. quos idoneos iam esse Reip. arbitrarentur milites scripsisse: eósque ad annum 46. iuniores, supráque eum seniores appellasse, &c. ¶Senior & Iunior siue Iuuenior, autore Varrone sunt comparatiui gradus per diminutionem, vt testatur *Seruius in Virg. lib. 5. Æneid.* Tum Senior tales referebat pectore voces. *Item in illud. 6. Æn.* Iam senior sed cruda Deo viridisque senectus, vbi sic ait: Senior aut pro positiuo posuit Virgilius, aut (vt diximus) Senior est virens senex, vt iunior siue iuuenior, intra iuuenem est secundùm Varronem. Quam rem à Varrone tractatam confirmat etiam *Plinius.*] *Virg. 5. Æneid.* Hoc iuuenem egregium præstanti munere donat. ¶Iuuenes feruidi. *Horat. 4. Carm. Ode 13.* Possent vt iuuenes visere feruidi, Multo non sine risu dilapsam in cineres facem. *Plinius lib. 7. capit. 36.* Cornelia enim iuuenis est, & parere adhuc potest. [Iuuenis pro filio bis. *lib. Institut. Orat. & Declamat. 7.* Iuuenem meum alius occidit.

¶Hinc formatur comparatiuum iunior. Nam quòd *apud Columell. lib. 9. cap. 11.* legitur iuueniori examini, arbitror librariorum culpa accidisse: præsertim quum in venerandæ cuiusdam fidei exemplario, legatur iuniori. *Horat. 2. Epist. 1.* Qui vel mense breui, vel toto est iunior anno. Iuniores serui. *Plin. lib. 8. cap. 32.* Alioqui ante frontẽ prominere solitos iuniorib.] *Gell. cap. 2. lib. 13.* Haud paruo iunior.] ¶Iuuenis de oue. *Col. lib. 7. c. 3.* Fœmina post bimatum maritari debet, iuuenísq; habetur quinquennis. ¶Iuuenis, pro iuuenili. *Ouid. 7. Metam.* -& admonitus iuuenes nutricibus annos Posse suis reddi.

Iŭuĕnīlis, le, adiectiuum, Quod ad iuuenem pertinet. {νεανικός. GALL. De ieuneſſe, appartenant à iouuenceau. ITAL. *Da giouane, giouanilmẽte.* GER. Das zu der jugent gehört. HISP. *Cosa de mancebo.* ANG. *That belongeth to youth, yonge.* } vt, Ætas iuuenilis. Iuuenile robur, *Colum. lib. 4. cap. 5.* Iuuenilis ludus, vel iocus, *Liuius 1. ab Vrbe. Virgil. 5. Æneid.* Et mihi quæ fuerint iuuenili in corpore vires. *Ouid. lib. 5. Triſtium, Eleg. 3.* Integer & lætus, læta & iuuenilia lusi. *Idem lib. 14. Metam.* Silenúsq; suis semper iuuenilior annis. [*Ouid. Eleg. vlt. lib. 4. Triſt.* Cum populo iuuenilia carmina legi. *Idem Eleg. 1. libr. 5. Triſt.* Læta & Iuuenilia lusi. *Idem Eleg. 1. lib. 2. Triſt.* Sidus iuuenile, nepotes. *Iuuenal. Satyr. 11.* Iuuenilia membra.]

Iŭuĕnīlĭtās, tatis, Iuuentus. *Varro Tithono* τῷ γήρᾳ, Quam dereliquit multicupida iuuenilitas. *Ex Nonio.*

Iŭuĕnīlĭter, aduerbium, More iuuenum. {νεανικῶς. GALL. A la façon des ieunes gens. ITA. *Da giouani.* GER. Nach der jungenart. HIS. *En manera de mancebo.* ANG. *Youthfullie, like a yong man.* } *Cicero in Catone*, Et Annibalem iuueniliter exultantem patientia sua molliebat. *Ouid. 7. Metamorph.* Venatum in syluas iuueniliter ire solebam. [*Ouid. Eleg. 1. lib. 2. Triſt.* Quo (ingenio) videar quamuis nimium iuueniliter vsus.]

Iŭuĕnālis, le, adiectiuum, νεανικός. *Plin. lib. 33. cap. 2.* Quum C. Sulpitius Galba iuuenalem famam apud principem popinarum pœnis auueuparetur. Iuuenalis dies dicebatur festum quoddam, quod à iuuenibus præcipuè celebrabatur primo die post elapsa Saturnalia, à Caligula primum institutum. *Sueton. de Caligula, cap. 17.* Adiecit diem Saturnalibus appellauitque iuuenalem.

IŬVĔNĀLIS, *ἰωβενάλις*, Nomen proprium Satyrici Poetæ in primis eorum, qui argumentum eiusmodi tractarunt, laudandus, nisi secretarij illam flagitiorum sentinam nusquam non mouens castiores animos à sui lectione auertisset.

Iŭuĕnālĭa, Erant ludi, qui pro salute iuuenum celebrabantur. νεανικὰ. *Sidonius*, Iam verò iuuenalibus peractis, Quem te præbueris sequẽte in æuo, Chartis posterioribus loquamur. *Tacit. lib. 14.* Nec tamen adhuc publico theatro dehonestaretur, instituit ludos iuuenalium vocabulo, in quos passim nomina data. [¶Iuuenales ludos vocat *Sueton. in Neron. cap. 11.*]

Iŭuĕnēsco, is, Iuuenis fio, ad ætatem & constitutionem priorem redeo. {νεανεύομαι. GALL. Reieunir. ITALIC. *Ingiouanirſi. farſi giouane.* GER. Jung werden. HISPAN. *Hazerſe mancebo.* ANG. *To waxe or beyonge.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Ouid.3. Amo. Illius à tactu Pylius iuuenescere posset. *Plin. lib.34 cap.* 14. Vites squalore decisō annis omnibus cogimus iuuenescere. *Iuem lib.8.c.57.* de gliribus, Rursus æstate iuuenescunt.

Iūuenāri, Temerè & inconsideratè, & iuuenum more aliquid dicere vel facere. {νεανίζειν. GAL. Faine cõme ieunes gens, parler come eux. ITA. *Parlare inconsideramente, parlare da giouane.* GE. Narrechtig vnd vnbesint reden wie die iungen. HIS. *Hablar ò parlar no bien miramas como macebo.* A. *Io do or say any thing rashly after the fashion of youth.*} *Horat. in Arte,* Aut nimium teneris iuuenentur versibus vnquam.

Iūuentūs, tutis, Ætas iuuenilis, quæ & iuuenilitas & iuuenta dicitur, νεότης. *Sallust.* Ibique iuuentutem suam exercuit.

¶Sæpius accipitur pro multitudine iuuenum. {נעורים *neburim* נער *naár* נערות *neburóth* עלומים *halumim* νεολαία. GAL. Ieunesse, ieunes gens. ITAL. *Giouentu.* GERM. Die iugent. HISP. *Mocedad ò mancebia.* ANG. *Youth, yonge age, acompa te of yonge men.*} *Seruius Sulpitius Ciceroni,* Licitum est tibi, credo, pro tua dignitate ex hac iuuentute genetum eligere. *Cic.2. Tuscul.* Iuuentutem laboribus eruditunt. [*Pl. Capt. sc.2.a.1.* Nulla est iuuentutis spes, sese omnes amãt. *Idem ibid.* Iuuentus nomen indidit scorto mihi. *Idem Men. sc.2.a.1* Iuuentus nomen fecit pœniculi mihi. *Senec. cap.15. de Consol. ad Polyb.* Circa primos iuuentutis suæ annos eum amisit. *Plaut. Most. sc.1.a.1.* Quo nemo adæquè parcus iuuentute ex omni Attica. *Idem sc. 2. a. 1.* Quo neque industrior de iuuentute erat. *Plaut. Curc. sc.1.a.1.* Dum te abstineas nupta, vidua, virgine, iuuentute, &c. *Idem Plaut Pseud. sc.2.a.1.* Hunc hominem hic colere pati iuuentutem Atticam? *Catull. de Comm. Beren.* Cúmque iuuentus per medium classi barbara nauit Athon. ¶Iuuentutis princeps: *Suet. in Calig. cap. 15. & Senec. cap.15. de Cons. ad Polyb.*] ¶Aliquando ponitur pro dea quæ præesse putabatur huic ætati, nec est Hebe Iunonis filia & Herculis vxor. *Liu.4. Decad. lib 6* Iuuentutis ædem in Circo maximo C. Licinius Lucullus Duumuir dedicauit. *Plin. lib.35. cap.10.* Pinxit hic tantum Proserpinæ, quæ tabula fuit in Capitolio in Mineruæ delubro, supra ædiculam Iuuentutis.

Iūuentā tæ, Æ. as iuuenilis, iuuētus. {נערים *neharim* נער *naár* נעורות *neburóth* עלומית *halumit.* νεότης. GAL. Ieunesse. ITA. *Giouentu.* GERMA. Die zeyt der iugent/das alter der iugent. HIS. *Mocedad ò mancebia.* AN. *Youth, yonge age.*} *Plin. lib.3. cap.15.* Aliis sterilis est iuuenta: aliis semel in vita datur gignere. *Idem lib.9. cap. 55.* Nec nisi iuuenta constat ille qui quæritur vigor. Viridis iuuenta, *Virgil. 5. Æneid.* Audax iuuenta, *Idem 4. Georg.* Imbellis iuuenta, *Horatius 3. Carm. Ode 2.* ¶Iuuenta pro iuuenum multitudine, quæ & iuuentus dicitur. νεολαία. *Mart. lib.2.* Quintiliane vagæ moderator summe iuuentæ. [*Et ita Liuius lib.5. ab Vrb.*] Iuuenta dea melioris ætatis, & iuuentutis, *apud Vallam libr.4.*

Iūuentās, Dea quæ iuuentuti præesse putabatur. *Hor. 1. Carm. Ode 30.* Et parum comis sine te iuuentas. *Vbi Acron,* Aliud est iuuenta, aliud iuuentas, aliud iuuentus: Iuuentas, ætas putatur: iuuenta ipsum nomen: iuuentus, ipsi iuuenes. ¶Accipitur tamen iuuentas, pro ætate ipsa iuuenili. *Lucr. lib.5.* Tum demum puerili ævo florente iuuentas Occipit, & molli vestit lanugine malas.

IVVERNA, Insula est non procul à Britannia, quæ vulgò *Irlandia* dicitur, à doctis verò Hybernia { GERM. Irland.} *Iuuen. Satyr.2.* Arma quid vltra Littora Iuuernæ promouimus & modò captas Orcadas & minima contentos nocte Britannos? Græci vocant ἱέρνην, *teste Hermolao. Claudian quarto Honorij* vocat Iernam.

Iūuō, as, iuui, iutum, Opem fero & auxilior, adsum, defendo, præstò sum. {עזר *hazar.* ἐπίκουρος, ὠφέλιμος. GAL. Aider. ITA. *Giouare.* GER. Helffen. HISP. *Ayudar.* ANG. *To aide, to help* } *Plaut. in Trinummo,* nunc ego te quæso, Vt me opera & consilio iuues. [*Idem Plaut. Curc. sc.4.a.4.* Ita me machæra & clypeus bene iuuent. *Idem Pseud. sc.4.a.2.* Benè iuuas: (est gratiam habentis.) *Idem Capt. sc. 2.a.1.* Neq; vnquam quicquam me iuuat quod edo domi: foris aliquãtillum etiam quod gusto, id beat.] *Terentius in Heauton.* Crede, inquam, mihi, aut consolando aut consilio, aut re iuuero. ¶Iuuare pro beneficio & misericordia prosequi. *Cicero quarto Verr.* Legis Corneliæ meminit, quæ prosciptũ iuuari vetat. *Liuius,* Iuuisse eos omni commeatu classem hostium. ¶Iuuat impersonale, delectat, τέρπει. *Virgil.3. Æneid.* Iuuat euasisse tot vrbes. ¶Iuuat me & iuuat mihi *æquè Plautus dixit.* [Iuuat me: vt suprà videre est in exemplis allatis: Iuuat mihi; *vt in Cistell. sc.1.a.1* sub finem, Quãdo ita tibi iuuat, vale atq; salue. Vbi Vignoniana editio anni 1605. habet *lubet*, pro *iuuat*: Alij scribunt dictũ *iuuat* à Plauto pro *placet.*] ¶Iuuari pro adiuuari, auxilio leuari. *Plin. lib. 17.c.17.* Quod sic etiam iuuatur. *Ouid.1. de Ponto, Eleg.4.* Sed vereor ne me frustra sanare labores. Nec iuuer admota perditus æger ope.

Iūuāns, participium. {עזר *hozer.* ὑπερασπιστής, ὁ ὑπερμαχῶν. GAL. Aidant. ITA. *Aiutante.* GER. Helffend. HIS. *Ayudador.* ANG. *Aiding, helping.*} *Cic. ad Treb.* Méque diis iuuantibus ante brumam expectabis.

Iūuāmēn, Iuuatio & Iuuamentum, idem significant, scilicet auxilium. {עזר *hozer* עזרה *hozráh.* ὠφέλημα, ὄνησις. GAL. Aide. ITA. *Giouamento.* Helffen/helffung HISP. *Ayuda.* ANG. *Aide,* help.}

Iūxtā, Prope, propter. { על *hál.* πλησίον. GAL. Aupres, iouxte, ioignant. It' *Apresso.* GERM. Bey oder nahe bey. HISP. *Cerca* ANG. *Nere or nigh to.*} *Virgil. lib.4. Æneid.* Humilis volat æquora iuxta. *Plaut* Iuxta te sum, vt piè tuearis, oportet. [¶Interdum reticetur accusatiuus: *vt apud Virgil 6. Æneid.* furiarum maxima iuxta Accubat.] ¶Al quando significat simul, coniunctim, ἅμα. *Varro de Vita pop. Rom.* Quum incendubrando faceret iuxta ancillas lanam, id est, simul cum ancillis. ¶Quando verò aduerbium est, significat æquè, similiter, eodem modo, ὁμοίως. *Plautus* [*Aulul. sc.5.a.4.*] Dixit tibi mater: iuxta mecum rem tenes, id est æquè atque ego. [*Idem Milit sc.2.a.2.* Vt scias iuxta me (vulgò dicunt; Non magis scio, quàm tu.) *Sic Sallust. in Catilin.* Nunc vero quo in loco res sitæ sunt, iuxta mecum omnes intelligitis. ¶Sic, scire aliquid iuxta cum aliquo dicitur. *Plaut. Pseu. sc.7.a.4.* An nescire iuxta cum ignarissimis. (id est æquè scio, ac ignarissimi; siue, perinde scio, ac qui maximè ignorant.) ¶Iuxta cum datiuo: *Liuius lib.4 belli Pun.* Fabius omittendam rem paruam ac iuxta magnis difficilem, &c. censebat. (id est, æquè difficilem, ac sunt res magnæ.)]*Sallust. in Iugurth.* Hyemem atq; æstatem iuxtà pati. *Cicero in Planciana,* Reliquis officiis me iuxtà acsi meus frater esset sustentauit. ¶Apud veteres iuxtim pro iuxta inuenitur. *Sisenna,* Iuxtim Numicium flumen obtruncatur. *Liuius Andronicus in Ægystho,* In sedes collocat se regias, Clytemnestra iuxtim, tertias natæ occupant. *Ex Nonio* ¶Interdum etiam secundum vel post [*Gellius cap.13. lib.5.* Constabátq; ex moribus populi Rom. primum iuxta parentes locum tenere pupillos debere. *Plin. cap.45. lib 7.* Iuxta hæc Variana clades.] *Item Gell. lib.4.c.9.* Nigidius figulus, homo (vt ego arbitror) iuxta Marc. Varronẽ doctissimus, hoc est secundùm Varronem vel post Varronem.

Iūxtim, aduerbium, significat propè [de prez, tout contre] {על *hal.* πλησίον.} *Suet. in Tib.* Magistratib. pro tribunali cognoscentibus, plerunq; se offerebat consiliarium, assidebátque iuxtim vel ex aduerso in parte priori. [*Lucret. lib.4.v.102.* Cur ea quæ fuerint iuxtim quadrata, procul sint visa rotunda.]

I ante X.

XIX. In notis antiquorum Duodeuiginti. IXI. nonus decimus,

Īxiă ἰξία. Herba quædam cum terra colorem mutans, vnde & Chamæleonem appellarunt. Ixias autem dicitur ὅτι τὸ ἰξὸς, hoc est à viscositate quibusdam in locis circa radicem eius inuenitur, quo pro masticheuruntur mulieres. Huius duæ sunt species, candido, & nigro colore distinctæ. *Vide Plin. lib.22.c.18.*

IXIBATAE, Vide Iazabatæ, & Iapamatæ.

Īx ĭŏn, pen. pro. huius Ixionis penultima correpta ἰξίων. { GERMA. Ein könig in Thessalia gewäsen/welchen Jupiter zur hellen verdampt hatt/das er stäts an einen rad vmbgetryben wurde } Filius fuit Phlegiæ (alij tamen Æthionis, alii Iouis filium faciunt) qui principio vxorem duxit Diamliam Dionei seu Eioneiqui cùm multa pro compensatione dotis pollicitus esset, & ob id pater sponsæ ad eum venisset, vt munus reciperet, Ixion facta scrobe, eáque lignis & stramentis intecta, partem sponsæ ea fraude peremit, à quâ cæde quũ neque homines, neque dii eum lustrare vellent, diúque incertus vagaretur, Iupiter illius misertus, in cœlum assumptum expiauit. Quúmque iam purgatus apud superos deferet, Iunonem amare cœpit, eámque de stupro interpellauit. Quod quum Iupiter intellexisset, nubem illi sub Iunonis effigie opposuit, ex qua ille Centauros genuit. Deiectus deinde in terram, quum passim gloriaretur, se cum deorum regina rem habuisse, Iupiter indignatus, fulmine ad inferos Ixionem detrusit, curauítque vt ibi rotæ volubili alligatus, perpetuò volutaretur: vnde *Ouid.* Voluitur Ixion, & se sequitúrque fugítque.

IXIONIDES, Patronymicum.

Īxŏn, ἶξον. Græci appellant viscum, quo aues capiuntur: vnde & chamæleonem herbam ixiam vocauere, quòd quibusdam in locis ad radicẽ eius viscum inueniatur, quo mulieres vice mastiches vtuntur.

Īynx, iyngis, ἴυγξ. Auis quæ verticilla à colli versura vocatur. Hæc paulò maior est quàm fringilla, colore vario, linguam serpentibus similem habet, quam longitudine quatuor digitorum exerit, rursúmque contralit intra rostrum, collum circumagit in aduersum, reliquo quiescente corpore: vnde Torquilla à quibusdam est appellata. Sunt qui & turbinẽ vocant, putántq; auem esse amatoriis medicamentis infamẽ. Frequens auis huius mentio est *apud Theocritũ in Pharmaceutria.*

IZELVS, ἰζηλός, Castellum Siciliæ. *Steph.*

DE LITTERA K.



LITERA, Græcorum est, non Latinorum, quam ipsi κάππα nominant. Ea Latini non vtuntur, nisi in Kalendis, quam tamẽ vocem non incommodè per C. scribimus. Nam & *Priscianus* testis est K apud Latinos esse supervacuum: & Quintilianus non obscurè innuit loco eius nos habere literam C. quæ ad omnes vocales vim suam perferat. In notis antiquorum K. Calendæ, vel caput, vel clarissimus, vel cardo, vel castra, carissima, vel Cælius. KAR. Carthago. K. AP. Calendis Aprilis. KAL. IAN. Calendis Ianuarij. K. AVG. Calendas Augusti. KARO. Carthago. KARO. C. Carthago ciuitas. KAR. M. cardo maximus. KAR. F. cardo finalis. K. Carthago, ciuitas, vel capite, census vel censum, vel cæsus, vel calumniæ causa K. DD. Castra dedicauit vel dedicamus, vel dedicata, vel dedicanti, vel dedicauerunt. K. FX. castra fixit. K. FEB. Calendis Februarij. KL. Calendæ vel Calendis. KLD. Calendis. KAL. SEP. Calendis Septembris. K L. NOV. Calendis Nouembris. K L. O C T. Calendis Octobris. KL. DEC. Calendis Decembris. K. M. carissimus vel cardo maximus. K. MA. Calendis Maij. K. MART. Calendis Martij. K. MR. Cara memoria. K. MT. Cælius mortuus. K O. Carolo. K. P. Carolo posito, vel castra ponit, vel posuit, vel castra ponti. K. PR. Castra peregrina. K. Q. Calendæ Quintilis vel Quintileis. K R. Chorus. KR. C. Cara ciuitas. KRM. Carmen. K. R. A. Cara caue me. KR. AM. N. Carus amicus noster. K. R. N. Carus rex noster. KS. Chaos. KS. Calendæ Sextileis, vel Sextilis. K. T. Capiste tonsus.

FINIS.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance



DICTIONARII CALEPINI,

OCTOLINGVIS, ET NOVISSIME

RECOGNITI, PLVRIMISQVE DICTIONIBVS

ET VARIIS SIGNIFICATIONIBVS AVCTI,

ac diligentissimè emendati.

ALTERA PARS.

L



LITERA Latinorum est, Græcorum lambda sono & potestate respondens, vna ex iis quæ à Græcis ἀμετάβολοι, hoc est, immutabiles, à Latinis liquidæ appellantur. Quo fit, vt mutam immediate subsequens in eadem syllaba, precedentem syllabam, si breuis fuerit, reddat indifferentem. Hinc fit vt Atlas priorem syllabam habeat indifferentem, quum natura breuis sit. *Martial.* Non aliter ridetur Atlas cum compare multo. *Et alibi,* Conturbabit Atlas. *Virgil. eandem producit 8. AEneid.* At M. iam maximus Atlas. ¶ Porrò L lenis littera est. *Ouid. 5. Fast.* Aspera mutata est in lenem tempore longo littera, (vt Lemuria Remuria.) Itē, L succedit loco R, vt Frater Fratellus: Caper Capella. *Terent. Scaurus de Orthograph.* ¶ D & L consentiūt, verbi gratia, Sella dicta est, quæ antea sedda. *Idem ibidem.*] ¶ Nomina verbáque ab hac litera incipientia, si cum præpositione AD vel IN componantur, posterior litera præpositionis conuertitur in l. vt allabor, alluo, illino, illustris, pro adlabor, adluo, inluo, inlustris. In notis antiquorum L. Lucius, vel Lucia, vel Lælius, Lælia: libertus, locus, lex, lector, Lolius, Quinquaginta. L. A. lex alia. LA. C. Latini coloni. L. A. D. locus alteri datus. L. ÆL. Lucius Ælius. L. AG. lex Agraria. L. AN. quinquaginta annis, vel Lucius Annius. L. AP. ludus Apollinis, vel Apollineus, vel Apollinaris. LAT. P. VIII. E. S. latum pedes octo & semis. L. ADQ. locus adquisitus. LB. liberi. L. BIB. Lucius Bibulus. L. C. B. M. D. locum bene merenti dedit. L. BO. lex boaria. L. B. P. locus bene possessus. L. C. locus. L. C. Latini coloni, vel Lucius Cattius, vel Lucius Cornelius, libertatis causa, Latini ciues, vel consules. LC. DIV. lucrum diuinum, L. S. lucrum sacrum, vel locus sacer. L. CÆ. vel L. COE. Lucius Cælius, vel Lucius Cœlius. L. CEN. Lucius Censorianus. L. CIN. lex Cinica. LD. laudandum. L. D. locum deditum, vel lucrum dedititicium, vel locum dedit, vel legem dat, vel locus diuinus. L. D. Æ. B. M. locum dedit Ælius bene merenti. L. DD. locus deditus. L. D. D. locus dono datus, vel locum dono dederunt, vel dedit. L. D. D. D. locus datus decreto decurionum, vel libens dono dedit, dicauit, vel libens dato decreto decurionum. L. D. DD. locum diis dedicauit. L. DIV. locus diuinus.

LA, siue LAA, λᾶ *Lycophroni,* λάα *Homero,* Laconiæ oppidum, edita in petra situm, vnde & nomen habet: nam λᾶς Græcis petra est vel lapis. Hanc vrbem quum expugnassent Castor & Pollux, Laperſæ, λαπέρσαι, cognominati sunt. Incolæ, Lai, λαεῖς dicuntur *Steph.*

Lăbărum, pen. cor. λάβαρον, Vexillum erat militare ante imperatorem gestari solitum, auro intertextum, gemmísque intermicantibus splendidissimum: tantæ olim existimationis, vt à militari turba adoraretur. Huius deinde loco Constantius crucis insigne iussit præferri. Meminit huius vexilli *Ambrosius in Epist. Septimius in Apolog. Sozomenus Hist. Tripar. lib. 1. cap. 5. Et præter hos Cassiodorus, Rufinus & Prudentius in Symmachum.*

Labăsco, vide LABO.

LABANIS, Insula est in sinu Arabico, *apud Plin. lib. 6. cap. 28.*

LABARA, λάβαρα, Cariæ oppidum, *apud Stephanum.*

LABATHVS, Viri proprium, cuius crebra mentio *apud Plutarchum.*

Lăbdă, λάβδα, Amphionis cuiusdam ex Bacchiadarum genere filia fuit: quæ quòd clauda esset, & ob id à Bacchiadis cæteris sperneretur Eetioni nupsit, eíque puerum peperit, quem ab euentu Cypselum nominauit. Nam quum duo Corinthiis reddita essent oracula, quibus illi monebantur fore, vt Labdæ filius Corinthi aliquando tyrannidem inuaderet, missi sunt publico decreto decem viri, qui puerum interficerent. Verùm quum fortè puer ei, qui primus eum à matre acceperat, arrisisset, ille misericordia motus adduci non potuit vt eū occideret: quapropter ille alteri tradidit, & ille rursus alij: atque ita deinceps per manus traditus infans, à decimo matri redditus est, nemine eum interficere volente. Post hæc illi egressi & pro foribus stātes, sese mutuò & præcipuè eum, qui prius puerum acceperat, increpabant, qui eum ex conuento non occidisset. Quod quum audisset Labda quæ intus ad fores adstabat, puerum in mensura frumentaria, quam Cypselum vocant Græci, occultauit: vnde postea mater illi Cypselo nomen imposuit. *Vide Herod. lib. 5.*

LABDACVS, λάβδακος, Phœnicis filius, qui senex Thebas vocarus, ibi aliquandiu regnauit: filiúmque habuit Laium, qui à patre Labdacides vocatur. *Stat. lib. 6. Theb.* nec verbera pallidus abdit Labdacides.

Lăbdăcĭdæ, pen. cor. λαβδακίδαι cognominati sunt Thebani à Labdaco rege, Laij patre.

LABDALON, λάβδαλον, Promontorium Epipolæorum prope Syracusanos. *Steph.*

LABEATES, Liburniæ populi sunt, *apud Plin. lib. 3. cap. 22.*

Labefacio, Labefacto, vide LABES.

Labellum, vide LABRVM.

LABEO ANTISTIVS, Nomen Iureconsulti, à labiorum magnitudine sic dicti. Quicunque enim magna labia habent, labeones & labrones cognominātur ἀφ' ἑλκώσεως. {Ger. Die groß läfftzen haben} Hic Labeo (*vt Gell. ait lib. 14.*) iuris ciuilis disciplinā principali studio exercuit, & consulentibus de iure publicè respondsitauit. Sed cæterarum quoque bonarum artium non expers fuit, & in grammaticam atque dialecticam, literásque antiquiores, altiorésque penetrauit, Latinorúmque verborum origines, rationéque percalluit, eáque præcipuè scientia ad enodandos iuris laqueos ille vtebatur. Immodica libertate fuisse perhibetur, & nimia tuendi iuris pertinacia, adeò vt D. Augusto iam principe, & Rempublicam obtinente, ratum tamen pensúmque nihil haberet, nisi quod iustum sanctúmque esse, in Romanis antiquitatibus legisset. Quare quum à muliere quadam Tribuni aduersus eum aditi, Gellianum ad eum misissent, vt veniret, & mulieri responderet, iussit eum qui missus erat, redire, & Tribunis dicere, ius eos non habere, neque se, neque alium, quenquam vocandi, quum moribus maiorum Tribuni pleb. prehensionem haberent, vocationem non haberent. Posse igitur eos venire, & prehendi se iubere, sed vocandi absentem ius non habere. *Vide plura de hoc apud Gell. lib. 13. cap. 10. & 12.*

LABERIVS, Poëta mimographus, à Cæsare annulo equestri donatus, cuius meminit *Macrob. Saturn. lib. 2. & Gell. lib. 11. cap. 9. Senec. lib. 7. Declamat.*

Lābēs, huius labis, fœm. gen. Ruina, lapsus: à labendo. {DIE *ruin* RINDE *ruine dh. ſtūrtz, zerfallung, ſchwachheit, ſchwindſucht, laſter.* Gall. Tache, macule, souillure. ITAL. *Rouina, macchia.* Germ. Ein einfal: item, ein maasen oder fleck. HISP. *Manzilla ò caymiento.* ANG. *A soiling, a spot, ablemish.*} *Virg. 2. AEneid.* Hinc mihi prima mali labes. ¶ Est quoque labes violenta quædam illuuies aquæ: aut tempestatis, grandinisve ruina: aut quum terra in altissimum hiatum aperitur. *Cic. 1. de Diuinat.* Delata etiam ad Senatum labes agri Priuernatis, quum ad infinitam altitudinem, terra defedisset. Labes atque eluuies ciuitatis, *Cic. pro Domo sua.* Labes atque pernicies prouinciæ, *Idem 2. Verrina.* [Quanta pernis pestis venit? quāta labes larido? *Plaut. Capt. sc. 2. a. 4.*] ¶ Labes item accipitur pro macula, qualis fieri solet, aut oleo, aut simili liquore in vestem delapso. κηλὶς, σπίλος. ¶ Frequentiùs tamen per translationem pro quouis animi vitio fœdiore accipitur. *Cic. pro Domo sua,* Hanc labem turpitudinis, & inconstantiæ poterit pop. Rom. dignitas sustinere? *Ouid. in Epist. Deianiræ.* Lætáque sit vitæ labe nouerca tuæ: [parua quidem periit, sed sine labe domus. *Ouid. Eleg. 1. lib. 2. Trist.* Item, Decem lustris sine labe peractis. *Ouid. Eleg. 8. lib. 4. Trist,* Labes te, mræ. *Liuius 2. d. 5.*] Metonymicè.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

pro homine impuro & sceleſto. *Plau. Peſſa*, Impurè, inhoneſtè, iniuſtè, illex, labes populi.

Lăbĕcŭlă, diminutiuum. {οὐ πεπτυπλὲ, καλίδιον. GAL. Petite tache ou ſouillure ou rouine. ITA. *Picciola macchia, picciola rouina.* GER. Ein mõſlein. HISP. *Pequena manzilla ò caymiento.* ANG. *A lit le ſpot or blemish.*} *Ci. in Verr. Atin.* Sed quum Annium tantopere laudes, & clariſſimo viro nonnullam laudatione tua labeculam aſpergas, &c.

Lăbĕfăcĭo, is, Rumpo, frango, perdo, mobile & inſtabile reddo חפיר *hippil* נתם *nathas* נתץ *nathats* חשחית *hiſchchith*. πτοεκκαίνω, λυμαίνομαι. GAL. Rompre & gaſter, perdre & corrompre. ITA. *Deſtruggere, rouinare, crollare.* GER. Verderben/ ſchwechen/ geſchenden/ waggelend machen. HISP. *Hazer caer à otro, deſtruyr, quebrar.* ANGL. *To breake, to make feble.*} *Terent. in Adelph.* Omnes dentes labefecit mihi. [*Ouid. 2. Faſt.* Cætera ne ſimili caderent labefacta ruina.] ¶ Aliquando pro deterrere, & à conſtantia abducere. *Cic. pro Seſtio*, Quem nulla vnquam vis, nullæ minæ, nullo inuidia labefecit. ¶ Labefacere fidem ſuam dicitur debitor, quum malè ſoluendo, efficit nequis ei quippiam velit credere. *Sueton.* Rediit ſanè nihilo opulentior, vt qui propè labefacta fide omnia prædia fratri obligaret. ¶ Aliquando pro eneruare, frangere, debilitare, reſoluere. *Lucret.* vſque adeò Veneris compagibus hærent Membra voluptatis dum vi labefacta liqueſcant.

Lăbĕfăctĭo, onis, Debilitatio. {מפלח *mappalách* חלושה *chaluſcháh*. ἡ λύσις, ἡ λύμη ἡ βλάβη. GAL. Gaſtement, branſlement, ITAL. *Rouina, crollamento.* GER. Waggiung/erſchuttung. HISP. *Cayada, caymiento.* ANG. *Abreaking, or making weake.*} *Plin. li. 33. ca. 1.* Tuſſim veterem inhibet, & dentium labefactionem.

Lăbĕfăctŭs, particip. {נתץ *nitzáts*. λελῦσθαι, λυμαίνεσθαι. GAL. Rompu, gaſté. ITAL. *Rotto, Guaſtato.* GER. Verderbt/erſchuttet/vnd beweget. HISP. *Rompido, gaſtado.* ANG. *Broken, made weake.*} *Vir. 4. Æn.* Animum labefactus amore. Robora labefacta, *Ouid. 12. Metam.*

Lăbĕfăcto, as, frequentatiuum, Affligo, perdo, corrumpo, concutio, conuello, quatio. {חפל *hippil* נתם *nathás* נתץ *nathats* חשחית *hiſchchith*. λυμαίνομαι, πτοεκκαίνω. GALL. Gaſter, ruiner, corrompre. ITAL. *Rompere, guaſtare, corrumpere.* GERM. Verderben/ geſchenden/erſchütten / vnd bewegen, HISP. *Hazer caer ò otro, deſtruyr, gaſtar, corrumper.* ANGL. *To deſtroye to corrupt, to vndoe.*} *Colum. lib. 2.* Igitur in opere boues arctè iunctos habere conuenit, quò minus colla eorum labefactentur. *Cic. in Catil.* Quòd ſi legere vel audire velitis, externas maximas Reſpub. ab adoleſcentibus labefactatas, à ſenibus ſuſtentatas, & reſtitutas reperietis. ¶ Aliquando pro commouere, & à propoſito auertere. *Cic. ad Cornif.* Nec verò poſtea deſtiti labefactare eum, qui ſumma cum tua iniuria, contumeliáque Reipubl. prouinciam abſens obtinebat. * *Terent. Eunuch.* Nimirum dabit hæc Thais mihi magnum malum, Ita me video ab ea aſtutè labefactarier.

LABETIA, Arabiæ oppidum, ab Ælio Gallo dirutum. *Plin. lib. 6. c. 28.*

LĂBĪCĀNVM, λαβικανὸν, à Suetonio in Cæſare fundus in agro Labicano, Dictus eſt autem ager Labicanus à Labicis vicino oppido, cuius meminit *Liu. lib. 2. ab Vrbe*, Labicos, inquiens, peditum vi cepit. Vnde & populi ipſi, Labici dicti ſunt, de quibus *Virg. lib 7.* & picti ſcuta Labici.

LĂBĪCĪ, Vulgò *Valmonte*, Italiæ populi qui genus ſuum à Glauco Minois filio traxerunt, quem Labicum appellarunt à ſcuto militari, intus anſato, quod primus in Italia oſtendit. Nam λαβὰς Græcis anſam ſignificat, vel manubrium. *Virg. lib. 7.* Et Sacranæ acies, & picti ſcuta Labici. *Vide* LABICANVM.

LĂBĪĒNŬS, prænomine Titus, Cæſaris in Gallia Legatus, rei militaris gloria clarus. Hic poſt res ampliſſimas ſub Cælare geſtas, inſtante bello ciuili, defecit ad Pompeium, pertinaciſſimúmque ſeſe Cæſaris hoſtem præbuit. Victis enim Pompeianis partibus, Parthos in ſocietatem ſolicitauit, magnáſque eorum copias in Aſiam adduxit. *Autor Strabo li. 14.* ¶ Fuit præterea Titus quidam Labienus, ſcriptor immodicæ libertatis, qui quòd in omnes nullo diſcrimine inueheretur, Rabies cognominatus eſt: factúmque eſt opera inimicorum, vt ſcripta eius publicè exurerentur. Quod quum intueretur Caſſius Seuerus, Nunc me, inquit, viuum exuri oportet, qui ea ad verbum edidici. Labienus autē ignominiam illam tam grauiter tulit, vt ſcriptis ſuis ſuperſtes eſſe noluerit, ſed in maiorum ſuorum monumenta ſe infetri iuſſerit, viuúmque ibidem includi. Fuit præterea alius Labienus, qui cum Saturnino eſt interfectus, *de* apud *Ciceronem in Rabirianā.*

LABINA, Vulgò hodie dicitur vicus inter Veronam & Cremonam duarum cladibus Romanorum notus, qui antea Bebriacus dicebatur: *Calepinus.*

Lăbĭum, bij, & Labrum, bri, Eiuſdem ſunt ſignificationis. {שפח *ſaphah*. χεῖλος. GAL. Leures, baulieure. ITA. *Labro.* GER. Ein läfftzen. HISP. *El beço ò labio de la boca.* AN. *A lip.*} Sunt enim extremitates, & opercula oris, & veluti vallum quoddam ad tegendam dentium deformitatem à natura datum. Soſipater tamen diſtinguit, ex Verrij Flacci ſententia ita, vt modica ſint labra, labia immodica, & inde labeones dici. *Perſius*, Nec fonte labra prolui Caballino, *Terent. in Eunucho*, Labiis demiſſis. *Cæſar 5. bell. Gallic.* Capillóque ſunt promiſſo, atque omni parte corporis rasa, præter caput & labrum ſuperius. (Meretrices labiis dum ductãt eũ maiorem partem videas valgis ſuauiis. *Plaut. Merc. ſc. 1. a. 2.* Item vbi labra ad labella adiungit. *Plaut. pſend. ſc. 1. a. 5.* Inanis loquacitas & verba in labris naſcentia. *Quintil.*] ¶ Admouere labra poculis. *Virg. 3. Eclog.*, Nec dum illi labra admoui, ſed condita ſeruo. ¶ Primoribus ſeu primis labris aliquid deguſtare, prouerbiali metaphora dicitur, pro eo quod eſt leuiter & perfunctoriè aliquid attingere. *Cic. 1. de Natura deorum*, Hunc cenſes primis, vt dicitur, labris guſtaſſe phyſiologiam? *Idem 2. de Orat.* Quæ iſti rhetores ne primoribus quidem labris attigerũt. [*Quintil.* primis (vt aiunt) labris deguſtarit. *Senec. epiſt. 30.* In primis labris eſt anima ſenilis.] ¶ Mordere labrum, ὀδὰν τὰ χείλη, vel hodiernis temporibus vulgò dicitur, qui ſtomachatur animóque ringitur. Sumptum ab indignantium geſtu. *Ariſtophan. in Veſpis.* ¶ Labra item dicuntur rei cuiuſuis extremitates: vnde lummi foſſarum & fluuiorum margines labra appellantur. *Cæſar 7. bell. Gall.* Foſſam pedes viginti latam directis lateribus duxit, vt eius ſolum tantundem pateret, quantum ſumma labra diſtabant. ¶ In vulneribus quoque extremæ oræ, quæ acu iunguntur, labra dicuntur. ¶ Labrum item dicitur vas amplum & patulum, in quod aqua è fonte delabitur. *Plin. Epiſt. 101.* Inter has marmoreo labro aqua exundat. [*Liu. 7. d. 4.* Labra marmorea duo ante fornicem poſita à Scipione.] ¶ Eſt & labrum genus vaſis in balneis ad lauandum aptum, quaſi lauabrum, ἀπὸ μιᾶς δὲ τ. *Cic. Teren.* Labrum ſi in balneo non eſt, fac vt ſit. [*Ouid. 4. Faſt.* Nec Dryadas, nec nos videamus labra Dianæ.] ¶ Item quoduis aliud vas amplum & patulum. *Virg. 8. Æn.* Sicut aquæ tremulum labris vbi lumen ahenis, Sole repercuſſum aut radiantis imaginē lunæ. ¶ Hinc labra vinaria, lupinaria, & olearia dicuntur, in quibus lupini conduntur, & in quæ vina è lacu, oleum è cortina transferuntur. *Cato*, Oleum in labrum trimùm indito. ¶ A labrum in primo ſignificato fit *ſublabro*: de quo infrà. ¶ A quos etiam labias legimus in fœminino genere. *Plau. in Stich.* Age tibicen, quando bibiſti, refer ad labias tibias. Sic enim legit Nonius. *Item apud Gellium l. 4. c. 10.* Labias ſenſim primores emouemus.

Labellum, & labroſus, vide paulo infrà.

Labo, as, Cado, vacillo, nuto. {מער *maʿádh* מוט *mat* נפל *naphál*. σαλεύω, σφάλλω. GAL. Branler, chanceler, vaciller. ITA. *Cadere, vacillare.* GER. Fallen/zu dem fal ſencken. HISP. *Caer, bambanear.* ANGL. *To fall, to ſtide, to ſtipe.*} *Virg. lib. 2. Æneid.* Labat ariete crebro Ianua. *Horat. 3. Carm. Od. 6.* delicta maiorum immeritus lues Romanæ, donec templa refoderis, Ædéſque labantes deorum. *Virg. 12. Æneid.* Genua labant, gelidus concreuit frigore ſanguis. ¶ Et per tranſlationem Labare fermone: pro inconſtanter & timidè loqui. [Qui labat ambiguo ſpes mea miſta metu. *Ouid. Eleg. 3. lib. 4. Triſt.* pars nulla eſt, quæ labet Imperij. *Idē Eleg. 1. lib. 2. Triſt.* Si qua labarent in moribus. *Sueton. in Tib. cap. 33.* Labantem ordinem confirmare. *Suet. in Cæſ. cap. 14. Plin. lib. 14. cap. 22.* Labant animi, hoc eſt, deficiunt, *Liuius 6. bell. Mace.* Labat conſilium meum, *Cic. ad Atti. li. 8.* Mens labat. *Celſus li. 2. c. 7.* * metaphora ſumpta ab arbore quæ multis ferri ictibus ſuccisa tandem incipit caſum ruinámque minari. Labare & mutare ſententiam. *Cic. 1. Tuſcu.* Mouemur enim ſæpe aliquo acutè concluſo: labamus, mutamúſque ſententiam.

Lăbāſco, ſci, ſcere, verbum inchoatiuum, Caſum minari & ruinæ vicinum eſſe. {מער *maʿádh* מוט *mat* נפל *naphál*. κατοίγνυμι, σφάλλομαι. GAL. Commencer à cheoir, vaciller, chanceler. ITAL. *Minacciare rouina, caſcare.* GER. Anfahen zu fallen/wöllen ſincken. HIS. *Caer, amenazar cayda.* ANG. *To begine, to fall.*} *Luc. lib. 4.* Vincitur in longo ſpatio tamen atque labaſcit. Per tranſlationem accipitur pro animo concidere, frangi, & de priſtina conſtantia excidere. {חתת *chathāth*. ἀσθμαίνω} *Terent. Eunuch.* Labaſcit victus vno verbo quàm citò! ¶ Repetitur & labaſcor, deponens pro neutro. *Varro rerum diuin. li. 7.* Poſtquam vidit miſericordia labaſci, mentem infirmam populi. *Nonius.*

Lăbor, eris, lapſus, Cado, ruo, corruo, dilabor. {נפל *naphál*. πίπτω, διολισθαίνω. GAL. cheoir peu à peu, defaillir [ſ'eſcouler, ſe paſſer.] ITAL. *Caſcare, ſdrucciolare, ſcorrere.* GER. Fallen/hinſincken HIS. *Caer, deſlizarſe, deleznarſe.* ANG. *To fall, to ſlide, to decaie, to do amiſſe.* *Cic. de Aruſp. reſp.* Vt aliquis lapſus de cælo cœtus hominum adeat. [Hinc nobis placidus per tempora labitur annus. *Tibul. l. 4.* Iq̃ ne ſinum mœſtæ labitur imber aquæ. *Ouid. Eleg. 1. lib. 4. Triſt.* Nec voi perfuſa eſt deo labente iuuentus. *Ouid. Eleg. 12. lib. 3.* Labentia tardè tempora fallere narrando. *Ouid. Eleg. 3. lib. 3. Triſt.* Soluta & velut labens toga, *Quintil.* Tacito paſſu labentibus annis *Ouid. Eleg. vlt. lib. 4.* Labantes ſiue labentes malas corrigere. *Suet. in Auguſt. cap. 99.* Labentæ re. *Liuius 4. ab vrb.* quod ſupra dixerat præcipiti. Item Lapſi mente, à furioſi. *Suet. in Aug. c. 48. & Senec. epiſt. 36.*] ¶ Interdum idem eſt quod in deſuetudinem abire, ſiue exoleſcere: *Liu. in præfat. lib. 1.* Labente deinde paulatim diſciplina. ¶ Aliquando errare, falli, peccare. *Cic. 1. de Finibus*, Epicurus autem, in quibus ſequitur Democritum non ferè labitur. ¶ Labi etiam dicuntur ij, qui in lubrico figentes veſtigia, in terram ruunt.

Lāpſus, us, Ruina, caſus. {מפלח *mappeláh*. πῶσις, ὀλίσημα. GAL. Cheute, coulement, gliſſement. ITAL. *Rouina, errore.* GER. Ein fal/ſchlipffung. HIS. *Reſualadero, cayda.* ANG. *A fall, a ſliding.*} *Pli. lib. 7. ca. 37.* Et victor ſuprema in ſenecta lapſu ſcalarum exanimatus eſt. ¶ Per tranſlationem accipitur pro errore, vel culpa per imprudentiam admiſſa. *Pli. lib. 5. cap. 1.* Haud alio fieri proniore lapſu, quàm vbi falſæ rei grauis autor exiſtit. ¶ Item lapſus, ſerpentum progreſſus, *apud Virg. 5. Æn.* At gemini lapſu delubra ad ſumma dracones effugiunt. ¶ Lapſus rotarum *à Virg. 2. Æn.* dicuntur, quaſi labiles rotæ, quibus ſcilicet ſubiectis, facilius laberetur ingens ille equus ligneus.

* Lapſus, a, um, partici. qui cecidit. *Ci. pro lege Man.* De cœlo lapſum intuentur. (Lapſis rebus datus princeps. *Senec. cap. 17. de Conſol. ad Polyb.* Corruit ſub vno crimine lapſa domus. *Ouid. Eleg. 1. lib. 2. Triſt.* Lapſáve ſunt nimio verba profana mero. *Idem Eleg. 5. lib. 3.* Tacito pede lapſa vetuſtas. *Ouid. Eleg. 6. lib. 4. Triſt.* Vnde petam lapſis ſolatia rebus: (aliàs laſſis.) *Ouid. Eleg. 2. lib. 5. Triſt.* Et placido lapſu per ſua regna ferunt (.i. natatu.) *Ouid. 6. Faſt.*) *Cæſar. lib. 5. bel. Gallici*, Lapſus ſpe, pro Fruſtratus. *Plaut. Ciſtel.* cum genitiu. iunxit: Ita me amor (*inquit*) lapſum animi ludificat.

Lāpſăbūndŭs. *Seneca Epiſt. 53.* Alterius fundamenta lapſabunda in mollem ac fluidam demiſſa humum.

Lāpsĭo, lapſus, ruina. {מפלח *mappeláh*. ὀλίσημα, πῶσις. GAL. Cheute. ITAL. *Rouina*. GERMAN. Ein fal. HISP. *Cayda*. ANG. *A fall, a ſlyding.*} *Cic. 4. Tuſc.* Sed hæc in bonis rebus, quòd alij ad alia bona ſunt aptiores, facilitas nominetur; in malis procliuitas, vt ſignificet lapſionem: in neutris habeat ſuperius nomen.

Lāpſo, as, frequentatiuum, Lubrico, & nutanti gradu incedo. {מחליק *hecheliḳ*. ὀλισθαίνω. GAL. Se couler, gliſſer ſouuent. ITAL. *Scorrere.* GERM. Schwancken/gehen als wan einer alle tritt fallen wolte. HISP. *Deleznarſe.* ANGLI. *To ſtide or ſlip often.*} *Virg. 2. Æne.* hæc dicens altaria ad ipſa trementem Traxit, & in multo lapſantem ſanguine nati. ¶ Lapſantem greſſum firmare, *Silius li. 3.* [*Gell. c. 15. lib. 1.* Humidis verbis & lapſantibus defluere.]

Lăbŏr, oris, Opera, defatigatio, diligentia, contentio. {יגיע *ámal* עמל *jeghiaʿ*. πόνος, κάμασις. GAL. Labeur, peine & trauail. ITAL. *Fatica.* GERMAN. Arbeit/mũy. HISP. *Trabajo con aſan.* ANG. *Labour, trauayll or paine.*} Nec me labor iſte grauabit. *Valla*, Labo primam breuem habet: labor primam longam. Hinc labor, oris, & laboro, as, prima breuis quod

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ni:quod an ab altero illorum detiuetur, an ab vtroque potiùs, liberum opinaturis relinquo. *Cicer.de Senect.* Nónne melius fuisset otiosam ætatem & quietam sine vllo labore, aut contentione traducere? Labor exercet apes, *Virg.*1.*Æneid.* [Fallitur pensa trahentis ancillæ labor. (cantando) *Ouid.Eleg.*1.*lib.*4.*Trist.* Languida non noster peragit labor otia (.i.nos laborioſi) *Tibull.lib.*4. Sit labor illius, tua dum iacundia maior. *Tibull.lib.*4. Iam labor(obſidionis) in fine eſt. *Ouid.* 13.*Metamor.* Duorum laborũ ego parſiſſem lubens rogandi & reſpõdedi. *Plaut.pſeud.ſc.*1.*a.*1. ¶ Labor pro dolore,ſiue morbo. *Plaut.Curcul.ſc.*1.*a.*1. Valetudo decreſcit, accreſcit labor.i.dolor ſiue morbus. Ite,Decet pati,pati æquo animo,leuior labos erit. *Idem Capt.ſc.*1.*a.*2. Euẽnit in labore & in dolore, mors vt obrepat interim. *Plaut.pſeud. ſc.*3. *a.*2. Hinc laborare, pro ægrum eſſe,vt laborare ex capite, ex renibus,laborare à frigore,laborare podagra, &c.] ¶ Labor apud poetas frequenter accipitur pro periculo, calamitate, vel alio incommodo. *Virg.*3 *Æneid.* Requies ea certa laborum. *Ouid.Epiſt.*9. Series immenſa laborum. ¶ Dicitur etiam labos,ſicut lepos, arbos. *Plaut. Trinummo,* Quanquã ibi animo labos grandis capitur. Arduus labos, *Valerius ſexto Argon.* ¶ Laborem ſerere, πόνον σπείρειν, vulgò dicebantur qui fruſtra laborarent, quaſi nihil fructus e labore reportaturi præter laborem. *Diogenianus.*

Lăbōro,as,penultima productà, Contendo, nitor,operam do,laborem adhibeo.{ עמל *ſamál* עמל *jaghá.* πονέω, παλαιπωρέω. GAL. Labourer, trauailler,pener,ahaner. ITAL. *Affaticarſi,faticare,durar, fatica.* GER. Arbeiten/ werckẽ. HISPAN. *Trabajar, afanando.* ANGL. *To labour, to work.*} *Seneca,*Iugiter fodiendo laborat. [*Ouid.*4. *Faſt.* Viuat bos, & in dura ſæpè laboret humo. *Senec.ca.*9.*de conſol.ad Heluiam.* Quicquid extra ſitim,famem, & frigus concupiſcitur, vitiis non vſibus laboratur. *Plaut. Aul.ſc.*1.*a.*4. Pueris qui nare diſcunt, ſcirpea inducitur ratis, Qui laborent minùs & facilius vt nent. *Quintil.*periit labor(ei) cui ſemper idem laborandum eſt. *Cic.*5.*Verr.* Omnes aratores ſerere, impendere,laborare.] *Cicero* 5. *Verrina,* Omnibus enim neruis mihi contendendum eſt,atque in hoc laborandum,vt omnes,&c. ¶ Ambitioſè in re aliqua laborare. *Quintil.lib.*3. *cap.*11. ¶ Vnde & per tranſlationem laborare pro male habere ſumitur : vt quum aliquem laborare quartana, πυρεταίζειν, au laborare podagra dicimus. *Plinius,* Succus eius podagra laborantibus prodeſt. Laborare ex renibus. *Cic.*2. *Tuſculan.* Laborare ex dolore puerperij, *Terent. in Andr.* Laborare à frigore, *Plinius lib.*32.*cap.*12. [Concrepuit digitis,laborat, crebro commutat ſtatus. *Plaut.mil.ſc.*2.*a.*2. Laborant vtero puellæ. *Horat.*] ¶ Interdum idem quod angor,ſolicitus ſum. φροντίζω. *Cicer. Quinto fratri.* De filij tui eruditione quod labores nihil eſt. *Idem Decio Bruto,* Senatum, populúmque Romanum de te laborare non ſolùm ſalutis ſuæ cauſa, ſed etiam dignitatis tuæ. [Nam ſimul inſidiis hominum pelagíque laboro. *Ouid.Eleg.*10.*lib.*1. *Triſt.* Cui nunc hæc cura laborat? *Ouid.Eleg.*1.*lib.*4. *Triſt.* Laborare de patrimoniis alienis (.i.ſolicitè ea curare) *Senec. de Conſol.cap.*14 *de Conſol.ad Mart.*] Aliquando pro arte conficere,colere. ἀσκεῖν, διαπονεῖν. *Virg.*2. *Æneid.* Arte laboratæ veſtes. Et laboratus ager,dicitur qui probè cultus eſt. ἐσκημένον χωρίον. Laborati libri,elucubrati. *Martial. lib.*1. Plena laborantis habeas quum ſcrinia libris,Emittis quare Soſibiane nihil? [*Sueton.in Neron.cap.*41. Scientia tantopere laboratæ artis à ſe.] ¶ Non laboro de hac re:hoc eſt,non curo,neque anxius ſum (*inquit Budæus*) *Cic.pro Roſc. Amerino,* Quoniam cuius conſilio occiſus ſit inuenio : cuius manu ſit percuſſus,non laboro. *Idem* 4.*Academ.* Sed quia non laboro quàm valdè ea, quæ dico,probaturus ſis, eo minus conturbor. ¶ Laborare re frumentaria. *Cæſar tertio belli ciuilis,* Illa omnia perpeti parati,maxime re frumentaria laborabant. [Laborare ære alieno. *Suet. Auguſt.cap.*47.] ¶ Laborare vitiis. *Liuius* 4. *bello Maced.* Diuerſíque duobus vitiis auaritia & luxuria ciuitatem laborare. [Laborare crimine temeritatis. *Quintil.*] ¶ Laboratur, in magnum diſcrimen eſt ventum. *Cic.ad Lentulum li.*1. Laboratur,vehemẽter,inclinata res eſt. [Laborantes.i.periclitantes *Cæſ.lib.*1.*de bell.ciuil.*] ¶ Huius verbi compoſita ſunt,allaboro,& elaboro:de quibus egimus ſuprà ſuis locis. A laboratus fit compoſitum Illaboratus, illaborata, illaboratum, quod ita ſecernitur ab inelaborato, quòd inelaboratum dicitur, quòd non ſatis artificio excultum eſt, ἀνέργαστον. Illaboratum verò,quòd ex tempore & ſine labore factum videtur, αὐτοσχέδιον. Illud vitio dari ſolet, hoc laudi. *Quint.de Cic.* Quum interim hæc omnia, quæ vix ſingula quiſquam intermiſſa cura conſequi poſſet,fluunt illaborata.

Lăbōrātĭŏr,comparatiuus,pro elaboratior, hoc eſt operoſior. *Tertu. de Virg.velandis,* Tanto continentia maioris ardoris laboratior.

Lăbōrĭōsŭs,a,um,duplici ſignificatione dicitur. Nam & laborioſum dicitur quod multum laborat, & in quo multùm laboratur. [*Gell. cap.* 12.*lib.*9. Laborioſus dicitur & qui laborat,& qui labori eſt. Item laborioſus homo, Induſtrius & φιλόπονος : etiam impeditus,quíque ſe ex moleſtia explicare non poteſt] { יגע *iaghéah.* πόνος, κόπος. GAL. Laborieux,penible. IT. *Faticoſo,* GER. Arbeitſam. HISP. *Trabajoſo con afan.* ANG. *Painfull,full of labour.*} *Cic.pro Cælio.* Vos laborioſos exiſtimet,quibus otioſis,nec in communi quidem otio liceat eſſe. Laborioſus ager,in quo colendo plurimùm laboratur *Cæcilius,* Durum rus fugit,& laborioſum. Laborioſum opus,difficile, & quod non ſine labore perficitur. [Quod hìc Cæcilio tribuitur eſt ex Galli poematis, vbi legitur fugite. A Nonio citatur: à Gellio ſub Calui nomine leuiter inmutatus.] *Plaut.in Merc.* Laborioſi nihil tibi quicquam operis imperabo. Laborioſæ exercitationes. *Ci.*1.*de Fin.* Quis noſtrùm exercitationem vllam corporis ſuſcepit laborioſam, niſi vt aliquid ex ea commodi conſequatur? ¶ Hinc laborioſior, laborioſiſſimus.

Lăbōrĭōsē. πονικῶς. GAL. Auec peine & trauail. ITA. *Faticoſamente,con afanno.* GER. Mit arbeit/ teurmerlich. HIS. *Trabajoſamente.* AN. *Painfullie, with great labour.*} Laborioſius, laborioſiſſimè, aduerbia, Quod eſt cum maximo labore, πονικώτατα. *Cic.*1.*Ver.* Itaque ſemper hi diligentiſſimè, laborioſiſſimèque acc ſarunt. *Idem pro Roſcio,* Iam quò quiſque eſt ingenioſior, hoc docet iracundiùs, & laborioſiùs.

Lăbōrĭfĕr.pe.corr.adiectiuum. Idem quod laborioſus, ſeu laboris patiens. {πονικός. GAL. Laborieux, qui porte ou endure trauail. IT. *Saldo alla fatica.* GER. Arbeitſam/der arbeit hatt. HISP. *Trabajoſo, que trae labor.* ANG. *Laborious, that indureth labour.*} vt, Hercules laboriferi,

Ouid. 9. Metam.

Lăbōrĭæ,arum,} ITAL. *Terra di lauoro.* GER. Ein theil der landtſchafft Campanie in Italien.} Campaniæ pars illa, quæ vulgò Terra laboris dicitur, miræ fertilitatis, ſtipulam tantæ craſſitudinis gignens, vt ea incolæ pro ligno vtantur. Dictæ autem ſunt Laboriæ, à laboro, eò quòd ad ſui cultum plurimùm exigant laboris. *Plinius lib.*18. *cap.*11. Quantum autem vniuerſas terras campus Campanus antecedit, tantum ipſum pars eius,quæ Laboriæ vocantur. Finiũtur Laboriæ via ab vtroque latere Conſulari, à Puteolis, & à Cumis Capuam ducente. Hinc laborinus campus. *Plin.lib.*17.*cap.*4.

Lăbrădĕvs Iupiter, in Caria colebatur:cuius ſimulacrum primus dicitur conſecraſſe Arſalis rex,quum Gygæ aduerſus Candaulem Lydorum regem ſuppetias tuliſſet, indéque ſecurim, Lydorum regum geſtamen, in Cariam retuliſſet. Securim autem Lydi labryn appellant. Vnde Ioui Labradeon cognomen factum eſt. *Vide Cælium lib.*6. *cap.*11. Autor eſt *Plin. lib.*32. *cap.*2. Labradei Iouis delabrum fontem fuiſſe anguillis inſignem,quæ inaures additas geſtabant.

Labrum,bri,vide LABIVM.

Lăbĕllum,li.diminutiuum:ſicut à flabro flabellum. {χλαίσιον. GAL. Petite leure. ITAL. *Labretto.* GER. Ein täfftlein. HISP. *El beço.* ANG. *A little lip.*} [*Plaut.Aſin.ſc.*3.*a.*3. Compara labella cum labellis. *Idem ibidem ſc.*3.*a.*4. Tu labellum amicæ abſtergeas. Teneris labellis molles morſiunculæ. *Plaut.pſeud.ſc.*1.*a.*1. Vbi labra ad labella adiungere. *Ibid. ſc.*1.*a.*5.] *Ci.*1.*de Dini.* At Platoni quum in cunis paruulo dormienti apes in labellis conſediſſent, reſponſum eſt, ſingulari illum ſuauitate orationis fore. ¶ Interdum etiam pro vaſculi genere ponitur, facto ad ſimilitudinem labri, quo in balneis vti ſolemus ad lauandum. *Plinius,* Cinerémque in labellis aqua addita confricant manu, & conſidere patiuntur [*Columell.c.*28.*lib.*12.]

Labrōsŭs,a,um, Quod extremitates habet,veluti quædam labra prominentes. {χλοεώδης. GAL. Lippu,qui a groſſes leures ou gros bord. ITAL. *Coſa con orlo ò con cornice.* GERM. Das ein port oder täfftgen hat. HIS. *Coſa de grandes beços.* ANG. *That hath great lippes.*} *Celſ.li.*7.*ca.*26. Ferramentum fecit in ſumma parte labroſum,in ima ſemicirculatum.

Labrum venereum, Herba eſt ex genere aculcatarum, echinata ferens capitula, quibus fullones pannis veſtibúſque lanam inducunt, {δίψακος.} Dioſcorides dipſacum appellat. Vulgus Herbariorum *Virgam paſtoris.*

Labrŭs,Piſcis genus,canda placens,ab vno Ouidio memoratum, *referente Plin.lib.*32.*cap.vlt.*

Labruſcă, æ, Vitis agreſtis, quæ & erratica dicitur. { כאשה *boſchâh.* ἀγριάμπελος, ἄμπελος ἀγρία, GAL. Vigne ſauuage. IT. *Lambruſca.* GERM. Ein wilde weinrãb. HISP. *La vna de la vid ſilueſtre.* AN. *A wilde wine.*} Labruſca dicta,teſte Seruio,quòd in agrorum labris,hoc eſt,marginibus,& ſepibus naſcatur. *Virg.in Buc.* Sylueſtris raris ſparſit labruſca racemis, Legitur & labruſcum neutri generis. *Virg.in Culice.* Denſáque virgultis auidè labruſca petuntur.

Laburnum, Arbor eſt Alpina, dura candidáque materia, aquas refugiens,cuius florem cubitali longitudine non attingunt apes. Autor *Plinius lib.*16.*cap.*18.

Labvnetvs, Filius Nictocris reginæ Babyloniæ, tandémque Babyloniorum tyrannus. *Vide Herod.lib.*1.

Lăbўrĭnthŭs, λαβύρινθος, Locus multis viarum ambagibus inflexus. {GE. Ein irrig gebeum mit vil vmbgengen/ in welchen einer den außgang ſchwerlich wider finden khan.} Quatuor autem præcipuos fuiſſe Labyrinthos docet *Pli.l.*36.*c.*13. Creticũ,qui arte maxime fuit ſpectabilis,à Dædalo,vt putãt, factus iuſſu Minois,qui Minotaurũ illi incluſit: cui Athenienſes ex fœdere ſeptem quotannis ex liberis ſuis deuorandos mittebãt. Ægyptiũ in nomo Heracleopolite, omniũ maximũ & portentoſiſſimum humani ingenij opus, lapideis è Paro columnis in introitu,reliquis Syeniticis, vnde exempla ſumpſit eius quem in Creta fecit Dædalus : quem *Pomponius Mela lib.* 1. deſcribit. Lemnium columnarum nitore inſignem: centum enim & quinquaginta columnas habebat. Quartum Italicum, à Porſena Hetruſcorum rege ſepulcri cauſa extructum. Creticus centeſimam tantùm portionem eius qui in Ægypto erat,continebat,itinerum tamen ambagibus,occurſibus & recurſibus multò admirabilior. Si quis plura noſcere cupit, *Plin.adeas lib.*36.*c.*13. qui vere veſanam illam fuiſſe dementiam ſcribit, quæſiſſe gloriam impendio nulli profuturo,præterea fatigaſſe regni vires, quũ tamen laus maior artificis eſſet. ¶ Labyrinthum, λαβύρινθον, olim vocabant orationem aut rem quampiam vehementer impeditam,& inextricabilem.

Lăbўrĭnthēŭs,a,um, *Catullus,* Ne labyrintheis è flexibus egredientem. Tecti fruſtra etur inobſeruabilis error.

Labyzĭs, λάβυξος, Aromatis genus,ex quo myrrhæ commiſto Perſicorum regum diademata ſolent parari. Eſt autem labyzus gummi quoddam myrræ non diſſimile, ſed longè pretioſius odoratióque. *Cæl. Rhodig.lib.*18.*cap.*18.

Lăcaēnă, λακαίνα, Fœmininum eſt à Lacon, ſignificans mulierem ex Laconia. *Virg.*2.*Æn.* Non tibi Tyndaridis facies inuiſa Lacænæ Has euertit opes.

Lăc, lăctĭs, Succus maternus,quo animalia nutriuntur,dictum à laciendo, quod admotis mammis infantes alliciantur. ¶ Vel potius à priſco recto:dicebãt enim Lacte, à Græco amputatis duabus literis γάλακτος. {חלב *chaláh* γάλα. GAL. Du laict. ITAL. *Latte.* GERMA. Milch. HISP. *Leche.* ANG. *Milke.*} *Virg.*3.*Ecl.* & lac ſubducitur agnis.* Lac, ex nucibus dictum. *Ouid.de Nuce,* Lamina mollis adhuc:tenero eſt in lacte quod intra eſt. [*Idem Oui.Eleg.*11.*lib.*3.*Triſt.* Natus es è ſcopulis, nutritus lacte ferino.] ¶ Iucundioris diſciplinæ cibo ac lacte ſatiari,per metaphoram. *Quintil.lib.*2.*cap.*4. Quin ipſis doctoribus hoc curæ eſſe velim,vt teneras adhuc mentes more nutricum mollius alant, & ſatiari velut quodam iucundioris diſciplinæ cibo lactéque patiantur. ¶ Lacte,gen. neut. in nomin. dixit *Plaut.in Mil.* [*ſc.*2.*a.*2.] Tam ſimilem quàm lacte lacti eſt. [*Idem in Amphitr.* Neque lac lacti magis eſt ſimile. Vbi etiam legitur lacte.] *Idem in Men.* Nec aqua aquæ, nec lacte lacti,mihi crede, vſquam ſimilius. Hanc terminationem *Soſipater lib.*1. approbat,quod omnino nullum, vt inquit ille,nomen in C. mutam,aut in duas mutas CT. (ſcribebant enim veteres etiam lact) ſimia-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tur. Vsus etiam Cato est eodem autore Sosipatro. Et in Italia atras capras lac album habere. Lac ſchiſton, γάλα χιστὸν appellatur, in qua pars caseosa separata est à seroſa. ¶ Lac Cyrenaicum, laſerpitij succus, quod & Laſer appellatur, in Cyrenaica regione primùm repertum. *Vide infrà in dictionibus* LASER & LASERPITIVM. [De lactis vi & natura. *Gell. c.1.lib.12.*]

Lāctes, pluralis numeri, gen.fœm. {τὸ μεσεντέριον. ANG. *The ſmall tripes.*} Dicuntur graciliora inteſtina per quæ labitur cibus, quæ tria ſunt, tenue, ieiunum, Pylotus: inuoluuntúrque meſenterio vt à ſpinæ contactu duro munitiora tutioráque reddantur. Dictæ lactes à lacte, aut propter mollitiem, aut propter candorem pinguedinis: aut certè ab antiquo verbo Lacio: proptereà quòd cibum alliciant. *Plautus Curcul.* [*ſc.3.a.2.*] Ita cibi vacuitate venio laxis lactibus. [Aliàs laſſis lactibus. *Idem pſend.ſc.3.a.1.* Eadem opera alligem canem fugitiuam agninis lactibus.] *Plinius* exiſtimat Lactes tantum in hominibus & ouibus dici, in cæteris autem animalibus ile appellari. Eius verba ſunt *libro* II.*capite* 37. Ab hoc ventriculo lactes in homine & oue, per quas labitur cibus, in cæteris ileà quibus capaciora inteſtina ad aluum, hominique flexuoſiſſimis orbibus. ¶ Quidam pro inteſtinis pinguibus accipiunt: vnde *Perſius*, Emeris auriculas pulmone & lactibus vnctis. ¶ *Cornutus* putat lactes loca in lateribus eſſe ſub vmbilico pube tenus adeò delicata, vt plagam ferre non poſſint.

Lāctārĭŭs, a, um, Quod lac in ſe habet, ſiue ſuccum lacteum. {γαλακτώδης. GAL. Laitier, qui rend du laict. ITAL. *Che ha latte.* GERM. Das milch haltt/ oder milch gibt. HISP. *Coſa que tiene leche.* ANG. *That giueth milke.*} *Plin.lib.26.cap.*8. Tithymallum noſtri herbam lactariam vocant, alij lactucam caprinam. Lactaria animalia, quæ lactis gratia paſcuntur. *Var.l.2.de Re ruſt.c.*1. Dandum bubus lupinum, & lactariis medica & cythiſum.

Lāctārĭŭs, rij, Piſtor qui cibos ex lacte conficit. {γαλακτοπώλης. *Spartianus in Heliogab.* Dulciarios, & lactarios tales habuit, vt quæcunque coqui de diuerſis eduliis exhibuiſſent, vel ſtructores, vel pomarij, illi modò de dulcibus, modò de lactariis exhiberent.

Lāctārĭŭs, a, um, Quod ex lacte eſt. {γαλακτινὸς. GALL. De laict. ITAL. *Di latte.* GERM. Das von milch iſt. HISPAN. *Coſa toda de leche.* ANGL. *Of milke.*} Quandoque accipitur pro niueo & lactis candorem referente: vt, Colla lactea. *Virgil.* 8. *Æneid.* tum lactea colla Auro innectuntur. Lacteus porcus, qui lacte alitur, *Mart. lib.* 5. [Lactea Liuij vbertas. *Quintil.*] ¶ Lacteus orbis, ſiue circulus, in cælo dicitur, quem Græci γαλαξίαν vocant: vtroque nomine à lactis candore deducto. *Cicer. in Somn.Scipion.* Erat autem is ſplendidiſſimo candore inter flammas circus elucens, quem vos (vt à Graiis accepiſtis) orbem lacteum nuncupatis. *Plin.lib.2.cap.*25. Omnes fermè ſub ipſo Septentrione aliqua eius parte non certa, ſed maximè in candida, quæ lactei circuli nomen accepit. *Vide Macrob.in Somn.Scipion.*

Lāctĕŏlŭs, a, um, diminut. {ὁ γαλακτινός.} vt puellæ lacteolæ, *Catul.in Camerium, Epig.*51.

Lāctĕo, es, Lac ſugo. {ינק *janák*, θηλάζω. GAL. Teter, ſuccer du laict de la mammelle. ITAL. *Lattare.* GERM. Milch ſeugen. HISP. *Mamar la leche.* ANGL. *To ſucke milk out of a dugge.*} *Varr.2.de Re ruſt.cap.*5. Lactentes cum matribus ne cubent. *Cicer.2.de Diuin.* Romulus lactens fulmine ictus. Vnde lactens porcus eſt, qui adhuc lac ſugit, *Var.2.de Re ruſt.c.*4. Lactentia frumenta vocat *Virgil.l.*1.*Georgic.* quaſi lacteſcentia, hoc eſt, albeſcentia & lactis colorem referentia. [*Ouid.2.Faſt.* At tibi dum lactens hærebit in arbore ficus. Item, lactens porca. *Ibidem.*]

Lāctĕſco, ſcis, ſcere, Eſt in lac conuerti. {γαλακτοῦσθαι. GALL. Deuenir laict, auoir du laict. ITAL. *Conuertir ſi in latte.* GERM. Zu milch werden. HISPAN. *Ser ò hazerſe leche.* ANGL. *To be turned in to milke.*} *Cicer 3.de Natur.deor.* Omnis fere cibus matrum lacteſcere incipit. Nonnunquā idem quod lacte impleri. *Plin.lib.*11.*cap.*41. Aſinæ prægnantes continuè lacteſcunt.

Lācto, as, Lac præbeo, quod propriè matrum eſt. {על *hâl* חיניק *henik*. θηλάζω. GALL. Alaiter. ITALIC. *Lattare, dar il latte.* GERM. Seugen/ oder zů ſeugen geben. HISP. *Dar à mamar la leche.* ANG. *To gine ſucke, to ſuckle.*} *Varr.2. de Re ruſt. cap.* 7. Anniculis iam factis dandum hordeum, & furfures vſque quo adcrunt lactantes. Lactans mulier propriè dicitur, quæ lac in mammis habet. *Gell. libr.*11.*cap.*1. Nam plerunque ſine diſcrimine quæcunque lactans eſt eo tempore offerri ſolet. *Celſus lib.2.cap.*28. videtur lactantia accipere pro lactariis, hoc eſt, pro iis quæ ex lacte confecta ſunt. Lac (*inquit*) mel, adeóque lactantia, atque omne piſtorum opus. *Idem cap.*29.) *eiuſdem libri.* Mel crudum, lac, lactantia omnia, mulſum. ¶ A Lacto fit compoſitum ablacto, hoc eſt, à lacte arceo: *quod vide ſuo loco.* ¶ Eſt præterea lacto frequentatiuum ab antiquo verbo lacio, quod ſignificat decipio, & per blanditias in fraudem illicio. ἐπαίρομαι, διαβυκολᾶ. *Terent. in Andr.* Non tibi ſatis eſſe hoc viſum ſolidum eſt gaudium, Niſi me lactaſſes amantem, & falſa ſpe produceres?

Lāctātŭs, us, ui, Actus lactandi. {θηλασμὸς, πώλωσις. GAL. Alaittement, tettement. ITAL. *Lattamento.* GERMAN. Seugung. HISPA. *Aquella obra de dar à mamar la leche.* ANGL. *A giuing of ſucke or milk.*} *Plin. lib.*32.*cap.* 2. Ob id ſibilo à piſcatoribus tanquam ſerpentibus euocari, & capi, pingueſcere lactatu, &c. De murænis.

LACCŌBRĪGA, λακκόβριγα, Oppidum Vaccæorum, in Hiſpania Tarraconenſi. *Ptol.l.*2.*cap.*6.

LACCŌPLŪTI, λακκόπλουτοι. Cognominati ſunt Calliæ Athenienſis poſteri, propterea quòd is Callias repentè ditatus eſſet theſauro in campis Marathoniis ſubter terram inuento. Nam Græci λάκκους appellabant, quos & Syros dicimus, hoc eſt, loca ſubterranea in quibus vinum, oleum, frumentáve recondebant.

LACĔDAEMŌN, onis, λακεδαίμων. GERMAN. Ein furtreffentliche ſtatt in Peloponneſo gelägen / ietz Mizitra. } Clariſſima totius Peloponneſi vrbs Lycurgi legibus optimè inſtituta, alio nomine Sparta dicta, Menelai olim regia. Dicta Lacedæmon à Lacedæmone, Iouis & Taygetes filio. *Virg.* 7. *Æneid.* At non ſic Phrygius penetrat Lacedæmona paſtor. ¶ Huius ciues, Lacedæmonij dicuntur, & Lacones. *Vegetius* etiam Lacedæmonas appellat *lib.*3. Athenienſes (*inquit*) & Lacedæmonas & Macedonas rerum potitos.

Lăcĕr, ri, & Lacerus, a, um, pe.co. Dilaniatus, diſcerptus, diſtractus, laniatus. {טרף *taráph* נטיף *nitraph* קרוע *karuaĉh*. διεῤῥαγὼς, διαρραθὶς διαῤῥηγὼς. GALLIC. Deſchiré, deſmembré, mutile. ITAL. *Stracciato, ſquarciato.* GERMAN. Zerzett/ zerriſſen/ eines glids beraubet. HISP. *Deſpedaçado en partes.* ANG. *Rent or torne.*} Propriè, ait Aſconius, lacerus dicitur amputatus membris, aut oculis, vel auribus. *Virgil.*6.*Æneid.* Deiphobum vidit, lacerum crudeliter ora. *Tacit.* Donec ſoluta compage ſcutorum, exangues, lacerósque proſternerent. Lacer (*inquit Feſtus*) dicitur, qui auribus curtatus eſt: item, Lacerum, quodcunque in corpore imminutum. * Laceras gentilitates colligere, id eſt, ſparſas, & huc atque illuc diſperſas. *Plin.in Pancg.*63.

Lăcĕro, as, Dilanio, membratim diſcerpo. {פרק *paráķ* טרף *taráph* קרע *karáĉh* נתח *nitták* ἀσκυρῶ, σπαράττω. GAL. Deſchirer, deſmembrer, mutiler, mettre par pieces. ITAL. *Stracciare, ſquarciare.* GERMAN. Zerzerren/ zerreiſſen. HISP. *Deſpedaçar en partes.* ANGL. *To rent or teare in peces.*} *Virgil.*3. *Æneid.* Quid miſerum Æneam laceras? Lacerare morſu viſcera, *Cicer.2.Tuſcul.* [Lacerare famam. *Liuius lib.*8.*bell. Maced.* Lacerare exiſtimationem. *Sueton.in Cæſ. cap.* 75. Laceratus litteris illius. *Sueton. in Tiber. cap.* 66. Lacerabat eum canina rabie. *Velleius.* Cum laceraret peſtilentia exercitum. *Idem Velleius.* Lacerauit claſſem vis Africi. *Idem Vell.* Parce tamen lacerare genas. *Ouid. Eleg.*3.*lib.*3.*Triſt.* Vos fœnore, hi malè ſuadendo, & luſtris lacerant homines. *Plaut. Curc. ſc.*2.*a.*4. Lacerare morſu artus ſuos. *Quintil.* Quin ego hanc iubeo tacere, quæ loquens lacerat diem. *Plaut. Aſin. ſc.*2.*a.*2.] Lacerare diem, in vanum conſumere tempus diei, *Plaut.in Stycho*, Lacerare rem ſuam, abſumere bona ſua, *Plaut. in Merc.* Lacerat me meus mœror, *Cic, ad Attic. l.* 3.

Lăcĕrātĭo, onis, verb. Dilaceratio. {פרק *peréķ* טרפה *terephâh* נתוח *nethâĉh*. σπάραγμα. GAL. Deſchirement, deſmembrement. ITAL. *Sracciamento, ſmembramento.* GERM. Beraubung eines glids/ zerreiſſung. HISP. *Deſpedaçadura.* ANGL. *Arenting or tearing.*} *Cicer in Piſon.* An ego ſitæ & Habinium cruci ſuffixos viderem, maiore afficerer lætitia ex corporis veſtri laceratione quàm afficior ex infamia? Muliebres laceratione genarum, *Cicer. 3. Triſcul.*

Lăcĕrnă, æ, Veſtis exterioris genus, pluuiæ frigoríſque iniuriæ propulſandæ in primis accommodatum, quo olim ſolos mulites vſos eſſe *Cornutus ſcribit in Perſ. Satyr.*1. {φαινὸς, φαινόλης. GALL. Manteau. ITAL. *Mantello, tabarro,* GERM. Ein rägen mantel. HISPA. *La veſtidura trepada, capa de camino.* ANG. *A cloke to keep frome rayne and colde.*} *Plin. lib.*18. *cap.* 25. *de Virgiliarum occaſu agens*, Ergo ex occaſu eius de hyeme augurantur, quibus eſt cura inſidiandi negotiatoris auaritia. Nubilo occaſu pluuioſam hyemem denunciant, ſtatímque augentur lacernarum pretia. *Hactenus Plin.* Ob eandem etiam cauſam à *uiatoribus* lacernæ ſumebantur, præſertim ab iis qui expeditè & ſine toga impedimento iter facere volebant. * Nobiliores illuſtrioréſque lacernis non vtebantur, niſi pluuio tempore & in ſpectaculis. Hinc M. Antonio obiicit Cicero, quòd nimio feſtinandi ſtudio ordinis magiſtratúſque ſui oblitus, non toga aut calceis ornatus, vt Conſulem decuit, ſed gallicis & lacerna, vt quiuis è vulgo in vrbem rediſſet. *Verba eius ſunt hæc* 2. *Philip.* Nam quod quærebas quomodo rediſſem, primùm luce, non tenebris: deinde cum calceis & toga, nullis nec gallicis, nec lacerna. [Lacerna Caſſius circumdedit *Caſſius moriturus. Velleius.* Vt lana tincta fuco citra purpuram placet. At ſi conferas lacernæ, conſpectu melioris obruatur. *Quintil.* Aſſurgere & lacernas deponere (honoris cauſſa) *Suet.in Claud.cap.* 6. Item poſitis lacernis *Sueton. In Auguſt. cap.* 40.] *Ouid.* 2. *Faſt.* Mittenda eſt domino, nunc nunc properate puellæ, Quamprimum noſtra facta lacerna manu. Verba ſunt Lucretiæ puellas ſuas ad opus adhortantis, vt viro ſuo in Ardeæ obſidione agenti lacernam mitteret. Lacernis item in ſpectaculis vtebantur, & pociſſimum candidis, quæ togis ſuperinduebantur. *Martial, in diſtich.* Amphitheatrales nos commendamur ad vſus, Quum tegit algentes noſtra lacerna togas. * Lacernas etiam deponebant honoris gratia, vt teſtatur *Suetonius in Tranquil.* Quin & ſpectaculis aduenienti aſſurgere, & lacernas deponere ſolebant. Candidis autem potiſſimum lacernis in ſpectaculis vios fuiſſe ſatis indicat Epigramma *Martialis* in Horatium quendam, qui cùm ſolus nigra lacerna ſpectaculis intereſſet, cæteris omnibus ablatis, factum eſt vt repentè cadente niue, cæteris concolor redderetur. Verba eius ſunt hæc.

Spectabat modò ſolus inter omnes
Nigris munus Horatius lacernis,
Quum plebs & minor ordo, maximúſque
Sancto cum duce candidus ſederet:
Toto nix cecidit repentè cælo:
Albis ſpectat Horatius lacernis. Vide eundem *Martial, Epigr.* 136 133.137. *lib.* 14. Mulieres quoque lacernis quandoque vſas legimus. *Iuuenal. Satyr.* 1. Ipſe lacernatæ dum ſe iactare amicæ. ¶ Feſtus lacernam dictam putat, quaſi laceram, hoc eſt, parte aliqua imminutam, eò quòd minor ſit (vt ille ait) capitio.

Lăcĕrnātŭs, penult. prod. Qui lacerna eſt indutus, *Velleius.* {ὁ μανδύην καὶ χλαμύδα φαινόλην ἐνδεδυμένος. GAL. Emmantelé. ITAL. *Mantellato, in tabarrato.* GERM. Mit einem regenmantel bekleidet. HISP. *Veſtido de tal veſtidura.* ANG. *That weareth a cloke for rayne & colde.*} Amica lacernata, *Iuuenal. Satyr.* 1.

Lăcĕrtă, æ, {חמט *chomét.* σαῦρος. GAL. Laiſarde. ITAL. *Lucerta.* GER. Ein grüner hendochs/ gröſſer aber dann die vnſeren. HISPA. *Largato animal reptile.* ANG. *An euet or liſard.*} vel Lacertus, ti, Serpentis genus notiſſimum, inde nomen habens, quòd pedes habeat ad noſtrorum lacertorum ſimilitudinem accedentes. σαῦροι. Eius duo ſunt genera cocertorum ſimilitudinem accedentes. σαῦροι. Eius duo ſunt genera colore & magnitudine diſtincta. Minorem zigniya vocant, ſiue chalcidem, tergo ferrugineo ſiue maculis quibuſdam nigricantibus diſtincto. Alterum genus viride eſt ſuperiore multò minus, Italiæ quàm noſtris regionibus frequentius. Vtroque in genere mas lacertus dicitur. *Virgil. Eclog.* 2. Nunc etiam virides etiam occultant ſpineta lacertos. *Cic. ad Attic. libr.*2. Nam ad lacertas capiendas, tempeſtates non ſunt idoneæ.

Lăcĕrtŭs, Piſcis genus mari peculiare, cuius multæ enumerantur ſpecies *à Plinio lib.* 32. *cap. vlt.* σαῦροι. *Martialis*, Quum ſaxetani fertur tibi cauda lacerti.

Lăcĕrtŭs item in homine dicitur ſumma brachij pars inter ſcapulæ & cubiti

cubiti ossa intercepta, quæ à Celso humerus, à Galeno βραχίων appellatur. { ὁ ὠν τοῦ βραχίονος μῦς, ὁ ὑδρώδης τόπος, alij βραχίων. GALL. Muscle, & partie charnue du corps, comme la fouris du bras, le bras, ITAL. *Moscolo, la parte carnosa del braccio dove ha'l braccio la sua forza.* GERM. *Die dicke oder die mauß deß arms.* HISPAN. *El morezzillo de muslo ò braço, el braço.* ANGL. *The braune of the arme.* } *Virgil. 5. Æneid.* -ferit æthera clamor Nauticus, adductis spumant freta versa lacertis. *Cicero de Senectut.* Milo ex lateribus & lacertis suis nobilitatus. ¶ Et quoniam partes illæ corporis musculosæ sunt & validis toris compactæ, factum est vt lacertos pro viribus ac robore accipiamus: neque solùm pro corporis robore, verumetiam pro vehementia & pondere orationis: quos & neruos appellamus. *Cicer. de Clar. Orat.* Quanquam in Lysia sunt sæpe lacerti, sic vt fieri nihil possit valentius. Amentatas hastas ab aliquo accipere, & eas oratoriis lacertis viribúsque torquere, *apud Cic. lib. 2. de Orat.*

Lăcĕrtōsŭs, a, um, id est torosus, & musculosus { μυώδης. GALL. Qui a gros muscles, fort & puissant, ITAL. *Forte, possente, de grossi muscole.* GERMAN. Groß oder starck von armen. HISP. *Cosa Cosa con morezi los, fuerte.* ANGLI. *Stronge, that hath great braunes or sinewes.* } *Colum. lib. 9.* Feminibus lacertosis, cruribus compactis. ¶ Ponitur etiam pro robusto & valido, quemadmodum lacerti pro robore & viribus. *Cic. 8. Philipp.* Quos centuriones pugnaces & lacertosos inter mimorum & mimarum greges collocauit.

Lăcĕsso, is, lacessiui & lacessi per syncopen, & lacessisse pro lacessiuisse, & lacesserunt pro lacessiuerunt. Prouoco, irrito, incito. חמית *hesith* חעיר *heʕir.* ἐρεθίζω, καλῶμαι, ἄρχω, ὑποβάλλω, κατάρχω, ἐφίστημι, εἰς πολεμίους παροξύνω. GA. Irriter, agacer, prouoquer. ITAL. *Prouocare, incitare.* GERM. Reitzen/ auffbieten. HISPAN. *Prouocar ò desafiar.* ANGLI. *To prouoke, to edge to wrath.* } [Fit à verbo Lacero, teste Diomede *lib.* 1.] Et tam in bonam partem accipitur quàm in malam. *Terent. in prologo Eunuchi,* Is ne erret moneo, & definat lacessere. [Lacessabatur magis, quàm conferebatur pugna. *Liuius 7. bel. Macedon.* Lacessere mentionem rei. *Idem lib. 10. d. 4.* Lacessere certamen. *Liuius 4. d. 5.* Lacessere bello. *Velleius.* Non ira eum torquebit non lacesset suspicio. *Senec. cap. 9. de consol. ad Polyb.*] *Cicer.* Hos ego sermones, qui & multi sunt, & tuam existimationem (vt sentio) non offendunt, lacessiui nunquam, id est excitaui, inquit Budæus. *Sallust.* Pridie legiones in monte positas lacessiuit. *Cic. Cornificio,* Sic igitur facies, neque amabis, & scripto aliquo lacesses. Ego enim respondere faciliùs possum, quàm prouocare. *Virgil. 3. Eclog.* Efficiam, posthac ne quenquam voce lacessas, *Sall.* Postremò dissimulandi causa, siue expurgandi, sicuti iurgio lacessitus foret, in Senatum venit. *Colum. lib. 2. cap. 2.* Nunquam stimulo lacessat iuuencum, quod retractantem, calcitrosúmque reddit. * Lacessere, pro titillare. *Seneca de Vita beata,* Mollibus leuibúsque fomentis totum lacessit eorum corpus.

Lăcĕssor, passiuum, Prouocor, petor. *Cicero 3. de Orat.* Testis sæpe non lædit, nisi lacessatur. *Idem pro Pompeio,* Nationes quas nunquam pop. Roman. neque lacessendas bello, neque tentandas putauit. ¶ Legitur & lacessiri per quantam verb. declinationem ab indicatiuo lacessior: quemadmodum accerso dicimus, & accersio.

Lăchănŏn, Olus. { יֶרֶק jerek, λάχανον. GALL. Herbe à manger. ITAL. *Herba da mangiare.* GERM. Kraut das man isset. HISP. *Ortaliza.* ANG. *All maner of pott hearbes.* } *Horat. lib. 1. Serm. Satyr. 6.* Ad porri & ciceris refero lachanique catinum.

Lăchănōpōlă, pen. product. λαχανοπώλης. ANG. *A seller of hearbes.* } Olerum venditor. Et Lachanopolis, λαχανοπώλης, mulier olera vendens.

Lăchănōpōlium, pen. product. { λαχανοπωλεῖον. ANGLI. *The hearbe merkate.* } Forum olitorium, hoc est locus vendendis oleribus destinatus.

Lăchănĭzo, as, are { λαχανίζειν, ἐλαύνειν. GAL. Estre lasche, mol & failli. ITAL. *Esser lasso, molle, debole.* GER. Faul vnd träg sein. HISPA. *Ser molle, ser flacco, muelle.* ANG. *To be feble and feinte.* } Languere. *Sueton. in August. cap.* 87. Et betizare, pro languere, quod vulgò lachanizare dicitur.

LĂCHĔSĬS, λάχεσις, vna Parcarum quam Latinè sortem interpretari possumus. GER. Eine auß den dreyen Parcis oder göttinen deß läbens. } Nam λαγχάνειν est sortiri. Hanc autem idcirco vitæ humanæ præesse voluerunt, quòd in ea sortem, hoc est casum plurimum valere arbitrabantur.

Lacrўmă, vel Lachryma, mæ, { דִּמְעָה *dimʕáh.* GALL. Larme. ITA. & HISPAN. *Lagrima.* GERMAN. Ein träher. ANG. *A teare.* } à Græco δάκρυον d in l mutata: cuius rei argumento illud esse potest, quòd vetustissimi dachrymas dicebant, seruato d. Festus. Dachrymas pro lachrymas Liuius sæpe potuit: nimirum quòd Græci δάκρυα appellant. Sunt tamen qui negent hoc nomen Græcum esse, sed Latinum, à lacerando, vt sint lacrymæ dictæ, quasi lacerrimæ, quoniam ex animi laceratione lacrymæ cientur. Quicquid id est constat certè absque aspiratione esse scribendum. [Imò cur scribatur cum aspiratione, *vide apud Gell. cap. 3. lib. 2.* Est autem lacryma, humor ex flentum oculis manans. *Quintil. 4. cap. 2.* Solet nonnunquam mouere lacrymas ipsa confessio, *Ouid. lib. 2. Metam.* Perfudit lacrymis, & aperto pectore fouit. *Cicero in parti.* Cito arescit lacryma, præsertim in alienis malis. *Idem 1. de Inuen.* Lacryma nihil citiùs arescit, οὐδὲν θᾶττον ξηραίνεται δάκρυα, ex Apollonio dictum: quòd vehemens affectus facilè vertitur in fastidium & satietatem. [Nec me lachrymæ, luctúsque timórque tardarunt. *Ouid. 13. Metam.* Expletur lachrymis egeritúrque dolor. *Ouid. eleg. 3. l. 4. Trist.* Sæpe etiam lachrymæ sunt me scribente profusæ. *Ouid. Eleg. 1. lib. 4. Trist.* Vt lachrymas excutias mihi. *Plaut. Capt. sc. 3. a. 2.* Gestas tabellas tecum, eas lachrymis lauis. *Plaut. pseud. sc. 1. a. 1.* Ius in lachrymas datum nomini muliebri. *Senec. cap. 12. de Consol. ad Heluiam.* Lachrymas tuas cum illa (lorore) miscuisti. *Ibidem cap. 17.* Déque tuis lacrymis humida serta dato. *Ouid. Eleg. 3. lib. 3. Trist.*] Hinc illæ lacrymæ, ex Andria Terentiana vsurpatum prouerbialiter per allusionem videtur ab Horatio, *Hinc illæ lacrymæ.* Vsurpauit ad hunc modum. *M. Tullius in Act. pro Cœlio,* Hinc illæ lacrymæ nimirum, & hæc causa est omnium horum scelerum, atque criminum. Dicetur autem de rei causa aliquandiu dissimulata quæ vere tandem deprehendatur veluti si quis dicat barbaros damnare Græcas literas, ne scilicet ipsi parum docti videantur, commodè subnectet, Hinc illæ lacrymæ: hoc est quòd eos malè habet. ¶ Lacrymæ arborum dicuntur, autore Theophrasto, ipse humor naturalis, quem interdum ipsæ arbores foris ostendunt, vel qui in ipsis interioribus partibus continetur. *Plin. in Proœm. lib. 23.* Lacryma vitium, quæ veluti gummi est, lepras & lichenas & psoras nitro ante præparatas sanat.

Lacrўmŭlă, diminutium. { δακρύδιον. GALLIC. Petite larme, larmette. ITAL. *Picciola lagrima, lacrimetta.* GERMA. Ein träherlein. HISPAN. *Pequenna lagrima.* ANG. *A litle teare.* } *Terentius in Eunuc.* Hæc verba vna mehercule falsa lacrymula, quam oculos terendo miserè vix vi expresserit, restinguet. [An me parentem frustrantur falsis gauda lachrymulis. *Catul. de Com. Beren.*

Lacrўmo, as, pen. corrept. neutrum, & Lacrymor, aris, deponens, Ploro, fleo, fletu prosequor, lacrymas effundo, aut profundo. { דמע *damáh* בכה *bacháh.* δακρύω. GAL. Larmoyer, pleurer, ietter larmes. ITA. *Lagrimare, piangere.* GERMA. weinen greinen. HISP. *Lagrimar, llorar con lagrimas.* ANG. *To weepe.* } *Terent. in Adelph.* Oh, lacrymo gaudio. *Ouid. 3. de Arte aman.* Quò non ars penetrat? discunt lacrymare decenter: Quóque volunt plorant tempore, quóque modo. Lacrymat id, hoc est, ob id. *Terent. in Eunuch.* Num id lacrymat virgo? *Cicer. 7. Verr.* Ecquis fuit quin lacrymaretur? ¶ Lacrymare etiam dicuntur plantæ, quum humor ex eis distillat. *Plin. lib. 17. cap. 14.* Ideò lacrymantes calamos inseri non oportet, non hercule magis quàm aridos. ¶ In qua significatione interdū inuenitur post se habere accusatiuum. *Lact. in Hymno. Dominicæ resurrectionis,* lacrymat sua gaudia palmes.

[Lachrymans, antis, Manúque simul veluti lachrymantia tersit lumina. *Ouid. 13. Metam.* Oculi tibi sunt lachrymantes. *Plaut. Asin. sc. 2. a. 3.* lachrymandum est, non plorandum. (in luctu) *Senec. epist. 64.* Salutem abs te expetit lachrymans (de amica) *Plau. pseu. sc. 1. a. 1.*

Lacrўmātŭs, a, um, participium à lacrymor. { נִסְפָּד בכה *nispádh* בכה *niʕeheh.* δακρυρροῦς GAL. Larmoye. ITAL. *Lacrimato.* GERM. Geweinet. HIS. *Lagrimado, llorado,* ANG. *That is weeped for.* } *Ouid. lib. 1. Fastor.* Nondum pertulerat lacrymatas cortice myrrhas. Acta per æquoreas hospita nauis aquas. [*Notat Diomedes lib. 1.*]

Lacrўmātio, Fletus, defletio. { בכות *bathúth* בכה *béeheh* מִסְפֵּד *misphédh,* δάκρυσις. GALL. Larmoyement, pleurement. ITAL. *Esso lacrimare & piagnare.* GERM. weinung. HISP. *Lloro con lagrimas.* ANG. *A weeping with teares.* } *Plinius in Proœmio libr. 13.* Genarum scabiem emendat, oculorúmque lacrymationes.

Lacrўmōsus, a, um, Abundans lacrymis { בכה *bocheh.* δακρυώδης. GA. Plein de larmes. ITAL. *Pieno di lacrime.* GER. Voll träheren vnnd weinens. HISP. *Lleno de lagrimas.* ANGL. *Full of teares.* } *Plin. lib. 17. cap. 28.* Quin & vitium radicibus aquam falsam iubent affundi, si sint lacrymosæ. Carmen lacrymosum. *Ouid. lib. 5. Trist.* Fumus lacrymosus, hoc est prouocans lacrymas, *Horat. 1. Serm. Satyr. 5.* Funera lacrymosa, *Ouid. Epist. 13.* Risus lacrymosus, *Stat. lib. 7. Thebaid.* [*Ouid. 2. Fast.* Iussa recusantes peragunt lachrymosa ministri. Idem. *Eleg. 1. lib. 5. Trist.* Quis tibi, Naso, modus lachrymosi carminis, inquis?]

Lacrўmōsē, aduerb. { μετὰ πολλῶν, δακρύων, δακρυπλῶς. GALL. Auec larmes, en larmes. ITAL. *Lacrimosamente.* GERM Klägtlichen/ in gestalt der träheren. HISP. *Con lagrimas, llorosamente.* ANG. *weepinglie, as though one weeperh.* } *Plin. lib. 16. cap. 43.* Stamineam hoc vsu probant venam, & vocant fertilem: argumento similitudinis, quoniam lacrymosè crispa. [*Gell. cap. 3. lib. 10.* Lachrymosè & miseranter.

Lacrўmābĭlis, le, Lacrymas commouens, miserabilis. { πολύδακρυς. GAL. Qu'on doit pleurer, digne d'estre pleuré. ITAL. *Cosa par laquelle si deue piagnere.* GE. Klägtich/ jämerlich/ das einem die träheren angewinnt. HISP. *Cosa digna de ser llorada.* ANGL. *To be lamented and weeped for.* } vt Bellum lacrymabile *Ouid. 8. Metamorph.* Læter, ait, doleámne geri lacrymabile bellum. *Idem 2. Metam.* Víxque tenens lacrymas, quia nihil lacrymabile cernit.

Lacrўmābŭndŭs, a, um, Ferè lacrymans. { δακρυόντιος ὢν, δακρυρροῶν. GA. Tout esplouré, larmoyant à grosses gouttes. ITAL. *Pieno di lacrime, fondato in lacrime.* GERM. weinend/ greinend. HISPAN. *Llene de lagrimas.* ANGL. *Weeping, readi to weepe.* } *Liuius tertio ab vrbe.* At ille lacrymabundus, Gratum est, inquit, crastina die vestra opera vtar.

[Lacia Saturni (vxor) *Gell. cap. 21. lib. 13.*]

LACIBVRGIVM. *Ptolem. lib. 2. cap.* 11. Germaniæ vrbs in climate magis Septentrionali. { GERM. Roßstock im herzogthumb Mechelburg. }

Lăcīnĭă, laciniæ, in vestimento pars extrema, & cæsuræ particulatim cōcisæ, decoris causa, inquit, Sipontinus à lacerando dictū. { כְּנָף *chanaph.* ἱστίου τὸ κάτω μέρος παρυφή. GAL. Le bord, ou pli d'vn habillement chiqueté & frangé. ITAL. *Orlo delle veste frangie, melli crispe, falde delle veste.* GERM. Die zerhawnen zäserlein zu eußerst an den saumen der kleideren. HISP. *Falda ò trepa ò orilla de la vestidura.* ANG. *A garde of a garment cut, an hemme, a fringe.* } Laciniæ sunt in vestimento partes extremæ, quas interdum in humerum solemus reiicere, quibúsque in sinum collectis, aliquid gestare consueuimus: ita dictæ, vt Festus indicat, à lacerando, quòd sint partes quædam & segmēta vestem diuidentia. *Plaut. in Mercat.* At tu ædepol sume laciniam atque absterge sudorem tibi. *Cic. Tironi.* Videor enim videre te ementem rusticas res, cum villico loquentem, in lacinia seruantem ex mensa secunda semina. ¶ *Columella lib. 8.* Iubet pecus agrorum distribui in lacinias, id est in particulas separari, vt facilius conualescant. Nam discreta animalia & in partes diuisa, in lacinias segregata dicuntur. Lacinia tenere dicuntur, qui leuiter rem tenent, hoc est extrema vestis ora. [Lachrymantem lacinia tenet lachrymans. *Plau. Asin. sc. 3. a. 3.* Lacinia obhæsit, (de diro omine.) *Sueton in Nerone cap. 19.* Lacinia tenere aliquem *Suetonius in Claud. cap. 15. Et in Calig. cap. 35.* Calcata licinia togæ præceps per gradus iter Indignabundus.] *Cic. lib. 3. de Oratore.* Nam illud alterum genus quod est temporibus, locis, rebus definitum obtinent, atque id ipsum lacinia.

Lăcīnĭātŭs, adiectiuum. ANG. *That hatha fringe or welte,* vnde laciniata vestis, id est sinuosa.

Lăcĭnĭātim, aduerb. Particulatim & separatim. *Apul.* Non laciniatim dispersos, sed cuneatim stipato cōmeatu, difficultates illas trāsabiremus.

Lăcĭnĭōsŭs, sa, sum, Amplus & sinuosus. { ὁ κατὰ κολπίσκους. GA. Qui a des plis. ITA. *Pieno di falde.* GERM. Faldechtig/ weit. HISP. *Lleno de haldas.* ANG. *Iagged, full of plaittes, hemmed, fringed.* } vt Vestis laciniosa. Ser-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

mo laciniosus,id est flexuosus,multisque ambagibus inuolutus. ¶ *Plinius* Alexandriam laciniosam fuisse scribit, hoc est, extensis vestium laciniis similis, *lib. 5. cap.* 10. Laciniosa folia. *Plin. l. 25.cap.*10. ¶ Laciniosa onera, *apud Tertul.li.4.contra Marc.* Multiplicia & quæ hominum occupationibus distinebãt, sicut impedit in ingressum vestis laciniosa. Sermo laciniosus,*apud eundẽ li.de virginibus velãdis*,pro diffuso.

LACINIVM, λακίνιον, vnlgò *Cabo de colonne en Calabria.* {GERM. Ein vorgebirg im nidersten Italia/ so in das meer hinauß geht/ vnd das Jonisch von den Ariatischen vnderscheidet.} Promontorium in extremis Italiæ finibus inter Petiliam & Crotonem in mare excurrens, Ioniúmque dirimens ab Adriatico. Dictum Lacinium à Lacino quodam latrone, quem Hercules quòd boues suos abegisset, ibi traditur interemisse,Iunoníque ibidem templum ædificasse, quam etiam à nomine illius Laciniam cognominauit. *Virg.3.Æn.* Hinc sinus Herculei (si vera est fama) Tarenti cernitur: attollit se diua Lacinia contra.

* LACĪNĬŌSVS, adiectiuum, λακίνιος, vt litora lacinia, *apud Ouid.* 15. *Metam.*

LĂCĬO, is, lacui & lexi Prisciano, & in supino lacitum & lectum, significat in fraudem duco: ab obsoleto nomine lax, quod fraudem significat.{ פתה *pittáh.* רמה *rimmah* ἐπάγω. GAL.Tromper,mener quelqu'vn pour le tromper. ITAL. *Menare allamazza.* GER. Ein fürer zubetriegen/ eintocken. HISP. *Guiar el enganno*, ò *por enganar.* ANGL. *To alluve and deceiue.*} *Festus*, lacit,id est decipiendo inducit. Lax enim fraus est.Simplex tamen lacio desiit esse in vsu. ¶ Eius composita sunt allicio, delicio, illicio, oblicio, pellicio : ex quibus fiunt frequentatiua, allacto,delecto, electo,illecto,oblecto,pellecto,& habent quidem duo præterita, Prisciano teste,& duo supina,quemadmodum lacio: quamuis ab elicio, elicui solùm inueniatur. Quòd faciat de se frequentatiuum electo, videtur aliquando etiam habuisse præteritum elexi, & supinum electum', *Plaut.in Assin.* Ibo aduersum,atque electabo quicquid illud sit. Cætera vsitatius præteritum per xi, & supinum per ctum faciunt: vt Allicio alexi, allectum : Pellicio,pellexi, pellectum. Legitur tamen & præteritum pellicui apud antiquos. *Lin. Andronicus in Laudam,* Le illo Asiatico ornatu fluens pellicuit.

LACIPPPO, Hispaniæ Bæticæ oppidum est in conuentu Gaditano. *teste Plin.l.3.c.*1 Vulgò *Fuengirola.*

LĀCMŌN, λάκμων. Epiroticorum montium pars est, ex qua Æas fluuius oritur,per Apolloniatarum agrum in mare Adriaticum illabens. *Autor.Herod.l. 9.*

LACONIA, niæ. λακωνικὴ. GER. Ein gwaltige landtschafft in Peloponneso/ so vor zeiten hundert stett gehabt.} Peloponnesi regio, inter Argiuum agrum & Messeniacum, secundum littus extensa: olim à numero centum ciuitatum Hecatompolis appellata : quarum omnium caput fuit Lacedæmon, quæ & Sparta salutaribus olim Lycurgi legibus optimè instituta.Hinc proximus sinus Laconicus dicitur,inter Tænarum promontiorum, & Maleam extentus.*Vide Stra.l.*8.*& Plin.lib.*4 *cap.*5.

Lacon, onis,penult. product. λάκων. Qui est ex Laconica regione. *Sta.6. Theb.* Tandem inspiratus media de gente Laconum. Profilit Alcidamas. [Nihil moratur Laconas imi subsellij viros. *Plaut. Capt.sc.*1.*a.*3. Idem *Mostell. sc.*1.*a.*2.] ¶ Huius fœmininum est Lacæna.De quo suprà. ¶ Est item Lacon canis nomen *apud Ouid. l.3. Metam.* Prævalidúsque Lacon, & cursu fortis Aello.

Laconicus, penult.cor. adiect. λακωνικὸς. vt Ager Laconicus,& Laconicæ canes, *apud Pli.li.*10.*cap* 63. ¶ Laconicas lunas, λακωνικὰς σελήνας : subaudiendum,causaris, aut eiusmodi quippiam. De promissis aut pactis incertis atque infirmis dicebatur. Nam (vt aiunt) Lacones si quando pactum auxilium poscerentur,lunas causabantur : atque hoc prætextu suffugiebant, quòd (vt testatur Lucianus) legem tulisset Lycurgus, ne prælium inirent nisi pleniluniо.In cæteris item negotiis auspicandis lunæ rationes superstitiosiùs obseruabant, atque hinc occasio prouerbij.

LĂCŌNĬCVM, ci, Hypocaustum, Vaporarium. {λακωνικὸν. GAL. Estuue. ITAL. *Stuffa.* GERM. Ein orth in der badstuben dn welchem man trucken schwitzt. HISP. *Luhar enel bano para sudar* ANGL. *A stewe, an hoat house or drie bayne.*} Locus in balneis orbiculari ambitu in se recuruo, quo sudor elicitur sicco calore, *vt docet Cels. lib.*2. *Vitruuius lib.* 5. præcipit laconicum,suadationesque coniungi debere tepidario. Est enim fornacula ex terra & tegulis mammatis addito tomento concinnata,quæ incluso igne per spiracula parua calefacit per præfurnium laconici. Frequentabatur laconicum à crudis,vti per desudationem exugeretur quicquid excremẽtitij & sudorifici humoris in corpore resedisset. *Colum.in præfat. lib.*1. Mox deinde vt apti veniamus ad ganeas,quotidianam cruditatem laconicis excoquimus, & exucto sudore sitim quærimus. Dictum laconicum, quòd eo Lacones præcipuè vterentur.

LĂCŌNĪSMŬS,mi,Breuiloquentia,breuitas in dicendo.{λακωνισμὸς. GALL. Vn parler bref & court ITAL. *Parlar breue & corto.*GER. Ein kurtze red. HISP. *Hablar breue.* ANG. *A brieffe short forme of speaking.*} Tractum à Lacedæmoniorum moribus, quibus prolixa loquacitate nihil erat odiosius. *Cic.ad Brut.l.*11.Sed quid ago non imitor laconismum tuum: altera iam pagella procedit.

Lacryma,æ, Lacrymo,as,Vide post vocem LACHESIS.

LACRINES. λακρίνης, Lacedæmonius quidam fuit,ad Cyrum Ionib. bellum inferentem legatus missus, *teste Herodot.l.*1.

LĂCTŌRĬS, Herba est oleæ folio, sed minore & flore luteo: intus plena lactis, quod gustatum vomitiones concitat. Eadem esse putatur, aut certè simillima illi quæ militaris herba appellatur, quoniam vulnus ferro factum non sanat intra quinque dies ex oleo imposita. *Plin. lib.* 29. *cap.* 18.

LĂCTŪCA,æ,penult. product. Herba acetariorum vsu notissima, inde dicta,quòd abundantia lactis exuberet. {μάρη *merór.* θρίδαξ. GAL. Laictue. ITAL. *Lattuca.* GERM. Lattich/ ein traut. HISP. *Lechuga.* ANG. *Lettice, or lettuce.*} *Plin. li.*19. *ca.*8. Quæ meconis appellatur à copia lactis soporiferi, quanquam somnum parere credãtur,Apud antiquos Italiæ hoc solùm genus clarum fuit & ideò lactucæ nomẽ adéptæ,Lactucarum aliæ Cæcilianæ,aliæ Cappadoces.Item Tarresiacæ,Paphiæ, siue Cypriæ & Sessiles. Lactucarum crispas Cappadocas vocant.Sessiles, quæ late per terram diffunduntur, quæ & Laconicæ dicuntur, *teste Plin.lib.*19.*cap.*8. *Martial. lib.* 13.Claudere quæ cœnas lactuca solebat auorum : Dic mihi cur nostras incipit illa dapes? *Horat. l.* 2. *Ser. Satyr.*4.-nam lactuca innatat agri Post vinum stomacho.

LĂCTŪCŬLA, æ, diminutiuum. {τὸ θριδάκιον. GAL. Petite laictue. ITAL. *Picciola lattuca.* GER. Ei lattichlein. HISP. *Pequenna lechuga*, *lechiguino.* ANGL. *A litle lettuce.* {*Colum.l.* 10. Iam teneris frondens lactuca fibris. *Et Suet. Augusst.* c.77]

[Lactucarius, qui Lactucas vendit. *Diomedes lib.* 1.]

LACTVCINII, Cognominati sunt Romæ proceres quidam ex Valeria familia, appellatione à lactucis deducta. *Vide Plin. l.*19.c.4.

LACTIPHAGI, Quidam Scythiæ populi, qui & γαλακτοφάγοι dicuntur. GERM. Milchträmmel.

Lacuna, vide LACVS.

LĂCŪS,us gen.masculi.Locus profundus cum aquis perpetuis ibidem natis,efficiens riuos & flumina. {בור *bor* נבא *ghebé.* λίμνη, λάκκος. GAL. Vn lac.ITAL.*Lago.*GERM. Ein See.HISP.*El lago que tiene agua viua.* ANGL. *A lak.*} Differtque à stagno quòd hoc ad tempus habeat aquã stagnantem, quæ plerunque hyeme colligi solet, æstate siccari : lacus aqua sit perpetua & perennis. *Virgil.*4.*Georg.*Iámque domum mirans genitricis, & humida regna, Speculísque lacus clausos, lucósque sonantes. *Idem* 8.*Æneid.* Deinde lacu fluuius se cõdidit alto. *Columel.lib.* 6. *cap.* 105. Nec vlla re magis gaudet quàm riuis, atque cœnoso lacu volutari. [Non ideo debet pelago se credere, si qua audet in exiguo credere cymba lacu.*Ouid. Eleg.*1.*lib.*2.*Trist.*Vt concrescant frigore rivi, déque lacu fragiles effodiantur aquæ?Ibidem *Eleg.* 10. *lib.* 3. *Trist.* Quæque lacu duro non fodiantur aquæ.*Ouid.Eleg.*12.*lib.*3.*Trist.*Item, lacus,amnes,montes. In triumpho. *Ouid.Eleg.*2. *lib.*4.*Trist.*] Idem lacus dicitur vas amplum in quod mustum pedibus prælóve expressum influit. {קבּ *jekeb.* GAL.Vn grand Vaisseau à receuoir le vin qui coule du pressoir. ITAL. *Vaso nel quale cade il vino dal torchio.* GERM.Der botticken oder zuber in welchen der most ab dem trotbett laufft. HISP.*La cuba.*} *Columel.lib.*12.*cap.*29.Antequàm præla vinacea subiiciantur,de lacu quàm recentissimum addito mustum inamphoram nouam,eamque oblinito & impicato diligenter. *Ouid. in Fastis*, Prædia de lacubus proxima musta tuis. *Varro lib.*1.*cap.*54. Quæ calcatæ vuæ erunt,earum scalpicum folliculis subiiciendi sub prælum,vt si quid reliqui habeant musti exprimatur in eundem lacum. Græcè λῳὸς etiam dicitur.Vnde Lenæus Bacchus,& Lenobates,vuæ calcator. [Inque cauos ierant tertia musta lacus. *Ouid.*3.*Fast.* Nec cumulant altos feruida musta lacus. *Ouid.Eleg.*10.*lib.*3. Nec musta in lacu statim austera sint. *Quintil.cap.*4. *li.*2.] ¶ Lacubus item distinguntur granaria,vt seperatim quæque legumina ponantur. *Columel.lib.*1.*cap.*6. ¶ Interdum lacus accipitur pro trabe plana in ædificiorum contignationibus, vel pro tignorum interstitio lacuum quandam similitudinem referente. *Lucilius*, Refultántque ædésque lacúique. [Lacus Curtij Romæ. *Suet.in Aug.cap.*57. *& in Galba.cap.*20. Lacus Albanus. Lacus. Vide Albanus Lacus Curtius, Vide Curtius.

LĂCŪSCŬLŬS, diminutiuum, {λακκίδιον. GALL. Vne petite fosse. ITAL. *Fossetta.* GERMAN. Ein wassergrüblin. HISP. *Pequenna cana,lagunaio.* ANG. *A litle pitte or ditche.*} *Colum.lib.*12.*cap.*50. Oportet habere lacusculos tam multos quàm postulabit modus oliuæ.

LĂCŪNĂ, æ, penult.product. à lacu fit & est aquæ collectio,*vel fossa*(vt Festus docet) in qua aqua collecta stare consueuit. {גבא *ghebe.* λίμνη. GALL.Lacune, fosse. ITAL. *Aqua morta,laguna.* GERMAN.Ein pfutz/ ein taatlach. HISP.*Laguina de agua reposada,lagmaio.* ANGL. *A dische wherin water standeth,apholelower then the residew.*} *Virgil.lib.*1.*Georg.* Præsertim incertis si mensibus amnis abundans Exit, & obducto latè tenet omnia limo,vnde cauæ tepido sudant humore lacunæ. *Vbi Seruius*, Lacunæ sunt fossæ in quibus collecta aqua stare cõsueuit. ¶ Hinc in agris lacunæ dicuntur fossæ ad siccandos agros paratæ. *Virgil.lib.*3. *Georg.* Et totæ solidam in glaciem vertere lacunæ. ¶ Lacuna pro quacunque etiam exigua fossa siue concauitate accipitur.*Var.*2.*de Re rust. cap.*7. His maiores qui sunt intelligi negant posse, præterquam quum dentes sunt facti brochi, & supercilia cana, & sub iis lacunæ, ex obseruatu dicunt eũ equum habere annos sedecim. ¶ Lacuna in pauimẽto pro loco sidente ponitur à Vitruuio *lib.*7.*cap.*1. Lacuna item dicitur in iis rebus in quibus aliquid ad perfectionem & impletionem deest, vt libris lacunæ dicuntur loca hiantia & mutilata, in quibus ad perfectionem aliquid desideratur. Hinc explere lacunam rei familiaris,per translationem est sarcire damnum acceptum vel rem familiarem exinanitam explere & redintegrare. *Cic. Actio.*2.*in Verrem*, Censores fecerunt idem,quod in nostra Repub.solent ij,qui per largitionem magistratus adepti sunt,dederunt operam, vt ita potestatem gererent, vt illam lacunam rei familiaris explerent.[*Geli.cap.*3.*lib.*1. Quasi lacuna famæ imminẽtis partarũ amico vtilitatum ratione solidatur.] ¶ Item vallecula superioris labri per similitudinem lacuna vocatur à Lactantio. ¶ Lacuna in auro, id est adulteratio vel fraus,vel legitimi valoris imminutio. *Cic. At.* Vide ne qua sit lacuna in auro. ¶ Huius diminutiuum est lacunula.

LĂCŪNŌSŬS,a,um,adiectiuum, Inæquale, lacunis plenum, imperfectum, inexpletum. {σπερμολίθους πολυμαιοδεῖς. GAL. Plein de fosses, ou fossettes, creux par cy par là. ITAL. *Piene di fosse.* GERMA.Grubechtig/ pfutzechtig. HISPA. *Lleno de lagunas ò cauas.* ANG. *Full of dit ches or holes, not euen.*} *Cic.*2.*de Natur.deor.*Quid pulchrius ea figura, quæ sola omnes alias figuras complexa continet, quæque nihil asperitatis habere, nihil offensionis potest,nihil incisum angulis,nihil anfractibus, nihil eminens, nihil lacunosum?

LĂCŪNO, as, penult. product. Lacunar facio, vel lacunaris similitudinem rei alicui induco.{φατνίω, σανιδόω. GAL. Plancheter de pieces cauees ou creuses. ITAL. *Far trauatura.* GERMAN. Vberschiessen. HISP. *Labrar de çaquizami.* ANG. *To laye with plankes and make some partes lower then the residew.*} *Ouid.* 8. *Metam.* molli tellus erat humida musco, Summa lacunabant, alterno murice conchæ.

LĂCŪNĀTŬS,a,um.Ad lacunæ formam depressum. {ἐκ φατνιδώσεως, σπεργοειδὴς. GALL. Cauè & fait comme vne fosse, creux. ITAL. *Cauato*, *a foggia di dago.* GERM. Grubechtig/vneben. HISPAN. *Cauado, librado de çaquizami.* ANGL. *Made holowe like a ditche.*} *Plin.lib*15.*c.*10.Intus exiles nucleos lacunatis includi toris.

LĂCŪNĂR,aris,penult. product.Contignatio exculpta,tignorum interstitiis,lacuum siue lacunarum quãdam similitudine referens. {φατνωμα

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

φάτνωμα, πίτνωσι. GAL. Cheurons ou plancher d'vne maiſon, ou le lambris du plancher. ITAL. *Traue che ſoſtente la fabrica.* GER. Die buzne oder vertaflung eines jeden gemachs. HISP. *El ſoprado ò entreſuelo hecho en guiſa de laguna ò laguinijo, ò labrado de ſaquiſami.* ANG. *Abeame in an houſe.*}[Lacunaria intueri, vitioſus geſtus *Quintil.*] *Sueton. in Neron.* Lacunaria quæ noctu ſuper dormientem laxata machina deciderent parauit. *Horat. libr. 2. Carm.* Non ebur neque aureum Mea renidet in domo lacunar. *Cic. 5. Tuſcul.* In hoc medio apparatu fulgentem gladium, è lacunari ſeta equina appenſum demitti iuſſit. ¶ Eadem & laquearia dicuntur. *Vir. 1. Æneid.* Dependent lychni laqueatibus aureis.

LACYDES, λακύδης. Suidæ, philoſophus fuit Cyrenæus, primus nouæ Academiæ inſtitutor. Hunc tradit Plin. tantopore ab anſere quodã fuiſſe adamatum: vt ei perpetuo comes adhæſerit, nuſquam ab eo non in publico, non in balneis, non noctu, non interdiu digreſſus. ¶ Fuit præterea hoc nomine quidam ex Argiuorũ regibus, molli inceſſu, comãque perpetuò vnguentis delibuta. Meminit eius *Plutarchus* eo in opuſculo quo docet, quo pacto vtilitatem ab inimicis capere poſſimus.

Lada, Plinio, λήδη. Dioſcoridi, Frutex eſt ex cyſthi generibus, longioribus foliis, & nigrioribus, quæ verno tempore pingue quiddam roſcidum contrahunt, quod caprarum barbis adhæreſcit, indéque depexum colatur, cogitúrque in offas. Id Ladanum appellant, in Cypro inſula præcipuè laudatum. *Plin. lib. 12. c. 17.*

LADAS, λάδας Alexandri Maced. curſor fuiſſe traditur, tanta pedum velocitate vt veſtigia eius in arena non apparerent. } GERM. Ein lauffer des Alexanders / der alſo ſchnell ſoll gewäſen ſein / das mann ſeine fuſtritt im ſand nit geſpurt hat.} Quo nomine ſtatuam meruit apud Argos in templo Veneris, quam νικοφόρον cognominabant. *Martial. lib. 2.* Quid ſi per graciles vias Petauri inuitum iubeas ſubire Ladam?

Ladanum, λάδανον, Eſt quiddam pingue ladæ herbæ inſidens, barbíſque caprarum adhæreſcens. Hæc autem herba naſcitur in Cypro. *Vide Plin. l. 12. c. 17.* Et quæ ſuprà annotauimus in dictione Lada.

LADE, Inſula in ora Ioniæ teſte *Plin. lib. 5. cap. 31.* Stephanus λάδην Æolidis inſulam facit.

LADEPSI, & TRANEPSI, λαδηψοὶ καὶ τρανεψοὶ, Populi Bithynorum, *Stephan.*

LADESTA, aut LADESTVM, λάδεστα καὶ λάδεστον. Vna Liburnidum ciui tatum, gentile Ladeſtinus. *Sthep..*

LADISACITES, λαδισακίτης, Inſula in Perſico mari. Steph.

LADÔN, λάδων, Fluuius Arcadiæ iuxta quem poetæ fabulantur Syringa nympham in fiſtulam fuiſſe mutatem. *Ouid. lib. 1. Metam.* Donec arenoſi placidum Ladonis ad amnem Venerat. ¶ Eſt & nomen canis Actæonis apud *Ouid. l. 13. Metam.* Et ſubſtricta gerens Sicyonius ilia Ladon. Quo tamen in loco in caſtigatioribus exemplaribus Lagon legitur non Ladon.

LAEANA, Oppidum eſt Arabiæ ad ſinum illum rubri maris, qui in Ægyptum vergit, qui ab oppidi huius nomine Læanticus vocatur. *Plin. lib. 5. cap. 11.*

Lædo, is, ſi, ſum, per æ diphtongum, Verbo, factóve aliquem offendo, comminuo, verbero, pulſo. {חבה *hichcháh, βιάπω.* GAL. Bleſſer, nuire, offenſer, faire tort. ITAL. *Offindere, far diſpiacere.* GERM. Letzen/ ſchädigen mit worten oder wercken. HISP. *Dannar ò liſar.* ANG. *To anoye or hurt.*} Quod verbum quidam a Græco λοιδορεῖν tractum putant, quod ſignificat maledictis & conuitiis quempiam inceſſere, & conſtruitur ferè cum accuſatiuo. *Virgil. 10. Eclog.* Ah ne te frigora lædant. *Terent. Adelph.* Ille clemens, placidus, nulli lædere os, arridere omnibus. *Cicer. pro Cluent.* Itaque duriùs ſuſpicionibus obiectis lædi famam ſuam noluit. *Ouid. 4. de Ponto. Eleg. 6.* At ſi quem lædi fortuna cernis iniqua. Mollior eſt animo fœmina nulla tuo. [Nil prodeſt quod non lædere poſſit, idem *Ouid. Eleg. 1. libr. 2. Triſt.* Læſit opus lachrymis ipſe poeta ſuum. *Ibidem Eleg. 1. lib. 3.* Memini cum dicto haud audebat, facto nunc lædat. *Plaut. Capt. ſc. 3. act. 3.*] ¶ Huius compoſita ſunt Allido, collido, elido, illido, oblido, quæ habent penul. prod. De quibus vide ſuis locis.

Læſus, participium Vulneratus. {מכה *mucheheb.* τραῦσις. GALL. Offenſé. ITAL. *Offeſo.* GERM. Verletzt. HISP. *Dannado, liſiado.* ANG. *Anoyed, wounded.*} vt, Cor vulnere læſum, *Ouid. 12. Metam.* Fœdus læſum. *Virg. 12. Æneid.* Pudicitia læſa, *Ouid. Epiſt. 5.* [Læſi principis ira. *Ouid. Eleg. vlt. lib. 4. Triſt.* læſa furit Iuno. *Idem 2. Faſt.* Qui maculas læſis de veſtibus aufers. *Ouid. 3, Faſt.* Et carmen demens carmine læſus amo. *Ouid. Eleg. 1. l. 4. Triſt.*]

Læſio, onis, {מכה *machebáh.* τίτρωσις. GA. Offenſe, nuiſance. ITAL. *Offeſa.* GER. Verletzung. HIS. *El danno, ò liſion.* ANGL. *Anoiyng hirting.*} *Cicer. 3. de Orat.* Purgatio conciliatio, læſio, optatio, atque execratio.

Læſūra, æ, Detrimentum & diſpendium, Cùm aliquid de re familiari noſtra amittitur, iactura. *Tertull. de patientia,* Læſuras quoque earum computandas non eſſe.

Læmargiã, λαιμαργία. Crapula, voracitas, & ventris ingluuies, Læmargus, λαίμαργος, vorax, helluo. Sed hæc ſatiùs fuerit è Græcolatino Lexico petere. Huc enim nihil pertinent, quippe quæ neque Latinis in vſu ſunt, neque noſtris literis ſcribi conſueuerunt.

Læmuſchăton, λαιμαχατόν. Præmium quod reportabant qui ex gladiatorio ludo victores extitiſſent. λαιμὸς enim eſt guttur: χάζω verò venam ſeco: quaſi præmium illud gladiatoribus daretur ob iugulationẽ. Præmium autem Græcis erat ex Demoſthene & Suida cẽtum minæ.

Læna, lænæ, Veſtis lanea (teſtibus Varrone & Feſto) habitus duplicis, quæ ſuper cætera veſtimenta imponebatur. {χλαῖνα. GALL. Vne ſorte d'habit double dequoy vſoyent les augures, auſſiles gens d'armes en hyuer. ITAL. *Habito de gli antichi, vſato de gli augur & da ſoldati.* GER. Ein vberleid / vberrock. HISPAN. *Cierta veſtidura antica de ſoldados.* ANG. *A double wollergarmend wnichmen of warre vſeth inwinter.*} [Læna dictæ ſunt quaſi χλαῖναι. *Plutarch. in Num.* De lænæ habitu in agendo, ut togæ. *Quintil.*] Nonius putat eſſe veſtem militarem, Virgilij autoritate innixus 4. *Æneid.* Tyrióque ardebat murice læna Demiſſa ex humeris. Pertuſa lena. *Iuuen. Satyr. 5. Cic. de Claris orat.* docet, lænam etiam fuiſſe veſtis genus, qua Flamines vti ſolebant, quum ſacrificia facerent, Quum Conſul (*inquit*) eſſet, eodémque tempore ſacrificium publicum cum læna faceret, quòd erat Flamen carmentalis, plebis contra Patres concitatione & ſeditione nunciata, vt erat læna amictus, ita venit in concionem.

LAẽRTẽ, tes, Λαέρτης, ſiue (*vt apud Strab. & Steph. legitur*) Laertes, caſtellum eſt Ciliciæ in tumulo quodam ſitum, qui mamillæ ſpeciem præbet. Autor. *Strab. lib. 14.*

LAẽRTẽS, Λαέρτης, Acriſij filius fuit, & pater Vlyſſis, qui ab eo Laërtiades dicitur. *Ouid. in Epiſt. Penelopes,* Tres ſumus imbelles numero, ſine viribus, vxor, Laërtéique ſenex, Telemachúſque puer. [Naim mihi Laertes pater eſt. Arceſius illi. *Ouid. 13. Metam.* Laertiadæque de aris quæ meruit. *Ouid. Ibid.*]

LAẽRTIVS, a, um, vt regina Laërtia, *apud Virg. 3. Æn.* [Donec Laertius heros aſtitit. *Ouid. 13. Metam.*]

LAẽRTĬVS DIOGENES, Ex Laërte Ciliciæ caſtello ortus putatur, indéque cognomentum aſſumpſiſſe. Creditur floruiſſe ſub Antonio philoſopho. Scripſit vitas philoſophorum oratione ſoluta: eadémque breui carmine perſtrinxit, quod παμμετρον inſcripſit.

LAẽSTRŸGŎNẽS, penult. corrept. λαιστρυγόνες, Populi fuerunt immaniſſimi, Formias Campaniæ vrbem incolentes, quos *Plin. lib. 7.* tradit humana carne victitaſſe. { GERM. Grauſamme rawe völcker ſo Formias ein ſtatt in Campanien bewohnet haben / vnd menſchenfleiſch geeſſen haben.} *Gellius. lib. 15. cap. 21.* Præſtantiſſimos virtute, prudentia, viribus, Iouis filios poëtæ appellauerunt, vt Æacum, Minoa, & Sarpedona: ferociſſimos & immanes, & alienos ab omni humanitate, tanquã e mari genitos, Neptuni filios dixerunt, vt Cyclopas, & Cercyona & Læſtrygonas.

Lætŭs, a, um, Qui hilaritatem quam intus habet, etiam vultu oſtendit: à latitudine mentis, vt quidam putant, alacer, volens, hilaris. {שמח *ſaméach* שש *ſas.* φαιδρὸς, γηθόσυνος, GAL. Ioyeux, gay. ITAL. *Allegro, lieto.* GERMA. Frölich. HISPAN. *Alegre.* ANG. *Glaid, ioyous.*} Nam qui gaudium aſpectu promunt dilatare quodammodo faciem videntur. [ímò (inquit paſſer.) lætum eſt proprie quod latè diffunditur, vnde læta arbor & ſeges. Inde ad animum diffuſum tansfertur. *Tibul. libr. 4.* lætior eluxit ſtructos ſuper ignis aceruos. Læta & nitens arbor. *Gell. cap. 1. lib. 12.* Lætiſſimæ comæ arborum. *Gell. cap. 1. lib. 19.* Lætiora adoleſcunt (de ſobole arborum.) *Senec. cap. 16. de Conſol. ad Marc.* Integer & lætus læta & Iuuenilia luſi. *Ouid. Eleg. vlt. lib. 4. Triſt.* Læta exta *Liu. lib. 1. bell. Mæced.* Iæta fortuna. *Liu. lib. 4. d. 4.* Item lætus. i. propitius, *Plaut. Initio Amphitr. in prologo,* Vt vos in voſtris voltis mercimoniis & me lætum lucris afficere. i. propitium. *Lambin & Paſſer] Virgil. 4. Æneid.* Imperio læti, parent.* Lætus eſt de amica, *Terent. Adelph.* Lætus lætitiis omnibus. *Cicero. 2. de Finibus,* Lætas oues (ἱερὰ μῆλα Homero) dicimus quæ pingues ſunt ac bona corporis habitudine. ¶ Lætæ ſegetes, id eſt, fertiles. *Virgil. 1. Georgi.* Quid faciat lætas ſegetes. *Idem,* Vnde prius lætum ſiliqua quaſſante legumen. Læta verò prata, læta domus, quæ lætos nos ſua amœnitate reddunt. ¶ Lætum aliquando à poetis inuenitur vſurpatum pro celeri: fortaſſis quòd in iis quæ læto animo aggredimur, celeritate vtamur. *Virgil.* Lætus Eois Eurus equis. ¶ Accipitur præterea lætus pro fauſto & fœlici. *Plin. lib. 8. cap. 47.* Sunt enim delubra gemina, alterũ intraſſe, lætũ eſt: in altero, dira portendit.

Lætẽ, aduerb. Iucundè, & hilariter)(Seuerè. {ἱλαρῶς, ἡδέως. Gallicè, Ioyeuſement, gayement. ITA. *Allegramente, lietamente.* GERM. Frölichen. HISP. *Alegremente.* ANG. *Gladlie.*} *Quintilan. lib. 8. cap. 3.* Concitatè dicere an moderatè: lætè, an ſeuerè, &c. Lætius frondere, lætius fruticare: id eſt, vberius, *apud Colum. l. 5. c. 9. & Plin. l. 16. c. 31.*

Lætãnter, lætè {ἱλαρῶς. *Cicero,* Lætanti animo. *Lampri. in Commodo,* Quod Commodus lætanter accepit.

Lætŏr, taris, Gaudeo, delectationem capio, me oblecto, lętitia perfundor, letitiam percipio. {שמח *ſamách* שש *ſas.* χαίρων ἡδομαι, ἱνφαίνομαι. GALL. S'eſiouir, prendre plaiſir. ITAL. *Allegrarſi, godere.* GERMAN. Frolich ſein / ſich freuwen. HISP. *Alegrarſe, hanar plazer.* ANG. *To reioyce, to be glaid.*} *Terentius in Heaut.* ego non tam meapte cauſa lætor, quàm illius, quam ego ſcio honore quouis dignam. Coniungitur cum ablatiuo, idque vel cum præpoſitione vel ſine, & cum accuſatiuo. Nam lætari dicimus de aliqua re, aliqua re, & aliquam rem: quanquam poſtremum dicatur rarius. *Cicer. 2. de Diuinat.* An Cn. Pompeium cenſes tribus ſuis Conſularibus, tribus triumphis, maximarum rerum gloria lętaturum fuiſſe, ſi ſcriret ſe in ſolitudine Ægyptiorum trucidatum iri? *Cicero ad Marium,* Vtrumque lætor: ſine dolore corporis te fuiſſe, & animo valuiſſe. ¶ Inuenitur etiam cum genitiuo. *Virg. l. 11.* Nec veterũ memini, lætórve malorum. ¶ Hinc Collætor, ſimul lætor. συν. ἡδομαι.

Lætãns, tis, participium. {שמח *ſaméach* שש *ſas.* χαίρων ἡδόμενος. GALLIC. Qui ſe reſiouit. ITAL. *Chi ſe allegra.* GERM. Frölich/ſich freuwend.. HIS. *El que ſe alegra.* ANG. *He that is, glaid and reioyceth.*} *Cic. pro Cluent.* Itaque nubit Oppianico continuo Saſſia lætanti animo, & ſpe optima confirmata. [Vin, te faciam ex læto lætantem magis? *Plaut. pſeu. ſc. 3. a. 1.*

Lætãndum. *Cicero pro lege Manilia,* Atque illud in primis lætandum mihi eſſe video. *Saluſt.* Tamen lætandum magis quàm dolendum caſum tuum puto.

[Lætabundus, quid ſit, docet *Gellius cap. 15. lib. 11.*]

Lætо, lætas, Lætum facio, lætifico, lætitia perfundo, lætitiam & gaudiũ affero. {שמח *ſimméach* חשיש *hesis.* φαιδρώνω. GAL. Rendre ioyeux, reſiouir. ITAL. *Far allegro.* GERM. Frölich machen/erfreuwen. HISP. *Alegrar à otro.* ANGLI. *To make glaid.*} *Accius Pelopidis,* vt citat Nonius, Et te vt triplici lætarem bono. Antiquum eſt.

Lætĭfĭco, as, idem. שמח *ſimméach* חשיש *hesis* ἱυφραίνω. {ANGLI. *To mak glaide.*} *Plaut.* ita meum cor hæc anus lætificauit modò. *Cic. 2. de Nat. deor.* Contrahit terram, tum viciſſim lætificat, vt cum cælo hilarata videatur.

Lætĭfĭcŏr, aris, deponens, Lætor, lætus ſum. {שמח *ſaméach* שש *ſas.* γήθομαι, γάθομαι. GAL. Eſtre ioyeux, s'eſiouir. ITAL. *Eſſere allegro.* GERM. Frölich ſein. HISPAN. *Ser allegre.* ANGL. *To reioyce, to be glaid. Plaut.* Aõ [*ſc. 6. a. 4.*] Nunc eo alij lætificantur meo malo, & damno.

Lætĭfĭcŭs, lætifica, lætificum, lætitiam faciens. {משמח *meſaméach* ἱυφραντικὸς. GAL. Qui reſiouit. ITAL. *Chi rallegra.* GERM. Das frölich macht. HISPAN. *Que alegra.* ANGLI. *That maked glade.*} * vt Lætificæ vites, *Cic. 1. Tuſ. ex antiquo poeta.*

Lætĭſco, is, priſci dixerunt, pro lætus fio. {שמח שש *ſas. fumeách* φαιδρύνομαι.} *Siſenna lib. 1. apud Nonium Marcell.* Vtrúmne dij cultu erga ſe

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

mortalium lætificant, an supernæ gentes humana negligant. * Obsoletum.

Lætĭtĭă, lætitiæ, Est exultatio animi (*vt definit Gellius lib. 2. cap. 27.*) cum gaudio efferuentiore, propter euentum rerum expetitarum, gaudium, voluptas. {שמחה *simchah* ששון *sasón.* ἐυφροσυνὴ γηθοσύνη, χαρὰ. GAL. Lieſſe, ioye, reſiouiſſance. ITA. *Letitia allegrezza.* GERM. Freud. HISP. *Alegria.* ANG. *Glaidenesse, ioye.* } *Cic. 4. Tusc.* Lætitia, opinio recens boni præſentis in quo efferri rectum videatur. Et proprie lætitia eſt, quum ita mouetur animus, vt etiam ad exteriora egrediatur, & maximè in vultu: gaudium, quum animus exhilaratur aliqua re, neque tamen ad exteriora diffunditur vltra modum, vt facile appareat. Hinc dicunt Stoici Gaudium in ſapientem cadere poſſe: lætitiam non poſſe. Vide GAVDIVM. *Cic. in Catil.* Hic tu qua lætitia perfruêre? quibus gaudiis exultabis? quanta in voluptate bacchabere? Proſequi aliquem lætitia, *Quintil. lib. 5. cap. 11.* * Lætitiam dare, id eſt, præbere cauſam lætitiæ. *Cic. pro Plancio.* [Cui tria gaudia, ter demeritas dem lætitias. *Plaut. pſeud. ſc. 4. a. 2.* Item vt mea lætitia lætus promiſcua ſies. *Plaut. pſeu. ſc. 5. a. 4.* Quid ſit lætitia, docet *Gell. cap. 27. lib. 2.*]

Lætĭtūdo, inis, Lætitia. {שמחה *simchah* ששון *sasón.* χαρμοσύνη, χαρὰ.} *Accius in Bacchis, vt citat Nonius,* Quanta in venando affectus eſt lætitudine.

Lætabĭlĭs, le, Lætitia dignus. {γηθόσυνος. GA. Dequoy on ſe reſiouit, digne de reſiouiſſance. ITAL. *Degno che ogniuno ſi rallegri.* GER. Frewens wärt/ freudenreych. HISP. *Cosa digna de alegria.* ANG. *where of one is glade.*} *Cicer. lib. 1. Tuscul.* Quod vt ita ſit (nihil enim pugno) quid habet iſta res aut lætabile, aut glorioſum? ¶ Inde illætabilis contrariæ ſignificationis.

Lætāmĕn, inis, Fimus qui per agros iacitur, quòd lætas, hoc eſt, pingues ſegetes faciat. {רמן *domen.* κόπρος. GAL. Fiens pour fumer la terre, ITAL. *Letame.* GERM. Miſt ſo man auff die acker thut. HISP. *Eſtiercol para eſtercolar la tierra.* ANGL. *Donge.* } *Plin. lib. 18. c. 16.* Ipsúmque pro lætamine eſt.

Lævă, æ, Manus ſiniſtra dicitur. {שמאל *ſemól.* σκαία. GALL. La main ſeneſtre, ou gauche. ITAL. *Mano ſiniſtra, manca.* GERM. Die linckе hand. HISP. *Layzquierna mano.* ANG. *The left hand.*} Vnde & Scævuolæ nomen tractum eſt à Græco λαιός, quòd ſiniſtrum ſignificat. *Cic. 4. Acad.* Quum autem leuam manum admoueret. &c. *Virg. 4. Æneid.* Læuam cuncta cohors remis ventiſque petiuit. *Liuius 4. ab Vrbe.* Dextra montibus, læua Tyberi amne ſeptus.

Lævŭs, a, um, Siniſter. {שמאלי שמאל *ſemóli ſemali.* λαῖος, σκαῖος. GALL. Gaucher, ſeneſtre. ITAL. *Siniſtro.* GERM. Linck. HISP. *Sineſtro ò yzquierno.* ANG. *Left handed, left.*} vt Læua manus, *apud Cic. 1. Acad.* Læuus humerus, *Ouid. 9. Metam.* Læuum cornu, *Cæſar. 3. Comm.* ¶ Per tranſlationem accipitur pro inauſpicato & infœlici. δυσοιώνιος. *Virg. 1. Eclog.* Si mens non læua fuiſſet. *Idem lib. 4. Georg.* -ſiqua Numina læua ſinunt, auditque vocatus Apollo. [Dextráque vt læuum teneat, dextrúmque ſiniſtra miles. *Tibul. l. 4.* Seu quis dextra velit, ſeu læua tueri. *Tibul. l. 4.* Picus, cornix eſt, ab læua, coruus, parra ab dextra. *Plau. Aſin. ſc. 1. a. 2.* Coruus mihi cantat ab læua manu. *Plaut. Aulul. ſc. 3. a. 4.* Reſpice ad læuam. *Plaut. Merc. ſc. 4. a. 2.* Abiiciam coronam ad læuam manum. *Plaut. Menæch. ſc. 3. a 3.* Barbara pars læua eſt. *Ouid. Eleg. 10. lib. 1. Triſt.*] ¶ Læuum tamen fulmen quum dicimus, proſperum ſignificamus. εὐοιώνισον. propterea quòd quæ nobis ſiniſtra ſunt, ſuperis ſint dextra. Hetruſci cælum in ſedecim partes diuiſerunt: è quibus octo ab exortu ſiniſtras, totidem econtrario appellauêre dextras. Hinc omnia fulmina læua exiſtimantur eſſe proſpera: quoniam à læua parte mundi ortus eſt, ſicut ſcribit *Plinius.* Et (vt autor eſt *Cice. 2. de Diuinat.*) optimum auſpicium habebatur apud Romanos, quod ſiniſtrum fuerat. Vnde *Virgilius* antiquitatis conſultiſſimus dixit, Intonuit læuum, quod fœlicitatem portendere credebatur. [¶ Ipſi Græci σκαιὸν dicunt pro ſtulto, vt Latini Læuum. *Horat.* O ego læuus, qui purgo bilem verni ſub temporis horam. *Virgilius* ſæpius eodem ſenſu.]

Lævōrsŭm, verſus læuam. { ANGL. *Lowardes the left ſide.*} *Apul. verò Florid. lib. 1.* Cum igitur aquila eo ſeſe extulit, nutu elementi læuorſum vel dextrorſum.

Lævŭs, ue, cum diphthongo in priore ſyllaba, Planus, politus, glaber, tactu mollis. {חלק *chalák.* λεῖος. GAL. Vni, poli, aplani, doux au toucher. ITAL. *Polito, liſcio, dolce, molle.* GERM. Glatt. HISP. *Coſa liza polida, y ſin pelos.*] ANG. *Light, plane, polished, ſmoolh ellike.*} *Virgil. 7 Æneï.* At læuem clypeum ſublatis cornibus Io Auro inſignibat. ¶ Accipitur aliquando pro glabro & depilato. *Virg. 6. Eclog.* Et ſæpe in læui quæſiſſet cornua fronte. *Tibul. lib. 1. Eleg. 8.* Charior eſt auro iuuenis, cui læuia fulgent Ora, nec amplexus aſpera barba terit. [Neque ſum cedro flauus, nec pumice læuis. *Ouid. Eleg. 1. lib. 3. Triſt.* Vt Satyri læuiſque ſenex tetigere &c. *Ouid. 3. Faſt.* (.i. caluus Silenus.)

Lævĭtās, } aſperitas. {חלקה *chelkáh.* λειότης. GAL. Vne douceur quo'n ſent en touchant quelque choſe qui n'eſt point rude. ITA. *Vna vgualezza che da piacere toccando,* GER, Glette. HISP. *Aquella liſura ò raſura.* ANGL. *Smoothneſſe, planeneſſe, lightneſſe.*} *Martianus,* Lunarem circulum ingreſſa. Virgo conſpicatur globoſum quoddam tenerúmque corpus e ſuperni roris læuitate compactum, inſtar ſpeculi pendentis. [*Apuleius Apol. 1.*] Accipitur interdum læuitas pro lubricitate. *Celſus lib. 4. cap. 16.* Ex torminibus interdum inteſtinorum læuitas oritur, quæ continere nihil poſſunt, & quicquid aſſumptum eſt, imperfectum protinus reddunt.

Lævor, oris, gen. m. Lævitas, } aſperitas. {חלקה *chelkáh.* λειότης. ANG. *Smoothneſſe. ſlikeneſſe.*} *Plin. l. b. 13. ca. 12.* Spectantur in chartis tenuitas, denſitas, candor, læuor. *Idem lib. 9. cap. 35.* Dos omnis in candore, magnitudine, orbe, læuore, pondere, &c. De vnionibus. ¶ *Cornutus in Perſium,* Læuor pro mollitie & ſuauitate dixit: Talia, *inquit,* carmina facis, quæ mollitie & læuore ſuo inoffenſa defluant.

Lævĭgo, as, pen. cor. Complano, polio, quaſi leue ago. {חחליק *hechelik* קלקל *kelkél.* λειάνω. GALL. Aplanir, vnir, polir. ITAL. *Polire, ſpianare.* GER. Gletten / glat machen. HISP. *Aſiſar ò acepillar ò acicalar.* ANGL *To make ſmoth and ſlike.*} *Plin.* Sunt quidam in eo genere molliores, qui & cote læuigantur. *Idem l. 13. c. 12.* Scabritia chartæ læuigatur dente. [Subducit & læuigat aluum faba. *Gell. cap. 11. lib. 4.*

Lævo, as, Leuigo. {חחליק *hechelik* קטקל *kitkál.* λειάνω ξέω. ANGL. *To make ſmooth.*} *Stat. l. 1. Theb.* Pars teretes leuare manu, ac diſponere menſas. *Celſus,* Læuat, quæ exaſperata ſunt.

Lævātĭus, tior, tiſſimus. *Gell. l. 17. c. 8.* Ad coeundem ideo videntur facilliora, quæ leuatiora, læuiáque ſunt.

Lăgănum, ni pen. cor. {רקיק *rakik* צפיחית *tſapichitg.* λάγανον. GAL. Bignet ou crepet. ITAL. *La ſagna.* GER. Ein gattung küchlein oder ein pa ſtet. HISP. *La ſanna.* ANG. *Apancake or fritter.*} Placentæ genus ex farina aqua ſubacta, addito caleo, aliíque condimentis, ſimul in pinnulæ ex farina & aqua quæ iure pingui coctæ, & caſeo, pipere, croco, cinnamóque conditæ, in cibis dantur.

LAGARIA, λαγαρία. Magnæ Græciæ oppidum, non procul à Thuriis, Epei, & Phocenſium opus.

Lăgărĭtānŭs, a, um, vt viuum Lagaritanum, mite & dulce, & à medicis mirificè commendatum Autor *Strab. l. 6.*

Lăgĕŏs, λάγεως, Genus vuæ, quæ & leporaria dicitur. *Virg. l. 1. Georg.* Et paſſo Pſythia vtilior, tenuiſque lageos. *Seruius.*

Lăgărī, λαγαροι. Verſus dicuntur, qui medio claudicant pede: ſicut myuri, qui poſtremo: & accephali, qui à breui ſyllaba incipiunt. *Ex Hermolao.*

Lăgēnă, æ, genus vaſis teſtacei, ad vinum præcipuè accommodatum. {חמת *chémeth* אשיש *aſchſich* בקבוק *bakbúk* נבל *nebel.* οἰνοφόρον. GALL. Vn flaccon ou vne bouteille. ITAL. *Vn fiaſco ò barleto.* GERM. Ein tö get oder flaſch. HIS. *Bard de vino.* ANG. *A flagon or botell.*} *Colum.* Omnis ſpurcitia cum ſpumis eximatur, quæ decocta quum tã erafſa ſinerit quàm defrutũ, refrigeretur, & bene picatis lagenis condatur. *Plaut. in Curc.* Quaſi *Martial. li. 7.* Nulla catenatis pila eſt præcincta lagenis.

Lăgūncŭlă, æ, diminutiuum, Parua lagena. {λαγυνίδιον. ANGL. *A litle flagon.*} *Plin. in Epigr.* Proinde quum venabere, licebit autore me, vt panarium & lagunculam, ſic etiam pugillares feras. *Cic. Attic. l. 6.* In iis inuentæ ſunt quinque lagunculæ matronarum, &c. ſed Imagunculæ eſt legendum.

LAGIA, Vnum ex nominibus deli inſulæ, *apud Plin. l. 4. c. 12.*

LAGINIA, λαγινία, Oppidum Cariæ: Gentile Lagineus, Laginites. Eſt & λαγίνεια. vide Hecatelia.

Lăgŏïs, pen. pro. λαγῶις, Genus auis quæ leporinas habet carnes. Nam λαγὼς apud Græcos lepus eſt. ¶ Eſt & genus piſcis. *Horat. 2. Serm. Satyr. 2.* Nec ſcarus aut poterit peregrina iuuare lagois.

Lăgŏphthălmŏs, {λαγόφθαλμος. Dicitur apud Celſum oculorum vitium, quum ſuperior palpebra non deſcendit. Cui vitio contrarium eſt ectropium, quum inferior palpebra parum ſurſum attollitur, nec cum ſuperiore committitur. Dictum à leporibus qui apertis oculis dormire conſueuerunt.

Lăgōpūs, penultima producta. { λαγώπους. GAL. Vn certain oyſeau ayãt les piés velus comme ceux d'vn lieure. ITAL. *V ccello co'i piedi peloſi come la lepre.* GERM. Ein ſchneehenn/ oder ſteinhenn die in hohen alpẽbirgen. HISPA. *Cierta aue que tiene los pie peludos como la lebre.* ANG. *A certaine birde with rough or heary feet lik the feet of an hare.*} Auis eſt Alpina de qua ſic ſcribit *Plin. l. 10. c. 48.* Et præcipuo ſapore lagopus: pedes leporino villo nomen hoc dedêre, cætero candidæ, columbarum magnitudine: *Martial. l. 7.* Si meus aurita gaudet lagopode Flaccus. ¶ Eſt etiam lagopus herba quædam à pedis leporini ſimilitudine. *Plin. l. 28. c. 8.* Lagopus ſiſtit aluum è vino pota, aut in febri ex aqua. Naſcitur in ſegetibus.

Lagotrophia, { λαγωτροφία. ANG. *A cuninger.*} Leporaria ſunt, id eſt loca in quibus lepores aluntur. Vtitur hac voce *Colum. l. 8. c. 1.*

LAGVS, λάγος, Pater fuit Ptolemæi ſucceſſoris Alexandri, cui Philadelphus ſucceſſit in regno, *Lucan. l. 10.* Nobilitas uarij proles clariſſima Lagi, &c. Hinc Lagæus, a, um vide *Ptolem.*

LAGVSA, λάγουσα. Inſula eſt in mari Pamphylio, ex aduerſo Glauci fluuij. Autor *Plin. l. 5. c. 31.* Strabo Laguſam enumerat inter inſulas Cretæ vicinas, non procul ab Io inſula.

LAGYRA, λάγυρα, Vrbs eſt Tauricæ Cherroneſi, apud *Ptol. l. 3. c. 6.*

Laĭcŭs, a, um, pen. cor. {λαϊκὸς ἰδιώτης. GAL. Qui n'eſt point clerc. ITA. *Chi non è chierico.* GER. Ein ley/ vngeweyhet/ gemein. HISP. *Elque no es clerigo.* ANG. *Of the common people.*} Quod commune eſt, & non ſanctum: hoc eſt, quod attrectabile eſt, ſicut ſacrum & ſanctum dicitur cuius tactu populo interdictum eſt. Nunc Laicos vocamus quaſi populares & profanos, qui ſacris initiati non ſunt. *Budæus.*

LAĪS, idis, λαΐς, Nomen proprium famoſiſſimæ meretricis, quæ à ſcriptorib. Corinthia dicta eſt, quia Corinthi habitauit: ad quam propter inſignem pulchritudinem potentiſſimi quique ex omni Græcia conueniebant, nec quiſpiam admittebatur, niſi qui dabat quod poſceret, GERMANIC. Ein teiche vnd weiterkandte Můtz zu Corinthon. } Vnde profectũ creditur prouerbiũ. Non cuiuſuis hominis eſſe, adire Corinthũ. Tam care enim Lais ſuas locabat noctes, vt vel ditiſſimi homines pretij magnitudine deterrerẽtur. Inter quos etiam Demoſthenes fuiſſe fertur, qui quum ſcorti tam nobilis fama accenſus, aliquando Corinthum nauigaſſet, illáque noctis vnius operam decẽ millibus drachmarum indicaſſet, expauefactus pretij immanitate, Græcè reſpõdit, οὐ μετανοῶ μυρίαν δραχμῶν μετανέλεαν, Non emo, *inquit*, decem millibus drachmarum pœnitentiam. *Ouid. 1. Amor.* Multis Lais amata viris. *Vide Gell. l. 1. c. 8.*

LAĪVS, Filius fuit Labdaci Regis Thebarum, pater Oedipi, qui Iocaſtam Creontis Thebani filiam vxorem duxit: quam quum concepiſſe audiſſet, de futura prole oraculum conſuluit: cui reſponſum eſt, eum naſcituri manu peritorum. Quapropter Iocaſtæ præcepit vt quicquid peperiſſet, necaret. Verùm quum illa inſigni forma puerum peperiſſet, maternáque indulgentia affecta adduci non poſſet, vt eum interficeret, neque tamen educare auderet, miniſtro cuidam exponendum tradit: qui acceptum puerum in ſyluam detulit. plantiſque perforatis, vinineque tractо ex arbore eum ſuſpendit: futurum rapertus, vt inedia moreretur. Verùm quum Phorbas Polybij Corinthiorum Regis paſtor illàc iter faceret, audito vagitu, eò accurrit, puerúmque ſeruauit, quẽ & reginæ, quæ liberis carebat, magni munieris loco obtulit: à qua, veluti puer cælitũ miſſus, filij loco eſt educatus & à pedibus ex vulnere tumẽtibus Oedipus eſt appellatus. Grandior deinde natu, quum generis ſui cognoſcendi auidus Apollinẽ cõſuluiſſet, re-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

fet,responsum accepit,se patrem in Phodice inuenturum. Quò quum
ueniſſet,Laium in tumultu quodam inter ciues ſuos,exterólque exor-
to,interfecit,matrémque imprudens duxit vxorem. *Stat.11. Thebaid.*
Enſum ſceptriferi ſpolium lachrymabile Laij. Reliqua vide in dictio-
ne OEDIPVS.

LĀLAE TĀNĬ Ā, Hiſpaniæ regio eſt in tractu Tarraconenſi. *Mart.l.1.*
Aprica repetes Tarraconis littora,Tuámque Lalætaniam.

Lālātānŭs,a,um, adiect. vt vinum Lalætanum, magis copia,quàm boni-
tate laudatum,teſte *Plin.l.14.c.6.Martial.l.9.*Et Lalætanæ nigra lage-
na ſapæ.

LALASSIS, Fluuius eſt Iſauriæ,quæ Aſiæ regio eſt,inter Ciciliam &
Pamphyliam ſita.Autor *Plin.l.5.c.7.*

LALISANDA,λαλίσανδα, Vrbs Iſaurici,nunc dicitur Daliſanda.*Steph.*

Lālĭsĭo, onis, Pullus onagri. {ὀνάγριον,vel ὀνάγρου πῶλος. GAL. Petit
aſnon ſauuage.ITAL.*Aſinello ſalueatico.*GERM. Ein iunger wald eſel. *El
hijo del aſino ſyluestre.*ANGL.*A Litle wydle aſſe.*} *Martial.* Dum tener
eſt onager, ſolaque laliſio matre Paſcitur, hoc infans, ſed breue no-
men habet.

Lallārĕ, Antiqui dixerunt pro dormire,de infantibus loquentes: quod
inde ductum inquit Cornutus, quòd nutrices cùm infantes dormire
volunt,iis Lalla,lalla,lalla dicere ſoleant.*Perſ.Sat.3.* Et ſimilis regum
pueris papare minutum Poſcis, & iratus mammæ lallare recuſas? Ex
quo loco Perſij anrea male hîc legebatur, Lallare veteres dixiſſe pro
lac fugere.Eſt enim à Perſij ſententia hoc alienum & à Cornuto eius
interprete reiectum.

Lama,æ, Aquarum collectio eſt, interprete Feſto, quæ & lacuna dici-
tur. {πάταγος.}

[Lambero,as,are.*Plaut.pſeu.ſc.4.a.2.*Me meo lindo lamberas (.i.)ſimili-
bus iocis ac ſalibus me petis,laceſſis,proſcindis,&c.

Lămbo,is bi,tum,Priſciano,Lingo,lingua leuiter aliquid tango. {לחך
lachách לק *lak* λείχω,λιχμάομαι. GALL. Lapper ſemme font les chiens
en beuuant,licher. ITALI.*Leccare.*GERM.Lecken.HISP.*Lamerò lam-
ber.*ANGL. *To lape,orlicke.*} *Lucil.Satyr.23.* Fœcundáſque puer qui lam-
berat ore placentas.*Colum.l.8.c.17.* Nam quia dentibus carent,aut lâ-
bunt cibos aut integros hauriunt:mandere quidem non poſſunt. *Vir-
gil.pro* leuiter tangere 3.*Æneid.*Attollítque globos flammarum,& ſy-
dera lambit. [*Lucan.lib.1.* Sic & Syllanum ſolito tibi lambere ferrum
durat,magne,ſitis (.i.cruoris ciuilis.)] ¶Interdum pro leuiter alluere.
*Horat.l.1.Car.*Vel quæ loca fabuloſus Lambit Hydaſpe.Ponitur e-
tiam aliquando pro circundare aut tegere. *Perſ.Sat.1.* Palladiámque
relinquo Pyrenem illis quorum imagines lambunt Hederæ ſequaces.
Virg.2. Æneid. -tactúſque innoxia molles Lambere flamma comas.
¶Allambo,compoſitum,vide ſuo loco.

*Lāmbĭto, lambitas, pen. cor. lambitaui, lambitatum,lambitare, Fre-
quentatiuum. *Solin. c.25.* Ægyptij canes è Nilo nunquam niſi curren-
tes lambitant.

LAMBOTVS,Fluuius eſt Africæ,*apud Strab.*

LĀMBRĬS, Fluuius in Ciſalpina Gallia, quem Padus defert in mare
Adriaticum,vt ait *Plin.l.3.c.16.& 19.* A quo Lambrani dicti ſunt eius
accolæ.*Suet.in Cæſ.*Per Lambranos & Tranſpadanos duxit.

Lāmĕllă,Vide LAMINA.

Lāmĕntŏr, aris,Deploro,defleo,lachrymo, fleo, & ipſa voce dolorem
oſtendo.{קונן *konén* נחח *nabáh* נכח *bacháh* ספר *ſaphádh* אבל *abál.* θρη-
νέω,ὀλοφύρομαι.GALLIC.Lamenter,braire & crier de douleur & ennuy
qu'on a.ITA.*Lamentarſi,dolerſi.*GERM.*Klaglich weinen/heulen/ wehklas-
gen.* HISPAN. *Llorer con vozes girtando.*ANGL. *To weepe,to lament,to
bewaile for.*}*Terent.in Andr.*Quæ tum mihi lamentari præter cæteras
viſa eſt.*Idem in Phorm.* Modò quandam vidi virginem hîc viciniæ Mi-
ſeram ſuam matrem lamentari mortuam. ¶*Cic.1.Tuſc.* pro lamenta-
tione dignum aliquid efferre. Nam hæc quidem vita mors eſt quam
lamentari poſſem ſi liberet.*Idem 1.de Orat.*Lapides me hercule omnes
flere ac lamentari coëgiſſet. [*Plaut.Menæch.ſc.1. a.1.* Ne lamentetur,
neue animum deſpondeat(machæra.)]

Lāmĕntātŭs,ta,tum,particip. {נספר *niſpádh.* ὀδυρμῷος.GAL.Lamẽté.ITA.
*Lamentato.*GER.*Klaglich beweynt.*HISP.*Llorado.*ANG.*Lamented for.*}
vt Fata diu lamentata,*Silius lib.13.*

Lāmĕntātĭo, Eſt(*vt Cic.4.Tuſc.docet*) ægritudo cum eiulatu. {מספד
miſpédh נחי *nechí* ככח *bécheh.* θρῆνος,ὀλοφυρμός.GAL.Lamentation.ITA.
*Lamento.*GERMAN.Weeklagung/das klaglich weynen.HISPAN.*Llando
con voxes.*ANGL.*Lamentation,a bewayling*} *Idem 1.Tuſc.* Sed illa lugu-
bris lamentatio,fletúſque mœrens,ex eo eſt, quod,&c.

Lāmĕntās,Pro lamentationibus dixére veteres. *Pacuu. in Hermog.* La-
mentas,fletus facere compendi licet.*Nonius.*

Lāmĕntum,ti,Ipſa lamentatio. {מספד *miſpédh* נחי *nehí* ככח *bécheh.* θρῆνος.
GALL.Lamentation.ITAL.*Lamento.*GER.*Heulung/weeklagung.*HISP.
*Llanto con voxes.*ANGL.*Lamentation,or bewayling.*{*Cic.de Senect.*Solo-
nis quidem ſapientis elogium eſt, quo ſe negat velle ſuam mortem
dolore amicorum,lamentiſque vacare.*Virg.4.Æneid.*

Lamentis,gemitúque & fœmineo vlulatu
Tecta fremunt,reſonat magnis plangoribus æther.

Lāmĕntābĭlis,bile, Quod eſt dignum multa lamentatione. {πολύθρηνος.
GAL.Digne de lamentation,lamentable. ITAL. *Lamenteuole.*GERM.
*Klaglich, beweynens wart.*HISP.*Coſa digna de ſer llorada.*ANG.*Lamen-
table,worthie to he bewayled.*} *Virg.2.Æneid.* Troianas vt opes,& lamẽ-
tabile regnum Eruerant Danai. *Cic.de Legib.* Poſteaquam, vt ſcribit
Phalereus, ſumptuoſa fieri funera & lamentabila cœpiſſent, Solonis
lege ſublata ſunt.Lamentabili voce deplorare,*Cic.1.Tuſc.* Carmen la-
mentabile,*Stat.5.Syl.*

Lāmĕntārĭŭs,a,um,Quod ingerit lamẽtationem. {θρηνώδης. GAL.Pleu-
reux,qui eſmeut à lamenter.ITAL.*Coſa che moue à lamentarſi.*GERM.
*Das einen zu weynen bewegt.*HISP.*Coſa que haze llorar.*ANG.*Thath mo-
neth to lamentation.*} *Plaut.in Capt.* [*ſc.1.a.1.*] Quæ ædes lamentariæ
mihi ſunt.

LAMETINI, λαμετῖνοι, vrbs à Lamete fluuio iuxta Crotonem eſt. Hinc
Ciuis Lametinus,*Steph.*

LĂMĬĂE, arum,{לילית *lilith.* λαμίαι.} Ab Antiquis mulieres eſſe puta-
bantur,ſiue verius dæmonum quædam phantaſmata, quæ formoſarũ
mulierum ſpecie aſſumpta, pueros pariter & iuuenes blanditiis alle-
ctos uorare credebantur. {GERMA.*Nachtmummel/böſe Nachtgſpenſt in
weiber gſtalt.*} Hæ quum foris eſſent egregie oculatæ, domi prorſus
cæcutiebant.*Horat.1.Car.*Neu pranſæ lamiæ puerum viuum extrahat
aluo. *Apul.l.1.de Aſin.* At ille colore ſpurciſſimi humoris percuſſus,
quo me Lamiæ illæ infecerant aſpernatur. Philoſtratus in Apollonio
ait Lamias à quibuſdam Laruas appellari,& Lemures, à nonnullis etiã
Empuſas,eſſeque ad amorem & venerem propenſas, & carnes huma-
nas, maximéque formoſorum eſurienter appetere,ideóque libidinis
cupiditate allicere eos,vt poſtea deuorent.Plura de his vide apud *Cæl.
Rhod.l.29.c.5.* ¶Lamiarum item nobilis Romæ familia fuit à Lamo
orta,Antiphatis patre,& Læſtrygonũ Rege, qui Formiis regnauit. Ex
hac familia fuit Ælius ille Lamia, Senator Romanus, ad quem extat
carmen *Ho. Ca.3. Od.17.* Æli vetuſtq nobilis ab Lamo (Quando &
priores hinc Lamias ferunt Denominatos & nepotum Per memores
genus omne faſtos) Autore ab illo ducis originem. Qui Formiarum
mœnia dicitur princeps, & inuicem Maricæ Littoribus tenuiſſe Ly-
rim. ¶Chryſoſtomus Dion in intima Africa feras quaſdam eſſe ſcri-
bit muliebri facie,quæ & ipſe Lamiæ dicuntur,vberibus autem totó-
que pectore adeo ſpecioſo, vt nullo pictoris ingenio ſimiles effingi
queant, quibus retectis homines in fraudem alliciant, captóſque de-
uorent. Lamia item meretrix quædam inſignis fuit, Demetrij Regis
amica,cui blandientes Thebani, Veneris Lamiæ delubrum conſecra-
runt.Lamia item piſcis eſt(vnde & lamiarum ſtrigum nomen quod vt
lamiæ ſint voracitſimę: à λαιμὸς guttur)tanto oris rictu tantæque vo-
racitatis,vt & loricatum hominem deuoraſſe compertus ſit.Itaque de
hoc intelligunt qui Ionam deglutierit:*Plin.l.29.c.24.*

Lāmĭnă, penul. cor. Metalli cuiuſuis fruſtum in latitudinem ductum
craſsius tamen quàm bractea. {לחב *láhab* לחט *lachat* פח *pach.* ἔλασμις.
GALL.Lame,plaſtron,vne table ou bande large & aſſés eſpoiſſe, toit
de cuiure ou autre metail.ITA.*Lama piaſtra.*GERMAN.Ein tonnem oder
blat von einem metall.HISP.*La lama ò hoja de metal.*ANGL.*A plai-
te or thinne piece of any metall.*} [*Quintilian.c.4.l.2.* Tenuem laminam
ducere quam cælatura altior rumpat.Metaphor.*Cæſar.2.bell.Ciuil.*Eo
ſuper tigna bipedalia iniiciunt,eáque laminis clauiſque religant. *Cic.
4.Ver.* Quid quum ignes, candentéſque laminæ,cæteríque cruciatus
admouebantur? [*Plaut.Aſin.ſc.2.a.3:*Aduerſus ſtimulos,laminas,cru-
céſque compedéſque.]

Lāmĭnĕlla, læ, diminutiuum. {πλακοῦς ἐλάσμα. GAL.Petite lame.ITAL.
*Rama picciola.*GERM.Ein blechlein. HISP. *Perquenna lama ò hoja de me-
tal.*ANGL.*A litle plaite of metall,as gold foyle.*} *Vitruu.l.7.c.3.*Speculum
argenteum tenui lamella ductum.*Seneca,*Maiorum dierum partem in
æruginoſis lamellis conſumit.

Lāmnă,pro lamina,apud *Horat. lib.2.Carm.* Nullus argento color eſt a-
uaris Abdito terris, inimice lamnæ Ctiſpe Salluſti; niſi temperato
Splendeat vſu.

Lamium,Vrticę genus mitiſsimum,prorsúſque innoxium, quàm Vrti-
cam mortuam herbarij appellant. ANGLI.*Archangell,an hearbe called
de adnettle.*}*Plin.li,21.c.15.*Quę innoxia eſt;morſu carẽs,laniũ vocatur.

LAMIRA, Vrbs Lyciæ & fluuius,*Steph.*

LĀMĬRŬS, λάμιρος.Herculis filius fuit,ex Iole-Euryti Oechalię Regis
filia.

Lāmpăs,adis,pen.corr.Fax. {לפיד *lappídh* λαμπάς. GAL.Vne torche,ou
vn flambeau.ITAL.*Lampada.*GER.Ein ampel/fackel oder terch. HISP.*La
lampara.* ANG. *A lampe,a torche.*} ἀπὸ τῦ λάμπειν,quod eſt ſplendere.
Virg.9.Æneid. Princeps ardentem coniecit lampada Turnus. ¶Fre-
quenter tamen ſumitur pro inſtrumento, in quo ellychnium accen-
ſum oleo fouemus,quod & lychnium penſilem vocamus. vt apud *Iuuenalem Satyra* 3.Ænea lampas.*Colum.lib.12.cap.*18. Ferreis lampadibus
ardentibus caleſiunt. [Lampadibus ardentibus oculos exuere. *Plaut.
Menæch.ſc.2.a.5.* ¶Eſt etiam Lampas genus facis in aëre exiſtens. *Pli-
nius lib.2. cap.26.* Duo genera faciunt: Lampades vocant planè faces:
alterum bolidas: quale Mutinenſibus malis viſum eſt, Vulgus *faces
ardentes,vel lanceas ignitas* vocat. ¶Lampada curſu tradere, elegans
eſt prouerbium, quo quis ſignificatur partes ſuas quaſi ſucceſsione in
alium transferre.*Varro lib.3.de Re ruſtica cap.16.* Sed ô Merula,Axius
noſter ne dum hoc audit,phyſicam addiſcat, quòd de fructu nihil di-
xit: nunc curſu lampada tibi trado. * Quibus verbis ſignificat ſe alte-
ram ſermonis partem Merulę tradere, vt is in dicendi vicem ſucce-
dat. Tractum à conſuetudine lampadophororum, qui in certamine
lampadodromico, ſi lampadem ad metam inextinctam non pertuli-
ſent,eam alteri tradebant.

LĀMPĒ, pes,λάμπη. Oppidum eſt Arcadiæ ad Lampeum montem.*Pli-
nius lib.2.cap.6.*

LĀMPĒTĬĀ,λαμπετία,Filia Solis ex Neæra ſoror Phaëtuſę & Lampe-
thuſę,cũ quibus patris ſui armẽta in Sicilia paſcebat,quo tẽpore Vlyſ-
ſes eò tempeſtate appulſus eſt.*Vide infrà in dictione* PHAETHVSA.

LAMPEDO, Mulier Lacedęmonia, rarę fœlicitatis, vt quę & Regis filia
fuerit,& Regis vxor,& Regis mater.*Plin.lib.7.cap.*41.

LAMPEVS,Mons eſt Arcadię,teſte *Plin.l.4.cap.5.*

LĀMPĬĂ, Fluuius eſt Arcadię, cuius meminit *Stat.lib.4. Thebaid.*
Candéſque iugis Lampia niuoſis. * Eſt item oppidum Arcadię eiuſ-
dem nominis,apud Lactantium.

LAMPON,Panchates,Pelotus, Camphaſus,nomina ſunt equorum apud
Silium. ¶Fuit & Lampon, ſacrificus vates, per anſerem velut auem
auguralem iurare ſolitus.

LAMPSACVM,pen.cor.Ciceroni & Plinio,Ptolemæo Lampſacus, λάμ-
ψακος,vulgò *Labſico.* Nomen vrbis in littore Helleſponti,in ora Aſia-
tica. [*Ouid.Eleg.9.lib.1.Triſt.*Et te ruricola Lampſace tuta Deo. *Cic.3.
Verr.* Oppidum in Helleſponto eſt Lampſacum, in primis Aſię prou-
incię clarum & nobile. homines autem ipſi Lampſaceni in omnes
ciues Romanos officioſi.*Plin.lib.5.c.32.* Deinde Percote oppidum,&
Lampſacum,antea Pityuſa dictum.

Lāmpsăcēnŭs,a,um,λαμψακηνός. Hinc Caron hiſtoricus,& Adamantus &
Anaximenes, & Metrodorus Epicuri ſodalis,Lampſaceni *à* patria co-
gnominati.

Lampsăcĭŭs,a,um, λαμψάκιος,λαμψακηνός, denominatiuum. *Martial.lib.
10.* Nam mea Lampſacio, laſciuit pagina verſu. vbi Lampſacium ver-
ſum dixit pro laſciuo, quales Priapo dedicari ſolent qui Lampſaci

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

præcipuè colebatur.

Lampsana, λαμψάνη. Olus est sylueſtre inter ſegetes: de quo *Plin. lib. 19. c. 8.* vbi lampſana & cyma ſylueſtris appellatur.

Lāmpўrĭs, idis. Vermiculus noctu lucens, nitedula, noctiluca, {λαμπυρὶς. GALLI. Vne petite mouche ou petit ver qui reluit de nuit, luſerne. ITAL. *Lucciola.* GER. Ein wurm oder motz ſo zu nacht ſcheint. HISP. *La luziernaga.* ANG. *A gloe worme that shyneth by nyght.*} *Plin. lib. 11. ca. 28.* Lucent ignium modo noctu laterum & clunium colore lampyrides, nunc pinnarum hiatu refulgentes: nunc verò compreſſu obumbratæ non ante matura pabula, vt poſt defecta conſpicuæ. *Idem lib. 18. cap. 26.* Eſtque ſignum illius maturitatis, & horum lationis commune, lucentes veſpere per arua cicindelæ: ita appellant ruſtici *ſtellantes volatas.* Græci lampyridas, incredibili benignitate naturæ.

LAMVS, Filius fuit Herculis ex Omphalæ regina Lydiæ, cui nouercā ſe factam eſſe Deianira apud *Ouid. in Epiſtol.* conqueritur: Vna recens crimen referatur adultera nobis, Vnde ego ſum Lydo facta nouerca Lamo. ¶Alius fuit Lamus Neptuni filius Leſtrigonum rex à quo Æliorum familia nomen accepit: de qua paulò ante in dictione Lamia. ¶Item Lamus equus generoſus *apud Silium*, Tum Lamus & Sicoris prole bellacis Ilerdæ.

Lāmyrŭs, Piſcis ex genere lacertorum, apud *Plin. lib. 22. c. 11.*

Lānā, æ, Quod de quibus detondetur, aut deciditur, à lanando: laniare enim ſcindere eſt. {צמר *tſémer.* ἔριον. GALL. Laine. ITA. & HISP. *Lana.* GER. wollen. ANGL. *vvoll.*} Scinditur autem nunc lana quæ velli ſolebat: vnde à vellendo vellus dicebatur. autore *Varrone. Cic. 2. de Orat.* Quando ad me venis cum tua colu & lana? *Virgil. 2. Georgicon.* Quid nemora Æthiopum molli canentia lana? Sunt qui à Leuitate, hoc eſt, à mollitie lanam dictam putent. Eſt autem in ſola oue lana, nam cæteræ quadrupedes pilos aut ſetas habent. * Lana tamen non tantùm de quibus dicitur, ſed de aliis etiam quibuſdam animalibus & arboribus. *Vlp. in l. Si cui lana paragr. Lana leg. ff. de Legatis & fideicom. 3.* Lana legata etiam leporinam lanam, & anſerinam & caprinam, credo contineri, & de ligno quam Græci ἐριόξυλον appellant. [*Martial. epigramm. 161. lib. 14.* Lana interior Cycni. (Gallice Duuet.) Item *Plaut. Menæch. ſc. 2. a. 1.* Quando ego ancillas, penum, lanam, aurum, veſtem tibi, præbeo. Item, Inter ancillas ſedere, lanam carpere, *Idem ibidem ſc. 2. a. 5.* De Lanis *Vide Martial. Epigr. 154. 155. 156. 157. &c. lib. 14.*

* Lānŭla, lanulæ, penult. corr. Diminutiuum. *Celſus lib. 7. cap. 27.* Tenuéique carunculæ lanulis ſimiles.

Lanicutis, e, vocabulum poëtica fictum licentia à Laberio: qui ſic ſcribit de ariete Reciprocicornem, lanicutem, veſtitrahum: quæ omnia poëtica ſunt, vt tardigrada, domiporta, & ſimilia.

Lānārĭs, & hoc lanare, Quod habet lanam. {ἐριῶδες, εἰρηνόκον. GAL. Qui a ou porte laine. ITAL. *Laneſo.* GERM. Das wollen tregt. HISP. *Lanudo de lana.* ANG. *That hath or beareth woll.*} *Varr. lib. 2. de Re ruſt. c. 19.* Nos qui pecus paſcimus lanare.

Lānārĭus, rij, Qui lanam curat. {ἐριουργὸς. GAL. Celui qui apreſte ou accouſtre la laine. ITA. *Lanaio.* GERMA. Ein wollen bereiter. HISPAN. *El que obra lana.* ANGLIC. *A woll winder, one that occupieth or felleth woll.*} *Plaut. in Aul. ſc. 5. a. 3.* Stat, iullo, phrygio, aurifex, lanarius.

Lānātŭs, a, um, Lana tectus. {GAL. Lanu, qui a ou porte laine. ITA. *Lanoſo, coperto di lana.* GERM. wollechtig/das wollen tregt. HISP. *Coſa lanuda de lana.* ANG. *That hath or beareth woll.* vt laneæ oues, apud *Colum. lib. 12. cap. 1.* Lanatæ pelles, *Colum. lib. 6. cap. 1.* Sed iaculi quibus copulantur, lanatis pellibus inuoluti ſunt, Lanatæ vites, amineæ dictæ, quòd caneſcant lanugine. *Colum. lib. 3. cap. 2.* Lanatam quoque amineam quidam maximè probant: quæ hoc vocabulum non ideò vſurpat, quod ſola ex omnibus amineis, verùm quòd præcipuè caneſcit lanugine.

Lānātŏr, tius. *Plin. lib. 21. c. 20.* Hi & folia eius thymo ſimilia tradunt, niſi quòd molliora ſunt & lanatiore canitie.

Lānĕŭs, a, um, adiectiuum. Quod eſt ex lana. {ἔριος. GAL. De laine. ITA. *Di lana.* GERM. wollin. HISP. *Coſa de lana.* ANG. *Of woll or wollen.*} vt, Pannus laneus. *Plautus in Milite*, Caucaſiam habeas ferrugineam, culturam ad oculos laneam. Laneum pallium. *Cic. de Natur. deorum.* Lanea vita, *Propert. lib. 3. eleg. 6.* Laneum latuſculum, id eſt latus molliſſimum. *Catullus ad Thallum.* ¶Laneus lupus, piſcis eſt Timaui fluuij, qui idcirco laneus dicitur, quòd iuxta hunc fluuium maxima ouium copia ſit, vberrimúſque lanarum prouentus. *Martial.* Laneus Euganei lupus excipit ora Timaui, Æquoreo dulces cum ſale paſtus aquas.

Lānĭcĭum, cij, Lana vel lanæ prouentus. {ἔριον. GAL. Laine ou l'art & reuenu d'icelle. ITA. *Lana, prattica ò arte di lana.* GERM. wollwerck. HISP. *Lana, prouecho ò arte de lana.* ANGLI. *working of woll, the craft of making cloth.*} *Plin. lib. 6. ca. 17.* Primi ſunt hominum qui noſcantur, Seres, lanicio ſyluarum nobiles, perfuſam aqua depectentes frondium canitiem. *Virg. 3. Georg.* Si tibi lanicium, curæ primùm aſpera ſylua, Lappæque tribulique abſint. Vbi *Seruius*, Lana, *inquis*, dicimus & lanicium, quemadmodum fuga & effugium.

Lānĭfĭcĭum, cij, Lanæ opificium. {ἐριουργία, ταλασία. GAL. Fait ou art d'accouſtrer de laine. ITALIC. *Lanificio.* GERMAN. wollwerck/ arbeit mit der wollen. HISPAN. *Aquella obra de lana.* ANGLIC. *Spindang and carding, the art of making cloth.*} *Plinius de rebus præclarè geſtis Romanorũ.* Exinde Collatiam petunt, Lucretiam inter ancillas in lanificio offendunt. *Colum. lib. 12. in proœmio*, Nunc verò quum pleræque ſic luxu & inertia diffluunt, vt ne lanificij quidem curam ſuſcipere dignentur. [*Suet. de Auguſt. cap. 64.* Lanificio aſſuefecit filias.

Lānĭfĭcŭs, Qui lanæ artem exercet. {ἐριουργὸς, ταλασιουργός. GAL. Qui beſongne de laine. ITA. *Lanaiuolo.* GERM. wollen ſpinner oder wäber. HIS. *El que obra lana.* ANG. *That worketh woll.*} *Martial. lib. 6.* Si mihi lanificæ ducant non pulla ſorores Stamina, nec ſurdos vox habet iſta deos. Manum lanificam imponere penſis. *Tibullus lib. 2. eleg. 1.* Artis lanificæ doctiſſimus, *Claudian. 2. in Eutrop.*

Lānĭfĕr, a, um, Quod lanam fert, lanicute, lanigerum. {ἐριοφόρος. GAL. Qui porte laine. ITA. *Che porta lana.* GERMA. Das wollen tregt. HISP. *Coſa que trae lana.* ANG. *That beareth woll.*} vt laniferæ arbores, *Plin. lib. 13. cap. 14.* Æthiopia Ægypto contermina inſignes arbores non habent, præter laniferas.

Lānĭger, a, um, Quod lanam fert, lanifer, ἐριοφόρος. Eiuſdem inſulæ, *Inquit Plin. lib. 12. cap. 10.* excelſiore ſuggeſtu lanigeræ arbores alio modo quàm Serum. *Virg. 3. Georg.* Lanigeros agitare greges, hirtaſque capellas. *Idem lib. 3. Æneid.* Lanigeræ comitantur oues, &c.

Lānĭpēndĭă, quæ lanearium veſtium textoribus lanam pendit ac diſtribuit, *Pompon. in l. 31. D. de donat. inter vir. & vxor.* Neque impedire quod in ea re vxor tanquam lanipendia fuerit, & viri negotium procuraret.

Lanoculus, qui lana tegit oculi vitium, *inquit Feſtus.*

Lānōsŭs, a, um, Lana abundans. {ἐριώδης. GAL. Lanu. ITAL. *Laneſo.* GER. vel wollen, wollechtig. HISP. *Lanudo.* ANG. *Full of woll.*} *Colum. lib. 7. ca. 3.* Eliges bimam, vaſti corporis, ceruice prolixa, prolixi, villi, nec aſperi, lanoſi, & ampli vteri.

Lanaria, æ, Herba eſt quam vulgus *Saponariam* appellat, inde nomen habens, quòd lanæ quæ ob pinguedinem colorem recipere non poſſunt, eius ſucco eluantur. σμῆγμα. *Plin. lib. 24. cap. 18.* Heroa lanaria ouibus ieiunis data, lactis abundantiam facit.

Lāncĕă, æ, Haſta longa quali & equites & pedites vtuntur. {חנית *chanith* קין *kon.* λόγχη. GAL. Vne lance, pique ou iaueline. ITALIC. *Lancia.* GERMAN. Ein glan/ein ſchafftein. HISP. *Lancia, arma para pelear.* ANG. *A ſpeare or iaueline.*} [Teli genus, longiſsimum, teſte *Gell. cap. 25. lib. 10.* quod quidam à ferri latitudine, alij à Græco λόγχη deductum putant. *Gell. tamen lib. 15. cap. 30.* Hiſpanicam vocem eſſe affirmat. *Plin. lib. 15. cap. 30. de lauro loquens*, Romanis præcipue lætitiæ victoriarúmque nuntia additur [illegible] militum lanceis, pilíſque faſces Imperatorem decorat, &c. *Tacitus.* Diſiectam fluitantemque teſtudinem lanceis, contiſque teſtabantur, donec diſiecta compage ſcutorum exangues proſternerent [illegible] *Lucan. libro 6.* Nulla fuit non certa manus, non lancea fœlix. *Feſtus.* Lancea color eſt, lanceam olim à Lucullis vocatam fuiſſe luculleam. ¶[illegible] etiam Budæus dicit eſſe ſpiculum venabuli vel iaculi.

Lāncĕŏlă, diminutiuum cum accentu in antepenultima, Parua lancea. {λογχάριον. GALL. [illegible] lance. ITALIC. *Picciola lancia.* GER. Ein kleine glán/ſpieſſlein. HIS. [illegible] *una lança, lançeta.* ANG. *A lit le ſpeare or picke.*} Agnoſce Calepini [illegible], cuius nullum exemplum apud idoneos ſcriptores extat.

Lāncĕārĭŭs, rij, Qui lanceam gerit. {λογχοφόρος. GAL. Lancier ou piquier. ITALI. *Che porta lancia.* GERMAN. Der ein glán oder ſpieß furt/ ein lantzknecht. HISP. *El lancero.* ANGLI. *That beareth a ſpeare.*} Lancearij ſunt, *ex Tranquil. inquit Bud.* qui nunc vulgò *Picarij*, quaſi ſpicularij dicuntur.

Lāncĕātŭs, a, um, Lancea armatus. {λογχωτός. GAL. Armé & garni de lance. ITA. *Chi la lancia, armato di lancia.* GERM. Mit einem glán oder ſpieß gewapnet. HISP. *Armado de alança, alanceado.* ANG. *Armed with a ſpeare.*} Lanceati etiam dicuntur, qui ictu lanceæ necantur. *Iulius Firm.* Quicunque habuerint horoſcopum in XXI. parte Tauri, lanceati orientur.

Lāncēs, Vaſa lata & rotunda minus excauata quā patinæ, quibus cato tam toſta quam elixa apponitur. קערות *learóth.* {πανσῆλιξ, πίναξ. GAL. Grands plats ou grandes eſcuelles. IT. *Piatti grandi.* GER. Weite vnd flache blaten oder teller. HISP. *Platos grandes.* ANG. *Great broade plates, charges or potingers.*} *Plaut. in Amph.* Interea dum iſti certant, in popinam diuertendum eſt mihi: lances detergam omnes, omnéſque trullas hauriam. [*Idem in Curcul. ſc. 3. a. 2.*] In carnario fortaſſe dicis (pernam & glandem eſſe) In lancibus.] *Plin. lib. 33.* Lances è centenis libris argenti ſupra quingentas numero Romæ fuiſſe conſtat. *Horat. 2. Serm. Satyr. 4.* Iligna nutritus glande rotundas Curuat aper lances. *Dicitur & in ſingulari Lanx lancis. *Iuuenal. Satyr. 5.* Aſpice quàm magno diſtendat pectore lancem. ¶Lances etiam in libra dicuntur duo illa vaſcula lancium eſcariarum ſimiſtudine, in quorum altero pondus, in altero verò reſponderanda ponitur: vnde & bilāces dictæ ſunt, quòd duas habeant lances. {τὰ πάλανται, οἱ πλάστιγγες. GALL. Baſsins de balance. ITA. *Scodelle della balanza.* GERM. Die wagſchuſſten. HISP. *Las eſcudillas de balança.* ANGL. *The baſsins of a balance.*} *Cic. lib. 3. de Fin.* Virtutis autem amplitudinem quaſi in altera libræ lance ponere, *Perſius Satyr. 4.* Scis enim iuſtum gemina ſuſpendere lance Anceps libræ. [*Gell. c. 18. lib. 11.* Per lancem & licium concepta furta.] ¶Lancem etiam vas eſſe rebus diuinis aptum, docet Autonius in monoſyllabis, Thuribula & pateræ: quæ tertia vaſa deum, lanx. Furtum per lancem & licium. *Vide in voce* licium.

Lāncĭno, as, pen. correp. Lacero, vexo. {פרק *parák* חמאיר *himeir* חפרש *hiphrſich* פרס *parás.* διαπίζω, κατατιλλω. GAL. Poindre, piquer, deſchirer. ITA. *Lacerare.* GERM. Stechen/zerreiſſen/ HISPAN. *Deſpedaçar.* ANG. *To rent, to prick, to thruſt thorowe.*} *Plin. lib. 11. cap. 34.* Eſt & volucre canibus peculiare ſuum malum, aures maxime lancinans, quæ defendi morſu non queunt. *Senec.* Aliam inter leges celebriſque ſpectacula fori lancinauit. *Bona lancinata ſunt. *Catul. in Iul. Cæſ.* [*Senec. Epiſt. 32.* Diducere particulas & lancinare vitam.

LANDAVIVM, Vrbs Palatini ducatus. {GER. *Landaw.*}

LANDESHVTA, LANDESPERGA, LANDVNVM, Omnes in ducatu Bauariæ vrbes.

Lancrum, Veſtimenti genus ex lana ſuccida confectum. οἰόκομον. *Feſtus.*

Laneus, vide LANA.

Langa, æ, A Græcorum quibuſdam animalis genus creditum eſt, quod & languriam appellarunt, circa Padum Italiæ fluuium vitam agens: cuius vrinam Zenothemis in electrum putauit concrelcere: quod tamen falſum eſſe conſtat, vt pleraque omnia quæ Græci ſcriprores de tota electri ratione prodiderunt. *Plin. l. 37. c. 2.* Alij dixêre langurium, & eſſe in Italia beſtias langurias. Zenothemis langas vocat eaſdem, & circa Padum iis vitam affirmat.

LANGIA, penultima prod. Fons in Nemea ſylua, poſtea Archemorus dictus, ab Hypſiphyles alumno, quem cum illa, Argiuis fontem hunc oſtenſura, in gramine reliquiſſet, ſerpens interemit. *Stat li. 4. Thebaid.*

Hæc quoque ſecreta nutrit langia ſub vmbra:
Archemorus.
Nondum illi raptus dederat lachrymabile nomen

Langula, ſpecies patinæ, ſiue catini eſt, Varroni latior, vnde & langulam dictam putat.

Languor, guoris, defectio virium, & remiſſio vigoris, & tam de corpore quam de animo dicitur, debilitas, infirmitas. {רוי *devai* מדוה *madhveh* μάρωσις, πάρισις, παρακμή. GAL. Langueur, defaillāce de force. ITA. *Langui-*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

guidezza,il languire. GERM. Krafftloſe/ſchwachheit vnnermögenheit. HIS. Flaqueza, condolencia. ANGLIC. Fayntneſſe, weakeneſſe, infirmitie. } [Senec. cap. 15. de tranquill. Hebetatio & languor animorum ex aſſiduitate laboris. Plaut. pſeud. ſc. 2. a. 3. Dabitur ibi lectus, vbi tu &c. vſque ad lãgorem. (Futuaris. ſup. vel quid ſimile, Paſſer.)] Cic. de Diuin. 1. Animus quum languore corporis nec membris vti, nec ſenſibus poteſt, incidit in varia viſa & incerta. Idem 4. Phil. Expectatio legatorum quantum languoris afferat animis quis non videt? Et lib. 1. Of. Nihil autem magis cauendum eſt ſenectuti, quàm ne languori ſe deſidiæque dedat. Plaut. in Aſin. [ſc. 2. a. 3.] pro laſſitudine poſuit, quum ait,

Vbi ſæpe ad languorem tua duritia dederis octo
Validos lictores, vlmeis affectos lentis virgis.

Lãnguĕo, es, gui, Deficio, infirmus ſum, diſſoluo, debilitor, infirmor. נחלה neeláh אמלל vmlál רפה rapháh. μαραίνομαι, καταπονοῦμαι, χαλάω, παραμυζάω. GAL. Languir, venir en langueur, deſaillir. ITAL. Languire, eſſere debile. GERM. Schwach ſein/abnemmen. HISP. Emflaquerſe. ANGL. To faynte, to loſe his ſtrengt. } vt languens vox, apud Cic. 1. Of. Idem in Piſon. Quanquam languet iuuentus, nec perinde, atque debet, in laudis & gloriæ cupiditate verſatur. Idem 1. Philippica, Quúmque languerem è vita, & mihimet diſplicerem, niſi, &c. ¶Interdum ponitur pro timere. Saluſt. in Catilina. Quanto vos attentiùs ea agetis, tantò illis infirmior erit animus: ſi paulum modò vos languere viderint, iam omnes feroces aderunt. ¶Interdum pro otiosum eſſe, ἀεργεῖν, ἀεργίαν ἄγειν. Ibidem, Séque ſi pauci adiuuarent, languentibus aliis, in curiam impetum facturum. ¶Huius verbi compoſita ſunt, Elangueo, ἐξασθενῶ, à quo elangueſco, quod eſt valde debilitor. παρίημι. Relangueo, à quo relangueſco, in languorem recido. Ouid. l. 6. Metam. Impoſito fratri moribunda relanguit ore. Claudian. l. 1. Relanguere pro remiſſum eſſe poſuit.

—vix ille pepercit,
Erubuítque preces, animúſque relanguit atrox.

Lãnguĕſco, Languidus, infirmus & debilis fio {נחלה neeláh אמלל vmlál רפה rapháh ἀπαμαυροῦμαι, χαλάω. GALL. Venir en langueur, languir, perdre cœur, deſaillir. ITAL. Diuenir languido, languire. GER. Mud oder mugloß werden/trafftloß werden. HISP. Enflaquecerſe. ANG. To waxe faynte or feble. } Cic. in Cat. Orator. metuo ne langueſcat ſenectute. [Ouid. Eleg. 3. Triſt. Nec mea conſueto langueſcunt corpora lecto. ¶Alio tranſtulit. Vir. l. 11. Purpureus veluti, quum flos ſuccisus aratro, Langueſcit moriens. *Langueſcente colore in luteum. Plin. li. 27. c. 13.

Lãnguĕfăcio, Languorem affero, ſiue languere facio. {רפה ripháh μαραίνω. GAL. Faire languir. ITA. Far languire. GER. Müd oder trafftloß machen. HISP. Enflaqueſcer à otro. ANG. To mak feble or aynue. } Cic. de Legib. Incitare languentes & languefacere excitatos.

Lãnguĭdŭlus, a, um, Remiſſus, debilis, infirmus. {רוי dauvái חלש challáſch אמלל vmlál ὑποτυμπανιαῖος, παρειτὸς, χαλαρός. GALL. Qui languit, langoureux, laſche. ITAL. Languido, GERM. Krafftloß/ſchwach/blöd/matt. HISP. Flaceo, por dolentia. ANG. weake, feble, fainte. [Ouid. Ele. 8. li. 4. Triſt. Languidus in pratis gramina carpit equum. Tibull. lib. 4. Languida non noſter peragit labor otia.] Ouid. l. 5. Faſt. violas arere videres, Filáque punicei languida facta croci. Ci. in Catil. Qui mihi accubantes in conuiuiis complexi mulieres impudicas, vino languidi, confecti cibo, fertis redimiti, vnguentis obliti, debilitari ſtupris eructant ſermonibus ſuis cædem bonorum atque vrbis incendia. [Senec. epiſt. 54. Languidum mare (mox æqualitas.]

Lãnguĭdŭlŭs, la, lum, diminut. {ὑπόνωθρος. GAL. Vn peu lãgoureux. ITA. Vn poco languido. GERMAN. Zregiechtig/ tumpechtig. HISP. Flaco vn poco. ANG. Somewhat faynte. } vt Somni languiduli, Catull. Argon.

Lãnguĭdē, aduerb. Cunctanter, otiosè, negligenter. {νωθρῶς. GALL. Laſchement, langoureuſement. ITAL. Languidamente. GERM. Gemachtlich vnfruchtſamlich/ faulletlich. HISP. Flacamente. ANG. Feblelie. without guicke neſſe, or ſpirit. } Colum. l. 11. c. 1. Hoc igitur cuſtodire oportet villicum, ne ſtatim à prima luce familia cunctanter & languidè procedat. Cæſ. l. 7. bell. Gall. Quòd paulò incautiùs cuſtodias in muro diſpoſitas videbat ſuos quoque languidiùs in opere verſari iuſſit, & quid fieri vellet, oſtendit. [Senec. cap. 9. lib. 19. de Conſol. ad Mart. Languidius incurrunt prouiſa.]

Lãngŭrĭum, Quidam ex Græcis ſcriptoribus ſuccinum appellarunt, quod putarent citra Padum fluuium beſtias quaſdam eſſe, langurias, ſiue langas appellatas, quarum vrinam exiſtimabant in ſuccinum concreſcere. Vide Plin. l. 37. c. 2.

Lãnĭgĕr, vide LANA.

Lănĭus, nij, ſeu Lanio, onis, Qui carnes vendit: à laniandis pecoribus, quòd eas concidat, laniétque. {טבח tabbach κρεοπώλης, κρεωπώλης. GALL. Boucher. ITAL. Beccato. GERM. Ein metzger. HISPA. El carcinero. ANG. A butcher. } Plaut. in Capt. [ſc. 2. a. 4. Quanta laniis laſſitudo? quanta porcinariis? Varro 2. de Re ruſt. cap. 5. Lanij qui ad cultrum bouem emunt. Teren. Eunuc. Concurrunt læti mihi obuiam cupedinarii, cetarij, lanij, coqui. [Lanij concinnant liberis orbas oues, Plaut. Capt. ſc. 1. a. 4. Lanij æmuli ſenonum quia Iureiurando malo rem quærunt. Plau pſeu. ſc. 2. a 1. Lanios arceſſam duos cum tintinabulis. Ibidem, Arceſſe hoſtias, victimas, lanios, &c.]

Lănĭēnă, æ, Officina in qua laniantur, ac venduntur carnes. {κρεοπώλιον. GAL. Boucherie. ITAL. Beccaria. GER. Ein metzg oder ſchol. HISPA. La carniceria. ANG. A ſlaughter, horſe. } Plaut. in Epid. Per myropolia & lanienas, circúmque argentarias rogitando ſum raucus factus. ¶Accipitur etiam pro ipſa laceratione: à laniando. κρεωργία.

*Lanea, laneæ, idem quod laniena. Liu. l. 4. Decad. 5. Laneáſque & tabernas coniunctas in publicum emit.

Lănĭōnĭus, nia, nium, Quod ad lanium pertinet. {κρεωργικὸς. GAL. Appartenant à boucher. ITAL. Pertinente à beccaio. GERM. Das zu dem metzger gehört. HISPA. Pertinente à carnicero. ANG. That belongeth to a butcher. } Vnde Lanionio more. κρεωργηδόν. Et Lanioniæ meniæ, in quibus ſcinditur caro. Suet. in Claud. Carnificem ſtatim acciri cum machæra, menſíque lanionia flagitauit.

Lănĭo, as, Scindo, lacero, diripio. {פרק parák טרף taráph קרע karáb נתח nittách פרס parás. κρεουργῶ, κατατίμνω, κατακερματίζω. GAL. Deſchirer, deſpecer. ITA. Fendere, ſtracciare. GER. Zerſtucken/ zerhawen zerreiſſen. HISP. Hender deſpedaçar como carne. ANGL. Torent, to quarter, to cult in pieces. } Vir. l. 3. Georg. ipſíque ſuos iam morte ſub ægra Diſciſſos nudis laniabant dentibus artus. Liu. 2. bell. Maced. Et Formiis, duo lupi oppidum ingreſſi, obuios aliquot laniauerant.

Lănĭātĭo, laniatus. Senec. 2. de Clementia, Et nullum certius quàm quod in cædes hominum, & laniationes peruenit.

Lănĭātŭs, a, um, partic. Laceratus, diſcerptus. {נפרק niphrák נטרף nitráph. ἠμελημένος. GALL. Deſchiré, Deſpecé. ITAL. Stracciato, ſdranato, ſquartato. GERMAN. Zerhawen oder zerriſſen. HISP. Deſpedeçado. ANG. Rent, or torned in pieces. } Vir. 12. Æn. Et roſeas laniata genas. Claſſis laniata. Ouid. Ep. 7. Capillos laniata, Idem Ep. 14. Huius compoſitum eſt Dilanio, diſſeco, diuello. διαπαίω.

Lănĭātŭs, us, ui, Ipſe actus laniandi. {פרק pérek. κρεωργία, σπάραγμα. GALL. Deſchirement, deſpecement, eſquartellement. ITAL. Laſtratio. GERM. Zerhawung/ zerreyſſung. HISP. Obra de deſpedaçar como carne. ANGL. A retting or tearing in pieces. } Cic. 1. Tuſc. Quid igitur mihi ferarum laniatus obeſt mihil ſentienti? Plin. l. 8. cap. 40. Laniatúque & latratu adactum, vt cogeretur fateri ſcelus.

Lănĭārĭum, rij, Laniena. {κρεοπώλιον. GAL. Boucherie. ITAL. Beccaria. GERMAN. Ein metzg oder ſchol. HISP. La carniceria. ANG. A ſlaughter houſe or bouchers ſhoppe. } Var. 2. de Re ruſt. c. 4. Ignauum & ſumptuoſum eſſe qui ſuccidiam in carnario ſuſpenderit potiùs ab laniario, quàm ex domeſtico fundo.

Lănĭſtæ, Præfecti ludi gladiatorij magiſtri qui gladiatores inſtituebant exercebántque ad mutuam lanienam. {μονομαχῶ. GAL. Maiſtres d'eſcrimes. ITAL. Maeſtri di ſchermire. GERM. Fechtmeiſter. HISPAN. Maeſtros que enſeguan à eſgremir. ANGL. A maiſter in faites of armes, which teacheth to play with the ſworde. } [Laniſtarum familia. Suet. in Auguſt. c. 42.] Hi familias habent domi ad gladiaturam exercendam: quas inſtituere, & mox paratas vendere ſolebant muneratiis. Iuuen. Sat. 3. Hic plaudat nitidi præconis filius inter Pinnirapi cultos iuuenes, iuuenísque laniſtæ. ¶Hinc laniſtæ auium, dicti ſunt à Columella qui aues certaminibus præparabant.

Lānūgo, ginis, pen. prod. Tenera quaſi lanæ cuiuſdam mollities, qualis in adoleſcentium genis, & in pomis quibuſdam cernitur. {ἴουλος. GALLIC. Poil folet, barbe qui commence à venir. ITAL. Prima barba lanugine. GERM. Das erſte vnd zarte barthaar/ gauchhaar/ Item, Die wollen an etlichen fruchten. HISPAN. El vello, fluccos, primera barba. ANGL. The doune feathers ſuch as we ſee in pigeons when they ar hatched: the mos ſineſſe in fruites. } Colu. lib. 4. Lanatam quoque anineam quidam maximè probant: quæ hoc vocabulum non ideo vſurpat, quod ſola ex omnibus amineis, verùm quod præcipuè caneſcit lanugine. ¶Ponitur aliquando pro ſcrobe. Col. l. 4. c. 29. Nulla interueniente lanugine, quam excitabat antiqua terebra. [Lanuginem excipiebant propinqui. Suet. in Neron. cap. 34. Id Inſtituiſſe à prima lanugine. Suet. in Othon. cap. 12.]

Lānūgĭnōsŭs, adiect. {ὁ καὶ ὁ χνοώδης, ἰουλώδης. GAL. Qui a force barbe folette, force cotton, ou mouſſe. ITAL Chi a muſco ſottile. GERM. Der vil zarte haar hatt. HISP. Coſa llena de flucos ò vellos. ANGL. Full of cotton. } Plin. lib. 22. c. 2. Eſt & alia ſimilis pſeudanchuſa ob id appellata, à quibuſdam verò, enchuſa aut doris, & multis aliis nominibus, lanuginoſior, & minus pinguis.

LĀNŪVĬUM, Oppidum erat Latij in via Appia, à quo proſpectus patebat maris, & Antij. Huius oppidi frequens eſt mentio apud Cic. in Orat. pro Milone. Vulgò Indiuina.

Lănŭīnŭs, a, um, Quod eſt ex Lanuuio: vt Colei Lanuuini. Cic. Pæto l. 9. Honeſti colei Lanuuini, Cliternini, non honeſti.

Lănx, cĭs, vide ſupra LANCES.

LAOCOON, λαοκόων. Filius fuit Priami ex Hecuba & Apollinis Thymbræi ſacerdos, qui primus haſtam in equum ligneum torſit: ob quod factum Virl. 2. Æn. ait, ipſum cum duobus filiis periiſſe.

Primus ibi ante omnes, magna comitante caterua,
Laocoon ardens ſummo decurrit ab arce, &c.

LAODAMANTIA, λαοδαμάντεια, Inſula in Lybia. Fortaſſis autem à Laomedonte Troiano Laomedontia dicebatur. Hinc Gentilia Laodamantides & Laodamantites, Steph.

LAODAMAS, λαοδάμας. Halius & Clytoneus, filij fuére Alcinoi regis & Aretes: vt ſcribit Homer. Odyſſ. l. 8.

LĀŎDĂMĪĂ, λαοδάμεια. Bellerophontis fuit filia ex Achemene coniuge, cuius amore correptus Iupiter cum ea concubuit, ſuſcepítque Sarpedonem, qui poſtea Lyciæ rex factus eſt. Verùm quum Bellerophontes rerum ſucceſſu elatus, in cœlum euolare conaretur, Iupiter hominis temeritatem ægrè ferens, œſtrum illi immiſit, quo exagitatus equus, ſeſſorem excuſsit. Diana quoque Laodamiæ infenſa, ſuis eam telis confixit. Homer. 6. Iliad. ¶Altera fuit Laodamia Acaſti & Laodotheæ filia, quæ tanto amore Proteſilaum virum ſuum adamauit, vt quum ab Hectore occiſum cognouiſſet, ſuperſtes ei eſſe noluerit. Priuſquam tamen interiret, in ſolatium mœroris optauerat vt mortui vmbram videret: qua viſa in illius amplexibus expirauit. Ouid. Ep. 10. Mittit & optat amans, quò mittitur ire ſalutem, Æmonis, Æmoniæ Laodamia viro.

LĀŎDĬCĒ, λαοδίκη, Priami fuit filia & Hecubæ, quæ Helicaoni Antenoris regis Thraciæ filio nupſit. ¶Alia fuit Agamemnonis filia, quam pater cum Chryſotemi & Iphigenia, ſeu Iphianaſſa, Achilli obtulit, vt ex eis quam vellet, vxorem eligeret.

LĀŎDĬCĒĂ, λαοδίκεια. Vrbs celeberrima in Aſia Lyco flumini impoſita. {GERM. Ein weitberümpte ſtatt in Aſia am fluß Lyco gelegen. } primò Diospolis appellata, dein Rhoas, & poſtremò Laodicea. Hæc vrbs præ cæteris Aſiæ vrbibus multis clariſsimis ciuibus eſt nobilitata. Ex quibus fuit Hero, qui hæreditatem populo diuiſit ſupra duo millia talentorum, & multis donis ciuitatem exornauit. Poſtea Zeno orator, & Polemo eius filius, qui ob res fortiter geſtas priùs ab Antonio, poſtea ab Auguſto ad regiæ dignitatis faſtigium euectus eſt.

LĀŎDŎCŬS, λαοδόκος, teſte Homero lib. Iliad. 4. Antenoris Troiani filius, in cuius formam transfigurata Pallas, intulit ſe in acies Troianorum, vt Pandarum inuenire poſſet, quò ei ſuaderet vt iagitta Menelaum confoderet.

LĀŎMĔDŎN, penultima correpta, λαομέδων. {GER. Einer auß denn erſten

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Königen zu Troia/ vnder welchen die ſtatt mit ringk mauren iſt vmbgäben worden. } Rex fuit Troiæ, Ili filius, qui quum de ædificandis Troiæ mœnibus cogitaret, Apollini & Neptuno id negotij dedit, pactus mercedem, quam mox extructis mœnibus ſe ſoluturum iurciurando affirmauit. Verum perfecto opere Laomedon periurus pactam mercedem negauit: propter quod dij irati, Neptunus aquam, Apollo peſtem vrbi immiſit. Duplici igitur calamitate affectus Laomedon, de remedio oraculum conſuluit: reſponſum eſt, non aliter deos placari poſſe, quàm ſi ſingulis annis virgo Troiana Ceto dilaceranda exponeretur. Inſtitutum itaque eſt vt hinc quotannis exponi, eámque ſorte eligi. Sed quum tandem ſors in Heſionem (quam tamen alij ſolam ab Apolline & Neptuno expoſtulatam tradunt) Laomedontis filiam cecidiſſet, & iam ſcopulo alligata monſtrum expectaret: Hercules forte illac tranſiens, liberaturum ſe filiam Laomedonti pollicitus eſt, ſi equos diuino ſemine procreatos, quos habere eum conſtabat, in præmium ſibi traderet. Hunc igitur in modum pactione facta, Hercules interfecta bellua, virginem liberauit. Sed quum Laomedon promiſſis non ſtaret, indignatus Hercules, collecto vndequaque exercitu, Ilium expugnauit, Laomedontem occidit, Heſionem Telamoni vxorem dedit, quod primus murum conſcendiſſet, Priamum eius filium captiuum abduxit, qui poſtea auro à vicinis redemptus fuit, ideóque ἀπὸ τῦ ἀφίεσθαι, hoc eſt, à redimendo nomen obtinuit.

LĀOMĔDŌNTĬĂDĒS, patronymicum, λαομεδοντιάδης. *Virg. l.8.* Laodontiadem Priamum Salamina petentem. Vbi additur a, vt in multis aliis, vt commodiùs ingrediatur carmen heroicum, ſicut Anchiſiades, Telamoniades. Aliquando ſubtrahitur ſyllaba, vt Athemides, pro Athemonides, Deucalides pro Deucalionides.

LĀŌMĔDŌNTĔVS, penultima producta, λαομεδόντειος, adiectiuum deductum à Laomedonte Troianorum rege. *Vir. 4. Æn.* necdum Laomedonteæ ſentis periuria gentis.

LAONOME, Λαονόμη, Galliarum ex Odœdoco filiam peperit, qui Locrorum vrbi nomen dedit. *Steph.*

Lăpăthum. {λάπαθον. ANG. *A douche.*} herba eſt acidi ſaporis quæ à Latinis rumex appellatur. Multæ autem ſunt lapathi ſpecies, quas vide *apud Plin. l.20. c.21.*

LAPERSAE, Λαπέρσαι, dicti ſunt Caſtor & Pollux Iouis filij, ab eo quòd Lanagri Laconici vrbem expugnauerint.

LAPETHOS, Λάπηθος, Cypri inſulæ oppidum eſt, portum habens & naualia. Meminit eius *Plin. l.5. c.31.*

Lăpis, idis. {אבן *ében* סלע *ſélaḥ.* GAL. Pierre. ITAL. *Pietra, ſaſſo.* GERM. Ein ſtein. HISP. *Piedra.* ANG. *A ſtone.*} Quem Græci λίθον vocant, à nonnullis ita diſtinguitur à ſaxo, vt lapis minor ſit, minórque, ac tenerior: ſaxum maius, aſperius duriúſque. Hinc gemmæ lapides non ſaxa dicuntur. *Plin. lib. 36. cap. 18.* Nuſquam hic vtilior, quàm in Italia gignitur, lapiſque non ſaxum eſt. *Idem,* Eſt & viridis lapis, vehementer igni reſiſtens, ſed nuſquam copioſus: & vbi inuenitur, lapis, non ſaxũ eſt. Sed hæc profectò differentia non videtur cum Plinio conuenire, qui non magnitudine diſtinguit ſaxum à lapide. Nam etiam columnas ex vno lapide fieri, & Laocoontis ſtatuam ex vno lapide exciſam fuiſſe affirmat. Videtur itaque magis dicendum, ſaxum eſſe, quod ex rupibus vel lapicidinis excinditur: lapidem, qui e terra effoditur. [Lapide excutiunt clauum (compedum) *Plaut. Menæch. ſc.1. a.1.* Natus verberare lapidem ne perdas manum. (.i. homo ſtolidus, ſtupidus, durus. *Idem Curcul. ſc.3. a.1.* Cerebrum mihi excutiunt dicta tua, lapides loqueris ſoror. *Plaut. Aul. ſc.3. a.1.* Illic nos infectabit lapidibus (de furioſo) *Plaut. Capt. ſc.4. a.3.* Nam me illuc ducis vbi lapis lapidem terit? (de mola.) *Plaut. Aſin. ſc.1. a.1.* Nimis velim lapidem qui illi Speculo diminuam caput. *Plaut. Moſt. ſc.3. a.1.* Lapides octonos quotidiè effodere. *Plaut. Capt. ſc.1. a.3.* Item, lapides eximere, *ibidem.* ¶Item, Iouem, lapidem iurare, Iuſurandum ſanctiſſimum. *Gell. cap. 21. lib.1.*] ¶Et quoniam apud veteres lapidibus milliaria deſignabantur, ponitur quandoque lapis pro milliario. Vnde legimus ad tertium, ad quartum lapidem. [*Ouid. 2. Faſtor.* ſacra videt fieri ſextus ab vrbe lapis. Et apud Liuium lapis & mille paſſus. ſæpe pro eodem.] ¶De lapide emptos quoque dicimus, qui publica auctione à præcone erant venditi. Nam priſco more præcones ex lapide & loco altiore facere præconium ſolebant: vbi mancipia quoque venalia, præconis voce proclamabantur. *Columella libro 4.* Non tamen excedunt ſeptem ingera, vnius operam vinitoris, quem vulgus quidem parui æris, vel de lapide noxium poſſe comparari putat, *Cicer. in Piſonem,* Tribunos de lapide emptos eſſe ait, qui mercede ſuam poteſtatem vendebant, ſuóque imperio in gratiam eorum qui dabant, abutebantur: ſignificat autem homines viliſſimos, alludens ad venditionem præconum, quæ e lapide fieri ſolebat, rerum nimirum vilium & abiectarum. Hominem præterea lapidem quandoque dicimus, qui negligens ſtupidúſque ſit, quíque ad id agendum, quod maximè oporteat, non moueatur. *Terent. in Heaut.* Hei, quid ſtas lapis? *Ibidem,* Quot res dedere, vbi poſſem perſentiſcere, Niſi eſſem lapis, quæ vidi? Lapis interdum pro petra accipitur. *Virgil. Eclog.1.* Et tibi magna ſatis quanuis lapis omnia nudus, Limoſóque palus obducat paſcua iunco. Lapis incuſus, manualis mola eſt, cudendo exaſperata. *Virgil.1. Georg.* lapidémque reuertens Incuſum, aut atram maſſam picis orbe reportat. Lapis bibulus, qui arenarius vocatur. *Virgil.2. Georg.* Aut lapidem bibulum, aut ſqualentes infode conchas, hoc eſt, pumicem. Lapidem decoquis, λίθον ἑψεῖς, pro eo quod eſt, Inaniter laboras. Neque nuſquam molleſcit lapis quantumuis diutina coctione. Lapides flere, de re vehementer miſeranda, prouerbij hyperbole dici ſolet, eam eſſe tam lamentabilem, vt vel lapides cogantur ad fletum. *Cicer. pro Mur.* ¶Verberare lapidem, apte prouerbio dicimus, vbi quis obiurgat incaſtigabilem, aut docet indocilem, aut inanem operam ſumit in re quapiam. ¶Vitiabit lapidem longum tempus, Σήφει καὶ πέτρον ὁ πολὺς χρόνος. Nihil in rerum natura ſaxo durabilius: at id quoque temporum diuturnitate abſumitur. *Lapidem ferre altera manu, panem oſtentare altera. *Plaut. Aulul.* [*ſc.4. a.3.*] In eos dicitur qui coràm blandiuntur, clàm obtrectantes, palàm amicos agunt, clanculum nocent: aut qui hîc proſunt, illic lædunt, falſàm beneficij ſpem oſtentant, vt nacti occaſionem funditus perdant. Tranſlatum ab iis qui canes oſtentato pane pelliciunt, deinde accedentibus ſaxum illidunt.

LAPIDVM finalium genera apud eos qui de limitibus ſcripſerunt, multa reperiuntur, ſunt enim hæc verba. Lapis ſtatualis, cromaticus vocatur. Lapis tiburtinus, cæſalis dicitur. terminus coctus teſtaceus, vllageris dicitur. Lapis albus ſilicenus, ſi peralbus fuerit, Gallienſis nuncupatur: ſi mixtam venam habuerit, ſigniferi nomé habet: nam in aliquibus locis terminos non dolatos poſuimus, & nihil illis ſubter adderæ apparet, qui pentagoni recipiebat rationem. vnde & gammati termini dicebantur. [Lapis numidicus Vide infra in Numidicus.]

Lăpĭdĕŭs, a, um, Quod ex lapide conſtat, ſaxeum. {λίθινος. GAL. De pierre. ITAL. *Di pietra.* GERM. Steinin. HISPAN. *Coſa de materia de piedra.* ANG. *Made of a ſtone.*} vt lapideus murus, *apud Liu. lib.1. ab Vrbe.* [Lapideus imber, *apud eundem lib.10. belli Punici,* & Lapidea Niobe, id eſt, in lapidem conuerſa. *Cic.3. Tuſc.* Et Niobe fingitur lapidea, propter æternum, credo, in luctu ſilentium. ¶Per trãſlationem ponitur lapideus pro graui & ponderoſo. *Plaut. in Trin.* Lapideus ſum commouere me miſer non audeo.

Lăpĭdōsŭs, a, um, Saxoſum, quod lapidibus abundat. λιθώδης. GAL. Pleín de pierres, pierreux. ITAL. *Pieno de pietre, pietroſo.* GERMA. Steinechtig/ voll ſtein. HISP. *Pleno de piedras.* ANG. *Full of ſtones.* } *Ouid. de Nuce,* lapidoſus ager. *Plin. li.19. c.8.* In locis incultis, lapidoſis. [Deſiunt incerto lapidoſus murmure riuus. *Ouid.3. Faſto.*] ¶Aliquando pro duro ponitur. *Vir.2. Geor.* Et prunis lapidola rubeſcere corna.

Lăpĭdārĭŭs, ria, rium, Quod ad lapides pertinet. {λατομικός. GAL. Appartenant à pierres. ITAL. *Pertinente à pietre.* GERM. Das zu den ſteinen gehört. HISP. *Pertineſciente à pietras.* AN. *That belongeth to ſtones.*} vt Latomiæ lapidariæ. *Plaut. in Capt. ſc.5. a.3.* Inde ibis porrò in latomias lapidarias.

Lăpĭdārĭus, ĭi, ſub. Lapicida. {חצב *chot ſéb.* λιθοξόος, λιθουργός, λατόμος, λιθοδόμος. GAL. Tireur de pierres, quarrier ou tailleur de pierre. ITAL. *Taglia pietra, ſpezza pietra.* GALL. Ein ſteinbrecher. HISP. *El cantero.* ANGL. *A digger of ſtones, a maſon.*} *Vlp. in l.ſi vt certo. §. Sed interdum. Commod. vel contra.* Nam & Mela ſcripſit ſi ſeruus lapidario commodatus, ſub machina perierit, teneri fabrum commodati, qui negligentiùs machinam colligarit.

Lăpĭllŭs, li, diminutiuum, Calculus, paruus lapis. {ψῆφος *chatsáts.* λίθιον. GAL. Petite pierre, pierrette. ITA. *Pietra picciola, pietruccia.* GERM. Ein ſteinlin. HISPA. *Piedra pequenna.* AMGLI. *A litle ſtone.*} *Plin. lib.10. cap. 23.* Excubias habent nocturnis temporibus lapillum pede ſuſtinentes, qui laxatus ſomno & decidens indiligentiam coarguat. ¶Lapillorum item nomine gemmas, hoc eſt, lapides pretioſos intelligimus. *Curtius,* Lapilli auribus pendent. *Hor.1. Serm. Sat.2.* Nec magis huic intra nucleos viridéſque lapillos. [*Ouid. Eleg.1. lib.2. Triſt.* Parua ſedet ternis Inſtructa tabella lapillis. (de XII. ſcrupis.)]

Lăpĭcīdă, æ, vel lapidicida, æ, gen. maſ. Qui lapides vel ex rupe excidit, vel ædificio adaptat, lapidarius. {חצב *chotséb* λατόμος, λιθοξόος, λιθουργός, λατύπος, λιθουργός. GAL. Tireur de pierre, quarrier ou tailleur de pierre. ITA. *Tagliapietra, ſcarpellino.* GER. Ein ſteinhawer/ ſteinmetz. HISP. *El cantero.* ANG. *A maſon, a digger of ſtones.*}

Lăpĭdĭcīnă, pen. pro. vel potiùs lapicidina, quemadmodum *lapicidam,* & homicidam dicimus: Locus vbi lapides exciduntur, quam λατομίας vocant Græci. Vnde & carcerem latomias vocamus, ſiue quòd damnati ad lapides excidendos mittebantur: ſiue quòd Syracuſanorum tyranni latomias habebant inſtar carceris excauatas, ex quibus exciſi lapides fuerant ad vrbem extruendam, hiſque pro carcere vtebantur. {λιθοτομία, λατομία. GAL. Vne quarriere d'où on tire les pierres. ITAL. *Cava de pietre.* GER. Ein ſteinbruch/ oder ſteingrub. HISP. *La canteria.* ANG. *A place of the wich ſtones ardigged.*} *Plaut. in Captiuis.* [*ſc.5. a.3.*] In lapidicinas facite deductus fiet. *Cic.2. de Diuin.* Poteſt igitur tale aliquid etiã ſua ſponte in lapidicinas Chiorum extitiſſe. [in lapidicinis quæ ſint cruciamenta docet *Plaut. ſc.4. a 5.*]

Lăpĭdo, as. pen. cor. Lapidibus obruo, vel lapides in aliquem iacio, lapidibus appeto. {קלל *ſakál* λιθάζω, λιθόβολέω, καταλιθάζω. GAL. Lapider. ITAL. *Lapidare.* GERM. Steinigen/ oder verſteinigen. HISP. *Apedrear.* ANGLI. *To ſtrike or kill with ſtones.*} Vnde ſcribit Macrobius lapidatum à pop. Rom. fuiſſe Vatinium, ſignificare volens, lapidibus ictis fuiſſe impetitum. ¶Transfertur igitur ad inanimata: vt, Lapidare aliquem verbis, pro eo quod eſt inceſſere. *Macrobius,* Notantes eius impotentiam hac dicacitate lapidatam. ¶Lapidare crebró *apud Liuium* pro lapidibus pluere. * Dicit Liuius, lapidauit, & lapidatum eſt pro lapidibus pluit.

Lăpĭdātĭo, verbale, Lapidum iactus, lapidum obrutio. {λιθοβολία. GALL. Ietrement de pierres, lapidement. ITALI. *Il lapidare.* GERMA. Steinigung/ mit ſteinen werffung. HISPA. *Apedreamiento.* ANGLI. *A ſtoning or killing with ſtones.*} *Cic.6. Verr.* Fit magna lapidatio. *Plin. de viris illuſtr.* Intercedente Bebiũ, collegã facta per populum lapidatione ſubmouit.

Lăpĭdātŏr, Lapides iaciens. {סקל *ſokél.* λιθοβόλος. GALLI. Lapideur, ietteur ou tireur de pierres. ITAL. *Chi lapida, chi tira pietre.* GERMA. Ein ſteiniger/ oder mit ſteinen wirfft. HISP. *Apedreador.* ANGL. *An hurler of ſtones.*} *Cic. pro Domo ſua.* Percuſſor, lapidator, fori depopulator, obſeſſor curiæ.

Lăpĭo, is, iui, itum, Durum efficio, & quaſi in lapidem conuerto. {λιθόω. ANGLIC. *To make hard as it were a ſtone.*} *Pacuuius,* Lapit cor cura, rumna corpus conficit. *Feſtus,* Lapit, id eſt, dolore afficit. Obſoletũ eſt.

Lăpĭdēſco, ſcis, ſcere, Legitur pro in lapidem conuerti, ſeu in lapideam duritiem. {λιθόομαι. GALL. Deuenir pierre, ou auſſi dur que pierre, ſe conuertir en pierre. ITA. *Impietrare, diuenir pietra, conuertirſi in pietra.* GERMAN. Steinin/ oder ſteinhertt werden. HIS. *Hazer ſe piedra.* ANGL. *To waxe hard lyke a ſtone.*} *Plin. lib.32. de baccis coralij,* Aiunt tactu protinus lapideſcere. *Idem lib.5. cap.103.* Similiter in flumine Silari vitrum lapideſcere. *Idem lib.5. cap.103.* Surrentum, non virgulta modò immerſa, verùm & folia lapideſcunt.

* *Idem l.16. c.6.* dicit lapideſcere in duritiem.

LĂPĬTHAE, pen. corr. Λαπίθαι, Populi fuerunt Theſſaliæ, Pindum & Othryn montes incolentes, Pirithoi olim imperio parentes. GERM. Völcker in Theſſalia ſo Pindũ vnnd Othrymbie ſiween berg bewohneth haben.} Hi primi omniù frænos & ſtrata equorum creduntur inuenſſe. *Virg.3. Georg.* Fræna Pelethronij Lapithæ, gyróſque dedere. *Et in Georg.* Et magno Hylæum Lapitheæ cratera minantem.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Lappá, {GAL. Bardane. ITALL. *Lappola.* GERMAN. Kletten. HIS. *Yerua, amor del hortolano.* ANG. *A burre.*} Herbę genus capitula habens leuiter hamata, ideóque veſtibus adhærantia. Tres autem ſub ſe complectitur ſpecies. Nam quædam dicitur caninaria, quæ eſt exigua, canicie ſubrufa, ſylueſtris, quæ & φιλάνθρωπος appellatur, quòd veſtibus hominum adhærens ipſos amare videatur: eadem vocatur aparine, Tertia appellatur perſonata, & maxima eſt: naſcitúrque inter ririne, Græci eam ἄρκιον vocant. *Vir. 1. Geor.* intereunt ſegetes: ſubit aspera ſylua Lappæque tribulique.

• Lappaceus, adiectiuum. *Plin. lib. 22. c. 17.* Semina in capitibus lappaceis adhærentia veſtibus. De helxine.

Lāppāgo, pen. prod. Herbæ nomen eſt quam deſcribit *Plin. l. 26. c. 10. his verbis.* Et lappago ſimilis anagallidi, niſi eſſet ramoſior, ac pluribus foliis, aſpera, rugoſa, aſperioris ſucci, grauis odoris. Quæ talis eſt mollugo appellatur: ſimilis: ſed aſperioribus foliis, aſperugo.

Lāpſāna, pen. cor. {λάπαθον.} Olus ſylueſtre trium foliorū: de quo *Plin. l. 29. c. 11.* Inter ſylueſtres braſſicas & lapſana eſt, pedalis altitudinis, hirſutis foliis, napi ſimillimis, niſi candidior eſſet flore. Coquitur in cibo, aluum leniter emollit. *Idem l. 19. c. 9.* Necnon olus quoque ſylueſtre eſt trium foliorum, diui Iulij carminibus, præcipuè iocis militaribus celebratū. Alternis quippe verſibus exprobrauêre, lapſana ſe viciſſe apud Dyrrachium præmiorum parſimoniam cauillantes.

Lapſio, Lapſus, vide LABOR.

Lāquĕār ĕ, ris, & per apocopen laquear, aris: & laquearium, rij, Dicitur camera, hoc eſt, pars ſuperior cubiculi & cœnationis conuexa, quæ variis adornari ſolet ſcalpturis, & coloribus {רחיש *rahít.* φάτνωμα, σανίδωμα. GAL. Le plancher d'vne maiſon, ou le lambris du plancher, ITA. *Architraue.* GERMA. Die obere bune oder geweib eines gemachs. HISPA. *El ſobrado ò entreſueto labrado de ſaquiçami.* ANG. *The rooſe of a chamber embowed, alſo à plaine beame in a roofe.*} ¶Hæc etiam lacunaria appellantur, propterea quod tignorum interualla, quandam lacuum ſpecie præbere videantur. *Horat. l. 2. Carm.* Non ebur, neque aureum Mea renidet in domo lacunar. Seruius in illud *Virg. 1. Æneid.* Dependent lychni laquearibus aureis: à nomine lacus ſignificante trabem in ædificiis planam, ait diminutiuum eſſe lacunar, à quo lacunarium, & per antiſtœchon laquear, & laquearium.

Lăquĕārĭs, a, um, Laqueis irretitus, ligatus. {יוקש *jukáſch.* ἁμπαγὴς. GAL. Laſsé, enlaſsé, tenu en laqs. ITAL. *Legato, allaciato.* GER. Eingeſtrickt verfangen oder gebunden. HISP. *Enlazado.* ANG. *Snared, intangled.*} *Col. l. 6. c. 19.* Cæterum corpus laqueatum, & diſtentum temonib. obligatur, immotúmque medentis arbitrio eſt expoſitum. ¶Laqueatum item dicitur id quod laqueabus eſt ornatum. φατνωτὸν, σανιδωτόν. Vide laqueata tecta. *Cic. l. 1. de leg.* Magnificas villas, & pauimenta marmorea, & laqueata tecta contemno. Et apud *Liu. 5. Decad. l. 1.* Laqueatum auro templum dicitur: hoc eſt, laquearib. aureis, vel auratis ornatum: qualis ſtructura in Regiæ tectis Pariſiis viſitur. Verba Liuij ſunt hæc, Antiochiæ Iouis Capitolini magnificum templum, non laqueatum auro tantùm, ſed parietibus totis lamina inauratum, hoc eſt, non tantum habens laquearia inaurata, ſed etiam ipſos parietes auro incruſtatos.

Lăquĕŭs, ei, Vinculum ita nexum, vt pondere depreſſum claudatur, rete, plagæ {מוקש *mokeſch* פח *pach.* παγίς. GAL. Laqs, lien, licol, piege, laſſon. ITAL. *Laccio.* GERM. Ein ſtrick. HISPA. *Lazo para prender.* ANGL. *Aſnare, a ginne.*} *Cic. 4. Verr.* Homini iam collum in laqueum inſerenti ſubueniſti. *Ouid. 6. Metam.* -laqueóque animoſa ligauit Guttura. *Virg. Georg. 1.* Tum laqueis captare feras, & fallere viſco Inuentū. [Meum laqueo collum quando obſtrinxero. *Plaut. Aul. ſc. 1. a. 1.* Laqueum tibi fortuna impegit, quem non potes ſoluere, vel abrumpere. *Senec. cap. 10. de Tranquill.*] ¶Ponitur etiam Laqueus pro quacunque re, qua quis capi ac irretiri poteſt. ¶Hinc griphos captioſaſque argumētationes, laqueos dicimus. *Cic. de Fato.* Ad Chryſippi laqueos reuertamur. *Gel. l. 1. c. 2.* Atque interea vocabulis haud facile cognitis, ſyllogiſmorum, captionúmque dialecticarum laqueis ſtrepebat. ¶Hinc & *Cic. pro Milone,* laqueos iudicij dixit, Quum, *inquit,* illam belluam iudicij laqueos declinantem, iam irretitam teneret. *Et pro Cecinna,* capi aliquem laqueo verbi dixit, pro eo quod eſt, irretire aliquem argutiis verborum. ¶Inducuntur in laqueum teſtes interrogatione. *Quintil.* In laqueos inexplicabiles incidere. *Idem Quintil.*] ¶Laqueus auxiliari videtur, ἀμφιέσεως ἰσχυρᾶς πλοκῆς, id eſt, Laqueus, ita vt videtur, bono eſt. Dictitari conſueuit, quoties incommodum alicui verteretur in bonum. ¶Suo ipſius laqueo captus eſt. In eum qui ſibi malorum eſt autor. Pſalm. 9. ἐν παγίδι ταύτῃ ᾗ ἔκρυψαν, συνελήφθη ὁ πούς αὐτῶν. Id eſt, In ipſo laqueo quem abſconderunt, comprehenſus pes eorum. Nota metaphora. ¶In laqueum inducere, eſt arte ſic concludere quempiam, vt iam nullum ſit effugium. ¶Laqueus laqueum cepit, ἀλλαχόθεν ἡ παγὶς ἐστὶ καὶ ἄλλη θεμένη παγίδα, id eſt, Laqueum, laqueus, ita vt videtur, ceperit. Vbi malus malum obſeruat. Mandare laqueum dicimur iis, quos vſque adeo negligi à nobis ſignificamus, vt vel ſi ſuſpendant ſeſe, nihil ad nos attineat. *Iuuen. de Democr.* -quum fortunæ ipſe minaci Mandaret laqueum, mediúmque oſtenderet vnguem.

LAR, ris, vide LARA.

LĂRĂ, ſiue Larunda, Nympha fuit quæ Iunoni furta Iouis cum Iuturna patefecit. Hanc Mercurius compreſsit, & inde geminos ſuſtulit qui à matre Lares appellati ſunt. ¶Sunt qui credant Lares δαίμονας, genioſque eoſdem eſſe, exiſtimantes vnicuique duos Lares eſſe: alterum bonum, alterum malum. {GERM. Die zwen geiſter/ein guter/vnd ein böſer/welche die heiden meintend das ſy mit vnß geboren wurdend.} Colebantur domi, focúſque illis ſacer erat. Vnde vulgus focum, foculare appellat, quaſi laris focum. Hi putati ſunt dij domeſtici, ἐφέστιοι θεοί, quod ab vrbis commoda vigilare dicuntur inter compita. *Ouid. in Faſt.* Lucifero ſubeunte Lares delubra tulerunt. ¶A nonnullis dij agrorum vocati ſunt. *Tibullus,* Vos quoque fœlices quondam nunc pauperis agri Cuſtodes fertis munera veſtra Lares. Quoniam autem Lares, ſiue Penates, etiam priuatorum domibus præeſſe credebantur (*Plaut. in Aulul.* Ego Lar ſum familiaris ex hac familia. Vnde exeuntem me aſpexiſtis) factum eſt, vt vtrunque verbum pro ipſis domib. vſurpetur. *Salluſt. in Cat.* Illos binas aut amplius domos continuare, nobis larem familiarem nuſquam vllum eſſe. *Martial. lib. 1.* O mihi curarum pretium non vile mearum Flacce Anteſorei ſpes & alumne lari! *Horat. Ser. l. 1. Sat. 2.* Qui patrium Numæ donat tundúmque larem que. ¶Pro parte interiore domus. *Ouid. 1.) Faſt.* Omnis habet geminas hinc atque hinc ianua frontes: E quibus hæc populum ſpectat, at illa larem. ¶Quandoque pro igne. *Col. l. 11. c. 1.* Conſueſcatque ruſticos circa larem domini, focúmque familiarem ſemper epulari. ¶Ab ipſo lare, ἀφ' ἑστίας ἀρξαμένους. Id eſt, A Lare incipe, hoc eſt, à domeſticis ac familiaribus initium ſumito. Rectè dicetur in magiſtratus & alienæ vitæ cenſores: quorum officium eſt, vt in primis ſuos, ſuorúmque vitam corrigant. Nam ἑστίαν Græci vocant, quem nos Larem ac Veſtam vocamus. *Ariſtoph.* ¶Lari ſacrificant ἑστίᾳ θύουσιν. In tenaces prouerbium, qui de ſuis nemini quicquam impartiunt: aut in conuiuas edaces, qui nihil de appoſitis epulis mittunt amicis, neque quicquam faciunt reliquum. Nam antiquis religioſum erat ex iis quæ Lari immolabantur, aliquid foras efferre. [*Plaut. Aul. prologo, & ſc. 5. a. 2.* Pari corona & Thure, & vino fiebat. *Ouid. Eleg. 3. lib. 1. Triſt.* Illa etiam ante lares paſſis proſtrata capillis. (Mox penates.) *Idem Eleg. 10. lib. 3.* Reſpiciens fruſtra rura laremque ſuum. *Ouid. Eleg. 8. lib 4. Triſt.* Ponit ad antiquos, quæ tulit arua lares. (miles emeritus.) *Meminit idem Ouid. 2. Faſtor. & eleg. 3. lib. 1.* ¶Compitales lares. de quibus, *Sueton. in Auguſt. cap. 31.* Lares familiares in publicum abiecti. *Sueton. in Calig. cap. 5.* Lares Grundiles, *Diomed. lib. 1.* Lares olim laſes dicebantur, *Terent. Scaurus de Orthograph.* Lares, qui Apuleius de Deo Socratis.]

Lārārĭum, rij, Sacrarium domeſticum in quo Lares & dij peculiares adorabantur. {ἱερόν, θυσιαστήριον. GERM. Die hauß capell/ inn welcher die hauß götter angebätten wurden/ götzenkammer.} Scribit *Lampridius* Alexandrum Seuerum in larario rem diuinam matutinis horis factitaſſe, ad effigies deorum, in quibus habebat Apollonium, Orpheum, Abrahamum, & CHRISTVM. In ſecundo larario ſimulachrum Virgilij & Ciceronis.

LĂRĂNDĂ, λαράνδα, Ciuitas Lycaoniæ, in præfectura Antiochena, non procul à Derba, *Vide Ptol. lib. 5. cap. 6. & Strab. lib. 12.*

Lārdum, di, ſiue laridum, Caro ſuilla quouis modo ſalita. {χοιρεία σάρξ. GALLIC. Du lard, du porc ſalé. ITALIC. *Lardo.* GERM. Speck/geſaltzen ſchweynin fleiſch. HISPAN. *El lardo ò tympano de tocino.* ANGLIC. *Bacon.*} *Ouid. lib. 6. Faſt.* Pinguia cur illis guſtantur larda Calendis? Laridum legitur apud *Plaut. in Captiuis,* [*ſc. 2. a. 4.* Quanta, *inquis,* pernis peſtis veniet! quanta labes larido!] Caro ſalita laridum eſt, & laridum dictum quaſi large aridum. *Macrob. 7. Saturn. Plaut. Capt. ſc. 2. a. 4.* Ibi ad præfecturam, & Ius dicam larido. *Idem Menæch. ſc. 3. a. 1.* Suillam, laridum, pernam, &c. Item Iube laridum atque epula foueri. *Plaut. Capt. ſc. 1. a. 4.*]

LĂRĒNTĬĂ, Nobiliſſima meretrix fuit, quæ populum Romanum hæredem fecit, & poſtea pro dea habita, Flora appellata eſt. {GERM. Die göttin Flora.} cuius ſacra Floralia dicuntur. Vide ſuprà in dictione FLORA.

LARES, rium, vide LARA.

Lărgĭŏr, ris, Dono, concedo, permitto, relinquo. {נדב *nabhaḃ* חנן *chanán* נתן *nathán.* δωρέομαι, χαρίζομαι. GALLIC. Donner largement, & abondamment. ITAL. *Donnare largamente.* GERM. Reychlich außgeben/ ſchencken. HISPAN. *Dar largamente.* ANGL. *To giue largelie.*} Largiri ciuitatem. *Cicer. pro Corn. Balbo,* Homo, tùm grauitate & prudentia præſtans, tùm vel nimium parcus in largienda ciuitate. Largiri cœnam. *Plaut. in Amphitr.* Proin tu iſtam cœnam largire, ſi ſapis, eſurientibus. Largiri libertatem populo. *Cic. 3. de leg.* Sed ego, etſi ſatis dixit pro ſe in illis libris Scipio, tamen libertatem iſtam largior populo, vt autoritate valeant, & vtantur bonis: ſic enim à me recitata lex eſt de ſuffragiis. Largiri vitam. *Plaut. Aſin.* -iam ipſe Vitam meam tibi largiar, & de mea ad tuam addam. * Largitor de te puer. *Terent. in Adelph.* Fac: promiſi ego illis. M. promiſiſti autem? de te largitor puer. Largiri *ex Cic. ad Appium li. 3.* Quum & natura ſemper ad largiendum ex alieno fuerim reſtrictior. Si tempus nō largitur: id eſt, non permittit, non concedit. *Col. lib. 5. cap. 9.* Largiri ſe vltro. *Plaut. Mil.* Nam tu te vilem feceris, ſi te vltro largibere. Largibére, pro largiéris. Sicut idé *Plaut. in Bacch.* Tum libertatem Chryſolao largibere. [*Plaut. Aſin. ſc. 2. a. 5.* Iſtóſne mores patrem æquum eſt liberis largirier. Item, Quæ eſt ea lætitia, quam iſte lætus largitur mihi? *Plaut. Capt. ſc. 1. a. 4.* Lingua largior. *Idem Aſin. ſc. 2. a. 2.* poſtquam herili filio largitus eſt dictis. *Pl. ſeud. ſc. 4. a. 1.* Quin largita tuis ſunt multa ſilentia votis. *Tibul. lib. 4.*] Largitus, participium paſſiuum. *Plin. lib. 17. cap. 11.* Aut ſi conditio largita non ſit.

Lărgītor, Donator liberalis, populi corruptor. {נדב *nodheḃ* חנן *chonén* נתן *nothén.* δότης, χαριστής. GAL. Liberal donneur. ITAL. *Prodigo ò profuſo in donare.* GERMANIC. Der reychlich außgibt en dauren. HISPAN. *El que da largamente.* ANGL. *A libel all giuer.*} *Liu. 6. ab Vrbe.* Quum vrbem impetu cepiſſet Dictator, prædam militi dedit, quò minùs ſperatam, minime largitore duce, eo militi gratiorem. ¶Cicero in malam partem vtitur, pro eo qui largitione populum corrumpit: *pro Cælio,* Non poteſt qui ambitu ne abſolutum quidem patitur eſſe abſolutum, ipſe impune vnquam eſſe largitor. *Idem 1. Offic.* Exiſtúntque in Rep. Plerunque largitores, & factioſi, vt opes quàm maximas conſequantur.

Lārgĭtās, tis, Liberalitas, munificentia. {נדבה *nedhaḃáh* φιλανθρωπία. GALL. Largeſſe. ITAL. *Liberalità, largheꝛza.* GERMAN. Ein freiwillige reychlichegaab on einigs geſuch des gunſts. HISP. *Liberalidad, largueza.* ANGL. *Largeneſſe, freeneſſe in geuing.*} Largitas, & largitio, onis, δόσις, inter ſe differunt: quòd largitas (*vt Agretius ait*) humanitatis ſit, largitio ambitionis. Eſt enim largitas rationabilis & definitus liberalitatis effectus: largitio, expenſa quæ fit ad aucupandum fauorem in petitione magiſtratuum. *Terent. in Adelph.* Quæ iſtæc ſubita eſt largitas? Quandoque tamen largitio pro liberalitate ponitur. *Cæſar 1. bell. Ciu.* Simul à Tribunis militum, centurionibúſque mutuas pecunias ſumpſit, has exercitui diſtribuit: quo facto duas res confecutus eſt, quòd pignore animos centurionum deuinxit, & largitione redemit militum voluntates.

Lārgŭs, a, um, Copioſus, multus, amplus, latus. רב *raḃ Plin. lib. 11. cap. 30.* Pili equis iuba largi, in armis leoni. * Largus opū. *Virg. 11. Æneid.* Lar-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

gus opum lingua melior, ſed frigida bello Dextera. Vbi *Seruius*, Largus opum, Abundans opibus, diues. [Tradetur largus lachrymarum foras. *Plaut. Aſin. ſc.1.a.3.* Opera vt largus eſt nocturna. *Ibid.ſc.3.a.3.*] *Horat.4.Carm.Ode* 12. Donare largus, dixit pro Largus in donando. [largiſſimum epulum præbere. *Suet.in Cæſ. cap.* 38.] Accipitur etiam pro eo qui multa largitur, qui liberalis eſt, vel etiam prodigus, profuſus, ſplendidus. {גדיב *nadhib* שיע *ſchóa*. λαμπρὸς, ἁβρὸς.} GAL. Large, abondant. ITAL.& HISPANI. *Largo*. GERMAN. Gäbig/geudig. ANGLI. *Large, liberall.*} *Cic.lib.2.Offic.* Omnino duo ſunt genera largorum, quorum alteri prodigi, alteri liberales.

Lārgē, aduerb. Liberaliter abundanter. {ברוב *berob*. ἁβρῶς.} GAL. Largement, abondamment. ITAL. *Largamente, copioſamente*. GERMA. Reichtich en/vberflüſſigklich. HISPAN. *Larga y copioſamente*. ANGL. *Largelie, plentifullie.*} *Horat. l.1. Car.* Ligna ſuper foco largè reponens. * [Nemini credo, qui large blandus eſt dines pauperi. *Plaut.Aul.ſc.4.a.1.*]

Largiter aliud aduerbium, quamuis non ita in vſu ſit. *Brutus Attic.* Sed perſuade tibi de voluntate propria mea nihil eſſe remiſſum, de iudicio largiter. * Largiter vini. *Plaut.Trinc.* [Ædepol, Neptune peccauiſti largiter, qui occaſionem iſtam amiſiſti tam bonam. *Plaut. Moſt. ſc.2.a.2.*]

Lārgĭtŭs, pen. cor. teſte Nonio. pro largè ſiue largiter, ſed antiquum eſt & obſoletum. *Afranius.* Quid iſthuc eſt? quid fles? quid lacrymas? largitus proloquere.

* Lārgĭfĭcŭs, a, um, Adiect. vt, Stipe largifica ditare aliquem. *Lucr. lib.2.*

Lārgĭlŏquŭs, Qui abundanter loquitur. {πολυλόγος. GAL. Grand parleur. ITALIC. *Gran parlatore*. GERM. Ein tandman/der vilſchweżt/ein klapperer. HISPA. *Que largamente hable*. ANGLIC. *That ſpeaketh muche.*} *Plautus in Ciſtel.* -quæ vbi ſaburratæ ſumus, Largiloquæ extemplo ſumus: plus loquimur quàm ſat eſt. [Quin prætruncari tibi iſtam linguam largiloquam iubes? *Plaut.Milit.ſc.3.a.2.*] Sic etiam largifluum dicimus pro eo quod large & abundanter affluit. *Cic. 3. de Orat. ex poeta*, Grando miſta imbri largifluo ſubita, & præcipitans cadit.

Lārgĭſĭmē, *Suet.in Augu.* Quoties largiſſimè ſe inuitaret.

Laricina, Reſina gracilis, mellei liquoris virus redolens. *Plin.lib.24. cap.6.* in officinis pro terebinthina, ſed rarior eſt: hæc non virosa, ſed ſuauiter odorata.

[Laridum. Vide ſupra *In* Lardum.]

LĀRĪNĀ, penult. prod. Virgo quædam Italica, vna ex Camillæ comitatu, quæ Turno aduerſus Æneam ſuppetias tulit. *Virgil. 2. Æneid.* At circum lectæ comites, Larináque virgo, Tul'áque.

LARINE, λαρίνη, Fons eſt Atticæ, ſicut Callirrhoe. *Plin.lib.4.cap.7.*

LARISSAE, Vrbs eſt Elei, *Herodot.*

LĀRĪSSA, λάρισα, Nomen eſt multarum ciuitatum. Vna in Theſſalia, à qua Achilles Lariſſæus dictus eſt. Alia penſilis in Creta à nonnullis Pelaſgia dicta. *Stephanus* Cortynam Cretæ vrbem olim Lariſſam dictam ſcribit. Alia in Peloponneſo, arx Argiuorum. Alia in agro Atticо. ¶ Apud Thralles etiam vrbs eſt Lariſſa, *vt Strabo ſcribit*: à qua Lariſſæus Iupiter, Ζεὺς λαρισαῖος καὶ λαρισηνὸς eſt dictus. ¶ Lariſſa quoque in Italia, quam (*vt Diodorus lib.1.ſcribit*) Pelaſgi condidere. *Cæſar 3. bell.ciuilis*, Vniuerſi ſimul Lariſſam verſus recipere cæperunt.

LĂRĬŬS, Lacus eſt totius Italiæ ampliſsimus, Vulgò *Lago de Como*. {GERMANIC. Der Cumer ſee.} vnde & *à Virgil.* Maximus vocatur: quę & à Como vicino oppido nonnulli appellant Comenſem. Per hunc lacum medius fluit Abdua Amnis, aquáſque eius reddit ſuauiores: deinde per oppoſitam lacus partem erumpens, in Padum non longè à Cremona influit. Dictus Larius à fulicarum multitudine. A Græcis enim λάρος vocatur fulica, quæ eſt auis nigra & multum in aquis degens. ¶ Fuit & Larius filius Lydi, filij Herculis.

Larius, a, um, *Catullus*, Veronam veniat, noui relinquens Comi mœnia, Lar úmque littus.

LĂRĬX, πίτυς Theophraſto, ſi Theodoro credimus, Arboris genus cognatum abieti & pino, nullam quantumuis longa ſenecta cariem ſentiés, neque ignem per ſe concipiens, neque vlla ratione ardens, eò quòd plurimum terreſtris, aqueáque habeat ſubſtantiæ: minimum autem igneæ, aut aeriæ. Nec eſt alia ratio eam conſumendi, quàm ſi magna lignorum copia vratur, quemadmodum in iis contingit lapidibus, qui calcis gratia coquúntur. Abundat circa Padi ripas, & maris Adriatici littora, vix alibi nota. *Vide Pli.l.16.c.10. Lucan.l.9.* Et larices fumóque grauem ſerpentibus vrunt Abrotanum.

LARODII, Populi fuerunt in Scythia Aſiæ. *vt lib.4.ſcribit Herodotus.*

LARTA, Vrbs in Epiro hodie, olim Ambracha.

Lārŭæ, arum, Noxiæ inferorũ vmbræ, furiæ, erynnies, à Laribus, vt quidam putant, dictæ. {μορμῶνες, μορμολύκεια. GAL. Eſprits qu'on dit aller de nuit, loups garous. ITAL. *Spiriti che vanno di notte*. CERMAN. Ein nachtgeſpenſt/boldergeiſt/rumpelgeiſt. HISP. *Fantaſma que pareſce de noche*. ANGL. *Fayries or the lady of the fayries.*} *Plautus in Amphit.* Nam hæc quidem ædepol laruarum plena ſunt. [Laruæ & intemperiæ, inſaniæque agitant hominem *Plaut. Aul.ſc.3.a.4.* Larua ſtimulant virũ. *Plaut.Capt.ſc.4.a.3.* Larua vmbratilis tu me minis territas? *Plaut. Amphit.*] Hinc Laruati, νυμφόληπτοι, dicuntur furioſi & mente moti, quaſi à laruis exterriti: quales ſunt quos vulgò *Dæmoniacos* appellant. *Plautus.* Laruatus ædepol hominem miſerum mendicum quæritas. Hi etiã Ceriti dicuntur à Cerere, quaſi Cereris ira animo vexati. *Plautus*, Certè laruatus, aut Ceritus. [*Idẽ Plaut. Menæch.ſc.4.a.5.* Num laruatus eſt aut territus?] ¶ Larua etiam perſona, quam Barbari vocant maſcam. {προσωπεῖον, μορμολύκειον. GALLI. Maſque, faux-viſage. ITAL. *Volto finto, maſchera*. GERMAN. Ein butzen antlitz. HISP. *La maſcara, ò carratula, ò carantonna*. ANG. *Amasking viſour.*} Hinc laruarum dicimus perſonarum. *Horat.1. Serm.Satyr.5.* Nil illi larua, aut tragicis opus eſſe cothurnis. *Apul.in Apolog.* laruas appellat noctium occurſacula, briſtorum formidamina, ſepulchrorum terriculamenta. *Aug.lib. 4.de Ciuitate Dei*, Laruæ dicuntur animæ hominum deprauatæ, & in malis vitæ meritis maculoſæ, quæ à corpore ſeparatæ terriculamentum ſunt mortalibus. Cum laruis luctari dicuntur ij, qui vita defunctos inſectantur maledictis: qua re nihil poſſet eſſe indignius ingenuo viro. [Qui laruæ. *Apul.de Deo Socratis.*]

LARVATVS, vide in LARVAE.

Lārualis, le, Deformatus pallens. {ωχρὸς.} *Sidonius*, Facies veluti vmbris mœſtificata larualibus.

LARVNDA, Nympha fuit Larium mater, quam alij Laram vocant, à qua Lares dicti. Vide LARA.

Lārŭs, ri, Auis eſt aquatica, colore furuo, magnitudinem columbæ non multum excedens {λάρος.} Quidam fulicam interpretantur. ¶ Larus hians, λάρος κεχηνὼς, pronerbium in fures. Eſt enim hæc auis mirum in modum rapax. *Suidas.*

LARYMNA, Oppidum in ora Locrorum Epicnemidiorum, ad Boagrium amnem, non procul à Thronio oppido, ſi teſte *Plin.lib.4.cap.7.*

* Larynna, oppidum Bœotię ad Cephiſum fluuium, vt ſcribit *Plin.Strab. & Pomp.Mela.*

Lăsănum, penult. corr. Vaſculum euacuando ventri accommodatum. {λάσανον. GAL. Pot à chambre, pot à piſſer. ITAL. *Cantharo, orinale, ſella, ſcranna, banchetta, zangola*. GERM. Ein ſcheißkubel, oder kachel. HISP. *Orinal*. ANG. *A water pot, a cloose ſtorle.*} *Horat.1.Serm.Satyr.6.* Quum Tiburte via Prætorem quinque ſequuntur Te pueri, lasanum portantes, œnephoró úmque.

Lăsĭuŭs, a, um, penult. product. Proteruus, ſalax, plus mollitiei (vt inquit Valla in Raudenſem) quàm roboris aut cõſtantiæ habens. {פרוץ *porétz* סרר *ſarár*. ἀσωτὸς, λάγνος. GALL. Laſcif, ſemillant, ſaffre, luxurieux. ITAL. *Laſciuio, molle, luſſurioſo*. GERMA. Geil/mutwillig/yppig. HISPAN. *Diſſoluto, loçano, retoçon*. ANGL. *Lecherous, wanton ſawcie.*} *Virg.3.Eclog.* Malo me Galatea petit laſciua puella. [Filius huius erat primo laſciuus in æuo (cuius ludus noxius) *Ouid.4. Faſt.* Delicias ſi quis laſciuaque carmina quærit. *Ouid.Eleg.1.lib.5. Triſt.* Fit autem laſciuus à lacio inſerta littera ſ.] *Plin. l. 8. c. 40.* Memoratur & Nicomedis Bithyniæ regis, vxore eius Conſingi lacerata, propter laſciuiorem eius cum marito iocum. ¶ Dicitur etiam de brutis animantibus. *Vir. 1. Eclog.* Florentem cytiſum ſequitur laſciua capella. ¶ Aliquando ponitur pro impudico. *Martial. lib.1.* Laſciua eſt nobis pagina vita proba.

Lăscĭuĭsĭmŭs, ſuperlat. {ἀσωτάτατος.} *Sueton.in Tiberio*: Cubicula plurifariam depoſita tabellis ac ſigillis laſciuiſſimarum picturarum, & figurarum adornauit.

Laſcĭuĭă, æ, Mollities, petulantia, nequitia, incontinentia animi {פרוץ *porétz* סרר *ſarár*. ἀσωτία, λαγνεία. GAL. Incontinẽce & laſciueté, paillardiſe. ITA. *Laſciuia, luſſuria*. GERM. Mutwill/geilheit/yppigkeit. HISP. *Loçania, obra de retoçar*. ANGL. *Lecherie, wantonneſſe, ſawcineſſe.*} Procedit enim laſciuia ab animi alacritate. ¶ Aliquando pro ioco, petulantia & procacitate vſurpatur. *Plin.lib. 26.cap.1.* Grauiſſimum ex his morbis lichenas appellauere Græco nomine: Latinè, quoniam à mento oriebatur, ioculari primum laſciuia (vt eſt procax natura multorum in alienis miſeriis) mox & vſurpato vocabulo, mentagram, occupantem in multis totos vtique vultus. [At quare in noſtra nimia eſt laſciuia Muſa? *Ouid.Eleg.1. li.2. Triſt.* Hæc tibi me inuiſum laſciuia fecit, libidem. ô catenarum colone, ô virgarum laſciuia. *Plaut. Aſin.ſc.2.a.2.* Garrulitas, argutiæ laſciuia puer. *Senec. cap.16. de Conſol. ad Helviam.*] ¶ Laſciuia maledicendi, apud *Quintil. lib.9. cap.2.* pro maledicendi voluptate. Aſſiſtentes, *inquit*, oderint hanc maledicendi laſciuiam. ¶ In oratione quoque ludibunda & exultante dicitur eſſe laſciuia. *Idem Quintil.* Ne recentis huius laſciuiæ floſculis capti, voluptate quadam praua deliniantur.

Lăsĭcĭuĭbŭndŭs, adiect. *Plautus*, Quidnam dicam Dinacium laſciuibundam tam libenter mœrere?

Lăsĭcĭuē, aduerb. id eſt, petulanter, procaciter, molliter, nequiter. *Liuius ἐφοτοπαγγλίων ſexto*, laſciuiter *dixit pro* laſciuè, *vt auior eſt Soſipater lib.1. Inſtit. Grammat.*

Lăsĭcĭuĭo, Petulanter ago, petulans ſum, exulto. {פרוץ *porétz* סרר *ſarár*. ἀσωτεύομαι, λαγνεύω. GALL. Rager, folaſtrer, eſtre laſcif, s'esbaudet. ITAL. *Gongolare*. GERM. Geil oder mutwillig ſein. HISP. *Retorſar ò burlar*. ANG. *To be wanton, to growe te rankely.*} Vt equi indomiti ſolent, aut qui diu in otio fuerunt, qui aut calcitrare præter ſolitum, aut luſitare exultanéque ſolent. *Colum.lib.7.* Satietate verni pabuli pecudes exhilaratæ laſciuiunt. * Laſciuire alicui. *Stat.1.Sylu.* -paulum arma nocentia Thebę ponite: dilecto volo laſciuire ſodali. ¶ Laſciuire etiam arbores dicuntur, quum nimia pabuli hubertate luxuriant. *Budæus.*

Lăsĕr, eris, Succus laſerpitij, eximij in medicamentis vſus. {ὀπὸς σιλφίου. GAL. Beniouin. ITAL. *Belgiouino*. GER. Teufelsdreck. HISPAN. *Menzoin aſſarabacar.*} *Plin. lib. 19. cap.3.* Ab his proximum dicetur autoritate clariſsimum laſerpitium, quod Græci ſilphion vocant, in Cyrenaica prouincia repertum, cuius ſuccum vocant laſer, magnificum in vſu medicamentiſque. *Colum.lib.5.cap.10.* Nos exiguum admodum laſeris vino diluimus, & ita cacumina arboris ſumma oblinimus.

Lăsĕrpĭtĭum, tij, Virgultum herbidum, ex cuius culmo exudat ſuccus roſcidus, quem vocant laſer, magnificum in medicamentis, & in Cyrenaica prouincia laudatiſſimum. {σίλφιον.} Hinc *Catullus ad Lesbiam*, laſerpitiferas vocat Cyrenas. Caulem laſerpitij magudarim vocari autor eſt Galenus, quanquam non deſunt, qui ſemen etiam eodem nomine appellant. A laſerpitio Cato formauit laſerpitiatus, a, um, *cap. 116. de Re ruſt.* Lentim quomodo ſeruari oporteat: laſerpitium aceto diluito, perinſiceto lentim aceto laſerpitiato, & in ſole ponito. [Eo laſerpitij pondo libram diluunt. *Plaut.pſeud.ſc.2.a.3.*] *Plin,lib.18.c.30.* Sunt qui lentem aceto laſerpitiato aſpergant.

[Laſes olim dicebantur, qui nunc lares. *Terent.Scaur.de Orthogr.*]

LASIA, λασία, vulgò *Andro.* Inſula eſt decem tantùm paſſuum millibus diſtans à Gereſto Euboœæ, quæ ſtatiore nomine Andros dicitur. Audi *Plin.lib.4.cap.14.* ¶ Eſt & altera eiuſdem nominis inſula non procul à ſinu Troœzenio, *Plin.loco iam citato.*

Lăſsŭs, nomen eſt adiectiuum, Feſſus vel fatigatus, hoc eſt corporis vel animi labore fractus. {יעף *jaféph* נלאה *nileéh*. κεκμηκώς. GALL. Las, laſſé. ITAL. *Straco, affiaticato, laſſo*. GERM. Müd/laß/. HISP. *Canſado con trabajo, fatigato*. ANGLIC. *Wearie, tyred.*} *Plaut. in Amph.* Laſſus ſum hercle, e naui vt vectus huc ſum: etiam nunc nauieo. *Terent. in Heaira.* Etenim laſſam oppidò tum aiebant, eo ad eam, non admiſſa ſum. *Plaut.Pſeud.* [*ſc.2.a.2.*] -nã vt laſſus veni de via, Me volo curare. Amore laſſus, *Ouid.3.Amor. Eleg.6.* [Laſſus in extremis iaceo, populíque, locíque

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

locísque (de ægro) *Ouid.Eleg.3.lib.3.Triſt.* Quò feror vnde petam laſſis ſolatia rebus *Ouid. Eleg.2.lib.5.Triſt.* Reſtricando retinendóque laſſum reddiderunt. *Plaut.Capt.ſc.3.a.3.*

Laſſulus,li,diminutiuum,Parum fatigatus. {ὀλιγόπονος ποπωδὴς: ὑποκάμνων κόπῳ, ἀπειπών} GALL. Qui eſt vn peu ou aucunement las. ITAL. *A quanto ſtanco.* GERMAN. Müdlechtig. HISP. *Canſado,ò trabajado vn poco.* ANGLIC. *Somewhat wearie.*} *Catul.* Itaque vt domum Cybeles tetigerunt,laſſulæ,nimio e labore ſomnum capiunt ſine Cerere.

Laſſitūdo, is, Defatigatio, languor ex labore perceptus. {תלאה *teláah.* κόπος, κάματος. GAL. Laſſeté. ITAL. *Stracchezza & fiacchezza.* GERM. Müde. HISPAN. *Canſancia pro trabajo.* ANGLI. *wearineſſe.*} *Salluſt.* Non famem aut ſitim,neque frigus, neque laſſitudinem operiri. *Plaut. in Capt.*–illic ibi demum eſt locus, vbi labore laſſitudo omnis exigunda ex corpore. *Cic.ad Cornif.* Sed nulla laſſitudo impedire officium & fidem debet. *Cæſ.2.bell.Gall.* Curſu ac laſſitudine exanimatus. [Genua ſiccidunt laſſitudine,credo hercle. *Plaut.Curt.ſc.3.a.2.* Cũ ſuperuacua laſſitudine domum redire. *Senec.cap.12.de Tranquill.* Compedes,laſſitudo,*Plaut.Menæch.ſc 6.a.5.* Quanta laniis laſſitudo, quanta porcinariis (venit) *Plaut.Capt.ſc.2.a 4.*]

Läſſeſco,is,Laſſus fio,fatigor. [נלאה *nileáh.* κάμνω, κοπιάω, ἐκκοπίαν. ἀποτρύομαι. GAL. Se laſſer, deuenir las. ITAL. *Diuenir laſſo,ſtanchariſi.* GERMAN. Müd werden. HISP. *Canſarſe.* ANG. *To waxe we crie.*} *Plin. lib.10.cap.16.* Non laſſeſcere in nullo labore qui neruos ex alis & crutibus gruis habeant. *Idem lib.14.cap.2.* Si non præpinguis ſoli hubertas laſſeſcentem ſuſtineat.

Läſſo,as,Fatigo,exerceo,defatigo, labore obruo. {תלאה *heleáh.* κοπόω, ἀποτρύω, κατατρύω. GAL. Laſſer. ITAL. *Stancare,affaticare.* GERMAN. Ermüden/müd machen. HISP. *Canſar à otro.* ANGLI. *To weavie or tire.*} *Ouid.3.de Ponto,* Mitiùs ille perit ſubitaqui mergitur vnda, Quam ſua qui tumidis brachia laſſat aquis. [*Senec.Epiſt.89.* Cuius patrimonium Fabulatius laſſat. Vrbs quoque te & legum laſſat tutela tuarum. *Ouid.Eleg.1.li.2.Triſt.*] Huius compoſitum eſt delaſſo,vehemẽter laſſo. *Plaut.in Aſinar.* Eum etiam hominem in Senatu dare operam aut clientibus ibi labore delaſſatum,noctem totam ſtertere.

Läſſor,aris,paſſiuum. {κοπτοποιοῦμαι.} *Ouid.2.Met.* In molli ne quicquam laſſor arena.

Läſſātus,participium {יגע *jaʿeph* נלאה *nileéh.* κοπωθείς, κατατρυθείς. GAL. Laſſé. ITAL. *Fatticato.* GER. Ermüder. HISP. *Canſado.* ANG. *vveari d ortired.*} *Iuuenal.Satyr.6.* Et laſſata viris nondum ſatiata receſſit. (*Senec.cap.de Conſol.ad Helu.* Laſſata in me fatorum crudelitas conſiſtat.)

LASTHENIA, Nomen eſt mulieris Mantineæ, quæ adeò cupida fuit diſcendæ philoſophiæ,vt aſſumpto virili habitu, Platonis auditorium frequentaret *Laertius.*

LASVS, λάσος, primus de muſica ſcripſit, & dithyrambotum certamen protulit primus:vixítque temporibus Darij Perſarum regis. *Suidas.*

Lătĕo,es,latui. In occulto ſum,me abſcondo,abditus ſum. {נסתר *niſtar* נחבא *nechbáh.* κεύθω. GAL. Se cacher, eſtre caché, n'eſtre veu ne cognu. ITAL. *Eſſere naſcoſto,naſconderſi.* GERM. Verborgen ligen. HISP. *Eſconderſe.* ANG. *To lurke or lie hid.*} *Virgil. 3. Eclog.* latet anguis in herba *Cicero 3. Verrin.* Nullæ sunt occultiores inſidiæ quàm hæ quæ latent in ſimulatione officij. *Horatius 1 Epiſt.* Velantia armis Herculis ad poſtem fixis,latet abditus agro. ¶Et quoniam ea quæ in occulto ſunt, ferè ignoramus, factum eſt vt latere accipiatur pro incognitum eſſe,vel ignorari. ¶ Et in hac ſignificatione plerumque accuſatiuum habet. *Vir.2.Æn.* Nec latuere doli fratrem Iunonis & iræ. ¶Sic dicitur hæc res latet me:hoc eſt me fugit,præterit. Latet pleroſque, id eſt in occulto eſt,pleriſque,vel plerique ignorant. *Plin.lib.2.cap.20.* Latet pleroſque magna cæli affectatione compertum à principibus doctrinæ viris ſuperiorum trium ſyderum ignes eſſe. ¶Aliquando etiam in hac ſignificatione cum datiuo legitur. *Lucan.lib.10.* Tu mihi cauſa lates. * Latere ſub,& inter. *Liu.4.bell.Maced.* Sub vmbra Romanæ amicitiæ latebant. *Plaut.Trinum.* Satin' inter labra atque dentes latuit vir minimi pretij? [*Idem Moſtell.ſc.1.a.1.* Exi è culina nidor, quid lates? *Et Pſeud.ſc.2.a 1.* Vbi ſunt?vbi latent?qui amant à lenone. *Velleius.* Virtute eminet:patriâ,latet. *Ouid.13. Meta.* Poſt clypeum late,mecum contende ſub illo. *Idem Eleg.4.lib.3.Triſt.* Crede mihi,bene qui latuit,benè vixit. *Idem Ele.3.l.4.Triſt.* Latet virtus in bonis rebus:In malis apparet. *Et Eleg.8.lib.1.* Gratulor ingenium non latuiſſe tuum.] ¶ Huius verbi compoſita ſunt, Deliteo,de quo ſuprà, Obliteo,& Obliteſco,de quibus ſuis locis.

[Latens,entis. *Ouí.13.Met.* Inſidias prodet(nitor galeæ)manifeſtabítque latentem.

Lătentĕr,adu. Clàm,occultè. {κρύβδην. GAL. En cachette,ſecrettement, couuertement. ITA. *Naſcoſamente.* GER. Verborgentich. HIS. *Eſcondidamente.* ANG. *Quietlie.*} *Ci.in Top.* Cùm enim nihil ſine cauſa fiat, hoc ipſum eſt fortunæ euentus obſcura cauſa,quæ latenter efficitur.

Lătĭto, as, pen. corr. Sæpe aut ferè ſemper lateo. {נסתר נחבא *niſtar nechbá.* κεύθω, ἐκκρύπτω. GAL. Se cacher,ne ſe monſtrer point. ITAL. *Naſconder ſi quà & là.* GERMAN. Stäts verborgen ligen vnd niergends furhin kommen. HISPAN. *Eſconder ſe à menudo.* ANGL. *To lurk or lie hid often.*} *Cic. pro Cluen.* Extrahitur domo latitans Oppianicus à Manilio. *Horat.3.Carm.Ode 12.* Celer alto latitantem fruticeto excipere aprum. ¶Cato tamen latitauerunt dixit, pro frequenter tulerunt, alterum frequentandi verbum à Fero. ¶ Latitare, *inquit Budæus,* dicuntur qui ad iudicium vocati fruſtrantur & ludificantur. *Cic. pro Quint.* Ego experiri non potui : latitauit, procuratorem nullum reliquit. ¶Latitare eſt, *ait Vlpian.non vt Cicero definit,* turpis occultatio ſui. Poteſt enim quis latitare non turpi de cauſa, velati qui tyranni crudelitatem timet,aut vim hoſtium,aut domeſticas ſeditiones. *Hotomanus.* [*Ouid.Eleg.4.li.3* Latitantes verſus amicos protrahet.

Lătĭtātĭo,onis, {מחבא *machabé* סבין *ejbón.* κατακρυφή. GAL. Cachement. ITAL. *Naſcondimento.* GERM. Das innligen. HIS. *Eſcondimiento.* ANG. *A lurking.*} *Quintil.lib.7.cap.3.* Sonus,clamor,gemitus,latitatio, metus,& ſimilia.

Lătebra,bræ,penultim.comm.& Latebræ,arum, Locus vbi aliquid latet. {סתר *ſether* מחבא *machabé* φωλεός. GAL. Cachette. ITAL. *Luoco da appiatarſi,aſcoſagna.* GERM. Ein ort in dem ſich einer verborgen haltet. HISPA. *Eſcondrijo,lugar de eſcondet.* ANG. *A lurking corner.*} *Lucan.lib.*

1. Cedendum eſt bellis,quorum tibi tuta latebra Lesbus erit. *Quinti.* Et quanuis odio euerſoris noſtri euocatus ex latebris ſuis, populus ſubſellia non impleat. *Plaut.in Aul.* [*ſc.2.a.4.*] Nec in metuo ne quiſquam inueniat, ita probè in latebris ſitum eſt. Dicuntur & latebræ pro ferarum cubilibus:quanquam nonnulli ita diſtinguunt,vt latebræ de hominibus dicantur:latibula de feris. Sed non ſemper obſeruatur. Nam & latebræ paſſim apud receptæ auctoritatis ſcriptores pro ferarum luſtris inueniuntur accipi. *Liu.lib.46.* Inter vepres,& latebras ferarum noctem vnam delituit. *Plin.lib.10.cap.19.* Oenanthe quidem etiam ſtatos latebræ dies habet. ¶Ponitur interdum latebra pro excuſatione,& prætextu: *Cic 3.Offic.* Sed ſi hoc ſibi ſumãt,nullã eſſe fide, quæ infideli data ſunt,vt iurent, ne quæratur latebra periurio.

Lătebrĭcŏla,læ,penult.cor. Latebras incolens. {φωλαπίς GALL. Qui ſe tient & demeure en cachettes. ITAL. *Chi ſi occulta in luoci naſcoſti.* GERM. Der in einem verborgnen ort ſich enthaltet. HISP. *Morador en eſcondrijos,* ANGL. *That remaineth in a lurking place.*} *Plaut.Trinummo,* Latebricolarum hominum corruptor.

Lătebrōsus,ſa,ſum, vt latebroſus locus,in quo frequentes latebræ ſunt, obſcurus,tenebricoſus. {אפל *aphél.* φωλεώδης GAL. Plein de cachettes. ITAL. *Doue ſono molti luoghi da appiatarſi.* GIRM Ein ort vol heimlicher ſchlipffen/ oder verborgner wonungen. HISP. *Coſa llena de eſcondrijos.* ANG. *Dark and full of lurking corners.*} *Plau.in Bacch.* Nam huic ætati non conducit mulier latebroſus locus. Latebroſus locus ad equites tegendos. *Liu.1.bell.Pun.* Colles latebroſi, *Silius li.5.* Fumina latebroſa, *Virg 8.Æn.* Nox latebroſa, *Luca.l.6.*

Lătebrōsĕ,aduerb. Occultè,clam. {κρυβδόν. GAL. En cachette. ITAL. *Aſcoſſamente.* GERM. Verborgentich/heimtich. HISP. *Eſcondidamente.* ANG. *Secretlie.*} *Plaut.Trinum.* -pater adſum, Impera quid vis,neque tibi ero in mora:neque latebroſè me abs tuo conſpectu occultabo.

Lătĭbŭlum,li,In quo aliquid delitescit. {סתר *ſether* מחבא *machabé.* φωλεός. GAL. Cauerne,taſniere,cachette. ITAL. *Luogo doue ſi naſconde.* GER. Ein hule oder loch darinn ſich ein thier verſchlifft. HISP. *Eſcondrijo.* ANG. *A lurking place.*} Valla diſtinguit latibulum à latebra,quòd latebra hominum ſit,latibulum ferarum. Sed hæc differentia non ſemper obſeruatur. Nam quemadmodum ſuprà oſtendimus, latebram etiam pro ferarum luſtris accipi : ita etiam latibulum aliquando de iis locis dicitur,in quibus homines ſe occultant. *Cic.Arti.li.12.* Ego autem volo aliquòd emere latibulum,perfugium doloris mei.

Lătĭtŭlo, as, neutrum, & lat b lor, aris, deponens, ſignificat Lateo. {נסתר נחבא *niſtár nechbá* חכה *chabáh.* φωλεύω. GAL. Se cacher,ſe muſſer & tapir. ITA. *Naſconderſi.* GER. Verborgen ligen. HIS. *Eſconderſe.* ANG. *To lurk,to lie hid.*} *Var.* Vt de ne ſeruo, dominis latibulet. *Accius,* Progredere,& ne quis latibuletur proſpice. Antiquum eſt.

Lătĕr maſcul. gen. laterem,latere:& lateres in plurali integrum inueniuntur pro terra excocta, & in lapidem durata: genitiuus & datiuus ſingulares rarò leguntur. {לבנה *lebenáh.* πλίνθος. GAL. Brique ou tuille. ITAL. *Quadrello,mattone.* GER. Ein ziegelſtein/oder kochen ſtein. HISP. *Ladrillo.* ANG. *A bricke or tile.*} *Cic.2.de Diuin.* Num hoc in latere,aut in cæmento,ex quibus vrbs effecta eſt,potuit valere? *Colum.lib.6. cap.* 14. Itaque quum id accidit, veteri lateri later conteritur, cui nouus intrito,&c. *Idem lib.9.cap.6.* Reliqua ſunt alueorum genera duo, vt vel ex ſimo fingantur,vel lateribus extruantur. *Valla.li.1. Elegant.* Coctiles lateres,qui cocti ſunt & non crudi. *Vitruuius.* Siue ſilex, ſiue cæmentum,aut coctus later,ſiue crudus,his erit vtendum. *Plautus.* Latere firmior. Laterum tria genera ſunt:didoron, δίδωρον, à longitudine duorum palmorum ita dictum,palmorum (inquam) maiorum,quorum ſinguli valent palmos minores tres, hoc eſt, digitos duodecim: quæ menſura geminata conficit ſeſquipedem: quæ erat didori longitudo:latitudo autem pedis vnius. Alterum tetradoron, τετράδωρον, tertiũ pentadoron, πεντάδωρον nominabant, à menſura quatuor & quinque palmorum. Græci enim antiqui δῶρον palmum vocant, & idcò δῶρα munera, quòd manu darentur. *Vide Plin.lib.15. cap.14.* ¶Laterem lauare,prouerbiò dicitur,pro operam ludere. Inde tractum, quòd rudebo illa in lateribus ablui non poſſit. *Ter.Phorm.* Purgem me laterem lauem,id eſt,fruſtrà agam.

Lătĕrcŭlus,li, diminutiuum,paruus later. {πλινθίον. GAL. Petite tuille. ITAL. *Matoncello.* GER. Ein ziegelſcherb/bachen ſteinlin. HISP. *Pequenno ladrillo.* ANG. *A litle bricke or tile.*} *Plin.* Crudis laterculis ad formam camini. *Curtius lib.5 ſcribit,* laterculo coctili ſtructos fuiſſe muros Babylonis. *Colum.lib.18.cap.14.* Sub porticibus deinde quadratæ hæræ cæmentis,vel etiam laterculis extruuntur.

Lătĕrĭtĭus,a,um, quod eſt confectum ex lateribus. {πλινθινος. GAL. Fait de tuille ou de brique. ITAL. *Mattonato di matteni.* GER. Ziegtin/ auß ziegelſteinen gemacht. HISP. *Coſa obrada de ladrillos.* ANG. *Made of bricke or tile.*} *Plin.* Lapide duro ac ſilice æquo conſtruunt, veluti laterities parietes. *Idem lib.35.cap.14.* Græci præterquam vbi è ſilice fieri poterat ſtructura,parietes lateritios prætulêre. [*Sueton.in Auguſt.cap.* 28. Vrbem lateritiam acceperat.]

Lătĕrārĭus,Lateritius. {πλινθουργός} *Plin.li.7.cap.56.* Laterarias domos conſtituerunt primi Euryalus,& Hyperbius fratres Athenis. Sic enim legit Calepinus : quum tamen omnia Plinij exemplaria, quæ quidem nobis videre contigit, hunc in modum legendum oſtendant, laterarias,ac domos conſtituerunt, &c. vt laterarias intelligamus officinas fornacéſque fingendis, coquendíſque lateribus aptas. ¶Laterarium, genus tigni. *Vitruu.lib.1.cap.20.* Ipſi autem laterariis circa fixis continentur,tegunturque tabulis maxime palmeis. [*Cæſ.2.de bell.ciu.* Lateritium diſcuterent.

* Laterunculatia tabula,in quo laterunculis luditur. *Seneca Epi.118.* Nemo qui ad incendium domus ſuæ currit, tabulam laterunculariam perſpicit,vt ſciat quomodo alligatus exeat calculus. Latruncularium dicit *laterunculariam* : qui & alibi,latrunculos vocat *laterunculos* : niſi nos fallant exemplaria.

Lătĕrcŭlum, li, ſubſtantiuum. Libri nomen eſt in quo dignitatum omnium, tam militarium quàm ciuilium cognitio continebatur. Hic erat penes primicerium notariũ. Porrò duplex fuit laterculũ magnus & minus. Maius laterculum dignitates ciuiles continebat, cuius picturam in volumine (quod deſcriptionem imperialium officiorum cum Orientis tum Occidentis cum imaginibus complectitur,) cernere eſt.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Minus laterculum fuit quod dignitates militares continebat. Huius fit mentio *in Codice lib.1. de Offic. quæst. l.Totius minoris laterculi curam. Vide Tertull.contra Valent.*

Lătĕrcŭlēnsēs, sunt præfecti laterculorum. *D.lib.1.in l.comperimus,& in l. fin.C.de proximis sacrorum scriniorum, cæteríque qui in sacris scriniis militant,lib.12.*

Lătĕrālis, Vide LATVS, subſtantiuum.

LĂTĔRĀNŬS, Nomen proprium nobiliſſimi ciuis Romani, qui quum Conſul deſignatus eſſet, iuſſu Neronis eſt interfectus. GERMANIC. Ein eder burger meiſter zu Rom welchen Nero ertödet hatt.} *Iuuen. Sat.* 10. egregias Lateranorum obſidet ædes Tota cohors. Extat ad hunc diem Romæ Baſilica Lateranenſis D. Ioanni ſacra, omnium, quæ in vrbe viſuntur, magnificentiſſima, *Hieron.ad Marc.* Quis credat mulierem nobilem & potentem in domo Laterani Conſulis deſignari, &c.

Lătĕrnă, næ, à lateo, licet lateo habeat primam cor. laterna verò prod. {נר *ner. ἰστὸς, φανὸς.* GALLI. Lanterne. ITAL.& HISP. *Lanterna.* GERM. Ein latern. ANGL. *A lanterne.*} *Mart.lib.14.* [*Epigr.61.& 62.*] Dux laterna viæ clauſis feror aurea flammis. Et tuta eſt gremio parua lucerna meo. Dicta laterna, quod lumen ea incluſum lateat. Fit ex laminis corneis, in qua candela includitur, ne à vento extinguatur. *Plaut. in Amph.* Quo ambulas tu, qui Vulcanum incluſum in cornu geris? [*Idem ibidem*, A portu illinc nunc cum Laterna huc aduenit. *Idem in Aul.ſc.5.a.3.* pellucet quia laterna pumicea.]

Lătĕrnārĭŭs, rij. Qui alteri laternam præfert. {λυχνοῦχος, λαμπαδοῦχος, λυχνοφόρος, ἱστοφόρος. GALL. Qui porte la lanterne. ITAL. *Che porta la lanterna.* GERMA. Ein laternenträger/d'einem mit d' laternen vorzundt. HISPAN. *Lanternero, el que lleua la lanterna.* ANGLI. *That beareth the lanterne.*} *Cic. in Piſ.* An cum altero barbaro Epicureo, cum altero Catilinæ laternario?

Lătĕſco, Vide LATVS, adiectiuum.

Lătex, cis, Omnis humor dicitur, ab eo quòd intra aliquid lateat. {משקה *maſchkéh.vāpa.* GAL. Toute liqueur. ITAL. *Ogni humore.* GER. Ein jede feuchtiteit. HISP. *Tota humor.* ANG. *All kind of licour, iuice.*} De aqua, *Virgil.4.Æneid.* Sparſerat & latices ſimulatos fontis Auerni. De vino, *Idem* 1.*Æneid.* Regales inter menſas, laticémque Lyæum, *Sic Ouid.* Palladios latices dixit, quum oleum dicere vellet. *Et Lucret.* Abſinthij laticem. Liquoris vitigeni latex, *Lucret.lib.5.* [Cæruleos ventis latices durantibus Iſter congelat.] *Ouid.3. Triſt. Eleg.* 10. Calidi Latices. *Virgil. 6. Æneid.* Abſinthij amarum pelpotare laticem. *Lucr.li.4.*

Lăthўrĭs, {λάθυρις.} Herba quæ cataputia maior appellatur, de qua ſic *Plin.lib.27.cap.*11. Lathyris folia habet multa, lactucæ ſimilia, tenuiora, germina multa, in quibus ſemen tuniculis continetur, vt capparis.

Latialis, vide LATIVM.

Latibulum, vide LATEO.

Laticlauium, Latifolia, Latifundium, vide LATVS.

Latinè, Latinus, vide LATIVM.

LĂTĪNĪ, Italiæ populi dicebantur, qui eum tractum incolebant, qui eſt inter oſtia Tyberis & Circeios: quam Italiæ partem Latium antiquŭ appellabant. {GERM. Die völcker in Italiam vmb Rom/vmb/ des Tibers außgeng.} Hi ante Æneæ in Italiam aduentum Aborigines dicti ſunt: poſtea verò Troianis permiſti vno nomine dicti ſunt Latini, ſiue à Latio regione illa quam incolebant, ſiue à Latino rege, cuius filiam Lauiniam Æneas duxerat vxorem.

LĂTĪNŬS, ni, ſubſtantiuum, λατῖνος, Nomen Regis Aboriginum. Fauni & Maricæ nymphæ filij, cuius filiam Lauiniam Æneas accepit vxorem. De hoc *Vir.lib.7.Æneid.* Rex arua Latinus, & vrbes Iam ſenior longa placidas in pace regebat. [Syluij Poſthumi filij *Ouid.4. Faſt.*

Latio, vide FERO.

Latito, vide LATIO.

Lātĭtūdo, vide LATVS, adiectiuum.

LĂTĪVM, tij, vulgò *Campagna di Roma.* {GER. Die landtſchafft vmb Rom in Italien.} Ea pars Italiæ eſt, teſte *Plin.lib.3.cap.5.* quæ eſt inter oſtia Tyberis & Circeios; millia paſſuum quinquaginta in longitudinem non excedens: quod poſtea prolatis imperij finibus, antiquum Latium eſt appellatum. Poſtea verò, *teſte Seruio*, Latij nomine dictum eſt, quicquid eſt inter Tyberim & Vulturnum amnes. Totúſque ille tractus diuiditur in Latium citerius, & Latium vlterius. Citerius Latium à Tyberis ripa Fundos vſque protenditur: vlterius à Fundis vſque ad Vulturnum amnem. [In Latio qui mos ſponſaliorum fuit, & quando Latio ciuitas donata. *Gell.cap.4.lib.4.Triſt.*] ¶ Dictum autem Latium putatur: quòd illic latuerit Saturnus, dum Iouem fugeret. *Ouid. li.1. Faſt.* Dicta quoque eſt Latium terra latente Deo. *Vir.*8.*Æneid.* -Latiúmque vocari Maluit, his quoniam latuiſſent tutus in oris. Contrà *Varro* Latium à Latino rege dictum aſſerit.

Lătĭŭs, a, um, Quod ex Latio eſt, Latinus. *Col.in Præfat.lib.1.* An Latiæ muſæ non ſolos adytis ſuis Accium & Virgilium recepêre, ſed eorum & proximis, & procul à ſecundis ſacras conceſſêre ſedes? Agri Latij, *Ouid.3. Faſtor.* Gens Latia, *Ouid.4.Faſt.* Lingua Latia, *Ouid.2. de Pont.eleg.3.*

Lătĭālĭs, le, Quod ex Latio eſt: vt Iupiter Latialis dictus eſt, quòd in Latio coleretur. *Vir.* Et reſidens celſa Latialis Iuppiter alba. *Cic.pro Mil.* Latialis ſermo, qui & Romanus, & Latinus. *Plin.lib.3.cap.1.* Ex his digna memoratu, aut Latiali ſermone dictu facilia. *Macro. li.1. cap.1.* Doctrinæ Latialis haud inſcium.

Lătīnŭs, a, um, λατῖνος, nomen deductum à Latio: Latius, quod eſt ex Latio. *Virg.1.Æneid.* Genus vnde Latinum. Inde Latinum ſermonem dicimus eum quo vtebantur in Latio. Carmen Latinum, *Hora.1. Car. Ode 32.* ¶ Latinæ conſuetudini tradere, id eſt, in Latinum ſermonem conuertere. *Colum. in Præfat. lib.12.* Hæc in Oeconomico Xenophontis: & deinde Cic. qui eum Latinæ conſuetudini tradidit. Vertere in Latinum, hoc eſt, in Latinam linguam. *Quin.lib.10.cap.5.* Vertere Græca in Latinum, veteres noſtri oratores optimum iudicabant. *Cic.1.de Finib.* Ita ſentio & ſæpe diſſeruit Latinam linguam non modò non inopem, vt vulgò putarent: ſed locupletiorem etiam eſſe quàm Græcam. [Socij Latini nominis *Liuius lib. 34.* Et eorum iura. *Ibid.* Latini priſci *Plutar. in Romu.*]

Lătīnæ, arum, Feriæ erant conceptiuæ, ſingulis annis à magiſtratibus concipi ſolitæ, quibus pro communi totius Latij ſalute Ioui Latiali in monte Albano ſacra fiebant à præfecto vrbis Latinarum feriarum cauſa creato: populíque Latinis carnes diuidebantur ex præſcripto veteris fœderis inter Romanos & Latinos icti, Sp. Caſſio, & Poſthumo Cominio coss. Cuius fœderis leges ne vllo vnquam tempore interciderent, Romæ in ænea columna fuerunt incilæ. *Cic. pro Planc.* Quibus in municipiis vix iam qui carmen Latinis petant inueniuntur. [Latinarum cauſſa præfecti vrbi. *Gell.cap.vlt.lib.14.* Latinarum feriarum dies quatuor. *Plutar.in Cam.*] {GERMA. Fäſtag an welchen die Lateiner dem Ioui für jhr wolfart opfferten.}

LĂTĪNAE ferie dicebantur, quum ex populis Latinis viri ſimul & mulieres in montem Albanum hoſtias adducebant: & quatridu.ano ſacrificio facto, accepta carne in ſuam quiſque ciuitatem digreſſi, reuertebant ea dicta viſceratio quoniam ex hoſtiis carnes in partes cæſæ diſtribuerentur. Viſceratione mox & Cæſar populo dedit, vt apud Suetonium legimus, Ferias autem Latinas, maximo Romanorum Latinorúmque magiſtratuum conuentu, conſules procurabant, cum interea cum populo agere non liceret: ob eam cauſam Latinæ aliquando à conſulibus inſtaurarentur, cùm tribunis plebis obſiſtere vellent, populares leges, & reipublicæ pernicioſas, ferre cupientibus. Itaque ad *Quintil.Fratrem libro vndecimo*, Cóſul, *inquit*, Lentulus dies comitiales exemit omnes. nam etiam Latinæ inſtaurantur: nec tamen deerant ſupplicationes. Sic legibus pernicioſiſſimis obſiſtitur, maximè Catonis. ¶ Inſtaurabant Latinas etiam Pontifices, vt *Liuius lib.3. recidit.* Id autem fiebat, quaſi iam faciendis iis aut prætermiſſum aliquid eſſet, aut, quod non oporteret, commiſſum. Primus eas in vnum diem Tarquinius ſuperbus inſtituit: ſecundus dies additus, pulſis regibus: tertius poſt ſeceſſionem in Auentinum: quartus, plebe & patribus à dictatore Camillo in cócordiam reductis. In eo meam fluctuare ſententiam fateor, conceptiuæne an ſtatiuæ feriæ fuerint Latinæ ſi Varronem & Macrobium ſequamur, antiquitatis vtrunque periſſimum conceptiuæ erant, non ſtatiuæ, concipiebantúrque in dies vel certos vel incertos. *Liu.* tamen ſtatiuas indicat fuiſſe. cum ait *lib.xxv.* Romæ conſules prætoréſque vſque ante diem quintum Calend. Maij, Latinæ tenuerunt, eo die perpetrato ſacro in monte, in ſuas quiſque prouincias proficiſcuntur. Non enim ſimile veri eſt, conſules cùm victor Annibal vaſtaret Italiam, conſultò in v. Calend. Maij, qui dies à primo initi magiſtratus die, hoc eſt, ab idibus Martij, XIII. dierum ſpatio diſtat, Latinas diſtuliſſe, vt ipſi ſibi diutinæ in vrbe miſſionis neceſſitatem imponerent: cum ire in prouincias neque conſulibus neque prætoribus liceret, niſi Latinarum ſacro perperato. Aut igitur eas è ſtatiuis in ordinem conceptiuarum poſtea tranſiſſe credendum eſt: aut latentem cauſam alij perſcrutentur. *Ex Pomp.Mancinij comment.in Epiſt.ad Att.& ad Quint.Fratrem.*

Lătīnē, aduerb. More Latinorum, lingua Latina. {λατινιστί. GALL. En Latin, à la maniere des Latins. ITAL. *Latinamente.* GERM. lateiniſch. HISPA. *Latinamente, en Latin.* ANG. *In Latine after the fashion of the latines.*} *Cic.6.Verr.* Lati nè me ſcitote, non accuſatorie loqui. *Idem 2. Philip.* Quem gladiatorem non ita appellauit, vt interdum etiam M. Antonius gladiator appellari ſolet: *ſed vt appellant ij qui planè & Latinè loquuntur*, hoc eſt propriè & aperte. Latinè ſcire, eſt Latinè ſcire loqui. *Liu.1.ab Vrbe*, Terror ad hoſtes tranſiit. Etetiam audiuerant clara voce dictum, & magna pars Fidenatium, vt qui coloni additi Romanis eſſent, Latine ſciebant. *Cicer pro Cecinna.* Quid enim faciliùs eſt, quàm probari iis qui Latinè ſciant, in vno ſeruulo familiæ nomen non valere? [*Ouid. Eleg. 1. lib. 3. Triſt.* Si qua videbuntur caſu non dicta Latinè: in qua ſcribebat barbara terra fuit. *Plaut.Mer, ſc.1.a.2.* Alazon, id nos Latinè glorioſum dicimus.]

Lătīnĭtās, atis, Locutio ipſa Latina, ſiue ſermo Latinus {GALL. Langage Latin. ITAL. *Fauella Latina* GERMAN. Die lateiniſch ſprach. HISP. *Habla latina.* ANGL. *The latine language.*} *Cicero ad Attic. lib.7.* Secuſúſque ſum, non dico Cæcilium manè vt ex portu in Piræum (malus enim autor Latinitatis eſt) ſed Terentium, cuius fabellæ propter elegantiam ſermonis putabantur à C. Lælio ſcribi. Latinitas præterea pro iure latij, vt ciuitas ius vrbis. *Suet. in Aug. cap.* 47. Vrbium quaſdam Latinitate vel ciuitate donauit. [*i.*iure latij.]

Lătīnĭenſis, & hoc Latinienſe, Latinus, Latius. *Cicer. de Aruſp. reſponſis*, Quòd in Agro Latinienſi auditus eſt ſtrepitus cũ fremitu. ¶ Significare etiam poteſt eum qui alibi ortus, in Latio cum Latinis verſatus, vt ſuprà dictum eſt in dictione Hiſpanus.

LĂTMĬŬS mons, λάτμιον ὄρος, mons Ioniæ, natus fabula Endymionis, quem quum Luna adamaret, in Latmio monte ab ea ſopitum ferunt, vt vnum ab eo oſculum auferret: vnde & ipſe Endymion Latmius dictus eſt. *Ouid. lib. 3. de Arte*, Latmius Endymion non eſt tibi Luna rubori?

LĂTŌĬS, idis, ſecunda ſyllaba producta, λατωΐς, patronymicum eſt fœmininum à Græco nomine λατὼ deductum, quo nomine illi Dianæ matrem appellant, quam & nos Latonam. Latois itaque à poëtis accipitur pro Diana Latonæ filia, quam & Latini Græcorum imitatione Latoniam appellant. *Ouid. 7. Metam.* Inde Calaurea Latoidos aſpicit arua.

Lātŏmĭæ, vel latumiæ, arum. {λατομίαι. GAL. Quartieres. ITAL. *Luogo doue ſi ſcarpellano ſaſſi, miniera di ſaſſi.* GERM. Steinbruch/ſteingrub. HISP. *La cantera minera de cantos.* ANG. *Quarreis of ſtones.*} à Siculis dicuntur, quas nos vocamus lapicidinas autore Aſconio, hoc eſt, loca vnde exciduntur ſaxa. λατὴ enim Græcis eſt lapis: & τόμος, ſectio. *Liu.6. bell. Pun.* Comprehenſa poſtea priuata ædificia, comprehenſæ latomiæ: forúmque piſcarium. Ad latomias damnari dicebantur ij, qui in opus metalli damnabantur. *Plaut. in Capt.* [*ſc.5. a.3.*] Tyndarus in latomias lapidarias ab Ægione damnatur. Inde, *inquit*, ibis porrò in latomias lapidarias. Latomiæ locus etiam fuit Syracuſis, in quem rei & ſcelerati coniiciebantur: ita dictus quòd III. in rupe eſſet à Dionyſio Tyranno exciſus. *Cicer. 7. Verr.* Carcer ille qui eſt à crudeliſſimo Tyranno Dionyſio factus Syracuſis, quæ Latomiæ vocantur, in illius imperio domicilium Romanorum fuit. [*Sueton.in Tiber.cap.51.* In Latomiam damnatus eques Rom. De Latomiis carcere. *Vide Senecam cap.17.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

cap. 17. de Consol. ad Martiam.]

Lātomus, { חצב c otséb. λατόμος. GALL. Tireur de pierre, quarrier, tailleur de pierre. ITAL. Spezzapietra, tagliapietra. GER. Ein steinbrecher/steinhawer. HISPA. Cantero que saca las piedras y labra. AN. A quarrier, a digger of stones. } Latinè dicitur lapicida, qui è rupibus saxa exrier, a digger of stones. } Latinè dicitur lapicida, qui è rupibus saxa excidit, ut ad opus adaptat.

LĀTŌNA, penultim. prod. λατώ, filia Cœi Titanis, à Ioue amata & compressa est, ex quo geminam concepit prolem, Apollinem & Dianam. } GERM. Die mutter Apollinis vnd Dianä. } Quod Iuno adeò ægrè tulit, vt immisso contra illam Pythone serpente, per totum terrarum orbem pellicem perfecuta sit, donec errando ad sororem Asterien in Ortygiam perueniret, à qua susceptа est, ibique Dianam peperit, quæ eucrugio obstetricis officium in nascituro fratre matri præstitit, & Apollinem nascentem suscepit: qui adultus, mox Pythonem interfecit, & petentibus cœpit dare responsa. Porrò hæc insula, quum antea Ortygia vocaretur, postea Delos vocari cœpit, quod quum antea aquis immersa fuisset, subitò Iouis iussu extiterit. Nam δήλεω Græci dicunt, quòd nos ostendere seu manifestare.

Lātoniā, λατωΐς, Dicta est Diana à matre Latona, quemadmodum Apollo ipse, Latous λατῶος Virgil. 9. Æn. Tu dea, tu præsens nostro succurre labori, Astrorum decus, & nemorum Latonia custos. Hinc Delos, vt ait Seruius, dicta est Latonia, quòd in ea Latona enixa sit Dianam & Apollinem.

* Latonigenæ dij, id est, nati Latona, λατογενεῖς: scil Apollo & Diana. Seneca & Ouid

Lator, Latoris. Vide FERO.

LĀTREVS, Vnus ex Centauris. λατρεύς. Ouid. Metam. Quem dederat letho membris & corpore Latreus Maximus.

Latrīā, æ, penultim. product. Latinè Cultus qui debetur Deo: obsequium, seruitus. { עבודה habodháh. λατρεία. GAL. Seruice, reuerence. ITAL. Seruitù, offernatione. GER. Ein verehrung/ dienst. HIS. Honra ò acatamiento al mayor. ANG. worschiping or seruice to god. } Vox est nostris Theologis vsitata: à quibus eius vis est atque explicatio petenda. Augusst. lib. 10. de Ciuit. Dei, Latriam nostri, vbicunque sanctarum scripturarum positum est, interpretati sunt seruitutem. Sed ea seruitus quæ debetur hominibus: secundum quam præcipit Apostolus seruos dominis suis subditos esse debere, alio nomine Græce nuncupari solet. Latria verò secundum consuetúdinem qua locuti sunt qui nobis Diuinā eloquentiam conderunt, aut sempet, aut frequenter, aut penè semper ea dicitur seruitus quæ pertinet ad colendum Deum.

Latrīnă, næ, Cloaca, locus priuatarum sordium, & ad exonerandum ventrem accommodatus: à latendo, siue potiùs à lauando, vt mox Varronis testimonio docebimus. { מחראות mechoraóth מוצאת motsaóth, ἀφεδρών, κόπανος. GALL. Vn retrait, latrine. ITAL. Cacatoio, necessario, cesso, luoco, da scaricare il ventre. GERMA. Ein profey/heimlich gemach. HISPA. La privada ò necessaria de la casa. ANGL. A draught, jakes, or privie. } Foricæ verò loca publica, in quibus licet omnibus ventrem exonerare. Cloaca, aquæ ductus subterraneus dicitur, ad eluendas vrbis sordes accommodatus. Antiqui lauatrinam dixerunt: quæ postea, syllaba vna sublata, latrina est appellata. Varro l. 2. de Analogia, Deinde quum breuitatis causa nomina cõtraherent, quò essent aptiora, pro lauatrina latrinam nominarunt: sicut ex maxillis, axillis, & vexillis, malæ, alæ, & vela diminuta sunt. Ex quo apparet, latrinam à lauando dictam esse, propriéque significare colluuiem omnium sordiũ, quæ ex tota domo in vnum locum confluunt. Plau. in Curcul. Istas tuas magnas minas non pluris facio, quàm ancillam meam, quæ latrinam lauat. Videntúrque latrinæ differre à cloacis, tanquam priuatę à publicis. Colum lib. 10. Immundis quacunque vomit latrina cloacis, Inuenitur etiam apud veteres Latrinũ in neutro. Liberius in cõpitalibus, Sequere in latrinum vt aliquid gustes ex Cynica hæresi. Lucilius, Hoc tũ ipse credit, quanquam latrina petisse. Ex Nonio. [Suet. in Tiber. cap. 58. Nummo, vel anulo effigiem impressam latrinæ aut lupanari intulisse]

Latro, as, Proprium est canis, quum vocem edit, terrens, & in aliquem impetum faciens. { נבח nabách. ὑλακτέω. GAL. Abbayer, iapper. ITAL. Abbaiare. GERM. Bellen. HISP. Ladrar propriemente los perros. ANGL. To barke as a dogge. } Virg. 3. Ecloga, Multùm latrante Lycisca. Plaut. in Pœnulo. Etiamne meæ in me latrent canes? Cicer. pro Roscio Amerino, Quòd si luce quoque canes latrent, quum deos salutatum aliqui venerint. [Gell. cap. 1. lib. 7. Eum non latrabant canes. Item Allatrare magnitudinem alicuius. Liuius 8. d. 4.] ¶ Latrare ad homines transfertur, pro vociferari, & intentione voce clamare. Cicer. 2. de Oratore, Quid enim hic meus frater ab arte adiuuari potuit, quum Philippo interrogatus quid latraret, furem se videre respondit? ¶ Huius verbi composita sunt, allatro & oblatro, de quibus vide suis locis. ¶ Latrare aliquando poscere est, sumpta translatione à canibus, qui cùm quid poscunt: latrant, Lucret. 2. -nónne videtis Nil aliud sibi naturam latrare, nisi vt cui Corpore seiunctus dolor absit, &c. Eadem autem significatione Ennium vsum Varronis testimonio & Festi Pompeij intelligitur: quorum hic, Multa, inquit, ab animalium vocibus translata in homines, partim quæ sunt aperta, partim quæ sunt obscura. Perspicua, vt Ennij, Animus cum pectore latrat. Ita autem legendum Victorius docet, ratione fretus & Festi testimonio. Malè enim antea lactat pro latrat, legebatur.

Latrŏr, latraris, passiuum. Plin. l. 25. c. 10. Hanc habentes negant latrari à canibus.

Latratur: impersonale. Ouid. 2. Trist. Sic cui latretur, quum solum obambulat ipse.

Latrans, latrantis, particip. { נבח nobéach. ὑλακτῶν. GALL. Qui abbaye. ITAL. Che abbaia. GERM. Bellend. HISP. Cosa que ladra. ANGL. Barking. } vt, Colla latrantia canis, Propert. l. 5. eleg. 18.

Latratŭs, particip. à passiuo latror. { ὑλαχθείς. GALL. Abbayè. ITAL. A chi si abbaia. GERM. Angebellet. HISP. Landrado. ANGL. Borket at. } Stat. 1. Achil. -iuxtaque Caphareus Latratum pelago tollens caput.

Latrātŏr. { נבח nobéach ὑλάκτωρ. GALL. Abbayeur. ITAL. Abbaiatore. GER. Ein beller. HISP. Ladrador. ANGLI. A barker. } Virg. 8. Æneid. -& latrator Anubis. [Quintil. Rabula & latrator.

Latratus, us, Ipsa vox canum, siue ipse latrandi actus. { ὑλακή, ὑλαγμός. GAL. Abbayement. ITA. Abbaiamente. GERM. Das bellen. HISP. La grido de perros. ANGL. A barking of dogges. } Virgil. 5. Æneid. Iæuit cœnum latratus in auras. Ouid. 2. Fast. Sicut aper longe syluis latratibus actus Fu'mineo celeres dissipat ore canes. Plin. l. 8. c. 40. Ab alio in Epiro agnitum in conuentu percussorem domini, lamatu & latratu abductum vt cogeretur fateri scelus.

Latrŏnes, Grassatores, raptores, prædones, viarum obsessores, qui viatores aut vita aut pecunia spoliant. { פריצים parítsim גדודים ghedhudhim. λῃσταί. GALL. Larrons. ITA. Ladroni. GERM. Morder/strassrauber HISPA. Ladrones. ANGLI. Throtcutters, robbers by the high wayes. } Horat. lib. 1. Epist. Vt iugulent homines, surgunt de nocte latrones. Ita dicti, autore Festo, quòd à latere adoriantur: vel à Latendo, quod latenter insidientur. Cicer. 2. Philip. Erat ei viuendum latronum ritu, vt tantùm haberet, quantum rapere potuisset. Horatius 2. Serm. Satyr. 1. quem cur distringere coner Tutus ab insestis latronibus. ¶ Vlurpant poëtæ latronem pro venatore. Virgil. lib. 12. fixúmque latronis Impauidus frangit telum: quum superiùs dixisset, Saucius ille grauì venantum vulnere pectus. [Plaut. Amphitr. Ego idem latrones hostes bello & virtute contudi, &c. Sequitur qui Achaïam, Ætoliam vi vorsebant piratica.] ¶ Apud antiquos etiam, latrones dicebantur conducti milites, à λατρεύω inseruio: nam seruiebant mercede. Moris autem erat, vt hos Imperator & circa se haberet, & primos mitteret ad omne discrimẽ. Varro autem huiusmodi stipatores putat latrones dictos, quasi laterones, quoniam latera tegerent. Hos nunc satellites vocant, qui principis alicuius latus tuentur, qui & stipatores, & σωματοφύλακες vocantur. Plau. in Milite, Nam ego hodie ad Seuleucum regem missi parasitum meum vt latrones quos conduxi, hinc ad Seleuci te ducerer, Qui eius regiam tutarentur. [Idem ibidem sc. 1. a. 1. ad finem, Nam Rex Seleucus me opere orauit maximo, vt sibi latrones cogerem atque conscriberem.]

Latrunculus, diminut Paruus latro. { τὸ λῃστάριον. GALL. Larronneau. ITA. Ladronello. GERM Ein strassrauberlin. HISP. Ladro pequenno. ANG. A litle robber or trotcutter. } Cic. de Prouintiis Consularibus, Res in Sardinia cum mastrucatis latrunculis à Proprætore vna cohorte auxiliaria gesta. ¶ Sunt etiam latrunculi siue latrones, quibus ludimus, sedecim scrupis gemina acie vtrinque directis: in quibus duo Reges sunt inuicem contendentes, duæ reginæ, quatuor equites, sedecim pedites quatuor satellites, totidem centuriones. [De iis. Senec. cap. 14. de Tranquil. Ouidus meminit Eleg. 1. li. 2. Trist..] { GAL. Eschecs. ITAL. Scacchi. GER. Ein schachstein. HISP. Axedrerz. ANG. A cheesse man. } Martialis, Insidiosorum si ludis bella latronum. Seneca. Latrunculis ludimus

Latrūncŭlātŏr, oris, Qui latronibus conquirendis & supplicio afficiendis præest, vulgò Iudex maleficiorum. { δικαστὴς τοὺς λῃστὰς καλάζων. GAL. Preuost des mareschaux. ITAL. Giudice di maleficio ò Barigello di campagna. GERM. Ein blůtrichter, ein blůtvogt. HISPA. El jues de los ladrones. ANG. That se archerh robbers to punish. } Vlpianus lib. 5. Pand. l. Solemus de Iudic. Latrunculator de re pecuniaria iudicare non potest.

Latrōcĭnŏr, aris, penultima correpta. Latronum more prædor, grassor, occido, interficio, neco. { גנב ghanab פשט paschát גר ghadh. λῃστεύω. GAL. Destrobber, brigander, destrousser. Rubbare. GERM. Mörderen oder ceuberey treiben. HISPA. Robar. ANGL. To robbe, to tak preys or booties. } Cic. pro Milone. Quasi Appius ille Cæcus viam straussset, non qua populus Romanus veteretur, sed in qua posteri sui impune latrocinarentur. Cic. de Natura deorum, Tot millia latrocinãtur morte proposita: alij omnia quæ possunt, fana compilant. ¶ Significat & mercede milito. Plaut. in Milite, an quia latrocinaris, arbitramini, Quiduis vobis licere facere, verbero? Idem in Curc. Latrocinatus annos decem mercedem accipio.

Latrōcĭnĭum, nij, Ipse latrocinandi actus. { גנבה ghenebáh. λῃστεία. GAL. Briganderie, destroussement de gens, volerie, larcin. ITAL. Assassinamento, latrocinio. GERM. Mord/diebstal. HISP. A quel robo publico. ANG. A robbing and killing bythe hig wayes. } Colum. Et in ipso facto latrocinium. Cæsar 8. bel. Gall. Quia repentino latrocinio atque impetu incolæ illorum erant oppressi. Cicer. pro Deio. Tueri fines suos ab excursionibus hostiũ, & latrociniis. ¶ Apud veteres pro ipsa militia. Plaut. Qui apud Regem in latrocinio fuisti, stipendium acceptitasti.

Latrōcĭnātĭo, Latrocinium, { λῃστεία. } Plin. libr. 19 cap. 4. Multitudinis innumeræ sæua latrocinatio.

Lātŭs, a, um, Spatiosus, amplus, laxus)(Angustus. { רחב rachób. εὐρύχωρος, πλατύς. GAL. Large, de grand estendue. ITA. Lato. GERMA. weyt/ breit vnd groß. HISPA. Ancho en respecto de luengo. ANGL. wide, large, broade. } Plin. libr. 12. cap. 7. Lata radice arbor. Teren. in Heaut. Huc est introlatus lectus. Cicer. 6. Verr. Vna via lata perpetua, multæque transuersæ Syracusis. Ibidem, Insula est Melita, satis lato ab Sicilia mari, periculósóque disiuncta. * Latus pectore. Martial. lib. 12. Latum pedum quinque faciunt. Colum. lib. 3. Buccina tortilis in latum. Ouid. 1. Metam. [Plaut. Mostell. sc. 2. a. 2. Si posthac scies me latum pedem modo impoliisse in vndam. & Asil. sc. 1. a. 1. Latum vnguem non discedere. Plaut. Milit. sc. 5. a. 2. Dianæ laudes latas gratéque agam. Ouid. 5. Fast. Aut pecus aut latam diues habebat, humum. 1. latifundia. Tibul. lib. 4. Latis audax Hispania terris. Ouid. Eleg. 4. lib. 3. Trist. Latásque plus paruis vela timoris habent.]

Lātŭs etiam aliquando participium est à Fero, Idem valens quod portatus. { נשא nissa. ἐνεχθείς. κομισθείς. GALL. Porté. ITA. Portato. GERM. Getragen. HISPA. Traido. ANGL. Borne or broght. } Cic. ad Q. Frat. lib. 2. Latus lectica.

Lātĕ, aduerbium, In multis locis, per multos locos. { εὐρέως, πλατέως, διεξοδικῶς. GALL. Largement, au large, amplement. ITA. Largamente, ampiamente. GER. weyt vnd breit/ an vilen orten. HISP. Largamente, anchamente. ANG. Broadlir, widlie. } Cicer. pro Lege Manil. Late longeque diffusa laus Pompeij Idem pro M. Marcel. Vagabitur nomen tuum longè, atque latè. Virg. 8. Æneid. Lucus late sacer. [Latè possidere (i, diuitem esse. Senec. Epist. 88. & Ouid. Eleg. 10. lib. 3. Trist.] Cic. in Catil. Latius opinione dissemminatum est hoc malum. Idem 1. Offic. Hoc latissimè pateat, ad plurimósque pertineat. Idem lib. 5. de Fin. In omni autem honesto de quo loquimur, nihil est tam illustre, nec quod latiùs pateat, quàm cõiunctio inter homines hominũ. * Latius pro diuturnius. Plin. li. 3. Epi. 10. Cuius famæ latiùs cõsuleretur, si dispersa & digesta fuerit

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Lātĭtūdo,Spatio ſitas,ſuperficies.{רחב *rochab* מרחב *merchāb*, πλάτος, ὖπος. GAL. Largeur,eſtendue. ITA. *Larghezza*. GER. Breite/ weyte. HIS. *Anchura,largura*. AN. *Largeneſſe,broadeneſſe*.} *Ci.1.de Nat.deor.* In hac immenſitate latitudinum,longitudinum,altitudinum. *Cic.3.de lege Agrar.* Qui latitudinem poſſeſſionum tueri,qui inuidiam Syluanorum agrorum ferre non poſſunt. *Idem 2.de Orat.* Oris prauitatem,& verborum latitudinem imitatur.

Lātĕſcō,Latus fio,& in latum extendor.{רחב *rachāb*. πλατύνομαι. GALLIC. S'eſlargir,deuenir large. ITALIC. *Dilattarſi,allargarſi*. GERMANI. Breit werden/weyt werden. HISPANIC. *Enſancharſe,ſer ancho*. ANGLIC. *To waxe wide or broade*} *Col.lib.2.* Ingerum agri non amplius quatuor ſextariis raporum ſeminis obſerendum eſt, quarta parte amplius napis ſpargendum,qui non in ventrem lateſcunt, ſed tenuem radicem deorſum agunt. *Cic.in Arat.* Hic equus à capite & longa ceruice lateſcit.

Lātĭfŏlĭă,Arboris glandiferæ genus,quam nonnulli eandem putant cũ æſculo:à latitudine foliorum nomen habens.{ πλατύφυλλος.} *Plin.lib. 16.cap.6.* In querna glande aliæ dulcior molliórque fœminæ, maris ſpiſſior. Maximè autem probantur latifoliæ ex argumento dictæ. Laurus latifolia,& Myrtus latifolia,apud *Plin.lib.15.cap.7.*

Lātĭfūndĭum,dij,Magnus & amplus fundus.{ εὐρυχωρία. GA. Vn fond d'heritage de grande eſtendue. ITA *Gran fondo, gran poſſeſione*. GERM. Ein breit vnd groß ligend gůt. HISP. *Heredad entera y grande*. ANG. *A broade or wide ground ò field of heritage*} *Plin.lib.27.cap.22.* Latifundiis non legitima naturæ feſtinatio,id eſt,non poteſt vna certa ratio præſcribi putandæ vineæ in magnis prædiis:quòd aliæ ſeriùs id, aliæ maturiùs deſiderant *Idem lib 18.cap.6.* Latifundia perdidere Italiam. [*Senec.Epiſt.89.* Latifundia metiri docet Geometra. *Ouid.* Latam humum vocat. *Ouid.5.Faſt.*]

Latuſclāuĭs, Tunica erat purpura prætexta,latior tunica vulgari, qua Senatores vtebantur.{ πλατύσημον} Hoc veſtis genere primus vſus eſt Tullus Hoſtilius Romanorum Rex,teſte *Plinio lib.9.cap.39.* Vtebantur eo & ſacerdotes:vt non obſcure oſtendit *Silius Italicus lib.3.* Sacrificam lato veſtem diſtinguere clauo. Et quoniam hac veſte vtebantur præcipue Senatores,factum eſt vt Latuſclauus accipiatur pro dignitate Senatoria. *Plin.in epiſt.* Ego Sexto latumclauum à Cæſare noſtro, ego Quæſturam impetraui. [*Vide Sueton.in Claud.cap.24. Ouidius Eleg. vlt.lib.4.Triſt.* Induitúrque humeros cum lato purpura clauo. *Quintil.* Cui lati claui ius non erit.] ¶ Ab *Ouidio* Clauus ſimpliciter dicitur pro ſenatoria dignitate,illo verſu, Curia reſtabat,claui menſura coacta eſt.

Latĭclāuĭī,Senatores appellati ſunt,á lato clauo. πλατύσημοι. *Suet.in Auguſto.* Ac ne expers caſtrorum eſſet,binos plerunque laticlauios præpoſuit ſingulis:aliis Laticlauia tunica. *Valer.lib.5.* Et tunica laticlauia donatum,ad Maſiniſſam remiſit.

Latŭs,eris. Quod eſt infra alam.{צלע *tſelah* צד *tſad*. πλευρόν. GA. le coſte. ITA. *Lato,fianco,coſtato*. GERM. Die ſeyt. HISP. *Lado ò coſtado*. AN. *Aſſide*} *Virgil.2.AEneid.* Laterique Argiuum accommodat enſem *Quintil.lib.1.cap.11.* Inclinatio laterum fortis & virilis. *Cic.pro Cluent.* Is ex equo cecidit,& latus offendit vehementer. ¶ Hinc lateris dolor,quem Græci πλευρίτιδα vocant. *Cic.3.de Orat.* Craſſus laterum dolore conſumptus. *Horat.1.Serm.Satyr.9.* Hunc neque dira venena, nec hoſticus auferet enſis,Nec laterum dolor,aut tuſſis,nec tarda podagra. [*Quintil. declam.258.* Lateris honorem cedere ſeniori. *Suet.in Nerone.cap.13.* Latere dextro collocare. *Gell.cap.1.lib.15.* Ex omni latere circumplexa igni turris. *Idem cap.11.lib.5.* Ex aduerſo latere. *Plaut.Aul.ſc.2.a.3.* Iſtuc malefactum arbitror quia non latus fodi. *Idem in Mil.ſc.2.a 2.* Faciam veſtra latera lorea. *Idẽ Plau.Menæch.ſc.6.a.5.* Niſi vos veſtra crura& latera nihili facitis. Et *Martial.* Ille ſacri lateris cuſtos. Latus fatigatum (orando cauſam)reficiens cantico. *Quintili.* Lateris firmitas in pronũciando. *Quintil.* Laterum tabulæ (.i. nauis)feruntur ab vndis. *Ouid. Eleg.2.li.1.Triſt.* Increpuit quãtis viribus vnda lat⁹.(nauis) Ouid. *Eleg. 3.lib.1.Triſt.* Innocuum rigido perforat enſe latus *Ouidius Elegiar.9. lib.3.Triſt.* Terreor hoſte meum penè premente latus. *Ouid.Eleg.11.lib. 3.Triſt.* Latus alicui petere. *Suet.in Calig.c.36.*] ¶ Aliquando latus pro viribus & ſpiritu ponitur. *Cic de Senect.* Quum legem Voconiam magna voce & bonis lateribus ſuaſiſſem. *Idem de Sen.* Neque enim ex te vnquam es nobilitatus,ſed ex lateribus,& lacertis tuis. ¶ A latere, dicuntur chari & amici principum qui eorum lateribus ſemper adſunt. *Liuius lib.4.bel.Pun.* Ab latere inde eos nominat tyranni, quorũ capita viliſſima ſingenti inter dolores gemitúſque occurrerunt. *Curtius lib.5.* Quum ad pernicium eius etiam à latere pecunia ipſius ſolicitaret hoſtis. * Latus mũdi,pro regione. *Horat.1.Carm.Ode.22.* Quod latus mundi nebulæ,malúſque Iuppiter vrget:latera inſulæ,pro extremis vtrinque partibus. *Cic.2.de Leg.* Fibrenus diuiſus æqualiter in duas partes,latera hæc alluit.

Lătĕrānĭ,φορυφόροι,dicuntur ſatellites,qui principis alicuius latus tuentur,qui etiam laterones & latrones dicuntur.

Lătĕrārĭŭs,a,um,adiect. vt laterarium lignum. *Vitruuius lib.10.cap.20.* Ipſi autem laterariis circa fixis contineantur, tegantúrque tabulis maximè palmeis.

Lătŭſcŭlum,li,diminutiuum,Paruum latus.{πλευρίδιον. GA. Petit coſté. ITAL. *Picciolo lato*. GERMANIC. Ein ſeytlin. HISP. *Pequenno lado ò coſtado*. ANGLIC. *A little ſyde*.} *Catullus ad Thallum,* Ne laneum latuſculum,manuſque mollicellas Inuſta turpiter tibi flagella conſcribillent, Speculorum latuſcula,id eſt,parua latera. *Lucret.lib.4.* Quin etiam quæcunque latuſcula ſunt ſpeculorum.

Lătĕrēnſēs,à Latere nouè dixit Tertullianus,quos alioqui laterones appellamus. *Tert.lib.4.contra Marcion.* Tot ferè laterenſibus vti ſolebat in duobus teſtibus, conſiſtens Dei ſermo. Dicti ſunt laterenſes quod latus claudant.

Lătĕralia viatoria,Capſulę videntur eſſe in quibus,id ephippiũ vtrinque loro ſuſpenſis, ea quæ nobis in itinere neceſſaria ſunt, recondimus. *Scæuola l.102.D.de leg.& fideicõmi.32.* Vxori meæ lateralia mea viatoria & quicquid in his conditum erit,quæ membranulis mea manu ſcriptis continebantur. *Item.* Hic chirographa debitorum & pecuniam cũm eſſet profecturus in vrbem,in lateralibus condidit. *ex Hotomano.*

Latymnvm, λάτυμνον, Mons Crotonis vel vt alij, Laconiæ, vt ſcribit Scholiaſtes Theocriti.

Lăŭācrum,Vide LAVO.

Lavce,Inſula in Porto Boryſthenis oſtio obiecta:dicta Achillea, quoniam Achilles ibi ſitus ſit.

Lāŭdo,das,Cõmodo extollo.{הלל *hillél* שבח *ſchibbách*. ἐπαινέω. ἐγκωμιάζω. GA. Louër,dire bié,nõmer en bie. ITA. *Laudare,ledare*. GER. Loben. HISto ingentia tura,Exiguum colito. Differt autem á verbo Probo: quod iunxit,Laudo(*inquiens*)conſilium,& probo. [*Idem Mer.ſc.2.a.2.* Laudo commentum tuum. Item probant ædes:laudant fabrum (ædium) *Plaut.Moſtel.ſc.2.a.1.* Haud centeſimam partem laudat, quam meritus eſt vt laudetur laudibus. *Plau.Capt.ſc.3.a.2.* Eamus ad lenonem. M. Laudo. *Plaut.Curcul.ſc.2.a.5.* De Danais quis te laudatue,petitue? *Ouid.13. Metamor.*] ¶ Aliquando Laudare eſt nominare. *Plaut.in Capt.[ſc.3. a.2.]* Id ſcias,Iouem ſupremum teſtem laudo,Laudare *inquis Macrob. lib.6.cap.7.Satur.*[& *Gell.cap.6.lib.2.*] Significat prisca lingua nominare appellareque. In qua ſignificatione vſus eſt *Pomponius in lib.6.de action.empt.* Si tibi iter vendidero,ita demum autorem me laudare poteris,ſi tuus fuerit fundus. *Item Modeſtinus in l.65.de euictionib.* ¶ Nõnunquam etiam citare,& in teſtem adducere. ἀπάγομαι. Laudare teſtẽ, quo eſt *Fabius vſus in declamat.* eſt nominare: quem enim quis teſtem nominat,laudet eundem neceſſe eſt,ne videatur parum dignus cuius teſtimonium audiatur. *Turnebus.Gell.libr.3.cap.16.* Varro vndecimo menſe naſci hominem poſſe dicit, eiúſque ſententiæ tãm de octauo, quã de vndecimo menſe,Ariſtotelem laudat autorem. *Cicero 3.de Orat.* Atque hæc quidem ab his philoſophis, quos tu maxime diligis Catule,dicta ſunt: quod eo ſæpiùs teſtificor, quòd autoribus laudandis ineptiarum crimen effugiam,id eſt,his philoſophis nominatim citandis, & tanquam ad teſtimonium dicendum euocandis, quos autores harum rerum habeo. ¶ Laudare cum exceptione,id eſt,non integrè. *Cicero lib.1.Epiſt.ad Quint.Fratr.* Vnum eſt quod tibi ego præcipere non deſinam,neque te patiar cum exceptione laudari. Omnes enim qui iſtinc veniunt,ita de virtute,integritate, humanitate cõmemorit, vt in tuis ſummis laudibus excipiant vnam iracundiam. ¶ Huius compoſita ſunt, Allaudo, Collaudo, Elaudo, de quibus ſuprà.

Laŭdātŭs,a,um,participium, ſiue nomen ex participio.{מחלל *mehulláh* משבח *meſchubbach* ἐπαινετός. GAL. Loué. ITAL. *Laudato*. GERM. Gelobt. HISP. *Alladó*. ANGLIC. *Praiſed,commended*.} Abunde laudatus, *Ouid.1.Triſt.Eleg.6.* Falſò laudata fœmina. *Idem.3.Amor. Eleg.11.* Laudatiſsima forma, *Idem Epiſt.18.*

Laŭdātor,oris,{מהלל *mehallél* משבח *meſchabbéach* שבח *ſchabbéach* ἐπαινέτης, ἐγκωμιαστής. GAL. Celuy qui loue & dit bien de quelqu'vn. ITA. *Chi lauda altrui* GERMA. Ein lober. HISP. *Alabador*. ANGLIC. *A praiſer,a commender*.} *Ad Her.l.4.* Nolo eſſe laudator,ne videar adulator. Laudator voluntarius, *Cicer.6.Verr.*

Laŭdātrīx, cis,{מהללת *mehalléleth* משבחת *meſchabbácheth*. ἐπαινετική. GAL. Celle qui loue. ITA. *Donna che lauda*. GERM. Eine lobering. HIS. *Alabadora*. ANG. *She that praiſeth*.} *Cic.3.Tuſcul.* Vitiorum laudatrix fama popularis.

Laŭdāndŭs, gerundium : vt loci non laudandi. *Ouid. 1.Triſt.Eleg.8.*

Laŭdātĭo,onis,Commendatio.{תהלה *tehillah*. ἐγκώμιον. GAL. Louange. ITAL. *Laude,lodo*. GER. Lobung. HISP. *Loor a obança, obra de allabar*. ANG. *Commendation or praiſing*.} *Cicer.4.Verr.* Præclara laudatio. *Item 2.de Finib.* Lege laudationes Torquate,non eorum qui ſunt ab Homero laudati. &c. * Laus & Laudatio differunt. *Senec.Epiſt.103.* Præterea aliud eſt laus,aliud laudatio. Hæc & vocem exigit. Itaque nemo dicit laudem funebrem,ſed laudationem,cuius officium oratione cõſtat. [*Sueton.in Cæſa.c.84.* Laudatio in funere. Laudatio iudicialis. *Idem in Auguſto.cap.56.*]

Laŭdātĭor.compar.{ ἐπαινετώτερος.} *Gell.lib.4.cap.9.* Quanto maiora auctioraque ſunt etiam tanto laudatiora ſunt.

Laŭdābĭlĭs,le,Quod meritò laudari poteſt.{ ἐπαινετὸς ἀξίως. GALL. Louable,digne deſtre loué. ITA. *Lodeuole*. GER. Loblich/lobe wirt. HIS. *Coſa digna de ſer alabada*. ANGL. *Worthie of praiſe*.} *Plaut.in Perſa.* Adepol ded.ſti virgo operam laudabilem,probam,& ſapientem, & ſobriã. Laudabilis vita, *apud Ciceronem de Amic.* Rectæ & laudabiles res, *Idem l.1.de Finib.* Opus laudabile, *Lucr.l.5.* Carmen laudabile, *Horat.de Art.*

Laŭdābĭlĭtĕr,aduerbium, Cum laude & commendatione. { ἀξιεπαίνως. GAL. Louablement,auec louange. ITA, *Lodeuolmente*. GERM. Lobliche. HIS. *Loablemente*. ANGL. *Praiſe worthely*.} *Cicer.5.Tuſc.* Quid? ad rectè, honeſtè,laudabiliter,poſtremò ad bene viuendum, tarſine eſt præſidij in virtute? [per quam laudabiliter iurare. *Velleius.*]

Laŭdātīuŭs,a,um,Quod laudationi eſt accommodatum.{ ἐγκωμιαστικός.} Vnde Laudatiuum genus orationis à Rhetoribus dicitur, quod alio nomine demonſtratiuum vocant Rhetores. *Quint.l.2.c.16.* Laudatiuus causam totam, quæ eſt pars Rhetorices tertia. Et laudatiuus cauſus, dictus eſt accuſatiuus, quia per hunc videmur vel accuſare vel laudare.

Lāus,dis,Præconium,commendatio,gloria{ תהלה *tehillah*. ἔπαινος. GAL. Louange,los. ITAL. *Laude, lode,gloria,honore*. GERM. Ein lob. HIS. *Loor, alabança,ò honra*. AN. *Priaſe:cõmendation*.} *Teren.in Adelph.* Dij veſtram fidem,Vtrum ſtudióne id ſibi habet,an laudi putat fore,ſi perdiderit gnatum? Propriè virtus eſt,non aliunde proueniens,ſed ſuis nixa radicibus. *Virgil.5.AEneid.* Primam meruit qui laude coronam. Dicta ἀπὸ τῶν λαῶν,hoc eſt à populis,quòd proprie laus ſit populi, de aliquo recta loquentis. Certare laudibus alicuius. *Virg.2.Georg.* Nec pulcher Ganges atque auro turbidus Hæmus, laudibus Italiæ certent. Concedere laudem alicui. *Cicer.1.de Oratore*, Vt eorum quibus ſumma dicendi laus à noſtris hominibus conceſſa eſt. &, Conciliare laudem. *Quintil.lib.2.cap.7.* Et laudem ſæpe maiorem, quàm ſi noſtra ſint, conciliat. Ponere in laude. *Cicer.3.de Oratore*, Recte genus hoc numerorum, dummodo ne continuum ſit, in orationis laude ponetur. Tribuere laudem. *Cicer.Metell.lib.5.* Ego dolori non ſolùm ignoſco, ſed ſummã etiam laudem tribuo. [Laudem cum ſanguine penſet. *Ouid.13.Met.*

Laudi

Laudi vacare. i. laude. *Gell. cap.6.lib.2.* Et iam promissa poteram cum laudere uerti (de premio & gloria simul) *Ouid.13. Metam.* Non ego sum satis ad tantæ præmia laudis. *Tibul. lib. 4.* At non per dubias erant mea carmina laudes. *Idem ibidem.* Laudis assiduo vigeat certamine miles. *Ibid.* Pars est sua laudis in illo. *Ouid.13. Metam.* Ignoscas laudibus ipse tuis. *Ouid. Eleg.4.lib.4.Trist.* Vt Dianæ laudes latas grateíque agam. *Plaut. Merc.sc.5.a.2.* Perfidiæ laudes gratiásque habemus. *Plaut. Asin. sc.2.a.3.* Laudes & gratias alicui scribere. *Gell.cap.8.lib. 3.* Quantis laudibus collaudauit herum ! *Plaut. Capt. sc. 3.act.2.* Laudari laudibus. *Ibid.* [¶ Interest autem inter laudem & honorem, quòd honor dignitatis consummatio vel publicè, vel priuatim. Laus secunda existimatio rectè factorum.

Laudicœnus, ἀναῤῥέπτος, *Plinius Epist. lib.2. Maximo*: Sequuntur auditores actoribus similes conducti, & redempti mancipes, in media basilica, tam palam sportulæ, quàm in triclinio dantur. Ex iudicio in iudicium pari mercede transitur. Inde iam non inurbanè σφοινικίας vocantur, ἀπὸ τῶ σφοῖνικα καὶ κλαῦδιαν, iisdem Latinum nomen impositum est Laudicœnis.

Lauer, eris, neut. gener. & aliquando fœmin. { σίον. GALL. Berle, ITA. *Gorgoleſtro.* GERM. Wachpungen / wasser gancheyt. HISPA. *Rabacas.* } Herba est in aquis nascens, frutice pingui, recto, foliis latis, olusatro similibus, sed minoribus & odoratis. *Dios. Plin. l. 26. c.8.* Lauer quoque nascens in riuis, condita & cocta torminibus medetur.

LAVERNA, Dea cuiusdam nomen fuit apud Romanos, in cuius tutela fures esse putabantur, qui ab ea Lauerniones dicti sunt [Ita me benè amet lauerna (inquit Cocus) *Plaut. Aul. sc.2. a.3.*] GERM. Die diebsgöttin bey den Römeren. } ¶ Hinc Lauernalis porta Romæ dicta est ab æde Lauernæ propinqua. Hæc ferè ex Festo.

[Lauicanum villæ nomen. *Sueton. in Cæs. cap.85.*]

LAVINIA, λαβινία, Filia fuit Latini regis & Amatæ, quæ primùm Turno deinde Æneæ desponsata est: cuius occasione orto inter hos duos bello, multi vtrinque occubuerunt. { Die tochter deß königs Latini/ ein hauffraw Æneæ. } Tandem deuicto Turno, Æneæ nupsit: quo mortuo ipsa priuigni insolentiam timens, in syluas prægnans profugit, & apud Tyrrheum pastorem diuertit, ibique peperit filium, quem Iulum Syluium Posthumum appellauit, eò quod post patris funus in syluis natus esset. Hanc tamen postea Ascanius in regnum reuocauit, quum ipse secessisset Albam longam, vrbem à se conditam: Lauinio nouercæ relicto, quod illa moriens Iulo Syluio Posthumo filio suo reliquit. *Virgil. Æneid. libr.12* & victum tendere palmas Ausonij videre: tua est Lauinia coniunx, &c.

LAVINIVM, λαβίνιον Stephano, λαυίνιον Straboni, Vrbs fuit in Latio, ab Ænea condita, & à nomine Lauiniæ vxoris ita appellata. { GERMAN. Ein statt in der Latiner landtschafft so Æneas gebawet hatt. } Cuius rei testis est *Liu.1.ab Vrb.* Æneam (*inquiens*) apud Latinum fuisse in hospitio tradunt. Ibi Latinum apud Penates deos domesticum publico adiunxisse fœdus, filia in matrimonium data. Ea res vtique Troianis spem affirmat tandem stabili, certáque sede finiendi erroris. Oppidum condunt: Æneas ab nomine vxoris Lauinium appellat.

Lăuo, as, Abluo, purgo, mundo, nitidũ reddo. Descendit à verbo Græco λάω, quod eiusdem est significationis. { רחץ *rachàts* כבס *chibbés.* λάω, νίπτω, πλύνω, GAL. Lauer. ITA. *Lauare.* GER. Wäschen. HISP. *Lauar.* ANG. *To wash.* } *Plaut. in Aulul.* Aquam hercle plorat, quum lauat, profundere. *Idem in Truculento*, Vise illam, atque operire ibi, iam exibit: nam lauabat. *Virgil. 3. Eclog.* Omnes in fonte lauabo. *Ouid. Epist.* 2. Membra lauabis aqua. *Idem 3. de Arte*, Lachrymis vulnera sæua lauat. Præteritum facit laui. *Terent in Heaut.* Atque illa, si iam lauerit, mihi nuntia. Supinum est lotum: vnde deducitur participium lotus. *Martial.libr.5.* Lotus nobiscum est, hilaris cœnauit, & idem Inuentus manè est mortuus Andragoras. Olim etiam lauatum faciebat, & per syncopen lautum. *Terent in Eunuch.* Abeunt lauatum, perstrepunt. *Horat. 1. Serm. Satyr. 6.* Ast vbi me fessum sol acrior ire lauatum Admonuit. *Ouid. 3. Fast.* Sacra lauaturas manè petebat aquas. [Lauandi raritate valetudinem tueri. *Sueton. in Aug. cap. 82.* Dormit, ornatur, lauat. (excusantis mulierem. *Plaut. Mil. sc. 2. a. 2.* Lauisti. *Amph.* Quid posteaquam laui. *Plaut. Amphitr.* Quid me vis, eo lautum, vt sacrificem. *Plaut. Aul. sc.5.a.3.* Lauari cum viris signum adulteræ. *Quintil.* Ancilla quæ latrinam lauat. *Plaut. Curc. sc.4.a.4.* Lauabo vt rem diuinam faciam. *Idem Aul. sc. 2. a. 4.* Vemit imber, lauit parietes. *Plaut. Mostell. sc.2.a.1.*] ¶ Veteres hoc verbum per tertiam coniugationem inflectebant. * *Plaut. Truc.* Mihi quoque præ lassitudine, opus est láuere. *Cato cap. 65.* Si inquinata erit, láuto. *Virg. lib. 10. Æneid.* Visceribus superinfundens lauit improba teter Ora cruor. *Horat. 1. Serm. Satyr. 5.* Ora manúsque tua lauimus Feronia lympha. Quibus in locis quum prima syllaba huius verbi corripiatur, certum est non esse præteriti temporis, quum dissyllaba præterita priorem necessariò producant. Simile est illud apud *Virgil.3. Æneid.* Luminis effossi fluidum lauit inde cruorem. ¶ Interdum significat madefacere, humectare βρέχειν. *Plaut. in Pseud.* Gestas tabellas tecum, eas lacrymis lauit. ¶ Huius composita, Abluo, alluo, colluo, circumluo, deluo, diluo, eluo, perluo, proluo, præluo, reluo, & subluo: quorum significata vide suis locis.

Lăutĭo, Lauacrum, purgatio, lotio. { רחץ *rachàts* רחצה *rachtsah.* λοῦσις. GAL. Lauement, baignement. ITAL. *Lauamento.* GERM. Wäschung. HISPA. *Lauamiento.* ANGL. *A washing.* } *Plin. l.8.c.45.* Lauatione calidæ aquæ tradũtur pinguescere. *Cic. Varr.* Si minus, persequar in Cumanum, & antè te certiorem faciam, vt lauatio parata sit, id est, balneum. [*Plaut. Mostell. sc. 3.a.1.* Quid ea messis ad meam lauationem attinet? nihilo plus quàm lauatio ad messim.]

Lăuācrum, Balneum, in quo quis lauari commodè potest. { רחץ *rachàts* רחצה *rachtsah.* λουτρόν. GALLIC. Lauoir, vn lieu à se lauer. ITAL. *Lauatoio.* GERM. Ein bad. HISPA. *Lugar do se lauan.* ANG. *A washing place.* } *Gell.l. 1.c. 2.* Propulsabamus caloris incommoda lucorum vmbra ingentium, longis ambulacris & mollibus, ædium posticum refrigerantibus lauacris. Huius dictionis media producitur quum à supino lauatum deriuetur.

Lauātŭs, ta, tum, Purgatus, lotus, mundatus. { רחץ *ruchàts* מכבס *mechubàs.* λελουμένος. GAL. Lauć. ITAL. *Lauato.* GERM. Gewäschen/ gebadet. HIS. *Lauado.* ANGL. *washed, cleane, tricke.* } *Ter.* Têue asymbolum venire vnctum atque lautum è balneis? *Horat.2.Serm. Satyr.3.* Libertinus erat qui circum compita siccus Lautis manè senex manibus currebat. *Cicer.pro Deiot.* Cur te lautum voluit, cœnatum noluit occidere? aliquando idem ferè quòd mundus & splendidus. { עָנוּג *ħanógh* עָדִין *ħadhín* יָקִיר *jakkír* נָדִיב *nadhíb* שׁוּעַ *scóah.* πολυτελὴς. GAL. Magnifique & somptueux, honneste, honorable. ITAL. *Delicato, polito, magnifico.* GERM. Gauber zierlich/ wolzugerüstet. HISP. *A feytado ò delicado.* } Hinc lauta cœna, apud *Plin. in Epist.* 194. dicitur, quæ magnificè, opiparéque est instructa. [*Plaut. Pseud. sc. 2. a 1.* Facite vt strata lautáque sint hæc omnia. *Gell. cap. 11. lib. 13.* Dominum conuiuij esse oportet non tam lautum, quàm sine sordibus. *Plaut. Curc. sc. 1. a. 1.* Tute tibi puer est lautus. Luces cereum.] ¶ Homo lautus dicitur, qui elegans est, mundus & splendidus. λαμπρὸς. *Cicer. 3. Ver.* Quum iste atque istius amici, homines lauti, atque vrbani, sermones huiusmodi dissiparent. ¶ Aliquando diuitem & potentem. *Terent. in Heau.* Omnes te in lauta, & bene aucta parte putant, *Cicer. Atil. lib. 13.* In Halesina ciuitate tam lauta, quàm nobili coniunctissimos habeo. Lautum & copiosum patrimonium, *apud eundem pro Rab. Posthumo.*

Lautē, aduerbium, Eleganter, splendidè, magnificè. { λαμπρῶς. GALL. Mignonnement, iolyment, gentiment. ITAL. *Delicatemente, gentilmente, magnificamente.* GERM. Herrlichen/ köstlichen. HISP. *A feytadamente.* ANG. *Minionly, costelydeintely.* } *Plaut. in Casina.* Laute vestitus, exornatúsque ambulat. *Idem in Mil.* Loquitur lautè, & minimè sordidè. A lautus fit diminutiuum lautulus: à quo aduerbium lautulè.

Lautĭtĭă, æ, Epularum magnificentia, à lauatione dicta, vt Festo placet, quia apud antiquos elegantiæ studium quod nunc est, non erat, & rarò quis lauabat. { תַּעֲנוּג *taħanúgh* מַחֲמַדִּים *maħadanim.* πολυτέλεια. GAL. Magnificence en habits ou banquets. ITA. *Delicatezza, magnificenza in habiti & in cibi.* GERMAN. Zierlicheit / köstlicheit. HISP. *A feyre ò delicadeza en maniares.* ANG. *Finesse, deintinesse.* } Lautitia igitur munditia est in vestitu & in epulis. [*Suet. in Cæs. cap. 46.* Munditiarum, & lautitiarum studiosissimus. Item lautitiarum inuidia. *Idem in August. cap.71.*] *Plin. lib.9.cap.35.* Quum exquisitis quotidie Antonius saginaretur epulis, lautitiam eius omnem, apparatúmque obtrectans. *Cic. in Epist.* Fama ad te mea noua lautitia veniet. ¶ Antiquitus etiam lautitia dicebatur, *teste Festo*, farina ex tritico aqua consperso.

Lautĭa, orum, Munera dicebantur quæ Romani per Quæstores legatis exterarum nationum, Regibus amicis, ac viris claris aduenientibus mittebant. { λαύτεια, *vt inquit Plutarch. in Probl.* GALL. Presens & dons que les Romains enuoyoyent aux ambassades des estrãgers ITA. *Doni & presenti che si faceuano da Romani à gli ambasciatori de principi esterni, & ad altri gran personnagi.* GERM. Gaben oder schenckinen so den Römisch gewalt frömbden botschafften zůgeschickt/ si zů verehren. HISP. *Las dadiuas que dauan los Romanos à los embaxadores estraneros.* ANG. *Presents that the Romants sent to the ambassadours of other realmes.* } vnde scribit *Liu.* Lautia Attalo fuisse decreta *Festo.* Dautia dicebant veteres quæ Lautia dicimus. dabantur legatis hospitij gratia. *Liu. 8. bel. Pu.* Locus inde, lautiáque legatis præberi iussa. [Loca lautia. *Liuius 2. d. 5.* Et, locum lautia. *5.d.5.*] Legimus & Lautias fœminini generis in eadem significatione. *Liu. 8. bel. Pu.* Ad hoc ædes, libera loca, lautiæ, legatis decreta. *ex Bud.* Lautia dicuntur, quæcunque ad lautitiam atque elegantiam cultus & mensæ pertinent. *Imreconsult. de Aur. & arg. l. argumento.* Mundo, *inquit* muliebri continentur lautica, arcus, reticula, & huiusmodi. Lautica, vocem, ni fallor, nihil. Nebriss. interpretatur, ac pro ea reponendum putat vocabulum Calentica, vt habet editio Noremberg. cuius non tantùm hîc, sed & alibi meminit. *Vlp.* Erat autem tegmen muliebre capitis, *vt Bayfius ex Cic. docet.*

Laurea, Vide LAVRVS.

LAVRĔA Tullius, Ciceronis libertus fuit, cuius extat nobile de aquis Ciceronianis epigramma *apud Plin. lib. 31.* * quod quoniam circa principium operis huius inseruimus in dictione Academia, illinc lectori petendum relinquimus.

LAVRĔNTIA, Vxor Faustuli fuit, pastoris Amulij, quæ Romulum, & Remum expositos nutriuit, & quoniam se omnibus prostituebat, lupa dicta est: { GERMA. Eines hirten weib so Romulum et Remum gesenget vnd aufferzogen hatt/ welche dieweil sy ein offne mätz war/ist sy wölffin genennt worden. } & hinc locus datus est fabulæ, Romulum & Remum à lupa esse nutritos. Hanc aliqui Laurentiam vocant: festáque in honorem eius instituta, Laurentinalia. [*Plutarch. in Rom.*

Laurentālĭă, λαυρέντια. Feriæ erant in honorem Accæ Laurentiæ institutæ, quæ nutrix fuit Romuli & Remi: cui sacerdotes in velabro sacrificabant, *teste Varr. lib. 5. de ling. Lat.* Laurentalia (*inquit Festus*) Laurentiæ coniugis Faustuli & nutricis Romuli & Remi festa.

Laurēns, tis, Modò gentile nomen est λαυρεντίνος: *Virgil. 12. Æneid.* ipsi Laurentes mutati, ipsique Latini. *Idem 1. Ænei.* Laurentis regia Pici. ¶ Modò, denominatiuum omnis generis. *Virg. 12. Æneï.* Te quoque Laurentes viderunt Æole campi. Oppetere *Idem alibi*, Ignarum Laurens habet ora Minanta. *Idem lib.7.* -postquam Laurentia victor, Geryone extincto Tiryntbius attigit arua.

LAVRĔNTVM, Ciuitas Latij, non procul à Lauinio: ita dicta à sylua laurea, qua excisa ædificata est. Vel (vt inquit Priscianus) à lauro ibi primùm inuenta, dum Picus eam conderet. Hinc Laurentes populi dicti sunt.

LAVRĔŎLVS, Poëtis traditur fuisse latro sceleratissimus, eóque nomine in crucem sublatus, & à feris deuoratus. Quæ fabula aliquoties Romæ in spectaculis repræsentata est. *Iuuen.* Laureolum velox etiam bene Lentulus egit, Iudice me, vera dignus cruce. De Domitiano quoque memoriæ proditum est, hanc fabulam repræsentaturũ nocentissimum quendam, vltimo supplicio damnatum, in crucem erigi iussisse, & immissa vrsa dilacerari: atque ita rei veræ, non fictæ, spectaculum populo exhibuisse. *Martialis in Amphitheatro Cæsaris*, Qualiter in Scythica religatus rupe Prometheus Assiduam nudo pectore pauit auem: Nuda Calydonio sic pectora præbuit vrso, Non falsa pendens in cruce Laureolus.

Laurĕōtis, huius laureotis. pen. prod. Spodij genus est ex argento. Est autem spodium cineris genus ex metallis, dum in fornace coquuntur

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

fauillæ modo euolans, & in fornacis pauimentum recidens: vt docet *Galen. lib. 9. Simp. medic.* qui ea ratione distinxit spodium à pompholyge, quòd hæc ob læuitatem ad summas vsque fornacum cameras euolaret, iisque adhæresceret: illud neque tam altè euolaret, & mox in pauimentum rediret. Plinius tamen spodion etiam illud appellat, quod summis fornacum testudinibus adhæret: distinguítque à pompholyge solo colore, quòd pompholyx minùs candida sit.

Lāurices, Fœtus sunt cuniculorum è matre execti, vel vberibus ablati, qui olim cum interaneis non repurgatis cocti, gratissimis in cibis habebantur. Autor *Plinius lib. 8. cap. 55.*

LAVRŌN, λαύρειον, Locus in Atticæ montanis, mare spectans, argentifodinis nobilitatus: cuius meminit *Thucyd. bel. Peloponn. lib. 2. & 6.*

LAVROLAVINIVM, λαυρολαβίνιον, Vrbs Lacij proxima Laurento.

Laūrus, ri. {תְּמָר *ezrách.* GAL. Laurier. ITAL. *Lauro, alloro.* GERMA. Ein lorbeer baum. HISP. *Laurel arbol.* ANGLI. *A lauvell or baye tree.*} Aliquando quartæ classis fuit, & lauru in sexto casu, & in recto numeri multit. laurus, efferebatur. Est autem genus arboris perpetua virens coma. Itaque & Apollini sacra esse putatur, eo quòd is Deus semper iuuenis & imberbis esse existimetur. A Græcis δάφνη dicitur: quæ res poëtis fabulandi occasionem videtur præbuisse, Daphnem puellam ab Apolline adamatam, quum vim eius effugere non posset, deorum miseratione in laurum fuisse mutatam. Laurus (*inquit Plin. lib. 15. cap. 30.*) triumphis propriè dicatur, vel gratissima domibus, ianitrix Cæsarum, pontificúmque: quæ sola & domos exornat, & ante limina excubat. Duo eius genera tradit Cato, Delphicam & Cypriam. Delphica laurus dicta, quòd victores Delphis ea coronarentur, & est viridior laurus, maximis baccis, & è viridi rubentibus. Cypria, folio breui, nigrò, subcrispo. Quidam mustaceam addiderunt, ita dictam, quoniam mustaceis subiiceretur. Hanc esse folio maximo cóstat, flaccidóque, & albicante. Numeratur etiam ab aliquibus inter lauri genera Tinus, quam nonnulli sylvestrem laurum intelligunt, nonnulli sui generis arborem. Differt colore, est enim cærulea bacca. ¶ Item regia laurus, quæ & augusta cognominatur, amplissima & arbore, & folio, baccis quoque gustatu non asperis. ¶ Sunt & alia lauri genera. *Plin. lib. 15. cap. 30.* ex quo hæc paucis verbis immutatis. Laurus Apollinea, quòd Apollini dicata sit. *Ouid. 6. Fast.* Venit Apollinea longas concordia lauro Nexa comas. Delphica lauro comam cingere. *Hora. 3. Car. Ode. 30.* Fatidica laurus, *Claudian 3. Paneg.* Vel quòd Apollini fatidico Deo est dicata: vel quòd ex eius crematæ strepitu futura colligebãt, vt Porphyrius philosophus. *& Illia. 1. scribit Eustathius.* Fragosius enim combusta fœlicitatem portendere credebatur. *Tibull. li. 2. Eleg. 5.* laurus vbi bona signa dedit, gaudete coloni. Contrà si tacite cõflagrasset, tristia portendebat. *Propert lib. 2. Eleg. 29.* Et iacet extincto laurus adusta foco. *Vide Cæl. Rhodig. lib. 5. cap. 7. Plin. libr. 15. cap. 30.* Laurus ipsa pacifera, vt quam prætendi etiam inter armatos hostes quietis sit indicium.

Laūreă, proprie lauri folium perpetuò virens, & topiario operi accedens {δάφνη. GALL. Fueille de laurier. ITAL. *Foglia di lauro.* GERM. Ein lorbeerblat. HISP. *Hoja de laurel.* ANGL. *The leafe of a baye tree.*} *Ouid. 3. Fast.* Cedit ob Iliacis laurea cana focis. *Plin. lib. 15. cap. 30.* Vnius arborum Latina lingua nomen imponitur vitis: vnius folia distinguuntur appellatione: lauream enim vocamus. Quem Plinij locum sic intellige, Nullam esse arborem à qua vitis nomen sit impositum præter vnã laurum, deinde nullam esse arborem, cuius folia habeant distinctam appellationem, præter vnius lauri folia, quæ laurea dicuntur. *Virgil. 8 Eclog.* Populus Alcidæ, gratissima vitis Iaccho, Formosæ myrtus Veneri, sua laurea Phœbo. *Horat. lib. 2. Carm.* Tum spissa ramis laurea feruidis. ¶ Aliquando corona est, ex lauro facta, quæ in triumphis adhibebatur. {GALL. Chapeau de fueilles de laurier. ITAL. *Ghirlanda con foglie di lauro.* GERM. Ein lorbeuminer krantz. HISP. *Corona ò guirnalda de laurel.* ANGL. *A garland of laurell leaues.*} *Mar. l. 2.* Quæ datur ex Dacis laurea, tota tua est. * *Cic. de prou. Consul.* Si in capitolium inuehi victor cum illa insigni laurea gestiret.] *Senec. cap. 10. de consol. ad Helu.* In Iouis gremio reponere lauream. *Ouid. Eleg. 2. lib. 4. Trist.* Dabitur meritò laurea Ioui, &c.] *Cato de Re rust. lib. 1.* Lauream & Laurum, & mutata diphthongo, au, in o literam, Loream dixit.

Laūrĕŭs, a, um, quod est ex lauro. {δάφνινος. GAL. De laurier. ITAL. *Di lauro.* GERM. Lorbeumin. HISPA. *Cosa de laurel.* ANG. *Of the baye tree.*} quomodo roseus, myrteus, quod ex rosa, myrtóue confectum est: vt, Laurea corona, & serta laurea. *Plin. lib. 15. cap. 30. Ouid. 2. Trist.* Ponat & in nitida laurea serta coma.

Laūrētum, Locus consitus lauris. {δαφνών. GALL. Vn lieu planté de lauriers. ITAL. *Luogo piantato d'alloro.* GER. Ein ort da vil lorbeum stehnd. HISPA. *Laureal, lugar de laureles.* ANGL. *A place plantea with baye trees.*} veluti rosetum, myrretum, spinetum: locus rosis, myrtis, spinisve consitus. *Plin. lib. 15. cap. vlt.* Durat & in vrbe nomen impositum loco, quando lauretum in Auentino vocatur, vbi sylua lauri fuit.

Laurĕŏla, læ, accentu in antepenultima, à laurea diminutiuum nomen, Coronula ex lauro. {δάφνινος, στεφανίσκος, δαφνὶς μικρά. GAL. Petit chapeau ou guirlande de laurier. ITAL. *Ghirlanda di lauro.* GERMA. Ein lorbeumin krentzlin. HISP. *Corona ò guirnalda de laurel.* ANGL. *A garland of the baye tree.*} *Cicer. lib. 2. Epist. Famil.* Qualemcunque triumphum siue ouationem Laureolam appellat. Velles enim, ait, tantùm modò vt haberem negotij, quod esset ad laureolam satis. Laureolam in mustaceo quærere est ex re friuola insignem laudem captare. *Cic. ad Attic.* Bibulus credo, voluit appellatione hac inani nobis esse par: in eodem Amano cœpit laureolam in mustaceo quærere. * Est autem mustaceum seu mustaceus, libi genus, cui aliquid additur de virga lauri decusum, ac decoquitur suppositis lauri follis, vt indicat *Cato lib. de Agricult.* Vnde *Plin. lib. 15. cap. 30.* mustaceum dictum putat tertium lauri genus, quod ad eum vsum adhibebatur. Alioqui laurus erat triũphalis, ornamentum ædium principalium ac pontificiarium. Hanc qui non poterant assequi laurum, in mustaceo quærebant laureolam.

Laūrĕātus, a, um, nomen, Lauro ornatus. Latinum non est. Hinc laureati, qui laureis coronati sunt. {δαφνηφορεωμένος. GALL. Couronnes de laurier. ITAL. *Inghirlandati di lauro.* GERM. Mit einem lorbeuminen oder lorbletterin krentzlin bekrönt. HIS. *Coronados de laurel.* AN. *Crowned with the baye tree.*} *Cic. pro Muræn.* Qui imaginem parentis sui laureatã in gratu latione sua conspexit. Sic fasces laureatos dixit. *Idem Cic. 2. Diuinat.* id est, fasces laurea vel lauro circumuolutos. *Plin. lib. 37. cap. 18.* Tantúmque non cum laureatis fascibus remitti illo, vnde creatus pedibus aduenissent. * Laureati lictores qui laureatos fasces & laureas coronas gerunt. *Cicer. ad Atti. lib. 7.* [Laureatæ fores. *Senec. cap. 16. de consol. ad Polyb.*

Laūrĭfĕr, ra, rum, & **Laūrĭgĕr**, Ferens seu gerens laurum, {δαφνηφόρος. GALL. Qui porte lauriers. ITA. *Lauco che produce lauri.* GERMA. Der etwas lorbeumins tregt. HISP. *Que tiene ò trae laurel.* ANGL. *That beareth baye trees.*} *Lucan. libr. 5.* Lauriferos nullo comitetur vulnere currus. *Mart. l. 3.* Laurigeros ageres quum læta triumphos.

Laūrĭcŏmŭs, a, um, {ὁ καὶ ἡ δαφνόκομος, ὁ δαφνώδης. GALL. Qui porte ou a du laurier. ITAL. *Inghirlandato d'alloro.* GERM. Das vil lorbeum hat. HISP. *Cosa que tiene hojas de laurel.* ANG. *That beareth baye trees.*} vt, Montes lauricomi, id est, lauri comis ornati, *Lucr. l. 6.*

Laūrīnŭs, na, num, penul. prod. Quod ex lauro factum est, laureus, δαφνῖνος. vt, Laurinum oleum. {δαφνέλαιον. GAL. De laurier. ITAL. *D'alloro.* GERM. Lorbeumin. HISPAN. *Cosa de materia de laurel. Made of the baye tree.*} *Plin. lib. 23. cap. 4* Oleum laurinum vtilius quò recentius. *Idem l. 12. c. 8.* Item laurino folio.

Lāvs, Lai, dictio dissyllaba, λαὶς. Fluuij nomen est in Finibus Italiæ, agrũ Brutium à Lucanis dirimens: cuius meminit *Strab. l. 6. & Ptolem.* doniæ, quæ Adriatico mari proxima est, per Apolloniatarum agrum in mare sese exonerans: idem (opinor) cum eo quem *Plin.* Æantem appellat. Vide *Ptol. l. 3. c. 13.*

Laūs, dis, vide LAVDO.

LAVSANNA, Allobrogum vrbs, ad lacum Lemanum sita. Vulgò *Losanne.*

LAVSVS, Filius fuit Numitoris, & frater Iliæ Syluiæ, quem Amulius patruus fugato patre occidit. *Ouid. 3. Fast.* ¶ Alius fuit Mezentij filius, quem Æneas interfecit, quum parentem vulneratum defenderet. *Virg. l. 11. Æneid.*

Laūtĭa, Laūtĭtĭa. Lautus, vide LAVO.

LAVTVLAE, arum, Locus fuit in vrbe Romana, non procul à Iano gemino: à lauando dictus, quòd aquas calidas haberet. Autor *Varr. lib. 4. de ling. Lat.*

LAVS, Pompeia, Italiæ Transpadanæ oppidum, à Boiis conditum, teste *Plin. l. 3. c. 17.* vulgò *Loda.*

Lāxāmēntum, Laxare, Laxatus, vide LAXVS.

Lāxŭs, xa, xum, Laxatus, remissus, non contentus, aut adductus, {נשמט *nischmát* נרפה *nirpék* נפתח *niphtách* מתר *mutár.* χαῦνος. GALL. Lasche, large. ITAL. *Rallentaco.* GERM. Weit / tuck/abgetasset. HISP. *Floxo, ancho.* ANG. *Looſe, ſlack.*} vt, Laxæ fides, laxæ rudentes, laxus arcus. *Virg. 11. Æneid.* Sed laxos referunt humeris languentibus arcus. Sic laxa vela dicimus, quæ ventorum flatu non tenduntur. ¶ Item Laxas habenas, pro molli & leni imperio, translatione ab equis sumpta, quæ habenis adductis molestiùs & laborioſiùs incedunt, quàm illidem reluxatis. ¶ Accipitur item laxus pro amplo & capaci *Iuris Colum. lib. 1. c. 3.* Nec dubium quin minus reddat laxus ager, non rectè cultus, quàm angustus eximiè. ¶ Laxum tempus, id est, longum: cui opponitur breue, & angustum. *Plin. in Epist.* Tempus sibi & quidem laxius vindicauit, id est longius. *Cicer. ad Attic. lib. 6.* Ego sic diem statuo satis laxam, id est, tempus satis longum. *Proculus l. quum stipulatus ff. de Verborum obligat.* Quum ipse arbitratu meo aliam diem operi faciundo laxiorem dederim, id est, quum diem protulerim. ¶ Hinc Prolixum, quasi porrò laxum. Inuenitur & Laxum, aduerbium, pro latè. *Martial.* Et adhuc superet centies tibi laxum. [Laxiorem diem dare. *Lin. 4. d. 4.*]

Lāxē, aduerbium, Remissè, latè. {χαύνως. GALL. Laschement, au large. ITAL. *Largamente, rimeſſamente.* GERM. Weit/oder nit eng. HISP. *Floxamente, anchamente.* ANGLI. *Looſelie, langelie.*} *Cicer. pro Domo ſua,* Habitare laxe & magnificè voluit. Laxe)(anguste. *Varro 2. de Re ruſt. cap. 10.* De numero pastorum alij angustius, alij laxius constituere solent.

Lāxĭtās, atis. Remissio)(contentio. {שמטה מרפא *schemittáh marpé* פתחון פתחון *pithchón.* χαύνωσις. GAL. Estendue au large, largeur. ITAL. *Rallentamento, remiſsione, allentamento.* GERM. Weite. HISPAN. *Flaxura, anchura.* ANG. *Looſeneſſe, ſlakeneſſe.*} vt Laxitas in fidibus esse dicitur, quum tensæ non sunt. Accipitur tamen non rarò pro amplitudine, seu magna capacitate. ἀεράνωσις: cui opponitur angustia: vt Laxitas domus. *Cicero 1. Offic.* Sic in domo clari hominis, in quam & hospites multi recipiendi sunt, & admittenda hominum cuiusquemodi multitudo, adhibenda est cura laxitatis. Laxitas viarum. *Colum. l. 4. c. 8.* [Et laxitas zodium. *Sueton. in August. cap. 72. & in Nerone cap. 31.*]

Lāxo, laxas, Laxum reddo, remitto)(contendo, intendo, adduco. {רפה *rippáh* פתח *pitách* חתיר *hittir.* χαυνόω. GALL. Mettre au large, lascher, relascher. ITA. *Rallentar, rilasciare.* GER. Weit oder tuck machen/ nachlassen. HISP. *Afloxar, enſanchar.* ANGL. *To looſe, to ſlake.*} vt, Laxare arcum, laxare fides citharæ, laxare rudentes. Vsus est. *Cic.* pro dilatare & proferre. ἀραιῶσαι. *Cicer. ad Attic. l. 2.* Vt monumentum illud eousque laxaremus, & vsque ad atrium libertatis explicaremus, *Plin. l. 12. c. 14.* Laxatur hîc plaga, non admittur. [*Senec. cap. 10. de Consolat. ad Heluiam,* Laxare corpora, & maiora facere. *Idem cap. 15. de Tranquil.* Laxabat animum vino Cato. Laxare animum. *Sueton. in August. cap. 83.*] ¶ Aliquando accipitur pro relaxare, & ex eo quod debebatur aliquid remittere. ἀφίημι. habétque antitheton astringere. *Cic. ad Attic.* Tantúm abest vt ex eo, quo astricti sumus, aliquid laxari velim, vt, &c. ¶ Aliquando pro libero. *Cicer. in Catone M.* qui se à libidinum vinculis laxatos esse non molestè ferrent. *Idem 1. Tusculan.* Quódque nunc facimus, qui laxati curis, &c. ¶ Aliquando pro aperio. *Virg. 2. Æn.* Laxat claustra Sinon. Hinc relaxo, quod est rursus laxo, recreo, remitto. *Cicer. l. 1. Off.* Atque etiam quum relaxare animos voluerint, caueant intemperantiam

Lāxāmēntum, ti, Relaxatio, remissio, requies, recreatio. {מרפא *marpé.* ἄνεσις. GAL. Relasche, relaschement, eslargissement, recreation. ITAL. *Rallentamento, relaſſamento da fatica, ripoſo, recreatione.* GERM. Ein nachlassung/vnd erlcubung. HISP. *Floxura, anchura, recreation.* ANGL. *Releaſe, recreation, refreshing.*} *Cicero l. 7. Epist.* Ego tamen nactus in nauigatione nostra pusillum laxamenti, concinnaui tibi munusculum.

* Laxa-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

* Laxamentum & veniam non habent leges, si modum excesseris. *Liu. 2. ab vrbe.* [Laxamentum & otium. *Gell. cap. 1. lib. 6.* Item laxamentum dare *Liuius lib. 5. ab vrb.*]

LĂZĪ, λαζοὶ Stephano, Populi sunt Themiscyræ regionis, ad Pontum Euxinum. Vide *Plin. l. 6. c. 5.*

L ante E.

LEG. E. D. In notis antiquorum, Lege eius damnatus LEG. legio. LEG. III. ITL. legionis tertiæ Italicæ. LEG. X. legione decima. L. EM. locus emptus. L. F. Lucij filius, vel Lucius Flauius, vel Lucius Flaminius. L. FIL. Lucij filius. L. FV. Lucius Furius. L G. legauit, vel leges, vel legatum. L. GD. legem dat, vel dedit, vel legio decima. LG. EG. legem egisse. L. G. F. S. legem fecit suam. LG. PM. legem promisit. LG. SF. legem suam fecit. LG. S. I. legem seruare iussit. LG. S. P. legem suam promisit, vel percepit. L.H. locum hunc. vel locus hæredum, vel locum hæredibus.

LĔA, Leonis fœmina est, quæ & Leæna dicitur. {לביא *lebiyá.* λέαινα. GAL. Lionne. ITAL. *Leona, leonessa.* GERM. Ein löwin. HISPA. *La leona.* ANG. *A lionesse, or she lion.*} *Lucr. l. 5.* Irritata leæ iaciebant corpora saltu. *Ouid.* Nec lea cum catulis lactentibus vbera præbet. Rarius est & infrequentius. Itaque leæna nobis potiùs quàm lea dicēdum. [*Ouid. Eleg. 7. lib. 4. Trist.* Chimæra à truce seperat angue leam.] ¶ Lea item brassicæ genus, latis foliis è caule exeuntibus: vnde ὁ καυλὸς λέαινα quidam vocauêre. Græci item λέαι appellant, hoc est, læuem à foliorum læuitate. *Plin. l. 10. c. 9.*

LEA, insula supra Cretam, vna Sporadum: cuius meminit *Plin. l. 4. c. 12.* ¶ Item oppidum Syenitarum, qui sunt populi in ea Africæ parte, quæ sinum Arabicum spectat. *Vide Plin. l. 6. c. 29.*

LĔǽNĂ, pen. prod. {לביא *lebiyá.* λέαινα. ANGL. *A lionesse, or she lion.*} Leonis fœmina, itidem vt lea appellatur. *Vir. 2. Eclog.* Torua leæna lupum sequitur: lupus ipse capellam. *Plin. l. 8. c. 16.* Aristoteles tradit leænam primo fœtu parere quinque catulos, ac per annos singulos vno minus, ab vno sterilescere. [Leænæ quot pariant, docet *Gell. cap. 7. lib. 13.*]

LEAENA, scortum Athenis non ignobile, ob lyræ cantum Harmodio & Aristogitoni familiare. Hanc memoriæ proditum est, ad necem vsque à tyrannis excruciatam, nullis tamen tormentis adduci potuisse vt tyrannicidarum consilia patefaceret. Quamobrem Athenienses & honorem habere ei volentes, nec tamen scortum celebrare, animal nominis eius fecêre: atque vt intelligeretur causa honoris, in opere linguam addi ab artifice vetuerunt. Autor. *Plin. l. 34. c. 8.*

LĔĂNDĔR, Λέανδρος, Iuuenis nomen ex Abydo Asiæ oppido in litore Hellesponti sito, qui quum Erûs puellæ amore captus esset, quæ in oppositi littoris oppido Sesto habitabat, noctu ad eam transnabat. Quod vbi aliquoties non infeliciter cessisset, iam audacior factus, quum mari tumido & impacato se commisisset, vi ventorum fluctuúmque victus, in Hellesponto submersus est. { GERM. Ein freudiger jungling zu Abydos in Asia/ sosehnet buten zu tieb vber das eng meer schwam.} Fabulam hanc elegātissimo carmine apud Græcos prosequutus est Musæus: à quo Ouidius mutuatus est argumentum epistolarum Erûs ad Leandrum, & Leandri ad Erum.

LĔĂRCHŬS, Λέαρχος, Athamantis & Inûs filius, quem pater furore correptus occidit, Quod quum vidisset Ino, arrepto Melicerta altero filio, in mare se præcipitauit: atque illa quidem in deam maris mutata est, quam Græci Λευκοθέαν, Latini Matutam vocant: Melicertes autem in Deum marinum, quem Græci παλαίμονα, Latini Portunum vocant. *Ouid. l. 6. Fast.* Túque cadis patria parue Learche manu. * Hinc adiect. Learcheus. *Ouid. 6. Fast.* Mœsta Learcheas mater tumulauerat vmbras.

LBADIA, siue Lebadea, pen. prod. Λεβάδεια, Vrbs Bœotiæ est non procul à Cheronea, & Orchomeno, nullam omnino gignens talpam. *Plin. l. 8 cap. 58.* In Bœotiæ Lebadia illatæ, solum ipsum fugiunt, quæ iuxta in Orchomeno tota subruunt arua, talpæ quarum e pellibus cubicularia vidimus stragula: adeò ne religio quidem à portentis submouet delicias.

LĔBĔDŬS, pen. cor. Λέβεδος, Suidæ, Ioniæ ciuitas est, à Colophone centum viginti stadia distans. Hic scenicorum histrionum collegium fuit, qui in honorem Liberi patris ludicra certamina quotannis edebant. *Hor. l. 1. Epist.* Scis Lebedus, quàm sit Gabiis desertior.

LĔBĒS, tis, masc. gen. pen. prod. Vas æneum in quo igni apponitur aliquid vt ebulliat, *authore Porphyr. in 9. Iliad.* {סיר *sir,* דוד *dudh.* λέβης. GA. Chauderon ou marmite. ITAL. *Paiuolo.* GERM. Ein ehriner haf oder kessel/ den man vber das feur henckt. HISPA. *El calderon de cobre.* ANGL. *A pan, kettle, or caudron.*} *Virgil. 5. Æneid.* Tertia dona facit, geminos ex ære lebetes.

LĔBĪNTHŬS, λίβινθος, Insula est vna sporadum, non procul à Pathmo, teste *Strab. l. 10.*

Lecanomantia, {λεκανομαντία. cum accentu in pen. Diuinatio que fit per pelum. Vnde Strabo, lecanomantas & hydromantas in Perside frequentes fuisse tradit *libr. 6. Geographiæ.*

LĔCHAĔVM, λεχαῖον, Portus est Corinthi ad sinum Crissæum siue Corinthiacum, qui isthmum Peloponnesi ad Occidentem alluit. Nam alterum qui Sinu Saronico ab Oriente abluitur, Schæuuntem appellant. *Papinius,* Curua Palæmonio secluditur vnda Lechæo.

Lecte, vide LEGO, legis.

Lĕctĭcī, Lecticarius, vide LECTVS.

Lĕctĭo, & Lectus, participium, vide LEGO.

LĔCTVM, λευκὸν, Homero, vulgò *Scorpiata,* Asiæ promontorium est, ad Idam montem pertinens, Troadémque disterminans ab Æolide. Autores *Plin. l. 5. c. 30. & Strab. l. 13.*

Lectŭs, Cubile, grabbatus, dictus (*vt Varro inquit*) quòd lectis herbis frondibus, & stramentis fieri solebat. { מטה *mittáh* ערש *ĕerés.* κλίνη, ὑπνώ. GAL. Lit ou couche. ITAL. *Letto.* GERM. Ein beth. HISPA. *Lecho.* ANG. *A bedde.*} Vel (vt alij putant) ab alliciendo, quod fatigatos ad quiescendum alliciat. Alij à Græco deducunt. Nam quem nos lectum dicimus, antiqui Græci vocabant κλιντῆρα. *Cicer. 7. in Ver.* Nam pater grandis iam diu lecto tenebatur, id est, decumbebat, iacebat, & morbo vexabatur. [*Plaut. Merc. sc. 5. a. 2. & in prolog. Cas.* In lecto cubat. de ægrota. Apud lecti fulcrum capsulam construe. *Gell. cap. 15. lib. 10.* Lectus illix, amatores aues. *Plaut. Asin. sc. 3. a. 1.* Tibi dabitur lectus vbi haud somnum capias. *Plaut. Pseud. sc. 2. a. 1. Ouid. Eleg. 3. lib. 3. Trist.* Nec mea consueto languescent corpora lecto.] ¶ Lectos etiam habebant in tricliniis, in quibus recumbentes cibum sumebant: quos ab vsu discubitorios, & tricliniares appellabant: ad quorum differentiam *Cicer. 2. de Diuinat. inquis,* Quos nocturnæ quietis causa in cubiculis habemus. [*Plaut. Mostell. sc. 3. a. 2.* Vbi lectus stratus (conuiuis sup.) & *Idem. Menæch. sc. 3. a. 2.* Lectos sternite, incendite odores. *Plaut. Curc. sc. 3. a. 2.* Deduco pedes de lecto clam (surgens è conuiuio loquitur.) *Plaut. Amphitr.* Cœnauisti mecum. Ego accubui simul. A. In eodem lecto? De Triclinio. In Imo lecto cœnare. *Suet. in August. c. 64.*]

Lectŭlŭs, diminut. Paruus lectus. { κλινίδιον, κλινάριον, κλινίς. GALL. Vn petit lit, vne couchette. ITAL. *Letto picciolo.* GER. Ein bethlin. HIS. *Pequenno lecho.* ANG. *A litle bedde.*} *Cic. Attic. lib. 14.* A ducenda auté vxore sic abhorret, vt libero lectulo neget esse quicquam iucundius.

Lectĭcă, pen. prod. Cathedra aut sedes, qua ferebantur diuites & potentes, in qua puluinar & lectulus stratus erat. {אלונקי *tsab. φορεῖον κλίνη.* GAL. Littiere où on se fait porter. ITAL. *Lettica.* GER. Ein tragbethl senfftel roosbaar. HISP. *Las andas ò litera.* ANG. *A litter where in great lordes made tham selfes to be borne.*} *Iuue. Satyr. 3.* Namque facit somnum clausa lectica fenestra. Græci modò ἐξάφορον, modò ὀκτάφορον appellant, à numero sex aut octo seruorum lecticam gestantium. [Quos supra turbam delicatos lectica suspendit. *Senec. Epist. 81.* Lecticam assectari. *Idem cap. 12. de tranqu.*] *Plin. lib. 17. cap. 14.* In mollibus arborum lecticis. Hic lectica significat paruum lectum.

Lectĭcŭlă, diminut. Parua lectica. { κλινάριον. GAL. Petite littiere. ITA. *Picciola lettica.* GERMAN. Ein tragbethlin. HISP. *Pequennas andas ò litera.* ANG. *A litle litter.*} *Cic. Mario,* Vt nostras villas obire, & mecum simul lecticula circuncursare possis.

Lectĭcārĭŭs, Qui lecticam ferebat. { κλινοφόρος. GAL. Qui porte ou aide à porter la littiere. ITA. *Portatore di lettica.* GERM. Einer so ein beth oder senffte hilfft tragen. HISP. *El que à cuestas lleua las andas.* ANG. *That beareth the litter.*} *Seruius Sulpi. ad Cic.* Coactus sum in eadem illa lectica, qua ipse delatus eram, meisque lecticariis in vrbem eum referre [*Sueton. in Calig. cap. 58. & in Othone cap. 6.* Lecticarij cum asseribus accurrerunt.]

Lectĭcārĭŏlă, læ, à Martiale vocatur mulier, quæ lecticariorum (id erat vilissimum seruorum genus) amores sectatur: quemadmodum contrà ancillariolus ab eodem appellatur, qui ancillarum consuetudinem appetit. Locus est *Martialis in lib. 12. in Alaudam,* Ancillariolum tua te vocat vxor: & ipsa Lecticariola est: estis Alauda pares.

Lectĭstĕrnĭum, nij, Quum sacrorum gratia lecti in templis sternebantur ad discumbendum in epulo publico. { מרבד *marbádh.* στιβάδια apud Athenæum } In Capitolio enim stratis tribus lectis, conuiuium apponebatur tribus diis, Ioui, Iunoni & Mineruæ: Iupiter, id est, Iouis simulacrum, statuebatur in lectulo recubans: Iuno & Minerua in sellis considebant: sed appositis epulis, non ipsi dij, sed septem epulones fruebantur. *Liu. lib. 5.*

Lectĭstĕrnĭātŏr, Lectistrator, qui lectum sternit. { ὁ λεκτρουστράτης, στιβάδια ποιῶν. GAL. Qui fait le lit. ITA. *Chi fa il letto.* GERMAN. Ein beth bereiter. HISP. *Que haze el lecho ò strado.*} *Plaut. in Pseud.* Tu esto lectisterniator: tu argentum eluito.

Lĕcўthŭs, pen. cor. {שמן אפחה *shémen eppácheth,* λήκυθος. GALLIC. Bocal à tenir l'huile, goutter ou burette. ITAL. *Bocale da l'oglio.* GER. Ein öltrug/ein geschirr mit einem weyten bauch vnd engen halß in dem man öl hatt. HIS. *El azeytera.* ANG. *A piteher or lyk vessell to contane oyle.*} Vasis genus ventre protuberante, oréque angustiore, olco asseruando accommodatum: quod A. Gellius guttum appellat, *Iulius Poll.* Lecythum etiam inter vnguentaria vasa annumerat. ¶ Lecythum habere in malis, ἔχειν λήκυθον ἐπὶ τοῖς γλεύκοις, vel lecythum habere ad mala. Tectum & ænigmaticum conuitium est in anus, quæ rugas illitis pigmētis dissimulant, *Aristoph. in Concio.* ¶ Non est oleum in lecythio, ἔλαιον οὐκ ἐστὶν ἐν τῷ λήκυθῳ. Scilicet quum significamus non esse precibus locum apud inexorabilem. *Aristoph. in Auibus.* Est autem allusio ad vocem: nam ἔλαιον, oleum significat: & ἔλεος misericordiam.

LĔDĂ, λήδη, Tyndari laconiæ regis vxor fuit, quam quum Iupiter adamaret, transformatus in cygnum, cum ea concubuit. { GERM. Ein hausfraw Tyndari des Laceniſchen königs/welche Jupiter in der gestalt eines schwanen beschlaffen hatt.} Ex quo congressu Leda duo peperit oua: ex quorum altero nati sunt Pollux & Helena, ex altero Castor & Clytæmnestra. *Ouid. in Epist. Helenes ad Paridem.* Dat mihi Leda Iouem cygno decepta parentem.

Legalis, Vide LEX.

Legarium, Vide LEGO, legis,

Legatarius, Legator, Legarum, Vide LEGO, legas.

LĔGĔRDA, λήγερδα, Vrbs est Armeniæ maioris, in Enterena regione, non longe ab Euphrate fluuio. *Ptol. lib. 5. cap. 14.*

Lēgĭfĕr, Vide LEX.

Lēgĭo, onis, A delectu militum dicta est. { πάγυς. GALL. Legion. ITA. *Legione, squadra di soldati.* GERM. Ein legion/ ist ein zal oder hauffen auſserſsner vnnd gemuſterter kriegſsleuten bey 6000. HISPA. *Legion.* ANG. *A legion.*} *teste Var. lib. 4. de lingua Lat.* eo quòd legionis milites viritim legi soleant. [Legiones erant 600. equitum, & sex millium peditum. *Plutarch. in Romu.* Legiones dictæ ab eligendo. legiones veteranæ *Cæsar lib. 1. de bel. ciu.* Legionis legatus. *Sueton. in Tiber. cap. 19.* Legionis tribunus. *Suet. in Claud. cap. 24.* In legione sunt sexagintæ Centuriæ: Manipuli triginta: cohortes decem. *Gell. ad finem cap. 4. lib. 16.* Ad legionem cùm itant. i. ad exercitum. *Plaut. Mostell. sc. 2. a. 1.* Tua legio es (i. tu es Imperator) *Ibid.* Syngraphum ad legionem ferat, vt liceat abire domum *Plaut. Capt. sc. 3. a. 2.* Is nunc Amphitruo præfectus est legionibus. *Plaut. in prologo Amphitr.* Quæ ad legionem facta sunt. i. apud exercitum, *Idem ibidem.* Clanculum abij à legione (.i. exercitu) *Plaut. Amph. sc. 3. a. 1.* Quæ apud legionem vota voui. *Idem ibidem sc. 2. a. 3. & metaphor.* de dolo, Vt huc meas legiones adducam. *Plaut. Pseud. sc. 1. a. 2.* Vel legioni sat est. (id opsonium) *Plaut. Aul. sc. 5. a. 3.* Omnes ordines sub signis ducã, legiones meas. *Plaut. pseu. sc. 4. act. 2.*] Diuiditúrq; legio in decē cohortes:

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

cohors in quinque manipulos: manipulus in viginti quinque milites. Legiones Romanæ, à numero atque ordine nomina sumebant: vt Primani, Secundani, Decumani milites vocabantur, qui erant primæ, secundæ, & decimæ legionis. *Liu. 7. bel. Maced.* Romana acies vnius propè formæ fuit, & hominum, & armorum genere: duæ legiones Romanæ, duæ sociorum è Latini nominis erant, quina millia, & quadragenos singulæ habebant. *Vide Veget de Re milit. lib. 4. cap. 2. & seq.* [Ea continebat eodem autore sena millia, & ampliùs.] In quauis autem legione erant, ætas prima, triariorum: altera, principum: tertia, hastatorum: vltima, velitum: quæ, velitibus exceptis, diuidebantur singulæ in decem centurias, singulis autem centuriis primarij centuriones præerant: eæque in triariis ita appellabantur, primum pilum, secundum pilum, tertium pilum, & deinceps vsque ad decimum pilum: in principibus, primus princeps, secundus princeps vsque ad decimum: in hastatis, primus hastatus, secundus item vsque ad decimum duces appellabantur, primi pili centurio, primi principis centurio, primi hastati centurio, & ita vsque ad decimum: velites verò in has triginta centurias pro rata parte distribuebantur. *Cicer. in Epist. ad M. Brutum*, Nasennius, inquit, octauum principem, id est, octauam centuriam principum duxit, Metello imperatore. *Ex P. Manutij comment. ad Qu. Fratrem.*

LEGIO secunda Augusta, λεγίων δευτέρα σεβαστή, Britanniæ vrbs, vt scribit *Ptolem. libr. 2. vulgò Leskerd.*

Lēgĭūncŭla, læ, diminut. Parua legio. { παμμίσθιον. GAL. Petite legion. ITAL. *Picciola legione.* GERM. Ein schlechte oder kleine legion. HISPA. *Pequenna legion.* ANG. *A litle legion.* } *Liu. lib. 5. bell. Macedo.* Vix duarum male plenarum legiuncularum instar in castris regiis.

Lēgĭōnārĭus, Qui est ex legione, quod ad legionem pertinet. { παμμισθικός. GALL. Appartenant à legion. ITAL. *Pertinente à legione.* GERM. Das zu einem solchen kriego volck gehört. HISP. *Pertinesciente à legion.* ANGL. *That perteineth to a legion.* } *Cæsar. 3. bell. Ciuil.* Et legionarij interioris munitionis defensores scalis admotis, &c. Legionariæ cohortes. *Liu. 4. bell. Maced.*

Legirupa, Legislator, Legitimus, Vide LEX.

Legiuncula, Vide LEGIO.

Lĕgo, legas, In legationem mitto, oratorem decerno, aliquem negotij expediendi causâ aliò lego. { שלח *schalách.* διαπρεσβεύω, ἐπαπροσβεύομαι. GALL. Enuoyer en ambassade. ITAL. *Mandar legati ambasciatori.* GERM. Außschicken / außsenden / mit befelch abfertigen. HISPA. *Embiar embaxador.* ANGL. *To send in ambassage to bequeath.* } Varius est apud scriptores veteres huius verbi vsus. *Plaut. in Amph.* Delegit viros primorum principes: eos legat Thelebois. ¶ Sæpiùs loco datiui accusatiuum habet cum præpositione, Ad, *Cicer. 5. Verr.* Nobilem Andronem Centuripinum legarunt ad Apronium. [Ipsa suum Zephyritis eo famulum legarat. *Catull. de com. Beren.* Hocce testamento seruitus legat tibi. *Plaut. Asin. sc. 2. a. 2.*] ¶ Cum nominibus locorum constructum, eandem habet constructionem, quam cætera verba motum ad locum includentia. Nam si ea fuerint ciuitatum, castellorum, aut vicorum nomina, in accusatiuo collocabuntur sine præpositione: vt, Legare quempiam Carthaginem, vel Corinthum: sin regionum ea fuerint nomina, in accusatiuo ponentur, mediante præpositione, In. *Sallust. in Iugur.* Legantur tamen in Africam maiores natu. ¶ Interdum legare, verbum est rei militaris, & ponitur, pro sibi aliquem substituere, vel adiungere, qui belli & imperij sit administer & socius. *Cicer. Attic. lib. 8.* Dolabella me sibi legauit. *Idem A. Cecinna*, Cassium sibi legauit, Brutum Galliæ præfecit. ¶ Quandoque pro committere. *Plaut. in Cas.* quin ruri es in præfectura tua? Quin potius quod legatum est tibi negotium, id curas? Quandoque pro decernere, & testamento aliquid alicui relinquere. διανέμειν, καταλείπειν. vt, Testator liberto suo argenti pondo decem legauit: hoc est, decreuit ex hæreditate sua decem argenti pondo liberto suo conferri. *Liu. l. 1. ab Vrbe*, Numitori, qui stirpis maximus erat, regnum vetustum Syluæ gentis legat. Et in hac significatione præter dat. & accus. interueniente præpositione accedit ablatiuus, qui personam significat eius à quo testator legatum dat. *Cic. in Top.* Si pater fam. vxori ancillarum vsumfructum legauit à filio, neque à secundo hærede legauit, mulier vsumfructum non amittet. ¶ Aliquando assignare, adscribere, dare & vertere vitio. *Liu. 8. bel. Pun.* Patere nos omnia quæ prospera tibi, & pop. Rom imperio euenêre, tuo consilio assignare: aduersa, casibus incertis belli & fortunæ legare. ¶ Huius verbi composita sunt, Ablego, allego, delego, relego, sublego, quæ habent pen. pr. Deriuatiua sũt, Collega, & Collegiũm: de quibus omnib⁹ vide suo loco.

[Legatus, a, um, pro, missus, a, um: *Valer. Max. cap. 1. lib. 5.* Legatus in eam (Albam longam) custodiæ causâ Perles. i. missus, & sepositus.]

Lēgātĭus legati, Qui legationem suscepit, qui mandata perfert. ¶ Nomen deductum à uerbo lego quia legatorum officium est legere, id est dicere. { מלאך *maleách* ציר *tsir*, πρεσβευτής, πρεσβύς. GALL. Legat, ambassadeur. ITAL. *Ambasciatore, legato.* GERM. Ein gesandter bott / der mit etwas gwalts vnd befelchs abfertiget ist. HISP. *Legado ò nuncio ò ambaxador.* ANGL. *An ambassadour. Virgil. 11. Æneid.* Legati responsa ferunt. *Cicer. 9. Phil.* Lartes Tolumnius Rex Veientum, quatuor legatos po. Rom. Fidenis interemit. [Quasi legatum abesse. *Sueton. in Tib. cap. 11.* Legatus legionis. *Ibidem cap. 19.*] ¶ Legatus item in bello dicebatur qui imperatoris potestate fungebatur, maximámque eo absente in exercitu obtinebat autoritatem, quíve ab Imperatore cum parte copiarum in expeditionem mittebatur, aut præsidio præficiebatur. ὕπαρχος αὐτοκράτορος. *Cæsar lib. 2. bel. Ciuil.* Neque se ignorare quod sit officium legati, qui fiduciariam operam obtineret. Legatum verò propterea fiduciariam operam obtinere dixit, teste Budæo, quia redeunte Imperatore, aut Consule, cedere eam oportet. Legatum mittere de aliqua re, est mittere aliquem qui de aliqua re, cum alio nostro nomine agat. *Cic. 2. de Orat.* Quum Athenienses ad Senatum legatos de suis rebus maximis mitterent. Legatos decernere, est censere legatos mittendos esse, siue legatos sententia sua constituere. *Cic. ad Lent.* Crassus tres legatos decernit. [Legatorum, qui cum Imperatoribus in prouincias mittebantur à Senatu tantum, isque erant sine potestate & Imperio: Alij à Senatu quidem eligebantur, Imperium verò aut potestatem à populo accipiebant. *Suet. in Galba cap. 10.* Legatum se Senatus & populi Rom. dixit, *Sulpicius Galba sup.*]

Lēgātio, onis, verbale, Munus, officium, vel functio legati. { ἐπαπροσβεία. GALL. Ambassiade, legat, ou l'office d'vn ambassadeur. IT. *Ambasciería, ambasciata, legatione.* GERM. Botschafft / das ampt eines gesandten. HIS. *Legacia ò embaxada.* ANG. *Ambassage, or office of an ambassadour.* } *Cicer. 9. Phil.* Etenim cui legatio ipsa mortis causa fuisset, eius monumentum extare voluerunt: vt in bellis periculosis obtulerint homines legationis munus audaciùs. Legatio interdum pro ipsis legatis qui mittuntur, ponitur. *Quintil. lib. 10. cap. 1.* Missa ad Achillem legatio. [Legationis patronus. *Sueton. in Claud. cap. 6.* Equester ordo bis patronum eum perferendæ pro se legationis elegit.] ¶ Legatio quoque quædam erat quæ libera dicebatur. Legationes, inquit *Budæus*, liberæ olim ornamenti tantùm causa ab Senatu impetrabantur, quemadmodum honorarij magistratus à principibus honestamenti causâ conceduntur titulóque tenus obeuntur, & geruntur. Has autem ij Senatores impetrabant, quibus negotia futura erant in prouinciis, vt qui hæreditates persequi, aut legata, aut qui nomina exigere volebant in prouinciis, legatorum perionis acceptis commendabiliores controuersias haberent atque fauorabiliores. Quamobrem lege XII. tabularum id vetitum erat his verbis, Rei suæ ergò nequis legatus esto. *Cic. contra Rullum.* Legatos uesti os autoritate tenus, qui quanquam rerum priuatarum causa legationes liberas obeunt, tamen exteræ nationes ferre vix possunt. Graue est enim nomen imperij: idque etiam in leui persona pertimescitur, propterea quòd vestro, non suo nomine abeuntur. *Brutus ad Cicer. lib. 11.* Quum in his angustiis versarer, placitum est, vt postularem liberam legationem mihi, telisque nostris, vt aliqua proficiscendi causa honesta quæreretur. ¶ Est & legatio votiua, quæ voti prætextu suscipitur. *Cicer. ad Att. lib. 15.* Votiua ne tibi quidem placebat: etenim erat absurdum quæ si sterilisset Resp. vouissem, ea me, euersa illa, vota dissoluere. Legationem dare, est alicui obeundæ legationis munus iniungere. *Cicero contra Rullum*, Quibus vos legationem dedistis. Legationem accipere, id est, suscipere onus legationis obeundæ. *Cic. pro Flacco*, Qui hanc ipsam legationem, quam habet, non accepit à suis ciuibus, &c. Legationem gerere, Id est, fungi legatione, & legatum esse. πρεσβεύειν. *Quint. lib. 3. cap. 5.* Malæ gestæ legationis apud Græcos. * Idem *Quintil. lib. 7. cap. 2.* Qui aberat, & qui militabat, & qui in legatione erat. Hoc est, legatus creatus erat, nec dum tamen legationem absoluerat.

LEGATIO LIBERA, qui sui negotij caussa, vt exigendæ pecuniæ, visitandi templa deorum abesse ab vrbe diutiùs volebant, legatione libera à senatu impetrata, vtebantur. Erat autem ex hoc genere votiua legatio. nam *ad Attic. lib. 11.* Libera *inquit*, legatio voti caussa datur. Harum legationum definitum fuisse tempus, lege à C. Cæsare lata, ostenditur his verbis. *libr. XV. ad Att.* Et habent, opinor liberæ legationes definitum tempus lege Iulia, nec facile addi potest. *Ante legem* Iuliam annuum fuisse tempus lege ea quam Consul M. Cic. tulit, ipse declarat *lib. 3. de legibus*, Hoc, *inquit*, genus legationis ego consul, primus mihi leuissimus tribunus pl. intercessissem, sustulissem: tamen mihi tempus, & quod erat infinitum, annuum feci, quo in loco liberas legationes, quasi turpes, nec satis aut ordine senatorio, aut republ. dignas multis verbis exagitat. ¶ Nomen autẽ liberæ legationis inde ortum videtur, quòd introire in vrbem, & rursus exire, liberam legationem habentibus liceret: quod eodem in loco ostenditur, quem attigi iam *lib. XV. ad Atti.* Cæteri porrò honores qui extra vrbem gererentur, ingredientibus in vrbem deponebantur. *Ex comment. Pauli Manutij ad Quintum. Fr.*

Lēgātĭuum, ui, Dicebatur id quod dabatur legato nomine viatici, & impensæ. { τὸ πρεσβεῖον, τὸ πρεσβεῖον ἐφόδιον. GAL. Ce qu'on baille à vn ambassadeur pour despendre & faire son voyage. ITAL. *Spessa d'vno Imbasciatore.* GERM. Das man einem gesandten für sein belohnung vnd kosten gibt. HISP. *El gasto ò despensa del ambaxador.* ANG. *That which is geuen to the ambassadour to spend.* } *Vlp. in l. Muner. ff. De munerib. & honor.* Legati quoque qui ad sacrarium principis mittuntur, quia viaticum, quod Legatiuum dicitur, interdum solent accipere: sed & nicostrategi: & pistrinorum curatores personale munus ineunt. *Idem l. 2. ff. de Legat.* His qui non gratuitam legationem susceperunt, *legatium* ex forma restituitur. Sic legit Budæus: alij *legatitium* legunt.

Lēgātum, ti, Donum quod in testamento testator ab hærede alicui dat. { τὸ καταλειπόμενον. GALL. Vn legat, vn legts, chose laissee par testament. ITAL. *Vn lascito in testamento.* GERM. Ein vermachung oder ertz gemecht. HISPAN. *La monda enel testamento.* ANGL. *A pequest or legacie.* } *Modest. l. Legatum. ff. de leg. 2.* Legatum, est donatio quædam testamento relicta: & Legati appellatione, fideicommissum, & mortis causâ donatio continentur. *Plin. Epist. 44.* Illa vt in periculo credula, posciit codicillos, legatum Regulo scribit. Petere legatum ex testamento. *Quintil. lib. 4. cap. 14.*

Lēgātārĭus, vel Legataria, Dicitur cui ex testamento aliquid legatum est. { Ἀναγεγραμμένος etiam ἀναγραφεύς. GAL. Legataire, à qui on laisse quelque chose par testament. ITAL. *A cui è lasciata qualche cosa per testamento.* GERM. Dem oder deren zu seinem erbetheil etwas vermachet worden ist. HISP. *A quela qui se dexa vna tal manda.* ANGL. *He to whome any thing is bequeathed.* } *Iustin. Instit. de legat.* Sed si rem legatarij quis ei legauerit, inutile est legatum. Legataria prouincia, dicitur quæ alicui delegata est. *Cic. ad Atti. lib. 15.* O rem miseram, primùm vllam ab istis legationem: dein, si aliquam, hanc legatariam prouinciam.

Lēgātŏr, Qui aliquid legat per testamentum, { testator. διαθέμενος, διαθέμενος. GALL. Testateur qui laisse quelques legts. ITAL. *Testatore.* GERM. Der ein erbgemecht auffricht / *ein chiunque lascia per testamento.* GERMA. Der ein erbgemecht auffricht / *He that bequeathes* vermacher. HISP. *Testador qui dexa la tal manda.* ANGL. *He that atheth.* } *Sueton. in Tib.* Iterum eo censente vt Trebianis legatam in opus noui theatri pecuniam ad munitionem viæ transferre concederetur, obtinere non potuit, quin rata voluntas legatoris esset.

Lĕgo, gis, gi, ctum, Propriè colligo, hinc atque illinc decerpo. { אסף *asáph* קבץ *kabáts* ארח *arách.* ἀναλέγομαι. GALL. Recueillir, & amasser. ITA. *Raunare.* GERMAN. Samlen / lesen. HISP. *Coger lo derramado.* ANGL. *To gather.* } *Virgil. 3. Eclog.* Qui legitis flores, & humi nascentia fraga. [Legere conchas. *Sueton. In Calig. cap. 46.* Legere ossa. *Liuius lib. 6. d. 4. & Suet. in Aug. cap. 100.* Ibidem legere reliquias. Legere spolia.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

spolia. *Idem l.9.d.4.* Legere littora. *Liu.lib.6.d.4.* Et legere oram. *Suet. in Tib. cap. 19.* Ossa legere è vulneribus. *Quintil. & Senec.cap. 22. de Com.ad Marti.* Et artus dum legit extinctos triste retardet iter. *Ouid. Eleg.9.lib.3.Trist.*] *Colum. lib.2.* Optimam quanque spicam legere oportet. Hinc ad homines transfertur. *Liuius lib. 21.* Scipio pater dux lectus aduersus Annibalem. Apud eundem crebro, senatum legere, & in partes legere, & in senatum. *Cæs.de bell. Gallic.* Hos posse conficere armata millia centum: pollicitus ex eo numero lecta millia lx. [Est aliquid vnum à Diomede legi. *Ouid. 13.Metam.* Vir virum legit, quid sit docet *Vitr. cap. 19.lib.13. Suet.in August. cap. 35.* Legere militem. *Sueton.in Tib. cap.30.& in Galba cap. 16.* Non mihi seruorum comites non cura legendi. *Ouid.Eleg.3. lib.1.Trist.* Quem legis, vt noris, accipe posteritas. *Ouid.Eleg.vlt.lib.4.Trist.* Legi in iudices. *Gell.cap.2.lib. 14.* Legere in Senatum. *Cæs.lib.3.de bell. ciu.*] ¶ Hinc tractum est, vt Legere etiam sit oculis scripta percurrere, quoniam literæ oculis legi, i. colligi videntur: nisi malis verbum Lego, deductum esse à Græco nomine λέξις dictio. { קרא *karà.* ἀναγνώσεις, ἀναγνώσκω. GA. Lire. ITA. *Leggere.* GERM. Lásen. HISP. *Leer.* ANG. *To reade.* } *Cic,Mario libr.7.* Dummodo is tibi quiduis potiùs quàm orationes meas legerit. *Vir.4. Ec.* At simul heroum laudes, & facta parentis Iam legere. Ea quoque quæ picta sunt, legere dicimur. *Virg.6.Æneid.* quin protinus omnem perlegerent oculis. Tractum à Græcis, γεύεσθαι scribere & pingere dicunt. * Halitum alicuius ore legere, id est, ore excipere. *Virgil.4.Æn.* Legere sermonem alicuius, per translationem pro Attentius audire & accipere. *Plaut. Pseud.* -viginti minas Effodiam, ego hodie quas dem herili filio: Nunc huc concedam, vt horum sermonem legam. ¶ Item, quoniam nautæ dum aspera loca prætereunt, legere, id est, colligere vela consueuerunt, quandoque accipitur pro præterire, vel præternauigare. παραλιγδεῖν. *Liu. 5. bell. Maced.* Oram Italiæ legens. *Virg. 3. Æneid.* Littoraque Epiri legimus. ¶ Aliquando pro surripere, quòd ea quæ furamur, colligimus, κλέπτειν. *Virgil.10.Æneid.* Qui fœceros legere, & gremiis abducere pactas? Quo in loco Seruius exponit legere pro furari. *Idem Eclog. 9.* Vel quæ sublegi tacitus tibi carmina nuper. ¶ Hinc sacrilegium, ἱεροσυλία.

Lectus, ta, tum, participium, Quod interdum comparatione, & temporis amissione in nomen migrat: idémque significat quod selectus, siue ex aliorum numero seperatus, eximius, egregius, excellens. { נכחר *nibocar* כחיר *bechir.* ἐκλεκτος. GAL. Esleu, choisi. ITAL. *Scelto, eletto tra gli altri.* GER Erläsen/ oder ausserläsen. HISP. *Elegido.* ANG. *Cosen read.* } *Horat. in Car. seculari*, Virgines lectas, puerósque castos. *Virgil. 9.Æneid.* Præterea bis sex genitor lectissima matrum Corpora, captiuósque dabit, *Cicer.5.Ver.* Lectissimus adolescens, dixit. *Et in 1.* Lectissimi viri, atque ornatissimi. *Idem in Cat. & ad Attic. lib. 10.* Lectissima fœmina.

Lectè, lectiùs, lectissimè, aduerb. *Cic. in Orat.* Sententiis, verbísque lectissimè dicere.

Lectio, lectionis, Propriè est actus legendi. { קריאה *keriáh* מקרא *mikrá.* ἀνάγνωσις. GAL. Leçon, lecture. ITA. *Lettione.* GERMAN. Das läsen. HISP. *La lecion, obra de leer.* ANG. *A reading.* } *Cic.ad Attic.* Quotus enim quisque est, qui epistolam paulò grauiorem ferre possit, nisi eam per lectionem releuarit? ¶ Accipitur etiam lectio pro recitatione poëmatis: quæ sic definitur à Diomede, Lectio est artificialis interpretatio, vel varia cuiusque scripti pronuntiátio, seruiens dignitati personarum, expriménsque ánimi cuiusque habitum. ¶ Aliquando pro electione: { מבחר *mibchar* מבחיר *mibchir.* ἐκλογή, αἵρεσις. GAL. Election. ITAL. *Elettione.* GERM. Ausserläsung/ erwellung. HISPA. *Elegimiento.* ANG. *Achosing.* } *Cic.in Antonio*, Vt hos iudices legere auderet, quorum lectione duplex, imprimeretur reipublicæ dedecus. *Liuius lib. 9. ab Vrb.* Et eam lectionem nemo ratam habuerat. [Lectio senatus, duplex. Vna qua vir virum legit, altera fiebat arbitratu Imperatoris. De quibus vide *Sueton.cap. 35.& cap.54. in Augusto.* ¶ Aliquando pro collectione. συλλογή. *Colum. cap. 2.lib.2.* At saxorum facilè est expedire lectione lapidum.

Lectus, ctus, ctui, Electio, siue collectio. { אסף *ósseph* אספה *asseppáh* אספה *asephàh* אספף *asaphsúph* קבוץ *kibbùtz.* ἐκλογή, συλλογή. GALL. Eslite, chois, election. ITAL. *Scielta, elesta.* GER. Erläsung/ ausserläsung/ musterung. HIS. *Eleginiento, obra de elegir.* ANG. *A chosing or gathering.* } *Tacit. lib. 20.* Tutor Treuirorum copias recenti Vangionum, Caracatium, Tribocorũ lectu auctas, veterano pedite atque equite firmauit.

Lectito, tas, pen. cor. Frequenter lego. { ἀναγιγνώσκω. GAL. Lire souuent. ITAL. *Leggere spesso.* GERM. Vil vnd offt läsen. HISP. *Leer à menudo.* ANGL. *To read often.* } *Cicero Pæto.* Pyrri te video libros lectitasse. ¶ Aliquando pro, identidem colligere. *Valer. lib. 8.* Conchulas, calculos in littore lectitasse.

Lector, lectoris, Qui aliquid legit, recitator. { קרא *koré* ἀναγνώστης. GAL. Lecteur. ITAL *Lettore.* GERM. Ein läser. HISPAN. *El lector.* ANGL. *A reader.* } *Cicero de Oratore*, Brutus duos lectores excitauit: & alteri Crassi orationem legendam dedit, alteri de Leg. Seruil. *Idem. libr. 3. Epistolarum*, Nihil est aptius ad delectationem lectoris, quàm temporum varietas, & fortunæ vicissitudines. [*Ouid. Eleg. 1. lib. 3. Trist.* Dicite lectores, si non grauc, qua sit eundum. *Idem Eleg. vlt. lib.4. Trist.* Iure tibi grates, candide Lector, ago.]

Legulus, guli, penultima correpta, Qui vuas aut oleas colligit. { συλλογεύς. GAL. Cueilleur, vendengeur. ITAL. *Raccoglitore.* GERM. Ein abläser/ abbrecher. HISPAN. *Cogedor de Cosas menudas.* ANG. *Agatherer.* } *Cato capite* 144. Legulos quot opus erit, præbeto, id est, collectores. *Varro lib. 4. de ling. Latina*, Legulus & vindemiator: alter ab oleis, alter ab vuis. ¶ D. lib. 7. Tit. 1. l. 13. vbi de oliuetis, Magnum apparatum sint desideratura, opificum forte vel leguleorum *pro*, legulorum.

Legumen, penult. prod. huius inis, Quicquid ex terræ satis in siliquis nascitur: vt sunt fabæ, pisa, cicer, lentes & similia. { זרוע *zeróah.* ὄσπριον. GAL. Tout ce qu'on cueille en arrachant de terre, comme pois, feues, & choses semblables, legume. ITAL. *Legume.* GER. Allerley gemuß das in hulsen wechßt. HISP. *Legumbre.* ANGL. *All maner of pulse, as peaso, beanes.* } Dictum est autem legumen à legendo, quòd manu legatur. *Varro lib. 1. de Re rust. de cicere.* Hoc enim quoque legumen, vt cætera, quæ euelluntur è terra, non subsecantur vt fruges: quæ quod ita legantur, legumina dicta sunt. *Virgil. 1. Georg.* Vnde priùs lætum siliqua quassante legumen.

Legūmentum, ti & Legarium, rij, idem quod legumen. { זרוע *zeróah.* χέδροψ. } *Varr. de Re rust. l. 1. c. 32.* Viciam, lentem, cicerculam, eruilam, cæteraque, quæ alij legumina, alij (vt Gallicani quidam) legaria appellant, &c. ¶ Gellius quoque eo vsus est lib. 4. cap. 11. Opinati enim sunt plerique ωάμον legumentum vulgò dici.

LEITVS, λήιτος, Vnus ex quinque Bæotorum ducibus qui ad Troiam profecti sunt teste *Hom. l. 2. Iliad.*

LELANTVS, fluuius est Eubœæ insulæ, apud *Plin.l.4.c.12.*

LELĔGES, pen. corr. λέλεγες. Asiæ populi fuerunt, origine Græci, ita dicti quasi λελεγάμοι, eo quòd diuersis è locis collecti essent. Hi primùm insulas tenuerunt: indéque in continentem transgressi, partim in Mysia ad Adramittenum sinum confederunt: vbi & Homerus maiorem Lelegum partem videtur collocare: partim in eo Ioniæ tractu, qui Cariæ est proximus: vnde etiam Plin. tradit Miletum Ioniæ totius caput Lelegeida olim fuisse appellatum. *Ouid.li.9.Metam.* Caras, & armiferos Lelegas, Liciámque pererrat. Lelegum originem nonnulli ad Thessalos retulerunt: è quibus est Seruius, explicans illud *Virg.8.Æneid.* Hic Lelegas, Caráscque, sagittiferósque Gelonos Finxerat. *Plin.verò lib. 4. c. 7.* Lelegas olim appellatos fuisse ait, quos postea Locros Epicnemidios nominarunt, per quos Cephisus amnis in mare illabitur. *Eustathius* λέλεγας multis ex locis confluxisse existimat: atque inde etiam nomen accepisse: quod etiam non obscurè innuit *Strab. lib. 7.* Aristoteles autem Lelegum appellationem ad Lelegem quendã Leucadiũ refert, cuius nepotem ex filia tradit fuisse Teleboã.

LELEGVM Vrbs, λελέγων πόλις. In Icaria est, Megalopolis postea, tertiò Aphrodisias dicta. *Steph.*

Λελεγὶς, Olim vocabatur Miletus vrbs Cariæ ab inhabitatoribus. *Sthep.*

Lĕmă. { λῆμα. GALLIC. La chassie des yeux. ITAL. *Dacrima congelata.* GERM. Die butzen der augen so auß grober feuchte entstehend. HIS. *Lagrima yelada, dolencia de los ojos.* ANGLI. *Bleadrednesse of the eyes, a white distilling frome the eyes.* } Humor albus in oculis concretus. *Plin. lib. 23. cap. 1.* Aut si cruore suffunduntur oculi; vel si lemæ in oculis erunt. Inde Lemosi. Λημώττης, Λημαλέοι. *Cæl.l.7.c.6.*

LĔMĂNNŌNĬVS, Sinus in Septentrionali Britanniæ parte collocatur à *Ptolem. l.2.c.3.*

LĔMĀNVS, penult. prod. Λιμανὸς, Vulgò *Lago de Lozana.* { GERM. Der Losanner oder Genffer see. } Lacus est Allobrogum, Geneuam & Lausannam vrbes al'uens, Rhodanúmque fluuium impermistis aquis trãsmittens. *Lucan.lib.2.* Deseruêre cano tentoria fixa Lemano.

Lembus { λέμβος. ANGLI. *A swifie shipe or bark.* } Nauiculæ exiguæ genus, sed miræ velocitatis: cuiusmodi ante classem explorandi gratia solent præmitti. *Polibius lib. 1.* Ὁμοίως ὃ καὶ πῶς ἐν τῷ συρακουσῶν στρατοπεδεύσαι παμμεγέθεις οἱ ῥωμαῖοι εἰσπλέοντες εἰσπορεύονται λέμβοι τὸν ὄπισθεν τῆς ὑπατείας. Hoc est similiter & Quæstoribus, qui à Syracusanis præmissi erant, annuntiarunt lembi qui solebant antecedere aduersariorum aduentum. *Liuius* lembos inter naues actuarias videtur annumerare: vt *Decadis 4. lib. 4.* Naues quas ciuitatibus maritimis admisset, redderet: néve ipsa nauim vllam preter duos lembos, qui non plus quàm sedecim remis agerentur, haberet. Erant autem & maiores lembi, bello vtiles. *Idem. lib. 5. Decad. 5.* Antenor qui cum classe lemborum ad Phanas stabat, Cassandriam inde traiecit. Erant & minores, scapharum instar, quibus à littore ad onerarias aduehebantur. *Plaut. in Mercatore*, Dum hæc aguntur, lembo aduehitur pater tuus pauxillulo. [*Plaut. Men. 4. a. 2.* Ducit lembum directum nauis prædatoria] *Virg.quoque lib.1.Georg.* lẽbos inter fluuiatiles lyntres annumerat. Non aliter (*inquit*) quàm qui aduersò vix flumine lembũ Remigiis subigit.

* Lembūnculus, lembunculi, penult. corrept. Diminut. λεμβίδιον. *Tacit. lib. 14.* Nando deinde occursu lembunculorum Lucrinum in lacum vectam. id est, occursu nauicularum.

Lemmă, atis, λῆμμα, Sumptio, id quod in ratiocinationib. assumitur. *Cic. 2. de Diuination.* sumptionem interpretatur. Sed denuo (*inquit*) tibi istas duas sumptiones, ea quæ λήμματα appellant dialectici: sed nos latinè loqui maluimus. ¶ Vocantur præterea lemmata, quædam veluti themata, quæ carmini, alíve operi præfixa, paucis verbis eius indicant argumentum. *Martial.lib.14.* Lemmata si quæris cur sint adscripta docebo: Vt si malueris, lemata sola legis. Vbi lemmata vocat, succinctos illos veluti titulos quos epigrammatis suis præfixit ad indicanda singulorum argumenta. Accipitur etiam lemma, pro themate siue argumẽto: quod nobis in carmine, alióve opere scribendo proponimus. *Plinius Epist. 92.* Nam lemma sibi sumpsit, quòd ego interdum versibus ludo.

Lemnĭsci, orum, Fasciolæ coloratæ ex coronis dependentes. פתילים *pethilim.* λημνίσκοι. GAL. Rubens ou bendes estroittes à lier chapeaux de fleurs ou de triomphe, desquelles les bours pendent. ITA. *Fiocchi, nappe.* GERM. Die geferbten fäsel oder bendel so von den krentzen oder kronen herab hangend. HISP. *Las vendas ò vandas de lienço.* ANG. *Labels hanginh downe on garlandes or crowones, iesses hanging at haukes legges.* } Inde dictæ quod antiquissimum genus coronarum fuit laurearum, inquit Festus [Lemniscos, corollas, dapsiles *Plaut. Pseud. sc.1. act.5*] *Plin.lib.21. cap.3.* Crassus diues primus argento, auróque folia imitatus ludis suis coronas dedit: accesserunt quoque & lemnisci, quos adiici, ipsarum coronã honos erat propter Hetruscas, quibus iungi nisi aurei, non debebant. Ex quo loco Plinij docti quidam colligunt lemniscos tunicalas fuisse ex libro ipso Tiliæ arboris, cuius eiusdem libelli sint, id quod authores vocant Philyras. ¶ *Celsus lib.7.cap.28.* videtur accepisse lemniscum pro linaméto, quod chirurgi vulneribus imponũt oleo, vel vnguento illitum. Intus (*inquit*) implicitum in longitudinem linamentum (λημνίσκον Græci vocant) in aceto tinctum demittere.

Lemnĭscātus, adiect. { λημνίσκοις διαδήμασι. } vt Palma lemniscata. *Cic. pro Rosc. Amerino.* multas esse infames palmas: hanc primam tamen esse lemniscatam, quæ Romæ deferatur.

LĔMNŎS, λῆμνος. { GERMAN. Ein insel in Ægeischen meer / heißt ietz stalimene. } Insula est maris Ægæi, Thraciam à Septentrione, ab Ocasu Athon montem habens, fabul. so Vlcani casu nobilitata. Eadem & Hypsipyle dicitur, à filia Thoantis eiusdem nominis, quæ in hac insula regnauit. [*Ouid. 13.Metam.* Lemnos Vulcania & Lẽnos expositũ.]

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Lēmnĭus,nia,nium,adiectiuum:vt Lemnia turba, apud *Ouid. in Ibin.* Saxa Lemnia *apud eund. 5. Trist.* Lemnia mala, λήμνια κακὰ, id est, ingentia, & inaudita: qualia Lemnum afflixisse dicuntur. ¶ Sic & lemnia manu, λημνία χερὶ, dicimus pro nefaria, impia, crudeli.

Lēmnĭă terra, quæ in Lemno insula effoditur. Eius tres à Galeno enumerantur species,quarum vna fullonibus in vsu est,ad extergendas vestes: altera fabris,quæ à Græcis μίλτος, à Latinis rubrica vocatur: tertia medicis, quæ à Græcis σφραγὶς λημνία, hoc est, sigillum Lemnium appellatur,ab imagine capræ (*vt vult Dioscor.*) aut certè Dianæ, (*vt mauult Galenus*) quæ illi imprimi solet. Effoditur autem hæc terra in sola Lemno,non tamen in quauis parte eius insulæ,sed tantùm in colle quodam Hephæstiadi ciuitati imminente: quem etiam Vulcano ipsi sacrum fuisse fabulantur, eo quòd is à matre de cælo deturbatus in collem illum feratur decidisse. Cuius fabulæ occasionem præstitit collis eius color,& sterilitas. Nam & exusto simillimus est,& nullam omnino plantam gignit. Hæc autem terra quo pacto soleat præparari à sacerdote Dianæ, *vide Galen. libr. 9. de Facultate Simpl. medicamen.* vbi meritò reprehendit Dioscoridem, qui putauit terræ huic hircinum sanguinem admisceri. Hodie Seplasiarij pro terra Lemnia supponunt terram sigillatam quam appellãt. Quicquid enim terræ Lemniæ quotannis colligi potest, ad Turcarum principem defertur, neque vlla ratione ad nos peruenire posset, nisi ille nostros principes, eorúmve legatos aliquot orbiculis interdum donaret.

Lemonium, Herba est succum lacteum emittens, concrescentem gummi modo, humidis locis. *Autor Plin. l. 25. c. 9.*

LĔMŬRĒS, lemurum, penultim. correp. Laruæ nocturnæ,& terrificationes imaginum, & bestiarum, *inquit Nonius.* {οἱ μορμώνες, τὰ γοργόνια, τὰ μορμολύκεια. GALL. Esprits qu'on dit aller de nuict, qui font peur, loups garoux. ITAL. *Spiriti,che si dice andare di notte,iquali fanno paura.* GERM. Nachtgespenst / schreckgeister. HISPAN. *La fantasmas que paresçen de noche.* ANGL. *The fayries.* } *Ouid. 5. Fast.* Mox etiam lemures animas dixêre silentum. *Varro lib. 1. de vita populi Romani*, Quibus temporibus in sacris fabam iactant noctu, ac dicunt se lemures domo extra ianuam eiicere. [Lemures quid, *docet Apuleius de deo Socrat.*]

Lĕmūrĭă, orum, Festa erant Lemuribus sacra, quæ quum celebrabantur (id autem erat mense Maio) templa omnia claudebantur, nuptiæque omnes infaustæ putabantur. Quæ res fecit locum prouerbio, Malum mense Maio nubere. *Ouid. l. 5. Fast.*

Ritus erit veteris nocturna Lemuria sacri,
Inferias tacitis Manibus illa dabunt. *Et paulò pòst,*
Fana tamen veteres illis clausêre diebus,
Vt nunc ferali tempore operta vides.
Nec viduæ tedis eadem, nec virginis apta
Tempora quæ nupsit, non diuturna fuit.
Hac quoque de causà (si te prouerbia tangunt)
Mense malas Maio nubere vulgus ait.

Læna, æ, vide LENO.

LĒNAEŬS, λήνειος, Vnum ex Bacchi cognominibus, ἀπὸ τοῦ ληνοῦ, hoc est à torculari siue lacu impositũ. { GERM. Bacchus der trotten Herrgott. } *Virgil. lib. 2. Georg.* Huc pater ô Lenæe: tuis hic omnia plena Muneribus.

Lēnĭs, & hoc lene, Mitis, facilis, non iracundus, clemens, indulgens. {חלק *chalak* רך *raeh* ענו *ħanáv.* ἥμερος, ἵλεως, πρᾶος. GAL. Doux & gracieux, qui n'est point rude. ITAL. *Mansueto,facile.* GERM. Sanfft / mitt / gütig. HISP. *Cosa blanda al tocar, ò cosa mensa.* ANG. *Milde,meeke, gentle.* } *Terent. in Hecyr.* Ego sum animo leni natus, non possum aduersari meis. *Cic. pro Sext. Ruse. Amer.* Vestrùm nemo est quin intelligat populum Romanum qui quondam in hostes lenissimus existimabatur, hoc tempore domestica crudelitate laborare. ¶ Lene)(Asperum: vt videre est *apud Cicer. lib. 2. de finibus.* ¶ Lenes cibi)(Acres, *apud Celsum lib. 2. cap. 21.* ¶ Lene vinum, delicatum, non vehemens aut asperum, neque linguam aut cerebrum feriens. *Terent. in Heaut.* pitisando modò mihi Quid vini absumpsit? sic hoc dicens, Asperum pater hoc est, aliud lenius. ¶ Lene venenum dicitur, quod mitem quodammodo & vix sensibilem mortem inducit. *Cicer. ad Att. l. 2.* Sed ita lenib. vti videbantur venenis, vt posse viderentur sine dolore interire. ¶ Lenis sonus, id est, placidus. *Cic. l. 3. de Orat.* Ille autem superior leniore quodam sono est vsus. ¶ Lenissimus Auster quoque *ab eodem 7. ad Attic.* dicitur, id est leniter spirans. * Quidam lene à lento dictum existimant: nam lentum paoprie significat tenerum & facilè flexuosum. Lene autem dicitur quod tactu nullam asperitatem habet. [Lenis littera L. *Ouid. 5. Fast.* Aspera mutata est in lenem tempore longo littera. Vide suprà in L. lenis somnus. Vide somnus Clementia tanta est vt fuerit nostro lenior ira metu. *Ouid. Eleg. 1. lib. 2. Trist.* Sed tua peccato lenior ira meo est. *Ouid. Eleg. 3. lib. 5. Trist.*]

Lēnĭtās, tatis, Mansuetudo, facilitas. {חלקת ענוה *chelkách ħanaváh.* πραότης. GALL. Douceur, gracieusité. ITAL. *Mansuetudine piacenolezza, facilità.* GERM. Sanffte / oder sanft mut / mittigkeit. HIS. *Halago, mansedumbre.* ANG. *Meekeneesse, gentilnesse.* } *Ter. in Andr.* Mirabar hoc si sic abiret: atque heri tempter-lenitas Verebar quorsum euaderet. *Cicer. ad Atticu. l. 10.* Patris autem lenitas amanda potiùs ab illo, quàm tàm crudeliter negligenda. Lenitas gustus, id est, suauitas)(asperitas. *Plin. lib. 26. cap. 8.* Differentia intelligitur lenitate gustus.

Lēnĭtūdo, inis, Lenitas, facilitas. {חלקת ענוה *chelkách ħanaváh.* πραότης. } *Cic. 6. Verr.* Verebar ne eorum nimia lenitudine oppugnarer. Lenitudo orationis, id est, suauitas e xpers asperitatis. *Idem, 5. Tusc.* mollitudo corporis, ea si bona dicemus, quid erit in philosophi grauitate?

Lēnĭter, aduerbium, Placide, non uehementer. { πρᾴως, ἡπίως. GALL. Doucement, gracieusement ITAL. *Piacenolmente, mansuetamente.* GERM. Sanfftiglich. HISP. *Blanda ò mansamente.* ANGL. *Meckelie.* } vt, Leniter arridere, *apud Cicer. 1. de Finibus.* Leniter disputare, *apud eund. 4. Acad.* Leniter agere. *Liu. 7. bel. Pun.* Castigando, increpandóque, & plus quàm leniter agendo. [Petere aliquem precario, leniter dictis bonis. *Plaut. in prolog. Amphitr.*] ¶ Legitur & Lenè, in eadem significatione, licet non æque visitate, *quo est vsus Martial.*

Lēnĭo, nis, niui, vel nij, nitum, Mulceo, placo, flecto, mitigo, reconcilio. {חחליק *hechelik* כפר *chipper.* } ἡπιάω, κηλέω, κατακοιμίζω. GAL. Mitteren / senfftigen / versünen. HISP. *Halagar ò amansar.* GERM. *mitigat to appaise.* } *Sallust. in Catil.* in tali tempore tanta vis hominis magis leniunda, quàm exagitanda videbatur. [Aspera leniuntur ferendo placidè. *Senec. cap. de Const. ad Mart.* Spe trahor tristia leniri numia posse Dei. *Ouid. Eleg. 5. libr. 3. Trist.* Tentareque feros requelenire dolores. *Ouid. 3. Metam.* Dum hæ consilescunt turbæ atque ira leniunt. *Plaut. Mer. sc. 6. a. 2.* Lenita vis venti *Liu. 6. d. 4.*] ¶ Aliquando, imminuere, leuare. *Idem in Catil.* Nonnulli ficta & hæc, & multa præterea existimabant ab iis, qui Ciceronis inuidiam, quæ postea orta est, leniri credebant atrocitate sceleris, qui pœnas dederant, id est, imminui. *Cicer. Trebat.* Tuam profectionem amore prolequar, reditum spe expectabo, ablentem memoria colam, omne desiderium litteris mittendis, accipiendísque leniam. ¶ Legitur & lenibo, futurum antiquùm. *Propter.* Lembunt tacito vulnera nostra sono. ¶ Huius compositum est. Delinio. κατακοιμίζω, de quo vide suo loco.

Lēnīmentum, ti, Leuario, & mitigatio. {חלקה *chelkáh* משעה *mischhéh.* κήλησις, κατάπαυσις. GALL. Adoucissement, appaisement, allegement. ITAL. *Alleniamento, addolcimento.* GERMAN. Ein mitterung. HISPA. *Halago.* ANGL. *Any thing that mazeth smooth, that mitigateth grieff and shar penesse.* } vt, Elleborum date cum leminento raphani. *Plin. l. 25. c. 5.*

Lēnīmēn, inis, Lenimentum, hoc est, quo aliquid lenitur, & dulcoratur. {חלקה *chelkáh* משעה *mischhéh.* κήλησις. } *Ouid. 11. Metam.* addidit illis Hoc quoque lenimen, qui solo flexit amantem.

Lenis, vasis genus. *Afran.* fratriis labella lenis. *Labertius Cophin.* Cùm prouincias dispoliauit, colũnas monolithas, labella lenis. *Hæc ex Nonio.*

Lēno, onis: Qui scortorum prostitutione quæstum facit. ita dictus ab alliciendo, quòd adolescentulos alliciat. {μαστροπὸς, πορνοβοσκός. GAL. Maquereau. ITAL. *Ruffiano.* GERM. Ein frawenwirt / oder hurenwirt. HISPA. *Al cahuete, ò alcahuetador.* ANGL. *A baude or merchand, of hoores.* } vel à leniendo, quòd leniendo animos adolescentium corrumpat. *Terent. in Adelph.* Leno ego sum, fateor, pernicies communis adolescentium. *Ouid. lib. 1. Amor. Eleg. 10.* Denouet imperium tamen hæc lenonis auari. [Lenonum æmuli lanij (quia periuri) *Plaut. Pseud. sc. 7. a. 4.* Vbi sunt qui amant à Lenone? *Ibid. sc. 2. a. 1.* Lenones in occultis locis prostant & malè suadendo ac lustris lacerant homines. *Plaut. Curc. sc. 2. a. 4.* Lenonum genus inter homines Item est vt muscæ. *Plaut. Curc. sc. 2. a. 4.* Leno minitatur mihi? *Plaut. Cur. sc. 4. a. 4.* Egon' vt à Lenone quicquam mancupio accipam, quibus nihil est, nisi vna lingua? *Plaut Curc. sc. 2. a. 4.* Hic neque periurus leno est, nec meretrix mala.] Priscianus existimat hoc nomen duobus genebus commune esse, quamuis habeat fœmininum lena. [*Plaut. Pseud. sc. 5. a. 1.* Eam mulierem lenonem circumducam.]

Lēnŭlă, næ, Appellatur *ab Vlpiano l. Palam. Digest. de ritu nuptiar.* quæ mulieres quæstuarias prostituit. {μαστροπὸς, ἡ. GALL. Maquerelle. ITAL. *Ruffiana.* GERMAN. Hurenwirtin. HISP. *Alcahueta, ò alcahuetadora.* ANGL. *A she baude.* } Item ea, quæ alterius nomine hoc uitæ genus exercet. ¶ Item si qua cauponam exercens,& in ea corpora quæstuaria habeat, vc multæ assolent *sub prætextu ministerij* cauponij prostituas mulieres habere, dicendum est hanc quoque Lenæ appellatione contineri. [Respice ad me lena *Plaut. Curc. sc. 2. a. 1.* Intimum se apud Lenam facit (suprà matrem meretricis.) *Plaut. Merc. sc. 1. a. 2.* Malesuada vitij lena. *Plaut. Mostell. sc. 3. a. 1.* Non videor vidisse lenam callidiorem alteram. *Plaut. Mostell. sc. 3. a. 1.*]

Lēnŭlŭs, li, diminutiuum. {μαστρύπιον. GALL. Petit macquereau. ITAL. *Ruffianetto.* GERM. Ein hurenwirtlin. HISP. *Pequenno alcahuete.* ANG. *A litle baude.* } *Plaut. in Persa.* Ita vt occœpi dicere, lenule, de illa pugna.

Lēnūncŭlŭs, culi, aliud diminutiuum. {μαστρύπιον. GAL. Petit macquereau. ITAL. *Ruffianello.* GERM. Ein huren wirtlin. HISP. *Pequenne alcahuetardor.* ANGL. *A litle baude.* } *Plaut. in Pœn.* Sic deuotorem ære militari tetigero lenunculum. ¶ Est & Lenunculus nauigium piscatorium. { τὸ λεμβάδιον ἁλιευτικὸν πλοῖον. GAL. Nauire à pescher ITA. *Naue picciola da pescare.* GERMA. Ein fischer schifflein / oder weydling. HISP. *Pequenno naue para pescar.* } *Sallust. lib. 1. Histor.* Indicit forte per noctem lenunculo piscandum. *Cæsar. 2. bel. Ciuil.* Horum fuga nauium onerariarum magistros incitabat: pauci lenunculi ad ostium imperiúmque conueniebant. *Ammianus Marcel. libr. 14.* Nam solo orto magnitudine anguisti gurgitis, & profundi, à transitu arcebantur: & dum piscatorios quærunt lenunculos, vel innare temerè contextis ratibus. *Idem. lib. 16.* Auido flatu ventorum lenunculo se commisisse piscantis.

Lēnōnĭŭs, a, um, Quod ad lenonem pertinet. {μαστροπικὸς. GAL. De macquereau. ITAL. *Cosa di roffiano.* GERM. Das zu dem hurenwirt gehört. HISP. *Cosa perteneciente à alcahuete.* ANG. *Of a baude.* } *Plaut. in Menæch.* [*sc. 3 a. 3.*] Ab iis locis lenoniis. *Idem in Rud.* ne vt leno postules, Tu hic fiue lenonia vti non potes: leruanda est fides. *Idem Asin.* Portitorum simillimæ sunt ianuæ lenoniæ. [Non periculum est ne quid rectè monstres. B. Non lenonium est. *Plaut. Pseud. sc. 3. a. 1.* In malam crucem istic ibit Iupiter Lenonius. *Plaut Pseud. sc. 3. a. 1.* Iam ego hoc ipsum oppidum expugnatum faxo erit lenonium. *Plaut. Pseud. sc. 4. a. 2.* Cui seruitutem dij danunt lenoniam. *Plaut. sc. 1. a. 3.*]

Lēnōcĭnĭum, nij, Lenocinandi actus, hoc est, exercitium lenonis. {μαστροπεία. GALL. Maquerelage, allechement, amadouement. ITAL. *Ruffianesmo, roffianezzo.* GERM. Hurenwirtschafft. HISP. *Alcahuetrih.* ANGL. *The practiise or occupying of baudery.* } *Vlpian. l. Palam. ff. De rit. nupt.* Lenocinium facere, non minus est quam corpore quæstum exercere, Quid autem sit lenocinium facere. docet *Vlp. l. Ath etas. ff. de his qui not. infam.* Lenocinium facit (*inquit*) qui quæstuaria mancipia habuerit: sed & qui in liberis hunc quæstũ exercet. [Lenocinium profiteri, & de eo. *Sueton. in Tiber. cap. 35.* Lenociniis & coloribus polluere formã. *Senec. cap. 16. de consol. ad Helviam.* Non ornamenta, no. lenocinia verba-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

verborum quærimus. *Quintil.*] *Plaut. in Epid.* Quid ergo lenocinium facio, qui quidem habeam alienos domi? *Cic.5. Verrina.* Pudorem & pudicitiam qui colit, potest animo æquo istius quotidiana arem & pudicitiam disciplinam, domesticum lenocinium videre? dulteria, meretriciam ¶Ponitur interdum pro delinimento, allectamento, illecebris inescatione, διαγωγὴν. *Cic. pro L. Muræn.* Vtrum Lenocinium, inquit, à grege delicatæ iuuentutis, an orbis terrarum imperium à popul. Rom. petebas? *Idem pro Sestio,* Et de vitiorum illecebris, & cupiditatum lenociniis dediderunt. ¶ Quandoque pro exquisitiore elegantia, κομψεία, κομψότης. *Sueton. de Augusto.* [*cap.79.*] Forma fuit eximia, & per omnes ætatis gradus venustissima, quanquam & omnis lenocinij negligens, & in capite comendo incuriosus. *Cicer. 2. de Natur. deor.* Perspicuum est enim quo compositiones vnguentorum, quo ciborum conditiones, quò corporum lenocinia processerint.

Lēnōcĭnĕ, aduerbium. *Lamprid. in Commodo.* Quæ gladiatoriè, quæ lenocinè faceret, actis vrbis indi iubebant.

Lēnōcĭnor, aris, tertia syllaba correpta, Lenocinium facio. {μασεφτεύω, ἀφροδιτιάζω. GAL. Estre maquereau, amadouer, blandir. ITA. *Ruffianare.* GERM. Kurenwirtsein. HISPAN. *Alcahuetear.* ANG. *To exercise of the office of a baude.*} Per translationem pro blandiri ponitur, siue allicere, quod lenones facere solent. *Cicer. 1. Verrina,* Tibi seruiet, tibi lenocinabitur, ininùs aliquanto contendet, quàm potest. ¶Interdum significat gratiam conciliare. *Plin. lib. 2. Epist.* Potest tamen fieri, quanquam in his difficultatibus, libro isti nouitas lenocinetur. *Budæus.* [*Quintil.* Formæ puerorum lenocinantur mangones.]

Lēns, lendis, fœm. gener. Ouum pediculorum, capillis adhærens: ex quo postea pediculi generantur. {κόνις, ὁ. GAL. Lende. ITA. *Lendine.* GER. Ein nisz des haupts. HISP. *Liende.* ANG. *A nitt.*} *Serenus,* Vnda maris capiti lendes deducit iniquas. *Plin. l. 28. c. 11.* Quo cum aceto calefacto & lendes tolluntur. *Idem l. 29. c. 6.* Lendes toluntur adipe canino, vel anguibus in cibo sumptis anguillarum modo.

Lēns, lentis, Genus leguminis, folio viciæ, tribus quatuórve in filiqua granis, inter legumina minimis. {עדש *Tadhâsc.* φακός. GAL. Lentille. ITALIC. *Lentichia, lente.* GERMAN. Ein linse. HISPA. *Lenteia.* ANG. *A lentill.*} *Plin. lib. 18. c. 12.* Inuenio apud veteres autores æquanimitatem fieri vescentibus lente. *Virgil. 1. Georg.* Nec Pelusiacæ curam spernabere lentis. ¶Lentim pro lentem in accusatino frequens est *apud Catonem, vt c. 35.* Lentim in rudeto, & rubicoso loco, qui herbosus non fiet, serito. ¶Ante lentem augere ollam, πρὸ τῆς φακῆς αὐξάνειν τὸν λοπάδα. Prouerbium in eos, qui spes ingentes in animo concipiunt, priusquā res ipsa teneatur. Aut polliceri quod ipse nondum habeat. Aut præpropere sibi placere, quasi iam possideat ea, quæ procul etiam absunt vt teneantur. Citatur à Cratete & à Plutarcho. ¶ Diues factus, iam desiit gaudere lente, ἐπειτα πλουτῶν, οὐκ ἐχαίρεν φακῇ. Lens pauperum ac tenuiū cibus est, quæ saltíditur simulátque fortuna cōtingit. Hinc prouerbium in eos quibus ad vberiorem conditionem euectis fastidio sunt ea, quæ priùs inopes boni consulebant. *Ex Aristoph.* [Lentis Ægyptiæ cœna. *Gell. cap. 8. lib. 17.*]

Lentĭcŭlă, æ, Genus est leguminis, lenti simillimum, sui tamen generis. {φακὴ. GAL. Petite lentille. ITA. *Lense picciola.* GERM. Klein gemüs wie linsin. HISP. *Pequeuna linteia.* ANG. *A mall lentle.*} *Plin. lib. 15. cap. 11.* Folia sunt lenticulæ simillima. Græci φακλὼ appellant, vt ex Theodori versione annotauit Hermolaus: nam lentē φακὴν nomināt. Vndetritum illud Græcorum prouerbium, τὸ ἐπὶ τῇ φακῇ μύρον, sic ferè omnes vertūt, *In lenticula vnguentum.* Quod quidem prouerbium in eos dici solet, qui nullo rerum discrimine quæ agunt dicúntve pari nixu cuncta moliuntur: quod genus homines Græci, κακοζήλους, καὶ ἀπεριγράπτους, appellant. ¶Lenticula etiam genus vasis est à figura leguminis dictū. Videtúrque id esse, quod discus appellatur *apud Dioscor.* {פך *Pach* גלח *gulláh. Plin. lib. 18. cap. 12.* Duo lentis genera in Ægypto, alterum rotundius, nigriúsque: alterum sua figura: vnde vario vsu translatum est in lenticulas nomen. Videtur autem Lenticula fuisse vasis vnguentarij genus, in qua etiam significatione à sacrorum bibliorum interprete vsurpatur. *Quidam in hac significatione à liniendo deducunt, & aiunt esse vas olearium, ex quo reges & sacerdotes liniebantur. ¶Ab eius item vasis similitudine, in gemmis quoque lenticula appellatur, figura circa medium sui lata, rotunda, & depressa. *Plin. lib. 37. cap. 12.* Figura ob longa maximè probatur: deinde quæ vocatur lenticula: postea clypeidos. ¶Rursus lenticulæ, maculæ sunt in corpore quæ & lentigines dici solent. ANGL. *A pimple, a wheik.*} *Cels. l. 6. c. 5.* Lenticulas tollunt galbanum & nitrum.

Lentĭcŭlārĭs, & hoc lare, adiectiuum. {φακοειδὴς.} vt, Lenticularis forma. *Apul. l. 2. Flor.*

Lentĕo, Lentesco. Vide LENTVS.

Lentigo, pen. prod. genitiuo lentiginis, Macula subrusa, & nigra interdum in facie, ad lentis similitudinem. {בהק *bóhak.* φακὸς. GALL. Petite tache rousse en forme de lentille qui viet au visage ou au corps. ITA. *Lentigine.* GERM. Ein laubfleck des leybs. HISP. *Peca.* ANGL. *A freckle or litle reedish: markę in the face.*} ¶Vnde & lentiginosus. {φακώδης. GAL. Lentilleux, qui est plein de taches qu'on appelle lentilles. ITALIC. *Lentiginoso.* GER. Laubfleckechtig voll laubflecken. HISP. *Pecoso.*} *Plin. lib. 9 cap. 20. de atriplice,* Ac nisi mutata sæpe aqua coquendum, stomacho contrarium esse lentigines & papulas gignere. *Idem l. 20. c. 15.* Sugillatis illinitur cum melle, & vua passa, & aceto: lentigini nigrę ex aceto.

Lentiscus, Arbor est in Chio præcipuè nascens, (quanquam & in Italia, & in Narbonensi Gallia proueniat) magnitudine Roboris, sorbi folio, terebinthi odore, acinis, dum matureścunt, rufis: vbi maturuerint, nigris: mastichen exudans in modum gummi. {χῖνος. GAL. Lentisque. ITALI. *Lentisco.* GERMAN. Der mastixbaum/vns in theutschen landen vnbekant. HISP. *Lentiscomata.*} Hæc arbor perpetuò viret: tērq; in anno fructus profert. Quod & ipsum testatur *Cicer. de Diuinat. versibus ex vetusto poëta adductis:* Iam verò semper viridis semperque grauata Lentiscus, triplici solita est grandescere fœtu: Ter fruges fundēs, tria tempora monstrat arandi. Dictam autem Lentiscum putat Ruellius, quòd liquore quodam lentescat. Sudat enim resinam quam in Chio insula mastichen vocant. Eius fructum Hippocrates χῖνδα vocat: arborem autem χῖον. Ex arboris huius ligno præstantissima fiunt dētiscalpia. *Martial. lib. 14.* Lentiscum melius, sed si tibi frondea cuspis Defuerit, dentes penna leuare potes. ¶Lentiscum mandere, χῖον μασᾶσθαι, dicuntur qui nimio comendi corporis studio superfluunt. Nā ex lentisco dentifricium fieri consueuit. Huiusmodi igitur quibus dētiscalpum semper in ore est, lentiscum arrodere dicuntur: & χιοτρώγες, lentisci arrosores appellantur.

Lentĭscĭnŭs, scina, scinum denominatiuum, Quod ex lentisco factum est. {σχίνος. GALL. De lentisque. ITAL. *Di lentisco.* GER. Das von dem mastixbaum gemachet ist. HISPA. *Cosa de lentisco.*} vt, Oleum lentiscinum. *Plin. l. 23. c. 2.* Tunc addito oleo lentiscino illita, vna nocte rufat capillum.

*Lentiscĭfĕrŭs, pen. cor. Adiectiuum. χιοφόρος, ferens lentiscos: vt, Linternum lentisciferum *Ouid. 15. Metam.*

Lĕnto, lentas, Vide LENTVS.

Lĕntŭlī, λέντλοι, ex nobilissima familia Romæ, ita cognominati à lente, vt Cicerones à cicere. ¶ A quibus vocem, Lentulitas, deflexit, *Cic. lib. 3. Epist.* pro nobilitate Lentulorum, Vllam (*inquit*) Appietatem, aut Lentulitatem valere apud me plus, quàm ornamenta virtutis existimas?

Lēntŭs, lenta, lentum, Tardus, non acer, non celer. {נרפה *nirpéh* רך *raeh* γλισχρός. GAL. Qui plie facilement sans se rompre, lent. ITAL. *Flessibile.* GERM. Weich zäch. HISPA. *Liento, que se puede doblegar.* ANG. *Pliant, that boweth easilie.*} *Plaut. Menæchmis.* Quàm lentum est, & visco simile? ¶Nonnunquam idem quod molle, flexibile, & minimè fragile. *Vir. 5. Eclog.* Lenta salix quantum pallenti cedit oliuæ. [Vlmeis affectos lentis virgis. *Plaut. Asin. sc. 2. a. 3.* Heu nimium fati tempora lenta mei. *Ouid. Eleg. 1. lib. 4. Trist.* Quíque refert pariter lentos ad pectora remos. *Ouid. Eleg. 1. lib. 4. Trist.* Nimis lenta sunt vincla escaria. *Plaut. Men. sc. 1. a. 1.* Et lenta excelsos vis (didicit) conscendere ramos. *Tibull. lib. 4.*] Sed translatum ad animum, pro leni ac placido capitur, & æquanimi: vt, Vir patiens. & lentus, *apud Cic. lib. 2. de Orat.* Interdum pro facili: *Lucil. Stat. lib. II. vt citat Nonius.* Lucius Cotta senex Crassi pater huius paneti magnus trico fuit numarius soluere nulli Lentus. [Lentus & lentitudo, de eo, qui irasci nescit, à lente legumine videtur deduci, quia qui lentibus vescuntur, æquanimes fieri existimantur. *Plin. cap. 12. lib. 18.*] ¶Interdum pro tardo. {אדן *éreeh* בבדי. GALL. Tardif, lent. ITA. *Tardo.* GERM. Träg/langsam. HISPA. *Tardio, perezoso.* ANGLI. *Slacke or slowe. Plin. Epist. 147.* Ibat illa lento gradu, quasi grauis vinculis. ¶Interdum pro securo & otioso. *Virg. 1. Eclog.* tu Tityre lentus in vmbra, &c. ¶Interdum pro remisso & frigido. *Virg. 1. Georg.* Noctis lentus non deficit humor. Habet & alias significationes, vt quum dicimus, Lentum colorem, id est, fluentem, & facilè euanescentem. *Plin. lib. 12. cap. 25.* Colos in quacunque natione præfertur rufus, & pinguiter lentus. ¶Lentus ignis, dicitur: modo ratus non vsque adeò calescens. *Plin. lib. 13. cap. 14.* Lentus ignis è palmis. [Qui falsum lento torruit igne bouem. *Ouid. Eleg. II. lib. 3. Trist.* Lentibus carnibus vre. *Ibid.* Tempore paret equus lentis animosus habenis. Lentum mortis genus. *Suet in Cæs. cap. 87.* Lenta itinera facere. *Idem in Aug. cap. 82.* ¶Sæua ac lenta natura (.i. tecta & mala.) *Suet. in Tib. cap. 57.* Lentum venenum, *Suet. in Tib. cap. 73.*] ¶Lentus tepor, remissus. *Plin. lib. 12. c. 19.* Probatur cassia gustu quàm maximè feruens, potiùs quàm lento tepore leuiter mordens. ¶Lenta viuacitas, id est, longa & tenax. *Plin. lib. 8. c. 27.* Alioqui viuacitatis adeò lentæ, vt eiectis interaneis diu pugnet. *Lentulus Diminut. *Cic. ad Attic. lib. 10.* An existimas illum in isto genere Lentulum aut restrictum? nemo est minus.

Lēntē, aduerbium, Tardè, & cunctanter. {βραδέως. GAL. Lentement, tardiuement. ITA. *Tardamente, pigramente.* GERM. Langsamlich/gemächlig. HIS. *Tardiamente, perezosamente.* ANG. *Slackolie, slowelie.*} *Plin. Epist. 13.* At tum quoque lentè, & cunctanter veniunt, nec tamen permanent, sed ante finem recedunt. ¶Lentè aliquid ferre, est illud patienter ferre & æquo animo. *Cic. 2. de Orat.* Neque enim est facilè perficere, vt irascatur ei, cui tu velis; index, si tu ipse id lentè ferre videare. ¶Lente agere, est remissè, & segniter agere. *Liu. 1. ab Vrbe.* Lentè agere iis Tatius, Sabiníque uisi sunt. ¶ Lentè, ac fastidiosè probare aliquem, est post diuturnā morosámque disquisitionem aliquem probare. *Cic. ad Att. l. 2.* Quem tibi ego non essem ausus mittere, nisi eum lentè, ac fastidiosè probauissem.

Lēntĭtĭa, tiæ, Lentor, seu flexibilitas {מרך *móreeh* מרפא *marpé* רפיון *riphion.* γλισχρότης. GAL. Molleße & facilité à se plier. ITAL. *Tenerezza, facilità à piegare come vimine.* GER. Weiche/zäche. HISP. *Lentura, doblegatura.* ANG. *Pliatheße or slowenesse.*} *Plin. l. 16. c. 37.* Alię virgas sequacis ad vincturas lentitiæ.

Lēntĭtūdo, inis, Tarditas, facilitas, lenitas. {βραδύτης. GALL. Tardiueté, faitardise. ITAL. *Tardezza.* GERM. Langsamme. HISPA. *Tardança y perezza.* ANG. *Pliantenesse, slowencsse.*} *Cic. ad Qu. fratrem lib. 1.* Nam illud non solùm est grauitatis, sed nonnunquam etiam lentitudinis. *Idem 4. Tusc.* Eámque quam lenitatem nos dicimus, vitioso lentitudinis nomine appellant. *Tacit. lib. 16.* Lentitudine exitus graues cruciatus afferente.

Lēntŏr, toris Humor tenax, & glutinosus, *inquit Budæus.* {γλισχρότης. GA. Humeur tenant & gluant. ITA. *Humore tenace, viscoso.* GERM. Schleim allerley zähe feuchtigkeit. HISP. *Humor liento y retenedor.* ANG. *Toughenesse, a clammy gluish humour.*} *Plin. lib. 9 c. 36. de purpuris,* Congregantur verno tempore, mutuóque attritu lentorem cuiusdam ceræ saliuant. *Colum. li. 5. c. 6.* Vt aliquem tamen succum & lentorem habeat, inniciemus areis.

Lēnto, as, Lentum reddo {חרך *heráeh.* χαυνόω. GAL. Plier, & ployer ITAL. *Lentare, piegare.* GERM. Weich machen/biegen. HISPAN. *Doblegar. hazerliento.* ANGLIC. *To make pliant and flexibile.*} *Virg. lib. 3.* Antè & Trinacria lentandus remus, in vnda. Quid sibi velit lentare remos. *docet Turneb.* Vide in voce *Remus.* Arcus lentare, *Stat. 1. Achil.* Id est, flectere.

Lēntĕo, lentes, Lentus sum, tener, & mollis {רך *raeh* נרך *narách.* γλισχραίνομαι. GAL. Estre glueux, & tenant, estre tardif. ITALIC. *Esser lento, molle, pieghemole.* GERM. Weich oder tangsam sein. HISP. *Ser liento.* ANG. *To be slow, pliant or gluish.*} *Vnde apud Lucil. legitur,* Lentet opus, pro eo quod est, lentè procedit.

Lēntēsco ſcis, ſcere, Lentus, seu tener ac mollis fio. {רך נרך

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ναεh.γλιχρᾶτομαι.GAL.Deuenir mol & lent. ITAL. *Diuenir molle,lento.* GER.Weich/ oder zäch werden, HISPA. *Hazer se liento y muelle.*ANG.*To waxe tender or pliant,to become clammy or gluish.*} *Col.lib.11.c.2.* Quæ si natura minùs lenta, antè dies quindecim præcidenda, & purgata in stercore obruenda est, vt lenteſcat. ¶*Virgil.lib.2.Georg.* Sed picis in morem ad digitos lenteſcit habendo, id est, cohæret, *vt exponit Seruius. Col.lib.2.cap.*11. Cicera bubus erui loco freſa datur in Hiſpania Bætica:quæ quum ſuſpenſa mola diuiſa est, paulùm aqua maceratur dum lenteſcat, hoc est,cohæreat: vel(*vt ait Budæus*) glutinoſa fiat. ¶Curæ lenteſcunt tempore.*Ouid.lib.2.de Arte Amandi*,Sit Mora tuta breuis,lenteſcunt tempore curæ.

Lenulus,Lenunculus,Vide LENO.

LENVS,λῶος, regio Piſarum (πεδίον Steph.ciuis Lenæus,Locus non integer videtur.

LĔO,es,leui,letum, Hodie in vſu non est:ex compoſitis tamen eius quæ ſunt Deleo, & releo, apparet eiuſdem ſignificationis fuiſſe cum verbo lino:quod etiam præteritum ab eò mutuò accepit *Horat lib.1.Car.* Græca quod ego ipſe teſta Conditum leui. * Vbi *Porphyrio*, leuiſſe ſe gypſo vtique vult intelligi. Huic contrarium est Terentianum illud, Releui dolia atque omnes ſerias, quod ſignificat, aperui & q.d. regypſaui.

LĔO,λέων,Byzantius philoſophus fuit, auditor Platonis, qui Philippo Macedonũ regi infeſta patriæ,ſiue arma inferenti occurrens,Dic, *inquit*, Philippe, quæ cauſa te impellit ad oppugnanda patriæ noſtræ mœnia? Quúmque Philippus reſpondiſſet, amore patriæ illius eſſe inpulſum,vt ea potiretur.Atqui,*inquit*,muſico amantibus inſtrumento,non bellico opus est. Poſteà verò quum Phylippus Byzantium diu fruſtra obſediſſet,intelligens id Leonis opera fieri,vt illum apud ſuos in inuidiam vocaret,literis eum apud ciues calumniatus est,proditorem patriæ appellans, ſæpiúſque ſibi ab eo vrbem venalem eſſe oblatam,& potuiſſe iam vrbe potiri, niſi turpe iudicaſſet victoriam ſuffurari, His itaque literis Leo apud ciues ſuos in ſuſpicionem adductus, quúmque domum ſuam arctiſsima cuſtodia obſeruari videret,laqueo vitam finiuit.

LĔO,onis.{אריה *arièh* לביא *labí* תיש *láiiſch.*λέων.GALL.Lion.ITA.*Leone.* GERMAN.Ein lew. HISP.*El leon.*ANGL. *A lyone.*} Animal ferox,& omnium in terris animãtium,vno excepto homine, generoſiſsimum, tum præcipuè quum colla armóſque veſtiunt iubæ, quod ætate accidit.Leones tantum ex feris clementia vtuntur in ſupplices, proſtratis parcunt.[Corpora magnanimo ſatis proſtraſſe leoni. *Ouid.Eleg.5.lib.3.Triſt.*] coeunt auerſi quemadmodum & lynces, cameli,elephanti, rhinocerotes,& tigrides.Eorum animi index est cauda,ſicut equorum aures:vim ſummam in pectore habent,ſauciati innoxij ſunt. Timent rotarum orbes circumactos,& currus inanes,& criſtas, cantúſque gallinaceorum,ſed maximè ignes.*Vide Plin.lib.8.cap.16.*¶Eſt & Leo marinus ex cancrorum genere,*apud Plin.lib.31. cap.*11. ¶Item Leo cœleſte ſignum *apud Plin.lib.17.cap.* 24. quem putant fuiſſe leonem Theumeſium ab Hercule occiſum, in cœlum ab Ioue tranſlatum. Dictus autem Theumeſius,à Theumeſio Bœotiæ monte. ¶Leones radere,dicuntur qui feroces & præpotentes arte tractant & illudunt magno ſuo periculo.*Socrates apud Plat.de Republ.lib.1.* ¶Leonem ſtimulas, τὸν λέοντα νύττεις. De iis qui potentem ac ferocem in ſuum ipſius exitium prouocant atque extimulant. [Leonem ſubula excipere prouerbium. *Senec. Epiſt.83.* Leonem edentulum olentem proteram.(*i.vetulum*) *Plaut.Menæch.ſc.2.a.5.* Tempore Pœnorum compeſcitur ira leonum. *Ouid.Eleg.6.lib.4.Triſt.*] ¶ Leonem ex vnguibus æſtimare. ἐκ τῆς ὀνύχων λέοντα γινώσκειν,eſt ex vna quapiam coniectura negotium vniuerſum perpendere,ex paucis multa, ex minimis maxima coniicere. Natum videtur adagium à Phidia ſtatuario,qui(ſicut narrat Lucianus in Hęreſibus) inſpecto duntaxat leonis vngue, quantus eſſet totus leo perpendit,totúmque ex indicio vnguis eſinxit.

LEONĪNVS,a,um,adiectiuum. {λεόντειος. GAL.De lion. ITAL. *Di leone* GERMAN.Löwin. HISP. *Coſa de leon.* ANGL.*Of a lyone.*} vt,Adeps leoninus,*apud Plin.l.24.cap.*17. Et Leonina ſpecies, *apud Varr.l.2. de Reruſt.cap.9.*

LĔÓNĀTVS,λεονάτος, Vir nobilis ex Alexandri ducibus, Philippi ex materno genere conſanguineus,vnà cum Alexandro educatus.*De quo vide plura apud Suid.*

LĔŌCHĂRĒS,λεοχάρης,Nobilis ſtatuarius fuit, vnus ex iis qui Mauſoli regis Cariæ ſepulchrum caluerunt.*Plin.l.35.c.5.*

LEOCORION,λεωκόριον, Monumentum ab Athenienſibus in medio Ceramico erectum. Nam quum Attica vniuerſa maxima fame laboraret, vnúmque hoc ab oraculis oſtenderetur mali effugium, ſi quis liberos ſuos immolaret, inuentus est Leos quidam Orphei filius,qui tres filias ſuas virgines, Paſitheam, Theopen & Eubulen tradidit immolandas. Cuius beneficij memores Athenienſes monumentum in Ceramico erexerunt,quod Leocorio appellarunt.*Autor Suidas.*

LĔŎDĂMĀS, penultim. corrept. gen. Leodamantis,λεοδάμας, Thaſius Philoſophus fuit, cuius meminit *Laertius in vita Archytæ Tarentini.*

LEODIVM, ducatus Iuliacenſis vrbs Epiſcopalis:Vulgò *Luttich.*

LĔŌGŎRĀS,ræ,λεωγόρας,Andocidæ rhetoris pater fuit,*teſte Suida.*

LĔŌNĬDĒS,λεωνίδης,Lacedæmoniorum Rex fuit, ex genere Heraclidarum.qui apud Thermopylas,quum anguſtias aduerſus Xerxem tueretur,fortiſſimè pugnans occubuit. Cuius cadauer Perſæ, abſciſſo capite è cruce ſuſpenderunt. *Author Herodot.lib.7.* {GERMA.Ein könig der Lacedämonier der im ſtreit wider Xerxem vmbkommen iſt..} Fuit præterea Leonides Alexandri magni pædagogus: qui quum videret largè puerum thura aris ingerentem, monuit illum,ut tum demum quum thuriferas regiones ſubegiſſet,illo modo ſupplicaret. Cuius rei memor Alexander Arabia iam potitus, miſit ei nauim thure onuſtam, exhorrans eum vt in deos parcus eſſe deſineret. *Autor Plin. lib.* 12. *cap.*14.

LĔŌNTĪCĒ, λεοντική, Herba est quam Dioſcorides cacaliam appellat,foliis grandibus & candidis, inter quæ ſemen dependet minutis margaritis ſimile: cuius grana quindecim in oleo macerata, atque aduerſo capillo illita,porriginem tollunt. *Vide Plin.l.35.c.*11. Officinæ *Carui* agreſte appellant.

LĔŌNTĪOS, λεόντιος, Gemma à leoninæ pellis ſimilitudine nomen quemadmodum pardalios à ſimilitudine pellis pantheræ. *Autor Plin. lib.vltim.cap.*11.

LĔŌNTĪSCVS,λεοντίσκος,Mamertinus quidam Pyſta fuit,ex argumento Acrocherſites cognominatus, tanto corporis robore, vt ſummis aduerſarium manibus arripiens, non priùs eum deſereret quàm deſcientem ſentiret.*Suid.*

LĔŌNTĬVS, fuit quidam eximius ſtatuarius,qui Olympiæ fecit Stadiodromon aſtylon,aliaque opera quæ commemorantur *à Plin. lib.34. cap.*8. ¶Fuit item Leontios quidam Tripolis Lydiæ Epiſcopus ex Meſia ortus, *de qua vide Suid.*

LĔŌNTŌPĔTĂLŌN, λεοντοπέταλον. Herba eſt caulem emittens dodrantalẽ, plurimis aliis concauum, & in cacumine ſemina parua duo aut tria eáque in ſiliquis ciceris modo; flores punicei coloris, anemonæ ſimiles: folia braſsicæ,ſed papaueris diuiſura,radicibus nigris, rapæ ſimilibus.Naſcitur in aruis.*Vide Plin.l.27.cap.*1. Vulgus a ſimilitudine pedis leonini *patam leonis* appellat.

LĔŌNTŌPHŌNOS, λεοντοφόνος,Exiguũ eſt animal,in iis tantùm regionibus naſcens,in quibus gignũtur leones: quibus ram præſens eſt venenum, vt guſtato leontophono leo ſtatim moriatur: vnde etiam animalculum hoc leontophoni nomen accepit.*Autor Plin.lib.*8.*c.*38.

LĔŌNTŌPŎDĬŌN,λεοντοπόδιον,Herbula eſt duorum digitorum,ſolio paruo,anguſto digitorum,trium,quatuórve longitudine, hirſuto, lanoſioréque ad radicem, & ſubcandido, in cacumine caulium capitula tanquam perforata,floribus nigris erumpentibus, ſemen quod oculis vix poſsit deprehendi propter circundatam lanuginem. Ruellius exiſtimat eam eſſe quam vulgus *cruciatam* appellat.

LĔŎPĂRDŪS,{נמר *namér.*λεοπάρδαλις. GALL.Leopard.. ITA. *Leopardo.* GERM. Ein leopard/ iſt ein grauſams thier von einem pandertier vnnd einer löwin erboren.HISP.*Animal mezelado de leon y pardo.* ANGL.*A leoparde.*} Animal ex pardo & leæna natum,ſubis carens,nigris maculis leoninam pellem diſtinguentibus. Naſcitur in Africa,vbi propter penuriam aquarum ad paucos amnes multitudo ferarum conuenit, ideo multiformes ibi animalium partus, mutuò ſeſe miſcentibus deuerſorum generum animalibus.Vnde ortum eſt prouerbium, Semper aliquid noui Africam afferre.*Vide Plin.l.*8.*c.*15.

LEOS, Orphei filius. Vide LEOCORION.

LĔŌS THĔNĒS, penultim.cor. λεοσθένης. Viri Athenienſis nomen, qui quum ſponſus eſſet, & Lamiacum bello concitaſſet,in prælio interfectus est. Ob cuius amorem ſponſa,Demotionis Areopagitarum principis filia,ſe interfecit,ſicut Hieronymus contra Iouinianum teſtatur. Suidas Leoſthenem tradit eo in prælio, quod Athenienſes aduerſus Macedones commiſerunt,quum multa ſtrenuè geſsiſſet,lapidis ictu interiiſſe.

LĔPĬDĬŪM, {λεπίδιον.} Herba eſt in cubitalem eóque maiorem altitudinem aſſurgens,foliis lauri,ſed mollioribus, & maioribus,quæ trita ſinapim olent, & piperis acrimoniam referunt. Vnde vulgus herbariorum *piperitim* vocitat. Quidam etiam raphanum, quòd raphano ſylueſtri,quem armoraciam alio nomine dicunt,planè ſimilis ſit.Lepidum autem ab effectu appellatur,quod τὰς λεπίδας, hoc eſt ſquamas & maculas faciei deleat &repurget. * Hæc herba hodie in Italia non reperitur,vt ait Matthiolus.

LEPADVS, Vide LOPADVSA.

LĔPĬDŌTĒS,λεπιδωτής,Gemma quæ ſquamas piſcium imitatur. *Plin.lib.* 37.*cap.*10.

LĔPĬDŪS,da,dum,penult.corr.In quo lepóris est plurimùm,facetus,elegans,iucundus. {נעים *naʿím.*λαμπρός,χαρίεις,χαρίεντος. GAL. Plaiſant, gay,ioly,qui eſt de bonne grace. ITAL. *Piacenole,gratioſo.* GERMAN. Holdſeliig/tieblich/angenẽm. HISPAN. *Graciɇſo en demayres.* ANG.*Plaiſant in talk pretie,merie,that hath a good grace.*}*Terent.in Andr.*O lepidum caput.*Plaut.in Milite*,1,At quidem illuc ætatis qui ſit, non inuenies alterum Lepidiorem ad omnes res. *Idem in Aſinl.* O lepidum diem.*Idem in Pœn.*Nimium lepidum mihi memoras facinus. *Idem in Epid.*Forma lepida & liberali. [Viine amplectamur? licet Lepida es. *Plaut.Moſt.ſc.4.a.1.* Quin tu te exornas moribus lepidis,cum tute lepida es. *Plaut.Moſt.ſc.3.a.1.* Vt lepida ſchapha ſceleſta multum ſapit! Lepidis litteris, lepidis tabellis,lepida conſcriptis manu. *Plaut.Pſeud. ſc.1.a.1.*Accipiam te lepido victu,& lepida aderit mulier. *Plaut.Pſeud. ſc.1.a.4.*Apud ſuum hoſpitem lepidum ſenem.*Plaut.Mil.ſc.1.a.2.* Lepidus liber.*Idem Curc.ſc.2.a.1.* Nõ mutit cardo,eſt lepidus. *Plaut.ibid. ſc.1.a.1.*Pulchrum,probum,lepidũ facinus. *Plaut.Menæch.ſc.2.a.1.&c.* ¶Lepidum paruis tantum in rebus dicimus, vtpote quod ſit ductum. ἀπὸ τῆς λεπίδος.λεπὶς autem ἀπὸ τοῦ λεπίδω, Paſſer.] ¶Lepidum interdum aduerbij ſignificatione ponitur pro lepidè. *Plaut.in Pœn.* Lepidum eloquere. ¶Lepidus,politus, *inquit Donatus*, ἀπὸ τῆς λεπίδος,id eſt,à lamina ſiue ſquama. *Plin.l.*34. Excutiuntur veluti milij ſquamæ quas vocant lepidas.

LĔPĬDĒ,aduerb.id eſt,Cum lepóre,facetè.{κωμῳδικῶς,χαριέντως,χαρίεσσαν,γλαφυρῶς. GAL. Plaiſamment, gailiardement, de bonne grace.ITALIC. *Piacenolmente,con buona gratia.* GERM. Holdſeliglich/fein vnd tieblich. HIS.*Oracioſamente en donayres.*ANGL.*with a good grace,merilie.* [Hoc effectum lepidè tibi tradam *Plaut.Curc.ſc.*1.*a.*3.Ingenio hilari & lepidè nos accipiet. *Plaut.Moſt.ſc.*4.*a.*1. Lenones nouiſti lepidè. *Plaut. Curc.ſc.2.a.4.* Probè lepidéque concinnatam palam. *Plaut.Menæch. ſc.2.a.3.* Lepidè animum tẽtaui tuum.*Plaut.*Nimis lepidè verba fecit. *Idem Aul.ſc.5.a.3.* Circunducam lepidè lenonem.*Plaut.Pſeud.ſc.5.a.1.* Quicquid Vt te accipiam lepidè vino,vnguentis.*Plaut.Pſeud.ſc.*1.*a.*4. Quicquid ago omnia, lepidéque proſperéque eueniunt. *Plaut.Pſeud.ſc.1.a.1.* radiorum. *Plaut. &c.*]*Cicer.ad Attic.lib.*2. Nunc ſit lepidè illa ἀκτὶς *in Perſa*,Lepidè hercle adiuuas,hoc eſt,eleganter,& opportunè.

LĔPĬDŪLĒ,diminut.*Plaut.in Pſeud.*Eam circunducam lepidulè.

LĔPĬSTĂ,ſtæ,Vaſis aquarij genus,*teſte Feſto*, idem fortaſsis cum eo quod Ariſtophanes λεπαστὶδα vocat. *Varr.l.1.de vita pop. Rom.vt citat Nonius.* Lepiſtæ etiam nunc Sabinorum fanis pauperioribus pleriſque aut fictiles ſunt,aut æneæ. Meminit etiam *Varr.l.4.de ling.Lat.* vbi tamen malè Depeſta pro Lepeſta in Romana editione legitur.

LĔPONTĬI, Populi ſunt Alpini, Sabaſsis finit⁹,ex comitatu Hermaculis ibi relicti,quòd membra haberent niue præuſta. *Plin.l.6.cap.*20. GERM.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

GERMANIC. Die völckerſo vmb das höchſt alpgebirg ſenſit vnd hiedisſet dem gothart wohnend, fliſſend von auffgang an die rhüter gegen mittag an die meilander / gegen nidergang vnd mittnacht an die wualisſet vnd Helueter.} *Lepontij Rhetos habent ab Ortu, Inſubres ad Meridiem, Salaldos Seducósque ad Occaſum, Heluetios ad Septentrionem.

Lēpŏr, ŏris, & Lepos ŏris, Proprie eſt venuſtas, vrbanitásque ſermonis, facetiæ, {לְפָנִים notam. χαριέσσα χαριτωμός. GALL. Ioliueté, bonne grace, dexterité. ITA. *Piacevolezza gratia.* GERM. Liebligkeit/zierlikeit der red/wolſtand. HISPAT. *Gracia en donayre, dulce hablar ſuauiloquentia* ANGL. *Grace and delectable comelynes inſpeach and geſture.*} *Cicer. 7. Ver.* Lepŏre ac venuſtate affluens. *Idem 1. de Orat.* Magnus in iocando lepos in Craſſo. Lepor dicendi, eſt ornatus, concinnitas, elegantia. *Cicer. 4. Acad.* Cuius primò non admodum probata ratio, quanquam fioruit acumine ingenij cum admirabili quodam lepŏre dicendi, &c. [Ineſt lepos ludúſque in hac comœdia. *Plaut. prolog. Aſin. & Curcul. ſc. 2. a. 1.* Latini leporis, facetiæ. *Velleius.*]

Leporarium, Leporinus, vide LEPVS.

Lepra, æ, {צָרַעַת *ſarábath.* λέπρα. GAL. Lepre, ladrerie. ITALI. & HISP. *Lepra.* GER. Die maltzey oder außſatz. ANC. *Leatrie.*} Galeno, cæteriſque Græcis medicis, ſcabiei genus eſt, cutem deformi obducens cruſta, ab atra naſcens bile, corpúſque vehementer pruritu infeſtans. In qua ſignificatione Lepræ vocabulo vtuntur etiam Latini. *Plin. lib. 24.* Lacryma vitium, veluti gemma, lepras, & lichenas, & ploras nitro antè præparatas ſoluit. Auicenna verò, cæteríque Arabicæ factionis, lepræ vocabulum impropriè vſurpant pro elephantiaſi, quod morbi genus ſuperiori multò eſt pernicioſius: vt quod non ſolùm cutem infeſtet, verumetiam carnem ipſam vſque ad oſſa depaſcatur.

LEPRIVM, λέπριον, Elidis oppidum ad Alpheum fluuium, cuius incolæ dicuntur Lepriatæ. *Plin. lib. 4. c. 5. Ptolem. l. 3. c. 16.* ¶Eſt & alterum eiuſdem nominis oppidum in Arcadia, cuius meminit *Plin. lib. 4. c. 6. & Cic. l. 6. Epiſt. ad Att.*

LEPSEMANDVS, λεψήμανδος, oppidum Cariæ, *Steph.*

LĒPTĒ acra, λεπτὴ ἄκρα, Indiæ promontorium, aliàs Drepanum appellatum: de quo vide *Plin. l. 6. c. 29.*

LĒPTINĒS, penult. prod. λεπτίνης, Athenienſis orator non incelebris, qui quum liturgiarum onus ad paucos, eóſque tenuioris fortunæ rediiſſe videret, potentioribus fere omnibus immunitate donatis, tulit legem, vt ſublato iure immunitatis, liturgiarum ſumptus ex æquo à ditioribus ſuppeditarentur. Quam legem oppugnat Demoſthenes in oratione quam aduerſus Leptinem inſcripſit.

LĔPTIS, λέπτις *Ptolemæo*, Duarum vrbium nomen eſt in Africa propriè dicta: quarum minor, quæ Sarrana dicitur, inter duas Syrtes eſt ſita: cuius meminit *Sil. lib. 3.* Tabraca, tum Tyrium vulgus Sarranáque Leptis. Hæc etiam Neapolis dicitur. Vulgò *Mahometa.* Altera quæ maior Leptis dicitur, trans Syrtim minorem ſita eſt, ad Ocam oppidũ, Vulgò *Tripoli.* De hac *Hieronymus*, In Lepti (*inquit*) vrbe ſemibarbara, & poſita in ſolitudine moris eſt, vt nurus altera die ſocrum ollam mutuò poſtulet. Vtriúſque ciuitatis meminit *Strabo lib. 17.*

Lēptŏcărўă, {λεπτοκάρυα.} Græco nomine dicuntur auellanæ: quæ & Ponticæ, & Heracleoticæ appellantur.

Lĕptŏn, centaurium. {κενταύριον λεπτόν.} hoc eſt, centaurium minus, herba eſt quam Latini *fel terræ* vocant, propter ſummam amaritudinem. Galli vocant *exacum*, eò quòd potum, omnia medicamenta mala per aluum exigat. Plura vide *apud Plin. l. 25. c. 6.*

Lēptŏphўllon, λεπτόφυλλον, Septima tithymali ſpecies eſt, in petris naſcens, ita dicta à tenuitate foliorum, Alio nomine dendroides δενδροειδὲς appellatur, eò quòd ex omnibus tithymali generibus comoſiſſimum ſit. *Vide Plin. l. 26. c. 9.*

Lēptŏrăgĕs, λεπτόραγες, Vuæ quædam dicuntur, dulces quidem habentes acinos ſed tenues tamen & minutos: cuiuſmodi ſunt quas *vuas Corinthiacas* vulgò appellamus. *Plin. lib. 14. c. 1.* Eſt & illa naturæ laſciuia, vt prægrandibus adhæreant pergulis parui, mites, & ſuauitate certantes: leptoragas has vocant. *Hactenus Plin.* Dictæ autem ſunt leptorages, ab acinorum tenuitate. Nam λεπτὸν exiguum eſt, & tenue, ῥάγες autem à Græcis vuarum acini dicuntur.

Lĕpŭs, oris, Animal latis notum, à celeritate dictum, quaſi leuipes. [*Quintil. cap. 10. lib. 1.*] {ארנבת *arnébeth* λαγώς. GAL. Lieure. ITALI. *Lepre.* GERM. Ein haaß. HISP. *Liebre.* ANG. *An hare.*} ſiue (*vt Var. putat li. 3. de Re ru. cap. 12.* quòd Æoles (vel potiùs Dorienſes) antiquò vocabulo λέπορες vocabant, quem nos leporem. ¶Quare non ſolùm genus hoc nomen Latinum Lepus mutauit à Dorienſi lingua qui dicunt ὁ καὶ ἡ λέπορες, ſed etiam in recto caſu lineamenta Latina ſibi aſſumpſit. *Virg. 3. Georg.* Et canibus leporem canibus venabere damas. *Horat. Epod. 2.* Pauidámque leporem, & aduenam laqueo gruem, Iucunda captat præmia. ¶Per tranſlationem pro infami accipitur, & qui aduerſus & auerſus impudicus ſit: Creditur enim lepori vtrunque ſexum ineſſe, vt hyænæ. *Terent. in Eunuch.* Lepus tute es, & pulpamentum quæris: quod habes (*inquit Donatus*) quæris in altero. ¶Lepus etiam piſcis eſt ex lacertorum genere, inter marina venena numeratus, præſertim in Indico Oceano, vbi vel ſolo tractu peſtilens, vomitum diſſolutionémque ſtomachi protinus creat: in noſtro mari colore tantùm lepori ſimilis: in Indis & magnitudine, & pilo duriore. *Hæc Pli. l. 9. c. 49.* ¶Lepus dormiens, λαγὼς καθεύδων. Quadrat in eum qui quod non facit, id facere ſeſe adſimulat: aut quod facit, id ſe facere diſſimulat. Nam leporem patentibus genis dormire, cum alij permulti tradũt, tùm *Plin. l. 1. c. 37.* id quod etiam hominibus nonnullis ait accidere, quos Græci κοιμβαντιᾶς appellant. Neque perperam dicetur & in timidos. Adagiũ à multis refertur. ¶Leporem non edit. Antiquitus ſuperſtitioſè creditum eſu leporinæ pulpæ conciliari formam. ¶Lepus pro canibus λαγὸς ὠθεῖ τὸν κύνα: ſubaudi periclitatur. In eos dicitur qui ob aliquam ſui vtilitatem in diſcrimine vocantur. Nam leporem non inſectamur quòd noceat, ſed quod pulpamentum habeat. ¶Boue venari leporem, τὸν βοῦν τὸν λαγὼν κυνηγετεῖν, dicuntur qui rem abſurdam, ſtultam ac præpoſteram aggrediuntur. *Plutarchus.* ¶Leporis vitam viuere λαγοῦ βίον ζῆν, dicuntur qui ſæpe anxij trepidíque viuunt, quòd id animal omnium prædæ expoſitum, ne ſomnum quidem capit, niſi oculis apertis. *Demoſt. in Æſchin.* [*Theopompus apud Gellium cap. 15. lib. 16.* ait in Biſaltia lepores bina iecora habere.]

Lĕpuſcŭlŭs, li, diminutiuum. {λαγώδιον. GAL. Leuraut, petite lieure. ITA. *Leprettino.* GERMAN. Ein häßlin. HISP. *La lebraſtica.* ANGLI. *A tit le hare.*} *Cic. 6. Verr.* Si minus eiuſmodi quidpiam venari potuerant, illa quidem certe pro lepuſculis capiebantur, patellæ, pateræ, thuribula, &c. *Idem 1. de Nat. deor.* Si Seriphi natus eſſes, nec vnquam egreſſus ex inſula in qua lepuſculos vulpæculáſque ſæpe vidiſſes, &c.

Lĕpŏrārĭum, rij, Non tãtùm pro loco vbi lepores aluntur, ſed etiam pro omnibus ſeptis villæ affixis accipitur in quibus incluſæ pecudes paſcuntur. {λαγωοφορεῖον. GALL. Garenne, parc ou clos à nourrir lieures ou autres beſtes ſauuages. ITALIC. *Chiuſura, ſerraglia da notrirui ſaluaticine.* GER. Ein thiergarten/ein eingeſchloſſen ort in dem man nit nur haſen / ſonder auch andere thier zeucht. HISP. *Binar, lugar de liebres ò otras beſtias.* ANG. *A parck, a cunie ger, a warraine or any place to keep beaſtes for pleaſure.*} *Gell. lib. 2. cap. 20.* Viuaria veteres quandoque Leporaria dixére, in quibus omnia clauderentur animalia. *Varr. de Re ruſt. lib. 3. cap. 3.* Leporaria te accipere volo, non ea, quæ tritani noſtri dicebant, vbi ſoli lepores ſint, ſed omnia ſepta, atfixa villæ quæ ſunt, & incluſa habent animalia, quæ paſcuntur. Hæc antiquiores Roboraria etiam appellari voluerunt à tabulis roboreis, quibus ſepta erant antè quàm muro cingerentur.

Lĕpŏrĭnŭs, a, um, pen. prod, Quod eſt ex lepore {λαγῶος. GAL. De Lieure. ITA. *Ciò che o di lepre.* GERMAN. Häſin. HISPA. *Coſa da liebre.* ANG. *Of an hare.*} vt, Pes leporinus, leporinus cinis, *apud Plin. lib. 28. c. 11.* ¶In leporinis, ὀψοφάγοις, carnibus viuere dicebantur, qui laute atque in deliciis vitam agebant.

LERINA, Inſula eſt, prouinciæ Narbonenſi adiacens, è regione Antipolis. *Plin. l. 3. cap. 5.*

LĒRNĒ, ſiue Lerna, λέρνη, Lacus eſt in agro Argiuo, Herculis labore notiſſimus, qui in eo hydram Lernæam fertur interemiſſe, vicinæ omni regioni adeò infeſtam, vt locum fecerit prouerbio λέρνη κακῶν, hoc eſt, lerna malorum, de malis plurimis ſimul in vnum congeſtis & accumulatis. {GERMAN. Ein ſee nit weit von Argos.} ¶Eſt & fluuius eiuſdem nominis per Praſias in ſinum Argolicum illabens, *teſte Strab. lib. 8.*

Lĕrnæŭs, a, um, λερναῖος, vt Palus Lernæa, Hydria Lernæa.

* Lĕrnĭfĕrŭs, pen. cor Adiectiuum, λερναφόρος, vt, venenum lerniferum. *Ouid. Epiſt. 9.*

Lĕrōs, ronis, λήρος, Inſula eſt Galliæ. Antipoli aduerſa, cuius meminit *Plin. lib. 3. cap. 5.*

Lĕrŏs, λέρος, Inſula eſt Cariæ adiacens, in mari Icario, vna Sporadum, quæ & Leria dicitur. *teſte Strab. lib. 10.* Vulgò *Lero.* Inſulani, Lerij λέριοι, dicuntur, qui olim corruptiſſimis moribus fuiſſe perhibentur. Hinc illud Phocylide nomine circunfertur, Λέριοι κακοὶ, κἀγὼ ὁ μὴ ὢν ἐξ Ἐρέτρης. πλὴν πατροκλέους καὶ πατροκλῆς λέριος, hoc eſt, Lerij mali. nõ vnus quidé, alter verò minime: Sed vniuerſi excepto Patrocle. & tamen Patrocles quoque Lerius, &c. In eos rectè dicetur, qui pariter omnes gentis vitio ſunt improbi.

LĔRTŌSĂ, λερτῶσα, Ilercaonum oppidum in Hiſpania Tarraconenſi. *Ptolem. l. 2. c. 6.*

LĔSBŏS, λέσβος, Vulgò *Metelia.* {GERM. Ein Inſel im Aegäiſchen meer heiſſtieß Metelin.} Inſula eſt in Ægeo, Æolicarum vrbium metropolis, quæ olim vniuerſæ Troadis imperium obtinuit. Ambitus eius ſtadiorum centum ſupra mille. à Borea in auſtrum protenſa, quingenta & ſexaginta ſtadia longitudinis habens, feraci agro, & multa materia ad claſſes conficiendas idonea. Vrbes in ea fuére memoratu dignæ, Mytilene qua nunc tota Inſula, Mitylene vocatur, & Pyrrha ſita in Occidentali litore. Fuit & Ereſſos, & antiſſa cum portu, & Methymna. Dicta Lesbos ab vrbis nomine, quæ in ea potentiſſima fuit: ſiue à Lesbo Iapeti filio. qui in eam inſulam nauigauit. Ex hac Pittacus vnus ex ſeptem Græciæ ſapientibus: item Alcæus, Sappho, Theophr. philoſophus, & alij viri ſcientia clariſſimi orti feruntur. [Lesbon & Tenedon cœpit Achilles. *Ouid. 13. Metam.*]

Lēsbĭŭs, a, um, λεσβιος, vt Lesbium vinum, apud *Gell. l. 13. c. 5.* [Vates Lesbia. i. Sapho. *Ouid. Eleg. 7. lib. 3. Triſt.*

Lēsbŏŭs, a, um, penultim. prod. *Horat. lib. 2. Carm.* Lesboum refugit tendere barbiton.

Lēsbĭdēs, penult. corr. dicuntur mulieres ex Lesbo, λεσβίδες. *Sappho apud Ouid. in Epiſt.*

Lesbides inſanem quæ me feciſtis amatæ,
Deſinite ad citharas turba venire meas.

Lēſtŭs, us, Lugubris eiulatio. {מספד *miſpédh.* נהי *ne hi.* ὀλοφυγμός. GALLIC. Pleur, eſcri de dueil, lamentation. ITA. *Pianto.* GERMAN. Ein klägliche henlen vnd weynen. HISPAN. *Endecha ò llanto ſobre muerto.* ANG. *A bewailing, lamentation.*} *Plaut. in Trucul.* Thetis quoque etiam lamentãdo leſium fecit filio. *Cicer. 2. de Legib.* Mulieres genas ne radunto: néve leſſum funeris ergò habento. His enim verbis ſignificatur lamentationem lugubrem in funeribus prohiberi.

LĒS TŌRĪ, Populi Indiæ extra Gangem, qui feri & ſylueſtres eſſe dicũtur, & in ſpecubus habitare, & coruis albis & pſittacis abundare. Meminit horum *Ptolem. lib. 7. c. 2.* Hodie *Regnum Pego* dicitur.

LĔSTRŸGŌNES, ſiue potius LAESTRYGONES cũ diphthongo in prima ſyllaba, λαιστρυγόνες, Italiæ totius populi immaniſſimi, agrũ Formianum non procul à Caiera incolentes, humanáque carne veſcentes. Dicti Læſtrygones ἀπὸ τῆς λαιστείας, hoc eſt, à latrocinio: de quibus cõtoſiũs egimus ſuo loco.

* Læſtrўgŏnĭŭs. Adiect. λαιστρυγόνιος. vt, Amphora læſtrygonia. *Horat. 3. Carm. Od. 16.* Et Rupes Læſtrygoniæ. *Sil. l. 7.*

LĒTHAĔŬS, ληθαῖος. GERM. Ein fluß in Jonia Aſia ſtoßt in Meandrum. Fluuius Aſiæ ortum habens à Pactio Epheſiorum monte, & circa Magneſiam vrbem in Meandrum influens. Autor *Strab. li. 14.* ¶Eſt & Lethæus alius in Creta inſula, non procul à Gortyne, *Strab. lib. 10.* ¶Sunt & alij eiuſdem nominis fluuij, qui ab *eodem lib. 14.* recenſentur.

Lēthălis, lethale. Vide LETHVM.

Lēthărgŭs, gi. {λήθαργος. GALL. Maladie qui fait dormir exceſsiuemẽt & aſſoupit le malade en ſorte qu'il lui fait oublier toutes choſes. ITAL. *Malattia che induce ſonno, & obliuione d'ogni coſa.* GERMAN. Die ſchlaffſucht/iſt ein ſolche kranckheit do einer vber die maaß vil ſchlaffen muß/

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

asser dingen vergißt/vnnd schier vom im selbs tompt. HISPAN. *La enferme dad que mata dormiendo.* ANGL. *A drousie and forget full sickenesse.*} Est torpor, & inexpugnabilis pene somni necessitas, cum alienatione mentis, *vt inquit Celsus lib.3.cap.20. Plin.lib.20.cap.12.* Præterea insaniam facere, & lethargos, & iocinoris vitia, &c. Quidam Latine veternum dici putant: quamuis Plin. in raphani medicinis veternum à lethargo distinguere videatur. Locum eundem in corpore occupat, quę phrenitis, nimirum cerebrum: materiam verò habet contrariam. Gignitur enim ex abundãtia pituitæ quum phrenitis ex flaua bile adusta nascatur. Dicitur autem Lethargus (vt quidam putant) ἀπὸ τῆς λήθης. hoc est ab obliuione. Nam in eo morbo obliuio contingit omnium rerum, à pituita frigidiore, humidioreque cerebrum refrigerante, & madefaciente, & præcipue posteriores ventriculos cerebri occupante, in quibus quidam memoriæ sedem esse volunt, quanquam verisimilius est eam per totum cerebrum esse diffusam.

Lēthārgĭă, etiam pro lethargo ponitur. {ANGLIC. *A drousie and forget full sickenesse.*} *Plin. lib. 24. cap.9.* Semen instillatur in lethargia & phrenesi.

Lēthārgĭcŭs, ca, cum, ληθαργικὸς. GAL. Qui est malade de lethargie. ITAL. *Infermo di letargo.* GERM. Mit ð schlaffsucht behaften. HISP. *Que tiene tal dolencia.* ANGL. *That hath a drousie an forget full sickenesse.*} qui lethargum patitur. *Plin.lib.20.cap.4.* Hydropicis quoque ex aceto, & sinapi sumpti, & lethargicis. ¶Vsurpatur etiam adiuncti nominis significatione: vt Lethargicus morbus. *Plin.lib.28.*

Lēthē, lethes, {λήθη, GERMAN Ein helliſcher fluß/ð vergässenheit bringt asser dingen dem so daraus trinckt.} Nomen fluuij, quem apud inferos esse poetæ tradiderunt, cuius latices si quis gustasset, omnium præteritarum rerum obliuisci voluerunt. Idcirco ἀπὸ τῆς λήθης, id est, ab obliuione nomen habet. Datus est hinc fabulæ locus, morientibus omniũ rerum obliuionem irrumpere. Constat autem hunc amnem in Africa circa extremũ Syrtium cornu, Berenicem vrbem alluere: sed ea apud omnes fama est, hunc fluuium ab inferis ad ea loca inundatione prorumpere. *Luc.l.*8. Quam iuxta Lethes tacitus perlabitur amnis, Infernis (vt fama) trahens obliuia venis.

Lēthæŭs, thæa, thæum, ληθαῖος, *Virgil.6.Æneid.* Lethæúmque domos placidas qui prænatat amnem. [Namque mei nuper lethæo gurgite tristis Pallidulum manans alluit vnda pedem. *Catull.ad Ortalum.* Et tua lethæis acta debuntur aquis. *Ouid.Eleg.9.lib.4.Trist.*

Lēthum, thi, Mors, interitus. {מוֹת *maueth* μοῖρα, θάνατος. GALL. Mort. ITA. *Morte.* GERMAN. Der todt. HISP. *Muerte.* ANGL. *Death.*} *Cic.1.de Diuin.* Tamen eodem sibi letho, qui ipse interisset, percundum. *Virgil. 5.Æneï.* Millia multa daret letho, gemerẽntque repleti Amnes. *Ouid.1. Trist.Eleg.2.* Genus miserabile lethi. De etymo, & scriptura huius dictionis, diuersi diuersa sentiunt. Prisc. putat ab antiquo verbo leo deriuari, quod veteres vsurparunt pro deleo, vnde etiam sine asperatione scribendum putat. Apuleius à luo deducit, & per œ in priore syllaba scribi præcipit. Alij per antiphrasin dictum putant ab adiectiuo lętus, quòd minimè sit lætum, sed omnium rerum tristissimum. Verissima videtur Varronis, & Festi opinio, qui ἀπὸ τῆς λήθης, hoc est, ab obliuione dictum putant, quòd per mortem omnium rerum obrepat obliuio. Veteres enim abstinebant mortis mentione ne cogerentur ἀποφημεῖν. Itaque abitionem pro morte dixerunt, vt Græci οἴχεσθαι, & eodem modo lethum, quasi λήθωμι obliuionem. Vnde etiam poetæ Lethen fluuium apud inferos esse fiuxerunt, cuius aquę gustatu nos omnium rerum protinus obliuisci crediderunt. [Et letho est vltimus ipse datus. *Ouid. 6. Fast.* Quem letho fallax hospita pœne dedit. *Ouid. Eleg.1.lib.2. Trist.* Viueret aut certe lethum sine crimine haberet. *Ouid.13.Metam.* Emortuum me mauelim letho malo. *Plaut. Aul. sc. 3. a. 4.*

Lē hālis, le, Mortiferum. {θανάσιμος, κήδειος. GAL. Mortel. ITAL. *Mortifero. mortale.* GERMA. Tödtlich. HISP. *Cosa mortal.* ANG. *worthie death deadlie.*} *Plin.lib.11.cap.vltim.* Homini non ante diem septimum lethalis inedia. Durasse & vltra vndecimum certum est. *Plin.de Viris illustr.* Tarquinium graui quidem, sed non lethali vulnere accepto petere: vr, &c. *Virg.11.Æneid.* Qua vulnus lethale ferat. *Ouid.13.Metamorph.* Qua patuit, ferro lethalem condidit ensem.

Lēthālĭtĕr, aduerbium. {θανασίμως, ὀλεθρίως. GAL. Mortellement. ITA. & HISPAN. *Mortalmente.* GERM. Tödtlichen. ANGLIC. *Deadlie.*} *Plin.lib. 11.c.37.* Oues quidem lethaliter circum renes concreto pingui.

Lēthĭfer, a, um, Quod mortem infert, mortalis. {θανατηφόρος. GAL. Qui apporte la mort, qui fait mourir. ITA. *Che da morte, mortifero.* GERM. Das den tod bringt. HISP. *Cosa mortal.* ANG. *That causeth death.*} *Colum. lib.7.c.12.* Et vt plurimi pastores affirmant, rabies arcetur, lethifer mor bus huic generi. Austri. *Virg.10.Æneid.* -queis tela, sagittæ Corytique leues humeris, & lethifer arcus.

Lētho, as, Morte afficio. {מִמִית *hemith.* θανατόω. GAL. Faire mourir, tuer. ITALIC. *Dar la morte, vcidere* GER. Tödten. HISP. *Matar, dar la muerte.* ANG. *To kill.*} *Ouid.3.Metam.de Cadmi sociis à serpente interemptis,* Vt nemus intrauit, lethataque corpora vidit.

Lĕŭāmĕn, Lĕŭāmēntŭm, Lĕŭātĭo, Vide Leuo in LEVIS. ἀνακούφισις, κουφισμός.

LĕvāNă, dea, quæ pueris præerat de terra leuandis: *vt inquit Augustinus.*

Leucăcānthă, λευκάκανθα, Herba est in cacumine aculeum habens, radice cyperi, quæ commanducata dentium dolores sedat. Alio nomine Rhamnus dicitur. Item carduus beatæ Mariæ, folia lactucea habens, maculis albis conspersa. Vide *Fuchsium.* {ANG. *Awbin.*} *Dioscor.l.3.c.21. Plin.l.22.c.6.*

Leucăchātēs, chatæ, masc.gen. λευχάτης, Gemma candida ex genere Achatarum. *Plin.l.37 c.10.*

Leucānthĕmĭs, λευκάνθεμις. Herba est quæ & Anthemis, & Leucanthemum à nonnullis vocatur: ab aliis etiam Chamœmelon, eò quòd mali odorem habeat. *Vide Plin.l.22.c.21.* Officinæ hodie *Chamemillam* vocant.

Lĕvcāethĭŏpēs, λευκαιθίοπες, *scilicet Plin.lib.5. cap.7.* Populi sunt interioris Libyæ, qui supra Gætulos Meridiem versus primi occurrunt, Libyæg ptris proximi. {GERM. Die Weissen moren/Ein volck im innern Libya.}

Lĕvcădĭă, λευκαδία, Vulgò *Lucada* à *S.Maura* Peninsula fuit cornu sinum Ambracium, opera accolarum à continente abciſſa, arenæque accumulatione rursus continenti reddita, *vt tradit Pomp. & vid. lib.2.* Hæc etiam Neritis appellata fuit. *Plin.lib.4.cap.2.* Deinde Leucadia ipsa peninsula, quondam Neritis appellata, opera accolarum abscissa à continente, ac reddita ventorum flatu congeriem arenæ accumulantium: qui locus vocatur Dioryctos. [Leucadia Oppia locus Romæ. *Plaut.Curc.sc.1.a.4.*]

Lĕvcăgvs, vir interfectus, excussus curru, apud *Virg.li.*10.

Leucărgillum, λευκαργίλλιον, Argillæ candidæ genus, quo in agro Megarico vtuntur, in humida duntaxat, frigidáque terra prouenies. *Plin.l.17.c.7.* } *Vide*

Lĕvcās, Leucadis, λευκάς, Oppidum est in Leucadia peninsula, olim Neritum appellatum, *teste Plin.lib.4.c.1.* Quinetiam Strabo totam peninsulam, siue (vt ipse appellat) insulam (aliquando enim humano opere à continenti fuit abscissa, & rursus arenæ allunione eadem annexa) Leucadem appellat, eodem quo oppidum nomine. Leucadem (*inquit lib.10.*) in insulæ formam redegerunt, & in eum locum transportato Nerito, qui quondam fuerat isthmus: nunc verò fretum, & euripus est, ponte iugabilis mutato nomine dixerunt Leucadem, sumpto (vt reor,) à Leucate vocabulo.

Leucădĭus, a, um, denominatiuum, Quod est ex Leucade insula. *Ouid.in Epist.Sapphus.* Tu quoque mollis Amor pennas suppone cadenti, Ne sim Leucadiæ mortua crimen aquæ. [*Ouid.5.Fast.* Tristia Leucadio sacra peracta Deo (.i. Saturno.)]

Lĕvcăspīs, λευκάσπις, Vnus ex comitibus Æneæ natione Lycius, vnà cum Oronte in Tyrrheno mari tempestate submersus. *Vir.6.Æn.* Cerrem classis Orontem.

Lĕvcātēs, æ, penultim. product. λευκάτης, Promontorium est Acarnaniæ, ad sinum Ambracium, Apollinis templo nobile: à petræ candore nomen habens. {GERM. Ein vergebirg an ð Ambracischen meerschiff.} *Vir.3.Æn.* Mox & Leucatæ nimbosa cacumina montis, & formidatus nautis aperitur Apollo.

Lĕvcĕ, λεύκη, Paruum oppidum in finibus Ioniæ, & Æolidis, non longè à Smyrna olim insula. Autor *Plin.lib.5 c.29.* ¶Est præterea Leuce parua insula Ponti, Boryſthenis amnis ostio obiecta, quæ quòd Achilles in ea sepultus fuerit, etiam vocatur Achillea, ab aliquibus etiam Macaron appellata. Autor *Plin.lib.4. ca.13.* ¶Aliud item huius nominis oppidum in Italia stadiis quingentis à Tarento distans. *Lucan.lib.5.* Secretáque littora Leuce. ¶Sunt item Leucæ, insulæ quinque Lesbo adiacentes, quarum meminit *Plin.l.6.c.32.*

Lēucē, λεύκη, à Græcis appellatur, quam Latini populum albam appellant. Galli à tremula frondium mobilitate *Trambulam* nominant. *Vide infra in dictione* POPVLVS. ¶Est item Leuce, herba mercurialis, sed millima, nisi quòd per medium folium linea alba trancurrat: vnde & Mesoleucon appellarunt. Autor *Plin.l.27.c.11.* ¶Est item Leuce morbi genus, quod Latini vitiliginem albam appellant.

Lĕv cī, Populi inter Belgas, Mediomatricibus finitimi, iaculandi dim peritissimi: iidem (vt putatur) cum iis quos hodie *Luxemburgenses* vocamus. {GERM. Die lutzelburger.} *Lucan.lib.1.* Optimus excultos Leucus Rhemúsque lacerto.

Lĕvcīppvs, λεύκιππος, Philosophus fuit Eleates, siue vt aliis placet, Abderites, Zenonis auditor, qui vniuersum quidem infinitum esse dixit, eiúsque partes plenum esse & inane, omniáque fieri ex atomis sibi inuicem implicatis. Reliqua vide apud Laertium. Meminit huius & *Cic.4.Tusc.*

Leucōchrȳsŭs, λευκόχρυσος, Gemma est ex hyacinthorum genere inter auri colorem vena candida interueniente. Autor *Plin.l.37.c.9.*

Leucogæa, Gemma est tota candida, quæ & Galactites, & Leucographia appellatur, lactis succo & sapore notabilis. *Plin.l.37.c.10.*

Lĕvcogei, Vulgò *Limera*, Colles sunt in agro Campano, inter Neapolim & Puteolos, in quibus sulphur præstantissimum effodiebatur, & cretæ genus optimum, quod alicæ admistum, candorem simul afferebat & teneritatem: Fontes quoque ex his collibus erumpebant, vulneribus medicinam, dentibúsque firmitatem afferentes. *Vide Plin. 18.c.11.& l.31.c.2.& l.35 c.15.*

Leucōgrăphĭs, idis, λευκόγραφις, Herba quædam vtilis sanguinem excreantibus. *Plin.l.27.c.11.*

Leucoion, λευκόϊον, *Dioscorid.* {GALLI. Violette. ITAL. *Viola garafano.* GERM. Negelin/violen. HISPA. *El albeli blanco.* ANG. *The wal or stock giloser.*} Licet pro ratione etymi violam albam videatur significare, tamen & pro lutea & purpurea solet vsurpari. Neque tamen est, quòd Leucoij nomine eum intelligas florem, quem *lor* Græci, Latini violam proprie appellant: sed quem vulgus ab odoris similitudine *cariophyllum* nominat: siue is albus sit, siue luteus, siue purpureus. Vnde Leucoion album dixit *Columel.lib.11.* innuens nimirum etiam aliorum colorum esse leucoia.

Lĕvcŏla, *Apud Plin.lib.5.c.27.* Promontorium Pamphyliæ, Lycię conterminæ. ¶Est & insula prope Cyprum, & quidem in mari Lycio. ¶*Strabo* quoque portum in Cypro vocari tradit Leucola.

Leucōmă, penult. prod. huius leucomatis, λεύκωμα, Album dicitur, hoc est tabula illa in qua iudicum descripta erant nomina, & in qua singulorum annorum acta literis mandabantur à Pontifice maximo. Pictorium aliàs dicitur, & matrix. *Hermolaus.* ¶Accipitur etiam Leucoma, λεύκωμα, pro albugine oculorum, & albo oui, quod vitellum ambit.

Leucōmænĭdes, λευκομηνίδες. Pisciculi exigui: qui & *βάκες* appellantur, vt ex Speusippo annotauit Hermolaus.

Lĕvcōn, nis, λεύκων, Rex Ponti à fratre Oxylocho necatus, quòd cum eius vxore adulterij & incestus consuetudinem haberet. *Ouid.in Ibin.* Aut pia te cæso, dicatur adultera: sicut Qua cecidit Leucon vindice, dicta pia est. ¶Est item Leucon λεύκων, genus quoddam ardeolarum, à candore ita dictum: de quo *Plin.lib.10.cap.60.*

* Leuconium, leuconij: siue Leuconicum, Tomentum dicitur. *Martiall. lib.11.* Cultrica leuconico quam vidiuata tuo: *Idem lib.14.* Oppressæ mollibus leuconicis.

Leucōpărȳphŏs, λευκοπάρυφος. {Candidis vestibus indutus, nullóque pretioso

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

pretioso fuco inebriatis. Est enim πορφύρα, vestium contextus. Vnde tritum est apud Græcos prouerbium, ἔξω τοῦ λευκοπόρφυρος εἶναι, τὸ ὑπὲρ τὸν ἀκόπρωτος, in eos dici solitũ, qui in vestiũ quidem sumptu frugi sunt, animi verò luxu diffluunt. Vide *Cæl. Rhodig. lib. 16. c. 7.*

Leucopetalos, λευκοπέταλος, Gemma quæ candorem niuis auro distinguit. *Plin. l. 37. c. 10.*

Levcopetra, {λευκόπετρα. Vulgò *Capo delle Arme, Spartimento en Calabria.* Germa. Weissenfelss ist ein vorgebirg zu hinderist in Italien gegen Sicilien.} Promontorium e regione Siciliæ in agro Rhegino, à candore nomen habens. *Cic. 1. Philip.* Quum autem me ex Sicilia ad Leucopetram (quod est promontorium agri Rhegini) venti detulissent, ab eo loco conscendi vt transmitterem.

Leucophæus, Cum diphthongo, color ex albo & fusco mistus, subniger. {λευκόφαιος. Gal. Couleur meslee de blanc & gris, cendre, gris blãger, chastre. Itali. *Fosco, quasi nero.* Germanic. Grauw. Hisp. *El pardillo.* Ang. *Gray of colour.*} Nam λευκὸν album dicunt Græci, φαιὸν fuscum, hoc est, subnigrum. *Plin. li. 32. c. 10.* Iecur ruberæ, vel cor alligatur in panno leucophæo, & quartanis prodest. *Vitruuius* de his coloribus scribens, Fontes, *inquit*, & flumina sunt, quorum potu pecora, quamuis alba sint, aliis locis procreant vellera leucophæa, aliis locis pulla, aliis coracino colore. *Idem*, In campis Troianis, proxime flumen, armenta rufa & pecora leucophæa nascuntur. Nos colorem cineritium vocamus, hunc verò vulgus in Gallia *griseum* appellat.

Leucophæatus, Qui est colore leucophæo indutus, vt Franciscani monachi. {λευκοφαιωτός. Gall. Vestu de gris. Ita. *Vestito di fosco.* Ger. Grauw bekleidet, als die Barfusser munch. Hispan. *Vestido di pardillo.* Ang. *Clothed in gray or russet.*} *Mart. lib. 1.* Amator ille tristium lacernarum, Et bæticanus, atque leucophæatus. * Scribitur & Leucopæatus. ¶Sunt & medicamenta certi generis hoc nomine: quasi subfusca, siue subcandida.

Leucophlegmatia, λευκοφλεγματία. Species est hydropis, qua aqua subter cutem inæqualiter collecta, alibi aliter extuberat. Ali o nomine hyposarca, ὑποσαρκὴ, appellant. *Vide Cels. lib. 3. c. 21.*

Leucophorum, λευκοφόρον, Glutinum, quo aurum ligno inducitur, Fit ex sinopidis Ponticæ selibra, silis lucidi libris decem, & melini Græciensis libris duabus, mistis, & per dies duodecim vnà tritis. *Plin. lib. 35. cap. 6.*

Leucophthalmos, λευκόφθαλμος, Gemma quę candidam nigrámque oculi speciem continet, altàs rutila. *Plin. li. 37. c. 10.*

Levcopolis, λευκόπολις, Oppidum Asiæ in sinu Doridis, *apud Plin. l. 5. c. 29.* {Ger. Weissenburg in Asia.}

Leucopygi, λευκόπυγοι, Molles & effœminati, quasi candidis natibus, qui scilicet nates habent depilatas. Quibus opponuntur melampygi, hoc est, fortes & viriles, quibus nates pilis nigricant.

Levcosia, λευκωσία, Insula contra Pæstanum sinum, in mari Tyrrheno Lucaniæ adiacens, (*vt Strabo lib. 16. refert*) parvum ad continentem habens cursum. Dicta Leucosia ab vna Sirenũ, quæ hoc in loco periit, quum spreta ab Vlysse, in profundum sese abiecisset. *Festus* ab Æneæ consobrino loco datum nomen existimat. ¶Quin & Samothracia Leucosia prius est appellata, *vt inquit Aristoteles.*

Leucostictos, λευκόστικτος, Marmoris porphyritici genus, candidis interuenientibus punctis. *Plin. lib. 36. cap. 7.* Rubet Porphyrites in eadem Ægypto, ex eo candidis interuenientibus punctis, Leucostictos vocatur.

Levcosyria, λευκοσυρία, Prius dicebatur, quæ nunc Cappadocia. *Strab. lib. 12.*

Levcosyrvs, λευκόσυρος, fluuius Ciliciæ, Pyramus postea dictus. *Stephan.*

Levcothea, {שחר *schachar.* λευκοθέα. Gal. L'aube du iour, le point du iour. Itali. *Aurora* German. Die morgenröte. Hisp. *Alua.* Ang. *The breake of the day or skie of the day.*} Quam & Matutam Latini vocauerunt, eadem est cum Aurora, Leucothea dicta, quasi alba dea. *Cic. 1. Tusc.* Quid Ino Cadmi filia, nónne Leucothea nominata à Græcis. Matuta habetur à nostris? De hac vide plura suprà in dictione Ino.

Levcothoe, penult. corr. λευκοθόη, Orcami Regis Babyloniorum filia fuit ex Eurynome, quam à Phœbo grauidam factam quum pater viuam defoderet, Phœbi miseratione mutata est in arbotem thuriferam. *Vide Ouid. l. 4. Metam.*

Leucrocuta, Æthiopica fera pernicissima, humanas imitans voces, asini feri magnitudine, cruribus ceruinis, collo, cauda, pectore leonis, capite cameli, bifulca vngula, ore ad aures vsque rescisso, dentium locis osse perpetuo. *Autor Plin. l. 8. c. 21.*

Levctra, orum, λεῦκτρα, τῶν, Vicus est Bœotiæ iuxta Thespias, circa quem Epaminondas Thebanus Lacedæmonios vicit, adeóque attriuit, vt postea imperium nequiuerint reparare.

Leuctricus, a, um: vt Leuctrica pugna, Leuctrica monumenta. ¶Leuctricæ puellæ, Hippo, & Miletia, siue (vt aliis placet,) Theano & Euexippe, Scedasi filiæ fuerunt: quæ à Lacedæmoniis quibusdam hospitibus vim passæ, doloris impatientia sibi necem intulerunt, eóque in campo sepultæ sunt, in quo postea commissa est ea pugna, qua Lacedæmoniorum opes conciderunt. De his sic scribit Hieronymus contra Iouin. Quo ore laudandæ sunt Scedasi filiæ in Leuctris Bœotiæ, quas traditum est absente patre duos iuuenes prætereuntes iure hospitij suscepisse, qui multum indulgẽtes vino, vim per noctem intulêre virginibus, quæ amissa pudicitia, nolentes superuiuere, mutuis conciderunt vulneribus? Plutarchus tamen in Narrationibus amatoriis, ab ipsis hospitibus puellas post stuprum occisas ait, & in puteum coniectas: cadaueráque earum à Scedaso canis indicio fuisse inuenta.

[Homo Leucuna pro leui. *Gell. ex Laberio. cap. 7. li. 16.*]

Levi, Nomen patriarchæ: à quo Leuita, seu Leuites, pen. product. λευίτης pro eo qui est de tribu Leui. *Hieronym. in Exod.* Aaron frater tuus Leuites, scio quòd eloquens sit. Hinc Leuiticus, a, um: λευιτικός, possessiuum.

Leviathan, dictio Hebræa, qua significatur Draco seu serpens. Nam (vt inquit Hieronym.) Iudæi dicunt draconem magnum, quem fecit Deus Leuiathan. Est & in mari, & aiunt, Quando recedet Oceanus draco vertitur.

Leuidensa, (autore Seruio) Vile genus vestis: sic dictum quoniam filo admodum raro esset textum. {Anglic. *A course garment of great rong thredes thinnely wrought.*} *Cicer. Dolabella*, Sed ego hospiti veteri, & amico munusculum mittere volui leuidensæ, crasso filo, cuiusmodi esse solent ipsius munera. Ibi Cicero parum elaboratam atque expolitam orationem pro Deiotaro, quam Dolabellæ requirenti mittebat, vocat prouerbij figura Munus leuidensæ: hoc est, munus vile, & minimi pretij, cuiusmodi solent esse Regis Deiotari munera. Quondam inter hospitum xenia vestes in primis erant.

Leuigo, vide Laevis.

Leuir, leuiri, penult. genit. cor. affinitatis nomen. Frater vxoris, vel mariti. {יבם *iabám.* δαήρ. Gal. Le frere du mari, le beau frere, soit au mari ou à la femme. Ita. *Cognato.* Germ. Der ehefrawen oder deß ehemans bruder/schwager. Hispan. *El marido de la hermana, ò el cunado.* Anglic. *The husbandes brother.*} **Nonius*, Leuir dicitur frater mariti, quasi læuus vir. *Modestinus Iurisc. de grad. affinit. l. non facilè*, Viri frater leuir est: apud Græcos δαὴρ appellatus: sic enim Helena, ad Hectorem dixit. Δᾶερ ἐμεῖο κυνὸς, κακομηχάνου ὀκριοέσσης, Id est, Leuir mei canis, omni mali caussatricis horridæ.

Leuis, leue, Exigui ponderis res, expeditus, celer) (grauis {קל *kál* פחו *pochés.* ἐλαφρὸς, κοῦφος, ἀβαρής. Gall. Leger. Ita. *Leggero, lieue senza peso.* Germ. Leicht/gering. His. *Liuiano di peso ò seso.* Ang. *Light.*} *Virgil. li. 12.* Corytique leues humeris, & lethifer arcus. Leue illud proprie dicitur esse, quod facilius sursum attollitur, quàm deorsum tendat: vt ignis [Leui vectus per inania curru. *Tibul. lib. 4.* Leuibus vmbris. *Ibidem.* Occurrat tacito me leuis vmbra sibi. *Ouid. 5. Fast.* Lusus equis nunc est, leuibus nunc luditur armis. *Ouid. Eleg. 12. lib. 3. Trist.* Leuis caussa. *Ouid. Eleg. vlt. lib. 4.* Leuem seruitutem reddere. *Plaut. Capt. sc. 1. a. 2.* Leuis manus artificis. *Mart. Epigram. 52. lib. 6.* Leui manu quærere. *Senec. in fin. nat. quæst.* ¶Leues pro viles: & leuitas pro vilitas dici, docet *Gell. c. 11. lib. 7.*] Leue etiam dicitur quod licet non prorsus sine pondere sit, parum tamen habet ponderis, vt Leuis armatura. *Cic. 10. Philip.* Nostræ sunt legiones, nostra leuis armatura, nostri equitatus, &c. Leuis armaturæ milites sunt pedites expediti, non magno armorum pondere onerati. Eadem quoque ratione Leuis armaturæ equites dicuntur. Et à *Cicer. 2. de Diuinat.* Leuis armaturæ excursio in oratione, eleganter dicitur pro prima argumentorum leuiorum textura, Sed hæc *inquit*, fuerit nobis tanquam leuis armaturæ prima orationis excursio, nunc cominus agamus, experiamúrque, si possumus cornua commouere disputationis tuæ. ¶Transfertur etiam ad animum: vnde Leues homines, vocantur inconstantes, qui facilè opinionem mutant, viles, & nullo honore digni ἀξίωτοι, quemadmodum econtrario graues dicimus, constantes, seueros, prudentes. *Plaut. Menæch.* Quid ais homo leuior quàm pluma? Hinc Leuis autor, à *Liu. li. 5. ab vrbe*, dicitur cui nulla sit adhibenda fides. Sed, *inquit*, autorem leuem, nec satis fidum super tanta re esse patres rati. Et à *Terentio in Hecyr.* ea dicuntur leuia, quæ vana sunt, & nullius, aut certè parui momenti: Leuia, *inquit*, hæc sunt, quæ tu pergrauia esse in animum induxti tuum. Et *Cic. ad Attic. lib. 4.* quod indiligenter agitur, leui brachio agi, dixit: Consules, *inquit*, qui illud Leui brachio egissent, rem ad senatum detulerunt. ¶Leuis quandoque accipitur pro paruo: vt Leuis dolor, *Cic. 1. de Finib. Plaut. in Pœnulo*, -verùm ita sunt omnes isti nostri diuites: Si quid bene facias, leuior pluma est gratia, hoc est, nullam aut paruam habent gratiam. Leui admodum vomere sauciare summam partem terræ, dixit *Colum. lib. 2.* pro leuiter terrã arare. Leuis esse sententiæ, dicuntur ij, qui sententiam sæpe mutant. *Terent. in Hecyr.* Itidem mulieres illæ sunt fermè, vt pueri, leui sententia. ¶Leue interdum pro minùs odioso: vt quum dicitur, Leue nomen. *Cicer. pro Roscio Amerinò*, Sin eos quos qui leuiore nomine appellant, percussores appellant, &c. * Vina leuia, id est, tenuia Plin. ait leuissimum vinum celerrime inueterari. Habere aliquid in leui. *Tacit. l. 19.* Quocunque casu accidit, dum atrociora metuebantur, in leui habitum.

Leuiculus, a, um, diminutiuum à leuis. {ὑποκίαγος, ὑπόκουφος. Gal. Vn peu leger. Ita. *Alquanto leggero.* Germ. Etwas leichtfertig. Hispa. *Liuiano vn poco.* Ang. *Somewhat ligt and wanton.*} *Cic. l. 5. Tusc.* Leuiculus sanè noster Demosthenes qui illo susurro delectari se dicebat, aquam ferentis mulierculæ, vt mos in Græcia est, &c.

Leuisculus, Posit. leuiculus, vt molliusculus molliculus. *Plin. Epist. l. 1.* Facit versus quosdam sanè, sed data opera molliusculos leuiusculósque. duriusculos quosdam.

Leuitas. Exilitas, item inconstantia, mobilitas) (grauitas. {פחו *páchaz* פחזות *pachazúth.* ἐλαφρότης. κουφότης. Gal. Legereté, inconstance. Ita. *Leggerezza, inconstanza.* German. Leichte: item, Leichtfertigkeit. Hispa. *Liuiandad de peso ò de seso.* Angli. *Ligt nesse, vnconstancie.*} *Plin. lib. 12. cap. 12.* Syncerum quidem deprehenditur leuitate. Modò de vitio grauitati & constantiæ contrario. ἀστασία. *Cicer.* Quum in Antonio genus quoddam sordidissimum vitæ demonstrare vellet, quòd in caupona delitesceret: quòd ad vesperum potaret, quod ore inuoluto iter faceret ne cognosceretur. Videte (*inquit*) hominis leuitatem: tanquam prorsus ista dedecora hoc vitio notarentur. [Leuitas pro vilitas: sicut leues pro viles, docet dici. *Gell. c. 11. lib. 7.*]

Leuiter, aduerbium, Negligenter. ἐλαφρῶς, κούφως, Gal. Legerement, soudainement, briefuement. Ita. *Leggiermente, da buffoni.* Ger. Leichtlichen, schlechtlich anhin. Hispa. *Lauianamente.* Ang. *Lightlie, a lize.*} *Sueton. de claris Gramm.* Functúsque militia, studia repetit, quæ iam inde à puero non leuiter attigerat, id est, non paruo tempore literis operam dederat, aut non indiligenter à pueritia attigerat, & multò plus quàm à limine salutauerat. ¶Aliquando ponitur pro breuiter. *Cicer. in Catone.* Tamen, vt leuissimè dicam, &c. *Idem pro Rosc. Amer.* Nõ omnia dicam, & leuiter vnum quodque tangam, hoc est, obiter, & quod dicitur, in transcursu. *Idem pro eodem*, Sed in animo est quemadmodum antè dixi: leuiter transire, ac tantummodo perstringere vnam quanque rem, hoc est, succincte, & breuiter tractare. ¶Dicitur etiam pulchrè in eadem significatione, Leuiter in transitu attingere aliquid: *vt apud Quintil. lib. 7. cap. 4.* ¶Ponitur aliquando pro parum, & pro eius diminutiuo secundo paululum, siue admodum parum. *Plaut. in Pœnulo*: & quãquam bene volumus leuiter lenonibus. *Plin. in Epist. lib. 6.* Ea tamen quæ sunt pretiosiora, aut integra manent, aut leuissimè læsa sunt, id est, admodum parum. *Cic. 2. de Nat. deor.* Genæ oculis subiectæ, leui-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

térque eminentes,id eſt,paululum.*Idem lib.2.de Orat.*Leuiter eruditus homo,id eſt,parum, & vix mediocriter. ¶Aliquando ponitur pro facilè,patienter,ſiue æquo animo.*Cicer.ad Attic.* Id grauiter equidem, ſed aliquanto leuius ferebam. * Leuius,pro Minus , vt *apud Hor.2. Serm.Satyr.7.* quanto conſtantior idem In vitiis , tanto leuius miſer, &c.Dolere leuius,*Ouid.in Ibin.*

Lĕuĭfidŭs,a,um,pcnul.corr. Qui facilè fidem violat. {ἰυφίμτος , ἄπιστος. GAL.Qui eſt de legere foy,qui n'eſt point ferme. ITA.*Che non ha ferma fede.*GERM.Der ſein glauben oder zuſagen ring ſchetzt. HISP.*Coſa de mala y liuiana fe.* ANG.*Light of faith.*} *Plaut.in Perſa,*Omnes ſunt leuæ leuiſidæ.

Lĕuĭpĕs,pen.corr.huius leuipedis,omnis generis:Celer,& pedibus leuis. {ἀφιπτος. GAL.Qui eſt leger de pié,qui va toſt. ITALIC.*Che ha i piedi veloci.* GER.Ring zu fuß. HISP. *El que ha los pies ligeros.*ANG.*Light of foote.*} *Var.3.de Re ruſt.cap.*12. Ælius putabat ab eo dictum leporem à celeritudine,quod leuipes eſſet.

Lĕuĭſŏmnŭs,a,um , Quod leui ſomno eſt.elegans canum epitheton qui leui ſomno premuntur. {ἐλαφρῶς ὑπνῶν. GAL. Qui eſt aiſé à eſueiller, de leger ſomne.ITAL.*Che ha il ſomno ſottile.*GERM.Leichtſchlaffig. HISP. *El que ha el ſueno ligero y ſutil.* ANG.*That ſleapeth not deeply, eaſie to waken.*} *Lucr.lib.5.*Et leuiſomna canum fido cum pectore corda.

Lĕuo,uas.pen.cor.In altum tollo,eleuo,extollo,eucho. {נשא חרים *naſá herim.* αἴρω.GAL.Hauſſer,leuer en haut.ITA.*Leuare,alzare.*GERMAN. Auffheben/auffupfen.HISPA.*Aiçar.*ANG.*To lift vp on highito mak light, to diliuer and tak away.*} *Liu.*Mox aqua leuata vento,quum ſuper gelida montium cacumina concreta eſſet. ¶Interdum eſt auferre. *Virgil. 2.Æneid.* -atque arcta leuari Vincla iubet Priamus. ¶Interdum exonerare & quaſi releuare,*Virgil.9.Eclog.* Ego hoc te faſce leuabo,cum datiuo.*Plaut.in Mil.*Leuandum morbum mulieri video. [Mœſta corda leuat tempus. *Ouid. Eleg.6.lib.4. Triſt.* Nec ſiccam Getico fonte leuare ſitim. *Ouid.Eleg.8.lib.4.Triſt.*] Interdum extenuare,minuere, κουφίζειν.*Virg.1.Æneid.* Noſtrúmque leues quæcunque laborem. [Illa meos caſus aggrauat,illa leuat. *Ouid.Eleg.4.lib.3.1 riſt.* Nec mala tam longa noſtra leuata mora.*Ouid.Eleg.7.lib.3.Triſt.* Iure Deas igitur veneror mala noſtra leuantes. *Ouid.Eleg.1.lib.4.Triſt.* Auget,aut leuat Inuidiam perſona.*Velleius.*Triſtia quo poſſum carmine fata leuo. *Ouid.Eleg.vlt.lib.4.Triſt.*] *Plaut.in Epid.* Virgini pauperculæ , Tuæque matri me leuare paupertatem. *Cicer.pro Milone , & pro Corn. Balbo.* Gaditani populum Rom.in caritate , frumento ſuppeditato leuauerunt, Aliquando pro recreare & relaxare animum *Cic.in Catone.* Et corpora quidem defatigatione , & exercitatione ingraueſcunt, animi autem ſe exercendo leuantur,[Et niueos luna leuarit equos.(i.equos feſſos recreare.*Ouid.4.Faſt.* Me quoque Muſa leuat ponti loca iuſſa petentem.*Ouid.Eleg.1.lib.4.Triſt.*]¶Ad corporis leuationem tranſtulit.*Plin.lib.28.cap.4.*Leuatur illicò percuſſus à pœna. Leuare opinione.*Cicer.de Ami.*Qui hac opinione non modò verbis,ſed etiam opere leuandi ſunt. ¶Aliquando ponitur pro curare,ſiue ſanare. *Plin.lib. 7.cap. 2.* Cratas Pergamenus in Helleſponto circa Parium genus hominum fuiſſe tradit,quos Ophiogenes vocat , ſerpentum ictus contactu leuare ſolitos. [Nullus Apollinea qui leuet arte malum.*Ouid.Ele. 3.lib.3.Triſt.*Et mala vix vlla parte leuanda leuas. *Ouid. Eleg. 4. lib.3. Triſt.* Et aliquod fatale malum per verba leuare. *Ouid. Eleg.1. lib.5. Triſt.* Vulneta qui ſeris facta leuare velit. *Ouid. Eleg.2.lib. 5.Triſt.* ¶Item leuare tempus(.i.ludere.) *Gellius cap.13.lib.18.*] Annonam leuare,eſt Populum leuare , frumento ſuppeditato in caritate annonæ. *Liu.6.bell.Punici,* Plagam leuare vel infectas partes de arbore:hoc eſt, auferre tenuiſſimas partes quæ poſt inciſuram remanſerunt , ne inſitioni noceant.*Colum.variis in locis.*Leuare tributum alicuius agri, Reditus illius capere. *Vlpian.in l.forma.§.ſi verò.ff.de cenſibus,* Agri enim tributum in eam ciuitatem debet leuari , in cuius territorio poſſidetur. ¶Compoſita huius verbi ſunt, Alleuo, eleuo,releuo, & ſubleuo, de quibus ſuis locis.

Lĕuăſſo,Antiquum verbum pro Leuo,ſicut abiurâſſo,pro abiuro.*Cice.de Senect.ex Ennio,*O Tite ſi quid ego adiuto,curámve leuaſſo.

[Leuatiora & leuiora.*Gell.cap.8.lib.17.*]

Lĕuātĭo , Leuamen, mitigatio, conſolatio,animi remiſſio,& relaxatio, aberratio à dolore , ſolatium. {ארבה הרפא *arueháh marpé.* κουφισμός. GAL.Allegement.ITA.*Alleuiamento.* GERM.Ein leichterung/ein troſt. HISPA.*El aliuio.*ANGLIC.*An eaſing of paine or ſorow.*} *Cic.ad Attic. lib.12.*Leuatio quædam eſt:ſi minus doloris,at officij & debiti. *Idem* 1. *Tuſc.*Quæ leuationem habent ægritudinum.

Lĕuāmĕn,inis,leuatio,leuamentum. {ארבה הרפא *arueháh marpé.* ἀναπαύσις,κουφισμός.GALL.Soulagement,allegeance,ſoulas. ITAL.*Alleuiamento,alleggiamento.* GERMAN. Ein leichterung/ das einen etwas leichter und ringer macht.HISPA.*El aliuio.* ANG.*An eaſing or diminiſhing of paine.*} *Cic.ad Attic. lib.12.* Quod ſi eſſet aliquod leuamen,id eſſet in te vno.*Virg.3.Æneid.*genitorem omnis curæ,caſúſque leuamen, Amitto Anchiſen.

Lĕuāmĕntum,ti,Leuamen.ANGLI. *An eaſing of paine or ſorow.*} *Cicer.5. de Finib.* nos autem non ſolùm beatæ vitæ iſtam oblectationem videmus,ſed etiam leuamentum. [*Senec.c.8.de Conſol.ad Polyb.& cap.12.de Conſol.ad Martial.Et Gellius c.4.lib.12.*]

Leuor,Leuus,Vide LAEVVS.

LEVPHANA,λεῦφανα, Oppidum eſt Germaniæ in climate magis Septentrionali.*Ptol.l.2.c.11.*

LEVTYCHIDES, λεωτυχίδης,Vir Lacedæmonius fuit , Menaris filius & inimicus Demarati,quem à Cleomene adiutus regno expulit,& in locum eius Spartanorum rex creatus eſt. Verùm quum acceptæ contra leges pecuniæ in ius accerſeretur,Tegeam profugit, vbi & diem ſuum obiit.*Vide Herodot.lib.6.*

Lĕx , Dicta putatur quòd publicè legatur, vt omnibus nota ſit , & ab omnibus obſeruetur. {תורה *toráh* דת *dath.*νόμος.GALL.Loy,ordonnance,conſtitution.ITAL.*Legge.*GERMAN.Ein geſatz. HISP. *La ley.* ANG. *A law written.*} Hanc quidam definiunt eſſe generale iuſſum populi, aut plebis rogante magiſtratu,& hoc duntaxat in libera ciuitate.[Lex quid.*Gell.cap.20.lib.10.* Lege denunciare teſtimonium. *Quintil.*Lex quæ vetat,ſemper potentior, quàm quæ permittit. Cupiditates priùs naturæ,quàm vt leges:morbi,quàm remedia.*Liuius lib.34.*Ad omnem legem exacta innocentia,(i.normam) *Senec. cap.3. de Conſol. ad Polyb.* Qui neque leges , neque æquum bonum vſquam colunt. *Plaut. Menæch,ſc.2.a.4.*Vt voles legem nobis imponito.*Plaut.Aſin.ſc.3.a.1.* Leges vt conſcribat , quibus ſe populus teneat. *Plaut.ibidem.ſc.3.a.3.* Vi me cogis.lege agito mecum *Pl.Merc.ſc.5.a.2.*Eam mihi des vxorem vt leges iubent (compreſſam ducere ſup. *Plaut.Aul.ſc.6.a.4.* Lege barbarica (.i.Romana) Ius meum perſequar. (de coitionibus veteris) *Plaut.Capt.ſc.1.a.3.*Vt reliquit,ſic relinquêdus eratlegem ſibi dixerat. cœpta,præſertim Imperatoris,poſtquam in eum populi Romani ieſtas tranſlata fuit Rogabat magiſtratus populum , quod conſtituendum eſſet.populus iubebat.Id iuſſum ſi generale erat,& ad omnes pertinens lex dicitur:ſi ad ſingulos ciues ſpectabat,priuilegium eſt. *Cic.de legib.*ſic legem definit,quod ſi ratio ſumma,inſita in natura quæ recta iuadeat , prohibeátque contraria. Legum appellatione , Leges duodecim tabularum, Senatuſconſulta, Plebiſcita,Edicta Prætorum, Decreta principum,Legitimæ actiones,interpretationes prudentium, & alia id genus continentur.Legis virtus eſt imperare,vetare permitere,punire. Dicimus eleganter , Lege agere cum aliquo:quod aliter dicimus,Actionem intendere in iudicio,ſiue iudicio experiri. *Plaut. in Aulul.*Lege agito mecum, moleſtus ne ſis,& cœnam coque. ¶Interdum lege agere,eſt exequi ſententiam à iudice latam , ſiue iudicis iuſſum peragere:vt ſi iudex ſententiam tulerit , vt qui vincti ſunt, virgis cædantur,deinde ſecuri feriantur : & lictori dicat Iudex,Lege age, hoc eſt,exequere ſententiam. *Liu.de Campanis lib.26.* Flauius acceptas literas,neque reſolutas,quum in gremio repoſuiſſet,præconi imperauit vt lictorem lege agere iuberet , id eſt, vt de damnatis ſupplicium ſumeret. ¶Legibus aliquem ſoluere,pulchre etiam dicitur, quod nùc *Diſpenſare* vulgus vocat.*Liu.10.ab Vrbe,* Tribuni plebis nihil id impedimento futurum aiebant,ſed ad populum latum,vt legibus ſolueretur.Is legibus ſolui dicitur,cui ſpeciali priuilegio conceditur, vt legibus parére non teneatur.*Cic.Philip.11.* Qui ex ædilitate Conſulatum petit,legibus ſoluatur. ¶Legem ferre,eſt populo aliquid proponere, rogaréque velítne id ita vt recitatum fuit ratum eſſe , & pro lege habere.*Cicer.Poſt reditum,*Legem Tribunus pleb.tulit ne auſpiciis, &c. ¶Condere leges,eſt leges perſcribere.*Cicer.de legib.* Conſtat profectò ad ſalutem ciuium , ciuitatúmque incolumitatem vitámque omnium quietam,& beatam conditas eſſe leges. Vnde conditores legum dicuntur,quos legiſlatores appellamus. νομοθέται , quales apud Athenienſes fuerunt Draco & Solon : apud Lacedæmonios Lycurgus:Romæ Decemuiri.Pro eodem etiam dicimus,Componere leges,conſtituere legem,ſancire leges,dare leges,imponere leges, ſcribere leges,(ſcabrogare,tollere:refigere,antiquare. ¶Lex quoque pro conditione ponitur. *Plaut.in Aſin.* [*ſc.1.a.4.*] Agedum,iſtum oſtende quem conſcripſiſti ſyngraphum inter me , & amicam,& lenam:leges pellege. ¶Dicimus & Hac lege,ſiue ea lege,id eſt,hac conditione,ſiue hoc pacto ſiue hoc iure.*Cicer.3.Tuſcul.* Ea lege nos eſſe natos, vt nemo in perpetuum eſſe poſſit expers mali.*Terent.in Eunuch.* Verùm heus tu,lege hac tibi mihi aſtringo fidem. [Semper tibi promiſſum habeto hac lege dum ſupres datis. *Plaut.Aſin.ſc. 3. a.1.* His legibus ducam vxorem. *Plaut. Aul. ſc. 3. a. 1.* An non deſpondes filiam? *E. Illis legibus. Plaut. Aul. ſc. 4.a.1.* Quaſi fundum vendam meis addicam legibus , (paulò antè dixerat, niſi quis meliorem conditionem afferat.)*Plaut. Capt. ſc.2.a.1.*Dabo ei talentum,ſed ea lege,vt,*Pl.Moſt.ſc.1.a.2.*Legem ſuam ſecuta natura,(mox,conditionem.) *Senec.cap.10.de conſol.ad Polyb.* In hanc legem datus vt morerctur. *Ibidem.* Hic epulis leges hoſpitióque dedit. *Ouid. Eleg.1.li. 2. Triſt.* Æquis conditionibus & Iuſtis legibus bellum componere.*Velleius.*Lex orandi Demoſthenes.*Quintil.*] ¶Accipitur item lex pro norma,ſiue regula. *Cicer.3.de Orat.* Hanc igitur, Craſſus inquit,ad legem cum exercitatione,tum ſtylo qui & hoc maximè ornat,ac limat,formanda vobis oratio eſt. *Idem in Orat.* Quòetiam difficilius eſt oratione vti quàm verſibus , quòd in illis certa quædam & definita lex eſt , quam ſequi oportet. ¶Lex Cornelia, quàm Cornelius Sylla dictator tulit aduerſus falſarios , cuius pœna erat in liberum,deportatio , & bonorum omnium publicatio: *in ſeruum,*capitis ſupplicium:*vt docet Martianus l.i.ff.ad leg. Corn. de falſis.* ¶Lex Lepidiana , quam Lepidus tulit : quæ & ſumptuaria dicta eſt, quòd cœnarum ſumptus reſtringeret. ¶Lex Licinia,lata eſt à Publio Licinio Craſſo diuite: cuius ferendæ tantum ſtudium ab optimatibus impenſum eſt, vt Senatuſconſulto iuberetur, vt ea tantummodo promulgata,antequam trinundino confirmaretur, ita obſeruaretur ab omnibus,quaſi iam populi ſententia comprobata eſſet. Huius legis ſumma erat,vt Calendis, Nonis, Nundinis, liceret cuique in dies ſingulos duntaxat triginta aſſes edendi cauſa conſumere : cæteris verò diebus ne amplius apponeretur quàm carnis aridæ pondo tria , & ſalſamentorum libra,& quod ex terra,vite, arboréve natum eſſet. ¶Lex Municipalis quam vnaquæque vrbs ſibi priuatim conſtituit. ¶Lex Orchia, prima omnium de cœnis lata ad populum fuit , quam tulit Orchius Tribunus plebis de Senatus ſententia , tertiò poſt anno quam Cato Cenſor fuerat.Hæc numerum tantum conuiuarum præſcribebat , iubebátque vt patentibus ianuis cœnitaretur,quò obſeruatio eius videri poſſet. ¶Lex plagiaria,quæ aduerſus plagiarios erat lata,hoc eſt,qua puniebantur ij qui aliena mancipia ad fugam incitabaat, vel fugitiua receptabant.Vide PLAGIVM. ¶Lex Satyra ſiue ſatura, dicebatur quæ vno rogatu multa ſimul comprobabat , quaſi ſaturata & multis legibus grauida. ¶Lex tabellaria,ſuffragia ſcribere non permittebat , ſed puncto notare iubebat.νόμος πινάκιος. ¶Lex & regio,νόμος καὶ χώρα. Admonet prouerbium , ſeruiendum & obſecundandum eſſe moribus regionis in qua verſeris.[¶Lege de ſicariis commiſit. *Quintil.*(.i.In legem.) Ne legi fraudem faciant talariæ. *Plaut.Merc.ſc.2.a.2.* Item,legibus eripere reum.*Suet.in Aug.cap.56.*Sub lege venundare. *Ibid.cap.* 21.Lege in æs inciſa,& in ærarium condita. *Suet.in Cæſ.cap.28.* Leges quaſdam mortales *Liuius lib.34.* ¶Lex in manibus,ἐν χερσὶν νόμος, id eſt, lege manuum:dicitur quum res vi geritur, non ex præſcripto legum *Æſchin.contra Timarch,*Quod *Cicer.ait 3.de Legib.* magiſtratum eſſe legem loquentem,legem autem mutum magiſtratum , perſimile eius eſt,quod de pictura & poëſi dictum Simonidi tribuitur:picturam eſſe tacitam poëſim,poëſim autem picturam loquentem.*P.Victor.* *Leges incide-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

incidebantur antiquitus in æs, vel etiam in marmore, quò perpetuæ essent, & in Capitolio vel loco aliquo publico figebantur, vt omnibus aperte essent. *Cic. variis in locis.* Qui *in Orat. pro Flacco*, legum ferendarum morem sic breuiter describit: O morem (*inquit.*)

Legĭlātor, oris, Legis scriptor, qui legem scripsit, & ad populum tulit. {מחוקק *mechokék.* νομοθέτης. GAL. Legislateur, qui fait loy ou ordonnance. ITA. *Colui che fa la legge.* GERMAN. Ein gesatzgáber. HISPA. *El que haze ò da la ley.* ANGLIC. *A law maker or giuer.*} Dicitur etiam legum lator, & seperatim lator legum, vel lator legis, & legum scriptor. *Liu. 4. belli Maced.* Noster legumlator non in paucorum manu Reipub. esse voluit. *Cic. 4. in Catil.* Latorem legis Semproniæ iussu populi pœnas Reipub. dependisse. [Legumlator cur dictus sit Parrhasius. *Vide apud Quintil.*]

Lĕgĭfĕr, ri, Legislator. {מחוקק *mechokék.* νομοθέτης. *Ouid. 3. Amor. Eleg. 9.* Optauit Minos similes sibi legifer annos.

Lĕgĭfĕra, fœmininum. {מחוקקת *mechokéketh.* ἡ νομοθετοῦσα.} *Virgil. 4. Æneid.* -mactant de morte bidentes Legiferæ Cereri, Phœbóque, patrique Lyæo.

Lĕgĭfrăgă, legirupæ, Legis perfractor: qui legem frangit. {παρανόμος. GAL. Rompeur & violateur des loix. ITA. *Huomo che rompe leggi, conditioni, patti.* GER. Ein gesatzbrecher. HISPAN. *El que quitta la ley.* ANG. *Abreaker of the lawes.*} *Plaut. in Pseud.* [*sc. 2. a. 4.* Impudice, sceleste, verbero, bustirape, furcifer, socifraude, parricida, sacrilege, periure, legirupa, pernicies adolescentum. (de lenone.)

Lĕgĕrŭpĭo, onis. Qui rumpit leges. {παρανόμος. GAL. Violateur, infracteur de loy. ITA. *Lo istesso.* GERM. Ein gesatzbrecher. HISPA. *Quitader de ley.* ANG. *A breaker or violator of the lawes.*} *Plaut. in Rudent.* Iube modo accedat propè hunc legirupionem.

Lĕgĭtĭmŭs, a, um, Quod est æquum, iustum, conueniens, lege, more atque instituto maiorum factum. {צדיק *tsaddik.* γνήσιος, νόμιμος. GALL. Legitime, selon la loy. ITA. *Leggitimo.* GERM. Gesatzlich/ordentlich nach furschreibung des gesatzes. HIS. *Iusto y hecho por ley.* ANG. *Lawfull, according to the lawe.*} vt, Vxor legitima. *Martial. lib. 5.* Quæ legis causa nupsit tibi Lælia Quinte, Vxorem potes hanc dicere legitimam. *Ouid. 10. Metam.* Ergo legitima vacuus dum coniuge lectus, &c. Ætas legitima ad petendum consulatum, *Liu. 5. bell. Pun.* Amor legitimus. *Ouid. Epistol. 13.* [Legitimo quique merebat equo. *Ouidius tertio Fast.*]

Lĕgĭtĭmē, aduerbium, Rectè, iustè ex lege. {νομίμως. GALLI. Legitimement. ITA. *Legitimamente.* GERM. Nach dem gesatz/ordentlichen. HISPA. *Legitima y iustamente.* ANGLIC. *Lawfullie.*} *Cic. 1. de Orat.* Iustè & legitime imperanti. *Idem pro A. Cecinna.* Is qui legitimè procurator dicitur. Cuius contrarium est illegitimum. Vnde legitimi filij qui secundum legem nati sunt.

Lĕgŭlēĭŭs, legulegij, Qui legum studia sectatur, seu versatur in legibus. {νομικός. GAL. Legiste. ITA. *Colui che studia nelle leggi, leggista* GERMA. Ein gesatzgelehrter/einer der sich ò gesatzen annimpt. HISPA. *Letrado y docto en las leyes.* ANG. *A lawier, a fogger in the law.*} *Cicer. 1. de Orat.* Ita & tibi Iurisconsultus per se nil nisi leguleius quidam cautus videtur, & acutus præco actionum, cantor formularum, anceps syllabarum.

Lĕgālĭs, le, Quod ad legem pertinet. {νομικός. GALLIC. De la loy, des appartenances de la loy. ITA. *Pertinente à lege.* GERM. Das zu dem gesatz gehört. HISP. *De ley ò perteneściente à la ley.* ANGLIC. *Of or belonging to the law.*} *Quintil. lib. 3. cap. 10.* Aliquando etiam incidere possunt legales tractatus in priuata maxime consilia.

Lĕxĭs, huius lexeos. {מלה *milláh.* GAL. Parole, diction. ITA. *Vocabulo, voce.* GERM. Ein wort. HISP. *Palabra.* ANG. *Spheath, a worde.*} Dictio *Cicer. 3. de Orat.* Quàm lepide lexes compositæ vt tesserulæ omnes arte pauimento atque embiemate vermiculato. Ex Poëta quopiam veteri.

Lĕxŏvĭī, λεξόβιοι, Galliæ Lugdunensis populi, *apud Ptolem. lib. 2 cap. 8.* quos Cæsar Lexouios vocat. Horum metropolis erat Neomagus, Vulgò *Lysieux.*

L ante I

LIB. In notis antiquorum, libertas, vel libertus, vel liberti. LIB. LIBQ. POSTQ. EOR. libertis, libertabúsque posteríque eorum. L.I.D.A.C. lex Iulia de adulteriis coercendis. L.I.D.A.G. Lex Iulia diui Augusti. L.II. locus iniuriæ. L. II.Q. locus iniuriæ Quiritum. L. IMP L. locus imperialis. L. II. F. locus inter fines. LITR. literæ. L. IV. Rep. lex Iulia repetundarum. L L. Lælius. L. L Lucij libertus, vel Lucij liberti, vel Lucius libertus, vel Liuij libertus, vel laudabiles loci. L.L.L. Lucij liberti locus. L.L.L.M.M. lacerat lacertum Largij mordax Memmius vel Menius. L. L. Q. E. libertis libertabúsque eorum. L. L V C. Q F. Lucius Lucceius Quinti filius. L. M. Lucius Muræna vel Miræna, Locum monumenti vel locus mortuorum. L. M A N. Lucius Manlius. L. M. D. locus mortuis dedicatus, vel locus manibus dicatus, L.M.E. lex mecum est. L.M V. Lucius Muræna. L. N. Latini nominis. L.N.N.F. Lucius Nonius Faustinus.

Lĭæ, Sunt foramina quæ in summo mali recipiunt funes.

Libadion, {λιβάδιον.} Herbæ genus quæ nostris vulgò *Centaurion minus* appellatur: inde nomen habet, quòd fontibus & locis irriguis gaudeat. Nam Græci fontium scaturigines λιβάδας appellant. *Plin. lib. 25. cap. 65.*

Libāmĕn, Libamentum, Vide LIBO.

LIBANIVS, λιβάνιος, Nomen sophistæ Antiochi, qui floruit Iuliani apostatæ tempore, vsque ad Theodosium Seniorem. Discipulus fuit Diophanti. Scripsit encomium Constantij Cæsaris, & alterum Iuliani: præterea Progymnasmata Rhetorices, & epistolas quasdam. *Suidas.*

Libanochrŏs, λιβανόχρως, Gemma quæ thuris similitudinem ostendit, & succum mellis. *Plin. lib. 37. c. 10.*

Libanōtis, penult. prod. λιβανωτίς. ANGLIC. *Rosmary.*} Frutex odorem thuris habens, qui romarinus appellatur. *Plin. lib. 19. cap. 12.* Libanotis radicem habet olusatri, nihil à thure differentem. Vsus eius post annum stomacho saluberrimus. Quidam eam alio nomine rosmarinum appellant. *Hactenus Plinius.* Eius tres sunt species, quas vide *apud Dioscor.*

LIBANOTVS, {λιβανωτός. ITAL. *Medio orno lebeche.* Fland. Zuydwesten zuyd.} Ventus flans inter Liba, (hoc est, Africum) & Notum. *Plin. lib. 2. c. 47.*

LIBANVS, penult. corr. {לבנון *lebanón.* λίβανος. GERMA. Ein berg in Syria so schöne Cederbäum getragen hatt.} Syriæ mons, à Sydone Phœnices oppido, vsque ad Symiram vrbem Syriæ Cœles extensus, centum quinquaginta stadiorum longitudine. Huic ex aduerso obtenditur Antilibanus, valle tantùm interiecta, olim muro illi coniunctus. Inter duos hosce montes Orontes fluuius oritur, *teste Plin. lib. 5. cap. 19. 20. 22.* ¶ Libanus item quæ & Dendrolibanus, dicitur frutex siue arbuscula thurifera, ita dicta (vt Poëtæ fabulantur) à iuuene quodam Assyrio eiusdem nominis, in hunc fruticem conuerso. Hinc etiam ipsum Græci λίβανον appellant.

LIBARNVM, λίβαρνον *Ptolemæo*, Libarna *Plinio*, Oppidum Italiæ sub Apénino situm non procul à Dertona. *Ptol. lib. 3. c. 1. & Plin. lib. 3. cap. 5.*

Libatio, Vide LIBO.

Libella, Vide LIBRA.

Libellio, Libellus, Vide LIBER priore correpta.

Libenis, Libenter, Vide LIBER.

[Libentia Dea. Vide Libet.]

LIBENTINA dea, Venus seu Proserpina. *Augustin. lib. 4. de ciuitate Dei,* Neque enim audent aliquas partes sub nomine deorum vel dearum deæ Cloacinæ tribuere: aut Volupiæ, quæ à voluptate appellata est: vt Libentinæ, cui nomen est à libidine. Huius meminit & *Cicer. 2. de Nat. deor.*

LĪBĔR, priore prod. in genitiuo Liberi, penu. corr. Bacchus siue Dionysius, διόνυσος vini repertor. {GE. Der Gott Bacchus ein erfinder des weins.} Multos autem fuisse Liberos, siue Bacchos, Dionysiósve ostendit Diodorus quorum longè celeberrimus est, qui ex Semele & Ioue genitus fertur, quém tertium fuisse autumant, & Thebis Bœotiis natum, qui Liber appellatus est à liberando: nom libertatis deus est: siue quòd Bœotiæ vrbes liberas fecerit (ipsè enim, vt inquit Plutarchus, pro Bœotiæ libertate pugnauit) vel quia vinum curas soluat, & mentem ab illis liberet: seu quòd vino vsi, libere loquantur. Fiunt autem pleriquè ebrietate petulantiores. *Senec. lib. de Tranquil. vitæ.* Liberum appellatum dixit, non ob licentiam linguæ, sed quia liberat seruitio curarum animum, & tristitiæ medetur. Varro à labendo deducit, quòd lubrica mens ebrij, quò iubet prolabatur. Augustinus docet Liberum vocari, quòd mares in coeundo per eius beneficium emissis seminibus liberentur. Hoc idem dicunt in fœminis agere Liberam, quam etiam Venerem putant. ¶ Interdum Liber vsurpatur pro ipso vino: sicut Ceres pro frumento. [Salue liberi lepos, vinum *Plaut. Curc. sc. 2. a. 1.* Liber lepidus vini pollès. *Ibid.*] *Terent in Eunuch.* Sine Cerere & Baccho friget Venus. Liber etiam dicitur Sol: quia liberè per aërem vagatur. *Virgil. lib. 1. Georgicor.* -vosò clarissima mundi Lumina, labentem cælo quæ ducitis annum, Liber & alma Ceres.

[Libera Dea, Ariadna. *Ouid. 3. Fast.*]

Lĭbĕrālĭă, orum, Liberi festa, quæ apud Græcos dicuntur διονύσια. *Næuius*, Libera lingua loquuntur, ludis liberalibus. *Cic. ad Cornific. lib. 12.* Liberalibus literas accepi tuas. *Idem ad Attic.* Liberalia tu accusas? [Liberaliorum periphrasis. *Ouid. Eleg. 4. lib. 5. Trist.*

Lĭber, ra, rum, Sui iuris in sua potestate)(seruus. {חפשי *chophschi.* ἐλεύθερος. GAL. Libre, franc. ITAL. *Libero, non seruo.* GERM. Frey. HIS. *Libre de siruidumbre.* ANGL. *Free, at libertie not bounden.*} *Cicer. 2. de Nat. deor.* Qui de libera matre est, liber est. *Idem pro Cocin.* Non potest iure Quiritium liber esse qui in numero Quiritium non sit. [Seruum antestari? T. Item, vt scias me liberum esse. *Plaut. Curc. sc. 2. a. 5.* Tun' libero homini male seruos loquere? *Plaut. Asin. sc. 4. a. 2.* Meane, ancilla libera vt sit, quam ego nunquam emisi manu. *Plaut. Curc. sc. 2. a. 5.* Ludificant ingenuam & liberam *Plaut Merc. sc. 6. a. 2.* Liber esto, atque abito, quo voles *Plaut. Men. sc. 7. a. 5.* Liberum te abire iussi. *Plaut. Men. sc. 8. a. 5.* Tanquam si me argento emeris liber seruibo tibi. *Plaut. Men. sc. vlt. act. 5.* Liberi libentius sumus, quàm serui. *Plaut. Capt. sc. 2. a. 1.* Libera ego sum nata. *Idem Curc. sc. 2. a. 5.* Cum tu es liber gaudeo Menenio. *Plaut. Men. sc. 7. & vlt. act. 5.*] ¶ Aliquando liberum etiam dicimus pro ocioso, & omni negotio, curáve vacuo: vt Soluto, liberóque animo esse, *apud Cic. 4. Verr. Idem 1. Offic.* Si ab omni animi perturbatione liber sis. ¶ Liber etiam pro eminenti & extanti. *Varro in Eumenid. vt citat Nonius:* Iterum Tragici prodeant cum capite libero, cum antiqua fronte. ¶ Item pro magno, seu valido. *Ouid. Epist. 8.* Perfruor infelix liberiore malo. Hinc campus liberior, ἐυρυχωρία, qui amplus est, latéque patens, & in quo equi libero incessóque cursu vagari possunt. Indeque sumpta translatione, Oratores liberum ad dicendum campum nactos dicimus, quum in locum latè patentem inciderunt, amplam suppeditantem materiam ad latiùs expatiandum. ¶ Libera vti lingua, παῤῥησιάζεσθαι, est audacter loqui quod sentias, nihilque aut potentiæ alicuius, aut gratiæ tribuere. *Plaut. in Cistel.* Quia quum adeò me compleui flore Liberi, Magis libera vti lingua collibitum est mihi. ¶ Libero corde fabulari, est fabulari libere, & sine timore. *Plaut. in Epid.* Facilè tu istuc sine periculo, & cura corde libero Fabulare Ioui. ¶ Liberæ ædes, quibus quis vti potest, tanquam suis. *Plaut. in Mil.* Liberæ sunt ædes, liber sum autem ego, me vti volo liberè. ¶ Liberum arbitrium, est animi voluntas, ac sententia libera. *Liu. 2. bell. Maced.* Et permisso libero arbitrio, ne in corpora sua sæuiretur, metuebant. *Cicero* voluntatem liberam vocat. ¶ Liberum cælum, quod omnibus æquè commune est. *Cicero 1. Tuscul.* Et in liberum cælum, tanquam in domum suam, venerit. [Libero cœlo se permittunt aues. *Quintil.*] Liberæ literæ, quæ liberiùs atque audaciùs loquuntur. *Cicer. ad Attic. lib. 1.* Itaque neque Achaicis hominibus, neque Epiroticis paulò liberiores literas committere audeo. ¶ Libera mandata, quæ plenam rei constituendæ potestatem habent. *Liu. 7. bell. Maced.* His quæ præsentis disceptationis essent, libera mandata de summa rerum Senatus constituit. ¶ Liberum tempus, id est, vacuum quo omni cura soluti sumus. *Cicer. 1. de Finib.* Nam libero tempore, quum soluta nobis est eligendi optio, quúmque nihil impedit, &c. [Liber ab arboribus locus, apta area pugnæ. *Ouid. 5. Fast.* Liberum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

hospitium,mox,laxum spatium. *Senec.epist.89.*] Aliquando liber qui nulli rei est obnoxius: vt, Liber à delictis,qui nulli delicto est obnoxius,*apud Cicer.pro lege Agrar.* ¶ Liber à fide,qui fidem soluit. *Liu.7. bell.Pun.* Ita tollit inducias,vt liberâ fide incœpta exequi cetur. ¶ Liber ab irrisione,qui nihil aut fecit aut dixit,cur meritò possit irrideri. *Cic.4.Acad.* Liber igitur à tali irrisione Socrates,liber Aristo Chius, &c. ¶ Liber á legibus,id est,solutus à legibus: *Plaut. in Trin.* ¶ Sic liber à prædonibus,Liber à metu. ¶ Sine præpositione:vt liber omni cura animus:*apud Cicer.1.de Finib.* Aliquando cum genitivo construitur pro liberali. *Plaut.in Amphitr.* Nam ego vos nouisse credo unum,vt si pater meus. Quam liber harum rerum multarum fuit. ¶ Liberum est mihi,eleganter dicitur,pro licet mihi vel possum, & in arbitrio meo constitutum est. *Plin.in Epist.* Erit enim & post emendationem liberum nobis vel publicare,vel continere. * Relinquere liberum dicui. *Quintilian.lib.1.cap.4.* vocabulum,an appellatio dicenda sit ἀφαυγοτέρα, & subiicienda nomini,nécne,quin parui refert,liberum opinaturis relinque.

Libertē, Ingenuè & liberaliter,suo more siue arbitrio,audacter.{ ἐλευθερίως. GAL. Librement,franchement. ITAL. *Liberamente, splendidamente.* GERMAN. *Frey.* HISPAN. *Libremente.* ANGLIC. *Freelie,frankelie.*} *Terent.in Andr.* túne hîc homines adolescentulos Imperitos rerum, educatos liberè in fraudem illicis? *Plaut.in Bacch.* An non vides,vt solæ liberè grassentur? Liberè viuere,id est,suo more viuere, neque subiici alterius voluntati. *Terent.in Andria*, Nam is postquam excessit ex ephebis Sosia,Liberiùs viuendi fuit potestas. Liberè loqui, est confidèter loqui,ita vt nihil gratiæ tribuas,aut potentię cuiúsquam, παῤῥησιάζεσθαι. *Cic.pro Planc.* Asperius (*inquit*) loquutus est:imò vero liberius. [Liberè hercle hoc quidem (seruum cum corona ebrium) *Plaut.Pseu. sc.2.a 5.*

Libertās, libertatis)(Seruitus.{ חפשה *chuphschâh.* ἐλευθερία. GAL. Liberté,franchise. ITAL. *Libertà,licenza.* GERM. *Freyheit.* HISP. *Libertad ò licencia.* ANGL. *Fredome or liberti e.*} quam sic definit *Florentinus l. Libertas.ff.de statu hominum.* Libertas,est naturalis facultas eius quod cuique facere libet, nisi quod vi aut iure prohibetur. *Cicer.in Paradox.* Libertas est potestas viuendi vt velis. [Immodica & intempestiua libertate vti. *Velleius.* Libertas testamentorum Iure prohibita. *Quintil.* Patriam & libertatem perdidi. *Plaut.Capt.sc.2.a.2.* Libertati confirmare vide Confirmare. In libertate esse quid,& in libertate esse aliud, aliud liberum esse. *Quintil.declam.340.*] ¶ Item libertas Iusta, i.quæ Iurisconsultis *Suet.in Aug.cap.40.* Accipitur etiam libertas pro eo quòd Græci vocant παῤῥησίαν, hoc est pro loquendi,admonendi, sententiam dicendi,increpandique audaciu:potestas,quum scilicet quidquis quod sentimus,liberè loquimur,nullius respectu, gratia, aut potentia commoti. Et in hac significatione libertas accipitur ferè in meliorem partem)(assentatio. Licentia verò in malam ferè partem,quũ quis libertate intemperanter abutitur,& procaciter. Est enim licentia immoderata impunitáque quædam facultas agendi,dicendi,que quicquid velis. *Quintilian.* quæ in aliis libertas est,in aliis licentia vocatur. *Terent.in Heauton.* Deteriores omnes fumus licẽtia. Vsurpatur tamen quandoque licentia pro libertate in bonam partem,*vt apud Cicer.lib. 3.Offic.* Nobis autem nostra Academia magnam licentiam dat,vt quodcunque probabile maximè occurrat, id nostro iure liceat defendere. *Idem lib.1.eiusdem operis:* magnis enim illi & diuinis bonis hanc licentiam assequebantur. ¶ Libertas quandoque eriam in malam partem accipitur,pro effræni quadam animi libidine. *Cicer.5.Verrina*, Nunquam ipsimet nobis præcideremus istam licentiam,libertátemque viuendi. *Idem pro Flacco*, Græcia hoc vno malo concidit,libertate immoderata,& licentia concionum. Adimere libertatem,est aliquem libertate spoliare. *Cicer.pro Domo*, Quod idem in posterum de extraordinariis potestatibus libertatem ademisses. ¶ Amittere libertatem, *Idem*, Nemo ciuis Romanus aut libertatem,aut ciuitatem possit amittere,nisi ipse autor factus sit. Dicimus præterea,habere libertate, largiri libertatem,retinere libertatem,recipere libertate n, tenere libertatem,vindicare in libertatem:quorum exempla nusquam non occurrunt. * Dare libertatem alicui,pro,liberum facere *Cicer. pro Planc.* Tabella quæ dat eam libertatem, vt quod velint faciant. ¶ Libertas etiam libertatis dea dicebatur,cuius templum in Auentino cõstitutum fuisse narrant historiæ. ¶ Libertas aliquando dicitur pro ingenuitate. *Hermogen.libr.40.D.de liber.caus.* Cum pacto partitionis pretij pro viginti annis venalem se præbuit,nec post manumissionem ad libertatem proclamare potest. ¶ Libertatis nomen propriè commune fit in manumissos,sed transfertur ad multa. Est enim libertas primùm quæ seruum liberat à domino,deinde quæ nexu à creditore: quandiu enim vinculis obæris alieni grauitatem tenetur, liber non est:tertiò quæ ciuem à magistratus iniuria. Quouis enim delicto ac scelere (vno excepto perduellionis crimine) ciues Romani à securibus & fascibus:id est, à nece & verberibus veterum legum Valeriæ, Porciæ,Semproniatumque beneficio,defendebantur. Postremò latius etiam libertas diffunditur,cùm ius illud significatur, quod inter omnes ciues æquum,nullo neque fortunæ, neque dignitatis discrimine locos constituunt,vt omnes liberi sint,nemini quisquam, præterquã, legibus pareat. Ex quo etiam liberi populi dicebantur, qui suis legibus vterentur,neque regibus,neque cuiquam populo parerent,neque omnino cuiquam vectigal ullum penderent:qualis aliquando Carthago Corinthus,Atque ea ipsa verò vltra quingentos annos Roma fuit. *P.Manut.in Additam.*

Liberālis,le,Benignus,munificus. [*Gell.cap.5,lib.17.* { נדיב *nadhib* γενναῖος. ἐλεύθερος, δαψιλής. GA. Liberal,franc. IT. *Liberale, magnifico.* GER. *Freygebig.* HISPAN. *Liberal,franco.* ANG. *Liberall,free hearted.*} cui contraria sunt Parcus,auarus,auidus,tenax,& sordidus. *Cic pro Quint Roscio,* Liberalis auidum fraudasse dicitur. *Idem pro Quint.Roscio*, Roscius semper liberalissimus munificentissimúsque fuit. *Cicer.li.3.de Orator.* Quid ram porrò ineptum,tam liberale tam munificum, quàm opem ferre supplicibus. [Pro lo liberalior vita ei obiecta. (non male luxuriosa) *Quintil.*] ¶ Sunt etiam qui ita distinguunt, vt liberalis sit, qui paruis & priuatis hominib.beneficii præstat:munificus,qui magnis, & in magnas reb":sic liberalitas naturæ benignitas quę maxime in præstãdis operis amici perspicitur,& versatur inter paruatos & paruos homines:munificentia,inter magnos. Quod nomẽ à libero patre (*quod maximo credimus*) deductu est. [Materia minus liberalis. (de cauare & eleganti. *Plaut.in Milite*, Lepida & liberali forma est. *Terent.in Eunuch.* Quam liberali facie,quàm ætate integra! [Ecastor pulcher est & liberalis. *Plaut.Mer. sc. 1.a.1.*] Liberali ingenio dicitur esse,qui ingenuus est,& apertus. *Terent. in Adelph.* Nam ingenium nouum humanum liberale. ¶ Liberale responsum, hoc est, dignum ingenuo, & libero homine. *Cicer.ad Attic.lib.3.* Quòd si non modò tu, sed quisquam fuisset,qui me Pompeij minus liberali responso perterritum, à tuto consilio concilio reuocaret,&c. ¶ Liberale coniugium est, quod inter ingenuos & liberos fit. *Terent.in Andria*, Spero consuetudine,& cum illo liberali deuinctum, Chreme, Dehinc facile ex illis sese emerum malis. ¶ Liberale iudicium,& causa liberalis, in quo de aliquo agitur libertate, ἐλευθερία. *Quintil.lib.6.cap.4.* Quod fecit Longus Sulpitius,qui quum ipse fœdissimus esset, eum, contra quem iudicium liberali aderat,ne faciem quidem habere liberi hominis dixit. *Plin. in Cic.* Memento promisisse te, si quisquam hanc liberali causa manu assereret,mihi argentum omne redditum iri. *Terent.in Andria*, Ego illam liberali causa assero manu. *V bi Donatus*, Ordo est,Ego liberali causa assero illam manu:& sunt iuris verba, à quibus etiam assertores dicuntur vindices alienæ libertatis. Vide ASSERO. ¶ Liberales artes,quæ solius ingenij,non manuum ministerio peraguntur. ἐλευθέρια μαθήματα. cuiusmodi sunt Grammatica, Dialectica, Geometria, cæteræque id genus:ideo liberales dictæ quòd liberum hominem potissimùm deceant:non manibus corporisque labore victum quærentem illiberale quiddam habet & seruile, *Cic.1.de Inuent.* Quos habuerim rerum liberalium magistros, quos viuendi præceptores, &c. *Plin.lib.14.* Possum iere vitæ pietia:omnésque à maximo bono liberales dictæ artes in contrarium cecidere,ac seruitute sola profici cœptum. *Cicer.de Orat.* ingenuas artes appellat. Studia liberalia, *Tacit.lib.3.* Liberalis doctrina. *Cicer.5.de Finib.* Liberalis eruditio & doctrina, *idem 2.Tusc.* [A liberali musa non abhorrens. *Gell.cap.3.lib.9.* Liberalis vox & actio, *Quintilian.* Liberalia studia dicta, quod homine libero sint digna. *Senec.Epist.89.*] ¶ Illiberales verò, opificia quæ in manuum opera consistunt habent enim seruile ministerium. *Liberales ioci,id est, libero quodam animo pronuntiati. Plin.in Paneg.* Sed benigna imitatio & liberales ioci,& studiorum honor,&c.

Libĕrālĭtās, Munificentia. [A libero patre videtur deducta apud *Valer. Max.c.1.l.3.Initio.*] { נדיבה *nedhabah* נדיבות *nedhibâh.* ἐλευθεριότης. GAL. Liberalité,honnestе largesse. ITALI. *Liberalità,magnificenza.* GERMA. *Freygäbigkeit.* HISP. *Liberalidad,franqueza.* ANG. *Liberallitie,bountifullie, freehart in geuing.*} *Cicer.5. de Finib.* Nam quum ita nati facimus,vt & agendi aliquid,& diligendi aliquos & liberalitatis, & referendæ gratiæ principia in nobis contineremus, &c. *Idem, Offic.* Iustitiæ est coniuncta beneficentia,quam eandem vel benignitatem,vel liberalitatem appellare licet. Liberalitas,(*vt inquit Speusippus*) est habitus qui in quærendis,erogandisque pecuniis decorum seruat. Hoc est, decens & moderata acquisitio, & erogatio pecuniæ, auaritia,& prodigalitatis extremis tanquam finibus circunscripta. Nam si non tantùm,quantum oportet,tribuas,auaritia,oritur:sin excedas in dando modum, dèsque plus quàm oportet, & *cui non oportet*, & quando, & qua causa non oportet, in vitium laberis *prodigalitatis.* ¶ Aliquando ita accipitur liberalitas, vt seruili metui opponatur. *Terent.in Adelph.* Pudore & liberalitate liberos retinere satius esse credo quàm metu. * *Quo Terentij loco sic Donatus*, Pudore, ad filios retulit, liberalitate ad parentes. Argumentum à coniugatis: Liberalitate regendi sunt,propter quod liberi dicuntur. Liberalitatem autem bonitatem dicit.

Libĕrālĭtĕr, Largè, munificè, indulgenter, liberè, splendidè. ἐλευθερίως. GALL. Liberalement,franchement. ITAL. *Liberalmente, magnificamẽte.* GERMA. *Freygäbiich.* HISPAN. *Liberalmente,sin ancamente.* ANG. *Liberallie,bountifullie.*} *Cic.4. Verrin.* Hi porrò,qui successerunt,vehementer istius cupidi: liberaliter ex istius cibariis tractati,non minus acres contra me fuerunt. *Cice.3.de Finibus*, essèque hominis ingenui, & liberaliter educati,velle bene audire à parentibus. ¶ Liberaliter eruditus is dicitur qui optimis artibus institutus est. *Cicer.2. Tusc.* Sed si possumus,eos excitemus,qui liberaliter eruditi, adhibita etiam disserendi elegantia,ratione & via philosophantur. Sic liberaliter instructus, *apud Cæsarem lib.3. bell.Ciuil.* Liberaliter seruire, id est, alacri animo,libenter obsequendo. *Terent.in Andria*, Propterea quòd seruiebas liberaliter. [Liberaliter respondere, & liberaliter appellari. *Cæs.3.de bell.ciuil'.*] ¶ Item pro indulgenter, *vt apud Sallust.* Exercitum quem in Asia ductauerat, luxuriosè, nimisque liberaliter habuerat. Cuius contrarium est Illiberaliter, de quo suo lóco.

Libĕri, orum, plur.tantum numer. Dicuntur filij vel filiæ: quamuis eorum appellatione vnicus filius, & vnica filia intelligatur. בנים liberorum appellatione vnicus filius, & vnica filia intelligatur. τὰ τέκνα, παῖδες, υἱοί. GAL. Enfans ou enfant,lignee. ITALI. *Figliuoli.* GER. *Kinder.* HISP. *Los hyos,* ANG. *Children.*} *Caius in l.Non est. ff.De verborum significat.* Non est sine liberis, cui vel vnus filius, vnave filia est. *Terent.in Hecyr.* Qui illum decrerunt dignum,suos cui liberos committerent. *Sic & Cicer.* En cui tuos liberos committas, vos committerent. *Liuius 3. ab Vrbe.* Liberum quum de vno ageret. [Liberi liberæque? *Plaut.Capt.sc.1.a.4. Gellius* rerum quærendorum causa ei vxor data est. *Plaut.Capt.sc.1.a.4. Gell. cap.3.l.4.* Quòd tibi sempiternum salutare sit liberis procreandis vocato te vxorem ducere. *Plaut. Aul.sc.3.a.1.*] Olim tamen in vsu erat nec nominatiuus singularis, liber, pro filio. *Cattul.in Argon.* Optauit genitor primæui funera gnati, Liber vt innuptæ potiretur flore nouercæ. ¶ Item nepotes & pronepotes, cæterique ex his descendentes, Liberorum appellatione continentur. *Paulus.ff.de Gradibus affin. l.Liberorum appellatione.* Iurisconsult. Liberi, *inquit*, vocantur vsque ad trinepotem. *Callistratus l.Liberorum. ff.de Verborum significat.* Liberorum appellatione nepotes, & pronepotes, cæteríque qui ex his descendunt, continentur. Nec enim omnes liberorũ appellatione lex duodecim Tabularũ complexa est. Similes patri liberi, *Seneca in Medea.* Parere libetos. *Idem Thebaid.* Procreare liberos. *Quintilian. lib.3. cap.8.* Auctus liberis. *Tacitus lib.3.* Tanquam auctus liberis Drusus d rum Germanici magis vigeret. Dare operam liberis, est procreandorum liberorum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

rũ causa cum vxore rẽ habere. *Cic.1.Offi.* Liberis dare operã ꝛe honestũ est, nomine obscœnũ.* Liberi dicti sunt á libertate regẽdi, *vt ait Dona.* [Ité de brutis. Lanij concinnãt liberis orbas oues. *Plau.Capt.sc.1.a.4*]

Lĩbĕrtus, Qui quum esset seruus, factus est liber: ita dictus quasi liberatus. ἀπελεύθερος, ἀπελευθερωθείς. GAL. Affranchi & mis en liberté. ITAL. *Fatto libero diseruo.* GERM. Ein freygelaßner. HISP. *El que de siervo fue hecho libre.* ANG. *A franck,king,he yat is enfranchised.*}(patronus. *Plaut. in Asin.sc.3.a.3.* Magis decorum est, libertum potiùs quàm patronum, onus in via portare. *Vlpianus* eum esse liberum definit, quem quis ex seruitute ad ciuitatem Romanam perduxit. *Quint.lib.7.cap.8.* Patrono in libertum manus iniectio fit. *Idem l.11.ca.1.* Eadé pro libertis aduersus patronos obseruantia. [Nec mihi libert⁹ est vllus. L. Quis tu es. C. Libertus illius. *Plau.Curc.sc.1.a.3.& sc.3.a.4.* Saluere iussi libertũ. Iã mane núne emissus? Ité, Quo nos vocabis nomine? A. Libertos. L. Nõ patronos? *Plaut. Asin.sc.3.a.3.* Libertorum suorum herus *Pompeius Velleius.* Libertorũ tria genera olim: Romanorũ, Latinorũ, & Dedititiorũ. *Iusti.*

Lĩbĕrtã, fœminin. um. {ἀπελευθερωθεῖσα. GALLI. Affranchie & mise en liberté. ITA. *Fatta libera.francata.*. HIS. *à libertad heca francha y libre.* ANG. *She yat is enfranchised.*} *Horat.1.Serm.Satyr.1.* at hunc liberta secuti Diuisit medium fortissima Tyndaridarum. *Modestinus*, Libertis liberta bárbúsque meis, libertum libertæ testatoris non contineri. [Experiar, quã mihi fore libertã, & quã venalem credam. *Plaut.Pseu.sc.2.a.1.*

Lĩbĕrtīnus, tini, }(ingenuus, ἀπελεύθερος, ἐξελεύθερος. Libertus ad patronũ refertur. Per libertinum enim significamus conditionem hominis, sicut per ingenuum: per libertum verò priuatum quendam respectu ad patronum. *Plaut.in Milite*, Ingenuam, an libertinam? Propriè itaque libertini dicuntur, qui ex libertis procreati sunt, hoc est, qui ipsi quidem nunquam seruierunt, sed quorum parentes, antequam filij nascerentur, è seruitute manu emissi sunt. *Cic.4.Philip.* Ipse ex libertini filia suscepit libertos. ¶ Postea tamen Libertinorum, & Libertorum vocabula in eadem significatione vsurpari cœperunt, pro iis scilicet, qui post iustam seruitutem libertatem essent consecuti. Quod manifestissimè ostendit *Sueto .in Claudio* [*cap.24.*] *his verbis*, Ignarus temporibus Appij & deinceps aliquandiu, libertinos dictos, non ipsos qui manumitterentur, sed ingenuos ex his procreatos. [*Quintil.declam.311.* Qui á seruitute in libertatem venit, libertinus dicitur.

* Libertinitas, penult. cor. Ipse status libertini dicitur, vt Ingenuitas, ingenuitatis. *in l.iuxta.Cod. De liberali causa.* Siue de libertinitate, siue de ingenuitate quæstio moueatur.

Lĩbĕro, beras, Manumitto, & ex seruo libertum facio, libertate dono, in libertatem traduco. { חפש *chippéfch* מצל *hitzlél* פלש *pillét.* ἐλευθερόω, ἀπελευθερόω. GAL. Deliurer, mettre en liberté. ITA. *Liberare, donare la libertà.* GERM. Freyen/ledigen/ertõsen. HISP. *Librar de seruidumbre ò peligro.* ANG. *To infranchise and set at libertie,to deliuer.*} Propriè heri est, quum seruum de potestate sua emittit. Nonnunquam tamen & seruus se liberare dicitur, cùm peculio se redimit. *Cicer.1.de Orat.* Si quis apud nos seruisset ex populo fœderato, seseque liberasset. Aliquando forense verbum est, idem significans quod absoluo, & ab actione intẽtata liberum iudico. ἀφίημι. *Cic.pro Cluent.* Iudices hunc, quem iam bis condemnatum acceperant, liberarunt. *Idem 4.Verr.* Qui Sopatrum eodem illo crimine liberarant. [*Plaut.Pseud.sc.2.a.1.* Quin omnes populum hac peste liberant? *Plaut.sc.2.a.1.* Quin tu labore liberas te onere crumenæ. *Plaut.Asin.sc.3.a.3.* Non te sinam hìc esse triduum, quin te liberalem liberem. *Plaut.Curc.sc.3.a.1.* (.i. manumitterem emptam à Domino), Eum velle aiunt amicam liberare (.i. manumittere emptam à Domino) *Plaut.sc.5.a.1.* Si rectè facias, here, me emittas manu. Liberem ego te? *Plaut.Menæch.sc.7.a.5.* Amicas emite, liberate. *Plaut. Mostel.sc.1.a.1.* Vbi amans scortum liberet. (.i. manumittat.) *Plaut.Capt. sc.4.a.5.* Item ¶ Cum genitiuo, liberare eius culpæ regem. *Liu.l.1.d. 5.*] ¶ Præterea generale verbum est, significans ex molestia, damno, vel periculo eripio. *Cicer. Attic.* Næ tu me solicitudine magna liberaris. Liberare fidem, est præstare promissum. *Cicer.pro Flac.* Ipse tamen Fusius satisfacit absentibus, & fidem suam liberat. Liberare se ære alieno, est creditam pecuniam creditori numerare. *Cicer.ad Atti.lib.6.* Ita multæ ciuitates ære alieno liberatæ, &c. Liberare item debitorem dicitur creditor, aut eius hæres quum quod sibi debebatur, ei acceptũ refert. *Papin.l.Quum hæres.ff.de liberat.legat.* Quum hæres rogatur debitorem tuum liberare, de eo tantùm cogitatum videtur quod in obligatione manſit, * Liberare promissa, pro Abrogare, vel earum tollere obligationem, ac facere ne ligent. *Cicer.1. Off.* Quæ quidem promissa pleraq; iure Prætorio liberantur, nonnulla legibus. ¶ Liberare (*inquit Sipontius*) etiã aliquãdo vsurpamus pro eo q̃ est Addicere. Vnde in licitationibus rem, quæ venalis proposita est, plus offerendi addicere seu liberare dicimur: & non modò qui vendit, sed etiam qui emit, rem ipsam sic vẽditam liberare dicitur. Hinc liberationis vocabulum, *Paul. Istrisconf.in l.liberationis.ff.de Verborum & rer.signif.* affirmat eandem vim habere quam solutionis. Et contrà solutionis verbum ad omnem liberationem pertinet, *vt vult idem Paul.in l.Solutionis.ff.de solutionib.*

Lĩbĕrātor, liberatoris, Vindex libertatis. {מחבש *mechappéfch* מצרי *matzlil* מפלש *mephallét.* ἐλευθερωτής. GA. Qui deliure & met en liberté. IT *Liberatore,qui mette en libertà.* GERMA. Ein ertõser. HISP. *El que libra.* ANG. *He that de liuereth and setteth at libertie.*} *Cicer.ad Attic.* Patriæ liberatores vrbe carebant ea, à cuius ceruicibus iugum seruile deiecerant. *Idem alibi*, Romæ nostri liberatores tutò esse non possunt.

Lĩbĕrātio, nis, Actus liberãdi, dimissio, absolutio. {פלחה *hatzlâlah* פליטה *peletáh.* ἐλευθέρωσις, ἀπάλλαγή, ἀπαλλαγή. GAL. Deliurance. IT. *Liberatione.* GE. Ertõsung/ertedigung. HI. *Libramiẽto.* AN. *An enfrãchising or ferting at libertie.*} *Cic.in Pison.* Reorũ acerbissimæ dãnationes: libidinosissimę liberationes. ¶ Accipitur præterea liberatio pro acceptilatione, quæ à Græcis χάρις dicitur, siue pro absolutionea nexu. *Vnde tit.est in Pand. de liberatione legata.*

Lĩbĕr, bri, prior. cor. Propriè corticis genus est tenuius, quod in phillyras plures diuidi potest, cuiusmodi erant quæ papyris in AEgypto detrahebantur, chartæque vsum præbebãt. {פלחה *petsalah* φλοιός. GA. Escorce d'arbre. ITA. *Scorza d'albero.* GER. Baſt/die inner baum rinden. HISP. *La corteza del arbol.* ANG. *The barke of a tree.*} *Cic.1.de Nat.deor.* Trunci obducuntur libro aut cortice, quò fiunt à caloribus & frigoribus tutiores. *Plinlib.13.cap.11.* Palmarum foliis primò scriptitatum, deinde quarundam arborum libris. Indifferenter tamen pro quouis cortice positum inuenitur. *Columel.lib.5.cap.10.* Ita librum arboris inolescere sinito. *Virgil.10.Eclog.* Nec si quum morieris alta liberaret in vlmo. *Idem 2.Georg.*-huc aliena ex arbore germen Includunt vdòque docent inolescere libro. Et quoniam libri, hoc est, tenuiores arborum cortices, chartæ olim vsum præbebant, codices quoque qui ex iis compaginari solebant, libri {ספר *sépher.βίβλοι* GAL. Liures. ITA. *Libri.* GER. Bücher. HISP. *Libros.* ANG. *A booke.*} dicti sunt: obtinuitque vsus vt quanuis mutata re, aliisque iam inuentis chartarum generibus, priscũ tamen manserit nomen, libríque dicantur qui ex pluribus concinnati sunt chartis, ex quacunque materia præparatis. Iidem & codices dicũtur, ab arborum codicibus, ex quibus antiqui tabulas ligneas ad scribendi vsum solebant conficere, eásque cera obducere. *Cic.Atti.* Demetrij librum de concordia tibi remisi.* Librum edidit, non esse, &c. id est, librum conscripsit, in quo contendit non esse, &c. *Suet.in Iulio Cæsare*, Librum edidit, non esse Cæsaris filium quem Cleopatra dicat. [Liber commentarius. *Gell.cap.7.li.14.* ¶ Liber (de Oratione pro Cæcinna) *Quint.* Græci incedunt suffarcinati cum libris, cum sportulis. *Plau.Curc.sc.3.a.2.* Quasi in libro cum scribuntur calamo litteræ. *Plau. Pseu.sc.5.a.1.* Inuenies illam inter libros. *Ouid.Eleg.7.li.3.Trist. Et eleg. vlt.l.3.Trist.*] ¶ Quandoque tamen libros vocant operis alicuius partes, certáque segmenta, in quæ totum opus distinguitur. Græci. λόγους, τόμους, καὶ βίβλους, appellant: vt Virgilij AEneida in XII. libros distinctã esse dicimus. ¶ Liber præterea ponitur pro *inuẽtario*, vt vulgò dicitur, siue *regiſtro*, q̃ & *repertoriũ* dicitur. *Cic.5.Ver.* Misit literas ad Carpinatiũ, quas ego Syracusis apud Carpinatiũ in literarũ allatarũ libris, Romæ in literarũ missarũ apud Tulliũ magistrũ familiarẽ tuũ inueni. *Budæus.* ¶ A liber, quando corticem significat, fit verbum Delibro, penultimã correp. quod est corticem detraho. ἀποφλοιῶ, ἀποφλοίω. *Vide suo loco.*

Lĭbellŭs, li, Paruus liber. {γραμμάτιον, βιβλίον. GAL. Vn liuret, petit liuret. ITA. *Libretto.* GERMANIC. Ein büchlin. HISP. *Librillo.* ANG. *A lit le booke.*} *Martial.lib.14.* Omnis in hoc gracili xeniorum turba libello Constabit numis quatuor empta tibi. [Maiora libelli & diuturna magis sunt monumenta mei. *Ouid.Eleg.3.li.3.Trist.* Sed ego fastorum scripsi totidémque libellos. Cúmque suo finem mense volumen habet. *Ouid.Eleg.1.lib.2.Trist.* Item in prima fronte libelli (.i. librorum metamorph.) *Oui.eleg.6.lib.1.Trist* Sera redunuit veteris vindicta libelli (.i. trium librorum de arte amandi. *Ouidius.Eleg.1.lib.2.Trist.* Ad libellum respicere vt pueri oblitioſi solent. *Quintil.*] ¶ Aliquando veteres vsi sunt pro epistola siue tabella. *Brutus ad Cic.lib.11.* Ne de Planco quidem spem adhuc abiecit, vt ex libellis eius animaduertj. [E libello sermones habere. *Suet.in August.cap.84.* In hoc libello obsignato attuli gaudia multa (.i. in epistola) *Plau.Pœn.sc.4.a.2.*] ¶ Inde libelliones dicti sunt, de quibus infrà. ¶ Libelli etiam dicuntur quod vulgus, *supplicationes*, ἐκτηρίας, appellat: quos *Martialis* Supplices libros nominauit illo hendecasyllabo, Idem supplicibus vacat libellis. Tales enim principibus dari solent ad negotia explicanda à subditis, in quibus petitiones continentur. *Sueton.in Cæs.* pro eodem sine addito dixit libellum, Libellúmque indicem insidiarum, ab obuio quodam porrectum, libellis cæteris, quos siniſtra tenebat, quaſi mox lecturus commiscuit. [Libellum tradere. *Sueton.in Claud.cap.37.* ¶ Libellos legere & rescribere inter spectandum. *Sueton. in August.c.44.* ¶ Libellum porrigere (de supplice) *Suet.in August.cap.53.* Et libelli famoſi *cap.55. Ibidem.* Libellos quos componit litigator patronus contentus. *Quintil.*] ¶ Libellus ponitur etiam pro commentario, quam *memoriam* vulgò vocant. *Quintil.lib.12.cap.8.* Pessimæ verò consuetudinis est libellis esse contentum, quos componit aut litigator, qui confugit ad patronum, aut alij ex genere aduocatorum. Quo in loco teste Budæo, libellus accipitur pro scripto memoriæ causa parato; pro quo etiam libellum memorialem dicimus. *Suet.in Iul.Cæſ.* Epistolæ quoque eius ad Senatum extant, quas primùm videtur ad paginas, & formam memorialis libelli conuertisse. ¶ A Cicerone autem ad Attic. Libellus mandatorum dicitur, in quo memoriæ causa, quæ alicui mandantur, siue iniunguntur: sunt præscripta. ¶ Libellus etiam, eodem Budæo teste, dicitur Epistola assertoria, quam vulgò *certificationem* vocamus: vt quas vectigalium & tributorum immunes ad publicanos destinare solent, ne pro vectura res suas aduehentes, importantéſve inhibeant. *Paul.in l.ſi Publicanus.ff.de Publican.* Significent, *inquit*, id. libello manu sua subscripto, eúmque ad publicanum mittant. ¶ Est & libellus mensuræ genus. *Cato de Re ruſt.c.15.* Parietes villæ si locet in pedes cẽtũ, id est, pedes denos quoquo versũ habeat libellũ in pedes quinos &c. ¶ Dicitur quoq; libell⁹ scripti gen⁹, quo aliquis in iudiciũ vocatur. *Pla. in Curc.* [*sc.3.a.1.*] Vbi tu es qui me bello Venereo citasti? ecce me sisto; ades cõtrà. ¶ A libellis autẽ minisſtri illi esse dicũtur, qui principi in hoc negotio subseruiũt, vt supplices libellos accipiãt, euoluãt, iisq; respondeãt. *Sue.* Epaphroditũ à libellis capitali pœna cõdẽnauit. ¶ Libellos p ponere, est scriptũ aliq̃n locis publicis affigere, qb. notũ aliqd omnib. fit. *Cic.pro Quintio.* De quo libelli in celeberrimis locis, pponũtur, huic ne perire quidem certe tacire, obscuréq; cõceditur. [Per libellos respõdere postulatorib. *Suet.in Nerõ.c.15.*] ¶ Libellos signare, siue subnotare dicitur is, q̃ libellis supplicib. quas vulg⁹ *requeſtas* vocat, respõdet. *Pli. in Epiſt.* Sedeo, p tribunali, subnoto libellos, cõficio tabulas. Pro eodẽ legitur & libellos agere: *vt in l.scriptũ.de Diſtr.ping.* Rescriptũ est ab imperatore, libellos agẽte Papiniano, i. Papiniano libellis apud Imperatorẽ prefecto. ¶ Apud leguleios libell⁹ diuersis modis dicitur. Nã est libell⁹ accusationis, cõuẽtionis, repudij, & huiusmodi. βλασφημία, τὸ ἔγγραμμα βιβλίον.

Lĭbellŭlus, diminutiũ à libell⁹, βιβλίδιον. *Hie.* In præsẽti libellulo edoceat: *Libellatic⁹, penu. corr. Qui meru suppliciorũ eò pertrahebãtur, vt idolis etiã sacra facerẽt. Sacrificati dicebãtur, iidéq; thurificati. Qui nõ incẽdissent, quidẽ thura idolis, sed tamen per libellos tantùm nomina dedissent, Libellatici vocabãtur. *Cyp.l.4.Epiſt.2.* Ex Erasmo in Cyprianũ.

Lĭbellĭo, onis, masc. gen. A veterib. dicebatur, quẽ nos *Tabellionẽ* vocam⁹ {ספר *sopher.γραμματεύς.* GA. Porteur de lettres, notaire. IT. *Porta letter, notario.* GER. Ein bott/oder briefftrager. HISP. *Merisa jero escriuano.* ANG. *A caryer of lettres,a noter.*} *Varro*, Tum ad me ferunt, quòd libellionẽ esse scribant. ¶ Accipitur interdum pro librario qui libros scribit, & vendit. *Stat.4.Syl.* Sed Bruti senis escitationes, De capsa miseri libelliõnis, Emptum plus minus esse Calano, Donas.

Librarius, a, um, Quod ad libros pertinet. {γραφικός. GA. Qui appartient

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

à liures. ITAL. *Ciò se s'appartiene à libri.* GER. *Das zu den bücheren gehört.* HISP. *Cosa perteneſciente à libros.* ANG. *Belonging to bookes.*} vt. Atramentum librarium quo libri ſcribuntur: quemadmodum ſutorium, quo coria: & tectorium, quo parietes denigrantur. *Plin. lib. 35. c. 6.* Omne autem atramentum Sole perficitur, librarium & tectorium glutino admiſto. Taberna libraria, in qua libri venales proſtant. *βιβλιοπωλεῖον. Cic. 2. Philipp.* Quum tu illum in foro ſpectante populo Romano gladio ſtricto inſecutus es: negotiúmque tranſegiſſes, niſi ille ſe iub ſcalas tabernæ librariç coniecciſſet.

Librārĭŭs, rij, ſubſtantiuum, Qui libros manu ſua mercede deſcribit. {βιβλιογράφος. GAL. Libraire, eſcriuain de liures. ITA. *Copiatore, copiſta.* GER. *Ein buch ſchreiber/d' vmb lohn bücher ſchreibt.* HISPAN. *Librero ò el eſcriuano que eſcriuo los libros.* ANGL. *A ſcriuener, a booke writer.* } nam qui eos vendit, Græco nomine bibliopola dicitur. *βιβλιοπώλις. Cic. pro leg. Agrar.* Aliquando tandem me deſignato, lex in publicum proponitur, concurrunt iuſſu meo plures vno tempore librarij, deſcriptam legem ad me afferunt. *Liu. 8. bell. Maced.* In L. Scipione malim equidem librarij mendum quàm mendacium ſcriptoris eſſe in ſumma auri atque argenti. *Hora. in Arte.* Vt ſcriptor ſi peccat, idem librarius, vſque Quanuis eſt monitus, venia caret. *Plin. l. 7. ca. 15.* de inſigni memoria Iulij Cæſaris, Epiſtolas verò tantarum rerum quaternas pa. iter librariis dictare, aut ſi nihil aliud ageret, ſeptenas. [Ad librarios ſuos ita reſpiciunt, vt ſportulam dictare videantur. *Quintil.*]

Librariŏlŭs, li, diminutiuum à librario. { γραμματοῦφαρ. GAL. Petit libraire ou eſcriuain de liures. ITA. *Picciolo librario ò ſcritore de libri.* GER. *Ein buch ſchreiberlin.* HISPAN. *Pequenno librero ò eſcriuano de libros.* ANG. *A litle ſcriuener or writer of bookes.* } *Cicero ad Att. l. 4.* Et iam velim mihi mittas de tuis librariolis duos: quibus Tyrannio vtatur glutinatoribus. *Idem 1. de Legib.* Cuius loquacitas habet aliquid argutiarum: nec id tamen ex illa erudita Græcorum copia, ſed ex librariolis Latinis.

Librārĭă, æ, ſubſtantiuum, Taberna in qua libri proſtant. { βιβλιοπωλεῖον. GAL. Librairie, bibliotheque. ITA. *Libraria.* GER. Ein buchladen. HIS. *La libreria de libros.* ANG. *A shope wherein bookes ar ſold.* } *Gel. l. 5. c. 4.* Apud Sigillaria forte in libraria ego & Lucius Paulus poëta, vir memoria noſtra doctiſſimus, conſederamus.

Librārĭum, rij, Theca eſt, ſiue ſcrinium quo libri continentur. { τὸ βιβλιοφυλάκιον. GALL. Vn garde liure, ou regiſtre, ou bien gros regiſtre. ITA. *Caſſa ò altro luoco da guardare i libri.* GERMA. Ein buch kammer/tůbereyn. HIS. *Grueſſo regiſtro, lugar para gardar libros.* ANG. *A cheſe to keep boakes or any lik thing.*} *Ci. pro Domo ſua,* Exhibe, quæſo, Sexte Clodi, librarium illud legum veſtrarum, quod te aiunt eripuiſſe è domo, & ex mediis armis, turbaque nocturna, tanquam Palladium ſuſtuliſſe.

LĪBĔRĂ, æ, Iouis & Cereris filia, quæ & Proſerpina dicitur. { περσεφόνη. GERM. Proſerpina die tochter Jouis vnd Cereris.} *Cic. 3. de Nat. deo.* Liber Cereris filius, & frater liberæ.

Lĭbĕt, verbum imperſonale idem ſignificans quod Placet: à labendo (*vt Varro inquit*) quòd quæ placent in mentem prolabantur. { יאת *jaáth.* δοκεῖ, ἀρέσκει. GALL. Il plait. ITAL. *Piace.* GER. Es gefiehet mir/es gefüſt mich. HIS. *Antoja, ò plaze.* ANG. *It pleaſeth, it lyketh well.* } Duo habet præterita, libuit, & libitum eſt. *Plau. in Pſeud.* [*ſc. 3. a. 1.*] Cur id aulus facere? B. libuit, id eſt, ſic volui, ſic placuit mihi. *Idem in Aſin. ſc. 1. a. 1.* Si quid te volam, vbi eris? L. Vbicunque libitum erit animo meo. [Seu libeat curuo contendere gyro: ſeu libeat duplicem ſeu iunctum cernere Martem. *Tibul. lib. 4.* Vt voles, vt tibi libebit, legem Imponito. *Plau. Aſin. ſc. 3. a. 1.* Qua lubeat nubant dum dos ne fiat comes. *Plaut. Aul. ſc. 5. a. 3.* Vbi libet, roga. *Plaut. Menæch. ſc. vlt. a. 5.* Vbi libet, ire licet accubitum. *Plau. Mil. ſc. 4. a. 2. Plaut. Curc. ſc. 3. a. 4.* Vbi reſtiteras? Vbi mihi libitum eſt *Plaut. Pſeud. ſc. 1. a. 4.* Libet. Quid libet? *Plaut. Pſeud. ſc. 2 a. 5.* Libet potare, amare, &c. *Plaut. Moſtel. ſc. 1. a. 1.* Nũc dũ tibi libet, licetque, es, pota, perde rem. *Ibid.* Qui lubet ludibrio habere me? *Plau. Menæch. ſc. 4. a. 2.* Non licet te colloqui? B. At mihi non libet. *Plaut. Pſeud. ſc. 3. a. 1.* Age iam, quando tibi libet, peri. *Plaut. Merc. ſc. 4. a. 2.* Vt libet, quid tibi libebit fac. *Plautus Amph.* Aliud cura quid libet. *Plaut. Aſin. ſc. 1. a. 1.* Quid iſtum tibi tactio eſt? MI. Quia mihi libitum eſt. *Plaut. Curc. ſc. 2. a. 5.* Ago vt libet. *Plaut. Men. ſc. 5. a. 5.* Quod tibi libet idem mihi libet. *Plaut. Moſtel. ſc. 3 a. 1.* ¶ Quamlibet exiguo imbre. *Ouid. Eleg. 6. lib. 4. Triſt.* Verſus quamlibet in paucos. *Idem Eleg. 7. lib. 4. Triſt.*] ¶ Hinc fit Collibet, pen corr. vel Collubet: collibuit, collibitum eſt, collibere idem quod libet. *Teren. in Eunuch.* Siquid collibuit, noui te. *Colum. l. 11. c. 1.* Facturus mox, ſi collibuiſſet, quod nunc aggredior.

Lĭbēns, tis, Volens, voluntarius, gaudens. {נדיב *nadhîb* רצה *rotséh,* ἄσμενος, ἑκών. GAL. Qui volontiers & de ſon bon gré fait quelque choſe, volõtaire. ITA. *Chi fa da ſe & volontieri, facile.* GER. Gutwillig/gern. HISPA. *Aplazible y de buena gana.* ANG. *willing, that hath, a good will to do any thing.*} *Cic. ad Att. l. 10.* Si vera ſunt, ignoſces: ſi falſa, me libente eripies mihi hunc errorem. *Idem pro Cluent.* Eámque animis veſtris aut libentibus, aut æquis remittatis, [Gratus libénſque do, cedo (commodata) *Senec. cap. 11. de Tranquill.* Me libente feceris. *Plaut. Curc. ſc. 2. a. 5.* Duorum hominum labori parſiſſem lubens. *Plaut. Pſeu. ſc. 1. a. 1.* Vt ego hunc auſculto lubens. *Plaut. Aul. ſc. 5. a. 3.* AEdepol me libente facies. *Plau. Amph. ſc. 3. a. 2.* Complectere. Facio lubens. *Aſin. ſc. 3. a. 3.*] *Liu. l. 9. bel. Pun.* Vt modicas iniurias non æquo animo pati, ſed prope libenti videri poſſent. *Cic. ad Attic. l 4.* Illam porticum redemptores ſtatim ſunt demoliti libentiſſimis omnibus [Lubentiſſimo corde atq; animo. *Plaut. Pſeud. ſc. 2 a. 5.*]

Lĭbēns, autore Donato, interdum aduerbij ſignificatione ponitur pro libenter. {ἀσμένως.} *Teren. in Andr.* Fugin' hinc? B. Ego vero ac libens.

Lĭbēntĕr, Non grauatè, æquo gratóque animo. {ἑκουσίως, ἀσμένως. GALLI. Volontiers, de hait. ITALIC. *Volontieri.* GERMANIC. Gern. HISPA. *Planſantera y ganoſamente.* ANG. *willinglie, with a good will.* } *Cic. 4. Acad.* Itaque quum aliud diceret atque ſentiret, libenter vti ſolitus eſt ea diſſimulatione, &c. *Horatius & Ep.* Dicit enim citiùs meminírque libentiùs illud, Quod quis deridet, quam quod probat, & veneratur. Libenter viuere, & cœnare, autore Donato, eſt bonorum ciborum edacem eſſe. *Ter. in Eun.* tu hercle cum illa Phædria Et libenter viuis: etenim bene libenter victitas. [Frigida non lauti ma. gis libenter. *Plaut. Moſtell. ſc. 3. a. 1.* Vt te libenter videam cum ad nos veneris *ſc. 3. a. 3.* Verbis conceptis libenter periurabis. *Plaut. Aſin. ſc. 2. a. 3.* Liberi lubentius ſumus, quàm ſerui. *Plaut. Capt. ſc. 2. a. 1.* Nimio edo libentius. *Plaut. Men. ſc. 6. a. 5.* ¶ Item libentiſſim. e loqui de aliquo. *Seneca. cap. 3. de conſol. ad Marc.*]

Lĭbēntĭă, æ, Voluptas, illecebræ. { ערנה *ʿedhnáh.* רצון *ratsón. idem, will, pleſour.* } *Gell. l. 15. c. 2.* Cui libentiæ, gratiæque omnes conuiuiorum incognitæ ſint.

Lĭbīdo, pen. prod. genit. libidinis, Cupiditas, extraordinarium deſiderium. {עגבה *ťaghbáh* תאוה *taavâh.* ἐπιθυμία, ἀθυμία. GALL. Plaiſir, volupte deſordonnee, appetit deſreigle, paillardiſe. ITAL. *Libidine, appetito diſſordinato di luſſuria.* GERMA. Mutwil / ein jede vngezoumpte vnd vnordentliche begird. HISPA. *Gana, antojo, luxuria.* ANGL. *Luſt, ſenſualitie, vniawfull apretite or will.* } Fere ſemper in deteriorem partem accipitur. *Plaut. in Epid.* Nequam es homo Epidice, cui libido eſt male loqui. Tametſi verò multarum rerum libidines ſint, tamen quum libido dicitur, neque cuius rei libido ſit, additur, non ſetare ſolet animo occurrere niſi illa qua obſcœnæ partes corporis excitantur. *Cicer. 4. Tuſcul.* Voluntas eſt quæ quid cum ratione deſiderat: quæ autem aduerſus rationem incitata eſt vehementiùs, ea libido eſt, vel cupiditas effrænata quæ in omnibus ſtultis inuenitur. *Saluſt. in Catil.* medium vocabulum eſſe oſtendit, quòd tam in meliorẽ quàm in deteriorem partem accipi poſſit, hoc eſt, pro voluptate tam honeſta, quàm inhoneſta Magiſque (*inquit*) in decoris armis, & in militaribus equis, quàm in ſcortis, & conuiuiis libidinem habebant. ¶ Libido nauleæ, id eſt, cupiditas vomendi. *Cato c. 156.* Vbi libido veniet nauſeæ, eũmque apprehendet, decumbat, purgetque ſeſe. [*Plaut. Pſeud. ſc. 5. a. 1.* Libido eſt ludos tuos ſpectare Pleudole. *Et Men. ſc. 1. a. 1.* Libido maior fugere eſt vinctis. *Gell. cap. 4. lib. 19.* Cur eum qui prope ignem diutius ſtetit, libido vrinæ laceſſat. Ad libidinem honores cepit. *Sueton. in Cæſ. cap. 76.*] * Libido pro nimia Veneris appetentia *Tacit. l. 17* Auaritia & libidine fœdus & maculoſus. ¶ Libido opponitur rationi. vt, Libidine non ratione rem aliquam agere. *Cicero pro Quint.*

Lĭbīdĭnōlŭs, la, lum, Qui in libidinem propenſus eſt, venereus, ſalax. { עגב *ťaghéb.* ἀσελγής, ἀκρατής, ἀκόλαστος, ἀφρόδισιος. GALL. Impudique, ſuiet à ſon plaiſir, deſordonné, abandonné à paillardiſe. ITAL. *Luſſurioſo, libidinoſo.* GERMAN. Geil/mutwillig/bösen gluſten ergeben. HISP. *Luxurioſo.* ANG. *Luſt full, ben to pleſour.* } *Cicero de Senect.* Libidinoſa enim & intemperans adoleſcentia effœtum corpus tradit ſenectuti. *Plin. l. 11. c. 39.* Libidinoſiores hominum quoque hirtos *ſollegent Quintil. l. 6. cap. 4.* Libidinoſior es quàm vllus ſpado. *Libidinoſas* ſententias Cic. pro domo ſua dixit, quæ pro libidine cuiuſque ferũntur. Libidinoſæ dapes, dicuntur exquiſitæ, & curioſæ. *Colum. in præf. l. 10.* Mox quum ſequens, & præcipuè noſtra ætas dapibus libidinoſis pretia conſtituerit, &c.

Lĭbīdĭnōſĭŭs, ſuperl. *Lamprid. in Heliogab.* Vaſa nonnulla ſchematibus libidinoſiſſimis inquinata.

Lĭbīdĭnōsē, aduerbium, Impotenter, crudeliter, & pro animi libidine. { ἀκράτως. GAL. Impudiquement, d'vn appetit deſordonné. ITA. *Crudelmente.* GER. Mutwilliclich. HISPA. *Luxurioſamente.* ANGL. *Vnchaſtely, with an immoderat luſt.* } *Salluſt. in Iugurth.* Poſt vbi paulatim licentia creuit, iuxta bonos & malos libidinosè interficere. *Cic. 1. Verr.* Vt quæ ille libidinoſe, quæ nefariè, quæ crudeliter fecerit. *Idem 1. Offic.* Cauétque nequid libidinose aut faciat, aut cogitet. *Liuius l. 3. ab Vrbe,* Abſtinebatur à patribus, in humiliores libidinosè, crudeliterque conſulebatur.

Lĭbīdĭnŏr, aris, Libidinem perago, voluptati indulgeo. { עגב *ťagháb.* ἡδυπαθέω. GALL. S'addonnẽr à paillardiſe. ITALI. *Darſi alla luſſuria.* GERM. Mutwillen vnd geitheit treyben. HISP. *Luxuriar.* ANGL. *To giue him ſelf to ſenſualitie or luſt.* } *Suet. in Neron. c. 28.* Olim etiam quoties lectica cum matre veheretur, libidinatum inceſtè, ac maculis veſtis proditum affirmat.

LĬBĒTHRĂ, libethræ, pen. prod. λείβηθρα. Fons Muſis ſacer in Magneſia regiuncula Theſſaliæ annexa: vt docet *Plin. l. 4. c. 9. & Pomp. Mela. l. 2.* { GERMA. Ein brunen in Theſſalia den Muſis zugeeignet. } Sunt, qui in Olympo monte Liberthram vrbem fuiſſe dicant, à Syę torrente funditus euerſam, quum iam olim oraculo prædictum eſſet, fore vt Libethrij ὑπὸ συὸς omnes interirent, quum Orphei oſſa Sol inſpexiſſet. Erant autem Orphæi reliquiæ in columna quadam conditæ, quæ viæ imminebat à Dio in Olympum ducenti. Quem in locum quum ingens hominum vis conueniſſet, vt paſtorem in ſomnis ſuauiter canentem audirent, euẽnit vt columna euerſa Orphei oſſa nudarentur: eodemque die torrens nomine Sys ſupra modum auctus, Libethrios cum vrbe ſubmerſit. *Vide Cæl. Rhodigin l. 18. c. 22.*

Lĭbēthrĭdēs, λειβηθρίδες, Dictæ ſunt Muſæ à Libethra Magneſiæ fonte Muſis ſacro, & Poëtarum carminibus celebrato: *Pomp. Mela l. 2. in* deſcriptione Macedoniæ. *Strab. tamen l. 10.* autor eſt, Muſas appellatas eſſe Libethrìdas, à Libethro Thraciæ monte quem poſtea Macedones tenuerunt, ſub quo & antrum fuiſſe ait Muſis Libethribus à Thracibus conſecratum. *Virgil. 7. Eclog.* Nymphæ noſter amor Libethrides, aut mihi carmen, Quale meo Codro, concedite, &c.

LĪBĒTHRŬS, penultima prod. cta. λείβηθρος, Mons eſt Macedoniæ, teſte Lycophrone, habens ad radicem Pimpleum fontem, Muſis conſecratum. Alij Libethron Thraciæ montem eſſe aiunt, poſtea à Macedonibus occupatum: ad cuius radicem antrum fuit Muſis Libethridibus à Thracibus conſecratum. *Vide Strab. l. 10.*

Lĭbidinoſus, Libido, Vide LIBET.

LĪBĬTĪNĂ, næ, penult. prod. Dea, in cuius templo vendebantur, & locabantur ea quæ ad ſepulturam pertinebant: ita dicta à Libitu, vel à Libidine. { GERM. Ein Göttin bey den heiden/in deren tempel man alle ding verkaufft / zu den begrebnuſſen nodtwendig. } *Plutarch.* Veneterley zeug verkaufft / zu den begrebnuſſen nodtwendig. } *Plutarch.* Venerem fuiſſe putat, reddítque rationem *in Problematibus,* quare Romani ea quæ ad pompam funebrem ſpectant, in Veneris templo voluerint aſſeruari: vt ſcilicet eo ipſo humanæ fragilitatis admoneremur, ce-tò ſcientes exitũ ab ortu non procul abeſſe, quum eadẽ dea moriẽtibus

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

præfit, & vitam ingredientibus. Alij malunt esse Proserpinam Plutonis vxorem, quàm, quòd inferorum crederetur regina, mortuis præesse putabant: ideóque etiam ea quibus mortui exornati veluti ad inferos deducuntur, in eius templo voluerint asseruari. [Libitina Venus, vel Proserpina, *Plutarch. in Num.*] ¶ Quandoque Libitinam positam legimus pro ipso apparatu funebri, quem Libithinarij in vsum exequiarum locabant. {τὰ ἀπάγματα, τὰ νεκύσια, κτέρες, ἔκφορα. GAL. Dessquiarum locabant. {τὰ ἀπάγματα, τὰ νεκύσια, κτέρες, ἔκφορα. GAL. Dessquiarum locabant. {τὰ ἀπάγματα, τὰ νεκύσια, κτέρες, ἔκφορα. GAL. Dess-
penſe de funerailles. ITAL. *Spessa & apparecchio de funerali.* GERMA. penſe de funerailles. ITAL. *Spessa & apparecchio de funerali.* GERMA. penſe de funerailles. ITAL. *Spessa & apparecchio de funerali.* GERMA. Der koſten oder rüſtung zu einer begrebnuß. HISP. *Despensa de mortuorio.*} Der koſten oder rüſtung zu einer begrebnuß. HISP. *Despensa de mortuorio.*} Der koſten oder rüſtung zu einer begrebnuß. HISP. *Despensa de mortuorio.*} *Liu. lib.* 40. In vrbe tanta fuit pestilentia, vt vix tunc Libitina sufficeret, ad suppeditanda scilicet funeribus necessaria. *Sueton. in Nerone*, Pestilentia vnius autumni, qua triginta funerum millia in rationem Libitinæ venerunt. Erant autem rationes quas conficiebant ij, qui in æde Libitinæ locabãt ea, quæ ad funebres pompas pertinerẽt. ¶ Exercere libitinam dicebantur ij, qui in æde Libitinæ præerant locandis, vendendísque iis, quæ necessaria erant funebrem pompam instructuris. *Valer. Max.* Qui tunc libitinam exercebant, tùm rerum suarum vsum tùm ministerium suum gratuitum polliciti sunt. ¶ Sed quoniam in æde Libitinæ locabantur necessaria ad funebrem apparatũ, hinc factũ est, vt Libitina aliquando pro morte, seu pro lecto quo mortui ferebantur, caperetur. *Horat. l. 3. Carm.* multáque pars mei Vitabit libitinam.

Libitinārius, narij, Propriè dicitur is, qui locat aut vendit ea, quæ ad pompam funebrem sunt necessaria, vel qui curam habet perficiendorum funerum. {κηδεστὴς, παραστάτης. GALL. Celuy qui fait mestier d'enseuelir les morts, & faire sepultures & funerailles. ITAL. *Colui che vende, ò presta à prezzo, & dà à nollo quello che si appartiene alla pompa di morti.* GER. Der die ding ſo zu einer begrebnuß vonnöten ſind zuruſtet verſihet oder verkaufft/ein todtengreber. HISP. *El que appareja cosa del mortuorio.* ANG. *He that selleth which beneedefull for burialles.*} Tractum est nomẽ à Libitina dea, in cuius æde asseruabantur ea, quæ ad institutionem funebris pompæ erãt necessaria. *Vlpian. Quicunque. ff. de Institor. action.* Si libitinarius, quem Græci κηδεστὴν vocant, seruum polinctorem habuerit, isque mortuum spoliauerit, dandam in eum quasi institoriam actionem. Ex quibus verbis patet, libitinarij munus honestius fuisse, quàm polinctoris. Habebant enim libitinarij domi suæ seruos, quorum opera vtebantur ad polincienda, hoc est, ad abluenda, vngenda, & consuenda cadauera. Itaque & polinctores vocabant, à poliendis cadueribus. Designatores autem dicebantur, qui pompam funebrem instruebant, & cuique incedendi præscribebant locum: quos Græci βεκκάριους appellant. De quibus latiùs suis locis. *Seneca de benefic.* An tu Aruntium, & Areium, & cæteros qui captandorum testamentorum artem professi sunt, non putas eadem habere, quæ designatores & libitinarios, vota?

Libo, onis, Romanus ciuis fuit, qui Romæ in Comitio puteal primus extruxit, quod idcirco Libonis puteal dicitur ab *Horat. lib. 1. Epist. 20.*

Ennius ipse pater nunquam, nisi potus ad arma
Prosiluit dicenda, forum, putealque Libonis
Mandabo siccis: ad imam cantare seueris.

Libo, as, Leuiter degusto, & quasi primis labris attingo. {נסך *nasáeh.* λείβω. GALL. Gouster d'vne chose, comme en mouiller seulement les leures. ITAL. *Gustare legiermente, assaggiare.* GERMA. Koſt verſuchen/ mit dem löffelen antupfen. HIS. *Gustar.* ANGL. *To taſt.*} Sunt qui libare dictum putant, quasi labiare: quum tamen constet verbum esse Græcum. Illi enim dicunt λείβω, quod nos, ει diphthongo in i longum cõmutata, vertimus libo. *Virgil. lib. 4. Georg.* Purpureósque metunt flores & flumina libant. Quandoque ponitur pro leuiter tango. *Virg. 2. Æneid.* Oscula libauit gnatæ. [Quandoque partem Diis dare, vnde *Ouid.* Libamina libáque quod sacris pars datur inde focis. *Ouid. 3. Fast.* Passer. *Ouid. 1. Fast.* Inde triumphatæ libasti munera gentis, templáque fecisti, vide libamen & libum.] ¶ Quandoque pro sacrificare. σφάγιμα, καὶ σφαγιάσματα ποιεῖσθαι. *Virg. 3. Æneid.* -tendóque supinas Ad cælum cum voce manus, & munera libo, Intemerata focis. *Cicer. lib. 3. de Legib.* Certas fruges, certásque baccas sacerdotes publicè libanto. [*Lactant. lib. 5. diuin. Instit.* Nihil enim sancta ac singularis illa maiestas aliud ab homine desiderat, quàm solam innocentiam; Quam si quis Deo obtulerit, satis piè, satis religiosè libabit.] ¶ Aliquando ponitur pro decerpo, & colligo. *Autor ad Herenn. li. 4.* Vide ne facias impudenter, qui tuo nomine velis ex aliorum laboribus libare laudẽ. *Cicer. lib. 5. Tuscul.* Sed à te impetrare libenter velim, nisi molestum sit, quoniã nulla vincula te impediunt vllius certæ disciplinæ, libásque ex omnibus quodcunque te maximè specie veritatis mouet. ¶ Huius verbi composita sunt, Delibo, prælibo, prolibo, penultima producta.

Libātus, particip. Decerptus. {מסך *missáeh.* λειβώμενος. GALL. Gousté, extrait ou cueilli. ITAL. *Gustato, scielto.* GERMAN. Geſamlet/abgetáſen. HISPA. *Gustado, cogido.* ANGL. *Tasted, taken out of.*} *Cicer. 2. de Diuin.* Naturale quod animus arriperet, aut exciperet extrinsecus ex diuinitate, vnde omnes animos hausros, aut acceptos aut libatos haberemus. [*Idem Ouid. 5. Fast.* Falcifero libata seni duo corpora gentes mittite (i. dicata.)]

Libāmen, inis, Libamentum, ti, & Libatio, onis, pro eodem sumuntur, significántque quicquid in sacris libatur: à Libero patre (vt nonnulli putant) qui primus Ioui libauit. {נסך *néseh.* λοιβὴ σπονδὴ, σπονδυχή. GAL. Ce qu'on offre en sacrifice. ITAL. *Cosa offerta in sacrificio.* GER. Ein opffer. HISP. *Cosa offrida in sacrificio, offrenda.* ANGLI. *A sacrifice, any ting tasted and sacrificed.*} *Ouid. lib. 3. Fast.* Nomine ab authoris ducunt libamina nomen, Liber enim qui Bacchus dictus est, quum victor de Scythis aliísque nationibus extitisset, rerum primitias magno Ioui obtulit. Verisimiliùs tamen videtur, hæc omnia deducta esse à verbo Græco λείβω. *Cicer. 1. de legibus*, Quod tempus vt sacrificiorum libamenta seruẽtur, fœtúsque pecorum, quæ dicta in lege sunt, diligenter habenda ratio intercalandi est. *Plin. lib. 37. cap. 10.* Præterea in aras addita ea, traduntur libamenta non amburi. *Virgil. 6. Æneid.* Ignibus imponit sacris libamina prima. *Valer. Flac. in Argon.* Pingui cumulat libamine flammam, *Statius 3. Syl.* Hæc ego nascentes lætus bacchatus ad aras Libaméta tuli. [Dare libamentum ex Dialectica, *Gell. cap. 8. li. 16.*]

Vide DELIBO.

Libātio, Libamentum, degustatio quæ in sacrificiis fieri solebat. {נסך *néseeh.* λοιβὴ σπονδή. GAL. Offrande ou offerte qui se fait à Dieu, sacrifice. ITAL. *Offerta che si fa à Dio, sacrificio.* GERM. Opferung/verſuchung. HISP. *Offrenda que se haze à Dios, sacrificio.* ANG. *A tasting in sacrifices.*} *Cic. de Aruſp. reſponſis*, Te appello Lentule, tui sacerdotij sunt tensæ curricula præcentio, ludi, libationes, epulæque ludorum.

Libum, bi, Genus dulciarij cibi, ex farre, caseo, melle, & oleo. {חלת *challáh.* λαγὼς. GALL. Vn gasteau ou vne tarte. ITAL. *Focaccia, torta.* GERM. Ein gattung eines ſuſſen kuchens/ein opfferkuch. HISP. *Torta* AN. *A wafer made of cleane wheat with hony and oile.*} *Virgil. l. 7.* & adorea liba per herbam subiiciunt epulis. Dictum est autem libum à verbo Græco λείβω, quod nos mutata ει diphthongo in i longum dicimus libo. Solent enim liba sacrificiis adhiberi. Alij volunt à Libero patre dictum esse libum: quod etiam indicat *Ouid. 3. Fast.* Liba deo fiunt, succis quia dulcibus ille Gaudet, & à Baccho mella reperta ferunt. *Et paulò pòst*, Melle pater fruitur, libóque infusa calenti Iure repertori candida mella damus. Quo pacto autem fieri soleat libum, *docet Cato de Re rustica, cap. 75. his verbis*, Libum sic facito: Caseum bene distere in mortario. vbi bene triueris, farinæ siligineæ libram, aut si voles tenerius esse, selibram similaginis sõlùm eodem indito, permiscetóque cum caseo bene: ouum vnum addito & permisceto vnà bene. Inde panem facito, & folia subdito: in foco calido sub testa ea coquito leniter. [Fingebat trepida rustica liba manu. Atque ita per populum fumantia manè solebat diuidere. *Ouid. 3. Fast.* Quare vilis anus populos ad sua liba vocet. *Ouid. 3. Fast.* Nomine ab auctoris (liberi sup.) ducunt libamina nomen, Libaque quòd sacris pars datur inde focis. *Idem ibidem.* Libáque dem (ô natalis) pro te, genitale notantia tempus. *Ouid. Eleg. 13. lib. 3. Triſt.* Vna dies (natalis meus & fratris) celebrata est per duo liba. *Ouid. Eleg. vlt. lib. 4. Triſt.*

* Libārius. Qui liba vendit. *Senec. Epist. 57.* Iam libarij varias exclamationes.

Libra, libræ, Quæ & As, & Mina seu Mina & pondo dicitur, duodecim constat vnciis. {מנה *manéh.* λίτρα. GAL. Vne liure. ITA. & HIS. *Libra.* GERM. Ein pfund. ANGL. *A pound weight.*} Libra tamen vnciarum varietatem accepit, pondo semper idem fuit. ¶ Erat præterea libra apud Romanos mensuræ genus, constans ex duodecim partibus æqualibus, quas similiter vncias vocabant. Hanc autem mensuram ad differentiam ponderis, liberam mensuralem vocabant, vel libram mensuram: alteram autem qua res appenduntur, hoc est, pondus ipsum, Libram ponderalem, vel libram pondo. Erat autem libra mensuralis, *teste Galeno, lib. 1. de Compos. medicament.* mensura cornea qua oleum admetiebantur Romani, intersecta lineis quibusdam diuidentibus ipsam in duodecim partes. ¶ Huius verò libræ pars duodecima, hoc est, interstitium inter duas lineas, vncia vocabatur. [Librarum septemdecim de adulescentulo. *Sueton. in Auguſt. cap. 43.*] ¶ Porrò quantum differat libra mensuralis in põdere à libra ponderali, docet *Idem Galenus eiusdem operis lib. 6.* ostendens libram mensuralem, æqualem esse decem vnciis ponderalibus, hoc est, duabus vnciis minorem esse libra ponderali. Corneis autem mensuris oleum apud Romanos vendi consueuisse, ostendit etiam *Horatius lib. 2. Serm. Satyr. 2.* Ac nisi mutatum parcit diffundere vinum: & Cuius odorem olei nequeas perferre (licebit. Ille reporta, natales, aliósve dierum Festos albatus celebret) cornu ipse bilibri Caulibus instillat, veteris non parcus aceti. [Laserpitij libram pondo diluunt. *Plaut. Pseud. sc. 2. a. 3.* Item ¶ Per assem & libram adoptare. *Sueton. in Auguſt. cap. 64.* Et per æs & libram facere testamentum & emancipare familiam. *Gell. cap. 27. l. 15.*] ¶ Propriè autem libra instrumentum est quo res ponderantur, duas habens lances, ex quarum depressione, vel eleuatione iustum rei pondus deprehenditur. Vnde etiam bilancem vocant. *Cic. 5. Tusc.* Quo in loco quæro quam vim habeat libra illa Critolai, qui quum in alteram libræ lancem animi bona imponebat, in alteram corporis externa, tantum propendere illam boni lancem putat, vt terram & maria deprimat, *Persius Satyr. 4.* Scis etenim iustum gemina suspendere lance Ancipitis libræ. *Cic. lib. 5. de Finib.* Virtutis autem amplitudinem quasi in altera libræ lance ponere. Statera verò instrumentum quo res sine lancibus ponderantur. ¶ Est & libra cæleste signum, quod Cæsaris ætate octauo, hodie decimotertio. Calend. Octobr. Sole ipsum ingrediente, æquinoctium facit autumnale. *Virgil. 1. Georg.* Libra die, somníque pares vbi fecerit horas. *Plin. lib. 18. cap. 25.* Alterúmque æquinoctium libræ. *Ouid. 4. Fast.* Pendula cælestes libra mouebat aquas. *Seneca Hercul. furen.* Libra Phœbeos tenet æqua currus. [Ad libram fecerat turres, *Cæsar lib. 3. de bell. ciu.*] Libra etiam instrumentum est fabrile, seu potiùs geometrica machina, qua exploramus altitudinem maris, fontium, lacuum, vel fluuiorum, num scilicet altiora sint eo loco quò ea ducere constituimus. Quanquam etiam non rarò Libræ vocabulum vsurpamus pro ipsa altitudine, quam machina huiusmodi deprehendimus, Vnde lacum dicimus esse pari libra cum mari, id est, æquali altitudine. Item fontem dicimus esse infra libram montis, cuius scaturigo monte est inferior. *Colum. lib. 8. cap. 1.* Si autem locus vbi viuarium constituere censemus, pari libra cum æquore maris est in pedes nouem defodiatur piscina. *Et paulò pòst*, Quoniam modus ille aquæ iacentis infra libram maris non aliter exprimitur, quam si maior recentis freti vis incesserit. ¶ Idem instrumentum & libella appellatur per diminutionem. *Colum. lib. 8. cap. 1.* Hos autem meatus fieri censemus per imam concepti partem, si loci situs ita competit, vt in solo piscinæ posita libella septem pedibus sublimius esse maris æquor ostendat. ¶ Ponitur quoque pro libramento. *Plin. lib. 10. cap. 36.* Contra flatus quoque peruicax libra Bononiensibus calamis.

Libella, bellæ, diminutiuum, Stater, instrumentum quo ponderamus. {פלס *péles* מאזנים *moznáyim.* ζυγὸν. GALL. Balance. ITAL. *Bilancia.* GERMA. Ein wãglin. HISPAN. *Balança.* ANG. *A balance.*} Aliquando pro pondere duodecim vnciarum. {מנה *manéh.* λίτρα. GALL. Le poix d'vne liure. ITAL. *Peso di vna libra.* GERM. Ein gewicht zwölffer vntzen/iſt das alt römiſch pfund/thut vnſerer gewicht 24. lott. HISPAN. *El peso di vna libra.* ANGLI. *A pound weight.*} ¶ Aliquando etiam pro numulo argenteo qui & as dicitur. *Cicer. 4. Ver.* Ecquis Volcatio, si sua sponte venisset, vnam libellam dedisset? Libellam pro asse dixit, quòd libram æris valebat, id est, assem. Quum autem minimam

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

pecuniam significare volebant, assem & libellam dicebant. *Plaut. in cap.* At ob eam rem mihi libellam pro eo argenti ne duis. Libella argenti ideo dicitur, quòd numulus erat argenteus decima pars denarij. *Cice. ad Attic. li.7.* Fecit palàm te ex libella, me ex teruncio hęredem, nimirum. [Tibi bellam argenti nunquam credam. *Plaut. pseud. sc.2. a. 2.* Cui nusquam libella est. *Plaut. ibid. sc.7. a.4.* Cui neque numus argenti sit, cui nec libellæ spes sit vsquam gentium. *Plaut. Pseud. sc.1. a. 1.*] ¶ Libella etiam est fabrile instrumentum quod nostrates (*autore Budæo*) *Niuellam* appellant. { אנך *anách* ὁ τέκτων, ἡ μολυβδίς. GAL. Vn niuteau, vn plomet. ITA. *Piumbino da giustare.* GER. Ein richtscheyt oder bleybag. HISP. *El niuel para nivelar.* } *Plin. lib.7. cap.56.* Formicem autem, & libellam, & tornum, & clauem Theodorus Samius inuenit. *Idē lib.36. cap.22.* Structuram ad normam, & libellam, & ad perpendiculum respondere oportet.

Lībrālis, & ale, Quod est vnius librę. { λιτρᾶιος. GAL. D'vne liure. ITA. *D'vna libra*, GER. Pfuntig. HISP. *Cosa de peso de vna libra.* ANG. *That is a pound weight.* } *Plin. lib.19. cap.2.* Excedunt sæpe magnitudinem mali cotonei, etiam librali pondere. Librales offæ, quæ librę vnius pondus exæquant. *Colum. lib.6. cap.2.* Post hæc diducis malis, educito linguam, totúmque eorum palatum sale defricato, libraléque offas in præsulsæ adipis liquamine tinctas, lingula demittito.

Lībrārĭus, ria, rium, à Libra, Quod est ponderis vnius librę. { λιτρᾶιος. GAL. De liure. ITA. *Di libra.* GERM. Das eines pfunds ist. HISP. *De libra.* ANG. *Of a pound weight.* } *Columel. lib. vltim. cap.53.* Caro in libraria frusta conciditur. Hoc est quorum singula singulas libras pondere adæquarent. [Librarij asses olim. *Gell. cap.1. lib.20.*]

Lībrārĭă, à libra, Quo nomine significatur ancilla, quæ præficitur partiendis pensis. *Iuuen. Satyr.6.* si nocte maritus Auerius iacuit, periit libraria ponunt Colmetæ tunicas.

Libration, comparat. *Liu. lib.1. bell. Pun.* **Grauior ac pondere** ipso libratior supernè ex onerariis ictus erat.

Lībrīlĕ, pen. prod. Scapus librę, *inquit Festus*, hoc est, trabs illa transuersa, ex qua lances dependent. { ζυγὸς καθμέχος. GAL. La brayette d'vne balance. IT. *Il fondo di vna ballanza.* GER. Das joch oder vberzwerch ding daran die wag hangt. HISP. *Hastil de la balança.* ANG. *The beame of the balance.* }] In librili perpendeas. *Gell. cap.1. lib.20.*]

Lībrĭpēns, dis, Antiquitus dicebatur, qui ante argentum signatum, quum Romani adhuc ære graui vterentur ex libra pendebat ænea, vnde & libripens dictus est. { ζυγοστάτης. GAL. Qui poise tenant la balance. ITA. *Che pesa tenendo in mano la bilancia.* GERMANI. Ein wagmeister. HISP. *El que pesa con balança.* ANG. *A weigher or holder of the balance.* } *Plin. lib.13. cap.3.* Populus Rom. ne argento quidem signato ante Pyrrhum regem deuictum vsus est. Libralis (vnde etiam nunc libella dicitur) & dupondius appendebatur assis. Quare æris grauis pœna dicta: & adhuc expensa in rationibus dicuntur: item impendia, & dependere. Quin & millium stipendiorum, hoc est stipis ponderandæ pensatores, libripendes dicuntur: qua consuetudine in his emptionibus quæ mancipi sunt, etiam nunc libra interponitur. Ex quibus Plinij verbis clarissime ostenditur, eum primum dictum fuisse libripendem, cuius officium erat militibus appendere æs graue in stipendium. Postea verò libripendis nomen transisse ad eum, qui in mācipationibus, hoc est, in rerum mancipi venditionibus æneam tenebat libram. Nam apud veteres (*vt docet Boethius in tertia parte Commentariorum in Top. Ciceronis*) res mancipi, hoc est, quæ nostri sunt dominij, alienari non poterant, nisi adhibitis vt minimum quinque testibus ciuibus Rom. puberibus, & eo qui libram tenebat, qui vocabatur libripens. Quo autē ritu id fiebat docet *Caius lib.1. Instit. his verbis*, Est autem mancipatio, venditio. Is qui mancipium **accipit**, æs tenens ita dicit. Hunc ego hominem ex iure Quiritium meum esse aio, isque mihi emptus est hoc ære, æneáque libra. Deinde ære percutit libram: idque æs dat ei, à quo mancipium accipit, quasi pretij loco.

Lībro, as, Pondero, trutino æstimo, éxamino. { פלס שקל *pillés schakál.* παλαντεύω. GAL. Poiser, balancer, contrepoiser. ITAL. *Pesare, ponderare, esseminare.* GERMAN. Wägen. HISPAN. *Pesar con peso.* ANG. *To weighe, to lesell, to trie byplumbe rule.* } *Plin. lib.19. cap.5* . In priore mirè tenui pendiculo libratur pondus imminobile auræ. ¶ Aliquando graue reddere. *Plin. lib.11. cap.11.* Apes, si oriatur procella, apprehensi pondusculo lapilli se librant. *Vig. 4. Georg.* Excursúsque breues tentant, & sæpe lapillos Tollunt, his sese per inania nubila librant. [*Ouid.1. Fast.* Etiam finitima corpus librarat in herba. *Idem lib.3. Fast.* Vela cadunt primo & dubia librantur ab aura. Pila librata ponderibus figi dicit. *Liu. lib.7. ab Vrb.* Grauior ac pondere libratur ictus. *Liu. lib.10. bell. Pun.*] ¶ Aues etiam se librare dicuntur, quum velut sagitta arcu excussa, ex alto in terram se præcipitant. *Plin. lib.10. cap.3.* Supereſt haliæetus clarissima oculorum acie, librans ex alto sese, &c. *Ouid.8. Metam.* Corpus librauit in alas. ¶ Aliquando æquare. *Columel. lib.4.* Sic permensum & libratum opus in similitudinem veruacti semper procedit. *Idem lib.16.* Et paribus Titan orbem librauerat horis. Librare ponderibus *Cicero.5. Tuscula.* Vnde terra, & quibus librata ponderibus, quibus cauernis maria sustineat, &c. Librare malleum. *Ouid. lib.2. Metamorph.* Lactentis vitulo dextra libratus ab aure, Tempora dicussit claro caua & malleus ictu. ¶ Ponitur interdū pro iaculari, & magna vi aliquid iácere. *Virgil. 9. Æneid.* hoc acrior idem Ecce aliud summa telum librabat ab aure.

Lībrātĭo, nis, Ponderatio. *Diomed. Gramm. li.3.* Autor huius librationis Agretius.

Lībrātor. { σταθμώρυος. GAL. Poiseur, fontenier. ITAL. *Scandagliere.* GER. Ein wäger / ein fleissiger erweger der wasseren vnnd brunnen wie hoch man sy hineyn leyten sonde. HISP. *Niuelador.* ANG. *Thath weigheth.* } Dicitur qui in ducendis aquis peritiam habet librandi, hoc est, expendēdi & examinandi altitudinem fontium, vel lacuum, quanto scilicet altiores sint eo loco, quo eos ducere constituimus. *Plin. Epist.* Supereſt vt tu libratorem vel architectum, si tibi videtur mittas, qui diligenter exploret, sítne lacus altior mari, quem artifices regionis huius quadraginta cubitis altiorem esse contendunt. ¶ Libratores etiam dicuntur, qui eminus cum hostibus pugnant, tela, aut lapides, aut glandes torquentes. *Tacit. lib.13.* Libratoribus funditoribúsque attributus locus, vnde eminus lapides, & glandes torquerent. *Idem lib.2.* Sensit dux imparem cominus pugnam, remotíque paulùm legionibus, funditores, libratoréque excutere tela, & proturbare hostem iubet.

Lībrāmĕntum, ti, Æquamentum. { ἰσοῤῥοπία. GAL. Niuellement, contrepoix. ITA. *Aggualgliamento, pareggiamento.* GER. Gewicht. HISP. *El niuel.* ANG. *Equall poize or weight he younge of a balance.* } *Colum. lib.1. cap.5.* Nam eiusmodi positio medium libramentum, temperamentumque ventorum hyemalium, & æstiuorum tenet. *Plin. li.31. cap.6.* Libramentum aquæ in centenos pedes sursum elici minimum erit. ¶ Libramenta tormentorum, sunt habenæ & lora, seu funes quibus librantur, seu vibrantur tormenta. *Tacit. lib.19.* Vincula & libramenta tormentorum abscidissent. ¶ Libramenta plumbi, sunt massæ plumbeæ in aretes coniectæ & vibratæ. *Liu. l.8. Decad.4.* In arietes telonibus libramenta plumbi, aut saxorum, stipiteíve robustos incuriebant.

* Lībrāmĕn, libraminis, penult. correp. Ipsa vis eiaculandi & vibrandi. *Liu. l.2. Decad.5.* Huic ipiculo ad libramen parmæ tres, vt iagitis solet, circundabantur.

Lībrīllă (*inquit Festus*) instrumenta bellica, saxa scilicet ad brachij crassitudinē, in modum flagellorum, loris reuincta: inde dicta quòd librari manu, id est, ponderari videantur.

Libraria, Librarius. Vide LIBER, & LIBRA.

Librile, Librilla, Libripens, Libro. Vide LIBRA.

LĭBS, libis, λίψ, Ventus ab Occasu brumali flans aduersus Vulturnum: ita dictus, quod à Libya spiret: qua ratione & Africus à nostris appellatur. { *Fland.* Zuyd. westen westen. GER. Der wind so von des winters Niedergang / oder vber Africam hārein wāhet. } *Gel. l.2. c.22. Pli. l.2. cap.47.*

Libum, Vide LIBO, libas.

LĭBŬRNĬĂ, λιβυρνίς, Regio supra intimum Adriatici sinus recessum sita, inter Istriam, & Dalmatiam: ita dicta à Liburno quodam Attico, si Stephano credimus. Hodie *Croaciam* vocant, in ditione Ducis Austriæ.

LĭBŬRNĪ, λίβυρνοι, Populi ex Liburnia regione inter Istriam, & Dalmatiam sita. *Virgil. 1. Æneid.* Antenor potuit mediis elapsus Achiuis, Illyricos penetrare sinus, atqs intima tutus Regna Liburnorum, & fontes superare Timaui. *Lucan. lib.2.* Pugnacéque mari Graiorum classe Liburnos. ¶ Liburni item viatores dicti sunt, qui ex agris iussu magistratum sæpe vocabant ciues, frequénsque eorum via erat ab agris ad vrbem. Liburni inde dicti, quòd fere ex Liburnia orti essent, qui hoc vilissimum officij genus administrabant. *Iuuenal. Satyr.4.* primus clamante Liburno, Currite, iam sedit, rapta properabit ab olla.

Lĭbūrnă: æ, vel Liburnica, æ, { GER. Ein Jagschiff oder renschiff. } Genus nauigij leuissimi, velocissimique, quod *Liu. 3. Decad. lib.4.* leuem biremem appellat. λιβυρνὶς. *Plutarcho & Appiano.* Ratio nominis tracta est à Lyburnis populis in Illyrico, qui olim nauibus velocibus vti, lonio mare insulasque prædabantur. Qua ex causa Romani naues leuitate celeritateq; præstantes, Liburnas appellauēre: aut Liburnicas, quas refert *Appianus. Horat. in Epod.* Ibis liburnis inter alta nauium Amice propugnacula. *Sueton. in Augusto*, Vtrobique parte liburnicarum demersa, simúlque eius qua vehebatur fusis armamentis, & gubernaculo distracto. *Lucan. l.3.* Ordine contentæ gemino creuisse liburnæ. Firmicus Liburnicum imperium vsurpat pro nauali. [*Suet. in Neron. cap.34.* Liburnica cui præerat Trierarchus.

Lĭbūrnum, ni. { GERM. Ein senffte oder gutschen wagen. } Vehiculi, siue lecticæ genus, ad liburnicæ nauis similitudinem constructum, quo principes Romani vehi solebant adeò molliter, vt interim vel dormire intus possent, vel legere, vel scribere, aut aliud quiduis non incommodè agere. *Iuuenal. Sat.3.*

Si vocat officium, turba cedente vehetur
Diues, & ingenti curret super ora liburno:
Atque obiter leget, aut scribet aut dormiet intus:
Nanque facit somnos clausa lectica fenestra.

LĭBŬRNŬS, λίβυρνος, Portus Tuscorum: *Ptolomæo lib.3. cap.1.* Hodie *Liuorna.*

LĭBĬĂ, æ, & Libye, es: { לובים *lubim.* λίβυες. } Tertia pars potius orbis quā & Africam dicimus, ab Asia, Nilo fluuio: ab Europa mari Mediterraneo diuisa. { GERMANIC. Der grösste theil des lands Africa / witt für Africam vnd den dritten theil der wält genommen. } Dicta autem putatur Libya, quòd inde Libs ventus flare soleat: seu quòd pluuia indigeat propter nimiam siccitatem, ἀπὸ τοῦ λείπεσθαι τοῦ ὕδατος. Vel à Libya Epaphi filia, Iouis filij. ¶ Semper adfert Libya mali quippiam, ἀπὸ τοῦ λιβὸς κακόν, quòd inde Romam monstra deportarentur. Hinc & in mores ingeniúmque detorqueri potest. siquidem, vt est regio venenorum ferax, ita gentis pestilens ingenium. Præcipuè conuenit in fœdifragos, ac pactorum nouatores.

Lĭbўs, yos, { לובים *lubim.* λίβυς. } Gentile est masculinum, cuius fœmininū est Libyssa, sicut à Phœnix, Phœnissa.

Lĭbўcŭs, ca, cum, λιβυκὸς. *Virgil. 4. Æneid.* Te propter Libycæ gentes Nomadúmque tyranni Odére. Libycus campus, agri Argiui pars est, inde nomen habens, quòd illuc primùm fruges ex Libya allatæ sint: vnde Ceres ipsa ab Argiuis Libyssa cognominata est, teste Festo.

Libyca fera, λιβυκὸν θηρίον. Dicebaturolim in hominem vafrum, callidum, versipellem, variis moribus, ancipitíque ingenio. Quod genus portentum Cicero Catilinam fuisse testatur. Inde natum, quod in Libya vast

LICBYSTINVS, Dictus est Apollo ab his qui Pachynum Siciliæ promonotorium incolebant, quòd immissa Carthaginiensibus hostibus pestę penè cunctos subita morte interemerit.

LICBYSTOS, Oppidum est Scytharum Aroterum, non procul à Danubij ostijs: cuius meminit *Plinius in descriptione Thraciæ lib.4. cap.11.*

LICEO, es, cui, citum, {יקר *jakar.* πωιεῖσθαι, ἐπιμᾶσθαι. GALL. Estre mis à pris, estre aprecie. ITAL. *Essere estimato, essere apprettato.* GERMAN. Geschetzt oder angeschlagen werden. HISP. *Ser puesto in precio.* ANG. *To be sett to a price.* } Antiquum verbum est, sub voce neutra passiuam habens significationem: vnde à Grammaticis neutrum passiuum esse dicitur. quèadmodum væneo, & vapulo: quæ quum voce neutra sint, significationem tamen habent respondentem vendor, & verberor. ¶ Licere citaque res aliqua dicitur, quum pretium pro ea offertur. Contrà liceri dicitur is, qui rei alicuius emendæ animo pretium pro ea offert. ἀντωνεῖσθαι. ¶ Indicare autem dicitur venditor, quum merces suas empturo certo æstimat pretio. ἐπιμᾶσθαι. *Plaut. in Menæc.* die septimo Auctio fiet MES. Menæchme MEN. manè sanè Vænibunt serui suppellex, fundi, ædes, omnia Vænibunt, quiqui licebunt præsenti pecuniа: hoc est, quantulumcunque eorum nomine offeretur. [Licere dicitur præco apud *Martial. Epigr. 66. lib. 6. & Plau. apud Fest. in sub corona.* Præco ibi adsit, quique liceat, væneat. *Idem Menæch. sc. 3. a. 3.* Vt quantum posit, quique liceat, pro quisquis liceat, &c.] *Horat. 1. Serm.* Contra Leuinnm Valeri genus, vnde Superbus Tarquinius regno pulsus fuit, vnius assis. Non vnquam pretio pluris licuisse. *Martial. lib 6.* Paruo quum pretio diu liceret. *Cic. ad Att. l. 12.* De Drusi hortis quanti licuisse tu scribis, id ego quoque audieram: &, vt opinor, heri ad te scripseram.

LICEOR, eris, Pretiũ offero, indico. {הוקיר *hekir,* ὠνέομαι, αὐτιοῦμαι. GALL. Priser, ou mettre enchere, aprecier. ITA. *Mettere all'incanto.* GER. Auff ein feil ding bieten. HISPAN. *Poner en precio, en almoneda.* ANGLC. *To offer the price, to prise, to cheapen.* } *Plaut. Stich.* Iocos ridiculos vendo agite licemini. *Persius Satyr. 3* Et centum Græcos curto centusse licetur. Huius verbi præteritum ratione analogiæ deberet esse licitus sum, quod teste Valla, non est in vsu. Eo tamen vsus est *Cic. 5. Verrin.* Herbitenses quum viderent, si ad AEschrionem pretium rediret, se ad Arbitrium libidinosissimæ mulieris spoliatum iri: liciti sunt vique eò, quoad efficere posse arbitrabantur. [*Sueton. in Cæsa. cap. 40.* Publicanos remissionem petentes, tertia parte mercedum reuleuauit, ac ne in locatione nouorum vectigalium immoderatius licerentur, propalam monuit.] ¶ Liceri contra aliquem. *Cicer. 3 Offic.* Non licitatorem venditor, nec qui contra se liceatur, emptor opponet.

LICITATOR, oris, Qui crebrò licetur, quisque pro re emenda conducendáve pretium alio maius pollicetur. { ὁ αὐτιούμενος, πλειστηριαστής. GAL. Encherisseur, celuy qui met enchere sur ce qu'on vent. ITA. *Chi mette prezzo all' incanto.* GERM. Der stäte auff ein ding mehr bietet, ein anbieter. HISP. *El que pone precio en almoneda.* ANG. *He that priseth, or cheapeth.* } Licitatorem apponere, est subornare aliquem, qui coram emptore maius pretium offerat, vt res pluris æstimetur, vendaturque. *Cic. ad Martium l. 7.* Nunc quoniam tuum pretium noui, licitatorem potiùs apponam, quàm illud minoris veneat. *Idem l. 3. Offic.* Tollendum igitur ex contrahendis rebus omne mendacium, non licitatorem venditor, nec qui contra se liceatur, emptor opponet.

LICITOR, aris. Liceor. Quamuis enim frequentatiuum videatur à verbo liceor, eiusdem tamen omnino est significationis, *vt autor est Valla. l. 3.* { הוקיר. αὐτιοῦμαι, ὠνέομαι. GALL. Mettre prix, mettre enchere. ITA. *Mettere prezzo.* GER. Auff etwas bieten. HIS. *Poner en precio, en halmoneda.* ANG. *To prise, to cheape.* } *Cic. de reb. Alexand.* Quum habeatis arma, licitamini hostium capita. ὠνεῖσθε χρήματα. *Plin. l. 7. c. 38.* Aristidis Thebani pictoris vnam tabulam centum talentis Rex Attalus licitatus est. ¶ Licitari item, teste Nonio, congredi, & pugnare significat. *Cæcil. in Hym.* Quin machæra licitari aduersum eum cœpisti sciens. *Ennius,* Pars ludicre læua iactant, & inter se licitantur. *Licitari dicuntur (inquit Festus)* in pugnando siue mercando contendentes.

LICITATIO, Oblatio pretij, auctio. { αὐξώνησις. GAL. Enchere, mise sur ce qu'on vent au plus offrant. ITAL. *Prezzo, offerto sopra cosa che si vende.* GER. Ein biet auff etwas, ein schetzung was etwas wärt sey. HISP. *Aquella postura de precio.* HNGL. *A prising, cheaping.* } Licitationem facere. *Cic. 4. Ver.* Exquisitis palám pretiis, & licitationibus factis describebat Cenſores, &c.

LICET, impersonale, Fas est, conceditur, potestas datur. δέμις ἐστὶ ἔξεστι, ἐνδέχεται, ὑπάρχει. GAL. Il est permis, il est licite. ITA. *E lecito, gli è lecito.* GE. Es stimpt sich, es wirt zugelassen, man darff daß. HISPAN. *Es licito, comiene.* ANGL. *It is le fume it is permitted.* } *Cicero,* Neque enim licebat locum numini consecratum turpi flagitio cõtaminare *Virgil. 9. Ænei.* Quãdoquidem Ausonios coniungi fœdere Teucris Haud licitum, nec vestra capit discordia finem. *Martialis,* Piscinam pero, non licet natare. [Si licet, & pateris, nomen facinúsque tacebo. *Ouid. Eleg. 9. lib. 4. Trist.* Caue mutire siueris. licet. affirmantis *Plaut. Mostell. sc. 1. a. 2.* Licétne obsecro betere, an non licet? *Plautus. Pseud. sc. 3. a. 1.* Vt tuo non liceat operam dare negotio. *Plaut. Merc. sc. 1. a. 1.* Orant videre vt liceat, (te tam pulchrum) *Plau. Merc. sc. 1. a. 1.* Licet me scire id quid sit? *Plaut. Pseud. sc. 1. a. 1.* Licetne? (i. facis potestatem ingrediendi domum tuam & quærendi?) respondet, inquire, iubeo. *Plaut. Milit. sc. 6. a. 2.* Licet inforare, si incomitiare non licet? *Plaut. Curc. sc. 1. a. 3.* Si quid vis in illum benè loqui, id loqui licebit. Non rectè si illi dixeris, vapulabis. *Plaut. Mostell. sc. 3. a. 1.* Se excruciat qui non potit (amicã) dum licet. *Plaut. Curc. sc. 3. a. 1.* An arbitramini quiduis licere facere vobis. *Plaut. Merc. sc. 6. a. 2.* Onera maledictis. licet. (i. faciam) Si meo arbitratu licet, omnes pendeant. *Plaut. Pseu. sc. 5. a. 1.* Actutum hæc parata sint, licet. *Plaut. Menæch. sc. 3. a. 1.* Concede huc, licet. *Ibidem. sc. 2. a. 1.* (assentientis.) occultemus lumen, licet. *Pl. Curc. sc. 1. a. 1.* (Concedentis & affirmantis.) Iube hominem accersi. licet. *Capt. sc. 1. a. 5.* (eodem sensu.) Age, recipe actutum. licet. *Plaut. Curc. sc. 3 a. 5.* (concedentis & festinantis.) I in malam crucem. Ire licebit tamen tibi hodie tempori. *Plaut. Pseud. sc. 7. a. 4.* Cæsari cui omnia licent, multa non licent. *Senec. cap. 7. de Consol. ad Polyb.* Non licuerat matri vt hauriret oscula. *Senec. cap. 3. de Consol. ad Mart.* Est mihi præterea de quo mihi quærere restat, Si liceat, dixi: Dixit & illa licet. Non licuerat Matri vt hauriret oscula. *Senec. cap. 3. de Consol. ad Mart.* Neminem eorum per Italiam ire licuturum. *Liu. 2. d. 5.* ¶ Item licessit, pro licuerit: *Plau. Asin. sc. 3. a. 3.* Næ iste hercle ab ista non pedem discedat, si licessit.] *Cicer. 1. Tuscul.* Idque cum multis aliis rebus, tum è Pontificio iure, & ceremoniis sepulcrorum intelligi licet. *Cicer. 1. Tusculan.* Licuit enim esse otioso Themistocli, licuit Epaminundæ. *Cicer. pro Corn. Balbo.* Si ciui Romano licet esse Gaditanum. Quibus in testimoniis hoc animaduertendum est, vtroque modo rectè dici, Licet esse mihi otioso, & otiosum. *Cicer. Attic. libr. 1.* Quo in genere mihi negligenti esse non licet. *Idem pro Flacco.* cur his per te frui liberate suã? cur denique esse liberos non licet? ¶ Si per te licet, id est, si permiseris, vel si potero, à te non impeditus. *Plaut. in Asin.* Asinaria vult esse, si per vos licet. *Teren. in Prolog. Heaut.* Date potestatem mihi statariam agere, vt liceat per silentium: id est, vt ego possim agere, vobis tacentibus. ¶ Licet absolutè, pro poteris facere. *Cic. lib. 1. de Inuent.* Hanc si quis partem putat esse orationis, sequatur Hermagoram licebit: id est, poterit sequi, vel licet, vt sequatur. ¶ Aliquando significat facile est. *Cic. lib. 2. Offic.* Licet enim ora ipsa cernere iratorum, aut eorum, qui aut libidine, aut motu commoti sunt, &c. id est, facile est. ¶ Aliquando aduerbium concedentis est, idem significans quod esto. *Virgil. 6. Æn.* -licet ingens ianitor antro Æternum latrans exangues terreat vmbras. ¶ Est coniunctio aduersatiua pro quamuis. { εἰκαί. GAL. Iaçoit que, nonobstant. ITAL. *Ben che.* GERM. Wiewol/ob schon. HISP. *Aunque.* ANG. *Albeit, althogh.* } *Cic. pro Sext. Rosc.* Licet omnes in me terrores impendeant subibo.

LICITUM est, licet. { ἔξεστιν. } *Plaut. in Amphitr.* Quin introirè in ædes nunquam licitum est, id est, nunquam permittitur.

* LICITUS, (adiectiuum) vt, Negotiatio licita. *Vlpian. libr. 2. ff. De iure patron.*

LICITURUM. *Cicer. ad Attic. l. 2.* Quòd nihilo magis ei licituram esset plebeio Rempublicam perdere, quàm similibus eius, &c.

LICENTIA, æ, Libertas immodica, impunitas, agendi, dicendique quicquid velis { רשיון *rischjón.* αἶσα, ἄδεια. GAL. Licence, abandon. ITA. *Licenza.* GERM. Erlaubung/ nachlassung/gestattung. HISP. *Licencia, la soltura para mal hazer.* ANGL. *Licence, leaue.* } *Terent.* Deteriores omnes sumus Licentia. *Lucan. lib. 1.* Qui furor ô ciues, quæ tanta licentia ferri? *Quintil.* Quæ in aliis libertas est, in aliis licentia vocatur. ¶ Aliquando etiam in meliorem partem accipitur, vt idem sit quod libertas. *Cicero 3. Offic.* Nobis autem nostra Academia magnam licentiam dat, vt quodcunque probabile maximè occurrat, id nostro iure liceat defendere. *Idem lib. 1. Offic.* Magnis enim illi, & diuinis bonis licentiam hanc assequebãtur. [Par fuit exigui simílísque licentia Calui. *Ouid. Eleg. 1. libr. 2. Trist.* Licentia gladiorum. *Vell.* Non tuta licentia Circi est. *Ibid.* Quæ in aliis libertas, in aliis licentia videtur. *Quintil.* Cicero vir acerrimæ in studio litterarum licentiæ, &c. *Gell. cap. 3. lib. 15.* Libertatem, Imò licentiam. *Liuius 4. d. 4.* Licentia ad exitum præcipites. *Suet. in Augst. cap. 47.* Ingens licentia æstuantium aquarum *Seneca. cap. 18. de Consol. ad Mart.*]

LICENTIOR, oris, & Licentius, Quod immodicè liberum est. { παῤῥησιαστικώτερος. GAL. Trop abandonne. ITAL. *Piu licentioso.* GERM. Das mehr erlaubung hatt / fräfenticher meisterhafftiger. HISPA. *Mas suelto de regla.* ANG. *Ouer dissolute.* } Vt, Licentior epistola, in qua nimis libere scribimus. *Plin. in Præfat. Natural. histor.* Licentiore epistola narrare constitui. Licentiora mancipia, dicuntur nequiora, quasi multa per licentiam facientia. Licentior vita, id est, dissoluta. *Valer. lib. 9. cap. 1.* Licentior dithyrambus. *Cicero 3. de Orat.* Inde ille licentior & diuitior fluxit dithyrambus. *Idem de Orat.* Quid verò licentius, quàm quod hominũ etiam nomina contrahebant, quò essent aptiora?

LICENTIOSUS, a, um, Qui nimia vtitur licentia. { παῤῥησιαστικός. GAL. Trop licentieux, trop hardi. IALI. *Licentioso.* GERM. Das züvil frey heit oder erlaubung hatt/ mutwillig. HISP. *Suelto de regla.* ANGL. *Dissolute, licentious.* } *Quintil. lib. 1. ca. 10.* Nam ebor dicere, non minùs est licẽtiosum, quàm si sulphuri, & gutturi subiicerẽt o mediam in genitiuo. *Tacitus,* Ex moribus imperatoris miles intactus aut licentiosus.

LICENTER, aduerbium, Liberè, audacter. { ἀδεῶς. GAL. Licentieusement, abandonnéement. ITA. *Licentiosamente.* GER. Nachlässiglich fräfentlich. ANGL. *with licence or leaue.* } *Cic. in Orat.* Solutum quiddam sit, nec vagum tamen, vt ingredi liberè, non vt licenter videatur errare. *Idem 1. de Nat. deor.* Tanta est impunitas garriendi, ad quam licenter fluentiũ frequenter transitio fit visionum, vt è multis vna videatur. ¶ Ab hoc Gellius formauit Prælicenter, quod est quasi nimis licenter, Quæ verba (*inquit*) finxit prælicenter.

LICAS. {זרת *zéreth.* λιχάς. ANG. *Aſpanne.* } Mensura est quam Galli sua lingua impropriè *palmum* vocant: hoc est, illud interstitium quod est inter pollicem & indicem quàm maximè extensos.

LICHAS, Puer quidam Herculis, per quem Deianira viro suo in Oeta monte sacrificaturo, vestem misit Nessi Centauri sanguine infectam: quam quum ille induisset, serpente iam per corpus veneno, doloris magnitudine in furorem versus. Licham pernicioſi muneris latorem, capillis arripuit, & in subiectum mare præcipitauit: quem Poetæ fabulantur in saxum sui nominis fuisse mutatum, quod à nautis in mari Euboico ostenditur. *Ouid. 9. Metam.* Nunc quoque Euboico scopulus breuis eminet altè Gurgite, & humanæ seruat vestigia formæ: Quem quasi sensurum nautæ calcare verentur, Appellántque Lichan.

LICHADES, λιχάδες. Insulæ tres sunt in mari Euboico, à Licha Herculis puero ita appellatæ, quem in hoc mare præcipitauit Hercules Nessi Centauri sanguine in furorem conuersus. *Autor Strab. lib. 9.*

LICHEN, enis. { λειχὼν, vel Lichenes. plurali numero, λειχῆνες, GALL. Dartre ou feu volage, qui est vne maladie sur la peau de la personne. ITA. *Mentagra.* GERMAN. Die verwüstung deß angsichts mit schuppechtiger raud/zittermaal. HISPA. *El empeyne.* ANG. *A disease called a tetter, ringworme, or wildfire.* } Morbi genus faciem præcipuè infestans, quem Latini quòd à mento potissimùm oriretur, mentagram appellarunt. Irrepsit in Italiam Tiberij principatu, antea vnuersæ propemodum Europæ incognitus, sine vllo quidem dolore, & sine vitæ pernicie, tãta tamen fœditate, vt quæcunq; mors præferẽda esset. *Hæc Pli. l. 26. ca. 1.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Galenus tamen, cæteríque Græci, lichenum nomine leuius quoddam mali genus videntur intellexisse, quam quod à Plinio describitur: illud scilicet, quod Latini impetiginem appellant. Quinetiam *Plin. ipse lib.20.cap.1.* Lichenas impetiginem interpretatur, sicut psoram, scabiem. *Vide Manardum Epist. Medic. lib.7.* ¶ Est & Lichen herbæ genus, singulari aduersus lichenas remedio: vnde & nomen accepit. Eius duo sunt genera quorum alterum in locis nascitur laxosis, folio vno ad radicem lato, caule vno, paruo, longis foliis dependentibus: alterum petris roscidis adhæret, vt muscus. *Autor Plin. l.26 cap.4.*

LICHINDVS, Λιχινδος, vrbs Siciliæ, vnde gentile nomen Lichindius, *Stephan.*

Līcĭa, orum, Sunt fila quibus in telis textrices implicant stamina: quamuis nonnunquam etiam pro ipsis accipiuntur staminib. {ערב *hereb. μίτος.* GALL. Les fils de la treme d'vn tisserant. ITAL. *Lici, fili da tramare.* GERM. Das wäbergeschirr/geruest dardurch der zettel auff dem stul gezogen wirt. HISP. *Los lisos de la tela.* ANG. *Threades in the wobsters beame.*} *Plin. l.8.c.48.* Plurimis verò licijs texêre, quæ polymita appellant, Alexandria instituit. *Virgil.8.Eclog.* Terna tibi hæc primùm triplici diuersa colore Licia circundo. [Licia dependent longas velantia sepes (-i.vittæ) *Ouid.3.Fast.* Per lancem & licium concepta furta. *Gell. cap.18.lib.11.* Licio transuerso & limo præcincti lictores. *Gell. cap.3.l.12.*] *Ouid. 2.Fast.* tunc cantata tenet cum fusco licia plumbo. Vnde Trilicem dicimus vestem, quæ ex tribus liciis constat. Et Titiuilicia, fila de tela decidentia. *Plaut. in Casin.* Non ego verbum emptitem titiulicio, id est re admodum vili.

LĬCĬĂNŬS, Poëta Martiali coætaneus, & conterraneus: ad quem extat eius *Epig.l.1.* Videbis altam Liciane Bilbilim.

Līcĭnĭa, æ, Genus oliuæ, quæ & Liciniana dicitur, ab inuentore. *Cato de Re rust. cap.6.* Qui ager frigidior & macrior erit, ibi oleam liciniana seri oportet. *Colum.lib 11.cap.49.* Videntur autem, & alia genera huic rei magis esse idonea, sicut Liciniæ & culmineæ.

Licitator, Licitor, Vide LICEO.

Lictŏr, oris, Apparitor magistratus, viator, carnifex. {שטר *schotér.* ῥαβδοῦχος. *Plutar. in Rom.* GALL. Sergeant, bourreau. ITAL. *Birro, boia, sergente.* GERMAN. Statknecht oder scherg/ein diener der oberkeit. HISP. *El macero real.* ANG. *A sergeant or like minister to execut corporall punishment.*} [Lictor dictus à ligando. *Plutar. in Rom. idem ibid.* conatur à Græco ĕducere: lictor è collegio Viatorum erat, Et vnde dictus. *Gell.cap.3.lib.12.* Cum lictor ex more animaduerti iussisset. *Sueton. in Cæs. cap.80.*] Sed duodeni lictores Consulis erant, aliorum seni tantùm, portantes virgarum fasciculos cum securibus ligatos. Hi magistratus præibant, ac quoties iussi erant, fasciculos soluentes primo virgis cædebant damnatum, mox securi feriebant. *Liuius.*, Missíque lictores ad sumendum supplicium, nudatos virgis cædunt, securíque feriunt. Hos primus instituit Romulus, *vt est autor Plutarch.* Dicti autem sunt lictores à ligando, eò quod magistratus popul. Rom. priusquam quempiam verberari iussisset, pedes & manus à ministris illi iubebat ligari: quod & ipsum non obscurè indicat. *Cicer. in Orat. pro Rab.* Lictor, *inquit*, colliga manus. Differunt tamen Lictor & Viator, vt Lictores dicantur qui iussi in damnatos animaduertunt, & sunt ministri Consulum, Prætorum, Proconsulum, Præsidum cæterorúmque, qui cum imperio sunt. Viatores vero non cædunt aut animaduertunt, sed iussu tribunorum, quotum sunt ministri, tantummodo vocant aut impediunt. *Liu. l.2. ab Vrbe*, Ardens itaque ita Tribunus, viatorem mittit ad Consulem, Consul lictorem ad Tribunum. *Gell. l.13.cap.12. ex l.21.Rerum hum. Varronis*, In magistratu habent alij prehensionem, alij neutrum. Vocationem, vt consules & cæteri qui habent imperiũ: Prehensionem, vt Tribuni plebis, & alij qui habent viatorem: Neque prehensionem, neque vocationem, vt Quæstores, & cæteri, qui neque lictorem habent, neque viatorem.

Līctōrĭus, a, um, Quod ad lictorem pertinet. {ῥαβδουχικός. GAL. Appartenant à bourreau ou sergeant. ITA. *Pertinente à birro, à sergente.* GER. Das zu den statknechten oder schergen gehört. HISP. *Perteneściente à macero real.* ANGL. *Belonging to a sergeant.*} *Plin.l.7.c.30.* Fasces lictorios ianuæ summisit is, cui se Oriens Occidénsque summiserat.

Lido, dis, κεντω. Verbum antiquum, significat Confringo, deleo, cuius composita sunt Allido, collido, illido.

Līĕn, lienis, gen. masc. {σπλὴν. GAL. La rate ou ratelle. ITAL. *Milza.* GERM. Das miltz. HISPAN. *El baço.* ANGL. *The milte.*} Viscus est in humano corpore sinistram partem occupans, concaua sui parte in dexteram, hepar versus, gibba verò ad spinalium costarum extrema conuersum, humoréque melancholicos ex hepate per vas venosum ad se attrahens, quorum partem tenuissimam in sui alimentum conuertit, reliquam per proprium quendam meatum, quem stomachum vocant medici, in ventriculum eructans. Alio nomine splen dicitur. *Pers. Sat.1.* Sed sum petulanti splene cachinno. Hoc est, procliuior sum ad risum. Tradunt enim Physici lienis magnitudinem, risus intemperantiam gignere. Intumescit quandoque lien, vt cingere hominem videatur. *Plaut. in Curcul.* Nam quasi zona, liene cinctus ambulo, Geminos in ventre habere videor filios: Nihil metuo, nisi medius disrumpar miser. [*Idem ibid. sc.1. a.2.* Lien necat, renes dolent. Ambula hoc lieni optimum est. *Plaut. Curc. sc.1. a. 2.*]

* Līēnĭs, huius lienis, idem quod Lien, lienis bubulus, apud *Cels. l.4.c. 9.* Lienis torquet, *apud eundem Cels.l.5.c.18.* [*Varro 6.de ling.Lat.* Liénes necant, vbi Passer putat legendum Lienes necat.]

Līēnōsŭs, Qui liene laborat. {σπληνικὸς, σπληνικῶν. GAL. Qui a douleur de ratte. ITAL. *Chi patisce di milza.* GER. Miltzensüchtig. HISP. *El que tiene baço*, ANGL. *That hath a disease, in the milte.*} Accidit autem hic morbus (*vt inquit Aristot. l.3.de part.anim.*) quoties plus excrementi in lienem diuertit, quàm calor eius visceris possit conficere. *Plin. l.7.ca. 2.* Quorundam corpore partes nascuntur ad aliqua mirabiles: sicut Pyrrho regi pollex in dextero pede, cuius tactu lienosis medebatur. Lienosum cor lienis naturam habens, vt turgeat sicut lien. *Plau. in Casin.* vbi sim nescio: Perij, cor lienosum, opinor, habeo: iamdudum salit. * Fortasse legendum ludiosum: id est, subsultans more ludionum, ac in corpore emicans, vt illi in theatro.

Līēnōsŭs, Lienosus. *Plin.l.29.c.3.* Hæc & illata lienicis, &c.

Līcntĕrĭa, æ, {λειεντερία. GAL. Flux de ventre. ITAL. *Flusso di ventre.* GERM. Die rur/der bauchlauff. HISP. *Fluxo de vientre.* ANGL. *The flaxe, orlewseneſſe of the bellie.*} Fluxus ventris ex leuitate intestinorum, quum scilicet intestina ob læuitatem cibum non continent, sed talem propemodum excernunt, qualis est ingestus. Nam λεῖος Græci leue dicunt, & ἔντερα intestina. Hoc morbo qui laborant Lienterici dicuntur.

Ligamen, Vide LIGO.

LIGARIVS, Ciuis Romanus, Pompeij partes in bello ciuili sequutus: eo mortuo in Africam sese contulit ad Scipionem, pertinacissimumque sese Cæsari hostem præbuit. Postea apud Cæsarem cùm à Tuberone accusaretur, defensus est à Cicerone elegantissima illa oratione, quæ pro Ligario inscribitur.

* Ligarianus, Adiectiuum (λιγαριανὸς.) *Cicer. Attic. l.13.* Ligarianam, vt video, præclarè authoritas tua commendauit. Subaudi fubst. *Orationem.* Nam de Oratione loquitur, quam pro Ligario habuit.

Līgellum, li, Breue domicilium & tuguriolum. {מלונה *melunáh.* κώμη, οἰκίδιον. GALL. Loge ou logette. ITAL. *Casetta, casupola.* GERM. Ein hutlein/ein schlechts heuslin. HISP. *Choça ò casa pagiza.* ANGL. *A little house or cotage.*} *Plaut. in Aulul.* Diuum atque hominum clamat continuò fidem, De suo ligello fumus si quà exit forás. Quo in loco Nonius Ligelli nomine domunculam siue tugurium intellegit. Quanquam non inuenuste ligellum intelligere possumus diminutiuum esse à ligno, quemadmodum tigellum à Tigno. Legitur autem in vulgatis libris Nonij *tigello* non *ligello.*

LĬGĔĂ, penultima producta, λιγεία. Nymphæ Nomen, Nerei & Dorídis filiæ, à cantus suauitate ita dictæ. *Virg.4. Georg.* Drymoque, Xantóque, Ligeaque, Phyllodocéque.

LĬGĔR, Ligeris, Rutuli cuiusdam nomen fuit, fratris Lucagi, quem Turni auspicia sequutum Æneas interfecit. *Virg.10.Æneid.* vesano tela latè Dicta volant Ligeri.

Lĭno is, lini, liui, vel leui, litum, Rem aliquam mollem alteri induco, illino, oblino, inungo, perĭgo. {שח *tach* משח *maſchách* יסך *jaſaeh.* ἀλείφω, χρίω. GAL. Oindre maculer, tacher. ITA. *Diſtendere, ò cera, ò tinta, ò colla, ad altro ſopra alcuna coſa.* GERM. Beſtreichen. HISP. *Vntar, manchar.* ANG. *To anoynt or ouerſmere.* } *Colum. li.* 7. Sed illius ſanatur noxia, fibula ahena ſi locum læſum compungas, cretáque cimolia & aceto linas. ¶ Aliquando obturare. *Virgil.* 4. *Georg.* neque illæ Nequicquam in tectis certatim tenuia cera Spiramenta linunt. Aliquando inſignire, & quaſi liniendo & poliendo exornare. *Cicer. ad Quint. frat. lib.* 2. Lucretij poëmata, vt ſcribis, lita ſunt multis luminibus ingenij, id eſt, inſignita, & quaſi fucata. [Linere faciem pane madido. *Sueton. in Othon. cap.* Linit ora luto. paulò ſuprà limúmque inducere monſtrat. *Ouid.* 3. *Faſt.*] Præterito lini vſus eſt. *Quintil. in Declamat. Cæci.* Et ne quid ſceleri impio deeſſet, mariti tui cruore parietem liniſti. *Colum. lib.* 10. *cap.* 50. vſurpauit præteritum liui, Multi (*inquit*) quum ſemel noua dolia uel ſerias craſſa gummi liuerunt, vna in perpetuum gummitione contenti ſunt. Præteritum leui videtur manſiſſe ab antiquo verbo leo: quod tamĕ inter præterita verbi lino eſt vſitatiſſimũ. *Horat. lib.* 1. *Carm. Ode* 20. Vile potabis modicis Sabinũ Cantharis, Græca quod ego ipſe teſta Conditum leui. *Cato de re Ruſt.* Poſtea dolium calefacito minus quàm ſi picare velis: tepeat ſatis eſt: lignis leuibus facito caleſcat. vbi temperatè tepebit, cuminum indito, poſtea linito. Si rectè leueris in dolium quinquagenarium, pedum quatuor ſatis erit. Supinum v. TĀTŪM habet litum, penultima correpta. ¶ Eius compoſita ſunt, Annolino, ad aliquid lino. *Palladius*, Si ſtercus primogeniti vituli allinamus oribus valculorum. ¶ Collino. *Gellius*, Poſtea tabulas cera collinuſſe. ¶ Circumlino. *Cic. I. Tuſc.* Condunt Ægyptij mortuos, & eos ſeruant domi. Perſæ etiam cera circunlitos condiunt, vt quàm maxime perdeleo. hoc eſt, inducto atramento, aut alio liquore ſcripturam aliquã picturámve deſtruo, ἀφανίζω, ἐξαλείφω. Sic interlitæ literæ dicuntur, quæ deletæ ſunt, ita vt legi non poſsint. ¶ Elino, inquino, fœdo. *Lucil. lib.* 6. Si hæc veſtimenta eleuit luto. ¶ Perlino idem quod oblino, vel obduco, διαχρίω, διαλείφω. *Colum. lib.* 8. Mox vlcera lauantur aceto, & tunc pice liquida, cum adipe ſuilla perlinuntur. Relino, quod obturatum erat aperio, ἀνοίγω, ἀνάχρίω. *Terent. in Heaut.* Releui omnia dolia, omnes ſerias. ¶ Sublino, mediocriter fœdo, decipio, & pro ridiculo habeo, ὑποχρίω, ὑπλίνω. *Plaut. in Epidic.* Senex tibi os ſublitum eſt plane & probè: id eſt verba tibi data ſunt, *Et in captiuis.* Quantò in pectore hanc rem meo magis voluto, tantò mihi Ægritudo auctior eſt in animo, ad illum modum ſublitum os eſſe Hodie mihi: id eſt, ita me eſſe irriſum, vel ita mihi data eſſe verba.

Lĭtŭs, a, um, partic. Vnctus, oblitus, illitus. {נשוח *naśóach* נמשח *nimſchách.* κεχεισμένος. GAL. Oint, taché, maculé. ITA. *Copérto, vnto, ſimto.* GERM. Beſtrichen/geſalbet/beſprengt. HISP. *Vntado, ò manchado.* ANGL. *Anoynted or ouer ſmered.* } vt, Litæ veneno ſagittæ. [Lita auro domus. *Suet. in Neron. cap.* 31.] ¶ Aliquando idem quod maculatus, ſiue maculis quibuſdam aſperſus. κατάστικτος. *Virgil.* 4. *Georg.* elucent aliæ & fulgore corruſcant Ardentes auro, & partibus lita corpora guttis.

Lĭtūră, Scripturæ macula, quum ſcilicet delendi aut expungendi verbi cauſa, atramento tranſuerſam lineam ducimus, aut delero penitus aliud ſuperinducimus. {κατάστιγμα. GAL. Effacement, effaceure. ITAL. *Caſſatura.* GERM. Ein durchſtreichung. HISP. *Borron ò raedura de letra.* ANG. *A ſtraik with a penne, a blott.* } *Cic. pro Arch.* Et vnius nominis litura ſe commotum eſſe dixerit, [Nève liturarum pudeat, quiuident illas, De lachrymis factas ſentiat eſſe meis. *Ouid. Eleg.* 1. *lib.* 1. *Triſt.* Litera ſi ſuffuſas, quæ habet maculoſa lituras, Læſit opus lachrymis ipſe poëta ſuum. *Idem Eleg.* 1. *lib.* 3. *Triſt.* Litura extet, dempta nota. *Metaphor. Suet. in Claud. cap.* 16.] Ponitur aliquando pro ipſa linitione vel linimento. {שיח *ſiach* χρισις, ἀλείμμα. *Colum. lib.* 4. *cap.* 24. Nam & teredinem formicámque prohibet: ſolem etiam & pluuias arcet eiuſmodi.

Lĭtūro, as, expungo, induco, deleo. {מחה *machah.* ἀφανίζω, ἐξαλείφω. GAL. Effacer. ITAL. *Cancellare.* GERM. Durſtreichen/auſtilchen. HISP. *Borra à raer la letra.* ANGLIC. *To croſſe or ſtraik out with a penne, to put out.* } *Sidon. Apol.* Tunc vel certiùs te probaſſe reliqua gaudebo, *ſi* lituraſſe aliqua cognouero.

Lĭnŏſtrophŏn, Herba eſt notiſsima, quam nonnulli praſion, aliqui rubium vocant *Vide Plin. lib.* 20. *cap.* 22.

Lĭnŏzōſtĭs, {λινόζωστις.} Dicitur herba quam Latini mercurialem vocant. *Plin. lib.* 25. *c.* 5.

Lĭnquo, is, liqui, lictum, vt Priſcianus cenſet: quanuis *in ſimplici ſupinum in vſu non ſit.* {עזב *ħazaħ* שמט *ſchamát.* ἀφίημι. GALL. Abandonner, laiſſer, delaiſſer. ITA. *Abandonare.* GERMAN. Laſſen oder verlaſſen. HISPA. *Dexar, deſemparar.* ANG. *To leaue or forſake.* } Sunt qui putent, Neſtorem ſequuti, priorem præteriti liqui indifferentem eſſe, deceptè (quod res ipſa loquitur) corrupta Virgilij lectione, quam ſic adducũt. Namque ſuam patria liquerat tellure ſepultam. Quem tamen verſum omnium tùm grammaticorum, tùm exemplarium conſenſu ſic legendum conſtat. Namque ſuam patria antiqua cinis ater habebat. ¶ Eſt autem linquere idem quod deſerere, relinquere. [Cœlo vicinum liquit Olympum Iuppiter. *Tibul. lib.* 4. Linque collum precor. (alloquitur eum, qui capiebat alterum obſtricto collo. *Plaut. Amphit. ſc.* 4. 4. Herum in obſidione linquet. *Plaut. Aſin. ſc.* 2. 2. 2.] *Plaut. in Amph.* Vbi me liquiſti? s. domi cum Alcumena coniuge. *Virg.* 1. *Eclog.* Et dulcia linquimus arua. *Idem* 3. *Æneid.* Linquimus Ortygiæ portus, pelagóque volamus. Linqui animo, hoc eſt, deficere, & deliquium pati. *Curtius*, Linqui denique animo, & ſubmitti genu cœpit. [*Sueton. in Cæſ. cap.* 45. Linqui animo ſolebat, le cœur lui failloit il y auoit des defaillances & foibleſſes.] Et linquens animus, pro, Deficiens: *apud eundem Cur.* Huius compoſitum eſt Delinquo & Relinquo. * Linquendus, ἀπολείψιος. *Ouid.* 13. *Metamorph.* -vtque reliquit ſic linquendus erat.

Lĭnquēns, particip. vt Linquens animus, *apud Curtium*, animus deficiens, & deliquium patiens. Linquentem (*inquit.*) reuocauit animum, & nudum hoſtis latus mucrone hauſit.

Lĭntĕāmĭnŭs, Linteatus, Linteones, Linteolum, vide LINTEVM.

Lĭntĕr, tris, Nauiculæ genus ad flumina traiicienda, ex arbore excauata in nauigij formam: æquè autem inuenitur & virilis & muliebris generis. {σκάφη, σκαφίδιον. GALLI. Petit bateau. ITA. *Batello, patiſcherma.* GERM. Ein weydling/iſt eigentlich ein außgehöltet baum ſo man an ſtatt eines ſchifflins braucht. HISPAN. *La canoa, barco de vn madero pequenno.* ANG. *A litle boate.* } *Virg.* 2. *Georgic.* -cauat arbore lintres. *Cæſ. libro* 7. *bell. Gall.* Conquirit etiam lintres: has magno ſonitu remorum incitatas, in eandem partem mittit. *Tibull. lib.* 2. *Eleg.* Exiguus pulla per vtatas, in eandem partem mittit. *Tibull. lib.* 2. *Eleg.* Exiguus pulla per vadas linter aqua. *Plin. lib.* 6. *cap.* 23. Præterea longè à terra abeſt nauium ſtatio, lintribuſque efferuntur onera quæ geruntur. *Liu. lib.* 1. *bell. Pun.* Itaque ingens coacta vis nauium eſt, lintriúmque temerè ad vicinalem vſum paratarum. *Cic. pro Mil:* Repente lintribus in eam inſulam materiam, calcem, cæmenta atque arma cõuexit. Inde Lintrarij, quorum meminit *Vlp. in leg.* 1. Nautæ, cauponarij, ſtabularij, lintrium ſunt exercitores. Linter etiam vas eſt vno ligno excultum, vt nauis quo vtuntur alueo in vindemia. Nauia dicitur à Feſto Pompeio. *Tibul. lib.* 1. *Eleg.* 4. Aut mihi ſeruabit plenis in lintribus vuas.

* Lintrarius, Qui lintri præeſt. *apud Vlp. lib.* 1. §. *De exercitoribus. ff. Nautæ caupones, &c.*

LINTERNVM, Campaniæ vicus, vbi Scipio Africanus inuidiæ cedens obiit, ac ſepultus eſt.

Lĭntĕum, lintei, Pannus lineus: & ſudarium quo in balneis vtimur, & aliis negotiis ad extergendum. {סדין *ſadhin.* ὀθόνη. GAL. Linceul, linge de quelque ſorte qu'il ſoit. ITA. *Lenzuolo, ſeingarolo.* GERMA. Leilen

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſet leinwant/ein leinen tuch. HISPAN. *Lienço, ò ſanaua de lino.* ANG. *All kind of lienné.* } *Plaut. in Muſtell.* Linteum cape, túque exterge tibi manus. *Martial.* Non tam ſæpe teret lintea fullo tibi. [Linteum exterum (in ſuppellectile lenonis) *Plaut. Curc. ſc. 4. a. 4.* Coquit *Plaut. Pſeud. ſc. 2. a. 3.* Orda ſuis eſſent etiam nunc lintea ventis.} ¶ Lintea etiam dicuntur vela quibus vtuntur nautæ, *Virgil. 3. Æneid.* Certum eſt dare lintea retro. ¶ Item quæ in theatro tendi ſolent ad ſpectantium vmbracula. Hinc legimus Cæſarem totũ forum linteis adumbraſſe. ¶ Accipiuntur etiam lintea pro veſtibus lineis.

Lĭntĕŏlŭm, linteoli, diminutiuum. {ῥάκος, ὀθόνιον. GAL. Petit drapeau, drapelet, petit linceul. ITA. *Linzuolo, picciolo.* GER. Ein leinin tuchlin/ lumplin. HISP. *Pequenno lienço.* ANG. *A cloute.* } *Plin. lib. 11. cap. 12.* Vulneribus (*inquit*) in linteolis imponitur. *Idem lib. 20. cap. 17.* Diſtillationem narium diſcutit tuſum, in linteolo olfactum. *Colum. lib. 6. cap. 16.* Præfractis cornibus linteola ſale atque aceto & oleo imbuta ſuperponuntur.

Lĭntĕātŭs, Linteis induᵗ. i. lineis veſtibus: quali habitu vſus fertur Apollonius philoſophus: quoniam huiuſmodi habitus videbatur mundior, quàm qui ab animalibus degludebatur. { ὁ ἐξ ὀθονίου ἐνδεδυκώς. GAL. Veſtu de linge. ITA. *Veſtito con lenzuolo.* GERM. Mit leinwant bekleidet. HISP. *Veſtito de lienço.* ANG. *Clothed with linnen.* } *Liu. 10. ab Vrbe*, Ea legio linteana ab integumento conſepti, quo lacrata nobilitas erat, appellata eſt. [Linteatus ſenex. *Senec. cap. 27. de vita beata.*]

Lintĕā. ĭū, Qui lintea conficit aut vendit. { λινουργὸς, λινοπώλης. GAL. Linger, qui vend linge. ITA. *Che fa cuero vende lenzuoli.* GER. Einer der mit leinwant vmgeht/es ſey ẽ es mache/oder allein verkauffe. HISP. *El lencero.* ANG. *A linnen drapper.*}

Lĭntĕōnēs, Qui texunt linteamina in veſtium vſum: vt docet *Seruius li. 7. Æneid.* { ὑφαντοποιοὶ, λινοπλόκοι. GA. Tiſſerans de toiles, lingers. IT. *Taſſari di tele, teſsiteri.* GERMA. Leinwäber. HIS. *Texidores de tela.* ANG. *Linnen weauers.* } *Plaut. in Aulul.* Aut manulcarij, aut mirobrecarij, propolæ, linteones, calceolarij. *Firmicus lib. 2. Math.* Si Luna in Veneris ſignis conſtituta feratur ad Martem, iſta coniunctio faciet linteones, aut tabernarios, atque colorum tinctores.

Lĭntĕŭs, a, um, adiect. vide linum.

LINTRIVM, Vrbs Norici ad Danubium ſita.

Līnum, lini. { פשתה *piſchtáh* כר *bádh* λίνον GAL. Du lin, fil ou filet de lin. ITA. & HIS. *Lino.* GERM. Flachs/werck AN. *Flaxe or linnen.* } Herba oſt notiſsima quæ cannabis modo in lanæ mollitiem contuſa, netur in vſum intimarum veſtium. *Virgil. 1. Georg.* Vrit enim campum lini ſeges vrit au enæ. *Plin. lib. 10. cap. 33.* Argatilis appellatur eadem figura ex lino intexens. ¶ Linum pro filo poſuit *Ceſ. lib. 7. cap. 14.* A quibuſdam, inquit, tumor ad imum acu traiectatur duo lina ducente: deinde vtriuſque lini duobus capitibus diuerſæ partes aſtringuntur. [Linum ruptum aut turbata cera in conſignationibus *Quint.* Per ceram & linum, litteraſque interpretes. *Plaut. Pſeud. ſc. 1. a. 1.*

Līnĕŭs, a, um, Lineus, quod ex lino eſt. { λίνεος, λινοῦς. GA. Qui eſt fait de lin. ITA. *Coſa di lino.* GERM. Flächſin. HIS. *Coſa de materia de lino.* ANG. *Made of linnen or flaxe.* } vt Veſtis linea, de lino facta. *Plin. li. 12. capit. 6.* Sed vnde lineas veſtes faciunt. *Virg. 5. Æneid.* Nodos & vincula linea rupit.

Līnĭgĕr, ra, rum, Gerens veſtes lineas. { λινοστολοφόρος. GA Veſtu de lin ITA. *Veſtito di lino.* GERMAN. Das flächſin/ oder leinin kleidung tregt. HIS. *Veſtito di lino.* ANG: *Cloted with linnen.* } *Ouid. 1. Metam.* Nunc dea linigera colitur celeberrima turba. Sacerdotes Iſidis intelligit, qui lineis veſtibus indui ſolebant. *Iuuen. Satyr 6.* Qui grege linigero circundatus, & grege caluo Plangentis populi currit deriſor Anubis. *Ouid. 1. Amor. eleg. 2.* Nec tu linigeram fieri quid poſsit ad Iſim. Quæſieris.

Līnĭŭm, Filum eſt tranſuerſum cui ſtamina applicantur. *Gell. lib. 2. cap. 3.* Licio tranſuerſo quod Linium appellatur, qui magiſtratibus miniſtrabant, cuncti erant.

Līnĕŭs, a, um, Lineus, quod ex lino eſt confectum. { λίνεος. GA. Choſe faite de lin. ITA. *Coſa fata di lino.* GERM. Auß flachs gemacht / leinin. HISP. *Coſa hecha de lino.* ANG. *Made of linnen.* } vt Veſtis lintea, id eſt, lino contexta. *Cicer. 7. Verrin.* Illi ad deprecandum periculum proferebant, alij purpuram Tyriam, thus alij atque odores, veſtémque linteam. Lintei libri, qui de lino fiebant, cuiuſmodi Sibyllini quidam fuerunt. *Liu. 4. ab Vrbe*, Licinius macer author eſt, & in fœdere Ardeatino, & in linteis libris ad Monetæ inuentis. *Plin. lib. 13. ca. 13.* In plumbeis linteíque voluminibus ſcriptitati in conſtat. [Lintea, religioſáq; veſte. *Suet. in Otho.* Lorica lintea. *Suet. in Galba.*

Līnāmēntŭm, ti, Penicillus ex linteo decerptus, qui vulneri imponitur ex linteolo, vel ſpongia, vel lana ad exſiccandam ſaniem, & purulentiam extrahendam. { μυὸς σπλάτός. GAL. Drapeau ou charpie, tente de charpie, de drapeau, de laine, ou d'eſponge. ITA. *Drapo di lino ò di lana.* GER. Ein leininer meiſſet/ſo man in die wunden thut. HISP. *El panno de lino, las hilazas de lienço, la mecha ò el parilo* ANG. *A pee ce of linnen put in a wounde for to dry it il a tent.* } *Celſ. lib. 5.* Linamentum inuolutum & oblongum eodem medicamento illinendum, demittendúmque in nares *Idem lib. 7. ca. 28* Et intus implicitum in longitudinem linamentum, λαμπτῆρα Græci vocant, in aceto tinctum demittere: ſuprâque ſuccidam lanam aceto madentem deligare. ¶ Linamenta item dicuntur quæcunque ex lino conſtant. *Plinius lib. 32. cap. 10.* Delphini adipe linamenta accenſa excitant vulnæ ſtrangulatu oppreſſis.

LĭNŸs, Apollinis & Terpſichores filius, ſiue vt quidam malunt, Mercurij & Vraniæ Muſæ, lyræ peritiſsimus, vt qui diſcipulos habuerit Orpheum, Thamyram, & Herculem. Hunc ab Hercule plectro & cithara occiſum ferunt, quum eum ruſticis canentem nimis petulanter coercuiſſet. { GERMAN. Ein herlicher Muſicus bey den Griechen. } *Virgil. Ecl. 4.* Non me carminibus vincet nec Thracius Orpheus, Nec Linus: huic mater quamvis atque huic pater adſit, Orphei Calliopea, Lino formoſus Apollo. ¶ Fuit autem re vera Linus poëta antiquiſsimus, cui ſ rtur primus à Phœnice ad Græcos literas attuliſſe. *Hermodotus verò Platonicus li. 1.* diſciplinarum, dicit hunc Mercurij ex Muſa Vrania filium, Thebis genitum, ſcripſiſſéque de mundi generatione: item de Solis & Lunæ curſu, animalíumque & fructuum generatione. In principio ſui operis omnia ſimul nata dixit, quem ſequutus eſt Anaxagoras. Occubuit in Eubœa, ſagitta ab Apolline tráſixus. ¶ Alius fuit Linus Hypermneſtræ maritus Ægiſthi filius, quem tamen *Ouid. in Epiſtol. Heroidum*, Lynceum appellat, non Linum,

Lĭpăra, pen. cor. λιπάρα, Vulgò *Lipara*, Inſula vna ex Æoliis, à Liparo rege, Auſonis regis filio, cui ſucceſsit Æolus: quum antea Meligunis vocaretur, *teſte Plin. lib 3. c. 9.* ¶ Eſt etiam medicamenti pinguis & lenis nomen, *vt ait Celſus, Plin. li. 33. c. 6.* Addunt & in medicamenta quæ vocant Liparas, ad excreicentias vlcerum.

*Lĭpărē, lipares, Idem *Claud. 5. Paneg.* Ignifluus genuit Lipare fumoſa cauernis.

Lĭpărĭăĕŭs, a, um, adiect. λιπαρός.

[Liparo Siciliæ Tyrannus. *Plaut. Menæch. ſc. 4. a. 2.*]

Lĭpărĭs, λίπαρις, Ciliciæ fluuius. ἀπὸ τῶ λιπαροῦ, quoniam, *vt ſcribit Vitruuius*, natantes in hoc flumine, aut ſe lauantes, non aliter vnguntur aqua, quàm ſi oleo, aut adipe lauarentur. GERM. Ein fluß Cilicie welches waſſer als wann es öl wäre. } ¶ Eſt quoque piſcis quidam ex genere lacertorum *teſte Plin. lib. 31. ca. 11.* ¶ Eſt & gemmæ nomen quæ ſuffita beſtias omnes euocat. *Plin. lib. 37. c. 10.*

Lĭpōpsўchĭă, λιποψυχία, vox Græca eſt, Latinè ſonans animi defectionem, vel animi deliquium: quæ & συγκοπὴ dicitur.

Lĭpōthўmĭă, λιποθυμία, Latine defectus animi, ſiue animæ, quæ & Lipopſychia dicitur.

Lĭppŭs, pi, Qui oculis eſt lachrymantibus, putri inde humore defluente. {λημῶν. GAL. Chaſsieux, à qui les yeux pleurent. ITA. *Lippo.* GERMA. Ein trieffaug. HISPA. *Cegaſojo.* ANGLIC. *Bleared.* } [Num tibi Lippus videor? (quia non credis me Vlyſſem. *Plaut. Mil. ſc. 3. a 2.*] *Plaut. in Milit.* Cubare in naui lippam, atque oculis turgidis nauclerus dixit. ¶ Lippus aliquando pro homine vili & nullius momenti. *Perſius Satyr. 5.* Hic dama non eſt treſsis agaſo, Vappa lippus & in tenui farragine mendax. ¶ Lippa ficus dicta, vel quod ſuccus foliorum eius lacteus lippis prodeſt, vel quòd dum folia & ramuli truncantur, ſuccum lacrymoſum emittat, *Martial. lib. 7.* Et lippa ficus, debiliſque boletus.

Lĭppĭtūdo, inis, Ipſum oculorum lactymantium vitium. {λήμη. GALL. Mal des yeux quand ils pleurent & ſont chaſsieux. ITALI. *Il lacrymar de gli ochi effeſi.* GER. Augentrieffung/das augen rinnen. HISP. *Aquella dolencia de los ojos.* ANG. *Bleardneſſe.* } *Corn. Celſus*, Si frons prurit, lippitudinis metus eſt.

Lĭppĭo, is, ui, itum, Lippus fió, hoc eſt, marcorem in oculis contraho. {λημάω. GALL. Eſtre chaſsieux, auoir les yeux chaſsieux. ITAL. *Diuenir lippo.* GERMA. Trieffend/oder flieſſige augen haben. HISPANI. *Ser cegaſojo.* ANG. *Tod be bleared.* } *Plin. lib. 28.* Oculorum vitia fieri negant, nec lippire eos, qui, quum pedes lauant, aqua inde ter oculos tangant. *Cicer. ad Attic. lib. 7.* Quum leuiter lippirem, has literas dedi. *Plaut. in Curc. ad fauces tranſtulit*, proſpicio parum: Os amarum habeo, dentes plenos, lippiunt fauces fame, Ita cibi vacuitate venio laxis lactibus.

Lĭppĭtŭr, penultima product. impersonale *Plin. lib. 28. cap. 8.* Aut ne omnino lippiatur decoctum cum mellis Attici cyathis tribus, & crocia vncia.

Lĭpsănă, penultima correpta. {שאריית *ſcheerith*, λείψανα.} multitudinis numero, Reliquiæ quæ ex tota re ſuperſunt. *Vlpian.* Si animal legarum occiderit, puto teneri, non vt carnes præſtet, vel cætera λείψανα, id eſt, cornua, corium, &c.

Lipsia, Vrbs Miſniæ, Academia celebris.

Lĭptōtē, A quibuſdam recentiorum Grammaticorum vocatur figura, quando vis verborum rei magnitudini non reſpondet. Vt apud *Virg. 1. Æneid.* Non ignara mali miſeris ſuccurrere diſco. Vbi Non ignara mali, dixit pro eo quod eſt, in malis magnopere exercitata. Originem autem huius dictionis referunt ad verbum λείπομαι, quod eſt deficio eò quòd eiuſmodi orationibus vis quædam verborum deeſſe videatur. In antiquiſsimis tamen Seruij alioríumque commentariis manu ſcriptis, non Liptote legitur, ſed Litotes λιτότης, quæ vox Græcis inter cætera tenuitatem ſignificat, & ſimplicitatem. Hinc fit, vt credam recentiorũ quorundam Grammaticorum inſcitia factum eſſe, vt figura quam veteſtiores λιτότητα nominarunt, Liptote cœperit appellari.

Līquāmĕn, Liqueo, Liqueſco, Liqueſio, Vide Liquo, liquas, in LIQVOR.

LĬQVENTĬĂ, vide LIQVETIA.

Līquĕt, impersonale, vide poſt LIQVOR, eris.

LĪQVĒTĬĂ, ſiue (vt quidam ſcribunt) Liquentia, Fluuius eſt Iapidiæ in finibus Venetiæ ex Opiterginis montibus naſcens, *teſte Pli. lib. 3. c. 8.* Vulgò *Liuenza. Virg. 1. Æneid.* Quales aëriæ Liquetia flumina circum Sine Padi ripis, Atheſim ſeu propter amœnum Conſurgunt geminæ quercus. Quo tamen in loco nonnulli Liquentia legere malũt: & Liquentia flumina eadem ratione dicta exiſtimant, qua alibi, & Fluuios liquentes, & Campos liquentes, & Mella liquentia perpetuo epitheto Poëta appellauit.

Līquĭdŭs, vide LIQVOR, liqueris.

Līquor, eris, tertiæ coniugationis, abſque præterito & ſupino, Reſoluor, defluo, deſtillo, liqueſio, liqueſco {נמס *namás* נמק *namák.* τήκομαι, διαχέομαι. GAL. Se fondre, couler. ITALI. *Eſſere liqueſatto.* GERMAN. Zerſchmeltzen zerflieſſen. HIS. *Derretir ſe.* ANG. *Tobe melted.* } Producit autẽ hoc verbum primam ſyllabam, quæ in verbis liquo, liqueſco, liqueſio, & in nomine liquor corripitur. *Lucanus lib. 9.* Feminorum quoque muſculus omnis Liquitur, & nigra diſtillant inguina tabe. Liquidus autẽ indifferenter apud Lucretium ponitur, eo quòd tam à liquor fieri poſſit, quàm à liqueo. Craſſáque (*inquit*) conueniunt liquidis & liquida craſsis.

Līquĭdŭs, da, dum, pen. cor. Molle, fluxum, humidum, fluidum. {נמס *namás* נמק *namák.* ὑγρός. GALLIC. Liquide, fondu, ITAL. *Liquido.* GER. Zerfluſſig/weich. HISPA. *Humido.* ANG. *Soft, liquide, melted.* } *Plaut. Milite*, Liquidus cultiúſque quàm ventus eſt Fauonius. Liquidus venter dicitur *à Martiale lib 13.* qui eſt fluidus & laxus. ¶ Aliquando ponitur pro puro. {צחר *tſaci* שחור *tahór* καθαρός. GAL. Clair, pur, ſans lie. ITA. *Puro, chiaro.* GERM. Klaar/lauter/heiter. HISPAN. *Puro, claro, y ſin beſs.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ANGLI *Pure, cleane, cleare.*} *Virg. 6. Æneid.* Liquidúmque per aëra lapsæ. *Idem lib. 4. Georg.* Dulcia mella premes, nec tantùm dulcia, quantum Et liquida, & durum Bacchi domitura saporem, id est, defæcata, & sine fordibus. [*Idem in Pseud. sc. 2. a. 1.* Liquido es animo (.i. tranquillo & defæcato. Liquida luce *Liu. lib. 2. bell Pun.* Liquido ac puro sereno. *Suet. Aug. cap. 45.* Ad liquidum explorata veritas *Liu. lib. 5. d. 4.* Ego per liquidum volucris vehar astra pennis. *Tibull. lib. 4.* Liquido testa sit apta mero. *Ouid. Eleg. 1. lib. 2. Trist.* Ad liquidum & confessum deducere. *Quintilian. Item Velleius & Q. Curtius.* ¶ Aliquando pro prospero, siue optimo. *Plaut. in Pseud.* Aui sinistra, auspicio liquido, atque ex sententia confidentia est. Inimicos me posse perdere. *Liquidus animus & tranquillus, *Plaut. Epid.* Quid pater meus, viuus est? E. animo liquido & tranquillo es, tace. Sic, mente liquida videre aliquid. *Catull. de Berecynthia.*

Lĭquĭdum, di. Pro aqua vsurpauit *Horat. 1. Serm. Satyr. 1.* Vt tibi si sit opus liquidi non amplius vrna vel cyatho.

Liquĭdō, Pure, manifestè, certò, omninò {ἀκριβῶς, GALLIC. Liquidement, clairement, manifestement. ITA. *Puramente, chiaramente.* GER. Klaarlichen/gantz heiter. HISPAN. *Claramente, manifestamente.* ANG. *Clearlie, plainelie.*} *Terent. in Andr.* Quia si forte opus fit ad herum iurandum mihi non apposuisse, vt liquido possim. *Cic. ad Catonem lib. 15.* Grarissimum est te libenter amicitiæ dedisse quod liquidò veritati dares. Liquidò dicere, id est, aperte. *Cic. 4. Verr.* Nemo esset, quin hoc se audisse liquidò diceret.

Lĭquĭdē, liquidiùs, liquidissimè, quod tamen non est in vsu. [Liquidè serenum Cœlum. *Gell. cap. 21. lib. 2.* Hæc non liquidè consistunt. *Idem ca. 1. lib. 14.*] Idem quod liquidò. *Cic. ad Planc. lib. 10.* Liquidiùs de toto sensu tuo iudicaui, hoc est, apertiùs, certiùs, ac faciliùs.

Lĭquŏr, oris, masc. gen. Humor liquidus. {ὑγρότης. GAL. Liqueur, humeur coulant. ITA. *Liquore.* GERMAN. Allerley feuchte so da fleusst als wasser/ wein/ safft &c. HISPA. *Licor de lo que cuela.* ANG. *Licour.*} *Plin. lib. 10. c. 52.* Piscium oua ex liquore mollia. *Cicer. 1. de Nat. deor.* Aquæ admistũ esse calorem primùm ipse liquor, tum aquæ declarat effusio. *Virg. 3. Georg.* Rursùs abundat fluidus liquor, omniáque in se ossa minutatim morbo collapsa trahebat. Pellucidi amnium liquores. *Cic. 2. de Natur. deor.* Vitigeni liquoris latex, *Lucret. lib. 5.* [Inuergere in me liquores tuos sine ô liber pater. *Plaut. Curc. sc. 2. a. 1.* fontibus vt dulces erumpat terra liquores. *Tibull. lib. 4.*]

Lĭquēo, es, licui, liquere, Liquidum & fluidum esse, {נמס *namés* נמק *namák.* νάω, νοτίζω. GALL. S'amollir, se fondre. ITAL. *Liquefarsi,* GERMANIC. Weich vnd fliessig sein/ zerfliessen. HISPA. *Derretir se.* ANG. *To melt or to be meltod.*} Vnde liquens, nomen ex participio, idem significans quod liquidus. *Virgil. 6. Æneid.* Principio cœlum, & terras, capósque liquétes Spiritus intus alit. Vbi campos liquentes dixit pro mari. ¶ Hinc fiunt composita colliqueo, & deliqueo, à quibus rursùs fiunt augmẽtatiua colliquesco, & deliquesco: quorum significata vide suis locis.

Lĭquēsco, is, Liquidus, fluidúsque fio, mollesco, resoluor, dissoluor, }(cõcresco. {נמס *namés* נמק *namák.* τήκομαι. GALL. Deuenir liquide, s'amollir, se fondre. ITA. *Liquefarsi, & amollersi.* GERMAN. Weich werden/ anfahen schmeltzen/ zergehen. HISP. *Derretirse.* ANGLIC. *To be readie or about to meli.*} *Virg. 8. Eclog.* Limus vt hic durescit, & hæc vt cera liquescit. *Idem 8. Æneid.* Vulnificúsque calybs vasta fornace liquescit. *Vbi Seruius,* Liquescit, proprie dixit: nam ferrum non soluitur, sed mollescit. Liquescere voluptate, & fluere mollitia, est mollem esse, & voluptati deditum. *Cicer. 2. Tusc.* Opinio est enim quædam esse effœminata & leuis, nec in dolore magis, quàm eadem in voluptate: qua quum liquescimus: fluimúsque mollitia, apis aculeum sine clamore ferre nõ possumus. *Liu. 1. de bell. Pun.* Vt verò tot hominum iumentorúmque incessu dilapsa est, per nudam infra glaciem fluentémque labem liquescentis niuis ingrediebatur.

Lĭquo, as priore syllaba correpta, Liquidum facio, liquefacio, quum scilicet aurum vel plumbum igni dissoluimus. {חמם *hemés* חמק *hemák.* τήκω, διαχέω. GAL. Fondre, amollir, esprandre & tirer le ius. ITAL. *Liquefare.* GERMAN. Schmeltzen/ zerlassen. HISPAN. *Derretir.* ANG. *To melt, or mak to melt.*} *Lucanus lib. 7* Ereptáque tela liquarit. *Cicer. 2. Tusc.* Ex quo liquatæ Solis ardore excidunt guttæ. *Ouid. 4. Fast.* Nec pigeat tritum niueo cum lacte papauer Sumere, & expressis mella liquata fauis. Liquare aluum. *Celsus lib. 4. cap. 4.* Liquanda aluus, interdum etiam ducenda. Aluus liquida, fluida & libera, non astricta. Ducta aluus, quæ liberiùs fluit quàm natura patiatur, ac multùm soluta, [*Quintil.* Tempore & annis liquata (.i. scripta deferbuerunt.] ¶ Huius composita sunt, Deliquo & eliquo.

Liquāmen, inis. {τὸ χώνευμα, τὸ ἐγχώνευμα, ὁ χώνος. GALL. Graisse, sein ou autre chose fondue. ITALIC. *Grasso ò seuo colato.* GERMA. Etwas das geschmeltzt oder zertassen ist/ als schmaltz, feistе/ &c. HISP. *La manteca de cosa deretida.* ANGL. *Dripping tryed, suet molton.*} Pinguedo animalium ad ignem liquefacta, & in vsum coquinarium seruata ad condiendos cibos. De aliis etiam dici potest, quibus non vescimur. Est etiam genus condimenti liquidi, ex putrefactis piscium intestinis confectum, & in vsum coquinarium seruatum ad condiendos cibos: γάρον. *Columel. lib. 7. ca. 4.* Succus excocti lupini, veteris vini fæx & amurca pari mensura miscentur, eóque liquamine tonsa ouis imbuitur. *Idem lib. 6. cap. 2.* Libraléque offas in præsulsæ adipis liquamine tinctus lingula demitto.

Liquabilis, Qui liquescere potest. {ταπτός.} *Apuleius in Apologia,* Virgilius (ad Magium) enumerat laurum fragilem, linum durabilem, ceram liquabilem.

Lĭquĭfăcio, cis, Liquidum & fluidum facio, admoto ignis vel Solis calore: à quo liquefio, eiusdem cum liquesco significationis. {חמם *hemes* חמק *hemik.* διαχέω, ἐκτήκω. GAL. Faire fondre ou amollir. ITA. *Liquefare, farliquide.* GERM. Fliessig machen/ zerlassen/ schmeltzen. HISP. *Derretir.* ANG. *To melt or mak to melt.*} *Cæs. in Catil.* Et statuæ veterum hominum deiectæ, & legum æra liquefacta. *Virg. 1. Georgi.* Flammarúmque globos, liquefactáq; voluere saxa, id est, igne soluta, *vt inquit Seruius.* ¶ Huius verbi composita sunt, Alliquefacio & colliquefacio: quorum significata vide suis locis.

Lĭquĕfio, fis, Fundor, liquesco, dissoluor. {נמס *namés* נמק *namák.* διαχέομαι, τήκομαι. GAL. Deuenir liquide. ITALIC. *Diuenir liquido.* GERMAN. Zerschmeltzen/ zerschmeltzt werden. HISP. *Derretir se.* ANG. *To be dissolued, be to melt.*} *Cic. 1. de Nat. deor.* Glaciem calore liquefactam & dilapsam diffundi. *Idem in Catil.* Quum & legum æra liquefacta sint.

Lĭquĕt, impersonale, Constat, siue manifestum & certum est: quoniam quæ resoluuntur certa, constantia, & manifesta fiunt, {σαφὲς, δῆλον ἐστι. offenbar/es ligt heiter amtag. HISPAN. *Es manifesto.* GERMANIC. Es ist manifest. *Terent. in Eunuch.* Illum liquet mihi deierare his mentibus sex non vidisse proximis, Nisi nunc quum minime vellem. *Cic. 1. de Nat. deorum.* Nec verò Protagoras, qui sese negat omnino de diis habere quod liqueat, sint, non sint, qualéue sint, quicquam videtur de natura deorum suspicari. Liquet inter nos, id est compertum & certum habemus. *Cic. 1. de Nat. deor.* Sed quod in nos liqueat, nec tu quidem intelligis. Non liquere sibi de causa, dicebant iudices, quando non satis sibi constabat, condemnandúsne esset reus, an absoluendus: neque cõmode poterant iudicare, nisi causa denuò diceretur. Quum itaque illud significare volebant, sibi de causa non constare, reúmque esse amplíandũ, inscribebant in illis tabellis quæ ad colligenda suffragia iudicibus dari solebãt, duas hasce literas N. L. Illæ enim erãt notæ ampliationis, quemadmodum A absolutionis, & C condemnationis. Quod si collectis suffragiis, maxima pars tabellarum notam ampliationis haberet inscriptam, tunc Prætor, aut is qui iudicio præerat, Iudicibus de causa non liquere, reúmque ampliandum videri pronuntiabat: hoc est causam denuò esse dicendam, & reum in aliud tempus reuciendum. *Vlpia. de Arbitr. l. idem Pomponius.* Proinde si fortè vrgeatur à Prætore ad sententiam arbiter, æquissimum erit, si iuret sibi de causa non-dum liquere, spatium ei ad pronuntiandum dari, *Gell. lib. 13.* Vt absóluerem tamen, inducere animum non quiui, & propterea iurauit non liquere, atque ita iudicatu illo solutus sum. [Quicquid ambiguum in animo fuit, nunc liquet, nunc defecatum est. *Plaut. Pseud. sc. 4. a. 2.* Vt liqueant omnia & tranquilla sint. *Plaut. Mostell. sc. 1. a. 1.* Liquet hoc nobis. *Ouid. Eleg. 3. lib. 3. Trist.* Quod magis vt liqueat, néve hoc fingere credar. *Idem Eleg. 11. lib. 3. Trist.* Quod precor esse, liquet. *Ouid. Eleg. 7. lib. 4. Trist.*]

Līrā, æ, prima syllaba producta. Sulcum significat, siue fossam rectam in agro, *teste Nonio,* in quam terræ vligo confluit. {מעניית תל *velémaʿanith* גדוד *ghedhúdh.* αὔλαξ. GAL. Seillon, terre esleuee entre deux seillons, ou rayons. ITA. *Solco, ò elenatura di terra tra due solchi.* GERM. Ein wasserfurch eines ackers/ dardurch das regenwasser aussfin gleitet wirt. HISPA. *La tierra entre dos sulcos emelga.* ANGLI. *A rigde betweene two furrowes.*} Columella tamen liras eadem videtur facere cum porcis hoc est, editiores terræ cumulos inter duos sulcos interceptos. *Sic enim scribit lib. 11. cap. 2.* Liras rustici vocant eas dem porcas, *quum* sicaratum est, vt inter duos latius distantes sulcos medius *cumulus* siccam sedem frumentis præbeat. *Idem lib. 11. cap. 3.* Est autem lira similis ei porcæ quam in sationibus campestribus rustici faciunt, vt vligi-nem vitent.

Līrārĕ, {αὔλαξας ἐλαύνω, αὐλακὶ διακρίνω. GAL. Faire seillons en vne terre labouree. ITAL. *Far tali elenature tra solchi.* GERM. Wasser furchen machen: item Eggen. HISP. *Emelgar lo orado ò sembrado.* ANG. *To make ridges.*} Est liras facere, vt in sulcos ex porcis aqua defluat: quod fieri solet tertia aratione iacto iam semine. Solebant enim antiqui *teste Var. de Re rustica l. 1. c. 1. c. 29.* tres facere arationes. Primò enim arabatur terra, idque vocabant proscindere. Deinde secunda aratione excitatæ grandiores glebæ frangebantur, quod vocabant effringere. Tertia aratione iacto semine, boues lirare dicuntur, quum tabellis ad vomerem additis, simul & satum frumentum operiunt in porcis, & sulcant fossas quo pluuia aqua dilabatur. *Plin. li. 18. c. 20.* Aratione per transuersum iterata, occasio sequitur, vbi res poscit, crate, vel rastro: & sato semine iteratio, hoc quoque vbi consuetudo patitur crate dentata, vel tabula aratro adnexa quod vocant lirare, operientes semina: unde primùm appellata deliratio est. ¶ Lirare quoque confodere aliquando significat per quandam similitudinem. *Pomp.* Iamne abierunt? Iámne obtundunt? Iámne ego sum in tuto satis? num quis hîc reliquit, qui nondum lirarit mihi, id est, confoderit: *ex Nonio.*

Līrātim, aduerb. Per liras. {κατ' αὔλακας. GALLIC. Par seillons. ITAL. *A solco à solco.* GERMAN. Den furchen nach. HISPAN. *De emelga en emelga.* ANGLIC. *By ridges.*} *Columella,* Eáque quum sint diuisæ liratim ieri debent.

LIRIMIRIS, λειμειρίς, Oppidi nomen in tractu magis Septentrionali Germaniæ. *Ptolem. lib. 2. c. 11.* {GERM. Lubeck.}

LĪRĬŌPĒ, λειριόπη, Nympha marina, Oceani & Tethyos filia, ex qua Cephisus amnis Narcissum puerum formosissimum suscepit. *Ouid. lib. 3. Metamorph.* Cærula Liriope, quam quondam flumine curuo Implicuit, &c.

Lirinum Vnguentum, vide LILIVM.

LĪRĬS, λείρις, Fluuius Campaniæ, siue Latij nouí per Minturnarum ruinas in sinum Caietanum illabens, non procul à Formiis. GER. Ein fluss in Campanien.} Alio nomine Glanicus dicitur, *teste Plin. lib. 5. cap. 5.* Itali hodie *Il Garigliano* appellant.

LIRNYTEA, λιρνυτία, Vrbs Pamphiliæ, *Steph.*

LĪS, tis, Controuersia: à limite dicta: quòd primæ inter homines lites de limitibus fuerint. {מצה מריב *masstsdh. dʿun, ἔρις.* GALL. Noise, debat, proces. ITA. *Piato, lite, controuersia.* GERMA. Ein zanck oder span. HISP. *Lid ò pleyto, ò contencion.* ANGLC. *Stryfe, contencion, debate.*} Lis & Litigium sic differunt, *teste Nonio.* Ieuior enim dissensio, vel discordia inter beneuolos, aut propinquos iurgium dicitur: grauior discœptatio inter inimicos, lis. *Cic. de Rep. 4.* Si iurgant, beneuolorum concertatio est: nam lis inimicorum, non iurgium dicitur. *Et paulò pòst,* iurgare igitur lex putat inter se vicinos, non litigare. [Dixit & in litem certaminis issent. *Ouid. 6. Fast.* Litium pleni, rapaces. *Plaut. Men. sc. 2. a. 4.*] ¶ Litis instrumentum à Quintiliano pro ipsis actis, quas *productiones* vocamus. Dicimus eleganter. Litem habere cum aliquo, litem alicui intendere, litem capitis in aliquem inferre. [Pacilli turbas lites. *Plaut. Asin. sc. 3. a. 4.* Litem dare contra aliquem vel secundum illum iudicare. *Gell. cap. 10. lib. 5.* Qui pugnam expectat, lites contrahat, *Plaut. Capt. prolog.*] Litem suam facere, id est litis causam suscipere

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſuſcipere, & tanquam ſuam defendere. [Litem meam facere aduerſus eam abſens nolui *Gell. cap.* 1. *lib.* 10. Litem meam ego faciam. *Senec. cap.*2. *de Conſol. ad Polyb.*] *Cicer. lib.*2. *de Orat. & Gell. lib.*9. Iudex autem dicitur litem ſuam facere, quum dolo malo in fraudem legis ſententiam dixerit, Dolo autem malo hoc facere videtur ſi euidēs arguatur eius gratia, vel inimicitia vel etiam ſordes: vt veram æſtimationem litis prætiare cogatur. *Vlpian. in l. Si filius fam. ff. De iudicijs.* Litis nomen (*vt vult idem Vlpian.*) actionem ſignificat ſiue in rem, ſiue in perſonam ſit. Litem perdere, id eſt, eius rei cauſam de qua agebatur, dimittere. Lite cadere, eſt eius rei de qua agitur cauſam amittere, id quod ſæpe Cic. dixit, Cauſa cadere, Litem in rem ſuam vertere: [*Liu.* 3. *ab vrb.*] id eſt, rem inter duos controuerſam adiudicare ſibi, quod fit, quum iudex ita cum litigatoribus agit, vt iure ſuo cedant. ¶ Litis cōteſtatio, eſt hinc inde apud iudicem negotij principalis facta narratio. Oritur enim litis conteſtatio ex petitione actoris, & ex petitione rei. [Litem conteſtari. *Gell. cap.* 10. *lib.* 5.] Litem pro Diſcrepantia & confuſione quaruncunque rerum, eriam animatarum poſuit, *Ouid.* 1. *Metam.* quia corpore in vno Frigida pugnabant calidis, humentia ſiccis, Mollia cum duris ſine pondere habentia pondus. Hanc Deus & litem melior natura diremit.

Litigo, as, pen. corr. Diſcepto, Contendo, ſiue id in foro ſit, ſiue extra forum. {רב *rab* הצה *hiſtſáh.* ἀμφισβητῶ, ἐγκαλῶ, δικάζομαι, διαφέρομαι. GA. Auoir noiſe, debat, different ou proces contre quelqu'vn. ITA. *Litigare, far lite.* GERMA. Zancken/ ſpennig ſein. HISPA. *Pleytar ò contender.* ANG. *To ſtryue, to debate, to be at variance.*} *Cicer. pro Cælio.* Aliquot enim in cauſis videram eum fruſtra litigantem. *Martial. lib.*7. Ah miſer & demens viginti litigat annos Quiſquam, cui vinci Gargiliane licet? *Plaut. in Rud.* Qua de re nunc litigatis inter vos? *Cic. ad Attic.* Hircius cum Quinto acerrimè pro me litigauit. *Idem Qu. Frat.* Litigarem tecum ſi fas eſſet. [Vt decumbamus ſuadebo dum hi litigant (*i.* rixantur) *Plaut. Aſin. ſc.*2. *a.*5.

Litigium, gij, Litis actio. {רִיב *rîb* מצה *maſtſah.* ἀμφισβήτησις, ἔρις. GAL. Noiſe, debat, proces. ITA. *Lite, piato, controuerſia.* GER. Ein rechtſhandel eines ſpans haben. HISPA. *La lid, pleyto ò contencion.* ANGL. *Stryuing, debate, controuerſie in wordes.*} *Plaut. in Caſina.* [*ſc.* 2. *a.* 1.] Nam ego quid contrahere cupio litigij inter eos? *Idem Menæch.* [*ſc.*2. *a.*5.] Litigium tibi eſt cum vxore, [Ecce autem litigium (inter virum, & vxorem) *Plaut. Ibidem.* Noui te hominem moleſtum, quive emas litigium. *Plau. Amphitr.*] *Plin. lib.*37. *cap.*10. Siderites ferro ſimilis & litigio illata diſcordias facit.

Litigiōsus, a, um. Qui frequens in litibus verſatur, vel quauis de cauſa litem mouet. {φιλόδικος, δύσερις, ἐγκληματικός, ἀμφισβητητικός. GAL. Noiſeux, litigieux, plaidereau, contentieux. ITA. *Litigioſo.* GERM. Zenckiſch/ ſpannig/ der gern rechtiget. HISP. *Pleyteado, contencioſo.* ANG. *Full. of ſtryfe or contention, a wrangler.*} *Cic. in Verr.* Hominem id ætatis minime litigioſum, quàm tumultuoſiſſimè aggrediuntur. *Idem pro Muræna.* Quid huic tam loquaciter litigioſo reſponderet ille, vnde petebantur? ¶ Litigioſa diſputatio, *Cicer.* 5. *de Finib.* Fora litigioſa, plena litibus, *Ouid.* 4. *Faſtor.* ¶ Interdum litigioſum idem eſt quod controuerſum, hoc eſt, de quo lis eſt & controuerſia, ἀμφισβητούμενον. vt, Litigioſum prædium, *apud Cicer. de Orat.* Litigioſus ager, *apud Ouid.* 2. *Faſt.*

Litigātor, Qui litigat. {רב *rab.* ὁ δικάζων, ὁ διαμαλλόμενος, ὁ ἀμφισβητῶν. GAL. Plaideur, faiſeur de noiſes, grand debatteur. ITA. *Chi fa lite, litigante.* GERM. Ein zancker/ der ein handel am rechten hat/ oder fürt. HIS. *Pleyeador, contendedor.* AN. *Affriuer, à ſuiter in the law.*} *Cic. pro domo ſua,* Emit domum litigatoribus defatigatis propè dimidiò cariùs quàm æſtimabat.

Līsæ, {σφαγίδες.} *Celſ. lib.* 4. *cap.*1. Sunt autem liſæ teſte Donato venæ maiores gutturis, quibus interfectis animal confeſtim emoritur. Vnde eliſum, quicquid ex tali cauſa mortuum eſt.

LĪSSA, Λίσσα, Inſula eſt maris Adriatici, contra Iader. *Plin. lib.* 3. *cap. vltimo.*

LĪSSUS, Λίσσος, Fluuius Thraciæ, inter Maſambriam Samothracum & Strymam Thaſiorum in mare illabēs, quem Græci ſcriptores inter eos annumerant, quos à Xerxis exercitu excitatos tradunt. *Autor Herodot. lib.*6. Liſſus item oppidum eſt in finibus Dalmatiæ, Macedoniæ contiguum, non procul à Nympheo promontorio. *Plin. lib.* 3. *cap.*22. *& Ptolem. lib.*2. *cap. vlt. Lucanus lib.* 3. Præterunt fruſtra tentati littora Lyſſi, Nymphæúmque tenent.

Litānī, {תחנון *techanûn* תחנה *techinnáh.* λιτανεία.} ſupplicatio: à verbo Græco λιτανεύειν, quod ſignificat ſupplicare, & vota ſuſcipere. Vulgus incptè vocat. *Lataniam.*

Litĕrā, teræ, Quanuis ratione etymologiæ primam videatur debere corripere (creditur enim litera dicta, quaſi litura) vbique tamen apud veteres poëtas eandem produxit. Alij tamen veram literæ appellationem ex figura emergere arbitrantur, cùm eas certis lineis contineri videant, vt quæ primùm lineaturæ dicerentur, poſtea literæ dictæ ſint. {γράμμα. GALL. Lettre. ITAL. *Lettera.* GERM. Ein buchſtab. HISP. *Letra.* ANG. *A letter.*} Superflua itaque anxietas eorum poteſt videri, qui primam huius dictionis ſyllabā producere non audent, niſi geminata conſonante: inſignis autem illorum temeritas qui eam nullo veterum exemplo corripiunt, friuolóque atque incerto etymo freti, ab vnanimi veterum omnium conſenſu non dubitant diſcedere. Propriæ autem literæ dicuntur minimæ atque indiuiduæ partes orationis, ex quibus conſtituuntur ſyllabæ, & tam ſingulari quàm plurali numero elementum ſignificat, videlicet A, B, &c. *Cicero pro Sylla,* Literæ poſteritatis cauſa repertæ ſunt. *Quintil. lib.*1. *cap.* 4. Vt pro Fundanio Cicero teſtem, qui primam eius literam dicere non poſſet, irridet. *Cic.* 4. *Verr.* Huic etiam Romæ videmus in baſi ſtatuarum maximis literis inciſum, à communi Sicilia datas. ¶ Dicitur autem Litera quaſi legitera, vt quibuſdam placet, eo quòd legenti præbeat iter: vel quod in legendo iteretur, *vt ait Seruius*: vel à lituris, quòd ſcripta deleri poſſit: in ceratis enim tabulis antiqui plerunque ſcribere ſolebant, & deinde delebant Alij à verbo Lino deducunt, quod in ſcribendo atramentum illinitur, hoc eſt, leuiter inducitur chartæ. ¶ Aliquando Litera capitur pro ſcribentis manu. *Cic ad Attic.* Nam Alexidis manum amabam quòd tam propè accedebat ad ſimilitudinem tuæ literæ. ¶ Plurali numero literæ epiſtolam deſignant. {ספר *ſépher.* γράμματα. GALLI. Lettres miſsiues, epiſtre. ITA. *Lettere.* GERM. Brieff/ ſendbrief. HISPAN. *La letra, carta meſſagera.*} Apud poëtas tamen legitur Litera in ſingulari pro epiſtola, γράμμα quoque à Græcis. *Ouid. in Epiſt.* Quam legis ab rapta Briſeide litera venit. [Ignari etiam ſeruilium litterarum. *Senec. cap.*9. *de Tranq.* Littera ſermonis fida miniſtra mei. *Ouid. Eleg.*7. *li.* 3. *Triſt.* Seu per ſcriptas litteras, ſeu per internuntium abire, &c. *Plaut. Ptol. Am.* Non fuit arbitrij littera noſtra tui. *Ouid. Eleg.* 4. *lib.*4. *Triſt.* Litteras facere ſuper re aliqua, (id eſt ſcribere) *Gell. cap.*15. *lib.* 6. *& Plaut. Aſin. ſc.* 1. *a.* 4. Salutem mittit per ceram & linum litteráſque interpretes. *Plaut. Pſeud. ſc.*1. *a.*1. Vt literarum harum ſermonem audie. Expoliunt (liberos) docent litteras. *Plaut. Moſtell. ſc.*2. *a.*1. ¶ Littera pro muſa, Non tamen vt ſunt rurſus mea littera ludet. *Ouid. Eleg.*1. *lib.*5. *Triſt. &c.* Item ad litteram locum dicere. *Epiſt.*676. Litteras ſciſſe Ciceronem negabat. *Senec. Epiſt.*676.] ¶ Vocantur præterea Literæ, λόγοι, diſciplinæ, quæ literarum monumentis continentur. *Plaut. in Trucul.* Literas didiciſti, ſine alios diſcere. Hinc, Dare literis operam dicimus, hoc eſt, incumbere ingenuis artibus, quę literis conſignatæ ſunt. ¶ Literis tinctus, vide Tingo. Ad literam, idem quod ad verbum. *Quintil. lib.*9. *cap.*1. Quem duobus ab eo libris tractatum locum ad literam ſubieci. ¶ Aliquando vſurpatur pro ſcriptura. *Cic. in Verr. act.*3. vt Romam rediit nullam literam pupillo, malam matri eius, nullam tutoribus reddidit, id eſt, ſchedulam nullam ſcripſit, quâ teſtaretur & agnoſceret ſe accepiſſe pecunias, &c. ¶ Ne literā quidem, pro nihil ſcripſit, nullas literas miſit *Cic. Caninio lib.*2. Ille quum ad Thermum de Parthico bello ſcriberet, ad me literam nunquam miſit, id eſt, tantùm abeſt vt ad me literas miſerit, vt ne literam quidem miſerit. Literas attingere, eſt ipſas tractare, ſeu verſari in ſtudiis literarum. ¶ Literæ interiores ſunt abſtruſiores, altioréſque diſciplinæ. ¶ Literæ publicæ ſunt, quas barbari *regiſtra* vocant. Referre aliquid in literas publicas eſt quod barbari *Inregiſtrare* dicunt. * Literæ pro Edicto & mandato Magiſtratus. *Cic. 7. Verr.* Cedo mihi eiuſdem Prætoris literas, & rerum decretarum, & frumenti imperati. *Budæus.* ¶ *Apud Ciceronem* pro ſcriptis & monumentis literarum. *Ad Att.* Quod meis omnibus literis in Pompeiana laude eſſet perſtrictus, id eſt, meis omnibus ſcriptis. *Literam longam facere, pro, laqueo vitam finire, quòd laqueus ſimilitudinem literæ habeat. Plaut. Aulul.* [*ſc.*2. *a.* 3. Nihil eſt melius quam ex me vnam faciam litteram longam, laqueo collum quando obſtrinxero.] Trium literarum homo, id eſt, Fur, *Apud eundem Plaut.* [*Aulul. ſc.*2. *a.*2. Tu trium literarum homo vituperas me?]

Litĕrŭla, diminut. {γραμμάτιον. GALL. Petite lettre. ITA. *Picciola letrá.* ANG. *A litle letter.*} *Cic. ad Tironem lib.*16. Accepi tuam epiſtolam vacillantibus literulis. ¶ In numero plurali pro exigua epiſtola. *Cic. ad Attic. lib.* 14. Etſi noui nihil noſtro more tamen ne patiamur intermitti literulas. ¶ Aliquando eodē numero, pro diſciplinis aut earum ſtudiis. *Cic. ad Tironem lib.*16. Literulæ meæ, ſiue noſtræ tui deſiderio oblanguerunt.

Litĕrātus, Qui literis præditus eſt, literis ornatus, eruditus doctus; {ὁ φιλολογῶν, ὁ περὶ λόγους διατρίβων. GAL. Lettré & ſauant. ITA. *Literato, dotto.* GERMA. Gelehrt. HISPA. *Letrado, hombre de letras.* ANG. *Learned, cunning.*} *Cic. in Verr. act.*3. Circumpedes autem homines formoſos, & literatos, ſuos eſſe dicebat, ſe emiſſe. *Idem Famil. lib.*9. *ad Pæt.* Frater tuus, quem literatiſsimum fuiſſe iudico, facilè diceret. Hic verſus Plauti non eſt, hic eſt. ¶ Literatus etiam dicitur, cui aliquid inſculptum eſt, & ſuperſcriptum. *Plautus in Pœnulo,* Haud ſecùs tu videas literatas ibi epiſtolas, &c. Literatum otium, in quo literis operam damus, *Cic.* 5. *Tuſcul.* Quid eſt enim dulcius otio literato? huius contrarium eſt, Illiteratus: de quo ſuo loco. ¶ Literatulus, diminutiuum eſt.

Litĕrātĭor comparatiuus. *Seneca Quæſt. Natur. lib.*4. *cap.*13. Quid iſtas inquis ineptias quibus nec literatior fit quiſquam, nec melior, tam operosè perſequeris?

Litĕrātē, aduerbium, Doctè, eruditè, eleganter. {παιδευτικῶς, γραμματικῶς. GAL. Doctement. ITAL. *Dottamente.* GERMAN. Kunſtlich. HISP. *Doctamente.* ANG. *Learnedlie, cunninglie.*} *Cic. in Piſon,* Ita enim ſunt perſcriptæ ſcitè & literatè, &c.

[Literalis vel ſcriptilis vox *Diomedes lib.*1.]

Litĕrārĭus, ria, rium. Quod ad literam vel ad literas pertinet. {γραμματικός. GAL. Appartenant aux lettres. ITAL. *Ciò che apparteniene à lettere.* GERM. Das zu den buchſtaben oder kunſten vnd der geſchrifft gehört. HISP. *Coſa para letras, ò perteneſciente ad letras.* ANGL. *Belonging to letters.*} Hinc dicitur ludus literarius. παιδαγωγεῖον, διδασκαλεῖον, in quo adoleſcētes in literis inſtituuntur. *Plin. lib.* 9. *cap.* 8. Ex Baiano Puteolos in ludum literarium itantem &c. id eſt, in ſcholam.

Litĕrātŏr, oris qui leuiter literis tinctus eſt, vel qui prima literarum elementa docet grammaticus. {γραμματιστής. GALLIC. Lettré tellement quellement. ITA. *A'quanto dotto.* GERM. Ein halbgelerhter oder ein wenig gelehrt iſt. HISPAN. *El mal grammatico, ò letrado.* ANGL. *Aſmaterer, thath hath litle skill of good letters.*} Literatorem enim non perfectum literis, ſed imbutum tantùm eſſe docet. *Suet. de claris Grammat.* Vnde apud maiores, quum familia alicuius vænalis produceretur, nō temerè quem literatum in titulo ſed literatorem inſcribere ſolebant, quaſi non perfectum literis, ſed imbutum. [Literator linguæ Latinæ. *Gellius cap.*6. *lib.*16.]

Litĕrātūra, ræ, Eadem quæ grammatica {γραμματική. GAL. Literature cognoiſſance des lettres. ITA. *Scrittura ſcienza.* GERMANIC. Die kunſt der buchſtaben vnnd gſchrifft. HISPAN. *El letrero, conoſcimiento de las letras.* ANGLIC. *Learning, wryting, cuning.*} *Quinti ian. lib.*2. *cap.*15. Nos ipſam nunc volumus ſignificare ſubſtantiam, vt Grammatice literatura eſt: non literatrix quemadmodum oratrix: nec literatoria, quemadmodū oratoria. ¶ Aliquando inuenitur pro literarum ſcientia, & cognitione. *Cic.*2. *Philip.* Fuit in illo ingenium, ratio, memoria literatura, cogitatio, diligentia. De Cæſare. [*Senec. Epiſt.*89. prima illa literatura (vt antiqui vocabant) per quam elementa pueris traduntur. *Cic. in part.* Literatura conſtat ex literarum nōtis.]

Litĕrōsus, a, um, Literatus, {ἐγγράμματος.} *Cæſius Hemina. Annal. lib.*4 Homo mere literoſus *Ex Nunio.* Antiquum.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Lithargyros, {λιθάργυρος.} Corporis metallici genus, quod à Plinio argenti spuma appellatur: quamuis non ex solo argento, verùm etiam ex auri vena fiat, & ex plumbo. ¶ Sunt etiam tria eius genera, Chrysitis, Argyritis, & Molybditis. *Plin.lib.33.cap.6.& Dios.lib.5.*

LITHESIVS, λιθέσιος. Apollo in Mulea, quod in Lapide collocatus sit, à Lithos, sicut Marathesius à Marathos *Steph.*

Lithiasis, is, λιθίασις. } Calculi generatio in vesica per quem vrinæ excretio prohibetur. A verbo Græco λιθιάω, quod est calculo laboro. ¶ Lithiasis præterea dicitur quum in palpebris gignuntur albicantia quædam & dura tubercula lapillorum modo.

Lithizontes, λιθίζοντες, Gemmæ quædam ex genere carbunculorum, liuidius, & languidius lucétes vnde & nomen acceperunt, quod ad lapidum potiùs quàm ad gemmarum naturam accedant. *Autor Plin.lib. 37.cap.7.*

Lithocolla, {λιθόκολλα.} Glutinum quo lapides coniunguntur. Fit autè ex lapide Pario, aut marmore cum taurino glutino. *Hermol.*

Lithoglyphus, pen.cor. {λιθογλύφος. GAL. Tailleur, sculpteur. ITA. *Scarpellino.* GERMAN. Ein steinhauwer/oder bildhauwer. HIS. *Sculpidor ò entallador.* ANG. *A grauer ò entayller.*} Sculptor lapidum.

Lithospermon, {λιθόσπερμον. } Herba est quæ hodie nomine notiore Milium Solis dicitur. Lithospermon ideò scripturn, quòd semina tanquam calculos ferat, candore & rotunditate margaritarum, duritia verò lapidea. *Vide Plin.li.27.ca.11.*

Lithostrotos, pen.pro. {λιθόστρωτος. Græcis. GAL. Pauć de pierres. ITA. *Terrazo, battuto, lastricato di pietra viua.* GERM. Mit steinen oder einen esterich besetzt. HIS. *Elsuelo solado de piedras.* AN. *A place paued whith fine square stones.* } Adiectiuum significans quod lapide est stratum: à nomine λίθος, lapis, & verbo στρώνυμι, sterno. ¶ Hinc Lithostrota dicta sunt quædam pauimentorum genera, quæ ex minutis lapillis sternebantur, colorum diuersitate rerum quarumlibet imaginem exprimente. *Plin.lib.36. cap.26.* Pauimenta originem habent apud Græcos elaborata arte, picturæ ratione, donec lithostrota expulere eam. Et paulò post, Lithostrota cœptauêre iam tùb Sylla, paruulis certè crustis: extatque hodie quod in Fortunæ delubro Prænestę fecit.

Lithotomia, {λιθοτομία,} Lapidicina, quæ & Latomia dicitur à nomine λίθος lapis, & verbo τέμνω, cædo, vel ſæco. ¶ Fuit etiam carceris nomen Syracusis, in quo noxij asseruabantur. Meminit huius carceris. *Thuc.l.6.& sæpius Cicer.in Verrinis.*

Litigator, Litigiosus, Litigo, Litigium, Vide LIS, litis.

Litō, as, Sacrificio facto deos placo, diuinam rem facio, verbum à precibus dictum teste Festo, quas Græci λιτάς vocant. {בפר *chippér.* καλλιερέω. GAL. Impetrer de Dieu par sacrifices. ITAL. *Placare con sacrificij & impetrare.* GERM. Mit opfferen Gott versünen etwas zuerwärben. HISPAN. *Impetrary placar por sacrificio.* ANGL. *To sacrifice, ti obteine by sacrifice.*} *Suet.in Cæsare.* Deinde pluribus hostiis cæsis quum litare non posset, introiit curiam. { Nam & victimas cæsas Diti patri litauit. *Suet.in Othone cap.8.*] Inter Litare & Sacrificare tamen hoc interest, (*inquit Nonius*) Sacrificare est veniam petere: Litare est propitiare, & votum impetrare. *Virgil.4.AEneid.* Tu modò posce deos veniam, sacrisque litatis Indulge hospitio. Sacris (*inquit*) litatis, id est, venia per sacrificia impetrata, vel felicem euentum promittente victima. *Plaut.in Pœn.* Si hercle istuc vnquam factum est, tunc me Iupiter Faciat, vt semper sacrificem, neque vnquam litem. *Cic.pro Flac.* Litemus igitur Lentulo, parentemus Cethego. [Non litante sacrificio. *Suet.in August.capit.96.*] ¶ Aliquando ponitur pro satisfacere. *Pli. in Paneg.* de statuis loquens, illæ autem aureæ, & innumerabiles strage & ruina publico gaudio litauerunt. ¶ Litatò, id est, addicentibus victimis: sicut Auspicato, id est, addicentibus auibus hoc est, lætum rei instituræ exitum promittentibus. *Liu.5.Vrbe*, Non deorum saltem, si non hominum memores, nec auspicatò, nec litatò instruunt aciem diductam in cornua.

Litātō, aduerbium vide LITO.

Litātio, onis, Voti per cæsam victimam impetratio, vel victimæ læta promittentis mactatio. {בפר *chippúr.* καλλίσιμα. GALLIC. Impetration de ce qu'on demande à Dieu. ITALIC. *Impetratione di ciò chesi prega sacrificando.* GERMANIC. Ein erwérbung durch auffopferung / ein versönung. HISPANIC. *Obra de impetrary placar por sacrificio.* ANGLIC. *A pleasing of god with sacrifice.*} [*Plaut. Pseud. sc. 3. a. 1.* Vt ad litationem huic suppetat satias Ioui.] *Liu. 7. bell. Punic.* Per dies aliquot hostiæ maiores sine litatione cæsæ: diúque non impetrata pax Deûm. Huius compositum est Perlito, quòd est perfectè lito. *Gell.* Si hæ res diuinæ factæ ritéque perlitatæ essent, aruspices dixerint omnia ex sententia processurum esse.

Litus, oris, Dicitur terra adiacens mari, quæ fluctibus alluitur: vnde & nomen inuenisse putatur ab alluendo vel allidendo. Nisi si malis à Græco λιτός, quòd scilicet sit terra tenuis. {חוף *choph.* ἀκτή, αἰγιαλὸς ἢ ἀιών. GALLIC. Le bord ou le riuage de la mer ou d'vn fleuue. ITALLIC. *Lito.* GERMANIC. Ein gstad bess meers. HISPANIC. *La ribera del mar ò tierra cerca della.* AN. *The sea bande or shoare.*} Et date naufragio litora tuta meo, (metaphoricè.) *Ouid.Eleg.4.lib.1 Trist.* Præteritque cita Sirenum littora puppi. *Tibul.lib.4.* Dictum autem est litus, quasi lutus à luendo (i. soluendo) quia luuntur vota à nautis in litore, vel quod alluatur fluctu.] Litus (*inquit Cesius.l. Titi.ff.de Verborum significat.*) est quousque maximus fluctus à mari peruenit: idq; M. Tullium aiunt quum arbiter esset, primùm constituisse. Proprie itaq; litus de mari dicitur: ripa, de fluminibus. ὄχθη. *Ouid.1.Metam.* campóque recepti Liberioris aquæ pro ripis littora pulsant. *Sueton.in Neron.* Dispositæ per litora & ripas diuersoriæ tabernæ. Quandoque etiam litus dicitur de fluminibus. *Vir.in Diris*, Littora quæ dulceis auras diffunditis agris, id quod dixit quum de Mincio Mantuani agri fluuio loqueretur. * Litus & ripa, pro eodem accipi videntur *apud Columellam li. 1.cap.5.* Villa semper mare rectè conspicit, quum pulsatur, ac fluctu respergitur, nunquam ex ripa, sed paulum summota à litore. ¶ Sumitur interdum pro agro mari vicino. *Virg.4.AEneid.* cui littus arandum, Cuique loci leges dedimus. ¶ Interdum pro spatio circa aram: à litando, quia ibi litabantur ostiæ. Nam (sicut docet Donatus) nauigantes eundo & redeundo in litore sacrificabant. Si itaque Donato à litando litus dici credimus, videtur vnico t, esse scribendum: quemadmodum etiam à nonnullis scribi videmus. In carmine tamen omnes geminant consonantem. Sed ne hoc quidem videtur necessarium quum nusquam litus correptum in prima inueniatur. Itaque videtur potiùs natura longa esse, quàm ratione geminatæ consonantis licenter produci. Sed de eo Grammatici viderint.

Litoreus, a, um, adiectiuum, Litoralis maritimus, & Litorea domus, quæ in litore aut iuxta litus constructa est. {παράκτιος, ἐπίκτητος. GAL. Qui est sur lebord de la mer. ITA. *Chi è alla spiaggia del mare.* GERMA. Das in den gstad des meers gehört. HISPAN. *Cosa desta ribera.* ANGL. *That is by the shoare or cest of the sea.*} *Martial. lib.10.* Anxuris æquoreî placidos Frontine recessus, Et propius Baias littoreámque domum. Litoreæ aues *apud Virgil. 12. Æneid.* Littoreas agitabat aues, id est palustres.

Litoralis, le, Litoreus, ad mare, maritimus: vt, Litoralis piscis: id est, in litore viuens. *Plin.lib.9.c.17.* Nec litoralibus gratia. Dij litorales. *Catul. de Phasel.* Neque vlla vota litoralibus diis Sibi esse facta.

Litorosus, a, um, {ὁ κατὰ παραλίαν. GAL. Qui est frequẽt au bord. ITAL. *Chi è appresso il lito del mare.* GERMA. Das bey dem gstad deß meers ist. HISP. *Que esta casi siempre a la risbera.* ANGLIC. *Often by the costes or shoares.*} *Plin.lib.37.cap.10.* Calais sapphirum imitatur, candidior, & litorosò mari similis, id est, eum aquæ marinæ colorem referens, qui est circa litus.

Litura, vide LINO.

Lituus, liti, ὁ λίτυος, τὸ μαντικὸν ξύλον ὑπόκαμπες ἐν ἄκρῳ πλάγιον, καμπτὸν ῥάβδος. *Plutarcho*, Baculus incuruus quo sedentes Augures auibus templa designabant. {GAL. Vn baston ou vne verge dequoy vloyent les augures anciennement, vn cor ou cornet. ITA. *Trombetta ricciola verga vsata da gli auguri.* GERM. Ein stab der oben aufs krumb ist/vor zeyten von denn weissageren gebrauchet / die auff der vögten gschrey vnd fliegen achtung trugen vnd augures hiessen. HISPAN. *La trompeta bastarda, ò cierta verga quæ vsauan anticamente en los agueros.* ANGLIC. *A crooked hopne or trumpet.*} *Gell.lib.5.cap.8.* Lituus est virga breuis, in parte qua robustior est incurua. Primus litui vsus à Romulo manasse creditur, qui dum vrbem conderet, huiusmodi baculo regiones direxit, *Cicero lib.1.de Diuinat.* Quid (*inquit.*) lituus iste vester (quod clarissimum est insigne Auguratus) vnde vobis est traditus? Nempe eo Romulus regiones direxit tum, quum vrbem condidit. Qui quidem Romuli lituus, id est, incuruum, & leuiter à summo inflexum bacillum (quod ab eius litui, quo canitur, similitudine nomen inuenit) quum situs esset in Curia Saliorum, quæ est in Palatio, eáque deflagrasset, inuentus est integer. Eadem ferè de hoc lituo scribit *Plutarch. in vita Romuli & Camilli*: Lituus (*inquit*) consecratus est in Palatino colle: quæ ad Gallorum tempora, à quibus capta vrbs incensa est. *Sed postea* expulsis à Camillo hostibus inter altissimas familias illæsus quum ignis omnia consumpsisset inuentus est. ¶ Est præterea lituus, autore *Festo*, buccinæ genus incuruum gracilem edens vocem, quo in bello vtebantur: qua qui canebat, Liticen dicebatur. {σαλπικτής. *Virgil.li. 6.* Et lituo pugnas insignis obibat & hasta. *Lucan.lib.1.* Stridor lituum, clangórque tubarum. *Ouid.3.Fast.* Iam lituus pugnæ signa daturus erat, *Stat.6.Thebaidos.* Et lituis aures circumpullantur acutis.

Liueo, Liuesco, Liuidus, vide LIVOR.

LIVIVS, λίβιος, Nobilis historiæ Romanæ scriptor, patria Patauinus quem Quintilianus Herodoto opponit, vt Sallustium Thucydidi. GERMAN. Ein berümpter gschicht schreiber der Römer. } De hoc Hieronymus ad Paulinum, ad Titum Liuium lacteo eloquentiæ fonte manantem de vltimis Hispaniæ, Galliarúmque finibus quosdam venisse nobiles legimus: & quos ad contemplationem sui Roma non traxerat, vnius hominis fama perduxit. Habuit illa ætas inauditum ómnibus seculis celebrandúmque miraculum, vt tantam vrbem ingressi, aliud extra vrbem quærerent. [Vixit tempore Clodij Cæsaris. *Sueton. in Clud.41.*] ¶ Fuit & Liuius Andronicus, Latinorum poetarum antiquissimus: de quo Diomedes. Constat (*inquit*) apud Romanos primùm Latino sermone Comœdiam Liuium Andronicum scripsisse. *Gell. lib.17.cap.vlt.* Primus omnium T. Liuius poëta fabulas docere Romæ cœpit: post Sophoclis & Euripidis mortem annis plus ferè centum & sexaginta.

Liuor, oris, Color ex pallido nigrescens, quem & plumbeum nonnulli appellant: qualem in contusis corporis partibus videre est, quum fuste, alióve corpori duro ictu illato, exiles venæ contusæ sanguinem ad extremam cutem diffundunt. {חבורה *chabburáh.* μώλωψ. *quasi* }. GAL. Couleur de plomb. ITA. *Liuidore, liuidura color simile à plumbo.* GERM. Die bleyfarb/oder blawe / als die streichmasen sind/bleich vnnd schwartzicht durcheinander. HISP. *El cardenal, color de plomo.* ANG. *Black and blew, of the colour of leade.*} *Plin.lib.20.cap.22.* Illinitur & liuoribus, fuggillatisque cum melle. Hinc Liuorem contrahere, est nigrescere. *Colum.lib. 12.cap.47.* Quia hæc candidior est oliua, quàm ea quæ contusione liuorem contrahit. ¶ Et quoniam talis est color inuidorum, ideò liuor accipitur pro inuidentia. *Luc.lib.1.* Liuor edax tibi cuncta negat. *Claud. l.3.* -rabiem liuoris acerbi Nulla potest placare quies.

Liuidus, da, dum. Propriè is dicitur qui ex ictu fustis, lapidisve plumbeũ colorem in parte læsa contraxit: quod accidere solet exilibus venis ictu collisis, sanguinéque ad cutem diffluente. {μελανδής. GAL. Qui a la cõplexion meurtrie, ou en est de la couleur, ou de couleur de plomb, terchair meurtrie, ou en est de la couleur, ou de couleur de plomb, terné, ITALI. *Liuido, chi ha tuidure, di colore simile al piombo o con liuidura.* GERM. Blaw/der vil blawer streichmasen hat. HISP. *Amarillo ò negro de golpe, cosa cardena.* ANGL. *Verypale as beaten with whippes, wanne.*} *Plin. lib.* Tapsiæ succus fugillatis ac liuidis prodest. Hinc liuidum pro eo quod subnigrum est ponitur: qualis est color plumbi. *Virgil.6.Æneid.* Quidve petunt animæ, vel quo discrimine ripas. Hæ linquunt, illæ remis vada liuida verrunt. Brachia liuida armis. *Horat 1.Carm.Ode.8.* Vorago paludis liuidissima, *Catull.ad Coloniam.* Ora liuida facta digitis, *Ouid. Epist.19.* ¶ Quoniam verò qui inuidia laborant excedentes se olore, hunc colorem contrahunt, liuidus sæpe pro inuido ponitur, *Bucolicum. Martial.lib.1.* Omnibus inuideas liuide, nemo tibi.

Liuidulus, diminutiuum, Subliuidus. ὑπομελανδής. GALL. Vn peu ternẽ. ITAL. *Aliquando liuido.* GERM. Bleichlechtig aufs entel verbunt. HISP. *Cardeno vn poco.* ANG. *Somewhat pale or wanne.*} *Iuuen.Satyr.1.* Pone

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

bant igitur Tusco ferrata catino Omnia tunc quibus inuideas, si liuidulus sis.

Līuco,ues,Liuidus sum,plumbei coloris sum. {πελιδνόω. GALL. Estre terne,ternir. ITA. *Diuenir liuido,inliuidire.* GERMAN. Blawbleich/oder bleierne,ternir. ITA. *Diuenir liuido,inliuidire.* GERMAN. Blawbleich/oder bleifarb sein. HISP. *Ser cardeno.* ANGLIC. *To be pale or wanne.*} *Plin.lib.22.* Cortex vero(scilicet heliostrophi)liuentibus colorem reddit. *Ouid.2. Meta.* Liuent rubigine dentes. Crura liuentia compedibus. *Ouid.2. Amor eleg.2.* Labellis impressis liuere. *Idem 1. Amor. Eleg.7.* ¶Per translationem accipitur pro inuidere. βασκαίνειν. φθονεῖν tractum ab inuidorum consuetudine,aliena fœlicitate pallentium. *Martia.lib.19.* Liuet Carinus,rumpitur,&c. Fata liuentia: *Stat.5. Syluar.*

Līuēsco,is,Liuidus fio. {πελιδνός γίνομαι. GAL. Deuenir terné,ternir. ITA. *Diuenir liuido.* GERMAN. Bleichschwartz werden. HISPAN. *Hazerse cardeno.* ANG. *To waxe pale.*} *Claud.lib.3.* Haud equidem inuideo:nec enim liuescere fas est, Vel nocuisse deos. *Mart.lib.8.* Liuescit nulla caligine fuica,nec odit exploratores nubila massa focos. Digiti liuescunt in pedibus, *Lucret.lib.3.* Huius compositum est Alliuesco.

Līx,licis,Cinis,vox obsoleta. {פּיח *piach* אפר *épher.* κόνις. GAL. La cendre du foyer. ITA. *Cenere.* GERMAN. Esch. HISPA. *La ceniza del hogar.* ANG. *Ashes.*} *Plin.lib.36.cap.27.ex Varrone,* Lix cinis est rogi. *Vel,lix aqua cineri immissa.

Lī ĭuĭă,æ,Aqua in qua lauandi gratia decoctus est cinis. {κονία. GALL. Lessiue. ITAL. *Liscia.* GERMANIC. Laug. HISPAN. *La lexia de ceniza.* ANG. *Lie made of ashes.*} *Columel. lib.12.cap.16.* Sunt qui culmo fabæ exurant,& ex eo,quòd cremarint,cinere lixiuiam faciant. *Et paulò pòst eodem cap.* Deinde in lixiuiæ sextarios,decem salis cyathos & olei cyathum adiiciant. *Et rursum paulò ante,* In olla fictili ampla, præparatam lixiuiam cineris sarmenti calefieri conuenit. *Nonius Marcellus* lixiuiũ effert neutro genere. Lix (*inquit*)cinis dicitur,vel humor cineri mistus. Nam etiam nunc id genus lixiuium vocatur.

*Lixiuum vinum,vel linixum(*inquit Budæus*)*dicitur à Columella,*lib.12. cap.21.* quod Plinius Protopum vocat.

*Lixiuius,adiect.vt lixiuius cinis. *Plin.ib.14. ca. 20.& lib.11.cap.17.* Quidam vt has faciant,in cinere lixiuio,tinguntur protinus quàm detraxere vitibus.

Līxārum,dicti sunt *inquit Sipontinus,* qui vilioris quæstus gratia exercitum sequuntur, vtputa lauandi,aut coquendi gratia à cinere, qui lix antiquis dicebatur,*vt Varronis testimonio docet Plin.lib.36 c.27.* {στιβοφόροι. GALLIC. Qui suiuent le camp pour gagner à leurir, & blanchir ou cuire aux gens de guerre. ITALIC. *Cuochi gente d'arme,saccomanni.* GERMA. Sudelbuben mit kochen vnnd wäschen / schmutzköch. HISPAN. *Los aguaderos que lleuan agua al real,ò que sieruen à otras cosas.* ANGLI. *which follow the men of warre for to gaine some thing by an office, scullions of the kitchen.*} Nonius tamen affirmat antiquos lixam dixisse pro aqua: indeque elixum dictum esse, quòd aqua coctum & mollitum esset:& lixas, qui militibus aquam ad castra vel tentoria solerent ferre. *Silius lib.1.* -Inutile Marti Lixarum vulgus. Scipio apud Liuium, Actium Vmbrum appellat semilixam,quasi semi mancipium,nomine ignominioso. Varro lixulas & semilixulas vocabulo Sabino scribit dici circulos ex farina,caseo,& aqua commistos,olim inter viliora cibaria numeratos.

Līxo, lixas, Aqua coquo:quod tamen apud veteres non facilè inuenies. {בשל *bischschel*, ἑψέω. GALLI. Cuire en eau,faire bouillir en eau. ITA. *Aessare.* GER. Sieden oder kochen. HISP. *Coxer in agua.* ANG. *To seeth.*} Magis in vsu est compositum eius Elixo, quod est eiusdem significationis. Prolixo huc non pertinet. Neque enim fit à lixo,sed ab adiectiuo prolixus,quod componitur ex porrò,& laxus,in i.

Līxŭs, xa,xum, Coctus, elixus,à lixa antiquo nomine,quo veteres aquã significabant,referente Nonio.{ מבשל *mebuschschál.* ἑψητός. GALLIC. Bouilli,cuit en l'eau. ITA. *Bollito,alleſſo.* GERM. Gesoten/gekochet. HIS. *Cozido en agua.* ANGL. *Sodden.*} Frequentiore tamen in vsu est elixus, quemadmodum elixo vsitatius est quàm lixo.

Līxabundŭs, Dicitur qui exiguæ mercedis gratia vilissimis sese obsequiis immiscet, {ἔψοντα ποιεῖν, vel σπυδοφορεῖσθαι.} Tractum à lixarum consuetudine qui vilissima quæque in exercitu munia obibant. *Plautus,* Qui famam tuam lixabundus,& nomen fœdas.

Līxŭs,ixis,Colonia Claudio Cæsare in Mauritania Tingitania instituta, circa quam Poëtarum fabulæ & Antæi regiam,& Hesperidum hortos collocarunt, aurea mala ferentes à dracone peruigili sumina cura asseruata. Cui fabulæ occasionem suppeditasse existimat *Plinius,* flexuosum maris æstuarium,draconis modo nemus quoddam ambiens,nihil præter oleastros ferens,*libro 3.capite 1.* ¶Est & lixis amnis in eadem ora,cuius meminit *ibid.Plin.& Pomp.Mela.*

L ante O

LONG. P. VII. L.P.III. In notis antiquorum,Longum pedes septem,latum pedes tres. L. P. Locus propitius, vel proprius: vel lege punitus:vel,Latini prisci:vel locus publicus,vel priuatus. L. P. C. R. Latini prisci ciues Romani. L. P. D. locus publicè datus. L. P L. lex plebeia vel locus publicus. L. P O S. Lucius Posthumius. L. PR. locus priuatus. L.P V B. locus publicus. L.Q.S. locus qui supra,vel Quos. L. Q.S.E. locus qui supra est. L.R. lex Rom.vel locus religiosus. L.R V. lex rusticana. L.R.I. lex regis iusta. L.S: laribus sacrum,vel sacrorũ: vel locus sacer,vel,Lucius Samius. L.SC. locus sacer. L.S.DEN. Lucius Sicinius Dentatus. L.S.P A L. loca sacra palatij. L T. Lucius Tatius:vel, legem tulit:vel Lucius Titius. LT.PR. Latini patres.

Lŏbæ, In milio Indico dicuntur culmi, siue comæ arundinaceæ semen complectentes. {λόβαι.} *Plin.lib.38.cap.7.* Milium (*inquit*) intra hos decem annos ex India in Italiam est inuectum, nigrum colore, amplum grano, arundineum culmo. Adolescit ad pedes altitudine septem prægrandibus culmis (Lobas vocant) omnium frugum fertilissimum.

Lobrīnī montes, λόβρινα ὄρη, In Phrygia sunt: vnde Rhea Lobrina. *Scholiastes Nicandri.*

Lŏbŭs,bi, {ברל *bedhál.* λοβός.} Ima auricula: ἀπὸ τῶ λαμβάνειν, quòd eam apprehendamus, quemadmodum admonentes. In hepate quoque partes extremæ, & quædam veluti segmenta, venriculum circumquaque amplectentia,lobi dicunt. *Nican.in Ther.* Ἥπατος ἀκρότατον κάρδας λοβοὺς, ὃς τὸ προπίζει, ἐκφύεται. Vbi interpres προπίζει accipit summam soliidámque hepatis partem ex qua lobi dependent.

Lŏcārium, vide LOCVS.

Locellus, vide Loculus, in LOCVS.

Locito, Loco, vide LOCVS.

LOCANVS, Fluuius est Locrorum, in fronte Italiæ, quæ olim magna Græcia dicebatur. *Plin.lib.3.ca.10.*

LOCHIAS, Λοχίας, Promontorium est Ægypti, non procul ab Alexandria,& Pharo *Strabo lib.17.*

LOCORITVM, *autore Ptolem.* vrbs Germaniæ, hodie, Trutonia, vulgò *Forcheim* In Franconia.

LOCOZVS, Λόκοζος, Vrbs Phrygiæ quam Thraces tenuerunt, cognomento Locozij. *Vide Steph.*

LOCRI, orum. Λοκροί. {GERMAN. Völcker in griechenland vmb den berg Parnassum} Græciæ populi, Parnassum montem vtrinque accolentes:quorum qui occiduam incolunt plagam, ad Crissæum vsque sinum pertingentes,medij inter Ætolos & Phocenses, à grauitate odoris Ozolæ,& à situ Hesperij cognominantur: Qui verò Parnassum ad ortum accolunt,ad mare vsque Euboicum extensi,in duplici sunt differentia. Nam hi quidem à Cnemide monte Epicnemidij,illi verò ab Opunte vrbe Opuntij cognominantur. *Autor Strab.lib.9.* ¶Sunt & Locri in extrema Italiæ ora quam magnam Græciam antiqui appellarunt,oppidum incolentes eiusdem nominis ab iis qui Aiacem Oileum ad Troiam sequuti sunt, conditum: *vt annotauit Seruius in illud Virg Æneid.* Hic & Narici posuerunt mœnia Locri. Hi discriminis gratia Epizephyrij cognominantur, quòd supra Zephyrium promontorium siti sint.

LOCRIS, idis, Λοκρίς, Græciæ regio vtrinque Parnasso incumbens: cuius incolæ dicuntur Locri:vt iam dictum est.

Loculatus, Loculamentum, Loculus, Locuples, vide LOCVS.

Lŏcŭs, huius loci, & in plurali num. Loci orum, vel Loca, orum, Quicquid aliquid continet. siue, *vt ait Varr.lib.4.de ling. Lat.* vbi quid consistit, vel vbi aliquid locatur, à Græco, λόχος c in k mutato. {מקום *makóm.* τόπος. GAL. Lieu, place. ITALIC. *Luogo.* GERM. Ein ort. HISP. *Lugar.* ANG. *A place.*} *Virg.8.Æneid.* Hic locus vrbis erit, *Seruius Sulpit.Cicer.lib.4.Epist.* Nos in nobilissimo orbis terrarum gymnasio Academiæ locum delegimus,ibique eum combussimus: posteáque curauimus,vt iidem Athenienses in eodem loco monumentum ei marmoreum faciendum locarent. ¶Frequentissimè etiam accipimus locum pro vice:vt quum dicimus, Loco patris te habeo,hoc est, vice patris,& ea charitate te amplector qua patrem. Sic etiam dicimus, Diligo te in loco germani. *Terent.in Andr.* Si te in germani fratris dilexi loco, [In locum filij superstitem tibi dolorem fecisti. *Seneca cap.1. de Consol. ad Martian.* Item locum vacantem explere (in vicem sun') *Senec. cap. 16. de Consol. ad Mart.* Apud me nihil est Summano loci. *Plaut. Curc. sc. 1.a.3.* Faciam huius diei locique meique memineris. *Plaut.Capt.sc.1.a.4.* Animus nunc mihi est in tuto loco *Plaut. Pseud. sc.5.a.4.* Sine arbitris nobis detis loquendi locum *Plaut.Capt.sc.1.a.2.* Meis date locum fallaciis & hinc amouemini. *Plaut.Pseud.sc.5.a.1.* Det locũ illi qui queat. *Plaut.Pseu.sc.5.a.1.* Loco meliore eũ pones(.i.apud Inferos.) *Senec.c.3.de Consol.ad Mart.* Nõ hinc emigrastis? Quẽ in locũ? *Plaut. Menæ.sc.2.a.5.* Augusta mihi loca, Disque locorum. *Ouid.Eleg. 1.li.Trist.* Vide capillum ratis suo loco compositum est. *Plaut.Mostell. sc.3.a.1.* Fieri non potest,vt idem vno tempore duobus locis sit. *Plaut. Amphitr.* Tempus abire est ab his locis lenoniis. Animum amittunt prius quàm loco demigrent. *Plaut.Amphitr.* ¶Interea loci, Vide Interea. Et *Plaut.Pers.sc.3.a.1.* ¶Adhuc locorum feci faciam sedulò. *Plaut. Capt.sc.3.a.2.* ¶Ex hoc loco ibo ad tres viros.(.i.è vestigio) *Plaut.Asin. sc.2.a 1.*] Loco voluptatis mihi est,loco turpitudinis, loco honoris:id est,voluptuosum,turpe,honorificum. *Valla lib.3.* ¶Mouere aliquem loco,est aliquem de loco suo,vel de dignitate depellere. *Horat. lib.2. Epist.* Audebit,quæcunque parum splendoris habebunt, [*Senec.lib.3. de bell. ciuili,* loco mouere Centurionem.] Verba mouere loco. *Cicer. ad Quint. fra. lib. 2.* Exarsit dolor: vrgere illi vt nos loco mouerent. ¶Accipitur etiam Locus pro natalibus, vel conditione natiuitatis *Sallustius,* Inter suos non obscuro loco natus. [De summo loco summóque genere *Plaut.in Capt.prologo.*] ¶In plurali numero indifferenter dicimus Loca,vel Locos. De neutro genere vbique plurima occurrunt exempla. Masculino genere vsus est. *Virgil.6.Æneid.* Deuenêre locos lætos. *Idem 1. Æneid.* Deuenére locos,vbi nunc ingentia cernis Mœnia. *Gell.lib.6.cap.6.eodem in loco vtroque genere vsus est.* Nam quoniam non ipsæ tantum aues,quæ prosperius præuolant,sed etiam loci quos capiunt, quòd idonei fœlicésque sunt, præpetes appellant:idcirco Dædali pennas præpetes dixit,quoniam ex locis in quibus periculum metuebat,in loca tutiora peruenerat. ¶Loci item sedes sunt argumentorum, quos Græci τόπους vocant. *Cic.libro 2.& 3.de Orat.& in Topicis,* ex quibus veluti ex promptuariis quibusdam petuntur argumenta. ¶Loci etiam in mulieribus dicuntur vascula semen recipientia inter vesicam & intestinum rectum sita, in duos diuisa sinus, vnde & loci plurali numero appellantur: in his(*vt ait Varro*) nascendi initia consistunt. *Plin.lib.11. ca.37.* Fœminis eadem omnia,præter vesicæ iunctus vtriculus. Vnde dictus vterus, quod alio nomine locos appellant,hoc in reliquis animalibus vuluam tantùm dicimus. *Columella tamen lib.6.cap.37.* equarum etiam genitalia vocat locos. Quod si (*inquit*)admissarius iners est in venerem,odore perfricatur detersis spongia fœminæ locis, & admota equi naribus. *Idem etiam lib.8.cap.11.* pauonum loca appellat,in quibus ova nascuntur,Sæpiúsque (*inquit*)digitis loca fœminarum tentanda sunt:nam in promptu gerunt ova. ¶In loco inferiore agere, est ad iudices. De superiore loco agere, est pro rostris. Ex æquo loco agere est in Senatu: vt etiam annotauit Budæus. *Cic. 3 de Orat.* Nã siue de cæli natura loquitur,siue de terræ,siue de diuina vi,siue de humana,siue ex inferiori loco,siue ex æquo,siue ex superiore. ¶Priore loco causam dicere, est ante defendere quã quis accusatus sit. *Cicer.pro Quintio,* Vt ipse causamcapitis,si spõsionẽ fecisset, priore loco diceret. Posteriore verò loco dicere, est vltimo loco dicere quod defensores solebant, qui accusationi respondebant, eámque refutabant. *Idem ibidem,* Quoniã maiores ita constituerunt vt qui pro capite diceret,is posteriore loco causam diceret. ¶Secũdo loco, *à Cicerone, ad Lentulum,* pro præterea ponitur, Facile, *inquit,* secundo loco

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

me consolatur recordatio meorum temporum,&c. Pulchrè etiam dicitur, Si in isto essem loco, si meum esset negotium, si mea res ageretur. *Plautus in Bacch.* Verùm, vt ego opinor, si ego in isthoc siem loco. Dem potius aurum, quàm illum corrumpi sinam. ¶ Ponitur aliquando locus pro statu & fortuna. *Plautus in Bacch.* In eum nunc reuenit res locum,&c. *Terent. in Adelph.* Peiore res loco non potest esse, quàm in quo nunc sita est. *Cic. ad Brutum*, Nostræ res meliore loco videbantur, id est, statu meliore & fortuna. ¶ In loco res posita dicitur, quæ rectè atque ordinepositа, siue collocata est. *Cic. 7. Verr.* Rectè collocata, & iudicio populi in hoc loco posita esse videatur. [¶ Locus bonus,de hospitio. *Senec.cap.23.de vita beata.* Et in loco festiuo festiuè accepti sumus. *Plaut.Pseud.sc.1.a.5.*] ¶ Ponitur interdum locus pro æstimatione, amore, gratia. *Cicer. in Philip.* Quem locum apud Cæsarem obtinuisti? quo numero fuisti? Esse magno loco apud Regem, dixit idem in Epist. *Cæsar 1. Comment.* Qui si iuissent eodem se eos loco, quo Heluetios, habituum. [¶ Locus de laude. *Velleius*, Magnum locum facere operi suo. *Ouid.Eleg.3.lib.4.Trist.* Dat tibi nostra locum tituli fortuna (.i. laudis occasionem.)] ¶ Ponere in loco maledicti, & contumeliæ, est quod barbari dicunt. *capere ad malum & ad iniuriam. Cicer. in Pisonem*, Túne etiam ausus meum discessum in maledicti & contumeliæ loco ponere? Tenere principem locum, est maximo esse in pretio, & autoritare, primúmque dignitatis gradum obtinere. *Cicer. pro Plancio*, Qui in mea salute principem semper locum, autoritatémque tenuistis. [¶ Locum suum relinquere,& locum suum retinere (in acie) *Gell. cap. 6.lib.5.*] ¶ Locus aliquando ponitur pro opportunitate, καιρός. *Cicer. de Offic.* Locum autem actionis, opportunitatem temporum esse dicunt. [*Cæs.lib.1. bell.ciuil.* Dum locus cominus pugnandi daretur (.i. facultas, occasio, opportunitas.) *Liuius lib.9.d.4.* Ne locus esset mortis consciscendæ. *Velleius.* Defuisset fortunæ eius destruendi locus. (i. facultas.] ¶ Loco aliquid quærere, est quærere quando res postulat. *Cicer.in Partit.* Loco tu quidem quæris, sed plenius, &c. ¶ In loco, id est, opportune. *Teren. Heaut.* In loco ego verò laudo. *Cicero Antè quàm iret in Exilium*, Fidei conducit, *inquit*, in loco beneficium retribuere, ¶ Loco dicere, est ordine sententiam dicere, & rogatum. *Cic. 3. de Legib.* Vt loco dicat, id est, rogatus: vt modò,ne sit infinitus. ¶ Locus non est bonitati, id est,bonitas contemptioni est.*Cic.3.de Finib.* Quod ni ita se haberet,nec iustitiæ vllus esset, nec bonitati locus. ¶ Lolum alicui dare, est ipsum admittere, & recipere. *Cic. de Orat.* Hæc turba & barbaria forensis dat locum vel vitiosissimis oratoribus. ¶ Aliquando locus pro tempore, rei spatio agendæ rei. *Terent.in Heaut.* Nam & cognoscendi,& ignoscendi dabitur peccati locus. [*Et Suet.in Augusto.cap.54.* Contradicerem tibi, si locum haberem (i. tempus.) *Item Liuius*, Temeritatem ad id locorum, Infœlicem fuisse. (pro ad id temporis) *libr.5.bell. Pun.& 2.d.5.* Item in vnum locum tres patritii petierunt. *Liuius lib.5.d.4.*(i.) In idem tempus.] Locus preci non est relictus: hoc est, precibus amplius flecti non potest. *Terent. in Andr.* Nihil est preci loci relictum. ¶ Locus etiam in scriptoribus dicitur quæuis operis exigua pars, sed quæ tamen extet,& illustris sit. *Terent.in Prolog. Adelph.* -eum Plautus locum Reliquit integrum, eum hic locum sumpsit sibi in Adelphos.

Lŏcārĭum, locarij, Pretium quod datur in stabulo & taberna pro consistendi potestate. *Varr. lib. 4. de ling. Lat.* {ενοίκιον. GALL. Louage de maison, payement de louage. IALI. *L'affito.* GERM. Das standtgelt/ stalgelt. HIS. *La paga del meson.* ANG. *The price for the setting of an house.*

Lŏcŭlŭs,li, diminutiuum,exiguus & angustus locus. {χώριον. GAL. Petit lieu. ITA. *Luoghetto.* GERM. Ein örtlin. HISP. *Pequenno lugar* ANG. *A litle place.*} *Plaut.Milit.* Sed in cella paululum erat loculi lubrici. ¶ Aliquando loculi dicuntur loculamenta quædam seperata in piscinis, ornithotrophiis, aliorúmve animalium stabulis, in quibus vna quæque seorsum aluntur. σπυρὶ. *Varro lib.3.de Re rust. cap. 17.* Hortensius familiaris noster cùm piscinas haberet magna pecunia ædificatas, ac loculos ita sæpè cum eo ad villam iui. ¶ Sæpe etiam, loculos accipimus pro sacculo in quo pecunia seruatur. {כיס *chis* צרור *tserór.* βαλλάντιον. GAL. Bourse ou gibbeciere. ITAL. *Borsa.* GERM. Ein seckel oder täsch. HISP. *Bolsa*, ò *bolsico.* ANGL. *A bagge of leather.*} *Mart.libr.14.* Hos nisi de flaua loculos implere moneta Non decet. * Stimulorum loculi, id est, vt in loculis seruatur pecunia: ita hic meretur vt in ipso stimuli recondantur, quo vexetur magis. ¶ Interdum etiam loculus. {ארון *arón.* σορός GAL. Sercueil ou coffre en quoy on garde les corps morts. ITAL. *Cataletto.* GERM. Ein todenkgar. HISPAN. *Vasa de la ceniza de los muertos.*} pro capsula, seu conditorio quo mortuorum cadauera conduntur. *Plin. libr.7. cap.2.* Hunc cremari cum reliquo corpore non potuisse tradunt, conditúmque loculo in templo.

Lŏcellŭs, li, id est, crumenula, diminutiuum à loculis. {βαλλάντιον. GAL Petite bourssette, sachet, ou gibbeciere. ITA. *Borsetta, sachetto.* GER. Ein seckelein oder täschlin. HISP. *Bolsico ò coxa pequenna.* ANG. *A litle purse or bagge.*} *Martial.libr.14.*

Si quid adhuc supereſt in nostri fæce locilli,
Munus erit: nihil est: ipse locellus erit.

Lŏcŭlātŭs, ta, tum. Quod habet diuersos locos. {πολυτόπος. GAL. Ayant Plusieurs petits trous & lieux pour mettre plusieurs choses chacune à part. ITA. *Doue sonno piu ripartimenti da porui cose diuerse seperatamente.* GERM Das vil döchlein oder vnderschlechtlein hatt. HISP. *Cosa de muchas bolsas y lugares para guardarlas cosas apartadamente.* ANG. *That hath many places and holes.*} *Varro 3. de Re rust. cap 17.* Nam vt Pausanias & cæteri pictores eiusdem generis loculatas magnas habent arculas, vbi diuersi colores sint, certas sic hi loculatas habent piscinas, vbi dispares discluſos habent pisces.

Lŏcŭlōsŭs, a, um, Quod multos habet loculos seu sinus septo aliquo intermedio distinctos. {πολύθυρος. GALL. Plein de lieux & petits trous. ITA. *Pieno di luoghi.* GERM. Voll thätlinen oder vnderschlächtlinen. HIS. *Cosa llna de muchos lugares y bolsas.* ANG. *Full of places and holes.*} *Plin. lib.15.cap.22.* Sola differentia generum in putamine duro fragilive, & tenui ac crasso, loculoso & simplici.

Lŏcŭlāmēntă, orum, Loca distincta siue capsulæ in quibus aues, apes, aut etiam maiora animalia seorsim nidificare, seu habitare solent: & à loculis deduci videtur. {σπυρὶς. GAL. Petits lieux & troux seperez pour retirer quelque chose, cõme ruches à miel, & où nichent les oiseaux. ITAL. *Luochi diuersi da farui nido gli vccelli.* GER. Besondere vnd vnterscheidne örtlein oder gemächtlein. HISPA. *Caxones ò casillas como del palomar.* ANGLC. *Lockers or any places with litle boxes or holes as a dooue-cote.*} *Colum.lib.8.cap.8.* Vel si non ita competit paxillis adactis tabulæ supponantur,quæ vel loculamenta,quibus nidificent aues, vel fictilia columbaria recipiant. *Idem li.9 cap..12.* Protinus custos nouum loculamentum in hoc præparatum, perliniat intrinsecus prædictis herbis: deinde guttis mellis reipersum admoueat,tum manibus,aut etiã trulla congregatas apes recondat. ¶Ponitur aliquando pro conceptaculo siue theca rei alicuius. *Vitruu.lib.10* .Super autem tertium tympanum planum eadem ratione dentatum, inclusum in alterum loculamentũ collocetur. * Loculamenta appellantur etiam loculi libris digerendis compositi in bibliotheca: *apud Senec.de Tranquill.vitæ cap.9.vbi sic ait,* Apud desidiosissimos videbis quicquid orationum historiarumque est,& tecto tenus extructa loculamenta.

Lŏcŭplĕs, pen. corr. genitiuo locupletis,pen.prod. Dines agri,multas habens possessiones,quasi locorum plenus. [*Gell.cap.5.lib.10.*Locuples dicitur,qui pleraque loca possidet. *Idem ait Ouid.lib.5.fast.*] {עשיר MANIC. Reych/furnemlich an ligenden güteren/ als der vil acker/ matten/ oder gärten hatt. ANGLIC. *Riche.*} *Plin.lib.18.cap.3.*Cognomina etiam prima: inde Pilumni,qui pilum pistrinis inuenerunt: Pisones à pinsendo: hinc & locupletes dicebant, locorum,id est,agrorum plenos. Est autem hoc nomen omnis generis,vt Priscian.censet, & æque in sexto casu, e, vocalem postremam,& i.habet. *Cic. Attic.* Nec moderatior quàm Sylla in pecuniis locupletium. *Idem in Frument.* In prouincia locupleti & referta. *Horat.2. Serm.* In locuplete domo. ¶Neque solùm pro diuite, & loca multa possidenti accipitur, verumetiam pro graui homine atque autoritatis summæ, & exploratæ fidei. Hinc locupletem autorem,testem,fideiussorem dicimus, de cuius fid emerito nemo debeat ambigere, ἀξιόπιστον. *Cic.d.3. Offic.* Accedit eò testis locuples Possidonius. *Et paulò pòst*, Quorum quidem testem non mediocrem,sed haud scio an grauissimum Regulum nolite quæso vituperare. Quem.n.locupletiorem quærimus,quàm principem pop.Rom.qui retinendi officij causa, cruciatum subierit vltrò? Locupletis antithesta sunt Egens,& tenuis. *Cic.4.Verr.* Nam locupletissimi cuiusque census extenuarant,tenuissimi auxerant, *Idem pro Plancio*, Egentes in locupletes armabantur. ¶Locuples oratio,dines verborum, & abundãs, *Cic.3.de Orat.* Inde ille licentior,& diuitior fluxit dithyrambus,cuius membra & pedes,vt ait idem,sunt in omni locuplete oratione diffusa. ¶Locuples etiam aliquando per translationem ponitur pro instructo & copioso. *Cic.1.de Nat.deorum.*Locupletior igitur hominum natura ad beate viuendum, quàm deorum: quòd pluribus generibus fruitur voluptatum.

Lŏcŭpletissĭmē, aduerbium. *In Epitome Sex. Aurelij Victoris in Vespasiano*, Huius inter cætera bona illud singulare fuit, inimicitias oblitus adeo vt Vitelli hostis sui filiam locupletissimè dotatam splendidissimo coniungeret viro.

Lōcuplēto,tas,pen.pro.Dito,locupletem reddo. {עשיר *heheschir.* πλουτίζω. GALLIC. Enrichir. ITA. *Arrichire.* GERMAN. *Reych machen.* HIS. *Enriquescer à otro.* ANGLI. *To make riche,to enriche.*} *Colum.lib.3.* Vt antè perpensum & exploratum habeamus,vt locupletet patrem familiæ vinearum cultus. *Plaut.* Visus est paterna hereditate locupletarier. *Cic. 5.Verr.* Ob hasce res,quoniam te locupletaui, hoc anulo aureo dono. *Idem 1.Offic.* Hique arbitrantur se beneficos in suos amicos visum iri, si locupletent eos quacunque ratione. ¶Huius compositum est Collocupleto,de quo suo loco.

Lŏco,as,Pono,constituo,colloco,repono. {חציב *hitsib* חציב *hitsigh* שם *sam.* τάσσω. GAL. Mettre en quelque lieu,asseoir,poser. ITALIC. *Collocare,porre.* GERM. Setzen/ordnen. HISP. *Poner alguna cosa en lugar.* ANG. *To put in some place,to place,to set.*} *Liuius lib.1.* Castra ab vrbe haud plus quinque millia passuum locat. *Virg.1.Æneid.*hic alta theatri Fundamenta locant alij. *Plaut.in Aulul.* Dum aulam domi locaram perquirit ablatam reperit. *Locare insidias alicui. Plaut.Rud.*Metuo hercle ne illa mulier mihi insidias locet.Id est struat & ponat. *Vitam in* tranquillo locare *Lucret.lib.5.* [Locare aliquem in regno *Liuius lib.1. d.4.* Locatus in terra exercitus idem fecit. *Velleius.* Quod(malum) molli sub veste locatum(.i.In gremio)*Catull.ad Ortalum.* Locare castra. *Liuius lib.10.d.4.*] ¶Interdum ponitur pro elocare & nuptui tradere. {ἐκδίδωμι, γαμετίζειν. GAL. Donner en mariage,marier, ITAL. *Maritare.* GERMA. Zur ehe geben/Verheyraten. HISP. *Casar hija,ò nieta,ò criada.*} *Terent. in Phor.* Quæso quid si filiam suam vnicam locaret? Locare filiam nuptum. *Terent.in Phor.*d xit,Vt potui, virginem nupti locaui huic adolescenti. *Item,*Locare in matrimonium, *Plaut.in Trin.* Vbi erit locata virgo in matrimonium. [Dote cassam & illocabilem, neque eam queo locare cuiquam. *Plaut.Aulul.sc.4.a.1.* Si filiam loneque eam queo locare cuiquam. *Plaut.Aulul.sc.4.a.1.*] ¶ Incassum meam tibi(.i,dederim vxorem) *Plaut. Aulul.sc.4.a.1.*] ¶ Interdum idem est,quod pretio vtendum do. {שכר *sachár* μισθόω. *Item* ἐκδίδωμι, ἐνοικιάζω. GAL. Bailler à loage,loer. ITALIC. *Affittare, appigionare.* GERM. Verleihen vmb gelt. HISPAN. *Arrendar alguna cosa à otro.* ANG. *To hyre or lett out to hire.*} In qua significatione fr. quenter datiuum habet personæ cui quid locatur, cum accusatiuo rei quæ locatur, & ablatiuo pretij: vt Ædes quas in Palatio amplissimas habebas, centum te sestertiis Mutio locasse audio. ¶ Sæpe tamen pretium non exprimitur. *Cic. in Verr.* Menonis nobilissimi hominis vxoris fundus erat colono locatus. [Ornamenta quæ locaui metuo vt possim recipere. *Plaut. Curc.sc.1.a.4.* Perinde ac si agrum sterilem sosim recipere. *Plaut. Amph.*] ¶ Locare alicui operam suam, est diendum loces. *Plaut. Amph.*] ¶ Locare alicui operam suam, est aliquid mercede faciendum suscipere. μισθαρνέω. *Gell. lib.5.cap.3.* Ob quærendum victum ad circumagendas molas,quæ trusatiles appellantur,operam pistori locasse. *Plaut.Tri.* Nam operam meam tribus nãmis ego locaui ad artes nugatorias. Locare alicui opus faciundum, dicitur is qui pro opere faciundo alteri mercedem constituit μισθοῦμι. *Sulpit.Ciceroni,* Curauimus vt iidem Athenienses in eodem loco monumentum ei marmoreum faciendum locarent. [In cædundum illum vna magnum conduxi.E.loces efferundũ:Nam mortuus est. *Plaut.Aulul.sc.5.a.3.*Item Autor sum vt me castrãdũ loces. *Idem Aulul.sc.4.a.1.*]

Interdum

Interdum locare idem est quod collocare, siue impendere: vt quum operam, pecuniamve bene aut male locatam dicimus. *Plaut. Mostel.* [*sc. 3.a.1.*] Nec quicquam argenti locaui tam diu vsquam æquè bene. *Idem Amphitr.* Optume optumo optumam operam das, datam pulchrè locas. [Locare insidias alicui. *Plaut. Aul. sc.4.a.1.* Non tu pudicæ cuipiam insidias locas? *Plaut. Curc. sc.1.a.1.* ¶ Item locari locationes & induci. *Liu. l.9.d.4.*] *Argentum fœnori locare, pro Fœnori dare. *Plaut. Most.*

Lŏcĭto, as, penul. corr. Frequentatiuum formatum à supino verbi loca, a in i mutata. {δανιζω. ἐκδίδωμι.} GAL. Bailler souuent à louage, loër souuent. ITAL. *Spesso appigionare & affittare.* GERMAN. Stäts verleihen/oder ausleihen. HISP. *Arrendar à menudo.* ANG. *To lett out often to hire.* {*Terent. in Adelph.* Agelli est hic sub vrbe paululum quod locitas foras: Huic demus qui fruatur.

Lŏcātŏr, oris. {שכר *socher.* ὁ μισθάριος, ὁ ἐκ διδοὺς.} GAL. Louer qui baille à louage. ITA. *Colui che da à pigione, à fitto.* GERM. Ein verleiher vmb gelt/ oder vmb ein zinss. HIS. *El que arrienda a otro porrenta.* ANG. *A leassour.* {Propriè dicitur is qui rem aliquam pretio vtendam dat: vt Locator prædij vel ædium, dicitur is, qui prædij ædiúmve vsu conductori concesso pretium accipit. Interdum tamen locator is dicitur, qui redemptori pro ŏpere aliquo faciundo mercedem constituit. *Budæus.* Quanquam locator sit plerunque qui pretium accipit: & conductor qui dat: vt sit locator dominus conductor inquilinus: tamen nonnunquam viceversa euenit, vt locator pretium det, conductor accipiat. *Plin. lib.7.cap.52.* Romæ quoque Corfidium materteræ suæ maritum, funere locato reuixisse, & locatorem funeris ab eo elatum.

Lŏcālis. {τοπικὸς.} Vt aduerbia localia apud Probum.

Lŏcālĭter. {τοπικῶς.} *Diomedes Grammat. lib.1.* Aduerbia localiter posita

Lŏcātĭo, onis, verbale. }(Conductio: Propriéque eius est qui pretium accipit. {ἐκμίσθωσις.} GAL. Loage, bail à loage. ITALIC. *Locatione, il dare à pigione.* GERMANIC. Ein auß theilung. item ein verdingung. HISP. *Arrendamiento.* ANG. *A letting out to hire.* } *Cic.3.Ver.* Hic istius scelerata locatione nefarióque latrocinio, bonis patriis fortunisque omnibus spoliatus, venit in iudicium. *Idem ad Attic.lib.*4. Disturbata porticus Catuli quæ ex s.c. coss. locatione reficiebatur, & ad tectum pene peruenerat. ¶ Inducere locationem, est irritam facere locationem, tabuláque de locatione confectas interlinire, aut discerpere. *Cic. ad Attic.lib.*1. Asiani qui de Censoribus conduxerunt, questi in Senatu, se cupiditate prolapsos nimium magno conduxisse, vt inducerentur locatio, postulauerunt. [Locari locationes & induci. *Liuius lib.* 9.d.4.]

Lŏcūsta, stæ, Insecti genus est, infirmas habens alas, tam modicis se volatibus è terra attollens vt saltare potiùs videatur quàm volare. {ארבה *arbeh ἀμὶς.*} GA. Vne langouste, vn sautereau, ou sauterelle. ITA. *Caualetta.* GER. Ein hŏwschreck. HISP. *Langosta.* } In Africa & Syria maiore corpore nascuntur, firmioribúsque alis: tanta autem copia, vt herbas, messésque omnes, aut erodant aut tactu adurant. Quinetiam & maria transuolare dicuntur, & absumptis domesticis omnibus externa pabula quærere, non sine infausto præsagio eorum ad quos penetrarint. In India monstrosæ magnitudinis nasci traduntur, vt interdum trium pedum longitudinem excedant: ex quorum femoribus & cruribus quum inaruerint, serræ solent confici. *Vide plura de his apud Plin. lib.11.cap.29.* ¶ Locusta etiam piscis est ex genere crustatorum; corpore longo, cornua ante oculos bina longa & aspera habens: dictus à similitudine terrestris. *Plin. lib.9.cap.30.* Locustæ fragili crusta muniuntur in eo genere quod caret sanguine. Latent mensibus quinis: & veris principio senectutem exuunt anguium more, renouatione tergorum. Cætera in aquis natant: locustæ reptantium modo fluitant. Si nullus ingruat metus, recto meatu, cornibus, quæ sunt rotũditate prępilata, ad latera porrectis: in pauore, in latera procedunt. Cornibus inter se dimicant. Vnum hoc animal, nisi viuum feruenti aqua incoquatur fluida carne non habet callum. [*Sueton. In Tiber. cap.* 10. Locusta prægrandis lacerat os piscatoris.]

Lŏcŭsta, Venefica fuit Neroni grata, ex Galliis euocata: cuius opera Agrippina Claudium & Nero Britannicum de medio sustulerent: *Tacit. lib.11. & 12. Iuuen. Satyr.1.*

Institúitque rudes melior Locusta propinquas,
Per famam, & populum nigros efferre maritos.

Lŏcūtĭo, Locutor, Locutuleius, vide LOQVOR,

Lŏdix, cis, pen. prod. Lecti operimentum. {כסוי *chesúi.* στρῶμα.} GA. Loudier ou grosse couuerture de lict. ITA. *Coltre, schi tuina, coperta di letto.* GER. Allerley bedecken als teintach/ganteren/&c. HI. *La manta ò coberto de cama.* ANG. *A banket for a bed.* } *Iuuen. Satyr.6.* Ζωῆ. καὶ ψυχῇ modò sub lodice relictis Veteris in turba. [*Vide Martial. epigr.* 148. *lib.* 14.]

Lŏdĭcŭla, læ, diminut. {ἱμάτιον καὶ ὀστέον τὸ στρῶμα.} GAL. Vn petit loudier, ou couuerture de lict. ITA. *Picciola schiauina ò coltra.* GERMA. Ein teinechtlin. HIS. *Pequenna manta ò cobertor de cama.* ANG. *A litle blanket.* } *Suet in Augusto,* Ita vt in extremis spatiis subsultim decurreret festiculo, vel lodicula inuolutus.

Lœdorĭă. {λοιδορία.} cum accentu in penultima; A Græcis dicitur mordax conuitium, differtque à scommate, quòd hoc sit mordacitas quadam vrbanitate & ioco adumbrata: lœdoria verò apertum, amarulentúmque conuitium, nulla vrbanitatis specie velatum. *Vide Macrob. in Saturn.*

Lŏĕmĭus, λοίμιος, Apollinis cognomen; quod ei Lydij imposuerunt ob malorum expulsionem, finita pestilentia. Nam pestem Græci λοιμὸν appellant.

Logarium, Logeum, Logica, Logió, Logistæ, Logisterium, Logistice, Logistoricus, Logodædalus, Logographi, Vide LOGOS.

Lŏgŏs. {דבר *dabár* מעם *tá'am* λόγος.} GAL. Parole, rai sonnement. ITA. *Ragionamento, parola, ragione.* GE. Ein red oder wort: item die vernunfft. HI. *Razon palabra, razonamiento.* ANG. *Speache, a word.* } Apud Græcos modo sermonem significat, modò verbum modo rationem. *Hieron. ad Paulinum,* Logos Græcè multa significat, nam & verbum est & ratio, & supputatio, & causa vniuscuiusque rei, per quam sunt singula quæ subsistunt. Augustin. contra hæreses, Hermes, qui Latine dicitur Mercurius scripsit librum qui λόγος τέλειος appellatur, id est, verbum perfectum. ¶ Λόγους item Græci vocant operis tomos, siue sectiones, quos & libros Latinè appellamus. ¶ Habet & alias notiones apud Græcos, quæ ad nostrum institutum nihil pertinent. Hoc tamen hic præteundum non fuit, logos etiam à Latinis scriptoribus vsurpari, pro verbis futilibus & ad nihil prorsus conducentibus. *Cic. Gallo.* Ego te certò scio omnes logos qui ludis dicti sunt, animaduertisse. [*Plaut. Menæc. sc.2. g.* 5. Loquere paucis, non longos logos. Logos Æsopæos, pro Apologos. *Senec. cap.*18. *de Consol. Ad Polyb.*] *Terent. in Phorm.* Fœneratum istud beneficium tibi pulchre dices. D. Logi, (id est, ridicula dicta, & verba inutilia.) ¶ A logos fiunt. Catalogus, epilogus, dialogus, elogium, analogia, & prope infinita alia.

Logarion, {λογάριον.} GALL. Petit conte, ou petit regiſtre. ITAL. *Picciol conto, picciol registro.* GERMA. Ein regiſterlin oder rechenbüchlin täglichs zuſogebens. HISPA. *Pequenna cuenta, ò pequenno registro.* ANGL. *A litle counte.* } *apud Vlp. l.3. de penu legat.* accipitur pro leuioribus minutioribúsque rationibus, quales iis de rebus, quæ quotidie in vsum familiæ erogantur, in aduersariis solent conscribi. *Verba Vlpian.* Sed & chartas ad ratiunculam, vel ad logarion paratas, contineri appellatione Penoris.

Lŏgēum, pen. prod. λογεῖον. Pulpitum in scena, in quo chorus Tragœdiarum & Comœdiarum (quoad Comœdiæ chorum habuerunt) cæteríque personam non habentes, fabulæ subseruiebant. *Vitur hac voce Vitr. lib.* 5.

Lŏgĭcă, cæ, & Logice, ces, Instrumentum est, cognoscendi, siue cognitionis, & ratio verum inquirendi, cuius omnino finis est inquisitio veritatis. {λογικὴ. GALLI. Logique, dialectique, science pour disputer. ITALIC. *Logica, dialettica, arte da disputare.* GERM. Die kunſt so da lehret sich artlich mit einanderen vnderreden vnd die warheit ergründen. HIS. *La logica, arte de disputar.* ANGLIC. *Dialectik, logick, the art of reasoning.* } Nonnulli Græcæ vocis etymon reddentes, rationalem philosophiæ partem appellant. *Cic. de Fin.* Iam in altera philosophiæ parte, quæ est quærendi ac disserendi, quæ λογικὴ dicitur, iste vester, vt mihi quidem videtur, planè inermis ac nudus est. *Ibidem,* Totaque est logice, quam rationem disserendi voco, *Boethius in comment. Top.* Hæc est, (*inquit*) disciplina quasi disserendi quædam magistra, quam Logicen veteres Peripatetici appellarunt, continens in se inueniendi, iudicandíque peritiam.

Lŏgĭcă, orum, neut. gen. plur. nu. *Cic.* 4. *Tuscul.* Habes ea quæ de perturbationibus enucleate disputant Stoici, quæ logica appellant, quia differuntur subtiliùs.

Lŏgĭŏn, pen. corr. λόγιον, Græci oraculum appellant, præsertim soluta oratione editum. Nam quod carmine respondebatur, χρησμὸν potiùs nominant: *vt post Suidam annotauit Calius Rhodig. lib.7. cap.* 6.

Lŏgīstæ, λογισταί, Supputatores siue æstimatores dicuntur, ἀπὸ τοῦ λογίζεσθαι, quod est rationes subducere, æstimare, seu rem aliquam diligenter expendere. ¶ Athenis Logistæ magistratus erant quorum munus erat expędere quæ in magistratu quiuque gessisset. Aristophanis tamen interpres, Logistas eosdem fuisse existimat cum Agoranomis, quorum munus persimile Ædiles Romæ exercebant.

Lŏgīstĭcĕ, es, λογιστικὴ, Ars supputandi quam vulgus *Abacum* vocat ἀπὸ τοῦ λογίζεσθαι, quod est supputare & calculum subducere.

Lŏgīstĕrĭum, λογιστήριον, Locus in quo exercitus recensetur, militíque stipendium penditur. *Iulius Pollux,* inter Athenienſium dicasteria numerat & Logisterium: interpretatúque locum fuisse in quo Logistæ cõsidere, & muneri suo vacare consueuerint.

Lŏgīstŏrĭcus; Liber fuit Varronis sermonum; & dictorum insignium narrationem continens. *Gell. lib.*4. *cap.*19. Marcus Varr. in Logistorico scripsit, &c. *Macrob. lib.3. Saturn.* Varro in Logistorico qui inscribitur Martius de Fortuna.

Lŏgōdædălus, λογοδαίδαλος, Qui inanem verborum ornatum, non rerum pondus sequitur: siue qui captiosa, artéque composita oratione, alium in fraudem conatur inducere. *Cicer. in Orat.* Hæc tractasse Thrasymachum Chalcedonium primum, & Leontinum ferunt Gorgiam. Theodorum inde Byzantium multósque alios quos λογοδαιδάλους appellat in Phædro Socrates.

Lŏgŏgrăphi, pen. corr. λογογράφοι, teste Suida, dicuntur qui acta iudicialia excipiunt. Cuius sententiæ subscribit & Ammonius ἀκέχυται. καὶ διαφέρει λίξεων: cuius hæc sunt verba, λογογράφοι εἰσὶ, ὁ τοὺς δικανικοὺς λόγους γράφοντες. Demosthenes tamen & Æschines vocem hanc in deteriorem partem ferè vsurpant, magníque conuitij loco sese mutuò λογογράφους appellant. *Meminit horum Arcadius l. vlt. §. 1. C. de mun. & hon.*

Lŏlīgo, pen. prod. genitius loliginis, Piscis genus, à volatu dictum, *teste Varr.* {τεῦθις} Theodoro. GALLI. Vn poisson qu'on appelle cale: mar ou tante. ITA. *Pesce calamaio.* GERMAN. Ein meerfisch der schwartz blut hatt wie dinten. HISPA. *El calamar pescado conocido.* } Nam (*vt ex Trebij Nigri sententia scribit Plin. lib.32. c.2.*) tanta interdum multitudine è mari euolant loligines, vt nauigia demergant. Coëunt linguis quemadmodum & sepiæ, componentes inter se brachia, & in contrarium nantes: pariunt autem ore. Itali hodie à thecæ calamariæ similitudine, *calamarium* appellant. Habent enim duo ossicula, quorum alterum calami, alterum gladioli perspicui pellucidíque imaginem refert. Ad hæc cruorem habent nigrum atramenti similitudine. Vnde succum loliginis pro liuore hominis parum candidi posuit. *Horat. 1. Serm. Satyr.* 4. -hic nigræ succus loliginis, hæc est Ærugo mera. *Vbi Porphyrio,* Ex loliginis succo liuorem mentis vult intelligi: ex ærugine, venenum. Prima huius dictionis syllaba semper producitur, ídque contra naturam primitiui Volo, quod priorem corripit. Vnde nonnulli in carmine geminato l scribunt lolligo.

Lōlīgūncŭlă, diminutiuum, τεῦθίδιον, *Plaut. in Casina,* Emito sepiolas, lepidas, loliguncúlas, &c.

Lŏlĭum, lij, Herba est hordeo similis (cuius etiam vitium esse putatur) in segetibus nascens. Gallis *Turæa,* ab inebriãdo dicitur. {קצח *kétsach.* ἄγρος ζιζάνιον. GAL. Yuraye. IT. *Imbriaga, loglio.* GER. Latich/dort. HIS. *El ioyo ò vallico.* ANG. *Cockle a mong corne.* } *Virg. 1. Georg.* Infœlix lolium, & steriles dominãtur auenæ. *Plin. lib.18. ca.17.* Nam lolium, & tribulos

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

& carduos, lappásque non minus quàm rubos inter frugum morbos potius, quam inter ipsius terræ pestem numerauerim. [Miror lolio victitare te, tam vili tritico. (quia luticiosus.) *Plaut. Merc. sc. 3. a. 2.*] ¶ Lolio victitare dicuntur, qui vitu sunt imbecillo. nocet enim oculis lolium, propter vapores acres quos in cerebrum attollit. *Ouid. 1. Fast.* Et careant lolijs oculos vitiantibus agri.

Lŏlĭāceŭs, a um, Quod ex lolio est. {αἰρινος. GAL. D'yuraye. ITA. *Di loglio.* GERM. Lulchin/dorchin. HISP. *Di ioyo ò vallico.* ANG. *Of cockle.*} vt, Farina, loliacea.

Lŏlĭārĭŭs, a, um, {αἰρινὸς. GAL. Appartenant à yuraye. ITALI. *Pertinente à loglio.* GER. Das zů dem tulch gehört. HISP. *Perteneſciente à ioyo ò vallico.*} vt, Cribrum loliarium, quo lolium ex frumento excernitur. *Colum. lib. 8. cap. 5.* Cribro viciario, vel loliario, qui iam fuerit in vsu, pulli superponantur.

Lŏlĭŭs, Genus pisci admodum parui, & facie à loligine diffidens. *πωτὸς. Vide Hermol. in Plin.*

Lomentum, ti, Farina fabacea, qua ad eruganda corpora vsa est antiquitas. ἐρεμμὸς. GALL. Farines de feues. ITAL. *Farina di fane.* GERM. Bonenmäl. HISP. *Harina de las hauas.* ANG. *Beane meale.* } *Martialis lib. 3.* Lomento rugas vteri quod condere tentas. *Plin. lib. 22. cap. 25.* de faba loquens, Lomento, *inquit*, ex aceto decocto, tumores maturat, atque aperit. ¶ Est item lomentum coloris quoddam genus, quod in vsum pictorum ex cæruleo confici solet. *Plin. lib. 33. cap. vlt.* Ex cæruleo fit, quod vocatur lomentum: perficitur id lauando terendóve: & hoc ex cæruleo candidius. *Et paulò pòst*, Est & subtilissimum genus lomenti (quidam tritum vocant) quinis assibus æstimatum. Postremum hoc genus à Græcis proprie λείαμα appellatur.

Lŏnchītĭs, {λογχῖτις. GAL. Espece de plantain qu'on dict long plantain ou lancolee. ITAL. *Herba di lungo gambo.* GERM. Ein kraut dises nammens nitt einerley art/denen eines genampt wirt ſpicant. HISPA. *El carmel yerua nota.*} Herba est in locis sitientibus nascens, foliis porri, ad radicem rubentibus, flores habens ceu galericulos, personis comicis similes, paruam exerentes linguam: semen verò inuolucris clausum triangulum, & lanceæ simile: vnde sibi nomen vendicauit. Non esse autem eandem cum Xiphio, seu Phasganio (vt hactenus à Dictionarij huius concinnatoribus perperam creditum est) apertissime docet *Plin. lib. 25. cap. 11.*

LONDINIVM, λονδίνιον, *Ptolem. lib. 1. cap. 3.* siue vt aliis placet, Londinum, Britanniæ insulæ metropolis. Vulgò. *Londres.* {GERMA. London.}

Lōngāno, onis, A quibusdam appellatur intestinum rectum, à crasso intestino quod κῶλον appellant, ad iedem vsque porrectum, ipsumque è directo incumbens. {ἀπὸ τοῦ μήκους ἐπιτεταμένον.} Ratio nominis inde tracta est quòd in longum protendatur, nullis orbibus implicitum, vt cætera intestina. *Apicius*, Longanones porcinos ex rure Tarentino, fartos cunctos in cinere pullorum.

Lōngæŭus, Longanimis, vide LONGVS.

[Longinus, *Sueton. in Neron. cap. 37.* meminit Cassij Longini Iure consulti.]

LŌNGOBĀRDĪ, Populi Cisalpinæ Galliæ à Germanis oriundi & à barbarum prolixitate cognominati. {GERMA. Die Lamparter/die volcker in Italia vmb Meiland vnd den Padum.} Hi relicto Oceano vltimisque Germaniæ oris, Albino duce Italiam ingressi, breui omnes penè citerioris Galliæ vrbes cepêre. Ibi quum ducentis annis regnassent, à Carolo Magno superati sunt. Alij arbitrantur Longobardorum gentem ex Lingonibus & Bardis, hoc est Gallis coaluisse: quemadmodum Celtiberi ex Celtis Galliæ populis & Iberis creduntur commisti: idcóque Lingobardos potius appellandos putant.

LONGONE, λογγάνω, vrbs Siciliæ. *Steph.*

Lōngo, gas, μακρύνω, μακρώω, quanuis non sit in vsu, habet tamen compositum in frequenti vsurpatione habita, quæ sunt, Elongo, prolongo, quod est protraho. *Plaut.* Quæ mihi anus prolongat promissa.

Lōngŭs, ga, gum, Propriè (*inquit Nonius*) idem quod per planum porrectus. {ארוך *aruch* ארך *árech*. μακρὸς. GAL. Long. ITA. *Longo*. GER. Lang. HISPA. *Luengo*. ANGL. *Long.*} *Virgil. 3 Georg.* Tum longo nullus lateri modus. ¶ Nonnunquam idem quod in altum erectus, hoc est, procerus. *Virgil. 9. Æneid.* Stant longis innixi hastis, & scuta tenentes. *Plautus Trin.* -qua facie est homo? S. Sesquipede quidem est quàm tu, longior. Longis pedes septem. *Plinius*, In hoc cæli circumplexu æquinoctij die media, vmbilicus, quem gnomonem vocant, septem pedes lõgus, vmbram non amplius quatuor pedes longam reddit. Longus pedum quatuor: *Columella*, In morem orti areas latas pedum denũm, longas pedum quinquagenũm facito. *Idem*, Atque ita mense vltimo Aprilis seritur tantum, quantum singuli cyathi seminis locum occupent, decem pedum longum, & quinque latum. ¶ Per translationem vsurpatum quandoque pro diuturno. *Virgil. 3. Æneid.* & longum Andromache testatur amorem. ¶ Nonnunquam pro prolixo & fuso. *Plaut. in Trin.* Longo sermone vtimur. *Cic. l. 1. de Natur. deorum*, Sed nolo esse longior. Lõgum est, id est, multi temporis. *Cic. 3. Verr.* Longum est dicere quàm improbe fecerit. ¶ Quandoque pro magno: vnde Longiores dies, maiores dicimus. ¶ Quandoque pro pernicioso. *Virgil. lib. 1. Æneid.* Necnon & vario noctem sermone trahebat Infœlix Dido, longúmque bibebat amorem [Longi versus (i.) Hexametri *Gell. cap. vlt. lib. 18.* In quamcunque (formam) me longa receperit ætas. *Tibul. libr. 4.* Cum tunica longa muliebri. *Gell. cap. 10. libr. 6.* Sat sic sunt longæ fabulæ. *Plaut. Pseud. sc. a. 1.* Longi tædia belli mente ferunt placida. *Ouid. 13. Metam.* Longa referre mora est. *Ouid. 13. Metam.* Nimis diu & longum loquor. *Plaut. Pseud. sc. 3. a. 2* Quæ mala sunt longa multiplicata die. *Ouid. Eleg. 6. lib. 4. Trist.* Nisi de te mihi supplicium datur longum diutinúmque à mane vsque ad vesperum. *Plaut. Merc. sc. 6. a. 2.* In longum durauit eis constantia. *Velleius.* Longum est enumerare. *Sueton. in Tib. cap. 61.* Longum erat armari. *Ouid. 2. Fast.*] ¶ Longa dies, pro longo tempore. *Plaut. Epid.* Longa dies animum incertat meum. *Iuue. Satyr. 10.* Longa dies igitur quid contulit? Ne longum faciam, id est, vt breuiter dicam. *Horat. libr. 1. Serm. Satyr. 3.* In longum ducere. *Virg. 9. Eclog.* Cantando nostros in longũm ducis amores. Nimium longi sumus in *Cicer. 2. de Finib.* Sed in rebus apertissimis nimium longi sumus. Nihil mihi longius quàm, id est, nihil mihi molestus aut nihil desyderatius. *Cicer. variis in locis.*

Lōngũm, aduerbialiter, Diu, longo tempore. {μακρὰν GAL. Longuement. ITAL. *Longamente.* GER. Lange weil oder zeit. HIS. *Luengamente.* ANGL. *A long tyme.*} *Mart.* Vtque tuis longum domnũque puerque fruantur Muneribus. *Virgil. lib. 10. Æneid.* non me, quicunque es, inulto Victor, nec longum lætabere.

Lōngē aduerbium, Procul, longo interuallo, longo loci spatio. {μακρὰν. GALL. De loing, loing. ITAL. *Di lungi.* GER. Weit/ferr. HIS. *Lexos ò de lexos.* ANG. *Farre of.*} *Cicer. pro Flacco*, Non longè à gradibus Aureliis hæc causa dicitur. *Ibidem*, Longe omnino à Tiberi ad Caium. *Idem pro sua*, eius simulachrum non longè à Tanagris in templo positum fuit. ¶ Dicitur etiam de temporis interuallo. *Cicer. pro Sylla*, Tempus muneris dandi longe abest. *Idem de Cl. Oratoribus.* Varro vitam Nœuij producit longiùs, Longè, latéque, id est, multis varisque in locis, διὰ πολλῶν. *Cicero 1. de Nat. deorum*, Sed longe lateque collucet. *Idem pro Lege Manilia*, Tantum bellum, tam diuturnum tam longè lateque dispersum. [*Gell. cap. 1. lib. 4.* Supra longè & longe per infinitum. (de præterito.) Quid longissime meministi? *Plaut. Menæ. sc. vlt. a. 5.* ¶ Interdum significat valde. *Sallustius*, Longe mihi alia mens est. ¶ Interdum accipitur pro multò, iungitúrque compatiuo, aut superlatiuo. μακρῷ *Cicer. de Cl. Orator.* Vir longe post natos homines improbissimus. *Idem* alibi, illud homini, longe optimum esse, * *Virg. 9. Æneid.* At pedibus longe melior Lycus. * Positiuis *Excellens* & *Præstabilis* iunctum aliquando reperitur. *Apul. de deo Socr.* Chalcas autem longè præstabilis hariolus. *Idem in Florid.* Longè ante cæteros excellens. Longe princeps, Id est excellentior cæteris. [Vt vellæ fortunæ meis præcedant longe. *Asin. sc. 3. a. 3.*] *Cicer. Brut. lib. 13.* Longè primus. Id est excellentior. *Cicer. 4. Verr.* Longè primus ciuitatis est Epicrates. ¶ Aliquando idem ferè valet, quod procul. [ab eo quod barbari dicunt à longe. *Ouid. Eleg. 1. lib. 5. Trist.* Longe proiectus in oras Sarmaticas. *Catul. de Com. Beren.* An quod amantes non longe à caro corpore abesse volunt? Vitus fum procul iedere, longe à me Æsculapium. *Plaut. Curc. sc. 2. a. 2.* Longeque volantes egitta, *Ouid. Eleg. 10. lib. 3 Trist.*] *Sic Virg. 2. Georg. dixit.* Littora longe resonantia. *Plaut.* Longe habere, hoc est, habere quod procul intendas *In Truculent.* Næ ista stimulum longè habet quæ vsque illinc cor pungit meum, hoc est, habet stimulum longum, vel à longè protensum. Longe prospicere futuros casus, est eos longe ante videre, quàm eueniant. *Cic. de Amic.* Vt nobis longè prospicere oporteat futuros casus Reipublic. Longe gentium, significat omnino longe, sicut nusquam gentium, nusquam locorum idem significant quod omnino nusquam *Cic. Attic. lib. 6.* Tu autem abes longè gentium. ¶ *Lucretius lib. 3.* longiter dixit pro longè. Non vt opinor, id à læto iam longiter errat. *Sosipater lib. 11. institutionum Grammat.** Longiùs, comparat. Longissime super. lat. [Istuc aberat longius. *Plaut. Pseud. sc. 5. a. 1.* Quisque sit à leuo longius hoste locum. *Ouid. Eleg. 4. lib. 4. Trist.*] Longissime abest à vero. *Cicer. 4. Acad.* Longissime pro longum est. *Plaut. Sticho*, -quam dudum in portum huc venies? P. longissime. [Concede huc manata ab istoc quàm potes longissime. *Plaut. Menæ. sc. 2. a. 5.* Quid longissimè meministi? *Plaut. Menæ. sc. vlt. a. 5.*

Lōngŭlŭs, a, um, diminut. {ὑπομήκης, GALL. Longuet. ITAL. *Longhetto* GER. Langlech HIS. *Luenco vn poco.*} vt, Longulum iter. *Cic. ad Attic. libr. 16.* Itaque eo die mansi Aquini, *longulum sane iter*, & via inepta.

Lōngĭūscŭlŭs, la, lum, diminutiuum nomen, Longior siue Longius: idé valens quòd paulo longior. {ὑπομήκης.} *Cic. pro Archia*, Quod epigramma in eum fecisset tantummodo alternis versibus longiusculis. *Plin. lib. 10. cap. 36.* Fœminis (passeribus) longiusculum spatium.

Lōngŭlē, diminutiuum. [*Diomed. lib. 1.*] {μικρῷ πλείονος. GAL. Vn peu long. ITAL. *Vn poco di longi.* GERM. Etwas weitlein wenig ferr. HISP. *Lexos vn poco.* ANG. *Somewal farre of.*} *Plaut. in Rud.* Haud longule ex hoc loco.

LŌNGĬMĂNŬS, ni, Cognomen fuit Artaxerxis Persarum regis, inde impositum, quòd alteram manum haberet longiorem, μακρόχειρ.

Lōngĭpēs, pedis, omnis generis, Longos pedes habens, siue longa crura habens. {μακροσκελὴς. GAL. Haut sur iambes, qui a longs pieds. ITA. *Longo di pieds.* GER. Langfüssig. HISPAN. *El que tiene luengos los pies.* ANGL. *Long footed.*} *Plin. lib. 30. cap. 4.* Bupresti animal ostreum in Italia, simillimum scarabæo longipedi.

Lōngæ̆ŭs, a, um, Annosus, senex, quasi longi æui. {באריכים *baarichim. jammim.* πολυετὴς, μακρόβιος. GALL. Qui vit ou a vescu long temps, de longue vie & duree. ITA. *Vecchio, attemperato, di longa età.* GERM. Alt/wolbetagt. HISPA. *Cosa de luenga edad.* ANGL. *Long lined, of many year es continuance.*} *Virg. 6. Æneid.* Quem tibi longæuo serum lauinia coniux Educet sylui regem, regúmque parentem. *Idem 3. Æneid.* Surge age, & hæc lætus longæuo dicta parenti Haud dubitanda refer. *Cic. in Catone*, O miserum senem, qui mortem contemnendam in tam longæua ætate non viderit.

Lōngæ̆ĭtās, tis, Annositas. {μακροβιότης, πολυετία.} *Macrob. Satur. lib. 7. ca. 10.* Liquor vitalis longæuitate siccarus est.

Lōngănĭmĭs, nime, penult. corr. Qui est perseuerantis animi, æquaniter tolerans quicquid sibi acciderit. {ארך אפים *érech apaiim.* μακροθυμος. GALL. Patient. ITAL. *Paziente d'animo, che volera i casi della fortuna.* GERM. Langmütig. HISPAN. *Paciente y sufrido.* ANG. *That is patient, long suffering.*} Verbum minime latinum.

Lōngănĭmĭtās, Tolerentia, patientia, vox à Theologis introducta. μακροθυμία. GAL. Patience. ITAL. *Toleranza, patienza.* GERMA. Langmütigkeit. HISP. *Paciencia, y sufrimiento.* ANG. *Long sufferance.*} *Hieronymus*, Longanimitas, quæ ibi sustentatio dicitur, à patientia differt. Mimè etiam Latina vox.

Lōngĭtūdo, dinis, prolixitas. {ארך *érech* ארך *árech.* μακρότης, μῆκος. GAL. Longueur. ITA. *Longhezza.* GER. Lenge. HIS. *Longura.* AN. *Length.*} *Plin. lib. 11. cap. 25.* Intelligi autem gracilitate & longitudine. *Cic 9. Phil.* Non enim longitudo itineris, non asperitas viarum, non morbus ingrauescens retardauit. ¶ Accipitur nonnunquam pro longo temporis spatio. *Terent. in Heaut.* Vbi te uidi animo esse omisso, & suauia in præsentia Quæ essent, prima habere, neque consulere in longitudinem, Cœpi rationem, vt neque egeres? neque vt hæc posses perdere. *Cic. 7. Verr.* Noctis longitudo stupris & flagitiis conterebatur.

Lōngĭ-

Lōnginquūs,a,um,Remotus,distans,diuersus.longè disiunctus. {רחוק *rachók* πόρρωθεν,μακρόθεν,ἀποῤῥωθέν-πικός. GAL. Lointain. ITALIC. *Lontano, rachók* πόρρωθεν,μακρόθεν,ἀποῤῥωθέν-πικός. GAL. Lointain. ITALIC. *Lontano, straniero.* GERM. Weit von dannen/ferr. HISPAN. *Cosa delauos.* ANGLI. *Farre of strang.* } *Cic. Marcello*, Non dubito quid præsentes censeant, nos quidem longinqui & à te ipso missi in vltimas gentes. ¶ Aliquādo significat quod in longum tenditur. *Claudianus*, Sic qui vecturus longinqua per æquora merces Molitur tellure ratem. ¶ Aliquando ponitur pro externo & peregrino,ἀλλοδαπός. *Ouidius de Trist.* Si mea longinquus viscera piscis edet. E longinquo & E præsenti opponuntur. *Plin.lib.7.cap.51.* Reperimus inter exempla Clazomenij, animam relicto corpore errare solitam,vagámque è longinquo multa annunciare,quæ nisi à præsenti nosci non possent. Ex longinquo veniens nobilitas dicitur antiqua nobilitas. *Plin.lib.10.cap.42.* Minor nobilitas quia non ex longinquo venit,&c. [In longinquum non sunt mittendæ cupiditates. *Senec. cap.10.de tranq.* *Apud Plautum Amph.sc.4.a.4.* vbi legitur E loco compellemus, *Passerat.* legendum suspicatur E longinquo.] ¶ Ponitur aliquando pro diuturno. *Liu.lib.1.ab vrbe.* Donec ipse quoque longinquo morbo est implicitus. *Plau.in Mil.* Vitam longinquam darent. ¶ Nonnunquam pro lento. *Plaut. Mercat.* Longinquum amanti istud, Longinquus sermo opponitur breui. *Plaut. in Mil.* Breuin' an longinquo sermone? ¶ Longinquum loqui,id est diutius. *Plaut.in Mercat.* Oratio odiosa est,quum rem agas,longinquum loqui. Equidem ad capita rerum peruenias.

Lōngīnquĭtās,ipsa locorum distantia. {מרחק *merchák* διάστημα. GALLI. Lointaineté,longue distance des lieux. ITAL. *Lontananza.* GERM. Die weite oder weitnuß/verrnuß. HIS. *Aquella lexura de lexos.* ANG. *Long distance of place,length of tyme.* } *Cic.ad Cælium lib.2.* In his enim sum locis,quò & propter longinquitatem,& propter latrocinia tardissimè omnia perferuntur. ¶ Aliquando pro diuturnitate. *Terent. in Hecyr.* Hæc mihi nunc cura est maxima, vt ne cui mea longinquitas ætatis obstet,mortémque exoptet meam. *Cæsar.1.bell.Ciuil.* Tamen rei eius moram,temporísque longinquitatem timebat. *Ci.2.de Finib.* Qui autem voluptate vitam effici beatam putabit,quî sibi is conueniet,si negabit voluptatem crescere longinquitate?

Lōngĭlĭco,is,Longus fio. {רחק *rachák* ἐκτανύομαι. GAL. Deuenir long. ITALIC. *Diuentar lungo.* GER. Lang werden. HISPA. *Hazerse luengo.* ANGLIC. *To waxe long.* } *Ennius*, Neque corpora firma longiscunt quicquam. *Nonius.*

Lōngūrĭo,onis,Longus homo,& procerus,à perticæ, quam longurium vocant,similitudine dictus. {גבח *ghabóah.* ἀρτιμανὴς,δόμυγάνης,δόμάνης. GALLIC. Long. ITALIC. *Lungo.* GERMA. Ein vast langer mensch. HIS. *Luengo.* ANG. *A long man.* } *Varr.* Hic qui ante me est,nescio quis longurio. *Priscum verbum.*

Lōngūrĭus,rij,Pertica longior,quæ sepibus hortorum traiici solebat ad eas confirmandas, eadem bellicis in rebus magno vsui ad munienda castra. {סוּס *mot.κημὶς,δολιχὸν.* GAL. Vne longue perche. ITA. *Lunga pertica.* GERMAN. Ein zwerchstang. HISPA. *Hasta ò perriga luenga.* ANG. *A long pole such as lieth ouerthwart in hedges.* } *Varro de Re rust.lib.1.cap.14.* Secunda sepes ex agresti ligno,sed non viuit. Fit autem palis statutis crebris,ac virgultis implicitis,aut latis perforatis,& per ea foramina traiectis longuriis ferreis binis aut ternis, aut ex arboribus truncis demissis in terram deinceps constitutis. *Idem lib.2.cap.7.* Interiicere longurios. *Cæsar.lib.4.bell.Gall.* Ac longuriis, cratibúsque consternebantur. [*Idem lib.3.de bell.ciu. Item lib.2.* Longurij ac furcis.]

LŌPĂDŪSA,λοπάδουσα, Insula inter Siciliam & Libyam è regione Thapsi, cuius meminit *Strabo lib.vii.*

Lŏpās,adis,λοπάς, Genus conchæ marinæ. *Plaut.in Medico parasito.* Addito lopades, echinos, ostreas. Dictæ Lopades à vasis culinarij genere, quod Græci λοπάδα,καὶ λοπάδιον appellant. Bayfius sartaginem interpretatur. Est & Lopas,siue Lope,vestimenti genus : in qua significatione priorem syllabam producit,quum apud Græcos scribatur per ω.

Lŏquŏr, loqueris,locutus,per c.vt Prisciano uidetur,siue loquutus per q.proprie significat,verba qualiacunque profero. Formatur à Græco verbo λέγω,λέλοχα,hinc loquor χ in g mutata. {דבר *dibbér* אמר *amár*, λαλέω,φθέγγομαι. GALLI. Parler,discourir,raisonner. ITA. *Parlare, ragionare.* GERMAN. Reden/sprechen. HIS. *Hablar*, razonar. ANG. *To speake to reason.* } Differunt autem *loqui* & *dicere*,quòd *loqui* sit à natura : *dicere*,eleganter & facundè. Quanquam *loqui* aliquando pro *dicere* positum inuenitur. *Plau.in Menæchmis*, Quos tu parasitos loquere? *Ibidem*, Adolescens quæso loquere tuum mihi nomen. [Quid taces heus tecum loquor. Imò tute tecum. *Plau.Mil.sc.5.a.2.* Quam confidenter loquitur? *Plau.Mostell.sc.1.a.1.* Meam partem loquendi & tuam trado tibi. *Plaut.Asin.sc.1.a.3.* Plus oportet scruum scire, quàm loqui. *Plaut. Merc.sc.5.a.2.* Si quid tu in illum voles loqui, Id loqui licebit (.i. bene dicere) *Plaut.Most.sc.3.a.1.* Nimis diu & longum loquor, (aliàs longè) *Plaut.Pseud. sc.3.a.2.* ¶ Non loquens (.i. Infans, & mutus. *Gell.cap.9.lib.5.*] Loqui ad voluntatem (*apud Cic. in Paradox.*) Id est, Dicere quod libet. ¶ Loqui ad voluptatem est sermone suo voluptatem audientibus afferre,adulari,& grata loqui. *Cic.pro Quintio.* Fatetur se non bellè dicere,non ad voluptatem loqui posse : Cum aduerbiis sæpe iungitur,vt Loqui apertè,liberè,Latinè,magnificè,&c. ¶ Loqui lapides,est ea loqui quæ sic audientis mentem obtundunt, ac offendunt,vt si lapidibus illius caput ferires. *Plau.in Aulul.* Quia mihi misero cerebrum excutiunt tua dicta soror,lapides loqueris. ¶ Loquuntur hoc palàm. *Cic.5.Verr.* Hoc quum palàm Decumam tota prouincia loquerentur. Loquuntur vulgò,id est,vulgi in ore versatur. *Cic.7.Verr.* Quum vulgò loquerentur,suppositum in eius locum, &c. Loquuntur annales,historiæ,hoc est,referunt,commemorant. Loquitur res ipsa,hoc est,apertissima est,& sermone non eget. Loquitur fama, hoc est, homines famam sequuti loquuntur. ¶ Dare aliquem loquendum chartis. *dixit Martialis lib.5.* Quem chartis famaéque damus populóque loquendum. ¶ Composita huius verbi sunt, Alloquor,colloquor,circumloquor,deloquor,eloquor,interloquor,obloquor,præloquor,& perloquor, quorum significata partim suprà explicuimus,partim infrà suis locis exequemur. * Loquier,pro Loqui. *Cicer.ad Atticum lib.12.* Publia ad me scripsit,matrem suam Publio loquier,ad me cum illo venturam. Loqui in eandem sententiam:hoc est,eiusdem esse sententiæ. *Cæs.lib.1.belli ciuilis*, In eandem sententiã loquitur Scipio, Pompeio esse in animo Reip.non deesse, si Senatus sequatur.

Lŏcūtŭs,siue Loquutus,particip. {מרבר *medhabber.* ἐκῶν,φάμενος. GAL. Qui a parlé. ITA. *Chi a parlato.* GERMANIC. Geredt/der geredt hat. HIS. *El que ha hablado.* ANG. *That hath spoken.* } *Hora.l.1.Ep.7.* Vt ventum ad cœnã est,dicenda tacẽda loquutus,Tandé dormitũ dimittitur. *Virg. 1.Æneid.* Sic ore locuta est. [meáque hæc facundia,si qua est, quæ nunc pro domino pro vobis sæpe locuta est. *Ouid. 13. Met.* Sed tu mæsta virum mittens quæ verba locuta est (de querelis.) *Catul.*]

Lŏcūtĭo,siue Loquutio,loquutionis,Sermo,oratio,dictio, genus dicendi. {דברה *dabberáh* אמרה *imráh.* φράσις,λάλησις. GAL. Parole, vn parler,parlement. ITA. *Parlamento.* GERMANIC. Ein red. HISPANI. *Obra de hablar.* ANG. *A saying or speaking.* } *Cicer.in Orat.* Quanquam enim omnis locutio oratio est:tamen vnius oratoris locutio hoc proprio signata nomine est.

Lŏcūtŏr,seu loquutor,Sermocinator,qui loquitur. {דרכר *nidhbár.* λάλος. GALL. Parleur,babillard. ITA. *Parlatore,cianciatore.* GER. Ein tantter/ schwetzer/derjũ vill red. HIS. *Hablador,parlero.* ANG. *That speaketh a babbler.* } *Gel.* Qui sunt leues & futiles & importuni locutores.

Locūtŭleij,Sunt homines in verba prouecti,quos & garrulos, loquaces, blaterones,& linguaces dicimus,quorum lingua tam effusa ad loquẽdum,infrænisque est,vt teterrima quadam colluuione verborum fluat semper;& æstuet. { ἀδυρόγλωσσοι. GAL. Grands parleurs,babillards. ITA. *Cianciatori,gran parlatori.* GERM. Klafferig/ schwätzig / klapperer / denen stäts das maul geht. HIS. *Habladores,parleros.* ANG. *Babblers or pratlers.* } *Gell.lib.1.cap.15.*

Lŏquācĭtās,atis,Multiloquium,inanis & immodica garrulitas. { πολλαγλωσσοφλυαρολογία, GALLI. Trop grande abondance de paroles, trop parler. ITA. *Ciantare,chiarlare,parlare souer chio & vano.* GE. Schwätzigkeit/ vnnutz geschwätz. HISP. *Obra de mucho hablar.* ANGL. *Babling,much talking.* } *Cic. Torquato.* Facit autem non loquacitas mea, sed benevolentia longiores epistolas. *Idem ad Attic.lib.7.* Loquacitati ignoscès, quæ & me leuat ad te quidem scribentem,& elicit tuas literas.

Lŏquācĭto,tas,Multùm loquor. {נרכר *nidhbár.* πολυλογῶ. GAL. Parler beaucoup,caqueter. ITA. *Parlar molto.* GE. Vil klapperen oder schwetzen. HISP. *Hablarmucho.* ANG. *To bable,to speak much.* } *Hieronym.* Si quando mulierculæ de diuitiis propriis,de filiis,de vestibus, de mundi vanitatibus garrulando loquacitent,vt moris est eis,frangantur. Vox noua est,quam apud veteres non facilè inuenias.

Lŏquāx,cis,Verbosus,garrulus,loquendo importunus. {נרכר *nidhbár.* λάλος,πολυλόγος. GAL. Caquetteur,babillart,grand parleur. ITALIC. *Cianciatore,che parla molto.* GER. Schwetzig/klepffig. HISP. *Cosa mucho habladora.* ANG. *That babbleth.* } *Cic.pro Cluent.* Præterea seruum illum Nicostratum,quem nimiùm loquacem fuisse, ac nimiùm domino fidelem arbitrabatur,&c. *Idem lib.2.de Orat.* Quare istam artem totam dimittamus,quæ in excogitandis argumentis muta nimium est,in indicandis nimium loquax. Hinc corui & aliæ aues quæ humanam vocem imitantur,loquaces dicuntur. [Loquaces multùm omnes habemur mulieres. *Plaut.Aul.sc.2.a.1.* Indocilique loquax guttute vernat auis. *Ouid.Eleg.12.lib.3.Trist.*]

Lŏquācĭŏr,comparatiuum,λαλίτερος,& superlatiuum loquacissimus. {λαλίτατος. } *Cicer.de Senect.* Et senectus est natura loquacior. *Idem pro Flacco*, Repentè homo loquacissimus obmutuit.

Loquācĭtĕr,aduerbium. } λαλητικῶς, ἀδολέχως. GAL. Auec trop grande abondance de paroles superfluës. ITALIC. *Da cianciatore.* GERMANIC. Schwetzigklich/ mit vil vnnutzen tanden. HISPANIC. *Parleramento con muchas palabras.* ANGLIC. *Eablinglie with much talk.* } *Cicero pro Muræna*, Quid huic tàm loquaciter litigioso responderet ille?

Loquēlă,loquelæ,Sermo quem loquendo proferimus. {דבכה *dabberáh* אמרה *imráh*,λαλία. GAL. Parole. ITA. *Parola.* GER. Die red. HISP. *Habla.* ANG. *Speache or talk.* } *Catullus*, Verbosa gaudet Venus loquela. Interest tamen inter loquelam & sermonem, quod sermo omnium est, loquela cuiusque gentis propria dialectus : quemadmodum autor est. *Corn.Fronto, de different.vocab.* [*Ouid.Eleg.3.lib.5.Trist.* Græcáque quod Getico mixta loquela sono.]

Lŏquēntĭa,tiæ,& Loquium, quanuis á loquor deducantur, non tamen eis veteres vtuntur,nisi in compositione.vt Breuiloquentia, breuiloquium inultiloquentia:multiloquium, magniloquentia, magniloquium. Similiter magniloquus, multiloquus, stultiloquus, blandiloquus,& huiusmodi quæ habent pen.corr. λάλησις,λαλιά. Valerius Probus tamen,*teste Gell.lib.1.cap.15.* affirmat,Sallustium loquentiam vsurpasse pro loquacitate. Sic enim legit,Satis loquentiæ,sapientiæ parum; Vbi tamen vulgo legitur,Satis eloquentiæ.

Loquītŏr,aris,Garrio multum loquor, verba multa inaniter profundo. {נרכר *nidhbár.* πολυλογέω. GAL. Parler beaucoup. ITA. *Cianciare, parlar molto.* GERMANIC. Tanden/vnnutz geschwetz treiben. HISPANI. *Hablar mucho.* ANG. *To speake muche.* } *Plaut.in Bacchid.* Eho tu loquitatúsne es gnato meo male? Vsus est hoc verbo & *Apuleius in Floridis.*

Lōrā,æ,siue Lorea : Genus potionis est,quam Græci δευτερίαν appellant quasi secundariam:velut apud nos tertiaria per vini caritatem : nam δεύτερον apud Græcos secundum dicitur. { GAL. Vin de despense, buuette. ITALIC. *Vino leggiero.* GERMANIC. Leurentranck. HISPANI. *El vino aguapie.* ANGLIC. *A small or thinne vine.* } *Plin.lib.14. cap.10.* Non possunt iure dici vina,quæ Græci δευτερίας appellant,Cato & nos lorum,maceratis aqua vinaceis,quanuis inter vina operaria numerentur. Tria corũ genera Primũ decima parte aquæ addita,quę musti expressa sit,& ita nocte & die madefactis vinaceis,rursúsq; prelo subiectis. Alterum,tertia parte eius quod expressum sit,addita aquæ, expressóque decocto ad tertias partes. Tertium fæcibus vini expressum,quod fæcatum Cato appellat. *Varro de vita populi Romani*, Antiquæ mulieres maiores natu bibebant loram. Dicta lora quasi lota,quòd fiat ex vinaceis aqua dilutis. *Vide Varr.de re Rust.libro 1.cap. 54. & Colu.lib.12. cap.40.*

Loramentum Lorarij, Vide LORVM.

Lōrĭcă,cæ,penultima producta. {שריון *schirjón.* θώραξ,φορεὰ. GALLI.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Halecret,cuiraſſe ou harnois d'homme d'armes : brigandine ou cotte de maille. ITALI. *Panciera,corazza.* GERM. Ein ládern rustung oder harnisch/ein panger. HISP. *Cotta de malla.* ANG. *An habergion,a coate of male.* ¶ Est munimenti in corporis,quale in Imperatorum antiquis statuis videmus : quanuis fere accipiatur pro quouis genere armorum, quo corpus aduersus vim tegimus. [*Sueton.in Augusto cap.35.* Lorica sub veste munitus existimabatur. Item loricam linteam induere. *Idem in Galba cap.19.*] Dicta autem putatur lorica à loro. Nam antiquitus, *teste Varrone*,pectoralia ex crudo corio fiebant *Cic.pro Murœna.* Decendi in campum cum firmissimo præsidio fortissimorum virorum,& cum illa lata insignique lorica,non quæ me tegeret.(etenim sciebam Catilinam non latus,aut ventrem,sed caput & collum solere petere) *Liuius lib.5.ab Vrbe*,Maltósque imperitos nandi,aut inualidos,graues loricis,aliisque tegminibus hausére gurgites. *Virgil.3. Æneid.* Loricam consertam hamis auróque trilicem. ¶ Dicitur præterea lorica in ædificiis quoddam quasi sepimentum,& veluti peribolus, quæ nos tuetur à lapsu, θρηκὸς. Lorica enim pars est murorũ, & structurarum. *Vitru.lib.2.de lateritiis parietibus loquens*,Quum enim in tecto tegulæ fuerint fractæ,aut à ventis deiectæ, qua possit ex imbribus aqua perpluere,non patietur lorica testacea lædi laterem:sed proiectura coronarum reiecit extra perpendiculum stillas. *Curtius lib.8.* Angusta muri corona erat:non pinnæ,sicut alibi, fastigium eius distinxerant : sed perpetua lorica obiecta transitum sepserat. Itaque Rex hærebat magis quàm stabat in margine clypeo vndique incidentia tela propulsans. Loricam appellat structuram fastigiatam, quæ aquam pluuiam vtrinque dispellit extra perpendiculum veluti suggrundulis prominentibus. Huiuscemodi structuræ à nostris structoribus Capistratę appellantur. ¶ In pauimentis etiam ruderatis lorica appellatur corium e marmore tuso cum calce & arena. *Vitruu.lib.6.* Itaque si necessitas vrgeat,vt minimè vitiosa fiant,sic erit faciendũ. Quum coaxatum fuerit, insuper altera coaxatio transuersa sternatur clauisque præfixa duplicem præbeat contignationi loricationem, deinde ruderi nouo tertia pars testæ tusæ admisceatur. *Varro lib.1. de Re rust. cap.57.* Parietes & solum opere tectorio marmorato loricandi. *Hæc Bud.Cæs. 5.bell.Gall.* Turres contabulantur : pinnæ,loricæque ex cratibus attexuntur.

Lōrīco,cas,Loricam induo. { ὑπὸ θωρακίζομαι, θωρακίζω. GAL. Vestir vn halecret ou harnois,se couurir. IT. *Armarsi di corazza.* GER. Mit einer ládernen rustung oder harnisch sich bewapnen. HISP. *Armare comode cotta de malla.* ANG. *To put on an habergion.* } *Plin. lib.8.ca.24.* Mox vbi pluribus eodem modo se coriis loricauit,in dimicationem pergit, ¶ Huius verbi compositum est dilorico,de quo alibi.

Lōrīcātŭs,ta,tum,participium. Lorica indutus. { πθωρακισμένος, θωρακοφόρος. GAL. Arme d'vn halecret,brigandine,ou cotte de maille, ITA. *Armato di corazza.* GERM. Mit einen ládern harnisch oder panzer angeton. HIS. *Armado de cotta de mal.a.* ANGLI. *Armed with an habergion.* } *Liu.3.bell.Pun.* Statua eius indicio fuit Prænestę in foro statuta loricata,amicta toga,velato capite,&c.* Loricati milites. *Liu.5. bell. Maced.* Partim loricatos,quos cataphractos vocãt,partim sagittis ex equo vtentes.

Lōrīcātĭo,θρίγκωσις,Incrustatio parietis, *Paulus de verb.ſignif.* Aquæ salientes incrustationes,loricationes,picturæ.

Lōrīcŭlă,læ,à Lorica deminutũ nomen,Paruam loricam significat. {θωρακίδιον. GAL. Petit halecret,petite cotte de maille. ITA. *Picciola corazzaz giacco di maglia.* GERM. Ein prágendentin. HISP. *Pequenna cotta de malla.* ANG. *A litle abergion or coate of male.* } ¶ Accipitur etiam pro munimento quod obsessores vrbium construunt. Nam vltra iactum teli fossam faciunt,eamque vallo fudibus,& turriculis instruunt, vt erumpentibus e ciuitate possint obsistere. { GAL. Vn lieu fort ou fortification que font ceux qui assiegent vne ville pour resister aux saillies de ceux de la ville. ITA *Luoco fortificato come si fa nelle terre perresistere á gli assalti de terrazani.* GER. Ein passey oder schantz/ein verbawte schurte. HIS. *Emprenta ò texhique para defender se* ANG. *A trenche made to defen tan armie.* } *Autor. Veget.lib.4.Cæs.8. bell. Gall.* sic scribit, Hæc imperat vallo XII. pedum muneri, coronisque pro ratione eius altitudinis inædificari:fossam duplicem pedum denũm, quinũm lateribus directis deprimi:turres crebras excitari in altitudinem trium tabulatorum,pontibus traiectis,constratisque coniungi : quorum frontes viminea loricula munirentur,vt hostes à duplici propugnatorum ordine depellerentur.

Lōrīpēs,edis,penultima corr. Qui pedem in modum lori tortum habet. { ἱμαντόποδες. GAL. Qui a la iambe tortue. ITA. *Zoppo,che ha il pie torto.* GER. Ein krumb fuso/HIS. *ganca joso.* ANG. *That hath his foote croked or logge.* } *Iuuenal.Satyr.2.* Loripedem rectus derideat AEthiopen. *Plaut.in Pœnul.* Nequicquam hos patronos mihi elegi,loripedes tardissimos.

Lōrum,ri,priore producta,Proprie significat corrigiam ex corio : vnde habenas & retinacula iumentorum,quæ fere ex corio fieri solent,lora appellamus. { מוסר *mosár* באזת *baóth.ipás* GAL. Laniere,longue courroye de cuir,sangle. ITA. *Corregia.staffile,redine.* GER. Ein riemen/ zuget/ &c. HIS. *La cuerda ò laco yunda.* ANG. *A corde or le ashmade of along thonge leather.* } *Ouid.2.Metam.* Colla iugo erumpunt, abruptáque lora relinquunt. *Ibidem*,Corripe lora manu. *Vig.2.Georg.* illi instant verbere torto,Et proni dant lora:volat vi feruidus axis. *Idem lib.1. Æneid.* Fertur equis, curruque hæret resupinus inani, Lora tenens tamen. ¶ Præterea etiam lora dicuntur zonæ ac volumina ex corio bubulo, quibus pugiles vtebantur : quos & cæstus appellabant. ¶ Præterea quæcunque ligamina, lora dici possunt. *Gellius*, Postea videbamus Androdum & leonem loro tenui reuinctum, vrbe tota circum tabernas ire. ¶ Et loramenta, quælibet ligamenta, etiam quæ ex tabulis fiunt. *Hieron.* Loramento ligneo circundatum ædificij fundamentum non dissoluetur. *Iustinus li.11.de nodo Gordij*, Quum capita loramentorum intra nodos abscondita reperire non posset,violentius oraculo vsus gladio loramenta cædit. ¶ Lorum etiam pro corrigia accipitur quo homines verberantur. *Donat.* [Vestra latera loris faciam varia. *Plaut.Pseud.sc.2.a.1. Item*, Iniecto in collum loro (.i.laqueo.) *Velleius.* ¶ Item lora pro habenis,vt loris equos ducere. *Liuius lib.5. d.4. Et Plau.Men.sc.2.a.5.* Iam ascendo in currum lora teneo. ¶ Lora patricia. *Senec.c. 11. tranquil.*] Lora apud veteres laura dicebãtur à lauro triumphorum, sub qua mos erat captiuos vinciri, ducique per pompam. Ideo autem vt conditionis reminiscantur loris cæduntur. Vnde & Lorarij dicebantur : de quibus suo loco diximus. *Terent. Adelph.* Nam si molestus pergis esse iam intrò arripiere, atque ibi vsque ad necem operiere loris. s. loris liber? *Cic.13. Philip.* Quos Antonius deliciarum causa loris in conuiuio cędi iubebat à suis publice. ¶ Item lora dicuntur, corrigiæ, quibus lecti & sellæ instruuntur : super quibus tomenta,vel culcitræ imponuntur. *Marti.lib.2.* Recens sella,lingestari solet,lorũ appellatur. ¶ Inuenitur etiã lorus λώρος, masculiner.sicut & corlus,& collus. *Apul.* Lorũ quempiã sinu suo deprom-

Lŏrāmĕntum, Vide in LORVM.

Lŏreŭs, a, um, adiect. { ἱμάντινος, ἱμαντώδης. GALLI. De courroye. ITA. *Di corregia.* GERMA. Das auſs riemen gemacht iſt. HISP. *Cosa de coyuntisque loreis ea detrahebant. Sic apud Caton.cap.3.* Loreus funis. [Faciam vestra latera lorea. *Plaut.Milit.sc.2.a.2.*

Lōrārĭī, ſerui, à loro dicti sunt, quorum officium erat aliquem ex conſeruis iussu domini aut vincire, aut loris cædere. { λωροδόμαι, οἱ τοῖς ἱμᾶσι πλήττοντες, μαστιγοφόροι. GALL. Ceux qui d'escourgees fouettoyent les serfs. ITAL. *Chi battono ò flagellano y ſerui.* GERMA. Schergen/die knecht ſo andere binden vnd geiſſlen muſſen/ſtockknecht. HISPA. *Los que açotauan los ſieruos.* ANGL. *Scourgers whipers.* } Lorariorum frequens est mentio apud Plautum. Dicebantur præterea Lorarij, lictores aut ministri magistratuum, qui eis in prouincias proficiscentibus ministrabant, faceique præferebant. [Hoc falsum est. *Ex Gell. cap.3.lib.10.* Lorarij in scenicis fabulis *Idem.*] Cato id genus hominis etiam Brutianos appellat : quoniam Brutij ignominiæ causa iussi sunt à Romanis magistratibus in prouincias euntibus parére, & præministrare seruorum vice, quòd primi totius Italiæ ad Annibalem defeciſſent

LŎRȳMĂ, λόρυμα, Locus est Cariæ è regione Rodi insulæ. *Plin. lib.5. cap.28.& Strab.lib.4.*

LOS, λώς, Insula circa Thessaliam. Insularis Lous, *Steph.*

LŎTĬS, idis, λώτις, Nymphæ nomen est, quæ Priapum fugiens, in arborem loton fingitur transmutata. *Ouid.9.Metam.*

Lotis in hanc nymphe fugiens obscœna Priapi,
Contulerat vultus seruato nomine vultus.

Loromctra, træ, Panis genus ex semine loti herbæ confectum. *Vide Plinium lib.22.cap.21.*

LŌTŌPHĂGĪ, pen. corr. λωτοφάγοι, Populi in Africa apud Syrtes, à loto nomen sortiti, quòd arboris eius fructu credantur vicitare : cuius cibus tam est dulcis,vt aduenis incutiat patriæ obliuionem. Itaque qui Vlyssis socij delati in Africam essent, & lotum gustassent, *vix inde* abduci potuerunt, *vt placet Homero lib.9.Odyss.* Vide LOTOS.

Lōtĭum, lotij, Vrina, à diluendis corporibus appellatum. Est enim totius corporis lotio. { מירגלוס *me raghláym.* ḗgyr. GAL. Vrine,piſſat. ITAL. *Piscio, orina.* GERMA. Der harn oder brunſt. HISPA. *Vrina.* ANGL. *Vrine piſſe.* } *Sueton.in Vespasiano*,Reprehendẽti filio Tito,quod & vrinæ vectigal commentus esset, pecuniam ex prima pensione admouit ad nares, sciscitans num odore offenderetur : at illo negante. Atqui, inquit, è lotio est. ¶ Habet autem hæc dictio, quanuis à supino lotum fieri putetur, contra naturam primitiui primam syllabam correptam. *Vide Vallam lib.1.cap.2.*

Lōtŏs, {λώτος.} Arbusculæ, seu fruticis species, Africæ familiaris, à Lotide nympha,quæ Priapum fugiens,in eam arborem fingitur commutata,nomen habens. *Ouid.lib.10 Metam.* Amnicolæque simul salices,& aquatica lotos. [Sic noua Dulichio lotos gustata palato, Illo quo nocuit grata sapore fuit. *Ouid.Eleg.1.lib.4.Triſt.* Non valuit loto cœptos auertere cursus. *Ita v.l. Tibul.lib.4.*] Hæc arbor (*vt inquit Plin.lib.13. cap.17.& lib.21.cap.17.*) in Africa vocatur celtis : támque dulci est cibo (nam myrti modo baccas fert) vt nomen etiam genti, terræque dederit, nimis hospitali aduenarum obliuione patriæ. Hinc locus factus prouerbio, Loton gustasti. λωτοῦ ἔφαγες : De iis dicebatur, qui diutiùs in peregrinis regionibus hæreret, velut obliti reditus. Neque inconcinne dixeris in eos qui simulátque semel voluptaté inhonestam degustarint, ad pristina studia reuocari non queunt. Ligno color niger ad tibiarũ cantus expetitur. Quare & à Poëtis pro tibia ponitur[lotos Palladius (.i.tibia.) *Martial.Epigr.50.lib.8. Ouid.4. Fast.*] Quidam arbitrantur eam esse arborem,quam Romani Visciolum dicunt. ¶ Est etiam eodem nomine herba in Ægypto : quam Homerus inter herbas subnascentes deorum voluptati primam nominauit. Hæc recedentibus aquis Nili, prouenit similis fabæ,in cuius capite fructus est papaueri similis : intus grana ceu milium, ex quo incolæ faciunt panem, quem lotrometram appellant. *Vide Plin.lib.22.cap.21.*

LOVANIVM, Brabantiæ vrbs,archigymnasio celeberrima. { GER. Louen. }

* Loxa, *Ptolemæo lib.2.cap.3.* fluuius Britanniæ. Vulgò *Fyrth.*

LŌXĪĀS, λοξίας, Apollo dictus est, vel propter obliqua & tortuosa responsa, quæ huius vates reddebant, quò facilius consultoribus imponerent : vel quòd Apollo, id est, Sol, Zodiacum oblique pererret : λοξὸς enim Græcis obliquus est.

L ante V.

LV. In notis antiquorum,quinquaginta quinque. L.V. lex vetus. L.VAL. Lucius Valerius. LVCRE. Lucretius, vel Lucretia. LVD. AP. Ludi Apollinares. L. VOC. lex Voconia. LVD. SÆC. ludi sæculares. LX. sexaginta.

LVBECVM, Saxoniæ vrbs potens. {GERMAN. Lubeck.}

Lubĕt, buit, Veteres per u scribebant : quod nos per i. Vide LIBET.

{טוב בעינים *tob beênájim*, יאת *jaóth.* ἀρέσκει. GALLIC. Il plait. ITA. *Placere.* GERMA. Es geliebt oder gfallt mir. HISPA. *Hauergana.* ANG. *It semeth good , it lyketh.* } *Plaut. in Amphitr.* Ita verspellem se facit, quando lubet. *Ibidem.* Tuus sum,proinde vt commodum siet, & lubet &c. [Ecquid lubet? *Plaut.Curc. sc. 2. a. 1. Item* Etiam stimulo fodere lubet te. *Ibidẽ.* Cur me verberas? quia lubet nimis. *Plau.Most.sc.1.a.1*]

Lūbens, tis, omnis generis, Libens, volens. {ἀκούσιος. GALLIC. Qui fait quelque chose volontiers. ITAL. *Colui che fa volunzieri vna cosa.* GER. Gutwillig. HISP. *Cosa aplazible y de buena gana.* ANGL. *That doeth any thing*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

thig willinglie. } *Plaut. Ciſtel.* Ædepol factum id eſt lubenti animo.
Idem Sticho. Lubente hercle me facies.

Lŭbens, pro lubenter. *Terent. Heaut.* Faciam boni tibi aliquid pro iſthac re, ac lubens. *Idem Adelph.* Seruum haud illiberalem præbes te, & tibi lubens bene faxim. *Plaut. Caſ.* Lubens fecero & volens. [*Plaut. Amphitr.* Non ego hic te lubens relinquo. ¶ Lubentiores eos faciam, quàm lubentia eſt. *Plaut. Aſin. ſc.2.a.1.* Tu reſponde prius. A. Lubens. *Plaut. Amphitr.* Nemo eſt cui de induſtria amplius male plus lubens faxim. *Plaut. Aul. ſc.2.a.3.* Quid lubet dicere te perditum eſſe? *Plaut. Curc.ſc.2.a.1.* Cape atque ſerua (marſupium) me lubente feceris. *Plaut. Menæch. ſc.2.a.2.*]

Lŭbenter, aduerbium, Lubenti animo. { ἀσμένως. GALL. Volontiers. HISPAN. *Plazentera y* ITAL. *Volentieri.* GERM. Gutwilligklich/gern. HISPAN. *Plazentera y ganoſamente.* ANG. *With a good will.* } *Plaut. Ruden.* Nam qui dormiunt lubenter, ſine lucro, & cum malo quieſcunt. *Idem Captiuos.* omnes profectò liberi lubentiùs Sumus, quàm ſeruimus.

Lŭbidĭnem Veteres dixére à verbo lubet pro libidine. *Plaut. in Trinummo,* Lubido eſt obſeruare quid agat. *Idem Menæc.*

Nam homini miſero malum ſi accedit ad malum,
Maior lubido eſt fugere, & facere nequiter.

Lŭbentĭa, tiæ, & Libentia, quemadmodum dicimus libet & lubet. Idem eſt quod voluptas, lautitia, deliciæ, iucunditas. { רצון *ratsón.* ἡδυπάθεια. GAL. Plaiſir, volupté, grace. ITAL. *Piacere, godimento, diletto.* GER. Wolluſt/ergetzlichkeit. HIS. *A quel plazer y buena gana.* ANGL. *Pleaſour, good will.* } *Gell. libr.15. cap.2.* Cui libentiæ gratiæque omnes conuiuiorum incognitæ ſint. *Plaut. in Aſin.* Lubentiorem te faciam, quàm lubentia eſt. Atque is quidem hic lubentiam videtur acc epiſſe pro dea quadam voluptatum, deliciarúmque præſide.

Lubrĭcus, a, um, pen. cor. Quaſi labricus. { חלקלק *chălaklák* חלק *chălák,* ὀλισθηρός, γλοιώδης, γλιχώδης, σφαλερός. GALL. Grillant, glibant. ITAL. *Lubrico che ſaruccicola, che ſoriſcia.* GER. Schlipfferig/glatt. HISP. *Coſa liza para caer, que deſliza ò resbala.* ANG. *Slipper, wauering, read y toſlip orſlide.* } Proprie enim lubricus dicitur, *teſte Valla libr.* 4. in quo quis nequit conſiſtere: quales ſunt herbæ perfusæ ſanguine, aut terra argilloſa humectata, aut marmora læuigata, terra glacie concreta, aqua durata gelu, cæteráque huiuſmodi, vbi commode veſtigium figere non poſſumus. *Virgil.* 5. *Æneid.* Et ſeſe oppoſuit Salio per lubrica ſurgens. [Lubricaque Immotas teſta (glaciei) premebat aquas. *Ouid. Eleg.* 10. *lib.* 3. *Triſt.* Lubrica ſunt iſta bona. *Senec. cap.* 9. *de Conſol. ad Polyb.* In lubrico poſitæ ſunt Opes. *Senec. cap.* 9. *de Conſol. ad Mart.*] ¶ Lubricum item dicitur, quòd ſi comprehendatur, manibus elabitur, faciléque effluit: vt, Piſcis lubricus, qui facilè manibus effluit, dum contrectatur. *Virgil.* 2. *Æneid.* Lubrica conuoluit ſublato pectore terga. *Et alibi,* Adytis quum lubricus anguis ab imis. Inde figuratè adoleſcentia lubrica dicitur, quòd proclinis ſit ad lapſum. *Cic. pro Cælio,* Viæ adoleſcentiæ lubricæ, quibus illa inſiſtere, aut ingredi ſine caſu aliquo, aut prolapſione vix poteſt. Lubrici oculi, id eſt, mobiles: ſicut dicitur pes lubricus, qui eſt in lubrico loco qui vacillat. *Cic.lib.*2. *de Nat. deorum,* Natura oculos fecit lubricos, & mobiles. ¶ Pro fallaci & qui multas elabendi nouit vias eſt vſus *Virg.*11. *Æneid.* Nequicquam patrias tentaſti lubricus artes. ¶ Lubricus locus per tranſlationem dicitur pro difficili & incerto. *Cic.* 2. *Officior.* Qui locus eſt ſanè lubricus: quoniam vix inuenitur qui laboribus ſuſceptis, periculiſque aditis, non quaſi mercedem rerum geſtarum deſideret gloriam. * Lubricus aſſenſus, inconſtans, non tutus, fragilis. *Cic.* 4. *Acad.*

Lubrĭcè, aduerbium, pen. cor. Inconſtanter, & parum ſyncerè. { γλισχρῶς. GALLIC. Inconſtamment, douteuſement, en gliſſant. IALIC. *Iſtabilmente dubioſamente, ſdrucciolóſamente.* GERMANIC. Schlipfferechtig/vnſtandthafftigklich. HISPAN. *Dudoſamente, con deleznamiento.* ANGLI. *Slipperly, waueringlie.* } *Cic.* 2. *Philip.* Et lubricè verſatus in bello eſt.

Lubrĭcum, ci, pen. cor. ſubſtantiuum. { חלקה חלקה *chelkáh chalaklakkáh.* τὸ γλοιῶδες. GALL. Gliſſement, grillement. ITAL. *Sdrucciolare, sbriſciare, iſtabilit à per ſtrada.* GER. Schlipfferung/glette. HISPAN. *Deleznamiento.* ANGLIC. *Slipperneſſe, ſliderneſſe.* } *Tacitus lib.* 18. Et lubrico itinerum adempta equorum pernicitate. *Idem lib.* 1. Illi ſanguine ſuo & lubrico paludum lapſantes, &c. *Idem lib.* 19. Per anguſta & lubrica viarum flexerunt. ¶ Lubricum ætatis, pro leuitate, mobilitate & temeritate poſuit *Vlpian. l.* 11. §. 4. *D. de minor.* Neque enim ætatis lubrico captus eſt adeundò locupletem hæreditatem. * Lubricum linguæ. *Modeſtinus in l. Famoſi. ff. Ad legem Iul. maieſt.* Nam & perſona ſpectanda eſt, an potuerit id facere, & an antè quid fecerit, & an cogitauerit, & an ſanæ mentis fuerit: nec lubricum linguæ ad pœnam facilè trahendum eſt.

Lubrĭco, cas, Lubricum facio. { חחליק *bechelik.* γλοιόω, ὀλισθηρὸν ποιῶ. GAL. Faire gliſſant, ou grillant, faire gliſſer. ITAL. *Far iſdrucciolare.* GER. Schlipfferig oder glatt machen. HISPA. *Plazer deſlizar ò resbalar à otro.* ANGLI. *To make ſlipper.* } *Iuuenalis,* Qui Lacedæmonium pytiſmate lubricat orbem.

LVCĂ, æ, Ciuitas Tuſciæ, à qua Lucenſes dicuntur, qui eam vrbem incolunt. { GERMA. Ein ſtatt Italiæ in Thuſcier landſchafft. } Vulgò etiam hodie *Lucca.* Dicta à Lucomone Hetruſcorum rege. De hac *Strabo lib.* 5. Luca vrbs eſt ad montes Lunæ incumbentes, vbi plerunque viatim habitant, regio tamen virorum probitate floret: itaque robur militare hinc magnum educitur, & equitum multitudo, ex quibus Senatus militares capit ordines.

Lucæ, boues, ſiue Lucanæ, Dicti ſunt elephantes, eò quòd in Lucania primum viſi ſint, eo tempore quo Pyrrhus Romanis bellum intulit *Plin. lib.* 8. *cap.* 6. Elephantes Italia primùm vidit Pyrrhi regis bellos; & boues lucas appellauit in Lucanis viſos. Dicti autem ſunt boues, eo quòd Itali ad ea vſque tempora maius animal non noſſent, quàm bouem. *Næuius,* Atque priùs pariet locuſta boucm lucam. Varro tamè hanc notationem & etymologiam reiicit. *lib.* 6. *de ling. Lat.* Multis de cauſis, & Lucas eſſe dictas air, à luce, quod longè relucebant propter inauratos regios clypeos, quibus eorum tum ornatæ erant turres.

LVCĀNĪ, λευκανοί, Populi Italiæ à Samnitibus oriundi, ſecundum mare extẽſi, Silaro fluuio à Picentinis, Lao à Brutiis dirempti: quorũ oppida præcipua fuerunt, Velia, Pæſtum, & Buxentum, aliáque nonnulla. *Plin. lib.*3. *capite* 5. *Horat. libr.*2. *Serm. Satyr.*8. Lucanus an Appulus anceps.

¶ Item Lucanus, adiectiuum, vt, Aper Lucanus. *Horat.*3. *Serm. Satyr.* 8. Iuga Lucana. *Silius lib.*8. Mare Lucanum. *Stat.*3. *Sylu.*

Lŭcānĭcă, Genus farciminis ex porcinis carnibus à Lucanis populis primùm inuentum. { ἐμφάς. Saulciſſe. ITAL. *Salcicia.* GERMA. Ein wurſt mit ſchweininen fleyſch außgefullet. HIS. *Longaniza.* ANGL. *A pudding called à ſewſege.* } *Cicer. Pæt.* Solebam antea delectari oleris & Lucanicis tuis, *Mart. lib.* 13.

Filia Picenæ venio Lucanica porcæ.
Pullibus hinc niueis grata corona datur.

LVCĀNVS, Nomen proprium poëtæ, nepotis Senecæ, viri vndecunque doctiſſimi, & grauiſſimi Tragœdiarum ſcriptoris. Hic bellum ciuile inter Cæſarem & Pompeium grauiſſimo carmine perſcripſit. Ité Orphei tragœdiam, multaque alia quæ hodie non extant. Periit inciſa iuſſu Neronis vena, iam Conſul deſignatus, propterea quòd inter eos nominatus eſſet, qui cum Piſone coniurarant. *Vide latiùs vitam eius apud Crinitum.*

Lūcăr, Pretium (*inquit Feſtus*) quod ex lucis captatur: vel erogatio quæ in lucis fiebat. Et lucaris pecunia, quæ in luco erat data.

Lūcārĭă, orum, Feſta quæ in luco Romani faciebant qui permagnus erat inter viam Salariam & Tyberim: eò quòd victi à Gallis, fugientes è prælio ibi ſeſe occultauerant, *Feſtus.*

Lucellum, Vide LVCRVM.

LVCENTĬĂ, Citerioris Hiſpaniæ vrbs, & Romanorum quondam colonia. *vt ſcribit Pomp. Mela libr.* 2.

LVCENTVM, Hiſpaniæ Tarraconẽſis oppidum à ſuperiore diuerſum, quod *Ptolem. lib.*2. *cap.*6. ſtatuit ſupra Carthaginem, Occaſum verſus.

Luceo, vide LVX.

LVCERES, ſiue Lucerenſis [à luco. *Plutarch. in Rom.*] Tertia pars erat populi Romani tempore Romuli Romanorum regis. Conſtat enim, autore Liuio, receptis iam in vrbem Sabinis populóque aucto, Romulum omnem populum in tres ſecreuiſſe tribus: quarum vna Tatienſium appellata eſt à T. Tatio Sabinorum duce: altera à Romulo Ramnenſium: tertia Lucerum à Lucero Tuſcorum rege (*vt refert Varro*) qui pugnanti aduerſus Tatium Romulo ſuppetias tulit. * Luceres autem primam ſyllabam habet ancipitem: productam *apud Ouid.* correptam *apud Propert.*

LVCERIA, λουκερία, Vrbs Apuliæ, Anſonum colonia. *Plin. lib.*3. *cap.*11.

LVCERIVS, λουκέριος, Ardeæ rex, qui auxilio fuit Romulo aduerſus Tatiũ.

Lucerna, Luccico, vide LVX.

LVCERNA, Vna ex primariis fœderis Heluetici vrbibus.

LVCETIVS, λουκήτιος, Dictus eſt Iupiter, à luce quam præſtare hominibus putabatur. Sic Iuno Lucetia, quòd lucis cauſa ſit, parturientes adiuuans. [*Gell. cap.* 12. *lib.*5.]

Luci, aduerbium, Lucidus, Lucifer, Lucifuga, vide LVX.

LVCILĬVS, Poëtæ veteriſſimi nomen, patria Aurunci, qui primus Latinorum Satyram ſcribere aggreſſus eſt. Obiit apud Neapolim anno ætatis ſuæ quadrageſimoſexto, publicóque funere elatus eſt. De Lucilio *vide Quint. lib.*10. *& Horat. lib.*1. *Serm. Sat.*4. Hinc omnis pendet Lucilius hodie ſectus, &c.

LVCĪNĂ, pen. prod. Dea partuum præſes, teſte Seruio, quæ & Iuno dicitur Diana. ἐλείθυια. { GER. Juno die gottin der kint ergebuirt. } *Terent. in Andr.* Iuno Lucina fer opem, [Iuno Lucina tuam fidem. *Plaut. Aul. ſc.*5. *a.*4.] *Virgil. in Pollione,* Caſta fauc Lucina, tuus iam regnat Apollo. & pro Luna naſcente *apud Macrob.* Atque hîc quidem accipitur pro Diana. *Cicer. lib.*2. *de Nat. deor.* Quum Luna à lucendo nominata ſit, eadem eſt enim Lucina. Itaque vt apud Græcos Dianam, eamque luciferam, ſic apud noſtros Iunonem Lucinam in pariendo inuocant; quæ eadem Diana omniuaga dicitur, non à venando, ſed quod in ſeptem numeratur tãquam vagantibus. Dicta Lucina, quòd partum ferat in lucem. *Plin. lib.*16. *cap.*44. putat Lucinam dici, quòd ocul's præſit & luci. Sunt qui à luco deducant, qui Romæ Iunoni ſacer eſt in Exquiliis. *Ouid. lib.* 2. *Faſt.* Gratia Lucinæ dedit hæc tibi nomina lucus;
Aut quia principium tu dea lucis habes. *Idem legendus* 6. *Faſt.*

Lucĭnos, Dicimus quibus ſunt parui vtrinque ocelli, & breuis viſus. Illud enim videtur innuere *Plin. lib.*11. *cap.*37. ſi vulgatis editionibus adhibeamus fidem. Ab iiſdem (*inquit*) qui altero lumine orbi naſcerentur, coclites vocantur: queis parui vtrinque ocelli, Lucini iniuriæ cognomen habuêre. In quibuſdam tamen venerãdæ vetuſtatis exemplaribus legitur. Ab iiſdem qui altero lumine orbi naicerentur, coclites vocabantur: queis parui vtrinque ocelli, Lucinij, &c.

LVCIVS, Prænomen eſt Romanis familiare, quod idcirco illi, qui primò hoc prænomine fuit appellatus, impoſitum creditur; quòd prima luce eſſet natus. ¶ Lucius Oſtius tempore bellorum ciuilium patrem ſuum proſcriptum, quem Triumuiri ad ſupplicium perquirebant, latentem prodidit, vt eius bona acciperet, *Autor Plutarch.* Eſt etiam Lucius piſcis nomen, cuius ſolus *Anſonius meminit in Moſella.*

Lucius obſcuras vuluas cænóque lacunas
Obſidet, hic nullos menſarum lectus ad vſus.

LVCRĒTĬĂ. { GER. Ein hauſſfraw Collatini/ein keuſch Römiſch weib. } Romanæ caſtitatis præcipuum lumen, filia Tricipitini Præfecti vrbis, & vxor Collatini quam Sext. Tarquinius, quum precibus exorare non poſſet, vi oppreſſit: ſtricto enim gladio in cubiculum irruens, mortem minabatur, ni voluntati ſuæ obſequeretur: addebátque ſe cum mortua iugulatũ ſeruũ poſiturũ, vt in ſordido adulterio necata diceretur: quibus minis illa perterrita, vt infamiæ ſuſpicionem effugeret, expugnari ſeſe paſſa eſt. Quo facto cõuocatis patre, marito, cæteriſque amicis, & bonis repentè lacrymis, tyranni flagitium detexit, & educto cultro, quem ſub veſte occultum habebat, ſeſe ſtatim confodit. Qua re moti pater cum marito & cæteris amicis, populo ad arma concitato, reges expulerunt. Vide hæc latiùs *apud Liuium ad finem lib.*1. *ab Vrbe. Mart.* Eſſe videbaris, fateor, Lucretia nobis; &c. [Inter lucubrantes ancillas reperta Lucretia, *Liu. lib.*1. *ab Vrbe.*]

LVCRĒTĬĬS, penult. corrp. Mons fuit in Sabinis: de quo *Horat. lib.*1. *Car.* Velox amœni m ſæpe Lucretilem Mutat Lycæo Faunus.

LVCRĒTĬVS, Poëta antiquiſſimus, Ciceronis xij. annis natu minor. Scripſit de rerum natura libros ſex, qui etiam hodie leguntur. Extat honorificum de eo elogium *apud Ouidium in Eleg.*

Carmina ſublimis tunc ſunt peritura Lucreti,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Exitio terras quum dabit vna dies. [Lucretius pater Lucretiæ. Cos. *Plutarch. in Public.*]

Lucrificabilis, Lucrifugă, Vide LVCRVM.

LVCRINVM, Dauniorum est oppidum in Apulia, *vt scribit Strab. lib. 6. Pomp. lib. 2.*

LVCRINVS, penultima producta, λουκρῖνος. Lacus Campaniæ in sinu Baiano, contra Puteolos, propinquus Auerno lacui adeò, vt in maximis quandoque tempestatibus coniungi soleant. Dictus à lucro, vt vulgò creditur, propter multitudinem piscium, qui ibi capiebantur. *De vtroque Martial.* Dum modò Lucrino, modò se permittit Auerno. [De Lucrinis ostreis. *Senec. Epist. 76.*

Lucrum, cri, Quæstus, commodum, compendium, vtilitas. { בצע *bétsa'ḥ* κέρδος ἴργον. GA. Gain, proffit. ITA. *Guadagno, acquasto, profitto.* GER. Ein gewun. HISPA. *Ganancia, ò el logro.* ANG. *Gaine, profite, winning.* } *Terent. in Heaut.* Nam ille haud scit, hoc paulum lucri quantum ei damni apportet. *Cicer 5. Tusculan.* Nam vt illic alij emendi, aut vendendi quæstu & lucro ducerentur. *Ouid. 3. de Arte,* Ira subit deforme malum, lucrique cupido: Iurgiaque & rixæ, sollicitúque dolor. [In lucro est, quæ datur hora mihi. *Ouid. Eleg. 3. lib. 1. Trist.* Potin vt hunc cum lucro respicias? *Plau. Pseud. sc. 3. a. 1.* Lucrum, Ludum, Iocum, ferias. *Plaut. Capt. sc. 1. a. 4.* Necesse est vt sũptum faciat, qui quærit lucrum. *Plaut. Asin. sc. 3. a. 1.* Nobis potius lucro fuisti, quàm decori tibi. Amanti amœnitas malo nobis est lucro, *Plaut. Menæc. sc. 3. a. 1.* Dá facto gaudia lucro. *Ouid. 5. Fast.*] ¶ Lucri est, veteres vsi sũt pro conducit, vel vtile est. *Plaut. in Amphitr.* Lucri est, quod miseriam deputat. ¶ Frequentiùs pro eodem dicimus, Lucro est, *Cicero,* Quibus vter vestrum ceciderit, lucro futurum est. Deputare in lucro, est tanquam lucrum æstimare. *Terent. Phormion.* Quicquid præter spem euenict, omne id deputabo in lucro. Pro eodem etiam dicimus Ponere in lucro. *Cic. pro Flacco,* Quiescent igitur, & me hoc in lucro ponere, atque illud agere patiantur.

Lucrātiuus. *D. lib. 6. Tit. 2. l. 7* Sed & si quis ex lucratiuis causis rem accepit, habet Publicianam.

Lucrōsus, a, um, Plenum lucro, vtilis, fructifer. { בצע *bə tsé'aḥ* סיעיל *moḥíl.* κερδαλέος. GAL. Plein de gain, qui apporte gain & proffit. ITA. *Pien de guadagno.* GER. Gewinsan/gewunreich. HISP. *Gananciosso.* ANGL. *Full of gaine, wherof one gaineth much.* } *Plin. lib. 18. cap. 12.* Et auctionibus adhiberi lucrosum putant. *Ouid. 2. Amor. Eleg. 10.* Cur mihi sit damno, tibi sit lucrosa voluptas. [*Idem Eleg. 1. lib. 2 Trist.* Quæque minus prodest palma est lucrosa poetæ.] *Plin. lib. 8. cap. 31.* Id peræquè lucrosissimum. *Idem lib. 37 cap. 12.* Neque est vlla fraus vitæ lucrosior.

Lucellum, li, diminutiuum, parum lucrum. { κερδύριον. GALLI. Petit gain, petit proffit. ITALIC. *Picciol guadagno.* GERMANIC. Ein gewunstin. HISPA. *Pequenna ganancia.* ANG. *Small gaine.* } *Hora. 2. Serm. Sat. 5.* De sene gustarit tecum partita lucellum. *Cic. 5 Verr.* Age quid tum si Apronio delicis Prætoris lucelli aliquid iussi sunt dare? putate Apronio datum: si apronianum lucellum, ac non prætoria præda vobis videbitur.

Lucrificabilis, le, Lucrum afferens. { κερδαλέος. GAL. Gaignable, qui apporte gain. ITA. *Che aporta guadagno.* GER. Gewun bringend. HISP. *Cosa de mucha ganancia.* ANG. *That bringeth gaine.* } *Plau. Persa,* Næ hic tibi dies illuxit lucrificabilis.

Lucrifugă, Qui lucrum fugit. { μισοκερδὴς. GAL. Qui fuit le gain. ITAL. *Che fuge il guadagno.* GE. Der ein gewun hasset oder fleucht. HI. *El que huye el logro y ganancia.* ANG. *That fleeth frome gaine.* } *Plaut. in Pseud.* Venus hæc mihi Bona dat, quum hos huc adigit lucrifugas, damni sui cupidos.

Lucrifŏnes, Dicti sunt qui vndique lucrum aucupantur. { φιλοκερδεῖς. GAL. Qui gaignet de tous costez. TAI. *Ingordi al guadagno.* GERM. Gewunsuchtige/ gewunsbegirige. HIS. *Los que ganan de todas partes.* ANG. *Thei which gayneth much or by all meanes.* }

Lucrŏr, aris, Lucrifacio. { בצע *bat saḥ* חועיל *hoḥíl* κέρδος ποιῶμαι, κερδαίνω, κερδίζω. GAL. Gaigner. ITA. *Guadagnare.* GER. Gewunnen. HIS. *Ganar.* ANG. *To winne, to gaine.* } *Cic. in Parad.* An virum bonum dices, qui depositum nullo teste, quum lucrari impunè posset, auri pondo, &c. *Idẽ 7. Verr.* Pretio certo missos facere nautas, missorum omne stipendium lucrari. Moram fati lucrari, *Stat. 9. Thebaid.*

Lucrifăcio, cis, Lucrari. { בצע *bat saḥ* חועיל *hoḥíl.* κερδαίνω. ANG. *To get profite, to gaine.* } *Cic. 5. Verr.* Iam verò omnem ex ærario pecuniam lucrifactam videtis. Lucrifacere iniuriam, est impunè alicui iniuriam inferre, nullásque ob eam pœnas lucre. *Plin. lib. 7. cap. 39.* Quam quidem iniuriam lucrifecit ille mercatus in luctu ciuitatis, quoniam arguere nulli vacabat. *Martial. lib. 8.* Emit lacernas millibus decem Bassus: Tyrias coloris optimi lucrifecit. *Varro li. 3. de Re rust. cap. 4.* Atque adeò non dissimulabo, quod volo de ornithone primum, quòd lucrifecerũt hoc nomen turdi. [Facere lucri aliquantum argenti. *Plaut. Most. sc. 1. a. 2.* Vide Compendi facere.]

Lucrifio. κερδαίνομαι. GAL. Estre gaigné. ITA. *Essere guadagnato.* GER. Gewunnen werden. HISP. *Ser ganado.* ANGLIC. *To be wonne or gotten in advantage.* } *Cic. 5. Verr.* Quid si ostendo in hac vna emptione lucri fieri tritici modios centum?

LVCTATIVS Catulus, Romanus ciuis fuit, qui primo Punico bello trecentis nauibus aduersùm Pœnos profectus, sexcentas eorum naues commeatibus & aliis oneribus impeditas apud AEgares inter Siciliam, & Africam depressit, finémque bello imposuit: pacem petentibus hac conditione concessit, vt Sicilia, Sardinia, & cæteris insulis inter Italiam, Africánique decederent, Hispania citra Iberum fluuium abstinerent.

Luctifĕrus, Luctificus, Luctisonus, Vide LVGEO.

Luctŏr, ctaris, deponens, Lucta contendo: quòd fit quum duo se inuicem complectentes, alter alterum in terram deicere conatur. { נאבק *neeḇák* נפתל *niphthál.* παλαίω. GALL. Luicter. ITAL. *Lottare, giocare giocare alla lotta,* GER. Ringen. HISP. *Luchar.* AN. *To wraſtle, to ſtruggle.* } *Virg. 6. Æneid.* Contendunt ludo, & fulua luctantur arena. [Dúmque licet remis ad opem luctare ferendam. *Ouid. Eleg. 5. lib. 4. Trist.* Luctaturi humeros ducunt ad occipitium. *Quintil.* Luctatos cum fluctibus ne in arenam quidem explodet. *Sen. c. 10. de Conſ. ad Mar.*] ¶ Per translationem accipitur pro quouis modo contendere & pugnare. *Ci. 1. de Ora.* Tum ridens Scæuola, Non luctabor, *inquit,* tecum Craſſe amplius. [Nec quoque non luctor de nomine temporis huius (*i. contendo*). *Ouid. 6. Fast. Item* Luctari etiam, conflictari est, & in miseris esse. *Lucan. lib 7. ab vrb.* Luctari in pestilenti agro.] Composita sunt Colluctor, Illuctor, Obluctor, Reluctor, de quibus suis locis.

Lūctātĭo, Ludus quo alius alium nititur in terram prosternere & deturbare. { נפתול *naphtúl.* παλαισμα. GAL. Luicte, luictement, effort. ITA. *Lotta.* GERM. Die ringung. HISP. *Lucha.* ARG. *A wraſtling, aſtruggling.* } *Liu. lib. 1. bel. Pun.* Tetra ibi luctatio erat, vt a lubrica glacie non recipiente vestigium, &c. ¶ Per translationem pro pugna siue contentione seu concertatione vsurpauit *Cic. 2. de Fin.* Nam cum Academicis incerta luctatio est, qui nihil affirmant.

Lūctātor, Qui lucta cum altero contendit { נאבק *neeḇák* נפתל *niphtál.* παλαιστὴς. GAL. Luicteur. ITAL. *Lottatore.* GERM. Ein ringer. HISP. *Luchador.* ANG. *A wraſtier.* } *Ouid. in Ibin.* Vt iacet Aonio luctator ab hospite fusus. *Plaut. Pseud.* magnum hoc vitium vino est: pedes caprat primùm: Luctator dolosus est.

Lūctātŭs, tus, tui, Luctatio. { נפתול *naphtúl.* παλαισμα. GAL. Luicte, luictement, effort. ITAL. *Lotta.* GERMANI. Das ringen. HISP. *Lucha.* ANG. *A wraſtling.* } *Plin. lib. 8. cap. 12.* Scit ille imparem sibi luctatum contra nexus.

Luctāmĕn, inis, idem. *Virg. 8. AEneid.* Remo vt luctamen abesset. Miserum luctamen. *Valer. Flac. 2. Argon.*

Lūcto, as, Veteres dicebant pro luctor, quod recentiores maluerunt. { נאבק *neeḇák* נפתל *niphtál.* παλαίω. } *Terem. in Hecyra.* Dicítque se illi annulum, dum luctat, detraxisse. ¶ Inde etiam legitur compositum Delucto. *Plau. in Trinum.* Quibus ærumnis deluctaui, filio dum dumtias quæro?

Lūctă, luctæ, Certaminis genus, vnum ex Græcorum pentathlo, quo alius alium prosternere in terram nititur. { נפתול *naphtúl.* παλη. GALL. Luicte. ITA. *Lotta.* GER. Ein sprt inn dem man mit ein anderen ringt. HIS. *Lucha.* ANG. *Aſtruggling or ſtriuing.* }

Luctus, Luctuosus, Vide LVGEO.

Lucubro, Lucubratio, Luculentus. Vide LVX.

LVCVLLVS, Λούκουλλος, Pompeij, & Ciceronis æqualis: qui in Quæstura ampliſſimum populo munus edidit. Prætor Africam obtinuit. Aduersum Mithridatem missus, collegam suum Cottam Calcedone obsessum liberauit: Cyzicum obsidione soluit: Mithridatis copias ferro & fame affixit, eúmque regno expulit: quem rursum cum Tigrane rege Armeniæ bellum instauratum magna fœlicitate superauit, Delicus omnibus affluens, maximè signorum & tabularum amore flagrauit. Ingrauescente deinde ætate, quum iam desipere cœpisset, tutela eius M. Lucullo fratri permissa est. *Vide Plutarch. in Lucullo. Cic. Academ. 2. in principio.** Hinc adiect. Luculleus. *Plin. li. 36. cap. 6* Post hunc *Lepidum* ferme quadriennio L. Lucullus Consul fuit, qui nomen (*vt apparet* ex re) Luculleo marmori dedit, admodum delectatus illo, primúmque Romam inuexit.

LVCVMONES, Olim dicti sunt Tusci quidam: qui, quòd Romulo aduersus Sabinos suppetias tulissent, in ciuitatem recepti, Lucerensium tribui nomen fecerunt. *Autor Varro.* ¶ Lucumo *apud Ausonium* pro amente & furioso, Anticyramque bibes Samij Lucumonis acumen. Insani autem se purgabant helleboro, cuius magna vis in Anticyra nascitur. *Festus quidem ait,* Lucumones quosdam ob insaniam dictos, quòd loca ad quæ venissent, infesta facerent. *Hæc Turnebus.*

Lucus, i, Locus arboribus consitus, Deo alicui consecratus: á luceo per antiphrasim dictus, *teste Seruio,* eò quòd non luceat, quum enim nullæ illic arbores propter religionem cæderentur, opacus & sine luce erat. { אשרה *aſcheráh.* ἄλσος, νέμος. GAL. Petit bois espois consacré à quelque religion. ITA. *Boſco, ſelua.* GERM. Ein dicker und finsterer wald einen gott zuehren eingeweyhet. HISP. *El boſque conſagrado à algun dios.* ANG. *Agroue dedicat to ſome god.* } *Valla lib. 4.* Lucus nequaquam cæduus est, quin potiùs manu consitus, religiosúsque, atque vel alicui Deo, vel alicuius hominis cineribus consecratus. Ideóque aut circa delubra numinum, aut circa sepulchra positus est. Sunt & alij qui non per contrariũ dictũ putẽt, sed propter lumina crebra sacrificiorum, quæ ibi nocturno tempore fiebant. *Virgil. 1. AEneid.* Lucus in vrbe fuit media lætissimus vmbra. *Vbi Seruius,* Vbicunque Virgilius lucum ponit, sequitur etiam consecratio: vt, luco tum forte parentis Pilumni Turnus sacrata valle sedebat. *Idem 6. Æneid.* Nulli certa domus: lucis habitamus opacis. *Cice. pro Milone,* Vos enim Albani tumuli atque luci: vos inquam imploro, atque obtestor. [In tuo luco & fano situs est? (ô fides) *Plautus. Aulul sc. 2. a. 4.* Ennium vt sacros vetustate lucos adoramus. *Quintil.* Lucus Petilius prope vrbem. *Plutarch. in Camil.* Lucus Syluani extra murum. *Plaut. Aulul. sc. 3. a. 4.*] ¶ Lucus Martis dictus est in quo Mars Iliam Vestalem Virginem compressit. *Autor Plutarch.* ¶ Fuit & Martis lucus apud Colchos: in quo poetæ finxerunt aureum Phryxei arietis vellus á peruigili dracone asseruari. Meminit huius luci aliquoties *Valerius Flaccus in Argon.* Item *Iuuenalis Satyr. 1.* Nulli nota magis domus est sua, quàm mihi lucus Martis, &c. *Cornel. Fronto de differ. vocabulorum,* Lucum dicit esse locum fulmine ictum & arboribus tectum. Quomodo item differant Lucus, templũ, sacellum, delubrum, vide suprà in dictione Fanum.

LVCVS Augusti, *Ptolemæo lib. 2. cap. 4.* Vrbs Cæpororum, in tractu Hispaniæ Tarraconensis, quam Augusti turrim Pomponius Mela nominat.

LVCVS Feroniæ, Oppidum est Tusciæ mediterraneum, non procul à luca, *teste Ptolem. lib. 3. cap. 5.*

Lucuus, Cibi genus apud Varronem, vel certè pistorij. *Varro lib. 2. de* φιλοσοφίας, Ac nulla Ambrosia ac nectare, non alia, farde panis penia, lucuus cibus qui purissimus multò. *Ex Nonio.* Apud Festum luculentus legitur, pro opere pistorio. Itaque inducor in suspicionem hanc aliter

A playe or game. } Est enim proprié ludus, quoduis ludicrum ad animi recreationem, vel corporis exercitationem fieri solitum, propositum tamen quadam lucri spe & damni periculo. Nam quæ ad solam vel ad ptatem fiunt, vt Valla censet, Lusus proprié dicuntur, vel Lusiones. Itaque Ludum aleæ, meliùs dicimus, quàm lusum: & contrà, Lusum trochi, melius quàm ludum. ¶ Accipitur tamen aliquando lusus pro ioco, & iocus pro ludo. *Horat. lib. 1. Ser. Satyr. 1.* Sed tamen adeo

ITA. *Giuocatore.* GERM. Ein ſpyler oder ein betrieger. HISPA. *Iugador.* ANG. *A player or ſporter.*} *Plau. in Amphitr.* Quid enim cenſes, te vt deludam contra luſorem meum, Qui nunc primum te aduenîſſe dicas, modò qui hinc abieris? *Ouid. lib.4.Triſt. Eleg.1.* Ille ego qui fueram tenerorum luſor amorum, id eſt, ſcriptor. [*Et Eleg.3.lib.3.Triſt.* Hic ego qui iaceo tenerorum luſor amorum. *Idem Ouid. Eleg. 1. lib. 5 Triſt.* Ille pharetrati luſor amoris abeſt.]

LŪSŌRĬUS: a, um, Quod ad ludum ſpectat. {ὁ τῆς παιδιᾶς παρατικός. GAL. Appartenant à ieu. ITA. *Pertinente à giuoco.* GERMA. Das zu dem ſpyl gehört. HISPA. *Perteneſciente à juego.*} VT, Tabula luſoria, in qua teſſeris luditur *Plin.lib. 37.cap.2.* Tranſtulit alueũ cum teſſeris luſorium gemmis duabus. Luſoria quæſtio, id eſt, ridicula & nullius momenti. *Plin. lib. 7. cap.53.* Pudore Diodorus ſapientiæ Dialecticæ profeſſor, luſoria quæſtione non protinus ad interrogationes Stilbonis diſſoluta, obiit. ¶ Sic luſorium edictum apud Iuriconſultos dicitur, quod eſt inane, ludibrio habitum, omnium irriſione deluſum. *L.75.D.de iudiciis, & aliis in locis.* * Luſoria fulmina, pro innoxiis, *apud Senecam.2. Natu. quæſt. 2.* Luſorium nomen pro ficto & ementito. *Seneca lib 5.de Benef.cap.8.* [*Idem Epiſt.49.* Luſoria iſta (.i. ludicra, & vana de ſophiſmatis.]

LŪDĬFĬCO, as, actiuum: & Ludificor, aris, deponens, ſeu per iocum & ludum fallo. {החל *hethél* צחק *tſiſchék* φθόμαι, ὀκτυφῶ. GAL. Se mocquer, abuſer, tromper & deceuoir. ITAL. *Beffare, burlare, dileggiare.* GER. Verſpotten/äffen/betriegen/fatzen. HISP. *Eſcarnecer y burla.* ANG. *To mocke, to deceiue.*} *Plaut. in Caſina*, Iam hic eſt lepide ludificatus. *Terent. in Phorm.* Ergo ſic me ludificamini? *Plaut. in Ciſtel.* Meámque rem perire, & ludificare filiam. *Idem in Amphitr.* Rogaine improbe etiam, qui ludificas me? *Cicero pro Roſc. Amer.* Quum enim aliquid habeat, quod poſſit criminosè ac ſuſpiciose dicere, aperte ludificari & calumiari ſciens non videatur. [Ludificari facete ac miris. *Plaut. Merc. ſc.6.a.2.* Tun' me audes herum ludificari. Et, Impranſus ludificabitur. *Plaut. Amph.* Ludificari locationem vectigalium. *Liu. dec. 4. lib. 9.* Item ludificare voce actiua: Ille me inultus ludificabit. Item, Herum ludificas dictis delirantibus. *Plaut. Amphitr.* Nugas ludificabitur. *Plaut. Capt. ſc. 4. a. 4.*]

LŪDĬFĬCĀNS, tis, participium, Ludens, deridens. {מצחק *metſachék* מהתל *mehathél.* φθόμενος, καταπαίζας. GAL. Qui ſe mocque. ITAL. *Chi beffa altrui, chi ſi burla.* GERMAN. Verſpottend/äffend. HISP. *El que ſe burla.* ANGL. *Mocking, deceiuing.*} *Silius lib. 7.* ſicci ſtimulabant ſanguinis enſes Ludificante ducem Fabio.

LŪDĬFĬCĀTUS, aliud participium. {מצחק *metſachék* מהתל *mehathél.* καταπαίξας.} *Silius lib.7.* variè nunc læuus in orbem, Nunc dexter, leuibus flexo per deuia gyris Ludificatus equo, *Plaut. Bacchid.* -neuquid ei ſuccenſeat Mea cauſa, de auro quod eum ludificatus eſt. Ludificatus paſſiuè. {מהותל *mehu hál.* καταπαιχθείς, ἐμπαιχθείς. GAL. Trompé, mocqué, abuſé. ITAL. *Ingannato, beffato.* GERM. Betrogen/geäffet. HISP. *Eſcarnefcido, burlado, engannado.* ANGL. *Mocked, deceiued.*} *Salluſtius in Iugurth.* Ludificari incerto prælio.

LŪDĬFĬCĀTĬO, onis, Deriſio, deceptio. {חתול *hathúl* מהתל *mahathál* שחוק *ſechók* ἐμπαιγμα, χλεϑασμός. GALL. Tromperie, mocquerie, abuſement. ITAL. *Inganno, ſcherno.* GERM. Verſpottung/äffung/betriegung. HISP. *Eſcarnefcemiento, engaño.* ANGL. *A deceiuing or mocking.*} *Liu. lib. 8. Dec.4.* Ferri iam ludificatio iſta non poteſt.

LŪDĬFĬCĀBĬLĬS, le. {ἐμπαικτος, ἐμπαικτίος. GALL. Qu'on peut iouer, ou qu'on doit moquer. ITAL. *Che ſi può burlare.* GERMA. Betrieglich/ ſpöttig. HISP. *Coſa que ſe puedo jugar.* ANG. *That maybe mocked.*} *Plau. Caſin.* Neque vſquam ludos tam feſtiuos fieri, quàm Hîc intus ſiunt ludi ludificabiles Seni noſtro.

LŪDĪBRĬUM, brij, Res vana & deridenda. {חתול *hathúl* מהתל *mahathál* שחוק *ſechók.* τὸ καταγέλαστον. GALL. Moquerie, riſée. ITAL. *Scherno.* GERM Ein geſpött. HISP. *Burla* ò *eſcarnio.* ANG. *A mockery or a trifling thing to be laughedat.*} *Virg. 6. Æneid.* foliis tantùm ne nomina manda: Ne turbata volent rapidis ludibria ventis. Hinc haberi aliquid ludibrio dicimus, ὀκτυφᾶσθαι, id eſt, deriſui, & contemptui, *Ter. in Hecyr.* Non ſic ludibrio tuis factis habitus eſſem. Eſſe alicui ludibrio: eſt derideri, vel illudi ab aliquo. [Non niſi in ludibrium reſeruauit. *Suet. in Calig. c. 27.* Ludibria naturæ. *Suet. in Auguſt. c.83.* Ludibrio habitus. *Senec. c. 14.de Conſol. ad Mart.* Ad ludibrium Antonij moriturus. *Velleius.* Habeor ludibrio (à marito) *Plaut.Men. ſc.4.a.2.*] *Cic. ad Brutum*, Nec pati ſceleratiſſimo hoſti ludibrio eſſe imperium populi Romani.

[Lu dibrioſa probra. *Gell. cap.11.lib.4*]

LŪDICRUM, cri, penult. corr. Ludus, & quæcunque res, quæ ioco, & non ſeriò fiat. {שחוק *ſechók* משחק *miſchák* צחוק *tſechók* שעשועים *ſchaaſchuſim.* ἄθυρμα, παίγνιον. GAL. Ieu de baſteleur, farcerie, ieu de plaiſance. ITAL. *Coſa da ſcherzo.* GERMA. Ein ſchertz/ſchimpfflpyl/kurtzweil. HISPA. *Coſa de burla juego.* ANGL. *Playe, or what ſoeuer is not done in earneſt.*} *Liu. lib.1. ab Vrbe*, Iam tum in Palatino monte Lupercal hoc fuiſſe ludicrum ferunt, & à Palanteo vrbe Arcadica Palanteum, deinde Palatinum montem appellatum. *Ibidem*, Turbato per metum ludicro mœſtæ parentes virginum profugiunt. *Idem lib.7. bell. Pun.* Simul quòd Olympiæ ludicrum ea æſtate futurum erat, quod maximo cœtu Græciæ celebraretur. Vertere in ludicrum prouerbij, id eſt, iocoſo prouerbio celebrari. *Plinius lib. 3. cap.11.* Diomedes ibi deleuit gentes Monadorum, Dardorúmque, & vrbes duas quæ in prouerbij ludicrum vertêre, Apinam, & Tricam. [Ludicrum, paulò antè ludus (.i. certamen puerorum in Troia ludenda) *Sueton. in Auguſt. cap. 43.* Ludicrum certamen Olympiorum, Mox ludi & Sacrum, *Velleius.*]

LŪDĬCĔR, a, um, Iocularius, leuis. {παιγνιώδης. GAL. Appartenant à ieu. ITAL. *Pertinente à giuoco, ò à recreatione.* GERMA. Schimpffig/ſchertzig kurtzweilig. HISPA. *Perteneſciente à juego.* ANGL. *Belonging to playe.*} *Virg.12.Æneid.* -nec enim leuia aut ludicra petuntur Prœmia. Artem facere ludicram, id eſt, hiſtrionicam exercere. Hinc in duodecim tabularum lege cautum erat, ne in quatuordecim gradibus ſederet, qui artem ludicram feciſſet. *Plaut. in Aulul.* Continuò meum cor cœpit artem facere ludicram, id eſt, ſubſilire. Ludicræ tibiæ, quibus in ludis vti ſolebant ad modos faciendos. *Plinius libr. 16. capite. 38.* Nunc ſacrificæ Tuſcorum è buxo, ludicræ tibiæ loto, offibúſque ſuminis, & argento fiunt. [Ludicræ artes quæ ſint. Docet *Senec. cap.89.* Ludicræ partes ſuſtinere. *Suetcn. in Nero. cap. 11.*]

LVĔNTĪNVM, ſiue potiùs LEVENTINVM. Britanniæ vrbs. *Ptolem. lib. 2. cap. 2.*

LUĒS, Dicitur quum in vrbe aut in agro febris, aliúdue morbi genus homines vel pecora, arboréſue aut ſegetes corripit. {רבר *déber.* λοιμός. & g.ns, peſte publique. ITA. *Peſtilenza contagioſa ſopra huomini & beſtie.* GERMA. Ein plag oder ſucht ſo gemeinlich vberleut vnd vieh außgeht. HISP. *Peſtilencia, dolencia* ò *enfermedad que ſe pega.* ANGL. *Peſtilence in men, murraine in cattaile, a common and great deſtruction.*} Differtque à peſte, quòd hæc aut citò perimit, quæ corripit, aut cito abit ab eo quem inuaſit. Lues verò generalius accipitur etiam pro iis morbis qui lentè ea quæ corripiunt, conficiunt. Dictum autem putat Feſtus luem à luendo, quòd omnia quæ corripuit, ad nihilum vique diluat. Alij luem dictam putant ἀπὸ τῦ λύειν, quòd omnia diſſoluat. *Cic. de Aruſpic. reſp.* ad hominem tranſtulit. Vt eos ludos hæc lues impura pollueret. *Virgil.3.Æneid.*

-lubito cum tabida membris
Corupto cæli tractu, miſerandáque venit
Arboribúſque, ſatíſque lues & letifer annus.

LŪGDŬNVM, λούγδουνα, *Stephano*, Emporium eſt totius Galliæ Celticæ longè celeberrimum, à quo ea pars Galliæ Lugdunenſis dicta eſt, à L. Munatio Planco, dum Galliæ comatæ præeſſet, conditũ in colle ſupra confluentem Rhodani & Araris imminente: vbi etiam hodie non obſcura antiquæ vrbis extant veſtigia, *Strab. lib. 4.* Lugdunum in colle conditum, vbi Arar amni Rhodano immiſceetur: Romano tenetur imperio: ampliori quoque dignitate virorum ſecundum Narbonem affluens, quibus vſui magno eſt emporium. Ibi quoque Romani duces aureum numiſma, argenteúmque ſignarunt. Lugduni etiam templum fuit communi vniuerſæ Galliæ impenſa extructum, & Cæſari Auguſto conſecratum, ea parte ante vrbem, vbi amnes confluunt: imibique ara dignitatis eximiæ erat, gentium ſexaginta titulo inſignita dicatis ibi totidem gentium ſimulachris. Hæc *Budæus de Aſſe.* Fuit præterea hæc ciuitas celebribus nundinis inſignis, ad quas totius Galliæ populi ad emendum, & vendendum conueniebant: vnde etiam hodie locus ille, in quo olim ſitum fuit Lugdunum, Forum Veneris appellatur. In hac etiam vrbe à Caligula Cæſare (*vt in vita eius cap. 20. teſtatur Sueton.*) inſtitutum fuit certamen Latinæ, Græcæque facundiæ. Quo certamine ferunt victoribus præmia victos contuliſſe, eorundem & laudes componere coactos. Eos autem qui maximè diſplicuiſſent, ſcripta ſua ſpõgia, linguaque delere iuſſos, niſi ferulis verberari, aut flumine proximo mergi maluiſſet. Huc ſpectaſſe videtur Iuuenalis, quum de Rhetore loquitur ad aram Lugdunenſem dicturo. Ea autem vrbs tam inſignis, tótque egregiis ornamentis nobilitata, *teſte Seneca in Epiſtol.* ſub imperio Neronis, centeſimo anno, à quo fuerat condita, vna nocte conflagrauit. Hodie verò Lugdunum in plano ſitũ eſt, magna ſui parte Rhodano & Arari fluminibus incluſum, publi Chriſtiani orbis angulis incognitum. Vulgò Lion. {GER. Leon.}

LŪGĔO, es, luxi, luctum, Deploro, lamentor, defleo, à verbo Græco λύω (vt quidam putant) quod eſt ſoluo: eo quòd continuo luctu vita hominis ſoluatur. {אבל *abal* ספד *ſaphádh* קונן *konén.* ὀλοφύρομαι, πενθέω. GALL. Pleurer abondamment. ITAL. *Piangere.* GERMA. Heulen vnd weinen/leid tragen. HISPA. *Llorar.* ANGL. *To lament, waide or to mourne.*} *Ouid. lib. 11. Metam.* Fratrem lugebat ademptum. *Cicer. ad Curium lib. 7. Epiſt.* Sed mehercule & tum Rempublicam lugebam, quæ non ſolùm ſuis erga me, ſed etiam meis erga ſe beneficiis mihi erat charior. ¶ Ponitur etiam abſolutè & ſimpliciter, pro in luctu eſſe. *Cicer. pro Plancio*, Hos pro me lugere, hos gemere videbam. *Idem pro domo ſua.* Lugente Senatu, mœrentibus bonis omnibus. ¶ Aliquãdo lugere, eſt ob neceſſarij alicuius interitum veſte lugubri dolorem teſtari. *Liu.lib.7.ab vrbe, de Bruto*, Matronæ annum vt parentem, eum luxerunt, quòd tam acer vltor violatæ pudicitiæ fuiſſet. ¶ Huius verbi compoſita ſunt Prolugeo, & elugeo, quorum ſignificata vide ſuis locis. * Luxti, pro luxiſti, *Catull.* At tu non ortum luxti deſerta cubile. Lugetur, Impreſ. *apud eundem Catullum.*

LŪCTŬS, us, Mœror, dolor ex alicuius interitu perceptus. {אבל *ébel* משפד *miſpédh* קינה *kináh.* πένθος. GALL. Pleur, dueil, gemiſſement. ITAL. *Pianto.* GER. Ein heulung/ein leid/furnemlich von wegen eines abgeſtorbnen. HIS. *Lloro, llanto.* ANGL. *A wailing a mourning.*} *Cicer.4.Tuſcul.* Luctus, ægritudo, ex eius qui charus fuerit, interitu acerbo. ¶ *Idem pro Plancio.* Quam quidem nunc multitudinem videtis, Iudices, in ſqualore & luctu ſupplicem vobis. *Ouid.8.Metamorphoſ.* Per coacerua-tos pereat domus impia luctus. *Virgil.2. Æneid.* -crudelis vbique Luctos pereat domus impia luctus. *Virgil.2. Æneid.* -crudelis vbique Luctos, vbique pauor, & plurima mortis imago. [Nec me lachrymæ luctúſque timórque tardarunt. *Ouid. 13.Metam.* Luctus minuit tempus. *Ouid. Eleg. 6. lib. 4.* Romæ, luctus tempus fuit decem menſium, Spartæ, XI. dierum: *Idem in Lycurgo.* Luctus diuerſa tempora pro ratione ætatis. *Plutar. in Num* In luctu purpuram & aurum deponebant fœminæ. *Liuius lib. 34. Hinc Ouid.* Non eſt conueniens luctibus ille color. (purpuræ.) *Ouid.Eleg.1. lib. 1. Triſt.* Ad luctus Romani morem redigere. *Senec. c. 11. de Conſ. ad Polyb.* Luctus tibi nunciatus lugenti. *Senec. cap. 2. de Conſol.ad Heluiam. Seruius*, Lugentes dicti quaſi *Senec. cap. 2. de Conſol.ad Heluiam. Seruius*, Lugentes dicti quaſi luce carentes.] ¶ Sæpe etiam ipſe habitus, vultúſque & veſtes, luctus dicitur. Is enim mutatione ſignificabatur. Nam in luctu atrati ſunt, purpura auróque depoſitis: quum eluxerunt nigram veſtem exuunt, purpurámque reſumunt. Itaque poſt cladem illam Cannenſem Senatuſconſulto cautum eſt, ne matronæ vltra triginta dies in luctu eſſent. Quo in loco luctus pro dolore accipi non poteſt: quandoquidem in poteſtate Senatus non erat dolori imperare: ſed potius pro veſte lugubri, cæteríſque exterioribus doloris indiciis. ¶ Antiqui etiam ferebant luctus, Lucti. *Accius*, Ceſſo hinc ire, & rapere lucti veſtem in lecto coniugis.

LŪCTĬFĔR, a, um, Ferens vel nuncians luctum. {מאביל *maabil.* φοβερός. GALL. Qui apporte ou annonce dueil. ITA. *Ch'apporta pianto.* GER. Das leid vnd weinen bringt/oder anzeigt. HISPAN. *Coſa que trahe llanto.* ANGLIC. *That cauſeth mourning.*} *Seneca Hercul. furen.* Hîc vultur,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

illic luctifer bubo gemit. Fax luctifera, *Senec. Medea*, ter latratus Audax Hecate dedit, & sacros edidit igne, face luctifera.

Lūctificābĭlis, e, Quod luctu affectum est. *Pers. Satyr.* 1. Antiopa, rerum nis cor luctificabile fulta.

Lūctĭfĭcus, a, um, penultim. cor. Quod luctum inducit. {מאבי maabil. γοώδης, ὀλοφυδνός. GAL. Qui cause dueil, qui fait porter dueil. ITALL. *Ch' induce pianto.* GER. Das leid anstanet/das heulen vnd weinen macht. HISPA. *Que haze lloro ò luto.* ANGL. *That causeth mourning and heauinesse.* } *Cicer. Tuscul.* Luctifica clades nostro infixa corpori. *ex Poeta Luc. lib. 7.* Luctificus Titan nunquam magis æthera contra Egit equos.

Lūctĭsŏnŭs, a, um, Luctum sonitu præ se ferens. { γοώφατος. GALLIC. Son qui signifie dueil. ITA. *Sono che significa duolo.* GERMAN. Klägtlich tõ nend. HIS. *Cosa que sona luto ò lloro.* ANG. *That hath the sound of mourning.* } *Ouid. 1. Metam.*

Quos potuit solos, tendens ad sydera vultus.
Et gemitu, & lachrymis, & luctisono mugitu,
Cum Ioue visa queri est, finemque orare malorum.

Lūctŭōsus, a, um, Luctu plenum, lugendus. { ὀδυώδης, γοώδης. GAL. Plein de dueil. ITA. *Pieno di pianto.* GERM. Voll leids. HIS. *Lleno de luto ò llorο.* ANG. *That causeth mourning and heauinesse.* } *Sall. Catil.* Virorum more pugnantes, cruentam atque luctuosam victoriam hostibus relinquare tis. Dicitur etiam Luctuosum, quod luctum affert. *Cic. 1. de lege Agrar.* Quàm me hercle ego præconi huic ipsam luctuosam, & acerbam prædicationem futuram puto.

Lūgubrīs, & hoc lugubre, penultim. corr. Quod ad luctum pertinet. { πενθικός. GAL. De dueil, appartenant à dueil. ITAL. *Da duolo, lugubre, funesto.* GERM. Leidlich/das zu leid gehört. HIS. *Cosa lloroſa ò enlutada.* ANGL. *Belonging to wailling or mourning.* } vt, Vestis lugubris, qua dolorem ob necessarij alicuius interitum testamur. *Terent. in Heaut.* Meliores ob necessarij alicuius interitum testamur. *Terent. in Heaut.* Melioresque lugubri vestitam vestem lugubri. *Cicer. Post reditum, ad Quirit.* Me fratris, miserrimi, atque optimi, quotidianæ lachrymæ, sordesque lugubres à vobis deprecatæ sunt. *Idem 1 Tuscul.* Sed illa lugubris lamentatio, fletúsque mœrens ex eo est, quod, &c. *Idem Attic. lib. 8.* O rem lugubrem, itaque intercludor mœrore. ¶ Lugubria absolutè, pro vestibus lugubribus. *Ouid. 11. Metamorph.* Surge, age, da lacrymas, lugubriáque indue, nec me Indeploratum sub inania Tartara mitte. *Senec. Her. fur.* Amicta coniux lugubribus. [Nunquam mater lugubria sumpsi. *Propertius.*]

Lūgŭbrē. penult. corr. aduerb. Lugubriter. { πενθικῶς. GAL. Auec pleur & dueil. ITALL. *Con pianto ò duolo.* GER. jämerlich. HIS. *Con luto ò lloro.* ANGL. *With wailling or mourning.* } *Plaut. Ciſt.* Nam si hæc non nubat, lugubri fame familia pereat.

* Lugidunum, λουγίδουνον, *Ptolomæo lib. 2. cap. 11.* Germaniæ vrbs. Hodie Glogauia, vulgò *Glogaw.*

Lūmă, lumæ, Genus spinæ quæ in pratis nascitur, & locis vliginosis: sic dicta, quod agricolæ eam è terra luunt, id est, soluunt. ἀπὸ τοῦ λύειν. Hinc Lumeta: loca lumis plena: & Lumaria falx, qua lumeta secantur: *vt ait Varr. de ling. Lat. l. 4.*

Lūmbrĭcī, Vermes terreni, à lubricitate dicti. { תילעת toleβáh תולעת *tolaßath.* ἕλμινθες. GAL. Vers de terre. ITA. *Vermi di terra.* GERM. Erdwurm/mettet. HISP. *Lumbrizes.* A ANGLI. *wormes of the earth or in mans body.* } *Plaut. in Aul.* Foras lumbrice qui sub terra erepsisti modò. *Columell. lib. 7. cap. 9.* Terram rimentur, effodiántque lumbricos, ¶ Lumbrici etiam vermes dicũtur, qui in ventre hominis, aut etiam aliorum animalium, nascuntur: qui teste Galeno ad finem Methodi, in triplici sunt differentia. Aut enim lati sunt, aut teretes, aut omnium minimi, quos ἀσκαρίδας nominant. *Col. l. 6. c. 24.* Solent autem vitulis nocere lũbrici, qui tere nascuntur cruditatibus. *Idem l. 6. c. 30.* Solent etiam vermes, quasi lumbrici nocere intestinis.

Lūmbŭs, bi, vel quod vsitatiùs est, Lumbi, orum, A rei anatomicę peritis dicitur pars inferior spinæ, quinque constans vertebris, quæ medię sunt inter os sacrum, & vertebras dorsi. { מתניים mothnajim תלצים *et alathsájim.* ὀσφὺς, φύσις. GALLIC. La partie du dos qu'on appelle le rable. ITALIC. *Lombi.* GERMANI. Die lende. HISP. *Los lamos.* ANG. *The loine, the haunche.* } *Plin. lib. 20. cap. 2.* Lumborum verò dolori, semine sole siccato. *Plaut. in Epid.* Plaudite, valete: lumbos extollire atq; exurgite. ¶ Dicuntur etiam lumbi de brutis. *Horat. lib. 1. Serm.* Curto ire licet mulo, vel si libet, vsque Tarentum, Mantica cui lumbos onere vlceret, atque eques armos. Hinc fit Elumbus, a, um, vel Elumbis, elumbe, quod lumbis caret, seu potiùs quod lumbos confractos habet, aut inualidos. ἀτοφωμβύος. Bona enim pars virium in lumbis sita est: vt qui soli, nullius alterius ossis adminiculo, superiorem corporis compagem sustineant. Hinc factum est, vt elumbis accipiatur pro debili. *Plin. lib. 10. cap. 33.* Perdix prægrauem, aut elumbem sese simulans. ¶ Item delumbis pro molli & effœminato. *Persius Satyr. 1.* summa delumbe saliua. Hoc natat in labris. ¶ Inde Delumbe carmen, pro lasciuo, minimèque virili. ¶ Et verbum Delumbo, as, are, delumbem reddere, debilitare. ἐξαδυνατίζειν. *Plin. lib. 20. cap. 4.* Hoc sæpe delumbata quadrupede approbatur. ¶ Delumbare sententias, per translationem est, neruis illas & robore suo spoliare. *Cic. in Orat.* Nec minutos numeros sequens concitet, delumbetque sententias.

Lūmbŭlŭs, li, diminutiu. { ὀσφύδιον. φυάδιον. GAL. Petit rable. ITAL. *Picciolo lumbo, arnione, regnone.* GERM. Ein kleine lende. HIS. *Pequenna lomo.* ANGLIC. *A litle loine.* } *Plin. l. 28. c. 11.* Sicca lippitudo, lumbulis suum tostis, atque contritis, & imposĭtis tollitur.

Lumbifragium, gij, Fractura lumborum. { φυάγιον. GAL. Rompure de rable & reins. ITA. *Rottura de gli arnioni.* GERM. Ein lendebruch. HISPA. *Quebradura de lomos.* ANG. *The breaking of the loine.* } Verbum est fictitium, quo vsus est. *Plaut. in Amphitr.* Nam si me irritassis, hodie lumbifragium hinc auferes.

Lūmbāgo, Vitium & debilitas lumborum, *vt ait Festus.* ὀσφύος ἀδύνημα.

Lūmbārĕ, Tegmen quo pudenda teguntur. { אזור ezór. περίζωμα. } Quo verbo vsus Bibliorum interpres in Ieremiam.

Lūmĕn, inis, Res aliqua splendorem diffundens: ita dictum quasi lucimen. { אר or. φῶς. GALLIC. Lumiere. ITALIC. *Lume.* GERMAN. Ein liecht. HISPA. *Lombre ò luz qualquiera.* ANG. *Light.* [*Ouid. Eleg. 8. lib. 1. Trist.* Mobile sic sequitur fortunæ lumina vulgus. *Quintil.* Mihi eruit lumen filius: (tup. moriens) luminibus oculorum acribus pingebatur Iustitiæ. *Gell. cap. 4. lib. 14. Ouid. Eleg. 1. lib. 2. Trist.* Luminibus tuis totus quibus vtitur orbis. Scenica vidisti lætus adulteria. *Plaut. Curc. sc. 1 a. 1.* Occultemus lumen & vocem. *Ouid. Eleg. 6. lib. 3. Trist.* Mea lumina funesti conscia facta mali. Nondum tantum lumen dicendi acceſserat. *Quintil.* Effusum alterum lumen Imperij. De Pompeio extincto: *Velleius.* Manùque simul veluti lacrymantia torsit lumina. *Ouid. 13. Metam.* Omnia qui magni dispexit lumina mundi. *Catull. de Coma Beren.*] *Seruius in 2. Æneid.* Lumen à luce distinguit, quòd in lumine sit splendor, sed cum fumo: in luce solus splendor. *Virg. 7. Æneid.* -tum fumida lumine fuluo inuolui, ac rotis Vulcanum spargere tectis. *Idem 6. Æneid.* nec fumea tedis Lumina. *Idem 9. Æneid.* -piceum fert humida lumen Teda. Verùm hæc Seruij differentia non est perpetua. Nam & Solem & Lunam, & cætera cælestia corpora lumina appellamus, quæ tamen fumi omnino sunt expertia. Alij lumina intelligunt corpora ipsa lucida, quæ claritatem à se diffundunt, Sic Solem ipsum lumen appellant, lucem autem claritatem à Sole profectam. Sed hoc, vt in Sole fortasse verum est, ita in cæteris locum non habet. Neque enim splendorem à candela. lychnóve per ædes diffusum, statim lucem appellaueris. Lucem itaque alij vni Solis splendori proprium esse volũt: aliarúmque rerum claritati nonnisi per abusum, aut per translationẽ tribui. ¶ Ponitur aliquando pro luce, siue die. *Cicer. pro Rab. Posthumo.* Si te secundo lumine hic offendero moriere. *Virg. 6. Æneid.* vix lumine quarto Prospexi Italiam. * ¶ Aliquando pro vita. *Virg. 2. Æneid.* nunc cassum lumine lugent. Id est, mortuum. *Idem Virgil. 6. Æneid.* dixit. Vitæ lumina attingere. ¶ Aliquando pro oculo, quòd oculorum beneficio lumen conspiciamus. *Quintilian. in Proœm. lib. 6.* Prior alterum ex duobus eruit lumẽ. ¶ Doctorem ac lumen desiderare, est desiderare rei alicuius difficilis ac obscuræ interpretationem, *Cic. ad Trebat. lib. 7.* Qui quanquam plurimi sunt, doctorem tamen, luménque desiderant. ¶ Lumen ponitur aliquando pro fenestra, per quam lumen in ædes immittitur. Hinc luminibus obstruere, est ædificando officere luci domus vicinæ, & quæ è regione est. *Cicer. pro domo sua,* Quũ ille negaret, primò se luminibus eius obstructurum minabatur. ¶ Per translationem quoque alterius luminibus obstruere dicimur, quum nominis eius claritatem obscuramus. *Cicer. in Bruto,* Catonis luminibus obstruxit hæc posteriorum, quasi exaggerata altius oratio. Lumina præferre menti alicuius, id significat, quod vulgò *inspirare aliquem* dicimus. *Cicer. antequam iret in exilium:* Vos, vos obtestor dij immortales, qui meæ menti lumina prætulistis, quum consensum extinxi cõiurationis, arcémque vrbis ab incendio ac flamma liberaui. Lumina ciuitatis dicuntur insignes viri, & clari. *Cicer. in Catil. Oratione 3. in fine,* Lumina ciuitatis extincta sunt. ¶ Lumen probitatis prospicere in aliquo, hoc est, Maximam probitatem, *Cicer. de amicitia.* Lumen virtutis, Clara & magna virtus. *Idem Cicer. ad Cæsium.* ¶ Lumina in pictura vmbræ opponuntur. *Plin. lib. 35. cap. 5.* Tandem se ars ipsa distinxit, & inuenit lumen, atque vmbras, differentia colorum alterna vice sese excitante: deinde adiectus est splendor alius hic, quàm lumen, quem quia inter hoc & vmbram esset, appellauerunt tonon. ¶ Lumina orationis, sunt sententiæ & figuræ, quæ suis locis, velut emblemata quædam interiecta, orationem mirum in modum illustrant. ¶ Lumen soli mutuas, τὸ φῶς τοῦ ἡλίου δανείζεσθαι. Quum docemus doctissimum, monemus vehementer prudentem: aut quum conamur exponere quæ per se sunt clarissima. Simile huic est, quod *Quintil.* refert, Lumen soli inferre. Luminis tremor, & lumen tremulum. Vide STELLA.

Lūmĭno, as, Illumino, illustro. { האיר *hebr.* φωτίζω, καταλάμπω. GALL. Esclairer. ITA. *Illuminare, alluminare.* GERMAN. Leuchten. HISPA. *Alumbrar.* ANG. *To light, or to giue light.* } *Martianus,* Quos stellantibus oculis intercinctos crebri vibratus ignium luminabant. ¶ Relumino, lumen reddo.

Lūmĭnārĕ, aris. Ipsum lumen, aut id quod claritatem, splendorémve ex se diffundit. { מאור *maór.* φωστήρ. GALLIC. Lumiere & clarté, luminaire. ITA. *Lume, luminare.* GERMANIC. Ein liecht. HISPAN. *Lumbrera, ò cuerpò luzio.* ANGLIC. *Light or brightnesse.* } *Hieronymus in Genes.* Fecit Deus duo luminaria magna: vnum vt præesset diei, alterum vt præesset nocti. ¶ Luminaria per translationem viros eximios, in quibus singularis quidam virtutis splendor elucet, quique sui ordinis hominibus decori sunt & ornamento, appellauit *Cicer. 2. Phil.* In te autem, M. Antoni, id decreuit Senatus: & quidem incolumis, nondum tot luminaribus extinctis, &c. id est, tot egregiis viris, qui sunt lumen & splendor, atque ornamentum Senatus & ciuitatis.

Lūmĭnōsŭs, a, um, Quod est clarum, & apertum. { בהיר *bahir.* φωτεινός. GAL. Plein de lumiere, fort reluisant & esclairant. ITAL. *Luminoso* GERM. Voll liechts/heiter. HISP. *Cosa llena de lumbro.* ANGLIC. *Shyning full of light.* } *Cicer. in Orat.* Tum sunt maximè luminosæ, & quasi actuosæ partes duæ.

Lūnă, lunæ, A lucendo dicta, quod in noctu sola luceat: vel certè à Lucina voce concisa vox formata. { ירח jaréach. σελήνη. GAL. Lune. ITAL. & HISP. *Luna.* GERM. Der mon. ANG. *The moone.* } Alij Lunam quasi lucem alienam dicunt, quòd lumen à Sole recipiat. *Cicer. in Somnio Scipionis.* Ex quibus erat minima, quæ vltima cælo, citima terris, luce lucebat aliena. Hæc Solis discipula obsequitur cursibus supernis, & prout accedit ad Solem, vel recedit à Sole, crescens aut senescens, dispensat lumen, ideóque semper est instabilis. *Ouid. 15. Metamorph.* Nec par aut eadem nocturnæ forma Dianæ esse potest vsquam, semperque hodierna sequente. Si crescit, minor est: maior, si contrahit orbem. Luna (*vt inquit Macrobius*) dispensationibus septenariis luminis sui vices sempiterna lege variando disponit. Primis septem diebus dimidiata semiorbem ostendit, Græcóque sermone διχόμηνις & διχότομος vocatur quasi dimidia. Secundis totum orbem complet, fitque plenilunium, quod Græci πανσέληνον vocant. Tertiis rursus διχότομος efficitur. Quartis fit totius Lunæ cum Sole, quod interlunium vocant & silentem lunam, & intermenstruam, coitio, Græce σύνοδος dicitur. Hinc plenilunium, quod est, quum luna quintadecima & rotunda est, Solíque ex diametro opponitur. *Plin. lib. 18.* Quum verò occidente Sole orietur (scilicet Luna ex aduerso) ita vt pariter aspiciantur, tunc erit plenilunium. Interlunium, quum apparere desierit, & noua fit, & coeunte

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

vel silenti luna. Vnde lunæ coniunctio dicitur dies silentis lunæ. Luna vigesima,pro vigesimo die post nouam lunam,*Plin.lib.2.cap.97.* Æstus idem triduo in mense consistit,septima,octaua,nonaque luna. ¶Quarta lunæ nati, ὁ τετράδι γεγωνώς, dicuntur,qui parum feliciter nati sunt,vt autor est *Eustath.in l.b.Iliad.2.* Propterea quòd Hercules hac luna natus feratur, cuius omnis vita voluptatum omnium expers, ac laborum plena fuit. Dici potest & in eos qui laboribus sibi neutiquam frugiferis fatigantur. Herculis videlicet exemplo, qui iuuandis aliis sudauit,sibi inutile.[Diem,Aquam,Solem,Lunam,Noctem,hęc argento non emo.*Plaut.Asin.sc.3.a.1.* Lunæ hedomatibus Athenis agitabantur conuiuia *Gell.cap.2.lib.15.* De lunæ Eclipsi. *Plutarch.in Æmylio.* Lunula & luna in calceis patriciorum. *Iuuen. Satyr.7. & eius Interpres.*]

Lūnŭla, diminu. {שחרון *sahar'on.* σεληδιον. GAL. Petite Lune. ITALIC. *Picciola luna.* GERM. Ein mönlin. HISPAN. *Pequenna luna.* ANG. *A litle moone.*} *Plaut.in Epidic.* Lunulam, atque anellum aureolum in digito. Cæterum hic Plauti locus indicat Lunulam siue lunulas fibulas esse ad lunæ similitudinem factas, quas Græci interpretes LXX. apud Isa.cap.3 μηνίσκους verterunt: Hoc est quod scribit Hieronym. habere mulieres in lunæ similitudinem bullas dependentes. [Vide supra in Luna.]

Lūnāris, are, Quod ad lunam pertinet. σεληνιακός, vt, Lunaris ratio, Lunaris annus. *Plin.lib.15 cap.39.* Lunaris annus,qui mense vno suum efficit cursum.*Ouid.15.Metamorph.* Cæruleus,& vultum ferrugine lucifer atra Sparsus erat:sparsi lunares sanguine currus.*Idem 5.Fast.* Sol quoque cũ stellis nulla grauitate retentus: Et eos lunares exiluistis equi. *Cicer.in Somn.Scipionis,* Quam ob causam summus ille cæli stelliferi cursus,cuius conuersio est incitatior, acuto & excitato mouetur sono:grauissimo autem hic lunaris & infimus.

Lūnāria æ, minor à Fuchsio vocatur, Vetulæ ad philtra vtuntur, sicuti & opioglosso. Lege Gesn. de Lunaria minore siue petra, vt ipse cognominat in commentario de admirandis herbis, vbi confutat eos, qui hanc herbulam epipactin vocant.

Luno,as,are,In modum lunæ,quando in cornua curuatur flecto. σεληνοειδῶς ποιῶ. GALLIC. Faire & tourner ou courber en la forme de la lune croissiant. ITA. *Torcere à guisa di luna.* GERMAN. Nach des mons gestalt biegen. HISP. *Plegar en guisa de luna.* ANG. *To make crooked lyk the moone.*} *Ouid.1.Amor.* Lunauitq; genu sinousum fortiter arcum,id est, intendit.

Lūnātŭs,a,um, Quod est ad lunæ similitudinem factum,vel quod habet speciem lunæ. {σεληνοειδὴς,μηνοειδὴς. GALLIC. Cornu comme la lune. ITA. *Ch'a forma di luna cornuta.* GER. Gestaltet oder gebogen wie der mon wann er erst new werden ist. HISP. *Plegado en guisa de luna.* ANGL. *Made lyk the moone horned.*} vt,Lunatum ferramentum. *Columel.libr.12.cap.54.* Deinde,sicut consueuerunt falgamarij, decussatim ferramento lunato incidito. Tres enim sunt figuræ crescentis lunæ, nam modò curuatur in cornua,modo in orbem circumacta,vt quum est plena,& Soli aduersa: modò dimidio orbe cæsa:hoc est,quum æqua proportione diuiditur:& ob id à nostris diuidua,à Græcis διχότομος vocatur *Virgil. lib.1.Æneid.* Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis Penthesilea furens. Classis lunata. *Lucan.lib.3.* Cauda lunata delphinorum. *Senec. Oedip.* Frons lunata vitulis. *Claudian. de Rapt. Proserp.*

Lūnātĭcī. dicuntur qui furore laborant, non illo quidem perpetuo,sed interuallis quibusdam recurrente.{σεληνιαζόμενοι. GALLIC. Lunatiques,ou malades par lunes. ITAL. *Lunatici,che impazzano à punti di luna.* GERM. Mensüchtige. HISPAN. *Lunaticos,alunados,locos por lunas.* ANG. *Lunatickes,sickat certaine tymes of the moone.*} Quod mali genus inde nomen accepit, quod iis qui ipso interlunio nati sunt familiare esse consueuerit: siue quod statis lunæ ratione interuallis soleat reuerti. *Iul.Firm.4. Mat.* Et si luna male fuerit collocata,aut spasticos, aut lunaticos,aut caducos facit.

Lūnæ, Hetruriæ oppidum ad mare situm, fœcundissimis candidi marmoris fodinis, quod ab eo Lunense dicebatur, olim nobilitatum.} GERM. Eine statt in Hetrurien am meer gelegen bey deren man schön weiß marmelstein gräbt.} Vulgò *Luni. Plin.lib.36.cap.6.* Adiecit idem Nepos,Mamurram totis ædibus nullam nisi e marmore columnam habuisse, omnes solidas e Caristio, aut Lunensi. *Lucanus l.1.*

-quorum qui maximus æuo,
Arnus incoluit desertæ mœnia Lunæ,&c.

Lūnēnsis caseus, A Luna vrbe nomen accepit, quæ fuit in ea parte Hetruriæ,quæ Liguriæ proxima est.Erat autem hoc casei genus sola magnitudine laudatum, vt quod librarum mille pondus nonnunquam æquaret: vnde inter seruorum obsonia refertur à *Martiale lib.14.* Caseus Hetruscæ signatus imagine Lunæ præstabit pueris prandia mille tuis. *Plin.lib.11.cap.42.* Mistum Hetruriæ atque Liguriæ confinium Lunensem mittit,magnitudine conspicuum: quippe & ad singula millia pondo premitur.

Lūnæ promontorium, Hetruriæ promontorium est non procul à Macra fluuio:cuius meminit *Ptolemæus lib.3.cap.1.* σελήνης ἄκρα. ¶ Est item eiusdem nominis promontorium in Lusitania, non procul à Tagi ostio *apud eundem Ptol.lib.2.cap.5.*

LVNARIVM, Promontorium Lalætanorum in Hispania Tarraconensi: cuius meminit *Ptol.lib.2.cap.6.* Alio nomine,Mons Iouis.

Lūo,luis,lui,Persoluo,exoluo,pendo. {השיב *heschíb* שלם *schillém* גמל *ghamál* פדה *padháh* גאל *ghaál* כפר *chippér* נקה *nikkáh.* λύομαι. GALL. Payer,satisfaire,souffrir punition. ITALIC. *Purgare,pagare.* GERMAN. Bezalen/büssen. HISPAN. *Lastarò pagar la penà.* ANG. *To paye satisfie to suffer punishment.*} *Liu.lib.1.ab Vrbe,* Vt tamen debito supplicio scelus lueret:id est, debitum sceleri supplicium solueret. Dictum putatur à verbo Græco λύω. quod inter cætera significat etiam purgo aut ἀπὸ τοῦ πλύνειν, quod est lauare siue abluere. ¶ Luere pœnas,est dare pœnas seu ferre supplicium. *Cic. Attico libro 3* Itaque mei peccati luo pœnas. Sic luere supplicium,est supplicio affici. *Iustin.lib.1.* Quicunque capi potuerunt, supplicia crucibus luerunt. Luere capite, est capite plecti. *Liu.9.ab Vrb.* Obsides etiam sexcenti imperati capite luerunt. ¶Luere maculas sanguine,est abstergere, purgare, eluere, & tum à lauando quidam ductum volunt. *Cicer.in Verrem Act.7.* Errabas Verres,& vehementer errabas, quum te maculas furtorum & flagitiorum tuorum,sociorum innocentium sanguine luere arbitrabare. Luere peccata,est delictorum supplicium ferre. *Liu.8.bell.Maced.* Ego tamen & cum aliis pro dignitate imperij vestri coactis luere peccata mea,pacem populi Romani [Litigator luit petulantiam patroni. *Quintil.* Scilicet in aliis etiam fortuna luenda est(i.danda pœna ob errorem. *Ouid.Eleg.3. lib.2.Trist.* Luere pœnas supplicijs meritis. *Vellelius.* Piaculis luere fulgur. *Gell.capite 5.lib.4.* Luere piaculum, *Idem Gell.c.6.lib.4.* Ité luere noxã pecunia *Liu.lib.8.d.4.* Luere spõsione, *Idẽ lib.9. ab Vrb.*} ¶Luere aliquando est pretium redẽptionis redemptori offerre, *ait Bud.* Vlp. Qui status controuersiam patiuntur, non debent per id tempus mutare:sed nec hi qui ab hostibus redempti sunt, prius quàm se luant. Item res oppigneratas soluta pecunia liberare *Imperator in Instit.* Sed etsi rem obligatam creditori aliquis legauerit, necesse habet heres, eam luere, &c. [Luere.i. dissoluere ex multis locis *Varronis de Ling. Lat. Probat Victorius cap.24.lib.13.*

Lūitur,impersonale,*Lucan.l.25.* hæc cede luatur
Quicquid Romani meruerunt pendere mores.

Lūītĭo, onis, Redemptio,liberatio, {פדיום *pidhjóm* פדיון *pidhjon* שלום *schillum* גאלה *ghealláh* λύσις,λύτρα. GAL. Rachat,payement de rançon. ITA. *Pagamento che si fa per riscato.* GERMAN. Bezalung. HISPA. *Pagamiento de detestaio.* ANGLIC. *Redemption paying of ransom.*} *Vlp.de capt. & postl.reuer.l. Si patre.* Si patre redempto, & ante luitionem defuncto, filius post mortem eius redemptionis quantitatem offerat, dicendum est suum ei posse heredem existere.

Lūītūrus,particip. Luitura pœnas puppis,*Claud.4.Panegyr.*

Lūēndus,*Ouid.2.Trist.* Scilicet in superis etiam fortuna luenda est.

Luto,as,are,frequentatiuum à luo. Habes quî & cuius rei caussa fecerim Hecatomben, in quo vt puto, quoniam est luere soluere,lutarii,id est lui *Ex Nonio.*

Lūpăr,Lupanar,Lupanarius,Lupatum Vide LVPVS.

LVPĒRCĂL, à Lupa dicitur, Locus sub Palatino monte sacratus ab Euandro Pani Deo Arcadiæ, qui Lycæus vocatur eò quòd non sinat lupos in oues sæuire. Quanuis quidam ita appellatum velint, quòd Lupa ibi Remum & Romulum nutriuerit λυκαίνα. *Ouid.2.Fastor.*

Illa loco nomen fecit,locus ille Lupercal:
Magna dati nutrix premia lactis habet.

Lūpērcālĭă,Solennia quædam sacra dicebantur, quæ mense Februario Lupercis fiebant in honorem Panos pastorum Dei.λυκαῖα. {GERMA. Fäst so im Hornung zu ehren des Hirtengotts Panos gehalten wurden.} *Cicer. ad Quint. frat. lib.2.* Hodierni diei res gestas Lupercalibus habebis. Seruius enarrans illud *Virgil.8.Æneid.* Hic exultantes Salios, nudósque Lupercos. Quum,*inquit*,in honorem Panos Luperculiorum solennitas celebraretur, pecora Romanorum subitò à latronibus rapta sunt. Illi proiectis vestibus, persecuti sunt latrones: quibus oppressis,& receptis animalibus,propter rem à nudis prospere gestam, consuetudo permansit,vt nudi Lupercalia celebrarent. [Lupercalia vnde & cuiusmodi. *Plutarc.in Rom. Et in Cæsare.*

Lūcŭbrātĭo,nis,Vigilia,& opus quod fit lucubrando. {ἡ νυκτὸς φῶς ἀναπτομένη, ἀγρυπνία. GALL.Veille ou beſongne faite à la chandelle. ITA.*Veggbia ò compoſitione ò ſcritto fatta alla candela.* GER.Ein arbeit zů nacht bey dem liecht. HISP. *A quella obra de velar ò trabajar à la candela.* ANG. *A ſtudying by candell a worke made in the night by candell.*{ *Cic.lib.1.de Natura deorum*,Nam iſta quæ vos dicitis, ſunt tota commentitia,vix digna lucubratione ancillarum. [Fuligo lucubrationum Oratori bibenda.] ¶Sunt lucubrationes ruſticanæ, veſperti-næ & antelucanæ , quando à veſpere & ante lucem , conficiunt intra villam opera rei ruſticæ conducibilia.*Colum.lib.11.cap.2.*Item ad lucubrationem veſpertinam palos decem , vel ridicas quinque conficere, totidémque per antelucanam lucubrationem.

Lūcubrātĭūncŭlă,diminutiuum.*Gell.lib.20.cap.vlt.* Voluptáſque erit lucubratiunculas iſtas cognoſcere.

Lūcubrātōrĭă lectica,*In Tranquillo in Auguſto ca.78.*dicitur in qua lucubrare ſolebat Auguſtus.

Lūxo , as , Membrum aliquod intorqueo , & loco ſuo moueo , à verbo Græco λύω,ſoluo. {χωρίον *hokiáh* ῥήσσω, ἐξαρθρόω. GAL. Delmettre de ſon lieu,deſnouer. ITA.*Slegare.ſeneſtrare,mouer di luogo.* GERMA. Verrencken.HISP.*Deſconcertar ò deſencaſar huueſſos.*ANG.*To put out of ioint.*{ ¶Vnde luxa, ſiue luxata membra dicuntur locis ſuis mota. & ſoluta. ἐξαρθρήματα. *Plin.lib.38.* Caro prodidit luxatis membris carmen auxiliari:M.Varro podagris.*Idem lib.31.cap.6.*Luxata hominum corpora & quadrupedum natando in cuiuſlibet generis aquam, facilliùs in artus redeunt. ¶Et luxati,dicuntur quorum membra ſuis locis mota ſunt. ἐξαρθρημένοι. *Idem*, Althææ radix decocta luxatis prodeſt. [*Suet.in Nero.cap.34.* Luxata machinâ lacunaria.] ¶Stirpium quoque radices luxari dicuntur , quum aratro aut ligone perſtrictæ mutilantur, locoque mouentur. *Plin. lib. 17. cap. 24.* Aut culpa vinitorum colentium ægrotant vites , quum perſtringuntur:aut circumfoſſor iniurioſo ictu verberauit , vel etiam ſubarator imprudens luxauit radices copiſſe deſquamauit.

Luxus,xi,*Probus in Catholicis*,Luxus huius luxus luxuriam ſcilicet ſignificans, *Terentius*, Adoleſcens luxu perditus, Nam luxus vacillans luxi facit.*Salluſtius in ablatiuo*,luxo pede.

Lūxŭs,xus,Non ſolùm pro re venerea,ſed etiam,& ferè ſemper propriáque pro omni ſuperfluitate, & nimia profuſione, & ſumptuoſoreve-bi,veſtitus , & aliarum cura dici ſolet. {פרח *ſerach* עגב *ſhaghâb* עגבה *ſhaghâh* חגות *taznût.* ἀσωτία. GAL.Superfluité,excez.ITA.*Luſſuria,ſomtuoſità.*GERM.Ein vnzymlicher vberfluß/vnmaaß/geitheit.HISPAN.*Qualquiera ſuperfluidad viciоſa,luxuriоſa.* ANGL. *All ſuperfluitie and exceſſe in carnall pleaſures,ſomptuous fare or building.*{ *Cicer.5.Verr.* Niſi forte exiſtimaris,eum in vino & luxu non riſiſſe, qui,&c. Regali luxu ſplẽdida domus,*Virgil.lib.1.Æneid.* At domus interior regali ſplendida luxu inſtruitur.Regifico luxu paratæ epulæ,*Virg.6. Æneid. Tacit.lib.20.* Effugi in luxum,& epulas,& nocturnos cœtus. ¶Luxum deponere eſt faſtum,pompam,habitúſque ſplendorem abiicere.*Claudian.lib.1.* Sub tua purpurei veniunt faſtigia reges,Depoſito luxu.

Lūxŭrĭă,ſiue Luxuries,ei,Laſciuia,petulantia ; immodicus voluptatum deliciarúmque vſus,nimiáque non modò in rem venereã , verumtiam in molliorem veſtitum , lautioréſque epulas profuſio. {פרסה. *rach* עגב *ſhaghâb* עגבה *ſhaghâh* תגות *taznúth.* ἀσωτία. GALL.S.perfluité excez.ITAL.*Luſſuria,ſuperfluità.* GERMA. Vberfluſſigkeit/vnmaſſigkeit/geitheit mutwil in eſſen/trincken/kleidung/&c. HISP. *Luxuria ſuperfluidad.*ANGLIC.*Superfluitie,exceſſe.*{ *Cicer..libro 1.Offic.*Luxuria cum omnia ætati turpis,tum ſenectuti fœdiſſima eſt. *Et paulò poſt*, Turpe eſt diffluere luxuria. *Idem pro Muræna*,Odit populus Romanus priuatam luxuriam, publicam magnificentiam diligit. *Idem pro Sexto Roſc.* In vrbe luxuries creatur, ex luxuria auaritia, ex auaritia erumpit audacia.*Idem 2.Verr.* Luxuries in flagitiis crudelitas in ſuppliciis. [Luxuriæ ſumptus vt ſuppeditare poſſis.(de amãte) *Plaut. Aſin.ſc.2.a.4.*] ¶In ſegetibus item,cæteriſque ſtirpibus,luxuries dicitur , quum alimenti vbertate quodammodo laſciuiunt , herbarum frondiumve copiam iuſto maiorem emittentes.ἐξύβρισις *Virgil.lib.1.Georg.*Luxuriem ſegetum tenera depaſcit in herba.

Lūxŭrĭōſŭs,a,um,Immodicè voluptatibus deliciiſque indulgens, & non ſolùm in rei venereæ vſu, verùm etiam in epularũ apparatu , veſtiúmque ornatu modum excedens , in voluptate corporis profuſus , laſciuus. {פרוע *ſhaghéb* פרוע *ſhaghéh* זוללות, βάναυσος, ἀκόλαστος. GAL. Luxurieux, exceſſif,trop ſomptueux. ITA. *Luſſuriоſo,diſſoluto, ſomtuoſo.* GERMA. Vberfluſſig/vnmäſſig/geil.HISPA.*Vitioſo,ſuperfluo y luxuriоſo.* ANGLI. *Exceſſiue,or ſuperfluous,very coſtly.*{ *Quintil.in Proœm.lib.1.*Muliebris & luxurioſus cultus non corpus exornat , ſed detegit mentem. *Cicero leg. Agrar.contra Rullum* : Vt in ſuis rebus,ita in Rempubl.luxurioſus nepos.*Idem 6. Philipp.*Multa & lauta ſuppellex,non illa quidem luxurioſi hominis,ſed tamen abundantis. *Cicer.2.de Finib.* Si ea quæ ſunt luxurioſis efficientia voluptatum,liberarent eos deorum & mortis, & doloris metu,&c.*Ibidem*,Luxurioſi reprehendendi ſunt ob eam ipſam cauſam , quòd ità viuant,vt perſequantur cuiuſque modi voluptates. ¶Luxurioſa lætitia dicitur nimia,& profuſior quàm par ſit, *Liu.lib.2. ab Vrbe condita*,Sed patribus nimis luxurioſa ea fuit lætitia. ¶Luxurioſa frumenta, quæ tam confertim,& copioſe nimis prouenium, vt immitti in ea ſoleant oues ad depaſcendum. *Cicer.in Oratore de ruſticis agens*,Siquidem eſt eorum geminare vites,ſitire agros, lætas eſſe ſegetes,luxurioſa frumenta. ¶Luxurioſa vitis , quæ plures æquo frondes ha-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

des habeat,au sarmenta.*Columell.lib.4.cap.21.* Siquidem luxuriosa vi-
tis,nisi fructu compescitur,male defloresc it,& in materiam frondém-
que effunditur.Luxuriosa pabula, quæ maximam herbarum copiam
adterunt.*Plin.l.17.c.4.*Nec luxuriosa pabula,pinguis soli semper indi-
cium habent. [Luxuriosi oculi.*Senec.cap.2.de Tranquil.* Nec petit ad
scitas luxuriosa dapes.*Ouid.6.Fast.*Luxuriosa & ualdè lasciua.*Martia.*
Epigr 9.lib.9.]

Lūxurīōsē,aduerbium. { ἀσώτως. GALLIC. Auec excez & superfluitè,
excessiuement.ITALIC. *In superfluità, excessiuamente.* GERMANIC.
Vberflussigtlich/ vnmässiglich/in mutwillen vnd vberfluß. HISPANNIC.
Viciosa y superflua.nente. ANGLIC. *Excessiuelie,superfluouslie.* { vt, Lu-
xuriosè viuere,id est,molliter & delicate.*Cicer.pro Cælio,*Cum facino-
rosis audacter,cum libidinosis luxuriosè viuere. [Timeo ne hæc lætiti-
tia nimis luxuriose eueniat, (.i. nimia sit.) *Gell. capit. 3. li-
bro 7.*]

Lūxurio,xurias,neutrum:& luxurior,luxuriaris, deponens, Propriè de
plantis dicuntur, quum nimia alimenti vbertate quodammodo lasci-
uiunt,ramos,frondesque iusto plures emittentes. { סרח *sarách. ὑβρί-
ζειν.*GALLIC.S'abandonner à toutes superfluitez, delices & volu-
ptez,croistre trop.ITALIC.*Redondare,superabondare,lussuriare.* GERM.
Geilen.HISPANIC.*Enuiciarse,ser superfluo.*ANGLIC.*To spring or grow
rankelie,to exceede, to be wanton and geuen to viote.* }] Luxuriantur, lu-
strantur,comedunt. *Plaut.Pseud.sc.7.a.4.* Luxuriauit corpus in mo-
dum Immodicum.*Gell.cap.22.lib.7.* Item Vereor ne hæc quoque læ-
titia luxuriet nobis ac vana quadat. *Liuius lib.3.bell.Pun.*] *Columell.
lib.3.*Cacumina virgarum,ne luxurientur,demutilato. *Plin.lib.18cap.
24.*Aliqui in frigidis ab æquinoctio autumni,in calidis serius, ne ante
hyemem luxurient. Agri quoque præpingues luxuriare dicuntur,
quum abundè stercorati præter modum feraces euadunt.*Ouid.1.Epist.*
Luxuriat Phrygio sanguine pinguis humus. ¶ Transfertur & ad ho-
mines,quos & ipsos luxuriare dicimus, quum rebus secundis, otióve
lasciuiunt. { GERMAN. Dem vberfluß/mütwillen vnd geitheit pflegen.}
*Tibullus,*luxuriant animi rebus plerunque secundis.*Ouid.Epist.15.*De-
liciisque decet luxuriare nouis.*Idem lib.5.Fast.*Nos quoque idem faci-
mus tunc,quum iuuenilibus annis Luxuriant animi, corporàque ipsa
vigent.*Liu.lib.1.*Positis exterorum periculorum curis ne luxuriarent
otio animi,quos metus hostium disciplináque militaris continuerat.
¶ A luxurior fit compositum Eluxurior,de quo vide suo loco.

Lūxŭrĭāns,tis,particip. { סרח *sarèach.κατασρωτιάζων.* ANG. *That vseth
thinges excessiuely.* } *Horat.lib.1.Epist.2.*Latiúmque beabit diuite lin-
gua:Luxuriantia compescet,nimis aspera sano Leuabit cultu.[Luxu-
riantem ciuili sanguine Antonium.*Senec.*]

Lūxŭrĭātŭs,participium. { סרח *sorèach.κατασρωτιάσας.* ANG. *That hath
vseth thinges excessiuely.* } *Ouid.lib.3.Trist.* Non tamen vt lusit, rursus
mea litera ludet:Sit semel illa mea luxuriata loco. Fames luxuriata
multo sanguine.*Stat.2.Theb.*

L ante Y

LȳAEŬS,æi,pen.prod,λυαῖος.Vnum ex Liberi patris cognominibus, inde
impositum,quòd immoderatus vini vsus pariat λύαν, hoc est, rixam
& seditiones. { GER.Ein zunam Bacchi oder deß weins. } Aut certè πα-
ρὰ τὸ λύειν τὰ μέλη τῶν μεθυσκομένων,hoc est,ab eo quòd ebriorum mem-
bra soluat.Vnde & λυσιμελὴς à Græcis cognominatur. *Virgil. lib. 4.
Æneid.*Legiferæ Cereri,Phœbóque,patríque Lyæo.

Lȳæŭs,a,um,pro Lyæius.*Virg.1.Aeneid.*Regales inter mensas, laticém-
que Lyæum.

LȳCĂBĔTŬS,beti,pen.prod,λυκαβηττός Suidæ,Atticæ mons est,*apud Plin.
lib.5.cap.7.*

LȳCAEĂ,λυκαῖα Sacra erant in Lycæo Arcadiæ monte in honorem Pa-
nos fieri solita,quæ postea ab Euandro in Arcadiam translata, Lupe-
calia dicta sunt,vt placet *Ouid.lib.2.Fast.* Paulanias tamen in Arcadi-
cis Lycæa Iouis sacra fuisse tradit à Lycaone Pelasgi filio ad Iouis Ly-
cæi aram primùm instituta.*Vide Cælium Rhodig.lib.24 cap.17.*

LȳCAEŬS,æi,λύκαιον,Arcadiæ mons,Ioui sacer,teste Paulania in Arcadi-
cis,olim etiam Olympus & ἱερὰ κορυφὴ,id est,sacer vertex ab incolis ap-
pellatus,quòd Iouem ibi educatum existimarent. { GERM. Ein berg
in Arcadia dem Jupiter zugeeignet. } In quo etiam monte Iouis Lycæi
ara fuit,à Lycaone Pelasgi filio primùm consecrata, quam quum po-
stea mactati pueri sanguine respersisset,in lupum dicitur esse transfor-
matus.Erat ibidem & Iouis lycæi lucus,quam si quis lege spreta esset
ingressus,annum superuiuere negabatur.Item fons insignis, nomine
Agno,tam admirabilis naturę,vt re diuina ibi curiosiùs peracta,quer-
nóque ramo aqua leuiter commeta,mox densus inde surgeret vapor
nebulæ assimilis,quæ non multò pòst effecta nubes, aggregatis item
aliis,largos demitteret imbres. *Hæc Paulanias.* Constat tamen Ly-
cæum montem non soli Ioui,verumetiam Pani sacrum fuisse. *Virgil.
1.Georg.*Ipse nemus linquens patrium,saltúsque Lycęi,Pan ouium cu-
stos,tua si tibi Mænala curæ,Adsis ô Tegeæe fauens. Hinc etiam Ly-
cæus passim à Poëtis cognominatur. *Iuem l.8.Æneid.*gelida monstrat
sub rupe Lupercal,Parrhasio dictum Panos de more Lycæi.

LȳCĂMBĒS,bis,per tertiam vel Lycambes bæ, per primam declinatio-
nem,λυκάμβης,Neobules pater fuit,qui quum filiam Archilocho poë-
tæ despondisset,postea que pœnitentia ductus,non tradidisset, tam a-
cerbo carmine ab eo est perstrictus, vt vnà cum filia laqueo vitam fi-
nierit.*Horat.in Epod.Ode 7.*in malos asperrimus Parata tollo cornua:
Qualis Lycambæ spretus infido gener.

Lȳcămbēŭs,a,um.penult.prod.*Ouid.in Ibcn.*Tincta Lycambeo sanguine
tela dabit.

LȳCAŌN,penult.prod.genitiuo Lycaonis,pen.cor. λυκάων, Arcadiæ Rex
fuit,Pelasgi filius quem Iupiter,quòd aram suam in Lycæo mòte ma-
ctato puero,sanguine respersisset,in lupum mutauit:vt scribit Pausa-
nias in Arcadicis.{ GERM.Ein tóning in Arcadien/welchen Jupiter vmb
einer mißhandtung willen zu einem wolff verwandlet hatt. } *Ouid. tamen
lib.1.Metamorph.*omnino aliam tradit transformationis huius causam
quæ sic habet:Iupiter aliquando quum multa de humani generis im-
pietate inaudisset,neque tamen omnia crederet, vt rem omnem certiús
exploraret, relicto cœlo in terras descendit : aliquótque regio-
nibus peragratis , tandem sub noctem in Arcadiam peruenit ad
Lycaonis regiam , vbi quum se Deum esse significasset , vulgúsque
se ad sacrificia accingeret , irridens credulitatem eorum Lycaon,ea i-
psa nocte se periculum facturum esse dixit, deúmne an mortalem ho-
spitio susceperit:conatúsque est noctu dormiétem interimere. Quod
quum frustra tentasset,alia ratione rem aggressus est.Habebat obs de
à Molossorum gente ad se missos.Horum vnum iugulauit, partímque
assum, partim elixum Ioui epulandum appposuit. Cuius rei immani-
tate indignatus Iupiter, regiam tyranni immisso fulmine exussit , ip-
súmque in sylvas fugientem,in Lupum transformauit. ¶ Alius fuit
Lycaon Nelei filius:& frater Nestoris , quem Hercules capta Pylo in-
teremit. ¶ Alius item fuit Priami filius ex Laothoë Atlai Leleguni
regis filia,quem Achilles in bello Troiano interemit:*vt plac et Homer.
lib. 21. Iliad.* ¶Lycaon, item faber insignis fuit ex Gnosso Cretæ vr-
be , artifex eius ensis , quem Ascanius dedit Euryalo : *de quo Virgil.
9.Æneid.*

LȳCĀŌNĬĂ, λυκαονία, Asiæ regio,Cappadociæ pars,secundum Pto-
lemæum ad Taurum montem pertingens in ea parte , qua Pamphiliæ
imminet. GERM.Ein ertliche landtschafft deß minderen Asiä/ stosset gegen
auffgang an berg Taurum. } Vrbes habet Iconium,Adopissum,Cannam
Paralaida,aliáque complures quas vide apud *Ptolemæum libr.5. cap.6.*
¶Lycaonia item olim appellata fuit Arcadia,à Lycaone,Rege,Pelasgi
filio,& patre Arcadis,à quo deinde Arcadia dicta fuit. [*Ouid.Eleg.2.
lib.3.Trist.*Quæque Lycaonio terra sub axe Iacet.]

Lȳcāŏnĕs, pen.cor.λυκάονες, Populi Lycaoniæ in finibus Cappadociæ ad
Taurum montem , qui & Lycaonij appellantur. ¶ Lycaones alij à
Ptolem.lib.5.cap.2. collocantur in finibus Lyciæ , non procul à The-
mizoniis.

*Lȳcāŏnĭŭs , Adiectiuum λυκαόνιος. vt, Axis Lycaonius,Septentrionalis,
*Ouid.3.Trist.Eleg.2.*Quæque Lycaonio terra sub axe iacet.

Lȳcāŏnus, aliud Adiectiu.Idem quod Lycaonius.*Ouid.lib.2.Fast.*

Lȳcanthrōpĭă, λυκανθρωπία , Melancholicæ affectionis siue insaniæ ge-
nus est,quo afficiuntur,lycanthropi , λυκάνθρωποι dicuntur,teste Ægi-
neta,eò quòd lupos imitentur,noctu è lectis exilientes,& ad dem vs-
que inter sepulchra diuersantes , facie interim pallida, oculísque are-
scentibus & lingua sitibundi quoque , cruribúsque immedicabilitei
exulceratis.

LȳCĂPSŬS,Vicus propè Lydiam, *Steph.*

LȳCĂSTĒ, λυκάστη , Filia fuit Priami ex concubina, cuius amore fla-
grans Polydamas Antenoris & Theanûs sororis Hecubæ filius , eam
vxorem duxit. ¶Fuit item Lycaste meretrix nobilis apud Drepanum
Siciliæ vibem , ob formæ excellentiam Venus appellata, quæ quum
Buren,Amyci Bebryciorum regis filium hospitio excepisset,eius con-
cubitu vsa,Erycem ei peperit:quo factum est , vt apud posteros credi-
tum fuerit Buren ex Venere Erycem genuisse. Vide suprà in dictione
BVRES.

LYCASTVS, λύκαστος, Vrbs Cretæ ita dicta à luporum multitudine , quæ
ibi esse perhibetur.*Strab.l.10.*

LYCEVM , pen.prod. λύκειον. Gymnasij celeberrimi nomen vnxta Athe-
nas, in quo Aristoteles frequentissimo auditorio philosophiam profi-
tebatur,quemadmodum Plato in Academia.{ GERM. Die schul Aristo-
telis bey Athen. } *Cicer.1.Academ.*Qui erant cum Aristotele Peripate-
tici dicti sunt, quia disputabant inambulantes in Lyceo. Fuit & Ly-
ceum gymnasium Ciceronis in fundo Tusculano , à nomine scholæ
Aristotelicæ ita dictum , de quo *l.1.de Diuin.* Nuper,*inquit*,quum es-
sem cum Quint.fratre in Tusculano,disputatum est. Nam quum am-
bulandi causà in Lyceum venissemus,id enim superiori gymnasio no-
men est,Perlegi (*inquit ille*) tuum paulò antè tertium de Natura de-
rum.Huius nominis penult.producitur à Cic. in versu illo, Inque A-
cademia vmbrifera , nitidóque Lyceo, Fuderunt claras fœcundi pe-
ctoris artes.

*Lȳcēŭs,λύκειος Mons Arcadiæ,qui Pani deo sacer fuit , & vbi templum
bicornis Fauni.*Ouid.l.2.Fast.*

* Lȳchas,λύχας,nomen famuli Herculis.*Ouid.lib.9.Metamorph.*

LYCHNIDVS, λύχνιδος,vulgò *Ocrida* Macedoniæ oppidum,sub Can-
dauia monte situm, ad viam Egnatiam , quæ ab Apollonia , mari-
que Adriatico in intimam Macedoniam ducit. *Autor Strab. lib. 7.
& Ptol.l.3.cap.14.*

Lychnis coronaria. {λύχνις σαφανωτική.}Herba est quæ à Romanis geni-
cularis vel bellaria vocatur. Florem habet violæ albæ magnitudine,
sed purpureum.Nectitur ad coronas.*Plin.lib.21.cap.4.* rosam Græcam
appellat:vulgus hodie *Candelariam.* ¶Lychnis syluestris , λυχνὶς ἀγρία,
herba est fatuæ lychnidi per omnia similis cuius radicem Asiani bo-
liten vocant. Dioscorides à Romanis accipitrinum pedem appellari
testatur.Penitus tamen diuersa est à lysimachia siue lutea , quam vul-
gus hodie *Accipitrini pedis* nomine cognoscit. ¶*Plin. lib. 25. cap.10.*
Lychnidem agriam scribit esse herbam lino similem,radice nulla flore
hyacinthi,semine virulinarum narium similitudinem referente , alió-
que nomine antirrhinon,siue anathrinon appellari.

Lȳchnītēs , penult. prod. { λυχνίτης. } Marmor album quod in Paro
insula effodiebatur : sic cognominatum , quod ad lucernam in cuni-
culis cæderetur,*sicut Plin.lib.36.cap.5.testatur.* ¶Est etiam hoc nomine
gemma ardens , ita dicta à lucernarum accensarum præcipua gratia.
Plin. l.37.c.7.

LYCHNITIS, idis,λυχνίτις , Lacus in Occidentali tractu Macedoniæ,sub
Carnania monte,cui imminet oppidum Lychnidus.*Vide Steph.περὶ πό-
λεων.& Strab.lib.7.*

Lychnitis , tidis λυχνίτις,Herba est ex phlomidos generibus,alio nomine
thryallis dicta : foliis ternis aut quaternis crassis, pinguibus,plumosis,
ad lumina lucernarum vtilibus.*Autor Plin.lib.23.cap.10.*

Lȳchnŭs,ni, { γεν. *ner.* λύχνος,Græcis idem est quod nobis lucerna, παρὰ
τὸ λύειν τὸ νύκτωρ. GAL.Lampe,lumiere,chandelle. ITA.*Lucerna,lume.*
GERMA.Ein liecht/fackel oder ampel. HISPAN.*Candil,lumbre.*ANGL. *A
lampe,light or candle.* } quòd tenebras soluat. *Virg.* 1.Æn. Dependent
lychni laquearibus aureis *Plautus,*Lucernam emunge paruper,vt vi-
deat anus vbi pedes ponat. Lychni pensiles,lucernæ erant multis lu-
centes myxis quæ ex laquearibus suspensæ , totum illustrabant tricli-
nium. ¶Hinc ellychnium.ἐλύχνιον,dicitur funiculus, qui lucernis ad-
hibetur,vt affuso oleo flammam nutriat.

Lychnobij, {λυχνόβιοι.} Dicti sunt,qui loco dierum noctibus vtuntur,&

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ad lucernas viuũt,quasi lucernarii. Apparétque prouerbij ioco dictos qui lucernariam vitam ducerent, vt torqueri possit in nocturnum potorem, vel hominem supra modum studiosum,qui (quemadmodum dictum de Demosthene) plus absumat olei quàm vini: vel in sordidũ & parcum,quasi de lucernario oleo victitantem. *Senec.vlt.ep.* Nil consumebat,nisi noctem. Itaque crebro dicentibus illum quibuidam auarum & sordidum. Vos,*inquit*, & lychnobium dicetis.

Lychnũchus. {מנורה *menoráh.* λυχνοῦχος. GAL. Vn chandelier, ou qui tient la lampe,qui tient la chandelle ou autre lumiere. ITAL. *Lucerniere.* GERMAN. Ein liecht stock alles das darauff ein liecht steth/ein liecht trager vñ deß gundet. HISPA. *Donde se pone el candil.* ANG. *A candlesticke.*} Græce nominatur quicquid lucernas sustinet,siue id sit candelabri genus,siue homo qui piam lucernam gestans. *Plin.lib.34.cap.3.* Placuere & lychnuchi pensiles in delubris, aut arborum modo mala ferentium lucentes.

Lychnuchi pro hominibus qui lucernas portabant, quíque ab elephantis gestabantur. *Suet.in Cæs.dicta, cap.37.* Alcenditque capitolium ad lumina quadraginta elephantis dextra atque sinistra lychnuchos gestantibus.

LYCIA, λυκία, Regio minoris Asiæ: inter Pamphiliam & Cariam sita. {GERMAN. Ein landtschafft deß minderen Asiã zwischen Pamphyliam vnnd Cariam gelãgen.} olim(si poetarum fabulis credimus) Chimæræ mõstri ignibus infestata. Cuius fabulæ occasionem præbuit Chimæra eius regionis mons,crebro ignem eructans. Dicta est autem Lycia à Lyco Pandionis filio, Vrbem habet Pataram Apollinis oraculo celebratam: à qua Apollo Pataræus cognominatur. [Rhodiam & Lyciam subegit. *Plaut.Curcul.sc.1.a.5.*]

Lycius, gentile. *Virg.1.Æneid.* Vnam quæ Lycios,fidúmque vehebat Orontem.

Lycius,a,um,adiectiuum,vt Lyciæ sortes, *apud Virg.4. Æneid.* id est, sortes Apollinis,qui in Lycia apud Pataram responia edebat.

LYCIDAS, dæ, λυκίδας, Nomen Centauri vnius ex iis qui Pirithoo Hippodamiam sponsam eripere conati, à Lapithis interempti sunt. *Ouid.12. Metamorph.* At non Eurynomus, Lycidásque & Aræus & Imbreus effugere necem. ¶ Est & nomen pastoris *apud Virgil. 9. Eclog.*

LYCIMNIVS, siue potius Licymnius, λυκίμνιος. Auus maternus Herculis,quem Tlepolemus, eiusdem Herculis ex Astiochia filius iam ætate prouectum interfecit. *Autor Homer.in Catalogo.*

LYCISCA, nomen canis proprium,à lupi(vt videtur)similitudine impositum,siue ab eo quòd lupum coerceat. *Virgil.3. Eclog.* Multum latrante Lyciſca. Seruius Lyciſcas vocari arbitratur canes ex lupo & cane fœmina natas: cuiusmodi in Cyrenaica Lybia gigni scribit Aristoteles, *Plin.lib.8.cap.21.* hoc genus hybridas Crocutas vocat,omniáque dentibus frangere ait,& deuorata plotinus concoquere.

*Lycíscus, nomen cuiusdam pueri. *Horat.Epod.11.5.*

LYCIUM, λύκιον, Dioscoridi spinæ genus,folia habens buxeis similia: vnde & pixacantham appellarunt. Virgas habet tricubitales, quib.cum radicibus tusis, succóque expresso, fit medicamentum,quod & ipsum Lycium appellant. Nascitur hæc spina copiosissimè in Lycia Asiæ regione, *teste Dioscoride*: vnde & nomen videtur accepisse. *Plin.lib.24. cap.14.* Lycium præstantius è spina fieri tradunt,quam & pyxacanthon Chironiam appellant.

LYCIVS, λύκιος, Apollinis cognomen. {GERMAN. Ein zunam Apollinis/ oder der Sonnen.} vel ἀπὸ τῆς λυκῆς, quo nomine prisci Græcorum dicebant lucem illam quæ præcedit Solem,vel(quod verius puto) à Lycia Asiæ regione,in qua præcipuè colebatur. Habet enim ea regio Pataram vrbem Apollinis oraculo insignem. Non enim sunt audiendi, qui quod lupi naturam imitetur hauriendo humore vi caloris vehementiore,Lycium dictum contendunt.

[Lyco,nomen Trapezitæ. *Plaut Curc.sc.3.a.2.*)

Lycoctonon, λυκοκτόνον, Aconiti genus, ita dictum, quòd eo in crudæ carnis ossis occultato lupos necent venatores. *Vide Dioscorid. lib. 4.cap.66.*

LYCOMEDES, λυκομήδης, Scyri insulæ rex, cui Thetis filium suum dormiéte præceptore suo Chirone clàm raptum seruandum tradidit, vt ibi inter eiusdem regis filias (erat enim facie venusta & eleganti: ita vt facilè pro puella sese gereret) muliebri habitu indutus latitaret,ne ad bellum Troianum, à quo non reuersurum sciebat,proficisci cogeretur. Apud quem quum delitesceret,Deidamiam regis filiam vitiauit: & ex ea Pyrrhum suscepit. ¶ Fuit & alter Lycomedes Creontis filius, cuius meminit *Hom.l.9.Il.*

LYCON λύκων, Philosophus Peripateticus fuit,ex Troadæ Asiæ regione, in dicendo adeò suauis, vt pro Lycone Glycon nominaretur, tractonomine à dulcedine. {GERM. Ein wolberedter philosophus auß Troade in Asia burtig.} Hic fuit cultu & vestium mollitie nitidissimus,lucta & pilæ lusione exercebatur. Periit podagræ morbo annos natus septuaginta quatuor. ¶ Fuit præterea Lycon quidam orator,vnus ex accusatoribus Socratis: de quo Laertius in vita Socratis. Fuerunt & alij eiusdem nominis,quorum meminit idem Laertius.

LYCONE, λυκώνη, Vrbs Thraciæ. gentile Lyconeus. *Steph.*

LYCOPHRON, λυκόφρων, Poeta patria Chalcidensis, natura quidem Sophoclis grammatici, adoptione verò Lyci Rhegini historici filius inter septem poetas,qui Pleiades dicebantur à numero stellarum,à Philadelpho Ptolemæo receptus. Erant autem hi, Theocritus, Aratus, Nicander, Apollonius, Philœcus, Homer.iunior & Lycophron. Tragœdias eius enumerat Suidas. Scripsit & Alexandram, poema valde obscurum,in quo agit de vaticiniis Cassandræ exorsúsque ab Hercule & rebus Troianis, prosequitur vsque ad Alexandrum Macedonem. De huius morte. *Ouid.in Ibin.* Vtque cothurnatum periisse Lycophrona narrant, Hæreat in fibris fixa sagitta tuis. ¶ Alius fuit Lycophron Periandri Corinthiorum regis filius ex Melissa, Proclis Epidauriorum Tyranni filia,quam quum Periander grauidam, ictu calcis occidisset, Lycophron cum Cypselo fratre suo ad Proclem se recepit. Verum repente filios Periandro quum Procles dimittere cogeretur, flens admonuit, meminisse nos debere quisnam matrem eorum occidisset. Quod verbum tam late Lycophronis menti inlsedit, vt Corinthum reuersus adduci non potuerit, vt aut prior patrem salutaret,aut ab eo compellatus,verbum vllum responderet. Qua filij pertinacia irritatus Periander,ædibus eum eiecit,edicto simul proposito,Apollini vt licet esset quisquis eum tecto reciperet. Cuius edicti metu quum ab omnibus excluderetur, quarta demum die in portico quadam à patre ad eo inuitatus. vt posita pertinacia regni successionem miserrimo præferret exitio,nihil aliud respondit, quam caput eius Apollini deberi, quòd contra edictum in colloquium suum venisset. Periander itaque animaduertens grauiùs esse malum filij, quàm cui facile mederi posset,in Corcyram (nam & illi imperabat) eum ablegandum curauit. Verùm quum ingraueſcente iam ætate Periander sibi conscius esset, se deinceps tyrannidi administrandæ minus idoneum esse, missa ad Lycophronem sorore,ad regni administrationem eum euocauit. Cui quum ille respondisset se patre viuo Corinthum non reuerturum,his ei conditionem tulit Periander,ſese in Corcyram concessurum modo ipsi ad tyrannidis successionem sese in Corinthum conferret. Id approbante filio,Periander conscensa naui,in Corcyram cursum tenuit, futurum ratus,vt filius mitteretur Corinthum. Quæ res eum magnopere fefellit. Edocti enim de his omnibus Corcyræi, qui Periandro male cupiebant,vt aduentum eius intercluderent, Lycophronem interimunt. Quod facinus tam indignè tulit Periander, vt insulam ingressus, trecentos primorum Corcyræorum pueros Sardis ad Halyattem regem miserit castrandos: qui tamen quum Samum appulissent,beneficio Samiorum seruati sunt, & incolumes domum remissi. *Vide Herodot.lib.3.& Laert.in Periandro.*

Lycophthalmos, λυκόφθαλμος. Gemma est quatuor colorum, ex rutilo & sanguineo: in medio nigrum candido cingitur, vt luporum oculi, illis per omnia similis. *Plin.lib.37.cap.11.*

LYCOPOLIS, λυκόπολις, Vrbs Ægypti, à lupis dicta, quòd Æthiopas Ægyptum incursantes, lupi facta acie vsque ad vrbem elephantinam repulissent. Ibi Ægyptij Lycopolim condiderunt à bestiis illis nomen imponentes: quas etiam pro diis coluerunt. *Autor Diodor.l.1.* Germanicè dici posset wolffstatt.

LYCOPSIS, λύκοψις, Anchusæ species, longiorib. quàm lactuca foliis, crassioribúsque, caule longo, hirsutóque. *Vide Plin.lib.27.ca.ii.* Galli *Linguam caninam* appellant.

LYCOREA, λυκώρεια, Vicus in Delphis à Lycoreo rege. Ciuis Lycoreus, Lycorites. Est & Lycoreus Iupiter, & λυκώρειον per e reperitur. *Steph.*

LYCORIS, λυκωρίς, Volumnij Senatoris liberta fuit, vero nomine Citheris dicta, misere à Cornelio Gallo adamata quo tamen spreto, Antonium in castra sequuta est. *Virgil.10. Eclog.* tua cura Lycoris Perque niues alium, pérque horrida castra sequuta est.

LYCORMAS, λυκόρμας, *Steph.* Fluuius est Ætoliæ flauas arenas volvens. Hic postea Euenus ab Eueno rege Ætoliæ, qui se in illum præcipitauit appellatus est, *teste Strab.l.7. Ouid.lib.2. Met.* Arsúrúsque iterum Xanthus flauúsque Lycormas.

LYCOS, λύκος. Minimum aranei genus à rapacitate dictum. *Plin.li.29.c.4.* Araneus & maximè qui lycos vocatur, dolenti medetur lieni. Idem & libi lupum appellat, vt *l. 11. c. 24.* Luporum nomine minimi non texunt.

LYCOSTHENE, λυκοσθένη vel λυκοσθένεια, Vrbs Lydiæ *Steph.* Gentile Lycostheneus vel Lycosthenites.

LYCOZEA, λυκόζεια, Vrbs Thraciæ. Ciues Lycozei, *Steph.*

LYCOSVRA, λυκόσουρα, Vrbs Arcadiæ in Lyceo monte, inde Lycosureus *Steph.*

LYCTONIA, Vrbs Cretæ insulæ, vt notat Tortelius.

LYCTVS, λύκτος, Cretæ vrbs edito in loco sita: vnde & Lithon quidam appellauerunt, *teste Steph.de vrb.& Strab.l.10.*

Lyctius, gentile, λύκτιος, vt Lyctius Idomeneus, *apud Virg.3. Æneid.*

LYCVRGVS, λυκοῦργος, Nobilis Spartiata fuit, Polydectæ filius, & frater Eunomi Lacedæmoniorum regis: cui etiam in regnum successit, ignarus Eunomum vxorem grauidam reliquisse. GERM. Ein bruder Eunomi deß Lacedämonier königs / welcher sich nach deß absterben deß reichs vnderwunden/vnd mit guten gfatzen angerichten hat.} Quòd vbi primum cognouit, posito regis nomine, Prodici, hoc est, tutoris nomen *assumpsit*, regique adulto (Charilao ei nomen erat) regnum fideliter *restituit*. Verùm quum ciuitatem pessimè institutam animaduerteret ad constituendam salubrioribus legibus Rempublicam animum adiecit. Conscriptis itaque iis quæ longa peregrinatione didicerat ciuitati vtilia fore, Delphos sese contulit, vt dei quoque consilium in re sanctissima exploraret. Quúmque Pythia consilium eius à Phœbo maximè probari, deique potius quam hominis inuentum esse respondisset, alacrior ad peragendum institutum factus, foro aliquot armatis occupato, leges suas perfert: quibus quum iam ciues mediocriter assuefactos videret, vt quas tulerat leges, æternas quoque redderet, hanc rationem commentus est. Simulat arduum quiddam adhuc sispereſſe, quod ad ciuitatis salutem pertineret, quod tamen inconsulto oraculo aggrediendum non esset: eáque de causa se Delphos proficisci velle. Interim tamen Reip. interesse, vt leges quemadmodum latæ erant in reditum suum inuiolatæ seruarentur: idque ita futurum primùm à regibus, deinde à cæteris omnibus iusiurandum exegit. Profectus itaque Delphos quum Pythiam respondentem audisset, nihil legibus illis absolutius esse: fœlicissimámque fore ciuitatem eam in qua illæ quàm diutiùs essent seruarentur, constituit sibi amplius in patriam non esse redeundum, ne illi aliquando iureiurando soluti, leges suas excuterent. Missis itaque Spartam oraculo, amicósque itineris comites amplexus, iisque dimissis, Cirrham concessit: vbi mox suis sibi manibus necem consciuit. Quanquam alij Crissæ: nonnulli etiam in Creta interiisse volunt. vbi etiam eius sepulchrum apud Pergameam vrbem ostenditur. Sparetani mortuo sacellum consecrarunt: & ob singularia eius in patriã merita diuinos ei honores tribuerunt. Vide latiùs vitam eius apud Plutarchum. ¶ Fuit & Lycurgus Nemeæ rex, & pater Archemori, alumni Hipsipyles: cuius meminit *Statius lib.5.& 6. Thebaidos.* ¶ Fuit & Lycurgus alius, Thraciæ rex, filius Dryantis, qui quòd Thracas immoderatè vino deditos conspiceret, vites omnes toto regno excidi iussit: vt scribit Plutar. eo in opusc. quod de poetarum vtilitate scripsit. Hinc debuit Plutar. eo in opusc. quod de poetarum vtilitate scripsit. Hinc debuit poetis locus fabulæ, Lycurgum infestissimo Bacchum odio prosequutum est

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

sequutum esse, adeò vt nutrices illius in Nysa latentes persequeretur, & Baccho ipsi tantum terroris incusserit, vt præcipiti fuga traiecto mari, in Naxum se receperit: ideóque iusta numinum ira Lycurgum in furorem conuersum: & quum vites quoque, ne Baccho in posterum noceret, excidere vellet, tibias sibi succidisse. Hic est ille Lycurgus, cuius miminit. [*Plaut. Capt. sc. 4. a. 3.* Alcmæon, Orestes, Lycurgus, insani.] Item *Virg. 3. Æneid.* Terra procul vastis colitur Mauortia campis: Thraces arant, acri quondam regnata Lycurgo.

Lycurgus, a, um, pen. pro. λυκοῦργος. *Cic. ad Attic. lib* 1. Nosmetipsi qui Lycu gei à principio fuissemus, quotidie dimitigamur. Vbi interpres, Lycurgei, id est, optimates, legum asseclæ, & propugnatores: qualis Lycurgus apud Laconas legum conditor. Budæus seuerissimum interpretatur.

Lycvs, λύκος, Bœotiæ rex fuit, Qui Antiopam Nyctei regis filiam vxorẽ duxit, quam postea, quum à Ioue in Satyrum conuersa compressam cognouisset, repudiauit, Dircémque vxorem duxit: quæ veritus ne Antiope cum Lyco in gratiam rediret, arctissimis eam in vinculis asseruauit: quibus Iouis miseratione dissolutis, in Cithæronem montem profugit, vbi Amphionem & Zethum peperit: qui postea à pastore, qui ipsos nutrierat, de Lyci iniuria edocti, eum vnà cum vxore, interfecerunt. ¶ Alius fuit Lycus quidam exul Thebanus, qui id temporis quo Hercules ad inferos descenderat, rei bene gerendæ occasionem sibi oblatam ratus, Creonte occiso, regnum Thebanorum occupauit: quumque iam Megaræ Herculis vxori vim inferre pararet, opportuno illius reditu oppressus est, & cum suis omnibus interfectus. Vide Senecam in Hercule furente. ¶ Fuit item Lycus, quidam ex Æneæ comitibus, de quo *Virgil. lib.* 1. Nunc Amici casum gemit, & crudelia secum fata Lyci. ¶ Est etiam Lycus, λύκος, fluuius Ponti præter Heracleam Maryandinorum in Pontum Euxinum influens. *Autor Plin. li. 2. cap.* 103. ¶ Alius item est eiusdem nominis fluuius in Asia, Laodiceam præterfluens: *cuius meminit idem Plin. libr. 5. cap. 29.* ¶ Est item Lycus Germaniæ fluuius, Rhætos dirimens à Vindelicis, & præter Augustã Vindelicorum in Danubium illabens, *teste Ptolemæo lib. 2. cap.* 12. {Ger. Der Lech.}

Lvddă, λύδδα, Iudææ oppidum, ad occasum Iordanis fluuij, *teste Ptolem. lib. 5. cap. 16. & Plin. libr. 16. cap.* 14. Vulgò *Rama.*

[Lyde dilecta claro Poëtæ. *Ouid. Eleg. 5. lib.* 1. *Trist.*]

Lydĭa. {לודים *ludhim.* λυδία.} Regio Asiæ minoris, Crœso rege & Pactolo aurifero flumine notissima, quæ flexuosis Mœandri amnis recursibus perfusa, super Ioniam procedit, Phrygiæ ab ortu Solis vicina, ad Septentrionem Mysiæ, Meridiana parte Cariam amplectens. {Germ. Ein landtschafft des minderen Asiae/stossend an Phrygiam.} Lydia dicta est à Lydo Atyos filio, quum antea Mæonia vocaretur. Vrbes habet Philadelphiam, Hypepas, Magnesiam, & Sardis Crœsi regiam, totiúsque regionis caput. ¶ Huius regionis incolæ Lydi dicuntur, qui primi autum, argentúmque signarunt: primíque caupones, institoréque fuerũt, *Autor Herodot. lib.* 2. ¶ Lydus in meridie, λυδὸς ἐν μεσημβρίᾳ. In hominem insatiatæ aut etiam intempestiuæ libidinis dictitabatur. Nam ant Lydos adeò libidine perditos fuisse, vt non tantum nocte vacarent voluptati venereæ, verum etiam ipso meridie lasciuirẽt, manibus fœdum opus peragentes. Vnde λυδιάζειν dicunt Græci pro Lydorum more vitam agere. ¶ Lydus cauponatur, λυδὸς καπηλεύει. In effœminatos, & voluptatibus addictos iaciebatur. ¶ Lydum in planitiem prouocas, λυδὸν εἰς πεδίον προκαλεῖς. In eum competit, qui lacessit iamdudum ad id propensum ac promptum. Notati sunt Lydi, quod ad bellum capessendum plus æquo propensiores essent.

Lydĭus lapis, Coticula est, cuius attritu aurum proditur cuiusmodi sit: alio nomine Heraclius lapis vocatus, *teste Theophrasto de natura lapidũ*, βάσανος, Latini etiam indicẽ appellant: in quem Batus ille pastor apud Ouidium transfiguratus fingitur, manente nimirum etiamnum prodendi studio. *De hoc meminit Plin. lib. 33. cap. 8. his quidem verbis*, Auri argentíque mentionem comitatur lapis, quem Coticulam appellant, quoniã non solitus inueniri, nisi in flumine Tmolo, vt autor est Theophrastus: nunc verò passim, quem alij Heraclium, alij Lydium vocant. Iis coticulis periti quum è vena, vt lima rapuerint experimẽtum, protinus dicunt quantum auri sit in ea, quantum argenti, vel æris, scrupulari differentia, mirabili ratione non fallente. ¶ Vicem autem prouerbij habet in eos qui vehementer acri, exactóque iudicio sunt, vt lapides Lydij, λίθοι λιδίαι, ἢ λίθοι λυδαί vocentur. [*Tibull. lib.* 4. Non mihi regna Lydia, non magni potior sit fama Philippi.]

[Lydij barbari, .i. Ludij. Vide Ludius.]

Lydvs, λυδός, Herculis filius ex Iole. Alter filius Athyos, & frater Tyrrheni: à quo Lydia regio est appellata. Nam quum propter terræ sterilitatem Mæonia populum suum alere non posset, Tyrrhenus sorte iacta discedens, cum ingenti multitudine ad Italiã veniẽs, eam tenuit partẽ, quæ ad mare inferũ versa est, & à se Tyrrheniã nominauit, mareq; ipsum Tyrrhenũ: Lydus verò remanẽs, Mœoniã de suo nomine vocitauit.

Lygdămvs, λύγδαμις, Naxius quidam fuit, Pisistrato in recuperanda tyrannide adiutor. *Herodot lib.* 1.

Lygdanvm, Oppidum Theuthraniæ, quæ Mysiæ pars est, *teste Plin. lib. 5. cap.* 30.

Lygos, seu Lygus, λύγος, Frutex est ad iustæ penè arboris magnitudiné excrescens in asperis nascens locis, & ferè in fluminum ripis, ramos habẽs longos, folia oliuæ, sed molliora. ¶ Duo eius sunt genera, vnum flore partim albo, partim purpureo: alterum flore purpureo tantùm, & semine piperi non dissimili. Ratio nominis ducta est à ramorum flexibilitate. Nam λύγος, à Græcis dicitur vimen. Ob quam etiam rationem à Latinis Vitex dicitur, Officinæ vocant, *Agnum castum.*

Lyle, λύλη, Vrbs Arcadiæ. Gentile Lylæus. *Steph.*

Lymira, Oppidum est Lyciæ, cum fluuio eiusdem nominis in quem Arycandus influit, *teste Plin. lib. 5. cap.* 17. Ptolemæus transpositis vocalibus λίμυρα appellat.

Lymphă, {מים *máim.* νάμα. Gal. Eau. Ita. *Aqua.* Ger. Wasser. His. *Agua.*} A nostris aqua, per mutationem n in l quasi Nympha. Nam Græce dicitur νύμφη. *Cognum. lib.* 10. Doctúsque Parthenope Sebethide roscida lympha. *Virgil. 4. Æneid.* Dic corpus properet fluuiali spargere lympha. *Horat. Epod. 16.* -montibus altis Leuis crepitante lympha desilit pede. *Virgil. 9. Æneid.* -hausit de gurgite lymphas, Restinguere pocula lympha, *Horat. 1. Serm. Satyr. 5.* [*Tibul. lib. 4.* Regia lympha.]

Lymphātĭcī, Furiosi, insanientes, quasi Nympharum conspectu in furorem versi. {משוגעים *meschughghaïm.* νυμφόληπτοι. Gall. Forcenez. troublez d'esprit par quelque vision. Ital. *Matti, pazzi, stolti, furiosi.* German. Vnsinnig/verschucht. Hisp. *Locos, rauiosos.* Angl, *which ar mad or out of wit by seing some thing in the water.*} Nam creditum est ab antiquis, *vt inquit Festus*, qui in fonte speciem quandam, id est, imaginem nymphæ vidisset, furore corripi, quos Græci, νυμφόληπτους, Latini Lymphaticos vocant. *Plin. lib. 25. de Elleboro albo.* Medetur itaque morbis comitialibus, vertigini, melancholicis insanientibus, lymphaticis. *Plin. l. 26. cap.* 8. Semen eius potum lymphatica somnia facere dicitur. *Liu. 10. ab Vrbe*, Ita victorem equiratum velut lymphaticus pauor dissipat. Tales sunt ferè ij, qui ceriti & laruati dicuntur: quasi Cereris ira, aut laruarum occursatione vexati. *Plautus*, Laruatus certè es, aut ceritus, *Et alibi*, Iube hanc pro cerita circunferri. [Lymphatici metus. *Senec. Epist. 86.*] Lymphatici nummi apud *Plautum*, *Vide verbum* consisto.

Lympho, as, verbum actiuum, In furorem ago. {משוגע *schighghéath.* νυμφόω. Gallic. Mettre hors du sens. Ital. *Infuriare.* Germ, Vnsinnig oder verschucht machen/verwirren. Hispa. *Rauiar, y hazer rauiar à otro.* Ang. *To make mad.*} *Valer 3. Argonaut.* Rupta quies: Deus ancipitem lymphauerat vrbem. Id est, turbarat, & in belli furorem verterat. Eius passiuo vsus est. *Plin. l. 34. c. 17.* Hac herba epora lymphari homines, ¶ Aliquando etiam legitur Lymphor deponens, *teste Prisciano: vt apud Curtium*, Quippe lymphari, trepidare cœperunt, omnia pectora, occulto metu percurrente. Nisi fortè ibi malimus legere lymphati.

Lymphātŭs, ta, tum, Furiosus, insanus, furore correptus. {משוגע *meschughghaḥ.* νυμφόληπτος φρενόληπτος. Gall. Forcené, troublé de son sens pour quelque vision. Ital. *Insano, furioso, pazzo.* Germ. Vnsinnig. Hisp. *Rauioso.* Angl. *Mad, furious.*} *Horat. l. 1. Carm.* Mentémque lymphatam Marcotico Redegit in veros timores. *Virgil. 4. Æneid.* Immensam sine more furit lymphata per vrbem, id est, mente commota, furiata. *Plin. libr. 30. cap.* 10. Rursus magi tradunt lymphatos sanguinis talpæ aspersu resipiscere. Metu lymphato trepidare, *Luc. lib. 7.* Pectora lymphata. *Ouid. 11. Metam.*

Lymphātĭo, onis. {משוגעין *schighghaṯón.* νυμφολησία, φρενολησία. Gal. Trouble ment d'esprit, forcenerie. Itali. *Pazzia, furia.* Germ. Wütung. Hispan. *Aquella obra de rauiar.* Angl. *Rage, madnesse.*} *Plin. lib. 35 cap.* 15. Et præfixisse in limine è sepulchro euulsos clauos, aduersus nocturnas lymphationes.

Lyncestis, λυγκηστίς, Macedoniæ fluuius est, cuius aqua pota non minus ebrietatem inducit, quàm si quis vino se ingurgitasset. {Germ. Ein fluß in Macedonien/welches wasser truncken macht wie der weth.} *Plin. lib. 2. cap.* 103. Lyncestis aqua temulentos facit. ¶ Est etiam Lyncestis, idis, λυγκηστίς, Macedoniæ regio in Occidentem versa: cuius caput est Heraclea, *teste Ptolem. lib. 3. cap.* 13. ¶ Huius incolæ dicuntur Lynceſtæ; quorum meminit. *Plin. lib. 4. cap.* 10. Cæterum *idem author libr. 2. cap.* 103. quod est de miraculis aquarum, fontium & fluminum, Lyncestis vim describit, Lyncestis (*inquit*) aqua quæ vocatur acidula vini modo temulentos facit.

Lynceſtĭus, a, um. *Ouid. l.* 15. *Metam.* Hinc fluit effectu dispar Lynceſtius amnis, Quem quicunque parum moderato gurgite traxit, Haud aliter titubat, quàm si mera vina bibisset.

Lynceus, dissyllabum, huius Lyncei vel lynceos, penul. obliquorum correpta λυγκεύς, Vnus ex Argonautis, tanta oculorum acie præditus, vt diceretur, vel parietem vltrà penetrare, & (*vt ex historicis nonnulli prodiderunt*) nonissimam Lunam, primámque eodem die in signo arietis conspicere: quod paucis mortalium contigit vidisse. Hinc *Valer. lib. 1. Argonaut.* Solus transigit nubila lynceus. Hunc Varro centum triginta millia passuum prospexisse scribit: solitúmque exeuntem à Carthagine classem Punicam, numerúmque nauium, ex Libycana specula manifestissimè notare. Solinus refert fuisse Strabonem, ¶ Fuit & Lynceus alius, frater Idæ, qui pro duabus Leucippi filiabus, quas desponsatas Castor & Pollux rapuerant, arma sumpserunt, initaque pugna Castor Lyncei, Lynceus Pollucis manu occubuit. Idas verò, quum ipsum etiam Pollucem conaretur adoriri, immisso à Ioue fulmine interiit. *Vide Ouid. ad finem lib. 5. Fast.* Apollonius tamen in Argonaut. Idam à Castore interfectum tradit: idque Lynceum per ãbitem vidisse, & Castorem occidisse. [Fuit & Lynceus, qui Danao patruo interfecto Argis regnauit. Idcirco ἄργος λυγκήιον. i. Argos Lynceium seu Lynceus nominatur. Vnde *apud Ouid. 1. Metam.* Lyncæa seruia, .i. Argiua.]

Lynceus, a, um, per tres syllabas, & pen. prod. λύγκειος. denominatiuum est à Lynceus formatum. *Ouid. 5. Fast.* Pectora traiectus Lynceo Castor ab ense, Non expectato vulnere pressit humum. Vltor adest Pollux, & Lyncea perforat hasta, Qua ceruix humeros continuata tegit. In primo carmine, Lynceo est adiectiuum: in tertio Lynceæ est accusatiuus à Lynceus primitiuo.

[Lynceus, a, um, id est, Argiuus, a, um. *Ouid. 1. Metam.* Vide in proximo vocabulo, suprà.]

Lyncūrium, λυγκούριον, Gemma est coloris subflaui, quam vetustas credidit ex lyncis vrina concrescere: vnde & nomen videtur accepisse. in qua etiam sententia fuit *Plin. lib. 8. cap. 38. Item Ouid. 15. Metam.* vbi sic habet, Et quibus (vt memorant) quicquid vesica remisit, Vertitur in lapides, & congelat aëre tacto. Recentiores tamen asserunt lyncis vrinam non concrescere: quod etiam superioribus annis compertum est, lyncibus aliquot ex Africa in Galliam aduectis.

Lyncvs, λύγκος, Rex Scythiæ fuit, qui missum à Cerere Triptolemum, vt hominibus frugum vsum commonstraret, susceptum hospitio, vt in se gloriam transferret, interimere cogitauit. Ob quam rem irata Ceres eum conuertit in lyncem feram varij coloris, vt ipse variæ mentis extiterat. Hæc Seruius. *Ouid. 5. Metam.* Rex ibi Lyncus erat regis subit ille penates.

Lyndvs, Vide Lindvs.

Lynx, λύγξ. Vrbs Lydiæ iuxta Gades, post Atlantem, Est insula Atlantis, & vrbs Lynxo. λυγξώ. Gentile, Lynxites & Lynxius.

Lynx, masculini vel fœminini generis, genitiuo lyncis. {λύγξ. Ga. Lynx, vne espece de cerf de d'uerses couleurs, & ayant le cuir tacheté & de

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

veue fort aigue. ITAL. *Lupo ceruiere.* GERMANIC. Ein luchs/iſt ein flecchtig thier/hatt vberaus ein ſcharpff geſicht. HISPANIC. *Lobo cerual, animal de aguda viſta.* ANGLIC. *A beaſt ſharpe of ſight called linx.*} Animal eſt ex luporum ceruariorum genere, vario colore, & maculoſo tergore, acutiſſimóque viſu. *Plin.lib.28.cap.8.* Peregrinæ ſunt & lynces, quæ clariſſimè omnium quadrupedum cernunt. *Hora.2.Carm.* Timidos agitare lynces. *Virgil.1 Æneid.* Maculoſæ tegmine lyncis. Huius vrina in calculi duritiem verti olim credebatur, & in lapidem eum concreſcere, quem ob id lyncurium appellant. Quod tamen falſum eſſe nuper compertum eſt lyncibus aliquot ex Africa in Galliam aduectis.

Lynceus, a, um, adiect. pen. cor. Quod eſt Lyncis, vel quod lyncis habet naturam, λύγκειος. *Hora.1.Serm.Sat.2.* ne corporis optima lynceis Contemplere oculis. Eſt enim priùs hemeſtichium verſus dactylici finis: niſi per ſynæreſim malis duas ſyllabas in vnam contrahi. Homo lynceus, id eſt, vehementer perſpicax, quem non facile quis fefellerit. *Cic. ad Var.l.9.Ep.* Quis eſt tam lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat, nuſquam incurrat?

Lyra, {λύρα, χέλυς. GAL. Vne harpe. ITA. *Lira.* GERM. Ein leiren. HIS. *Cierto inſtrumento muſico de cuerdas come guittarra.* ANG. *An harpe.*} Inſtrumentum muſicum, in quo quot ſunt fides, tot reſonant voces. [*Ouid Æleg.1.lib.4.* Fertur in abducta Briſeide triſtis Achilles, AEmonia curas attenuaſſe lyra. *Ouid. Eleg.1.lib.4.Triſt.* Item Dum ferit Aulonia carmina culta lyra. *Idem Eleg.vlt.lib 4.Triſt.*] Lyra dicta, quaſi λύτρα propterea quòd Apollini à Mercurio (qui eam primus creditur inueniſſe) pro boum compenſatione fuerit data: quum antè chelys diceretur. Formam habet (*vt inquit Plin.l.9.c.10.*) teſtudinis. *Horat.1. Carm.Ode 10.* Te canam magni Iouis & deorum Nuntium, curuæque lyræ parentem. *Ouid.10.Metam.* Te lyra pulſa manu, te carmina noſtra ſonabunt. ¶ Lyra etiam ſignum cæleſte eſt. *Varrol.2.de Re ruſt cap.5.* Hoc ſecundum aſtri exortum facito, quod Græci vocant Lyram, Fidé noſtri. Lyra occidit quarto Nonas Februarij, vel certe Calendis Februarij ídque noctu, teſte Higino, quando occidunt terga Leonis. *Ouid. 3.Faſt.* Illa nocte aliquis tollens ad ſidera vultum Dicet vbi eſt hodie quæ Lyra fulſit heri? Qui poëticam Aſtrologiam ſcripſerunt, volunt hanc lyram eſſe à Mercurio primùm inuentam in Cyllene Arcadiæ monte, & ab eo Apollini donatam. Apollinem autem, inuenta cithara Orpheo lyram conceſſiſſe: mortuo autem Orpheo, à muſis in cælo fuiſſe collocatã. Alij dicunt eſſe lyram Arionis citharœdi, qui floruit tempore Periandri Corinthiorum tyranni, & primus fuit omniũ cithariſtarum.

Lyricus, ca, cum, adiectiuum, Quod ad lyram pertinet. {λυρικός.} Hinc Poëtæ Lyrici dicti, quòd ad Lyram ſua carmina cantabant, ſtatuebatúrque eis chorus quinquaginta virorum, ac tauro donabantur. *Hora. 1.Carm.Od.1.* Quod ſi me lyricis vatibus inſeris, Sublimi feriam ſidera vertice. Modi lyrici. *Ouid.Ep.20.* Quum lyricis ſim magis apta modis.

Lyrica, orum, Pro carminibus lyricis. *Plin.Iunior.l.1.Ep.3.* Scribit enim & vtraque lingua lyrica doctiſſima.

Lyricen, nis, penult. cor. Qui lyra canit, cuius ſignificationis eſt etiam lyriſtes. {λυρῳδός. GALLI. Ioueur de harpe. ITA. *Senatore de lira.* GERM. Ein leiret. HIS. *Tannedor de aquel inſtrumento.* ANGL. *An harper.*} *Plin. Iunior ad Genitorem,* Quàm multi, quum lector, aut lyriſtes, aut comœdus inductus eſt, calceos ponunt?

Lyrcæus, penult. prod. λυρκεῖος, Fons Arcadiæ ſub Cynuria monte, ex quo Inachus fluuius oritur. *Autor Strabo lib.4.cap.8.Stat.4.Thebaid.* Aret Lerna nocens, aret Lyrceus, & ingens Inachus. ¶ Stephanus Lyrceum agri Argiui montem eſſe ait, indéque vicinam regionem Lyrceam appellari.

Lyrceus, cea, ceum, λύρκειος. *Ouid.1.Met.* iam paſcua Lernæ Conſitáque arboribus Lyrcea reliquerat arua.

Lyrceius, a, um, per quatuor ſyllabas. λυρκήϊος, *Valer.Flaccus l.1.Argon.* dominum Lyrceia tellus,

Antráque deprenſæ tremuerunt conſcia culpæ.

LYRIS, Vide LIRIS, per i, Latinum.

LYRNATIA Λυρνατία, Cherſoneſus & parua regio Lyciæ. Gentile Lyrnaticus, *Steph.*

LYRNESSVS, Λυρνησσός, *Steph.* Oppidum fuit Troadis ab Achille euerſum, quum Priamo bellum, ob Helenam à Paride filio raptam à Græcis inferretur. { GERM. Ein ſtatt in Troade ſo Achilles im Troianiſchen krieg zerſtöret hatt.} Ex quo Briſeida quoque abduxit, occiſo Minete eiuſde oppidi principe, quæ inde Lyrneſſis ab *Ouid.l.4.Eleg.1.Triſt.* appellatur, Fertur & abducta Lyrneſſide triſtis Achilles.

Lyrnesius, a, um, inde deductum nomen, λυρνήσιος, Stephano. *Virgi.l.10. AEneid.* Lyrneſſius Acmon. *Ouid.1.Ep.Briſeidis ad Achillem,* Diruta marte tuo Lyrneſſia mœnia vidi.

LYSANDER, λυσάνδρος, Lacedæmoniorum Imperator, homo factioſus, odium totius Græciæ in Lacedæmonios concitauit. Huius ductu Lacedæmonij Athenienſes, ducémque eorum Cononen nauali prælio ſuperarunt: paulò pèſt tamen eodem duce à Cononе ſuperati ſunt terreſtri prælio, in quo & Lyſander ipſe occiſus eſt. *Reliquam eius vitam pete ex Plutarcho.*

LYSANIAS, λυσανίας, Orator Græcus. ¶ Alter fuit Arcas, Qui Lycaonem regno expulit.

LYSBONA, Luſitaniæ vrbs primaria, in Hiſpania ſita.

LYSIADES, λυσιάδης, Athenienſis, Phædri philoſophi filius. *De quo Cic. Phil.5.ſic.ſcribit,* Lyſiadem Athenienſem plerique nouimus: eſt enim Phædri philoſophi nobilis filius, homo præterea feſtiuus, vt ei cum M. Curio confeſſore eodem & colluſore facillimè poſſit conuenire, &c.

LYSIAS, λυσίας, Syracuſanus genere, Cephali filius, vnus è decem oratoribus, natus Athenis quò pater ſe tranſtulerat. Puer Thurion coloniam migrauit, rediit annos natus quadraginta ſeptem, intérque principes oratores eſt habitus. De quo ſic ſcribit *Cicer.in Bruto,* Tum fuit Lyſias (*inquit*) ipſe quidem in cauſis forenſibus non verſatus, ſed egregiè ſubtilis ſcriptor atque elegans, quem iam propè audeas oratorem perfectum dicere: (nam plane quidem perfectum, & cui nihil admodum deſit. Demoſthenem facilé dixeris) nihil acutè inueniri potuit in eis cauſis quas ſcripſit, nihil (vt ita dicam) ſubdolè, nihil vertute, quod ille non viderit: nihil ſubtiliter dici, nihil preſe, nihil enucleatè quo fieri poſſit aliquid limatiùs: nihil contrà grande, nihil incitatum, nihil ornatum, vel verborum grauitate, vel ſententiarum, quo quicquam eſſet clarius.

LYSICRATES, λυσικράτης, Athenienſis quidam, in quem aliquoties inuehitur Ariſtophanes, quòd capillos iam canos nigro colore inficeret, quò inuenis etiam tum videretur. Erat autem alioqui ſumptuoſus, & deſormis, & furax, & largitor, adeò vt locum fecerit prouerbio, λυσικράτης δωροδοκῶν, στρατηγὸς ἀθλιώτατος, hoc eſt, Lyſicrates largitor, Athenienſium Imperator, quo opportunè vtemur, quum ſignificare voluerimus, pecunes eos ſummam eſſe poteſtatem, qui vt honores largitionibus ſunt adepti, ita eoſdem turpiſſimè habent venales. *Autor Suidas.*

LYSIDICE, Λυσιδίκη, Filia fuit Pelopis & Hippodamiæ, Pitthei ſoror, quæ Electrioni nupſit, & ex eo Alcmenam Herculis matrem peperit, *vt inquit Plutarchus.* {GER. Die groß mutter Herculis.} Alij verò, inter quos eſt interpres Homeri, matrem Alcmenes non Lyſidicen Pelopis, ſed Anaxo Ancei cuiuſdam filiam dicunt.

LYSIMACHIA, Λυσιμάχεια, Vulgò *Hexamili,* Thraciæ Cherroneſi vrbs, ad Hellespontum, ob terræ motum delerta. *Plin.l.4.c.11.* ¶ Fuit & Lyſimachia AEtoliæ vrbs, ad Hydram lacum, quam & ipſam ſua ætate fuiſſe proſtratam ſcribit *Strabo lib.10.*

Lyſimachia, Plinio, Λυσιμάχειον Dioſcoridi, Herba eſt, quæ vulgò *Salicaria* dicitur, ſiue quòd folia habeat ſalicis, ſiue quòd iuxta ſalices naſcatur. Dicta Lyſimachia, ſiue ab inuentore Lyſimacho, ſiue παρὰ τὸ λύειν τὰς μάχας. Refert enim Plinius tantam huic herbæ componendorum diſſidiorum vim ineſſe, vt diſcordantibus etiam iumentis iugo impoſita, aſperitatem eorum cohibeat. Huius variæ ſunt ſpecies. 1. Lyſimachia lutea, ſiue flore luteo. 2. Lyſimachia in flore purpureo. 3. Lyſimachi genus, ſecundum quoſdam, dicitur herba quæ Antony vocatur, & filius ante patrem.

LYSIMACHVS, λυσίμαχος, Agatoclis filius, e ſucceſſoribus Alexandri magni, Pergamo præfuit, ibi theſauri regis fuerunt. Hic illuſtri quidem Macedoniæ loco natus, virtute illuſtrior fuit: amore literarum ac philoſophiæ ardebat adeò, vt Calliſthenem tunc ab Alexandro afflictum, atque in vinculis habitum de virtute differentem ſæpius audierit, poculúmque ei, ac remedium miſeriæ optanti propinauerit. Quod ægrè ferens Alexander, Lyſimachum leoni obiecíſſe dicitur: ſed ille viribus fretus rem poſteris prodendam fecit, manum amiculo conuolutam in os leonis inferens, adrepta lingua feram exanimauit: quo facto vehementiùs poſtea Alexandro dilectus, & in honore maximo fuit. *Vide Trogum l.15.* ¶ Lyſimachus, λυσίμαχος, natione Acarnan, Alexandri pædagogus, ſecundus poſt Leonidem obtinuit: nullo vrbanitatis genere præditus, niſi quòd ſe Phœnicem: Alexandrum, Achillem: *Philippum* verò Peleum nuncupabat. *Autor Plutarchus in Alexandro.* ¶ Lyſimachus item alius fuit, patria Athenienſis, Ariſtidis Iuſti filius, qui ob memoriam paternorum in Rempublicam meritorũ, adeò charus populo fuit, vt quum à patre prorius inops relictus eſſet: (fuit enim Ariſtides adeò pauper, vt in defuncti ædibus nihil præter veru ferreum fuerit inuentum) publico tamen decreto centum ei agri confiti, totidemque inculti iugera in Eubœa fuerint aſſignata, centúmque minæ ex publico numeratæ, & quaternæ drachmæ in ſingulos dies. Vide de his plura apud Plutarchum in vita *Ariſtidis,* & *Demoſthenem* in oratione aduerſus Leptinen.

LYSIPPE, es, Λυσίππη, Vna fuit filiarum Prœti, quæ & ſorores quòd ſe Iunoni præferre non eſſent ueritæ, tanto furore correptæ ſunt, vt per agros diſcurrentes, ſe vaccas eſſe crederent. Vide IPHIANISSA.

LYSIPPVS, Sicyonis clariſſimus ſtatuarius, qui ad lexcenta decem opera feciſſe traditur, quorum ſingula arti claritatem dare potuiſſent. {GER. Ein weitberümpter bild hawer zu Sicyon.} Hic, teſte *Quintiliano,* ad veritatem optimè accelſit: quamobrem etiam Alexander ille Magnus ab vno Lyſippo ſe fingi voluit, vt pingi ab Apelle. *Horat.lib.2. Epiſt.ad Auguſtum.* Edicto vetuit, ne quis ſe præter Apellem Pingeret, aut alius Lyſippo duceret æra Fortis Alexandri vultum ſimulantia. *Cicero.* Neque enim Alexander ille gratiæ cauſa ab Apelle potiſſimùm pingi, & à Lyſippo fingi volebat: ſed quòd illorum artem cum ipſius tum etiam ſibi gloriæ fore putabat, &c. ¶ Lyſippus item poëta comicus fuit, cuius fabulas enumerat Athenæus.

Lyſis, huius lyſis, & lyſios, λύσις, Id eſt, ſolutio, à λύω, ſoluo. *Cic.3.Tuſc.* Ex quo ipſam ægritudinem & λύσιν Chryſippus, quaſi ſolutionem totius hominis appellatam putat. ¶ Lyſis in architectura, hiatus eſt lamnarum, id eſt, ſolutio continui parietis. *Vitruu.lib.6.cap.10.*

LYSISTRATVS, pen. corr. Λυσίστρατος, Lyſippi ſtatuarij frater fuit, qui primus ſigna ex gypſo finxit. *Vide Plin.lib.35.cap.12.*

LYSIVS, λύσιος. Liberi patris cognomen apud Bœotios, ὅτι τοὺς ἀνθρώπους, hoc eſt, à ſoluendo impoſitum. { GERMANIC. Ein zunam Bacchi.} Ferunt enim Bœotios aliquando à Thracibus deprehenſos, partim captos, partim in fugam verſos fu iſſe: ex quibus quum nonnulli ad Throphonij ſpecum confugiſſent, viſum eſt iis noctu, aſtantem Deum Liberi patris ſibi auxilium promittere. Quo ſomnio alacriores redditi, Thracas ex inſidiis adorti ſunt: quos quum vino ſomnóque obruptos inueniſſent, dionullo negotio ſi perarunt: receptíſque ſuis in patriam rediiſſent, Dionyſio cognomento Lyſio templum conſecrarunt. *Autor Heraclides Ponticus.* ¶ Iulius Pollux, deos omnes qui auerruncandi mali gratia colebantur, Lyſios vocari ait, quos & ἀλεξικάκους, & ἀποτροπαίους Græci nominant.

LYTAE, λυταί, Exigua Theſſaliæ regio, circa Peneum amnem: ſic dicta, quòd Neptunus diſſipatis aquis, Tempe ab inundatione liberarit.

LYTHIRAMBVS, λυθίραμβος. Bacchi cognomentum, inde impoſitum, quòd eo ex femore Iouis (cui interempta matre inſertus fuerat) in lucem prodituro, identidem Iupiter inclamauerit, λῦθι ῥάμμα, id eſt ſolue futuram.

Lytta, λύττα, Genus vermiculi qui naſcitur in lingua canum. {ANGL. *A worme in a dogges tonge which maketh him mad if he be not taken out.*} Hic ſi infantibus catulis eximitur, nec rabidi fiunt, nec faſtidium ſentiunt. *Plin.lib.29.cap.5.*

LYTVS, Fluuius eſt minoris Aſiæ in Pontum defluens.

LYXIA, pen. prod. λύξεια, Arcananiæ oppidum, *apud Stephanum.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

M



LITERA vna est ex iis quas Græci Grammatici ἡμίφωνα ἄφωνα, καὶ ἀμετάβολα, hoc est, semiuocales simplices, & immutabiles, Latini Liquidas appellant. In compositione & deriuatione migrat in n, sequente d vel t, vel c, vel q: vt tantum tantundem, Idem identidem, Eorum eorundem, Num nuncubi nunquis, nunquam. Sic circunquaque, tanquam, nanque, quenque, quanque, quicunque. Similiter Am præpositio sequentibus f, vel c, vel q, mutat m, in n, vt anfractus, &c. Vide in dictione Anfractus. M. in interiori eius parte sonum colligit, compressis labris, concluso ore: quem postea mugitu quodam non sine molestia extrudit. Eius potissimùm infelicitas apparet, quum claudit dictiones: quod quum Latina lingua nimis quàm sæpe patiatur, habetur & ipsa infelicior. Græca quum in nulla dictione id ferat, hoc etiam nomine censetur beatior. Huius elementi mugientem sonum fugientes Poëtæ Latini, curant id elidendum in carmine, sequente vocali. Eius soni tamen maior & minor obscuritas deprehenditur à loci situ: augetur & his modis, idémque minuitur, quibus & aliæ mutę, vt suprà dictum est, M. In notis antiquorum, Marcus, vel Mutius, vel Martius, vel monumentum, vel mulier, vel miles, vel meum, vel meam, mihi, molestus, modò mors, munus MA. Macuuius. MAG. magistratus. M.AG. militis ager. MAG.EQ. magister equitum, MAG.MIL. magister militum MAI. maior. M. AEM. Marcus AEmilius. MAT.P.FEC. Et S.P.Q. mater piissima fecit, & his, suis. posterisque eorum. MARIT. Maritus. M.AVR. Marcus Aurelius. MAX. Maximus. M.B. Mulier bona. M.C. Mancipio. M.C. Marcus Cicero, vel Marcus Censor, uel monumentum condidit, vel consistit, vel consecrauit. M.C.F. mortis causa fecit, vel fuit. M.C.M. mortis causa manumissus. M.C.V. manu consertum vocauit. M.C.S. Marcus Cæs. M.D.O. Mihi dare oportet. In numeris mille significat, quod mala scribédi consuetudine inductum est. Nam cùm his notis CIↃ, apud veteres mille significarentur, errore quodam ex tribus istis notis M. factum est.

MÀ, accentu circunflexo, μᾶ, Mulier fuit vna ex iis quæ Rheam sequebãtur, cui Iupiter Bacchum tradiderat educandum: quæ interrogata à Iunone cuius esset infans, ἄ μοι, hoc est, Martis, respondit. Vnde factũ est, vt Bacchus apud Caras Masaris fuerit appellatus. Ipsa quoque Rhea Mà appellata fuit cui Lydi taurum immolabant: vnde Lydiæ vrbs Mastaura fuit nominata: *Vide Stephanum in dictione Mastaura.*

[Mà. *Plaut. Capt. sc. 1. a. 4.* μά, τὸν Ἀπόλλω.]

MACAE, μάκαι *Stephano*, Populi sũt fœlicis Arabiæ, Carmanis oppositi, nardo, myrrha & thure abundantes. *Autor Mela. lib. 3.*

MACARAE, μακαρίαι, Vrbs Arcadiæ, á Macareo Lycaonis filio condita, quam Stephanus à Romanis Beatam vocari tradit. ¶ Gentile est Macareates, μακαρεάτης *eodem Stephano teste.*

MACAREVS, μακαρεύς, AEoli filius, qui cum Canace sorore concubuit. *Vide Epist. Canaces apud Ouid.*

MACARIA, μακαρία, Herculis filia fuit, quę se pro incolumitate publica manib. deuouit. *Vide Cæliũ & Erasmũ in prouerbiis.* ¶ Cyprus itẽ in sula olim ob insignem fertilitatem Macaria dicebatur. *Autor Plin. l. 5. c. 30.*

MACARIOS, μακάριος, Viri proprium est: quo nomine duo cõmemorantur à Suida, viri pietate iuxta ac eruditione insignes. Est autem Græcum nomen, quod nos beatum interpretamur.

MACAROS, μάκαρος, Nomen est Cretæ insulæ à tẽperie cęli. *Plin. li. 4. c. 12.*

MACCO, Oppidũ Brachmanarũ, populorũ Indiæ, *apud Plin. li. 6. c. 17.*

MĂCĔDNON, μακεδνόν, Pindi mõtis Thessalię regiuncula, *in Herodot. lib. 1.*

MĂCĔDŎNĬA, μακεδονία, Latissima Europæ regio, duobus olim regibus & orbis terræ imperio clarissima, antea AEmonia & Emathia appellata, quæ à tenuibus initiis, regum prudentia, gentisque fortitudine eò magnitudinis excreuit ut centum quinquaginta potita sit populorum. GE. Ein weite vnd gwaltige landtschafft in Griechenland/zwischen den zweien meeren/ Epiro/ Thracia vnd Dalmatia gelägen. } Hanc à Septentrione à Dalmatia Mœsiáque montana seiunguntiab Occasu mari Adriatico, siue Ionio: ab Ortu AEgæo abluitur. Meridianam oram Epiroticæ gentes, & ipsa Græcia excipit. Dicta Macedonia à Macedone quodam Osiridis, siue (*vt Stephanus & Solinus scribunt*) Iouis filio, & Thyię filiæ Deucalionis. Hinc deducitur gentile Macedo, onis, μακεδών, & possessiuum Macedonicus, a, um, μακεδονικός.

MĂCĔDO, μακεδών. pen. cor. Qui ex Macedonia ortus est. *Liu. lib. 6.* Quum tibi sacrato Macedo seruetur in antro. *Cic. 5. Tusc.* Alexander Macedo, quum ab ineunte ætate res maximas gerere cœpisset, nónne tertio & trigesimo anno mortem obiit? [Triginta Sardi, sexaginta Macedones. *Plaut. Merc. sc. 1. a. 1.*]

MĂCĔDŎNĬCVS, μακεδονικός, Quidquid Macedonia est, vnde Mare Macedonicum, quod est AEgæi pars, Macedoniam ab ortu abluens, [Leno me Militi Macedonico vendidit. *Plaut. pseud. sc. 1. a. 1.*]

Macedonius, a, um. *Ouid. 12. Metamorph.* Quid clypeo, gladióque, Macedoniáque farisa. [Ab illo milite Macedonio. *Plaut. Pseud. sc. 2. a. 2. & sc. 6. a. 4. & sc. 7. a. 4.* In quibusdam tamen libris legitur Macedonico.]

[Macedonienſis Miles. *Plaut. Pseud. sc. 4. a. 4.*]

MĂCELLA, μάκελλα, Vrbs Italiæ, sic dicta ἀπὸ τῶν μακέλλων ἐν αὐτῇ φανέντων hoc est, quod Philoctetes in ea ęgrotauerit. Gẽtile Macellęus. *Steph.*

Măcellum, li, locus Romæ, quò venalia omnia quæ ad victum humanum pertinebant, contrahebantur. { ὀψωνεῖον. GALL. Boucherie, marché. ITA. *Piazza, mercato.* GERM. Ein speißmarckt/an dem man allerley essige spey/als fleisch/eyer/käß/&c. feil hat/ Ein metzg. HISP. *Carniceria, ò pescaderia.* ANGLI. *The shambles or place where flesh is sold.* } *Plaut. in Aul.* Venio ad Macellum, rogito pisces: indicant caros: agninam caram, cara omnia. *Cicer. 2. de Diuinat.* Si Epicuri de voluptate liber corrosus esset, putarem annonam in macello cariorem fore. Dictum Macellum, *teste Varrone & Festo*, à Macello quodam homine improbissimo, qui in vrbe latrocinium exercebat, quo damnato, Censores Æmylius & Fulvius statuerunt, vt in domo eius obsonia redderentur, redactis in ærarium eius bonis. Alij Macellum dictum putant, quòd ibi fuerit hortus, quem Macellum à Lacedæmoniis appellatum ferunt. Et Iones ostia hortorum Macellotas vocant, *vt ait Varr. l. 4. De Ling. Lat.* Donatus à mactandis pecoribus deriuat. [Sequere me ad Macellum. *Plaut. Aul. sc. 4. a. 1.* Venio ad Macellum, rogito pisces, indicant caros agnigam caram. *Plaut. Aul. sc. 5. a. 2.* Eo ad macellum vt piscium quicquid est Prætio præstinem. *Plaut. Pseud. sc. 2. a. 1.* Circa macellum dispositi custodes lege sumptuaria. *Sueton. in Cæsar. cap. 43.*]

Măcellārĭus, ij, dicitur venditor eorum quæ ad victum pertinent: non solùm carnium, sed omnium obsonium, quinetiam panis & frumẽti venditor: nam hæc omnia in macello venundabantur. { ὀψοπώλης. GAL. Vendeur de toutes viandes. ITA. *Venditore degni viuenda.* GER. Ein speißkeufer. HISPAN. *El carnicero ò el que vende pescado y otras cosas.* ANGL. *A seller of all maner of victailles.* } *Varro lib. 3. cap. 4.* Duo iuns ornithonis genera: vnum delectationis causa, vt Varro hic fecit noster sub caſmo: quod amatores inuenit multos: alterum fructus causa, quo genere macellarij, & in vrbe quidẽ habent loca clausa, & rure maxime conducta, in Sabinis, quod ibi propter agri naturam frequentes, apparent turdi. *Sueton. in Cæsar.* Ea quæ ad epulum pertinebãt, quamuis macellariis oblocata, etiam domesticatim apparabat.

Măcellārĭus, deductum nomen à macello, vt Macellaria taberna. { ὀψοπώλης ἐργαστήριον, ὀψοπώλιον. } *Valerius Maxim. lib. 3. cap. 4.*

Măcĕr, cra, um, Exilis, extenuatus, gracilis, macilentus. { רזה *razeh.* ἰσχνός, λεπτός. GAL. Maigre. ITAL. & HISPAN. *Magro.* GERM. Mager/ dürr. ANG. *Leane.* } *Virg. 3. Eclog.* Heu heu quàm pingui macer est mihi taurus in aruo? *Colum. lib. 2. cap. 9.* Nam vel pinguissima vel macerrima humo iaciatur. Sipontinus à Græco μακεδ's deduci putat. Illi enim μακεδ longa dicunt: quæ autem tenuia sunt, longiora videntur. ¶ MACER μάκερ, est etiam poetæ proprium, qui de herbarum viribus scripsit.

Măcĕllŭs, a, um, diminutiuum à macer pro macilento. *Lucil. lib. 6* Si nosti, non magnus homo est, nasutus, macellus. *Nonius.* ¶ Fuit præterea Macellus, hominis improbissimi, & seditiosi nomen, quo capitis damnato, redactísque in ærarium eius bonis, ædes etiam eius dirutæ sunt, eáque in area extructum est ædificium, venundandis obsoniis destinatum: quod ab eius nomine macellum fuit appellatum.

Măcĭlĕntŭs, Macie extenuatus, interprete Festo, macer, gracilis. { רזה *razéh.* λεπτόμενος, σκελώδης. GALL. Fort maigre. ITAL. *Macilento, estenuato, dimagrato.* GERM. Ermägeret/ganz mager. HISPA. *Cosa muy magra.* ANG. *Very leane.* } *Plaut. in Asin.* Macilentis malis rufulus, aliquantum ventriosus. *Idem in Captiu.* Sed qua facie est tuus sodalis Philocrates? AR. dicam tibi, macilento ore, naso acuto, corpore albo & oculis nigris.

Măcĭēs, macritudo, & macror siue macor, corporis extenuationem significant. { רזון *razón* כחש *chachasch.* λεπτότης, ἰσχνότης. GALL. Maigreté, ou maigreur. ITAL. *Magrezza.* GER. Die mägere/oder magerheit. HISP. *Magreza.* ANG. *Leanenes.* } *Plaut. in Captiu.* Ossa atque pellis sum misera macritudine. *Pacuuius*, Corpúsque meum tali mœrore, errore, macrore senet. [Vixque ossa texit macies. *Ouid. Eleg. 8. lib. 3. Trist.*] *Colum. lib. 6. cap. 14.* Est etiam illa grauis pernicies, quum pulmones exulcerantur: inde tussis & macies. *Plin. l. 10. c. 63.* Verres subantis audita voce, nisi admittatur, cibum non capit vsque in maciem. *Virg. 3. Æneid.* quum subitò è syluis macie cõfecta suprema Ignoti noua forma viri, miserandáque cultu Procedit. *Idem 3. Georg.* Ipsa autem macie tenuant armenta volentes.

Măcĕo, es, macui, Macero macer sum, siue fio, consumor, & conficior. { כחש *chachasch* נרזה *nirzah.* λεπτύνομαι, σκωτώσομαι GAL. Estre maigre. ITAL. *Dimagrare, smagrirsi.* GERM. Mager sein. HISP. *Emmagrescerse.* ANCL. *To be leane.* } *Plau. in Aul.* [*sc. 4. a. 3.*] Quia ossa atque pellis totus est, ita cura macet.

Măcēsco, scis, Macer fio. { כחש *chachasch* נרזה *nirzáh.* ἰσχναίνομαι, λεπτύνομαι, μαραίνομαι. GAL. Deuenir maigre. ITAL. *Dimagrare, diuenir magro.* GERM. Mager werden. HIS. *Emmagrescerse.* ANGLI. *To waxe leane.* } *Colum. lib. 1. cap. 9.* Constat arua legetibus eius (scilicet hordei) macescere. *Varro 3. de Re rust. cap. 16.* Tũ propter laborem asperantur & macescũt. [Maceror, macesco, cõsenesco, & tabesco. *Plau. Capt. sc. 2. a. 1.*]

Măcĭo, as, Macrum facio. { רזה *razáh.* διακενόω, ἀποτρύω. GALL. Amaigrir. ITALI. *Immagrire.* GERM. Ermageren/mager machen. HISP. *Emmagrescer. à otra cosa.* ANGL. *To make leane.* } Cuius compositum est Emacio, de quo vide suo loco.

Măcrĕo, es, Macer fio: à quo macresco eiusdem significationis. { כחש *chachásch* נרזה *nirzáh.* λεπτύνομαι. GALL. Deuenir maigre, s'amaigrir. ITAL. *Dimagrare, diuenir magro.* GERM. Mager werden. HISP. *Emmagrescerse.* ANGL. *To waxe leane.* } *Colum. libr. 6. cap. 3.* Dabimúsque operam, ne penuria cibi macrescat pecus. *Varro*, Quia earum aspectus ad desiderium macrescere facit volucres inclusas *Martial. l. 13.* Ne nimis exhausto macresceret inguine gallus.

Măcĕro, as, Consumo, conficio, attenuo: & de corpore & animo dicitur, à macer. { דק *dak* כחש *chathasch* חרך *herách.* λεπτύνω, ἰκτικόω. GA. Amaigrir, rendre maigre, amollir, atendrir, destremper, ITAL. *Macerare, ammollire nel acqua smagrire.* GER. Außmergten/außmageren. HIS. *Emmagrescer, curtir ò remojar.* ANGL. *To mak leane, to soke in water.* } *Horat. in Carm.* Humor & in genas furtim labitur arguens. Quàm lentis penitus macerer ignibus. *Plaut. in Capt.* [*sc. 4. a. 3.*] Multos iste morbus homines macerat. *Idem etiam Plautus scribens in Milite*, At hoc me facinus miserum macerat, meúmque cor, corpúsque cruciat.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Ter. in And. Tu modò anime mi, noli te macerare. *Ibidem.* Sed quid ego, cur me excrucio? cur me macero? Accipitur etiam frequentissimè pro humore aliquo emollire, vel in aqua quippiam asseruare, quoad salsedinem aliúmve saporem deponat. ¶ GER. Weitzen/weich machen.} *Terent. in Adeph.* Sallamenta hæc, Stephanio, fac macerentur pulchre *Colum. lib.* 1. Piscinas duas, alteram anseribus pecoribúsque seruiat: alteram in qua lupinum, vlmi vimina & virgas atque alia, quæ sunt vsibus nostris apta maceremus. *Cato cap.* 156. *dixit.* Macerare bi assicam in aquam. ¶ Est etiam macerare aliquando proluere, madefacere. {שִׁפְשֵׁף *schataph*} *Plin. libr.* 11. *cap.* 41. *de Poppea.* Totum corpus illo lacte macerabat. *Idem lib.* 16. *cap.* 10. iubet podagricos macerare pedes in decocto verbenacæ. Vitruuius etiam iubet calcem coctam diu macerari antequam fabri ea vtantur. [Ego tuo mœrore mæceror, macesco, consenesco. *Plaut. Capt. sc.* 2. *a.* 1. Satis me curâ & lacrymis maceraui. *Ibid. sc.* 1. *a.* 4. Quæ miseriæ miserè macerant. Mox contabescere. *Plaut. Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Macerat & coquit eum solicitudo. *Quintil.* Item Macerare se tormentis. *Senec. cap.* 3. *de Consol. ad Marci.* Macerari (dolore) *Senec. cap.* 8. *de Consol. ad Polyb.*]

Mācĕrātŭs, a, um, Mollis & tener factus. { נרך *naráeh* נשטף *nischtaph.* ἐκτηκὸς, ἐκπεφορυμένος. GAL. Destrempé macere. ITAL. *Macerato, immolato.* GERM. Geweicht/lind gemacht. HIS. *Curtido ò remojado.* ANG. *Made leane soked.*} *Plaut. Pœn.* Macerato pingues fiunt auro in Barbaria boues.

Mācĕrēsco, Maceror, hoc est madefico, & mollificor. {נרך *narach* נשטף *nistaph.* ὑγραίνομαι. GALLIC. Se destremper & amollir. ITA. *Macerarsi.* GERMA. Weich werden. HISPAN. *Remojarse.* ANGL. *To be made wett and soked.*} *Cato de Re rust. cap.* 92. Frumento curculio ne noceat, non mures tangant, lutum de Amurca facito, palearum paulum addito, sinito macerescant.

Macro, as, Macero: cuius compositum est Emacro, quod est valde macrum facio. { כחש *chachásch* נרזח *nirzáh.* ἰσχναίνω. GALLI. Amaigrir. ITAL. *Dimagrare.* GERMA. Aussmageren. HISP. *Emmagrescer à otro.* ANGL. *To mak leane.*} *Plin. l.* 18. Terram emacrari hoc fatu, scilicet milij existimantes.

Mācĕrĭă æ, & Maceries ei, Paries siue murus, vel congeries lapidum in vnum compactorum, siue intrita, aut alio genere ferruminis, cuiusmodi parietes fere eos esse videmus, quibus vineæ claudi solent. { גדר *ghadhér.* τὸ τεῖχιον, ὀρυγὸς. GAL. Muraille seiche sans mortier. ITAL. *Muro secco senza calcina.* GER. Ein solche maure in welcher die stein an einanderen nit gepflasteret sind/ ein stein mauren. HISPAN. *El albarada de piedras sin barro.* ANGL. *A wall of stone without morter made in steede of a mounde.*} *Terent. in Adel.* Iube hanc maceriam dirui. *Varr. tamen aliter l.* 3. *de Re rust. cap.* 12. Quis ignorat septa e maceriis ita esse oportere in leporario, vt tectorio tecta sint, & sint alta? *Cato de Re rust. cap.* 15. Maceria si ex calce, & cæmentis, vel silice ædificetur. Maceriam ducere apud *Caium l.* 17. *D. Com. præd.* pro maceriam imponere, facere siue agere. Si precario vicinus, *inquit*, maceriam duxerit, id est imposuerit. ¶ Legitur quandoque maceries apud antiquos pro macie, vel macilentia, λεπτότης *Afranius*, Si ille hæc nunc sentit, facere illi fatis vis, quanta illius mors sit maceries tibi. *Nonius.*

MACESTVS, μάλιστος, Fluuius est Myſiæ in Rhindacum influens. *Plin. l.* 5. *c.* 31.

Machæră, {חרב *chereb.* μάχαιρα. GAL. Glaiue ou espee. ITAL. *Spada, scimiterra.* GERM. Ein dägen. HIS. *Espada.* ANGL. *A sword, a falchon.*} Sica, gladius, culter. Quod nomen impositum est à Græcis, à verbo μάχομαι, quod est pugno. *Iuuenal. Satyr.* 7. -ames nomẽ victúmque machæræ. *Apul. l.* 9. *de Asin.* Comminabatur sese concisurum cum machæra frustatim. [Ita me machæra & clypeus bene iuuent. *Plaut. Curc. sc.* 4. *a.* 4. Vbi Elephantum clypeatus machæra. *Plaut. Curc. sc.* 1. *a.* 3 Machæræ obiicere. *Ibid. sc.* 4. *a.* 4. *& sc.* 2. *a.* 5. *& Menæ. sc.* 1. *a.* 1. *& in Pseud. sc.* 7. *a.* 4. vbi obscœnè. *Item Suet. in Claud. cap.* 15. proclamante quodam, præcidendas falsario manus, carnificem statim acciri cum machæra mensaque lanionia flagitauit.]

[Machærio nomen coqui. *Plaut. Aul. sc.* 6. *a.* 2.]

Măchærŏphŏrŭs, Gladium ferens, sicarius. μαχαιροφόρος. GAL. Espadassin, maistre d'escrime. ITALI. *Schermitore spadaccino.* GERMA. Der ein dägen tregt. HISP. *Esgremidor, que trahe spada.* ANGL. *A sword bearer.*} *Cic. ad Quint. fratrem l.* 6. Hominem portaui ad mare octophoro, machærophoris centum sequentibus.

Măchærŏpœŭs, Faber gladiorum. { μαχαιροποιός. GAL. Fourbisseur, faiseur d'espees. ITA. *Spadaio.* GERMAN. Ein messerschmid. HISP. *El que haze espadas.* ANG. *That maketh swordes.*} Quo nomine dictus est Demosthenis pater ab officina gladiorum, quam Athenis egregiam, multísque opificibus seruis instructam habebat.

MACHAERVS, untis, μάχαιρος. *Steph.* Arx Iudææ, secundum olim ab Hierosolymis dignitatis locum obtinens. *Plin. l.* 5. *c.* 16.

MACHALAVM, Nomen Græcum compositum ex μάχη, quod pugnam significat: & ἀλαὸς, cæcum & errantem. Oppidum in Brixiano agro, Insubrum clade nobile.

MACHAON, μαχάων, Filius fuit Æsculapij & Arsinoes (alij Coronidis, alij Hesiones filiæ Meropis, alij Xantl iones filium faciunt) Podalirij frater, & medicus insignis, qui etiam cum reliquis Græciæ principibus ad Troiam venit. { GER Ein son Æsculapij ein außbuntiger artzet.} Tandem ab Eurypylo occisus. *Virgil.* 2. *Æneid.* Pelidesque Neoptolemus, primúsque Machaon. De eo etiam *Home.* 2. *Il.* Ab eo Machaonius deducitur. Hinc Machaoniam artẽ poetæ vsurpant pro medicina.

Măchĭnă, pen. corr. Molitio, inuentum, opus, instrumentum. { מחי *mechi.* כלי *chali.* μηχανὴ. GAL. Machine, subtile inuention, ITAL. *Inuentione, trouata machina.* GERM. Ein gerust oder rustzeug. HISP. *Fabrica, sotil inuention.* ANG. *A ginne or engine.*} Hinc Mechanicus faber seu opifex eorum operum, quæ ingenio simul & manibus fiunt. Et Mechanica ars, fabrilis. Itaque artes diuiduntur in liberales & mechanicas. *Asconius*, Machina dicitur, vbi non tàm materiæ ratio, quàm manus atque ingenij ducitur. *Plin, lib.* 19. *cap.* 2. *de Spartho loquens*, Qui volet miraculum æstimare, quanto sit in vlù omnibus terris nauium armamentis, machinis ædificationum. Et machinas bellicas, ἑλέπολεις, opera fabrilia vocantur quibus in bello vtimur. *Virgil.* 2. *Æneid.* Quò molem hanc immanis equi statuêre? quis autor? quidve petunt? quæ relligio? aut quæ machina belli? *Horat.* 2. *Epist.* 2. Torquet nunc lapidem, nunc ingens machina tignum, *Vitr. l.* 10. *cap.* 29. Constituebatur autem in ea arietaria machina quæ Græce κριοδόκη dicitur, in qua collocabatur taurus perfectus in torno, in quo insuper constitutus aries, &c. ¶ Murales machinæ. *Plin. l.* 7. *c.* 56. Aliquando etiam ponitur pro dolo, fallacia & arte. *Plaut. in Bacch.* Aliquam machinabor machinam. *Cic.* 3. *de Nat. deor.* Nec quid inde auferam, nec quem dolum ad eum, machinamve commoliar, scio quicquam. *Idem ad Brutum.* Ad reliquos hic quoque mihi labor accesſit, vt omnes adhibeam machinas ad tenendum adolescentem. [*Quintil.* Omnes ad amplificandam orationem quasi machinæ. *Plaut. Mil. sc.* 1. *a.* 2. Intus paraui magnas machinas (.i. dolos) At disturba quas statuisti machinas. *Plaut. Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Illæc machina meas onerat scapulas. *Plaut. Amph.*]

Māchĭnālĭs, & hoc le, Quod ad machinas spectat. μηχανικὸς. vt Machinalis scientia. *Plin. lib.* 6. *cap.* 37. Grande & Archimedi Geometricæ & machinalis scientiæ testimonium M. Marcelli contigit.

Māchĭnārĭŭs, rij, Qui machina tractoria operatur onera in altitudinem sublata collocans. *Paul. l. si putatur, ad leg. Aquil.* Si machinarius hominem prætereuntem occiderit. Machinarius mentor, qui norma in metiendo vtitur, vt ij qui probant opera à fabris materiariis facta. *Vlp. l.* 7. *D. si mensor. fal. mo.* &c. Etsi mensor machinarius fefellerit, hæc actio dabitur. Nam μηχανῆς verbo hanc normam nominauit, vt artificiosam à decempedali distingueret. Illius formam cognosce ex *Vitruuio libro nono, capite secundo. Hæc ex Hotomano.*

Māchĭnŏr, aris, Cogito, per dolum aliquid molior. {זמם *zamám.* τεκταίνομαι, μηχανάομαι, μηχανεύω. GALLIC. Machiner, trouuer quelque finesse. ITA. *Machinare, imaginare.* GERMA. Erdencken/vnderstehen/zurustenunderfangen. HISPA *Buscar y per sar cosa de engenno.* ANG. *To deuise or inuent some ginne or ingenious work.*} Frequentius enim in malam partem accipitur. *Plaut. in Casin.* Illa ni bet mihi: machinare quod lubet. [ivisti aliquam corde machinor astutiam. *Plau. Capt. sc.* 3. *a.* 3.] *Liu. libr. primo ab Vrbe*, Confestim Turno necem machinatur. *Sallust. in Catil.* Iam tum non consulibus, sed plerique Senatoribus perniciem machinabatur. Dicitur autem machinari à μηχανάομαι, quod est inuenio. Vnde μηχάνημα, inuentum & molimen dicitur. *Cic.* 3. *de Natur. deor.* Niobe parúmne ratiocinari videtur & sibi ipsa nefariam pestem machinari? Machinari pestem in omnes idem dixit *Cic. in Catil.* ¶ Accipitur etiã machinari in bonam partem, pro inire rationem & viam agendi aliquid. *Cicer.* 2. *de Diuin.* Nam primùm aliæ mares, aliæ fœminæ sunt: quod perpetuitatis causa natura machinata est.

Māchĭnāmēntum, pro machina capitur. { מחי *mechi* כלי *cheli.* μηχανὴ} *Liu.* 4. *bell. Pun.* Turres contabulatas, machinamentáque alia quatendis muris portabant. *Tacit. l.* 15. Adiabeni quum promouere scalas & machinamenta inciperent, facile detrusi. { Machinamenta de tormentis dixit etiam *Senec. cap.* 20. *de Consol. ad Marci.*]

Māchĭnātŏr, oris, Machinarum inuentor & artifex. { חרש *charásch* μηχανοποιὸς. *Liuius* 4. *bell. Pun.* Archimedes is erat, vnicus spectator celsyderúmque, mirabilior tamen inuentor ac machinator tormentorum bellicorum operúmque, quibus ea quæ hostes ingenti mole agerent, ipse per leui momento ludificaretur. [De machinatorum arte. *Senec. Epist.* 89.] Machinator item dicitur, *doli alicuius & fraudis consutor.* { זמם *zomém.* μηχανορράφος.} *Cic. in Catil.* Improbissimus machinator omnium icelerum, hoc est inuentor & autor.

Māchĭnātĭo, Inuentio, astutia, fallacia, ars inuentum, consilium, dolus, {זמה עלילה *zimmáh ẗalilàh.* μηχάνημα. GALLIC. Inuention & subtil moyen, engin. ITAL. *Inuentione, astutia.* GERM. Ein listige erdencken oder ersindung. HISPA. *Sotil inuention de engenno.* ANG. *A deuising. or subtill working.*} *Colum. lib.* 6. *cap.* 2. Hac machinatione coniecemur, vt etiam contumaces boues grauissima onera non recusent. ¶ Interdũ etiam pro ipsa machina. *Cæs.* 2. *bell. Gal.* Primus irridere ex muro atque increpitare vocibus, quòd tanta machinatio ab tanto spatio instrueretur. [*Liu. lib.* 4. *bell. Pun.*]

Machinatus, us, machinatio. {μηχανὴ.} *Apul. in Apol.* Itaque apud omnes intemperantissime gloriatur me suo machinatu reum postulari.

Machinatus, a, um, μεμηχανημένος. *Salust. apud Macrob. Satur. lib.* 3. *cap.* 13. Præterea cum tedenti in transenna, demissum victoriæ simulachrũ cum machinato strepitu tonitruum, coronam ei imponebat.

Māchĭnōsŭs, a, um, πολυμήχανος, machinis confectus, vel dolis excogitatus: vt Nauigium machinosum. *apud Sueton. in Neron. cap.* 34. Repentíque Baulos in locum corrupti nauigij, machinosũm illud obtulit.

MAGLYAE, μάγλυες, Herodoto, Populi Africæ supra Nasamones quos Androgynos esse tradit Calliphanes, vtriusque naturæ inter se vicibus coeuntes. His Aristoteles tradit dextram mammam esse virilem, læuã muliebrem. *Vide Plin. lib.* 6. *cap.* 2.

Machlis, Fera est Scandinauiæ insulæ peculiaris, alcæ similis, sed nullo suffraginum flexu. Vnde dormitura non cubat: sed arbori se acclinans somnum capit: quæ à venatorious ante fuccisa, quum semel ceciderit, erigere se non potest: eáque sola ratione capitur: alias miræ velocitatis: labrum ei iuperius prægrande: ob id retrograditur in pascendo, ne in priora tendens inuoluatur. *Vide Plin. lib.* 8. *cap.* 15.

MACIDOS, Vrbs Thraciæ, quam Ptolomæus Madi nominat degenere vocabulo, *Vide Vadianum in Melam, lib.* 3. *in descriptione Thraciæ.*

Măcĭdātŭs, Liquoris infusione madens. { נשטף *nischtáph.* GALLIC, Mouille, trempé. ITA. *Bagnato.* GERMAN. Genetzt/befeuchtiget. HISP. *Muiado.* ANGLIC. wett.} *Apul. l.* 8. Ille spongius macidatis tumores comprimere.

Macir, *Plimio, aliis* Macer, μάκερ *Dioscoridi*, Cortex est subrufus & magræ radicis, qui ex India aduehitur, detractus ex arbore sui nominis. *Vide Plin. li.* 12. *cap.* 8. Officinis *macis* appellatur.

MACISTVS, μάκιστος, *Stephano*, Oppidum est Triphyliæ, hoc est Elidis, quod Caucones inhabitarunt: ita dictum à Macisto fratre Phryxi. *Plin. lib.* 4. *cap.* 6. Macistum enumerat inter Arcadiæ ciuitates.

MĀCRA, Campus est Iudææ, *teste Strabone lib.* 16.

MACRAS, Regio Iudææ, mari proxima: *de qua idem Strabo libr.* 16.

MACRA, Fluuius est ex Apennino fluens, Liguriam ab Hetruria diuidẽs. vt *scribit Plin. li.* 3. *cap.* 5. & iuxta Lunam ciuitatem in Tyrrhenum mare influens. *Vide Strab. li.* 5. { GER. Ein fleuſt in Italien fleuſt auß dem berg Apennino/vnderscheidet Liguriam von Hetruria.} ¶ Est & insulæ nomẽ in Carcinite

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Carcinite sinu, teste eodem Plinio l.4.cap.13. à Ptolemæo Marcalla dicitur.

MACRIS, μάκρις, Insula est exigua Euboeæ adiacens, olim eius pars, donec impetu maris fuit abscissa. Vide Plin.lib.2.cap.88. Stephanus Euboeam ipsam olim Macrim vocatam tradit.

MACRITIVS, μακρίτιος, vir Cous fuit, Sinopes celeberrimæ Ponti vrbis conditor. Vide Steph.in dictione SINOPE.

MACRÒBII, μακρόβιοι. Populi sunt Æthiopiæ, vltra Meroen, vt inquit Solinus, quibus dimidio protensior est vita, quàm nostra. { GER. Müdlinus, quibus dimidio protensior est vita, quàm nostra. } Iustitiam colunt, amant æquitatem, plurimùm valent robore, & forma sunt pulcherrimi.

MACRÒBIVS, μακρόβιος. Viri consularis nomen est, qui fuit Seruij coætaneus, qui in somnium Scipionis Commentariorum libros duos, aliósque septem Saturnaliorum conscripsit.

MACROCENII montes, Vide MACROCREMNII.

MACROCEPHALI, μακροκέφαλοι, Populi sunt Themiscyræ regionis quæ ponto & Colchidi proxima est. Horum meminit Plin.lib.6.c.4. & Mela.lib.1.

MACROCHIR. μακρόχειρ, Cognomen fuit Artaxerxis Assyriorum regis. { GER. Langhand/ist ein zuname Artaxerxis deß Assyrischen königs. } ideo illi impositum quòd alteram manum haberet longiorem. Latini Longimanum vertunt.

Macrochirā, μακροχειρία. Tunica manicata; quæ & chirodota appellatur Lamp. Macrochiras ex purpura ad usum suum reuocauit. Has Romæ induere fuit indecorum. Augusti.l.1.de Doct. Talares ac manicatas tunicas habere apud veteres Romanos flagitium erat.

Macrocolā, orum, pen.prod. { μακρόκολλα. ITÁL. Carta reale. GER. Regal papier. ANG. Paper royall. } Teste Hermolao in Plin. maiores & longiores chartæ, quas nos hodie chartas regias vocamus: quo etiam nomine Catullus chartæ quoddam genus appellauit, Cic.ad Attic.lib.13. Sed tamen ego non despero probatum iri Varroni: & id quoniam impensam fecimus in macrocola, facilè patior teneri. Arbitratur autem Hermolaus Macrocolum dici ἀπὸ τῆς μακρᾶς καὶ κόλλης, quasi longum membrum, vel potiùs longam membranam. Quod si ita est, vnico l, scribendum videtur: quemadmodum & protocolon. Nam vtriusque eadem videtur origo. Est enim Protocolon prima illa charta, in qua scribæ acta breuiter delineant, ornatius, & amplius, quoties res popoposcerit, describturi. Macrocolorum meminit Plin.lib.13.cap.12. de generibus chartarum loquens. Præterea (inquit) in chartis spectatur tenuitas, densitas, candor, & læuor. Primatum mutauit Clau. Cæsar. Nimia quippe Augustæ tenuitas tolerandis non sufficiebat calamis. Ad hoc transmittens literas, lituræ metum afferebat aduersis, & alias indecoro visu pertranslucida. Igitur & secundo corio facta sunt statumina è primo subtegmine. Auxit & latitudinem. Pedalis erat mensura & cubitalis, macrocolis. *Hæc pli.* Sunt qui Macrocollum scribant gemino ll, putantes dictum esse, ἀπὸ τῆς κόλλης, hoc est à glutine, quo chartæ glutinantur.

MACROCREMNII, Mõtes sũt nõ procul ab Istri fluminis ostiis Pli.l.4.c.12.

Macrologiā, μακρολογία, Sermonis prolixitas: cui opponit βραχυλογία, sine Laconismus. μακρολογεῖν enim Græcis est multa loqui, & prolixo sermone vti.

MACRÕNES. penul.product. μάκρωνες, Populi Iberiæ, Albanis finitimi. Plinius 6.cap.10.

MACRONTICHOS, μακρὸν τεῖχος, Oppidum est Thraciæ non procul ab Isthmo Cherronesi, ita dictum à longo muro, quem Miltiades ibi à Propontide ad Melanem sinum duxit, Cherronesum à reliqua excludens Thracia. Autor Plinius l.4.c.11.

MACROPOLIS, μακρόπολις, Agri Syracusani oppidum, quod & Euryalus appellatur. Steph.

MACRYES, μάκρυες, Libyæ populi sunt Stephano, idem opinor, cum iis quos Herodotus & Plinius, Machlyes vocant. Vide suprà.

Mactĕæ, Dicuntur pretiosa edulia. { משעמים mat̄hammim. מַתְעַמִּים. GAL. Viandes exquises & de grand pris. ITA. Cibi di molto prezzo. GE. Schleckt/köstliche speissen. HIS. Manjar magnifico y costoso. ANG. Deintie dishes. } Sueton.de Caligula. [ca.38.] Multis venenatas macteas misit. Quo in loco nonnulli legunt Mattyas, alij Metteas. Apud Martialem legitur Mactea pluralis numeri & neutri generis. Mactea (inquit) sola iuuant. Vide exactius infrà in dictione MATTYA.

Mactĭcus, pen.cor. Qui habet magnas malas, & os patens, quasi malacticus. Festus.

Macto, ctas, interficio. { שחט שחט tabách שחט sehachát. σφάζω. GAL. Tuer, occir, mettre à mort. IT. Occidere, amazzare. GE. Metzgen/tödten/schlachten. HIS. Matar. ANG. To kill, to slaye. } Mactare morte, supplicio, malo, damno, infortunio, & simpliciter etiam mactare. Cicer.de Aruisp.responsis, Clodius diuisores omnium tribuũ domi suæ crudelissima morte mactauit. Idem in Catil. Nónne hunc in vincula duci, non ad mortẽ rapi, non summo supplicio mactari imperabis? Plau.in Aulul. Nã quæ indotata est, ea in potestate est viri. Dotatæ mactant & malo & damno viros. Plaũ. in Pœn. Diuitem audacter solemus mactare infortunio. Idẽ in Amphitr. At ego certè cruce excruciatum mactabo. [Nisi te magna re mala mactari cupis. Plaut. Mostellisc.1.a.1. Mediocriter te macto Infortunio. Plau. Curc, sc.3.a.4. Hac dextra regẽ mactaui. Idẽ Amph.] Tractum videtur à sacris: mactantur enim hostiæ quæ immolantur. Dicimus autem mactare hostiam alicui Deo, Vt, Cœlicolũm regi mactant in littore taurum. & ita mactare deũm hostia minus quidem vsitatum, sed tamen à veteribus dictum. Cic.in Varin. Quum inaudita & nefaria sacra susceperis, quum inferorum animas elicere, quum puerorum extis deos manes mactare soleas. [Natam mactate Dianæ. Ouid.13 Metam.] Atque inde iocandi occasionem arripuit: Plau.in Amphit. Sacrificio ego tibi. Amphit. Quíso. Quia enim te macto infortunio. Iocus enim ex ambiguitate verbi quæsitus. ¶ Mactare Orco, id est, ad Orcũ demittere, & præcipitare. Liu.lib.9.ab vrbe. Sacratos more Samnitium milites, eoque candida veste, & paribus candore armis insignes, eos se Orco mactare Iunius dictitans, quum intulisset signa, &c. ¶ Dictum putãt macto, quasi magis aucto, hoc est Augeo. Nam priùs quàm victimam immolarent, thus, aut vinum super eam fundebant. Vnde Mactum esse taurum dicebant, thure, vel vino cumulatam hostiam; quasi magis auctam. ¶ Hinc mactare pro magis augere, veteres vsurparunt. Cic. de Rep. Ferunt laudibus, mactant honoribus. ¶ Quandoque pro præcipitare. Accius, Aut illorum copias fundam in campo, aut naues vram, aut castra mactabo in mare. Quandoque pro honorare. Plau. Tamen honestè mactatum reducam domum. ¶ Quandoque pro violare. Cic.6 Verr. Quum videant ius ciuitatis illo supplicio esse mactatum.

Mactātus, ta, tum, participium. { נשחט nisckat. ἱερευμένος, τυθείς. GAL. Tue. ITA. Amazzato. GERMANIC. Geschlachtet. HISPAN. Matado. ANGLIC. Killed. } vt, Hostia mactata. Hora.1.Car.Od.19. Mactata veniet lenior hostia. Ouid.5.Metam. Vite caper morsa Bacchi mactatus ad aras dicitur vltoris. [Illo ministro mactata corpora capta: Ouid.Elegi 2.lib.4.Trist.]

Mactāndus, mactanda, ctandum. Sene. Troad. Mactanda virgo est Tessali busto ducis.

Mactātus, huius mactatus. { שחטה tibchâh שבח tébach. σφάγιον. GAL. Tuerie, assommement. ITÁL. Vccisione. GERM. Schlachtung/Metzgung. HIS. Matança. ANG. Kailling, or slaying. } Luc.l.1. Nubendi tempore in ipso Hostia conciderat mactatu mœsta parentis.

Mactātor, oris, { שבח tábbách. θύτης, σφαγεύς. } Seneca Troad. Perge mactator senum.

MACTORIVM. μακτώριον, Vrbs Siciliæ apud Steph.

Mactrā, Arca panaria. { משאוה máscheráh. quæ κάρδοπος à Græcis dicitur? à verbo Græco μάττω, quod significat subigo vel pinso. GALL. Vnde buche, ou may. ITALIC. Madia, panaia, arcella. GERM. Ein brotkorb oder brottrogk. HIS. Arca para guardar el pan. ANG. A kneaging trough. }

Mactŭs, cta, ctum. { רב rab. πλεῖος, πλήρης. GALLI. Augmenté, amplifié. ITA. Accresciuto. GERM. Furtreffenlich, Gemehrt. HISPANI. Cresciuto. ANGL. Augmented, more increased. } Putatur esse dictio composita ex aduerbio Magis, & nomine auctus. Solus autem vocatiuus vtriusque numeri ab hoc nomine est in vsu, in numero singulari Macte, & in plurali macti quibus proprie vtimur, quum aliquem ob rem bene cæptam laudamus, & ad perficiendum adhortamur. Virgil.l.9.Æneid. Macte noua virtute puer, sic itur ad astra. Martial.l.12. Macte animi quem rarus habet, morúmque tuorum. Sil.lib.5. venerande pudici Doctor macte animi. Cic.Attic. Macte virtute esto. Plin.lib.2.cap.12.in laudem Astrolog. Macti ingenio este cæli interpretes, rerúmque naturæ capaces. Stat.lib.7.Thebaid. Macte animo iuuenis. Simillimum est illud apud Græcos. εὖ παῖε, εὖ παῖε, quibus vtuntur re gnauiter & fœliciter gesta. ¶ His autem dictionibus Macte & Macti, quanuis vocatiui sint, attamen ex vsu autorum tam pro nominatiuo, quàm pro accusatiuo licitè vtimur, non ratione, sed autoritate. Liuius lib.2.ab Vrbe, Iuberem macte virtute esse, si pro mea patria ista virtus staret. Idem l.4.ab Vrbe, Macte virtute Seruili esto, liberata Repub. [Mactus virtute Diomedes lib.1. Item Macte virtute esto, dicitur Sanguinolentis & ex acie redeũtibus. Senec. Epist.67. Et Liuius.7.ab vrb, Macti virtute inquit Decius, milites Rom. este.] ¶ Ponitur aliquando aduerbij significatione Plaut. in Mil. [sc.5.a.2.] Is amabit meretricem macte Athenis Atticis, id est valde vehementer, & quantum poterat amabat. * Macte, absolutum. Cic. Attic.15. Seruulos autem dicere eum & agripetas electos à Butrotiis. Macte. Sed amabo te perscribe mihi totum negotium.

Măcŭlă, læ, Sordes siue labes, nota, ignominia, infamia. { מום mûm חברבורת chabarburáh. κηλὶς, σπίλος. GAL. Tache, macule. ITA. Macchia. GER. Ein macket/ein masen oder fleck. HISPANNIC. Mancha ò Manzilla. ANGLIC. A spotte, reproche, or blemish. } Plinius. Fullones eas maculas è vestibus tollunt. Virgil.3.Georg. Ne maculis infuscet vellera pullis Nascentum. Lucentes maculæ, Stat.l.Syl.Cic. Cuius vt adolescentiæ maculas, ignominiásque præteream. ¶ Quandoque pro retis foramine, seu plaga ponitur. Idem in Verr.act.7. Reticulum ad nares sibi admouebat, tenuissimo lino, minutis maculis, plenum rosa: Varro lib.2.pro reti posuit. Septum totum grandibus maculis integitur, nec eò inuolare aquila possit, néve ex ea euolare aues. ¶ Maculæ item in corpore dicuntur, colorum varietates, à reliquo corporis colore differentes. Plaut.in Captiuis, Viden' tu illi maculari corpus totum maculis luridis? Atra bilis agitat hominem, [de rabioso id dicitur. Item Exigam omnes maculas mœrorum tibi. Plaut.Capt.sc.1.a4. Macularum varietatẽ conspicua mensa. Senec.cap.1.de tranquil.] ¶ Marmora itẽ variegata maculis picta dicũtur. Seneca Epist.116. Delectant nos ingentium maculæ columnarum. ¶ Eleganter dicimus, Delere maculam. Cicero pro lege Man. Delenda est vobis illa macula Mithridatico bello superiore suscepta: Eluere maculam. Cic.pro Sest. Quoniam illa in Repub. macula regni publicati maneret, quam nemo iam posset eluere. ¶ Inurere maculam. Cic.in Sallust. Nónne tibi videret æternas inurere maculas, quas reliqua vita eluère non possit? ¶ Afficere macula. Cic. pro Rosc.Com. Legationis ipsius cæremoniam polluerit, maculáque afecerit. Id est, maculam imposuerit.

Măcŭlōsŭs, a, um, Sordidus, immundus, plenus maculis, notatus. { נָקוּד nakúdh. טָלוּא talúa. טמא ramé. ῥυπαρός, κηλιδωτός. GAL. Plein de taches & macules, tacheté. ITALIC. Macchiato, taccato, sporco. GERM. Masecht ig/wüst. HISP. Manchado, manzillado. ANG. Spotted here and there, full of spottes. } Plaut. Sordida & maculosa facie. Cic.2.Phil. Auctionis verò miserabilis aspectus: vestis Pompeij non multa, eáque maculosa. ¶ Maculosus, notis siue maculis conspersus. Virg.1.Æneid. Succinctam pharetra ac maculosæ tegmine lyncis. ¶ Maculosus homo, per translationem dicitur immundus & impurus. [Maculoso corpore, notis, per pectus dispersis. Suet.in August.cap.80. Littera suffusas habet maculosa lituras. Ouid.Eleg.1.lib.3.Trist.] Cic.Attic.l.1. Non enim vnquam turpior in ludo talario consessus fuit: maculosi senatores, nudi equites, &c. Tacit.l.17. Auaritia & libidine fœdus, & maculosus. Horat.4. Carm.Ode.5. -mos, & lex maculosum edomuit nefas.

Măcŭlo, as. Fœdo, turpo, conspurco, inquino. { מנף tinnéph טמא timmé. μιαίνω, κηλιδόω. GAL. Maculer, tascher, souiller. ITALIC. Macchiare, sporcare. GER. Befleckẽ/vermaßgen verwüsten. HISP. Mouchar ò manzillar, ensuziar. ANG. To defile, to spotte. } Plaut.in Capt. Viden' tu illi maculari corpus totum maculis luridis? Virgil.3.Æneid. Et terram tabo maculant. Ouid.7.Metamorph. Exiguo maculauit sanguine ferrum. Virg.10.Æneid.translat. Idem ego nate tuum maculaui crimine nomen. Pulsus ob inuidiam. Filio sceptrísque paternis. Cicer.pro Mil.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Tuque ex tuo edito monte Latialis sancte Iupiter, e illis ille lacus, nemora, finésque sæpe omni nefario stupro & fœtere maculat. ¶ Hinc Commaculatus & Immaculatus, qui est sine macula.

Măcŭlātĭo, {μίανσις, ἀπόλυσις.} *Iulius Firmicus Mathesews. lib.* 1. Vir omni infamia maculatione que pollutus.

MACYBERNA, vide MECIBERNA.

MACYNIA, μακυνία, Oppidum est AEtoliæ, in Taphiasso monet situm de quo *Strabo libro* 10. & *Plin. l.* 4. *c.* 2 Apud Stephanum Macrynia legitur, sed corrupte quod & ipsa literarum series, & alphabetici ordinis lex satis indicat.

MADAVRA, μάδαυρα, Ciuitas in confinio Getuliæ sita, & Numidiæ, à qua Apuleius Madaurensis est appellatus.

MADAVRENSES, *Plin. l.* 5 *c.* 4. Vrbs in Africa libera.

Mădĕo, es, Madidus sum, & humore aliquo conspersus. {נשטף *nischtáph* שטף *scuttáph* רוה *ravah* רטשה *ratáh.* βρέχομαι. GA. Estre trempe ou mouille, estre moyste. ITAL IC. *Essere humido, bagnato, molle.* GERM. Feucht vnd naß sein. HISPA. *Mojarse. Tohe weit or moist.* } *Plin. l.* 8. *c.* 25. Tergoris ad scuta galeaque impenetrabilis, præterquam si humore madeat. ¶ Madere metu, est præ timore, sudore aspersum esse. *Plaut. in Mostell.* Hei mihi quum istæc blanda dicta, quò eueniant cogito madeo metu. ¶ Madere vino, est ebrium esse. *Martial. lib.* 11. Hic totus volo rideat libellus, Et sit nequior omnibus libellis. Qui vino madeat, nec erubescat. [Item sine adiuncto ablatiuo Vino, apud *Plaut. Mostel. sc.* 4. *a.* 1. Madet homo, (.i. ebrius est.) Et, Madent in corde parietes. *Plaut. Mostel. sc.* 3. *a.* 1. Viden' vt madide madeam (.i. sim ebrius) *Plaut. Pseud. sc.* 2. *a.* 5. Hinc Madens, id est, potus. *Sueton. in Claud. cap.* 33. ¶ Madere pro coctum esse, Iam hæc madebunt faxo, .i. cocta erunt. *Plaut. Menæch. sc.* 2. *a.* 2.] *Ouid.* 13. *Metamorphos.* arripuit ensem: Hoc ait vtendũ est in me mihi: quique cruore Sæpe Phrygũ maduit, domini nunc cede madebit. *Idẽ* 1. *Fast.* Sparsáq; cælesti rore madebit humus * Sermonibus madere. *Hora.* 3. *Carm. Ode.* 21. Nõ ille, quanquã Socraticis madet Sermonibus, te negliget horridus. Madet, id est, refertus & plenus & quasi ebrius est præceptis Socratis. [Iure madens. (de Iure consulto,) *Martial. Epig.* 50. *li.* 7. Sic Madere vitiis. *Gell. cap.* 8. *lib.* 13. Oque madens fletu. *Ouid. Eleg.* 5. *lib* 3. *Trist.* Iam hæc madebunt faxo, (.i. cocta erunt) *Plau. Mens. sc.* 2. *a.* 2. Et quo ista eueniant madeo metu. *Plaut. Mostel. sc.* 1. *a.* 2.] Hoc enim magis placet quàm quod Acron ait, Madet, id est, Fluit. Ente madens, id est, cruore madens hausto ab ense. *Stat.* 3 *Thebaid.*

Mădĕfăcio, fcis, Habet significationem passiuam innatam, idémque ferè est quod madidum fieri, humescere, siue humectari. {נשטף *mischtáph* שטף *scuttáph* רוה *raváh* רטשב *ratáb* ὑγραίνομαι GALLI. Estre mouillé. ITA. *Essere bagnato.* GERMAN. Naß werden. HISPANIC. *Mojarse, ser moiado.* ANG. *To be west or moiste.* } *Colum. lib.* 11. *cap.* 3. Hæc enim res efficit, vt in coctura celerius madescat, & viridem colorem sine nitio conseruet. [*Ouid. Eleg.* 9. *lib.* 1. *Trist.* Nec sæuis victa madescit aquis. (nauis sup.)] ¶ Aliqui hoc discriminis constituunt inter Madescere & Madefieri, Madescere nos sudore, vel alio humore ex nobis prouenien te: Madefieri extrinsecus veniẽte. Sed hoc nõ est omnino verũ. *Colu. l.* 7. Stabuletur sic eo loco, ne humore madescãt vngulæ. ¶ Hinc cõponitur Permadesco, quod est valde madidus fio. διάβροχος γίνομαι. *Idẽ li.* 2. In id tempus conuenit inter peritos rei rusticæ, non esse arandum, nisi si magnis (vt fit nonnunquam,) subitaneis imbribus, quasi hybernis pluuiis terra permaduerit.

[Madens (.i. potus) vide si prà.]

Mădĕfăcio, cis, Madidum facio, humore aspergo. {שטף רוה *rivváh.* δίνημι, διαγράφω, βρέχω. GALLI. Ramoistir, mouiller, tremper. ITA. *Bagnare, immolare, inhumidire.* GER. Naß machen/befeuchtigen/netzen. HI. *Mojar.* ANG. *To make wett or moist.* } *Cicer.* 1. *de Diuin.* Vaticinatum, madefactum iri trinus xxx. diebus Græciam sanguine. *Virgil.* 5. *AEneid.* Humum viride.sque super madefecerat herbas. *Colum. lib.* 2. *cap* 4. Quũ post longas siccitates leuis pluuia superiorem partem glebarum madefecit, inferiorem non attigit,

Mădĕfio, habet significationem passiuam, idémque est quod madidus fio vel humore aspergor, aqua perfundor. {נשטף *nischtáph* שטף *schuttáph* רוה *ravéh* רשב *ratób.* διαγράφομαι. GAL. Se mouiller. ITA. *Essere bagnato, essere immolato.* GER. Naß werden. HIS. *Sermojado.* ANG. *To be made wett or moiste.* } *Suet. in Cæs.* Quum decidisset in mare per ducentos passus, euasit ad proximam nauem elata læua, ne libelli quos tenebat, madefierent. *Ouid.* 8. *Met.* madefactique terra cruore est. *Idem* 15. *Met.* Emariique iterum madefient cæde Philippi.

Mădĭdus, a, um, Aliquo liquore respersus. (Siccus. {נשטף *nischtáph* שטף *schuttáph* רוה *ravéh* רשוב *ratób.* διάβροχος. GALLIC. Humide, mouillé, moiste. ITALIC. *Humido, molle, bagnato.* ANGL. *wett or moist.* } *Ouid.* 1. *Metamorph.* Tum quoque vt ora Dei madida rorantia barba Contigit. *Virgil.* 5. *Æneid.* madidáque fluens in veste Menœtes. *Ouid.* 1. *de Art. ama.* Fac madidas videat, si potes, illa genas. [Madidum *Cic.* (.i. elixum. *Mart. Epigr.* 98. *lib.* 1. & tepidum. *Epig* 71. *l.* 1. ¶ Madida quæ appositа (.i. cocta) *Plaut. Men. sc.* 3. *a.* 1.] Ponitur aliquando pro ebrio. *Plau. in Amphitr.* Faciam vt sit madidus sobrius, id est, efficiam vt videatur ebrius, quum nihil biberit. [Te reddam madidum, si viuo, probe. *Plaut. Asl. sc.* 5. *a.* 3. Madidum, nihili, incontinentem. *Plaut. Asin. sc.* 2. *a.* 5. paulò ante, Siccum, frugi continentem.] ¶ Quandóque idem quod imbutus re aliqua. *Mart. Epigr. lib.* 1.] Siquis Cecropiæ madidus, Latiæque Mineruę Artibus. ¶ Hinc Semimadidus, ἀποδεδευκώς. *Colum. l.* 2. Sed quandocunque arabitur, obseruabimus ne lutolus ager tractetur, néve exiguis nimbis semimadidus.

[Madide: Viden' vt madide madeam? *Plau. pseud sc.* 2. *a* 5.]

Mădĭdo, das, Madidum facio. {נשטף *schataph* רוה *rivváh.* ὑγραίνω. GAL. Mouiller. ITA. *Bagnare, inhumidire* GER. Naß machen. HISP. *Mojar otra cosa.* AN. *To mak wett or dank.* } *Claud. li.* 2. *de rapt. Proserpinæ.* — ille nouo madidantes nectare pennas Concutit, & glebas fœcundo rore maritat.

Mădĭfĭco, as, Madefacio. {נשטף *schataph* רוה *rivváh.* βρέχω, ὑγραίνω. GALLI. Mouiller. ITA. *Bagnare, inhumidire.* GER. Netzen/naß machen. HIS. *Mojar otra cosa.* ANG. *To make moist.* } *Plin. l.* 38. *c.* 7. Et si contra epiphoras feruentes oculorum anguli subinde madificentur.

Mădor, oris, Humiditas. (Siccitas. {לשך רי *leschádh. ὑγρότης, ὑγρασία.* GAL. Moiteur, humidité. ITALIC. *Humidità bagnamento.* GERM. Nesse oder feuchte. HISP. *Mojadura, humididad.* ANGL. *Moistenesse, dankenesse.* } *Sallu. lib.* 3. *Histor.* Quasi par in oppido festinatio, & ingens terror erat ne ex latere noua munimenta madore infirmarentur. Nam omnia oppida stagnabant redundantibus cloacis aduerso æstu maris.

Mădŭlsă, æ, Ebrius, quòd quasi madidus sit vino: {רוה *ravéh* שכור *schichchór.* GA. Yure, yurongne. ITA. *Vbbriacco.* GER. Trunckē/vol weins. HISPAN. *Borracho, embriago.* ANG. *Drunken.* } Festus legit Maduta sine l, his verbis, Maduta, ebrius a Græco μαῦρ deductum, vel quia madidus sit vino.

MADIAN. {מדין *midhján.* μαδιάν.} Vrbs quædam ab vno filiorum Abraham ex Cethura sic vocata, quæ (teste Hieronymo) sit trans Arabiam ad meridiem in deserto Sarracenorum contra Orientem maris Rubri. Vnde vocantur Madianei, & Madianea regio. Legimus & filios Chobab filij Raguelis Madianitæ fuisse Mosis. Legimus & filias Madian. Sed hæc ciuitas homonyma eius, iuxta Arnonem & Ariopolim, cuius ruinæ nunc tantummodo demonstrantur.

MADYTVS, μάδυτος, ἀ μαίδυτα, Vrbs Hellesponti, Gentile Madytius, vel Madyteus. *Steph.*

Madon, Herba est, quæ à Latinis Vitis, à Græcis ἀμπελόδεσμη, dicitur. Huius sarmenta longis & exilibus internodiis geniculata scandunt. Folia habet pampinosa ad similitudinem hederæ. *Plin. l.* 28. *c.* 1.

MAE Ă, μαῖα, Ciuitas ad Hellespontum, *Stephano.*

MAEANDER, μαίανδρος, cùm diphthongo, qui & Mæandrus. {GERM. Ein verkumpter fluß in Phrygia / oder Maeonia. } Fluuius Phrygiæ, siue Mæoniæ qui oritur e lacu in monte Aulocrene, pluriminque affusus oppidis, & repletus fluminibus crebris ita sinuosus redditur flexibus, vt sæpe ad fontem credatur reuerti. *Vide Plin. lib.* 5. *cap.* 29. *Ouid. li.* 9. *Metam.* Non secus ac liquidis Phrygius Mæander in vndis Ludit, & ambiguo lapsu refluitque fluitque. Mæander, *inquit Strabo,* flexuosus est, quoniam alueus multas recipit mutatione, & multum limum deducens modò huic, modò illi ripæ adicit. Hunc Poetæ fingunt Oceani & Terræ filium fuisse, & Cyaneen Nympham genuisse, quam postea Misetus Solis filius oppressit, & ex ea Caunum & Byblidem suscepit. *Vide Ouid.* 9 *Metam.* Item *lib* 8 cum loquitur de labyrintho. *Et in Epist. Deianiræ.* Mæander toties qui terris errat in isdem, Qui lapsas in se sæpe retorquet aquas] ¶ Hinc obliquitates omnes Mæandros veteres appellarunt: vt quum res agitur non simpliciter, sed varijs & obliquis consiliis: sumpta metaphora à fluuio Mæandro, qui sinuosus ac flexuosus labitur: vnde & nomẽ habere videtur, quasi oberret, quærens hominum consortia. *Cic. in Piso.* Quos tu mæandros, dum omnes solitudines persequeris, quæ diuerticula, flexionesque qua fisti? ¶ More Mæandri illud fieri dicitur, quod tortuose, flexuoséque fit. *Colum. lib.* 8. *cap.* 17. Oportebit autem nonnullis locis molas interedi more Mæandri, paruis, sed angustis itineribus. ¶ Mæander etiam, *teste Nonio,* picturæ genus est, in morem labyrinthorum flexuosis ambagibus implexum, quod oris chlamydum addi solet. *Virgil.* 5. *Æneid.* Victori chlamydem auratam, quam pluma circum Purpura Mæandro duplici Meliboea cucurrit. *Vbi Seruius,* Mæandro duplici, flexuoso. Et *dicit,* Erat in chlamide, flexuosa, & inter se remeabilis purpura, in modum Mæandri fluminis Cariæ prouinciæ. *Festus neut. gener.* Mæandri vocat hoc genus picturæ. Meandrum, *inquit, genus picturæ, dictum* à similitudine flexus amnis, qui appellatur Mæandrus. ¶ Hoc etiam nomine dictus est mons Indiæ.

MAECHLINIA, Brabantiæ vrbs celebris. {GERM. Mechel.}

MAĔDĪ, μαῆδι, Populi sunt supra Macedoniam siti. Triballis & Dardanis vicini: quorum meminit *Plin. lib.* 4. *cap.* 1. Scribitur autem hæc dictio per æ diphthongum in prima syllaba, ad differentiam Medorum, qui in Asia sunt, Parthis finitimi.

Mæmăcterĭon, μαιμακτηριων. Mensis September ita appellatus à turbido aere.

Mæna, mænæ, μαινὶς, Aristoteli, Piscis est marinus, qui Latinis alecula, siue Alec dicitur, interprete Theodoro, ex quo salsamenta fieri solet. *Plin. lib.* 13 *cap.* 7. Quin e Muria salsamentorum recoquitur, irerúmque consumpto liquore ad naturam suam redit: vulgò è mænis iucundissimus. *Cicer.* 2. *de Finib.* Qui enim voluptatem ipsam contemnunt, *his* licet dicere se acipenerem mænæ non anteponere. Accipitur autem mæna aliquando pro ipso saliamento, quod ex mæna conficitur, in qua significatione vsus est *Persius Sat* 3. Discenecq; inuideas quod multa fidelia putet, in locuplete penu, defensis pinguibus vmbris, Mænáque quod prima, nondum defecerit orca.

MAĔNĂDĔS, μαινάδες, Dictæ sunt mulieres, quæ insaniétium ritu Bacchi Orgia celebrabant: vnde & Bacchæ dicuntur. {GER. Wüttinnen volle weuten/ so Baccho sein fest begiengen. } Mænades autem dictæ sunt à verbo Græco μαίνεσθαι, quod significat insanire. *Iuuen. Satyr.* 6. cumque rotant vlulante Priapo Mænades.

MAĔNĂLVS, μαίναλον Stephano, in singulari numero masculi. gen. *teste Diomede,* & in plurali Mænala, neutr. gener. Arcadiæ mons altissimus, non procul ab Argis, pinis refertus. {GERM. Ein hoher berg in Arcadia. } Sita dictus ἀπὸ τῦ μαίνεσθαι, quod est furere, & insanire: aut certe à Mænalo Lycaonis filio: vt annotauit Scholiastes Theocriti. *Virg.* 10. *Eclog.* Pinifer illum etiam sola sub rupe iacentem Mænalus. *Idem* 8. *Eclog.* Mænalus, argutúmque nemus, pinóque loquẽtes Semper habet. *Idem* 1. *Georg.* —tua si tibi Mænala curæ, Huc ades ô Tegeææ fauẽs. ¶ Est & Mænalus Stephano μαίναλος, nomen ciuitatis Arcadiæ, à Mænalo Lycaonis filio.

Mænălĭus, a, um, Quod est ex Mænalo Vnde Bacchus dicitur est Mænalius. Et aper Mænalius, quẽ Hercules Eurystheo attulit. & Versus Mænalius, id est Arcadicus. *Virg.* 8. *Eclo.* incipe Mænalios mecũ mea tibia versus.

* Mænălĭs, idos, μαινὰς, Patronimicum fœm. *Ouid.* 3. *Trist. ele.* 11. Cumque truci Borea, Mænalis vrsa videt. Positum est pro adiectiuo, id est vrsa Mænalia, & intelligit Arcton.

MAENĂRIĂ, μαινάρεια, Insula est in mari Ligustico: ita dicta à mænis piscibus, quorum ibi magna capitur copia. Meminit insulæ huius *Plin. lib.* 3. *cap.* 6.

MAENOBOPA, μαινόβωπα. Vrbs Mastienorum. Gentile, Mænoboreus, *Steph.* qui alibi Mastianos ad Herculis columnas habitare scribit.

MAENÒLĒS, μαινόλης, Dictus est Dionysius, quod Latine totum furentem significat: siue quòd vino contrahitur ebrietas, quæ species est insaniæ: siue quòd à mulieribus furentibus, quas Bacchas vocabant, an Mænadas

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Mænadas, sacra eius celebrabantur.

Mænŏmĕnon, mel, μανόμενον μέλι, Genus est mellis venenati, quod in Ponto ex Rhododendri flore cõtrahitur: ita dictum ab insania quam gignit. *Plin. lib.21.cap.13.*

MÆONĬA, μαιονία, Lydia, est regio minoris Asiæ, Phrygiæ ab exortu Solis vicina, ad Septentrionem Mysiæ, à Meridie Cariam amplectens, ad Occasum supra Ioniam excurrens. {GERMAN. Die landtschafft in minderen Asia so sunst Lydia genennet wirt/ stosset an Phrygiam/ Joniam.} Ita dicta à Mæone fluuio, vt Stephano placet, Mæoniam. *Strabo lib.13.* εὐαμπέλου χώρας, hoc est exustam regionem vocat, eámque arboribus prorius carere tradit, præter vitem vini iucundissimi feracem. Summam autem camporum faciem cinerulentam esse petrosam & nigrã adustionis quandam similitudinem retinẽtem. Imminet autem Mæoniæ Tmoli montis rupes altissima, ex qua Pactolus fluuius defluit aureas trahens arenas: vnde & Chrysorrhoas dicitur. ¶ Inde Bacchus dictus est, Mæonius. *Virg.4.Georg.* Cape Mæonij carchesia Bacchi. ¶ Ité Lydi dicti sunt Mæonidæ, & mulieres Lydiæ Mœonides, *Ouidius 6. Metam.* Mæonis eluiam designet imagine tauri Europam. Quo in loco Mæonis accipitur pro Arachne puella Lydia.

MÆON, onis. pcn. gen. corr. μαίων Pater fuit Homeri. {GERMA. Der watter deß weit berümpten Poeten Homeri.} vnde & ipse dictus est Mæonides: ipsiúsque poëmata, Carmina Mæonia passim appellantur à poëtis. *Martialis*, Perlege Mæonio cantatas carmine ranas.

[Mæonides nullas ipse reliquit opes. *Ouid.Eleg.vlt.lib.4.Trist.*]

MÆŌTĪS, penult. prod. μαιῶτις. Palus Scythicà in regione Septentrionali iuxta Phasidis ostium, hyeme congelascens. Tanaim, aliósque innumeros fere recipiens fluuios, & Cimmerio Bosphoro à Ponto Euxino discreta. [*Ouid. Eleg. 12. lib. 3. Trist.* Tardior antiqua visa Mæotis hyems.] {GERM Ein grosser See wie ein meer in Scythia/in welchen Tanais vnd andere namhafftige wasser sich außtären.} Ita dicta ab accolis, qui Mæotæ appellantur: de quo vide testimonium Plinij in dictione MAEOTAE. *Luca. lib. 3.* Quáque fretum torrens Mæotidos egerit vndas. ¶ Aliquando vtimur hoc nomine tanquam patronymico fœminino. *Iuue. Satyr. 15.* Tale quid excusas Mæotide læuior ara Ægyptus? Quo in loco Aram vocat Mæotidẽ, quæ erat in Taurica regione Thraciæ quæ non procul abest à Mæotide palude.

Mæŏtĭcŭs, a, um, vt Mæotica tellus, Mæotica vnda, quæ passim leguntur apud Poëtas.

MÆŌTĀE, penultima producta. μαιῶται. Dicti sunt populi Scythiæ, non procul à Mæotide palude, quæ ab illis nomen sumpsit. *Plin. lib.4.cap. 12.* à Buge supra Mæotin Sauromatæ, & Essedones. at per oram ad Tanaim, vique Mæote: à quibus locus nomen accepit.

Mærĕo, Mæstus, & Mæstitia, Vide MOERO.

Mæsius, Osca lingua maiorem significat. Quare Maius mensis qui à maioribus nomen habet apud Oscos Mæsius dicebatur, *vt autor est Festus apud Varr. lib.6. de lingua Lat.* Est pappus Mæsius, id est pater maior aut senex.

Magar, Pœnorum lingua villam siue tuguria pastoritia significat, quæ & Magalia Virgilio dicuntur, quanuis Magaria (secundum Seruium) dici debeant. {כרות cherôth נאות neôht.} *Virgil.1.Æneid.* Miratur molem Æneas magalia quondam.

MAGARSVS, μάγαρσος, Oppidum Siliciæ iuxta Mallum. *de quo Plin. lib. 5.cap.27.* Stephano Verruca est editissima, non oppidum.

Magas, adis, siue Magadium, μαγὰς, καὶ μαγάδιον. Instrumentum est musicum, tabula quadrata constans leuiter conuexa, intentis in ea citharæ fidibus. ¶ Dicitur etiam ea pars lyræ: in qua plectrum illi ditur, id est vbi percussio chordarum fit manu dextra. Iugum verò dicitur, vbi sinistra manu chordæ præmuntur. *Budæus.*

MAGDEBVRGVM. Vrbs præclara Germaniæ: vulgò *Meidenburg.*

MĂGDŌLŬS, μάγδωλος, Ægypti oppidum *apud Stephanum*, cuius incolæ dicuntur Magdolitæ.

MAGI, μάγοι, Populi sub Caucaso monte siti è regione Bactrianorum, quorum meminit. *Plinius, lib.6.cap.23.*

Magia, Vide MAGVS.

MAGIA, μαγία, Illyrici oppidum est *Stephano*, cuius incolæ Magiatæ dicuntur, & Magiani. ¶ Est & Magia fontis nomen in agro Syracusano, apud eundem.

Magicæ, Magicus, Vide MAGVS.

Magida, Patinæ aut catini species. Varroni est masor, vnde & magida nomen habet.

Maginor, aris, Quasi tardè conor, & nugor, *inquit Festus.*

Magīrŭs, penult. prod. {מבשל mebaschschél אפה ophéh.} μάγειρος. ANG. *A cooke.* } Latinè coquus dicitur. Vnde Archimagirus, ἀρχιμάγειρος, princeps coquorum.

Măgĭs, idis. {משארת mischearáh. μαγὶς. ANG. *A knedding trough.*} vt ex Polluce docet Bud. Idem est quod mactra: hoc est vas illud in quo farinæ subiguntur. ¶ Nonnunquam etiam rotundæ mensæ genus, tripodi imponi solitum, vt eiusdem Pollucis testimonio probat Budæus. ¶ Idem autor est hoc nomine etiam appellari posse orbiculatum instrumentum, quo panifices, & dulciarij pistores, quos *pastillarios* vocamus, subigendis farinis opificij sui vtuntur: *Rondellum* appellant. Est etiam genus lancis eiusdem formæ. *Plin.lib.33.cap.11. Cornel. Nepos tradit*, tympana, se iuuene, appellata stateras & lances, quas antiqui Magidas appellauerunt, *Platellam* nostri vocant.

Măgĭs, aduerbium, Plus. {יתר jotber, μᾶλλον, ὑπερέχον, ὑπερέχων. GALLI. Plus, dauantage. ITA. *Piu.* GERMA. Mehr. HISPA. *Mat en comparacion.* ANG. *More.*} vnde Magis ac magis, ὑπερέχον ὑπερέχων. deducitúrque à Magnus, & præter naturam aliorum aduerbiorum quæ vim comparandi habent, terminatur in iis, quum reliqua omnia similia sint aduerbio comparandi neutri generis. * Magis cum positiuo, implet vicem comparatiui cum casu. *Ouid. 2. Metam.* puraque magis pellucida gemma. Magis quàm *Cic. de Amicitia*, Vereor ne inuidi magis quàm amici sint. [Quod magis mereris, *Senec.cap.3 li.7.natur.* Quam magis, tam magis. *Quint.* Magis rectius. *Arnob.lib.1.* Quis magis optare queat esse beatior æuo. *Virgil.in Culice.* Inſperata magis sæpe accidunt, quàm quæ speres. *Plaut. Mosl. sc.3.a.3.* ¶ Iunctum Cõparatiuo, f. stibus sum mollior, magis, quàm vllus Cinædus. *Plaut. Aul. sc.2.a.3.* Magis maiorem in modum in se concipiet metum. *Plaut. Amph.* Magis multò facilius patior verba, quàm verbera. *Plau. Menæc. sc.6.a.5.* Neque me miserior fœmina est, neque vlla videatur magis. *Plaut. Amph. sc.1.a.5.* Nõ Inuenias hoc certo magis certius. *Plaut. Capt. sc.4.a.3.* Iampridem frigida non laui magis libenter. Te faciam ex læto latatem magis. *Plaut. Pseud. sc.3. a.1.* Neque ego homines magis asinos vidi vnquam *Ibid. sc.2.a.1.* Non vidi magis facetè ludificari, & magis miris modis. *Plaut. Merc. sc.6.a.2.* Quis me Athenis magis est, cui Dij sint propitij. *Plaut. Aul. sc.1. a.5.* An Sycophantam magis esse dicam, nescio. *Plau. Curc. sc.1.a.4.*] ¶ Iungitur interdum comparatiuo. *Plaut. Pœnul.* Argentum, nisi qui dederit, nugas egerit: Verum qui dederit, magis maiores egerit. ¶ Mage ponitur interdum pro magis. *Plaut. in Truculent.* Quem ecastor mage amo, quàm dudum. A quo fit compositum Demagis, quod significat valde magis & pro nimis à veteribus ponebatur, *teste Festo.*

Măgĭstĕr, stri, Præceptor, pædagogus. {מורה meréh מלמד melammédh רב ráb שליש schallit. διδάσκαλος, καθηγητής. GAL. Maistre. ITAL. & HISP. *Maestro.* GER. Ein meister. ANG. *A maester.*} *Terent. in Andr.* -nam antea Qui scire posses, aut ingenium noscere, Dum ætas, metus, magister prohibebant? *Cicer. de Amicitia*, Quæ disputata ab eo meminissem, magister meus Scæuola. Quanuis etiam magistri nomen ad omnes trãsferri possit quibus præcipua cura rerum incumbit. Hinc magistri pagorum, societatum, vicorum, collegiorum dicuntur, ἐπιστάται, qui pagis, societatibus, vicis, & collegiis præsunt. [Hoc ipsus magister me docuit. *Plaut. Aul. sc.1.a.3.* Sui magistri ducis obtẽperat Inda bellua. *Ouid. Eleg.6. lib.4.Trist.* Facit hic quod pauci, vt sit magistro suo obsequens. *Plaut. Cur. sc.2. a.2.* Sæpè tui Iudex (in scriptis sup.) sæpe magister eram. *Ouid. Eleg.7. lib. 3. Trist.* ¶ Magistri nauium. *Liuius 3. dec.4. Et Cæsar libr.2.de bel. ciuil.* Magistri vicorum. *Sueton. in August. Cap.30. Et in Tiber.cap.76.* ¶ Magister scindendi opsonij. *Senec.cap.17. de vita beat.* Autor est harum rerum ac magister. *Liu.l.10.d.4.*] ¶ Magister equitum, ἵππαρχος, cui summa potestas erat in equites: vulgus Gallicum *Connestabilem* appellat. *Varro 4.de lingua Lat.* Magister equitum dicebatur, quòd summa potestas ei esset in equites & Accensos, Addebatúrque semper Dictatori, cui summa potestas erat in populũ, à quo & magister populi dicebatur. *Cic.i. de Finibus.* Rectius magister populi (is enim est Dictator) quàm Sylla qui trium pestiferorum vitiorum, luxuriæ, auaritiæ, crudelitatis magister fuit. ¶ Magister pecoris, pastor. *Varro 2.de Re rust.cap.10.* Contrà pernoctare quenque ad suum gregem, esse omnes sub vno magistro pecoris, eum esse maiorem natu potius quàm alios, & peritiorem quàm reliquos. ¶ Magister ludi, & Ludimagister vno verbo dicitur. *Cic 1. Verr.* Si ab isto libro, quem tibi magister ludi nescio quis alienis orationibus compositum dedit, vno verbo discesseris. [Magister liberorum. *Liuius libr.5.ab vrb.*] Magister morum, censor. *Ci.ad Appium lib. 3.* Eò breuior est hæc epistola, & vt aduersus magistrum morum molestior. ¶ Magister nauis est, cui totius nauis cura mandata est, *Vt docet Vlpian de Exer. act. libr.1. Cic.5. Verrin.* Missit in Siciliam literas ad Carpinatium, quum esset magister scripturæ, & sex publicanorum. Magistri etiam dicuntur in auctionibus publicis qui bona vendebant. *Cicer. ad Attic. lib. 2.* Vnà agebant cæteri creditores, in quibus erat Lucullus & Publius Scipio & is quẽ putabant fore magistrum, si bona vænirent. L. Potius. *Vide Cælium Rhodig. Antiqua. lect. lib.11. cap.5.* [*Quintilian.* Eius mater dum vixit, ludum; mortua, magistros habuit (auctionum.) Iocus est.] * Magister olim dicebatur venditor patrimonij eius, qui soluendo non esset, quia illis bonis vendundis ab omnibus creditoribus authoritate Prætoris præponebatur, *vt dixit Iustinian. titulo De succes.*

Măgĭstră, {מורה morah מלמדה melammedhah שלשת schallésheth. διδάσκαλος ἡ. GAL. Maistresse. ITAL. & HISPA. *Maestra.* GER. Ein meisterin. ANG. *A maistres, a ladie.*} *Cic.1.de Finib.* Magistra ac duce natura. *Idem pro Rosc. Amer.* Vita autem hæc rustica, quam tu agrestem vocas, parsimoniæ, diligentiæ, iustitiæ magistra est. *Quintil. lib.1.cap.3.* Certissima loquendi magistra consuetudo. *Ouid. Epist. 5.* Quid grauis Anrenor, Priamus quid suadeat ipse consule: queis ætas longa magistra fuit. [Magistra vti natura. *Senec. Epist.45.*]

Măgĭstellŭs, li, diminutiuum, Paruus magister.

Măgĭstĕrĭum, rij, magistri dignitas seu officium. {משטר schiltón משטרה schiltéreth. διδασκαλικὸν ἔ. GAL. Maistrise & gouuernement. ITA. *Magistero.* GER. Ein meister schafft. HISP. *Dignidad del maestro.* ANG. *A maisters dignitie or office, maistership.*} Nam magisteria sic à magistro videntur deduci quomodo à ministro ministeria. *Sueton. in August.* Auus municipalibus magisteriis cõtentus: abundãte patrimonio, tranquillissimè senuit: id est magistratibus & muneribus municipij sui. *Cic. de Senectute*, Me verò & magisteria delectant à maioribus instituta: & is sermo, qui more maiorum à summo adhibebitur magistro in poculo. *Plin.lib.8. cap. 40* Inter se exercent etiam magisteria. [Magisterium Equitum. *Sueton. in Tiber.cap.3.* Magisteria sacerdotij. *Sueton. in Calig. cap. 22.* Magisterij successor, de Theophrasto qui successit Aristoteli in schola. *Gell. li 5.l.13.* Item Virtute id factum est tua vt magisterio tuo. *Plaut. Mostell. sc. 1. a. 1.*

Măgīstro, ās; {נהג nahagh רעה rabáh. φρουτιστέω. Modero; gubernò. *Autore Festo.*

Măgĭstrātŭs, tus, Hi qui in potestate aliqua sunt constituti. {שלחים elohim שרים sarim סגנים zekenim שטרים seghanim שטרים schoterim. οἱ ἐπὶ ξυνάγωγοι, οἱ ἐν τέλει, οἱ ἐν τῇ ἀρχῇ ὄντες, οἱ πολιτάρχαι. GAL. Magistrat ou officier. ITALIC. *Magistrato.* GERM. Die oberkeit/oberen oder oberherren. HISP. *El que tiene officio para reginò ammaestrar.* ANGL. *A magistrat.*} Vt sunt Consules, Prõconsules, Prætores, Proprætores, & alij qui ciuitates & prouincias regũt. *Cic.ad Papyrium Pætum*, Quem magistratus comprehendi & vinculis teneri iusserat, *Idem libr.3.de Legib.* Videtis igitur hanc esse magistratus vim, vt præsit, præscribatque recta & vtilia, & coniuncta cum legibus, Vt enim magistratibus leges, ita populo præsunt magistratus: vereque dici potest, magistratum legem esse loquentem: legem autem mutum magistratum. *Idem 1. de Offic.* Est igitur proprium munus magistratus intelligere se gerere personam ciuitatis: deberéque eius dignitatem & decus sustinere, seruare leges, iura describere, & fidei suæ commissa meminisse. Atque in hac significatione veteribus etiam vsitatum fuit magistratus, vt optimates & similia. *Autor est Sospater lib. 1.* ¶ Modò ipsam potestatem seu officium. {משטר schiltún משטר mischtár. πολιτάρχης, τέλος. GERMA

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Das ampt der oberkeit. ❴ *Cic.* Nam istum in vrbem magistratum gerebat. *Idem de Amic.* Vbi eos inuenie mus,qui honores,magistratus, imperia,potestates opes,amicitiæ non anteponant. Magistratuum alij maiores vt Consules,Censores,Prætores. Alij præter hos dicebantur minores: vt Ædiles. Quæstores,Tribuni. [*Viae Gell. cap.14.lib.13.*] ¶ Venuste dicimus, Creare magistratum , Dare magistratum , Gerere magistratum,Habere,Mandare magistratum,Abire magistratu , Accipere magistratum, Venire in magistratum , Magistratum imminuere: quod est derogare iuri & prærogatiuis officij.

Măgmătă,pen.corr.*μάγματα* , Pastilli & matiæ factæ ex vnguentorum fæcib.odoris gratia,ἀπὸ τῆ ματτειν quod est terere & miscere & in massam redigere , *Plin.lib.*10.*c.*2.Siccis odoribus constant:quæ diapnmata vocantur:nam fæces vnguenti Magmata appellant.

Magmĕntum,*inquit Festus*,veteres dixerunt,quasi maius augmentum. *Varro de hac voce ita lib.4.de lingua Latina*,Magmentum,*inquit*,à magis quod ad regionem magis pertinet. Itaque propter hoc montana fama constituta certis locis quod id imponeretur macte. Erat autem daps quæ profanabatur Iano Syluano,Marti,Ioui dapili,&c. *Meminit Arnob.lib.1.*

MAGNA GRAECIA, dicta est ea pars Italiæ,quæ à Tarento vsque ad Cumas est,vel (*vt Plin.lib.3.refert*) quæ à Locis Italiæ fronte ad Tarentum vsque protenditur. ❴ GER.Ein landschafft Italiae gegen Griechenland/ietz vnder Calabria. ❵ sic dicta, (*vt Festus putat*)quòd multæ magnæque ciuitates in ea fuerint à Græcis conditæ. *Vide Iustin.lib.*20. *Virgil.3.Æneid.*Effuge,cuncta malis habitantur mœnia Graiis. In ea Italiæ parte Pythagoras Philosophus. Architas,Parmenides & Zeno eiusdem sectatoras & Ennius poeta viguerunt.A quibusdam tota Italia dicta est maior Græcia.*Ouid.in Fast.* Italia nam tellus Græcia maior erat.

Magnanimus,Magnanimitas,Vide MAGNVS.

Măgnănĭtŭs, ❴ *μεγαλήπορος.*GAL. Qui a grand maniement d'affaires, grand negotiateur.ITA.*Che ha gran maneggio.*GER.Ein grosser gwärbsman/der mit grossen kauffmanschafften vmbgäht/ein kauffher.HIS. *Grando negociador.*ANG.*That hath many affaires and busines.* ❵ Apud Apuleium pro magno negociatore ponitur,à negotiorum magnitudine , tanquã clarus in obeundis magnis mercaturis.

MAGNATA,*μάγνατα*,Ptolemæo vrbs Hyberniæ,à qua Magnatæ populi vocati sunt.*Vide Ptolem.lib.2.cap.2.*

Magnātēs,pen.prod.❴ *כבורים* גדולים *sarim* סגנים *seghanim* רוזנים *rozenim μεγιστᾶνες* GAL.Nobles,puissans,les grands.ITA.*Nobili,potenti.*GER.Die grossgeachtete/fürnemmen.HISP.*Los grandes en dignidad,y nobles.* ANG.*Noblement.* ❵ Dicuntur nobiliores,& potentiores,quorum magna est potentia,& autoritas.

Măgnēs,etis.❴ *μαγνῆτις.*GAL.Vne pierre qu'on appelle aimant. ITAL. *Calamita pietra.*GER.Ein Magnet/ist ein stein dieser art das er eisen an sich zeucht.HIS.*La piedra y manceuo del hierro.*ANG.*The lodestone , that hath propertie to draw yron to it.* ❵ Generis masculini,Genus lapidis,ad se ferrum attrahentis.*Plin.lib.36.cap.16.* Quid ferri duritia pugnacius?sed cedit,& patitur mores:trahitur namque à magnete lapide: domitrix illa rerum omnium materia ad inane nescio quid currit:atque vt propius venit,assistit,tenetúrque,& complexu hæret. Sideritin ob hoc alio nomine appellant,quidam Heracleon. Magnes appellatus est ab inuentore , *vt ex Nicandri sententia tradit Plinius lib.36.cap.16.*qui cùm pecus pascens , pedem forte haberet ferratum , crepidas ferreis clauis compactas,animaduertit lapidem hunc ferro ad hærescere. Alij à Magnesia dictum volunt Lydiæ regiuncula , in qua lapidem hunc primum volunt esse inuentum circa Heracliam vrbem. vnde & Heracleon appellarunt.*In qua sententia est Lucret.lib.6.vbi sic scribit,*Quod superest agere incipiam , quo fœdere fiat Naturæ , lapis hic vt ferrum ducere possit,Quem magneta vocant patrio de nomine Graij,Magnetum quia sit patris in finibus ortus.*Cicer.1.de Diuinat.*Vt si magnetem lapidem esse dicam,qui ferrum ad se alliciat & trahatiat rationem cur ita fit,afferre nequeam.

Măgnētĭcŭs,a,um,*Claud.De magnete*,Venerem magnetica gĕma figurat.

MAGNES ,*μάγνης* , *Suidæ*, Atheniensis antiquæ Comœdiæ scriptor tempore Epicharmi,docuit fabulas nouem,vicit duabus. ¶ Magnes item alter Smyrneus puer,præ cæteris mortalibus formosus: poëtica insuper & musica ornatus , corona insignis auea,atque habitu molliore indutus , ciuitates obibat multis dilectus, præsertim Gygi Lydorum regi. Parentes autem probrum huiusmodi perosi , capita occasione comam eius inciderunt vestem ornatúmque omnem lacerauerunt. Qua re commotus Gyges , Magnesiis bellum intulit , quibus tandem superatis reuertens,Sardibus panegyricum celebrauit magnificentissimum.*Suid.*

MAGNĒSIĂ ,*μαγνησία* Macedoniæ regio Thessaliæ annexa , *de qua Plin. lib.4.cap.9.* ¶ Est & Magnesia , Ioniæ oppidum ad Mæandrum fluuium , distans ab Epheso (*sicuti scribit Plinius lib.5.c.29.*) XVI.M.pass. circa quam L.Scipio Asiaticus Antiochum regem victum magna clade affecit.

Măgnētĭă,æ,*μάγνησα*, *Stephano* , Mulier è Magnesia regione Thessaliæ annexa,aut è Magnesia Ioniæ ciuitate *Hora.lib.3.Carm.Ode 7.*Magnessam Hyppolyten dum fugit abstinens. Masculinum eius est Magnes, etis:quod de se facit fœminium Magnessa, quèadmodum à masculino Creses fit fœmininum Cressæ.

MAGNETES,*μάγνητες*,Qui & Magnesij,*μαγνήσιοι*,Populi vocati sunt. *Lucret.lib.*8.Et Magnetes equis.Menyæ gens cognita remis.

Măgnētēs,tum ❴ *μάγνητες.*GAL.Senateurs.ITA.*Senatori.* GER. Radsherren/Regenten.HISP. *Senadores.* ANG.*Senatours,shiresse.* ❵ Apud Macedones erant,qui apud nos Senatores dicuntur , siue principes & capita vrbis:vnde & summum magistratum vocant *Magnetarchen,teste Liuio lib.5.bel.Maced.*

Măgnŭs,a,um, Grandis, arduus. ❴ *גדול ghadhól* רב *rab.μέγας.* GAL. Grand.ITA.& HIS.*Grande.*GERM.Groß.ANG.*Great.* ❵ Comparatiuum est Maior,superlatiuum Maximus.*Virgil.1. Georg.* Heu magnum alterius frustra spectabis aceruum. *Idem 2 AEneid.* Tum magni m exitium (quod dij prius omen in ipsum Conuertant) Priami imperio,Phrygibúsque futurum,*Cicer.in Orat.* Magnum opus & arduum Brute conamur. *Idem 1.de Orat.*Studio acriore,otio ac facultate discendi maiore & maturiore, & labore atque industria superiore.*Ouid. 13.Metamorph.*-quæritur iustis,Quam mihi maior honos.. *Cic. Quint. frat.lib.2.* Eum tibi commendo maiorem in modum, hominem dimi pendidum,gratiosum etiam extra domum. *Idem de Amic.* Sed hi ne comparentur Catoni maximo & spectato viro.*Ouid.ad Liu.*Maximus ille armis,maximus ille toga. [Solus vtroque idem dicetis Magnus in orbe. *Tibull. lib.* 4. Paruæ magnum decus vrbis Vlyssem , *Ibidem.* Vbi sunt ingentia magni verba viri? *Ouid.* 13. *Metamorph.* At tibi qui possit magnus se accingere rebus. *Tibul.lib.* 4. Homo admodum magnis pedibus,magno capite,acutis oculis.*P.aut.Sc.7.a.4.* Magna est præda cum magno malo.*Plan.Asin.sc.2.a.2.* Legatus publice magnai reipublicai gratia. *Plaut..Mil.sc.1.a.2.* Legatus publice gum) *Cæs.1.bel.ciu.*] ¶ Maior,ad annos relatum , pro longiore æuo. *Terent.Eunuc.*Verum illa si viuit,annos nata est iedecim , Non maior. *Mart.lib.9.*-maior erat mensibus illa tribus. [Maior potitus est hostium(.i.filius maior natu.)*Plaut..Capt.sc.5.a.3.* Puerum te vidi puer: At ego te video maior maiorem. (de virili ætate.)*Plaut.Capt.sc.4.a.3.* Maior herus.Vide Herus.Tu,an ille maior?Ambo pares. *P.aut.Menæ. sc.vlt.a.5.*Vt ego maiores,sic me coluere minores *Ouid. Eleg.vlt.lib.* 4. *Trist.* Quanto est dux militæ maior.*Ouidius 13.Met.* Hinc tibi laus maiórve,minórue,*Tibul.li.*4.] ¶ Magno natu.*Liuius 3.ab vrbe*,Consurgit P.Scaptius de plebe magno natu.*Idem 6.bell.Pun.* Inter hæc è media turba obsidum mulier magno natu , Mandonis vxor , &c. ¶ Maior natu.*Cic.1.Tusc.*Anno ante natum Ennium, qui fuit maior natu quàm Plautus & Næuius. ¶ Maximus natu. *Liu.1.bel.Pun.* Ita enim maximus natu ex iis in consilio respondit. ¶ Magnum facere, id est magnum aliquid præbere.*Hora.1.Serm.Sat.*10. At magnum fecit,quòd verbis Græca Latinis miscuit *Cic.1..Acad.*Magnum est efficere vt quis intelligat , quid sit illud verum & simplex bonum. hoc est magni laboris,vel magnæ vtilitatis. ¶ Quod maius est.*Cic.de Amicit.* Quod si tanta vis probitatis est,vt eam vel in eis,quos nunquam vidimus,vel(quod maius est)in hoste etiam diligamus. ¶ Concipere maiore animo.*Ouid.15.Metam.*Viribus maiora audere.*Vir.*10.*Æneid.*Maior morbus,qui & comitialis dicitur. *Cel.lib.3.c.2.* Inter notissimos morbos est etiam is,qui comitialis, vel maior nominatur. ¶ Magno Absolute,pro magno pretio.*μεγάλα.Apul.* Me denique pauperculus quidam hortulanus comparat quinquaginta numis,sed magno æstimo,dignitati eius aliquid attrucre.¶Magnum,Pro valde,*μέγα Plan. Mil.*Eho an dormit Sceledrus intus? LVC.Non nalo quidem:nam eo magnum clamat,tetigit calicem.[¶ Magnum inclamare.*Gell.lib.qui.* 5.Item maximùm exclamare.*Plau.Mostell.sc.2.a.2.*] *Idem Mostel.* ille exclamat derepente maximum. ¶ Optimus maximus non solum de Deo dicitur,sed etiam de fundo,agro,domo,& aliis.*Cel.in l. Quum venderes.ff.de contrah.empt.*Quum venderes fundum,non dixisti. Vt optimus maximúsque esti:verum est quod Qu.Mutio placebat , non liberum,sed qualis esset,fundum præstari oportet.[*Adolescens est esce maximæ*(.i.plurimi cibi)*Plau.Men.sc.1.a.1.*Vt quiq; *sunt optimi maximi* hunc morem habent.*Ibidem sc.2.a.4.*¶Maximi vnde cognominati Valerij & Fabij.*Plutarch.in Pomp.*¶Pontifex maximus,qui primus in Pontificum collegium venerat qui omnem sacrorum potestatem, & cæteros sacerdotes sibi subiectos habebat. Minores autem post illũ reliqui,& minimus,qui adoptatus erat postremus.¶Maximæ dignationis Flamen(*inquit Festus*)Dialis est inter quindecim Flamines: & quũ cæteri discrimina maiestatis suæ habeant,minimi habetur Pomonalis:quod Pomona leuissimo fructu agrorum præsidet, hoc est pomis. Maiores Flamines appellabantur patricij generis. Minores, plebeij. ¶ Maximus Curio,cuius autoritate Curiæ,omnesque curiones regũtur. ¶ Maximi annales appellabantur,non magnitudine, sed quòd eos Pontifex Maximus confeciset. ¶ Maiorem consulem.*L.Cæsar apud Festum.*putabat dici , vel eum penes quem fasces sint,vel eum *qui prior* creatus sit.Prætorẽ autẽ maiorẽ vrbanũ.minores cæteros.Maximũ Prætorem putant dici alij eum,qui maximi imperij sit:alij,qui ætatis maximæ in collegio:quanuis Augurum decretum sit,quòd in salutis augurio Prætores maiores & minores appellantur , non ad ætatem,sed ad vim imperij pertinere. ¶ Magnum annum dicunt mathematici, quo septem sydera errantia expletis propriis cursibus in eumdem locũ redeunt,siue ad idem punctum reuertuntur. ¶ Maximam ostiam omnium pecoris appellabant,non ab amplitudine corporis,sed ab animo placidiore. ¶ Maxima mulcta,antiquitus erat boum triginta & duarum *μεγίστη ζημία.* Sed quum in fraudem mulctæ dictæ soluerentur ouium boues quique parui pretij , idcirco constituti sunt postea in singulas oues deni æris,in boues vero æris cẽteni.Erat itaque mulcta maxima trium millium & viginti æris,hoc est trecentarum & duarum drachmarum. ¶ Magnum socerum,appellat vir vxoris suæ auum. Magnum socrum,vir vxoris suæ auiam,Maior socer vxoris meæ proauus.Maior socrus,vxoris meæ proauia.Maior patruus aui & auiæ patruus. Maior amita,aui & auiæ amita.Maior auunculus,aui & auiç auunculus.Maior magistratus,Consul dicitur.*Hæc Festus.*

Mātŏrēs.❴ *אבות abóth.πρόγονοι,προπάτορες,προγενέστεροι,οἱ ἀπὸ τῶν γονέων.*GAL.Les ancestres.ITA.*Nostri vecci,antenati.*GERM. Die voreltern/der altvorderen.HISPAN.*Los padres subiendo arriba.*ANG.*Forefathers.* ❵ Intelligi possunt quicunque aui,abaui,proaui,atauí, tritaui, & ante hos in infinitum:sicut minores,qui etiam post trinepotes futuri sunt , *Declamat.in Sallust.* Ego meis maioribus virtute præluxi , vt si prius noti non fuerint à me accipiant initium memoriæ suæ. *Cæsar 4.bell.Gall.* Quod Germanorum consuetudo hæc sit à maioribus tradita,quicunque bellum,&c. [Non tua maiorum contenta est gloria fama.*Tibul.lib.*4. Maiorum meorum fretus virtute(loquitur seruus de fraudibus) *Plau.Pseud.sc.1.a.2.* Virtute Deũm & maiorum nostrorum diues sum satis.*Plau.Capt.sc.2.a.2.*Et *in Aul.sc.3 a 1.*Ibi mei maiores sunt siti (de seruo) *Plaut.Merc.sc.4.a.2.* Maioris frater Atridæ. *Ouid.13.Metam.*] ¶ Accipiuntur etiam Maiores indifferenter pro omnibus qui ante nos fuerunt : quemadmodum Minores pro Posse

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

posteris: vtimúrque his duobus nominibus in duabus hisce significationibus, tantùm in numero plurali.

[Maius, vt Maius æquo dolere. *Senec.c.7.de Consol. ad Marti.* Nam quis te maiora gerit castrisve, foróve? *Tibul.lib.4.* Dictis vt non maiora fuerint. *Tib.lib.4.*

Māiūsculus, Diminutiuum, tam ad corpus, quàm ad ætatem refertur. *Plin.lib.26. cap.6.* Folia sunt maiuscula, quàm ederæ. *Cic. Dolabellæ, l.9.* Sed quid ago? quum mihi sit incertum tranquilliore sis animo, an vt in bello, in aliqua maiuscula cura negotióve versere, labor longus.

Māgnănĭmus, mi, {גאון *ghéeh. μεγαλόψυχος. μεγαλόψυχε.* GALLIC. Courageux, magnanime. ITAL. *Magnanimo.* GERMA. Grosmütig/ eines dapferen gemuts. HISPA. *De grande animo, magnanimo.* ANGL. *Stout, of a stoute harte.*} qui magni est animi. *Cicer.1. Offic.* Itaque viros fortes,& magnanimos, eosdem bonos & simplices, veritatis amicos, miniméque fallaces esse volumus. *Ouid.3. Trist. Eleg.5.* Corpora magnanimo satis est prostrare leoni. *Idem 12. Metam.* Neve ea magnanimus frustra memorauerit heros, *Virgil.4.Georg.* Magnanimósque duces totiúsque ex ordine gentis Mores, & studia,& populos,& prælia dicam. [Magnanimi viri, tretí virtute & viribus superbi. *Plaut.Amphitr.* Cognoram à parua virgine magnanimam. *Catul. de Com.Berenic.*]

Māgnanĭmĭtās, atis, Fortitudo, animi elatio. {גאון *ghaón. μεγαλοψυχία.* GAL. Magnanimite,grand cœur & courage. ITA. *Magnanimità.* GER. Grosmütigkeit. HISPA. *Grandeza de animo, magnanimidad.* ANGL. *Valiantnesse of heart, & courage.*} Sic definit Speusippus, Magnanimitas est moderatus contingentium vsus vrbana cum hominibus conuersatio magnificentia cum ratione *Cicer.1.Offic.* Nam quum omnis honestas manet à partibus quatuor,quarum vna sit cognitionis altera communitatis, tertia magnimitatis, &c. *Plin.l.7.cap.25.* Idem magnimitatis præbuit exemplum cui comparari non possit aliud, &c.

[Magnificio. *Plau. Pseud. sc.1.a.2.* Omnes res perinde sunt vt eas magnificias. (.i. vt eas magni parui existimes.) *Idem Ibidem sc.1.a.4.* Te amo, & metuo, & magnificio.]

Māgnĭfĭcus,a,um, Liberalis,splendidus. {אדיר *addir. μεγαλοπρεπὴς.* GAL. Magnifique,honorable. ITA. *Magnifico, spendido.* GERM. Grosstthatig/ herrlich/prächtig. HISPAN. *Cosa magnifica y liberal.* ANGL. *Magnifick, that doth great actes, sumptuous.*} Qui magnis in rebus pro dignitate, in ludis, in rebus dis sacris, in ædificiis,in epulo publico sumptum facit. *Plaut. Asinar.* Extemplo facio facetum me, atque magnificum virum, Dico me esse atrienlem. *Terent.Heaut* Mea est potens, procax, magnifica, sumptuosa,nobilis. *Cicer.1.Offic.* Delectant etiam magnifici apparatus, vitaéque cultus cum elegantia & copia. Magnifica verba, *Terent. Eunuch.* Vrbes magnificæ, *Ouid.2.de Pont.* Magnifica domus, *Plin. lib.17. cap.1.* [Magnifica prælia. *Velleius.* Magnifica verba rebus confutuere. *Liu. lib.7.d.4.* Tua magnificà verba & tuas magnas minas. *Plaut.Curc.sc.4.a.4.* Magnificas opes. *Ouid.4.Fast.* Satin' magnificus tibi videtur. *Plaut Pseud.sc.2.a.1.*] ¶ A Magnificus fit comparatiuus Magnificentior & superlat. Magnificentissimus. *Cic.2. de Inuib.* Ad altiora quædam & magnificentiora, mihi crede Torquate, nati sumus. *Idem. 2. Offic.* L. Crassius Qu. Matio magnificentissima ædilitate functus est. [Magnificentissimas res gerere. *Velleius.*] Magnificissima dicebant antiqui pro magnificentissima Re enim vera magnificens dici non potest,vnde magnificentissima videtur deduci. *Festus.*

Māgnĭfĭcēntia, æ, Est (*vt inquit Cicer. 2. de Inuent.*) rerum magnarum & excelsarum cum animi ampla quadam & splendida propositione agitatio, atque administratio. {ארר *édher* גדלה *ghedhullàh. μεγαλοφρέπεια.* GALL. Magnificence. ITAL. *Magnificenza.* GERMA. Grosstháticeit/ pracht. HISPAN. *Magnificentia, grandeza de animo.* ANGLI. *The doing or archieuing of great thinges, noble and sumptuous prouision.*} *Idem de Amic.* Nec metiamur eam, vt quidam indocti, verbotum magnificentia. *Idem contra Rullum*, Hoc vix est liberi populi: vix vestrorum amicorum magnificentiæ *Quint. lib.4. c.2.* His tribus narrandi virtutibus adiiciunt quidam magnificentiam, quam *μεγαλοφρέπειαν* vocant.

Māgnĭfĭcē, aduerbium, Lautè, honorificè, liberaliter, splendidè. *μεγαλοφρενῶς.* GALL. Magnifiquement. ITAL. & HISPAN. *Magnificamente.* GERM. Henlichen prachtlichen. ANGLI. *Noblie, sumptuouslie.*} *Terent. in Adelph.* Nunquam ita magnifice quicquam dicam, id virtus quin superet tua. *Brutus ad Cicer.* Iuuat enim magnifice loqui: & certe decet aduersus ignorantes. *Plin. libr.13. cap.7.* Siccæ ficí stomachum lædunt, gurturi & faucibus magnificè vtiles, *Cic.1. Offic.* Hæc præscripta seruantem licet grauiter, magnificè, animoséque viuere, atque etiam simpliciter, fideliter, & vitæ hominum amice. [Magnificè volo summos viros accipere. *Plaut. Pseud. sc.2.a.1.* Magnificè hominem compellabo. *Plaut. Pseud. sc.4.a.2.* Vt magnificè infert sese? *Plautus Pseud. sc.1. a.4.*] ¶ Magnificius Cato pro Magnificentiùs dixit, seruata recta formacione à positiuo magnificè. *Vide Festum.*

Māgnĭfĭco, as, Extollo, exalto. {רומם *romém* הגדיל *highail. μεγαλύνω.* GALL. Magnifier, extoller. ITA. *Essaltare, magnificare.* GERM. Grossmachen/ erheben. HISP. *Engrandescer.* ANGL. *To magnifie, to praise or extoll.*} *Plin. libr.8. cap.16.* Magnificant & vituli, qui nondum herbam gustauerit, simum. *Plin. lib.17. cap.9.* Archesilaum quoque magnificat Varro. *Plaut. Men.* [*sc.4.a.2.*] Te vnum ex omnibus Venus voluit me magnificare.

Māgnĭfĭcātio, {*μεγαλοπρέπεια.*} *Macrob. Saturn. lib.5. cap.13.* Hinc diuersarum inter heroas suos personarum varia magnificatio.

Māgnĭlŏquŭs, Qui Magna loquitur. {*μεγαλήρημων.* GALLI. Qui parle d'vn haut stile,beau & magnifique parleur. ITAL. *Che parla cose grandi.* GERMAN. Der grosse ding redt oder rümet/ pracht ig in der red. HISP. *El que habla grandezas.* ANGLIC. *That speaketh with an high stile.*} *Martial. lib.2.* Candida κοινὰ φίλων, hæc sunt tua Candide πάντα, Quæ tu magniloquus nocte dieque tonas. *Tacit. in vita Agricolæ*, Atque illi modò cauti ac sapientes prompti post euentum, ac magniloqui erant.

Māgnĭlŏquentĭa. {*μεγαλεπήμοσυνη.* GALI Parole ou stile de haut appareil, magnifique & hautaine pa ole. ITAL. *El parlar dé cose grandi.* GERMAN. Ein red von hohen vnd grossen dingen. HISPA. *Grandeza di palabras.* ANGLIC. *A speaking with an high stile.*} *Cicer. in Orat.* Quòd ille dactylicus numerus hexametrorum magniloquentiæ sit accommodatior. Homeri magniloquentia *Cic. Cæs. lib.13. Epist.* [Magniloquentia Græcarum facundiarum. *Gell.cap.7.lib.3.*]

Māgnĭpĕndo, is, Permagni facio, magnitacio, bene æstimo. {חוקיר *hokír. σφὸδ πολλοῦ ποιοῦμαι.* GAIL. Fort estimer & priser. ITAL. *Istimar molto.* GERMA. Groß achten/ grosz schetzen. HISPANI. *Estimar ò apreciar mi cho.* ANG. *To set muche by.*} *Plaut. Curcul.* Neque eum ad me adire, neque me magnipendere Vitus est. *Liuius*, Romanorum nemo id authoritatis aderat, vt promissa eius magnipenderentur. *Terent. Adelph.* Ego quoque à meis me amari & magnipendi postulo. [Non magnipendo, ne duit. *Plaut. Asin. sc.4.a.2.* Oleum haud magnipendis. *Plaut.Pseud. sc.2.a.1.*]

Māgnĭtās, pro Magnitudine apud antiquos. *Accius*, Namque sat fingit neque dici potest pro magnitate.

Māgnĭtūdo, Copia, amplitudo. {גדלה *ghedhullàh* רוב *rob. μέγεθος.* GALL. Grandeur. ITALI. *Grandezza.* GERMANI. Grosse. HISPA. *Grandeza, generalmente.* ANG. *Greatnesse, biggenesse.*} *Cicer.pro Rosc. Amerin.* Magnitudo æris alieni. Magnitudo animi, id est excellentia,præstantia. *μεγαλοψυχία. Cicer. 4.de Finibus*, Quæque ab eisdem de temperantia,de modestia,de magnitudine animi,de omni honestate loquuntur. Magnitudinem animi superbia imitatur in animis extollendis. *Cicer. in Partit.* ¶Magnitudo periculi pro grauitate. *Cicer.pro Quintio.* Primùm magnitudo periculi summo timore hominem afficit.

[Magnò, aduerbium. Fides rerum auctori suo magnò imputata. *Senec. cap.1.de Consolat.ad Marti.* Item Empta tibi magnò talia. (suprà, non paruo) *Ouid.Eleg.1.lib.2.Trist.*]

Māgnopĕrē, aduerb. Valde, vehementer. {מאד *meódh. μάλα.* GALL. Grandement,beaucoup. ITA. *Grandemente.* GERMA. Gròsslich ernstlich sser. HISPAN. *En grande manera.* ANGLIC. *Greatlie.*} *Plaut. in Truc.* Malam rem is & magnam,magnopere seruus viaticum. *Terent. Heaut.* Meministine me esse grauidam, & mihi te magnopere interminatum, Si puellam parerem,nolle tolli? *Lucret,lib.3.* Sed in omnibus rebus Magnoperè à vera lapsi ratione videntur. *Cicer.ad Cæsium lib.15.* Ego cæterarum rerum causa tibi Romæ magnopere properandum censeo. ¶Magnopere facere. *Cicer.7.Verrina*, Quid,inquam,magnopere potuit Cleomenes facere,istius anaritia nautibus exinanitis? Non magnopere laboro: quòd imperiti dicunt, Non multum curo *Cicer. pro Rosc. Comœd.* Et quorsum recidat responsum tuum, non magnopere labore. ¶Magno opere separatim aliquando legitur. *Plaut.Cas.* Atque id non tam ægrè est iam vicisse villicum, Quàm id expetuisse opere tam magno senem.

Māxĭmē, Præcipuè, in primis, summè, vehementer {מאד מאד *meódh meódh. μάλιστα.* GAL. Grandement, principalement, sur tout. ITA. *Massimamente, sopra tutto.* GER. Beraus/ furnemlich/ &c. HISPA. *Mayormente.* ANGL. *Greatlie, speciallie.*} *Cicer. Lentulo*, Vel etiam id, quod mihi maxime libet. *Idem pro Domo sua*, Intuemini paulisper animis iuuentutẽ, & maximè eos qui,&c. *Idem 1.de Nat.deor.* Quæ ratio poetas,& maxime Homerum impulit. *Cicer.1.Offic.* Vt quisque maximè opis indigeat, ita ei primum opitulari. *Idem 1.de Orat.* Dicere quàm maximè ad veritatem accommodatè. [Cum illi pugnabant maxumè, ego fugiebam maxumè. *Plaut. Amphitr.* Item Arbitratu tuo maximè. *Plaut. Pseud. sc.2.a.2.*] ¶ Interdum est affirmantis responsio *Terent in Eunuch.* Tu Parmeno huc fac illi adducantur. P. Maxime. [Nunquid peccatum est? C Imò maximè. *Plaut. Pseud. sc.5.a.1.* Facile ventum vt gaudeam. P. Maxime (assentientis.) *Plaut. Cure sc.3.a.2.* Recede. C. Maxime (concedentis) *Plaut. Ibid. sc.1.a.3.* ¶Iunctum superlatiuo, Maximè grauissimam *Liu. lib.1.dec.5.*

Māximòpere, aduerb. מאד מאד *meódh meódh. ὑπερφυῶς.* GAL. Grandement. ITALIC. *Grandissimamente.* GERMA. Ganz hesslig/ zum hochsten. HISP. *Mayormente.* ANG. *Greatlie.*} *Cicer. Epist.* A te maximopere peto,& quæso. [Non raiò diuisum legitur. Opere à me petiuit maximo. *Plaut. Pseud. sc.2.a.3.* Me opere orauit maximo. *Idem Mil. sc.1.a.1.* Maximo opere herus te orauit. *Plaut. Most. sc.4.a.2.* Item Maximo opere. *Gell.cap.13.lib.16.*]

Maximitatem, Veteres pro magnitudine dixerunt. *Lucilius*, Neque ad hoc me rogas inani maximitate.

MAGNVS PORTVS, *μέγας λιμήν*, Mauritaniæ Cæsariensis oppidum est à portus spatio ita appellatum, *vt tradit Plin.lib.5.cap.1.*

Mago, Nobilium aliquot Pœnorum ducum nomen fuit: quorum primus rem ac disciplinam Carthaginiensium vehementer auxit. Is ante bellum Punicum, vt Liuius & Trogus referunt, cum CXX. nauibus bello Tarentino auxilio venit Romanis: ægrè ferens Italiam ab externis inuadi. Cui actæ à Senatu gratiæ auxiliaque remissa. Duos moriẽs filios reliquit, Asdrubalem & Annibalem, de quibus antè scripsimus. ¶ Mago, Annibalis frater, causa victoriæ apud Trebiam fuit, sed apud Locros à Manlio clausus, ab Annibale liberatur. *Liuius quoque lib.30. scribit* Magonem Annibalis fratrem, in agro insubrium vulnerarum, quum in Africam per legatos reuocatus nauigaret, apud Corsicam obiisse. ¶Mago alius à Scipione capitur apud Carthaginem in Hispania, Romamque per Lælium mittitur. ¶ Mago denique Afer, qui de Re rust. duodetriginta volumina scripsit, *de quo Colum. lib.1.* Verùntamen Carthaginensem Magonem vel rusticationis parentem veneremur. Nam huius octo viginti memorabilia illa volumina ex Senatusconsulto in Latinum sermonem conuersa sunt. Huius magonis meminit & Seruius, quem *Virgil. in Georgic.* scribit esse imitatum *Item M.Varro de Re rust lib.1.cap.1. & Plinius lib.18.cap.2.* ¶ Mago item oppidum est in minoribus Baleáribus, *vt scribit Pomponius in fine lib 2.*

Magog, {מגוג *magógh. μαγώγ.*} Nomen viri, filij Iaphet, proprium à quo (*vt ait Ioseph us lib.1.*) Magogæ ducti sunt, qui à Græcis Scythæ dicuntur.

Māgŭdăris, siue (vt alij scribunt) Magydaris, *μαγύδαρις*, Caulis esse creditur ex laserpitij radice enascens. *Plin.lib.9. cap.3.* Alij tradunt laserpitij radicem fuisse maiorem cubitalis,sub tque in ea lacte terram. Hoc incisio profluere solitum succum coeuntibus supernato caule et Magydarin vocatum. ¶Est etiam Magudaris laserpitij species, *vt testatur Plin.eodem lib.& cap.* Alteri m, inquit, genus est quòd Magydaris vocatur, tenerius, & minus vehemens sine fœtu. *Plaut. in Aquent.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Si tibi confidis fore multam magudarim. *Colu. lib. 6. cap. 16.* Facit & radix, quam Græci vocant μαγούδαριν. Vulgus noſtra conſuetudine vocat laſerpitium. Vbi tamen quædam exemplaria, σίλφιον, habent non μαγούδαριν.

Măgŭs, gi, { מכשף *mechaſchſcéph.* μάγος. GALLI. Magicien, enchanteur. ITA. *Mago, incantatore.* GERMA. Ein weiſer/ weiſſager/ Item, ein zauberer. HISPANI. *Hombre ſabio enel arte magica.* ANG. *An enchanter a witch.* } Dictio perſica, qua apud eos ſignificatur ſapiens [vel ſacerdos, vt docet *Apul. Apolog. 1.*] Sic enim perſiæ Magos vocant, vt Græci Philoſophos, Latini ſapientes, Galli Druidas. A Egyptij Prophetas, ſiue Sacerdotes, Indi Gymnoſophiſtas, & Aſſyrij Chaldæos, à Caldæa Aſiæ regione. Eſt etiam Magus vulgò qui maleficas & omnibus legibus vetitas artes exercet. Nam quum Magi apud Perſas potiſſimum deorum cultui vacare ſolerent, in tantum poſtea aucta eſt eorum vanitas, vt nõ ſolùm obſeruatione ſyderum futura prædicere, ſed artibus quibuſdã, & maleficiis, & ſcire ſe omnia, & facere poſſe profiterentur.

Măgĭă, æ, cum accentu in penultima, { כשף *chaſcháph* μαγεία. GALLI. Art magique, enchanterie. ITA. *Magia, incantesimo.* GERMANIC. weisheit vnd verſtand heimlicher vnd verborgner dingen / Item, Zauberey oder zauberkunſt. HISP *La arte magica.* ANG. *Sorcerie, witchcraffe.* } Vox eſt Perſica, quam illi fere accipiunt pro ſapientia, & perfecta rerum naturalium cognitione. Vnde & Magi ab illis appellabantur, quos Græci vocant Philoſophos. Duplex tamen traditur Magiæ ſpecies: quarum altera, quam iam diximus, nihil aliud eſt quàm naturalis philoſophiæ ſumma & perfecta cognitio, quam Pythagoras, & Plato, & Empedocles, cæteríque inter Philoſophos præſtantiſſimi, veluti ſanctiorem quandam diſciplinam indefatigabili ſtudio, longinquiſque peregrinationibus conquiſiuerunt. Altera quam Goëtiam, γοητείαν, vel Thurgiam vocant, dæmonum inuocatione, infandíſque incantationibus conſtat, quam & leges omnes execrantur, & Plinius artem inteſtabilem vocat, irritam & inanem. Noſtri magicas præſtigias vocant, eò quod rerum veritatem ementiantur: hominum mentes fallacia perſtringentes. ¶ Huius magiæ plures ſunt ſpecies: Hydromantia, ὑδρομαντεία, quæ fit ex aqua. ¶ Axinomantia, ἀξινομαντεία, quæ fit ſecuribus & aliis dolabris. ¶ Lecanomantia, λεκανομαντεία, quæ fit peluibus quas Græci λεκάνας vocant. Nam apud Perſas erant Magi Lecanomantici dicti, *vt lib. 5. docet Strabo*, quaſi ex peluibus diuinantes. Nam vaticinantes peluim accipiebant aqua pleuam, dæmonibus congruentem, in profunda tepentibus. Vbi autem dæmon illapſus erat, aqua edebat ſonum quendam fatidicum. ¶ Catoptromantia, κατοπτρομαντεία, quæ fit per ſpeculaDe qua Spartianus in Iuliano intellexit, quum air, Carmina profana incantauerunt, & ea quæ ad ſpeculum dicunt fieri, in quo pueri præligatis oculis incantando futura reſpicere dicuntur. ¶ Pyromantia, πυρομαντεία, quæ fit per ignem. Hanc Amphiaraus primus inuenit. ¶ Geomantia, γεομαντεία, quæ fit per terram, ¶ Chiromantia, χειρομαντεία, per lineamenta manuum. ¶ Necromantia, ſiue Necyomantia, νεκρομαντεία, ἢ νεκυομαντεία, quæ fit per euocationes vmbrarum, & per inferorum colloquia, à qua Necromantici, quorum incantamentis mortui reſuſcitari, diuinare, ad interrogata reſpondere videntur. Quam nonnulli etiam Sciomantiam vocari putant. Quidam inter Necyomantiam, Sciomantiámque diſtinguunt, quòd in Necyomantia ad erigendum cadauer ſit ſanguis neceſſarius: in Sciomantia ſola ſufficiat vmbræ euocatio. ¶ Capnomantia, καπνομαντεία, quæ fit ex fumo aræ, cuius motu futura cognoſcebant: à qua Capnomantæ dicuntur. ¶ Coſcinomantia κοσκινομαντεία, quæ fit per cribrum. Quo genere etiam hodie mulieres aliquot in Gallia vtuntur, ad inueſtigandas res furto ablatas. Ex hoc Magiæ fonte deriuati ſunt apud Italos Hetruſci aruſpices, apud Indos Brachmanes & Gymnoſophiſtæ apud Gallos Druidæ, & Bardi, apud Siculos Galeotæ: vbique autem terrarum Aſtrologi, qui & Chaldæi vocantur: quanuis alibi ſint nati.

Măgĭcē, huius magices, penult. cor. Magia, ars incantandi. { μαγικὴ, γοητεία. GAL. Art magique. ITA. & HISPANIC. *Arte magica.* GERMANIC. Die zauberkunſt/ ſchwartzekunſt. ANGLIC. *witchcraft, ſorcerie.* } *Plin. lib. 30. cap. 1.* Si non expers ſedes eius tota Thrace magices fuiſſet.

Magĭcŭs, a, um, adiect. { μαγικὸς, γοητικὸς. GALLIC. Appartenant à art magique. ITALIC. *Pertinente ad arte magica.* GERMANIC. Zauberiſch/ das zu dem zauberen oder zauber kunſt gehört. HISPANIC *Perteneſciente à arte magica.* ANGLIC. *Belonging to witchcraft.* } Quod ad magum, vel etiam magicen pertinet: vt, Magicas artes, Magicas herbas dicunt, quibus magorum vanitas gloriatur. *Virgil. 4. Æneid.* Teſtor chara deos & te germana, tuúmque Dulce caput magicas inuitam accingier artes. *Virgil. 8. Eclog.* Coniugis vt magicis ſanos auertere ſacris Experiar ſenſus *Plin. lib. 25. cap. 3.* Nec alia dico magico portenta, niſi vbi cauenda ſunt aut coarguenda, in primis fide eorum damnata. De magica arte *vide Plin. lib. 30. cap. 1. & 2.*

MĂĬĂ. μαῖα, Atlantis filia fuit ex Pleione Nympha, ex qua Iupiter Mercurium ſuſcepit. { GERMA. Ein tochter Atlantis von welcher Jupiter den Mercurium geboren hat. } *Virg. 8. Æneid.* Vobis Mercurius pater eſt, quem candida Maia Cyllenes gelído conceptum vertice fudit. At Maiam (auditis ſi quicquam credimus) Atlas, Idem Atlas generat, cæli qui ſidera fulcit. ¶ Fuit & altera hoc nomine filia, cui in mellario vaſe, non mel: ſed vinum ſacrificabant. ¶ Maiam item Græci amitam & materteram vocant: item nutricem & obſtetricem: denique mulieres omnes natu grandiores honoris gratia Maias ſalutabant. Eſt item Maia cancrorum genus maximum *apud Ariſtot. lib. 4. Animal.* μαῖα.

Maiālēs, Porci caſtrati. { χοῖροι τομίαι. GAL. Porcs chaſtrez. ITA. *Porci caſtrati.* GERMANIC. Barg. HIS. *Puercos caſtrados ò marranos.* ANG. *Gelded hagges or ſwyne.* } *Varro 2. de re Ruſt. cap. 4.* Caſtrantur verres cõmodiſſime anniculi vtique, nec minores quam ſemeſtres. Quo facto nomen mutant, atque è verribus dicuntur Maiales.

Maiēſtās, tis, A magnitudine dicta eſt. Eſt enim decus, amplitudo, & dignitas vel populi, vel Senatus, vel Principis, Imperatoríve, aut etiam priuati magni viri, atque alterius adeo inanimatæ rei. { חוד תיר *hodh hadhár.* σεμνὸν μεγαυχέσης, ἀξιωματικὸν, ἀξίωμα. GALLIC. Maieſté, excellence de dignité. ITA. *Maieſtà.* GERMA. Furtröffenlicht herrlikeit oder wurdikeit/ maiſter. HISPAN. *Majeſtad del Rey ò principe.* ANGL. *Maieſtie, excellencie.* } *Horat. 2. Epiſt. 1.* -ſed neque parum Carmen maieſtas recipit tua: nec meus audet Rem tentare pudor, quum vires ferre recuſent. [Maieſtas adeò comis vbique tua eſt. *Ouid. Eleg. 1. lib. 2. Trift.* Maieſtas virorum (.i.) Imperium in vxores *Liu. lib. 34. de Lege Oppia.* Et infra de Matronis eadem Oratione. Maieſtas Africani. *Velleius.* Maieſtas orandi (.i.) Eloquentia. *Quint.* Maieſtas naturæ Deorum. *Idem Quint.* Maieſtas operis (i. ſtatuæ Iouis Phidiaci) Deum æquauit. *Idem* Maieſtatis Iudicia cogere, & de iis. *Suet. in Tiber, cap. 18.* In fidem Maieſtatis (.i.) vt perſuaderet eſſe Deos *Suet. in Neron. cap. 1.* Maieſtas Prætis *Suet. in Neron. cap. 32.* Maieſtatem minuere, quid ſit, docet *Iulius Seuerianus.* Maieſtatis deſcriptionem *Vide apud Ouidium Initio lib. 5. Faſtor.*] Hinc Maieſtatis crimen, Iureconſulti definiunt, quod aduerſus populum Rom. vel ſecuritatem eius committitur, Et Rei maieſtatis dicuntur, qui eiuſmodi criminis accuſantur. ¶ Maieſtas etiam dea credita eſt, Honoris & Reuerentiæ filia, *de qua Ouidius*, Donec Honor placidóque decens Reuerentia vultu, Corpora legitimis impoſuêre toris. Hinc ſacra Maieſtas, quæ mundum temperat omnem, Quáque die partu eſt edita, magna fuit. Nec mora, conſedit medio ſublimis Olympo Aurea, purpureo conſpicienda ſinu. ¶ Maieſtas populi dicebatur: Autoritas autem, ſenatus. Populus enim ſciſcere ſolebat, & iuſſus municipiorum, coloniarúmque prouinciæ Galliæ, vt omnes ad autoritatem huius ordinis, maieſtatémque pop. Rom. defendendam conſpiraſſe videantur. ¶ Maieſtas nominis, Eſt magnitudo, ſiue dignitas, *Martial. lib. 1.* Quum pars libri & maior, & melior ad maieſtatẽ ſacri nominis tui allegata ſit. ¶ Maieſtas alicuius loci, eſt eius præſtantia, ſiue excellentia. *Liu. 1. ab Vrbe*, Concepit animo eam magnitudinem Iouis templi, quæ digna Deũm, hominúmque rege, quæ Romano imperio, quæ ipſius etiam loci maieſtate eſſet. ¶ Maieſtas in oratione, eſt grauitas. *Cicer. de Amic.* Quanta in oratione maieſtas. ¶ Imminuere, vel minuere maieſtatem, Eſt aliquid committere contra dignitatem, vel amplitudinem populi, aut principis. Hinc Lædere maieſtatem, vel Soluere maieſtatem. *Cic. in Partit.* Maieſtas eſt imperij, atque in omni populi Romani dignitate: quam minuit is qui per vim multitudinis, rem ad ſeditionem vocauit. *Et deinde*, Exiſtit illa diſceptatio, minuerit maieſtatem, qui voluntate populi Romani rem gratam, & æquam per vim egit. *Idem 2. de Orat.* Tamen ab illo maieſtatem imminuebam, negabam, &c. *Sueton. in Claudio cap. 16.* Ex quibus verbis apparet maieſtatem populi Romani læſam maiores ob id exiſtimaſſe, quòd ciuis Romanus aſſeclam ſe regi, & comitem præbere non dubitaſſet contra morem maiorum, vt creditam pecuniam reciperet. *Contra*, Retinere maieſtatem, eſt quod vulgus ait Seruare autoritatem. *Sic in Oratore*, Ius omne retinendæ maieſtatis Rabirij cauſa continebatur. ¶ Conſtituere maieſtatem, eſt lapſam, aut labantem dignitatis amplitudiníſque partam exiſtimationem confirmare *Salluſt.* Maiores noſtri parandi iuris, & maieſtatis conſtituendæ gratia per ſeceſſionem montem occupauêre. ¶ Conſeruare maieſtatis, eſt idem quod retinere. * *Cicer. pro Corn. Balbo, de Gaditanorum fœdere loquens.* Adiunctum illud etiam eſt quod non eſt in omnibus fœderibus: Maieſtatem populi Romani comiter conſeruent. Hoc eſt (*inquit Budæus*) obſequium obſeruantiámque liberis non indignam nec indecoram imperio Romano, populóque benignè exhibeant: & vt comiter obſequioſum ſe ille populus Populo Rom. præbeat curétque vt imperium ſemper penes Romanos ſit.

Maior, maiores, Vide MAGNVS.

Māĭus, { μάϊος, σεπτεμβρίων. GAL. Le mois de May. ITA. *Maggio.* GERM. Der monat May. HISPAN. *El mes de mayo.* ANGLIC. *The moneth of may.* Menſis, à maioribus dictus, (*vt inquit Macrobius*) quorum conſilio Reſpub. gerebatur: ſicut Iunius à iunioribus qui rem armis gerebant. Poſtquam enim Romulus populum Roman. in maiores, minoréſque diuiſit, vt altera pars conſilio, altera armis Rempub. tuereturin honorem vtriuſque partis hunc Maium, ſequentem Iunium *vocauit. Ouid. 5. Faſt.* Hinc ſua maiores tribuere vocabula Maio, Iunius à Iunenum nomine dictus adeſt. Sunt qui Maium à Maieſtate dea denominatum velint, quòd flamen Vulcanalis Calendis Maiis huic deæ rem diuinam faceret. Alij à Maia Mercurij matre, propterea quòd hoc mẽſe mercatores omnes Maiæ pariter & Mercurio ſacrificare ſoliti erãt. Quam opinionem attingit etiam *Ouidius loco iam indicato.* Aut tu materno donaſti nomine menſem Inuentor curuæ furibus apte fidis. [Maius menſis vel à Maia matre Mercurij, vel à Maioribus. *Plutarc. in Num.* Hoc menſæ Romæ Lemuria celebrabantur: templáque omnia clauſa erant, putabatúrque id tempus nuptiis contrahendis parum eſſe idoneum: quæ opinio ad noſtra etiam tempora permanauit. *Vide Ouid. lib. 5. Faſt.*

Mălă, æ, penu. prod. Eſt pars faciei eminens inter oculum, naſum & buccam, quæ & gena dicitur. { לחי *lecti.* λέξη. σιαγών. GALL. La ioue ou la maſchoire. ITA. *Guancia.* GERM. Ein wange/ der obertet des backens ſo vmb etwas erhaben iſt. HISPAN. *Le maxilla de la çara.* ANGL. *The cheekor cheek bone.* } Ita appellata quòd rotundam ſpeciem mali præ ſe ferat. *Plin. lib. 11. cap. 37.* Infra oculos malæ homini tantum: quas priſcí genas vocabant: ibi oſtenditur pudor. *Virgil. 3. men li. Georg. 3.* equino generi malas tribuit, quum ait, -quo tempore Glauci Porniades malis membra aſſumpſêre quadrigæ. *Plaut. in Trinum.* -at pol ego etiãm veretet edam, atque ambabus malis expletis vorem: & quod illi placeat præripiam potiſſimum. *Virgil. 5. Æneid.* Duro crepitant ſub vulnere malæ. *Lucret. lib. 5.* Inuentas molli veſtit lanugine malas. [Nonnere malæ. *Lucret. lib. 5.* Inuentas molli veſtit lanugine malas. [Nonquiter ferire malam male diſcit manus. *Plaut. Amphitr.* Pugno ma'a ſi percuſſero. *Idem Aſin. ſc. 3. a. 2.* Iam crepabunt manu malæ tibi, *Plaut. Merc. ſc. 5. a. 2.* Ceraſſam cedo, qui malas oblinã. *Plaut. Moſtell. ſc. 3. a. 1.*] *Cicc. in Orat.* Malam à maxilla dictam eſſe oſtendit, abiectis mediis literis. Quinetiam (*inquit*) verba ſæpe contrahuntur, non vſus cauſa, ſed aurium. Quomodo enim ex Axilla, Ala facta eſt, niſi fuga literæ vaſtior? quam literam etiam e maxillis, è taxillis, è vexillo, & paxillo conſuetudo elegans Latini ſermonis euellet.

Malabathrum, penult. corr. μαλάβαθρον, *Dioſcoridi* folium nardi odore, quod

quod ex India aduehitur: cuius duo sunt genera. Alterum in Indiæ paludibus quibusdam gignitur, nullisque hærens radicibus, lenticulæ modo aquis innatat. Alterum in Syria, copiosiúsque etiam in Ægypto arboribus eiusdem nominis detrahitur. Ex vtroque vnguentum conficitur odoratissimum, quod Malabathrinum & foliatum appellatur. Scribitur & Malobathrum, per quartam vocalem in secunda syllaba.

MALACA, μαλάκα, *Stephano*, Ciuitas in Hispania Bætica. *Mela. lib. 2.* Siga oppidum e regione Malacam vrbem Hispaniæ contemplatur.

Mălăchē, μαλάχη. pen. cort. Species est maluæ ventrem emolliens: vnde & nomen habet. Nam Græci μαλακὸν dicunt quod Latinis est molle. *Plin. lib 20. cap. 21.* Duo maluarum genera amplitudine folij discernuntur. Maiorem Græci Malopen vocant in satiuis: alteram ab emolliendo ventre dictam putant Malachen.

Malachra, quam alio nomine Maldacon vocant, arbor est in Bactriana regione magnitudine oleæ, folio roboris, fructu caprifici, gummi genus exudans, quod Bdellium vocant. *Plin. lib. 12. cap. 9.*

Mălăchītes, μαλαχίτης, Gemma spissius virens: ita dicta à colore maluæ, quæ Græce μαλάχη dicitur. Eadem & molochites appellatur: nã Græci μαλάχην & μολόχην pro eodem dicunt. *Plin. lib. 37. cap. 9.* Non translucet molochites spissus virens, à colore maluæ nomine accepto, reddendis laudata signis, & infantium custodia quadam, innato contra pericula ipsorum medicamine.

Mălăcŭs, a, um, Mollis, delicatus { רך *rach* ענוג *Ianógh.* μαλακὸς. GAL. Mol. ITAL. *Delicato, molle.* GERMA. weich vnd. HISP. *Muelle.* ANGLIC. *Soft, delicat.* } *Plaut. in Bacch.* Pro lorica malacum capiam pallium, id est molle & effeminatum. *Ibidem,* Hic nostra agetur ætas in malacum modum: hoc est molliter & suauiter.

Mălăcĭă, ciæ, μαλακία. GALL. Tranquillité de mer, quand la mer est calme, foiblesse. ITA. *Bonaccia di mare, bonaccia calma, languidezza.* GERM. Die meerstill. HISP. *Bonança en la mar ò calma.* ANG. *Calmenesse of the sea.* } Tranquillitas quum maris fluctus omnino quiescunt & languẽt, neque vlla aura commouentur. [*Senec. Epist. 68.* Non est tranquillitas, Malacia est.] *Cæsar 3. bell. Call.* At conuersis in eam partem nauibus, quò ventus ferebat, tanta subitò malacia ac tranquillitas extitit, vt se loco mouere non possent. Lucretius pellaciam à pelliciendo appellat, Subdola quum ridet placidi pellacia ponti. ¶ Est etiam malacia, mollities quædam prægnantium & defectio, quum modo hoc, modò illud appetunt: adeò vt ne terra quidem, aut carbonibus extinctis abstineant, quod vitium alio nomine πίκα, hoc est pica vocatur. Prouenit hoc incommodum à conceptu potissimum mense tertio, nequeunte fœtu omnia ad se delata alimenta absumere. *Plin. lib. 25. cap. 6.* Malicorium expetitur grauidarum malaciæ, quoniam gustatu mouet infantem. *Ibidem,* Horum semen edendum præcipiunt in malacia prægnantibus. ¶ Malacia stomachi, hoc est deprauatus appetitus, propter oris ventriculi affectum ab humorum erodentium copia. *Plin. lib. 18. cap. 17.*

Mălăcīsso, sas, Mollio, subigo. { חרך *herách* μαλακίζω. GAL. Amollir & pestrir, rendre laische. ITA. *Amollire, domare.* GERMAN. Weich machen. HISP. *Amollentar.* ANG. *To make soft.* } *Plaut. in Bac.* Ah nimium terus es. P. mihi sum. S. malacissandus es.

Mălăsso, sas, Mollio, subigo, maturo. { חרך *herách* μαλάσσω. GALL. Amolalir & pestrir, rendre laiche. ITA. *Far molle, maturare.* GERM. Erweichen beeren. HISPAN. *Hazer muelle; madurar.* ANG. *To make tender and ripe.* }

Commalasso, quod est mitigo, maturefacio, *Varro.* In dolore adiaphoron esse, quòd philosophia commalassaret eam partem, quæ concuti cupiditatibus solet.

[Malaxare mala dixit Laberius. *Gell. cap. 7. lib. 16.*]

Malacostracon, μαλακόστρακον, Græci vocant quod mollem habent testam. Vnde Malacostraca pisces, μαλακόστρακους ἰχθύας vocamus qui testam quidem habent, sed tamen molliorem, vt in cancrorum genere animaduerti potest. Pisces enim omnes aut squamis teguntur, vt mugil & Cyprinus: aut molli cute, quos μαλακοδέρμους vocant Græci: vt polypus & sepia: aut testis durioribus, qui ὀστρακόδερμοι à Græcis appellantur, quales sunt ostreæ, purpuræ, & buccinæ: aut molliore testa, quos μαλακοστράκους iam diximus appellari.

Mă ăgma, malagmatis, μάλαγμα, Fomentum, ad rem duram emolliendã superpositum. Malagmata enim contusa, & super cutem imposita, abunde mollificãt à verbo Græco μαλάσσω, id est, mollio. his enim molliuntur apostemata & matura fiunt. *Colum. lib. 7.* Cuminum cõteritur, eique adiicitur exiguum picis liquidæ & axungiæ, vt lentorem malagmatis habeat. Expeditum malagma, *Cels. libr. 5. cap. 14.*

MALCHVS, μάλχος Sophista fuit Byzantius, qui scripsit historiam à Constantino vsque ad Anastasium. *Suidas.*

Mălĕ, aduerb. Vide MALVS pen. corr.

MALEA, μαλέα, μάλεια. penultima indifferente Promontorium Laconiæ, quod per quinquaginta millia passuum in mare protenditur, vbi periculosa est nauigatio propter aduersos ventorum flatus. { GERM. Ein vorgebirg in Laconia soweit auß in das meer langt bey welchem gefahrlich ist zů schiffen. } Hinc est illud prouerbium, Quum ad Maleam deflexeris, domesticos obliuiscere. *Virgil. lib 5.* Ionióque mari, Maleæque sequacibus vndis. *Stat. lib. 7. Thebaid.* Raucæ circunfonat ira Maleæ. Dicta Malea à Maleo Argiuorum Rege, qui in ea templum pulchrum construxit, quod Maleoticum appellauit. ¶ Maleacus sinus, vide MALIACVS.

Maledico, Maledictum, Malefacio, vide MALVS adiectiuum.

MALEVENTVM, Hirpinorum vrbs, postea auspicatioris omitis gratia Beneuentum appellatum. *Vide Plin. lib. 3. cap. 11.*

Maleuolentia, vide MALVS adiect.

MALEVS, μάλεος, per simplex l, mons est Oretum, Indicæ gentis, iuxta quem vmbræ æstate in Austrum, hyeme ad Septentrionem iaciuntur.

MALIACA, Hispaniæ Tarraconensis vrbs. *Ptolemæo lib. 2. cap. 6.* vulgò *Malgrado.*

MALIACVS SINVS. { μαλιακὸς κόλπος. GERMAN. Die meer schoß gegen Eubœa/in der Locrenser landtschafft. } Locrorum Epicnemidiorum est, e regione Eubœæ, in quem Sperchius fluuius influit, teste Ptolemæo, ita dictus à Malieo oppido, cuius meminit *Steph.*

Malicorium, Putame mali granati. { σίδιον GAL. L'escorce d'vne grenade, ITAL. *Scorza di mala grana & di poma granato.* GERMAN. Granatẽ opffelrinden. HISPA. *Corteza de granado.* ANG. *The bark or pairing of a pomegarnette.* } *Plin. lib. 24. cap. 11.* Huius aridis foliis vt malicorio coria perficiuntur. *Idem lib. 23. cap. 6.* Vulgus coria maxime perficere illo nouit: ob id malicorium appellant medici.

MALIEA, μαλίεια, Vrbs Thessaliæ à qua populi maliees, & mare vicinum Malicum dicitur. *Vide Strab. lib. 13.*

Mălĭus, Stephano, vrbs dicta à Malo filio Amphictionis, aut Amyti Bœoti. Hinc sinus Maliacus. Gentile Maleus & Maleates: quod etiam à Malea promontorio Laconiæ deriuatur. *Steph.* Vide Melos.

Maligno, Malignus, vide MALVS adiect.

MALIMNVS, μάλιμνος, Siciliæ mons est apud Theocritum, pomis refertus.

Malitia, vide Malus adiectiuum.

MALLADA (μαλλάδα, Vrbs Persica, gentile Malladenus. *Steph.*

Mallĕŭs, lei, Fabrile instrumentum notissimum, ita dictum quod res duras molliat, quasi molleus: vel quod quæ dura sunt, molliuntur ad ignem, vt malleis flagellentur. { פטיש *pattisch.* σφῦρα. GAL. Maillet ou marteau. ITALIC. *Martello.* GER. Ein hammer. HISP. *Martillo.* ANG. *An hammer.* } *Varro de Re rustic. lib. 1. cap. 22.* Corbes, falcinæ, tribulla, mallei & rastelli. *Plaut. in Menæc.* Quam tu nunc in hi nauem narras? MEN. ligneam, Sæpe tritam, sæpe fixam, sæpe excussam malleo.

Mallĕŏlŭs, malleoli, diminutiuum à malleus, Paruus malleus. { σφύριον. GAL. Maillet. ITALIC. *Martellino.* GER. Ein hammertein. HISPA. *Pequenno martillo.* ANG. *A litle hammer.* } ¶ Ab huius etiam similitudine vocatur malleolus. { μόσχευμα. GAL. Marquote de vigne, ou le sarment. ITA. *Sarmento di vite.* GERMAN. Ein jung rabschoß/schüßling ein heurige rabgerten. HISP. *El sarmiento.* ANG. *A yuoung shote or branthe of a vine.* } Nouus palmes vitis innatus prioris anni flagello, dictus quòd in ea parte quæ deciditur, ex veteri sarmento prominens vtrinque malleoli speciem præbet & plantationi aptus est. In qua etiam sententia fuisse *Plin. videtur lib. 17. cap. 21.* surculum vtrinque capitulatum e duro seri contueusse, eóque argumento malleolum etiam hunc vocari. *Cicer. de Senect.* Malleoli, plantæ, sarmenta, vites, traduces, propagines, nonne ita efficiunt, vt quemuis cum admiratione delectent. Dicuntur etiam malleoli, fasciculi ex pice, sulphure, aliisque id genus ignis fomitibus confecti, ad incendenda ædificia accommodati. *Cicer. in Catilin.* Desinant insidiari domi suæ, Consuli circunstare tribunal prætoris vrbani, obsidere cum gladiis curiam, malleolósque ad incendendam vrbem, facésque comparare, *Idem pro Milone,* Domus in cliuo Capitolino scutis referta, plena omnia malleolorum ad vrbis incendia comparatorum.

Malleŏārĭs, & hoc malleolare, à malleolus fit. { μοσχεύματικὸς. GALLIC. Appartenant à marquote ou sarment. ITA. *Pertinente à sarmento di vite.* GER. Das eines jungen rabschoß ist. HISP. *Perteneściente à sarmiento:* ANGLI. *Belonging to the yonge branche of a vine.* } *Colum. lib. 3.* Virgam malleolarem non amplius, quàm sex gemmarum esse conuenit.

Mallĕātŭs, ta, tum, Quod malleo factum aut contusum est. { חלום *halúm.* σφυρωτός. GALLIC. Batu ou accoustré au maillet, martelé. ITAL. *Marteliato.* GERMAN. Gehemmeret/mit den hammer geschlagen. HISPA. *Martillado o hecho al martillo.* ANG. *Made or beaten with an hammer.* } Vnde malleati libri dicuntur, qui malleo percussi complanati sunt: quod fere fieri solet antequam libri compaginentur. *Vlpian. l. librorũ appellatione. de Legat. 3.* Sed & perscripti libri, nondum malleati, vel ornati continebuntur. *Colum. lib. 12. cap. 13.* Isque qui præerit huic decoquendo, cola iuncea? aut spartea, ex crudo, id est, non malleato sparto præparata habeat.

Mallĕātor, { חלום *holem.* ὁ σφῦρα ἐλαύνων. GALLI. Qui vse de maillet ou de marteau. ITA. *Martellatore.* GERM. Ein hammerer/ der mit dem hammer schlacht. HISPAN. *A quel que maia o martil. a.* ANGL. *That worketh with an hammer.* } *Martial. lib. 12.* Illinc palludis malleator Hispanæ tritum nitenti fuste verberat saxum.

MALLI, μάλοι. Indiæ populi, à Mallo monte vicino ita dicti, *Autores Pli. libro 6. cap. 17. & Strab. lib. 15.*

[Mallia, Nomen proprium apud *Suet. in August. Cap. 70.*]

MALIOIS, entis: μαλιόεις, Locus in Lesbo, vbi Apollinis templum est, ἔστι δὲ τοῦ μάλιος τὸ μαντεῖον. *Steph.*

MALLOS: μαλλός, Ciliciæ oppidum clarissimum, à Mallo cõditore ita appellatum, vt ex Callimachi sententia refert *Steph. Lucr. lib. 3.* Mallos & extremæ resonant Naualibus Ægæ. Hodie vulgo *Malo.*

MALIOTES, μαλιῶται, pen. product. à Græcis appellatur mons Ida ab ouium multitudine. Nam μαλιὰς apud eos significat vellus, vel pellem lanatam. *Vide Cælium lib. 15. cap. 1.*

MALLVS, μάλλος, Mons est in ea parte Indiæ, quæ est intra Gangem, à quo vicini populi Malli, μάλλοι appellantur. *Autor Plin. lib. 6. capite 17.*

Mălluŭlum, uĭ, Vas in quo lauantur manus. { χερόνιπτρον. GAL. Bassin ou vaisseau à lauer les mains. ITAL. *Lauatoio da mani.* GERM. Ein handbecke. HISP. *El plato ò fuente para agua manos.* ANG. *A bason to wash the handes in.* } & fœminino genere malluuiæ (*vt Fest. ait*) sicut pelluuium & pelluuiæ, quo lauantur pedes.

Mălo, mauis, mauult, malui, malle, Magis velle. { בחר *bachár* רעה *ratsah.* προαιρέομαι. GALLIC. Aimer mieux. ITAL. *Voler più tosto, amar meglio.* GERM. Lieber wollen. HISPAN. *Mas querer.* ANG. *To loue or well rather.* } *Cicer. de Clar. Orat.* Meo iudicio multò stare malo, quàm aliorum. *Idem 1. Tuscul.* Næ ego haud paulò hunc animùm malim, quàm omnium fortunas. *Ad Atticum lib. 14.* Tamen arbitror malle te, quietam senectutem potiùs agere, quàm tollicitam [Mauis vituperari falsò, an verò laudari. *Plaut. sc. 3. a. 1.* Posse me litteras nec mallem mittere charias. *Tibull. lib. 4.* Emortuum me mauelim letho malo; *Plaut. sc. 3. a. 4.* Laudari multò malo, quàm culpari. *Plaut. Mostell. sc. 3. a. 1.*] ¶ Legitur & mauolo, mauellem, mauelim, pro malo, mallem, malim: *Plaut. in Asin.* Amari mauolo, mi gnate, me abs te. *Idem in Amphitr.* Experiri isthuc mauellem me, quàm mihi memorari. *Idem in Aulul.* Mortuum egomet mauelim letho malo, Quàm non ego illi dem hodie insidias seni.

Malobathrum, tri, μαλόβαθρον φύλλον, Folium est nardi odorem referens, cuius duæ sunt species: alterum in quibusdam Indiæ paludibus gignitur, nullisque hærens radicibus lenticulæ modo aquis innatat. Alterũ in Syria, copiosiúsque etiam in Ægypto, arboribus eiusdem nomini

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

detrahitur. Ex vtroque vnguentum vel oleum exprimitur odoratissimum, quod & malobathrinum, & iolıatum vocatur, eóque matronæ & effœminatiores aliquot viri Romæ vti solebant ad vngendos capillos. *Horat.1.Carm.* Cum quo morantem sæpe diem mero Fregi coronatus nitentes malobathro Syrio capillos, Scribitur & malabathrum, μαλάβαθρον Dioscori. Vide suprà.

Malcion. μαλάϊον, à quibusdam appellata est herba quam Dios. λαχνὶδα στεφανωτικὴν, hoc est lychnidem coronariam appellat.

MALSANE, μαλσάνη, Oppidum est fœlicis Arabiæ, à quo fit gentile Malsantes. *Steph.*

Maltha, æ, μάλθη, Cera erat pici liquidæ commista, tabulis cerandis idonea, ἀπὸ τῆς μαλθακίας, hoc est à mollitie nomen habens. Hoc etiam nomine appellatur limus quidam flagrãs, magna in copia proueniens in stagno quodam Samosatæ vrbis Comagenes, natura tam admirabili vt aqua accendatur, nec nisi terra restinguatur. Hoc limo Samosarei vrbem suam, Lucullo oppugnante defenderunt hostes vnà cum armis exurentes, *vt autor est Plin. lib.2.cap.* 107. ¶ Est præterea maltha materia quædam durissima ex calce viua, adipe suillo subacta aduersus omnem annorum iniuriam inuicta, *Vide eundem lib.36.cap.*34. ¶ Hinc deducitur verbum Maltho, as, quod est maltham alicui inducere, vel maltha oblinere, quod fiebat in iis præcipuè monumentis quæ æterna esse volebant, & aquæ resistentia. *Plin.loco iam demonstrato*, Quæ malthantur oleo, perfricantur antè. Itémque veteres malthas appellabant molles, à Græco quasi μαλακὰς. *Lucil. lib.* 18. Insauum vocant quam maltham ac fœminam dici videt.

MALVA, Africæ fluuius Cæsariensem Mauritaniam à Tingitana dirimés, *teste Ptolem.lib.4.cap.1. Plin.lib.5.c.2.* Maluanam appellat.

Mălŭă, æ, {μαλάχη καὶ μολόχη. GALLI, Maulue. ITA. *Herba malua.* GER. Pappelen/ein traut. HIS. *La malua.* ANG. *An hearbe called a malowe.*} Herba est notissima cuius duo genera posuit *Plin. lib.* 20. *cap.* 21. quæ foliorum amplitudine discernuntur. In satiuis maiorem Græci Malopen: altera ab emolliendo aluo Malachen dixêre. *Cic.Gallo lib.*7. Ita ego qui me oftreis & murænis facilè abstinebam, à beta & malua deceptus sum. *Mart.* Vtere lactucis, & mollibus vtere maluis.

Mălŭăceus, cea, ceum. {μαλάχινος. GALLI. De maulue. ITALI. *Di malua.* GERMA. Das der pappelen ist. HISPA. *Cosa de malua.* ANGLIC. *Of the maloffe.*} *Plin.lib.21.cap.*4. Alia funditur e caule maluaceo.

Mălus, li, fœm. gen. arbor cuius fructus est Malum, notissimum pomi genus. {חפוח *cappúach.* μηλέα. GALL. Pomier. ITAL. *Il melo, il pomaro.* GERMAN. Ein öpffelbaum. HISP. *Mancano.* ANGLIC. *An appletree.*} *Virgil.Eclog.*3. Malo me Galatea perit, lasciua puella: Tractum nomẽ à Græcis, qui malum, μῆλον dicunt. Vnde Melimela dicuntur penult. producta *Virgil. 3. Eclog.* Aurea mala decem misi cras altera mittam. [Vt missum sponsi furtiuo munere malum, *Catull.ad Ortalum.*] ¶ Malum granatum. *Plin. lib.*15.*cap.*8. Malum Persicum. *Plin. libr.*15.*ca.*14. Plura alia malorum genera inuenies *apud ipsum Plin. & Colum. lib.* 5. *cap.*10. *& Varr.de re rust.lib.*1.*c.* 59.

Malum Punicum, Malum granatum. {רמון *rimmon. ροιὰ.* GALL. Pomme de grenade, vne grenade. ITA. *Mala grana, pomogranato,* GERMA. Ein granatöpffel. HISP. *La granada.* ANGLIC. *A pome garnette.*} Dictum Punicum, quòd è Pœnorum regione primùm in orbem nostrum sit translatum. *Martial. lib.* 1. Aut imitata breues Punica mala rosas. Et granatum à granorum multitudine.

Mălum terræ, A Latinis vocatur herba: quæ à Græcis Aristolochia dicitur: cuius quatuor sunt species, quas recenset *Plin.libr.*25. *cap.*8.

Malinus, adiectiuum, Factus ex malo. {μηλινὸς. GALLI. Chose faite de pomier. ITAL. *Cosa fatta di melo.* GERM. öpffelbäumin. HISP. *Cosa hecha de manzano.* ANGL. *Made of an appletree.*} *Colum. lib.* 7. *cap.* 8. Est etiam non ingrati saporis muria præduratus, atque ita malini ligni, vel culmi fumo coloratus.

Malus, li, priore prodn. masculi. generis. Arbor nauis, quòd instar mali sit in summitate, vel quasi cingitur, quasi quibusdam malis, quorum volubilitate facilius leuantur vela. {חרן *tóren. ιστὸς.* GALL. Le mat ou arbre d'vn nauire. ITAL. *L'arbore della naue.* GERMA. Ein segelbaum. HISPAN. *Mastel de la naue.* ANG. *The mast of a schip.*} *Virgil.*5. *Æneid.* lugentíque manu malum de naue Seresti Erigit. *Ouid. Epist.*5. Rigido pendentia lintea malo. *Cicer.de Senect.* Vt Siqui gubernatorem in nauigando agere nihil dicant; quum alij malos scandant, alij per foros currant. *Lucan. lib.*2. Antennas, proram, malos tonsásque natantes.

Mălus, la, lum, prima correpta, Improbus, sceleſtus, perditus)(bonus. {רע *raĕ* רשע *raschâh.* κακὸς, φαῦλος. GALL. Mauuais. ITAL. *Cosa mala, cosa cattiua.* GERM. Böß. HISPAN. *Cosa mala.* ANG. *Schrewd, naughtie, euill.*} *Cicer.*3. *Offic.* Philosophi quidam minimè mali illi quidem, sed non satis acuti. *Ouid.*4. *Trist.* Leuior fortuna malorum. Pœnas exercere malorum, hoc est, castigare malos. *Virg.*6. *Æneid.* Mala ætas. *Plaut. Aulul* [*sc.* 1.*a.* 1.] Atque vt te dignam mala malam ætatem agas. Homo malus. *Plaut. Menæch.* [*sc.*2.*a.*4.] ô hominem malum! Vt dissimulat? [ô facinus indigum & malum! *Ibidem sc. 6. a.* 5. Certum est bonum esse potiùs, quàm malum *Plaut. Menæ. sc.*6.*a.*5. Doctus versutus, malus. *Plau. Pseud.sc.*8.*a.*1. Bonus animus in re mala dimidium est mali. *Plaut.sc.*5.*a.*1. Iureiurando malo rem quærunt. *Plaut.Pseud.sc.*2.*a.*1. Caue sis malam rem (i. malum) *Plau Men.sc.* 1. *a.* 1. Haud malum huic pondus pugno (i. paruum, leue. *Plaut. Amphit.* Socium ad malam rem quærit. *Plau. Asin.sc.*3. *a.*3. Malam rem quæro cum lucro. *Plaut. Aul. sc.*3.*a.*4. Mala es. malè merenti bona es. *Plau. Asin. sc.*2.*a.*1. Malus clandestinus est amor, damnum merum. *Plaut. Curc. sc.*3.*a.*1. Malum vobis quæritis. *Plaut. Asin.sc.*4.*a.*2. Malam rem effugies nunquam. *Ibidem sc.* 4.*a.*2. Malus & malitiosus homo. *Gell. cap.* 2. *lib.* 9. Nullus qui leuet malum (i. morbum) *Ouid.Eleg.*3.*lib.*3. *Trist.* Malum vlcus, vide vlcus. Mala frigora. *Ouid.Eleg.*10.*lib.*5.*Trist.* bonis & malis rebus (i. secundis & aduersis.) *Ouid.Elg.* 3.*lib.*4.*Trist.* Sic mala pugna (i. aduersa) *Sueton. In Calig. cap.* 51. Qui malam faciem habet, liber non est. (i. turpem) *Quintil.* Malum Ingenium & Inconstans in eligendo genere dicendi. *Suet. In Aug.ust.cap* 86. Omnia mala ingerebat (i. conuicia) *Plautus Menæ. sc.*1. *a.* 5.] ¶ Dicimus etiam poëtam malum qui indoctus est, imperitus. Malum imperatorem, qui imperatorias artes non callet, qui rei militaris est imperitus. Malum Grammaticum qui est rudis. Malum iudicem, qui est iniquus. Malam faciem quæ est deformis.

¶ Mala mansio, genus tormenti videtur fuisse. *Vlp.l.*7. *D.depos.* Si homini apud te depositum vt quæstio de eo haberetur, ac propterea vinctum vel ad malam mansionem extensum sequester soluerit. *Idem in l.*15. *De iniuriis*, Quæstionis verbo etiam ea, quam malam mansionẽ dicunt continebitur. *Ex Hotomano.* ¶ Præterea malum subiantiuè sumitur pro labore, afflictione, & angustia. πολυπραγμοσύνη, πόνος. *Virg.* Assuetúmque malo ligurem. *Plaut.Pœnul.* Si quid boni promittunt, pro spillo euenit: Id quod mali promittunt, præsentarum est *Terent.in Andr.* Quid facias illi qui dederit damnum aut malum? *Cicer.*5. *Verr.* Tu nisi malo coactus, rectè facere nescis. *Ibidem*, Nam vi, malo, plagis adductus est, vt frumenti daret, non quantum haberet, sed quantum cogeretur. Festus malis. *Ouid.*9. *Metamorph.* Causa capúsque malorum. *Virg.*12. *Æneid.* Opes irritamenta malorum. *Ouid.*1. *Metamorph.* Deforme malum. *Idem* 3. *de Arte*, Fatale malum. *Ouid.*5. *Trist.* Affligi malo. *Quintil.in Procem. lib.*6. Ego vel hoc vno malo sic eram afflictus, vt me iam nulla fortuna posset efficere fœlicem. ¶ Item sumitur pro malignitate, iniustitia *Seneca*, Imbecillum, infontémque damnare summum est malum. ¶ Item malum, pro interiectione, pernem, & honest. s & vsitatus est. *Gell.* Quæ (malum) ista ratio est. *Plin. lib.*7. *cap.*55. Quæ (malum) ista dementia est iterari vitam morte? *Terent.in Adelph.* Quod hoc (malum) infœlicitatis? in eundem sensum. *Cicer.ad Atticum dixit.* Qui (malum) isti Pindenisti? [Quæ hæc, malum, Impudentia est. *Plaut.Menæ.sc.*2.*a.*5. Quid tibi malum, hæc clamatio est. *Plaut.Mostel.sc.*1.*a.*1.*bis.* Nam quid, malum, rogitas, quid ago. *Plaut.Mostell.sc.*1.*a.*2. ¶ Item, Malum militibus meis qui quieuerint. (Minantis) *Liu.lib.*4.*ab vrb.* Quid tu (malum) curas crudum an coctum edam. *Plaut. Aul.sc.*2.*a.*3. Quas malum nugas, latin tu fanes? *Plaut. Amph.* ¶ Aliquando capitur Malum pro paruo, sicut bonum pro magno.

Mălè, Præuè, nequiter, flagitiosè, incommodè, grauiter, improbè. {κακῶς GALLIC. Mauuaisement, mal. ITA. *Malamente, Inquitosamente.* GERM. Böfflich/vbel. HISPAN. *Malamente.* ANG. *Shrewdly, naughtily.*} *Cicer, Attic.* O factum malè de Alexione. ¶ Aliquando ponitur pro valdè. *Idem de Clar. Orat.* Addebat etiam idque ad rem pertinere credebat, scriptores illos male mulctatos, id est magna pœna affectos. Similiter quum dicimus, Malè formido, malè maceror, Malè metuo, Malè timeo, Malè odi, significat valde, multum, siue vehementer. [Minus malè timui. *Plaut. Aul.sc.*4.*a.*1. Vxorem malè odi, *Plaut.Menæch, sc* 3.*a.*1. Formido malè, ne hic nomen commutem, *Plaut. Amphitr.* (i. valdè.) ¶ Malè feriati. *Gell.cap.*21.*l.*10. Malè pedatis. *Sueton. in Othon. cap.*11. Male doctorum hominum inuidentia. *Gell.cap.vlt.lib.*20. Malè litterati. *Idem cap.*3.*lib.*17. Male solertes. *cap.*12.*lib.*10. Male plenæ legiones. *Liu.lib.*5.*d.*4. Malè dissimulata, (pro ægre.) *Sueton.in Tiber.cap.* 42.] ¶ Aliquando valet ægrè, difficillimè. *Virg.*3. *Georg.* Heu malè tum mites defendit pampinus vuas. ¶ In compositione habet vim negationis, vt Malefanus Malefortis, *Ouid.lib.*4 *Fast.* Nondum tradiderat victas victoribus artes Græcia, facundum, sed malefortis agnus. ¶ Malè viuere, est pauperrimè, & in egestate, vel anxie, & sollicitè viuere. ¶ Malè loqui, est maledicere. *Malè habet me hæc res,* me angit, vexat, sollicitat, torquet. ¶ Malè docere quid sit, *hæc Terentij verba docebunt in Heauton.* Malè docet te mea facilitas multa, id est causa est tibi vt malè agas: arripis inde ansam malè faciendi. ¶ Malè consulere in aliquem est quod illi sit incommodo agere. ¶ Male acceptus inopia rerum dicitur, qui propter inopiam malè tractatur. ¶ Malè aliquem verbis accipere, est iniuria afficere. Malè animatus erga aliquem, qui illi malè afficitur, & qui illum odit. ¶ Male esse animo tum dicitur, quum ictu alicuius mœroris perculsus animus non sustinet corpus, sequitúrque collapsio membrorum. [Animo malè est aquam velim. *Plaut. Amph. & Curc.sc.*3.*a.*2.] ¶ Malè aliquid cuipiam credere, Est non tuto credere. *Plaut.in Pan.* Malè credam, & credam tamen. *Horat.*2. *libro Sermonum*, præstibus optima fungis Natura est aliis malè creditur. ¶ Malè cadere, id est male succedere, & præter spẽ alicui. *Cæs.in comment.* Vbi tantos suos labores & apparatus malececidisse viderunt, &c. ¶ Malè audio, Laboro aduersa fama, *maledictis* vexor {κάκῶς, κακῶς ἀκούομαι, κακῶς ἀκούω. GAL. Auoir mauuais bruit, estre diffame & mal renomme. ITA. *Hauer cattiua fame, hauer malnome.* GER. Ein böß geschrey oder tumbden haben. HISPA. *Ser infamado.*} ficut Bene audio, laudor. Cuius antitheton est Maledico. *Terent.in Andr.* Si pergat maledicere, peius audiet. *Cicer.in Orat.* Non quod libenter malè audiam, sed quia ego causam non libenter relinquo. *Idem ad Atticum.* Hanc nonnulli amici Appij ridiculè interpretantur, qui me idcirco putent bene audire velle, vt ille malè audiat. ¶ Malè cogito de te, id est male affectus sum erga te, & minimè æquo in te sum animo. κακῶς πεπονθῶς *Ouid.in Ep.* Didùs non tamen Æneam, quanuis malè cogitet, odi. *Cælius Ciceroni*, Et ipse facilè animaduerteram, malè eum de me cogitare. Huic contrarium est, Bene cogito. εὖ νοῶ. ¶ Malè conciliatus pro magno emptus. *Terent. Eunu.* Fugitiuè prodi, malè conciliate. *Vbi Donatus*, Malè: magnò significat, *vt Plaut. Amphitr.* Hæc nox scita est exercendo scorto conducto malè. Ergo, Male conciliate: magno empte significat. *Plaut. Pseud.* [*sc.*1.*a.*1.] Exite hinc, agite, ite ignaui, malè habiti, & malè conciliati. [i. nimio empti.] ¶ Malè iudico, κακῶς κρίνω κακῶς φρονῶ, malè censeo, malè opinor. ¶ Malè mereor de te, κακῶς ποιῶ σε, te iniuria afficio, tibi noceo, & incommodo. Cuius contrarium est, Bene mereor, εὖ ποιῶ σε, εὖ περγετῶ, *Cicer.*1. *de Finib.* Malè credo, mereor de meis ciuibus si ad eorum cognitionẽ diuina illa ingenia transferrem. [Benè merenti benè profueris: malè merenti, par erit. *Plaut. Capt.sc.*1.*a.*2. Benè merenti, malè refertur gratia. *Plaut.Pseud.sc.*3.*a.*1. Plura vide in Mereor.] ¶ Malè opto tibi, κακῶς ἔρχεσθαι, malè precor, vel imprecor tibi rem aliquam malam. ¶ Malesuadus, pen. prod. Qui malè suadet. *Plaut. Mostel.* Perij hercle, ni ego illam pessimis exemplis enecasso. Illa hanc corrumpit mulierem malesuada vulgi læna. Fames malesuada. *Virgil.*6. *Æneid.* Et metus & malesuada fames & turpis egestas. Amor malesuadus sceptri. *Stat.*1. *Thebaid.* ¶ Male vertere, Est in perniciem vertere. {κακῶς τρέπειν. GAL. Venir en ruine, venir à mal. ITALIC. *Succeder male.* GERMA. Vbel außschlitzen/vbel erschiessen. HISP. *Tener mal prouecho.*} *Terent.in Adelph.* Minis viginti tu illam emisti, quæ res tibi vertat malè. *Vbi Donatus*, Vertumnus dicitur Deus qui

qui rebus ad opinata reuertentibus præest. Sæpe autem malè cedit, quod bono futurum putatur: & hoc est, male vertisse: vt ille gladius, qui muneri datus, adminiculum reginæ fuit pereunti. de quo *Virgil.* 4. *Æneid.*-ensemque reclusit Dardanium, non hos quæsitum munus in vsus. ¶ Male volo tibi, Odi te: quòd & male cupio dicitur. {κακῶς. GALLI. Vouloir mal. ITA. *Voler male.* GER. vbet wöllen. HIS. *Malquerer.*} [Male sobrius (mox potus) *Ouid.* 5. *Fast.* Me & meos fustibus male contudit. *Plaut. Aul. sc.* 1. *a* 3.]

Mălĕdīco, Maledictis afficio, maledicta, conuitia, probra, contumelias conicio, maledictis exagito, incesso, prosequor, insector. {גדף *ghiddéph* חרף *chereph* אר קלל *killél.* κακολογία, κακηγορία. GALLI. Medire, iniurier, blamer. ITA. *Maldire.* GERMA. vbelreden/lesteren/ Schmächen. HISPANI. *Maldezir.* ANG. *To backbite, to report ill, to slaunder.*} *Terent. in Eunuc.* Nescis, cui maledicas nunc viro. [Nec se magnanimo maledicere sentit Achilli. *Ouid.* 15. *Metamorph.* Non sanus satis, qui ipsus maledicas tibi. *Plaut. Menæch. sc.* 2. *a.* 2. Qui mihi maledicas homini ignoto. *Plaut. Menæch. sc.* 2. *a.* 3. Ne vlli verbo maledicat. *Plaut. Asin. sc.* 3. *a.* 4. Interdum etiam diuisim vsurpatur: Nolo huic malè dici. *Plaut. sc.* 2. *a.* 1. Inianit hic quidem, qui ipse male dicit sibi, *Plau. Menæch sc.* 2. *a.* 2.]

Mălĕdĭcus, a, um, maledicentior & maledicentissimus, Qui procliuis est ad maledicendum, aut obtrectandum dicax. {מגרף *meghaddéph* מחרף *mecharéph.* βλάσφημος. GAL. Mesdisant. ITA. *Che dice male d'ogni uno.* GER. Zübet reden geneigt/schmachredig. HISP. *Mal diziente.* ANG. *An ill reporter, a backbiter or slaunderer.*} *Cic. pro Flac.* In tam suspiciosa, & maledica ciuitate locum sermoni obtrectatorum non reliquit. *Idem* 1. *de Finib.* Homo natura maleuolus, & maledicus. *Idem pro Flac.* Qui in vberrima re turpe compendium in maledicentissima ciuitate, in suspiciosissimo negotio maledictum omne, non modo crimen effugit. *Pla. in Merc.* At ego pol maledicentiorem, quàm te noui neminem. [Maledicentissimus liber. *Gell. c.* 13. *l.* 3. Maledicentissima carmina *Sueton. in Cæs. cap.* 75.]

Mălĕdĭcentĭă, Obtrectatio, dicacitas. {גדפה *ghidduphâh* גדוף *ghiddúph* κακογία, δυσφημία. GAL. Detraction. ITALIC. *Detractione.* GERMA. Bebetredung / schmächung. HISP. *A quel habito de maldezir.* ANG. *Backbiting, slaundering.*} *Gell. lib.* 3. *cap* 3. Ob assiduam maledicentiam & probra in principes ciuitatis, &c.

Mălĕdĭcĕ, aduerb. Contumeliosè. {κακολόγως, δυσφήμως. GAL. Par detraction, en mesdisant. ITA. *Mordendo è dicendo male.* GERM. Schmächlichen/ mit vbel reden. HIS. *Maldezientemente.* ANG. *Backbitingly, or slaundrouslie.*} *Cicer. 1. Offic.* Quod maximè tum solet euenire, quum studiosè de absentibus detrahendi causa aut per ridiculum, aut seuerè, aut malèdice, contumelioseque dicitur.

Mălĕdĭctum, cti, Conuitium, probrum, contumelia. {חרפה *cherpâh* גדופה *ghidduphâh.* λοιδορία. GAL. Maudisson. ITAL. *Parole iniuriose, è discortesi villani.* GERMANIC. Ein schmachwort/ lesterwort. HISP. *Maldicho, injuria de palabras.* ANG. *Backbiting, slaundering, ill reporting.*} [Indignis si male dicitur, maledictum est, si dignis dicitur, benedictum est. *Plaut. Curc. sc.* 2. *a.* 4. An tibi malam rem vis pro maledictis dari? *Plaut. Menæc. sc.* 2. *a.* 3. Maledicta expectet (i. obiectô stuprô) *Plaut. Amp it.* Satin' hæc pro sano, maledicta maledictis respondeo. *Plaut. Menæ. sc.* 5. *a.* 5. *& Pseud. sc.* 2. *a.* 1 *& Asin. sc.* 3. *a.* 1.] *Cic. ad Quint. frat. lib.* 2. Quum omnia maledicta, versus denique etiam obscœnissimi in Clodium & Clodiam dicerentur. *Ouidius* 5. *Metamorph.* maledictáque culpæ Additis, & non est patientia libera nobis. ¶ Figere omnes maledictis. *Cic.* 1. *de Natur. deor.* Congerere maledicta. *Quint. lib.* 7. *cap.* 3. Conicere maledicta in vitam alicuius. *Cic. pro Planc.* Vexare aliquem probris & maledictis, *Cic. pro Flac.*

Mălĕdĭctĭo, onis. {גדפה *ghiddupháh* גדוף *ghiddúph* κακηγορία. GAL. Maudisson, detraction. ITA. *Il dir male, detrattione.* GERMANI. Ein schmachred/ übel redung. HISPA. *Maldizimiento.* ANGLIC. *A cursing, backbiting.*} *Cic. pro Cælio*, Maledictio nihil habet propositi præter contumeliam.

Mălĕfăcĭo, Malo aliquem afficio, malum adfero. {חרש *herâsh* חרשיע *hirschlâh* κακὸς ποιῶ τινα, κακουργῶ. GAL. Malfaire, nuire. ITA. *Far male.* GER. Böses thun. HIS. *Mal hazer.* ANG. *To do euil, to noye.*} *Cic. ad Brutum lib. Epist.* 11. Dij isti Segulio malè faciant, homini nequissimo omnium qui sunt, &c. *Idem ad Att.* Quòd si iste Iraliam relinquet, faciat omnino male. Et Malefacio compositum. *Terent. Adelph.* Neque tu verbis vnquam solues, quod mihi re malefeceris. [Patroni qui pro illis male quæ fecerunt loquantur. *Plaut. Menæch. sc.* 2. *a.* 4. Nemo est cui amplius male plus lubens faxim. *Plaut. Aul. sc.* 6. *a.* 4. Istud malefactum arbitror quia non latus fodi. *Plaut. Aul. sc.* 2. *a.* 3. Quod ei malefeci nolim te succensere (i. in lapicidinas condidi. *Plaut. Capt. sc.* 3. *a.* 5. Malè morigerus malefacis mihi (i. male factus es.) *Plaut. Pseud. sc.* 2. *a.* 1.]

Mălĕfactum, cti (bene factum. {רע *ra'* רעה *ra'âh* גוך *nézek.* κακοῦργημα. GAL. Malfaict, ou meffaict. ITA. *Maleficio, iniuria, danno.* GERMA. Ein übelthat oder ein böse thadt. HIS. *Malhecho.* ANG. *An euill deed.*} *Cic.* 1. *Offic.* Benefacta male locata, malefacta arbitror. *Ex Ennio. Idem de Inuent.* 2. Deinde aduersarius malefacta augebit, Insignia malefacta. *Lucret. li.* 3. [*Plaut. Capt. sc.* 3. *a.* 3. Neque malefactis fuga est. *Idem Asin. sc.* 2. *a.* 3. Tua quoque malefacta iterari possunt. *Plaut. Men. sc.* 2. *a.* 4. Omnibus malefactis teneri. *Idem in Amphitr.* Ego istis pro dictis ac malefactis furcifer te accipiam.]

Malĕfĭcus, ca, cum, Pernicios us qui damnum infert, & qui nocet alteri, improbus, sceleslus. {מרע *merah* רע *ra'* κακοῦργος. GA. Malfaisant, nuisãt, dõmageable. IT. *Colui che fa male.* GI Schädtich/das etwas übels oder schadens thut/ schadhafft. HI PANIC. *Cosa malhechora.* ANGL. *An euill doer, a shred person.*} *Cic.* 7. *Verr.* In externorum hominum & maleficorum, sceleratorúmque custodias, in prædonum, hostiúmque, tu tantum numerum ciuium Romanorum includere ausus es? *Plin. lib.* 11. *cap.* 52. Oculi quibuscunque sunt longi maleficos esse indicant: qui carnosos à naribus angulos habent, malitiæ nota præuenti. *Varr.* 3. *de Re rust. cap.* 7. Vt locus omnis sit illustris, néve quæ serpens, aliúdve quid animal maleficum introire queat. Maleficum frondibus animal, capra. *Plin. lib.* 12. *cap.* 17. [Non vidi hominem magis malum & maleficum. *Plaut. Pseud. sc.* 1. *a.* 4. Sarin' magnificus tibi videtur? P. Pol atque etiam maleficus. *Ibid. sc.* 2. *a.* 1.] ¶ Interdum idem est quod veneficus. {מכשף *mechaschschéph.*} Hinc Maleficas mulieres dicimus incantatrices, quæ & fagæ dicuntur: & Maleficas artes, pro incantationibus & veneficiis.

Mălĕfĭcĭum, cij, Malefactum, iniuria, facinus. {רעה *ra'âh* חמס *chamas*, κακούργημα. GALL. Malfaict, ou meffait, mal. ITA. *Maleficio.* GEI M. Ein ubetthat Misshandlung. HISPAN. *Maleficio ò malhecho.* ANGL. *A mischieff or mischieuous deede.*} *Bud.* Maleficium dicitur, quicquid improbè admissum est. *Vlpianus l.* 1. *ff. si fam. furt. sec. dic.* Vtilissimum id edictum Prætor propoluit: quo dominis prospiceret aduersus maleficia seruorum. *Cicer. pro Rosc. Amor.* Vt si dissimulare omnes cuperent se scire, ad quem maleficium pertineret. *Idem* 2. *Offic.* Vt ne illi quidem, qui maleficio & scelere pascuntur, possint sine vlla particula iustitiæ viuere. Committere maleficia, & admittere maleficia, *apud Cicer. pro Sext Rosc. Amer.* Temperare à Maleficio *Cæs.* 1. *bell. Gall.* Neque homines inimico animo data facultate itineris per prouinciam faciendi, existimabat temperaturos ab iniuria & maleficio. [*Idem* 2. *de bell. ciui.* Legio in foro consedit sine maleficio.]

[Malefice. *Plaut. Pseud. sc.* 7. *a.* 4. Malefice neque sycophantiosè &c.

Mălĕfĭcentĭă, æ, Damnum, iniuria, facinus. {רע *ra'* רעה *ra'âh.* גוך *nézek.* κακουργία. GAL. Malfaisance. ITA. *Maleficio, danno, ingiuria.* GERM. Beschädigung. HISPA. *Malhecho, danno, injuria.* ANGLIC. *A mischieuous deede.*} *Cæsar lib.* 1. *bell. Gall.* Sibi esse in animo iter facere per prouinciam sine vlla maleficentia. *Plin. lib.* 9. *cap.* 9. Abest enim illa lasciuia, maxime tamen rostris canicularum maleficentiæ assimilati.

Mălĕfĭcĭōsĕ, aduerb. Insidiosè, nequiter, callidè. {κακούργως, ὑβριστικῶς. GAL. Malicieulement. ITALI. *Malitiosamente.* GERMANI. Beschafftlich. HISPAN. *Maliciosa y astutamente.* ANGL. *Mischieuouslie, wickidlie.*} *Cice. pro Cæcin.* Quum hoc nouæ litis genus tam malesiciose intenderet. Sic enim legit Calepinus: quum tamen constet, Malitiosè ibi, non maleficiose legendum esse: nam Maleficiosus & Maleficiose Latina non sunt.

[Malesuada. *Plaut. Mostell. sc.* 3. *act.* 1. Malesuada vitij lena.]

Mălĕuōlus, Inuidus, liuidus. {κακόνους. GALL. Malueuillant. ITA. *Maluagliente, nemico.* GERMA. Böswillig. HISPAN. *Cosa que mal quiere à otro, mal quisto.* ANG. *Euill willie, despit full.*} *Cic.* 3. *Tuscul.* Nam illam quidem noueram ex commemoratione alienorum malorum ad maleuolos consolandos esse accommodatam. *Idem ad Brutum*, Atque illo die cognoui paulò plures in senatu maleuolos esse, quàm gratos. [Maleuoli solatij genus est turba miserorum. *Senec. cap.* 13. *de Cons. ad Mart.* Garruli & maleuoli. *Plaut. Curc. sc.* 1. *a.* 4.]

Mălĕuōlēns, tis, Maleuolus. {κακόνους. GAL. Malueuillant. ITA. *Maluogliente.* GERMAN. ubel wöllend. HISPA. *Malquisto.* ANGL. *That willech euill. Plaut.* Viuo maleuolente genio natus. [Est miserorum vt maleuolentes sint & inuideant bonis. *Plaut. Capt. sc.* 4. *a.* 3. Manu malam rem mittunt malenolentibus (i. inimicis.) *Plaut. Pseud. sc.* 2. *a.* 4.

Mălĕuōlentĭă, æ, Inuidia, odium. {κακόνοια, δύσνοια.} GALLI. Malueuillance, & enuie. ITALIC. *Maleuoglienza.* GERMA. Böswilligkeit. HISPANI. *Malquerencia.* ANG. *Grudge malice.*} *Cicer. 4. Tuscul.* Maleuolentia est voluptas ex malo alterius siue emolumento tuo. *Item ad Quintum frater lib.* 1. Quanquam illorum erit verius iudicium obtrectatione & maleuolentia liberatum.

Mălīgnŭs, a, um, Qui malo est & deprauato animo, & consuetudine maleulous, *vt interpretatur Nonius*, parum gratus & memor in referenda gratia: cuiusque est contrarius Liberalis & benignus. {רע *ra'* רשע *raschâ'.* κακὸς θυμὸν, ὁ δύσνους. GALL. Maling, malicieux, mauuais. ITAL. *Maligno, scelerato, che ha mal' animo.* GERMAN. Bösshafftig/ vngütig/ missgunstig. HISP. *Maligno, malicioso.* ANG. *Malicious, that beareth euill will, that oweth grudge.*} *Plinius*, homo malignus & inuidus. ¶ Interdum idem quod iniquus, & alienus. *Terent. Hecy.* Sed vt fit, postquam hunc alienum ab sese videt, Maligna multò & magis procax facta illicò est. Hinc maligna via, quæ angusta & ardua est. *Virg.* 1. *Æneid.* Aditúsque maligni. Maligna lux, quæ subobscura est. *Idem* 6 *Æneid.* Quale sub incertam lunam, sub luce maligna. ¶ Interdum idem quod parcus, & minime liberalis: γλίσχρος, φιλοκερδὴς, cuius antitheton est Benignus. Hinc malignus ager dicitur, hoc est sterilis, quíque domino suo se quodammodo ingratum exhibet, semenque sibi creditum parum liberaliter refundit. *Virgil.* 2. *Georgic.* Difficiles primùm terræ collésque maligni. Laudatores quoque malignos dicimus qui intra modum & frigidè laudant, adeò vt præ inuidia ex meritis laudibus aliquid detrahere videantur. *Quintil.* In laudandis discipulorum dictionibus nec malignus, nec effusus. [maligno sermone carpere. *Suet. in Aug. cap.* 27. Non fuit ingenio fama maligna meo. *Ouid. Eleg. vlt. lib.* 4. *Trist.*]

Mălīgnĭtās, tatis, Quæ est peruersa, & deprauata voluntas. {רעה *ra'âh* רשע *reschâh* רשעה *rischâh.* κακοθυμία. GAL. Malignité, mauuaistié, malueuillance. ITALIC. *Malignita.* GERM. Böshafftigkeit/ vergunst. HIS. *Malignidad.* ANG. *Malice, ill will, grudge.*} *Plaut. in Capt. sc.* 1. *a.* 3. Nam hercle huic diei, si liceat, oculos effodiam lubens, Ita malignitate onerauit omnes mortales mihi. ¶ Quandoque pro parsimonia ponitur. *Liu.* Malignitas conferendi ex priuato. [*Et lib.* 5. Malignitas prædæ partitæ. Interdum pro inuidia. *Idem Liu. lib.* 34 *& lib.* 8. *d.* 4 *& Suet. In Calig. c.* 34. Nec minore liuore ac malignitate, quàm superbia fœuitiáque &c.]

Mălīgnè, aduerb. Peruersè, deprauatè, &, quod Cicero dicit, Malitiosè, parum candidè, & cum quadam parsimonia. {κακοθύμως, κακοηθικῶς. GALL. Malicieulement. ITA. *Malignamente, scarsamente.* GERMAN. Böse gütiglich/ vntrewtlich. HISPA. *Maliciosa y astutamente.* ANGLI. *Maliciouslie.*} *Liu. 3. ab Vrbe.* Maligne Senatus in vnum diem supplicationes Conciliun nomine fecit. Laudare aliquem maligne. *Horat.* 2 *Epist.* 1. [Neque enim benefacta malignè detrectare meum est. *Ouid.* 13. *Metamorph.*

Mălĭtĭās, atis, *legitur apud Vlp. l.* 5. *D. quod met. caus.* eodem modo vt Bonitatem dicimus: in vulgatis tamen eo loco contra autoritatem Pandectarum Florentinarum legitur mali.

Mălĭ ĭă, æ, Peruersitas, quæ virtuti seu bonitati contraria est. {רעה *ra'âh* רשע *réschâh* רשעה *rischâh.* κακία. GALI. Malice. ITAL. *Malitia* GER. Böshcit/ böshertigkeit/ schalcheit. HISPANI. *Malicia, astucia.* ANGLIC. *Malice, grudge.*} *Seneca*, In hoc si in malo bonitas, in illo extrema malitia ¶ Propriè autem Malitia est, cum quis data opera malè agit. *Senec*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*Epist.*47.Hoc habent inter cætera boni mores,placent sibi, & permanent:leuis est malitia,sæpe mutatur non in melius,sed in aliud. ¶Frequenter autem in vsu est pro versutia,μαδιεργία.*Cic.4.Tusc.*Huius igitur virtutis contraria est vitiositas : sic enim malo quàm malitiam appellare,quam Græci κακίαν appellant. Nam malitia, certi cuiusdam vitij nomen est : Vitiositas omnium. ¶ Antiquis Malitia vocabulum medium fuisse videtur, quod & in bonam partem accipi poterat. Hinc malitiam malam, legimus *apud Plaut.in Aulul.* Equidem(*inquit*)te ciuem sine omni malitia mala etiam Semper sum ratus. & nunc arbitror. ¶ Accipitur etiam quandoque Malitia pro inclementia,vel intemperie. *Plin.* Quod modo cæli,modò terræ malitia facit. *Varro*,id sæpe accidit malitia soli.

MĂLĬTĬŌSŭS,Versutus, callidus,astutus, fallax. {עקוב רשע רע *raschâh schâkôb.* μαδιεργός,πανοῦργος.GAL.Malicieux.ITAL.*Pien di malitia,malitioso.*GERM.Boßhafftig/boßfertig.HISP.*Malicioso,astuto.*ANG.*That beareth ill will,malitious.*} *Cicer.3.Offic.* Hoc autem celandi genus quale sit,& cuius hominis,quis non videt? certè non aperti,non simplicis,non ingenui,non iusti,non viri boni:versuti potius, obscuri, astuti, fallacis, malitiosi,callidi,veteratoris,vafri.Malitiosa iuris interpretatio.*Cicer.*1. *Offic.* [Malus & malitiosus homo.*Gell.cap.2.lib.9.*]

MĂLĬTĬŌSĔ,aduerb.Callidè,dolosè,versutè. {πανούργως. GAL. Malicieusement,par finesse & tromperie.ITA.*Maliciosamente.* GER.Boßfertitlich/ au ßbôſen liſt.HISP.*Maliciosa y astuamente.* ANG. *Malitiously,lie, by deceit and guile.*} *Plaut.in Mil.* [*sc.*6.*a.*2.feci insipienter, at non malitiosè tamen] id est,non feci vt deciperem. *Cicer.*2.*Verr.* Malitiosè necesse est istiusmodi rationi aliquo consilio obsistere. *Idem in Orat.* Et in eligendo fecit malitiosè. ¶Malitiosiùs gerere rem mandatam. *Cicer.pro Rosc.Amer.*

PĕĬŏr,& hoc peius,comparatiuum.{κακίων,κακὸν χείρων. GALLIC.Pire,plus mauuais. ITAL.*Peggiore,men buono.* GERM.Böſſer.HISP. *Peor,menos bueno.*ANG.*More naughtie.*} *Cicer.*2.*Tuscul.* Turpitudo peius est quàm dolor. [Nunquam peius facinus feci nec sceleſtius. *Plaut. Men.sc.*1.*a.* 3.Peiorem non potui cocum conducere.*Plaut.Pseud.sc.*2.*a.*3.Quid peius muliere, aut audacius. *Plaut. Mil.sc.*3.*a.*2. Duæ mulieres peiores vna. *Plaut. Curc.sc.* 1.*a.* 5. Peior illi res familiaris, quàm mens erat *Velleius.*]

PĕĬŭs,aduerb.Deterius,magis & vehementius. *Cic.lib.*7.*Epist.*Postremò vix verisimile fortasse videatur,oderam multò peius hunc quàm illum ipsum Clodium [*Plaut.Mil.sc.*1 *a.*2. Se ait non odisse quemquam peius. Quid illa pote peius muliere memorarier. *Plaut.Mostell.sc.*3.*a.*1. Peius cœno turpes mores collinunt,&c.*Ibidem.*]

PĕĬSĭmŭs,pen.corr.superlatiuum,vt Omnium pessimus poëta, *Catul.ad Marcum Tullium.* [Pessuli pessumi. *Plaut.Curc.sc.*2.*a.*1. Derides?Pessimus homo.*Plaut.Pseud.sc.*2.*a.*5.Salue multum serue Athenis pessime. *Plaut.Pseud.sc.*3.*a.*1. Pessimum est facinus malè ferire. *Plaut. Amph. sc.*1.*a.*2.Homo pessimè & nequissimè.*Plaut.Menæch. sc.*2.*a.*3. Plurimas res pessimas affert mala ætas.*Plaut.Men.sc.*2.*a.*5.Ex bonis pessimis sunt *Plaut.Capt.sc.*1.*a.*5.]

PĕĬSĭmē,aduerb.*Cicer.*5.*Verr.*Intelligit secum actum esse pessimè. [Pessimè ornatus eo.*Plaut.Aulul.sc.*6.*a.*4. Vt pessimè in medium proceſserim(i.aui sinistra,à la malheure.*Plaut.Capt.sc.*4.*a* 3.Pessimè metui, ne mihi,&c.*Plaut.Curc.sc.*3.*a.*5.]

PEĬORARE, verbum à comparatiuo peior factum,pro deteriorem reddere, quemadmodum meliorare,meliorem reddere. *Paul.lib.Sentent.*2.*cap.* 19.Homo liber qui statum suum in potestate habet & peiorare eum & meliorem facere potest.

MAMAVS, μάμας, Fluuius est Peloponnesi, in tractu Triphyliaco,non procul à Pylo,qui olim Amathus dicebatur,*Autor Strabo lib.*8.

MAMARCINA,μαμάρκινα,Vrbs Ausoniæ,Gentile Mamarcinæus.*Steph.*

MĂNĬPŬLŬS, li, A manu fit, & propriè ſignificat manualem herbarum faſciculum, quem manu quis apprehendit metendo. { אלמה *alummáh.* עמיר *hamír.* δέγμα ἰγκαλὶς. GALLI. Vne poignee, vne iauelle, vn boteau. ITALIC. *Manipolo, brancho, d'herbe.* GERMANIC. Ein buſchele ſo groß als es einer in der hand faſſen mag/ein handuol. HISPANIC. *El manojo de hierua.* ANGL. *A bottell an hand full.* } *Plin* 18. *cap.* 28. Iuſtum eſt vna opera iugerũ in die deſecari, alligaríque manipulos tria millia ducenta, quaternorum pondo. Manipulos fœni hic vocat *Plinius*, quos noſtri *Batellos* vocant, *inquit Budæus.* ¶ Ponitur etiam pro exigua militum manu, quæ vnum ſequitur ſignum. { λόχος, μανίπλιος. GAL. Vne chambree de dix hommes de guerre. ITA. *Manipolo.* GERM. Ein burß oder pott trigſleuten. HIS. *Senna de quadra eſquadra.* } Et in legione quidem erant triginta manipuli. Dictus manipulus (*vt inquit Varro*) quòd vna plures militum manus iunguntur. ¶ Seruius docet manipulos eſſe ſigniferos quòd imperante Romulo, quum Romani & Latini ſub vno centurione bellum aggreſſuri eſſent, manipulo herbæ haſtæ alligato pro ſigno vtercentur. *Ouid.3. Faſtorum*, Pertica ſuſpenſos portabat longa maniplo, Vnde maniplaris nomina miles habet. *At Veget.li.2.* ſcripſit manipulum vocari cõtubernium decem tantummodo militum ſub eodem tentorio degentium, quòd coniunctis manibus dimicabant. *Terent.in Eunuch.* Cedò alios: vbi centurio eſt Sanga & manipulus furum? hoc eſt manus militum. [Manipulus quid & manipulares. *Plutar.in Rom.* In legione (*inquit Gell.c.4.lib.16.* Sunt Centuriæ ſexaginta: Manipuli triginta: Cohortes decem. Miles pulchrè centuriatus es extinctio in manipulo. *Plaut.Curc.ſc.4.a.4.*] ¶ Inde Comman pulones, qui in eodem manipulo ſunt, & Commanipulatio quibus nominibus vtitur Spartianus. Manipulus quoque eſt militis tegumentum manus. Quare valdè importunos & gnauiter imperitos eſſe eos neceſſe eſt, qui hoc vocabulo pro tegumento manus (quod Græci χειρίδα, vel χειρόθηκην vocant) vti recuſant. *Sueton.* Sed cũ ad conſpectum eius concitus leo impetum feciſſet, manum manipulo inuolutam Lyſimachus in os leonis immerſit, arreptáque lingua feram exanimauit.

MĂNĬPŬLĀRĬS, ire, Quod ad manipulum pertinet, quódque eſt de manipulo: vt Miles manipularis, vnus è manipulo: quem & Manipularem abſolutè vocabant. { ἐκ τῆς αὐτῆς δυτελὴς, ἐκ τοῦ στρατιώτης. GAL. Qui eſt de la chambre ou compagnie de dix hommes de guerre. ITALI. *Della ſquadra di dieci homini.* GERM. Das zu rot trieg ſleuten gehört. HISPAN. *El que eſta debazo de eſquadra.* AN. *That is of the band of ten ſouldiours.* } *Plaut.in Moſtel.* Conueniunt manipulares: eccos, prædam participes petunt. *Cic.ad Atticum lib.9.* Et me vna hæc res torquet, quod non omnibus in rebus labentem, vel potius ruentem Pompeium, tanquam vnus manipularis ſecutus ſim. *Cæſ.7.bell.Gall.* Tres ſuos nactus manipulares atque ab iis ſubleuatus, murum aſcendit. [Quid manipularis. *Plutar.in Rom. Ouid.3.Faſt. Et Plaut. Moſtell.ſc.3.a.1.* Conueniunt Manipulares. *Ibidem*, prædam participes petunt. Manipulares ſequimini me inquit ductor primi pili, paulò poſt dicuntur eiuſdem centuriæ Cæſar.] Manipularius, Aliud adiect. à manipulo, vt Habitus manipularius, *apud Sucton.in Calig.* [*cap.9.*]

MĂNĬPŬLĀTIM, aduerb. Per manipulos. { κατὰ λόχον. GAL. Par petites bãdes. ITALIC. *Aſchiera* GERMA. Durch alle rotten/rottechtig/ mit rotten/ vnd triegsleuten. HIS. *De eſquadra en eſquadra.* ANGL. *Bybandes.* } Plaut. *Pſeud.* Manipulatim mihi Munigeruli facite ante ædes iam nic adſint. *Liu. lib.8.ab Vrbe*, Et quod antea phalanges ſimiles Macedonicis erãt, hoc poſtea manipulatim ſtructa acies cœpit eſſe.

MĂNĬŬS, Prænomen eſt, quo Romanorum quidã appellati ſunt, quod manè nati eſſent: quemadmodum Lucij dicebantur, qui prima luce naſcebantur. Hoc prænomine appellatus eſt Martius quidam, qui (*vt ſcribit Plin. lib. 18. cap. 5.* in ſumma annonæ caritate populo ſingulos frumenti modios ſingulis aſſibus vendidit *Cornutus in Perſ. Sat. 6.* Manios dici ait homines indecori vultus, quibus pueri terrentur, à manibus fortè, quòd Manes & laruas referre videntur.

MĂNLĬĂNĀ, Vrbs Luſitaniæ, Ptolemæo: vulgò *Mons maior.* ¶ Manliana item, Tuſcorum vrbs, Ptolemæo: hodie *Mallianum*, Pontificum villa.

MĂNLĬŬS, Capitolinus, Prænomine Marcus, Romæ magnæ in primis vir nobilitatis, qui re male geſta à Conſulibus ad Alliam contra Gallos Senones videns in mœnibus vrbis parum eſſe præſidij, lecta mille iuuenum manu, arcem Capitolinam occupauit, & à vi hoſtium ſeruauit intactam. A qua tamen ipſa arce, quod in affectati regni ſuſpicionem veniſſet, poſtea præcipitatus eſt: cautúmque eſt Senatuſcõſulto, nequis ex Manlia gente Marcus diceretur. De huius fortudine *vide Plin.lib.7.cap.28. Liuium li.6.* Hiſtoriam hanc ſcribit *Seruius, enarrans illud Virgilij.* In ſummo cuſtos Tarpeiæ Manlius arcis. [De eo & eius ſupplicio *Vide Plutarch.in Camillo.*] ¶ Fuit & T. Manlius Torquatus, cognomento imperioſus, quòd ſæuiſſimi exempli autor fuerit, filio ſuo maximæ ſpei iuuene, quòd contra imperium ſuum in hoſtem pugnaſſet, quanuis pugnatum eſſet fœliciter, virgis cæſo, & ſecuri percuſſo. Atque inde, Imperia Manliana dicta, apud *Liuium Decadis primæ lib.4.* De hoc vide *Gellium lib.9.cap.13.* ¶ Manlius Torquatus alius fuit, qui ob ingenij & linguæ tarditatem à patre in prædia ruſticana relegatus fuit: patrémque iudicio exemit à Marco Pomponio accuſatum, *vt ſcribit Liuius lib.4. Decadis 1.* ¶ Manlius Volſo, *cuius meminit Liuius lib.8.de bello Macedonico.* Cneus Manlius Volſo (*inquit*) Conſul in Aſia acceptis à L. Scipione copiis, & exercitu luſtrato contra Gallogræcos bellum geſſit, eſſque ſuperatis reuertens, quum in æde Bellonæ triumphum peteret, decem legati, qui cum eo miſſi fuerant, reſtitêre: inter quos L. Furius Purpurio, & L. Æmilius Paulus dicebãt ſe legatos Cn. Manlio datos, pacis fœderiſque cum Antiocho ineundi gratia: Manlium autem operam dediſſe, vt eam pacem turbaret, multóque nobiles viros in exercitu ſua temeritate morti obieciſſe: vicit tamen amicis atque cognatis ſuffragantibus, res feliciter geſtas, & exercitum integrum reportatum dicentibus, vt triumphus ei decerneretur. ¶ Manlius item alius fuit, Proconſul Hiſpaniæ: *cuius meminit Liuius lib.50. Autor Valer. Maximus lib.6. cap. De ſeueritate.* ¶ Manlius item Torquatus, alius Ciceronis temporibus vir doctus, ex Rhodia diſciplina Molonis, natura ad dicendum nec ſatis ſolutus, neque expeditus. Cui ſi vita ſuppeditaſſet, ſublato ambitu Conſul factus ſet. Plus facultatis habuit ad dicendum, quàm voluntatis. Itaque ludio huic non ſuffecit. *Hæc Cicero.* ¶ Fuit præter hos L. Manlius Torquatus, cui etſi non erat (*inquit Cicero*) oratio, quam Græci politicen dicunt: erant in eo plurimæ literæ, nec eæ vulgares, ſed interiores quædam & reconditæ: ſumma verborum & grauitas, & elegantia: atque hæc omnia vitæ decorabat grauitas: me quidem admodum delectabat. *Pædianus autem de eodem ſic ſcribit*, L. Torquatus, qui P. Syllam patris competitorem in Coniulatu accuſauit, qua accuſatione & ipſe Sylla & collega damnati ſunt. Rurſus eum accuſauit, quòd in coniuratione Catilinæ fuiſſet: defenditur à Cicerone, cuius extat oratio. ¶ L. Manlius pictor egregius, apud quem quum Seruilius fortè cœnaret, filiúſque eius deformes animaduerteret: Non ſimiliter (*inquit*) Manli fingis & pingis. Ad quem Manlius. In tenebris (*inquit*) fingo, in luce pingo. *Autor Macrobius.* ¶ Manlius, etiam alius fuit cognomento Antiochus, conditione ſeruus, arte aſtrologus acpoëta, vnà cum Plotio poëta mimorum, & Tiberio Erote Grammatico conſeruus, ex Aſia vna naui aduectus. *teſte Plinio lib.35.cap.17.* ¶ Fuit præterea alius hoc nomine, ex vtero mortuæ matris exectus, quem *Plin. lib.7. cap. 9. ſcribit*, Carthaginem cum exercitu eſſe ingreſſum. ¶ Manlius item Mathematicus, Romæ Auguſti temporibus fuit. Huius mentionem facit *Plin.lib.36.cap.10.*

MĂNLIĂNĂ imperia, Dicuntur dura, ſeuera & crudelia: quemadmodum à Græcis tyrannis & crudelitas, φαλαρισμὸς vocatur. Tractum prouerbiũ ab hiſtoria quam ſcribit. *Liu.lib.4. ab Vrbe*, de Manlio Torquato, qui filium, quòd contra edictum ſuum cum hoſte pugnaſſet virgis cæſum, ſecuri iuſſit percuti. *Vide Eraſmum in Chiliad.* ¶ Sunt & Manliana, malorum genera ab inſitore ſic dicta, *vt tradit Plinius lib.15.cap.14.*

MĂNNĂ, { מן *man.* μάννα, φροῦμελι, ἀεσόμηλι. GALL. Manne, comme miel qui tombe du Ciel. ITALIC. *Manna.* GERM. Mittaw himmelbrot. HISP. *Manna.* ANGLI. *Heauenly ſoode called man.* } Manna, Hebraicum vel certe Syriacum eſt vocabulum, quo ſignificatur ros melleus matutinus, *teſte Cælio lib.13.cap.56.* qui à Corn. Celſo Ros Syriacus appellatur. *Galenus li.3.de Alimentis*, autor eſt, hoc mellis genus copioſiſſimè colligi in Lioano Syriæ monte, eiúſque regionis ruſticos expanſis humi vellcribus, concuſsíſque arboribus plena ſæpe fictilia eius roris domum referre. ¶ Manna thuris, μάννα λιβάνου. *Dioſcoridi*: Micæ thuris ſunt è maioribus guttis, vecturæ concuſſione eliſæ. Omnis enim thuris ſubſtantia in antiqua medicina trifariam diuiſa fuit, in thus corticem thuris, & eiuſdem manna, quàm & pollinem thuris nonnulli appellarunt. A Græcis etiam ὑπόσιμα, à concuſſu dicitur: nihilque habet commune cum melle Aetio, quod voce ab Hebræis detorta recentiores Manna appellant. *Vide Plinium libr. 12. cap. 14. & Dioſcor. lib 1. cap. 72.*

MĂNNĪ, orum, Equi ſunt exigui tollutim veſtigia glomerantes: qui & Aſturcones ab Aſturia regione Tarraconenſis Hiſpaniæ, & Gradarij appellantur. { ὶ μάννοι, τὰ ἱππάρια. GALL. Chaualets. ITA. *Caualetti.* GERMA. Zättner rößlin. HISP. *Caullos enanos.* ANGL. *A litle ambling naige.* } *Horat.in Epod.* Et Appiã mannis terit. [*Vide Senec.c.88.*]

MĂNNŬLŬS, li, Equinus pullus. { ὁ μάννος, ἱππάριον μικρὸν GALL. Cheualet, petit cheual. ITAL. *Polebro, caualetto.* GERM. Ein füln. HISP. *Caullo, enano*

ωναιο ϕολλο hijo de caballo. ANGLIC. *A little horse or colte.*} *Martialis lib.* 12. Nullam est mulio, mannuli tacebunt. *Plin. Epist.* 67. Habebat puer mannulos multos, & iunctos, & solutos. habebat canes maiores, minoresque. ¶ Dicti autem sunt Mannuli, siue, *vt est apud Horatium*, Manni, quod manſuetudine manum ſequantur: *vt ſcribit Acron in illud Horatij, libr. 3. Carm.* Si per obliquum ſimilis ſagittæ Terruit mannos.

MANNACARTA, μανάκαρτα, Vrbs Arabiæ, Gentile Mannacartenis. *Steph.*

MANNEOS, μάννεος, Regio media inter fluuios, in qua habitant Arabes, Manneota μαννάται. *Steph.*

MANNVS, Filius fuit Tuiſconis Dei, aliàs Teutonis, à quo Alemanni ſe dici gloriantur. Vide in ALEMANNI. {GER. Der ander könig der Teutſchen/ein ſon Tuiſconis.}

Mano, manas, manare, Propriè deſtillo & minutatim fluo. {נטף *natáph* נזל *nazál.* μυχτάζω, ῥέω. GALLIC. Sortir, ſoudre, couler. ITALI. *Stillare, ſorgere, colare.* GERMANIC. Troffen / troffechtig rinnen oder flieſſen. HISPANI. *Manar como agua de fuente, deſtillar.* ANGLIC. *To ſpring, drop or ruine out.*} Tractum à Græcis, qui μανὸν rarum, & ſine denſitate appellant. *Feſtus* Manare à Manè aduerbio dictum putat, Soliſque proprium eſſe exiſtimat, quum orientes radij ſplendorem iactare incipiunt: ſed frequentiùs ad aquam & ad humores refertur. ¶ Per tranſlationem vſurpatur pro deſcendere, fluere, procedere. {נבא *ba.* ϕαίνεσθαι.} Et huiuſmodi res, quæ manat, quandoque in nominatiuo ponitur. *Virgil. 3. Æneid.* Tum gelidus toto manabat corpore ſudor. Quandoque in accuſatiuo. *Plin. lib. 14.* Arborum ſucco manantium picem, reſinámque aliæ ortæ in Oriente, aliæ in Europa feruntur. [*Liuius lib. 10. d. 4.* Manantia ſanguine ſpolia. *Catull. ad Ortallum.* Lætheo gurgite manans pallidulum alluit vnda pedem.] ¶ Quandoque in ablatiuo. *Liu. lib. 1. ab Vrbe*, Cultrum ex vulnere Lucretiæ extractum manantem cruore præ ſe tenens, id eſt fluentem, vel ſtillantem. Quandoque pro diſſeminari, diſpergi, ſerpere, per crebreſcere accipitur, atque id quidem tranſlatè. *Cicer. 2. Tuſcul.* Latius enim manabit hæc ratio, & aliquando maiorem locum, quam de vno dolore occupabit. ¶ Sic fama vel rumor rei alicuius dicitur manare, diuulgari, creſcere dilatari, & proferri latius. *Liu. lib. 7. ab Vrbe*, Diuiſa enim erant per Campaniæ vrbes, manauerántque à Capua conſilia in exercitum omnem. *Cicer. 14. Philipp.* Quum vt ſcitis, hoc triduo, vel quatriduo triſtis à Mutina fama manaret. ¶ Sic manat malum, apud eundem. *Philipp. 3.* * Manantia vlcera, *Plinius identidem* pro iis quæ ſerpunt accipit, *vt lib. 23. cap. 3. Budæus.* ¶ Huius verbi compoſita ſunt, Emano, & Permano: quæ vide ſuis locis.

MANALIS fons dictus, quia aqua ex eo perpetuò manat. ¶ Manalis vrceolus, ſiue gutturnium. Vas dicebatur ex quo aqua in pollubrum dimittitur. ὑδρία. ¶ Manalis lapis, Oſtium eſt Orci, per quod animæ inferorum ad ſuperos manant, qui dicuntur Manes. Manalem lapidem etiam vocabant petram quandam, quæ erat extra portam Capenam, iuxta ædem Martis: quam quum propter nimiam ſiccitatem in vrbem pertraherent, ſequebatur ſtatim pluuia: eúmque, quòd aquis manaret, Manalem lapidem dixêre. *Feſtus.*

MANOBARBVLVS, Teli genus ſimile plumbeæ pilæ, quo vtentes milites ipſi Manobarbuli dicti ſunt. Hi poſtea à Maximiano Cæſare, quòd ſe fortiter in Illyrico geſſiſſent, Iouiniani, & Herculiani dicti ſunt: Sipontinus putat eſſe vocabulum peregrinum.

Manon, {μάνον.} Spongiæ genus minus ſpiſſum, & mollius τῶν τῆς μανίδος, hoc eſt à raritate appellatum. *Plin. lib. 9. cap. 45.* Spongiarum tria genera accepimus: ſpiſſum, prædurum & aſperum. tragos id vocatur: minus ſpiſſum & mollius, Manon: tenue denſúmque, ex quo penicilli, Achilleum.

MANSISTERNA, Aquæ vrna id eſt vrceus. {ὑδρία.} *Plaut. in Bacchid.* Effer manſiſternam cum aqua foras.

MANSVETVS, a, um. Mitis, cicur, quaſi manuaſſuetus, quòd omnia quæ ſunt natura fera, manuum permulſione miteſcant. {ἥμερος ἡμερόω, πρᾶος, ἥμερος. GALLI. Doux & traittable, priué & appriuoiſé, ITAL. *Manſueto, dolce, traittabile.* GERM. Senfft/ſam/geſchlacht. HISP. *Manſo.* ANGLIC. Meeke, *tame, mylde.*} *Virg. 7. Æneid.* Ille manum patiens, menſæque aſſuetus herili. *Terent. in Andr.* Hæc ego putabam eſſe omnia humani ingenij, Manſuetíque animi officia. *Cic. 3. Philipp.* Illud quæro, cur tam ſubitò manſuetus in ſenatu fuerit, quum in edictis tam fuiſſet ferus? *Ouid. 3. Triſt. Eleg. 6.* Numinis vt læſi fiat manſuetior ira. *Idem in Ibin.* Huic igitur meritas grates, vbicunque licebit Pro tam manſueto pectore ſemper agam. *Cic. 2. de Oratore*, In moribus ſuis erga neceſſarios declarandis manſuetiſſimus. *Feſtus*, Manſuetus, neque miſericordia mœſtus, neque crudelitate ſæuus, ſed modeſtia temperatus. [Nequeo te interdictis facere manſuetá meis. *Plaut. Aſin. ſc. 1. a 3.* Reddam te ex fera fame manſuetum (aliàs manſuetem) *Idem Ibidem ſc. 2. a. 1.*] ¶ Beſtiæ manſuetæ, etiam placidæ, & cicures dicuntur. *Plin.* trifariam diuidit animantia: in placida, fera, & inter hæc media. Nam hirundines, apès, delphini, nec placida ſunt, nec fera: ſed mediæ inter vtrunque naturæ.

MANSVETÈ, aduerb. Placidè, clementer. {ἡμέρως. GALL. Doucement, paiſiblement. ITAL. *Dolcemente.* GER. Gutiétlich/ſenfftiétlich/lieblich. HIS. *Dulce y manſamente.* ANG. Meekelie, *gentlie.*} *Cicer. pro Marcel.* At verò quum aliquid clementer, manſuete, iuſte, moderate ſapienter factum, in iracundia præſertim, quæ eſt inimica conſilio, & in victoria, quæ natura inſolens & ſuperba eſt, aut audimus, aut legimus, quo ſtudio incendimur, vt eos ſæpe, quos nunquam vidimus, diligamus.

MANSVETVDO, manſuetudinis, Lenitas, clementia, facilitas, &, vt inquit Speuſippus, conſtãtia animæ aduerſus iræ impetum immobilis. {ענוה *ánavah.* πραότης. GALLIC. Douceur, humanité, priuauté. ITA. *Manſuetudine, humanità.* GER. Senfftmut. HISP. *Manſedumbre.* ANG. *Meekeneſſe.*} *Cic. 1. Offic.* Quid ad hanc manſuetudinem addi poteſt, eum, qui cum bellum geras, tam molli nomine appellari?

MANSVEFACIO, cis, Manſuetum reddo, domo, cicuro. {למך *limmádh.* ἡμερόω. GALLI. Appriuoiſer, adoucir, domter. ITA. *Domeſticare far manſueto.* GER. Zam machen/zämmen. HISPA. *Amanſar.* ANGLIC. *To make, to tame.*} *Plin. lib. 8. cap. 16.* Primus autem hominum leonem manu tractare auſus, & oſtendere manſuefactum. *Liu. lib. 3. ab Vrbe*, Paulatim permulcendo, tractaudóque manſuefecerant plebem. *Cic. 1. Tuſcul.* A quibus manuetacti, & exculti, à neceſſariis artificiis ad elegantiora defluximus. * ¶ Manſuefactum. *Cæſar*, multaque erant intra eum locum manſuefacta, quibus interim iumenta paicerentur. Id eſt, vt ipſe dicit, inter munitiones ſata *Budæus.*

MANSVEFIO, Manſuetus fio, manſuefco, cicuror. {למך *lummádh.* ἡμερόομαι. GALL. S'apprinoiſer. ITALI. *Mitigarſi deuenir manſueto.* GERMA. Zam werden. HISP. *Ser a manſado.* ANG. *To waxe meeke or tame.*} *Cæſar 6. bel. Gallic.* Sed aſſueſcere ad homines, & manſuefieri, ne paruuli quidem excepti poſſunt.

MANSVES, etis, Antiqui dicebant pro manſueto. {ענו *ánav.* ἥμερος. GALL. Doux, traittable, priué, appriuoiſe. ITAL. *Manſueto.* GERM. Senfft oder ſenfftmütig/zam. HIS. *Manſo, amanſado.* ANG. *Meeke, gentill.*} *Plaut. Aſin.* [*ſc. 2. a. 1.*] Reddam ego te ex fera fame manſuetem. *Accius Meleagro*, Nunc me matrem manſues miſericordia capſit.

MANSVESCO, is, Manſuetus fio, miteſco. {למך *lummádh.* ἡμερόω, ἡμερόομαι. GAL. Deuenir doux & priue & s'adoucir & appriuoiſer. ITAL. *Diuenir domeſtico, laſcia la ſaluatichezza.* GERM. Zam werden/ſenfft oder mild werden. HISPA. *Amanſarſe, ſer amanſado.* ANGLIC. *To waxe meeke.*} *Colum. lib. 7.* Nam per hæc blandimenta triduo feræ manſueſcunt. *Virg. 4. Georg.* Neſciáque humanis precibus manſueſcere corda. *Idem 2. Georg.* Tellus manſueſcit arando *Varro lib. 1. de Re ruſtica*, pro manſuefacio vſus eſt. Sic ex animalibus, quum propter eandem vtilitatem, quæ poſſent ſylueſtria deprehenderent, ac concluderent & manſueſcerent. Fortaſſe legendum manſuefacerent.

MANSVETARIJ, Qui feras manſuefaciunt. {מלמדים *melammedhim.* ἡμεροτάται. GAL. Appriuoiſeurs, qui appriuoiſent les beſtes ſauuages. ITA. *Coloro che domeſticano le fiere.* GERM. Thierzämmer. HISP. *Los que amanſan ò doman animales brauos.* ANG. *Whichtameth wild beaſtes.*} *Lampridius in Helioga.* Habuit leones, & leopardos, quos edoctos per manſuetarios, ſubitò ad ſecundam menſam iubebat accumbere, *Iul. Firmicus lib. 8. Matheſeos*, Septentrione oriente nati; erunt manſuetarij ferarum.

MANTALVS, μάνταλος, Phrygiæ oppidum, ita dictum à Mantalo conditore. Gentile Mantalenus, μανταλώτης. *Steph.*

MANTARE, Veteres pro manere vſurpabant, *teſte Nonio*, μένειν. *Plaut. in Pſeud.* At dabit, parabit aliquid hos dies, manta modò. *Cæcilius Hypolimeo apud Nonium*, In voltu eodem, in eadem mantat malitia. *Plaut. Pſeud.* nos herus apud ædem Veneris mantet.

MANTELUM, manteli, & Mantelium, mantelij, & Mantelè, mantelis, compoſita dictio ex Manus, & Tela, idem quod mantile, linteolum quo manus tergere ſolemus. {χειρόμακτρον. GAL. Seruiette ou touaille à mains, ou nappe. ITAL. *Mantile, touaglia.* GERM. Ein handzwehel/ tiſchzwel. HISP. *Pannizuelo de manos ò touaja.* ANG. *A table napkin, a towell.*} *Ouid. lib. 3. Faſtorum*, Dixerat ad dextram villis mantele ſolutis. *Martial. lib. 12.* Mantele è menſa ſuſtulit Hermogenes. Aliqui hoc in loco legunt Mantile: quod tamen in idem recidit, vt ſuo loco dicemus. ¶ Mantelia, ſeu Mantela accipiuntur etiam pro penulæ genere, quo ſe, vt lorica milites, ſolent munire: ſiue pro thorace, quo pectus armatur. Græci hanc μανύαν vocant, *vt Suidas ait; Plin. lib. 7. cap. 2.* Oſſibus humanorum capitum bibere, cutibúſque cum capillo pro mantelibus ante pectora vti. ¶ Ponitur metaphoricè; pro tegmine quolibet, ſiue velaméro in quo fraudis aliquid & fallaciæ lateat. *Plaut. in Capt.* [*ſc. 3. a. 3.*] Nec mandacis ſubdolis mihi vſquam mantelum eſt meis. Ponitur ibi pro pallio, latebra aut quouis alio tegmine, quo dolus tegi poſſit.

MANTIS, mantis, Latinè, vates, diuinus. {קסם *koſém.* μάντις. GALLI. Deuin, ſorcier. ITAL. *Indouino.* GERM. Ein weiſſager/ oder warſager. HISP. *A deuino ò adeuina.* ANGL. *A diuinour or ſoothſayer.*} *Cicer. 1. de Diuinat.* Nam Athenienſes omnibus ſemper publicis conſiliis diuinos quoſdam ſacerdotes, quos Mantes vocant, adhibuerunt.

MANTEUM, mantei, penultima producta. {דבור *debír.* μαντεῖον.} Locus oraculis dicatus. *Cic. lib. 2. de Finib.* Vt quaſi de manteo promanant medicamenta illa Epicurea, dolor ſi grauis, breuis: ſi longus lenis. Vetera exemplaria habent, de narthecio. *Plin. lib. 5. cap. 29.* Ab Epheſo menteum aliud colophoniorum.

MANTICE, mantices, penult. corrept. Diuinatio. {μαντική. GAL. L'art & ſcience de deuiner. ITAL. *L'arte d'indouinare.* GERMA. Die kunſt der weiſſ ſagens. HISP. *Arte para ademinar.* ANGL. *The art of ſooth ſaying or telling of thinges to come.*} *Cicer. 1. de Natur. deor.* Sequitur μαντική veſtra quæ Latine Diuinatio dicitur.

MANTIA, æ, Diuinatio, vaticinum. {קסם *kéſem.* μαντεία. GALL. Deuination. ITAL. *Diuinatione, profetia.* GERM. Weiſſagung. HISP. *Diuinacion.* ANGLIC. *Diuination, ſoothſaying.*} A Mantia per compoſitionem fiunt Necromantia, Hydromantia, Pyromantia, & alia huiuſmodi, quorum penultima producitur. *Vide ſupra in dictione* MAGIA.

MANTHYREA, μανθυρία, Vicus Arcadiæ, Gentile Manthyreus.

MANTICA, cæ, pen. corr. Perula viatoria, qua ſcilicet iter facientes viaticum, aliáve neceſſaria circunfetunt. {ערור כים *chis tſerór.* πήρα. GALLIC. Bourſe ou gibeciere, beſace ou biſſac. ITAL. *Biſaccia.* GER. Ein waldſack / ein ſack in welchen einer alle ding thut wann einer vber feld reiſt/ein watſack. HISPAN. *Los arguenas ò alforjas ò mochila.* ANGL. *A bagge of leather, purſe or pouche.*} Finxit Æſopus mortales ſingulos binas habere manticas, quarum altera ante pectus, altera à tergo propenderet: ſed in priorem aliena vitia coniicere, in poſteriorem ſua. Hinc ortum eſt prouerbium, homines non videre quod in tergo máticæ eſt, hoc eſt quum aliena vitia acutiſſimè videant, in ſuis prorſus cæcutire. *Cacull. ad Varrum*, Sed non videmus, manticæ quod in tergo eſt.

MANTICVLA, pro parua mantica, in qua (*vt ait Feſtus*) pecunias ſuas teniores ſolent recondere, τὸ πηδίον.

MANTICVLARIVS, Dicitur fur, qui inferens ſe confertæ multitudini, marſupia aperit ſecat, aut artificio doloſo aperit, & euacuat, ablata pecunia. {ζαλαρωτόμος. GAL. Coupebourſe. ITAL. *Tagliaborſe.* GER. Ein ſeckel

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

raumet/ein secket abſchneider. HISPA. *Ladron cortabolſas.* ANGLI. *A purſe cutter.* } Dictum à manticulis, in quibus tenuiores, teſto Feſto, pecuniã recondebant.

Mantĭcŭlātĭo, Aſtus & fraus, furtum, inciſio loculorum, κατασκάμμα.

Mantĭcŭlŏr, aris, Eſt, *autore Feſto*, furandi gratia manticulas attrectare. ψηλαφῶμαι. GAL. Desrober. ITALI. *Far l'arte del furbo. vccellare à borſe mariuolare, rubbare.* GERMA. Einem zum ſecket greiffen darauß zu ſtälen. HISP. *Deſalforjar.* ANGLI. *To ſteall, to pike a purſe.* } Inde ponitur pro aliquid doloſè ago. *Pacu.* Ad manticulandum aſtu aggreditur. Hoc verbo etiam vſus eſt *Plaut. in Captiuis.* [*ſc.*1.*a.*4.] Sume, poſce, prome quidquis: te facio cellarium. Nam hercle niſi manticulatus probe hæc fuiſti, petito, Æternum tibi dapinato victum, ſi vera autumas.

Mantĭcŏrā, μαντιπάρας, Beſtia in India quæ triplicem dentium ordinem, & hominis faciem vnà cum corpore leonino habet, humanas carnes maximè affectans. *Plin. libr.*8. *cap.*21. De manticora ſic ſcribit *Aelian. lib.*7. *cap.*2. Apud Indos (*inquit*) naſcitur immenſo robore animal, cui Indorum lingua Manticora nomen eſt, magnitudine maximi leonis, colore rubrum, canis modo villoſum, facie eadem propè quæ hominis, dentium triplici vtrinque ordine acutiſſimorum, caninis maiorum, auribus hominis ſimilibus, niſi quòd hæ & grandiores & villoſiores ſunt: oculis cæſiis, & his non diſſimilibus hominis: pedibus & vnguibus iiſdem, qui leonis. Summa cauda illi ſcorpionis modo terreni, aculeo plus quàm cubitali armata: reliquum caudæ vtrinque aculeis cuſpidatum eſt: quos, tanquam tela, ſiquis inſequatur, eminus iaculatur. Humanis carnibus maximè delectatur: quocirca complures homines interficit: nec ſingulos duntaxat homines inuadit, ſed plures collectos ſolùm interimit. ¶ Ideò Indicè Manticora appellatur: quòd beſtia ſit hominum conficientiſſima, ex rebus quas gerit, nomen trahès. *Vide plura Aelianum loco iam indicato.*

Mantĭlĕ, lis, penultima producta, generis neutri. Mantelum, linteolum ad detergendas manus factum. {χειρόμακτρον. GA. Seruiette ou touaille à mains, nape. IT. *Mantile, touaglia.* GE. Ein handzwehel/tiſchzwehel. HI. *Pannizuelo de manos, touaja.* AN. *A ſeruiett, a towell.* } *Virgil.*4. *Georgic.* tonſiſque ferunt mantilia villis. *Seruius inquit*, maiores mappas villos habuiſſe. Epigramma eſt *apud Martialem lib.*14. de mantili, ſiue Gauſapa villoſa, Nobilius villoſa tegant tibi lintea citrum, Orbibus in noſtris circulus eſſe poteſt, *Plin. lib.*7. *cap.*2. Cutibúſque cum capillo pro mãtilibus ante pectora vti. Quo tamen in loco, in pleriſque Plinij codicibus Mantelibus legitur per ſecundam vocalem in antepenultima.

MĀNTĪNĔĂ, penultima producta, μαντίνεια, Vrbs Arcadiæ, quæ poſtea Antigonia dicta fuit, in adulationem Antigoni eius, qui Philippo Perſæ patri curator regni fuit. Sed poſtea Hadriani Imperatoris iuſſu rurſus Mantinea fuit appellata.

Mantīnēŏs, tinea, tineũ: vt Prælių Mantineũ quod inter Thebanos & Lacedæmonios eorũq; ſocios apud Mantineã contigit: in quo Epaminõdas Thebanorum dux victoria iam propemodum potitus, cecidit. Vide *Xenoph. de rebus Græcorum lib. vlt. & Plutarc. in vita Epaminondæ.*

Mantĭs, Diuinus vel vates. *Vide poſt* Mantelum.

Mantĭſſă, Lingua Tuſca, *autore Feſto*, dicitur additamentũ rei quæ venditur, id eſt pauxillũ illud quod adiicitur ponderi: ita dictũ quòd manu addatur. { προσθήκη. GA. Addition ou poix. ITAL. *Giunta.* GER. Einzug das man in einem kauff zugibt. HISP. *Anadidura al peſo juſto.* ANG. *An addition to that which is ſold.* } *Lucilius*, Mantiſſa obſonium vincit.

MĀNTĬŬS, μάντις, Melampi filius ex Iphianaſſa filia Prœti & pater Polyphidei, & Cliti, *Homer. lib.*15. *Odyſſ.*

[Manto, as, are, pro manſito: *Plaut. Moſtell. ſc.*2.*a.*1. Vſque dum mantant, domum parietes ruunt.]

MĀNTŌ, huius Mãtûs, μάντις, Mulier fatidica fuit Tireſię Thebanorũ vatis filia. { GE. Ein weiſſagerin/ein tochter Tireſiae. } Quę quũ poſt patris obitũ Creõtis, & Theſei tyrãnidẽ fugeret, primũ in Asiã venit: vbi Apollinis Clarij tẽplũ cõdidit, deinde etiã in Italiã, vbi ex Tiberi fluuio (vt poetę fabulantur) vel ex Tyberino rege Ocnum peperit: qui poſtea ad Padũ fluuium vrbem condidit, quam à nomine matris Mantuam appellauit.

MĀNTŬĂ, μάντυα, ἡ μάντυα *Stephano*, Vulgo *Mantoua.* { GER. Mantaw. } Vrbs eſt clariſſima ab Ocno filio Tyberis, & Matûs Tireſię Thebani vatis filię ad Padũ cõdita, & à nomine matris eius Mãtua appellata. Vnde *Virg. li.*10. Ille etiã patris agmẽ ciet Ocnus ab oris Fatidicę Mantûs & Tuſci filius amnis, Qui muros, matriſq; dedit tibi Mantua nomẽ. Poëtarũ clariſſimo illuſtriſſimóq; Virgilio Marone gloriatur Mãtua, cuius fœlix ingenium tam omnes efferre debẽt, quàm imitari nulli poſſunt.

Mantŭānŭs, mantuana mantuanum, μαντουανὸς, ἡ μαντουάνις. à Mantua deductum nomen, Vnde Mantuanus Homerus, Virgilius dictus eſt. Fama mantuana, *Stat.*4. *Sylua.*

Mănŭbĭæ, & Manubrium, vide pòſt MANVS.

Mānum, Dicitur clarum, Mane, poſt tenebras diei pars prima. *Nonius.*

Mănŭs, huius manus, à manando dicta eſt, quòd ex brachiis manat, vel quòd ex ea manent digiti, {יד *jadh.* χείρ GA. Main. ITA. & HIS. *Mano.* GERMA. Ein hand. ANG. *The hand.* } *Ouid. Epiſt.*17. Iam tibi formoſam porriget illa manum. *Catull. Berecyntia.* Niueis citata cepit manibus leue tympanum. *Virgil.*1. *Æneid.* Tendentémque manus Priamũ conſpexit inermes. [Finem non operiri, ſed manu facere (*i.* vim vitæ ſuæ adferre.) *Sene. Epiſt.*59. Manu ſua finem vitæ fecit. *Senec. cap.*19. De vita beata. Manu facere orbitatém, *i.* ſcribendo exhæredare. *Idem c.*19. *de Conſol. ad Mart.* Manus noſtræ oculatæ ſunt. *Plaut. Aſin. ſc.*7. *a.*1. Talos poſcit in manum. *Plaut. Curc. ſc.*3. *a.*2. Si mihi dantur duo talenta argenti numerata in manum. *Plaut. Aſin. ſc.*3. *a.*1. Si ſtimulum cepero in manum. *Plaut. Aulul. prolog.* Manus leuis artificis (*i.*: docta & facilis) *Martial. Epigr.*52. *lib.*6. In auro nihil præter manus pretium intertrimenti fit. *Liu. lib.*4 *d.*4. Manus ſolent ad id decurrere quod dolet. *Sen. cap.*17. *de Conſol. ad Heluiam.* Da mihi optima manum fœmina, ſalutantis. *Plau. Aul. ſc.*3. *a.*1. Vbi manum iniicit benignè. *Ibid. ſc.*4. *a.*1. Impuris illis omnibus adij manum *Pla. Aul. ſc.*5. *a.*2. Manu ſalutem mittunt beneuolentibus. *Plau. Pſeud. ſc.*2. *a.*4. Cedo manum in Salutando. *Plau. Capt. ſc.*1. *a.*4. & *Curc. ſc.*3. *a.*2. & *Pſeud. ſc.*5. *a.*4. Manum oſculabãtur veteres. *Suet. in Tib. c.*72. Manus lauabant pòſt epulas. *Sene. Epiſt.*89. Tutius eſt fictis contendere verbis, quàm pugnare manu. *Ouid.*13. *Metamorph.* Crepabunt malæ tibi. *Plau. Mil. ſc.*5 *a.*1. Quanuis manus vltima cœpto defuit. *Oui. Eleg.*1. *lib.*3. *Triſt.* Manus demens ſtudiis irata, & *Oui. Eleg.*1. *lib.*4. Manum commodare (ad necem.) *Velleius.* Manu reddere (*i.* Manu propria) *Sue. in Tib. c.*34. Manus lumina operiendi defuit. *Quinti.* Quædam ingenia manu, vt aiunt facienda ſunt. *Senec. Epiſt.*53. In maledicto plus iniuriæ, quàm in manu. *Quinti.* Manu prima deformatum Marmor. *Quintil.* Manu ſtrenuus. *Gell. cap.*8. *lib.*4. Non ſubducta ceruice, nec manibus oppoſitis recipere ferrum. *Senec. cap.*11. *de Tranquill.* In manibus victoria. *Liu. lib.*5. *d.*4. Manus penulis continere. *Suet. in Galba cap.*16. Manu promptus, Vide promptus. A manu ſeruus. *Suet. in Cæſ. cap.*74. *Item*, Manus remittere. Quitter la main in ludo. *Suet. in Aug. c.*71.] ¶ Plena manu. [*Senec. Epiſt.*33.] hoc eſt ampliter, copioſè, prolixè, minimèque maligne. *Ci. Attic. li.*2. At hercle alter tuus familiaris Hortenſius, quàm plena manu, quàm ingenue, quàm ornate noſtras laudes in aſtra ſuſtulit. ¶ Manu breui Vlpianus eleganter poſuit pro directò & ſine ambagibus. Quoties, *inquit*, extraneus accepto fert debitori dotis conſtituendæ cauſa, ſiquidem nuptiæ inſecutæ non fuerint, liberatio non ſequitur: niſi forte ſic accepto tulit, vt velit mulieri in totum donatum: tunc enim credendum eſt breui manu acceptum à muliere & marito datum, id eſt, quaſi mulier nõ per acceptilationem & circuitionem illam, ſed directò per manum ipſius creditoris, pecuniam accepiſſet & marito dediſſet. ¶ Contrà, Manu longa Iauolenus figurata locutione dixit, pro flexuoſe & obliquè. *l.*79. *Ex Hotomano.* ¶ Manufactus, χειροποίητος, vna dictione, ſiue duabus (naturalis. *Celſus.* Naturales vel manu factæ nationes. *Cic.*3. *de Finib.* Quid enim aut in natura, qua nihil eſt aptius, nihil deſcriptius: aut in operibus manufactis tam compoſitum, támque compactum, & coagmentatum inueniri poteſt? ¶ Manus præterea inſtrumentum, & relinquale dicitur, quo naues harpagonibus rapræ tenentur: à manus humanæ ſimilitudine, *Plin. lib.*7. *cap.*56. Anacharſis harpagonas, manus Pericles Athenienſis inuenit. ¶ Item Manus, multitudo vocatur, vel exercitus. *Virg.*6. *Æneid.* Hîc manus ob patriam pugnando vulnera paſſi. *Idem* 6. *Æneid.* Iuuenum manus emicat ardens Littus in Heſperium. [Manus hæc Ciceronem inſequebatur (*i.* turba, natio.) *Quintil.* Mota manus procerum eſt. *i.* multitudo. *Ouid.*13. *Met.* Denique vt voluimus, noſtra ſuperat manus, (*i.* exercitus) *Plaut. Amphitr.* Sic manus Clientum. *Suet in Tiber. cap.*1. Manus equitum. *Suet. in Cæſ. cap.*14. Manu facta irrumpere. *Cæſ. lib.*3. *bell. ciuil.* Sic ſit tibi ſeruа manus (*i.* turba ancillarum) *Ouidius lib.*5. *Faſt.*] ¶ Accipitur etiam Manus pro poteſtate: vt quum dicimus, rem aliquam in manu noſtra eſſe ſtam, quod Græci dicunt, διὰ χειρὸς ἔναι. *Lucanus lib.*1. In manibus veſtris, quantus ſit Cæſar habetis. Hinc mulieres in manum conuenire dicebantur, quum per coëmptionem matresfamilias factæ eſſent: *de quare Boetius in Topic. & Vlp. in Inſtitut.* [In manu mancipióque (viri) eſſe matrimonij cauſſa. *Gel. cap.*3. *lib.*4. Quia tibi in manu eſt quod credas. At ego quod dicam mea in manu eſt, id eſt, liberum, arbitrarium. *Plautus Merc. ſc.*4. *a.*3. Quibus eſt ea res in manu (*i.* in poteſtate.) *Plaut. prolog. Amphit.* Iſtuc tibi eſt in manu. *Ibid. ſc.*1. *a.*2. Cui plus in manu ſit quàm tibi, (*i.* poteſtatem maiorem habet dandæ pecuniæ) *Idem Aſin. ſc.*1. *a.*1. In manu & tutela. *Liuius.*] ¶ Manumittere, Eſt de ſeruo liberum facere, libertatem dare. ἀφίημι. *Cic. pro Cælio*, Adſunt ſerui ex cognitorum ſententia manumiſſi. ¶ Manumiſſus, liberatus à poteſtate domini. ἀπολελυθερωμένος. Nam quandiu quis in ſeruitute eſt, manui, hoc eſt, poteſtati ſubditus eſt. ¶ Interdum verbũ hoc diuiditur: dicimúſque Mittere manu, vel emittere manu. *Plau. in Aulul.* Igitur orabo, vt manu me mittat. Frequentius coniunctim ſcribitur. [Alienos manumittitis, alieniſque imperatis *Plau. Curc. ſc.*2. *a.*4. Ibo igitur orabo vt manu me mittat (quia aurum reperi) *Pla. Aul. ſc.*1. *a.*5. Volo me emitti manu. *Ibi. Et Capt. ſc.*3. *a.*2. Dicitur & manu emittere. *Li. l.*4. *d.*3. Et manu emiſſus vide Emiſſus.] ¶ Hinc Manumiſſio, quæ eſt datio libertatis. *Ci. pro Cælio.* Sed ſcire cupio, quid habeat argumenti iſta manumiſſio. Erat autem mos in manumiſſione, vt dominus caput, aut aliud mẽbrum ſerui tenens, diceret, hũc hominem liberum eſſe volo, & mittebat eum è manu: Inde manumiſſio dicta eſt, & manumiſſus, à poteſtate liberatus. [Manumiſſioni vacaturus tribunal conſcendit. *Suet. in Galba. cap.*10.]

¶ Item Manus capitur pro proboſcide elephanti, quòd ea in decerpendo pabulo pro manu vtatur elephantus. *Curt. lib.*4. *de elephanto loquens*, Præcipuè terribilis illa facies erat, quum manu arma viroſque corriperent, & ſuper ſe regentibus traderent. *Idem de eodem*, Copidas vocabant gladios leuiter curuatos, falcibus ſimiles, quibus opperiebant belluarum manus. ¶ Nonnunquam pro ſcriptura manuum. *Quintilian. lib.*1. *de Orthographia*, Cauſſa. Caſſus. Cicero & Virgilius ſcripſerunt: ſic manus eorum docent. *Cic. ad Attic. lib.*4. Occupationum mearum vel hoc ſignum erit, quod epiſtola librarij manu eſt. *Idem ad Attic. lib.*11. Quibus tibi videbitur, velim des literas nomine meo: noſtri familiares ſignum requirent, & manum: dices iis, me propter cuſtodias eas vitaſſe. *Budæus.* * Manus in ludo dicitur id quod ſibi tollit qui proficit Venerem. *Auguſtus in quadam Epiſt. quam recitat Suet. cap.*71. *in Auguſto.* Ego perdidi viginti millia nummũm meo nomine: ſed quum effuse in luſu liberalis fuiſſem, vt ſoleo plerunque. Nam ſi, quas manus remiſi cuique, exegiſſem, ac retinuiſſem quod cuique donaui, viciſſem vel 1. Millia. ¶ Manum conſerere, Eſt prælium incipere, & comminus pugnare, συμβάλλειν, συμπλέκεσθαι. Proprie tamen Manum conſerere, nihil aliud eſt, quàm manus coniungere. Apud Iuriſconſultos autem Manum conſerere dicebantur litigantes, quum in agrum, aut aliam rem, de qua lis erat, profecti, præſente Prætore rem litigioſam manu apprehendebant, ſuúſque ſuum in re præſenti vindicabant. Poſtea tamen propagatis Italiæ finibus, Prætoribúſque aliis negotiis occupatis: placuit vt litigantes ſine Prætore in agrum proficiſcerentur. glebaque inde in ius ad prætorem deferrent, & in ea, tanquam in toto agro, vindicarent, aduerſariúmque ex iure manu conſertum ad Prætorem vocarent. *Vide ea quæ de hoc annotauimus in verbo* Conſero. Vſus autẽ obtinuit, vt verbo ad rem militarem tranſlato, Manum conſerere, pro pugnare, inire prælium, cum hoſtibus ſigna conferre, dimicare, certare diceretur. ¶ Manibus prælium facere, Eſt manus conſerere. *Sallu. in Iugurtha.* Romani pro ingenio quiſque, pars eminus glande, aut lapidibus pugnare: alij ſuccedere, ac modò murum ſuffodere, modò ſcalis aggredi, cupere manibus prælium facere. ¶ Manu docere, Eſt aperte docere. *Cic. l. de Natura deorum*, Epicurus autem res occultas, & penitus abditas non modò viderat animo, ſed etiam ſic tractauit, vt manu doceat nos, eam

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

nos,eam esse vim & naturam deorum. ¶ Primas & secundas manus, *apud Quintilianum lib.5.* Hermolaus vocari posse ait,quando fissis recentes succedunt:sed tamen potius ictus significari videntur,*vt ait Budæus.* ¶ Inter manus arripere aliquem, est collatis simul manibus aliquem sublimem ferre. *Plau.in Mostell.* Arripite hunc intro actutum inter manus. Inter manus aliquid esse dicitur per translationem,pro in potestate esse,*Virg.* Ante oculos, intérque manus sunt omnia vestras. ¶ Versari inter manus,Est in vsu esse. ¶ Sub manu esse, id est ad latus,expeditum,promptúmque in vsum,siue esse in promptu & in proximo. ¶ In manibus mere librum, pro eo quod est librum legere. *Quintil.& Cic.* ¶ Esse in manibus liber dicitur, qui editus est, & legitur. ¶ Manus remittere in aleæ ludo est collusori iactum condonare,quem sua quisque manu damnosum iecit. ¶ Manu capere,bello quærere. *Sallust.* Populus Romanus quascunque vrbes,& agros manu coeperat,Regi donat. ¶ Succedere sub manus,Est aliquid bene,& ad optatum contingere. ¶ Rem ad manus venire, est etiam ad contentionem & pugnam venire. ¶ Per manus tradere,de manu in manum, quo vtitur *Cic.ad Cæsarem lib.7.* Totum denique hominem tibi trado de manu vt dicitur,in manum tuam istam. ¶ Per manus tradita disciplina,vel res gesta dicitur,quæ non monumentis literarum,sed verbo tantùm traditur,& à maioribus ad posteros sine literis transmittitur,quemadmodum sacrorum mysteria olim tradi solebant. ¶ Prę manibus,pro in manibus,vel inter manus. *Plaut.in Bacchid.* Reddidi patri omne aurum:quod mihi fuit præ manibus. ¶ Prę manu dare,Est quod vulgò dicitur,Ante omnia,vel ante manum dare Gallico sermone,*Auancer.* ¶ Tollere manus,Modus est loquendi,quo signum lętitię significamus. *Cic.Cæs.* Sustulimus manus, & ego, & Baldus: tanta fuit oportunitas, &c. ¶ Tendere manus,Est petentis auxilium vel misericordiam implorantis signum. *Cæs.lib.3.bell.Gall.* Hedui manus tendere,deditionem significare. ¶ Plus est illi in manu,quàm tibi.Id est dictor est te. ¶ Nihil illi est in manu,Id est nihil habet. Habere enim in manibus dicuntur,qui aliquid possident,& diuites sunt. ¶ Manus tua hæc est,Hoc est hi fauent tibi,& te iuuant. ¶ Manus vetant prius,quã penes sese habeant,quicquam credere. *Pla.in Trucul.* id est,nihil credã te daturum,nisi priùs numeraueris. ¶ Manus multas poscit hoc opus. *Pli.in Epi.*158. id est,hoc opus est multi laboris. ¶ Manus oculatę dicũtur *à Pla.in Asi.* quę re ipsa aliqd volũt exhiberi,nõ oratione promitti. Semper(*inquit*)oculatæ nostræ sunt manus:credũt quod vident. ¶ Manu finge re,Est arte,curáque formare,tractum à plastis, qui è molli luto manu imagines faciunt. ¶ Manum ferulæ subducere,Est iam aliquo modo in literis profecisse, & desinere in ludo literario versãri. Nam Grammatici solent puerorum manus ferula percutere. *Iuuen. Satyr.1.* Et nos ergo manum ferulæ subduximus. ¶ Manum de tabula tollere nescire,Est in re aliqua conficienda nimis anxium esse. Tractum ab Apellis elogio de Protogene,quod dicebat illum manum de tabula tollere nescire. ¶ Manum non verterim,Prouerbialis est Hyperbole, qua vtimur,quoties nos rem aliquam fúsque déque ferre volumus significare,& de ea nos nihil esse solicitos. ¶ Manum sub pallio habere dicũtur Rhetores, qui inter agendum non commouentur. Nam bona pars actionis in manibus consistit. *Quæ omnia vide latius in Adagijs Erasmi.* ¶ Manus iniectio,Dicitur quoties nulla iudicis autoritate expectata,rem nostram nobis vendicamus. χειρῶν ὅπβολή. *De quo vide in* Iniicio. ¶ Manibus ac pedibus quicquam obire,Id est summa diligentia. Illis enim verbis extremum conatum significamus. ποσὶ τε καὶ χερσὶ λειτουργεῖν. *Terent.in Andr.* Quem ego credo manibus pedibúsque obnixè omnia facturum. ¶ Serui ad manum, *vide Ad* præpositi. ¶ Ad manum.In promptu,in proximo,& parabile. ἐπίχειρον. *Senec.* Ad manum est quod sat est.[Sub manum,i. prompte. *Suet.in Aug.c.*49. Sub manu, quod aiunt,nascatur consilium. *Senec.Epist.71.*]

MĂNĬCŬLA, manicalæ, diminut. Vide supra post MANICON.

MĂNTĬŌLA, lę, dimin. Ité à manus. Parua manus. *Nonius,* Mãtiolis tene illis

MĂNŭŪLIS, le, Quod extensæ manus altitudinẽ habet, vel quod amplecti manu possumus. *Pli.li.24.c.13.* Ob id incipiẽtib. hydropicis efficax,manualib. scapis eius in trib. heminis atq; decoctis vsq; ad tertias. ¶ Manualis fasciculus lini. δράγμα ὁ χειρομακτὸς, ὁ καὶ χειρόμακτος. GA, Qu'on peut empoigner ou tenir à la main. ITA. *Quanto si può tenere in mano.* GE. Ein handuol/das man in einer handfassen mag. HIS. *Cosa que se puede tener en la mano.* AN. *That may be comprehended in the hand.* } *Apud Plin. lib.19.cap.1.est*, qui manus impletnostræ verò ætatis medici Manipulum vocant. [Manuale quid sit, *Martia.Epig.*84.*l.*14.]

MĂNŭĀRĬUS, a, um, Quod ad manum pertinet. } ἐγχειρίδιος. GAL. Appertenant à la main. ITA. *Ciò che appartiene à la mano.* GER. Das zu der hand gehört. HIS. *Cosa perteneściente à mano.* AMN. *Belonging to the hand.* } vnde, AEs manuarium, quod manuum labore acquiritur. *Gell.* [*cap.13. lib.*18.] Hoc ære quasi manuario collecto, cœnula parabatur.

[Manuarius substantiuum, pro fure. Et Manuari pro furari dixit. *Laberius apud Gellium cap.7.lib.*16.]

MĂNŭLĀTŬS, a, um, Manicatus. } χειριδωτὸς. GAL. Vestu d'vn habillement ayant manches. ITA. *Vestido di habito con mani he.* GER. Das ermel hat. HISP. *vestido de vestidura con mangas.* ANG. *Clothed with a garment that hath sleeues.* } *Plau.in Pseudolo*, Manuleatam tunicam hominem habere addecet,hoc est tunicam manicas prolixiores habentem. ¶ Manicatum aut Manuleatum hominem dicimus,indutum tunicis manicatis. *Suet.in Calig.cap.*52. Geminatásque indutus penulas,manuleatus in publicum processit.

MĂNŭLĀRĬUS, qui vestimenta manicata cõficiebat, ὁ χειριδωτὰ ποιῶν. *Plaut.in Aulul.* Aut manulearij,aut myrobrecharij.

MĂNŭBRĬUM, brij,à manu,Capulus cuiuscunque rei appellatur, quòd manu teneatur. } נצח *nitstsáh* κώπη, λαβή. GAL. Manche. ITALI. *Manica.* GER. Ein hôfft/ein handthab. HISPANIC. *Empuñadura, como de espada.* ANG. *An handle,hilt,or hafte.* } *Plau.Aulul.* Exemi ex manu manubrium *Plin.libro* 16,*capite* 43. Hygynus fieri iubet manubria rusticis,carpinea, iligna,cerrea. *Col.lib.11.cap.2.* Vel facta manubria aptare,quorum optima sunt iligneа.

MĂNŭBRĬOLUM, li, diminutiuum, Parum manubrium. } τὸ λαβίον, τὸ κωπίον GAL. Petit manche. ITA *Manicheto.* GER. Ein hôfftlin. HISPA. *Pequenna empuñadura.* ANGLIC. *A litle hafte.* } *Celsus lib.7. cap.7.* Lini duo capita apprehendere,& per ea recto vngue,si qua parte oculo inhæret, manubriolo scalpelli diducere, donec ad angulum veniat.

MĂNŭBĪÆ, arum, Dictæ sunt, quòd manu capiantur ab hostibus. } שלל *schalál* בז *baz.* λάφυρα. GALL. La despouille & le butin qu'on a gaigne sur les ennemis. ITAL. *Preda, botino.* GERMA. Beut oder raub so dem feynd abtrungen ist. HISP. *Botin, el despojo de la canalgada.* ANG. *Boetie or spoile of the enemies.* } Est enim præda ab hostibus capta. *Asconius scribit*, Manubias esse prædas imperatorum pro portione de hostibus capta. *Cic.5.Verrina,* inuidiæ augendæ causa,Manubias vocat signa & tabulas quæ è Sicilia Verres, tanquam hostium spolia deportauerat. Nonne (*inquit*) perspicuum est, Verrem esse qui vestras villas suis manubiis ornet? ¶ Spolia quoque quæsita de hoste nobili per deditionem, Manubias veteres dicebant, de quibus vt vellent constituerent. *Gell. verò lib. 13. cap.23.* quid præda à manubiis distet his verbis declarat, Nam præda, *inquit*, dicuntur corpora ipsa rerum, quæ capta sunt: Manubiæ appellatæ sunt pecuniæ,quæ à Quæstore ex venditione prædæ redactæ sunt. Dicit tamen quosdam non ignobiles scriptores, aut temere, aut incautiose prædam pro manubiis, & manubias pro præda posuisse: sed qui propriè locuti sunt, sicut *Cic. in orat.de Lege Agraria* Manubias pecuniam dixisse. Quod, *inquit*, ad quemque peruenerit ex præda, ex manubiis, ex auro coronario. Quo in loco M. Tullius manifestè distinguit Prædam à Manubiis: vt annotauit *Nonius Marcellus: qui prorsus eadem de Manubiis sentit, quæ Gellius.* [Ex manubiis pecunia illata ærario. *Velleius.* Ex manubiis Inscriptio *Gell.cap.24.lib.* 13. Manubiæ de præda ciuili *Suet. in Calig. cap.* 41.] ¶ Manubias facere,est prædari. *Cic.in Verr.* Qui manubias sibi tantas ex L. Metelli manubiis fecit. ¶ Est quoque cùm iactus fulminum Manubiæ dicantur, παραυτοσολία. *Senec.lib.2. Quæst.autor est.* Ioui tres manubias dari, quarũ prima monet, secunda prodest, tertia adhibitis consilio diis emittitur.

MĂNŭBĬĀLĬS, & hoc biale, quod ad manubias pertinet. } ἀπὸ τῶν λαφύρων χρήματα. GALL. Du butin. ITAL. *Di botino.* GER. Das zu der peut oder dem raub gehört. HISP. *Cosa de botin.* ANG. *Belonging to boetie.* } vt Manubialis pecunia, quæ ex venditione manubiarum contracta est. *Suet. in August.* Quo autem facilius vndique vrbs adiretur de sumpta sibi Flaminia via Arimino tenus munienda, reliquas triumphalibus viris ex manubiali pecunia sternendas distribuit.

MĂNŭBĬĀRĬŭS, adiect. Manubiarum particeps. *Plaut. in Trucul.* Amicus mihi esto manubiarius.

[Manumitto ; & Manumissio. Vide Manus.]

MĂNŭŌR, aris, deponens, furor, furaris, κλέπτω. *Accius,* Manu atus vestem amicæ. [*Laberius apud Gellium cap.7.lib 16.*]

MĂNŭPRĔTĬUM, dictio composita, Merces pro opera manus. *Cic. in Pison:* Quum verò ista tibi prouincia manupretium fuerit non euersę per te, sed perditæ ciuitatis. [Da mihi inaures. M. fiat. Cedo aurum ego manupretium dabo. *Plau.Menæ.sc. 3.a. 3.*

MĀPĀLĬA, orum, ברות *cherôch* נאות *neôth.* καλύβαι, οἰκίδια. GAL. Logettes, maisonnettes à la mode des Peries. ITAL. *Capane.* GERM. Hütten/hirten heusslein. HISP. *Majadas como de ganado.* ANG. *Cottages builded round lyk ouens* } Punica lingua, agrestes casæ dicuntur, *autore Festo*, in quibus quia nihil est secreti, solet id vocabulum solutè viuentibus obiici. Sũt autem quasi rotundæ cortes, *vt inquit Cato lib.4. Orig. Liu.9.bell.Pun.* Familiæ aliquot cum mapalibus, pecoribúsq; suis (ea pecunia illis est) prosecuti sunt regem. ¶ Mapalia, *inquit Seruius*, idem significat quod Magalia, hoc est Afrorum casas: sed Magalia, ma producit, Mapalia verò corripit. *Virg.3.Georg.* Et raris habitata mapalia tectis. *Idem 4.Æneï.* Vt primùm alatis tetigit magalia plantis.

MĂPĒTĂ, μάπητα, Sarmatiæ Asiaticæ vrbs, *autore Ptolemæo lib.5. capite* 9. Vulgò *Cepa.*

MĂPPA, æ, Linteum quo mensa sternitur, aut certè qua manuum sordes in mensa abstergimus. } ὀθόνη. GALL. Nape. ITAL. *Touaglia.* GERM. Ein tischtuch oder tischhwethel. HISP. *Los manteles ò touajas.* ANGLI. *A table cloth, a table napkin, a towel.* } Nam in conuiuium pro se quisque mappam afferebat. *Mart.l.*12. Attulerat mappam nemo, dum furta timentur. *Plin. lib. 19. cap.* 1. Ardentes in focis conuiuiorum vidimus mappas, sordibus exustis, splendescentes igni magis quàm possent aquis. ¶ Mappam (*inquit Quintil.libr.*1. *cap.*9.) vsitatum Circo nomen Pœni sibi vendicant. Idcirco autem dicit mappam Circo vsitatam, quòd in ludis Circensibus Prætor soleat præsidere, qui mappæ missione signum dabat ineundi certaminis. *Mart. lib.*12. Cretatam Prætor quum vellet mittere mappam; Prætori mappam surripit Hermogenes. ¶ A Mappa verò fit diminutiuum mappula.

MARACHA, μαράχη, Vrbs Indica, Gentile Marachius, *Stephan.*

MARAS, μάρας, *Suidæ*, Nomen proprium viri ex Bercea Syriæ ciuitate, qui vt ditissimus, ita humanissimus, & officiosissimus in omnes tum ciues tum hospites extitit. *Vide Suidam.*

MĂRĂSMŬS, μαρασμὸς, Tabes, hoc est totius corporis, vel partis alicuius siccitas, quæ accidere solet, humore natiuo vi caloris absumpto. A verbo Græco μαραίνομαι, quod est tabesco. ¶ Hinc Febris marasmodes à medicis appellatur hectricæ species, quæ contingit ex febri ardente adeò propagata, vt humorem totius corporis absumat. *Vide Galen. de Different feb.lib.1.cap.*10.

MARATHESIVM, μαραθήσιον, Ephesiorum oppidum in Caria: cuius incolæ dicuntur Marathesij, *Steph.*

MĂRĂTHŌNĬĂ, μαραθωνία, Oppidum Thraciæ, non procul ab Abderis: cuius incolæ dicuntur Marathonjatæ. *Steph.*

MĂRĀTHŌN, μαραθών, Attici agri ciuitas, distans ab Athenis circiter decem millia passuum, non procul à Tricorytho, & Rhamnunte: mortè Icari regis interfecti insignis, victoriáque Thesei, tauro Marathonio superato: similiter & Miltiadis gloria, qui ibi centum millia ex Darij Persarum regis exercitu profligauit. } GERM. Ein statt in Griechenland nahe bey der statt Athen. } ¶ Est & Marathon, exiguũ oppidulũ Phocidis ad mare, nõ procul ab Anticyla, *vt est videre apud Strab.li.9.*

Marathonius, nia, nium, μαραθώνιος, Vnde Taurus Marathonius, qui apud Marathonem à Theseo interfectus est. Hic est Taurus amatus à Pasiphae quem Hercules ex Creta eò abegit.

MĂRĂTHRŌN, μάραθρον. GALL. Du fenouil. ITAL. *Finocchio.* GERMA. Fenckel HISP. *Hinojo.* ANGL. *Fenell.* } Latini fœniculum dicunt de Marathro Hippomarathro, *Vide Plin.libr.*20 *cap.*10.

MĂRĂTHRĪTES, } μαραθρίτης οἶνος. GAL. Vin de fenouil. ITALIC. *Vino di fi-*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

nocchio. GER. Fenckelwein. HISPAN. *Vino di hinojo* ANGL. *wyne of fenell.* Vinum eum modo dictum quo Aromatites: nempe quòd marathrum infusum habet: valetque ad visus imbecillitatem adiuuandam. *Colum. lib. 12. cap. 35.*

[Marathus Iulius nomen authoris. *Sueton. in August. cap. 94.*]

MĂRĂTHŪS, thi, μάραθος, Antiqua Phœnicum ciuitas: *cuius meminerunt Plin. lib. 5. cap. 20. & Strabo lib. 16.* ¶ Stephanus item Marathrum vrbem in Acarnania collocat.

MĂRĂTHŪSĂ, æ, μαραθοῦσα *Stephano*, Insula ante Ioniam, Asiæ regionem, non procul à Clazomenis: *cuius meminit Plinius lib. 5. cap. 31.* ¶ Est & Marathusa, Cretæ insulæ oppidum, *apud eundem lib. 4. cap. 10.*

MARCAERVM, μαρκαῖον, Mons Troadis, iuxta Geraghitem, incolæ Marcæisij *Steph.*

MĂRCĔLLĂ, μαρκέλλα, Nomen mulieris Romanæ, quæ quum à matre rogata esset, gauderétne se nupsisse: Ita valde respondit, vt amplius nolim.

MĂRCĔLLVS, Nomen viri clarissimi Romani proprium, cuius res gestæ & à Liuio & ab aliis literis traditæ sunt. Hic Gallorum ducem singulari certamine fudit, spolia legit. Annibalem primus vinci posse docuit: Syracusas per tres annos obsedit, & tandem expugnauit, quinquies Consul. Qui postremo consulatu, dum ad occupandum collem quendam cum paucis proficisceretur, insidiis circunuentus, occisus est, magnificéque ab hoste Annibale virtutis causa elatus. [Marcellus quasi Martius. *Plutarch. In Marcello initio.*]

Mărcĕo, es, ui, Putreo. { נמק *namák* נבל *nabál.* σήπομαι, μαραίνομαι. GAL. Estre flestri, pourri & gasté. ITAL. *Marcire.* GERM. Faulen/verwelcken. Item, abnemmen oder trafftloß werden. HISP. *Marchitarse.* ANGL. *To wither, to corrupt to waxe rotten.* } *Martial. lib. 5.* Marcentes tibi porrigentur vuæ. ¶ Nonnunquam idem quod langueo, tabeo & tabesco. *Ouid. 1. Amorum, Eleg. 13.* Cur ego plector amans si vir tibi marcet ab annis. *Cels. lib 2. cap. 2.* Si marcet animus, si corpus torpet, si moueri loquique piget. *Liu. 3 bell. Pun.* Sed qui pugnent, marcere Campana luxuria, &c. [Vigebat in hac parte miles: In illa marcebant omnia. *Velleius* Marcere & ociare. *Senec. cap. 2. de Tranq.*]

Mărcĕsco, Putresco {נמק נבל *namák nabal.* σπομαίνομαι. GALL. Deuenir ou estre pourri ou gasté. ITAL. *Marcersi, guastarsi.* GERM. Anheben fauten. Item, trafftloß werden. HIS. *Marchitarse, ser marchito.* ANG. *To waxe rotten or withered.* } *Plin. lib. 10. cap* 48. Corpus occidæ statim marcescit. Ponitur quandoque pro languesco. *Sueton. in Calig.* Marcescente adhuc stomacho pridiani cibi onere. *Liu. 8. bell. Pun.* Ad hæc equitem marcescere desidia. [Marcescere otio. *Liuius lib. 5. d. 4.* Marcescente stomacho (aliàs marcente) *Suet. in Calig. 58.*] ¶ Huius composita, Emarcesco & immarcesco de quibus suis locis.

Mărcĭdŭs, a, um, adiectiuum, Putridus, languescens. { נבל *nobel.* σαπρὸς μαραινόμενος. GAL. Flestri, pourri. ITAL. *Marcio, marcito.* GERM. Faulwelck. HISP. *Cosa marchita ò mustia.* ANGL. *Rotten, vnlustie, withered.* } *Plin. lib. 11. cap. 37.* Felsis equis aures marcidæ. *Plin. in Paneg yr.* Alij marcidi somno, hesternáque cœna redundantes, comitiorum suorum nuntios operiebantur.

Mărcŏr, marcoris, Putredo, vel languor, & consumptio, quæ & Tabes dicitur. { מק *mak.* σαπρότης, σῆψις. GALL. Flestrissenre ou pourriture. ITAL. *Marcia.* GER. Fäule/verwelckung/verzeerung. HISP. *Marchitura.* ANGL. *withering vnlustinesse.* } *Plin. lib. 22. cap. 22.* Si ferri vel chalybis aliqua rubigo vel panni marcor affuerit. *Celsius de lethargo lib. 3. cap. 26.* In hac marcor, & inexpugnabilis pene dormiendi necessitas.

Mărcĭpŏr, Marci puer, hoc est famulus: sicut Publipor, Lucipor, & alia huiusmodi. *Plin. lib. 33. cap. 1.* Singuli Marcipores, Luciporeve, dominorum gentiles, victum in promiscuo habebant. Quibus verbis significat Plinius, priscos Romanos singulis seruis contentos fuisse: quare Marcipores, quasi Marci pueri vocabantur hoc est ministri & assecłæ, vt Græci παῖδας, vocant seruos. Quod in numerosa familia postea fieri non potuit *Fabius lib. 1.* In seruis iam intercidit genus illud nominis, quod ducebatur à domino: vnde Marcipores, Publipores,

MĂRCLVDĂS, Latro fuit insignis in sylua Dodonea, *vt scribit Tortellius.*

MĂRCŎMĂNI, vnico n, & penult. corrept. μαρκομανοὶ. Populi Germaniæ, quos Cæsar cum Arioui sto Germanorum rege superauit. Hos Bohemos, vel Morauos putant esse. { GERM. Die mehren. } *Stat. lib 3. Syluarum,* Quæ modo Marcomanos post horrida bella, vagósque Sauromatas. *Vide & Strab. lib. 7.*

MĂRCŬLŬS diminutiuum à Marco, *inquit Festus.* ¶ Est etiam nomen instrumenti, quo fabri ærarij vti solent. { פטיש *pattísch.* ὁρμίσκος χαλκέων σκεῦος. GAL. Vn marteau de chauderonnier. ITAL. *Martello di magiano.* GERMA. Ein hammer oder dergleichen werckgschirr der ärtzschmiden. HISP. *El martillo de hierro.* ANG. *A coper smithes hammer.* } *Plin. lib. 7. cap. 56.* Tegulas inuenit Cinyra Agriopæ filius & metalla æris. vtrunque in insula Cypro: item forcipem, marculum, vectem, incudem *Martial. lib. 12.* Nec cogitandi spatium nec quietcendi in vrbe locus est pauperi, negant vitam ludi magistri manè, nocte pistores, ærariorum marculi die toto. Martulus *scribit Turnebus.*

MARCVS ANTONIVS orator, Vide in ANTONIO.

MĂRDĬ, μαρδοί, Populi Asiæ, supra Pontum, non procul à Colchide: quorum meminit *Plin. lib. 5. cap. 6.* ¶ Stephanus Mardos quosdam inter Hyrcanos collocat.

MĂRDŎNĔS, μαρδόνες, gens Epirotica.

MĂRDŌNĬVS, μαρδόνιος, Ex præcipuis fuit Persarum Satrapis, quem Xerxes prælio nauali apud Salaminem à Themistocle superatus, cum trecentis armatorum millibus in Græcia reliquit. { GERM. Einer auß den furnemsten landesherren der Persier welcher in Griechenland im grossen niderlag Xerxis blyben ist. } Hunc postea Pausanias speciosissima victoria apud Platæas superauit: vbi & Mardonius ipse occubuit, ab Aimnesto quodam Lacedæmonio interfectus. *Vide Herodot. lib. 9.*

Mărĕ, huius maris. Pelagus, oceanus. æquor, dictum (vt putatur) ab amaritudine aquarum. { ים *jam.* θάλασσα. GAL. La mer. ITAL. *Mare.* GERMA. Das meer. HISP. *La mar.* ANG. *The sea.* } *Virg. 2. Æneid.* -vastum maris æquor arandum. *Idem 2 Æneid.* -quum Iupiter æthere summo Despiciens mare veliuolum: terrásque iacentes. *Cicer. 1. Tusc. translatè,* Tanquam ratis in mari immenso nostra vehitur oratio. [Pro te vel rapidas ausim Maris ire per vndas. *Tibul. lib. 4.* A mari sero per Apennini dorsum. *Sen. n. in Cæs. cap. 44.* Mare haud est mare, Vos estis mare acerrimum. Na. in mari reperi, hîc elaui bonis. *Plaut. Asin. sc. 2. a. 1.* Oras Italicas quæ egreditur mare; aliàs, quas adgreditur mare. *Plaut. Menæch. sc. 1. a. 2.* Quisnam iste fluuius est, quem non recipiat mare. *Plaut. Curc. sc. 1. a. 1.* Sæpe maris pars Intus erat. *Ouid. Eleg. 10. lib. 1. Trist.* Contentus parte dolorum exiguum pleno de mare (.i. mari) demat aquæ. *Ouid. Eleg. 2. lib. 5.*] ¶ Maximum autem illud verò quòd inter Abylam & Calpen irrumpens, Africam diuidit ab Europa, Mediterraneum mare vocatur. Vtriusque autem maris partes à prouinciis quas alluunt, varia fortiuntur nomina. Sic Oceanum Atlanticum vocamus mare illud quod ab Occidente Atlantem montem alluit. Britannicum quod Britanniæ: Germanicum, quod Germaniæ est proximum. Ad hunc etiam modum sinus ille maris, quem Mediterraneum mare vocamus, à regionibus quas alluit, varia inuenit nomina. Nam vbi Hispaniam alluit, Ibericum appellatur: vbi Liguriam Lusticum: vbi Tusciæ proximum est, Tuscum mare, vel Tyrrhenum appellatur. *Sed hæc latiùs suis locis.* Mare cælo miscere, est omnia turbare, nihilque non facere. *Virgil. de Iunone omnia aduersum Troianos tentante,* -maria omnia cælo miscuit, *Iuuenal. Satyr. 6.* -claues licet, & mare cælo Confundas, homo sum. Mari terraque querere, id est vbique. *Plaut. in Pœnu.* postquam eas perdiderit, Mari terraque illas vsquequaque quærit. *Sic Cicero,* Terra marique conquirere. ¶ Mare quandoque pro sinu maris vsurpatur. ¶ Mare rubrum, ἡ ἐρυθρὰ θάλασσα, Sinus maris est, Arabiam fœlicem à meridie alluens ab angustis Arabici sinus vsque ad sinum Persicum extensus. Rubrum appellatum, non quòd aqua eius re vera sit rubra (vt plerique putarunt) sed quod eiusmodi appareat, à rubiectæ arenæ rubedine, vel Solis repercussu, Siue, (quod magis placet) imitatione Græcorum, qui mare hoc Erythræum appellarũt, ab Erythra rege Persei & Andromedes filio, qui ea in ora imperauit. vbi etiam sepulchrum eius ostendi solet, *teste Strab. lib. 16.* Latini itaque rati Erythræum à Græcis dictũ quòd ἐρυθρὸν, hoc est rubrum esset, ipsi quoque Rubrum mare appellarunt. *Vide latiùs apud Strab. loco iam indicato.* Hebræi vocant mare Suph, hoc est, procellosum, vel caricosum seu fruticosum. Contendúntque pro rubro sic fuisse Latine vertendum. Mare mortuum, *Iustinius Historiar. libro trigesimo, de Iudæa.* In ea regione lacus latus est, qui propter immobilitatem mortuum mare dicitur, Hic Alphaltites lacus, *Iosepho, Plinio, Solino.* { Cum mari comparata vita. *Senec. cap. 9. de Consol. ad Polyb.* Mare mortuum, vita sine fortunæ telis. *Senec. Epist. 68.*]

Mărīnŭs, a, um, Quod mare incolit, vel quod est in mari, vel ex mari. { θαλάσσιος, ἁλίτης. GALL. De mer, marin. ITA. *Marino.* GER. Das in dem meer wohnet. HIS. *Cosa de mar.* ANGL. *Of the sea.* } vt pisces marinus, marina aqua, Oli, eæ marinæ, *apud Plin. lib. 10. cap 69. Cicer. 2. de natura deorum,* Probabile est igitur præstantem intelligentiam in syderibus esse, quæ & ætheream partem mundi incolunt, & marinis terrenísque humoribus longo interuallo extenuatis aluntur. [Siue minas flumine cogit aquas. *Ouid. Eleg. 10. lib. 3. Trist.*] ¶ Transmarinus autem dicimus quod trans mare est. ὑπερθαλάσσιος. vt Transmarinæ merces, & Transmarinus triumphus.

Mărĭtĭmŭs, a, um, pen. cor. Quod ad mare est, vel quod ad mare vel in mari sit. { θαλασσίδιος παράλιος. GAL. Maritime, qui est ou demeure aupres ou sur le bord de la mer. ITAL. *Marimo.* GER. Das an daß meer stoßt/das deß meers ist. HISPAN. *Cosa cerca de la mar.* ANGL. *That dwelleth by the sea coast.* } vt Ora maritima. χώρα θαλασσίδιος. Gens maritima, Bellum maritimum. *Cic. ad Attic. lib. 2.* Quod extremum est, te in Arpinati videbimus, & hospitio agresti accipiemus, quia maritimum hoc contempsisti, *Plautus Cist.* Modò quod inasit, dissuadet: quod dissuasit, id ostentat. Maritimis moribus mecum experitur, ita meum frangit amantem animum. Id est, periculum de me ita facit vt mare quum iactatur variis fluctibus. ¶ Accipitur etiam aliquando maritimus, pro eo quod ex mari est, vel quod ad mare pertinet: pro marino. *Cicer. 2. de Natur. deor.* Æstus maritimi multum accedentes & recedentes. Sic etiam *Plautus in Rud.* Fluctus maritimos dixit pro fluctibus marinis.

MAREA, μάρεια, Lacus est Alexandriam à meridie alluens, multis Nili fossis auctus, portum habens altero qui ad mare est, multo vtiliorem. Alio nomine dicitur Mareotis: *vt testatur Strabo li. 17.* ¶ *Stephano* item Marea oppidum est Mareotidi lacui adiacens.

MĂRĬŌTĬS, idis, μαρεώτης. { GERMANI. Ein grosser See in Aegypten/heißt der Buchiara. } Lacus in Ægypto, Alexandriam à Meridie alluens, multis Nili fossis tum à superioribus partibus, tum à latere aductus, portum habens nobilem, eoque qui ad mare est, multo vtiliorem. *Autor Strab. lib. 17.* ¶ Mareotis præterea appellatur pars illa Lybiæ, quæ est inter Cyrenaicam regionem & Ægyptum, à Ptolemæo Marmarica appellata. Eius descriptionem *Vide apud Plinium libr. 5. capite 6.* ¶ Est præterea mareotis pars Epiri, in qua vinum optimum nascitur: vnde Mareotides vuæ dictæ sunt. *Virgil. 2. Georg.* Sunt Thasiæ vites, sunt & Mareotides albæ. *Colum. lib. 3. cap. 2.* Mareoticæ vites.

MĂRĔŌTĂĔ, μαρεῶται, Populi sunt in ea parte Lybiæ, quæ Ægypto prætexima est, quæ Mareotis Plinio, Ptolemæo Marmarica appellatur. *Vide Plin. lib. 3. cap. 6.*

[Mareplacidæ, arum, genus est nauium. *Gell. cap. 25. lib. 10.*]

Mărgă, gæ, Genus terræ in modum cretæ albæ, qua rustici vtuntur ad agros stercorandos. *Vide Plin. li. 17. cap. 6.*

MARGANA, æ, siue Marganæ, arum μάργανα, ἢ μαργάνη, Oppidum Indiæ, *vt ex Martiani sententia tradit Stephan.*

MĂRGĂLA, μάργαλα, Nomen fontis in agro Syracusano, *apud Plin. lib. 3. cap. 8.* quo etiam nomine dicta est vrbs in Elide: *cuius meminit Steph.*

Mărgărĭdēs, μαργαρίδες, Palmæ sunt à margaritis nomen trahentes, quoniam & breues & candidæ, & rotundæ sunt, acinis, quàm balanis similiores. *Plin. lib. 13. cap. 4.*

Margarita, tæ, vel margaritum, magariti, penultima producta. { מרגנן *bedhólach* פנינים *peninim.* μαργαρίτης. GALLIC. Vne perle. ITALIC. *Perla,*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

perla. GERM. Ein pärlin. HISPANIC. *Aljofar menudo ò perla gruessa.* ANGLIC. *A pearle.* } Lapillus candidus est in conchis nascens, quem Romani vnionem vocant, quod nulli duo reperiantur indiscreti. *P. in. li. 9. cap. 35.* Principium ergo culmenque omnium rerum pretij margaritæ tenent. *Et paulò pòst*, Dos omnis in candore, magnitudine orbe lævore, pondere haud promptis rebus: in tantum, vt nulli duo reperiantur indiscreti. *Cicer. 6. Verr.* Non vllam gemmam, aut margaritam fuisse quin abstulerit *Tacit. in vita Agricol.* Ferè Britannia aurum & argentum, & alia metalla gignit & Oceanus Margarita, sed fusca, & liuentia Galli sua lingua vocant. *Perlam.* [Non gemmæ, non margaritæ te flexerunt. *Senec. cap. 16. de Consol. ad Helu.* Monilia & margaritæ sunt fœminarum. *Quintilian.* Margaritas aceto liquefactas sorbere. *Suet. in Calig. cap. 37.*] ¶ Margaritum in neutro genere Sosipater tamen reprehendit. Ita enim ait, Margaritum dicere vitiosum est, propterea quòd Græca nomina in ης terminata, transeunt in α, vt χάρτης, charta, ὁ καὶ ἡ ἀθλήτης, athleta, ὁ μαργαρίτης, margarita. *Vsus est tamen, eodem teste, Varro ipse linguæ Latinæ κριτὴν lib. 8. Epist. Et præter eum Valgius in epigrammate.*

MĀRGĂRĪTĀRĪI. { μαργαροπῶλαι. GALLI. Vendeurs de perles. ITAL. *Venditori di perle.* GERMANIC. Perlin krämer/die mit pärlin vmbgondt. HISPANIC. *Vendidores de aljofares menudos ò gruessas perlas.* ANGLIC. *That selleth pearles.* } Negotiatores, mangonésque margaritarum, *apud Firmicum.*

MĀRGĂRĪTĪFĔR, a, um, adiect. Quod fert margaritas. { μαργαροφόρος. GAL. Produisant perles. ITALIC. *Che produce perle.* GERM. Das pärlin tregt oder gebirt. HISP. *Cosa que trahe ò cria aljofar ò perlas.* ANGL. *That beareth pearles.* } *Plin. lib 32. c. 11.* Concharum genera, inter quæ & margaritiferæ cochleæ.

MĂRGĬĂNĂ. μαργιανή, Regio Asiæ maioris, inclytæ apricitaris (*vt inquit Solinus*) ambitu stadiorum mille quingentorum, difficilis aditu propter arenosas solitudines: in qua Antiochus Antiochi am extruxit: *vt l. 10. & 11. scribit Strabo.* { GER. Ein land schafft des minderen Asiá in deren Antiochia gelägen ist. }

MARGION, μάργιον, Ciuitas Phrygiæ, postea Apollonia dicta.

MĀRGO, tam masculini quàm fœminini generis, vniuscuiusque rei extremitas. { בנף *chanâph* יד *jadh.* σπλὴν, χεὶρ πόδος. GALLIC. Le bord de quelque chose que ce soit, la marge, la frontière. ITALIC. *Margine.* GER. Das euserist an einem ietlichen ding/ das bort. HISP. *Do margen ò cabo de alguna cosa.* ANGLIC. *To brimme or edge of a thing, the margent.* } *Ouid. lib. 1. Metamorph.* Nec brachia longo Margine terrarum porrexerat Amphitrite. *Iuuen. Satyr. 1.* Plena iam margine libri. Margines testudinis. *Plin. libro 9. cap. 10.* Dentes non sunt testudini, sed rostri margines acuti, superna parte inferiorem claudente pyxidum modo. Margines fluminum. *Varr. 3. de Re rust. cap. 5.* Quum habeam sub oppido Casino flumen, quod per villam fluat, liquidum, & altum marginibus lapideis, latum pedes. LVII. ¶ Margines imperij. *Plin. lib. 12. c. 20.* Quin & in nostro orbe feritur extremo in margine imperij, qua Rhenus alluit. Gramineus margo fontis *Ouid. 3. Metamorph.* [Vixque hæsit in Imperij margine terra tui. *Ouid. Eleg. 1. lib. 2. Trist.*]

MĀRGĬNĔŭS, a, um, & marginatus, a, um. { κεφαλὴ ἐπὶ πλεῖστον περιτιθεῖσα. GALLI. Margé, qui a grand bord. ITALIC. *Di grande orlo ò margine.* GERMANIC. Daß ein groß bort hatt. HISPANIC. *Cosa que tiene margen.* ANGLI. *That hath a bordour or brimme.* } vt Marginata tabula, *apud Plin. lib. 35. cap. 12.* quæ marginem habet latissimum [Marginandas vias. *Liuius libro primo decad. 5.*]

MARGVS, Fluuius Asiæ, quem *Ptolem. lib. 3. cap. 10.* duobus fontibus ex montibus Seriphiis descendere tradit, & per Massagetas, qui margiani vicini sunt, ac Dorbicas in Oxum amnem deferri.

MĂRĬA, { מרים *mirjám* μαρία. } Fœmininum est à nomine Marius, & accentum in antepenultima habet: nam penultimam habet correptam, quemadmodum & Marius. *Claudian. de Nupt. Honorij*, Præparat & pulchros Maria, sed luce minores Eligit ornatus. ¶ Pro Deipara Virgine vult Valla Mariam nominatiuo casu legi, quemadmodum Abraham, indeclinabile, & accentu in vltima, Nam *apud Lucam cap. 1.* vbi legimus, Et nomen Virginis Maria, Græca lectio habet Mariam. Hebræi verò Mirjam dicunt duabus tantùm syllabis: *vt in Exodo capite 15.* legitur de sorore Aaronis prophetissa. Nos i consonantem vertimus in primam vocalem. *Hæc ferè Erasmus in annot. in Lucam.*

MARIABA, μαριάβα, *Stephano*, Metropolis Sabæorum est. *Strabo li. 16.* Iuncti sunt his Sabæi, eorúmque metropolis Mariaba.

MARIAEBVRGVM, Vrbs alia Prussiæ, alia verò Liuoniæ.

MĂRĬAMMĬA, æ, μαριαμμία, Phœnices oppidum, cuius incolæ dicuntur Mariammitæ. *Autor Pausl. 6.*

MĂRĬĀNA CŌLŌNĬA, Corsicæ insulæ ciuitas, ita dicta á C. Mario septies Consule, qui eò coloniam deduxit. *Autor Plin. lib. 3. cap. 6.*

MĂRĬĀNAE FŌSSAE, Narbonensis prouinciæ oppidum est, quod hodie. *Aquas mortuas* vocant: ita dictum à vicina fossa à C. Mario ad mare vsque ducta. *Vide Ptolem. lib. 2. cap. 10. Plin. lib. 3. cap. 4. & Strab. libro 4.*

MĂRĬĀNDYNUM μαριανδυνία *Stephano*, Regio in Asia sita est, Bithyniæ contermina, vbi Hercules Cerberum canem tricipitem ad superos traxisse dicitur: quem ferunt ibi virulentam spumam in saxis euomuisse, ex qua ibi natum volunt aconitum. Eius regionis incolæ dicti sunt Mariandyni, qui olim, *teste Herodot. lib. 1.* Crœsi regis imperio paruerunt. Horum meminit *Strab. lib. 8. & Valer. Flacc. lib. 4 Argon.* Et Mariandynum penetrauit ad vrbes.

MĂRĬĀNŬS, *Ptolemæo* Hispaniæ Bæticæ mons vulgò *Sierra Morena*, saltus Castulonensis.

MĂRĪCĂ, Dea habita fuit litoris Minturnensium iuxta Lyrim amnem. *Hora lib. 3. Carm.* Qui Formiarum mœnia dicitur princeps & inhantem Maricæ littoribus tenuisse Lyrim. ¶ Fuit etiam Marica Fauni vxor & regis Latini mater, *testatur Virgil. lib. 7. Aeneid.* rex arua Latinus & vrbes Iam senior longa placidas in pace gerebat. Hunc Fauno & nympha genitum Laurente Marica Accipimus.

MARIDVNVM, μαρίδυνον, Britanniæ insulæ vrbs. *Ptolem. libr. 1. cap. 3.*

*Marinus, Maritimus. Vide MARE.

MARIONIS, μαριωνὶς, Germaniæ ciuitas. *Ptol. lib. 2. c. 11.* Vulgò Luxemburg. Est altera Germ. ciuitas, *Eodem Ptol. auth. lib. 2. cap. 11.* Vulgò Oberir.

MARIS, Fluuius Agathyrsorum in Istrum fluens, *teste Herodot. libro 4.*

MĂRĪSCAE, Ficus grandiores, sed insipidæ, quas à Græcis βουβῶνες appellari *tradit Festus.* { פגול *paghgúl.* GAL. Figues foles. ITA. *Fichi sciapiti.* GERM. Vngeschmache feygen. HISPAN. *Vn cierco genero de higo sin sabor.* ANGLIC. *Wild or vnsauery figges.* } *Mart. lib. 14.* Infanti melimela dato, fatuáque mariscas. *Plin. lib. 15. cap. 18.* Cato de ficis serendis ita meminit, Ficos mariscas in loco cretoso, & aperto serito. *Colum. lib. 10.* Purpuræque chelidoniæ, pinguésque marilcæ. ¶ A fructus huius similitudine etiam Mariscæ dicuntur, tubercula vlcerosa; quæ ex præpostera libidine circa podicem nascuntur: & fortasse eadem sunt cum illis, quæ *Martial. in Cæcilianum.* Ficos appellat. *Iuuen. 2. Satyr.* Cæduntur tumidæ, medico ridente mariscæ.

MĂRĪSCŬS, masc. ul. gener. vel Mariscum generis neutri, Genus iunci maioris, quem ἁλόχοινον Græci vocant, hoc est totum iuncum. Ex eo fiunt tegetes, & marinæ nassæ, *vt ait Plin. lib. 21. cap. 18.*

MĂRĪTŬS, ti, Vxoris vir, à nomine Mas, maris. { בעל *bâ'al* איש *ísch.* ἀνήρ, ἄνηρ. GAL. Mary. ITA. *Marito.* GERMA. Ein eheman. HISP. *Marido de muger legitima.* ANG. *An husband or maried man.* } *Plaut. in Cas.* Quid agis tu marite, mi vir? vnde ornatu hoc Aduenis? Ignara puella mariti hoc est virgo. *Hora. 2. Epistol. 1.* Iura violata mariti, *Ouid. 2. de Arte.* [Vbi sunt amatores mariti? quid cessant? *Plaut. Menæch. sc. 2. a. 1.* Dites damnosi mariti. *Plaut. Curc. sc. 1. a. 4.* Quæ si non esset, cælebs te vita deceret: nulláque cui posses esse maritus erat. *Ouid. Eleg. 1. lib. 2. Trist.* Cúmque fefellit amans aliqua nouitate maritum, plauditur. *Ouid. Eleg. 1. lib. 2. Trist.* ¶ Ponitur aliquando simpliciter pro masculo, & de aliis quoque animantibus dicitur: vt de gallinaceo *apud Columel. li. 8. cap. 15.* Rarior est in his auibus, maritis bonitas. Olentis vxores mariti, dictæ capræ. *Horat. 1. Carm. Ode 17.* Maritæ dicuntur mulieres nuptæ. { בעולות *beûlóth.* συνοικούσαι. GAL. Femmes mariées. ITALIC. *Donne maritate.* GERMANI. Eheweiber. HISPANIC. *Mugeres legitimas de alguno marido.* ANGLIC. *Maried women.* } *Ouid. lib. 2. Fastor.* dura cum sorte maritæ Reddebant vteri pignora rara sui. Hinc maritos pro coniugibus [Vide infrà Maritus, a, um.] *Papinianus posuit in l. 52. in fi. D. de donat. inter virum & vxorem.* Nam quo casu, *inquit*, inter cæteras condictio nascitur, inter maritos nihil agitur. Transfertur autem ad arbores vitiferas, quales sunt vlmi & populi, cæteræque id genus arbores, quibus vites applicantur, quásque suis clauiculis complectuntur. *Plin. lib. 14. cap. 1.* Iam in Campano agro populis nubunt vites, maritásque complexæ, atque per ramos earum procacibus brachiis, geniculato curiu scandentes cacumina æquant.* ¶ Maritæ domus. *Liu. 7. bell. Pun.* Vagabatur enim cum vno aut altero comite per maritas domo dies noctesque, id est, per domos maritorum adulterium committebat cum maritis vxoribus. ¶ Marita pecunia *Plaut. Epid.* Pulchra ædepol dos pecunia est. P. quæ quidem ædepol non est marita. Quasi dicat, Fateor pecuniam esse pulchram dotem: sed eam pecuniam quæ non sit vxori coniuncta Id est, dummodo extra matrimonium habeatur.

MĂRĪTO, tas, Viro trado seu associo. { בעל *bâ'al* συνοικίζω. GAL. Marier, conioindre. ITA. *Maritare.* GERM. Verehelichen. HISPANIC. *Ayuntar marido y muger.* ANG. *To marie.* } *Sueton. in Vesp. cap. 14.* Vitelli hostis sui filiam splendidissimè maritauit, dotauitque etiam, & instruxit. *Tacit. lib. 12.* Capto rursus initio, quando maritandum principem cuncti suaderent, deligi oportere fœminam nobilitate, puerperiis, sanctimonia insignem. [*Sueton. in August. cap. 34.* Retractauit leges de ambitu, de maritandis ordinibus.] ¶ Neque solùm de hominibus, sed etiam de aliis dicitur: vt de arboribus, quæ vites sustinent. *Colum. lib. 3.* Sexto anno si iam videbitur firma, maritabitur hoc modo. De arbore loquitur, *Et lib. 4. cap. 1.* Et ideo maritandis arboribus nemo minorem bipedanea serobem vitibus comparat. ¶ Maritari etiam dicuntur canes. *Varro 2. de Re rust. cap. 9.* Tum enim dicuntur catulire, id est ostendere se velle maritari.* ¶ Maritari, Prægnantem fieri *Solinus c. 36.* In proximis Vlyssiponis equæ lasciuiunt mira fœcunditate. Nam spirante Fauonio vento concipiunt, & sitientes viros aurarum spiritu maritantur.

MĂRĪTĀLĬS, & hoc maritale: { γαμήλιος, γαμικός. GAL. Appartenant à mariage ou mari. ITA. *Pertinente à maritaggio, ò maritato.* GE. Das zu dem ehe man oder der verehelichung gehört. HISP. *Cosa pertenesciente à casamiento ò à marido y muger.* ANG. *Belonging to mariage or an husband.* } *Colum. in Proœm. lib. 12.* Xenophon Athenien sis eo libro. P. Syluine, qui OEconomicus inscribitur, prodidit maritale coniugium sic comparatum esse natura, &c. Capistrum maritale. *Iuuenal. Sat. 6.* Stulta maritali iam porrigit ora capistro. Vestis maritalis. *Ouid. 2. de Arte*, Lusa maritali Gallica veste manus.

MĂRĪTŬS, a, um, adiect. Idem quod coniugalis. { σύζυγος. GAL. Marié, conioint ou lié auec. ITA. *Coniugale.* GE. Das der ehe zenten isst/ehelich. HIS. *Cosa de marido y muger.* ANG. *Maried.* } *Liu. lib. 7. tertij bel. Pun.* Vagabatur cum vno aut altero comite per maritas domos dies noctésque. [*Suet. in August. cap. 44.* Martis e plebe proprios ordines assignauit. (i. matrimonio Iunctis.) *Ouid. 2. Fast.* Dura cum sorte maritæ Reddebant vteri pignora rara sui. *Ibid.* Tu rapis: hic castas, duce se, Iubet esse maritas. Vide supra Maritus, ti.] *Ouidius in Epist. Paridis ad Helenam.* An pudet, & metuis Venerem temerare maritam, Castáque legitimi fallere iura tori? ¶ Sic maritum oliuetum per translationem dixit. *Colum. lib. 3. cap. 11.* Rarissimum (*inquit*) arbustum, vel oliuetum, quod non fuerit maritum, vineis destinatur. ¶ Marita pecunia, hoc est dotalis. *apud Plaut. in Epid.* Pulcra ædepol dos pecunia est. P. Quæ quidem ædepol non est marita.

MARIVM, μάριον *Stephano*, Oppidum fuit in Cypro insula, *teste Plin. lib. 5. cap. 31.*

MĂRĬVS, qui septies Romæ Consul fuit, ex municipio Arpinate humili loco fuit natus multósque annos in villa Cincrnate vitam rusticam egit procul ab vrbanis deliciis. Hic per ordinem primis honoribus functis, legatus Metellum in Numidia criminando, Consulatum adeptus, Iugurtham captum ante curtum egit. In proxum annum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Consul vltro factus Cimbros in Gallia apud Aquas Sextias, Teutones in Italia vicit, deque his triumphauit. Victus à Sylla Minturnis in palude latuit. inuentus, & in custodiam traditus, immissum percussorem Gallum vultus autoritate deterruit: acceptáque nauicula in Africam traiecit, vbi diu exulauit. Mox Cinnana dominatione reuocatus, cæsi inimicis, septimo Consulatu (vt quidam ferunt) voluntaria morte decessit. Hic quum in cruribus varices haberet, præbuit varicosum crus medico secandum: & dum secaretur, neque suspirans, neque supercilia contrahens, pertulit sectionem, fixísque oculis cruciantem se medicum spectauit. Quùmque medicus alterum crus secare vellet, minime assensum præbuit, dicens, Curationem tanto dolore dignam esse non arbitror. ¶ Habuit filium Marium nomine, quiquum esset viginti septem annorum, Consulatum inuasit: quem honorem mater tam immaturum fleuisse fertur. Hic patri sæuitia similis, Curiam armatus obsedit, & inimicos trucidauit: tandem & ipse crudelissimo mortis genere Catuli manibus ad inferos missus est.

Mărĭānŭs, a, um, *Cic. 1. de lege Agrar.* Quid ergo ait Marianas, Trib. pleb. qui nos Syllanos in inuidiam rapit? *Proper. l. 3. Eleg. 3.* Aut quib. in campis Mariano prælia signo Stent.

MARMACES, μάρμακες, Populi Æthiopiæ: *quorum meminit Hecatæus in descriptione Asiæ.*

MARMARICA, μαρμαρική. Regio Africæ, quæ (*vt Ptolem lib. 4. scribit*) ob occasu terminatur Cyrenacia prouincia, à Septentrione AEgyptiaco pelago, ab Griente AEgypto, à Meridie interioris Lybiæ parte, quæ AEgypto contermina est. { GER. Ein landtschafft in Africa so ans meer vnd gegen auffgang an Egypten stosset. } *Plin. lib. 5. cap. 6.* Mereotidem appellat. Populos habet Adirmachidas, Marmaridas, & Mareotas.

MARMARIDAE, Populi sunt Marmaricam Lybiæ regionem incolentes. Inter hos sunt Psylli, qui habent saliuam præsens aduersus omnia venena remedium afferentem. Horum opera vius est Cato quum reliquias Pompeiani exercitus per deserta Libyæ ad Iubam perduceret.

MARMARIDIVS, Magi nomen, *apud Plin. l. 3. c. 1.*

Mărmărītēs, μαρμαρίτης. Herba à quibusdam appellatur, quam *Dioscorides* κατπλιὼν. nos Fumariam, vel fumum terræ dicimus. Est autem ex iis nomen claturis, quas inter notha Dioscoridis reiiciunt eruditi.

Mărmărītis, penult. prod. μαρμαρίτις, Herbæ genus, quam alio nomine Agla photum vocant, propter admirabilem colorem. Nascitur in Marmorib. Arabiæ, quæ de causa Marmaritis vocata est. *Vide Plin. l. 24. c. 17.*

MARMARIVM, μαρμάριον, Euboeæ insulæ oppidum: cuius incolæ dicuntur Marmarij, & Marmarini, Vnde & Appollo Marmarinus dictus, qui insigne ibi habebat templum. *Strabo. l. 10.*

MARME, es. μάρμη, Oppidum Phœnices: cuius incolæ Marmæi, μαρμάδες. appellantur *Steph.*

Mărmŏr, oris, penultim. { שיש *schájisch.* μάρμαρος. GAL. Marbre. ITALI. *Marmo.* GERMAN. Ein marmelstein. HISP. *Piedra marmolenna, marmol:* ANG. *Marble stone.* } Genus lapidis durissimi, & solidissimi: cuius diuersa sunt genera. ¶ Quoddam enim album, Parium dicitur à Paro insula: quare & in Liguria olim Lunensium lapidicinæ dederunt. ¶ Aliud Laconicum, quod est viride, & cunctis hilarius. ¶ Aliud Luculleum, quod ferè atrum erat, quo delectatus Lucullus illi nomen indidit. [Marmor Alexandrinum. *Senec. Epist. 87.*] ¶ Aliud Ophites à maculis serpentum, quibus distinguitur, nomen accipit. ¶ Aliud Porphyrites, quod est rubrum, candidis interuenientibus punctis, quod & Leucostictos vocatur. ¶ Basaltes ferrei coloris & duritiæ, vnde nomen mutuatur. ¶ Onychites ex Arabiæ montibus est, ex quo vasa potaria in Germaniam afferuntur. ¶ Alabastriten quoque candidum cauare solent ad myrothecia: quoniam vnguenta incorrupta seruare creditur. Sunt & alia marmoris genera, quæ breuitatis causa omitto. *Vide Plin. lib. 36. cap. 7.* Templum de marmore. *Virgil. 4. Æneid.* Præterea fuit in tectis de marmore templum. Incisa notis marmora. *Horat. 4. Carm. Od. 8. Virgil. 6. AEneid* Solido de marmore templa. [Incluſæque gelu stabunt vt marmore puppes. *Ouid. Eleg. 10. lib. 3. Trist. Idem Ibiaem Eleg. 3 lib. 3.*]

Mărmŏrārc. *Lamprid. in Alex Seuero,* Hoc genere marmorādi statuas Colosseus in vrbe multa locauit.

* Marmŏrārĭŭs, Qui marmora vel polit vel secat. *Seneca ep. 89.* Non enim adducor, vt in numerum liberalium artium pictores recipiam, nō magis quàm statuarios, marmorarios, aut cæteros luxuriæ ministros.

Marmŏrātĭo, onis, Constructio ex marmore. { μαρμάρωσις GALLI. Bastiment de marbre. ITA. *Fabrica di marmo.* GERMANIC. Ein bauw oder besetzung auß marmelstein. HISPA. *Encaladura de marmol.* ANG. *A bulding of marble stone.* } à Marmoro, ras, quod est ex marmore construo. *Appui. lib. 3. Flor.* Quid igitur superest ad statuæ meæ honorem? pauimenti marmoratio, nec proscenæ contabulatio, nec scenæ columnatio, sed nec culminis æris pretium, & artificis ministerium, quæ mihi nec in mediocribus quidem ciuitatibus, iniquè desiderè.

Mărmŏrātus, a, um, Ex marmore factus, vel marmore obductus. { μαρμαρωτὸν. GALLIC. Paué ou reuestu de marbre. ITALIC. *Coperto di marma.* GE. Mit marmelstein bedeckt/gemarmelt. HI. *Edificio de piedra marmol cubierto de marmol.* ANG. *Paued or ouerbayed with marble stone.* } vt Marmorata pauimenta *apud Cicer. 2. de Legibus. Varro lib. 3. de Re rust.* substantium vlurpauit Intrinsecus (*inquit*) quasi leuissimo marmorato toti parietes, ac cameræ oblinuntur, & extrinsecus circum fenestras, ne mus aut lacerta arrepere ad columbaria possit.

Mărmŏrĕŭs, a, um, Ex solido marmore factus. { μαρμάρινος μαρμάρεος. GAL. De marbre. ITA. *Marmoreo, de marmo.* GERMA. Marmelsteinen. HIS. *Cosa de marmol.* ANGLIC. *Made of marble.* } vt Sepulchrum marmoreum. *Plinius libr. 31. cap. 1.* Varro autor est, Pitium quendam Prætura functum marmorei signi faciem habuisse propter id vitium. *Cicer. pro domo sua,* Columnæ marmoreæ ex ædibus meis spectante Populo Romano ad socerum Consulis portabantur. *Ouid. 4. Metamorph.* Marmoreum ratus esset opus. [Marmoreæ moles peribunt. *Senec. cap. 18. ad Polyb.*] ¶ Tecta marmorea, & sola marmorea, *apud Cic. in Parad.* Ceruix marmorea, hoc est candida, niuei marmoris similitudine, *Virg. 4. Georg.* [Sic *Ouid. lib. 4. Fast.* Aurea marmoreo redimicula demitte collo. *Idem Ibidem,* Marmoreo pellet adusta gelu. *Idē* Terraque marmoreo est candida facta gelu. *Oui. 10. li. 3. Trist.*]

Mărmŏrōsŭs, a, um, adiectiu. { μαρμαρυγώδης. GALLIC. Plein de marbre, dur comme marbre, ressemblant à marbre. ITALIC. *Pieno di marmo, duro comme marmo, simile à marmo.* GERMAN. Dem marmelstein gleich/ hart wie marmelstein. HISPAN. *Cosa llena de marmol, ò semjante à marmol.* ANGL. *Full of marble, resembling marble.* } Quod marmoream formam, vel duritiem habet. *Plin. lib. 33. cap. 12.* Sil proprie limus est: optimum ex eo quod Atticum vocatur. Pretium in libras XXXII. Proximum marmorosum sub dimidio Attici pretio.

MARNAN, μάρναν, templum Iouis Cretensis in Gaza Palestinæ. Vocantur autem puellæ in Creta Marnan. *Steph.*

MĂRO, onis, Opifex fuit figulus, siue (vt alij putant) magi cuiusdam viatoris mercenarius, Virgilij latinorum poetarum principis pater.

Mărōn ōnis, a, um, penultim. prod. *Stat. lib 4. Syluarum,* tenues ignauo pollice chordas Pulso, Maroneíque sedens in margine templi, Sumo animum.

MĂRŌNĒĂ, pen. prod. μαρώνεια *Steph.* Ciconum ciuitas, præstantissimo vino laudata. ¶ Inde Maroneus, a, um, *Tibull. ad Messalam,* Victa maroneo fœdatus lumina Baccho.

MARONIS, Germaniæ ciuitas. *Ptol. lib. 2. cap. 12.* vulgò Lunenburg.

MĂRPĒSŬS, μάρπησα. *Stephan.* pen. prod. Mons in Paro insula: à quo Marpesius, a, um, μαρπήσιος: vt Marpesia cautes, *apud Virg. 4. Aen.* id est Parius lapis.

MĂRPĒSSĂ, μάρπησα, *Homero,* Filia Eueni, & speciosa inter paucas nympha, vxórque Idæ, omnium illius seculi virorum formosissimi: mater Cleopatræ pulcherrimæ fœminæ, vxoris Meleagri. ¶ Hanc maritus tam perdite fertur adamasse, vt quum eam Apollo rapere conaretur, sumpto arcu & sagittis, raptorem inuadere non dubitarit. Verùm quum eius recuperadæ spes nulla supercsset, mater eam pro Marpessa Halcyonem nominauit, propterea quòd fatum Halcyoni simile sortita viderentur. *Vide Homer. 9. Iliad.*

Mărplacĭdæ, Nauigij genus, quo Siculi vtebantur.

Mărra, Ferreum instrumentum, ad excindendas herbas accommodatū. { שחרשה *mactareschá.* τὸ μάρρον. GAL. Vne marre de vigneron. ITAL. *Marra.* GERM. Ein beckheuwle/ein krauthauwe. HISP. *Aimadana à marra.* ANGLI. *A mattock or pikax.* } *Col. l. 10.* Conrundat marra, vel fracti dente ligonis. *Iuuent. Satyr. 3.* Ne marræ, & sarcula desint.

MĂRRŬBĬĪ, populi fuerunt Italiæ, circa Fucinum lacum habitantes, sic dicti, vel à Rege Marrubio, vel quòd circa mare habitent. *Virgil. 7. Æneid.* Quin & Marrubia venit de gente sacerdos.

Mărrŭbĭum, bij, Herba satis nota, quæ exulcerare vesicam putatur. Græci φοάσιον, alij Linostrophon, quidam Philopæda, nonnulli Philochares appellant. { GALL. Herbe appellée du Marrubium. ITAL. *Marrobio.* GER. Weisser Andorn/oder Warobet. HISP. *Marrubio, Marojos.* ANGL. *An herbe called marrubium, or horehound.* } *Plin. l. 20. c. 22.* ¶ Est & Marrubium nigrum, φοάσιον μέλαν, & βαμωτὴ à Græcis appellatum: quod & Marrubium fœtidum nonnulli nominant. *apud Dios. lib. 3. cap. 115. & 118.* [Vnde dicti, *Cato apud Priscianum lib. 9.*]

MĂRŬCĪNĪ, Populi Italiæ in regione Marsorum. *Silius l. 8.* Marruci-na simul Frentanis æmula pubes.

MĂRS, Deus, belli præses ab antiquis creditus. { ἄρης. GERM. Der Gott deß kriegs } Dictus, *vt aut Varro libr. 4 de Lingua, Lat.* quòd maribus in bello præsit: Siue à Sabina dictione Mamers: quo nomine Sabini Martem dicebant: à poëtis Mauors dicitur per epenthesim, quòd magna vertat. Hic Iouis & Iunonis filius fuisse fingitur: vel, *vt Ouidius fabulatur,* solius Iunonis. Quum enim olim Iuno turbata, eo quòd animaduertisset Iouem marituū percusso capite sine muliere procreasse Mineruam, versus Oceanum proficisceretur, vt scrutaretur quo pacto & ipsa sine viro parere posset, & in itinere fatigata, secus fores Floræ Deæ, coniugis Zephyri, consedisset, interrogata ab ea fertur, quam ob causam ab Oceanum pergeret qua cognita, facturam se voti compotem Deam pollicita est, si id Iuno Iouem celaret. Quod quum Iuno iureiurando affirmasset, mox illam Flora monuit, in Campis Olenis florem esse, quo tacto statim conciperet sine viro: id experta Iuno, concepit, & peperit filium, quem Martem nominauit. Hunc ferunt postea cum Venere concubuisse, eósque Vulcani fallaciis tam obscenè iacentes catena inuisibili ligatos, omnium deorum risui expositos fuisse: tandem Neptuno intercedente, à Vulcano solutos esse. Sororem habuit Bellonam, belli deam. Sacrum ei fecerunt lupum & picum: quos in Dei huius tulela esse credi voluerunt. Salios habuit sacerdotes, de quibus infrà. [Marti victori dicare gladium. *Sueton. in Caligul. cap. 14.* Nec aperti copia Martis vlla fuit *Ouid. 13. Metamorph.* Quantumque ego Marte feroci in acie valeo *Ibidem.* Vtque suo Martem cecinit grauis Ennius ore. *Ouid. Eclog. 1. lib. 2. Trist.* Et fora Marte suo litigiosa vacent, *Ouid. 4. Fast.* Finitimo cinctus prætmor vndique Marte. *Ouid. Eleg. 3. lib. 5. Trist.* Dubio marte equo ascendere. *Velleius.* Iam simul audacis veniunt Martis. *Tibull. libr. 4.* Seu libeat duplicem, seu iunctum cernere Martem Te manet inuicti Romani. Marte Britannus. *Tubull. lib. 4.* Martia Roma. *Ouid. Eleg. 3. lib. 3. Trist.*] ¶ Vsurpatur sæpissime pro ipso bello, μεταφορικῶς. *Virgil. Eclog. 10.* Nunc insanus amor duri me Martis in armis Tela inter media, atque aduersos detinet hostes. *Liu. lib. 1. ab Vrb. cond.* Aliquandiu ibi Marte incerto, varia victoria pugnatum fuit. ¶ Et eadem Mars stellæ nomen quatuor & viginti mensibus, & sex diebus tiam

Liu.lib.2. ab Vrbe, Ager Tarquiniorum qui inter vrbem & Tyberim erat consecratus Marti, Martius deinde campus fuit. [*Idem* Campus etiam Tyberinus campus dictus est.donatus à Tarratia virgine. *Gell. cap 7.lib.6.Plutarch.in Valer.*Item est & mons Martius(locus) *Plutar. in Camill.*] ¶Martius mensis. {μάρτιος μοὺνυχιών. GAL. Le mois de Mars.ITALIC.*Marzo.*GERM.Meerts.HISPA.*El mes de Março.*ANG. *The moneth of marche.*} Primus olim anni mensis apud Romanos, quem Romulus genitori suo dicauit.*Ouid.3.Fast.*A te principum Romano ducimus anno.Primus de patrio nomine mensis erit. [*Plutarc. in Num.*]

*MĀRTĪCOLA, Qui Martem colit. *Ouid.5.Trist. Eleg.4.* Nec patria est habitata tibi, sed ad vique niuosum Strymona venisti, Marticolamque Getam.

*MartĪānūs Adiect. μαρτιακὸς, vt Fœdus Martianum *Cicer.pro Cornelio Balbo*, Qui & veterem illam speciem fœderis Martiani, semper omni sanctionem Marte duxerunt.

Mārtĭgĕnŭs,a,um,adiect.Marte genitus.ἀρειογόνης.*Plaut.in Amphit.* Martigenam ille aggressus beluam magnus Europæ quæstor, anguineos, Repente hostes peperit seminio.

Mārtĭālis,& hoc le,ἀρεῖος. Quod est natum sub Martis stella, vel qui Martis sacris seruit.*Cicer.pro Aul.Cluent.* Martiales quidam Latini appellabantur,ministri publici Martis,atque ei Deo veteribus institutis,religionibúsque Larinatium consecrati. [Martiales ludi. *Suet. in Claud. cap.4.*] ¶Martialis est præterea nomen Poëtæ proprium qui Epigrammatum festiuitate nomen sibi celebre & illustre promeruit.

MĀRSĪ, μαρσοί,*Steph.*Populi Italiæ Picentibus,Æquiculanis,& Samnitibus finitimi,à Marso Circes filio orti,qui saliua sua serpentum morsibus medebantur.*Vide Plin.lib.7.cap.2.* Quinetiam regio ipsa eodem nomine effertur.*Cic.pro Domo sua*,Is in Marsis natus est. ¶Sunt & Marsi Scythiæ populi *apud Herodot.l.4.* ¶A Marsis,fit Marsicus, a, um: vt Marsicum bellum,quod Romani cum Marsis gesserunt.

MARSIPPVS, vrbs Phœniciæ,μάρσιππος,gentile Marsippeus, *Stephan.*

MĀRSŬS, Circes filius, qui Marsorum genti in Italia nomen dedit,vt testatur.*Pli.lib.7.c.2.*

MĀRSPĬTĔR,penultim.corrept.Mars pater,ἄρης:sicut Iupiter, & Iouis pater, vt Iouis sit nominatiuus,hoc est ipse Iupiter,& ipse Mars. *Gell.lib 5.cap.12.*

Mārsŭpium,pij,Loculi,sacculus numorum. {כים *chis.* μαρσύπιον. GAL. Gibbeciere,bourse.ITAL.*Borsa.*GERM. Ein seckel oder täsch.HISPAN. *La bolsa.*ANG.*A bagge of leather,a vallet.*} *Cato de liberis*,Et quod perspicuum est,maiorem curam habere marsupij nostri, quàm vitæ nostræ. *Plaut. Amphitr.* [*sc.4. a.4.*] Vt bene nummatum seruaretur marsupium. [Paulò post crumena dicitur. *Plaut. Menæch. sc.1. a.2.* Cedo dum huc mihi marsupium. *Plaut. Menæch. sc.1. a.2.* Cum Inspicio marsupium. *Plaut. Menæch. sc.7. a.5.* Recte obsignatum est in vidu- marsupium. *Ibid. sc. 4. a. 2.* Oboluit marsupium &c. Festo autem dicitur Masupium] *Varro 3.de Re rust. c.17.* Magis ad oculos pertinent, quàm ad vesicam: & potius marsupium domini exinaniunt,quàm replent.

MĀRSŸĀS, μαρσύας,Tibicen fuit è Phrygia,ea temeritate, vt ipsum etiam Phœbum ad cantus certamen auderet prouocare:à quo & victus, & excoriatus est. GERM. Ein Pfeiffer oder schwägter in Phrygia/der auß vermässenheit seiner kunst Phöbo hatt außbieten dörffen. } Vide fabulam *apud Ouid.lib.6.Fastor.* Est & Marsias, siue Marsya,Asiæ minoris fluuius Apamiam alluens: quem Poetæ fabulantur ortum esse ex Nympharum, & Satyrorum lachrymis,Marsiam deflentium. *Ouid.5. Metamorph.*

Illum ruricolæ,syluarum numina,Fauni.
Et Satyri fratres,& tunc quoque clarus Olympus,
Et Nymphæ flerunt,& quisquis montibus illis
Lanigeróque greges,armentáque bucera pauit,
Fertilis immaduit,madefactáque terra caducas
Concepit lachrymas ac venis perbibit imis:
Quas vbi fecit aquas,vacuas emisit in auras.
Inde petens rapidum ripis decliuibus æquor,
Marsia nomen habet,Phrygiæ liquidissimus amnis. [*Vide Liuium lib.8.d.4.*]

MĀRSŸĀS, æ,μαρσύα, Oppidum Phœnices:vnde Marsyenses.*Steph.*

MĀRSŸĀS, Periandri filius,Pellæus historicus, nutritus vnà cum Alexandro Magno. scripsit res Macedonicas libris decem à primo rege vsque ad Alexandrum.Item de rebus Atticis libros duodecim. ¶Marsias Philippeus historicus superiore recentior. Marsyas Tabenus,qui scripsit de Tranquillitate libros duodecim:fabulosa libris septem,& quædam alia de patria sua.*Autor Suid.*

[Martha mulier fatidica.*Plutarc.in Mario.*]

Mārtēs,tis,Fera exigua,ex genere mustelarum: cuius pellis summo habetur in pretio. {ANGL. *A fulmer or polecatte.*} *Mart.l.10.* Venator capta marte superbus adest.

MĀRTĬĀ, Catonis Vticensis vxor fuit, quam postea, quum ex ea aliquot liberos sustulisset,Hortensio amico concessit:eóque mortuo sub initium bellorum ciuilium rursus eandem duxit.Qua in re Cato maleuolorum reprehensione non caruit, qui vacuam & pauperem eam dimissam esse calumniabantur, vt postea Hortensij testamento locupletatam reciperet.*Autor Plutarch.in Vita Catonis.*

MĀRTĬĀ ĂQVĂ, Quæ & Aufeia, omnium toto orbe aquarum clarissima fuit à nono lapide structis fornicibus in vrbem perducta:ita dicta ab Anco Martio Romanorum rege, qui eam primus in vrbem ducere auspicatus est. *Vide suprà in dictione* AVFEIA, *& apud Plin.lib. 31.cap.3.*

MĀRTĬŌN, Smyrnæus medicus,de quo sic *Plin.lib.28.cap.4.* Martion Smyrnæus, qui de simplicibus affectibus scripsit, rumpi icolopendras marinas sputo tradit:item rubetas,aliásque ranas.

MĀRTĬVS, cognomen Anci, quarti Romanorum regis, qui Numæ Pompilij nepos fuit,æquitate & religione auo similis. {GERM. Der vierdte könig der Römeren.}Latinos bello domuit,& Auentinum Ianiculúmque montes vrbi addidit,noua mœnia oppido circundedit: syluas ad vsum nauium publicauit: salinarum vectigal instituit:carcerem primus ædificauit: Ostiam coloniam maritimis commeatibus opportunam in ostio Tyberis deduxit.*Autor Liu. 1. ab Vrbe.* [De Martiorum familia & vnde *Plutar.In Coriol.& in Numa.*]

Mārtȳr,martyris. {עד *hedh.*μάρτυρ.} à Græcis dicitur quem nos testem uocamus.Quo factum est, vt qui sanguinis sui pignore Christo diuinitatis testimonium dederunt, Martyres vocentur. ¶Hinc martyrium μαρτύριον,testimonium. ¶Item martyrium pro templo martyribus dicato ponitur *apud Impp.in lege 13.& loge 13.& lege,decernimus.C.de sacrosanctis ecclesiis.*

Maruda, Mensuræ genus, quod heminas sex capiebat. *Autor Iulius Pollux.*

MĂRŬLLŬS, Tribunus plebis cum Flauio, coronas Cæsaris dictatoris statuis detraxit,eósque qui primi Cæsarem regem salutauerant, in vincula duci iussit. Quamobrem Cæsar Marullum magistratu priuauit.*Author Plutarch.in Cæsare.* ¶Marullus item poëta mimographus sub Antonino principe. *apud Spartianum.* ¶Pomponius item Marullus, Grammaticus, Romæ profitebatur, lermonis Latini exactor molestissimus,quum ex oratione Tiberium reprehendisset,affirmante Atteio Capitone & esse illud Latinum: & si non esset, futurum certè. Iam inde mentitur(*inquit*) Capito:tu enim Cæsar ciuitatem dare potes hominibus, verba non potes. Pugilem olim fuisse Asinius Gallus hoc in eum epigrammate ostendit,

Qui caput ad læuam didicit,glossemata nobis
Præcipit:os nullum,vel potius pugilis.

Marum,μάρον *Dioscoridi* herba est surculosa, flore origani sed odoratiore,foliisque multò candidioribus:quæ circa Magnesiam & Tralleis copiosa gignitur,*Plinius quoque libro 12.capite 24.* in Ægypto marum nasci tradit,sed peius quàm Lydium,maioribus foliis,ac variis.

MARVS, {quòd hic pro nomine montis perperam legebatur (vide TMARVS.

Mās, maris, masc. gen. Masculus)(fœmina. {זכר *zachár.* ἄῤῥην, ἄρσην. GALLIC. Masle. ITALI.*Maschio.* GERMAN. Ein mann oder manobild. HISPAN.*El macho.*ANG.*The male.*} *Cice.1.de Natura deorum.*Bestiæ aliæ mares,aliæ fœminæ sunt.*Liu.lib.8.bell.Pun.*Cære porcus biceps,& agnus mas,idémque fœmina.*Colum.lib. 8.cap.2.* Contumax ad concubitum dedignatur gallina,admittere marem, *Varro 3.de Re rust.cap.12.* Quis item nescit. paucos si lepores mares in fœminas intromiserit, breui tempore fore vt impleatur leporarium? *Colum. libr. 6. cap. 24.* Mense Iulio fœminæ maribus plerunque permittendæ. [Interdum Mares sumuntur pro fortibus & magnanimis.*Horat.* Et maribus Curiis & decantata Camillis:vt contrà,malè marem vocat.*Catullus.* Effeminatum & mollem.*Plaut.Mil.sc.5.a.2.*Non hi me marem sed fœminam esse rentur.]

Māscŭlēsco,is,ere,Est masculum fieri. {עזכר *nizchár.*ἀῤῥενοδέω. GAL. Deuenir masle ITAL.*Immaschirsi.*GERMAN.Zu einen man werden.HISPA. *Hazerse macho o mas rezio.*ANGLI.*To turne to the male kind.*} *Plin.lib. 18.cap.13.* de rapis & napis loquens, Genera eorum Græci duo prima fecere, masculinum, fœmininúmque: & ea serendi modo ex eodem semine. Densiore enim satu masculescere,hoc est ex fœminis masculos fieri.

Māscŭlo,las,Masculum animum induo,firmo,roboro. {חזק *chizzék.* ἀῤῥενόω. GALLIC. Faire masle.ITA.*Immaschire.* GER. Mannlich vnd gehertzt machen.HISPAN. *Hazer macho.*ANGL.*To mak of the male kind.*}A quo commasculo. *Apuleius 2.de Asino*,His cognitis,animum meum commasculaui.

Māscŭlum, ti, Locus in quo plantæ vinearum masculæ consitæ sunt. Plantæ autem masculæ sunt,quæ non subiguntur vt palmites alios emittant:sed altius crescunt,& in altum attolli permittuntur. *Plin.lib. 17.c.22.*Nec veterem placet palmitem in longum,& ad quartum vsque pedamentum emitti: quod alij dracones alij Iuniculos vocant, vt faciant quæ Masculeta appellant.

Māscŭlŭs,li,subst.antiquum,diminutiuum. {זכר *zachár.* ἀῤῥενίσκος. GALLI. Masle.ITAL.*Maschino.*GERM.Ein männlin.HISPANI.*Macho.*ANGLI. *Male.*} *Plaut.in Cistel*,Bona fœmina,& malus masculus hîc te volunt. Aliquando adiectiuum est,idem significans quod masculinus, vt Mascula facies.ἀῤῥενωπία. Mascula Sappho,dicta est *ab Horat.lib.1.Epistol.* eo quòd tribas esset & in portentoso mulierum concubitu viri vice fungeretur. ¶Mascula proles,*Horat.3.Carm.6.* Sed rusticorum mascula militi proles Sabellis docta ligonibus Versare glebas. ¶Aliquándo accipitur pro forti,& vehementi,& quod virum decet. Sic mascula bilis dicitur *à Persio 5. Sat.* calido sub pectore mascula bilis Intumuit. *Pli.lib.12.cap.14.* quandam thuris speciem Thus masculum appellat ad differentiam fœmini.Idcircò autem thus masculum quidam dici putant,quòd testium speciem habeat.

Māscŭlīnus,na,num,Quod est maris, siue masculi. {ἀῤῥενικός. GALL.De masle.ITALIC.*Di maschio.*GERMANI.Männtich. HISP.*Cosa de macho.* ANG.*The male kind.*} *Plin. lib. 18. cap.13.* Genera eorum Græci duo prima fecere,masculinum fœmininúmque, & ea serendi modo ex eodem semine.

*Masalia,Cretæ fluuius.*Ptolemæo lib.3.cap.17.*Hodie *Mesauo.*

MASSARIS,μάσσαρις, Bacchi cognomen apud Caras:de cuius origine sic fabulantur : In comitatu Rheæ cui Iupiter Bacchum alendum commiserat mulierem fuisse,cui nomen erat Ma: quam quum Iuno rogasset cuius is esse puer, ἄττος, hoc est Martis,illa respondit. Qua voce à vulgo excepta,Bacchus deinceps Masaris dictus est, quasi τὸν μᾶτ ἄττα.

MASDORANI,Asiæ populi,iuxta Parthiam, & Carmaniam desertam incolentes.Horum meminit Ptolem.*lib.6.cap.17.*

MASANORADA, μασανοράδα.Mrbs Cariæ,à Masanorado Cyndapsi filio, gentile Masanoradeus.*Steph.*

NASCHANE,μασχάνη.Vrbs Scenitarum Arabum, πρὸς τῇ σκυθικῇ ἐρήμῳ. *Steph.*

MASCOTVS,μάσκοτος,Vrbs Libyæ,& alia prope Hesperides.*Steph.*

MASDORANVS, Mons Asiæ,qui Parthiam ad Orientem ab Asia dirimit *Autor* Ptol.*l.6.c.5.*

MASES,μάσης, Vrbs Argiuorum. *Homer.* οἵ τ' ἔχον ἄργος μάσητά τε κοδρηϊὰ χῶρον.dicitur etiam μάσητος in recto. Ciues Maseri,*Steph.*

MASETIS,μασῆτις,Palus quædam & vicus,& insula.*Steph.*

MĂSSĬNĬSSĂ, Numidarum rex fuit, acerrimus primùm nominis Romanhostis, postea verò fidelissimus socius. Hîc ad extremam vi-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

que senectam mira valetudinis prosperitate, vegetóque corporis robore vius est, adeò vt nonagesimo ætatis anno filium genuerit, itérque quamuis proxilum faciens, equum nunquam ascenderit, nullo imbre nullóque frigore adduci potuisset, vt capite operto fuerit, *teste Cicer. in lib. de Senect. Ouid. 6. Fastor.* Postera lux melior, superat Masinissa Syphacem. De hoc multa. *Liu. lib. 3. bell. Punici.*

MASIVS, μάσιον, *Steph.* Gordyæorũ montium pars est, supra Nisibim, vbi Armenia dirimitur à Mesopotamia. *Autor Strab. l. 11.*

Mā̆spētum, maspeti, penult. corr. μάσπετον *Dioscoridi*, Caulis est laserpitij ferulæ similis. *Plin. autem lib. 19. cap. 3.* folia laserpitij hoc nomine tradit appellari.

MĀSPĬĪ, μάσπιοι, Gens Persica, *apud Steph.*

MĀSSĂ, Libiæ fluuius, *Ptolemæo.*

Māssă, masiæ, Farina macerata, & aqua subacta. {עָרֹם *Faras* בצק *batsek.* μάζα. GALL. Paste, masse, chose massiue & espoisse. ITAL. *Pasta & simili cose spesse.* GERMANIC. Ein teig/ Item, ein klots. HISPANIC. *La massa de pan y tal cose semejante.* ANGLIC. *Paast all thing thiek and massie lyk paast, a masse or wedge.*} ¶ Significat etiam quicquid densum est, spissúmve ad similitudinem farinæ subactæ: vt Massa auri, Massa ferri hoc est pila, & veluti moles. *Colum. l. 12. c. 15.* Quidam ferri massas exurunt, ita vt ignis speciem habeant. *Virg. 1. Georg.* Massam picis vrbe reportat. [*Ouid. 4. Fast.* Æs erat in pretio; Chalybis iam massa placebat.]

*Māsso, massās, massare, In massam redigere, Conglobare, Condensare. *Lucret. lib. 1.* Quòd si forte vlla credunt ratione potesse Ignes in cœtus stringi, massaréque corpus.

Māssŭlă, eius diminutiuum est. {τὸ μάζιον, ἡ μαζίσκη. GALL. Petite masse. ITAL. *Picciola massa.* GERM. Ein teigken oder klotzlin. HISP. *Pequenna pasta.* ANG. *A litle masse.*} *Colum. l. 12. c. 38.* Post hæc complures ex ea massulæ fiunt, & ita per latera seriæ in mustum demittuntur, &c.

MASSACA, μάσακα, *Steph.* Indorum oppidum est, *apud Arrianum.*

MĀSSAESȳLĬĂ, μασσαισυλία, siue, *vt apud Steph. & Strab. legitur*, μασσαιυλία vnicc, Africę regio, à Mauris Malucha fluuio (quem *Strabo* Molochat appellat) direpta. *Vide Strab. lib. 17. & Plin. lib. 5. cap. 2.* ¶ Huius regionis populi Massæsyli vocati fuerunt quos *Plinius* testatur sua ætate extinctos fuisse, regionémque eorum à Getulis fuisse occupatam.

MĀSSĂGĔTAE, μασσαγέται, Populi Scythici in Asia vltra mare Caspiũ: qui quum per deserta discurrunt, equorum suorum sanguinem cum lacte bibunt. {GERM. Grausame Scythische völcker ausserthalb dem Hircanischen meer in Asia gelägen.} Apud hos senio confecti, in frusta cæduntur, admistísque ouillis carnibus à suis eduntur: qui verò morbo intereunt, feris deuorandi obiiciuntur. Infestissimi sunt hospitibus, neque cum vicinis populis vllam seruant amicitiam, aut fidem. Vxores habent communes, cum quibus etiam in publico coire non verentur, Solem præcipuè venerãtur, cui & equum immolant: cæteros deos habent neglectui. *Vide Strab. lib. 11. & Herodot. libr. 5. Stat. in Achilleide*, Lactea Massagetæ veluti qui pocula fuscant Sanguine puniceo, &c. ¶ Nominatiuus singularis est Massageta, vel Massagetes. *Lucr. l. 3.* Longáque Sarmatici soluens ieiunia belli Massagetes, quo fugit equo.

Māssăr̆ĭs, Vua est quæ ex vite sylvestri cum flore in Africa decerpitur: medicinæ tantùm, & odoramentis idonea. *Vide Plin. lib. 12. cap. vlt. & in Proœm. l. 23.*

MĀSSĬĂ, μασία, *Stephano*, Oppidum Hispaniæ vlterioris, non procul à Tartesso, circa quod lateres fiebant ex terra pumicosa, qui siccati non mergebantur in aqua. *Vide Plin. l. 35. c. 14.*

MASSICA, regio Bæticæ Tartesitis oppidũ. hanc *Vitruuius* Maximam appellat.

MĀSSĬCVS, penult. corr. Mons Campaniæ optimi vini ferax. *Silius l. 7.* Massicus vuiferis addebat nomina glebis. Hinc Massicum vinum, inter Campana vina olim laudatissimum. *Plin. lib. 14. cap. 6.*, Certant Massica æquè ex monte Gaurano, Puteolos Baiásque spectantia. *Horat. lib. 1. Carm.* Est qui nec veteris pocula Massici. Nec partem solido demere de die Spernit. [*Plaut. Pseud. sc. 2. a. 5.* Massici montis fructus ebibere.] *Docet Seruius*, Massicus in plurali facere Massica. *Virgil. lib. 7.* Vetunt fœlicia Baccho Massica.

MĀSSĬLĬĂ, {μασσαλία. GAL. Marseille. GER. Marsilien/ ein statt in der Prouintz am meer gelägen.} vrbs in Narbonensi Prouincia, à Medis Astyage imperante condita, circa secundam & quadragesimam Olympiadem, annis antè quàm Virgo pareret. D. C. XIII. post obitum Dauid regis annis CCCCLXXXIIII. Diruta deinde, à Phocensibus instaurata est, qui Cyri tyrannidem fugientes destituta Græcia in hunc sinum nauigarunt. Olim Massiliæ studia ingenuarum doctrinarum adeò floruerunt, vt Romani pro Attica peregrinatione M. sssiliense peterent gymnasium ad disciplinas capescendas. *Plaut. in Casin.* Massilienses mores, tanquam optimos & probatissimos dixit. Vbi (*inquit*) tu es, qui colere mores Massilienses postulas? Massiliensium mores & instituta summis laudibus extollit *Cicero, cùm alibi sæpe, tum præcipuè in Oratione pro L. Flacco: cuius hæc sunt verba*, Neque verò te Massilia prætereo, quæ L. Flaccum militem quæstorem cognouisti: cuius ego ciuitatis disciplinam atque grauitatem, non solum Græciæ, sed haud scio an cunctis gentibus anteponendam iure dicam. Quæ tam procul à Græcorum omnium regionibus, disciplinis, linguísque diuisa, quum in vltimis terris cincta Gallorum gentibus, Barbariæ fluctibus alluatur: fic optimatum consilio gubernatur, vt omnes eius instituta laudare facilius possint, quàm æmulari. Inclytam autem fuisse clarissimo gymnasio in Agricolæ vita Tacitus quoque testatur, quum socerum scribit Agricolam statim paruulum sedem ac magistram studiorum Massiliã habuisse, locum Græca comitate & prouinciali parsimonia mistum ac bene compositum. *Lege Strab. lib. 4.* De eius veteribus institutis multa *Valer lib. 2.* [*Vide Senecam cap. 8. de Consol. ad Heluiam. Plutarch. in Solon.* Mercator Massiliam condidit.] Deo origine verò & primis initiis non pauca *Iustinus lib. 43.* hæc vini optimi ferax fuit: vnde *Martial. lib. 13.* Tu me Massiliæ ponere vina putes. ¶ A Massilia fiunt, Massiliensis, Massilianus, Massilioticus, μασσαλιώτης, μασσαλιώτικος. Vnde Massilienses viri. [*Plau. Men. sc. 1. a. 1.* Massilienses, Illirios sumus præteruecti.] Massiliana vina, & Massilioticum ostium Rhodani, quod Massiliæ proximum est. *Plin. lib. 3. cap. 4.* Libyca appellantur duo Rhodani ora modica: ex his alterum Hispaniense, alterum Metapinum: tertium: idémque amplissimum, Massilioticum.

MĀSSȳLĪ, pen. prod. μάσσυλοι. *Stephan.* populi Africæ, Cæsariensi, Mauritaniæ, & Massesylis proximi. Hi neque frænis, neque ephippijs vtuntur, sola contenti virga, qua equos regunt.

Massylus, a, um, adiectiuum. *Virg. 4. Æneid.* Hinc mihi Massylæ gentis monstrata sacerdos.

Māssȳlĭŭs, a, um, *Lucan. l. 4.* Et gens quæ nudo residens Massylia dorso Ora leui flectit frænorum nescia virga.

Māssȳlæŭs, a, um, *Martialis libro 9.* Et Massylæum virga gubernat equum.

MĀSTAVRA, μάσαυρα, Lydiæ ciuitas: ita dicta, quod in ea Rheæ, Bacchi nutrici. (quæ Mâ Lydis appellatur) taurus soleat immolari *Vide suprà in dictione* MA. Huius incolæ dicti sunt Mastaurenses, μασαυρῆς, καὶ μασαυρίτης *Stephano*, quorum meminit *Plinius libro 5. cap. 29.*

MASTIANI, μαστιανοὶ, & alibi μαστιγοι, populi iuxta Herculis columnas, ab vrbe Mastia. *Steph.* Sixus, *inquit alibi*, vrbs Marinorum corrupte, vt videtur.

Māstĭchē, es, penult. corr. cum aspiratione in vltima syllaba, μαστίχη *Dioscoridi.* {GALLIC. Du mastich. ITALIC. *Mastice.* GERMA. Ein gummi auß dem baum tentisco. HISPAN. *El almaciga goma de lentesco, teste Plin. lib. 12. cap. 17.* lacryma est, quam lentiscus arbor gummi modo sudat.

Māstĭx, igis, pen. obliquorum prod. Scutica, flagrum siue lora quibus mancipia cæduntur. {שׁוֹט *schot* שׁוֹשׁ *schotét.* μάστιξ. GALLIC. Fouet, verges à fesser. ITAL. *Staffile, scorreggiata.* GER. Ein geissel. HISP. *Azote.* ANG. *A whip to whipe seruandes wich.*} à Græco verbo μαστίω, flagris cædo. ¶ Inde Homeromastix appellatus est Zoilus ille Homeri calumniator. *Vide infrà in dictione* ZOILVS.

Māstīgŏphōrŭs, μαστιγοφόρος. Dicebatur seruus flagellifer, qui scilicet agonothetas in sacris certaminibus comitabatur, virgas præferens, ad submouendam turbam, & chibendas seditiones. *Bud.*

Māstīgĭă, antep. pro. Verbero, verberibus dignus. {μαστιγίας. GAL. Digne d'auoir du fouet, batable. ITAL. *Huomo da bastone, pezzo d'asino.* GER. Der geisslens wärt ist. HISP. *Açotadizo.* ANG. *A knaue worthie to bescourged.*} *Plaut.* [*sc. 4. a. 3.*] Crucior lapidem non habere, vt illi mastigiæ cerebrum excutiam. [Reddin' an non virginem Mastigia? *Plaut. Curc. sc. 4. a. 4.* Exi culina, sis foras, mastigia. *Plaut. Menech. sc. 1 a. 2.*]

Māstīgĕŭs, mastigea, mastigeum. *Plaut. in Trinum.* Aggrediundus est hic homo mastigeus.

Māstrŭcă, Vestis genus, qua Sardi vtebantur. {ἡ μαστρύκα. GAL. Vne sorte d'habillement duquel vsent les Sardes. ITA. *Veste vsata da Sardi.* GERM. Ein gattung eines kleids der völckeren in der Insel Sardinia. HIS. *Vestidura propria delos de Cerdenna.* ANG. *A king of garment which the Sardes vseth.*} *Cicer. pro Scauro*, Quem purpura regalis non commouit eum Sardorum mastruca, mutauit.

Māstrŭcātŭs, Qui mastruca vtitur. {ὁ μαστρυκατός, μαστρύκα ἠμφιεσμένος. GAL. Vestu de tel habit Sardian. ITALIC. *Vestito di tale habito.* GERM. Mit einen solchen Sardinischen kleid angethon. HISPA. *Vestido de vna tal veste.* ANG. *Clothed with a garment of the Sardinians.*} *Cicer. pro Cons.* Res in Sardinia cum mastrucatis latrunculis à Proprætore vna cohorte auxiliaria gesta.

[Mastũrbari, fœdum verbum. *Martial. Epigramm. 42. lib. 9. & Epist. 101. lib. 14.*

Mastŭs, {שד *schád.* μαστός.} Latinè mamma, & propriè animalium est. Per translationem tamen Masti etiam appellantur tubuli mammati in fontibus, & aquæ ductibus, quos Latinorum nonnulli Mammas. Varro etiam Papillas vocat. *Virgil. lib. 7.* Athenis (*inquit*) ex huiusmodi locis & fontibus masti vsque ad portum Piræum ducti sunt salientes. A Cassiodoro etiam Vbera appellantur. Quanto (*inquit*) pulchrius est Claudiam aquam per tot sicca montium iuga lauacris, & domibus liquores purissimos fistularum vberibus immisisse. *Plin. lib. 26. cap. 15.* herbam etiam huius nominis esse dicit, quæ potui indita, pilos mammarum à parte nascentium aufert.

MĀSSVRĬVS, μασσούριος, Eques Romanus fuit tempore Tiberij, Iureconsultus non incelebris, qui publice de iure rescripsit.

Matæŏtechnĭă. ματαιοτεχνία, Superuacua atque inutilis artis *imitatio*, & vanitas artis dicitur, quę scilicet artifici nihil affert commodi. Eiusmodi fuit ars eius, qui ciceris grana ex spatio satis longinquo in acum sine fruſtratione iniiciebat. μάταιον enim vanum dicitur. τέχνη ars.

MATAVRVS, μάταυρος, Siciliæ oppidum Locrorum opus: cuius incolæ dicuntur Mataurini *Steph.*

Mataxæ, *inquit Budæus*, Sunt manipuli & Fasciculi cannarum quos Vitruuius tomice alligari iubet, Ipsaque, *inquit*, tectoria abacorũ & specularium diuisionibus circa se prominentes habent expressiones. Existimo autem ex Æmari Rauconeri sententia, diuisiones abacorũ fore mas esse quadratas in tectorio prominentes: speculorum autem diuisiones formas esse rotundas. *Hæc Turnebus.*

Matella, Matellio, Vide MATVIA.

Mateola, *apud Plin. & Catonem*, Genus est farculi. *Cato de Re rust. cap. 46.* Quum taleam demittes, pede tantùm opprimito: si parum descendit, malleolo aut mateola adigito: cauetóque ne librum scindas, quum adiges.

Matĕr, huius matris, Notæ significationis nomen est, à Græco μήτηρ. {μήτηρ. GALLIC. Mere. ITA. & HISP. *Madre.* GERMAN. Ein mutter. ANG. *A mother.*} *Cicer. pro A. Cluent.* Nam Sassiæ mater huius Habiti (mater enim à me nominis causa, tametsi in hunc hostili odio & crudelitate est, mater inquam appellabitur: neque vnquam ita de suo scelere & immanitate audiet vt naturæ nomen amittat. *Virgil. 8. Eclog.* -crudelis tu quoque mater. Carentes matre priuigni. *Horat. 3. Carm. Ode 24.* [Mater abest, nihil iubeo Romane requiras. *Ouid. 4. Fast.* Mater, ait virgo, (mota est Dea nomine matris.) Quid facis in solis incomitata locis, (Honoris verbum) *Ouid. Ibidem* Triste matribus agmen. *Senec. cap. 2 de Consol. ad Mart.* Quam multas matres fecerit ille Deus (Iuppiter) *Ouid. Eleg. 1. lib. 2. Trist.* Dum aduentu matris prosilit (virgo) excutitur malum. *Catull. ad Ortalum.* Me pia detinuit coniux, pia mater Achille. *Ouid. 13. Metamor.* Est quoque per matrem Cyllenius addita nobis Sidera nobilitas. *Ouid. 13. Metamorph.* Sine matre creata carmina Palladis exemplo.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Exemplo, *Ouid. Eleg. vlt. lib. 3. Triſt.* Mater tu (ei) eadem hera es. *Plau. Aſin. ſ. 2. a 1.* Salutem dicito matri & patri. *Plau. Capt. ſc. 3. a. 2.* Vtrum te ipſem, an matrem ſalutem (.i. qui vt mater mihi das lucis tuendæ copiam) *Plau. Pſeud. ſc. 4. a. 2.*] ¶ Aliquando tamen pro nutrice vſurpatur, *Plautus* vtrumque ſignificationem complexus eſt, Ita formabat. Neque adeò mater ipſa, quæ illos pepererat. ¶ Sumitur etiam hoc nomen latiùs, vt & de brutis animantibus dicatur, quæ fœtum edidérunt. Mater, *inquit Nonius*, quæ quoduis animal partu edit. *Virgi. 3. Georg.* excretos prohibent à matribus hœdos. ¶ Mater mellis, apis. *Varro 2. de Re ruſtica cap. 5.* Denique ex hoc putrefacto naſci dulciſſimas apes, mellis matres. ¶ Transfertur & ad arbores, quæ matres dicuntur ob propagines, quæ ex ipſis naſcuntur. *Plinius lib. 12. c. 5.* Superiores eiuſdem rami in excelſum emicant, ſyluoſa multitudine, vaſto matris corpore. ¶ Luxuries auaritiæ mater. *Ci. 2. de Ora.* ¶ Sapientia omnium bonorum mater. *Idem 2. de Legib.*

Mātĕrcŭlă, æ, diminutiuum à mater. {το μητρίδιον, μητρίδιον. GALLIC. Petite mere. ITA. *Picciola madre.* GER. Ein mütertin. HISP. *Pequenna madre.* ANG. *A litle mother.*} *Cic. pro Flacc.* Nunc denique materculæ ſuæ feſtiuus filius, aniculæ minime ſuſpicioſæ purgat ſe per epiſtolam. *Horat. 1. ep. 7.* Dum pueris omnis pater & matercula pallet.

Mātĕrnŭs, a, um, Quod matris eſt. {μητρικός. GALLI. De mere. ITAL. *Di madre.* GERM. Mütterlich. HISPAN. *Coſa de madre.* ANG. *Of the mother.*} vt Maternus, paternúſque ſanguis. *Cic. pro Roſc. Amerin. Idem pro Cluent.* quo eſt nomen amantius indulgentiúſque maternum, *Ouid. 3. Metamorph.* maternáque tempora complet. *Virgil. 4. AEneid.* materno veniens ab auo Cyllenia proles Vbera materna, *Statius 1. Thebaid.* Maternus animus, *Terent. in Heaut.* Res maternæ atque paternæ abſumptæ. *Horat. 1. Epiſt. 16.* [Sed neque materno quod ſum generoſior ortu. *Ouid. 13. Metamorph.* Maternus illius animus in nos. *Senec. cap. 1. de conſol. ad Heluiam.* Et modo maternis tecta videtur aquis *Ouid. Eleg. 1. lib. 2. Triſt.*]

Māterfamĭlĭās, Vxoris ſpecies eſt. {בעלת הבית *baʿalath habbáiyth.* οἰκοδέσποινα. GALLIC. Mere de famille, la maiſtreſſe ou dame de la maiſon. ITALIC. *Patrona di caſa, donna, madonna.* GERMANI. Ein hauß mutter. HISPANIC. *Muger caſada a parida.* ANGLIC. *The good wif or maiſtreß of the houſe.*} Non enim quæuis vxor ſtatim materfamiliás eſt, ſed ea ſola, quæ in mariti manu mancipióque eſt aut in eius in cuius manu mancipióque eſt maritus, ita dicta*, quoniam non in matrimonium tantum, ſed in familiam quoque mariti, & in ſui hæredis locum venit. *Feſtus dicit*, non antè matrem familiæ dici, quàm vir eius paterfamiliás appelletur: nec poſſe hoc nomine plures in vna familia appellari, ſed vnam tantum matremfamiliás dici. *Vlpianus l. pronuntiatum ff. de Verb. ſignifi.* aliter hoc nomen interpretatur. Matremfamiliás (*inquit*) accipere debemus eam, quæ non inhoneſte, ſed honeſté & cum dignitate vixit. Matrem enim familiás à cæteris fœminis mores diſcernunt atque ſeparant: proinde nihil intereſt nupta ſit, an vidua, ingenua an libertina. Nam neque nuptiæ, neque natales faciunt matremfamiliás, ſed boni mores. *Liu. 4. bell. Maced.* Et quum tibi viro liceat purpura in veſte ſtragulata vti, matremfamiliás tuam purpureum amiculum habere nõ fines? Iuſta materfamiliás, & Pellex, contraria. *Liu. 9. bell. Maced.* Hunc iuſta matrefamiliás, illum Pellice ortũ eſſe. Vide hac de re plura *apud Gell. lib. 18. cap. 6. & apud Boethium in Commen. 3. in Topic. Cic.** Mater familiás quoque dicitur quæ eſt ſui iuris & emancipata. *Vlpia. in l poſt mortem. ff. De adopt. & emanc.* [Per ſupremi Regis regnum iuro, & matremfamiliás Iunonem, Quæ ſit & quid differt à matrona. *Gell. cap. 6. li. 18.*] Porrò quod ad vocis huius compoſitionem attinet, Familiás antiquus eſt genitiuus Græcorum imitatione formatus: qui genitiuum fœminorum in a purum deſinentium mittunt in as.

Mātĕr māgnă, Dicebatur Tellus, deorum (vt vetuſtas credidit) omnium mater à Græcis Cybele dicta cui ſus prægnans mactabatur, quæ hoſtia eſt propria terræ. κυβίλη. Dicitur & mater alma, quòd omnia alat. ¶ Item mater deũm, quod omnia generet. ¶ Vocatur item Mater Phrygia à monte Phrygię, quem plurali numero Dindyma vocant.

Mātĕr mātrīmă, Illa quæ quum mater ſit, adhuc matrem habet viuentẽ *Vide infrà in dictione* MATRIMVS.

Mātĕr Mātūtă, Aurora dicitur, quàm antiqui, *teſte Feſto*, ita appellarunt, à vetuſto nomine Manum, quod illis bonum ſignificabat. ἀδικοδία. Hanc Poëtæ fingunt fuiſſe Ino Cadmi filiam, quæ Achamantis furorem metuens, vnà cum Melicerta filio ſeſe in mare præcipitauit: qui quàm nuſquam conſpicerentur, in marinos deos mutati credebantur: atque ipſa quidem à Græcis λευκοθέα, & à noſtris Mater Matuta: Melicertes autem ab illis παλαίμων, & à Latinis Portunus appellatus eſt *Cic. 1. Tuſc.* Ino Cadmi filia λευκοθέα nominata à Græcis, Matuta habetur à noſtris.

Mātĕrtĕră, Matris ſoror, quaſi mater altera, *inquit Feſtus.* {μητρὸς ἀδελφή. GAL. La ſœur de ma mere, ma tante. ITAL. *Zia.* GERMAN. Der mutter ſchweſter. HIS. *Hermana de la madre.* ANGL. *The ſiſter of my mother, myne aunte.*} *Cic. 2. de Oratore*, Quorum noſtra erat matertera, &c. *Idem 1. de Diuinat.* Puellam defatigaram petiiſſe à matertera, vt ſibi concederet paulũper, vt in eius cella requieſcerem *Ouid. 1. Metamorph.* tu tantùm fida ſorori Eſſe velis: proliſque meæ matertera dici. [Pater meus iſtum geſtauit. At mea matertera. *Plau. Curc. ſc. 2. a. 5.*] ¶ Matertera magnæ auiæ, maior proauiæ, maxima abauiæ meæ ſoror dicitur: *de quibus Iuriſconſultus in L. Iuriſconſultus D. de grad. cognat.*

Mātrālĭă, Matris Matutæ feſta, tertio Nonas Iunij celebrari ſolita. μητρῶα. *Ouid. lib. 6. Faſt.* Ite bonæ matres, veſtrum Matralia feſtum, Flauaque Thebanæ reddite liba deæ.

Mātronă, Dicitur, *inquit Gell. lib. 8. cap. 6.* quæ in matrimonium cum viro conuenit etiamſi liberi adhuc non ſint ſuſcepti. {בעלת הבית *baʿalath habbajith.* οἰκοδέσποινα. GA. Dame, maiſtreſſe d'vne maiſon. ITA. *Patrona di caſa, matrona.* GER. Ein ehrlich ehſeweib. HIS. *Matrona, ſennora de caſa.* ANG. *The good wife, housewife.*} Quippe appellationem habet à matris nomine, non adepto, ſed cum ſpe & omine mox adipiſcendi. Vnde ipſum quoque Matrimonium vocatum eſt, quoniam eo vir & vxor coniunguntur, vt illa mater fiat. *Plau. Caſ.* Non matronarum officium eſt, ſed meretricum, Viris alienis, mi vir, ſublandirier. *Cic. 3. de Natura deorum.* Natio quoque dea putanda eſt: quæ quia partus matronarum tueatur, à naſcentibus natio nominata eſt. *Ouidius 2. Meamorph.* Senſerat hoc olim magni matrona Tonantis. [Vt matronarum hic facta pernouit probe, vbi earum luxus recenſet 1. *Plaut. Aulul. ſc. 5. a. 3.* Detipiamus aurum matronis palam *Ibid. ſc. 6. a 4.* Matronæ, non meretricum eſt vnum inſeruire amantem. *Plaut. Moſtell. ſc. 3. a. 1.*] ¶ Diſtinguitur autem matrona à matrefamiliás, quod materfamiliás dicatur, quæ per coemptionem in manum mancipiúmque viri conuenit, & in ſui hæredis locum: viróque inteſtato, veluti filia, ſuccedit. Matrona autem, quæ & vxor vſu dicebatur, quæ in lecti tantùm conſortium veniebat, non etiam bonorum. *Vide Boet. in Top. Ciceronis. Vide ſupra in diction.* Materfamil. [*Vide & Gell. capit. 6. lib. 18.*]

Mātrōnālĭs, & hoc le, adiect. *apud Liu. 4. bel. Maced.* Matronale decus *apud Colum. lib. 12. in Proœm.* Matronalis labor, qui proprius matronæ eſt. Matronales genæ. *Ouidius 2. Faſt. de Lucretia*, Quæque poteſt narrati: teſtabant victima, fleuit, Et matronales erubuêre genæ. {γυναικεῖος, ἡ τῶν οἰκοδεσποινῶν. GAL. De matrone, de femme d'honneur. ITA. *Di femina honorata.* GERM. Das eines eeren weibs iſt. HISP. *Coſa de matrona.* ANGLIC. *Of a matron or a woman of honour.*} [Matronalis decus. *Liuius lib. 34.* SC. de matronali iure ac de fœminis famoſis. *Sueton. in Tiber. capite 35.*]

MĀTRŌNĂ, penult. corrept. Vulgo *Marne.* {GERM. Ein fluß Campanien in Francreich.} Nomen eſt fluuij Campaniam Galliarum alluentis: *de quo ſic Auſonius in Moſ.* Non tibi ſe Liger ante feret, non Axona præceps, Matrona non Gallos Belgóſque interſita fines.

Mātrōnālĭă, Qui erant dies matronis feſti, quibus viri pro conſeruatione coniugij diis ſupplicabant. [De iis *Plutarc. in Rom.*]

Mātrīcīdă, æ, Qui matrem occidit: Hinc matricidium matris occiſio. {μητροκτόνος, μητραλοία. GAL. Homicide & meutrier de ſa mere. ITAL. *Vccidítor della madre.* GERMAN. Der ſein mutter ertödet. HISP. *El que mato à ſu madre.* ANG. *That killeth his mother.*} *Cic. ad Quint. Fr. lib. 1.* Quem ſcribis certiſſimum matricidam.

Mātrīcīdĭum, ĭi. {μητροφονία, μητροκτονία. GAL. Homicide fait de ſa mere. ITALI. *Micidio de madre.* GERM. Ertödung oder totſchlag ſeiner mutter. HISPAN. *Matança de madre.* ANGL. *A killing or murdering of the mother.*} *Cicer. 1. de Inuent.* Orcſtes ſi accuſetur matricidij.

Matrimonium, nij, eſt maris & fœminæ cõiugatio. {חתנה *chatunáh* συζυγία, γάμος. GAL. Mariage. ITA. *Matrimonio.* GER. Die ehe oder eheſtant. HISP. *Caſamiento, matrimonio.* ANG. *Mariage.*} *Cicer. 5. Verr.* Vectius affinis, cuius ſororem habes in matrimonio. *Cicer. pro Cluent.* Saſſiam in matrimonium ducere cupiuit. *Idem*, quæ nuptiæ non diuturnæ fuerunt: erant enim non matrimonij dignitate, ſed ſceleris ſocietate coniunctæ. *Idem 2. Phi.* Curio te à meretricio quæſtu abduxit, & tanquam ſtolam dediſſet in matrimonio ſtabili, & certo collocauit. [Nunquam cauſſam dicis quin te hoc multem matrimonio? *Plaut. Amphitr.* Nullis matrimoniis diuertentibus. (.i. coniugibus.) *Gell. cap. 3. lib. 4.* Matrimonij cauſſa eſſe cum aliquo. *Ibidem.* In matrimonium amare meretricem. *Quintil.* Egóne me patiar hîc eſſe in matrimonio, vbi vir compilet quicquid domi eſt. *Plaut. Menæch. ſc. 1. a. 4.* ¶ Matrimonia contrahere, dimittere, tenere. *Suet. in Calig. c. 25.* Dictum autem matrimonium, à matris nomine, quia ideo nubunt fœminæ vt matres aliquando fiant. Et vt *Gell. cap. 6. lib. 18.* loquitur à matris nomine non adepto, ſed cum ſpe mox adipiſcendo.] *Vide in voce* MATRONA, *& in voce* NVPTIAE.

Matrimoniale, eſt adiect. Quod ad matrimõiũ pertinet. {γαμικόν. GAL. De mariage. ITAL. *Di matrimonio.* GERMAN. Das dem Eheſtand zu gehört. HISPAN. *Matrimonial coſa* ANG. *Of mariage.*} *Auguſt. lib. 13. de Ciuit.* Quid concubitus coniugalis, qui ſecundùm matrimonialium præſcripta tabularum procreandorum ſit cauſa liberorum?

Matruelis, dicitur qui ex matris fratre prognatus eſt. *Vlpian. l. 1. ad Legem Pomp. de Parr.* ἡ ἀδελφιδοῦς ἐκ γυναικῶν, ὁ ἀνεψιὸς ἐκ μητραδέλφου. GAL. Le fils ou la fille du frere ou de la ſœur de ma mere. ITA. *Figliuolo ò figliuola del fratello di mia madre.* GER. Meiner mutter bruders kind. HISP. *El cunnado, hijo del hermane de la madre.* ANG. *An aunres chiid, a mother ſiſters child.*}

Mātrēſcĕrĕ, Eſt matri ſimilem fieri. {μητρίζειν. GAL. Eſtre fait ſemblable à ſa mere. ITA. *Aſſimigliarſi alla madre.* GERMAN. Der muter gleich werden. HISPAN. *Semeiarſe à la madre.* ANG. *To be lik to the mother.*} *Pacuu.* Vtinam nũc matreſcam ingenio, vt meum patrem vlciſci queam. *Nonius.*

Mātrīmŭs, mi, pen. corr. {ὁ ἔτι μήτηρ ζῶσαν ἔχων. GALLIC. De qui la mere eſt encor viuante. ITA. *Colui che ha madre ancora viua.* GER. Deß ſein mutter noch lebt. HISP. *El que tiene aſu madre viua.* ANG. *Who is mother liued yet.*} Qui matrem adhuc habet ſuperſtitem, quemadmodum patrimus qui patrem. *Cicer. de Aruſp. reſp.* Si puer ille patrimus, ac matrimus terram non tenuit. Reliqua vide infrà in dictione PATRIMVS, & ſuprà, MATER MATRIMA.

Mātrīx, matricis, Fœmina, quæ fœtus gratia tenetur. {GALL. Vne portiere, vne femelle qu'on garde pour porter des petits. ITA. *La femina di qualcunque animal qui ſe tiene per razza.* GERM. Ein iedes weibliches geſchlecht darnon man Junge zeucht ein zuchtmutter. HISPAN. *La madre ò que puede de ſorlo.* ANGLIC. *A damme or mother.*} *Col.* Sint ergo matrices robuſti corporis, quadratæ, pectoroſæ, magnis capitibus. *Idem lib. 17. cap. 3.* Vt eadem ratione matrices ineantur. ¶ Medici accipiunt pro vtericulo, qui in fœminis iunctus eſt veſicæ, ad recipiendum ſemen, & continendum fœtum accommodatus. רחם *réchem.* μήτρα. *Vide Gell. lib. 2 cap. 7.* ¶ Matricem arborem dixit *Suet. in Aug.* ex qua ſtolones ſuccreuerunt. Et ex ea arbore, *inquit*, continuò nata ſoboles, adeò paucis diebus adoleuit, vt non æquipararet modo matricem, verumetiam obtegeret. Matrix autem arboris appellatur, quod in medio ligni vel caudicis continetur, à nonnullis cor, ab aliis Medulla dicitur, à Theophraſto μίσα. *Vide Ruellium lib. 1. cap. 2.* ¶ Matrices etiam vrbes dicuntur quæ à Græcis appellantur μητροπόλεις, ex quibus multæ aliæ vrbes natæ & ductæ ſunt.

Mātērĭă, riæ, ſeu Materies, ei, Eſt ex qua aliquid fit. {ὕλη. GAL. Matiere comme bois à baſtir, marrain ou autre choſe. ITAL. *Materia, ſogetto.* GERMA. Allerley zeug oder materi darauß man etwas macht. HISP. *Madera, materia.* ANG. *Ael maner of ſtuffto work vpon.*} vt Materia libri, membrana eſt. & atramentum. *Ouid. 2. Metamorphoſ.* Regia Solis erat ſubli-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

mibus alta columnis, Clara micante auro, &c. *Et paulò pòst,* Materiam superabat opas: nam Mulciber illic Æquora celarat media cingentia terras, &c. ¶Materia domus, calx, lapides, ligna, saxa, & regulæ: quâquam Materiæ appellatione præcipue intelligantur ligna, quæ ædificiis aptantur. *Liu.* Multam materiam ceciderat miles. *Quintil. lib.7. cap.1.* Opera extruentibus satis non est, saxa, & materiam, & cætera ædificanti congerere vtilia, nisi disponendis eis, collocandísque artificum manus exhibeatur. *Columel. lib.3.* vocat materiam lignum, quod est intra corticem. Quasi cuneum terreum *(inquit)* vel osseum inter corticem & materiam lene dimittito, ne lædas, aut rumpas corticem. *Idem lib.5.ca.6.* Materiam vocat palmitem, qui de nouello nascitur: & in tenero alligatus dependet. ¶Materies de equis etiam dicitur. *Colum.lib.6.cap.27.* Equinum pecus tripartitò diuiditur: est enim generosa materies quæ cuco sacrique certaminibus equos præbet. ¶Accipitur etiam Materia pro argumento libri, aut orationis aut carminis. {ὑπόθεσις GAL. Argument, matiere, subiect. ITALIC. *Argomento, soggetto.* GERMAN. Der inhalt / alles das dauon in einen buch oder geschrifft gehandlet wirt HISP. *Argumento, materia.*} *Horat. de Arte Poët.* Sumite materiam vestris, qui scribitis, æquam viribus. *Sueton. de Cla. Gram.* Ad exercitanda discentium ingenia, æquales inter se committere solebat, proposita non solùm materia quàm scriberent, sed & præmium, quod victor auferret. [Non hæc ingenio, non hæc componimus arte, Materia est propriis ingeniosa malis. *Ouid. Eleg.1. lib.5. Trist.* Diuitis ingenij est inmania Cæsaris acta Condere Materia ne superetur opus. *Ouid. Eleg.1. lib.2. Trist.* Et se (Iouem) materiam carminis esse iuuat. *Ouid. Ibid.* Materiæ scripto conuenit esse suæ. *Ibid. Eleg..1. lib.5.* Materiámque tuis tristem virtutibus imple. *Ouid. Eleg.3. libr.4. Trist.* Materiam belli præbere. *Vellcius.* Sentit amans sua damna, fere tamen hæret in illis materiam culpæ prosequitúrque suæ. *Ouid. Eleg.1. lib.4. Trist.* Quos in materia prosperiore iuues. *Ouid. Eleg.5. lib 3. Trist.* ¶Materia Triumphorum. *Suet. in Cæs. cap.22.* Materiam tumultus subducere. *Idem in Tiber. cap.22.* Ne quid materiæ præberent conspirandi (.i. occasionis) *Suet. in Galba cap.9.*] *Cicer. ad Attic. lib.2.* Quòd me, vt scribam aliquid hortaris, crescit mihi quidem materies, vt dicis, sed tota res etiam nunc fluctuat, &c. *Materia benefaciendi. *Plin. in Paneg.61,* Delibasse quædam seu potius demonstrasse contentus: largam ac propè intactam benefaciendi materiam filio reseruauit. ¶Materia tamen & materies videntur aliquo modo diuersa esse. Materiam enim rectè appellamus arboris, panni, cerei, & aliarum omnium rerum quibus opifices vtuntur: non autem materiem. Materies enim potiùs animum & ingenium spectat. *Cornel. Front de differ. vocab.*

MĀTĔRĬĀLĔ, Quod est materiæ, ὑλικὸς, *ματουσιακὸς.* à quo Materialiter, πραγικῶς aduerbium. Vnde materialiter aliquid iumi dicitur, quum non forma rei, sed materia significatur. Vtitur hac voce *Macrob. Comment. lib.1.cap.12.* Materialis influxio. Vox maximè in scholis philosophorum trita.

MĀTĔRĬĀRĬŬS, rij, substan. Dicitur qui materiam ad ædificia suppeditat. {ὑλιαργός. GALLI. Charpentier ou boscheron. ITA. *Maestro de legnami, chi prepara la materia à i muratori.* GERM. Der das holtz eines bauws zurichtet oder zuhin fergget. HISPA. *El madero.* ANG. *A carpenter.*} ficque à materia cuius nomine ligna ad fulciendum, ædificandúmque necessaria, idoneáve significantur. *Plaut. in Milit.* Adsunt fabri, architectíque, eum quidem ad rem haud imperiti. A. Si non nos materiarius remoratur, quo quidem opus est, Noui indolem nostri ingenij, citò erit parata nauis.

MĀTĔRĬĀRĬŬS, adiectiuum. {ὑλικὸς. GAL. Appartenant à matiere. ITALIC. *Pertinente à materia.* GERMA. Das zu dem holtzwerck gehört. HISPA. *Cosa pertenesciente à materia.* ANGL. *Belonging to mater.*} vt Materiarius faber, Faber lignarius: & Materiaria fabrica, lignaria. *Plin. lib.7.c.56.* Fabricam materiariam Dædalus, & in ea ferram, asciam &c. inuenit.

MĀTĔRĬŌR, aris, Materiam cædo. Deponens, verbum est castrense, ea forma dictum, qua Ligror, {ὑλοτομῶν. GALL. Charpenter. ITA. *Fabricare.* GERM. Holtz fellen / sich mit holtz versehen HISPAN. *Olrar de madera, maderar.* ANG. *To dresse any stuff for building or other work.*} Proprie enim milites materiari dicuntur quum materiam cædunt ad conficiendum vallum. *Cæsar 7. bell. Gall.* Erat eo tempore & materiari, & frumentari, & tantas munitiones fieri necesse.

MĀTĔRĬĀTŬS, a, um, adiectiuum, Quod ex materia confectum est. ὑλικὸς ξυλόφακτος. GAL. Faict de marrain. ITA. *Fatto de legami.* GERMAN. Auß allerley zeug gemacht. HISPA. *Maderado de madera y otra cosa.* ANGLIC. *That is made of any stuff.*} *Sic Cicer. lib.3 Offic.* vocat ædes male materiatas, quæ ex mala, & improba materia sunt confectæ.

MĀTĔRĬŌR, & Materiatur, deducta videntur à verbo Materio, quod tamen nusquam (quod quidem sciam) legitur. Vtroque tamen vsus est *Vitruu. lib.4.cap.2.* *In ædificiis omnibus insuper collocatur materiatio variis vocabulis nominata. *Et puu ò pòst,* E quibus rebus, & à materiatura fabrili in lapideis & marmoreis ædium sacrarum ædificationib.

MĀTĔRĬS, huius materis. {ἡ ξυλεία, τὸ ὑλικὸν, ἡ ὑλοτομία. GAI. La charpenterie d'vn edifice. ITA. *Legname d'una fabrica.* GERM. Ein langer pfeyl doch kurtzer dann ein giam. HISP. *A quella obra de madenar.* ANG. *A dressing of timber for building.*} Teli genus post lanceam longius, Silenna, Gallia materibus. Sueui lanceis configunt. Fœminini generis est, *Nonius.*

MĀTĔRNŬS, Matertera, Vide MATER.

MĀTHĒSĬS, sis, μάθησις: vel Mathema, tis, penult.prod. μάθημα, disciplina, fictque à verbo μανθάνω. quod & disco significat & doceo. Proprie autem de iis dicuntur artibus, quæ firmis demonstrationibus constant: cuiusmodi sunt Geometria, Astrologia, Musica, & Arithmetica.

MĀTHĒMĂTĬCŬS, μαθηματικὸς, A nomine Græco μάθημα, quod disciplinam significat. Dicitur proprie, qui Geometriæ, Musicæ, Arithmeticæ, Astrologiæque disciplinas nouit. Nam hæ proprie Mathematicæ scientiæ vel disciplinæ dicuntur, eò quòd discantur planè, & per demonstrationem aliquam percipiantur. Philosophia verò, vt Logica, cum alii, non dicuntur Disciplinæ, quia non firmissima demonstratione, vt illæ, sed ratione quadam, & studij inuestigatione percipiuntur. *Cicer. 1. de Oratore,* Quis ignorat, ij qui Mathematici vocantur, quanta in obscuritate rerum: & quàm recondita in arte, & multiplici, subtilíque versentur? *Iuuenal. Satyr.14.* Nota mathematicis genesis tua. [Mathematici vrbe pulsi. *Suet. in Tiber. c.36.*]

MATIANIA, ματιανὴ, pars Mediæ, *Steph. ex Strab. lib.12.* Hyopebi, vrbs est ματιανῶν.

MĂTĪNŬS, pen.prod. Mons est Calabriæ, *authore Porphyrione,* apibus abundans. *Lucan. l.9.* & calidi lucent buxeta Matini.

Mătīnŭs, a, um, adiectiuum: vt apis Matina. *Horat.4. Carm. Ode 2.* Ego apis Matinæ more modóque Grata carpentis thyma per laborem Plurimum circa nemus, vuidique Tyburis ripas operosa parnus carmina fingo. ¶Cacumina Matina *Idem Epod.16.* quando Padus Matina lauerit cacumina.

MATIVM, Cretæ insulæ oppidum est, *apud Plin. lib.4.c.12.*

Matralia, Vide MATER.

Matresco, Matricida, Matrimus, Matrimonium, Matrix, Vide MATER.

Matrona, Matronalis, Vide MATER.

Mătrĭci, *Festo,* Homines dicuntur malarum magnarum, atque ore latè patenti.

MATRINVS, μάτριvος, Fluuij nomen in Piceno, non procul ab Adria vrbe: *de quo Strab. l.5. & Ptol. in descriptione Italiæ.*

Matta, Storia, & reges, quæ fit ex cannabe, lino, iunco, palma, scirpo, aut sparto: vbi stuppa, vel fœnum, vel lanæ rudiores aut quid simile infertum est. {κιρδοπος, σπυρὶς. GAL. Loudier, materas ou matelats, natte. ITALI. *Stuoia, coperta imbotrita di stoppa, di gottone ò d'altra cosa.* GERM. Ein sergen oder decke auß hów / strow / hanff / bintzen vnd der gleichen dingen gemacht. HISPAN. *Estera de espartoto y iuncos.* ANGL. *A mat.*} *Ouid. 6. Fastor.* At dominus, Dilcedite, ait, plaustróque morantes Sustulit: in plaustro scirpea matta fuit.

MATTIACVM, Germaniæ oppidum, calidis fontibus nobilitatum, de quibus sic scribit *Plin. lib.31.c.2.* Sunt & Mattiaci in Germania fontes trans Rhenum quorum haustus triduo feruet. Circa margines verò pumicem faciunt aquæ, fortassis ea est vrbs, quam Germani sua lingua vocant Baden / quæ est in ditione Marchionis Badensis, vbi hoc etiam tempore Thermæ sunt magnificentissimæ, & celeberrimæ. Hinc Mattiacas pilas quidam dictas existimant sphærulas ex odorato sapone constantes, quòd fortassis præstantissimè apud Mattiacum conficerentur. *Martialis in Distichis,* Si putare paras longæuos cana capillos. Accipe Mattiacas (quæ ò orbi calua) pilas. *Idem paulò ante,* Causticam spumam pro eodem posuisse videtur, *quum ait,* Causticа Teutonicos accendit spuma capillos, Captiuis poteris cultior esse comis.

Mattici, lege MATRICI.

Mattўă, æ, quid sit, ostendit *Cælius lib.9.cap.12.* his verbis, Mazam *(inquit)* putant ex farina, oleo & aqua confici solitam: Suidas etiam ex lacte, vnde mox paulò nata & mattya est, dictáque eo nomine pretiosa omnia edulia, *vt scribit Athenæus. Martial. lib.10.* [*Epig.59.*] Dives & ex omni posita est instructa macello Cœna tibi, sed te mattya sola iuuat. *Suet. in Calig.* Et multis venenatas mattyas misit.

Mătŭlă, æ, Vas est in quod vesicam leuamus: quod & Matella & Scaphium dicitur: quanquam Scaphium propriè mulierum esse volunt. {γυναικεῖον ἐδάφιον, σκαφίον. GALL. Pot à pisser, vrinal. ITALIC. *Orinale, boccale da orinare.* GERM. Ein brunstgschel. HISPA. *Orinal.* ANG. *A pisspot.*} Plaut. *in Mostel.* [*sc.1. a.2.*] Iam hercle ego vos pro matula habebo, nisi matulam datis. ¶Pro meticuloso, vanóque accipere videtur. *Idem Plaut. in Persa.* Tacen', annon taces? nunquam ego te tam esse matulam credidi. Quid metuis?

Mătŭllă, à matula, Vas in quod vrinam reddimus. {οὐροδόχη, ἀμίς, ἀγγεῖον οὐρητόν GAL. Pot à pisser. ITA. *Orinale.* GERM. Ein brunstgschel. HISP. *Orinal.* ANG. *A pisspot.*} *Martial. lib.10.* Dspereant, si tu Pyladi præstare matellam dignus es. Græci σκαφίον vocant. [Matellam crepitu digitorum poscere. *Idem Mart. Epigr.119. lib.14.*] ¶Sunt tamen qui ita matellam distinguunt à scaphio, vt illa virorum sit, hoc mulierum tam ad ventris onus, quàm ad vrinam excipiendam accommodatum. Matellam verò, quòd angustiore esset ore, vrinæ tantùm excipiendæ fuisse vtilem. ¶Est item Matella, aquarium vas, *teste Nonio. Plautus Amphitruone,* Næ tu postulas, matellam vnam tibi aquæ infundi in caput. *Varro Endymionibus, vt à Nonio citatur,* Diuitum aphocatchias ad communem reuocat matellam.

Mătēllĭo, Vasis aquarij genus, *teste Varrone lib.4. de Ling. Lat.* ita dictum à Matula, à cuius figura tamen nonnihil recedit. *Varro de vita past.* Postularet truellum, matellionem, pelvim. *Cicer. in Paradoxis.* Quid enim censes, si L. Mummius aliquem istorum videret matellionem Corinthium cupidissimè tractantem, &c. ¶Matellio item *Pompeio Festo* vas est, in quod vrina redditur: quod & Matella appellatur.

Mătūrŭs, a, um, penult.prod. Coctus, temperatus, & proprie de fructibus dicitur. [*Vide Gell. cap. 11. lib.10.*] {בשל *boschél mishchal.* πέπεγος, ὡράος. GAL. Meur, auancé, haité. ITAL. *Maturo.* GERM. Zeitig. HISP. *Cosa madura ò ligera* ANGL. *Ripe, hasted.*} *Cicer. in Caton.* Et quasi poma ex arboribus, si cruda sunt, vi vellunturi si matura, & cocta, decidunt. [Tondetúrque teges maturos annua partus. *Tibull. lib.4.* Maturúmque vtero non aliter auser onus. *Ouid.2. Fast.*] Per translationem ponitur quandoque pro sene. vt, Maturus æui homo, id est senex, & perfectam ætatem habens. *Virgil.5. Æneid.* Æui maturus Acestes. ¶Matura ætas, Senili: quasi omnino perfecta, & tempus debitū affectata. ὡραία ἡλικία. ὥρα τῆς ἡλικίας [Maturi centuriones (.i. qui iā debebant dimitti. *Suet. in Calig. cap.44.* Matura militiæ progenies. *Liuius lib.2.d.4.*] ¶Ponitur interdum pro celeri, & festino, siue repentino: vt matura senectus. *Celsus,* Ignauia corpus hebetat, labor firmat: illa maturam senectutem, hic longam adolescentiam reddit. *Cicer.7. Verr.* Vt etiam illa vox, & illa imploratio. Ciuis Romanus sum, quæ sæpe multis in vltimis terris opem inter barbaros, & salutem tulit, ea mortem illius acerbiorem, & supplicii maturitas ferret. ¶Maturū malum. *Plaut. in Pseud.* Mittā hodie huic suo Die natali malā rem magnam & maturam. ¶Maturum facere, Est citò expedire. *Gell. lib.3. cap.6.* [Hunc stirps Oceani turum facere, Est citò expedire. *Gell. lib.3. cap.6.* [Hunc stirps Oceani maturis nixibus æthra edidit *Ouid.5. Fast.* It. Seu matura dies fato properat mihi mortem. *Tibul. lib 4.* In herū matura, in se sera cōdecet caper

ne iudicis condemnatur. ¶ Virgo matura viro, *Gell. lib. 12. cap. 7.* Virginem habens iam maturam viro. *Horat. 3. Carm. Ode 6.* Motus doceri gaudet Ionicos matura virgo. ¶ Virginitas matura toris, *apud Stat. 3. Achil.* ¶ Eius composita sunt duo, immaturus, Præmaturus, de quibus alibi.

[Maturior. *Ouid. 13. Metamorph.* Si mora pro culpa est, ego sum maturior illo, (id est, prior veni.)]

Mātūrissimus, superlatiuum. *Colum. lib 4. cap. 29.* Fœcundos, & quàm maturissimos farculos viti detraxerit. *Idem libro undecimo capit. 3.* Horum autem ruborum semina quàm maturissima eligi oportet.

Mātūrimus, aliud superlatiuum. *Tacitus lib. 12.* Robur ætatis quam maturrimum precari.

Mātūrĭtās, atis, Propriè est perfecta coctio succi in fructibus. {πέπανσις. GAL. Meurete, maturit. ITAL. *Maturità.* GERMAN. Zeitigung. HISP. *Madureza, ò presteza.* ANGL. *Ripenesse.*} *Cicer. de Orat.* Non potest in eo esse succus diuturnus, quod nimis celeriter est maturitatem assecutum. *Idem de Natur. deorum*, Commutationes temporum quadripartitæ, ad maturitatem frugum aptæ. *Colum.* Nos quoque medicatam fabam sic comperimus, quum ad maturitatem producta sit, minus à curculione infestari. ¶ Transfertur & ad alia: vt Maturitas orationis, Maturitas sceleris, maturitas ætatis. *Cic. Sulp. l. 4. Epist.* Tamen hoc studium quotidie ingraueſcit, maturitate credo ætatis, ad prudentiam. *Idem de Senect.* Sic senectutis maturitas naturale quiddam habet, quod suo tempore percipi debeat. ¶ Maturitas virtutis. *Cic pro Cæl.* Quæ studia in his iam ætatibus nostris contractiora esse debent: in adolescentia, tanquam in herbis significant, quæ virtutis maturitas, & quãtæ fruges indolis sint futuræ. [Maturitas (in ingeniis) Indicium exitij. *Senec. cap. 23. ue Consol. ad Marc.*] ¶ Accipitur item Maturitas pro tempore maturo, siue opportunitate. *Cic. ad Attic. lib. 1.* Inducendi senatusconsulti maturitas nondum est. *Idem ad Quint. fratrem. l. 3.* Sed etiam illi maturitatem mortis precari. *Sueton. in Tib. cap. 61.*]

Mātūrē, aduerbium, Tempestiuè, in tempore, opportunè. {ἐπιτηδείως. GAL. Meurement, de bonne heure, à temps, loudainement. ITAL. *A tempo presto.* GERM. Zeitlich, bey zeiten. HISPA. *Maduramente ò presto.* ANG. *In season, in dew tyme.*} *Sallust. in Catil.* Prius quàm incipias consulito: & vbi consulueris, mature opus est facto. [Quid proprie sit docet *Gell. cap. 11. lib. 10.*] ¶ Aliquando significat citò, & tarde simul. *Plaut. in Curc. [sc. 1. a. 3.]* Qui homo vix maturè quæsiuit pecuniam, nisi eam mature parcit, mature esurit. ¶ Comparatiuum Maturiùs. *Cicer. 4. Acad.* Quò quidem & maturiùs venimus.

Mātūrissimē, vel Maturrime, superlatiuum. *Cic. 3. de Orator.* Quippe qui omnium maturrime ad publicas causas accesserim. *Idem pro Cecinna*, Nam vt quæque res est turpissima, sic maximè, & maturissimè iudicanda est. ¶ Pro eodem etiam legimus Maturate *Liu. 2. bell. Maced.* Iussi, cæteris, quantum maxime possent, maturatè sequi. *Plau. Mil.* Iube maturatè illam exire huc. *Idem Pseud.* at maturatè propera. vides iam diei multum esse.

Mātūro, rãs, Maturum facio, perficio. {בשל *baschál* חבשיל *hibschil.* πεπαίνω. GALLIC. Meurir, haster, auancer. ITA. *Maturare.* GERMAN. Zeitig machen. HISPA. *Madurar.* ANG. *To make ripe, to hast.*} *Cicer. in Cat.* Primo est peracerba gustatu, deinde maturata dulcescit. Interdum maturare est accelerare, ita vt abhibeatur industriæ celeritas, & diligentiæ tarditas: ex quibus duobus contrariis fit maturitas, vt neque aliquid citius, neque serius fiat. Hoc temperamentum Augustus Græce ita exprimere solebat, σπεῦδε βραδέως, quæ significant, Accelera tarde. *Vnde Virgil. lib. 1. Georg.* quasi contraria, separauit Maturare, & Properare, quum ait, Frigidus agricolam si quãdo detinet imber, Multa forent, quæ mox cælo properanda sereno Maturare datur. [*At Plaut. coniunxit, In Pseud. sc. 7. a. 4.* Matura & propera. Nam propero.] ¶ Hinc mature fit, quod tempestiue fit. *Idem Æneid. lib. 1.* Maturate fugam, quod est, quasi cum maturitate, id est in tempore & cum commodo vestro discedite. *Salust. videtur simpliciter posuisse pro* properare: *quum ait*, Antonius Catilinam cum exercitu perlequi maturet. *Sic Liu. lib 10.* Inde comitiorum causa Romam profecturus maturauit. His exemplis manifestum est, Maturare absolute dici posse & maturare rem aliquam. ¶ Maturare cœpta. Est maturè absoluere. *Liuius 4. bell. Pun.* Domum ad cœpta maturanda, redire iubet. ¶ Maturare alicui mortem, hoc est accelerare, *vt apud Ciceronem pro Cluent.* Huic mortem maturabat inimicus. ¶ Maturare iram, Est mitigare, & lenire. ¶ Maturor eiusdem significationis cum matureſco. πεπαίνομαι. *Plin. lib. 17 cap. 18.* Contrà nouissima sub hyeme maturatur chelidonia. [*Quinti. anus*: Maturatur & concoquit labor ille (ediscendi.)]

*Mātūrātio, Verbale *Author ad Herennium lib. 3.* Dolus consumitur in pecuniam, pollicitationes, dissimulationes, maturationes, mentiones, & cæteras res.

Mātūrātus, participium, Maturus factus, coctus. {בשל *baschél* מבשל *mebschál.* ἐπιτηδειος, ἐπιτήδειος. GALLI. Auancé, haste, meurement. ITA. *Affretato, maturato.* GER. Zeitig worden. HISPAN. *Madurado, maduro presto.* ANGL. *Made ripe hasted.*} *Cicer. in Catilinam.* Deinde maturata dulcescit. ¶ Maturatum negotium dicitur acceleratum aut maturè perfectum. *Et apud Plinium.* Maturata concoctio, id est perfecta. ¶ Maturato opus est, hoc est, Opus est celeritate & maturitate: *Liu. 4. bell. Pun.* Sed quod volebant, non quàm maturato opus erat, gnauiter expediebant. *Item 1. ab Vrb.* Vt cum singulis fidelibus amicis veniant: ita facto, maturatóque opus esse: rem atrocem incidisse, &c.

Mātūratē, id est Festinanter. *De hoc diximus in aduerbio* Maturè.

Mātūrēsco, à Maturo, Maturum fieri. {בשל *baschal.* πεπαίνομαι. GALL. Se meurir, deuenir meur. ITAL. *Maturarsi.* GERMAN. Zeitig werden/ reiffwerden. HISP. *Madurarse.* ANGL. *To waxe ripe.*} *Plin. lib. 11.* Quum mella cœperint matureſcere, abigunt fucos. *Colum. libr. 4.* Nam & quæ matureſcere incipient, tempestiue leguntur: & quæ nondum maturitatem ceperunt vuæ sine dispendio differuntur. ¶ Matureſcere dicitur homo, quum nondum grauis est, sed iam incipit grandior esse. [*Senec. cap. 23 de Consol. ad Marc.* Quæ citò maturuerunt, citò occidunt.] ¶ Et apostema matureſcere dicitur, quum non discutitur, sed perducitur ad maturitatem vt vel frangi per se, vel ferramento aperiri possit.

Mātūrēscens, participium. {בשל *boschél* גמל *ghomél.* ὁ πεπαίνων, ὑπεπαίνων. GALL. Se meurissant, deuenant meur, ITA. *Che si fa maturo.* GERM. Zeitigend. HISP. *Que se haze maduro.* ANG. *waxing ripe.*} *Plin. lib. 20. cap. 3.* Malus Assyria omnibus horis pomifera est: aliis cadentibus, aliis subnascentibus.

Mātūtā, tæ, penult. prod. A nostris Aurora, à Græcis λευκοθέα, hoc est alba dea. {שחר *schácar.* GAL. L'aube du iour. ITAL. *Aurora.* GERMAN. Die morgen röte. HISP. *Alua madrugada.* ANG. *The break of the day.*} ita dicta eò quòd matutino tempori præsit. *vt ait Cicer. lib. 1. Tusc. sic inquiens*, Quid Ino Cadmi filia? nónne Leucothea nominata à Græcis, Matuta habetur à nostris? Hæc fuit filia Cadmi nomine Ino, Athamantis vxor, quæ mariti insaniam fugiens in mare sese præcipitauit vnà cum Melicerta filio: quorum corpora quum nusquam inuenirentur, pro diis marinis habiti sunt: & Ino quidem à Græcis λευκοθέα, à nostris Matuta dicta est: Melicerta autem à Græcis Palæmon, à Latinis Portunus est appellatus. [De Dea Matuta *Plutarch. in Camill. Ouid. 6. Fast.*]

Mātūtīnŭs, na, num, & Matutinum tempus. {ἑωθινὸς. GAL. Du matin, matinal. ITA. *De la matina, matutino.* GERM. Die zeit des morgens vnnd herbrächenden tags. HISP. *Cosa de la madrugada.* ANGL. *Earlie, soone in the morning.*} quum scilicet Matuta, hoc est Aurora incipit apparere, *Cicer. ad Attic. lib. 1.* Itaque quum bene completa domus est, tempore matutino, quum ad forum stipati gregibus amicorum descendimus, reperire ex magna turba neminem possumus, quocum aut iocari liberè aut suspicare familiariter possimus. Quare te expectamus, &c. ¶ Matutinis omnibus, pro quolibet mane, dixit *Plin. lib. 10. cap. 43.* Coruus omnibus matutinis euolans in rostra. [*Quintil.* Eodem matutino venire.] ¶ Matutinò, pro manè. *Idem Plin. dixit lib. 9. cap. 10. & subauditur* Tempore. Ferunt, *inquit*, & pastum egressas noctu, auidque saturatas lassari, atque matutino summa in aqua obdormiscere. [*Diomed. lib. 1.*] ¶ Matutinus homo. *Virgil. 8. Æneid.* Nec minus Æneas se matutinus Agebat. *Vbi Seruius*, Rem temporis ad personam transtulit.

Mātūtĭnum, matutini, penult. product. Manè. τὸ πρωϊνὸν, *Quintil. lib. 11. cap. 18.* Pridie ad se venire litigatorem aut eodem matutino iubent.

MATYCETHAE, ματυκέθαι, Populi Scythiæ Europææ. *Steph.*

Mauŏlo, mauis. Idem quod Malo: quod frequens est *in Plauti Comœdiis.* [Experiri istuc mauelim (aliàs mauellem) quàm mihi memorarier. *Plaut. Amphitr.* Liber esse an seruus esse mauelis. *Plaut. Capt. sc. 2. a. 2.* Moriri se misere mauolet. *Plaut. Asin. sc. 1 a. 1.* Nolo metui, amari mauolo. *Ibid. sc. 1. a. 5.* Emortuum me mauelim leto malo. *Idem Aul. sc. 3. a. 4.* Ostium crepuit. P. Crura mauellem. *Plaut. Pseud. sc. 1. a. 1.* Vt mauelim lupos apud oues linquere. *Plaut. Pseud. sc. 1. a. 1.*]

MAVORS, qui & Mars, quòd magna vertat, *vt ait Cicer. lib. 1. de Nat. deorum. a fine.* Vnde Mauortius, tia, tium, Vide MARS.

MAVRITĀNĬA, μαυρετανία. Africæ regio extrema, versus Gaditanũ fretum, & Occidentalem Oceanum. {GERM. Ein landtschafft in Africa gegen Hispanien vber flosset an daß groß meer gegen Nidergang.} In ea Antæus gigas regnasse dicitur ab Hercule victus. Est autem duplex, Cæsariensis à Cæsarea, & Tingitana à ciuitate Tingi. Dictáque est Mauritania, ἀπὸ τῶ μαυρὸ, quod inter cætera significat obscurum, vel nigrum, quòd nigros habeat colonos. Gignit simias, dracones, struthiones, & elephantes.

MAVRI, μαυροί, ἢ μαυρούσιοι, Populi sunt, qui Mauritaniam Africæ regionem Occidentalem versus Gaditanum fretum incolunt. Eos fuisse Indos, & Hercule duce cum innumera aliarum gentium multitudine, in hæc loca peruenisse multi crediderunt, *vt Strabo libro vlti. scribit. Sallustius certè in Iugurtha.* Mauros & Numidas, reliquósque qui maritimam Africam cultiorem reddiderunt, Medos, Armenios, Persas, & Phœnices fuisse indicat. Hi Romanis, bellis Punicis. maximè autem contra Iugurtham gestis, innotuerunt. *Vide Str. lib. vltimo.*

MAVRVS, nomen gentile est, vt Gallus qui è Gallia originem habet: Mauritanus verò, vt Gallicus. ¶ Dicimus enim virum Maurum, & bellum Mauritanum. [*Ouid. 6. Fast.* Et lætho Consulis omnes attoniti Mauras pertimuere manus.]

Maurĭcē à Mauro, vt Gallus Gallicè dicitur, *teste Gellio libro 2. cap. 25.*

Maurūsĭus, a, um, μαυρούσιος, à nomine Maurus. *Silius lib. 10.* Et multa thorax perfossus cuspide, & hærens Loricæ inrerdum Maurusia pendet arundo. Sic Tellus Maurusia, *Apud Claudianum 3. Panegyr.*

Maurūsĭăcŭs, a, um, *Martial. lib. 12.* Et Maurusiaci pondera rara citri.

MAVSŌLVS, penult. product. μαύσωλος, Cariæ regis nomen, quẽ Theopompus scripsit, *referente Suida*, nulla à re pecuniæ cupiditate abstinuisse. {GERMA. Ein könig in Caria.} Hunc tam ingenti amore prosecuta est vxor Artesimia, vt eius fato perfuncti cineres vino permistos tradatur ebibisse. Ad hæc sepulchrum eidem sumptuosissimum extruxit, vt in sequenti dictione dicemus. [*Gell. cap. 18. lib. 10.*]

Mausŏlēum, penult. prod. μαυσώλειον. {GERMANI. Ein träffenlich köstlich grab des königs Mausoli in Caria/so im sein geliebtes gmahel gwäsen Artemisias hat bauwen lassen.} Mausoli regis Cariæ sepulchrum, ab Artemisia vxore extructum, tanta operis magnificentia, vt inter septem orbis miracula fuerit numeratum. *Martial. de Amphitheatro Domitiani*, Ære nec vacuo pendentia Mausolea Laudibus immodicis Cares in astra ferant. [Mausolei fores sponte patefactæ. *Sueton. in Neron. cap. 46.*] ¶ Ab operis huius similitudine sepulcra omnia sumptuosiora, Mausolea sunt appellata. Hinc & *Suetonius* sepulchrum Cæsarum, Mausoleum appellauit. De Mausoleo, *vide plura apud Plin. li. 36. c. 5. & apud Herodot. l. 7.*

MAVSŌLĪ, μαυσωλοὶ, Dicti sunt Cares Asiæ populi, à Mausolo rege, Artemisiæ viro. *Stephan.*

MAVSŎS, μαυσὸς, Agri Corinthij vicus est. *Steph.*

MĀXĬĒS, μαξίης, Africæ populi, à Troianis (vt ipsi gloriantur) orti, qui dextram partem capitis comaram gestant, sinistram radunt, & corpus minio tingunt. *Autor Herodot. l. 4.*

Maxĭllă, læ, Non est diminutiuum à Mala (*vt putauit Priscianus*) sed Mala à Maxilla fit per detractionem mediæ syllabæ, sicut docet *Cicer. in Oratione ad Brutum. Vide suprà in dictione* MAIA. {לחי *lechi.* σιαγών, γνάθος. GAL. La maschoire. ITALIC. *Mascella.* GERM. Ein kinbact es sey der vnder oder der ober. HISPA. *La quixada ò maxilla de la cara.* ANG. *The ianbone or cheekebone.*} ¶ Est autem Maxilla, in qua fixi sunt dentes:

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quanuis etiam de parte exteriore quandoque dicatur, quæ barbam emittit. *Perſius Satyr.4.* Tu quum maxillis balanarum gauſape pectas. Inguinibus quare detonius gurgulio extat? {*Suet.in Tiber.cap.21.* Miſerum populum Romanũ, qui ſub lentis maxillis erit, (vulgò, edidit) ¶ Hinc Maxillaris, & hoc re, quod ad maxillam pertinet: vt dens maxillaris, γομφίος, qui etiam dicitur Molaris. *Plin.l.11.c.37.* Maxillaréſque ita ſanari dentes præcipuè putant.

MAXIMĪNVS, *μαξιμῖνος*, Natione Thrax, Romanorum imperator, ſuffectus eſt in locum Alexandri Seueri, à militibus interfecti, qui & ipſe ab exercitu ſuo cæſus eſt, quum Aquileiam nequicquam obſideret. *Vide Herodian.l.8.*

Māximus, Maximopere, Vide MAGNVS.

Māzā, *μάζα*, Panis genus eſt conſtans farina, oleo & aqua, aut etiam ex lacte, *teſte Suida. Vide Cælium Rhodig.lib.9.cap.12.*

MĀZĀENA, *μάζαινα*, Paleſtinæ oppidum: cuius incolæ dicuntur Mazæneni, *μαζαηνοί.*

MAZACA, *μάζακα*, *Stephano*, Ciuitas Cappadociæ ſub monte Argeo, quã Tiberius Archelao pulſo, & Cappadocia in prouincię formam redacta, nominauit Cęſaream. Hinc Mazacenius, & Mazaces, Mazacis in genitiuo, *μαζακηνὸς, μαζάκαυς. Sueton.in Neron.* Turba Mazacum.

MĀZAĒVM, *μαζᾶον*, Bithyniæ oppidum, *teſte Stephano*, in dictione *ἀμαζόνιον.*

MĀZAEĪ, *μαζῶοι*, Pannoniæ populi ſunt. *Strab.l.7.*

MAZARES, *μαζάρης*, Ex Medorum Satrapis fuit, qui Prienenſes in Cyri ditionem redegit. *Vide Herodot.l.1.*

MAZYES, *μάζυες*, Libyæ populi inter Nomades, diuerſi ab iis, quos ab Herodoto, Maxias vocari ſuprà oſtendimus.

Māzăra, æ, Genus teli quo antiqui in bello vtebantur, *Cæſ.1.bel.Gal.* & nonnulli inter carros, rotaſque, mazaras, ac tragulas ſubiiciebant, noſtróſque vulnerabant.

* Mazax, *μάζαξ*, Africæ populus, qui in torquendis miſſilibus non eſt inferior Medis. *Beroaldius in illud Lucani lib.4.* -æquaturúſque ſagittas Medorum, tremulum quum torſit miſſile Mazax.

MAZERAS, Fluuius in ora maris Hircani. *Plin.l.6.c.16.*

Māzonomum, penult.corr. *μαζόνομον μαζονομεῖον.* { ANGL. *A charger or great platter wherin meate is cariet.* } Græca dictio, qua lanx grandior ſignificatur ad ferenda opſonia in menſam. *Hora.2.Serm.Satyr.vlt.* Mazonomo pueri magno diſcerpta ferentes Membra gruis. *Varr.lib.3.de Re ruſt.cap.4.* Vt in eodem tecto ornithonis incluſum: triclinium haberet, vbi delicate cœnitaret, & alios videret turdos in mazonomo poſitos coctos, alios volitare circa feneſtras captos.

M ante E

M.E.M. In notis antiquorum, Municeps eius Municipij, MENS. menſes. MER.S. Mercurij ſacrum. MENS.IAN. menſis Ianuarij. MENS.FEBR. &c. M.F. Marci filius, vel mala fide, vel malè fidus, vel malæ fidæi. M. FA. Marcus Fabius. MA.F. manifeſtum fecit. MAN.L. manifeſtus locus. MA.OPP. manifeſtum oppidum. M.TER. manifeſtum territorij. M.H. malus homo. M.H.E. mihi hæres erit.

Mĕ, pro mihi, *inquit Feſtus*, dicebant antiqui. *Ennius l.2.* Si quid me fuerit humanius, vt teneatis, &c. [Me ſcis cum illo non conuenire. i. mihi. *Gell.cap.5.lib.12.& cap.9.Ibidem.* Quid fiat me neſcio. *Plau. Mil.ſc.3.a.2.* Imperti me quod commentus, (pro mihi.) *Plau.Merc.ſc.2.a.2.* Vt qui me opus ſit Inſputari. i. mihi. *Plau.Capt.ſc.4.a.3.* Licet me id ſcire quicquid ſit. *Plaut.Pſeud.ſc.1.a.1.* Vocem loquentis me audire viſus ſum. *Plau.Aul.ſc.6.a.4.* Me faciat quod volt magnus Iuppiter pro mihi vel de me. *Plau.Aul.ſc.6.a.5.* Si magis me inſtabunt (pro mihi.) *Plaut.Curc.ſc.1.a.3.* ¶ Item me pro ego, qui me quid rerum agitem patri perferat. *Pl.Capt.ſc.3.a.2.* Item mauolo amari me. *Pl.Aſin.ſc.1.a.3.* Eius iuſſu huc me affero. *Plau.Amph ſc.4.a.3.* Hoc ego nunquam ratus ſum me vt tibi fuerem ſupplex *Plautus Pſeud.ſc.2.a.5.* Vbi me vocat. ſicut & in *Aſin.ſc.1.a.1.* Ego me id facere ſtudeo. Item ſi ego, me ſciente paterer vicino fieri iniuriam *Plau.Mil.ſc.6.a.2.* Non vides, me vt madide madeam? *Plaut.Pſeud.ſc.2.a.5.* Quis me æque fortunatus erit (.i. ac ego. *Plaut.Curc.ſc.2.a.1.* Me mauelim eſſe viduam, (pro ego vidua.) *Plaut.Men.ſc.1.a.5.* Emori me malim. *Pl.Aſin.ſc.3.a.4.* ¶ Item ſi me exquiret pro ex me, *Plaut.Mil.ſc.2.a.2.*

Mĕăpte, Compoſitum ex ablatiuo Mea, & particula Pte, extra compoſitionem nihil ſignificante: vt Meapte cauſa, *ἐμοῦγε ἕνεκα*, id eſt, mea propria. *Terent.in Heaut.* Ita me dij ament, vt ego nunc non tam meapte cauſa Lætor, quàm illius, quam ego ſcio eſſe honore quouis dignam.

MEĂRVS, *μέαρος Ptolemæo*, Fluuius Hiſpaniæ in ora Aſturum. *Pompon.Mela.lib.3.* Vulgò *Mearon.*

Meatus, tus, vide in dictione MEO, meas.

Mecaphroditon *μηκοφρόδιτον*, Species eſt papaueris, ſpumeum habens ſemen: vnde etiam *à Dioſcoride μήκων ἀφρώδης*, hoc eſt ſpumeum papaueris appellatur.

Mĕcăſtŏr, *νὴ τὸν κάστορα* Iurandi aduerbium, Mecaſtor, *ait Feſtus*, & Mehercules iuſiurandum erat, quaſi diceretur: ita me Caſtor, ita me Hercules: vt ſubaudiatur iuuet. [Næ ego mecaſtor mulier miſera *Plau.Men. ſc.1.a.4.& 5.* Item *ſc.2.a.4.* Mecaſtor pulcher eſt. *Pla.Mil.ſc.1.a.3.* Mecaſtor dignus eſt *Plaut.Aſin.ſc.2.a.5.* Noui hominem haud malum mecaſtor. *Plaut.Aul.ſc.3.a.3.*] *Terent.in Hecyr.* Salue mecaſtor Parmeno *Vbi Donatus*, Olim ſalutantes addebant iuſiurandum, vt hoc ſedulò facere viderentur.

MĔCĔSTVS, *μήκηστος*, Troadis fluuius, in Rhyndacum influens: cuius meminit. *Strab.lib.2.*

Mĕchănĭcus, Opifex, qui artem illiberalem exercet. { חרש *charáſch. δημιουργός, μηχανικός.* GALL. Mechanique, faiſeur de machines ou d'autres œuures mechaniques. ITA. *Ingegnieri.* GERM. *Ein handwercker oder handwercks man.* HIS. *Official de quaquier arte.* AN. *A handie craftſman, a man of occupation.* } *ἀπὸ τῆς μηχανῆς*: quod inuentionem ſignificat. *Sueton.in Veſp.cap.18.* Mechanico quoque grandes columnas exigua impenſa perducturum in capitolium pollicenti, præmium pro commento non mediocre obtulit.

Mĕchănĭcus, adiectiu. um. vt, Ars mechanica, *Cauſa τουργία*, quæ manu exercetur: cuiuſmodi eſt ars fabrilis. Vnde artes diuiduntur in liberales, & mechanicas, id eſt, *vt Cic.vocat*, illiberales.

MĔCĪSTVM, *μήκιστον* Triphyliæ oppidum eſt *Steph.* Fſt autem Triphylia Peloponneſi regio littoralis, quæ & Meſſenia dicitur.

MĔCĪS TĔVS, *μηκιστεύς*, Fuit ex ſociis Aiacis Telamonij, *vt ſcribit Homer.lib.Iliad.13.*

MĔCOENĀS, *μηκήνας*, cum œ diphthongo, Proprium nomen equitis Romani viri clariſſimi, & apud Auguſtum potentiſſimi: cui, veluti muſicorum ſtudiorum patrono, Virgil. Georgica ſua, & Horatius libros Carminum inſcripſit. GERMAN. *Ein furnemmer her beim Keiſer Auguſto ein liebhaber vnd beförderer der künſten.* } Delicatũ hũc fuiſſe, non totum cultu ac moribus, ſed etiam ſtylo commemorant. quare eum Auguſtus Malacinum vocabat & exagitabat frequenter vt cacozelum, *teſte Tranquillo. Horat.1.Carm.* Mecœnas atauis edite regibus. Fuit ut hic in prouehendis cùm omnium diſciplinarum, tum præſertim poeticæ cultoribus adeò beni gnus, vt ab eo hodie etiam ſtudiorum patroni, qui in ſubleuãda doctorum hominum egeſtate ſe munificos præbent, Mecœnates appellentur [Mecœnatiani horti. *Suet.in Tiber.cap.15.*] Mecœnaticus, adiectiu. à Mœcenas. *Suet. in Neron.* [*cap.38.*] E turri mecœnatica proſpectans.

MĔCŌN, onis, *μήκων. Steph.* Vrbs eſt Peloponneſi, non procul à Corintho, quæ poſtea Sicyon appellata eſt, *teſte Strab.l.8.*

Mĕcōnĭum, *μηκώνιον.* Succus eſt papaueris, *teſte Dioſcor.* adeo frigidus, vt epotus exitium afferat.

Mĕcōnītēs, *μηκωνίτης*, Gemma eſt papaueris ſimilitudinem exprimens *de qua Plin.l.37.c.10.*

Mĕcōnĭs, *μηκωνίς*, Lactucæ genus: à copia lactis ſoporiferi, *μήκωνα* enim Græci papauer dicunt. *De hoc videas Dioſcorid.lib.6.cap.47. & Hermolaum Barbarum in eundem lib.4.c.68. & Pli.lib.8.c.19.*

Mĕcum, cum me per tranſpoſitionem præpoſitionis, Vnà ſimul. { עִמִּי *Immi. μετ' ἐμοῦ* GALLI. Auec moy, ITAL. *Meco, con meco.* GERM. *Mit mir* HISPAN. *Comigo.* ANG. *with me.* } *Cicer.in Orat.ad Brut.* Ex eo Mecum & Tecum: non Cum me, & Cum te, vt eſſet ſimile illis vobiſcum, atque nobiſcum. Interdum mecum: *μετ' ἐμαυτοῦ, σοῦ ἐμαυτοῦ*, ſignificat intra me, *Terent.in Hecy.* Haud propterea te rogo, vt hæc proferam, ſed vt tacita mecum gaudeam. Sic Secum, Tecum, Nobiſcum, & Vobiſcum. [Hoc quidem quoquo ibo, mecum erit, mecum feram. (de Theſauro) *Plaut.Aul.ſc.3.a.3.* Quid tibi commercij mecum eſt, ſenex, *Ibidem ſc.3.a.4.* Quid tibi eſt mecum & tecum? (iup.rei.) *Plaut.Curc. ſc.3.a.5.* Etiam mutire audes, aut mecum loqui? *Plaut.Menæch.ſc.1.a.5.* Quid tibi rei mecum eſt. *Ibidem ſc.2.a.2.* Quid mecum tibi vnquam fuit negotij *Ibidem ſc.4.a.2.* &c.] ¶ Mecum pulchre cum Simul iungitur. *Plaut.in Bacch.* Atque vt eum mecum ad te adducam ſimul. ¶ Similiter cum Vnà. *Terent. in Hecy.* Vt colloqui mecum vnà poſſit. ¶ Interdum hæc tria coniungimus, Mecum, Vnà, Simul, *Terent.in Heaut.* Clinia hæc fieri videbat? M. quidni? mecum vnà ſimul. ¶ Mecum facere, ſignificat mecum ſentire: quod & Latinè dicitur, à me facere, barbare pro me facere. *Cicer.pro Cæcin.* Rem & ſententiam interdicti mecum facere fatebatur, verbo me excludi dicebat.

MĔCYBĔRNĂ, *μεκύβερνα*, Oppidum Maritimum in Orientali tractu Macedoniæ, non procul à Pallene: à quo & vicinus ſinus Mecybernæus dicitur. Meminit huius oppidi. *Plin.l.4.c.10.*

MĔDABĂ, *μήδαβα, Steph.* Nabathæorum oppidum.

Mĕddĭx, Summi magiſtratus nomen erat apud Oſcos. *Ennius*, Summa ibi capitur Meddix, occiditur alter.

MĔDĔĂ, *μήδεια*, Inſignis incantatrix fuit, Æetæ Colchorum regis filia, quæ quum Iaſonem perditè deamaret, facilem illi ad aureum vellus aditum præbuit, ſopito peruigili dracone, qui noctes, diéſque illud aſeruabat. Quo facto patris iram metuens, Iaſonem in Græciam ſequuta eſt, patremque inſequentem diſcerptis Abſyrti fratris membris, & per viam diſperſis, retardauit. Repudiata deinde ab Iaſone, filios ſuos, quos ex eo ſuſceperat, occidit, Glaucamque Creontis filiam, cum qua Iaſon ſecundas contraxerat nuptias, incenſa regia, viuam cremauit, ipſúmque etiam Iaſonem impatientia doloris manus ſibi inferre coëgit. { GERMAN. *Ein frauw Jaſonis vnd ein groſſe zauberin.* } [Medea Peliam concoxit ſenem. *Plaut.Pſeud.ſc.2.a.3.*]

* Medēis, huius Medeidis, fœminin. gen. Patronymicum, poſitum pro poſſeſſiuo. *Ouid.2.de Arte amandi*, Non faciunt vt vincat amor Medeides herbæ.

Mĕdĕrgā, pro me erga, id eſt, Erga me, dixerunt antiqui, interpoſito d. propter hiatum vocalium. *Plaut.in Epid.* quaſi quid filius meus Delquiſſet mederga.

MĔDĔŌN, onis, *μεδεών* Duorum vicorum nomen eſt *apud Strab.l.9.* quorũ alterum in Phocide collocat ad ſinum Criſſæum: alterum in Bœotia, non procul ab Oncheſto.

Mĕdĕŏr, deris, Medicinam do, medicinam alicui facio, aut adhibeo. { רפא *rapha.* גחה *ghahàh. ἰάομαι, ἰάσθαι.* GALLIC. Mediciner, remedier. ITAL. *Medicare.* GER. *Heilen/Mit artzen geſund machen.* HISP. *Amelezinar.* ANG. *To remede, to heale, to cure.* } A Medius fieri videtur, quòd ad medium temperamentum, quoad fieri queat, æger debeat reduci. ¶ Eſt autem Mederi, remedium afferre. Et conſtruitur fere cum dativo. *Cic. pro Quintio*, Ita fit, vt ego qui tela depellere, & vulneribus mederi debeam, &c. ¶ Quandóque cum accuſatiu. *Terent.in Phorm.* Quas, quum res aduerſæ ſint, minus mederi poſſit. ¶ Inuenitur etiam Medetur impersonale. *Plin. lib. 27.* Ex eo medetur oris vlceribus peruſtis hoc ſucco foliis puſillis. ¶ Dicimus etiam Mederi contra morbum. *Plinius l.9.c.13.* Contra ſerpentium ictus medentur.

Mĕdendo, gerundium, quod etiam in paſſiua ſignificatione inuenitur, vt *annotauit Seruius in illud Virgilij 12. Æneid.* Exuperat magis, ægreicitque medendo: id eſt dum ei medetur. Huius verbi compoſitum eſt Immedeor, quod eſt intus medeor. *Colum.lib.6.* Si oportebit palorum capita, & imas partes miſto ſimo cum cinere oblinire, & ita totos eos immederi.

Mĕdĕlă, æ. Idem quod medicina, ſiue morbi remedium. { רפואה *rephmáh* רפאות *ripheiſth* מרפא *marpé* גחה *gheláh* ארוכה *acuehàh. ἰαμάτα, ἄκεσμοι.* GALLIC. Medecine. ITALIC. *Medicina.* GERMAN. *Ein artzney.* HISPAN. *Medicina.* ANGLIC. *A remedie to cure.* } [*Gell.cap.1.lib.15.* Qua medela, quaque ſolertia ignem defenderes. *Idem cap.1.lib.20.& cap 11.lib.16.* Herbarum ſuccis, & incantationibus facere medelarum miracula.]

MEDESICASTES, filia Priami notha, *vt ſcribit Homerus.*

[Medi. *Catull. de Com. Beren.* Cum Medi irrupere nouũ Mare. (i. Perſę.)]

MĒDĬA,

MĒDĬĂ, מדי *madhai.* μηδία.} Regio Asiæ, à Septentrione Hyrcano mari, ab Occasu maiori Armenia & Assyria discreta: à Meridie Persidem: ab Ortu Hyrcaniam habens & Parthiam, quæ Cossæorum mõtibus ab ea excluditur.} GERM. Ein weite landtschafft in Asia/stosst auff das Hyrcanisch meer/gegen nidergang an Armeniam vnd Assyriam/gegen Aufgang an Persiden/ &c.} *Strabo lib.* 11. Mediam in duas diuidit partes: quarum alteram Maiorem vocat, cuius caput Ecbatana facit: alteram Minorem, quæ & Atropatia dicta est, ab Atropato duce, qui eam à Macedonum impetu tutam præstitit. Est autem Media bona sui parte montosa & frigida: & fere tota sterilis, excepta regione qui sub Caspiis portus in humili & concauo iacet solo, quæ opulenta est, rerúmque omnium necessariarum ferax, præterquam olei. In ea campus est latissimus, quem Hippoboton vocat, in quo equorum quinquaginta millia pasci dicuntur. Regium id argumentum est. Mediam Solinus dictam putat à Medo, Ægei & Medæ filio. Hinc medicus, a, um, prima syllaba longa, μηδικὸς: vt, Malum medicum, quod & Citreum appellãt.

Mēdĭca, æ, } μηδικὴ. GAL. Herbe appellee grand Treffle ou foin de Bourgongne. ITA. *Medica, trefoglie.* GERMA. Burgundisch oder Medisch heuw. HISP. *Trebol.*} Herba est trium foliorum semper virens, in equorum pabulis laudatissima: quæ semel sata decem annos durat singulisque annis quater aut interdum sexies demessa, sua semper sponte succrescit: ita dicta quòd in Media abundet. *Seruius scribit* Medicam à Medis in Græciam fuisse translatam, quo tempore Romani eam inuaserunt. *Colum. lib.* 7. Ad maciem nulla res tantùm, quantum Medica, potest, *Vide Catonem de Re rust. cap.* 41. *& Varr. lib.* 1. *de Re rust. cap.* 42. *& Colum. lib.* 7. Hieronymus Tragus fœnogræcum syluestre vocat. Idem lotum syluestrem siue Lybicum esse suspicatur. Rustici quidem apud nos in Polonia, folia trifolij maioris sui ad vomitum prouocandum edunt, aduersus crapulam præsertim: nimia enim sui dulcedine & nescio qua incredibili qualitate nauseam ciet.

Mĕdĭastīnŭs, Vide MEDIVS.

Mĕdĭco, cas, & Medicor, aris, Medeor. } נחח *ghahàh* רפא *raphá.* ἰατρεύω. GALL. Medeciner, remedier. ITALIC. *Medicare.* GERM. Heylen/artzneyen. HISPA. *Amelezinar: ò curar dolencia.* ANGL. *To heale, to cure.*} *Virgil. lib.* 1. *Georg.* Semina vidi equidem multos medicare ferentes. *Ouid. 1. Amor. Eleg.* 14. Dicebam, desiste tuos medicare capillos, Tingere quàm possis, iam tibi nulla coma est. Eius pauiuo vsus est. *Plin. lib.* 16. *cap.* 27. Ficus sola ex omnium arborum fœtu maturitatis causa medicatur. Sed hoc rarius. Frequentiùs enim vtimur, verbo deponente Medicor: quòd modo cum datiuo iungitur. *Virg. 2. Georg.* Senibus medicantur anhelis. *Terent. in Andr.* Eius labore, atque eius dolore Gnato vt medicarer tuo. Modò cum accusatiuo. *Idem lib.* 11. *Æneid.* Sed non Dardaniæ medicari cuspidis ictum Eualuit. [Ego istum lepidè tibi medicabor metum. *Plaut. Mostell. sc.* 1. *a.* 2.

Mĕdĭcātŭs, a, um, Quod medicamentis admistis est infectum. } נרפא *nirpá. φαρμακευθείς.* GAL. Medeciné, mixtionné de quelque drogue ou liqueur. ITA. *Medicato, mescolato di qualche liquore medicinale.* GERMA. Mit artzneien vermischet/mit verrmengt. HISPANIC. *Amelezinado, mesclado con melezina.* ANG. *Healed, mixed with some drogge or licour.*} vt, Medicatæ fruges. *Virg. 6. Æneid.* Melle soporatam, & medicatis frugibus offam. ¶Sic medicata pocula, Medicatæ ficus, Medicatus sapor, Medicatus odor. *Martial lib.* 9. Santonica medicata dedit mihi pocula virga. *Pli. lib.* 23. *cap.* 7. *de ficis.* Nouissimæ salubriores, quàm primæ: medicatæ verò nunquam. *Plin. Epist.* 17. Color cæruleo albidior, viridior & pressior, sulphuris odor, sapórque medicatus, vis, qua fracta solidantur. Medicata suffitione vina, *Colum. lib.* 1. *cap.* 6. Tela medicata veneno, *Silius lib.* 7. Medicatus pro venenatus, & toxico infectus. *Suet. in Claudio*, Et veneno quidem occisum conuenit. Alij domestico conuiuio per ipsam Agrippinam, quæ boletum medicatum auidissimo ciborum talium obtulerat.

Mĕdĭcātĭo, verbale. } רפואה *rephuáh* רפאות *ripheúth* מרפא *marpé* נחה *ghehàh* ארוכה *aruchàh. ἰατρεία. ἄκεσμα.* GALLI. Medicament, medecine, remede. ITA. *Medicamento, remedio.* GERM. Artzneiung/heilung. HISPA. *Melezina, medicina.* ANGLIC. *Healing, curing.*} *Colum. lib.* 2. *cap.* 10. Potest tamen etiam citra istam medicationem cineri mista commodè seruari.

Mĕdĭcŭs, ci, Qui artem medendi nouit. } רפא *rophé. ἰατρός.* GAL. Medecin. ITA. *Medico.* GERM. Ein Artzet HISPA. *Medico, curador de dolencias.* ANG. *A phisicion.*} Huius duo sunt scopi, vt scilicet præter naturam affectos, quoad eius fieri potest, ad naturalem statum sciat reducere: aut si id fieri non queat, vt saltem dignoscat qui sanabiles sint, & qui deplorati. ¶Officium medici (*vt inquit Asclepiades.*) est, vt tutò, vt celeriter, vt iucundè curet. Vocantur quoque medici, ἀσκληπιάδαι παῖδες à Græcis. *Plaut. in Rud.* Imò ædepol vna litera plus sum, quam medicus. c. num tu mendicus es? L. tetigisti acu. *Cicer. pro Cluentio.* Iam hoc quoque probè iniquissimè comparatum est, quòd in morbis corporis, vt quisque est difficillimus, ita medicus nobilissimus atque optimus quæritur in periculis capitis, vt quæque causa difficillima est, ita deterrimus, obscurissimúsque patronus adhibetur. ¶Cura solers medicorum, *Ouid. 1. de Pont. Eleg.* 7. Celer, atque fidelis medicus, *Horat. 2. Serm. Satyr.* 3. Conuocare medicos, *Catullus.* [Medici musici. *Gell. cap.* 10. *lib.* 3. Numo sum conductus, plus iam medico. *Plaut. Menæch. sc.* 6. *a.* 5. Obsecro hercle, medice, propera quicquid facturus face. *Plaut. Menæch. sc.* 5. *a.* 5. Medici musici. *Gell. cap.* 10. *lib.* 3. Lumbi sedendo dolent, manendo medicum dum se ex opere recipiat & de eorum insolentia. *Plaut. Menæch. sc.* 3. *a.* 5.]

Mĕdĭcŭs, a, um, Quod est medici. ἰατρικός. GAL. De medecin. ITALIC. *Di medico.* GERMAN. Des artzes. HISP. *Cosa de medico.* ANGLIC. *Of a phisicion.*} *Virgil. lib.* 3. *Georgic.* Dum medicas adhibere manus ad vulnera pastor Abnegat. Ars medica, *Tiber. 2. Eleg.* 3. Ope medica iuuare aliquem. *Ouid. 2. Amorum. Plin. lib* 8. *cap.* 16. Vnde medicas manus hominis sciunt? ¶Medicinæ rei solers Mithridates. *Gellius capite* 16. *lib.* 17.]

Mĕdĭcum malum. Vide MEDIA.

Mĕdĭcīnă, æ, Ars medendi. } רפואה *rephuáh* רפאות *ripheúth*, מרפא *marpé* נחה *ghehàh* ארוכה *aruchàh. ἰατρική.* GALL. Art de medecine. ITALI. & HISPAN. *Medicina* GERMAN. Die kunst des artzes/oder ein artzney. ANG. *The art of medicine.*} *Cicer. 5. de Finibus*, Quoniam vt medicina valetudinis, nauigationis gubernatio, sic viuendi ars est prudentia. [Tu curæ requies, Tu medicina venis. *Ouid. Eleg. vlt. lib.* 4. *Trist.* Quorum (maiorum) medicina quiésque nulla nisi in studio est. *Ouid. Eleg.* 1. *lib.* 5. *Trist.* Medicinam factitare. *Quintil.*] ¶Modò pharmaca, & remedia, quibus quis curatur significat. *Idem ad Attic. lib.* 16. Sed desperatis etiã Hippocrates vetat adhibere medicinam. *Idem* 2. *de Orator.* Sicut medico diligenti, priusquam conetur ægro adhibere medicinam, non solùm morbi eius, cui mederi volet, sed etiam consuetudo valentis, & natura corporis cognoscenda est. ¶Somnus medicinæ curæ. *Ouid.* 1. *de Ponto. Eleg.* 2. At puto quum requies, medicináque publica curæ somnus adest, solitis nox venit orba malis. ¶Adhibere medicinam reipubl. *Cicer. pro Sest.* Et cohortari ausus est accusator in hac causa vos iudices, vt aliquando essetis seueri, aliquando medicinam adhiberetis reipubl. Non ea est medicina, quum sanæ parti corporis scalpellum adhibetur, atque integræ, carnificina est ista, & crudelitas. ¶Afferre medicinam. *Cicer. in Catil.* Deinde singulis medicinam consilij, atque orationis meæ, si quam potero afferam. ¶Facere medicinam. *Cicer. Terentiæ*, ita sum leuatus, vt mihi deus aliquis medicinam feciss̃e videatur. *Plaut. Cistel.* confidam fore, Si medicus veniat, qui hoc morbo facere medicinam potest. [Nullus (eo) melius medicinam facit. *Plaut. Menæch. sc.* 1. *a.* 1. Viden' vt anus tremula medicinam facit (i. suffundit aquam ne crepent cardines.) *Plaut. Curc. sc.* 3. *a.* 1. Medicinas vitijorum ferre. *Gell. c.* 1. *lib.* 5.] ¶Parare medicinam. *Ouid. 1. de Remed.* Principiis obsta serò medicina paratur Quum mala per longas inualuere moras. ¶Medicinam, *inquit Nonius*, dicimus & venenum: tractum à Græcis, qui venenum φάρμακον appellant. ¶Medicinæ inuentorem Chironem Centaurum perhibent: hic inuenit herbarum vires. Nonnulli Æsculapio hoc tribuunt. *apud Ouid. 1. Metamorpho.* Medicinæ inuentionẽ sibi Apollo vendicat. Inuentum (*inquit*) medicina meum est. Plurimũ deinde medicinæ contulit Hippocrates [eámque ita excoluit, auxit, atque illustrauit, vt cæteris longè anteponendus sit, ac Pareus Medicinæ habendus videatur. Galenus verò princeps Interpres Hippocratis inter Medicinæ auctores secundum locum meritò sibi vendicat. ¶Medicinæ tria genera veteres fecêre: διαιτητικὴν, χειρουργικὴν, καὶ φαρμακευτικὴν quarum prima victus ratione, altera manu, tertia pharmacis medetur.

Mĕdĭcīnæ, arum, Medicorum tabernæ, vicus thurarius, tabernæ aromatariæ, vbi pharmacopolæ degunt & pharmaca venduntur. } ἰατρεῖα. GAL. Boutiques de medecins ou apothicaires. ITAL. *Speciarie, poteghe di medicine.* GERMAN. Ein Apoteck/Ein ort darin man artzeneien feil hatt. HISP. *Tiendas de especieas, y medicinas.* ANG. *The phisicions shopes.*} *Plaut. in Amphitr.* Nam omnes plateas perreptaui, gymnasia, myropolia: Apud emporium, in macello, in palæstra, atque in foro, in medicinis, in tonstrinis, apud ædes omnes sacras. [Facite illîc homo in medicinam (tabernam) sublimis ablatus fiet. (alias in medicinas.) *Plaut. Menæch. sc.* 6. *a.* 5.]

Mĕdĭcīnālĭs, le, adiectiuũ, Quod ad medicinam pertinet. } ἰατρικός. GAL. Medicinal. ITAL. *Medicinale.* GERMANI. Das zur artzney dienet. HISP. *Cosa perteneciente à la medicina, medicinal.* ANGL. *Belonging to healing.*} vt Herba medicinalis, πόα ἰᾶσιν. Cucurbita medicinalis. σικύα ἰατρική, vasculum ore angusto, inferne latius, quo sanguis exugitur, cute prius scalpello incisa. Nomen accepit à cucurbita hortensi, quam similitudine refert. *Plin. lib.* 32. *cap.* 10. Quippe eadem ratio earum, quæ cucurbitarum medicinalium, ad corpora leuanda sanguine. *Celsus*, Vix vlla perpetua præcepta ars medicinalis recipit. ¶Medicinalis verò digitus dictus est minimo proximus, *vt inquit Macrobius*, quem & Anularem veteres appellarunt, quòd in eo digito veteres anulum potissimum gestabant. Cuius rei rationem hanc reddit idem *Macrob. lib. vltim.* neruum scilicet quendam à corde ad hunc digitum proficisci: ideóque potissimum anulo, veluti corona quadam circundari.

Mĕdĭcābĭlĭs, le, Cui adhiberi medicina potest, curabilis, sanabilis. } ἰάσιμος, ἰατός. GAL. Qu'on peut guerir, medicinable. ITA. *Atto à essere medicato.* GERMAN. Das zu artzen vnd zu heilen ist. HISPAN. *Cosa que se puede amelezinar.* ANG. *That mabe healed or cured.*} *Ouid. 1. Metamorph.* Hei mihi quod nullis amor est medicabilis herbis. *Idem Epist.* 5. nulla medicabilis arte Læsa pudicitia est. Sunt tamen qui legant, reparabilis. ¶Quandoque ponitur pro medicinali. *Columell. libro* 7. *capite* 10. Quippe ligni succus medicabilis, epotus intestini tumorem compescit.

Mĕdĭbĭlĕ, Medicabile. ἰάσιμος. *Festus*, Medibile, medicabile.

Mĕdĭcāmĕn, inis, medicina. } רפואה *ripheúth* מרפא *marpé* נחה *ghehàh* ארוכה *aruchàh. ἄκεσμα.* GALLIC. Medecine, remede, medicament. ITA. *Medicamento.* GER. Artzney. HISPAN. *Melezina.* ANG. *Medicine, remedie to cure.*} *Plin. lib.* 7. *cap.* 16. Fœcunditatis in fœminis prærogatiuam accepimus, iunctis medicamine oculis, saluam infici. *Ouidius* 2. *de Arte*, Ergo, age, & iratæ medicamina fortia præbe, Illa fere requiem sola doloris habent. *Cicer. in Pison.* Et quum isto ore fœtido terrimam nobis popinam inhalasses, meministi excusatione te vti valetudinis: quòd diceres, vinolentis te quibusdam medicaminibus solere curari. ¶Accipitur & medicamen pro colore, quo lanæ medicantur, hoc est inficiuntur, seu tinguntur: vnde & pro succo purpuræ posuit. *Plinius lib.* 29. *cap.* 28.

Mĕdĭcāmĕntum, ti, Medicina: quo videlicet homines, ac cætera animalia curantur. } רפואה *rephuáh* רפאות *ripheúth* מרפא *marpé* נחה *ghehàh* ארוכה *aruchàh. ἄκεσμα, φάρμακον.* GAL. Medicament, remede. ITA. *Medicina.* GERMAN. Ein Artzney. HISP. *Melezina.* ANG, *Medicine, a remedie to cure.*} *Cicer. 3. Offic.* Si quis medicamentum cuipiam dederit ad aquam intercutem, pepigeritque, ne illo medicãmento vnquam postea vteretur, &c. *Idem* 2. *de Natura deorum*, Medicamentorũ salutarium plenissimæ terræ. ¶Sumitur quandóque Medicamẽtum pro veneno, sicut veneum pro medicamento: quoniam Græci vtrumque φάρμακον vocant. *Caius Iureconsultus de verb. sign.* Qui venenum dicit, adiicere debet bonum vel malum: nam & medicamenta, venena sunt: quia eo nomine omne continetur quod adhibitum naturam eius cui adhibitum est, mutat. Quum id quod nos Venenum appellamus, Græci Pharmacum dicunt, apud illos quoque tam medicamẽta quàm quæ nocent, hoc nomine continentur. Vnde actione alterius nominis distinctio fit. [Medicamento & venenis recoxit Peliam Medea. *Plaut.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Pseud. sc.2. a.3. Vide Fab. Quintil. declam. 246.] ¶ Medicamenta amatoria dicuntur philtra, aut alia quæuis venena, quæ ad amorem conciliandum dantur. Medicamenta soporifera, quibus somnus accersitur. ¶ Medicamentum autem à remedio quomodo differat, *vide infrà in voce* REMEDIVM.

Mĕdĭcāmēntārĭŭs, rij, substantiuum, Qui medicamenta conficit. {רפא *rophe.* φαρμακοποιὸς. GALL. Medecin, qui appreste les medecines. ITAL. *Colui che fa medecine.* GERM. Der artzneien macht/Ein Apoteker. HISPA. *Medico ò que adoba melesinas.* ANGL. *That maketh or prepaireth medicine.*} *Plin. libr.* 19. *cap.* 6. Sectiui duo genera: hoc herbaceum, folio incisuras eius euidentibus, quo vtuntur medicamentarij. ¶ Medicamentaria, Ars conficiendi medicamenta. φαρμακοποιία. *Plin. lib.* 7. *cap.* 56. Medicinam contendunt Ægyptij apud ipsos repertam: alij ab Arabo Babylonis, & Apollinis filio: herbariam & medicamentariam à Chirone.

Mĕdĭcāmēntōsŭs, Quod remedium adfert, & medicamenti vice est. {ιατρικὸς. GAIL. Medicinal, portant medecine. ITAL. *Medecinale, che porta medicina!.* GER. Heilsam/Krefftig zur artzenei. HISP. *Cosa medicinal.* ANG. *That bringeth remedie.*} *Cato. cap.* 15. Et primum scito, de omnibus brassicis nulla est illiusmodi medicamentosior.

Mĕdĭcĭtās, Vide MEDIVS.

Mĕdĭmnŭs, {μέδιμνος. ANG. *A measure containiug sixe bushelles.*} Genus mensuræ, *teste Budæo*, quæ senos capit modios: Galli sua lingua *Minam* vocant *Cic.* 5. *Verr.* Sed tritici septem millia medimnum ex Nymphonis arationibus edicta pœna, &c. Dicimus & Medimnum neut. gen. *Idem Ibidem*, In iugere Leontini agri medimnum fere tritici seritur.

Mĕdĭŏcrĭs, Mediocritas, Mediocriter, Medioximus, Vide MEDIVS.

MĔDĬOLĂNVM, μεδιόλανον, Vulgò *Milano.* {GERMA. Meiland.} Vrbs est Cisalpinæ Galliæ metropolis, populi multitudine refertissima, agríque bonitate fœliciſſima, annis CCCLIX, ante Christi aduentum à Gallis Insubribus condita, & à nomine relicti ab eis Mediolani (*vt putat Volaterranus*) ita appellata. Quanquam sunt nonnulli, inter quos est Ambrosius, qui à sue dimidia patte lanata Mediolanum appellatũ putent. In hac etiam sententia videtur fuisse Sidonius Apollinaris. Verisimilior tamen apparet Volaterrani opinio, præsertim quum ipse etiam Ptolemæus Mediolanum oppidum in Gallia Lugdunensi recenseat inter Ligerim & Sequanam fluuios. De origine huius vrbis, *ita scribit Liu. lib.* 5. Decad. 1. Galli per Taurinos, saltúsque Iuliæ Alpis transcenderunt: fusíque acie Tuscis haud procul Ticino fluuio, quum, in quo confederant, agrum Insubrium appellari audissent, cognomen Insubribus pago Heduorum: ibi omen sequentes loci, condidére Vrbem, quam Mediolanum appellarunt Ex hac vrbe Statius Cæcilius poeta comicus originem traxit. ¶ Est præterea Mediolanum siue Mediolanium, *teste Ptolem.* Britanniæ oppidum. ¶ Item aliud inferioris Germaniæ oppidum in Colonienſi diœcesi, quod hodie Monasterium vocant. ¶ *Strabo libr. quarto*, aliud huius nominis oppidum collocat inter Xãtones Galliæ Aquitaniæ populos, quod hodie idem esse credimus quod vulgò *Saintes* vocant. Vrbs est (*inquit*) Xantonum Mediolanum ad Oceanum vergens, inter Aquitanos maximè arenosa, & agro tenui, ex milio alimoniam captans, reliquis fructibus sterilis. Huius etiam Mediolani, & alteriús in Gallia Cisalpina meminit Stephanus. Μεδιόλανον πόλις ἀκυτανίας, καὶ οἱ οἰκοῦντες Μεδιολάνιον, καὶ πόλις ἄλλη τῆς ἰταλίας λομβαρδίας.

* Mediolanensis, & hoc Mediolanense, μεδιολάνιος, Qui ex Mediolano est, vel Mediolanum habitat. *Cic. in Pisonem.*

MĔDĬŌLVM, μεδίολον, Oppidum est Celtiberorum in tractu Tarraconensi Hispaniæ, *apud Ptolem. l.*2. *c.*6. Putatur ea esse quæ hodie MEDINA *cæli* appellatur.

MĔDĬŌMĀTRĪCĔS, μεδιομάτρικες, Populi sunt inter Belgas Leucis & Eburonibus vicini, Metenes scilicet, & his vicini Lotharingiæ populi. {GERM. Die Metzer oder wesserreicher.} *Plin. & Strab.* Mediomatricos vocant. Vulgò *Metz en Lorraine.*

Mĕdĭŏn μεδίον, Herba est Mediæ peculiaris (vnde & nomen accepit,) in locis vmbrosis, petrosíque nascens. Romani trifolium odoratum vocant. *Vide Dioscorid. lib* 4. *cap.* 20.

MĔDĬŎN, μέδιον, Oppidum in finibus Ætoliæ. *Polyb. lib.* 28.

Mĕdĭŏcŭm-ĭ, D j, *vide Mediocris in* MEDIVS.

Mĕdĭpontŭs, Instrumentum funarium, quod *apud Catonem cap.* 3. numeratur inter ea quæ necessaria sunt ad conficiendum oleum. Medipontus in instrumento funario erat, quem Medi Xerxis pontem vocabant. χοῖνιξ Herodotus appellat: ad cuius imitationem hic factus videri possit. Funium enim ponte Xerxes Hellespontum iunxerat: cuius tamen qui vsus in torculari esset non facilè est dicere. Fortè ad traducendum vsui erat. Verisimile etiam est vehemẽtissimos funes fuisse, quibus ad premendum vehementius oleum vterentur. *Ex Turnebo.*

Mĕdĭtŏr, aris, pen. cor. Quasi medio animo verso, cogito & mente perpendo, considero, expendo, commentor. {הגה *haghág* חשב *chaschab.* μελετᾶ, σφριτίζω, φιλοσοφέω. GALL. Mediter, penser diligemment, & attentiuement. ITAL. *Pensare, curare.* GERMA. Betrachten/Bedencken/Nachsinnen. HISPAN. *Mucho pensar.* ANGL. *To muse or studye on a thing, to recorde in ones mynde.*} *Plaut. in Amph.* Ea nunc meditabor quomodo illi dicam, quum illò advenero. [Haud in male meditantem, male dicax es. *Plaut. Cas. sc.*2. *a.* 4. Vt te accusem meditabar. *Plaut.* * Sycophanta nequam es, nugis meditarur malè. *Plaut. Pseud. sc.*7. *a.*4. *& Mostell. sc.* 1. *a.*2.] *Terent. in Andr.* Venit meditatus alicunde ex solo loco. ἐπιμελὴς. *Plin. in Panegyr.* Igitur quod temperamentum omnes in illo subito pietatis calore seruamus, hoc singuli quoque meditati teneamus, &c. Meditati, *inquit*, id est, præparata oratione. ¶ Interdum exercere. *Virg. 6. Eclog.* Agrestem tenui meditabor arundine musam. *Plaut. in Sticho*, Simúlque ad cursuram meditabor Me ad ludos Olympiæ. [*Gell. cap.* 15. *lib.* 9. Meditans & exercens eloquentiæ Latinæ facultatem. *& Suet. in Nero. cap.* 40. Prædictum à Mathematicis olim erat, fore vt quandoque destitueretur, &c. quo maiore venia meditaretur Citharœdicam artem, &c.] ¶ Inde meditationes, μελέται, σκιμμάτα, in Romana militia dicebantur exercitationes, & imaginarij quidam conflictus, qui citra sanguinem fiebant. Nam ars militaris, *teste Vegetio*, vt cæteræ omnes artes meditatione perficitur. ¶ Meditari alicui insidias, vel dolum, Idem est quod tendere insidias, vel dolum. *Virgil. 5. Eclog.* Nec lupus insidias pecori, nec retia cervis vlla dolum meditantur. [Meditati sunt doli probe. *Plaut. Pseud. sc.* 1. *a.*4.] Seruius putat Meditor dictum esse: quasi melitor, à verbo μηλεύω, per immutationem l in literam d. Interdum enim hæ duæ literæ sibi inuicem cedunt: vt Scilla pro Sedda. Hinc meditari *apud Virgilium* pro canere, 1. *Æclog.* Syluestrem tenui musam meditaris auena. ¶ Reperitur etiam hoc verbum passiua significatione. *Terent. in Phormion.* Meditata iam mihi omnia mea incommoda. πεφροντισμένα. *Cicer. 1. Officiorum.* Leuiora enim sunt ea quæ repentino aliquo motu accidunt, quàm ea quæ meditata & præparata inferuntur. *Diomedes Grammaticus libro primo, Medito, inquit*, & meditor differunt. Nam, *vt putat Plin.* (*nempe in arte Grammatica, de qua se scripsisse testatur in historiæ præfatione*) Meditare est secum cogitare, Meditari voce dicere.

Mĕdĭtātē, Cogitatè. {ἐπιτηδεύμενον. GAL. Pour y auoir pensé de long temps. ITAL. *Pensata mente per longo tempo.* GERM. Mit betrachtung/mit ernstlichung. HISP. *Con mucho pensamiento.* ANGL. *Panfinglywith meditation and studye.*} *Plautus in Bach.* Næ tu illorum mores, perquam meditate tenes, quasi dicat, probe calles illorum mores, illóque ad vnguem nosti ex longa meditatione, vsu, & experientia. [Nouisse me tuos mores meditatè decet. *Plaut. Milit. sc.* 1. *a.* 1.]

Mĕdĭtātĭo, onis, Commentatio, exercitatio. {הגיון *haghajón. μελέτη.* GAL. Grand penſement. ITALIC. *Gran pensiero.* GERMAN. Ein Betrachtung sinnung. HISPA. *Grande pensamiento.* ANGLIC. *Great panfing and musing sadiie.*} *Cicer. 2. de Orat.* Quos locos multa commentatione, ac meditatione paratos, atque expeditos habere debetis. *Idē 2. de Divin.* Multi naturæ vitium meditatione, atque exercitatione sustulerunt: vt Demosthenes. *Idem 2. Tuscul.* Stulta est meditatio futuri mali. [Meditationes, pro confictibus imaginariis, Vide suprà in Meditor.

Mĕdĭtāmēn, nis, meditatio. *Catullus in carmine nuptiali*, Aspice vt nuptæ secum meditamina quærant.

Mĕdĭtāmēntum ti, Meditatio. *Tacitus lib.* 20. Et cæteris belli meditamentis militem firmabant. *Idem lib.* 15. Nomina summæ curæ, & meditamenta.

Mĕdĭtābŭndŭs, Cogitabundus, {σωφρονικὸς. ὁ τῇ φρονήσει. GALLIC. Pensif. ITA. *Pensoso.* GERM. Voll betrachtens vnd nachsinnens. HISP. *El que mucho piensa.* ANGL. *Pansiue.*} Et aduerbium mirabundè, cogitabundè, φρονιμικῶς.

Mĕdĭtātĭuum, Dictio ficta à Grammaticis, qui meditatiuum verbum appellant, quod sensum quendam meditandi videntur habere, cuiusmodi sunt Esurio, Micturio, & similia: quæ Valla desideratiua vocat, quòd desiderium significent, actus per verbum primitiuum significari.

MEDITRINA, pen. prod. Medicamentorum dea. *Festo.*

Mĕdĭtrĭnālĭa, orum, Sacra deæ Meditrinæ, Mos erat, *ait Festus, Latinis* populis, quo die quis primùm gustaret mustum, dicere *omnis gratia*, Vetus nouum vinum bibo: veteri nouo morbo medeor. Aquibus verbis etiam Meditrinæ deæ nomen cœptum: eiúsque sacra Meditrinalia dicta sunt. *Varr. de ling. lat. lib.* 5. Meditrinalia, dies dictus est Martio: quod (*vt ait Flaccus*) Flamen Martialis dicebat hoc die libamina num nouum & vetus libari, & degustari medicamenti causa: quod facere solent etiam nunc multi, quum dicant, Nouum vetus vinum bibo, nouo veteri morbo medeor.

Mĕdĭtrĭnālĭă, orum, Sacra deæ Meditrinæ, Mos erat, *ait Festus, Latinis* populis, quo die quis primùm gustaret mustum, dicere *omnis gratia*, Vetus nouum vinum bibo: veteri nouo morbo medeor. Aquibus verbis etiam Meditrinæ deæ nomen cœptum: eiúsque sacra Meditrinalia dicta sunt. *Varr. de ling. lat. lib.* 5. Meditrinalia, dies dictus est Martio: quod (*vt ait Flaccus*) Flamen Martialis dicebat hoc die libamina num nouum & vetus libari, & degustari medicamenti causa: quod facere solent etiam nunc multi, quum dicant, Nouum vetus vinum bibo, nouo veteri morbo medeor.

Mĕdĭŭs, dia, dium, Quod non mensuratum æqualiter distat ab extremis. μέσος. GAL. Qui est au milieu, moyen. ITALI. *Mizzo.* GER. Das mittel das in der mitten ist. HISPAN. *Cosa media entre dos cabos.* ANGL. *That is in the middest.*} quanuis etiam Medium dicatur quicquid inter duo extrema est, etiamsi non æqualiter distet ab vtroque. *Virgil. 7. Æneid.* Interea medium Æneas iam classe tenebat Certus iter. [Arma viri fortis mittantur in hostes. *Ouid. 13. Metamor.* Nihil metuo, nisi ne medius disrumpar miser. *Plaut. Curc. sc.* 1. *a.*2. Medios serra dissecare, *Sueton. in Caligula. cap.* 27. Media de plebe. Vide Plebs. Media sermonum reliquere. *Gell. cap.* 4. *lib.* 18. In medio reliquere aliquid, *Velleius.* Dubium se mediúmque partibus præstare. *Idem Vell.* Sed est natu grandior in media est mulieris ætas. Item post mediam ætatem, qui mediam vxorem ducit domum. *Aul. sc.*3 *a.*1. Media litium manus, & sequester, & interpres. *Quintil.* Decem medij dies (*i.* interpositi.) *Senec. cap.* 14. *de Tranquill.* Medio defenditur Istro (*i.* Interpositu) *Ouid. Eleg.* 14. *lib.* 3. *Trist.* Quis è medio (*i.e* vulgo) *Gell. cap.* 10) ex medio sumpta verba. *Quintil.* Medium vinum (*i.* nihili) *Gell. cap. vlt. lib.* 13. Media & communia verba. *Gell. cap* 9. *lib.* 12. Medium pignus Concordiæ inter Cæsarem & Pompeium Iulia. *Velleius.* Si media non est, siue est prima vespera, *Plaut. Curc. sc.* 1. *a.* 1. Medius in eo bello Etesias, siue est prima vesperа

tentias Philosophorum. ¶ Vocare in medium, idem ferè est, quod vocare in dubium,& clariùs de re aliqua velle cognoscere. *Cicer.pro Cluent.* Rem in medium vocare cœperunt, & causam illam totam deposcere. ¶ Venire in medium.Est in disputationem, & controuersiam venire.*Cicer.1.de Finibus*,Prima veniat in medium Epicuri ratio. ¶ Procedere in medium,Est in coronam prodire:& interdum idem cum superiori. ¶ Relinquere aliquid in medio. [*Velleius.*] Est indecisum,&controuersum aliquid relinquere,nihilque de eo statuere. ¶ In medio esse,vel positum,aut situm esse in medio,Est manifestum esse,facile,vel in promptu. *Cic.4.Verr.* Tabulæ positæ sunt in medio. ¶ Aliquando in medio esse,est, Dubium esse,vel incompertum, *vt apud Sueton.* Quod discrepat in medio sit:hoc est indecisum relinquatur. ¶ In medium consulere, Est in commune consulere,vel ad communem vtilitatem:de quo suprà dictum est. ¶ Pellere de medio,vel è medio, est extra cœtum aliorum pellere. *Ennius apud Cicer.pro Murænæ*,Pellitur è medio sapientia.[*Sueto.in Tiber. ca.* 10.è medio se amouere.]Recedere de medio,Est se subducere, & occultare. *Cicer. pro Sext. Rosc.* Recede de medio, per alium transigam. ¶ Sumere argumenta de medio, Est ex rebus manifestissimis, & omnibus notis argumenta sumere. ¶ Tollere de medio, pro occidere. *Cicer.pro Rosc.Amer.* Per facilè hunc hominem incautum,& rusticum, & Romæ ignotum, tolli de medio posse. ¶ Medio excedere,pro mori. ¶ E medio discedere, pro secedere & occultari, *ait Budæus.* * Medio tempore, pro Interea. *Sueton.in Cæsare*, Medius pro mediocri. *Liu.lib.6.ab Vrbe*,Apparebátque nec veri iudicij mediam gratiam,nec falsi offensionem fore. *Velleius* Medius eloquentia Pompeius.(i.mediocris.) ¶ *Priscianus* Medium *dictum putat* à modo,hoc est à mensura:vnde & modium, & differentiæ causâ Medium dici existimat, mutato o in e. Alij malunt à Græco *μέσος* deducere, quod idem est quod medius. ¶Hinc dimidius,a,um,quasi per medium diuisus.

Mĕdĭă vocabula dicuntur quæ in bonam& in malam partem accipi possunt:*μέσα* à Græcis dicta. Qualia sunt tempestas, Valetudo,Facinus, Dolus,Gratia,Industria,Periculum,Venenum, Contagium : & apud veteres Honor,quo etiam significabatur iniuria. *Vide Gell.lib.12.c.9.* [*& c.4.lib.18.*Vide suprà.]

* Mediale, huius medialis neutr. gen. *Solin. capit.65.* Lignum omne atque mediale, eadem ferme & facie & nitore, qui est in lapide gagate. Id est, omnes hebeni partes, tam exteræ quàm mediæ seu medullaceæ, similes sunt gagati lapidi. *Idem capit.33.* Comperta arbor est pinei generis, cuius mediale Autumni tempore succino lacrymat.

Mĕdĭanum, idem quod medium, verbum architectonicum. { ANGLIC. *The middle or middest.* } *Vlpianus l.5.§.2. D. de his qui deiecer.* Quod si ex mediano cœnaculi quid deiectum sit, verius est omnes teneri. Adiectiuè. *Vitruuius persæpe* medianas columnas *dicit*, ad differentiam angularium,& mediana epistylia, &c. *Ex Hotomano.*

Mĕdĭĕtās,atis,Alicuius pars media.{ חצי *tzáveh.μεσότης.* GAL.Le milieu, la moitié.ITAL.*Metà.*GER.*Das halb theil deß so durch die mitte zertheilt ist/oder die mitte selbst.*HISPANI.*El medio de dos extremos,mediania.*ANGLIC.*The half of any thing.* } *Hac voce Cic.non ausus est vti, vt testatur in libello de Mundo, siue Vniuersitate. Sic enim ibi habet*, Vt in singulis essent bina media : vix enim audeo dicere medietates,quas Græci *μεσότητας* vocant : sed quasi ita dixerim, ita intelligatur : erit enim planius.

Mĕdĭocris,& hoc cre,Mediũ tenens,modestus,temperatus.*μέτριος.*GALLIC. Mediocre,moyen,ne trop grand ne trop petit. ITALIC.*Mediocre,mezzado.*GERMANIC.*Mittelmässig.*HISPANIC.*Cosa communal, ò mediana.*ANGLIC.*Moderat,nether to much nor to litle.* } *Cic.2.de Oratore*, Hæc sunt omnia ingenij vel mediocris, exercitationis autem vel maximæ. *Idem Tusc.* Omne enim malum etiam mediocre,magnum est.*Cic.de Amicit.*Nec verò negligenda est fama, nec mediocre telum ad res gerendas existimare oportet beneuolentiam ciuium. [Non mediocri inœdo iratus iracundia. *Plau.Curc.sc.3.a.4.*Mediocri macto infortunio.*Ibid.*Mediocres viri quibus opponuntur eminentissimi.*Velleius.*]

Mĕdĭocrĭtas, Medium, *vt ait Nonius*, modus. { *μέτρον,μετριότης.*GALLIC. Mediocrité,ne trop ne peu, moyen. ITALIC. *Mediocrità ne troppo ne poco.*GERMANIC.*Mittelmässigkeit/Zimlichkeit/mass.*HISPANI. *La mediana entre dos cabos.* ANGLIC. *Mediocritie,a measure or meane.* } *Cicer.lib.1.Offic.*Eadem ratio est habenda vestitus:in quo,sicut in plerisque rebus, mediocritas optima est. *Colum.l.4.* Mediocritas in electione loci maximè probatur,quoniam in confinio boni, malique posita est.

Mĕdĭocrĭtĕr,adiuerbium,Quodam modo,prudèter & moderatè.{*μετρίως.* GAL.Mediocrement.ITA.*Mediocremente.*GER.*Zimlich. Etlicher maß/ Mässiglich/*HISP.*Medianamente.*ANG.*Meanelie, measurablie.* } *Cic.5. Verr.*Quod mehercule iudices,mihi non mediocriter ferendum videtur.*Idem secundo Tusculâ.*Nemo mediocriter doctus ignorat. *Terent.in Andr.*Horum ille nihil egregiè præter cætera Studebat ; & tamen omnia hæc mediocriter.

Mĕdĭoxĭmŭs,vel medioxumus,penultim.corr.Mediocrem, siue medium significat. {*μέσος* GAL.Mediocre,moyen.ITA.*Mediocre.*GERMA.*Der mittelst oder mittelmässig.*HIS.*Cosa cerca del medio.*ANG.*Moderat,net heir to much nor to litle.* } Vnde medioximi dij vocantur, potestatis mediæ. *Seruius in l.8.Æneid.*dicit Herculem esse communem deum,vtriusque naturæ medium inter mortalitatem,& diuinitatem. Esse enim numina aliqua tantùm terrestria,aliqua tantùm cælestia,aliqua media,quos deos Apuleius Medioxumos vocat.*Plau.in Cæs.*At ita me dij, deæque superi & medioxumi,&c.*In Cistel.*Medioxumam quam duxit vxorem: ex ea nata est hæc virgo.

Mĕdĭuscŭlŭs, Putauit *Calepinus* diminutiuum esse ab adiectiuo Medius, deceptus corrupto Plinij loco, *quem ex libro vndecimo capite 37.citat ad hunc modum* ; Oculos vnicolores nulli, cum candore omnibus mediusculo differente.Qui locus hodie sic restitutus est,Oculus vnicolor nulli cum candore omnibus medius color differens.

Mĕdĭŭs, fidius. Aduerbium est iurandi, ex tribus,compositum, putatúrque idem significare quod mehercules:quasi dicas, ita me Iouis filius amet. *νὴ τὸν Ἡρακλέα.* Nam *Δία*, Græci dicunt quem nos Iouem.Fidium autem pro filio dictum videtur:quia antiqui pro l. literam *d*,ſæpissime collocabãt. ¶ Quidam interpretantur,Per diui fidé : quidã per diurni tẽporis,id est diei fidem. *Hæc Festus.*Alij sic exponunt,Medius fidius, hoc est,Per deum Fidium,nam fidius Deus,est qui fidei præest. *Plaut.in Astn.* Per Dium fidium credis iurato mihi. *Cic. ad Brut.* Ego medius fidius non existimo tam omnes deos auersos. ¶ Fidij dei, alia duo fuerunt nomina : nam & Sancus, & Semicaper appellabatur : fiebátque ei sacrum Nonis Iunij in colle Quirinali : vbi templum habebat à Sabinis (vt putatur) primum dedicatum : qui in vrbem recepti, deos quoque patrios in vrbem transtulerunt. *Ouid.6.Fast.* Quærebam Nonas Sanco, Fidióne referrem, An tibi Semicaper : tunc mihi Sancus ait, Cuicunque ex istis dederis, ego munus habebo, Nomina terna fero sic voluere Cures.

Mĕdĭtĕ, *μέσως.* Moderate. *Vlpianus D.l.13. Tit.7. l.25.* Cùm dicere vult iudici mediam viam tenendam esse, sic inquit : Medie igitur hæc à iudice erunt disponenda, vt neque delicatus debitor, nequo onerosus creditor audiatur.

Mĕdĭastĭnus, penultim. prod. {*μεσοδάπης, μεσίτης.* GALLI. Seruiteur qui sert en choses viles, vn souillon. ITAL.*Flamigliaccio.* GERM. *Ein Eusselbub / ein knecht so man zu aller groben vnnd sudelechtigen hausarbeit braucht/Ein Haußbusser.* HISPA. *Sieruo de poco precio.* ANG. *A drudge, a kitchin slaue.*} Manciputn abiectius est, *teste Budæo*, quod vilissima & sordidissima ministeria obire domi cogitur,qualia sunt domumverrere, purgaméta efferre, ligna congerere, & huiusmodi alia facere:ab hoc ita dictum, quòd in media domo ad imperia omnium nutuíque soleat excubare. *Cicer in Catil.* Magnopere contemno exercitum collectum ex senibus desperatis, ex agresti luxuria, ex rusticis mediastinis decoctoribus, ex iis qui vadimonia deserere ; quàm illum exercitum maluerunt. *Columel libro primo, capite nono* ; Mediastinus qualiscunque status possit esse, modò perpetiendo labori sit idoneus. *Ibidem* ; Separandi sunt aratores à vinitoribus, atque à mediastinis. *Horat.1. Epist.* Tu mediastinus tacita prece rura petebas. *Lucil.* Villicum Aristocratem mediastinum, atque bubulcum. *Vlpian. lib.1. Digest. Naut. caup. stabul.* Qui mediastini opera fungitur, non continetur : vt purpurarij, atriarij, & focarij, & his similes. ¶ *Priscianus* Mediastinos *interpretatur*, seruos esse abiectissimos lauantibus in balneis ministrare solitos: itaque appellatos existimat, quòd in medio balnei stare soleãt, ad sordidissima quæque ministeria parati. ¶ Mediastinum appellant medici membranas in ventre hominis medio,quæ sunt veluti medius quidam paries,diuidens thoracem totum in duos veluti ventriculos. [Legendi Beroaldus in Indice Columellæ.]

Mĕdĭastŭtĭcŭs, pen. cor. Summus apud Campanos magistratus erat. *Liu. lib.6.Decad.3.* Mediastuticus (qui summus magistratus apud Campanos est) eo anno Seppius Lesius erat loco obscuro, tenuique fortuna ortus, &c.

Mĕdĭtĕrrānĕŭs, nea, neum, Quod est à mari remotum ; quasi in media terra)(maritimus. {*μεσόγειος.* GALLI. Qui est au milieu de la terre. ITAL. *Chi sta intra terra.* GERMA. *Das weit vom meer vnnd sast in mitten deß lands ligt.* HIS.*Cosa lexos de la mar y en medio de la terra.*ANGLI. *That is in the middle of the earth.*} *Cæsar.5.belli Gall.*Nascitur ibi plumbum in mediterraneis regionibus in maritimis ferrum. [Mediterraneis agris abditus.] *Suet.in Tiber.cap.12. Quintilian.lib.5.cap.10.* Montanus, an planus : maritimus, an mediterraneus? *Cic.1.de Natur.deor.* Ita fit, vt mediterranei mare esse non credant. Mediterraneũ mare, *ἡ ἐντὸς θάλασσα*, quod ex Oceano inter Abylam Mauritaniæ & Calpen Hispaniæ promontorium irrumpens, per medias terras diffunditur, Affricámque dirimit ab Europa.

Mĕdĭtĕrrĕus, adiectiuum, Mediterraneus *Festus* ; Mediterream melius quàm Mediterraneam Sisenna dici putat. *Antiquum.*

Mĕdĭtŭllĭum, lij, non medium terræ, sed procul à mari, quasi meditellium, ab eo quod est tellus. *τὸ μέσον*, *Cic. in Top.dicit*, tulliuin in hoc verbo extensionem esse vocabuli nihil significantem. Apuleius libro de philosophia : Nec solum quod careant redundantia, & egestate, sed quòd in meditullio quodam vitiorum sitæ sunt.

MĔDMĂ, *μέδμη, Steph.* Oppidum in agri Brutij littore, vnà cum portu. *Plin.l.3.c.5.*

MĔDMĀSSĂ, *μέδμασσος, Stephan.* Oppidum Cariæ, *cuius meminit Plin. li.6.cap.29*

MĔDŌN, *μέδων*, Nothus fuit Oilei, ex matre Rhyna, *teste Homero lib.2. Iliad.* [alius Troianus, *apud Virg.6.Æneid.* Medontáque.]

MĔDŎĂCŬS, siue Meduacus *μεδόακος*, Venetorum fluuius Patauium alluens, qui nunc Vulgò *Brenta* dicitur. Nam ostia Padi Plinius describens, ait, Pars eorum & proximum portum facit Brundulum,sicut Edronem Meduaci duo ; & fossa Clodia. Strabo scribit Medoacum vocari & portum & fluuium. Idem supra Venetos Carnorum,& Meduacorum fuisse gentem tradit. *Vide Plin.lib.3.cap.16.*

Mĕdŭllă, dulle, Est quod in mediis est ossibus. [Sic autem dicta est, quòd sit in meditullio ossium. *Passer.* Alij, quòd in ossibus sit media, Sed minus rectè.] { מוח *móach. μυελός.* GALLIC. Mouelle. ITALIC. *Midollo.* GERMANIC. *Das marg.* HISPANIC. *Meollo, ò tuetano del hueſſo.* ANGLIC. *The marrow within the bone.* } *Plaut. in Stich.* At ego perij, cui medullam lassitudo perbibit. *Plin. libr. 11. cap. 32.* Et medulla ex eodem videtur esse, in iuuenta rubens, & senecta albescens. *Cic. 4. Tuscul.* Quum autem hic feruor concitatióque animi inueterauerit, & tanquam in venis medulíque insederit ; tum existit & morbus, & ægrotatio. *Idem 5. Tuscul.* Tu verò Metrodore, qui omne bonum in visceribus medullísque condideris, &c. [Cum penitus mœstas exedit cura medullas *Catull. de Com. Beren.* Hæc mihi semper erunt imis defixa medullis. *Ouid. Eleg. 4. libr. 1. Trist.* Hoc (dictum) si quis in medullas demiserit. *Senec.cap.11.de Tranquil.*] ¶ Medulla mellis ; De re maiorem in modum suaui dicebatur. Vnde & *Ennius apud Cicer.de Claris orator.* M. Cornelium Cethegum,Suadæ medullam appellat,ob singularem suauiloquentiam. Nam quod optimum est, & natura videtur intimè recondidisse. [*Gell.c.4.l.18.*Non pri-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

mam cutem, sed medullas & sanguinem Salustij tenere.] Vnde & illa passim obuia, in medullis, & medullitus amare, non dissident à simulacro prouerbiali. *Erasm.* ¶ Hinc emedullo, ἐκμυελόω, quod est medullam extraho. *Pli. de limacio*, Item graueolentiam alarum emendat, radicis emedullatæ vncia in vini Falerni heminis tribus decocta. ¶ Per translationem significat declaro. *Plaut.* Narra iam rem nobis omnem, atque emedulla.

* Medullula, Diminut. μυελίδιον. *Catull. ad Thallum epig.* 22. Cinæde Thalle mollior cuniculi capillo, vel anseris medullula, vel inula mollicella.

Medullitus, pen. corr. aduerbium est, significans Ex ipsis medullis, vel vsque ad medullas. {in μυελόν. GALL. Profondement affectueusement. ITAL. *Profundamente, affectuosamente.* GERM. Von dem innerſten hertzen/innitlich. HISP. *Profunda y affectuosamente.* ANGL. *Deepelie, affectuouslie, euen frome the heart.* } *Varro*, Medullitus Aquilonem seruat frigedinem. ¶ Per translationem significat intimè, vel ex intimo animo & affectu. *Plau. in Mostel.* [*sc.* 3. *a.* 1.] -vt Videas medullitus me amare.

MEDYLLIA, μεδύλλια, *Steph.* Latij oppidum, Albanorum opus, *cuius meminit Plin. l.* 3. *c.* 5.

MEDVSINA, μεδουσῖνα, *Plutarcho*, Puellæ cuiusdam Romanæ nomẽ, quæ à patre in tenebris vitium passa: quum ex detracto ei annulo stupri autorẽ agnouisset, capillis eum ad aram pertraxit, patremque primùm, deinde etiam seipsum ad expiandum flagitium interfecit. *Vide Plutarch in Parallelis.*

MEDVSA, penultim. prod. μέδουσα, Fuit filia Phorci ex Ceto marina belua: quæ vnà cum duabus sororibus Euryale & Stenione, Gorgadas insulas in Oceano Æthiopico tenuisse feruntur. {GER. Ein tochter Phorci welcher Minerua ir ſchön haar in ſchlangen verwandlet hat.} Vnde & Gorgonides appellantur. Hæc quum esset insigni forma, etiam habuit inter alia decoris insignia crines proximè ad auri colorem accedentes, quorum splendore captus Neptunus, in Mineruæ templo cum ea concubuit, ex quo concubitu natus est Pegasus equus. Quam iniuriam Minerua graui & iniquo animo ferens, Meduſæ crines quibus maximè amatori suo placuerat, in angues mutauit, qui ea vi essent, vt omnes eam aspicientes in lapides verterentur. Quamobrem quum nemo tam immane monstrum intueri posset, Perseus Iouis & Danaes filius, Mercurij talaribus, & falcato ense accepto, Palladis item scuto, vt ære repercussam effigiem eius videre impunè posset, ex improuiso, quum ipsa anguésque sopiti essent, adortus, vno sed eo validissimo ictu peremit, & in patriam rediens quum eiusdem caput secum deferret, contigit vt guttæ sanguinis decidentes per solitudines Africæ mutarentur in serpentes. *Vide Luca. l.* 9. Squallebant latè Phorcinidos arua Meduſæ. ¶ Inde Meduſæus, a, um, *Vide in dictione* PEGASVS.

Medusa, μεδοῦσα, A quibusdam appellatur herba ea, quam Romani Veneriam siue Lanceolam, *Dioscorides* λογχίτιν *appellauit.* Habet hæc herba florem inuerso pileolo similem, qui theatralis larvæ, & histrionicæ personæ formam refert: ex cuius medio, quasi ex aperto & hiante ore, se profert quædam quasi lingua candido colore. Ob quam causam & Meduſam appellarũt, à Gorgonis, absciſſi capitis similitudine. Nam etiam hodie in antiquis monumentis Meduſæ caput ita effictum videmus, vt quàm maximè potest, aperto ore, linguam exerat. *Vide Marc. in Dioscor.*

MEDYLLIA, μεδυλλία, vrbs ab Albanis condita, Romanorum colonia, Gẽtile Medyllinus: *Steph.*

MEGA, id est magnum, Promontorium Mauritaniæ Cæsariensis, *inquit Ptolemæus.*

MEGABYZI, μεγάβυζοι, siue Megalobysi. Dicebantur Ephesiæ Dianæ sacerdotes, quos eunuchos esse oportebat. GERMAN. Die hodentoſſen pfaffen der groſſen Göttin Diana zu Epheſo. } Vnde & pro imbellibus ac mollibus poni consueuerunt, quales sunt spadones. *Quint. lib.* 5. *cap.* 12. An verò statuarum artifices, pictoréque clarissimi, quum corpora quàm speciosissime pingendo, singendóve effingere cuperent, nunquã tamen in hunc ceciderunt errorem, vt Bagoum, aut Megabyzum aliquem in exemplum operis assumerent sibi, sed Doryphorum illum aptum vel militiæ, vel palæstræ: aliorum quoque iuuenum bellicosorum & athletarum corpora decorare existimarunt, &c.

MEGAERA, μέγαιρα cum diphthongo in pen. Vna è furiis. { GER. Eine auß den vnſinnigen helliſchen weiberen. } Nam μαίομαι Odi, siue inuideo Latine denotat. *Clau.* Inuectiua prima in Rufinum, Improba mox surgit tristi de sede Megæra.

Megalium, μεγαλεῖον, Vnguentum à magnificentia sic appellatum, eò quòd excusserit Telinum ante se cantatissimum: alij à Megaleo, inuẽtore Siculo Athenienſi dictum malunt. *Vide Dioſc. lib.* 1. *cap.* 6. *& Hermolaum in Plinium.*

Megalesia, rum, μεγαλήσια, Dies sacer magnæ matri deorum. Ludi quoque qui celebrabantur ante templum in ipso Magnæ matris deũm conspectu, Megalesia siue Megalensia dicebantur, & ludi Megalenses. {Die faſtag vnd ſchauwſpyl der groſſen Göttin Cybeles. } *Liu. lib.* 2. *ab Vrb.* M. Iunius Brutus ædem magnæ matris deũm in palatio dedicauit, & Ludos ob eam dedicationem factos, Megalesia appellauit, *Cic. de Aruſp. respon.* Nam quid ego de illis ludis loquar, quos in palatio nostri maiores ante templum in ipso Matris magnæ conspectu Megalensibus fieri celebrarique voluerunt. [Patricij Megalensibus militare soliti sunt, plebs Cerealibus: *Gell. cap.* 2. *lib.* 18.]

MEGALOPOLIS, μεγάλη πόλις, Arcadiæ vrbs, post Leuctricum bellum condita: quæ dimidia sui parte Oresti a vocabatur, ab Oreſtis aduentu. Ex hoc oppido ortum traxerunt Cercidas, præstantissimus legislator, Ægesias Peripateticus Theophrasti discipulus, Acesodorus, qui de vrbibus scribit, & Polybius Historicus. ¶ Megalopolis item Asiæ oppidum fuit, postea Aphrodisias dictum, inter Lycum & Mæandrum fluuios situm quod Stephanus Cariæ attribuit: quanquam in Græcis codicibus Icaria corruptè legitur pro Caria. Tertia eiusdem nominis ciuitas in Iberia collocatur ab eodem Stephano. ¶ Alia item vrbs Megalopolis Germaniæ est. {GERMA. Mechelburg.}

Megalopolitæ, μεγαλοπολῖται. Megalopolis incolæ. *Stephanus.*

Megalopreperia. {אדר *édher.* μεγαλοπρέπεια. GAL. Magnificence. ITA. *Magnificenza.* GER. Groſthätiteit/herrliteit. HISPA. *Franqueza.* ANG. *Magnificence.* } Magni decentia, vel munificentia, quæ inter magnos viros versatur magnisque in rebus. ¶ Et Megaloprepes, μεγαλοπρεπὴς dicitur, qui huiusmodi magnidecentia, aut munificentia vtitur: quem Magnificum quidam appellant.

Megalopsychia, μεγαλοψυχία, Magnanimitas: & Megalopsychus, μεγαλόψυχος, Magnanimus.

MEGARA, æ, pen. cor. μέγαρα, Vrbs est Achaiæ in confinio Atticæ, Peloponnesi, patria Euclidis Geometræ: ita dicta à Megario Apollinis filio. { GERM. Ein ſtatt in Achaia. } Vrbis eius meminit. *Plin. lib.* 4. *cap.* 7. *& Seruius Sulpit, ad Cicer. lib.* 4. *Epiſt.* Pro eodem dicitur Magara, orum, plurali numero. *Plin. lib.* 16. *cap.* 39. Megaris diu stetit oleaster in foro. *Colum. lib.* 10. Iam Megaris veniant genitalia semina bulbi. ¶ Est item Megara, montis nomen in Sicilia apibus abundantis, qui vrbem habet eiusdem nominis in radice sitam. ¶ Fuit præterea hoc nomine filia Creontis, & vxor Herculis.

Megatus, a, um, adiectiuum. *Virg.* 3. *Æneid.* Pantagiam Megarósque sinus.

MEGAREVS, dictio trisyllaba, μεγαρεύς, Nomen fuit patris Hippomenis & nepotis Neptuni, ex Onchesto Bœotiæ oppido oriundi. *Ouid. 10. Metam.* Nanque mihi genitor Megareus: Onchestius illi Est Neptunus auus: pronepos ego regis aquarum. ¶ Fuit præterea eodem nomine Apollinis filius, qui Megaris à se conditis nomen fecit.

MEGARIS, idis, pen. corr. μεγαρίς, Regio est Achaiæ, in confinio Atticæ & Peloponnesi, ita dicta à Megaris, præcipua eius tractus vrbe. *Plin. lib.* 4. *cap.* 7. Attingit Isthmum parte sui, quæ Megaris appellatur à colonia Megara. Ex hac regione præstantissimi mittebantur bulbi, qui ab ea dicti sunt Megarici. *Plin. lib.* 19. *cap.* 5. Proxima his est bulborum natura quos Cato in primis ferendos præcipit, celebrans Megaricos. ¶ Est præterea Megaris, insulæ nomen inter Neapolim & Pausilypum sitæ, *teſte Plin. lib.* 3. *cap.* 6. ¶ Megaris item Nisæa vocabatur, à Niso Pandionis filio. Item Nisæa nauale Megaridis. *Steph.*

MEGASA, μέγασα, vrbs Lybiæ: in qua σπαράγιοι, & ἀγριῶπες. *Steph.*

MEGES, μέγης, Vnus ex Græcorum principibus, qui ad Troiam profecti sunt: *de quo Homerus in Catalogo nauium.*

Megistanes, {גדולים *ghedholim* שרים *ſarim.* μεγιστᾶνες. GALL. Grãds personnages, & excellens. ITAL. *Magnati grand personaggi.* GER. Die fürnempſten. HISPAN. *Grandes en dignidad.* ANG. *Excellent, or noble men.* } Dicuntur proceres primatésque. nam μέγιστος, Latinè dicitur Maximus. *Corn. Tacit.* Megistanas Armenios, qui primi à nobis defecerant, pepulit sedibus *Sueton. in Caligula. cap.* 5. Regem etiam regum & exercitatione venandi, & conuictu megistanum abstinuisse.

MEGISTE, μεγίστη, Vrbs & insula Lyciæ, à Megisteo quodam *Steph.*

Mehercule, iurandi aduerbium, Per Herculem, medius fidius mecastor. νὴ Δία, ἢ τὸν Ἡρακλέα, *Cicer. Attic. lib.* 10. Epistola tua gratissima fuit meæ Tulliæ, & mehercule mihi, [Strenue, mehercule, *Iſti. Plaut. Pœnul. sc.* 7. *a.* 4.] ¶ Dicimus etiã Mehercules in eadem significatione. Fefellimus Mecastor, & Mehercules iusiurandum erat quasi diceretur, Ita me Castor, ita me Hercules: vt subaudiatur, Iuuet. *Cic. in Orat.* Imperatum est, *inquit*, à consuetudine, vt peccare suauitatis causa liceret: & Pomeridianas quadrigas, quàm Postmeridianas libentius dixerim, & Mehercule, quàm Mehercules.

Meio, is, dissyllabum, tertiæ coniugationis, Significat vrinam emitto. { משתין *hiſchtin.* οὐρέω, ὀμιχέω. GALLIC. Pisser, vriner. ITAL. *Orinare.* GERM. Brunzen/Seichen HIS. *Mear, orinar.* ANGL. *To pisse, to make water.* } Diomedes præteritum quidem proprium Meij esse dicit, sed minxi esse in vsu. *Persius Satyr.* 7. facer est, pueri, locus, extrà Meite. *Horat.* 2. *Serm. Satyr.* 7. Ditior aut formæ melioris meiat eodem. *Mart. lib.* 3. Minxisti currente semei Pauline carina, Meiere vis iterum, iam Palinurus eris. *Iuuen. Satyr.* 1. Cuius ad effigiem non tantùm meiere fas est. ¶ Mictum, mictu in supino. *Horat.* 1. *Serm. Satyr.* 8. atque in me veniat mictum atque cacatum Iulius & fragilis Pedacia, Mula meiens, *Catullus.*

MEIONIS, μειονίς, Cyprus olim dicebatur, *Stephanus.*

Mel, huius mellis, à Græco μέλι, notæ significationis est. { מדבש *Debaſch.* GALLIC. Miel. ITALIC. *Mele.* GERMAN. Honig. HISPANI. *Miel.* ANGLIC. *Honie.* } *Cicer. de Senect.* Villáque tota loculpes est, abundat lacte, caseo, melle. *Idem* 3. *de Finib.* Mel etsi dulcissimum est, suo tamen proprio genere saporis, non comparatione cum aliis, dulce esse sentitur. *Virgil.* 4. *Georg.* -hinc cæli tempore certo Dulcia mella premes. *Ibidem*, Feruet opus, redolentque thymo fragrantia mella. *Ibidem*, & spumantia cogere pressis Mella fauis. *Plaut. in Trucul.* In melle sunt linguæ sitæ vestræ, atque orationes, Corda in felle sunt sita, atque acerbo aceto. [*Idem.* Tuus sum alumnus, mel meum. *Plaut. Moſtell. sc.* 4. *a.* 1. O melle dulci dulcior mihi tu es. *Plaut. Aſin. sc.* 3. *a.* 3. Mel meum anime mi. *Plaut. Curc. sc.* 3. *a.* 1. *& Pseud. sc.* 4. *a.* 2.] Sunt qui dicant mel esse cœli sudorem, alij syderum saliuam, alij purganti se aëris succum. Constat sanè ex aëre decidere, syderum maximè exortu, sublucanis temporibus. Vnde sub primam auroram, folia arborum melle roscida inueniuntur. ¶ Mel vernum, dicitur Anthinum mel. Æstiuum, ἀέριον. Quod per se fluxit, Acœton vocatur, quòd sine retrimento sit. Mel syluestre, Ericæum, ab erica frutice, quàm & ne retrimento sit. Mel syluestre, Ericæum, ab erica frutice, quàm & gisarum nominant, folia habet tamarici similia. Acroton, Mel purum atque integrum, quod neque acescere cœpit, nec vllum passum est vitium. *Vide Plin. l.* 11. *c.* 14.

Mellicŭlum, li, blandientis, {μελίτιον. ANG. *Darlinz, ſweet heare or honie.*} *Plau. Caſi.* Meum corculũ, mellicũ, verculũ. *Idem Curc.* Egón' apicularũ opera cẽgestum non feram, Ex dulci oriundum melliculo dulci meo?

Mellārius, a, um, quod ad mel pertinet. { μελιτοπωλικός. GAL. Appartenant à miel. ITA. *Pertinente à mele.* GERM. Das zu dem honig gehört. HIS. *Perteneſciente à miel.* ANG. *Belonging to honie.* } *Plin. l.* 21. *c.* 14. Vasa mellaria, aut fauos lauari aqua præcipiunt.

Mellārium substantiuum, vide infrà MELITTONES.

Mellārius, rij, substantiuum, Qui mellis opus exercet. {μελιτουργός. GAL. Celui qui a le gouuernement des mouſches à miel, & qui en retire le miel. ITAL. *Chi ha in gouerno le api & il melo.* GER. Honig macher/Der mit honig vmbgãht. HISP. *El colmenero.* ANG. *That hath rule of the bees and honie.* } *Varr. lib.* 3. *de Re ruſt. c.* 16. Ad extrema, qua mellarij fauum eximere

eximere possint, opercula imponunt alueis.

Mellĭtŭrgŭs: μελιτουργός, Latine Mellarius dicitur, qui mellificium exercet. *Sic enim interpretatur Varr. l. 3. de Re rust.*

Mellātĭō, onis Mellis vindemia, quum mel eximitur. { μελίτωσις. GAL. Mellātĭō, onis Mellis vindemia, quum mel eximitur. { μελίτωσις. GAL. Cueillette de miel. ITA. *Raccolta delmele.* GE. *Honigsamlung/ das honig* Cueillette de miel. ITA. *Raccolta delmele.* GE. *Honigsamlung/ das honig* Bmben. HISP. *La castrazon de las colmenas.* ANGL. *The tyme of drowing, hiues to tak ouchonie.* } *Plin. lib. 12. c. 16.* Hæc ergo mellatio fine vindemiæ & vigiliarum occasu, Idibus Nouembris fere includitur. *Idem l. 11. c. 15.* AEstiua mellatione decimam partem Thasio Dionysio apibus relinqui placet.

Mellĕus, a, um, Quod ex melle est, vel mellis dulcedinem refert ipso gustu. { μελιτώδης. GAL. De miel, ou lui ressemblant. ITAL. *Di mele, suaue.* GER. *Das von honig ist/ honigsüß.* HISP. *Cosa de materia de miel.* ANG. *Of honie, or tik honie.* } vt Melleus sapor, *apud. Pli. l. 15. c. 14.*

Mellillŭs, a, um, diminutiuum, à Melleus. μελιδάκτιος. *Plau. in Casi.* Mea vita, mea mellilla mea festiuitas Sine tuos ocellos deosculer voluptas mea. Quanquã non absurde fortassis legendũ Mellila, vt sic deminutũ nome intelligere possimus à nomine Mel: vt Mea mellila, plurali numero dictum intelligamus, pro Mea mella, vel meæ deliciæ.

Mellītŭs, a, um, penult. prod. Quod est melle conditum. { μελιτώδης, μελίχρους. GALLIC. Fait de miel ou doux comme miel. ITALIC. *Mellato.* GERMANIC. Mit honig angemacht oder vermischt. HISPA. *Cosa dulce como mel.* ANGL. *Sweet lyk honie or layed with honie.* } vt Placentæ mellitæ. *Horat. l. epist. 10.* Vtque sacerdotis fugitiuus, liba recuso, Pane egeo iam mellitis potiore placentis. *Plin. li. 36. cap. 19.* Melitites succum remittit dulcem, mellitúmque tuius. *Varr. 3. de Re rustica cap. 16.* Et faui melliti intus ponendi, à faucibus longè. ¶ Mellitus puer, pro suaui, & iucundo. *Cicer. ad Atti. lib. 1.* Ita fum ab hominibus destitutus, vt tantum requietis habeam, quantum cum vxore, & filiola, & mellito Cicerone consumitur. *Catullus ad Iuuencium,* Mellitos oculos tuos Iuuenci, &c.

Mellĭflŭus, a, um, Ex quo fluit mel, vel fluere videtur, μελιῤῥους, μελιῤῥυτος, hoc est dulce, iucundum, vt Melliflua oratio. [Mellita, in Cœna *in Nerone. cap. 27.* Vbi sunt quibus oculi, vitæ, suauia mellita. *Plau. Pseud. sc. 2. a. 1.*]

Mellĭfĭco, as, Mel facio. { μελιτοιῶ. GAL. Faire du miel. ITALI. *Far melle.* GERM. *Honig machen.* HISPAN. *Hazer miellas abeias.* ANG. *To make honie.* } *Virgilius,* in quodam Epigrammate, Sic vos non vobis mellificatis apes.

Mellĭfĭcus, a, um, { μελιτοποιικός. GAL. De miel. ITA. *Di mele* GER. *Das honig macht.* HIS. *Cosa hecha de miel.* ANG. *Of honie.* } *Columell. lib. 18.* Vt ab opere mellifico euocatæ apes fœtibus expleant. ¶ Item Mellificatio, onis, μελιτοποίησις.

Mellĭfĭcium, cij, Mellis factio. { μελιτοποίησις. GALLI. Façon de miel, acoutrement de miel. ITA. *Artificio di far mele.* GER. *Honig machung/ honigwerck.* HISP. *Aquella obra de hazer miel.* ANG. *The making of honie.* } *Varro de Re rust. lib. 3. ca. 16.* Sed vt hoc aptissimum ad sanitatem apum, sic ad mellificium thymum. Idem, Quod ad mellificium bonum vehementer prodest. *Colum. l. 9. cap. 12.* Apes magis mellificiis, quàm fœtibus studeant.

Mellĭfer, ra, rum, Ferens mel. { μελιτοφόρος. GAL. Qui porte miel. ITA. *Chi porta mele.* GER. *Das honig bringt oder sammlet.* HIS. *Cosa que trae miel.* ANG. *That bringeth or beareth honie.* } *Ouid. 15. Metamorph.* Nonne vides quos ter tetigit sexangula fœtus Melliferarum apium sine membris corpora nasci.

Mellĭgĕnŭs, na, num, penult. cor. Quod est eiusdem generis cum melle. { μελιτώδης. GAL. De miel. ITA. *Di mele.* GERM. Das der art oder gattung des honigs ist. HIS. *Cosa de miel.* ANG. *Of honie.* } *Plin. lib. 16. cap. 7.* Fert & aliam inutilem pilulam cum capillo, verno, tamen tempore melligeni succi. Hoc est eiusdem succi, cuius est mel ipsum.

Melăbăthrum, pun. cor. μελάβαθρον, Herba est quæ alio nomine Parthenium dicitur, chamæmelo adeò similis, vt pro ea sæpe fallat legentem. *Vide Dios. l. 3.*

MĔLĂENĂ, μέλαινα. { GERM. Die Insel Corfu. } Insula est in ostio maris Adriatici, quæ alio nomine Corcyra dicitur, *vt docet Plin. lib. 3. cap. 26. Statius lib. 12. Thebaid.* Icarij, Celeríque domus, viridísque Melæna.

MĔLĂENAE, μέλαιναι, Oppidum in Arcadia, à Melenæo Lycaonis filio cõditum inter Hæream, & Megalopolim. *Plinius* Melanæam *vocat. l. 4. c. 6. Steph.* Mclænas.

MELAMPEA, μελάμπεια. vrbs Lydiæ à Melampo quodam. Gentile Melampeus. *Steph.*

Melāmpĕlŏs, pen. cor. μελάμπελος, Herba est, quæ alio nomine Helxine dicitur quidam etiam ex Latinis Vitem nigram appellant. *De hac Dios. lib. 4.*

Melāmphyllŏn, μελάμφυλλον Herba est aculeata, folio in nigredinem tendente: vnde & nomen accepit. Alio nomine Acanthus dicitur. *Vide Plin. l. 22. c. 22. & Dioscor. l. 3. & quæ suprà annotauimus in dictione* Achantus.

MELAMPHYLLŎN, μελάμφυλλον. Nomen est montis in Thracia, *apud Plin. l. 5. c. 11.*

MĔLĂMPHYLŬS, μελάμφυλλος, Insula est Ioniæ adiacens, ante Ephesum, quæ notiori nomine Samus appellatur. *De hac Plin. lib. 5. c. 31. & Strab. l. 14.*

Melāmpyrŏs, μελάμπυρος, Herba est in segetibus nascens, *teste Theophrasto,* quæ aliàs Miagros appellatur. Latinè atrum frumentum.

Melampŏdĭŏn, μελαμπόδιον. Genus est nigri hellebori, ita dictum à Melampode quodam, qui eo vti in diuinationibus solebat vel à pastore eiusdem nominis, qui primus hanc herbam inuenisse dicitur dum capras eo purgari animaduerteret. *Vide Plin. l. 25. c. 5.*

MELAMPUS, μελάμπους, Amythaonis Argiui, & Doryppes filius, *teste Homer. Odyss. l. 15.* Nomen autem accepisse fertur, eo quòd mater infantem exposuerat toto corpore tectum, præterquam pedibus qui à sole atracto, nominicausam dederunt. Augurio claruit, Byantem item iuuit in auferendis bobus Iphiclo, quas ille Neleo restituit, accepta eiusdem filia, Pero nomine, in vxorem. Filias quoque Prœti furiis agitatas sanitati mentis restituit, quarum vnam Iphianassam nomine in coniugem accepit, vt superius traditum est. *Virg. l. 3. Geor.* Phyllirides Chiron, Amythaoniúsque Melampus. [Vide *Tibull. li. 4.* &c.] ¶ Est quoque Canis nomen *apud. Ouid. l. 13. Metam.* A pedum nigredine impositum.

*Melania, huius melaniæ, fœm. gen. Idem quod nigritia seu nigredo. *Plin. l. 24. c. 8.* Et lentiginem & carcinomata, melanias quoque vetores, addito melle emendant. Meminit etiam Hermolaus.

MĔLĂNCHAETES, μελαγχαίτης. Canis nomen *apud Ouidium lib. 3. Metam.* ἀπὸ τῆς μελαίνης χαίτης, hoc est à pili nigredine impositum.

Mĕlānchŏlĭă, Cum accentu in penultima, Latine dicitur atra bilis, quę sæpe in furorem agit homines. { μελαγχολία. GAL. Melancolie. ITA. *Maninconia, humor maninconico.* GERMA. Die schwartz gantz/ Der schwartz schleim von der gallen in dem geblüt. HI. *Melancholia.* ANG. *Melancholie.* } *Cicer. 3. Tuscul.* Græci volunt illi quidem, sed parum valent verbo, quę nos furorem, melancholiam ipsi vocant: quasi verò atra bile solum mens, ac non sæpe vel iracundia grauiore, vel timore, vel dolore moueatur. ¶ Melancholi æ varias ſpęcies, *Vide apud Galen. in tracta. de Atra bile.*

Mĕlānchŏlĭcus, qui nigra bile plurimùm abundat. { μελαγχολικός. GAL. Melancholique. ITA. *Maninchonico.* GERMA. Voll schwartzer gallen oder Schwartzgeblüt. HIS. *Melancholico.* ANGLI. *Melancholick.* } *Plin. lib. 20. cap. 7.* Dantur & melancholicis candidæ copiosiores, &c. *Cic. 1. Tuscul.* Aristoteles quidem ait, omnes ingeniosos melancholicos esse: vt ego me tardiorem esse non molestè feram. *Idem 1. de Diuin.* Aristoteles eos etiam qui valetudinis vitio furerent, & melancholici dicerentur, censebat habere aliquid in animis præsagiens; atque diuinum. [*Vide Plutarch. in Lysandr.*]

MĔLĂNCLAENI, μελάγχλαινοι, Scythiæ populi, à nigris vestib. quas ferunt ita nominati, *Steph.*

Mĕlăncŏryphŭs, μελαγκόρυφος, Auis, quę & Ficedula dicitur: sed Ficedula tantum autumno ab edendis ficis, aliis temporibus melancoryphus vocatur, quod περὶ φθινόπωρον μελαίνας, hoc est verticem nigrum habeat, Latinè atricapillam dicere possumus. *Plin. lib. 37. cap. 8.* Sunt qui in Arabia inveniri eas dicant in nidis auium, quas Melancoryphos vocant.

MELĂNCHRAENĂ, μελάγχραινα, Sybilla Cumana à quibusdam dicta est. *Aristot. in Mirabilibus.*

MĔLĂNDIĂ, μελάνδια, Regio Sicyoniæ, gentile Melandius. *Stephanus.*

Mĕlāndrўŏn, μέλανδρυον, *Ruellius* interpretatur intimam, durissimamque roboris materiam, quæ cortice & alburno detractis relinquitur.

MELANEA, μέλαναι, *Stephano.* Oppidum est in Arcadia. *Plin. lib. 4. cap. 6.*

MĔDĂNĔS, vel Nigri, Montes iuxta desertam Arabiæ. *Ptolem. lib. 6. cap. 17.* Hodie mons Sinai, mons S. Catharinæ, Sur desertum Hebræis, à Mauris Tur dicitur.

MĔLĂNĔVS, per tres syllabas, & penultim. cor. μελανεύς, numeratur inter canes Actæonis, *apud Ouid. 3. Metamorph.* Har palos, & Melaneus, hirsutóque corpore Lacne. ¶ Est & centauri nomen *apud eundem 12. Metamorph.*

Mĕlānĭŏn, μελάνιον, Flos est subnigri coloris. Latinè violam nigram possumus interpretari.

MĔLĂNĪPPĬŌN, μελανιππίων, Pamphyliæ fluuius, *apud Hecatæum in descriptione Asiæ.*

Mĕlānŏrrhīzŏn, penultim. prod. μελανόῤῥιζον. Herba est, quam alio nomine Veratrum nigrum appellant. Nomen habet à radicis nigredine, μέλαν enim nigrum est, & ῥίζα, radix. *De hac Dioscored. lib. 4.*

Mĕlantĕrĭă, μελανητηρία, Alio nomine Atramentum metallicum appellatur, quo medici vtuntur ad purrefactam, siue excrescentem carnẽ consumendam. *Vulgus gallorum Armentum vocat.*

MĔLĂNTHĬĂ, μελανθία, Filia fuit Deucalionis ex Pyrrha, & soror Hellenis.

Mĕlānthĭŏn, μελάνθιον, Herba est, siue potius frutex pusillus, à seminis nigredine nomen habens, *quod à Plin. lib. cap. 17.* Gith *appellatur, & à quibusdam* Melaspermon. Officinæ *Nigellam* vocant.

MĔLĂNTHĬŬS, μελάνθιος, Pastor caprarum Vlyssis, qui, quòd & rem domini absentis vnà cum procis abstumpsisset, & heræ, filióque herili semper se molestum præbuisset, post reditum Vlyssis, à Telemacho, trucidatus est. *Homerus Odyss. lib. 22.* { GERMAN. Ein geißhiert Vlyssis welchen er vmbbracht hatt als er auß dem Troianischen krieg widerheim kommen ist. } Fuit item hoc nomine quidam Athenienſis, cuius celebratur illud in Gorgiam æmulum suum dictum. Hic nobis concordiam suadet, qui tres in vna domo concordes efficere non potuit. ¶ Præter hos & pictor nobilis fuit hoc nomine Pamphili Macedonis discipulus: *de quo Plin. l. 25. c. 10.*

MĔLĂNTHŌ, μελανθώ, Filia fuit Protei senis, cui consuetudò erat positis vestibus dorso delphinum insidere, atque sic per maria vagari. Quà re cognita Neptunus se in delphinum transformauit, illámque blandiẽdo illexit, vt dorso suo insideret; transuectæque in aduersum littus stuprum obtulit. Ex quo concubitu Amycum natum fuisse quidam prodiderunt: quem tamen Seruius Melites filium facit.

Mĕlănūrŭs, μελάνουρος, penultim. prod. Piscis est saxatilis, nigricantem habens caudam. *Lippius in 3. Oppian.* Haud facili paruus Melanurus fallitur arte. Ennius tamen contra orthographiæ rationem penultimam corripuit, primámque, quæ per o scribitur, licenter produxit in hoc versu, Melanurum, turdum, merulam, timbrámque marinam. ¶ Est præterea Melanurus, serpentis genus, præcipuè in Lybia & Arabia nascens, vipera minus, sed ad inferendam perniciem multò velocius. Morsi ab eo siti torquentur immodicéque bibentes sibi nècem inferunt. Cauda lineis duabus nigris distinguitur (vnde & nomen accepit) corpore reliquo albicante, *vide Cæl. lib. 25. cap. 33.*

MELANYON, μελανύων, dictus est Hippomenes, eò quòd pomis certamen confecerit. Quanuis corruptè *apud Propertium* Mimalyon pro Melanyon legatur, cùm inquit.

Mimalyon nullos fugiendo Tulle labores,
Sæuitiam duræ contudit Iasidos, &c.
Malim penultimam per iota.

Mĕlăpĭum, Mali genus, ita dictũ ab Appij mali similitudine. *Pli. li. 15. c. 14.*

MĔLĂS, μέλας, Multorum fluuiorum nomen est. Nam vnum esse in Mygdonia ostendit *Ouid. lib. Metam. 2.* Mygdoniúsque Mela. ¶ Rursùm alium nauigabilem esse qui Ciliciam e Pamphylia diuidat, scribit *Plin. lib. 5. cap. 27.* ¶ Alium item in Thracia collocat *idem Pli. l. 4. c. 11.* ¶ Item aliũ in Bœotia, qui à Parnasso profluens, Mineruæ sacer dicitur à Poëtis, quia ripæ eius oliuis sint refertæ. *Stat. li. 7. Thebaid.* Palladiúsq; Melas Hecateia gurgite nutrit Flumina. Is vnus omniũ Græciæ fluuiorũ ab

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ipso fonte nauigabilis, atque circa solstitium æstiuum, vt Nilus, stata accipiens incrementa: nec longus excurrit, sed in lacus & cuniculos delapsus, modica sui parte Cephiso infunditur. Huius fluminis aqua oues nigras efficere scribit *Plinius l. 2. capit.* 103. Eius etiam meminit *Herodotus l. 7.* Postremò alium esse in Sicilia, *autor Ouidius Fast. l. 4.* quum de fluminibus & de locis Siciliæ, quæ peragrauerat Ceres, loquens ait, Sacratámque Melan, pascua læta boum.

MELEAGER, & MELEAGRVS, pen. prod. μελέαγρος *Suidæ*, fuit Oenei Calydoniæ regis filius ex Althæa coniuge, quo recenter nato, vilà sibi est mater, tres Parcas igni assidentes videre, manúque stipitem tenentes, æqualem puero cum stipite vitam assignare. Recedentibus itaque Parcis, Althæa extinctum stipitem diligentissime asseruauit. Adulto deinde Meleagro, quum ipreta ab Oeneo Diana, immensæ magnitudinis aprum immisisset, qui omnem regionem late vastabat, Meleager collecta robustissimorum iuuenum manu, aprum interfecit, capútque eius Athalantæ Iasij Argiuorum regis filiæ, quæ prima aprum vulnerauerat, velut partem spolij dedit. Quod quum auunculi sui vi puellæ auferre conarentur, vtrunque occidit. Nuntiata itaque fratrum morte, Althæa doloris impatientia in furorem versa, fatalem illum stipitem in ignem coniecit, quo exusto, Meleager etiam exustis intus intestinis omnibus consumptus est. ¶ Nominis huius nominatiuus tripliciter effertur, Meleager, Meleagrus & Græco more Meleagros. *Ouid. 6. Metamor.* Nec tamen illa sui iucessu lætior ictus, Quàm Meleager erat. *Ibidem*, Inscius atque absens flamma Melagrus eadem Vritur. *Et paulo antè*, -donec Meleagros, & vnà lecta manus iuuenum caluere cupidine laudis.

MELEAGRIA, μελεαγρία, Calydon vrbs dicitur, quoniam Meleager in ea imperauit.

Meleagrides, μελεαγρίδες. GAL. Gelines d'Afrique. ITA. *Galline d'India.* GER. Indianesch hüner. HISP. *Gallinas moriscas.* ANGL. *Hemes of Affrike.* Gallinæ Africanæ sunt, quas vulgus Indicas gallinas vocat. Has *Ouid. lib. 8. Metamorph.* fabulatur Meleagri sorores fuisse, doloris impatientia, quem ex morte fratris conceperant, in has aues conuertas, *Plin. lib. 10. cap. 16.* Simili modo pugnant Meleagrides in Bœotia Africæ, hoc est gallinarum genus gibberum, variis conspersum plumis. *Varr. lib. 3. de Re rust.* Gallinæ Africanæ sunt grandes, variæ gibberæ, quas μελεαγρίδας appellant Græci. Hæc notissime in triclinium ganearium introierunt e culina, propter fastidium hominum. Vide ea quæ in dictione GALLINA annotauimus de tribus gallinarum generibus.

MELENEIS, Vicus in Anthiochide tribu. *Callimachus* Melænas *vocat.* Tribulis Melenæus, *Steph. Vide* Melænæ.

MELES, etis, penultima genitiui producta, μέλης, Fluuius est Ionię, Smyrnã alluens, ad cuius ripas natus fertur Homerus. Meminerunt fluuij huius. *Pli. lib. 5. cap 29. & Strabo lib. 12.*

[Meleteæ chartæ. *Tibull. li. 7.* Posse Meletæas nec mittere chartas. *Tibull. lib. 4.*]

MELESIGENES, pen. corr. μελησιγενὴς: Nomen proprium poetarum principis, qui postea à cæcitate dictus est Homerus. ¶ GERMANIG. Der Hochgeacht Poet Homerus. ¶ Melesigenes, aut appellatus est) *vt refert in vita eius Herodotus*) à Malete fluuio Smyrnam alluente, ad cuius ripas natus creditur.

MELETI sinus μελήτου κόλπος, à Meleto fluuio dictus, antea Smyrneus, *Steph.*

MELETIVS, Præsul fuit in AEgypto Vitianæ sectæ vt scriptum est in Historia Tripartita.

Melia, μελία, à Græcis dicitur arbor quem Latini Fraxinum vocant. *Vide Ruellium lib. 1. cap. 82.* ¶ Est & Melia Cariæ oppidum, *apud Hecatæum lib. 1. Genealog.*

Melia terra, μελία γῆ, Terrę genus est Eretriæ cinereæ nõ dissimile, quódque digitis contricatum stridorem reddit trito pumici simile. Vires habet in medicina easdem fere cum alumine, paulò tamen ignauiores. Pictoribus etiam vsui est, ad diuturniorem colorum firmitatem. *P in.* Melinum vocat, nomine deducto à Melo insula, vna Sporadum, vnde aduehi solet.

MELIBOEA, μελίβοια, *Stephano*, Vrbs est Magnesiæ, quæ est Græciæ regio, annexa Thessaliæ. *teste Plin. lib. 4. cap. 9.* Patria Philoctetæ Pœantis filij: à quo Melibœus, a, um, μελιβοῖος, ία, ον. Item Melibœus. μελίβοιος, nomen pastoris ab eo impositum, quod boum curam habeat.

Meliceris, dis, pen. prod. μελικηρὶς, Abscessus species est ex pituitæ affluxu generati, qui humorem in se continet, mellis & crassitudinem & colorem referentem. Vnde & nomen accepit. *Plin. lib. 21. de Meliloto*, Peculiariter contra meliceridas efficax. *Celsus lib. 5.* hoc abscessus genus, μελικηρίαν, vocari asserit, nomine sumpto à fauo, cuius similitudinem refert.

MELICERTA, siue Melicertes, μελικέρτης, Inûs & Athamantis Thebarum regis filius, cum quo mater, quum virum videret furere, in mare se præcipitauit, ambóque deorum miseratione in numina marina sunt commutati: Ino quidem in Leucotheam, quam & Matutam matrem vocant: Melicerta verò in Palæmonem, quem Latini Portunum appellant. Vide MATVTA.

Melichrõs, μελίχρως, Gẽma est mellei coloris: vnde & nomen habet *Pli. lib. 37. cap. 1.* Colos appellauit chrysolytum aureus, chrysoprasum herbaceus melleus melichrota.

Melichrysõs, μελίχρυσος, Gẽma quæ ex India mittitur, quasi per aurum syncero melle translucente. *Plin. 37. cap. 9.*

Melicrãton, μελίκρατον, Potus est cõfectus ex aqua & melle, qui à Latinis Aqua mulsa dicitur. Nomen accipit ὅτι τῷ μέλιτος, hoc est à melle, & verbo κεράω & κεράννυμι, quòd est misceo, siue tempero.

Melicus, a, um, pen. corr. idem quod musicus. ¶ μελικός. GAL. Musicien. ITA. *Musico.* GER. Ein senger/der gesang macht oder sich in denen übt. HI. *Dulce en canto.* ANG. *A musicien.* A Græco nomine μέλος, quod carmẽ: siue cantum significat, Vnde poetæ Lyrici, Melici dicti sunt. *Ausonius*, Tu melicos, lyricósque modos. *Cicer. de Opt. gen. Orator.* Poematis enim tragici, comici, epici, melici etiam, atque dithyrambici, &c.

Melicæ, Gallinæ. *teste Columella lib. 8. cap. 2.* vulgò appellatæ sunt, quæ Medicæ debuerant. [Melicæ grues, aliis Mellicæ præstantiss. *Gell. cap. 16. Ptolem. lib. 2. cap. vlt.*

MELIGINE, μελιγίνη, Insula est maris Adriatici, ante Dalmatiam sita.

MELIGVNIS, μελιγωνὶς, Insula est Siciliæ adiacens, vnà ex Æoliis, quæ notiore nomine Lipara dicitur. *Plin. lib. 3. cap. 9.*

Melilotos, penult. producta. {μελίλωτος.} quasi dulcis & mellea lotos. Herba est croco similis, frequens in Campania, quæ quòd coronamentis adhiberi solet, Sertula Campana appellatur à Latinis. De hac *Plin. lib. 21. cap. 11. & Ruell. libro 3. cap. 35. Ouid.* Pars thyma, pars flores, Pars meliloton amans.

Melimela, penul. prod. {μελίμηλα. ANGL. *Mellow apples.*} vtrobique per simplex l, Dicuntur poma mustea, siue dulcia, quasi mellea mala. Nam μέλι, mel, μῆλον malum significat *Varro de Re rust. lib. 1. cap. 59.* Quæ antea mustea vocabant, nunc melimela appellant. Eadem vulgo Nana vocantur, à paruitate arborum è quibus proueniunt. *Plin. lib. 15. cap. 14.* Mustea à celeritate mitescendi quæ nunc Melimela dicuntur à sapore melleo. *Martial. lib. 7.* Infanti melimela dato, fatuaque mariscas. Nam mihi quæ nouit pũgere, Chia sapit. *Vide Colum. l. c. 10.*

Melinã, æ, μαλίνη, *Vt Festus ait*, genus tibiæ acutissimi soni. ¶ Est & genus vestis, vel à calore, vel à melo insula, vnde afferebatur, sic dictæ. *Plaut. in Epid.* Vbi ergo est? nisi si in vidulo, Aut si in melina attulisti. [¶ Est quoque potionis genus ex melle. *Plau. in Pœnul. sc. 4. a. 2.* Dulce promat indidem. Ecquid habet? Murrhinam, passum defrutum, Melinam, &c.]

MELINOPHAGI, μελινοφάγοι: Thraciæ populi ita dicti, quòd panico vescantur. *Steph.*

Melinum, ni, {μέλινον, GAL. Meliſſe. ITAL. *Melissa.* GERMAN. Melissen traut oder Byntraut. HISPAN. *Torongil.* ANGLI. *Baulme hearbe.*} neutr. gener. Apiastrum vocat *Varro lib. 3. de Re rust. cap. 16.* ¶ Est & melinum (*vt ait Plin. lib. 23. cap. 6.*) oleum ex flore malorum. ¶ Est & vnguentum. *Plin. lib. 13. cap. 1.* Amaracinum in Coo: postea eodem loco prælatum est melinum. ¶ Melinum quoque coloris candidi species est, à Melo insula, vna Sporadum, nomen habens, vbi præstantissimum effoditur, *Dioscorid. lib. 5.* Meliam terram vocat *Plin. lib. 35. cap. 6.* Melinum candidum & ipsum est, optimum in melo insula, In Samo quoque nascitur, sed eo non vtuntur pictores, propter nimiam pinguedinem *Plaut. in Mostell.* [*sc. 3. a. 1.*] Neque cerussam neque melinum, neque aliam offuciam.

Melior, Meliusculus, Melioro, & Melioresco, vide BONVS.

Melipecta, μελίπηκτα, Cibaria mellita, cuiusmodi sunt placẽtæ mellitæ.

Meliphyllon, μελίφυλλον. GAL. Meliſſe. ITAL. *Melissa.* GER. Melissen traut oder Honigblat. HISPAN. *Torongil.* ANG. *Baulme hearbe.*} Herbæ nomen est, quæ alio nomine dicitur Apiastrum. *Varro lib. 3. de Re rust. cap. 16.* Reliquum thymo, & cythiso obseuisse, & aquatico quod alij μελίφυλλον, alij μελισσόφυλλον, quidam μέλινον, appellant. *Virg. Georg.* -huc tu iussos asperge liquores Trita meliphylla, & cerinthæ ignobile gramen. Vbi Seruius annotãuit, Meliphylla per syncopen effecta, quasi melissophylla.

Melipontus, Quem & Melipontum vocari suprà ostendimus. Funis genus est, quod à Catone non vno in loco numeratur inter ea quæ necessaria sunt oleum conficientibus. *Cato cap. 68.* Vbi vindemia, & olea tas facta erit, præla extollito, funes, torculos melipontos, subductarios, aut in carnario aut in prælo suspendito.

Melis, huius melis fæm. gen. {μελὶς, ANG. *A brockebadger.*} Animal, quod & Taxus siue Taxo dicitur, quòd sit mellis auidissimum, & alueariis semper infestum, in cauernis viuens, asperum, mordaxque, magnitudine vulpis, colore felis, ex cuius pelle pharetras, & canum collaria obtegunt. *Plin. lib. 8. cap. 38.* hanc esse ait melibus in metu solertiam, vt sufflata cute distentæ, ictus hominum, & morsus canum arceant.

MELISSA, μέλισσα, Oppidum Libyæ, cuius incolæ dicuntur Melissæi, *Stephan.*

MELISSA, μέλισσα, Melissi Cretensium regis filia, quæ vnà cum sorore Amalthea, Iouem caprino aluit lacte. ¶ Fuit itẽ huius nominis Nympha, quæ mellificium primò inuenit: vnde data est occasio fabulæ, Melissam in apem fuisse conuersam. *Colum. lib. 9. cap. 2.* Nec sane rusticо dignum est scisciтari, fuerítne mulier pulcherrima specie, quam Iupiter in apem conuertit. ¶ Melissa præterea quædam fuit, Periandri Corinthiorum tyranni vxor, quam ille, concubinarum delationibus temere credens, quum grauida esset, pedibus conculcans interemit. *Vide Laërt. in vita Periandri.*

Melissophyllon, μελισσόφυλλον. GALL. Meliſſe. ITALL. *Melissa.* GERM. Melissentraut/oder ymbenblatt. HISP. *Torongil.* ANGL. *Baulme hearbe.*} Herba est ballotæ similis, quæ & Apiastrum & Citrago & Meliphyllum, & Melinum appellatur. Galli Melissam vocant. Nomen habet ὅτι ἥδιστα μελίσσαις, hoc est ab apibus quæ eo tempore oblectantur, vt si eo alueraria perungantur, nusquam diffugiant. De hac herba *vide Colum. lib. 9 cap. 8. & Varr. de Re rust. l. 3. c. 16.*

MELISSVS, μέλισσος, Cretensium rex fuit antiquissimus, qui primus diis sacrificauit: cuius filiæ Melissa & Amalthea fuerunt, quæ Iouem infantem melle & lacte caprino aluerũt. ¶ Fuit item Melissus, Grammaticus muneri datus Mæcenati, & manumissus ab eo. *Autor Tranquillus.* ¶ Melissus præterea Samius, Parmenidis auditor, philosophus ciuibus suis charus, quibus præcepta plura dedit, Reinpublicam administrauit, classíque in bello præfuit, *vt refert Apollodorus.*

MELITA, vel Melite, es, μελίτη, Vulgò *Malta.* Insula est non procul à Pachyno Siciliæ promontorio. ¶ GERM. Die Insel Malta nit feer von Sicilien gelegen. *Ouid. 3. Fast.* Fertilis est Melite. Est etiam Melite, Illyrica, vbi nunc Melita, vrbis nomen in hac ipsa insula, à Carthaginensibus (*vt refert Diodorus*) conditæ, textrinis pretiosissimarum vestium in primis nobilis. *Cic. 6. Verr.* Insula est melita, iudices, satis lato ab Sicilia freto, periculosóque disiuncta: in qua est eodem nomine oppidum, quò ille nunquam accessit: quod tamen isti textrinum per triennium ad muliebrem vestem conficiendam fuit.

Melitæus, a, um, & Melitensis, μελιτεὺς, *Steph.* vt Melitæi catuli, μελιτικοὶ κύνες, quæ ad fœminarum delicias ex Melita aduehebantur. *Plin. lib. 8. cap. vlt.* Melita, vnde Melitæos canes appellari autor est Callimachus.

MELITE-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

MĔLĬTĒNĔ, μελιτηνὴ, Cappadociæ regio, prætenta Armeniæ maiori, non procul ab Euphrate. *Plin.l.6.c.3.*

Melītēs, μελίτης, Gemma sic dicta à colore mali Cydonei, quod μῆλον κατ' ἐξοχὴν dicitur. *Plin.l.37.c.11.sic ait*, Melites mali coloris, *nec plura addidit.*

Mĕlĭtītēs, masc. gen. μελιτίτης, penult. prod. genus potionis dulcis (*vt ait Plin.lib.14. cap.9.*) tactæ ex melle & musto hoc est ex congio mellis, & quinque congiis austeri musti. & cyatho salis, vnà feruefactis. Distat autem à mulso, in quo binis vini, singuli mellis congij admiscentur, *vt docet Dioscor.lib.5.* * Est præterea Melitites, lapis cinericei coloris, qui coti attritus, vel quum liquore contusus, liquorem dulcè emittit. Vnde & nomen accepit. *Vide Plin.l.36.c.19.& Galen.l.9.Simpl.*

MĔLĬTTAEĂ, μελιτταία, Thessaliæ oppidum, *Steph.* ciuis Melitæus, Theopomp. & Philon μελίτειαν vocant: *vide* Melitæus.

MELITVSA, μελίτουσα, *Stephan.* Illyrici oppidum: cuius incolæ Melitusæi & Melitusij appellantur.

Mĕlittōnĕs, pen. prod. {μελιττῶνες.} Aluei, in quibus apes nutriuntur. *Varro de Re rust.l.3.c.16.* Melittones ita facere oportet, quos alij μελιττοτροφεῖα appellant. Eadem quidem Mellaria. [*Gell.cap.20.lib.2.*] Vulgus Gallicum vocat *Ruches.*

Mĕlĭturgŭs, vide MEL.

MĔLĪTVS, μέλητος, Nomen alterius ex accusatoribus Socratis.

Mĕlium, {μήλινον.} Herba est in aquis & locis vliginosis nascens semen habens lini semini non dissimile, aliquando tamen maius & firmius, & præ leuore splendens. Alio nomine Satyrion rubens appellatur. Vim habere creditur incendendi ad libidinem. *Dioscor. lbi.3.* Altera species est quam vulgò *palmam Christi* appellant,

Mĕlĭus, comparat. à Bene, & Meliusculè, Vide BENE in BONVS. [Dij melius faciant. *Plaut.Pseud.sc.3.a.1.*]

MELIZANDRVS, μελίζανδρος, Poëta Milesius, Lapitharum & Centaurorum bellum scripsit, *vt est autor Ælian.de varia hist.*

Melisōmum, μελίζωμον. pen. prod. Condimentum quoddam vocat Apicius ex mellis despumati mistura confectum.

* Mella, μέλλα, Fluuius Galliæ, iuxta quem Amello herba frequens nascitur. *Seruius.*

MĔLLARĬA, æ, Oppidum Hispaniæ in tractu Bætico, Pomponij Melæ patria, *vt ipse testatur Geographiæ suæ l.2.*

Mĕllācium, ἴωμα. Mustum ad mediam partem decoctum, quam Sapam appellamus, *vt inquit Nonius.*

Mĕllĭfĭcātĭo, Mellificator, Mellifico, Mellitus, Vide MEL.

Melligo, inis, {μελίτωμα. ANGL. *Mildow on corne.*} penultima prod. Succus e lachrymis arborum, siue florum quem apes deuorant postea ad alueos regressæ euomunt, operáque componũt. *Plin.l.11.c.6.* Primùm itaque fauos construunt, ceram fingunt, deindo sobolem, postea mella. Ceram ex floribus, melligine m e lacrymis arborum, quæ glutinum pariunt, salicis, vlmi arundinis succo, gummi, resina. ¶ Ponitur & pro quocunque succo florescẽtis fructus adhuc atque immaturi. *Plin.l.2.c.27.* In prima lanugine demittitur vua, eiúsque melligo, reliquum corpus sole coquitur.

Mĕllĭlŏquŭs, pen. cor. Cui oratio suauis instar mellis, ex ore profluit, μελίτιπρυς, μελίφωνος.

MELO, nomen fluuij qui & Nilus, & Geon appellatus est. *Auson. in Ænigmate*, Melonis albam paginam,

MĔLŎBŎSĬS, μηλόβοσις, Nympha est, Oceani & Tethyos filia, *teste Hesiodo in Theogonia*: sic dicta ab ouibus pascendis.

MELOGABVS, Germaniæ vrbs. *apud Ptol.libr.2. cap.11.* Vulgo Choburgk.

Mĕlŏcārpŏs, {μελόκαρπος.} Herba est, quæ alio nomine Aristolochia longa appellatur. *Dioscor. libr.3.cap.4.*

MĔLŎĒSSĂ, μηλόεσσα, Insula est ex Syrenusis vna, è regione Lacinij extremi Italiæ promontorij non tam à pomorum, quam à pecoris abundantia dicta. *Vide Plin. l.3.cap.10.*

Mĕlŏlŏntha, μηλολόνθη, Scarabæi genus est, colore viridi nascens.

Mĕlŏmĕlī, μελόμελι, Confectio quædam ex malis cydoneis melle obrutis in lagæna. Rationem conficiẽdi docet *Colum. l.12. cap.45. & Dios. lib.5.*

Melonēs, {ANG. *Milow fruite.*} *A Palladio dicuntur*, qui ex genere peponum ad malorum rotunditatem accedunt: à quibusdam, facto ex malo & pepone nomine, Melopepones appellantur.

Mĕlŏnŏmŭs, μηλονόμος, pen. cor. ouium pastor. Nam μῆλον & poma, & oues significat.

Melopepones, {μηλοπέπονες.} Fructus sunt ex genere peponum, qui mali figuram rotunditate imitantur. Non pendent hi, sed humi rotundãtur, & odorem iucundissimum habent vbi maturuêre. *Palladius* Melones *vocat. Vide Ruel l.1.*

Mĕlŏs, {זמירה *zemiráh.* μέλος. GAL. Douceur de chant, melodie. ITAL. *Dolcezza di canto, melodia.* GERMA. Der lieblich ton deß gesangs. HISPA. *El canto dulce.* ANG. *Swetnesse of musicke melodie.*} generis neutr. & indeclinabile est, aut certè defectiuum: nam genitiuum, & datiuum singulares, totúmque pluralem numerum apud Latinos non habet. Ablatiuo Melo *vsus est Lactant. Firmian. in Hymno de Resurr. Dominica*, Fitque repercussio dulcior aura melo. Apud Græcos, τὸ μέλος, τοῦ μέλεος. Est autem Melos cantus suauitas, ex apta vocis modulatione, & flexu proficiscens. *Pers.in Proœm.Stat.* Coruos Poëtas, & Poëtridas picas Cãtare credas Pegaseum melos, ¶ Hinc multa, de quib. mox, deducuntur.

MĔLŎS, μῆλος, gen. fœm. insula est Cretæ adiacens, vna Sporadum, & vrbs in eadem insula, { GERMAN. Ein Insel nahe bey Candas gelegen.} *Strab.* Melos insula inter Cretam, Peloponnesũmque interuallo æquali sita, à Peloponneso promontorium Scyllæum, à Creta Dictynæum habens. Inter Cycladas numeratur *à Pomponio.lib.2. cap.1.* Hanc prius (*inquit Stephanus*) Phœnices habitauerunt: vnde & Byblos vocata est à Bybliis Phœnicibus, item Zephyria. Hinc Diagoras Melius, & Socrates, & Aristophanes. In Thessalia verò populi quidam μηλιεῖς dicuntur. Est & vicus Acarnaniæ, à quo Melius, vel Malicus Doricè. A Melius etiam formatur Melicus, Meliacus, & regio Melis, *Steph. Vide* MALTA. De vrbe Thessaliæ, & de Byblide insula quoque suprà diximus.

MĔLŎS, & Melaria, μῆλος καὶ μηλάρεια, Duo oppida in finibus Hispaniæ: à malis sic dicta. Fertur enim Hercules aurea mala illuc ex Lybia attulisse. *Steph. in Belo.* Vide MELOESSA.

MELVS, μῆλος, Filius Mantûs, à quo Melois Lesbi locus. *Steph.*

Mĕlōdĭă, {זמירה *zemiráh.* μελῳδία. GAL. Melodie, doux chant. ITAL. *Melodia.* GERM. Ein lieblich oder süß gesang. HISP. *Canto dulce.* ANG. *Sweetnesse of musicke, melodie.*} cum accentu in penultima. Dulcis cantus, siue melleus.

Mĕlōdēs, pen. prod. μελῳδὸς, Accipitur pro melico dulcia camina cantãte *Sidon.* Proculus melodes insonare pulsibus.

Melōtă, tæ, & Melote, tes, μηλωτή, penult. prod. Dici potest pellis ouina vnà cum lana corpori detracta. μῆλον, enim à Græcis dicitur, quæ à nobis ouis.

Mĕlōthrum, μήλωθρον, Herba est, quæ alio nomine ἄμπελος λευκὴ, hoc est vitis alba appellatur. *De hac Dioscor.libr.4.*

MĔLPŌMĔNĔ, μελπομένη, penult. corr. Vna ex Musis, tragœdiarum inuentrix à modulando nomen trahens. { GERM. Eine auß denn neun Musis. } *Virgil.de Musarum inuentis*, Melpomene Tragice proclamat mœsta boatu. *Vide* MVSA.

MEMALIARVS, μεμαλίαρος, Vnus ex Cadmi sociis, Theram insulam condidit, *Steph.*

MEMBLIARVS, μεμβλίαρος, Insula est maris Ægæi, vna Sporadum, non procul à Thera & Anaphe. *Plin.4.cap.12.*

Mĕmbrum, bri, Propriè dicitur caro artus tegens. {μέλος, GALLIC. Membre. ITAL. *Membro.* GERM. Haut vnd Fleisch domit die glider deß leibs vberzogen sind. Item Ein Jetlichs glid. HISP. *Miembro.* ANGL. *A membrer.*} vnde Membrana, superior membri pars dicitur, hoc est pellis ipsa. *Silius.* -& venis malè iuncta trementibus ossa. Extant consuntptis visu deformia membris. ¶ Accipiuntur tamen etiam membra pro singulis corporis partibus: vt manus, pes, auris, membra dicuntur. *Terent.in Adelph.* Membra metu debilia sunt. *Cicer 3. de Finibus*, Iam membrorum id est partium corporis, alia videntur propter eorum vsum à natura esse donata, vt manus, crura, pedes, &c. alia autem nullam ob vtilitatem, quasi ad quendam ornatum, vt cauda pauoni. *Virg. 6. Æneid.* Quò sequar? aut quæ nunc artus, auulsaque membra, Et funus lacerum tellus habet? [Ne quid tui membri commoueat in tenebris *Plaut. Asin. sc.1. a.4.* Membri rupti tali. *Gell. cap.1. lib.20.* Diuidet haud aliter quàm si membra mea relinquam. *Ouid. Eleg.3. lib.1. Trist.* Nihil interest quibus membris cinædi sitis, prioribus an posterioribus (.i. pudendis) *Gelli cap.5. lib.3.* Vt eius membra & ossa, & artus comminuam. *Plaut. Menæch. sc.2. a.5.* ¶ Membra principalia & principes partes sunt in animante, Cor, cerebrum, iecur. Quomodo autem differant membra ab Artubus, *vide in dictione* ARTVS. ¶ Sumitur etiam membrum pro parte cuiusque rei. *Plin. Epistol. 17. lib.2.* Adhæret dormitorium membrum, tranſitu interiacente. Hoc est pars domus quieti corporum dicata.] *Ouid. Eleg.3. lib.1. Trist.* Et carę dulcia membra domus. *Idem Eleg.3. lib.1. Trist.* Dissoluere quassatæ parcite membra domus. ¶ Item, Dulcia conuictus membra fuere mei. Ponticus & Battus. *Ouid. Eleg. vlt. lib.1. Trist.* Membra Imperij. *Sueton. in August. cap.48.*] *Cic.1. de Natur. deor.* Omnes autem eius partes, atque omnia membra tum facillimè nascuntur, quum totæ quæstiones scribendo explicantur. *Columella præterea & Apuleius* partem domus, membrum nominant. *Et Vlpianus de manumissionibus*, Quæri, *inquit*, potest, si fabris duobus, vel pictoribus templum vel membrum depictum esset. De orationis membris ita *Autor ad Herennium*, Membrum, omnis appellatur res breuiter absoluta, sine totius sententiæ demonstratione, quæ denuo alio membro orationis excipitur. *Cicer.in Oratore*, Quæ Græci κόμματα, & κῶλα nominant, nos rectè incisa & membra dicimus. ¶ A membrum fiunt adiectiua, Bimembris, δίκωλος, Trimembris, τρίκωλος, Quadrimembris, τετράκωλος, hoc est duarum, trium, quatuor partium.

Mĕmbrātim, aduerbium, Significat per membra singula, per partes. {κατὰ μέλη. GALL. Par membres, par pieces, membre à membre. ITAL. *A membro à membro.* GERM. Von einem glid zu dem anderen, in stucks weiss. HIS. *Miembro à micmbro.* ANGL. *By member and member, by partes.*} *Plin.lib.19.cap.15.* Hi membratim cæsi, ceruice & abdomine commendantur. *Idem lib.1. cap.37.* Itaque nunc per singulas partes corporis, præter iam dictas, membratim tractetur historia. *Cicer. in partit.* Narratio autem accusatoris erit, quasi membratim gesti negotij suspiciosa explicatio. *Quint. l.9, c.4.* Vbicunque acriter erit & instanter, pugnacitérque dicendum, membratim, cæsimque dicendum.

Mĕmbrānă, æ, Pellis exterior quæ membra tegit, & generaliter pro quauis tenuiori pellicula accipitur. {עור דק *dak.* δέρρις, GALL. Taye, petite peau. ITAL. *Pelle sottile.* GERM. Die cuserst haut des leibs. HISP. *La tela.* ANG. *The vppermost skinne of any thing.*} *Cic.2. de Natur. deor.* quæ primùm oculos membranis tenuissimis vestiuit & sepsit. *Lucret. lib.4.* Membranas mittunt vituli de corpore summo. *Plin.lib.9.cap.29.* Membranam inter illa miræ tenuitatis extendit. ¶ In ligno quoque membrana est. *Plin.lib.13.de tilia*, Inter corticem & lignum tenues tunicas multiplici membrana. ¶ Membranæ etiam dicuntur chartæ pergamenæ ex pellibus animalium factæ. {περγαμηνὴ. GAL. Parchemin. ITAL. *Pergamina.* GERM. Perment so man auß etlicher thieren heut macht darauff zuschreiben. HISPAN. *Pergamino.* ANG. *Parchement.*} Earum vsus Pergami, regnante Eumene inchoauit: magnámque earum vim Rex Attalus Romam misit, vt penuria chartæ pellibus pẽsaretur. Vnde Pergamenarum nomen ad hanc vsque diem, tradente sibi inuicem per manus posteritate seruatum est. *Quintilian.lib.10.ca.3.* Illa quoque minora non sunt transeunda, scribi optimè ceris, in quibus facilima est delendi ratio, nisi fortè visus infirmior membranarum potius vsum exegit. *Plin.lib.7.cap.21.* In nuce inclusam Iliada, Homeri carmen in membrana scriptum, *tradidit Cicer. Mart. lib.1.* Hos eme, quos arctat breuibus membrana tabellis. *Horat.de Arte* Membranis intus positis delere licebit Quod non ediderís. ¶ Differt autem Charta à Mẽbrana quod Mẽbranæ pelliceæ sũt, & Pergami primùm inuentæ, vnde & Pergamenæ sunt appellatæ. Chartę autẽ ex papyro olim in Ægipto fiebãt, *vt Plin.ostendit*: apud nos de centonibus certo quodã modo maceratis, & glutino concretis formãtur. Chartã ex papyro in victoria Magni Alexãdri inuentã scribit *Varro* antea palmarũ foliis scriptitatum fuisse: deinde quarũdã arborũ libris postea publica monumẽta plũbeis voluminibus mox & priuata linteis & scedis cõfici cœpta. Ptolemæus autẽ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

chartas, Eumenes verò membranas quum vterque eorum maximas haberet bibliothecas, inuenerunt: quorum alter Pergami, alter AEgypti rex fuit. *Plinius* autem putat chartarum vſum Numæ temporibus fuiſſe, idque autoritate Caſſij Heminæ confirmat, qui Cn. Terentium ſcribam, agrum ſuum in Ianiculo repaſtinantem, inueniſſe ait arcam in qua Numa rex ſitus eſſet, & in ea libros eius è charta ſcriptos. Sed Numam, pluribus ætatibus ante Alexandrum fuiſſe conſtat. ¶ * Membrana item pro Superficie, figura, & ſimulachro aliquo rerum: vt Membrana fumi, coloris, &c. *Lucret. li. 4.* At contrà, tenuis ſummi membrana coloris Quum iacitur, nihil eſt quod eam diſcerpere poſſit &c. *Ibidem*, Dico igitur rerum effigies tenuéſque figuras Mittier ab rebus ſummo de cortice earum: Quæ quaſi membranæ, vel cortex nominitanda eſt. Quòd ſpeciem ac formam ſimilem gerit eius imago.

Mĕmbrānŭlă, diminutiuum. { τὸ ὑμένιον. GALLIC. Taye, petite peau. ITA. *Pelle ſottile.* GER. Ein perment tin. HISP. *Latela.* ANG. *A thinne outward skinne.* } *Cic. ad Attic. lib. 4.* Iiſque imperes, vt lumant membranulam, ex qua indices fiant.

Mĕmbrānăcĕŭs, a, um, Quod ſimilitudinem membranæ habet. { ὑμενώδης GAL. Semblable à parchemin. ITA. *Simile à membrana.* GERMA. Dem pergament gleich. HISPAN. *Coſa ſe mejante à pergamino.* ANG. *That is lyk parchement. Plin. lib. 16. cap. 31.* Quibuſdam cortex membranaceus, vt viti. *Idem lib. 10. cap. 61* Volucrum animal parit veſpertilio tantùm, cui membranaceæ pinnæ vni.

Mĕmbrānĕŭs, Quod ex membranis eſt. { δερρᾶτος, περγαμηνός. GALLI. De parchemin. ITALIC. *Di pergamina ò membrana.* GERMANIC. Perментin / auß perment gemacht. HISPANIC. *Coſa de pergamino.* ANGLIC. *Made of parchement.* } *Vlp. l. librorum appellatione. ff. de Legat. iij.* Quòd ſi in codicibus ſint membraneis, vel chartaceis, vel etiam eboreis.

Mĕmbrāri, ſignificat per membra formari, ἀφροδοσθαι, quo verbo vtitur *Cenſorinus ſin lib. de Die natali.*

Mĕmbrātūră, Eſt membrorum poſitura. διαμέλαπις.

Mĕmbrōsŭs, a, um. μελώδης. Qui magna habet membra.

Mĕmĕcўlŏs. μυρίκυλος, Species eſt arbuſti. *Plin. lib. 15. cap. 24. de vnedone loquens,* Duobus tamen hoc nominibus appellant Græci, Comaron, & memecylon. Ex quo apparet totidem eſſe genera & apud nos. *Vide Dioſcor. lib. 1.*

* Mĕmet, Pronomen compoſitum, pro Meipſum. *Plau. Ciſtell.* Sed nunc ego memet moror.

Mĕmĭnī, A Meno antiquo verbo fit, quo veteres vſi ſunt pro recordor & in mentem reuoco: à quo prima ſyllaba geminata fit præteritum Memini, ſicut à Pungo Pupugi. { זכר *zachar. μιμνησκω.* GALLIC. Se ſouuenir, auoir memoire. ITALIC. *Ricordarſi.* GERMANIC. Ich bin eingedenck. HISPANIC. *Recordarſe.* ANGLIC. *To remember.* } Et quanuis ſit præteriti tenporis, in præſenti tamen fere ſemper accipitur. *teſte Valla in Ruden. Plau. Epid.* Lunulam atque anellum aureolum in digito: v. memini mi homo. E. Non meminiſti me inaurem ad te afferre natali die? *Idem Aſin.* In ius vŏco te. LE. non eo. ME. non is? memento. LE. memini. *Terent. in Andr.* Facturum quæ voles, ſcio eſſe omnia P. memini. *Cic. pro Quinti.* Memini, vetus eſt, de ſcurra multò faciliùs diuitem, quã patrem familiàs fieri poſſe. *Virg. 2. AEneid.* Quanquam animus, meminiſſe horret, luctúque refugit, incipiam. [Memor meminit. *Plau. Pſeu. ſc. 1. a. 4.* Quid longiſſime meminiſti? *Plau. Menæch. ſc. vlt. a. 5.* Heus memento mihi dare dimidium. *Idem Pſeud. ſc. 7. a. 4.* Memoria memini. *Plaut. Capt. ſc. 3. a. 2.* ¶ Aliud eſt meminiſſe, aliud ſcire. *Sene. Epiſt. 33. Pla.* tamen pro ſcire potuit. *Capt. ſc. 2. a. 2.* Memini ego iſtuc id eſt, ſcio. *Paſſerat. Idem Curc. ſc. 1. a. 3.* diſtinguit, Memini & ſcio.] *Ouid. 9. Metamorph.* Dum loquor, horror habet parſque eſt meminiſſe doloris. Requirit genitiuum, vel accuſatiuum. *Terent. in Eunuch.* Faciam vt huius loci dieique, meique ſemper memineris. [Idem & totidem verbis. *Plau. Capt. ſc. 1. a. 4.* Faciam vt huius diei locique meique ſemper memineris. Item Ait ſine me fati non meminiſſe mei. *Oui. Eleg. 4. lib. 4. Triſt.* Cogor meminiſſe dolore temporis illis. *Idem 13. Metamorp.*] *Virg. 9. Eclog.* numeros memini, ſi verba tenerem *Oui. Epiſt. 21.* meminerant omnia amãtes. *Cic. de Senec.* Omnia quæ curant ſenes, meminerunt: [Hic rem non meminit ſuam. *Plaut. Men. ſc. 2. a 4.* Potes hoc meminiſſe. *Ouid. Eleg. 4. lib.* Monet quod memet meminit. *Plau. Pſeu. ſc. 1. a. 4.* Si potes iſtuc me moriter meminiſſe. *Plaut. Capt. ſc. 1. a. 2.* Præcepta facito vt memineris. *Plaut. Menæ. ſc. 4. a. 2.* Memento te memini. (aut minantis, aut inteſtantis) *Plautus Aſin. ſc. 4. a. 2.*] Sed quum ſignificat mentionem facio, recuſat accuſatiuum, poſtulátque ablatiuum cum præpoſitione DE, vel genitiuum. *Quintilian. libr. 11. capit. 2.* De quibus multi meminerunt. *Ibidem*, Neque omnino huius rei meminit Poëta ipſe. [*Plautus Aſin. ſc. 2. a. 5.* De palla memento amabo.] In priore ſignificatione iungitur tam cum præterito infinitiui, quàm cum præſenti. *Virgil. 9. Eclog.* Nanque ſub OEbaliæ memini me turribus altis Coricium vidiſſe ſenem. [Facito vt memineris conueniſſe me quid dotis afferret. *Plautus Aulul. ſc. 4. a. 1.* Memento pormiſiſſe. C. Meminero. *Plautus Curc. ſc. 1. a. 4.* Oro te meminiſſe vt memineris. *Idem Capt. ſc. 2. a. 2.*] *Idem.* Cantando puerum memini me condere Soles. *Cicer. Appio*, Ad me adire quoſdam memini, *Idem Papyrio libr. 4.* Nec tamen eas cœnas quæro, vt magnæ reliquiæ fiant. Quod erit, magnificum ſit & lautum. Memini te mihi Phameæ cœnam narrare: temperius fiat, cætera eodem modo. [Memini fieri. *Plautus Menæch. ſc. 1. a. 1.* Meminiſti me dicere tibi. *Plau. Pſeud. ſc. 6. a. 4.* Meminiſti Atrienſem vendere aſinos. *Plau. Men. ſc. 2. a. 2.*] *Idem Attic. lib. 1.* De comitiis meis & tibi me permiſiſſe memini. *Idem pro Roſc. Amer.* Méminiſti me ita diſtribuiſſe initio cauſam. ¶ Huius compoſitum eſt, Commemini, de quo ſuo loco.

[Meminens. partic. *Auſonius*, Meminens æui.]

Mĕ nŏr. huius memoris, penultima corrept. gen. omnis. *ſecundum Priſcianum*, à verbo memini, Qui rei alicuius recordatur. { זכור זכר *zachór μνημονικὸς μνήμων.* GALLI. Memoratif, qui a memoire, & ſe ſouuient. ITALIC. *Ricordeuole, memore.* GERMAN. Eingedenck. HISPANIC. *El que ſe recuerda.* ANGLIC. *Myndfull.* } *Plaut. in Pſeud.* [*ſc. 2. a. 1.*] Aduerte ergo animum, & fac ſis promiſſi memor. *Idem Capt.* Nunquid vis? P venias tempori. A. memorem nones. *Virgil. 4. AEneid.* Bene apud memores veteris ſtat gratia facti. *Idem 6. Æneï.* Quique ſui memores alios fecêre merendo. *Hora. 2. Serm. Satyr. 6.* Viue memor quàm ſis æui breuis. [Cum memor accitos ſemper dolor admonet annos, *Tibul.* Et Iuſſi ſonos memores eſſe mei. *Ouidius Eleg. 1. li. 5. Triſt.* Inde alios alioſque memor componere verſus. *Tibull. li. 4.* Gaude memor noſtri necne referte mihi, *Idem Eleg. 3. lib. 4. Triſt.* Sitque diligens, vt quæ imperes compareant. *Plau. Amph. 1r.* Memorem & memorem facit qui monet quod memor meminit. *Plaut. Pſeud. ſc. 1. a. 4.* Item Eſte mei memores. *Ouid. lib. 13. Metamorph.*] ¶ Quum autem de inanimatis rebus dicitur, ſignificat rem cuius nos memores ſumus: *Virgil. 1. Æneid.* ſæuæ memorem Iunonis obiram. *Horat. lib. 1. Carm.* Siue puer furens Impreſſit memorem dente labris notam, hoc eſt tam vehementem, vt non facile excidat memoria, *Ouidius Epiſt. 17.* Et vocem memori condidit ante tuam. *Idem 4. de Ponto, Eleg. 2.* Carmina ſola tibi memorem teſtantia curam. Non data ſunt, quid enim, quæ facis ipſe darem? Huius contrarium eſt Immemor, de quo ſuo loco.

Mĕmŏrĭă, æ, (*vt inquit autor ad Herennium lib. 1.*) Eſt firma animi rerum & verborum diſpoſitionis perceptio, item recordatio, ætas, antiquitas. { זכר זכרון *zécher zicharòn. μνήμη.* GALLIC. Memoire-ITALIC. *Memoria, rimembranza.* GERMANIC. Gedächtnuß. HISPANIC. *La potentia de ſe recordar, memoria.* ANGLIC. *Memorie, remembrance.* } *Cic. 2. Inuen.* Memoria eſt, per quam animus repetit illa quæ fuerunt. *Idem de Claris Orat.* Quorum memoria & recordatio in maximis noſtris grauiſſimíſque curis iucunda ſanè fuit. *Idem ad Plancum lib. 10. Epiſt.* Nihil poſt hominum memoriam glorioſius, nihil gratius, ne tempore quidem ipſo oportunius accidere vidi. *Terent. in Andr.* In memoria habeo, διὰ μνήμης ἔχω. *Vbi Donatus*, Plus eſt, quàm ſi diciſſet, Scio. Nam quæ ſcimus poſſumus obliuiſci: quæ verò memoriæ commendamus, nunquam amittimus. *Pacuuius*, Pérque noſtram egregiam humanitatem, quam memoria firmauit. [Memoriæ conſulendum quæ magnis viris æternitatem promittit. *Senec.* Memoria (tua) eſt optima. *Plaut. Mil. ſc. 1. a. 1.* Huius memoriæ ſcriptor eſt Herodotus (i. rei memorãdæ) *Gell. c. 9. li. 5.* Memoriæ datũ pro mãdatũ. *Idẽ c. 1. li. 7.* Homo in noſtra memoria doctiſſimus *Gell. cap. 22. lib. 1. & cap. 6. lib. 18.* In nulla memoria. *Cap. 10. lib. 16.* In vetere memoria. *Idem cap. 4. lib. 15.* Ad litteras memoriaſque veteres ſe dedidcrat. Item in memoriis veteribus ſcriptum eſt *Gell. cap. 6. l. 4. & cap. 12. lib. 10. & 24. l. 10. cap. 5. lib. 5. Gell. cap. 2. lib. 14.* A maioribus memoria ſic accipi. *Gell. cap. 2. lib. 14.* Dabimus te in omnem memoriam clariſſimum caput. *Senec. cap. 14. de Tranquil. vit.* In memoriam redeo. Item in memoriam regredior audiſſe me. *Plau. Capt. ſc. 4. a. 5.* Sacra patris eius memoria. *Quintil. Vlius & Memoriæ filia ſapientia. Gell. cap. 8. l. 13.* Memoriæ non eſt pro non memini. *Gell. cap. 11. lib. 12.* Et quantum nobis memoriæ eſt. *cap. 16. l. 7.* Memorias de Commentariis & ſcriptis. *Gell. cap. vlt. lib. 20. & cap. 11. lib. 11.* Memoriam & reliquias ſuas commendare (de mox morituro) *Iun. In Otho. cap. 10. Idem in Claud. cap. 11.* Excidentes, In memoriam reponuntur vnius admonitione verbi. *Quintil.* Quid ſit memoria docet. *Diomed. lib. 1.*] ¶ Nominis huius in oratione varius eſt vſus. Dicimus enim Inſidere in memoria, Memoriæ affigere. Memoriæ mandare, [dare. *Idem. Gellius cap. 1. lib. 7.* Cui opponitur memoriæ eximere. *Suet. in Claud. cap. 11.*] Memoria cuſtodire, Memoriam alicuius ſibi proponere, In memoria eſſe alicui, Memoriam alicuius vſurpare, Memoriæ alicuius dare operam, Memoriam tenere, Memoria continere, Memoria complecti, Memoriam alicuius tenere, Memoria meminiſſe, Memoriæ prodere, Memoriam alicuius rei prodere; Memoriæ tradere: Memoria eſt, pro eo quod eſt, Meminì: Memoria cadit vel intercidit, Memoria falli, Memoria repetere, In memoriam redigere, In memoriam reuocare, Reducere in Memoriam, In memoriam redire, Referre memoriam alicuius, Omni memoria, vel in omni memoria, pro in omni tempore: Superiori memoria, pro ſuperiori tempore: Vſque ad hanc memoriam, id eſt vſque ad hoc tempus: Vt mea memoria eſt, id eſt, quantum poſſum meminiſſe, aut reminiſci: Memoria mea ſanctum non eſt illud, id eſt quantum meminiſſe poſſum. Quarum loquutionum teſtimonia paſſim bonos autores legenti occurrent.

Mĕmŏrĭŏlă, diminut. *Cic. ad Atticum lib. 12.* Sed quod ſcribis igniculum matutinum γεγυπνάκεναι, eſt memoriola vacillare.

* Memorialis, & hoc memoriale, Adiect. vt Memorialis liber. id eſt enchiridion ad iuuandam memoriam. *Sueton in Cæſare ca. 56.* Epiſtolæ quoque extant ad Senatum, quas videtur primùm ad paginas & formam memorialis libri conuertiſſe.

Mĕmŏrĭtĕr, aduerb. imperiti dicũt, Mente tenus, de memoria ex memoria. { μνημονικῶς. GAL. Par memoire, par cœur. ITA. *Ricordandoſi, & hauendo à mento.* GER. Auſswendig. HISP. *De coro ò de memoria.* ANGL. *By hart, redelie, with good remembrance.* } *Cic. de Amicitia.* Qu. Mutius Augur Scæuola multa narrare de C. Lælio ſocero ſuo memoriter & iucunde ſolebat. [Quæ illic res ſunt geſtæ memorat memoriter. *Plaut. Amph.* Si potes iſtius memoriter meminiſſe. *Plau. Capt. ſc. 2. a. 2. & Aſin. ſc. 2. a. 3.*] Sic etiam dicimus, Memorirer cognoſcere, Memoriter memorare, enumerare, pronuntiare, complecti rem, recitare, reſponderc, Memoriter colligere, Memoriter meminiſſe, Memoriter narrare, Memoriter reſpondere, Memoriter exponere, Memoriter vocare.

Mĕmŏrācŭlŭm, { μνημόσυνον. } *Apuleius in Apologia*, Me ſanctiſſime tot ſacrorum ſigna, & memoracula cuſtodire.

Mĕmŏrābĭlĭs, le, Qui eſt dignus memoria, laudabilis, præclarus, excellens { זכור *zachór. ἀξιόμνημονευτος, ἀξιόλογος.* GAL. Memorable digne de memoire. ITA. *Memorabile.* GERMANIC. Gedächtnuß wirdig. HISPAN. *Coſa digne de memoria.* ANGLIC. *Worthie of memorie or remembrance.* } *Columel. in Præfat. lib. 1.* Quum tot alios Romani generis intuear memorabiles duces. *Cic. de Amic.* Quum accepiſſemus à patribus maximè memorabilem C. Lælij, & Pub. Scipionis familiaritatem fuiſſe. *Terent. in Heaut.* Heus tu, non fit ſine periculo facinus magnum & memorabile. *Virgil. 4. AEneid.* magnum & memorabile numen Fœminea in pœna eſt. *Cicero 3. de Finibus*, Si enim ſapiens aliquis miſer eſſe poſſit, nec ego iſtum glorioſam memorabilémque virtutem non magno æſtimãdam pu-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

dam putem. [Memorabilis dulcedine carminum *Heſiodus*. Erit mihi factum mortuo memorabile. *Plautus Curc.ſc.5.a.3.* Nec iſtuc bellum nec memorabile. *Plau.Curc.ſc.1.a.1.*]

Mĕmŏro, as, penult. corrept. Ad memoriam reduco. { μιμνῄσκω. GALLI. Penſer & rememorer, reduire en memoire. ITAL. *Commemorare, ricordare.* GER. Jn gedächtnuß bringen/widerholen. Item, Erzellen. HISP. *Recordar.* ANGLI. *To bring in remembrance, to make mention, to recite or dar à algo.* ANGLI. *To bring in remembrance, to make mention, to recite or report.* } *Plaut.in Pœn.* Memorandum mihi, ſi noui forte, aut ſi ſunt cognati mihi. [*Idem in Capt.ſc.3.a.5.* Memora dum mihi.] ¶ Interdum eſt dicere, narrare, ſeu exponere, recitare, λέγειν, ἱστορεῖν. *Liu.lib.1. ab Vrbe*, Herculemque in ea loca Geryone interempto, boues mira ſpecie abegiſſe memorant. *Virgil.1. AEneid.* Muſa mihi cauſas memora. *Idem in Plaut.in Trin.* Agedum nomen tuum primum memora mihi. *Idem in Amphit.* Ibi nunc meus pater memorat legiones hoſtium vt fugauerit, hoc eſt commemorat vel narrat. [*Ouid.13.Metamorph.* Qui nunc, vt memorant, taxa mouet gemitu. Quæ illic res geſtæ ſunt memorat memoriter. *Plaut.Amph.* Eandem patriam & patrem memorat. *Plau. Menæch ſc.vl.a.5.* Seruus an liber eſſe mauelis memora mihi. *Pla.Capt. ſc.2.a 2.* Occidi, ſi tu vere memoras. *Idem Moſtell.ſc.1.a.2.* Nomen ſi memoret modò, *Plautus Pſeud. ſc.2.a.4.* Quid illa pote muliere peius memorarier. *Idem Moſtell.ſc.3.a.1.*] ¶ Huius compoſita ſunt, Commemoro, & Rememoro, quod eſt in memoriam reduco. Legitur & paſſiuum Memoror. *Plaut.in Amphitr.* Experiri iſtuc mauellem me, quàm mihi memorarier. *Saluſtius*, incredibile memoratu eſt, quàm facilè coaluerint.

Mĕmŏrātŏr, oris, verbale qui memorat. { זוכיר *mazkhir.* ὁ μνημονεύτης. GAL. Raconteur. ITA. *Racconatore.* GER. Ein erzeller/. HIS. *Recordador.* ANG. *That maketh mention, or reporteth.* } *Propter lib.3.Eleg.1.* Nec non ille tui caſus memorator Homerus.

Mĕmŏrātŭs, us, Memoratio, commemoratio. { זכר זכרון *zeekhér zichcharón.* ἀνάμνησις. GALLIC. Memoire. ITALIC. *Rimembrança.* GERMAN. Wider gedächtnuß wider holung. HI. *Obra de recorderſe.* ANG. *A reporting or making of mention.* } *Gell.lib.11.cap.4.* Eos verſus non minus frequenti, aſſiduóque memoratu dignos puto, quã philoſophorum de officiis decreta.

Mĕmŏrātiſſĭmŭs, ſuperl. Celeberrimus. { Χρονομνημονεύτατος. } *Gell.lib. 8.c. 4.* Herodotus ſcriptor hiſtoriæ memoratiſſimus. [Memoratiſſima imago Ialyſi. *Idem cap.vlt.lib.15.*]

Mĕmŏrĭōſŭs, ſi, Qui memoria præditus eſt. *Corn.Fronto de diff.voc.* Memorioſus habet ad dicta factáque memoriam.

Mĕmŏrĭōsē, aduerb. *Idem Cor.Fronto*, Memoriosè qui facit, oſtendit in omni re naturæ bonum.

MEMMĬUS, Ciuis Romanus, qui de ambitu poſtulatus fuit à Quint. Curtio, *teſte Cicerone ad Quintum fratrem lib 3.* á quo Memmiorum familia.

MEMNON, *teſte Homero*, filius fuit Tithoni fratris Laomedontis ex Aurora ſuſceptus, qui cum maxima Orientalium populorum copia in auxilium venit Priamo, & in pugna ab Achille occiſus, vel (vt alij tradunt) à Theſſalis inſidiis occiſus eſt : qui cum in rogo cremaretur, precibus Auroræ in auem mutatus eſt : ex eadémque pyra multæ aliæ aues euolarunt, quæ Memnònides vocantur. Has ferunt quotannis ex AEthiopia ad Memnonis ſepulchrum, quod eſt iuxta Ilium, aduolare. *Virgil.libr.1. Æneid.* Eoáſque acies & nigri Memnonis arma, *Strabo libr.15.* vbi ſepulturæ eius mentionem facit.* Memnonius color. Id eſt niger. *Ouid.3. de Ponto eleg.3.* Memnonio cygnos eſſe colore putem. Multi enim putant Memnonem AEthiopem fuiſſe.

MĔMPHĬS, { מוף נוף *moph noph.* μέμφις. } Vrbs AEgypti regia, ab Ogdoo rege condita, & à nomine filiæ eius appellata. { GERMANIC. Ein gwaltige groſſe ſtad in Aegypten am Nilo deß orts gelägen da er ſich anhebt in ſeine außgeng zutheilen/heiſſt ietz Alcair. } Hæc inter omnes AEgypti vrbes ſecundum ab Alexandria locum obtinuit, pyramidibus, & regum ſepulchris, in primis inſignis. Eius ambitus traditur fuiſſe centum & quinquaginta ſtadiorum. Sita eſt hæc vrbs in loco totius AEgypti opportuniſſimo vbi Nilus in duas ſciſſus partes literæ Δ ſpeciem præbet : quo fit vt portuoſiſſima ſit, omnique penè ex parte nauigiis aditum præbeat. Vulgus hodie *Alcayrum* vocat. ¶ Hinc fiunt duo patronymica, vnũ maſculini generis, Memphites, æ, alterum fœm. Memphitis, idis, *Tibul.lib.1.Eleg.* Barbara Memphitem plangere docta bouem. *Iuuen.Satyr.15.* ánne aliam terra Memphitide ficca inuidiam facerent nolenti ſurgere Nilo?

Mĕmphĭtĭcŭs, a, um, adiect. *Ouid.2.de Art.amandi*, Neu fuge Niligenæ Memphitica ſacra iuuencæ.

Mĕmphītēs, æ, vel is, pen. prod. μεμφίτης, Lapis eſt pinguis varióque colore, in membris ſecandis vel vrendis citra omne periculum ſenſum adimens. *De hoc Dioſcor.lib.5.*

MĔMPRĬCŬS, Rex Britanniæ, qui fratrem Malyn exuit vita, vt eo mortuo regnaret. *Autor Volaterranus.*

[Men'. *Pacuuius apud Gell.cap.vlt.lib.15.* Men' me ſeruaſſe, vt eſſent qui me perderent? Men' hodie conueniſſe te audes dicere. *Plau.Mnæch.ſc. 8.a.5.* Abi ad Acherontem venefica. *Idem Amphit.ſc.4.a.4.* Men' rogas *Plau.Menæch.ſc.2.a.4.*]

MĔNA, μήνη, Apud Romanos fuit dea, quæ menſtruis fluxibus præeſſe putabatur. Quo etiam nomine dictus eſt piſcis quidam breuis, μαινὶς, qui hyeme candidus, æſtate nigrior fit : ſed tunc Mæna cum diphthongo ſcribitur. *Cic.de Finibus*, Qui voluptatem contemnunt, eis licet dicere, ſe accipenſerem mænæ non anteponere. *Martialis lib.11.* & caudam cibij breuéſque mænas. Hunc piſcem eundem eſſe cum halece Theodoro credimus, qui ex Atiſtot. Helecem vertit, quem ille μαινίδα appellat.

MĔNAĔCHMŬS, μίναιχμος, Philoſophus Eudoxi auditor, qui Platonis temporibus vixit, & ſcripſit libros tres, in libros Platonis de Republ. ¶ Menæchmus item Sicyonius hiſtoricus, qui ſcripſit hiſtoriam Alexandri Magni. *Meminit vtriuſque Suidas.* [Item eſt quoque Menæchmus nomen proprium viri. *Plau.Menæ.ſc.1.a 2.* Audin' Menæchme, &c.

Menæchmi, μίναιχμοι. Apud Plautum comedia, in qua fratres gemini introducuntur eiuſdem nominis, qui indiſcreta ſimilitudine miros aſpicientium errores excitant.

MĔNALCAS, ἀμύντας, Paſtoris nomen *apud Virgil.3.Eclog.*

MENALĪPPA, æ, vel Menalippe, es, μεναλίππη, Fuit Antiopes Amazonum reginæ ſoror. Hæc ab Hercule capta dicitur in bello quod cõtra Amazones geſſit, quam quum Antiopæ ſorori reſtitueret, accepit pretium, arma reginæ & balteum. Nam hæc quoque ex eo bello reportare fuerat iuſſus ab Ariſteo. *Iuuen. Satyr. 8.* Syrma vel Antigones, ſeu perſonam Menalippes.

MĔNALĪPPĬDĒS, μεναλιππίδης, Poëta Melius genere, ſcripſit Dithyrambicorum plures libros, & poëmata epica & epigrammata & elegos. ¶ Huius ex filia nepos Menalippides iunior, item poëta, ſcripſit Lyrica & Dithyrambica. Vixit, mortuúſque eſt apud Perdiccam regem Macedoniæ. *Suidas.*

MĔNALĪPPŬS, μεναλίππος, Thebanus quidam fuit, qui Tydeum in pugna apud Thebas lethaliter vulnerauit. Qui quum mortem appropinquare videret, adeo impatienter tulit, vt ferè in rabiem verſus ſociis iuſſerit vt vulneratoris caput ad ſe deferrent. *Sic enim apud Statium vociferatur*, -caput ô mihi ſi quis Apportet Menalippe tuum. Qui poſtquam illud multo ſanguine fuſo detuliſſent, mordicus arripuit, ac cerui ci non aliter, ac canis rabidus, dentes infixit : quúmque illud beſtiali ritu deuoraret, occubuit ¶ Fuit & alter Menalippus Tydei frater, quem Tydeus in venatu fertur peremiſſe, óbque id fratricidium exulaſſe. ¶ Fuit & tertius Menalippus Troianus, quòd virtute præſtaret, à Priamo filij loco eſt habitus.

MĔNANDER, μένανδρος, Poeta comicus, Theophraſti diſcipulus, ſtrabus fuit, mente acutus, amore in mulieres inſanus. { GERMAN. Ein Griechiſcher Comodiſchreiber. } Scripſit fabulas LXXX. & epiſtolã vnam ad Ptolemæum regem, aliáque nonnulla ſoluta oratione. *Hæc Suid. Quint. libr. 10.cap.1.* Menander meo quidem iudicio diligenter ad cũcta quæ præcipimus efficienda, ſufficiat. Ita omnem vitæ imaginem expreſſit, tanta in eo inueniendi copia, eloquendi facultas, ita eſt omnibus rebus, perſonis, affectious accommodatus. *Ouid.2.Triſt.* Fabula iucundi nulla eſt ſine amore Menandri. Legitur & Menãdros, Græcorum more. *Idem lib.1.Amorum.* Dum fallax ſeruus, durus pater, improba lena Vixerit & meretrix blanda, Menandrus erit. ¶ Menander autem Laodiceus ſophiſta, ſcripſit commentarios in artem Hermogenis, & in præexercitamenta Minutiani. *Suidas.* ¶ Menander alius Simoni Mago ſucceſſit, non ſolùm eius referens impietatem, ſed longè maioribus ſuperans portentis. Seſe enim iactitabat ſeruatorem eſſe ex Olympo, ad hominum ſalutem demiſſum, docebátque nullo alio pacto Angelos ab hominibus vinci, aut cogi poſſe, quàm artis magicæ diſciplina & baptiſmo à ſe traditis, ex quibus ſolis immortalitatem humano generi contingere poſſe aſſeuerabat. *Hæc Irenæus.*

* Menandréus, Adiect. μενανδρειος, *Propert.lib.2.Eleg.6.* Turba Menandreæ fuerat nec Thaidos olim tanta.

MĔNAPĬI, μηνάμιοι, Populi qui ad vtranque Rheni ripam habitant, proximi Vbiis, Eburonibus & Sicambris. Vnde coniecturam facere poſſumus eſſe eos, quos hodie Iuliacenſes vocamus & Cliuenſes : quanuis Menapiorum olim latiores fuiſſe videntur fines quàm hodie ſunt Iuliacenſium, & Cliuenſium. { GERM. Die Geltrer/vnd im Hertzogthumb Gülch. }

[Menarchus. Eſt nomen proprium. *Plaut.Capt.prologo.*]

MENARIA, lege MAENARIA.

[Menceps, (i. mente captus.) *Priſcian.lib.1.*

Mĕnda, æ, & Mendum, di, Error, erratum, vitium. { משגה *miſchgháh* משגה *meſchegháh* שגגה *ſchegháhâh* עקשות *ikkeſchúth.* σφάλμα. GAL. Faute. ITA. *Menda, errore.* GERM. Ein fäler oder irthumb. HISP. *Tacha, ò mancha, ò mentira.* ANGL. *An errour, a fault in writing.* } *Cecinna Ciceroni lib.6.Fam.* Mendum ſcripturæ litura tollere, *Ouid.libr.1. de Arte.* Nocte latent mendæ, vitióque ignoſcitur omni. *Cicer. Attici lib.2.* Caſtritianum mendum nos corrigemus, &c. *Idem 4. Verr.* Quod mendum iſta litura correxit. Quam mendam *legit Nonius.* id quod Victorius admonuit. *Ouid. 1. Amor. Elegia 5.* In toto nuſquam corpore menda fuit. [Menda eſſe videbatur in hoc verbo *Gell. cap. 7. libr.1.* Neque menda, neque vitium in eo verbo. *Idem Ibidem.* Mendæ indoles moleuit in plureis libros. *Gell. cap. 5. lib.20.*] ¶ Hinc etiam fit verbum Emendo, as, quod eſt quaſi mendas tollo. Remendo, Latinum non eſt : quanuis id recenſuerit Calepinus inter deriuata à nomine Mendum, deceptus corrupto loco Columellæ, *quem ſic citat ex libr. 3. cap.17.* Quidam flagellum totum, ſicut erat matri detractum, crediderunt ſationi conuenire, idque per gemmas quinas, vel etiam per ſenas partiri, complures tale oleaſter remendauerunt : quod ego minimè probo. Quo in loco caſtigatiora exemplaria ſic habent, Taleolas terræ mandauerunt.

Mĕndōſŭs, a, um, Quod eſt erroribus plenum, corruptus, vitiatus. { נעקש *neʻkáſch* מעקש *meʻukkáſch.* πλημμελὴς. GALL. Incorrect, plein de fautes. ITAL. *Pien d'errori, ſcorretto.* GERMA. Voll fäler. HISP. *Coſa llena de mentiras y erradas.* ANGLI. *Full of errouttes or faultes.* } vt, Exemplar mendoſum, *apud Plin.in Epiſt.& Cic.4. Verr.* Cur ſeruus ſocietatis qui tabulas confecerit, ſemper in Verrutij nomine certo ex loco mendoſus eſſet? *Idem 2. de Orat.* Deinde ſingulorum generum partes, in quo & deeſſe aliquam partem, & ſuperare mendoſum eſt : *Idem de clar.Orat.* Quanquam his laudationibus hiſtoria rerum noſtrarum eſt facta mendoſior. ¶ Accipitur quandoque pro vitioſo & deprauato. *Ouid. 2. Amor.* Non ego mendoſos auſim defendere mores. *Horat.in Serm.* Mendoſa eſt natura.

Mĕndōsē, incorruptè, inemendatè, corruptè deprauatè. { πλημμελῶς, ψευδῶς. GALL. Auec beaucoup de fautes. ITALI. *Scorretamente, con molti falli.* GERM. Falſchich/vnfleiſſiglich mit vilfäler. HISP. *Mentirosamente, con muchas erradas.* ANGL. *With many faultes.* } *Cic.ad Quint. fr. lib.3.* De Latinis verò quò me vertam neſcio, ita mendoſe ſcribuntur & væneunt. *Idem 1. de Inuen.* Neque eò dico, quòd eius ars, quam edidit, mihi mendoſiſſimè ſcripta videatur, &c. *Perſius Satyr. 5.* -inemendosè colligis inquit.

Stoicus hic autem mordaci lotus aceto.

Mĕndācium, cij, eſt orationis vanitas. { שקר *ſchéker* כוב *chazáb* בחש *cháchaſch.* ψεῦδος. GALLI. Menſonge, menterie. ITALIC. *Bugia, menzogna.* GERM. Ein lug/ HIS. *Mentira* ANGLIC. *A lie or leaſing.* } *Ouid. Epiſt. 21.* Nec vos decipiant blandæ mendacia linguæ. *Cicer.pro Cluent.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Homo qui esset totus ex fraude & mendacio compositus. *Idem pro Murœna*, Improbi hominis est mendacio fallere. [Mendacium dicere etiam ſ pienti concessum. *Quint.* Dij te perdant cum istis tuis omnibus mendaciis. *Plaut. Pſend. ſc.2. a. 3.* Mendacium quod commentus fui (.i.dolus.) *Plaut.Pſeud. ſc.3. a.2.* Si dixero mendacium ſolens meo more fecero. *Plaut. Amphit.* Nec mendacijs ſubdolis meis est mantellum. *Plaut.Capt.ſc.3.a.1.* O hominem lepidum te quoque etiam dolis & mendaciis. *Plaut.Pſeud.ſc.1.a 4.* Mera tam mandacia fundis.*Plaut. pſeud. ſc.1. a.4.*] Magnum & imprudens mendacium. *Cicer. pro Cluent.* Dicere mendaciũ,& Mentiri,quid differant,vide in verbo MENTIOR, mentiris.

Mēndācĭūncŭlum, li,diminut. Paruum mendacium. ❴ τὸ μικρὸν καὶ ἰυτελὲς ψεῦδολόγημα. GALL. Petite mentonge, petite menterie. ITAL. *Bugierda.* GERMAN. Ein kleine lug. HISPAN. *Pequenna mentira.* ANGL. *A litle lie.* ❵ *Cicer. lib. 2. de Orator.* Quod tamen est mendaciunculis aspergendum.

Mēndāx, cis, Vanus, futilis, qui dicit mendacium. ❴ כחש *chec ḥ ásch* כזב *chozéb.* λογοποιὸς ψευτὴς. GALLI. Menteur. ITALI. *Mendace, bugiardo.* GERMAN. Lugenhafftig. HISPA. *Mentiroſo.* ANGL. *A lier.* ❵ *Cicer. pro Roſc. Com.* Quid interest inter periurum & mendacem? qui mentiri ſolet, peierare consuecit. *Idem 2. de Diuinat.* Mandaci homini ne verum quidem credere solemus. *Virgil. 8.Æneid.* Raptabatque viri mendacis viscera Tullus per syluam & sparsi rorabant sanguine vepres, Splendidè mendax. *Horat.3.Carm. Ode 11.* Fui mendax mihi,hoc est,falsò mihi persuasi, *Ouid.Epiſt.2.* ¶ Et genitiuo iungitur: vt Mendax huius rei id est,de hac re mentitur. *Plaut.in Aſin.*[*ſc.2.a.5.*]Si huius rei esse mẽdacem inueneris.[Et speculum mendax esse quærere tuum.*Ouid.Eleg. 7.lib.3.Triſt.*Mendacem & glorioſum reperias apud Cloacinæ sacrum. *Plaut.Curc.ſc.1.a.4.* Haud mendacia tua verba. *Plaut.ſc.2. a.2.* Verum amo, mendacem odi. *Plaut. Moſtell. ſc.3. a.1.*] ¶ A Mendax fit Comparatiuum mendacior, Superlatiuum Mendaciſſimus, & Aduerbium Mendaciter. ψευδῶς.

Mēndācĭlŏquus, penult. corrept. Qui loquitur mendacium. ❴ כחש *chec ḥ ásch* כזב *chozéb.* ψευδολόγος. GALLIC. Menteur, qui dit mentonges. ITAL. *Che dice bugie, bugiardo.* GERM. Ein lugner/ ingesager oder lugemaul. HISP. *El que hablas mentiras, mentiroſo.* ANG. *A lier, that telleth le asirges.* ❵ *Plaut.in Trin.*Nihil est profectò stultius neque stolidius neque mendaciloquius, neque argutum magis.

MENDAE, μένδη, Vrbs Siciliæ prope Palicos. Vnde mendæus. *Stephanus.*

MENDE, μένδη, Vrbs Thraciæ à Mende, vel Mendi muliere. Inde vinum Mendæum. *Steph.*

MENDES, μένδης, Vrbs Ægypti iuxta Lycopolin, vbi Pana & hircum colunt. Ciuis Mendesius, aut Mendites *Steph.*

MENDESICVM, μενδησικόν. Vnum ex Mili ostiis, autore *Plin.lib.5.cap.10.*

MENDESIVM, μενδήσιον, Ægypti oppidum,cuius incolæ Mẽdesij, μενδήσιοι, appellantur. *Herodot.lib.2.*, dictum existimat à Pane,qui ibi sub hirci specie colebatur. Hircus enim Ægyptiorum lingua Mendes appellatur. Ab hoc etiam oppido vicinum Nili ostium Mendesium dictum fuit. ¶ Mendesium quoque vocatur nobilissimi vnguenti genus, quod ex hac vrbe præstantissimum mittebatur: *de quo Plinius libro 13. capite 1.*

Mēndĭcŭlă, penult. corrept. πλαχὴ σολή. Vestis à Mendice dicta, quod magistratus nomen erat apud Oscos, *vt ait Festus, Plaut. Epid.* Quid erat induta? an regillam induculam, an mendiculam?

Mendicium, (*inquit Festus*) dici putant velum quod in prora ponitur.

Mēndĭcŭs, penultima prodicta, Qui victum ostiatim quæritat. ❴ אביון *ebjón* רש *raſch* πλ. χὲς, πτωχός. GALL. Mendiant, qui demande l'aumosne. ITAL. *Mendico, pitocco.* GERM. Ein bättler. HISPA. *Mendico, el que pide mendicando.* ANG. *A begger.* ❵ Et *vt refert Festus.* Verrius dictum putat à mente, quòd mentem eius fefellerit fortuna: vel à mendendo,quòd precetur omnes,vt vitæ suæ medeatur cibo: vel quòd manu indicet. *Plaut. in Trin.* Semper mendici molesti sunt. *Idem Perſa,* Cum hac dote poteras vel mendico nubere. [Quid tibi nos, mendice homo, est tactio? *Plaut. Aulul. ſc.2. a.3.*] *Cicer.5. Tuſcul.* Paupertas si malum est, mendicus beatus esse non potest, quanuis sit sapiens. Apud *Ciceronem pro Murœna*, legimus superlatiuum Mendicissimus, pro miserrimo pauperrimóque. Solos (*inquit*) sapientes, si distortissimi sint, formosos, si mendicissimi, diuites. ¶ Interdum accipitur pro infirmo & imbecille, *Cic 3.de Orat.* Instrumentum autem hoc forense, litigiosum, acre, tractum ex vulgi opinionibus, exiguum sanè ac mendicum, est, hoc est infirmum & inualidum, quodque mendici in mercem alienum postulet auxilium.

Mēndĭcŭlŭs, diminutiuum. ❴ ὁ πλαγίσκιος. GAL. Beliſtreau, cagnardeau. ITAL. *Mendico picciolo.* GERMAN. Ein bättlertin. HISP. *Mendico pequeno.* ANGL. *A litle poore begger.* ❵ *Cic. in Catilina*, Collectum ex senibus desperatis, ex agresti luxuria, ex rusticis mendiculis, ex decoctoribus, &c.

Mendĭco, as, penultima prod. Vitæ alimenta postulo ostiatim. ❴ שאל *ſcaál.* πτωσσεύω, πλαχόω. GALLIC. Mendier, demander l'aumosne. ITAL. *Mendicare.* GERM. Bättlen/ heuschen. HIS. *Mendigar.* ANGL. *To begge, to aske his almouſe.* ❵ *Iuuen. Satyr. 6.* Arcanam Iudæa tremens mendicat in aurem. Mendicare sibi malum, per metaphoram dixit *Plaut. in Amph.* Quia senecta ætate à me mendicas malum. Veteres etiam mendicor pro mendico dicebant, vt *Plaut.in Vidularia*, Malim moriri meos, quàm mendicarier. Boni ministrantur, illum nunc irridemus mali, *Ex Nonio.* [Pater vænibit potiùs, quàm te finam egere aut mendicarier. *Plau.Moſt. ſc.3.a.1.* Mendicare semper aliquid. *Apul. Apolog. 1.* Mendicare stillicidia. *Senec.cap 11 de tranquil.* Histrionem cogis mendicarier. *Plaut. Capt.prol.* Item Opus est. M. Scio ,vt mendices. *Plau ſc.4. a.2.*]

Mēndĭcāns, pen. prod. participium. ❴ שאל *ſcholé* πλαχόων, πτωσσεύων. GALLI. Mendiant. ITAL. *Mendicante.* GERM. Bättlend. HISP. *Mendigo.* ANG. *Begging.* ❵ *Plaut.Capt.* [*ſc.2.a.2.*]decere videatur magis Mesaturum seruire apud te, sumptu & vestitu tuo, Quàm illic, vbi minimè honestum est, mendicantem viuere.

Mendĭcātŭs, pen. prod. Aliud participium: vt Cibo mendicato pasci *Ouid.6.Triſt.*

* Mendicatio, Verbale. *Seneca Epiſtola* 102. Quid sibi vult tam fœda vitæ mendicatio?

Mēndĭcĭtās. Inopia, paupertas,egestas. ❴ רש *resch* חסרון *chesrón.* πλαχία. GAL. Mendicite,pauurete,iulques à mendier d'huis en huis. ITA. *Pitocheria, mendicatione.* GER. Bättelwerck/bättlerey/ grosse armut vnd mangel. HISPA. *Mendiguez.* ANG. *Extreme pouertie, beggerie.* ❵ *Cicer. pro Flac.* Potuit dare Sextilius? nam fratres quidem comortes sunt mendicitatis. *Plaut.Rudẽn.* Mendicitatem mihi obtulisti opera tua, Dum tuis auſculto magnidicis mendaciis.*Cic.5.de Finib.*Quum & mendicitatem multi perpetiantur, & viuant. *Idem in Catil.* Vt omnes animi cruciatus,& corporis egestas,& mendicitas consequatur.[Qui se prodicitatis. *Plaut.Rudẽn.* Mendicitatem mihi obtulisti opera tua, Dum tuis auſculto magnidicis mendaciis.*Cic.5.de Finib.*Quum & mendicitatem multi perpetiantur, & viuant. *Idem in Catil.* Vt omnes animi cruciatus,& corporis egestas,& mendicitas consequatur.[Qui se

vt commodius venas muniat, quas in se habet ad summum capitis verticem ascendentes. Altera cerebro penitus coniuncta est, quę quod tenuissimæ illi membranæ (quam in fœtu χοριον, id est, secundas vocant) persimilis sit χοριοειδὶς appellatur. Vulgo *Pia mater.*

MĔNĪNX, μηνιγξ, Nomen insulæ, ex aduerso minoris Africæ (*vt docet Plin. lib.5.cap.7.*) quæ in longitudinem patet triginta tantùm millia passuũ, in latitudinem viginti quinque. Vulgo *Gelues.*

MĔNĬPPVS, μηνιππος, Phœnix philosophus Cynicus, conditione seruus, qui nihil memoria magnopere dignum reliquit, præter Nænias aliquot, Testamenta, & Epistolas, & id genus crebris salibus, Cynicaque mordacitate refertas: ad quarum imitationem M. Varro Satyras conscripsit, quas ab illius nomine Menippeas appellauit, *vt tradit Macrobius in Saturn.* Hic ad rem augendam tam auidus fuisse dicitur, vt etiã nauticum fœnus exerceret, Qua ratione immensam pecuniæ vim breui congessit, quam quum per insidias sibi comperisset esse ereptam, laqueo vitam finiuit. *Hæc Diogenes Laertius.* ¶ Fuit item, *teste Suida*, Menippus quidam Poëta Comicus. ¶ Alius item Stratonicensis, tota Asia disertissimus, præceptor Ciceronis, *vt ipse in Bruto testatur.* Post á me (*inquit*) Asia tota peragrata est, cum summis quidem oratoribus, quibuscum exercebar ipsis iubentibus, quorum erat princeps Menippus Stratonicensis: meo iudicio tota Asia illis temporibus disertissimus: & si nihil habere molestiarum, nec ineptiarum, Atticorum est, hic orator in illis numerari rectè potest. *Hactenus Cicero in Bruto.*

MĔNĬVS, Lycaonis filius, qui quum patre in lupum verso & domo conflagrante Iouem detestaretur, ab eodem fulmine percussus est.

MĔNĬVS, Cos. Romanus, anno ab vrbe condita 430 deuictis nauali prælio priscis Latinis & Antiatibus, eorum rostra nauium ærata in foro posuit, appellarique forum Rostra cœpit. *Autor Liu. lib.8. & Pli. lib.34. cap.5.*

MĔNLĔARĬA, μηνλεαρια, *Ptolemæo lib.2.cap.6.* Hispaniæ vrbs: vulgò, *Marcia.*

MĔNŌDŎTVS, μηνοδοτος. Medicus insignis, ætate Serapionis, *cuius meminit Galenus in Therapeut.*

MĔNŌĔCĔVS, μηνοικευς, Thebanus filius Creontis, qui pro patrię salute sanguinem suum, atque adeò vitam ipsam sponte profudit. Nam quum Thebanis eo tempore, quo ab Argiuis obsidebantur, redditum esset oraculum, vrbem saluam fore, si vltimus ex Cadmi posteris, spontanea se morte manibus eius deuoueret, intelligens Menœceus oraculum illud ad se pertinere, nihil cunctatus, suo sibi gladio necem consciuit *Vide Statium.10. Thebaid.*

MĔNŌĔCĪS, μηνοικις, penultima producta, Vrbs Phocensium vltima quæ ad Occasum vergit.

MĔNŒTĒS, μηνοιτης, Nomen vnius ex sociis Æneæ. *Virg.5. Æneid.* Rector nauis compellat voce Menœten.

MĔNŒTĬVS, μηνοίτιος, *teste Homero*, Filius Actoris ex AEgina, quam vitiatã Iupiter illi in coniugem dederat. Hic postea relicta AEgina matre Opuntem Locrorum se contulit: ibique Patroclum ex Sthenele vxore suscepit, qui ab eo Menœtiades appellatur, *Ouid. in Epist. Penel.* Siue Menœtiadem falsis cecidisse sub armis &c.

Menoles, Vide MAENOLES, cum diphthongo.

MĔNŌN, onis, μηνων, Arrogantissimus Sophista, Socratis ætate: cuius meminit *Plutarchus in libello, quem περὶ πολυφιλίας inscripsit.*

MĔNŌPHĬLVS, μηνόφιλος, Eunuchus fuit, cui Mithridates à Pompeio victus filiam seruandam dedit in arce quadam: quam quum Manlius Priscus obsedisset, defensorésque deditionem parantes Menophilus sentiret, puella interfecta, gladium in viscera sua compegit, veritus ne captiua raperetur & violaretur. *Autor Ammianus Marcel libro 16.*

MENŌSCA, μηνοσκα. Oppidum Vardulorum in Tarraconensi Hispania, cuius meminit *Plin. lib.4. cap.20. & Ptolemæus libro 2. cap.6.*

MENOSGADA, Vide MONOSGADA.

MENOTHĀRVS, μηνόθαρος, Fluuius in Mœotim influens, *cuius meminit Pli. lib.9. cap.7.*

Mēns, huius mentis, fœm. gen. Animus, intelligentia, memoria. { רעת *debáth, rvis.* GAL. Entendement, penser, esprit, memoire. ITALI. *Mente, pensiero, memoria.* GERMANIG. Der verstand/ vernunfft/ das gemut. HIS. *Entendimiento ò memoria.* ANGLIC. *The mynd, the vnderstanding the thoght.* } Est princeps animæ facultas, qua solus homo præditus cæteris antecellit animantib. quáque res incorporeas & ab omni materia abstractas contemplatur. Hinc fit, vt mentem plerique dictam existiment quasi eminentem, siue quod inter omnes animæ facultates maxime emineat, siue quòd per eam inter animalia plurimùm emineamus. *Ouid. 15. Metamorph.* Mente deos adiit: [Vt tibi solicitæ sensibus ereptis mens excidit *Catul. de Com. Beren.* Vt longi tædia belli mente ferant placida. *Ouid. 13 Metamorph.* Bona mente vel mala facere. *Quintil.* Meæ semper placuerunt otia menti. *Ouid. Eleg. 8. libr. 4. Trist.* Sic igitur carmen recta si mente legatur. *Ouid. Eleg. 1. lib. 2. Trist.* Tota tibi mente, mihique gratulor. *Idem Eleg 8. lib. 1.* Mens in querelis. *Plaut. Men. sc. 2. a. 4.* Melius est, mulier, sanam mentem sumere. *Ibidem.* Hæc sola sanam mentem gestat mearum familiarium, *Plaut. Amphitr. sc. 1. a. 5.* Hæc ego sumptus qua possum mente videbo. *Ouid. Eleg. 2. lib. 4. Trist.* Qui duo corporibus, mentibus vnus erant. *Ouid. Eleg. 4. lib. 4. Trist.*] & quod natura negabat Visibus humanis, oculis ea pectoris hausit. *Cic. de Senect.* Homini siue natura, siue Deus, nihil mente præstantius dedit. *Idem pro Rabirio*, Itaque cum multis aliis de causis vitorum bonorum mentes diuinæ mihi atque æternæ videntur esse, tum maximè, quòd optimi & sapientissimi cuiusque animus ita præsentit in posterum, vt nihil nisi sempiternum spectare videatur. *Idem 2. Offic.* Hominis autem mens discendo alitur, & cogitando semper aliquid aut inquirit, aut agit, videndique & audiendi delectatione ducitur. *Lactan. lib. 7.* Primùm non idem est mens & anima. Aliud est enim, quo viuimus, aliud quo cogitamus. Nam dormientium mēs, non anima sopitur: & in furiosis mens extingui tur, anima manet. Et ideo qui mentis compotes nõ sunt, non excordes, sed dementes appellantur. Mens ergo (id est intelligentia) vel augetur, vel minuitur pro ętate: anima in statu suo semper est. Et ex quo tempore spirandi accepit facultatẽ, eodem vsque ad vltimum durat, donec emissa corporis claustro, ad suam sedem reuolet. Thales Milesius, Velocissimum (*inquit*) omnium quæ sunt, est mens: nam tantæ celeritatis est, vt vno temporis puncto cælum omne collustret, maria peruolet, terras & vrbes peragret. Inter animum quoque & mentem interest, quòd Mens sit cogitationis, consiliique subtilitas quædam, certæ orationi consentanea. Ideo amentes & dementes dicuntur, qui nullo consilio vtuntur. Animus verò est vitæ, & voluntatis fundamentum. *Plaut. in Cistell.* Exanimor, differor, distrahor, diripior, ita Nullam mentem animi habeo. *Idem in Epid.* Pauor territat mentem animi, neque est vbi meas collocem spes. [Item, *Ouid. Eleg. 1. lib. 3. Trist.* Iuro hunc animum fuisse tibi, & qua sola potui mente, fuisse tuum. *Catul. ad Ortalum*: Nec potis est dulces Musarum expromere fœtus Mens animi. *Et Ge. lcap. 2. lib. 15.* Mentem animúmque.] Ex quibus testimoniis clarissime ostenditur, Mentem esse rem diuersam ab Animo. Alioqui enim inepte & à Cicerone regnum animi menti datum, & à Plauto animi mens dictum esset. Similiter etiam *Terent. in Andria.* Animum & Mentem res diuersas facit. Mala (*inquit*) mens malus animus. ¶ Accipitur quandoque pro voluntate, sententia, siue (*vt vulgus loquitur*) intentione. *Virgil. 1. Æneid.* In primis regina quietum Accipit in Teucros animum mentémque benignam. *Cicer. 4. Tuscul. Quæst.* Humanus autem animus qui deceptus est ex mente diuina, cum alio nullo, nisi cum ipso Deo (si hoc est fas dictu) comparari potest. Hic igitur si est excultus, & si eius acies ita curata, vt nec necetur erroribus, fit perfecta mens id est absoluta ratio, quod est idem quod virtus. Ponitur quandoque Mens pro consilio, γνώμη. *Virgil. 1. Æneid.* Nostram nunc accipe mentem. Quandoque pro animo. *Cicer. 1. de Orat.* Ego autem defendebam hac eum mente fuisse, &c. ¶ Suæ mentis esse dicuntur, qui sibi recte prospiciunt, & bonam mentem habent. *Cicer. in Pisonem*, Hic si mentis esset suæ, nisi pœnas patriæ, &c. ¶ Deponere mentem mentúmque in gremiis mimarum, *dixit Cicer. in Anton. Philip. 3.* ¶ Huius composita sunt, Amens, Demens, Vehemens. ¶ Mente captus, pro amente accipitur, ἄνους, παραφρων, quemadmodum Oculis caprus, pro cæco. *Festus.* Mente captus dicitur, quum mens ex hominum potestate abiit. [Mẽte lapsi (.i. furiosi.) *Suet. in Augusti. cap 48 & Senec. epist. 36.* Item egẽtes mentis. *Ouid. Eleg. 1. lib. 2 Trist.* Qui legis Electram & egentem mẽtis Orestem.] *Venit in mentem illa res, *vel* illius rei, *vel* de illa re, Id est illius rei memini. *Cicero.* [Scin' quid nunc in mentem venit mihi? *Plaut. Pseud. sc. 5. a. 1.* Venir in mentem mihi petere argentum. *Plaut. Cure. sc. 4. a. 4.* Vt lepide, vt astute de speculo in mentem venit malæ! *Plaut. Mostell. sc. 3. a. 1. Ibidem sc. 4. a. 1.* In mentem venit modo, (mox) Iam memini. Et, Non cuiquam eorum in mentem venit recte facere. (.i. non sua sponte cogitat.) *Plaut. Pseud. sc. 1. a. 1.* In mentem venit te esse bonum, & me amicum. *Plaut. Aulul. sc. 4. a. 1.* ¶ Nunc verò in mentem fuit. *Plaut. Amphitr. sc. 1. a. 1.* Quid istuc in mente est tibi, mi vir, percontrarier? *Idem ibidem sc. 3. a. 2.*]

Mentĭo, onis, à supino Mentum. Quod à Meno verbo antiquo deducitur, *teste Varro lib. 3.* { זכר *zécher.* זכרון *zichcharón.* ὑπομνησις. GALL. Mention, memoire. ITALIC. *Mentione, memoria.* GERMAN. Meldung/ gedechtung. HISPA. *Mencion ò memoria.* ANGLIC. *Mention.* } Mentionẽ facere alicuius est commemorare, sermonem de eo habere. *Terent. in Eunuch.* Si quando illa mentionem Phædriæ faciat, &c. *Cicer. ad Sulpitium lib. 13.* Deinde credas mihi affirmanti velim, hominem esse neminem qui vnquam mentionem tui sine tua summa laude fecerit. ¶ Dicimus etiam Mentionem facere de aliquo. Mentionem habere alicuius. *Quintil.* Incidere in mentionem alicuius. *Plin. lib. 2. cap. 8.* In mentione terræ dicetur, id est dum terræ faciemus mentionem. [Item pro loqui: Vbi mentionem fecero de filia (.i. loqui cepero.) *Plaut. Aulul. sc. 4. a. 1.* Fac mentionem cum Auunculo mater mea (.i. loquere) *Ibid. sc. 1 a. 4.* Item Iacta mentio. (aliàs facta.) *Vellcius* Inferre mẽtionem. *Liuius. 9. d. a.*]

Mĕntĭŏr, iris, Contra id quod in mente est loquor, fingo, comminiscor. { כתש *chicthésch.* כזב *chizzéb.* ψεύδομαι, ψεῦδος λέγω. GALLIC. Mentir, feindre. ITAL. *Mentire, dir bugie.* GERMAN. Liegen. HISP. *Mentir.* ANGLI. *To lie, to faine, to inuent false thinge.* } *Plaut. in Amphitr.* -verbero, mentiris nunc! At iam faciam vt verum dicas dicere. *Terent. in Heaut.* Nõ est mentiri meum. Id est non comminisci. [Vide ne mẽ ludas. P. Haud mentior. *Plaut. Cure. sc. 3. a. 2.* Tun' me mentiri ais? A. Mentiris, inquam, meæ corruptor familiæ. *Plaut. Amphi.* Mentiri pro testimonio. *Gell. cap. 1. lib. 20.* Assentiendum est, quicquid hic mentibitur. *Plaut. Milit. sc. 1. a. 1.* Item, Vt vera esse inducat quæ mentibitur. *Plaut. Mil. sc. 2. a. 2.* Ego vt te aduorsum mentiar mater mea. *Plaut. Aul. sc. 3. a. 4.* Non taces tu? Non mentior. *Plaut. Mœnæch. sc. 7. a. 5.* Quid mihi sit boni, si mentiar? *Plaut. Most. sc. 1. a. 2.* Item mentiti verum robur. *Fab. cap. 16. lib. 2.*] Qui enim mentitur, non ipse fallitur. sed alterum fallere conatur. Qui verò mendacium dicit, tum ètiam fallitur, quum credit se verum dicere. Hinc *Nigidius apud Gell. cap. 11. lib. 11.* Vir bonus præstare debet, ne mentiatur: prudens, ne mendacium dicat. ¶ Aliquando tamen Mentiri, est per imprudentiam falsum dicere, sicut & Mendacium dicere. *Cicer. libr. 4. Tusculan.* Nunc ad philosophos veniam, qui negant amorem stuprum esse, atque in eo litigant cum Epicuro non multum mentiente. ¶ Interdum est fingere, simulare, imitari, & velle videri id quod non est: vt quum quis dicit, Mentiri sexum, Mentiri colorem suum fuco. *Martial. lib. 1.* Mentiturque virum prodigiosa Venus. *Colum. in præfat. lib. 1.* Attonitique mirantur æstus effœminatorum, quòd à natura sexum viris denegatum muliebri motu mentiuntur, decipiántque oculos spectantium. *Quintil. libro 2. cap. 15.* Et mangonum, qui colorem fuco, & verum robur inani fagina mentiuntur. *Pli. lib. 37. cap 8.* Inficitur, candoremque mentitur. ¶ Et dicimus Mentiri aduersus aliquem, Mentiri in aliquem, Mentiri alicui, & Menturi dè aliquo: quorum passim exempla occurrunt. *Mentibor, pro Mentiar: *apud Plautum in Mil.* Vide suprà. ¶ Huius compositũ est Ementior, quod est, aperte, seu publice ostendo quod non est, κατὰ συνκλησιμον. Item Mentiturus, a, um: *Ouid. Eleg. 3. lib. 4. Trist.* (Hæc) non mentitura tu tibi voce refer. Item mentitus, a, um, *Quintil.* Mentitum colorem exuere. *Quintil.* Hos non mentito reddidit ore sonos. *Ouid. 6. Fast.* Dixit me periurum & scelestum Pol haud mentitum est, (aliàs) mentitus est. Mentitus est. *Plaut. Pseud. sc. 6. a 4.*]

Mensă, æ, Ad quam accumbimus cibum sumpturi: dicta, (*inquit Var-*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ro) quasi mesa, id est, media, quòd inter duos statueretur. {שלחן *shalcan.* τράπεζα GAL. Table. ITA. *Mensa, tauola.* GERMAN. Ein tisch. HISP. *Mesa en que comemos.* ANG. *A table.*} *Virg.* 1. *Æneid.* Pars epulis onerant mensas, & plena reponunt Pocula. Duo autem fuerunt apud Romanos pretiosissima mensarum genera. Citrea, scilicet, & Acerna, de quibus *apud Martialem lib.* 14. *Epigrammata duo. Ouid.* 12. *Metamorph.* Hinc pede conuulso mense Pellæus acernæ Strauit humi Pelates deiecto in pectora mento Ad vmbras. *Cicer.* 6. *Verr.* Tu maximam & pulcherrimã mensam citream à Luradio abstulisti. *Horat.* 1. *Serm. Satyr.* 3. -modò sit mihi mensa tripes, & Concha salis puri, & toga, quæ defendere frigus Quamuis crassa, queat, &c. [Mensa varietate macularium conspicua. *Senec cap* 1. *de tranquil.* Peniculo nomen fecit mihi. Ideo quia mensam quando edo detergeo. *Plaut. Menæc. sc.* 1. *a.* 1. Scamnis considere longis mos erat, & Mensæ credere adesse Deos. *Ouidius* 6. *Fast.* Cereales cœnas dat, ita mensas extruit. *Plaut. Menæch. sc.* 1. *a.* 1. Te dormitare aiebas, mẽsa ablata est. *Plaut. Amp.* Cõmunicabo te semper mẽsa meã. *Plaut. Mil. sc.* 1. *a.* 1.] ¶ Quandoque ponitur pro prandio vel cœna. *Iuuenal. Satyr.* 1. -quum de tot præclaris orbibus, & tam Antiquis vna comedunt patrimonia mensa. Vnde & Primæ, & Secundæ mensæ, id est quę in principio & in conuiuij fine fercula apponuntur, Vulgus *Introitum & Exitum* mensæ appellat. *Ouid. de Nuce*, Poma cadunt mensis non interdicta secundis. *Cicer. ad Attic. lib.* 14. Secundam mensam dixit in numero singulari. Hæc (*inquit*) ad te scripsi, apposita secunda mensa. Accipitur etiam mensa pro abaco numulariorum, quemadmodum apud Græcos τράπεζα: vnde & ipsi numularij *à Cicerone* Mensarij vocantur, quos Græci vocant τραπεζίτας. *Cicer. in Pison.* Quid? stipendium militibus per omnes à ciuitatibus mensis palam propositis, esse numeratum? [*Gell. c.* 2. *lib.* 14. Mensæ rationibus probari datam pecuniã. *Plaut. Circul. sc.* 3. *a.* 5. Decem minas dum soluit omnes mensas transit. *Idem Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Isti postquam à mensa surgunt. (de argentariis) &c. ¶ Accipitur quandoque pro disco, siue quadra, qua vtimur in mensa ad epulas in frustula conscindendas. Fieri solet sequentiùs ex ligno aut stanno, olim etiam ex pane. *Virg.* 7. *Æneid.* Accisis coget dapibus consumere mensas. ¶ De mensa mittere, id est, de iis quæ apposita erant mensæ, *Cicer. ad Attic. lib.* 5. Discubuimus omnes præter illam: cui tamen Qu. de mensa missi, illa reiecit. Antiqui mensam vasorum quadratam habuerunt, vocauerúntque Vrnarium: de quo *vide Varronem.* ¶ Fuit & mensa vinaria rotunda, nomine Cylibantum, ἀπὸ τῆς κύλικος: sic enim Græci calicem vocant. Altera erat quadrata vna columnella subnixa, Cartibulum vocabatur. *Autor est idem Varro de ling. Lat. lib.* 4.

MĒNSŬLĂ, æ, diminutiuum, {τραπέζιον. GALLIC. Petite table. ITA. *Picciola tauola.* GER. Ein tischlin. HISPA. *Pequenna mensa.* ANG. *A litle table.*} *Plaut. in Mostel.* [*sc.* 3. *a.* 1.] Cedo aquam manibus, puer, appone hic mensulam.

MĒNSĀRĬUS, rij, Qui & Argentarius à Latinis, à Græcis τραπεζίτης, ὁ κολλυβιστὴς dicitur. {GAL. Banquier, caissier, changeur. ITA. *Cassiere, banquiere.* GERMAN. Ein wechsler. HISP. *Banquero ò cambiador.* ANG. *An exchanger or banker.*} *Liu. lib.* 7. *ab Vrbe.* Solutionem æris alieni in publicam curam verterunt: quinque viris creatis, quos mensarios à dispensatione pecuniæ appellarunt. *Cicer. pro Flacc.* Cum ciuitate mihi res est acerrima, & conficientissima literarum, in qua numus moueri nullus potest sine quinque Prætoribus, tribus Quæstoribus, quatuor mẽsarijs qui apud illos à populo creantur. [Mensarius & Numularius iidem sunt *apud Sueto. in Cæsa.* cap. 4.]

MĒNSŬLĀRĬI, Idem qui numularij, *vt patet ex Caio. l.* 47. *D. de pact.* alios autem numularios ab argentarijs fuisse *patet ex l.* 9 *D. de edendo.* Vtrũ igitur Mensularij dicti sint à mensulis, quas in minore negotiatione quàm illi, qui argentarij dicebantur, exercebant, an interdum pro argentarijs sumantur, & mensarius difficile dictu est.

MĒNSĬŌ, onis. Vide METIOR.

MĒNSĬS, is. A Metior deducitur, quasi numerus dierum mensus. {חדש *chodhosch. μὴν.* GALLI. Mois. ITAL. *Mese.* GERMA. Ein monat. HISPAN. *El mes.* ANG. *A monath.*} *Cicer. lib.* 2. *de Natura deorum.* qui quia mensa spatia conficiunt, Menses nominantur. *Macrobius* à Græco μὴν, id est à Luna trahit: nam Lunæ curriculo mensis conficitur. *Terent. in Adelph.* Compressu grauida facta est, mensis hic decimus est. [In decem mensibus homo ederetur. *Gell. cap.* 1. *lib.* 14. Alter decumo post mense nascetur puer quàm seminatus, alter mense septimo. *Plaut. Amphitr.* Alter peperit decumo mense post. *Plaut. Aul. sc.* 6. *a.* 4. Vel sex operibor menses. *Plaut. Pseud. sc* 3. *a.* 1. Septem menses sunt cum nemo in hasce ædes intro tetulit pedem. *Plaut. Mostel. sc.* 2 *a.* 2. ¶ Mensum pro Mensium. *Ouid.* 5. *Fast.* Cum tua sint, cedantque tibi confinia mensum. Et Iterum *Idem Ibidem.* Nec tu dux mensum Iane biformis eras. *Item Plaut. Mostel. sc.* 1. *a.* 1. Ita vetus Codex paucorum mensium sunt reliquæ reliquiæ.] *Horat.* 2. *Epist.* 1. Qui vel mense breui, vel toto est iunior anno. *Stat.* 1. *Syl.* -stupet ipse labores Annus, & angusto bisseni limite menses *Virgil.* 3. *Georgic.* Sæpe diem noctemque, & totum ex ordine mensem Pascitur. *Terent. Adelph.* Hæc dum dubitas menses abierunt decem. *Virg.* 4. *Eclog.* Et incipient magni procedere menses. ¶ Menses in plurali, sunt mulierum menstrua. *Plin. lib.* 21. *cap.* 25. Cient menses è vino pota. *Idem lib.* 21 *capite* 21. Prodest & orthopnoicis & anhelationi mulierúmque mensibus retardatis. * Mensis etiam in singulari idem significat. *Plin. lib.* 28 *capite* 4. Multa genera morborum primo coitu, soluuntur, primóque fœminarum mense. Hinc Trimestris, τρίμηνος, trium mensium. *August. lib* 13. *de Ciuitate*, Arcades, quorsi anni trimestres fuerunt. ¶ Bimestris duorum mensium. [De vario numero mensium in anno. *Plutarch. in Num.*]

MĒNSTRŬŪS, a, um, Quod est vnius mensis. {μηνιαῖος, ἑνημέριος. GAL. D'vn Mois, ou qui vient de mois en mois. ITALIC. *Di vn mese.* GERMAN. Das eines monats ist. HISPA. *Cosa que dura vn mes.* ANG. *Of one moneth, or that cometh euerie moneth.*} *Cicer.* 1. *de Natur. deorum*, Huius hanc lustrationem eiusdem incensa radiis menstruo spatio luna complet, *Varro de Re rust. lib.* 1. *cap.* 27. Et quando tempora duorum generum sunt, vnum annale, quod Sol circuitu suo finit: alterum menstruum, quod Luna circumiens comprehendit, &c. *Cic. pro Rosc. Com.* Quid est, quòd negligenter scribamus aduersaria? quid est, quod diligenter conficiamus tabulas? qua de causa? quia hæc sunt menstrua, illæ æternæ.

Menstrua cibaria, *apud Cicer.* 5. *Verr.* quæ sunt vnius mensis. Sic Opp. menstruum, Menstrua vita. [Menstruum nullus miles secum ferre. *Liuius* 4. *d.* 5. Frumentum menstruumque gratuitum. *Suet. in Neron. cap.* 10. Menstruæ supplicationes, *Suet. in Gaiba cap.* 4. ¶ Menstruum etiam ponitur aliquando pro alimento in singulos menses legato: vt Annuũ, quod in singules annos *Vlp. in l. Qui ponis. ff. de cess. bonor.* Si quid misericordiæ causã fuerit relictum, putà, menstruum, vel annuum alimentorum nomine.

MĒNSTRŬĂ, orum, subst antiuum, pluralis, numeri, Menses mulierum profluuium est & purgatio frigidi & indigesti humoris, quem natura quasi noxium expellit. {נדה *niddháh* דוה *dovth.* τὰ καταμήνια, τὰ ἐμμήνια. GAL. Le flux de sang qui vient es femmes tous les mois, leur maie temaine. ITAL. *Flusso di sanguo che patiscono le donne ogni mese.* GERMA. Die vierwuchige kranckheit der weyberen. HISP. *La purgation de la muger.* ANGL. *A flixs of blood that a woman hath monethlie.*} Dicta sunt autem Menstrua, quod vnoquoque mense mulieribus, quæ eius ætatis sunt, vt possint concipere, soleant accidere. vnde etiam Menses appellamus. Menstrui virus describit *Plin. lib.* 7. *cap.* 15. *his verbis*, Sed nihil facilè reperitur mulierum profluuio magis monstrificum: acescunt lupetorum germina, & fructus arborum quibus insidere, decidunt: speculorum que nitor: aluei apum emoriuntur: æs etiam atque ferrum rubigo protinus corripit odórque diruus aëra. Et in rabiem aguntur: gustato eo canes, atque insanabili veneno morsus infigitur.

MĒNSTRŬĀLĬS, le, Quod singulis mensibus fit. {μηνιαῖος. GAL. D'vn mois qui se fait par chacun mois. ITAL. *Cosa che si fa ogni mese.* GERMANIC. Das alle monat geschicht. HISP. *Cosa que se haze cada mes.* ANGLI. *That is done euerie moneth.*} *Plaut.* [*Capt. sc.* 1. *a.* 3.] Qui solebam menstruales epulas ante adipiscier. ¶ Menstrualis mulier, quæ menstrua patitur, quæ mulieribus singulis mensibus accidere solent ἀπὸ τῶν ἐμμήνων ἔχουσα. *Plinius lib.* 19. *cap.* 10. Omnia verò accessu mulieris menstrualis flaueſcunt. *Idem lib.* 7. *cap.* 15. Solum autem animal menstruale mulier est.

MĒNSŪRĂ, Vide METIOR.

MĒNTAGRĂ, æ, Morbus dictus à mento, à quo incipit & faciem quidem, collum, pectus, manúsque fœdo quodam furfure occupat. {λειχὴν GALL. Male dartre. ITA. *Infermità che viene el mento.* GERMA. Ein böse raud scan dem kyne anfächt vnd weit vmb sich frisset. HIS. *La biuba Pempeyne de la barna.* ANG. *A tatter or ring worme.*} *Vide Plinium lib.* 26. 1. *& ea quæ annotauimus in dictione* Lichen.

Mente captus, Vide MENS.

MĒNTĔSĂ, ἡ Τέρμησσα, Ciuitas est Hispaniæ, in finibus Celtiberiæ *Ptol. lib.* 2. *cap.* 6.

MĒNTĔSĂ, ἡ Τέρτησσα, Oppidum Hispaniæ, in plaga Australi Celtiberiæ. *Ptolem. lib* 2. *cap.* 6.

Mēnthă, æ, ἡδύοσμος. GAL. Herbe appellee menthe ITA. *Menta herba* GERM. Münz ein kraut. HISP. *La yerua buena.* ANG. *Mynte.*} Vtra vulgò nota, etiam hodie apud nos nomen retinens: *ita dicta* à Græca dictione μίνθη. Sic enim olim hæc herba à Græcis vocabatur à nomine Minthes Cocyti filiæ, quam Proserpina cum Plutone deprehensam in hanc herbam commutauit: quæ postea commutato nomine propter odoris suauitatem dicta est ἡδύοσμος. *Plinius lib.* 19. *capit.* 8. ¶ Menthæ nomen suauitas odoris (hoc enim significat Hedyosmos) apud Græcos mutauit quum alioqui Mintha vocaretur: vnde veteres nostri nomen declinauerunt.

Mēnthāstrum. Syluestre olus dictum, quòd mentham imitetur, quasi syluestris mẽtha. {ἡδύοσμος ἄγριος. GAL. du pouliot ou de la menthe sauuage. ITAL. *Menta saluatica.* GERMAN. wilde münz. HISP. *El mastranto.* ANGL. *wild minte.*} *Plin. lib.* 20. *cap.* 4. *Dioscor. libr.* 3. *cap.* 40.

Mēntigo, inis. penult. prod. Genus morbi, quod pecudes inuadere solet, λειχὼ *Colum. lib.* 7. *cap.* 5. Est autem mentigo, quam pastores Ostiginem vocant, mortifica lactentibus. Ea plerunque fit, si per imprudentiam pastoris emissi agni, vel etiam hœdi roscidas herbas depauerint, quod minimè committi oportet: sed quum id factum est, velut ignis facer, os atque labra fœdis vlceribus obsidet.

MĒNTĬŌR. iris, Vide MENS.

MĪNTŌĂS, ὁ Μίντωας, Fluuius olim dicebatur, quem nunc (*Eustathio in Dionysium teste*) Istrum, siue Danubium appellamus. {GER. Die Thonaw.

MĔNTŌR, toris. ὁ Μέντωρ. pen. corr. Mirus fuit in vasis cælandis artifex *Iuuen. Satyr.* 8. Raræ sine Mentore mensæ. *Plin.* 33. *cap.* 11. L. verò Crassus orator duos scyphos habuit, Mentoris artificis manu cælatos festertiis c. *Idem lib.* 12. Mentori quotidie testimonium perhibet Capitolium Iupiter, & Diana Ephesia, quibus fuere consecrata eius artis vasa.

MĒNTŏrĕŭs, a um, *Proper. lib.* 1. Lesbia Mentoreo vina bibas opere.

MĒNTŌRĔS, pen. cor. ὁ Μέντωρες, *Stephano*, Populi fuerunt in Illyrico quorum meminit *Plin.* 3. *cap.* 21.

Mēntum, ti, ab eminendo: à gula enim eminet. {שפם *saphamm.* γένειον. GAL. Le menton. ITALI. *Mento.* GERM. Das kyne. HISP. *La barba de hombre ò muger.* ANGL. *The chinne.*} Et quanuis *Plin. lib* 11. *cap.* 37. dicat mentum nulli præter hominem esse, *Plautus tamen in Menech.* porcis etiam menta tribuit: Glandonicam (*inquit*) nullam, lardum, pernam. Itidem autem sinciput, aut menta porcina. *Item Virgil.* 3. *Georg. de boue.* Et crurum tenus à mento palearia pendent. *Cicer.* 1. *Tuscul.* Mento summam aquam attingens siti enectus Tantalus. *Virg.* 3. *Georg.* Nec minus interea barbas, incanáque menta Cinyphij tondent hirci, setáſque comantes Vsum in castrorum & miseris velamina nautis. Ecce autem ædificat Columnam mento suffulcit suo. *Plaut. Milit. sc.* 2. *a.* 2.]

MENTYRNA, ἡ Μέντυρνα, Vrbs Samnitum in Italia. Gentile Mentyrnęus.

Menus, lege MOENVS,

MENVS, Vir inter Samnitas natus, qui mirè solitudinem amabat, in qua nequid per otium perperam faceret, apes curabat.

MENŪTHĬĀS, ἡ Μενουθιάς. *Steph.* Insula est Æthiopiæ adiacens, iuxta Præsum promontorium: cuius meminit & *Ptolem. lib.* 4. *cap.* 6. Vulgò *Madagascarò Isla de S. Iorge.*

MENŸ-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ΜΕΝΟΥΤΗΙΣ, μένουθις. Vicus Ægypti non procul à Canopo: cuius incolæ Menuthiæ μενουθίται, vocantur, *Steph.*

Mĕo, as. Vado, vltro citróque eo. {הלך *haláech.* πορεύομαι. GALI. Aller a trauers, passer, trauerser. ITA. *Andare.* GER. Gehen. HISP. *Andar,* ir. ANG. *To go or flowe.* {*Plin.lib.9.cap.17.de accipensere,* Vnus omnium squamis ad os versis, contra aquam nando meat. *Idem lib. 6. cap.* 14. Interruptis angusto transitu iugis, ita vt vix singula meent plaustra. Anima means in membra diuersa. *Lucan. lib.3.* Mobilitas meandi per magnum mane. *Lucret. lib.2.* ¶ Est item Meare, fluere, manare. {נזל *nazál* נגר *nighghár.* ῥέω.} Vnde Meatus quos Græci πόρους vocant. *Plin. lib 20,cap.22.* Succus maluæ decoctæ, poros, hoc est, meatus suaues facit Huius composita sunt, Commeo, Immeo, Permeo, Remeo, & Transmeo, de quibus suis locis.

Meātŭs, Itio incessus, cursus. {הלך *héleeh* הליכה *haliechah.* πορεία, ὁ πόρος, ἄβασις. GALLI. Cours, passage. ITA. *Corso, passaggio.* GERMA. Ein gang oder bewegung. HISPA. *Corrida, passamiento.* ANGL. *A going, or flowing.* } *Plin.lib.10,cap.38.* Aues solæ (*inquit*) vario meatu feruntur, & in terra, & in aere. *Item lib.2.cap* 8. Meatus syderum, hoc est, cursus & motus astrorum. * Meatus etiam dicuntur πόροι, in corpore. *Plin. lib. 20.cap.21.* Succus maluæ decoctæ, poros, hoc est meatus suaues facit.

Meābĭlis, & hoc bile, adiectiuum, Quod meat. {βατὸς, πορθυτός. GALL. Qui passe facilement & va par tout. ITAL. *Chi passa facilmente per tutto.* GER. Gäng durchtringig. HIS. *Cosa passadera por lugar.* ANGLIC. *That goeth easilie through all.* } *Plin.lib.2.cap.1.* Vitalem hunc & per cūcta rerum meabilem aerem, id est, qui facilè per omnia meat & fluit.

[Meopte. *Plaut.Pseud.sc.2.a.3.* Hominum auaritia, non meopte ingenio. Meopte ingenio id reperi. *Idem Plaut.Mostel.sc. 2. a.1.*]

Mĕŏn, μέον, *Dioscoridi,* Herba est folia habens anisi non dissimilia, *quam Plin.libr.20.cap.23.* Meu *appellat,*

Mĕphītĭs, huius mephitis penult. prod. Terræ putor, ex aquis maximè sulphuratis, atque corruptis proueniens. {δυσώδης ἀποφορά. GAL. Vne puanteur de terre & eaux ensoulfrées. ITAL. *Puzza di terra solforata.* GERMA. Ein starcker gestanck so von dem erdtrich oder geschwäfelten wasseren heraus dempft. HISP. *Hedor de la piedra, tierra y agua suffre* ANG. *Astincke of the earth.* } Est & in nemoribus grauior ex densitate syluarum *Virgil. lib.7.* -nemorum quæ maxima sacro Fonte sonat, sæuámque exhalat opaca mephitim. ¶ Alij Mephitim Deum esse volunt, Leucotheæ connexum: sicut est Veneri, Adonis Dianæ Viribus. ¶ Alij Iunonem intelligunt, quam aërem esse constat. Omnis autem putor nonnisi ex corruptione aëris nascitur, sicut bonus odor de aëre incorrupto: vt sit Mephitis dea odoris grauissimi, id est, graueolentiæ. *Hæc Seruius in locum Virg. iam citatum.*

Mĕphītĭcŭs, a, um, Apud Sidonium Apollinarem pro fœtulento μυσαλέος.

[Mepte. *Plaut.Menæch.sc.8. a.5.* Certissimum est mepte potius fieri ieruum, quàm te emittam manu.]

MĔRĂ, μέρα, Proprium nomen sacerdotis Veneris. *Stat. lib.8.Theb.* Ægææ Veneris quos Mera sacerdos Ediderat perhibente Dea. ¶ Mera item Prœti & Antiæ filia fuit, quæ quum venationi dedita, Dianam per nemora sequeretur, à Ioue visa & dilecta est, qui sumpta Dianæ figura, cum ea concubuit. Quapropter quum postea ob patrati sceleris pudorem timens ne denuo deciperetur, vocanti se Dianæ obsequi nollet ab eadem sagittis confossa occubuit. Tandem in canem est mutata. *Ouid.lib.7.Metam.* Et quos Mera nouo latratu terruit agros. ¶ Est etiam alterius canis nomen, *de qua suprà in dictione* EREGONES.

Mĕrācŭs, a, um, penult. prod. Merus, solidus, purus, immixtus. {נקי *nakí* בר *rab.* ἄκρατος. GALLIC. Pur. ITALI. & HISPANI. *Puro.* GERM. Lauter oder vnuermengt. ANGLIC. *Pure, cleare, not mixed.* } *Plin.lib.13. cap.1.* Meracis potionibus per viginti dies ante Canis ortum, totidémque postea suadet Hesiodus vti. Vnde vinum meracum dicitur, quod nihil habet aquæ admistum. [Et meracum vocabulum, (i. merum Latinum.) *Gell.cap.18. lib.1.*] *Horat. 2. Epist.2.* Expulit helleboro bilem, morbúmque meraco. *Propertius,* Ah pereat quicunque meracas reperit vuas, Corrupítque bonas nectare primus aquas. Calepinus putauit huius dictionis penultimam syllabam corripi, adducens hunc versiculum ex *Lusi. in Priapum,* Constitui meracas, edidicíque notas. Sed quoniam hic versiculus mendæ suspicione non caret: tantí apud nos esse non debet, vt receptissimorum poëtarum testimoniis, quæ iam adduximus debeat præferri.

Mĕrācŭlŭs, diminutiuum ἀκρατόπερος, πάνυ ὄζωρος. *Plin. lib.20.cap.19.* Opium ex vino meraculo, si protinus detur, scorpionum ictibus resistit.

Mĕrācĭŏr, comparatiuum: & Meracissimus superlatiuum. Itaque Meracius bibere dicuntur ij qui minus aquæ vino miscent. ἀκρατότερον, ἀκρατίστερον, ζωρότερον. Dilutus, qui plus aquæ adhibent Celsus præcipit hyeme meracius bibendum esse, æstate dilutius. *Cic.3.de Natur.deorum,* Vt si medicus sciat eum ægrotum, cui iussisset vinum sumere, meracius sumpturum, statímque periturum, magna sit in culpa.

Mĕrcālis, Mercator, Mercatura, Mercatio, Mercatus, participiũ Mercatus, adiect. vide MERCOR.

Mĕrcēs, cedis, A merendo ære, *inquit Varro lib. 4. de lingua Lat.* Præmium, stipendium. {שכר *sachár.* μισθός. GALL. Loyer, salaire. ITAL. Mercede, *salario.* GER. Ein belonung/lid lohn. HISPAN. *Iornal de cada vn dia.* ANGL. *A reward or hyre.* } *Iuuen. Satyr.* 7. Scire volunt omnes, mercedem soluere nemo. [Merces mihi gloria detur (Suprà, facti præmia. *Ouid.3. Fast.* Cupio mercedem dare (ei) qui illum commonstret mihi. *Plaut.Curc.sc.4.a.4* Mercedem vbi eris nactus. *Plau.Asin.sc.2.a. 1.* Dromo mercedem retulit. (sup. operæ locatæ) *Ibidem sc.4.a.2.* Iam medico mercede est opus. *Plaut.Aul. sc.2.a.3.* Pro vapulando mercedem petam. *Plaut. Aul. sc.3.a.3.* Meritam mercedem dabo (sceleris) *Plaut.Capt.sc.vlt.a.5.* Qui mercedis domino demeret Perasus (i. quãti conductus est, *Plaut.Pseud.sc.7.a.4.*] *Cicer.pro Sext.Rosc.* Interim mihi videris Eruci vna mercede duas res assequi velle: nos iudicio perfundere: accusare autem eos ipsos, à quibus mercedem accepisti. [Merces quisque mortis suæ. (In proscriptione.) *Velleius.* Sui quisque periculi merces foret. *Petronius.* (Roma) Ipsa sui merces erat, & sine vindice præda. ¶ Quandoque ponitur pro reditu annuo qui ex agris percipitur. Nam pensio est reditus qui percipitur ex locatione prædiorum vrbanorum. *Cic.2.de Finib.* Vides igitur si amicitiam sua charitate metiare, nihil esse præstantius: sin emolumento, summas familiaritates prædiorum pretiosorum mercede superari. [*Sueton. in Cæs. cap.* 20. Publicanos remissionem petentes, tertia mercedum parte releuauit (i. eius pecuniæ, quam ex locato debebant. ¶ Quandoque pro pretio & damno. *Cice.ad Lent.* Tamen in molestia gaudeo te eam fidem cognoscere hominum non ita magna mercede, quam ego maximo dolore cognoueram.

Mĕrcēdŭlă, læ, diminutiuum. {τὸ μισθάριον. GAL. Petit salaire. ITALIC. *Picciolo salario.* GERA AN. Ein töhntin/ein kleine besoldung. HISPANI. *Pequenno jornal.* ANGLIC. *A litle reward.* } *Cicer.1.de Orat.* Itaque vt apud Græcos infimi homines mercedula adducti ministros se præbent in iudiciis oratoribus. [Mercedulas exigere à discipulis. *Quintil.*].

Mĕrcēnārĭus, rij, Qui mercedis gratia operam suam alicui præstat, operarius. {שכיר *sachír.* μισθοφόρος μισθωτὸς, ὑπομίσθιος. GAL. Mercenaire, qui fait quelque chose pour auoir salaire. ITAL. *Chi lauora à salario.* GER. Ein tagtöner. HISP. *El peon jornalero de vn dia.* ANGL. *That is hiree for a reward, a hireling.* { *Colum.* Siue mediarum facultatum dominus ex mercenariis aliquem recusantem iam quotidianum illud tributum, qui vectigalis esse non possit, ignarum rei, cui præfuturus est magistrũ fieri iubet. *Cic.1. Offic.* Illiberales & sordidi quæstus mercenariorum omnium, quorum operæ, non quorum artes emuntur.

Mercenarius, a, um, Qui mercede conductus est, emptus, redemptus, venalis {שכיר *sachír.* ἐμμισθος, μίσθιος, μισθοφορικὸς. GAL. Appartenãt à loyer & à salaire. ITALI C. *Cosa pertinente à salario.* GERMANI. Vmb lohn bestellt oder gedingt. HISPANIC. *Cosa perteneſciente à jornal de cada vn dia.* ANGLIC. *Hired for a reward.* } vt, Mercenarij testes *apud Ciceronem in Epistol.* & Mercenarium prætoris decretum, *apud eundem in Verrem,* Mercenarius & Gratuitus sunt contraria. *Cicer.1.de Leg.* Quid liberalitas? gratuitáne est, an mercenaria? Si sine præmio, benigna est, & gratuita: si cum mercede conducta. [Vox mercenaria, & opera forensis. *Quintil.*]

Mercimonium, Vide MERX.

Mĕrcŏr, aris, deponens est, Emo, mihi comparo, pretio concilio. {מכר *machár* קנה *kanáh.* ἀγοράζω, ἐμπορεύομαι. GALLIC. Marchander, acheter, ITA. *Mercare.* GER. Werben/gewerb schafft oder kauffmans schaft treiben item, kauffen. HISP. *Mercare ò comprar.* ANGL. *To vse merchandise, to bie.* } *Terent.in Heaut.* Inde adeo, quod agrum in proximo hic mercatus es. *Cicer.lib.1.Offic.* Sordidi etiam putandi, qui mercantur à mercatoribus quod statim vendant. *Plaut.in Epid.* Mercatus te hodie est de lenone Apœcides? [Qui scias mercari furtiuas. *Plaut. Curc.sc.2 a.5.* Qui hinc à nobis est mercatus mulierem. *Plaut.Pseud. sc.2.a. 2.*] *Terent.in Eunuch.* Quidam eunuchus, quem mercatus fuerat frater Thaidi. * Mercari ad certam summam. *Cicer. ad Gallum lib. 7.* Sed essent, mi Galle, omnia facilia, si & ea mercatus esses quæ ego desyderabam, & ad eam summam quam volueram. ¶ Mercari Græca fide, est vbi non verbis, neque stipulationibus, sed præsenti pecunia res agitur. Ob leuitatem enim Græcis nihil habebatur fidei, nisi præsentem pecuniam numerassent. *Plaut. in Asin.* Cætera quæ volumus vti, Græca mercamur fide. ¶ Mercari præsenti pecunia. *Idem in Capt.* Quos tam grandi sum mercatus præsenti pecunia. ¶ Composita sunt, & Commercor. *Plaut.in Capt.* Pater ergo captiuos commercatur alios. ¶ Præmercor, ante alios mercor, vt scilicet carius vendam.

Mĕrcātŭs, a, um, partici. {ὠνητός. GAL. Qui achete, [ou qui est achepté, Nam modò actiuè, modò passiuè ponitur.] ITAL. *Mercante.* GER. Gekaufft. HISP. *Mercador ò comprador.* ANGLIC. *Vijing or making marchandise, that bieth.* [Actiuè: vt apud *Terent.*] Agrum in proximo mercatus es, id est, emisti. ¶ Passiuè. {נמכר *nimchár* נקוח *nikníh.* ἐμπορευτός. GALL. Acheté. ITALI. *Comprato.* GERMAN. Das gekaufft ist. HISP. *Comprado.* } *Pli.lib.37. cap. 2.* HSCLM. trullam vnam non ante multos annos mercatam à matrefamiliãs nec diuite.

Mĕrcātŭs, us, Mercatura, mercatio. {מקנה *mikníh.* ἐμπόρημα. GALLI. Marchandise, achet, [traffiq.] ITA. *Mercato.* GERM. Ein kauffmanschaft oder kauffung. HIS. *El mercador, obra de mercar.* ANG. *Merchandise, or bying.* } *Plaut.in Most.* Ædes filius tuus emit. TE. ædes? TR. ædes. TR. Euge Philolaches patrissat, & iam homo in mercatum auortitur. ¶ Aliquando etiam pro loco accipitur, ad quem mercatores emendi, vendendíque gratia conueniunt, quem etiam appellant Emporium, vel Forum. {ἐμπόριον. GAL. Marche. ITA. *Mercato* GERMA. Ein marckt/ein ort an welchem man marckt oder máss haltet. HISPAN. *Mercado, lugar de mercar ò comprar.* } *Liu.lib. 1. ab Vrbe,* Tullus ad Feroniæ fanum mercatu frequenti negotiatores Romanos comprehensos querebatur. *Cicer.lib.1. Offic.* Quorum tanquam ad mercatum bonarum artium, profectus sis, inanem redire turpissimum est. [Abij cum patre Tarentum ad mercatum. *Plaut.Menæch.sc.vlt.a.5.* Mercatus & ludi funebres (Olympiorum) *Velleius.*] *Terent.in Adelph.* emptæ mulieres complures, & item hinc alia quæ porto in Cyprum, nisi eò ad mercatum venio, damnum maximum est. Quem in locum *Donatus annotauit,* Mercatum aliquando accipi pro ipso tempore, quo negotiatores ad emendum & vendẽdum conueniunt: hoc est, pro ipsis nundinis. [*Sic Plautus Asin.sc.4.a. 2.* Asinos vendidit mercatori Pellæo mercatu (.i. in ipsis nundinis, GAL. A la Foire.]

Mĕrcātĭo, onis, verbale, Emptio. {מקנה *mikníh.* ἐμπόρευσις. GALL. Achet, marchandise. ITA. *Il mercare.* GERM. Kauffmanschaft oder kauff. HISPA. *Obra de mercar.* ANGLIC. *Merchandise, bying.* {*Gell. lib.3.cap.3.* Pecunia omni in mercationibus perdita,

Mĕrcātŏr, oris, Qui in exportandis aut importandis mercibus operam suam collocat. {סחר *socher.* παλιγκάπηλος, ἔμπορος. GAL. Marchant. ITA. *Mercante.* GERM. Ein kauffman krämer. HISPANIC. *Mercador ò comprador.* } *Horat.1.Epist.* Impiger extremos currit mercator ad Indos. *Cic. in Orator.* Neque me diuitiæ mouent, quibus omnes Africanos & Lælios multi venalitij, mercatoréque superarunt. *Iuuenal, Satyr.14.* Sacci mercator olentis. *Horat.de Arte,* Mercatórve vagus, cultórque virentis agelli. [Cepi tabellas, consignaui dedi mercatori, qui ad herum deferat. *Plaut.Merc.sc.1.a.2.* Periphanes Rhodo mercator dilues. *Plaut. Asin.sc.4.a.1.*]

Mĕrcātūră, æ, negotiatio, seu actus mercandi. {סחר *sáchar.* ἐμπορικὴ. GAL. Marchandise. ITAL. *Mercantia.* GERMA. Gewerb schafft/kauffmanschaft/hant tierung kauffen vnnd verkauffen. HISP. *Marcaderia.* ANG. *The*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

thrade of merchantes in bying.} [Mercaturæ olim honos habitus. *Plutar. in Solon.*] *Cic. lib.* 1. *Offic.* Mercatura autem si tenius est, sordida putanda est: sin magna & copiosa, multa vndique apportans, multis sine vanitate impertiens, non est admodum vituperanda. Dicimus autem, Facere mercaturam, pro exercere. *Cic.* 7. *Verr.* Alios qui à prædonibus erant capti, quum mercaturas facerent, &c. *Idem de lege Agrar.* Hanc verò emendi & vendendi quæstuosissimam ac turpissimam mercaturam, alienam actione Tribunitia, alienam dignitate pop. Rom. semper putaui.

Mercālis, le, Vendibilis. {ὠνιος GALLIC. Vendible. ITALI. *Vendible mercantesco.* GERM. Verkeuffig oder feil. HIS. *Cosa que se puede vender.* ANG. *Saleable.* } *Columella lib.* 7. *cap.* 6. Ex his singula capita quæ videntur esse robustiora, in supplementum gregis reseruantur, cætera mercalibus traduntur: id est, vendibilibus. Quædam exemplaria hîc legunt Mercantibus, non mercalibus. ¶ Hinc componitur promercalis, de quo infrà.

[Mercedinum mensis intercalaris. *Plaut. in Num.* Mercedonius dicitur ab eodem, *in Cæsare.*

Mercēdūlă, Mercenarius, Vide MERCES.

Mercurālis, Herba est insigniter aluum ciens. {μινζαρσις. GALLI. Herbe appellée Mercuriale ou soirolle. ITA. *Mercorella.* GERM. Bingelkraut/ Bäwurtz oder Mercurius kraut. HISP. *Mercuriales, ortiga muerta.* } Huius duo genera, masculus & fœmina. *Plin. lib.* 25. *cap.* 5. Linozostis, seu parthenion, Mercurij est inuentum, ideo apud Græcos Hermupoan multi vocant eam, apud nos omnes Mercurialem.

MERCVRIVS Iouis & Maiæ filius, ita dictus à mercib. eo quòd negotiatoribus præsidere existimetur. { GERM. Ein Son Jouis vnd Maiae / der Kauffleuten Gott. } A Græcis ἑρμῆς dicitur, ἀπὸ τῦ ἑρμηνεύειν hoc est, ab interpretando. Variis à Poetis appellatur nominibus: nam modò Ligius dicitur, modò Argiphontes, modò Nomius, modò Cyllenius. ¶ Præter hunc tres alij fuisse Mercurij dicuntur: vnus Cæli & Diei filius: alter Liberi & Proserpinæ: tertius Iouis & Cyllenes, quem fama est, ob Argi cædem profugum, literas Ægyptiis ostendisse: verùm omnes ad Maiæ filium referuntur. Alas in capite & in pedibus ponunt, volentes signare, velocem ferri per aera sermonem. Ideo deorum nuntium dictum putant, quoniam per sermonem omnia cogitata enuntiantur. Dictus est Deus facundiæ quòd hominibus eloquentiam præstare putabatur. Habitus Deus mercatorum, palæstræ, furum, κτήσιος, παρδάος, Lyram inuenit. Hermaphroditum ex sorore Venere genuit: Marrem è carcere liberauit: Argum interemit: Prometheum in Caucaso religauit. ¶ Fuit præterea alius hoc nomine AEgyptiorum sacerdos superioris (vt putatur) nepos, qui à Græcis ἑρμῆς τρισμέγιστος, hoc est, Mercurius, ter maximus dictus est, quòd & summus esset sacerdos & sapientissimus philosophus, & rex potentissimus. ¶ Est etiam Mercurius vnus ex septem planetis, cuius corpus cunctorum syderum minimum, ferè semper subest radiis solaribus, á quibus non recedit longiùs, quã viginti octo gradus. Ideo ab Astronomis σιλέων dicitur, quod est radians. Vnde etiam solatus & perustus fingitur, quòd Soli vicinior sit, quàm reliquæ stellæ *Cic. lib.* 3. *de Natura deorum, quinque Mercurios commemorat:* Mercurius (*inquit*) Vnus Cælo patre, Die matre natus, cuius obscœnius excitata natura traditur, quòd aspectu Proserpinæ cõmotus sit. Alter Valentis & Phoronidis filius, is qui sub terris habetur, idem Trophonius. Tertius, Ioue tertio natus ex Maia, ex quo & Penelopa Pana natum ferunt. Quartus Nilo patre quem AEgyptij nefas habent nominare. Quintus, quem coluit Pheneatæ, qui & Argum dicitur interemisse, ob eámque causam AEgypto præfuisse, atque AEgyptiis leges & literas tradidisse. *Hactenus Cic. Virgil.* 4. *Æneid.* Tunc sic Mercurium alloquitur, ac talia mandat. &c.

Mercūriōlus, Diminutiuum à Mercurius apud Apuleium in Apologia, Ita minutatim ex tabulis compacta crassitudine Mercuriolum expediri potuisse.

Mercūriālēs, Videntur fuisse sodales ex collegio aliquo in honorem Mercurij instituto. *Cic. ad Qu. fra. lib.* 2. M. Furium Flaccum, equitum Romanũ, hominẽ nequã, Capitolini & Mercuriales de collegio eiecerũt.

Mērdă, æ, Cibi excrementum: { צואה *tsoáh* צאה *tsĕáh* אשפות *aschpŏth.* σκῶρ, μίνθος. GAL. Merde, estron. ITAL. *Merda.* GER. Dreck / HISPANI. *Estiercol.* ANGLIC. *Dirte, dusng.* } *Horatius lib.* 1. *Serm.* Mentior at siquid merdis caput inquiner albis Coruorum atque in me veniat mictum atque cacatum Iulius.

Mērdo, as. χέζω, á quo permerdo, de quo suo loco, & conspurco.

Mere, aduerbium. Vide MERVS.

Mērendă, æ, Cibus, *autore Nonio*, qui datur post meridiem. {τὸ μεθ' ἑσπέραν, τὸ μετ' ἄριστον φαγεῖν. GAL. Le reciner, le gouster, à ITAL. *Merenda.* GERM. Das abentessen oder abentbrot. HIS. *La merenda del medio dia.* ANG. *A boier, a noone meale, meat of ter noone.* } Vnde & Merendo, às, *Plaut. in Most.* Videsis ne fortè ad merendam quopiam diuorteris, atque ibi melius quàm satis fuerit, biberis. *Festus*, Merendam antiqui dicebant, pro prandio, quòd scilicet medio die caperetur.

Merēndārius. Alumnus. *Seneca Controuers. lib.* 10. *in* 4. Bussus, Ostende nobis meredarios tuos. Labienus cõmodiùs, Ostende nobis alũnos tuos.

Mĕrĕo, es, & Mereor, eris, deponens, indifferenter efferunt præteritum merui, vel meritus sum: & proprie significat aliquid facio quamobrem aut præmium accipere dignus sim, vel pœnam pati. { μισθοδοτοῦμαι, τέρομαι, δίδομαι, ἄξιος εἰμι. GALLI. Meriter deseruir. ITALI. *Meritare.* GERMAN, Verdienen / beschulden. HISPAN. *Merescer.* ANGLI. *To merite, to deserue.* } Et in hac significatione frequentiùs vtimur verbo Mereor, præterquam in præterito, quo indifferentèr vtimur. Et tam in bonam partem accipitur quam in malam *Plau. in Mostel.* Quid merear, quamobrem mentiar? *Quintil. lib.* 4. *cap.* 1. Nam vt optabile est plus fauoris mereri: sic proximum odij minus. [Si mereor, strudiis adsit amica meis. *Ouid.* 3. *Fast.* Mereri comitia & facere. *Quintil.*] *Cic.* 1. *de Natur. deor.* Quid enim mereas, vt Epicureus esse desinas? *Terent. in Andr.* Vnum hoc scio, hanc meritam esse, vt memor esses sui. *Pla. in Trinummo.* Non videor meruisse laudem, culpa caruisse arbitror. [Meruit nomen clarum. *Quintil.* Qui scis an istuc (malum) tibi eueniat? Nunquam merui: Tu meruisti: & nunc meres. *Plau. Mostel. sc.* 1. *a.* 1. Neque re neque verbis de te merui, vt faceres quod facis (i. vt me irrideres) *Plautus Aulul. sc.* 4. *a.* 1. Accipiam hominem, quibus dictis meret *Plau. Menæch. sc.* 1. *a.* 5. Te, vt digna es, perdam, atque vt de me meres. *Plaut. Asin. sc. a.* 1. Nam illa tuo facit iussu, nihil quicquam meret (lup. malũ) *Ibidem.* Quanti conducta chlamys? quid meret machæra? quid mercedis, quid meret? quantillo argento se conduxit? *Plaut. sc.* 7. *a.* 4. Meruisse me fateor maximum malum. *Plaut. Merc. sc.* 6. *a.* 2. Vtrut ergò me merita est. *Plaut. Amphitr. sc.* 1. *a.* 5. Quid de te merui qua me causa perderes? *Plaut. Menæch. sc.* 2. *a.* 3. Ter meruisti culpam. *Ter. Menæch. sc.* 1. *a.* 5. Bene merenti male refertur gratia. *Plaut. Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Bene merenti, bene profuerit, malè merenti, par erit. *Plaut. Capt. sc.* 2. *a.* 2. nunquam possum refere gratiam vt meritus est de me. *Plaut. Most. sc.* 3. *a.* 1. Magis amabũt cum videbunt, benè merenti (me) gratiam referre. *Idem Most. sc.* 1. *a.* 1. Ad carnificem dabo. Meritus est. *Plaut. Capt. sc. vlt. a.* 5.] ¶ Mereri de aliquo bene, malè, præclarè, εὐεργετῶ, illius contrarium κακῶς ποιῶ, idem est quod conferre aliquid boni, vel mali in aliquem, & hoc fere cum altero horum aduerbiorum Benè, vel Malè, vt, Bene mereri de aliquo εὐεργετῶ. est aliquid beneficij in aliquem conferre. *Virgil.* 4. *Æneid.* Si bene quid de te merui. Malè mereri de aliquo, κακῶς ποιῶ, idem est quod offendere. *Plaut. in Curcul. sc.* 3. *a.* 1.] Heus tu mulier, male mereri de immerente imscitia est. ¶ Interdum sine his aduerbiis, Mereri de aliquo, quod modò in bonam, modò in malam partem pro rerum ratione dicitur. *Cicer.* 6. *Verr.* Talis ille vir fuit, ita de populo Romano meritus, vt non vni familiæ, sed vniuersæ ciuitati commendatus esse debeat, hoc est, tam multa beneficia in populum Romanum contulit. ¶ Mereo etiam significat stipendia facio in militia, μισοφορῶ. hoc est stipendij gratia milito: & tunc datiuum, aut ablatiuum requirit, vel absolute ponitur. *Lucan. lib.* 10. Æra merent paruo, *Stat. lib.* 4. *Thab.* -non hi tibi solùm Amphiarae merent. *Luc. lib.* 6. Scæua viro nomen, castrorum in plebe merebat. *Ouid.* 3. *Fastorum:* -totidem Pilanus habebat Corpora, legitimo quisque merebat equo. Dicimus etiam Merere pedibus. *Liu.* 4. *belli Punici*, Vt ij omnes quos Censores notassent, pedibus mererent. ¶ Aliquando etiam accusatiuo iungitur, *vt apud Suetonium*, Prima stipendia meruit. Et in hac significatione vix vsurpatur verbo deponente Mereor. Non autem dicimus Mereri pedibus, vel Mereri stipendia: sed Merere pedibus, Merere equo, merere stipendia. ¶ Hinc Emeriti milites dicuntur, qui militia perfuncti sunt, quique legitimum militiæ tempus expleuerunt. *Plin. lib.* 11. Notissimè quæsitis, & iam emeritis inchoatæ. Nonnunquam etiam passiuè sumitur, vt apud Quintilianum. Emeritis huic bello stipendiis. Et per translationem Emeriti boues dicuntur, quibus senio debilitatis vacatio ab opere datur. Emeriti verò senes, solent habere eos qui pro se laborent, qui dicuntur pro alio opus agere. ¶ Item Mereo simpliciter ponitur pro militare, & in militia esse. *Cic.* 7. *Verr.* Clamabat ille miser, se civem Romanum, municipem Cossarum, meruisse cum L. Pretio splendidissimo equite Romano, qui Panhormi negotiaretur. *Liu. lib.* 1. *Dec.* 3. Cum hac indole virtutum ac vitiorum triennio sub Asdrubale Imperatore meruit. ¶ Accipitur etiam Mereo, pro turpem quæstum facio, ἐργάζομαι, πορνεύω. Inde Meretrices dicuntur, quæ corpore quæstum faciunt: & Meritorij pueri, qui quæstus gratia prostituuntur. [*Vide Gell. cap.* 18. *lib.* 2. à domino Lenone ad merendum puer coactus. Item Scorta meritoria. *Sueton. in Claudio cap.* 15.] & Meritoria tabernacula, uersorium mercenarium, quò quæstus gratia hospites accipiuntur. ¶ Composita sunt, Commereor, Demereor, Emereor, Promereor: hinc Commereo, Demereo, Emereo, Promereo: de quibus suis *locis.*

Mĕrĭtūs, ta, tum, nomen ex participio, Debitus, conueniens. {ראוי *raúi.* ἄξιος. GAL. Merité, deserui. ITA. *Meritato, conuenienti.* GERM. Billich / gebürlich. Item Verdienet / beschuldet. HISPAN. *Merescido, conueniente.* ANG. *Deserued, due.* } *Virgil.* 1. *Æneid.* meritos aris imponet honores. *Idem* 1. *Æneid.* Et pater Anchises passis de litore palmis Numina magna vocat, meritósque indicit honores. *Ouidius in Ibin.* Huic igitur meritas grates, vbicunque licebit, Pro tam mansueto pectore semper agam. ¶ Meritus verò cùm est participium, significat eum qui aliquid meruit. *Plin. lib.* 7. *cap.* 30. *de Cicerone*, Primus in toga triumphum linguæque lauream merite. [Vide exempla suprà.] ¶ Passiuè etiam interdum accipitur. *Idem lib.* 7. *cap.* 18. quæ Cannis corona merita. *Virgilius Æneid.* 8. -merita accendit Mezentius ira} (Immeritus. ἀπάξιος. *Virgil. i. Æneid.* Postquam res Asiæ, Priamíque euertere gentem immeritam visum superis. A quibus Meritissimus, & Immeritissimus. *Terent. in Phorm.* Iamdudum te omnes nos accusare audio immeriti, & me omnium horum immeritissimum. ¶ Meritum meum est: hoc est, meritus sum. *Terent. in Heaut.* Hui, tam graues hos quæso? sic mentum est meum. *Idem in Phorm.* Faciamque, & dicam. Benigne dicis. Pol meritum est tuum, id est, meritus est. ¶ Sic merito meo. *Plaut. in Aul.* -nemo enim me accusauit Merito meo. Hoc est propter peccatum: à me admissum. *Ibidem*, Decet verecundum esse adolescentem Argyrippe. AR. ædepol pater, Merito tuo facere possum, Id est, meritus es tua in me beneficiis, vt illud præstem. ¶ Pro merito hoc est, ita vt meritus est quispiam. *Terent. in Phorm.* Non potest satis pro merito ab illo tibi referri gratia.

Mĕrĭtĭssĭmŭs, superlat. *Plin. Epist. lib.* 5. *Pontio*, Quod mihi cognitum est non fama, qua alioquin optima & meritissima fruitur.

Mĕrĭtum, ti, Dicitur quum vel malè vel bene de aliquo meremur. Est enim vocabulum medium, quod tam in meliorem, quàm in deteriorem partem accipi potest. Quando in bonam partem accipitur, idem ferè est quod beneficium. { חמד *chéfedh* αποδοτὸν ἔργον, ἀγαθοποιία. GALLIC. Merite. ITA. *Merito.* GER. Einverdienst oder guthat / wolthat. HISP. *Merescimiento.* ANG. *Deserte, wor thineſſe.* } *Plancus Ciceroni*, Quid enim pro maximis tuis, ac pene immortalibus in me meritis, præstare amplius possum? *Virgil.* 9. *Æneid.* Meriti tanti non immemor vnquam, *Idem* 8. *Epist.* 12. Est aliqua ingrato meritum exprobrare voluptas. *Idem* 8. *Metamorpho.* Nil agis, ah frustra meritorum oblite meorum? [Denique cum meritis Impleueris omnia Cæsar. *Ouid. Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.* Ipse quoque (liber pater) ætherias meritis inuectus in arces. *Ouidius Eleg.* 4. *lib.* 5. *Trist.* Meritis expendite causssam. *Ouid.* 13. *Metamor.* Item Meritæ formæ. *Ouid. in Epist. Sapphus*, Et formæ meritis tu mihi Phœbus eris.] Quum in peiorem, idem quod peccatum, culpa, ἀξία *Ouid. Epist.* 5. Leniter ex merito quicquid patiare ferendum est. *Item Vatinius ad Ciceronem*, Scis meam fortunã: nescio quomodo facilè obtrectatores inuenire, non meo mehercule merito. [*Plaut. Asin. sc.* 2. *a.* 1. Quod tibi male fa-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

male facere potero, faciam; meritóque id faciam tuo. *Ibidem sc.2. a.3. & sc 1.a.5. Et Ouid.Eleg.9.lib.3.Triſt.*] ¶Dicitur etiam Meritum, pro mercede, *vt annotauit Budæus ex illo Terentij in Phorm.* Egóne illam cum illo vt patiar nuptam vnum diem? Nihil ſuaue meritum eſt, id eſt, nihil mihi mercedis ſuaue eſt, vt ego illam cum illo nuptam feram.

Meritiſsimum, ſubſtantiuum, hoc eſt maximum meritum. *Plaut. in Aſin.* -iube aduenire, quæſo, Meritiſſimo eius, quæ volet faciemus.

Mĕrĭtō, aduerbium. Non iniuria, dignè, iure. {εἰκότως, ἀξίως. GAL. A bon droit & à bonne cauſe, en l'ayant merité. ITA. *Degnamente, meritamente.* GERMAN. Billiglich/auß verdienſt. HISP. *Dignamente, merecidamente.* ANG. *with good cauſe, worthelie*} *Terent. in Adelph.* Bene facis, meritò te amo. *Cicer.5.Verr.* Quanquam meritò ſum iratus Metello, tamen hæc quæ vera ſunt, dicam. [Ago gratias meritò magnas, *Plaut.Capt.ſc.1.a.5.* Meritóque vobis bona ſe facere quæ facit. *Plaut.Prolog. Amphitr.* Ego te amo, tu me amas meritò vtérque fieri exiſtimat. *Plaut.ſc.3.a.1.* Vt te accuſem meritò meditabar. *Idem Aul.ſc.5.a.3.* Perfidiæ laudes gratiáſque habemus meritò magnás. *Plaut. Aſin.ſc.2. a.3.* Merito ea tibi euenerant à me. *Plaut.Capt.ſc.3.a.2.*] Superlatiuum habet Meritiſſimò, itidem aduerbium, citra tamen, comparatiuum. *Cicer.de Orat.lib.1.* Primùm Scæuolæ te dediſti, quem omnes amare meritiſsimò pro eius eximia ſuauitate debemus. [P. Gallio, Cui egò meritiſsimò omnia volo & debeo, hæres eſto. *Quintil.*]

Mĕrĭto, as, Frequentatiuum à Mereo. μισθοφορῶ. GALLIC. Meriter, deſſeruir, gaigner. ITA. *Guadagnare.* GER. Gewinnen. HISP. *Ganar.* ANG. *To deſerue.*} *Plin.lib.7.ca.31.* Quippe quum iam apud maiores Roſcius hiſtrio H-S. quinquaginta annua meritaſſe prodatur. [Haud in malè meritantem malè dicax es. *Plaut.Curc.ſc.2.a.4.ſic legit Paſſer.* pro meditantem.]

Mĕrĭtōrĭus, a, um, Quod quæſtus gratia locatur. {שכיר *ſachîr. μίσθιος.* GALLIC. Meriter, deſſeruir, gaigner. ITA. *Che ſi da per guadagno, che ſi da à nolo.* GERMAN. Das man vmb gelt oder gewins willen außleihet. HISP. *Coſa alquilada por precio.* ANG. *That is ſettforgaine.*} Hinc equi meritorij & meritoriæ rhedæ. ζεύγη μίσθια. Meritoria vehicula. *Tranq.in Calig.cap.39.* Quicquid inſtrumenti veteris aulæ erat, ab vrbe repetit, comprehenſus ad deportandum meritoriis vehiculis. ¶ Meritorium quoque cœnaculum idem Tranquillus dixit, pro ablocatitio diuerſorio: ita de Vitellio ſcribens, Satis conſtat exituro viaticum defuiſſe: tanta egeſtate rei familiaris, vt vxore & liberis, quos Romæ relinquebat, meritorio cœnaculo abditis domum in reliquam partem anni ablocaret. ¶ Pueri meritorij, dicuntur ſcorta maſcula, quæ ad turpem quæſtum proſtituuntur: quemadmodum mulieres, quæ corpus ſuum virorum libidini proſtituunt, Meretrices appellantur: vtrique à merendo dicti, quòd corpore ſuo mereant, hoc eſt turpem quæſtum faciant. *Cicero. in Anton.* Ingenui pueri cum meritoriis, ſcorta cum matribus familiàs verſabantur. [Scorta meritoria. *Suetonius in Calig. cap.* 15. Meritoria artificia (i. artes mercenariæ.) *Senec. Epiſt.89.*] Meritoria ſunt loca quæ mercede locantur à merendo dicta. *Vlp.lib.13.D.de vſufru.* Quod autem dicit meritoria non facturum, ita accipe quæ vulgò *Diuerſoria*, vel *Fullonica* appellant. Hinc Taberna meritoria, diuerſorium atque hoſpitium mercenarium, quò cuique introire licet danti mercedem. ¶Ratio verò meritoria, quaſi vilis & malè coempta. ¶Aliquando Meritorium abſolutè dicitur, pro taberna mercede conducta. *Iuuenal.Satyr.3.* -nam quæ meritoria ſomnum Admittunt. [Meretricum cellæ. *Interpres Iuuenal.*]

Mĕrĕtrix, cis. {זונה *zonáh* ἑταίρα, πόρνη. GALLI. Paillarde, putain. ITAL. *Meretrice.* GERMA. Ein hur oder Darn/ ein gemeine mätz. HISPAN. *Puta.* ANGLIC. *An harlott, or hoore, à ſtrumpet.*} A merendo. nam mercede videtur merere, quæ copiam ſui corporis facit. Hæc etiam Proſtibula dicitur, ſiue à proſtando, ſiue (vt alij putant) quòd pro ſtabulis, hoc eſt ante diuerſoria ſoleat habitare. *Vnde & Plautus in ciſtel.* [*& Men.ſc.7.a.5.*] Intro ad bonam meretricem: in via ſola proſtibula ſane eſt. *Idē Truc.* Meretricem ego itidem eſſe reor, Mare vt eſt, quod des deuorat, nunquam abundat. *Idem in cap.* Hic neque periurus leno eſt, nec meretrix mala. *Ouid.1.Amor.Eleg.15.* Dum fallax ſeruus, durus pater, improba lena Viuet, dum meretrix blanda, Menandrus erit. *Horat.1. Serm.Satyr.4.* à turpi meretricis amore, Quum deterreret. [Eſcaeſt meretrix, illex. *Plaut. Aſin.ſc.3.a.1.* Meretrix tantiſper blanditur, dum illud quod rapiat videt. *Plaut.Menæc.ſc.3. a.1.* Meretrices hunc morem habent, ad portum nituntur. *Plaut.Men.ſc.2.a.2.* Meretrices nuſquam blandiores. *Plaut.Ibid.ſc.1 a.2. & ſc.3.a.2.* Leno eam vult meretricem facere. *Plaut.Curcul.ſc.1. a.1.* Condignè hæc meretrix fecit, vt mos eſt meretricibus. *Plaut.Men.ſc.5.a.5.* Matronæ, haud meretricum eſt vni inſeruire. *Plaut.Moſtel. ſc.3.a.1.* Meretrices ſunt illecebræ argentariæ. *Plaut.Menæch.ſc.4.a.2.*]

Mĕrĕtrīcŭla, diminutiuum. {ἑταιρίδιον, πόρνη, ἑυτελὴς. GAL. Petite putain, petite paillarde. ITALIC. *Picciola meretrice.* GERMAN. Ein hürlin. HISPA. *pequenna puta.* ANG. *A litle hoore.*} *Cicer.5.Verr.* à meretricula commendari.

Mĕrĕtrīcĭus, a, um, Quod eſt meretricis, quod pertinet ad meretricem. ἑταιρικός GALLIC. De paillardes, appartenant à putains. ITALIC. *Coſa da meretrice.* GERMAN. Hürliſch. HISPA. *Coſa de puta.* ANGLI. *Belonging te hoores.*} vt ars meretricia. *Teren.in Heaut.* Ignaram artis meretriciæ. *Idem in Andr.* Ac meretricios amores nuptiis glutinas? *Idem in Eunuc.* Quis homo pro mœcho vnquam vidit in domo meretricia Deprehēdi quenquam? ¶Meretricia diſciplina. *Cicer.5.Verr.* Meretriciæ opes, *Idem pro Cælio.* [Turba meretricia. *Ouid.5.Faſto. Et Eleg.1.lib.2.Triſt.* Corpora veſtales oculi meretricia cernunt. (nuda.)]

Mĕrĕtrīcĭum, cij. {זנות *zenúth* ἑταιρεία. GAL. Paillardiſe & puterie. ITAL. *Arte meretricia.* GERMAN. Hurenwerck/ hurerey. HISPA. *Arte de puterias, puteria.* ANGL. *Harlottrie.*} *Tranquill.in Caligul.* Additúmque ad caput legis, vt tenerentur publico, & quæ meretricium, & quæ lenocinium teciſſent.

Mĕrĕtrīcĕ, aduerb. In modum meretricis. [ἑταιρικῶς. GAL. A la façon d'vne paillarde. ITA. *A foggia di meretrice.* GER. Auff hürliſche weiß. HIS. *En manera de vna puta.* ANGLI. *After the fashion of an hoore.*} *Plaut.in Mil.* Quàm dignè ornata incedit, haud meretricie.

Mĕrĕtrīcor, aris, pen. prod. S. ortor, lupor. {זנה *záah* ἑταιρίζω, πορνεύω. GA. Paillarder, putaſſer. ITALIC. *Putaneggiare.* GERMAN. Hurerey treiben. HISPANI. *Putannear.* ANGLI. *To playe the hoore or harlot.*} *Aulus Gellius*, Thais meretricando magnam pecuniam demerebat, *Colum. lib.1. cap.1.* Quippe plurimum affert mali, ſi operario meretricandi poteſtas fiat.

Mĕrĭcæ, arum, {τὰ δικέλλια, πιτυίνα ὄργανα δικελίσαι. GALLIC. Vn iauelier, fourche. ITAL. *Forcole, forche.* GERM. Ein korn gabel oder ſchauffel. HISP. *Las horcas para traſtonar monojos.* ANGL. *A pytchforke.*} Furculæ ſunt, *autore Feſto*, quibus acerui frugum fiunt: dictæ à mergis volucribus. Vt enim illi ſe in aquam mergunt, dum piſces perſequuntur: ſic meſſores furcas in fruges mergunt, vt eleuare poſſint manipulos. *Plaut.in Pœn.* Palas vendundas ſibi mergas dātas, Vt hortum fodiat, atque vt frumentum metat. ¶ Alij mergas ferramenta eſſe exiſtimant, quibus olim in frugibus demetendis vtebantur. Nam in rariore ſegete ea metendi erat ratio, vt culmi medij falce inciderentur, ſpicæque inter duo ferramenta diſtringerentur, *quæ à Colum.* Mergæ *appellantur.* Sic enim habet *ille lib.1. cap.21.* Sunt autem metendi genera complura: multi falcibus ſerriculatis, atque iis vel roſtratris, vel denticulatis medium culmen ſecant: multi mergis, alij pectinibus ſpicam ipſum legūt, ídque in rara ſegete facillimum, in denſa difficillimum eſt. *Plin.lib. 18.cap.30.* Mergites appellat.

Mĕrgĕs, itis. penul. cor. Manipulus ſpicarum. {עמיר *ámir.* τὸ δέσμευμα, τὸ φασίολον. GALLIC. Vne poignee ou iauele d'eſpies de blé. ITAL. *Faſcio de ſpiche.* GERMA. Ein korngarb. HISPA. *El manojo.* ANG. *A knit shel or bot vell of cares of corne.*} à mergendo dictus, *inquit Seruius. Virg.lib. 1.Georgic.* Aut fœtu pecorum, aut Cerealis mergite culmi, Prouentúque oneret ſulcos. Mergites quoque à veteribus dicebantur ferramenta quædam, quibus in rariore ſegete meſſores ſpicas ſolent diſtringere, quæ & Mergæ vocantur à Columella, vt ſupra ſuo loco oſtendimus. *Plin.lib.18.capite* 30. Stipulæ alibi mediæ falce præciduntur, atque inter duos mergites ſpica diſtringitur.

Mĕrgo, gis, ſi, ſum, Immergo, ſubmergo, aqua obruo, {חשקיע *hiſchkiáh*; βάπτω. GAL. Plonger en l'eau, mettre tout dedans l'eau & l'en couurir. ITA. *Attuffare, porre ſotto aqua.* GERM. Eintunckē/in das waſſer ſtoſſen/ tauffen. HISPA. *çabuller ſo el agua.* ANG. *To drowne or plunge in te water, to dip.*} *Plī.lib.9.capite* 38. Rurſúſque mergitur lana carminata, donec omnem ebiberit ſaniem. *Virgil.Æneid.9.* -quis te, Palinure, deorum Eripuit nobis, medióque ſub æquore merſit? Manifeſtiùs etiam *Plin: lib.9.cap.44.* Piſcantium cymbas ſpeculatur; occultúſque adnatans mergit. [*Sueto.in Calig.cap.*20. Mergere ſcripta flumine Ebrietas, non vt mergat nos, ſed deprimat curas. *Senec.c.19.de Tranquil.* Merſi ſomno & vino. *Liu.1.d.5.* Cum graue nexa ſimul retia mergat onus. *Ouid.Eleg: 4.lib 3.Triſt.* Imóque ſub æquore merſit incolumem toties vna procella ratem. *Ouid.Eleg.1.lib.3.Triſt.* Quos Seiani odium vel amor merſerat (i. perniciem attulerat.) *Senec. Epiſt.56.* Te tamen eſt vno iudice merſa parum: (ſup. mea fortuna.) *Ouid. Eleg.11.libro 3. Triſt.*] ¶ Per tranſlationem autem Mergere dicimus pro obruere, inuoluere, ſeu implicare. *Virg.Æneid. 6.* Sed me fata mea, & ſcelus exitiale Lacænæ, His merſére malis. ¶ Huius cōpoſita ſunt. Demergo, Emergo, Immergo, Submergo: quorum ſignificata vide ſuis locis, *Mergi, pro, ære alieno obrui. *Vlpianus in L. Quid ergo de contraria & vtili actione tutelæ.* Neque enim in hoc adminiſtrantur tutelæ vt mergantur pupilli. Id eſt, ære alieno obruantur. *Budæus.*

*Merſurus, participium futuri temporis, βαπτίσων. *Ouid.in Ibin*, Sic te merſuras adiuuet iguis aquas.

Mĕrſo, ſas, Sæpe mergo. {βαπτίζω. βαπτίζω. GAL. Plonger en l'eau ſouuēt: ITA. *Attuffare ſpeſſo.* GERM. Offt oder emſig eintunckē. HISP. *çaboulir ſo el agua muchas vezes.* ANGLI. *To plunge or dip often.*} *Colum.lib.7.cap.4.* Quarto die, ſi eſt vicinia maris, ad littus deducta merſatur ouis. *Virg.in Georgic.* Balanúmque gregem fluuio merſare ſalubri. *Catullus*, Fluctibus fortunæ merſor.

*Merſito, as, are, frequentatiuum à frequentatiuo Merſo. *Solinus cap.57. ad finem*, Quo quis acrior fuerit, ſpéque maioris, eo profundius nares merſitat in bibendo. De pullo equino.

Mĕrto, tas, Metiò, *Accius Delphobo*, Vel hic qui in ea parte effrænata impudentia præſentem præſens dictis mertare inſtituit. *Hæc Nonius.* Feſtus, *Mertat*, pro meritat antiqui dicebant. *Fabius verò Quintil. lib.1.ca: 6.* Et hæc ipſa (*inquit*) ſ, litera, ab his nominibus excluſa, in quibuſdam ipſa alteri ſucceſſit. Nam Mertare, atque Pultare, dicebant. Item, Mertare *Nonius accipit pro* mœrentem facere. *Apud Accium in Myrmidonibus*, Quod ſicut decuit, iſta res mecum, aut meus mertaret dolor, iamdiu inflammari naues vidiſſent ſuas.

Mĕrgŭlus, li, Funiculus ille qui in lychno flammam nutrit; ſellychniū: {פתיל *pathîl.* λύχνιον. GAL. La meche. ITA. *Stoppino, lucignolo.* GERMA. Ein dachte. HISPANIC. *La mecha del candil.* ANGLIC. *The meich of a candle.*}

Mĕrgus, goris, {ὄρνις.} Genus vaſis, quod nonnulli ſitulam appellant, ita dictum, quòd putèo mergatur, dum eo aquam haurimus.

Mĕrgŭs, gi, {αἴθυια. GAL. Vn oiſeau appellé plongeon. ITALIC. *Smergo.* GER. Ein teucher oder teuchent. HISPAN. *Cuer uo marino.* ANG. *A cormorant.*} Auis ita dicta, quòd ſe in aquam, captans cibum, aſſiduè immergat, *teſte Varro libr.4. de ling.lat. & Ouid.Metamorph.11. de Æſaco Priami filio, ita ſcribente*, Æquor amat, noménque manet, quia mergitur illi. *Virg.5.Æneid.* -immotáque attollitur vnda Campus, & apricis ſtatio gratiſſima mergis. *Ouid.1.de ponto, Eleg.7.* Nam priùs incipient turres vitare columbæ, Antra feræ, pecudes gramina, mergus aquas, Quàm malè ſe præſtet veteri Græcinus amico. Huius auis natura eſt, vt ſæpe mergens aurarum ſigna colligat, & præuidens tempeſtatem futuram, properè medio reuolet ex æquore, & ad littorum tuta cum clamore contendat. ¶Eſt & Mergus in vite, *vt docet Colum.lib.4.cap.15.* Quum ſupra terram iuxta ſuum adminiculum vitis curuatur, atque ex alto ſcrobe ſubmerſa perducit ad vacantem palum. *Pallad.* Mergum dicimus, quoties velut arcus ſupra terram relinquitur, alia parte vitis in foſſa. *Et paulò pòſt*, Mergi verò poſt biennium reſcinduntur, in ea parte quæ ſupra eſt, & in loco iuſtas vites relinquunt.

Mergina, μυρσίνη, A Romanis vocatur illa quam Græci σμίλακα ἡμέρον, hoc eſt ſmilacem aſperam vocant. *Vide Dioſcorid. lib.4.*

Meribibulus, Vide MERVS.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Mĕrĭdĭēs, ei, Medius dies, quasi medidies. {צהרים *Tsahorájim.* μεσημβρία. GALLI. Midi. ITALIC. *Meriggo, mezzodi.* GERMA. Der mittag. HIS. *Medio die.* ANGLIC. *The midde day.*} Nam (*vt inquit Varro*) d, antiqui, non r, hoc loco dicebant: sed suauioris pronuntiationis gratia mutatum est d, in r, quod & confirmat *Cicer. in Orat. ad Brutum dicens*, Ipsum meridiem, cur non medidiem? credo, quòd erat insuauius. *Plaut. in Most.* Heus iam appetit meridies. id est instat, appropinquat. *Horat. 3. Car. Ode. 28.* Inclinare meridiem sentis. *Terent. in Adelph.* præter hæc, Meridie ipso faciam vt stipulam colligat. Semper autem masculinum est, quia certum diei tempus significat. [Meridie quidam interiungere soliti. *Senec. cap. vlt. de tranquil.* Quotumo die huc peruenisti? Altero ad meridiem (alias alto adhuc meridie) *Plaut. Pseud. sc. 7. a. 4.*] ¶ Annotandum & illud, Veteres meridiem pro media nocte dixisse: quomodo & æquidiale pro æquinoctio. *Varro in Marcipore*, Repentè noctis circiter meridiem cùm pictus aër feruidus lacte ignibus, Cæli Choreas astricas ostenderet. *Nonius.*

Mĕrĭdĭānŭs, a, um, Quod ad meridiem spectat {μεσημβρινὸς. GALL. De midi. ITAL. *Di mezo di.* GERMA. Mittägig. HISP. *Cosa di medio dia.* ANGLI. *Of the midde day.*} *Sic Plin. lib. 2. cap. 19.* Meridianum Solem dicit, *& lib. 13. cap. 4.* Orbem meridianum. ¶ Meridianò, pro meridie, id est hora meridiana. *Plin. libr. 2. cap. 26.* Emicant & faces, nonnisi quum decidunt, visæ. qualis Germanico Cæsare gladiatorum spectaculum edente, præter ora populi meridianò transcurrit. ¶ Meridianus pro gladiatore. *Suet. in Claud. cap. 34.* Bestiariis, meridianisque adeò delectabatur, vt etiam prima luce ad spectaculum descenderet: & meridie dimisso ad prandium populo præsideret, prætérque destinatos etiãm leui, subitáque de causa quosdam committeret. ¶ Inde fit compositum Pomeridianus, *de quo infrà.*

Mĕrĭdĭānŭs, siue Meridianus circulus. μεσημβρινὸς κύκλος, Vnus est ex sex maioribus sphæræ circulis, per polos mundi, & verticem nostrum ductus, qui vnà nobiscum mutatur pro locorum & regionum in quibus sumus ratione. Dictus meridianus, quòd Sole in nostro hemisphærio ad circulum hunc accedente, apud nos sit meridies: & rursus media nox, quum in inferiore hemisphærio Sol ad eundem peruenerit.

Mĕrĭdĭo, dias, & Meridior, diaris, deponens, significat somnum meridianum capio. {μετ' ἄριστον κοιμῶμαι. GAL. Mertenner, reposer ou dormir à midi. ITA. *Mangiare ouero dormire dopo mezzo giorno.* GERM. Zu mittag oder zu imbiß essen. HISP. *Merendar ò comer ò dormir à medio dia.* ANGL. *To dyne.*} *Plautus*, Ientando, meridiando, comessando, pergræcando vitam ducere. ¶ Aliquando significat somnum meridianum capio, *& μεσημβρία κοιμῶμαι. Cornel. Celsius lib. 1. cap. 2.* Longis diebus meridiari potiùs ante cibum, vtile est; sin minus, post eum per hyemem totis noctibus conquiescere. *Suet. in Nerone cap. 6.* Missos à Messalina vxore Claudij, qui eum meridiantem, quasi Britannici æmulum strangularent. [*Idem in Calig. cap. 38.* Gloriatúsque est expergefactæ somno Cæsoniæ, quantum egisset, dum ea meridiaret.

Mĕrĭdĭātĭo, Quies meridiana. {μεσημβρινὴ ἀνάπαυλα. GAL. Merienne, le repos ou dormir sur le midi, ou sur le iour. ITAL. *Esso dormire à mezzo giorno.* GERMAN. Die mittags ruw/mittags schlaff. HISP. *A quella obra de dormir à medio dia.* ANG. *The rest of the midde day.*} *Cic. libr. 2. de Diuinat.* Tunc & lucubrationes detraxi, & meridiationes addidi, quibus antea vti non consueueram.

MĔRĬŌNĒS, μεριόνης, Fuit, *teste Homero lib. Iliad. 2.* Auriga Idomenæi, & cum eo dux nauium, quæ è Creta venerant ad Troiam, Marti, vt ait, Martis arbitrio comparandus. [*Meminit. Ouid. 13. Metam.*]

Mĕrĭs, μηρὶς, Herba est, quæ alio nomine Tripolium appellatur. *De hac Dioscorides lib. 4.*

Mĕrĭssmos, μερισμὸς, A Græcis dicitur figura apud Rhetores, quam Latini Distributionem vocant: quum scilicet genus in species, aut totũ in partes dissecamus, ordine discreto: quæ sententiarum figura diuisioni ac partitioni affinis est. Nam dispositio (quæ vtrunque complectitur) est, *autore Fabio*, vtilis rerum ac partium in loco distributio. Huc etiam pertinet: λύσις id est dissolutio, quum dispersa distributione dissipantur: *quali Cicer. vsus est in Epist. ad Luceium secunda, Familiarium lib. 5.* Transferam animum ad ea quibus secundæ res ornantur, aduersæ adiuuantur.

Mĕrĭtò, aduerbium, Merito, Meritas, Meritorius, Meritum, Meritus. Vide MEREO.

MERITVS, Mons Thraciæ, *apud Plin. libr. 4. cap. 11.*

MERMEROS. Vnus ex Centauris. *Ouid. Metamorph. 12.* Quique pedum nuper certamine vicerat omnes Mermeros, accepto tum vulnere tardior ibat. μέρμερος autem Latine curiosus interpretatur, à verbo μερμερίζω, cogito & consulo.

MĔRMĔSSVS, μερμησσὸς, Vrbs Troadis, Sibyllæ Erythrææ patria, *vt Stephano placet.* qui etiam ab vrbis huius rubedine Erythræam eam appellatam existimat. Straboni tamen magis credendum existimo, qui *libr. 14.* Erythræam Sibyllam dictam existimat, ab Erythris Ioniæ vrbe, nõ procul à Clazomenis sitæ.

MĔRO, per iocum dictus est Tiberius Cæsar, pro Nerone: quòd impendio vinosior esset. *Sueton. in Tiberio Cæsare*, In castris tyro etiam tum propter nimiam vini auiditatem, pro Tiberio, Biberius: pro Claudio. Claudius: pro Nerone, Mero vocabatur.

Mĕrōbĭbŭs, , um, Vide MERIBIBVLVS.

Meroctes, Lapillus porracei coloris, qui lacte sudat. *Plin. lib. 37. cap. 10.*

MĔRŌĒ, roes, μερόη, Vulgò *Saba* dictio trisyllaba, insulæ Nili Metropolis, à qua & tota insula Meroë dicitur. {GER. Die hauptstatt in der Insel Meroe des stuss Nili.} vulgò *Saba.* De hac ita scribit *Herodotus*, Meroë fuit olim regni caput: clypei figuram ea insula imitatur, ad tria millia stadiorum cum Nilo protensa, accolunt pastores eam, qui passim venantur, & agricolæ qui aurifodinas habent. Hanc Cambyses condidit, appellauitque à nomine sororis Meroës. Quum enim Ægyptum omnem occupasset, Meroën secum vsque ad Ægyptios duces processit: quæ quum ibi mortem obiisset, vrbi nomen indidit. *De hac Lucan. lib. 10.* -gurgite rupto Ambitus nigris Meroë fœcunda colonis Patet longitudine stadiorum tribus millibus, latitudine mille. Effodiuntur in ea aurum, argentum, æ, ferrum, ebenum. Præterea fert & lapidum multiplex genus: distátque à Syene quinque millibus stadiorum, vltra quam est torrida zona. Exuperat omnes alias Nili insulas, quas circiter septingentas esse scribit *Diodorus lib. 1. & 17. Strabo lib. 16.*

MĔRŌPĒ, es, pen. cor. μερόπη, Vna filiarum Atlantis ex Pleione Nymphæ, cuius stella ex septem Pleiadibus obscurissima apparet, quod quum sorores omnes diis nupsissent, sola Sisypho nupserit hominimortali. {GERM. Die vnachtsamste der töchteren Atlantis so sunst Pleiades genennet werden.} *Ouid. 4. Fast.*

MĔRŌPĬĂ, μερόπια, Vulgò *Sisano.* Insula est vna Cycladum, quæ aliis nominibus & Siphnos & Acis appellatur. *De hac Plin. lib. 4. cap. 12.*

MĔRŌPĬS, μερόπις, Insula est Cariæ adiacens, quæ notiore nomine Cos appellatur. *Plin. lib. 5. cap. 31.* Vulgò *Lango.*

Mĕrŏps, {μέροπ. {ANGLIC. *bird which eateth bees.*} Auis est, *teste Ælliano*, pietate in parentes volucribus cæteris præstans: nam vbi primum per ætatem volare potest, parentes in altissimis specubus reconditos alit. Infesta in primis est aluearijs, apésque absumit, vnde & Apiastra à quibusdam appellatur. *Virgil. 4. Georg.* Absint & picti squallentia terga lacerti Pinguibus à stabulis meropésque, aliæque volucres. *Plin. lib. 10. cap. 33.* Nec verò iis minor solertia, quæ cunabula in terra fodiunt, corporis grauitate prohibitæ sublime petere. Merops vocatur, genitores suos reconditos pascens, pallido intus colore pennarum, supernè cyaneo, priori subrutilo. Nidificat in specu sex pedum defossa altitudine. ¶ Meropes præterea diuersarum linguarum homines dicuntur à μείζω, diuido, & ὤψ, per o breue, quod vocem significat. ¶ Est etiam Merops Gigantis nomen, vnius ex iis qui louem de cælo deturbare conati sunt: à quo insula Cos Meropis appellata existimatur.

MĔRŎPVS, μέροπος, penultima corrept. Mons Græciæ iuxta Thessaliam, variis præruptus anfractibus: qui vndique referente Echo, voces diuersas reddit, vnde etiam appellationem sortitus est.

MERŌS, siue Merus μηρὸς. Mons est in finibus Indiæ, in cuius radice Dionysius in Indiam proficiscens, Nysam vrbem condidit. *Curt. lib. 9.* Nysa sita est sub radicibus montis, quem Meron accolæ appellant. Inde Græci mentiendi traxere licentiam, Iouis fœmine Liberum patrem esse celatum. Græcè enim μηρὸς femur significat.

Mĕrso, & Merto, Vide MERGO.

Mĕrŭlă, Auis sic dicta, quòd sola volet, & solitaria pascatur: quasi mera volans. κίτταρος. GAL. Vn merle. ITA. *Merla vccello.* GERM. Ein amsel. HISPAN. *La mierla.* ANGLIC. *An owsell, a brid called a black mack.*} Hanc tamen etymologiam, vt superstitiosam & plus iusto curiosam ridet *Fabius lib. 1. cap. 10. ita Varronem Vellicans*, Sed huic tanti fuit vertere, vt merula, quia sola volat, quasi mera volans nominaretur. De huius auis natura. *Plinius lib. 10. cap. 29.* Merula ex nigra ruffescit, ætate canit, hyeme balbutit, circa solstitium muta. Rostrum quoque in aniculis, in ebur transfiguratur duntaxat maribus. *Horat. 2. Serm. Satyr. 8.* Vidimus & merulas poni & sine clune palumbes. *Idem de Arte*, Intentus merulis auceps. ¶ Est etiam piscis laxatilis, *Plinio teste lib. 32. cap. 11.* {ANGL. *A whiting.*} Hoc nomine etiam dictus est Iunius, qui Albingæ vrbis latus alluit: alio nomine Centa dictus, quia centum amnibus augetur.

Mĕrŭs, a, um, Solus, immixtus, vnicus. {ψιλὸς ἀκρατος. GALL. Seullet, & HISPANIC. *Solo.* GERMAN. Allein/lauter/vnuermischt. ANGL. *Only, alone not mixed.*} [Ostentatores sunt meri. *Plaut. Curc. sc. 1. a. 4.* Amor clandestinus damnum est merum. *Ibid. sc. 1. a. 1.* Quę in nos dicis aurum & argentum merum est. *Plautus Asin. sc. 3. a. 1.* Quæ memini, mora mera est monerier. *Plaut. sc. 3. a. 2.* Mera mendacia fundis. *Plaut. Pseud. sc. 1. a. 4.* Merum condidicit bibere, foribus dat aquam. *Plaut. Curc. sc. 3. a. 1.* Sed linguam nimio non tenuisset mero. *Ouid. Eleg. 1. lib. 2. Trist.* Lapsáve sunt nimio verba profana mero. Quicquid meris adiicietur affectibus. *Quintil.* Mera indulgentia. *Senec. cap. 8. de Consol. ad Polyb.* Mera estis mortuaria glossaria. *Gell. cap. 7. lib. 18.* Lacte mero veteres vsi narrãtur & herbis. *Ouid. 4. Fast.*] *Terent. in Phorm.* Nihil habet, nisi spem meram. Merum, *inquit Festus*: antiqui dicebant solum. Atnunc merum, purum appellamus. Hinc merum furtum, quod ab omni datione seiunctum est, merum officium Prætoris, quod à iudicis officio secretum est: mera pœna, quæ à rei persecutione seiuncta est: merum imperium, quod in rerum capitalium quæstionibus versãtur, & à priuatarum rerum iurisdictione purum est. *Reliqua vide apud Hotomann. Cicer. lib. 2. de Orat.* Ecce tibi exortus est Isocrates, magister istorum omnium, cuius è ludo, tanquam ex equo Troiano, meri principes ἀκράτους exeunt. *Idem 3. de Natur. deor.* Vehementius quidem inuectus es in meram Stoicorum rationem. *Idem ad Atticum lib. 4.* Venerat horis duabus ante Cherippus, mera monstra nuntiarat. *Idem.* Quid est igitur quod laborem? amicos habet, meras nugas, &c. [*Plaut. Curc. sc. 3. a. 1.* Hanc amas, meras nugas. Paulò antè, perfolæ nugæ. *Idem in Amphit.* Eam ego, vt matre fuerat natum vini eduxi meri. *Plaut. Menæchm. sc. 1. a. 1.* Nugæ sunt meræ.]

Mĕrum, substantiuum, Vinum aqua non dilutum. {יין יָרוֹשׁ *jajn jerósch.* ἄκρατον. GAL. Vin pur & sans eau, & sans acune mixtion. ITAL. *Vino puro.* GER. wein der lauter vnnd allein ist/vnuermischeter wein. HISP. *Vino puro y no mezelado.* ANG. *wyne not alayed.*} *Plinius lib. 23. c. 1.* Merum quippe & cum ipso hoc remedio est contra cicutas, coriandrum, aconitæ, viscum, mecodem remedio est contra cicutas, coriandrum, aconitæ, viscum, meconium, argentum viuum. *Ouid. 15. Metamorph.* odiúmque meri permanet in vndis. *Idem 9. Metamor.* Haud alio vultu, quàm si conuiua iaceres Sit in vndis. *Idem 9. Metamor.* Haud alio vultu, quàm si conuiua iaceres Inter plena meri redimitus pocula sertis, *Virg. 3. Æneid.* Tum patet Anchises magnum cratera corona Induit, impleutque mero, diuósque vocauit, Stans celsa in puppi.

*Merè, aduerbium, ἀκρατῶς, purè. *Plaut. Trucul.* Interim illa Hamum vorat, si semel amoris poculum accepit merè.

Mĕrĭbĭbŭlŭs, li, Qui vinum sine aqua bibit. {ἀκρατοπότης. GAL. Qui boit vin sans eau. ITALI. *Colui che bene il vino senza aqua.* GERMAN. Der ettel oder lauter wein trinckt ohn wasser. HIS. *Bebedor de vino sin aqua.* ANG. *That drinketh wine with out water.*} *Augusti.* Quum temeti auidior esset, quadam die ab irata ancilla per conuitium appellata est meribibula: quæ rès tantum ei pudorem iniecit, vt post modum sobria prorsus fuerit. Et hoc quidem nomen diminutiuum est. Sicut enim Bibulus diminutiuum videtur à Bibus, quo extra compositionem non veimur, ita Meribibula, vel Merobibula, à Merobiba: quo nomine licentiola compositione vsus est. *Plaut. in Curc.* Anus hîc recubare solet, custos ianuæ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ianitrix:nomen est lenæ multibiba,atque merobiba.

MĔRŬSĪVM,sij,μεσόσιον,Siciliæ locus 70.à Syracusis stadiis distans: cuius incolæ Merusij dicti sunt,*Autor Stephan.*

Merx, huius mercis, Res quæ à mercatoribus venales importantur, aut exportantur. {מכר *méeher.*ἐμπόρια.GAL.Marchandise,denree.ITALIC. *Merce.*GERM.Kauffmanschaft/wahr. HISPANI.*Mercaderia.*ANGLIC. *Marchandise,ware that is bought and sold.*} *Cic.lib.3.de Repub.*Phœnices primi mercaturis, & mercibus suis auaritiam & magnificentiam, & inexplebiles cupiditates omnium rerum exportauerunt in Græciam. ¶Singularis huius vocis numerus minus est vsitatus. Legitur tamen *apud Plin.lib.12.cap.25.*Sarmenta quoque in merce sunt. *Plau.in Cistel.* Mala merx hæra hæc,& callida.*Idem in Milit.* Sicuti merci pretium constat pro virtute vt væneat. Quæ improba est,pro mercis vitio domi nuta pretio pauperat.*Idem Persa.*Merx tua mala est. *Quintil.lib.1.cap.* 12.Sordidæ mercis negotiator.Gestat mercem sine fuco.*Hora.1. Serm. Satyr.2.*Frequentius verò in plurali.*Horat.in Arte,*Vt præco ad merces turbam qui cogit emendas.*Cic.7.Verr.*Mercibus ademptis in vincula coniectos esse mercatores. ¶Esculentæ merces, *Apud Colum. lib.12.* hoc est ea quę hominum esui accommodata venduntur.Fallaces & fucosæ merces,*Cic.pro Rabir.Posth.*Mutare merces, *Ouid.1.Trist. Eleg.2.* [Si æs habent,dant mercem(*i.*panem & vinum.) *Plaut.Asin. sc.3.a.1.*Mala merx est.(de Lenone.)*Pla.Pseud.sc.1.a.4.*]

MĔRCIMŌNĬUM,eiusdem significationis:nomen quidem antiquum, sed quod tamen non reformidauit exactissimus verborum censor Laurentius Valla, qui eo statim in fronte versionis Latinæ Herodoti Græci historici vsus est,*& Plau.in Curc.* [*sc.4.a 4.*] Sed quid agit meum mercimonium apud te (de puella empta) *Idem in prologo Amphitr.* Vt vos in vostris voltis mercimoniis emundis vendundisque, &c.]

MĔSĂ,μέσα,*Teste Vitruuio*, sunt partes mediæ ædium,quas idem Latinè Medianas appellari asserit.

[Mesânculæ tela. *Gell.c.28.lib.10:*

MĔSĂPĬĂ,MESAPVS, Vide MESSAPIA.

MESANITES SINVS,μεσανίτης κόλπος,Persici sinus pars est.*Steph.*

MĔSĂRÆUM,μεσάραιον.Vide MESENTERIVM.

MĔSĂRCHON,μέσαρχον,Dicitur corpus illud venosum,per quod hepar,veluti per manum,chylum ex ventriculo attrahit. Alio nomine Mesenterium dicitur.

MĔSAULĪ,μέσαυλοι,AEdium itinera dicuntur,quæ inter duas aulas,id est, duo atria sunt interposita.A nonnullis etiam Andrones vocantur, *teste Cælio Rhodig.lib.27.cap.2.*

MĔSĔNTĔRĬUM,μεσεντέριον,Crassa quædam& adiposa membrana est,multis & neruis,& venis,& glandulis intertexta, medium inter intestina situm obtinens:vnde & nomen accepit,Huius veluti manus cuiusdam opera,iecur chylum à ventriculo attrahit,per eas venas, quas mesaraicas vocant.Alio nomine Mesaræum appellatur.

MĔSĒS,μεσε,μέσης,Ventus inter Boream,& Cæciam medius:vnde & nomen habet.{ITA.*Griego,tramontana.*Flandr.Nord westen,nord.GER. *Einer auß den nordewinden beiseits gegen Auffgang.*} Huius meminit *Plin.lib.2.cap.47.*

MĔSĔMBRĬĂ,μεσημβρία.Vulgò *Mesember.* Megarensium colonia,quam antea Menebrian vocabant,quasi Menapolim,id est Menæ ciuitatem.Eius enim ædificator Menas appellabatur: Bria verò sermone Thracio ciuitas vocatur.*Hæc Strabo lib.7.* Mesembriaci portus meminit *Ouid. 1.Trist.Eleg.9.*]

MĔSĬĂ,Vide MAESIA.

MĔSŎCHŎRŬS,pen.cor.{μεσόχορος.} Qui in medio turbæ stans, reliquis canendi,vel aliud agendi signum proponit. *Sidonius*-nullus ibi lirystes,Choraules mesophorus,tympanistria,psaltria canit. *Vide Cælium Rhod.lib.4.cap.14.*

MĔSŎCRANĬUM,μεσοκράνιον Vertex capitis,medium cranij locum obtinẽs.

MĔSŎLĂ,μεσόλα,Messeniaci agri oppidum,inter Taygeteum montem, & Messenem vrbem situm.Gentile est Mesolates.*Stephano.*

MĔSŎLEUCOS,μεσόλευκος,Gemma,quam mediam linea alba distinguit: *de qua Plinius lib.37.cap.10.* ¶Est præterea hoc nomine herba quædam habens candidam lineam per folium discurrentem. *Plin.lib.27.cap.11.* Leuce Mercuriali similis,nomen ex causa accepit per medium folium candida linea transcurrente:quare Mesoleucon quidam vocant. μέσος nanque medius est,& λευκός albus.

MĔSŎMĒDES,pen.prod.μεσομήδης, Poëta Lyricus ex Creta oriundus,Adriani Cæsaris libertus:in cuius gratiam scripsit laudes Antinoi, qui Adriano in delitiis erat.*Suidas.*

MĔSŎMĔLAS,μεσομέλας,Gemma est nigram habens venam,quem libet colorem per medium secantem *Plin.lib.37.cap.10.*

MĔSŌN,μέσων προσωπον, *autore Festo*, Persona Comica appellatur aut coqui,aut nautæ,aut eius generis: dicta ab inuentore eius Mesone Comœdo,vt Aristophanes ait grammaticus.Rectius quidem videtur manare à fonte Græco,μέσον nanque medium significat.Portò coquorum nautarum,cerdonum,atque huiusmodi opificum personę medię sunt: vt quæ neque seruiles videantur,quum liberæ sint operæ : neque omnino liberæ,quum mercenariæ.Est enim merces,*vt ait Cic.* autoramentum seruitutis. Proinde mediæ sunt & mistæ personæ,quæ μέσα προσωπα dici possunt:vt καπηλικὰ, ὑποκριτικὰ,dicimus in Comœdiis.¶Fuit præterea Meson,μέσων, quidam Astrologus,qui Athenienſibus in expeditionem Siciliensem profecturis,quum ipse quoque ad libellum delectus esset,imminentem toti exercitui cladem prospiciẽs, propriis ædibus ignem iniecit,furorémque tam scitè assimulauit, vt veluti insanus,& bello parum idoneus,domi fuerit relictus. *Vide Plutarch.in Nicia,Alcibiade,& Pyrrho.Item apud Cæl.lib.11.cap.16.*

MĔSŌNAŪTĂ,qui medium inter nautas,id est, remiges locum obtinens, reliquis remigandi signum præbet:eodem modo dictus,vt{μεσόχορος. ANGLI.*That hath middenmeor place amange ſt the mariners or rowers.*} *Ex Hotomano.* Vsus est hoc vocabulo *Vlpia.l.1.D. de naut.caup.stap.* Sed de exercitore solummodo prætor sentit, nec enim debet, *inquit*, Pomponius per remigem aut mesonautam obligari,sed per se,vel per nauis magistrum.

MESONYCTION,μεσόνυκτιον,Media nox.*Vide latius supra in dictionibus*,AVRORA & DIES.

MĔSŌPŌNTĬVS, μεσοπόντιος, cognominatus est Neptunus qui apud Eresum Lesbi insulæ ciuitatem colebatur.*Stephan.*

MĔSŎPŎTĀMĬĂ,{ארם נהרים *arám naharáim.*μεσοποταμία.} Regio maioris Asiæ inter Euphratẽ & Tigrim,vnde nomẽ habet: μέσος enim mediũ sonat,& ποταμὸς fluuium. {GER.*Ein landtschafft in Asia zwischen den zweien wasseren/dem Euphrat vnd Tigris gelägen.*} *Tacit.lib.5.* Mox repetita amicitia regis, multo apud eum honore, præfectus campis: qui Euphrate & Tigri inclytis amnibus circunfluĭ, Mesopotamiæ nomen acceperunt.Habet hæc regio Tigrim ab Oriente, & Euphratem ad Occidentem : à Meridie Babyloniam, ab Aquilone Caucasum ¶Mesopotamiam impinguat Euphrates(*vt inquit Solinus*) annuæ inũdationis excessibus terris superfusus, Hæc regio etiam dicta est Seleucia,*vt lib.6.refert Plinius*,

MĔSŎSPHÆRUM, μεσόσφαιρον, Indici nardi folium vt magnitudine, ita & pretio, medium e triplici specie locum obtinens. *Vide Plin. lib. 12.cap.12.*

MĔSPĬLŬS,li.pen.corr. {μέσπιλος. GAL. Meslier, ou mesflier ou nesflier. ITALIC.*Nespolo.*GERMANI. *Ein nespel baum.* HISP.*Mespero.*ANGLI, *A medler tree.*}Genus arboris,cuius fructus Mespilum,{μέσπιλον.GAL. Mesle,meflle,ou nesflle.ITA.*Nespolo frutto.* GERMA.*Ein nespel.*HISP. *Mespero frota.*ANGL.*A medler fruite.*} dicitur. *Palladius de institionibus*, Mespilaque exarmat pugnacibus horrida membris. Hęc arbor foliis est prius rubris,quàm deciduis, radice quæ euelli non potest, ignota Italiæ Catonis æuo.

MĔSSĀB Ă,μέσσαβα,Vrbs Carum.Gentile Messabeus,*Steph.*

MESSĀLĂ,læ,pen. pro. μεσσάλας, Dictus est Valerius Coruinus, quia Messanam in Sicilia expugnauit,& vrbis captæ in se translato nomine, Messana primò,paulatimque vulgo permutante literas, Messala dictus est.Hinc Valeria familia Romæ florentissima, ex qua Messala Coruinus orator nobilis ortum habuit. Hic quum prouectior ætate esset, ante biennium quàm moreretur, adeò memoriæ sensum amisit, vt vix paucula verba coniungeret, & nominis quoque sui immemor esset. Tandem verò vlcere ori innato, seipsum, inedia confecit: *autor Celius,& Crinit.lib.1.cap.12.* Is orator fuit (*Fabio teste lib.10. cap.1.*)nitidus & candidus, & quodammodo præ se ferens nobilitatem suam: viribus tamen minor. Illius familia Coruini cognomentum tulit à coruo,qui Valerio Tribuno, vni ex maioribus,aduersus Gallum pugnanti suppetias tulit,*vt meminit Gell.lib.9, capit.11. Liu.lib.7.* [Vide *Sueton.in Tiber.cap.70.*]

MESSĀLĪNA, μεσσαλῖνα. pen. prod. nomen filiæ Barbati Messalæ consobrini Claudij Imperatoris. Tandem à Claudio supplicio affecta,quum C.Silio nupsisset. *Autor Tranquillus in Claudio.* Prodigiosam huius libidinem lege *apud Iuuenal, Satyr.6. Tacit.lib.11. & Plin. lib.10.cap.62.*

MĔSSĀNA,μεσσήνη, Vrbs est Siciliæ, propinqua Peloro promontorio à Messenis Achaiæ populis condita,& à nomine relictæ ab illis vrbis ita appellata. {GER. *Ein vernampte statt in Sicilien nähe bey dem mittern nächtischen vorgebirg Peloro gelägen.*} *Silius lib.14.*Incumbens Messana freto, niuibúsque reuulsa. Huius incolæ primùm Messanenses dicti: postea quum Mamertini, è Campania, eo colonos misissent, ipsi quoque Mamertini sunt vocati. Fuit inde origo primi belli Punici,*vt Florus tradit lib.2.* Eius ager feracissimus est vini,quod Mamertinum appellatur, *Mart.* Amphora Nestorea tibi Mamertina senecta Si detur,&c.

MESSAPEAE,μεσσαπίαι,Laconici agri locus,in quo Iupiter colebatur, vt ex Theopompi sententia refert *Stephan.*

MESSAPIA, μεσσαπία, Regio est in extremis finibus Italiæ, peninsulæ forma,Isthmo non admodum lato, qui est inter Brundusium & Tarentum continenti adhærens.Eadem & Iapygia dicta est. {GERM.*Die landtschafft Calabria jn hinderist in Italia.*} *Vide Strab.lib.6.& Plin. libr.3.cap.11.*

MESSAPION, μεσσάπιον, Euboeæ insulæ mons,ita dictus à Messapo quodam,qui inde in Italiam coloniam deduxit *Steph.*

MĔSSĀPŬS,μέσσαπος, Vnus ex fortissimis Italiæ ducibus, qui Turno aduersus Æneam suppetias tulit *Virgil.7.Æneid.* At Messapus equũm domitor,Neptunia proles,Quem neque fas igni quenquam, vel sternere ferro.

MĔSSĔIS,μεσσηίς,Thessaliæ fons est,non procul à Pharsalo oppido cuius meminerunt *Plin.lib.4.cap.8.& Strab.lib.9.*

MESSENE, μεσσήνη, Ciuitas Græciæ in Peloponneso, à quo Messenij dicti sunt, qui in Sicilia ad Pelorum promontorium vrbem condiderunt, quàm à nomine patriæ suæ μεσσήνην appellarunt. Latini s in a longum commutato,vocant Messanam. De Messeniis ita scribit *Hieronymus in Iouinianum.* Spartiatæ, & Messenij diu inter se habuêre amicitias, in tantum, vt ob quædam sacra etiam virgines ad se mutuò mitterent. Tandem verò Spartani Messenios, propter frequentem defectionem, in seruitutem redegerunt, eósque durius etiam quàm reliquos seruos tractarunt, ne denuò res nouas molirentur. Hinc adagium natum,Seruilior Messena. Hi se nota literæ M cognobiles reddebant.

[Messenio,nomen serui apud *Plaut.in Menæch.sc.2.a.2.*]

MESSIAS Hebr. Græcè Christus,Latinè Vnctus. GERMA. *Gesalbter*, dicitur.

MĔSSIO,Messor,Messorius,Vide METO.

MĔSSIS, huius messis, Tempus metendi & ipsæ etiam segetes, {קציר *katsír* θερισμὸς,ἀμητός.GAL. La moisson,le temps de la moisson. ITAL. *Raccolia.*GERM.*Die ernd.*HISP.*La misse,la mies ò los panes.* ANGL.*The harueſt.*} *Virgil.5.Eclog.* Ante focum,si frigus erit:si messis,in vmbra. *Idem 1.Georg.*Illius immensæ ruperunt horrea messes. Dicitur autem messis proprie de his rebus quæ metuntur, quemadmodum *Varro autor est.lib.1. de Re rust.* Interim tamen sæpè etiam de vuarum, pomorum & aliarum omnium rerum prouentu dicitur. *Ouid.3. de Ponto*, Tristia per vacuos horrent absynthia campos, Conueniénsque suo messis amara loco est. ¶Per translationem accipitur pro multitudine cuiusuis rei.*Plaut.in Trinum.* Neque quicquam hic vile est, Nisi mores malitiosorum licet iam messem meteré maximam. [Euentus rebus in omnibus velut horna messis magni fit.*Plaut.Mostell.sc.3.a.1.* Quid attinet messis ad lauationem, nihilo plus quàm lauatio ad messim. *Plaut.Mostel.sc.3.a.1.*] ¶Interdum idem est quod Messio siue actus me-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tendi, μεσομὸς. *Cicer.1.de Orat.* Tamen nemo tam sin oculis,tam sine mente viuit, vt quid sit sementis ac messis, quid arborum putat o,ac vitium, quo tempore anni, aut quomodo ea fiant omnino neiciat. *Messibus pro tempore messis. *Plin.lib.22.cap.13.* Semen colligi messibus oportet per messes,Idem *Pli.lib.23.cap.7.* Radix per messes incisa succum dat aptissimum dentium dolori.Messim accusatiuus,pro messem:*apud Plaut.in Mostel.*[Vide suprà.]

[Messura.Vide post Meto.

MESSOA, μίασσα, vrbs Laconiæ,& tribus eiusdem. Gentile, Messoates, *Stephanus.*

MESSONIVM, *Ptolemæo lib.2.capite 13.* Germaniæ vrbs:vulgò Maydburg in Saxonia.

MESSOGIS, μίσσογις.Mons Lydiæ:inde Messogites,optimi vini ferax, *Stephanus.*

MĒSTHLĒS, μέσθλης, Dux Mæonum, qui vnà cum fratre Antipho Troianis suppetias tulit aduersus Græcos.*Homer.lib.2.Iliad.*

Mĕt, Piam,& Te,syllabicæ sunt adiectiones extra compositionem nihil significantes: in compositione autem aliquid addentes significationis dictionum cum quibus componuntur: vt Egomet, Quispiam, Tute. Sed Met, iungitur casibus omnibus pronominis primæ personæ, tam pluralis,quàm singularis numeri,absque genitiuo plurali: vt Egomet, memet,nosmet & reliqua. Secundæ verò personæ obliquis tantùm casibus:vt Tuimet,tibimet.Nominatiuo non addunt,ne verbum putetur Tumet à Tumeo:sed Tute. Tutemet profertur. Aduerbio Tanquam coniunxit etiam.*Plaut.*[Phædrome serua me. Ph.Tanquammet genium meum. *In Curcul.sc.2.a.5.*Item Vosmet, vide vos.] Et quidem sic iuncta discretionem significat: vt ipsemet, id est ipse per se,& non per alios. ¶Pte iungitur cum ablatiuis horum quinque pronominum Mea,Tua,Sua,Nostra,& Vestra:vt Meapte,Tuapte,Suapte, Nostrapte, Vestrapte.Vel cum eorũ masculis aut neutris:vt Meopte, Tuopte,&c. [Tute tibi tuopte ingenio prodes plurimum.*Plaut. Capt.sc.3.a.2.* Vide Tute.] Te,similiter cum pronomine secundæ personæ idem efficit:vt Tute id feciſti,id est,tu ipse per te,& non per alium.Sed hoc soli nominatiuo iungitur,Nam Tuite,aut Tibite non dicimus. In accusatiuo aliquando legimus Tete, sed tunc diuisæ potiùs videntur dictiones,maioris affectus causa figuratè geminatæ. quemadmodum etiam aliquando legimus Me me.¶Ce,vero iungitur obliquis horum pronominum.Hic,Ille Iste in s literam desinẽtibus: vt Huiusce,Hisce,Hosce, Hasce,Istiusce,& Illiusce:vnde fiunt composita, Huiuscemodi,Istiuscemodi,& Illiuscemodi. Interdum etiam inuenitur iunctum cum casibus horum pronominum desinentibus in c literam: vt Hicce,hæcce, hocce:pro quibus tamen frequentiùs vtimur, Hiccine, hæccine,hoccine. *Vir.*Hocce erat alma parens quòd me per tela per hostes Eripis? *Teren.*Hoccine est credibile aut memorabile factum? ¶Hicce,seu hiccine,οὗτοσι.Sicce,sive siccine,ἥτοσι.Hiccine,hanccine, illiccine,ἐκεινοσί. Isticcine,illanccine.*Terent.*Illanccine mulierem dixit,pro illámne.

Mĕtă,æ,Congeries,seu strues in acutum tendens,seu turbo inuersus:ita dicta quòd esset posita in dimenso spatio: vel quia eam metiantur quadrigæ circuncurrentes { מצח *maṣísebáh* סוף *soph.* κῶνος. GAL. Vn but ou borne ou autre chose large par bas & montant en pointe. ITALIC.*Meta.*GER.Ein jedes ding so da unden breitlecht vnnd oben ausgespitzet ist wie ein tegel.HISPAN.*El termino.*ANGLI.*Any thing broade beneath and sharp aboue,abutte.* ¶ Moris enim erat ſepties metam lustrare.*Prop.lib.2.Eleg.*Aut prius infecto deposcit præmia cursu,Septima quàm metam triuerat ante rota.Quum enim iam carceribus emissæ,ad metam venissent quadrigæ,erat opus vt circum ipsam flecterentur.[Meminit *Sueto. in Cæs.cap.39.* Quò laxius dimicaretur,sublatæ metæ. (è circo) *Idem in Clau.c.21.*Circus maximus,marmorei carceres metæ aureæ.] *Virg.5. Æneid.* Hîc viridem Æneas frondenti ex ilice metam Constituit signum nautis.Hinc etiam agrorum termini, quòd pyramidali figura fieri soleant,Metæ vocantur. ¶Eadem etiam ratione Metæ fœni vocãtur,quæ ita congestæ sunt, vt inferiori parte latiores, superne in angustum desinant conum.*Col.lib.19.c.2.* Certè quicquid ad eum modum,quo debet,siccatum erit,in metas construi conueniet,eáſque ipsas in angustissimos vertices exacui. Sic enim commodissimè fœnum defenditur à pluuiis.[Sic metæ trianguli vocantur Pyramides.*à Gellio cap.20.lib.1.*]Per translationem verò quoniam meta collocari consucuit in fine circi vel alterius spatij, in quo quadrigæ certabant,factum est, vt Meta accipiatur pro quocunque termino ac fine,τέρμα.*Virg.lib.1.Æneid.*His ego nec metas rerum,nec tempora pono. *Ouid.ad Liuiam*, Tendimus huc omnes,metam properamus ad vnam,Omnia sub leges mors vocat atra suas. [*vt Ouid.Eleg.8. lib.4.Trist.* Nec procul à metis,quas pene tenere videbar: Curriculo grauis est facta ruina meo.*Gell.cap.22.lib.2.* Meta Orientis solstitialis. *Et Ouid.Eleg.8.lib.1.Trist.*Detur Inoffensæ vitæ tibi tangere metam.] ¶Hinc peruenisse ad metam dicuntur,qui iter aut aliud opus perfecerint. ¶Meta lactis,dicitur caseus,qui factus est ad formam metæ τυρὸς κωνοειδὴς. *Mart.* Fert ille ceris cana cum suis mella,Metámque lactis Salsinate de Sylua. ¶Meta item significat inferiorem partem molæ sub qua catillus id est superior pars vertitur,*quemadmodum autor est Paulus in l.18.D.de instruct.& instrum.leg.*

Mĕtŭlă,læ,diminut.legitur *apud Plin.Iun.in epistolis.*

Mĕtăbăsĭs μετάβασις,Latinè Transitio:figura qua monemus quid dictum sit,& proponimus quod supereſt, *vt Cic.pro Deiotaro*,Habetis crimina insidiarum:nihil enim dixit amplius,& paulò pòst sequitur, Reliqua pars accusationis duplex fuit.Huius figuræ Fabius (quam esse ait, quũ sensus non mutatur, sed forma loquendi) longè diuersum exemplum adducit,*lib.9.cap.3.ex Virg.Æneid. lib.1.* Fas omne abrumpit,Polydorum obtruncat, & auro Vi potitur,quid non mortalia pectora cogis Auri sacra fames?

Mĕtăbŏlē, μεταβολή,quam quidem Traiectionem interpretantur: Figura est quæ fit contrariis ita transpositis, vt à priori posterius oppositũ proficiscatur: *vt apud Terent.in Andria*, Quoniam id fieri quod vis non potest,id velis quod possit.

MĔTĂBŸS, μέταβος, Sisyphi filius fuit,*teste Steph.*& nepos Æoli, qui Metapontum in Italiæ finibus condidit.

MĔTĂCHOĔVM, μετάχιον,Arx Bœotiæ,inter Orchomenum & Coroneam,quam alij Metachœum appellant.*Steph.*

MĔTĂGŌNĪVM, μεταγώνιον, Promontorium Africam à Numidia dividens ita dictum,quòd angulare sit.Ab hoc promontorio Numidia Metagonitis dicitur.*Autor Plin.lib.5.capite 3.& Mela lib.1.* Vulgò *Cabo de tres arcas.*

Mĕtălēpsĭs, μετάληψις, Figura est, quæ fit quum aliqua dictio aliud à propria sua significatione, ex iis quæ antecesserunt significat: *vt apud Virg.1.Eclog.*Post aliquot, mea regua videns, mirabor aristas: Post aliquot(*inquit*) aristas, hoc est post aliquot æstates,vel post aliquot annos. Nam ex aristis æstates ex æstatib.annos intelligimus. *Idem 3.Æn.* Spelũcis abdidit atris.Vbi ex atris,tenebrosæ: ex tenebrosis profundæ intelliguntur.Latinè Transsumptionem vocare possumus. Deducitur enim ἀπὸ τῦ μεταμβαίνειν,quod inter cætera significat transmittere.

Mĕtăllum,li, {μέταλλον. GAL.Metail.ITA.*Metallo.* GERMA.Ein metall/ein jedes ertz so man auß dem erdtrich grabt/als gold/silber/eisen/&c.HISP. *Metal.*ANGLI.*Metall.*} Dicitur quæuis materia dura,e terræ viscenbus effodi solita:vt aurum, argentum,cuprum, stannum,plumbum & similia. Dictum putatur à verbo Græco μεταλλάω,vel μεταλλεύω,hoc est,à fodiendo,vel perscrutando. Alij dictum putant ἀπὸ τῆς τὰ ἄλλα εἰσιέναι:eo quòd vix illa metalli vena inuenitur, quin alterius metalli vena in propinquo postea inueniatur.*Plin.lib.33.cap.6.* Id quoque in sterili solo,atque etiam in montibus, & vbicunque vna inuenta vena est,non procul inuenitur alia. Hoc quidem & in omni fere materia: vnde Metalla Græci videntur dixisse.*Virg.2.Georg.*Hæc eadem argéti riuos,æríſque mètalla Ostẽdit venis,atque auro plurima fluxit. *Ouid. 4.Fast.*Omnia purgat edax ignis,vitiumque metalli Excoquit.*Hor.1. Epi.10.* Sic qui pauperiem veritus, potiore metallis Libertate caret, sicut Argentarium, ex quo argentum, & Plumbarium,ex quo plumbum effoditur.*Plin.lib.33.ca.7.* Celeberrimum ex Sisaponensi regione Bæticæ miniario metallo, vectigalibus populi Romani nullius rei diligentiore custodia.

Mĕtăllārĭus,siue Metallici. {μεταλλεῖς.GAL.Tireurs de metaux. ITAL.*Cauatori de Metalli.*GERMAN.Ertz graber/die zu einer straff in das bergwerck verdampt sind.HISPANIC. *Cauadores y sacadores de metal.* ANGL.*Diggers of metall out of the earth.*} Qui in metallis versantur, & præcipuè qui ad effodienda metalla damnati sunt: *de quibus apud Iurisconsultos ff. de Pœnis,& C.de metall.*

Mĕtăllĭcŭs,adiectiuum,Quod ad metallum pertinet. {μεταλλικὸς, GALL. De metail.ITAL.*Di metallo.* GERMA.Des ertzes. HISPA.*Cosa de metal.* ANGLI.*Belonging to metall.*} *Plin.lib.29.cap.4.* Fuére, qui traderent in Iudæa super Hierosolymam eius naturam metallicam. ¶Metallicum atramentum,Corpus est metallicum, quo mulomedici excrescentem in iumentorum vlceribus carnem consumunt.μελαντήρια. *Vide suprà in dict.*MELANTERIA.

Mĕtăllĭcŭs, subst. Metallarius, qui metallis effodiendis & purgandis operam dat. {μεταλλεῖς.GAL.Tireur de metail. ITA.*Cauatore de metalli.*GERM. Ein ertznapp bergknap. HISPA.*El que anda à buscar mineros, sacador de metal.* ANGLIC. *A purger of metall or digger.*} *Plin.lib.33. cap.16.*Lauant eas arenas metallici, & quod subsidit coquunt in lucernacibus.

Mĕtăllĭfĕr, Metallum gignens. {ὁ καὶ ἡ μεταλλοφόρος.GALLIC.Qui porte metail,où il y a mines de metail.ITALIC.*che produce metalla.* GERM. Das ertz oder metall treg. HISPANI. *cosa che trae ò crie metall.* ANGLIC. *Tha bringeth metall.*} *Stat.Syluarum.lib.4.*Anne metallifer repetit iam mœnia Lunæ?

Mĕtămōrphōsĭs, μεταμόρφωσις, pen. prod. Transfiguratio seu transformatio Latinè: dicitur à verbo Græco μεταμορφῶ, quod significat transformo.Hoc nomine *Ouid.& Apul.* libros transformationum inscripserunt.

MĔTĂPĂ, æ, μέταπα.Acarnaniæ oppidum,*apud Polyb.lib.5.* cuius gentile est Metapœus.*Steph.*

Mĕtăphŏrā,æ,pen. cor. μεταφορά, Translatio à Cicerone dicitur,sitque quum nomen aut verbum ex proprio loco in eum transfertur,in quo aut proprium deest, aut translatum proprio melius est: vt, Classique immittit habenas.*Virgil. Æneid.6.*

Mĕtaphrēnum μετάφρενον.Pars illa corporis,quæ præcordiis à tergo est obiecta.ita dicta quod μετὰ τὰς φρένας,hoc est post præcordia sita sit.

*Metaphysica,metaphysicorum,tantùm pluraliter,supernaturalia vocãt. Quum tamen vere,& ex ipsius operis,quòd conscripsit Aristoteles, titulo, μετὰ τὰ φυσικὰ scribatur, q. d. postnaturalia. [Metaphysica quæd. *Plutarch. in Alexand.*]

Mĕtăplăsmŭs,μεταπλασμὸς,Dici potest transformatio. Est autem teste Donato,translatio recti, solitíque sermonis in alteram speciem, metri vel ornatus,vel necessitatis gratia, vt Agreste in ablatiuo, pro agrelli. Fit autem à verbo μεταπλάττω,quod est transformo.

METAPINVM,*teste Plin.lib.3.cap.4.*vnum est ex ostiis Rhodani.

MĔTĂPŌNTĬS, tidis, μεταπωντὶς,Insula est in mari Carpathio, inter Rhodum & Gnidum sita recentiore nomine Syme appellata, à Syme Ialysi filia. {GERMANI. Ein insel im Carpathischen meer zwischen Rhodos vnd Gnidus gelägen.} *Vide Steph.in dictione* SYME.

MĔTĂPŌNTVM,μεταπόντιον,*Ptolemæo*,quasi pontum,Dictum est oppidum Italiæ in sinu Tarentino: à quo Metapontini populi à Pylio, qui Nestore duce è Troia nauigauerunt, conditum:adeò terræ prouentu, & agricolatione fœlix, vt ea gratia aureum æstatem Apollini Delphico,aliquando donum obtulerit.*Pomponius lib.2.*

Mĕtăthĕsĭs, pen. cor. μετάθεσις, Latinè transpositio, quum vna litera necessitatis causa,ex vno dictionis loco in alium transponitur,vt Tymbre pro Tymber.*Virgi.10.Æneid.*At tibi Tymbre caput Euandrius abstulit ensis.

Mĕtātŏr,& Metatio,Vide in verbo METO.

MĔTĂVM,μέταυον,Lesbi oppidum,à Meta quodam Tyrrheno ita appellatum. *Stephan.*

MĔTĂVRŪS, & Metaurum,μέταυρον. {GER.Metro/ein fluß in Italien. Vmbriæ fluuius per Flaminiam decurrens, & inter Fanum Fortunæ,& Senogalliam in mare defluens. Iuxta hunc fluuium Claudius Nero Consul: cum Liuio Salinatore ad internecionem eius exercitu deleto, Asdrubalem interfecit.*Plin.lib.3.cap.14.* Nunc in ora flumen Æsis,Senogallia, Metaurus fluuius, colonia Fanum Fortunæ, Pisaurum cum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

amne. *Luc. lib.2.* In latum cecidêre latus, velóque Metaurus, Crurumque rapax. *Horat. l.4. Carm. Ode 4.* Quid debeas,ó Roma Neptunumque rapax. *Horat.* Testis Metaurum flumen, quo in loco Metaurum flumen, neutro genere protulit, sicut alibi Rhenum, Quum flumen Rhenum aut pluuius describitur arcus.

Mĕtaxārii, Negotiatores dicuntur, qui serici mercaturam exercent. Nam μέταξα Græcis sericum est. Vtitur hac voce Iustinianus, *C. de pignoribus l. fi. eámque interpretatur Alciatus in l. Balluca. C. de megnoribus l. fi. eámque interpretatur Alciatus in l. Balluca. C. de mercatall.*

Mĕtēlis, μίτηλις, Oppidum Ægypti, non procul ab Alexandria, recentiore nomine Bechis appellatum: à quo vicinus Nomus Metelites dictus est. *Steph.*

Mĕtēllvs, μέτηλος, Cæciliorum familiæ cognomen, ex qua non pauci fortissimi, Reíque pub. vtilissimi ciues orti: in primis L. Cæcilius Metellus Pontifex Maximus, quem adeò impeditæ ac balbutientis linguæ fuisse tradunt, vt multis mensibus fatigatus, tortúlque sit, dum meditaretur dicenda in æde Opiferæ dedicãda. Hic fuit ille Metellus, *qui teste Plin. lib. 7. cap.* 44. conflagrante æde Vestæ, Palladium Troia aduectum, subtraxit ab incendio, magna quidem pietate, sed euentu misero. Nam dum in flammas audius se coniiceret, orbatus est visu. *Iuuen. Satyr. 3.* Da testem Romæ tam sanctum, quàm fuit hospes Numinis Idei: procedat vel Numa, vel qui Seruauit trepidam flagranti ex arce Mineruam. Hic Metellus etiam primo bello Punico de Pœnis speciosissimũ egit triumphum, XIII. ducibus hostium, & CXX. elephantis in eo ductis. ¶ C Metellus, à domita Macedonia Macedonicus est vocatus, Prætor Pseudophilippum, & Achæos, quos bis prælio fudit, triumphandos Mummio tradidit. Inuisus plebi ob nimiam seueritatem, & ideo Consul ægrè factus. De *hoc Liu. lib.* 59. ¶ Memorantur alij plures Metelli, vt Balearicus, Virtatus, quem Plinius Diadematum vocat. ¶ Metellus præterea Numidicus, qui de Numidię rege Iugurtha triumphauit. Cuius meminit. *Cicer. & Item Aulus Gell. cap.6, lib.1. & lib.6 cap.* 11. ¶ Metellus Creticus à deuicta Creta dictus, cuius meminit *Plutarch. in Pomponio.* ¶ Metellus Dalmaticus, à deuictis Dalmatis. *Autor* Pædianus *in Act. 3. contra Verrem.* ¶ Metelli, Plebeij fuére, *vt ait Liuius libr.* 19. verùm clari victoriis & magistratibus, Cæciliíque omnes appellati.

Mĕtĕmpsychōsis, pen. prod. μετεμψύχωσις, Latinè reddi potest Animæ transmigratio, hoc est transitus animarum, ex vno corpore in aliud. Putabat enim Pythagoras nihil interesse inter animam hominis, quam rationalem animam vocamus, & brutorum animantium: sed mortuo homine eius animam transmigrare in corpora brutorum, *Vnde Ouid. Pythagoræorum dogma lib.* 15. *Metam. explicans ait,* Morte carent animæ, semperque priore relicta Sede, nouis domibus viuunt, habitántque receptæ. Ex hoc Pythagoræ dogmate inducta est ab esu animalium abstinentia, ne forte (vt festiuiter ait Tertull.) bubulam quis de aliquo proauo suo opsonaret. *Hieron.* Probabo non Empedocliis & Pythagoræ vos dogma sectari, qui propter μετεμψύχωσιν, id est transformationem, omne quod mouetur, vt viuit, edendum non putant.

Mĕtĕōra, pen. prod. μετέωρα, à Græcis dicuntur, Mista imperfecta, quòd in sublimi, hoc est in aëre generentur: cuiusmodi sunt pluuiæ niues, grandines, faces ignitæ: *de quibus tractat Aristoteles tribus primis libris meteorologicis: nam quarto qualitates persequitur.* Vox Philosophis vsitata plane à monumentis scriptorum veterum abest.

Mĕtĕōroscŏpŭs, penultim. corr. μετεωροσκόπος, Qui sublimia respicit. ¶ Accipitur pro stolido, rebúsque gerendis inutili. Græca vox.

Mĕthŏdŭs, μέθοδος, pen. cor. ex μετὰ & ὁδὸς aspirato componitur. Methodum appellat *Quint. lib.* 1. *Institut.* quam Cicero viam, artem, & rationem vocat: & alibi breue dicendi compendium vertit, quasi breuem viam, qua quàm celerrimè ad peritiam, propositum nobis in discendo finem, perueniamus.

Mĕthŏdĭcī, μεθοδικοί, A methodo dicti sunt, qui rationem artis, & discẽdi compendia sequuntur. ¶ Et Amethodi, ἀμεθοδοί, hoc est à via, & ratione docendi, discendíque abhorrentes quasíque auij. Hæc *ex Budæi annotat. in Pandectas.* * Methodice, es, fœm. gen. Est pars Grammaticæ, rationem loquendi tradens. *Quintil. lib.1. cap.* 15.

Mĕthōnē, penultima producta, μεθώνη, Vulgò *Modon*, Ciuitas est littoralis Peloponnesi, in Messeniaca regione, quam quum obsideret Philippus Rex Macedonum, Alexandri magni pater, oculum amisit ictu sagittæ, quam iecerat Aster oppidanus, cui quoque inscriptum erat, Aster telum Philippo immisit in oculum. {Germ. Ein statt in Peloponnes am meer gelägen in der Messenenser gegne.} *Valer. Flaccus lib.* 1. Neleidésque Periclymenus, quem parua Methone, &c. Huius *meminit Ptolemæus libr.3. cap.* 16. Hodie *Modone.*

Methone, *Stephan.* vrbs Thraciæ, Homerus per η, ἐπὶ δ' ἄρα μεθώνην, καὶ Θαυμακίην ἐνέμοντο. Ciuis Methoneus. Alia est Macedoniæ, Abundat vino, quod Græci μέθυ vocant: vnde nomen. Alia est Laconiæ, cuius gentile Methonæus. Quarta, Persidis. Quinta Euboeæ.

Methyriades, μεθυριάδες, *Stephan.* siue (*vt apud Plin. legitur*) Methurides, insulæ quatuor sunt in sinu Megarico, non procul à Troezene. *Vide Plin. lib.4. cap.* 12.

Methydrivm, μεθύδριον, *Steph.* Arcadiæ oppidum est, *de quo Strab. libr.* 8. *& Plin. libr.4. cap.6.*

Mĕthymnă, vel Methymne μήθυμνα, Vrbs Lesbi, apud quam nascitur generosum vinum. *Ouid. 1. de Arte amandi,* Gargara quot segetes, quot habet Methymna racemos.

Mĕthymnæŭs, æa, um, μηθυμναῖος. *Idem lib.* 11. *Metamor.* Et Methymnæa potiuntur littore Lesbi. Ab hac vrbe ortum habuit Arion citharœdus nobilis, quem Herodotus à prædonibus in mare proiectum, & à Delphine incolumen deuectum in portum ad Tænarum fabulatur.

* Methymnias, adis, fœm. gen. μηθυμνιάς, *Ouid. Epist.* 21. Nec Pyrrhiades, Methymniadésque puellæ.

[Metia porta. Vide infrà in Metius.

Meticulosus, Vide Metvo.

Mĕtĭŏchvs, μετίοχος, Fuit, *teste Herodoto lib. 6.* miltiadis Atheniensium ducis filius, qui cùm à Phœnicibus captus, ad Darium Persarum regem, contra quem bellum gerebat adductus esset, donatus ab eo amplissimis ædibus, diuitiis auctus, data vxore Persica ex qua liberos suscíperet, & magno in honore habitus fertur.

Mĕtĭŏr, tiris, mensus, Mensuro, dimetior, iudico, æstimo. {מדה *madhâh.* μέτρεω, *al.* Gallic. mesurer. Ital. *Misurare.* Germa. Mässen oder außmässen. Hisp. *Medir.* Anglic. *To measure.*} *Cic. 2. de Natur. deor.* Sed tuit quædam ab infinito tempore æternitas, quam nulla temporum circumscriptio metiebatur. *Idem* 1. *Offic.* Etiam si dinumerare se stellas aut metiri mundi magnitudinem posse arbitraretur. *Idem de Amic.* Iam virtutem ex consuetudine vitæ, sermonísque nostri interpretemur: nec metiamur eam, vt quidam indocti, verborum magnificentia. *Idem in Cat.* Neque enim ipsorum conuiuiorum delectationem corporis voluptatibus magis, quàm cœtu amicorum & sermonibus metiebar. ¶ Aliquando ponitur pro transire, & abire. *Virg.* -magnum qui piscibus æquor, Et iuncto bipedum curru metitur equorum. Composita eius sunt, Permetior, hoc est, ad finem vsque metior, vel peragro. *Virg. 1. Æneid.* Nos tumidum sub te permensi classibus æquor, id est enecti. *vt inquit Seruius.* [*Ouid. Eleg. 4. lib. 1. Trist.* Freta sideribus totis distantia mensos (.i. emensos.)] ¶ Remetior, Rursus metior, ἀνταμείβω, *Idem lib. 2. Æneid.* Arma deóque parant comites, pelagóque remento Improuisi aderunt. ¶ Metiri stipendium. *Curt. lib. 3.* Ex pecunia deinde Babyloniæ Macedonibus equitibus sexcenti denarij tributi, peregrinus eques quingenos accepit, ducenis pedestrium stipendium mensum est.

Mēnsōres, à Metior, Appellantur agrorum finitores. {מדך *modhédh.* μετρητής. Galli. Arpenteurs, mesureurs. Ital. *Misuratori.* German. Außmässer/veldmässer. Hisp. *Medidores.* Anglic. *Masurers.*} *Colum. lib. 6. cap.* 1. Ego non agricolæ, sed mensoris officium esse dicebam. ¶ Mensores præterea sunt (*inquit Vegetius lib. 2. cap.* 7.) qui in castris ad podismum demetiuntur loca, in quibus tentoria milites figant, vel hospitia in ciuitatibus præstant. Hoc in loco Podismus est dimensio pedibus facta. Hi etiam Metatores (*Autore Budæo*) dicuntur.

Mēnsĭo, onis, à verbo metior, Mensura, dimensio. {מדה מדך *middádh* *memádh.* μέτρησις. Gall. Mesurement, mesurage. Ita. *Misuramiento.* Ger. Ein mässung. Hispa. *Obra de medir, medimiento.* Ang. *A measuring.*} *Cic. in Orat.* Aures vel animus aurium nuntius naturalem quandam in se continet vocum omnium mensionem.

Mēnsūră, ræ, Instrumentum quo metimur, vnde & nomen habet: aut quo rei alicuius quantitatem deprehendimus. {מדה מדך *middáh* *memádh.* μέτρον. Gallic. Mesure. *Misura.* German. Ein mas oder mäß. Hisp. *Medida.* Angli. *A measure.*} *Plin. libr 7. cap.* 56. Mensuram & pondera Phidon Argiuus, aut Palamedes (*vt maluit Gellius*) inuenit. [*Ouid. Eleg. vlt. lib.* 4. *Trist.* Curia restabat clausi mensura coacta est.] ¶ Transfertur etiam ad alia. *Idem lib. 2, cap.* 1. Quasi verò mensuram vllius rei posset agere, qui sui nesciat, *Plin. Iun. in Epistol.* Ex illo enim mensuram beneficij tui prorsus intelligo. Mensura corporum humanorum, *apud Solin. cap.* 5.

Mĕtis, μῆτις, Nympha Oceani & Tethyos filia, sic dicta à consulendo: μῆτις enim consilium significat. *Huius meminit Hesiodus in Theog.* ¶ Est & vrbs in Mediomatricibus sita, huius nominis. {Germ. Metz.}

Mĕtiscvs, Turni auriga. De *quo Virg. lib.* 12. *Æneid.* Aurigam Turni media inter lora Metiscum Excutit, &c. Sunt qui scribendum putent Methyscus etymon eius deducentes à Græco verbo μεθύσκομαι, quod est inebrior.

Mĕtivs svffetivs, Dux Albanus tempore Tulli regis Romanorũ, qui quòd ex præscripto fœderis ad belli societatem contra Fidenates vocatus, euntibus in hostem Romanis, suos prælio eduxerat, iussu Tulli duabus admotis quadrigis discerptus est. *Vide Liuium lib. 2. ab Vrbe.* [Currendum est extra portam Metiam. *Plaut. Pseud. sc. 3. a. 1.*]

Metivs geminvs, dux Tusculanorum, superatus à Romanis bello Latino. ¶ Metius item Curtius, Sabinorum dux contra Romulum, ob raptas Sabinas acriter pugnauit.

Metivs carvs, Delator insignis, *de quo Plin* 1. *Epist. ad Vocanium, & lib. 6. ad Hispanum.*

Mĕto, tis, messui, messum, Fruges seco & fructus colligo. {קצר *katsár.* θερίζω, ἀμάω. Gall. Moissonner recueillir le grain, aouster. Ital. Mietere. Germa. Schneiden/ ernden. Hispa. *Segar.* Ang. *To reape or mowe.*} Proprie enim segetes meti dicuntur, & herbæ, quum falce alióve instrumento resecantur. *Cic. 3. de Orat.* Vt sementem feceris, ita & metes. *Cæsar. 4. bell. Gall.* Tum dispersos depositis armis, in metendo occupatos subitò adorti. ¶ Vuas quoque metere dixit *Virg. 2. Georg.* pro colligere vuas, seu vindemiam facere. Sarmenta (*inquit*) & vallos primus sub tecta referto: postremus metito. ¶ Item pro depascor, *apud Virg. 4. Georg.* Illæ continuò saltus syluásque peragrant. Purpureóque metunt flores. ¶ Metere maximam messem malorum, *dixit Plaut. in Trin. pro*, maximam malorum hominum copiam inuenire. Vide in dictione messis. *Idem in Epidico*, Mihi istic nec seritur, nec metitur: hoc est ista res nihil ad me pertinet, vt quæ neque meo periculo fiat, neque emolumento. *Vide Erasmum in Chiliad.* ¶ Huius composita sunt, Demeto, Emeto, & Præmeto de quibus suis locis.

Messio, Ipsa metendi, id est fruges vel herbas secandi actio, à verbo Meto, metis. [Hanc vocem negat esse Latinam. *Diomedes lib.* 1. Messura enim dicitur (*inquit*) non Messio. Vide paulò infrà.] {קציר *katsír.* θερισμός. Gal. Moissonnement. Ita. *Mietere.* Germa. Schneidung/das ernden. Hispa. *Miesse ò mies.* Ang. *Reaping, mowing.*}

Messor, messoris, Dicitur qui metit. {קציר *katsír.* θεριστής, ἀμητήρ. Gal. Moissonneur. Ital. *Mieritore.* Germa. Ein schnitter. Hispan. *Segador.* Angl. *A reaper, a mower.*} *Virgil. Georg.* 1. -quum flauis messorem inducerat aruis Agricola. *Cic. 3. de Orator.* Non mihi oratores antiques, sed messores videris imitari. *Virg. 2. Eclog.* Thestylis & rapido fessis messoribus æstu Allia, serpillúmque herbas contundit olentes. *Plaut. in Capt.* [*sc. 5. a. 3.*] -rogas? Sartor, sátórque scelerum, & messor maxume.

Messōrĭus, messoria, messorium, Quod ad Messorem pertinet. {θερισικός. Gal. Appartenant à moissonneur. Ital. *Pertinente à mietitore.* Gir. Das deß schnitters ist. Hispa. *Cosa perteneſciente à segador.* Ang. *Belonging to a reaper or mower.*} *Cic. pro Sestio*, Messoria se corbe contexit.

Messura, {θερισμός, Messio.} *Diomedes Grammat. lib.* 1. Metor meteris cùm ad fructum, ex quo perfectum sit Messus non metitus sum: messuram enim dicimus non messionem: Et futuro actiuo messurus, passiuo metendus.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Mĕtœcŭs, {μέτοικος.} Qui de vna ciuitate in aliam migrauit habitandi animo, Latinè aduena dici potest, vel inquilinus. *Pompon. de ver. signifi. l. Pupillus.* Paroecum, παροίκιον appellat.

[De Metone Astrologo *Plutarch. in Alcibiad.*]

Mĕtōnўmĭă, μετωνυμία. cum accentu in penultima, Latinè transnominatio. Figura est, vel potius tropus, quum causa pro effectu, subiectum pro adiuncto aut contrà ponitur, vt cum Cererem pro pane & frugibus, Bacchum pro vino ponimus: ferrum pro armis: Italiam pro Italis, &c. De hac videndi sunt Rhetores. Neque enim huius loci est exempla adducere ex autoribus & paginas implere.

Mĕtōpĭŏn, μετώπιον, Arbor est in Africa AEthiopiæ subiecta nascens, ex qua Ammoniaci lacryma in subiectas arenas distillat. *Plin. lib. 12. ca. 28.* Ergo AEthiopiæ subiecta Africa Ammoniaci lacrymam stillat in arenis suis. Inde & nomen etiam ab Ammonis oraculo, iuxta quod gignitur arbor, quam Metopion vocant. *Hactenus Plin.* ¶ *Dioscoridi verò* Metopion, ferula est in Syria nascens, ex qua galbanum distillat. ¶ Est & Metopion olei genus ex amaris amygdalis confectum, *teste Plinio lib. 15. cap. 7.*

Mĕtōpŏscŏpŭs, μετωποσκόπος, Latinè frontis inspector interpretari potest ἀπὸ τῦ μετώπου, quod frontem significat, καὶ σκοπεῖν, quod est contemplari, intueri, considerare. Sunt enim Metoposcopi, qui ex frontis & oris lineamentis, quid cuique euenturum sit, diuinant. *Suet. in Tito*, Quo quidem tempore aiunt metoposcopum à Narcisso Claudij liberto adhibitum, vt Britannicum aspiceret, constantissime affirmasse, illum quidem nullo modo, cæterùm Titum, qui tum propè adstabat, vtique imperaturum. *Plin. lib. 35 c. 10.* Imaginum similitudines adeò indiscretè pinxit, vt (incredibile dictu) Appion Grammaticus scriptum reliquerit, quendam ex facie hominum adiuuantem (quos Metoposcopos vocant) ex iis dixisse aut futuræ mortis annos, aut præteritæ.

Mĕtor, metaris, Metas & terminos pono, diuido definio, merior. {מדד *madhádh* תכן *tichchén* גבל *ghabál* חנה *chanáh.* ὁρίζω. μετρέω. GALLIC. Aligner, mettre bornes, meiurer, asseoir. ITALIC. *Por meta, misurare.* GERMANIC. Außgyten/außmarcken/ außmässen. HISPANIC. *Apoſentar, poner termino.* ANGLIC. *To ſert marches and boundes, to menſur.* } *Gell. lib. 1. cap. 1.* Nam quum fere constaret curriculum stadij, quòd est Pisis apud Iouem Olympium, Herculem pedibus suis metatum, idque fecisse longum pedes sexcentos. *Virgil. lib. 2. Georg.* si pinguis agros metabere campi, Densa fere. ¶ Metari castra id est describere & collocare τίθεσθαι. *Sallust. in Iugurtha*, Sylla pariter cum ortu Solis castra metabatur. [Et simpliciter Metari, pro castra metari, *Liuius lib. 4. d. 5.* Et metari frontem castrorum. *Idem Ibidem.* Item, Metata castra, passiue: Vide infrà, in Metatus.] ¶ Metari cœlum *Ouid. 1. Faſtor.* Nos quoque sub ducibus cælum metabimur illis, Ponemúsque tuos ad vaga signa dies. Inuenitur etiam Meto, metas. *Virg. in Culice*, Metabat sese circum loca. ¶ Compositum à Metor est Emetor, penultima producta perfectè metior. διαμετρέω. *Lactan. de Opificio Dei*, Nam si peritus architectus, quum magnum aliquod ædificium facere constituit, primo omnium cogitat quæ sumpta perfecti ædificij futura sit, & antè emetatur, quem locum leue pondus expetat.

Mĕtātĭo, metationis, Ipse metandi, hoc est collocandi, diuidendi vel disponendi actus. {מתכנת *mathchóneth* μέτρησις, κατεμέτρησις, διάθεσις, διάταξις. GALL. Assiete, alignement. ITA. *Ordine, diſpoſitione.* GERM. Außgytung/ordnung/ſetzung. HISPA. *Apoſeniamiento.* ANGLI. *A meaſuring or bounding of landes.* } *Columella libro nono capite decimoquinto.* Hæc in quincuncem vinearum metatio expeditissima ratione conficitur.

Mĕtātor, metatoris, Mensor qui arbores in seminario, vel arbusto disponit, & ordine quodam digerit. {מרד *modhédh.* μετρητὴς διατάκτης, διατάκτωρ. GAL. Qui assiet, qui plante les arbres à la ligne. ITA. *Chi pianta gli alberi con ordine & diſpoſitione.* GER. Ordner/außsetzer/außgyter. HISP. *Apoſentador, el que planta ò aſſenta los arboles por orden.* ANG. *A planter of trees by order and rankes.* ¶ Item qui locum futuro ædificio aut castris collocandis metitur, aut qui agrum, aliúmve quemuis locum in certas distribuit partes. *Cic. in Philip.* Saxa castrorum antea metator, nunc vt sperat, vrbis. *Ibidem*, Saxa peritus merator & callidus vrbem iam decempeda iua diuiserat. *Lucan. lib. 1.* Hesperios audax veniam metator in agros. *Pro eodem Cicer. in Philip.* Decempedatorem dixit. L. Antonius (*inquit*) agri publici & priuati æquissimus decempedator. Metatores etiam dici possunt, qui iussu atque autoritate principis militibus diuersoria assignant: quique in castris, figendis tentoriis locum vnicuique ostendunt. *Vegetius lib. 2. cap. 7.* Metatores (*inquit*) in castris dicuntur, qui præcedentes, locum castris idoneum eligunt. Hi etiam Mensores dicuntur, *vt suprà suo loco docuimus.*

Mĕtātŭs, particip. quod aliquando passiuè acceptum, videtur esse à verbo Metor. *Horat. lib. 2. Carm.* Nulla decempedis metata priuatis Opacam porticus excipiebat Arcton. [*Liu. lib. 4. dec. 5.* Metata castra.]

Mĕtrĕnchytæ, μετρεγχύται. Instrumenta sunt medicorum: per quæ medicamenta in vterum iniiciuntur. Lynacrus vertit vterinos clysteres. *Vide Galenum 5. Methodi.*

MĔTRĂ, Erisichthonis cuiusdam Thessali filia, meretrix liberali forma, ad quam qui cõmeabant adolescentes, corporis copiam non assequebantur, nisi equos, boues, amplissimaque deferrent munera: quia nondum id temporis repertus fuerat gemmarum vsus. Porrò Thessali per iocum dicebant: Metram Erisichthonis verti in ea omnia quæ illi ab amatoribus donabantur: vnde fluxit prouerbium Mutabilior Metra Erisichthonis. *Ouid. lib. 8. Metam.*

Mĕtrēta, æ, penultima producta, Genus vasis, constans ex duobus batis. {μετρητής. GAL. Vne forte de mesure contenant selon la supputation de Budee, soixante septiers. ITA. *Meſura di dieci congij.* GER. Ein maß bey denn griechen hielt zwölff congios/das macht sechs vnnd dreissig maß. HIS. *El arrena ò cierta otra medida.* ANG. *A veſſell or meaſure of ten gallounes.* } Quòd (*inquit Budæus lib. 5. de Asse.*) Dioscorides metretam dixit, Plinius cadum transtulit, quod & ipsum Græcum est, sed vtroque nostri vtuntur. Metretam enim Cato, & Columella dixerunt. Est autem congiorum decem, *vt autor est Dioscorides lib. 5. his verbis*, Ἔστι καὶ μετρητὴ χόες δέκα. Decem autem congij sexaginta sextarios valent, id est amphoram & quadrantem. *Pollux tamen in 10. de Vocabulis ait*, Cratinum comicum metretam amphoram appellasse. [*Iuuen. Satyr. 3.* Capiti incutit ille metretam.] *De hoc nomine plura apud Budæum lib. 5. de Asse.*

Metricus, a, um, Vide METRVM.

METROCLES, μητροκλῆς, Cynicæ sectæ Philosophus, & discipulus Cratetis, qui Hipparchiam sororem eius in matrimonium habebat. *Vide Lertium.*

Mĕtrŏcŏmĭă, μητροκωμία. Sic est inter vicos, vt Metropolis inter vrbes: à quibus Hipparchiam sororem eius in matrimonium habebat. *Vide Lertium.*

Mĕtrŏcŏmĭă, μητροκωμία. Sic est inter vicos, vt Metropolis inter vrbes: à quibus agnoscitur. Est enim proprie Metrocomia vicus vel pagus, vnde in alios vicos ductæ sunt coloniæ: quemadmodum Metropolis vrbs est, ad quam deductæ coloniæ, velut ad matrem originem suam referunt. *Vide Anno. Bud. ei.* Vtitur hac voce. *Iustinianus in codice, titulo, Non licere habitatoribus metrocomiæ poſſeſſiones ſuas ad extraneum transferre, & Iuriſcon. leg. vltim. de Exact. tribut.* Latine Matrix dici potest, quemadmodum Metropolis, Matrix ciuitas. Nam μήτηρ matrem significat, & κώμη vicum, siue villam.

MĔTRŎDŌRŬS, penultima producta, μητρόδωρος. Pictor, & Philosophus Athenienſis, Carneadis auditor. *Cicero de Oratione libro 1.* Erat, *inquis*, setius audierat. ¶ Fuit præterea Metrodorus quidam Scepsius, qui potestea relicta philosophia, ad ciuilium rerum administrationem se cõtulit. Hic oratori in scriptis suis, quàm philosopho vicinior fuit, nonnulla que quodam dicendi genere multos à sui imitatione deterruit. Propter nominis tamen famã, quanquã pauper erat, clarum coniugiũ apud Carthaginienſes assequutus, Carthaginiensis ciuis est habitus. Quinque amicitiam Mithridatis regis sibi conciliasset, ad illum cum vxore profectus, honore maximo ab eo affectus est. Nam iuri dicundo præfectus dicitur fuisse, cum potestate tam ampla, vt ab eo ad regem provocare non liceret. Quę tamen res ei non fœliciter cessit. Nam quum hominum aliquot improborum odium incurrisset, legatus ad Tigranem Armeniorum regem missus à Mithridate defecit. Quamobrem comprehensus à Tigrane, inuitus ad Mithridatem remissus est: quo in itinere, siue regis opera, siue morbo (nam vtrunque dicitur) extinctus est. *Hæc Strabo lib. 13. Huius etiam meminit Cic. memoriámque eius commendat Tuſcul. quæſt. lib. 1.* Non quæro, *inquit*, quanta memoria Simonides fuisse dicatur, quanta Theodoctes, quanta is, qui à Pyrrho ad fœnatum missus est legatus, Cineas, quanta nuper Carneades quanta qui modò fuit. Scepsius Metrodorus, quanta noster Hortensius. *Hactenus Cicero.* ¶ Fuit & Metrodorus quidam Chius, qui vniuersum fere tempus eternum esse dicebat. ¶ Fuit item Metrodorus Lampsacenus, Epicuri discipulus, fidissimúsque amicus. *Strabone, Diogenéque testibus.*

Mĕtrŏpŏlĭs, {אם *em* μητρόπολις.} pen. corr. Dicitur vrbs, *teste Budæo in prioribus Annot. in Pand.* ex qua coloniæ deductę sunt, quales mulæ ex Athenis missæ sunt, & ab vrbe Roma. Latinè Matricem ciuitatem dicere possumus. Nam μήτρα matricem sonat, & πόλις ciuitatem. Nam quemadmodum in pecore ex matricibus noui semper fœtus: ita ex metropoli nouæ ciuitates propagantur. Potest & ἀπὸ τῦ μανίαν compositum videri. Sic enim se habet Metropolis ad coloniam, vt mater ad filiam: id quod illo Thucydidis loco manifestè declaratur, Ἀποικία δὲ ἀφ' ἑτέρας πρὸς τὴν μητρόπολιν, ἀδικουμένη δὲ, ἀδικοῦσα οὐ. id est Colonia beneficio effecta, honore Metropolim suam persequitur: iniuria autem affecta, ab ea alienatur. Metropoles, *inquit Suidas, dicuntur quæcunque* ciuitates colonias deduxerunt. *Latine dici possunt Matrices vrbes.*

Mĕtrŏpŏlītēs, μητροπολίτης. Qui ex Metropoli oriundi sunt, quive metropolim inhabitant.

Mĕtrŏpŏlītēs, μητροπολίτης, pen. prod. Metropolitanæ ciuitatis incola.

MĔTRŎPŎLĬS, μητρόπολις, Vrbs Phrygiæ, *teste Stephano*, à Cybele Deûm matre condita. ¶ Item alia eiusdem nominis in conuentu Apameno. ¶ Tertia in conuentu Ephesiorum ad Caystrum fluuium. ¶ Stephanus præterea alias septem enumerat quarum primam in Lydia, secundam in Thessalia collocat, tertiam Acarnaniæ, quartam Scythiæ attribuit, reliquas tres in Ponto, superiore Thessalia, & Eubœa constituit.

Metrum, tri, Mensura, dimensio. {שיר *shhráh* שור *shór* מדוד *mizmór.* μέτρον. GAL. Mesure. ITA. *Miſura.* GER. Ein maß oder mäſs. HISPANI. *Madida.* ANG. *Meaſure, dimenſion.*} Et quoniam metiuntur versus, in metris dicuntur Metra. *Colum. lib. 3. cap. 10.* Nam idipsum censuisse maiores nostros non dubium est, quanuis nullo alio sit scripto proditum, exceptis, quæ retulimus metris Virgilianis. ¶ Hinc fiunt per compositionem Monometrum quod vnica mensura maiori, hoc est duobus pedibus constat. ¶ Dimetrum quod duabus mensuris, hoc est pedibus quatuor. ¶ Trimetrum, quod sex pedibus. ¶ Tetrametrum, quod octo pedibus, siue quatuor mensuris constat, quem numerum pedum rarò supergredimur. ¶ Pentametrum dicitur, quod quinque habet mensuras minores, quas vocamus pedes. ¶ Hexametrum, quòd sex minoribus mensuris seu pedibus constat.

Mĕtrĭcŭs, a, um, μετρικός. Quod ad metrum, hoc est ad versum, siue ad mẽsuram pertinet: vt Ars metrica, μετρική, & Lex metrica. *Plin. lib. 11. cap. 27.* Arteriarum pulsus in modulos certos, legésque metricas per ætates stabilis aut citatus, aut tardus. [Metrici, (i. qui metra faciunt) *Gell. cap. 14. lib. 18.*]

Mĕtŭo, metuis, metui, Timeo. {יראה *jaré. Nóa,* φοβοῦμαι. GAL. Craindre, auoir peur. ITA. *Temere.* GER. Förchten. HIS. *Temer.* ANG. *To feare, to dread.*} Varro à motu animi deductum putat, quum id, quod male cadit, verti sursum putat, mens refugit. Quúmque vehemẽtiùs in mouendo, vt à sursum putat, mens refugit. Quúmque vehemẽtiùs in mouendo, vt à sursum putat, mens refugit. Formido appellatur, si autem ex horrore vêturæ rei abeat, foras fertur. Formido appellatur, si autem ex horrore vêturæ rei abeat, foras fertur, Pauor dicitur. Pauire enim vehementer tundatur pectus, à pauiendo Pauor dicitur. Pauire enim vehementer tundatur pectus, à pauiendo Pauor dicitur. Pauire enim tundere est. Inde pauimentum, quòd pedibus pauiatur, id est tundatur, & quia in hac perturbatione frigescim⁹ ab horrẽdo Horror dicitur, vt à tremẽdo Tremor. Et proprie Metuere, seruorũ est: Vereri liberorũ. *Cic. Cat.* Metuebãt enim serui, verebãtur liberi charũ omnes habebãt. [Sen. Qui cũ culpa carẽt, metuũt, ij sunt heris vtibiles, nó qui metuũt mẽui qui cũ culpa carẽt, metuũt, ij sunt heris vtibiles, nó qui metuũt mẽui qui cũ culpa carẽt, metuũt, ij sunt heris vtibiles, nó qui metuũt mẽui lum promeriti. *Plaut. Menæch. ſc. 6. a. 5.* Sanè ego illum metuo ne quid male faxit mihi. *Plaut. Menæ. ſc. 2. a. 5.* Sed metuo ne serò veniam. *Plaut. Menæ. ſc. 6. a. 5.* Metuo maximè P. Quid metuis? Ne nos perdiderimus. *Plaut. Mil. ſc. 5. a. 1.* Deos, quos maxume æquum est metuere *Plaut. Pſeu. ſc. 3. a. 1.* Et nunc eum male metuo miser! *Plaut. Pſeud. ſc. 1. a. 5.* Quam (Iunonem) me vereri & metuere est par maximè. *Plaut. Amphit. ſc. 3. a. 1.*] ¶ Quærit *Ariſtoteles in Problem.* Cur tremunt qui metuunt? An propter

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

An propter refrigeratio nem? Deficit enim calor, atque contrahitur. *Hinc Virgilius* gelidusque per ima cucurrit Ossa tremor. Metuentibus aluus funditur, algor & sitis prouocatur, testiculi contrahuntur, dentes crepitant, & arietantur. ¶ Dicimus Metuo te, & Metuo tibi quemadmodum Timeo te, & Timeo tibi: quæ sic differunt, vt Metuo, vel Timeo te idem sit quod metuo, nequid mihi mali infetras: Metuo vel timeo tibi, nequid tibi mali accidat. *Terent. in Eunuch.* Metuebant omnes iam me. [Vt quum absim me ames me tuam absentem. (pro absenti, inquit *Passerat.* si vera est lectio.) *Plaut. Amphitr. sc.3.a.1.*] * Metuo à vel ab *Cicer. ad Atticum lib.9.* Sed quum eadem metuam ab hac parte. Metuo Reip. malum ab eo. [Nolo metui, amari mauolo abs te, mi gnate. *Plaut. Asin. sc.1.a.3.* Cur spolieris, erit, non cur metuaris ab hoste. *Ouid.13, Metamorph.* Quid à nobis metuit? *Plaut. Capt. sc.1.a.2.*] *Cicer. Attic. lib.1.* Metuo de vita *Idem Attico lib.3.* Metuere pro aliquibus. *Celsius lib.3. cap.11.* Non metuo quin meæ vxori latæ suppetiæ sint, Id est, certo scio latas esse suppetias. *Plaut. Amphit.* Metuo *vt Plaut. Curcul.* [*sc.1.a.4.*] Ornamenta quæ locaui metuo ne non possim recipere, *Cicero*, Metuo vt ne pereat. [Item, Nihil metuo, nisi medius disrumpar. *Plaut. Menæch. sc.1.a.2.* Item hunc seruum metuebam, ne vxori renunciaret. *Plaut. Menæch. sc.4.a.2.* Metuo autem fit à me & tuo, pro tueor, i. mihi caueo, quia Metus cautio est.]

Mĕtŭēns, nomen ex participio. { ירא *jaré. φοβούμενος, δεδιώς.* GALLI. Craignant, craintif. ITALI. *Temente.* GERMANIC. Forchtsam/oder förchtend. HISP. *Temeroso.* ANGLIC. *Fearing.* } *Cic. post red. in Sen.* Nam Consules, modesti, legúmque metuentes, impediebantur lege; non ea quæ de me, sed ea quæ de ipsis lata erat. *Idem pro domo sua*, Homines legum, iudiciorúmque metuentes, [Metuens pueris, mihi formidans. *Plautus Amphitr.*]

Mĕtŭēntĭor, comparat. *Ouid. 6. Fast.* Regis opus placidi, quo non metuētius vllum Numinis ingenium terra Sabina tulit.

Mĕtŭēndŭs, *Cice. de Aruſp. reſp.* Eodem ferè tempore factus in agro Piceno Potentiæ nuntiatur terræ motus horribilis, cum quibuldam multis metuendísque rebus. [Sic pugnat, sic est metuendus Vlysses. *Ouid. 13. Metam.*]

Mĕtūtŭs, penult. prod. participium. *Lucret. lib.5.* Nam cupidè conculcatur nimis antè metutum.

Mĕ̆ŭs, tus, Timor, horror, formido, & (*sicut Vlpianus scribit*) de instanti vel futuro periculo, mentis trepidatio. { יראה *jiereáh* פחד *páchadh. φόβος, δέος.* GAL. Peur, crainte. ITALI. *Timore, tema, paura.* GERM. Ein forcht. HIS. *Miede eſpanto.* ANGLIC. *Feare, dread.* } *Cic. 4. Tuſc.* Metus est opinio impendentis mali, quod intolerabile esse videatur. *Ibidem*, AEgritudini finitimus est metus: est enim metus, & ægritudo præsentis, sic ille futuri mali: itaque nonnulli metum Præmoleſtiam appellabant, quòd esset quasi dux consequentis moleſtiæ. [Ista quò euenant madeo metu. *Plaut. Moſtel. sc.1.a.2.* Videoque trementem pallentemque metu, & trepidantem marte futuro. *Ouid. 13. Metam.* Fugiat capite obuoluto cum summo metu. *Plaut. Moſtel. sc.1.a.2.* Ego istum tibi lepidè medicabor metum. *Plaut: Ibid.* In metu esse maximo. *Pla. Pſeud. sc.3.a.4. & Aſin. sc.1.a.1.* Item, Per metum, pro metu vel præ metu. *Pla. Aul. sc.3.a.1. & Ibid. sc.4.a.1.* Metum atque fugam meis perduellibus iniiciam. *Plaut. Pſeud. sc.1.a.2.* Pone metum (.i. abiice, amoue) *Ouid. Eleg.7. lib.3. Triſt.*] ¶ In metu aliquem ponere pro metuere dixit. *Cic. ad Attic.* Quid autem, *inquit*, absurdius hunc metuere, alterum in metu non ponere? [Metus autem tam actiuè quam passiuè sumitur, *teste Gellio cap.12. lib.9.*] Nam metus hostium, rectè dicitur, & quum timent hostes, & quum timentur. Et Metus meus quo ego metuo alios: itémque meus, quo metuor ab aliis. *Salluſtius apud Nonium*, Ad bellum excitabat metus Pompeij victoris, hoc est quo Pompeius metuebatur. [Sic, Deûm metum parentum amorem, & cognatûm concordiam. *Plaut. Amphitr.* ¶ Item, Capitur interdum pro religione, quia, vt *ait Seruius*, ex metu nata est religio. *Virgil. lib.7.* Multosque metu seruata per annos.]

Mĕtĭcŭlŭs, diminutiuum. Hinc.

Mĕtĭcŭlōsŭs, significat Timidum. { חרד *charedh. φοφοδὴς, δειλός.* GALLI. Craintif, poureux. ITA. *Pauroſo, timido.* GER. Forchtsam, HISP. *Medroſo, ò temeroſo.* ANG. *Fearefull.* } *Plautus in Moſtel.* Nescis quàm meticulosa res sit ire ad iudicem? *Idem in Amph.* Nullus est hoc meticulosus æquè.

Mĕtȳs, Purgamentum ceræ, ex quo partem aluei priorem apes illinunt. *Hæc Sipontinus. Plin. tamen lib.11. cap.7.* (vnde Sipontinus hæc videtur esse mutuatus) primum ceræ fundamentum Cómosim appellat. Quare libet suspicari, Perottum deprauato Plinij vsum esse exemplari.

Mĕu, per duas syllabas, *μῆον. Dioſcor.* Herba est caule, foliisque aniso non absimilis: *de qua Plinius lib.20. cap.13.*

MĔVĂNĬA, *μινουανία*, Ptolemæo, Vulgò *Meuania.* Ciuitas Vindiciæ, inclyta Propertio alumno, sita ad viam Flaminiam, armentorum & gregum ferax. *Lucan. lib.1.* tauriferis vbi se Meuania campis Explicat, &c. *Plin. lib.35. cap.14.* In Italia quoque lateritius murus Aretij & Meuaniæ est. Huius vrbis incolæ dicuntur Meuanates. *Plin. lib.3. c.14.*

MĔVĬŬS, Poëta ineptissimus Virgilij & Horatij temporibus, vtrique æque inuisus, quòd poëmata illorum infectaretur, & ex alienæ laudis obtrectatione gloriam aucuparetur: vnde & Virgilio mastix vulgò appellatus est. { GER. Ein vngeſchickter poet / der den Virgilium vnd Horatium verlachet/damit er darin geſálen wurde. } *Virgil. 8. Æclog.* Qui Bauium non odit, amet tua carmina Meui: Atque idem iungat vulpes & mulgeat hircos, *Horat. lib.1 Carm.* Mala soluta nauis exit alite, Ferens olentem Meuium.

Mĕŭs, mea, meum, pronomen possessiuum, vt meus ager. { לי *li. ἐμὸς.* GAL. Mien, mon. ITA. *Mio.* GER. Mein. HISPANIC. *Mio.* ANGL. *Myne, my.* } Quum verò dico, Meus sum, perinde est acsi dicerem, Meæ potestatis sum *αὐτεξούσιος.* ¶ *Perſius Satyra 5.* Postquam meus à Prætore recessi. [Me miserum, si te iam pudet esse meam (vxorem.) *Ouidius Eleg.3. lib.4. Triſt.* Aue mi Cai, meus ocellus. *Gel. cap.7. lib.15.* Anime mi, meus ocellus. *Plaut. Aſin. sc.3 a.3.* Meo cibo & sumptu educatus est. *Plaut: Men. sc.5.a.5.* Mea hæc habeo, cum meo peculio. *Plaut. Pſeud. sc.7.a.4.* Oculus meus, pro, ocule mi. *Plaut. Moſt. sc.3.a.1.* Quid tibi mea, aut quid agam, curatio est? Mei tergi facis hoc, non tui fiducia.

Plaut. Moſtell. sc.1.a.1. At quæcunque meæ poterunt audere Camenæ (.i. Ego,) *Tibull. lib.4.* Id mea me multis docuit regina querelis. *Catull. de Coma Ber.* At non per dubias errant mea carmina laudes. *Tib. libr.4.* Exurgite qui terrore meo occidistis (.i. mei) *Plaut. Amph.* ô mea commoditas, ó mea opportunitas, salue. Et meus hic rectè est (ensis) *Ouid. 13. Metam.*] ¶ Aliquando etiam, Meus, Tuus, Suus, substantiue accipiûtur: facileque in eis subauditur substantiuum aliquod, Amicus, Familiaris, vel Domesticus. *Virgil. lib.4.* -dulcésque meorum reliquias, *& libr.3.* Cape dona extrema tuorum. *Terent. in Phorm.* Ego meorum solus sum meus. [Item,] Meus carnifex, (*apud eundem in Andria)* qui me excarnificat. ¶ Meum est, hoc est Mei officij est. *τοῦ ἐμοῦ ἐστι.* Sic tuum, suum, nostrum, & vestrum est, id est tuum, suum, nostrum, & vestrum officium est, meum munus, meæ partes. Meum non est, id est non est mea natura. *Terent. in Heautont.* non est mentiri meum, [Neque enim benefacta maligne deuectare meum est. *Ouid. 13. Metam.* Maledictis tu eam ductare postulas. A. Non meum est. L. Nec meum est vt mittam gratiis. *Plaut.*] ¶ Mea, Mea tu, & huiusmodi, muliebria sunt blandimenta, sine quibus, *inquit Donatus*, non progreditur colloquium fœminarum, & maximè trepidantium. *Terent in Adelph.* Modò dolores, mea tu, occipiunt primulum. *Idem in Eunucho* Heu, obsecro mea Pythias, quid istucnam monstri fuit? Meum est, pro Meum est inuentum, excogitaui ipse. *Ibidem*, Tuum obsecrone hoc dictum erat? vetus credidi. THRAS. Audieras? GNA sæpe: & fertur in primis. THR. Meum est. Id est ego ipse huius dicti autor sum. ¶ Mea quidem sententia, pro vt ego sentio, vt opinor. *Idem in Adelph.* Et errat longè, mea quidem sententia. [*Plaut. Menæch. sc.3.a.1.* Meo quidem animo (.i. vt mihi videtur.)] ¶ Mea est descriptio, *apud Cic. de Senect.* pro Egomet descripsi. ¶ Meo pretio, in prologo Hecyræ, interpretatur Donatus pro Pretio à me facto, & à me statuto. [Meus ille homo est (.i. à me decipietur mox.) *Plau. Mil sc.3.a.2. & Pſeud. sc.3.a.1. & sc.2.a.2.* Item, Meus hic est, hamum vorat. (de eo qui dolo circumueniendus est) *Plau. Curc. sc.1.a.3.*] ¶ Mea vnius salus. *Cic. in Vatin.*

MĔZĔNTĬŬS, Tyrrhenorum Rex, summus deorum contemptor, à subiectis populis ob immanem crudelitatem cum tota familia expulsus, qui vnà cum Lauso filio fugiens, ad Turnum Rutulorum regem peruenit, cum quo aduersus Æneam profectus est, sed inauspicatò: Æneas enim ipsum cum filio in pugna interfecit, *Virg. lib.11.* At Iouis interea monitis Mezentius ardens Succedit pugnæ, &c. Fuit impius in homines sine deorum respectu, *inquit Macrobius.*

M ante I.

M. I. (in notis antiquorum) maximo Ioui MES. menses vel mensibus. MIL. miles, vel militauit, vel millia. MIN. minor. M. INTER. morte interuentus. ML. miles vel maleficus. M. L. militis locus, vel Martij liberi, vel Marci liberi, vel libertus. M. L. C. REG. INST. Marcus Lepidus ciuitatem Regentium vel regit, instaurauit. ML. PR. multum primum. ML. Q. V. melius quicunque velit. MLT. milites. MM. militem. MM. A. monumentum accepit. M. MAN. Marcus Manlius. M. MAR. Marcus Marcellus. MM. L. monumenti locus, vel memoriæ Latonæ. MM. L. E. memoria legatorum. MM. P. Mutius Martij filius MMN. matrimonium. MM. P. monumentû patet vel posuit M. M. P. malo mãcipio potestate. MMRG. memoria Regis. MMT. monumentû.

Mī, *μοὶ*, Dandi casus, è genitiuo MIS. *Virg. 6. Æneid.* Et mi genus ab Ioue summo. ¶ Mi, vocatiuus à Meus. *Terent. in Adelph.* O mi Æschine, ô mi germane. *Idem in Phormione*, Mi patrue, salue. Quo in loco, MI vim blandimenti habet. *Idem in Eunucho*, Ne crucia te obsecro, anime mi Phædria: Fœminarum, *inquit Donatus*, oratio, etsi non blanditur, blanda est tamen. [*Gell. cap.7. lib.15.* Aue mi Cai. *Plau. sc.3.a.3.* Da mi anime. Idem Salue mi patrone, *Menæch. sc.7. a.5.* Perij mi pater. *Ibidi sc.2.a.5.*] ¶ Mi, inuidiosè rogitantis. *Idem in Hecyra*, Illius dices culpa factum SOSTR. haud equidem dico mi Laches. *Donat.*

MĪĀCŌRŬS, pen. prod. *μιάιωρος.* Chalcidis oppidum, *apud Theopolin 25. referente Stephano.* A quo sit gentile Miacorius.

Mīcă, micæ, Puluisculus ille, qui in arena quasi argentum fulget. { מח *path. ψῆχα, ψήγμα.* GALLI. Miette, mie, petit morceau comme ce qui reluit parmi le sablon. ITALIC. *Polue che lampeggia nella ſabbia briſa di pane.* GERMA. Ein gleeſtin/iſt das glitzerend buͤtzlin in dem ſand vben wie ſilber. HISPANI. *La migaja.* ANGLI. *A litle thing that shyneth amanges the ſand, a crumme of bread or of any other thing.* } A quo & panis, & omnium rerum frustula, quæ tractantibus nobis aliquam rem inde emicant, Micas appellamus. Vnde est illud, Nam & catelli comedunt de micis quæ cadunt de mensa dominorum suorum. *Catullus*, Nulla in tam magno est corpore mica salis. *Ouid. 1. Faſtor.* Antè deos homini quod conciliare valeret, Far erat, & putri lucida mica salis. *Horat. 3. Carm. Ode 22.* Mollibit auersos penates Farre pio & saliente mica. *Vbi Porphyrion*, Salientem micam salis granum intellige, quòd saliat quum in ignem missum sit.

Mĭco, micas, Propriè est subinde, & per interualla, vt micæ faciunt, fulgeo, & resplendeo, coruſco. { ברק *barák* נגה *naghah. ἀστράπτω, διαλάμπω.* GALL. Reluire par fois, estinceler ietter lueur. ITAL. *Riſplendere, folgorare, vilucere.* GER. Gleiſſen/glitzeren/zwitzeren. HISPAN. *Reſplandicer.* ANGL. *To gliſter and shine by fittes, toſparkle or twincle as ſtarres.* } *Virg. 1. Æneid.* -crebris micat ignibus æther. *Idem lib.10. Æneid.* Qualis gemma micat, fuluum quæ diuidit aurum. Et quoniam talis quædam variatio, dum digitis sortimur apparet, per translationem Micare capitur pro digitis sortiri, *ὑποπαίζειν, τοὺς δακτύλους. Varro*, Micandum erit cum Græco, vtrum ego illius numerum, an ille meum sequatur. ¶ Est autem Micare digiris, lusus genus quoddam, quod adhuc apud Italos durat, vt repente porrectis digitis, certantium vterque numerum diuinet. Huius meminit. *Cicer. lib.2. de Diuinat.* Quid enim sors est? idem propemodum quod micare, quod talos iacere, quod tesseras. Ab hoc ludi genere tractum est, vt qui certissima esset fide, quíque vir bonus existimaretur, eum antiqui dignum dicerent, qui cum in tenebris micaretur. *Cicer. lib.3. Offic.* Hæc nónne turpe est dubitare, Philosophos, quæ ne rustici quidem dubitent? A quibus natum est id quod iam tritum est vetustate prouerbiũ. Quum enim fidẽ alicuius, bonitatémq; laudant, dignũ esse dicũt, qui cum in tenebris mices. Porrò qui cum in tenebris mices, ei liberũ est, si velit, fallere. Proinde dignus qui cum in tenebris mices dicitur, qui sit vsq; adeò certa fide, vt nec si tutò possit

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

velit quempiam mendacio fallere. *Ex Eraſmo.* ¶ Et quia ſplendor tremulus eſt, & intermiſſis vicibus mouetur, factum eſt, vt Micare accipiatur pro certis interpoſitis interuallis moueri, ἀμειβόμενον. *Virg. lib. 3. Georg.* -& linguis micat ore triſulcis. *Cic. 2. de Natur. deorum,* Iam verò venæ, & arteriæ micare non deſinunt quaſi quodã igneo motu. Huius compoſita ſunt, Dimico, hoc eſt pugno, & Emico. διάπτω, extrà ſplendeo. Intermico inter vel in medium mico. *Auguſt. libr. 8. de Ciuit.* Id quoque vel altiſſimis tenebris rapidiſſimo coruſcamine lumen candidum intermicare. Promico, προσλάμπω. Extendo vel longè iaceo ſplendeóque. Habent autem hæc omnia penultimam correptam.

* MICHALE μιχάλη. fœmina venefica inter Centauras. *Seneca Herc. Oeth* Hoc docta Michale Theſſalas monuit nurus: Vnam inter omnes luna quam ſequitur aſtris relictis.

MICIPSA, Numidarum rex, Maſiniſſæ regis filius, qui Iugurtham Manaſtabulis fratris filiũ, vnà cum Adherbale & Hyempſale filiis regni participem reliquit. *Autor Salluſt. de bello Iugurthino.*

MICRÓCOSMUS, μικρόκοσμος, Latinè paruus mundus reddi poteſt: quam appellationem Philoſophorum nonnulli homini in primis conuenire voluerunt, quòd corpus quidem habeat ex quatuor elementis animam autem ex cælo decerptam.

MICRŌLŌGIA, μικρολογία, à Græcis appellatur, anxia cura circa minutula, & ſedulitas quouis modo rem augendi. Is quoque qui rem vilem magni facit, & tenuiſſimum lucellum vndecunque aucupatur, Micrologus. μικρολόγος, appellatur.

MICRŌPSŸCHOS, pen. corr. ἡ μικρόψυχος. GAL. Puſillanime, de peu de cœur. ITAL. *Puſillanimo, di pauco animo.* GERM. Klein mũtig. HISP. *Medioſo o temeroſo, de poquillo coraçon.* ANGLI. *That hath no courage or ſpirites.* Puſillanimis dicitur, & timidus. Nam ψυχὴ anima, & μικρὸς paruus. *Plin lib. 22. cap. 24.* Inuenio apud autores hunc potum bibendum alſioſis: item animi humilis, ac præparci, quos illi dixêre micropſychos.

MICRŌPSŸCHĬA, μικροψυχία, Puſillanimitas.

MICROSPHÆRŌN, μικρόσφαιρον, Nardi folium eſt, ex tribus ſpeciebus vt minimum ita & longe præſtantiſſimum. *Vide Plin. libr. 12. cap. 12.*

MICTYRIS, Pauperculum pulmentum pulmentaria vtentibus aut aliquod genus herbæ, & ius mœnarum bene habet ſe mictyris. *Ex Nonio.*

MICTŪRĬO, micturis, pen. corr. Verbum deſideratiuum à Meio Idem quod cupio meicre, vel teneor cupiditate meiendi. ἐρσεύω. GALL. Auoir faim de piſſer, vouloir vriner. ITA. *Deſiderare de vrinar.* GER. Mich brunꝛert/es thůt mir not zubrunꝛen. HISPA. *Hauer gana de mear.* ANG. *To deſire to piſſe, or vrine.* *Iuuenal Satyr. 6.* Noctibus hîc ponunt lecticas, micturiunt hîc. quanquam videtur hîc idem ſignificare, quod mingere abſque deſiderio: qua in ſignificatione vſus eſt quoque *Commutus in Perſium Satyr. 1.* Pueris ne in loco ſacro micturiant, anguium pictura terrori eſt.

MIDAEVM, vel midæ, arum, μίδαιον, Phrygiæ oppidum Stephano. *Plin. lib. 5. cap. 32.* Midaion appellat.

MĪDĀS, μίδας, Gordij bubulci filius, & rex Phrygum, qui cunctos penè reges pecuniæ abundantia anteceſſit. GERMAN. Ein kõnig in Phrygia/ein groſſer geltnarr. Huic (*vt eſt in fabulis*) propter Bacchum hoſpitio ſuſceptum, conceſſum eſt, vt quicquid vellet optaret, futurus voti compos: optauit autem vt quicquid corpore contigiſſet in aurum verteretur, quod, annuente Baccho, factum eſt. Sed quum cibus & potus contacti etiam in aurum mutarentur, ſenſit tandem ſtolidus, ſe ſtultè petiiſſe: & facti pœnitens, orauit Bacchum vt hoc munus auferret: tum Bacchus iuſſit vt in Pactolo flumine ſe lauaret, & ſic liberaretur. Quod quum feciſſet, cœpit deinceps Pactolus aureas arenas trahere. Poſtea quum Phœbus & Pan carmine certarent, & Midas iudex electus cum Tmolo monte (qui Phœbum victorem pronuntiauerat) ſecundum Pana iudicium tuliſſet, indignatus Apollo, aſinas ei auriculas addidit, quas tam ſcitè occultauit, vt nemo ſciret præter ſolum tonſorem: qui quum rem inauditam tacere non poſſet, foſſam ingreſſus proclamauit, Aures aſininas habet rex Midas, Deinde foſſam terra adoperuit, ſucceſſúque temporis creuerunt illic arundines, quæ commotæ vocem quam tonſor infoderat, reddiderunt. *Vide Ouid. 11. Metam.* -arguitur tamen, atque iniuſta vocatur. Vnius ſermone Midæ. Nec Delius aures Humanam ſtolidas patitur retinere figuram, &c. Nõnulli dicunt, quum inter Apollinem & Marſyam decertantes iudex conſtitutus eſſet, & ipſe pro Marſya ſententiam tuliſſet, auriculis aſininis à Phœbo fuiſſe donatum. Hinc natum eſt prouerbium, Auriculas aſini Midas habet: quo vtimur in ſtolidos, & craſſis auribus: pinguíque iudicio homines. Alij natrant, quum præteriret aliquando Liberi patris aſinos, atque eos afficeret iniuria, iratum Bacchum Midæ auriculas aſininas addidiſſe. Sunt qui dicant huic aures natura prælõgas fuiſſe: & aſininarum inſtar prominentes: atque hinc fabulæ locum ortum eſſe: quanquam pluribus placet, hac allegoria ſignificatum Midam tyrannum coryceos ac ſubauſcultatores demittere ſolitum, per quos quæcunque per omnem regionem vel fierent, vel dicerentur, cognoſceret, nimirum illis vtens aurium vice. Proinde quum vulgus admiraretur, ab illo reſciri etiam ea quæ clam ac procul fierent, occaſionem fabulæ datam eſſe, vt Midas diceretur auriculas aſini habere. Vel quod nullum aliud animal acrius audiat, quàm aſinus, excepto mure: vel quòd aures habeat omnium lõgiſſimas. *Perſius,* Auriculas aſini quis non habet? Ferunt nonnulli primùm poetam ſcripſiſſe, Auriculas aſini Midas rex habet: deinde metu Cæſaris ſcripturam mutaſſe, Quis non habet? *Hæc ex Eraſmi Chiliadibus.*

MIDAS, μίδας, Vermiculus eſt in fabis naſcens, *inquit Theophraſt. lib. 4. de Plantarum cauſis, & Hermolaus in Plinium lib. 21. cap. 19.* ¶ Eſt item Midas fœliciſſimus iactus in ludo teſſerarum à Mida beatiſſimo rege nomen habens.

MIDĪĂ, ſiue MIDEA, pen. prod. μίδεια. *Steph.* Oppidum in agro Argiuo ita dictum à Mida Aloë filia, quum antea Perſepolis appellaretur. Meminit huius *Homerus lib. 2. Iliadoꝛ.*

MYĒZĂ, μύεζα, Oppidum Macedoniæ, quod olim Strimonium vocabãt: à Mieza Beretis Macedonis filia cognominatum. *Autor Steph.* Huius oppidi meminit *Plin. lib. 31. cap. 2.*

MIDION, Genus nauigij, *apud Feſt. Pomp.*

MĪGRO, gras, Feſt, *inquit Valla,* domicilij, muto, & aliò me ad habitandũ confero relicta priore habitatione, demigro, in alium locum me confero. { עזת *ſabáth* גלה *ghalah* נסע *naſáh.* μετοικίζω, μετοικία. GALLI. Desloger, changer de logis, aller demourer d'vn lieu en autre. ITAL. *Mutar ſtanza, andare ad habitare altroue.* GER. Außziehen/auß einer wonung oder behauſung in ein andere ziehen. HISPA. *Mudarſe de caſa à caſa.* ANGL. *To go out of one place to an other for to dwell, to flitte.* } Liuius *lib. 1. ab Vrbe,* Et Romam inde frequenter migratum eſt à parentibus maximè, & propinquis raptarum. ¶ Migrare ex vita, pro mori. μετοικεῖν τὸν βίον. *Cic. lib. 6. de Republ.* Antequam ex hac vita migro, conſpicio in meo regno & his tectis P. Cornelium Scipionem, *Idem de Finibus 1.* Non dubitat, ſi ita melius ſit, migrare de vita, id eſt mori. [Hoc eſt magis feliciter de vita migrare, quam mori. *Velleius,* loquens de Metello. Ego in cœlum migro: Iuppiter *apud Plaut. Amphitr.* Migrare certum eſt iam nunc è fano foras. *Plaut. Cure. ſc. 3. a. 1.* Item, facis, vaciuas Pſeudole ædes aurium, mea vt migrare dicta poſſint, quòd volo. *Plaut. Pſeud. ſc. 5. a. 1.*] ¶ Legitur interdum Migrare actiuè pro transferre, μεταβαίνειν. *Gell. lib. 2. cap. 29.* Ita Caſſita nidum migrant. ¶ Apud antiquos in vſu fuit, Migraſſit pro Migrauerit, *vt apud Cic. 3. de leg. XII. Tabul.* Quiſquis earum rerum migraſſit, noxiæ pœna paſto * Migrare in mucronem. *Plin. lib. 11. cap. 37.* Aliis ad iactum pluribus modis, ſupina, conuerſa contexa, omnia in mucronem migrantia, Id eſt cuſpidem acuminatum habentia veluti mucro. ¶ Huius cõpoſita ſunt Commigro, Demigro, Emigro, Immigro, Remigro, Semigro, Tranſmigro: quorum ſignificata vide ſuis locis.

MIGRĀTIO, tionis, Commigratio, diſceſſio. { גלה *gholáh* משלשה *maſsáh.* μετοίκησις. GALLIC. Deslogement, changement de logis. ITAL. *Diloggiare, il mutar ſtanza.* GERMA. Das außziehen von hauß in hauß/verenderung der wohnung. HISPA. *Mudança de caſa.* ANGL. *Changing of lodging or habitation a flitting.* } *Cicer. Fam. 9.* Migrationem, & emptionem fœliciter euenire volo, tuúmque in ea re conſilium probo. *Idem Tuſcul. 1.* Sin vera ſunt quæ dicuntur, mortem eſſe migrationem in eas oras, quas, qui vita exceſſerunt, incolunt, id multò iam beatius eſt.

MIHI pronomen datiui caſus ab Ego, [Si bonam famam mihi ſeruaſſo, ſat ero diues. *Plaut. Moſtel. ſc. 1. a. 1.* Dij te omnes mihi ſeruent. *Plaut. pſeud. ſc. 1. a. 1. & ſc. 1. a. 4.* Niſi quid in te eſt auxilij mihi. *Plaut. Pſeud. ſc. 1. a. 4.* Nimia mira mihi hodie exorta ſunt. *Plaut. Men. ſc. 7. a. 5.* Palla eſt mihi furrepta, *Ibidem, ſc. 4. a. 2.* Rem mihi eſſe dicito. *Ibid. ſc. 1. a. 5.* Hoc (enſe) ait, in me vtendum eſt mihi. *Ouid. 13. Metam.*] Varium vſum habet. { לי *li,* ἐμοί, *mihi.* } Ad meam vtilitatem hoc ſpectat, ad meum incommodum. *Teren. in Adelph.* Si quid peccat, Demea, mihi peccat. [Sic *Plaut. Menæc. ſc. 4. a. 2.* Mihi dolebit, non tibi, ſi quid ſtulte fecerò.] ¶ Aliquando, quantum ad meum iudicium, *vt interpretatur Donatus in illud Adelph.* Nam is mihi eſt profectò ſeruus ſpectatus ſatis, Cui dominus curæ eſt. ¶ Aliquandò A me. *Idem in Heaut.* Syrus eſt prehendendus, atque adhortandus mihi. [Tabã mihi tandem ora Sarmatis (.i. a me) *Ouid. Eleg. vlt. lib. 4. Triſt.* Liberiũ frami ſumpta mihíque toga. *Ouid. Eleg. vlt. lib. 4. Triſt.* Non hæc mihi vmina fingi ſcit bene Tydides (.i. a me) *Ouid. 13. Metam.* Illa nocte mihi Trojæ victoria parta eſt. *Idem Ibid.* (.i. a me).] ¶ Aliquando, Inuita, Circa me. *Item in Hecyr.* Vt vos mihi domi eritis, proinde ego eroſima foris. [¶ Item apud me. *Plaut. Menæ. ſc. 3. a. 1.* Superior iis mihi fuit, potior apud me. *Paſſer.*) Item, Quid mihi triſtis es (.i. contra me, vel vocat.) *Ibidem ſc. 2. a. 4.* Et, malignitate onerauit omnes mortales mihi (.i. in me) *Plaut. Capt. ſc. 1. a. 3.* ¶ Item mihi pro me. *Plaut. Pſeud. ſc. 2. a. 3.* Nimis velim, qui certum mihi faciat. ¶ Mihi pro mei: Quantum æris mihi ſit, & quantum alieni. *Plaut. Curc. ſc. 1. a. 3.* ¶ Item pro meo. Peccato mihi. *Terent. Hecyr.* ¶ Pro Me, Quid mihi futurum eſt? *Plaut. Men. ſc. 2. a. 4.* ¶ Pro Mea, Nec tanto careat mihi nomine charta. *Tibul. lib. 4.* ¶ Item eleganter dicimus Mihi ſcribo, mihi lego, mihi bibo, eſurio, edo curro, &c. pro, ſcribo pro me, lego pro me, &c. *Ouid. Eleg. 1. lib. 4. Triſt.* Ipſe mihi (quid enim faciam) ſcriboque legoque. Mihi eſurio, non tibi. *Plaut. Capt. ſc. 1. a. 4.* It dies mihi ceſſo. *Plaut. Pſeud. ſc. 3. a. 1.* Item, Mihi ſapio, mihi credo, Ego mihi video. Vide Credo ſuprà.] ¶ Aliquando mihi & Tibi in oratione ponuntur feſtiuitatis tantùm gratia. *Cic. in Piſo.* Is mihi etiam gloriabitur ſe omnes magiſtratus ſine repulſa aſſequuturum? Mihi crede, ſeu Credas mihi velim, affirmatis ſunt particulæ, quæ idem ſignificant, quòd certè. *Cic.* Tuis (mihi crede) literis perlectis, exilui gaudio. [¶ Mihimetipſi datiuus eſt ab Egometipſe: *quo vſus eſt Cicer pro Quintio,* Breuitas poſtulatur, quæ mihimetipſi amiciſſima eſt. *Plaut. Moſtell. ſc. 3. a. 1.* Cupio mihimet approbarier.]

MIHĪPTĒ, Pro mihiipſi poſuit Cato. ἐμαυτῷ. *Feſtus.*

MILAX, {μίλαξ.} A Galeno appellatur frutex hederæ ſimilis, quem Smilacem vocat *Dioſcorides.* Vterque duas eius facit ſpecies, aſperam & læuem. *Vide infrà in dictione* SMILAX.

MILCIADES, lege infrà MILTIADES.

MILĒS, huius militis, gener. commu. { אישחמלחמה *iſchhammilchamáh.* στρατιώτης. GAL. Soldat, homme de guerre, gendarme. ITA. *Soldato.* GE. Ein kriegs man. HISP. *Hombre armado para la guerra, ſoldado.* ANG. *A man of ware, à ſouldiour.* } Dicitur quicunque militiam exercet, *Aurel. Valla lib. 6. cap. 32.* ſed proprié qui pedes militat: à militia, id eſt à duritia, quam pro Repub. ſuſtinet dictus, aut à multitudine, aut à malo, quòd arcet, aut à mollitie per contrarium (*vt Feſtus putat*) Itémq; Deus natus eo quòd nihil molle, ſed potiùs aſperum quid gerat. Vel à mille, quaſi milleſimus quiſque quod trium millium prius legio fiebat, & ſingulæ tribus, Tatienſium, Ramnenſium, Lucerum, mille milites mittebant. [Eutropius ſcribit militem dictum à Mille, quòd cum Romulus initio mille ex populo delectos armaſſet, à numero milites appellauit. Donato placet ita dictum κατ' ἀντίφρασιν, quòd minimè ſit mollauit. Donato placet ita dictum κατ' ἀντίφρασιν, quòd minimè ſit mollis. Quis hîc ferat tot Grammaticorum Ineptias? *Plaut. Capt. prolog.* Meretrix mala, miles glorioſus. Miles emeritis armis ad lares arma ponit. *Ouid. Eleg. 8. l. 4. Triſt.* Cedit miles, æs petit. (.i. ſtipendium à priuatis.) *Plaut. Aul. ſc. 5. a. 3.* Laudis aſſiduo vigeat certamine miles. *Tibullo lib. 4.* De militũ cibariis detrahere graue crimen. *Quintil.* ¶ Miles pro latrone, Diſcolor, vt recto graſſetur limite miles. *Ouid. Eleg. 1. lib. 2. Triſt.* De Iureiurando & excuſationibus militum, *Gell. cap. 4. lib. 16.* Miles pro militibus *Cæſar. 2. bell. cin. Et Liuius ſæpè.*] *Cic. pro lege Manil.* Qui ex-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Qui extrema pueritia miles fuit summi imperatoris. *Idem pro Corn. Bal.* C. Marius P. Africani discipulus ac miles. ¶ Leuis armaturæ milites. *Cæsar. 8. bell. Gall.* Quibus celeriter subueniunt leuis armaturæ milites. Qui pedites erant, & expediti milites. ¶ AErarij milites, ut ait *Varro 4. de lingua Latina*, dicuntur ab ære, quod stipendia facerent. ¶ Aurati, & Argentati milites in Samnitium militia. *Liu. 9. ab Vrb.* Tunicæ auratis militibus versicolores, argentatis linteæ candidæ. ¶ Cautarij milites, hoc est mo.bo aut debilitate affecti, od idque cessare coacti. *Liu. 6. ab Vrb.* Tertius exercitus ex causariis senioribus à Lu. Quintio scribatur, qui vibi, mœnibúsque præsidio sit. ¶ Legionarij & Auxiliarij milites. *Asinius Pollio Ciceroni lib. 10. Epist.* Militem non modò legionarium, sed ne auxiliarium quidem vilum quoquam misit. ¶ Tria autem sunt (*vt inquit Seruius*) militum genera, Euocati qui non milites, sed pro milite erant. Vnde Consul solebat dicere, qui vult Remp. saluam, me sequatur. Nam diuersi ad diuersa loca propter cogendos exercitus mittebantur. *Virg. 9. AEneid.* Mittitur & magni Venulus Diomedis ab vrbem. *Salust.* Ab his omnes euocatos centuriones. Tumultuarij qui necessitate aliqua electi ad vnum duntaxat bellum, militant, quando vicinum periculum vrbis singulos iurare non patitur. *Virg. lib. 7.* simul omne tumultu Coniurat trepido Latium. ¶ Sacramento religati, qui post electionem in Remp. iurabant, se non recessuros à præscripto Consulis, nisi post completa stipendia: quod militare sacramentum dicebatur. Hi plenam militiam habebant, erántque quinque & viginti annis obligati: *vt apud eundem in illud Virg. 2. AEneid.* Fas mihi Graiorum sacrata resoluere iura: *De his tribus militiæ generibus vide Bud. in Pandectas.** Milites pro apparitoribus iudicum & magistratuum. *Vlp. in L. In eadem ff. Ex quibus cau. maiores.* In eadem causa sunt & qui à militibus statoribúsque vel à municipalibus ministeriis adseruantur: si probentur rei suæ superesse non potuisse.

MILETOPOLIS, μιλητόπολις, Vrbe in minore Asia, inter Cizicum, & Bithyniam, ad Rhyndacum amnem, cuius meminit *Strabo lib. 12.*

MILETVS, μίλητος, Filius fuit Apollinis, & Argeæ Cleochi filiæ: vel (*vt Ouidius censet*) Deiones, qui quum Minoa Cretensium regem iam senem regno priuare vellet, à Ioue territus, in Samum, deinde in Cariã Asiæ regionem fugit, ibíque oppidum condidit: quod de suo nomine Miletum appellauit, eiúsque incolas Milesios. ¶ GER. Ein son Apollinis vnd Argeæ/welcher in Asiam entrunnen muſt als er nach dem Cretenſiſchen reich trachtet. *Ouid. lib. 9. Metamorph.* Tunc erat inualidus, Deionidemque iuuentæ robore Miletum, Phœbóque parente superbum Pertimuit, credénsque suis insurgere regnis. Haud tamen est patriis arcere penatibus ausus. Sponte fugis, Milete tua, celeríque carinæ AEgæas metiris aquas, & in Aside terra mœnia constituis positoriis habentia nomen. Alij tamen aliam afferunt nominis rationem: Vide in dictione sequenti. Inde miletis, idis, Patronymicum, id est Byblis, Mileti filia.

MILETVS, pen. prod. μίλητος. Vrbs in finibus Ioniæ & Cariæ, *autore Herodoto.* ædificata à Mileto Solis & Deiones filio, *vt testatur Ouidius 9. Metamorph.* GER. Ein ſtat in minderen Aſiae am anſtöſſen Joniae vnd Cariae gelägen. ¶ *Strabo lib. 12.* á Sarpedone conditam mauult, Iouis filio, & Minois ac Rhadamanthi fratre: & ab eo Miletum appellatam fuisse ab altera eiusdem nominis vrbe, quam in Creta reliquerat, Vrbem hanc præstantissimæ lanæ prouentus nobilitauit, ex qua fiebant Milesia stragula, quæ ob insignem mollitiem in prouerbium cesserunt. *Martialis lib. 8.* Nec Miletus erat vellere digna tuo. *Et Virgil. lib. 3. Georgic.* quanuis Milesia magno Vellera mutentur Tyrios incocta colores. *Vbi Seruius*, Milesia Vellera, id est lanæ pretiosissimæ. Nam Miletus ciuitas est Asiæ, vbi tinguntur lanæ optimæ, *Idem 4. Georgic.* Milesia vellera Nymphæ Carpebant, hyali saturo fucata colore. *Cicer. in Verrem*, Nam quid à Milesiis lanæ publicè abstulerit. ¶ Eadem est Anactoria nominata ab Anacte quodam, Cæli & terræ filio. Fuit autem hæc vrbs colonis à se conditis in primis fœcunda, quæ octoginta & amplius vrbium per omnia maria metropolis extiterit. Oraculum habuit antiquitus Branchidarum appellatum, postea Apollinis Didymæi. Ex Mileto ortum traxerunt viri memoratu digni, Thales vnus ex septem sapientibus, qui primus Physiologiæ, ac Mathematicæ autor inter Græcos est habitus: & Anaximander eius discipulus, Item huius discipulus Anaximenes, & Hecatæus, qui scripsit historiam, & AEschines orator, non ille qui cum Demosthene contendit, sed alter qui sibi sumpta nimia in Pompeium licentia, in exilium missus est. Hinc & Timotheum musicum ortum ferunt, & Pittacum philosophum. ¶ Alia fuit eiusdem nominis vrbs in Creta. *Teste Hom. lib. 2. Iliad.*

MILESII, μιλήσιοι, Populi à Mileto vrbe dicti sunt, qui quum prius potentes essent & opulenti, deliciis deinde addicti & opes, & potentiam amiserunt. Hinc Milesius sermo dicitur voluptuarius, à Milesiorum moribus lasciuis. *Apuleius in Asino aureo.* At ego tibi sermone isto Milesio varias fabellas conseram, aurésque tuas beneuolas lepido susurro permulceam. Vnde [*apud Plutar. in Crasso* Milesij & Milesiæ delitiæ.] *Martianus Capella.* Nam certè mythos poeticæ etiam diuersitatis delicias Milesias, &c. Et μιλησιακῶν librorum impudicorum autor Aristides, *apud Plutarchum in Crasso, de quibus Ouid. in Epist. ad August.* Vertit Aristidem Cicena, nec obfuit illi Historiæ turpes inseruisse iocos. [*Idem Ouid. Eleg. 1. lib. 2. Trist.* Iunxit Aristides Milesia crimina secum.]

Miliaria, Auis dicta, quòd milio vescatur, & pingueſcat μιγχρίς. Huius meminit *Varro lib. 3. de Re rust. cap. 5.* ¶ Miliaria etiam herba est, quæ milium necat. *Plin. lib. 22. cap. 25.*

MILIAS, lege MILYAS.

MILICHIAE, Fontis nomen in agro Syracusino, *teste Plinio libro 2. capite 8.*

MILESSIA, μιλήσια, Vrbs Epidaurus dicta, *vt suprà ex Stephano diximus.*

Militia, æ, Bellum, & rem militarem significat. ¶ מלחמה *milchamách* צבא *tsabá.* στρατεία. GALLIC. Guerre, le temps de la guerre. ITALIC. *Militia soldo.* GERM. Ein krieg/kriegs rustung. HISPANIC. *La guerra, ò tiempo de la guerre.* ANGL. *warfare or warre.* ¶ *Cic. 3. de Offic. de Vlysse*, Sed insimulante eum tragœdia, simulatione insaniæ militiam subterfugere voluisse. *Horat. lib. 1. Serm. Satyr. 3.* O fortunati mercatores graues annis Miles ait, multo iam fractus membra labore. Contra mercator, nauim iactantibus Austris Militia est potior, quid enim? concurritur: horæ Momento aut cita mors venit, aut victoria læta. ¶ Quãdoque per metaphoram pro quouis exercitio, munere & officio sumitur. *Cicero ad Atticum libro quinto*, Grata hæc & magna mihi quæ nondum laboriosa ex illa vetere militia. Hinc militiæ catus, cùm alicuius militia, hoc est munus alicuius eorum, qui publica principis negotia gerunt, per eius mortem cecidit, quasi dicas caducam militiam, caducum officium, *de qua Nouel. 53. apud Iustinianum.* ¶ Militiæ nomen dare est, *inquit Budæus in Annot. in Pandect.* ad delectum respondere, nomenque suum in militum album describendum edere. *Cic. in Philip.* Re & veritate nobis milites sine vlla recusatione summo etiam cum studio nomina dant, id est, ἑαυτοὺς ἐνδιδόασιν ἐπιγράφεσθαι. Militiam vrbanam sequi, *dixit Cicer. pro Muræna*, in iudiciis versari & cum aduersariis in foro contendere. ¶ Imaginariam militiam. *Suet. in Claud.* vocat pugnam simulatam ad spectatorum delectationem exhibitam. A milita fit compositum Commilitium, hoc est ipsa belli societas & Commilito, onis, qui nobiscum militat, στρατιώτης. *Cic. pro Deiotaro.* Hic verò adolescens, qui meus in Cilicia miles, in Græcia commilito fuit. ¶ Militiæ, genitiuus aduerbij vice positus, sicut domi. *Ter. in Adelph.* vnà à pueris pauuli sumus educati: vnà semper militiæ & domi fuimus. *Sallust.* Sed mihi multa legenti, multa audienti, quæ populus Rom. domi militiæque, mari atque terra præclara facinora fecit. [Detrectare militiam: *Ouid 13. Metam.* Detrectauitque furore militiam ficto. *Suet. in Claud. cap. 24.* Militias equestres ordinare. *Ouid. E. eg. 1. l. 4. Trist.* Aspera militiæ iuuenis certamina fugi. *Senec. Epist. 47.* Per militiam Senatorium auspicari vaco scriptura militiæ. *Diomed. libro 1.*]

Milito, tas, Militiam exerceo, & stipendia facio, mereo. ¶ צבא *tsaba.* στρατεύω, στρατεύομαι. GAL. Guerroyer, militer, suiure ou faire la guerre. ITALIC. *Militare, essercitare l'arte de la guerra, guerregiare.* GER. Kriegen/im krieg vmb ſold dienen. HISPANIC. *Estar ò andar à la guerra, guerrear.* ¶ vt Hic sub Cæsare militauit. *Plin. in Præfat. lib. 23.* Militare didicisset sub Annibale. *Cic. Offic. 1.* Qui in eadem legione militabat. Militare mercede, *Curt.* Græcis mercede apud Persas militantibus.

Militatur, nulla certa & definita persona. *Plaut. in Perſa.* Illa militia militatur magis. Legitur & Militor passiuum *Hora. Epod. 1.* Libenter hoc & omne militabitur Bellum in tuam spem gratiæ.

Militaris, & hoc tare, Quod ad milites aut militiam pertinet, bellicosus. ¶ στρατικός. GAL. Militaire, de guerre. ITA. *Chio che si appartiene à militia.* GERMA. Kriegiſch. HISP. *Cosa perteneſciente à la guerra.* ANG. *Belonging to warrefare.* ¶ vt Militaris homo. *Plaut. Epid.* Scio te esse quidem hominem militarem. *Sallustius*, Præmittit illis homines militares. ¶ Militaris via, Quæ vulgò communis dicitur, alio nomine Regia, Consularis, Prætoria aut Publica. λεωφόρος. ¶ Dicta est autem militaris, quòd à militibus sterneretur, vel quod milites in bellum proficiscentes, per eam iter facerent. [*Quintil.* stratum iter militari labore vocat.] Eiusmodi fuerunt Romæ Salaria, Flamina, Appia, AEmilia. ¶ AEtas militaris, hoc est robusta, & ad militiam apta. *Tacitus libro 2.* Referebat habitasse quondam septingenta millia ætate militari. [Militaris eloquentia (.uirilis non effœminata Impolita.) *Sueton in Cæs. cap. 55.* ¶ Militaris ignominia, sanguinis. *Gell. cap. 8. lib. 10.* Ita disciplina militaris. *Plaut. Pseud. sc. 2. a. 4.* Militaris ac rusticus, (pro Imperito,) *Quintil.* Dabo in timorem militarem aduenam, Suprà, qui adest à milite. *Plaut. Pseud. sc. 1. a. 4.*] ¶ Signa militaria. *Cicero in Catil.* Quum arma, quum secures, quum fasces, quum tubas, quum signa militaria, quum Aquilam illam, &c. ¶ Timor militaris. *Plautus Pseud.* sic ego illum dolis Atque mendaciis dabo in timorem militarem aduenam.

Militaris herba, *quam & Dioscorides* στρατιωτὶν *appellat.* Herba est quæ aliis nominibus Achillea, Millefolium, & Supercilium Veneris appellatur. Militaris dicta, quòd ab ea milites vulnerati petere soleant præsidium.

Militarius, adiect. Antiqui vsurpauerunt pro militaris. στρατιωτικός. *Plaut. in Pseud.* Quin hinc metimur gradibus militariis?

Militariter, aduerb. significat more militum, seu more militiæ. ¶ στρατιωτικῶς. GAL. En homme de guerre, en façon de la guerre. ITAL. *Da ſoldato.* GERMANIC. Auff kriegiſchen weiſ/kriegiſch. HIS. *A manera de guerra a la ſoldada.* ANGLIC. *warre like, lik a warrier.* ¶ *Liu. 5. ab Vrb.* Aduersus hæc Tempanij oratio incomposita fuisse dicitur, cæterum militariter grauis, non suis vana laudibus, non crimine alieno læta.

Milium, lij, Genus frugis, à mille dictum est (*vt putat Festus*) propter multitudinem granorum. ¶ דחן *dóchan.* μίγχος. GAL. Du millet. ITA. *Miglio.* GERMANI. Hirſ. HIS. *El milo.* ANG. *A kind of graine or corne named millet.* ¶ *Martialis lib. 12.* Frumentum, milium, ptisanámque, fabámque solebas vendere. *Plin. l. 18. cap. 10.* Milio Campania gaudet præcipuè, pultémque candidam ex eo facit: fit & panis prædulcis. *Ibidem c. 7.* Milium intra hos decem annos ex India in Italiam inuectum est, nigrum colore, amplum grano, arundineum culmo: adolescit ad pedes altitudine septem prægrandibus culmis, Lobas vocant, omnem frugũ fertilissimum.

*Miliarius, Adiectiuum (μιγχειάριος) Quod ad milium pertinet, vel quod est milij, Miliaria auis, quæ milio vescitur & pingueſcit. *Varro de Re rustica libro 3. capite 5.* Igitur testudo fit magna, in qua millia aliquot turdorum ac merularum includere possint. Quidam cum eo adiiciunt præter eas aues alias quoque, quæ pingues væneunt carè vt miliariæ ac coturnices.

*Miliaria herba dicitur, quæ milium necat. *Plin. lib. 22 c. 25.*

Millẽ, subſtantiuum: & neutri generis. ¶ אלף *éleph.* χιλιάς. GALL. Mille. ITAL. *Mille.* GERMAN. Tauſſent. HISPANI. *Mil.* ANGLI. *A thousand.* ¶ Declinatúrque in vtroque numero quamuis in ſing.num genitiuus, & datiuus non inueniantur. Ablatiuus, quanuis hodie in vſu non ſit, inuenitur tamen apud antiquiſſimos. *Lucilius libro 9. vt citat Gellius libro 1. capite 16.* Tum milli numerum potes vno quærere centum. Vbi, Vno milli numorum dixit, pro vnis mille numis: [*Gell. Ibidem.*] q. d. potes vnis mille numis acquirere centum millia. ¶ Constructur autem mille subſtantiuum cum genitiuo, vtroque numero *Cicero in Antonium*, Quis vnquam in illo Iano inuentus est,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

qui L.Antonio mille nummum ferret expensum? [Sic Mille talentum,dixit *Liuius lib.7.d.4.*Et,Vel manè possum mille cantharum(potare) *Plau.Men. sc.2.a.1.*Est aliquid de tot Graiorum millibus vnum à Diomede legi.*Ouid.13.Metamorph.*Quot millia passuum declamasti? *Quintilian.*Quot Philippicas.Duo millia. *Plaut.Amph.* Item Millia qui noues distat ab vrbe decem. *Ouid.Eleg.vlt.lib.4,Trist.* Inter tot populi,tot scripti millia nostri. *Ouid. Eleg.1.lib.2.Trist.* Libros mille locis plenos nominis esse tui,*Ibidem.* Nempe ego mille meo protexi pectore puppes.*Onid.13.Metamorp.*]. *Quadrigarius lib.3.Annal.* Ibi occiditur mille hominum. *Varro lib.7.Rerum human.*Plus mille & centum annorum est *Plaut.in Milite* , Qui mille annorum perpetuó viuunt,hoc est,quod Græci χιλιάδα vocant. Aliquando mille adiectiuũ est pluralis numeri tantùm,& indeclinabile,quemadmodum & Centum: vt quum dicimus,Mille nummi,mille propugnacula: [Nec licet dicere] Millia homines , quia substantiua non cohærent:sine copula nõ dicitur. Dece millia,& ducenti homines,quòd ita intelligitur,decẽ millia hominum,& ducenti homines rectè dici potest.*Geor.Valla putat* , Mille adiectiuum etiam scriptura differre à substantiuo , quod illud gemina consonante scribi debeat , hoc vnico l contentum sit , quemadmodum ile , & Cubile , & reliqua eiusdem terminationis,

Mīlēsĭmŭs,a,um,adiect.Ordinis numerus est à mille formatus.{μιοστός. GAL.Millieme.ITA.*Milleſimo.*GER.Tausentist. HISPA. *Cosa de mil en orden.*ANG.*The thousandt in order.*}*Cic.ad Attic.lib.*19.Feçisti mihi pergratum , quod Serapionis librum ad me misisti:ex quo quidem ego (quod inter nos liceat dicere) milleſimam partem vix intelligo. *Idem de fato.*Quanquam id milleſimo ante anno Apollinis oraculo editum esset.

Mīllĕfŏlĭum,mille folij Herbæ genus est, quod Græci μυριόφυλλον appellant:*de quo vide Plin.lib.*24.*cap.*16.

Mīllĕfŏlĭă,æ,Panacis genus est,ab Achille inuentum , vnde Achilleos appellatur.*ἀχίλλειος. Plinius lib.* 25.*cap.*5. Aliqui & hanc Panacem Heracleon,alij Sideritin , & apud nos Millefolium vocant , cubitali scapo , ramosam , minutioribus quàm fœniculi foliis vestitam ab imo.

Mīllĕpĕda,dæ ,Animal est(*teste Plinio lib.*29. *cap.*6.) è vermibus terræ pilosum,multis pedibus arcuatim repens,tactúque contrahens se {χιλιόποδος.} Onisco Græci appellant.alij Tilon , qui multo pedum agmine scatet, ab aliis centipeda,aut multipeda dict. *Hieron contra Iouinian.*Coge Syrum,Africum & Arabem , vt Vermes Ponticos glutiat:ita eos aspiciet vt muscas,multipedes & lacertos.

Mīllĭārĭŭs,a,um,Mille librarum, χιλίων λιτρῶν.GALL. De mille.ITALI. *Migliaio.* GER. Das da tausent begreifft/das tausent pfundig ist. HISPA. *Cosa de mil.* ANGL. *Of a thousand or belonging to a thousand,* } Vnde Apri milliarij *apud Columellam* dicebantur mille librarum,qui apponebantur in cœnis Romanorum.*Seneca lib.*21.*Epistol.* Non magnam rem facis,quod viuere sine recto apparatu potes,quòd non desideras milliarios apros,nec linguas phœnicopterorum,& alia portenta luxuriæ iam nota animalia tædidientis. *Plin.lib.*17. *cap.*12. Milliarias vocari multas oleas narrant à pondere olei , quòd ferant annuo prouentu. Et milliarius grex *apud Varro.de Re rustica lib.*2.*cap.* 108. Item milliaria porticus, *apud Suet.in Ner.cap.*3. Vestibulum eius fuit,in quo colossus ccxx pedum staret. Ipsius effigiei , tanta laxitas , vt porticus triplices milliarias haberet.

Mīllĭārĭum,rij, Mille passuum spatium,milliare {μίλιον, GALLIC. L'espace de mille pas , vne demi lieue. ITAL. *Miglio.* GERMA. Ein meil wegs tausent schritt lang.HISP. *La milla.*ANGL.*The space of a thousand passes , a myle.*} *Cic.ad Attic.lib.* 8. Postea audiui à tertio milliario tum cum esse : πρὸ δὲ μαθεῖν, καὶ ἐκ τρισμείλ ου ὄντα. Hoc etiam millium dicitur.*Vide Bud.in priore Annot.in Pand.*] Milliarium quódque octo stadiorum erat.*Plutarch.in Graccho.*] Itaque huius octaua pars stadiũ vocatur , passus continens 125. Passus autem ex quinque constat pedibus & singuli pedes è quatuor palmis: singuli autem palmi quatuor digitis. ¶ Milliarium etiam dicitur vas ad coquendum accommodatum : θύλακος.*Caco de re Rust.* inter orbem & milliarium vnum digitum interesse oportet. *Palladius lib.*1.Vas æneum milliario simile, id est altum & angustum , vesperè inter aluearia collocemus , & in fundo eius ponamus lumen accensum. ¶ Milliarium aureum, fuit columna aurata in capite fori Romani, in qua inciſæ omnes viæ Italiæ terminabantur.Et hoc milliarium,Plinij, Plutarchi, atque Taciti monimentis celebratur. [Item *Suetonij in Neron.cap. 6. Plutarch. in Galba*] ·

Mīllĭārĕ,Milliarium, hoc est mille passuum spatium. *Cic. ad Attic. libro 6.* Accepi tuas literas ad quintum milliare Laodiceæ , quas legi libentissime.

Mīllĭĕs , aduerb. est numerandi , idem significans quòd vulgò aiunt mille vicibus. {χιλάκις. GAL. Mille fois. ITAL. *Mille volte.* GER. Tausentmal HISP. *Mil vezes.* ANGLI.*A thousand tymes.*} vt millies te vidi.Sic Decies , Centies,& huiusmodi.*Cic.in Verr.Act.*5. Millies audiuit.*Terent. Phorm.* At enim tædet iam audire eadem millies. *Cic.* 1. *Offic.*Millies oppetere mortem quàm illa pati maluisset.[Millies periurare mauellem *Plaut.Pseud.sc.*5.*a.*4.

Mīllŭs, siue Millum, li, Collare canum factum ex corio,multis clauis ferreis eminentibus aduersus impetum luporum,aut aliarum ferarum {θηριοπάρβος.GAL. Vn colier,comme celuy qu'on met aux chiens , ayant des picquans par dehors.ITALIC. *Collare da cani.* GERMA. Ein dornechtig halsband so man denn hunden antegt. HISP. *Collar del can con caranças.* ANGLIC. *A mastriues coller made of leather and nailes.*} Scipio AEmylianus ad populum:Nobis (*inquit*) reique publicæ præsidio eritis quasi millus cani. Dictus millus , à multitudine clauorum hoc est à mille clauis: vel quasi melinus,quod ex pelle animalis melis ferè hæc collaria fiunt. *Varrode Re rust.lib.*2.*c.*9.Ne vulnerentur canes à bestiis,imponuntur his collaria quæ vocantur millum id est cingulum circum collum ex corio firmo cum clauis capitatis, cui intra capita insuitur pellis mollis,ne noceat collo duritia ferri.

Mīlo,*μίλων.* Ciuis Romanus ex municipio Lanuuino,qui quum P.Clodium Tribunum plebis multa seditiosè in Republica molientem occidisset frustra à Cicerone defensus elegantissima illa oratione, quæ etiam hodie omnium manibus teritur Massiliam damnatus in exilium profectus est: vbi quum aliquando vidisset orationem Ciceronis pro se scriptam multo meliorem ea, quæ in iudicio habita erat,dixisse fertur. Si sic orasset Cicero , non ego Massiliæ barbatos mullos efirarem. *Hæc Dionysius in Roman. hist.* ¶ Fuit alius hoc nomine athleta Crotoniates,qui taurum in Olympico certamine ictu nudæ dextræ occidisse dicitur , & sine fatigatione per stadij spatium supra humeros portasse, totúmque eo die comedisse. Huic malum tenenti digitis nemo poterat extorquere:dum constitisset,nemo vestigio educere.Quum autem nimia neruorum fiducia arborem in parte media hiantem diducere vellet, brachiis hinc inde constrictis, & deficiente conatu retentus,lupis fuit præda. [De eo *Vide Gell. c.*16.*l.*15.] ¶ Est & Milo siue Milus, nomen montis Indiæ,in quo homines auersis plantis nascuntur,octonos digitos in singulis pedibus habentes. *Autor Plin.*7.*cap.*2.

MILONIA,*μιλωνία*,Oppidum Samnitium, *apud Dionysium li.*16.*Antiquitatum* clarus, qui decem millibus suorum ciuium & Platæensibus auxiliariis mille,profligauit Persarum sexcenta millia in campis Marathonijs. *Autor est Iustinus lib.*2. Postea tamen peculatus damnatus,in carcere & vinculis mori ab Athenienſibus coactus est. *Autor* Valer.Maximus *li.*5.*c.*3.*&* Æmilius Probus *qui eius vitã eleganti breuitate conscripsit.*

[Miluius pons , Romam iuxta. *Mart. Epig.*14.*lib.*3.]

Mĭlŭus, & Miluius, vtroque modo dicitur , Auis rapacissima : à molli volatu (*vt quibusdam placet*)vel fictitio nomine à voce quam edit. *Dajjah. ixtinos.* GALLI. Vn milan, ou vn hua , ou vne escoufle. ITAL. *Nibbio.* GER.Ein weihe. HISPA. *Milano.* ANGL. *Akite.*} *Ouid. lib.* 3. *Fast.* Iuppiter alitibus rapere imperat: attulit illi Miluius , & meritus venit in astra suis. [Pulmentum ei pridem eripuit Miluius.*Plau.Aul. sc.*1.*a.*2] *Terent.in Phorm.* Non rete accipitri tenditur neque miluo. *Plin. lib.* 10. *cap.*10. Miluij in eodem accipitrum genere magnitudine differunt. Notatum in his rapacissimam & famelicam semper alterum nihil esculenti rapere vnquam ex funerum ferculis, nec Olympiæ ex ara. ¶ Ab huius auis similitudine pisces quidam Miluius , siue Miluus dicitur , quòd se saltu supra mare attollens , milui in modum volare videatur. *Plin. lib.* 9. *cap.*26. Volat hirundo sane quàm similis volucri hirundini: item miluus. ¶ Ponitur & pro sydere cælesti , in quod miluus, qui Ioui elapsum anulum retulit, fertur mutatus. *Ouid. lib.*3. *Fastorum,* Stella Lycaoniam verget decliuis ad arctos Miluius, hæc ilia nocte videnda venit. ¶ Item Miluus per translationem de homine rapaci dicitur. *Plaut. in Pœnulo* . Tenens me arcte mea voluptas malè ego metuo miluos,Mala ista bestia est,ne forte me auferat pulli tuum.

Mīluīnŭs, adiect. à nomine Miluus , Quod ad miluum pertinet. *Ἰκτινικός.* GALL. De milan,hua ou escoufle. ITAL.*Di nibbio.* GER. Weihen, oder des weihens. HISPAN. *Cosa de milano.* ANGL. *Belonging to a kite.*} Miluiæ tibiæ dicuntur quæ in accentus exeunt acutissimos. ¶ Item Miluinæ vngulæ, pro manibus rapacibus. *Plaut.in Pseudolo.* Antiquenenere postulas quenquam coquum,Nisi sit miluinis,aut aquilinis gulis? ¶ Et Miluinus pes, herbæ nomen est *apud Colum. lib.* 11. *cap.*3. quam nonnulli eandem esse putant cum coronopo. [*Plaut. Menech. sc.*3.*a.*1. Quæ mihi madida apposita *miluinam* suggerunt.]

MĪLȳĀS, adis, *μιλυάς* Regio est in minore Asia, Cariæ, & Lyciæ finitima : cuius incolæ Milyæ, *μιλύαι*, appellati sunt , à Milya Cragi vxore, quum antea Solymi appellarentur. *Vide Steph.& Strab.lib.*12.

* MIMALION , adolescens fuit qui Atalantam puellam Arcadiæ venatricem amauit. Sunt qui eundem & Meleagrum dictum fuisse putent. *Ouid.*3. *de Arte* (*&alibi*) Mimalion humeris Atalantæ crura ferebat, &c. Quædam exemplaria legunt Melanion.

MĪMĂLLĬS,*μιμαλλίς*, A Callimacho Insula dicitur , quæ ab aliis Melos , à nonnullis Zephyria vocatur *teste Plin.lib.*4.*cap.*12.

MĪMĂLLŎNĔS, *μιμαλλόνες*, Bacchæ mulieres, à Mimante Thraciæ,vel (*vt alij malunt*) Ioniæ monte, vel à *μιμέομαι* verbo Græco quod imitor significat, quòd Liberum patrem imitarentur, & ad eius imitationem cornua ferrent. ¶ Inde mimallonis , idis , patronymicum fœmi. quo ferè in eadem significatione vtimur. *Ouid. lib.*1.*de Arte amandi*, Ecce Mimallonides sparsis in terga capillis.

Mĭmăllŏnĕus mimallonea,mimalloneum. *Pers.Satyr.*1. Torua *Mimallonei* implerunt cornua bombis. Hæ quoque Bassarides , & Thyades & Oggygides vocatæ sunt.

MĪMĀS , antos , *μίμας* , Mons Ioniæ in minori Asia , *testibus Plinio & Strabone* : vel, *vt Suidas mauult* : Thraciæ , vbi sacra , & certamina quotannis fieri Baccho consueuerunt. *Ouid.* 2.*Metamorph.* Et tandem Rhodope niuibus caritura Mimásque. ¶ Mimas etiam gigantis nomẽ fuit, quem Iupiter fulminauit. *Horat.l.*3.*Car.* Sed quid Typhœus, & validus Mimas, &c.

MĪMĔRMNŬS, *μίμερμος*, *Suidæ*, Ligyrtiadæ filius, Colophonius, aut Smyrnæus aut Astypalæensis Elegiarum scriptor. Natus fertur Olympiade XXXVII. quod si est septem sapientibus antiquior est. Quidam tamen eodem tempore vixisse illum dicunt.Vocatus fuit Ligyriades, propter concinnitatem & dulcedinem carminis. Scripsit libros multos. *Hæc Suid. Propert l.*1.*Eleg.*9.

Plus in amore valet Mimermni versus Homero:
Carmina mansuetus lenia quærit amor.

Mīmēsis, Alienorum morum imitatio. *μίμησις*, GALLI. Art pour contrefaire tous gestes & contenances. ITALIC. *L'arte da imitare i gesti & le parole d'altri.* GERMANI. Ein erdichtete nachthügung frömbder gebärden. HISPANIC. *Arte para contrahazer las personas.* ANGLIC. *A following of others maners,the art to counterfait gestiures.*} Alio nomine à Græcis dicitur *ὑποκρισις*. *Quintilian.lib.*9.*cap.*2. Imitatio morum alienorum, quæ *ὑποκρίσις* vel (vt alij malunt) *μίμησις* dicitur , iam interiores affectus numerari potest. Est enim posita ferè in eludendo,sed versatur in factis & in dictis: in factis, quod est *ὑποτυπώσεως* vicinum: in dictis, quale est apud *Terent. in Eunuch.* At ego nescibam, quorsum tu ires, Paruula hinc est abrepta : eduxit mater pro ſua: Soror dicta est : cupio abducere , vt reddam suis. *Donat. super illo Terentij loco in Phorm.* Ad precatorem abeam credo , qui mihi sic orat nunc omitte quæso hunc,cæterùm posthac si quicquam, nihil precor,&c. Mimesis , *inquit*,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

inquis, dicitur, vbi non verba modò, verumetiam gestum, vocémque fingimus alienam. ¶ *Idem alibi*, Mimesis, est quando aliqua verba sic pronuntiamus, vt vana videantur. Mimesis igitur figura est cognata ironiæ, quando alterius verba seu gestum imitamur: quod fere derridentes, improbantésque facimus.

ΜΙΜΝΕΔΥΣ, pen. prod. μιμνδος, Oppidum Lydiæ, *apud Hecatæum in descriptione Asiæ. Steph.*

Mīmus, mi, Qui dicta & facta aliorum imitatur gesticulando ea exprimens. {μίμος. GAL. Basteleur, bouffon, qui contrefait tous gestes & contenances. ITA. *Mimo, buffone.* GER. Ein gaucklerisch so närrischer weiß anderen leuten/jre wort oder werck vnd geberd nacht thut. HISP. *El momo, contrahazedor de personas.* ANG. *He that counterfaiteth others gestures and maners.*} A μιμοῦμαι, (vt *Diomed. inquit*) quod significat imitor. Histrio verò personatus in scena Comœdias & Tragœdias, voce & corporis gestu agit. Inde Pantomimi, id est omnium personarum imitatores, effictorésque. Et Archimimi, pro histrionum principibus. *Hæc fusiùs à Budæo declarantur in proœmio Annotat. in Pandect.* [Mimi olim dicti familiares. *Senec. Epist. 47.* Mimi centunculo vti, *Apul. Apolog. 1.* Mimis similia omnia negotia humana. *Senec. 15. de Tranquil* Vtrum simulatio & mimus fuerit. *Senec. Epist. 26.* tanquam mimo aut Insomnio delectare. *Gell. cap 8. lib. 13.* De Mimis & eorum obscœna materia. *Ouid. Elg. 1. libr. 2. Trist.* Mimum vitæ transigere. *Sueton. in August. cap. 99.*] ¶ Mimi etiam dicuntur poëmata, sine vllo pudore lasciuiam imitantia: quòd genus Latini vocant Planipedias. *Ouid. 2. Trist. Eleg. 1.* Scribere si fas est imitantes turpia mimos. *Sueton. in Cæsare*, Decius Laberius eques Romanus mimum suum egit. *Cic. pro Cælio*, Mimi ergo est iam exitus, non fabulæ. [Talia poemata referta erant sententiis.] ¶ Mimus quoque pro ridiculo facto, & quasi fabula risu digna translatè ponitur. *Sueton. in vita Othonis cap. 1.* Quare diducto matrimonio sepositus est per causam legationis in Lusitaniam: & satis visum, ne pœna acrior mimum omnem diuulgaret: qui tamen sic quoque hoc disticho enotuit, Cur Otho mentito sit quæritis exul honore? Vxoris mœchus cœperat esse suæ. Dicimus etiam, Mimo subseruire, pro contrariam vocem in symphonia fingere, hoc est figmentum, vel fabulantem adiuuare.

Mīmă, æ, ὁ ὑποκριτής. GAL. Celle qui contrefait tous gestes & contenances, ITAL. *Dona che contrafa gli altrui gesti.* GERMAN. Ein gaucklerin mit auß truckung vnd nachthugun frömder geberden. HISP. *La muger contrahazedora de personas.* ANGL. *A wanton winche she that counterfaiteth ot hers gestures.*} *Cic. in Philipp. 2.* Vehebatur in essedo Tribunus pleb. lictores laureati antecedebãt, inter quos aperta lectica mima portabatur: quam ex oppidis municipales homines honesti obuiam necessario prodeuntes, non vero illo, & mimico nomine, sed Volumniam salutabant.

Mīmŭlă, dimin. à Mima, quòd gesticulatricem significat, ὑποκριτὶς ὑποκριτικὴ. *Cicer. 2. in Anton.* Venisti Brundusium in sinum quidem & complexum tuæ minulæ. Mimiambus, Scribunt Mimographi mimiambos, comediásque versibus Iambicis, vt Laberius, Virgilius, Romanus *de quo Plin. Epist. libr. 6. Caninio*, Scripsit mimiambos tenuiter argutè venustè, atque in hoc genere eloquentissimè.

Mīmŏgrăphŭs, pen. corr. Lasciui poëmatis scriptor, vt fuit Philistio, vt Publius, vt Laberius.

Mīmĭcŭs, a, um, adiectiuum, à Mimus, sicut à Satyrus, Satyricus, Quod ad mimum pertinet. *Cic. de Orat. 2.* Vitandum est oratori vtrumque ne aut scurrilis iocus sit, aut mimicus. [*Senec. cap. 11. de Tranquil.* Mimicæ ineptiæ.]

Min' pro Mihine, Figura synæresis, *qua Persius vtitur Satyr. 1.* Quis leget hæc? Min' tu istud ais?

Mīnă, æ, {מנה *manéh.* Græcè μνᾶ.} Atticum est vocabulum, quo tam in appellatione rei numariæ, quàm ponderalis Athenienses vtebantur. Constabat autem ex drachmis Atticis centum: erátque maior Romana libra drachmis quatuor, Nam hæc nonaginta sex tantùm pendebat drachmas. *Fannius apud Priscianum.*

Accipe præterea paruo quam nomine Graii
Mnam vocitant, nostríque Minam dixére priores.
Centum hæ sunt drachmæ: quòd si modò dempseris illis
Quatuor, efficies hanc nostram denique libram.

Sed hoc de mina noua intelligi debet, quæ & Solonis mina à quibusdam appellatur. Constat enim minam Atticã antiquitus fuisse drachmarum tantùm septuaginta quinque: quæ auctis postea à Solone ponderibus, Mina vetus appellata est: de qua intelligi debet quod subdit *Fannius apud Priscianum*, Attica quæ fiet quartam si dempseris hinc inna. *Quo tamen in loco Fannius sentire videtur*, Minam Atticam eam esse, quæ constat septuaginta quinque drachmis, quam nos Minam veterem vocauimus: alteram verò quæ centum constat drachmis, Minam Græcam vocari. Sed hoc non esse verum, *facilè Plinij autoritate conuinci potest: qui lib. 2. cap. vlt. vbi ex professo Atticorum ponderum interpretationem tractat, subdit in fine capitis*, Mna, quam nostri Minam vocant, pendet drachmas Atticas centum. *Vide plura eius rei testimonia tam Græca, quàm Latina apud Georg. Agricolam.* Quoties autem apud scriptores minæ mentio occurrit, de mina noua intelligendum est quæ epitriti portionẽ habet, ad minorem seu veterem minam: quemadmodum & talentum maius ad talentum minus. Continet itaque Mina: si de pondere intelligas, vncias duodecim, & semissem. Quòd si de re numaria fit sermo, Mina ad monetæ Gallicæ æstimationem reducta, valebit circiter libras Turonenses septendecim, & semissem. Tantum enim conficiunt centum drachmæ, singulæ tribus solidis Turonensibus & semisse æstimatæ. Budæus æstimat Minam aureis coronatis decem: quod in idem recidit, modò sanè intelligas singulos coronatos ab eo triginta quinque duntaxat solidis Turonensibus æstimari. [Triginta minas pro capite tuo dedi. *Plaut. Mostell. sc. 3. a. 1.* Istuc verbum vile est viginti minis. *Plaut. Mostell. sc. 3. a. 3.* Emi puellam parulam decem minis *Idem Curcul. sc. 2. a. 4.* Si credis numo (te docebo:) si non, ne mina quidem *Plaut. Pseud. sc. 2. a. 3.* Quatuor minis emi istam pallam: quatuor minæ perierunt. *Plaut. Menæch. sc. 3. a. 1.* Viginti minis, æstimabantur serui. *Plaut. Capt. sc. 2. & 3. a. 2.* Alias me poscit (leno) pro illa, (amica) triginta minas: Alias talentum magnum. *Plaut. Curc. sc. 1. a. 1.* Emi de illo virginem triginta minis: & pro veste, & auro decem coaccedunt minæ. *Plaut. Ibidem.* Leno me vendidit militi viginti minis, dedit quindecim minas, &c. *Idem Pseud. sc. 1. a. 1.* Iam ducentæ fieri possunt præsentes minæ. *Plaut. Pseud. sc. 3. a. 1.*] ¶ Mina etiam mensuræ genus est qua agri metiuntur: qui & Modius dicitur, & Actus quadratus. Habet in latitudine pedes centum viginti, & in lõgitudine totidem. *Vide Varr. de Re rust. libr. 1. cap. 10.* ¶ In pecore item ouillo, Minæ dicũtur, quæ ventre sunt glabro. *Idem lib. 2. cap. 2.* Emptor stipulatur prisca formula, illasce oues, sanas rectè esse, vti pecus ouillũ, quod recte sanum est extra luscam: surdam, minam, id est vẽtre glabro.

Mināciæ, arum, *à Plauto dicuntur*, quas nos hodie Minas vocamus. ἀπειλαὶ: *vt in Truc.* Melius, te munere certare mecum, quàm minaciis. *Idem in Rud.* Minacias ego istas flocci non facio tuas.

Mĭnæ, arum, Comminatio, minitatio, mali denuntiatio. {ἀπειλὴ. GAL. Menaces. ITAL. *Minaccie.* GERMA. Dröwungen/dröuwert. HISP. *Las amenazas.* ANGLI. *Threates, menacinges ather in wordes or signes.*} Larua vmbratilis, tu me minis territas. *Plaut. Amph. Idem Ibidem. sc. 3. a. 4.* Ostendam quid sit herum fallere minis. Et *Asin. sc. 3. a. 2.* Minis expletus.] *Terent. in Andr.* Si illum relinquo, eius vitæ timeo: sin opitulor, huius minas. *Cicer. ad Attic. lib. 2.* Minæ Clodij contentionésque, quæ mihi proponuntur, modicè me angunt. *Liu. 2. ab Vrbe.* Destitus tum quoque inter tantas fortunæ minas: metuendus magis quàm metuens. *Virg. 3. Æneid.* Dij prohibete minas, dij talem auertite casum. [Aduersúsque minas frigoris arma parat. *Ouid. 4. Fast.* Se (hyeme) rigidas incutiente minas. *Ouid. Eleg. 10. lib. 1. Trist.*] ¶ Quandóque etiam dicuntur eminentiæ murorum, quas pinnas ἐπάλξεις vocant, *teste Seruio*: & à Minor, aris, deriuatur, quod inter cætera extare & eminere significat. *Virgil. 8. Æneid.* -pendent opera interrupta minæque Murorum ingentes.

Mĭnŏr, aris, Minas infero, terrorem alicui incutio denunciatione periculi. {ἀπειλῶ, ἠπειλοῦμαι. GALLI. Menacer. ITALIC. *Minacciare.* GERMA. Dröuwen. HIS. *Amenazar.* ANGLIC. *To threaten or menace.*} [Perij, minatur mihi oculos exurere. *Plau. Menæch. sc. 2. a. 5.* Minatur sese abire. *Idem Asin. sc. 3. a. 3. Et Menæch. sc. 2. a. 5.* Illum metuo vt minatur ne quid male faxit mihi.) *Cicer. 1. Tusc.* Cui quum Lysimachus Rex crucem minaretur. Istis quæso ista horribilia minitare purpuratis tuis *Ouid. Epistol. 10.* Multa mihi terræ multa minantur aquæ. *Tereti. Heaut.* Abiturum se abs te illicò minabitur. ¶ Item eminere, extare, efferri. *Virgil. 2. Æneid.* -geminíque minantur in cælum scopuli. [Falsò hic citatur. *Virgil.* Nam ibi poëta alludit ad Gigantum fabulam.]

Mĭnāns, minantis, particip. {ἀπειλῶν. GALL. Menaçant, qui menace. ITA. *Minacciante.* GERMA. Dröwend. HISP. *Amenazador, que amenaza.* ANGL. *Threating.*} *Ouid. 2. Fastorum*, Edidit impauidos ore minante sonos. *Idem 5. Metam.* Rident Pæonides, spernúntque minantia verba. ¶ Composita huius verbi sunt, Comminor, & Interminor; quæ habent penultimam correptam.

Minātĭo, onis, Minę vel actus comminandi, comminatio. {ἀπείλησις. GAL. Menacement. ITAL. *Minacciamento.* GER. Dröwung. HISPA. *Amenazamiento.* ANG. *A threating.*} *Cicer. de Oratore 2.* Execrationes admirationes, minationes.

Mĭnānter, aduerb, Minaciter. {ἀπειλητικῶς. GALLI. En menaçant, par menaces. *Minacciosamente.* GERMA. Mit dröuwen. HISP. *Amenazando.* ANG. *Threatinglie.*} *Ouid. lib. 3. de Arte amandi*, Multáque submisse, multa minanter agant.

Mĭnĭtor, aris, Frequentatiuum, sæpè vel actus minor. {ἀπειλέω. GA. Menacer, ou fort menacer. ITALI. *Minacciare* GERMAN. Offt öder hefftig dröuwen. HISP. *Amenazar.* ANG. *To threat en often.*} *Plaut. in Curcul.* [*sc. 4. a. 4.*] Mihin' malum minitare? C. Atque ædepol non minitabor sed dabo. [Qui minus mihi liceat minitarier populo *Plaut. Amph.* Minitaris tibi te vitam esse amissurum. *Idem Asin. sc. 3. a. 3.* Imperito plagas minitaris. *Plaut. Capt. sc. 2. a. 5.* Noli minitari. Scio crucem futuram mihi sepulchrum. *Plaut. Mil. sc. 4. a. 2.* Erit vbi te vlciscar. Quid minitare? habeo tergum. *Plau. Pseud. sc. 2. a. 5.* Caue quisquam quod ille minitetur flocci fecerit. *Plaut. Menæ. sc. 6. a. 5.*] *Cic. 2. Catil.* Vobis atque huic vrbi ferro, flammaque minitantur. ¶ Pro eodem etiam legimus Minito, as, præsertim apud antiquos. *Plaut. Amphit.* Quid minitabas tẽ facturum si istas pepulissem fores? [*Idem Capt. sc. 5. a. 3.* Breue spatium est perferendi quæ minitas mihi.]

Mĭnĭtāns, tis, particip. {ἀπειλῶν. GAL. Menaçant, qui menace. ITAL. *Minacciante.* GER. Hefftig vnnd vil dröuwend. HISP. *Amenazador.* ANG. *That Menaçeth or threateneth.*} *Cicer. 7. Verr.* Quem iam ingredientem nauem & Verri nimis atrociter minitantem, à se retractum esse, & asseruatum, &c.

Mĭnĭtābundus, Valde minans, quasi plenus minarum. {ἀπειλητικῶν. GAL. Menaçant, vsant de menaces, plein de menaces. ITAL. *Minacciante pieno di menaccie.* GER. Vol dröuwens/stäts dröuwend. HISP. *Cosa que mucho amenaza, llena de amenazas.* ANG. *Threathening.*} *Liu. 9. bell. Maced.* Etenim tum quoque minitabundus petebat.

Mĭnĭtābĭlĭter Veteres dixerunt pro minaciter. ἀπειλητικῶς. *Pacuuius in Antiopa*, Minitabilitérque increpare dictis sæuis incipit.

Mĭnăx, cis, Qui frequenter minatur. {ἀπειλητικός. GALLIC. Menaceur, ou qui menace. ITAL. *Minaccioso.* GERMAN. Dröuwig/öder da dröuwt. HISPA. *Cosa que mucho amenaza.* ANGL. *That threateneth often.*} *Virg. lib. 3. Georg.* & ire viam, & fluuios tentare minaces Audet & ignaro sese committere ponto. *Cicer. pro Pont.* Inducíomarus iste minax atque arrogans. *Idem.* Cęsar minaces & acerbas literas ad Senatum misit.

Mĭnācĭssĭmŭs, superlat. [*Ouid. Eleg. 1. lib. 2. Trist.* Edictum quamuis immite minásque.] *Sueton. in Calig.* Aduersus quoque barbaros minacissimus.

Mĭnācĭtĕr, aduerb. {ἀπειλητικῶς. GALLIC. En menaçant, par menaces. ITALIC. *Minacciosamente.* GERM. Mit dröuwen. HISPA. *Mucho amenazando.* ANGLIC. *Threateningly.*} *Liu. lib. 2.* Minaciter fremunt, id est iurgiosè, & cum minis. *Plautus in Stich.* An potius tentem leuiter? an minaciter? scio lites fore. *Cic. in Philipp. 5.* Num putatis P. C. dixisse eum minacius, quàm facturum fuisse?

MĪNA Ē Ī, siue, *vt apud Steph. legitur*, Minnæi, duplicato n, μινναῖοι. Populi sunt in regione Arabiæ, mari rubro adiacentes, qui primi commerciũ thuris fecêre, nec præter hos Arabes, alij thuris arborẽ vident. {GER. Böttcher inn Arabien am roten meer gelägen/bey welchen des weirauchs vil

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ist.} Vnde ab ipsis thus ipsum Minæum dictũ est, *teste Pli. lib. 32. cap. 14.*

* MINAS, vnus gigantum cuius meminit. *Horatius 3. Carm. Ode. 4.* sed quid Typhœus & validus Minas.

MĪNCĪVS, Venetorum fluuius, qui ex Benaco lacu defluens, alium prope Mantuam lacum efficit: & inderfus, multis torrentibus auctus, effluit in Padum. { GER. Ein fluß in Lombardey/ laufft durch denn gardsee vnnd nåben Mantuw hin in fluß Padum. } *Virgil. 4. Georg.* -tardis vbi Mincius errat Flexibus. Ab hoc Virgilius Minciades dictus. *Iuuen.* Illos Minciadæ celebrat dulcedo Maronis.

MĬNĔRVA, Disciplinarum dea, quæ Græcè Pallas dicitur, *ἀπὸ τοῦ πάλλειν.* { GERM. Die göttin gutter künsten vnd der weißheit. } Et à minando dicitur, quasi vim minetur. Solet enim pingi ægide & hasta formidabilis. Aut à minuendo (*vt placet Cicer. lib. 2. de Natur. deor.*) Aut (*vt alij malunt*) à monendo, quòd recte moneat. *Festus*, Minerua dicta quòd bene moneat. Hanc enim veteres pro sapientia colebant. Cornificus verò quod fingatur, pingatúrque militaribus minitans armis. [Mineruæ armigeræ testa quinque. *Ouid. Eleg. vlt. lib. 4. Trist.* Vide Quinquatrus. Flauæ tutela Mineruæ nauis. *Ouidius Eleg. 9. lib. 1. Trist.*] Eadem & Tritonis à Poëtis appellatur, quòd Ogygis regis temporibus circa Tritonidem Africæ paludem virginali facie dicatur apparuisse: ab Homero etiam γλαυκῶπις, quasi glaucos habens oculos. ¶ Palladis autem nomen accepisse putatur ἀπὸ τοῦ πάλλειν hoc est à iaculando, vel vibrando. Pingitur enim quasi manu hastam tenens eámque vibrans. Prima olei & lanificij inuentrix creditur extitisse: ob quæ erga humanum genus beneficia, diuinos honores meruit sapientiæque & bonarum omnium artium dea habita est. ¶ Fabulantur autem Poëtæ Mineruam ex cerebro Iouis esse prognatam: quo commento significare volunt humaniorum literarum disciplinas humani ingenij non esse inuentum, sed ex Iouis cerebro, hoc est ex inexhausto diuinæ sapientiæ fonte ad hominum vsum esse depromptas. Pingui seu crassa Minerua aliquid facere, est simplicius, rudius, vel indoctius aliquid facere. *Columella in Præfat. lib. 1.* Potest enim nec subtilissima, nec rursum (quod aiunt) pingui Minerua res agrestis administrari. ¶ Inuita Minerua aliquid facere: idem est, quod repugnante ingenio vel repugnante natura aliquid aggredi. *Horat. de Arte*, Tu nihil inuita dices, faciésve Minerua. ¶ Sus Mineruam, subaudi docet, vel monet: tritissimum est prouerbium, quo vtimur, quoties indoctus aliquis eum conatur docere, à quo ipse sit magis docendus, *Vide Erasmi Adagia.*

MĬNĔRVAL, & mineruale, à Minerua deductum nomen, erat quasi præmiũ quod dabatur præceptori, sicut cœna, & huiusmodi quasi magisterij merces paucis diebus à scholasticis dari solita ante Quinquatria, per quos dies pueri vacabant. *διδακτρον. Varro 3. de Re rustic. c. 2.* Quin simul ac promiseris minerual, incipiam, *inquit Ouid. 3 Fasto.*

Nec vos turba feri sensu fraudata magistri
Spernite: discipulos attrahit illa nouos.

* MINEVS. μινύς, vir quidam fuit Thebanus, cuius filiæ in vespertiliones mutatæ fuerunt, *vt fabulatur Ouid. 4. Metamorph.* eo quòd Bacchi sacra spernerent, nec illum pro Deo haberent. Hinc.

* Mineias & Mineis, Patronymica fœminina, *apud eundem Oui. 4. Metamorphos.*

Mingo, mingis minxi, minctum. Vrinam facio, meio. [*Diomed. lib. 1.*] { משתם *hischtím. ἐρέω.* GAL. Pisser, vriner. ITA. *Pisciare, orinare.* GERM. Brunzen hårnen seichen. HIS. *Mear, orinar.* ANG. *To pisse, to mak water.* } pro quo magis vtimur Meio. Vnde & Permingo. *κατουρέω. Horatius*, Hunc perminxerunt calones, atque caballi. ¶ Hinc Minctúrio, & Mictito, tas, quæ vide suis locis.

Minaria, Minarius, Miniacius, Miniatus, Vide MINIVM.

MINILIVS, Mons Thessaliæ, postea Orchomenus dictus est.

MĬNĬO, Fluuius est Tusciæ, non procul à Cærete oppido, Vulgò *Mennone. Virgilius lib. Æneid. 10.* Qui Cærete domo, qui sunt Minionis in aruis.

MĬNĬMŬS, minimè Vide PARVVS.

Minio, minias, miniare, Vide MINIVM.

Minístro, as, Seruio, porrigo, præparo, administro. { שרה *scherách* כהן *chohén. ὑπηρετῶ, ἔμαι, ἰσουργέω.* GALLIC. Administrer, seruir. ITALIC. *Ministrare, seruire.* GERMANIC. Dienen/ darreichen. HISPAN. *Seruir, ministrar.* ANGLIC. *To serue, to giue a thing in seruing.* } *Plaut. in Curcul.* Tu tabellas consignato, hic ministrabit, id est seruiet. *Gell. lib. 2.* Idque facile factu dixit, quoniam silij sui pocula in conuiuio regi ministrarent. *Virgil. 1. Æneid.* Iámque faces & saxa volant, furor arma ministrat. *Varro 3 de Re rust. cap. 17.* Quum non paulò sumptuosius, quàm ego, his ministret victum. [Mihi pleno de fonte ministrat. *Ouid. Eleg. 1. l. 5. Trist.* Atque vt ministres mihi, &c. (Alloquitur Iupiter Mercurium.) *Plaut. in Amph.*] Huius composita Administro, quorum significata vide suis locis.

Minístrātor, ministratoris, qui ministrat, administrator, adiutor, { משרת *mescharéth* כהן *chopén. ὑπηρέτης.* GALLIC. Seruiteur, ministre, administrateur. ITALIC. *Seruitore.* GERMANIC. Ein diener. HISP. *El que sierue, sierno.* ANGL. *That serueth or giueth in seruing.* } *Cic. 2. de Orat.* Vt quũ teipsum Sulpiti obiurgabam, quod ministratorem peteres non aduersarium.

Mĭnístrātrix, cis, Ministra, administra. { משרת *mescharáth. ὑπηρετική.* GAL. Seruante, chambriere. ITA. *Seruitrice, cameriera.* GER. Ein dienerin/ dienstmagt. HISP. *Sierua, la qué sierue.* ANG. *She that serueth or giueth.* } *Cicer. 1. de Orat.* Sed vt omnes comites arque ministratices esse diceres. Tu tamen ministras leges. Ita enim legitur in emendatis exemplaribus.

Mĭnístrātōrĭus, adiectiu. Quod ad ministratorem pertinet. { *ὑπηρέτης.* GA. Chose pour seruir. ITA. *Cosa de seruire.* GER. Das zu dienen gehört. HIS. *Cosa para tal seruicio.* ANG. *That belongeth to seruice.* } vt ministratorij vrceoli, *apud Martial. l. 4. [Epigr. 105.]*

Mĭnister, stri, Qui inseruit & ministrat, ministrator, administer. { משת *mescharéth* כהן *cohen. ὑπηρέτης.* GALLIC. Seruiteur ou ministre. ITALI. *Ministro.* GERM. Ein diener/ gehulff. HISP. *Sierno.* ANGL. *He that ministreth or serueth.* } *Cicer. 1. de Orat.* Infimi homines mercedula adducti, ministros se præbent in iudiciis oratoribus, *Valer. Flac in Argon.* -taciti sedent ad iussa ministri. *Cicer. de Amic.* Vt aut libidinis ministri, aut adiutores essent ad iniuriam. [Minister aliquando ὑποχέος. (i. qui vinũ ministrat.) Qua etiã significatione dicitur ministrare. *Cic.* Cũ ioribus poculis ministraretur. *Catull.* Minister vetuli puer Falerni. Lo dicunt mactata ministro corpora. *Ouid. Eleg. 2. lib. 4. Trist.*] ¶ Hinc fœmininum est minístra, *ὑπηρέτις. Idem 1. de Finib.* Ministre & satellites voluptatum, virtutes. [Littera sermonis fida ministra mei. *Ouid. Eleg. 7. lib. 3. Trist.*]

* Minister, ministra, ministrum. Adiectiu. *Ouid. epist. 20.* Lumina propositi facta ministra tui.

MĬNĬSTĔRĬVM, rij, Opera quæ à ministris præstantur, obsequium. { שרת *scharéth. διακονία, ὑπηρεσία.* GALLI. Ministere, seruice, maniement. ITA. *Ministerio.* GER. Ein dienst oder dienung. HIS. *Seruicio, ministerio.* ANGL. *Seruice, the charge or office to do a ting, the work.* } *Virg. 7. Æneid.* Abstinuit tactis pater, auerlúque refugit Fœda ministeria: & cæcis se condidit vmbris. *Plin. lib. 10. cap. 71.* Et minor varietas in pedum ministerio. *Virg. 6. Æneid.* -pars ingenti subiere pheretro, Triste ministerium. *Ouid. 11. Metamorph.* Somne quies rerum, placidissime Somne deorum, Pax animi, quem cura fugit, qui corpora duris Fessa ministeriis mulces, reparásque labori, &c. [Sub ministerij honorific. titulo relegatus Cyprum Cato: *inquit Velleius.* ¶ Ministerium pro sacrificio, *lib. 1. ab vrb.* dixit *Liuius*: vt Ministrum pro eo qui mactat, *Ouid.* suprà in Minister.] ¶ Aliquando ministeria accipiuntur pro ministris, sicut Seruitia pro Seruis. *Paulus Iureconsultus*, Vrbica ministeria dicimus etiam, quæ extra vrbem nobis ministrare consueuerunt.

Minitor, & Minitabiliter. Vide MINOR, aris, in MINAE.

Mĭnĭum, nij, Pigmenti genus est laudatissimi coloris, quod in argentariis metallis cum argento viuo inueniri solet. { ששר *scarchar. μίλτος.* GALL. Vermeillon. ITAL. *Minio.* GERMANIC. Minien/ bergzinober. HISPANIC. *Bermellon.* ANGLIC. *Vermillon, read lead, synople.* } Maxima eius copia, *teste Plin. lib. 33. cap. 7.* effoditur in Hispania, sed hoc durum est & arenosum. Optimum nascitur supra Ephesum in Cilbianis gris. Quo pacto autem purgetur minium, docet *idem Plinius paulò post*, arenam esse colore cocci, quæ teri consueuit, & deinde lauari, abiectísque purgamentis, quæ in aqua supernatant minium in fundo inueniri. Nonnulli per errorem Minium idem esse putant cum cinnabari, quum proprie cinnabaris sit sanies draconis morientium elephantum pondere elisi, vtriusque animalis sanguine permisto, *Ide loco iam citato*, Comperítque vulgò pro cinnabari Indico in medicamenta minium addi inscitia nominis, quod esse venenum docebimus inter pigmenta. [*Ouid. Eleg. 1. lib. 1.* Nec ritulus minio, nec cedro charta notet.]

Mĭnĭārĭă, æ, Locus in quo foditur minium. *μεταφυχία Plin. l. 33. c. 7.* Sáponensibus autem miniariis suæ venæ arena sine argento excoquitur. Auri modo probatur.

Mĭnĭārĭus, adiectiuum, vt Miniarium metallum. *Plin. ibidem*, Celeberrimus ex Sisaponensi regione in Bætica miniario metallo, &c.

Mĭnĭātĭcus, cia, cium, Quod est ex minio, *μιλτώδης. Vitr. lib. 7.* Parietes postquàm expolitione miniacia expoliebantur.

Mĭnĭātus, & per diminutionem Miniatulus, idem est quod rubrum quod minio tinctum. *μιλτοφόρος. Homero*, Vnde ceram miniatulam veteres dixerunt, quam nos rubram dicimus. Et Miniatula cera aliquid notare pro eo quod est, loca corrigenda annotare. *Cicer. ad Dolabellam in Epistol. ad Attic. lib. 15.* His literis scriptis me ad *σωτᾶξαι* dedi, quæ quidem vereor, ne miniatula cera tua pluribus locis notandæ sint. *Idem ad Attic. lib. 16.* Cerulas enim tuas miniatulas illas extimescebam.

* Minio, miniasare, *μιλτόω*, Minio tingere. *Plin. lib. 33. cap 7.* Hac religione etiam nunc addi in vnguenta cœnæ triumphalis, & à Censoribus in primis Iouem miniandum locari.

MINIVS, *μίνιος*, Fluuius Hispaniæ iuxta Abubricam Callæcorum oppidi, vastissimo ore in Oceanum profluens, Vulgò *Minno. De hoc Plin. l. 4. c. 20. & Ptol. l. 2. c. 6.*

Mino, as, Duco. { נחג *nahágh. ἄγω.* GAL. Mener, conduire. ITA. *Menare, condurre.* GER. Furen oder treiben. HISP. *Llenar, guiar.* ANG. *To lead or conueigh.* } *Festius*, Agasones equos agentes, id est, bene minantes. Apud Antiquos etiam pro minor legitur, à quo Minito, tas, *vt supra decimus ex Prisciano.* [Vtitur *interpres Iuuenalis Satyr. 6. Et Auien. Epistol. 66.*]

MINOA, pœn. prod *μίνωα*, Vulgò *Altemura*, Vrbs in Amorgo insula, vna Cycladum. Item altera in Siphno insula, vna Sporadum. Tertia in Sicilia. Atque hæ quidem tres enumerantur à *Stephano. Strabo præterea libro 9.* Minoam fuisse emporium tradit in agro Attico, decem & octo stadiis à Megariis distans, quod postea Nisæam appellarunt.

MINOIS, idis, *μινωΐς*, Insula est vna Cycladum, quæ notiore nomine Baros appellatur. *De hac Plin. l. 4. c. 12.*

Mĭnŏĭ, naris, Vide MINAE.

Mĭnŏr, comparat. à paruus. Vide PARVVS.

MĪNŌVM, *μίνωον*, Oppidum est Cretę insulæ, à Minoë rege ita appellatum, *Recensetur à Plin. l. 4. c. 12.*

MĪNŌS, *μίνως*, Iouis, & Europæ filius, Rex Cretæ, qui primus Cretensibus leges dedit. { GERMA. Ein son Jouis vnd Europę der Cretenser könig. } Hic quum haberet vxorem Pasiphaën, & illa ex tauro genuisset Minotaurum, Dædalum, quòd bouem ligneam fabricasset, sub qua latens cum tauro vxor concubuerat, persecutus in Siciliam peruenit, vbi à Cocali tauro vxor concubuerat, persecutus in Siciliam peruenit, vbi à Cocali regis filiabus est interfectus (vt Aristoteles refert) iuxta Camerinam vrbem, & apud inferos propter insignem iustitiam iudex factus. *Virgil. 6. Æneid.* Quæsitor Minos vrnam mouet. [Minos thure & vino sine tibicine supplicauit. *Suet. in Tiber cap. 70.*]

Mĭnōĭus, a, um, *μινώιος*, Possessiuum: vt Minoia regna. *Virgil. 6. Æneid.* Dedalus (vt fama est) fugiens Minoia regna.

Minous, a, um, aliud adiectiu. *Ouid. in Ibin*, Si tua contigerit Minoas pupplis arenas. ¶ Taurus Minous, pro Minotaurus. *Stat. 1. Achil.* Protinus Ægydes

Mĭnōĭs, idis, Patronymicum fœm. *Ouid. 8. Metamor.* Protinus Ægydes rapta Minoide Diam Vela dedit. Quo pacto autem Minos iudex hæratur inferorum propter iustitiam, non video, quum violator fuerit hospitij, & raptor (*vt Suidas ait*) Ganymedis, & multa alia commisse dicatur à vera iustitia non parum abhorrentia.

MĬNŌTAVRVS, *μινώταυρος*, ex Minoë, & tauro dicto compositus, Monstrum biforme ex portentoso Pasiphaës cum tauro concubitu prognatum: quod iussu Minois (vt fabulantur poetæ) Labyrintho inclusum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

humanis carnibus vescebatur. {GERM. Ein wunder thier zweier gestalten so von Pasiphae vnd einem stier ist geboren worden / im Labyrintho ist eingeschlossen gwäsen.} Huic quotannis Athenienses ex præscripto fœderis septem ex suis liberis mittebant deuorandos. Sed tertio anno Ægei filius Theseus sorte missus, Minotaurum occidit, & ab Ariadne accepto fili glomere, fuga euasit. *De hoc Virgil. 6. Æneid. in principio.*

Hic crudelis amor tauri suppostaque furto
Pasiphaë mistúmque genus proléque biformis,
Minotaurus inest, Veneris monumenta nefandæ:
Hic labor, ille domus, & inextricabilis error.
Magnum reginæ, sed enim miseratur amorem
Dædalus, ipse dolos tecti, ambagesque resoluit,
Cæca regens filo vestigia.

Seruius credit Taurum scribam fuisse Minois, qui absente rege cum Pasiphaë concubuit in domo Dædali: & quia Pasiphaë eodem tempore gemellos peperit, quorum alter Minoi, alter Tauro esset similis, factus est locus fabulæ, vt Minotaurum biforme monstrum peperisse dicatur.

MĪNTHĒ, μίνθη, A poëtis Cocyti filia fuisse fingitur, quam quum Persephone cum Plutone deprehendisset, in herbā sui nominis commutauit. Nam μίνθη à priscis Græcis dicebatur herba, quæ postea ab odoris suauitate ἡδύοσμος appellata fuit. Latini vnius tātum literæ immutatione Mentham vocant. {GER. Münt} *Hanc fabulam tangit. Ouid. 10. Metam. ad finem,* -an tibi quondam Fœmineos artus in olentes vertere minthas Persephone licuit?

MĪNTHĒS, μίνθη, mons est Peloponnesi, non procul à Pylo: *de quo Strab. lib. 8.*

Mĭnthŏs, {μίνθος. ANG. *Dunge, or a flour growing in dunghilles.*} Præter vulgatam illam significationem, qua apud Græcos excrementa hominum significantur, etiam floris nomen est in sterquiliniis enascentis, quo mirum in modum afficiunrur hirci. ¶ Alij caprarum retrimenta hoc nomine significari volunt, quibus frigentium hircorum nares pastores illinunt, & ita commoto sternutamento curant. *Vide Cælium Rod. lib. 10. cap. 12.*

MĪNTVRNAE, μινθοῦρναι. Ptolemæo, oppidum in Campania inter Sinuessam, & Formias, ad Lyrim fluuium habens propinquas paludes, in quibus Marius delituit, fugiens proscriptionem Syllæ. {GERMA. Ein stat Italiæ in Campanien/gelägen am fluß Lyris.}

Mĭnŭo, minuis, minui, minutum, Imminuo, comminuo, deminuo, detraho, derogo, extenuo, eleuo, debilito, decessionem de summa facio. {גרע *gharáh* ח הגרעת. *hiarhát.* ἐλαττόω, μειόω. GAL. Amoindrir, appetisser, diminuer, menuiser. ITAL. *Minuire, menomare.* GERM. Mindern/ringern. HISPAN. *Desmenuzar, amenguar.* ANGLI, *To lesse, or to make lesse.*} *Plin.* Radix commanducata dentium dolorem minuit. *Cicer. ad Attic.* Si putares meam molestiam minui posse. *Idem in Catil.* Nequid summa dignitate Reip. minueretur. *Terent. in Prolog. Heaut.* Vt aliqua pars laboris minuatur mihi. *Cæsar. 3. bel. Gall.* Nam & nostris militibus spem minuit, & hostes ad pugnandum alacriores effecit. [Hoccine est pietatem colere, Imperium matris minuere. *Plaut. Asin. sc. 1. a. 3.* Minuit luctus tempus. *Ouid. Eleg. 6. lib. 4. Trist.*] ¶ Huius composita sunt. Cōminuo, Diminuo, Imminuo, *de quibus vide suis locis.*

Mĭnutĭo, Imnunutio, detractio. {מגרעה *migrahâh.* μείωσις, ἐλάττωσις. GA. Menuisement diminution. ITAL. *Diminutione.* GERMA. Minderung. HISPANIC. *Desmenuzamiento, amenguamiento.* ANGLIC. *A diminishing, making lesse.*} *Gell. lib. 16. cap. 5.* Ve particula tum intentionem significat, tum minutionem. *Quinct. lib. 4. cap. 3.*

Mĭnūtŭs, a, um, & partici & nomen esse potest. Participium significat comminutum, hoc est minus factum, imminutum, diminutum, brenem, paruum, exiguum. {גרוע *gharúa'* נגרע *nigráh.* ελαττωθείς. GALL. Amoindri, menuise, appetisse. ITAL. *Minuto, menomato.* GER. Geminderet. HISP. *Menudo, desmenuzado, amenguado.* ANGLIC. *Diminished, made lesse.*} vt Minuta spes, pro imminuta. *apud Tacitum in vita Agricolæ. Cicer. 7. Verr.* Reticulum ad nares admouebat, tenuissimo lino minutis maculis, plenum rosæ. [Minutat itinera facere. *Suet. in August. cap. 82.* Et pueri minuti. *cap. 83.*] ¶ Aliquando ponitur pro pusilli animi homine, &c. *vt Nonius ait,* scrupuloso, solicito, anxio, vt à Græcis dicitur λεπτόμοιρος. *Cic. 1. de Fin.* Ecce autem alij minuti, & angusti, & omnia semper desperantes: aut maleuoli, inuidi, difficiles, lucifugi. Mĭnūtissĭmŭs, superlat. *Sueton. in Caligula.* Tandem flagitante populo proposuit quidem legem, sed & minutissimis literis & angustissimo loco, vti ne cui describere liceret.

Mĭnūtŭlŭs, diminut. λεπτομοιρότερος, μικρότερος. *Plaut. in Pœnulo,* Si minus curassint, quum veniant heri domum, Nutrices pueros infantes minutulos. [vsus est *Gell. cap. 5. lib. 17.*]

Minūtātim Per minutas partes: frustatim. {εἰς λεπτόν. GALLI. Par le menu, petit à petit. ITA. *A minuto.* GERMA. Stucklichtig. HISPAN. *Desmenuzando en pieças.* ANG. *By litle and litle, by piece and piece.*} *Colum. lib. 8. cap. 14.* Nasturtium confectum minutatim. ¶ Aliquando enim accipitur pro paulatim. *Varr. lib. 1. de Re rust.* Tum ita ad subigendum vt minutatim assuefaciant, & vt tyronem cum veterano adiungant. Imitando enim facilius domantur, [Minutatim æras tibi eximet tristitiam. *Senec. cap. 8. de Consol. ad Martial.*]

Mĭnūtim, aduerb. In minutas partes, significat frustatim, vel etiam detentim. {λεπτομερῶς. GAL. Par pieces menues, for menu, par le menu. ITA. *Minutamente.* GER. Zu kleinen stucklinen. HISPA. *Desmenuzando en pedaços.* ANG. *By litle partes or pieces.*} *Colum. lib. 5.* Inequitur deinde fossor, qui crebris bidentibus æqualiter & minutim solum terga comminuat.

[Minutè. *Gell. cap. 9. lib. 2.* Nimis minutè ac propè frigidè. Minutiùs. *Quintil.* minutiùs ac scrupulosiùs.]

Mĭnūtĭa, æ, Contemptibilis paruitas cuiuscunque rei, inquit Sipontinus. {דק *dak,* σμίκρολος, λεπτόν. GAL. Petite piecette, morcelet. ITAL. *Minucia.* GERMA. Ein gar klein stucke. HISPA. *Parte pequenna de cada cosa.* ANG. *The litle dome of any thing or a very litle peece.*} *Lactantius de ira Dei,* Hæc (*inquit*) per inane irrequietis moribus volitant & hucatque illuc feruntur, sicut puluveris minutias videmus in sole, quum per fenestram radios, ac lumen immiserit. ¶ Minutia etiam dicta porta Romæ, à Minutio, quòd minutij sacello proxima esset. ¶ Et Minutia, virgo Vestalis, quæ propter suspicionem stupri viua defossa est. *Liu. 8. ab Vrbe.*

Mĭnūtăl, Genus edulij, quod ex concisis minutatim oleribus fit, *autore Apicio.* {μινθάλιος. ANGLI *A hotch pott, a paste made in a pott.*} Fiebat inter cætera marino pisce liquamine, oleo, vino, porris, & coriandro. *Martial. libro 11.* Hinc exit varium coco minutal. [*Et Iuuenal. Satyr. 14.*]

MINVTIA, Familia non ignobilis Romæ fuit.

MĪNŬTĬŬS, cognomento Augurinus, Præfectus annonæ Sp. Melium regnum Romæ affectantem, re ad Senatum delata, coarguit, qui postea à Seruilio Hala, cum à dictatore Quintio vocatus parente imperanti recusasset, est interfectus. Huic, quòd farris pretium trinis nundinis ad eam vilitatem redegisset, vt asse modius væiret, tantum à plebe habitum est honoris, vt collata in capita stipe vnciaria, ænea ei statua extra portam trigeminam fuerit collocata. *Autore Plin. lib. 34. cap. 5. & lib. 18. cap. 3.*

Mĭnŭrĭzo Succino, leniter & submissa voce cano: *μινυρίζω* enim cantillo significat, & modulatè concinno. {GALLIC. Chanter bas. ITAL. *Cantar sotto voce.* GERMAN. Klein singen vnd tieblich. HISP. *Cantar baxo.* ANGL. *To sing with a lowe voice.*} *Sidonius lib. 1. Epist.* Diluculo autem philomela inter frutices silerum Progne, & inter aceres minurizantem. ¶ Hinc Minurizationes, μινυριαμοί, dicti sunt, teste Festo asinium minorum cantus.

Mĭnŭs, Minusculum, vide MINOR in PARVVS.

MANYA, μανύα, *Stephano,* Thessaliæ oppidum, à quo nonnulli Argonautas Minyas vocatos existimant: quanquam alij nominis huius originem ad Myniam regem referre malint.

MĪNŸAE, μινύαι, Populi Thessaliæ, qui Iasonem in Colchos proficiscentem secuti sunt: quia dictione frequenter vtitur *Valer. Flac. in Argonaut.* pro ipsis Argonautis. *Ouid. lib. 7 Metamorph.* Iámque fretum Miniæ Pegaséa puppe secabant. Alij dicunt fuisse populos Bœotiæ circa Iolcum montem habitantes: quos ita dictos volunt à Minya rege Orchomeni filio Chrysæ, & Nepote Neptuni.

MINYAS, μινύας, Chrysæ filius à quo Minyæ, quibus imperauit, nomen acceperunt. Hic quum mortales omnes suæ ætatis opibus superaret; primus omnium gazophylacium recondendarum pecuniarum gratia extruxit. *De hoc Pausanias, & Cælius Rhodiginus lib. 20. c. 25.*

MĬNŸĔŬS, per quatuor syllabas, siue Minyeius (vt apud Homerum legitur) per quinque, fluuius est Thessaliæ, postea Orchomenus dictus, *vt scribit Plinius lib. 4. cap. 8.* *Hunc Strabo lib. 8.* eundem facit cum Anigro. *Homer. lib 11. Iliad.* iuxta Arenen in mare defluere tradit.

Ἐστί δέ τις ποταμὸς Μινύτιος εἰς ἅλα βάλλων, Ἐνῇ δὲ θρῆνες, Ἀφίδνιε,

Mirabilis, Miraculum, Mirificus, & alia *vide* MIROR.

MIRITVS Vide MERITVS.

Mīrmīllŏnes, Erant pugiles Retiariorum aduersarij: nam digladiantibus alter Retiarius, alter Mirmillo appellabatur. [De Mirmilione Retiario consequente. *Quintil.* Item *Turneb. cap. 4. lib. 3. Aduersar.*] *Festus,* Retiario, *inquit,* pugnanti aduersus mirmillonem cantatur, Non te peto, piscem peto, quid me fugis Galle? Quia mirmillonicum genus armaturæ Gallicum est, ipsíque Mirmillones ante Galli appellabantur: quorum galeis pisces effigies inerat. Quod genus pugnæ institutū est à Pittaco vno ex septem sapientibus, qui aduersus Phrinonem dimicaturus, propter controuersias finium, qui erant inter Atticos, & Mitylenæos, reti occulte allato, impediuit Phrinonem. [Mirmillonum armaturam reiecit Caligula. *Sueton. in Calig. cap. 55.*]

MIROBRIGA, μεσόβριγα Ptolemæo, Vulgò *Ciudad Rodrigo.* Hispaniæ vlterioris vrbs in conuentu Cordubensi. *Pli. lib. 3 cap. 1.* Mirobrigam vocat per secundam consonantem in vltima syllaba.

* Miro, miras, pro Miror, *Varro Eumenidib.* Hoispes quid miras *Nonius.*

Mīror, aris, Admiror, stupeo, in admirationem rapior. {תמה *tamáh.* θαυμάζω. GAL. S'esmerueiller & esbahir. ITAL. *Ammirare, stupire.* GERMA. Verwunderen. HISPAN. *Marauilla.* ANGLI. *To merueil, to wounder or be astonied at a thing.*} *Virg. 1. Æneid.* Artificúmque manus inter se, operúmque laborem miratur. [Miror te nō stultam stultè facere. *Plautus Mostel. sc. 3. a. 1.* Meum serum Strobilum miror vbi sit. *Plaut. Aulul. sc 4. a. 4.* Vin' etiam dicam quod magis miremini. *Plaut. Pseud. sc. 5. a. 1.* Quod mireris magis. *Mart. Epigr. 43. libr. 4.* Ne quis miretur qui sim, paucis eloquar. *Plaut. Aulul. Prolog.* Non quco mirari satis. *Plaut. Capt. sc. 1 a. 4.* Mirabar si non, &c. *Senec.*] ¶ Mirari etiam est, cum voluptate intueri. *Idem 2. Georg.* Seu quis Olympiacæ miratus præmia pugnæ. Item nescire, quia (*vt Donatus inquit*) admiratio ab ignorantia descendit. *Terentij in Andr.* Miror vnde sit. ¶ Item aliquando ponitur pro extollo, laudo & gloriosè de aliquo sentio: *Martial. lib 13.* qui se mirantur, in illos Virus habe. ¶ Construitur hoc verbum cum accusatiuo, & cum genitiuo. *Virgil. 11. Æneid* Iustitiæ ne prius mirer, belline laborum. ¶ Quandoque absolute ponitur. *Ouid. lib. 13. Metamorphos.* Dúmque moror, mutúique, fin.ul fugit omnis in vndas. ¶ Huius composita sunt, Admiror, Demiror, Emiror: *quorum significata vide suis locis.*

Mīrātĭo, Admiratio, obstupefactio. {תמהון *timmahón.* θαυμασμός: GALL. Admiration. ITA. *Ammiratione.* GER. Verwunderung. HISP. *Marauillamiento.* ANGLIC. *Merueyling, wondrin.g.*} *Cicer. 3. de Diuin.* Cautarum enim ignoratio, in re noua mirationem facit.

Mīrātŏr. {תמה *tomeáh.* θαυμαστής, GALLI. Esmerueilleur, qui s'esmerueille. ITAL. *Chi si marauiglia.* GERMAN. Ein verwunderer. HISPAN. *El que se marauilla.* ANG. *He that merueyleth.*}

Mīrātrīx, cis, fœminimum: vt Turba miratrix. *Iuuen. Satyr. 4. Item,* Fama miratrix, *apud Senec in Hippolyto,* Fama miratrix leuioris æui.

Mīrāndŭs, a, um, Admiratione dignus {θαυμαστέον. GAL. Digne d'admiration. ITALIC. *Degno d'admiratione.* GERMAN. Wunderſam verwunderens wärt/wunderbar. HISP. *Cosa digna di marauilla.* ANG. *Mervaylous.*} [*Plaut. Curc. sc. 2. a. 2.* Nihil est mirādum melius si non sit tibi, &c.] *Terent. in Andr.* Mirando hoc tanto, tam repentino bono. *Cicer. 6. Verr.* Quoniam mirandum in modum Græci rebus istis, quas nos contemnimus, delectantur.

Mīrābūndŭs, Qui miratur. {θαυμάζων. GAL. Qui s'esmerueille, ou fait de l'esbahi. ITAL. *Pieno di marauiglia.* GERMAN. Der sich verwunderet. HISP. *Cosa que mucho se marauilla.* ANG. *That woundreth and is astonied.*}

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*Liu.5. bell.Pun.*Ex templo improuida res pauorem incutit Pœnis,mirabundíque vnde tot hoſtes tam ſubitò exorti,&c.

Mŏdĭus,dij,vt inter doctos nostræ ætatis ferè conuenit , mensuræ genus fuit continens sedecim sextarios. {איפה *ephàh.* μέδιμνος,ὁ μέδιμνος , qui etiam μόδιος. GALLIC. Vn muy ou vn boisseau. ITAL.*moggio.* GERMA. Ein maß wirt bey vnnß gemeinlich fur ein seffertz genommen. HISPANIC. *celemin ò almud.* ANGLIC. *A bushell.* } *Cicer.de Amic.* Verúmque illud est quod dicitur , Multos modios salis simul edendos esse,vt amicitiæ munus expletum sit. *Idem 2.Offic.* Ne Marco quidem Seio vitio datum est,quòd in caritate asse modium populo dedit. *Volusius Metianus,* Quadrantal,*inquit* quod nunc plerique amphoram vocant, habet vi-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

nas duas, modios tres, semodios sex, congies octo, sextarios octo & quadraginta, heminas sex & nonaginta, quartarios cent im nonaginta duos, cyathos quingentos septuaginta sex. Ex quibus Volusij verbis facillime colligi potest quantum modius contineat. Nam quum dicit Amphoram, quam antiqui Romani Quadrantal vocabant, continere tres modios, sextarios autem octo & quadraginta, sequitur necessario. Modium tertiam partem esse XLVIII. sextariorum, quæ est sedecim sextariorum. Lapsus est itaque Perottus, & post eum alij, qui Modium esse putauerunt duorum & viginti sextariorum: quanquam vtrobique librariorum (vt arbitror) culpa Sextertiorum legatur, non Sextariorũ. ¶Hinc sit compositum Semodius, quod significat modij dimidium. *Columella libro secundo*, Eadem quatuor modiis, nonnunquam tribus, aliquando etiam duobus ac semodio iugerum occupat. ¶ Modius vini Parisinus, tricenos senos sextarios nostros capit. Sextarius autem octonas eas quas pintas dicimus. *Budæus*. ¶ Modius tritici Parisinus, quatuor & viginti medimnos Atticos capit. ¶ Modius agri, Actus quadratus, qui latus est pedes centum viginti, & longus totidem: Mina etiam Latine dicitur, *teste Varr. 1. de re Rust. cap. 10.* ¶ Modium neutro genere etiam dicitur, *Plin. lib. 18. cap. 16.* Id præstant in iugera modia vicena.

*Modiatio, modiationis, pro eodem, *in l. Quum non frumentum. Cod. de Vsuris*, Quum non frumentum, sed pecuniam fœnori te accepisse alleges, vt certa modiatio tritici præstaretur: ac nisi is modius sua die fuisset oblatus mensuratum, &c.

Modiolus, li, cum accentu in penultima. {μόδιον, χοινικὶς} GAL. Vn petit muy ou boisseau. ITALI. *Moggio picciolo.* GERMANI. Ein sesterlin oder viertelin. HISPAN. *Pequenno celemin ò almud.* ANG. *A litle bushell.*} Est quarta pars modij, vt putat Sipontinus inuixus *Plauti loco ex Cistell.* vix exculpsi vt diceret, Quia ei promisi modiolum vini dare. Ex quo Plauti loco satis constat modiolum esse genus mensuræ: cuius tamen fuerit capacitatis, neque ex hoc loco deprehendi potest, neque alibi memini me legisse. ¶ Hoc etiam nomine dictum est paruum vas quadratum ad hauriendum ex puteo, aut lacu, aut flumine aquam. Horum autem modiolorum (*vt est apud Frontinum, de aquæ ductibus*) alius est erogatorius, alius acceptorius, vt multis in locis intueri licet. *Vitruuius*. Ita quum tota à calentibus versabitur, modioli pleni ad summum elati, & rursus ad imum reuertentes infundent in castellum ipsi per se quod extulerunt. ¶ Modiolus etiam est vas mensuratum potui paratum, vt phiala, vt trulla. non tamen poculum, *inquit Scæuola in l. Seia ff. de auro & argento legat. Hæc Budæus.* ¶ Modiolus in rota, cui anxi iunctura hij. *Plin. lib. 9. cap 4.* Apparent & rotæ appellatæ à similitudine, quaternis distinctæ radiis, modiolos earum oculis duobus vtrinque claudentibus. ¶ Est præterea modiolus instrumentum chirurgicum. *Celsus lib. 8. cap. 3* Excidunt verò os duobus modis: si paruum est, quod læsum est modiolo, quem τρύπανον Græci vocant: si spatiosius, terebris. Deinde subdit, Modiolus ferramentum concauum, & tereres est, imis oris ferratum, per quod medium clauus ipse quoque interiore orbe cinctus demittitur.

Modialis, le. A modio, quod est vnius modij. {μοδιαῖος} GALLIC. D'vn muy. ITALIC. *D'vn moggio.* GERMANIC. Das ein sester haltet. HISPAN. *Cosa de vno celemin* ANGLI. *Of one bushell.*} *Plaut. in Captiuis* [*sc. 3. a. 4.*] Aulas, calicesque omnes confregit, nisi quæ modiales erant.

Mŏdŏ, Quando habet o finalem corr. significat tẽpus præsens, vel paulo ante præteritum, vel nõdum præteritum, sed statim futurum. {עתה *Attáh. ἄρτι.* GAL. A ceste heure, tantost, n'agueres. ITAL. *Mo, hor, hora, solamente. pure.* GERM. Jetzund/eben erst. HISPA. *Agora, poco ha passado.* ANG. *Now, euen now.*} vt Modo id ago. *Terent. in Eunucho*, Modò ait, modò negat. Sic etiam dicimus, Modo dicebam, modò veni, modò faciam. [Crepuit Lenonis ostium. P. Cura mauellem modò. (pro quidem, aut quid simile.) *Plaut. Pseud. sc. 1. a. 1.* Sine modo. (minantis) *Plaut. Ibid sc. 4. a. 1.* Vide SINO. Quandudum istud facum est? iamdudum, pridem modo. *Plaut. Amphitr.* Dic modò quod te iubeo. *Plaut. Menæch sc. 2. a. 1.* Tace modo. *Idem Menæch. sc. 2. a. 1.* Crucior modo si interfectus, &c. *Plaut. Capt. sc. 3. a. 5.* Nequeo exorare lacrumam vt emprimant vllam modò. Impera quiduis modo. Ambigue. *Plaut. Menæch sc. 4. a.* Modò vtendum (i. modice) *Quintil.* Operiare sex dies, saltem vnum modò. *Plaut. Pseud. sc. 3. a. 1.* Modo ego abeam (i. dummodo.) *Plaut. Pseud. sc. 3. a. 1.* Vertere ne præcipites nauis Modo facta procellas. *Ouid. Eleg 6 lib. 4. Trist.* Caue modo ne prius accumbas. *Plaut. Mostel. sc 4. a. 1.* Si fies me latum pedem modo Imposuisse in vndam. *Plaut. Mostel. sc. 2. a. 2.* Si modo vixerit. *Ouid. Eleg. 9. lib. 4. Trist.* Modo ne communia tolus occupet. *Ouid. 13. Metamorphos.* In quantum modò hominis est. *Seneca, cap. 17. de Consol. ad Polyb.*] ¶ De tempore præterito testimonium est *apud eundem in Eunucho*, Quàm dudum? DO. Modò. *Vbi Donatus*, Nota modo apte pro tempore præterito dictum esse, id est iamdudum. Nam qui vitiauerat virginem, non modò, sed longe ante vestem mutauit cum Eunucho. ¶ In vsu est aliquando pro duntaxat, solum, tantum modo. {μόνον.} *Liuius lib. 1. ab Vrbe*, Euentus belli minùs miserabilem dimicationem fecit quod nec acie certatum est & tectis modò dirutis alterius vrbis, duo populi in vnum confusi sunt. Id est solum vel tantùm vnius vrbis tectis dirutis. *Quintil. lib. 2. cap. 16.* Quidam enim circa res omnes, quidã circa ciuiles modò versari Rhetoricem putauerunt. ¶ Aliquando idem est quod Si modò, Dum modò. μόνον. *Terent. in Heaut.* Modò liceat viuere, spes est. *Virgi. lib. 4 Æneï.* Si modò quod memoras factum fortuna sequatur. ¶ Hinc & Solummodo, Tantummodo, &c. modo, κατὰ τοῦτο, quod significat Posthac. Quòd si Modò producta vltima syllaba proferatur, datiuus vel ablatiuus casus est à modus. ¶ Modò, pro saltem. *Teren. in Adelph.* Vtinam hoc sit modò defunctum. ¶ Modo pro interdum. *Propert.*

Qualis Amazonidum nudatis bellica mammis
Thermodonteis turba lauatur aquis:
Et modò Taygeti crines aspersa pruina.
Sectatur primos per iuga longa canes.

¶ Modò non, idem est quod Ferè, vel propemodum: vt, tantùm non. *Terent. in Phorm.* Modò non auri montes pollicens. * Item pro *quidem* vel *tamen. Cicer. 1. de Diuinat.* Nemo aliter philosophus sensit in quo modò esset authoritas.

Mŏdŭlŏr, Modulatio, Modulator, Modulatus, *Vide* MODVLVS.

Mŏdŭs, di, Temperatio, mediocritas, ratio. {דרך *dereh* חק *ḥók* מדה *middáh. μέτρον, πέρας.* GAL. Moyen, maniere, & façon, mesure, regle, fin. ITA. *Modo, misura, regola.* GERM. Ein maß/weis gemainglich iubet nequid nimis, sed omnia cum moderamine fiant. Vnde Quomodo & Quemadmodum dicimus, id est qua ratione, Et Admodum pro Satis, quasi secundum rationem. Et Propemodum, ferè, quasi parum abfit à modo hoc est à ratione. Et mirum in modum, Maiorem in modum, quasi præter id quod ratio postulat. Commodum aptum, conueniens: quasi cum modo & ratione. *Plaut. Pan.* verùm hoc vnum tamen cogitato, modus omnibus in rebus soror est optimum habitu. *Cicer. de Orat.* In omnibúsque rebus videndum est quarenus: etsi enim suus cuique modus est, tamen magis offendit nimium, quàm parum. *Idem de Senect.* Nam habet natura, sicut aliarum omnium rerum, sic viuendi modum. *Idem 1. Offic.* His enim rebus quæ tractantur in vita, modum quendam adhibentes & ordinem, honestatem & decus conseruabimus. *Colum. libro secundo*, Est autem modus in siccando fœno, vt neque pararidum, neque rursus viride colligatur. Id est mensura quędam & moderatio. *Idem libro tertio*, in quo scrobe destinaueris nuces serere, terram minutam in modum semipedis ponito. Id est mensuram. [Ad Immodicum modum Insolescere, *Gell. cap. 3. lib. 7.* Intra modum. *Gell. cap. 8. lib. 1.* Est modus, quo id pati vxorem oporter. *Plaut. Menæch. sc. 4. 5.* Quis modus dandi. Nam tu nunquam expleri potes Lena. Quid modi est ductando! *Plaut. Asin. sc. 3. a. 1.* Nec finis nec modus adhibitus. *Velleius.* Quid modi amplexandi facies? *Ibid. sc. 2. 5.* Quid modi futurum est illum quærere? *Plaut. Menæch. sc. 1. a. 2.* Iam nunc seruitium est: profectò modus haberi non potest. *Plaut. Curc. sc. 3. a. 2.* Modum impositurus incrementis Cæsaris Pompeius. *Senec. cap. 14. de Conso. ad Mar.* Ipse modum statuam caminis, Illa (hiems) fui. *Ouid. Eleg. 10. lib. 1. Trist.* Modus regnat in omnibus. *Quintil.* Modo peculiaris is triumphus priores excesit. *Velleius.* Debueras illis (annis) Imposuisse modum. *Ouid. Eleg. 13. lib. 3. Trist.* Quis tibi, Naso, modus lacrymosi carminis, &c. *Idem Eleg. 1. lib. 5. Trist.*] ¶ Modus etiam dicitur quantitas, *Cicero in Verr. 5.* Tamen antiquum modum fationis nulla ex parte exequi potuit. Hoc est quantum soli arari, & seri antea consueuerat. [Agri reliquit ei non magnum modum. *Plaut. prologo. Aulul.* Item modum alimentorum rumpit Inopia. *Senec. de Consol. ad Mart. cap. 11.*] *Idem pro Flacco.* voluisti magnum agri modo censere. [Exequi delicta pro modo (i. pro magnitudine.) *Sueton. in Cæs. cap. 67.* Magnum modum legionis effecerat. *Velleius.* Modum ciuilem concupiscere dignitatis *Idem Velleius.* In non credendos corpora vera modos. *Ouid. Eleg. 1. lib. 2. Trist.*] ¶ Hinc sunt illa translata, Statuere, Constituere, Terminare, Apponere, Adhibere, Desinire, Habere, retinere modum. Hoc est in rebus omnibus moderatione vti. *Colum. lib. 1.* Atque rursus in Sole siccata, & mox refrigerata reconditur: si maior est modus in horreo; si minor, in vasis olearijs, salsamentarijsque. ¶ Interdum dicitur finis seu euentus. {סוף *Sóph. τέλος.*} *Iuuenalis*, Imponere modum sapiens, & rebus agendis. *Virgi. lib. 4. Æneid.* Sed quis ent modus? [Item varie vsurpatur: vt hic scripturæ modus non recipit istà: alibi forma operis. *Velleius.* Mihi molesta est quoquo modo! *Plaut. Men. sc. 2. a. 5.* Malis perdidi modis quod dedi. *Idem Pseud. sc. 2. a. 1.* Ornatus inceptsi in nouum modum. *Plautus Prolog. Amphitr.* GAL. Aller vestuti la nouuelle mode. Nostras more nostro & modo instruximus. *Plaut. Ibidem. sc. 1. a. 1.* (de legionibus loquitur) miserum esse omnibus modis. *Plaut. Aulul. sc. 4. a. 4.* Meo modo loquar quæ volam. *Idem Asin. sc. 2. a. 1.* nouo modo in scenam peruenit. *Plaut. Pseud. sc. 5. a. 1.* &c. In modum vxoris habuit. *Suet. in Calig. cap. 24.* (i. pro vxore.) In modum tumuli concaua surgit aqua. *Ouid Eleg. 10. lib. 1. Trist.* Inhumano modo humana ferre. *Senec. capite 3. de consol. ad Mart.* ¶ In metu sum maximo triplici modo. *Plaut. Pseud. sc. 3. a. 4.* Semper istoc modo moratus viuere debebas. *Plaut. Mostel. sc. 4. a. 1.*] ¶ Accipitur etiam Modus pro mensura illa quam musici inter canendum obseruare solent. *Cic. 1. de Orat.* Solet ille Roscius dicere, se quò plus ætatis sibi accederet, eò tardiores tibicinis modos, & cantus remissiores esse facturum. Hinc illud *in titulis comediarum Terentij*, Modos fecit Flaccus Claudi filius tibiis paribus, dextris & sinistris. [*Ouid. Eleg. vlt. lib. 4. Trist.* Scribere conabar verba soluta modis. *Senec. Epist. 89.* Flebiles modi in musica. ET *Ouid. eleg. 1. lib. 4. Trist.* Infregisse suis fortia facta modis. *de Achille.*]

Mŏdŭlus, li, diminutiuum est à nomine modus. Mensura. {מדה *middáh.* ממר *memádh. μέτρον.* GALLIC. Petite mode & mesure. ITA. *Misurera.* GERMA. Ein maß. HISPANIC. *Pequenna madida ò manera.* ANGLIC. *A litle manor of measure.*} *Sueto. in Nerone*, Scrobé coràm fieri imperauit, dimensus ad sin corporis modulum. ¶ Modulos etiam vocabant veteres architecti particulas quasdam, ad quas totum opus solent dimetiri: vulgus hodie *Paruum pedem* vocat. *Paulus in l. Non solùm ff. de Oper. noui nuntiatio.* Sed vt probari possit quid postea ædificatum sit, modulos sumere debet is qui opus nouum nuntiat. ¶ Erant præterea modulos sumere debet is qui opus nouum nuntiat. ¶ Erant præterea modi, quædam mensuræ in aquæ ductibus, quibus aqua ex castellis ad priuata ædificia duci solet. *Vlpianus l. damni infecti. D. de damno infecto.* Vnde *Labeo* putabat eum, qui modulorum aut rimi faciendi causa opus faceret, etiam satisdare debere. *Hæc ferè omnia ex Budæo.* Et etiam modulus, idem quod modulatio, vel ipse cantus, aut flexus vocis, vel ipsa (vt loquuntur) cantus mensura. *Plin. libro 11. cap. 37.* Artificiarum pulsus in modulos certos, legesque metricas, per ætates stabiliris, aut citatus, aut tardus. *Idem l. 7. cap. 56.* Lydios modulos Amphion, Dorios Thamiras Trax, Phrygios Marsyas Phryx inuenit. ¶ Modulus, siue Modus potest etiam dici id cantionis genus, quod Galli cantores vocant *Vn motets.*

Mŏdŭlŏr, aris, penult. corr. Dimetior, siue cum mensura & numerorum ratione compono. {מדד זמר *zimmér* נגן *nighghén, μετρέω, μετρικῶς μουσικῶς.*} GALL. Chanter, prononcer, ou iouer de mesure & musique, composer par mesure. ITALIC. *Misurare, comporre con misura.* HISPAN. *Medir, componer.* GERMAN. Auffmäßen/ nach gwisser mas ordnen/mäßen/singen. *Medir, componer algo con medida.* ANGLIC. *To measure, to finde or take the measure of any thing, to sing by measure.*} *Gellius lib. 1. cap. 1.* Sciè subtiliterque ratiocinatum Pythagoram philosophum dicit, in reperienda, modulandaque natura

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tatus longitudiníque eius præstantia. ¶ Sic modulari carmen, est cõponere, vel cantare. *Virgil. 7. Eclog.* Carmina descripsi, & modulans alterna notaui. *Idem 10. Eclog.* Carmina pastoris Siculi modulabor auena. *Cic. in Oratore*, Ipsa enim natura, quasi modularetur hominum orationem, in omni verbo posuit acutum vocem, nec vna plus, nec à postrema syllaba circa tertiam: quo magis naturam ducem ad aurium voluptatem sequatur industria,

Modulātus, ta, tum, particip. Ad modum factus, cantatus, vt Modulata cantica. {מזמר *mezammár* מנגן *menaghghán.* κιθαριστικός. GALLI. Faict & compose par mesure. ITAL. *Fatto con misura.* GERM. In weiß vnnd maß nach dem schlag gestelt. HISPA. *Hecho con medida.* ANGL. *Done or song by measure.*} *Quintilian. lib 9. cap. 2.* Nomen ductum à canticis ad aliorum similitudinem modulatis. ¶ Sonus modulatus. *Senec. Agam.* -non quæ verno nobile carmen Ramo cantat quærula Ædonis Ityn, in varios modulata sonos.

Modulātus, us, ui, Modulandi actus, modulatio. {זמירה *zemiráh* זמרה *zimráh.* μέλος, ἁρμονία, συμμετρία. GAL. Mesure de musique, melodie. ITALIC. *Misura di musica, melodia.* GER. Ein gesangs weiß. HISP. *Medida de musica, melodia.* ANGLI. *A musicall measure, a pleasant tunning.*} *Quintil.* Quorum alterum modulatione, alterum canore, ac sonis constat,

Modŭlāmĕn, inis, neutr. gen. {זמירה *zemiráh* זמרה *zimráh.*} Modulatio. *Author Philomelæ*, Nam quanuis alie volucres modulamina tentent,
Nulla potest modulis æquiualere tuis,
[*Cassius Parmensis*: Donec modulamine sylluas auulsósque suis scopulos radicibus egit.]

Modŭlāmentŭm, idem quod modulamen, *Gell. lib. 1. cap. 7.* Id potius ἁρμονίᾳ πλησίον, modulamentis orationis M. Tullij conueniße.

Modulātor, oris, qui modulatur. {מזמר *mezammér* מנגן *menaghghén.* ῥυθμοποιός, μουσουργός. GALLIC. Faiseur de chançons, chantre. ITAL. *Chi ia segna à cantare, cantore.* GER. Ein gsangrichter/ein sänger. HISP. *El cantor que cantar suaue.* ANG. *That singeth byme asure.*} *Columell. in præfat. lib. 1.* Placitæ disciplinæ consectentur magistrum vocis, & cantus modulatorem.

Modŭlātē, aduerbium, Concinnè, & cùm mensura. {ῥυθμικῶς μετ' ᾠδῆς. GALLI. Auec mesure. ITAL. *Con misura.* GER. Nach der weiß. HISP. *Con medida.* ANG. *By measure.*} *Cicer. 2. de Natur. deor.* Si ex oliua modulate canentes tibiæ natcerentur, num dubitares, quin esset in oliua tibicinis quædam scientia?

Modĭfĭcŏr, aris, Dimetior, metior, mensuro. {מרך *madhádh.* μετρέω. GAL. Mesurer. ITALI. *Misurare*, GERMA. Messen/maß machen. HISPA. *Medir.* ANG. *To measure.*} *Gell. li. 11. cap. 1.* Comprehensa autem mensura Herculani pedis, secundum naturalem membrorum omnium inter se competentium modificatus est: atque ita id collegit quod erat consequens, tantò fuisse Herculem corpore excellsiorem quàm alios, quantò Olympicum stadium cæteris pari numero factis anteiret. *Cicer. 3. de Oratore*, Verba illa modificata esse debebunt. ¶ Hinc modificatio, pro temperantia, modo, vel mensura μετρίοτης. * *Senec. Epist. 89.* syllabarum enarratio, verborum diligentia, fabularum memoria, versuum lex ac modificatio. [Modificatio verborum. *Gall. cap. 3. lib. 10.*]

Modĭcŭs, a, um, Parnus, pusillus, exiguus. {מעט *mehát* צעיר *tsahír.* ὀλίγος, τυτθός. GALLI. Moyen, mediocre, petit. ITA. *Poco, picciolo.* GER. Klein. HISP. *Pequenna, poquillo.* ANG. *Litle small, betwene thetwo.*} vt Modica pecunia. *Plin. lib. 10. cap. 55.* Sed inuentum, vt oua in calido loco imposita paleis, igne modico fouerentur. *Horat. 2. Epist. 2.* -ex modico, quantum res posset, aceruo Tollam. *Colum. lib. 6. cap. 2.* Humilis enim & modica corporatura pecori operarij debet esse. ¶ Sic immodicum quod plus æquo est magnum, ἄμετρος, ἄμετρος. *Colum.* C. Licinius damnatus est, quoniam in magistratu rogatione tribunitia quam promulgauerat, immodica possidendi libidine transcendisset. Refertur etiam ad numerum, vt idem sit quod exiguo numero. *Plautus*, In angiportu turba est, domum modici introierunt. *Cicer. in Paradox.* Meam autem quoniam pecuniam contemnis, & recte: est enim ad vulgi opinionem mediocris, ad tuam nulla, ad meam modica: de me silebo, de te loquar. Sic immodicos, dicimus nimis multos. *Martialis*, Atriáque immodicis arctat imaginibus. ¶ Propriè tamè Modicum dicitur, non cui aliquid sit imminutum, sed quod non excedat modum, & modestum est, & temperatum. μέτριον. *Plautus*, Cui animus modicus, continens, expers ambitionis. [Sufficientia sibi (.i. modica) possidere. *Quintil.* Modica est (anus capit quadrantal) ambiguè de modiali. *Plaut. Curcul. sc. 2. a. 1.* Modica & modestia forma (.i. mediocris.) *Gell. cap. 11. lib. 5.* Modicus virium. *Vell.* Modicus voluptatum. *Tacit. li. 2.*]

Modĭcum, modici, Aliquando nomen per se subsistens. {מעט *meát.* ὀλίγον. GALL. Peu. ITAL. *Poco.* GERMAN. Ein kleins/ein wenig. HISP. *Poco, pequenno.* ANGL. *A litle of any thing.*} *Iuuenal. Satyr. 8.* -modico contentus agebas.

Modĭcĕllŭs, a, um, diminutiuum à modicus. {ὁ μετριώτερος, ὑπομέτριος. GAL. Petit. ITALIC. *Picciolino.* GERMA. Baß klein. HISPA. *Poquillo.* ANG. *Litle.*} *Sueton. in Neron. cap.* 48. Decubuit super lectum modicella culcitra, vetere pallio stratum, &c.

Modĭcŭm, aduerbium, Parum. {מעט *meát.* τὸ ὀλίγον, τὸ μέτριον. GALL. Vn petit, moyenement. GERMA. Wenig/sutzet. HISP. *Medianamente poco.* ANGL. *Litle.*} *Idem*, Ædepol id modicum curat.

Modicè verò, Temperatè, moderatè. {μετρίως. GALL. Temperément, moyennement, assez petitement. ITAL. *Moderamente, temperamente.* ANGL. *With measure, moderatlie, temperatlie.*} *Idem in Milite*, Modice sapis. Hoc est mediocriter & temperate, moderate. *Varr. de Re rust.* Quem aër est modice temperatus. ¶ Immodicè, nimis, vel intemperate. ἀμετρίως. *Colum. l. 2.* Magisque conducere agricolæ, frequenter id potius, quàm immodicè facere. ¶ Aliquando etiam Modicè idem videtur significare quod parum. *Plin. lib. 6. cap. 22.* Ædificia modicè à terra extantia.

[Modicò, pro paulò: *Apul. Apolog. 1.* Modicò prius. i. paulò ante. *Passer.*]

Mŏdĕrŏr, aris, Rego, moderationem adhibeo, modum statuo, pono, guberno, rego. {נהג *nihégh* רעה *raáh.* οἰκονομέω, διοικῶ, διοικέω, ἐνστατῶ ἡφιόχω, χαλιναγωγῶ. GALLIC. Moderer, regir, gouuerner. ITA. *Moderare, reggere.* GERMAN. Mässigen / Inn maß halten/meisteren/regieren. HISP. *Regir y templar.* ANGLIC. *To gouerne, guide and rule.*} Varie autem cum dandi & accusandi casu construitur. *Sall.* Fortuna, cuius libido gentibus moderatur. *Cicer. de Nat. 3.* Deus cœlum versans, terram tuens, maria moderans. *Idem Academ.* Mens, quæ omnia moderetur, moueat, regat. *Et de Orat. 1.* Senatum seruire populo, cui populus ipse moderandi, & regendi sui potestatem tradidisset? *Idem in Verr. 5.* -Vēti & tempestates res rusticas moderantur. *Plaut. in Curc.* Linguæ moderandum est. *Sueton. in Aug.* Nec successum victoriæ moderatus est. *Terent. Heaut.* Ex sua libidine moderantur, quæ nunc est, non quæ olim fuit. *Cic 5. Tusc.* Tibicines, iique qui fidibus vtuntur, suo, non multitudinis arbitrio cantus numerósque moderantur. ¶ Linguæ moderari. *Plaut. Curc.* Sed interim crepuére fores, linguæ moderandum est mihi, hoc est, tollendum est mihi. ¶ Dicitur & Modero 3 ras, in eadem significatione. *Sallust.* Vbi hoc exemplo per Senatus decretum Consul gladium eduxerit, quis illi finem statuet, aut quis moderabit? *Accius, in Epigonis, apud Non.* Viden', vt te impietas stimulat, neque moderat metus.

Mŏdĕrātĭo, onis, temperatio. {μετρότης, ἐυταξία. GALLI. Gouuernement, mesure. ITALIC. *Gouerno, misura, temperamento.* GERMAN. Mässigung. HISPAN. *Regimiento y templança.* ANGL. *A gouerning, guiding, or temperance.*} *Cicer. de senect.* Moderatio modò virium adsit, & tantum quantum quisque potest nitatur. *Vide* MODESTIA.

Mŏdĕrāns, participium. {מנחג *menahégh* רעה *roéh* κυβερνῶν, διοικῶν. GAL. Qui modere & gouuerne, qui donne mesure. ITAL. *Chi gouerna & da norma & regula ad altri.* GERMAN. Regierend/leitend. HISPAN. *El que da y medida y regimiento.* ANGLIC. *That guideth or gouuerneth, that giueth measure.*} *Iuuenal. Satyr. 10. de Demosthene*, -sæuis & illum Exitus eripuit, quem mirabantur Athenæ, Torrentem, & pleni moderantem fræna theatri.

Mŏdĕrātĕr, aduerb. Moderatè. {μετρίως. GAL. Temperément, moderément. ITAL. *Templadamente, moderatamente.* GERMAN. Mässiglich. HIS. *Templadamente* ANGLIC. *Moderatlie with measure.*} *Lucret. lib. 2.* Quis regere immensi summam, quis habere profundi Endo manu validas potis est moderanter habenas? *Ouid. 1. Metamorphos.* moderantius oro: Curre, fugamque inhibe, moderantius inequar ipse. ¶ Huius compositum est Præmoderor, antè moderor.

Mŏdĕrātŭs, adiect. Temperatus. {ἐυτακτος, μέτριος. GALL. Temperé, moderé. ITAL. *Moderato, temperato.* GERMAN. Mässig/beschaiden. HIS. *Templado.* ANGLIC. *Temperat, moderat.*} *Cicer. de Senec.* Moderati enim, & nec difficiles senes, nec inhumani tolerabilem agunt senectutem. *Ouid. 1. Trist. Eleg. 8.* Nec solet irasci, neque enim moderatior alter. [Moderatior Aiax. *Idem 13. Metamorph.*]

Mŏdĕrātĭssĭmŭs, superlatiuus. *Iulius Capitolinus in M. Antonio*, Fuitque per omnia moderatissimus in hominibus deterrendis à malo.

Mŏdĕrātè, aduerbium, Adhibita moderatione. {ἐυτάκτως, μετρίως. GAL. Temperément, moderément. ITA. *Temperamente, moderatamente.* GER. Mässiglich/beschaidenlich. HISPAN. *Templadamente, medianamente.* ANG. *Temperatlie, moderatlie.*} vt, Moderatè dictum. *Cice. pro Fonteio.* Ab his quicquam iactè aut moderatè dictum putabis? *Idem 1. de Fin.* Qui autem, si maximè hoc placeat, moderatius tamen id volunt fieri, &c. *Idem 3. de Legibus*, Quæ res quum sapientissimè, moderatissimèque constituta esset à maioribus nostris, nihil habui (sanè non multum) quod putarem nonandum.

[Moderatius ac mitius esse in ærumnis. *Senec. cap. 3. de Consol. ad Mart.*]

Mŏdĕrātĭm, aduerb. *Lucret. l. 1.* -naturáque rebus Paulatim tribuit, moderatim crescere cogens.

Mŏdĕrātŏr, oris, Rector, gubernator. {מנחג *menahégh* רעה *roéh.* διοικητὴς, πυβερνήτης. GALLI. Gouuerneur, maistre & regent. ITA. *Chi regge, chi ha imperio, chi gouuerna, gouuernatore.* GERMA. Ein regierer/fürer vnnd leiter in gwisser maß. HISPAN. *Regidor, ò templadox.* ANGLIC. *A ruler, a gouernour or guider.*} *Cicer. libro 1. Tusc.* Hæc igitur, & alia innumerabilia quum cernimus, possumúne dubitare quin his præsit aliquis conditor vel effector, si hæc nata sunt, vt Platoni videtur, vel si semper fuerunt, vt Aristoteli placet, moderator tanti operis & muneris? *Idem 2. de Natura deorum.* Postea quum vidissent motus eius finitos & æquabiles, omniaque ratis ordinibus moderata, immutabilíque constantia, cœperunt intelligere inesse aliquem non solùm habitatorem in hac cælesti & diuina domo, sed etiam rectorem & moderatorem, & tanquam architectum tanti operis, tantíque muneris. ¶ Moderator iuuentæ, Præceptor & pædagogus. *Martial. libro secundo.* Quintiliane vagæ moderator summe iuuentæ. *Ouid. 2. de Pont. Eleg. 5.* Succedátque suis orbis moderator habenis. [*Tibull. lib. 4.* Validísque sedet moderator habenis.]

Mŏdĕrātrix, Gubernatrix, rectrix. {מנחנת *menahegháth.* κυβερνητικὴ, διοικητικὴ. GAL. Gouuernante. ITAL. *Gouuernatrice.* GERMA. Ein regiererin. HISPA. *Regidora, gouuernadora.* ANG. *A wo man that guideth and ruleth.*} *Cicer. 1. de Inuent.* Moderatrix rerum sapientia: *Idem 3. de Natur. deorum.* Eius autem vniuersæ fictricem & moderatricem diuinam esse prouidentiam.

[Moderamentum, *Gell. cap. 6. lib. 13.* Moderamenta vocum. i. accentus.]

Mŏdĕrāmĕn, inis, Moderatio, gubernatio. {תחכולה *tactbuláh.* διοίκησις. GALLIC. Gouuernement, regiment. ITA. *Gouerno.* GERM. Regierung/leitung. HISP. *Regimiento.* ANGL. *Gouernement, or rule.*} *Ouid. 3. Metam.* Obstupui, capiatque aliquis moderamina, dixi, de nauis moderamine, hoc est, gubernatione, intelligit, quam κυβερνησιν vocãt Græci. *Idem 2. Metamorph.* Vltima prona via est & eget moderamine certo, de quorum moderamine loquitur, quod ἡνίοχον vocant Græci. Sumere moderamina mundi. *Claud. de laudib. Serenæ.* [Ingenium est quod eget moderamine nostro. *Ouid. 13. Metamorphos.*]

*Moderabilis, & hoc moderabile, Quod moderatũ est. *Ouid. 1. Amorum. Eleg. 6.* Nox & Amor, Vinúmque nihil moderabile suadent: Illa pudore vacat; Liber, Amórque metu.

Mŏdĕātŭs, a, um, à Modico, Qui animi elationi, cæterísque cupiditatibus moderatur, & in rebus omnibus modum seruat)(arrogans. {ענוי

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ישנוּאה ענו *Tanáv.χίφιος, πανοῦργον.* GALL. Modeſte, temperé. ITA. *Modeſto, accoſtumato, temperato.* GERM. Zuchtig/beſcheiden/ſtätig. HISP. *Modeſto y templado, moderado.* ANG. *Demure and modeſt.* } *Terent. in Adelph.* Proba & modeſta, *vbi Donatus,* Proba ſibi & modeſta apud alios. [*Ouid. Eleg. 8. lib. 3. Triſt.* Ne mea ſint timeo vota modeſta parum. *Plaut. Curc. ſc. 3. a. 1.* Auro contra cedo modeſtum amatorem. Modeſta & modica forma. *Gel. cap. 11. lib. 5.*] *Idem Hecyr.* Hæc ita vti liberali eſſe ingenio decet, Prudens, modeſta, incommoda, atque iniurias viri omnes ferre, & tegere contumelias. Modeſtus vultus, id eſt ipſo aſpectu modeſtiam quandam præ ſe ferens. *Terent. in Andr.* –& vultu, Soſia. Adeò modeſto, adeò venuſto, vt nihil ſupra. *Cicer.* Nam & modeſtum hominem cognoſces, & prudentem. *Idem pro Planco,* Adoleſcentis modeſtiſſimi pudor. *Idem contra Rullum,* Plebs optima, & modeſtiſſimi mores, [*Plaut. Menæch. ſc. 5. a. 5.* Modeſtior nunc quidem eſt de verbis, præur dudum fuit.

Modeſte, Cum modo & temperatè. { κοσμίως. GALLI. Modeſtement, auec meſure. ITALIC. *Modeſtamente, con miſura.* GERM. Zuchtiklich/beſcheidenlich/mäſſiklich. HISPAN. *Modeſta y templadamente.* ANGL. *Demurlie. modeſtlie.* } *Cic. contra Rul.* In ea veſtri iſti ſatellites modeſte inſolentiã ſuam continebunt. Modeſte parere dixit idem *de leg. 3. Teren. in Phorm.* Animus qui modeſte iſthæc ferat. [*Plau. Menæc. ſc. 6. a. 5.* Cui cor modeſte ſit ſitum.] *Varro,* Non eos optime vixiſſe, qui diutiſſime vixerũt, ſed qui modeſtiſſimè.

Modẽſtiã, æ, { ענוה *Tana váh, τὸ κόσμιον, κοσμιότης, διάταξις* GALL. Modeſtie, attrempance. ITA. *Modeſtia, mediocrita.* GERMANI. Mäſſikeit oder mäſſigung/zucht. HISP. *Templança, moderacion.* ANGLIC. *Modeſtie, ſobreneſſe, humilitie.* } & Moderatio. *μετρίότης,* hunc habet ordinem, vt modeſtia fundamentum, ſoliditas, & baſis ipſa virtutis ſit, ex qua gignitur moderatio, quæ temperat autigatúrque modos in factis & dictis, & cæteris talibus, quæ agendi officio vtuntur. *Autor. ad Heren. l. 1.* Modeſtiam ita definit, vt ſit in animo continens moderatio cupiditatum. *Cicer. 1. Offic.* Sic fit, vt modeſtia ſcientia ſit opportunitatis idoneorum ad aliquid agendum temporum. *Claud. 8. Paneg.* Seruat inoffenſam diuina modeſtia vocem. *Quintil. an. lib 5 cap. 7.* Nam læpe qui aduerſus inſectantem pugnaſſent, modeſt a mitigantur. *Cicer. 1. de Diuinat.* Vbi ille paulo ante ſapiens virginali modeſtia? { *Plaut. Menæch. ſc. 3 a. 1.* Hæc eſt tempeſtas, mihi quæ modeſtiam omnem detraxit. *Seneca. cap. 3. de Conſ. ad Polyb.* Eſt quædam & dolendi modeſtia. (1. modus, moderatio.)]

Modipcrātōrēs, Dicuntur, *teſte Nonio,* qui in conuiuiis modificandi autoritatem habent, quaſi modum imperantes, *συμποσιάρχαι. Var. Rer. humanar. l. 20. vt citat idem Nonius,* In conuiuiis inſtituti ſunt modipcratores atque magiſtri.

Mœchŭs, Adulter, ſcortator. { נאף *náeph* מנאף *menaéph. μοιχός* GALL. Adultere paillard. ITA. *Adultero.* GERMAN. Ein ehebrecher. HISPANI. *Adultero de caſada.* ANG. *An adulterer or lecherous perſone.* } *Plautus in Amphit.* illa illum cenſet virum ſuum eſſe, quæ cum mœcho eſt. *Terent. Eunuch.* Nunc minatur porrò ſeſe id quod mœchis ſolet. ¶ Huius fœmininum eſt Mœcha *μοιχή,* idem quod adultera. *Martial. lib. 10.* Ad nocturna iaces faſtotæ limina mœchæ. ¶ Mœchus mulierum. *Plau. in Milit.* Herus meus ita magnus mœchus eſt mulierum, vt neminem fuiſſe æque, neque futurum credo. [¶ Mœchus vxoris ſuæ. *In Epigram. quodã apud Suet. in Othone. c. 3.* Vxoris Mœchus cœperat eſſe ſuæ.]

[Mœchimonium, pro Adulterium dixit, *Laberius apud Gell. c. 7. lib. 16.*]

Mœchiſſō, as, are, Per adulterium polluo. { נאף *naáph. μοιχάω.* GALLIC. Adulterer, paillarder. ITA. *Adulterare.* GERMA. Mit dem ehebruch beflecken. HISP. *Adulterar con caſada.* ANGLIC. *To committ adulterie or whotedome.* } *Plau. in Caſ.* –in adulterio dum mœchiſſat, Caſinam, credo, perd. dit.

Mœchor, aris, Adulteror, ſcortor, cubile alterius ingredior. { נאף *naáph. μοιχάζω.* GAL. Adulterer, commettre adultere, paillarder. ITA. *Cõmettere aaulterio.* GER. Die ehebrechen/ehebruch begehn. HIS. *Adulterar los caſſados.* ANG. *To commit adultery, to play the harlotte.* } *Catul.* Mentula mœchatur, mœcharur Mentula certe.

MOFMAGVS, *Ptolem.* Galliæ vrbs.

Mœnĭă : mœnium, pluraliter tantùm declinatur, à muniendo dicta. { חומות *ch'móth. τείχη.* GAL. Les murs d'vne ville. ITA. *Mura, muraglie.* GERM Die ringkmauren einer ſtatt. HISPANIC. *Los muros de la ciudad ò villa.* ANG. *The walles of a citie.* } Veteres enim œ & u, indifferenter vtebantur. Et proprie dicuntur, quæ vrbem cingunt. *Virgil. 2. AEneid.* –& mœnia pandimus vrbis. *Cic. 3 de Nat. deor.* Diligentioréque vrbem religione, quam ipſis mœnibus cingitis. [Item, Mœnia qui forti Troiana ſub Hercule cepit. *Ouid 13. Metamorp.* Sub mœnibus vrbis procubuere. *Ouid. 13. Metam.* Vrbis ſe mœnibus hoſtes continuere diu. *Ibidem* Iliaci Neptunia mœnia muri. *Auſon.* Mœnium magnitudo hodieque vires vrbium oſtentat. *Velleius.* Sæuus anhelanti mœnia luſtrat equo. *Ouid. Lucr. 1. lib. 4. Triſt.* Magnam rem incipiſſis magna mœnis mœnia. *Plau. Mil. ſc. 2 a. 2.* (1. contruis) *Virgil. 9. Æneid.* –ingenti clamore per omnes Condunt ſe Teucri portas, & mœnia complent. *Idem 1. AEneid.* O fortunati, quorum iam mœnia ſurgunt. ¶ Hinc fit ſubmœnium, quod eſt ſub mœnibus. Vnde Submœnianæ, vel Summœnianæ, mererices dictæ quæ ſub mœnibus in fornicibus proſtabant. *Martial. lib. 8.* Conuiua Zoili quiſquis poteſt eſſe, Summœnianas cœnet inter vxores. Et pomœrium, quaſi poſt mœnia, de quo ſuo loco. ¶ Mœne ſingulariter protulit Ennius, *teſte Feſto,* Apud emporium in campo hoſtium pro mœne.

[Mœnio, is, ire. *Plau. Mil. ſc. 2 a. 2.* Rem magnam incipiſſis, magna mœnis mœnia *Vide circum mœnio.*]

Mœnītŭs, Mœnibus cinctus. { τειχιδής. GAL. Enclos de murs. ITA. *Cinto di mura.* GER. Mit ringt mauren vmbgeben oder bewart. HISP. *Bien cerrado de muros.* ANG, *Incloſed or enuironned with walles.* } *Plaut. in Bacchide,* Quum Priami Pergamum diuino mœnitum manu. Participium eſt antiqui verbi mœnio: quo veteres vtebantur pro munio: quemadmodum & Pœnio pro Punio.

MOENIANA, vide MENIANA.

MOFNVS, ſiue Mœnis, vulgò *Meyen o Meno.* { GER. Der Mein. } Fluuius eſt Germaniæ, per agrum Francorienſem in Rhenum defluens. *De quo Plin. lib. 9. cap. 15. Pompon. lib. 3.* Mœnim vocat. In Rhenum, *inquit,* influunt Mœnis & Lupia.

Mœrĕo, res, mœſtus, per œ diphthongum, Triſtor, dolore afficior, in mœrore & luctu ſum: de duci putatur *ἀπὸ τῆς μοίρας,* quo nomine Graeci Parcam ſignificant, ſiue mortem. Varro tamen à marcendo dictum putat, quòd mœrore corpus marceſcat: ita per æ ſcribendum videtur. { אנח *anáh* נעצה *ne. iziáh.* נבאה *nibéah* אבל *abál* דאב *daáb* דאג *daágh. σύστημα σκυθρωπῆς.* GAL. Eſtre triſte & dolent, ſe contriſter. ITALI. *Eſſere dolente, attriſtarſi.* GERMAN Trawren/trawrig ſein/betrübt ſein. HISP. *Entriſte erſe.* ANGL. *To be ſorowfull and ſadde.* } *Cicer. de Amicitia,* Quocirca mœrere hoc eius euentu, vereor ne inuidi magis ſit, quàm amici. *Horat. Epod. 15.* Eheu tranſlatos aliò mœrebis amores. Aliquando etiam inuenitur cum accuſatiuo conſtructum. *Cic. Terent.* Ate quidem omnia fieri fortiſſime & amantiſsime video, nec moror, ſed mœreo caſum eiuſmodi, vt tantis tuis miſeriis meæ miſeriæ ſubiecta ſicut acerbiſsimam rem mœret; *ἰδίως μᾶλλον. Et iterum,* Quum grauiter filij mortem mœreret.

Mœrĕŏr, eris, paſsiua voce infrequens admodum, *Cicer. tamen ita pro Sextio,* Nos pulſi eramus, *inquit,* vos taciti mœrebamini. Vnicum quoque exemplum eſt *apud Varro lib. 6. de ling. Lat.* Corpora Graiorum mœrebar mundier igni.

Mœro, as, Mœrentem & triſtem facio. { עצב *Itziſſéb* תכאה *hicheáh. λυπέω.* GALLIC. Contriſter, faire marri. ITALIC. *Dolerſi, attriſtare.* GERMAN. Betrüben/traurig machen. HISPAN. *Entriſtecerſe à otro.* ANG. *To mak ſorowfull and ſadde.* } *Paeuuius* , Nam me multis mœrauit modis. *Nonius.*

Mœrēns, tis, participium, Dolens. { עצוב *Itzúb* נכאה *nicheéh* דוי *daváh. λυπόμενος, ὀδυρόμενος.* GAL. Qui eſt dolent & marri. ITAL. *Chi ſta dolente.* GERM. Traurend. HISP. *El que tiene triſteza, triſte.* ANGL. *Mourning.* } *Virg. 1. Æneid.* –& dictis mœrentia pectora mulcet. *Ouid. Epiſt. 11.* Interea patrius vultu mœrente ſatelles Venit.

Mœrōr, oris. Dolor, triſtitia, luctus. { אניה *anyiáh* תאניה *taaniiah* עצב *Tetzéb λύπη.* GAL. Triſteſſe & douleur de cœur, marriſſon, dueil. ITAL. *Gramezza, dolore, noia.* GERM. Traurikeit/kummer. HISP. *Triſteza ò llorro.* ANG. *Mourning ſaddeneſſe.* } *Cicer. Attic. lib. 1.* Mœrorem minui, dolorem non potui. *Iuuenal. Satyr. 10.* Inque perpetuo mœrore, & nigra veſte ſenescant. [Ita Diis placitum eſt, voluptati vt mœror comes conſequatur. *Plaut. Amphit.* Malum mœrorem metuo, ne mixtum bibam. *Plaut. Aul. ſc. 5. a. 1.* Sed tamen in tantis mœroribus Oitale mitto hæc carmina. *Catul. ad Ortalum.* Mihi mœrores anteuertunt gaudia. *Plaut. Capt. ſc. 1. a. 4.* Mœrorum maculas exigam. *Ibidem.*]

Mœſtŭs, a, um, adiect. Triſtis, dolore oppreſſus. { עצוב *hatzúb* נכאה *nicheéd* דוי *daváh. κατηφὴς, σκυθρωπός.* GAL. Triſte & dolent. ITA. *Meſto, triſte.* GERMANI. Traurig. HISP. *Triſte, muſſio, lleroſo.* ANGLIC. *Sadde ſorowfull.* } *Virg. 1. Æneid.* –& mœſtas promere voces. *Cæſar bell. Gal.* At ij qui ab Alexia proceſſerant, mœſti, propè victoria deperdita in oppidum receperunt. *Ouid. 4. Triſt. Eleg. 4.* Alter ab alterius fuerat mœſtus erat. *Virgil. 2. Æneid.* In ſommis ecce ante oculos mœſtiſſimus Hector Viſus adeſſe mihi. * Timor mœſtus *Virgilius 1. Æneid. 4.* vocat. Cæſe animos, mœſtúmque timorem Mittite. *Vbi Seruius,* Mœſtum timorem, quod mœſtos & ſolicitos faciat. vt Mors pallida, & triſtis ſenectus. [Semper mœſta tua carmina morte canam. *Catul. ad Ortall.* Cum pentius mœſtas exedit cura medullas. *Catull. de Com. Beren.* Deque tuus mœſti ſigna doloris amor. *Ouidius Eleg. 3. lib. 4. Triſt.* Quem videam eſſe æque mœſtum, vt quaſi dies ſi dicta ſit. *Plau. Aſin. ſc. 1. a. 3.* Abeo mœſtus ad forum. *Plaut. Curc. ſc. 3. a. 2.* Effuge ne dubita mœſtum ſoror effuge tectum (1. funcſtum.) *Ouid. 3. Faſt.* Sentiet officium mœſta fauilla pium. *Ouid. Eleg. 3. lib. 3.*] ¶ Mœſtior, *Comparat.* Mœſtiſſimus, *ſuperlat.*

Mœſtĭtĭă, & mœſtitudo inis, Mœror, vel vehemẽs triſtitia. { אניה *aniiáh* תאניה *taaniiáh* עצב *Tetzéb κατήφεια.* GAL. Triſteſſe, dueil. ITAL. *Triſteza.* GERM. Traurikeit/kummer/herꝛzeid. HISPAN. *Dolencia, triſteza, llorro.* ANG. *Saddeneſſe, ſorowfulneſſe, heauineſſe of heart.* } *Plautus.* [*Aul. ſc. 6. a. 4.*] Cui tanta mæſtitudo obtigit. *Cicer. 1. de Fin.* Sapientia enim eſt vna, quæ mœſtitiam pellat ex animis. *Tacit. lib. 3.* Cæſar flexo in mœſtitiam ore, ſuam inuidiam, &c.

Mœſtē, aduerb. { λυπηρῶς. GAL. Auec douleur & triſteſſe. ITA. *Con dolore, con maninconia.* GERMAN. Traurklich. HISPANIC. *Con dolencia ò triſteza.* ANG. *Saddelie, heau ilie.* } *Autor ad Herenn.* Tum clementer, mœſtè, hilariter.

Mœſtĭtŭr, aduerb. in antiquum, pro Mœstè, *Plaut. in Rudẽn.* Obſecro tam mœſtiter veſtitas?

Mœrī, orum, pro muris. { חנות *chonóth. τείχη.* GAL. Les murs ou murailles. ITALIC. *Mura.* GER. Mauren. HISPAN. *Muros.* ANGLIC. *walles.* } *Virg. 10. Æneid.* Quin intra portas, atque ipſis prælia miſcent Aggeribus & Memphitem Nomon manu factus, circuitu CCCCLXXX paſſ. qui ab illo Mœridis lacus appellatur. De hoc *Plin. libro 5. cap. 9.* { GF. Ein könig der Ægypticren dem etliche zuſchꝛeiben das er den groſſen See Meris genant/welcher einem meer gleych iſt/gemacht habe/weichs doch nitt gleublich iſt. }

MOESIA, *μοισία,* vulgò *Seruia, Seruice,* vel *Boſna.* { GER. Cieſsy oder weſſen. } Prouincia eſt Europæ iuxta Danubium, quæ à Pannonia ad Pontum vſque protenditur. In ea ſunt Dardani, Mœſi, & Triballi, Pontóque contermini Scythæ.

MOGAM, primùm dicebatur quæ poſtea Cappadocia, nunc Cæſarea. Cæſaræ, *vt refert Ioſephus* vt ſupra dictum eſt in Cæſarea.

MOGVNTIA, *μογοντία.* Oppidum Tranſalpinæ Galliæ ad Rhenum ſitum. Vulgò *Mogoncia.* A Gallis vocatur *Maience.* { GER. Mentz. }

[Molæ, vxores Martis. *Gell. cap. 21. lib 13.* Molas Martis.]

Mŏla, læ, nomen habet à mole, quòd laxi mole frumenta leguminaque ea terantur. { רחים *rechaíim* טחנה *tachanáh μύλη* GALLI. Vne meule. ITA. *Macina.* GERM. Mülle. HISP. *Muela, Muela.* ANG. *A mill.* } Alij à

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

mouendo dictam putant,quòd quæ in eam coniiciuntur motu lapidis comminuantur. *Iuuenal. Satyr.*8.-tritóque trahunt epiredia collo Segnipedes, digníque molam versare nepotis. [Sed ceſſo Pſeudolum facere,vt det nomen ad molas,(aliàs ad molarum coloniam.) *Plautus Pſeud.ſc.6.a.4.* Item,Verbera,compedes,molæ.*Idem Menæch.ſc.6.a.5.*] *Ouid.3.de Arte.* Illa ſonat raucum quiddam atque inamabile ridet,Vt rudet à ſcabra turpis aſella mola. *Cic.ad Attic.lib.2.* vt Rhodi videretur molis potius,quàm Moloni operam dediſſe.¶Puniceæ molæ *Ouid. 6.Faſt.* Inde focum ſeruat piſtor dominámque focorum,Et quæ puniceas verſat aſella molas. ¶ Molas antiqui ab aſinis Aſinarias, alias á manu manuarias, à trudendo Truſatiles appellabant. [Hinc Molas truſatiles circumagere.*Gell.cap.3.lib.3.* Hæ verſatiles quoque dicuntur àvertendo] Hinc *Plin.lib.36.cap.18.* Idem molas verſauiles Volſiniis inuentas, quarum aliquis & ſponte motas inuenimus in prodigiis. Sumunt quoque molæ nomina ex rebus,quæ per eas comminuuntur: vnde molas frumentarias dicimus & molas fabarias. ¶ Molæ oleariæ dicuntur,e quibus ex nucibus, aut ex ſemine aliquo oleum exprimitur.Et Latinè quidem mola.Græce *μύλος*,ſiue *μύλη* dicitur:vnde Amylum,*ἄμυλον*,placentæ genus ſine mola factum ex tritico. In molendinis vt nunc vocant vulgò, ſuperiorem partem Metam vocant, *μύλω*: inferiorem verò Catillum.*κάτω*. ¶ Accipitur etiam quandoque mola, *μύλη*,pro mandibula ſiue maxilla. ¶ Dicitur præterea aliquando mola,caro informis & inanima in vtero mulieris,ſine viri ſemine genita: quæ licet his quoque accidat quæ coitu vtuntur,quoties menſtrua vitioſa ſunt,aut ſemen viri ad formandum fœtum debile eſt, atque ineptum:frequentius tamen his accidit quæ à coitu abſtinent,ſolitæ aliàs coire,quales viduæ ſunt,in quibus ſit huiuſmodi tumor præter naturam,quum ſemen ſanguine miſtum,indureſcit in carnem:quanuis aliquando ex ſolo ſpiritu fiat mola quæ mouetur natura tentante eam expellere.*De hac Ariſtot.lib.4.de Generation.animal.* Quum ex humore conceptus ſtetit,tunc mola gignitur,ídque in mulieribus merito aut ſolis,aut maximè. ¶ Præterea Mola,à molito farre,dicitur far toſtum, & ſale ſparſum,quòd eo molito hoſtiæ ſparguntur. *ἁλοχύτης. Plin.libr. 12.cap.18.* Nec minus propitij erant dij mola ſalſa ſupplicantibus, imò verò(vt palam eſt) placatiores. *Plaut.in Amphit.*-prodigiali Ioui,aut mola ſalſa hodie aut thure comprecatum oportuit. *Horat.1.Serm.Satyr.3.* Tu quum pro vitula ſtatuis dulcem Aulide natam ante aras,ſpargíſque mola caput,improbe,ſalſa. *Lucret.l.1.*-iam fundere Bacchum Cœperat, obliquóque molas inducere cultro. ¶ Inſpergere molam. *Cic.2.de Diuinat.* Caput eſt in iecore,cor in extis:num abſcedet, ſimul ac molam ac vinum inſperſeris. ¶ Apud antiquos poſt glandes & arbuſta vſus farris in honore fuit,ſeruatus in tantùm, vt ſacrificium non fieret ſine ſale & farre.*Virgi.8.Eclog.* Sparge molam.Hinc Immola,as, *de quo ſuo loco.*

Mŏlārĭs,is,ſubſtantiuum,gener.maſcul. Dens maxillaris. { *τοχανάν μυλίτης.* GAL. Dent maſchelìere. ITAL. *Maſcellare.* GER. Ein ſtockzan darauff man die ſpeiß woll zermatet. HISP. *La muela para maſcar.* ANGL. *The chek tooth.* } A mola pro maxilla deducto nomine, quòd cibum à cæteris dentibus confractũ dẽtes maxillares molant. ¶ Aliquando etiã molaris accipitur pro molæ fragmento.*Ouid.l.3.Metamorph.* Aut comes,*inquit*,ero:dixit,dextráque molarem Suſtulit.*Stat.l.3.Theb.* Vaſtęque ſudes,fractíque molares.

Mŏlārĭs,& hoc molare,adiectiuum. { *μυλικὸς.* GAL. Propre ou conuenable à faire mule de moulin. ITAL. *Coſa de far mole.* GER. Das der mülle iſt. HISPA. *Coſa para hazer muela,* ANG. *Of a mill.* } vt Lapis molaris, ex quo mola fit. *Plin.lib.36.cap.23.* Vtilior eadem ex effoſſo lapide, quàm ex ripis fluminum collecto : vtilior è molari quia eſt quædam pinguior natura eius. [Molari lapidi ſignum exculpere. *Quintilian.* ¶ Hunc quidam Pyriten vocant,quòd ei inſit plurimus ignis, quem *πῦρ* Græci dicunt:vel frumento:quod *πυρὸν* nominant:quòd eo conteritur.*Vide infrà.*

Mŏlārĭŭs,a,um, Quod ad molam pertinet. { *μυλικὸς.* GALLIC. De meule. ITALIC. *Da macina.* GERMANIC. Das zu der mülle gehört. HISPANIC. *Coſa de muela.* ANGLIC. *Of a mill.* } vt Aſinus molarius quo vtimur ad molam. *Cato de Re ruſt.cap.11.* Molarium aſinum vnum.

Mŏlo,is,molui,molitum, Mola tero. { *טחן tachan. ἀλέω.μύλω.* GAL. Mouldre. ITA. *Macinare.* GERM. Malen. HISPA. *Moler.* ANG. *To grind.* } *Terent.in Phor.* Molendum vſque in piſtrino, vapulandum. *Plin.lib.7.cap.56.* Ceres frumenta inuenit,quum antea glande veſcerentur:eadem molere,&c.*Cæſar libro 1.Commentar.* Trium menſium molita cibaria cibi vnumquemque domo efferre iubet. [Nimio lubentius edo molitum,quàm molitum præhibeo. *Plaut.Menæ.ſc.6.a.5.*] Compoſitum eius eſt permolo,quod aliquando pro ſubagitare accipitur.*Horat.1.Sermonum,Satyr.2.* Huc iuuenes æquum eſt deſcendere,non alienas permolere vxores.Tranſlatio ſumpta à mola.Commolo,ſimul molo,*συμμύλω.Lactant.de Opific.* Contritos & commolitos dentibus cibos colligit:& conglobatos vi ſua deprimit, & tranſmittit ad ventrem. Emolo, perfecte molo.Habent autem hæc penultimam correptam.

Mŏlītūrā.{ *טחנת tachanáh.τὸ ἄλημα.* GAL.Moulture. ITA. *Molitura.* GER. Das malen. HISP. *La moledura ò obra de moler.* ANG. *A grinding.* } *Plin. libro 15.ca.23.* Molitura etiam præſtant ieiunio fœminarum quandam imaginem panis.

Mŏlītŏr,penultim.correp. Qui molit.{ *טחן tochen.μυλωθρὸς,ἀλήτης,* GAL. Meuſnier. ITAL. *Magnatio,molinaro.* GER. Ein muller. HISP. *Molinero ò el que muele.* ANG. *A miller.* } Vulgò *molendinarius* dicitur. Et molitrix,quæ molit,*μυλιτρὶς.* Eſt & molitor penultim. product.à molior. *Vide ſuo loco.*

Mŏlēndĭnārĭŭs,a,um. Quod ad molendinum pertinet. { *μυλικὸς.* GAL. Appartenant à mouldre. ITA. *Da molino.* GERMA. Das zu der mule oder malen gehört. HISP. *Coſa para moler.* AMG. *That belongeth to grinding or to a mill.* } vt Aſina molendinaria. *Paul.Iureconſul.* Aſinam molendinariam negant ea appellatione contineri.

Mŏlĕtrīnă,æ,penult.prod.à molendo,Piſtrinum olim dicebatur,quo tẽpore frumenta tundebantur,non molebantur. { *רחיים rechájim. μύλαι, μυλωθρικὸν.* GAL. Vn moulin. ITA.& HISP. *Molino.* GER. Ein zuechmule/ item,ein waſſer mülle. ANGL. *A hand millor querne.* } *Cato in Thermum,* (*vt citat Nonius*) carcere,neruo,molettrina. *Bud.* credit etiam hoc nomine appellari poſſe aquarium molarum loca.

Mŏlĭlĕ,lis,Inſtrumentum quo aliquid molitur ſiue imminuitur, vel id quod molę,aut collis boum,vel humeris ſeruorum adalligatur ad trudendas molas.{ *μαχανήμα τῆς βραχίονος.* } *Cato cap.*104.Molas aſinarias vnas,& truſatiles vnas,Hiſpanienſes vnas,molilia tria,abacum vnum. *Ibidem*,Iuga ploſtraria duo,iugum aſinarium vnum,molile vnum.

Mōlĕs,huius molis. { *כבד chebédh משא maſſá.ὄγκος,βάρος.* GAL. Toute choſe grande,puiſſante & maſſiue. ITAL. *Grandezza,mole.* GERM. Ein laſt/etwas das groſs vnd ſchwär iſt. HISPA. *Grandeza,ò peſadumbre.* ANG. *Apile of wood or anyſuch thing.* } Res magna & grauis ponderis:nomen habens à mouendo,quòd ægrè moueatur. *Feſtus*, Moles pro magnitudine ſæpe poni ſolet.*Virgil.6.Æneid.*-totámque infuſa per artus Mens,agitat molem,id eſt,magnitudinem mundi. *Colum.lib.4.* India perhibetur molibus ferarum mirabilis.*Idem lib.2.ca.2.* Atque hoc modo tota mole corporis totóque pondere nititur.*Ouid.Epiſt.2.* Eſt ſinus adductos modicè falcatus in arcus, Vltima prærupta cornua mole rigent.[Oppoſui molem clypei texíque iacentem.*Ouid.13.Metam.* Non ea te moles Romani nominis vrget.*Ouid.Eleg.1.lib.2.Triſt.* Architectus Athenienſium molis (de portu)*Gell.cap.13.Lib.1.*] ¶ Molem & montes,*apud Virgil.* pro molem montium,*lib.1.Æneid.* Hoc metuens molémque & montes inſuper altos Impoſuit.Quoniam verò quæ magna ſunt difficilia eſſe conſueuerunt,capitur quandoque moles pro re difficili atque ardua.*Virgil.lib.1.Æneid.* Tantæ molis erat Romanam condere gentem.[*Quint.* Operum mole difficiles ciuitates.] ¶ Et in mari moles opera dicuntur ſiue aggeres,quibus excluditur aqua. *Cic.ad Attic.lib.4.* Conſtat enim aditus inſulę eſſe munitos mirificis molibus. Accipitur & pro motu.*Virg.5.Æneid.* Inde Gyam ipſámque ingenti mole chimæram Conſequitur.[*Sueton.in Calig.cap.37*]

Mŏlēſtŭs,a,um,Grauis, odioſus, importunus. { *כבד chabédh קשה kaſchéh.αὐθάδης,λυπηρὸς,ὀχληρὸς.* GALLIC. Faſcheux,enuyeux. ITAL. *Moleſto.* GERMAN. Vberlegen/vberlüſtig/beſchwärlich. HISP. *Peſado,ò enojoſo.* ANGLIC. *Grieuous,painefull,troublous.* } [Dictum putat. *Paſſerat.* à pœna ſeruorum & mola, qua nihil illis grauius & odioſius. *Plaut. Capt.ſc.2.a.2.* Non fuit moleſta ſeruitus. Item, Nolo tibi moleſtos eſſe nos. *Plau.Pſeud.ſc.4.a.2.* Dabo malum mihi, ſi pergis moleſtus eſſe. *Plautus Curc.ſc.4.a.4.* Lege agito mecum, moleſtus ne ſis. *Plaut. Aul.ſc.3 a 3.* Parua res voluptatum præ quam quod moleſtum eſt. *Plaut.Amphit.* (i. comparatione moleſtiæ) Qui moram occupato moleſtam obtulit. *Plaut.Pſeud.ſc.3.a.1.* Moleſtus ne ſis, non tuo hoc fiet modo. *Plaut.Menæch.ſc.1.a.2.*] *Cicer. de Amic.* Moleſta veritas eſt : ſiquidem ex ea naſcitur odium. *Idem de Senectut.* Importunitas autem & inhumanitas omni ætati moleſta eſt. *Terent.in Andr.* Moleſtus ei certè fuero, atque animo morem geſſero, ¶ Moleſta tunica dicebatur alimentis ignium illita & intexta ; qua reos in pœnam induebant.*Iuuenal.* [*Satyr.8. Et Martial. Epigram.25.lib.10*] Auſi quod liceat tunica punire moleſta.*Vide Cœlium Rhodig.libr.10.cap.5.* [*Plautus Menæch.ſc.4.a.4.* Qui feci iſti, quæ mihi moleſta eſt quo quo modo, Inſanus es, qui moleſtus es homini ignoto *Idem ibidem. ſc.2.a.2.*] * Moleſtus etiam interdum difficilis dicitur,vt ſeparatio moleſta.*Vlpian.in l.Si ſeruus, Paragr.* Item.*ff.Ad legem Aquiliam*, Item ſi quis frumento arenam vel aliud miſcuerit,vt moleſta ſeparatio ſit : quaſi de corrupto agi poterit.

Mŏlēſtĭă, æ, Solicitudo & grauitas. { *דאגה deagháh דאבה deabáh עצב ἔκτεσις עצבון ἴσσαβον δυσχέρεια,ἀλγηδὼν.* GALLIC. Ennuy & faſcherie. ITA. *moleſtia,faſtidio.* GERMANIC. Vberlegenheit/verdruß/beſchwerd. HISPA. *Peſadumbre y enojo.* ANGLIC. *Painefullneſſe,greuouſneſſe.* } *Cicer.4. Tuſcul.* Moleſtia,ægritudo permanens. *Idem de Senect.* Mihi quidem ita iucunda huius libri confectio fuit, vt non modò omnes abſterſerit ſenectutis moleſtias, ſed effecerit mollem etiam & iucundam ſenectutem.*Terent.in Eunuch.*-ſi lapis neque præterquam quas ipſe amor moleſtias Habet ; addas. Inde fit compoſitum Præmoleſtia. *Cicer.libr.4.Tuſculan.* Alij metum præmoleſtiam appellant, id eſt anticipationem moleſtiæ, quaſi metus ſit præuijus dux moleſtiæ futuræ. [*Paut.Aſinar.ſc.2.a.3.& in Amphitr.* Amoui ab oſtio maximam moleſtiam. [de homine moleſto.) Damno & moleſtiæ eſſe. *Idem Aulul.ſc.1.a.4.* Ne morę moleſtiæque Imperium habeat ſeruus frugi ſibi.*Ibidem.* Moleſtiam naſo exhibere.*Plautus. Capt.ſc.1.a.4.* Odio,& malo,& moleſtiæ ſunt Lenones vt pulices pędeſque.*Plautus Curc.ſc.2.a.4.*]

Mŏlēſtē,aduerb.Grauiter ægrè.{ *ἀηδῶς.* GAL. Auec enniuy & faſcherie. ITALIC. *Con deſpiacere,con affanno.* GERM. Vberläſtlich/ mit beſchwerd vnnd verdrus. HISP. *Grauey enjoſamente.* ANGL. *Grenouſlie,painfullie; with trouble.* } *Cicer.4. Acad.* Non moleſtè (*inquit*) fero nos hæc contuliſſe. *Idem 2. Verr.* Cupiebam diſſimulare, me id moleſtè ferre:cupiebam animi dolorem vultu tegere, & taciturnitate celare.

Mŏlēſto, leſtas, moleſtia afficio, & quaſi molem affero. { *עצב ἔκτεσις.* GALLIC. Moleſter,faſcher,donner ennuy. ITALIC. *Moleſtare,faſtidire,* GERMANIC. Beſchwären / vberlägen ſein. HISPANIC. *A grauiar ò enojar.* ANGLIC. *To vexe, to diſquiet, to trouble.* } *Modeſt.*ab Aurelio Sempronio fratre meo neminem moleſtari volo.

Molettrina, Molile, Vide MOLA.

Mŏlĭor,iris,à mouendo,vel à molibus. Significat rem aliquam magnam & ponderoſam moueo. { *הניע henîa'. עולל ὁλελ חרש charáſch. ὀτουνάω,μηχανάομαι.* GAL. Mouuoir auec peine. ITA. *Mouere con difficulta.* GERMANIC. Ein laſt von ſeinem ort rucken vnnd entwegen/ Item, mit arbeit vnderſtõ zuthun/zurüſten. HISP. *Difficultoſamente mouer.* ANG. *To moue, to force, to ſtreigne him ſelfe to do any thing.* } *Liu.lib 9.ab Vrbe,* Num montes moliri ſua fede paramus? Dicitur autem de omnibus rebus grauibus, quæcunque vel ingenio vel corpore aguntur, & ſignificat ædificare, parare, meditari,machinari, inuenire, excogitare, vt ex ſequentibus locis apparebit. *Virgil.3. AEneid.*-claſſemque ſub ipſa Antandro,& Phrygiæ molimur montibus Idæ. *Idem 6.AEneid.* Inde datum molitur iter. *Idem 12.Æneid.* Et manibus molitur habenas. *Idem libr.1. Georgic.* Inſidias auibus moliri incen-

I

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

dere vepres. *Apuleius*, Dum mihi moliuntur insidias. *Virgil.* 1. *Aeneid.* - pars ducere muros, Molirive arcem & demoliri. *Virgil.* 1. *Aeneid.* - Molirive moram, aut veniendi poscere causas. *Idem* 1. *Georgic.* Ipse pater media nimborum in nocte coruſca Fulmina molitur dextra. *Colum. in Præfat.* Qui bella molitur, armorum & militiæ gnaros adhibeat. [Moliri ſimpliciter poſitum etiam inuenitur: *vt apud Plau. Cur. ſc. 3. a. 1.* Viden' vt miſerè moliuntur, nec queunt complecti ſatis?] *Plautus*, Aliquid moliar, quò me hoc diſcrimine liberem. *Cicer. de vniuerſitate*, Mundum efficere moliens Deus, terram primùm ignémque coniunxit, *Idem 3. de Legibus*, Qui aliquod munus efficere molitur. *Cicer. lib. 1. Tuſcul.* Quarum altera, quam nos incolimus, ſub axe poſita ad ſtellas ſeptem, vnde horrifer Aquilonis ſtridor gelidas molitur niues. *Colum. lib. 2.* Et ideo minoribus aratris moliuntur, id eſt operantur. [Ecce meus patruus ferrum molitur in illas (palmas.) *Ouidius 3. Faſt.* Hoc crudeliter aduerſus te fortuna molita eſt. *Senec. cap. 15. de Conſol. ad Heluiam.* Paruula molientium opera. (i. fodientium.) *Sueton. in Neron. cap. 31.* Portarum obices moliri videtur poſuiſſe. *Liuius lib. 6.* pro labefactare. Moliri terram dicuntur cultores. *Liu. lib. 10. d. 4.* Item Moliuntur obtinere. *Liu. 2. d. 5.*] ¶ Aliquando paſſiuè Moliri, pro retardari. *Lucil. lib. 7.* Mutilamur, molimur, ſubducimur. ¶ Huius compoſita ſunt, Amolior, Admolior, Demolior, & Remolior. *Quorum ſignificata explicantur ſuis locis.*

Mōlītŭs participip. ἐρχομένους: μηχανωμένους. *Cice. l. 1. de Finib.* Molita quippiam impietas.

Mōlītĭo, onis, verbale, Ipſe moliendi actus, conatus ipſe, & machinatio. { עלילה *Aliláh.* GALLIC. Effort pour faire quelque choſe. ITALIC. *Sforzo che ſi fa par fare qualche coſa* GERMANIC. Zurüſtung/ das vnderſton. HISPANIC. *Es fuerço para hazer alguna coſa.* ANGLIC. *A forcing and ſtreigning him ſelf in doing any thing.* } *Cic. 1. de Nat. deor.* Quæ molitio, quæ terramenta, qui vectes, quæ machinæ, qui miniſtri tanti muneris fuerunt?

Mōlīmĕn, inis penult. prod. Niſus & conatus quo aliquid molimur, & conamur. { עלילה *Aliláh.* παρασκευὴ, κατασκευή. GALLIC Effort. ITALIC. *Sforzamento.* GERMANIC. Ein arbeitſame vnderwindung oder zurüſtung / das vnderſton. HISPANIC. *Esfuerço.* ANGLIC. *Indeuoun or going about to do a thing.* } *Liu. 2. ab Vrbe*, Res tamen ſuo ipſa molimine grauis certaminibus in annum extrahitur. *Ouidius 1. de Pont. Eleg. 3.* Magna tenent illud numen molimina rerum. *Idem 12. Metamorphoſ.* - ſolidóque reuellere dumo Annoſam pinum magno molimine tentat. ¶ Pro eodem etiam dicimus Molimentum. *Liu. 9. bell. Macedon.* Et eo minoris molimenti ea clauſtra eſſe, quod in fluminis modum, longum & anguſtum, & vadoſum oſtium portus ſit. [*Idem lib. 5.*]

Mōlītor, penult. prod. Qui aliquid machinatur, conatur, ſtruit, aut efficit. { חרש *charéſch.* σκευαστὴς, κατασκευαστὴς. GAL. Qui s'efforce de faire quelque choſe. ITALIC. *Chi ſi sforça di fare qualche coſa.* GERMANIC. Ein vnderſteher oder zurüſter / der etwas groſſes zuhanden nimpt. HISPANIC. *El que ſe ſfuerça parar hazer algo.* ANGLIC. *He thath diuiſeth and forceth him ſelf in doing any thing.* } *Cicer. de Vniuer.* Hanc igitur habuit rationem effector mundi, molitórque Deus, vt vnum opus totum atque perfectum ex omnibus totis atque perfectis abſolueret. [Maximorum molitores ſcelerum, *Senec. capit. 7. de Tranquil.*] ¶ Molitor rerum nouarum, *apud Sueton. in Domit. capit. 10.* Molitrix nouarum rerum. *Idem in Claud. Neron cap. 35.*

Mōlītrīx, pen. cor. Vide MOLITOR, in MOLA.

Mōllĭs, le, Tener, non durus, tactui cedens : à mouendo, quaſi mobilis, quòd in quancunque partem facilè trahi ac moueri poſſit. { רך *racch.* μαλθακὸς: μαλακός. GAL. Mol, delicat. ITA. *Molle, tenero.* GERM. Weich/ lind. HISP. *Muelle ò blando al ſentido del tocar.* ANGL. *Soft tender nice.* } *Virgil. 2. Georg.* Qui nemora AEthiopum molli canentia lana. *Cic. 3. de Orat.* Sicut molliſſimam ceram ad noſtrum arbitrium formamus & fingimus. [Egi mollem in ſtudiis vitam. *Ouid. Eleg. 4. lib. 5. Triſt.* Molli ſub veſte locatum malum. *Catul. ad Ortalium.* Affluetus ſtudiis mollibus ipſe fui. *Ouid. Eleg. 4. lib. 1. Triſt.* Fuſtibus ſum mollior miſer magis, quàm vllus Cinædus. *Pla. Aul. ſc. 2. a. 3.* Teneris labellis molles morſiúculę. *Plaut. Pſeud. ſc. 1. a. 1.* Tua Cæſar fiat ab ingenio mollior ira meo. *Ouidius Eleg. 1. lib. 2. Triſt.* Quíque facis docta per mollia ſaxa manu. *Ouid. 3. Faſt.* Molliora facere (de ſtatuis) vel duriora, vel minus rigida. *Quintil.* Molliſſima dulcedo carminum Heſiodi. Mollia præbuerint, poſteriora grauant. (fata ſup.) *Ouid. Eleg. 3. lib. 4. Triſt.* Purpureus molli fiat in ore pudor. *Ibid. Eleg. 3.* Viue ſine inuidia, molléſque inglorius annos exige. *Ouid. Eleg. 2. lib. 3. Triſt.* Ad duram verbis mollibus vſus erat. *Ouid. 6. Faſt.* Flent pariter molles animis virgóque ſenéxque. *Ouid. 4. Faſt.* Ni fuerit læſi mollior ira Dei. *Ouid. Eleg. 4. lib. 1.* Animi iacentis res, & mollis frontis. *Quint.* Molle cupidineis, nec inexpugnabile telis cor mihi. *Ouid. Eleg. vlt. lib. 4. Triſt.* Nec nocet authori mollé qui fecit Achillem. *Ouid. Eleg. 1. li. 2. Triſt.* Dum veniet placido mollior aura Deo. *Idem Eleg. 5. lib. 4. Triſt.* ¶ Item Molles Cleopatræ (i. Spadones) *Senec. Epiſt. 88.* Molle faſtigium. *Cæſar lib. 2. de bell. ciu.* Molli manu lenire aſpera. *Quintilian.* Molli articulo tractare. *Idem.* Mollis digitorum geſticulatio. *Sueton. in Tiber. cap. 68.* ¶ Cum homine iunctum in deteriorem partem ferè accipitur, pro effœminato, languido & inerti. *Cic. 1. de Orat*, Quis hoc philoſophus tam mollis tam languidus tam eneruatus, tam omnia ad voluptatem corporis, dolorémque referés probare poſſet? *Idem de Clar. Orator.* Solutus & mollis in geſtu. *Liu. 1. bell. Maced.* Quum in publico epulatus, reuerteretur domum tenulentus proſequentibus mollibus viris, qui ioci cauſa conuiuio celebri interfuerant. ¶ Molle ingenium, hoc eſt docile, cuíque facilè quicquid diſcit imprimitur. ¶ Mollis animus, hoc eſt tractabilis, flexibilis, placabilis, qui ſcilicet facilè accipit offenſiones, & facilè deponit. *Cic. Attic. lib. 1.* Quanta ſit in Qu. fratre meo comitas, quanta iucunditas, quâ mollis animus & ad accipiendam offenſionem, & ad deponendam, nihil attinet ad te, qui ea noſti, ſcribere. ¶ Quoniam verò ea quæ tenera ſunt pro volûtate noſtra facile tractamus, & quocûque lubet ducimus, factum eſt ut Mollis quandoque pro domito ſumatur. *Virgil. 3. Georg.* Belgica vel molli melius feret eſſeda collo. ¶ Quandoque pro facili. *Ibid.* - iuuat ire iugis qua nulla priorum Caſtaliam molli diuertitur orbita cliuo. ¶ Quandoque pro maturo, πέπων. *Idem 1. Eclog.* ſunt nobis mitia poma, Caſtaneæ molles. ¶ Mollia vina, dicuntur defecata, & aſperitate carentia, *vt annotauit Seruius in illud Virgil. 1. Georg.* Tunc agui pingues, & tunc molliſſima vina. ¶ Quandoque pro opportuno ac tempeſtiuo, ἔυκαιρος. *Idem 4. Æneid.* Sola viri molles aditus, & tempora noras. ¶ Quandoque pro remiſſo, & contemnendo. χαῦνος. *Idem 3. Georg.* Tua Mecœnas haud mollia iuſſa. ¶ Quandoque pro ſuaui, iucundo, & placido. *Idem*, Molléſque ſub arbore ſomni. ¶ Hinc Mollior, & Molliſſimus. *Liu. 4. bell. Macedo.* Volo id quàm molliſſima via conſequi. *Colum. libr. 6. cap. 1.* Corpore denſo breuique, colore rubeo, vel fuſco, tactu corporis molliſſimo.

Mōllĭcŭlŭs, a, um, diminut. Mollis. { ἁβρὸς, ἁπαλὸς. GAL. Mollet, douillet. ITA. *Delicato, tenerello.* GERMAN. weichtechtig/ item, ein zertting. HISPA. *Luxurioſo ò delicado.* ANGL. *A litle pretie ſoft thing, a fine litle tender one.* } *Plau.* pro tenello & delicato poſuit, *quum incuit in Caſina*, - ſed lepide volo Molliculus eſcas, vt ipſa mollicula eſt. *Catull. ad Aurelium*, Qui me ex verſiculis meis putaſtis, Quòd ſint molliculi, parum pudicum.

Mōllĭūſcŭlŭs, vt Molliculus *Catullo. Plin. Epiſt. lib. 1.* Facit verius quoſdam ſane ſed data opera molliuſculos, leniuſculóſque, duriuſculos quoſdam.

Mōllĭcēllus, diminut. à Molliculus, μαλάκιος, *Catull.* Cinæ de Thalli molliori cuniculi capillo, Vel anteris medulla, vel inula mollicella.

[Mollimentum, *Senec. cap. 10. de Tranq.* Mollimentum calamitatum conſuetudo.]

Mōllĭtĭēs, ei, quæ & Mollitia, æ, Mollitudo. { רך מרך *móreeh* רפיון *riphjón.* μαλθακία, μαλακότης, χαυότης. GALL. Molleſſe, delicateſſe. ITAL. Mollitie, delicatezza. GERM. weiche/ tindſame. HISP. *Molledura, blandura, ò delicadeça.* ANG. *Softeneſſe, tenderneſſe, niceneſſe.* } *Plin. lib 11. cap. 1.* Item omnium auriculæ ac nares, quæ modicum eminent flexili mollitia. *Idem lib. 13. cap. 9.* Sed vbi nux illi, huic pomum, differens breuitate ac mollitie. [Mollitiis fluens vltra feminam (Sardanapalus) *Velleius.* Inceſtu ipſo vltra muliebrem mollitiam fluere. *Senec. 15. de Tranq.* Vos quæ in mundi tijs, mollicitiis, delitiis ætatulam agitis. *Plaut. Pſeud. ſc. 2. a. 1.*] ¶ Crebrò in malum, pro languore & inertia capitur. *Salluſt.* Sed inertia & mollitie animi alius alium expectantes cunctamini. *Terent. in Eunuch.* Abi ſis, nihil dicis Parmeno: Efficiunda hercle hæc mollities animi: nimis me indulgeo. *Cicer. 1. de Finib.* Qui officia deſerunt mollitia animi, id eſt laborum & dolorum fuga. ¶ Mollities maris, Placiditas, tranquillitas. { שקט *ſchcketh.* μαλακία. } *Plin. de Vir. illuſtr.* Vbi per mollitiem maris anguis proximum Æſculapij fanum petiit. *Colum. lib. 7. cap. 2.* Ex his rurſus quicquid conceptum eſt, maternam mollitiem, paternum & auitum retulit colorem.

Mōllĭtūdo, Durities. { מרך רפיון *móreeh riphjón.* μαλακότης. GAL. Molleſſe, delicateſſe. ITA. *Tenerezza.* GER. weiche. HISP. *Molledura, ò blandura.* ANGL. *Softneſſe, delicateneſſe.* } *Cicer. 2. de Natur. deor.* In pulmonibus autem ineſt raritas quædam, & aſſimilis ſpongiis mollitudo, ad hauriendum ſpiritum aptiſſima. *Idem 3. de Orat.* In ipſo tactu ineſt & mollitudinis, & læuitatis modus. ¶ Accipitur & pro facilitate & flexibilitate *Autor ad Heren. lib. 3.* Mollitudo vocis, quum eam torquere pro commodo noſtro poſſumus.

Mōllĭtĕr, aduerbium, Leniter, non duriter. { μαλακῶς, ἁβρῶς. GAL. Mollement, delicatement. ITAL. *Mollemente.* GERM. Sanfftiglich zartlich/ ſtarcklich. HISP. *Muellemente, ò blandamente.* ANGLIC. *Softelie, tenderlie.* } *Plin. libr. 15. cap. 10.* Mira naturæ cura molliter ſemina collocandi. *Cicer. 2. de Natur. deorum.* Et cubilia ſibi, nidóque conſtruunt, eóſque quàm poſſunt molliſſimè ſubſtruunt, vt quàm facillimè oua ſeruentur. Ferre molliter, id eſt placidè, æquo animo. *Cic. de Senec.* Quod ferendum eſt molliter ſapienti. *Idem 2. de Finib.* Aberat enim omnis dolor: qui ſi adeſſet, nec molliter ferret, &c. ¶ Aliquando ſignificat delicate. { ἁβρῶς, μαλακῶς. GAL. Delicatement. ITALIC. *Delicatamente.* GER. Gütlich zartlich. HISP. *Delicadamente.* ANGL. *Delicately eaſely.* } *Teren. in Adelph.* Ædepol Syrilce te curaſti molliter. *Plaut. Pœn.* Ego id quæro hoſpitium, vbi ego curer mollius, Quàm regi Antiocho curari hoſpites ſolent. [Mollius loquentur ſerui de ſpectaculis. *Quint.* Mollius curari. *Senec. cap. 1. de Tranq.* ¶ *Ouid. Eleg. 1. libr. 3. Triſt.* Dij tibi dent molliter in patria poſſe viuere tua. Quid autem proprie ſit Molliter viuere. *Senec. Epiſtol. 83. Plaut. Pſeud. ſc. 2. a. 5.* Molliter ſiſte me, aliàs ſuſtine me, caue ne cadam. Alij molliter agant ego conſligam cum mœrore tuo. *Senec. Epiſt. 1. de Conſol. ad Mart.*]

Mōllĭŭs, comparatiuum. *Tacit. lib. 18.* Et amici adulantes, mollius interpretabantur vnius legionis eam ſeditionem.

Mōllĭo, is, molliui, vel mollij mollitum, Molle reddo, lenio, mitigo. { חרך *heráech.* μαλακίζω, μαλακίζομαι. GAL. Amollir, adoucir. ITAL. *Far molle, mollificare.* GERMAN. weichen/ lind machen. HISPA. *Amollentar, o ablandar.* ANG. *To make ſoft and tender, to aſſwage or mittigate.* } *Horat. 1. Serm. Satyr. 4.* - dum ferrum molliat ignis. ¶ Accipitur & pro ſedare, mitigare, ſiue placare. { חשקיש *hiſchkit* שבח *ſchibbeach.* ἡμαλάσαν. } vt Mollire mare, Mollire ventos. *Gell. lib 9. cap. 1.* Sed poſtea, quum Brunduſium aduentaremus, mollitique eſſent venti maris, percunctatus ego eum ſum, quænam illa ratio eſſet pauoris ſui, *Accius Telepho*, Remiſque nixi, propetiter nauem in fugam tradunt ſubter ſaxa ad læuam, qua mons mollibat mare. * Mollire impetum, Reprimere. *Liu. 3. ab Vrbe*, Propalam obuiam ire cupiditati parum auſi, obſecundando mollire impetum aggrediuntur. ¶ Mollire animos, mites facere. *Cicer. 2. Tuſcul.* Molliunt animos noſtros, ita ſunt deinde dulces, vt non legantur modò, ſed etiam diſcantur. [Mollire iras. *Lin. lib. 1. ab Vrbe*, Eloquióque virum morbíſque itáque furentem molliet. *Ouid. 13. Metamorph.* Vt molliet ipſe mutati pœnam condicione loci. *Ouid. Eleg. 5. li. 3. Triſt.* Indocili numero cum naue mollit opus (toſtor) *Ouid. Eleg. 1. lib. 4. Triſt.* Mollitamque manu (Cererem) duret in igne focus. *Ouid. 6. Faſt.* Ipſo interuallo molliente. *Senec. cap. 15. de Conſol. ad Helu.* ¶ Fut. Mollibit reperitur apud *Horat. Od. 23. li. 2. Carm.* ¶ Mollire animos pro effœminare. *Cic. 5. Tuſcul.* Sed nos vmbris deliciis, otio, lãgore, deſidia animũ infecimus: opinionibus, malóque more delinitum molliuimus. *Salluſt.* Loca amœna, voluptuoſa, facilè in otio feroces militum animos molliuerant, id eſt effœminauerant. Lanam mollire, *Ouid. 3. Faſt.* - lanam mollire puellæ Ducant, & plenas exonerare colos.

¶ Huius

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶ Huius compositum est Emollio, quod est valde mollio, ἐμμαλάσσω. *Plinius*, Quæcunque emolliri opus sit, anserino adipe curantur. Et Præmollio, ὀρφάζω, & Remollio.

* Mollimentum, mollimenti, Lenimentum. *Seneca de Tranquill. vitæ*, Nullo nomine melius de nobis meruit natura quàm quòd calamitatum mollimentum consuetudine inuenit.

Mŏllēsco, is, Mollis aut placatus fio. { רך *rach.* διαμαλάσσομαι. GALLIC. S'amollir. ITAL. *Amollirsi, placarsi, acquetarsi.* GERM. weich werden/ sanfft oder begüttiget werden. HISP. *Hazerse, mas niuelle, o blado.* ANG. *To waxe soft.* } *Claud. lib. 1. de Rapt. Proserp.* ditisque feuori Ferrea lascivis molescant corda sagittis. *Ouid. 4. Metam.* Quisquis in hos fontes vir venerit, exeat inde Seminir, & tactis subitò mollescat in vndis. *Idem 1. de Pont. Eleg. 7.* Pectora molescunt, asperitásque fugit. *Plin. libr. 12. cap. 17.* Ladanum visu aridum, statim tactu molescere. ¶ Hinc componitur Remollesco. *Ouid. 1. Metam.* -pecibus si numina iustis Victa remolleicunt, si flectitur ira deorum. *Cæsar*, Vinum ad se omnino importari non sinunt: quòd ea re ad laborem ferendum remollescere atque effœminari arbitrentur.

Mŏllĭfico, as, & Mollefacio, is, Idem quod mollio, μαλάσσω.

Mŏllĭpes, pedis, Qui mollem habet pedem. { μαλακόπους, GALLIC. Qui a le pied mol & tendre. ITAL. *Huomo chi a i piedi molli.* GERMANI. Eind fusstig. HISPA. *El que tiene los pies muelles ò blandes.* ANG. *Tender and soft footed.* } *Cic. de Diuin.* Mollipedésque boues spectantes limina cæli.

Mŏllestra, æ, pellis ouina. { μηλωτή, GALL. Peau de brebis. ITAL. *Pelle pecorina.* GER. Ein schaff fel. HISPA. *Pelleja ò cuero de cueja.* ANG. *A sheepes skinne.* } Mollestras (*inquit Festus*) antiqui vocabant pelles ouinas, quibus galeas extergebant.

Mŏllĭcĭnă, æ, penult. prod. Vestis (*inquit Nonius*) à mollitie dicta: μηλακὸν ἱμάτιον. *Mæuius in Epidico*, Mollicinam, crocotam, chirodotam, ricam.

Molo, molis, Vide MOLA.

Mŏllūgo, inis, Species est lappaginis, similis anagallidi, nisi quòd ramosior est, ac plutibus foliis, aspera alioqui, & graui odore. *Plin. lib. 26. cap. 10.* Quidam eandem credunt, quam *Dioscorides* vocat Hippophæston.

Mŏllŭscă, æ, τὸ κάρυον, μελακκόδερμον. Nux est è genere iuglandium, cortice adeò molli, vt vix attrectata statim frangatur: vnde & nomen accepit. Hæc etiam nux Persica appellatur, quòd è Perside primùm ad nos sit transiecta: cuius rei optimus testis est *Suetius apud Macrobium*, qui hoc nucis genus eo tempore quo Alexander Macedo cum regibus Persarum bellum gessit, in Græciam traslatum affirmat. Meminit huius nucis *& Plin. libr. 15. cap. 22.* aitque eam matureſcentem putamen suum rumpere. *Macrobius* putauit Mollusam eandem esse cum malo Persico, adducens Sueuij testimonium, qui idem esse ostendit Persicum & Mollusam: sed in hoc fallitur *Macrobius*, quòd putat Sueuium de pomo Persico loqui, quum de nuce loquatur. *Vide Ruel. lib. 1. cap. 89.*

Mŏllŭscum, Vber est aceris arboris, quemadmodum, & Bruscum. Sed bruscum intortius est crispum, mollusum verò simplicius sparsum: & si magnitudinem mensarum caperet, haud dubiè prælatum à veteribus fuisset. *Plin. lib. 16. cap. 16.* Pulcherrimum verò est bruscum, multóque excellentius etiamnum mollusum.

MOLO, μόλων, Orator Alabandensis, qui Rhodi claruit Ciceronis ætate: cuius meminit *Plut. in vita Cic. & Strab. l. 14.*

MELOCHATH, Africæ fluuius, Mauritaniam Cæsarienſem à Massæsylorum regione dirimens. *Plinio & Sallustio*, Mallucha dicitur.

Moloche, quæ & Malache, μολόχη, ἢ μαλάχη. Herba est notissima, quam Latini Maluam appellant.

Moloche agria, μολόχη ἀγρία, Herba est inter syluestris maluæ genera annumerata à Galeno. *Plin.* Hibiscum *interpretatur*, *l. 20. cap. 4.* pastinacæ similem facit.

Mŏlochĭnus, color, Qui in purpuram inclinat, quòd maluæflori similis sit, μαλάχινος, Græci enim μαλάχην maluam dicunt.

Mŏlochĭnārius, Molochini coloris infector. *Cæcilius in Pausimacho* (*vt citat Nonius*) Carcasina, molochina. *Plaut. in Aul. sc. 5. a. 3.* Astant molochinarij, petunt fullones.

Mŏlŏchītes, μολοχίτης, Gemma est non transiucens, spissa viriditate maluæ colorem referens: vnde & nomen accepit. Nam maluam Græci μολόχην, καὶ μαλάχην appellant. *Plin. libr. 37. cap. 8.* Non transiucet molochites, spissius virens à colore maluæ nomine accepto reddendis laudata signis, & infantium custodia quadam, innato contra pericula ipsorum medicamine.

MŎLŌRCHŬS, μολόρχης, Dictus fuit seniculus Arcadicus, qui ad expugnationem leonis Nemæi proficiscentem Herculem suscepit comiter hospitio. Cuius beneficij nomine Hercules illi sacra solennia instituit, quæ Molorchæa dicebantur. Quin & leo ipse à nomine eius Molorcheus, μολόρχιος, à poëtis dicitur. *De hoc Statius l. 4. & Seruius in 3. l. Georg.* [*Tibul. lib. 4.* Læta Molorchæis posuit vestigia tectis Cadades.]

Mŏlōrthŭs, Idem quod perpendiculum, hoc est plumbū à filo & gnomone dependens, quod à summo ædificio deorsum demissum, rectitudinem eius, vel obliquitatem indicat. κρίθινος. Dictus autem putatur Molorthus, quasi μολύβδου ὀρθός, hoc est plumbum rectum, sine prioris dictionis in compositione euphoniæ gratia abiecto.

MŎLŌSSĬA, μολοσσία, Regio, pars Epiri, à Molosso Pyrrhi & Andromaches filio nominata: cuius incolæ etiam appellantur Molossi μολοσσοί. { GERMA. Ein Landtschafft Epiri. } Scribit *Theopompus* fuisse XIIII. Epirotarum gentes, è quibus celeberrimi fuerunt Chaones, & Molossi. In hac regione nascebantur egregij canes, qui & ipsi Molossi dicti sunt. *Virg. 3. Georg.* Nec tibi cura canum fuerit postrema, sed vna Velocis Spartæ catulos, acrémque Molossum Pasce sero pingui. [Molossici canes parasiti (quibus opponuntur venatici.) *Plaut. Capt. sc. 1. a. 1.*] ¶ Legitur & Molossus, a, um, adiectiuum, *Ouid. 1. Metam.*

Nec contentus eo, missi de gente Molossa.
Obsidis vnius iugulum mucrone resoluit. Molossi, μολοσσίδες, κύνες, ex Molossia Epiri regione mittebantur, vnde & nomen acceperunt. Poëtæ fabulantur canes hosce originem traxisse à cane æneo, à Vulcano fabricato, quem ille Ioui, Iupiter Europæ, Europa Procridi, Procris Cephalo dono dedit. *Vide Iulium Pollucem lib. 5. cap. 5.*

Mŏlōssus, μολοσσοί, Pes metricus dictus est ab eius regionis saltatione: vel quòd odas eo pedis genere magna ex parte constantes Molossi in templo Iouis canere consueuerunt, in memoriam Molossi filij Pyrrhi & Andromaches: à quo postea festa Molossia dicta sunt. Vel (vt alij volunt) quòd Molossi ad bellum procedentes, huius modulata compositione vtebantur. Constat autem tribus longis, vt Æneas.

Mŏlŏcrum, penult. corr. Lignum quadratum est, *autore Festo*, quò veteres immolabant. Item illud quo molæ vertuntur, quod Græci μύλαρον, dicunt. ¶ Item tumor ventris, qui etiam virginibus accidere solet. Molucrum vocatur. *Afranius*, Ferme virgini, tanquam grauidæ maturescit, crescit vterus: molucrum vocatur, transit sine doloribus.

MOLVS, μῶλος, vxorem habuit Siden Mentari filiam, & nomen dedit insulæ, *Stephan.*

MOLVCHA, Vide MVLVCHA.

MOLVS, *Homero* vir fuit Cretensis, & Merionis, aurigæ Idomenei pater.

MOLYBDANA, μολυβδάνα, vrbs Mastienorum. *Autor Stephan.*

Mŏly, μῶλυ, Herba est Homeri carmine celeberrima. de qua sic scribit, *Plin. libr. 25. cap. 4.* Laudatissima herbarum est *Homero teste*, quam à diis vocari putat moly: & inuentionem eius Mercurio assignat, contráque summa veneficia demonstrat, Nasci eam hodie circa Pheneum, & in Cyllene Arcadiæ tradunt, specie illa Homerica, radice rotunda, nigráque, magnitudine cæpe, folio scillæ: effodi autem difficulter, Græci autores florem eius luteum pinxêre, quum Homerus candidum scripserit. *Ibidem plura*, Nomen habere putatur παρὰ τὸ μωλύειν τὰς νόσους.

Mŏlybdæna, μολύβδαινα, pen. prod. Est (*inquit Plin. libr. 37. cap. 18.*) quæ aliàs Galena vocatur, plumbi & argenti vena communis. ¶ Est etiam (*vt idem asserit. l. 25. cap. 13.*) genus herbæ, sic dictæ, quòd nomine Plumbago dicitur.

Mŏlybdītis, μολυβδίτης, Argenti spuma, quæ fit ex plumbi fusura. *Plin. lib. 33. cap. 6.* Fit in iisdem metallis & quæ vocatur spuma argenti. Genera eius tria: optima, quam chrysitin vocant: secunda, quam argyritin: tertia, quam molybditin. Deinde subdit, Chrysitis ex ipsa vena fit, argyritis ex argento, molybditis ex plumbi fusura, quæ fit Puteolis & inde nomen habet.

MŎLYCRĬA, μολυκρία, Oppidum est Ætoliæ, non procul ab Antirrhio promontorio, quod Rheum Molycritum appellauit *Thucidides libro secundo.*

MŎLYNDĒA, penult. producta, μολυνδέα. *Stephano*; Lyciæ oppidum.

Mŏlyris, idis, μολυρίς, *Aristoteli* locustæ genus, quæ frumenta depopulatur.

MŎLYS, μῶλις, Libyæ oppidum, à quo fiunt gentilia Molytes, & Molyates, *Steph.*

Mŏlyza, μώλυζα, ab Hippocrate appellatur, alij caput cum ipsa coma. *Vide Ruel. lib. 2. cap. 85.*

MŌMĒMPHIS, μωμεμφίς, Ægypti oppidum, à quo Momemphitica præfectura *apud Strab. l. 17.*

Mōmēn, mōminis, id est, momentum. *Lucret. l. 3.* Momine vti paruo possint, impulsa moueri.

Mōmentum, dicitur qualecunque spatium temporis, & qualecunque pondus, siue magnum hoc sit, siue paruum. { רגע *reghâh.* à ῥοπὴ ἢ στιγμή. GAL. Moment. ITALIC. & HISPA. *Momento.* GERMANIC. Ein enderung / verruckung oder neigung es sey der zeit / deß gewichts. &c. ANGLIC. *A moment, the estimation or value of a thing, a weight or poise.* } [Momentum id proprie putat esse. *Passerat.* quod (licet sit per exiguum) lanci impositum eam mouet ac deprimit. *Gellius libr. 14. cap. 1.* Momentum, punctum, cursum temporis transuolantis, eadem sunt, idemque significant.] *Cicer. Trebat.* Omnia momenta obseruabimus, neque vllum præteri mittemus tui iuuandi & leuandi locum. *Idem 3. de Finib.* In his momenta sunt maxima ad beatè viuendum. ¶ Accipitur etiam frequenter Momentum pro minimo puncto temporis, quod Græci ἄτομον vocant, vel ἀκμὴ. { GERM. Ein augenblick. } *Horat. lib. 1. Serm. Satyr. 1.* -quid enim? concurritur: horæ Momento cita mors venit, aut victoria læta. [*Sueton. in August. cap. 49.* Ad Epistolas omnes horarum momenta nec diei modò, sed & noctis, quibus datæ significarentur, addebat. *Idem in Cæsar. cap. 65.* Sed (militem siue exercitum) paratum & Intentum momentis omnibus, quo vellet educeret. { GALLIC. à tous momens, à toute heure, à vn instant. }] ¶ Nonnunquam etiam pro aliarum rerum minima quantitate. *Plin. lib. 30. cap. 7.* Prosunt & combustæ vt cinis earum bibatur in vino, addito resinæ momento. ¶ Momentum etiam iuxta eum modum dicitur, quo multi dicunt Res parui, vel magni momenti: id est quæ magnum vel paruum pondus, & vim habet. [GAL. Qui est de grande ou petite importance. *Seneca.* Nunquid vt concordat res, magni momenti est? *Cap. 11. de Consol. ad Marc.*] *Liu. lib. 5. ab Vrbe*, Rege superato nullum momentum in solis per se Gallorum copiis fore. *Cicer. 4. de Finib.* Sic errare Zenonem, qui nulla in re nisi in virtute aut vitio, propensionem ne minimi quidem momenti ad summum bonum adipiscendum esse diceret. *Idem in Verr.* Cuius testimonium propter turpitudinem vitæ, sordesque domesticas, nullius momenti putaretur. Brassica nullius momenti in medicina. *Plin. l. 20. cap. 9.* ¶ Momentum pro exiguo loci spatio siue interuallo *Plin. l. 8. cap. 34.* Sol autem quotidie ex alio cæli momento, quam pridie oritur. [*Quinil.* In parua momenta diducere corpus.]

Mōmentānĕus, nea, neum, Quod est caducum, & quod facilè mutatur ac deficit. παροιχόμενος, ὀλιγοχρόνιος.

Mōmentārĭus, a, um, Quod in momento fit. { ἀκαρὴς. GAL. Ce qui se fait en vn moment. ITAL. *Cio che si fa in vn momento.* GERMA. Augenblicklich. HISP. *Cosa que se haze en vno momento.* ANG. *That is in a moment.* } *Ambros.* Syros verò Eliæus, quos obsidentes in ciuitatem induxerat, momentaria cæcitate percussos, quum quò ingrederentur, videre non poterant, &c. Sed nemo me autore Ambrosium imitatur, Theologum quidem summum, sed Latinæ linguæ autorem parum locupletem.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Mō mēntōsŭs. Alicuius momenti. { ὁ μεγάλων ἄξιος, ὁ πολὺ διαφέρων, ὁ κατὰ τὸ σπουδαῖος, σπουδαίου. } GAL. De grande importance. ITA. *Di molta importanza.* GER. Erschiesslich/das vil vermag furdersam. HIS. *Cosa de grande peso.* ANG. *Of great importance.* } *Quint. Declam. 13.* Nunc verò differendum mihi est, quàm momentosa sit huius animalis rapina. Loquitur de apibus, quæ ita leuiter flores decerpunt, vt nulla apparcat rapinæ iactura.

Mōmēnto, as, are, Vno momento siue exigua re dirigere & æquare. *Cornut. in Pers. Sat. 5.* Reuera scis iustitiam in lance pensare, & opus dubiæ lancis rectitudinem calles discernere, & curuam regulam momentare.

MŌMŬS, mi, μώμος, Deus Nocte natus (*inquit Hesiodus*) ac Somno patre progenitus. Huic adeò mos est, ipsum quidem nihil operis edere, sed aliorum deorum opera curiosis oculis contemplari, & si quid est omissum, aut perperam factum, id summa cum libertate carpere. { GERMAN. Ein Schelter dem nichts gefalt. } Nam μῶμος Græce reprehensionem sonat. *Vide de eo fabulam apud Lucianum in dialogo de hæresibus.*

MŌNĂ, μόνα, Insula est inter Britanniam & Hyberniam sita, vt docet *Plin. lib. 4. c. 16.* { GER. Ein insel zwischen Engelland vnd Irrland. } *Corn. Tacit. lib. 14.* Igitur Monam incolis validam, & receptaculum perfugarum, aggredi parat, nauesque fabricatur plano alueo aduersus breue littus, & incertum. *Idem in Iulij Agricolæ Vita*, Monam insulam, cuius possessione reuocatum Paulinum, rebellione totius Britanniæ suprà memorati, redigere in potestatem animo intendit.

MŌNĂBAĒ, μοναβαί, Iliauriæ oppidum: à quo fit gentile Monabates. *Stephan.*

Mŏnāchŭs, chi, Solitarius { כמר *chamár*, μοναχὸς, ἀσκητὴς. GAL. Moine, solitaire. ITA. *Monacho, solitario.* GER. Ein munch/der ein abgesunderet eingig läben fürt. HISP. *Monje, solitario, solo.* ANG. *A monke.* } ἀπὸ τῦ μονάζειν, quod est in solitudine viuere. Primi enim monachi, quo contemplationi, sacrarum literarum studio, atque orationi commodius vacare possent, hominum cœtus fugiebant, & in vasti simas se conferebant solitudines. Hinc Monasterium. { μοναστήριον, ἀγιαστήριον: antiquitus σεμνεῖον. GAL. Monastere. ITAL. *Monasterio.* GER. Ein munchs od closter/ ein abgesundert ort. HISPANI. *Monasterio.* ANGLIC. *A monasterie.* } Solitudo.

Monachium, pro conuentu & sodalitate monachorum. *L. 13. C. de sacrosanct. eccles.* Sanctimonialis mulier, siquid vel testamento, vel codicillo ecclesiæ, martyrio, clero aut monachio relinquendum credidit, id omnibus modis ratum firmámque constat.

MONACRIS, Arcadiæ mons, quasi solus vertex siue sola summitas, *vt notat Tortellius.*

MONACVM, Ciuitas Bauariæ, vulgò *Munchen*, vide Cambodunum, Est & alia Hercinię sylua. { GER. Wald munchen. }

MONAOEDA. *Ptol. l. 2. c. 2.* insula iuxta Orientalem plagam Hyberniæ: alio nom ne Monarina dicta.

MONAPIA, μοναπία, Insula est inter Hyberniam, & Britanniam, cuius meminit *Plin. l. 4. c. 16.* In emendatioribus exemplaribus Menapia non Monapia legitur,

Mŏnarchĭă, æ, μοναρχία, cum accentu in penult. Est vnius principatus, quem *Suet.* appellat Arbitrium orbis terrarum. Hac qui potitur, Monarcha, μοναρχὴς, dicitur.

Mŏnās, nadis, μονὰς, ἀπὸ τοῦ μόνος deducitur, & significat vnitatem. { GAL. Vnite. ITAL. *Vnita.* GER. Die eintzige zaal. HISPA. *El numero de vno.* ANG. *One.* }

MONASTERIVM, westphaliæ vrbs { GERM. Munster. }

Mŏnaŭlŏs, μόναυλος, Tibia simplex μόνος enim solus interpretatur, & αὐλὸς tibia. *Martial. l. 14.* Sæpe duas pariter, sæpe monaulon habet. *Plin. l. 6. c. 56.* Monaulon, id est vnicam & simplicem tibiam, Mercurius inuenit.

Mŏnēdŭlă, æ, Auis ex graculorum genere, quasi monetula, quòd monetas furripiat. { κολοιὸς. GAL. Chucas ou chouette. ITALIC. *Monachia.* GERMAN. Ein cule. HISP. *La graja.* ANGLI. *A daw, a cadesse.* } Huic enim aui furacitas argenti atque auri præcipue est. *Plin. li. 10. cap. 29.* Insubrium tractu examina graculorum, monedularúmque: cui soli aui furacitas auri argentique præcipuè mira est. *Ouid. 7. Metamorph.* Nigra pedes, nigris velata monedula pennis. [*Plaut. Asin. sc. 3 a. 3.* Dic me tibi hirundinem, monedulam, passerculum. *Idem Capt. sc. 4. a. 5.*]

Mŏnĕo, nes, nui, itum, Admoneo, suadeo, hortor, præcipio. { הזהיר *hizhír.* αἰνιγμαίνεσθαι, ὑπαγορεύω. GALLIC. Admonnester, auertir, conseiller. ITAL. *Auisare, ricordare ammonire, auertire.* GERMANIC. Warnen/ vermanen. HISP. *Amonestar, recordar.* ANGL. *To warne, to counsayle, to put in mynde or remembrance.* } [Quin mone quid erro. *Plaut. Mostell. sc. 3. a. 1.* Qui monet, quasi admonat. (De eo qui consilium dat periurij) *Plaut. Curc. sc. 1. a. 3.* Nunquid vis? H. venias tempori. E. Monitorem mones. *Plaut. Capt. sc. 2. a. 1.* Memini, mora mera est monerier. *Plau. Capt. sc. 3. a. 2* Toties monere, miru est. *Plaut. Mil. sc. 4. a. 2.* Abscede moneo, molestus ne sies. (verba minantis & iubentis cauere.) *Plaut. Amphit.* Recte mones. *Plaut. Amph. sc. 3 a. 4* Ne me mone, ego istum curabo. *Plaut. Asin. sc 2. a. 5.* Te mihi, & me tibi consalere, & monere æquum est. *Plaut. Aul. sc. 3. a. 1.* Est paucis quod vos monitos voluerim. *Plau. Capt. prolog.* Hoc te monitum volueram. *Plaut. Capt. sc. 2. a. 2.* Meliusculum est monere: Memento promisisse te. *Plau. Curc. sc. 2. a. 4.* Monendus, ne me moneat. *Plautus Pseud. sc. 1. a. 4.* Memorem immemorem facit, qui monet quod memor meminit. *Plaut. Pseud. sc. 1 a. 4.* Haud male mones. *Plaut. Pseud. sc. 2. a 5.* Mones recte sciam recte monuisse, si tu recte caueris. *Plaut. Menæch. sc. 2. a 2.*] *Cic. ad Quintratrem*, Tu me de retinenda Sestij gratia literis monuisti. *Idem ad Attic.* Idipsum me mones, quod triduo ante cogitaram. *Idem de Amic.* Sed quum tot signis natura declaret quid velit, obsurdescimus tamen nescio quomodo: nec ea quæ ab ea monemur, audimus. *Ibidem.* Nam & monendi sæpe amici sunt & obiurgandi: & hæc accipienda amicè quum beneuolè fiunt *Plau. in Pseu.* At hoc volo monere te, monendus ne mihi moneas. ¶ Interdum Monere, est temporis, horæ, diei, loci personæ admonere. παραγγέλλειν. *Terent. in Heaut.* Sed vt dici tempus est, Monere oportet me hunc vicinum Phaniam ad cœnam vt veniat: ibo vt visam si domi est: nihil opus fuit monitore: iam dudum domi Præstò apud me esse aiunt. ¶ Dicuntur præterea monitores, qui in iudicio submissa voce oratorem admonent eorum quæ dicenda sunt. *Cic. in Diui in Verr.* Video mihi non te, sed hunc librum esse responsurum, quem monitor tuus tenet. * Appellare ciues per monitorem, id est nomenclatorem. *inquit, Bud. Cic. pro Muræna.* ¶ Sic etiam in scena monitores dicuntur, *autore Festo*, qui histriones, eorum quæ dicenda agendáve sunt, monent. Galli vocant *Protocolles.* Item monitores dicuntur serui à colono præfecti, vt operariorum veluti vinitorum, & aratorum turbam obeuntes vnumquemque moneant, & segniores castigent. *Columel. lib. 1. cap. vl. imo.*] *Senec. cap. 9. de Consol. ad Mart.* In Monitoris intempestiui caput.]

Mŏnĭtōrĭŭs, a, um, Quod monet. παραινετικός. vt Liber monitorius. * Fulmen monitorium, *apud Senecam 2. Nat. Quæst.* quod homines præmonet de rebus futuris.

Monĭtĭo, Adhortatio, admonitio. { παραίνησις, ὑπόμνησις. GAL. Amonition, auertissement. ITA. *Amonitione, auiso.* GER. Ein warnung. HISP. *Amonestamiento.* ANG. *A warning or aduertishment.* } *Cic. lib. 3. Offic.* Habenda ratio & diligentia est, primùm vt monitio acerbitate, deinde obiurgatio contumelia careat.

MONESIO, ære fabricatus à Vulcano canis Cephali, &c. *Pollux quinto.*

MONETA, dicta est Iuno à monendo. Quum enim, *vt inquit Cic. lib. 1. de Diuin.* terræ motus factus esset, vt siue plena procuratio fieret, vox ab æde Iunonis ex arce extitit, quocirca Iuno Moneta cognominata est. *Lucan. l. b. 2.* Numina miscebit castrensis flamma Moneta. [Item, Monetæ Iunonis templum vbi domus fuerat Tatij. *Plutar. in Rom.* Et vbi domus Manlij. *Idem in Camill.*

Mŏnĕtă, æ, pen. pro. dicta est, quòd nos signi impressione vel autoris vel pretij moneat. { νόμισμα. GAL. Monnoye. ITAL. *Moneta.* GER. Munz oder gelt. HIS. *La monedad.* ANG. *Money or coyne.* } [*Ouid. 1. Fast.* Victaque concessit prisca moneta nouæ.] *Martial. lib. 1.* Et centum dominos nouæ monetæ. ¶ Quo etiam nomine dicta est Iuno *Cic. lib. 1. de Diui.* Post cladem illam maximam à Senonib. Gallis factam, audita vox ex arce Iunonis fuit, ex quo Iuno illa appellata Moneta est. ¶ Moneta etiam forma est typúsque monetæ. *Macrob.* pro vtero translate ita vsurpauit *lib. 1. Com. ca. 6.* Verùm semine semel intra formandi hominis monetam locato, hoc primùm artifex natura molitur.

Mŏnĕtālĭs, & hoc monetale, Quod ad monetam pertinet. { νομισματικός. GAL. Ce qui appartient à la monnoye. ITA. *Cio che s'appartiene à moneta.* GER. Das zu der munz gehört. HIS. *Cosa de moneda.* ANG. *Belonging to money.* } *Apul. de Asin* Plectina pretiosissimis monilium, & auro monetali zonis refertis incincta. ¶ Monetales Triumuiri dicti sunt (*sicut scribit Pompon. Iureconsultus lib. 2. de Orig. iur.*) æris, argenti, atque auri flatores. *Cic. ad Attic. lib. 10. de vulgo loquens.* Monerali autem adscripsi, quod ille ad me Proconsulem, id est, in summa epistola scripsi, Vulteio monetali. *Bud.*

Mŏnĕtārĭŭs, Qui monetam cudit. { ἀργυροκόπος. GAIL. Vn monnoyeur, batteur ou forgeur de monnoye. ITAL. *Monetario.* GER. Ein münger. HISP. *Monedero, forjador de moneda.* ANGL. *A coyner of money.* } *Firmicus*, Habentes horoscopum sub signo hoc, erunt monetarij.

MONETRIVM, Oppidum Iapodum prope Istriam. *Strab. li. 7.*

Mŏnīlĕ, pe. pr. { חרוז *Haruz* עדי *Hadi* הבל *Hebel* ὅρμος, περιαύχενιον. GA. Collier, carquan. IT. *Collana, monile.* GER. Ein halsziert/ etwas das man vmb den hals tregt oder daran henckt zur zierd. HI. *Collar ò cadena de oro.* A. *A collor ie well that women vseth about there neckes, an onche.* } Ornamẽtũ gutturis, q̃ solet de collo virginũ pẽdere. Græce ὁμμάτιον nuncupatur, *inquit Hier.* dictũ q̃ gestãtẽ virtutis admoneat, nam primò ob aliquod egregium factum dari solebat. *Ouid 10. Metamorp.* Dat digitis gemma, dat longa monilia collo. [*Quintilian.* Monilia & Margaritæ sunt fœminarum,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

rum, inquit.] ¶ Neque solùm illud monile dicitur, quod ex hominum, verumetiam quod ex equorum, aliorúmve animalium collo dependet. *Virgil. 7. Æneid. de equis Latinis*, Aurea pectoribus demissa monilia pendet. *Gell. lib. 5. cap. 5.* Equitatum frænis, ephippiis, monilibus, phaleríque præfulgentem. [*Ouid. 6. Fast.* Quem (Asinum) tu diua memor de pane monilibus ornas. Suprà, Panis dependet asellis. *Idem Ibidem.*] ¶ Monile etiam segmentum dicitur, quod quibusdam bracteolis, quasi præsegminibus constat.

MŌNĪMĒNTUM, vide MONVMENTVM.

MŌNŌBĒLI, μονόβηλοι. *A Lampri. in vita Heliogab.* vocantur qui solo obelo, hoc est, longitudine conspiciendi sunt.

MŌNŌCĒRŌS, otis, pen. cor. {ΟΝΟ reém. μονόκερως. GALLIC. Vne licorne. ITA. *Alicorno.* GERM. Ein einhorn. HISP. *V nicornio.* ANG. *An vnicorne.*} Animal vnicum cornu gerens, quod & Vnicornis appellatur. Habet equinum corpus, caput ceruinum, mugitum horridum *Plin. l. 8. cap. 21.* Asperrimam autem ferammonocerotem, reliquo corpore equo similem, capite cerno, pedibus elephanto, &c.

MŌNŌCHŌRDUM. {μονόχορδον. GALLIC. Vn manicordion, ou espinette. ITALI. *Manicordo.* GERMANIC. Ein gattung eines seitenspyls/so gleiche seiten hat. HISPANIC. *Monacordio en la musica.* ANGLI. *Clauichordes.*} Instrumenti musici genus est, ita dictum, non quòd vnam chordam, sed quòd omnes chordas vnius vocis habeat, nisi paniculi nexu distinguantur.

MŌNŌCLŌNŌS, μονόκλωνος. Species est artemisiæ, à ramuli vnitate ita appellata, quemadmodum πολύκλωνος à ramulorum multitudine. *Vide Dioscor. lib. 3.*

MŌNŌCHRŌMĀTĀ, μονοχρώματα. Picturæ dicebantur, quæ non variis, vt hodie, sed singulis coloribus constabant. *Plinius l. 33. c. 7.* Cinabari veteres, quæ etiam nunc vocant monochromata pingebant. *Idem Plin. lib. 35. 43. autor est*, primum picturę genus fuisse lineare, quod nullis adhibitis coloribus, rei pingendæ similitudinem circunductis lineis exprimebat. Dehinc huic succesisse alterum picturæ genus quod singulis coloribus rerum imagines imitabatur: idque postea inuenta operosiore pictura, monochromaton esse appellatum.

Monochromateus adiect. *Plin. l. 35. c. 5.* Qui monochromata genera picturæ vocauerint, qui deinde, &c.

Monodia, cum accentu in pen. μονῳδία, Lugubris cantus, qui fit à præfica in defunctorum funeribus, quasi vnius cantus. Nam cæteris fe ntibus sola præfica canit. Huiusmodi cantus etiam Nænia dicitur.

MONODVS, penultim. cor. μονόδους, Prusiæ Bithiniæ regis filius, qui dentiū loco os vnum continuum habuit in suprema oris parte, *vt tradit Pli. l. 7. c. 16.* Vnde etiam Monodus dictus est, quasi μόνους ὀδόντας ἔχων, eò quòd quodammodo vnicum eúmque perpetuum haberet dentem.

MONOECVS cum œ diphthongo, μόνοικος, Portus est statio quædam Liguriæ, ab Albinga oppido distans stadiis quadringentis & octoginta. {GERMANIC. Ein schifflende oder meerthaffen in Liguria / heißt itz Porta di Menaco den Italieneren.} à Monœci portu vsque in Hetruriam vniuersam litus continuum omnino sine portu est, exceptis quibusdam paruis stationibus ad iactandas anchoras, neque ipse est multarū aut magnarum capax nauium. Arcem habet munitissimam, non procul à Nicea, quam hodie vocant Itali *Monicho. Lucan. lib. 4.* solus sua littora turbat Circius, & fida prohibet statione Monœci. Nominis rationem ad Herculem referunt, qui ibi ædem habebat, in qua solus colebatur.

MŌNŌGĂMŪS, pen. cor. {μονόγαμος. GAL. Qui a esté marié vne fois. ITAL. *Colui che ha hauuto vna moglie sola.* GER. Der nur ein eheweib genommen hat. HISPA. *Casado vna vez.* ANGL. *That hath bene ones maried.*} Vnius vxoris vir. Vnde & Monogamia. *Hieron.* Quam sancta sit monogamia, hinc ostenditur, quòd digamus in clerum eligi non potest Græca vox, & nulli veterum vsitata.

MŌNŌGĔNĬŎN, μονογένιον. Herba est insignis quæ notiore nomine Peonia appellatur. Legitur ita in quibusdam Dioscoridis codicibus. A doctoribus tamen hæc nomenclatura, vt pleræque aliæ ex Brusselsij Onomastico huc translatæ inter Notha Dioscoridis numerantur.

MŌNŌGRĂMMĪ, Homines macri, pertenues, & decolores. {μονόγραμμοι. GALLIC. Maigres, eschars, sans couleur. ITALIC. *Magri senza colore.* GERMANIC. Magere/dürre vnnd vbel gefarbte leut. HISP. *Muy magros, flaccos sin color.* ANGLIC. *Leane men without any good colour.*} *Cicer. lib. 2. de Natur. deor.* Dij ab Epicuro Monogrammi dicuntur. Translatio ducta est ab antiquissimo picturæ genere, quæ solis lineis rei similitudinem exprimebat, non additis reliquis, quæ iustam picturam absoluunt. Hanc Græci μονόγραμμον vocant. *Plin. l. 35. c. 3.* picturam linearum appellat.

Monologĭon, μονολόγιον, Sermo per omnia sibi similis, vel eadem orationis facies, quum nulla varietate leguntur, Græca vox.

MONŌLŌRES, *Vopiscus in Aureliano*, Prægrandes vestes ipse primus militibus dedit, cum ante non nisi rectas purpureas accepissent: & quidem aliis monolores, aliis dilores, trilores aliis, & vsque ad pentelores: quales hodie lineæ sunt. Compositio facta est à loro.

MŌNŌMĂCHĬĂ. {μονομαχία. GAL. Combat de seul à seul. ITALIC. *Duello.* GERMANIC. Ein kampff in welchem nur zwen mit einander streiten. HISP. *El de sasio de vno por vno.* ANG. *A combat of to hand to hand.*} A Latinis duellum, vel singulare certamen appellatur, quod fieri solet ad eruendam rei alicuius veritatem, vel ad purgationem inducendam: idque hūc in modum, vt qui se sic probaturum purgaturúmve aliquid obtulerit, & vicerit, probasse vel purgatus esse credatur: sin succubuerit in probatione defecisse, vel obiecti criminis conuictus esse putetur. Hoctamen probationis genus hodie iure etiam ciuili est eliminatum. Nam in otio ciuili & domestica quiete, cruenta spectacula sibi non placere, *Imperator attestatur l. Vnica. C. de gladiatoribus.* ¶ Qui hoc certaminis genere congrediuntur. Monomachi, μονομάχοι, dicuntur.

MŌNŌPHĂGĪ, μονοφάγοι, Dicebantur, *teste Athenæo*, qui seorsum cibum sumebant, more diuerso à Romanis, qui simul cum amicis accumbebant: vnde & Cœnam appellabant, δεῖπνον τῆς κοινωνίας. ¶ Dicuntur præterea Monophagi, qui eodem perpetuo victu vtuntur: quæ viuendi ratio etiam monophagia, μονοφαγία appellatur.

MŌNŌPŌDĬUM, μονοπόδιον, Dicitur mensa vnico tantum pede subnixa. *Liu. 9. bel. Maced.* Et quæ tum magnificæ suppellectilis habebantur, monopodia & abacos Romam adnexerunt.

Monopolium, lij, μονοπώλιον, Dicitur quum penes vnum aliquem rei alicuius vendendæ potestas est. ἀπὸ τοῦ μόνου καὶ πωλέω. Hoc enim fit quum vnus solus aliquod genus mercaturæ vniuersum emit: vt solus vendat, pretium suo modo statuens: quod genus hodie in multis teb. seruatur, vt in coraliis Africæ apud Hipponem, alumine in Sicilia & Hetruria, vuis passis in Achaia, bitumine in Iudæa: quod [bitumen] quia Græci Asphalton vocant, omne monopolium vulgò Asphaltium dicitur. *Plaut.* habes murinam & calamum, potes monopolium instituere. Legimus apud Iustinianum, monopolia non esse admittenda, quoniam non ad commodum Reipubl. sed ad labem, detrimentáque pertinent. [Nomen vsurpauit Monopolij. *Sueton. in Tiber. cap. 30. & 71.*]

Monops, μώνωψ, Feræ genus est Pæoniæ peculiare, magnitudine tauri, quòd cum ab insequentibus vrgetur, acre & igneum stercus exernit, quòd si in venatorum quempiam inciderit, mortem repente affert. *Autor Ælian. l. 7. cap. 8.*

MONŌPTŌTŌN, μονόπλωτον, penultima prod. Vnius casus, quod vnum modo habet casum: vt Natu, quum aliquem maiorem aut minorem natu dicimus. Reliqui enim casus non sunt in vsu. ¶ Aptota, ἄπτωτα, verò dicuntur, quæ sine casu sunt, hoc est, nomina quæ inflecti non possunt.

MONOSCELI, μονόσκελοι, Homines Indici singulis cruribus, σκέλος enim crus dicitur. Hi & Sciopodes vocantur, quòd in maiori æstu humi iacentes σκιὰ ποδός, hoc est vmbra pedis se protegant. *Vide Plin. l. 7. cap. 2.* {GERMA. Wölcher in India so nur ein schencket mit einem breiten fuß haben.}

Monōxўlă, μονόξυλα, Lintres sunt, ex vnico ligno (vt vox ipsa statim indicat) excauatæ: quibus Ægyptij per stagna, & Nili inundationes vtuntur. *Strabo l. 3. Plin. l. 6. cap. 23.* Regio autem ex qua piper monoxylis lintribus Becarim conuehitur, vocatur Cottona.

MONSFERRATVS, Regio Italiæ, cuius fines sunt hinc Padus, inde Apenninus & Tartarus amnis ex superiore parte, montes proximi Moncauerio, vbi Pedemontium incipit. {GERMA. Montferrāt ein landschafft Italiā.}

MONS SANCTVS, ὄρος ἅγιον, Vide PSENTRIS.

MONSPESSVLVM, Galliæ Narbonensis vrbs. {GERMAN. Montpelier in Langendock.}

MONS REGIVS, Vrbs celebris Prusciæ. {GERMAN. Kunigsberg in Preussen.}

MONS S. ANNAE, in Mysnia. {GERM. Sant Annen berg.}

Mons, huius montis, Terræ tumor altissimus, ab eminendo, quasi eminens dictus. {הר *hár.* ὄρος, GAL. Vne montagne, vn mont. ITA. *Monte, montagna.* GERMAN. Ein berg. HISP. *El monte, altura de la tierra.* ANG. *A montane.*} Itaque aliquando mons dicitur pro omni eo quod eminet, *vt dixit Virgilius*, -præruptus aquæ mons. *Tacitus lib. 4.* Cæli temperies hyeme mitis obiectu montis. *Virgil. 12. Æneid.* -totúsque remugit Mons circum, & vocem latè nemora alta remittunt. [Ille quoque euersus mons est (Athos) *Catull. de Com. Ber.* Monte nec Inferior proræ puppíque recuruæ insilit, & pictos verberat vnda Deos *Ouid. Eleg. 3. lib. 1. Trist.* Me miserum quanti mōtes voluuntur aquarum, *Ouid. Eleg. 2. lib. 1. Trist.* Mali mœroris montem maximum conspicatus sum. *Plaut. Mostel. sc. 1. a. 2.* Pici, qui aureos montes colunt. *Plaut. Aul. sc. 5. a. 4.* Quibus cunctis montes maximi acerui frumenti sunt. *Plautus Pseud. sc. 2. a. 1.* ¶ Montes & lacus in triumpho *Ouid. Eleg. 2. lib. 4. Trist.* ¶ Mons Martius, locus *Plutarch. in Camil.* ¶ Mons Massicus, vide Massicus.] ¶ Sumitur quandoque pro saxo. *Idem 6. Æneid.* Prensántémque vncis manibus capita aspera montis Ferro inuasissēt. ¶ Sic aliquando saxum pro monte, *vt apud eundem*, Saxi de vertice pastor. ¶ Hinc septimontium, locus qui habet septem montes, quo est nomine Roma appellata. ¶ Montes aureos polliceri: prouerbialis hyperbole de iis qui immensa promittunt, spesque amplissimas ostentant. *Vide Chiliades.*

MŌNTĬCŬLŬS, diminutiuum, Paruus mons. {ὄρεον, βουνὸς. GALL. Montagnette, petite montagne. ITAL. *Monticello.* GER. Ein bärglin. HISP. *Pequenno monte.* ANGL. *A litle montane.*} Dicitur & monticellus. *Hoc verbum Calepinus de suo addit.*

MŌNTĂNŬS, a, um, Quod est ex monte. {הררי *horari.* ὀρεινός. GAL. De montagne. ITAL. *Montano. di monte.* GERMA. Das deß bergs ist/ oder vom berg kompt. HISPAN. *Cosa montannosa ò de monte.* ANG. *Of a montane.*} vt Montani imbres. *Ouid. 11. Metam.* Panáque montanis habitantem semper in antris. *Idem 2. Fast.* Campus erat, campi claudebant vltima colles, Syluáque montanas occulere apta feras, *Cicer. contra Rull.* Ligures montanos, duros, atque agrestes docuit ager ipse, nihil ferendo nisi multa cultura, & magno labore quæsitum. [*Liuius l. 4. d. 4.* Ad montanos proficisci. *Ouid. Eleg. 11. libr. 3. Trist.* Cinctáve montanis vt pauet agna lupis.] * Montanus pro montosus vt, *Plin. lib. 5. cap. 27.* Montana nunc sunt omnia, Id est plena montibus & montosa.

MŌNTŌSŬS, a, um, Locus montibus plenus. {ὄρεως. GAIL. Montagneux, plein de montagnes. ITAL. *Montuoso.* GERM. Bergechtig. HISP. *Cosa de monte, ò lleno de montes.* ANGLI. *Full of montanes.*} vt Montosa regio non montuosa. *Plin* Nascitur in montosis & asperis, aliquando & herbosis. *Virg. l. 7.* Et te montosæ misēre in prælia Nursæ. *Cic. de Amicitia*, Quum locis etiam ipsis montosis delectemur, & syluestribus.

* Monticola, & Qui montes incolit. *Ouid. 1. Metam.* Et Nymphæ, Satyríque & monticolæ Syluani.

MŌNTĬGĔNĂ, In monte genitus, ὀρεσιγενής.

MŌNTĬUĂGŬS, penult. corr. Qui per montes vagatur. {ὀρεσπόλος. GAILI. Qui court, fuit ou vague par les montagnes. ITA. *Che vaga per monti.* GERM. Berschweiffig. HISPA. *Cosa que vaga por los montes.* ANGLIC. *That wandereth on the montanes.*} *Cic. 5. Tusc.* Quid bestiæ nónne frigus? non famem, non montiuagos atque syluestres cursus, atque lustrationes patiuntur.

MŌNSTRO, as, Ostendo, declaro, indico demonstro. {הורה *horáh* הודיע *hodhiá* הראה *hereáh.* δείκνυμι. GALL. Monstrer & enseigner. ITAL. *Mostrare.* GERM. Zeigen. HISPA. *Demonstrer como à la vista.* ANGL.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

To shewe, to tell.} [Si scis, monstra quod bibam. *Plau. Menæc. sc.*1. *a.*5. Quoties monstrauí tibi morem vt vtro geras *Plaut Men. sc.*2. *a.*5. Hæc ei monstra, præcipe. *Plaut. Milit. sc.*2. *a.*1. Non periculum est ne quid recte monstres. *Plaut. Pseud. sc.*3. *a.*1. Propera mihi monstrare vbi ostium Lenonis ædium. *Plaut-Pseud.sc.*1.*a.*4. Alter humum,de qua fingantur pocula monstrat. *Ouid. Eleg.* 1. *libr.* 2. *Triſt.* Item Monstratus, a,um, *idem Eleg.*11.*lib.*3.*Ibidem*, Nec mora monstratis crudeliter ignibus vstus. (Perillus)] *Terentius in Adelphis*, Scio vbi sit, verùm hodie nunquam monstrabo. ¶ Monstrare aliquando, pro docere. *Plautus in Bacchid.* Iam perdidisti te,atque me,atque operam meam, qui tibi nequicquam sæpe monstrauí bene. *Cicer. lib.*1. *de Diuinat.* Qui semitam non sapiunt alteri monstrant viam. * Monstrare,pro Probare. *Vlpian. in l.*1.*§. Qui aduer. ff.de postulando*, Qui aduersus ea fecisse monstretur: & pro aliis interdicta postulatione repellitur,& pro æstimatione iudicis extra ordinem pecuniaria pœna multatur. ¶ Huius cõposita sunt, Commonstro, Demonstro, & Præmonstro.

Mõnstrãtio, monstrationis,} *δείξις, ὑπόδειξις.* GAL. Demonstration, ensaignement. ITAL. *Demonstratione, lo insegnare.* GER. Zeigung/weisung. HISP. *Demonstracion , ensennamiento.* ANGLIC. *A shewing or telling.*} *Terentius in Adelphis*, Defessus sum ambulando , vt Syre te, cum tua Monstratione magnus perdat Iupiter.

* Monstratus, huius monstratus, pro Demonstratione. *Senec. in consolat. ad Martiam*, Vtque ignotarum vrbium monstratus nouo hospiti gratus est.

Mõnstrãtõr, oris,} *μεσξενητής, μεσίτης.* GALLI. Monstreur, qui monstre. ITAL. *Monstratore.* GERMAN. Ein zeiger. HISP. *El que demonstra , ensennador.* ANGL. *A shewer or teller.*} *Virg.*1.*Georg.* Adsis ò Tegeæe faues , oleæque Minerua Inuentrix , vncique puer monstrator aratri. [*Senec.cap.*25. *de Consol. ad Mart.* Monstrator ignotarum vrbium gratus est hospiti.]

Mõnstrãbilis, & hoc monstrabile·} *δεικτὸς, δεικτός.* GAL. Digne d'estre monstré & cognu. ITAL. *Digno di essere mostrato & cognosciuto.* GER. Zeigenswáit/ vernampt. HISPA. *Digno de ser mostrado y conoscido.* ANG. *worthie to be shewen.*} *apud Plin.Epist.* 107. Nescio an noris hominem, quanquam nosse debes. est enim probitate morum, ingenij elegantia, operum varietate monstrabilis.

Mõnstrum, monstri, à monstrando dicti m est , quòd aliquid significando demonstret , portentum, prodigium , ostentum. } *מופת mophéth. τέρας.* GALL. Monstre. ITALIC. *Mostro, miracolo.* GERMA. Ein wunder ding/ein vnnaturlich/vnnd vngewentlich ding. HISP. *Milagro.* ANGL. *A wounderfull & strange thing against the common course of nature.*}[Pro monstro est, quando qui sudat, tremit. *Plau.Asin. sc.* 2. 4.2. Monstrum Caligula dicitur. *Sueton. cap.*21. Prodigiosa corpora , & monstris insignia. *Quintil.*] *Cicer.*2.*de Natur.deor.* Monstra prædictiones & præsensiones rerum futurarum, quid aliud declarant, nisi hominibus ea quæ futura sunt, portendi, prædici ? ex quo illa ostenta, monstra, portenta, prodigia dicuntur. *Virg.*3. *Æneid.* Horrendum & dictu video mirabile monstrum. *Idem* 2. *Æneid.* Et monstrum infœlix sacrata sistimus arce. *Virg.*2.*Æneid.* Nec dubiis ea signa dedit Tritonia monstris.*Cicer.* 5. *Verr.* Non mihi iam furtum,sed monstrum ac prodigium videbatur. *Virg.* etiam Polyphemum vnoculum , monstrum horrendum ingens appellauit. Et sic quicquid est natura deforme , hoc est præter naturam monstrum,& res monstrosa est. *Terent.in Eunuch.* Quid istucuam monstri fuit? *Donat.* Monstrum , est omne contra naturam ; si igitur eunuchus est & vitiauit virginem , contra rerum naturam factum est. ¶ Quandoque monstrum, *φάσμα* , ponitur pro documento , *vt apud Virgilium* 3. *Æneid.* Monstra deûm refero. ¶ Monstrum ali dicimus, vbi quid occulti vitij latére significamus. Haud scio an inde ducitur metaphora, quòd monstra ob pudorem clanculum aluntur , & occultantur. *Teren.in Andr.* Quamobrem ? nisi si id est, quod suspicor, Aliquid monstri alunt. *Vide latius in Adagiis Erasmi. Cornel. Fronto de differ. vocabul.* Ostentum, portentum,prodigium & monstrum ita distinguit : Ostentum, *inquit* est , quod præter consuetudinem offertur, atque idcirco raritas admirationem facit : portentum, quod porrò & diutius manet,futurúmque posthmodum aliquid significat.Prodigium: quod mores faciunt per quod detrimentum expectatur.Monstrum verò, quod est contra naturam, vt minotaurus. *Hæc Fronto.* Sed tamen ab autoribus Latinæ linguæ hæc differẽtia curiosè obseruata non est.

Mõnstrõsus, a, um , Quod monstrum refert , quod est contra naturam. } *τερατώδης.* GALLI. Monstrueux. ITA. *Monstruoso.* GER. Das ein vnnaturliche vnnd wunder seltzame gestalt hatt. HSPA. *Milagroso.* ANGL. *Monstruous, aga inst nature.*} [Monstrosi concubitus. *Suet.in Tiber.cap.* 43. *Gellius.* Monstrosæ raritates. *Gell. cap.*16.*lib.*3.] *Luc. lib.*1. Monstrosique omnium partus. *Cicer.* 2. *de Diuinat.* Quid minus mirum, quàm illam monstrosissimam bestiam vnam euertisse , sortes dissipauisse ? [*Gell.cap.*10.*lib.*16. Monstrosissimum hoc, &c.]

[Item Monstruosus, a, um, *Sueton. in Caligul.cap.*16. Monstruosæ libidinis Spinthria.]

Mõnstrõsẽ, aduerbium,Præter naturam. } *τερατωδῶς.* GAL. Monstrueusement, contre nature. ITAL. *Monstruosamente , contra natura.* GERMA. Vnförmetlich/Schenglichen/vnnatürlichen. HISP. *Milagrosamente , contra natura.* ANGLIC. *Monstruouslie,against nature.*} *Cic.*2.*de Diuinat.* Nihil tam præposterè, tam incondite, tam monstrosè cogitari potest, &c.

Mõnstrĩfer, ra, rum,adiectiuum, Monstrum referens. } *τερατώδης.* GALLI. Monstrueux. ITALI.*Monstruoso.* GER. Das ein wunderſame gestalt hatt. HISPA. *Milagroso.* ANG. *Monstruous or representing a monstre.* } *Plin. lib.* 6. *cap.*30. Animalium hominúmque effigies monstrifer as circa extremitate eius gigni minime mirum. *Lucil. lib.* 5. -mundúmque coeres Monstrifer os agit vnda sinus. Monstrificabilis , e, idem quod monstrifer. *Lucilius* , Nunc ignobilitas his mirum ac monstrificabile.

Mõnstrĩfĩcus, a,um, Qui monstra dicendo, vel faciendo profert. } *τερατώδης.* GAL. Monstrueux. ITAL. *Monstruoso.* GER. Das wunder seltzam ding macht. HISP. *Milagroso.* ANG. *Monstruous.*} *Plin.lib.*21.*cap.*5. Iuuenta in his & ratio inferendi , monstrificis hominum ingeniis. *Idem libr.* 6. *cap.* 15. Sed nihil facilè reperiatur mulierum profluuio magis monstrificum.

Mõnstrĩfĩcẽ, aduerb. } *τερατωδῶς.* GAL. Monstrueusement. ITAL. *Monstruosamente.* GER. Wunder seltzamlich/scheuszlichen. HISP. *Milagrosamente.* ANG. *Monstruouslie.*} *Plin.lib.*28 *cap.*11. Equarum virus à coitu in lychnis accensum , Anaxilaus prodidit , equinorum capitum visus repræsentare monstrificè.

* MONTANVS, Poëta, cuius meminit. *Ouid.*4.*de Ponto,Eleg.*16.

Mõntãnus, Montigena, Montiuagus, Montosus, Vide MONS.

Mõnũmẽntum, ti vel etiam monimentum per i , dicitur quicquid nos monet vt tituli , sepulchra , statuæ , fama, porticus, carmina, historiæ documenta, præceptiones, sapientum monita , libri , & cætera eiusmodi. } *מצבה matssébáh זכרון zichcharón. μνημεῖον, μνῆμα.* GALL. Memoire, monument, souuenance. ITAL. *Memoria, monumento.* GERM. Ein gedächtnusz zeichen / etwas daß vnß eines vergangenen dings erinnert. HISPA. *Memoria, à recordacion, amonestamiento.* ANGLI. *A moniment, or remembrance of any thing doone.*} *Cicer.ad Cæsarem*, Sed ego quæ monumenti ratio sit, nomine ipso admoneor, ad memoriam magis spectare debere posteritatis , quàm ad præsentis temporis gratiam *Ouid.* 13. *Metamorph.* At puto , funeribus dotabere regia virgo, Condetúrque tuum monumentis corpus auitis. *Cicer.* 1. *Tusc.* Quid testamentorum diligentia ? quid ipsa sepulcrorum monumenta ? quid elogia significant, nisi nos futura etiam cogitare ? *Florent. Iurecons. l. monumentum. ff. de Relig. & sumpt. funerum*, Monumentum generaliter est res memoriæ causa in posterum prodita, in quam si corpus,vel reliquiæ inferantur, fiet sepulchrum : si verò nihil eorum inferatur,erit monumentum memoriæ causa factum , quod Græci *κενοτάφιον* appellant. *Varro lib* 5. *de lingua Latina*, Monumenta à monendo , quæ sunt in sepulchris. Et ideo secundum viam , quò prætereuntes admoneant & se fuisse,& illos esse mortales. Ab eo cætera quoque scripta ac facta memoriæ causa Monumenta dicta. *Hactenus Varro*, Rerum gestarum monumenta, sunt historiæ, vel annales,quæ virorum fortium memoriam ab interitu vindicant , quæque posteros admonent , vt illorum exemplo, pericula omnia pro patria intrepidè subeant. *Cic.* 1. *de Orat.* Rerum gestarum monumenta , & vetustatis exempla oratori nota esse debent. *Idem* 2. *de Finib.* Vt enim nos ex annalium monumentis testes excitamus eos , quorum omnis vira contumpta est in laboribus gloriosis. [Monumenta quæ *Cæsar.* 2. *bell. ciu.* vocauerat ornamenta templi. *Quintilian.* Monumentum aliud,aliud tumulus *Velleius.* Fecit virtutis suæ monimentum Carthaginem , quod monimentum fuerat aui,&c. *Plaut.Curcul.sc.*2.*a.*1. Satuam vineam,quæ tuo gutturi sit monumentum,*Idem Ibidem sc.*1.*a.*3. Vult dare auream statuam faciundam factis monumentum suis. *Velleius.* Monumenta virtutis Pompei sunt Syria & Pontus. *Idem Vell.* Et monumenta eius victoriæ & triumphi. ¶ Item *Senec.* Eloquentiæ monimentis (.i. scripris & ingenio) *Idem Senec.* Monumenta ingenij sui comburere. *Quintilian.* Oratio scripta est monimentum orationis habitæ. *Ouid.Eleg.*3. *lib.*3.*Triſt.* Maiora libelli. Et diuturna magis sunt monumenta mei.] ¶ Monumentum etiam dicitur pignus, aut res aliqua, memoriæ causa apud aliquem relicta : Græci *μνημόσυνον* vocant. *Virg.* 5. *Æneid.* -quem candida Dido Esse sui dederat monumentum & pignus amoris. ¶ Monumentum etiam dicitur pro munere & dono quòd ea memoriæ eorum qui acceperunt inhæreant. *Persius Satyr.* 3. -neque inuideas. Et piper & pernæ, Marsi monumenta clientis.

MŌNŸCHĂ, chæ,cum y,& ch aspirato, *μώνυχα.* Nomen est matris diui Augustini, *cuius vitæ sanctimoniam & ipse diuus Augustinus, & Maphæus Vegius Laudensis vates literis mandauere.*

MŌNŸCHŸS, *μώνυχος* , penult. corr. vnus fuit Centaurorum , *de quo Iuuen. Satyr.*1. Quantas iaculetur Monychus ornos. ¶ Ductum autem est hoc nomen à Græco *μώνυξ*, quod perinde est, acsi Latinè solungulum dicas. Hoc autem proprium equorum est epitheton , qui vnicam & solidam habent vngulam. Quo fit , vt & centauris tribuatur, quibus Poetarum fabulæ equinos tribuerunt pedes.

MŌNŸMĂ, *μονύμα.* pen.corr. Mithridatis vxor,quæ in desperatione rerum profligatarum , detractum è capite diadema collo circunligasse traditur, seseque ex eo suspendisse:& quum corporis pondere laqueus ille diruptus esset, dixisse , Execrandum diadema , neque in tam triſti ministerio mihi profuisti , móxque quum super illud humi abiectum insputasset, eunucho regio iugulandum sese obtulisse.

MŌNŸMŸS, *μόνυμος*, Corinthij cuiusdam trapezitæ seruus : qui quum magno philosophiæ amore teneretur, Diogenique in primis operam dare cuperet , simulata insania monetam heri spargere cœpit , eóque modo ab illo dimissus, ad philosophiæ studium se conuertit , & Diogeni se tòtum tradidit. *Vide Laertium.* {GER. Ein diener eines wächsel herren zu Corintho.}

MŌPSĬVM, *μόψιον* , Agri Pelasgici oppidum in Thessalia , *apud Strab. lib.* 9.

MOPSOS. *μόψος*, Liberum Ciliciæ oppidum,ad Pyramum fluuium situm, *teste Plin.lib.*5.*cap.*27. *Strabo lib.*14. *μόψου ἵστιον* appellat.

MŌPSŎPĬĂ, *μοψοπία*, Attica regio, à Mopso rege sic dicta , *vt autor est Strab.libr.*9.

MŌPSVS, *μόψος*, Nomen proprium viri vatis, qui (*vt Pomponius Mela refert*) in finibus Pamphyliæ Phaselim vrbem condidit. ¶ Fuit & alter Mopsus Lapitha, id est Thessalus (*vt Strab dibr.*9.) qui fuit Ampyci & Chloridis filiæ Orchomeni filius. ¶ Alius fuit cum quo certauit Calchas de peritia diuinandi, Apollinis filius.

MŌRĂ, Expectatio, temporis dilatio, cunctatio. } *עקבה ikkebáh. διατριβή, ὑπομονητέα ἀναβολή.* GAL. Demeure, retardement, delay. ITAL. *Indugio, dimora.* GER. Ein verzug oder verhinderung. HISPA. *La tardança ò detenimiento.* ANG. *Tarying stuyor delay.*} [Mora nulla tibi est : licet ire accubitum. *Plaut. Menæ. sc.* 4. *a.* 2. Mora habuit quo minus. *Velleius.* Par hominum moram hanc induxerunt. *Plaut. Mostel.sc.*2. *a.* 1. Si mora pro culpa est , Ego sum maturior illo. *Ouid.* 13. *Metamor.* Præter hanc morã non facies mihi(.i. molestus non eris) *Plau. Mostel. sc.*1.*a* 1. Mora ius sibi fecit dolor. *Senec. cap.*1. *de Consol. ad Mart.* Tibi moram dictis creas. *Plaut.Pseud.sc.*3.*a.*1. Fames & mora bilé in quasum conciunt. *Plau.Amphit.*Ne moræ molestiæque herile imperiũ habeat fibi seruus frugi. *Plaut. Aul. sc.*1.*a.*4. Mora mera est monerier *Plaut. Capt.sc.*3.*a.*2.Si alia memorem mora est. *Plau.Capt.sc.*2.*a.*4. Caue in te mihi sit mora. *Plaut. Curc.sc.*1. *a.*3. Ne mora quæ sit. *Plaut. Pseud.sc.* 2. *a.*1. Quis est qui moram occupato molestam obtulit. *Plaut. Pseud. sc.*3.*a.*1.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

sc.3 a.1. AErumna creuit auctâ morâ. *Ouidius Eleg.6.lib.4.Triſt.* Hos ſtruſtra per omnes moras exitu prohibere conatus. *Sueton.in Cæſa.c.34.* Non decreſcit mora quod naturale eſt. *Senec.cap.8.de Conſ.ad Mart.* Si quaritia dimiſit(te,)ambitio moram non faciet. *Senec.c.13. de Conſ.ad Helu.* Nec mala tam longa noſtra leuata mora. *Ouid.Eleg.3.l.3.Triſt.* Quies nulla(malorum)niſi in ſtudio Pieridúmque mora. *Ouid.Eleg.1. lib.5.Triſt.* Item, Longa referre mora eſt, *Idem lib.13.Metam.* Mora ſegnis, Vide Segnis.] *Plaut.* cui mora ſemper obſuit, diligentia profuit. *Cic.6.Philip.* Itaque bellum nefarium illatum Reipublicæ quum viderem, nullam moram interponendam inſequendi Antonium putaui *Terent.And.* Nec mora vlla eſt quin eam vxorem ducam. *Virgil.3.AEneid.* Hic tibi nequa moræ fuerint diſpendia tanti. *Idem 3.Eclog.* In me mora non erit vlla. *Terent.And.* Sed ſequere me intro; ne in mora illi ſis.* Frangere moras portarum, id eſt frangere portas quæ nos morantur. *Stat.10.Theb.* -rapite arma moraſque Frangite portarum.

Morŭlă, æ, Diminutiuum à mora. *διατριβή. Aug.lib.11.Conf.* Quæro quoniam dies dicitur non tantùm morula Solis ſuper terram, ſecundum quod aliud eſt dies, aliud nox.

Mŏrāmēntŭ, ri Mora. {עקבה *ikkebáh.μέλλησις* GA. Demeure, retardemẽt, delay. ITA. *Dimora.* GERMANIC. Ein verhinderung. HISPANICE. *Tardança.* AMG. *Tarying ſtayor delay.* } *Apul.in Floridis,* Hiſce igitur moramentis omnibus, qui volunt equitare, ad vectórem ſibimet equum deligunt.

Mŏrātor, verbale, Retardator, cunctator. { מעקב *meẖakkéb* מתמהמה *mithmahméaḥ.μελλητὴς.* GAL. Retardeur, dilayeur. ITA. *Dimoratore, tardatore.* GERMANIC. Ein verhinderer. HISP. *Tardador.* ANGL. *A taryer, delayer or ſtayer.* } *Liu.2.ab Vrb.* Quatuórque tribunorum aduerſus vnum moratorem publici commodi auxilio defectum, Coss. habent.

Morātōrĭŭs, a, um, adiectiuum. { ὑστεροβουλικὸς. GAL. Choſe pour retarder. IT. *Coſa da tardare.* GER. Das deß verzugs iſt. HI. *Coſa para tardar à otra.* ANG. *A thing for to tary vpon.* } *Paulus Iureconſul.* Quo minus prædium iure pignoris diſtrahatur, oblata moratoria cautio non admittitur. Hoc eſt cautio quæ datur vt quis differat & expectet.

Mora vaticana. *κωλύσεται.* A Romanis vocatum tuiſſe rubi fructum, *Autor eſt Dioſc.lib.4.cap.35.*

Moralis, Moratus, Vide MOS.

Mŏrbĭs, bi, AEgritudo corporis, vel mala affectio contra naturam, quæ vſum eius faciat deteriorem. [*Cælius apud Gell.cap.2.lib.4.* vbi plura de differentia morbi & vitij.] { חלי *choli* מחלה *machaléch. νόσος, νόσημα.* GALLIC. Maladie. ITA. *Morbo, male.* GERMANIC. Ein kranckheit/ ſucht. HIS. *Dolencia, enfermedad, mal.* ANGLIC. *Sickneſſe, diſeaſe or ſore.* } Apud Iureconſultos ſcriptum eſt, Morbum & Vitium inter ſe differre: *id quod Ciceronis loco oſtenditur lib.4.Tuſcul.* Morbum eſſe totius corporis corruptionem, veluti febris eſt: AEgrotationem, morbum cum imbecillitate. Vitium quum partes corporis inter ſe diſſident. Ex quo prauitas membrorum, diſtortio, deformitas. *Cicer. Attil.lib.II.* Tulliæ meæ morbus, & imbecillitas corporis me exanimat. *Idem 1.in Catil.* Vt homines ægri morbo graui, quum æſtu, febríque iactantur. *Idem 2. Offic.* Quapropter in adeundis periculis conſuetudo imitanda medicorum eſt, qui leuiter ægrotantes, leuiter curant: grauioribus autem morbis periculoſas curationes, & ancipites adhibere coguntur. [Te igitur morbus agitat hepatarius? *Plaut.Curc.ſc.1.a.2.* Heu herclè morbum acrem & durum? *Plaut.Menæc.ſc.2.a.5.* Non tu ſcis, quantum iſti morbo facias mali? *Plautus Men.ſc.5.a.5.* Quid morbi eſſe dixeras. *Pla. Men.ſc.4.a.5.* Morbos cognitos ante remedia: Et cupiditates natas eſſe ante leges. *Liu.lib.34.* Et derepentè tantus morbus incidit. *Plaut.Men. ſc.2.a.5.* Meo comes eſt infama morbo. (ſi.poeticæ.) *Ouid.Eleg.1.lib.2.* ¶ Item morbus eum inuaſit grauis(de inopia pecuniæ. *Plaut.Aſin.ſc. 1.a.1.* Cui tu abiens affers modum (.i.ægritudinem) *Pla.Aſin.ſc.3.a.3.* Morbus cui inſputatur ei venit. *Plaut.Capt.ſc.4.a.3.* Comitialem intelligit morbum, quem leuari, aut etiam arceri ſputando, .i. ſputo ſiue oris ſaliuâ credidit antiquitas.] *Virgil.3.Georgic.* omniáque in ſe Oſſa minuratim morbo collapſa trahebat. *Galenus in tractatu de differentijs morborum,* Morbus (*inquit*) eſt affectus contra naturam, primò vitians actionem. Quare quum actio vitiata non fuerit, morbi nomen non meretur. Euenit autem tripliciter, vt actio impediatur. Aut enim id contigit ex primarum qualitatum intemperie, aut ex partium immoderatione, aut ex ſolutione vnitatis. ¶ Dicuntur tamen etiam morbi in animo vitia inueterata & corroborata vſu: vt eſſe auaritia, ambitio. *Cicer.Tuſc.* Quomodo autem in corpore eſt morbus, ægrotatio, & vitium: ſic in animo. *Declama.in Cic.* Grauiter, & iniquo animo maledicta tua paterer M. Tulli, ſi te ſcirem iudicio magis, quàm morbo animi, petulantia iſta vti. [Morbus iræ & affectus. *Gell.c.vlt.l.1.* Quid autem morbus *in XII. Tab. Cælius docet apud eundem Gel.cap.1.lib.20.*] *Et dicimus,* Affici graui morbo, Laborare morbo, Conualeſcere ex morbo, &c.

Mŏrbĭdŭs, da, dum, Quod eſt morbo infectum ægrotum, infirmum. { חלה *choléh* רוי *dauvái. νόσῳ ἐχόμενος, νοσηματώδης.* GALLI. Malade, maladif, mal ſain. ITALI. *Morbato, infeciato.* GER. Siech/ kranck. HISP. *Doliente ò enfermo.* ANGLIC. *Sicke, ſore.* } *Plin.l.8.cap.28.* Atque ita profluuio ſanguinis morbidum aliàs corpus exonerat. *Lucret.lib.6.* languens quem contulit agricolarum Copia, conueniens ex omni morbida parte. *Varro.3.de Re ruſtic.cap.16.* Aut quum ſunt apes morbidæ propter primores vernos paſtus. Morbida vis, quæ morbum affert. *Lucret.li.6.* -vnde repentè mortiferam poſſit cladem conflare coorta Morbida vis hominum generi, pecudúmque cateruis Expediam. *Idem,* Fit morbidus aer. [*Et Senec.de Conſol.ad Martiam.* Homo morbidus fit multis cauſſis.]

Mŏrbĭfĭcŭs, a, um, Quod morbum infert. { מחלה *machaléh. νοσοποιός.* GAL. Qui porte maladie. ITA. *Che apporta morbo.* GER. Das kranckheit bringt/ vngeſund. HISPANI. *Coſa que haze ò trae dolentia.* ANG. *That cauſeth ſickneſſe.* }

Mŏ:bōnŭs, a, um, Onoxius morbo & valetudinarius dicitur. { חלה *choléh* רוי *dauái. νοσερός.* GALLI. Malſain. ITALI. *Malſano.* GER. Kranck/der vil kranck wirt. HISD. *Doliente ò inſiermo, ò de mucha dolencia.* ANG. *Sickerſickelie.* } *Cato de Re ruſt.cap.2.* Ferramenta vetera, ſeruum ſenem, ſeruum morboſum, & ſi quid aliud ſuperſit, vendat. [Qui proprie dicatur morboſus. *Vide Gel.cap.2.lib.4.*]

Mŏrdĕo, des, momordi, [& Memordi. *Gellius cap.9.lib.7.*] & olim morſi, morſum, Dentibus lædo. { נשך *naſcháeh. δάκνω.* GALL. Mordre. ITAL. *Mordere.* GER. Beiſſen. HISP. *Mordar, mordiſcar.* ANGL. *To bite.* } *Lucan. lib.3.* Exhibuit primus chalybem, frænoſque momordit. *Plau. in Trinummo,* ni fugiſſem(*inquit*) medium credo præmorſiſſem. *Ouid.13. Metam.* -manúque Pabula decerpſi, decerptáque dente momordi. *Cic.pro Roſc.Amer.* Latrant & mordent canes. ¶ Tranſlate lædere & obtrectare ſignificat. *Teren.in Eunuch.* -inuidere omnes mihi, Mordere clanculum: ego non floccipendere. ¶ Item pungere ſiue dolore afficere. *Cicer.ad Attic.lib.13.* Valde me momorderunt epiſtolæ tuæ de Attica noſtra. * Herba quoque mordere dicitur, id eſt ſapore acri pungere. *Pli.li.12.c.19.* [Hũc mordebit obiurgatio. *Quin.* Quod diffundit animũ vel mordet. *Senec.Epiſt.67.* Hoc tene, hoc morde. (i.ne obliuiſcere.) *Senec.Epiſt.79.* Odium mordet. *Quintil.* Efferatur & mordeat frænos. (animus poetæ ſup.) *Senec.cap.vlt.de Tranquil.* Tu caue defendas, quãuis mordebere dictis. *Ouid.Eleg.1.lib.1.Triſt.* Nec liuor iniquo dente momordit opus vllum. *Ouid. Eleg.vlt.lib.4.Triſt.*] ¶ Compoſita ſunt Admordeo, Commordeo, Demordeo, Immordeo, Obmordeo, Præmordeo, Remordeo. *De quibus vide ſuis locis.*

Mŏrſŭs, a, um, participium. { נשוך *naſchúeh. δηχθείς.* GAL. Qui eſt mors. ITAL. *Morſo, morſicato.* GER. Gebiſſen. HISP. *Mordido.* ANGLI. *Bitden.* } *Plinius lib.26. ca.3.* Datur morſis à cane rabioſo, ne rabidi fiant.

Mŏrſŭs, us, nomen, Propriè dicitur actus mordendi. { נשך *néſcheeh. δῆγμα.* GAL. Morſure. ITA. *Morſo, morditura.* GER. Ein biß. HISP. *Bocado ò mordedura.* ANG. *A bite.* } *Cic.de Diuinatione lib.2.* Quid Ariſtolochia ad morſus ſerpentum poſſit, &c. *Idem de Fato,* Philoctetes vlceratus ſerpentis morſu. [Lacerare morſu artus ſuos. *Quint.*] *Catul.lib.1.Epigra.* Atque acres ſolet incitare morſus. ¶ Accipitur etiam Morſus pro dolore & ægritudine. *Cic.3.Tuſcul.* Itaque & dolor corporis, cuius eſt morſus acerrimus perferetur ſpe propoſita boni. [Morſus neceſſarius in diceſſu vel amiſſione cariſſimorum. *Senec.cap.7.de Conſol.ad Mart.* ¶ Nonnunquam etiam pro detractione. *Horat.lib.1.Epiſt.*

Non iſtic obliquo oculo mea commoda quiſquam
Limat, non odio obſcuro, morſúque venenat.

Mŏrſĭūncŭlă, æ, diminutiuum, Paruus morſus. { δηγμάτιον. GAL. Petite morſure. ITAL. *Picciola morditura.* GER. Ein bißlin. HIS. *Pequenna mordedura.* ANG. *A litle bitte.* } *Plaut.in* [*Pſeu.1.a.1.*]

Compreſſiones arctæ amantum corporum,
Teneris labellis molles morſiunculæ.* Itẽ Morſus pro coniunctione & nexu, vbi lorica cũ fibulis cõnectitur. *Silius lib.7.* Strage ſuper lapſus ſociũm, quã fibula morſus Loricæ crebro laxata reſoluerat ictu.

Mŏrdāx, Qui mordet. { δηκτικός. GAL. Mordant, poignant. ITA. *Mordace, morditore.* GE. Beiſſig/ item, ein nachreder/ hinder ſtecher. HI. *Coſa que muerde, ò maldize.* AN. *That bytheth, that ſtingeth with te eth or wordes.* } *Pli. li.16.cap.24.* Mordacia ſunt quibuſdam folia, vt vrticis. *Plau.in Trucul.* Nũc tibi iam, amabo, ianua eſt mordax mea quo introire Metuas mea voluptas? Mordax folium: hoc eſt pungens, & tactum vel guſtum feriens.* Mordax homo, Detractor. Liuidus & mordax. *Hora.1.Serm.Sat. 4.* Mordaciſſimus ſuperlat. *Plin.lib.17.cap.18.* [Mordax equus & calcitro. *Gell.cap.2.lib.4* Non ego mordaci diſtrinxi carmine quemquam. *Ouid.Eleg.1.lib.2.Triſt.*]

Mŏrdācĭtās, { τὸ δηκτικὸν, ἡ δηκτικὴ δύναμις. GAL. Aſpreté mordante, ITAL. *Mordacità.* GERM. Beiſſung oder ſtechung etlicher kreuteren/ das brennen. HISP. *Aquella obra de morder ò maldezir.* ANG. *A biting, ſharpeneſſe of wordes.* } *Plin.lib.21.cap.16.* Iis enim omnibus foliis ineſt aculeata mordacitas.

Mŏrdĭcĭbŭs, pro morſibus. *δήγμασι. Plau.in Aulul.* Aſini ine mordicibus ſcindant.

Mŏrdĭcŭs, pen.cor. aduer. Mordendo. { ὀδάξ. GA. Auec les dents, en mordant. ITA. *Co denti.* GER. Mit beiſſen. HIS. *Abocados.* ANG. *By byting, by the teeth.* } *Plau.in Curc.* [*ſc.1.a.5.*] Manum arripuit mordicus. *Idem Menæch.* [*ſc.3.a.1.*] Oportebat iam naſum ademptum mordicus. ¶ Aliquando ſignificat arctè, & quaſi morſu ac dente. *Sueton. in Cæſ.* Elata læua, ne libelli, quos tenebat, madefierent paludamentum mordicus trahens, ne ſpolio potiretur hoſtis. ¶ Mordicus tenere per tranſlationem, pro ſumma pertinacia tueri. *Cic,4.de Finib.* Quum id fugiunt, re eadem defendunt, quæ Peripatetici verba tenent mordicus.

Mŏrdĭco, mordicas, penult. corr. Dolorem affero, perinde acſi morſu lærem. *δάκνω.*

Mŏrſĭcātim, Mordendo. (ὀδάξ, δηκτικῶς. GAL. En mordant. ITA. & HISP. *Mordendo.* GET. Mit beiſſen. ANG. *By byting.* } *Varro,* Sicut pupilli incedunt, & in labellis morſicatim luſitant, *ex Nonio.*

MORDIAEVM, *μορδιάιον.* Ciuitas Piſidiæ, Apollonia poſtea dicta, *Stephanus.*

Mŏrētum, ti, pen.prod. { μορητὸν. GAL. Certain gasteau, tarte ou tourteau faite de farine, laict, vin, fromage, & d'herbes. ITA. *Torta di farina, latte, vino, formaggio & altri ſorti d'herbe.* GER. Ein fladen kuchen ſo auß milch/ wein/ käß vnd etlichen kreuteren gemacht wirt. HISP. *El almodrote ò ſalſa ſemejante.* AN. A *kinde of cake made of miek, wine, cheeſe and herbes.* } Genus libi ex lacte, vino, caſeo, & herbis confectum, quale deſcribitur à Virgilio in eo opuſculo cui titulus eſt Moretum. *Oui.4. Faſtor.* Non pudet herboſum, dixi, poſſuiſſe moretum in dominæ menſis? an ſua cauſa ſubeſt? Lacte, mero veteres vſi narrantur, & herbis Sponte ſua ſi quas terra ferebat, ait, Candidus elixæ miſcetur caſeus herbæ, Cognoſcat priſcos vt dea priſca cibos. Dictum autem eſt Moretum (*vt non obſcurè ſignificat Virg.loco jam indicato*) à verbo Græco μορέω, quod inter cætera ſignificat abrado. Tum demum digitis, mortaria tota duobus Circuit, inque globum diſtantia contrahit vnum, Conſtet vt effecti ſpecies nomẽque moreti.

MORGENTIVM *μοργέντιον.* Vrbs Italiæ. *ἀπὸ μοργίντων,* vocatur etiam Morgentina, Gentile, Morgentinus, & Morgites. *Steph.*

MŌRGŬS, Fluuius eſt ex Alpibus defluens, vnus eorum, qui à Pado excipiuntur, *de quo Plinius lib.3.cap.16.*

MORGYNA, *μόργυνα.* Vrbs Siculorum. Gentile Morgynæus. *Stephanus.*

MORIEI, *μορίεις,* Populi Indiæ, ligneas domos habitantes. *Steph.*

MŌRĬNĬ, penult. correpta. *μορῖνοι,* Populi ſunt inter Belgas ad Oceanum Britannicum Baletibus, & Neruiis vicini, quorum oppidum mediterraneum, *Ptolemæo teſte,* fuit Teruanna, *τερουάνα,* etiam hodie nomen

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

retinens. { GER. Die botanger. } Hi à Virgilio Extremi hominum appellantur, quòd (vt diximus) Oceano sint proximi, breuissimúsque ab eis, vel ipso Cætare teste, in Britanniam, fit traiectus.

Mōriones, μωραίνοντες, Stulti, Principum deliciæ. *Mart. lib. 8.* Morio dictus erat, viginti millibus emi.

Morion, Lapidis pretiosi nomen. *Plin. libr. 37. cap. 10.* Morium Indica: quæ nigerrimo colore transluçet, vocatus Pramnium: in qua miscetur & carbunculi colos, Alexandrinum: vbi Sardæ, Cyprium.

MORISENI, Thraciæ populi, circa Ponti littora incolentes: *quorum meminit Plin. 4. cap. 11.*

Mōrmȳtă, Piscis est marinus, variis coloribus pictus, *cuius meminit Ouid. in Halieut. referente Plin. lib. 32. cap. vltim.*

Mŏrŏchthŭs, μόραχθος, Lapis est in AEgypto nascens, quem nonnulli à lacteo colore Galaxiam & Leucographia appellant. Vtuntur eo linteariorum officinæ ad candorem vestium, propterea quòd mollis sit, & facillime diluatur. *autor Dioscor. lib. 15.*

MORIOR, Vide MORS.

Moror, raris, priore corr. Expecto Operior, { נעגן *neheghán* התמהמה *hithmahmeáh* קוה *kauáh.* ἐπιμένω. GA Retarder, detein, amuser, attedre. ITAL. *Aspettare, indugiare.* GERMAN. Verziehen/warten. HISPANIC. *Esperar loque ha de venir tardar.* ANGLIC. *To tarie, to abyde.* } Lentulus Senatui, inter epistolas Ciceronis: Diutius morari, aut expectare præsidium non necesse habui. [Nihil hoc Curionem morabatur ab spe. *Cæs. 2. de bello ciuil.* Absoluto Claudio negauit Tubu. se Gracchum morari. *Liu. lib 3. d. 3* Te moraris mihi cum obloqueris. *Plau. Menæch. sc. 2. a. 1.* Nunquid me morare. *Ibid. sc. vlt. a. 5.* Tametsi occupatus moramur (te.) *Plautus Pseud. sc. 3. a. 1.* Non morabor argentum, quin feras. *Plaut. Asin. sc. 2. a. 2.* Neque diem decet me morari. *Plaut. Capt. sc. 3. a. 2.* Oculos paulum tellure moratos sustulit ad proceres. *Ouidius 13. Metamorph.* ¶ Dicitur & Moro, moras, are: *Diomedes lib. 1.*] ¶ Aliquando etiam accipitur pro curo vel laboro. *Plaut. in Aul. ul.* -pallas purpuram Nihil moror quæ in seruitutem sumptibus redigunt viros. *Idem* [*Ibidem. sc. 3. a. 14.*] Nihil moror istas magnas dotes dapsiles hoc est, nihil curo, nihil facio, οὐδὲν μοι μέλει. [Ego istam domum, neque qui homines sitis noui. *Plaut. Mil. sc. 5. a. 2.* Nihil moror tergum mihi negotiosum esse *Plaut. Milit. sc. 5. a. 2.* Alieno vti nihil moror. (i. non placet.) *Plaut Milit. sc. 3. a. 2.* Nihil morantur Laconas Imi subsellij viros. *Plaut. Capt. sc. 1. a. 3.* Ego istius complexum nihil moror: Meum autem hic aspernatur. *Plaut. Asin. sc. 3. a. 3. Idem Aul. sc. 3. a. 1.* Si vis porrò dicam, Nihil moror. (i. non placet audire) *Plaut. Curc. sc. 1. a. 3.* Ego te mancupem nihil moror. (i. nolo.) *Plaut. Curc sc. 2. a. 4.*] ¶ Sæpissimè etiam Morari, est detinere, retardare. { עקב *hikkéb.* ἀπέχειν, ἀνέχειν. *Quintilian. in Mathematico.* Quid me adhuc pater retines? Quid moraris abeûtem? *Plaut. in Epid.* Nihil ego te moror. Item Morari, manere. χρονίζειν. *Cæsar. bell. Gall. lib. 2.* Itaque paulisper apud oppidum morati, agróque Rhemorum depopulati, &c. [Lauabo vt rem diuinam faciam, ne affinem morer (i. expectare cogam) *Plaut. Aul. sc. 2. a. 4.* Nihil morabitur (conuiuas.) *Plaut. Men. sc. 2. a. 2.* ¶ Morari oculos voluptate. *Senec. cap. 1. de Tranq.* Cur didici, litteráque est oculos vlla morata meos. *Ouid. Eleg. 1. lib. 3. Trist.* Et pater est aliqua fraude morandus ait. *Idem Eleg. 9. lib. 3. Trist.*] ¶ Item hærere, dubitare. *Virgil. 2. AEneid.* Quídve moror, si omnes vno ordine habetis Achiuos. Et in his omnibus significationibus habet primam correptam. ¶ Morari verò primam producta, *apud Suet.* [*in Neron. cap. 33.*] pro insanire, desipere. { נמהר כסל *chasál nimhár.* μωραίνειν. GAL. Folastrer. ITAL. *Impazzire.* GER. Vnsinnig sein. HIS. *Hazer boueiras.* ANG. *To playe the foole.* } quod ostendit Suetonius, solitum inquiens esse dicere Neronem, Desisse Claudium inter homines morari, nam Græci μωρὸν stultum vocant & fatuum. Videbatur dicere, Claudium desisse manere & viuere inter homines: quum intelligi vellet, eum desisse per mortem delirare & desipere, qui viuus delirauerat.

Mŏrāns, antis, participium. *Virg. 4. Georg.* -nanque morantes Martius ille æris rauci canor increpat. *Vbi Seruius,* Morantes, id est, tardè incedentes. ¶ Composita à Moro, sunt Commoror, Demoror, Immoror, & Remoror, *de quibus suis locis.*

[Morator publici commodi. *Liu. 2. ab Vrbe.*]

Mōrŏs. { בסיל *chesil* חלל *holél.* μωρὸς. GAL. Fol. ITALIC. *Stolto.* GER. Ein narr/tor. HISP. *Loco, bouo.* ANGLI. *A foole.* } Græca dictione appellatur, qui Latinè, stultus. *Plaut. in Trinum.* Amor mores hominum moros, & morosos efficit. ¶ A quo morari verbum prima longa. *Vide paulò antè in verbo.* MOROR.

Mōrŏlŏgŭs, gi, stulta & inepta loquens. { μωρολόγος. GAL. Qui parle follement, & sottement. ITA. *Che ragiona pazzie.* GERM. Der vil torechtigs geschweetz oder narren tädung treibt/ HIS. *El que habla bouerias.* ANG. *That speaketh foolis olie.* } ¶ Vnde & sermones huiusmodi Morologiæ, μωρολογίαι, dicuntur: qui & periphrastici, Morologi sermones appellantur, *à Plauto in Pseudolo,* Nec molestũ esse, nec sermonibus morologis. μωρὸς enim stultus, λόγος sermo. *Plaut. in Pers.* Morologus fio. Hoc est sermone stulto vti incipio.

Morosus, Vide MOS.

MŌRPHĒVS, μορφεύς, Somni minister est, qui (*vt in fabulis est*) iussu domini quoscunque vultus hominum fingit, verba ipsa, mores item & gestus imitans. { GER. Ein diener deß schlaffes/so sich in viserley gstalten verendern kan. } *Ouid. lib. 11. Metamorp.* Excitat artificem, simulatorémque figuræ Morphea, &c.

Mŏrphnŭs, μορφνὸς, Aquilæ genus, circa paludes & lacus vitã præcipuè agens: ab Homero Percnos, ab aliis etiã Plancus & anataria appellatur. *Vide Plin. lib. 10. c. 3.* vbi sex aquilarũ genera enumerat Melænaetõ, Pytgagon, Morphnon, Percnopteron, Gnesion, & Halyæeton, &c.

Mŏrs, τις, σάματος, καὶ ψυχῆς διάλυσις, hoc est animæ & corporis dissolutio, Lethum, interitus, obitus. { מות *máveth* תמותה *temutháh.* τὸ χρεὼν καταφροὴ, κατάλυσις, θάνατος. GAL. La mort. ITA. *La morte,* GER. Der tod. HIS. *La muerte.* ANG. *Death.* } *Cic. 1. Tusc.* Sunt enim qui discessum animi à corpore putent esse mortem *Ibidem,* A malis igitur mors abs ducit, non à bonis, Mors (*inquit Seneca*) est naturæ lex tributum, officiúmque mortalium, malorúmque omnium remedium. Hæc à veteribus dea credita est, Noctis, & Erebi filia, quæ in mortales omnes vitæ necisque haberet potestatem. *Stat.* In scopulis mors sæua sedet. *Cicer. 1. Tuscul.* Mors non est interitus, omnia tollens, atque delens: sed quædam quasi migratio, commutatióque vitæ, quæ in claris viris, & fœminis dux in cælum solet esse. *Horatius 1. Epist. 17.* Mors vltima linea rerum est. *Virg. 2. Æneid.* -crudelis vbique Luctus, vbique pauor, & plurima mortis imago. *Ouid. 14. Metam.* At verò fuga vos ab acerba morte reduxit. [Morte simplici punire. *Sueton. in Cæsar. cap. 74.* In morte esse. *Gell. cap. 13. lib. 6.* Morte sua defunctus. *Sueton. in Cæsar. cap. 88.* Semper mœsta tua carmina morte canam. *Catull. ad Ortal.* MORS instat à tergo. *Senec. cap. 10. de Conso. ad Mart.* Inter vitam & mortem morbis detineri. *Senec. cap. 10. de Cons. ad Mart.* Crudeliras in qua MORS beneficium erat. *Item cap. 15. de Tranq.* Finitis gaude tot mihi morte malis. *Ouid. Eleg. 3. lib. 3. Trist.* Desperata victoria in mortem dimicabatur *Velleius.* Inter geminæ nantem confinia mortis. *i.* Inter Scyllam & Carybdim. *Tibull. lib. 4.* Nisi mors animum meum à te abalienauerit. *Plau. Curc. sc. 3. a. 1.* Ciceroni morte stetit vindicta libertatis. *Velleius,* MORS tenet quicquid abstulit. *Senec. cap. 6. de Consol. ad Mart.* Cras necessum erit mortem exequi (*i.* obire) *Plaut. Pseud. sc. 2. a. 4.* Euenit in dolore & labore vt mors obrepat interim. *Plaut. Pseud. sc. 3. a. 2.* Cur me morti dedere optas. *Plaut. Asin. sc. 3. a. 3.* Quousque? vsque ad mortem excrea. MORS fatalis, Vide fatalis.] Accipitur quandoque MORS pro aliarum rerum interitu, etiam inanimatarum. *Plin. lib. 14. cap. 22.* Hinc rerum omnium obliuio, mórsque memoriæ. Legitur etiam nonnunquam in numero plurali MORTES. *Cicer. 2. de Finib.* Præclare mortes sunt imperatoriæ. *Plin. lib. 13. cap. 21.* Qua in domum illata, difficiles partus fieri produnt, mortésque miseras, *Quintilian. Declam. 2.* Contra verbera, & experimenta telorum, mortium pertulere patientiam. [MORTES fenerauerunt *Seneca.*]

Mŏrĭŏr, eris, & iris, Obeo, intereo, excedo, decedo è vita migro, vitam cum morte commuto, nunc tertij olim etiam quarti ordinis. { מת *meth* גוע *ghavâh.* μεταλλάσσω, καταλύω, ἀπὸ βίου. GALLI. Mourir. ITA. *Morire.* GERM. Sterben. HISP. *Morir.* ANGLI. *To die.* } *Ouid. libr. 4. Metam.* Ac strepitum mortemque timens, cupidúsque moriri. *Plaut. Rud.* -acta hæc res est, certum est moriri, quam hunc pati Lenonem in me grassari. [Moriri misere mauolet, quam non perfectum reddatur. *Plaut. Asin. sc. 1. a. 1.* Periculum ne Interea moriamur fame. *Plaut. Asin. sc. 1. a. 3.* Væ virgis quæ in tergo morientur meo. *Plaut. Capt. sc. 4. a. 3.* Se facturum diuitem si moriatur mater sua. (MOR. Periculum ne interea moriamur fame. *Plau. Asin. sc. 1. a. 3.* Certumne est tibi istuc? Non: Moriri certius. *Plaut. Capt. sc. 5. a. 3.* MORIOR Simo. (doloresup.) Haud te sinam emoriri, nisi mihi argentum redditur. *Plau. Pseud. sc. 7. a. 4.* Pars etiam malorum mecum moriatur oportet. *Ouid. Eleg. 4. lib. 1. Trist.* Protinus vt morior non ero terra tuus. *Ouid. Eleg. vlt. libr. 4. Trist.* priusquam moritur mihi dedit anulum. *Plaut. Curc. sc. 2. a. 5.* Is quoniam moritur, (i. postquam) *Plaut. Aul. prolog.* Ait ad se in somnis illum venisse mortuum MOR, Hoc sibi dixisse mortuũ. *Plau. Mostell. sc. 2. a. 2.* Vtinam meus nunc mortuus pater nuncietur. *Plaut. Mostell. sc. 3. a. 1.* Vbi viuos homines mortui incursant boues. *Idem Asin. sc. 1. a. 1.* Mortuus est Demenætus. (Metaph. vt dicitur, perij) *Plaut. Asin. sc. 2. a. 5.* Mortuus est, loces efferundum. *Plau. Aul. sc. 5. a. 3.* Dies iam dimidiatus est mortuus ad vmbilicum. *Plaut. Men. sc. 2. a. 1.* (*i.* Iam meridies est) Hominem inter viuos quæritamus mortuum. *Ibid. sc. 1. a. 1.* Qui mortuis cœnam coquat, Nam solus is coquere, quod mortuis placeat potest. *Plau. Pseud. sc. 2. a. 3.* Mortuâ re, verba nunc facis. *Ibid. sc. 3. a. 1.*] *August. lib. 3. de Ciuit. Dei,* Non importunè, neque incongruè arbitror dicere, etsi non humana industria, indicio fortasse diuino, vt hoc verbum quod est Moritur, in Latina lingua nec Grammatici declinare potuerint ea regula, qua cætera talia declinantur. Nanque ab eo quod est Oritur, fit verbum præteriti temporis Ortus est: & siqua similia sunt quæ per præteriti temporis participia declinantur: ab eo verò quod est moritur, si quæramus præteriti temporis verbum, responderi solet, Mortuus est u, litera geminata. Sic enim dicitur mortuus, quo modo Fatuus, Arduus, Conspicuus, & siqua similia, quæ non sunt præteriti temporis, sed quoniam nomina sunt, sine tempore declinantur. Illud verò, quasi declinetur quod declinari non potest, pro participio præteriti temporis ponitur nomen. Conuenienter ergo factum est, vt quemadmodum id quod significat, non potest agendo, ita ipsum verbũ non posset loquendo declinari. *Horatius 3. Carm. Ode 2.* Dulce, & decorum est pro patria mori, Mors & fugacem persequitur virum, Nec parcit imbellis iuuentæ Poplitibus, timidóque tergo. *Virg. 4. Æneid.* Quin morere vt merita es, ferróque auerte dolorem. *Idem 3. Æneid.* O felix vna ante alias Priameia virgo, Hostilem ad tumulum Troiæ sub mœnibus altis Iussa mori. ¶ Moriar, iurandi verbum quemadmodũ Dispeream. *Cic. ad Attic. lib. 8.* Moriar, si magis gauderem, si id mihi accidisset. ¶ Composita huius verbi sunt, Cõmorior, Demorior, Emorior, Immorior, & Præmorior: *de quibus suis locis.*

* Moriens, particip. præs. temp.

* Mortuus, particip. præterit. Vnde Mortuo verba facere, pro frustra, vel suadere, vel orare, perinde quasi mortuo quis loquatur. *Plau. Pseud.*

Mŏrĭbūndŭs, Moriens, morti vicinus. { מת meth. ἐπιθανάτιος, θανατικός. GAL. Qui se va mourant, qui se meurt. ITA. *Morendo, chi va morendo.* GER. Sterbend. HISPAN. *Moriendo, ò del tudo muerto.* ANGL. *Dying, readie to dit.* } *Liu. 6, bell. Pun* Atque ita gladio quem veste texerat, per aduersum pectus transfixus, ante pedes Imperatoris moribundus procubuit.

Mōrtālis, le, Qui morti subiectus est,)(immortalis. { Sterbe. GALLIC. Mottel. ITALIC. *Mortale.* GERMA. Todtlich/sterblich. HISPAN. *Mortal ò que puede morir.* ANGLI. *Subiect to death, mortal.* } *Quintilianus lib. 5. cap. 12.* In clarissimum solem mortale lumen inferte. *Cicer. 3. de Natur. deorum,* Mortale igitur omne animal, & dissolubile, & diuidum sit necesse est. *Horat. 2. Serm. Satyr. 6.* -terrestria quando Mortales animas viuunt sortita. [Occidisti hercle. Quem mortalẽ? Omnes tuos. *Plau. Mostell. sc. 2. a. 2.* Ante omnes minimi mortales pretij. *Plau. Asin. sc. 2. a. 5.* Malignitate hic dies onerauit omnes mortales mihi. *Plau. Capt. sc. 1. a. 3.* Omnes mortales sciunt. *Plaut. Mil. sc. 1. a. 1.* Aspiciunt oculis suis peri mortalia Iustis. *Ouid. 13. Metam.* Publica conditio mortalis nata es. mortales peperisti. *Senec. cap. 11. de Consol. ad Mart.*]

Mōrtālis, substantiuum, Pro homine. { ὁ ἄνθρωπος, ὁ θνητὸς ἄνθρωπος. GALLI. Homme mortel. ITAL. *Huomo mortale.* GERM. Ein menschlich sterblich vnnd hinfellig ist. HISP. *Hombre mortal.* ANG. *A mortall man.* } *Plin. lib. 12.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

lib. 12. cap. 17. Tanta mortalibus suarum rerum satietas est, alienarúmque auditas. *Cicer. 7. Verr.* Nam istum paucis horis primæ actionis omnium mortalium sententiis condemnaui. *Ouid. 2. Metamorph.* Inde deos hominesque voco, nec cõgit vllum Vox mea mortalem. [*Plaut. Pseud. sc. 8. a. 4.* Nimis hic mortalis versutus (i. homo.)]

Mortalior, comparatiuum. *Plinius libro 34. capite 14.* Eadémque prouidentia nihil in rebus mortalius faciente, quàm quod infestissimum mortalitati.

Mortālĭtās, atis, ✕immortalitas. {τὸ θνητόν. GALL. Mortalité ce qui est subiet à mort. ITALI. *Mortalità.* GERMAN. Todtlichkeit/sterblichkeit. HISP. *Mortalidad ò condicion de morir.* ANGLIC. *Mortalitie.*} *Cicer. 1. de Natura deorum*, Aut non omne quod ortum sit, mortalitas consequatur. ¶Mortalitas etiam pro hominibus mortalibus. *Plin. lib. 2. c. 76.* Mortalitas ipsa inuenit sibi medium quiddam. *Idem li. 7. cap. 40.* Vana mortalitas, & ad circumscribendum seipsam ingeniosa. [Mortalitatem ignorare stulti: Impudentis recusare: *Senec. cap. 11. de Consol. ad Polyb.* Ius mortalitatis. *Ibid. 17.* Mortalitatis exempla colligere ridiculum. *Senec. cap. 12. de Consol. ad Mart.*]

Mortĭfer, siue mortiferus, a, um, pen. cor. Lethifer, lethale, quod mortem affert. {θανατηφόρος. GALLIC. Mortel, qui fait mourir. ITA. *Mortifero.* GERMA. Das den tod bring/tödtlich. HISPANI. *Cosa matadera ò que trahe muerte.* ANGLI. *Deadlie, that causeth death.*} *Colum. li. 7.* Est etiam mortiferus serpentis ictus. *Plin. lib. 10 cap. 50.* Pullis anserum vrtica mortifera contactu. *Cicer. 1. Tusc.* Et quum penè in manu iam mortiferum illud teneret poculum, locutus ita est, vt non ad mortem trudi, verùm in cælum videretur ascendere. *Virgi. 6. Æneid.* mortiferúmque aduersõ in limine bellum. *Celsus lib. 5 cap. 16.* Nam musculus percussus mortiferus est, præcisus sanitatem recipit. [*Senec. cap. 11. de Consol. ad Mart.* Mortifera multa homini.]

* Mortifĕrè, aduerb. Lethaliter. *Plinius Epistola 60.* Ægrotabat mortifere.

Mōrtŭālĕ, Quod ad mortuos pertinet. {νεκρικόν. GAL. Mortuaire. ITAL. *che appartiene à morti.* GERM. Das zu den todten gehört. HISP. *Cosa perteneciente à mortuorio.* ANGLIC. *That belongeth to the death.*} *Plaut. in Asin. [sc. 1. a 4.]* Hæc sunt non nugæ: non enim mortualia. ¶ Vnde Emortualis dies, in quo quis est mortuus: sicut Natalis, in quo quis natus est. *Idem [Plaut. Pseud. sc. 8. a. 4.]* Certum est enim hunc emortualem facere ex natali die.

[Mortuarius, a, um. *Gell. cap. 7. lib. 18.* Mortuaria Glossaria. Scalig. In Varronem legit Mortualia.]

Mōrtĭcĭnŭs, a, um, pen. prod. Quod est exangue, corruptum, & sponte sua mortuum. {מת meith. θνησιμαῖος. GAL. Qui est mort de soy-mesme, & qui n'a point esté tué. ITA. *Morto da se.* GERMA. Der von imselbs gestorben ist/todtersch elm. HISPANIC. *Muerto de su voluntad.* ANGLIC. *That is dead by the self.*} Vnde Morticinam carnem dicimus animaliũ, quæ non sunt mactata, sed per se mortua. *Plinius*, Sola hæc auis in eo genere morticina carnem non attingit. *Var. 2. de Re rust. cap. 9.* Morticinæ ouis non patiuntur vesci carne.

Mortĭcĭnī, Claui dicuntur pedum, quòd velut morticina caro sit, quam Græci θνησιμαῖον vocant ἧλοι. *Plin. lib. 22. cap. 23.* Clauis pedum, qui vulgò morticini appellantur, &c.

Mōrsĭcā rim, Morsiuncula, Morsus, Vide MORDEO.

MŌRTAM, Vnam esse ex Parcis dicunt, quas veteres Latini tres esse putauerunt, easque natiuitati & morti præsidere. Earum nomina fuerunt Nona, Decima, & Morta, quo commento illud videntur voluisse significare, tempestiuum partus tempus esse mensem nonum & decimum: qui verò ante hoc tempus in lucem prodeunt, aut mortuos nasci, aut natos statim mori. *Siponinus ex Martiano.*

Mōrtārĭum, In quo res, quæ resoluendæ sunt, pistillo contusæ teruntur. {מרוכר medhoçháh. θυεία, ὐλμος, ἴγδις. GALLI. Vn mortier. ITALIC. *Mortaio.* GERM. Ein mörser. HISPAN. *El mortero para majar.* ANGL. *A morter.*} *Plautus in Aulul.* Cultrum, securim, pistillum, mortarium, Quæ vtenda vasa semper vicini rogant. Lapis mortariorum, τρῦμα, ex quo mortaria confici solent. *Plinius libro 36. cap. 22.* Autoribus curæ fuere lapides mortariorum quoque, nec medicinalium tantùm, aut ad pigmenta pertinentium. ¶ Huius diminutiuum est Mortariolum, θυεῖδιον. *Hieronymus in Numeris*, Ponent cum eo thuribula, mortariola, cyathos, & crateres ad vina fundenda. ¶ Est & mortarium locus, & susceptaculum, in quo calx, siue intrita subigitur, seruatúrve, quæ loca etiam hodie vulgò *mortaria* appellantur. *Budæus*, Mortarium locus est vbi arenatum rutro subigitur. *Vitruuius lib. 7. cap. 3.* Græcorum verò tectores non his rationibus solùm vtendo faciunt opera firma, sed etiam mortario collocato, calce & arena ibi confusa, decuria hominum inducta, ligneis vectibus pinsant materiam, vt ita ad certamen subacta tunc vrantur.

Mōrtĭcĭnŭs, Mortifer, Mortualis, vide MORS.

MORTVVM MARE, Straboni dicitur, quia nihil viuum gignit ἀσφαλτίτης. Lacus est in pentapoli Syriæ, qui nihil præter bitumen gignit, nihil in eo graue submergitur. {GER. Das todmeer/ist ein stinckender See in Syria.} Vnde & Asphaltites vocatur, siue ab eo quòd Græci bitumen ἄσφαλτον appellant, siue διὰτὴν ἀσφάλειαν, hoc est à securitate, eò quòd corpora viua ei innatent, tutáque sint à submersione. [Hinc mortuum mare vita sine infortunio. *Senec. Epist. 68.*]

[Morus, a, um, id est, stultus, a, um. *Plaut. Mil. sc. 4. a. 2.* Ego stulta ac mera multum. *Idem Ibidem sc. 1. a. 3.* Morus es. *Et Men. sc. 2. a 4.* More moro vtimur maximè.]

Mōrŭs, ri, Arbor. {μορέα, συκαμινέα. GAL. Vn meurier. ITA. *Moro albero.* GERMA. Ein maulbeer baum. HISP. *El moral arbor.* ANGLIC. *A mulberry tree.*} Morum, fructus, συκάμινον, à mora, id est tarditate, vt quidam putant: nam postrema omnium arborum morus floret, propter quod prudentissima arbor dicitur, quia lædi se à frigore non sinit: neque nisi plane frigore peracto germen emittit: sed quum cœpit, in tantum vniuersa germinatio erumpit, vt vna nocte peragat, etiam cum strepitu. Sunt qui à Græco id nominis deriuent: μωρεὺς enim nigrum dicitur. *Plin. lib. 16. cap. 44.* In hoc arborem mori eximiam ætate nostra adamauit Passienus. ¶Mora quoque in rubis sunt, sed multum ab his differentia. *Colum. lib. 3. de pruno*, Morum ab Idibus Februariis vsque in æquinctium vernale recte seres.

Morus Pyramea arbor sub qua occubuerunt Pyramus & Thysbe. *Fabula est apud Ouid. lib. 4. Metam.*

MORYLLII, μωρύλλοι, Macedoniæ populi in occasum vergentes, iuxta Alantenses & Lyncestas. *Pli. lib. 4. cap. 10.*

MORYCHVS, μόρυχος, Cognomen Bacchi apud Siculos, cuius faciem vindemiæ tempore musto & recentibus ficis oblinere consueuerunt. *Vide Erasmum in prouerbio* Morycho sinistrior.

Mōs, moris, Est vitæ institutum consuetudine firmatum. { דרך derêch. ἦθος, νόμος. GAL. Maniere, coustume, façon de faire. ITA. *Costume, vsanza.* GER. Sitten brauch/gewonheit. HISP. *costumbre.* ANGL. *A maner or fashion, à custome.*} *Varr. ait*, Morem esse institutum animi, quod sequi debeat consuetudo. *Cicer. pro cluen.* Non mos, consuetudóque seruata. *Cicer. de clar. Orat.* Mos est hominum, vt nolint eundem pluribus in rebus excellere. *Virgil. 1. Æneid.* Virginibus Tyriis mos est gestare pharetram. *Idem 4. Æneid.* Non licuit thalami expertem sine crimine vitam Degere more feræ. [Mores natura pudicos tibi dedit.] *Ouid. Eleg. 7. lib. 3. Trist.* Doctáque non patrio carmina more canis. *Ibidem.* Quamuis fortuna, vt mos est illi, me aduersa fatiget. *Tibul. l. 4.* Habent hunc morem meretrices. *Plaut. Menæch. sc. 2. a. 2. & sc. 2. a. 4. & Curcul. sc. 1. a. 3.* Mos est meretricibus. *Plaut. Menæch. sc. 5. a. 5. Et prolog. Amph.* An mos ita est hic, vt peregrinis aduenientibus narrent tabulas. *Plaut. Menæc. sc. 1. a. 5.* Vt nunc mos est maximè, quid mirum si amat. *Plautus Pseud. sc. 5 a. 1.* Nostri amores mores, consuetudines *Plaut. Pseud. sc. 1. a. 1.* Nouisse mores me tuos decet (suprà, animuni.) *Plaut. Milit. sc. 1. a. 1.* ¶Amator meretricis mores sibi emit auro & purpurâ (i. morigeram reddit sibi.) *Plaut. Mostel. sc. 3. a. 1.* Mos obliuiscì hominibus. *Plaut. Capt. sc. 3. a. 5.* Maxima pars hominum hunc morem habent (i. vitium) *Plaut. Capt. sc. 1. a. 2.* Nos nostras more nostro & modo instruximus legiones. *Plaut. Amphitr.* Moribus præfectum mulierum hunc factum velim. *Plaut. Aulul. sc. 5. a. 3.* Pulchrum ornatum turpes mores peius cœno collinunt. *Plaut. Mostel. sc. 3. a. 1.* Antiquis adolescens moribus. *Plaut. Capt. sc. 2. a. 1.* ¶Quæ vir præcipue morem geras. *Plaut. Mostel. sc. 3. a. 1.* Cape tabellas: lege. P. Mos tibi geretur. *Plaut. Pseud. sc. 1. a. 1.* Is senex hospiti amanti morem gerit. *Plaut. Milit. sc. 1. a. 2.* Bene mo em gerere hero. *Plaut. Capt. sc. 3. a. 2.* Vni modo gessi morem. *Idem Mostell. sc. 3. a. 1.* Pater nunc intus suo animo morem gerit. *Plaut prol. Amphitr.* Fiat, geratur mos tibi. *Item*, Feci more meo: Fecit more hominum, *Plaut. Aul. sc. 4. a. 2.* Soror facis more tuo. (In laudem.) *Plaut. Aul. sc. 3. a. 1.*] ¶Interdum sumitur pro consuetudine approbata, quæ habetur pro lege. *Cicer. 1. Offic.* Quæ more aguntur, institutísque ciuilibus. *Idem contra Rullum*, Est hoc in more potitum institutóque maiorum. ¶ Mores plurali numero, τρόποι. consuetudo cuipiam familiaris, & in habitũ recepta, à qua bene vel malè morati dicimur. Est enim vocabulũ mediũ, quod tam in bonam quàm in malam partem accipitur. *Plau. in Trinũ.* Nam hic nimium morbus mores inuasit bonos. Ita plerunque omnes iam sunt intermortui. Sed dũ illi ægrotant, interim mores mali, Quasi herba irrigua, succreuerunt vbertimè. ¶Mores grauiores, item mores maiores, coniugum vitia & minus honestas actiones leui vocabulo & honesto Iureconsulti vocãt. *Vlpian. cap. Instit. 6.* Mores grauiores sunt adulteria tantũ: leuiores omnes reliqui. Maritus propter maiores mores præsentem dotem reddit: propter minores, ienũm mensium die. ¶Mores cæli, *Plin. lib. 14. ca. 1.* Succique tantum gratia ex his pluribus modis ad cæli mores, solíque ingenia. * Mores, de equis. *Colum. lib. 6. c. 29.* Mores autem laudantur qui sunt ex placido & concitato mitissimi. *Moribus, pro more & cõsuetudine. *Cic.* Tribuni appellari negarũt se in mora esse quominus seu legibus, seu moribus mallet, anquireret. *Virg. 1. Georg.* Varium cæli perdiscere morem. ¶Transferre ad morem, *Cicer. in Orat.* Græcorum prudentiam posse ad nostrum morẽ, vtúmq; transferri. *Morem gerere, Obedire. *Terent. Eunuch.* Mos gerendus est Thaidi. *Cic. pro Muræna*, Gestus est mos & voluntati & dignitati tuæ. ¶Hinc fit Moratus, Moralis, Morigeratus, & quod hodie in vsu non est, Mosculus, diminutiuum, *quod apud Catonem legitur.*

Mōrātŭs, Nomen est, non participium, à nomine mos, dicitúrque vt pluriumum de eo qui bonis laudatísque moribus est præditus. {ἠθικός, εὐτρόπος. GAL. Moriginé, apprins, & accoustumé. ITALIC. *Costumato.* GERMA. Wolgebärdet/der guter sitten vnd gebärden ist/item vbelgebärdet. HISPA. *Bien accustumbrado.* ANG. *That hath good or badde maners.*} *Plaut. in Aulul. [vt sc. 4. a. 1.]* Dummodo morata rectè veniat, dotata est satis. *Cicer. Tuscul.* Quotus enim quisque philosophorum inuenitur, qui sit ita moratus, ita animo ac vita constitutus, vt ratio postulat? *Idem de clar.* Quæque erant propria cùm præstantis viri in Republ. tum bene moratæ & bene constitutæ ciuitatis. ¶In malam partem vsus est. *Plaut. in Trucul.* Noui ego hominum mores. Ita nunc adolescẽtes morati sunt. *Item Terent. in Hecyr.* Sed quid mulieris vxorẽ habes, aut quibus moratam moribus? [Ita morata est hæc ianua, extemplò Ianitorem vocat. *Plaut. Asin. sc. 3. a. 2.* Isto more moratam tibi placere. *Plaut. Asin. sc. 1. a. 3.* Reliquit filium pariter moratũ, vt eius pater fuit. *Plaut. Aul. prologo.* Moratus est eius moribus pater. *Plau. Capt. sc. 2. a. 1.* Nec quicquam exornata est benè, si morata est male. *Plaut. Mostell. sc. 3. a. 1.* Semper istoc modo moratus viuere debebas. *Plaut. Mostell. sc. 4. a. 1.*]

Mōrālis, Ad mores pertinens. {ἠθικός. GALLIC. Moral, appartenant aux mœurs. ITAL. *Morale, che s'appartiene à costumi.* GERMAN. Das zu sitten vnnd der zucht gehört. HISPA. *Cosa perteneciente à costumbres.* ANGLIC. *Belonging to maners.*} *Cicer. de Fato.* Quia pertinet ad mores, quos ἤθη Græci vocant, nos eam partem philosophiæ de moribus appellare solemus: sed decet augentem linguam Latinam nominare moralem, explicandáque vis est, ratióque enunciationum, quæ Græci ἀξιώματα vocant.

Mōrālĭtās, {ἠθικότης. } *Macrob. Satur. lib. 5. cap. 5.* Sunt præterea styli dicendi duo, dispari moralitate diuersi.

Mōrĭgĕrŏr, aris, Morem gero, obsequor & quasi ad alterius voluntatem mores transformo. {בשם schamáh. χαρίζομαι, ὑπηρέτω. GALL. Faire au gré d'aucun, obeir. ITAL. *Compiacere.* GERM. Gehorsam sein/willfarig sein. HISP. *Obedescer, complaze.* ANGLIC. *To obey, to be at commandement.*} *Cicer. in Orat.* Voluptati autem aurium morigerari debet oratio. *Terent. in Adelph.* Si adolescenti esses morigeratus. *Plaut.* Morigero, *dixit in Amphitr.* Volo deludi illum dum cum hac vsuratia Vxore

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

nunc mihi morigero. [*Plaut.Capt.fc.1.a.2.* Vos morigerari(ſeruituti) mos bonus eſt.¶ Item Ore morigerari obſcœne dixit *Sueton.in Tiber. cap.44.*] ¶ Inde Morigeratio, ὑπακοή, & Morigere, εὐπειθῶς, aduerb.

Mōrigĕrŭs, pen. corr. Obediens, obſequens, morem gerens. {שמע *ſchomeáh.* εὐπειθής. GALL. Obeiſſant,qui fait au gré d'aucun. ITAL. *Obediente.* GERMA. Gehorſam/willfärig. HISP. *Coſa obediente à otra coſa.* ANGLIC. *Obedient, p iant, readie to do as one wald.*} *Plaut. in Caſin.* Vt tibi morigerus hodie? vt voluptati fuit? *Terent in Andr.* Siue hæc te ſolum ſemper fecit maximi, Seu tibi morigera fuit in rebus omnibus. [Vna viuis meis morigera moribus. *Plaut.Menæch. fc.3.a.1.* Malè mihi morigerus tace. *Plaut.Curc.fc.3.a.1.* Tibi vt morigera, atque vt munifica ſim bonis, proſim probis. *Plaut. Amphitr.* Malè morigerus malefacis mihi. *Plaut. Pſeud. fc.2. a.1.* Meóne æquum eſt morigerum patri? (ſup. eſſe. *Ibid.*)Bene morigerus fuit puer.(obſcœnè.) *Plaut.Capt. fc.2.a.5.* Morigeri mihi peſſuli ſiant. Supra: Morem mihi gerite. *Plaut. Curcul. fc. 2. a.* 1.]

Mōrōsŭs, a, um, Curioſus,diligénſque, qui nimis exactè omnia fieri expoſcit. {קשה *kaſchéh. δύσκολος, δυσχερὴς, δυσπάρεσος, ἀσυμπάθητος.* GAL. Faſcheux & difficile à ſeruir,malaiſé à contenter. ITAL. *Difficile à conuentar, faſtidioſo.* GERMA. Zuuilgeſuchtig/ mütſaltig/ vngeſchlacht. HISP. *Intractable, deſamorado.* ANGLI. *wayward, froward, diuers to pleaſe.*} Moroſus (*inquit Porphyr.*)is eſt qui multorum morum inter ſe contrariorum eſt. Vnde Senectus moroſa. Eſt enim hoc ſenum præcipuum vitium, vt difficilibus & faſtidioſis ſint moribus. *Cic. lib.1.de Orat.* Vtque adeò moroſi ſumus, vt nobis non ſatisfaciat ipſe Demoſthenes. *Sueton.de Cæſar.* [*cap.* 45.] Circa corporis curam moroſior, vt non ſolùm tonderetur diligenter, ſed etiam velleretur. *Idem de Senect.* At ſunt moroſi, & anxij & iracundi,& difficiles ſenes: ſi quærimus,etiam amari: ſed hæc morũ vitia ſunt,non ſenectutis. [*Senet.cap.1.de Tranq.* Querulus & moroſus ſtatus.

Mōrōsē, aduerbium, { δυσπρίτως, δυσκόλως. GALL. Chagriment,faſcheuſement, difficilement. ITAL. *Con difficulta, nota & faſtidio.* GERMA. Zuuilgeſuch/vngeſchlachtich. HISPA. *Intractable y deſmoradamente.* ANG. *waywardly.*} *Plinius li.18. cap.13.* Terram non moroſe eligit, penè vbi nihil aliud ſieri poſſit. *Cic. de Clar. Orat.* M. Pilo iracundius reſpuebat ineptias hominum, ſiue morose,vt putabatur,ſiue ingenuo liberóque faſtidio. [Moroſiſſimè: *Suet.in Auguſt.cap.66.*]

Mōrōsĭtās, atis, Morum grauitas, & difficultas,quum nulla res ſatisfacere alicui poteſt. { קשי *keſchi. τὸ δυσπρίτον.* GAL. Quand aucun eſt difficile à ſeruir ou contenter. ITAL. *Difficulta di ſeruire ad alcuno.* GER. Eigenſinnigkeit/vngeſchlachte der ſitten da einem nichts gut gnug iſt. HISPA. *Aquella intractabilitad y deſamor.* ANG. *waywardneſſe, frowardneſſe, diuerſneſſe to pleaſe.*} *Cic.de Senect.* At moroſitas tamen & ea quæ dixi,vitia habent aliquid excuſationis. [*Suet.in Tiber.cap.*70. Moroſitas & affectatio nimia in ſcribendo.]

Mōrōsĭs, μωρότης, ἡ μωρία. Vitium principalis animæ facultatis, non modò memoriam, verumetiam vſum rationis imminuens,vox Græca.

Mosa, μῶσα, Fluuius inſignis Galliæ Belgicæ, ex Vogeſo monte, non procul à Lingonum finibus profluens. Et per Eburonum, Menapiorum, ac Sicambrorum agrum labens, tandémque in finibus Batauorum accepto Rheno in Oceanum ſe exonerans. {GERM. Die Maaß.} ¶ Meminerunt huius fluuij *Plin.lib.4.cap.14.& 15. Tacit. libr.2. & 20. Cæſar de bello Gallico.*

Mŏſchātŭlă, { *Peri moſcatelli.*} Pyra quædam dicuntur, *teſte Sipontino*, quæ odorem moſchi referunt. ¶ Eſt autem moſchus animalculum ſimilitudine muris: binos in ſuperiore mandibula dentes habens,& totidem in inferiori, eóſque ad interiora recuruos,in cuius corpore iuxta vmoelicum apoſtema ſanguinolentum naſcitur,quod vnà cum pelle exciſum ſiccatúmque, præſtantiſſimum ſpirat odorem, & inter primas hominum delicias habetur, cibiſque & medicinis & vnguentis paſſim adhibetur. Hunc etiam odorem ab animalis nomine Moſcum vocant Arabes. Veteribus enim creditus fuiſſe incognitus. Hinc itaque pyri quoddam genus Moſchatulum dicitur, quod ad hũc odorem proximè accedat. ¶ Alio nomine Superba pyra dicta ſunt, quòd celeritate quadam matureſcendi principatum inter pyra videantur velle obtinere. Vox minimè Latina, ſed quæ autoris ingenium elegans redolebat, qui excogitauit.

Mŏſchĕŭtŏn, μοσχευτόν, Roſæ genus, è caule maluaceo fuſum, folia habens oleacea. *Vide Plin.lib.2.cap.4.*

MOSCHI, μόσχοι, Populi ſunt Aſiæ,Albanis & Iberibus finitimi, à quibus pars Tauri montis in Septentrionem declinans, Moſchij nomen accepit. *Vide Plin.libr.5.cap.27 & lib.6.cap.*10. *Lucanus lib.3.* -ſæuiſque aſſinis Sarmata Moſchis.

MOSCHOS, μόσχος, Grammaticus & poëta Syracuſanus: Ariſtarchi familiaris, qui tectundus à Theocrito ſcripſit carmen Bucolicum. *Suidas.* [Moſcho prognatum patre. *Plaut Menæch. fc.4. a.2. & fc.vlt.a.2.* bis.]

MOSES, ſis, & Moſi. { משה *moſcheh. μωσῆς, μωϋσῆς.*} Sicut & Achilles,lis, li, nomen inclyti Iudæorum ducis, qui Iraclitas ex Ægypto & Pharaonis tyrannide edexit. *Iuuenal. Satyr.* 4. Tradidit arcano quodcunque volumine Moſes. *Arator,*-non hæc ieiunia Moſes Condidit. Quidam Moyſes efferunt per tres ſyllabas, y litera interpoſita, & prima ſyllaba contra artem correpta. *Sedulius*, Quid quòd & Heliam & clarum videre Moyſen. Scribit Ioſephus ex euentu rerum nomen ei impoſitum fuiſſe: eò quòd à Pharaonis filia de flumine ſit ſeruatus.

MOSYNOECI, μοσυνοίκιοι, Populi Aſiæ verſus Septentrionem, qui (*vt Pomponius lib.1.refert.*)turres ligneas ſubeunt,notis corpus omne perſignant, in propatulo veſcuntur, promiſcuè concumbunt,& palam reges deligunt, vinculiſque arctiſſima cuſtodia tenent, Dicti autem μοσυνοίκιοι,quaſi turricolæ,à turribus quibus domorum vice vtuntur. Hos *Plin.lib.6.cap.*4. vocat Moſymos, quanuis in omnibus ferè exemplaribus Moſſymos legamus geminato ſſ. [Alij Moſynos. *Tibull.lib.*4. Getas rigat (Tanais) atque Moſynos.

MŎSȳLŎN, μόσυλον, Promontorium Æthiopiæ, emporium habẽs eiuſdem nominis. *Stephan.*

Mŏtăcĭllă, Auis ſemper mouens caudam, vulgò *Cauda tremula* dicitur. σεισοπυγὶς. GALLIC. Vn oiſeau qui remue touſiours la queue. ITAL. *Squaſſacoda.* GER. Ein waſſer ſtelz. HIS. *la pez opital ò aguza nieue, aue nota.* ANG. *A wag tayle or water ſiwallow.*} *Autor Varr.4.de ling. Latina.*

MŌTHŌ, us, μωθώ, Arabum vicus, in quo Antigonus Macedo à Rabilo rege fuit interfectus: quæ etiam cædes vico nomen fecit: nam Motho Arabum lingua mortis locum ſignificat. *Steph.*

Motabilis,Motus, Vide MOVEO.

MOTIENTI, μωτιανοί, Parua regio Iberiæ, colonia à Romanis deducta, Phlegon Mutienum, μωτιανὸν vocat. Gentile Motienus. *Steph.*

MŌTȳĔ,es,μοτύη, Siciliæ oppidum,ita dictum à Motye quadam mulierc, quæ Herculi eos indicauit, qui boues eius abegerant *Hæc Stephanus ex ſententia Hecatæ.*

Mŏuĕo,es,moui,motum,Remoueo,dimoueo, in alium locum transfero,deiicio,depello. {חניץ *heniáh* טלטל *tiliél* חניד *heniáh.* κινῶ. GAL. Mouuoir,remuer. ITAL. *Mouere.* GERMA. Bewegen. HISPAN. *Mouer.* ANG. *To moue,to put or come out of one place to a nother.*} Terram mouiſſe. *Gell.cap.28. lib.2.& cap.6.libro* 4. Et de procurando terræ motu,& mouiſſe haſtas Martias. *Ibid.* Molle cor mihi,quódque leuis cauſſa moueret erat.(ad amorem.) *Ouid.Eleg.vlt.libro* 4. *Triſt.* Quóque loco eſt vitis de palmite gemma mouetur. *Ouid.Eleg.*12. *lib.3. Triſt.* Nec niſi luſura mouimus arma manu. *Ibidem.Eleg.*1.*lib.*4. Muſaque quæ mouit,motam quoque leniet iram. *Ouid.Eleg.*1.*lib.2.Triſt.* Et moueo Priamum(verbis) Priamóque Antenora iunctum. *Ouid.*13. *Metam.* Arma animum motura virilem. *Idem,ibidem.* Omne mouemus hoc tibi. *Tibull.lib.*4. Inde mouetur opus. *Ouid.*4.*Faſt.* ¶Mouere corpus ad numeros:Mox,Tripudiare *Senec.cap.15.de Tranquill.* ¶Pro Incipere,Quid enim vetat inde moueri? (.i.ab eo carmen incipere? *Ouid.3. Faſt.*¶Sic me quæ video,non videóque mouent (.i.angunt) *Ouid.Eleg. 6. lib.*4. *Triſt.* ¶ Pro amouere:Moue abs te moram. *Plaut.Capt.fc.1.a.4.* Veſte data tegitur, vetat hanc fortunam moueri (.i.amoueri.) ¶ Quique moues Cœlum(.i.celator) *Ouid. 3.Faſt.* Saxa moues gemitu. *Ouid.*13. *Metamorphoſ.* Mouerat ingenium(.i.excitauerat.) *Ouid.Eleg.vl.lib.*4. *Triſt.* ¶ Mouere crimen alicui. *Sueton.in Claudio cap.16. Item* *Mouere ſe in aliquam partem,pro ſtudio partium. *Cæſ.2.de bell.ciu.* Mouere conditiones deditionis. *Suet.in Cæſ.cap.75.* Nihil ab hoſte motum. *Liu.*10.*d.*4. Mouere ſeſe ad motum tortunæ. *Cæſ.2. de bell.ciuil.* Mouere expectationem. *Sueton.in Cæſ.capite* 42. Nihil motum ex antiquo (.i.mutatum de vetere conſuetudine, aut contra eum tentatum) Rerum mouentium furtum non fieri,ſed fundi aut ædium. *Gell. cap.* 18.*lib.*11. *Item* ¶Pro perſuadere, *Ouid.*13. *Metamorphoſ.* Mota manus procerum eſt(.i.perſuaſa eſt. ¶ *Item* pro moliri. *Liu.7.bell.Pun.* Audendo aliquid mouere. ¶ Mouere ſibi inuidiam. *Suet.in Cæſ. cap.*78. & mota mentione regni. *Ibidem cap.*79. ¶ Pro moliri. *Liuius lib.7. bel.pun.& dec.4.libri 3.* Audendo aliquid mouere. *Item* mouere vocem pro loqui. *Liuius lib.3.ab vrb.*] *Cæſar 3.bell.Gall.* Poſtero die caſtra ex eo loco mouent. *Cicer. lib.3.Offic.* Quid ergo: nónne nocet,qui quodã quaſi veneno perficiat,vt veros hæredes moueat,in eorum locum ſuccedat? ¶ Mouere animum,eſt inducere,allicere. *Virgi.lib.3. Georg.* Non vmbræ altorum nemorum, non mollia poſſunt Prata mouere animum. *Seruius*,Mouere animum,in ſui deſiderium illicere. ¶Mouere pro diſcedere, quod militare verbum eſt: eſt enim mouere caſtra, quæ eſt locutio rerum ſcriptoribus crebrò vſitata. *Cicer. ad Attic.lib.* 9.Hæc autem ſcribebam pridie. Non.14. die poſtquam ille Canuſio mouerat. ¶ Mouere loco, *Cicer. ad Quint.frat. lib.*2. Exarſit dolor, vrgere illi,vt loco nos mouerent. ¶ Mouere ex opinione. *Cicer.3.de Natura deorum*,Nec me ex ea opinione, quàm à maioribus accepi de cultu deorum immortalium, vllius vnquam oratio, aut docti,aut indocti mouebit. ¶ Mouere Senatu vel de Senatu. *Cic. pro Cluent.* Vt alter de Senatu mouere velit,alter retineat. *Liu.9.bell.Maced.* Septem mouerunt Senatu. ¶ Sic moueri ſtatu. *Liuius lib.* 10. *belli Punici.* ¶Mouere aluum,vel ventrem:hoc eſt ciere aluum. *Cato de re Ruſt.cap.* 115.Vinum ad aluum mouendam. *Martial.lib.*11. Prima tibi dabitur ventri lactuca mouendo. ¶ Arma mouere. *Plinius*, Scribonius arma Illyrico contra Claudium mouerat. *Virg.*12. *Æneï.* Tum demum mouet arma leo. ¶ Bellum mouere. *Liuius* 8 *ab vrbe*, Quia toties iam Sidicini,aut ipſi mouerant bellum, aut mouentibus, auxilium tulerant. ¶ Mouere riſum pro excitare. *Horat.*1 *Epiſt.3.* Ne ſi forte ſuas repetitum venerit olim Grex auium plumas, moueat cornicula riſum Furtiuis nudata coloribus. ¶ Signa mouere, Se accingere,in hoſtem impetum facturum,quod belle. *Virgil.à re militari tranſtulit.3.Georg.* Signa mouet, præcepſque oblitum fertur in hoſtem. ¶ Mouere ſtomachum alicui pro irritare. *Cicer. ad Attic. lib.6.* In quo tamen ille mihi riſum magis quàm ſtomachum mouere ſolet. ¶Mouere tragœdias,ſignificat verbis rem atrocem, & indignam efficere, quale eſt opus tragicorum, de rebus atrocibus ſemper mœſtiſque loquentium. Sicut econtrariò, Comœdias agere pro ridicule ac dicaciter loqui. *Quintil.lib.6.cap.*1. Nam in paruis litibus mouere tragœdias tale eſt, quale ſi perſonam Herculis & cothurnos aptare infantibus velis. ¶Mouet me. *Papinius de codic.furt.l.Parui refert.* Nec me mouet, præſens homo fuerit nécne. ¶ Mouentur res magnæ, hoc eſt, commouentur,excitantur. *Cicer.ad Quint. frat.lib.7.Epiſt.* Itaque magnæ mihi res moueri videbantur. Aliquando inuenitur mouere poſitum pro moueri. *Gellius lib.4.cap.6.* Vt terram mouiſſe nuntiari ſolet,eáque res procuratur: ita in veteribus memoriis ſcriptum legimus, nunciatum eſſe Senatui in ſacrario, in regia haſtas Martias mouiſſe, hoc eſt motas eſſe. *Bud.* Similiter & participium Mouens paſsiuè ponitur. Dicuntur enim à Cicerone res mouentes pro mobilibus, quæ ſcilicet mouentur: quanquam mouentes res eæ propriæ dicuntur, quæ mouentur per ſe, mobiles autem quæ aliunde & extrinſecus. ¶ Mouco iſtæc,aut curo. *Irriſio:apud Terent.in Andr. Ego iſtæc moueo, aut curo.* ¶Cõpoſita huius verbi ſunt,Amoueo)(Admoueo, Commoueo, Dimoueo, Emoueo,Permoueo,Demoueo,Remoueo, Semoueo, Summoueo. *De quibus vide ſuis locis.*

Mōtŭs,a,um, particip. Commotus, excitatus. { נעש *ghoſás.* מתנעש *mithgha-éſch.* κινούμενος. GALLI. Meu,eſmeu,remué. ITA. *Moſſo.* GERMA. Bewegt. HISP. *Mouido.* ANGL. *Moued,ſtirred.*} *Virgil.*1.*Æneid.* Sed motos præſtat componere fluctus. *Liu.*4.*bell.Maced.* Nullis minis,nullis terriculis ſe motas,ſperantes opis & auxilij ſibi in Romanis eſſe. [Motus mens(.i.furens(*Senec. cap.vlt.de Tranq.* Mota manus procerum (.i. perſuaſa eſt.)

Mōtŭs, us, Ipſa motio. { מנר *menódh* נירה *nidháh* מטלטלה *met alteláh.* κίνησις.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

κίνησις GAL. Mouuement, remuement, eſmeute. ITA. *Moto, mouimento.* GER. Bewegung. HISP. *La mouida.* ANG. *A mouing, aſtirring.* } vt, Motus animi, Motus teriæ. *Cic. de Amicit.* Quibus rebus ad illum primum motum animi, & amoris adhibitis, admirabilis quædam exardeſcit beneuolentiæ magnitudo. *Ouid. Epiſt.* 18. Sæpe per aſſiduos languent mea brachia motus. *Suet. in Claud. cap.* 35. Motu ciuili (i. bello.) *Horat 3. Carm. Ode.* 6. Motus doceri gaudet Ionicos Matura virgo. ¶ Motus pro commotione, ſiue perturbatione. *Cicer. pro Flac.* Videtis quo in motu temporum, quanta in conuerſione rerum ac perturbatione verſemur. *Idem pro domo ſua*, Magnificentiſſimus ille totius Italiæ motus, municipiorúmque concurſus. ¶ Motus pro cauſa. *Plin. Epiſt. 4. lib. 3.* Audiſti conſilij mei motus.

Mōtio, verbale, Motus. { מנר *menódh* נידח *nidháh* משלשלה *metalteláh.* κίνησις GALI. Mouuement, remuement. ITA. *Moto, mouimento.* GERM. Bewegung. HISPANIC. *Mouida.* ANG. *A mouing, aſtirring.* } *Cicer. 2. de Natur. deorum*, In corporum etiam motione, atque geſtu multò cernunt ſubtilius.

* Motiuncula, Diminut. *Seneca de Tranquill. vitæ cap. 2.* Qui ex diuturno grauique morbo expliciti: Motiunculis, leuibúſque offenſis perſtringuntur. *Idem Epiſt. 54.* Leuis motiuncula decipit.

Mōtor, oris, verb. { משלשל *metaltél.* κινητὴς. GA. Remueur. IT. *Motore.* GE. Beweger. HISPANI. *Mouedor.* ANG. *A mouer, ſtirrer.* } *Mart. lib.* 11. Cunarum fueras motor Charideme mearum, Et pueri cuſtos, aſſiduúſque comes.

Mōto, tas, Frequentatiuum à Moueo. { σείω, σώω. GAL. Remuer ſouuent. ITA. *Mouere ſpeſſo.* GER. Offt oder hefftig bewegen. HISP. *Mouer muchas vezes.* ANG. *To mone often.* } *Virgil. 5. Eclog.* Siue ſub incertas Zephyris motantibus vmbras. *Idem Eclog. 6.* Tum verò in numerum Faunóſque, feráſque videres Ludere: tum rigidas motare cacumina quercus. *Plau. in Amphit.* Neque ſe luna quoquam motat, ſtatque vti exorta eſt ſemel. [*Gell. cap. 3. lib.* 11. Motandi corporis gratia ſpatiamur aut vectamur, &c.]

Mōtūāntūr, pro motantur, dixit *Plaut. in Truculen.* Næ vt in æſtu motuãtur iræ.

Mōbĭlis, le, Qui facilè mouetur, inſtabilis, varius, inconſtans. { ἀκίνητος. GAL. Meuble, mobile, inconſtant. ITAL. *Mobile, volubile.* GER. Beweglich. HISPA. *Coſa mudable ò moueble.* ANGLIC. *That is eaſilie moued, inconſtant.* } *Plin. lib.* 11. *cap.* 37. Supercilia homini & pariter & alternè mobilia. *Hora. 2. Serm. Satyr. 3.* In amore hæc ſunt mala, bellum, Pax rurſum: hæc ſiquis tempeſtatis propè ritu Mobilia, & cæca fluitantia ſorte, laboret Reddere certa: ſibi nihilo plus explicet, ac ſi inſanire petat certa ratione modóque. ¶ Mobili animo eſſe, hoc eſt leui, & inconſtanti. *Q. Metell. ad Cicer. lib. 5.* Etiam mobili in me meóſque eſſe animo, non ſperabam. ¶ Quorum contraria ſunt, Immobilis, ἀκίνητος: & Immobilitas, ἀκινησία.

Mōbĭlĭtās, { ἀκινησία. GALL. Habilité à ſe mouuoir, viteſſe. ITA. *Agilità & leggerezza.* GER. Beweglichkeit. HISP. *La habilidad para ſe mouer.* AN. *Moueableneſſe, or habilitie in mouing.* } *Virgil. 4. Aeneid.* Fama malum, quo non aliud velocius vllum, Mobilitate viget, viréſque acquirit eundo. *Cic. 2. de natur. deor.* Neceſſe eſt quod animal in eo gignatur, idem quoque ſenſu acerrimo, & mobilitate celerrima eſſe. [*Cæſar. 2. de bell. ciu.* Mobilitas nauium. i. celeritas] ¶ Mobilitas etiam pro inconſtantia & lenitate accipitur. *Cic. 7. Philip.* Quid eſt enim inconſtantia, mobilitate leuitate, cum ſingulis hominibus, tum verò vniuerſo Senatu turpius?

Mōbĭlĭtĕr, aduerbium, Celeriter. { ἰυκινήτως. GA. Legerèment, en ſe mouuant. ITA. *Con agilità.* GERMAN. Beweglicher weiſs/mit bewegen. HISP. *Mouible y mudablemente.* ANGL. *Spedelie, haſtelie.* } *Cicer. 2. de Nat. deor.* Animaduerſumque ſæpè eſt, cor animantis alicuius euulſum, ita mobiliter palpitare, vt imitaretur igneam celeritatem.

Mōbĭlĭto, as, are. { ἰυκινητον ποιῶ. GALLI. Remouuoir, faire mobile. ITA. *Far mobile.* GER. Beweglich machen. HISPAN. *Hazer mouible.* ANG. *To make mouable.* } *Lucret. lib. 3.* Inde calor motus, & venti cæca poteſtas Accipit: unde aer, inde omnia mobilitantur.

Mōx, aduerbium, ſignificat Statim. { פתאם *pitheóm*, פתע *péthaʕ.* ἐξὺς, αὐτίκα GAIL. Tout incontinent, tantoſt apres. ITA. *Toſto, incontanente, preſto.* GERMA Bald. HISP. *Luego ò ſuſtitò.* ANG, *Anon, by and by.* } *Terent. in Andr.* Mox ego huc reuertar. ¶ Significat etiam Paulo pòſt, vel poſtea. *Cic. lib. 1. de Orat.* Verùm illa mox nunc de ipſa exercitatione quid ſentias quærimus. ¶ Mox pro deinde, *Plin. lib. 12. cap. 12.* In noſtro orbe proxime laudatur Syriacum nardum, Mox Gallicum, tertio loco Creticum. ¶ Quàm mox. *Terent. in Phormione*, Dum expecto quàm mox veniat.

M ante V

MV. In notis antiquorum, Mutius. MV. F. Mutij filius. M. VI. menſibus ſex. MVL. B. mulier bona. MVL. M. mulier mala. MVL. P. mulier peſſima. MVNR. munerabilis. MVN. municipium, vel municeps.

Mu, particula terrorem ſignificans. *Plau. in Cæco*, Quis tu es qui ducis me? mu, peri hacle, Afer eſt. ¶ Hinc mu facere pro mutire. *Lucilius ſatyrarum lib.* Non laudare hominem quenquam neque mu facere vnquam. Idem, *mus facere*, quo vſus eſt *Apuleius Platonicus.* Dicitur autem prouerbialiter de illis, qui præ nimia timiditate ne mutire quidem audent. *Varro lib. 6. de lingua Lat. & citat Soſipater*, Mu, *inquit*, canum eſt, vnde dicuntur mutire, vt γρῦ porcorum, vnde grunire.

Mūcōr, oris, Lanugo, quæ diutino ſitu contrahitur, quemadmodum in pane, carne, aliiſque huiuſmodi fieri videmus. { αὐχμὸς, ῥυπὸς. GAL. Moiſiſſure. ITA. *Muffa.* GERM. Schimmel/iſt das grauw wollechtig ding. HIS. *El mocho.* ANG. *Mouldineſſe, muſtineſſe, hoarneſſe.* } *Colum. lib. 12. cap. 4.* Neſitu pecora mucorem contrahant.

Mūcĭdŭs, a, um, penult. cor. Quod mucorem ex vetuſtate contraxit. { נקר *nikkúdh.* ἀυχμώδης, ῥυπώδης. GALI. Moiſi. ITA. *Muffo.* GERM. Schimmlig/grauw von ſchemmel. HISP. *Mohiento ò mohoſo.* ANG. *Mouldy.* } *Iuuen. Satyr. 14.* neque enim omnia ſuſtinet vnquam Mucida cærulei panis conſumere fruſta. *Martial. lib* 8. Argenti furioſa ſui quum ſtemmata narrat Garrulus, & verbis mucida vina facit.

Mūcōsŭs, a, um, adiectiuum, Significat id quod mucore obductum eſt. Inde per metaphoram mucoſi naris dicuntur homines ſtulti & imprudẽtes, quemadmodum è contrario prudentes emuncti. *Cornutus in Perſium.*

Mūcĕo, ces, mucui, Mucidus ſum: à quo Muceſco, mucidus fio, mucorem contraho. { עבש *ʕabáſch.* σήπομαι. GAL. Se moiſir, eſtre ou deuenir moiſi. ITAL. *Muffarſi, eſſer muffo.* GERMAN. Schimmlig oder grauw werden. HISPAN. *Enmoheſcerſe.* ANGLIC. *To waxe hoare and mouldie.* } *Plin. lib.* 18. Iterumque exporrigi in ſole ſuper lintea: quod niſi feſtinato peragatur, luridо colore muceſcere. *Cato de Re ruſtica*, Vini ſingulæ vnæ dabuntur, quod neque aceat, neque muceat.

Mūcro, cronis, Propriè cuſpis, & acumen enſis, ac telorum. { חרוד *chaddúdh.* ἀκωκὴ, αἰχμὴ. GAL. La pointe, ou le bout aigu de quelque choſe que ce ſoit. ITA. *Punta di arma aguzza ſpada.* GERMAN. Ein ſpitz beſonder an einem jettlichem geweer. HISPAN. *La punta de qualquier coſa aguda, eſpada.* ANG. *The point oredge of aſword or knife.* } *Martial. lib. 4.* Tabuit in calido vulnere mucro tener. *Apul.* Circulatorem aſpexi equeſtrem ſpatham præacutam infeſto mucrone deuoraſſe. *Seneca ad Lucil.* Gladium bonum dices, non cui deauratus eſt balteus, nec cui vagina gemmis diſtinguitur, ſed cui ad ſecandum ſubtilis eſt acies, & mucro munimentum omne rupturus. ¶ Figurate pro enſe, ſicut Tectum pro domo. חרב *chéreb. Ouid. lib. 1. Metamorphoſ.* -iugulum mucrone reſoluit. ¶ Accipitur etiam Mucro, pro ſummo cuiuſuis rei acumine. *Vnde apud Plinium*, herbarum, dentium, vnguium mucrones dicuntur: *vt li. 8. c. 15.* Mirum, pardos, pantheras, leones, & ſimilia, conditò in corporis vagina vnguium mucrone, ne refringantur, hebetenturque, ingredi. Mucronem Tribunitium exacuere, *apud Cice. 3. de Leg.* Quis (*inquit*) vnquam tam audax, tam inimicus nobis fuiſſet, vt cogitaret vnquam de ſtatu noſtro labefactando, niſi mucronem aliquem Tribunitium exacuiſſet in nos?

Mucrōnātŭs, a, um, Quod eſt acutum, & ad mucronis ſpeciem formatum. { חרד *chadh* ὀξὺς. GALLI. Pointu, aigu. ITA. *Aguzzo.* GERMA. Geſpitzet. HISPANIC. *Coſa de punta agudo.* ANGLIC. *That is poynted and sharpe.* } *Plin. lib. 32. cap. 2.* Trebius Niger autor eſt xiphiam, id eſt gladium, roſtro mucronato eſſe, à quo naues perfoſtæ merguntur in Oceano.

Mucula, Perſarum lingua appellatur gemma, cordis colorem habens: vnde & Telicardios appellatur. *Plin. lib 37. cap. 10.*

Mūcus, ci, Narium humiditas, & craſsior pituita. { μύξα, κόρυζα. GAL. Morue ou morueau de nez. ITAL. *Mocco.* GERMAN. Ein naſenbutz/ſchnuder tenget. HISPAN. *El moco, humor de las narizes.* ANGLIC. *Sneuell, the filth of the noze.* { *Catullus*, Mucúſque & mala pituita naſi.

Mūcōsŭs, a, um, muco plenus. { μυξώδης, κορυζῶν, μυξόης, μυκτὴς. GALLI. Morueux. ITA. *Muffoſo, moccoſo.* GERMAN. Schnuderechtig/ſchleimechtig. HIS. *Mohoſo, ò mocoſo.* ANGLIC. *Filthie nozed, ſnattie. Columella lib. 6. capite 7.* Sequitur torminum vitium, quorum ſignum eſt cruenta & mucoſa ventris proluuies. *Cornutus in Perſium* à mucore mucoſum deducit. *Vide ſuprà in* Mucor.

Mugĭl, mugilis, & Mugilis in nominatiuo, penultima correpta, Genus piſcis capitoſi: vnde etiam à Græcis κέφαλος appellatur. Hic omnium piſcium ſquamis intectorum velociſſimus eſt, *teſte Æliano lib. 12. capite* 19. adeò vt reti implicitus, in ſublime ſeſe iaculetur, retiáque quantunuis alta tranſiliens, ſpem piſcatoris eludat. *Plin. lib. 9. cap. 17.* Mugilum natura ridetur, in metu capite abſcondito, totos ſe occultari credentium.

Mūgĭnor, aris, pen. cor. Murmuro eſt, *interprete Nonio.* { נרגן *nirghan.* γογγύζω. GAL. Murmurer. ITALIC. *Mormorare.* GERMANIC. Murmlen. HISPAN. *Murmurar.* ANGL. *To murmure.* } *Lucilius*, Muginamur, molimur, ſubducimur. *Feſt.* nugari interpretatur, & tardè conari. *Cic. Attic. lib. 16.* De Ocella dum tu muginaris, nec mihi quicquam reſcribis, cepi conſilium domeſticum.

Mūgĭo, mugis, mugiui, vel mugij, itum, Boo. { נעה *ghaʕáh* μυκάομαι. GAL. Mugler, hurler. ITALIC. *Muggire.* GERMANIC. Bůyen wie ein rind. HISPAN. *Bramar como buey, bouear.* ANGLIC. *To bellowe, to roare.* } Factitium verbum à voce boum. [*Ouid. Eleg. 11. lib. 3. Trift.* Mugiet, & veri vox erit illa bouis.] *Autor ad Heren. lib. 1.* Vagire, mugire, murmurare, ſibilare. ¶ Per tranſlationem accipitur pro grauiter ſonare. *Lactant. lib. 7.* Cur emicent fulgura, cur tonitrua mugiant. ¶ Huius compoſita ſunt, Adinugio, Emugio, Iminugio. remugio. *De quibus vide, ſuis locis.*

Mūgītŭs, pen. prod. Boatus. { μύκημα μυκηθμὸς. GAL. Buglement, le cri d'vn bœuf, vache ou taureau. ITAL. *Muggio de buos.* GERM. Das bůyen oder rinderſchrei. HISPA. *Bramamiento, obra de bramar como buey.* ANGL. *A bellowing, a roaring.* } Ipſa boum vox. *Liu. 1. ab Vrbe*, Inde quum actæ boues, quædam ad deſiderium, vt fit, relictarum mugiſſent. *Virgil. 2. Georg.* Mugitúſque boum. ¶ Per tranſlationem etiam mugitus dicitur quiuis ſonitus. Vnde Mugitus nemorum. *Plin. lib. 18. c. 35.* Equidem & montium ſonitus, nemorúmque mugitus prædicunt, [*Sueto. in Galba c. 18.* Mugitui ſimilis terræ motus.]

MVGIVS, Cognomen Romani cuiuſdam à frequenti murmuratione. à quo mugiona potta, cui ipſe aliquandò præfuit, nominata eſt. *Vide diſtionem ſubſequentem.*

MVGONIA porta, (*vt apud Sipontinum legitur*) vel Mugiona (*vt potius legendum arbitror*) vrbis Romæ porta fuit, ità dicta à mugitu, quod per eam venale pecus intraret. Hæc & Trigonia appellata eſt, hoc eſt triũ angulorum. *Feſtus* Mugionam appellatam putat, non à mugitu, ſed à Mugio quodam, qui huic portæ aliquando præfuiſſe creditur.

Mula, Mularis, vide MVLVS.

Mulcĕo, ces, ſi ſum, & ctum, Lenire, mollire, blandiri, mitigare, dulcem facere, delectare. { מחליק *hecʕélik* רחך *herách* המתיק *himtik* פתה *pitáh.* κατακηλέω, κατατρέχω, θέλγω. GAL. Adoucir, appaiſer, alicher, amadouer. ITA. *Mitigare, intenerire, indolcire.* GERM. Streichlen/begůtigen/verſůnen/ſänfftigen. HISP. *Mitigar, halagar.* ANG. *To pacifie, to aſſwage.* } *Priſcianus*, Mulſeo, mulſi, mulſum, & mulctum, vnde Cicero in contentione Metelli, Permulſa, atque recreata. *Varro in Sat.* Capite permulſo. *Salluſt. lib. 4. Hiſt.* Dein lenita iam ira, poſtera die liberalibus verbis permulcti ſunt. *Ouid. 4. Trift. Eleg. 1.* Paſtor arundineo carmine mulcet oues. *Virg. 1. Æneid.* -& dictis mœrentia pectora mulcet. Ceruix mulcetur dextra. *Cic. in Arato. Virgil. 7. Æneid.* -Æthera mulcebãt cantu. Auræ mulcent florem. *Catullus in Carm. nupt. Virg. 1. Æneid.* Et mulcere dedit fluctus, & tollere ventos. [*Ouid. 2. Faſt.* Et æquoreas carmine mulcet aquas. *Idem Eleg. 1. lib. 2. Triſt.* Plurima mulcendis auribus apta refert. *Item*: ſumma mulcebit ariſta. *Ouid. 5. Faſt.* Et vana vulnera

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

mulceat ope. *Ibidem.*] ¶ Huius composita sunt, Demulceo, Permulceo, ἁπαξλεγόμενα, ὅσα ψήχω, ξόμαλίζω, placeo, mollio, *libro tertio ad Herenn.* ¶ Nam læduntur arteriæ, si ante, quàm vox bene permullâ est, acri la bore compe|letur, id est mollificata. *Gellius libro* 2. Nihil adeo in congrediendis hostibus, atque in principiis præliorum ad salutem virtute mque aptius rati, quàm si permulcti sonis mitioribus, non immodicè ferocirent.

[Mulsus, a, um: à Mulceo. *Diomed. lib.* 1.]

Mŭlcēdo, inis, Permullio, blandimentum. {חלקה *chelkáh* διλυσμον. GAL. Adoucissement, alechement. ITA. *Mitigatione, essso inenerite.* GERMAN. Sänfftigung. HISP. *Halago.* ANG. *A mitigatting asswaging.*} *Gell. lib.* 19. *c.* 9. Quæ nullas voluptates, nullamque mulcedinem Veneris, neque Musæ haberet.

MVLCIBĔR, pen. corr. Mulciberis, & per syncopen Mulcibris. Est enim tertij ordinis, rarius secundi ἡφαιστος. } GER. Deer hinckend Vulcanus, ein gott deß feuws.} Est autem Mulciber Vulcanus, ita dictus à mulcendo, id est molliendo ferro. Mulcere enim mollire, siue lenire est, quòd ignis omnia mulceat, id est molliat, vincat, ac domet. *Ouidius* 2. *de Arte.* Mulciberis capti Martque, Venúsque dolis. *Apud Cic. lib.* 2. *Tusc. legitur in patris casu*, Mulcibri secundæ declinationis, & trium syllabarũ, Iouísque numen Mulcibri adsciuit manus. *Donatus putat* Vulcanum Mulciberem dictum à mutilando, quòd claudus à poetis fingatur, & mutilatus. Fuit enim Mulciber Iouis ex Iunone filius, quem quum parentes infœlicissima forma esse vidissent, ex cælo in Lemnum insulam præcipitarunt: ex qua ruina intorto pede fertur claudicationem contraxisse.

Mŭlctă, Vide MVLTA, æ.

Mŭlctră, Mulctrale, Vide MVLGEO.

Mulgĕo, ges, mulsi, vel xi, sum, & mulctum. Lac è mammis exprimo. {מעך *matsáts* חתך *hittiech. ἀμέλγω.* GAL. Tirer le laict d'vne mammelle. ITA. *Mongere, cauare il latte.* GERMA. Mälcken. HISPAN. *Ordennar, ò chupar.* ANG. *To milke or sproke.*} *Priscian.* Mulgeo quoque mulsi facit, quanuis differentiæ causa quidam mulxi protulerunt, quia Mulceo quoque mulsi facit. *Virg.* 3. *Georg.* Quod surgẽte die mulsere, horáque diurnis, Nocte premunt. *Virg.* 3. *Eclog.* Hic alienus oues custos bis mulget in hora. ¶ Mulgere hircos, prouerbium de re palam absurda. *Virgil.* 2. *Eclog.* Qui Bauium non odit, amet tua carmina Mœui, Atque idem iungat vulpes, & mulgeat hircos. Eius composita sunt Emulgeo, & Immulgeo, de quibus suis locis.

Mŭlctra, ctræ, Vas in quo mulgetur, in quo lac excipitur. {עטין *Latin. παρα, ἀμολγεύς.* GAL. Le pot dedans quoy on tire le laict. ITA. *Secchia donde si monge.* GERMAN. Ein mälck kubel/oder mälckteren. HISPANIC. *El tarro ò herrada para ordenar.* ANG. *A milk payle.*} *Virgil. lib.* 3. *Georgic.* Quam magis exhausto spumauerit vbere mulctra Læta magis pressis manabunt vbera mammis. *Idem* 3. *Eclog.* Bis venit ad mulctram, binos alit vbere fœtus. *Colum. lib.* 8. Sed mulctra quum est replera lacte, non sine tepore aliquo debet esse. ¶ Interdum accipitur pro ipso lacte emulcto: *vt apud Columell. libro* 8. *cap.* 17. Et nuces digitis nactæ sunt, dandæ, nec minus elixum molle sorbum, quíque sunt cibi, sorbilibus proximi, vt mulctra, recens caseus, si loci conditio, vel lactis annona permittit.

Mŭlctrāle, is, Mulctra, vas quo excipitur lac, quod ex animalium vberibus emulgetur. {עטין *Latin. ἀμολγεύς.* } *Virgil.* 3. *Georg.* Implebunt mulctralia vaccæ.

Mŭlctrum, ctri, Mulctra, παλλ. *Horat. in Epod.* Illic iniusiæ veniunt ad mulctra capellæ.

*Mulctus, huius mulctus, m g. ἄμελξις, Verbale *Colu. lib.* 2. *cap.* 11. Sed horum sunt discrimina quædam, & a pastionibus, & à pecudum natura & à mulctu. De lactis loquitur discriminibus.

Mŭlgo, gas, Palàm facio, dimulgo, diuulgo. {הודיע *hodiáh. δημόω.* GAL. Manifester, publier. ITALIC. *Manifestare, far palese.* GER. Offenbar oder landtpreicht machen. HISP. *Manifestar, publicar.* ANGLIC. *To publish, to diuulgate.*} *Plautus in Cistell.* pro puella seruulus nequam qui dominum mulgat, atque villicum. ¶ Huius composita sunt, Dimulgo, & Promulgo: *de quibus alibi.*

Mŭlĭĕr, eris, A mollitie. (*vt inquit Varro*) dicta est, immutata & detracta litera; quasi mollier: [Imò (*inquit Passerat.*) Mulier dicitur à molèdo, quòd molatur & permolatur. Et certe] proprie Mulier dicitur, quæ virgo non est {נקבה *nekebáh* אשה *ischschàh. γυνὴ.* GALL. Femme. ITAL. *Donna.* GERMAN. Ein weib oder fraw. HISPANI. *Mager.* ANGLI. *A woman.*} *Vlpia. l. Aliquin ff. de contrahend empt.* Quod si (*inquit*) ego me virginem emere putarim, quum esset mulier, emptio non valebit. Hinc Cicero obiurgatus quòd sexagenarius Popiliam virginem duxisset, Cras mulier erit, inquit. [Mulier sæpe vocatur contemptim à Sosia Alemena vxor principis Thebanorum. Item ab ipso Amphitruone, *apud Plaut. in Amphitr. sc.* 3. *a.* 2. Mulier es, audacter Iuras *Plaut. Ibid.* Tibi ego misi mulierem (de scorto) *Plaut. Asin. sc.* 3. *a.* 1. Mulieres duæ sunt peiores vna (ex vetere poeta) *Plaut. Curcul. sc.* 1. *a.* 15. Iterum contemptim. *Plaut. Menæch. sc.* 1. *a.* 5. Quæ res te agitat mulier. Et, Non tu scis mulier. Et passim: Quid peius muliere, atque audacius. *Plaut. Milit. sc.* 3. *d.* 2. Næ ego mulier misera. *Plau Menæch. sc.* 2. *a.* 4.* Omnium mulierum virum, & omnium virorum mulierem Cæsarem Curio pater dixit. *Sueton. in Cæs. cap.* 52. Magnus amator mulierum. *Plaut. Menæch. sc.* 1. *a.* 2. Meretrix mulier. *Ibidem sc.* 4. *a.* 1. Mulier rectè olet, vbi nihil olet. *Plaut. Mostell. sc.* 3. *a.* 1. Neque eques neque pedes æquè confidenter facit, ac mulieres faciunt. *Plaut. Mil. sc.* 5. *a.* 2. Mulier benè olet, vbi nihil olet. *Plaut. Mostell sc.* 3. *a.* 1. Meretrices mulieres nusquam blandiores. *Idem Menæch. c.* 1. *a.* 2. ¶ De mulierum loquacitate. *Plaut. Aulul. sc.* 3. *a.* 1. Earum mores & malitia, & doli describuntur à Plauto *In Mil. sc.* 2. *a.* 2. ¶ Mulieribus vinum prohibuit Numa, easque loqui vetuit nisi coram maritis: & portenti loco habita mulier in iure causam agens. *Plutarch. in Numa.* ¶ Item vni fœminarum datum est ius testimonij, & vt esset testabilis. *Gellius cap.* 7. *lib.* 6] *Horat. de Arte*, vt turpiter atrum desinat in piscem mulier formosa superne, *Idem* 2. *Serm. Satyr.* 5. mulier si forte decosa, &c. *Cicer. pro Muræna*, Mulieres omnes propter infirmitatem consilij maiores in tutorum potestate esse voluerunt. *Caius tamen sc. ibi*, Mulieris nomine etiam virginem viripotentem contineri. [*Et Plaut. Curc. sc.* 3. *a.* 1. Heus tu mulier, (de virgine.) *Item sc.* 3. *a.* 2. *Ibidem.* Emit de Lenone virginem. (mox.) Vt mulierem à Lenone abduceret. *Et Pseud. sc.* 2. *a.* 2. Mercatus est à nobis mulierem (i. puellam, siue virginem.) *Vlpianus vno in loco vtrumque significato vsus est, in l. Quæritur. ff. de Ædil. edict.* Mulierem ita arctam, vt mulier fieri non possit, tanam non videri constat. Eandem dixit mulierem, & non mulierem. Primùm pro quauis fœmina: secundò pro ea quæ est nupta. *Salust. in Iugurtha*, Quum interim Hiempsal reperitur, occultans se in tugurio mulieris ancillæ, quo initio pauidus & ignarus loci profugerat. ¶ Mulier aliquando etiam pro vxore ponitur, *vt apud Scæuolam in l.* 93. *D. de leg. & fidei. libro* 32. Semproniæ mulieri meæ reddi iubeo ab hæredibus, &c. [*Et apud Suet. in Aug. cap.* 69. Per cuius que mulieres exquirere consilia (i. vxores.)]

Mŭlĭercŭlă, æ, dimin. {γυναιον, γυναικάριον. GALLIC. Petite femme, femmelette. ITA. *Femineita, donnicuola.* GERM. Ein weiblin fräwlin. HISP. *Pequenna muger, ò mugercilla.* ANGLIC. *A litle woman.*} *Cicer.* 5. *Tusc.* Leuculus sane noster Demosthenes, qui illo susurro delectari se diceret aquam ferentis mulierculæ. [*Plaut. Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Vt Lenoni surriperem mulierculam.]

Mŭlĭebrĭă, muliebrium, tantùm plurali numero, dicuntur menstrua. {נדה נשים דרך *niddáh dèreeh naschim. τὰ γυναικεῖα, τὰ ἔμμηνα.*} Interdũ sumuntur pro muliebri natura, τὸ γυναικεῖον: sicut Virilia pro pudendis viri. Interdum pro præpostera libidine, quum quis sexus sui oblitus, alterius libidini obsequitur, & mulieris quodammodo partes suscipit γυναικίζόμενος. *Quint.* Nobilis adolescens à Centurione muliebria passus. *Sic Salustius in Catilin.* Vinos muliebria pati, mulieres pudicitiam in propatulo habere.

Mŭlĭebrĭs, & hoc muliebre, Quod ad mulieres pertinet, seu quod est, aut fuit mulieris: {γυναικεῖος. γυναικώδης. GALLIC. De femme, appartenant aux femmes. ITALIC. *Donnesco.* GERMAN. Weibisch oder weibisch. HISP. *Cosa perteneciente à mugeres.* ANGLIC. *Of a woman, or belonging to a woman.*} *Plaut. in Menæch.* Muliebris malitia. *Idem in Epid.* Muliebris animus, tinitus & inconstans. [*Idem Menæch. sc.* 2. *a.* 1. Muliebre vestimentum. Virum æquum est virile, & mulierem muliebre vestimentum dare foras. *Plaut. Menæch sc.* 2. *a.* 4. *Plaut. Ibid. sc.* 2. *a.* 4. Nihil muliebre præter corpus. *Velleius.* Muliebri tecisti fide: *Plaut. Milit. sc.* 5. *a.* 2. Vltra muliebrem mollitiem incedere. *Senec. capi.* 15. *de Tranq.*] *Cicer. 1. Offic. ex Ennio.* Vos etenim iuuenes animos gerite muliebres. *Idem pro Cælio*, Alueúsne ille an equus Troianus fuerit, qui tot inuictos viros muliebre bellum gerentes tulerit ac texerit? *Idem pro Milone*, Muliebri & delicato ancillarum puerorúmque comitatu. ¶ Muliebris folliculus, Fœtus receptaculum, quod & vulua, siue vterus appellari consueuit. μήτρα.

Mŭlĭebrĭtĕr, aduerbium, Molliter, effœminatè, more mulierum. {γυναικείως. GALL. En femme, en mode & maniere de femmes. ITAL. *Da femina, da donna, mollemente.* GERM. Weibischen/nach weibischer art. HISP. *Mugerilmente, mugerilmente.* ANG. *womannishly, faynily.*} *Iustin.* Quæ non muliebriter hostium aduentu territa. *Cic. 2. Tusc.* Nequid abiecte, nequid timidè, nequid ignauè, nequid seruiliter muliebritérve faciamus in dolore, maxime prouidendum est. [*Senec. cap.* 15. *de Tranq.* Muliebriter & ignauè perire.]

Mŭlĭĕrōsŭs, Qui nimium appetit mulieres, effœminatus, libidinosus. {φιλογύνης, φιλογυναίκης. GAL. Trop amoureux de femmes. ITALIC. *Femminieri, volto all' amor delle donne.* GERMAN. Weibsbegirig/weibischer/dem weiberen ergäben. HISPA. *Dado à mugeres.* ANGLIC. *Effeminat, that hath to great almst of women.*} *Cicer. de Fato*, Hunc scribunt ipsius familiares, & ebriosum, & mulierosum fuisse. ¶ Nonnunquam idem quod muliebris, vel effœminatus. *Plau. in Pœnu.* Sane genus hoc mulierosissimum est, tunicis demissitiis.

Mŭlĭĕrōsĭtās, {γύναικομανία, φιλογυνία. GAL. Amour de femme desraisonnable. ITAL. *Inchinatione & animo volto alle donne.* GERM. Weibsbegird. HISPA. *El vicio de se dar à las mugeres.* ANGL. *Rankenesse towards women.*} *Cicer. 3. Tusc.* Similiterque cæteri morbi, vt gloriæ cupiditas, vt mulierositas, vt ita appellem eam, quæ Græcè φιλογυνία, id est amor mulierum dicitur.

Mŭlĭĕrārĭŭs, Mulierosus. {φιλογύνης. GAL. Femenin, adonné aux femmes. ITA. *Feminiere.* GERM. Ein weibs begiriger. HISP. *Mugeril.* ANG. *That haunteth women inordinately.*} *Iulius Capitol.* Mulierarius fuit inter primos amatores.

Mŭlĭĕro, ras, Effœmino. {γυναικίζω, θηλύνω. GAL. Effeminer, debiliter. ITA. *Effeminare, far molle.* GERMANI. Weibisch machen. HISP. *Debiliar ò enflaqueser, hazer mugeril.* ANGLIC. *To make effeminate or weak.*} *Varro apud Nonium*, Et res, & misellus ille pauper amat, habétque ignem intus acrem: hic ephebum mulieraqit.

Mulio, Vide MVLVS.

Mullĕī, orum, Calcei regum Albanorum erant, purpurei coloris, postea patritiorum, à mullando, id est à fuendo, *vt ex Titinnio probat Festus Cato Orig. lib.* 7. Qui magistratum curulem cepisset, calceos mulleos allucinatos, cæteri perones. *Vopiscus in Aureliano*, Calceos mulleos, & cercos, & albos viris omnibus abstulit, mulieribus reliquit.

Mŭllo, as, are, *Antiquum verbum*, ὅπερ τὸ μαίνειν, Græco verbo quod fuero significat.

Mullŭs, per duplex ll. {τρίγλα. GAL. Vn poisson nommé barbeau ou surmulet. ITALI. *Treglia, barbole à Venetia.* GERMAN. Ein merbarb. HISP. *El barbo.* ANGL. *A fish called a barbill.*} Genus piscis marini, maximæ nobilitatis, & gratiæ: tanti autem pretij, *vt à Plin. lib.* 9. *cap.* 17. memorie proditum sit, Asinium Celerem virum Consularem Claudij Cæsaris temporibus mullum vnum octo millibus numorum emisse: quãtamen, *eodem Plinio teste*, his piscis duarum librarum pondus raro excederet. *Horat. lib.* 6. *Serm. Satyr.* 2. -laudas insane trilibrem Mullum. *Sueton. in Marti.* Nolo mihi ponas rhombum, mullúmque bilibrem. [*Sueton. in Tib. c.* 34. Tréque mullos xxx. millibus nummûm venisse (i. venditos & emptos fuisse) grauiter conquestus est. *Idem ibidem c.* 60. Piscatori, &c. qui mullũ obtulerat eodem pisce perficiãi faciem iussit, (in pœna sc. propter asperas squammas.)] Habent autem mulli in inferiore lasbro geminam barbam: vnde peculiari epitheto Barbati & Barbatulia appellantur à *Cic. in Parado. & Var. l.* 3. *de Re rust.* Hinc & vulgò Venetis, *Barbones*, vocant. Mullorum autem nomen acceperunt (*vt ex Festi nestellæ sententia docet Plinius*) à colore mulleorum calceamentorum.

Roman

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Romani seruato Græco vocabulo, etiam hodie Triglam appellant.

Mullulus, penultima correpta, Diminutiuum. { τριγλάριον, GALLI. Vn petit barbillon. ITAL. *Picciolo treglia, picciola barbone.* GER. Ein bärbelin. HISPA. *Pequenno barbo.* ANGLI. *A litle barbill fiche.* } *Cicer. in Parado.* Et videant aliquem tummis populi beneficiis vium barbatulos mullulos exceptantem de piscina & pertractantem.

Mūlsum, si Potio ex melle & vino. { οἰνόμελι. GAL. Vin miellé ou emmielle. ITAL. *Vino melato.* GER. Ein mät auß hönig vnd wein gemachet. HISPAN. *La clarea compuesto de vino y miel.* ANG. *A drinke of onie and wine.* } à mulcendo (*vt quidam putant*) hoc est molliendo, eo quòd vinum austeritas mellis dulcedine molliatur *Plin. lib. 22. cap. 24.* scribit mulsum ex vetere vino vtilissimum fieri, quod facillime cum melle consum coporatur. [Mihi ob iactum Cantharo mulsum date *Plaut. Asin. sc. 2. a. 5.* Mulsi Congialem plenam faciam tibi ô fides fideliam. *Idem Aul. sc. 2. a. 4.*] De hoc *Martialis*, Attica nectareo turbatis mella Falerno, Mulceri docet hoc à Ganymede merum. Hoc si calidum bibatur, vocem permulcet, si frigidum, exasperat. *Cic. lib. 2. de Orator.* Quum vocem in dicendo obtudisset suadebat Granius, vt mulsum frigidum biberet simulac domum rediisset. Perdam (*inquit*) vocem, si id effecero. *Vlpia.* vini appellatione ait mulsum non contineri, œnomeli contineri: interpretatúrque οἰνόμελι, vinum dulcissimum. Quæ sententia si vera est, mulsum non erit idem quòd œnomeli. Si quis tamen ea quæ paulo ante de mulso ex Plinio annotauimus, diligentius conferat cum iis quæ *Dioscor. lib. 5. cap. 9.* tradit de confectione œnomelitos, facilè intelliget alterum ab altero non differre. Vtrunque enim fit ex vino vetustissimo, & optimo melle, & confert ægrotis.

Mulsĕus, a, um, Dulce, quòdque mulsi saporem refert. { μελιδής, GAL. Doux. ITALIC. *Dolce.* GERMA. Das süß oder geschmack ist wie ein weinmät. HISPAN. *Dulce.* ANGLIC. *Sweet that gusteth of honie and wine* } *Colum. lib. 12, cap. 45.* Hæc ratio non solum ipsa mala custodia, sed etiam liquorem mulsi saporis præbet. *Plin. lib. 21. cap. 19.* Vtriusque radix mulsi saporis est.

Mūlsus, a, um, adiectiuum. Quod habet aliquid mellis admistum: vt, Aqua mulsa. { ὑδρόμελι. ANGLI. *That hath any honie admixed.* } potio ex aqua & melle contecta. *Plin. libr. 21. cap. 24.* Rursus naturam rerum pernoscere volentibus, in mellis operibus, & aqua mulsa tractari debet, *Colum. lib. 9. cap. 12.* Rorem marinum aqua mulsa decoctum. Lac mulsum. *Plin. l. 9. cap. 22.* Exemplum quoque lacte multo augetur. ¶ Dicta mulsa, hoc est suauia *apud Plaut. in Rud. Idem Casin.* Mea mulsa dixit, blandientis effectu, pro eo quod ei, Mea suauitas.

Mŭlta, tæ, { ψογη hönesch. τιμώρια, ζημία. GAL. Amende, peine pecuniare. ITA. *Pena condannagione in danari.* GERM. Ein buß oder straff. HISP. *La penaque se pone en dinero.* ANGLIC. *An amercement, a fine, a forfaire.* } Pœna pecuniaria, quæ pro delicti magnitudine varie irrogabatur, ita dicta, teste *Varrone*, quòd multa simul imperabantur, idque contra antiquorum consuetudinem, qui singulas tantùm, aut certè vnius generis res multæ nomine exigebant. *Festus tamen autor est* vocabulum hoc Oscum esse, non Latinum. In hoc autem multa differt à Pœna, quòd Pœna genarali nomine dicitur omnium delictorum correctio: Multa verò specialis est peccati, cuius animaduersio pecuniaria est. Pœna πημονή, contrà non tantùm pecuniaria, sed & capitis, & existimationis irrogari solet. Et multa quidem ex arbitrio eius venit, qui multam dicit: Pœna non irrogatur nisi qua lege, vel quo alio iure specialiter singulis delictis constituto. Suprema multa, teste *Gell. lib. 11. cap. 1.* apud priscos erat in singulos dies triginta boum, & duarum ouium: minima quis vnius. Postea tamen cùm in multæ dictæ fraudem pecora minuni pretij soluerentur, constitutum est lege Aterina, vt in singulas oues æris deni, in bones centeni soluerentur: hoc est, pro singulis bobus denarij decem pro singulis autem ouibus denarius vnus. Erat itaque multa suprema trium millium, & viginti æris, seu trecentarum & duarum drachmarum: quas si ad Gallicæ pecuniæ æstimationem reducas, inuenies libras Turonenses duas & quinquaginta, & solidos septemdecim. Dicimus autem in eadem fere significatione, Dicere multam, ἐπιζημιοῦν ἐπιζημίαν. Infligere multam, irrogare multam, & Facere multam, quorum postremo vsus est *Cato li. 4. Orig.* Imperator, *inquiens*, noster, si quis extra ordinem depugnatum iuit, ei multam facit. [Irem edicere multam. *Liu. lib. 2. ab vrb.* Multam irrogare & prædes poscere, *Gell. cap. 19. lib. 7.* Multam subire nocentes. *Ouid 5. Fast.* Pignus capitur & dicitur multa Senatori, qui nec adest *Gall. cap. 7. lib. 14.* Multæ punitio quæ olim *Gell. cap. 1. lib. 11.*] ¶ Multam dicere, propriè erat iudicis, vel magistratus, exigi tamen non poterat, nisi populus rectè multatum videri censuisset. De hoc multa scribit *Budæus in Pand.* Multam (*inquit*) dicere antiqui tum dicebant, quum ad populum, & in comitio multa disceptanda irrogabatur, quod ipsi certare multam dicebant. *Liu. lib. 5. bell. Pun.* Sp. & L. Caruilij, quum rem inuisam, insamémque cernerent, ducentum millium æris multam M. Posthumio dixerunt: cuius cet tandæ quum dies aduenisset, consilúmque frequens plebis adesset, vna spes videbatur esse, si Casca Trib. pleb. qui propinquus erat, cognatúsque Posthumo prius quam ad suffragium tribus vocarentur, intercessisset. *Idem paulò post*, Hæc quum ab optimo quoque pro atrocitate rei acta essent, vimque eam cõtra rempublicam perniciosó exemplo factam Senatus decerneret, consestim Caruilij Trib. pleb. omissa multæ certatione, rei capitalis diem Posthumio dixerunt: ac, ni vades daret, prehendi à viatore, atque in carcerem duci iusserunt. His verbis apparet, moris fuisse vt Tribuni pleb. multam dicerent, quæ postea populi suffragiis vel irrogaretur, vel abrogaretur, vel etiam remitteretur: quo tempore Multa certari dicebantur. Non enim Tribuni damnare multæ poterant, sed tantùm rogare populum: apud quem quum reus non iure multarum se contenderet, lis illa multatitia disceptabatur. *Hæc Bud.* ¶ Nonnulli hodie scribunt Mulcta per c, eiúsque originem referunt ad verbum Mulgeo: quia quemadmodum pecora, dum mulgentur, suo spoliantur lacte: ita cui multa dicitur, emungitur, & veluti emulgetur pecunia. Ita tamen à veteribus scribi non solere, *ex iis quæ paulo ante ex Varrone adduximus*, satis potest intelligi. * Multam committere, est quum quis aliquid committit propter quod multa est afficiendus. *Cicero pro Cluentio*, Nihilominus enim potest, vt illam multam non commiserit, accepisse tamen ob rem iudicandam pecuniam, &c. *Budæus.* *Multa ei esto, *vt Plaut. Asin.* [*sc. 3. a. 4.*] Hæc multa ei esto, vino viginti dies vt careat. Id est, interdicatur ei vino.

Mūlto, as, Punio, condemno, multam dico, vel irrogo. { ענש *Tandsch.* πημῶ, ἅπτω, ἐπιζημιῶ, ἐπιβάλλω. GALLI. Condamner à l'amende, punir. ITA. *Punire, condannare.* GERMA. Straffen/ein straff auflegen. HISP. *Imponer pena de dinero, condenar.* ANGL. *To amerce, to punishe by the purse, to put to a fine.* } Et construitur cum ablatiuo, vel genitiuo, ponitúrque pro Priuo. *Virgil. 11. Æneid.* Multatam tristi morte Camillam. *Curtius lib. 2.* Is quoque insulas præsidiis occupat, pecunia multat. *Tacit. lib. 13.* Vt quidam accusatorum eius exilio multarentur. *Cic 5. Verr.* Multos crudelissime per vim morte esse multatos. *Virgil. in Priap.* Quod si perdiderim, patria multabor. ¶ Interdum lacerare, mutilare, verberare, dissoluere. *Terent. in Adelph.* Ipsum dominum atque omnem familiam multauit vsque ad mortem. [*Plaut. Amphitr.* Nisi vsque ad mortem male multatsitis, Aliqui emendant Mulcare. *Tacit. sub finem lib. 1.* Mulcato corpore pro Mutilato, nisi sit mendum.] *Colum. lib. 2. cap. 4.* Quo euenit, vt in iteratione quoque scamna fiant, & boues iniquitate operis maxime multentur. ¶ Interdum agere, & voti compotem facere. *Næuius in Colace apud Nonium*, Et vobis quidem gratias ago, quum votis me multatis meis. ¶ Interdum malè tractare. *Colum. lib. 1. cap. 2.* Nam illud vetus est Catonis, Agrum pessimè multari, cuius dominus quid in eo faciendum sit, non docet, sed audit villicum. ¶ Multare matrimonio, est repudiare coniugem, & diuortium facere. *Plautus in Amphitr.* Nunquid causam dicis quin te multem matrimonio? [Pseudolus viginti commodis multauit minis. *Plaut. Pseud. sc. 7. a. 4.* Me malis multauit modis. *Idem ibidem.* Virtutem filij morte multauit Manlius. *Quintil.* ¶ Multatus est, pro multauit. *Sueton. in August. cap. 21.* Neque vnquam rebellantes grauiore multatus est pœna, quàm, &c.

Mūnĭcĭpālĭs, & hoc le, Quod ad municipes pertinet. *Cic. 3. de Legib.* Vtinam isto animo, atque virtute in summa Repub. versari nobiscũ, quàm in municipali maluisses. Municipales homines dicuntur, qui in municipiis degunt, hoc est in iis oppidis quæ ciuitatis Romanæ ius sunt adepta. *Cic. ad Attic. lib. 8.* Multum mecum municipales homines loquũtur, multum rusticani. [*Cæsar li. 1. de bel. ciu.* Municipes, dixit pro eiusdem municipij. De hoc nomine legendus *Gell. cap. 13. lib. 16.*] Budæus municipales homines interpretatur, pro simplicibus, & imperitis: fortassis idcirco, quòd homines in municipiis degentes minus astu & calliditate valeant, quàm vrbani. ¶ Municipalia sacra vocantur, quæ ab initio habuerunt municipes ante ciuitatem Romanam acceptam, quæ obseruare eos voluerunt Pontifices, & eo more facere, quo facta fuissent antiquitus. Municipale ius, dicitur priuatum ius vnicuiusque ciuitatis. Municipalia magisteria, vocantur administrationes, & officia sui municipij.

Mūnĭcĭpĭă, orum, Dicebantur ciuitates suo iure & legibus vtentes, muneribus tamen populi Romani, & honoribus fungentes. Capiebant enim munera, honores & magistratus cum ciuibus Romanis: à quo nomen sibi vendicauere, nulla populi Romani lege astricti. Erant itaque municipiorum incolæ, qui municipes dicebantur, meliore conditione quàm coloni. Municipiorum iura iam penitus obliterata sunt. Municipem (*inquit Vlpianus*) facit aut ciuitas, aut manumissio, aut adoptio, quoniam Municeps est, & qui liber in municipio natus est, & qui in municipio à seruitute se liberauit, & qui ciuitatem quancunque adsequutus est. Propriè tamen Municipes dicuntur, qui in ciuitatem Romanam recepti munerum participes fiunt. Sed abusiuè nunc Municipes dicimus, suæ cuiusque ciuitatis ciues. Quo nomine tam Oratores, quàm Poetæ vtuntur. *Iuuen. Satyr. 4.* Iam principes equitum, magna qui voce solebat Vendere municipes facta de merce siluros. *Cic. in Bruto*, Non dubito quin scias non solùm cuius municipij sim, sed etiam quàm diligenter soleam municipes Arpinates tueri.

Mūnĭcĭpĭă, quidam putãt à munitionibus dicta, alij à munificentia, quòd munificæ essent ciuitates, primaque origo oppidorum, quæ ciuitates dictæ sunt, municipia nominata. *Hæc Siculus Flaccus.*

Mūnĭcĭpātĭm, Significat per municipia: sicut Oppidatim, per oppida * *Sueton. in Iulio, cap.* 14. Senatu vniuerso in socios facinoris vltimam statuente pœnam, solus municipatim diuidendos custodiendósque publicatis bonis censuit.

Mūnĭfĭcŭs, a, um, adiectiuum, Liberalis, facilis. { נדיב *nadhib.* μεγαλοφυὴς, ἐλεύθερος. GALL. Courtois, franc & liberal. ITAL. *Corteſe, liberale.* GERM. Freygábig. HISPA. *Cortes, franco & liberal.* ANG. *Courteous free and liberall.* } Apud antiquos, non à largitione, quæ nulla erat, sed consentiẽs appellabatur ad ea quæ amici vellent, *autore Nonio.* ¶ Nunc autem munificus pro liberali ponitur, quasi munera largè præbens: de quo in dictione Liberalis. Munificus amicus. *Liu. 3. belli Maced.* Mitis & munificus amicus fuit. *Ouid. 3. Amorum Eleg. 5.* Te dea munificam gentes vbicunque loquuntur. *Idem 4. de Ponto Eleg. 1.* Nec mihi munificas arca negauit opes. * Munificus laudis, id est qui largiter laudat. *Claudian. 7. Paneg.* Munificus laudis, sed non & prodigus auri. [*Plaut. Amph.* Tibi morigera, atque vt munifica sim bonis, prosim probis.] ¶ A Munificus, fit Munificentior & Munificentissimus. *Cic. pro Rosc. Com.* Semper liberalissimus, munificentissimúsque fuit. Cato tamen Munificior, & munificissimus dixit. *Festus*, Munificior à munifico, identidem Cato dixit, quum nunc munificentior dicamus, quanuis Munificens non sit in vsu.

Mūnĭfĭcē, aduerb. Largè, abundanter. { μεγαλοφυῶς. GAL. Largement, liberalement. ITAL. *Corteſemente, abondeuolmente.* GER. Freygábigklich, reichlich. HISPA. *Francamente, liberalmente.* ANG. *Liberalie, bountifullie.* } *Cic. 3. de Natur. deor.* Sic haud scio, an melius fuerit humano generi motum istum celerem cogitationis acumen, solertiam quam rationem vocamus, quoniam pestifera sit multis, paucis admodum salutaris, non dari omnino, quam tam munificè, & tam largè dari. Munificè & æquè tueri societatem coniunctionis humanæ. *Cic. 5. de Finib.* Munificè prædam largiri. *Liu. 1. ab Vrbe.*

Mūnĭfĭco, are, Ditare, beatum facere. { תעשיר *heheſchir.* אשר *iſchſchér.* πλουτίζειν. GAL. Faire dons & presens, enrichir. ITALI. *Arrichire, far beato.* GER. Begaben, reich machen. HISP. *Enriqueſcer à otro, hazer bienauenturado.* ANGLIC. *To giue giftes, and make riche.* } *Lucretius lib. 2. de Cybele deorum matre*, Ergo quum primum magnas inuecta per vrbes, Munificat tacita mortales muta salute, Ære atque argento sternunt iter.

Mūnĭfex, cis, masc. gen. quanuis etiam aliis generibus iungatur. { ὁ καὶ ἡ τελεσφόρος, ὁ καὶ ἡ σωστικὸς. GAL. Qui fait la charge & son estat. ITA. *Che fa il suo vfficio.* GERMA. Der sein ampt thut oder verrichtet. HISPA. *El que haze el suo officio.* ANGLIC. *That doeth his charge and office.* } Munifices autore Festo, qui non vacabant, sed munus principi faciebant. Contra Beneficiarij dicebantur, qui vacabant muneris officio. Munifices item *à Vegetio lib. 2. cap. 7.* dicuntur milites, qui munera faciunt: quibus immunes non obstricti sunt. Inde illud Plinianum per Metaphoram dictum *lib. 11. cap. 40.* Vno verò ex omni turba relicto, sola munifex mamma quæ genito fuerat attributa, descendit.

Mūnĭfĭcentĭă, æ, { נדבה *nedhabáh.* μεγαλοφροσύνη. GALLIC. Liberalité & largesse. ITAL. *Corteſia, liberalità.* GERMA. Freygábigkeit. HISPANI. *Franqueza, liberalidad.* ANGLIC. *Liberalitie bountie.* } *Plin. lib. 17. cap. 1.* Nec dubiè disperata hoc modo posset videri etiam rerum naturæ ipsius munificentia, si humani operis esset inuentio. [*Sueton. in Tiber. cap. 48.*]

[Munigerulus. *Plaut. Pseud. sc. 2. a. 1.* Munigeruli assunt ante ædes.]

MVNYCHIA, μουνυχία, Tumulus est in Cherronesi formam curuatus ingressum habens angusto ore, à quo murus 40. stadiorum longitudine protendebatur, Athenarum vrbem cum Piræeo, duobúsque aliis portubus connectens. ¶ Hinc Munychius, a, um, possessiuum. *Ouid. 6. Metam.* Munychióque volans agros gratamque Mineruæ Despiciebat humum. ¶ Fuit item Munychia Dianæ cognomen, quæ apud Pygellam, non procul ab Epheso colebatur, *vt refert Strab. lib. 14.*

Mūræ̃nă, Piscis est longitudine non dissimilis anguillæ, & fœminini tantùm sexus. { μύραινα. GALLIC. Murene. ITALIC. *Murena.* GERMANIC. Ein meerfisch dises nammens ist in der form wie ein Aal oder schlang. HISPANIC. *Morena.* ANGLIC. *A lamprey.* } Nam masculus, *teste Plinio lib. 9. cap. 23.* Mytinus vocatur, robustior quàm Muræna, & vnicolor. Fuit autem hoc piscis genus apud veteres in maximis deliciis, partim ob præstantiam saporis, partim ob insignem viuacitatem. Nam quum reliqui pisces aut tædio carceris, aut vitio piscinarum facilè intereant, solæ murænæ ad quotidianos vsus viuariis inclusæ diutissimò possunt asseruari. Constat enim autoritate *Plinij lib. 9. cap. 35.* C. Hircium ex viuariis suis Cæsari Dictatori sex millia murænarum mutuò appendisse. Manducescunt autem murænæ, & de manu cibum capiunt: vnde à quibusdam suprà quàm

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

credi posset, feruntur adamatæ. Nam & Crassus Murænam in viuario suo mortuam fertur vt filiam deflenisse, & tumulo condidisse: & Antonia Drusi murænæ à se amatæ maiores aucid ſte. Optimæ autem inter murænas habebantur quæ capiebantur in freto Siculo: quas *Macrobius Saturn. lib. 3.* Fluuias vocari aſſerit his verbis: Accericantur ad piſcarias vrbis ab vique freto Siculo (illæ enim optimæ eſſe creduntur) rami murænæ quàm anguillæ, & vtræque ex illo loco Plotæ, à Latinis Flutæ vocantur, quod in ſummo ſupernatantes, ſole torrefactæ curuare ſe, & in aqua mergere deſinant, atque ita facile capiuntur. *Mart. l. 13.* Quæ natat in Siculo gradis muræna profundo, Non valet exuſtam mergere ſole cutem. [*Gell. verò cap. 16. li. 7.* Muræna Tarteſſia optima.] *Plautus in Aululari.* [*ſc. 6 a. 2.*] Congrum, murænam exdorſua quantum potes. *Idem in Amphit.* Mirum ni hic me quaſi murænam exoraſſe cogitat. [*Idem Pſeud. ſc. 3. a. 1.* Exoſſabo ego illum vt Murænam coquus.] ¶ Eſt autem Muræna duplex, Marina & Fluuiatilis: Marina roſtrum habet, quale anteres: Fluuiatilis, quæ à quibuſdam Galeos dicitur, multò minor eſt marina, vtpote quæ cubiti longitudinem non multùm excedat. *Paulus Iouius in eo libello*, quem de Romanis piſcibus edidit, arbitratur eandem eſſe quæ à Plinio Muſtella, & à nobis à lambendis petris *Lampetra* dicitur. ¶ Eſt & Muræna, *μυραίνας*, cognomen viri Romani in familia Licinia ab eo piſce deductum. *Ciceronis extat oratio pro* Muræna.

Mūrænulæ, Ornamenta circundata collo inſtar murænarum & catenæ ex auro quibus mulieres ornantur. { קשר *kiſch-ſcûr. μυραινίδες.* GALL. Colliers. ITALIC. *Collane.* GERM. Keſtliche haußzierden/ oder kettinen ſo man zur zierd am hal β henckt. HISPA. *Collares ò cadinellas de oro.* ANG. *Ornaments and chaines hanging down frome the necke.* } *Hieronymus ad Marcell. his verbis*, Aurum colli ſui, quod murænulam vulgus vocat (quòd ſcilicet metallo in virgulas lenteſcente quæuam ordinis flexuoſi catena contexitur) abique parentibus vendidit. ¶ Poteſt etiam Murænula eſſe diminutiuum à Muræna, vt ſit parua muræna.

Mūrālis, Muratus, Vide MVRVS.

MVRCIA, *eſte Hermolao in Plinium.* Socordiæ dea habita fuit: quemadmodum Strenua, ſolertiæ & ſtrenuitatis. { GERM. Ein göttin der fauſtheit. } Nam Murcidum antiqui ignauum & inertem appellabant, *teſte Feſto.* Huius autem hæc dea ſacellū ſub monte Auentino, qui & ipſe antiquitus murcus appellatus eſt.

Murcidos, Antiqui, *teſte Feſto*, ignauos appellarunt & ſtultos *κάθεν. Plaut. in Epid.* Væ tibi murcide homo.

Mūrcī, Dicti ſunt homines timidi & ignaui, qui vt militiæ periculum effugerent, pollices ſibi amputabant. { *ἀζαγχεῖ.* GAL. Mornes, lots, malauiſez. ITA. *Stolti, poltroni, da poco.* GER. Träg/zaghafft/faule leut mit denen nichts auß zu richten iſt. HISP. *Locos, bouos.* ANGL. *Daſtardes or cowardes.* } *Cæl. Rhod. lib. 18. cap. 21.* Inter Gallos non fere compertus, qui militiæ detractandæ cauſa pollicem ſibi præcideret: quod genus ioco Murcos dicunt.

Mūrcĭŏlum, li, *Colum.* Semen lentiſci vocat, velut à figura muricis, quòd buccini ſpecie vilatur is folliculus, niſi quis pro languido accipiat, quando & numen ſocordiæ Murciam deam vocabant. Hæc *Hermolaus in 23. cap. libr. 9. Plinij.*

Mūrex, cis, Piſcis marinus ex concharum genere, à purpura diuerſus: qui per excellentiam etiam Conchylium dicitur. { *πορφύρα, κογχύλιον.* GALL. Vn certain poiſſon en eſcaille, du ſang duquel on iouloit teindre en couleur de pourpre. ITAL. *Peſce di mare c'ol cui ſanguine ſi tingne la porpora.* GER. Ein gattung meer ſchnecken dem gleich ſo die purpurfarb gibt. HISP. *La concha que ſe haze la purpura.* ANGLIC. *A shellfish of the licour wher of purple colour was made.* } *Plinius lib. 9. cap. 35.* Conchylia & purpuras omnis ora atterit. Ex muricis humore fit color, qui & ipſe Murex, ſiue Conchylium dicitur. *Virgilius 4. Eclog.* Ipſe ſed in prati aries iam ſuaue rubenti Murice. Vnde veſtis tincta murice, quæ & Conchyliata dicitur. *Virgil. 4. Æneid.* Tyrióque ardebat murice læna. ¶ Fuerunt item Murices in Menſarum deliciis: vnde de iis ſic ſcribit *Mart. lib. 13.* Sanguine de noſtro tinctas ingrate lacernas Induis: & non eſt hoc ſatis, elca ſumus. ¶ Accipitur interdum pro acumine ſiue aſperitate ſaxi prominentis. *Virg. 5. Æneid.* Et acuto in murice remi Obnixi crepuére. ¶ Interdū murices ſunt tribuli, *τρίβολοι*, hoc eſt machinulæ ferreæ, doloſæ, tetragona forma, quæ in quancunque partem incubuerint, vnum aut plures aculeos infeſtos protendunt. *Valer. Max. lib. 3.* Suadentibus quibuſdam, vt circa mœnia vrbis, quam obſideret, ferreos murices ſpargeret, ne ſubita eruptione hoſtes impetum in præſidia noſtra facere poſſent. &c. Tribulorum meminit Vegetius *lib. 3.* In armario muricibus præfixo deſtituti homines ad cruciatum. *Gell. cap 4. libr. 6.*]

Mūrĭcātus, a, um, Quod eſt muricis modo factum. { *κογχυλιωτός.* GALL. Fait en façon de porcelaine. ITALI. *Fato à foggia di porpora.* GERMA. Geſpitzet. HISPA. *Hecho à guiza de abrojos.* ANGLI. *Made with many windinges.* } *Plin. libr. 30. cap. 23.* Vtrique ſolia pauca, ſpinoſa muricatis cacuminibus. Muricati greſſus, *Fulgentio*, id eſt formidoloſi, & pauendi. Intuebamur (*inquit*) arua, quibus adhuc impreſſæ bellantium plantæ: muricatos (quod aiunt) ſigillauerunt greſſus. Et formidine menti nondum exterſa, hoſtes in veſtigiis pauebamus: terrorem enim pro ſui memoria miles hoſtis hæredem reliquerat.

Mūrĭcātim, aduerbium, Conuolutim, in modum muricis. { *ἑλικοειδῶς, κογχυλοειδῶς.* GAL. En façon de porcelaine, ou en tortillant. ITALI. *A foggia di porpora.* GERMA. Als ein meerſchnect gebogen. HISPAN. *A manera de abrojos.* ANGLIC. *Roundly and by winding about.* } *Columel. lib. 9. cap. 33.* Vertice muricatim intorto, margine in mucronem emiſſo. *Budæus.*

Mūrĭlĕgŭlus, li, à muricibus legendis, ſiue colligendis, nomen habet. *Cæl. Rhod. lib. 8. cap. 11.* Murilegulos Iureconſulti muricis & purpurarum perquiſitores nuncupant. Meminit *Iuſtinianus lib. 11. Codicis, tit. de Monetariis, & murileg.*

MVRGENTINI, *μουργαντῖνοι*, Populi Siciliæ: à quibus Vitis Murgentina nomen accepit, quam & Pompeianam nonnulli appellant. Vide *Plin. lib. 3. cap. 8. & libr. 14 cap. 11.*

MVRGIS, Oppidum in ora maritima Bæticæ, à quo Murgitana regio. *Plin. lib. 3. cap. 1.* Vulgò Muxacra.

Mūrgĭſo, pen. prod. iners, deſidioſus: à mora & ſeſſidendo dictus, *ἀπὸ τοῦ μένειν.* GALL. Saumeure. ITAL. *Salamuoia.* GERM. Ein ſaw oder bruy von eitel meerfiſch gemachet. Item, ein tedes ſattzlab oder geſottene brupe. HIS. *Salmuera ò ſalmo rejo para adobò.* ANG. *Aſalve licour.* } *Perſius Satyr. 6.* Tingat olus ſiccum muria vafer in calice empta. De Muria *epigramma eſt Mart. lib. 13.* Antipolitani fateor ſum filia thynni: Eſſem ſi commarina remittar. ¶ Muria etiam dicitur ſalſugo, hoc eſt liquor ex ſale reſolutus, quam *Salmuriam* vulgò dicimus. *Colum. lib. 12. cap. 25.* Quoniam quidam, imò etiam ferè omnes Græci, aqua ſalia: vel muria muſtum condiunt, eam quoque partem curæ non omittendam putaui. *Plin. libr 31. cap. 8.* Muria quoque, ſiue illa ſalſugo ſpiſſat, mordet, extenuat, ſiccat. [*Quintilian.* Durati muria piſces.] Muriam Feſtus ex Verannij ſententia interpretatur, talem ſoridum in pila piſtum & in ollam fictilem coniectum, ibique opertum, gypſatúmque, & in furno percoctum: cui virgines Veſtales ferra ferrea lecto, & in feriam conlecto, quæ eſt intus in ade Veſtæ in penu exteriore, aquam ingē quam liber, quæ per fiſtulas venit, addunt, atque ea demum in ſacrificiis vtuntur.

Mūrĭcus, riei. Idem quod muria, hoc eſt liquor ex ſale reſolutus, *ἅλμη. Cato cap. 88.* Si natabit, ea muries erit, qua vel carnem, vel caleos, vel ſalſamenta condias.

Muriaticus, ca, cum, Quod muria conditum eſt. { *ἁλμυρόδης.* GAL. Qui ſent la ſaumure, ou eſt accouſtré en ſaumure. ITAL. *Acconcio en ſalamuoia.* GERM. Gebeitzet in einem ſattzlab. HISPAN. *Adobado en ſalmuera.* ANGLI. *Being long in brine or ſalt licour.* } *Plautus in Pœn.* -ſoror cogita Amabo, nos item perhiberi quaſi ſalſa muriatica Eſſe autumantur, ſine omni lepore, & ſine ſuauitate, niſi Multa aqua vique & diu macerantur, olent, ſalſa ſunt, tangere vt non velis: Item nos ſumus eiuſcemodi, mulieres ſunt admodum inſulſæ, atque inuenuſtæ, ſine munditia & ſumptu.

Murylius. Vide MVREX.

Murina, æ vel Myrina, æ, ſiue vt alij ſcribunt, Myrrhina, ſiue Murrhina. { *μυρρίνη.* ANG. *Hippocras wine.* } Pot omnis genus (*inquit Feſtus*) quod Græci nectar vocant. quod quidam dei putant ab vuæ murrhinæ nomine. *Plin. item lib. 14. cap. 13.* Ex Plauti ſententia murinam oſtendit vini dulcioris genus eſſe. Laudatiſſima (*inquit*) apud priscos vina erant myrrhæ odore condita: vt apparet in Plauti fabula, quæ Perſa inſcribitur: quanquam in ea & calamum adoriubet. Ideo quidam aromatite delectatos maxime credunt. Sed Fabius Dorſennus decernit his verſibus, Mittebant vinum pulchrum, murinam. *Et in Acharistione.* Panem, & polentam, vinum, murrhinam Scæuolam quoque & Lælium, & Atteium Capitonem in eadem ſententia fuiſſe video, *quoniam in Pſeudolo ſit*, Quòd ſi opus eſt, vt dulce promat Indidem, ecquid habet? c. rogas? Murrhinam, paſſum defrutum, mella. Quibus apparet, non inter vina modò murrhinam, ſed inter dulcia quoque *nominatū. Hactenus Plinius. Gellius quoque* [*cap. 23. libr. 10.*] Murrhinam inter dulces potiones enumerat quæ mulieribus Romæ in vſu eſſe conſueuerunt, Romanas (*inquit*) mulieres bibere ſolitas ferunt loream, paſſum, murinam, & quæ id genus optant potu dulcia. [vbi quidam codices Murrinam habent geminata littera rr.]

* Murinus, Adiect. vt Murinus odor. *Plaut. Pœn.* Tanta ibi copia veruſtatum aderat, ſuo quæque loco ſita nitidè, Arabius, murinúſque omnis odor complebat. Murinus autem à Mure, *vide* MVS.

Mūrmŭr, Tantùm eſt neutri generis, quanuis Euangeliorum interpres ſemel in maſculino genere vius ſit. { חמית *hamith* לחש *láchaſch* הלונה *telunáh. ὁ μορμυρισμός, ὁ γογγυσμός, ψιθυρισμός.* GABEL. Murmure, bruit. ITAL. *Mormorio.* GERMA. Ein gereuſch oder getöß eines flieſſenden waſſers/ein gemummel. HISPANI. *Ruido ò murmullo de gente.* ANGLIC. *Murmure, bruit.* } Eſt autem propriè Murmur, lenis aquæ ſtrepitus: tametſi & pro alio quocunque ſtrepitu poni conſueuerit. Nomen eſt fictitium, *teſte Quintil. lib. 8. cap. 6.* quemadmodum & Mugire, & Sibilare. *Virgil. 10. Æneid.* -ceu flumina prima. Quum deprenia fremunt ſyluis, & cæca volutant Murmura. *Cic. 3 de Orat.* Nam & odor vrbanitatis, & mollitudo humanitatis, & murmur maris, & dulcedo orationis, ſunt *ducta* à cæteris ſenſibus. *Idem in Arato*, Nec metuens canos minitanti murmure fluctus. *Ouid. 1. Metam.* qui poſtquam voce, manúque Murmura compreſſit, tenuére ſilentia cuncti. [*Idem ibidem li. 13. Metamor.* Vulgique ſecutum murmur erat. *ibidem*: Deſine Tydidem vultúque & murmure nobis Oſtentare meum.]

Mūrmŭro, ras, Leniter ſtrepo, & ſonum aquæ fluitantis ſimilem edo. { חמה *hamáh* נרגן *nirghán* הלין *helin. μορμύρω.* GAL. Murmurer, bruire. ITA. *Mormorare.* GERM. Töſen/rauſchen. HISP. *Murmurar ò hazerruido.* ANGL. *To murmure.* } Vnde fremitum murmurantis maris, *dixit Cicer. 5. Tuſcul.* Quanuis etiam indifferenter de quouis alio ſono dicatur. *Plin. lib. 18. cap. 35.* Pallidi namque, murmurantéſque ignes, tempeſtatum nuntij ſentiuntur. *Plaut. in Caſin.* Mihi manitate iamdudum inteſtina murmurant, hoc eſt crepant *κορκορυγάσι.* ¶ Murmurare item cōtradicere aliquando ſignificat, & ſecreto murmure indignationem oſtendere. *Plaut. in Mil.* Verum vbi dies decem continuos ire ad eundem inſtat, Tametſi dominus non inuitus patitur, ſerui murmurant. *Idem in Aulul.* Vt ſceleſta ſola ſecum murmurat. ¶ Antiqui etiam in eadem ſignificatione vſi ſunt, verbo deponente Murmuror. *Varro*, Romæ in balneis plodere cœpimus, & murmurari. *Nonius.* Huius compoſita ſunt, Admurmuro & Commurmuro, Immurmuro, Submurmuro, de quibus ſuis locis.

Mūrmŭrātio. { חמית *hamith* לחש *láchaſch* הלונה *telunáh. ὁ μορμυρισμός, ὁ γογγυσμός, ψιθυρισμός.* GAL. Murmurement, bruyement. ITA. *Il mormorare.* GER. Ein gereuſch/ein murrung / brummung. HIS. *Murmuramiento, ruido.* ANGL. *A murmuring.* } vt Murmuratio aquilarum. *Plin. lib. 10. cap. 3.* Murmuratio querula. *Ibidem.*

Mūrmŭrillo, las, Submurmuro. { לחש *lactáſch. ὑποτονοδρύζω.* } *Plaut. in Rud.* Quid murmurillas tecum, & te diſcrucias?

Mūi mūrīllum, li, Exigua & ſubmiſſa murmuratio. { לחש *lachāſch. ὑποτονοδρυσμός.* GALLIC. Petit bruit. ITALIC. *Picciolo mormorio.* GERMANIC. Ein gemurmel / ein kleins getöſs. HISPANIC. *Pequeño ruido.*

ANGL.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ANGLIC. *A rumbling.*} *Plaut. in Rud.* Palam age, nolo murmurillum, neque istiurrum fieri mihi.

MYRMIDONES: μυρμιδόνες, Pannoniæ superioris vrbs: *apud Ptol. li. 1. cap. 15.* Vulgò *Moreck.*

MVRRANVS, Priscus Latinorum rex, à quo postea Latini omnes reges Murrani sunt dicti. *Autor Seruius.* Scimus enim (*inquit*) plerunque fieri, vt primi regis reliqui nomen possideant, vt apud Romanos, Augusti vocantur, apud Albanos Syluij, apud Persas, Arsaces, apud AEgyptios Ptolemæi, apud Athenienses Cecropes. *Hæc Seruius.*

Murrha, Lapis pretiosi genus est, odoris præstantia commendabile, & colorum varietate insigne, subinde circumagétibus se maculis in purpuram, candorémque, & tertium ex vtroque igniscentem, veluti per transitum coloris purpura rubescente, aut lacte candescente. Nascitur in Oriente apud Parthos, & præcipue in Carmania. Creditur esse humor, Solis calore sub terra condensatus. Amplitudine nusquam excedit paruos abacos, crassitudine autem rarò tanta, vt poculis potoris sustinciat: qua in re præcipuus erat vsus murrhæ. *Martial. lib. 4.* Si calidum potas, ardenti murrha Falerno, Conuenit, & melior fit sapor inde mero.

Murrheus, a, um, μύρρινος, Quod ex murrha est. *Iabolenus Iureconsultus scribit,* Murrhea vasa, quæ ad vsum edendi, & bibendi causa reperta sunt, esse in suppellectili.

Murrhinus, a, um, vel (vt alij scribunt) Myrrhinus, μύρρινος, pen. cor. Quod ex Murrha confectum est: vt, Abaci murrhini, Trullæ murrhinæ, Pocula murrhina. *Sueton. in August.* Alexandria capta nihil sibi præter vnum murrhinum calicem ex instrumento regio retinuit. ¶ Murrhina substantiuè, dicuntur vasa murrhina, quæ apud veteres summo erant in precio, partim ob colorum varietatem, partim propter gratiam odoris. *Plin. lib. 37.* Oriens murrhina mittit: inueniuntur enim ibi pluribus in locis, nec insignibus, maximè regni Parthici: præcipuè tamè in Carmania. Humorem putant sub terra calore denseri. Amplitudine nusquam paruos excedunt abacos, crassitudine rara, quanta dictum est, vasi potorio. Splendor bis sine viribus, nitórque verius quàm splendor. Sed in pretio varietas colorum, subinde circumagentibus se maculis in purpuram candorémque, & tertium ex vtroque igniscentem, veluti per transitum coloris purpura rubescente, aut lacte candescente. *Et paulò pòst.* Aliqua & in odore commendatio est. De incredibili murrhinorum pretio *vide Plin. eodem cap. Marti. lib. 13.* Surrentina bibis? nec murrhina picta, nec aurum Polce, dabunt calices hæc tibi vina suos.

[Murrobathrarij: *Plaut. Aul. sc. 5. a. 3.* Aliàs, Myrobrecharij.]

MVRSA, μοῦρσα, Ioniæ oppidum, Adriani Cæsaris opus. Gentile est Mursæus. μουρσαῖος. *Autor Steph.*

MVRTIA, æ, Veneris cognomentum, à myrtho arbuscula illi sacra impositum: vnde primùm Myrtea dicta est, & deinde corrupto nomine Murtia. *Plin. lib. 15. cap. 29.* Ara fuit Romæ vetus Veneris Myrteæ, quam nunc Murtiam vocant. Festus hanc deam Murceam appellat, & sub Auentino eam sacellum habuisse tradit. Murceam autem dictam vult siue quòd homines murceos hoc est ignauos, & inertes redderet: siue quòd Auentinus, sub quo sacellum habuit olim Murcus, fuerit appellatus. *Varro* à Murtio dictam putat, qui locus fuit Romæ, in quo sacellum Murtiæ Veneris erat: vel ab vrceis, quòd is locus esset inter figulos: vel à murteto ita dictus. *lib. 4. de ling. Lat.*

Murtatum, farciminis genus ex intestino crasso, *vt autor est Varr. lib. 4. de ling. Lat.* ex murto factum. Meminit *Plin. lib. 16. cap. 19.* Et alius baccæ vius fuit apud antiquos antequam piper reperiretur, illam obtinés vicem, quodam etiam generosi obsonij nomine inde tracto, quod etiamnum murtatum vocatur.

Murus, ri, à muniendo dictus propriè est lapideus, aut lateritius vrbis ambitus: quum Paries propriè sit domorum. } חומה *chomáh.* πεῖχος. GAL. Mur, muraille. ITA. *Muro, muraglia.* GER. Ein maur. HISP. *Muro de la ciudad ò villa.* ANG. *A wall.*} Maceria verò, siue Maceries, quæ cóstat ex lapidibus, sine calce aut alio genere ferruminationis. *Cæs. 7. bel. Gall.* Portas claudere, murum complere cæperunt. [Murorum destructione punire ciuitates. *Suet. in Galb. ca. 12.* Murus inexpugnabilis philosophia. *Senec. Epist. 83.* Vixque breuis tutos Murus ab hoste facit. *Oui. Eleg. 3. l. 5. Trist.* Porta vitam, muroque tueri. *Oui. Eleg. 1. lib. 4. Trist.* Custodia muri clausáque porta submouet Getas. *Ouid. Eleg. vlt. l. 3. Trist.* Syluani lucus extra murum est auius. *Plaut. sc. 3. a. 4* Structis muris exsurgunt oppida. *Tibull. lib. 4.* Muri vrbis sancti non Portæ. *Plutarch. in Romul.*] *Cic. de Natur deor.* Muri vrbis, quos vos sanctos esse dicitis. *Virgil. 4. Eclog.* Quæ tentare Thetin ratibus, quę cingere muris Oppida, quæ iubeant telluri infindere sulcos. *Ouid. 11. Metam.* Phrygiæque tyranno AEdificat muros, pactus pro mœnibus aurum, *Horat. 3. Car. Od. 3.* Ter si resurgat murus aheneus, Autore Phœbo. ¶ Murus per trãslationem. *Cic. 7. Verr.* Ad omnes enim meos impetus quasi murus quidam boni nomen imperatoris opponitur. * Murus item dicitur agger sine fossa. *Varro 1. de Re rust. cap. 14.* Ad viam Salariam, & in agro Crustuminio videre licet locis aliquot coniunctos aggeres cum fossis, ne flumen agris noceat. Aggeres qui faciunt sine fossa, eos quidam vocant muros, vt in agro Reatino.

Murālis, & hoc rale, quod ad murum pertinet. } τειχικός. GAL. Appartenant à muraille. ITA. *Chio s'appartiene à muro.* GER. Das zu der maur gehört. HISP. *Cosa perteneciente à muro.* ANG. *Belonging to a wall.*} Vt Muralis corona, quę donari solebat ab Imperatore ei qui primus murum conscendisset. [De qua legendus *Gellius cap. 6. lib. 5.*] *Plin. lib. 16. cap. 4.* Cedunt iis murales, vallarésque: & aureæ, quanquam pretio antecedentes. *Liu. 3. bell. Pun.* Vtique postquam corona aurea muralis proposita est, &c. Pila muralia quibus verberantur & quatiuntur muri. *Cæs. 7. bell. Gall.* Aut ex vallo & turribus traiecti pilis muralibus interibant. Machinæ murales, quibus muri diruuntur. *Plin. lib. 7. cap. 56.* Muralis herba, περδίκιον, παρθένιον, quæ vulgò *Vitriolum* dicitur, quòd vasa mirum in modum conricata purificet, ideóque Vrceolaris à veteribus dicta. Eadem Parietaria vocatur, quòd in muris frequenter nascatur, & Perdicium, quoniam perdices ea præcipue pascantur. *Plin. lib. 22. cap. 27. & Dioscor. lib. 4. cap. 43.* Tormentum murale. *Vir. 12. AEneid.* murali concita nunquam Tormento sic saxa fremunt.

Muratus, a, um. } πεπιχισμένος, διπεπιχισμένος. GALLIC. Muré. ITALIC. *Murato.* GERMA. Gemauret. HISPAN. *Cosa fortalescida de muros.* ANGLIC. *That is wa led or hath walles.*} Quod muros habet: hinc vrbes muratæ dictę, hoc est muris circundatæ.

Mūs, *muris.* } עכבר *tachbár.* μῦς. GAL. Vn rat, ou vne souris. ITA. *Sorice, topo.* GER. Ein maus. HISP. *Raton.* ANG. *A mouse.*} Exiguum animal est, à Dioscoride, κατωτικώτερος; hoc est domesticus ad aliorum ditrimè dictus. Distinguitur à Sorice, quod Sorex maior sit mure, clariúsque strepat, *vt docet Erasmus in prouerbio,* Sorex suo perit indicio: vtrunque est animal nobis infestum, orices tamen, quia maiore sunt corpore, plus afferunt detrimenti. *Colum.* Si serpens aut mus forexve in mustum ceciderit. Murem certe nec ferum iure dixeris, nec placidum, quia nûquam mãsuefcit, *vt inquit Plin. V irgil. 1. Georg.* sæpe exiguus mus Sub terris posuitque domos, atque horrea fecit. *Ho. de Arte,* Parturient mõtes, nascetur ridiculus mus. *Cicer. Attic. lib. 14.* Sed quod quæris quid arcessierim Chrysippum: tabernæ mihi duæ corruerunt, reliquæ rimas agunt: itaque non solùm inquilini, sed & mures migrauerunt. [*Ouid. 2. Fast.* Qua breuis occultum mus sibi fecit iter. *Plau. Capt. sc. 1. a. 1.* Quasi mures semper edimus alienum cibum.] De muribus *vide Plin. lib 8. capit. 57.* Mus araneus est quem Græci μυγάλω appellant, composito nomine ἀπὸ τῦ μυὸς καὶ γαλῆς, hoc est à mure, & mustella, quòd muris magnitudine sit, mustellina specie, ore oblongo, cauda gracili, versu dentium quadruplici, *vt inquit Aetius.* Abundat his insula Britãnia, *Plin. lib. 29.* Et ipse mus araneus contra se remedio est, diuulsus, & impositus. Murium marinorum meminit *Plin. lib. 9. cap. 19.*

Mus Indicus, Vide ICHNEVMON.

Mūscŭlus, li, Modò diminutiuũ est, & significat paruum murem } μύσκος. GALLIC. Petit rat, petite souris. ITALIC. *Topolino.* GERMANIC. Ein meusslin. HISPANIC. *Ratoncillo.* ANGLIC. *A litle mouse.* }. *Plin.* Deturgente Nilo musculi reperiuntur. *Cic. 2. de Diuin.* Nam & musculorum recusula bruma dicuntur augeri. ¶ Musculi, vt à medicis accipiuntur, sunt partes corporis carnosæ, neruorum fibris motus gratia circumiectæ, venísque & arteriis conspersæ, illis quidem ad alimenti distributionem, his autem ad natiui caloris custodiam, quæ omnia tenuis cõplectitur tunica, musculum definiens. } GAL. Muscles. ITALIC. *Muscoli.* HISPANIC. *Morezillos.* ANGLIC. *The branne of the arme or other place.* } Tres autem musculi vniuscuiusque sunt partes, origo, mediũ, & exitus, quibus caput planè neruosum est: medium, carne, neruis & arteriis extuberat: extremum in tendonem, confusis neruorum & vinculorum fibris desinit. *Plau. in Amphitr.* Quid dicas noui, cicatricem in dextro musculo ex illoc vulnere, Quod mihi impegit Pterela. *Plin. lib. 20. cap. 21.* Item conuulsis, luxatis, tumentibus musculis, neruis articulis impoluit. ¶ Item Musculus genus piscis parui, qui paruo moderamine caudæ iter regit balænæ ne in scopulum impingat. Est enim Balæna luscíosa, & penè exoculata, quæ quum forte aliquò profectura est, indiget hoc piscículo præuio, qui eã deducat, & reducat. *De hoc Claudianus li. 2. in Eutropiũ,* Sic ruit in rupes amisso pisce sodali, Bellua, sulcãdas, qui præuius edocet vndas, Immersúmq; pecus paruo moderamine caudæ Temperat, & tanto coniungit fœdera monstro. *Plin. lib. 9. cap. 52.* Balænæ musculus, quandoque prægraui superciliorum pondere obrutis eius oculis, infestantia magnitudinem vada prænatans demonstrat, oculorũmque vice fungitur. Musculos etiam dixerunt antiqui minores machinas quibus protecti libratores, fossas congestis lapidibus, lignis, & terra, non solùm complent sed etiam solidant, vt turres ambulatoriæ sine impedimento vehantur ad murum. Sunt minores vineis subtiliores que, maiores autem, & firmiores pluteis. *Cæsar. 7. bel. Gal.* A castris longurios, musculos, falces, reliquáque, quæ eruptionis causa parauerat, profert. *Idem. 3. bel. Ciu.* Scalas, musculósque ad repentinam oppugnationem fieri, & præparari iussit. [Musculi autem machinæ formam describit *Cæs. lib. 2. de bell. ciu. Et V eget. cap. 16. lib. 4.*]

Mūsculōsŭs, a, um. } μυώδης. GAL. Musculeux, qui a beaucoup de muscles. ITALIC. *Pieno di muscoli.* GERM. Meussechtig / voll meussfleisch. HISP. *Cosa de muchos morezillos.* ANG. *Hauing greas braunes or strong sinewes.*} *Celsus lib. 5. cap. 20.* At si neruosus, aut musculosus is locus est, commodius est cerato mitcere.

Mūrīnŭs, a, um, pen. prod. Possessiuum à mure deductum. } μύος. GAL. De rat. ITA. *Di topo.* GERMANIC. Meusin / das von meusen ist HISPAN. *De raton.* ANG. *Of a mouse.*} *Plin. lib. 13. cap. 8.* Murino fimo contra calculos illinere ventrem potest. ¶ Murinus color, quasi fere est asinorũ. *Col. li. 3. ca. 37.* Murinus quũ sit in asino vulgaris, tamẽ nõ optimè respõdet in mula. Murinum hordeũ, herbæ nomẽ. *Pli. li. 22. c. 25.* Est & herba Phœnicia appellata à Græcis, à nostris verò Hordeum murinum. Hodie à vulgo Sterilis auena appellatur, *teste Ruellio lib. 3. cap. 96.*

Mūscērda, æ, Murinum stercus. } μυόκοδον GAL. Ctote, ou merde de rat ou de souris. ITAL. *Sterco di topi.* GERMANIC. Meuss dreck. HISPAN. *Estiercol de los ratones.* ANGLIC. *Muse dung.*} *Plin. lib. 23. cap. 6.* Præterea vt Varro noster tradit, murinum simum, quod itém muscerdas appellat.

Mūscĭpŭla, Machina ad capiendos mures. } μυόσφορον, παγίς. GAL. Souriciere, ratiere. ITA. *Trappola à prender topi.* GER. Ein meussfall. HISP. *Ratonera para tomar ratones.* ANG. *A mouse trappe.*} *V ar. 1. de Re rust. c. 8.* Necnon si parit humus mures, huius minor sit vindemia, nisi totas vineas oppleueris muscipulis. [*V sus est Senec. Epist. 48.*]

Mūsa, æ, Cantus. } μοῦσα. GAL. Muse. ITAL. & HISP. *Musa.* GERMAN. Ein gesang oder lied. ANGLIC. *A song.*} [Musæ dictæ παρὰ τὸ μώσασθαι, i. ab inquirendo (inquit Diodorus) quòd ea inquirant, hominésque doceant, quę ignorantur. Alij aliter, vide infrà.] *Virgil. 8. Eclog.* Pastorum musam Damonis & Alphesibœi. *Idem 6. Eclog.* Agrestem tenui meditabor arundine musam. ¶ Crassiore musa. *Quint. lib. 1. cap. 10. 2. 17.* Libet propter quosdam imperitiores crassiore (vt vocant) musa dubitationem huius vtilitatis eximere. Iocosa musa. *Ouid. 3. Trist. Eleg. 2.* Pedestris musa. *Horat. 2. Serm. Satyr. 6.* Solers lyræ musa. *Idem de Arte.* [Nec potis est dulces Musarum exponere fœtus, Mens animi. *Catull. ad Ortalum,* Inque suũ furtim Musa trahebat opus. *Ouid. Eleg. vlt. lib. 4. Trist.* Vita verecunda est, Musa iocosa mihi. *Idem Eleg. 1. lib. 2. Trist.* Me quoque Musa leuat, sola comes fugæ. *Oui. Eleg. 1. lib. 4. Trist.* Cane musa receptus. *Ouid. Eleg. 9. lib 4. Trist.* Gratia Musa tibi quod vino. *Ibid. Eleg. vlt.* Hei mihi, cur vnquam Musa locuta mihi est? *Idem Ouid. Eleg.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

1. *lib.5.Trist.* A liberali Musa non abhorrens. *Gellius ca.3.lib.9.* Eiusdem Musæ vir (.i.studij) *Gellius cap.10.lib.9.*] ¶ Hinc Musica, μουσικὴ, Ars & facultas canendi. Et Musicus, μουσικὸς, musicæ peritus. ¶ Poetæ Musas nouem finxerunt eadémque deas, Iouis, & Memoriæ filias, quæ poetis & Musicæ præsent. Oportet enim virum eruditum, ac doctum, intelligentia memoriáque vigere. Has dixerunt in Helicone habitare, qui mons Bœotiæ est, Phocidi affinis: à quo Heliconides, & Heliconiades appellantur. Differt autem Helicon non procul à Parnasso Phocidis monte, æmulus illi & altitudine & ambitu: rupes amborum saxea est. ¶ Quin & Parnassum habitare Musæ dicuntur: vnde & Parnassides dictæ. ¶ Et quoniam Phocidi confinis Aonia est, etiam Aonides appellantur. ¶ Alio etiam nomine dicuntur Cithærides, vel Cithæriades ab Atticæ regionis monte, qui Cithæron dicitur, quem similiter Musis sacrum esse dicunt. Initium habet à Megaricis & Atticis montibus, finitur prope Thebas. ¶ Pierides item dictæ à Pieria, quæ regio est Macedoniæ, Emathia ante dicta. Hæc Musarum patria, domúsque est, à nemore item appellata, cui nomen est Pieris. ¶ Thespiades, à Thespia oppido Heliconi propinquo. ¶ Hippocrenides, ab Heliconis pulcherrimo fonte, qui à Græcis Hippocrene dicitur, hoc est equi fons, ἵππου equum vocant, κρήνη, fontem. vnde & à nostris Fons Caballinus vocatur, & Pegaseius, quod Pegasus eo loco saxum vngula feriens, fontem dicatur aperuisse. Hunc equum putant esse qui inter sydera collocatus est. Quanuis alij Bellerophontis equũ esse dicãt. ¶ Libethrides vocatæ sunt à fonte Macedoniæ, in ea regione, quæ Magnesia dicitur. Hic fons Libethros, Musis est sacer, & spelunca eodem in loco, quæ Libethra appellatur. Item Pimpleides, seu Pimpleæ, à Pimpla Thraciæ monte, vel à fonte Pimpleo in radice eius mons sito. ¶ Castalides à fonte Castalio, in radicibus Parnassi, Musis sacro, qui à Castalia Nympha nomen assumpsit. ¶ Nouem autem Musæ finguntur, quibus hæc nomina imposita sunt. Primam enim à bonitate vocis dixere Calliopen. ¶ Secundã Clio, à gloria & celebritate rerũ gestarũ, quas canit: quæ eadem Historica dicitur. ¶ Tertiam, ἐρατὼ, Erato, vel à canendis amoribus, vel quòd cantus omnibus expetatur. *Ouid.2.de Art.* Nunc mihi, si quando puer, & Cytherea fauete, Nunc Erato: nam tu nomen amoris habes. ¶ Quartam à voluptate, ac lasciuia cantus θαλείαν Thaliam: θάλλειν enim virere, germinare, florere est. ¶ Quintam μελπομένην, Melpomenen, à canendo· μέλπομαι enim canto & modulor significat ἀπὸ τῆ μέλος ποιεῖν, hoc est à concentu faciendo: vnde & Tragœdiis præsidere putabatur. ¶ Sextam τερψιχόρην, ἀπὸ τῆ τέρπειν τοὺς χορεύοις, hoc est delectandis choreis: vnde à quibusdam dicitur Citharistria. ¶ Septimam εὐτέρπην, Euterpen, à suauitate concentus, quasi bene delectantem. Hæc à nonnullis Tibicina dicta est & præcipue tibiarum cantui creditur præsidere. ¶ Octauam Polyhymniam, quod multa canendo sit, & vigeat memoriæ magnitudine, aut si Polymniam scribas, quòd memoria excellat. ¶ Nonam οὐρανίαν, Vraniam, quasi cœlestem, vel à cælestium rerum cantu, vel à cantus diuinitate. οὐρανὸς enim Græci vocant cælum. ¶ Vnde autem dictæ sint Musæ, inter scriptores non satis conuenit. *Plato in Cratylo.* ἀπὸ τῆ μῶσαι dictas putat, hoc est ab inquirendo: vnde ab antiquis interdum vocatæ sunt Mosæ. Alij Musas dictas putant quasi ὁμούσας, quòd inter omnes disciplinas similitudo sit, & quoddam quasi cognationis vinculum, quo inter se omnes coniunguntur, & copulantur: vnde & Musæ ita pingi solẽt, vt sẽ mutuò tenentes, choros ducant. ¶ Sunt etiam qui Musas dictas putẽt ἀπὸ τῆ μωῦν, quod significat, bona honestáque disciplina instituere. Musarum nomina & inuenta exequitur *Virg.in Epigram.*

Clio gesta canens transactis tempora reddit.
Melpomene Tragico proclamat mœsta boatu.
Comica lasciuo gaudet sermone Thalia.
Dulciloquis calamos, Euterpe flatibus vrget.
Terpsichore affectus citharis mouet, imperat, auget.
Plectra gerens Erato saltat pede, carmine, vultu.
Carmina Calliope libris heroica mandat.
Vrania cæli motus scrutatur & astra.
Signat cuncta manu. loquitur Polyhymnia gestu.
Mentis Apollineæ vis has mouet vndique Musas.
In medio residens complectitur omnia Phœbus.

* Musæ item pro humanitate, doctrina & litteris accipiuntur. *Cic.5.Tusc.* Quis est enim omnium qui modo cum musis, id est cum humanitate & cum doctrina, habeat aliquod commercium, qui se non hunc mathematicum malit, quàm illum tyrannum? *Auersus à Musis insulsus & ineptus ad literas. *Cic.pro Archia.*

Mūsĭcă, cæ, & Musice, ces, Scientia canendi vna liberalium artium quæ vim & rationem canendi demonstrat. ἡ μουσική. GALL. Musique. ITA. *Musica.* GERM. Die kunst artlich vnd wol zusingen. HIS. *El arte de la musica para cantar.* ANG. *Musick.* } Hæc apud Græcos tanti olim fuit, vt iidem Musici & vates, & sapientes iudicarentur. Cuius scientiæ quum se imperitum Themistocles confessus esset (*vt inquit Cicero*) indoctior habitus est [*Suet.in Ner.cap.20.* Occultæ musicæ nullus respectus. *Et apud Gell.cap.vlt.lib.13.* Musica abscondita nulli rei est.] ¶ Musicæ appellarione (*inquit Budæus*) prisci humanitatem literarum significabant: in qua ingenuos homines docebant otium contemnere, animúmque recreare. Recentiores verò ad numerorum modulationem hoc verbum transtulerunt: quia musica velut ludus animi est, & à curis vexati requies. [Hinc *Priscian.lib.1.pa.2.* Arcem possidere Musicæ (.i.litterarum.)]

Mūsĭcă, orum. *Cic.1.de Orat.* Quis musicis, quis huic studio litterarum quod profitentur ij qui grammatici vocantur penitus se dedidit, quin, &c. *Idem 5.Tusc.* Musicorum verò perstudiosum accepimus.

[Mūsĭcor, aris, *Palæmon Grammaticus Cap.de pronomine.* At enim (*inquit*) studium fuit omnibus musicari latinitatem (.i.Euphoniæ latini sermonis consulere & concinnitati.]

Mūsĭcŭs, a, um, per.n.cor. Ad musicam pertinens. } μουσικός. GALLIC. Appartenant à Musique. ITALI. *Musico, pertinente à musica.* GER. Das zů der kunst des singens gehört. HISP. *Cosa perteneciente à la musica.* ANG. *Belonging to musick.* } *Plin.libr.2.cap.22.* Sed Pythagoras interdum ex musica ratione appellat tonum, quantum absit à terra Luna. *Quintilian.lib.1.cap.12.* Aut musicis notis cantica excipiat. [*Suet.in Ner.cap.22.* Musici agones (.i.certamina musica.) *Idem Sueton. Ibidem ca.12.* Musicum, Gymnicum equestre.] ¶ Artem tractare musicam periphrastice, dictum est faoulas & comœdiam scribere. *Teren.in Prolog. Phorm.* In medio omnibus palmam esse positam, qui artem tractant musicam. ¶ Musicum studium. *Idem in Heaut.* Repentè ad studium hunc se applicasse musicum. [Item *Gell.cap.9.lib.19.* Ad rem musicam facili ingenio. (i. ad litteras.) *Prisc.fol.1. pag.2.* Artem Musicæ possidere (.i. litterarum.) Et *Gell. cap.10.lib.3.* Medici Musici (.i. docti, litterati.) *Idem cap.vlt. lib. vlt.* Profanum vulgus à ludo Musico diuersum. (i. litteratio, siue à litteris alienum.)]

Mūsĭcŭs, ci, Cantor, qui nouit aut docet musicam. } ὁ μουσικός. GALL. Musicien. ITALIC. *Musico.* GER. Ein singer/ der diser kunst des singens wol berichtet ist. HISPAN. *Cantor che canta por musica.* ANGLI. *A musicien.* } *Cic.3.de Finibus.* Ergo in Græcia musici floruerunt. *Idem 1.Offic.* In fidibus musicorum aures vel minima sentiunt. *Idem 2.Tusc.* Si absurdè canat is qui se haberi velit musicum.

Mūsĭcē, Ponitur pro integre vt nihil desit. } μουσικῶς. GAL. Musicalemẽt, en musique. ITA. *Musicalmente.* GERM. Gentzlich. HISP. *Con musica, musicalmente.* ANGL. *After the maner of musick.* } Nam musicam veteres encyclopædiam dixêre, in qua omnes sunt comprehensæ disciplinæ. Musicè etiam delicate significat, & genialiter: nam musicos opiparè & genialiter viuere manifestum est. *Plaut. in Mostel.* Musice hercle agitis ætatem: itaque vti vos decet, Vino, & victu, piscatúque probo electuli Vitam colitis.

Mūsæŭs, a, um, μουσαῖος, Quod Musarum est: vt Lepor Musæus. *Lucret. lib.4.* Deinde quod obscura de re tam lucida pango.
Carmina, muræo contingens cuncta lepore.

Mūsēum, pen. prod. } μουσεῖον. GAL. Lieu consacré ou dedié aux Muses, vne estude. ITAL. *Museo, luoco consecrato alle muse.* GERM. Ein ort der man gůten künsten obligt/als ein studierstůb. HISPA. *Lugar consacrado à las musas.* ANG. *The house of a learned man, a studie.* } Locus est Musis, & studiis consecratus. *Strab.lib.vlt.* scribit apud Alexandriam fuisse celeberrimum museum. *Plin.Iun.libr.1.Epist.ad Fundanum,* ô mare, ô litus, verum secretúmque museon quàm multa inuenitis! quàm multa dictatis! Philostratus in vita Apollonij Tyanei μουσεῖον, vocat locum vbi Musæ colebantur, & responsa reddebant: quasi Musarum sacrarium. ¶ Est præterea Museum μουσεῖον, opus ex pumicibus constructum, ita dependens, vt imaginem ipecus imitetur. *Plin.lib.36.cap.21.* Non prætermittenda est & pumicum natura, appellantur quidem ita & cætera saxa erosa annis: in aduersicis Musea vocant, dependentia ad imaginem specus arte reddendam.

MVSĂ ĂN TŌNĬŬS, Augusti medicus fuit, *cuius meminit Horat.lib.1. Epist.ad Vallam. Plin. lib.19. cap.8.* Diuus certè Augustus lactuca conseruatus in ægritudine fertur prudentia Musæ medici. Eiusdem meminit & *Sueton.in August.*

MŪSĒVM, pen. prod. μούσειον, Locus est circa Olympum Macedoniæ montem, Musis consecratus. *Stephan.*

MVSAEVS, μουσαῖος, Poeta insignis, Orphei tempore, vnus ex Argonautis. } GERMA. Ein herrlicher Poet zů den zeuten Orphei. } *de quo extant versus,* Ancus erat Romæ quo Martius optimus æuo, Musæus Græcis floruit in patribus. Quod epigramma si verum est, Musæus non fuit vnus ex Argonautis, qui expeditionẽ fecerũt in Colchos ante tempora Troiana. Potest tamen hoc de alio quopiam Musæo intelligi. Nam tres commemorantur à Suida, omnes poetæ, inter quos præcipuus fuit Musæus Eumolci filius, Athenienſis, qui amores Erûs & Leandri carmine heroico descripsit. De huius laudibus extat honestissimum *Virgil.elogium 6.Æneid.* Musæum ante omnes: medium nam plurima turba Hunc habet, atque humeris extantem suspicit altis.

Mūsca, muscæ. Paruum animal volatile nulli non notum. } זבוב zebůb. μῦια. GAL. Vne mousche. ITALIC. & HISP. *Mosca.* GERM. Ein fliege oder muck. ANG. *A flie.* } *Plaut.in Curcul.* Item genus est lenonum inter homines, meo quidem animo, Vt muscæ, culices, pedesque, pulicésque. *Varr.de Re rust.cap.6.* Non vt muscæ liguriunt, quòd nemo has videt vt illas, in carie, aut sãguine, aut adipe. ¶ Eius diminutiuum est Muscula. *Boetius,* Quid imbecillius homine, quem morsus muscularum necat?

Mūscārĭŭs, ria, rium, Quod ad muscas pertinet. } μυικός. GAL. De mousches. ITA. *Di moschе.* GER Das der fliegen ist. HISPA. *Cosa de moschas.* ANGLIC. *Belonging to a flie.* } *Pliniusz lib.29.ca.6.* Aranei muscarij telæ, & præcipue spelunca ipsa imposita per frontem ad duo tempora. Vbi Muscarium araneam vocat, qui venatur muscas.

Mūscārĭum, rij, Flabellum, quo muscæ abiguntur. } σῶν. GAL. Vn esuétoire ou autre instrument à chasser les mousches. ITAL. *Paremosche.* GERMA. Ein fliegen wädel. HISP. *Moscadero.* ANGLI. *A flie flappe.* } Cuiusmodi ex caudis pauonum confici solent, quę muscaria pauonina vocat *Mart. lib.14.* [*Epigram. 67. & 71.*] *Hieronymus ad Marcellam,* Quod autem matronis offertis muscaria, paruis animalibus ventilandis, elegans significatio est, debere luxuriam citò restringere, quia muscæ morituræ oleum suauitatis exterminant. ¶ Erant & Muscaria bubula, quæ ex boum caudis conficiebantur, pulueri vestibus excutiendo idonea, quorum etiam meminit idem Martialis loco iam indicato. ¶ Ab horum similitudine herbarum quoque comæ in orbem radiatæ, cacuminaque in fasces coacta, Muscaria appellantur. *Plin. lib.12. cap. 26.* Semine in muscariis dependente, vt ferulæ.

Mūscērdă. Muscipula, Muscŭlus, Vide MVS.

Mūscŭs, musci, Viridis herba, seu potius lanugo, in corticibus arborũ, & circa fontes & loca humida nascens. [Ita *Diomedes li.1.* Herba quæ in parietibus aut corticibus arborum hæret.] } μῦσος, βρύον. GAL. Mousse. ITAL. *Musco, muffa che nesce sulla corteccia de gli alberi.* GER. Mies so an den bäumen furnemlich wachsset. HISP. *El moho de los arboles.* ANG. *Mosse.* } *Virg.6.Eclog.* -musco circundat amaræ Corticis. *Colum.libr.4. cap.24.* Iam vero muscus, qui more cõpedis, crura vitium deuincta cõprimit, sitúque ex veterno macerat, ferro distringẽdus, & eradẽdus est. Muscōsŭs, sa, sum, Quod musco opertum est. } βρυώδης. GALL. Plein de Mousse. ITAL. *Pieno di musco.* GERM. Miessechtig/vol mies. HISPA. *Llena de tal moho.* ANG. *Full of mosse.* } Vnde dicuntur Muscosi fontes Et muscosa prata, *apud Varr.1.de Re rust.cap.9. Cic.ad Quint.Frat.lib.3.* Nihil muscosius. *Plin.12.cap.1.* Muscosi pumices.

Mūscārī, Est musco tegi. βρυῶσθαι. Vnde Emuscari, est musco liberari. *Colum.li.11.cap.2.* Oleæ putantur, & emuscantur.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Mūsēă, museorum, Vide Museum in MVSA.

Mūsĭcă, Vide MVSA.

Musĭmōn, is, pen.corr.masculi.gen. Animal ouillo pecori non dissimile, villo tamen caprino similius, H Ispaniæ & Corsicæ familiare. *Plin. lib.8. cap. 49.* Est & in Hispania, & maximè in Corsica, non maximè absimile pecori, genus musimonũ, caprino villo quàm pecoris velleri propius, quorum è genere, & ouibus natos prisci Vmbros vocauerunt. Infirmissimum pecori caput: quamobrem auersum à sole pasci cogendum. *Nonius aliter*, Musimones *inquit* asini, muli, aut equi breues. *Luc.lib.6.* Pretium emit, qui vendit equum musimonem.

Mussō, mussās, Vide Mutio in MVTVS.

Mustăcĕ, ces, pen. product. siue potius Mustax, cis, Lauri species, quæ maximo folio constat, flaccidóque & albicante: ita dicta quòd mustaceis soleat subiici. *Plin. lib. 15. cap. 30.* Duo lauri genera tradit Cato, Delphicam & Cypriam: Pompeius Lenæus adiecit, quam Mustacam appellauit, quoniam mustaceis subiiceretur. Hanc esse folio maximo, flaccidóque & albicante. Ex quo Plinij loco apparet nominatiuum huius dictionis potius videri Mustax, quàm Mustace, quippe quæ accusatiuum faciat Mustacem: *qua etiam declinatione vsus est Ruellius.*

Mūstăcĕŭs, & Mustaceum, cei, Libi genus est, constans ex farina siliginea musto conspersa, calèo, cumino, anisо, adipe, & ramentis lauri, quod in nuptiis adhiberi solet. *Iuuen. Satyr.6.* Si tibi legitimis pactam, iunctámque tabellis Non es amaturus, ducendi nulla videtur Causa, nec est cur cœnam & mustacea perdas. *Cato de Re rust. cap. 121.* vsus est hoc nomine in *malculino* genere. Mustaceos (*inquit*) sic facito: farinæ siliginea modium vnum musto conspergito, anisum, cuminum, adipis pondo duo, casei libram, & de virga lauri deradito eôdem addito: & vbi definxeris, lauri folia subtus addito dum concoques. Dicta sunt autem Mustacea à Musto, quo farina conspergebatur: non (vt quidam putauerunt) à mustace lauri genere: quum è contrario, *vel ipso Plinio teste*, constet, hoc lauri genus à Mustaceis nomen accepisse, quòd mustaceis soleat subiici: *Vide ea quæ de hoc annotauimus in dictione* LAVREOLA.

Mūstēlla, æ, siue Mustela, vnico l, penult. prod. ✠ חלך *cholédh.* γαλῆ. GAL. Vne belette. ITA. *Donnola.* GERMAN. Ein wisel. HISPANI. *Comadreja.* ANG. *A weesell.* } Animal est paruum, sed oblongum, flaui coloris, quod columbariis, aliisque id genus auiariis maximè insidiatur, oua exorbens, ipsásque etiam aues enecans. *Plin.* Mustellarum duo facit genera magnitudine distantia, sylueстre, quod Græci ictidem vocant: & alterum domi nostræ oberrans, quod suos quotidie transfert catulos, & serpentes persequitur; *Plin. lib. 29. cap. 4.* ¶ Est etiam Mustella, γαλῆς, Piscis nomen *apud Plin.lib.9. cap.17.* proximam à scaro bonitatem obtinentis: quem *Paulus Iouius in eo libello*, quem de piscibus Romanis edidit, multis argumentis ostendit, eundem esse quem nos à lambendis petris *Lampetram* vocamus. * Item Mustela viri nomen proprium, qui Ciceronis valde studiosus fuit, vt ipse testatur scribens *Attico lib.12. Idem 2. Philipp.* dicit hunc gladiatorum principem fuisse.

Mūstēllīnŭs, a, um, pen. prod. adiectiuum. Fit à mustella. } γαλέινος. GAL. Appartenant à belette. ITAL. *Pertinente à donnola.* GERM. Das der wisselins ist. HISP. *Perteneſciente à comadreja.* ANG. *Belonging to a weesell.* } *Terent. in Eunuc.* Hic est vetus, vietus, veternosus senex, Colore mustellino. *Plin.lib.30.cap.14.* Aut ex vtriculo mustellino per genitale effluentes aquas.

Mūstrĭcŏlă, læ, Est machinula, *autore Festo*, ex tegulis, in qua calceus nouus insuitur. *Afranius*, Mustricolam in dentes indam tibi.

Mūstum, sti, Recens vinum. } תירוש *tirósch.* γλεῦκος, *olvos vios.* GAL. Du mouſt, vin doux qui vient de la cuue. ITA. *Mosto, vino noue.* GERMA. Most/vnuerästener wein. HISP. *El mosto de las vuas.* ANGL. *New wyne, or any drink that is new and fresh.* } *Ouid. 4. Fast.* Præmia de lacubus proxima musta tuis. *Plin. libr.23. cap.1.* Musta differentias habent naturales has, quòd sunt candida, aut nigra, aut inter vtrunque, aliáque ex quibus vinum fiat: alia ex quibus passum. *Cicer. de Clar. Orat.* Sic ego istis censuerim & nouam istam quasi de musto ac lacu feruidam orationem fugiendam, &c. *Virg. 1. Georg.* Aut dulcis musti Vulcano decoquit humorem. *Ouid. 2. de Arte*, Qui properant noua musta bibant: mihi fundat auitum Consulibus priscis condita testa merum. [Ne musta in lacu statim austera sint. *Quintil.* Nec cumulant altos feruida musta lacus *Ouid. Eleg.10. lib.5. Trist.* Vide plura in Lacus, suprà.]

Mūstŭs, sta, stum, Recens. } חדש *chadásch. νέος.* GALL. Nouueau fait, freschement fait. ITAL. *Nouo.* GER. New als das most. HISP. *Fresco nueuo.* ANGL. *New and freshe.* } *Plaut.* Mustam iuuencam dixit. ¶ Mustum (*inquit Nonius*) non solùm vinum, verumetiam nouellum quicquid est, recte dicitur. Næuius in Gymnastico, Vtrum est melius, virginem, an viduam vxorem ducere? virginem, si musta est.

Mūstārĭŭs, a, um, Quod ad mustum pertinet. } ὁ γλεύκινος ὑπάρχων. GAL. Appartenant à mouſt. ITAL. *Pertinente à mosto.* GER. Das zu dem most gehört. HISPAN. *Perteneſciente a mosto.* ANG. *Belonging to sweet wyne.* } Vt, Mustarius vrceus, in quo mustum reponitur. *Cato de Re rust. cap. 11.*

Mūstĕŭs, a, um, Dulcis, & musti saporem referens. } γλεύκινος. GALLI. Doux comme mouſt. ITAL. *Mostoso.* GERMANI. Süß vnd geschmackt wieмost. HISPAN. *Dulce mostoso.* ANGLIC. *Sweet lyk new wine.* } vnde Poma mustea. *Plin.* Est tanta musteis pomis suauitas, vt finis mandendi nouisi periculo fiat. ¶ Dicitur etiam Musteus, recens idem quod Mustus *Idem lib. 12. cap. 7.* Amaritudo grano eadem quæ piperi musteo creditur esse. *Colum. lib. 8. cap. 15.* Transfertur in vasa fictilia mel, quæ paucis diebus aperta sint, dum musteus fructus deferuescat.

Mustulentum, vt vinolétum, Quod odorem habet musti aut oblitus musto ac inadens. *Plaut. in Clit.* Nam ista mustulentus æstus nares attigit. *Ex Nonio.*

Mūtābĭlis, Mutabilitas, Vide MVTO.

Mūtĭlŭs, a, um, Truncatus aut membro aliquo necessario diminutus, mancus. } ברות *charúth* חרוץ *charúss* גרוץ *gharúz* מקצץ *mekutsſsáts.* κολοβός, πηρός. GAL. Mutile, coupé. ITAL. *Troncato.* GERMA. Geſtumpfet. HISPAN. *Demoschado.* ANG. *Maymed.* } *Plin.libr 8. cap.5.* Certe Cato quum imperatorum nomina annalibus describeret, eum qui fortissimè præliatus esset in Punica acie, Sutrum tradidit vocatum, altero dente mutilato. *Ouid. de Nuce*, At mihi sæua nocent mutilatis vulnera ramis. *Cic. 3. Philipp.* In Galliam mutilatum duxit exercitum, id est diminutum.

Mūtŭlŭs, Lapis in pariete prominens, quadrangulus ferè, inferiore tamen sui parte nonnihil imminutus. *Varro lib.3. cap.7.* Sed pro columbariis in pariete mutulos aut palos in ordinem, supra quos tegeticulæ cannabinæ sint impositæ. *Idem lib.3.cap.16.* Eas aluos ita collocant in mutilis parietis, vt ne agitentur, neve inter se contingant.

MVTĪNĂ, pen.corr. Vulgò. *Modena.* } GERM. Ein ſtat in Lombardia. } Ciuitas est Galliæ Cisalpinæ in Flaminia, quondam Romanorum colonia, vbi Antonius D. Brutum obsedit, quem Hircius & Pansa Consules, victo Antonio liberarunt. *Lucan.lib.1.* His Cæsar Perusina fames, Mutinæque labores Accedant fatis. *Cicer. Philipp.5.* Anton. circunsedit MUTINAM firmissimam & splendidissimam populi Romani coloniã.

Mutinensis color, μαντινὸν χρῶμα, dicitur natiuus, à Mutinensibus lanis, ex quibus natiuo colore panni fiebant. *Varro*, Nain & ludere alacrem vidimus Mutinensi tunica.

Mutio, tis, Vide MVTVS.

[Mutito, vide post Muto.]

MŪTĬŬS, Vir Romæ clarus, qui accepta potestate à senatu, in castra Porsenæ regis, tum temporis Romanos obsidentis solus intrauit, eo animo vt regem interficeret: sed quum regem non cognosceret, satellitem purpura indutum pro rege occidit. Hinc comprehensus, & ad regem perductus, iussus est & coniuratos si qui essent, indicare. Mutius verò vt ostenderet se nullo supplicio vinci posse, & vt pœnam de dextra sua exigeret, quòd in cæde aberrasset, ipsam igni impositam in conspectu regis sibiipsi adussit: vnde illi postea Scæuolæ cognomen, quod sinistra manu vti cogeretur. σκαιὸν enim Græci sinistrum vocant. Ita Rex eius fortitudinem admiratus, liberum dimisit. Mutius igitur, regi vt grati animi significationem aliquam daret, indicauit trecentos iuuenes in eum similiter coniurasse. Qua re territus Porsena, bellum acceptis obsidibus deposuit. *Martial.* Vrere quam potuit contempto Mutius igne, Hanc spectare manum Porsena non potuit. *Vide Liuium lib. 2. ab Vrbe condita.* Fuerunt præterea alij Mutij, quorum facta illustria multis profequitur *Raphael Volaterranus lib.17.*

Mūto, as, Vario, immuto, commuto, innouo. } חלף *hechelíph* שנה *schinnáh* חמיר *hemir.* διαλάττω, μεταβάλλω. GALL. Muer, changer. ITAL. *Mutare, variare.* GERMA. Enderen/verwandten. HISPA. *Mudar.* ANGL. *To change.* } *Plin.lib.7. cap.29.* Colorem muta ad similitudinem loci, & maxime in metu. Vnde mutare sententiam dicimus. τὸ ἀφαιρέματος ἐξισάζειν. *Terent. in Phorm.* Haud scio hercle, vt homo est, an mutet animum. *Cicer. ad Gal. lib. Famil. 7.* Sin autem sententiam mutasti, ego habebo. ¶ Quandoque aliud pro alio accipio, permuto, ἀμάπτημαι, ἐξαλλάττω, καταλλάττομαι. *Sallust. in Iugur.* Statuit tamen Metellus pecoris, & mancipiorum prædas certatim agere, eáque mutare cum mercatoribus vino aduectitio, & aliis talibus. [*Ouid. Eleg. 2. lib. 1. Trist.* Non latum mutandis mercibus æquor aro. *Ouid. Eleg. 2. libr.1. Trist.* Mutare, pro eo quod est emere, aut vendere, Antiqui sæpè dicebant, *Colum. cap. 9. lib. 7.* Porcus lactens ære mutandus est. Idque Græcorum exemplo apud quos sæpe isto modo ponitur verbum ἀμάπτεσθαι. Quia antiquissima ratio contrahendi, vt Aristoteles & Iureconsulti docent, permutatio est. *Plaut. Capt. sc. 1. a. 1.* Si queat inuenire qui cum mutet filium. *Item*, Si quem reperire posset cum quo mutet suum captiuum. *Idem Capt. prolog.* (Cum) hoc illum me mutare confido fore. *Plau. Capt. sc. 2. a. 1.*] ¶ Aliquando sine ablatiuo. *Virg. 4. Eclog.* nec nauticæ pinus Mutabit merces: omnis feret omnia tellus. ¶ Mutare consilium, *Cic. ad Attic. lib.3. & ad Quint. Frat. li.3.* Mutare decretum, & mutare ius. *Idem 3. Verr.* ¶ Mutare factum. *Terent. in Andr.* Haud muto factum. *Vbi Donatus*, Vetustè: non me pœniter. *Idem Donatus in Phor.* Sic enim veteres dicebant, Muto factum, & Nolo factũ, quum alicuius rei eos pœnitebat. ¶ Mutare fidem. *Plau. in Milit.* Sed ne istam amittam, & hæc mutet fidem. [Mutare sacramentum. *Sueton. in Claud. cap.13.* Mutare personam. *Senec. cap.6. de Consol. ad Marc.* Colore mutari initio dicendi. *Quintilianus*, Mutare prætextam & virilem togam. *Gell. cap.4. libr.18.* Quamuis in cinerem corpus mutauerit ignis. *Ouid. Eleg. 3. libr. 3. Trist.*] Mutare se aliò, est se aliò habitatum transferre. μετοικίζειν. *Varro*, Fac te aliquò cum omni familia mutes. ¶ Pace bellum mutare, est loco belli pacem accipere. *Sallust. in Catil.* Nemo, nisi victor, pace bellum mutauit. * Mutare neutrum absolutum, pro variare. *Liu. lib. 5. ab Vrbe*, Annona ex anteuecta copia, nihil mutauit. Id est, Quoniam vrbs frumento abundabat propter anteuectam copiam, annonæ pretium non creuit. [*Gell. cap. 12.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*lib.*18.Mutare,pro Mutari dixit.*Et cap.3.lib.*13.pro varium esse,siue variare.] Mutans Partici.præsens:aliquando accipitur pro eo qui mutatur,*Quintilian.lib.*1.*cap.*10.Diu enim mutantibus (licèt verbis) repugnandum:sed aoolita atque abrogata retinere insolentiæ cuiusdam est,& friuolæ in paruis iactantiæ. ¶ Huius composita sunt, Commuto,Demuto,Immuto,Permuto,*de quibus suis locis.*

Mūtātŭs, a, um, Particip. { משנה *meschunnéh* שנה *schonéh.* μεταβλητὸς, ἀλλοιωθὲις. GAL. Mué, change. ITA. *Mutato.* GER. Geenderet/verwandlet. HISPANIC. *Mudado.* ANG. *Changed.* } *Plin.lib.*3.*cap.*11. In secunda regione Hirpinorum coloniæ vna Beneuentum, auspicatius mutato nomine,quæ quondam Maleuentum.*Virgi.*2.*AEneid.*

Hei mihi,qualis erat!quantum mutatus ab illo
Hectore,qui redit exuuias indutus Achilli!

Mūtātĭo,onis,Commutatio. { חליפה *chaliphâh* תמורה *temuráh.* μεταβολὴ GALLIC. Mutation,changement. ITA. *Permutatione.* GERM. Endterung/verwandlung. HISP. *Mudança.* ANGL. *A changing.* } *Cic.*12. *Philip.* Consilij mutatio optimus est portus pœnitenti. *Cic.pro Quint.* Loci non ingenij mutatio. [Vt mutatio inter me & illum nostris fiat filiis. *Plaut.Capt.sc.*2.*a.*2.

Mūtābĭlĭs,le,à muto,Inconstans,qui facilè mutatur,varius. { μεταβλητικὸς,ὀμεταβόλος. GAL. Muable,inconstant. ITALIC. *Mutabile, instabile.* GER. Wanckelbar/vnbeständig/das sich leichtlich enderen laßt. HISP. *Mudable,que se puede mudar.* ANGLIC. *That maybe changed, vnconstant.* } *Virgil.*4.*AEneid.*-varium & mutabile semper Fœmina. Mutabilis vulgi animus. *Liu.*2.*ab Vrb.* Mutabili ratione labuntur planetæ. *Cicero de Vniuers.* ¶ A quo immutabile.

Mūtābĭlĭtās,tis,Mobilitas, varietas. { חליפה *chaliphâh* תמורה *temuráh.* ὀμεταβολὴ, ἀστασία. GAL. Muableté,inconstance. ITA. *Mutabilità,legerezza,inconstanza.* GER. Wanckelmütigkeit. HISP. *Aquella posibilidad de mudarse,no constancia.* ANGL. *Varietie,vnconstancie.* } *Cicero* 4.*Tusc.* Hæc inconstantia, mutabilitasque mentis, quem non ipsa grauitate deterreat? [*Item cap.*13.*lib.*7.]

Mūtĭto,tas,pen.corr.Mutua conuiuia agito. ἀμηλοποτῶ. *Gel.lib.*2.*cap.*24. Principes ciuitatis, qui ludis Megalensibus antiquo ritu mutitarent, id est mutua inter se conuiuia agitarent.

Mutulus, Vide MVTILVS.

Mutŭo,aduerbium,& Mutuo,mutuas, Vide MVTVVM.

Mūtŭs, A mugiendo quidam deduci putant. { אלם *illém.* ἄφωνος, κωφὸς. GAL. Muet. ITA. *Muto.* GER. Ein stumm. HISP. *Mudos.* ANG. *Dumme.* } Nam quanuis mutus loqui non possit, prorumpit tamen in vocem, quæ mugitus potius, quàm sermo videtur. Vel dicitur Mutus,quasi minutus,quòd eo sensu minutus fit. Vel dicitur à mussando, quod nõ aliud quàm inconditum quendam sonum edat. [Muta reperta nulla mulier. *Plaut.Asel.sc.*3.*a.*1. Quis ait hoc? quasi muti silent. *Plaut.Capt. sc.*1.*a.*3. Mutis gregibus maxima animalia præsunt. *Senec.Epist.*91. Mutus aspectus miserorum mouet. *Quintilian.* Muti magistri libri. *Gel.cap.* 2.*lib.*14.] *Cicer.Cornif.lib.*12. Mutum esse satius est,quàm quod nemo intelligat,dicere. *Plin.lib.*10.*cap.*29. Merula canit æstate,hieme balbutit,circa solstitium muta. *Ci.*3.*de legibus,* Vt enim magistratibus leges, ita populo præsunt magistratus:veréque dici potest, magistratum legem esse loquentem:legem autem,mutum magistratum. *Virgilius* 12. *AEneid.* Scire potestates herbarũ,vsúmque medendi Maluit, & mutas agitare inglorius artes. *Vbi Seruius,* Artes mutas dixit.quasi minus celebres,vel comparatione musicæ. ¶ Mutæ item artes dicuntur picturæ,quæ quum non loquantur,res tamen ipsas exprimũt. *Cic.*3.*de Orat.* Etsi hoc in his quasi mutis artibus est mirandum, & tamen verum: quanto admirabilius in oratione, atque in lingua? De arte picturæ. ¶ Mutæ dicuntur literæ quædam ex consonantibus, quòd præ aliis modicum,& veluti mutum quendam reddant sonum: ἄφωνα. ¶ Mutæ cicadæ dicuntur cicadæ minores,non quòd nihil canant,sed quòd parum canant, ἄφωνοι τέττιγες. [*Quintilian.cap.*16.*lib.*1. Muta animalia.de Apibus.

Muti,Lapides in agrorum diuisionibus dicebantur,sine inscriptione appositi,adeo quia nulla signification apparerent,quoto loco numerarentur. *Ex Hygino.*

Mūtĕo,mutes,mutui,à quo Mutesco,Mutus fio,vel mutorũ more taceo. { נאלם *neelám.* κωφῶμαι. GAL. Deuenir muet. ITAL. *Ammutire.* GERM. Stumm sein/erstummen. HISP. *Emmudescerse.* ANG. *To waxe dumme.* } *Lact.lib.*7. Quum in exitu lingua mutescat. ¶ Hinc Immutesco,& Obmutesco,de quibus suis locis.

[Mutitio,onis. Quid tibi hanc rem curatio est aut mutitio? (.i.cur mutis? *Plaut.Amphit.*]

Mūtĭo,tis,tiui, vel tij, titum, Timidè & imperfectè loquor, mu,facio. { לחש *lact áfsch.* ψιθύζω. GAL. Parler entre ses dents, grommeler, gronder. ITAL. *Mutire,parlar con temore,& imperfettamente.* GER. Einß reden/gibtzen. HISP. *Hablar como entre dientes,querer hablary no osar del todo.* ANG. *To whisper,to mutter.* } *Terent.in Andr.* Itaque hercle nihil iam mutire audeo,id est verbum efferre. *Plan.in Curc.* Viden'vt aperiuntur ædes festiuissimè?non mutit cardo,id est non crepitat. [Si mutiuero, dato me excruciatum. *Plaut.Mil.sc.*6.*a.*2. Etiam mutis? Iam tacebo. *Plaut.Amphit.sc.*1.*a.*1. Non mutit cardo,est lepidus. *Plau. Curc. sc.*1.*a* 1. Nunquam vllum verbum mutit cum aperitur(ostium.) *Ibid.* Etiámne verbum mutire audes? *Plau. Menæch.sc.*1.*a.*5.]

[Mutito,as. Vide *suprà.*]

Mutum,ti,verbum est à verbo Mutio,quod rectius antiquo more mutio scribi videtur. Hinc Gallica dictio, *vn mot*, *Cornutus in Persium,* Prouerbialiter dicimus,, Muttum nullum emiseris, id est verbum, eodem modo ne mu aut mut feceris. *de quibus suprà in dictione* MV.

Mŭtĭcŭs,a,um. { כרות *charúth* חרוץ *charáts* גרוע *gharúah* מקצץ *mekussáts.* κολοβὸς. GAL. Mutilé. ITAL. *Truncato.* GER. Gestumpfet/abgebrochen. HISPANIC. *Desmochado.* ANG. *Maymed.* } vt spica mutica. *Varro* 1.*de Re rust. cap.*48. Spica mutica dicitur,quæ non habet aristam:eæ enim quasi cornua sunt spicarum. Quibus verbis *ostendit Varro,* spicam dici muticam,quasi cornibus mutilatam. Quam etiam interpretationem probat *Cælius lib.*3.*cap.*10.

Mūsso, mussas, Submissa voce loquor, & secretè, occultéque quod celatum velim,quasi murmuro. { לחש *lachasch.* μύζω, ψιθύζω. GALLIC. Parler bas & entre ses dents, grommeler. ITALIC. *Parlar sommesso.* GERMA. Mudern brummlen vnd nicht heiter auß hin sagen. HISPANIC. *Hablar como entre dientes.* ANGLIC. *To whisper,to mutter often.* } *Plaut. in Aulul.* [*sc.*3.*a.*3.] Neque occultum id haberi, neque per metum mussari. Quin participem pariter ego te,& tu me vt facias. ¶ Aliquando vsurpatur pro tacere,& quasi obmutescere. *Ennius apud Festum,* Non decet mussare bonos. *Terent.* Sile,cela,occulta,tege,tace, mussa. ¶ Aliquando pro dubitare. *Vir.lib.*11.-mussat Rex ipse Latinus, Quos generos vocet. ¶ Mussare,murmurare, *inquit Festus. Ennius,* In occulto mussabant. *Seru.* Mussare,queri. *Vir.*11.*AEneid.* Flent mœsti, mussántque patres.

Mūssĭto,mussitas,Frequentatiuum à musso,hoc est multum & frequẽter musso, & quod aperte dicere non audeo, clàm murmuro. { לחש *lachasch.* μύζω. GALL. Parler souuent bas & entre les dents. ITAL. *Mussare,parlar sotto voce.* GER. Viel mudern vnd brummlen. HISPANIC. *Hablar como entre dientes.* ANGLIC. *To mutter,to speak softlie and often.* [Quicquid est mussitabo potius quàm inteream male. *Plau. Mil.sc.*3. *a.*2. Ergo mussitabis,si sapis. *Ibidem,sc.*5.*a.*2.] *Liu.lib.*1. Haud mirum esse Superbo inditum Romæ cognomen: iam enim ita clàm quidam mussitantes,vulgò tamen eum appellabant. *Idem lib.*7. Mussitantesque inter se rogitabant,num quem plebeij cos. pœniteret. *Plaut.in Mil.* Illi inter se certant donis,ego mecum mussito. *Terent.Adel.* Verùm cogito id quod res est:quando eum quæstũ acceperis, Accipiunda, & mussitanda iniuria adolescentium est. *Vbi Donatus,* Mussitanda, patienda,considerandaque cum silentio. Mussitare enim proprie est dissimulandi causa tacere. [Cur ea mussitabas(i.tacebas) *Plaut.Pseud.sc.*5. *a.*1.]

Mūssĭtābūndŭs, Multùm mussitans,& quod non satis tutò apertè dici possit,clàm murmurans. { לחש *loe! ésch.* μύζων. }

Mūtŭum,mutui, Dicitur,ab eo,quod de meo tuum fit:vel quia res,quæ redduntur,mutantur,& proprie sine vsura. { משה *maschschéh.* δάνεια. GALL. Prest,emprunt. ITA. *Scambio,prestanza.* GER. Ein gelihens/das man entlehnet. HISP. *Prestido.* ANGLIC. *A lone,that which is borrowed. Paulus Iureconsultus,* Mutuum damus,recepturi non eandem speciem, quam dedimus,alioquin aut commodatum erit,aut depositum: sed idem genus. Nam si aliud genus,veluti pro tritico vinum, recipiamus, num erit mutuum? ¶ Mutuum item aduerbialiter ponitur, pro mutuò. *Cic.pro Flacco,* Pecuniam sumpsit mutuùm à schola. Item amant se mutuùm,id est,inter se amant.

Mūtŭō,aduerb. Inuicem,inter se. { ἀμήλας. GALLIC. L'vn l'autre. ITALIC. *Scambieuolmente.* GERMANIC. Einanderen/gleichlichen. HISP. *A vezes.* ANGL. *Course about,one after an other.* } *Cicero,* Mutuò se amabant. ἀμήλους, id est,inter se amant,quod venustissimè alibi dixit *Plãcus Ciceroni*, Fac me mutuò diligas. id est,fac mihi in amore respondeas,& me vicissim ames. *Idem in Epist.* Te vt diligas me, si mutuò me facturum scis,rogo. [*Senec.cap.*10.*de Consol.ad Marc.* Mutuò hæc bona accepimus.]

Mūtŭē, Aliud aduerb. *Cic.Cn.Pomp.lib.*5. Nulla in re tam lætari soleo, quàm meorum officiorum conscientia,quibus si quando non mutuè respondetur,apud me plus officij residere facillimè patior.

Mūtŭo,mutuas,mutuare. Mutuum dare. { חלוה *hilváh.* δανείζω. GALL. Prester,bailler à vsure. ITA. *Dare à cambio,dare imprestito.* GERMA. Leihen. HISPANIC. *Empreſtar alguna cosa à algumo.* ANG. *To lend or pleasure a man with the vse of thing for a while.* } *Plautus in Trin.* Si quis quid mutauerit, sit pro proprio perditum. Nam ego talentum, mutuò quod dederam,talento. Hoc inimicum mihi emi, amicum vendidi. ¶ Significat etiam mutuum accipio. *Cæcilius,* Ad amicos currat mutuatum, mutuet causa mea. Qua in re autem differant Mutuare,& Commodare, *vide in dictione* COMMODO.

Mūtŭŏr,mutuaris,deponens,Mutuum,vel mutuo accipio,& propriè dicitur de iis quæ numero,pondere,vel mensura pari,non eadem specie reddimus. { לוה *lavâh.* δανείζομαι. GAL. Emprunter,prendre à vsure. ITALIC. *Prendere à cambio,pigliare in prestito.* GERMANIC. Entlehnen. HISPAN. *Tomar lo emprestado de otro.* ANGLIC. *To borow.* } *Plautus,* Decem minas à patre mutuatus,quod etiam dici potest, Sumpsit mutuum,vel mutuò. ¶ Mutuari per translationem, pro aliunde sumere. *Cicer.de Nat.deor.* Mutuemur hoc quoque verbum,dicatúrque tam æther Latine,quàm dicitur aër. *Idem de Fato,* Orator ab Academicis subtilitatem ingenij mutuatur. *Vide Bud.in Epist.*

* Mutuitans,particip.tanquam à frequent.Mutuito,Rogitans mutuum. *Plau.Mercat.* mutuitanti credere.

Mūtŭātĭo,mutuationis, Mutui acceptio,alienæ rei vsurpatio. { משאה *máschschá* נשוי *neschí.* δάνεισις, δανεισμὸς. GALLIC. Emprunt. ITALIC. *Imprestito.* GERMANIC. Entlehnung. HISP. *Empreſtido.* ANGLIC. *Borrowing.* } *Cic.pro Flacco,* Itaque quum Roma clam esset profectus, multósque minutis mutuationibus fraudauisset,in Asiam venit. *Cicer.*3.*de Oratore,* Translationes quasi mutuationes sunt,quum quod nõ habeas, aliunde sumas. *Idem,* Multari ea pœna,quæ sine mutuatione & versura possit dissolui.

Mūtŭātĭtĭŭs, id est, Mutuò sumptus. { ANGL. *Borowed.* } *Cic.de Fin.* Aliter mutuatam,aliter inuitam. *Idem alio loco,* Hæc ab illo viro, quemadmodum multa solet ab eo,mutuata sunt.

Mūtŭātĭtĭŭs,tia,tium, Quod mutuò datur. δανειστὸς. vt pecunia mutuatitia. *Gell.lib.*20.*cap.*1. Maximéque in pecuniæ mutuatitiæ vsu,atque commercio.

Mutuus,a,um,dicitur. Quod mutuò datum acceptúmve est. [*Plaut.Asin.sc.vlt.a.*1. Nam si mutuas non potero (sup. pecunias) accipere, certum est sumam fœnore. Item Saltem tute si pudoris egeas sumas mutuum. *Plaut.Amphitr.* Illa me amat, Et ego cum illa nolo facere mutuum. P. Quid ita? Ph. quia facio proprium, amo pariter simul. Potes mihi drachmam mutuam dare. *Plau.Pseud.sc.*1.*a.*1. Missi petitum argentum à sodali mutuum. *Plaut. Curc.sc.*1.*a.*1. Nullus est quem roges mutuum,&c. Quin nomen ipsum interiit MVTVVM. *Plaut. Pseud.sc.*3.*a.*1. Coniugibus nostris mutua cura sumus? *Ouid.* 2. *Fast.* Mutuas pecunias sumere. *Cæs.lib.*1.*de bel.ciu.* Mutua officia vsurpare cum aliquo. *Suet. in Tib. cap.*11.] *Cicer. ad Attic.* Ille mihi HS. quatuordecim non reddidit, quæ dedi eius filio mutua. Sic sæpe ab eodem dicitur Sumere, accipere pecunias mutuas. ¶ MVTVVS idem aliquando

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

aliquando quod pariter æquabilitérque respondens, θερσιτήλος. *Cic. ad Attic.* Tua volu ntas erga me, meaque erga te par atque mutua. Sic mutuus amor, mutua voluntas, id est alterius in alterum par & æqualis. Sic mutuum cum aliquo facere, id est idem ac par. *Plaut. in Trin.* Lesbon. Quid agit filius? P. Bene vult tibi. L. ædepol mutuum mecum facit. *Idem in Curcul.* Eam volt meretricem facere, ea me deperit, Ego autem cum illa facere volo mutuum.

MVSIRVM, Indiæ Emporium, cuius meminit *Plin. 6. cap. 23.*

M ante Y

Mya, μῦα, Genus conchæ, siue Margaritæ in freto circa Bosphorũ Thracium, vniones rufos, ac paruos gignens. *Plinius lib. 9. capit. 35.* ¶ Est item Mya, insula in sinu Ceramico, cuius meminit *Plin. lib. 5. cap. 31.*

Myacanthon, μυάκανθον, Herba est, quæ alio nomine Corruda, hoc est syluestris asparagus dicitur: *de qua Plin. lib. 8. cap. 9.* ¶ Myacantha verò quibusdam herba est, quæ à Dioscoride μυρσινογλῶσσα, à Latinis Ruscus appellatur. Cuius nomenclaturæ rationem hanc reddunt, quòd herba hæc in carnario suspensa, aculeis suis mures à lardo, carnéque salsa arceat. *Vide Marcellum Virg. in Dioscor.*

Myia, μυῖα, Græcis muscam sonat, quo etiam nomine appellatur ludus quidam puerilis, quum aliquis obductis oculis, extensisque manibus collusores quærit, Græca vox.

MYIAGRVS, μυίαγρος, Muscarum Deus, qui & Myodes dicitur, *teste Plutarcho, & Achor.* GERM. Der muckengott. } *Plin. lib. 10. cap. 28.* Inuocant & AEgyptij Ibes suas contra serpentum aduentum : & Elei Myiagron deum muscarum, multitudine pestilentiam afferente, quæ protinus in tereunt, qua litatum est illi Deo. ¶ Est item Myiagrus, Nobilis statuarij nomen apud *Plinium lib. 34. cap. 8.* ¶ Myiagrus præterea herba est ferulacea, foliis similibus rubiæ, tripedanea, semine oleoso. Fit item ex eo oleum, quod oris vlceribus eo perunctis medetur. Græci μιλάμουσον appellant, quasi nigrum frumentum: vulgus Gallorum vocat *Camelinam, teste Ruellio lib. 3. cap. 126.*

Myaces, μύακες, Pisces sunt ex concharum genere, qui muricum modo coaceruantur, viuúntque in locis algosis, & vbi dulcis aqua copiosa mari miscetur: gratissimi autumno: nam procedente hyeme amaritudinem contrahunt, colorémque rubrum. Reliqua *vide apud Plin. libr. 32. cap. 9.*

MYCALE, mycales, μυκάλη, Mons est Ioniæ, inter Mæandrum & Caystrum fluuios, non procul ab Ephesi: ad quem Iones vniuersi conuenire solent sacrificiorum causa, quæ Panionia vocabant. } GERM. Ein berg in Jonia auff welchen das gantz Landtvolck vnderweylen zusammen kam zu opfferen. } *Autor Herodotus lib. 1.* ¶ Est item Mycale insula Ioniæ adiacens, cuius meminit *Plin. lib. quinto capite 31.* ¶ Mycale præterea venificæ nomen est, *apud Ouid. 12. Metam.*

MYCALESSVS, μυκαλησσὸς Mons in Mediterraneo Bœotiæ, oppidum habens eiusdem nominis. Vtriusque meminit *Plin. lib. 4. cap. 7.* ¶ Stephanus Mycalessum nomen accepisse existimat à mugitu bouis, quæ Cadmum in Bœotiam perduxit.

MYCENAE, mycenarum, & Mycena, mycenæ, pen. pro. μυκῆναι. Vrbs Peloponnesi, non procul ab Argis, quam Perseus Danaes filius extruxit, & in qua postea regnauit Agamemnon: à Mycena Nympha sic appellata. } GERM. Ein berümbte statt in Peloponneso. } *Virgil. 6. AEneid.* Eruet ille Argos, Agamemnoniásque Mycenas.

MYCENAEVS, a, um, μυκηναῖος, Nomen adiect. à Mycenis deductum. *Virgil. 1. AEneid.* Ipse Mycenæus magnorum ductor Achiuũm. [*Ouidius Eleg. 1. lib. 2. Trist.* Téque Mycenæo amata duci.]

MYCENIS, mycenidis, pen. prod. μυκηνίς. Gentile fœmin. à Mycenis Argiui agri oppido deriuatum: quo poetæ pro Iphigenia Agamemnonis Mycenarum regis filia vtuntur. *Ouid. 12. Metamorph.* Victa dea est, nubémque oculis obiecit, & inter Officium, turbámque sacri, vocésque precantum, Supposita fertur mutasse Mycenida cerua.

MYCERINVS, Cleopis AEgyptiorum regis fuit filius, qui postquam patri successit in regnum, ita paterna facta perosus est, vt & templa ab eo clausa reserarit, & populo pyramiduni operibus exhausto, & ad extremum calamitatis afflicto, res suas agendi fecerit potestatem : quinetiã præ regibus omnibus iustitiam exercuisse fertur. *Herodot. lib. 2.*

MYCHTHONIA, μυχθονία, vide Mygdonia.

MYCI, Populi de quibus Hecataeus. *Steph.*

MYCON, myconis μύκων, Nomen egregij pictoris, patria Athenien sis: cuius meminit *Plin. lib. 35. cap. 6.* ¶ Fuit etiam hoc nomine insignis statuarius, qui 87. Olympiade floruit. *Plin. lib. 34. cap. 8.*

MYCONE, mycones, & Myconos, myconi, pen. cor. μύκονος. Insula vna ex Cycladibus, non procul à Delo. *Virgil. 3. AEneid.* Quam prius Arcitenens oras & littora circum Errantem, cellá Gyaro, Myconéque reuinxit. *Ouid. 7. Metamorphos.* Hinc humilem Myconem, cretosáque rura Cimoli. Sub hac insula fabulantur poetæ sepultos esse gigantes, postremò ab Hercule interfectos: vnde factus est locus prouerbio, Omnia sub vnam Myconum: quod in eos dici consueuit, qui res natura disiunctas, eodem opere conantur complecti. *Stat. lib. 1. Achil.* Cycladesque hinc spretæ, Mycocos, humilisque Seriphos.

MYCONIVS, a, uni, μυκόνιος, Nomen à Mycono, seu Myconе insula. Accipitur pro caluo, quòd eius insulæ homines sine capillo gignerentur: *vt tradit Stephan. & Plin. lib. 11. cap. 37.*

MYDIA, Insula, quæ etiam Delos dicitur, vna ex Cycladibus.

MYDON, μύδων, *teste Homero lib. 5. Iliad.* Atymnis filius, & Pylæmenis Paphlagonum auriga, ab Antilocho Nestoris filio in bello Troiano interemptus.

Mydriasis, μυδρίασις, Vocatur morbus oculorum, quum pupilla quidem ipsa colorem non mutat, sed videtur vltra naturalem situm, multò latior, interim vt visũ omnẽ adimat, interim vt partẽ: res verò ipsæ minores quàm sint, appareant: e contrario in phthisi maiores: in qua pupilla contrahitur, corrugatúrque. Latini pupillæ dilatationem vocant.

Myduſa, μύδουσα, A quibusdam recensetur inter nomenclaturas Anchusæ herbæ : & legitur sanè in Græcis quibusdam Dioscoridis exemplaribus, à doctoribus tamen inter eius scriptoris notha reiicitur.

MYES, etis, μύης, Vrbs Ionica, Gentile Myesius. *Steph.*

Mygale, mygales, μυγάλη, Animal mediam inter murem & mustellam speciem habens, quod Latini murem araneum appellant. *Vide supra in dictione* MVS.

MYGDONIA, μυγδονία, Regio littoralis Macedoniæ, in quà Niobe Tantali filia, vxórque Amphionis in saxum versa est, à Mygdone rege sic dicta. } GERMANI. Landtschafft in Macedonia dem Meer nach gelegen. } ¶ Est & altera Mygdonia, Asiæ regio, in ea Phrygiæ parte, quæ Troadi superiacet, ad Rhyndacum amnem, & Dascyliticum lacum. *Strab. lib. 12.* Vtriusque incolæ dicti sunt Mygdones.

MYGDONVS, fuit frater Otrei, ac *teste Porphyrio in Iliad. 3.* ambo fratres Hecubæ regis Priami vxoris, & Cisſei filij ambo reges in Thracia : & à Mygdono, eius filius Chorœbus Mygdonides dictus est. Malim μύγδη, Mygdon, qui fratrem habuit Edonum, à quo Edoni Thraciæ populi. *Stephan.* & alibi, A Mygdone, *inquit*, Mygdonia dicta est, vt etiam Herod. à Mygdone rege, Mygdon filium habuit Gerastum. *Stephan. in Parthenopoli.* * Mygdonis, idos, fœm. gen. Patronymicum. *Ouid. 6. Metam.* Mygdonidesque nurus.

MYGISI, μύγοσοι, Vrbs Cariæ. Hinc Mygisia Minerua, & Mygisais. *Stephan.*

Mylacris, μυλακρὶς, Blattæ genus magnitudine cicadæ, circa molas nascẽs, vescentque farina. Pollux autor est mylacridem *apud Aristophan.* accipi pro gallina.

MYLAE, μυλαί, *Stephano*, oppidum Siciliæ, *de quo Seneca lib. 4. Natural. quæst.* Circa Messanam & Mylas simo quiddam simile mare profert, feruétque & æstuat non sine calore fœdo. Vnde illic stabulari Solis boues fabula est. [*Suet. in Augusst. cap. 16.*] Vulgò Milazo. } GERM. Ein statt in Sicilien. }

MYLACES, Gens Epirotica. Lycophron, κράθη ὑ γείτων ἡ δὲ μυλάκων ἔθος. *Stephan.*

MYLANTIA, μυλαντία, Promontorium in Camiro. vulgata exemplaria habent ὁ καυίεγο. Rhodi, Hinc dij Melanij. Fuit autem illic Mylas quidam, qui molæ vsum primus reperit. *Autor Steph.*

MYLASA, μύλασα, Liberum Cariæ oppidum, ita dictum (*si Stephano credimus*) à Mylaso Æoli abnepote. Meminit huius oppidi *Plinius libr. 5. cap. 9.*

Myle, myles, μύλη, Herba est radicem habens paruo bulbo similem, contrahentis facultatis : quæ cum farina loliacea dehiscentem sanat vuluam. *Autor Gal. libr. 7. Simpl.*

MYLISIN, μύλισιν, Gens Phrygiæ. *Stephan.*

MYLON, Vrbs Ægypti, μύλων, ciuis Mylopolites. *Stephan.*

Mylœcos, μύλοικος, Genus est vermiculi ex blattis quòd circa molas ferè soleat nasci. *Autor est Plin. lib. 30. cap. vlt.*

MYNDVS, myndi, μύνδος, Cariæ oppidum maritimum, ad radicem Phœnicis montis, è regione Coæ insulæ. *Autores Plin. li. 5. ca. 29. & Ptolem. libr. 5. cap. 2.* ¶ Fuit in eadem Caria & alterum eiusdem nominis oppidum, quod postea ad recentioris differentiã Palæmyndũ appellauere.

MYNDONES, μυνδόνιες, Populi Libyæ. *Steph.*

MYNETES, Vide MENETES.

Myoctonos, μυοκτόνος, Aconitum herba, ita dicta, quòd è loginquo mures interficiat. *Plin. libr. 27. cap. 3.*

MYODES, μυώδης, Muscarum deus, qui & Achor, & Myiagrus appellatur. *Plin. lib. 29. cap. 6.* Nullum animal musca minus docile existimatur, minorisve intellectus : quo mirabilius est, Olympiæ sacro certamine, nubes earum, immolato tauro deo, quem Myoden appellant, extra territorium inde abire.

MYON, μύων, Vrbs Locrorum in Epiro, ciues μύωνες vel μυωνεῖς. *Stephan.*

MYONIA, μυονία, Vrbs Phocidis, ciues Myones vel Myoneis. *Stephan.*

MYONESVS, μυόνησος, Vrbs vel parua regio, inter Teon & Lebedon. Insularis Myonesius. *Steph.*

MYONES VS, penult. prod. Insula est ante Ephesum, cuius meminit *Plin. lib. 5. cap. 31.*

Myoparo, { μυοπάρων. GALLIC. Vn galion, ou brigantin. ITAL. *Vna sorte di naue, come brigantino à galeone.* GERMA. Ein raubschiff. HISPA. *Naue ligera de cossario.* ANG. *A brigantine, a galionne.* } Genus nauigij piratici, habens formam quandam mediam inter onerariam & lõgam triremem : *de quo vide Bayfium de Re nauali. Cic. lib. 3. de Oratore*, Nam quum quæreretur ex eo, quo scelere impulsus, mare haberet infestum vno myoparone. Eodem (*inquit*) quo tu orbem terræ. *Idem in Verrem*, Illi statim myoparonem egregium de sua classe, ornatum atque armatum dederunt. *Sallust. l. 3. hist.* Et fortè in nauigando cohors vna grandi phaselo vecta à cæteris deerrauit, marique placido à duobus prædonum myoparonibus circumuenta. [*Meminit Gellius capit. 25. lib. 10.*]

Myopes, { μύωπες. GALLIC. Qui ont la veuë courte. ITAL. *Coloro che hanno la vista corta.* GERMA. Vbersuniger/blintzgende/ die von fernen nicht sehen. HISP. *Visojos, que veen poco.* ANGLI. *Poore blind or sund blind.* } Dicuntur à Græcis, qui rem aliquam nisi propiùs oculis admotam, non vident, limisque & semiclausis oculis intuentur. Μύωπες (inquit Aristoteles) λέγονται οἱ ἐκ γενετῆς τοῖς ἐγγὺς βλέποντες, τὰ δ' ἐξ ὀπτασίας ἐκ ἐφορῶντες. Hoc vitij genus à Græcis μυωπία, vel μυωπίασις appellatur : contrarium nobis accidit in senectute, vt scilicet longiusculè dissita commodius videamus. Dicti Myopes, ἀπὸ τοῦ μύειν τὸν ὤπα, hoc est à claudendo visu. Nyctalopes autem dicuntur, qui quum interdiu clarissimè perspiciant, aduentante nocte hebetioribus sunt oculis.

Myophonon, { μυόφονον. } Herba est muribus exitialis : vnde & nomen accepit, eadem fortassis cum ea quam alibi Myoctonon, & Aconitum appellari docuimus. Meminit Myophoni *Plinius libr. 11. cap. 9.*

Myosota, μυὸς ὦτα, Herba est, quam & Alsinem, & verbum ex verbo exprimentes, Muris auriculam vocant Latini. Folia enim, quum primum erumpunt, murinæ auri habet non dissimilia. Alcines verò nomen accepit, quòd algidis locis gaudeat, & opacis. Gallis *Murenis* nomine notissima est, eaque solent auicularum escam fastidientium appetitum recreare. ¶ Refertur & alterum Myosotων genus à Dioscoride, quod & Myositis, μυὸς ὦτις, diminutiua forma appellatur, plures ab vna radice caules mittens, aliquatenus ab imo rubentes, & concauos : folia autem angusta, nigrescentia, & in acutum definentia, floriculos verò cæruleos, anagallidis colorem exprimentes. Quidam putant esse Officinarum Pilosellam : licet descriptio ei vsquequaque non con-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ueniat. *Posteriorem hanc speciem describit Plin. li. 27. cap. 12. Priorem vero li. 26. cap. 4.*

MYPSEI, seu Nypsæi, *teste Herodot. lib. 4.* Populi sunt Thraciæ, qui Dario Thraciam oppugnante, vltrò sese dediderunt. *Vide* Nipsa.

MYRA, μύρα, Vna ex maximis Lyciæ vrbibus, cuius meminit *Strabo libro 14.*

Myracanthon, μυράκανθον, Herba aculeata, quæ & Eryngion & centum capita appellatur. Radicem habet odoratam: vnde & Myracanthi nomen accepit.

MYRCINVS, μύρκινος, Oppidum Thraciæ ad Strymonem amnem, quod & Myrcynnia appellatur. *Steph.*

MYRGETAE, μυργέται, Populi Scythiæ.

MYRIANDRVS, μυριάνδρος, Vrbs Syriæ, in sinu Isaico sita: qui & ipse Myriandricus ab ea appellatur. *Vide Plin. lib. 2. cap. 108.*

MYRIAS, myriadis, Numerus decem millium. {רבבה *ribbó.* μυριάς. GAL. Dix mille. ITA. *Decina di migliaia.* GERM. Ein zaal die zehen tausent bedeutet. HISP. *Diez millares.* ANGL. *Ten thousand.*} Vnde Myriarchus, siue Myriarcha, μυριάρχης, ἡ μυριάρχις, dictus est decem millium præfectus.

MYRICA penult. producta. {ערער *Arár.* μυρίκη. GALL. De la bruyere, dequoy on fait verges à nettoyer robbes. ITALIC. *Tamarice.* GERM. Tamarischen stauden. HISPAN. *El atarfe ò taahe ò tamarix.* ANGL. *Heath to mak broomes of.*} Genus humilis virgulti, cuius sunt duæ species: sativa quam & Thamaricem vocat *Plin. lib. 13. cap. 21.* altera sylvestris, quam in Achaia Priam sylvestrem vocant. Hanc *Ruellius* esse arbitratur, quam Galli sua lingua vocant *Bruyere. Virg. 4. Eclog.* Non omnes arbusta iuuant, humilesque myricæ. *Ouid. 3. de Arte,* Nec densum foliis buxum, fragilésque myricæ. *Idem 10. Metam.* Perpetuóque vires buxus tenuésque myricæ.

MYRICA, myricæ, μυρίκη, Insula est maris rubri, *apud Stephanum.*

MYRICVS, Myricuntis, μυρικοῦς, Troadis oppidum est è regione Tenedi: cuius incolæ ducuntur Myricusij.

MYRINA, μυρίνα, Regina fuit Amazonum, quæ triginta millia peditum & duo millia equitum in exercitu habuisse dicitur. *Autor Diodorus lib. 4.* ¶ Fuit præterea, *teste Homero,* vrbs in Æolide eiusdem nominis: item alia in occidentali parte Lemnij insulæ, cuius meminit *Ptolem. lib. 3. Geograph. & Galen. lib. 9.* de Facultatibus simplicium medicamentorum.

Myrinus, pen. prod. μύρινος, Ab Aristot. vocatur mas murænæ, qui dentes extra os habet. *Plin. li. 9. cap. 23.* Aristoteles myrinum vocat marem, qui generat: discrimen esse, quòd myræna varia & infirma sit: myrinus vnicolor, & robustus, dentésque extra os habeat.

MYRĪNVS, μύρινος, Apollinis cognomentum à Myrina Æolidis vrbe, in qua religiosissimè colebatur. {GERMA. Ein zunam Apollinis von der statt Myrina in Æolide gelägen / in welcher er verehret ward.} Vnde & Myrini campi appellati.

Myriophyllon, μυριόφυλλον, Herba est, alio nomine Achillea dicta ab Achille Chironis Centauri discipulo, qui eam traditur inuenisse. Myriophyllon appellata à multitudine tenuium foliorum: vnde & Millefolium à Latinis appellatur. *Vide Plin. libr. 14. cap. 16.*

Myristica nux, {μυριστικὸν κάρυον. GALL. Noix muscate. ITAL. *Noce moscata.* GER. Ein muscatnuß. HISPA. *Nuez moscada.*} A quibusdam appellatur, quam nos hodie Nucem odoratam, vel muscatam vocamus. In qua etiam opinione est *Hermolaus Barbarus in Dioscoridem.* Et certè non video cur ita appellari non possit, modò sciamus diuersam esse à glande myrepsica, quam *Plinius* vocat Myrobalanum.

MYRLEA, μύρλεια, Oppidum Bithyniæ, ita dictum à Myrlo Colophoniorum duce, vel Myrlea Amazone: postea Apamia appellata: à nomine Apames, quæ Prusiæ Zelæ vxor fuit. Nam quum Demetrius & hanc & vicinam Cium euertisset, vtranque Prusiæ dedit, qui eas denuo à fundamentis erexit, & Cium quidem de nomine suo Prusiadem, Myrleam autem à nomine vxoris Apamiam appellauit. *Autor Strab. lib. 14.*

Myrmecia, {μυρμηκία. GAL. Certaines verrues sur le corps qui formillent & demangent. ITAL. *Porri delle mani.* GERM. Die gattung wartzen so gerstenang genennet werden. HISPAN. *Berruecos ò verrugas de las manos.* ANGLI. *Certaine wartes.*} Verrucæ sunt, lupini amplitudine, ferè in palmis manuum, & plantis pedum nascentes: ita dictæ quòd formicæ in morem pungant. *Celsus lib. 5. cap. vlt.* quatuor enumerat genera verrucarum, vel potius vlcusculorum verrucæ similium: ἀκροχορδόνα, Thymnium, Myrmecium, & Clauum, *de quarum differentiis vide ipsum.*

MYRMECIDES, μυρμηκίδης, Insignis sculpendi eboris artifex fuit, qui quadrigam ex ebore confecit adeo minutam, vt muscæ alis tegeretur, & nauim, quam apicula pinnis absconderet. *Plin. lib. 36. cap. 5.* Myrmecides, cuius quadrigam cum agitatore cooperuit alis musca. *Cicer. 4. Acad.* Vt etiam inter deos Myrmecides minutorum opusculorum fabricator fuisse videatur.

Myrmecites, μυρμηκίτης, Gemma, quæ innatam repentis formicæ effigiem habet. *Plin. lib. 17. cap. 11.*

Myrmecium, μυρμήκιον, Phalangij genus, formicæ simile capite, aluo nigra, guttis albis distinguentibus. *Hæc ferè Plin. lib. 22. cap. 4.*

Myrmecolĕo, μυρμηκολέων, Exiguum animalculum, formicis aduersum, quod se sub puluere abscondit, & formicas frumenta gestantes interficit, & interfectas consumit. ¶ Est autem dictio ex formicæ & leonis nominibus composita: quasi Formicoleonem dicas. Nam quemadmodum leo imbecilliorum animalium, ita hoc animalculum formicarum prædam agit: quum tamen volucribus nihil aliud sit, quàm formica. *Hinc bibliorum interpres in lib. Iob,* Myrmecoleo periit, eo quòd non habeat prædam.

Myrmecias, μυρμηκίας, Gemma nigra, eminentias quasdam habens similes verrucis *Plin. libr 37. cap. 10.*

MYRMIDŌNĒS, pen. corr. μυρμιδόνες, Thessaliæ populi fuerunt, qui Achillem ad bellum Troianum sunt secuti. {GERMA. Völcker in Thessalia welche mit dem Achille in Troianischen krieg gezogen sind.} Hi ex Ægina insula ortum traxerunt, Peleúmque patria profugum secuti, in Thessalia sedes fixerunt. Æginetas enim Myrmidonas dictos constat, *teste Strabone lib. 7.* Quòd agricolæ strenui essent, perpetuóque in fodienda terra formicarum more versarentur. *Ouid. lib. 7. Metamor.* nominis rationem ad hanc refert fabulam. Quum pestilentia in Ægina crudelissimè esset grassata, eamque insulam viris propemodum exhausisset, Æacus, quum ad radicem quercus infinitum propemodum formicarum numerum conspexisset, Iouem traditur orasse, vt sibi parem virorum numerum concederet, precibúsque eius vix absolutis formicas in viros fuisse commutatas.

MYRMILON, huius Myrmilonis, μυρμίλων, histrionis nomen *apud Iuuenalem Satyr. 6.* aut Myrmilonem exprimat infans.

MYRMISSVS, μύρμισσος, Vrbs est Asiæ, in ora Hellesponti, non procul à Lampsaco. Gentile est Myrmissius, μυρμίσιος. *Steph.*

Myrobălănum, μυροβάλανος, Glans est arboris similis heliotropio, magnitudine nucis auellanæ, quam *Dioscorides* βάλανον μυροψικὴν appellat, hoc est glandem vnguentariam. Glandis huius nucleus Græcarum nucum more tritus, humorem reddit, quo ad pretiosa vnguenta proco leo vtuntur. Nascitur in Æthiopia, Ægypto & Arabia, quæ Iudæam ab Ægypto disterminat. ¶ Habet autem hæc dictio omnes syllabas breues: vnde carmen heroicum ingredi non potest: ad quod alludit *Martialis in Apophoretis,* Quod nec Virgilius, nec carmine dixit Homerus, Hoc ex vnguento constat & ex balano. Retinet hæc glans etiam hodie nomen suum in pharmacopolarum officinis. *Vide de hoc plura in dictione* BALANVS.

Myrobrechi, μυροβρέχαι, Vasa vnguentaria, quasi vnguento stillantia. μύρον Græci vnguentum vocant, βρέχω, stillo, pluo, & irrigo. *Hinc Plaut. in Aul.* Myrobrecharios, μυροβρεχάς, pro vnguentorum confectoribus accipit, ad capillos madefaciendos. Ait enim, aut manuleatrij, aut myrobrecharij. [*Sueton. in August. cap. 86.* Cuius (Mæcenatis) μυροβρεχεῖ cincinnos vsquequaque persequitur, & imitando per iocum irridet.]

MYRON, μύρων, Statuarius insignis fuit, Ageladis discipulus. *Cicer. 6. Verr.* Verùm vt ad illud sacrarium redeam, signum erat hoc, quod dico, Cupidinis è marmore, ex altera parte Hercules egregiè factus ex ære, is dicebatur esse Myronis, vt opinor. *Hæc ille.* Ex huius operibus præcipuam laudem meruit bucula ex ære veræ vaccæ simillima multis poetarum versibus celebrata. *Ouid. 3. de Ponto,* Vt similis veræ vacca Myronis opus. *Propert.* Arque aram circunsteterant armenta Myronis Quatuor artificis inuida signa boues.

MYRŌN, μύρων, Vrbs Lyciæ, à Myrone vel Myro fluuio profluente, vel potius à Myra. Vsurpatur in fœminino & neutr. gen. μυρών.

MYRONIS, Insula, μύρωνος νῆσος, in Arabico sinu est. Gentile Myrononisites vel Myrononcæus. *Stephan.*

Myropōlă, Vnguentarius, vnguentorum venditor pen. prod. {רקח *rokéah.* μυροπώλης. GAL. Perfumeur, vendeur de senteurs, odeurs ou vnguens. ITAL. *Profumiere.* GERMA. Ein apotecker / der allerley salb vereaufft. HISP. *El que vende vnguentos oloroſos.* ANG. *A seller of sweet oyles and perfumes.*} *Plaut. in Casin.* Myropolas solicito omnes, vbicunque vnguentum est lepidum.

Myropōlĭum, Locus vbi vnguenta venduntur. {μυροπωλεῖον. GALL. Le lieu où on vend senteurs, odeurs ou vngueus. ITALIC. *Profumeria.* GERM. Ein apoteck. HISPA. *La tienda donde se venden los vnguentos oloroſos.* ANG. *A place where oyles and perfumes or sold.*} *Plau. in Amphit.* Nam omnes plateas perreptaui, gymnasia, myropolia. Latinè Vnguëtaria taberna dicitur. *Suet. de Augusto.* Et modò vnguentariam tabernam, modò pistrinum Aritiæ exercuisse obiicit.

Myrothecium, μυροθήκιον, Vnguentorum repositorium. *Cicer. scribit* de myrothecium Isocratis totum consumpsisse, in commentario Consulatus sui scribendo, hoc est pigmenta oratoria. *Epist. ad Attic.*

Myrrha, {מר *mor.* σμύρνα. GALL. Myrrhe. ITAL. *Mirra.* GERMANIC. Myrrhen. HISPA. *Mirra.* ANG. *Myrrhe.*} Arbuscula est in Arabia nascens, altitudine quinque cubitorum, non sine spina, caudice duro & intorto, cuius cortice inciso defluit lacryma, quæ & ipsa myrrha vocatur seu stacte. Eius præcipua virtus est, vt mortuorum cadauera incorrupta conseruet. *Vide Plin. lib. 12. cap. 15. & 16.* [*Ouid. 1. Fast. Nondum pertulerat lacrymatas cortice myrrhas.*] ¶ Myrrha præterea Cyniræ Cypriorũ regis fuit filia, quæ nefando patris amore capta, quum aliquot noctes auxilio nutricis cum illo concubuisset, tandem illato lumine agnita, quum illam pater vellet occidere, noctis beneficio elapsa, in Arabiã profugit, vbi in arboré sui nominis est conuersa. *Ouid. 10. Metam.*

Myrrhēus, a, um, Quod ex Myrrha est. μύρρινος. *Propert.* Myrtheáque in Parthis pocula cocta focis.

Myrrhĭnūs, na, num, μύρρινος, Quod myrrham habet admistam, vel quod myrrha est conditum. [*Sueton. in August. cap. 71.* Myrrhinus Calyx: *Et Martial. epigr. 113. libr. 14.* Myrrhina vasa.]

Myrrhăpĭă, *siue vt apud Plin. legitur,* Myrapia, μυράπια. Genus pyrorum, quod odorem gratissimum reddit. *Plin. l. 15. cap. 15.*

MYRRHINE, myrrhines, μυρρίνη. Fluuius est Troadis, alio nomine Sebastopolis dicta. *Autor Plin. l. 5. cap. 30.*

Myrrhis, idis, μυρρίς, Oleris genus cicutæ simillimum, foliis aliquanto minoribus & breuiori caule, saporis & odoris iucundi. Vulgus herbariorum vocat *Cicutariam.*

Myrrhītēs, μυρρίτης, Gemma quæ myrrhæ colorem habet, odorémque vnguenti. *Plin. l. vlt. cap. 10.*

MYRSĬLVS, μύρσιλος, Myrsi filius vltimus ex Heraclidarum genere. Lydiæ Rex, alio nomine Candaules appellatus, qui quum vxorem haberet formosissimam, non cõtentus secreta voluptatum suarum conscientia, Gygi cuidam ex satellitibus suis, nudam eam ostendit. Quam rem illa indignè ferens, Gygem ad viri necem impulit, seséque illi & Lydorum regnum tradidit. *Autor Herodot. lib. 1.*

Myrsĭnītēs, μυρσινίτης, *teste Plin. l. 26. cap. 8.* Species est tithymali, & foliis myrthi acutis, compungentibus, sed mollioribus. ¶ Item Myrsinites gemma est, quæ melleum colorem nigricantem habet, & myrti odorem. *Plin. l. 37. cap. 10.*

MYRSINVS, myrsini, μύρσινος. Oppidum Elidis, *teste Stephano,* postea Myrtotium appellatum, cuius meminit & *Homerus in Catal. nauium.*

MYRSVS, μύρσος, Proprium nomen fuit patris Candaulis à quo & ipse Myrsilus dictus fuit. *Herodot. lib. 1.*

Myrtăcānthă, μυρτάκανθα, à quibusdam appellatur Ruscus, Frutex, quem *Dioscorides* μυρσίνῃ ὁμοίαν, hoc est, sylvestrem myrtum appellat. ¶ Est autem ex his nomenclaturis, quas eruditiores, veluti nothas, è Dioscoridis familia summouerunt.

MYRTI.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

MYRTILIS, Oppidum est in ora Lusitaniæ, ad Oceanum, *cuius memini Plin.l.4.c.22.*

MYRTILVS, μυρτίλος, Mercurij ex Phaëtusa, sed Myrto Amazone filius auriga OEnomai, qui à Pelope curuli certamine cum Hippodamia OEnomai filia certante, pecunia corruptus, axi in certamine vecte non obiecit, vt Hippodamiæ currus dissolueretur, & Pelops victor euaderet. Quod quum fecisset, à Pelope victore præmium postulauit: qui ab OEnomao moriente antè rogatus, *vt* Myrtili factum vlciscerentur, eundem in mare præcipitauit, quod ab eo Myrtoum dictum est. *Claudianus*, nam perfidus ouile regis Prodidit OEnomai decepti Myrtilus axem, &c. ¶ Fuit item Myrtilus quidam Comicus Athenensis, Lysidis filius & Hermippi Comici frater: *cuius fabulæ commemorantur à Suida.*

Myrtopetalum, μυρτοπέταλον, Herba est, quam alio nomine Polygonaton appellant à multitudine geniculorum. *Autor Plin.lib.27.c.12.*

MYRTOVM pelagus, μυρτῶον πέλαγος, Pars maris AEgæi, seu quod est inter AEgæum & Ionium. { GAR. Ein theil deß Egeiſchen meers / ſo zwiſchen Candia ligt vnd den inſlen Cycladen genennet. } Nomen habens à Myrtilo Mercurij filio, qui in id proiectus fertur: siue (*vt Plinius tradit lib 14.cap.11.*) ab exigua insula non procul Caryſto Euboeæ oppido sita, quæ cernitur à Geresto, Macedoniam petentibus. Incipit à Megarico sinu, Cretámque alluit, & Atticam Occiduámque Cariæ oram, habetque insulas plurimas, Cythera, Calauriam & quæ AEginam cingunt, & Salaminem, & ex Cycladib. pleraſque: quod verò contiguum est, iam AEgæum existit. *Autor Stra. Ouid. in Ibin.* Proditor vt sæui periit auriga tyranni Qui noua Myrtoe nomina fecit aquæ &c.

Myrtus, { μυρσίνη. GALL. Vn arbre appellé meurte. ITAL. *Mirto.* GERMA. Myrtenbaum welſche oder frembde heydelbeer. HISP. *Arrathan moriſco que ſe labra.* ANG. *Myrt.* } Arbor ſaporis præcipui producens, ex quibus vinum fit, quod Myrtiten vocant. [*Gellius c.6.lib.5.* Frondem Veneris appellat. *Quintilian.* Myrti tonſæ & Platani ſteriles. *Plaut. Aſin. ſc.2.a.5* Fœret anima vxoris tuæ. D. Myrrham olet] Dicebant & veteres in fœminino murta. *Varr.lib.4.de lingua Latin.* Murtatum, *inquit*, à myrta, quòd ea largè fartum inteſtinum craſſum. ſic enim recte legitur vt est in antiquis, quum & Cato in hoc ſexu vſus sit. De murtato autem *vide ſuprà ſuo loco.*

Myrtidanum, μυρτίδανον, Vini genus myrti ſyluestris baccis cõditum. *Plin. lib.14.c.16.* Ramus teneris cum suis foliis in albo musto decoctis, tusis, libram in tribus musti congiis deferuere faciunt, donec duo superſint. Quod ita ſyluestris myrti baccis factum est, Myrtidanum vocant.

Myrtētum, penultim. prod. Locus myrtis consitus. { μυρτεών. GALL. Vn lieu planté de meurtes. ITA. *Luogo doue ſono piantati molti mirti.* GER. Ein ort da vil myrtenbäum ſtehen. HISP. *Arrathanal.* ANG. *A place planted with myrth.* } *Plau.in Aulul.* Neſcio qui Ceruus è myrteto profiluit. *Horatius libro 1. Epiſtol. ad Vallum.* ſanè myrteta relinqui, Sulphura contemni vicus gemit.

Myrtĕus, a, um, Quod ex myrto est. { μυρσίνεος. GAL. De meurte. ITAL. *Di mirto.* GER. Von myrtenbaum/oder von welſchen heydelberen. HISPA. *Coſa de arathan.* ANG. *Of myrte.* } *Tibullus.* Et gerit insigni myrtea serta coma. ¶ Hinc myrteam Venerem prisci appellauerunt. *Plin.lib.15.cap.29.* Ara fuit Romæ vetus Veneris Myrteæ, quam nunc Murtiam vocamus. [*Gellius cap.6.lib.5.* Qualis corona myrtea est.]

Myrtīnus, a, um, penultim. prod. eiusdem significationis, vt oleum myrtinum, μυρσινέλαιον. *Pli.li.23.c.4* Oleo myrtino illitum statim resoluitur.

* Myrtuosus, a, um, aliud. Adiect. à Myrtus. *Plin.l.12.cap.13.* Frutice myrtuoso, palmi altitudine.

MYS, Myos, μῦς, Nomen fuit cælatoris, qui claruit argento cælando. *Martial.lib.8.* Quis labor in phiala, docti Myos, anne Myronis? ¶ Est item Mys, piscis marini genus, cuius meminit *Plin.lib.32.c.11.* Hunc & Muram marinum appellant, & in littore oua parere asserunt, scrobéque facta ea terra operire: trigesimóque die terra refossa, fœtum in aquam ducere. *Vide eundem lib.9.cap.51.*

MYSIA, μυσία, Vulgò *Boſna* & *Seruia*, Regio est minoris Asiæ ad Hellespontum, Troadi contermina: cuius incolæ Mysi dicti sunt, abiectissimæ conditionis homines, sortísque adeo contemptæ vt cesserint in prouerbium. Quoties enim hominem nullius prerij volebant denotare, Mysorum vltimum esse dicebant. *Cic.pro L.Flacco*, Nanque, vt opinor, Asia vestra constat ex Phrygia, Mysia, Caria, & Lydia. Vtrum igitur nostrum est, an vestrum hoc prouerbium, Phrygem plagis solere fieri meliorem? Quid de tota Caria? nónne hoc vestra voce vulgatum est, Siquid cum periculo experiri velis, in Care id potissimum esse faciendum? Quid porrò in Græco sermone tam tritum, atque celebratum, quàm si quis despicatui ducitur, vt Mysorum vltimus esse dicatur? Strabo etiam Mysos constituit in Europa in confinio Pannoniæ ad Danubium fluuium, putátque Mysos Asiæ populos ab his vt originem, ita & nomen duxisse. Sed hi à Plinio non Mysi, sed Mœsi appellantur.

MYSOMACEDONES, μυσομακεδόνες, Populi sunt Asiæ in tractum maioris Mysiæ Macedonibus oriundi: vnde & nomen habent. Meminit horum *Plin.l.5.c.29.*

Mystēria, { סודות *ſodhóth.* μυστήρια. GAL. Mysteres, secrets concernans les choses diuines. ITALIC. *Myſterij.* GER. Geheimnüſſe. HISP. *Los ſecretos del ſacrificio.* ANGLI. *Myſteries, ſecret maters.* } à Græcis dicuntur sacra quædam arcana, quæ Latini reciusa vocant: ita dicta, quod ea δεῖ μύσασθαι πρῶτ' ἐνδον, hoc est, quòd ea intus oporteat occludere, nec cuiquam profano explicare. Nefas enim erat alicui aperire mysteria, qui sacris non esset initiatus. Vnde Poëta nescio quis occæcatus fertur, quod mysteria enuntiasset. Hinc non sine mysterio fieri dicimus, quod occulta aliqua sacrorum ratione perficitur. ¶ Vnde Mystæ dicti sacra dicentes, mysteriorum periti, discipuli, & initiati sacris alicuius numinis, *vt apud Ausonium, Senecam & Papinium.* ¶ Et Symmystæ, consacerdotes, eisdem sacris initiati. Qua dictione Apuleius, Sidonius, & Hieronymus vtuntur. [Mystæ qui dicantur, *Plutarch in Alcibiad*] In mysteriis autem tradebantur multa arcana, quæ in vulgus enuntianda non sunt, quum (autore Tertulliano) omnibus mysteriis silentij fides debeatur. Scribit *Eusebius libro secundo de Præparatione Euangel.* in sacris Isidis & Serapidis fuisse Harpocratis simulacrum, quod digito labiis impresso admonere videretur, vt silentium fieret. ¶ Mysteria etiam quædam festa dicebantur in honorem Cereris celebrari solita quæ & initia dicebantur: de quibus nonnulla diximus in verbo Initior. *Cicer.ad Attic. lib. 6.* Factéque me in quem diem Romana incidant Mysteria, certiorem, & quomodo hyemaris. Putatur autem hoc sacrorum genus ab Eleusine Attici agri oppido in reliquas terras exportatum. Ibi enim duo erant mysteriorum genera: maiora, quæ Cereri sacra erant: & minora, in honorem Proserpinæ filiæ eius instituta. Et quoniam vtrorumque ceremoniæ summo studio occultabantur, factum est, vt Mysteria pro arcanis accipiamus. *Cicer.ad Atticum.* Neque enim sunt epistolæ neſtæ, quæ si perlatæ non sint, nihil ea res nos offenſura sit: quæ tantum habent myſteriorum, vt eas ne librariis quidem fere committamus.

Mystagōgus, mystagogi, Sacrorum custos, qui custodiæ sacrorum est præfectus. { מְמַר *chamár*, μυσαγωγός. GALLI. Sacreſtain. ITAL. *Sacraſtano.* GERMAN. Der vber heylige ding zur hut verordnet iſt/ein sacriſt/ der einen vber geheymbte ding füren kan. HISPANI. *Guardador de los ſecretos, ſacriſtan.* ANG. *Achurchewarden.* } *Cicer.Verr.6.* Itaque iudices ij, qui hospites ad ea quæ videnda sunt ducere solent, & vnumquidque ostendere, quos illi mystagogos vocant, conueniam iam habent demonstrationem suam.

Mystĭcus, ca, cum, ἀλληγορικός, μυστικός, Propriè quod in arcanis deorum sacris fiebat, qualia erant Bacchi Orgia, quæ noctu clàm à solis mulieribus celebrabantur. ¶ Vnde mystica sacra pro arcanis sacris dixit *Mart.lib.8.* Non per mystica sacra Diodymenes, Nec per Niliacæ bouem iuuencæ, Nullos denique per deos, deásque Iurat, Gellia, sed per vniones.

MYSTIA, μυσία, Vrbs Samnitum, ciues Mystiani, *Autor Steph.*

Mystus, Genus piscis, qui *à Plinio lib.32.cap.11.* numeratur inter genera lacertarum.

MYTESERATA, μυτησέρατα, Castellum Siciliæ, gentile Myteseratinus. *Stephanus.*

Mythŏlŏgĭa, æ, μυθολογία. A Latinorum nonnullis, Affabulatio dicitur, hoc est, fabulæ explicatio. ¶ Vnde Mythologi dicuntur, qui rationes reddere conantur, quare fabula vnaquæque fuerit excogitata.

MYTILENE, Mytilenides, Motonides, Mytilæ, Myton, &c. *Vide ſuprà in* MITYLENE, cum prima per iota.

Mytĭlus, μυτίλος, pen. corr. Piscis est ex genere concharum, in arenosis potissimum locis prouenientes, cuius exusti cinis causticam vim habet, non secus ac muricis. *Vide Plinium lib.32.ca.9.& lib.9.cap.51. Martial. libr.5.* Sumitur incisio mytilus ore mihi.

MYTISTRATON, μυτίστρατον, Oppidum iuxta Carthaginem. Gentile Mytistratinus, *Steph.*

MYVS, myuntis: μυῦς, Vna ex duodecim Ioniæ vrbibus, triginta à Mæandri ostio distans stadijs: quam postea ob hominum paucitatem Milesij incoluerunt. *Autor Strabo lib.14.*

Myxa, { μύξα. GALL. Morne, morueau. ITA. *Mocco.* GERMAN. Schnuder/ rotz auß der naſen. HISPAN. *El moco.* ANG. *Snattineſſe, or filth of the noze.* } apud Græcos, propriè pituitæ excrementum è naribus fluens, qui & Mucus dicitur: vnde μύξων, mucosus appellatur, hoc est nares muco sordidas habens. Μυξωτὴρ verò ipsum narium foramen appellatur. ¶ Hinc etiam Myxos prominens pars lucernæ vocatur, ex qua profertur ellychnium, quemadmodum ex naribus mucus. Quare Græci quoties volunt ellychninm produci, vt luceat clarius, ἀναμύξαι τὸν μύξωνα dicunt: nostri verò Emungere lucernam. ¶ A Myxos fit Dimyxos, quæ est lucerna duo ellychnia habens: Trimyxos, tria: Polymixos, multa. *Mart.lib.14.* Illustrem quum tota meis conuiuia flammis, Tótque geram myxos, vna lucerna vocor.

Myxŏn, myxonis, μύξων, Piscis est, apud Romanos olim in deliciis habitus. *Plinius lib.35.cap.12.* De vasis fictilibus loquens, Tripatinum appellabatur summa cœnarum lautitia: vt erat murenarum: altera luporum, tertia myxonis piscis, inclinatis iam scilicet moribus. Hinc piscem nonnulli Banchum vocauére. *Idem lib. 32.cap. 7.* de iecore huius piscis loquens, Auribus, *inquit*, vtilissimum bati piscis vel recens, sed inueteratum vino. Item Banchi, quem quidam Myxona vocant.

N

NLITERA, vna seminocalium, ab antiquis inter liquidas commemorata, quæ si primum in dictione locum teneat, aliquando sumit ante se g, vt Narus, Gnarus, vnde Ignarus: Natus, Gnatus, vnde Ignatus. Aliquando etiam in cõpositione clitera, quæ statim subsequitur post n, vertitur in g, vt Quadringenti, pro Quadringcenti, Quingenti, pro Quincenti. Sed in quibus n non fuerit, seruatur c, vt Ducenti. N. In notis antiquorum, num, vel nec, vel non, vel nomẽ, nepos, vel Nonius. N. Noster, vel numisma, vel nummorum. N. Nascitur, vel nisi, vel noster N. Numerator. N. Nostri. N. Nostrum. NAV. In notis antiquorum nauicula, vel naues, vel nauibus. NO. Nobis. NBL. Nobilis. NC. Nunc. N.C. Non certe. N.C. Nero Claudius N.C.SN. CO.S.D.E. Notis ciuibus Senatusconsulti sit suffragium datum est. N. C.N.P. Non clã, nec precario. N.C.C. Non calumniæ causa. Hæc litera vna cum litera L. nota erat, non liquere significans, qua iudices in amplianda causa vtebantur, quum nondum satis vel conuictus esset reus

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

sceleris,vel etiam non planè defensus.

NAARDA,νάαρδα.Vrbs Syriæ iuxta Euphratem:inde Naardanus,*Steph.*

NABATHA, Ciuitatis cuiusdam nomen est.

NABATHAEA.{נבי nebajóth.ναβαταία Dionysios,ναβατηνὴ,*Stepha.*} Regio Arabiæ,Syriæ contermina,populosa in primis, & pascuis abūdans:cuius metropolis est Petra,trium aut quatuor dierum itinere distans ab Hiericunte,*teste Strab.lib.16.* {GER. Ein landtschafft deß felsichtigen Arabiae/ligt an Syrien.} Hinc Nabatheus,a,um,ναβαταῖος.pen. prod.*Iuuen.* Et quos depoluit Nabatheo bellua saltu. Et quia Nabathæa regio Orientem spectat,factum est vt Nabathæus accipiatur pro regionibus & populis ad orientem vergentibus,*Ouidius 2.Metamorph.* Eurus ad auroram,Nabathæáque regna recessit.

NABIS, *Giraffa,* Lingua Æthiopum camelopardalem significat,animal camelo simile capite:collo,equo: pedibus & cruribus boui: albis maculis rutilum colorem distinguentibus, quod animalis genus Cæsaris Dictatoris ludi Circenses primùm Romæ ostenderunt. *Autor Plin.li.* 8.*cap.*18.

NABIVS,Tarraconensis Hispaniæ fluuius.*Ptolem.lib.2.cap.6.* Narium dicit Mela.

NABRISSA, νάβρισσα,*Ptol.lib.2.cap.*4.aliis Nebrissa,hodie Veneria cognominata,Hispaniæ Bæticæ ciuitas est.

Nablium, diminutiuum à Nablum,Instrumentum musicum,quod & Psalterium appellatur.{נבל nébel.νάβλιον. GALLI.Vn Psalterion.ITA. *Istromento musico detto salterio.* GERMA. Ein music instrument so man vor zeiten gebraucht hat/ist jetz nicht sonders meht bekant.HISP.*Psalterio.*ANG. *A musicall instrument called al so psalterion.*} *Ouidius libro 3. de Arte amandi,*

Dicite etiam duplici genialia nablia palma
Vertere:conueniunt dulcibus illa modis.

NABVCHODONOZOR, Rex Chaldæorum.

Nacæ,*inquit Festus,*vulgò appellantur Fullones,quòd nauci sint (vt voluit Curiatius)id est nullius pretij.Quidam inde dictos malunt,quòd omnia ferè opera ex lana νάκῃ dicantur à Græcis.{כבסים chobesim. *Hæc Festus.*

NACOLLA, νάκολλα τὰ,aliàs ναυολία vel ναχάλεια, Vrbs Phrygiæ à Nacole nympha,vel à Nacolo Dascoli filio,aliàs Nacolæ, Gentile Nacolaus, *Meminit eius Strabo libro duodecimo.*

NACONE,νακόνη,Vrbs Siciliæ,Gentile Naconæus,*Steph.*

NACRIA,νακρία,*Vide* NVCRIA.

Næ,per diphthongum scriptum,Græca dictio est,significans Vehementer,valde,vel nimis.{אכן aehén,vai.GAL.Certainement,en verité,certes.ITALIC.*Certamente,di certo.* GERM Furwar/warlich.HISP.*Ciertamente,en verdad.*ANGL.*Verklie.Terent.in Prolog.And.* Faciunt næ intelligendo,vt nihil intelligant.Hoc est, quum plus quàm opus sit velint intelligere,in eorum numero sunt habendi,qui nihil intelligunt. ¶Sæpius tamen affirmandi aduerbium est, idem significans quod certè,vel vtique. *Cicer. Curioni,* Incredibile quàm turpiter facere videar, qui his rebus interfim: næ tu videris multò ante prouidisse,quid impediret. ¶ *Idem Trebatio,* Næ ego multo libentius emerim diuersorium Tarracinæ. *Idem in Catil.* Næ illi vehementer errant. [Ædepol næ adueni tempore. *Plaut.Men.sc.7.a.5.* Sumnæ ego mulier misera. *Plaut.Menæch. sc.2.a.5.*Næ ego mecastor mulier misera.*Plaut.Menæc. sc.2.a.4.*At næ hercle id dixisti cum cruciatu.*Plaut.Curc.sc.3.a.1.*Ædepol næ me expleui probè.*Plaut. Curc.sc.1.a.3.& Men.sc.2.a.1.& Mili. sc.5.a.2.*Ædepol næ *Idem Men.sc.5.a.5.* & *Pseud.sc.7.a.4.* ¶Item pro siquidem, *Plaut. Amphitr.sc.1.a.3.* Næ hanc inchoatam transfigam comœdiam.]

Nænĭă,næniæ,& Næniæ,næniarum,(*vt apud Ouid.6. Fastor.*) Græcum nomen est,à verbo Græco νείατον deductum, id est vltimum.} Erat enim vltimum quod defunctis caneretur carmen, quod in funere laudandi gratia cantabatur ad tibiam ante cadauer sepultum.Alio nomine ἐπικήδιον siue μοιρολόγια, à Græcis dicitur. *Diomed.* Apud Romanos id carmen, quod cum lamentatione extremum atque vltimum mortuo accinitur,Nænia dicitur.Acron verò docet esse fictitium nomen, à similitudine vocis eorum qui queruntur,& dolent. *Quintil.lib.*8. *cap.*2. Tertius est huic diuersus translationis modus, quum res communis pluribus, in vno aliquo habet nomen eximium : vt carmen funebre, proprie Nænia dicitur. [*Ouid.6.Fast.* Ducit supremos Nænia nulla choros.(de pompa funebri.Næniáque in volucres Marsa figurat anus. *Ouid.Ibid.* ¶Item pro fine,dixit *Plaut.sc.*1.*a*5. Id fuit Nænia ludo.i. finis.]¶Impropriè vsus est pro ineptia cuiuslibet cantus aut sermonis. Sic *Hieronymus contra Rufinum,* Nisi fortè non fuit impræsentiarum, qui tuas emendaret nænias. Hoc carmen Simonides poëta lyricus ex Cea insula primus instituisse dicitur.*Horat.* -sed ne relictis Musa procax iocis Ceæ retractes munera næniæ. *Sidonius pro Epitaphio posuit:* Nænia, *inquit,* marmori incisa per hendecasyllabon. *Pompon.Festus,* Nænia est,*inquit*, carmen quod in funere laudandi gratia cantatur ad tibiam. Nænia(*inquit Nonius Marcellus*) ineptum & inconditum carmen,quod à conducta muliere,quæ Persica diceretur, iis,qui propinqui non essent mortuis exhiberetur. *Varro de vita popul.Rom.l.b.*4. Ibi à muliere næniam cantari solitam ad tibias,& fides.*Cicer.de leg.*2. Honoratorum virorum laudes in concione memorant, eásque etiam ad cantus,& ad tibicinem prosequuntur:cui nomen est Næniæ : quo vocabulo etiam Græci cantus lugubres nominant. ¶ Næniam quoque deam veteres coluere,cui sacellum *autore Festo,*extra portam Viminalem erat dedicatum.

NAESSVS, ναισὸς,Vrbs Thraciæ,patria Constantini regis,à quo etiam condita est,gentile Naisatanus,vel Næsitanus.*Stephan.*

NAEVIA,ναυία.Nomen mulieris,à næuo sic appellatæ.

NAEVIVS,Poëta antiquissimus fuit,cuius extat epitaphium *apud Aul. Gell.cap.*24.*li.*1.Arrogantiæ(*vt inquit Gellius*)Campanæ plenum. Hic & Comœdias scripsit,quæ passim citantur à Nonio,& Festo,& Bellũ Punicum primum,in quo ipse stipendia fecit,literis prodidit,*vt refert Gellius ex auctoritate Varr.* *Hinc Adiect. Næuianus. *Cic.de Clar.Orat.* Illius autem ætatis qui sermo fuerit, ex Næuianis scriptis intelligi potest.

Næuus,Corporis insigne,seu genitiua macula. {מום mum. ὑπερσάρκωσις. GAL. Marque ou tache naturelle, signe noir en l'homme.ITA.*Neo.* GERM.Ein anmaal/ein masen welchen eines mit jme aus mutterleib bringt. HISP.*El lunar,sennal negra en le ombre.*ANGL.*A mole,a naturall marke in our natiuitie.*}*Cic.de Natur.deor.*1.At est corpori maecula næuus; nisi tamen hoc lumen videbatur. *Plin.lib.*22.*c.*25. Farina decocta in aceto tollit næuos. [*Gell.cap.*1 *libro* 12.Vbera quasi quidam Næuuli.]

Næuŭlus,diminutiuum à næuus,σπιλίδιον, καλλίδιον,parua macula. *Gell.li.* 12.*cap.*1.An tu quoque, *inquit*, putas naturam fœminis mammarum vbera quasi quosdam næuulos venustiores, non liberorum alendorum, sed ornandi pectoris causa dedisse?

Næuosus,adiectiuum,Qui næuis plenus est.

NAGIS,vel NAGIDOS, Vrbs inter Ciliciam & Pamphiliam à Nagide gubernatore condita. Gentile Nagidæus. Est & insula Nagidusa, *Stephan.*

NAGNATA,*Vide* MAGNATA.

NAGNIA,Vilumbrorum vrbs in Italia.*Ptol.l.*3.*c.*1.

NAIADES, penult.corr. à singul. nominatiuo Naias, vel Naides,à Nais, νηϊάδες, dicuntur nymphæ fontium, & fluuiorum. ἀπὸ τοῦ νάειν,quod est fluere.{GERM. Die göttin der brunnen vnd stüssen.} Porrò hæc dictio nunc tribus,nunc quatuor syllabis effertur. *Virgil.Ecl.*6. Ægle Naiadum pulcherrima,&c.Calphurnius *Eclog.* 2.Adfuerunt sicco Dryades pede,Naiades vdo,&c. [*Ouid.* 4. *Fasto.* Naiada vulneribus succidit in arbore factis, Illa perit fatum Naiados arbor erat.] ¶ Est item Nais Nymphæ cuiusdam nomen proprium,*apud Virgil.*2.*Eclog.*

Naïcŭs,a,um,*Proper.l.*2.Supposita excipiens Naica dona manu.

NAIM,Ciuitas Galilææ,duobus millibus distans à monte Thabor. Quo nomine Hebræis significatur fluctus,siue commotio.

NAIS,Fluuius qui ex Tauro monte natcens,in Pontum mergitur.

NAIS, ναΐς,Meretrix insignis,*Stephan.in Eucarpia.*

*NALCVA, ναλκύα, Vrbs Britanniæ, Ptolemæo, Nunc vulgò dicitur *Ossiforda.*

Nam, Coniunctio causalis, quæ in oratione primum tantùm locum sortitur.{כי chi.διὰ,ὅτι.GAL. Car. ITA.*Perioche,perque.* GERM.Dann. HISP.*Ciertamente,coniuncion,causal.* ANGLI. *For.*} *Plancus Cicer.libro* 10. *Famil. Epist.* Lepidus ne mediocrem quidem equitatum habebat. Nam etiam ex paucitate eius, non multis antè diebus, decem,qui optimi fuerant,ad me transierunt. [Nam quid id refert mea? (i.Quidnam.)*Plaut.Curc.sc.*1.*a.*3. Nam quò te dicam ire,(i.quonam)*Plaut. Curc.sc.*1.*a.*1.Sceleftissimam te arbitror. s o. Nam quamobrem,(pro quamnam ob rem.) *Plaut.Amph.sc.*1.*a.*2. Nam quid modi futurum, (pro quidnam modi.) *Plaut.Men.sc.*1. *a.*2.Nam cur istuc dicis? pro curnam.) *Plaut. Amphitr.* ¶Item(pro Equidem,vel næ:)Iam pax est inter vos duos? Nam quia vos tranquillos video, gaudeo. *Ibidem sc.*3. *a.*3.Quæ mira video postquam aduenio peregrè.Nam verum est quod olim est auditum fabularier (i. equidem) *Plaut. Amphitr.sc.* 3.*a.*4. Nam quouisque? (pro quonam vsque?) *Plaut.Asin.sc.*1.*a.*1. In ædibus quid tibi meis nam erat negotij,(pro quidnam.)*Plaut.Aulul.sc.*2.*a.*3. Cedo cerussam,Am.quid ceruss opus? Nam quí malas oblinã,scilicet *Plaut.Mostel.sc.*3.*a.*1. Nam si pulchra est nimis ornata est (pro,si verò, vel si autem.*Plaut.Mostell.sc.*3.*a.*1 Nam te non alius belli tenet aptius artes. (pro autem vel præterea)*Tibul.l.*4.Nam quid me rogitas? (pro quidnam)*Plaut.Mostell.sc.*1. *a.*2.Non salutas? Nulla est mihi salus dataria.Nam Pol tantundem accipies. *Plaut.Pseud. sc.*2.*a.*4.1.Equidem. Nunquam dedisti.Nam pol vna dedi die (pro atqui sane)*Plaut. Men. sc.*3 *a.*2.3. Nam,de mepta ratione. Vinciri decet qui recte asseruandus. Nam ego vinciri volo. *Plaut.Men.& Trinum.Initio.*] *Terent.in Andr.* Quidnam hoc rei est: quidnam hic vult veterator sibi ? Nam si hic mali est quicquam,hem,illic est huic rei caput. *Idem in prolog.Andriæ.* Nam in prologis scribundis operam abutitur. Aliquando pro autem, vel simili discretiua particula.*Cicer.li.Famil. Epist.*5. Pro iis rebus nullam mihi abs te relatam esse gratiam, tu es optimus testis : contrà etiam esse aliquid abs te profectum ex multis audiui : nam comperisse me, non audeo dicere, ne fortè idipsum verbum ponam,quod abste aiunt falsò in me solere conferri. *Idem in Sallust.*Nam quòd in vxore, atque filiam meam tam petulanter inuectus es. ¶.Solet autem hęc particula Nam in compositione postponi, præterquam in Nanque,vt Quisnam, *vt videre est in exemplo Terentij paulò antè citato ex Andria,* Quidnam hoc rei est ? Olim etiam præponebatur : vt apud eundem. Nam quæ est anus à fratre egressa meo ? Vbi Nam quæ accipitur pro Quænam. ¶ Nam etiam pro etenim sæpissimè vsurpatur. *Cic.in Orat.* Nam est longè aliter in versibus. *Idem,* Nam qui audiunt,hæc duo animaduertunt.*Budæus.* [¶Nã pro atqui,sæpe *apud Cic.& Plaut.vt in Capt.sc.*1.*a.*3.*Initio.* Nam pro præterea. Nam ego vos nouisse credo,vt sit pater meus.*Plaut.in prolog. Amphitr.*Nam certò te illic vidi,pro atqui.*Plaut.Mili.sc.*4.*a.*2. Vbi bis diuersè ponitur. Item(Nam)ter repetitum est diuerse.*In Pseud.sc.*1.*a.*2.]

NAMNETAE, ναμνῆται, Galliæ Celticæ populi ad Oceanum siti,alio nomine Namnetis dicti : quorum oppidum Condiuincum commemoratur à *Ptol.l.*2.*c.*8.Vulgò *Nantes.*

NANNETVM, Vrbs Britanniæ ducatus.Vulgò *Nantes.*

Nănquĕ,Coniunctio est,qua causa redditur,vt Nam. {כי chi.γάρ.GAL. Car.ITA.*Perioche.*GERM.Dann.HISP.*Ciertamente.*ANG.*For.*} *plancus Ciceroni* 10. *Epistol. Famil.* Namque assiduis internuntiis cum Lepido egi,vt omissa omni contentione, reconciliatáque voluntate nostra, communi consilio Reipubl.succurreret.*Virgil.in Tityro,* Nanque erit ille mihi semper deus. ¶ Significat etiam idem quod Sed, seu Verùm.*Cicer.*1.*de Orator.*Namque illud quare Scæuola negastis? [¶Namque si non dabis flagitabere. *Plaut.Pseud.sc.*5.*a.*1. (pro atqui.) Namque intus potate haud tan.tillo minus.*Plaut.Mostell.sc.*1. *a.*2.] ¶Namque etiam pro non primo loco,διὰ. *Plin.libro* 2.*capite* 11. Defectus eius (solis) lunæ magnitudinem haud dubia ratione declarat, ficuti terræ parnitatem ipsa deficiens. Nanque cùm sint tres vmbrarum figuræ,&c.

Nancĭscŏr,eris,nactus,A Nancio,cis,fit secundum Priscianum,& æquè in bonam & malam partem ponitur, Acquiro, adipiscor, assequor, inuenio. {מצא matsá קנה kanáh. καταλαμβάνω, τυγχάνω, ἀποκτῶμαι. GAILIC.Recouurer,trouuer,rencontrer. ITALIC. *Acquistare,ritrouare,assequire.* GERM. Bekommen/vberkommen/erlangen. HISPANIC. *Halla,adquirir, conseguir.* ANGLIC. *To gett, to obteine, to find.*} *Terent.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Teren. in Phorm. Non triumpho ex nuptiis tuis, si nihil nanciscor mali? *Sallust.* Homines adulescentes summam potestatem nacti. *Cic. de senect.* *ad vitem transfudit*, Vitis vt seipse erigat, clauiculis, quasi manibus, quicquid est nacta complectitur. Aliquando est casu inuenire. *Idem de Nat. deor. 2.* Alter alterius, vbicunque nactus est oua, frangit. *Et de Clar. Orat.* Nactus sum etiam, qui Xenophontis similem se esse cuperet. *Idem de Natur. 3* At verò aut honoribus aucti, aut re familiari, aut si aliud quippiam nacti sumus fortuiti boni, aut depulimus mali, tum diis gratias agimus. *Cicer. App. Pul.* Pluribus verbis ad te scribam, quum plus otij nactus ero. *Cicer. de Finib. 1.* Quoniam nacti te sumus aliquando otiosum, rectè audiam quid sit. *Lactan. lib. 6.* Si ducem nactus fuerit, qui dirigat ad meliora titubantem. Hinc Renanciscor, quod à veteribus positum est pro reprehendo, *teste Pompeio.* [Nullúmne nactus qui posset reparare exercitum. *Plaut. Cap. sc. 2. a. 1.* Valentiorem aduersarium nactus si erit. *Plaut. Capt. prolog.* Cupio malum nanciscier. *Plaut. Asin. sc. 2. a. 2.* Nactus nescio quem vbi cœnes. *Plaut. Capt. sc. 1. a. 4.* Littora nacta (nauis) (i. appulsa.) *Ouid. Eleg. 9. lib. 1. Trist.* Mercedem vbi eris nactus remeas. *Plaut. Asin. sc. 3. a. 1.*]

Nānīsum, ναῦον, Nomen fictum à Comicis, pro muliere parua, sed pulchra, per diminutionem, blandiendi causa, sicut Glycerium, & huiusmodi. *Plaut. in Prolog. Amphitr.* Etiam histriones Nanio in proscenio hîc Iouem inuocauerunt. [De ea muliere Athenæus.]

Nānum, νάνον, Græci vas aquarium dicunt humile & concauum, quod vulgò vocant situlum barbarum. ¶ Vnde Nani pumiliones appellantur. *Hæc ad verbum ex Festo.* Meminit & *Varro*: quanquam locus *apud Varr.* mirifice corruptus est: quem ita legendum putat *Scaliger.* Vas aquarium vocant Futum, quo in triclinio allatam aquam infundebãt: postea accessit Nanus cum Græco nomine, &c.

Nānŭs, nana, num, {גמד *ghammadh. vdoc.* GAL. Nain ou naintre. ITA. *Nano.* GERM. Ein zwerg/ oder kurtz erdmenlen. HISPA. *Enano.* ANG. *A dwarf, à very litle person.*} *teste Gell. lib 16. cap. 7.*] *& lib. 19. cap. 13.* Græcum vocabulum est, quo vocauerunt breui corpore hominem, paululum supra terram extantem, quem Latine Pumilionem dicimus. Nec de hominibus tantùm, sed de aliis quoque rebus dicitur. ¶ Vnde etiam mala nana, quæ alio nomine Melimela vocantur.

NĂPAEAE, ναπαῖαι, Syluarum deæ, quæ & Dryades dicuntur: nam ναπὶ, siue νάπος, Græcis Saltum significat, siue locum syluosum. Naides autem, vel Naiades dicuntur fontium nymphæ, sicut Oreades montium, Hamadryades arborum, quæ cum arboribus nasci credebantur, & cum iisdem interire. Nereides verò maris nymphæ sunt appellatæ. *Virg. 4. Georg.* Faciles venerare Napæas.

NĂPAEI, ναπαῖοι, Populi in Lesbo, ita dicti ab Vrbe Napa: vnde & Apollo Napæus dictus est.

NAPATA, orum, νάπατα, τὰ, Æthiopiæ vrbs est: olim Candaces reginæ regia: cuius meminit *Strab. li. 17.*

Nāphthă, νάφθα, Bituminis flos tenuissimus, circa Babylonem copiosissimè proueniens, cui est tanta cum igne cognatio, vt flamma transiliat in eam vndecunque visam. *Autor Plin. libr. 2. cap. 105.* Vulgus Oleum Nedeæ vocat. Ex hoc cõficitur ignis pene inextinguibilis, quem Græcanicum appellant. [*Vide Plutarch. in Alexand.*]

NĂPITAE, ναπῖται, Populi in Scythia, quorum caput vicus Napis, qui & Napatæ nominantur. *Steph.*

Nāpŭs, {βουνιὰς. GAL. Nauet ou naueau. ITALIC. *Nauone.* GER. Ein ronde rũb/ stertrũb. HISP. *El nabo.* ANGL. *A nauewe or turnep.*} Herba est rapo forma, temperamentóque simillima: quam Galli, seruatis prisci nominis non obscuris vestigiis, *Nauetam* appellant. *Colum. libr. 2. cap. 10.* Napus deuexam terram amat, & siccam. *Vide Plin. lib. 20. cap. 4.* Huius diminutiuum est Napunculus.

Nāpinæ, Loca napis consita. {βουνιάδες. GALL. Vne nauettiere, lieu où croissent force nauets. ITA. *Luogo da seminarui nauoni.* GER. Ein rubgarten oder rubacker. HISP. *La semiente de nabos.* ANGL. *Beddes of nauewes.*} *Colum. lib. 11. cap. 2.* Napinæ, itémque rapinæ siccaneis locis per hos dies fiunt.

NĂR, ναρ, *Steph.* Sabinorum fluuius in Fiscello monte nascens, qui per vrbem Narniam fluens, Tyberi immiscetur. *Lucanus lib. 1.* Qui Nar Tyberino illabitur amni. *Virgil. lib. 7.* Sulphurea Nar albus aqua. Mela præterea eiusdem nominis fluuium in Illyride constituit, qui ex Adrio monte profluens, non procul ab Epidauro in mare Adriaticum illabitur. *Plin. Ptolem. & Strabo* Naronem vocant.

NARAME, (Quod pro Dalmatiæ, siue Illyridis fluuio ineptè legebatur.) *Vide* NARO.

NARACVSTVMA, ναρακύστομα, Secundum Istri fluminis ostium, *apud Plin. lib. 4. cap. 12.*

NARCASSIS, Vrbs æstuaria in Hispania. *Steph.*

NARBIS, ναρβὶς, Vrbs Illyriæ Steph.

NARBO, ναρβὼν, Cognomento Martius, olim amplissimum fuit Galliæ Braccatæ emporium, *teste Strab. libr. 4.* hodie tutissimum Galliarum aduersus Hispanos propugnaculum: à quo tota ea pars Galliarum, quæ olim Romanorum fuit prouincia, nomen accepit. [Narbonam vocat *Cæsar 2. de bell. ciu.* sed in aliis legitur Narbonem.] GALL. Narbonne. GERM. Narbunen / ein statt in Languendock gegen dem Roncuall am oberen meer gelegen.} Martium autem Narbonem ex eo dictum putant, quòd eo Cæsar ex Martia legione colonos deduxerit. *Cic. pro Fonteio*, Est in eadem prouincia Narbo Martius, colonia nostrorum ciuiũ, specula pop. Romani, ac propugnaculum istis ipsis nationibus oppositum & obiectum. [*Sueton. in Tiber. cap. 4.* Narbona colonia in Galliam deducta.]

NARBŌNĒNSIS GALLIA, ναρβωνῖτις, *teste Plin. lib. 3. cap. 4.* dicta fuit tota illa Galliarum pars, quæ interno mari alluitur, ante Braccata dicta, à braccis villosæ vestis genere, quibus ea regio præcipue vtebatur: quum reliqua Gallia à studio nutriendæ comæ, Comata diceretur. {GERM. Die landtschafft Gallia so da begreifft die Prouintz/ Languendock/ Delphinat/ vnd die Sayhoyer.} Hæc olim fuit Romanorum prouincia, quam à Narbone Martio, amplissimo eius regionis emporio, hodie munitissimo Galliarum propugnaculo, Narbonensem prouinciam appellabant. Diuiditur ab Italia amne Varo, & Alpium iugis: à reliqua autem Gallia latere Septentrionali Iura & Gebenna montibus.

NARCASSVS, ναρκασσος, Vicus & vrbs Cariæ, inde Narcasseus, *Steph.*

Nārcissŭs, {ναρκισσος. GAL. Narcisse. ITA. *Narcisso.* GERM. Ein narcissen rõsiun. HISP. *Vn cierto genero di lirio.* ANGLIC. *A kind of lilly.*} Lilij genus, radice carnosa atq; odora, flore purpureo, folia in radice habes ad similitudinem foliorum arundinis: sed aliquanto crassiora. Dictus à ναρκη (*vt Plin. autor est lib. 21. cap. 19.*) quod stuporem Latine significat. Nam odor eius caput aggrauat. Eius duo sunt genera. Vnum purpureo flore, alterum herbaceo. ¶ Poetæ fabulantur Narcissum puerum fuisse Cephisi amnis, & Lyriopes Nymphæ filium, tanta formæ præstantia, vt quum aliquando ad fontem bibiturus accessisset, conspectæ suæ imaginis amore captus, quum nulla potiundi amoris spes esset, nimio desiderio contabuerit, & in florem sui nominis commutatus sit. *Vide Ouid. lib. 3. Metamorphos.* Huius monumentum in ora Bœotiæ fuisse tradunt, quod cum silentio viatores præteribant. Vnde & σιωπὴν, hoc est taciturnum appellabant. ¶ Est & Narcissus nomen fluuij, & nomen liberti potentissimi Claudij.

Nārcissīnus, a, um, ναρκίσσινος, Quod ex narcisso fit: vt oleum narcissinum. ναρκισσίνον. *Plin. lib. 21. cap. 19.* Ex hoc flore fit narcissinum oleum ad emolliendas duritias. Inde etiam Narcissinum vnguentum, quod ex flore narcisi fieri solebat, sed statim obliteratum est: *vt refert idem Plin. lib. 13. c. 1.*

Nārcissītēs, penultima producta, ναρκισσίτης, Gemma appellata est, quæ narcissi colorem habet, venis hederæ distincta. Huius meminit *Plin. lib. 37. cap. 11.*

Nārcōtĭcă, ναρκωτικὰ. Medici nostri temporis appellant medicamenta, quibus stupor conciliatur, ac torpor, aduersus sensum doloris & cruciatum. ἀπὸ τῆς ναρκης, quod stuporem significat.

Nardŏsphærum, *Vide* HARDOSPHAERVM.

Nārdŭs, {נרד *nerd.* ὁ ναρδος.} fœmin. gen. & Nardum neutri, Frutex est, *teste Plinio lib. 12. cap. 12.* graui & crassa radice, sed breui ac nigra, fragilique, quanuis pingui, situm redolente, vt cyperi, aspero sapore, folio parua densóque, cacumina in aristas se spargunt: ideò gemina dote nardi spicas, & folia concelebrant. Eius duo sunt genera, Indicum & Syriacum, non quòd ex iis regionibus afferatur, sed quòd montes, in quibus nascitur, aut Indiam, aut Syriam spectent. Retinet hæc herba etiam hodie nomen suum in officinis. ¶ Est præterea herba huic non dissimilis, quam ob id Pseudonardum vocant, folio crassiore, carnoso, angusto, colore languido in candidum vergente, frequentibus spicis in aristas sparsis, floículis purpureis. Gaudet petrosis locis & apricis: tanta suauitatis fragrantia, vt omnes flores odoris suauitate pronocet: qua dote in vestibus inseritur. Duo etiam huius sunt genera, vnum procerius adolescit, & maiorem spirat odorem: quod quia non minus, quàm nardum placet, sibi spicæ nomen apud nos arrogauit. Vulgus *Aspitum* vocat. ¶ Alterum tum amplitudine, tum odore minus: quod quia balneis & lauacris expetitur, *Lauanda* vulgò, & *Lauandula* appellatur: quam nonnulli malè putant esse nardum Celticam: vt postea docebimus. Vtraque pseudonardi specie Narbonensis prouincia maxime abundat, adeò vt & montes, & campi iis vestiantur. Nardus autem Gallica, siue Celtica, herba est ab hisce diuersa, folia habẽs longiuscula, & flauescentia, florémque luteum, quæ teste Plinio, cum radice velli solet, & in manuales fasciculos digeri. Hæc alio nomine appellatur Saliunca: *vt docet Rusellius lib. 2. cap. 6. & 7. ex quo hæc excerpsimus.* ¶ Ex nardo fiebant pretiosissima vnguenta, quibus Romani solebant capillos delibutos gestare: *Tibull. lib. 2. Elegia.* Illius puro distillent tempora nardo.

Nārdĭnŭs, adiect. vt Nardina pyra, dicuntur ab odore, scilicet quæ nardum redolent. ναρδίνα. *Plin. lib. 15. c. 15.* Pyra ab odore myrapia, laurea nardina. ¶ Nardinum pen. cor. ναρδῖνον, vnguentum ex nardo factum, addito omphacio, balanino, iunco, costo, amomo, myrrha, & balsamo. Alio nomine dicitur Foliatum. *Plin. lib. 13. cap. 1.*

Nārēs, {אף *áph. sive.* GALLIC. Narines. ITA. *Narice, buchi del naso.* GERM. Die nasslöcher. HISP. *Las narizes.* ANG. *The nosethrilles.*} Proprie nasi latiores partes, in quibus sunt spiracula, à naritate, siue gnaritate, (*vt inquit Donatus*) quòd nos odoratu doceant præsto ac propè esse quod adhuc oculi non vident. Siue, vt alij volunt, quòd per eas odor vel spiritus nare non desinat. Vel à Græco ῥὶς. per inuersionem literarum, vt πίλος tener. *Cicer. 2. de Natura deorum.* Itémque nares, eo quòd omnis odor ad superiora fertur, rectè sursum sunt. *Persius Satyra 1.* balba de nare locutus. *Ouid. 1. de Arte*, Inque cana nullus stet tibi nare pilus. *Virg. l. 3. Georg.* Collectúmque premens voluit sub naribus ignem. *Ouid.* vsus est singulari pro naso, Pandáque naris erat. ¶ Naribus aduncis indulgere, *à Persio Satyr. 1. dictum est, Murmellio teste*, pro naribus in rugam contractis irridere, & subsannare. *Verba Persij sunt,* -nunc non è manibus illis, Nunc non è tumulo fortunaráque fauilla Nascentur violæ? rides, ait, & nimis vncis Naribus indulges. *Simile est illud apud Horatium lib. 1. Serm. Satyr. 6.* Naso populum suspendis adunco. *De quo latius in dictione* Nasus. ¶ Emunctæ naris homo; is dicitur, qui nares habet emunctas & purgatas, hoc est qui facilè rem subodorat: vnde & pro prudenti & sagaci accipitur. *Horat. libro 1. Serm. Satyr. 4.* Hinc omnes pendet Lucilius hosce secutus, Muratis tantùm pedibus, numerísque facetus, Emunctæ naris, durus componere versus. Obesæ naris iuuenis, *apud Horatium Epod. 12.* qui nihil olfacit. Corrugare nares. *Horat. 1. Epist. 5.* -ne sordida mappa Corruget nares. [*Plaut. Curc. sc. 2. a. 1.* Flos veteris vini naribus obiectus est.]

Narica, Est genus piscis minuti. *Plaut.* Muriaticam video in vasis stanneis naricam bonam, & canatam, & taguma, quinas farras conchas piscinarias. Naticem piscem leges apud antiquos per t, non per r, & videtur à natando dictus. *Hæc Festus.*

NARITIA, Vide NARYCIVM.

[Naritius dux Vlysis. *Ouid. Eleg. 4. lib. 1. Trist.* Vide Neritius.]

NARMALIS, ναρμαλὶς, Vrbs Pisidiæ, gentile Narmaleis.

NĂRNĬĂ, ναρνία, *Stephano*, Vulgo *Narni.* {GERM. Ein statt in der landtschafft Vmbria Italie.} Vmbriæ ciuitas, per quam Nar fluuius, ναρ *Stephano*, labitur, à quo & nomen accepit. *Liu. lib. 10.* A Nare flumine Narina appellata.

Narnienses, ναρνιᾶται, Narinæ populi.

NARON, siue Naro, onis, ναρων, Vulgò *Narenta*, Fluuius Dalmatiæ, siue Illyrij, iuxta Epidaurum in mare Adriaticum influens: quem *Pomponius Mela*, Narem appellat. {GERM. Ein fluß in Dalmatien/ heist ietz Narens

ca.} *Vide suprà in dictione* NAR.

NĀR, NĂ, en.p. ou. Liburniæ oppidum, oppositum Naroni fluuio: vnde & nomen accepit à Solona LXXII. M. pass. distans. *Autor Pli. lib. 4. cap. 22.*

Narro, a., Dico, recito, enarro, recenseo. { ספר *sippér* אמר *amár* חשתעח *hiſchtaʿáh.* διηγοῦμαι. GALL. Raconter, reciter, conter. ITAL. *Narrare, racontare, dire.* GERMANIC. Erzellen/ ſagen. HISPA. *Contar hiſtorias ò razones, deſir.* ANGL. *To ſhew, to declaire, to rehearſe, to make mention.* [Narrare. i. narum ſiue gnarum facere: vnde gnarigare dicebant narrare. Feſtus. *Paſſerat* gnarrare. *Vet. gl.*] *Terent. in Eunuc.* Narra iſtuc quæſo quid fiet. *Ibidem,* Tu iſti narrato omnem rem ordine, vt factum ſiet. *Proper. lib. 2. Eleg. 1.* Nauita de ventis, de tauris narrat arator. ¶ Fabellam narrare ſurdo aſello, *Hora. 2. Epiſt. 1.* * Quid narras? Admirantis vox, non interrogantis, *inquit Donatus. Terent. Adelph.* Quid (malùm) bone vir mihi narras? equidem perij. [An hîc ita mos eſt, peregrino vt aduenienti narrent fabulas? *Plaut. Menæch. ſc. 1. a. 5.* Vxor quid hic narrauit tibi? *Ibid. ſc. 2. a. 4.* Narrare ſomnium. *Plau. Curc. ſc. 1. a. 2. & ſc. 3. a. 2.* Quod argentum? quas tu mihi tricas narras? *Ibid. ſc. 2. a. 5.* Quid morbi eſſe dixeras, narra ſenex. *Pl. Menæch. ſc. 4. a. 5.* Quid epiſtola iſta narret. *Pl. Pſeud. ſc. 2. a. 4.* Quid ait? quid narrat? quid dicit tibi? *Plautus Pſeud. ſc. 6. a. 4.* Narrando fallere tempora labentia tardè. *Ouid. Eleg. 3. lib. 3. Triſt.*] Narrant pro Dicunt. *Plin. lib. 11. cap. 37.* Solui enim pericula & metus, narrant. Huius compoſita Denarro, Enarro, & Prænarro.

Nārrātĭo, onis, Quæ eſt rerum geſtarum expoſitio, alicuius rei longa cõmemorario, & ponitur pro ea orationis parte à Rhetoribus, qua quemadmodum res geſta eſt de qua agitur, ſolet exponi. { פרשה *paraſchah* שנינה *ſcheninàh.* διήγησις. GAL. Narration, recit. ITA. *Narratione.* GER. Erzellung. HISP. *Obra de contar ò dezir, narracion.* ANG. *Narration, a telling of any thing.*} *Cic. 2. de Orat.* Obſcura narratio totam occæcat orationem. *Idem in Orat.* Credibiles non hiſtorico, ſed propè quotidiano ſermone dilucide explicatæ narrationes.

Nārrātĭūncŭ'lă, Parua narratio. { διηγημάτιον. GAL. Petit recit & narration. ITALIC. *Picciola narracion.* GERMANIC. Ein kleine oder kurtze erzellung. HISP. *Pequenna narracion.* ANGLIC. *A litle narration.* } *Quint. lib. 10. cap. 9.* Narratiunculas à poetis celebratas notitiæ cauſa, non eloquentiæ tractandas puto.

Nārrātŏr, oris, Qui narrat. {מספר *meſappér.* διηγητής. GALLIC. Racontant, qui recite ou conte. ITAL. *Chi narra ò raconta.* GERMA. Ein erzeller. HISPA. *Contador aſsi.* ANGLIC. *That maketh narration or mention of any thing.*} *Cic. 2. de Orat.* Cæteri non exornatores rerum, ſed tantummodo narratores fuerunt.

Nārrātŭs, a, um, participium. {מספר *meſuppár.* διηγηθείς. GALL IC. Narré, recite, raconté. ITA. *Narrato, racontato.* GERM. Erzelt. HISP. *Contado, narrado.* ANG. *Recited, mentioned.* } *Ouid. 3. de Ponto, eleg. 2.* Fabula narrata eſt poſtquam vulgaris ab illo, Laudarunt omnes, facta, piámque fidē.

Nārrātŭs, us, ui. { פרשה *paraſchàh* שנינה *ſcheninàh.* διήγησις.} *Ouid. 6. Met.* -veniet narratibus hora Tempeſtiua meis.

Nārrābĭlĭs, { διηγητός GAL. Qui ſe peut raconter. ITAL. *Che ſi puo racontare.* GERM. Das zu erzellen iſt. HISPANIC. *Coſa que ſe puede aſsi contar.* ANGL. *That may berehearſed and declared.*} *Ouid. 2. de Ponto, eleg. 2.* Lingua ſile, non eſt vltra narrabile quicquam.

NARSES, ναρσῆς, Suidæ, Eunuchus, Iuſtiniani principis cubicularius: bibliopola prius, deinde ob animi virtutem patritiatus honore auctus, vir religione pietatéque præditus. Is in locum Beliſarij ducis in Italiam miſſus, decem annos variis euentibus pugnauit, tandémque Gothos inſigni prælio fudit ad Anienem fluuium, quem & ponte primus inſtrauit: quarum rerum nequando vlla temporum diuturnitate memoria obſcuraretur: ſaxo eas inſculpendas curauit inſigni epigrammate, quod etiam hodie in Anienis ponte legitur. *De quo vide apud Volaterranum.*

Nārthēcĭă, æ, { ναρθηκία } Species ferulæ humilioris, quæ ad iuſtam altitudinem narthecis non aſſurgit, folia habens maxima, vt quęque terræ proxima. Dicta videtur Narthecia per diminutionem, à fruticis humilitate: quare etiam à quibuſdam Ferula minor, & ab aliis Ferulago appellatur. *Plin. l. 13. cap. 12. de ferula loquens,* Duo eius ſunt genera: Narthecа Græci vocant aſſurgentem in altitudinem, Narthieciam verò ſemper humilem.

Nārthēcĭum, cij, { ναρθήκιον. ANGLIC. *Aſpicerie, a place to keep ſpice in.*} Dicitur repoſitorium medicamentorum: ita dictum quod narthecis, hoc eſt ferulæ lignum ad medicamenta aſſeruanda eſſet accommodatiſſimum: vnde primò Narthecia appellata ſunt vaſa medicamentaria, quæ ex ferula conficiebantur: poſtea vero quæuis vaſa in hunc vſum comparata, quanuis ex ferula confecta non eſſent, hoc nomine dici cœperunt. *Cic. 2. de Fin.* Iam doloris medicamẽta illa epicurea tanquã de narthecio promant. *Martial. l. 14. Epigr. 78.*] Artis opes medicæ narthecia cernis habere.

NĀRTHĒCŬSĂ, ναρθήκουσα, Inſula eſt in mari Carpathio, *cuius meminit Plin. l. 5. c. 31.*

Nārthĕx, cis, ναρθηξ, Arbuſcula eſt, lignum foris corticis loco habens, intus autem ligni loco fungoſam medullam. *Plin. lib. 13. cap. 22.* Ferulam appellat, ponítque duo genera ferularum, Nartheca, quæ in iuſtã excreſcit altitudinem: & Nartheciam, hoc eſt minorem ferulam, quæ non altè ab humo attollitur. Et ferulam, *inquit,* inter externas dixiſſe conueniet, arborúmque generi aſcripſiſſe: quoniam quarundam naturæ (ſicut diſtinguemus) lignum omne corticis loco habent, hoc eſt forinſecus: ligni autem loco fungoſam intus medullam, vt ſambuci: quædam verò inanitatem, vt arundines. Ferula calidis naſcitur locis, atque trans maria geniculatis nodata ſcapis. Duo eius genera: Nartheca Græci vocant aſſurgentem in altitudinem: Narthecіam verò ſemper humilem. *Hæc ille.* ¶ A Narthex autē dicti ſunt Narthecophori, ναρθηκοφόροι, Bacchi miniſtri, quaſi Thyrſigeri. Nam thyrſi antiquitus etiam ex ferulis fiebant.

NĀRȳCIVM, ναρύκιον, Quod & Naryx, ναρυξ, & Naryce, ναρυκη, dicitur, oppidum fuit Locrorum vetuſtiſſimum: à quo Aiax Narycius, & populi Narycij dicti ſunt. *Virgil. 3. Æneid.* Hîc & Narycij poſuerunt mœnia Locri. Abundat autem pice optima quæ Narycia dicitur. *Vir. 2. Georg.* Et iuuat vndantem buxo ſpectare Cytorum, Naryciæque picis lucos.

NĂSĂMŌNĔS, penult. prod. νασαμῶνες, Sunt populi Libyæ, nauium Syrtibus in molutarum ſpoliatores. {GERM. Völcker in Libya ſo die ſchiff vo berſoten vnd beraubeten wan ſie in den Syrten Leſtàckend.} *Lucanus libro 9.* Hoc tam ſegne ſolum, raras tamen exerit herbas, Quas Naſamon, gens dira legit qui proxima ponto Nudus rara tenet, quem mundi barbara damnis Syrtis alit, nam littoreis populator arenis Imminet & nullos portus tangente, carina Nouit opes: ſic cum toto commercia mundo Naufragiis Naſamones habent. ¶ Hinc Naſamonius & Naſamoniacus adiectiua.

Naſamonites, νασαμωνίτης, Gemma, quæ quum ſanguinea ſit, ſcatet nigricantibus venis. *Plin. lib. 37. c. 10.*

Nāſcŏr, ſceris, natus Notæ ſignificationis. {גולד *noládh.* φύομαι, γίνομαι. GAL. Naiſtre. ITA. *Naſcere.* GER. Geboren werden. HISPA. *Naſcer.* ANG. *To be borne.*} *Plin. lib. 10. cap. 53.* Aues omnes in pedes naſcuntur contrà quàm reliqua animalia. *Salluſt.* L. Catilina nobili genere natus fuit magna vi ánimi & corporis. ¶ Natus laudi, & ad laudem. *Cicer. pro Sext.* Qui ſe patriæ, qui ciuibus ſuis, qui laudi, qui gloriæ, nõ ſomno, non conuiuiis, non delectationi natos arbitrantur. *Ibidem,* Nã quid ageret vir ad dignitatem & gloriam natus? *Horat. 1. Epiſt. 2.* Nos numerus ſumus, & fruges conſumere nati. [Ad naſcendos homines vim habere (certum aliquem numerum ſup.) *Gell. cap. 10. libro 3.* Quos legi naſcendi ſuperſtites optamus. *Senec. cap. 10. de Conſola. ad Marciã.* Tactáque naſcenti corpus haberet humus. *Ouid. Eleg. 3. lib. 4. Triſt.* Naſcenti mors determinata. *Senec. cap. 10. de Conſol. ad Mart.* Naſci impune nulli contigit. *Ibidem capite 15.* Omnia noſtra ſcripta dum naſcuntur, nobis placent. *Quintil.* Neque poſtquam ſum natus, habui niſi te ſeruum. *Plaut. Amphitr.*] *Cicer. de Senectute,* Mortuus eſt (quum ego quinque & ſexaginta annos natus, legem Voconiam voce magna & bonis lateribus ſuaſiſſem) annos ſeptuaginta natus: tot enim vixit Ennius. *Idem de Amicitia,* Magna etiam diſſidia, & plerunque iuſta naſci. ¶ Huius verbi compoſita ſunt, Annaſcor, Connaſcor. ¶ Enaſcor, Ex re aliqua naſcor. ἐγγίνομαι. *Iuſtinus libro 1.* Hic per ſomnum videt ex naturalibus filiæ (quam vnicam habebat) vitem enatam, cuius palmite omnis Aſia adumbratur. ¶ Denaſcor, decreſco, deficio, morior, ἀπογίνομαι. *Caſſius Hemina lib. 2. Animalium,* Quæ nata ſunt omnia, denaſci aiunt. ¶ Innaſcor, intus naſcor. ἐγγίνομαι. *Cic. lib. 1. Offic.* Sed illud odioſum, quod in hac elatione & magnitudine animi, facillimè pertinacia & nimia cupiditas principatus innaſcitur. ¶ Internaſcor, In medio naſcor, διαφύομαι. *Colum. lib. 5.* Ne autem pampiniarius palmes internatus, &c. ¶ Obnaſcor, Circumnaſcor, ἐπεμφύομαι. Renaſcor, Rurſus naſcor, ἀναγίνομαι. *Lactan. lib. 7.* Itaque renaſci eas putauerunt. Pronaſcor, Ortum habeo, προέρχομαι. *Terent. in Phorm.* Aiunt illam ciuem Atticam, bonam, bonis prognatam.

Nātŭs, a, um, participium à Naſcor. {גולד *noládh.* γεγονώς. GALL. Nay ou né. ITA. *Nato.* GERM. Geboren. HISP. *Naſcido.* ANGL. *Borne.*} *Terent. in Heaut.* Annos ſexaginta natus es, aut plus eo, vt coniicio. Pro re nata, hoc eſt pro præſenti rerum ſtatu, & vti res nunc ſe habent. *Cicer. ad Attic. lib. 3.* Animaduertendum poſſe pro re nata te non incommodè ad me in Albanum venire. *Ibidem,* in his locis pro re nata non incommode poſſunt eſſe. [*Ita natus locus eſt (i. eiuſmodi eſt loci à natura ſitus.) *Liu. 9 ab Vrb.* * Natus ſermo ſuper cœnam. *Sueton. in Cæſ. c. 87.* Pauper natus in armis. *Tibull. lib. 4.* Si memor es de quo mihi ſit Proſerpina nata. *Ouid. 4. Faſt.* Neque poſtquam ſum natus intra portam penetraui pedem. *Plaut. Men. ſc. 4. a. 2.* Vſus natæ rei ita erat. *Gell. cap. 13. lib. 13.* Natum eum nemo putat. *Martial. epig. 27. l. 10. & Epigram. 63. l. 8.* Plus triginta annos ſum natus cum Interea. *Plaut. Men. ſc. plus triginta.* Securaque in otia natus. *Ouid. Eleg. 2. lib. 3. Triſt.* Homo quando hic natus eſt, ſimilis eſt nouarum ædium. *Plaut. Moſtel. ſc. 2. a. 1.* fratres germanos duos geminos vna matre, vno patre natos, vno die. *Plau. Men. ſc. vlt. a. 5* Seni huic fuerunt filij nati duo. *Plaut. Capt. prolog.* Auctus nato filio. *Gell. cap. 1 lib. 12.* Facinus apud nos natum nouum. *Plau. Mil. ſc. 3. a. 2.* Suum repetunt, alienum reddunt nato nemini. *Plau. ſc. 3. a. 1.* Libera ego ſum nata. *Plau. Curc. ſc. 2. a. 5.*]

Nātŭs, ti, nomen ſubſtantiuum, Gnatus, filius, ſicut nata, ſiue gnata, pro filia [Diſſimulabat cultu natum. *Ouid. 13. Metam.* Concede huc mea nata. *Plaut. Menæch. ſc. 2. a. 5.* ¶ Nati, pro libris, qui ſunt fœtus ingenij: *Ouid. Eleg. vlt. libro 3. Triſt.* Tres mihi ſunt nati, contagia noſtra ſecuti (i. libri amorum) *Idem eleg. 1. lib. 3. Ibid.*] {ילד *jéledh.* υἱός. GAL. Vn fils. ITAL. *Figliuolo.* GERM. Ein Sun. HISP. *Hyo.* ANG. *A ſonne.*} υἱός. GALLIC. Vne fille. ITA. *Figliuola.* GERM. Ein tochter. HISP. *Lohija.*} *Virgil. 1. Æneid.* Nate meæ vires, mea magna potentia ſolus. *Idem 3. Æneid.* Et nati natorum, & qui naſcentur ab illis. *Cicer. de Amic.* Primùm ex ea charitate, quæ eſt inter natos & parentes, quæ dirimi, niſi deteſtabili ſcelere non poteſt. *Virgil. 1. Æneid.* Maxima natarum Priami. *Horat. 2. Serm. Satyr. 3.* Tu quum pro vitula ſtatuas dulcem Aulide natam Ante aras, ſpargíſque mola caput, improbe, ſalſa. ¶ Natorum appellatio (*inquit Modeſtin.*) ad nepotes extenditur. ¶ Addimus quãdoque, & dicimus Gnatus, Gnata, quæ ſemper ſunt ſubſtantiua. ¶ Natos etiam pullos equarum dixit *Colum. lib. 6. ca. 27.* Id præcipuè genus pecudis amore natorum, niſi fiat poteſtas, noxam trahit.

Nātū, Ablatiuus eſt ſolus ſine nominatiuo, alióve caſu vſitato, iungitúrque cum his adiectiuis Magnus, Paruus, & grandis, ἡλικία. *Cicer. in Cat.* Quanquam eum colere cœpi, non admodum grandem natu, ſed tamen iam ætate prouectum. *Terent. Adelph.* Id mea minimè refert, qui ſum natu maximus. *Liu. 1. ab Vrbe,* Sed de iſtis rebus in patria maiores natu conſulemus. [*Plaut. Aulul. ſc. 3 a. 1.* Sed eſt grandior natu: media eſt ætas mulieris (i. non eſt Iuuenis. *Item* Magno natu quidam. *Liu. 3. ab Vrb.*]

Nātĭo, tionis, Genus hominum (*inquit Feſtus*) qui non aliunde, ſed ibi nati ſunt. {גוי *ghói* לאם *leóm.* ἔθνος. GAL. Nation, gent. ITALIC. *Natione.* GER. Ein volck das in einem land geboren iſt. HISP. *La nation.* ANGL. *A nation or cuntrey.*} *Plau. in Menæch.* Nanque Epidamnea natio eſt hæc ita hominum, Voluptarij, atque potatores maximi. *Plinius lib. 12. cap. 25.* Color in quacunque natione præfertur rufus. Erudita illa Græcorum natio. *Cic. 2 de Orat.* Inanes & barbaræ nationes. *Cic. Ad Quint. frat. lib. 1. Idem de Prouinc. conſul.* Cæſar cum acerrimis nationibus Germanorum & Heluetiorum, prælijs multis fœliciſſimè decertauit. *Idem pro Font.* Verùm etiam exteris nationibus ac gentibus oſtendere, &c. [Dimidiam partem nationum vſque omnium ſubegit. *Plaut. Curcul. ſc. 1. a. 3.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

sc.1.a.3. Ita est hominum natio, sunt potatores maximi. *Plaut. Men. sc.1.a.1. Gell. capite 12. lib.15.* Si illa meretrix mea domum introiit & omnium nationum postremissimum nequissimúmque existimatote.] Nationis autem vocabulum latius extenditur, quàm Gentis: nam in eadem natione plures possunt esse gentes. Neque enim omnes qui eiusdem sunt nationis, ex eadem sunt gente. ¶ In pecoribus quoque (*vt inquit Festus*) bonus próuentus fœturæ, bona natio dicitur. *Dicitur & de rebus inanimatis. De melle. Plin. lib.22.cap.24.* Mellis causas atq; differentias nationésque & iudicationem, in apium ac deinde florum natura diximus. De resina. *Idem lib.24. cap.6.* Resinam e supradictis arboribus gigni docuimus, & genera eius & nationes in ratione vini, ac postea in arboribus. ¶ Natio quoque ordinem, societatem, sectam & genus hominum significat. *Cic. pro Sest.* Nimirum hoc illud est, quod de me potissimum in accusatione quæsisti, quæ esset nostra natio optimatium.

NĀTĬO, Nomen deæ, natiuitatum præsidis. {GERM. Die göttin der geburt. } de qua sic *Cicer. 3. de Natura deorum*, Furiæ deæ sunt, speculatrices, credo, & vindices facinorum, & sceleris. Quòd si tales dij sunt, vt rebus humanis intersint, Natio quoque Dea putanda est: cui, quum fana circuimus in agro Ardeati, rem diuinam facere solemus: quæ quia partus matronarum tueatur: a nascentib. Natio nominata est.

NĀTĀLIS, & hoc natale, Natalitius, quod ad natiuitatem pertinet. {γενεθλιακός. } GALLIC. De la naissance ou natiuité. ITALIC. *Natale.* GERM. Das der geburt ist/oder darzu gehört. HISP. *Cosa perteneciente al nascimiẽto.* ANGLI. *That belongeth to the natiuitie or birth.* } Vnde Natalis dies dicitur is, quo quis natus est. γενέθλιος. *Cicer. ad Atticum lib.3.* Natali die tuo scripsisti epistolam. *Teren. in Phorm.* Porro autem alio, vbi erit puero natalis dies. *Cicer. Attic. lib.6.* Quum is dies casu Bruti natalis esset. *Idem 2. de Diuinatione*, Chaldæis in prædictione, & in notatione cuiusque vitæ ex natali die minime credendum. Agere diem natalem. *Cicer. 2. de Finibus.* [Vocatus ad cœnam? E. Quid dum? quia mihi est natalis dies. *Plaut. Capt. sc.2.a.1.* Hic est (anulus) quem tibi misi natali. *Plaut. Curc. sc.2.a.5.* Hodie meus est natalis dies, volo (vos) magnificè accipere. *Plaut. Pseud. sc.2.a.1.* Lucifer amborum natalibus adfuit idé: Vna celebrata est per duo liba dies. *Ouid. Eleg. vlt. libro 4. Trist.* Mittam huic suo die natali malam rem. *Plaut. Pseud. sc.3.a.1.* Emortualem (diem) facere ex natali die. *Ibidem. sc.7.a.4.* Natalis adest. *Ouid. Eleg.13. lib.3. Trist.* ¶ Item De die natali ac eius ritu. *Idem Ouid. Ibidem.*] ¶ Interdum supprimitur substantiuum Dies, vt quod facile queat intelligi. *Virgil. 2. Eclog.* Phyllida mitte mihi, meus est natalis, Iola. ¶ Natale solum, Patria in qua quis natus est. πατρίς. *Ouid. 1. de Ponto*, Nescio qua natale solum dulcedine cunctos Ducit, & immemores non sinit esse sui. ¶ Dicitur & Natalis de rebus inanimatis, pro nascens. *Plin. li 37. cap.4.* Similis est huic quidem Arabicus, minor tantùm, similiter & nascens, cæterùm pallor gentis, & in auro non nisi excellentissimo natalis. De Adamante. Natalis vrbis, id est dies qua condita fuit vrbs. *Plinius lib.14. cap.4.* Ea cæli temperies fulsit quam coctura vocant, solis opere natali vrbis DCXXXIIII. Id est, ab vrbe condita. *Cic pro Flacco*, O Nonæ illæ Decembres quæ me Consule fuistis: quem ego diem verè natalem huius vrbis, aut certè salutarè appellare possum. [De Natali, *vide Sueton. in Calig. cap.26.* De Natali vrbis Romæ *Plutarch. in Rom.* Natales magnorum virorum celebrare. *Senec. Epist.65.* Qui memor accepti per me Natalis i. vitæ. *Ouid. 5. Fast.* Natalis item dicitur semen è quo aliquid nascitur. *Plinius lib.17. cap.10.* E cupresso fœmina pilulæ collectæ, quibus docui mensibus siccantur sole: ruptáque emittunt semen, formicis mirè expetitum: ampliato etiam miraculo, tantuli animalis cibo absumi natalem tantarum arborum.

NĀTĀLES, Pluralitantum numero. [i. generis nobiliras *Diomed. libro 1.*] {מולדת *molédheth* משפחה *mischpachah.* γένος. GAL. Parente, parentage, famille. ITA. *Famiglia, parentato.* GERM. Das herkommen von der geburt/der stamm/das geschlecht. HISP. *El estádo en cada vno nasce.* ANGLIC. *The stock and familie where of one cometh, parentage.* } Ius libertatis quod natura principio generi humano æquabiliter tribuit, vt alter alterius ne pareret imperio: vel ius Ingenuitatis, quod Seruitus & manumissio ademit. Hinc restituere natalibus est quum princeps liberis ingenuitatis ius ac dignitatem tribuit. Et restituti natalibus sunt, qui quum liberti essent, eo loco beneficio principis habentur, quasi nunquam serui fuissent. *L.3.D. de bon. libert. L.4.D. de iure aurear. annul.* ¶ Dicitur tamen natalibus restitui non modò libertus, sed etiam plebeius & ignobilis, quum ad nobilitatem ascisciturr, quanuis à nobilibus ortus non est. Itaque natalibus restituere, id est quod vulgò dicitur *Nobilitare. Cornel. Tacit.* Aderat Cornelius Fuscus vigens ætate claris natalib. *Plin. in Epistol. ad Messenium lib.3. in malam partem accepit, pro* ignobilitate & sordibus generis, Nonnunquam (*inquit*) candidatus aut natales competitoris, aut annos, aut etiam mores arguebat. ¶ *Iuuenal. Satyr.6.* etiam pro celebritate diei natalis sumpsit, Palmam inter dominas virtus natalibus æquat, id est, non aliter à victoria exhilaratur, quàm si dies natales celebrentur. ¶ Natales, etiam pro annis accipiuntur. *Sappho Phaoni in ep. Heroid.* Sex mihi natales erãt. Tot enim dies celebrantur natales, quot aguntur. ¶ Natales diuersárum gentium. *Plin. lib.7. cap.12.* Diuersárum quidem gentium natales tam concordi figura reperire, super omnem esse taxationem. Natales videtur vsurpasse pro origine, & generis principio.

NĀTĀLĬTĬUS, a, um, Quod ad Natales, siue ad natiuitatem pertinet, natalis. {γενεθλιακός. GALLI. De natiuité, appartenant à naissance. ITAL. *Della natiuità.* GERM. Daß zu der geburt gehört. HISP. *Cosa perteneciente à nascimiento.* ANG. *That belongeth to the natiuitie or birth.* } *Cic 2. de Diuinatione*, Qui hęc Chaldæorum natalitia prędicta defendunt. *Et paulò pòst*, Chaldæi notant sydera natalitia.

NĀTĀLĬTĬA, orum, Celebritates quibus quis diem suum natalem colit, siue ipsum conuiuium quod quis natali suo die amicis præbet. γενέθλια *Cic. 2. Philipp.* Hodie non descendit Antonius. cur? dat natalitia in hortis. cui? neminem nominabo: putatote eum Phormioni alicui, tum Gnathoni, tum Ballioni. * Natalitia prædicta, Id est diuinationes astrologorum, *inquit Budæus. Cic. 2. de Diuin.* Sic isti disputant, qui hæc Chaldæorum natalitia prædicta defendunt. *Et paulò pòst*, Norent sidera natalitia.

NĀTĬUUS, a, um, peultima producta, Quod nullo artificio confectum est, sed tale omnino est quale nascitur, naturalis, genuinus. {γνήσιος. GAL. Naif, naturel, qui vient de nature. ITA. *Natio.* GERM. Natürlich/angeboren. HISP. *Cosa natural.* ANG. *Native, naturell.* } *Plin. lib.31. capite 7.* Sũt & montes natiui salis, vt Indis Oromenus. *Gell. libro 12. cap.1.* Propterea obliteratis, & abolitis natiuæ pietatis affectibus. [*Cato apud Gell. cap.3 libro 7.* Cogitate quanto nos nostri natiui cautius facimus.] Et natiuæ lanæ, *apud Plinium libro 8. cap.47. dicuntur*, quæ natiuum colorem retinent. ¶ Natiuum malum, id est innatum, ingenitum. *Cicer. pro Domo sua*, Nónne fuit eo maior adhibenda medicina, quæ & illud natiuum, & delectum malum sanare posset? ¶ Natiui dei, qui nascuntur, & occidunt. *Cicero de Natura deorum primo*, Anaximandri autem opinio est natiuos esse deos, longis interuallis orientes, occidentésque. ¶ Natiua verba quæ primitiua, seu primæ positionis vocant Grammatici: quibus opponuntur Reperta, id est deriuata. *Cicer. in Partition.* Simplicia verba partim natiua sunt, partim reperta. Natiua ea quæ significata sunt sensu: Reperta, quæ ex his facta sunt. ¶ Natiuus color, naturalis, qui nulla arte, sed natura producitur, modò in albedinem tendens, modò in nigredinem: non tamen perfectè aut albus, aut niger. *Plin. libro 26. cap.4.* Natiuus color albus, Leucophæus appellatur, ab eo quòd Græci album vocant λεύκην, & φαιόν, fuscum, siue pullum. Huic contrarius Bæticus, vel Pullus vocatur. *Plin. lib 32. cap.10.* Iecur rubetæ, vel cor adligatur in panno leucophæo: & quartanis prodest. Hinc Leucophæati, qui rudiori alba veste, ac vili, & natiui coloris induti sunt. *Martial. l.1.* Amator ille tristium lacernarum, Et bæticatus simul & leucophæatus.

NĀTĪVĬTĀS, atis, Ortus. {מולדת *hullédheth* מולדת *molédheth.* γένεσις, πάτρις, γένος. GALLIC. Natiuité, naissance. ITAL. *Natiuità, nascimento.* GER. Die geburt. HISPANIC. *Nascimiento.* ANGLIC. *Natiuitie, birth.* } *Vlpianus*, Municipem aut natiuitas, aut adoptio facit.

NĀTŪRA, æ, Dicta est ab eo quòd aliquid nasci faciat, diuinus omnium rerum ordo quo omnia mouentur, oriuntur & occidunt. {φύσις. GAL. Nature. ITA. *Natura.* GER. Die natur. HISP. *Natura, naturaleza.* ANG. *Nature.* } Hanc quidam Deum esse dixerunt, à quo omnia sunt creata. *Senec. libro 4. de Benef.* Natura hoc mihi præstat. Non intelligis te, quum hoc dicis, mutare nomẽ Deo? Quid enim aliud est natura quàm Deus, & diuina ratio toti mundo, & partibus eius inserta? *Plinius vbique* Naturam parentem, rerúmque opificem appellat. [*Ouid. Eleg.1. lib.2. Trist.* Inuida me spatio Natura coercuit arcto (Ingenij) *Ibidem Eleg.7. libro 3.* Nam tibi cum facie mores Natura pudicos, Et raras dotes, ingeniúmque dedit. Naturam sibi facere rei alicuius. *Quinti.* ¶ Natura pro situ: *Cæs. 1. bell. ciu.* cognita natura locorum, *Item:* Fluminis Natura. *Ibidem.*] ¶ Accipitur interdum pro vi, & ingenita rei alicui virtute & potentia: vnde arborum atque herbarum naturas dicimus. *Plin. lib.12. cap.14.* Hæc concreta densantur, vbi loci natura poscit. *Cic. de Somn. Scipion.* Animæ natura propria, atque vis, vt ipsa à se ipsa moueatur. *Virgil. lib.4. Georg.* Nunc age, naturas apibus quas Iuppiter ipse Addidit, expediam. *Terent. in Eunuch.* Si qua habitior paulò, pugilem esse aiunt, deducunt cibum: Tametsi bona est natura, reddunt curatura iunceas. ¶ Naturæ satisfacere, & naturæ concedere dicimus pro mori. *Cicer. pro Cluent.* Vos auditis de eo in quem iudices non estis, de eo quem non videtis, de eo quem odisse non potestis, de eo qui & naturæ & legibus satisfecit, quem leges exilio, natura morte mulctauit. *Sallust. in Iugurt.* Pater vti necesse erat, naturæ concessit: fratri, quem minimè decuit, propinquus per scelus vitam eripuit. ¶ Et, In rerum naturam cadere, *dixit Quintilianus (vt notauit Budæus) pro* Interdum accidere. [¶ Natura pro corpore: *Sueton. in Tib. cap.68.* Naturæ vitia esse, non animi.] ¶ Aliquando etiam Natura accipitur pro genitalibus, tam virilibus, quàm fœmineis, quæ & à Græcis dicitur φύσις. *Cicer. 1. de Diuinatione.* Parere quædam matrona cupiens, dubitans, essétne prægnans, visa est in quiete obsignatam habere naturam: retulit: negauit eam, quoniam obsignata fuisset, concipere potuisse. *Plin. lib.22.c. 13.* Si quadrupedes fœtum non admittunt, vrtica naturam fricandam monstrat. [*Sueton. in Tiber. cap.45.* Hircum vetulum capris naturam ligurrire.] Dicta autem Natura quòd in eo membro nascendi vis sit. ¶ Quinta Natura. *Cicer. 1. Tuscul.* Aristoteles longè omnibus (Platonem semper excipio,) præstans & ingenio, & diligentia, quum quatuor genera illa principiorum esset complexus: è quibus omnia orirentur, quintam quandam naturam cẽnsẽt esse, è qua sit mens. * Natura, ablatiuus, pro Naturaliter *apud Quintil lib.1.* Fieri natura, cui opponitur, Fieri quodam instituto. *Cicer. in Orator.*

NĀTŪRĀLIS, & hoc naturale, Quod secundum naturam est. {φυσικός. GAL. Naturel. ITA. *Naturale.* GERM. Natürlich. HISP. *Cosa natural.* ANGLIC. *Naturall.* } Vnde Naturalis filius dicitur, qui naturaliter ex nostro semine est prognatus: ὁ ἐκ γαμετῆς παῖς; cui opponitur filius adoptiuus, εἰσποιητός. [*Apud Suet. in Tiber. cap.52.* Naturalis filius & adoptiuus opponuntur:] Filiorum, *inquit*, neque naturalem Drusum, neque adoptiuum Germanicum, patria charitate dilexit. ¶ Naturalia desideria, pro cupiditate coeundi dixit *Columella lib.4. cap.24.* de vaccis loquens, Atque (*inquit*) in id fere tempus naturalia congruunt desideria. *Idem lib. 4. cap.27.* Equæ desideriis naturalibus anguntur. [*Liuius lib.4. d.5.* Naturalis P. Scipio, (Iup. filius) Aliter, quàm apud Iuris cõsultos: *Item Quintil.* Naturalis pater.] ¶ Diuinatio naturalis, cui opponitur Artificiosa præsensio. *Cicer. 1. de Diuinat.* ¶ Lex naturalis. *Cicero 1. de Natura deorum*, Legem naturalem diuinam esse censet Zeno, eámque vim obtinere, recta imperantem, prohibentémque contraria. ¶ Naturale est *Plin. lib.11. cap.37.* Plerisque verò naturale, vt nictare non cessent, quos pauidiores accipimus.

NĀTŪRĀLĬA, plurali numero, dicuntur Pudenda. {בשר *basár.* αἰδοῖα. GALL. Les parties honteuses. ITAL. *Le parti vergognose.* GERM. Die scham/geburts glider. HISP. *La natura de l'hombre ò muger.* ANGLI. *The secret or priuie membres.* } *Columella lib 6. cap.28.* Si equa marem non patitur, detrita scilla naturalia eius linuntur, quæ res accendit libidinem. *Idẽ libro 9. de gallinarum pullis*, Plumulæ sub cauda, clunibus detrahendæ, ne stercore coinquinatæ durescant, & naturalia præcludant. * Naturale, numero singulari eodem sensu protulit *Celsus libro 7. c.26.* Fœmina breuius vrinæ similiter & rectius iter habet: quod mammulæ similes, inter imas oras super naturale positum, non minus sæpe auxilio eget.

NĀTŪRĀLĬTĔR, aduerb. Hoc est à natura, vel secundum naturam. {κατὰ φύσιν.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

GAL. Naturellement. ITA.& HISP.*Naturalmente.* GERM.Natürlich. ANG. *Naturallie.*} *Cic.de Senect.* Quod enim homini naturaliter insitum est, eo vti decet: & quicquid agas, agere pro viribus. [Naturaliter dissimillimi. *Velleius.*] *Colum.lib.3. cap.16.* Naturaliter mfœcunda vitis [*Cæsar.3.de bell.ciu.*]

NĀSĪCĂ, penult. prod. *ναυσικάα.* P. Scipionis cognomen fuit. Hic adhuc adolescens à Senatu vir optimus iudicatus Magnam matrem deorum hospitio suscepit, donec ei templum ædificaretur: vnde à Iuuenale Hospes numinis Idæi appellatur. Huius etiam ductu Tiberius Gracchus seditiosis concionibus statum Reipubl. labefactans fragmentis subsellioru̇m in concione est oppressus. *Vide Cicer.in Orat.pro C.Rabirio perduellionis reo.*

NĀSĪTĔRNĂ, æ, Vas aquarium, ansatum, ac patens, *ὑδρία. Varr.libr. 1.de Re rust.cap.22.* Vt ex ære ahena, vrceos, nasiternam faceret.

NASIVM, *Ptolem.autore lib.2.cap.9.* Galliæ Belgicæ vrbs.

[NASO nomen est Autoris. *Suet.In Cæsar.ca.9.*]

NASPVS, *νάσπος*, Vrbs Thraciæ. *Stephan.Vide* Nestus.

NĀSSĂ, Genus vasis piscatorij ex vimine contextum, quò quum intrauerit piscis, exire non potest. } *κύρτος.* GAL. Vne nasse. ITAL. *Nassa.* GER. Ein reusch darin man die fisch fahr. HISP. *La nassa o garlito para pescar.* ANGL. *A weele or bowet to take fishe.*} *Plaut.* [*Mil.sc.6.a.2.*] Nunquam ex ista nassa hodie escam petam. *Cice.lib.15.ad Attic.* Ex hac nassa exire constitui, non ad fugam, sed ad spem melioris mortis. *Silius lib. 5.* Haud secus ac vitreas solers piscator ad vndas, Ore leuem patulo texens de vimine nassam.

NĀSTĒS, *νάστης*, Fuit frater Amphimachi, æquum cum illo in Caras habens imperium, qui Priamo aduersus Græcos suppetias tulerunt, *teste Homero lib.Iliad.2.*

NĀSTŬRTĬVM, Herba hortensis est notissima, quam Græci *κάρδαμον* vocant. } GALL. Cresson alenois. ITAL. *Agreto.* GERMANI. Cressich/ein kraut. HISPA. *Nasturcio, malpica.* ANGLI. *Cresses.*} Venerem inhibēs, animúmque exacuens. Eius (*teste Plin.lib.25.cap.13.*) duo sunt genera, Album scilicet, quod purgatiuam vim habet, bilémque in aqua denarij pondere potum detrahit. Alterum est nigrius, quod capitis vitia purgat, visum clarificat, commotas mentes sedat ex aceto sumptum. Vtrunque cerebrum purgat métémque mirificè excitare creditur: vnde factus est locus prouerbio, vt homines socordes & somnolentos nasturtium edere iubeamus. Nasturtium autem à nasi tormento appellatum esse, *autor est Plin.libr. 10. cap.8.* quod scilicet mordacitate quadam nasum torqueat, & sternutationes prouocet.

NĀSŬS, nasi, dicitur ea pars capitis quæ à superciliorum confinio oriēs, & quasi æquali porrecta iugo, vtranque aciem simul & discernit, & munit. } אף *aph. μυκτήρ, ῥίν.* GALLIC. Le nez. ITA. *Naso.* GERM. Die nasen. HIS. *La nariz.* ANG. *The nose.*} Duo autem eius spiramina, geminíque hiatus, quos veluti quidam paries per medium ductus interrepit, Nares vocantur, *Cicer.2.de Natur.deor.* Nasus ita locatus est, vt quasi murus oculis interiectus esse videatur. *Persius Satyr.3.* Ingeminat tremulos naso crispante cachinnos. [Nasus culicis *Mart.Epigr.96.lib. 14.* Si amabas, nasum oportebat abreptum mordicus. *Plaut.*Menæc. *sc. 3.a.1.*Cum naso odos obsecutus est meo, da vicissim gutturi meo gaudium. *Plaut.Curc.sc.2.a.1.*Sagax nasum habet, canem esse par fuit. *Plau. Curcul. sc.2.a.1.*Fames & mora in nasum bilem conciunt. *Plau.Amph.* Macilento ore, naso acuto. *Plaut. Capt. sc. 4. a. 3.* vt sciat alieno naso, quam exhibeat molestiam. *Plaut.Capt.sc.1.a.4.*(de odore tetro.)] ¶ Aliquando nasus pro sagacitate, acrimonia & diacitate: ita Habere nasum eum dicimus, qui venusta quadam & scita irrisione alium deridet. Metaphora ducta est à canibus, qui narium olfactu abstrusissima quæque inuestigant. *Horat.1.Serm. Satyr.6.* Nec quòd auus tibi maternus fuit, atque paternus, Olim qui magnis legionibus imperitarint Vt plerique solent, naso suspendis adunco Ignotos, vt me libertino patre natum. *Plin.*Primus Lucilius condidit stylinasum, id est scripsit Satyram, quæ acerbitatem quandam & acrimoniam stylí habet in vitiis insectandis. *Mart.li.1.*Non cuiq; datū est habere nasum, id est acrimoniam ad derídendum, & dicacitatē. *Item,* Et pueri nasum rhinocerotis habent. Hinc,

NĀSĀTŬS, ti, *Lampridius in Heliogabalo.*

NĀSŪTĪ, dicuntur Dicaces, reprehensores, & derisores, qui doctè alios norunt irridere. } *μυκτηρίσται, χλευασταί.* GAL. Moqueurs, railleurs. ITA. *Beffeggiatori.* GERMA. Naßweiſſe/die eines meyſterlichen ſpotten können. HISP. *Mofadores, escarnidores:* ANGLI. *Mockers, scorners or taunters.*} *Mart.lib.13.* Nasutus sis vsque licet, sis denique nasus. Idem formauit comparatiuum, Nihil nasutius hac, nialigniúsque est. [Nasutissimus homo Mox, nullius ingenij *Senecæ.*]Et per diminutionem Nasutulus. *Apuleius,* Nasutula mulier ac dicacula. ¶ A Nasus fit verbum Denaso, as, *ναρίζω. Plaut.Capt.* Os denasabit tibi mordicus.

NĀSŪTĬSSĬMŬS, superlatiu. *Senec. in vlt.Suasoria.* Cœstius homo nasutissimus, dissimulauit exaudisse se.

* Nasutulus, penultima correpta, Adiectiuum diminut. *Apuleius,* Nasutula mulier atque dicacula.

NĀTĀLĒS, *Vide* NASCOR.

Natalis, Natatio, *Vide* NATO.

NĀTĒS, natium, Caro est conglobata versus os sacrum, sedendi officio aptissima, à nitendo, vt quidam existimant. } שׁת *scheth. γλουτοί, καχλυσμός, πύγαι, πυγή.* GALL. Les fesses. ITAL. *Natiche* GERM. Die Arßbacken. HISP. *Las nalgas.* ANGLI. *The hippes or buttockes.* } Ibi enim est caro firmior, quàm in cæteris membris, ne premente corporis mole ossibus offendatur. *Horat.1.Serm. Satyr.8.* Nam, displosa sonat, quantum vesica, pepedi Diffisa nate ficus. *Idem Epod.8.* Quum sit tibi dens ater, & rugis vetus Frontem senectus exaret, Hiétque turpis inter aridas nates Podex, velut crudæ bouis. *Mart. l.4.* Alea parua nuces, & non damnosa videtur, Sæpe tamen pueris abstulit illa nates. ¶ Hæ etiam alio nomine Clunes dicūtur. *Iuuenal.* Ad terram tremulo descendunt clune puellæ.

Natinatores, Seditiosi, negotiosi, vocabantur, & Natinatio, negotiatio, *Festus.*

NĀTĬO, Natiuus, *Vide* NASCOR.

NATISO, Venetiæ fluuius, *Ptolem.l.3.cap.1.*

NĀTO, natas, *Vide* NO, nas.

Natrix, *ὕδρος*, gen. masc. & fœm. Genus serpentis etiam aquas venenosa ir ficiens, à nando nomen habens. } ANGLIC. *A serpent of the water.*} *Plin.lib.15.* Natrix quum speciem anguis significat, masculinum quoque inuenitur. *Cicer.4.Acad.* Cur omnia nostri causa quum faceret, tantam vim natricum, viperarúmque fecerit? cur mortifera tam multa passim dispserit? *Lucan.l.9.* Et natrix violator aquæ [*Suet.in Calig.ca. 11.Metamorphos.* dixit: Natricem populo Romano alere.] ¶Item Natrix. *Plin.lib.27.cap.12.* herba est, cuius radix euulsa, virus hirci redolet. ¶Natrix quoque mulier dici potest natans, sicut Natatrix.

Natura, Natus, *Vide* NASCOR.

Nauale, Nauarchus, *Vide* NAVIS.

NAVALIA, *Ptol.l.2.c.22.* Vrbs Germaniæ, Vulgò *Suol.*

NAVARIA, Pars Hispaniæ Septentrionalis, versus Arcton. Vasconibus adiacet, ad Meridiem verò Tarraconiam habet regionem. } GERM. Ein landtſchafft in Hiſpanien wol gegen Mitternacht gelegen.}

Nāuci, Putamen nucis, siue oliuæ nucleus, seu membranula quæ in nucis iuglandis medio est. } *κάρυον.* GALLIC. La coquille ou petite taye d'vne noix, chose de nulle valeur. ITA. *Scorza della noce.* GERM. Nuß ſcheiff/dao bögtin in der nuß. HISP. *La cascara de la nuez.* ANG. *The huske or inner skinne of a nutt.*} & accipitur pro re nihili. *Plau.in Mostell.* Qui homo timidus erit in rebus dubiis, is nauci non erit. *Cic.1.de Diuinat.* Non habeo denique nauci Narium augurem.

Naucīfăcĭo, Nihili facio, vilipēdo, ne nauci quidem dignum iudico. } *οὐδενὸς ποιοῦμαι.* GAI. Ne tenir conte, n'estimer rien. ITA. *Estimar niente.* GERM. Für nicht achten/gering halten. HISP. *Tener en poco precio.* ANG. *To regard nothing or sett litle by.*} *Plaut. in Bacch.* Perij, hoc seruum meum non naucifacere esse ausum.

Naucleriacus, Nauclerus, *Vide* NAVIS.

NAVCRATIS, *ναύκρατις, Stephano* Ciuitas in Ægypto, à Milesiis condita, qui tum mari potiebantur, *teste Strab. l.17.* Eius incolæ Naucratitæ appellantur.

Naufragium, *Vide* NAVIS.

Nāŭlă, æ, Lignum cauatū vt nauis, quo in vindemiis vti solēt, *inquit Fest.*

Nauiculor, Nauigo, *Vide* NAVIS.

Nāŭis, ă Græco *ναῦς.* } אניה *oniyáh* ספינה *sephináh.* GAL. Nauire, nef. ITA.& HISP. *Naue.* GERM. Ein ſchiff. ANGLIC. *A ship.*} *Ouid.1.Fasti.* Acta per æquoreas hospita nauis aquas. Moderamen nauis pro gubernaculo. *Idem 15.Metamor.* -& innixus moderamine nauis, in alta Puppe caput posuit. *Virgil.5.Æneid.* Rectorem nauis compellat voce Menœten. [Naue mea vento forsan eunte suo. *Ouid.Eleg.5.libro 3.* Non meminisli te mecum exire è naui. *Plaut.Menæch.sc.9.a.5.* Fert bene præcipites nauis modò facta procellas, Qualiter exiguo soluitur imbre ventus. *Ouid.Eleg.6.lib.4.Trist.* Si tamen hæc nauis vento ferretur amico. *Idem Eleg.4 lib.1.Ibid.* Si qua peregrina nauis in portum aduenit. *Plaut.Menæch sc.2.a.* parata naui, clauo hæreret sedulo. *Plau.Amphitr.* Ego quantum possum mihi nauem paro. *Plaut.Milit.sc.1.a.2.* Prandi in naui. *Plaut. Menæch.sc.4.a.2.* Quid cessо abire ad nauem dum saluo licet? *Plaut.Menæch. sc.2.a.5.* Vter vestrum aduectus naui mecum? *Plaut.Menæch.sc.vlt.a.5.* Dum licet, & spirant flamina nauis eat. Allegoricè. *Ouid.4.Fast.* ¶ Nauis & Reip. comparatio, *apud Liuium lib.34.*] ¶Frangere nauem, idem quod naufragium facere. *Terent. in Andria,* Nauem is fregit apud Andrum insulam. *Plaut. in Menæch.* [*sc.4.a.2.*] Perij misera, quam tu nunc mihi nauem narras? ME. ligneam. Sæpe tritam, sæpe fixam, sæpe excussam malleo. ¶ Actuariæ naues, quæ remis agebantur: *vide suprà in dictione* ACTVARIVS. *Hirtius de bello Alexand.* Nauibus actuariis, quarum numerus erat satis magnus, magnitudine quanquam non satis iusta ad præliandum, rostra imposuit. Has adiunctis nauibus longis, & numero classis aucto, militibus veteranis imposuit, &c. ¶Rostratæ naues, dictæ à rostris: quæ quia ex ære fiebant, æratæ etiam dicebantur. *Virgil.8.Æneid.* In medio classes æratas. Actia bella Cernere erat. *Liu.4. Decad.lib.6.* Vna & octoginta rostratis nauibus multis præterea minoribus, quæ aut apertæ, rostratæ, aut sine rostris, speculatoriæ erant, Delum traiecit. [¶Naues apertæ. *Liu.lib.5. dec.4.* contrariæ tectis. ¶Æratæ dicuntur Cæsari *lib. 3.de bell.ciu.*] ¶ Fluuiatiles naues quibus vehimur in fluuiis, *apud Liuium lib.10.Decadis 1.* ¶ Frumentariæ naues, onerariæ, ad frumentum vehendum aptæ. *Cæsar lib. 3. bell. Gall.* ¶ Longæ naues ab onerariis differebant: siquidem onerariæ velis duntaxat incitabantur: Longæ verò etiam remis agebantur. *Lentul.in epist.Cicer. l.12.* A classe discesserunt, nauisque longa profugerunt, onerariis relictis. ¶ Naues marinæ, quibus mari vehimur, ad differentiam fluuiatilium, *l.Italia repetiūdarum. ff. de Vacation.& excusat. muner.* ¶ Piscatoriæ naues, ad pisces capiendos paratæ. *Liu.3.Decad.lib.3.* ¶ Prædatoriæ naues, & Naues piraticæ, *apud Liu.3.Decad.l.9.& Decad.4.l.4.* [*Plaut. Menæch. sc.2.a.1.*Eleganter & allegoricè, de meretriciis insidiis: Nauis, inquit, prædatoria stat in portu. Ducit lembum directum nauis prædatoria (*i.* ducit meretrix herum meum sub dio erectum & quasi cruci affixum. lembus enim nauicula leuis est.) *Ibid.sc.3.a.2.*] ¶ Prætoria nauis, quã Græci *ναυαρχίδα* vocant, nostri vulgò *Capitaneam. Liu.3. Decad. lib.1.* ¶Speculatoriæ naues. *Liu.Decad.4.l.6.* [*& Dec. 4. lib.5.*] Turritæ naues, quibus ad libram turres imponebantur. idque non solùm ad proram, sed etiam ad puppim, *vt testatur Appianus de Bell.ciuilibus.*[¶Nauis frumentaria. *Cæs.3.de bell.ciu.*] ¶Vinaria nauis *apud Vlp.l.vulgaris ff. de furtis.* ¶ Constratæ naues, *πλοῖα κατάφρακτα*, quæ & tectæ dicebantur: *de quibus Plinius lib.7. cap.56.* [Eæ tegebantur pellibus *Cæs. libro 3.de bell.ciuil.*]

Nāuĭcŭla, læ, Est parua nauis, qua vel in mari, vel in flumine circunuehimur. } *πλοιάριον.* GAL. Petite nauire, nasselle. ITALIC. *Nauicella.* GER. Ein ſchifflin. HISP. *Nauezicha, ò naue chica.* ANG. *A litle ship.*} Quo nomine appellari possunt quæ plurimæ Venetiis scita in primis atque eleganti forma ad aquam traiiciendam visuntur. *Cicer. Acad.4.* Ita sermone confecto, Catulus remansit: nos ad nauiculas nostras ascendimus. *Idem Attic.l.14.* Deinde ad epulas Vestorij nauicula, subauditumus. *Idem ad Quirit.* post reditum, Cum parua nauicula traiecit in Africam.

Nāuĭcŭlă, diminut. à Nauicula, *quo vtitur Martianus Iurisconsultus in tractatu de Fundo instructo.*

Nāuālĭs, & hoc nauale, adiect. Quod ad naues pertinet. } *ναυτικὸν.* GALLI. De nauire. ITA. *Nauale.* GER. Das zu ſchiffen gehört. HISPAN. *Cosa pertenesciente*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tuneſciente à las naues. ANGLIC. That belonget'h to a ship. } Hinc nauticus, Nauticalis corona, qua donabatur qui primus in nauem hoſtium armatus trãſiluiſſet. Virgil. Tempora nauali fulgent roſtrata corona. [¶ De nauali corona. Gell. cap. 6. lib. 5.] Prælium nauale, Plin. lib. 6. cap. 1. Bellum nauale. Cic. pro lege Manil. Certamen nauale, Virgil. 5. Aeneid. Disciplina naualis, Cicer. pro lege Manilia. Pugnæ nauales & pedeſtres, Cicer. de Senect. Socij nauales, pro remigibus, apud Liuium 1. & 34. Punici. [Ouid. libr. 1. Faſt. Sed cur naualis in ære Altera fignata eſt: altera forma biceps. (i. forma nauis) Ouid. Eleg. 8. lib. 4. Triſt. In caua dicuntur quaſſæ naualia puppes.] ¶ Naualia varia, in quibus onera recondita in naues imponuntur. Vlpian. L. 19. D. de aur. & arg. Vaſorum appellatio generalis eſt: dicimus varia Vinaria & Naualia. Vbi nonnulli reponunt niualia, quod & Vlpiani ſententia repudiat & loquendi conſuetudo. Niuaria enim per R. legendum eſſet. Ex Hotomano.

Nãuale, lis, ſubſtantiuum, vel Naualia, um, In quibus ſtant vel feri ſolent naues. { ναύεια, ναυστάθμη, ὁρμήια. GAL. Vn haure. ITAL. Arſenale. GERM. Ein ſchiff lende/item, das ort an welchen man ſchiff macht. HISP. El atarazana de las naues. ANGLIC. A dokor hauen where shippes ar layd vp or made. } Virgil 4. Aeneid. Diripiéntque rates alij naualibus? ite. Ouid. l. 3. Metam. Haud aliter quam ſic ſiccum nauale tenerent. Cic. Offic. 2. Atque etiam illæ impenſæ meliores, muri, naualia, portus, aquarum ductus.

Nãuarchus, chi, Præfectus claſſis, qui à prætoribus vel conſulibus, in prouinciis conſtitui ſolebant, vt in mari verſarentur, maritimáſque ſuæ prouinciæ partes à piratis defenderent. { רב חחבר rab hachobel. ναύαρχος. GAL. Pilote & patron de nauire. ITA. Capitano d'armata di mare. GERM. Ein ſchiff herr / der oberſt vber ein gantze armada. HISPA. Capitan ſobre la mar. ANGLIC. The shipmaiſter, the pilote. } Hanc Græci eadem ratione ναυαρχίδα vocant, quod in ea nauigaret nauarchus. Cic. 2. Verr. Sumptum omnem in claſſem frumento, ſtipendio, cæteriſque rebus nauarcho ſuo quęque ciuitas ſemper dare ſolebat. Ibidem, An quod forum Syracuſanum nauarchorum ſanguine redundauit?

Nãuclerius, ri. { רב חחבר rab hachobél. ναύκληρος. GALL. Pilote de nauire, ou patronde galere. ITA. Nocchiero, patron di galera. GERM. Ein ſchiffherr der da iugt das die ſteurleut das ſchiff recht leiten. HIS. Nauchel, pilote ò patron de la naue. ANG. The shipmaiſter or pilote. } Qui naui præeſt, & nautarum cuique munia ſua præſcribit. Cic. Nauicularium vocat, & Nauiculatorem. Plaut. in Mil. Cubare in naue lippam, atque oculis turgidis Nauclerus dixit, qui illas aduexit mihi.

Nãucleriãcus, a, um. { ναυκληρικός. GAL. Appartenant à patron de galere. ITALIC. Pertinente à padron di galera. GERM. Das dem ſchiffherren oder ſchiffman zu gehört. HISPA. Coſa perteneſcente à nauchel, piloto ò patron de la naue. ANGL. That belongeth to the pilote. } Quod ad nauclerum pertinet. Plaut. in Mil. Facito vt venias huc ornatu naucleriaco.

Nãucleriãtus, a, um, eiuſdem ſignificationis. Plaut. in Aſin. Volo mei patris me ſimilem, qui cauſa mea nauclerio ipſe ornatu per fallaciam, Quam amabam abduxit ab lenone mulierem.

Naufrãgus, Qui naufragium paſſus eſt, qui iactura facta omnia ſua amiſit. { ναυαγός. GAL. Qui eſt eſchappé du peril de la mer, apres auoir perdu le nauire ou il eſtoit. ITA. Che è fugitto dal pericolo dal mare: è ancho chi non ò fugitto ma morto ò andato male. GE. Ein ſchiffbruch/oder/der ein ſchiff bruch erlitten hat. HISPA. El que eſtapa de la naue quebrada, ò que es muerto en al peligro. ANGLIC. He that is ſcaped, aſied a shipwreck. } Propert. lib. 2. eleg. 3. Ille venena libens, & naufragus ebibat vnda. Cic. de Inuentione 3. Duo quidam quum iam in alto nauigarent, & eorũ alterius nauis, alterius onus eſſet, naufragũ quędã natãtẽ, & manus ad ſe tendẽtem animaduertunt: miſericordia commoti nauim ad eum applicauerunt, hominem ad ſe ſuſtulerunt. Ouid. in Ibin, Siue per immenſas iactabor naufragus vndas.

Naufrãgus, ga, gum, adiectiuum. { ὁ καὶ ἡ ναυαγός. GALLIC. Qui fait perdre ou rompre le nauire. ITAL. Chi fa rompere la naue. GERM. Schiff bruchig/das ſchiff bruch bringt. HISPANIC. Que haze quebrantar la naue. ANG. Pertening, to shipwreck, or that cauſeth shipwreck. } vt Mare naufragum, in quo naufragia fiunt. Horat. 1. Carm. Ode 16. nec mare naufragum, Nec lacuus ignis, &c. Corpora naufraga, Virgil. 3. Georgicor. Tempeſtas nauſragia. Valer. Flac. 1. Argonaut. Vnda naufraga, Tibul. l. 2. Eleg 4. [Idem 4. Faſtor. Et vos Nilaei naufraga monſtra canes. Item Et redit in tumidas naufraga puppis aquas. Ouid. Eleg. 1. lib. 2. Triſt. (Ne) Naufraga ſeruatis omnibus vna foret. (Carina.) Ouid. Eleg. 1. lib. 2. Triſt.] ¶ Naufragus etiam tranſlate, qui bona diſſipauit, vel qui quauis re alia calamitoſus eſt, & res ſuas in deſperatis & profligatis habet. Cic. in Catil. Quod ſi ſe erexerit, ſecúmque ſuos eduxerit, & eodem cæteros vndique collectos naufragos aggregauerit, extinguetur, atque delebitur non modò hæc tam adulta Reip. peſtis, verum etiam ſtirps ac ſemen malorum omnium.

Naufrãgium, gij, nauis fractio, ſubmerſio. { ναυαγιον, ναυαγία. GALLIC. Briſement & perte de nauire. ITALIC. Naufrago. GERMANIC. Ein ſchiffbruch. HISPANIC. Quebrantamiento de la naue. ANGLIC. Shipwreck, loſſe on the ſea. } Cicer. pro rege Deiotaro, Itaque quum eſſet ei nuntiatum, Domitium naufragio periiſſe, te in caſtello circumſideri: de Domitio dixit verſum Græcum, &c. Idem Famil. Epiſt. 16. Interea qui cupidè profecti ſunt, multi naufragia fecerunt. ¶ Tranſlate verò pro calamitate, damno, iactura, vel exitio vſurpatur. Cic. Famil. 4. Verſor in eorum naufragiis, & bonorum direptionibus. Ex naufragio tabula. Idem ad Atticum 4. Perſpice æquitatem animi mei, & ludum, & contentionem Seleucianæ prouinciæ, & meam hercle cum Cæſare ſuauiſſimam coniunctionem. Hæc enim me vna ex naufragio tabula delectat. Id eſt ex communi Reip. calamitate & iactura hoc mihi vnicum ſubſidium, hæ amicitiarum reliquiæ. [Ouid. Eleg. 5. lib. 1. Naufragij tabulas, qui petiere mei.]

Nãufrãgus, a, um, Eiuſdem ſignificationis: vt Fretum naufragum. Ouid. 14. Metamorph. Liquerat & Zancle, aduerſáque mœnia Rhegi, Naufragúmque fretum, gemino quod littore preſſum Auſoniæ, Siculæque tenent confinia terræ. Saxa naufraga, Statius 5. Thebaid.

Nãufrãgor, penult. cor. Naufragium facio, nauem frango. { ναυαγέω. GAL. Rompre le nauire. ITAL. Rompere la naue. GERMANIC. Ein ſchiff bruch erleiden. HISPAN. Quebrantar la nao en la mar. ANGLIC. To make shipwrech. }

Nãuiculãtor, oris, Nauicularius, nauclerus, ναύκληρος, ναυκράτωρ. Cicer pro lege Menil. Maiores veſtri ſæpe mercatorious, ac nauiculatoribus iniurioſius tractatis bella geſſerunt.

Nãuiculãrius, rij, Qui naui præeſt, cæteriſque imperat, ſuáque vnicuique munia diſtribuit. { רב החכל rab hachobel. ναύκληρος. GAL. Pilote, ou patron. ITALIC. Nocchiero. GERM. Ein ſchiff herr/ ſchiffleiter/der aufſeher damit das ſchiff recht gefürt werde. HISPA. Nauchel ANGLI. A shipmaiſter or pilote. } Cicer. Tironi lib. 16. Mare magnum & difficile tibi reſtat: ſi poteris cum Mercimio, caute is ſolet nauigare: ſin minus, cum honeſto aliquo homine, cuius autoritate nauicularius moueatur. Idem 7. Verr. Malo, inquam, te iſti generi hominum, quàm mercatoribus, & nauicularijs inimicum, atque infeſtum putari.

Nãuiculãria, æ, Nauis adminiſtratio, vel quæſtus ex nauigatione. { ναυτιλία. GAL. L'art & ſcience de conduire & gouuerner vn nauire. ITAL. Arte di gouuernar naue. GERMA. Die kunſt zu ſchiffen/oder der gewyn mit ſchiffen. HISP. La arte de gouuernar y regir la naue. ANGLIC. The art of gouuerning a ship. } Nauicularian facere. Cic. 7. Verr. Quid eos loqui qui videbant: quid exiſtimare eos qui audiebant, arbitrabare? Inanem te nauem eſſe in Italiam ducturum? nauicularian te, quum Romam veniſſes, eſſe facturum.

Nãuiculãris, { ναυτικός. } Hermogenianus D. l. vlt. Tit. 4. 1. Patrimonij ſunt munera rei vehicularis, item nauicularis decemprimatus.

Nãuiculor, aris, Proprie otioſus nauicula vehor. { πλέω. GAL. Aller ſur l'eau en vn nauire. ITA. Barcheggiare. GERM. Im ſchiff faren. HISP. Nauigar por ſu plazer. ANGLIC. To ſayle or go by a ship. } Martia. l. 3. Piger Lucrino nauiculatur in ſtagno.

Nãuigium, gij, Omne genus nauis, quo nauigamus. { ספינה onijjáh ספרה ſephináh עברה hab. vrãh. πλοῖον. GALLI. Toute ſorte de nauire. ITA. Nauilo vaſello. GERM. Ein iede gattung eines ſchiffs. HISPAN. Naue ò el nauio. ANG. All ſort of ship. ſayling. } Colum. in Præfat. lib. 1. Iámque qui ædificare velint, fabros & architectos aduocent, qui nauigia mari concredere, gubernandi peritos: qui bella molir, armorum & militiæ gnaros: & ne ſingula proſequar, ei ſtudio quod quis agere velit, conſultiſſimum rectorem adhibeat. Cicer. 2. de Natura deorum, Arborum ſectio magnos vſus adfert ad nauigia facienda. Cæſar Hi primùm nauigia hoſtium lapidibus ac fundis repellebant. Nauigia ſpeculatoria, apud Cæſarem libro 4. bell. Gall. pro nauibus exploratoriis, quas vulgò Brigantinas appellant. Speculatoria, inquit, nauigia impleri iuſſit. ¶ Accipitur aliquando Nauigium pro ipſa nauigatione, vt in L. Qui Romæ. ff. de verb. obl. Idque creditum eſſe, in omnes nauigij dies ducentos ſub pignoribus & hypothecis, mercibus à Beryto comparatis.

Nãuigiõlum, diminutiuum. { πλοιάριον. GAL. Vne barque, vne fiette. ITA. Picciola barqua. GERM. Ein ſchifflin. HISP. Pequenna nauio. ANGLIC. A barke, a boate. } Lentul. cicer. libro 12. Famil. Tantum enim abfuit vt illorum præſidio noſtram firmaremus claſſem, vt etiam à Rhodiis vrbe, portu, ſtatione, quæ extra vrbem eſt, commeatu, aqua denique prohiberentur noſtri milites: nos vix ipſi ſingulis cum nauigiolis reciperemur.

Nãuigẽr, ra, rum, penult. corrept. Qui nauem fert aut ſuſtiner. { πλοιοφόρος. GAL. Portant nauire. ITA. chi porta naue. GER. Der ein ſchiff treget. HISPA. Que trae naue. ANGLIC. That beareth a ship. } vt Mare nauigerum. Lucret. l. 1. Quæ mare nauigerum, quæ terras frugiferentes Concelebras. Plin. lib. 9. cap. 30. Nauigeram ſimilitudinem & aliam in Propontide vitam ſibi prodidit Mutianus.

Nãuigo, as, penultim. corrept. Naui iter facio, nauim ago, naui vehor. { πλέω, ναυπλοέω. GAL. Nauiger. ITA. Nauigare. GER. Schiffen. HISP. Naugar. ANG. To ſayle. } Quod verbum tametſi neutrum eſt, tamen accuſatiuum nonnunquam recipit. Virgil. 1. Æneid. Gens inimica mihi Tyrrhenum nauigat æquor. cicer. 2. de Finibus. Maria ambulare, terrámque nauigare dixit, de Xerxe. ¶ Sæpius abſolutè. cicer. Famil. 16. Quum rectè nauigare poterit, tum nauiges. Ibidem, Si poteris, cum Meſſenio nauiga: ſolet is caute nauigare. ¶ Nauigo in mari, cicer. de Inuen. 2. Quum iam in alto nauigarent. Terentius in Andr. Huius periculo fit, ego in portu nauigo. id eſt à periculo abſum, tutus ſum. Hoc enim ſignificat, In portu nauigare: propterea quod qui adhuc in mediis fluctibus nauigant, hi ventorum & æſtus arbitrio feruntur: qui verò iam portum attingunt, omni periculo ſunt defuncti. Vide Eraſmi Adagia. ¶ Eius compoſita, Annauigo, Enauigo, & Renauigo. * Nauigatur, Imperſonale: cic. pro Manil. Quum aut hyeme, aut referto prædonum mari nauigaretur.

Nãuigãtio, Curſus eſt marinus. { πλοῦς. GAL. Nauigation. ITAL. Nauicatione. GERM. Schiffung oder ſchiffart. HISPA. Nauegation. ANGL. A sayling. } cicero ad Quintum fratrem. Aiebant te prima nauigatione tranſmiſiurum. Cæſ. libro 5. bell. Gall. Corus ventus nauigationi impediebat.

Nãmãchia, æ, Pugna naualis, nauale bellum. { ναυμαχία. GAL. Guerre ſur la mer ou par mer. ITALI. Guerra nauale. GER. Ein ſtreitt ſo auffm waſſer auß den ſchiffen geſchicht. HISPANIC. Pelea ò batalla naual. ANGL. A fighting on the ſea or warre by the ſea. } Martial. libr. 1. Do tibi naumachiam, tu das epigrammata nobis: Vis, puto, cum libro Marce natare tuo. Sueton. in claud. cap. 21. Quin & emiſſutus Fucinum lacum, naumachiam antè commiſit. ¶ Interdum accipitur pro loco vbi fit pugna. Sueton. in Tiberio, Semel triremi vſque ad proximos naumachiæ hortos ſubuectus eſt.

Nãumãchiãrii, Qui nauale prælium committunt. { ναυμάχοι. GAL. Cõbatans ſur la mer. ITA. Coloro che combattono in mare. GERM. Kriegſleut ſo auff dem waſſer auß den Schiffen ſtreiten. HISPAN. Peleadores de naues. ANGLIC. Fighters on the ſea. } Suet. in claud. [cap. 21.] Proclamantibus naumachiariis. Hi etiam θαλάττιοι, dicuntur Græca voce. ¶ Naumachiarius, a, um, adiectiuum, vt Pons naumachiarius. Plin. lib. 16. c. 39. Concremato ponte naumachiario.

Nãuigãbilis, le, Quod poteſt nauigari. { πλοϊσιος, πλοϊκός. GAL. Nauigable, commode pour nauiger. ITA. che ſi puo nauigare. GERM. Das man ſchiffen kan/ſchiffreich. HISP. coſa que ſe puede nauegar. ANGL. That may be ſayled on. } Liu. libro 5. bell. Maced. Nam ſimul primum anni tempus nauigabile præbuiſſet mare. Columell. lib. 1. cap. 2. Ne procul à mari, aut

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

nauigabili flumine, quo deportati fructus & per quod merces inuehi possint.

Nāulum,li. {ναῦλον, πορθμεῖον. GALLIC. Le salaire qu'on baille pour estre passé l'eau. ITA. *Nolo di naue.* GERM. Der schifflon. HISPA. *El nolito ò el frete de la nao.* ANGLI. *The fraite for passage ouer the sea.*} Pretium quod soluitur pro vectura in naui. *Iuuenal. Satyr.* 8. Furor est post omnia perdere naulum. *Vlp.* 6. *D. qui pot. in pign.* Si quis in merces sibi obligatas crediderit, vel vt saluæ sint, vel vt naulum exoluatur.

Nāupĕgŭs, Nauium architectus, ναυπηγὸς dicitur apud Taruntenum *in l. vlt. D. de iur. immunit.*

Nāută, æ Nauita, æ, [Fiunt à naui & itare, quasi naui itans, *Pass.*] מלח *mallách*. ναύτης, ναυτίλος. GAL. Marinier, matelot, batelier, nautonnier. ITALIC. *Nocchiero, marinaro, nauigante.* GERMA. Ein schiffmann/der ein schiff fürt. HISP. *Marinero.* ANGLIC. *A mariner.*} Qui se in naui agenda exercet: & quicunque in naui est, nauis ducendæ gratia. *Cicer. Famil.* 15. Solent nautæ festinare quæstus sui causa. *Terent. in Phorm.* Saluas audiui ex nauta, qui illas vexerat. *Cicer. ad Attic. lib.* 10. Nautam ipse audire videor iam euocantem. [*Plautus Menæch. sc.* 1. *a.* 2. Nauitis nulla voluptas maior, quàm quum ex alto terram conspiciunt.]

Nautepibatæ, ναυτεμβάται, Dicuntur qui nauem conscendunt, & nauli loco nautarum officio funguntur. *Vide Alciat. libro* 2. *Disiunct.*

Nāutĭcŭs, Nauta. {ναύτης. GALLI. Marinier. ITAL. *Marinaro.* GERM. Ein schiffman. HISP. *Marinero.* ANG. *A mariner.*} *Plin. lib* 9. *c.* 31. Quod vbi videre nautici, statim pluribus anchoris nauigia infrænant. *Liu. lib.* 8. *bell. Pun.* Metúmque etiam ex terra nauticis præbuit.

Nāutĭcŭs, ca, cum, Quod est nautarum. {ναυτικὸς. GAL. De nautonnier. ITALIC. *Di naulicante.* GERMAN. Schiffmänniſch/das der schiffleuten ist. HISP. *Cosa di marinero, ò piloto.* ANG. *That belongeth to a mariner.*} *Virg. lib.* 3. Nauticus exoritur vario certamine clamor. *Cicer. de Natura deorum* 2. Propter nauticarum rerum scientiam plurimis maritimis rebus fruimur. ¶Nauticus panis dicitur, quem hodie *Biscoctum* vocamus. *Plinius lib.* 22. *cap.* 25. Nauticus panis rursus, atque iterum coctus sistit aluum. *Virgil. Eclog.* Cedet & ipse mari vector, nec nautica pinus Mutabit merces. ¶Nauticus cantus, πάνδημα. *Cic.* 2. *de Natura deorum.* Idémque iuuenibus visis, auditóque nautico cantu. ¶ Nautica pecunia quæ & trajectitia dicitur, quam creditor vsque ad certum locũ, vel in omne itionis & reditionis tempus suo periculo præstat, qua de causa permissum est, vt eius nomine & ex pacto vsuram petat grauissimam, quæ nauticum fœnas & vsura maritima dicitur. *Ex Hotoman.* [De Nautico fœnore. Vide *Plutarch in Cato. Cens.*]

Nāulă, æ, fœm. gen. ναῦλα. Genus instrumenti musici, quod idem cum Psalterio esse quidam tradunt.

Nāulĭum, lij, diminutiuum. *Ouid.* 3. *de Arte*, Discè etiam duplici genialia naulia palma Vertere, conueniunt dulcibus illa modis. *Vide Cælium l.* 9 *c.* 4.

NAVLIVM, Ciuitas in Liguria, à portu & turribus, inclita: & vadorum Sabatiorum portus, à quo decem millibus distat Sabatia.

NĀVLŎCHVM, ναύλοχον, Locrorum oppidum est, *teste Plinio lib.* 4. *cap.* 3. ¶ Est item Naulochum siue Naulochus, Thraciæ oppidum, non procul ab Hæmo monte: cuius meminit *Idem Plin. lib.* 4. *cap.* 11. *Stepha.* præterea Naulochum vrbẽ in Ionia collocat, alio nomine Smyrnam appellatam. [*Sueton. in Aug. cap.* 16.]

Nāuo, as, Do, confero, adhibeo. {שׂם *ſcham* השלים *hiſchlim. ἐφορμάω, κατασπεύδω.* GAL. Accomplir, s'employer à faire quelque chose. ITAL. *Empire, compire.* GER. Fleiß anwenden/geſtiſſen/erzeigen. HISPA. *Hinchir dar.* ANGL. *To force himself, and giue diligence in doing any thing.*} *Cicero libro ſecundo de Oratore*, Iam mihi videor nauasse operam, quòd huc venerim. *Idem App. Pulchro*, illud pugna & enitere, ne quid nobis temporis prorogetur, vt quum hîc tibi satisfecerimus, istic quoque nostram in te beneuolentiam nauare possimus, id est, conferre, vel ostendere, vel (*vt inquit Budæus*) nauo animo adhibere & præstare. Tractum verbum à nautis, quum sunt auxilio aliis in gubernandis nauibus. Naues enim quum ex naualibus in mare deducuntur, maximo hominum auxilio indigent. Studium suum alicui nauare. *Cicer. ad Attic. libro* 15. Nauare & efficere opus aliquod. *Cicer. ad Attic. libro nono*, Vtinam hac miseria aliquod Reipubl. πολιτικὸν opus efficere, & nauare mihi liceat.

NĀVPĂCTVS, ναύπακτος, Oppidum est Ætoliæ, non procul à Locris. GERM. Ein furnemme statt in Ætolia.} ita dictum (*inquit Stephanus*) ἀπὸ τῆς Ἡρακλειδῶν ναυπηγίας, hoc est ab Heraclidarum naualibus. *Hodie vocatur Lepanthum, per Turcas Venetis ereptum. *Vide Strab. lib.* 9. [*Plaut. Milit. sc.* 1. *a.* 2. Is publice legatus Naupactum fuit.] ¶ Hinc Naupactius, a, um, ναυπάκτιος, & Naupacteus penultima producta. ναυπάκτειος, vt Naupacteus Achelous. *Ouid.* 2. *Fast.*

NĀVPLĬĂ, æ, ναύπλια. Agri Argiui oppidum est, & portus Argorum: qui & inde nomen accepit, quòd naues eò soleant applicare. *Autor Strab. l.* 8.

NĀVPLĬVS, ναύπλιος, Palamedis pater fuit, qui vt mortem filij falsa Vlyssis accusatione oppressi, vlciscereturGræcis tempestate laborantibus, ex Capharæo monte ignem ostendit, bonámque classis partem ad ignem, tanquam ad vicinum portum, annauigantem, in asperrimos scopulos pellexit, miserandóque perdidit naufragio. Postea verò quũ intellexisset Vlyssem & Diomedem, quibus eas insidias potissimum struxerat, incolumes euasisse, doloris impatientia seipsum in mare præcipitem dedit. [*Sueton. in Neron. cap.* 39. Transeuntem eum Isidorus Cynicus in publico, clara voce, corripuerat, quòd Nauplij mala bene cantitaret, sua bona malè disponeret.]

Nāuplĭădēs, ναυπλιάδης. Patronymicum masculinum, quod pro Palamede accipitur, Nauplij filio. [*Ouid* 13. *Metamorphos.* Timidi commenta retexit Naupliades animi. *Item*, Sed neque Naupliades facinus defendere tantùm. *Ibid.*]

Nauplĭŭs, Piscis est scepiæ similis, *de quo vide Plin. lib.* 9. *c.* 30.

NĀVPŌNTVS, ναύπονται. *Strab. l.* 7. oppidum est Istriæ, Taurisorum colonia, ad fluuium Corcoram.

NĀVPŌRTVS, Istriæ fluuius est, inter Æmoniam & Alpes nascens, nomen habens ab Argo naue, quam Argonautæ humeris eousque delatam per hunc fluuium subuexerunt. {GERMANIC. Ein fluß in Iſte-

rich. *Autor Plinius lib.* 3 *cap.* 18.

Nauſĕo, es, it, De grano fabæ dicitur, quum nascendi gratia se aperit quod non sit dissimile nauis figuræ. *Festus.*

Nauſĕa, æ, {ורא קרא על *gháh ál*. GALLIC. Appetit de vomir, vomissement. ITA. *Mouimento di vomitare & direcere.* GERMAN. Ein vnwillen eygentlich ein solcher vnwil so das Kotzen bringt. HISPA. *Alteracion ò disposition para vomitar, vomito.* ANG. *Appetit of vomiting, or vomisting, lothing.*} Stomachi ad vomitum ex graui odore perturbatio, & concussio. *Cicer. libro* 16. *Familiar.* Festinare te nolo ne nauseæ molestiam suscipias æger. *Idem ad Atticum* 5. nauigauimus sine timore & nausea. *Plinius libro* 20. *cap.* 14. Nauseas cum sale & polenta in frigida aqua pota inhibet. A naui deductum nomen, ex quibus sentina mouetur vomitus, vel ex cuius frequenti & inordinato motu, subuertitur stomachus & ad vomitum concitatur. [*Senec. capite* 1. *de Trang.* Non tempestate, sed nauseâ vexor. [¶Accipitur etiam aliquando Nausea pro quauis molestia, vel fastidio: vnde mouere nauseam, idem est quod molestiam procreare.

Nāuſĕŏlă, diminut. à nausea. {ἐμετίδιον, μικρὰ ναυτία. GALL. Petit vomissement. ITAL. *picciolo vomito.* GERMAN. Ein kleyner vnwillen. HISPAN. *pequenno vomito.* ANGLIC. *A litle apperit of vomiting or lothing.*} *Cicer. ad Attic. lib.* 14. Nauseolam tibi tum ansam otij dedisse facilè patiebar.

Nāuſĕōsŭs, sa, sum, Quod nauseam inducit. (ναυτιώδης. GAL. Qui induit & prouoque à vomir. ITALIC. *Cosa che prouoca à vomitare.* GERMAN. Das vnwillen bringt oder zu kotzen macht. HISPAN. *Cosa que haze vomitar.* ANG. *That causeth to vomite.*} *Plin. lib.* 16. *cap.* 18. Radice crassa, madida, nauseosa.

Nāuſĕo, seas {חם *zihém* קיא *kats* ναυτιάω. GAL. Vomir. ITA. *Vomitare, hauer nausea.* GERM. Vnwillen haben. HISP. *Vomitar.* ANGL. *To vomite, to loth a thing.*} Nausea laboro, & vomitu infestor, ad vomitum impellor, vomendi appetitum habeo, vomo. *Cicer. Philip.* 2. Non dissimulat P. C. apparet esse commotum: fudat, pallet: quilibet, modò ne nauseet, faciat quod in porticu Numicia fecit. *Plaut. in Amphitr.* Lassus sum hercle e naui, vt vectus sum hoc, etiam nunc nauseo. *Cicer. Fabio Gallo*, tu tamen quum audisses ab Anitio (vidit enim me nauseantem) non modò nuttendi causam habuisti, sed etiam visendi. * Nauseare, pro contemnere & respuere quod qui nauseant, cibos fastidiunt. *Cic.* 1. *de Natura deorum*, Quàm bellum erat Vellei confiteri potius nescire quod nescieris, quàm illa efficientem nauseare, atque ipsum sibi displicere.

*Nauſeator: Verbale. *Senec. Epist.* 54. Illud scito Vlyssem non fuisse tam irato mari natum vt vbique naufragia patereturnauseator erat.

NĀVSĬCĂĒ, ναυσικάα, Alcinoi Phæacum regis filia, & Aretes, quæ quũ exisset ex vrbe cum pedissequis, iussitque ad flumen lotura vestes, vidit Vlyssem, naufragum in littore sedentem, nudum arborum ramis circuntectum, cui oranti & vestes dedit, & in regiam patris sui ire iussit. De hac *Martialis li.* 2. Si mihi Nausicaë patrios concederet hortos, Alcinoo possem dicere, malo meos.

NAVSIMENES, ναυσιμένης, Vir Athenienſis, cuius vxor quum liberos in incestu deprehendisset, indignitate facinoris perterrita vocem amisit.

NAVSITHOVS, ναυσίθοος, Rex Phæacum, Neptuni filius, & Periboeæ Eurymedontis filiæ, & Pater Alcinoi.

Nāutĕă. {ὠλίγεον. ANGLIC. *Curriors bleache, an hearbe that curriors doo vse.*} Herba est, *inquit Festus*, granis nigris, qua vtuntur coriarij: vel aqua coriariorum: vel (*vt Nonius inquit*) aqua ex nauis sentina veniens. *Plaut. in Asin.* [*sc.* 2. *a.* 5.] Nauteam bibere malim si necessum est, quàm illam oscularier. *Idem in Curc.* [*sc.* 2. *a.* 1. & *sc.* 3. *a.* 5.] Omnium vnguentũm odor præ tuo nautea est.

Nāutĭcŭs, *Vide* NAVIS.

Nāutĭlŭs, ναυτίλος, Piscis marinus ita dictus, quòd nauigantis effigiem habeat: ναυτίλλομαι enim apud Græcos significat Nauigo, *Plin. lib.* 9. *c.* 29. Inter præcipua autem miracula est, qui vocatur Nautilos, ab aliis Pompilos. Supinus in summa æquorum peruenit, ita se paulatim subrigens, vt emissa omni per fistulam aqua, velut exoneratus sentina, facile nauiget. Postea duo prima brachia retorquens, membranam inter illa miræ tenuitatis extendit: qua velificante in auras, cæteris subremigans brachiis media cauda vti gubernaculo, sese regit. Ita vadit alto, Liburnicarum gaudens imagine, & siquid pauoris interueniat hausta se mergens aqua.

Nāutŭs, a, um, Celer, strenuus, gnarus, assiduus: à nauiũ celeritate dictus. Vel potius, quòd in naui sit semper aliquid agendum. Vide & Donatũ in Nauiter.] {שקד *schokédh* חרד *torédh* אביר *abbir.* מהיר *mahir* ἐφετικὸς, εὐεργός. GALL. Prompt, diligent, soigneux, soudain. ITA. *Diligente, sollicito, presto.* GER. Eufrtig/emsig/anhebig/handfest/ fleissig. HISP. *Diligente, industrioso, ligero.* ANGLI. *Diligent, sturring, quick, actiue, valiant.*} [*Liu. 3. ab Vrbe*, In fabio minus in bono constans, quàm nauum in malitia ingenium.] Huius contrarium est ignauus. *Columella lib.* 11. *cap.* 1. In agresti negotio dici vix potest quid nauus operarius ignauo & cessatore præstet. ¶Interdum nauus dicitur, quasi sciens & cognoscens. *Columel. lib.* 8. Sit autem vigilans, impiger, industrius, nauus omnium quas pascit. Quo tamen in loco Narus potius siue Gnarus legendum videtur.

Nāutĭās, atis, siue Gnauitas, diligentia, strenuitas: {מהרה *meherâh.* σπουδαία. GAL. Soudainete, diligence, soing. ITAL. *Diligenza.* GERM. Fleiß anhaltung. HISP. *Diligencia.* ANGLIC. *Diligence quickneſſe, valiantneſſe.*} *Cicer. in Epistol. Familiar. lib.* 10. *ad Funnium*, Istámque operam, nauitatem, animum in Rempublicam, celeritati præturæ anteponendum censeo. Vnde ignauia, tarditas, desidia.

Nāutĭtĕr, siue Gnauiter, Diligenter, strenuè. {σπουδαίως. GALLI. Diligemment, soigneusement. ITAL. & HISPANIC. *Diligentemente.* GERMAN. Fleißigklich/emsigklich/ hurtigklich. ANGLI. *Quickelie, valiantlie.*} *Columella libro* 11. *cap.* 1. Vt in itinere conficiundo sæpe maturius peruenit is qui nauiter, & sine vllis concessationibus permeabit, quàm is qui quum vnà profectus sit, vmbras arborum, fonticulorúmque amœnitatem, vel auræ refrigerationem captauit: sic in agresti negotio, &c.

NĀVĬVS ACCIVS, Insignis Augur fuit, qui sub Tarquinio Prisco Romanorum rege florut: quẽ *Liuius lib.* 1. *ab Vrbe condita*, fabulatur nouacula

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

eula cotem diſcidiſſe. meminit huius *Cicero ſæpe in libro de Diuinat.*

Náxia, Cos eſt, ſignis marmoreis poliendis, & gemmis ſcalpendis accommodata, νάξια, ἀπὸ τοῦ. Inuenitur in Cypro inſula: *vt inquit Plin. lib. 16. cap. 7.*

Náxos, νάξος, Vulgo *Nioſia*, Inſula in mari Ægæo, vna ex Cycladibus, cæteras ſuperans, antea Strongyle dicta. ¶ Ger. Eine auß den Spruntzinſlen im Egeiſchen Meer gelegen. ¶ Hæc Dia poſt appellata fuit. Verum quum Cares ex Lamia profecti, duce Naxo eam occupaſſent, à Duce Naxon appellarunt. Hanc Dionyſiada à vinearum fertilitate dici ſcribit. *Plin. li. 4 cap. 12.* Vel quia (vt alij volunt) ſolæ Naxiæ mulieres octauo menſe pariant, quoto & Liber pater natus creditur. Siue quis fons in ea vino fluat. Diſtat à Delo ſeptem millibus.

Náxiús, a, um, νάξιος, vnde Naxius ardor apud Columellam, quo ſignificatur Ariadnes coronæ ſydus. Nam (vt ferunt poetæ) in inſula Naxo relicta Ariadne à Theſeo, nuptias cum Baccho fecit, coronámque, quam à Venere, & Horis dono acceperat, inter ſydera relata fuit.

Nazaræus. ναζωραῖος, ἢ ναζαρηνός Conſecratus dicitur: & à Nazareth Nazarænus Chriſtus dictus eſt.

N ante E

NEG. In notis antiquorum, Negotiator. NEP. Nepos. NVS. EP. Natus eſt puer. NEPT. Neptunalia. NEP. RED. Neptuni reduci. NEP. S. Neptuni ſacellum. N. F. C. Noſtræ fidei commiſſum N.F.N. Nobili familia natus. N. H. Notus homo. N.C. C. Non calumniæ cauſa. N. L. Nominis Latini, vel Non licet, vel, Non longè, vel Nonius Lucius. N. M. Nonius Macrinus vel, non malum vel, non minus, vel nomen muri. N N. Noſtri. N. N Q. N N. Numerat neque numero N R. Noſtrorum.

Ne, Dehortatiuum, ſeu prohibitiuum aduerbium eſt, & iungitur magis imperatiuo quàm ſubiunctiuo, inquit Donatus. ¶ ℏN *al.* μή. Galli. Ne. Ital. *Non, Acciocche non.* Germ. Nicht. Hispa. *Porqueno.* Ang. *No, not.*] Ne plora. *Plaut. Pſeud. ſc. 4. a. 4.* Ne feceris. (id ſup.) *Plaut. Men. ſc. 4. a. 2.* Ne erres, vide erro. Vapulare te iubeo. Ne me territes quæſo. *Plaut. Curc. ſc. 4. a. 4.* Vel tu ne faceres tale in adoleſcentia. i. non debuiſti facere. *Plaut. Pſeud. ſc. 5. a. 1.* Benigne fecit, ne iratus eſſet, *Plaut. Mil. ſc. 6. a. 2.* Mihi moleſtus ne ſis. *Plau. Men. ſc. 2. a. 4.* Dum ne ob malefacta peream, parui æſtimo. *Idem Capt. ſc. 5. a. 3.*] *Plaut. in Perſa*, Abi ne iura, ſatis credo. *Terent. in Andria.* Ne ſæui tantopere. *Virgil. 3. Æneid.* Tu ne cede malis, ſed contrà audentior ito. *Terent. in Eunuch.* Si certum eſt facere facias: verùm ne poſt conferas culpam in me. *Ibidem*, Hic nebulo magnus eſt, ne metuas. [Peri. P. Ne time. *Plaut. Menæ. ſc. 2. a. 1.* Ne proſit, néve mihi noceat, ne fruſtra ſis. Vide Fruſtrà. Vtrum ſpémne, an ſalutem te ſalutem. *Plaut. Pſeud. ſc. 2. a. 4.* &c. Item, Ne me necquidquam ſerues. *Plaut. Menæc. ſc. 2. a. 1.*] ¶ Iungitur quum iurantis eſt & obteſtantis, optatiuo. *Cic. 7. lib. Epiſtol. ad Gallum*, Sed ne viuam, ſi tibi concedo. *Teren. in Phorm.* Quod vtinam ne Phormioni id ſuadere in mentem incidiſſet. ¶ Quandoque adiunctiua eſt particula, pro Vt non. *Mart. lib. 1.* Lex hæc carminibus data eſt iocoſis, Ne poſſint, niſi pruriant, iuuare. ¶ Quandoque rationalis, pro ergo. *Virg. 1. Æneid.* Méne incœpto deſiſtere victam? [*Catull.* Alloquar, Audierone vnquam tua verba loquentem. *Plaut. Men. ſc. 2. a. 5.* Súmne ego mulier miſera. Súmne ego infœlix. Vide Sum, pro an, & pro certe, Antiquè, Emitteréſne nec ne eum manu, *Plaut. Capt. ſc. 5. a. 3.* ¶ Ne pro quin, *Plaut. Amphitr. ſc. 3. a. 4.* Ne te ſacrificem nunquam euades (i. quin) ¶ Ne, pro ſine priuatiua particula plerunque in latina lingua ponitur vt ſcribit *Gell. cap. 21. lib. 13.* ¶ Ne ſubaudirum. *Plaut. Pſeud. ſc. 2. a. 1.* Amor prohibet faciant. i. ne fac.] ¶ Quándoque cauſalis. *Idem 2. Æneid.* Ne recipi portis aut duci in mœnia poſſit, id eſt vt non, ἵνα μὴ, ἵν' ἐκ τι μὴ, ὡς μὴ, ὅπως μή. ¶ Quandoque pro Vt, *Cicer. Curcul.* Vt non vereremur, ne nimis citò mitteremus. ¶ Ne nihil, id eſt Vt aliquid. *Idem Pœn.* Ne amicis nihil tribuamus, epulamur id eſt vt amicis aliquid tribuamus. ¶ Quandoque ſignificat Non. *Terent. in Andria*, Ego id agam mihi quí ne detur, ἵνα μὴ. ¶ Quandoque Nedum. *Ibidem*, Ne vacuum eſſe nunc me ad narrandum credas. ¶ Plerunque dubitatiua, ἦ. *Virg. 11. Æneid.* Iuſtitiæne prius mirer, belline laborum. *Apud oratores.* Ne interrogatiuum raro geminatur, ſed loco poſterioris vtimur aduerbio An: vt Bonúſne, an malus? Aliquando etiam ſic, Eundum mihi, nécne ſit, ignoro. Et per interrogationem. *Cicer. pro Dom.* Taménne arbitraris id te poſſe obtinere? ἆρα μή. ¶ Quidam ſuperuacuum addunt An, hoc modo, Neſcio an bene faciam, nécne. ¶ Quandoque confirmatiue. *Virgil. 11. Æneid.* Tantáne me tenuit viuendi nate voluptas, Vt pro me hoſtili paterer ſuccedere dextræ? Qua tamen in loco quidam (quos quantitas reprobat: nam Ne illic corripitur, vt notum eſt) exponunt Næ pro vtique, cum diphthongo ſcribentes. ¶ Quandoque interrogatiua eſt. *Terent.* Egóne? Tu ergo. ¶ Quandoque habet vim interrogandi, & dubitandi ſimul. *Idem in Andria*, Datúrne illa hodie Pamphilo nuptum? Quandoque vim extenuandi habet, & nedum valet. *Salluſt.* Secundæ res Sapientum animos fatigant, ne illi corruptis moribus victoriæ temperent, hoc eſt, tantum abeſt vt illi victoriæ temperent. At næ, ναί, cum diphthongo Græca dictio eſt, idem ſignificans quod certè, vel vtique, *de qua dictum eſt ſuo loco.* ¶ Compoſita à Ne, aduerbio negandi ſunt, Nec, Neque, μηδὲ, μήτε. Nequàm, Nequo, Nequicquam, Neutiquam, Neutique, Nequaquam, Necubi, Nedum, & alia. ¶ Aliquando, Ne accipitur pro Vt, præſertim quum ſubiungitur poſt aliquod horum verborum, Metuo, Timeo, Vereor. Eiuſdem enim ſignificationis ſunt hæ orationes, Vereor ne moriatur, & Vereor vt moriatur. ¶ Interdum etiam vtrunque coniungimus: *vt apud Cicer.* Metuo vt ne pereat. *Terent. in Eunuch.* id vt ne fiat, ſola hæc res eſt remedio. *Teren. in Andria*, Apprimè in vita vtile, vt ne quid nimis. In quibus omnibus exemplis, Vt, ſuperfluit, ornatúſque potiùs, quàm neceſſitatis cauſa additum. ¶ Vt ne, Ne, vacat. *Gell. cap. 8. lib. 6.*] ¶ Quandoque Ne idem eſt quod neque, οὐδέ: & hoc fere ſubſequente particula Quidem. ita tamen, vt inter Ne & Quidem dictio aliqua intercedat. *Cicer. de Amic.* Nunquam illum ne minima quidem re offendi. ¶ Ne dicam. Si hæc clauſula ſequatur ſubſtantiuum, adiectiuum ſequens in accuſatiuo ponitur. *Cicer. pro rege Deiotaro*, Crudelis Caſtor, ne dicam ſceleratum & impium, qui nepos, &c. in ſubſtantiuum poſtponatur huic particulæ, id eſt ſi interiiciatur inter adiectiuum & ſubſtantiuum, vtrunque erit in nominatiuo: vt Crudelis, ne dicam ſceleratus & impius Caſtor. *Hæc ex Valla libro tertio, capite 20.* Sunt & aliæ dicendi formulæ à particula Ne, profectæ, quibus vtimur deprecandæ longitudinis cauſa, Ne vos, vel, Ne te diutius teneam: vel Ne te pluribus teneam. Item, Ne multa, Ne multis, Ne plura, Ne pluribus, Ne longus ſim, Ne longum ſit, Ne longum faciam, &c. Id eſt, vt breui expediam, ad ſummum, vt breuiter dicam. * Ne ſit ſanè, videri certè poteſt. *Ciser. 4. Acad.* Barbari dicunt, Cápe quod ita non ſit. *Liuius*, Ne ſint vera quæ Athenienſes modo legati de libidine regis dixerunt. *Cicer. pro Cælio*, Obliuiſcor iam iniurias Clodia, depono memoriam, &c. ne ſint hæc in te dicta quæ dixi.

Nea, νέα, Inſula prope Lemnum, in qua nonnulli volunt Philoctetem hydri morſu fuiſſe interfectum. *Plin. lib. 2. cap. 87.* de inſulis, enatis, Inter Lemnum & Helleſpontem Nca.

Neæra, νέαιρα, Nomen eſt nymphæ, quæ peperit Soli duas filias Phaëthuſam & Lampetiam, quæ armenta Solis tranſeunti Vlyſſi iuxta Siciliam oſtendit. ¶ Eſt etiam mulieris nomen proprium *apud Virg. Eclog. 3.* Dum fouet ille Neæram.

Neæthus, νέαθος, Fluuius eſt in extremis Italiæ finibus, non procul à Lacinio promontorio, & Crotone vrbe. *Vide Plin. lib. 6. cap. 11.*

Neálces, νεάλκης, Pictoris nomen, qui Venerem pinxit, Naumachiam Ægyptiorum & Perſarum. Item aſellum bibentem in littore, & crocodylum ei inſidiantem. *Autor Plin. lib. 35. cap. 10.*

Neándrus, νεάνδρος. Troadis oppidum, poſtea Perperenne nominatum, *teſte Plin. lib. 5. cap. 30. Steph.* Neandriam, νεάνδρειαν, appellat.

Neápolis, ἡ νεάπολις. Ital. *Neapoli.* Germ. Ein gewaltige ſtatt gelegen in Campania der landtſchafft Italie am Meer.] Ciuitas eſt Campaniæ à Chalcidenſibus condita, quæ quum à Cumanis eſſet euerſa, ingruente acerbiſſima peſte, ita iubente Apollinis oraculo, ab iiſdem ſplendidius eſt reſtituta: bonáque ciuium eò tranſlata, ad differentiam veteris vrbis, Neapolis eſt appellata. Hæc & Parthenope dicitur, à nomine Sirenis ibi ſepultæ. *Autor Plin. libr. 3. cap. 3. Suid.* Νεάπολις πόλις Ἰταλικὴ ἀνάπαυμα, οἱ ἢ παρ' ἑτέρους ἱδρυται σειρῆνος ἀγαλμα, ποτὲ μὲ ὃ νῦν ἄλλως νεάπολις. ¶ Eſt & Neapolis, Africæ oppidum, *vt ſcribit Pomp. Mela libro primo.* ¶ Eſt item eius nominis Cariæ vrbs ad Iaſium ſinum, eodem autore. ¶ Neapolis, quæ & Leptis magna. *Ptol. li. 4. cap. 3.* vrbs iuxta Syrtim parnam, quam *Tripolim* hodie vulgus appellat.

Neapolitanus, na, num, Qui ex Neapoli eſt, νεαπολίτης.

Néarchus, νέαρχος. Iuuenis eximiæ pulchritudinis, cuius meminit *Horat. lib. 3. Carm.*

Nebris, *apud Ptolem. libr. 2. cap. 6.* Tarraconenſis Hiſpaniæ fluuius, Benis *Straboni dictus lib. 3.*

Nebrídes, penult. corr. ¶ νεβρίδες. Gal. Peaux de daim ou de cerf. Ita. Pelli di daino ò di ceruo. Germ. Gembſen oder hirſchen häut. Hisp. *Pellejas de gama ò cieruo.* Angl. *The hides of does or hartes.*] Damarum ſeu ceruorum pelles quibus vti veteres in Bacchi ſacris ſolebant. νεβρὸς enim dama, ſeu ceruus eſt.

Nebrites, νεβρίτης. Gemmæ ſpecies eſt, Libero patri ſacra, à nebridum pellium ſimilitudine, quibus in Liberi ſacris vtebantur. *Plin. libr. 37. cap. 10.*

Nebrodes, νεβρώδης, Mons in Sicilia, cui damarum copia nomen dedit. Eſt & vnum ex Bacchi cognominibus.

Nebros, νεβρός, Clariſſimus ex Aſclepiadis fuit in Co inſula, vel Pythiæ teſtimonio, vnde & Nebridæ dicti, ex quibus & Hippocrates. *Stephanus in Co.*

Nébŭla, ערן *Ranán* עב *Hab.* νεφέλη, ὀμίχλη. Gal. Vne brouée, brouillart, nuec. Ital. *Caligo, nebbia.* Germa. Ein nábel. Hispa. *Niebla.* Angli. *Miſte, a cloude.*] Sic differt à Nube, quòd nebula vapor ſit è terra atque aquis ſurgens, quæ ſine ſtatim euanéſcit, ſiue in altum ſublata, conuertitur in nubem. Nubes quocunque tempore fieri poſſunt, Nebulæ nec æſtate calida, nec nimio frigore exiſtunt, *inquit Plin. lib. 2. cap. 60.* Atra nebula. *Virgil. 2. Æneid.* Humentes nebulæ. *Stat. 3. Theb.* Liuens nebula. *Sil. lib. 6.* -tandem exhalauit in auras Liuentem nebulam fugientis ab ore veneni. Nebula erroris. *Iuuenal, Satyr. 10.* Spauci dignoſcere poſſunt Vera bona, atque illis multum diuerſa, remota Erroris nebula. ¶ Quaſi per nebulam audire, eſt leuiter, & non attentè audire. *Plaut. in Capt.* [*ſc. vlt. a. 5.*] Nunc ædepol demum in memoriam regredior, audiſſe me quaſi per nebulam, Ægionem meſi patrem vocarier. [Ex ſpiritu atque anheliru nebula conſtat. *Plautus Amph. ſc. 1. a. 1.* Nebulæ quæſtionum. *Gell. cap. 9. lib. 8.* Nebulæ dolia fumina tegunt (cùm florent vina) *Ouid. 5. Faſt.* Quæ quaſi per nebulam ſcimus atque audiuimus. *Plaut. Pſeud. ſc. 5. a. 1.*]

Nebularium, rij, Ædificium, à ſubiicienda meſſe per nubilum tempus. τὸ ὑποτίφριον ἢ ὑποτίφελον σιτῶλον.

Nebŭlónes, & Tenebriones. ¶ ἀδικοὶ ἄξιοι, ὑπόδικοι. Gall. Vautneants, trompeurs, faineants. Itali. *Huomini da niente, ciurmatori, cicalani.* Ger. Nut ſollend leut / die mit bubenwerck vmgehn / lotterbuben / ehrloſſe. Hisp. *Hombres de poca eſtima.* Angli. *A knaue, a lyingering follow.*] Dicti ſunt fures, nugatores, vani, nullius pretij homines, qui mendaciis & aſtutiis ſuis nebulam quandam & tenebras obiiciunt: vel quòd ad fugam fugitiuis nebulæ ſunt accommodatæ: vel quòd molles ſunt, inanes, & vani, vt nebula, *vt Donatus inquit. Lucillius*, Nugator quidam ac nebulo ſit maximus multò. *Cicer. ad Attic. lib. 1.* Totum inue, ſtiga, cognoſce, perſpice, & nebulonem illum, ſi quo pacto potes, ex iſtis locis amoue. *Terent. in Eunuch.* Nebulonem hunc certũ eſt ludere. *Ibidem*, Sanè quòd tibi nunc videatur eſſe, hic nebulo magnus eſt. *Horat. 1. Serm. Satyr. 1.* -non ego auarum Quum verò te fieri, vappam iubeo, aut nebulonem. *Idem 1. Epiſt. 2* Nos numerus ſumus, & fruges conſumere nati, Sponſi Penelopes, nebulones, Alcinoíque. ¶ Nebulo homo. *Gellius cap. 6. lib. 16.* Nebulonis hominis facetias riſi. Item nebulo egregius. *cap. vlt. lib. 13.*]

Nebŭlósus, la ſum, Nebulis tectus, nebulis & nubibus plenus, tepidus, & frequentibus nebularum humoribus conſperſus. ¶ νεφώδης. Gellius. Nebuleux, plein de nuees & brouillarts. Italic. *Ni uoloſo.* Germanic. Näbelechtig oder nibtig. Hispanic. *Coſa llena ò cubierta de Nieblas.* Anglic. *Full of miſt or cloudes.*] *Cato de Re ruſt. capite 6.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Ager si nebulosus est,rapa,raphanos,milium,panicum,ibi maximè seri oportet.*Columella libro secundo,capite decimo*,Eaque nec macrum nec nebulosum locum patitur.[*Gellius capite 2.libro* 20. Nebuloso nomine vocari(.i.obscuro.)]

Nec,& Neque,Coniunctiones sunt disiunctiuæ, quæ ferè geminatæ in oratione collocantur,aut etiam singulæ,sed tamen ita,vt fere semper præcedat negatio. } לא veen לא velo. μὴ δέ, οὐδέ, οὔτε, μήτε. Gallic. ne. Italic.*Ne*.Germanic.Nicht.Hispan.*Porqueno*. Anglì. *Neither, nor*.} [Nec recte in nos dicis.*Plaut.Asin.sc.3 a.1.* Nec viuam, nec mortuam.*Plaut.Curc.sc.3.a.5.* Nec quicquam quá.*Sueton.in Claud.c.*10. Nam nec edo,nec emo,nisi quod est cariſſimum.*Plaut.Men.sc.1.a.1.*Emittereſne necne eum manu.*Plaut.Capt.sc.5.a.3.*Nec recte,vide Recte.¶ Nec non vt tempora noras.*Ouid.Eleg.vlt.lib.4.Triſt.* Nec non in corpore noſtro pectora ſunt potiora manu.*Idem l.13.Metam.*Nec etiam. *Suet. in Auguſt.cap.66.* ¶ Nec,ſemel poſitum initio orationis. Nec te vltrò orauì. *Plaut.Menæch.ſc.3.a.4.* Ita ponitur Neque *Ibidem de quo infrà.* ¶ Item,Nec manifeſti furti pœna dupli. *Gell.cap.18.lib.11.*] *Cic.de Amicitia*,Nec enim melior vir fuit Africano quiſquam,nec clarior. *Terentius in Eunuch.* Occidi,neque virgo eſt vſquam,neque ego, qui illâ è conſpectu amiſi meo.*Cic.de Amicitia*,Neque quicquam vnquam,niſi honeſtum & rectum,alter ab altero,poſtulabit: neque ſolùm colent ſe inter ſe,ac diligent,ſed etiam verebuntur. ¶ Nonnunquam ſignificat non:vt,Nec video quorſum res euadat.*Cicer.lib.3.de Legibus*,Senatori qui nec aderit,aut cauſa,aut culpa eſto.Verba ſunt legis antiquæ, quibus hoc ſignificatur,Senatori,qui ad ſenatum vocatus non conuenerit, aut culpam imputari oportere, aut iniungendam neceſſitatem cauſæ legitimæ excuſandæ, *Hæc Budæus in Poſterioribus Annotat.* [*Plaut.Aul.ſc.1.a.1.* Nec nunc queo comminiſci, quid illi euenerit(.i. nó queo.)]*Terentius in Andria*.Audiui iam omnia.D.ah,ne tu omnia. *Idem in Heauton.* Vt hanc lætitiam nec opinanti primus obiicerem, hoc eſt,non opinanti,& præter expectationem.*Cicer.in Offi.*Nec opinatò,pro inopinatò aduerbij loco.*Cicero libro tertio de Finibus*,Quum incidiſſet,vt alterum nec opinatò videremus,ſurrexit ſtatim. ¶ Reſoluuntur autem ferè hæ coniunctiones, per negationem & coniunctionem diſiunctiuam vt hæc oratio, Nec fuit Africano vir melior,nec clarior,ſic ferè exponitur, Africa non fuit vir melior aut clarior.Sed ſi ſequaturEnim,vim ſimplicis negationis habet.vtNec enim id facerem,id eſt,non enim id facerem. Quandoque ſignificat Etiam.*Quintilianus*,Perſolui gratia non poteſt,nec malo patri,id eſt etiam malo patri. ¶ Factum eſt autem Nec à Neque,per apocopen duarum extremarum literarum &q, quòd finem Latinæ dictionis tenere non poſſit in c,commutato. [¶ Neque quid velim,neque quid nolim magni facitis.*Plaut.Aſin.ſc.3 a.1.* Factis neque malis,neque improbis. *Plaut.Aul.ſc.4.a.1.*Neque leges,neque æquum colunt. *Plaut.Men.ſc. 2.a.2.* Neque ego inſanio,neque ego pugnas cœpio.*Plaut.Men.ſc.5.a.5.* Neque veriſimile,neque verum.*Plaut.Moſt.ſc.1.a.1.* Neque refugit & adhortatus eſt *Suet.in Cæſ.cap.63.Et in Aug.cap.44.* Neque quicquam melius eſt.*Plaut.Pſeud.ſc.7.a 4.* Neque hominem magis malum vidi. *Plaut.Pſeud.ſc.1.a.4.*Neque tibi occupare patrem, neque tibi præripere poſtulo.*Plaut.Men.ſc.vlt.a.5.* ¶ Neque non,Initio periodi.*Gell.cap. 23.lib*13.Neque non illa quoque,&c.Item.Initio orationis; *Pla.Men. ſc.vlt.a.4.*Neque te defraudandi cauſa poſco. *Idem Pſeud.ſc.7.a.4.*Neque quicquam melius eſt. ¶ Neque,quater poſitum. *Vide apud Plaut. in Pſeud.ſc.4.a.1.*] ¶ Necdum non adhuc.} μήπω.Gal. Non point encore.Italic.*Non ancho*.Germ.Noch nicht.Hispa. *Ni aun,ni agora*.} *Virg.1.AEnei.*Necdum etiam cauſæ irarum,ſæuique dolores Exciderant animo.*Cicero ad Atticum libro 6.* Caſſius ineptas literas miſit:necdum Bibuli erant allatæ. ¶ Nequedum,idem quod Necdum, id eſt Et nondum.*Cic.ad Quint.frat.lib.3.*Sed eius rei maturitas nequedum venit,& tamen iam appropinquat.*Idem ad Atticum libro* 14. Nequedum Roma es profectus. ¶ Nec eo minus. } Gal.Non autrement.Ita.*Ne punto manco,ne niente manco*.Germ. Nicht deſto minder. Hisp.*No otramente*. } pro nihilo ſecius dixit *Suetonius Tranquil.in Othone*, *cap.*4. Nec eo minus alium alia vita militum demerebatur. ¶ Neque ſecius eo pro eo nihilominus,*idem in Domic.c.*12.Item,Nec quicquam aliud, pro Tantùm,*idem in Nerone cap.*43. Neque quicquam quàm, pro Tantùm,*idem in Claud.Cæſar*. Has formulas loquendi notauit *Eraſmus in Sueton.*tu inde exempla petito.

Necpso Nomen autoris,de quo *Firmiculus l.8.ſic inquit*, Hunc locum diuinus ille Necepſo,vt remedia valetudinum inueniret, diligentiſſimè quidem(vt diuinum tanti viri potuit ingenium) manifeſtis tractatibus explicauit.

Necesse,ſiue neceſſum. [*Gell.c.7.l.2.&c.2.lib.16.*] Dicitur quod vi aliqua cogente fieri opus eſt. } ἀναγκαῖον.Gal.Neceſſaire. Ita.& Hisp. *Neceſſario*.Germani.Notwendig/von nöten.Ang.*Needfull,neceſſarie*.} à Ceſſo verbo deductum,quòd non ſit in eo ceſſandum. Olim,*teſte Donato*, declinabatur,hic & hæc Neceſſis,& hoc Neceſſe,& Neceſſus,a, um,ex quibus hodie manſerunt Neceſſe & Neceſſum.*Teren.in Eunuch.* Sed neceſſe eſt,huic vt ſubueniás.*Cicero ad Atticum*, Eo minus habeo neceſſe ſcribere,aut etiam cogitare quid ſim facturus, id eſt eo minus mihi opus eſt,ſiue opus habeo.*Plaut.in Stich.*Nunc auctionem facere decretum eſt mihi,Foras neceſſum eſt quicquid habeo,vendere.[*Cæſ. 1.de bel.ciu.* Ne neceſſe habeant ad vltimum ſupplicium progredi.(i.ne velint.)*Plaut.Aſin.ſc.2.a.5.*Video iurato mihi neceſſe eſſe eloqui,quicquid roges.*Plaut.Aſin.ſc.1.a.1.* Neceſſe eſt hodie Sicyoni me eſſe,aut cras mortem exequi.*Plaut.Pſeud.ſc.2.a.4.*]

Necessitas,atis.Vis.} אילץ tsóreeh.ἀνάγκη,ἀνάγκαιον.Gal.Neceſſité.Ital. *Neceſſità*.Ger.Notwendigkeit.Hispa.*Neceſſidad*.Ang.*Neceſſetie,needde*. } vt, Neceſſitas mihi incumbit eundi Mutinam. [Neceſſitas me ſubigit,vt te rogitem. *Plaut.Pſeud.ſc.1.a.1.* Neceſſitatis ſuæ nulli gratiam facit natura.*Senec.cap.10.de conſol.ad Polyb.*Nullis neceſſitatibus adſtricti municipes.*Gell.cap.13.lib.16.* Famem & cæteras neceſſitates pati.*Suet.in Cæſ.cap.68.*Idem neceſſitates pro inopia.*In Tib.cap.47.Apud Quintilian.* Neceſſitas eſt vis qua quis cogitur aliquid facere.] *Cicero* 10. *Philip.* Sed mihi neceſſitatem attulit paulò plura dicendi ſententia, eius qui rogatus eſt ante me. *Idem poſt reditum ad Quirit.* Fatali aliqua quaſi neceſſitate mihi cum fortuna belligerandum fuit. *Idem pro Cluen.* Neceſſitate coactus feci. *Idem 2. Offi.* Datur neceſſitati venia. ¶ Nonnunquam pro inſtantibus & neceſſariis negotiis ſumitur.*Plin.libr.4.Epiſt.*Collegæ optimi meíque amantiſſimi de communis officij neceſſitatibus proloquuti,excuſare me,& eximere tentarunt. ¶ Aliquando appellatione neceſſitatis, ius quoddam & vinculum religioſæ coniunctionis,hoc eſt ſanguinis familiaritatisve ſignificatur,*Cæſar in ſuaſione legis Plantiæ*, Equidé mihi videor pro noſtra neceſſitate,non labore, non opera, non induſtria defuiſſe. [Neceſſitas & neceſſitudo,quid,& an differant, *vide apud Gell.c.3.lib.13.*]

Necessitudo, inis, Aliquando idem eſt quod neceſſitas, hoc eſt vis illa vrgens, quæ nos ad aliquid faciendum cogit. *Salluſt.in Iugur.* Coactus rerum neceſſitudine ſtatuit armis certare. ¶ Præterea neceſſitudo, eſt coniunctio quædam affinitatis,vel ſanguinis,vel etiam meritorum. } אחוה ahut.דודות iedhidhúth.שורת modhabath.Gall. Eſtroitte amitie & alliance. Ital. *Amicitia ſtretta*. Germanic. Geſippſchafft / verwandtſchafft. Hispanic. *Amiſtad*. Anglic. *Neceſſitie night frendship*. } *Cicero Famil.13.* Multos tibi commendem neceſſe,quando omnibus nota noſtra neceſſitudo eſt, tuáque in me beneuolentia. *Salluſt.in Iugur.* Etiam antea Iugurthæ filia Bocchonupſerat: verùm ea neceſſitudo apud Numidas, Mauróſque leuis dicitur.[De Neceſſitudine & Neceſſitate legendus *Gell.cap.3.l.13.*] ¶ Aliquando Neceſſitudo ponitur pro neceſſario,id eſt, cognato, vel affine.*Suet.in Auguſt.*Remiſit tamen hoſti iudicato neceſſitudines, amicóſque omnes.

Necessarius,a,um,Dicitur aliud,quod omnino fieri neceſſe eſt: vt Neceſſarius eſt mihi aduentus tuus. } ἀναγκαῖος.Gallic. Neceſſaire. Ital.& Hisp.*Neceſſario*.German.Notwendig.Anglic. *A neceſſarie thing*. } *Cicero Verr.5.* Quò minus miremini Siculos re neceſſaria nulla coactos, auxilium à patronis,à Conſulibus,à Senatu,ab legibus,à iudiciis petiuiſſe.*Idem* 10. *Philip.* An quum illum neceſſarium, & fatalem pene caſum non tulerimus,hunc feremus voluntarium. *Idem pro Quin.Roſc.* Illa ſuperior fuit oratio neceſſaria,hęc erit voluntaria.*Idem 2.de Nat.deor.* Nos e terræ cauernis ferrum elicimus, rem ad colendos agros neceſſariam.*Idem 1.Offic.* Ad vſus vitæ neceſſarios expetuntur diuitiæ. ¶ Sic neceſſarius hæres apud Iuriſconſultos dicitur, Seruus hæres inſtitutus,quia ſiue velit,ſiue nolit omnino poſt mortem teſtatoris protinus liber & neceſſarius hæres fit.* Neceſſarium dictu.*Plin.li. 11.cap.*14.Pluua autem horum ſunt genera,nec dictu neceſſaria in tanta notitia. [Non neceſſarium bellum ſuſcipere. Item Non neceſſarium bellum duci(.i.magno incommodo)*Cæſ.l.1.de bel.ci.*]

Necessarii,Dicuntur cognati,vel affines,vel amici,& hi quibus vti familiariter ſolemus quod neceſſaria inter eos officia conferantur, *amore Feſto.*} מודעים modhabîm.רעים reîim.οἰκεῖοι.Gal.Parens & alliez.Ita.*Parenti,amici,ſtretti*.Germ.Geſipte/verwandte.His. *Amigos, parientes*.Ang.*Nere freindes,kinſmen*.} *Cic.Planco lib.13.Epiſt.* Nec dubito quin ſcias,in iis neceſſariis,qui tibi à patre relicti ſunt,me tibi eſſe vel coniunctiſſimum,*Marcus Cicero Familiar.11.* Vitio mihi dant quòd mortem hominis neceſſarij grauiter fero.*Idem pro Cluen.* Quòd obrem tota iſta res per Stalenum potius, hominem ab vtroque alieniſſimum,ſordidiſſimum,turpiſſimum,quam per bonum aliquem virum ageretur,& amicum,neceſſariúmque communem.[*Vide Gel.l.3. lib.13.*]

Necessarie,& Neceſſariò,aduerb.} ἀναγκαίως.Gal.Neceſſairement.Ita. & His.*Neceſſariamente*.German.Notwendiglich.Angl.*Neceſſarlie,of neceſſitie*. } *Cic.1.de Inuent.* Neceſſarie demonſtrantur ea quæ aliter ac dicuntur,nec fieri,nec probari poſſunt.*Idem 4.Tuſcul.* Nullíſque vnius diſciplinæ legibus aſtricti,quibus in Philoſophia neceſſariò pareamus. *Terent. in Andria*,Tum neceſſariò ſe aperiunt & timent.

Neco,as,aui,atum,vel necui,nectum, Interimo vel interficio.} המית hemith.קטל katál.κτείνω. Gal.Tuer,occir,mettre à mort.Ita.*Vccidere,amazzare*.Ger.Tödten/vmbringen. Hisp. *Matar*. Angl. *To ſlay,to kill*.} *Diomed.l.1.& Priſcian.*ita diſtinxerunt hæc præterita,vt Necaui, ſit quaſi ferro occidi:Necui,quaſi ſuffocaui:idémque omnino iudicabant de participiis Necatus & Nectus. Sed hæc differentia ſæpiſſimè confunditur,*Valla ita diſtinguit*,vt Necatus generalem habeat ſignificationem,Nectus ſpecialem:putatque hoc poſteriori non eſſe vtendũ, niſi addito certo genere mortis:idque frequentius in compoſitis: nam ſimplex Nectus rarò legitur.*Liu.lib.*21.Famę,frigore,illuuie,ſqualore enecta.Sic etiam dicimus Enectus ſiti,Enectus morbo: non autem Enectus ferro:quod *teſte Valla*,nuſquam legitur.Necatus autem dicitur tam is qui ferro,quam qui alio quouis modo interiit. *Autor ad Herennium lib.3.* Si accuſator dixerit à reo hominem veneno necatum. Nec de homine tantùm dicitur:ſed de aliis quoque.*Colum.lib.2.* Sic omnes radices herbarum perruptæ necantur. Fame neco, λιμοκτονέω, *Suet.in Tib.c.*54.Hoſtes fame necauit.*Cic.ad Attic.lib.9.*Parentem patriam fame necandam putent.Morſu necare.*Ouid.2.de Remedio amoris*, Parua necat morſu ſpatioſum vipera taurum. ¶ Necaturus,participium. *Oui.1.Triſt.eleg.2.* Opprimet hanc animá fluctus,fruſtráq; precáti, Ore necaturas accipiemus aquas. ¶ Cõpoſitus,Eneco,Interneco,& Perneco. [Lien necat,renes dolent.(i.lien valdè me cruciat.*Plaut.Curc.ſc.1.a.2.* Hoſpes necauit hoſpitem captum manu.*Plaut.Moſtel.ſc.2.a.2.*]

Necātor,ris,occiſor,interfector, } σφαγέυς. } *Macro.Saturn.lib.1.cap.12.* Marti eſſet dicatus,Deóque plerunque hominum necatori.

Necos,Filius fuit Pſammitichi & AEgypti rex,cui filius Pſammis in regno ſucceſſit,*teſte Herodoto lib.7.*

Necromantia, penultima acuta,Diuinatio,quæ fit euocatis ad ſua cadauera ſpiritibus.} νεκρομαντία.Ga.Necromance.It.*Necromantia*.Ge. Die kunſt des warſagens mit beſchwerung der Todten.Hisp.*Nigromantia*. Angl.*Necromancie,ſoothſaying by calling the dead*. } Eius duas faciunt ſpecies, Necyomantiam & Sciomantiam. Necyomantiam vocabant, quum ad recens cadauer, calido ſanguine oppletum, umbra vel dæmon aliquis magicis carminibus euocatus, per os ipſius cadaueris futura prædicebat. Huiuſmodi Necyomantiam depingit *Lucanus libro 6.* vbi à Theſſalica quadam malefica reuocatus ad vitam miles recenter occiſus, Sexto Pompeio euentum belli Pharſalici prædicit. ¶ Sciomantiam autem vocabant, quum euocata tantùm vmbra futura diſcebãt.Dicta eſt autem Necromãtia ἀπὸ τῶν νεκρῶν, quod mortuum ſignificat,vel cadauer: καὶ τῆς μαντείας,hoc eſt à diuinatione.

Et

Est enim diuinationis quoddam genus, fieri solitum per vmbras aut cadauera mortuorum. ¶ Hinc Necromantæ, νεκρομάντεις dicti sunt, qui hoc magiæ genere vtuntur.

NECROCORINTHII, νεκροκορίνθιοι. Hoc est Corinthiorum defuncti, dicebantur vasa Corinthia, tam ænea quàm fictilia, quæ eueriá Corintho ex mortuorum sepulchris eruebantur. *Vide Strabonem lib.* 8.

NECROPOLIS, νεκρόπολις, AEgypti oppidum est, triginta non amplius stadijs ab Alexandria distans. { GERM. Ein statt in AEgypten nach bey Alexandria. } ita dictum, quod ibi Cleopatra, admota vberibus aspide, se e interemerit.

Nĕctăr, ris. { νέκταρ. GAL. La boisson des dieux des Payens. ITAL. *Nectare.* GERMANIC. Ein köstlich süss tranck der Götteren als die Heidnischen Poeten gedichtet haben. HISPA. *La pocion que bueuen los dioses clarea.* ANGLIC. *The drinck of the goddes, of the heathen.* } Deorum (*vt inquit Festus*) potionem significat. *Cic. lib.* 1. *Tusculan.* Non enim ambrosia deos, aut nectare, aut iuuentute pocula ministrante lætari arbitror. *Ouid.* 4. *Metamorphos.* Protinus imbutum cælesti nectare corpus Deliuit, terramque tuo madefecit odore. ¶ Dictum putatur nectar à priuatiua particula νὴ, & verbo κτείνω, quod est occido: quòd non eorum qui moriuntur, sed immortalium deorum sit potus. ¶ Per translationẽ accipimus pro quouis vino dulciori. *Virgil. in Daphnide*, Vina nouum fundam calathis Ariusia nectar. ¶ Interdum etiam pro melle. *Virgil.* 1. *Æneid.* aut cum liquentia mella Stipant, & dulci distendunt nectare cellas.

Nĕctărĕus, a, um, νεκτάρεος, Quod nectaris saporem refert, aut odorem, vt Falernum nectareum, *apud Martialem lib.* 13. Flores nectarei, *apud Claudianum de nupt. Honorij.* Est & Nectarea herba, aliis nominibus Helenion, & Medica, & Symphyton, & Idæa dicta: ex qua conficitur vini quoddam factitij genus, quod Nectarites appellatur. *Vide Plin. lib.* 14. *cap.* 16.

Nĕcto, nectis, nexui & nexi, nexum, ligo, iungo. { קשר *kaschár.* συνδέω, εἴρω. GALLIC. Attacher, nouer, lier ensemble. ITALIC. *Ligare, annodare.* GERMANIC. Knupffen, zusammen binden. HISPANIC. *Trauar, atar, anudar.* ANG. *To knitt, to tie.* } *Virgil. 6. Ecloga*, Ille dolum ridens, quò vincula nectitis *inquit. Hor. primo Car. Odé* 29. Non antè deuictis Sabæa Regibus, horribilique Medo Nectis catenas. *Propert. lib.* 3. *Eleg.* 9. At tibi qui nostro nexisti retia lecto. Nectore aquam dixit *Propert.* pro gelu constringere *lib.* 4. *eleg.* 3. Africus in glaciem frigore nectit aquam. ¶ Eleganter nectere dolum alicui dicitur, pro dolis circunuenire. *Liu. ab Vrbe lib.* 1. & *lib.* 7. *bell. Puni*, Vndique dolus Regi nectitur. [Protinus incedunt Charites nectuntque coronas. *Ouid.* 5. *Fast.*] ¶ Aliquando Nectere est in vincula & compedes coniicere, quemadmodũ diuites fœneratores homines nobiles, miseris obæratis qui soluendo non erant, facere solebant. De qua re *Liuius ab vrbe*, Eo anno plebi Romanæ velut aliud initium libertatis factum est, quòd necti desierunt. ¶ Nexus, a, um, participium, & Nexus, us, ui, *vide infrà suo loco.* ¶ Huius verbi composita Annecto, Connecto, Internecto, Obnecto, & Subnecto: *quorum significata vide suis locis.*

Nĕcŭbi, Ne alicubi, in nullo loco. { μήπου, ἵνα μήπου. GALL. Nulle part, en nul lieu. ITA. *Che non in qualchi luogo.* GER. Nienen. HISP. *En ningun lugar.* ANG. *In no place.* } vt, Iussi necubi mihi præstò sis, id est ne in vllo loco sis. *Varro de Re rust. cap.* 45. Si erunt imbres sequuti, videndum necubi aqua consistat.

NECVIA, νεκούια, Vrbs Vmbrorum. Gentile, Necuiates. *Steph.*

Nĕcŭndĕ, Ne ex aliquo loco. { μήποθεν. GAL. De peur que de quelque part. IT. *Che non da qualche luogo.* GE. Nienenhär. HISP. *De ningun lugar.* ANG. *Least out of any place.* } *Liu. l.* 22. *bell. Pun.* Circunspectus necunde impetus in frumentatores fieret.

Necya, { νεκύια. GALL. Les festes des trespassez. IT. *Festa de i morti.* GER. Seelgrät/festtag oder etwas anders so man den abgestorbnen zuthut hat tet. HIS. *Mortuorios, ò fiestas de los muertos.* ANG. *The feates of the dead.* } Quasi mortuaria, réique funebris, & ad mortuos pertinens, & ipsum etiam mortuorum festum, quum pro impetranda defunctorum Manibus quiete, mortuorum sepulchra cũ facibus & cereis frequẽtabantur.

Necyomantia, *Vide* Necromantia.

Necydalus, li. { νεκύδαλος. GALL. Vn certain ver dont s'engendre le ver qui fait la soye. ITALIC. *Verme che fa la seta, canalliere della seta.* GER. Ein seidenwurm. HISPANIC. *El gusano de que se haze la seda.* ANGLIC. *A kinde of worme wherof the silk worme is engendred.* } Quid sit docet *Plin. lib.* 11. *cap.* 22. *his verbis*, Est & alia horum origo è grandiore vermiculo, gemina protendens sui generis cornua. Hi erucæ sunt. Fit deinde quod vocatur Bombylis: ex ea necydalus: ex hoc in sex mensibus Bombyx. Ex quibus Plinij verbis constat, Necydalum genus esse vermiculi, aut certè insecti, quod deinde post sex menses transformatur in bombycem.

NEDE, νέδη, vel νεδέη, Vrbs Arcadiæ à Nede Nympha. Inde νεδάτιος. *Stephan.*

NEDON, νέδων, Vrbs & locus Laconiæ, vnde Minerua Neduſia. *Steph.*

Nĕdum, significat, Non solùm. { μὴ τι, μὴ δὲ, μήτιγε, μήτιγε. GALLIC. Non seulement. ITALIC. *Non pure.* GERMANIC. Also fert ist es/ich wil geschweigen. Item, nicht allein. HISPANIC. *Non solamente.* ANGLIC. *Not only.* } Duobus modis in oratione collocari solet. Vno, quum vtranque sententiam eodem claudimus verbo: vt, Funderem pro te sanguinem, nedum pecuniam. Alterum quum suum vtrinque sententiæ verbum accommodamus: vt Funderem pro te sanguinem, nedum tibi pecuniam crederem. Negatiuè sic, non funderem pro te obolum, nedum pro te sanguinem funderem. Quum autem affirmamus, id quod grauius est, maioríque momenti, in prima orationis parte ponendum: quum negamus, id quod minoris. Plus est enim fundere sanguinem, quàm pecuniam: & minus est & leuius, perdere aut credere obolum, quàm perdere aut fundere sanguinem. *Hæc Valla lib.* 2. *cap.* 8. Nedum, aliquando pro Nõ solùm, & post se recipit, Sed etiam. *Cic. ad Attì. l.* 10. Tu quoniam quartana cares, nedum morbum remouisti, sed etiã grauedinẽ, te vegetũ nobis in Græcia sistes, & literarũ aliquid interea, &c. [Nedum, pro ne. *Plaut. Mil. sc.* 2. *a.* 1. Volo perscrutari nostri an alieni simus, & nedum quispiam nos immutauerit. Videtur pro An, vel pro Num.]

Nĕfandŭs, a, um, Quod non est fandum: à nefas, quod ne fari quidem liceat, infandus, execrabilis. { בליעל *belijáal.* ἄῤῥητος, ἀνόσιος. GALLI. Chose qui n'est point à dire ne raconter, tant est meschante. ITALI. *Nefando, scelerato, da non dire.* GERM. Schandtlich/das es nicht zusagen ist. HISP. *Cosa illicita por religion indigna de serdicha.* ANGLI. *Abominable, execrable, vn worthie to buspoken, or hard.* } *Cicer. de Natura deor. primo*, At verò nefandum quidem auditu est, crocodilum, aut ibin, aut felem violatum ab Ægyptio. *Idem ad Brutum*, Contráque eius arma nefanda, præsidia quæ oblata sunt, Cæsaris cõsilio & autoritate firmaui. *Virgil.* 12. *Æneid.* Hoc caput, ô ciues, hæc belli summa nefandi, Ferte faces propere, fœdíque reposcite flammis. *Ouid. 6. Metamor.* atque vtinam fecisses ante nefandos Concubitus, vacuas habuissem crimnis vmbras. *Virgil. 3. Æneid.* Iatis est gentem effugisse nefandam. [*Ouid. Eleg. 9. lib. 3. Trist.* Aula atque ausura multa nefanda manu. *Idem Eleg.* 4. *lib.* 4. Non inuidiosa nefandis Nec cupienda bonis regna Thoantis erant.] ¶ Pro eodem etiam apud antiquos legitur Nefas, antis. *Lucill. lib.* 7. Tantalus qui pœnas ob facta nefantia luit.

Nĕfandissĭmŭs, superlatiu. *Iustinus Histor. lib.* 18. Aususne es nefandissimũ caput, illa purpura & auro ornatus in conspectum tot miserorum ciuium venire?

Nĕfas, Impium facinus & execrabile, quasi non fas. { בליעל *belijáal.* ἀθέμιτον. GALL. Chose si meschante qu'il n'est point à dire ne raconter. ITAL. *Scelerita, sceleraggine.* GER. Ein vnsegliche schand/groß laster/ hoch vnd theur verbotten. HIS. *Illicito por religion, ò de no dezir y menos de no hazer.* ANGL. *An execrable deed.* } *Cicer. ad Treboniam*, Mihi nefas sit obliuisci. *Autor carminis ad Pisonem*, Seu capitale nefas operosa diluis arte *Virg.* 4. *Æneid.* Illa dolos, dirúmque nefas in pectore versat. *Ouid.* 10. *Metam.* at tu dum copore non es Passa nefas animo ne concipe. [¶ Non turpe ab eo vinci, quem vincere nefas (i. ἀδύνατον) *Velleius.* Item, Nefas laudare Catonem. *Idem Velleius.* Repulit ille nefas *Ouid.* 2. *Fast.* Nefas visu, medijs altaribus anguis exit. *Ouid.* 2. *Fast.* Et *Eleg. vlt. lib.* 4. ¶ Nefas & Prò nefas: irascentis vox. *Diomedes lib.* 1.] ¶ Nefas sit. *Cicer. de Amicitia*, Æquè autem nefas sit, tale aliquid & facere rogatum, & rogasse. ¶ Nefas dictu. *Cicer. de Senect.* Quorsum igitur & tam multa de Maximo? Quia profectò videtis nefas esse dictu, miseram fuisse talem senectutem. Nefas habere. *Idem de Natura* 3. Mercurius quem Ægyptij nefas habent nominare. ¶ Nefas vltimum, id est, parricidium. *Senec. lib.* 1. *de Clementia, cap.* 23. Pater tuus plures intra quiquennium culeo insuit, quàm omnibus seculis insutos accepimus. Multo minus audebant liberi nefas vltimum admittere, quandiu sine lege crimen fuit.

Nĕfārij, Scelesti, sacrilegi, ita dicti à farre, quod ne digni quidem sint qui farre vescantur. { בליעל *belijáal.* ἀνόσιος, ἀνοσιουργός. GAL. Pleins de toute meschanceté. ITALIC. *Scelerati, ribaldi.* GERMANIC. Lasterhafft/ schandtlich/nicht wert deß in meldung beschähe. HISPANI. *Detestables, sceleradas.* ANGLIC. *wicked full of all kenauerie and michief.* } *Nonius*, Nefarij proprietatem libro 1. de vita populi Romani Varro patefecit. A farre quod adorcum est, quo scelerati vti non debeant. *Asconius scribit*, Nefarium dici, quod sacra polluit, farre pio solita celebrari: ergo Nefaria sacrilegi. ¶ Alij malunt huius nominis originem ad Fari verbum referre: vnde & Nefas, & Nefandus deriuationem trahunt: vt nefarium dicatur, quod adeò est sceleratum, vt ne fari quidem, hoc est nominare debeamus. ¶ Nefarius, a, um, id est prosligatus, perditus, nequam. *Cic. pro Sylla*, Horum ego fasces eripere de manibus, & gladios extorquere potui, sicut feci: voluntates verò consceleratas, ac nefarias ne sanare potui, nec tollere. *Idem ad Lentulum li.* 1. Subitò exorta est nefaria Catonis promulgatio. Facinus nefarium. *Cæsar. 7. bell. Gall.* Latrocinium nefarium. *Cic. 3. Verr.* Scripta nefaria. *Catul. ad Fund.* * Nefarium, substantiuè *apud Liuium libr. 9. ab Vrbe*, Nisi eo nefario Rempub. obstrinxeris, quod ominari horret animus. ¶ Hinc Nefariè aduerbium, hoc est sceleratè, impiè. *Cic. 2. Verr.* Quum multa in deos hominesque nefariè fecerit.

Nĕfāstŭs, a, um, adiectiuum: vt Nefasti dies: quibus non licet fati, hoc est quibus non licet Prætori ius dicere ἀποφράδες ἡμέραι. *Ouidius* 1. *Fast.* Ille nefastus erit per quem tria verba silentur. *Varro libro* 5. *de lingua Latina*, Vocantur dies nefasti, per quos dies nefas fari Prætorem, Do, Dico, Addico. *Liuius ab Vrbe primo*, Nefastos, fastósque dies fecit: quia aliquando nihil cum populo agi vtile futurum erat. ¶ Nefasti dies, *vt inquit Festus*, N, litera, notabantur. [Atri dies, vulgò perperam Nefasti. *Gell cap.* 17. *lib.* 5. ¶ Nefastus pro nefasti i. quod non licet. *Statius* 4. *Thebaid.* Et triplicis mundi summum, quem scire nefastum est.] ¶ Accipitur aliquando Nefastus pro Nefario. *Plin. lib.* 20. *cap.* 11. Eáque causa, ne inter nefastos frutices damnetur. *Cic. 2. de Legib.* Quæque Augur iniusta nefasta vitiosa dira dixerit, irrita, infestáque sunto. ¶ Nefasta terra, pro infausta & ominosa. *Liu. 6. ab Vrbe*, Neque terra sit nefasta victoriæ suæ.

Nĕfrĕndĕs, { νεφροί. GALLI. Petits couchons seurez. ITALI. *Porcelli sfattati.* GERMA. Spinferckelin, ferckelin so erst entwehnet sind. HISPANI. *Cuchinos que aun non fueson.* ANGLIC. *Young pigges.* } Dicuntur *à Varrone libr. 4. cap.* 4. porci, qui nomine lactentis amisso, nondum fabam frendere possunt, id est frangere. [*Terent. Scaurus, de Orthograph.* Nefrendes porci sunt sine dentibus, quia fabam frendere non possunt.] Antiqui, *teste Festo*, Nefrendes Arietes dicebant, quòd dentibus frendere non possunt. Alij dicunt Nefrendes, infantes nondum frendentes, id est frangentes. *Liuius Andronicus*, Quem ego nefrendem alui, lacteam immulgens opem. ¶ Sunt qui nefrendes testiculos dici putẽt, quos Lanuuini appellant Nebtundines, Græci νέφρους, Prænestini Nefrontes. *Hæc Festus.*

Nĕgābūndŭs, Negatio, Negatiuus, Negito, *Vide* Nego.

NEGLA, νέγλα. Oppidum Arabiæ, Gentile, Neglius, vel Neglires, *Festus.*

Nĕglĭgo, pen. corr. glexi, ctum, [Antiquè neglegi, *Diomed. lib.* 1. Contemno, sperno, quasi ne legendo quidem dignum iudico. { בזה *bázach.* ῥαθυμέω, ῥᾳστωνέω, ὀλιγωρέω, ἀλογέω, ἀμέλω. GAL. Negliger, mespriser, ne tenir compte. ITA. *Sprezzare, no curare.* GER. Verachten/versaumen/vernachlässigen. HIS *Menospreciar, no curar.* AN. *To neglect, to lightlie, to contemne.* } *Cic. l.* 14. *Famil.* Periculũ fortunarũ, & capitis sui, pro mea salute neglexit. *Teren. in Adelph.* Pecuniã in loco negligere, maximũ interdũ est lucrum. Veteres etiam neglego dicebãt. *Teren. in Phorm.* Quia egens relicta est misera, ignoratur parens, neglegitur ipsa. *Ibidem*, Narrabat

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

sæpe interea mihi senex, se hunc neglegere cognatum suum. Vsus est quoque hoc verbo *Varr. lib. 4. de ling. Lat.* Non videbatur consentaneũ neglegere, quod ante Rex Latinus finxisset.

* Negligens, om. gen. Qui nihil curat. *Cic. de Amicitia*, Et in illis quidem parandis curam adhibere: in amicis eligendis negligentes esse. *Tacit. libr. 19.* Amicorum inimicorúmque negligens. *Plin. Epist. 78.* Negligens de alieno. [Obtegere (ædes) negligens fuit. *Plau. Mostel. sc. 2. a. 1.* perditi, negligentes, ingenio Improbo. *Plaut. Pseud. sc. 2. a. 1.* Negligens mancipiorum dicam fortunam negligens lenocinij. *Sueton. August. cap. 79. Senec. cap. 10. de Consol. ad Marc.* Non negligentes religionis Galli. *Vide verbo seq.*]

Nĕglĭgentĭă, æ, Incuria & indiligentia. { ἀμέλεια, ὀλιγωρία. GALL. Negligence, nonchalance. ITA. *Negligenza.* GERM. Liederligkeit/ verſaumnuß/hirtlaßigkeit. HIS. *El descuydo.* ANG. *Slakenesse in doing any thing.* } *Cic. 3. Famil.* Quanquã me nomine negligentię tibi suspectum esse doleo, tamen, &c. Negligentia tua feci: id est quòd te negligam. *Terent. in Phorm.* Nam neque negligentia tua, neque odio feci tuo. [Negligentia Deũm, contemptus est *apud Liu. lib. 3. d. 30.* Non negligentes religionis Galli. *Idem Liu. libr. 5. ab vrb.*]

Nĕglĕctĭo, Negligentia. *Cic. pro Muræna*, Amicorum neglectio.

Nĕglĕctŭs, us, Pro contemptu. *Terent. in Heaut.* Hæc res neutiquam neglectui est mihi. { בזיון bizzajón בזה buz buzáh. ὀνειδισμός. GAL. Meſpris. ITAL. *Diſprezzo.* GER. Verachtung. HISPA. *Menosprecio.* ANGL. *Contempt, and light setting by.* } * At Neglectus, a, um, participp. Contemptus, non curatus. *Cicero 3. de Finib.* Abiectus & neglectus vir.

Nĕglĭgĕntĕr, aduerbium. { ἀμελῶς. GALL. Negligemment, par meſpris. ITALI. *Negligentemente, con diſprezzo.* GERM. Liederlich/ hintäßiglich. HISP. *Negligentemente, con descuido y menosprecio.* ANGL. *Soluthfullie, slaklie.* } *Teren. in Andr.* Ah tantamne rem tam negligenter agere? ¶ Aliquando significat Per contemptum. *Suet. de Claris Grammaticis, de Orbilio loquens*, Librum etiam, cui est titulus Perialogos, edidit, continentem querelas de iniuriis quas professores negligenter ab ambitione parentum acciperent.

Nĕgo, Ex Non, & Ago, pro Dico, compositum est Renuo, inficias eo. { כחש chichéſch מאן meén. ἀποφάσκω, ἀπόφημι, ἀρνοῦμαι, ἔξαρνός εἰμι, ἄρνημι. GALL. Nier. ITAL. *Negare.* GERMA. Leugnen/verneinen. HISP. *Nehar.* ANGLI. *To denie.* } *Cic. pro Milone*, Negant intueri lucem fas esse eum, qui à se hominem occisum fateatur. *Idem de Claris Oratoribus*, A Manio, si fateris, sempsisti multa: aut si negas, iurupuisti. [Quî promisi? T. lingua. C. Eâdem nunc nego. *Plaut. Curc. sc. 3. a. 5.* T. Negas? C. Nego hercle verò. *Ibidem.*] Nullus sum. A. Imo es, Ne negato, omnium nequissimus. *Plaut. Asin. sc. 2. a. 5.* Si tuum negas esse me sine abire liberum. *Plaut. Men. sc. 7. a. 5.* Nego enimuero & me aduenire nunc aio. *Plaut. Amph.* Tun' Amphitruo? Nego me dicere. (pro dicturum.) *Plaut. Curcul. sc. 1. a. 5.* Et negat accipere (pro, accepturum) *Gell. cap. 9. lib. 6.* Nunio hæc impudenter negas. *Plaut. Men. sc. 2. a. 5.* Negabas te daturum, tamen das. *Plaut. Pseud. sc. 2. a. 5.* Ne nega. *Idem Asin. sc. 2. a. 2.* Poma negat regio. *Ouid. Eleg. 10. li. 3. Trist.* Vox fessa dicrandi, vires, siccaque lingua negat. *Ouid. Eleg. 3. lib. 3. Trist.* Arma negate mihi omnia. *Ouid. 13. Metam.*] ¶ Interdum accipitur pro Recuso, vt non ad verba solum, verumetiam ad facta extendatur. *Terent. in Andr.* Hic nunc non dubitat, quin te ducturum neges. [¶ *Mart. Epig. 7. lib. 13.* Negare cœnæ, tertio casu dixit.] ¶ Huius composita sunt, Abnego, Denego, Pernego, quod est perfectè & constanter nego. *Plau. in Asin.* Vbi creditum quod tibi sit datum esse pernegaris. Subnego, Aliquantum nego. ὑπαρνοῦμαι. *Cic. Trebat. in præfatione Topic.* Veruntamen quod præsenti tibi prope subnegarem, &c. Et habent penultimam correptam.

Nĕgātĭo, onis, recusatio. { כחש cháchaſch. ἀπόφασις, ἄρνησις. GAL. Negation, niement ou deniement. ITALI. *Negatione.* GERMA. Leugnung/ verneinung. HISP. *Negacion, obra de negar.* ANGLI. *A denying, a naye.* } *Cic. pro Sylla.* Eandem vim esse negationis huius, quàm si extra coniurationem hunc esse se scire dixisset. *Idem de Partit.* Negatio, inficiatióque facti. *Idem 2. de Inuentione*, Disparatum est id, quod ab aliqua re per oppositionem negationis separatur hoc modo, sapere & non sapere. ¶ Negatio postposita negationi, non semper habet vim affirmandi, sed interdum magis negandi: vt quum altera pro vniuersali ponitur, & particulares sequuntur, hoc modo, Nullas accepi à te literas, nec breues, nec prolixas. *Virgil. lib. 3. Georg.* -nulla, neque amnem Libauit quadrupes, nec graminis attigit herbam. ¶ Item vna sola negatio postposita negationi negat, ita tamen vt sequens iungatur cum Quidem. *Cic. Lentulo*, Neque errarent, ne aduersarij quidem. In huiusmodi enim locutionibus subauditur semper pars aliqua prioris membri: vt quum dico, Non tibi hoc persuaderet, ne Deus quidem: desideratur nominatiuus Aliquis, vel similis: hoc modo, Nemo hoc tibi persuaderet, ne Deus quidem, cui omnino est credendum. *Terent. in Heaut.* Agrum in his regionibus meliorem neque pretij maioris habet nemo. ¶ Aliquando etiam duæ negationes inueniuntur positæ pro vna. *Varro de vita populi Romani*, Qua abstinentia viri, mulieréque Romanæ fuerint, quòd à rege munera eorum noluerit nemo accipere, &c. Quid si *voluerit* legendum, facili errato ab vna in alteram literam? Tres negationes pro vna ponuntur. *Terentius in Andria*, Neque haud dicas tibi non prædictum. ¶ Aliquando etiam præpositiones negant, sed hoc solùm in compositione: vt indoctus, idem est quod non doctus. Sic etiam apud Græcos φρενία, idem est, quod sapio: παραφρονέω, idem quod desipio.

Nĕgātīuŭs, a, um, & negatorius, a, um, Quod negat. { מכחש meechchéſch מאן meén. ἀρνητικός, ἀποφατικός. GAL. Negatif qui nie. ITAL. *Negativo, che nega.* GERM. Das da leugnet. HISPAN. *El que niega ò cosa para negar.* ANG. *That denieth.* } vt dictio negatiua. ¶ Actio negatiua siue negatoria, apud Iurisconsultos quæ verbis concepta negantibus, per quam aut libertatem, aut seruitutem vindicamus. *L. 5. D. si vsufr. petat. L. 2. §. 4. D. de seruit. vind.*

Nĕgāntĭă, æ, negatio. { כחש cháchaſch. ANGLIC. *A denying.* } *Cicer. in Topic.* Deinde addunt coniunctionem negatiuam, sic, Non & hoc est, & illud.

Nĕgĭto, as, frequentatiuum. *Plaut. Merc.* Abnuere, negitare adeò me natum suum. *Idem Bacchid.* Vix quidem negito.

Nĕgātus, a, um, participium. { מכחש meechchaſch. ἀρνηθείς, ἀποφαθείς. GAL. Nié. ITA. *Negato.* GERM. Abgeſchlagen. HISP. *Negado.* ANGL. *Denied, refuſed.* } *Ouid. 15. Metamorph.* Nitimur in vetitum semper, cupimúsque negata. [*Idem Eleg. 8. libr. 4. Triſt.* Nec tamen error iter vitæ negata meo est.] *Horat 3. Carm. Ode 2.* Virtus recludens immeritis mori Cælum, negata tentat iter via.

Nĕgāns, tis, particip. seu nomen ex participio. { מכחש מאן meechchéſch meén. ἀρνούμενος, ἐξαρνέων ἀν, ἐξαρνος ὤν, ἀποφάσκων. GALL. Niant, qui nie. ITAL. *Negante.* GERMA. Leugnend. HISP. *Negador, qui niega.* ANG. *De nying, refusing.* } *Cicer. in Topic.* Sunt etiam valde contraria alia, quæ appellantur negantia, ea ἀποφατικὰ Græci, contraria aientibus: vt, Si hoc, illud non est. ¶ Negatur impersonale. *Ouid. 1. de Arte*, Si tibi per tutum placidúmque negabitur iter.

Nĕgōtĭum, tij, Occupatio, munus, opus: à Nec, & Otium, quasi non otium, hoc est opus, sicut à Nec, & Lego, Negligo: c, mutata in g, sicut in Quingenti, quanuis à centum deductum sit. { ענין finján. πρᾶγμα, ἀσχολία, ἔργον. GALL. Negoce, affaire, charge, soing. ITALI. *Affare, negotio.* GERM. Ein geſchäfft. HISPANI. *El negocio.* ANG. *Businesses, affaire.* } *Cic. 1. Offic.* Peregrini officium est, nihil præter negotium suum agere. *Idem pro Flacco*, Non debuit, quum prætor esset, suum negotium agere. [Tuum illic negotium actum. *Senec. cap. 6. de Consol. ad Marc.* Negotij plenus sum P. Paulò pòst magis (futurus sup.) qui tibi damnum dabo & malum. *Plaut. Pseud. sc. 3. a. 1.* Magna res est. Quid negotij est? *Plaut. Curcul. sc. 2. a. 5. Et Mil. sc. 2. a. 2. & sc. 3. a. 2.* Quid hoc negotij est Neminem meum dictum magnificere? *Idem Asin. sc. 4. a. 2.* Transcurre citò, ita negotium est (. i. ita res postulat.) *Plau. Mil. sc. 6. a. 2.* Propera pellegere, ita negotium est. *Plaut. Pseud. sc. 2. a. 4.* Celere obiectum mihi est negotium. *Plaut. Curc. sc. 3. a. 2.* Qui cum opulento homine cœpit habere negotium aut rem. *Plaut. Aul. sc. 4. a. 3.* Cum istoc negotij mihi nihil est. *Plau. Curcul. sc. 1. a. 4.* Tace. P. quid negotij est? C. Ostium crepuit. *Plaut. Pseud. sc. 1. a. 1.* Teneo, quid sit hoc negotij. *Plaut. Capt. sc. 5. a. 3.* Apage te à me, si quid est negotij (. i. rei.) *Plau. Amph.* Quid istuc negotij dicam (esse) *Plau. Men. sc. 3. a. 2.* Quid est negotij quamobrem succenses mihi. *Plaut. Capt. sc. 4. a. 3.* Neque herile negotium plus curat. (de concubina) *Plaut. Mil. sc. 6. a. 2.* Vah? C. Quid negotij est? *Plaut. Aulul. sc. 1. a. 2.* Miror quid sit hoc negotij. *Plaut. Menæc. sc. 4. a. 2.* Quid hoc est negotij? quid deliqui? *Plaut. Capt. sc. 5. a. 3.* Age tuum negotium. *Senec. cap. 8. de Tranquil.* Negotiis alienis se effert. *Ibid. cap. 12.* Tuum illic negotium actum est. *Idem ca. 6. de Consol. ad Marc.*] ¶ Negotium dare, est Imperare, in mandatis dare, mandata dare, mandare. *Cæsar lib 2. Commentariorum*, Ipse quum primùm pabuli copia esse inciperet, ad exercitum venit: dat negotium Senonibus, reliquísque Gallis, qui finitimi Belgis erant, vti ea, quæ apud eos gerantur cognoscant. ¶ Aliquando negotium, accipitur pro labore & molestia. πραγματεία. *Cice. Cornificio*, Etsi periniquo patiebar animo, te à me digredi: tamen eo tempore non consolabar, quòd & in summum etiam otium te ire arbitrabar, & ab impendentibus magnis negotiis discedere. *Idem Fabio*, Adhibui diligentiam, quoties Senatus fuit, vt adessem, plurimúmque in eo negotij habui. *Idem Attic. lib. 4.* Nolo enim negotij Quintum fratrem habere quicquam. *Terent. in Prologo Andriæ*, Poëta quum primùm animum ad scribendum appulit, Id sibi negotij credidit solùm dari, Populo vt placerent, quas fecisset fabulas. Quo in loco Negotium, *teste Donato*, accipitur pro cura, & molestia. πραγματεία. ¶ Facessere negotium, Est molestiam exhibere. πράγμα παρέχειν. *Cicer. App. Pulchro*, Quum est allatum ad nos de temeritate eorum qui tibi negotium facesserent. [*Gellius cap. 16. lib. 3.* Factúmque esse (ei mulieri) negotium (i. In ius vocatam esse) *Quintilian.* Facere Innocenti negotium (pro accusare:) *Plaut. Men. sc. 9. a. 5.* Huic exhibui negotium (i. molestiam) *Idem Mil. sc. 5. a. 2.* Quid tibi negotij mecum est? (i. cur me moraris, aut mihi molestus es? *Idem Amphitr.* Illi meus amor Insonti exhibuit. *Suet. in Calig. ca. 40.* Negotium componere. i. litem. ¶ *Gell. cap. 16. lib. 3.* Negotio rei tunc paruæ postulante. ¶ *Idem cap. 15. lib. 1.* Sine iudicij negotio loqui i. sine ratione & cura. *Idem cap. 25. lib. 1.* Non id Varroni negotium fuit. i. non curauit. *Cæsar lib. 3. bell. ciu.* Negotium vnius diei. i. quod facile transigi potest. ¶ *Sueton. in Cæsar. cap. 23.* In magno negotio habere. i. maximi ducere.] ¶ Est mihi negotium. *Teren. in Adelphis*, Mirabar quid hîc esset negotij tibi. ¶ Aliquando negotium accipitur pro controuersia, vel dissensione. *Cicer. ad Attic. libr. 7.* Verumtamen video mihi cum homine audacissimo, paratissimóque negotium esse. *Cælius Ciceroni libro 8. Epistolarum*, Vt existimarent homines, Pompeio cum Cæsare esse negotium. ¶ Item Negotium dicitur factum, de quo est quæstio vnde dicta est Constitutio negotialis. ¶ Negotium pro remedio *apud Plaut. in Capt. sc. 3. a. 3.* Neque de hac re negotium est quin male occidam. Id est nullo remedio occurri potest quin malè occidam. ¶ Negotium est, *apud eundem in Milite, pro* Ita oportet, Sic res postulat. ¶ Nullo negotio pro facilè. *Cicer. ad Attic. lib. 8.* Iurabat ad summam, quod nullo negotio faceret, amicissimum mihi Cæsarem esse debere. *Ibidem lib. 4.* Cato, qui tenere Siciliam nullo negotio potuit. * Negotium pro σεισμὸς. *Quintilian. lib. 3. cap. 5. circa finem*, Negotium est congregatio personarum, locorum, temporum, causarum, modorum, casuum, factorum, instrumentorum, sermonum, scriptorum & non scriptorum. Causam nunc intelligimus hypothesin, negotium, σεῖσιν. Perstasis Latinè circunstantia dici potest.

Nĕgōtĭŏlum, diminutiuum. τὸ πραγμάτιον. *Cicer. ad Qu. frat. lib. 4.* Erit nescio quid negotioli.

Nĕgōtĭŏr, aris, Negotia gero & mercaturæ operam do. { מחר sachár. πραγματεύομαι, ἐμπορεύομαι. GAL. Trafiquer, negocier. ITA. *Negotiare, trafficare.* GERM. Wärben/handtieren, kauffmanſchafft treiben. HISP. *Negociar, mercadear.* ANG. *To bie and sell, to exercise businesses.* } *Cicer. lib. 3. Officiorum*, Quum se Syracusas otiandi causa, non negotiandi contulisset. *Idem Seruius Sulp. lib. 13. Epist.* M. Curius qui Patris negotiatur, id est, mercaturæ operam dat. ¶ Negotiari animas, *apud Plin. lib. 29. cap. 1.* est accepto pretio homines interimere, & veluti vendendarum animarum negotiationem exercere. Nec dubium est, *inquit*, omnes istos famâ nouitate aliqua aucupates, animas statim nostras negotiari, hoc est anima & vita nostra ad quæstum & negotiationẽ suam abuti.

Nĕgōtĭă-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Negotiator, Præfectus negotationis. { סוחר *sochér.* ἐμπολάρχης, ἐμπορος. GAL. Negociateur, marchant, traffiqueur, facteur. ITA. *Mercante, fattore.* GERM. Ein gewerbßman. HIS. *Negociador, mercadero.* ANG. *A traffiker, à merchant.* } *Vnde Labeo.* Negotiatores serui videntur, qui præpositi sunt negotij exercendi causa, veluti qui ad emendum, aut locandum & conducendum præpositi sunt. *Cic. libro 1. Epistolarum ad Quintum fratrem,* Improbus negotiator, paulo cupidior publicanus. *Idem 5. Verrina,* Qui plus existimet apud lectissimos senatores, pecuniam, quàm apud tres negotiatores metum valere. Mercis sordidæ negotiator. *Quintilianus libro primo, capite 12.* Quod si tamen recte quis consideret, inter mercatorem & negotiatorem, hoc interesse videbit: vt mercator dicatur qui exportandis aut importandis mercibus operam dat, eáque vendit. Negotiator verò non qui merces distrahit, sed qui in coemendo vino, frumento, & vendendo tuendisque & arandis agris, suam industriam ponit. [mancipiorum negotiatores, i. mangones. *Quintilian.* ¶ Item Negotiatores erant vt decumani, aratores, pecuarij, qui vectigalia publica redimebant, vnde perspicuum est, aliud esse à mercatore. *Passer.*]

Negotiatrix. *Paulus D. lib. 34. Tit. 2. l. 32.* Cum testatrix negotiatrix fuerit.

Negotiatio. { סחר *sáchar* מסחר *mischár.* ἐμπορία, ἐμπόλημα. GALLIC. Traffique, marchandise. ITALIC. *Traffiquo.* GERMANIC. Gewárb/handterung mit kauffmanschatz. HISPANIC. *Aquella obra de negociar.* ANGL. *Bying and selling, merchandise.* } *pro* Mercatura *Quintil. vsus est, Columella lib. 1.* Hæc enim negotiatio curam villici auocat. *Cic. Cecinnæ lib. 6.* Vt ad reliquias Asiaticæ negotiationis proficiscare. [Abominanda negotiatio. *Quintil.* de patronis mercedem poscentibus.] Negotiatio dicitur in mercaturis faciendis, veluti negotiatio sagaria *l. 52. D. pro socio. Hotoman.*

Negotiosus, a, um, Quod est negotiis plenum. { ἀσχολιαπόδης, πολυασχόλημων. GAL. Qui a beaucoup d'affaires. ITAL. *Difficile, pieno di fatiche.* GER. Geschäfftig/mit geschäfften beladen. HISPANIC. *Lleno de negocios.* ANGL. *That hath muche busines to do.* } *Sallust.* Prudentissimus quisque, quasi maxime negotiosus erat. [*Plaut. Asin. sc. 3. a. 3.* Negotiosus est interdius. *Idem, Pœn. sc. 2. a. 2.* Negotiosus est, res agitur apud Iudicem.] Res negotiosa, id est difficilis, & in qua multum sit negotij & laboris. *Plautus in Stycho.* A Edepol rem negotiosam: quid sit, nihil etiam scio. *Cic. pro Mureena,* Habuit hic Lege Titia prouinciam tacitam & quietam: tu illam, cui quum Quæstores sortiuntur etiam acclamari solet: Hostiensem, non tam gratiosam & illustrem, quàm negotiosam & molestam. ¶ Negotiosi dies, hoc est profesti, diebus sacris oppositi. *Tacit. lib. 13.* Eóque oportere diuidi sacros, negotiosos dies, queis diuina colerentur, & humana non impedirent. * Negotiosum tergum, Cui faciesitur negotium. *Plaut. Mil. sc. 5. a. 2.* nihil moror, negotiosum mihi esse tergum.

Negotiosior, comparatiuus. *Seneca 2. de Ira cap. 11.* Quid crudelitate negotiosius.

Negotialis, Ad negotium pertinens. { ἀσχολιαπόδης. GAL. Appartenant à charge ou negoce. ITAL. *Pertinente à carico, ò negotio.* GERMA. Das zu einem geschäffte gehört. HISP. *Pertenesciente à negocio.* ANGLIC. *Belonging to busines.* } vt constitutio negotialis apud Rhetores. *Cic. 1. de Inuentione,* Hæc constitutio partes duas videtur habere, iuridicialem & negotialem. *Quintil. lib. 1. cap. 21.* Eique locum in Ethice negotialem assignant, id est ἀσχολιαπόδην.

Negotiarius adiect. *Spartian. in Firmo.* Naues quoque ad Indos negotiarias sæpe misit. *Lamprid. in Alex. Seuero,* Aurij negotiatorium & coronarium Romæ remisit, id est, quod negotiatores principibus pendere solebant.

NEIVM, νεῖον, Mons Ithacæ, à quo νειάδες, dictæ, vel vt alij volunt, quòd versentur ὑπὸ τὰ νέμεα, id est ad aquas. inde νειὸς vel νειάδες & ὑπένειον cõpositum.

NELEVS, νηλεύς, Neptuni filius ex Tyro Nympha Salmonei filia, qui à Pelia fratre pulsus, in Laconiam venit, vbi Pylon vrbem condidit: cuius rex fuit, *teste Homero Odyss. 11.* Huic vxor fuit Chloris, Amphionis Orchomeni regis filia, ex qua duodecim filios suscepit, quos postea omnes præter vnicum Nestorem tum forte ablegatum, Hercules euerso Pylo interfecit.

Nelidès, æ, νηλείδης, Patronymicum à Neleo Pyli rege, & Patre Nestoris formatum. *Ouid. 12. Metamorph.* Bis sex Nelidæ fuimus conspecta iuuentus.

NEMAVSVS, *teste Strab. lib. 4.* ciuitas est Narbonensis Galliæ olim florentissima, vtpote quæ quatuor & viginti vicorum fuerit metropolis. Vulgò *Nimes.* { GE. Nymis. } [Vnde Nemausenses populi. *Sueton. in Tiber. cap. 13.*]

NEMEA, vel Nemee, es, penultim. cor. νεμέη. Sylua est Achaiæ inter Cleonas, & Phliuntem, vbi in honorem Herculis, qui in ea sylua leonem occiderat, sacra quædam certamina celebrari consueuerunt, quæ ab hac sylua Nemæa dicta sunt. { GERM. Ein wald in Arcadia Hercules zugeeignet/darumb das er darin ein Löwen vmbracht hatt. } Hoc etiam nomine dicta est tota regio syluæ huic vicina. *Martial. lib. 1.*

Non Marathon taurum Nemee frondosa leonem,
Arcas Menalium non timuisset aprum.

Nemeæus, a, um, per quatuor syllabas, Quod est ex Nemea sylua, vel regione. νεμεαῖος. *Ouidius in Epist. Deian. ad Herculem,* Nempe sub his animam pestis Nemeæa lacertis Edidit.

Nemea, νέμεα, Sacra fuerunt Græciæ certamina, ita appellata à Nemea Peloponnesi sylua, in qua fieri consueuerunt in honorem Herculis, qui in ea sylua, leonem fertur occidisse, seu potius in honorem Archemoti pueri in ea sylua à serpente occisi. Nemæorum victores apio coronabantur. *Vide suprà in dictione* CERTAMEN.

NEMESIS, penultim. corrept. νέμεσις, Nomen cuiusdam deæ, quæ facinorosos & delinquentes punire putabatur, vt ex Catullo & Ausonio licet intelligere. { GERMA. Ein göttin welche die alten fur ein strafferin der vbelthäteren gehalten haben. } Ea quoque Rhamnusia dicitur, quod in Rhamnunte Asiæ oppido templum & simulachrum Phidiaeum habuerit. Insuper eadem fertur remuneratrix benefactorum, vnde *apud Statium lib. 13.* Est dea, quam Nemesim dicunt, dea magna, potensque, Quæ bona cælestum concessu cuncta deorum Possidet. Hanc quidam Fortunam dixerunt, cui primus Adrastus rex templum ædificauit. Vnde & Adrastia, ἀ δρᾶστεια cognominatur. Romani quoque huic deæ templa dicauere. ¶ Hoc etiam nomine dicta Tibulli amica. *Martialis lib. 4.* Visit amatorem Nemesis lasciua Tibullum.

NEMETOBRIGA, *Ptolemæus lib. 2. cap. 6.* Hispaniæ Tarraconensis vrbs.

NEMETES, Germaniæ populi Galliæ tractum incolentes, citra Rhenum fluuium, vbi hodie est Spira vrbs, inter Argentinam & Maguntium sita. { GER. Speyrer gegne. } Meminit horum Cæsar in Commentariis bel. Gal. & *Plin. l. 4. c. 17.*

NEMINIA, Fons est in agro Reatino, vario ortu annonæ mutationem significans. *Autor Plin. l. 2. c. 103.*

Nemo, inis, gen. communis, compositum videtur à NE & Homo. οὐδείς, οὐδεμία, οὐδέν. GALLIC. Nul homme, ou nulle femme, nulli. ITA. *Nessuno, nessuna.* GERM. Niemants. HISPAN. *Ninguno.* ANG. *No man.* } NAM de solis dicitur hominibus *Terent. in Eunucho.* Nemo est quem ego magis nunc cuperem videre, quàm te. NEMO homo, pro nemo omnino. *Cic. lib. 13. Famil. Epistol.* Posteaquam mecum in bello, atque in re militari fuit, tantam in eo virtutem, prudentiam, fidem, tantámque erga me beneuolentiam cognoui, vt hominem neminem pluris faciam. [Ne nemo quisquam potest minoris conducere. *Plaut. Pseud. sc. 2. a. 3.* alienum reddunt nato nemini. *Ibid. sc. 3. a. 1.* Túne id audes dicere quod nemo vnquam homo antehac vidit? *Plaut. Amph.* Huc nemo intromittit (me) *Plaut. Men. sc. 5. a. 5.* Scio me incerto daturum hoc homini nemini. *Idem Asin. sc. 4. a. 2.* Alienum hominem Intromittat neminem. *Ibid. sc. 4. a. 3.* Nemini credo qui largè blandus est pauperi. *Plaut. Aul. sc. 4. a. 1.* NEminis misereri certum. *Plaut. Capt. sc. 3. a. 3.* Me homo nemo deterruerit. *Plaut. Mil. sc. 3. a. 2.* Nemo it inficias. i. non nego. *Plaut. Curc. sc. 2. a 4.* Quo nemo adæque parcus Iuuentute omni ex Attica. *Plaut. Most. sc. 1. a. 1.* Quo hominum nemo fortunatior. *Plaut. Capt. sc. 1. a. 4.* ¶ NEmo quisquam. *Gell. c. 7. li. 12.* ¶ NEmo vnus. *Cæs. 3. de bell. ciu. & Gell. cap. 15. lib. 18.* ¶ Nemini non. *Suet. in Cæs. cap. 75.*] ¶ NEmo hominum pro NEmo est hominum. *Terent. in Eunucho,* Ego formidolosus? nemo est hominum qui viuat, minus. ¶ NEmo pro vllus. *Cic. Famil. 9.* Contigit enim tibi, quod haud scio an nemini: vt summa seueritas animadversionis non modò non inuidiosa, sed etiam popularis esset, & cum bonis omnibus, tum infimo cuique gratissima. *Idem 2. Offi.* Quod quum omnibus est faciendum, tum haud scio, an nemini potius quàm tibi. ¶ NOn nemo, hoc est nonnullus. *Idem pro lege Manil.* Quum esset non nemo in Senatu, qui diceret, non oportere, &c. NEmo etiam nõnunquam de fœminis dicitur. *Terent. in Andr.* Hoc scio vnum ego, neminem peperisse hîc. *Plaut. Casin.* Vicinam neminem amo meritò magis, quàm te.

Nempe, Adverb. confirmantis, quod aliquando cum interrogatione ponitur, aliquando sine interrogatione. { נא *anéhn.* ἀναδή, ἀναδήτου, ἀναδήτα. GAL. Certes, certainement. ITALIC. *Certamente.* GERM. Freylich/warlich. HISPA. *Ciertamente.* ANGL. *Surelie, verely.* } *Cic. pro Ligario,* Apud quem hæc dico? Nempe apud eum qui quum hoc sciret, me tamen ante quàm vidit, reipublicæ reddidit. Hic, Nempe, vim respondendi elegantem habet post interrogationem. *Idē pro Milone;* Quid ergo tulit Pompeius? nempe vt quæreretur. *Plaut. in Menæchmis,* Nempe iubes? M. Iubeo herclè vero. Sine interrogatione posuit *Terent. in Andria.* Nempe hoc sic esse dicturum opinor patrem. *Quintilian.* Nempe enim in hoc plurimum laboris exhausimus, vt Rhetoricam ostenderemus bene dicendi scientiam & vtilem, & artem & virtutem esse. [Nempe capi Troiam prohibebant fata sine illo. *Ouid. 13. Metamorp.* Nempe ego mille meo protexi pectore puppes. *Ibid.* Hectora qui perdere posset nempe dedi. *Ibid.* Sed tamen tu nempe eos asinos prædicas. *Plau. Asin. sc. 2. a. 2.* Nempe ita animati estis. *Plau. Pseud. sc. 2. a. 1.* Nempe hoc est quod illi dedi. *Plaut. Men. sc. 3. a. 3.* (i. scilicet) NEmpe in foro. *Plautus Asin. sc. 1. a. 1.* Pa. Obloquere. Pe. Fiat maxime. Ph. Etiam taces? Pa. NEmpe obloqui me iusseras. *Plaut. Curc. sc. 1. a 1.* Pa. Quid agis? Ca. Viuo. Pa. NEmpe vt dignus es. *Plaut. Curc. sc. 1. a. 2.* NEmpe tu illam dicis (assentientis.) *Plaut. Mil. sc. 1. a. 1.* Ire quo voles, nempe Iubes? *Plaut. Menæch. sc. 7. a. 5.* NEmpe tu illius seruos. *Plaut. Pseud. sc. 7. a. 4.*

Nemur, NIsi, etiam, vel nempe, *inquit Fest.* significat.

Nemus, nemoris, penultima correpta, neutri generis. { יער *jáar* עשׁן *éschel.* νέμος, ἄλσος. GAL. Bois, foreſt. ITALI. *Bosco, selua.* GER. Ein wald. HISPA. *Bosque silua, moheda.* ANG. *A grouе of pleasure or foreſt.* } Proprie dicitur sylua voluptatis causa comparata, & plena amœnitatis: ἀπὸ τῆ νέμειν, hoc est, à pascendo, siue quòd nemoris glandibus olim homines victitarint, siue quòd in eo greges atque armenta depasci soleant. NEmora (*inquit Festus*) significant syluas amœnas. *Virg. 6. AEnei.* Interea videt AEneas in valle reducta Secluſum nemus, & virgulta sonantia syluis. *Idem eodem,* atque inimica refugit In nemus vmbriferum. *Ouid. 6. Fastorum,* Est nemus arboribus densum, secretus ab omni Voce locus, si non obstreperetur aquis. *Horat. 1. Carm. Ode 1* - me gelidum nemus NYmpharúmque leues cum Satyris chori Secernunt populo. [*Suet. in August. cap. 72.* NEmoribus (ædes) excoluit.] ¶ NEmus etiam, *teste Sipontino,* peculiariter appellatur locus quidam haud longè ab Aricia, in quo lacus est quod Speculum Dianæ dicitur. Hinc Aricia dicitur nemoralis.

[Nemus loci nomen. *Turneb. Aduersar. cap. 20. lib. 24.* ¶ Item NEmus Cęsarum de loco sacro. *Suet. in Aug. c. 43.*]

NEMOROSVS, a, um, NEmorib. abundãs. { ὑλώδης. GAL. Plein de bois. IT. *Boscureſo, pieno de boschi.* GE. Waldechtig/das voll wälden ist. HIS. *Lleno de moheda, ò de montannas.* AN. *Full of trees or forreſtes. Pli. ep. 16.* Modicus collis assurgit, antiqua cupressu nemorosus, & opacus. *Colū. l. 2. c. 2.* Mõtem sublimem & asperum nec nemorosum, & herbidum maxime probauerunt. *Ouid. epist. 15.* Est locus in mediæ nemorosis vallibus Idę. *Virgil. 2. AEneid.* Iam medio apparet fluctu nemorosa Zacynthos.

NEMORENSIS, se, Quod ex nemore est, aut ę in nemore natũ est. { ὁ ὑλικὸς, ὁ ὑλώδης. GA. De bois, boscage. IT. *Di bosco, boscarecio.* GE. Das auß dem wald ist. HI. *De mõtanna ò mo heda.* ANG. *Of a foreſt.* } *Colum. li. 9. c. 4.* Sed ex omnibus deterrimæ notæ mel habetur nemorense, quod ex iparto atque arbuto prouenit. ¶ Nemorensis rex dicebatur, qui Dianæ Aricinæ sacrificiis præerat. *Suet. in Calig.* Nemorensi regi, quòd multos iam annos potiretur sacerdotio, validiorem aduersarium subornauit. [In Nemorensi villa Cæsaris. *Suet. in Cæs. cap. 46.*]

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Nēmōrālis,adiect. Quod est in nemore. {ὁ κατὰ ἄλσος ὑλώδης. GAL. De bois ou foreſt. ITAL. *Di bosco ò ſelua.* GERM. Das deß waldts iſt. HISP. *Di boſque y ſilua.* ANG. *Of a foreſt.* } *Martial. l. 13.* Mittit præcipuos nemoralis Aricia porcos. Nemorale templum & Nemorale ſtagnum, hoc eſt nemori Aricinorum. *Ouid. 1. de Arte*, Ecce ſuburbanæ templum nemorale Dianæ. *Idem 14. Meram.* Quæque colunt Scythicæ ſtagnum nemorale Dianæ.

Nēmorīuāgus,a,um, Quod in nemore vagatur. {ὁ κατ' ἄλσος ἀλώμενος, ὁ ὑλοκοίτης. GALL. Vagant par les bois. ITAL. *Vagante per boſchi.* GER. Waldſchweyſſig/das in dem wald vmbhär ſchweyfft. HISP. *Que erra y vaga por las montannas.* ANGLIC. *That erreth throught the forreſt.* } vt aper nemoriuagus. *Cæſa.* de Berecynthia, vbi cerua ſyluicultrix, vbi aper nemoriuagus.

Nenum, pro Non apud antiquos reperitur. *Lucill.* Sed tamen hoc dicas quid eſt, nenum moleſtum eſt. *Varro*, Si hodie nenum venis, cras quidē ſi veneris, &c. *Ex Nonio.*

Nĕo, nes, neui, netum, Significat filum torqueo: eſtque proprium mulierum. {πλέκω *taváh. vinden, knüpffen.* GALLIC. Filer. ITA. *Filare.* GERM. Nähen/ſpynnen. HISPA. *Hilar.* ANGLIC. *To ſpine.* } *Iuſtinus libro primo*, Inuenit eum inter ſcortorum greges purpuram colo nentem. *Plin. libr. 33. cap. 3.* Supérque omnia netur, atque texitur lanæ modo, & ſine lana: *Silius lib. 7.* donum Quod noſtræ neuere manus. ¶ Hinc Perneo compoſitum.

NĔŌBŪLĒ, νεοβέλη, Lycambis filia, quæ quòd Archilocho poëtæ promiſſa negaretur, Iambis inſectari cœpit Lycambē Archilochus, eúmque ad laqueum dicitur adegiſſe. *Vide ſuprà in dictionibus*, Archilochus, & Lycambes.

NEORVRGVM, Vrbs ad Danubium. Alia eiuſdem nominis in Thuringia ſita eſt.

NĔOCAĒSĂRĬĂ, æ, νεοκαισάρεια, Vrbs Cappadociæ, quam Lycus amnis præterfluit. *Autor Plin. l. 6. c. 1.*

NĔŌCLĒS, clis, νεοκλῆς, Philoſophus Athenienſis, Epicuri frater, *Suidas.*

NEODVNVM, *Ptolemæo lib. 2. cap. 8.* Galliæ Lugdunenſis ciuitas.

Nĕŏgămŭs, mi. {νέγαμος. GAL. Eſpoux. ITA. *Spoſo.* GERM. Der neuwlich gewerbet hat/ein neuwer Eſman. HIS. *Nouio.* ANG. *A brydgroome.* } Qui recens vxorem duxit.

Nĕŏmēnĭă, pen. acuta, νεομηνία, Latinè Nouiluniũ, vel prima dies lunæ, aut menſis. Græci enim menſes ſuos ad Lunæ curſum dirigebant, & à primo nouilunij die menſes ſuos auſpicabantur.

NEON, νέον, Vrbs Phocidis, *Herodo. l. 8.* Gentile, Neonius & Neonæus. *Stephan.*

Nĕŏphўtŭs, pen. cor. νεόφυτος. Nouellus, quaſi νέον φυτὸν, hoc eſt nouum germen, noua planta.

NĔŌPTŌLĔMŸS, mi, νεοπτόλεμος, Pyrrhi Achillis filij cognomen fuit, ſibeo impoſitum, quod admodum adoleſcentulus primum tyrocinium in bello poſuerit Troiano. Græcis enim νεοπόλεμος, tyronem, vel nouum militem ſignificat. ¶ [Neoptolemus vetus Tragœdus. *Sueton. in Cælig. cap. 57.*]

NEORIS, Iberiæ oppidum inſigne, iuxta Harmaſtim fluuium. *Autor Plin. l. 6. c. 10.*

Nĕŏtĕrĭcŭs, a, um, Recens. {חדש *chadhâſch.* νεωτερικός. GALL. Moderne, nouueau. ITAL. *Freſco, nouello.* GERM. Neuwer. HISP. *Moderno.* ANG. *One of late tyme, new, a freſhwater ſouldiour.* } a comparatiuo Græco νεώτερος formatum. Vnde Neoterici ſcriptores dicuntur recentiores, quibus opponuntur antiqui, vel priſci.

Nĕŏtĕrĭcē, aduerb. {νεωτερικῶς, Nouè. } *Aſconius Pædianus in Diuinat.* Hoc quod leuiter à Cicerone dictum & neotericè putant.

NĔŌTĔCHĪTAĒ, νεοτειχῖται, AEolidis populi ſunt, quorum vrbs, νέον τεῖχος, hoc eſt, Noua mœnia, commemoratur à Stephano.

Nĕpa, æ, Animal venenatum cauda feriens, quod Latinè Scorpius dicitur, nam *teſte Feſto* Nepa Africum eſt. {σκορπίος. GAL. Vn ſcorpion. ITA. *Scorpione.* GERM. Ein ſcorpion. HISPA. *Eſcorpion ò el alacran.* ANGLIC. *A ſcorpion.* } *Cic. lib. 3. de Finibus*, Serpere anguiculos, natare anaticulas, volare merulas, cornibus vti videas boues, nepas aculeis, ſuam cuique naturam eſſe ad viuendum ducem. Huius nominis prima corripitur. *Manil. lib. 2.*

- pietate ad ſydera ductam
Erigonen, ictúque nepam, ſpolióque leonem.

Natura huius eſt, vt in parietum latibulis deliteſcat, & quum aliquid ſenſerit, retrocedat. *Plaut. Caſin.* Receſsim cedam ad parietem ſ imitabor nepam: Captandus eſt horum clanculum ſermo mihi. ¶ *Feſtus*, Nepa Afrorum lingua ſidus, quod Cancer appellatur: vel, vt quidam volunt, Scorpius.

Nĕpēnthēs, neutri gen. νηπενθές, Herbæ genus eſt, quæ vino iniecta triſtitiam diſcutit, animíque hilaritatem inducit: vnde à quibuſdam eadem eſſe putatur cum bugloſſo, quę *teſte Plinio* eandem habet vim. Ab hac exhilarandi virtute huic herbæ nomen creditur inditum, à νὴ priuatiua particula, & πένθος luctus. *Plinius libro 21. ca. 21.* Attribuunt & hilaritatis vim eidem potæ in vino, quam nepentes illud prædicatum ab Homero, quòd ea triſtitia omnis aboleatur.

NĔPĔTĂ, νέπετες *Suidæ*, ciuitas Hetruriæ, quæ *Plinio* Nepet, & vulgò dicitur *Nipi*, à qua Nepeſini, νεπεῖνοι. *Silius*, Hos iuxta Nepeſina cohors, æquíque Phaliſci. ¶ Nepeta etiam ſiue Nepita nomen eſt herbæ, quã *Dioſcorides* ſecundum calaminthæ ſpeciem facit. Vulgus herbarium à pulegij ſimilitudine, Pulegium vocat agreſte. De hac meminit *Plin. l. 20. c. 14. & Colum. l. 8. c. 7.*

Nĕphălĭă {νηφάλια. } Sobriorum feſta erant, in quibus non vinum, ſed aqua mulſa libabatur. Græci enim νηφαλίους, ſobrios vocant. Apud Athenienſes fiebat νηφάλια θυσία, id eſt ſobrium ſacrificium, Soli, Lunæ, Memoriæ, Nymphis, Auroræ, & Veneri, in quo ξύλα νηφάλια, id eſt, ligna ſobria cremabantur, quæ ſcilicet ex vite, ficu, & moro non eſſent. *Vide Chiliad. Eraſmi.*

NĔPHĔLĒ, νεφέλη, Latinè ſonat nubem. Nomen propriũ vxoris Athamantis, & matris Phryxi & Helles. Vnde *Ouidius*, Hellen Nepheleida dixit.

* Nephelæus, Adiect. νεφελαῖος. vt, Pecus Nephelæum, Aries qui Phryxum & Hellen per mare vexit. *Valer. 1. Argonaut.* Ducus: & pecoris Nephelæi vellera Graio Redde holo.

NEPHELOCOCCYGIA, νεφελοκοκκυγία, Confictum vrbis nomen *apud Ariſtoph. comicum & Steph.*

NEPHTHALITAE, νεφθαλῖται, Populi denominati in Oriente, vt ſcribit Ioſephus. *Steph.*

Nephrītis, νεφρῖτις, Renum morbus, quum ſcilicet calculo, aut vlcere renes infeſtantur, νεφροὶ enim Græcis renes ſunt, vnde Nephritici dicti, νεφριτικοὶ, qui renum morbo laborant.

NĒPĬTĂ, *Vide ſuprà* NEPETA.

Nĕpōs, Qui ex filio filiáve natus eſt, *teſte Feſto*: quod natus pòſt ſit patri, quàm filius. {נכד *néchedh.* ἔγγονος, υἱωνός. GAL. Nepueu. ITALI. *Nipote.* GERM. Ein eincket/ein kindskind. HISPAN. *Nieto.* ANGL. *A nephew.* } *Cic. pro Deiotaro*, Crudelis Caſtor, ne dicam ſceleratum & impium, qui nepos auum in diſcrimen capitis adduxerit. Eius relatiuum eſt Auus, ſicut Proauus relatiuum eſt Pronepotis, & Proauia Proneptis. Etenim Proauus, aut paterni vel materni pater: & Abauus proauí paterni vel materni pater; item proauiæ paternæ vel maternæ pater: à quo Abauia, relatiuúmque eius Abnepos, à quo Abneptis. Huius rurſus pater dicitur Atauus, Atauí autem pater Tritauus: quibus reſpondent relatiua Atnepos, & Trinepos, Atneptis, & Trineptis. Qui verò poſt trinepotem ſunt, Minores dicuntur: ſicut poſt tritauos Maiores. ¶ Nepos ex fratre, idem eſt qui nepos fratris. Nam quòd hîc antea ſcriptum erat, Nepotem ex fratre aut ſorore eſſe nihil aliud quàm filium fratris aut ſororis, ineptum eſt. Appellatur enim ille non nepos fratris, ſed filius. *Paul. in L. vlt. ff. de grad.* Illud, *inquit*, notandum eſt, non quemadmodum patris matriſque fratres & ſorores: ita fratris ſororiſque filios filiáſque nomen ſpeciale cognationis habere: ſed ita demonſtrari fratris ſororiſque filios filias. Nepotem autem ex fratre poſt fratris filium conſtitui apertè docet *Caius in L. 7. D. de legit. tutor.* Veluti, *inquit*, frater eodem patre natus fratris filius nepóſve ex eo. *Item Imp. L. 17. C. de nuptiis.* Quòd verò eruditi nonnulli, [Illa verba Suetonij *In Cæſar. cap. 83.* ita loquentis, ſed nouiſſimo teſtamento tres inſtituit (Cæſar) hæredes ſororum nepotes. C. Octauium, &c. ita interpretantur,] Nepotes ex ſororibus, id eſt ſororum filios, planè abſurdum eſt: quum ſatis conſtet Octauium ex Accia Iuliæ ſororis C. Cæſaris filia natum eſſe. *Ex Hotomano.* [Nam, vt ex *Sueton. in Auguſt. cap. 4.* clarum eſt, Iulia ſoror Cæſaris, mater fuit Acciæ, ſiue (vt ibi legit Caſſaubonus) Atiæ, quæ mater fuit Octauij. præterea *ibidem cap. 7.* ipſa Iulia vocatur Auia Octauij, & ipſe Cæſar, maior eius auunculus, i. auiæ maternæ frater. Cæterum quem vulgo vocant nepotem, (GAL. nepueu.) apertè vocat eum Suetonius ſororis filium *cap. 63.* & apertiùs *cap. 64.* Infrà *Ibidem.* vbi nepotes Auguſti appellat filios et Iulia eius filia natos. GAL. Petits fils, arriere fils: NEPTES eiuſdem Iuliæ filias. Vide NEPTIS. Sic itaque intelligendus eſt *Velleius cum ait*, Nepos ſororis Cæſaris Iuliæ Caius Octauius. i. filius filiæ ſororis ipſius Cæſaris. (Ie petit fils.) *Idem Vell.* nepos Africani ex filia Tiberius Gracchus. *Et Quintil. Initio lib. 4.* Nepotes ſororis. *Plaut. Mil. ſc. 1. a. 1.* Bombomachides Neptuni nepos, &c. ¶ Inuenitur tamen interdum poſitum pro filio ſororis: quem Galli vocant NEPEU, vt *apud Plaut. Amph. ſc. 4. a. 4.* Ego ſum Amphitruo Gorgophones nepos. *(Atqui Gorgophone fuit Amphitruoni Amita, non Auia vt *notat* Paſſer, quippe ſoror fuit Alcei patris Amphitruonis. Hic Alceus *Plauto in prologo Amphi.* dicitur Argus, i. Argiuus NONIO interprete, quia Argis oriundus.] ¶ Quandoque nepotes, Poſteri, ἔκγονοι, vocantur. *Virgil. 6. Æneid.* Fortè recenſebat numerum, claróſque nepotes, id eſt, poſteros & ex ſtirpe ſua naſcituros. ¶ Per tranſlationem etiam NEPOTES dicuntur tenellæ vitium fruticationes, quæ poſtremo loco exoriuntur. ita dictæ, vel quòd nulli alteri rei ſint vtiles, quàm abſumendis vitis alimentis, quum ipſæ vuas non ferant: vel quòd ad ſucceſſionem veterum palmitum, veluti nepotes in maiorum ſuorum locum ſuccreſcant. *Colum. libr. 4. cap. 6.* Ex eo loco vnde nepotem ademeris, confeſtim alterum fundit. *Ibidem*, Omnes eius intra id ſpatiũ nepotes enatos ſæpius decerpemus. ¶ Nepos etiam dicitur de mulis. *Idem lib. 6. cap. 37.* itaque eiuſmodi emiſſarius nepotibus magis, quàm filiis vtilior eſt. ¶ Item nepotes dicuntur homines nequam, diſſoluti & decoctores. ἄσωτοι. *Cic. 2. Catilina.* Quis ganeo, quis nepos, quis adulter, quis perditus inueniri poteſt, qui cum Catilina non familiariſſimè vixiſſe videatur? *Idem in Rull.* Vt in rebus tuis, ita in Republ. luxurioſus nepos. Sine dubio autem diſſolutos & homines perditos, nepotes, veteres appellarunt, quod qui pueri, patre mortuo, in aui tutelam veniunt, tales euadere conſueuerint. Nam & indulgentiores patribus ferè ſunt aui, & ſi ſeueri eſſe velint, facilè propter ætatis imbecillitatem à pueris patrio metu ſolutis cõtemnuntur. [Sextus Pompeius Nepotem dictum putat, quòd rei familiaris ei maior nõ ſit, quàm ei cui pater & auus viuunt.] Nam quòd antea hîc ſcriptum fuit à nepa ſcorpione dici Nepotem, vel inde falſum eſſe intelligitur, quòd Nepa Africum vocabulum eſt, *teſte Feſto*: Romani autem tam longè ſuæ linguæ originem petere non conſueuerunt. ¶ Nepos autem antiquis & de fœmina dicebatur. *Ennius apud Nonium.* Dia nepos quas ærumnas retuliſti. Sed nunc *neptis* dicitur.

Nĕpōtŭlus, diminutiuum, ἀνοήτιον. *Plaut. in Milite* [*bis ſc. vlt. a. 5.*] Sic te ſaluum hinc mittimus ire Venerium nepotulum.

Nĕpōtŏr, Luxuriosè & prodigè viuo. {ἀσωτεύομαι. GALL. Viure ou faire prodigalement. ITALIC. *Luſſuriare, viuere prodigalmente.* GERMANIC. Im ſauß läben / praſſen / dempffen. HISPANIC. *Luxuriar, y glotonear.* ANGLIC. *To leuerio touſlie.* } *Seneca de Benefic. lib. 2. cap. 15.* Veto liberalitatem nepotari. Hoc eſt in prodigalitatem verti, & in eum conferri qui nequiter profuſurus ſit. *Tertul. in Apologetico*, Ariſtippus in purpura nepotatur.

Nĕpōtātŭs, huius nepotatus, Voracitas, & vitæ luxuries, ἀσωτία. Aſia ſcurrilitate ac nepotatu nobilis.

Nēptĭs, huius neptis. Qui ex filio filiáve nata. Eſt enim fœmininũ à nepos. {ἔγγονη. GALLIC. Niepce. ITALIC. *Nezza, nipote.* GERMANIC. Ein kindstochter/ ein näfin. HISPANIC. *Nieta.* ANGLIC. *A neece.* } *Cic. de Claris Orat.* Ergo illam patris elegantia tinctam videmus, & filias eius Mutias ambas, quarum ſermo fuit notus, & neptes Licinias. [*Sueton. in Cæſ. cap. 27.* Octauiam ſororis ſuæ neptem, conditione Pompeio detulit. (GALLIC. La petite fille, ou l'arriere fille de la ſœur.) *Vide in* nepos.] *Ouidius Epiſtol. 8.* Arbitrium neptis habebat auus.

Nĕpōtīnus

Nēpōtīnūs, a, um, ἀπὸ νέμνου. *Suet. in Calig.* Nepotinis sumptibus omnium prodigorum ingenia superauit.

NEPTVNVS, ποσειδῶν, Saturni & Opis filius, maris deus dictus est à nando, mutatis literis primis (*vt inquit Cicer. lib. 2. de Natura deorum*) vel (*vt Varroni placet*) à nubendo, hoc est tegendo, quòd vt cælum nubes, ita mare terras tegat. {GERM. Ein son Saturni vnd Opis.} *Dicit enim Varro*, Neptunus est deus maris, vel ipsum mare, quod terras nubat, id est cooperiat. Neptunum autem, vt est in fabulis, mater abscondit, ne à patre deuoraretur, eique postea, expulso Saturno, aquæ in sortem ceciderunt, vt suprà de Ioue dictum est. Vxorem habuit Amphitriten, ex qua plurimas nymphas suscepit. Tridentem habet pro sceptro. Muros Troianos iuuante Apolline condidit. [Habe Neptune gratiam tibi. *Plaut. Mostel. sc. 2. a. 2.* Neptunus in Tragœdiis (Latinis) *Plaut. prologo Amph.* Hæc ad Neptuni pecudes condimenta. *Plaut. Pseud. sc. 2. a. 3.*]

Nēptūnĭus, a, um, ποσειδώνιος, possessiuum [*Tibul. lib. 4.* Cessit & ætnææ Neptunius incola montis. *Plaut. Mil. sc. 5. a. 1.* In locis Neptuniis templisque turbulentis.]

Nēptūnālĭa, ποσειδώνια, Neptuni sacra, quæ & Salaria à Salo dicuntur. [*Diomed. lib. 1.*]

Nēptūnīnē, es, Patronymicum est fœmininum à Neptunus. *Catul. in Arg.* Tene Thetis genuit pulcherrima Neptunine?

Nē qua, aduerb. significat Ne per aliquem locum, aut Ne aliqua ratione, μήπως. *Virgil. 1. Æneid.* Ne quâ scire dolos, mediúsve occurrere possit. ¶ Est & nequa compositum à Ne, & Quis, quæ, quod: pro Ne aliqua. *Cicer. in Verr. act. 1.* Tamen nequa deductio fieret, magna ex parte tua potestas erat.

Nēquālĭa, Sunt detrimenta. *Festus.*

Nēquam, Nomen indeclinabile, quod apud veteres significabat hominem nullius pretij, quòd ne tanti quidem sit, quanti quod habetur minimi. {בליעל *belijáal. ἄχρηστος, ἀχρεῖος.* GALL. Vautneant, meschãt. ITAL. *Huomo da nieute.* GERMA. Ein nichts sollender mensch/ein schalck/lotterbub. HISP. *Hombre de poca estima.* ANGLI. *A man of no price à knaue.*} *Varr.* Nequam ex Ne & Quicquam, media syllaba extrita componi ostendit *lib. 4. de lingua Lat.* Quidam à nequeo, quòd nihil queat, nullíque rei sit aptus. Caper docet Nequam significare non malum, sed inutilem: quod vel ex eo apparet, quòd *Cic. 2. de Oratore*, Seruo nequam opponit Seruum frugi. Iisdem (*inquit*) verbis & laudare frugi seruum possumus: & si est nequam iocari. * Nequam vitis, Inutilis. *Colum. lib. 3. cap. 10. ad finem*, Nisi tamen (quod est absurdum) crediderunt, id translatum, & abscissum à sua stirpe destitutúmque materno alimento, frugiferum, quod in ipsa matre nequam fuisset. ¶ Aliquando etiam Nequam accipitur pro lasciuo, petulanti, libidinoso, & prodigo. *Cicer. 2. Philippic.* O hominem nequam! (nihil enim possum magis propriè dicere) ergo vt te catamitum nec opinato quum ostendisses, præter spem mulier aspiceret, idcirco vrbem terrore nocturno, Italiam multorum dierum metu perturbasti? *Gell. lib. 7. cap. 11.* Persuadenti cuidam adolescenti Lucano qui apprimè summo genere natus erat, sed luxuria & nequitia pecuniam magnam consumpserat, &c. *Plura de ea re exempla vide apud Gellium. Cicer. pro Deiot.* Dij te perdant fugitiue: ita non modò nequam & improbus, sed & fatuus & amens es. Pro nequiter vsus est *Plau. in Pœnul.* Dicátque locum sibi velle liberum præberier, Vbi nequam faciat clàm, nequis sit arbitrer, [Malum & nequam est seruus. *Plau. Pseud. sc. 7. a. 4.* Vbi sunt nequam homines qui polentam pinsitant. *Plaut. Asin. sc. 1. a. 1.* Sectatus es homo nihili nequam bestiam. (i. simiam. *Plau. Mil. sc. 3. a. 2.* Quamquam nequam es (equus) *Asin. sc. 3. a. 3.* Quamquam nequam homo es, rectè mones. *Plaut. Pseud. sc. 4. a. 4.* Dies malus, frugi habetur: si pauper haud malus, nequam. *Plaut. Menæc. sc. 4. a. 2.* Opus est, vt mendices, (here) tanto nequior es, (quòd seruus mendici.) *Plaut. Men. sc. 4. a. 5.* ¶ Item homo ingeniosissimè nequam C. Curio. *Velleius.* Sycophanta nequam est. i. non satis callidus. *Plau. Pseud. sc. 5. a. 1.*]

Nēquĭor, & Nequissimus. [*Plaut. Pseud. sc. 3. a. 1.* Si (ego emoriar) te sit Athenis nemo nequior. Item Nequius videtur opponi prudenter apud *Liuium libr. 1. Decad. 5.* Ego fum in vsu nimio factus nequior. *Plaut. Mostel. sc. 2. a. 1.* Vsus ædium nequior. *Ibid.*] *Colum. lib 1. cap. 1.* Nulla est nequissimi hominis amplior custodia, quàm quotidiana operis exactio. Nam illud verum Marci Catonis oraculum, Nihil agendo homines malè agere discunt.

Nēquĭtĕr, A Nequam, Luxuriosè, intemperanter, profusè {ἀκολάστως. GAL. Meschamment. ITA. *Maluagiamente.* GERM. Lästerlich. HISP. *Malay luxuriosamente.* ANGLI. *wickedlie, lika knaue.*} *Cicer. 3. Tuscul.* Aderit temperantia, quæ est eadem moderatio, à me quidem paulò antè appellata frugalitas, quæ te turpiter, & nequiter, facere nihil patiatur. *Idem de Finib. 2.* Ille porrò malè, praue, nequiter, turpiter, cœnabat, id est cum nequitia. Eius contrarium est Frugaliter, quemadmodum Nequitiæ Frugalitas opponitur. [*Cato apud Gell. cap. 1. lib. 16.* Nequiter facere, & nequiter factum. *Item*, Nequiter ferire malam malè discit manus, *Plaut. Amphit.* Fugere & facere nequiter. *Plau. Menæ. sc. 1. a. 1.* Nimis prouectum est nequiter. *Plaut. Men. sc. 5. a. 5.* Quis illam surripuit? Factũ ædepol nequiter. *Plau. Men. sc. 2. a. 4. Item*, Desubito facere nequiter cuiuis facilè est, pro Improbè. *Plaut. Most. sc. 1 a. 2.*]

Nēquĭtĭa, æ, Improbitas, malitia, denique vitium omnia cætera in se cõplectens)(frugalitas. {בליעל *belijáal. ἀχρειότης, ἀκολασία, μοχθηρία.* GAL. Meschanceté. ITAL. *Maluagità.* GERM. Schalckheit/boßheit/vppigkeit. HISPAN. *Maldad.* ANG. *wickedneße, knauerie.*} Vt enim Frugi à fruge, id est à fructu per quandam animorum fœcunditatem, ita Nequitia à Sterilitate, hoc est à nihilo nominata est. Nihil est enim quicquid fluit, soluitur, liquescit, & semper perit. Hinc nequam iidem & perditi ac profligati, postremique omnium hominum dicti. *Cic. 3. Tuscul.* Reliqua igitur, & quarta virtus vt ipsa sit frugalitas necesse est: eius enim videtur esse proprium, motus animi appetentis regere: & sedare, semperque aduersantem libidini moderatam in omni re seruare constantiam: cui contrarium vitium Nequitia dicitur. Frugalitas, vt opinor, à fruge, qua nihil melius è terra oritur. Nequitia ab eo (etsi hoc erit fortasse durius: sed tentemus, & lusisse putemur; si nil sit) quod nequicquam est in tali homine, ex quo nihil item dicitur. ¶ Sæpe tamen Nequitia pro lasciuia, & libidinosa illecebra, & pro cultu vitæ prodigo atque effuso accipitur. Hinc Aphricanus (*referente Gellio*) [*cap. 1. lib. 7.*] scripsit, Mala, probra, flagitia, quæ homines faciunt, in duabus rebus esse, Malitia, & Nequitia. Nequitia, *inquit Donatus*, proprie libidinosa inertia dicta est, quòd nihil queat, nullíque rei apta sit. *Teren. in Adelph.* Id misero restat mihi mali si illum potest, Qui alicui rei est, etiam eum ad nequitiam abducere. *Cicer. pro Roscio Amerino*, Si domus hæc potius habenda est, quàm officina nequitiæ, & diuersorium flagitiorum omnium domus eius. *Ouid. 1. Fast.* Nequitia est quæ te non sinit esse senem. *Cicer. in Verr.* Ex mulierum morbi vestigia libidinis atque nequitiæ. [Nequitia pro Improbitate: *Senec. Epist. 42.* Ludi quoque semina præbent nequitiæ. *Ouid. Eleg. 1. lib. 2. Trist.* ¶ Nequitia pro inertia.] *Liuius li. 2. bell. Pun. vide Gell. lib. 7. cap. 11.*

Nēquĭtĭes, ei. {בליעל *belijáal.*} *Horat. 2. Serm. Satyr. 2.* Illum aut nequities, aut vafri inscitia iuris, Postremũ expellet certe viuacior hæres.

Nēquāndo, Ne vllo tempore. {μήποτε. GAL. Afin que quelque fois ou quelque temps ne. ITAL. *Accioche à niun tempore.* GER. Das nicht etwan. HISPANI. *En ningun tiempo.* ANGL. *Least at any tyme.*} sicut Siquando, si aliquo tempore, ἔποτε. *Cicer. ad Attic. lib. 10.* Tu tamen eas epistolas quibus asperius de eo scripsi, aliquando concerpito, nequando quid emanet: ego item tuas.

Nēquāquām, aduerb. negandi: significat enim Non, vel nullo modo. {אין *ájin* בכל *éphes. μήπως, ἴνα μὴ διὰ, κἄν μὴν ὡς.* GALLIC. Nullement, en nulle façon. ITALIC. *Anniuna maniera, à guisa alguna, per niente, à niun modo.* GERM. Gar nicht/in kein weiß noch wãg. HISPA. *En ninguna manera.* ANGL. *No or no wis. Cicer. in* Catone Maiore, Est illud quidem Læli aliquid: sed nequaquam in isto sunt omnia.

Nĕquĕ, Vide NEC.

* Nequeo, nequiui, & nequi, nequitum, nequíre, Non ire interpretatur Festus. Significat autem Non posse. *Cicer. de Ami.* Cuius autem aures clausæ veritati sunt, vt ab amico verum audire nequeant, huius salus desperanda est. *Plautus Milite*, heu mihi, nequeo, quin fleam, Quum abs te abeam. [Si dictis nequis perduci, vt hæc credas. *Plaut. Moste. sc. 3. a. 1.* Haud timeo si iam nequeam defendere crimen. *Ouid. 13. Metam.* Si id facere nequeat, det illi locum, qui queat. *Plau. Pseud. sc. 5. a. 1.* Nequeon' te facere mansuetam. *Plaut. Asin. sc. 1. a. 3.* Nequeo me continere, quin loquar. *Plau. Menæc. sc. 1. a. 1.*] Nequitum & Nequitur pro non posse dixerunt veteres. *Pacuuius*, Sed quum contendi nequitum, vt clàm intendenda est plaga. [*Plaut. Moste. sc. 1. a. 2.* Nequita facta: (aliàs, facta nequitia.) *Plau. in Satyrione*, Retrahi nequitur quoquò progressa est semel.

Nēquĭcquam, aduerbium, Non, nullo modo. {לא *lo* אין *ajin* בכל *éphes. ἐπ.* GAL. Non, pour neant. ITA. *Non.* GERM. Nit. HISP. *No.* ANG. *No.*} *Virgil. Georg.* Nequicquam pinguis palea teret area culmos. Sed hoc rarius: frequentius in vsu est pro frustra. {שוא *schaw. μάτην.* GALLI. En vain. ITAL. *In vano.* GERM. Vmbsunst/vergãbentlich. HIS. *En vano.* ANGLIC. *In vaine.*} *Idem Æneid. 2.* Arma diu senior desueta trementibus æuo Circundat nequicquam humeris. [Vera dico, sed nequicquam, quia non vis credere. *Plaut. Amphitr.* Cupio id, quod te nequicquam cupere intelligo. *Plaut. Asin. sc. 1. a. 1.* Ne istuc nequicquam dixeris. i. Impunè. *Ibidem sc. 3. a. 3.* Nolo faciat. C. At enim nequicquam neuis. *Plau. Pseud. sc. 5. a. 1.* Ne me nequicquam serues hodie, ducam scortum. *Plaut. Menæc. sc. 2. a. 1.* Nequicquam exornata es benè, si malè morata es. *Plaut. Mostel. sc. 3. a. 1.* Ne tua dicta vagis nequicquam credita ventis. *Catull. ad Ortalum.*]

NEQVINVM, Vmbriæ oppidum, *teste Plin. lib. 2. cap. 14.* quod nunc Narnia dicitur: ob incolarum libidinosam inertiam. A quo Nequinates, qui nunc Narnienses. Vulgò *Narni.*

Nĕquĭnunt, pro Nequeunt, id est, Non possunt, dixerunt antiqui. *Fest.*

Nēquĭs, {μήτις. GAL. Qu'aucun ne. ITAL. *Afine che alcuno non.* GER. Das nicht einer/das nicht jemand. HISPANI. *Ninguno.* ANGLI. *Least any.*} Ex Ne & Quis, pro Ne aliquis, hoc est, vt nullus. Vide Nequa.

Nēquĭd nĭmĭs. {μηδὲν ἄγαν. GALL. Que quelque chose ne. ITALIC. *Accioche niuna cosa.* GERMA. Man mach eines dings nicht zuuil. HISPA. *Que ninguca cosa.* ANG. *Least any thing to muche.*} Sententia peruulgata, qua admonemur in rebus omnibus modum seruare. *Terent. in Andr.* -nam id arbitror Apprimè in vita esse vtile, vt nequid nimis.

NERABVS, bi, νέραβος, Syriæ oppidum, *apud Stephan.* cuius incolæ Nerabij appellantur.

NĒRĒĪDĔS, pen. corr. νηρηΐδες, Maris nymphæ Nerei, & Doridis filiæ, humanam effigiem habentes: quarum nomina sunt Nesæe, & Cymothoë, & aliæ, quæ *apud Hesiodum in Theogonia* enumerantur. {GERM. Meergöttin.} Nominatiuus singularis est Nereis, penultima indifferente. *Ouid. 1. Metamor.* Sed memor admissi Nereida colligit orbam.

NĒRĒSSVS, νηρησσὸς, Oppidum est in Cea insula: cuius meminit Æschines *Epist. 1. ad Polycratem.*

NĒRĔVS, νηρεύς, Deus maris est (*vt docet Hesiodus in Theogonia*) Oceani & Tethyos filius, qui ex Doride vxore, eademque sorore maximam Nympharum turbam suscepit, quæ à nomine patris Nereides appellantur. {GER. Ein son Oceani vnnd Tethyos/ein Gott deß Meers.} Hunc Orpheus *in Argonaut. deorum antiquissimum appellat*: vnde & Grandæuus à Virgilio dicitur 4. *Georg.* -hunc & Nymphæ veneramur, & ipse Grandæuus Nereus. [*Tibull. lib. 4.* Vexit & Æolios placidum per Nerea ventos.] ¶ Figuratè vsus est pro mari *Persius Satyr. 1.* -Et qui cæruleum dirimebat Nerea delphin.

NĒRĬO, enis, vel Neriene, es, & apud antiquissimos Neria, æ, νερίνη, Martis vxor. *Plaut. in Truculen.* Mars peregre adueniens salutat Nerienem vxorem suam. {GERM. Das weib Martis.} *Gellius libr. 13. cap. 21.* docet Sabinum esse vocabulum, quo significatur virtus & fortitudo, vnde & pro vi, potestate & maiestate Martis accipitur. *Vide Gellium.*

NĒRĪS, idis, νηρὶς, Oppidum est Peloponnesi, in agro Messeniaco. *Stephanus.* ¶ Est item Neris Dioscoridi nardi montani genus, in Syria, Ciliciáque nascens, ramulis & folio eryngij, eiusdem naturæ cum Nardo Gallico.

Nērītæ, νηρῖται. Sunt ex concharum genere, quæ per maria nauigant, præbentes concauam sibi partem: alteram verò sinanti auræ instar veli opponentes. *Hæc Plin. lib. 9. cap. 33.*

NĒRĪTVS, pen. corr. νήριτος, Mons est in Ithaca insula: cuius meminerunt *Strab. li. 10. & Plin. lib. 4. cap. 12.* * Hinc Neritius, Adiect. quo no-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

mine Vlyſſem intelligit *Ouid.1.Triſt.Eleg.4.* Pro duce Neritio docti mala noſtra poëtæ Scribite:Neritio nam mala plura tuli. ¶ Eſt item Neritus,ſiue (*vt apud Plin.legitur.*) Neritis,peninſula Acarnaniæ adhærens,alio nomine Leucadia appellata,opere accolarum olim à cõtinenti abſciſſa, denuóque reddita ventorum flatu congeriem arenæ accumulantium.*Virgil.3.AEneid.*Dulichiumque,Samèque, & Neritos ardua ſaxis. ¶ Neritus item,ſiue Neritum,neutri generis, peninſulæ huius oppidum eſt,quod recentiores Leucadem appellarunt, *teſte Plinio lib.4.cap.1.*

NĔRĬVM,νήριον,*Frutex eſt,foliis amygdalæ,ſed maioribus & pinguioribus,quæ quadrupedibus ſunt venenum,homini autè contra ſerpentes præſidium.Rododaphne aliàs dicitur,quòd florem roſæ,folium lauro ſimile habeat.Vulgò in officinis dicitur Oleander.Meminit Plin.lib.24. cap.11.*

NĔRĪVM,νήριον,*Ptolem.lib.5.cap.6.*Promontorium Tarraconenſis Hiſpaniæ iuxta Artabos.Vulgò *Finis terræ.*

NĔRO,νήρων,*Teſte Gellio lib.12.cap.21.*verbum Sabinum eſt, quo ſignificatur virtus & fortitudo. Itaque ex Claudiis, quos à Sabinis oriundos accepimus,vir egregia ac præſtanti fortitudine, Nero appellatus eſt. Sabini autem id nomen à Græcis accepiſſe videntur,qui vincula & firmamentum membrorum νῆρα dicunt,noſtri neruos.¶ Ex hac familia fuit Claudius ille Nero,qui Aſdrubalem Annibali fratri ſuppetias ferentem iunctis cum Liuio collega copiis,ſuperauit. ¶ Fuit item hoc cognomen Romanorum imperatoris, illi ex Claudij principis adoptione partùm:omnium quos terra tulit,crudeliſſimi. [Imò prænomen fuit huius,non cognomen:*Suet.in Claudio cap.1.*Olim Decimum: mox Neronem prænomine,&c.At Tiberij cognomen, Nero fuit,non prænomen.*Idem Suet.in Tib.cap.1.*] Hinc propriùm nomen in appellatiuum commutatum eſt, vt Nerones nunc crudeles dicantur. * A Nerone autem fiunt duo Adiectiua,Neroneus & Neronianus, quorũ illo vtitur *Stat.1.Sylu.*hoc *Martialis lib.12.*

NĔRVA,XIII. Romanorum imperator fuit, Flauio Domitiano,cui ſucceſſit,diſſimillimus. Hic quum liberos ſibi nullos genuiſſet, AElium Traianum ſibi adoptauit,qui illi etiam in Imperio ſucceſſit.

NĔRVUS,ui. {גיד *ghidh.*νεῦρον.GAL.Nerf. ITALIC. *Neruo.* GERM. Ein ſpanader oder ſehnader.HISPAN.*Nieruo.*ANG. *Aſinew.*} Prima ſunt in corpore animalis ſenſus motúque inſtrumenta, à cerebro & ſpinali medulla orta, totius corporis membris mouendi ſentiendíque vim conferentia.*Cicero 2.de Natura deo.* Nec enim dij venis, neruis,& oſſibus continentur.*Et paulò pòſt,*Huc adde neruos,à quibus artus cõtinentur,eorúmque implicationem toto corpore pertinentem. *Ouid. 12.Metamorphoſ.* Nec graue vulnus erat,ſed rupti vulnere nerui Deficiunt,motúmque negant, virésque volandi. [Neruus vnde dictus ſit, docet *Gell.cap.22.lib.13.*] ¶ Quandoque Neruus pro robore & viribus vſurpatur: in neruis enim robur maximè exiſtit.*Hora.2.Serm.Satyr.11.*-ſine neruis altera quicquid Compoſui,pars eſſe putat. *Terent. in Eunuch.* digna adeò res eſt,vbi tu neruos intendas tuos.Hoc eſt vbi vniuerſas ingenij tui vires expromas. Eſt enim neruos intendere,ſiue omnibus neruis contendere,vel,Omnes neruos contendere, totis viribus conari,&omnem ſolicitudinem,atque operam adhibere,ſummaviſummóque ſtudio niti.*Cic. Verr.5.*Omnibus enim neruis mihi cõtendendum eſt,atque in hoc elaborandum vt omnes intelligant, &c. *Idem 2.Verr.*Magnum fortaſſe onus,& mihi periculoſum,veruntamen dignum in quo omnes neruos ætatis, induſtriæque meæ contenderé. [*Metamorph.Ouid.Eleg.4.lib.4.*Non careat neruis candor vt iſte ſuis.] ¶ Neruus pro chorda arcus. *Virgil.5.AEneid.* Primáque per cælum neruo ſtridente ſagitta Hyrtacidæ iuuenis volucres diuerberat auras. *Idem 10.AEneid.*-neruóque aptare ſagittas. [Neruos retrò tendimus expulſuri tela.*Quint.*] ¶ In neruum ire,prouerbium ductum à ſagittariis,qui nimium contendendo arcum, aut arcus neruum rumpunt, aut neruum ſibi aliquem lædunt.*Terentius in Phorm.*Cæterùm quum argentum repetent,noſtra cauſa ſcilicet In neruum potius ibit, id eſt decipiet,*ait Donatus.Vide Eraſmum in Chiliadibus.* ¶ Neruos Reipub. Cicero pro lege Manilia appellat milites,claſſes & vectigalia,quòd in his conſiſtat omnis Reipublicæ fortitudo & robur.Etenim (*inquit*) ſi vectigalia neruos eſſe Reipublicæ ſemper duximus,eum certe ordinè, qui exercet illa,firmamentum cæterorum ordinum rectè eſſe dicemus. ¶ Neruus etiam vinculi genus eſt,quo pedes aut ceruices impediuntur.κατάδεσμος. Ex quo eſt illud Catonis,Fures priuatorum furtorum in neruo,atque in compedibus ætatem agunt,fures publici, in auro atque in purpura.*Plau.in Aulul.*[*& Aſin.ſc.2.a.3.*] Neruos,catenas, numellas,pedicas,boias.*Idem,*Perfidioſe captus,eo ędepol neruos ceruices probat.[Nudus aleator in neruo.*Quintilia.*Item Ego te in neruum,haud ad prætorem hinc rapiam.*Plau.Curc.ſc.3.a.5.* Tu in neruo iam iacebis,niſi mihi argentum redditur. *Plaut.Curc.ſc.3.a.5.* Ita te neruo torquebo vt Catapultæ ſolent.(de debitore) *Plaut.Curc.ſc.3.a. 5.*Credo deos voluiſſe,vt te apud me in neruo enicem.(de fure.) *Plau. Capt.ſc.5.a.3.*] ¶ Item nerui dicuntur chordæ citharæ. *Cicero 1.Tuſc.* Summam eruditionem Græci ſitam cenſebant in neruorum vocúmque cantibus.*Propertius,*-hæc carmina neruis Aptat.[Neruorum ſpatia complere(in cithara) *Quintili.*Vox,vt nerui,quo remiſſior,eo plenior.*Idem Quintilian.*] ¶ Eſt & Neruus membrum virile,*Iuuen.* Menſura incognita nerui.

NĔRŭLUS,dimin.{ τὸ νεῦρον.GAL.Petit nerf.ITA.*Picciolo neruo.* GER. Ein ſpanãderlin.HIS.*Pequenno nieruo.*ANG.*A litle ſinew.*}*Cic.lib.10.ad Att.* Si neruulos tuos adhibueris.

NĔRŭĂ,ab antiquis dictæ ſunt fides,ſiue chordæ muſicorum inſtrumentorum.{ מיתרים *metharim* χορδή.GAL.Cordes d'inſtrumens de muſique.ITAL.*Corde de ſtromenti.*GERMAN. Setten. HISPAN. *Cuerdas de nierno en la muſica.*ANGLIC.*Sring yes of inſtruments of muſick.*}*Varro in Satyra quæ ὄνος πρὸς λύραν inſcribitur,*Scientia docetur,quemadmodum in Pſalterio tendamus neruias.[*Gell.cap.7.lib.9.*Neruiæ in fidibus certo tempore ſponte ſonant.] ¶ Obſeruatum eſt & Neruium neutr.gener. *Varro ibidem,*Et id dicunt ſuam Briſeidem producere,quæ eius neruia tractare ſolebat.*Ex Nonio.*

NĔRUŌSUS,a,um, Quod multos habet neruos.{ νευρώδης.GAL. Neruex, plein de nerfs,ITAL.*Neruoſo, nerbuto.*GERMANIC. Aderechtig.item, ſtarck inn gliederen.HISP.*Coſa de muchos nieruos.*ANG.*Pitchie, that hath groſſe and many ſinewis.* } *Plin.lib.11.cap.37.* Ideo nulla eſt ei caro,ſed neruoſa exilitas. ¶ Per tranſlationem Neruoſus dicitur fortis & vehemens,quod omne robur in neruis conſiſtat. Sic neruoſus orator,qui magnam vim & copiam ad dicendum affert. *Cic.de Claris Oratoribus.* Quis Ariſtotele neruoſior ? ¶ Hinc fit Neruosè pro audacter, valide, firmiter.{ ῥωμαλέως,ἐρρωμένως.GAL.Vigoureuſement,puiſſamment.ITAL. *Ardìtamente,vigoroſamente.*GER.Mit ſterckt.HI.*Poderoſamente,fuerzamente.*}*Plancus ad Cic.lib.10.*Vt vigilanter,neruoſéque nos,qui ſtamus in acie,ſubornes,*Cic.de Orat.*Dicitur enim non Peripateticorum more(eſt enim illorum exercitatio elegans, iam inde ab Ariſtotele conſtituta)ſed aliquando neruoſius.

NĔRUOSĬTAS,*apud Plin.lib.19.cap.1.*Neruoſitas filo æqualior. { τὸ νευρῶδες. GAL.Vigueur,force.ITALIC.*Vigore,forza.* GERMA. Sterckte. HISP. *Neruoſidad,fuerça.*ANGLIC.*Strength or hauing of many ſinewis.*}

NĔRUĪCĔUS,a,um,Quod eſt ex neruo.{ νευρικὸς.GALLI C.De nerf.ITA. *Di neruo.*GER.Das auß aderen iſt.HIS.*Coſa de materia di nieruos.* ANG. *Of aſinew.*}

NĔRUĪCŭS,a,um,Dicitur qui neruis laborat.{ νευρικὸς.GALL.Qui a douleur de nerfs,qui a les nerfs debilitez. ITALIC. *Chepatiſce infirmità di nierui.*GERMANI.Der an dem gedder etwas kranckheit oder geprästen hat. HISPANIC.*El que padeſce el mal de los nieruos.*ANGLIC.*That hath the gourt or doulenr in the ſinews.*}*Vitru.lib.4.*Aquæ neruicos & podagricos efficiunt,ſulphuroſi fontes neruorum labores reficiunt. Ita enim legit Calepinus,quum tamen in omnibus exemplaribus Neuricos legamus,vt proculdubio legendum eſt.Fit enim à Græca dictione νῆρες, quæ nobis neruum ſonat.

NĔRVĬĪ,νέρβιοι,Fuerunt populi inter Belgas Attrebatibus vicini, ad Scaldem fluuium,omnium Belgarum fortiſſimi, & maximè feri:*de quibus Cæſar li.2.Comment.meminit.*Hi nunc *Tornacenſes* dicuntur Vulgò *Tornay.*{ GER. Das Hennigaw oder Dörnic.}

NERVLANI,Populi in Latio iuxta Romam, quorum meminit *Plin.lib. 3.cap.5.*

NERVLVM , Oppidum in Lucanis,quod vi captum repentino aduentu AEmilij teſtatur *Liu.li.9.ab vrb.cond.* ¶ Inde Nerulonenſes dicti ſunt. *Sueton.in Auguſto.*Manibus colybo decoloratis Nerulonenſis mẽſarij.

NESA,Regio montana iuxta AEtnam.

[Neſapus,qui non ſapit,*(inquit Terent.Scaurus de Orthographia)* quia ne, pro non, antiqui dicebant.]

NĔSCĬO,is,Ignoro,me fugit,me præterit:ex Ne,& Scio.{ לא ידע *lo jadhaʃ.*ἀγνοῶ,ἀγνοῶδα. GAL.Ne ſauoir,ignorer.ITA.*Non ſapere.*GER.Nicht wiſſen. HISP.*No ſaber.* ANGLI. *No to knaw,to be vnskilfull or ignorant.* [Neſcio debet proferri vt ſyllabæ poſteriori ſyllabæ hæreat.Nam venit à Ne.i.Non,& ſcio.*Terent.Scaurus de Orthogr.Plaut.Amphi.*Me miſeram,quid agam neſcio.*Plau.Aſin.ſc.1.a.1.* Verum meam vxorem neſcis qualis ſiet.*Plaut.Aul.prolog.*Illa illum neſcit. *Plaut.Mil.ſc.5.a.2.* Quin ex hoc rogem quod neſciam? *Plaut.Curc.ſc.3.a.5.* Vehementer te perire cupio,Ne tu me neſcias.*Pla.Milit.ſc.3.a.2.* Quid fuat me neſcio.*Plaut.Pſeud.ſc.1.a.1.*Atque id,vnde futurum dicam,neſcio.] *Cic.li de Orat.*Nemo in eo,quod neſciat,diſertus eſſe poteſt. *Terẽ.in Eunuch.* tu pol ſi ſapis,Quod ſcis,neſcis,neque de Eunucho,neque de vitio virginis.Donatus admonet eſſe prouerbium, Quod ſcis,neſcis,ſumptum à Dialecticorum ludis, in quibus huiuſmodi quidam ſcrupi proponi ſolent,Facio,& non facio,Sum amicus & non ſum amicus, Audio,& non audio.Hoc autẽ prouerbio ſumma taciturnitas,certáque in tacẽdo fides ſignificatur:dum quis videlicet quod ſcit perinde continet,ac diſſimulat,quaſi neſciat.*Simile eſt in Heaut.*Tu neſcis quòd ſcis,Dromo,ſi ſapies.D.mutum dices. ¶ Neſcio quid,locutionis forma, quoties rem aliquam,eiúſve cauſam nobis ignotam eſſe volumus ſignificare. *Terent.in Heaut.* Neſcio quid triſtis eſt,non temerè eſt,metuo quid ſiet.*Cic.pro Quintio,*Poſteaquam neſcio quid impendit,& in cõmune contulit,mediocri quæſtu contentus eſſe non poterat.*Terent.in Heaut.* Faciam ſed neſcio quid profectò mihi animus præſagit mali. [*Plau.Men.ſc.2.a.5.*Neſcio quid velitati eſtis inter vos. Tu breue neſcio quid victæ telluris habebas.*Ouid.2.Faſt.*Hoc quoque neſcio quid noſtris appone libellis.*Ouid.*] ¶ Neſcio quis *Cic.de Amicit.*Quinetiam ſiquis aſperitate ea eſt,& immanitate naturæ vt hominſi cõgreſſus fugiat,atque oderit,qualem fuiſſe Athenis Timonem neſcio quem accepimus.[Ibi neſcio quis maxima voce exclamat.*Plaut.Amph.*Ibi neſcio quis me accepit.*Plaut.Curc.ſc.2.a.5.*Neſcio quem loqui autumat: *Plaut.Amphit.*Cum altero neſcio quo oſculantem vidi.*Plau.Mil.ſc.3. a.1.*Terráque neſcio quo non placet iſta modo. *Ouid.Eleg.3.lib.3.Triſt.* Neſcio qui herum ſublimem ferunt.*Plau.Menæch.ſc.6.a.5.*] ¶ Neſcio quomodo.*Cicero de Amicitia,*Serpit enim neſcio quomodo per omnẽ vitam amicitia.Neſcio quo pacto *Idem de Amicitia.* ¶ Neſcire Latinè. *Cicero de Clar.Orat.* Non enim tam præclarum eſt ſcire Latinè,quàm turpe neſcire. ¶ Neſcitur.*Cicero ad Atticum lib.7.*Inde vtrum conſiſtere vſpiam velit an mare tranſire neſcitur. *Idem 4.Acad.* Vt ſtellarum numerus par an impar ſit,neſciatur. [Neſcire aliquem pro Non cognoſcere.*Plautus Menæch.*Quem tu hominem me arbitrare?v.neſcio te ego?M.Scis tu me?v.non te noui?*Vbi* Neſcio te ego?*ſignificat,* Putas te mihi non eſſe notiſſimum.* Neſcio,cum Infinitiuo. Neſcis nec in pace nec in bello viuere.*Cicero.*

NESCĬUS,a,um,Ignarus,qui aliquid neſcit,ſiue ignorat.{ ἀγνοῶν.GAL. Qui ne ſait ou ne cognoit point, ignorant. ITA. *Ignorante,che non ſa.* GERM. Vnwyſſend/das kein wyſſen tregt.HIS. *No ſabidor.* ANG.*Vnskil, full,ignorant.*} *Cicero Famil.1.ad Luceium.* Neque tamen hæc quum ſcribebam,eram neſcius,quantis oneribus premerere ſuſceptarum rerum,& iam inſtitutarum.id eſt neque tamen ignorabam.*Idem pro Deiotaro,*Iratum te regi Deitaro fuiſſe non erant neſcij. *Virgil.1.AEneid.* Neſcia mens hominum fati,ſortiſque futuræ.*Idem 4.Georgic.*Neſciáq; humanis precibus manſueſcere corda. [Viuit (attonitus) Et eſt vitæ neſcius ipſe ſuæ.*Ouid.Eleg.3.lib.1.Triſtium.* Neſciáque eſt vocis quod barbara lingua Latinæ.*Ouidius Eleg.3.lib.5.Triſt.*Quod neſcibo id neſcium tradam tibi.*Plaut.Men.ſc.vlt.a.5.& Capt.ſc.2.a.2.*] ¶ Interdum paſſiuè accipitur pro ignoto,ſiue incognito.*Plautus in Rudente,* Nunc tibi amplectimur genua, egentes opum,quæ in locis neſciis Neſcia ſpe ſumus,vt tuo recipias tecto,ſeruéſque nos.Id eſt in locis incognitis,& incerta ſpe.[*Vide Gellium cap.12.lib.9.*]

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

NĒĀĒĪ, es, siue Nesæa, æ, νησαία. Nympha marina, Nerei & Doridis filia, παρὰ τὸ νέω. hoc est à natando dicta. *Autor Hesiodus in Theog.*

NESEI, Populi Indiæ: Oceano proximi. *de quibus Plin.lib.6.cap.20.*

NĒSION, νησίον, Insula in Campano littore inter Pausilypum & Puteolos, quæ alio nomine dicitur Nesis, νησὶς. *Lucanus*, Tali spiramine nesis. Huius nominis obliquos producit Papinius, Syluáque quæ fixam Pelago Nesida coronat. Item *Sannazar Eclog.* 1. Huc illuc dum Pausilypi latus omne pererro, Piscosámque lego celer, Nesida Phaselo. [*Senec. Epist.*54.]

NESPETVS, νεσπετος, vrbs Italiæ, Gentile, Nespesinus. *Stephan.*

NESSON, νέσσων, vrbs Thessaliæ, Gentile Nessonites. *Steph.*

NĒSSVS, νέσσος, Nomen est Centauri Ixionis, & Nubis filij: qui quum Deianiram rapere vellet, ab Hercule sagitta confixus est. {GERM. Ein Centaurus welcher dem Hercules sein fraw die Deianiram hatt entfüren wöllen/vnd von im erschossen worden.} Vide fabulam latius *apud Ouid.lib.9. Metam.* Inde

NĒSSĒus, a, um, pen.prod. *Ouid.in Epigr* Deianira, Illira Nesseo misi tibi texta veneno.

NESSOTROPHION, penult. product. {νησοτροφεῖον. ANG. A *place or coope where drakes or anckes or keept to be madefatte.*} Locus vbi anates claudæ aluntur & pascuntur. νῆσσαι anates Græcis dicuntur, & τρέφω, alo. *Colum. lib.8.cap.15.* Media deinde parte nessotrophij lacus defoditur in duos pedes altitudinis, spatiúmque longitudini datur & latitudini quantum loci conditio permittit.

NĒSTOR, νέστωρ. Filius fuit Nelei & Cloridis, *teste Homero lib.Odyss.*11. qui adhuc adolescens bellum gessit, etiam tum viuo patre, aduersus Epeos Peloponnesi populos, qui postea Elij dicti sunt: & deinde quum Pirithoi nuptiis interesset, aduersus Centauros, qui Hippodamiam rapere conabantur, strenuè pugnauit. Postremò belli Troiani tempore, iam senior effectus, *vt idem Homerus in secundo Iliados scribit*, quinquaginta nauibus cum reliquis Græcis principibus ad Troiam venit, quũ natus annos nonaginta, iam tertiam hominis ætatem viueret, *vt ipse ait apud Ouid.*12.*Metam.* quum trecentesimum annum ageret: vbi consilij dexteritate tantum Græcorum rebus profuit, vt Agamemnon profiteri non dubitaret, breui se Ilium fuisse expugnaturum, si decem sibi contigissent Nestores. Nam præter summam prudentiam ætatis diuturnitate collectam, tanta præterea eloquentia excelluit, vt ex eius ore melle dulcior fluere diceretur oratio. {GERM. Ein treffentlicher alter/weiser vnd wolberedter Griech.} Vxorem habuit Eurydicem Clymeni filiam, ex qua septem filios, & vnicam filiam suscepit. *Ouid. libr.*13. Qui licet eloquio fidum quoque Nestora vincat. [Non tamen efficiet desertum vt Nestora crimen Esse rear nullum. *Ouid.*13.*Metamorph.*]

NĒSTŌRĪDES, νεστορίδης, Patronymicum, & Nestorius, νεστόρειος, possessiuum.

NESTOS, νέστος, Vrbs & fluuius Illyriæ. Hinc Nestius, & regio, νεστὶς, *Steph. Vide* Naspus & Nestus.

NESTVS, νέστος, Thraciæ fluuius est, in Hæmo monte nascens, & Abderam vrbem præterfluens. {GERM. Ein fluß Thraciae/entspringt im berg Hemo.} *Vide Plin.lib.4.cap.*11.

NESVS, νῆσος, Græcè, quod Latinè insula. Est & Nesus vrbs Iberica. *Steph.*

NESSVS, νεσσὸς, Thraciæ vrbs condita à Constantino Imperatore, patria eiusdem. *Steph.autor.*

Nĕu, pro Néve, abiecta vltima litera per apocopen. {וְלֹא *velò.* μήτε. GAL. Que non. ITA. *Che non.* GER. Das nicht. HISP. *Que no.* ANGL. *That nether.*} *Virg.*2.*Æneid.* Neu recipi portis, aut duci in mœnia possit. ¶ Hæc particula geminata elegantem vim habet. *Cæsar lib.*1. *belli Ciuilis*, Flens Petreius manipulos circuit, militésque appellat: neu se neu Pompeium absentem Imperatorem suum aduersarijs ad supplicium tradant, obsecrat. [Operam obsecro mihi des, neu sinas mihi fieri tantam iniuriam. *Plaut.Men. sc.*7.*a.*5.]

NEVCERIA, νουκερία, vrbs est Vmbriæ, *Vide* Nuceria.

Nĕuĕ, idem quod Ne aut: & interdum idem quod Neque. μήτε. *Cicero*; Pero à te ne id à me, néve in hoc reo, néve in aliis quæras. *Idem in Orat.* Néve vastius syllabæ deducantur.

NEVIVS, *Vide* Nœuius.

Nĕuŏlo, neuis, neuult, quasi Non volo, vel Nolò. *Plau.in Trinummo*, Filiam meam tibi desponsatam esse audio, nisi tu neuis. [Nolo faciat. At enim nequicquam neuis. *Plaut. Pseud. sc.*5. *a.*1. Nisi neuis. *Idem Curc. sc.*1. *a.*1. Neuult. *Idem Mostel. sc.*2. *a.*1. ἐν ἰάμβοις. *Titinius Setina*, Ipsius quidem, hercle, ducere sanè neuult. *Ex Nonio.*

Nĕurās, adis, νεῦρα: Ionum lingua herba appellata est, quæ alio nomine Poterion dicitur, neruorum dissolutiones iuuans: vnde & nomen accepit. Nam quos neruos Latini, Græci τὰ νεῦρα appellant. Hæc etiam in vino pota, ranarum quas Rubetas nominant, veneno medetur. Vnde & Phrynion vocatur. *Plin.*25.*cap.*10. Sunt & ranis venena, rubetis maxime. Auxiliatur Phrynion in vino potum. Aliqui neurada appellant, alij poterion, &c. Eadem & Paronychia appellatur, quòd πρὸς παρονυχίας, hoc est absessibus circa vngues medeatur.

NEVRIS, ίδος, νευρὶς, Insula est Propontidis, Cyzico adiacens, aliis nominibus Elaphonnesus, & Proconnesus dicta. *Autor Plin.lib.*5.*cap.vlt.*

NĒVRI, νεῦροι, Populi Scythiæ Europeæ, ad Borysthenem amnem: quorum meminit *Plin.lib.*4.*cap.*12.

Nĕurĭs, ίδος, νευρὶς. Herba quam alij solanum, alij vesicariam appellant. *Dioscor.libr.*4.*cap.*74. *& 75. Hermolaus in eundem.*

Nĕurŏbātæ, νευροβάται, penult. correpta. Qui omnifariam prorepunt, qui ambulant super neruos & funes nerueos. Nam τὰ νεῦρα Græci neruos dicunt. *Iul.Firm.lib.*7. *Matheseos*, Oriente Ingeniculo, quem γόνυ Græci appellant, natium testimonio vero Martis & Lunæ, erunt funambuli, oribatæ, neutrobatæ, & qui talia pertractent.

Nĕurŏĭdēs, νευροειδὴς, Species est syluestris lactucæ: quæ alio nomine Limonium appellatur, multò minoribus foliis quàm Beta satiua, vndecim interdum caules habens. *Autor Plin. lib.*20.*cap.*8.

Nĕurŏspăstŏn, νευροσπαστον, Herba est quam Græcos κυνόβατον. Lat. Rubum caninum appellant. Folium habet vestigio hominis simile, vuam autem nigram, in cuius acino neruum habet: vnde & nomen accepit. *Autor Plin.libr.* 24. *cap.* 14. Sunt item Neurospasta, imagunculæ, quæ neruis quibusdam, & fidiculis occultis mouentur, perinde ac si viuerent. *Vide Cœlium Rhod. li.*7. *cap.* 16. *Horat.* 2. *Serm. Satyr.* 7. Duceris vt neruis alienis mobile lignum. Vt, *inquit*, fidiculis neurospasta mo-

uentur, sic tua libidine, vt neruis aut fidicula traheris: *Hæc Turnebus.* Hoc se habuisse in suis aduersariis Lambinus etiam affirmat, vbi eum locum interpretatur.

Nĕutĕr, neutra, neutrum. {οὐδέτερος, μηδέτερος. GAL. Ne l'vn ne l'autre ITA. *Ne l'vno ne l'altro.* GER. Keiner weder diser noch ihener. HISPA. *Ni vno ni otro de dos.* ANG. *Nether the one nor the other.*} In genitiuo Neutrius olim etiam Neutri Neutræ, quemadmodum Nullus, Solus, & similia. ¶ Est autem Neuter, Vtrique contrarium, significátque, Nec hic, nec ille. Dicendum autem est, Neuter alterum, non autem Neuter neutrum: nam si ita efferimus, Neuter alterum diligit, hoc significat, neque ille hunc diligit, neque hic illum. Quòd si Neuter neutrum dicimus, perinde est ac si hoc dictum sit, ne se quidem ipsum vtrunque diligere. [Quoties edixi vt neuter ires ad me cum querimonia. *Plaut. Menæch.sc.*2.*a.*5. P. Nos non nouisti. P. Neutrum noui. *Plaut.Mil.sc.*5.*a.* 2. Sit in neutrum conspiciendus eques (.i. neque diuitiis, neque paupertate) *Ouid.Eleg.*1.*libro* 2.*Trist.*]

Nĕutrō, aduerbium significat nec ad vnam partem, nec ad aliam. {μηδετέρωσε. GAL. Ne vers vn costé ne vers l'autre. ITA. *Ne nell' vno, ne nell' altro luogo.* GERM. weder auff dise noch auff ihene seiten. HISPA. *Ni à vna parte ni à otra.* ANG. *Nether tho the one part nor to the other.*} *Li.*5 *ab Vrbe.* Et neutrò inclinata spe torpebat, id est in neutram partem.

Nĕutrālis, & hoc trale, Vulgò Grammaticis vox vsitata. {οὐδέτερος. GAL. Neutre. ITA. *Neutrale.* GERMA. Das der zweien keins ist/Vnpartheyisch. HISPANIC. *Cosa neutral, de ninguna parte.* ANG. *Neutrall, of none of the twoo.*} *Quint.lib.*1.*cap.*4. Aut quæ fœminina positione mares, aut neutrali fœminas significant.

Nĕutrōbī, Idem quod Neutrò. *apud Plaut. in Aulul.* [*sc.* 4. *a.*1.] & te vrar iniquiore & meus me ordo irrideat, Neutrobi habeam stabile stabulum.

Nĕutĭquam, Nequaquam, vel nullo modo. {לֹא בְּדֹן *éphes. μηδαμῶς.* GAL. Nullement, en nulle maniere. ITA. *In niuna maniera, per niente, à nissun modo.* GERMANIC. Gantz gar nicht/keins wegs. HISP. *En ninguna manera.* ANGLIC. *No in no wise.*} Habet enim aliquid assertionis. *Terent.in Hecyr.* Illud visum est Pamphilo neutiquam graue. [Id neutiquam mihi placet. *Plaut. capt.sc.*4.*a.*3. *Vide Gell.cap.*13.*lib.*16.]

Nĕx, cis, Propriè mors, quæ ferro, aut alia vi fit, violenta mors. {πὶθ *máueth.* φόνος GAL. Mort. ITALIC. *Morte.* GERMA. Der todt. HISP. *La muerte violenta.* ANGLIC. *Death.*} Neci datus dicitur, qui quouis modo interfectus est: quamuis Festus neci datum intelligi velit, qui sine vulnere interfectus est, vt veneno aut fame. *Ausonius in Monosyllabis*, Sera venenato potu abstulit Annibalem nex Sisenna. Quoniam neque mea nex neque intercessio posse videtur illorum dementem reprimere audaciam. *Cicer.pro Milone*, Insidiatori verò, & latroni quæ potest afferri iniusta nex? In necem alterius aliquid facere, id est in damnum & fortunarum euersionem. *Vlpian. de crim.stellionatus*, Si quis impostura fecerit, vel collusionem in necem alterius. *Cæs.*6.*bell.Gall.* Viri in vxores, sicut in liberos, vitæ, necísque habent potestatem. Artifices necis, qui nouum aliquod necis genus comminiscuntur. *Ouid. de Arte*, neque enim lex iustior vlla est, Quàm necis artifices arte perire sua. [Tantus amor necis est. *Idem Eleg.*8.*libro* 3.*Trist.* Et illi pro mercede complexus dedit. *Ouid. Eleg.*4. *libro* 4.*Trist.* Ergò aut exilio vires subduxit Achiuis: aut nece (Palamedis) *Idem* 13. *Metamorph.*] Necem à Gtæco dici certum est (*inquit Festus*) νεκρὸν enim mortuum dicunt Græci.

Nexum, xi, & nexus, us, Abalienatio ciuilis quædam est quæ fiebat per æs & libram, id est, ære nummóve aliquo percussa libra, quo pacto solutio repræsentabatur. *Cicer.pro Cæcinn.* Sylla ita tulit, vt non sustulerit horum nexa atque hæreditates. *Idem de Orator.* Nexum quod per libram agitur. *Idem in paradox.* Mancipia quæ sunt dominorum facta nexu aut aliquo iure ciuili. ¶ Et quoniam qui abalienabat, alteri obligatus erat, nexus ponitur etiam pro vinculo obligationis. *Vlpianus lege* 26.*D.de cond.indeb.* Si emptor fundi damnauerit hæredem suum, vt venditorem nexu venditi liberaret, id est, obligatione de re vendita præstanda. ¶ Transfertur hoc nomen eleganter & ad alia. *Cicer. in Epist.* Atticus noster cuius quando proprium te esse scribis mancipio & nexu: meum autem vsu & fructu, cõtentus isto sum. *Idem paulò pòst*, Sum enim χρήσει τοῦ tuus, κτήσει ὃ Attici nostri: ergo fructus est tuus, mancipium illius.

Nexŭs, a, um, Aptus, coniunctus. *Cic.in Tusc.* Omnes virtutes inter se nexæ & iugatæ sunt. *Idem de Diuinat.* Cum causa causæ nexa rem ex se gignit. *Idem de fato*, Ex æternitate quædam vera esse, & ea non esse nexa causis æternis, & à fati necessitate esse libera.

N ante I.

Ni, pro Nisi, per apocopen, id est, Si non, subiunctiuo iungitur. {לוּלֵי *lulé.* εἰ μή. GALLIC. Si non, si ne. ITAL. *Si non.* GERMA. wo nicht. HISPA. *Si no.*} *Terent.in Phorm.* Nam ni hæc ita essent, cum illo haud starés. [Dij me perdant si ego tui quicquam abstuli, nive adeò abstuliss vellem. *Plaut. Aulul.sc.*3 *a.*4. Dij me faciunt quid volunt, ni te liberasso, & ni scapham enicasso. *Plaut. Mostel.* (*c.*3.*a.*1. Ni mala, ni stulta sis, ni indomita, pro nisi esses. *Plaut. Menæch.sc.*2. *a.*1. Quid ego ni negem, pro Quidni. *Plaut. Amphitr. sc.*1.*a.*1. Quippe ego te ni contemnam (.i. quidni. *Plaut.Pseud.sc.*1.*a.*4. Ni piget *vide* piget. ¶ Nisi si, *Seneca sæpius, vt cap.*13. *de Tranquill. & Plaut.Menæch.sc.*1.*a.*2. Nisi si historiam scribimus. pro nisi. *Idem.* Nisi si aliquam astutiam machinor. *Plaut. Capt. sc.* 3. *a.*1. Pudica est nisi si est osculando impudicior. *Plaut. Curc.sc.*1.*a.*1. ¶ Nisi ne: *Plaut. Curcul. sc.* 1.*a.*1. ¶ Nisi neuis. *vide* neuolo. ¶ Nisi pro si non. Quid tibi in meis ædibus erat negotij nisi ego iusseram. *Plaut. Aulul. sc.*2. *a.*3. ¶ Pro Sed: Exit domo. S. Domo. P. Te vidente. Video. Nisi mirum est facinus, qui potuerit hùc transire. *Plaut. Mili.sc.*4. *a.*2. ¶ Pro Præter: Si tamen extinctis aliquid nisi nomina restant. *Ouid. Eleg. vlt. lib.*3. *Trist.* Nisi minantis: Nisi mihi vasa reddi iubet. *Plaut. Milit. sc.*3.*a.*2. Nisi refers. *Plau. Aulul.sc.*1.*a.*1.] ¶ Quandoque etiam indicatiuo. *Terent.in And.* Mirum ni domi est, Vbi sciendum est, Ni, Nisi, Quàm, & Præterquam semper repetere eosdem casus qui præcesserunt: vt, Quid est animal, nisi corpus cum anima concretum. ὃν μή. Nulli placet, præterquam mihi. Præter verò semper exigit accusatiuum: vt, Nulli placet, præter me. ¶ Ponitur interdum Ni, pro Ne. *Virgil.*3.*Æneid.* Inter vtranque viam lethi discri-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

mine paruo, Ni teneant cursus, certum est dare lintea retro. *Quemadmodum locum vide ea quæ annotauimus Seruius. Plaut.* Ni stulta mi. Hæc particula etiam nonnunquam vsurpata est in sponsionibus & in iudicio recuperatorio. *Cic. in Verr. Act. 4.* Sponsio facta est cum cognitore tuo Apronio de fortunis tuis omnibus, ni socium te sibi in decumis dictitaret. Idem P. Rabirius Apronium in sponsione lacessiuit, ni Apronius dictaret te sibi in decumis esse socium. *Hæc Bud. in Epist.* ¶ Interdum Nisi aduersatiuæ particulæ vim habet, vt idem ferè significet quod Sed. *Cic. lib. 13. Epist. Famil.* De te nihil possum iudicare, nisi illud mihi certè persuadeo, te talem virum nihil temere fecisse. *Ibidem.* Nec cur illa tantopere contendat video, nec cur tu repugnes, nisi tamen multo minus tibi concedi potest, quàm illi, laborare sine causa. [Quid mihi, nisi malum, vestra opera est. *Plaut. Pseud. sc. 2 a. 1.* Nihil metuo, nisi ne medius dirumpar miser. *Plau. Curc. sc. 1. a. 2* Nisi occupo mihi aliquod consilium, hi me ad se auferent. *Plau. Men. sc. 2. a. 5.* Id vnde futurum dicam nescio, nisi quia futurum est. *Plau. Pseud. sc. 1. a. 1.* Meus est nisi me. *Plaut. Pseud. sc. 3. a. 1.* Hoc te nisi fortè non vis monitum volui. *Plaut. Capt. sc. 2. a. 2.* Nisi quidem ambulauit dormiens. *Plaut. Mil. sc. 3. a. 2.* Nisi quis meliorem conditionem afferat. *Plaut. Capt. sc. 2. a. 1.* Non sum qui sum, nisi hanc iniuriam vltus fuero. *Plaut. Men. sc. 2. a. 3.* Quis igitur nisi vos narrauit mihi. *Plaut. Amphitr.* Eo ad forum nisi quid vis. *Plaut. Asin. sc. 1. a. 1.* Nisi quidem mauis agitari virgis. *Plaut. Milit. sc. 2. a. 2.* Nisi vnum hoc faciam, vt in puteo cœnam coquant. *Plaut. Aul. sc. 4. a. 2.* Nisi quidem vestra crura nihili penditis. *Plau. Men. sc. 6. a. 5.* Nihil paueo, nisi vnum. *Plaut. Men. sc. 2. a. 4.* * Item Hortensius, Omnibus oratoribus, nisi M. Tullio, clarior. *Gell. cap. 5. lib. 1.*] Cum adverbio Mirum venuste coniungitur. *Cic. de Ora. 2.* Quid ploras pater? mirum ni cantem. [*Plaut. Pseud. sc. 7. a. 4.* Tu nisi mirum est, perdidisti mulierem.]

NIAETHOS, lege NEAETHVS.

NIBIS, νίβις, Vrbs AEgypti. Gentile Nibites. *Steph.*

NICAEARCHVS, νικαίαρχος, Pictor fuit sua ætate eximius: qui inter alia Venerem inter Gratias & Cupidinem pinxit & Herculem tristem insaniæ pœnitentia. *Plin. 35. cap. 11.*

NICANDER, νικανδρος, vel Nicandrus, Colophonius Grammaticus, & Poeta Medicus tempore Attali illius, qui Gallogræcos vicit. Scripsit de Theriacis, alexipharmacis, & de agricultura. Præterea Curationum collationes, & Prognostica Hippocratis versibus edidit, aliáque complura. *Autor Suidas. Cic. de Orat.* Nicãdrus homo ab agro remotissimus, de agricultura tamen diligentissime scripsit, tanta vis est eloquentiæ.

NICANOR, νικάνωρ, pen. prod. Alexandrinus Grammaticus, sub Adriano principe, æqualis Hermippo Berytio: *cuius scripta enumerantur à Suida.*

NICARCHVS, νικάρχος, Philosophus fuit Corinthius, sub Periandro, *cuius meminit Plutarchus in Sympos. septem Sapientum.*

NICASIA, νικασία, Insula est exigua circa Naxum: à qua insulani Nicasij, νικάσιοι, appellantur. *Steph.*

NICATOR, νικάτωρ, Cognomen fuit Seleuci potentissimi regis, (*vt Appianus autor est in Syriacis*) bello semper inuicti.

NICATORIS, νικάτορις, Syriæ oppidum, à Seleuco Nicatore conditore ita appellatum: cuius incolæ dicuntur Nicatoriæ. *Stephanus.*

Nicerotianum, νικηρατιανὸν, Laudatissimi vnguenti genus, ita dictum ab artifice Nicerote. *Martial. lib. 6.* Laudas pinguia Nicerotiana.

NICEA, Siue potius Niceæ per diphthongũ, νίκαια, *Stephano & Suidæ*, multarum vrbium nomen est, quarum vna est Galliæ, non procul à Varo fluuio, à Massilienſibus condita. Altera Asiæ & Bithyniæ metropolis, quam primus Antigonus Philippi filius condidit, & Antigoniam nominauit. Postea Lysimachus à nomine vxoris, Antipatri filiæ, Niceam appellauit. Vrbis ambitus stadiorum sexaginta fuit, in figura quadrata in campo sita. Habuit quatuor portas ad rectos angulos: quæ ex vno lapide, qui ad medium gymnasium positus erat, omnes cernebantur. Hic iubente Constantino clarissima illa synodus celebrata est, trecentorum decem & octo episcoporum, in qua perfidum Arrij dogma cõuulsum sublatúmque est. ¶ Tertiam huius nominis vrbem *Stephanus* apud Locros Epicnemidios constituit: quartam in Illyride: quintam in India: sextam in Corsica insula: septima in Leuctris Bœotiæ: & octauam in Thracia.

NICEPHORIVM, rij, νικηφόριον, Oppidum est Mesopotamiæ, non procul ab Euphrate fluuio, ab Alexandro magno conditum. *Autor Plin. lib. 6. cap. 26.*

NICETES, νικήτης. Smyrnæus sophista, Adriano principi gratissimus ab eóque Musæo AEgyptio ascriptus. Quum causas tentaret, foro etiam aptissimus videbatur. Adeò ingenium ad vtranque dicendi rationem accommodauit, vt genus iudiciale sophistica quadam facultate exornauerit: sophisticum verò & vmbratile forensibus aculeis roborauerit. Genus dicendi antiquum, & politum retinuit, lasciuus nihilominus, & dithyrambicus visus. *Ex Philostrato.*

NICIAS, νικίας, Pyrrhi medicus, qui olim ad Fabricium veniens, ei promisit Pyrrhum se veneno necaturum. At ille auersatus facinus Pyrrho rescripsit vt à Nicia sibi caueret. *Curtius.* ¶ Nicias Grammaticus Romæ familiaris Pompeio & Ciceroni, qui eius in epistola quadam ad Atticum meminit: item Epistola ad Dolabellam. *Tranquillus.* ¶ Nicias item nomen viri Athenienſis nobilissimi. Aristoteles scribit tres viros Athenis eodem tempore æquè potentes fuisse, Niciam Nicerati, Thucydidem Myleſium, & Theramenem Anonis. Thucydides his natu aliquantum maior, multa cum Pericle clara pro Republica gessit. Post mortem Periclis ad Niciam primæ partes delatæ sunt. Missus igitur imperator vnà cum Demosthene altero duce contra Syracusanos, qui Gilippum Lacedæmoniorum ducem auxilio accersiuerant, infœliciter pugnantes ambo à Syracusanis, in bello capti sunt, in carcerémque coniecti, sibi manus intulere. Nicias Marco Crasso ex nostris comparatur à Plutarcho in Parallelis: quòd & diuitiis abundauerit, & eundẽ ferè exitum hic apud Siculos, ille apud Parthos inuenerit. ¶ Nicias alius Athenienſis pictor, qui *teste Plin. lib. 35. cap. 11.* diligentissimè mulieres pinxit, lumen & vmbras custodiuit: atque vt eminerent è tabulis picturæ maxime curauit. Hic eam in artem tãta contentione animi incubuisse dicitur, vt cibum sumere sæpe oblitus sit. *AElianus de varia historia.*

Nicẽteriã, { νικητήρια. ANGLIC. *Rewardes of games for victorie, as rings, collars of gold.* } Sunt præmia relata ex victoria, vt torques. *Iuuenal. Satyr. 3.* Et ceromatico fert niceteria collo. Dicta Niceteria, à νίκη, quod est vinco. ¶ Niceteria præterea dicuntur sacrificia, & publica conuiuia, quæ victoria adepta victores facere solent. *Budæus in Pand.*

NICO, νίκων, Fuit vnus ex tredecim principibus Tarentinorum, qui conſiurarunt in Annibalem: tandemque comprehensus cum Philomele, ad Annibalem deductus est. *De quo Liu. Decad. 3.*

NICOCREON, ontis, νικοκρέων, Cypriorum tyrannus, qui Anaxarchum philosophum malleis ferreis cædi iussit. *Vide* ANAXARCHVS.

NICOLAVS, Damascenus, Νικόλαος ὁ Δαμασκηνός, Peripateticæ sectæ philosophus, Herodi Iudæorum tetrarchæ & Augusto Cæsari familiaris, qui vniuersarum rerum historiam libris 80. complexus est. ¶ Nicolaus alius fuit ex Myra Lyciæ ciuitate, flagrantissimus Christianæ religionis propagator, qui sub Constantino Cæsare vixit. ¶ Fuit item Nicolaus quidam Sophista, ex eadem vrbe oriundus, Dioscoridis Grammatici frater, qui artem Rhetoricam conscripsit, & Meditationes quasdam. *De his omnibus vide plura apud Suid.*

NICOMACHVS, pen. corr. νικόμαχος. Nomen patris Aristotelis philosophi. ¶ Nicomachos quinque tradit Suidas: primum ex Alexandria Troadis, poëtam tragicum, qui scripsit tragœdias vndecim, Secundum Athenienſem, item tragicum qui vicit Euripidem & Theognim, Nicomachum item Medicum, Machaonis filium, Æsculapij nepotem qui scripsit de medicina libros sex, & de philosophia vnum. Reliquos duos, patrem & filium Aristotelis recensẽt ambos medicos: quorum filius scripsit commentarios in Physica patris. Sextum Nicomachum addit Plinius pictorem, Aristodemi filium & discipulum, qui pinxit raptum Proserpinæ (quæ tabula fuit Romæ in delubro Mineruæ in Capitolio, supra ædiculam Iuuentutis) Scyllámque quæ erat in templo pacis. *Autor Plin. lib. 35. cap. 2.*

NICOMEDES, νικομήδης, penu. prod. Nomen regis Bithyniæ, Romanorum maximè studiosi, qui olim raso capite sumpsit pileũ, & se Romanorũ libertum vocauit. Hic in adolescentia eo nomine malè audiuit, quòd turpi obsequio sibi Cæsarem crederetur consciasse.

NICOMEDIA, νικομήδεια. Vulgò *Nichor*, nautis *Comidia*. Ciuitas Bithyniæ à Nicomede rege qui eam condidit, appellata. { GER. *Ein stat in Bithynia.* vulgò Nichot, nautis Comidia. } In huius vrbis villa Magnus Constantinus obiit, qui quum vellet in Iordane fluuio baptizari, atque idcirco Hierosolymam peteret, morte præuentus ab Eusebio Nicomedienſi episcopo, Arrianæ perfidiæ sectatore, baptizatus est. Quæ res Christiani principis fidem apud plerosque in dubium vertit. Sed non est verisimile eum principem qui per omnem vitam Arriani dogmatis hostis fuerat, in extremo spiritu ei dementiæ consensisse, quam summo studio de suo imperio prius eliminauerat.

NICONIA, æ, νικωνία, Oppidum est Ponti ad Istri fluminis ostia, cuius incolæ dicuntur Niconiatæ. *Autor Stephanus & Strabo libro 7.*

NICOPHANES, νικοφάνης, penul. corr. Nomen pictoris insignis, cuius meminit *Plin. lib. 35. cap. 10.* Annumeratur (*inquit*) his & Nicophanes, elegans & concinnus, ira vt vetusta opera pingeret propter æternitatem rerum impetuosi animi, & cui pauci comparentur. Cothurnus ei & grauitas artis.

Nicophoros, νικηφόρος, Frutex est, ex generibus hederæ, alio nomine Smilax appellatus. *Vide Plin. lib. 24. cap. eod.*

NICOPOLIS, νικόπολις. Vulgò *Preueſia*, Ciuitas Epiri à victoria Augusti sic appellata, qui quum Cleopatram, & M. Antonium apud Actium prælio superasset, in proximo littore vrbem condidit, & à victoria sua Nicopolin appellauit. { GER. *Ein stat in Epiro heißt ietz Preueſa.* } ¶ Est & Nicopolis alia in Bithynia: item tertia in minori Armenia: & quarta inter Ciliciam & Syriam, ab Alexandri victoria ita appellata qui ibi Darium superauit, quum antea Issus diceretur.

NICOSTRATA, νικοστράτη, Euandri mater, quæ quòd fatidica esset, à carminibus Latinè Carmenta est appellata.

NICOSTRATVS, νικόστρατος, Macedo, orator inter decem secundus, tempore M. Antonij, & Dionis Chrysostomi, & Aristidis Oratoris æqualis, scripsit nonnulla, *vt autor est Suidas.* ¶ Fuit item alter Nicostratus poeta comicus, *cuius meminit Athenæus in Dipnosop.* Nicostratus citharœdus, & Laodocus, quum inter se certarent, dixit Nicostratus Laodocum esse in magna arte paruum, se autem in parua magnum, satiúsque esse non domum diuitiis, sed artem studio & diligentia augere. *Ælianus de varia historia.* [¶ Nicostrati *Quintilianus meminit*, quem senem se adolescentem ait vidisse. Sed intelligit Pancratiastem, *de quo Pausanias.*]

Nicto, is, Ad canes pertinet, quum sentiunt odorem leporum seu perdicum. {ἰύζω. GAL. Iaper, vrler. ITAL. *Osmare.* GERM. Dem gespor nach leis bellen, wirt eigentlich von den hunden verstanden. HISP. *Gannir.* ANG. *To yaulpe lyk a dogge when he hath the sente of a thing.* } *Festus*, Nictit canis in odorandis vestigiis ferarum leniter gannitus: *vt Ennius lib. 10.* Veluti si quando vinculis venatica veneno capta solet, si forte ex nare lagaci sensit, voce sua nictit, vlulat: quæ ibi accita est, vnde ipsa gannitio. *Hæc Festus.*

Nicto, as, frequentatiuum verbi Niueo, es. Est oculis signum dare, altero vel vtroque clauso. {קרץ *karáts. σκαδμάω.* GAL. Cligner les yeux, ITALI. *Far di cenno, accennare.* GER Mit den Augen winncken oder ein zeychen geben. HISPANI. *Hazer ò dar sennal con los ojos.* ANGLI. *To winck, to twinckle with the eyes.* } *Plaut. in Asina* [*sc. 1. a. 4.*] Nec illa vlli homini nutet, nictet, annuat. [Non hercle nuto, neque nicto tibi. *Plaut. Menæch. sc. 2. a. 4.*] *Plin. lib. 11.* Plerisque verò naturale est, vt nictare non cessent, quos pauidiotes accepimus. Pro eodem etiam legitur Nictor deponens. *Ibidem cap. 37.* Grauiores alitum inferiore gena connictor deponens. *Ibidem cap. 37.* Grauiores alitum inferiore gena connictor deponens. ¶ Nictari (*inquit, Festus*) est oculorum, & aliorum membrorum nisu sæpè aliquid conari, *Lucret. lib 4.* Hîc voi nictari nequeunt insistereque alis. ¶ Hinc deducuntur verbalia Nictatio & Nictus. *Cæci. in Pugil.* Tamen interlaudandum hunc timidum Tremulis palpebris percutere nictu: hic gaudere & mirarier. ¶ Compositum, est Annicto, quod est nictu alicui quippiam significo. ἐπισημαίνω. *Festus*, Annictat, sæpe leniter oculo annuit.

Nictatio

Nictatio, Oculorum concluſio & apertio. {גנה. GAL. Clignement des yeux. ITA. *Eſſo cennare con gli occhi.* GERMAN. winckung oder nickung mit den augen. HISPAN. *Obra de hazerò dar ſennal con los ojos.* ANGLIC. *A wincking or twynckling.*} *Plin.lib.*11.*cap.*37. Nec genæ quidem omnibus: ideo neque nictationes iis, quæ animal generant.

Nidāmentum, Locus vbi nidulantur aues, *apud Plau. in Rud.* In neruo mille hodie nidamenta congeret.

Nidĕo, des, dui, cuius compoſitum, Renideo in frequentiori eſt vſu, Reſplendeo, ſplendeo. {נגה *nagháh.* λάμπω. GAL. Reſplendir, reluire. ITA. *Splendere.* GERM. Schinen/gleiſſen. HISP. *Reſplendeſcer.* ANGI. *To shyne, or gliſter.*} *Strab.lib.*10. *Theb.* Emicat effigies, & ſparſa orichalco renident *Plin lib.*7. Neque in receſſu gemmæ aut in deiectu renident. *Horat. libro* 2. *Carm.* Non ebur neque aureum Mea renidet in domo lacunar. Modò redoleo, *vnde* Nidor, oris, *de quo infrà.*

Nĭdĭfĭcus, nidi. Auium domicilium: à nidore (*vt putatur*) quòd mali odoris ſint auia in cubilia {קן *ken.* νοσσιά, κλωσιά. GAL. Vn nid. ITA. & HISPA. *Nido* GER. Ein vogelnäſt/Näſt. ANGLI. *A neſt.*} ¶Quandoque tamen Nidus accipitur pro fœtu auium quaſi continens pro contento. *Virgi. libro* 4. *Georg.* -ipſæque volantes Ore ferunt pulicem nidis immittibus eſcam. ¶ Quandoque pro quodam vaſis genere à nidorum ſimilitudine. *Varro,* Lymphaque è lacuna fontium allata nidos implent. ¶Et Nidi dicuntur in quibus merces in tabernis ſeparatim tenentur. *vnionos. Martial.lib.*1. De primo dabit, alteróve nido Raſum pumice, purpuráque cultum.

Nĭdŭlus, diminutiuum, Paruus nidus. {τὸ νοσσίδιον. GAL. Petit nid. ITA. *Nidetto.* GERM. Ein näſtlin. HISPAN. *Pequenno nido.* ANG. *A litle neſt.*} *Gell.libro* 2.*cap.*29. De auiculæ nidulo lepide, atque iucundè prænonet.

Nidĭfĭco, Nidum facio, {קנן *kinnén.* νοσσεύω. GALLI. Faire vn nid, nicher. ITA. *Far nido.* GERM. Neſten. HISP. *Anidar à hazer ò poner nido.* ANG. *To buid or make a neſt.*} *Virgil.in quodam Epigram.* Sicvos non vobis nidificatis aues. *Colum.lib.*8.*cap.*15. Pedalia in quadratum cubilia, quibus nidificent aues.

*Nidificus, Adiectiuum. *apud Senec.in Medea,* Quodcunque tellus Vere nidifico creat.

Nĭdŭlŏr, aris, penult. corr. Nidifico. {קנן *kinnén.* νοσσοποιῶ.} *Plinius lib.*11. Aliud rurſus eorum genus, qui e fimo ingentes pilas auerſis pedibus volutant, paruóſque in his contra rigorem hiemis vermiculos fœtus ſui nidulantur. [Caſsita habitat nidulatúrque in ſegetibus. *Gell. cap. 29.lib.*2. ¶ Aliquando eſt ouis incubare. *Varro,* Deinde dies illos, quibus halcyones hyeme in aqua nidulantur, eos quoque ſeptem eſſe dixit. [*Gell.cap.*10.*lib.*3.]

Nidŏr, oris, {ריח *réach,* κνίσα. GAL. L'odeur & flair de quelque choſe qui eſt au feu ou bruſlé. ITA. *Odore di coſa arroſtita.* GER. Ein geſchmarꝛ tzeten. Item, ein geſchmack eines gebratnen oder gerösteten dings. HISPAN. *Odor ſuaue del manjar.* ANGLIC. *The ſauour or ſmell of any thing burned or roaſted.*} Odor rei adustæ: *vt apud Virgil.*12. *Æneid.* -illi ingens barba reluxit, Nidorémque ambusta dedit. ¶ Proprie tamen de carnibus aſsis & cæteris epulis coctis dicitur, à nitore ignis. *Martial.lib.*1. Paſceris & nigræ ſolo nidore culinæ. *Sueton.in Claud.capite* 33. Ictúſque nidore prandij. *Plau.Moſtell.ſc.*1.*a.*1. Exi nidor è culina de homine.] Interdum pro riſu. *Horat.*2. *Serm.Satyr.*7. Naſum nidore ſupinor. Sic enim *Porphyrio* interpretatur. *Acron verò,* Naſum (*inquit,*) nidore ſupinatur, qui nimium delectatur, & inclinatur odoribus pulmentariorum. Nidor autem à nimio odore tractum. Nidor pro putore, *apud Apuleium.* *Nidor differt ab odore. *Plin.lib.*13. *cap.*1. Cedri tantùm & cibi ſuorum fruticum in ſacris fumo conuolutum nidorem veriùs quàm odorem nouerant.

Nĭgĕlla, æ, {קצח *kétſach.* μελάνθιον.} Frutex eſt puſillus, ramulis tenuibus: altitudine palmorum duorum, foliis paruis, ſenecionis herbæ ſimilibus, in cacumine capitulum habens exiguum, ceu papaueris, in quo ſemen, nigrum, acre, odoratum includitur. in officinis etiam hodie nomen ſeruat, à Gallis *Poyureta* appellatur.

Nĭgĕr, Nigri coloris, ater. {שחור *ſchachor.* μέλας. GAL. Noir. ITA. *Nero, oſcuro, moro.* GERM. Schwartz. HISP. *Negro, eſcuro.* ANGLI. *Blacke.*} *Cice. lib.*2.*de Diuinat.* Neſcio, qui ille diuinus ſi oculis captus ſit, vt Tireſias fuit, poſſit quæ alba ſint, quæ nigra, dicere. *Plau.in capt.* [*ſc.*4.*a.*3. Macilento ore, naſo acuto, corpore albo, & oculis nigris. *Ouid.Epiſt.*17. Ipſa vides cælum pice nigrius, & freta ventis Turbida. [*Idem Eleg.*1. *lib.*4. *Triſt.* Stamina de nigro vellere facta mihi.] *Virgil.*4. *Georg.* Et nigram mactabis ouem, lucumque reuiſes. Vua nigerrima. *Catullus Epigram.*17. *ad Coloniam.* ¶ Per tranſlationem tamen ponitur quandoque pro mortuo. *Iuuen. Satyr.*1. Inſtituítque rudes melior Locuſta propinqua Per famam & populum nigros efferre maritos. ¶Quandoque pro noxio. *Virgil.*2. *Georgic.* -& nigris exeſa chelydris Creta. ¶Quandoque pro malo. *Iuuen. Satyra* 3. Nigrum in candida vertunt. Solebant enim priſci quod bonum & laudabile erat, creta vel alba linea notare: contrà, quod turpe fuiſſet, nigra ſignabant. *Perſius,* Quæque ſequenda forent, & quæ vitãda viciſſim, Illa prius creta, mox ex carbone notaſti. Nigerrimus ſuperlatiuus. *Plinius lib.*15. *cap.*25. Ceraſorum Aproniana maximè rubent, nigerrima ſunt Actia. ¶Nigra vena, id eſt, mediana.

Nĭgellus, a, um, Subniger. {שחרחר *ſchechárchór.* ὑπομέλας. GAL. Vn peu noir. ITAL. *Alquanto nero.* GERM. Schwartzlecht/zimlich ſchwartz. HISPA. *Negro vn poco.* ANGLIC. *ſomewhat black, blackiſh.*}

Nĭgrĕdo, inis, & Nigrities, ei, & Nigritia, æ, Color niger. {שחור *ſchechór.* μελανία, μελανότης. GAL. Noirceur, noireté. ITALIC. *Nigrezza.* GERMA. Schwärtz. HISP. *El negror.* ANGLIC. *Blacknezze.*} *Plinius*, Capillorum nigritiam dixit. *Lib.*9.*cap.*26. Nimiæque eius nigritiæ dat auſteritatẽ. *Ibidem lib.*13.*cap.*9. Materies nigritia nihil differens à loco. *Cornel. Celſus libro* 8.*cap.*2. Si nigrities eſt, aut ſi caries ad alteram quoque partem oſsis tranſit, oportet excidi.

Nĭgrĭtūdo, inis, Nigredo. {שחור *ſchechór.* μελανότης. *Plin.lib.*10.*ca.*26. Nulla Veris initio apparet nigritudo in roſtro, quæ ab æſtate incipit. De paſſeribus.

Nĭgrĕo, es, Niger ſum, à quo nigreſco, niger fio. {שחר קדר *ſchachar kadhár.* μελαίνομαι. GALLI. Deuenir noir, ſe noircir, eſtre noir. ITA. *Diuenir nero, farſi nero.* GERMA. Schwartz ſein/ſchwartzen/ ſchwartz werden. HISP. *Ennegreſcerſe.* ANGL. *To waxe black.*} *Claud.libro* 3. *de Rap. Proſer.* Nunc ſibi mutatas liceat nigreſcere veſtes. *Colum.lib.* 12.*cap.*48. Oliuæ quum nigruerint, nec adhuc maturæ fuerint, ſereno cælo, diſtringere manu conuenit. *Plin.lib.*8.*cap.*32. Tunc roſtra eorum nigreſcunt. *Virg.* 11. *Æneid.* -& tenebris nigreſcunt omnia circum. Æquora nigreſcunt ventis. *Ouid.*1 *Triſt. Eleg.*3. Cælum nigreſcit ab Auſtris, *Idem* 5. *Faſt.* Venæ nigreſcunt ſanguine, *Ouid.*3. *de Arte.*

Nigro, as, Nigrum reddo, denigro. {הקדיר *hikdir.* μελαίνω. GAL. Noircir, faire noir. ITA. *Far nero.* GERMAN. Schwertzen. HISPA. *Negregnar ò otra coſa.* ANG. *To make black.*} *Lucret.lib.*2. Aut ea quæ nigrant, nigro de ſemine nata. ¶Vnde denigro, as, *Hieronymus,* Denigrata eſt facies. ¶Interdum eſt nigrum eſſe. *Colum.lib.*7. Parandi ſunt boues nouelli, quadrati, magnis membris, cornibus proceris, & nigrantibus, & robuſtis, &c. *Plinius libro* 9. Rubens color nigrante deterior.

Nigrŏr, oris, Nigredo, nigritudo. {שחור *ſchechór.* μελανία. GALL. Noirceur. ITAL. *Nerezza.* GERMAN. Schwertze. HISPAN. *Negrura.* ANGLI. *Blackneſſe.*} *Cicer.libro* 1. *de Diuin.* Noctíſque & nimborum occæcat nigror.

Nigrĕfăcio, is, {הקדיר *hikdir.* μελαίνω. GAL. Noircir, faire noir. ITALIC. *Far nero.* GERMANI. Schwartz machen. HISPAN. *Hazer negro.* ANG. *To make black.*} & Nigrefio, μελαίνομαι, notæ ſignificationis.

Nigrĭco, cas, penultima correp. Parum nigreſco. {ὑπομελαίνομαι. GAL. Eſtre noir, ou tirer ſur le noir. ITA. *Eſſere neretto, oſcurir.* GERM. Schwertzen/ſich auff die ſchwertze ziehen. HISPA, *Negregnar por de fuera.* ANGLI. *To waxe ſomewhat black.*} *Plin.lib.*10.*c.*3. Viribus præcipua, colore nigricans, ſola aquilarum fœtus ſuos alit. Id eſt aliqua nigredine tincta vel ſubnigra. *Idem lib.*9.*cap.*38. Color ſanguinis concreti nigricans aſpectu.

NĪGĬDĬŬS, figulus, Philoſophus Pythagoricus Romæ floruit Cæſaris, Ciceronis & Var. tempore. Hic, *teſte Gellio,* multa de re grammatica edidit volumina, quæ ad noſtra ſecula non peruenerunt.

NĪGRĬS, νίγρις, Fluuius eſt interioris Æthiopiæ, eiuſdem cum Nilo naturæ. Nam calamum gignit, *teſte Plin.libro* 5.*cap.*8. & papyrum, eiuſdémque generis animantes, quæ in Nilo gignuntur, iiſdemque etiam temporibus augeſcit. Dictus Nigris propter ſolitudines nigri pulueris eminentibus interdum velut exuſtis cautibus. ¶ Stephanus Nigretem, νιγήτην, appellat, accoláſque ipſos Nigretas: *quorum meminit & Strabo lib.vlt. Plinius libro* 5.*capite* 8. Nigritas nominat. ¶Item Nigris fons eſt in Æthiopia, quem nonnulli caput Nili eſſe crediderunt. *Plin. lib.*5.*cap.*9.

Nihĭl, Vide NIHILVM.

Nihilum, {אפס *éphes* בלימה *belimáh.* οὐδέν, οὐδαμῶς. GAL. Rien. ITALI. *Niente.* GERMAN. Nichts/nuntzit. HISP. *Nada.* ANG. *Nothing.*} Ex non, & Hilum componitur: quod *autore Feſto,* ſignificat id quod grano fabæ adhæret: *Cicer.*1.*Tuſcul.* Tum illud quod Syſiphus verſat ſaxum, ſudans nitendo nec proficit hilum. ¶ Inde fiunt Nihilum & Nihil per apocopen, quæ ſignificant quantitatis priuationem. ¶Inuenitur etiam pro aduerbio negandi poſitum. *Terent.in Andr.* Nihil circuitione vſus es, id eſt non. [Nunquid iratus es mihi? nihil profectò. *Plaut. Pſeud. ſc.*2.*a.*5. Nihil te mei miſeret! *Plaut.Pſeud.ſc.*3.*a.*1. Nil tu me ſaturum monueris (.i. non) *Plau. Curc.ſc.*1.*a.*3. Nihil eſt, quà huc tranſire poſſit. i. nulla via. *Plaut. milit.ſc.*3.*a.*2.] ¶Inuenitur etiam Nihili, οὐδενὸς ἄξιον, trium generum, quaſi qui nihili quidem, hoc eſt nullius pretij ſit. *Cicer.*4. *Tuſcul.* Nequitia ab eo quòd nequicquam ſit in tali nomine, ex quo idem Nihili dicitur. Poſſet tamen non abſurdè Nihili, in huiuſmodi locutionibus genitiuus à Nihilum exiſtimari. [Dicitur enim Nihilo in ablatiuo. *Plaut. Pſeud.ſt.* 1. *a.* 4. Minùs nihilo eſt. *Et Moſtell.ſc.*3.*a.*1. Quid ad lauationem meſſis? Nihilo plus quàm lauatio ad meſsem. *Ibidem.* Nihilo quàm tu amata fui, (ſub. minus.) Nihilo ſecius, vide ſecius. *Item,* Nihilo hercle magis facietis, &c. *Plaut. Merc. ſc.*9.*a.*5. Atrienſis? L. Nihilo magis intus eſt. *Plaut. Aſin.ſc.*3. *a.*2. *Item,* De nihilo, id eſt, pro nihilo, ſiue nulla cauſſa. *Liu.lib.*4.*d.*4. Nihilo ſunt certior, &c. *Plaut. Curcul. ſc.* 3. *a.* 2. De nihilo dicunt contumeliam alteri (.i. nulla de cauſſa. *Plaut.Curc.ſc.*1. *a.* 4. *Item,* Nihili imperium heri ſeruus facit. *Plaut. Pſeud. ſc.* 7. *a.*4. Nihili ſeruus (.i. nequam.) *Ibidem,* Madidus, nihili, incontinens: Cui opponitur ſiccus, frugi, continens. *Plaut. Aſin.ſc.*2.*a.*5. Iis, qui nihili ſunt, quid prætij detur. *Plaut. Menæch.ſc.*6.*a.*5. Siue ſim nihili. *Plaut.Pſeud.ſc.*3.*a.*1. (de amante) Vetus eſt nihili coctio. *Plaut. Aſin.ſc.*3.*a.*2. Nihili beſtia (ſimia) *Plaut. Milit. ſc.*2.*a.*2. Homo nihili ſectatus nequam beſtiam. *Plaut. Milit.ſc.*3. *a.*2. Perſpicio vos nihili meam gratiam facere. *Plaut. Curc.ſc.*2.*a.*1. Me nihili faciat, nec ſaluum velit. *Plaut.Curc.ſc.*1.*a.*2. ¶ Iſtuc quidem nihil eſt (eleuantis ſua facta. *Plaut. Milit.ſc.*1.*a.*1. Nihil eſt quicquid ille dicit (.i. nugatur) *Plaut.Curc.ſc.*2. *a.*5. Nihil hac docta doctius. *Plaut. Moſtell.ſc.*3 *a.*1. In hoc (penu) aut iam nihil eſt, aut iam nihil erit. *Plau. Capt. ſc.* 3. *a.* 4. Poſtquam nihil ſit clamore hominem poſco de lento debitore. *Plaut.Curc.ſc.*3.*a.*5. Nihil equidem paueo niſi vnum. *Plautus Menæch.ſc.*1.*a.*4. Poſtquam nihil ſit clamore hominem poſco (de lento debitore) *Plaut.Curc.ſc.*3. *a.* 5. Luce nihil, geſtum nihil eſt, Diomede remoto. *Ouid.*13. *Metam.* Quid facis interea qui nihil niſi prælia noſti? *Ouid.*13. *Metamor.* Quando nihil eſt amator amare deſinat. *Plaut. Pſ. ſc.*3.*a.*1. * Nihil ago tecum verba I.C. *Plaut. Curc.ſc.*2. *a.* 1. Nec nihil nec multo plus Nihil eſt quod perdam domi. *Plautus Menæch.ſc.*2.*a.* 4. Nihil metuo, niſi ne diſrumpar. *Plau.Curcul.ſc.*1.*a.*2. Nihil hoc confidentius. *Plaut.Menæch. ſc.*2.*a.*4. Nihil hoc homine audacius. *Plau. Menæch.ſc.*2. *a.*4. Nihil eſt ad illum ignotum mittere. i. nihil proderit. *Plaut.Capt.ſc.*2.*a.*2. Nihil eſt. i. nihil promoueo. *Plaut. Aſin. ſc.*4.*a.*2. Vbi nihil habebis, gemes. *Plaut. Menæch.ſc.*1.*a.*2. Nihil mihi tecum te non appello. *Ibid.ſ.c.*2.*a.*4. Nihil moror. *Vide* Moror, nihil quicquã: *vide* quicquid.] Nihil verbum, pro vili, *Plautus Sticho,* Nihil quidem hercle verbum, ac viliſsimum. Nihil iunctum cum genitiuo, vt Nihil falſi, Nihil gratiæ, &c. *Terent. Andria,* Me miſeram nihil pol falſi dixi ſenex. [*Vide* Infrà in Nil.]

Nihĭldum, Nondum, vel nihil adhuc. {οὐδέπω. GALLI. Rien encor. ITAL. *Niente ſin hora.* GERMANI. Noch nichts. HISP. *Aun no.* ANGLIC. *Nothing yet.*} *Cicero Cæſ.* Et quanquam nihildum audieramus, nec vbi eſſes, &c. [Nihil etiam dum. *Vide* infrà in Nil.]

Nihĭlifacio, Nihil æſtimo {בוז *bazáh* בז *baz.* παῤῥησιάζομαι μηδὲν πτοούμενος. GAL. Ne faire ou tenir conte de quelque choſe, ne l'eſtimer rien. ITA.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Apprezare niente. GER. Nichts ſchetzen/menet furhalten. HISP. *Eſtimar nada.* ANGLIC. *To eſteme regard, or ſet at not hing.* } *Plaut. in Milit.* Sed me excepit, nihili facio quid faciat cæteris.

Nĭhĭlī pendo,is,ere, Nihili facio.{ בוז *bazáh* בז *baz.* οὐκ μὰ Δία πολλοῦ γε.} *Plaut. in Moſtel.* Video te nihili pendere omnes homines præ Philolache. [*Vide ſuprà* Nihil.]

Nĭhĭlōmĭnŭs, Non minus. { οὐδὲν ἧττον. GAL. Neantmoins ce nonobſtant. ITALI. *Non meno.* GERMA. Nichtdeſto minder. HISP. *No menos.* ANGLIC. *Neuertheleſſe.*}*Cic. Figulo,* Tamen nihilominus eis conficior curis, vt ipſum quod viuam, peccare me exiſtimem. [Dicitur & nihilo minùs: & minus nihilo, diuiſim, de quo *Vide* Nihil.]

Nĭl, Per ſyncopen factum eſt à Nihil. { DBN *éphes* בלימה *belimáh.* οὐκ. GAL. Rien. ITA. *Niente,* GER. Nichts/nut. HISPA. *Nada.* ANG. *Nothing.* } Et modò nomen eſt, vt Nihil bonitatis. [Nihil loci. *Vide* locus. Nihil eſt hic Sycophantis quæſtus. *Plaut. Pſeud. ſc. 7. a. 4.* Quibus ſui nihil eſt, niſi vna lingua. (de lenonibus) *Plaut. Curc. ſc. 2. a. 4.* Nihil pudet. *Plaut. Men. ſc. 2. a. 4.* Nec dare thura libet, nil exorantia diuos, *Ouid. Eleg. 13. l. 3. Triſt.* Nihil etiam dum harpagauit. *Plau. Pſeud. ſc. 2. a. 4.*] Modò aduerbium. *Terent. in Andr.* Nil me fallis. [Nil agis. *Vide* Ago.]

Nĭlĭŏn, νήλιον. Gemma eſt colorem habens fumidæ topazij, aut aliquando melleæ. *Plin. lib. 37. cap. 8.* India & has generat, & nullon fulgore hebeti, & breui, & quum intueare, fallaci. Eſt autem color fumidæ topazij, aut aliquando melleæ. Iuba in Æthiopia gigni tradit, & in littoribus fluminis, quem Nilum vocauimus, & inde nomen trahere.

NĭlĭS, νηλὶς. Lacus eſt inferioris Mauritaniæ, non procul ab Oceano, quem Nili aquæ ſtagnantes efficere creduntur. *Vide Plin. lib. 5. cap. 9.*

NĪLŬS, { שיחור *ſchichór.* νείλος. } Ægypti fluuius [fluuiorum maximus. *Gell. cap. 7. lib. 10.*] à Nileo rege ſic dictus, vel à nouo inferendo luto, quòd ſua inundatione totam feracem reddat Ægyptum. { GERM. Ein groſſer nammhafftiger fluß in Egypten. } Scruius Nilum dici exiſtimat, quaſi νέας ἴλυν, hoc eſt nouum trahentem limum, quòd oblimet Ægyptum & oppleat. Vnus eſt ex maioribus totius orbis fluuiis. A quibuſdam Geon dictus, quaſi terra, antea Melo vocabatur. Habet ſeptem oſtia. *Virg. 6. Ænei.* Et ſeptemgemini turbant trepida oſtia Nili. Nomina oſtiorum hæc ſunt, Canopicum, Bolbiticum, Sebenniticum, Pharniticum, Mendeſicum, Tanniticum & Peluſiacum. Naſcitur in monte inferioris Mauritaniæ, non longè ab Oceano ſtagnante ibi lacu, quem vocant Nilidem: deinde condit ſe itinere aliquot dierum, rurſúmque erumpit alio lacu maiore in Mauritania Cæſarienſi, iterúmque arenis receptus: per deſerta viginti dierum ſpatio fertur ad proximos Æthiopas, & denuo proſilit fonte, qui Nigris dicitur. Inde Africam ab Æthiopia diſterminans, móxque Æthiopas medios ſecans, pleraſque inſulas facit, quarum clariſſima eſt Meroe, cuius metropolis etiam Meroë vocatur. AEthiopes Aſtapum vocant, quod illarum gentium lingua ſignificat aquam e tenebris profluentem. Circa Meroen in duo diſpergitur brachia, Aſtabores læuo alueo dictus: dextro Aſtuſapes: nec antè quam ſe concordibus aquis iunxerit, Nilus appellatur. Poſtremò ſeptem (vt dictum eſt) oſtiis exonerat ſe in mare Ægyptium, Ægyptíque inferiorem partem, dextra, læuáque diuiſus, amplexu ſuo determinat, Canopico oſtio ab Africa, ab Aſia Peluſiaco: propter quod aliqui Ægyptum inter inſulas poſuere, ita ſe diuidente Nilo, vt triquetram terræ figuram faciat. Idcirco multi à Δ Græcæ literæ ſimilitudine Delta vocauerunt. Augetur Nilus circa æſtiuum ſolſtitium mirum in modum, & per totam ſpatiatus Ægyptum, terram pluuiis omnibus deſtitutam aquis ſuis irrigat, fœcundiſſimóque limo obducit. Cauſas incrementi Nili *vide apud Luca. lib. 10.* A Nilus fiunt adiectiua Niloticus, ica, icum, νειλῶος: vt, Nilotici piſces: & Niliacus, a, um, νειλιακὸς; penu. corr. *Mart.* Niliacis primùm puer hic ſit natus in oris. ¶ Nili quoque apud vereres capiuntur pro foſſis ſeu canalibus, quę ſpectaculis circundari ſolent, aut quibus aqua ad priuata ædificia duci conſueuit: qualibus etiam hodie videmus magnatum inſulas eſſe cinctas *Cic. 1. de legib.* Ductus verò aquarum, quos iſti Euripos, & Nilos vocant. *Vide latius in dictione* Euripus. * Niligenus, aliud adiectiuum à Nilo fluuio, *apud Ouid. 1. de Arte,* Neu fuge Niligenæ Memphitica ſacra iuuencæ, Id eſt Iſidis.

NIMBVS, Inſula non longè à Gyaro, quam Callimachus Agathuſá vocat.

Nĭmbŭs, bi, Repentina & præceps pluuia, imber. { גשם *gheſchem.* νιφὰς, ὄμβος. GAL. Vne gillée, vne ondée de pluye froide qui vient tout à coup. ITA. *Piogia ſubita, nimbo.* GERMAN. Ein geſchwinder plagregen. HISP. *Nuuada de lluuia,ò vientor bulto con agua.* ANG. *A ſhower of rayne.* } *Liu. 1. ab Vrbe.* Subitò coorta tempeſtas cum magno fragore tam denſo regem operuit nimbo, vt conſpectum eius concioni abſtulerit. *Ouid. 1. Metam.* denſi funduntur ab æthere nimbi. *Virgil. 1. Æneid.* Inuoluere diem nimbi, & nox humida cælum abſtulit. ¶ Accipitur & pro vento. *Virg. 1. Æneid.* Nimborum in patriam, loca fœta furentibus auſtris, Æoliam venit. ¶ Interdum pro nube, νέφος, qua dij dicebantur in terras deſcendere. *Lucilius,* Cum nimbo cælitus deſcendit Iupiter. * Nimbus per tranſlationem pro repentino & præcipiti caſu. *Cic. Attic. libr. 15.* Quid autem iſte in domo tua caſus armorum? Sed hunc quidé nimbũ citò trãſiiſſe lætor. ¶ Nimbus item vaſis genus, quo vina, vng: ęta, & alij liquores fundũtur. *Mart. l. 14.* [*Epig. 112.*] A Ioue quiuenier, miſcęda ad pocula largas Fũdet nimib. aquas hic tibi vina dabit.

Nĭmbōsŭs, a, um, Nimbum inducens, vel imbri & ventis obnoxius & infeſtus, pluuioſus. { ὀμβρόδης. GALL. Pluuieux. ITAL. *Piouoſo.* GERM. Wätteria/das vol plagregen vnd vngewitters iſt. HISPA. *Lluuioſo.* ANG. *Full of ſhower, raynie or ſtormi.* } *Virg. 1. Æneid.* Fluctu nimboſus Orion. *Plin. lib. 8. cap. 10.* Campus eſt montis ſubiacens nimboſis. *Virg. 3. Ænei.* Mox & Leucatæ nimboſa cacumina montis.

Nĭmbĭfĕr, Hoc eſt ferens nimbos, ὀμβροφόρος.

Nĭmbātŭs, a, um, Vnguentatus, ſiue vnguento perfuſus, à nimbo vaſe. *Plau. in Pœn.* Quam magis aſpecto tã magis eſt nimbata, & nugę meræ.

Nĭmĭrum, adverbium confirmandi, ſine dubio, certe, videlicet, nempe. δήπου, δήπουθεν, ἀληθῶς, πάνυ. GAL. Certainement. ITA. *Ciertamente.* GER. Gewißlich/ongeweifel/freylich. HISP. *Certamente.* ANG. *Truly, without doubt, that is to ſay.* } Componitur ex particula Ne (qua veteres pro Non) & Mirũ: quaſi dicas, Mirũ non eſt. *Cic. Attì.* Itaq; nimirũ hoc illud eſt q̃ Cæſar ſcripſit, ſe velle vti cõſilio meo. ¶ Aliquãdo ad reſponſionem adhibetur. *Quin. l. 12. c. 1.* Demus id, quod nullo modo ſic i poteſt, idem ingenij, doctrinæ, ſtudij pſſimo atque optimo viro, vtr melius dicetur orator? nimirum, qui homo quoque melior.

Nĭmĭs, Plus æquo, plus ſatis. { מאד מאד *meódh meódh.* λίαν, λίαν. GALLI. Trop. ITA. *Troppo.* GER. Zuuil. HIS. *Muy mucho.* ANG. *To much.*} *Terent. in Andr.* Nequid nimis. *Cic. 1. de Oratore,* Non ſumus nimis auidi: tua iſta mediocri eloquentia contenti ſumus. [Nimis ſtulte faciunt. *Plaut. Men. ſc. 1. a. 1. & ſc. 1. a. 5.* Nimis metuebam male. *Plaut. Pſeud. ſc. 1. a. 4. & Aulul. ſc. 1. a. 1.* Scire nimis lubet vbi ſient? *Plaut. Curc. ſc. 3. a. 2.* Nimis verecunde tandem. *Plaut. Men. ſc. 3. a. 4.* Legiones educunt ſuas nimis pulcris armis prædita. *Plaut. Amphitr. ſc. 1. a. 1.* Nimis ſimilis eſt mei. *Ibidem.* Nimis verecunda es. *Idem ſc. 2. a. 3.* Nimis lepide verba tecit ad parſimoniam. *Plaut. Aul. ſc. 5. a. 3.* Nimis vellem habere perticam. *Plaut. Aſin. ſc. 2. a. 3.* Nimis ſollicitum me habuit. *Plau. Men. ſc. 2. a. 4.* Si pulcra eſt, nimis ornata eſt. *Plaus. Moſtell. ſc. 3. a. 1.* Nimis diu abſtineo manum. *Ibidem.* ô Nimis doctum dolum. *Plaut. Milit. ſc. 2. a. 2.* Nimis velim lapidem. *Plautus Moſtell. ſc. 3. a. 1.* Nimis velim (dari mihi ſup.) qui certum faciat. *Plaut. Pſeud. ſc. 2. a. 2.* Nimis beat, quod commeatus eſt trans iam parietem (Aliàs tranſtinet parietem) *Plaut. Mil. ſc. 5. a. 2.* Sed nimis ſum ſtultus, nimium fui indoctus. *Plaut. Pſeud. ſc. 2. a. 1.* Nimis ſuperbè: B. Nimis moleſtus. *Ibid.* Nimis ea lenta vincula eſcaria. *Plau. Men. ſc. 1. a. 1.*] ¶ Nimis quam. *Plau. Capt. ſc. 2. a. 1.* Nimis quam cupio vt Impetret. *Et Gell. capite 1. lib. 14.* Nimis quam, &c. Item *Quintilian.*]

Nĭmĭum, nomen pro aduerbio, Nimis multum. { מאד מאד *meódh meódh.* λίαν. GAL. Trop. ITA. *Troppo.* GERM. Zuuil. HISPA. *Muy mucho.* ANGLI. *To much.* } *Terent. in Adelph.* Nimium iſtòc abiſti: hic propter hunc aſsiſte. *Cicer. 4. Academ.* De quo nimium diu etiam diſputo. [Nimium libenter edi. *Plaut. Aul. ſc. 5. a. 3.* Nimium eſt mortalis graphicus. *Plaud. Pſeud. ſc. 4. a. 2.* Nimium te habui delicatum. *Plaut. Menæc. ſc. 2. a. 1.* Heu nimium fati tempora lenta mei. *Ouid. Eleg. 1. lib. 4. Triſt.* Male conuicti nimium memor iſte furoris. *Ouid. 13. Metamor.* Non erat hoc nimium nunquam niſi magna loquenti. *Ibidem.* Di quos experior nimium conſtanter inquos. *Ouid. Eleg. 2. lib. 3. Triſt.* ¶ Facundiâ nimium quantò præſtabilis. *Gell. capite 3. lib. 18 Item,* Nimium quàm delectabiliter. *Idem cap. 1. libro 15.*]

Nĭmĭō, Ablatiuus, comparatiuis ſolet iungi. *Cicer. ad Attic. libro 10.* Sed quia te nimio plus diligo. *Plaut. in Bacch.* Quem ego ſapere nimio cenſui plus quàm Thalem. *Ibidem,* Vixiſſe nimio ſatius eſt quàm viuere. [Nimio plures. *Liuius lib. 9. d. 4.* Nimio celerius venit, quod moleſtum eſt *Plaut. Moſtel. ſc. 1. a. 1.* Satis & plus nimio merui mali. *Plaut. Mil. ſc. 6. a. 2.* Fuiſſe, quàm eſſe nimio mauelim. *Plaut. Capt. ſc. 3. a. 3.* Nimio confidentius id eſt. *Gell. cap. 26. lib. 10.* Nimio facilius fieret quod pudet, quam quod piget. *Plaut. Pſeud. ſc. 3. a. 1.* Quem nimio plus eſt Indoluiſſe ſemel. *Ouid. Eleg. 1. libro 2. Triſt.* Nimio libentius edo molitum (ab aliis) quàm molitum (à me) perhibeo. *Plaut. Menech. ſc 6. a. 5.* Nimio expectatior venire potuit. *Plaut. Moſtel. ſc. 2. a. 2.* Factus ſum nimio nequior. *Plaut. Moſtel. ſc. 2. a. 1.* ¶ Item iunctum non comparatiuo inuenitur. *Sueton. in Calig. cap. 45.* In hoc quoque nimio præter modum Intemperans. *Ita Paſſer.* legit, *Caſſaubo.* verò in hoc quoque mimo, &c.]

Nĭmĭŏpĕrĕ, pen. corr. aduerbium eadem forma dictum, qua Magnopere, & Minimopere. { מאד מאד *meódh meódh. λίαν ἐν σπουδῇ.* GALLIC. Grandement. ITA. *Grandemente.* GERM. Gar zuuil/vil zuuil. HISP. *May mucho, grandemente.* ANGLIC. *To much greatlie.* } *Cicer. in Parado.* Quos ædificia magnifica nimiopere delectant. [D citur & nimio opere diuiſim. *Plaut. Curc. ſc. 1. a. 4.* Ne nimio opere ſumat operam.]

Nĭmĭē, aduerbium, Nimis, ſupra modum, & interdum idem quod valde. { מאד מאד *meódh meódh. λίαν.* ANGLI. *Beyonde, meaſure: out of meaſure.* } *Plaut in Milite,* nam nulli mortali ſcio Obtigiſſe hoc, etſi duobus, tibi & Phaoni Lesbio, Tam nimiè vt amarentur.

Nĭmĭŭs, a, um, Quod modum excedit, nimis magnus. { גדול מאד *ghadlól meódh* סרח סרח *ſoréach ſoréach* בדף *bodheph. ὑπέρογκος.* GALL. Desmeſuré, qui eſt trop exceſſif. ITA. *Troppo intemperato.* GER. Vnmäſſig/vil zuuil groß oder hefftig. HISPANIC. *Demaßado.* ANGLI. *That is exceſſiue, to much.* *Plautus in nil.* [*ſc. 1. a. 1.*] Nimia eſt miſeria, pulchrum eſſe hominem nimis. [Nimio ego periculo hanc abſtuli pallam. *Plaut. Menæch. ſc. 3 a. 1.* Ne nimio opere ſumat operam. *Plaut. Curc. ſc. 1. a. 4.* Nimia memoras mira. *Plaut. Amphitr. ſc. 1. a. 2.* bis & ter *ſc. 1. a. 5. Vide* Mirus, a, um. Nimij Boreæ vis ſæua. *Ouid. Eleg. 10. libro 3.* Reperi ego hodie diuitias nimias. *Plau. Aulul. ſc. 1. a. 5.* Ad huius ſapientiam nimius nugator fuit Thales. *Plau. Capt. ſc. 2. a. 2.* Qui nimiæ nouerat artis opem. (de Æſculapio) *Ouid. 6. Faſtor.* Lapsáve ſunt nimio verba profana mero. *Ouid. Eleg. 5. libro 3.* Eram nimio iunctus amore tibi. *Ouid. Eleg. 7. libro 3. Triſt.*] *Terent. in Heaut.* Nulla adeò ex re iſtuc fit, niſi ex nimio otio. Nimius animi. ἄγαν μεγαλόψυχος, nimis magno animo, animi impotens. *Liuius,* Manlius nimius animi, quum alios principes ſperneret, &c. Sermonis nimius erat. *Tacit. libro 19.* Nimius in decernendis honoribus, & tanquam prodigus. *Cicer. Brut. libro 5. Epiſtol.* * Et cum ablatiuo ſine Præpoſitione, apud *Plin. lib. 14. cap. 2.* Eæ minus fertiles vino, acinis & fœce nimiæ. Nimium abſolute. *Cic. 4. Tuſcul.* Nam quod aiunt, nimia reſecari oportere, naturalia relinqui: quid tandem poteſt eſſe naturale, quod idem nimium eſſe poſsit?

Nĭmĭĕtās, atis, luperfluitas { סרח *ſerách.* πλεονεξία. GALLIC. Superfluité, trop grande abondance. ITAL. *Superfluita.* GER. Vberfluß/vberuile. HISP. *Muchedumbre ò demaſia y ſuperfluidad.* ANGLIC. *Superfluitie.* } *Colum. lib. 4. cap. 24.* Naturalia congruunt deſideria, quoniam nimietate vernibus pecudes exhilaratæ laſciuiunt. *Plin. lib. 14. cap. 6.* Exoleuit hoc quoque nimietate copiæ. [Vſus eſt *Apul. Apolog. 1.*]

NINAEA, νινεία, Vrbs in OEnotrorum mediterraneo. Gentile Ninæus, vel Ninæeus. *Stephanus.*

Ningo, gis, vel Ninguo, is, xi, Niue pluere. { השלין *hiſchligh. χιονῶ.* GAL. Neiger. ITALIC. *Nenigare, neuare.* GERMA. Schneyen. HISPA. *Nenar.* Niger. ITALIC. *Nenigare, neuare.* GERMA. Schneyen. HISPA. *Nenar.* ANG. *To ſnow.* } Priſcianus ningo quoque ninxi, vnde & Nix, ſicut à duxi Dux, à rexi Rex. *Virgil. lib. 3. Georg.* Interea toto non ſecius æquore ninxi Dux, à rexi Rex. *Virgil. lib. 3. Georg.* Interea toto non ſecius æquore nimbi Effundere ningues. *Apuleius in Herm.* Aſpera hiems erat, omnia ningue

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

gue canebant. Nunc dicimus Nix, *χιών. de quo suo loco.*

Ninguĭdŭs, a, um. Niuosus, vel ni. e abundans. { *νιφόεις, χιονώδης.* GA. Neigeux, plein de neiges. ITAL. *Neuoso.* GER. Schneyerig/voll Schnee. HIS. *Cosa neuada ò llena de nieue.* ANGLIC. *Snowie or full of snowe.* } *Ausonius ad Paulinum*, Barcino me bimar.s ninguida li nguit Oppida Iberorum.

NINIVE, es, { נינוה *ninivéh. νινευΐ, Suidæ*, pen. cor. Vrbs Assyriorum ad Tigrim fluuium sita. { GERMA. Die hauptstat in Assyrien gelegen am fluß Tigre. } ita appellata à Nino conditore Beli filio. *August. lib. 15. Ciuit.* Niniues ciuitatis Magnæ Ninus Beli filius conditor: vnde nomen ex illius nomine deriuatum est, vt à Nino Ninive vocaretur. Populi in ea habitantes, Niniuitæ, *νινευΐται*, penult. prod. dicuntur. Ptolemæus in descriptione Assyriæ vrbem hanc Ninum, *νῖνον*, appellat: quo nomine ferè ab omnibus rei geographicæ scriptoribus censetur. *Vide Plinium lib. 6. cap. 26. & Strabonem in principio lib. 16.*

NINOE, es, *νινόη*, Cariæ oppidum est, aliàs Aphrodysias appellatum, Lelegum, Pelalgorum colonia, *si Stephano credimus.*

NĪNŬS, *νῖνος*, Beli filius, & Semiramidis vir, primus Assyriorum rex. { GER. Der erst Assyrisch kunig/so die stat Ninive erbauwet hat. } Nam Belus solam habuit Babylonem, Ninus verò totam Assyriam partam armis obtinuit.

NĬŎBĒ, *νιόβη*, Nomen filiæ Tantali sororis Pelopis, vxorísque Amphionis quæ in saxum versa est ex dolore, vt poetæ fingunt, quum ex fœcundissima matre ad orbitatem redacta, extinctos vidisset filios, filiásque omnes, quos Apollo & Diana sagittis confixerant. Quæ in saxum versa dicitur, quoniam ex nimio dolore attonita obmutuit, ac veluti lapidescens malis diriguit. A Statio in syluis Sipyleia mater dicta Niobe quoniam facta saxea turbine venti in Sipylum patriam rapta est, vbi fixa cacumine montis Liquitur, & lacrymis etiam nunc marmora manant. ¶ Fuit & altera Niobe Phoronei filia, ex qua Iupiter Osirim suscepit, qui & Serapis dictus est.

NĪPHĀTĒS, *νιφάτης*, pen. pro. Mons supra Assyriam, ad finem maioris Armeniæ, Tauri pars ex quo Tigris nascitur, vt refert *Strab. lib. 11.* { GER. Ein berg im grösserem Armenia an welchemder fluß Tigris entspringt. } *Vir. 3. Georg.* Addam vrbes Asiæ domitas, pulsúmque Niphaten. Dictus Niphates à niuibus, *ἀπὸ τῶν νιφάδων, ἢ ἀπὸ τῆς νίφετου.*

NĪPHAEŬS, *νιφάεύς*, Nomen viri proprium, ab equis interfecti, *apud Virgi. 10. Æneid.*

NĪPHĒ, es, *νίφη*, Vna ex comitibus Dianæ à niueo candore appellata. *Ouid. 3. Metamorphos.* Excipiunt Laticem Niphéque, Hypanísque, Rhanísque.

NĪPSĂ, *νίψα*, Thraciæ oppidum: cuius incolæ dicuntur Nipsæi, *νιψαῖοι, Stephanus.*

Nĭptrā, *νίπτρα*, Dicuntur lauacra, à *νίπτω*, quod significat lauo: quo nomine dicta est tragœdia Pacuuij, *quam citat Cicero secundo Tusculanarum.*

NĪRĒVS, *νηρεύς*, Charopi & Aglaiæ filius, Græcorũ omniũ formosissimus, quemadmodum Thersites omnium maximè deformis. *Ouid. lib. 4. de Ponto*, Tam mala Thersiten prohibebat forma latére, Quam pulchra Nireus conspiciendus erat.

NĪS, pro Nobis veteres scripsere, sicut Im pro Eum. *Festus.*

NĪSÆ, æ, *νίσαι*, Oppidum Siciliæ, *cuius meminit Thucyd. lib. 3.* ¶ Est & nomẽ puellæ rusticæ, *apud Virg. in Pharmaceutria.*

NĪSAEĂ, *νισαία*, Oppidum in sinu Megarico, vbi Megarensium erant naualia, *teste Thucyd. lib. 2.* ¶ Est item Nisæa, Parthienes regio, cuius caput fuit Alexandropolis, ab Alexandro conditore ita appellata. *Vide Plin. lib. 6. cap. 26.* Hæc regio præstantissimos alebat equos, qui ab ea Nisæi appellabantur, *teste Strabone lib. 11.*

NISAEA, (quod hic pro Nymphæ nomine corruptè legebatur.) *Vide* NESAEA.

Nīsĭ, { לולי *lulé. λὼ μὴ, ὅτι μὴ.* } Dictio exceptiua. *Vide supra* NI.

NISIBIS, *νίσιβις*, Oppidum est Arbelitidis, quæ est regio Syriæ propinqua, in qua Alexander Darium superauit, alio nomine Mygdonia appellata. Nisibim autem Antiochus fertur condidisse, & à nomine suo Antiochiam appellasse. *Vide Plin. lib. 6. cap. 13.*

NISSA, æ, *νίσσα*, Bœotiæ oppidum est, apud Homerum in Catalogo nauium.

NĪSŬS, *νῖσος*, Nomen regis Megarensium, qui (vt in fabulis fertur) à Scylla filia sua fatali capillo spoliatus, in auem sui nominis conuersus fuit. *Vir. 1. Georg.* Apparet liquido sublimis in aere Nisus. ¶ Fuit & alius hoc nomine, Hyrtaci filius, indissolubili amicitiæ vinculo Euryalo coniunctus, vt satis copiosè describit *Virgil. lib. 9. Æneid.*

Nisŭs, huius nisus, *Vide* NITOR, eris.

NISYROS pen. pro. *νίσυρος*, Homero, insula est in mari Carpathio, vna Sporadum: quam Poetæ fabulantur olim Coo adhæsisse, Neptunique sceptro inde fuisse auulsam.

Nitedula, Nitella, *Vide* NITEO.

Nĭtĕo, tes, nitui, Splendidus, cultus, politus sum. { אור *tsach. στίλβω, καλαυώομαι.* GAL. Estre poli & net, reluire de netteté. ITA. *Splendere, rilucere, esser polito.* GERM. Scheynen/gleissend fein/hupsch vnd wet auffgebutzt sein. HIS. *Resplendescer, ser polido.* ANG. *To glance or glister.* } *Plaut. in Pseu.* Tibi hoc præcipio, vt niteant ædes. ¶ Nitere vnguentis, fulgere purpura, *Cicero in Catilinam. Ibidem 4. de Finibus*, illorum vides quàm niteat oratio. [Nam mihi cum magnis opibus domus alta niteret. *Tibul. lib. 4.* Et nitet inducto candida barba gelu. *Ouid. Eleg. 10. lib. 3. Trist.*]

Nĭtens, participium, Micans, splendens, cultus & ornatus. { אור *tsach. διαυγής, στίλβων.* GAL. Reluisant. ITAL. *Lampeggiante.* GER. Gleissend/glistzerend. HISP. *Resplendesciente.* ANG. *Shyning or glistring.* } vt, Equi nitentes, *Virgil. 6. Æneid.* Galea nitens. *Idem 9. Æneid.* Oculi nitentes, *Idem 1. Æn.* Astra nitentia. *Ouidi. 6. Fast.* [Lęta nitens arbor. *Gell. c. 1. l. 12.*]

Nĭtĕsco, is, ere, Nitidum fieri. [אור *tsach. λαμπρύνω.* GAL. Estre poli & net, reluire de netteté. ITAL. *Esser polito, risplendere.* GE. Gleissend oder scheinend werden. HISP. *Resplendescer, ser polido.* ANGLIC. *To waxe glistring or neate.* } *Cic. 1 Tusc.* cælum nitescere, arbores frondescere. *Plin. lib. 37. cap. 12.* Et aliàs omnes gemmæ mellis decoctu nitescunt præcipuè Corsicæ. ¶ Composita sunt Enitesco, quod est clarè, seu valde niteo. ¶ Per translationem verò significat celebrẽ esse, *δοκιμεῖσθαι. Lib. 4. ad Heren.* Nunc hoc signi est, ipsos artis scriptores non potuisse in omnibus elocutionis partibus enitere. ¶ Et ab eo Enitesco: *ae quo suo loco.*

NĬtŏr, oris, Splendor in quacunque re dicitur. { נגה *nóghah. φλογώσις.* GAL. Netteté, beauté reluisante, lueur, resplendissẽur. ITALIC. *Splendore, politezza.* GERMANIC. Glantz/schein. HISP. *Limpieza ò resplendor.* ANGLIC. *Glistring, neatnesse.* } *Cicer. in Catone*, Tum Lysandrum intuentem purpuram eius, & nitorem corporis. [Ipse nitor galeæ prodet latentem. *Ouid. libro 13. Metamorph.*] *Columel. libro 2.* Verùm ex his maxime ferendum quod robur dicitur, quoniam & põdere, & nitore præstat. Eloquij nitor. *Ouidius 2. de Pont. Eleg. 2.* Nunc tibi & eloquij nitor ille domesticus adsit, Quo põteras trepidis vtilis esse reis. Generis nitor, *Ibidem Eleg. 9.* Marmorum nitor. *Plinius libro 22. cap. 1* [Flammineus vt rapidi solis Nitor obscuretur. *Catull. de Com. Beren.*]

Nĭtĭdŭs, a, um, Splendidus, clarus, lucens. { אור *tsach. διαυγὴς, καταλαμπὴς.* GAL. Resplendissant, net, bien poli. ITAL. *Splendido, rilucente.* GERMAN. Gleyssig/glitzerig. HISPA. *Luzio ò resplandesciente.* ANG. *That shyneth, neate gaye.* } *Plautus in Stic.* Facite fultis vt nitidæ ædes meæ sint quum redeam domum. *Idem in Mili.* Tum autem illa ipsa est nimium lepida, nimísq; nitida fœmina. *Cic. in Orat.* In picturis alios, horrida, inculta, abdita & opaca: contrà alios nitida, læta, collustrata delectant. *Colu. lib. 12.* Far quod appellatur Clusinum candidioris & nitidi coloris. [Nitidúmque Orionis enlem. *Ouid. 13. Metamorphos.* Integer est melior nitidis gladiator arenis. *Ouid. Eleg. 6. lib. 4. Trist.* Item Nitidissimum caput oleo & vnguento. *Plaut. Pseud. sc. 2. a. 1.* Si bene floruerint oleæ, Nitidissimus annus (erit sup.) *Ouid. 5. Fasto. Plaut. Aulul. sc. 5. a. 3.* Aliquantò facias rectius si nitidior sies.]

Nĭtĭdĭtās, *Accius*, Formæ nitiditate præcharus regi.

Nĭtĭdē, Nitidius, Nitidissimè, Aduerb.

Nĭtĭdĭūsculē dunmitium, A Nitidius comparatiuo *καθαριώτερον. Plaut. in Pseud.* Neque ego amatorem mihi inuenire vllum queo, Qui amet me, vt curet tandem nitidiusculè.

Nĭtĭdo, as, Nitidum facio. { קלקל *kilkál. καθαίρω.* GAL. Rendre ou faire net & reluisant. ITA. *Raluştrare.* GERMA. Glitzerend oder glantzend machen. HISPANI. *Alimpiar ò hazer luzir.* ANG. *To cause to glister and make neate.* } *Colum. lib. 12. cap. 3.* Ferramenta detersa nitidentur, atque rubigine liberentur.

* Nitela, nitelæ, Nitor. *Solinus cap. 35.* Nam præcipua viris gloria est in armorum nitela. *Apud eundem Solinum cap. 36.* Depurgant in minium nitelas pulueris, Nitelas interpretantur micas pulueris auri quæ inter arenas reperiuntur.

Nĭtĕllă, æ, Dicitur res quæ lęuigat sordes, & expolit. *καθαιρτήριον.* GAL. Vn instrument d'atourner et esse, curedent. ITA. *Curadenti, netiadenti.* GER. Das glat vnd gleissend macht. HIS. *Mondadiente.* ANG. *A tooth or ear piker or any such lyk instrument.* } Vnde Apuleius vtitur pro dentificio os ipsum & dentes honestante. Misi (*inquit*) vt petisti tibi munditias dentium: Nitellas oris, ex Arabicis frugibus Tenuem, candificum, nobilem puluisculum Complanatorem tumidæ gingiuulæ, Conuerritorem pridianæ reliquiæ, Nequa videatur tetra labes sordium, Resti ictis fortè si labellis riseris.

Nĭtēdŭlă, læ, Muris exigui genus esse docet Seruius, alij vermem esse putant nocte lucentem, quæ etiam dicitur noctiluca. { *ἡ λάμπυρις, ἡ λαμπυρὶς, ἡ λαμπυρὶς.* GALLI. Vne espece de souris, ou plustost ver luisant qui apparoist quand les bledz sont meurs. ITA. *Specie di topo picciolo.* GERMA. Ein kleine mauss. HISP. *La luziernaga que luze de noche.* ANGLIC. *A globerd or gloworme.* } *Cicer. pro Sestio*, Quoniam id etiam fatum ciuitatis fuit, vt illa ex vepreculis extracta nitedula Rempub. conaretur arrodere. ¶ Est & Nitedula, cicindela, quæ noctu lucet.

* NITIOBRIGES, populi Narbonensis Galliæ apud Ptolemæum, vicini Ruthenis. Hodie Montem Pessulanum vocant. Vulgò *Mompelier.* Meminit *cæs. bell. Gall. libro 7.*

Nītŏr, teris, nixus, & nisus. Conari sub onere. { יגע *jaghaḥ* עמל *ʿamál* הרח *haráh* סמך *samách, ἰρεῖδω.* GALLIC. S'efforcer. ITALIC. *Sforzarsi.* GERMANI. Vnderstehn mit arbeit/sträben. HISPAN. *Esfribar, esforçarse.* ANG. *To indeuour, to labour, to tak paine, to leane to.* } *Virgil. 3. Georg.* Pòst valido nitens sub pondere faginus axis Instrepat. ¶ Interdum incumbere, firmari, sustentari. *ἰχυρίζομαι, ὑποστηρίζομαι, διατείνομαι. Idem 6, Æneid.* Ille vides pura iuuenis qui nititur hasta. ¶ Ab hac significatione manauerunt translationes & variæ & multæ. *Cicer. pro Milone*, Ei autem viro mors parabatur, cuius in vita nitebatur salus ciuitatis. *Cic. libr. 1. Offic.* Est igitur adolescentis maiores natu vereri, ex hísque diligere optimos ac probatissimos, quorum consilio atque autoritate nitatur. Id est sulciatur, gubernetur, instituatur. ¶ Niti gradu *apud Pacuuium legitur, pro* Ambulare. Ardua per loca agresti & trepidante gradu nititur. ¶ Niti alis, id est volare. *Virgil. lib. 4.* Hic primùm paribus nitens Cyllenius alis Constitit. [Niti læua: vide Nixus. sumptu suo & labore nituntur vt alij sibi similes esse expetant. *Plaut. Mostel. (a. 2. a. 1.* Sibi confide & in se niti. *Gell. cap. 29. libro 2.*] ¶ Quandoque etiam significat dare operam, laborare, conari, *πειρῶμαι. Terent. in Adelph.* Quapropter nitar, experiar, [Te tamen aggrediar, mecúmque reducere nitar. *Ouid. 13. Metam.* A terris surgere nititur aër. *Tibull. libro 4.* Niti in aduersa (de ascensu) *Quintil.* Regem nihil contra se nisurum existimabat. *Cæs. de bell. ciu.*] *Cicero de Senect.* Moderatio modò virium adsit, & tantum quantum quisque potest, nitatur. Huius composita sunt Annitor, Connitor, *συντείνομαι, διαμάχομαι*, quod est totis viribus nitor, *cicer. lib. 2. Offic.* Quare quantum conniti animo pores, quantum labore contendere (si discendi labor est potius, quàm voluptas) tantum fac vt efficias. ¶ Enitor, pario, *ἀποτίκτω. Plaut. Amphitr.* Geminos Alcmena enititur. Vnde enixæ dicuntur mulieres, quæ partus dolore leuatæ sunt. Item Eniti, est multo conamine & labore aliquid perficere, *φιλοτιμοῦσθαι, Sallust. in Iugurth.* Ab adulescentia ita se enixum, vt ab optimo quoque probaretur: id est, multo conatu, & labore id se perfeciſſe, vt ab optimo, &c. *Columel. libro 2.* Sed nec in media parte versuræ consistat, detque requiem in summa, vt ipe cessandi totum spatium bos agilis enitatur: id est, exaret, perficiat. Hinc enixè, aduerbium, *συντόνως.* Quod & enixim dicitur. ¶ Innitor, inlæreo, firmor. *Columell. lib. 6.* Quò plus solis mediæ arbores, quibus vi-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tis applicata, & religata innititur, accipiant. ¶ Obnitor, ἀντερείδομαι, αὐτέρομαι, ἀντερίζομαι, διατείνομαι, contra nitor, obluctor, induror, obfirmor. *Virg. lib. 3. Georg.* Veraque in obnoxios vrgentur cornua vasto Cum gemitu, id est, contrà obluctantes. Hinc aduerb. Obnixè, διαπεπειλημένως. ¶ Pernitor, valde nitor, *Serv.* Pernix, perseuerans, à pernitendo tractum est. ¶ Renitor, ἀντείνομαι, ἀντίφερω, contrà nitor. ¶ Subnitor, suffulcior. *Virg. libro 3.* Parua Philoctetæ subnixa Petilia muro. Aliquando est sursum nitor, *Cæcilius in Annal.* Et Latini subnixu animo ex victoria consilium ineunt. Habent autem omnia hæc penult. prod.

* Nisus, huius nisus, Conatus. *Virgil. 1. Æneid.* -nisúque immotus eodem, Corpore tela modo atque oculis vigilantibus exit. *Colum. libro 1. cap. 3.* Quia minoris apportentur eò, quò facili nisu perueniatur. [Nisus pro gradu. *Cicer. 2. 7 tuscul.* Sedato nisu]

Nīxūs, a, um participium. Innixus, vel incumbens, fultus, sustentatus. {יגע יעף *jagháeh* ממך *semékh.* ἐρείδομαι, στηρίζομαι.} GAL. Qui s'est appuyé. ITALI. *Appoggiato, sustentato.* GER. Erstutzet/angelähnet. HISPANI. *Sostenido.* ANGLI. *That taketh paines, that leancth to.* } *cicer. 7. Verr.* Stetit soleatus Prætor populi Romani cum pallio purpureo, tunicáque talari nixus in littore. [Ecce autem auortit se, nixus (alias nisus) leua. *Plaut. Milit. sc. 2. a. 2.* Ille Deus, bene quo Romana potentia nixa est. *Ouid. Eleg. 2. libro 5. Trist.* Nixí genibus, pro supplices. *Liuius libro 2. d. 5. Et Sueton. in August. cap. 52.*]

Nīxūs, us substantiuum, Parturientium labor. {יגיע יגע *ieghiáh* יגע *iaghaḥ.* πόνος, ὠδίν, vel ὠδίς. GAL. Peine & trauail d'enfant. ITA. *Trauaglio di dona che s'affatica per partorire.* GERMAN. Die geburts arbeit/ die arbeit so die weiber haben mit gebären. HISP. *El estribadero ò dolor del parto.* ANG. *childe bearing, deliuerance of childe.* } *Virgil. 4. Georg.* -haud fœtus nixibus edunt. *Gellius libro 12. cap. 1.* Quam diutinum puerperium, & quàm laborioſi nixus fuissent. ¶ Dicitur etiam Nixus de alio quouis conatu. *Quintil. libro 2. capite 13.* qui totius corporis nixu in id quod semel inualit, incumbit. [*Ouid. 5. Fast.* Hunc stirps Oceani maturis nixibus æthera edidit.

Nīxŭs, huius nixi, Sidus cæleste, quod *Iulius Firm.* Ingeniculum vocat, ἰγνύσιος. *Cicer. in Arato,* Iam dextrum genu, & decoratam lumine suram Erigit, ille vagans vulgato nomine Nixus, Quem nocte extinctum atque exortum vidimus vna. *Ibidem,* Hic ille exoritur conuerso corpore nixus, Aluum, crura humeros, simul & præcordia lustrans, Et dextræ radios læto cum lumine iactans. Hunc Higinus Herculem esse ait, qui dextro genu nixus, sinistro pede, capitis Draconis dexteram partem opprimere conatur.

Nīxūrĭo, is, penult. prod. nixurij, Niti volo, seu cupio, aut conor facere. φιλοτεχνίζομαι. *Nigid. apud Nonium,* Nixurit qui niti vult, & in conatu sæpius aliqua re perpellitur.

Nīxŏr, aris, nixatus sum, nixari, Nitor, hoc est fulcior, sustentor. {ממך *samékh.* ἐρείδομαι, στηρίζομαι.} *Lucr. libro 4.* Et violare fidem primam, & conuellere tota Fundamenta, quibus nixatur auita, salúsque. *Idem li. 3.* Hoc est aduerso nixantem tradere monte Saxum.

Nīxij, dij, *inquit Festus,* tria signa in Capitolio ante cellam Mineruæ genibus nixa velut præsidentes parientium nixibus. *Vide Partus.*

Nītĭbundus, a, um, Vehementer nitens. περιφερόμενος τοιχώς. *Gellius libro 1. capite 11.* Sed enim Achæos Homerus pugnam indipisci ait, non fidicularum, tibiarúmque concentu, verùm conspiratu tacito nitibundos.

NITRITES NOMOS, νιτριωτικὸς νόμος, *Straboni,* Præfectura est in ea parte Ægypti, quæ est supra Memphim, nomen habens à duabus nitrariis, quæ plurimum ferunt nitri: *Vide Plinium libro 4. cap. 9. & Strab. libro 16.*

Nītrum, {יהר *nether.* νίτρον. GAL. Nitre. ITAL. *Nitro.* GERM. *Khawer/* Salpeter. HISP. *Salitre.* ANGLIC. *Saltepeter.* } ἀπὸ τοῦ νίζειν, vt quidam putant, eò quod abluendi purgandique habeat facultatem: siue, vt alij malunt, à Nitria Ægypti regione, in qua copiosissimè prouenit. Nam distat à salis Ammoniaci specie, nonnullíque existimant esse salis genus. Sicut enim salem feruor conficit Solis, in petram aquas marinas durando, ita in nitrariis, vbi æstate pluuiæ prolixiores telluri infunduntur, ardor nimius aquas excoquit in petram sali simillimam, sed nihil gelidi rigoris nisi salsi saporis habentem, quæ tamen iuxta naturam salis durare in caliditate, & nubiloso aëre fluere ac liquescere solet. Gignitur copiosissimè in Nitrite AEgypti nomo, aqua Nili in nitrarias immissa: parcius apud Medos caneſcentibus siccitate conuallibus: præstantissimum autem in Clitis Macedoniæ. Dioscorides fossile præferre videtur, quod leuius est, & sine pondere, roseo colore aut albo: & spongiarum modo fistulosum. Putant nonnulli inter Nitri species esse numerandum, quòd vulgi (vt opinor) vocabulo nonnulli *Sal nitrum* alij *Sal petræ* vocant, eóque Pharmacopolæ pro nitro vtuntur, *decepti corrupta Plinij lectione libro 31. cap. 10.* Sal nitrum sulphuri concoctum in lapidem conuertitur. Ita enim vulgò legitur: quum tamen castigatiora exemplaria sic habeant, Sal & nitrum sulphuri concoctum, &c. Verisimilius est itaque illud quod hodie vulgò *Sal nitrum* vocant, veteribus fuisse incognitum, nouitiúmque esse inuentum, non ita pridem ad bellicorum tormentorum vsum excogitatum.

Nītrōsŭs, a, um, {νιτρώδης.} Quod nitrum habet, vel nitri saporem. *Plin. lib. 31. cap. 10.* Aquæ verò nitrosæ pluribus locis reperiuntur, sed sine viribus denſandi. Nitrosus locus. *Idem libro 20. cap. 19.*

Nītrārĭa, æ, νίτρα, νίτρου χώρα, Locus vbi nitrum fit, aut effoditur. *Plin. libro 31. cap. 19.* Sunt tibi nitrariæ, in quibus & rusum exit à colore terræ.

Nītrātŭs, a dictiuum. ὁ νίτρωτος, Cui nitrum admistum est. *Martialis lib. 13.* Nitrata viridis brasica fiat aqua. *Columella libro 12. capite 55.* Nitratam aquam suffundito.

Niualis, Niueus, Vide NIX.

Nĭuĕo, es, nixi, nictum, quod minimè est in vsu à quo conniueo. *Vide in dictione* NICTO.

Nix, uis, nòtæ significationis {שלג *schélegh.* χιών. GAL. Neige. ITALIC. *Neue.* GER. Schnee. HISP. *La nieue.* ANGLIC. *Snow.*} *Plin. libro 17. cap. 2.* Quando nix, aquarum cæleſtium spuma est. *Virg. 10. Eclog.* Perque niues alum, pérque horrida castra secuta est. Niue candidiores equi, *Ouidius 8. Metamorphos.* Eluctari niues. *Tacitus libro 19.* Et vix quieto agmine niues eluctantibus, patuit quantum discriminis adeundum foret. Capitis niues, *apud Horat. 3. Carm. Ode 13, pro* canis, te quia rugæ Turpent, & capitis niues. [Nix iacet & iactam non sol pluuiæque resoluunt. Indurat Boreas perpetuúmque facit. *Ouidius Eleg. 10. libro 3. Trist.* Irerum, Nix iacet: Et, Nix iactata sub arcto. *Ibidem,* Vino nuccm diluere & glaciem addere. *Senec. Epist. 79.* De niue manat aqua. *Ouidius Eleg. 1. libro 3. Trist.* Prius numerabis arstas æstu, poma per Autumnum, frigoribúsque niues. *Ouid. Eleg. 1. lib. 4. Trist.* De Niuis potatione, *Martial. Epigram. 117. & 118. lib. 14.*] ¶ Ab antiquis Ninguis appellabatur. *Lucretius.* Gelidas effundere ningues. *Vide in Verbo* NINGO.

Nĭuālĭs, & hoc niuale, Quod ad niuem pertinet, vt Niualia loca, obnoxia niuibus, in quibus plurimum ningit {χιονώδης γιγνόμενος.} GAL. De neige. ITA. *Neuale, nenoso.* GERMA. Schneyerig/zu dem Schnee gehörend. HISPA. *Cosa de nieue, ò cosa fria.* ANGLI. *Of snow.* } *Plin. lib. 26. cap. 8.* Nascitur in petrosis, apricis, & iisdem niualibus. Niualis dies, hoc est niuosus: quo scilicet plurimum niuis e cælo dilabitur. *Liu. 1. bell. Punic.* Erat forte brumæ tempus, & niualis dies. Niualis aqua. *Gell.* Qui aquam niualem frugibus sanè & arboribus fœcundam diceret, sed hominibus potu nimio insalubrem esse. *Colum. libro 1. cap. 1.* Niuale cæ lum dixit, quod sæpe niues inducit: ait enim, Cælum porrò neque niuale vinea, neque rursus æstuosum desiderat. ¶ Osculum niuale, metaphoricè, pro frigido. *Martial. lib. 7.* Audes tu tamen osculo niuali Omnes obuius hinc & hinc tenere.

Nĭuārĭus, a, um, vt Niuarium colum. {χόσκινον διαπλοῦς, ἢ χιὼν διαπλοῦται, ἢ διαπλοῦται. GAL. Où on met la neige, ou par où on la coule. ITA. *Sacco da colar neue.* GERMAN. Ein schneesechte/ein sack oder geschirr dadurch man das schneewasser seighet. HISPAN. *El coladero para nieue.* ANGLIC. *A colander or strainer wherein snow was strained.* } *Bayfius.* Colum niuarium, vas quo aqua ex niuibus colari solebat. Nos hodie colo vtimur ad lac colandum, & est vas ligneum quod fundum linteum habet annexum. Saccus niuarius. *Plin. lib. 24.* Nitrosæ aut amaræ aquæ, polenta addita mitigantur, vt intra duas horas bibi possint. Qua de causa & in saccos niuarios additur polenta. *Bayfius.* Vtebantur Romani & sacco niuario, quo liquidius merum potarent: & erat lineus. [Niuaria lagena, *Martial. Epigram. 116. lib. 14.*]

Nĭuātus, a, um, Quod est niue refrigeratum. {ψυχρόν. GAL. Mesle ou rafraichi auec de la neige. ITALI. *Rinfrescato di neue.* GERMANI. Mit Schnee kelter. HISP. *Mezclado ò cubierto de nieue.* ANGL. *Couered or made cold with snow.* } *Sueton. in Nero.* Refotus sæpius calidis piscinis, ac tempore æstiuo niuatis.

Nĭuĕŭs, a, um, Quod est ex niue. {χιονώδης. GALLIC. Neigeux, qui est de neige. ITAL. *Neuose, cio che è di neue.* GERM. Das auß Schnee ist. HISPA. *Cosa de nieue ò cosa blanca.* ANGLIC. *Of snow.* } vt, Massa niuea, Niueus liquor, *Cicer. 2. de Diuin. Virg. 5. Georg.* Sed iacet aggeribus niueis informis & alto Terra gelu latè. *Vsus est Martialis pro* candido, *& Virgil. lib. 8 Æneid.* Dixerat, & niueis hinc atque hinc diua lacertis Cunctantem amplexu molli foue. Ebur niueum. *Ouid. 10. Metamor.* Interea niueum mira fœliciter arte Sculpsit ebur, &c.

Nĭuōsŭs, sa, sum, Niue abundans. {χιονοβόλος, χιονώδης. GAL. Neigeux, abondant en neiges. ITALIC. *Neuoso, che abonda di neue.* GERMANIC. Schneyerig/oder do es steet schneechtig ist/vel schnee. HISPAN. *Cosa llena de nieue.* ANG. *Full of snow.* } *Colum. lib. 2. cap. 9.* Ea locis prægelidis ac niuosis, vbi æstas est humida, & sine vaporibus rectè committitur. Niuosa hyems. *Liuius libro 5 ab Vrbe,* Niuosa grando *Liuius 1. bell. Pun.* Et mox aqua leuata vento, quum super gelida montium cacumina concreta esset, tantum niuosæ grandinis deiecit, vt omnibus omissis procumberent homines. [*Ouid. Eleg. 4. lib. 5. Trist.* Aduſque niuosum hrymona venisti.]

Nīxūrĭo, Nīxus, a, um, Nixus, huius nixus, *vide* NITOR.

N ante O

NO, in notis antiquorum nostrum. NOBB. Nobilibus. NOB. G. Nobis generatus, vel nobilis genere. NOB. F. N. Nobili familia natus. NON. Nonarum. NON. AP. R. Nonis April. NOR. Nostrorum. N. P. Nihil potest, vel non potest. NQ. Nusquam, vel neque, vel nanque: vel nunquam. N. Q. AN. numerat, qui annumerat: N Q. N. Nunquid non. NR. Non restituerunt. NR. Nero. N. R. Nobis Rhauenas. NR. CL. Nero Claudius. NR. Noster. N. S. E. Non sic est. NT. Nominatis. N. T. Nostri temporis.

No, nas, nani, natum, Proprium est piscium. {שחה *sachàh.* צף *tsaph.* νήχομαι. GAL. Nager. ITALIC. *Nuotare.* GERMANI. Schwimmen. HISPAN. *Nadar.* ANG. *To swimme.* } *Plin. lib. 9. cap. 17.* de accipensere, Vnus omnium squamis ad os versis contra aquam nando meat. Quanquam & de aliis rebus rectè dicitur in aqua fluitantibus. *Ouid. 1. Metamorphos.* Nat lupus inter oues, fuluos vehit vnda leones. *Virgil. 1. Æneid.* Apparent rari nantes in gurgite vasto. [Inter geminæ nantem confinia mortis (.i. nauigantem) *Tibull. lib. 4.* Cúmque Iuuentus per medium classe barbara nauit Athon. *Catul. de com. beren.*] ¶ Nare sine cortice, prouerbialis metaphora est, de iis dici solita qui suo iam marte sibi possunt consulere, nullo alieno egentes subsidio. Translatio sumpta est ab iis qui natandi non satis periti, suberis corticem corpori subiiciunt, donec eum in arte profectum fecerint, vt cortice deinceps non egeant. [Quasi pueris, qui nare discunt, scirpea induitur ratis facilius vt nent. *Plau. Aulul. sc. 1. a. 4.* Hic artem nandi præcipit, ille trochi. *Ouid. Eleg. 1. lib. 2. Trist.* Inter geminæ nantem confinia mortis (.i. nauigantem.) *Tibull. lib. 4.* Cúmque Iuuentus per medium classe barbara nauit Athon. *Catull. de com. beren.*]

Nātŏ, tas, frequentatiuum est verbi No, nas, & proprium est piscium. {שחח *sachàh* צף *tsaph.* νήχομαι, νέω, καλυμβάω. GAL. Nager. ITALIC. *Nuotare.* GERMAN. Schwimmen eins schwimmens. HISP. *Nadar.* ANGLI. *To swimme.* } *Martialis lib. 1.* Sacris piscibus hæ natantur vndæ. *Cic. Tusc. 5.* Natura bestias nantes aquarum incolas esse voluit. Nant, seu natant, tamen volucres, & bestiæ & homines. *Virgilius Æneid. 1.* Apparent rari nantes in gurgite vasto. *Cicer. de Natura deorum,* In quo quidem magis tu mihi natare vitus es, quam ipse Neptunus. ¶ *Colum. de Arbor.* ex refectione enata fuerit, vim inutilē habebit, summa parte terræ manibus radicibus. ¶ Quandoque pro trepidare. *Ouid. lib. 6. Fastorum,* Nox erat,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Nox erat, & viris cæ.lique animique natabant. ¶ Dicitur etiam de nauibus. *Virg. 4. Æneid.* -ex littore cellas Deducunt toto naues, natat vncta carina. ¶ Interdum pro madere, manare seu diffluere. *Cicer. Philipp. 3.* Natabant pauimenta vino, madebant parietes, &c. *Virg. 3. Æneid.* -neque aspersa natarent Limina. ¶ Huius composita sunt Abnato, Annato, παραπλέκομαι, iuxta nato, siue ad aliquem locum nauigo. *Virg. lib. 1. Æneid.* Hinc pauci vestri annauimus oris, *Sic & libr. 6.* Connato, συγκολυμβάω, simul nato. *Plaut.* connatat nobiscum, id est, riualis est. Denato, deorsum nato, καταπλέκομαι, Obnato, contra, seu citra nato: vt In æquore fuluis Obnatat vmbra tretis. Prænato, ante nato. *Plinius*, Prænatante pisciculo frontem suam spargit. Renato, rursus nato, vel natando reuertor, ἀναπλέκομαι. Supernato, super vndis sto, non mergor, ὑπερπλέκομαι. *Plin. li. 24.* Postea supernatans aqua tollitur spongiis. Transnato, vltrà nato, διαπλέκομαι, διανυμβάω. *Liuius*, Magonem cum equitatu flumen trauinatasse.

Nătātŭs, us, Ipse natandi actus. {νῆξις. GALL. Nagement. ITALIC. *Essso nuotare.* GERMA. Das Schwimmen. HISPANI. *Obrar de nadar.* ANG. *Swimming.*} *Claud. lib. 3. de Raptu Proserpinæ*, Lucus erat prope flumen Atim, quod candida præfert Sepe mari, pulchróque fecat Galatea natatu. Segnis natatus. *Idem de Torpedine.*

Nătābŭla. τὰ νηχεῖα. GAL. Lieux où l'on nage. ITA. *Luoghi doue si nuota.* GERM. Orter da man schwimmet. HISP. *Nadadero, lugar de nadar.* ANG. *Places to swimme in.*} ab Apuleio dicuntur natationes, hoc est piscinæ natatoriæ.

Nătātŏr, oris, verbale. {שחח *sochéh.* κολυμβητὴς, νήκτης. GALL. Nageur. ITAL. *Che nuota.* GERM. Ein schwimmer. HISPA. *Nadador.* ANG. *A swimmer.*} *Qui natat. Ouid. 1 de Remed. amor.* Pugnat in aduersas ire natator aquas.

Nătātōrĭum, & Natatio à natando dicuntur, & à Græcis κολυμβήτρα, βαπτιστήρια dicuntur.

Nătātĭlis, penu. corr. Qui natat, vel natare potest: sicut Volatilis, qui volat, vel volare potest. {νευστικὸς, πλωτὸς. GAL. Qui peut nager. ITA. *Che nuota.* GERM. Schwimfertig / das da schwimmet oder schimmen kan. HISPAN. *Cosa de agua que puedendar.* ANG. *That may swimme.*} *August. libr. 12. de Ciuita.* Talem ille creauit animam, qua per rationem & intelligentiam omnibus esse præstantior animalibus terrestribus, & natatilibus, & volatilibus, quæ mentem huiusmodi non haberent.

Nătātīlĕ, subst antiuum, Locus est vbi natant pisces, aut anates, & similia. {κολυμβήτρα, βαπτιστήριον. GAL. Le lieu où nagent les poissons, canes ou canarts. ITALI. *Doue nuotano pesci, anitre & simili.* GERMA. Ein ort da die thier schwimmen es seyend Fisch/Gens/Enten, &c. HISPAN. *Nadadero, donde nadan los pescados.* AN. *A place where fisches swimmesh.*} *Varro lib. 3. de Re rust. cap. 5.* Circum falere & natatilia sunt excauata anatum stabula.

Nătātĭtĭus, a, um, Quod natat, νηκτικός.

NOA, Syenitarum oppidum est ad Nilum fluuium. *Plin. lib. 6. cap. 29.*

NOAB, νόαβ, Vrbs Siciliæ. Gentile Noëus, *Steph.*

NŏĀS, νόας, Thraciæ fluuius est, ex Hæmo monte nascens, & in Istrum influens. *Autor Herod. lib. 2.*

Nōbĭlĭs, le, illustris, clarus, celeber, quasi noscibilis, vt ita dicam dignus, cuius nomen omnibus cognitum sit, à Nosco, vnde & pro noto ponitur. {אריך *addir* נאדר *needhár* חדור *hadhúr* הדר *hadhár* קרוא *karú* קריא *keri* אציל *atsil* נודע *nodah* יקר *jakár* יקיר *jakkír* נכבד *nichhbádh* בוחרים *benchorim.* γνώσιμος, ἰσχυρὸς. GAL. Noble, excellent, fort cognu. ITALIC. *Nobile, chiaro, conosciuto.* GERMANIC. Edell/berümpt/furtreffentlich. HISPANIC. *Noble ò notable.* ANGLI. *Noble, excellent, famous.*} *Virg. 7. Æneid.* Est locus Italiæ medio sub montibus altis Nobilis. ¶ Sic illustris, Egregius, Insignis, Præcipuus, non laudis nomina sunt, sed tam in malam quàm bonam partem accipiuntur. ¶ Nobilis itaque pro eximio & excellenti in quacunque re ponitur, sine bona siue mala. De bona, vt quum ad generis dignitatem refertur. *Sallust. in Catil.* Nobili genere natus fuit *Cic. 1. de Diuinat.* Nobili loco natus. De mala, *Liuius*, Nobilis ille clade Romana locus. *Plau. in Rud.* Qui se scelere nobiles fieri volunt. [Nobilis & obscura origo opponuntur. *Sueton. in Vitell. cap. 1.*] ¶ Facinus nobile, idem quod insigne. *Cicer. 4. Verr.* Accipite nunc aliud eius facinus nobile, & multis locis sæpe commemoratum. * Nobilis ad, id est vtilis per excellentiam dicitur. *Plin. lib. 11. cap. 37.* Vtilis quidem marinis ad multa quoque nobile fel. Homo omnium nobilissimus *Cicer. Lentulo lib. 1. Epistol.* In te enim homine omnium nobilissimo similia inuidorum vitia perspexi. [*Velleius Cicero* nouitatis nobilissimæ, *Item* Cimbri suis nostrisque cladibus nobiles *Velleius.* Nobilis est Canace fratris amore sui. *Ouid. Eleg. 1. lib. 2. Trist.* Nobiles & acerbæ inimicitiæ. *Liuius lib. 7. belli Pun.*] ¶ Inimicitiæ nobilissimæ. *Liuius 9. bel. Macedonici*, verum enimuero quum sint nobilissimæ sibi cum Consule inimicitiæ, qui ab eo quenquam aspectare æquum est? Hinc sunt illa crebrò vsurata, Nobilis genere, Nobili loco, Summo, Honesto, Claro loco natus.

Nōbĭlĭtās, atis, Generis, vel alterius rei excellentia & dignitas. {אדר *éder* הדר *hédher* חדר *hadhár* כבוד *chabódh* יקר *jekár.* ἰσχύειν. GAL. Noblesse, excellence, bruit & renommée. ITA. *Nobilità, fama, dignità per virtu.* GER. Adel/furtreffenheit. HISPA. *Nobleza ò hidalguia.* ANG. *Nobilitie, renowme excellentie of kinred.*} *Colum. lib. 4.* Deprehendi potest nobilitas in gestu. *Cic. pro P. Sest.* Omnes boni semper nobilitati fauemus: & quia vtile Reip. nobiles esse homines, dignos maiorib. suis: & quia valet apud nos clarorum hominum, & bene de Reip. meritorum memoria. His contraria sunt, Ignobilis, ἀξιωτὸς, & ignobilitas, ἀξίωτος. [Est quoque per matrem Cyllenius addita nobis altera nobilitas. *Item* Nobilitate potens. *Ouid. 13. Metam.* Et quæcunque minor nobilitate fera est. *Ouid. Eleg. 5. lib. 3. Trist.* In quo pars magnæ nobilitatis erat. *Ouid.* * *Eleg. 4. lib. 4. Trist.* Quid sit nobilitas, *docet Cic. apud Nonium in Veterascere.*] ¶ Nobilitas, Pro fama, & nominis celebritate. *Cic. 4. Acad.* Studiosus nobilitaris fuit.

Nōbĭlĭto, as, Nobilem reddo, honore augeo, dignitatem addo, decoro, honesto. {חדר *hadhár* כבך *chibbédh.* ἐυδοκιμέω. GAL. Anoblir, mettre en bruit & credit. ITAL. *Nobilitare far nobile.* GERM. Edel machen/ berümpt machen/ furträffentlich machen. HISP. *Ennoblescer ò hazer notable.* ANGLI. *To make famous, or to bring to great renowme.*} *Cicer. de Senect.* Neque enim ex te vnquam es nobilitatus, sed ex lateribus & lacertis tuis. ¶ Aliquando notum facio & celebro, vel infamem reddo, γνωρίζω, *Cicer. lib. 1. Offic.* Testis est Phalaris, cuius est præter cæteros nobilitata crudelitas. ¶ Nobilitare aliquem flagitiis. *Terent. Eunuch.* Tu iam pendebis, qui fultrum adolescentulum nobilitas flagitiis, & eundem indicas. *Vbi Donatus*, Duas res significat simul & cogis flagitia facere, & facientem indicas. [Nobilitatur carminibus. *Senec. c. 17. de Consol. ad Heluiam.*]

Nōbĭlĭtĕr, aduer. Insigniter & decorè, [ἰσχυρῶς. GAL. Noblement, excellemment. ITA. *Nobilmente.* GERMAN. Adelich/herrlich. HISPAN. *Nobilmente ò notablemente.* ANGLIC. *Excellentlie, noblie.*} *Plin. libro 34. cap. 8.* Possidonius qui & argentum cælauit nobiliter.

Nŏcĕo, es, cui, citum, Obsum, aut damnum, aut iniuriam alicui infero. {הרע *herá.* σίνομαι, βλάπτω. GAL. Nuire. ITALI. *Nuocere.* GER. Schaden thun. HISPANI. *Empecer.* ANG. *To hurt, to harme, to annoye.*} *Colum. libro 2.* Non nocebitur ei nocturnis roribus, aliisve ex causis, dum à pecore & anibus vindicetur. *Cicer. 3. Offic.* Eodem modo constitutum est, vt non liceret sui commodi causa nocere alteri, *Ouid. 5. Metam.* -nocuit sua culpa duobus. *Virgil. 10. Eclog.* Surgamus: solet esse grauis cantantibus vmbra. Iuniperi grauis vmbra nocent & frugibus vmbræ. *Horat. 1. Epist. 2.* nocet empta dolore voluptas. *Plaut. in Milite*, cum accusatiuo iunxit, Iura (*inquit*) te non nociturum esse hominem de hac re neminem. [Huic modo ne profit, néve mihi noceat ingenium. *Ouid. 13. Met.* Quos dum ferias tibi plus noceas. *Plaut. Pseud. sc. 2. a. 1.* Ego ne quid noceat, cauero (.i. ne me fallat.) *Plan. Pseud. sc. 5. a. 1.* Neque diem me decet morari: neque nocti nocerier. *Plaut. Curc. sc. 3. a. 2.* (i. me nocti obstare, nec decedere aduenienti.] ¶ Nocere noxam. *Liuius 9. ab Vrbe*, Atque ob eam rem noxam nocuerunt, ex priscis legibus. *Item Paulus l. 63. D. ad leg. Falcid.* Eadem causa est eius serui qui noxam nocuit: nec enim delinquendo quisquam pretiosior fit. Nihil nocet, *Cic. ad Attic. lib. 12.* De quo nihil nocuerit, si aliquid cum Balbo erit locutus.

Nŏcētŭr impersonale. *Cicer. 4. Verr.* Confirmat his curaturum se esse ne quid ei per filium suum noceretur.

Nŏcēns, nocentis, participium & nomen ex participio, Qui iniuriam aut maleficium commisit, aut qui alteri nocuit, dammúmve intulit. {מרע *meráh.* βλάπτων, ἀδικῶν. GAL. Nuisant & portant dommage. ITA. *Che nuoce ò dannoggia, colpeuole.* GERM. Schadend/schädlich. HISPA. *Dannoso ò empeciente.* ANGL. *That annoyeth or doeth iniurie.*} *Cic 2. Offic.* Ita habēdum est religioni, nocentem aliquando nefarium, impiúmque defendere. *Idem pro Sextio*, Neque nocentes sunt, nec natura improbi. *Ouid. Eleg. vlt. lib. 4. Trist.* Famulósque nocentes.] ¶ Hinc Nocentior, & Nocentissimus. *Horat. Epistol. 3.* Edat cicutis allium nocentius. *Ouid. 1. Metamorphos.* Iámque nocens ferrum, ferróque nocentius aurum Prodierat. *Cicer. 2. Verr.* Se auarissimi hominis cupiditati satisfacere posse, nocentissimæ victoriæ non posse innocentes, ἀδικωτάτοις, καὶ δικαιοτάτοις κρίσεις, qui ab omni iniuria maleficióve abstinent. ¶ Innocentia, ἀκακία, ἀβλαβία, *de quibus suis locis.*

Nŏcēnter aduerb. {βλαβερῶς. GAL. Auec nuisance, pour nuire. ITAL. *con nuocimento, per nuocere.* GERMANI. Schädlich. HISPAN. *con danno ò empeciemento, para empecer.* ANGLIC. *with annoying or hurte fully. Columell. lib. 8. cap. 2.* Robusta crura, nec longa sed infestis velut sudibus nocenter armata.

*Nocĭuŭs, Adiect. Qui nocet. *Plin. libro 10. cap. 2.* Pecori præcipuè nociuam.

Nŏcŭŭs, Qui nocet. {מרע *meráh.* βλαβερός, σίνυτος. GALL. Qui blesse & nuit, nuisant. ITA. *Che nuoce, nuocēte.* GER. Schädlich/der schaden thut. HIS. *Cosa dannosa ò empeciente.* ANG. *That hurteth or annoyeth.*} *Cicer. 3. de Lego.* Magistratus: nec obedientem & nocuum ciuem mulcta, verberibus, vinculisque coercento. * Correctiora exemplaria legunt, noxium. ¶ Innocuus, ἀβλαβὴς, qui non nocet. Quandoque tamen passiuè sumitur pro eo cui non nocetur. *Sed de hoc suo loco.*

Nŏctĕscĕrĕ. Noctu *Vide* NOX.

Noctŭă, æ, Auis à tempore noctis dicta. {תחמס *tachmás.* γλαῦξ. GALL. Hibou ou chathuant. ITALIC. *Ciuetta.* GERMA. Ein Nachteul. HISPA. *La lechuza.* ANGLI. *An Owle.*} *Plin. lib. 10. cap. 17.* Noctuarum contra aues fœlers dimicatio: maiore circundatæ multitudine resupinæ pedibus repugnant, collectæque in arctum, rostro & vnguibus totæ tegūntur. ¶ Noctuas Athenas ferre prouerbio dicuntur ij, qui eò ré aliquam afferunt, vbi eius maxima est copia. Ferunt enim noctuarum maximā vim Athenis esse. * Venustius fiet, si metaphora ad res animi transferatur. vt si quis doceat doctiorem, carmina mittat poetæ, consilium det homini consultissimo. *Cic. ad Torquatum libro 6.* Sed rursus γλαῦκ' εἰς Ἀθήνας, qui hæc ad te. *Idem ad Quintum fratrem libro 2.* Ego te libenter, vt rogas, quibus rebus vis adiuuabo, & tibi versus, quos rogas, hoc est Athenas noctuam mittam. [Vin' afferri noctuam quæ tu tu vsque dicat tibi. *Plaut. Menæch. sc. 2. a. 4.*]

[Noctŭinus, a, um: *Plaut. Curc. sc. 3 a. 1.* Tu cum noctuis oculis. (Alias, Nocturnis.)]

Nodia, Herba est (*inquit Pli. lib. 24. c. 19.*) coriariorum officinis nota, quę alio nomine Muralis dicitur. Nomas curat, efficacissimamque ex vino aut posca pota aduersus scorpiones vim habet.

Nōdŭs, di, Vinculum, ligatura. {קשור *tsrór* אסור *esúr.* ἄμμα, συνδεσμος. GALL. Vn nœud. ITA. *Nodo, groppo.* GERM. Ein knopff. HISPANIC. *El nudo.* ANGLI. *A knott.*} *cicer. de Vniuer.* Omnia autem duo ad cohærendum tertium aliquid requirunt, & quasi nodum, vinculúmque desiderant. *Virgil. 8. Eclog.* Nectę tribus nodis ternos Amaryllı colores. *Idem 1. Æneid.* Nuda genu, nodóque sinus collecta fluentes. *Horat. 3. Carm. Ode 21.* Segnéque nodum soluere Gratiæ. [*Senec. Epistol. 88.* Herculaneus nodus: vel vt alij.] Nodus Herculeus prouerbij speciem habet pro vinculo arctissimo, & quod nō facile solui possit. Fertur enim Hercules nodi quoddam genus ostendisse, in quo neque principium neque finis appareret: propter quod posteris & admirationi fuit, & religioni: eóque nectendi genere vti solent in obligandis vulneribus. *Plinius lib. 28. capite 6.* Vulnera nodo Herculis præligare, mirum quāto ocyor medicina est. Huiusmodi etiam nodo, *autore Festo*, nouæ nuptæ cingulum, boni ominis causa vinciebatur, quem maritus deinde in lecto soluebat: quo commento significare volebant, indissolubile futurum earum nuptiarum vinculum. *Vide de hoc plura in Erasmi Adagiis.* ¶ Dicitur præterea nodus in arbore, & in digito, eminens ille

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

calus,vbi veluti colligati simul rami esse apparent. συνεχοί. *Colum. libr. 3.* Eius imam partem,quam in terram demittitur ex acutissima falce iuxta nodum rotunda plaga amputato. *Liuius 1. ab Vrbe.* Bacchum sine nodo aduncum tenens. ¶ Arundines nodi, *Catudianus de Torpedine.* ¶ Corporum nodi,pro articulis. *Plin. lib. 11. cap. 37.* Nerui nodos corporum,qui vocantur articuli,aliubi interuentu,aliubi ambitu, aliubi transitu ligantes. ¶ Crura sine nodis *Cæs. 6. belli Gall.* ¶ Articulorum nodi. *Plin. lib. 11. cap. 37.* Sed quibus Cerui e multis vertebratisque orbiculatim ossibus flexilis ad circumspectum articulorum nodis iungitur. ¶ Accipitur & Nodus pro ænigmate,vel quæstione aliqua difficili,& generaliter pro quacunque difficultate. *Cælius ad Cic. Famil. 8.* Incideramus enim in difficilem nodum. *Idem Attic. lib. 5.* Dum hic nodus expediatur. [*Liu. lib. 10. d. 4.* Nodum erroris extoluere.] Hinc est vetus illud prouerbium, Nodum in scirpo quæris: quod dici solet in homines vehementer scrupulosos,& anxios qui etiam in re facillima scrupulum inueniunt. Tractum est prouerbium à læuitate scirpi, quæ constat omni prorsus carere nodo. *Terent. in Andr.* At mihi vnus scrupulus etiam restat, qui me malè habet. P. Dignus es cum tua religione odio: nodum in scirpo quæris. ¶ Nodus item in exercitu dicitur densa peditum multitudo,quod non facilè possit resolui. *Auto r Sipo ninus.* Equidem Cæs. Liuium,Sallustium,quàm Sipontinum sequi mallem. ¶ Cælestis nodus,lydus piscium olim dicebatur. *Cic. in Arato*, Quam veteres soluti Cælestem dicere nodum. ¶ A nodus fiunt Enodis, ἄδενδρος, Inenodabile, Internodium, *de quibus diximus suis locis.*

Nōdŭlus,diminutiuum. { ἁμυδρόν. GAL. Petit nœud. ITA. *Picciolo nodo.* GERM. Ein knöpfflin. HISP. *Pequenno nnudo.* ANG. *A litle knott.* } *Plin. lib. 25. cap. 1.* Dein nudantibus se nodulis in fæce nigri vini,vel Græci mente Martio macerantur.

Nōdōsus,a,um, Quod multos habet nodos. { πολύπλοκος. GAL. Noueux, noueilleux,plein de nœuds. ITAL. *Pieno de nodi,nodato.* GER. Knöpffes ichtig. HIS. *Cosa llena de nnudos.* ANG. *Full of knottes.* } *Luc. lib. 8.* Tunc neruos,venasque secat,nodosique frangit Ossa. *Ouid. 1. de Pont. Eleg. 2.* Tollere nodosam nescit medicina podagram. *Horat. 2. Serm. Satyr. 3.* adde Cicutæ Nodosi tabulas centum, Acron, Nodosi, scrupulosi, diligentis in accipiendis cautionibus.

Nōdo,as, Nodos facio, ligo in nodos. { קשר *kaschár* אסר *asár.* δεσμέω, πλέκω. GAL. Nouer. ITAL. *Ligare, annodare.* GERM. Knöpff machen/knüpfen. HISPANIC. *Atar, annudar, hazer nnudo.* ANGLIC. *Tok knitte, totie knottes.* } *Plinius lib. 37. cap. 3.* Tanta copia inuecta,vt retia arcendis feris podium potegantia succinis nodarentur. *Lactan. de Offic.* Deus igitur solidamenta corporis,quæ ossa dicuntur,nodata & adiuncta inuicem,neruis alligauit,atque constr uxit. *Virgil. lib. 4.* crines nodantur in aurum. *Cat. de Re rust. cap. 33.* Vites bene nodentur per omnes ramos. Vbi docet quomodo vites alligari debeant arborum ramis. ¶ Huius composita sunt, Enodo, quod nodatum erat soluo, λύω. ¶ Per translationem significat declaro, expono. *Gellius lib. 2.* Ad hunc modum Iulianus enodabat, diiudicabátque veterum scriptorum sententias, quas apud eum adolescentes lectitabant. Interdum Enodare, est arbores à nodis purgare,& enodes facere. *Colu. li. 5. c. 5.* Quæ vlm⁹ à positione bene puenerit, eius sũmæ virge falce debent enodari. Connodo,& Innodo sunt eiusdem significationis cum simplici: & habent penult. prod.

Nō lātĭo, onis, pro nodositate. *Vitru. lib. 2. cap. 9.* Præcisa alte circiter pedes viginti,& perdolata propter nodationis duritiem.

NŌDĪNVS, penult. prod. Deus quem *diuus August. in li. de Ciui. Dei*, ex Varrone scribit cultum fuisse à veteribus Romanis, putantibus Proserpinam frumentis præpositam germinantibus & proserpentibus: geniculis verò nodisque culmorum deum Nodinum: inuolucris autem illis folliculorum, deam Volutinam: quum folliculi patescunt, quò exeat spica, deam Patelenam: quum segetes nouis aristis exæquantur, Hostilinam deam: quia hostire ac hostimẽtum veteribus exæquationem significabat, Floram quoque adiicit, & Lactucinam ac Mactutam, quæ florentibus lactescentibúsque ac matur escentibus præsint frumentis.

NOEGA, Oppidum est Hispaniæ Tarraconensis, in tractu Astarum in peninsula Pisici. *Autor Plin. lib. 2. cap. 20.*

Nŏægæum, Amiculi genus est, autore Festo, prætextum purpura, coloris candidi: vnde etiam pro candido quãdoq; ponitur. *Liuius Andro.* Lacrymas de ore noëgæo detersit.

Nŏēma, atis, νόημα, Est sententiæ quoddam genus, quum aliud intelligitur quàm videtur dici: vt si quis dicat, Aliquem nasum cubito emungere, quum velit indicare ipsum esse salsamentarium. Aliud exemplũ ponit *Quintil. lib. 8. cap. 5.* de muliere quadam, quæ quum fratrem sæpius è ludo gladiatorio redemisset, tandem dormienti, ne toties vitæ discrimen subiret, pollicem præcidit. Quo nomine quum frater aduersus eam talionis ageret, Eras, inquit, dignus qui integram haberes manum, hoc est vt iterum in arenam descenderes,& nullo te redimẽte interficer eris.

NOEMAGVS, *Vide* NEOMAGVS.

NOLA, νῶλα. Ptolemæo, Campaniæ vrbs mediterranea, quam *Virgil.* ob aquam sibi denegatam è carmine suo erasisse dicitur. Hanc prius Sidicinum fuisse dictam scribit *Plin. lib. 3. c. 5.*

Nolo, Ex Non,& Volo. { οὐ θέλω, ἀβούλομαι. GALLIC. Ne point vouloir, ne vouloir point. ITA. *Non volere.* GE. Nicht wöllen. HI. *No querer.* AN. *To wil not.* } [Nolo ego te malè præcipere. *Plaut. Most. sc. 3. a. 1.* Num non vis nie Interrogare te? *Plaut. Aul. sc. 3. a. 1.* Nam non vis hisce me ire obuiam. *Plaut. Most. sc. 4. a. 1.* Ego vos nolo ambos. *Plaut. Cure. sc. 3. a. 5.* Aut satisfaciat mihi, atque adiuret insuper nolle esse dicta, quæ in me insontem protulit. *Plaut. Amph.* Idem valet. *In Asin.* Neque illud dixi, neque dictum volo. Neqs quid velim, neqs quid nolim facitis magni. *Plaut. Asin. sc. 3. a. 1.* Nisi non vis illa referri. *Ouid. Eleg. 3. lib. 4. Trist.* Hoc te, nisi forte non vis, monitum volo. *Plaut. Capt. sc. 2. a. 2*] *Terent. in Eun.* Noui ingenium mulierum, Nolunt vbi velis, vbi nolis cupiunt vltro. *Idem in Eun.* nolo me in via Cum hac veste videat. *Cic. in Orat.* Libenter etiã copulãdo verba iungebãt: vt Sodes, p Si audes: Nolle, pro Nõ velle: Non nolle, pro velle. *Cic. 4. Verr.* Vt quum tabulas nouo magistro traderem, exempla literarum ipsi habere non nollent. ¶ Nolens participium. *Luc. lib. 1.* quanuis nolente Senatu Traximus imperium. ¶ Vetres neuolo, neuis, nenult, dicebant. *Plaut.* Filiam meam tibi desponsatã esse audio, nisi tu neuis.

NŎMĂDES, dum, νομάς, Africæ populi inter Zeugitanam regionem & Mauritaniam siti, qui postea literis aliquot mutatis Numidæ appellati sunt. Hos scribit Sallustius ex Persis ortum traxisse, qui Herculem in Hispaniam sunt comitati: eóque mortuo, in Africam traiecisse, locaque occupasse Oceano proxima, alueósque nauium inuersos, pro turribus habuisse: deinde paulatim per connubia sibi Getulos miscuisse, posteáque Numidiæ nomo propter multitudinem à parentibus digressos, possidisse ea loca quæ proxime Carthaginem Numidia appellatur. Hæc ille. Dicti autem sunt Nomades ἀπὸ τῶ νέμεσθαι, hoc est à pascendo, quòd pastionibus præcipue vacarent, herbisque vno in loco depastis, papiliones suos curribus alió transferebant. Sunt & alij Nomades in Scythia supra Mæotim Agathyrsis & Basilidis finitimi, *quorum meminit Plinius l. 4. c. 12.*

Nŏmæ, νόμα, Vlcera quæ depascunt, vorántque serpendo corpus. *Plin. li. 23. c. 4.* Tolli autem,& cum melle triti nomas repurgant.

NOMAEI, νομῆοι. Populi qui postea Scythæ dicti sunt *Stepha.*

Nŏmarchĭa æ, & Nomarcha, æ, vide in dictione NOMOS.

NOMBA, νόμβα. Vrbs Iudææ, Gentile, Nombæus, *Steph. ex Iosepho.*

Nōmĕn, inis. { שם *schem.* GALLIC. Nom. ITA. *Nome.* GER. Ein nam. HISPAN. *Nombre.* ANGLI. *A name.* } Quasi nouimen (*inquit Festus*) à Noisco, quòd notitiam faciat: nam per id quo quicquid nominamus agnoscitur. Aut à Græco ὄνομα, abiecto o. Proprie autem nomen dicitur, *teste Nonio*, proprium vocabulum singulorum, hoc est quo singulæ res appellantur. Inde Nomino, quod est nomen alicui rei impono. [Te ne dicat, nomen nominet. *Plaut. Asin. sc. 1. a. 4.* Paratum nomen puero, Posthumus. *Plaut. Aulul. sc. 3 a. 1.* Aliud nomen quærendum est mihi. *Plau. Amphitr. sc. 1. a. 1.* Quicquid est nomen tibi. *Gell. cap. 1. lib. 4. & Plaut. Menæch. sc. 2. a. 5. & Pseud. sc. 2. a. 2.* Nomen commutare, mutare. *Plau. Aulu. sc. 5. a. 1.* & alibi. Ibo ad tres viros, Ibique vestra nomina, faxo erunt (.i. deteram nomina.) *Plaut. Asin. sc. 2. a. 1.* Et, Ad tres viros ego deteram tuum nomen. *Plaut Aul. sc. 2. a. 3.* Iniuria es. Falsum nomen possidere postulas (.i. alienum, aut certe non tuum) *Plaut. milit. sc. 5. a. 2.* Quid est tibi nomen, Syrus, Id nomen est mihi. *Plaut. Pseud. sc. 2. a. 2. Ibidem.* Quid est tibi nomen? Harpax. *Iterum Ibidem, sc. 4. a. 2.* Quid nomen esse dicam isti seruo? Simiæ. Nomen diu seruitutis ferãt. (nequam ferut) *Plaut. Pseud. sc. 7. a. 4.* Adire nomen Inuidiosæ forti tunæ Cæsaris. *Vellelius de Augusto eius hæredi.* Vt nostrum tantis inscribam nomen in actis. *Tibullus libro 4.* Pol tibi istuc nomẽ (furciferi) credo adstutum fore. *Plaut. Mostel. sc. 1. a. 1.* Est mihi nomen Menæchmus. *Plaut. Menæch. sc vlt. a. 5.* Rebus adest nomen, nominibúsque pudor. *Ouid. Eleg. 1. libro 2. Trist.* Quid nomen illi? Leno Balbio. *Plaut. Pseud. sc. 2. a. 4.* Quomodo nomen factum Menæchmo tibi. *Plau. Men sc. vlt. a. 5.* Nomen & argumentum Comœdiæ eloquar. *Plaut. Milite, sc. 2. a. 1.* Nomẽ Onagros est huic fabulæ. *Plaut. Asin. prolog.* Quo nos vocabis nomine? libertos. *Plautus Asin. sc. 3. a. 3.* Iuuentus nomen indidit Scorto mihi. *Plaut. Capt. sc. 1. a. 1.* Commutare nomen alicui. *Plaut. Pseud. sc. 2. a. 1.* Vno nomine ambo eratis. *Plau. Men. sc. vlt. a. 5.* Nomini muliebri datum Ius in lachrymas (.i. sexui) *Senec. cap. 15. de Consol. ad Heluiam.* Muliebre nomen prætendere. *Ibidem cap. 16.* Et plures quorum nomina magna vigent. *Ouid. Eleg. 1. libro 5. Trist.* Nec mihi ius ciuis nec mihi nomen abest. *Ouid. Eleg. 3. lib. 5. Trist.* Nomen clarum meruit inter patronos. *Quintil.* Idque tuo nuper scriptum sub nomine Cæsar (opus) *Ouid. Eleg. 1. lib. 2. Trist.* Nullo nomine melius natura de nobis meruit, quàm, &c. *Senec. capite 10. de Tranq.* Et supereste fine me nomen in orbe meum. *Ouid. Eleg. 10. libro 3.* ¶ Latini nominis socij (.i. gentis.) *Liu. libro 34.* Nomen enim Latinum apud Liuium sæpè pro gente vsurpatur. *Sic Ouid.* Romanum si modò nomen amant (Dij) *Ouid. Eleg. 1. libro 2. Trist. Iterum ibid.* Moles Romani nominis vrget. Et, *Velleius* Nomini Romano inuisa Carthago. ¶ Nomen stipendij imponere prouinciæ (.i. stipendiariam facere) Rendre tributaire, taillable. *Sueto. in Cæs. cap. 25.* ¶ Nomen dare in coloniam *Liuius lib. 4. d. 4. Et Senec. cap. 7. de Cons. ad Hel.* Quod tibi est, nomen fecit mihi. *Plaut. Men. sc. vlt. a. 5.*] Nomen autem sit dupliciter. Aut enim vniuerso generi imponimus, quod Grammatici Nomen appellatiuum vocant: vt quum animal vtens ratione Hominem dicimus nominari. Aut singulis rebus peculiare nomen imponimus, quod illi cum alio non sit commune. Hoc à grammaticis nomen proprium appellatur. Quod sic definitur à Cicerone, Nomen est quod vnicuique personę attribuitur, quo quęque suo proprio & certo vocabulo appellatur. Hoc rursus diuiditur in Prænomen, Nomen, Cognomen, & Agnomen, vt Publius, Cornelius, Scipio, Africanus. ¶ Prænomen interdum vna, interdum duabus, interdum tribus literis notabatur: vt, C. Caius, Gn. Gneus, Sex. Sextus. Fuitq; nonnulla ratio prænominis: nã & Quintum ideo dixerũt, quod quinto fortasis loco natus esset: Lucium, quod initio lucis exortus: Manium mane: Gneum, à corporis effigie. ¶ Nomen, quod gentis & familiæ originem declarat, quódque omnibus qui ex eadem gente sunt commune est, vt Cornelius. ¶ Cognomen, quod nomini subiungitur tractum ab aliquo vel corporis vitio, vel commodo, vel aliquo euentu, vt Scipio. ¶ Agnomen, quod cognomen sequitur, & quemadmodum cognomen, à corporis siue mentis adiunctis, aut aliis euentis ducitur, vt Africanus à deuicta Africa. Sæpe autem Cognomen pro Agnomine ponitur. *Cicero.* Scipio ille, cui Africano fuit cognomen. *Idem ad Attic.* Téque non cognomen solùm Athenis deportasse, sed humanitatem & prudentiam intelligo. Romani plerunque tribus vti solent nominibus: nonnulli etiam quatuor: vt P. Cornelius Scipio Africanus: vbi Publius est prænomen, Cornelius nomen proprie dictũ, Scipio cognomen, Africanus agnomen. Et nomen quidem atque cognomen omnium eiusdem familiæ commune erat, prænomen verò tantùm singulorum. Prænomen enim erat, quo fratres à se mutuo distinguebantur: vt pater appellabat ex duobus filiis alterum Publium, alterum Lucium: nec se aliter inter se fratres ipsi vocabant. [Prænomina Patritiorum Improborum non indebant aliis. *Gell. cap. 2. libro 9.*] Quidam etiam à vestimento cognomen sortiti sunt, vt Antonius Caracalla. Quidam à pecore minori, vt Porcius, Scropha. Quidam à pecore maiori, vt Equitius, Taurus. Quidam à piscibus, vt Sergius, Orata, Muræna. Quidam ab arboribus, vt Frontinus. Quidam ab ea re quam optime sererent, vt Fabius, Lentulus, Cicero, Piso: quanuis hoc nonnulli à pinsendo dictum putent. Pilum autem cognomen in-

de tra-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

de tractum putatur: quod qui primus in ea familia hoc cognomine di
tus est, pili vllam inuenerit. ¶ Aliquando Nomen pro decore, gloria,
fama, existimatione, præd.catione & sermone hominum vsurpatur.
Virg. 2. Æneid. Aut illúmque humeris caput, & sine nomine corpus *Ibi-
dem* & nos aliquod nomenque decúsque Gessimus. *Ouid. 10. Meta.* Ma-
gnum & memorabile nomen. [Multo nomine Grammaticus. *Gell. c.
9. l. 20.* Nomen clarum inter patronos meruit. *Quintil.* Nomen capta-
res (inquam.) *Senec. c. 9. de Tranq.*] ¶ Nomen etiam accipitur pro gē-
te: *vt apud Virgil.* noſtrúmque in nomē ituras. ¶ Nomina præterea di-
cuntur, *teste Budæo*, capita, vel (vt hodie loquimur) articuli rationis ar-
gentariæ, in quibus descripta sunt nomina debitorum, quibus pecuniæ
expensæ feruntur. *Cic. 3. Ver.* Satis te elapsurũ omni suspicione arbitra-
bare, si quibus pecuniã credebas, iis expensum non ferres? neq; in tuas
tabulas vllum nomẽ referres, quum tibi tot nominib. acceptum Cur-
tij referrent? quid proderat tibi expensum illi non tulisse? ¶ Nonnũ-
quam nomen accipitur pro ipso debitore. *Columel. l. 1. c. 7.* Vel optima
nomina non appellando fieri mala, fœnerator Alphius dixisse veriſſi-
me ferur. Hoc est etiamsi optimi sint debitores, si tamen diutius de-
bitum exigere distuleris, negligentia tandem eos fieri non soluen-
do. *Cic. in Epist.* Ego sum assecutus vt bonum nomen existimer. ¶ Sæpe
etiã Nomen accipitur pro ipso debito. *Cic. ad Attic. l. 16.* Nomina mea
per Deos expedi. *Idem ad eundem li. 6.* Salaminios autem adduxi, vt to-
tum nomen Scaptio vellent soluere. [Nomen est quicquid in accepti
vel expensi tabulas refertur. Nomina facere (de debitore) *Senec. c. 1. &
24. lib. 1. de Benefic.* ¶ Nomen profiteri & edere, pro dare dixit *Liuius li.
2. ab vrb.* ¶ Item Nomina collis habet, pro nomen. *Ouid. 3. Fast.* ¶ No-
men deferre, vide Deferre. Nomina recipere. *Liu. 9. ab Vrb.* Est vt opi-
nor redigere in reorum tabulas. ¶ Nomina in socios transcribere. *Liu.*
Perdidi meo nomine CCC. *Suet. in August. c. 71.* De nomine, prænomi-
ne, cognomine, *Vide Plut. in Coriola. & in Mario.*] ¶ Item videtur no-
men quoque accipi pro ipso creditore. *Cic. pro Quint.* Cùm æris alieni
aliquantum esset relictum, quibus nominibus pecuniam Romæ cura-
ri oporteret &c. ¶ Ponitur etiam nomen aliquando pro causa. *Cic. de
Amic.* ab amicitia Qu. Pompeij meo nomine se remouerat vt scitis,
Scipio. *Idem in Vat.* Non tam tuo, quàm Reip. nomine. *Cæs. 3. bell. Gall.*
Odisse etiam suo nomine Cæsarem, & Romanos. [Quo nomine mi-
rari eos conuenit. *Velleius*, 1. qua de causa.] ¶ Nomen cum pars ora-
tionis est, aliquando transit in aduerbium: vt Toruúmque tuerur: id est
torue. Ἐπιῤῥημάτιον. Item aduerbium in nomen. *vt apud Persium.* Iam cras
hesternum consumpsimus, ecce aliud cras. Nomina tamen in aduer-
bium migrantia suam sæpe seruant quantitatem. *vt apud Vir. 3. Eclog.*
Transuerta tuentibus hircis. Nam Transuersa quum aduerbium sit,
a, tamẽ breuis, quia venit ex nomine, quum sint in a terminata aduer-
bia longa. ¶ Nomina per diuersos casus loco aduerbiorum ponuntur.
Per nominatiuum, vt Fors pro Fortè, Recens pro Recenter. Per geni-
tiuum, Militiæ pro in Militia, Per datiuum, vt Vesperi, Ruri, orti, per
sortem. Per accusatiuum, vt Toruum pro Torue, Clarum pro Clarè.
Per ablatiuum, vt Rure, Domo.

Nōmĭno, as, Appello, nomen impono, nomen indo. { קרא *kará.* ὀνομάζω. GAL. Nommer. ITA. *Nominare.* GER. Nennen/ein nammen geben. HISP. *Nombrar ò poner nombre.* ANG. *To name.* } *Cic. de Amic.* Amor enim ex quo Amicitia est nominata, princeps est ad benuolentiam coniungẽ-
dam. Interdum accipitur pro nominatim compello. *Pla. in Most.* Hem quis me nominat? *Idem in Asin.* Alienum hominem intromittat ne-
minem, Quòd illã aut amicum, aut patronum nominet. [Contume-
liæ causa aliquem nominare. *Suet. in Tib. c. 27.* Quem te nominem
Deum. *Plaut. Asin. sc. 3. a. 3.* Quem vides eum ignoras, eum nominas
quem non vides. *Plau. Capt. sc. 4 a 3.* Nominandi Istorum, quàm edun-
di copia. *Plaut. Capt. sc. 1. a. 4.*] ¶ Nominare aliquando est Proferre, de-
clarare, vt vulgò dicimus, & exprimere. *Cic pro Cælio*, Multi à me sum-
mi viri prædicarentur, quorum partim nimia libertas in adolescentia,
partim profusa luxuries, magnitudo æris alieni, sumptus, libidinis no-
minarentur. ¶ Est etiam nominare, præsentem sistere, & vt iuris Pon-
tificij scriptores dicunt, Ius patronatus habere: hoc est nominare desi-
gnandum. *de quo vide testimonium in dictione* Nominatio. Denomino
quod idem est, quod nomino, seu nomen alicui impono: παρονομάζω.
Colum. li. 4. Quippe vniuersæ regiones regionúmque singulę penè par-
tes habent propria vitium genera, quæ consuetudine sua denominant.

Nōminātŭs, Nomen ex participio pro celebri. { קרוא קרוא *karú nikra* קריא *keri.* παρώνυμος. GAL. Nommé, renommé. ITALIC. *Nominato, celebrato.* GERMANIC. Benampt/Nammhafft. HISPAN. *Nombrado, bien afamado.* ANGL. *Named renowned.* } *Cic. 6. Verr.* Quid illa Attalica tota
Sicilia nominata ab eodem Heio peripetasmata emere oblitus es? *Pli.
lib. 12. cap. 19.* Vicina est Bactriana, in qua Bdellium nominatissimum.
[Nominati coloni. *Velleius.*]

Nōmĭnātim, aduerb. um, Per singulorum nomina. { ὀνομαστὶ ἐξονομαστὶ ib. GALLIC. Nommément, par nom & surnom, expressément. ITA. *Nominatamente, nominando à vno vno.* GERM. Nammlich/Mit nammen. HIS. *Nombradamente.* ANGLIC. *Name by name, namely.* } *Plin.* Quum villi-
co omnes nominatim assignati essent. *Liu. lib. 2. ab Vrbe*, Dimisso Se-
natu, Consules in tribunal ascendũt, citant nominatim iuniores. ¶ Di-
citur tamen & de vno: vt Tenens cruentum pugionem Brutus, nomi-
natim Ciceronem inclamauit. ¶ Aliquando etiam accipitur pro Ex-
pressè *Cic. lib. 3. Offic.* Quidquid enim est in prædio vitij id statuerunt,
si venditor sciret, nisi nominatim dictum esset, præstari oportere. No-
minatim)(Generatim. *Cic. ad Attic. lib. 9.* Tanta erat in illis crudelitas,
tanta cum barbaris gentibus coniunctio, vt non nominatim: sed gene-
ratim proscriptio esset informata. [Nominatim è ciuitatibus fortissi-
mum quemque euocare. *Cæs. lib. 1. de bell. ciuil.*]

Nōmĭnātĭo, onis, verbale. { קריאה *keriáh.* ὀνομασία, ὀνοματοποιία. GAL. NO-
mination, denombrement. ITA. *Esso nominare.* GERM. Nennung/benam
sung. HISPA. *Obrar de nombrar.* ANGLIC. *A naming.* } *Plinius Epist. 73.*
Mihi verò etiam illud gratulatione dignum videtur, quod successori
Iulio Frontino principi viro, qui me nominationis die per hos conti-
nuos annos inter sacerdotes nominabat tanquam in locum suum co-
optaret. *Budæus.* Nominatio est, vt vulgò hodie appellatur: id enim no-
men in ea significatione vulgus noſtrum retinuit. *Brutus ad Cic.* Bibu-
lus in Pansæ locum petere constituit: eam nominationem à te peti-
mus. ¶ Nominatio, Figura Rhetorum. *de qua autor ad Heren. lib. 4.*
* Nominatio est prima quæ nos admonet, vt cui rei nomen aut nõ sit,
aut satis idoneum non sit, eam noſmet idoneo verbo nominemus, aut
imitationis, aut significationis causa.

* Nominatiuus casus, ὀνομαστικὸς, à grammaticis dicitur quòd nominat rẽ,
& rectus, quòd à nullo cadit.

Nōmĭnālĭs, ὀνομαστικὸς. Nomen est Census Grammatici. *Diomedes Gram-
matices lib. 1.* Vtique enim deficit Latinus sermo, ideo q uia duo ablati-
ui nominales sunt copulati.

Nōmĭnātŏr, ris, *Vlpianus D. lib. 27. Tit. 8. l. 1.* Nec nominatores magistra-
tuum ex hac causa tenebuntur.

Nōmĭnĭto, as, are, frequentatiuum à NOMINO. { συχνὰ ὀνομάζω. GALLIC.
Nommer souuent. ITAL. *Nominare spesso.* GERMA. Offt vnd dick nennen.
HISP. *Nombrar muchas vezes.* ANG. *To name often.* } *Lucret. lib. 3.* Su-
scipere hunc motum, quem sensum nominitamus. *Idem li. 4.* Quę quasi
membrana, vel cortex nominitanda est.

Nōmĕnclātŏr, ris, vel (vt quibusdam placet) NOMĔCULATOR, A nomine ca-
lando, id est vocando, qui memoriter vnumquenque nominatim vo-
care, & nomina omnium de memoria subiicere potest. { ὀνοματολόγος.
GAL. Nommeur, celuy qui sçait les noms d'vne multitude. ITALIC.
Colui che sa il nome d'ogno vno. GERM. Der einem ieden mit seinem namen
rüffen kan. HISPANI. *El que llama à los otros, y que tiene los nombres de
todos.* ANGL. *That calleth the names of a multitude by order.* } *Cic. ad Attic.
lib. 4.* Ad vrbem ita veni, vt nemo vllius ordinis homo nomenclatori
notus fuerit, qui mihi obuiam non venerit. Horum opera vrebantur
potissimum candidati, vt sibi in prensando suffragatores, nomina ci-
uium suggererent. Vnde laudatur Cato, quòd legem seruarit, quæ cã-
didato nomenclatores adesse vetat, vt per seipsum sine nomenclatore
nominatim salutaret ciues Romanos. Hi & Fartores quoque dicebantur,
quod salutatorum nomina (*vt ait Festus*) velut infarcirent petitorũ
auribus. *Cicero etiam* monitores *vocat in Muræniana*, Nam si nomine
appellari abs te ciues tuos honestum est, turpe est eos notiores esse
seruo tuo, quàm tibi. Si etiam noris, tamen per monitorem non appel-
landi sunt. [NOMENCULATOR seruus. *Suet. in Aug. c. 19.* Et NOMENCULATO-
res. *Idem in Calig. ca. 41.* NOMENCLATOR perſalutat. *Senec. cap. 12. de Tran-
quil.*]

Nōmĕnclātĭo, & Nomenclatura, Pro nuncupatione, & nominatione.
{ ὀνομασία, ὀνοματολογία. GALL. De nombrement de noms, & surnons de
plusieurs choses. ITAL. *Il nominare.* GERM. Nüffung mit dem nammen/
Benamsung. HISPANIC. *Obra de llamar por nombres.* ANGLIC. *A num-
bring and calling of names by order.* } *Columel. lib. 3. cap. 2.* Quare prudē-
tia magistri est, eius nomenclationis aucupio, quo potiri nequeat stu-
diosos non demorari. *Plin. li. 2.* Iouem quidem aut Mercurium, alitér-
ve alios inter se vocari, & esse cælestis nomenclaturæ.

NŌMĔNTVM, νομεντὸς, *Stephano*, Vulgò *Lamentana.* { GERMANIC. Ein
statt im Nömerland. } Oppidum in Latio, non procul ab Roma. *Martia.
lib. 13.* Si vicina tibi NOMENTO rura coluntur. ¶ Hinc NOMENTANA via
Romæ. [*Suet. in Neron. c. 48.*] quà itur Nomentum: & Nomentani, νομεντῖνοι,
qui Nomentum habitant. Dictum Nomentum à Nomento
conditore.

Nōmĭsma, νόμισμα, *Vide* NVMVS, & NVMISMA.

NŌMĬOS, νόμιος, Dictus est Apollo, quasi pastor, siue quod cælo exulans
(vt fabulantur poetæ) Admeti regis pecus pauerit, siue (vt se
haberet res) quòd Solis calore omnia hæc inferiora pascantur & ve-
getentur.

Nŏmŏs, Græca dictio est, quæ quum accentum habet in posteriori νόμος,
significat præfecturam: qua etiam voce Latini vtuntur in hac si-
gnificatione. *Plin. lib. 5. cap. 9.* Summa pars contermina AEthiopiæ
Thebais vocatur: diuiditur in præfecturas oppidorum (quas Nomos
vocant) duodecim. ¶ Inde Nomarchæ dicti sunt, qui nomis præ-
sunt, quos Præfectos Latini vocant. Et Nomarchia pro Nomo vel
præfectura. ¶ Nomos etiam legem significat vel institutum: sed tunc
apud Græcos scribitur νόμος, cum accentu in priore. [*Sueton. in Neron.
c. 20.* Inchoarum absoluere nomon, musica, i. cantilenam numeris, con-
stantem.]

Nŏmŏdĭdactēs, Qui legem docet, νομοδιδάκτης.

Nŏmŏphȳlācēs, νομοφύλακες, Legum custodes & seruatores, ἀπὸ τοῦ νόμου, id
est à lege, νομὴ φύλαξις, hoc est custode. *Colum. lib. 12.* Non satis vilum est
bonas leges habere, nisi custodes earum diligentissimos ciues creasset,
quos Græci νομοφύλακας appellant.

Nŏmŏthĕtæ, { מחוקקים *mechokekím*, νομοθέται. GAL. Legislateurs. ITAL.
Legislatori. GER. Gesatzgeber. HISP. *Los que dan ò ponen la ley.* ANGL. *A
lawmaker or prescriber of lawes.* } Latini legiferi dicuntur: vnde Solon a-
pud Athenienses NOMOTHETES dictus & Lycurgus apud Lacedæmo-
nios.

Nōn, Negatiua dictio. { לא *lo* אין *en. ē, ŏu.* GALLIC. Non, ne, non pas.
ITALIC. *Non, no.* GERMANIC. Nein/nicht. HISPANIC. *No.* ANGLIC.
No. Accommodari potest omnibus modis, præterquam imperatiuo,
Indicatiuo. *Terent. in Eun.* Non te dignum Chærea fecisti. Optatiuo.
Plaut. in Men. Non negem, si nouerim: *Subiunctiuo, Virgi. 1. Georg.* non
illa quisquam me naue per altum ire, neque à terra moneat conuellere
funem. Infinitiuo *Teren. in Phorm.* Amo te, & non neglexisse habeo
gratiam. [Non tu scis quantum isti morbo facias mali? (pro Num.)
Plaut. Men. sc. 5. a. 5. Non hinc emigrasti? (pro nónne) *Idem Ibid. sc. 2. a.
5.* Sic, Non tu scis quapropter, &c. Non equidem scio. *Plaut. Men. sc. 1.
a. 5.* Non tu istas meretrices nouisti. *Plau. Menæch. sc. 4 a. 2.* Si credis, nu
mo: si non, ne mina quidem. *Pla. Pseud. sc. 2. a. 3* Tibi credam? Cur non?
Plaut. Pseud. sc. 3. a. 1. Non tu istinc abis? *Plaut. Pseud. sc. 7 a. 4.* Non taces?
Non hercle verò taceo. *Plaut. Menæch. sc. 2. a. 4.* Non ego te vidi indu-
tum palla exire? *Plaut. Men. sc. 2. a. 3.* Non tu abis quo dignus es? *Plaut.
Men. sc. 2. a. 3.* ¶ Non loquens, pro Muto: *Gell. cap. 9. lib. 5.* ¶ Non, sub-
auditum: Sed id quã facile mihi sit, he- d sum falsus. (pro quã nõ) *Pla
Men. sc. ult. a. 5.* ¶ Non sine, *Vide* sine. Non si. *Tibul. lib. 4.* Ipse mihi non,
præscribat carmina Phœbus. *Ouid. Eleg. 4. lib. 4.* Aut sine me fati noſi
meminisse mei. *Ouid. Eleg. 4. lib. 4. Trist.* Doli non sunt doli, nisi astu
colas. *Plau. Capt. sc. 1. a. 2.* ¶ Non pro nécne: sit NON sit nescio. *Plautus
Asin. sc. 4. a. 2.* ¶ Non, pro, non solum: *Velleius*, NON sæculi sui, sed o-
mnis æui optimus. ¶ NON visitatior, (pro minus visitata. *Gell. cap. 13.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

lib.15.] ¶ Non,negationi præponitur,affirmat:vt Nonnihil tibi debeo: id est aliquid tibi debeo.Quum vero postponitur,magis affirmat: vt si dixero,Nihil non tibi debeo,significat omnia tibi debeo.*Ouidius libr. 3.Fastorum*, Multa tibi memores, nil non debemus Eliæ,id est debemus multa tibi,quum fueris de nobis merita, sed Eliæ debemus omnia. ¶ Non autem,recte dicimus:at non dicimus, Non verò.*ὲ μέντοι*, vt Amicus Cæsaris sum,non autem assentator:vel, Assentator verò non. ¶ Nō ita pridē,hoc est nō multo tempore ante:*ὲ πρὸ πολλοῦ, οὐ μακρόθ.* ¶Non modò significat non solùm.*μὴ ὅτι, ὲ ὄχ ὅτι, ὲ μόνον.*GA. Non seulement. ITALIC.*Non solamente.* GERMANIC. Nicht nur/nicht allein. HISPANIC.*Non solamente.* } vt, Non modò te diligo, sed etiam amo. Non vtique,id est,non restrictè,non præcisè.*Vlpian.l.21.D.mand.* Sed si non vtique vnius,sed vtriusque mandatum intuitus id fecerim. *Sic Pomponius ad leg.Aquil.* Dominum enim lex Aquilia appellat, non vtique eum qui tunc fuerit,cùm damnum daretur. ¶ Quandoque ponitur pro Nedum.*Treb.Ciceroni*, Non enim nescit quanti te faciam,& quàm pro veterrimo amore omnibus tuis etiam minimis commodis, non modo tanto bono gaudeam. ¶ Nonnullus,aliquis. } *ἔστιν ὲ, ἦν τὲ.* GALL. Aucun,quelqu'vn. ITALIC. *Alcuno.* GERMANIC. Etwar / etlicher. HISPAN. *Alguno.* } *Cicero pro Murænа*, Consilium tuum nonnulla in re forsitan emendare possim. [Nonnullum periculum est, ne id mihi eueniat.*Pla.Capt.sc.*1.*a.*1.] ¶ Nonnunquam significat aliquando,*ἐνίοτε, ἐνίοτ.* Non sobrius,pro ebrio accipitur. } *ἐ νήφων.* GALLIC. Yurongne. ITALIC. *Vbbriaco.* GERMANIC. Nicht nüchter/das ist/Vol vnd trucken. HISP.*Borracho,embriago.* } *Martialis*, Et non sobria verba subnotasti. ¶ Non tacendus, hoc est nominandus & laudandus, *ἀπὸς, Mart.ad Licianum*, vir Celtiberis non tacende gentibus. [Num non vis.*Vide* NOLO.]

Nōndum, } *ἔπω, μήπω, ὲδέπω.* GALL. Non encore. ITALIC. *Non ancora.* GERMANIC. Noch nicht. HISPA. *Aun no.* ANGLIC. *Not yet.* } Aduerbium,significans Necdum,neque dum,nihil dum,etiam nunc,non.*Ci. in Epist.Famil.* Nondum satis constitui.*Idem in Som.Scipio.* Cuius quidem anni nondum vicesimam partem scito esse conuersam.De magno anno loquitur.

* Nónne,Aduerbium Interrogandi,ex Nōn & ne compositum. *Virgil. 1.Georg.*-nónne vides, croceos vt Tmolus odores India mittit ebur? &c.*Cic.7.Verr.* Nónne publicè vindicaremus?

*Nonnihil,indeclinabile,Aliquid vel Aliquantum.*Cic.pro Quintio*, Nonnihil commoueo. Nonnihilo æstimare.*Cic.4.de Finibus*, Non quia bonum sit valere,sed quia nonnihilo æstimandum.

* Nonnullus,*Nide in* Non.

* Nonnunquam,*Vide in* Non.

*Nonnusquam,Aduerb.in aliquibus locis,[siue alicubi.*Gellscap.23.l.13.*] *Plin.lib.14.cap.19.* Nonnusquam vini fæce acetóque condiunt.

NONA,æ,Vna ex Parcis, Latini Nonam, Decimam, & Mortem, Parcas dixere : quod tempestiuum tempus partus , sit & nono & decimo mense:qui verò ante hoc tempus in lucem prodeunt, aut mortui nascantur,aut paulò pòst moriantur.*Vide ea quæ annotauimus in dictione Mirta:& quæ ea de re scripta sunt apud Gellium li.3.cap.16.*

NŌNĂCRĪUS,pen.cor.*νοναχρὶς,Plin.lib.4.cap.6.* Mons est Arcadiæ:aut (vt alij malunt)regiuncula montosa,cum oppido eiusdem nominis. *Vitrum.lib.8.cap.3.* Est in Arcadia Nonacris nominata, quæ habet in mōtibus stillantes ex saxo frigidissimos humores.Hæc autem aqua, *στυγὸς ὕδωρ* appellatur,quam neque argenteum,neque æneum, neque ferreū vas potest sustinere,sed diffilit ac dissipatur, conseruare autem eam & continere,nisi vngula mulina nil potest.

Nōnăcrĭŭs,cria,crium,*νοναχριάδε,νοναχρίτης,νοναχριάτης.Ouid.in Fast.* Et macri & vati paret Nonacrius heros. ¶ Item Nonacrinus,crina,num.*Idē*, Quid fuit asperius Nonacrina Atalanta?

Nōnæ,arum. } *νῶναι.* GAL. Les nones du mois. ITAL. *Le none de ciascun mese.* GERMA. Etliche gewisse tag in einem teden Monat so bey denn alten Nonae geheissen haben. HISP.*Las nonas de cada mes.* ANGLIC. *Certaine dayes of the moneth called nones.* } Quasi nonæ,propter initium obseruationis:vel quod ab eo die semper ad idus nouem dies putentur:siue ad imitationem Tuscorum,qui nonas vocabant nonum quemque diē, quo regem suum salutabant,& de propriis negotiis consulebant. ¶ Erant autem Nonæ,in Martio,Maio,Iunio,& Octobri sex illi dies, qui Calendas sequuntur : reliqui verò menses quatuor tantum habebant nonas:iuxta vulgatos versus.

Maius sex Nonas October Iulius & Mars.
At reliqui quatuor, dabit Idus quilibet Octo.[Nonæ,dies inauspicatus.*Suet.in Aust.c.*92.Nonæ caprotinæ quæ. *Plutarch.in Rom.*]

Nonageni,Nonagies,Noningenti vel Nongenti, Nonariæ.

Nonus,Vide Nouem.

NONYMNA,*νώνυμνα*,Vrbs Siciliæ,ciuis Nonymnæus.*Steph.*

NŌRBĂ,CESARAEA, Lusitaniæ vrbs,*Ptolemæo lib.2.c.5.* Vulgò *Alcantara.*

NŌRĬCVM,pen.corr. } *νωρικὸν.* } Regio est Germaniæ habens ab Occasu AEnum fluuium,qui medius est inter Vindelicos & Noricos:à Septētrione Danubium,ab Ortu solis montem Cecium,qui Pannoniam superiorem disterminat à Norico:à Meridie montem Curnancam qui est super Istriam. { GER. Das Beyerland mitt sampt dem Stat. } Eam nunc regionem bona ex parte *Bauariam* appellant.Sunt qui vulgò *Stiria & Carinthia* vocent.

Nōrĭcŭs,um, *νωρικὸς. Hor.lib.*1.*Car.* quas neque Noricus Deterret ensis. *Virgil.3.Georg.* Tum sciat aeris Alpes & Norica siquis Castella in tumulis,&c.

Nōrmă,ę. } *κανὼν, γνώμων.* GA. Vne esquierre ou reigle. ITALIC. *Norma,regola,squadra.* GERMA. Ein winckelmaß. HISPA. *La esquadra de cantero regla.* ANGLIC. *Arule or squire.* } Fabrorum instrumentum , quo omnia dirigunt , metiunturque, quæ & Regula dicitur.*Plin.lib.36.cap.22.* Structuram ad normam & libellam fieri,& ad perpendiculum respondere oportet. *Vitruu. libr.7.* Longitudines ad regulam & lineam , altitudines ad perpendiculum, anguli ad normam respondentes exigantur. Nostrares *Quadram* vocant. Vnde quæ recta,dimensáque sunt,ad normam facta dicuntur. ¶ Per metaphoram etiam norma accipitur pro lege , formula & præscripto.*Cic.pro Mur.* Et primū M. Catoni vitam ad rectā rationis normam dirigenti , & diligentissimè perpendenti momenta officiorum omnium, de officio meo respondebo. *Cic. in Lælio*, Nunquam ego domi cum C. Fabricium, M. Curium, Tiber. Coruncanum , quos sapientes maiores nostri iudicabant,ad istorum normam fuisse sapientes.¶ Norma loquendi.*Horat.de arte*,volet vsus quem penes arbitriū est,&vis,& norma loquendi. ¶ A norma fiunt adiectiua,Adnorme, & Enorme.

Nōrmālĭs, le, Ad normam factus. } *κανονικὸς, πρὸς γνώμονα.* GAL. Fait à l'esquierre. ITAL. *Fatto in squadra.* GERM. In das winckelmaß gesetzt. HISPANIC. *Hecho à la esquadra.* ANG. *Made of ter a rule ou squire.* } vt Normalis angulus, *Quintil. lib.* 11. [*cap. vltim.*] de pronuntiationis gestu loquens. Simistrum brachium eousque alleuandum est, vt quasi normalem illum angulum faciat,super quod ora ex toga duplex æqualiter sedeat.

Nōrmātŭs, a,um, Quod est ad normam factum, & directum. *κανονισμένον. Colum.lib.2.cap.13.* Antiquam illam ciconiam infiximus, vt tanquam suppositio vasi ad perpendiculum normata insisteret.

NŌRTMĂNNĬĂ , Regio Galliæ vltra Sequanam flumen , quæ à Carolo Magno deuicta , fidem Christianam suscepit: ita dicta à Nortmannis Cimbricæ Cherronnesi populis,qui eam regionem occuparunt.Nortmanniæ autem nomen,Germanorum proculdubio vocabulum est,qui Nort, Septentrionem appellant, & *Man* , virum. A Cæsare totus ille tractus inter Armoricas ciuitates numeratur.

NORVEGIA, Regio in Europa , Septentrionalis ,versus Oceanum Germanicum sita : sub imperio regis Danorum. Vulgò *Nouerga.*

Nōs, nostrum vel nostri, Plurale est ab Ego, mei, vel mis. } אנחנו *anachnú. ἡμεῖς.* GALL. Nous. ITALIC. *Noi.* GERMANI. Wir. HISPA. *Nos otros.* ANGL.*wei.* } Nos inter nos. *Cice. ad Pompeium libr.* 5. Illud non dubito , quin si te mea summa erga te studia parum mihi adiunxerunt, Resp. nos inter nos conciliatura coniuncturáque sit. *Terent.in Adelph.* Quasi non norimus nos inter nos. [Nos iam defessi sumus (dicendo tu) *Plaut.Menæc.sc.*2.*a.*4.*Item*,Nullus huc commeatus à nobis (i. ex domo nostra.) *Plaut.Milit.sc.*3.*a.*2.] ¶ Nosmet, pro Nosmetipsi. *Plau.in Rud.* Si non moneas nosmet meminimus. ¶ Nosmetipsi.*Cic.4. de Finib.* Sed primum positum sit,nosmetipsos commendatos esse nobis. Nosmetipsi inter nos. *Cic. ad Attic. libr.* 4. sed vt nosmetipsi inter nos coniunctiores simus, quàm adhuc fuimus.

Nōstĕr, a,um, pronomen possessiuum. } *ὑμέτερος.* GAL.Nostre. ITA.*Nostro.* GERM. Vnser. HISP.*Nuestro.* ANGL. *Our.* } ¶ Noster absolutè Pro noster filiusfamiliás. *Terent. in Phorm.* Noster quid ageret, nescire : & illam ducere cupiebat,& metuebat absentem patrem. [Languida non noster peragit labor otia. *Tibul.lib.*4. Vtque tui mihi sic fiat tibi copia nostrum. Ita vetus Editio, pro Nostri. *Ouid.*13.*Metam.* Deûm virtute & maiorum nostrûm. *Plaut.Capt. sc.*2.*a.*2. Nostrum amborum vicem. *Plaut.Capt.sc.*3.*a.*2. Iucundum nostri nescia tempus agis. *Ouid. Eleg.3.lib.3. Trist.* Hic noster est circiter triennium. (in seruorum numero) *Plau.Mil.sc.*3.*a.*2. Tacere nostrorum solus scio (.i.familiarium, & conseruorum.) *Plau. Milit. sc.*2. *a.*2. Noster nostræ qui est magister curiæ. *Plau.Aulul. sc.*2. *a.*1. Tu me alienabis nunquam Noster. *Plaut. Amph. Item* Pericrutari volo, nos nostri, an alieni simus (.i. ex nostra familia.) Mox : Certe equidem noster sum *Plaut.Mil.sc.*2. *a.* 2. Non te deficient nostræ memorare camœnæ. *Tibull. lib.* 4. Vestrum est dare, vincere nostrum est. *Ouid.* 4. *Fast.* Flagrant odio tua pectora nostro. *Ouid.Eleg.9.lib.4.Trist.* Quæ nos non fecimus ipsi Vix ea nostro voco. *Ouid.*13.*Metam.*] ¶ Noster,pro Nostras. *Terent.in Eunuch.* Haud similis virgo est virginum nostrarum. *Donatus*, Nostrarum ciuium scilicet, id est terræ ac patriæ nostræ : *vt Virg.*2. *Georg.* Non eadem arboribus pendet vindemia nostris. * Nostra pro mea,moraliter dictum , autore Donato, *Terent.Eunucho*, Estne vt tertur forma ? P. Sane. CH. at nihil ad nostram hanc.

Nōstrāptē culpa. *Terent. in Phorm.* Nostrapte culpa facimus.

Nōstrās, nostraris, omnis generis à Noster , significátque è nostra gente, vel patria. } *ἡμεδαπὸς.* GAL. De nostre pays. ITAL. *Di nostra patria ò terra.* GERM. Vnsers lands. HIS. *De nuestra tierra ò vando.* ANG.*Of our ton trey or hoshold.* } *Cic.Pæto.lib.*7. Mirifice capior facetiis,maxime nostratibus.*Plin.lib.*15.*cap.*11. Quæ candidiora,nostratia,odoris præstantissimi.

Nōsco, is, noui, notum,quod & Gnosco olim dicebatur , vnde agnosco, cognosco, Notum , & cognitum habeo,notitiam alicuius habeo. } *jadhâh* יָדַע *hichchir. γινώσκω.* GALL. Cognoistre, sçauoir ITA. *Conoscere.* GERM. Kennen. HISPA. *Conoscer.* ANG. *To knaw.* } *Cicer.I. Tusc.* Et mirum hanc habet vim præceptum Apollinis , quo monet vt se quisque noscat, Quum igitur, Nosce te, dicit : hoc dicit Nosce animum tuum. [Ego te similis noui cum Parthaone, *Plaut. Men. sc.*1. *a.*5. Quasi quid in rem sit possimus noscere. *Plaut.Pseud.sc.*3. *a.* 2. Tam facile hanc noui,quàm me. *Plaut.Curc. sc.*2.*a.*5. Si me nouisti minus, ego sum Lyconides. *Plau.Aul.sc.*6.*a.*4. Carnifex,ego te nō noui. Abin' ab aspectu meo. *Plaut.Capt.sc.*4.*a.*3. Neque qui sitis noui,neque scio. *Plau.Mil.sc.*5.*a.*2. Quid istuc sit,nequeo noscere(.i. intelligere & assequi quid dicas.) *Plaut. Asin.sc.*1. *a.*1. Sauream non noui.L. At nosce sane. *Plau.Ibid.sc.*4. *a* 2. Herus istunc nouit,atque herum hic. (de spectata fide) *Plaut.Ibid.* Hac dextra vt nosti regem mactaui. *Plau.Amph.* Vt meam sententiam noscere possis. *Plaut.Aul.sc.*2.*a.*3. Nosce imaginem:mox, Cognosce signum. *Plau.Pseud.sc.*2.*a.*4. Vt magis noscas(ingenium hominis.) *Plau.Capt.sc.*2.*a.*2. Etiam derides,quasi nomen non noueris. Non negē si nouerim. *Plau.Men.sc.*2.*a.*2. Signum noscis?(anuli sup.) Quidni nouerim ? *Plaut.Curc.sc.*1.*a.*3. De forma noui. De colore non queo nouisse, *Paut.Curcul. sc.*1. *a.*2. Da mihi operam. Tametsi non noui dabo. *Ibid.sc.*2. *a.*2. Nunquid aliud me vis ? Ne me noueris. Ambiguè,i. ne curiosè obserues quid agam,vel ne meam vim experiare. *Plau.Pseud. sc.*7.*a.*4. Noui hos pugnos meos. *Plau.Curcul.sc.*3.*a.*5. Cylindrus ego sum. Non nosti nomen meum. *Plaut.Men.sc.*2.*a.*2. Ego te non noui : Neque nouisse adeo volo. *Idem Ibidem.*] *Terent.in Andr.* -Nam antea Qui scire posses, aut ingenium noscere, Dum æras , metus, magistri prohibebant? [Ex factis noscere rem. *Plau.Mostel. sc.*3.*a.* 1. Nouisse mores tuos, me decet. *Plaut. Mil. sc.*1.*a.*1. Clypei celamina nouit. Mox, intelligit. *Ouid.*13.*Metam.* At simul intonuit,fugiunt nec noscitur vlli. *Ouid.Eleg.*4.*libr.*1.*Trist.* Tanquam noua vulnera nouit. (i.sentit.)

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

(ſi ſentit.) *Idem Eleg.1.libr.4.Triſt.* Vt tempora noris. *Ibidem Eleg. vlt. lib.4.* Quid facis interea, qui nil niſi prælia noſti? *Ouid.13.Metamorp.* Neque ullum Pſeudolum mortalis quid ſit non noui neque ſcio. *Plaut. Pſeud. ſc.7. a.4.*] ¶ Noſcere, aliquando vim ſuam auget, & planè cognitum, teſtatum, compertum, exploratum habere ſignificat, clarum habere. *Virgil.lib.4. Georg.* Et patriam ſolæ, & certos nouere penates. ¶ Habet & alia compoſita, vt Dignoſco, Internoſco, Pernoſco, quæ vide ſuis in locis. Fit autem noſco à Græco: nam Græci γινώσκειν, dicunt cognoſcere: γνωστὸν cognitum, γνῶναι, notitiam. Hinc Latini veteres non noſco: ſed Gnoſco dicebant, & Gnotum, cognitum, & Gnoro pro ſcio.

Nōtus, a, um, Cognitus, perſpectus, exploratus. {ידוע *iadhúáħ* נודע *nodháħ.* φανερὸς, γνωσμος. GALL. Cognu. ITAL. *Conoſciuto.* GERMANI. Bekant. HISP. *Conoſcido.* ANG. *Knowen.*} *Plinius lib.16. cap.18.* Alpina & hæc arbor, nec vulgò nota. [Date viam noti atque ignoti. *Plaut. Curc.ſc. 3. a. 3.* Notos hoſpitéſque quærebat. *Cæſar lib. 1.de bell. ciuil.* Omnibus amicis notiſque edico meis à me vt caueant. *Plaut. Pſeud. ſc.1.a.11.* Notum ſpectantia cœlum. *Ouid.Eleg.3. lib.4. Triſt.* Notáque non tarde facta Thalia mea eſt. *Ouid.Eleg.vlt.lib.4.Triſt.* Notum facere Senatui. *Sue.in Auguſt.cap.63.& 88.* ¶ Notus, pro gnaro, vel eo qui nouit, *Plaut. Pſeud. ſc.2. a.4.* Ita herus meus eſt imperioſus. B. nouit notis prædicas.

Nōtĭus, notior, notiſſimus, Nomen ex participio. *Cicer. pro Muræn.* Tua verò nobilitas Serui Sulpiti, tametſi ſumma eſt, tamen hominibus literatis & hiſtoricis eſt notior: populo verò & ſuffragatoribus obſcurior. *Idem 4.Academ.* Cui erant, quæ paulo ante dixi, notiſſima. ¶ Notus, amicus, & charus. *Virgil. lib. 7.* Et notis compellat vocibus vltrò. *Idem 2.Eclog.* Hîc inter flumina nota. id eſt chara: *vt inquit Seruius.*

Nōtĭo, nis, Cognitio, demonſtratio, manifeſtatio. {דעה *deá* דעת *dáħath* חכרה *hachcharáb.* θεωρία, ἔννοια. GAL. Cognoiſſance, intelligence. ITA. *Cognitione, demonſtratione.* GERM. Erkantnuß. HISP. *Obra de conoſcer, conoſciemiento, demonſtracion.* ANGLI. *knoowledg, vnderſtan ding quantance.*} *Cic.lib.3.Offic.* Explica atque excute intelligentiam tuam, vt videas quæ ſit in ea ſpecies, forma, & notio boni viri. Proprie autem *Boethius comment. 3. Topic.* Notio, intellectus eſt quidam, & ſimplex mentis conceptio, quæ ad res plures pertineat à ſe inuicem differentes. *Plin.lib.17. cap.28.* Cuius rei rationem, notionémque eodem volumine tradidit, *Cic. 1. de Leg.* Dei notionem nullum animal eſt quod habeat, præter hominem. ¶ Notio pro cognitione canſæ. *Tacit.lib. 3.* Tiberius dilata notione de iure flaminis. [*Gellius cap.18.lib.17.* Notiones Cenſorias exercere. i. Iudicia & animaduerſiones.]

Nōtĭtĭă, æ, Cognitio, à Notus, quæ & Notio dicitur. {דעה *deáħ* דעת *dáħath* חכרה *hachcharáb.* γνῶσις. GAL. Cognoiſſance. ITAL. *Notitia.* GER. Ein erkantnuß/wiſſenheit. HISP. *Conoſcimiento.* ANG. *A knawing or knawledg.*} *Terent. in Heaut.* Quanquam hæc inter hos nuper notitia admodum eſt. *Cicer. de Senec.* Qui ſermo, quæ præcepta, quanta notitia æquitatis. *Quintilian.libr.4.cap.2.* Protinus iudex notitia rerum inſtituendus videtur. [Et ſunt notitia multa minora tua. *Ouid.Eleg. 1. lib.2.Triſt.* Augurium ratio eſt & coniectura futuri, Hac diuinaui notitiámque tuli. *Ouid.Eleg.8.lib.1.Triſt.*]

Nōtĭtĭēs, ei, Notitia. *Vitruuius libro 6.in Proœm.* Ideo notitiei parum eſt aſſecuta.

Nōtĕo, tes, tui, à quo Noteſco, notus fio. {נורע *nodháħ.* γνωρίζομαι. GAL. Venir en bruit & cognoiſſance, eſtre notoire. ITAL. *Eſſere fatto noto.* GERMAN. Bekant werden. HISPANIC. *Ser notorio y conoſcido.* ANGLI. *To bekome knoowen.*} *Lact. libro 1.* Quod quia fieri non potuit, vt huiuſmodi per ſeipſam ratio diuina noteſceret, non eſt paſſus homi. nem diutius errare. *Propertius*, Nec minus hæc noſtri noteſcet fama ſepulchri.

Nōtĭfĭco, as, Notum facio. {הודיע *hodhiaħ.* γνωρίζω. GALLI. Donner à cognoiſtre, notifier. ITA. *Far noto.* GERMA. Kund thun/zu wiſſen thun/ bekant machen. HISP. *Hazer notorio y conoſcido.* ANGL. *To make knoowen.*} *Ouid.lib.1.de Ponto.Eleg.2.* Atque modum pœnæ notificare velis. *Gell. lib. 9. cap.3.* Philippi arma, vimque toti Græciæ cauendam, metuendámque, inclytæ illæ Demoſthenis orationes, concionéſque notificant. [aliàs, vocificant.]

Nōſcĭto, as, pen. corr. Frequentatiuum à Noſco. {ידע *iadhaħ* חכיר *hichchir,* ὑπογινώσκω, γνωρίζω. GAL. Cognoiſtre ou recognoiſtre. ITAL. *Conoſcere ò rinconoſcere.* GERMANI. Erkennen. HISP. *Conoſcer.* ANGLIC. *To knoow.*} *Plautus in Ciſt.* Nunc veſtigia, ſiqua ſunt, noſcitabo. *Liuius libro 3. ab Vrbe*, Circumſpectare omnibus fori partibus Senatorem, ſaróque vſquam noſcitare. [Licétne? P. Inquire iubeo, & placidè noſcita. *Plaut. Milit. ſc. 6. a. 2.* Meam formam noſcito. *Plautus Menæch. ſc.9. a.5. Item Quintilian. & Gell. cap. 2. lib.9.* Vt te eſſe philoſophum noſcitemus.]

Nōſcĭtābŭndŭs, a, um, {ידע *iodhéaħ* מכיר *machchir.* διαγινώσκων ἐπικός, ὀπτικός. GALL. Recognoiſſant. ITALI. *Riconoſcente.* GER. Als ein kennender/anfahend erkennen. HISP. *Que mucho conoſce.* ANGLI. *Knaning.*} *Gell.lib.5.cap.14.de leone.* Deinde ſenſim atque placidè, tanquam noſcitabundus ad hominem accedit. Hoc eſt tanquam noſcitans ſiue agnoſcens.

[Notor, oris. *Seneca Epiſt.39.* Dare Notorem.]

Nōtōrĭŭs, a, um, adiectiuum, manifeſtus. {ידוע *jadhuáħ* נודע *nodháħ* גלוי *ghalúi.* φανὸς. GALL. Notoire, manifeſte. ITALIC. *Notorio, manifeſto.* GERMANIC. Kundtlich/bekant/das heiter am tag iſt. HISPANI. *Notorio, mucho, conoſcido, manifeſto.* ANGLIC. *Manifeſte.*} vt Notoria iudicia, *Paulus in l. Ab accuſatione.ff.ad Senatuſconſ.Turp.* Nuntiatores, qui per notoria indicia produnt, notoriis ſuis aſſiſtere iubentur. *& C.de accuſ. l.ea lege.* Verùm falſis nécne notoriis inſimulatus ſit, perpenſo iudicio diſpici debet. Dicuntur autem Notoria denuntiationes criminum, elogia quibus crimina ad magiſtratus deferuntur. *Horat.*

NŌSCŌPĬŌN, νοσκόμον Lyciæ vrbs eſt, *apud Plin.lib.5. cap.27.*

Nŏſŏcŏmĭŏn, pen. pro. Hoſpitium ægrotantium pauperum, locus in quo recipiuntur & aluntur pauperes ægroti. {νοσοκομεῖον. GALL. Hoſpital. ITAL. *Hoſpitale, ſpedale.* GER. Ein Siechenhauß/ein ellend herberg/ Spital. HISPA. *En fermeria, hoſpital, poſada por los enfermos.* ANGLI. *An hoſpital or ſpitell.*} *Hieron. ad Ocean.* Cenſum quem habere poterat diſtribuit, dilapidauit, ac vendidit, & In pecuniam congregatum, vſibus pauperum præparauit. Et primò omnium noſocomio, id eſt lāgu. ntium villam inſtituit, in quo ægrotantes colligeret de plateis, & coniumpta languoribus atque inedia miſerorum membra refoueret. *Vtitur Iuſtinian.l.illud 16.& l.ſancimus.18.C.de ſacroſ.Eccleſ.*

NŌSŌRĂ, νόσορα, Inſula eſt maris Rubri, *teſte Steph.* cuius incolæ dicuntur Noſoreni.

Noſtĕr, Vide NOS.

Nōtă, à noſco, is, deducitur, Cuiuſcunque rei ſignum. {אות *oth* בתם *chétem* נקדה *nekuddáh.* σημεῖον, συμβολον, σῆμα. GALL. Note, marque. ITALIC. *Nota, ſegno.* GERMA. Ein zeichen. HISPAN. *Semal.* ANG. *A not or mark, a token.*} *Feſtus*, Nota nunc ſignificat ſignum: vt in pecoribus, tabulis, libris, literæ ſingulæ aut binæ. Nunc ignominiam. *Plin. lib. 11. cap. 36.* Mammas homo ſolus è maribus habet: cætera animalia mammarum notas tantùm. *Cicer. in Part.* Literatura conſtat ex literarum notis [Pacis an iſta nota eſt? (laurus) *Ouid.Eleg. 1.libr.3.Triſt.* Vbi non paruæ columnæ notæ *Ouid. 6. Faſt.* Nota interiore animi pateſacta. *Suet.in Tib.cap.54* Ex notis corporis Magi prædicebant futura. *Velleius.* Quibus corporis notis vel cicatricibus. *Suet. in Auguſt.cap.65.* Qui notis ſcribebant, vtebantur locis & imaginibus. *Quintil.* Grandibus in tumulis marmore cæde notis verſus. *Ouid.Eleg. 3.lib. 3. Triſt.*] ¶ Vſurpatur & pro ſcriptura. *Curtius Ciceroni*, Quare Cicero mi perſeuera conſtanter nos conſeruare, & Sulpitij ſucceſſori nos de meliore nota commenda. ¶ Sunt etiam notæ, vulgò chiffres d'eſcripture. *Sueton.de Cæſare*, Extant ad Ciceronem, item ad familiares, domeſticis de rebus, in quibus ſiqua occultius perferenda erant, per notas ſcripſit. Hoc eſt, ſic ſtructo literarum ordine, vt nullum verbum effici poſſit: quæ ſiquis inueſtigare & perſequi vellet, quartam elementorum literam, id eſt d, pro a, & perinde reliquas commutet. *Gellius de notis Cæſaris ſic ſcribit.* In epiſtolis Cæſaris inueniuntur literæ ſingulariæ ſine cogmentis ſyllabarum, ex quibus verba confici nulla poſſunt. ¶ Notis ſcribere eſt compendioſo ſcribendi genere excipiendo vti: *Modeſtinus*, Eos qui notis ſcribunt acta præſidum, Reipub. cauſa non abeſſe certum eſt. *Sueton. de Tito*, E pluribus comperi, notis quoque excipere velociſſimè ſolitum. Huiuſmodi excepcores ſunt hodie in Curia parlamenti miranda ſolertia, omnia propemodum dicta, aduocatorum quoque, nedum iudicum excipientes. Quales olim etiam in iudiciis fuiſſe Romanis, multis teſtimoniis conſtat. ¶ Nota pro infamia, & ignominia. *Lucil. lib. 30:* Quem ſcis ſcire tuas omnes maculas notaſque. *Suet.* Variis affectus notis. *Cicer. 3. Offic.* O turpem notam temporum. Eximere notæ, id eſt remittere infamiam. *Gell.libro 4.capite vlt.* [Nota cenſoria ſubmoueri à Rep. *Velleius.* Notas inurere. *Idem* Ille notas veteres, & longi dedecus æui ſuſtulit. *Ouid. 5. Faſt.* D. ſtrictus minima, nec tamen ille nota (nempe Propertius ob amandi præcepta) *Ouid.Eleg.1.lib.2.Triſt.* ¶ Notæ vocum. i. proſodiæ. *Gell.cap.6.libro 13.*] ¶ Aliquando nota refertur ad laudem. *Ouid, lib.1. Faſt.* Ille Numantina traxit ab vrbe notam. [Eſt vbi non paruæ parua columna notæ. *Ouid 6.Faſt.*] ¶ Eſt item nota ſignum, quo aliquid notatur. *Cice. Quint. Valerio*, Reliquis epiſtolis tantum faciam, vt notam apponam eam, quæ mihi tecum conuenit, & ſimul ſignificem de numero eſſe Cuſpij amicorum. *Liuius*, Edit nomina eorum quibus conuentus opus eſſet, inſtruit etiam ſecretis notis, per quæ haud dubiè cognoſcerent ſua mandata eſſe: id eſt dat ſigna quibus fidem faceret. ¶ Notæ etiam accipiuntur pro indiciis. *Celſus lib. 2. capit. 6.* Nec tamen ignorare opottet, in acutis morbis fallaces magis notas eſſe & ſalutis & mortis. Idem in longis quoque morbis tales notas non habentibus, ſcire licet increſcere, ſi ſomnus incertus eſt.

Nōtābĭlĭs, le, Qui notari, hoc eſt conſiderari debet & noſci. {ידוע *jadhúáħ* נודע *nodháħ* גלוי *ghalúi.* γνωτὸς. GAL. Notable. ITAL. *Notabile.* GER. Mercklich/bekantlich/ſcheinbarlich. HISPA. *Notable, coſa que puede ò deue ſer conoſcida.* ANG. *worthie to be noted and marked.*} *Colum. lib. 3. cap.21.* Quia maior pars putationis per id tempus adminiſtratur, quo vitis neque folium notabile gerit, &c. id eſt per quod noſci poſſit. Notabilis, inſignis, apertus. [Notabilis fauor in bonam partem. *Sueton.in Calig.cap.14.* Notabiles res raritate. *Sueton.in Auguſt. cap.72.* Notabiliora erant. *Sueton.in Tiber. cap.29.* Notabile hoc in eo fuit. *Sueton. in Neron.cap.38.* ¶ Vſurpatur etiam in malam partem. *Quintil.* Notabile verbum & veluti macula. Notabilia ad reprehenſionem. *Quintilian.*] *Plin. lib. 36. cap.5.* Notabilis fœditas vultus Hipponacti. Quo in loco notabilis accipitur in deteriorem partem. In meliorem, accipitur *apud Cicer. ad Lucceium, lib.3. Epiſtol.* Si exitu notabili concludantur.

Nōtābĭlĭtĕr, aduerbium. {γναρίμως. GALL. Notablement, euidemment. ITALIC. *Notabilmente.* GERMANIC. Merckltichen. HISPANIC. *Notablemente.* ANGLIC. *Notablie, euidentlie.*} *Plinius Epiſtol.5.* Expalluit notabiliter, quanuis palleat ſemper. Id eſt ita vt perciperetur. *Tacitus libro 17.* Quibuſdam vt tumultu notabilius turbantibus. [*Sueton. in Auguſt.cap.87.*]

Nōtārĭŭs, rij, Scriba publicus, ſeruus publicus, qui acta in iudicio, vel extra iudicium notis, vel literis excipit. {γραμματὸς, συμμυσιδιφόρος. GAL. Notaire, eſcriuain ſous vn autre. ITAL. *Notaro, notare.* GERMA. Ein auffzeichner/Schreyber/Notarii. HISPA. *Notario, que eſcriue lo que otro dize.* ANG. *Aſcriuener or notarie.*} *Plin.in Epiſtol.* Notarium voco, & die admiſſo, quæ formaueram, dicto. *Mart. libr. 10.* Nec calculator, nec notarius vel ex Maiore quiſquam circulo coronetur. [Notarius quid ſit, *Mart.Epigr.217. lib.14.* Item de iis & eorum vſu. *Plutarch. in Catone Vticen.*]

Nōto, as, Frequentatiuum à noſco. In quo eſt animaduertendum, quum à notus ſit deductum, corripi tamen penultimam. Compoſita enim à notus mutant o, in i, corr. vt Agnitus, cognitus, quum ignotus ſeruauerit o. Eſt autem notare, animaduertere. {רשם *raſchám* סמן *ſamán.* διασημαίνειν, σημειοῦσθαι. GALL. Noter, ſigner, marquer. ITAL. *Notare.* GERMA. Warnemmen/mercken. HISP. *Notar ſennalando, ſennalar.* ANG. *To not, to obſerue, to marke and conſider.*} *Lactant.lib.2.* Curſus ſyderum & defectus notauerunt. *Ouid.2. Metam.* Quæ tenuit læuum venientem prima notauit Mercurium. [Nec titulus nimio, nec cedre charta notetur. *Ouid.Eleg.1.lib.1. Triſt.* Vidi ego corruſcos vultus, viſ ſoque notaui. *Ouid.Eleg.5.lib.3. Triſt.* Cum te delicta notantem *Ibidem Eleg.1. lib. 2. Triſt.* Vt me moreſque notaret Cæſar meos. *Ibidem.* Genitale notantia tempus. (liba) *Ibidem Eleg. 13. lib.3. Triſt.* Vt neque diuitiis,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

nec paupertate notanda est domus. *Ouid. Eleg. 1. lib. 2. Trist.*] ¶ Notari ignominia est ignominiæ nota affici à Censore, vel imperatore, ob turpitudinem, vel scelus aliquod commissum. Vnde Senatores ob flagitium aliquod Senatu moti, ignominia notari dicebantur: quemadmodum & Equites, quibus equus adimebatur: & milites, qui alicuius flagitij causâ exautorabantur, *Cicero Cecin.* Deinde vt eam in ciuitatem boni viri, & boni ciues nulla ignominia notati non reuertantur: in quam tot scelerum condemnati reuerterunt. ¶ Potest etiam à nota deduci, vt sit notare signum, notámve apponere. *Iuuenal.* Sed quæ Fabricius Censor notet. ¶ Notare etiam ab alio dictata scribere. Hinc factum est, vt qui dictata notis excipit, Notarius appelletur, σημειογράφος. ¶ Notarunt hoc annales, pro Scriptum est in annalibus. *Plin. lib.* 8. *cap.* 51. ¶ Item ignominia afficere, ἀτιμόω. *Cic. de Senec.* Sed notandam putaui libidinem nimiam. ¶ Composita huius verbi sunt, Annoto, Connoto, Denoto, Prænoto, *de quibus suis locis.*

Nŏtātŭs, a, um, participium. Scriptus, item celebris. {σημειωθείς. GAL. Noté. ITA. *Notato.* GER. Verteümbdet. HISPA. *Notado.* ANGL. *Noted, marked.* } vel nomen ex participio. *Cic. 3. Tuscul.* Verbis Latinis melius quã Græcis hæc notata sunt. *Idem pro domo sua*, Notatissimus omnium scelerum, libidinúmque maculis.

Nŏtātĭo, notationis, verbale, Animaduersio, quæ & Nota dicitur. {σημείωσις. GALL. Note, notation, remarquement. ITA. *Auertimento.* GE. warnemmung/gemercke. HI. *Nota, ò notacion.* AN. *Marking, noting, or obseruing of any thing. Cic. 2. de Diuinat.* Cæli enim distributio, quam ante dixi, & cæterarum rerum notatio, docet vnde fulmen venerit, quò concesserit. *Ibidem*, Chaldæis in prædictione & in notatione cuiusque vitæ ex natali die, minimè esse credendum. Temporum notatio. *Idem de Clar. Orat.*

Nŏtēsco, *Vide* NOTIO, *in verbo* Nosco.

Nŏthĭa, pen. prod. νοθεία, τά, Græci vocant portionem illam bonorum, quæ ex testamento patris nothis poterat obuenire. Crudele enim iudicabant, quibus vitam dedissent, nihil ad vitæ alimenta relinquere: neque rursùs æquum videbatur nothum filio legitimo adæquari. Ea itaque moderatio adhibita est, vt liceret parenti à lege statutam portiunculam nothis relinquere: quæ Nothia ab illis vocabantur.

Nŏthŭs, apud Græcos dicitur, *teste Quintil. lib. 3. cap.* 8. qui ex vxore non legitima natus est. { ממזר *mamzér.* νοθός. GAL. Bastard. ITA. *Bastardo.* GERMANIC. Ein bancart/ein lediger oder vnehlicher. HISPA. *Bastardo, ò no legitimo.* ANGL. *A bastard.* } Latinum eius rei nomen (*vt Cato quadam oratione testatur*) non habemus: ideóque vtimur peregrino. *Virgil. lib.* 7. Supposta dare matre nothos furata ereauit. [Nothus ante legitimum natus, legitimus habetur: post tantum ciuis. *Quintil. Ibid. cap.* 8. *li.* 3.] ¶ Nothum Græci appellant quicquid non legitimum, verum, nec germanum est, vt Nothum Atticissimum dicunt, non verum schema Atticum, sed adulterinum, spuriúmque. ¶ Nothi pulli. *Colum. lib.* 8. *cap.* 10. Omni autem horum generum nothi sunt optimi pulli, quos conceptos ex peregrinis maribus nostrates ediderunt. ¶ Nothos etiam appellant Arabicos elephantes, Indicis minores: *teste Pli. li.* 8. *c.* 1.

Nŏtĭă, æ, νοτία, Gemma est cum imbribus cadens, vnde & Ombria alio nomine dicitur eandem vim habens quàm Brontia. *Autor Plin. libr.* 37. *c.* 10.

Notiæos, id est, Dorsago, medulla dorsi. Reliqua quæ in vertebris continentur, Spondilionis occupant nomen, vt inquit Iulius Pollux.

Notifico, Notio, Notitia, Notities, *Vide* NOSCO.

NŌTĬVM, νότος, Oppidum est Ioniæ non procul à Colophone: cuius meminit *Plin. lib.* 5. *c.* 29. ¶ Est item Notium Calydnes insulæ oppidum. *Idem lib.* 5. *c.* 31. Calydne insula cum tribus oppidis, Notio, Nisyro, Mędetero. Vulgò *Cabo de Mar.*

NŌTĬVM MARE, νότου πέλαγος, A Græcis dicitur ea maris Mediterranei pars quæ est inter Ligusticum & Siculum: alio nomine à Tuscia, quam alluit, Tuscum appellatum. *Plin. lib.* 3. *cap.* 5. A Ligustico vsque ad Siciliam insulam, Tuscum, quòd ex Græcis alij Notium, alij Tyrrhenum, è nostris plurimi inferum vocant.

NŌTVS, ti, { νότος. GALL. Le vent de Midi. ITAL. *Austro.* Fland. Zuyden. GERMANIC. Der Sudwind/wind von Mittag. HISPANIC. *Vento de medio dia.* ANGLIC. *The south wind.* } Ventus Meridionalis quem nos Austrum appellamus: ita dictus ἀπὸ τῆς νοτίδος, hoc est ab humiditate.

Nŏtŭs, a, um, νότος. Idem quod Australis, & humidus. Nam Græci νότον vocant, quem nos Austrum.

Nŏuācŭlă, læ, Culter rasorius, culter tonsorius. { תער *táar. ξυστὴρ.* GALLIC. Vn rasoir. ITALIC. *Rasore, rasoio.* GERMA. Ein schärmesser. HISPA. *La nauaja para raer pelos.* ANGLIC. A *raser.* } A Nouo, as, quòd faciem nouare, id est nouam quodammodò & recentiorem facere videatur. *Cic. 1. de Diuin.* Ita cotem in comitium allatam, inspectante & rege & populo, nouacula esse discissam. Aliquando etiam accipitur pro quouis cultro. *Columell. lib. vlt. cap.* 45. Raporum quàm rotundissima sumito, eáque, si sint lutosa, detergito, & summam cutem nouacula decerpito. [Nouacula secare fauces. *Sueton. in Calig. cap.* 23.]

Nŏuālis, huius noualis, gen. fœmin. & Noualе genere neutro secundum Seruium, diuersis modis exponi solet. { ניר *nir.* νεὸς, νέαμα, νεωτός. GAL. Terre qu'on seme de deux ans l'vn, varet ou gueret. ITAL. *Terra non seminata gia due anni.* GERMA. Ein Brachfeld/oder ein Neuwer Auffbruch eines Felds oder Ackers. HISPA. *La sementera echa in Baruecho.* ANGLI. *A fallow fied that is to be sowen the nixt yeare.* } *Paulus Iureconsult.* dicit esse terram proscissam, quæ anno cessat. *Sic Varro*, Qui intermittitur, à nouando Noualis ager dicitur. *Sic Plinius*, Noualе est (*inquit*) quod alternis annis seritur. Idem sentire videtur *Festus*, Noualis, *inquit*, ager nouæ relictus sementi. *Seruius* Noualem esse aruum credit tunc primum ad sementem proscissum. Alibi tamen noualem interpretatur terram, quæ per singulos annos semine renouatur. *Virgil. 1. Eclog.* Impius hęc tam culta noualia miles habebit? Deplorabat enim agrum, in quo instruendo magnopere laborasset. *Quint. in Milite Mariano*, Mox ingentibus lacertis humum fodere, segnem futuris noualibus eruere syluam. Sed Virgilius in sensum priorem accipit: Alternis, *inquit*, idem tonsas cessare nouales, Et segnem patiere situ durescere campum.

NŌVÆ MOENIÆ, νέον τεῖχος, Sarmatiæ vrbs in Europa. *Ptolem. lib.* 3. *cap.* 5. Hodie *Album castrum* appellant. Stephanus quoque eiusdem nominis vrbem in AEolide constituit, cuius ciues Neotichitas aut appellari. Vulgò Weissemburg.

NŌVĀNVS, ni, Fluuius est in agro Pitinate trans Apenninum, qui æstiuis solstitiis supra modum augetur, & circa brumam siccatur. *Vide Plin. lib.* 2. *cap.* 103.

NŌVĀRĬA, Oppidum est Italiæ in tractu transpadano: cuius meminit *Plin. lib.* 3. *cap.* 17. Vulgò *Nouara.*

NŌVĒLLVS TORQVATVS, Mediolanensis quidam fuit temporibus Tiberij Cæsaris, qui gestis honoribus è Prætura ad Proconsulatum vsq; peruenit. Hic Tricongius cognominatus est, quòd tres congios vini vno impetu epotauerit, adeóque siccauerit, vt nihil prorsus reliquerit quod ad paumentum posset elidi. *Autor Plin. lib.* 14. *cap.* 22.

Nŏuem, Numerinomen. { תשע *teschá'.* ἐννέα. GALL. Neuf. ITALIC. *Nueue.* GERMANIC. Neun. HISPANIC. *Nueue.* ANG. *Nyne.* } *Virg.* 5. *Æneid.* Iámque dies epulata nouem gens omnis, & aris Factus honos. *Cic. Quinto Frat.* In nouem & dies & liberos distributus sermo. [Nouemque addiderat lustris altera lustra nouem. *Ouid. Eleg. vlt. lib.* 4. *Trist.*]

[Nouies. Aduerbium: ἐννάκις. GAL. Neuf fois. *Ouid. Eleg. vlt. lib.* 4. *Trist.* Millia qui nouies distat ab vrbe decem.]

Nŏuēnārĭus, rii, { תשיעי *teschiî.* ἐννάς. GAL. Neufiesme, neufuain. ITA. *Numero di noue.* GER. Das neunte/oder das neun ten sich begreiffet. HIS. *Cosa de nueue.* ANG. *The ninth, of nine.* } & Nouenarius, a, um, *Varro*, missuræ, nec fœturæ obseruantur? Sed do in hominibus posse nouenarium retinere numerum. *Plin lib.* 17. *cap.* 11. Sulco qui nouenarius dicitur.

* Nonus, ἔνατος, Adiect. numerale. *Plin. lib.* 18. *cap.* 21. Et à sementе non nisi nonis mensibus in aream redeunt.

Nonarius, a, um, *Persius Sat.* 1. Si Cynico barbam, petulans nonaria vellat. Nonariam meretricem hic dicit, quia apud veteres à nona hora hoc est tertia promeridiana prostabant, ne mane omissa exercitatione illâ irent adolescentes.

Nŏuēnŭs, a, um. { תשיעי *teschiî.* ἔνατος. ANGL. *Nyne.* } *Martial. lib.* 10. Annos addite ter precor nouenos. *Plin. li.* 3. *ca.* 5. Nouenorum ita concepta dierum. *Liu. 7. bell. Pun.* Decreuere item Pontifices, vt virgines ter nouenæ per vrbem euntes carmen canerent. Terga nouena boum. *Ouid. 12. Metam.*

Nŏuēndĭum, Nouem dierum spatium. { ἐννέα ἡμέραι. GAL. Espace de neuf iours. ITALIC. *Spatio di noue giorni.* GERM. Neun tag lang. HISPANI. *Espacio di nueue dias.* ANGLIC. *The space of nyne dayes.* } à quo Nouendiale sacrificium dicebatur, quod nouem diebus continuis fieri solet ad expiationem prodigiorum. *Liu. lib.* 1. *ab Vrbe*, Romanis quoque ab eodem prodigio nouendiale sacrum publicè susceptum est, seu voce cælesti ex Albano monte missa, (nam id quoque traditur) seu auspicum monitu. Manſit certe solenne, vt quandocunque idem prodigium nuntiaretur, feriæ per nouem dies agerentur.

[Nouendialis & Nouendiale. *Plaut. Aul. sc.* 1. *a.* 2. Cocus ille nouendialis est, in nonum diem solet ire coctum. Item, *Liuius lib.* 1. *ab Vrb.* Nouendiale sacrum. de quo vide in præcedente dictione.]

Nŏuūncŭm, τεσσαρία. Dodrans, hoc est pondus vel mensura nouem uaciarum.

* Nonagesimus, ἐνενηκοστός, Vltimus ex nonaginta. *Cic. de Senect.*

* Nonagenarius, Qui nonaginta annos natus est.

* Nonagenarius, pro Nonagesimo, vt NONAGENARIUS motus. *Plinius lib.* 2. *cap.* 15.

Nōnāgēnī, æ, a, tantùm pluraliter. { תשעים *tischîm.* ἐνενήκοντα. } Numerus est distributiuus à NONAGINTA.

Nōnāgĭēs { ἐνενηκοντάκις. GAL. Nonante fois. ITAL. *Nonanta volte.* GER. Neuntzig mal. HISP. *Nouanta vezes.* ANG. *Nynetie symes.* } à NONAGINTA numerale aduerbium.

Nōnĭngentī, [vel (quod vsitatius est) per syncopen NONGENTI, æ, a] ἐννεακόσιοι. GALLIC. Neuf cens. ITA. *Nouecento.* GERMA. Neunhundert. HISPA. *Nouecientos.* ANGLIC. *Nyne hundred.* } Idem quod nouies centum. Pro eodem etiam dicimus NONINGENI, & per syncopen NONGENI.

NŌVEM VIAE, ὁδοὶ ἐννέα, *Stephano*, Ciuitas Thraciæ, quę & Amphipolis ἀμφίπολις dicitur.

Nŏuĕrcă, æ, Dicitur quam pater meus post meæ matris obitum, nouam vxorem ducit, & dicitur respectu priuigni. { μητρυιὰ. GAL. Marastre. ITA. *Matrigna.* GERMA. Ein stieffmuter. HISP. *Madrasta.* ANGLIC. *A stepmother, a mother in law.* } dicta quasi νέα δέσποινα, id est noua princeps. *Virgil. in Buc.* Est mihi namque domi pater, est iniusta nouerca. *Cic. in Orat.* Ab hac indole iam illa matura, vxor generi, nouerca filij, filiæ pellex. [Istuc apud Nouercam quærere. *Plaut. Pseud. sc.* 3. *a.* 1. (Ambigue de eo, qui est iniquus & infestus.) Quorum est nouerca Italia. *Velleius.* Item Quorum est mea Roma nouerca. *Petronius.*

Nŏuĕrcālĭs, & hoc nouercale. { ὁ τῆς μητρυιᾶς μητρυιικός. GAL. De marastre. ITAL. *Di matrigna.* GER. Stieffmütterlich. HISP. *De madastra.* ANG. *Of a stepmother.* } Quod nouercæ proprium est: vt, Odium nouercale, quo nouerca priuignum prosequitur. *Tacit. lib.* 1. Manus nouercales. *Sen. Herc. fur.* Stimuli nouercales, *Claudianus lib.* 2. *de Rapt. Proserp.*

Nŏuĕrcārī, Est nouercarum more agere, hoc est malignè & inimiciter: μητρυιζειν.

Nouissĭmus, Nouitas, Nouitius, *Vide* NOVVS.

NOVIVM, νέιον, Tarraconensis Hispaniæ vrbs, in tractu Artabrorum, non procul à Nerio promontorio.

NOVIVS, Fluuius Britanniæ. *Ptolem. lib.* 2. *cap.* 3.

Nouo, nouas, *Vide* NOVVS.

NOVVM COMVM, νᾶμον, Galliæ Cisalpinæ oppidum est ad Latium lacum situm: antea Comum appellatum, donec deductis eò à Diuo Iulio quinque colonorũ millibus auctius factum, Nouum comum appellatum est, & oppidani NOVOCOMENSES. *Vide Strabonem lib.* 5.

Nŏuŭs, a, um, Propriè dicitur recès, & quod super factum est, vel cœptũ. { חדש

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

{ חדש *chadásch.* νέος, καινός. GALLIC. Nouueau, neuf. ITALIC. *Nouo.* GERMANIC. Neuw. HISPANIC. *Nueuo.* ANGLIC. *New fresh.* } *Ouid. 1. Metamorp.* In noua fert animus mutatas dicere formas Corpora: *Terent. in Adelph.* Nouus maritus anno demum quinto & sexagesimo Piam, atque anum decrepitam ducam? *Ibidem*, Et noua nupta eadem hæc dicet. [NOUA NUPTA: *Vide* in Nupta. Nouarum ædium similis est homo quando natus est. *Plaut. Mostel. sc. 2. a. 1.* Vt Spinther ad aurificem ferres, vt fieret nouum. (supra reconcinnari) *Plaut. Men. sc. 3. a. 4.* Nec noua, quod tecum loquor est Iniuria nostra. *Ouid. Eleg. 4. lib. 4. Trist.* Admonitu fit nouus ipse dolor. *Ouid. Eleg. 6 libr. 3.* Supplicium patitur non noua culpa nouum. *Ouid. Eleg. 1 lib. 2. Trist.* Nouus amator Catulo subblanditur. *Plaut. Asin. sc. 3. a. 1.* Neque mirum neque nouum est fieri, nec secus, quàm alij solent. *Plaut. Asin. sc. 2. a. 5. & Most. sc. 4. a. 1.* Facinus apud nos natum nouum. *Plaut. Mil. sc. 3. a. 2.* Vult te nouus herus veteri domino operam dare. *Plaut. Capt. sc. 2. a. 2.* Iubeas nouum spinter reconcinnarier. *Idem Men. sc. 3. a. 3.* Nouo consilio opus est, noua res obiecta est. *Plaut. Pseud. sc. 2. a. 2.* Fortior in fulua nouus est luctator arena. *Ouid. Eleg. 6. l. 4. Trist.* Noua pictura interpolare vis opus lepidissimum. *Plaut. Mostel. sc. 3. a. 1.* Nouo modo qui prouenit in scenam, nouum aliquid afferre addecet. *Plaut. Pseud. sc. 5. a. 1.*] ¶ Accipitur quandoque pro magno & mirando, incredibili & inopinato. παράδοξος. *Virgil. 3. Eclog.* Pollio & ipse facit noua carmina. *Idem*, Quis furor iste nouus. [Vt genitor luctúque nouo tardetur. (i. ingenti & inopinato) *Ouid. Eleg. 9. lib. 3. Trist.* Noua re (i. inopinata.) *Cæs. lib. 1. de bell. ciu.* Et Nouus aduentus. *Idem lib. 3. de bell. ciu.* ¶ Item Nouus pro ignoto. *Plaut. Pseud. sc. 4. a. 2.* Iste Pseudolus nouus mihi est. (i. ignotus.) AEstate anni noui. (i. veri.) *Gell. cap. 1. lib. 18.* Nouæ Tabulæ, *Vide* Tabulæ. Nouis auctus hymenæis. *Catull. de Com. Beren.* Irrupere nouum mare. *Ibidem.* Nouum orbem. *Tibull. l. 4.*] Noui homines dicuntur, quorum nulli maiores clari fuere, sed ipsi per seipsos clari esse incipiunt, & magistratus in ciuitate assequi. [*Plutarch. in Caton. Censore.*] *Cic. T. Fabio lib. 4. Epistol.* Adeptus es, quod non multi homines noui: amisisti quæ plurimi homines nobilissimi.

Nouè, & Nouiter aduerbia. { καινῶς, νεαρῶς, νέως. GAL. Nouuellement. ITA. *Contra l'uso, & il costumo.* GERM. Neuwlich. HISP. *Nueuamente.* ANGLI. *Newlie, lately.* } *Autor ad Herennium lib. 1.* Nequid ambiguè, nequid nouè dicamus. *Plin. in Paneg.* Vidimus delatorum iudicium, quasi grassatorum, quasi latronum: non solitudinem illi nouiter, sed templum, sed forum insederant.

NOVISSIMVS, superlatiuum. Vltimus, postremus: quia quæ recentor fiunt vltimum locum habent. { ἔσχατος. GALLI. Le dernier. ITA. *Vltimo.* GERMANIC. Das allerletzt. HISPA. *Vltimo.* ANGLIC. *The last of all.* } [*Gellius cap. 21. lib. 10.* Falsus est, cum asserit nusquam fuisse vsum verbis his (nouissimus & nouissimè) Ciceronem, cum non semel vsus fuerit.] *Cic. lib. 1. de Oratore*, Quæ duo sunt ad iudicandum nouissima. *Idem pro Roscio Comœdo.* Itaque perbreui tempore, qui ne in nouissimis quidem erat histrionibus, ad primos peruenit comœdos. [Hæc est Ausonio sub iure nouissima (tellus). *Ouid. Eleg. 1. lib. 2. Trist.* Dum me terrarum pars pene nouissima habet. *Oui. Eleg. 13. lib. 3. Trist.* Barbara me tellus orbísque nouissima magni Sustinet. *Ouid, Eleg. 2. lib. 5 Trist.*]

NOVISSIMÈ, aduerbium, Postremò. { ἐσχάτως, ἐσχατόν. GALLIC. Finalement, dernierement. ITAL. *Finalmente, vltimamente.* GERMANIC. Zum allerletzten. HISPAN. *Vltimamente.* ANGL. *Last of all finallie.* } [*Sueton. in Neron. cap. 11.* Nouissimè naues, Insulæ, agri. [Item pro postremò, aut tandem: *Senec. cap. 2. de consol. ad Heluiam.*] Ad postremum *dixit Plancus epistola ad Cic. Famil. 10.* Denique quod ad omnes casus coniunctiores Reipublicæ esse volebam vt nouissimè ab omni omnium solicitatione auersus, eos tales vobis præstare possem, quales adhuc fuerunt. [Gellius hîc fallitur: vt in Nouissimus diximus.]

NOVITAS, atis) (vetustas, antiquitas. { νέωτης. GALLIC. Nouueauté, nouuelleté. ITALIC. *Nouità.* GERMANIC. Die neuwe. HISPANIC. *Nouedad ò innouacion.* ANGLIC. *Newnesse, freshnesse.* } *Cic. de Amic.* Nouitates autem si spem afferunt, vt tanquam in herbis non fallacibus fructus appareat, non sunt illæ quidem repudiandæ: vetustas tamen suo loco conseruanda est. [Nouitas rei pro re inopinata & inexpectata ac repentina. *Cæs. 2. de bell. ciu.* Cumque fefellit amans aliqua nouitate maritum. *Ouid. Eleg. 1. lib. 2. Trist.*] *Virgi. 1. Æneid.* Res dura, & regni nouitas me talia cogunt Moliri. *Ouid. 4. Metam.* -dulcíque animos nouitate tenebo. *Cic. 2. de Diuin.* Eúmque errorem, quem tibi rei nouitas attulerit, naturæ ratione depellito. ¶ Nouitas pro generis ignobilitate, quèadmodum homines noui dicuntur ignobiles. *Sallust. in Iug.* Nouitatem meam contemnunt, ego illorum ignauiam: mihi fortuna, illis probra obiectantur. *Cic. ad Lentulum*, NOVITATI esse inuisum meæ. [*Velleius.* Cicero nouitatis nobilissimæ.]

NOVITIVS, a, um, Quod est nouum. { חדש *chadhásch.* νεαρός. GAL. Nouice, tout nouueau. ITA. *Nouizzo, nouo.* GER. Das neuw ist/neuwling. HISP. *Nueuo.* ANG. *New or newish.* } vt NOVITIUM opus, quod est nuperrimè factum. NOVITIA mancipia, *teste Martiano ff. de AEdil. edic.* intelliguntur, quæ nondum annum seruierunt: quibus opponuntur Veterana. *Vlp. eodem titulo*, Plerique solent mancipia, quæ nouitia non sunt, quasi nouitia distrahere, ad hoc vt pluris vendant. Præsumptum est enim ea mancipia, quæ rudia sunt, simpliciora esse, & ad ministeria aptiora, dociliora, & habiliora. Trita verò & veterana mancipia difficile est reformare. *Plin. lib. 13. cap. 1.* Nouitium vinum resinatum nulli conducit. *Terent. in Eunuch.* Abducit secum ancillas, paucæ, quæ circum illam essent, manent. Nouitię puellæ. *Cic. pro Domo*, Syrum nescio quem, de grege nouitiorum factum esse Consulem. NOVITIUM inuentum. *Plin. lib. 17. cap. 21.* Inuentu nouitio funditur malleolus. *Idem lib. 23. cap. 1.* Vinum ieiunos bibere nouitio inuento inutilissimum est. [Legendus *Gell. cap. 5. lib. 6.* vbi reprehendens Alphenum Iureconsultum, docet NOVITIUM dictum, non quòd magis sit nouum: sed quòd à nouo dictum inclinatúmque sit: Alphenus contra existimauit nouum Nouitium dici per augendi figuram, quasi magis nouum. *Quæ sententia Passeratio probatur.* Item Nouitij, à patriciis differunt. Nouitium mango iecit per rostra prætextatum. *Fab. Quint. Declamat. 340.* Nouitij vt instituuntur. *Idem cap. 20. li. 1. Interpres Iuuenal. Satyr. 7.* Isti Nouitij semidocti. *Gell. cap. 7. lib. 16.*]

NOVO, à, Nouum facio, innouo inuento. { חדש *chiddésch.* νέω. GAL. Innouer, faire quelque chose de nouueau. ITAL. *Far di nouello, rinouellare.* GERM. Erneweren/etwas neuws machen. HISPAN. *Renouar ò innouar.* ANGLIC. *To mak new.* } *Sallust. in Catil.* Consul optimum tactu ratus, noctem quæ instabat ante capere, nequid eo spatio nouaretur. *Cic. ad Caton. Famil. 15.* Qui nouari aliquid volebant. *Cic. 3. de legibus*, Nihil habui sanè, non modò multum, quod putarem nouandum in legibus. Nouare item est verbum Iurisconsultis vsitatum, pro debitum in aliam obligationem transferre. [*Ouid. 1. Fast.* Ingratos nulla prole nouare viros. *Tibul. lib. 4.* Nam cura nouatur cum memor accitos semper dolor admonet annos. *Tibull. lib. 4.*] Vnde Nouatio, *de quæ paulò post.* Huius composita sunt, Innouo, καινοτομίω, νεωτερίζω: & Renouo, ἀνακαινίζω. *de quibus vide suis locis.*

NOVANS, participium. { מחדש *mechaddésch.* } *Virg. 4. Æneid.* Æneam fundantem arces, ac tecta nouantem Conspicit.

NOVANDUS, a, um, *Ouid. 8. Metam.* -etiam mihi sæpe nouandi Corporis, ô iuuenes, numero finita potestas.

NOVATVS, a, um. { מחדש *mechuddásch.* νεωστί. GAL. Innoué, renouuellé. ITAL. *Rinouellato.* GERMAN. Erneweret/neuw gemacht. HISPAN. *Renouado.* ANGLIC. *Make new.* } *Ouidius 2. de Remedio*, Admonitu recreatur amor, vulnúsque nouatum Scinditur: infirmis culpa pusilla nocet.

NOVATOR, NOVATRIX. *Ouid. 15. Metam.* -rerúmque nouatrix Ex aliis alias reddit natura figuras.

NOVATIO, onis. { ἀνακαίνισις. GALL. Innouation, renouuellement. ITAL. *Rinouamento.* GER. Ein neuwerung. HIS. *Renouamiento.* ANG. *A making new, or renewing.* } Dictio est Iurisconsultis vsitata, qua illi vtuntur pro prioris debiti in aliam obligationem aut naturalem, aut ciuilem transfusione. quod tripliciter fit, primùm cùm vnius personæ obligatio in alterius personæ obligationem nouatur: secundò, cùm alterius generis obligatio, in verborum obligationem nouatur: tertiò, cùm verborum obligatio in alteram formam commutatur. *Hóromanus.*

NOVELLVS, a, um, diminutiuum. { חדש *chaddásch.* νέφυτος. GALL. Nouuelet, nouueau planté. ITAL. *Nouello.* GERMANI. Ein neuw schoß/das neuwlecht ist. HISPA. *Nouillo.* ANG. New, *fresh.* } *Virgil. 3. Eclog.* Atque mala vites incidere falce nouellas. *Cice. 5. de Finib.* Itaque & viuere vitem, & mori dicimus, arborémque & nouellam, & vetulam, & vigere, & senescere. *Ouid. 4. de Pon. Eleg. 12.* -tu dúxque, comésque fuisti, Quum regerem tenera fræna nouella manu.

NOVELLO, as, are, Nouum agrum colere, seu nouas vites pangere. { νεόφυτος, νεόφυτον. GAL. Planter de nouueau. ITAL. *Piantare di nuouo.* GER. Ein neuwen auffbruch oder ein neuwsetz machen. HISPANIC. *Poner vides en majuelo.* ANG. *To mak new.* } *Suetonius in Domitiano*, Edixit nequis in Italia nouellaret. ¶ Huius compositum est Renouello, *de quo vide suo loco.*

NOVELLETVM, Vinea ex nouellis vitibus consita. { τὸ νεόφυτον. GALL. Vn lieu complanté de ieune ou nouuelle vigne. ITA. *Vignale nuouo & giouane.* GERM. Ein neuwsatz mit reben. HISPA. *Lugar plantado de vides nueuas in mayuelo.* ANGL. *A place planted with new wynes.* } *Paulus Iureconsult. in l. Veluti. ff. de impens. in rebus dotalib. fact.* Veluti si nouelletum in fundo factum sit.

NOVELLVS, *Vide* NOVVS.

NOX, huius noctis; à noceo, quòd oculis noceat: vel à Græco νύξ. Hinc enim & Nyctelius dictus Bacchus, quòd eius sacra noctu celebrarétur. { לילה *lajil.* GALL. Nuict. ITA. *Notte.* GER. Die nächt. HISP. *Noche.* ANGL. *Night.* } ¶ Est autem Nox, terræ vmbra, vel (*vt Speusippus ait*) vmbra diei contraria, & solis priuatio. *Cic. 2. de Natur. deor.* Ipsa vmbra terræ Soli officiens, noctem efficit. *Virg. 2. Georg.* Et quantum longis carpent armenta diebus, Exigua tantum gelidus ros nocte reponet. *Idem 2. Ænei.* -& iam nox humida cælo Præcipitat, suadéntque cadentia sydera somnos. *Ouidius 2. Amor. Eleg. 11.* -lasciuæ gaudia noctis, [Quorum nox conscia sola est. *Ouid. 12. Metamorph.* Et veniunt æstus, & nox Immensa videtur. *Ouid. Eleg. 3. li. 4. Trist.* Neque diem me morari decet, neque nocti nocerier. *Plaut. Curcul. sc. 3. a. 2.* Vna nocte & die perdocere. *Plaut. Capt. sc. 5. a. 3.* vbi alterum vacat. Ea si memorem, Nox diem adimat. *Ibidem sc. 3. a. 2.* Illa tegi cæca condita nocte velim. *Ouid. Eleg. 6. lib. 3. Trist.* Hic ero vsque ad noctem, saltem intromittar domum. *Plaut. Menæc. sc. 5. a. 5.* Vt esset noctes & dies hunc annum totum, *Plaut. Asin. sc. 1. a. 4.* Dies noctésque potent. *Plaut. Asin. sc. 3. a. 3.* Nox Immunis est ab expeditione redeuntium militum. *Seneca cap. vlt. de Tranquil.* Dieni, aquam, Solem, Lunam, noctem, Hæc argento non emo. *Plau. Asin. sc. 3. a. 1.* Pactus legibus noctem huius, & cœnam sibi dare. *Plau. Ibidem* De nocte. *Cæsar l. 1. bell. ciu.* Nocte hac emigrasti. *Plau. Men. sc. 2. a. 5.* Noctem huius opto, & vini cadum. *Plaut. Asin. sc. 3. a. 3.* Hanc tibi noctem dono dabo. *Plaut. Asin. sc. 3. a. 1.* Alternas noctes amica frui. *Ibid. sc. 2. a. 5.* Adiudicato cum vero istam noctem ses. *Idem Men. sc. 3. a. 1.* Spreto noctísque hostísque periclo, Cuius equos pretium pro nocte popposcerat hostis (i. opera nocturna exploratoris). *Ouid. 13. Metam.* Noctem incustoditam speculari. *Tacit. libr. 2.* Dies noctésque bibite. *Plaut. Mostel. sc. 1. a. 1.*] ¶ Æquare nocti ludum, est, ludere totam noctem. *Virg. 9. Æneï.* fœlix, si protinus illum Æquasset nocti ludum, in lucémque tulisset. ¶ Supremam noctem agere. *Virg. 6. Æneï.* ¶ Dare noctes alicui, de meretricibus dicitur. *Horat. Epod. 15.* Non feret assiduus potiori te dare noctes. ¶ Hinc locare noctes. *Ouid. 1. Amor. Eleg. 10.* Sola locat noctes, sola locanda venit. Negare noctem, quum admittere amatores noctu negant. *Ouid. 1. Amor. Eleg. 8.* Sæpe nega noctem, capitis modò finge dolorem, &c. ¶ Poscere noctem, Rogare noctem: amatorum sunt, *Ouid. 1. Amor. Eleg. 8. & lib. 2. Amor. Eleg. 2.* ¶ Nox pro somno: vt exturbare noctem *Stat. 10. Theb.* Talia vociferans noctem exturbabat, &c. ¶ Nox æterna, pro morte. *Virg. 10. Æneï.* -in æternam clauduntur lumina noctem. ¶ Nox animi: hoc est ignorantia, & cæcitas. *Ouid. 6. Metam.* Tantáque nox animi est. Nox pró nocte aut noctu Decemuiri in XII. tabulis posuèrunt, vt ex Gellio intelligitur [*cap. 1. lib. 8.*] Lex enim erat hæc: Si nox furtum faxit, &c. ¶ Noctes & dies: id est cótinuè, séper. *Plau. Merc.* Obiurgare pater ob hęc me noctes & dies. *Vir. 6. Æn.* Noctes atq; dies patet atri ianua Ditis.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶ Noctis partes sunt Vespera, Crepusculum, Prima fax, Concubium, Nox intempesta, Ad mediam noctem, Media nox, De media nocte, Gallicinium, Conticinium, & Diluculum. *Vide Censorinum de Die natali: & ea quæ suprà annotauimus in dictione* Dies. ¶ Diuidunt etiam milites noctem in vigilias quatuor, quæ singulæ trium horarum spatio supputantur, quoniam seruant castra vicissim per vigilias. Hinc prima vigilia, Secunda, Tertia, & Quarta. *Vnde Lucan. lib. 7.* Tertia iam vigiles commouerat hora secundos. ¶ A nox fiunt Pernox. *παννύχος*, Noctua, Nocturnus, Nocteſco, Pernocto, Noctiuagus, Noctiuca, Binoctium, Trinoctium, Quadrinoctium, & huiusmodi.

Nŏctu, pro nocte, vtebantur antiqui. { *νυκτὸς.* GAL De nuict. *Di notte.* GER. Zu nacht/bey nächtlicher weil. HISPA. *De noche.* ANGLI. *In tyme of night.* } Quadrigarius Conuenit Senatum noctu multa domum dimitti. *Plaut. Milit.* [*sc.4. a.2.*] Haud falsum euenit somnium, quod noctu hac somniaui. [*Idem Curcul. sc. 1. a. 2.* Hac noctu quod somniaui. *Plaut. Amph.* Nonne hac noctu, nostra nauis huc ex portu Persico venit. Hac noctu in portum aduecti sumus. *Idem ibidem.* Item, Credo hac noctu Nocturnum obdormisse ebrium. *Ibid. & Capt. sc. 2. a. 1.* Vide *Gell. cap. 1. li. 8.*] ¶ Noctu verò aduerbium, *νύκτωρ*, significat per noctem. *Sallust.* Diu, noctúque laborare, festinare. *Plaut. Pseud. sc. 3. a. 1.* pietatem istam amplexator noctu pro Phœnicio. *Ibid. sc. 7. a. 4.* Noctu in vigiliam quando ibat miles.] ¶ Aliquando etiam legitur NOX pro noctu, vt est in XII. Tabulis, Si nox furtum factum sit, si im aliquis occisit, iure cæsus esto, Vbi im, accusatiuum dixerunt ab is, & Occisit pro Occiderit. *Vide Macrobium libr. 1. Satur. cap. 4.* [*Et Gellius capit. 1. lib. 8.*]

Noctūrnŭs, a, um, Quod est noctis. { *νυκτερινὸς, ὄνυχος.* GAL. Chose de nuict, nocturne. ITA. *Di notte.* GERM. Nächtlich/das der nacht ist. HISP. *Cosa de noche.* ANG. *Of the night.* } Vt nocturna lux: sicut à Die Diurnus. *Claudianus,* Omnia quæ tensu voluuntur vota diurno, Tempore nocturno reddit amica quies. *Cic. 4. Verr.* Sic etiam fortunis hominum abutebatur ad nocturna vota cupiditatum suarum. Somnia nocturna. *Horat. 4. Carm.* Visus nocturni. *Tacit. lib. 20* [Nocturni temporis licentia. *Cæsar lib. 1. de bell. ciu.* Nocturnum iter. *Sueton. in Tiber. cap. 6.* Nocturnum vinum edormire. *Gell. cap. 10. lib. 6.* Dulcia nocturnæ portans vestigia rixæ. *Catul. de Com. Beren.* Opera vt largus es nocturna. *Plaut. Asin. sc. 3. a. 3.*]

[Nocturnus. i. noctis Deus. *Plaut. Amph.* Credo ego hac noctu Nocturnum obdormisse ebrium.]

[Nocticolor. *Gell. c. 7. li. 19.*]

Nŏctĭfĕr, penul. corr. Perpetuum epitheton est stellæ vespertinæ, quam Hesperum, siue Vesperum appellamus. { *νυκτοφόρος.* GAL. Qui apporte la nuict. ITAL. *Che porta la notte.* GERMA. Der abentstern so die nacht bringt. HISPAN. *Que trahe la noche.* ANG. *That bringeth or toke, noth night.* } *Catull. in Carmine nuptiali,* Nimirum Eoos ostendit noctifer ignes.

Nŏctĭfŭga, Qui noctem fugit. *νυκτοφυγῶν.*

Nŏctĭlūcă, pen. pro. Dicitur luna quæ noctu lucet. { ירח *jaréach.* *νυκτολαμπὶς.* GAL. La lune qui luit de nuict. ITAL. *La luna che luce di notte.* GERMA. Des nachtliecht/ Der mon. HISPA. *La luna que luce de noche,* ANG. *The moone that shyneth by night.* } *Horat. 4. Carm. Ode 6.* Lesbium seruate pedem, meique Pollicis ictum, Rite Latonæ puerum canentes, Rite crescentem face Noctilucam, Prosperam frugum, celerémque pronos Voluere menses. ¶ Noctilucam etiam quidam appellarunt animalculum exiguum, quod nocturno tempore lucet, æstate præsertim, segete iam matura, & messi vicina. Alio nomine Nitedula dicitur.

Noctipuga, Lucilius vocauit obscœna, quòd noctu pungant, atque excitent Venerem.

Nŏctĕscĕrĕ, Est obtenebrari. { חשך *chaſchách.* *σκοτάζειν.* GALL. Se faire nuict. ITAL. *Farsi notte.* GER. Nachten/nacht werden. HISPA. *Anochecerse. hazerse noche.* ANGLI. *To waxe night or dark.* } *Furius apud Nonium,* Omnia noctescunt tenebris caliginis atræ. [*Gellius capite 11. lib. 18.*]

Nŏctĕs Atticæ, *νύκτες ἀττικαί.* Gellij opus ita appellatum (*vt ipse testatur capite vlt. totius operis*) quòd hybernis noctibus in Attico agro fuerit elucubratum.

Nŏctĭuăgŭs, pen. corr. Qui nocte vagatur. { *νυκτιπόρος.* GAL. Errant, & vagant de nuict. ITALIC. *Che va vagabundo di notto.* GERMA. Der zu nacht vmbeinander schweiffet. HISPA. *Cosa que anda de noche.* ANG. *That erreth or wandereth by night.* } *Virg. 10. Æneid.* almáque curru Noctiuago Phœbe medium pulsabat Olympũ. Deus noctiuagus, Sopor. *Stat. 10. Theb.* Strepitus noctiuagus Faunorum. *Lucret. lib. 4.*

Nŏxă, delictum, siue culpa. { אשמה *aſchmáh* נזק *nézek* רע *raʿ* רעה *raʿáh* *αἰτία.* ANG. *An offence or faulte.* } *Caius L. plebis. D. de verb. sig.* Noxæ appellatione omne delictum continetur. *Liuius lib. 3.* Alia omnis penes milites noxa erat, qui nequid ductu atque auspicio recte gererentur, vinci se per suum atque illorum dedecus patiebãtur. ¶ Noxa item damnum & vitium ex aliqua re contractum significat. { GERMA. Die straff von wegen einer missethat/ oder die missethat selbs / vbelthat. } Hinc capere noxam & concipere & contrahere apud Columellam dicuntur serui ex nimio labore. Hinc noxã nocere *apud Liuium,* & Noxius seruus, qui noxam nocuit, id est, damnum intulit, & ob eam causam obnoxius est. Hinc eundem seruum vel quadrupedem quæ damnum dedit, Noxæ dedere præcisa locutione dicimus, pro noxæ nomine dedere, id est ob damnum & noxã quam intulit. Quemadmodum *Verr. 5.* Lucri & accessionis dare frequentissimè pro lucri & accessionis nomine. ¶ Transfertur autem eleganter hoc *à Liuio*: Obrui, *inquit,* Ætnæ ignibus aut mergi freto illi Insulæ satius esset, quam velut dedi noxæ inimico Consuli. Hinc noxis solutus dicitur seruus, noxio contrarius, ob cuius noxam nihil debetur, vel qui nemini est obnoxius, quasi liber & solutus omni obligatione quæ ex noxa contrahitur. *Ex Homomano.* * Eximere noxæ, Est gratiam criminis facere, hoc est Remissionem dare. *Liu. lib. 8. ab Vrbe,* Tum dictator silentio facto, Bene habet (*inquit*) Quirites, vicit disciplina militaris: vicit imperij maiestas, quæ in discrimine fuerunt an vlla post hanc diem essent: non noxæ eximitur Q. Fabius, qui contra edictum imperatoris pugnauit, sed noxæ damnatus donatur populo Romano, donatur Tribunitiæ potestati, precarium non iustum auxilium ferenti. *Budæus.* [Noxam luere pecunia. *Liuius 8. d. 4.* Noxa liberare reum. *Quintilian.* Noxam sarcire de furto. *Gell. cap. 18. libro 11. Liuius libr. 9. ab vrb.* In noxa esse, Idem in crimine. *Liuius libro secundo, d. quarta. Sueton. in August. cap. 67.* Noxæ arguere (i. culpæ & criminis.) *Liu. 3. d. 4.* Nihil his aut locus eorum noxæ futurum fraudiue. *Idem lib. 4 d. 4.*]

Nŏxālis, le, Vnde Noxalis actio, dicitur, quæ aduersus nos instituitur, non propter vitium à nobis contractum, aut culpam, sed ob noxã, hoc est damnum à seruo aut pecude nostra datum. *Ἀκόλουθος δίκη.* Caius in *l. 1. ff. de Noxalibus actionibus.* Noxales actiones appellantur, quæ non ex contractu, sed ex noxa, atque maleficio seruorum aduersus nos instituuntur: quarum actionũ vis & potestas hæc est, vt si damnati fuerimus, liceat nobis deditione corporis, quod deliquit, euitare litis æstimationem. *Vide suprà in* NOXA.

Nŏxĭă, Culpa. { אשמה *aſchmáh* נזק *nézek* רעה *raʿáh* רעה *raʿáh* *αἰτία.* GAL. Faute, offense, coulpe. ITALIC. *Colpa.* GERMANIC. Die schuld einer sund oder vbelthat. HISPANI. *Culpa.* ANGLIC. *An offence or fawte.* } *Terent. in Phorm.* Meministin' olim vt fuerit nostra oratio In re inciunda ad defendêdam noxiam? *Plautus,* Amicũ castigare ob meritam noxiam. *Terent. in Eunuch.* -vnam hanc noxiam Mitte, si aliam vnquam vllam admisero, occidito. ¶ Noxiæ esse, hoc est fraudi esse, aut vitio, vel culpæ ascribi. *Liuius,* Si domum abire vellent, publica fide acceptа, nihil eam rem noxiæ futuram, quòd se hostibus iunxissent. * Noxiam & noxam pro eodem accipi contendit *Valla libr. 6.* Tamen noxiam pro noxa, id est Peccati pœna aut damno, rarò scriptum reperias. [Noxia, i. damno. *Liu. lib. 1. d. 5.*]

Nŏxĭŭs, a, um, Quod nocet. { מרע *merá* רע *raʿ.* *βλαβερὸς.* GALL. Dommageable, qui porte dommage. ITALI. *Nocevole, nocente.* GER. Schädlich/ Item, Schuldig. HISP. *Dannoso.* ANGLI. *That offendeth, or hurteth, noysome.* } *Sallust.* Quæ nisi quæsita erunt, & nisi vindicatum in noxios, quid erit reliquum. *Liu. 5. ab Vrbe,* Qui noxij ambo, alter in alterũ, &c. *Virgil. 6. Æneid.* Igneus est ollis vigor & cælestis origo Seminibus quantum non noxia corpora tardant. *Ouid. in Ibin.* Inque tuis opifex, vati quod fecit Achæo, Noxia luminibus spicula condat apis. *Idem 10. Metam.* Nec metuens atro crinitas angue sorores, Quas facibus sæuis oculos atque ora petẽtes Noxia corda vident. * Noxius, cum genitiuo. *Tacitus lib. 5.* vt noxium coniurationis ad disquisitionem trahebat. [*Ouid. Eleg. 1. lib. 2. Trist.* Cur aliquid vidi? Cur noxia lumina feci?] ¶ Cuius contrarium est Innoxius, culpa carens, innocens, qui non nocet. *Plaut. in Aulul.* Heu Megadore, haud decorum facinus tuis factis facis. Vt inopem atque innoxium abs te, atque abs tuis, me irrideas. [Noxius de parricida. *Sueton. in Claud. cap. 34.*] ¶ Obnoxius, idem est quod astrictus, vel obligatus: de quo suo loco.

Nŏxĭor, Comparatiuus à noxius. *Senec. lib. 1. de Clementia cap. 13.* Omnibus reis noxior ac solicitior.

* Noxiosus, idem quod noxius. *Senec. 1. de Clement.* Si noxiosissimo cuique animali in nos daretur potestas, &c. *Idem Epist. 71.* Quod animi perditi noxiosique habent, non habebunt illi quos aduersus hos casus instruxit longa meditatio?

Nŏxĭtūdo, inis, Pro noxia apud veteres dicebatur. *Accius in iudicio armorum, vt citat Nonius,* Noxitudo obliteretur Pelopidarum ac per nos sanctescat genus.

N ante V.

N. V. In notis antiquorum non vis, vel non vocat, vel non valet. N. V. N. D. N. P. O. Neque vendetur, neque donabitur, neque pignori obligabitur. N V P. Nuptias.

NVBAE, *νῶβαι. Steph.* Populi sunt Libyæ, ad sinistrum Nili flexum habitantes, in multa diuisi regna, *teste Strabone lib. 17.*

Nūbēs, { ענן *ʿanán* עב *ʿab* *νεφέλη.* GALLIC. Nue, ou nuée. ITALIC. *Nuuola, nebbia.* GERMA. Ein wolck. HISPA. *La nuue.* ANGLI. *A cloude.* } Est vapor humidus in sublime elatus è terra per æstum: siue aer in liquorem coactus, cuius densitas haud dubiè Solem obumbrat: vnde etiam nomen accepisse creditur, à nubendo scilicet, hoc est tegendo, quòd solem obnubat. Sunt tamen qui eius originem referant ad dictionem Græcam *νέφος*, quæ nebulam significat, vel nebulum. *Cicer. de Diuinat.* Si autem nubium conflictu ardor expressus se emiserit, id esse fulmen. *Virgil. 5. Æneid.* -& alis plaudentem nigra figit sub nube columbam. *Idem 3. Æneid.* Inuoluere diem nimbi, & nox humida cælum Abstulit: ingeminant abruptis niuibus ignes. *Idem 1. Georg.* Et fœdam glomerant tempestatem imbribus atris Collectæ ex alto nubes. ¶ Nubes peditum per translationem, pro multitudine & densitate vsurpauit. *Liuius 5. belli Macedonici,* Rex contrà peditum equitúmque nubes iactat, & consternit maria suis classibus. [*Liuius lib. 4. d. 4.* Telorum velut nubes. *Idem li. 2. d. 5.* Nubes locustarum. Nubes animi. Vt tamen hanc animi nubem dolor ipse remouit. *Ouid. Eleg. 3. lib. 1. Trist.*] Armorum nubes, *Statius quarto Thebaid.* Belli nubes. *Virg. 10. Æneid.* ¶ Nubis in nominatiuo *apud Plautum in Merc.* -nónne ex aduerso vides? Nubis atra, imbérque instat.

Nūbĕcŭlă, æ, diminutiuum, Parua nubes. { *νεφέλιον.* GALLIC. Petite nuée. ITALIC. *Nugeletto.* GERMANIC. Ein wolcklin. HISPANI. *Nue pequenna.* ANGLIC. *A litle cloude.* } *Plin. libr. 18. capite 15.* Nubecula quamuis parua, ventum procellosum dabit. ¶ Per translationem accipitur pro supercilio, tristitia vultus, frontis contractione. *Ciser. in Pison.* Neque tam fui timidus, vt qui in maximis turbinibus ac fluctibus Reip. nauem gubernassem, saluámque in portu collocassem, frontis tuæ nubeculam, tum collegæ tui contaminatum spiritum pertimescerem.

Nūbĭfer, penult. corr. Nubes ferens. { *νεφηλοφόρος.* GALL. Portant nuées. ITAL. *Chi porta nuuole.* GERM. Der das gewulck bringt. HISP. *Que trahe nuues.* ANG. *That bringeth or causeth cloudes.* } Vnde Nubiferi montes dicuntur, ita editi, vt nubes sustinere videantur. *Ouid. 2. Metamor.* Aeriæque Alpes & nubifer Apéninus. ¶ Nubifer notus, qui nubes affert siue gignit. *Idem Epistol. 2.* Te dare nubiferis linea vela Notis.

Nūbĭfŭgŭs, adiectiuum, Qui nubes fugat. { *νεφελεγερέτης.* GAL. Qui chasse les nuees. ITALI. *Che caccia le nuuole.* GERM. Der die wolcken vertreibt.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Hispa. *Ahuyentad r de las nuues.* Angl. *That putteth away or dissoluith cloudes.* } *Colume. lib.*10. nec tam nubifugo borea Latonia Phœbe Purpureo radiat vultu.

Nubigenă,æ,Ex nube genitus.{ νεφελογενής. Gal. Engendré de nuée. Ita. *Generato di nuuola.* Ger. Auß dem gewulck erboren. Hispa. *Engendrado de nuue.* Ang. *That is engendred of à cloude.*} *Colum.lib.*10. Mox vbi nubigenæ Pnyxi, nec portitor Helles, &c. ¶ Nubigenæ dicuntur centauri, quòd ex nube sint nati. Quum enim Ixion Iunonem deperiret, oblata est illi nubes, quæ imaginem Iunonis repræsentaret, cum qua congressus, genuit Centauros. *Statius* 5. *Thebaid.* Luxuriant Lapitharum epulæ, si quando profundo Nubigenæ caluere mero. Feri nubigenæ. *Ouidius* 12. *Metamorphos.* Bimembres Nubigenæ *Virgil.*8. *Æneid.* -tu nubigenas inuicte bimembres, &c. Amnes nubigenæ, *Statius* 1. *Theb.*

Nūbĭlŭs,a,um,pen.corr.Fuscum,nubibus tectum.{ σκιερός. Gal. Nubileux ou nebuleux, obscur. Ital. *Fosco, nubilo.* Germ. Gewulckt/duncket von wolcken. Hisp. *Nubloso, ò annublado.* Angl. *Dark, cloudie.* } *Plin. lib.16. cap.26.* Pyrus, & amygdala, etiamsi non pluat, sed fiat austrinum cælum atque nubilum, florem emittunt. [Nubila sunt iubitis tempora nostra malis. *Metaph. Ouid. Eleg.3. lib.1. Trist.* Tempora si fuerint nubila, solus eris. *Ouid. Eleg.*8. *lib.1. Trist.* Nubila promisi stryx mihi testis erit. *Oui 3. Fastor.* Nubila nascenti seu mihi parca fuit. *Oui. Eleg.4. lib.5. Trist.*] ¶ Nubilus color, obscurus. *Plin. lib.9. cap.35.* Inde nubilum trahi colorem, aut pro claritate matutina serenum.

Nūbĭlum,subst antiuum,ipsam nubem significat. { τὸ νέφος. Angl. *Dark wether.*} *Plin.lib.2. cap.62.* Rhodi & Syracusis nunquam tanta nubila obduci, vt non aliqua hora sol cernatur. *Ouid.7. Metamorphos.*-nubila pello, Nubiláque induco: ventos abigóque, vocóque. *Virg.6. Æneid.* Et pater omnipotens densa inter nubila telum Contorsit. [Regem ostẽturus propter nubilum distulit. *Sueton. in Neron. cap.*13. Tristitiâ quoddam nubilum ducunt oculi. *Quintil.*]

Nūbĭlārĭum,rij,Locus, quò propter nubes conferuntur frumenta semitrita. νεφοστάσιον. *Colum. lib.1. cap.6.* Huic aræ nubilarium applicari debet, maxime in Italia, propter inconstantiam cæli, quo collata semitrita frumẽta prægẽtur, si subitaneus imber accesserit. ¶ Dicitur & Nubilar. *Idẽ li.2. c.21.* Quod si falcibus seges cum parte culmi demessa sit, protinus in aceruum vel nubilar congeritur.

Nūbĭlo, as, are, Nubilum fieri, nubibus obscurari. { ענן *ẖanán.* ζοφοῦσθαι Gal. Couurir des nuées, rendre obscur & nubileux, obscurcir. Ital. *Nuuolare.* Germ. Gewulckt werden. Hispan. *Annublar.* Anglic. *To waxe darke or cloudie.*} Vnde nubilat aer, *apud Varr. de Re rust. Plin. lib. 37. cap.7.* Callistratus fulgorem carbunculi debere candidum esse potuit, extremo visu nubilantem. Hinc componitur Obnubilo, *de quo vide suo loco.*

Nūbĭlōr,aris,dẽponens. Nubilo. *Cato de Re rust. cap.*88. Vbi nubilabitur, noctu sub tecto ponito: quotidie quum sol erit, in sole ponito.

Nūbĭlōsŭs,sa,sum, Quod est nubibus plenum.{ νεφελώδης, ζοφώδης. Gall. Nebuleux, plein de nuées. Ita. *Nuuoloso.* Ger. Wolckechtig. Hisp. *Lleno de nuues.* Anglic. *Cloudie or full of cloudes.*}

Nūbo,bis, psi & ptus sum, in præt. in sup. nuptum, Velo, operio, tego, obnubo. { העיט *heîṭ* כסה *chasah.* καλύπτω. Gallice. Couurir. Ita. *Coprire, velare.* Germanic. Bedecken. Hispanic. *Cobrir.* Anglic. *To couer.* } vnde nubes dicta creditur, quòd cælum obnubat. Quoniam verò sponsæ apud veteres dum viro tradebantur, nubere, hoc est velare capita solebant, factum est vt Nubere vsurpetur pro Viro tradi. { התחתן *hithcht attén* נשא *nasá.* γαμεῖν, συνοικεῖν. Gall. Prendre mari, espouser mari. Italic. *Maritare.* Germanic. Mannen/ein man nemmen. Hisp. *Casarse la muger.* Anglic. *To be maried to some man.* } Est enim proprium mulieris. [Quò libeat, nubant: dum dos ne fiat comes. *Plau. Aul. sc.5. a.3.* Eho! An tu huius nupsisti patri? (obscœnè.) *Plau. Pseud. sc.3. a.1.* Quò eam facilius nuptum, si vellet, daret. *Plaut. Aul. sc. 1. a.1.* Filiam despondi. Ego hodie nuptum huic dabo. *Plaut. Aul. sc.4. a. 1. & sc.1. a.4.* Quam minimo sumptu filiam vt nuptum darem. *Plautus Aul. sc.5. a.2.*] *Terent. in Andr.* Aiebant hodie filiam meam nubere tuo gnato. Non enim vir sed mulier propriè nubit. Licet quandoque figurate vel peruerso naturæ ordine præposterè dicatur. *Pomponius in Pannuceatis, vt citat Nonius*, Sed meus frater maior, postquam vidit me inde ciectum domo, nupsit posterius dotatæ vetulæ, varicosæ Aphræ. *Iuuen. Satyr.*2. Quid quæris? nubit amicus. ¶ Sunt qui dicant virum tum nubere, quum seruit vxori, seque illi subiicit, quæ sibi parẽre debebat. Vnde *Martialis lib.*8. Vxori nubere nolo meæ. [*Senec. Controuers.6. lib.7.* in Titulo, Tyrannus permisit seruis vt dominabus suis nubant.] Vtroque autem modo dicitur, & Nubere alicui, & cum aliquo Nubere. *Cic. Marc. Catoni*, Regis Parthorum filium, quocum esset nupta regis Armenorum soror. ¶ Nubere in familiam claram. *Cic. pro Cælio*, Quum ex amplissimo genere in familiam clarissimam nupsisset. [Nubere in domum. *Liuius lib.4. ab vrb.* Et Nupta in domo. *Idem lib. 6. ab vrb.*] ¶ Nubere dicuntur etiam arbores vitibus, & vites arboribus, pro coniungi & implicari. *Plin. lib.34. cap.*1. In Campano agro populis nubunt. De vitibus. ¶ Nubitur, *Plau. Persa*, Hic cum mala fama facilè nubitur, Dum dos, si nullum vitium vitio vortitur. ¶ Dare nuptum viro. *Plaut. Cas.* Ancilla Casina vt detur nuptum nostro villico. Huius verbi composita sunt, Connubo, συνοικίζομαι, συνοικῶ, quod est Matrimonio iungor, quasi Simul nubo. *Apul.* Nescientibúsque parentibus puellari ætate connupseramus. Hinc Connubium, ius legitimi matrimonij. Denubo, Innubo, quod propriè significat, ad domum viri transire. Vnde & pro transire simpliciter sumitur. *Lucil. lib.6. Satyr.* -iam enim inuadere, atque innubere censet: Hinc Innubus, qui vxorẽ nunquam duxit: & Innuba, quæ viro nunquam fuit tradita. Obnubo, abscondo, tego, σκεπάζω. *Statius*, Obnubítque comas, & temperat astra Salero. Pronubo, Nuptiis præsum: à quo Pronubus, Pronuba, quæ duo penultimam corripiunt: quemadmodum & Innubus, & Innuba: cætera omnia habent penultimam productam.

Nūptŭs,a,um,participium, In matrimonio collocatus. { נשוי *nisúi.* γαμικός. Gal. Marié, espousé. Italic. *Maritato.* German. Vermählet. Hispan. *Despossado, casado.* Angl. *Maried.* } *Cic. pro Sestio*, Sestius C. Albini filiam duxit, ex qua hic est puer & iam nupta filia. *Idem 6. Verr.* Mulier nupta vni, proposita omnibus. [*Ouid. Eleg.3. lib.4. Trist.* Me miserum si turpe putas mihi nupta videri. Dum quidem cum illo nupta eris. *Plau. Asin. sc.2. a.5.* Qui cum Alcmena est nupta. *Plau. Prologo Amph.* Quid ego tibi deliqui, si cui nupta sum. *Plaut. Amph. sc.3. a.2.*] ¶ Nupta verba, hoc est obscœna, & lasciuiora, qualia sunt mulierum, quę viro traditę verecundiam dedidicerunt: ea autem virgines nequaquam decent. *Plau. in Dyscolo, referente Festo.* Virgo sum, nondũ didici verba nupta dicere. ¶ Huius antitheton est, Innupta, ἄγαμος, quæ nondum accepit virum, vt Innuptæ puellæ, *apud Virgil.2. Æneid.*

Nūptĭs,huius nupti, nuptæ maritus. { חתן *chatán.* ὁ γήμας. Gal. Espoux, le nouueau marie. Ita. *Sposo, marito.* Germ. Ein breutgam/der man weib chem eine vermählet ist. His. *Nouio, esposo.* Ang. *A bridegrome or new maried man.*} quamuis rarò sit in vsu, nisi apud veteres, *vt apud Plaut. in Cas.* Lubet Chalinum quid agat scire nouum nuptum. Id est maritum, *vt exponit Priscianus.*

Nūptă,æ,substantiuum, Quæ nupsit. { בלה *challáh.* γαμετή. Gal. Qui est mariée. Ital. *Sposa.* German. Ein braut. Hisp. *Nouia, ò esposa.* Ang. *A bride.* } Vnde Nouam nuptam dicimus, quæ iam recens viro tradita est. *Catull. in Epitalamio Malliæ*, Prodeas noua nupta venit dies. *Ter. in Adelph.* Ea noua nupta eadem hæc discet. [Apud duos vna nupta esset. *Gell. cap.23. lib.1.* Dum tete abstineas, nupta, vidua, virgine. *Plautus Curc. sc.1. a.1.* Vna vt duobus nupta fieret. *Gell. loco citato. & Plau. Men. sc.1. a.5.* Estne nouis nuptis odio Venus? *Catull. de Com. Ber.* Sic æquet tua nupta virum bonitate. *Ouid. Eleg.5. lib.4. Trist.* Noua nupta rapiebatur trans limen. *Plutarch. in Rom.*]

Nūptŭs,ptus,pro ipso nubendi actu. { חתנה *chatunnáh.* γάμος. Galli. Mariement, mariage. Ital. *Il maritarsi.* Germa. Das mannen/verheurathung/ vermählung. Hisp. *Obra de se casar la muger.* Anglic. *Mariage, wedding.* } Hinc nuptui dare, vel nuptui collocare, γαμικίζειν. *Cæs. 1. bell. Gal.* Et lorores suas nuptui in alias ciuitates collocasse. *Plin. de viris illustr.* Eo die Numantini fortè solenni nuptu filias locabant. [Nuptum & tedas passa. *Statius 5. Syluarum.*

Nūbĭlĭs,huius lis, Quæ est apta & matura viro, viripotens. [γαμήσιμος ὥρα. Gall. Mariable, & sẽ dit des filles. Italic. *Da marito.* Ge. Mannbar. His. *Donzella casadera.* Ang. *Apt or readie to be maried.*} *Virg.7. AEnei.* Iam matura viro, iã plenis nubilis annis. *Cice. pro Cluent.* Nubilis filia. *& Liu.9. bell. Punici*, Nubilis virgo. *Oui. l.2. Trist. Eleg.1.* Nubilis hæc virgo, matronáque, vírque, puérque Spectat.

Nūptŭrĭo,ris,pen.corr. Nubere cupio. { γαμιτεύω. Gallic. Desirer de se marier, auoir faim d'estre mariée. Italic. *Bramare di maritarsi.* Ger. Begird haben zu mannen oder sich zu verheurathen. Hisp. *Auer gana de se casar.* Anglic. *To desire to be maried.* } *Apuleius in Apolog.* Ea si nupsisset homini rusticano, indecrepito seni sponte, eam diceres sine villa magia iam olim nupturisse.

Nūptĭæ,arum,Matrimonium, coniunctio maris & fœminæ omnis vitæ consortium continens. { חתונה *chatunnáh.* γάμος. Gall. Nopces. Ital. *Nozze.* Germ. Hochzeit. Hispa. *Casamiente ò bodas.* Angl. *The solemnitie ortyme of mariage.*} Propriè tamen dicuntur cæremoniæ, & solennitates in ducendis vxoribus, ipséque nuptiarum dies, ita dictæ proculdubio à nubendo, quod proprie significat Velo, vel tego. Sed quoniam noua nupta, dum viro tradebatur, flammeo præ pudore caput obuoluebat, factum est vt Nubere accipiatur pro Tradi viro; & Nuptiæ pro maris & fœminæ coniunctione. *Cic. pro Cluen.* Nuptiæ plenæ dignitatis, plenæ concordiæ. *Ibidem*, Nuptiæ non matrimonij dignitate, sed sceleris societate coniunctæ. [Cœnabis apud me, hodie fient nuptiæ. *Plau, Curc. sc.3. a.5.* Cedo, Nuptias adorna. *Plaut. Aul. sc.3. a.1.* Sed nuptias hodie quin facimus? num quæ causa est? (Mox.) Ibo igitur & parabo. nunquid me vis? *Plaut. Aul. sc.4. a.1.* Venimus coctum ad nuptias (i. pro nuptiis. *Ibidem sc.2. a.3.* Repudium? rebus paratis & exornatis Nuptiis? *Ibidem sc.6. a.4.* Nuptiis similia omnia hominum negotia. *Senec. cap.15. de Tranquill.*] Veteres in nuptiis maximè omina obseruabant, id quod Virgil. ostendit, primísque iugarat Ominibus. *Et rursus 4. Æneid.* Prima & tellus & Pronuba Iuno Dant signum. Ita *& Stat.* de infausti Adrasti nuptiis, commemoratis prodigiis ait, Cunctos tamen omina rerum Dicta mouent, variísque metum sermonibus augent. *Hæc ex Turnebi Aduersar.*

Nūptĭālĭs,le, Quod ad nuptias pertinet. { γαμικός. Gal. De nopces, nuptial. Italic. *Nuttiale.* Ger. Hochzeitlich. Hispani. *Cosa de casamiento ò bodas.* Angli. *Perteining to mariage.*} vt, Nuptialis thalamus, nuptialis cœna. *Plaut. in Curc. sc.2. a.3.* Tu vt hodie adueniens cœnam des sororiam, Hic nuptialem cras dabit. Nuptialis vox. *Liuius 1. ab Vrbe.* Nuptiales faces, & Nuptialia dona. *Cic. pro Cluent.*

Nūptĭālĭtĕr, aduerbium, quod significat more nuptiarum. γαμικῶς.

Nūptĭālĭtĭŭs, idem quod nuptialis, γαμικός. *Vlpianus L.*194. *de verb. signif.* Munus esse donum cum causa vt pura natalitium, nuptialitium.

Nŭcāmēntă, κύπελλα, κύπελλες, teste *Plin. lib.*16. *cap.*10. dicuntur quædam quasi paniculæ dependentes ex ramis abietis & piceæ. *Ruellius*, Cæterùm ea quæ callo squamatim compactili pendent è ramis nucum, roborum, picearum, appellantur Nucamenta: vel ideo quòd sint quasi quædam naturæ rudimenta, pineam nucem facere condiscentis; vel quòd apertissimè in nucibus propendẽre cernantur. Græci etiam Cyttara appellare consueuerunt.

Nvceria, νουκρία, Vulgò *Nocera.* Ciuitas Campaniæ, cuius populi dicti sunt Nucerini, & ager Nucerinus. *Plin. lib.3. ca.5.* Haud procul à monte Vesuuio ager Nucerinus est: & nouem M. passuum à mari ipsa Nuceria.

Nuces, *Vide* Nvx.

Nucleus, *Vide* Nvx.

[Nuctutiæ, nauium, siue nauigij genus. *Gell. cap.25. lib.*10.]

Nudipedalia, *Vide* Nvdvs.

Nvditanvm, Hispaniæ Bæticæ oppidum est, *apud Plin. lib.3. cap.*1.

Nudo, das, *Vide* Nvdvs.

Nūdĭŭstĕrtĭŭs,{ שלשום *schilschóm.* τρίτος. Gal. L'autre hier, deuant-hier. Ita. *Laltr'hieri.* Germani. Vorgestern. Hispanic. *Antier.* Ang. *Two dayes agoe.* } & Nudiusquartus, composita sunt (*inquit Festus*) à Nunc, & Die tertio, & quarto: quasi dicas, nunc est tertius, & nunc est dies quartus: sempérque de die præterito dicuntur. [Nuper die quarto. *Idem Gellius cap.*24. *lib.*10.] Dicitur & Nudiusquintus, & Nudiussextus. *Plau. in Most.* nam heri & nudiustertius, Quartus, quintus, sextus, vsque postquam hinc peregrè eius pater Abiit. [*Idem*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*Plaut.in Curc.sc.1.a.1.& sc.3.a.1.*Nudiusquartus parasitum misi in Cariam.] *Cic.5.Philip.*Recordamini qui dies nudiustertius decimus fuerit,quantus consentus vestrum,quanta virtus,quanta constantia.

Nūdŭs,a,um,Quod est sine tegmine, apertus, intectus. { עירם *Ierôm.* γυμνός. GALLI.Nud.ITALIC.*Nudo,ignudo.*GERMANIC.*Nackend/bloß.* HISPANIC.*Desnudo.*ANGLIC.*Naked.* } *Virgil.1.AEneid.* Nuda genu, nodóque sinus collecta fluenteis. [Nuda pulchra mulier, quàm purpurata pulcrior.*Plaut.Mostl.sc.3.a.1.* Nudus vinctus centum pondo es.*Plau.Asin.sc.2.a.2.*Nudus in aleruo(aleator)*apud Quintilian.* Nudo pede pressa vua.*Ouid.Eleg.6.l.4.Trist.*] ¶ Nudus pro paupere & egente.*Cic.pro Flac.*Quoniam nudus te delectarat,semper nudum esse voluisti. Qui iocus est ambiguo:quo nudo,inquit,in flore ætatis oblectatus est,eum semper nudum, hoc est fortunis omnibus spoliatum atque euersum esse voluisti.Nudum nuces legere.Iocus ex similitudine *apud Cic.lib.de Orat.2.*cum innumerabilem Magio præfecto pecuniam dixisset datam:idque Scaurus tenuitate Magij redargueret:Erras, inquit,Scaure.Ego enim Magium non conseruasse dico, sed tanquam nudus nubes legeret,in ventrem absthlisse. ¶ Nudus ab amicis,& nudus à propinquis,qui nullos habet amicos aut propinquos.*Cic.pro domo sua.*Tam inops autem ego ab amicis?aut tam nuda Respub.à magistratibus?Sic,Nuda vrbs præsidio. *Cic.Attic.lib.7.* Nudum in causa destituere,*apud eundem.*¶ Nudo vestimenta detrahere,est commodum sperare ab eo qui nihil habet quod auferri queat.*Plaut.in Asin.*Me defraudato.L.Maximas nugas agis:nudo detrahere vestimenta me iubes. * Nudus,item Insepultus,siue Mortuus.*Virgil.5.AEneid.* Nudus & ignota Palinure iacebis arena.*Idem Eclog.*13.Et freta destituent nudos in littore pisces.*Seruius.*[Sic,traduntur ducibus mœnia nuda suis.(cęsis principibus) *Ouid.2.Fast.*Ipsa virum rapui,simulachráque nudare liqui.(i.Cæsaris.)*Ouid.3.Fast.*Nudos sine arbore campos.*Ouid.Eleg.*10. *lib.3.Trist.*Et mensas ossáque nuda videt.*Ouidius 2.Fast.* Sub nuda positum cernere possit humo.*Ouid.Eleg.5.lib.1.Trist.*Nudæ valles, apertæ.*Liuius lib.8.d.4.Sueton.in Tib.c.17.* In nudo cespite cibum capere.] ¶ Nudus per metaphoram accipitur pro plano & claro, & quod nullo prætextu,aut coloribus est velatum,ψιλὸς, vt quum Nudam veritatè dicimus,& Nudam simplicitatem. [Nudæ artes Rhetorum quorundam.Et,Nuda præceptorum traditio. *Quintil.* Nudos artus probationum & velut carne spoliatos.*Idem Quint.*Vixque meus capiet nomina nuda liber.*Oui.Eleg.1.lib.2.Trist.*Nuda vina *Ibidem Eleg.*10.*l.3.* Nudam Cæsaris iram,Nuda pax.*Eleg.11.lib.3.Trist.*Nudum certamen habetur. (i.solum.)*Ouid.13.Metam.Item,*Turpi ac nuda fuga. *Velleius.*]

Nūdē,aduerbium,Simpliciter,& non fucatè.ψιλῶς.

Nūdĭtās,ātis,Simplicitas : & quandoque sumitur pro inopia. { עירם *Ierôm.* γυμνότης. GAL.Nudité,pourete.ITAL.*Nudezza.* GER.Die blosse. HIS.*Desnudez.*ANG.*Nakednesse,want of any thing.* } *Quintil.lib.*10.*c.*2. Tenuitas ac nuditas,placuit,&c.

Nūdo,as,Nudum facio,detego,aperio, nudum constituo. { פשׁט *paschát* פרד *parád.* γυμνῶ,κάμπτω. GAL.Desnuer,mettre nud, descouurir. ITAL. *Nudare.*GERM.Entblössen/nackend machen.HISP.*Desnudar.* ANGLI.*To mak naked or bare,to vncouer.* } *Cic.7.Verrin.* Repente hominem proripi,atque in foro medio nudari,ac diligari,& virgas expediri iubet.Nudatur arbor foliis. *Plin.lib.*16.*c.*22.Quum quædam primæ germinent, & inter nouissimas nudentur.Nudare viscera.*Virg.1.AEneid.*Tergora diripiunt costis,&viscera nudant.Nudare gladios,pro distringere,*Liu.* 8.*Bell.Pun,*Nudata castra.*Cæsar 2.bell.Gall.*Nudatus defensoribus murus.*Ibidem.** Nudare scelus aliquod,Indicare,patefacere *Liuius 5.belli Maced.* Iam enim & id magis in dies, Ætoli defectionem nudabant. [Nudare animos.(i.aperire voluntatem.) *Liu.3.d.4.& 4.d.4.* Et Nudare littora.(i.deserere se præsidiis.*Cęs.3.de bell.cin.*¶ Nudati opere cęsorio. *Vide Sueton.in Cæs.c.*41.] A Nudo fit compositum Denudo,Enudo,pen.prod.ἀπογυμνόω,*de quo infrà suo loco.*

Nūdĭpĕdālĭă , Sacra erant Hierosolymis,vt scribit Hieronymus contra Iou.γυμνοπόδια.*De his meminit Egesip.libro secundo bell.Iud.*

Nūgæ,arum,A non,& Ago,componi videtur,quòd qui nugatur,nihil agat.{ לצון *latsón.*φλυαρία,λῆρος,ψῆλος. GALL.Baueries,bourdes,gaberies. ITA.*Ciancie,baie.*GER.Vnnutze/nichtssollende ding/es seynd wort oder werck.HISP.*Los desuarios de vanas palabras.*ANG.*Trifles, toyes.* } Sunt enim aut res nullius pretij,aut sermones leuium rerum ac nullius ponderis,& plerunque scurriles,ioculatoriique. Hinc *Catullus,*poemata sua vocat Nugas,vt de inanibus minimèque seriis rebus agentia.*Plau. in Menæch.*Nugæ sunt meræ.*Idem in Trin.* Hic postulet frugi esse,nugas postulat. [Nugas garris.C. Soleo,propterea viuo facilius. *Plau. Pseu.sc.6.a.4.Item* , Quid dicit tibi?Nugas theatri.Verba,quæ in Comœdiis solent.(q.d.res nihili,ridicula,siue facetias.) *Plau.Curc.sc.2.a.* 5.Hanc amat,nugas meras,*Ibid.sc.3.a.1.* Non fuit liber. nugas agit.i. loquitur.*Plaut.Capt.sc.4.a.3.*Non potes probare nugas (.i.persuadere te nihil habere,quod falsum est.*Plautus Aulul.sc.1.a.5.*Maximas nugas agis.(i.dicis)*Idem Asin.sc.1.a.1.*Hæ sunt non nugæ.Non enim mortualia.*Ibid.sc.1.a.4.*Nugas iudificabitur garriet.*Plaut.Capt.sc.4.a.3.* Sycophanta nequam est nugis meditatur malé. *Plaut.Pseud.sc.7.a.4.Item* * Nugarum ludus,de quæstionibus friuolis.*Gell.cap.13.l.6.*¶ Nugæ,de vnguentis.*Martial,Epigr.*102.*lib.5.*]

Nūgax,cis,trium generum,& Nugator,Qui meras nugas loquitur,nugigerulus.{ לצין *lotsées* לץ *lets.*φλύαρος. GAL.Vain,plain de baueries.ITA. *Cianciatore.*GER.Ein leichtfertiger/der gern mit vnnutzen dingen vmbgeht oder darnen redt.HISPA.*Vano,loco,que mucho desuaria.*ANG. *That speaketh only trifles or toyes.*}

Nūgĭgĕrŭlus,penultim.correp. Qui vana nuntiat,qui nugas circunfert. [*Plaut.Aul.sc.5.a.3.* Vbi nugigerulis res soluta est omnibus.] { לצין *lotsées* לץ *lets.*ὑδροφόρος. GALL.Portant baueries.ITAL. *Cheporta ciancie.* GERM. Ein märtetrager/der vnnutze ding vmbher tregt zu klapperen. HISP. *El que trahe nueuas vanas.*ANG.A *teller of trifles.*}

Nūgĭgĕr,ra,rum,Idem,vt Nugigera manus,hoc est vana, & quæ seipsam fefellit. *Cic.ad Attic.lib.*4. Dices,Vellem iampridem:scio te voluisse & me:ast nugigeram manum fuisse. Aliqui codices sic habent : Ast me mastigiam gerimanum fuisse,emendat Mala spina,vt in malis non malè.Est enim planè corruptus,& deprauatus locus.

Nūgĭŭcŭndĭus,di,Ab antiquis dicebatur (*inquit Nonius*) qui aliquid mulieribus venderet. { לצין *lotsées* לץ *lets.*λιβανωτώλης. GAL. Vn vendeur de bourdes. ITA. *Che vende baie.* GER.Der schlechte vnnutze wahr verkaufft/als tinderding oder weyberding. HISP. *Joyero de joyas de mugeres.*ANGL. *A seller of trifftes or toyes.* } Nam omnia quib. mulieres vtuntur, pro rebus vanis atque inutilibus habentur. *Plaut.in Aulul.* [*sc.5.a.3.*]Nugiendis res soluta est omnibus.

Nūgŏr,āris,Vana loquor & nugas ago. { לץ *lats.* φλυαρῶ, ὑβρίζω, φλυαρίαν. GALL. Dire bourdes, bauer, resner. ITA. *Cianciare.* GERM.Mit eyteten vnd vnnutzen dingen vmbgehn. HIS. *Desuariar en vanas palabras.* ANGL. *To trifle, to speak a thing vnmeet for the purpose.*}*Cic.2.de Diuin.* Democritus tamen non inscite nugatur.

Nūgātor, Qui meras nugas loquitur. { לצין *lotsets* לץ *lets.* φλυαρολόγος. GALL. Iaseur, baueur, causeur. ITA. *Cianciatore, che sempre dice parole vane.* GERM. Der mit eyteten vnnutzen dingen vmbgeht. HISP. *El que desuarias en vanas palabras.* ANGL. A *trifler, à dallier.* } *Idem in Capt.* [*sc.2.a.2.*]Euge pol Thalem talento non emam Milesium: nam ad ingentiam huius ninnius nugator fuit. *Cic. pro Flac.* Neque in istum nugatorem tanquam in aliquem testem inuehar. [Nugator homo.*Gell. cap.2. lib.* 12. Item Nugatorem lepidum lepide est nactus. *Plaut. Curc. sc.1. a.4.*]

Nūgātōrĭus, a, um, Nugalis, leuis, inanis, futilis, nullius momenti & ponderis. { φλυαρώδης. GAL. Plein de baucrie & iaserie. ITAL.*Pieno di ciancie.* GERMA. Der voll vnnutzes liederliches dinge ist. HISPA. *Lleno de desuarios.* ANG. *Trifling vaine, that trifleth.* } Cic.1. *de Natur. deor.* Tota res Vellei nugatoria est.*Idem pro Cecinna,* Omnino ad probandũ, vtramque rem videam infirmam, nugatoriamque esse.

Nūgālis, & hoc nugale, Quod est nugis plenum. φλυαρώδης. *Gell. libro* 1. *cap.2.* Sed theorematibus tantùm nugalibus dilatrantes,obiurgatione iusta incessiuit. [Nugalia quædam loqui, siue differere, mittere.*Gell. cap.16.lib.3.& cap.*1.*lib.*4.*& cap.*17.*libr.*7.]

Nūgāmēntă, nugæ. { לצון *latsón.* ὑδρίσματα. GAL.Bourdes. ITAL.*Ciancio.*GER.Eytelige vnnd vnnutze ding/narrenwerck oder narrentädtung.HIS. *Desuarios de vanas palabras.* ANG. A *toyes or trifling thing.* } *Apuleius lib.*1. A quorum istorum nugamenta hæc comparastis?

Nūllŭs, la, lum, { οὐδείς, οὐτις. GALL. Nul. ITA. *Niuno, nessuno.* GERM. Keiner. HISP. *Ninguno.* ANGL. *None or noman.* } Compositum est ab vllus, quasi non aliquis vel ne vnus quidem. *Cic. de Amicitia.* Sic munitus est,vt nullo egeat. *Horat.* 1. *Epistol.* 1. Nullius addictus iurare in verba magistri. [*Tibul.lib.*4. Nulla mihi statuent finem te fata canendi. Et nulla incœpto perlabitur vnda liquore. *Ibid.* Item, Nulla nec exustas habitant animalia partes.*Ibidem.*Hic patera nulla in cistula est. *Plaut.Amph.* Vbi satur sum, nulla crepant intestina. *Plaut. Men.sc.*5, *a.*5. Magna res est. Ph. Nulla est mihi. Ambiguè, de negotio & bonis, *Plaut.Curcul.sc.2.a.*5. Perij. (Mox:) nullus sum. *Plaut. Mostel. sc.*1.*a.*2. Quam abduxisti à Lenone? nullam abduxi. *Plau.Curc.sc.*2 *a.*5. Nullus eo melius medicinam facit. *Plaut. Men. sc.*1. *a.*1. ¶ Quem ego hominem nulli coloris noui. (pro nullius) *Plaut. Pseud. sc.*7. *a.*4.] ¶ Nullus, leuis,& inanis. *Cic. de Amicitia,* Nulla hæc igitur amicitia,quum alter verum audire non vult, alter ad mentiendum paratus est. *Plaut. Trin.* Nullum beneficium esse duco id, quod cui facias, non placet. ¶ Nullus pro non. *Terent.Hecy.* -si quæret me, vti Tum dicas: si non quæret, nullus dixeris. *Cic. Attic. libr.*12. Philotimus non modo nullus venit, sed ne per literas quidem, aut per nuntium certiorem facit me quid egerit. [Ita *Plaut.Asin.sc.*4.*a.*1. In tonstrinam, vt iusseram venire, Is nullus venit.] *Cic.de prouin.consul.* Nisi C. Virginius legatus vir fortis & innocens interuenisset, vnum signum Byzantij ex maximo numero nullum haberent. *Teren. Andr.* Liberatus sum, Daue, hodie tua opera. DAV. At nullus quidem.*Plaut. Trinummo,* Nullus credas: nulla est mihi vita expetenda sine te. ¶ Nulli consilij, pro nullius. *Teren. Andr.* -quandoquidem tam iners, tam nulli consilij Sum. Nullis literis, id est illiteratus. *Plin. Epistol.* 115. Video etiam multos parùo ingenio, literis nullis, vt bene agerent, agendo consecutos. [Homo nulli rei, pro, nullius: *Gell.cap.9.lib.*15.*& cap.2.lib.9.& lib.*13.*cap.vlt.* Musica abscondita nulli rei est.] ¶ Nullus sum: frequens apud Comicos pro perij,vel occidi. *Terent.in Andria,* Nullus sum,οὐδὲ εἰμί, id est, non sum. Et plus est dicere, Nullus sum, quàm perij. Nam qui periit, corpus est reliquum : qui verò nullus est, ita est acsi natus non sit.*Cic. de Senect.* Nolite putare me,quum à vobis discessero,nusquam aut nullum fore. [*Plaut.Asin.sc.*2.*a.*5. Nullus sum. A. Imò es, Ne negato, omnium nequissimus. Nullus(.i. Incertus : siue Ignotus) *Liuius li.*4.*ab Vrbe.*Patre nullo (.i. incerto, ignoto.) ¶ Nulli modo, pro nullo modo. *Macrob.libr.*1.*in Somn.Scip.* ni sit mendum. ¶ Item, Nullo differt, (i.nulla re.) *Quintilian.*]Inter nullus autem & nemo multum interest. Dicitur enim nullus de rebus omnibus. Nemo verò tantùm de hominibus. *Actor est Cornel.* Fronto *in lib.de diff.vocabulorum.*

Nūllĭbī, Significat in nullo loco. { οὐδαμοῦ. GAL. En nul lieu. ITA. *In niun luogo.* GER. Nienen. HIS. *En ningun lugar.* ANGLIC. *Nowhere.*}

Nūllūsdum, Id est nullus in hunc diem, nullus adhuc. { οὐδέπω. GALL. Nul encore iusques à present. ITA. *Niuno fin hora.* GERM. Noch keiner. HISPANI. *Ninguno hasta agora.* ANGLIC. *No man yet.*}

Nūm, { חלא *halô.* μῶν, ἆρα, ἆτοι. GAL. N'est-ce pas? n'est-il pas? ITAL. *Anforse?* GERMA. Ist es? HISPA. *Por ventura alguno?* ANG. *whither.*} Interrogatiua particula est,quæ negatiuam præ se fert responsionem, sicut contrà Non interrogatiuè acceptum affirmandi vim habet. Est itaque Num, idem quòd An, siue Nunquid.*Cic.* 1. *Acad.* Quis igitur est hic? num sophistes?*Et paulò antè,*Num cęses Ennium dixisse?[Num qui minus vestra opera vtor? (pro nunquid,vel qua in re) *Plaut.Pseud. sc.*2.*a.*1. Vel Num parelcon est, Num quem aliunm, Non me quæritas, *Plaut.Menæc.sc.*4.*a.*2. Num non vis me Interrogare te? *Plau.Aul.sc.* 3.*a.*1. Num laruatus es, an territus? *Idem Men.sc.*4.*a.*5. Num confidit? (de Sycophanta.) *Plaut.Pseud.sc.*7.*a.*4. Num mentior? *Ibidem sc.*1.*a.*4. Num ancillæ,aut seruæ tibi responsant? *Ibid.sc.*2.*a.*4.Num non vis me ire obuiam. *Plaut.Mostel.sc.* 4. *a.* 1. Num quid causæ est, quin te in pistrinum condam? *Plau. Pseud. sc.* 5. *a.*1. Num mea gratia pertimescit? *Plau.Pseud.sc.*2.*a.*5. Num mirum,ille aut nouum quippiam facit?*Plau. Most.sc.*4.*a.*1.] ¶ Núm nam eiusdem significationis,*Cic.*1.*de Somn.Scip.* Numnam aspicis quæ in templa veneris?Pro eodem etiam dicimus An num. *Cicer.*2.*de Diuinat.* An num Imperatorum scientia nulla est?

NVMA POMPILIVS, *vrbis.* Ex Curibus Sabinorum vrbe ortus, secundus à Ro-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

dus à Romulo Romanorum rex, iustitia & pietate insignis, qui pacatis finitimorum odijs, quo truces efferatóque longa militia animos ad pacis artes traduceret, ad deorum cultum animum adiecit: primúmque Ianum Argiletum Iani templum condidit, quod apertum, bellum: clausum, pacem indicaret. Deinde Dialem, Martialem, & Quirinalem Flamines creauit, Salios item duodecim Marti assignauit: virgines Vestales sacrauit, Pontificem maximum primus declarauit, dies fastos, nefastósque condidit: annum in duodecim menses diuisit. Quæ omnia quò maiore apud imperitam plebem in veneratione essent, simulauit sibi cum Ægeria Nympha nocturnos congressus esse, eiúsque se monitu, quæ acceptissima diis essent, sacra instituere. Postremo vbi maxima cum reuerentia & suorum, & finitimorum creuisset, quadragintaque annis regnasset, diem suum obiit. *Vide Liu. libro 1. ab Vrbe condita.*

NVMANA, Oppidum est Piceni, à Siculis conditum, *teste Plinio libro 3. cap. 13.*

NVMANTIA, νομαντία, ἡ νομαντία, *Stephano*, quibusdam *Cæsar Augusta*: aliis verò *Soria*, Celtiberorum insignis fuit Vrbs, quæ quum à Romanis frustra obsessa fuisset per annos quatuordecim, tandem ab Africano cuius Paulus pater Persea vicit, fame potius, quam viribus est deleta. Quum enim fame laborarent, nec eis daretur iusti certaminis copia, omnia sua, & seipsos igni concremarunt. *Florus lib. 2.*

Numantinus, a, um, pen. prod. νομαντῖνος, ὁ νομαντῖνος, *Stephano*, Numantiæ incola. Quod etiam cognomen Scipionis Æmiliani fuit, qui Numantiam expugnauit.

Numarius, adiectiuum, Numarius, rij, Numario, Numatus, *Vide* NVMVS.

NVMATIVS PLANCVS, Nobilis fuit Romanus, Iulij Cæsaris temporibus, qui primus Lugdunum coloniam deduxit. Ad hunc extant Ciceronis aliquot epistolæ, & Horatij carmen. Sunt qui scribant Munatius.

Nūmella, Genus vinculi lignei, ad discruciandos noxios paratum, quò & collum & pedes immittuntur. κύφων. *Plaut. in Asin.* Qui aduersum stimulos, laminas, crucésque compedésque, Neruos, catenas, carceres, numellas, pedicas, boias. ¶ Festus Numellam vinculi genus esse asserit, quo canes soleut alligari. ANGLI. *A collar or leash to tie a beast in.* } *Varro libro 2. de Re rustica, cap. 9. de canibus loquens*, Consuefaciunt quoque, vt alligari primùm possint leuibus numellis: quas si abrodere conantur, ne id consuescant facere, verberibus eos deterrere solent. *Columel. lib. 6. cap. 19. de bobus cæterísque magnis animalibus*, Vbi (*inquit*) possunt etiam numellæ fabricari, vt inserto capite descendentibus per foramina tegulis ceruix teneatur. *Idem de ouibus & capris libro 7. cap. 8.* Nonnulli antequam pecus numellis inducant, virides pineas nuces in mulctram demittunt.

Nūmĕn, inis, propriè nutus, voluntas & potestas Dei est. } שם *shem.* θεῶν, βουλὴ, τὸ θεῖον. GALLIC. La volonté & puissance de Dieu, diuinité. ITA. *Diuinà, volontà di Dio.* GERMAN. Der Göttlich gewalt oder will. HISPAN. *La voluntad y poderio de Dios.* ANG. *Goddes will and power.* } à Nuo, is, quod veteres pro volo vsurpabant. *Virgil. 2. Æneid.* -non hæc sine numine diuûm Eueniunt. *Virgil. 4. Eclog.* Concordes stabili fatorum numine Parcæ. Vnde diuersa numina, id est diuersæ potestates in vno Deo esse possunt: sicut de Iunone scribitur, quòd fuerit dicta Curetis, quia veteretur curru & hasta: quia partubus præesset, Lucina: quia præesset nuptiis, Pronuba. ¶ Aliquando Numen sumitur, pro ipso Deo, δαίμων, τὸ δαιμόνιον. *Virgil. 4. Æneid.* Spero equidem mediis (si quid pia numina possunt) Supplicia hausurum scopulis. [Numinis ira dedit mihi plus exitij (i. Augusti ira.) *Ouid. Eleg. 8. libr. 4. Trist.* Iuppiter ingeniis præbet sua numina vatum. *Ouid. Ibid. Eleg. 4. lib. 4.* Numen suum intueri (i. Cæsarem) *Senecæ cap. 7. & 12. de Consol. ad Polyb.* Venerit in magni templum tua Numina Martis. *Ouid. Eleg. 1. lib. 2. Trist. & Eleg. 1. lib. 2. Ibidem.* Iuro per illos manes (filij) numina doloris mei. *Quintil.*] ¶ Aliquando pro habitu atque ornatu, *vt interpretatur Nonius. Idem 2. Æneid.* Vadimus immissi Danais, haud numine nostro. Quem tamen locum aliter interpretatur Seruius, Haud numine nostro (*inquit*) id est, Aut diis contrariis, aut quia in scutis Græcorum Neptunus, in Troianorum fuerat Minerua depicta. ¶ Diuinum numen. *Cicer. 4. Acad.* Quis enim potest, quum existimet se curari à Deo, non & dies & noctes diuinum numen horrere? ¶ Numen Senatus translatè pro autoritate seu potestate. *Cicer. 6. Philip.* Magna vis est magnum numen vnum & idem sentientis Senatus. * Numina diuûm, Oracula. *Virgil. 2. Æneid.* -quæ sint ea numina diuûm Flagitat. *Seruius.* Conceptum numen pectore. *Lucan. libro 5.* Manifesto numine, Id est manifesto deorum iudicio. *Virgil. 11. Æneid.* Fatalem Æneam manifesto numine ferri.

NVMĔNĬVS, νουμήνιος. Misenæ regionis (quæ mari rubro proxima est) sub Antiocho præfectus, qui Persas eodem die nauali, & equestri certamine vicit: geminàque eodem in loco Ioui & Neptuno trophæa erexit. Fuit & Numenius Platonicæ sectæ philosophus, quem Origenes non dubitat cæteris omnibus philosophis anteponere. Hinc ferunt, quum Platonis dogmata cum Mosis mysteriis conferret, illud identidem asseruisse, Platonem sibi prorsus videri Mosen alterum, Attica eloquentia diuinitatis arcana rimantem.

[Numentana via. Vide Nomentana.]

NVMERIVS, νουμήριος, A numero prænomen deductum est.

Numĕrus, Est collectio vnitatum. } מספר *mispár. ἀριθμός.* GALLIC. Nõbre. ITALIC. *Numero.* GERMANI. Ein zaal. HISPAN. *Cuento cogido de vnidades numero.* ANGLI. *A number.* } Itaque vnitatem dicunt non esse numerum, sed principium numeri. *Cicer. de Somn. Scipionis.* Hi duo numeri, quorum vterque plenus, alter altera de causa habetur. [Augebis ruri numerum genus ferratile. *Plaut. Menæch. sc. 1. a. 1.* Eximere se numero viuorũ. *Senec. c. 3. de Consol. ad Martiã.* Nihil sibi nisi numero deesse sentiebat (amisso altero filio) *Senec. cap. 4. de Consol. ad Mart. cap. 16. de Consol. ad Heluiam.* Tessera quos habeat numeros distante vocato. *Ouid. Eleg. 1. libro 2. Trist.* In numerum stipendiorum ea veniunt. *Senec. capite 3. de Tranq.* Peperit decumo mense pòst: numerum cape. *Plaut. Aulul. sc. 6. a. 4.* Habui numerum sedulò. *Plautus Pseud. sc. 2. a. 4.* Atque vtinam numero nos non essemus in illo. (poetarum) *Ouid. Eleg. 1. lib. 5. Trist.* Tot numero libri. *Gell. cap. 3. libro 14.* Numerum equitum falsum referre. *Cæs. 3. de bell. ciu.* Numerũ frumenti cogere: *Cæs. 2. de bell. ciuil.* Numerum ciuitatis implere. *Quinti. declam. 319.* Item, Singulo numero, pro singulari. *Gell. cap. 8. lib. 19.*] ¶ Aliquando vim & magnitudinem significat ad quantitatem relatum. *Cicero lib. 3. Offic.* Si exempli gratia, vir bonus Alexandria Rhodum magnum frumenti numerum aduexerit. ¶ Interdum ad ordinem. *Virgilius 3. Æneid.* Digerit in numerum. [In ordinem redigere vel numero eximere. *Quintil.* Extra numerum es mihi. *Plaut. Menæch. sc. 2. a. 1.* Vt careant numeris tempora prima suis. *Ouid. Eleg. 7. lib. 1. Trist.*] ¶ Et quoniam omnis concentus, & omnis harmonia numeris constat, frequenter etiam Numerus pro ratione harmoniaca ponitur, quam Græco vocabulo ῥυθμὸν appellamus. *Virgil. 9. Eclog.* -numeros memini, si verba tenerem. [(Fossor cantat) Indocili numero cùm graue mollit opus. *Ouid. Eleg. 1. lib. 4. Trist.* Ad numeros, antiquaque sacra reuerti sustinet Musa. *Idem Ibidem* (i. ad poesim) In numerum pulsa brachia versat aqua. (Remex) (Celeuma) *Ouid. Ibidem.* Ad numeros mouere corpus. (Mox tripudiare) *Senec. cap. 15. de tranq.* Sponte sua carmen numeros veniebat ad aptos. *Ouid. Eleg. vlt. lib. 4. Trist.* ¶ Numeros quos vocant Palæstrici doctores. *Quintil.* ¶ Oratorius est quidem numerus & poeticus. *Cicer. in Orat.* Quicquid est, quod sub aurium mensuram aliquam cadit, etiamsi abest à versu. (nam id quidem orationis est vitium.) Numerus vocatur: qui Græcè vocatur ῥυθμός.] ¶ Aliquando etiam accipitur pro certa ratione atque ordine. *Idem lib. 11.* Hetrusíque duces, equitúmque exercitus omnis Compositi numero in turmas. ¶ [Siderum cursus numeréque dignoscere. *Quintilian.*] ¶ Numerus etiam dicitur ordo, status, gradus cuiusque & locus quo est habendus, τάγμα. *Sallust.* Dum hæc Romæ geruntur, C. Manlius ex suo numero legatos ad Martium regem mittit. i. ex iis qui partium suarum erant. ¶ In numero esse, id est annumerari. *Cic. ad Sulp. Famil. 13.* in primísque libertus eius L. Cosinius Anchialus homo & patrono & patroni necessariis (quo in numero ego sum) probatissimus. ¶ In numeros nomen referre. *Plin. in Epist.* Neque enim adhuc nomen in numeros relatum est, ideóque liberum est nobis Syluanum in locum tuum subdere. In numeros (*inquit*) id est in ordinem, Tribunorum scilicet. Milites quoque nondum in numerum relati dicuntur, quum delecti quidem sunt, nondum tamen in suos ordines peruenere. Numeri enim pro albo, in quo lecti milites conscribuntur, quem Græci κατάλογον appellant. ¶ Numerus pro honore, vel existimatione. *Cicer. 2. Phil.* Itaque quem locũ apud ipsum Cæsarem post eius ex Africa reditum obtinuisti? quo numero fuisti? qua existimatione? quo gradu dignitatis? Numero, vel in numero aliquo haberi, vel esse. *Var. de Re rust. lib. 1. cap. 17.* Quod quum ita sit, minus se putant despici atque aliquo numero haberi à domino. *Cicer. 3. de Oratore.* Sine hac summus orator esse in numero nullo potest. ¶ A numerus fit adiectiuum Innumerus, a, um, ἀνεξάριθμος, quod est sine numero, hoc est infinitum. ¶ In numerato esse pecunia dicitur, quũ est in promptu: ἀριθμητὰ χρήματα: vt Habeo pecuniam in numerato: hoc est non valorem, sed pecuniam ipsam promptam paratámque. Vnde de actore dicente ex tempore dictum est, *teste Quintiliano libro 6. cap. 3.* Ingenium eum in numerato habere, hoc est semper promptũ paratúmque ad omnia: sicut de Pollione Asinio, seriis iocísque pariter accommodato, dictum est, Esse eum horarum omnium. ¶ Omnibus numeris absolutus. *Plin. Epist. 215.* Legi enim librum omnibus numeris absolutum. *Cic. 2. de Diuinat.* Itáne verò quicquam potest casu esse factum, quod omnes habet in se numeros veritatis? *Idem 2. de Natura deorum*, Perfectum expletúmque omnibus suis numeris & partibus. [Per omnes numeros cognoscere aliquid. *Quint.*] ¶ In numeris, vt maximus est qui sque, ita primo loco ponitur: vt, Vigintiquinque, Triginta sex, sed si copula intercedat, is numerus præponitur, qui minor est; quoties infra centum, & supra viginti loquimur: vt, Vnus & viginti, Duo & viginti. *Cic.* Plato vno & octogesimo anno scribens mortuus est. Isocrates quarto & septuagesimo, eum librum, qui Panegyricus inscribitur, scripsisse dicitur, vixítque quinquennium post: cuius magister Leontinus Gorgias centum & septem compleuit annos. Ex quibus verbis colligitur, ante centum præponi numerum minorem, post cẽtum verò postponi. Eodem modo loquitur supra viginti millia vsq; ad centũ millia: vt Milites nostri sex & viginti millia erant: vel, Milites nostri erãt vicies & sexies mille: vel, Militum nobis erãt viginti sex millia. Etenim hæc nomina, dum copula carent, composita videntur: vt, Vndecim, Duodecim, Septẽdecim, Vigintiduo, Vigintitria; quẽadmodum illa, Vndeuiginti, Duodeuiginti. Eodem modo Vndeuigesimus, Duodeuigesimus, Vndecentesimus, Duodecentesimus, Vndemillesimus, Duodemillesimus, & reliqua similiter. ¶ Numeri autẽ illi quibus ordinem significamus, quales sunt, Secundus, Tertius, Centesimus, & reliqui huiusmodi, significant vltimum ex eo numero: vt secundus, id est vltimus ex duobus: Tertius vltimus ex tribus: Centesimus vltimus ex centum. Licet primus non significet vltimum ex vno, sed ipsum vnum, in ordine tamen ad multos subsequentes. Aliquando tamen nõ pro vltimo ex eo numero vsurpantur, sed pro vno quolibet ex toto numero: vt, Centesimam partem bonorum patris affecutus sum, hoc est vnam ex centum. ¶ Aliquando pro bis tantum, ter centum: vt, Hic ager centesimum fructum extulit, hoc est centies tantum, quantum sementis acceperat. *Plinius*, Admiscetur huic far, vt mitiget amaritudinem eius: & tamen sic quoque ingratissimum ventri est. Nascitur qualicunque solo cum centesimo grano: ipsúmque pro læta mine est, id est cum centum granis, siue centuplo grano. ¶ Affine hisce significatum habent nomina illa numeralia Simplus, ἁπλοῦς, Duplus, διπλοῦς, Decuplus, δεκαπλοῦς, & similia: hoc est semel tantùm, bis tantùm, decies tantùm. ¶ Sunt præterea, Binarius, Ternarius, Tricenarius, Centenarius, & similia, quæ significant non multiplicationem, sed numerum aliarum rerum, quæ non nominãtur. vt, Lapis centenarius, non quòd centuplum sit, sed centum librarum. Homo centenarius, quòd centum annos sit natus. Grex centenarius, centum capitum grex. Dicimus etiam Binarium, Ternariũ, Centenarium numerũ, quia numerus omnia cõplectitur. Itaque rectè dicimus, Centenariũ numerũ annorũ ingressus est: nõ autẽ, Centenarium annum: & Millenarium numerũ pondo vehit nauis: non autem Millenaria põdo. ¶ Item, Singulum, Binum, Trinum siue Ternum, Quaternũ, Quinum, Senum, Septenum, Octonum, Nouenum, Denum, Vndenum, Duode-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

num,Ternumdenum,Quaternumdenũ,Quinumdenum Senumdenũ, vel Denumquaternum, Denumquinum, Denumsenum, Denumseptenum, Denumoctonum, Denumnouenum, Vicenum, Tricenum, Quadragenum, Quinquagenum, Sexagenum, Septuagenum, Octogenum, Nonagenum, Centenum: quibus oratores vtroque numero vtuntur, sed frequentius plurali, præsertim vbi subiectum nomen cui adduntur, tantùm pluraliter declinatur: vt, Binæ literæ, Binæ nuptiæ, Bina arma, Poetæ verò frequentius singulari vtuntur: sed oratores fere propriam vsurpant significationem horum nominum. Binus enim, siue Bini, significat singulis duo, Ternus, siue Terni, singulis tres: vt Creabantur olim bini Consules: id est per singulos annos duo, & accepimus omnes à Cæsare bina talenta: id est singulis data sunt à Cæsare duo talenta. At poetæ, aliique scriptores, pro suis fere primitiuis hæc nomina accipiunt. *Virg.* 1. *Æneid.* Bina manu lato crispans hastilia ferro. *Idem*, Gurgite septeno rapidus mare submouet amnis, id est septem gurgitibus. *Idem*, Per duodena regit mundi Sol aureus astra. *Plinius*, Prodigiosa sunt quæ circa hoc tradit Theophrastus, autor alioqui grauis, septuageno coitu durare libidinem contactu eius, id est septuaginta coitibus. Sed in his omnibus notandum est, à triginta tricenum dici, g in c mutata, sicut pro vigeno Vicenum. Trecenum verò à Trecentum, quia hæc omnia suprà centum quidem contrahuntur, non item infrà. NAM Duceni dicimus pro Ducenteni. Treceni pro Trecenteni, Quadringeni, Quingeni, Sexceni, Septingeni, Octingeni, Nongeni, vel Noningeni: pro Quadringenteni, Quingenteni, Sexcenteni, Septingenteni, Octingenteni, Nongenteni, Centeni autem & milleni, propter dictionum breuitatem non contrahuntur. ¶ Sunt item nomina numeralia, Simplex, Duplex, Triplex, Quadruplex, Centuplex, & similia: à quibus, simplicitas, duplicitas, & reliqua. Et aduerbia Simpliciter, Dupliciter, cum reliquis. ¶ Item aduerbia numeralia, Bis, Ter, Quater, Decies, Centies, Millies. In quibus notandum, sicut superiora illa, quæ diximus supra centum contrahuntur, infra centum minimè: ita hæc ediuerso infra centum contrahi, vltra verò non: Vicies pro Viginties, Tricies, pro Triginties, Quadragies, Quinquagies, Sexagies, Septuagies, Octogies, Nonagies: cætera verò non contrahi, Quinquies, Sexies, Septies, Octies, Nouies, Decies, Centies, Ducenties, Trecenties, Quadringenties, Quingenties, Sexcenties, Septingenties, Octingenties, Noningenties, Millies, Bis millies, Ter millies, Decies millies, Vicies millies. ¶ Numeri autem apud Latinos sic notari solent, vt vsque ad quinarium per vnitates scriberentur: quinarius autem per quintam vocalem v. Denarius autem per x. quæ est decima consonans apud Græcos. l. litera, quinquagenarium numerum repræsentabat, c. centenarium, d. quingenarium, m millenarium. ¶ Quod si numero alicui transuersa linea superducatur, tot significabit millenarios, quot per se valebat vnitates. Ad hunc modum ī, millenarium significabat: v̄, quinque millia: x̄, decem millia. ¶ Vnitas duos habens à tergo apostrophos, ad hunc modum ıɔɔ, quinque denotat millia. Quod si etiam totidem à fronte ponantur apostrophi, hunc in modum, cciɔɔ, decem fient millia: quæ & aliter hoc modo notari solent, x̄. Quinquaginta millia sic scribi consueuerunt, ıɔɔɔ. Centum autem millia, sic, ccciɔɔɔ, qui numerus legitur *apud Cic. libr.* 2. *ad Caninium Sallust.* Quod (*inquit*) scribis ad me de drachmis cccıɔɔɔ, nihil est quod cuiquam in isto genere commodare possim. Quingenta millia ita notari solent cɔɔ q litera quæ in voce Quingenti prima est, inter duos apostrophos interposita. Millies autem mille in hunc modum scribi consueuit cmɔ. *Ex Probo.*

NVMERVS, Notis quibusdam veteres vtebantur numeros significantibus, quas deinde ad literarum formam scribendi consuetudine, paulatim conuertit librariorum inscitia. quas quidem notas, & earum significationem è regione subiiciam. Atque hæ tredecim sunt totidem, quot Priscianus agnoscit: ab eo tamen quiddam est, cui dissentire cogar.

Antiquæ notæ:		Significatio.
I	I	vnus
V	5	quinque
X	10	decem
L	50	quinquaginta
C	100	centum
ıɔ	500	quinquenta
cıɔ	1000	mille
ıɔɔ	5000	quinque millia
ccıɔɔ	10000	decem millia
ıɔɔɔ	50000	quinquaginta millia
cccıɔɔɔ	100000	centum millia
ıɔɔɔɔ	500000	quinquenta millia
ccccıɔɔɔɔ	1000000	decies centena millia.

NON erat autem, *inquit Plinius*, apud veteres numerus vltra centum milia. itaque & hodie multiplicantur hæc, vt decies centena millia, aut sæpius dicatur. Atque hæ notæ, si figuram consideres, eædem omnes sunt, nisi quòd in quinque primis deprehenditur dissimilitudo. nam cùm scribimus cıɔ, siue ıɔɔ, & inde quæ subsequuntur, duabus tantùm vtimur notis, I & C, hoc tamen obseruantes, vt C post ı, non tanquam auersa, sed quasi respiciens constituatur, sic vnamquanque summam, quàm volueris immensam, explicari primis quinque notis animaduertes. Hæc est prima consideratio: sequitur altera, quòd à prima nota ad vsque eas, quas in extremo posui, alternis modò in quincuplum, summa crescit, modò in duplum: quod, ipsas notas qui persequi singulas voluerit, intelliget. Priscianus autem hanc rationem tractat imperitè. primum mille sic ait notari, x, & decem millia sic, cxɔ. in quo repugnat vetustatis obseruatio. triplex n. genus est, quod antiquitatem maximè testatur, lapides, libri, numi. & cum ego in singulis non ita negligenter sim versatus, nunquam tamen x pro mille comperi, nunquam cxɔ pro decem millibus. sed idem labat in sua sententia: infert enim paulò pòst: Decem millia, quod verisimilius est, notatum per M, circunscriptam ex vtroque latere, & M putat mille significare, quia nominis prima sit litera. quorum alterum concedo, vt M mille valeat: alterum, quia cum ratione pugnat, concedere non possum, vt M, ideo mille significet, quod in verbo mille princeps occurrat litera. mihi enim dubium non est, quin M inde sit deriuata, quòd veteres pro quingentis hac vtebantur figura ıɔ: vnde cõtra Prisciani sententiam, qui de origine D nescio quid ridiculè comminiscitur, facta est D, negligentia simul & ignorantia describentium, dum antiquas notas elementa putant, ergo pro quingentis, vt dixi, scribebant ıɔ, pro mille cıɔ: vnde fluxit M, errorem creante similitudine, quòd M, quadoque ita scribunt cıɔ, vt minimum discrepare videatur à cıɔ. In antiquis autem libris & alias figuras pro mille vsupatas licet animaduertere, vt ∞ & cıɔ, quas peperit minus accurata librariorũ festinatio, id agentium, vt cıɔ vno calami ductu perficerent, etiam ∞ & ∞ pro mille reperias: quæ deriuatæ sunt ab cıɔ corruptę scilicet à corrupta. Quæritur etiam, cur L quandoque pro ı. posita reperiatur, vt in hac figura cccıɔɔɔ, & similibus: huius quoque mutationis culpam sustinet librariorum inscitia: qui cùm antiquam notam l, longiusculam viderent, exempli gratia sic, cccıɔɔɔ, decepti similitudine consonantem L putarunt, & pro cccıɔɔɔ, scripserunt cccLɔɔɔ. Hæc de numerorum notis. Reliqua erant nonnulla, quæ quia satietati legentium placet occurrere, prætermitto. hac de re paulò plenius agetur in libris de quæstis per epistolam. *Ex Pauli Manucij commentario in Ep. ad Atticum.*

Nūmĕrō, aduerbium, veteres pro nimium citò dicebãt, *autore Festo.* [Imò etiam pro aduerbio tempori. *Passer.* {GALL. bien à poinct, à temps,} *Plaut. in Amphitr.* Numerò mihi in mentem fuit. (alias, nunc verò.) Non admodum numero ignota fuit historia. *Gellius capite* 1. *lib.* 20. *sub finem.*] *Plaut. in Menæch. sc.* 2. *a.* 2. Menæchme, numerò huc aduenis ad prandium. *Idem in Mili.* Haud etiam numerò hoc dicis. *Idem in Cas.* O Apelles, ô Zeuxis pictor, cur numerò estis mortui.

Hinc exemplum vt pingeretis?

Nūmĕrōsŭs, ia, ium, Quod magno constat numero, magnus, multus, innumerus. {πολὺς. GAL. Qui est en grand nombre. ITA. *Numeroso.* GER. Groß an zaal. HISPAN. *Cosa de mucho numero ò cuento.* ANGL. *In great number.*} vt Numerosus populus, Numerosa multitudo, Numerosa cohors. *Plinius lib.* 7. *cap.* 44. Numerosa varietas. *Idem libro* 9. *cap.* 17. Numerosus partus. *Idem libro* 11. *cap.* 40. Quæ numerosò fœcunda partu, hæc plures habet mammas. Numerosa verò oratio quæ numeris oratoriis constat. ἐυρυθμικὸς λόγος. *Cicer. in Orat.* Id numerosum est in omnibus sonis, atque vocibus, quod habet quasdam impressiones, & quod metiri possumus interuallis æqualibus. [Detinuit nostras numerosus Horatius aures, *Ouid. Eleg. vlt. lib.* 4. *Trist.* Paulò numerosius opus dicitur argumentosum. *Quintil.*]

Nūmĕrōsē, aduerbium, Sonorè & per numeros, hoc est per mensuras, siue dimensiones musicas. {ἐυρύθμως, ἐυρυθμῶς. GAL. Par mesure. ITAL. *Con misura.* GERMAN. Der mensur oder dem schlag nach/in gewisser zaal. HISPAN. *Con medida.* ANGLIC. *By dimension and measure.*} *Cic.* 3. *de Orat.* Et tamen eam coniunctionem, sicuti verum, numerosè cadere, & quadrare, & perfici volumus. *Idem* 2. *de Natura deorum.* Quid si platani fidiculas ferrent numerosè sonantes?

Nūmĕrōsĭssĭmē. *Apul. de Deo Socratis*, Familias numerosissimè comparant. [Quam numerosissimè versare scripta. *Quintil.*]

Nūmĕrōsĭtās, {πολυαριθμία.} *Macrob. Saturn. lib.* 5. *cap.* 20. Sed Aristophanes adiecit Gargara, ad significationem numerositatis innumeratæ.

Nūmĕrālĕ, Quod ad numerum pertinet, à Grammaticis ficta vox, præclaris Latinæ linguæ autoribus, si Calepini iudicio standum est. Studiosi politiorum literarum ab imitatione scriptorum veterum non discedent: tanquam scopulum minus Latinum verbum sibi vitandum ducentes. {ἀριθμητικόν. GALL. Appartenant à nombre. ITA. *Che si appartiene à numero.* GER. Das zu der zaal gehört. HISP. *Cosa perteneciente al numero.* ANG. *Perteining to a number.*} vnde numeralis scientia, quæ tractat de numeris, Græcè Arithmetica dicitur. Et apud Grammaticos Nomina numeralia, quibus vtimur in numerando: vt, Vnus, Duo, Tres. Et aduerbia numeralia, vt Bis, Ter, &c.

Nūmĕrābĭlĭs, le, Quod numerari potest. {ἀριθμητὸν, ἀριθμητόν. GALLIC. Qui se peut nombrer. ITALIC. *che si puo annumerare.* GERMA. Zalbarl das wol zuzellen ist. HISPA. *Cosa que se puede contar.* ANGLI. *That may be numbred easilie.*} Cuius contrarium est innumerabile, quod numerari non potest. *Horat. de Arte*, Quo sanè populus numerabilis, vtpote paruus. Et frugi, castúsque, verecundúsque coibat.

Nūmĕro, as, Supputo, per numeros recenseo, vel colligo & metior. {ספר *saphar.* ἀριθμέω. GAL. Nombrer, conter. ITA. *Annouerare.* GERMA. Zehlen. HISPA. *Contar por numeros.* ANGL. *To number, recken or cast a counte.*} *Virgil.* 3. *Eclog.* Bisque die numerant ambo pecus alter & hœdos. *Cicer. de Amicit.* Nec metiamur eam, vt quidam indocti, verborum magnificentia, virósque bonos eos, qui habentur numeremus, Paulos, Catones, &c. *Idem* 4. *Verr.* Numerare omnes non est necesse. [Tu quæ pro capite mihi iam iamque argentum numeras. *Plaut. Pseud. sc.* 1. *a.* 2. Sit hæc præstituta numerando argento dies. *Plaut. Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Si mihi dantur duo talenta argenti numerata in manum. *Plaut. Asin. sc.* 3. *a.* 1. Hic sunt quinque argenti lectæ & numeratæ minæ. *Plaut. Pseud. sc.* 7. *a.* 4. ¶ In numerato habere ingenium. *Quintilian.*] ¶ Numerare pecuniam, pro præsentem pecuniam dare, soluere. *Cicer. ad Planc.* Atticus, qui ciuitatem conseruatam cuperet, pecuniam numerauit de suo. ¶ Interdum supprimitur accusatiuus. *Plaut. in Asin.* Numerari iussit seruulo Leonidæ. *Cicer. pro Quintio*, Sed Romæ quotidie, simulatque sibi hic annuisset numeraturum se dicebat. Numerare, pro habere, & censere. *Cicer.* 3. *Verr.* Qui collega Timarchidis prope numerabatur, id est habebatur, & censebatur. ¶ Nullo loco numerare, id est nihili facere. *Cicer.* 2. *de Fin.* Idque Socrarem, qui voluptatem nullo loco numerat, audio dicentem. ¶ Huius composita sunt, Annumero, Connumero, Dinumero, Enumero, Pernumero, & Renumero: quæ vide suis locis.

*Numeratio, Verbale, ἀριθμησις. *Columell. lib.* 11. *c.* 1. Sed vbi æris numeratio exigitur, res pro nummis ostenditur.

Nūmĕrātim, aduerbium, significat per numeros, κατ' ἀριθμὸν. *Diomedes libro* 1.

Nūmĕrātō, aduerbij loco positum. {GAL. Par compte. ITA. *Numeratamente.* GERMAN. Mit zehlen/ gezelt. HISPA. *Contando por numeros.* ANG. *By reckening.*} *Cicer. ad Attic. libro* 12. Mihi & res, & conditio placet: sed ita, vt numeratò malim, quàm æstimatione. Id est malim numerari mihi, quàm æstimari.

NVMESTRANI, Populi Italiæ, in tractu Lucanorum, Vrsentinis, &

Vollen-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Volsentanis proximi: *quorum meminit Plinius l.3.c.11.*

NVMICIVS, Fluuius in Latio, in quo repertum cadauer AEneæ, & Anna soror Didûs fœdè submersisse fertur. Hic postea decreuit & in fontem redactus, qui & ipsè postea exiccatus est, sacris Vestæ (cui ex hoc fluuio modò libari fas erat) vnà interceptis. *Ouidius 3. Fast.* Corniger hâc tumidis rapuisse Numicius vndis Creditur. *Virgil. 7. Æneid.* Hæc fontis stagna Numici. Vbi Numici per apocopen dixit pro Numicij.

NVMIDIA, νομαδική, Vulgò, *Il regno di Tunis*, Pars Africæ, inter Cæsariensem Mauritaniam, & Carthaginen. em regionem, cuius populi à Latinis Numidæ, à Græcis Nomades, νομάδες dicuntur, quasi in pascuis interarmenta degentes: ἀπὸ τῶ νέμειν, quod est pascere. Erat enim ea gens rei pecuariæ in primis studiosa: & ob id ad lætiora pabula cùm vsus requirebat, magalia sua transferebat: quemadmodum & Hamaxobitę, qui plaustris domos suas circumferebant. *Plin. lib. 5 cap. 3* Numidæ verò, Nomades, à permutandis pabulis, mapalia ibi, hoc est domos plaustris circumferentes. Hi *à Virgil. lib. 4. Æneid.* Infræni Numidæ appellantur, quòd equos non fræno, quemadmodum nos consueuimus, sed virgula duntaxat regerent. [Curiores & Numidæ in comitatu delicatarum. *Senec. epist. 88*]

NVMIDICVS, a, um, νομαδικὸς. vt lapis Numidicus, qui inter generosa marmora annumeratur. A Papinio Libycus silex appellatur. Et Pauimenta Punica à veteribus dicebantur, quæ ex Marmore Numidico strata erant. [Numidicæ crustæ. *Senec. Epist. 87.* Numidicæ aues. *Suet. in Calig. cap. 22.* e lapide Numidico columna. *Idem in Cæs. cap. 85.*] *Vide suprà* NOMADES.

NVMIDIANA pyra, A patria nomen sortita: quorum meminit *Plin. libr. 11. cap. 15.*

NVMITOR, pen. cor. Filius Procæ Albanorum regis, & Amulij frater, Romuli & Remi auus maternus. Hic Rheam Syluiam filiam habuit, quam Amulius pulso Numitore fratre Vestalem virginem fecit, ne quando sobolem haberet, quæ patruum vlcisceretur. Postea verò senex à Romulo & Remo nepotibus, occiso Amulio, in regnum restitutus est. *Virg. lib. 6.* Et Capys & Numitor, & qui te nomine reddit Syluius AEneas, &c. *Vide Liu. lib. 1. ab Vrbe.*

NVMISMA, Numosus, Numularius, *Vide* NVMVS.

NVMVS, numi, Moneta, numisma. { אגורה *aghorah.* νόμισμα. GALLIC. Monoye. ITA. *Denaro, moneta.* GERMANIC. Ein munty/gelt/pfennig. HIS. *Dinero, moneda.* ANGLIC. *Money or coine.* } ἀπὸ τῶ νόμε, hoc est à lege appellationem accepit, o in u commutato: quum enim olim permutatione mercium homines vti solerent, lege vlus nomi introductus est. [Nummum argenti inuenire nequeo. *Plau. Pseud. sc. 1. a. 1.* Non feres hinc argenti nummum. *Plaut. Asin. sc. 4. a. 2.* Diuidere argenti nummos in viros. *Plau. Aul. sc. 2. a. 2.* Inaures da mihi faciũdas, pondo duûm nummûm. *Plau. Menæch. sc. 1. a. 2.* Numo sum conductus, plus iam medico mercede est opus. *Plau. Aul. sc. 2. a. 3.* Tu isto genere natus numum non habes. *Plau. Pseud. sc. 3 a. 1.* Me nemo potest me minoris numo conducere. *Plaut. Pseud. sc. 2. a. 5.* Istáne causa tibi numum dabo? *Ibid. Item,* Ecce tres numi ad emendum opsonium (de aureis) *Plaut. Men. sc. 1.* Quanti veneunt hic porci sacres? *Plaut. Menæch. sc. 2. a. 2.* Siquid numo farciri potest, &c. *Plaut. Aul. sc. 2. a. 1.* Nunc eris hinc numo diuitior. *Plaut. Pseud. sc. 2. a 5.* Ne quisquam credat numum edicam omnibus. *Plaut. Pseud sc. 5. a. 1.* Rescribere numos. *Vide* rescribere. Mihi præterea vnum numum ne duis. *Plau. Pseud. sc. 5. a. 1.* Numus Philippeus aureus: *Vide* Philippei.] Alio etiam nomine dicitur Numisma, quod ab eodem etiam fonte creditur deriuatum. Quapropter vtrunque vnico m, scribendum videtur. Sunt tamen nonnulli, qui nummum geminato m, scribendum putent, eo quòd videant primam vbique produci, quæ in dictione numisma corripitur: vt *apud Martialem lib. 1.* Cur data sunt equiti bis quinque numismata? Sed hoc in loco cæterisque omnibus, in quibus huius nominis prima syllaba corripitur, quidam Nomisma legendum contendunt, per quartam vocalem. Vtcunque scribas, illud certè constat primam in dictione Numus semper produci quæ contrà in Nomine Numisma apud probatos autores semper corripitur: quanuis nonnulli inter recentiores, nullo veterum exemplo ausi sint producere. ¶ Numus autem aliquando generale nomen est, idem significans quod Numisma: & de qualibet pecunia, siue moneta dici potest, siue aurea sit, siue argentea, atque adeo ære. *Plaut. in Pseudo.* [*sc. 3. a. 1.*] Nimis sum miser, nummum nusquam reperire argenti queo. *Cic. 1. de Finib.* Vnde si secutus esset eorum sententiam, qui honesta & recta emolumentis omnibus & commodis anteponerent, ne numum quidem attigisset. ¶ Aliquando etiam speciale nomen est pecuniæ æreæ, quæ alio nomine Sestertius vel coniunctim numus sestertius appellabatur: valebátque æstimatione Gallicæ pecuniæ decem denariolos Turonenses & semissem, hoc est quartam partem denarij argentei. *Cicero 4 Ver.* Facta est sponsio sestertiis quinque: coegit Scandilius quinque illa millia numûm dare ac numerare Apronio. *Et rursus inferius*, Cogit Scandilium Apronio ob singularem improbitatem atque audaciam prædicationémque nefariæ societatis, H.S. quinque millia mercedis nomine, ac præmij dare. Vbi hoc notandum est, Cicerone Quinque sestertia, Quinque millia sestertiûm, & Quinque millia nummûm pro eodem dixisse. ¶ Numus adulterinus, non legitimus, κίβδηλος νόμισμα. *Cic. lib. 3. Offic.* Quærit etiam, si sapiens adulterinos numos acceperit imprudens pro bonis, quum id nescierit, soluturúsne sit eos, si cui debeat, pro bonis.

NVMVLVS, diminutiuum, Paruus numus. { κιμίκιος, νομισμάτιον. GAL. Petite monnoye. ITAL. *Picciola moneta.* GERMANIC. Ein gestpfennigtin HISPANI. *Pequenna moneda.* ANG. *Litle or small money.* } *Cic. ad Attic. lib. 1.* Si iudicium est: triginta homines populi Romani, leuissimos ac nequissimos, numulis acceptis ius, & fas omne delere. *Idem*, Tu si tuis blanditiis à Sicyoniis numulorum aliquid expressetis, velim me facias certiorem.

NVMISMA, vel Nomisma, atis, vtrunque enim dicimus. { אגורה *aghoráh.* νόμισμα. GAL. Monnoye. ITAL. *Danari, moneta.* GERM. Ein münty. HISP. *El numo ò moneda.* ANG. *Moneyor coine* } Græca dictio est, idem significans quod Numus, ἀπὸ τῶ νόμε, hoc est à lege. vnde & Numus dictus putatur. Nam quum ante percussum numisma homines mutuò permutationis commercio vterentur, postea lege introductus est vius numi. De hoc latius in dictione NVMVS. Habet autem hoc nomen primam syllabam correptam quæ in dictione NVMVS producitur. vnde Græcorum more Nomisma per o; in carmine scribendum esse plerique arbitrantur, quum alioqui sæpius per u, scribamus. *Horat. 2. Epist. 1.* Rertulit acceptos regale nomisma Philippos. *Martial. lib. 1.* Cur data sunt equiti bis quinque nomismata? quare?

NVMMATVS, Qui numis abundat. {πολυχρήματος. GAL. Riche, pecunieux. ITALI. *Danaroso, rico.* GER. Geltreich/der vil bargelt hat. HISPANI. *Rico de dineros.* ANG. *Riche, wealthie in money.* } [*Plaut. Amphitr.* Vt bene numatum seruetur matrimonium.] *cic. de lege Agrar.* Volitat enim ante oculos istorum Iubæ regis filius adolescens, non minus bene numatus, quàm bene capillatus. *Horat. 1. Epistol. 6.*

Et genus, & formam regina pecunia donat:
Ac bene numatum decorat Sabella, Venúsque.

NVMMATIO, onis, Numorum abundantia & affluentia {πολυχρημασία. GAL. Richesse d'argent, abondance d'argent & deniers. ITALIC. *Abondanzi di denari.* GERMA. Reichtumb an bargelt. HISP. *Abundancia de dineros.* ANGLIC. *Richelye, plentie of money.* } *Cicer. 2. Phil.* Pone ante oculos lętitiam Senatus, populique Romani, confer eam cum numatione tua, tuorúmque: tum intelliges quantum inter laudem & lucrum interfit.

NVMMARIVS, a, um, Quod ad numos pertinet, {χρηματικὸς. GAL. De monnoye. ITAL. *Cio che s'appartiene à danari.* GERM. Das zu der münz oder dem gelt gehört. HISP. *Cosa perteneściente al dinero.* ANGLI C. *Perteining to money.* } Vt res numaria. *Cic. 3. Offic.* Vt res numaria de cõmuni sententia constitueretur. ¶ Numarius interpres pacis & concordiæ, *apud eundem pro Cluent.* id est mercenarius, & qui ob id pecunias accepisset. Numarium iudicium, quod acceptis pecuniis corrumpitur. *Idem 2. Verr.* Ecquod iudicium Romæ tam dissolutum, tam perditum, tam numarium fore putasti, quo ex iudicio te vlla falus seruare posset? Numarij iudices, sordidi & corrupti. *Idem ad Attic. libro 1.* Numaria theca. *Idem ad Attic. libro 4.* [Numaria difficultas. *Sueton. in Tib. cap. 48.*]

NVMMARIVS, rij, Qui nummis deditus est. {χρηματιστὴς. GAL. Adonné à l'argent, corrompu par argent. ITA. *Dato à danari.* GERMAN. Gestschetig/dem gelt ergeben. HISP. *Corrumpido par dineros.* ANG. *That is geuen to money.* } *Hieron. ad Marcel.* Volo in numarios inuehi sacerdotes.

NVMMARIOLVS, diminutiuum. *Senec. controuers. 9.*

NVMMVLARIVS, rij. {ἀργυροκόπων *Budæo.* GAL. Banquier, changeur. ITALI. *Banchiere.* GER. Ein wesster. HISPANI. *Cambiador, banquero.* ANGLI. *An exchanger or banker.* } à numis permutandis dicitur quem nos Cãpsorem vocamus, qui scilicet pecunię permutationem exercet. [Numularius, & Mentarius. *Idem Sueton. in Aug. cap. 4. & in Ga. b. cap. 9.*] Horum autem officium vilius erat quam argentariorum qui non tam pecuniarum permutationem quàm maiorem negotiationem exercebant, acceptique & expensi rationes conficiebant, quas non faciebant numularij. Dicuntur autem numularij à numulis, quòd maioris pretij numis acceptis, numulos: id est, minusculam monetam per partes reddebant: aut certæ regionis acceptam pecuniam, regionis alterius pecunia permutabant. *Hotomanus.*

Numularia, æ, Herbæ nomen, centimorbia vulgò, Mattheolus lunariam minòrem vocat, forte echicos altera Plinij, pulegio similis, *vt Gesnerus in Iulio admonet.* Hanc quidam falsò elatinem esse putant.

NVNC, {עתה *attáh.* νῦν, τὰ νῦν. GAL. Maintenant, à ceste heure, à present. ITALIC. *Hora, adesso.* GERMAN Jetzt/gegund. HISP. *Agora, luego.* ANGLI. *Now.* } Aduerbium est temporis, quod tempus præsens significat: ita dictum à Græco νῦν, o in u, commutato, & in fine addita litera c. [Cor dolet, cum ico, nunc vt sum, & vt olim fui, *Plau. Mostel. sc. 2. a. 1.* Nunc postquam nihili sum. *Plaut. Most. sc. 2. a. 1.* Nunc dum libet, licétque pota. *Plaut. Menæch. sc. 1. a. 1.* Nunc redeo, nunc tum video. (subauditur primùm) *Plaut. Menæch. sc. 3. a. 4.* Nunc iam meus es (Gall. Desmaintenant.) *Plaut. Pseud. sc. 5. a. 1.* Quid nunc, doletne? *Plau. Pseud. sc. 5. a. 1.* Quid nunc? (eclipticῶς.) dictura es amplius sup.) *Plaut. Curc.* Loquere nunc iam. *Plaut. Mostel. sc. 2. a. 2.* Nunc illinc venit (pro nuperrime.) *Plaut. Menæch. sc. 4. a. 2.* Hoc agite nunc iam (. i. nunc maxime) *Plaut. prolog. Asin. Et Pseud. sc. 5 a. 1.* Festinate nunc iam quantum lubet. *Plaut. Menæch. sc. 3. a. 3.* Abscede nunc etiam, etiam nunc, etiam. Ohe nunc. *Plau. Aul. sc. 1. a. 1.* Nunc demum experior ob alios caligi nem mihi obtigisse. *Plaut. Milite sc. 4. a. 2.* Soluite istum nunc iam. *Plau. Capt. sc. 2. a. 2.* Nunc ego te experiar (. i. in tanto periculo) *Plaut. Pseud. sc. 1. a. 1.* Molestus ne sis, nunc iam i rus. *Plaut. Mostell. sc. 1. a. 1.* Nunc (pro tunc) *Liuius libro 4. d. 5.* Nunc animæ tenues (i. tunc) *Ouid. 2. Fast.* Nunc iracentis & dolentis, *Liuius lib. 34. Et Cicer. pro Archia, &c.*] ¶ Interdum ponitur pro Tandem, vel serò. *Virgil. 8. Eclog.* Nũc nũc ico quid sit amor. ¶ Interdum pro Sed, accipitur sine vlla temporis significatione. *Cicer. 1. de Diuinatione.* Quę quidem multo plura euenirent, si ad quietem integri iremus: nunc onusti cibo & vino confusa & perturbata cernimus. *Nunc item concedendi aduerb. Plautus Truculento*, Haud mansisti vt ego darem: tute sumsisti tibi; nunc habeas vt nactus Hoc est, Age habeas, vel habeas sanè. *Nunc pro Autem, qua in significatione frequens est apud optimos scriptores, & habet gratiam, si in loco vtaris. *Quint. libro 1. capite 1.* Nam bona facilè mutantur in peius: nunc quando in bonum verteris vitia? Id est, quando autem. *Nunc temporis, id est hoc tempore, vt dicitur, Tunc temporis, pro illo tempore. *Nunc ipsum, pro Hoc ipso momento & puncto temporis. *Cicer. ad Attic. libro 12.* Nunc ipsum ea lego, ea scribo, vt ij, &c. *Eidem.* Nunc ipsum sine te esse non possum. ¶ Dicitur & Nunc nuper, pro Non ita pridem. *Terent. in Eunuch.* Idem Menandri Phasma nunc nuper dedit. Quo in loco, *teste Donato*, Nunc adiectum est tollendæ ambiguitatis causâ. Est enim Nuper ex iis dictionibus, quas veteres propter ambiguitatem cum adiectione proferebant.

NVNCIVS, cij, vel potius Nuntius, Qui nunciat & quod nũciatur, {מלאך *maleách.* ἄγγελος, ἀγγελία. GAL. Messager, ou message. ITALI. *Messo, messagero, nuncio.* GERMANIC. Ein bott oder botschafft. HISPAN. *Mensajero ò mensaje.* ANG. *A messenger.* } [Nuncij dicti fortasse quia per eos noua sciuntur. *Passer. Plaut. Capt. sc. 2. a. 2.* Ego ad parentes hunc remittam nuntiur (. i. mittam) Hunc stratioticum nuncium percutiam. *Plaut Pseud. sc. 2. a. 2.*] *Virgil. 2. Æneid.* & nuntius ibi Pelidæ genitori Nun

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tio Prætoris accersitus. *cicer.6.Verr.* ¶ Nuntium remittere vxori, pro repudiare vxorem. *Cic.ad Attic.libro* 1. Deinde ex Senatusconsulto Cõsules rogationem promulgasse: vxori Cæsarem nũtium remisisse. Nũtium remittere virtuti, virtuti valedicere, & ab ea deficere. *Idem ad Cassium.* Iam biennium, aut triennium est, quum virtuti nuntium remisisti. ¶ Nuntius, quod nuntiatur. *Plaut. in Sticho,* Suo nunquam æquè patri nuntium lepidum attulit. *Ibidem,* Citus præcucurri, vt nuntiaré nuntium exoptabilem. [Item, Allati nũcij per dispositos equites. *Cæsar lib.3.de bell.cin.* Bonis nunciis afficit homines Mercurius, Et nũciis præsit, &c.] ¶ A nuntius fit internuntius διάκτορος, quasi inter duos medius est ad aliquid tractandum. *Vide suo loco.*

Nũntium in neuro genere, Pro re quæ nuntiatur. {בשרה *besoráh.* ἀγγελία. GAL. Message. ITALIC. *Messaggio.* GERMANI. Ein botschafft. HISPAN. *Mensaje.* ANG. *A message.* } *Catul.de Berecynthia,* Geminas deorum ad aures noua nuntia referens.

Nũntĭă, æ, fœm.gen. {מבשרת *mebaśśéreth.* ἡ ἀγγελιοφόρος, ἡ ἀγγελτικὸς. GAL. Messagere. ITALIC. *Messaggiera.* GER. Ein botschafft/vertunderin. HISP. *Mensajora.* ANGLI. *She that telleth tydinges.* } *Plin.lib.15.cap.30.* Romanis præcipuè lætitiæ victoriarúmque nuntia additur litteris, & militũ lanceis pilisque. *Cicer.1.de Legib.* Nuntia virgo Iouis miranda vísa figura. *Ouid. Epist.6.* Cur mihi fama prior, quàm nuntia littera venit? *Idem 1.Metamorphos.* Nuntia Iunonis varios induta colores Concipit Iris aquas.

Nũncĭo, cias, vel potius Nuntio per t, Moneo, significo. {בשר *biśśár.* εὐαγγέλιζω. GAL. Dire ou porter nouuelle, annoncer. ITA. *Nunciare, annunciare.* GERMAN. Sagen/zuwissen thun/anzeygen. HISPA. *Traher mensaje ò nuevas.* ANGLI. *To tell to reporte to warne, to tell tydinges or newes.* } *Terent.in Hecyr.* At istos inuidos dij perdant, qui hæc libenter nuntiant. *Plaut. Capt.* Nunquid aliud vis patri nuntiari? *Cicer. ad Brutum.* Ita enim Romam erat nuntiatum, ita persuasum omnibus, cum paucis inermibus, perterritis metu, fracto animo fugisse Antonium. [Nunciare bellum, pro denunciare & indicare. *Liu.libro 6.d.4.* Epistolæ, quibus nunciauit (i. scripsit.) *Gell.cap.3.lib.9.* Nunciauit luctus tibi ligenti. *Senec.cap.2.de Const.ad Helu.* Quæ ad patrem vis nunciari? *Plaut. Capt.sc.2. a.2.* Salutem dicito Patrono. c. Nunciabo. *Plaut.Curc.sc.2.a.4.* Istæc nunciabo, suprà dicitó. *Plaut.Mili.sc.2. a. 2.* Qui te nunciaret mortuum. *Plau.Mostel.sc.2.a.1.* Vtinam ad me pater mortuus nuncietur. *Ibidem sc.3 a.1.*] ¶ Huius composita sunt Annuncio, Denuncio, Enuncio, Obnuncio, Prænuncio, Pronuncio, Renuncio: *quorum significata vide suis locis.*

Nũnciātio, onis, Ipse denunciandi actus. {בשרת *besoráh.* ἀγγελία. GALL. Nonciation, annoncement. ITALI. *Ambasciada, & messo.* GERMANIC. Anzeigung/verkundung. HISP. *Obra de traher mensaje.* ANG. *A declaring, a shewing or telling of tydinges or newes.* } *Cic.2.Phil.* Nos enim nunciationem solam habemus, Consules & reliqui magistratus etiam inspectionem.

Nũnciātŏr, Qui rem quampiam nunciat. *Apud Iureconsultos,* Nunciatores dicuntur delatores criminum, ex quo eorum indicia notoria dicũtur. *Paulus lib.6. ad Turpil.* Nuntiatores qui per notoria indicia produnt, notoriis suis assistere iubentur. *Ex Hotomano.*

NVNCOREVS, Sesostridis filius, qui obeliscum illum, qui nunc visitur Romæ in Vaticano, curauit excidendum. *Autor Plin.lib.6.cap.11.*

*Nuncubi, Aduerb. compositum ex nunquid & alicubi. *Terent. Eunuch.* Nuncubi meam benignitatem sensisti in te claudier? *Vbi Donatus,* Nuncubi, Nunquid alicubi.

Nũncŭpo, as, penultim. corrept. Nomino, appello, voco. {נקב קרא *kará nakáb.* χρηματίζω, ὀνοματοποιῶ. GAL. Nommer, dire nominément & expressement. ITAL. *Nominare, appellare.* GERM. Nennen. HISPA. *Nombrar por nombre.* ANGLIC. *To name, to call by some name.* } *Livius libro* 1. Quem Iulium eundem Iulia gens autorem sui nominis nuncupat. *Varro in Medo,* Quis tu es mulier, quæ me insuetò nuncupasti nomine? [Se esse philosophum nuncupauit. *Apul. Apol.*1.] *cic.2.de Natura deorum,* Itaque tum illud, quod erat à deo datum, nomen ipsius dei nuncupabant: vt quum fruges Ceremen appellamus. Nuncupata vota dicuntur, quæ Consules & Prætores, quando in prouinciam proficiscũtur, faciunt. ¶ Nuncupare vota, Est alicui diuorum vota polliceri & destinare. *Plinius in Paneg.* Nuncupare vota & pro æternitate Imperij, & pro salute ciuium solebamus. *Ibidem,* Quo maiore fiducia iisdem illis votis, quæ ipse pro se nuncupari iubet, oro & obtestor, si bene rempubl. si ex vtilitate omnium regit. *Cicer.3.Philipp.* Neglectísque sacrificiis solennibus, ante lucem ea vota quæ nunquam solueret, nuncupauit. [Nuncupandi voti exemplum *apud Liuium libro 6.d.4.*] ¶ Nuncupare testamentum, est viua voce supremam voluntatem declarare. *Plinius lib.14.cap.22.* Alij testamenta sua nuncupant: alij mortifera loquuntur, reditutásque per iugulum voces non continent. ¶ Inde Nũcupatiuum testamentum dicitur, quo testator viua voce, quæ post mortem agi velit declarat. ¶ Et Nuncuparus hæres dicitur, qui voce testatoris hæres pronunciatus est: differtque ab hærede scripto: *de quo vide Iustin.Institut.de Testament.* [Nuncupati inter hæredes. *Sueton.in Aug.capite* 16. Et plura *in Calig.cap.38.*] ¶ Item nuncupata pecunia, id est, *vt ait Cursius in lib.de officio Iurisconsulti,* nominata, certa, nominibus propriis pronuntiata. Quum nexum faciet, mancipiúmque, vti lingua nuncupassit, ita ius esto.

Nuncŭpātĭo, Operis dedicatio. *Plinius in Præfat.operis.* Sed hæc ego mihi nunc patrocinia ademi nuncupatione. ¶ Nuncupatio item hæredis institutio. *Suet.in Calig.* Quo metu cùm iam & ab ignotis inter familiares, & à parentibus inter liberos palam hæres nuncuparetur: derisores vocabat: quòd post nuncupationem viuere perseuerarent: & multis venenatas macteas misit. [Nuncupatio fausta (dedicationis.) *Senec cap.13.de Consol.ad Martiam.*]

NVNDĬNÆ, næ, Romanorum dea, à nouo die nascentium dicta qui & Lustricus dicitur. Erat autem Lustricus dies, quo infantes lustrabantur. Is autem erat in masculis nonus, in puellis verò octauus. *Vide Macrob.lib.1.Saturn.cap.16.*

Nũndĭnæ, arum, penultim. corrept. A nono die dictæ sunt, quasi nouẽdinæ. {עבורים *bizzebonim.* πανήγυρις. GAL. Foire, marché public. ITA. *Fiera, mercato.* GERMA. Meß/oder iarmarckt. HISPANIC. *Feria ò mercado.* ANGLI. *A faire or market.* } [Nundinæ quid. ¶ Item Trinum nundinum spatium datum reis, *Plutarch. in Coriolan.* ¶ Postridie nundinas, dies inauspicatus. *Sueto. in August. cap.92.* ¶ Ius nundinarum petere. *Idem Suet.in Claud.cap.12.*] Institutæ autem eo consilio perhibentur, vt rustici octo diebus in agris essent, & nono die repeterent vrbem ad mercatum, leguin accipiendarum causa: & vt scita atque consulta frequentiore populo referrentur, & trinundino proposita, à singulis atque vniuersis facilè noscerentur. Vnde etiam mos tractus, vt leges trinundino die (πρίτη ἐκκλησία apud Athenæum) promulgarentur. *Cicer. contra Rullum pro lege Agr.* Ille Capuam, nundinas rusticorum, horreũ Campani agri esse voluerat. *Colum.lib. 11.cap.1.* Villicus non vrbem, non villas nundinas, nisi vendendæ, aut emendæ rei necessariæ causa frequentauerit. ¶ Dicitur & Nundinum, neutro genere. *Liu.* Postquam verò comitia Decemuiris creandis, in trinum nundinum indicta sunt. Sic enim legunt nonnulli. Castigatiora tamen exemplaria habent Trinundinum, Trinundinus autem dies, vel Trinundinum, siue Trinum nundinum, dicebatur dies tertiarum nundinarum, qui prædici ante solebat, vt notior esset vniuersis.

Nũndĭnālis, le, Quod pertinet ad nundinas. {πανηγυρικὸς. GAL. Foire. ITA. *Che si appartiene à mercati.* GERMA. Das zu der meß oder iarmarckt gehört. HISPANI. *Cosa perteneciente à ferias.* ANG. *Belonging to the faire or market.* } *Plaut.in Aulu.*[*sc.*1.*a.*2.] Coquus ille nundinalis est, in nonum diem solet ire coctum.

Nũndĭnŏr, aris, Palàm vendo, publico mercatu distraho. {סחר *sachár.* πανδήμῳ ἀγορίζομαι. GAL. Marchander, faire marchandise, negocier en foire. ITA. *Vendere in publico, vendere al mercato.* GERMANIC. Offentlich verkauffen/feil haben als in einer meß/vnd sein gewin damit suchen. HISP. *Negociar ò vender en ferias.* ANG. *To mak merchandise, to sell and bie openly in the merkat.* } *Iulius Firmicus libro 6. Matheseos,* Quæstus & libidinis causa pudorem duobus fratribus nundinabit, & ad coitum fratrem inuitabit, & filium. *Suet.in Tito Vespas.* Suspecta & rapacitas, quod cõstabat in concionibus patris nundinari, præmiaríque solitum. deinde propalam alium Neronem & opinabantur & prædicabant. *Cicero* Pius Nundinari pro emere posuit, *in Verrem,* Ab isto pueri annorum senũm, septenúmque denũm Senatorium ordinem nundinati sunt. *Idem 3.Philipp.* Vna in domo omnes quorum intererat, totum imperium populi Romani nundinabantur.

Nũndĭnātĭo, onis, Ipse nundinandi actus. {עובון סחר *sachár bizzebón.* [vel] *sachar* מסחר *mischár.* πανήγυρις. GAL. Vente ou achet. ITALI. *Vendita ò compreda.* GER. Feil habung/das kauffen vnnd verkauffen. HISP. *La obra de negociar à las ferias.* ANGLIC. *Bying or selling openlie.* } *Cicer.de lege Agr.* Hinc vos quas spoliationes, quas pactiones, quam denique in omnibus locis nundinationem iuris, ac fortunarum fore putatis? Nũdinatio iuris, *Idem Verr.4.sæpè.*

Nũndĭnātŏr, Qui nundinas frequentat. {πανηγυρικὸς. GAL. Marchant qui hante les foires. ITAL. *Mercante che va alle fiere.* GERMA. Ein krämer/der die messen vnd iarmarckt braucht vnd besucht. HISP. *Aquel negociador.* ANG. *A merchant that haunteth the faires.* } *Festus,* Nundinis rustici conueniebant mercandi & vendendi causa, tumque nefas erat cum populo agi, ne interpellarentur nundinatores.

Nũndĭnārĭus, a, um, Quod ad nundinas pertinet, vel quod nundinis deputatum est. πανηγυρικὸς. GAL. Appartenant aux foires. ITA. *Pertinense alle fiere.* GERM. Das zu der meß gehört oder verordnet ist. HISPA. *Perteneciente à ferias.* ANGLI. *Belonging to faires.* } *Plin.lib.12.capite* 17. His commerciis Carras oppidum aperuere, quod est illis nundinarium. *Idem l.8.c.15.de suibus,* Quin & ducẽs in vrbe forum nundinarium, domóque petere discunt.

Nũnquam, Nullo tempore. {לא לעולם *lo leolám.* μήποτε, οὐδέποτε. GALLIC. Iamais. ITALIC. Mai. GERMANIC. Nimmermehr/zu keinen zeit. HISPA. *En ningun tiempo.* ANGLIC. *Neuer.* } [Nunquam possum referre gratiam. *Plaut. Mostell. sc. 3. a. 1.* Nunquam herclè aufugies. *Plaut.Menæch.sc.1.a.1.* Nunquam quisquam faciet, quin ea sit. *Plaut. Milite.sc.5. a.2.* ¶ Nunquam pro non: Nunquam id argentum tam benè collocassem. *Plaut.Mostell.sc.3.a.1.* Nunquam factum est (id est non) *Plaut. Amphitr. sc.2.a.2. bis.* Nunquam etiam quicquam verborum prolocutus est perperam. *Plaut.Amphitr.* (id est, non.) Introire in ædes, nunquam licitum est. *Plaut.Ibidem sc.1.a.2.* (i.non.) Item, Nunquam quicquam animo meo fuit ægrius. *Plaut. Amphitr.* Nunquam erit tam auarus quin te emittat manu. *Plaut. capt. sc. 3. a.2.*] à quo Nonnunquam, quod significat Aliquando. *Plaut.in Mercat.* Nonnunquam ædepol quisquam illam habebit potius, quàm ille, quem ego volo.

Nũnquāmnŏn, Semper, omni tempore. {לעולם *leolám.* διὰ παντὸς, ἀδιαλείπτως. GAL. Touiours. ITA. *Sempre.* GERM. Nimmermehr/all wegen. HISP. *Siempre.* ANG. *Euer, at all tymes.* } *Sueton.in Tib.* Turbatione cælo nunquamnon coronam lauream ceruice gestauit, quòd fulmine afflati negetur id genus frondis.

Nũnquāndo, μήποτε, Num aliquando. Et habet accentum in antepenultim. sicut Aliquando. *Cicer.de Amic.* Existit autem hoc loco quæstio subdifficilis, Nunquando amici noui digni amicitia, veteribus sint anteponendi, vt equis vetulis teneros anteponere solemus.

Nũnquĭs, nunqua, nunquod, vel nunquid, Num aliquis. {μήτις. GAL. Y a-il quelque autre chose? IT. *Vi è piu altro.* GER. Ist jemandts oder etwas? HISPAN. *Auentura algo?* ANG. *Whither if any.* } *Terent.in Eunuch.* Nunquid vis? *Ibidem,* Nunquis hic est? nemo est, nunquis hinc me sequitur? nemo homo est. [Nunquid iratus es mihi? Nihil profectò. *Plau. Pseud. sc.2.a.5.* Nunquid aliud me vis? *Plaut.Milit. sc.6.a.2. Et Curc sc.2.a.4. Et Aulu.sc.3.a.1.& sc.4. a.1.& sc.2. a.2. Et Amphitr.sc.3.a.1. Et sæpe alibi,* Nunquid causse est, quin te condam in pistrinum. *Plaut. Pseud. sc.5.a.1.*] ¶ Pro eodem etiam aliquando legimus Nunquisnam, & in neutro genere, Nunquidnam: præsertim apud Comicos. *Terent.in Andria,* Ehodum dic mihi: nunquidnam amplius tibi cum illa fuit Charine?

Nũntĭo, as, are, Nuntius, &c. *Vide* NVNCIO.

Nũo, nuis, cum suis compositis, *Vide in dictione* ABNVO.

Nŭpĕr, aduerbium, Non longo antè tempore, superioribus siue proximis diebus. {ποτὲ, ἄρτι, ἐναγχος. GALLIC. N'agueres, il n'y a pas long temps. ITAL. *Di nuouo, poco fa, pur hora.* GERM. Kurtzlichen/nicht lang/hievor/zu nächst. HISP. *Poco tiempo ha.* ANGL. *Lately, not long agoe.* } hoc est, ante

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

est, ante paucos dies, v. Inscs. *Virg.* Ec'og. Nuper me in littore vidi. *Boetius*, Hoc autem quod nuper diximus. ¶ Quandoque de longiore tempore dicitur, *Cic. 2. de Diuinat.* Neque ante philosophiam pagiore tempore refactam, quæ nuper inuenta est, hac de re communis vita dubitauit. ¶ Hinc nuperrime superlatiuum, hoc est recentissime. [*Gell. cap. 4. lib. 6.*]

Nūpĕrŭs, a, um, Quod recens est, quod nuper fuit. {חדש *chadbásch.* νέος, νέος. GALL. Recent, nouueau. ITA. *Di nuouo.* GERM. Neuw/ newlich. HISP. *Cosa de poco tiempo.* ANGL. *New, late.*} *Plaut. Capt.* [*sc. 5. a. 3.*] Recens captum hominem, nuperum, nouitium.

NVPSĬĂ, æ, Oppidum est ad Nilum fluuium, in tractu Syenitarum: *cuius meminit Plin. lib. 6. cap. 29.*

NVPSĬS, Oppidum est Arabiæ, Nomadibus proximum: *de quo Plin. lib. 6. cap. 100.*

Nūptă, Nuptiæ, Nuptus, *Vide* NVBO.

NVRSĬĂ, Vrbs antiqua Sabinorum, ex qua Qu. Sertorius, vir rei militaris scientissimus ortus est. *Virg. 7 Æneid.* quos frigida misit Nursia, & Hortinæ classes, populique Latini. *Vbi Seruius*, Frigida Nursia, vel quia re vera talis est, vel frigidam dixit, quasi venenosam, & nocentem, Gracchi namque vbique in concionibus suis Nursinos sceleratos appellauere. Scimus autem Virgilium amare historiarum rem per transitum tangere. Hæc ille. ¶ Huius oppidi incolæ dicti sunt Nursini: *quorum meminit Plin. lib. 3 cap. 12.*

Nūrsīnus, a, um, adiect. *Mart. lib. 13.* Nursinas poteris parcius esse pilas.

Nŭrus, Filij vxor. {כלה *challáh. ὑ νύμφη, ἡ νύμφη.* GALL. Bru, la femme de mon fils. ITA. *Nuora.* GERM. Ein sonßweyb. HISP. *La nuera, muger del hijo.* ANGL. *My sonnes wife, a daughter in law.*} Cic. 2. *Philipp.* Reiecta mater amicam impuri filij tãquam nurum sequebatur. ¶ Poetæ Nurum sæpe pro sexu tantùm ponunt. *Ouid. 2. Metam.* Excipit, & nuribus mittit gestanda Latinis, id est fœminis Latinis, *Mart. lib. 4.* Atque inter Latias gloria prima nurus. [Romanas eruditunque nurus. *Ouid. Eleg. 1. libr. 2.* Cumque bonis nuribus pro sospite Liuia nato Munera dat. *Ouid. Eleg. lib. 4. Trist.* Ausonias matresque nurus (i. matronas.) *Ouid. Eleg. 1. lib. 1 lib. 2. Ibidem*]

Nūsquam, Aduerbium loci est, In nullo loco. {οὐδαμοῦ. GALL. En nul lieu, nulle part. ITAL. *In niun luogo.* GERM. Niergent oder nienen/an keinem ort. HISPA. *En ningun lugar.* ANG. *In no place, no where.*} *Terent. in Eunuch.* Ille autem bonus vir nusquam apparet. ¶ Nusquam gentium, id est nusquam omnino. *Plaut. in Amph.* Sed quid ais? num obdormisti dudum? A. nusquam gentium. *Terent. in Adelph.* Næ ego homo sum infœlix, primùm fratrẽ nusquam inuenio gentium. [Nusquam erat Pompeius corpore, vbique nomine. *Velleius.* Cum libella tibi nusquam est. *Plaut. Pseud. sc. 7. a. 4.* Id quod nusquam est, vides. *Plaut. Milit. sc. 3 a. 2.* Nusquam ego quicquam deliqui. *Plaut. Men. sc. 2. a. 5.* Nusquam inuenio salutem (argenteam) *Plau. Pseud. sc. 1. a. 1.* Quærit quod nusquam est gentium. *Plaut. Pseud. sc. 4. a. 1.* Minore nusquam bene fui dispendio. *Plaut. Menæ. sc. 2. a. 3.* Operam nusquam melius potui ponere, quàm quod te amo. *Plaut. Most. sc. 3. a. 1.* Nusquam esse (de mortuo) *Gell. cap. 8. libr. 7.*] ¶ Nusquam ad locum *Plaut. Aulul.* Nam ad ædes nostras nusquam adiit quanquam propè *Idem Mil.* [*sc. 5. a. 2.*] Te nusquam mittam, nisi mihi das Firmatam fidem (i. emittam, siue abire sinam.) *Terent. in Eunuch.* Detineo te, fortasse tu profectus aliò fueras. P. Nusquam.

Nūsquamnon, vbique, Nonnusquam, alicubi. {παντοχοῦ. GAL. En tout lieu, par tout. ITA. *In ogni luogo.* GER. Nienennicht/allenthalben. HISP. *Donde quiera.* ANGLI. *Euerie where, in all place.*}

Nūto, as, Frequentatiuum est à Nuo, quod propriè est frequenti capitis inclinatione aliquid significo. {קרץ *karáts* מעד *maádh* מט *mat.* νδισκάζω. GALL. Faire signe en baissant la teste, branster, hocher. ITAL. *Acennare col capo chinandolo.* GERMANI. Mit dem haupt offt nicken vnd damit etwas zu mercken geben. HISP. *Mouer ò inclinar la cabeça.* ANG. *To signifie by nedding or shaking of the head.*} *Plaut. in Asin.* Nec illa vlli homini nutet, nictet, annuat. [Nutat ne loquar. Non herclè nuto, neque nicto tibi Et isti non nutasse *Plaut. Menæc. sc. 2. a. 4.*] ¶ Accipitur & pro vacillare, labascere & ruinam minari. *Cic. 6 Verr.* Illud signum interea nutabat, quum vectibus subiectis conarentur submouere. [*Catull. de Com. Ber.* Impellens nutantibus aëra pennis. *Gell. cap. 23. libr. 2.* Frigere & nutare à Menãdro Cæcilius vitiũs. Nutantes ciuitates retinere. *Suet. in Cæs. cap. 4.* Nutantia nemora. *Senec. cap. 18. de Consol. ad Marc.* ¶ Nutantem, ambiguè positum *apud Sueton. in Calig. cap. 38.*] ¶ Transfertur & ad animum vt idem ferè sit quod hærere, & dubitare in quam potissimùm partem te inclines. *Cic. 1. de Natura deor.* Democritus nutare videtur in natura deorum.

* Nutatio, Verbale. *Plin. lib. 11. ca. 37.* A cerebro proficiscitur somnus: hinc capitis nutatio. Hoc est, inclinatio & decliuitas capitis dum somnus vrget.

Nūtrĭo, tris, trĭui, vel trij secundum Priscianum, Educo, alo {האכיל *heechil* רבה *ribbáh* אמן *amán.* τρέφω. GALLI. Nourrir. ITALI. *Nutrire.* GERM. Ernehren/erziehen. HISP. *Criar.* ANG. *To nourish, to bring vp.*} *Plin. lib. 11. cap. 40.* Balænæ, vitulique mammis nutriunt fœtus. ¶ Inuenitur etiam Nutrior: agendi & patiendi significatione. *Virg. l. 2. Georg.* Hoc pinguem & placidam paci nutritor oliuam, id est nutrito, vel nutrias. *Colum. libr. 12. cap. 30.* Quanto magis æstus erit, eo sæpius conuenit vinum nutriri, refrigerarique, & ventilari. *Ibidem.* Et nutritum vinum operimus, atque oblinimus.

Nūtrītŭs, us, Nutrimentum. {אכילה *achiláh.* τροφή. GALL. Nourrissement. ITALI. *Nodrimento.* GER. Ein ernehrung/narung. HISP. *Mantenemiento.* ANGLI. *Nourishing.*} *Plin. lib. 22. cap. 25.* Multi senectam longam mulsi tantùm nutritu toleruere.

Nūtrĭco, as, penultima producta. Nutrio. {האכיל *heechil* רבה *ribbáh* אמן *amán.* τρέφω, παιδεύω. GALL. Nourrir, alimenter. ITAL. *Nutrire.* GER. Ernehren / erziehen. HISP. *Criar.* ANG. *To nourish, to bring vp.*} *Plaut. in Mil.* Bona mea inhiant certatim, nutricant & munere. *Idem in Merc.* Nec pecus ruri pascere nec pueros nutricare.

Nūtrĭcŏr, aris, deponens, Nutrico, alo. {ANG. *To nourish, to bring vp.*} *Cic. 1. de Natur. deor.* Omnium autem rerum, quæ natura administrantur, seminator, & sator, & parens (vt ita dicam) atque educator, & altor est mundus: omniáque sicut mẽbra sua, & partes suas, nutricatur, & continet. *Columell. lib. 8.* Nam suburbanus (*inquit*) lactens porcus nutricandus est. *Varro 1. de Re rustica, cap. 23.* Quòd ea sole nutricantur.

Nūtrĭcātĭo, onis, Educatio. {παίδευσις. GAL. Nourrissement. ITA. *Nutrimento.* GERMAN. Ernehrung/auffersiehung. HISPA. *Obra de criar, mantenemiente.* ANG. *Nourishing, vp bringing.*} *Gellius libro 12. cap. 1.* Ne ad dolores, quos in'enitendo tulisset, munus quoque nutrication. graue ac difficile accederet.

Nūtrĭcātŭs, us, ui, Nutricatio. *Var. 1. de Re rust. cap. 47.* Contrà herba in pratis ad spem fœniseciæ nata, non modò non euellenda in nutricatu, sed etiam non calcanda.

Nūtrĭtĭus, tij, Qui nutrit, siue qui curam habet infantium, & adultorũ, vt viuant. {מן *omén.* σοφὸς, σοφώτης. GALL. Nourricier, qui nourrit. ITA. *Boilo, colui che nodrisce.* GERMAN. Ein ernehrer. HISPAN. *El amo que cria.* ANGLIC. *That nourisheth.*} *Cæs. 3. belli ciuilis.* Nutritius eius pueri eunuchus.

Nūtrĭtĭus, a, um, adie. {θρέπτικος. GAL. Appartenant à nourrir. ITALI. *Pertinente à nutrire.* GERM. Das zu der ernehrung vnnd erziehung gehört. HIS. *Pertinesciente à criar.* ANGL. *That belongeth to nourish.*} *Columel. libro 3. c. 3.* Ne incrementa duritia sua reuerberet, sed tenero velut nutritio sinu recipiat, & cœlestes admittat imbres.

[Nutritium, ij. *Senec. cap. 17. de Consol. ad Heluiam.* Illius materno nutritio, conualui.]

Nūtrītŏr, oris, Qui nutrit. {מן *omén,* τροφεύς. GAL. Nourricier, qui nourrit. ITA. *Chi nutrisce, & allena.* GERMA. Ein ernehrer/erzieher. HISPAN. *El que cria, criador.* ANGL. *He that nourisheth.*} *Stat. 10. Theb.* Vertice sic Pholoes volucrum nutritor equorum Lætatur, &c. *Sueton. de claris Gramm.* M. Antonius Gnypho, ingenuus in Gallia natus, sed expositus, & à nutritore suo manumissus.

Nūtrīx, cis, Quæ nutrit. {אמנת *oméneth* מינקת *menéketh.* τιθήνη, θηλάζουσα, θηλάζουσα. GAL. Nourrice. ITA. *Nutrice, baila.* GER. Ein ernehrerin/ein säugamm. HISPAN. *El ama que cria.* ANGLI. *She that nourisheth, a nouryce.*} *Terent. in Eunuch.* Nutricem accersitum iit, quæ illam aluit paruulam. *Cicer. de Amic.* Isto enim modo nutrices & pædagogi iure vetustatis plurimum benevolentiæ postulabunt. *Idem 3. Tusc.* Vt penè cum lacte nutricis errorem suxisse videamur [Perij mea nutrix, vterus dolet. *Plaut. Aul. sc. 5. a. 4.* Equiram ex gnata pedisequa nutrice anu. *Ibid. sc. 6. a. 4.* Inuoco almam meam nutricem. *Plaut. Curc. sc. 3. a. 2.*] *Nutrix, pro Seminarie (*inquit Budæus*) in quo tenella adhuc semina depanguntur, deponuntúrque. *Plin. libro 17. cap. 10.* Omnia ea non statim moris est in sua locari, sed prius nutrici dari, atque in seminariis adolescere, iterúmque migrare.

Nūtrīcillă, diminut. {παιδαγωγίον. GAL. Petite nourrice. ITAL. *Picciola nutrice.* GERMAN. Ein ernehrerin HISPANIC. *Pequenna ama.* ANGLIC. *A litle nouryce.*} *Iuuenal. Satyr. 7.* Gallia vel potius nutricula causidicorum.

Nūtrītĭa, orum, gen. neutr. numeri pluralis, Merces nutricis. {τὰ τροφεῖα. GALL. Le salaire d'auoir nourri. ITALIC. *Salareo di balia.* GERMANI. Der säugammen lohn. HISPAN. *Salario ò soldada del ama.* ANGLIC. *The reward of a nourice.*} vt in titulo de variis & extraordinariis cognitionibus. circa finem.

Nūtrīmēntum, ti, Alimentum, hoc est vt medici definiunt, quicquid substantiam nostram augere potest. מקילה אכל *achiláh* מאכל *béchel* מאכל *maachál.* τροφή. GALLIC. Nourrissement. ITALIC. *Nutrimento.* GERMAN. Narung. HISPAN. *Mentenimiento.* ANGLI. *Nourishment, foode.*} ¶ Trãsfertur & ad res inanimatas. *Cicer. in Orat.* Sed quod educata huius nutrimenti eloquentia est, ipsa se postea colorat & roborat. ¶ Accipitur & pro ipsa nutritione, siue educatione. *Sueton. in Calig.* Quantum per hanc nutrimentorum consuetudinem fauore & gratia valuerit. Id est, quòd in castris educatus sit: *vt ait Bud.*] ¶ Nutrimentorum locus, pro vbi quis nutritus est. *Suet. in August. capite 5.*]

Nūtrīmĕn, inis, idem quod Nutrimentum. {אכילה מכל *achiláh* מאכל *maachál.* τροφή.} *Ouid. 15. Metamor.* Naturæque suum nutrimen deerit edaci.

Nūtŭs, ὀπή, νδισκάζω, & Nuto, tas. *Vide in verbo* ARNVO.

Nūx, A nocendo dicta, quòd tatis noceat. {אגוז *eghóz.* κάρυα, κάρυον. GALI. Noix. ITA. *Noce.* GERM. Ein nuß/oder andere frucht der gleichen/ mit einer harten schalen. HISPA. *Nuez* ANGLIC. *A nutte, or nutte tree, commonlie a wall nutte or wall nutte tree.*} [Non ego vitam tuam emam vitiosa nuce. *Plaut. Mili. sc. 3. a. 2.* Te amatorem inuentum esse Inanem quasi cassam nucem. *Plaut. Pseud. sc. 3. a. 1.* Nuces Thasiæ optimæ. *Gell. cap. 16. lib. 7.* Nuce ardenti crura suburere, vt mollior pilus surgat. *Suet. in Aug. cap. 68.*] *Ouid.* quoniam fata ladere dicor cultus in extremo margine fundus habet. Siue quòd linguæ noceat. Vel quòd vt nox ærem, ita nux succo suo corpus ãtrum faciat. Constat nucis nucleum esse difficilem contactu, dolorem capitis inferentem, tussientibus inimicum. Græci κάρυον vocant, à grauedine capitis. κάρα enim caput significat. Est autem nux generale omnibus quæ duro operimento teguntur, vt sunt castaneæ, amygdalæ, & huiusmodi τὰ κάρυα, *Virgilius*, Castaneæque nuces mea quas Amaryllis amabat. ¶ Pomum verò de iis proprie dicitur, quæ mollem habent corticem: quanuis etiam pro nucibus aliquando accipiatur, *vt apud Plinium libro 15. cap. 22.* Ab his locum amplitudine vindicarunt, quæ cessere autoritati, nuces iuglandes. *Et paulò pòst*, solum hoc pomum natura compactili operimento clausit: nanque sunt bifidæ putaminum carinæ, nucleorúmque illis quadripartita distinctio, lignea incursante membrana. Cæteris quicquid est, solidum est, vt in auellanis & ipso nucum genere, quas antea abellinas, patrio nomine vocabant. ¶ Malum verò non quodcunque pomi genus tenuioris atque carnosi dicitur, sed illud tantùm quod sui nominis arboribus producitur: his scilicet, quas malos vocamus: quẽadmodum Pyra, quæ pyrus producit. Hoc modo Mala citrea, siue Medica dicimus, Mala cotonea, Mala punica, & similia. ¶ Relinquere nuces, est omissis nugis puerilibus ad maiora negotia conuerti. Est enim nucum lusus soli pueritiæ conueniens, grandiorique ætati indecorus. *Pers. Satyr. 1.* Et nucibus facimus quæcunque relictis, Quum sapimus patruos. ¶ Nux Græca, eadem cum amygdala, quæ & Thassa dicitur, *Columella de arboribus. cap. 22.* Quum de amygdala loquitur. Hæc arbor (*inquit*) an fuerit in Italia Catonis ætate dubitatur, quoniã Græcas nominat. ¶ Nuces iuglandes, quæ & regiæ dictæ sunt. *Plin. lib. 15.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

c.12. Ab his locum amplitudine vindicarunt, quæ cessere autoritati, nuces iuglādes. De diuersis nucū generibus, *vide in dictione* IVGLANS.

Nūcĕus, a, um, Quod est ex nuce. { κερυνέος. GAL. De noix. ITAL. *Di noce.* GERM. Nußbaumin. HISP. *Cosa de nueces.* ANG. *Of a nutte.* } *Plin.l.16.c.39.* Vimeam, pineam, nuceam, hanc atque aliam materiam omnem quam effodies, luna decrescente eximito post meridiem.

Nūcŭlă, læ, diminutiuum, Minuta nux. { κερυνέιον. GAL. Petite noix, noisille. ITAL. *Nocella.* GER. Ein nusslein. HISP. *Pequena nuez.* ANG. *A litle nutte.* } Vnde & Prænestinæ nuculæ appellatæ sunt. A nucula fit aliud diminutiuum, Nucella.

Nūcleŭs, nuclei, Quod tenerum in nuce includitur. { κυρλύ. GALLICE. Noyau, cerneau de noix. ITAL. *Gariglio, garrione, quel dentro della noce.* GERMAN. Ein nußtern. HISPANIC. *El meollo de la nuez y fruta seca.* ANGLIC. *A kernell of a nutte.* } *Plau. in Curc.* [*sc.1.a.1.*] Qui e nuce nucleum esse volt Frangit nucem: hoc est qui commodum appetit, ne fugiat laborem, [Allegoricως. Vide Lambinum in hunc locum.] ¶ Inde Enucleo, as, est idem quod Declarare, quasi nucleum rei alicuius eruere. * Nuclei oliuarum, Testæ. *Vip. in l. Carbonum. ff. de verb. sign.* * Nucleus, item Allij spica, nam multis spicis seu nucleis compactum est allij caput. *Plinius l.19.cap.6.* ¶ Nucleus ferri à *Plin.l.34.c.14.* accipitur pro chalybe. Fornacum (*inquit*) maxima differentia est in iis quidem nucleus ferri excoquitur ad indurandum aciem, alióque modo ad densandas incudes, malleorúmque rostra. ¶ In acino Nuclei dicuntur minuta illa grana, quæ vulgò *Vinacea* vocant. *Plin.l.23.c.1.* Vua passa, quam Astaphida vocant, stomachum, ventrem, interanea tentaret, nisi pro remedio in ipsis acinis nuclei essent: iis exempris vesicæ vtilis habetur. ¶ Nucleum amisi, prouerbium. *Plaut. Capt.* [*sc.4.a.3*] Nucleum amisi, reliquit pignori putamina. Verba sunt Hegionis vbi reciuisset sibi impositum esse, & herum amissum pro seruo, seruum pro domino retentum: is enim ex quo fructus expectabatur aufugerat, eo relicto, ex quo nihil emolumenti poterat capi. *Epirasmus.* Nucleus *apud Vitr.* in pauimentis quid sit, *vide in verbo* STATVMINO.

Nūcĭfrāngĭbŭlūm. { ANGL. *A nuteracker.* } ioco pro dente accipit *Plau. Bacchid.* Dentibus enim nuces solent confringi. Mihi cautio est, ne nucifrangibula excusserit ex malis meis.

* Nuciprūnum, nuciprūni, Prunum insitum nuci. *Plin.l.15.c.13.*

N ante Y

Nyctălōps, γυκτάλωψ, Qui noctu cæcus est, quum interdiu clarè videat. Hic etiam Luscíolus dicitur à Latinis. *Plin.lib.8.cap.50.* de iecore caprino, Restituit vespertinam aciem his quos Nyctalopas vocant.

NYCTOPOLA, herba *de qua Plin.l.21.c.11.*

Nyctĕlĭŭs, νυκτέλιος, Vnum est ex Bacchi cognominibus, tractum ab eo quòd nocturno tempore eius sacra celebrabantur, quæ Nyctelia, νυκτήλια dicta sunt.

Nyctĕus, per duas syllabas, νυκτεύς. Neptuni fuit filius ex Celenæ Atlantis filia, quem ex Amalthea Cretensi nympha Antiopum & Nyctimenem suscepisse ferunt, ipsúmque ab hac posteriore turpi amore adamatum, cum eadem nutricis opera ignarum concubuisse: sed scelere cognito Nyctimenem occidere voluit: illa verò fugiens, miseratione Mineruæ in auem sui nominis versa est, & in ipsius tutelam suscepta est, νυκτιμήνη enim Græcis noctuam sonat *Vide Ouidil.2. Metam.*

Nyctĕrĭs, idis, νυκτερίς, Vespertilionis genus tam minutis pedibus, vt eis carere videatur. *Plin.l.11.c.47.* Qui negant volucrem illam sine pedibus esse, confirmant & apodas habere, nycterin & depranin.

Nyctĭcŏrăx, pen. cor. Coruus nocturnus. νυκτικόραξ.

Nyctilcia, νυκτιλία, sacrificia quæ Baccho fiebant, à nocturno tempore dicta. { GERM. Opffer so zu ehren Bacchi nachts gehalten worden. } Vnde & Bacchus Nyctileus, νυκτιλεύς, νυκτιλός, vel Nyctelius dictus, quòd eius sacra noctu celebrarentur.

Nyctĭlōps, opis, Herbæ genus, quod alio nomine nyctegretum appellatur, ita dictum, quòd noctu è longinquo fulgeat. Eandem & Chenomychon quidā appellāt, quod ad primū eius conspectū anseres statim expauescant. *Vide Plin.l.21.c.2.* Sunt qui eandem, quam clymistæ Lunariam appellant, noctu cùm luna lucentem.

Nyctĭmĕnē, νυκτιμένη, Filia Nyctei, ex Amalthea Cretensi nympha, quæ nefando patris sui amore capta, opera nutricis cum illo concubuit, tandémque agnita, quū pater eam vellet occidere, fuga se subduxit: im ploratóque Mineruæ auxilio, transformata est in auem sui nominis, quæ à Latinis Noctua dicitur. Græci etiam γλαῦκα appellant, quæ etiā nunc sceleris sui conscia, lucem fugit, nec nisi noctu vólat. *Ouid.2. Metamorph.* An quæ per totam res est notissima Lesbon, non audita tibi est, patrium temerasse cubile Nyctimenen? auis illa quidem, sed conscia culpæ Conspectum lucémque fugit, tenebrísque pudorem Celat, & à cunctis expellitur æthere toto.

NYCTORIX, Babyloniorum regina, maximi animi mulier, & quæ ipsam Semiramidem solertia longe superauit. *Vide Herod.l.1.* vbi tamen hæc non Nyctorix, sed Nitorix appellatur.

Nympha, Latinè sponsa. { חלה *challah.* νύμφη. GA. Nymphe, espousee. IT. *Sposa, nimpha.* GER. Ein braut. HISPAN. *Esposa, nimpha.* ANGL. *A nymphe, a faire maide or virgine.* } Sed putauerunt antiqui Nymphas aquarum deas esse, quasi lympharum numina: quanuis etiā latius nymphæ nomen accipiatur. Nam & montium deæ præsides sunt, quas Oreades vocant: quæ arboribus & syluis putabantur præsidere, quas Dryades, & Hamadryades, & Napæas Veteres Græci nympham dicebant, quam nos mutatione vnius literæ Lympham, hoc est, aquam seruenies qui te Nymphen Atlantida dicant. *Ouid. 3. Fast.* Sustulit hoc Nymphe, cinxítque decentibus herbis. *Ouid.5. Fast.* Neicio quid, Nymphe, &c. *Ibidem & Epist.1.* Grata ferunt Nymphæ.] ¶ Nymphæ Libethrides, Musæ dicuntur à Libethro Thraciæ monte Musis consecrato. *Virgil.7. Eclog.* Nymphæ noster amor Libethrides. ¶ Dicuntur & nymphæ apes quum primum formam cœperint habere. *Plin.libro 11.c.16.* de apibus loquens, Gallinarum modo incubant. Id quod excludum est, primum vermiculus videtur candidus, iacēs transuersus, adhærensque ita, vt pascere videatur. Rex statim mellei coloris, vt electo flore ex omni copia factus, neque vermiculus, sed statim penniger. Cætera turba quum formam capere cœpit, Nymphæ vocantur: vt fuci, sirenes, atque cephenes. ¶ Nympha etiam à rei anatomicæ peritis vocatur carnicula in muliebribus pudendis bifarium prominens, quem Collis culum Latini appellant: cuius vsus est, coli orificium tegere, & frigus ab eodem arcere. Hanc carunculam Ægyptij in virginibus solent excidere. *Vide Gal. l.15. de Vsu partium.*

Nymphæum, phæi, Lauacrum, vel balneum. { νυμφεῖον. GALLICE. Vn bain. ITAL. *Bagno.* GERM. Ein bad/wasserbad. HISPAN. *El banno.* ANGLI. *A bathe or stewe, a washing place.* } *Plinij lib. 5.cap.12.* Eúmque seruatum in nymphæo, donec Corinthum Mummius euerteret, tradunt. *Iulius Capitol.* Opera Gordiani Romæ nulla extant, præter quadā nymphæa, & balneas. Iosephus scribit Herodem apud Alcalonem constituisse nymphæa, id est lacus & balneas.

Nymphæa, æ, { νυμφαία. ANG. *Nenufar, water lillie or water rose.* } Herbę genus est, in paludibus nascens, & aquis stagnantibus: vnde & nomen accepit, *teste Dioscoride lib.3.cap.149.* quòd scilicet aquosis locis gaudeat. ¶ Alio etiam nomine Heracleon appellatur, quòd nympha quædam Herculis amore capta, in hanc herbam feratur commutata. ¶ Est & altera nymphææ species, cuius flos Blephara dicitur, foliis superiori similimis, radice alba, scabra, flore luteo, nitente, & rosæ simili. *Auctor Dioscor.l.3.c.150.*

NYMPHAEA, æ, νυμφαία Insula est iuxta mare Adriaticū, in qua Calypso dicitur habitasse. Gentile est Nymphæus, νυμφαῖος, *Stephano.*

NYMPHAEVM, æ, νύμφαιον, *Stephano*, Oppidum est in Taurica regione, non procul à Bolphoro Cimmerio iuxta Panticapæum, & Theodosiam, portum habens vtilissimum, *teste Strabone libro 7. & Plin. lib.4.ca.12.* ¶ Est item Nymphæum, locus quidam in ea Macedoniæ parte quæ mare Adriaticum spectat, non procul ab Apolloniatarum finibus, petram habens ignem vomentem, cui subsunt fontes, qui aqua tepida, bituminéque scatent. *Autor Strab. libro 7.*

NYMPHAEVS, νυμφαῖος. Italiæ fluuius est iuxta Velitras, non procul à Circeis in mare influens. *Autor Plin.lib.3.cap.8.*

NYMPHAS, νυμφᾶς, Locus est Arcadiæ, cuius incolæ vocantur Nymphasij. *Stepha. ex Pausania.*

NYMPHODORVS, νυμφόδωρος, Medici insignis nomen, *cuius meminit Plin. libr.34.cap.10.*

NYSA, νῦσα. Vrbs est in ea parte Arabiæ, quæ Ægypto contermina est, apud quam (*vt Diodor. ait*) Bacchus educatus à Nymphis fertur. Vnde & Nysæus, νυσαῖος, νυσεύς, dictus est, ac Dionysius, à Ioue scilicet & Nysa nomine accepto. ¶ Nysa etiam ciuitas in India est: à Libero patre (*vt refert Strabo lib.15.*) condita, carminibus poetarum celebratissima: sita sub radicibus montis quem Meron incolæ appellant. ¶ Alia est Nysa in Bœotia, *apud Homer. in Catal. nauium*, quam tamen in castigationibus exemplaribus Nissam videmus appellari. Alia in Caria *apud Plin. libro 5. capite 29.* ¶ Est item vicus in Helicone, *apud Steph.* Baccho sacer. ¶ Item oppidum Euboeæ, *apud eundem*, in cuius agro fabulantur eodem die & vites florere, & vuas matures cere. *Ptolem.* præter has duas alias eiusdem nominis vrbes commemorat, quarum alteram in Lycia, alteram in Ionia collocat. *Plinius lib.8.cap.36.* Nysam Indiæ montem esse tradit, iuxta quem lacertæ ad 24. pedum longitudinem feruntur excrescere.

NYSAEA, pro Indiæ oppido, lege Nysa. Pro emporio autem siue portu Megarensium, *lege* NISAEA.

NYSEVS, νυσεύς, Dissyllaba dictio, Bacchi cognomen est, à Nysa Arabiæ oppido vbi ferunt esse educatum. *Ouid.lib.4. Metamorphos.* Additur his Nyseus, indetonsúsque Thyoneus.

*Nyseius, Adiect. vt Iuga Nyseia, *apud Luc. lib. 8.*

*Nysias, Nysiadis, Patronymicum fœm. νυσιάς, vt Nymphæ Nysiades, *apud Ouid.3. Fastor.* positum pro gentili.

*Nysigena, qui in Nysa genitus est. *Catul. Argonaut. Epigr.59.*

*Nysæi, habitatores Nysæ vrbis: de quibus meminit *Cicero* scribens Silio, *libro 13.65.*

*Nysæus, Adiect. vt chori Nysæi. *Prope libro 3.eleg.17.* Palmes Nysæus, Vitigineus *Sil.lib.7.* Festas Nysæo redimiuit palmite mensas.

NYSIRVS, Vide NISYRVS.

Nyssă, νύσσα, Per geminum ſſ, repagulum vnde cursores mouentur, ἀπὸ τῶ νύσσειν, quod inter cætera significat pungere: propterea quòd illic inciperent equos calcaribus vrgere. ¶ Item ipsa meta, ἀπὸ τῶ νίσσειν. hoc est, ab inclinando, quòd quum metam attigissent, ibi inclinarentur, & flecterentur. Hæc tamen vox, vt pleræque aliæ, quum in vsu Latinorum non sit, in Græcolatinum Lexicon potiùs erat reiicienda.

O

VARIIS modis positum inuenitur. ¶ Aliquando aduerbium vocandi. *Terent. in Adelph* O Ctesipho. C. ô Syre, AEschinus vbi est? *Virgil.1.Æneid.* O regina, nouam cui condere Iupiter vrbem, &c. [*Plau. Mil. sc.5.a.2.* O Sceledre. *Et Pseud. sc.5.a.4.* ô Fortunate! Cedo fortunata manum.] ¶ Nonnunquam etiam interiectio est, variis seruiens affectibus. [*Senec. cap.17. de Consol. ad Helu.* ô quam multorū egregia opera in obscuro iacent! Inuita ô regina tuo de vertice cessi. *Catull. de Com. Beren.* O Venus veruſta! Hæc est illa tempestas mea. *Plautus Mostell. sc. 3. a. 1.* ô carnificinum cribrum. *Plautus Mostell. sc. 1. a. 1.* ô quanto mitior illa fuit! *Ouid.5. Fast.* O qui, *Initio Eleg.3. libri 4. Trist.* O mihi. *Initio Eleg.4. libri 3. Trist. Et Eleg.5. libro 4.* O ciues ciues. *Plaut. Curc sc.2.a.5.* ô melle dulci dulcior mihi tu es. *Plaut. Asin. sc.3.a.3.* ô lepidum diem. *Plaut. Aulul. sc.5.a.4.* ô miseres. *Plaut. Asin. sc.3.a.3.* ô lepidum diem. *Plaut. Aulul. sc.5.a.4.* ô miseres. *Plaut. Asin. sc.3.a.3.* ô lepidum diem. *Plaut. Aulul. sc.5.a.4.* ô miseres. *Plaut. Pseud. sc.1.a.1.*] Est enim aliquando admirandi. *Tunen.* O rime. *Plaut. Pseud. sc.1.a.1.*] Est enim aliquando admirandi. *Cicero in Catil.* qualis facies, & quali digna tabella! ¶ Aliquando indignandi.

Cæsil. O tempora, ô mores, ô paterni generis oblite, materni vix memor. ¶ Aliquando optati aduentus, aut repente insperatæ rei atque improuisæ occursu percussi. *Terent.* O salue, ô Pamphile. [ô Teuropides here salue! *Plaut. Mostell. sc. 2. a. 2.* ô adulescens salue, qui me serues! *Plaut. Menæch. sc. 9. a. 5.* ô mea opportunitas, ô mea commoditas uasti! *Plaut. Menæch. sc. 2. a. 1.* ô salue insperate multis annis, &c *Plaut.* salue! *Plaut. Menæch. sc. 2. a. 1.* *Virgil. 4. Æneid.* Adsis ô placidúsque veni. ¶ *Interdum est interiectio dolentis. Cicer.* O me miserum, ô infelicem. ὦ πῶ. ¶ Exprimit nonnunquam exultantis affectum. *Virgil.* ὑπερχαίρας τῷ ἐμῷ. *3. Æneid.* O mihi sola mei super Astyanactis imago. *Terent. Adelph.* O frater, frater, quid ego te nunc laudem? *Idem And.* O factum bene, beasti. ¶ Aliquando exclamantis. *Terent. in Phorm.* O audaciam, etiã me vltro accusatum aduenit. [ô hominis impudentem audaciam. *Plaut. Menæch. sc. 1. a. 5.* ô facinus Indignum. *Plaut. Menæch. sc. 6. a. 5.*] ¶ Aliquando irridentis. *Cicer. de Amic.* O præclaram sapientiam, iolem enim è mundo tollere videntur, qui amicitiam à vita tollunt. ¶ Aliquando ponitur pro Vtinam. *Virgil. 2. Eclog.* O tantùm libeat mecum tibi sordida rura, Atque humiles habitare casas. [*Plaut. Amphitr.* ô Dij faciant.] ¶ Aliquando vtrunque coniungimus: ita tamen, vt O præcedat, Vtinam sequatur. *Ouid. in Epist.* Penelopes, O vtinam tunc, quum Lacedæmona classe petebat, Obtutus insanis esset adulter aquis. ¶ Iungitur quoque ei particula Si: & dicimus O si, & est desyderantis, idem valens quod vtinam. *Virgil. 11. Æneid.* Quanquam ô si solitæ quicquam virtutis adesset, &c. *Horat.* O si vrnam argenti fors quæ mihi monstret. ¶ Tacetur quandoque ô, quum accusatiuo iungitur: (nam & nominatiuo & vocatiuo iunctum legimus, vt patet ex superioribus exemplis) *vt apud Plin. Iuniorem*, Hominem te patiêtem, ac potiùs durum ac penè crudelem. Et (*sicut docet Donatus*) maioris stuporis est hoc modo pronuntiatum, & quandoque melius sonat, *Terent. in Eunuch.* Hominem perditum, miserúmque, & illum sacrilegum. [*Plaut. Milit. sc. 2. a. 2.* Nimis doctum dolum! *Idem Menæch. sc. 2. a. 4.* Hominem malum! vt dissimulas.]

O. AQ. In notis antiquorum, omnes aliquos.

Oătaricha, ὠὰ τάριχα, Dicuntur mugilum ouа, sale cõdita ὠὸν enim est, quod nos ouum dicimus, interposita v, euphoniæ causa, πάριχον salsum dicitur: παρίχω, seruo, condio, liquefacio, sicco.

OANVS, ni, ὤανος, Lydiæ oppidum, *apud Stephan.*

OASIS, ὄασις, Oppidum in desertis Libyæ, septem dierum itinere à Thebis distans, quod Herodoti ætate à Samiis tenebatur, *vt ipse refert lib. 3.*

ŏăxĭs, ὄαξις, Fluuius Cretæ insulæ, ab Oaxe Apollinis filio sic vocatus: vnde & Oaxia tellus, Creta appellatur, *Virgil. Eclog. 1.* Pars Scythiam, & rapidum Cretæ veniemus Oaxem. At Seruius putat esse fluuium Mesopotamiæ, cretosum, vehêtem limum: vnde à poeta rapidum Cretæ putat appellatum. Quæ tamen interpretatio à doctioribus omnibus meritò reiicitur.

ŏăxŭs, ὄαξος, Ciuitas Cretæ, ab Oaxo Minois ex Acallide filia nepote, vel à situ loci, quòd Crepidines Græci Axos vocent. *Herodotus quoque libro 4.* Oaxum vrbem Cretæ facit, in qua Etearchus pater Phronimæ matris Batti regnauit, qui Cyrenen Libyæ vrbem ædificauit.

O Ante B.

OB, In notis antiquorum obriacum, vel orbem, vel orbiter. OB. C.S. Ob ciues seruatos. OB. M.E. Ob merita eius. OB. M.P.E.C. Ob merita pietatis & concordiæ. O.BO. Omnia bona.

ŏb, Præpositio separari & componi potest. Separata causalis coniunctionis locum tenet, & significat propter. {עַל *ʿál. διὰ, ὑπό.* GAL. Pour, à cause de. ITAL. *Per, per cagione.* GERM. Von wegen/vmb. HISPAN. *Por.* ANG. *For.*} *Virgilius lib. 11.* Cuius ob auspicium infaustum, morésque sinistros. *Teren. in Andr.* Ego pretium ob stultitiam fero. [Ob hoc verbum te donabo alicui. Item, Ob istuc verbum. *Plaut. Mostel. sc. 3. a. 1.* Ob eam rem, quia te seruaui, me amisisti liberum. *Plaut. Menæch. sc. 8. a. 5.* Ob Remp. hoc habeo (.i. pro patria pugnando.) *Plaut. Curc. sc. 1. a. 3.* Patera quę mihi ob virtutem data est. *Plaut. Amphitr.* Ob istanc industriam amabit amplius. *Plau. Men. sc. 2. a. 5.* Ob eam rem in carcerẽ compactum. *Plaut. Menæch. sc. 5. a. 5.* ¶ Foliem obstringit ob gulam (.i. per, siue ad) *Plaut. Aulul. sc. 2. a. 2.* Ait te ferre ob asinos argentũ Atriẽsi Sauriæ, (paulò ante, pro asinis.) *Plaut. Asin. sc. 2. a. 2.*] *Plaut. in Asin.* Itaque ob asinos relatum pretium Sauriæ? Pretium ob stultitiam, vel ob asinos, id est, pretium asinorum, vel stultitiæ: *ait Donatus.* ¶ Veteres etiam pro Ad, vel potius contra & aduersus vel ante vsurpabant. *Ennius apud Festum*, Ob Romam noctu legiones ducere cœpit. *Cicer. Papyrio Pæto*, Cuius ob os Graij ora obuertebant sua. Sic dicebant Obire pro adire. Obmoueo pro admoueo: Obiacent pro adiacent. *Plaut. in Milite*, Nunc demum experior ob oculos caliginem Prius mihi obtigisse. *Ibidem*, Qui lanam ob oculum habebat. [*Sic Plaut. Milite sc. 4. a. 2.* Experior ob oculos caliginem obtigisse. *Idem Ibidem sc. 1. a. 2.* Glauconiam ob oculos obiicientes. [¶ Composita significant contra, ἀντί, vt Oppugno, Obicio. ¶ Quandoque circum: vt Obambulo, Obsideo. ¶ Quandoque super, siue coram, siue obuiam, vt Obuenio. ¶ Quandoque Ad: vt Obeo. Dicimus enim, Iste obiuit mortem, hoc est ad mortem concessit. ¶ Componitur autem cum verbis incipientibus ab a: vt Obaudio: cum c, vt occumbo: d, vt obduco: e, vt obeo: f, vt offero: g, vt oggannio: h, vt obherbesco: i, vt obiicio: l, vt oblitero: m, vt obmutesco: n, vt obnitor: o, vt oborior: p, vt oppugno: q, vt obquinisco: r, vt obruo: s, vt obstito: t, vt obtineo: u, vt obumbro. Sed quoties vocalibus iungitur, vel d, l, n, r, seruatur b, integra. Cum c, mutatur b, in c, præterquam in obscurus, & obscœnus: in quibus duobus, b seruatur, & additur post b. Cum aliis literis mutatur b in sequentem literam: vt offero, offendo, opportunus, oppono. Excipitur omitto quod abiicit b: nam perpetuo apud poetas corripitur. *Horat. de Arte*, Pleraque differat, & præsens in tempus omittat. ¶ Obmutesco seruat vtramque compositionis partem integram. In operio, & compositis Adoperio, & cooperio abiicitur b. De r littera ante diximus. In iis quę à t incipiunt, seruatur b, vt obtrudo.

ŏbăcĕro, as, pen. corr. *autore Festo*, idem est quod obloquor, atque alterius sermoni obstrepo, παρεμπόδιζω. Sumptum videtur ab acere frumenti purgamento quod Græci vocant ἄχυρον.

ŏbăcerbo, bas, Exacerbo. *παροξύνω. Festus.*

ŏbærātŭs, a, um, cum æ diphthongo Ære alieno obstrictus, ære alieno oppressus. {ὑπόχρεως, κατάχρεως. GALLIC. Endebté. ITAL. *Obligato pro debito, indebitato.* GERM. Mit geldschulden beladen vnnd verstrickt. HISP. *Obligado por deudas.* ANGL. *Indebted, oppressed with debt.*} *Cæsar lib. 1. Comment.* omnes obæratos, quorum magnum numerum habebat, eodem conduxit. *Varro libro 1. de Re rust. capite 17.* omnes agri coluntur hominibus seruis, aut liberis, aut vtrisque. Liberis, aut quum ipsi colunt, vt plerique pauperculi cum sua progenie: aut mercenariis, cum conductitiis liberorum operis res maiores, vt vindemias ac fœnisecias, adminiſtrant ij, quos obæratos nostri vocitarunt: & etiam nunc sunt in Asia, atque in Ægypto, & in Illyrico complures.

ŏbāmbŭlo, as, Deambulo, huc illuc ambulo. {התהלך *hithhallêch* סחר *sachár* περιπατῶ. GALLIC. Cheminer, cousstoyer, aller à l'entour. ITAL. *Passaggiare, andare d'interno qua & la.* GERMANIC. Hin vnd här gehn/ spacieren. HISPA. *Passear, andaren derredor.* ANGLIC. *To walk about or against.*} *Plaut. in capt.* Item alij parasiti frustra obambulant in foro. *Ouid. 2. Trist.* -quum solus obambulet ipse. [*Plaut. Amphitr.* Famem expectat obambulans.] ¶ Sæpe etiam idem quod circumeo, circumambulo, & sic ferè accusatiuo iungitur, περιέρχομαι. *Ouid. 13. Metamorphos.* Ille quidem totam gemebundus obambulat Ætnam. *Virgil. libro 3. Georg.* datiuo iunxit, Non lupus insidias explorat ouilia circum Nec gregibus nocturnus obambulat. *Vbi Seruius exponit* Obambulat, *pro* insidiatur. *Liu. 6. bell. Maced.* obambulare muris, vt facile nosceretur ab Ætolis, cœpit. ¶ Aliquando accipitur pro vnà iunctim & simul ambulare. *Sueton. in Tiber.* Et secretum petenti, nonnisi adhibito Druso filio, dedit, dextrámque obambulantis, veluti incumbens, quoad perageretur sermo, continuit. ¶ Est item Obambulare, *interprete Festo*, aduersus alios ambulare, & quasi ambulanti se opponere.

ŏbāmbŭlātĭo, Deambulatio, ἐναμβάτιον, ἐναμβατικός. {חליכה *haliċháh.* περιπάτησις, περιπατικός, περιόδευσις. GAL. Pourmenement. ITA. *Passaggiamẽto.* GERM. Das hin vnd här spacieren. HISP. *Obra de passearse.* ANG. *A walking about or against.*} *Autor ad Herenn. lib. 3.* Propterea quòd frequentia & obambulatio hominum conturbat, & infirmat imaginum notas.

OBARENI, ὠβαρηνοί, Armeniæ populi, non procul à Cyro fluuio: *quorum meminit Stephan.*

ŏbārĕsco, Circumquaque aresco. {περιξηραίνομαι. GALLIC. Se secher à l'entour. ITALIC. *Seccarsi interno.* GERMANIC. Zu rings vmb verderren. HISPANIC. *Secarse en derredor.* ANGLIC. *To waxe drie on all partes.*}

ŏbnūntĭo, as, Mali aliquid nuntio. { καταγγέλλω. GALLIC. Annoncer mauuaise nouuelle, denoncer le mal à venir. ITAL. *Nunziare qualche male.* GERMA. Böse bottschafft verkunden. HISPA. *Denunciar en contrario ò mal.* ANGL. *To tell euill tydinges.* } *Terent. Adelph.* Primus sentio mala nostra, primus resciscо omnia, Primus porrò obnuntio: ægre focius si quid fit, fero. Augures item obnuntiare dicebantur, qui vbi de cælo seruassent, nuntiabant se mali aliquid auspicij vidisse, quod prohiberet nequid eo die cum populo agi posset. Erat autem id potissimum remedium contra pernicioſas leges. *Cicer. pro Sestio,* Quúmque auspiciis religionis parens obnuntiaret quod senserat. * Obnuntiare item pro Resistere & reluctari. *Sueton. in Cæsar. cap.* 20. Lege autem Agraria promulgata obnuntiantem Collegam armis foro expulit.

ŏbnūntĭātĭo, { ἡ κατηγγελία, ἡ ἀπαγγελία. GALL. Denoncement de mauuaises nouuelles. ITALI. *Protesto & auuertimento di malo incontro.* GER. Verkundung etwas vbels. HISPA. *Obra de denunciar en contrario ò mal.* ANGLI. *A telling of euill tydinges.* } *Cic. 1. de Diuinat.* M. Crassо quid accideritt, videmus, diuarum obnuntiatione neglecta. [*Item,* Obnunciare per edicta. *Sueton. in Cæs. cap.* 20.]

ŏbŏlŭs, li, pen. corr. { גרה *gherâh.* ὀβολός. } Genus ponderis est, conficiens sextam partem drachmæ Atticæ, hoc est, æreola sex: singula autem æreola septem continent minutias: quæ à Græcis vocantur λεπτά. ¶ Fuit præterea Obolus minimum numisma apud Athenienses, quod sexies sumptum explebat drachmam Atticam [*Plutarch. in Lysandr. Ibidem* vnde dictus obolus,] ad Gallicæ autem monetæ æstimationem redactum, valet denariolos Turonenses septem. *Terent. in Andr.* Etiam puerum inde abiens conueni Chremis, Olera & piscículos minutos ferre obolo in cœnam seni. *Suid.* ὀβολὸς ὁ παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς νόμισμα χαλκοῦν, ὁ ὃ χαλκοῦς, λεπτὸν ἐστὶ νόμισμα, id est, Obolus quidem apud Atheniensès sex est æreolorum: æreolum verò septem minutiarū. λεπτὸν autem, id est, minutia indiuisum manet. [Quot Philippei? A. Duo millia. I. Oboli verò? bis totidem. *Plaut. Amph. sc.* 4. *a.* 4.

ŏbŏlĕo, es, Malè oleo, & grauem odorem reddo, molestum odorem iniicio. { ὄζω. GALL. Rendre mauuaise odeur, sentir de loing. ITA. *Putire, rendere cattiuo odore.* GERM. Vbel schmecken/ stincken. HISPAN. *Heder, echar de si mal olor.* ANGL. *To giue an euill sauour, to stinck.* } *Plaut. in Mostel.* -at te Iuppiter, Dique omnes perdant, obolusti allium Germana illuuies. *Sueton. in Calig.* [*cap.* 23.] Ille antidotum obolusset, quasi ad præcauenda venena sua sumptum. ¶ Accipitur etiam interdum pro sentire, siue subolere. *Plaut. in Menæc.* [*sc.* 4. *a.* 2.] Obolui marsupium huic istud, quod habes. [*Idem Amph.*]

ŏbŏrĭŏr, Orior, erumpo, adnascor, subnascórve. { אמח *tsamách.* ὑπάρχομαι. GALLIC. Naistre. ITA. *Nascere.* GERM. Entstehen/ erwachsen. HISPAN. *Nascer.* ANG. *To be borne.* } *Liuius lib.* 1. *ab Vrbe*, Aduentu suorum lachrymæ obortæ. *Cic. pro Ligar.* Vide quanta lux liberalitatis, & sapientiæ tuæ mihi apud te dicenti oboriatur. *Ouid. in Metamorp.* Súntque oculis tenebræ per tantum lumen obortæ. [*Et Plautus Curc. sc.* 3. *a.* 2. Tenebræ oboriuntur! Mox, prosPicio parum.]

ŏbrĕpo, pis, penult. prod. Latenter, & tacitè aduenio, ficut & Surrepo. { וחל *zachál.* κλέπτω, ὑπέρχομαι, ὑποδύομαι, παρέρπύζω. GALLIC. Se couler doucement, suruenir ou auenir sans qu'on y pense. ITAL. *Venire celatamente.* GERM. Herzu schleichen/ heymlich herein triechen. HIS. *Entrar a escondidas.* ANGL. *To creep or come in priuely.* } Tractum ab animalibus pedibus carentibus, quæ gressu tacito gradiuntur. & transfertur etiam ad inanimata. *Iuuenal. Satyr. 9.* -obrepit non intellecta senectus. Obrepit fames. *Plaut. Pœnul.* Nam nisi clamabis, statim te obrepet fames. Obrepit mors. *Plau. Pseud.* [*sc.* 3. *a.* 2.] atque hoc euenit in labore, atque in dolore, vt mors obrepat interim. Obrepit somnus. *Horat. de Arte,* Verùm opere in longo fas est obrepere somnum. Obrepit dies. *Cic. Attic. lib.* 6. Obrepsit dies, vt vides: mihi enim ad tertium Kalend. Sextiles de prouincia decedendum est. ¶ Obrepere in. *Cic. 1. de Diuinat.* Nullæ ergo imagines obrepunt in animos dormientium extrinsecus. ¶ Significat interdum fallere, siue incautum aggredi. *Plin. lib.* 36. *cap.* 3. Nec potest videri Scaurus rudi, & huius mali improuidæ ciuitati obrepsisse quodam vitæ rudimento, &c. [Obrepsit id Trebatio (.i. fefellit specie veri.) *Gell. capite* 12. *libr.* 6. Obrepere id potest (.i. fallere legentem,) & aliter atque est, accipi ab eo. *Gell. cap.* 5. *lib.* 16.] ¶ Obrepere ad magistratus dicitur, qui falsa specie probitatis, & virtutis ad magistratus assumitur. *Cicer. pro Planc.* Et doceo Cn. Plancium non obrepsisse ad honores, sed eo venisse cursu, qui semper patuerit omnibus hoc nostro Equestri loco. id est, vt vulgus loquitur, Per *abusum,* Budæus.

ŏbrĕpto, as, frequentatiuum. ἡρέμα καὶ λάθρα ὑποδύομαι. *Plaut. in Pers.* Opertæne fuerint, nequis obreptauerit.

ŏbrĕptĭo, onis, Latens & fallax aditio. { κλέμμα. GALL. Fine & subtile entree. IT. *Sopranenimento da nascosto & di soppiato.* GE. Einschleichung. HISP. *Obra de andar ò escondidas.* ANGL. *A stealing in priuely.* } *Vlpian. in l. Sed si hac ff. de in ius vocando.* Patronum autem appellamus, etiam si capite minutus sit, vel si capite libertus minutus sit, dum arrogetur per obreptionem.

ŏbrĕtĭo, tis, Est reti aliquem circundo, aut reti implico. { יקש *jakósch.* ἀμπλίσκω. GAL. Enuelopper, ou enuironner de rets. ITALIC. *Irretire.* GERMANI. In ein garn wicklen / mit einem garn fahen. HISP. *Enredar.* ANG. *To catch in a neet.* } *Lucret. lib.* 3.

-neque aranei tenuia fila
Obuia sentimus, quando obretimur euntes.

ŏbrĭgĕo, ges, penult. corrept. Rigore indurescо, rigidus fio. { πήγνυμαι. GALL. Estre tout roide de froid. ITAL. *Gelare, bramire rigido, indurarsi per lo freddo.* GER. Von kelte geragen oder erfarren. HISP. *Elarse.* ANG. *To be or waxe sliff or hard for cold.* } *Cice. 1. de Natur. deor.* Atqui terræ maximas regiones inhabitabiles, atque incultas videmus, quòd pars earum appultu Solis exarserit, pars obrigauerit niue, pruináque, longinquo Solis abscessu. *Idem in Somn. Scip.* Quorum duos obriguisse pruina vides. *Colum. libro* 4. *cap.* 32. Nam vsque in id tempus incrementum capit, ac tum compescitur arundo, quum obriguit hyberno frigore.

OBRIMA, mæ, Vnus est ex tribus fluminibus Apamiam vrbem in Asia celeber-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

celeberrimam ambientibus. *Plin.lib.5.cap.29.* Tertius conuentus Apamiam vadit, ante appellatam Cælenas, deinde Ciboron. Sita est in radicé montis Signiæ. circunfusa Marsia, Obrima, Orga fluminib. in Mæãdrum cadentibus.

ŏBRĬS, ŏbris. Fluuius est Galliæ Narbonensis, ex Gebenna monte nascens, quem *Ptolem.* Obrium, *Plinius* Oorim appellat. *Vide Pomponium ad finem lib.2.*

Obrizum, obrizi, siue obryzum. { אופיר *ophir* פז *paz.* ὄβριζον, ἢ ὄβρυζον. GALLIC. Or fin, or affiné, qui par plusieurs fois a esté purgé au feu. ITALI. *Oro netto, oro forbito.* GERMAN. Rein vnnd wol geleuteret geld. HISPANIC. *Oro recozido, y puro.* ANG. *Pure gold perfectelie tried.*} Aurum purum dicitur quasi ἄβρυζον, hoc est syncerum, delicatúmque: quod sæpe igne candefactum & exustum est, donec nihil habeat alterius metalli admistum. *Plin.lib.33.cap.3.* Auríque experimento ignis est, vt simili colore rubeat, quo ignis: atque ipsum obryzum vocant. *Hieron. in Ieremiam*, putat Obryzum aurum dictum, quasi Ophirisum, quòd ex Ophir insula præstantissimum aurum soleat aduehi. [*Sueton.in Neron.cap.44.*]

ōbrŏdo, dis, penult. product. Circùm rodo. { אכל *achál.* ἐσθιεπάνω. GA. Ronger tout à l'entour. ITA. *Rodere d'intorno.* GERMA. Vmbgnagen. HISP. *Roer en derredor.* ANGIC. *To gnawe about.* } *Plaut.in Amphitr.* Enimuero prægnanti oportet & malum dari. Vt quod obrodat sit, animo si male esse occœperit.

ōbrŏgo, gas, pen. corr. Quasi obloquor, atque alterius sermonem molestè impedio. { παρενείρω. GALL. Deprier au contraire, supplier contre, rompre le parler. ITA. *Rompere il parlare.* GERM. Einreden / oder widerreden. HISP. *Hablar en contrario, estorual al que habla.* ANGLIC. *To break an others speaking, to pray or requeste on the contrarie.*} *Festus*, Obrogare legem, est legis prioris infirmandæ causa, legem aliam ferre, αἰτεισθέρειν, παρεγγράφειν, παραισθέρειν. *Cic.ad Attic. lib.3.* Quod per legem Claudiam promulgare, abrogare, derogare, obrogare, sine fraude sua non liceat. *Idem* 1. *Philipp.* Quid quod obrogatur his legibus Cæsaris, quæ iubent ei qui de vi itemque ei qui maiestatis damnatus sit, aqua & igni interdici. Obrogare autem legem, proprie est, quum aliquid ex prima lege immutatur, *teste Vlpian. Instit. cap.1.*

ōbrŭmpo, pis, idem quod rumpo. { קרע *karáh* שבר *schábar.* διαῤῥήγνυμι. GAL. Rompre. ITA. *Rompere.* GERM. Abbrechen. HISPA. *Quebrar, romper.* ANG. *To breake.*} *Varr.3.de Re rust. cap.16.* Si radicem prenderint, quem educere velint, è terra obrumpunt collum. * De Anseribus loquitur. Alia exemplaria habent, abrumpunt.

ōbrŭo, is, Infodio terra, lapidibus aliáve re opetio. { קבר *kabár* בסח *chisáh.* συγκαλύπτω, κατακάλλω, κατακρύπτω. GAL. Couurir de terre ou d'autre chose. ITA. *Coprire, sotterare, sepelire, coprire sotto terra.* GER. Vberfallen/mit erden/steinen/oder der gleichen dingen bedecken. HISP. *Enterrar ò anogar.* ANGLI. *To couer ond ouerwheime.* } *Cic.de Senect.* Nec verò quenquam senum audiui oblitum, quo loco thesaurum obruisset. [*Sueton. in Calig. cap.59.* Obruere corpus leui cespite.] ¶ Obruo & Eruo contraria. *Cic.4. de Finib.* Nam qui sciet, vbi quidque positum sit, quáque eò veniat, is etiam si quid obrutum erit, poterit eruere. ¶ Transfertur etiam ad animum. *Quintilian.* Tot voluptates obruere possunt vnum dolorem. [*Liu. lib. 3. ab vrb.* Obrutus sceleribus. *Item* Ius vi obrutum. *Velleius.* Quem obruit mare clauum tenentem. (de rectore nauigij.) *Senec. cap.6. de Cons. ad Mart.* Obruere affectum vel dolorem. *Senec.cap.16.de Consol.ad Heluiam.* Cur obruis infelix nulla procella caput. *Ouid.Eleg.2.lib.3.Trist.* Obruerat Vatinium dignatione Brutus (.i. cum scilicet ei legiones extorsit.) *Velleius.*] ¶ Venustè dicimus Obruere lapidibus, telis & aliis id genus, id est lapidare, & telis lapidibúsque operire ad necem. Obruere situ veteri statis, Obruere niuibus, Obruere itinera strage, id est cooperire, Obruere se vino, id est inebriari, Obruere ære alieno, Obruere memoriam alicuius rei, Obruere nomen alicuius. Obruere copia sententiarum, Obruere magnitudine negotij, Obruere obliuione, Obruere risu, Obruere testimoniis. Quorum omnium exempla inuenire est facile. ¶ Hinc Adobruo, & Inobrutus, *de quibus suis locis.*

ōbsæ̆uĭo, uis, Idem quod sæuio, siue in alium sæuio. { κατασκήπτω. GA. Se monstrer rude & maupiteux, estre cruel. ITAL. *Increduliere.* GER. Vber einem grimm oder wütend sein. HISP. *Encrueleserse.* ANG. *To be wood angrie against one.*} *Plaut.in Epid.* Tu is es, qui per voluptatem in mea ærumna obsæuisti grauiter.

ŏbsălūto, as, Salutandi gratia sese offerre alicui, dicebant antiqui: vt Consalutare pro Salutare *Festus.*

ōbsătŭro, ras, penul. corr. significat satietatem & quodammodo fastidium rei alicuius inducere. { השביע *hisbiaẽ.* ἐπικορέννυμι. GA. Saouler entierement. ITA. *Satiare a fatto.* GER. Gantz vol vnd maßleidig werden. HISP. *Mucho hartar y del todo.* ANG. *To fill veryfull, to cause bethsomnesse by filling.*} *Terent.in Heaut.* Næ tu propediem vt istam rem videbis, istius obsaturabere.

ōbscœno, as, significat obscœnum, id est malum omen affero. [*Passeratius*, hic emendat, Obscœuo, as, significat Obscœnum, &c. Et *apud Plaut.in Asin.* loco infrà citato legit Obscœuauerit, u quintam vocalem pro n consonante substituens.] { μολύνω. GAL. Apporter ou denoncer malheur ou malencontre. ITALI. *Dar catiuo augurio.* GERM. Etwas vnglucklichs vnd böses bedeuten. HISPA. *Dar mal aguero.* ANGL. *To denounce or tell euill tydinges.*} *Plaut.in Asin.* [*sc.1.a.2.*] Sed quid illuc, quòd exanimatus currit huc Leonida? Metuo ne illic obscœnarit meæ falsæ fallaciæ. [*Passerat.* vt dictum est legit hîc Obscæuarit: confirmátque suam lectionem altero Plauti loco in *Pseud.sc.2.a.1.* Male facis mihi, cum sermone huic obscæuas.]

ōbscœnŭs, a, um, vnde dictum sit inter Grammaticos non conuenit: alij enim à cœno deductum putant: alij à canendo: *Varro* à Scena: *Festus* ab Oscis. Quicquid est, vsus obtinuit vt per œ diphthongum scribatur. Duas autem præcipuè habet significationes. ¶ Aliquando enim obscœnum idem est quod inauspicatum. { ἀἰσιμον. GALLI. Qui porte ou signifie quelque malencontre à venir. ITAL. *Di mal augurio.* GERM. Vngluckhlich/abscheuhlich. HIS. *De mal aguero.* ANG. *That signifieth euill tydinges or some mischance to come.* } *Virg. 12. Æneid.* Nec me terrere timentem Obscœnæ volucres, hoc est infelices & malum omẽ afferentes. *Idem* 1. *Georg.* Obscœníque canes, importunæque volucres. *Idem* 3. *Æneï.* Obscœnámque famem, quæ prima pericula vito. *Vbi Seruius*, Obscœnam: aut quæ homines etiam ad obscœna compellit: vt Malesuada fames: aut certe quam obscœna auis prædixerat. [Et *apud Sueton. in Galb. cap.4.* Obscœnum ostentum pro lætissimo accepit: *Gell.cap.14.lib.13.* Mons obscœnis auibus ominosum.] ¶ Aliquando etiam idem quod turpe & immundum. { נבזה שמא *tamé nabál.* ἀκαθαρσίαν, ἀκρεῖν. GAL. Vilain, ord & sale. ITA. *Sporco, immondo.* GERM. Vnflätig/vnsauber/wüst. HISPA. *Turpe feo y suzio.* ANG. *Filthie, foule.* } *Cic.5. Tuscul.* Nam & obscœnas voluptates de quibus multa apud illos habetur oratio, &c. *Ouid.2. Trist.* Arguor obscœni doctor adulterij. *Idem* 2. *de Arte.* -non denique possunt Partibus obscœnis opposuisse manus. *Horat.2. Epist.1.* Torquet ab obscœnis iam nunc sermonibus aurem. [*Ouid.Eleg.1.libr.2.Trist.* Narrat in obscœno corpora prensa toro. *Item*, Est & in obscœnos deflexa tragœdia risus. *Ouid.Eleg.1 li.2. Trist.* Turpiáque obscœnæ vidimus exta canis. *Ouid. 4.Fast.* Obscœni forma virilis. *Idem* 4. *Fast.* Mimos obscœna iocantes. *Ouid.Eleg.1.lib.2.Trist.* ¶ Obscœna cantare & probra. *Idem lib.3.Fast.*]

ōbscœnē, aduerb. Impurè. { ἀσχεμῶς, ἀσελγῶς. GALLIC. Vilainement, ordement, impudiquement. ITA. *Lordamente, dishonestamente.* GERM. Vnflätiglich. HISP. *Fea y suziamente.* ANG. *Filthely, dishonestlie.*} *Cic. primo Offic.* Latrocinari, fraudare, adulterari, re turpe est: sed dicitur non obscœnè.

Obscœnissimus, superlatiuus. *Velleius Paterculus Histor.2.* Obscœnissimarum rerum autor & minister.

ōbscœnĭtās, tis, Impuritas. { נבלה *nebaláh* נבלות *nablúth.* ἀσχεμοσύνη, ἀσέλγεια. GALLIC. Vilainie, impudicité. ITALIC. *Dishonnestà o brutezza.* GERM. Vnflätigkeit/vnreinigkeit/wüste. HISPA. *Feald ad suziedad y turpezza.* ANGLI. *Villanie, rebauldrie, filthinesse.*} *Cicer.1. Offic.* Si rerum turpitudiné adhibeatur orationis obscœnitas. *Idem pro Flacc.* Cuius de probris adulteriis ac stupris extant Æmonensium literæ: quas ego non solùm propter longitudinem: sed etiam propter turpissimam obscœnitatem verborum prætereundas puto. [*Suet.in Claud.cap.15.* Obscœnitatis in fœminas reus.]

ōbscœuo, as, are, verbum antiquitate obsoletum, quasi scœuum, id est, malum omen afferre. *Plau.in Asin.*[*sc.1.a.2.*] Metuo quod illic obscœuauit meæ falsæ fallaciæ, *Ex Nonio.*

ōbscūrus, a, um, Latens, absconditus & sine lumine. { אפל *aphél.* σκοτεινὸς, ἀμαυρὸς. GALLIC. Obscur. ITAL. *Oscuro.* GERMANI. Dunckel/finster. HISPANIC. *Obscuro.* ANGLIC. *Obscure, dark, without light.*} *Virg. 9. Æneid.* Vidimus obscuris primum sub mœnibus vrbem. *Idem* 2. *Æneid.* -si quos obscura nocte per vmbram Fudimus insidiis. [*Tibul. lib.4.* Obscuras accessit ad oras. In obscuro iacent multorum egregia opera. *Senec. cap.1. de Cons. ad Helu.*] ¶ Obscura oratio: difficilis & cuius sententia non facile potest percipi: ἀσαφὴς λόγος. ¶ Vsurpatur quandoque obscurum pro ignobili: ἄσημον: sicut clarum pro nobili: quæ metaphora inde tracta est quòd viri nobiles omnibus conspicui sint & cogniti: contrà qui humili loco sunt nati, tanquam in tenebris agentes, nemini innotescant. *Cicer. li.1. Offic.* Qui magna sibi proponunt obscuris ortu. ¶ Ponitur aliquando pro astuto & facili: vt Obscurus vir, *apud Cic.3.Offic.* * Id est, Non candidus nec apertus.

ōbscūrē aduerb. Palàm. { בסתר *besether.* ἀμαυρῶς, σκοτεινῶς. GALLI. Obscurement, couuertement. ITAL. *Obscuramente, operamente.* GER. Dunckler/nicht heiter/vnuerstentlich. HISPA. *Obscuramente.* ANG. *Darkelie, obscurelie.*} *Cicer.4. Acad.* Alterum quidèm vt videmus palàm: alterum, vt suspicamur, obscurius est. ¶ Obscurè aliquid ferre, est dissimulanter ferre: sic vt nemo agnoscat notas animi commoti. *Cice. in Parad.* Itaque istam paupertatem vel potius egestatem ac mendicitatem tuam nunquam obscurè tulisti.

ōbscūrĭtās, tatis, Opacitas, tenebræ. { אפל *óphel* אפלה *apheláh* מאפליים *maaphál* חשך *chósech.* σκότος, ἀσκότια. GAL. Obscurite. ITALI. *Scurita.* GERM. Dunckelheit. HISPANIC. *Obscuridad.* ANGLIC. *Darkenesse.*} *Plin.lib.20.cap.1.* Obscuritates & vitia oculorum sanat. ¶ Transfertur etiam ad alias res & pro difficultate ponitur, & aliquando pro ignobilitate. *Cicer.4. de Finib.* Sed inest in rebus ipsis obscuritas. *Cice. lib.2. Offic.* Quorum autem prima ætas, propter humilitatem & obscuritatem in hominum ignoratione versatur.

ōbscūro, as, penul. prod. Supprimo & obscurum reddo. { החשיך *hechéschieh* העיב *heéb.* κατασκοτάζω, ἀμαυρόω. GAL. Obscurcir. ITAL. *Obscurare.* GERMANIC. Verdunckten/verfinsteren. HISPA. *Escurescer.* ANGL. *To shadow, to mak dark.*} *Cic.1. de Natur. deor.* Æthereorum ignium tenebræ finitimas regiones obscurauerunt. *Idem* 2. *de Finib.* Lumen lucernæ obscuratur & offunditur luce Solis. *Idem pro Archia*, Neque enim est dissimulandum quod obscurari non potest, sed præ nobis ferendum. [*Sueton.in Tiber.ca.70.* Obscurare stylum. *Idem* Non obscuratur eius memoria tanta patris imagine. *Velleius. & Catull. de Com. Beren.* Flammeus vt rapidi Solis nitor obscuretur.] ¶ Est item obscurare, extenuare, humilémque & obscurum reddere: cui opponitur celebrare. *Sallust.* Sed profectò fortuna in omni re dominatur: ea res cunctas ex libidine magis quàm ex vero celebrat, obscurátque.

ōbscūrātĭo, onis. { אפל *óphel* אפלה *apheláh* מאפל *maaphál* חשך *chósech.* σκότωσις. GAL. Obscurcissement. ITALI. *Oscuramento.* GERMANIC. Verdunckelung/verfinsterung. HISPANIC. *Obra de escurecer à otro.* ANGLIC. A *making darke.*} Vt Obscuratio solis *apud Plin. libr. 37. cap. 26. Cicer. 4. de Finib.* In quibus propter eorum exiguitatem obscuratio sequitur.

ōbsĕcro, as, ex ob, & adiectiuo Sacer, Per sacra rogo, obtestor, precor. { חלה *chilláh* התפלל *hithpallél.* ἀπολύω, λιτανεύω. GALL. Prier auec obtestation, prier affectueusemẽt, [au nom des dieux ou des choses saintes & sacrees.] ITAL. *Pregare, scongiurare.* GERMANIC. Durch etwas hertlichs bitten. HISPAN. *Rogar conjurando.* ANGLIC. *To pray or requeste with obtestation or affectuouslie.*} *Terent.* Obsecro te, quamprimùm hoc me miserum libera metu. Obsecrare, *inquit Donat.* est iratos rogare. *Terent. in Eunuch.* Exclusit, reuocat, redeam? non si me obsecret. [Obsecro te per Deos & homines. *Plaut.Mil.sc.6. a.2.* Vbi est is obsecro te? *Plaut.Mostel.sc.1. a.1.* Eloquere obsecro te. *Plaut.Curcul. sc. 3.a.2.* Pro dij obsecro vestram fidem. *Plau.Most.sc.1.a.1.* Relectio quod dudum obsecráueram. *Plaut. Asil.sc.5.a.4.*(aliàs *sc.7.*) *Vide* Relecro infrà. Perij, obsecro te, nutrix. *Ibidem.* Mihi auus huius obsecrans con-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

credidit auri thesaurum. *Plau.Aul.Prol.* Tuam fidem obsecro. *Plaut. Amphitr.* Item Obsecro te(inox)Obsecro te hospes defende. *Plaut.Asin.sc.4.a.2.* Obsecro quantus,& quàm validus est? *Plaut.Amph.* Obsecro te hoc vnum. *Plaut.Capt.sc.1.a.2.*] Additur aliquando ablatiuus Precibus. *Marcell.ad Ciceronem lib.4.* Quum mihi Caius Marcellus frater amantissimus mei non solùm consilium daret, sed precibus quoq; me obsecraret. ¶ Ponitur quandoque aduerbij significatione pro cedò:estque veluti rogantis cum interrogationis particula. *Terent.in Eunucho*, Obsecro an *is* est,id est dic quæso. [Dic mihi obsecro verùm hercle serio. *Plaut.Pseud.sc.3.a.1.* Obsecro,parentésne meos mihi prohibeas? *Plaut.Curc.sc.2.a.1.* Eloquere obsecro hercle. *Ibid.sc.3.a.1.* Obsecro hercule,cur me deridiculi gratia fic salutas. *Plaut.Capt.sc.1.a.2.* Obsecro,etiámne hoc negabis? *Pl.Ibidem.* An obsecro hercle habent quoque Gallinæ manus. *Plau.Pseud.sc.1.a.1.* Quem in locum obsecro (migrauit) *Plautus Menæch.sc.2.a.5.* Quid illíc homines ad me currunt obsecro? Dij Immortales,obsecro, quid oculis aspicio meis? *Pl. Menæch.sc.6.a.5.*] ¶ Obsecro cum duobus accusatiuis. *Cicero pro Quintio*, Itaque te hoc obsecrat C. Aquili, vt quam existimationem,&c.

obsecrātio,verbale. { תחנה *techinnáh* תפלה *tephilláh.* εὐχὴ παράκλησις. GA. Priere affectueuse. ITAL. *Prego affettuoso.* GER. Ein fleissige vnd hertzliche bitt. HISP. *Aquella obra de rogar conjurando.* ANGL. *Earnest prayer or request for goddes saike.* } *Cic.pro Font.* Cauete ne periculosum,superbumque sit eius nos obsecrationem repudiare. [Obsecratio in vnum diem populo indicta. *Liu.6.bell.pun.*]

obsĕcundo,as,ex ob & adiectiuo Secundus,quod significat prosperum: Obsequor,obedio, ad alterius nutum omnia facio. { יאת *jaáth* שמע *schamáh.* ὑπηρετέω,ὑποφέρω. GAL. Complaire & faire au gre de quelqu'vn. ITALIC. *Secondare, compiacere.* GERM. Zu willen werden/folgen. HISPANIC. *Obedescer,hazer bien auenturado.* ANGLIC. *To obey, to do as one wald haue.* } *Terent.in Adelphis*, Sed si vultis potius quæ vos propter adolescentiam Minus videtis,magis impense cupitis, consulitis parum,Hæc reprehendere & corrigere me,& obsecundare in loco,&c. *Vbi Donatus*,Nã qui reprehẽdit nõ cõtinuò corrigit:qui corrigit nõ illicò obsecundat,id est lætissimum reddit. *Cic.pro leg.Manil.vsus est pro* obsequi,Non modò omnes(*inquit*)cities assenserint,socij obtemperarint,sed etiam venti tempestatésque obsecundauerint. ¶ Inuenitur & obsecundor deponens.

obsēpĭo,pis,Sepibus circundo. { שך *sách.* φραγέω. GAL. Enuironner & clorre de hayes,boucher & estouper. ITAL. *Circundare di siepe.* GER. Verzeunen oder vmbzeunen/verhagen. HISPANIC. *Cercar de seto.* ANGL. *To incloze with an hedge.* } *Plaut.in Cas.* Vbi illum saltum video obseptum:rogo vt alterum sinat adire. ¶ Obsepire iter ad honores per trãslationem pro occludere & impedire)(Munire viam. *Liuius 9.ab Vrbe*,Hæc plebi ad curules magistratus iter obsepit. *Cic.pro Muræna*,Hęc omnia tibi accusandi viam muniebant,adipiscendi obsepiebant. [Obsepta via est. *Plaut.Pseud.sc.5.a.1.*]

obsĕquŏr,penult. corrept. Alterius voluntati morem gero, inseruio. { יאת *jaáth* שמע *schamáh.* χαρίζομαι,ὑπηρετέω. GALLIC. Complaire,obeir,obtemperer,faire au gre. ITALIC. *Compiacere.* GERMANIC. Folgen/gefolgig sein. HISPANIC. *Obedescer,complazer.* ANGLIC. *To obey,to do as one wald haue.* } *Plautus*,Ego sanè cupio obsequi gnato. *Terent. Heaut.* Nos quoque senes æquum est senibus obsequi. *Idem in Andr.* Eorum obsequi studiis,aduersus nemini. *Iuuenal. Satyr.10.*-interea tu obsequere imperio. [*Plaut.Capt.sc.2.a.1.* Alterius obsequor imperio. (i.seruio) *Item* Obsequi pro cedere. *Plaut.Amphit.* Bacchæ bacchanti si velis aduorsarier ex insana insaniorem facies,si obsequare,vna resolutas plaga. *Idem, Curc.sc.2.a.1.* Naso obsecutus est odor (.i.placuit.)Id percupio,obsequi gnato meo. *Vide* dictionem sequentem.] ¶ Obsequi animo suo vel obsequi animo,est indulgere sibi,siue genialem vitam agere. *Plaut.in Bacchid.* Lubido est homini suo animo obsequi. [*Vide in dictione sequenti.*] ¶ Aliquando iungitur cum accusatiuo. *Gell.lib.2.cap.7.* Sed ea tamen quæ obsequi non oportet.

obsĕquēns,Obediens,aliquando nomen, aliquando participium. { שמע *schoméah.* ὑπηρέτων. GALL. Obeissant. ITAL. *Obediente.* GERMAN. Folgent/gefolgig. HISP. *Obediente.* ANG. *Obedient,pliant.* } *Terent.in Hecyr.* Obsequentem voluptati hominem. *Plaucus Senatui*, Legiones nostra liberalitate nobis obsequentes. [Amantes cordi & animo obsequentes. *Plaut.Pseud.sc.1.a.5.* Facit id quod pauci,vt sit magistro obsequens. *Plaut.Curc.sc.2.a.2.* Amans animo obsequens. *Plautus Amphit.sc.1.a.1.*] *Declam.in Cic.* Filia matris pellex,tibi iucundior atque obsequentior quàm parenti par est.

obsĕquēntĕr,tius,tissimè,aduerbia,Obedienter. [*Liuius l.1.d.5.*] εὐπειθῶς, ὑπομόνως. GALLIC. Auec obeissance. ITA. *Per obedienza.* GERM. Gehorsamlich / willfertiglich. HISPA. *Con obedientia.* ANGL. *Obedientlie.* } *Plin.in Epist.* Vixit in contubernio auiæ delicatæ seueriss imè & tamen obsequentissimè.

obsĕquĭum,ĭj,Ministerium, reuerentia, quum quis id sequitur & facit quod alteri placet. { משמע *mischmáh.* τὸ ὑπηρετούμενον, θεραπεία. GA. Plaisir ou seruice,obeissance. IT. *Compiacimento.* GE. Ein willfaarung/ein willfertiger dienst. HI. *Plazer y obediencia.* AN. *Pleasure,seruice,obedïece.* } *Terẽ. in And.* Obsequiũ amicos,veritas odiũ parit. ¶ Obsequiũ animo sumere *ait Pla.in Bacchid.* pro indulgere sibi & animo obsequi. *Ci.ad Attic.l.7.* Itaque effeci omni obsequio,vt neutri illorum quisquã esset me charior. *Idem 1.de Leg.* Nam quum animus cognitis perceptísque virtutibus,à corporis obsequio indulgentiáque discesserit,&c. *Idem in Pison.* Ego Antonium collegam patientia atque obsequio meo mitigaui. [*Senec.c.1.de Consol.ad Marc.* Molliter & per obsequium assequi dolorem. *Ouid.6.Fast.* Arserat obsequio Semele Iouis.]

* **obsĕquēntĭă**,obsequentiæ. *Cæs.l.7.bell.Gal.* Factum imprudentia Biturigum & nimia obsequentia reliquorum.

obsĕquĭă,Morigeratio. { משמע *mischmáh.* ὑπηρεσία. GAL. Obeissance. ITA. *Compiacemento,compiacenza.* GERM. Gehorsamme. HISP. *Obediencia al plazer de otro.* ANGLIC. *Obedience.* } *Plaut.in Asin.* [*sc.1.a.1.*] Omnes parentes,Litane,liberis suis,Qui mihi auscultabunt,facient obsequelam. [*Plaut.Asin.sc.3.a.3.* A. Quem te nominem Deum? L. Fortunã & Obsequelam.]

obsĕquĭōsus,Qui facilè obsequitur. { שמע *schoméah.* ὑπηρετικὸς. GALLIC. Seruiable,prompt à faire seruice. ITAL. *Che compiace facilmente.* GER. Gefõtgig. HISP. *Cosa obediente.* ANGLIC. *Seruiceable, that obeyeth easilie.* } *Plau.in Capt.* [*sc.3.a.2.*] Nam si meus seruus esses,nihilo fecius Obsequiosus mihi semper fuisti.

obsĕquĭbĭlis,Qui obsequitur. { שמע *schoméah.* ὑπηρετικὸς. GALL. Seruiable. ITA. *Dolce,facile à compiacere.* GERM. Vnderdienstlich/dienstbar. HIS. *Cosa obediente.* ANGL. *Seruiceable.* } *Gell.l.2.cap.29.* Cognatos affinésq; nullos fermè tam obsequibiles esse ait,&c.

obsĕro,penult. cor. Consero. { זרע *zaráh* נטע *natáh.* φυτεύω. GALL. Semer ou planter. ITAL. *Seminare,piantare.* GERM. Besäyen/vbersäyen. HISP. *Sembrar ò plantar.* ANGLIC. *To sowe or plante.* } *Colum.l.2.cap.9.* Vtatur præceptis eorum,qui vberem in campum in singula iugera tritici,quique & adorei modiis octo obserere præcipiunt. *Idem l.3.* Agrum antequam vineis obseras, explorato qualis saporis sit. *Varro 1.de Re rust.cap.14.* Primum naturale sepimentum quod obseri solet virgultis aut spinis. [*Plau.Men.sc.7.a.5.* Sementem his in ore faciam,pugnósque obseram.] ¶ Obserere mores,per translationem *dixit Pla.in Trinũ.pro* Imbuere.-hẽ istic(*inquit*) Oportet obsetere mores malos:si in obsetã do possint insterficier. ¶ Quandoque obducere. *Terẽ.in Heaut.* Ea texebat vnà pannis obsita.

obsĭtus,pen.cor. Inuolutus, tectus,obductus. { זרוע *zaruáh.* πεπλεγμένος. GAL. Complanté,saisi,occupé. ITA. *Inuolto.* GERM. Vberzogen/bedeckt. HISP. *Embuelto.* ANG. *wrapped,compassed,sett about.* } *Terentius in Eunuch.* pro pannoso,squalore,& sordibus cooperto. Video sentum,squalidum,ægrum,pannis annísque obsitum. *Virgi.7.Æneid.* proprie est vsus. At læuem clypeum sublatis cornibus Io Auro insignibat,iam letis obsita,iam bos,&c. *Horat.1.Car.Od.18.* Variis obsita frondibus. Aër obsitus pallore. *Lucan.l.5.* Tenebris loca obsita,ex Poeta. *Cic.1.Tusc.* Niuibus obsitum iter. *Curtius l.5.* Ventum erat ad iter perpetuis obsitum niuibus, quas frigoris vis gelu astrinxerat. ¶ Obsitus, consitus locus. φυτευτός. *Liu.8.bel.Pun.* Fragosa loca,& obsitos virgultis tenebat colles. ¶ Rura obsita pomis. *Ouid.13. Metam. Varro l.1.de Re rust.cap.14.* Primum naturale sepimentum quod obseri solet virgultis aut spinis,&c.

obsĕro,as,penultim. corr. Occludo, veluti sera imposita, { חגר *hegiph* נעל *naʿál.* κλείω. GALLIC. Fermer au verrouil ou à la clef, baicler. ITALIC. *Serrare.* GERMANIC. Verschliessen / als mit schloss vnnd rigten oder dergleychen. HISPANIC. *Cerrar con llaue.* ANGLIC. *To lock, to make close.* } *Terent.in Eunuch.* Tu abi,atque obsera intus.

obsērŭo,uas,Oculis mentis & corporis seruo,speculor,custodio, noto. { שמר *schamár.* ἰσοφορέω,ἰσοφορέω,φυλάττω. παραπρίω. GAL. Obseruer, guetter,espier,prendre garde. ITA. *Osseruare,custodire por mente.* GERMANI. Warnemmen. HISP. *Mirar y guardar.* ANG. *To marke,to obserue,note,and consider,to keep.* } *Terentius in And.* Obserues filium,quid agat. *Idem ibidem*,-obseruabam manè illorum sẽtaulos Venientes,aut abeuntes: rogitabam,Heus puer,&c. [Ego illas obseruasso fores. *Plautus Mil. sc.3.a.2.* Illa me rabiosa ab læua obseruat canis. *Plaut. Menæch.sc. 2.a.5.* Ego inde obseruabo vbi aurum abstrudat. *Plautus Aul.sc.3.a.4.* Væ illi, qui tam indiligenter obseruauit ianuam. *Plau.Asin.sc.2.a.2.* cœpi obseruare ecquid mihi honorem haberet. *Plaut.Aul.prologo.* Obseruabo quid agat,hominem. *Plau.Men.sc.2.a.3.* Obserua istunc ne quò hinc abeat. *Plau.Ibid.sc.2.a.5.* ¶ Hoc obseruato modò,pro adseruato. *Plau.Men.sc.2.a.2.* Obseruare virum desines:mox,seruare. *Ibid.sc. 2.a.1.* ¶ Auentinum (montem) receptum & intra pomærij fines obseruatum. *Gell.cap.14.lib.13.*] * Obseruare,etiam est verbum augurum. *Virgil.6.Aeneid.* Obseruans quæ signa ferant,quò tendere pergant,&c. *Vbi Seruius*, Obseruare enim & de cælo & de auibus,verbo augurum dicitur. ¶ Obseruare, *inquit Seruius in 4.Georg.* est callidè aduertere. ¶ Obseruare item est venerari & admirari homines, tantùm dignitatis vel virtutis cultu. ὑποδύεσθαι, θεραπεύειν. *Virg.l.3.Georg.* Præterea Regem non sic Ægyptus, & ingens Lydia,nec populi Parthorum,aut Medus Hydaspes Obseruant. *Cic.Octauio.* M. Aruilius Auianus ab ineunte adulescentia me obseruauit,sempérque dilexit.

* Obseruito,Frequentatiuum. *Cic.1.de Diuin.* Neque solum Deorum voces obseruitauerunt Pythagorei, sed etiam hominum quæ vocant omina.

obsĕruans,participium,vel nomen potius ex participio. { מכבד *meehabbédh.* θεραπεύων. GAL. Qui prend garde & obserue par honneur. ITAL. *Chi porta honore ad alcuno.* GERMA. Ehrerbietig/der einen in ehren hattet auff ein acht tragend / ein ehr oder ein dienst zu beweysen. HISPANIC. *Mirar y guardar con horray acatamiento.* ANGLIC. *That waiteth on or marketh.* } *Cic. Attic.l.4.* Cognouite mei ita cupidum, vt mehercule paucos æquè amantes atque obseruantes me habere existimem. *Cic.pro Quintio*,Ita credo hominem propinquum,tui obseruantem virum bonum,&c. *Idem ad Quint.Fratrem*,Fert enim grauiter homo & mei obseruantissimus,& suæ dignitatis retinens,se apud te neq; amicitia,nec iure valuisse. [*Item Gell.cap.15.lib.10.*]

obsērŭātŭs,tus,nomen, Obseruatio. { משמרת *mischmárt* משמר *mischméreth.* παράπρησις, θεραπεία. GAL. Obseruation,esgard. ITAL. *Auertimento,reuerenza.* GERM. Warnemmung. HISP. *Obra de guardar y mirar y acatar.* ANG. *A marking,or keeping.* } *Varro 2.de Re rust.cap.7.* His maiores qui sunt,intelligi negant posse, præterquam quum dentes sunt facti brochi,& supercilia cana, & sub ea lacunæ,ex obseruatu dicunt eum equum habere annos sexdecim.

obsērŭātĭo,onis, Animaduersio, attentio. { משמר *mischmár* משמרת *mischméreth.* παράπρησις. GAL. Obseruation,esgard. ITA. *Auertimento, reuerenza.* GERMANIC. Warnemmung. HISP. *Obra de guardar y mirar y acatamiento.* ANG. *A notting,marking,or considering.* } *Plin.l.11.cap.10.* Mira obseruatio operis. *Cic.de Clar.Orat.* Veruntamen natura magis, tum casu nonnunquam, quàm aut ratione aliqua,aut obseruatione fiebat. [*Plaut.Milit.sc.6.a.2.* Certum est obseruationi operam dare. (de custode mulieris.)] *Apud Valer.Max.* pro obseruantia & cultu. *l. 1.cap.1.* Haud Marcello adiecto impensæ impedimento fuit,quò minus religionibus suus tenor,suáque obseruatio redderetur. [*Vide* dictionem sequentem.]

[Obseruatè,Aduerb. *Gel.cap.17.lib.2.* Obseruatè curioséque animaduertit *M.Tullius.*]

obsĕruāntĭă,

ōbseruāntĭă, æ, *vt inquit Cic. 2. de Inuent.* Est per quam homines aliqua dignitate antecedentes, cultu quodam & honore dignamur, reuerentia, honos. { כבוד *chabódh* כבוד, δόξα. GALLIC. Obseruance, reuerence. ITALIC. *Osseruanza, riuerenza.* GERMA. Ehrerbietung. HISPA. *Acatamiento.* ANGLIC. *Reuerence.* } *Liu. l. 1. ab Vrbe*, Obsequio & obseruantia regem cum omnibus, benignitate erga alios cum Rege ipso certasse. *Cic. Suipit. l. 4.* Seruius tuus, vel potius noster, summa me obseruantia colit. ¶ *Idem pro Quintio*, Amicos obseruantia, rem parsimonia retinere. [¶ Obseruantia, pro obseruatione. *Suet. in Auguſt. cap. 76.*]

ōbseruābĭlis. Qui idoneus est vt obseruetur, vel veneretur. { נכבד *niehbádh* נכבד. GAL. A quoy on peut & doit prendre garde. ITAL. *Osseruabile, degno d'essere osseruato.* GER. Das man wol warnemmen kan: item wärt dem man ehr entbiet. HISP. *Digno di tal acatamiento y honra.* ANG. *worthie to be reuerenced or takend head to.* } *Quint. l. 9. cap. 1.* In armorum certamine & aduersos ictus, & rectas, & simplices manus tum videre tum etiam cauere, & propulsare facile est: auersæ, tectæque minus sunt obseruabiles. ¶ Huius contrarium est Inobseruabilis, *de quo suo loco.*

ōbsĕs, obsĭdis, *Vide* Obsideo.

ōbsĭdo, obsĭdis, pen. prod. Obsedi, obsĭdere, tertiæ coniugationis: & ōbsĭdĕo, des, penult. correpta, obsēdi, obsĭdēre, secundæ coniugationis, propemodum idem significant, nisi quod in Obsido, motus quidã est, vt sit quasi Obsisto: in Obsideo verò quies, quasi Obsto. { צור *tsár.* φρούρησις, πολιορκία. GALL. Assieger, enuironner. IT. *Assediare.* GERMANIC. Belegen/belägeren. HISPAN. *Poner sitio ò cerco à lugar.* ANGLIC. *To besiege, to compasse about, to enuiron.* } *Sallust. in Catil.* Primittit illis homines militares sine tumultu, præsidiis collocatis, sicuti præceptum erat, occulte pontem obsident. *Idem in Iugurtha*, Armis obsessus teneor, id est impeditus. Significat itaque Obsido, & Circunsido, quasi Obsepio, & Circunsepio, aut ad obsidendum, siue circunsidendum eo, vel ad obsidendum me loco. Obsideo verò, & Circunsideo, obsessum, hoc est vallo & fossa septum teneo. Quanquam simpliciter pro Circunsedeo ponatur, *vt apud Curtium*, Per hos pellices introducebantur alio aditu, quàm quem armati obsidebant. [*Liu. lib. 10 d. 4.* Obsidere aures. Obsidere angustias. *Liu. lib. 1. bell. Maced.* Obsidere vias: vbique *apud Liuium, vt lib. 1. bell. Maced.* Obsidere saltum. *Liu. l. 10. d. 4.* Cum Marianæ partes iam triennium obsiderent. *Velleius.* Item Obsidere Ianuas. *Liuius lib. 34.*] ¶ Accipitur interdum Obsidere pro simplici sedere. *Terent. in Adelph.* nunc verò domi Certum obsidere est vsque donec redierit. ¶ Obsidere stuprum, est per insidias, stupri occasionem aucupari. *Cicer. in Catilin.* Iacére humi non solùm ad obsidendum stuprum, verumetiam ad facinus obeundum. ¶ *Apud Senecam* pro circunstare: Varia & incerta pericula humanam vitam obsident. ¶ Aliquando pro morari & detinere. *Cicer. 1. Verr.* Vt perspicuum cuiuis esse possit, hominem ab isto quæsitum esse: non qui reum suum adduceret, sed qui meum tempus obsideret, hoc est qui tempus quod mihi inquirendum de popoſci, coarctaret, & me angusto temporis spatio cõcluderet.

[Obsessus, a, um, *Ouid. Eleg. 10. lib. 3. Triſt.* Fluctus in obsesso gurgite nullus erit. *Cæſ. lib. 1. de bell. ciu.* Obsessi rebus omnibus. *Ouid. 4. Faſt.* Et lenis obsesso stabat auena solo. *Quintil.* In metris omnes longæ breuesque (syllabæ) inter se obsessæ sunt pares. Nec fera te Tyrio tellus obsessa colono.]

ōbsĭdĭor, ris, insidias facio. { ארב *aráb.* ἐνεδρεύω. GALLIC. Espier. guetter. ITALIC. *Far insidie.* GERMANIC. Lauffren/ auffsetzig sein. HISPANIC. *Hazer celada ò assenchanças.* ANGLIC. *To lie in awaite to take one.* } *Columel. libro 5. capite 14.* Sed inter Caniculæ, & Arcturi exortum cauendum erit, ne apes intercipiantur violentia crabronum, qui ante aluearia plerumque obsidiantur prodeuntibus.

ōb ĭdĭum, dij, & Obsidio, nis, & Obsessio, Idem significant. [*Cæſar lib 6. & 7. de bello Gall.*] & ab Obsido, siue Obsideo siunt. { מצור *matsór.* πολιορκία, πόλεμος ἔνδημος. GALLIC. Siege. ITALIC. *Assedio.* GERMANIC. Ein belägerung. HISPANIC. *Sitio ò cerco del lugar.* ANGLIC. *A siege or besieging of a towne.* } *Columel. l. 9. cap. 7.* Atque vtilissimum est, pro frequentia domicilij, duos vel tres aditus in eodem operculo distantes inter se fieri, contra fallaciam lacerti, qui velut custos vestibuli prodeuntibus inhians apibus, affert exitium, eæque pauentiores exeunt, quum licet vitare pestis obsidia, per aliud vadentibus effugium. [*Plaut. Mil. sc. 2. a. 2.* Coge in obsidium perduelles, nostris præsidium para. *Idem Ibidem:* Viden' hostes adesse, ruóque tergo obsidium. *Item Asin. sc. 2. a. 2.* Herũ in obsidione linquet, Inimicũm animos auxerit. *Metapho.*] ¶ Sæpius tamen in vsu est, Obsidio, onis. *Cicer. pro Rabirio*, Quum innumerabiles hostium copias in Italia fudisset, atque obsidione Rempublicam liberasset. *Cic. pro Cornelio Balbo, & pro domo sua*, Obsessio templorum, Occupatio fori. ¶ Pro eodem autem dicimus, Obsidere vrbem, Cingere vrbem obsidione, Claudere muros obsidione, & *Facere obsidium: quorum postremo vsus est *Gellius lib. 15. ca. 30.* Demetrius, *inquit*, dux ætatis suæ inclitus, cui à peritia disciplináque faciendi obsidij, machinarúmque solertia ad capienda oppida repertarum, cognomentum πολιορκητὴς fuit. ¶ Soluere obsidionem, vel obsidium, est obsessos obsidione liberare. *Tacit. lib. 4.* Primò sui incessus soluit obsidiũ. Pro eodem etiam dicimus, Eximere obsidione. *Liu. l. 1. bel. Pun.* Legati affuerunt orantes vt se obsidione eximeret.

ōbsĕssor, Qui obsidet. { צור *tsár.* πολιορκητὴς, ὁ πολιορκέων. GAL. Assiegeur, qui assiege. ITA. *Chi asidia una terra.* GER. Ein belägerer. HISP. *Que pone sitio ò cerco à lugar.* ANGLIC. *He that besiegeth.* } *Liu. l. 9. ab Vrbe*, Papyrio quoque, qui obsessori Luceriæ restiterat. *Ouid. 2. Faſtor.* Hic mihi causa moræ viuarum obsessor aquarum. Hic tenuit fontes, omnisque meum. Obsessor fori. *Plaut. Pseud.* [*sc. 2. a. 3.* Hoc ego fui hodie obsessor fori. (1. Diu in foro sedi)] Obsessor curiæ, *Cicer. pro domo sua.*

ōbsĭdĭæ, arum, Insidiæ. { מארב *maarab.* ἐνέδρα. GALL. Embusches. ITAL. *Insidie.* GER. Lauffrunge/heimliche auffläg. HISP. *Celada ò asechanças.* ANG. *A lying in waite, to deceiue.* } *Colum. lib. 8. capite 2.* Dum tamen anus sedula, vel puer adhibeatur custos vagantium, ne obsidiis hominum, aut insidiosorum animalium eripiantur.

ōbsĭdĭōnālis, & le, Est à nomine Obsidio, onis, deductum. { πολιορκητικός. GAL. Appartenant à siege. ITAL. *Pertinente ad assedio.* GERMA. Das zu der belägerung gehört. HISP. *Perteneſciente à sitio.* ANGLI. *Belonging to a siege.* } Vnde Corona obsidionalis, quæ ei debebatur, qui obsessos ab hostibus liberasset. Hæc fiebat ex gramine viridi, ex eo loco decerpto, in quo erant inclusi. *Plin. de Vir. illustr.* Quare à Minutio, & eius exercitu obsidionali corona donatus est. [*Gell. cap. 6. libro 5.*]

ōbsĕs, huius obsidis, Qui traditur imperio alicuius, ea conditione, vt si is qui obsidem dedit à fide recedat, recipienti sit potestas in corpus & vitam eius sæuiendi qui datus est obses. { ב התערבות *ben harita aruboth.* ὅμηρος. GAL. Baillé en ostage. ITAL. *Homo dato in pegno, hostaggio.* GERMA. Ein toisburg/Ein gyset. HISP. *El rehen delas pazes ò treguas.* ANGL. *An hostage or pledge.* } Hic quoniam obsidionis soluendæ causa dari consueuit, inde nomen assumpsit: quanuis Iustus ex Ob, & Fides, compositum velit, per mutationem literæ, quòd sit ob fidem datus. *Cic. 1. Verr.* A nobis multos obsides habet popul. Roman. *Ouid. 1. Metamorp.* missi de gente Molossa Obsidis vnius iugulum mucrone resoluit. * Obsides, Per translationem. *Cic. 4. in Catil.* Habemus enim à C. Cæsare sicut ipsius dignitas & maiorum eius amplitudo postulabat; sententiam tanquam obsidem perpetuæ in Remp. voluntatis. [*Quint.* Obsidem Reip. dare malorum ciuium accusationem.]

ōbsĭdiānus, na, num, vt Obsidianum vitrum, quod ita dictum est, quòd similitudinem habeat lapidis Obsidiani, qui, *teste Plin.* nigerrimi est coloris; in speculis parietum pro imagine vmbras reddens. Nascitur in India; & in Samnio Italiæ, & ad Oceanum in Hispania: maximè autem in Æthiopia, vbi etiam ab Obsidio inuentus Obsidianus vocatur. *Vide libr. 36. cap. 26.*

* Obsigillo, as, aui, are, Abscondere. *Senec. Epistol. 1. lib. 21.* Nunc multa obsigillant; & aciem vestram vel splendore nimio repercutiunt, vel obscurè retinent. Alludit ad morem antiquum obsignandi anulo quæ clausa esse volebant.

ōbsīgno, as, Signi impressione occludo, & ad literas; cæteráque quæ signo quouis notantur, aut imprimuntur, pertinet. { חתם *chatám.* κατασημαίνομαι, ἐπισημαίνομαι, σφραγίζομαι. GALLI. Sceller & cacheter. ITAL. *Sigillare. Sugellare.* GERM. Besigelen/ein ſget darauff trucken. HIS. *Sellar, cerrár con sello.* AN. *To scall, to sett a mark on a thing.* } *Plau. in Curcul.* Scribit; & obsignat literas. *Idem in Amphit.* Eloquere, vbi nunc patera est? c. In cistula Amphitryonis obsignata signo est [Erat signum obsignatum probè. *Plau. Amph. sc. 3 a. 4.* In libello obsignato attuli (i. in Epistola.) *Plaut. Pseud. sc. 4. a. 2.* Imaginem obsignatam mittere. *Ibidem.* Recte obsignatum est in vidulo mantupium. *Plaut. Men. sc. 7. a. 5.*] ¶ Quandoque sumitur pro eo quod est; signo notariorum, seu subscriptione eorum, aut testium signare. *Cic. pro Cluentio*; Dicea testamentum faciente, quum tabulas prehendisset, Oppianicus qui gener eius fuisset, digito legata deleuit. Et quum id multis locis fecisset, post mortem eius, ne lituris coargui posset, testamentum in alias tabulas transcriptum signis adulterinis obsignauit. *Cæsar 1. bell. Gallic.* Vulgò totis castris testamenta obsignabantur. *Cicer. pro Cluentio*, pecuniaque obsignata, quæ ad eam rem dabatur.

ōbsīgnātōrēs; { החתמים *chothemim.* ὑποφραγισάμενοι, ἐπισημαινόμενοι. ANGL. *They which putteth there ſeales to a deade.* } Dicti sunt testes, qui testamentum signis suis obsignabant. *Cic. pro Aulo Cluentio*, Aiphius, vt constitutum erat simulat se ægrotare, & testamẽtum facere velle: Oppianicus obsignatores ad eum, qui neque Asinium, neque Aiulium nossent, adducit. ¶ Potest tamen hodie obsignator dici tabellio, qui in testamentis suum & testium nomen subscribit.

ōbsīpo, pas, pen. prod. Obiicio, παραβάλλω, vt quum rustici dicunt, Obsipa pullis escam. *Festus.*

ōbsĭsto, stis. Contra sisto, obsto, repugno. { עמד בפני *Tamádh bephanim* התיצב בפני *hitsjatsséb bephanim.* ἐίστημι, ἀνθίστημι. GAIL. Resister, contrédire, s'opposer. ITA. *Ostare, far resistenza.* GERM. Widerstehen/entgegen stehen. HISPAN. *Resistir à otro.* ANG. *To withstand.* } [Hic obsistam, ne te surrepsit mihi (i. obstabo exire volenti.) *Plaut. Mil. sc. 3. a. 2.* Iracundia oculis obstitit. *Plaut. Asin. sc. 4. a. 2.* Nec quisquam tam audax fuat, qui obuiam obsistat. *Plautus Amph.* Et *in Curcul. sc. 3. a. 2.* Obstant, obsistunt, incedunt cum suis sententijs. *Plaut. Curc. sc. 3. a. 2.* Non potest pietate obsisti huic. (lenoni) *Plau. Pseud. sc. 3. a. 1.* ¶ Pro te vel solus densis obsistere turmis (ausim) *Tibul. lib. 4.* Obstitit Orion (i. se opposuit, & excepit ictum, quo cæsus est. *Ouid. lib. 5. Faſt.*] *Cic. 7. Verr.* Quis enim vnquam istius libidini obstitit? *Idem de Senect.* Hoc est illud quod Pisistrato tyranno à Solone responsum est, quum illi quærenti qua tandem spe fretus; sibi tam audacter obsisteret, respõdisse dicitur, Senectute. *Idem 2. de Finib.* Itaque idem natura victus; (cui obsisti non potest) dicit alio loco, &c. *Lucan. lib. 3.* Viribus an possent obsistere iuta. *Ouid. Epistol. 13.* Tunc freta debuerant vestris obsistere ventis.

[Obsolefio, *Sueton. in Auguſt. cap.* 88. Obsolefieri nomen commissionibus.

ōbsŏlēſco, scis, leui; vel lui, letum, ex Ob, id est contrà, & Oleſco, interposita s,)(Oleſco, quod significat cresco: Obsoleſco, desicio, reiicio, inueterasco, desuesco. { ἀπαρχαιόομαι, παραμυθέω, παλαιόομαι. GALL. Aller ou estre hors d'vsage, deconuenir. ITAL. *Disusarsi, vscir d'vso, inuecchiarsi.* GERM. Verlieren/alters halb in ab gang kommen/ abgehen/aus dem brauch kommen. HISPANIC. *Desacostir mbrar*, anejescerse. ANGLIC. *To waxe out of vse.* } *Cic. pro lege Manilia*, Obsoleuit iam ista oratio, re multo magis, quàm verbis refutata, id est desuevit, siue ab vsu recessit. *Idem pro Cælio*, Chartæ quoque, quæ illam priscam seueritatem obtinebant, obsolseuerunt, id est

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

inueterauerunt, siue defecerunt. Et hæc præterita ab Obsoleſco, non ab Obſoleo ſunt. ¶ Nitère,)(Obſoleſcere. *Cic. de lege Agraria*, Non dico hoc ſolum in Repub. vectigal eſſe, quod amiſſis remaneat, intermiſſis aliis non conquieſcat, in pace niteat, in bello non obſoleſcat.

ōbsŏlētŭs, participium eſt, aut nomen ex participio, In deſuetudinem inductus, inueteratus. { GALL. Deſaccouſtume. ITA. *Diſuſato*. GER. In abgang kommen / Veraltet. HISPA. *Deſacoſtumbrado*. ANGL. *Out of vſe or decayed*. } *Cicer. pro* P. *Quintio*, Audacem, cupidum, perfidioſum, vulgaria & obſoleta ſunt, id eſt, inueterata, & quæ ab vſu receſſerunt. εἰκῆ καὶ ἀπροχειρίστως. [*Senec. de Conſol. ad Polyb.* Obſoleto longo ſitu animo & hebetato.] ¶ Accipitur etiam Obſoletus pro Obſcœno, ſordido, & detrito. ῥυπαρός. *Liuius libr.* 3. Filiam ſecum obſoleta veſte, comitantibus aliquot matronis, cum ingenti admiratione in forum deducit. *Cicer. in Rul.* Veſtitu obſoletiore, corpore inculto & horrido, capillacior quàm antea, barbáque maiore, vt oculis & aſpectu denuntiare omnibus vim tribunitiam, exitiúmque minitari Reipublicæ videretur. *Colum. lib.* 3. Sapore certè nihilo differt à cicercula, colore tamen diſcernitur. Non eſt obſoletior, & nigro colori propior. [*Suet. in Neron. cap.* 48. Obſoleti coloris tunica.]

ōbsŏlētē, aduerb. { ἀπηρχειρισμένως, παρεμπεπτωκότως, ἀπεσπερμένως, ἀλόως. GA. Hors d'vſage. ITALIC. *Fora d'vſo*. GERMANIC. Mit etwas veralteten oder geſchliffnen kleideren. HISPA. *Fuera de coſtumbre*. ANG. *Out of vſe*. } *Cicero* 3. *Verr.* Saltem vt eum, cuius opera ipſe multos annos eſt in ſordibus, paulò tamen obſoletius veſtitum videret.

[Obſono as, are: *Plau. Pſeud. ſc.* 2. *a.* 1. Sermone huic obſonas (.i. obſtrepis, quaſi malè ſonas.]

* Obſonus, Malum ſonum habens. *Varro*. Humili & obſona & tremula voce. Fortaſſe legebatur abſona.

ōbsōnĭum. *Vide* OPSONIVM.

ōbsōrbĕo, es, Obſorpſi, vel obſorbui, obſorptum, Sorbeo. { בלע *billáh*. ῥοφέω. GALL. Humer tout, engloutir. ITAL. *Sorbire*. GER. Abſupffen/ außſauffen. HISPA. *Sorber*. ANG. *To ſuppe vp all*. } *Plautus Curc.* [*ſc.* 3. *a.* 2.] Vin' aquam? CVRC. Si fruſtulenta eſt da obſecro: hercle obſorbeam.

ōbsōrdĕo, Sordidus fio, aut obſoleſco, *inquit Nonius*. { התחשא *hitchattá*. ῥυπαίνομαι. GALL. Deuenir ord & ſale, ſe honnir. ITAL. *Lordarſi*. GERMA. wüſt oder alt werden. HISP. *Enſuziarſe*. ANG. *To be filthie and ſlutriſe*. } *Cælius*, Obſorduit iam hæc in me ærumna miſeriæ.

ōbstācŭlum, *Vide* OBSTO.

obstetrīx, cis, Quæ parturientium curam habet: ab obſtando dicta, eo quòd obſiſtant dolori, vel certè fœtui, ne laxatis vteri genitalibus clauſtris, in terram defluat. { מילדת *mejallédheth*. μαῖα. GAL. Vne ſage femme, qui aide aux femmes qui veulent enfanter. ITALI. *La baila, la commadre, la luora donna*. GERM. Ein hebamm. HISPA. *La partera*. ANG. *A midwife*. } *Terent. in Andria*, Obſtetricem accerſo. Quæ opem tulerit parienti, Obſtetrix dicitur, *ait Donatus*: vnde & parturientes, Per opem clamant. *Plin. libr.* 28. *cap.* 7. Quæque alia non obſtetrices modò, verùm etiam meretrices prodidere. [*Plau. Capt. ſc.* 4. *a.* 3. An meæ matri fuiſti obſtetrix.]

ōbstetrīco, as, pen. prod. Parturientem adiuuo, ſiue obſtetricis officium ago. { ילד *jálledh*. μαιεύομαι. GAL. Faire l'office de ſage femme. ITAL. Far l'vffitio d'alleuatrice. GERMANIC. Einer hebammen werck oder ampt thun. HISPANI. *Hazer officio de partera*. ANGLIC. *To do the office of a midwife*. } Pro eodem etiam vtuntur Obſtetricor verbo deponente.

ōbstĭno, as, pen. corr. { חזק *chizzák*. διαζώνυμι. GALL. S'obſtiner, s'opiniaſtrer. ITALI. *Oſtinarſi, eſſere pertinace*. GERM. Sich gäntzlich wider ſetzen vnd ſperren / beharrlich eigenſinnig ſein / ſich ſteiff ſetzen. HISPANIC. *Confirmarſe en mal*. ANGL. *To be obſtinat or ſtubburne*. } *Liuius lib.* 2. *ab Vrbe*, Quoniam id certum (*inquit*) atque obſtinatum eſt, neque ego obtundam. *Plaut. in Aulul.* Credo ego iam illum inaudiſſe mihi theſaurum domi, id inhiat, ea affinitatem hanc obſtinauit gratia.

ōbstĭnātŭs, participium, aut nomen ex participio, Offirmatus, aut perſeueraus vt tenere poſſit, *inquit Feſtus*. { עז *ʿaz*. αὐθάδης, ἀυθάδως, ἀμετανόητος. GALL. Obſtiné, perſeuerant & ayant ferme propos. ITALI. *Oſtinato, perſeuerante, di fermo propoſito*. GERMANIC. Erſetzt/ſteiff vnd beharrlich auff ſeinem furnemmen. HISP. *Confirmado en mal*. ANG. *Obſtinat, ſtubburne*. } vt Obſtinata voluntas, Obſtinata pudicitia, *apud Liuium* 1. *ab Vrbe. de Lucretia*, Quo terrore quum viciſſet obſtinatam pudicitiam, velut victrix libido, &c. *Idem tertio ab Vrbe*, Aduerſus quæ omnia obſtinato animo Appius (tanta vis amentiæ vérius, quàm amoris mentem turbauerat) in tribunal aſcendit. [*Seneca capite* 8. *de Conſolation. ad Martiam*. Pertinax & obſtinata triſtitia.

ōbstĭnātĭo, Firmitas animi, pertinacia ſiue perſeuerantia. { חזק *chózek*. τὸ ἀίνδοτον. GALL. Obſtination. ITA. *Oſtinatione*. GER. Ein beſeſtigung des gemüts/eigenſinnigkeit/hartneckigkeit. HISPAN. *A quella confirmacion en mal*. ANGLIC. *will fulneſſe ſtubburneſſe*. } *Cicer. de Prouinc. Conſul.* Quæ omnia ego non ingrato animo, ſed obſtinatione quadam ſententiæ repudiaui.

ōbstĭnātē, Firmiter. { αὐθαδῶς. GALLI. Obſtinément. ITA. *Obſtinatamente*. GERMA. Verharrlich/eigenſinniglich. HISPA. *Confirmadamente en mal*. ANGLI. *Obſtinatlie, ſtubburnelie*. } [*Liuius lib.* 2. *d.* 5. Obſtinatè mori. Item alibi, Obſtinate reſiſtere. *Plaut. Aſin. ſc.* 1. *a.* 1. Ita me obſtinatè aggreſſus. (de adiurante.) *Terent. in Andr.* Itáne obſtinatè operam dat, vt me à Glycerio miſerum abſtrahat? *vbi Donatus*, Obſtinatè facere aliquid, eſt in alterius malum cum conatu facere perſeueranter, & in alterius perniciem nimis niti.

ōbstīpo, as, are, Obiicere ait Feſtus. { אטם *atám* סכר *ſaehár*. ἀποφράττειν. GAL. Eſtouper. ITAL. *Otturare, tuttare, ſtroppare*. GERMANIC. Verſtopffen. HISPA. *Contraponer*. ANGL. *To ſtoppe chinkes or cleftes*. } Alij interpretantur condenſare, obturare rimas, obſtruere. *Plaut. in Ciſtel.* Obſtipat aquulam. ¶ Obſtipare verticem dixit *Plaut. in Mercat.* pro contorquere, vt cogitabundi ſolent.

ōbstīpŭs, penult. prod. Dicitur, cui collum riget, & in humerum caput eſt inclinatum. { σπαθώδης. GALL. Qui panche la teſte, torcol. ITA. Chi a torto la teſta, caltonto. GERM. Der den kopff auff ein ſeiten traget/ Der den kopff tregt als ob er im an ein rebſtäcken geſteckt wäre. HISP. Cabezcaido. ANGLIC. *wrie necked, holding downe the dead toward the ſhoulde*. } *Perſius*, ærumnoſique Solones Obſtipo capite, & figentes lumine terram. *Horat.* 1. *Serm. Satyr.* 5. -Datus ſis comicus, atque Stes capite obſtipo. *Colum. lib.* 7. *cap.* 10. Febricitantium ſigna ſunt, quum obſtipæ ſues tanſuerſa capita ferunt, & per paſcua ſubitò, quum paulùm procurrerint conſiſtunt. *Plinius*, obliquum caput dicit, Index, *inquit*, ſuis inualidæ: caput eſt obliquum in inceſſu. [*Sueton. in Tiber. cap.* 68.]

ōbsto, ſtas, ſtiti, ſtitum, Contra ſto, Impedio, obſum, repugno, { בפנים התיצב *hithjaſtiſeb bephanim*. ἀνίστημι. GAL. Reſiſter, empeſcher. ITALI. *Oſtare, impedire*. GERM. Darwer ſein / Im wäg ſtehen / entgegen ſtehen. HISPANIC. *Eſtorvar* ò *contrariar*. ANGLI. *To with ſtand, to ſtoppe or lett*. } *Curtius*, Obſtant oppido gemini colles. [*Plaut. Curc. ſc.* 3. *a.* 2. Obſtant, obſiſtunt, &c. *Quintil.* Per obſtantia erumpere. Vide plura in Obſiſto ſuprà.] *Ouid.* 4. *Faſt.* Obſtitit in media candida turba via. *Terent. in Andr.* Quid obſtat cur non vere fiant? Videtur etiam habuiſſe ſupinum Obſtatum: vnde legitur participium Obſtaturus. *Quintilian. lib.* 2. *cap.* 12. Video quoſdam in ipſo ſtatim limine obſtaturos mihi. [*Ouid.* 13. *Metam.* Obſtantia fata remoui.]

ōbstātŭr, Impersonale. *Cice.* 13. *Philipp.* Neque enim quod quiſque poteſt, id ei licet, nec, ſi non obſtatur, propterea etiam permittitur.

ōbstācŭlum, li, Impedimentum, ab obſtando, dictum. { κώλυμα, ἐμπόδισμα. GALLIC. Empeſchement. ITALIC. *Oſtacolo*. GERMANIC. Ein widerſtand / hindernuß. HISPANIC. *Eſtorvo* ò *empacho*. ANGLIC. *A ſtoppe or hinder, a lett*. } *Plaut. in Pſeud.* Ibi nunc oppido oppoſita obſtacula.

ōbstrāmĕntum, li, Operimentum, quo aliquid inſternitur. { כסוי *chiſſúi*. ὑπόστρωμα, σκέπασμα. GALL. Couuerture, couuerte. ITAL. *Coberta*. GER. Ein decke oder vberzug. HISPA. *Cubertura*. ANG. A *couering to couer any thing with*. } *Plin. li.* 9. *cap.* 35. Quin & pedibus, nec crepidarum tantùm obſtragulis, ſed toris ſocculis addunt. Id eſt non ſolùm operimentis, & ſuperioribus partibus ſocculorum, quas *Plautas* Itali, in his Veneti propiùs accedentes zocculas vocant, addunt margaritas: ſed etiam totis ſocculis.

ōbstrĕpo, is, ere, Contra aliquem ſtrepitum facio, obloquor, contradico. { παρενοχλέω. GAL. Faire bruit pour empeſcher quelqu'vn. ITALI. *Interrumpere, far ſtrepito incontro à qualch'vno*. GERM. Vber jemandes ein wäſen machen mit rauſchen / rumpten / widerſträben. HISP. *Hazer eſtruendo contra algo*. ANG. *To whiſper* ò *mutter againſt*. } *Liuius* 1. *ab Vrbe*, Primò vterque vociferari, & certatim alter alteri obſtrepere. Laudi alicuius obſtrepere. *Senec. Hercul. Fur.* Literis obſtrepere alicui. *Cic. Metell. lib.* 5. Quæ res facit vt tibi literis obſtrepere non auderem. Clamore obſtrepi. *Cicer. pro Marcell.* Sed tamen eiuſmodi res, neſcio quomodo etiam dum audiuntur, aut dum leguntur, obſtrepi clamore militum, videntur, & tubarum ſono.] Sic obſtrepunt huic definitioni. *Gell. cap.* 2. *lib.* 6.]

ōbstrĕpĭtur, impersonale. *Liuius* 3. *ab Vrbe*, Eos concio audit, Decemviro obſtrepitur.

ōbstrĭgillo, as, penul. prod. Obſto, detraho alicui, repugno, { μαίνομαι. GALL. Meſdire, oſter la bonne renommée, contredire. ITA. *Oſtare, repugnare, ò dir mal di alcuno*. GER. Widerſtehen / widerfechten / darwider ſein. HISPA. *Eſtorvar, contredezir, ò refutar*. ANGLI. *To withſtande, to ſclaunder and backbite*. } *Varro libr.* 4. *de Vita populi Rom.* Curio quum id feciſſet, dicebat amicis, vt illi renuntiaretur, ſed obſtrigillarum, ne triumphus decerneretur: aut ne iterum fieret Conſul. Et *Nonio*.

ōbstrĭngo, gis, Deuincio, obligo, circunſtringo, conſtringo, adſtringo. { אסר *aſár* צרר *tſarár*. δεσμεύω. GALLIC. Lier & eſtreindre, ſerrer. ITA. *Stringere, obligare*. GERM. Verſtricken / zuſammen ſtricken. HISPA. *Atar* ò *obligar*. ANG. *To bing faſt, to tieharde*. } *Plaut. in Aulul.* [*ſc.* 1. *a.* 1.] Laqueo collum quando obſtrinxero. *Idem in Amph.* Amphitruonem collo hinc obſtricto traham. *Colum. libr.* 5. Alij viminibus obſtringunt. [*Plaut. Curcul. ſc. vlt. a.* 5. Obſtringe & abduce in malam crucem. bis. *Plaut. in Aulul. ſc.* 1. *a.* 2. follem obſtringis ob gulam.] ¶ Obſtringere ſibi aliquem munere, beneficio, &c. *Cicer. Seruio libro* 13. Téque ita exiſtimare volo, quibuſcunque officiis in Epiroticis reliquiſque rebus Atticum obſtrinxeris, iiſdem me tibi obligatum fore. Legibus obſtringi. *Cicer.* 2. *de Inuent.* Religione obſtringere. *Idem* 2. *Philipp.* Obſtringere ſe parricidio, periurio, ſcelere & huiuſmodi, Eſt committere parricidium, ſcelus, peierare. *Cicer.* 3. *Offic.* Num igitur ſe obſtrinxit ſcelere, ſiquis tyrannum occidit quanuis familiarem? * Obſtringere ſe hæreditati, eſt eam occupare & ſibi vendicare. *Paulus in l. Suis ad ff. De acquirenda vel omitt. hæred.* Nam vt quis pro hærede gerendo obſtringat ſe hæreditati, ſcire debet, qua ex cauſa hæreditas ad eum pertineat.

* Obſtrictus, a, um, Particip. Obligatus)(liber & ſolutus.

[Collo obſtricto. Vide Collum.]

* Obſtrictus, huius obſtrictus, Anguſtia. *Senec. libro* 5. *Natur. quæſt.* Per hæc loca quum ſe exitum quæreus tempus torſit, accendat flammam ipſo obſtrictu neceſſe eſt.

ōbstrūdo, dis, ſi, ſum, pen. prod. ex Ob, & Trudo, interpoſita ſ, Occludo, ſeu occulto, abſcondo, abdo. { כסח *chiſſáh*. ἀποκρύπτω. GAL. Serrer, couurir. ITALI. *Serrare, coprire*. GERM. Verſtoſſen / verbergen. HIS. Cerrar, cubrir. ANG. *To hide, to driue a thing deep and hide in the ground*. } *Plaut. Stich.* Quin tu ſtas? obſtruſero aliquid ſtrenuè. *Idem in Curc.* Obſecro parentéſne meos mihi prohibeas? P. Quid? ſub gemma obſtruſos (aliàs obtruſos) habeo tuam matrem, & patrem? *Plin. in Panegyr.* Bonos autem otio aut ſitu obſtruſos, & quaſi ſepultos. Terra obſtruſa. *Ouid. Epiſt.* 7. Receſſus obſtruſi. *Claud.* 7. *Paneg.* ¶ Inuenitur & Obtrudo, quòd eſt inuito, & renuenti aliquid offero vel do. ὑποβάλλω. de quo infrà ſuo loco. *Plaut. in Curcul.* Aliquid prius obtrudamus, pernam, ſumen glandium. *Terent. in Hecyr.* Nunquam auſus ſum recuſare eam, quam mihi obtrudit pater, id eſt inuito deſpondet.

ōbstrŭo, is, Obſèpio, occludo, & quaſi ſtrue quadam obſiſto. { אטם *atám* סכר *ſaehár*. ἐμφράττω, ἀποκρύπτω, ἐπιπάττω. GAL. Eſtouper, bouſcher. ITALI. *Chiudere, otturare*. GERMA. Vermachen / verſchoppen / verbauwen. HISPA. *Encerrar*. ANGL. *To ſtoppe, to ſhutt vp*. } *Cic. de Senect.* Qui iter

Pertis,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Pœnis,vel corporibus ſuis obſtruere voluerunt. ¶ Obſtruere luminibus,eſt altiore extructo ædificio , officere aduerſis e regione ædibus, quominus lumẽ recipiant. *Cic. pro Domo ſua.* Habitare laxe,& magnifice voluit,duaſque magnas & nobiles domos coniungere:ac ſeuere cõtendit,vt Qu. Veſtius ſibi domum venderet,Quum ille negaret,primò ſe luminibus eius obſtructurum minabatur,&c. Per metaphoram quis dicitur alterius luminibus obſtruere,qui nominis eius claritatem obſcurat. *Idem in Bruto,* Catonis luminibus obſtruxit hæc poſteriorum quaſi exaggerata altius orario. ¶ Obſtruere vndas molibus. *Luca. lib.* 2. Obſtruere aures alicui , eſt obſtinatum & inexorabilem reddere. *Virgil. 4. Æneid.* Fata obſtant , placidáſque viri Deus obſtruit aures. ¶ Fauces obſtruere. *Luc. lib.* 5. Cætera ſuppreſſit , faucéſque obſtruxit Apollo.

ōbſtrŭctĭo, verbale, Occultatio. {שכר *ſeeher.* ἐμφραξις, σκέπασμα. GA. Bouſchemẽt, eſtoupemẽt. IT. *Otturamento, lo ſtoppare.* GE. Verbauwung/ verſchoppung. HISPAN. *Encerramiento.* ANGL. *A ſtopping or ſhutting vp.* } *Cic. pro Seſt.* Sed hæc obſtructio nec diuturna eſt, nec obducta ita, vt curioſis oculis perſpici non poſſit.

ōbſtŭpĕo, pes, pen. corr. & Obſtupeſco, is, Stupeo, attonitus fio, ſtupore percellor. { שמם *ſchamam* קהה *kahâh.* ἐκπλήττομαι. GAL. S'eſtonner, s'eſpouuanter. ITAL. *Stupire.* GERM. Verſtaunen. HISP. *Paſmar.* ANG. *To be amazed.* } ¶ Aliquando inſenſibilis fio. αἰσθητῶ ἀγία. *Terent. in Adelph.* Membra metu debilia ſunt, animus timore obſtupuit. *Idem in Andr.* Id mihi viſus eſt dicere, Abi citò, & ſuſpende te, Obſtupui. *Virg. 5. Æneid.* Obſtupuit viſu Æneas. *Cic. ad Attic. lib.* 5. Ob hæc beneficia, quibus illi obſtupeſcunt, nullos honores mihi, niſi verborum decerni ſino: ſtatuas æneas πάρεστε prohibeo. *Idem pro Marcel.* Obſtupeſcent poſteri certè imperia, prouincias, Rhenum, Oceanum, Nilum, pugnas innumerabiles, incredibiles victorias, monimenta, munera, triumphos audientes, & legentes tuos.

ōbſtŭpĕfăcĭo, Animo conſterno, & ſtupidos ſenſus reddo. { שומם *ſchomém.* ἐκπλήττω. GALLIC. Eſtonner, eſpouuanter. ITAL. *Stupefare.* GER. Erſtaunt machen/verſchrácken. HISPANIC. *Eſpantar à otro.* ANG. *To make amazed.* } *Terentius in Phorm.* Poſtquam ad iudices ventum eſt, non potuit cogitata loqui, ita eum tum timidum obſtupefecit pudor. *Liuius 2. ab Vrb.* Adeóque conſtantia ſua & tribunos obſtupefecit, & plebem.

ōbſtŭpĭdŭs, adiectiuum. {שומם *ſchomém.* ἐκπλαγτὸς. GAL. Eſtonné, eſperdu, eſpouuanté. ITAL. *Stupido.* GERM. Erſtaunet. HISPA. *Paſmádo, ò aſpantado.* ANGL. *A mazed, aſtoned.* } *Gell. lib.* 5. *cap.* 1. Conſuluiſſe vniuerſos, quaſi attonitos, & obſtupidos, hoc eſt propemodum ſtupidos factos præ metu.

ōbſum, obes, obfui, Noceo, quaſi ob, id eſt contrà ſum. { עמר בפנים *ſamád bephanim* חרץ *herâh.* βλάπτω. GALL. Nuire, empeſcher. ITALIC. *Nuocer.* GERMAN. Schaden/oder ſchádlich ſein. HISPA. *Empecer, ò dannar.* ANGLI. *To annoy, to hinder.* }(Prodeſſe, quaſi ante ſum. *Plau. in Amph.* Factum id Amphitryoni obfuit. *Cic. 1. de Orat.* Fuit enim mirificus quidam in Craſſo pudor: qui tamen non modò non obeſſet eius orationi, ſed etiam probitatis commendatione prodeſſet. *Ouid. 11. Metamorphoſ.* an abeſt quoque gloria multis? Obfuit huic certè. [*Idem Eleg. 4. libr. 3. Triſtium* , Non proſit potius , ſi quis obeſſe poteſt. *Idem Ibidem Eleg. 4. lib. 4.* Nobis prius obfuit error. *Plaut. Curc. ſc. 3. a. 5.* Tibi obeſt.]

ōbſŭo, is, ui, obſutum, pen. prod. { περιῤῥάπτω, καταῤῥάπτω. GALLIC. Couldre à l'entour. ITAL. *Cucire d'intorno.* GERMANIC. Zubnähen / wol buetzen. HISPAN. *Coſer en derredor.* ANGLIC. *To ſowe or ſtiech round about.* } Circunſuere. *Ouid. 2. Faſt.* quódque pice adſtringit, quod acu traiecit ahena, Obſcurum mentha torret in igne caput. [Obſuta lectica. *Sueton. in Tib. c.* 64.]

ōbſurdĕſco, is, Surdus fio, ſenſum audiendi amitto. { חרוש *hecheriſch.* ἀκωφῶμαι, ἐκβαμβῶ. GAL. Eſtre, deuenir ou faire le ſourd. ITA. *Aſſordirſi, diuenir ſordo.* GERMA. Erdrummen/dumm oder gehörloß werden. HIS. *Enſordeſcerſe.* ANGLIC. *To be or to waxe deafe.* } *Cic. in Somn. Scip.* Hoc ſonitu completæ aures obſurduerunt. *Idem de Amic.* Sed quum tot ſignis eadem natura declaret quid velit , obſurdeſcimus tamen neſcio quomodo, nec ea quæ ab ea monemur audimus.] *Gellius cap. 1. lib. 12.* Obſurduit Metaphor.]

ōbtĕgo, is, ere, Operio ,& tego. { צפה *tſippáh* חפה *chaphâh.* σκεπαλύπτω. GALLIC. Couurir diligemment. ITAEI. *Coprire diligentemente.* GER. Vberdecken/zudecken. HISPANI. *Cubrir diligentemente.* ANGL. *To couer.* } *Columell. lib. 3. cap.* 13. Et quod eſt durum ſummis glebis obtegatur. *Cic. in Vatin.* Habet hoc præmium tua indignitas, vt adoleſcẽtię turpitudo obſcuritate & ſordibus tuis obtegatur. *Tacit. lib.* 4. Animus audax , ſui obtegens, in alios criminator, *Virgil. 2. Æneid.* -quanquam ſecreta parentis Anchiſæ domus, arboribúſque obtecta receſſit. [*Plau. Moſtell. ſc. 2. a. 1.* Ignauia me detexit, poſt illa obtegere negligens fui.] ¶ Obtegere ſe corpore alicuius , eſt ſe tueri alicuius obiectu atque oppoſitu. *Cicer. pro Sext.* Séque ſeruorum, & liberto rum corporibus obtexit.

ōbtĕmpĕro, ras, Morem gero, pareo. { שמע *ſchamáh.* πειθαρχῶ, πιθομαι. GAL. Obeir, obtemperer. ITAL. *Compiacere, obedire.* GERMANIC. Gehorchen oder gehorſam ſein. HISP. *Obedeſcer y conſentir.* ANGLI. *To obey.* } *Plaut. in Moſt.* Sed tu etiámne adſtas, nec quod dico obtemperas? *Cicer.* Sic mihi ſemper obtemperauit, tanquam filius patri. [*Plaut. Amphit.* Non ego illi obtempero quod loquitur. *Ouid. Eleg. 6. lib. 4. Triſt.* Quæque ſuis iuſſis obtemperat Inda magiſtri Bellua.] ¶ Interdum pro conſulo, prouideo. *Ter.* Ex qua re minus aut famę foret, aut rei obtemperans.

ōbtĕmpĕrātĭo. { משמע *miſchmáh.* ὑπακοὴ, πειθαρχία. GALLI. Obeiſſance. ITA. *Obedienza.* GERMAN Gehorſamkeit. HISP. *Obediencia.* ANG. *Obedience.* } *Cic. de Leg.* Iuſtitia eſt obtemperatio ſcriptis legibus, &c.

ōbtĕndo, is, Ante aliquid, & contrà tendo, oppono. { סך *ſach* נטה *natáh.* σκέπω, σκεπάζομαι. GAL. Tendre au deuant, couurir, oppoſer. ITA. *Diſtendere, opporre.* GERM. Furſpannen. HISPANIC. *Tender ò contraponer.* ANGLIC. *To couer ouer , to hange before.* } *Cicer. Quint. Frat.* Vniuſcuiuſque natura tegitur , & quaſi quibuſdam velis obtenditur. [*Sueton. in Neron. capit.* 48. Obtenſo ante faciem ſudario.] *Plinius lib. 5. capi. 2.* Huic par , interiacente valle mons aduerſus Antilibanus obtenditur, hoc eſt oppoſitus eſt. ¶ Aliquando obtendo idem eſt quod excuſationem aliquam prætexo. *Plinius Epiſt.* 159. Nec puduit rationem turpitudini obtendere, egregiam quidem pulchrámque rationem.

ōbtĕndĭcŭlum, Quo aliquid tegitur. περίβλημα.

ōbtĕntŭs, pro Velo, operimento & prætextu. { σκέπασμα, μύον, περίφραγμα. GALL. Couuerture, pretexte. ITALIC. *Coprimento, preteſto.* GERMANI. Furwendung. HISPAN. *Cubierta, pretexto.* ANGLI. *A preſence or colour, à drawing of a curteine beſor.* } *Gell. libro* 10. *cap.* 22. Qui obtentu philoſophiæ nominis inutile otium, & linguæ vitæque tenebras ſequuntur. ¶ Ponitur aliquando pro extenſione. *Virgilius lib.* 11. *Æneid.* Extructóſque toros obtentu frondis inumbrant.

ōbtĕntŭs, eſt participium. { περιπεταμένος, περιβλημένος. } *Virgi. 1. Georg.* Et obtenta denſantur nocte tenebræ, id eſt obducta, ait *Seruius.*

Obtento, as, *vide* Obtineo.

ōbtĕro, is, pen. cor. Contero, contundo, ſuffoco. { תתח *chathâth.* ἐκπλήττω. GALLIC. Eſcacher, briſer, fouler, broyer, menuyſer. ITALIC. *Fracaſſare.* GERMAN. Zertrátten/item zerreiben. HISPANIC. *Hollar ò quebrar.* ANGLI. *To weare in rubbing, to bruſe.* } *Liuius* , Ab elephantis obtriti ſunt, id eſt pedibus elephantorum contuſi. [*Catul. ad Ortalum.* Troia Rhœteo quem ſubter littore tellus Ereptum noſtris obterit ex oculis. *Plautus Curc. ſc.* 4. *a.* 4. Meæ pugnæ præliares obtritæ iacent.] ¶ Aliquando ſignificat circum, ſeu ab omni parte tero, tundo in mortario. *Columella libro 6. cap.* 4. Nonnulli pellem ſerpentis obtritam cum vino miſcent.

ōbtrītŭs, huius obtritus. { מכתה *mechitáh.* κατάτριμμα. GALL. Briſement, foulement. ITA. *Rompimento, tritamento.* GERM. Zertrátung/zerſtampfung. HISPANI. *Hollamiento que bradura.* ANGLIC. *A wearing in rubbing, a bruſing.* } *Plin. lib.* 18. *cap.* 28. Ne herbæ vellantur, obtritúque hebetentur.

ōbtĕſtŏr, aris, Precor, oro vehemẽtius, imploro. { חתפלל *hetſtſtphallél.* ἱκετεύω, ἱκετεύω, αἰτιβολῶ. GAL. Prier ou demander aide auec adiuration , prier de grande affection. ITALIC. *Pregare con ſcongiuri.* GERMANI. Hefftig bitten vnnd gar nach beſchweren. HISPAN. *Rogar con iurando.* ANG. *To obteſt, to beſtik for goddes ſatke.* } Hoc verbo vtimur in ſummis negotiis, & fere ſemper cum adiuratione. *Teren. in And.* Quod ego per hanc te dextram oro & genium tuum, per tuam fidem perque huius ſolitudinem Te obteſtor. [*Plaut. Aulu. ſc. 6. a.* 4. Oro, obſecro, obteſtor vos homines demonſtratis. *Idem Aſin. ſc.* 1. *a.* 1. Te obteſtor per ſenectutem tuam. *Idem Capt. ſc.* 2. *a.* 2. Te obteſtor Hegio, ne tuum animum auariorem faxint diuitiæ meæ.] ¶ Aliquando etiam ſine adiuratione. *Salluſt. in Catilinam.* Te atque ſenatum obteſtamur, vt miſeris ciuibus legis præſidium , quod iniquitas prætoris eripuit reſtituatis. *Cicer. pro Flacc.* Quum ego te Flacce cælum, noctémque conteſtãs, flens flentem obteſtabar , quum tuæ fidei optimæ & ſpectatiſſimæ ſalutem vrbis & ciuium commendabam. *Cæſar libro 7. bell. Gall.* Matres familiæ paſſis manibus obteſtantur Romanos vt ſibi parcerent.

ōbtĕſtātĭo, verbale. { תחנה *techinnáh.* ἐκπερισσεία, ἐξορκισμός. GAL. Requeſte auec adiuration. ITALIC. *Eſſo pregare ſcongiurando.* GER. Ein trugenliche ernſtliche bitt. HISP. *Obra de rogar con iurando.* ANGLIC. *An humble deſiring, a taking of god to witteneſſe.* } *Cic. ad Mummium* 13. Phædri obteſtationem , ſedem, domicilium , veſtigia ſummorum hominum ſibi tuenda eſſe dicit.

ōbtĕxo, xis, circumtexo. { περιυφαίνω. GAL. Tiſtre à l'entour. ITALI. *Teſſere d'intorno.* GERMAN. Vmbwäben/zu ringk vmb bedecken. HISP. *Texer en derredor.* ANG. *To weaue round about.* } *Plinius lib.* 11. *capite* 19. Filis etiam araneus quacunque inceſſerit, alarum maxime lanugines obtexit. *Virgil. 11. Æneid.* -fundum ſimul vndique tela Crebra niuis ritu, cælúmque obtexitur vmbra.

ōbtĭcĕo, ces ere, Taceo : & eſt propriè de iis quæ nos pudet dicere. { חשה *chaſchâh* שתק *ſchathâk* חרוש *hecheriſch* κατασιγάω. GAL. Se taire. ITA. *Tacere.* GERMANIC. Schweigen. HISPANI. *Callar.* ANGLIC. *To keep ſilence.* } *Terent. in Eunuch.* Virgo conſciſſa veſte lacrimans obticet. *Martial. lib.* 10. Et queritur nugas obticuiſſe meas. *Ouid. 14. Metamorph.* Nec prius obticuit, quàm guttura condidit arbos.

ōbtĭcĕntĭa, æ, *Quint. lib. 9. cap.* 2. { κατασιώπησις. GAL. Quand on ſe tait. ITA. *Quando ſi tace.* GER. Stillſchweigung/geſchweigung. HISPANI. *Quando ſe calla.* ANG. *An holding of peace or ſilence.* } (quam idem *Cicero* Reticentiam: *Celſus*, Obticentiam: nonnulli interruptionem appellant) & ipſe oſtendit affectus.

ōbtĭnĕo, es, pen. cor. Adipiſcor, vinco, quaſi contrà teneo. { נחל *kanáh* אחז *aeiáz* חשיג *hiſſig.* ἐπιτυγχάνω, κρατῶ. GAL. Obtenir. ITAL. *Ottenere.* GER. Erlangen/gewinnen/ behaupten/erhatten. HISP. *Alançar.* ANG. *To obteine, to gett.* } *Cicer. ad Attic. libro* 7. Malas cauſas ſemper obtinuit, in optima concidit. ¶ Obtinere interdum pro ſeruare & fortiter tenere. ¶ Interdum ſignificat certum locum & gradum tenere ſiue habere. *Colum. libro* 2. Tertium locum obtinet pecudum ſtercus. ¶ Aliquando retinere & conſeruare. *Cicer. ad Trebatium* , Tu ſi iſtic commendatione mea dignitatem tuam obtinebis, perferas noſtri deſiderium. [*Senec. cap.* 16. *de Conſol. ad Heluiam.* Ad obtinendum dolorem (i. retinenduni) defendere nomen muliebre *Plaut. Menæch. ſc.* 1. *a.* 5. Vſque dum regnum obtinebit Iuppiter. ¶ Obtinere vel vitiare auſpicia. *Gellius cap.* 14. *libro* 13. *Ibidem* retinere Hæc res non poteſt Ellebori iugere obtinerier. *Plaut. Men. ſc.* 5. *a.* 5 Quiſque vt ſteterat iacet, obtinétque ordinem. *Plautus Amphitr.* Si iſtam firmitudinem animi obtines, ſalui ſumus. *Plaut. Aſin. ſc.* 2. *a.* 2. Obtinere Brunduſium (la Garder.) *Cæſ. libro* 1. *de bell. ciu.* Collaudauit milites quod duabus tantis icti cladibus prouinciam obtinuiſſent. *Liuius libro* 6. *pun. Idem Ibidem.* Oratione pro Scipione. Amiſſa tanta clade poſſeſſionem pop. Rom. & mihi ſucceſſoi integram obtinuiſtis.] ¶ Obtinere & Repelli ſunt contraria. *Cicer. ad Lentulum libro* 1. *Epiſt.* Neque ſi quid non obtinuerimus, repulſi eſſe videamur. ¶ Vſurpatur aliquando pro occupare. *Plinius libro* 1. *cap.* 1. Arbor agros longis obtinens vmbris. *Obtinere prouinciam, eſt Habere prouinciæ gubernationem vel regimen quod vocant, ad tempus, vt Proconſul, aut Prætor, vel vt Quæſtor. *Cicer. 5. Verr. &c.*

ōbtento, as frequentat. ab obtineo, es. ἐπιτυγχάνω. *Cicer. ad Attic. libro* 9. Et tamen me ſpes quædam obtentabat , fore vt aliquid conueniret potius, quàm aut hic tantum ſceleris, aut ille tantum flagitij admitteret.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

obtingĭt, Obuenit, euenit. {היה בא *haiáh bá.* συμβαίνει, συμπίπτει. GALL. Il auient, il eſt auenu. ITA. *Toccare, accedare.* GERM. Widerfaren/ begegnen. HISPANIC. *Acontecer ò venir à ſuerte.* ANGLI. *It happeneth or chaunceth.* } *Terent. in* Andr. Neſcis quid mihi obtigerit. *Idem in Heaut.* Iſtuc tibi ex ſententia obtigiſſe lætor. *Cicero 1. Offic.* Ex quo quia ſuum cuiuſque fit eorum quæ natura fuerant communia, quod cuique obtigit, id quiſque teneat. Non niſi in tertiis perſonis legitur. [*Plautus Mili. ſc. 4. a. 2.* Experior mihi ob oculos caliginem obtigiſſe. *Plautus Mili. ſc. 3. a. 2.* Plus mali illicò aſſit, ſi boni obtigit quid. *Plaut. Amphi.* facile ex optatu obtingent. *Idem Aſin. ſc. 3 a. 3.* Cui tanta mala, mœſtitúdóque obtigit. *Plaut. Aulul. ſc. 6 a. 4.* Hic dies mihi peruorſus & aduorſus obtigit. *Plaut. Men. ſc. 5. a. 5.*] ¶ Obtingere alicui prouincia dicitur quæ ſorte obuenit. *Cicero 3. Verr.* Quæſtor ex Senatuconſulto prouinciam ſortitus es, obtigit tibi conſularis.

obtorpĕſco, is, ab obtorpeo, Torpidus fio, & ſtupore quodam afficior, obſtupeſco, ignium more. } καταβλακεύομαι. GALLIC. Eſtre engourdi, s'engourdir. ITAL. *Ingirirſi.* GEIM Dtug werden / erſtaunet vnd erzittert werden. HISPANIC. *Entorpeſcerſe.* ANGLIC. *To fainte for feare, to be very ſlow or dull.* } *Curtius libro decimo.* Quis crederet læuum paulò antè concionem obtorpuiſſe ſubito metu? *Cicer. pro domo ſua*, Miror ei & linguam non obmutuiſſe, & manum obtorpuiſſe. *Idem tertio Tuſcu. an.* Sed iam ſubiectus miſeriis obtorpui. *Ex Euripide verſum.*

obtorquĕo, es, Vehementer torqueo. {עקל *ikkel* עקש *ikkéſch.* διαστρέφω. GAL. Fort tordre. ITA. *Torcere forte.* GER. Vmbtrayen. HISP. *Torcer en contrario ò fuertemente.* ANGL. *To wringe or wreſt about.* } *Plin. de Vir. illuſt.* Conuh legibus agrariis reſiſtenti ita collum in comitio obtorſit, vt multus ſanguis eſſlueret è naribus.

obtortŭs, a, um, participium. {מעקל *meukkál* διεστραμμένος. GALLI. Tors, tourné. ITA. *Torto.* GERM. Vmbgetract/gewunden. HISP. *Sorcido.* ANG. *Wringed or wreſten about.* } *Cicer 6. Verr.* Quem obtorto collo in carcerem ubripi iuſſit. [*Vide Plutarchum in publicola.*]

obtrĕcto, as, ex ob Tractoria ine mutata: Tracto verò frequentatiuum eſt verbi Traho. {חרף גדף *cherep gidéph.* διαβάλλω, ὀνειδίζω. GAL. Meſdire, detracter, blaimer. ITAL. *Dir mal.* GERM. Verleyden/hinderreden/ſchmächtich zureden. HISP. *Detraer diziendo mal de alguno.* ANGL. *To ſclaunder, to backbite, to report ill.* } Eſt autem Obtrectare, *autore Feſto*, contra alienam ſententiam tractare ſeu maledicere: quum ſcilicet alicuius dicta aut facta depraua ntur. Obtrectat (*inquit Eraſmus*) qui malè dicit de alio: detrahit qui minuit laudem alicuius. *Cicero Dolabellæ:* Non tam id laboro, vt ſi qui mihi obtrectent à te reſutentur, quàm intelligi cupio me à te amari. [Obtrectare gloriæ. *Liuius lib. 6 decad. 4.* Obtrectare commodis. *Sueton. in Caligul. capite 35.* Obtrectare laudes. *Liuius libro 6.* Item Obtrectare (ſimpliciter) *Suet. in Tiber. cap. 10.* Reprehendere & Obtrectare. *Gell. cap. 15. lib. 4.*] ¶ Accipitur aliquando pro culpare ſiue damnare. *Plin. libro 9. cap. 35.* Superbo ſimul ac procaci faſtu, vt regina meretrix lautiſſima eius omnem apparatúmque obtrectans.

obtrectatĭo, Vituperatio. {חרפה גרופה *cherpáh gedhuphâh.* διασυρμός. GAL. Detraction, meſdiſſon. ITA. *Detrattione, maldicentia.* GER. Ein böſer tyb daß einer mit ſchmertzen ſicht daß ein anderer bey im aufftompt; Item, Ein böſe nachred/obtreduug. HISP. *Obra de maldezer.* ANG. *A ſclaundering, a backbiting.* } Obtrectatio, eſt, quam intelligi zelotypiam volo, ægritudo, ex eo quòd alter quoque potiatur eo quod ipſe concupierit. *Cicer. 4. Tuſc.* ¶ Ponitur aliquando pro detractione. *Cæſar 2. belli ciuil.* A quibus & inductum & deprauatum Pompeium queritur inuidia atque obtrectatione laudis ſuæ, &c.

obtrectātŏr, oris, Maledicus. {מחרף מגרף *mecharéph megháduéph.* διασύρτης, διάβολος. GAL. Detracteur, meſdiſant, meſdiſeur. ITA. *Detrettatore, maldicente.* GER. Ein nachreder/verleumbder/ein vndertrucker des anderen lobs. HISP. *Maldezador, que malize de otro.* ANG. *A ſclaunder or backbiter.* } *Cicer. de Clar. Orat.* Dolebámque, quod non vt plerique putabant, aduerſarium aut obtrectatorem laudum mearum, ſed ſocium potius & conſortem glorioſi laboris amiſeram.

obtrectātĭus, huius tus, idem quod obtrectatio. *Gell. libro 20. cap. vlt.* Æquum eſſe puto, vt ſine vano obtrectatu conſideret.

obtrūdo, dis, ſi, ſum, Aduerſus alium trudo, obiicio. {תקע חדיח *hiddiach. takáh.* ὠθέω, πιέζω. GAL. Pouſſer vers ou cõtre. ITA. *Spingere incontro.* GE. Entgegen trucken/zu trucken: itẽ, auff ſtoſſen. HIS. *Empuxar en contrario.* ANG. *To put to with force, to offer or giue to one againſt his will.* } Hinc obtrudere fores dicitur qui in ædes ingrediens, foris aſtantem excludit. *Plaut. in Menæch.* Iámne abit intro? abiit: obtrudit fores. Obtrudere, quaſi inuito & renuenti offerre & dare. *Terent. in Andria*, ea quoniam nemini obtrudi poteſt, Itur ad me. *Vbi Donatus*, Bene obtrudi, quaſi inuito. *De hoc vide etiam ſuprà in verbo* Obſtrudo. [*Et apud Plaut. Pſeud ſc. 1. a. 4. & Cure ſc. 3. a. 2.*]

obtrūsŭs, a, um, participium, Abditus, reconditus. {תקוע *takuáh.* ἀπόκρυφος. GAL. Pouſſé contre. ITA. *Spinto incontro.* GERM. Auffgetruckt oder auffgeſtoſſen. HISP. *Empuxado en contrario.* ANG. *Thruſt, or put to by force.* } *Cic. de Clar. orat.* Quò magis expurgandus eſt ſermo & adhibenda quædam obtruſa ratio quæ mutari non poteſt.

obtrūncO, Occido, vulneribus conficio, quaſi corpus membris mutilatis truncum reddo. {נקף *nakáph.* ἀποκεφαλίζω, κατακόπτω. GAL. Decapiter, oſter la teſte, etcoupeller. ITALIC. *Tagliar à pezzi.* GERMA. Zerhauwen/entlaupten. HISPA. *Decabeçar ò cortar miembro.* ANG. *To kill, to beheade, to cutt away the toppe.* } *Cicer. 2. de Natura deorum*, Puerum interea obtruncat, membra articulatim diuidit. *Virgil. 3. Æneid.* Excipit incautum, patriáſque obtruncat ad aras. *Liu. lib. 1. ab Vrbe*, Ita regem obtruncant. [Capio fuſtem, obtrunco gallum. *Plaut. Aul. ſc. 4. a. 3.* Ipſus Amphitruo regem ſua obtruncauit manu. *Plaut. Amph.* Eum ego obtruncabo (machæra) *Plau. Mil. ſc. 5. act. 2.*]

obtruncātĭo. {נקף *nakáph.* διακοπή, ἀποκεφαλισμός. GAL. Coupement par le haut, eſcoupellement. ITA. *Troncamento.* GER. Ein abſchneidung oder beſchneidung. HISP. *Cortadura de miembros, deſcabeçadura.* ANGLI. *A beheading or cutting away of the toppe.* } *Col. lib. 4. cap. 29.* Quod tum & obtruncatione vitis, & cum eiuſdem reſectionis fiſſura præcipit fieri.

obtŭĕŏr, eris, pen. prod. obtutus ſum, obtueri. Diligenter conſpicio. {הביט *hibbiith* ראה *raáh.* ἔπομαι, ἐμβλέπω. GAL. Regarder fermement. ITALI. *Guardare.* GERMANI. Beſchauwen/ſteyffig etwas ſchawen. Hi. *Mirari.* ANGLI. *To look or behold ſed faſtlie.* } *Plaut. in Bacchid.* Nam illi numi exciderunt here tibi, quod ſic terram obtuere? *Idem in Muſ.* et tu iſtac nos obtuere, quoniam cornicem nequis conſpicari. [*Plautus Moſtell ſc. 1. a. 1.* Quid eſt? Quid me nunc obtuere furcifer? *Idem in Amphitr.* Inimicos ſemper oſa ſum obtuerier.]

obtŭĭtŏr, eris, pen. cor. obtuitus vel obtutus, obtui: obtueor. *Vide inſrà in dictione*, Tueor, eris.

obtūſŭs, huius obtutus, pen. prod. quaſi obtuitus; id eſt aſpectus. {ראות *reúth* רא *roí.* σκόπευμα. GAL. Ferme regard. ITALIC. *Lo ſguardo.* GERM. Anſchawung/anſähung. HISPAN. *Mirada.* ANG. *S. edfaſt looking or beholding.* } ab obtueri: ἀπὸ τοῦ, αἰ τὴν ὄψιν ἔχειν. *Virgil. 1. Æneid.* Dum ſtupet obtutúque hæret defixus in vno. *Cicer. 3. de Orator.* Qui vultum eius, quum ei dicendum eſſet, obtutúmque oculorum in cogitando probe noſſet. [*Ouid. Eleg. 1 libro 4. Triſt.* Semper in obtutu mentem vetat eſſe malorum. (Muſa.)]

obtŭndo, dis, di, obtuſum, ſine ne, ſicut fit in aliis à Tundo compoſitis, quanuis Tuſum, à Tundo, n retineat. {קהה *kehâh.* ἀμβλύνω. GAL. Rebouſcher ou refouler le trenchant ou la pointe, faire mouce, eſtourdir. ITALIC. *Spuntare, rumper la teſta, ſtordire, rihattere il taglio.* GERM. Zerbleuwen/well ſtumpff machen. HISP. *Embotarla hagudo heriendo.* ANG. *To make the edge of a thing blunt, to mak dull.* } Eſt autem proprie Obtundo, totum ſeu circum percutio, & hebeto. [*Plaut. Menæch. ſc. 2. a. 5* Fige domum, quantum potes, ne hic te obtundat (pugnis) *Plaut. in Amphit.* Nam ſub obtuſus pugnis peſſimè id eſt percuſſus vel perfractus. *Colu. libro 4. cap. 24.* Obtuſa, hebeſque & mollis falx putatorem moratur, eóque minus operis efficit, & plus laboris affert vinitori. ¶ Transfertur quoque ad ingenium: ad oculos & ad vocem: vt Obtuſum ingenium, & obtuſa acies, id eſt hebes & ſine acumine. ἀπαναισθησίαν. ¶ Obtundere & Acuere ſunt contraria. *Cic. 1. Tuſcul.* Multa enim e corpore exiſtunt, quæ acuant mentem, multa quæ obtundant. ¶ Aliquando ſignificat ſæpius repetendo eadem, alicui moleſtiam & faſtidium afferre. ἀποκναίειν, παρενοχλεῖν. Tractum à fabris qui repetunt ictus tundendo aliquid malleo. *Terent. in Andr.* Obtundis tametſi intelligo. *Idem in Adelph.* Ne me de hac re obtundas ſæpius. *Cic. antequam iret in exilium*, Quis nunc ego de propriis meis meritis prædicem? Si meminiſtis obtundam, id eſt faſtidio vos afficiam.

obtūſŭs, participium. {קהה *kohéh.* ἀμβλυωθείς. GAL. Rebatu, rebouſché, moucé. ITALIC. *Ribattuto, mozzato.* GERMA. Zerbleuwt. HISPANI. *Embotado.* ANGL. *Made blunt or dull.* } vt Obtuſus pugnis peſſime. *Plaut. in Amphitr.*

obtūſŭs, nomen, pro hebete. {ἀμβλύς, τὸ ὄξυ. GERM. Toll/eines groben verſtandes. ANG. *Dull, blunt.* } *Cicer. in Catone*, Nónne vobis videtur animus is, qui plus cernat, & longius videre, & ad meliora proficiſci? ille autem cuius obtuſior ſit acies, non videre? Aures auditorum obtuſæ, *Auctor ad Herennium.* [*Quint.* Clara vel obtuſa vox.]

obtūſē, aduerb. Indoctè, ſtupidè. {ἀμβλέως. GAL. Lourdement, groſſemẽt, ſans eſprit. ITA. *Groſſamente, allagroſſa, ſenza giudicio.* GERM. Groblich/ toller. HISP. *Sin iudicio, groſſamente.* ANG. *Dullie, bluntlie, without ſpirite.* } *Cicer. 1. de Natura deorum*, Quo quid dici poteſt obtuſius? ¶ Obtuſius legitur *apud Plinium Epiſtol.* 123. ſed minus frequenter & parum vſitatè.

obtŭrbo, as, Sermonem vel negotia alicuius interpello. {הבהל *bihêl* ἀνατρέπω, διατινάσσω, παρενοχλέω. GAL. Troubler totalement. ITALIC. *Rompere il parlare, interrompere.* GERMANIC. Einen in ſeinen worten oder werden verſtören/betrúben/verwirren. HISPANI. *Turbar, eſtorvar el que habla.* ANGLIC. *To vexe or trouble muche.* } *Terent. in And.* Itáne verò obturbat? Turbo. *Cicer. ad Atticum libro 2.* Me literæ & ſcriptió non leniunt, ſed obturbant. [*Sueton. in Auguſt. cap. 86.* Obturbare lectorem.] * Obturbatur, Impersonale. *Plinius Epiſt. 190.* Incipit reſpondere Veiento, nemo patitur, obturbatur, obſtrepitur, adeò vt diceret, Rogo. P. C. ne me cogatis implorare auxilium Tribunorum.

obtūro, as, pen. prod. Occludo. {חשם סכר *ſatám ſacar.* ἀναλαμβάνω, πυμόζω, ὀστουπόω, παρενοχλέω. GAL. Boucher, eſtoupper, clorre. ITA. *Serrare, chiudere, turare.* GERMA. Verſtopffen/well vermachen. HISPANIC. *Cerrar.* ANG. *To ſtoppe or cloſe.* } *Horat. lib. 2. Epiſt.* Obturem patulas impune legentibus aures. *Cicer. de Fato*, Stupidum eſſe Socratem dixit, & hardum, quòd iugula concaua non haberet, obſtructas eas partes, & obturatas eſſe dicebat. [*Plaut. Aulul. ſc. 1. a. 2.* Etiámne obturat inferiorem gutturem.] ¶ Feſtus dicit dictionem eſſe compoſitam ex Latina præpoſitione Ob, & Græca dictione ὄφρα, quo nomine illi oſtium appellant: & ita (*ſi Feſto de hac etymologia fidem adhibere velimus*) videretur per th aſpiratum eſſe ſcribendum.

obtūrāmēntum, Quo al quid obturatur. {שכר *ſecher.* ἀναβολεύς, πῶμα. GAL. Bouſchon, bondon, eſtoupillon. ITAL. *Coſa da ſtroppare.* GERM. Verſtopffung etwas verſtopffet oder verſchoppet. HISPANIC. *A quella cerradura.* ANGLI. *whereby any thing is ſtopped, a ſtopell.* } *Plin. lib 16. cap. 8.* Vius eius cadorum obturamentis. De cortice ſuberis loquens. *Idem libro 33. capite 4.* Et repleto ſtagno exciſis obturamentis erumpit torrens tanta vi, vt ſaxa peruoluat.

obtŭgĭo, is, antep. prod. Contra vagio, ſeu vagitu obſtrepo. {ἀντηχέω. GALL. Braire comme petis enfans. ITA. *Gridare come i bambini.* GER. Vmbher grannen oder greinen/wirt von kleinen kindtinen verſtanden. HIS. *Llorar como el nino.* ANGL. *To crie as a thilde.* } *Plaut. in Pœn.* Nutrices preros infantes minutulos Domi vt procurent neúque inſpectatum affeiant, Ne & ipſæ ſitiant, & pueri pereant fame, Néve eſurientes hic quaſi hœdi obuagiant.

obuallo, as, Circumuallo. {הקיף *hikkiph* שבב *ſabáb.* κύκλῳ χαράσσω. GALLI. Enuironner de rampars & aſſieger. ITAL. *Circondare, munire, fortificare, ſerrare in torno.* GERM. Verbelwercken/verſchantzen/ oder vmbſchantzen. HISPANIC. *Cercar de palizada.* ANGL. *To enuironor compaſſe about with a diche or trenche.* } *Cicer. de lege Agraria.* Me longo interuallo prope memoriæ, temporumque noſtrorum primum nouum hominem Conſulem feciſtis, & eum locum quem nobilitas præ ſidiis firmatum atque omni ratione obuallatum tenebat, me duce reſcidiſtis.

obuāricātŏres, dicebantur, qui cuipiam occurrebant, quò minus is re- ctum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſtum iter cõficeret, *inquit Feſtus.* ¶ Obuarico, as, verò penult. corr. Eſt occurro, obito, *teſte eodem.*

obuãro, ras, penult. product. Deprauo, peruerto. {עוה *ʃiuvàh. διαστρέφω.* GAL. Galter, corrompe. ITAL. *Guaſtare.* GERMA. Verkeren/ verbõſteren. HISPA. *Entortar lo derecho.* ANGL. *To corrupt.*} Tractum à varis, qui introrſum pedes intortos habent. *Ennius in Achill.* Nam cõfilis obuarant quibus tamen concedit hic ordo. *Nonius.*

OBVCVLA, æ, Oppidum vlterioris Hiſpaniæ, in conuentu Aſtigitano: *Cuius meminit Plin.lib.3.cap.1.*

obũcinio, nis, Obtingo, in tertiis perſonis. {בא *ba* היה *hajáh. ὑπάρχω, συμπίπτω, συμβαίνω.* GAL. Suruenir, venir au deuant, eſcheoir. ITA. Auenire, *ſupraueníre, accadere, venir all' incontro.* GERM. Begegnen/ zuhandenſtoſſen/ ſich begeben. HISPAN. *Venir ò proceder, acconteſcer.* ANG. *To chance, to come in the meane tyme, to meete with.*} *Plaut. in Aſin.* Sed ſi occaſionem opprimere hanc, quæ obuenit, ſtudet. *Quint.lib.10.cap.* 3. Expectantes quid obueniat, quid res poſcat, quid perſonam deceat. ¶ Aliquando dicitur etiam de rebus, quæ ſortem contingunt. *Liuius 10. ab Vrbe,* Conſules inter ſe prouincias partiti ſunt, Scipioni Hetruria, Fuluio Samnites obueuerunt. *Cic. 3. Verr.* Verri ſorte prouincia obuenit. *Idem 6. Philipp.* In ſortitione prouinciarum, quæ cuique apta erat, ea cuique obuenit. ¶ Obuenire ex hæreditate, vel hæreditatem. *Cic.in Verr.4.* Ita H-S. vndecies Q. Dionem, quòd hæreditas ei obuenſſet, perdidiſſe. Suprà dixerat idem per verbum Venio, *Varr. de Re ruſt.lib.1.cap.12.* Quid potero facere, ſi huiuſmodi mihi fundus hæreditate obueniat? [*Senec. Epiſt.91.* Sapientia non obuenit: mox, beneficiaria res non eſt.]

obuẽtĭo, verbale, Dicitur emolumentum omne quod tum ex corpore ipſo rei, tum ex hominum opera & induſtria obuenit, veluti penſiones vrbanorum prædiorum, vecturæ iumentorum, &c. *ἡ προσοδος, ὁ πρόσοδος, τὸ τῆς κληρονομίας ὄφελος μέρος. Vlpian.l.Magis puto ff. de reb.eor.qui ſub tutel. & cura ſunt.* An pecuniam pupillus habeat, vel in numerato, vel in nominibus, quæ conueniri poſſunt, vel in fructibus conditis, vel etiam in redituum ſpe, atque obuentione.

obũeĭsŏr, aris, deponens, In oculis verſor, adſum. {התהלך *hithhallèch. περίειμι.* GAL. Se tourner contre, aller ſouuent en quelque lieu. ITAL. *Verſarſi intorno.* GERMANI. Etwan vor ſein/ etwan vor ſchwäben. HISP. *Bolueríe ò traſtornaſſe en derredor, yr en contrario.* ANGL. *To walk often in one place, to before the eyes.*} *Cicer. pro Seſtio,* 'Sed mihi ante oculos obuerſatur Reipublicæ dignitas, quæ me ad ſe rapit. Obuerſari per metaphoram etiam illud dicitur, quod ita animo apparet, vt adeſſe coràm videatur, & cerni. ¶ Et dicimus Obuerſari ante oculos, vel cum dativo, Obuerſari oculis. *Liuius 5. bell. Macedonici,* Caudinæque cladis memoria, non animis modò, ſed propè oculis obuerſabatur.

obuẽrsātĭo, verbale. *ἡ παρέγκλισις, παρατροπή. Cicero pro Murænа,* Mœſtos amicos, obuerſationes, teſtificationes, ſeductiones, &c. animaduertebãt.

obuẽrto, Contrà verto. {פנה *panáh. ἀποστρέφω.* GAL. Tourner vers ou contre. ITAL. *Volgere contra.* GERM. Entgegen kehren. HISPA. *Boluer en contrario.* ANG. *To turne againſt, to turne backe.*} *Plin.lib. 14. cap.21.* Feneſtras obuerti in Aquilonem oportere. *Cicer.in Arato,* Obuertunt nauem magno cum pondere nautæ. *Vir. 6. Æneid.* Obuertunt pelago proras. *Idem 2. Georg.* -qua parte calores Auſtrinos tulerit, quæ terga obuerterit axi. ¶ Obuerſus ſto, pro aduerſus *Plin.lib.9. cap.17.* Contràque venantes refugere in ſuas cauernas, & in illis obuerſos ſtare. *Colum. lib.7.* Plurimum refert vt paſcentium capita ſint obuerſa Soli, qui plerunque nocet animalibus. *Liuius,* Tum totam aciem in Samnites obuertit. [*Plaut. Pſeud. ſc.3 a.4.* Metuo ne in me obuertat cornua. (i.ne me oppugnet.)]

obuĭo, as, Occurro, obuiam proficiſcor, ſeu obuius fio, quaſi ob, id eſt contra viam eo: quemadmodum Deuio, à via recedo. {פגע *paghaʃ* פגש *paghàſch* קרה *karáh. ἀπαντάω.* GALL. Aller au deuant. ITAL. *Ire incontro, incontrare.* GERMA. Begegnen/ entgegen kommen oder gehn. HIS. *Venir al encuentro, encontrar enel camino.* ANGL. *To meete in the weay.*} ¶ Per tranſlationem ponitur pro occurrere & obſiſtere. *Salluſt. in Iugurth.* Tum primùm ſuperbiæ nobilitatis obuiatum Quid ſi potius legas, & obuiam itum.

obuĭus, a, um, Quod alicui occurrit, & tanquam in via oppoſitum eſt. {פגע *poghéaʃ* פגש *poghéſch. ὑπαντιαίνων, ἀπαντῶν.* GAL. Qui rencontre ou qu'on rencontre. ITAL. *Chio che viene all' incontro.* GER. Entgegen kommend/ oder ſtoſſend. HISP. *Coſa encontradiza.* ANG. *That which meeteth with one.*} *Salluſt. in Iugurt.* Deinde omnes puberes Numidas atque negotiatores promiſcuè vti quiſque armatus fuerat obuius interfecit. *Lucan.li.1.* infeſtiſque obuia ſignis Signa. ¶ Obuium ſe dare alicui. *Liu. 1.ab Vrbe,* Romulus, *inquit,* Quirites, parens vrbis huius; prima hodie luce cælo repente delapſus, ſe mihi obuium dedit. ¶ Obuium eſſe. *Cic,pro Cæcin.* Sin autem ingredienti cum armata multitudine obuius fueris. [*Liuius lib. 7. d. 4.* In obuio eſſe. *Quintil.* Brutus ex obuio victus. *Item Quintilian.* Obuia & illaborata virtus (.i. quæ facile obuenit, & ſine labore.) *Tibull.lib.4.* Lento perfregerit obuia pilo.] ¶ Rectè verò dicitur, Obuius tibi fio, Obuius ſum tibi, Obuiam me tibi fero, & Obuio tibi. ¶ Obuius, & expoſitus homo dicitur, qui omnes admittit, nec ſe difficilem præbet in colloquiis. *Plin. Epiſtol. 10.* Eſt enim obuius, & expoſitus, plenúſque humanitatis quam præcepit.

obuĭam, Aduerbium loci, occurſum denotans, quaſi ob; id eſt contra viam. {הקראת *hikráth. εἰς συνάντησιν.* GALLI. Au deuant. ITALI. *All' incontro.* GERMAN. Entgegen. HISP. *Encontrando al encuentro.* ANGL. *By meeting.*} *Terent. in Phormione.* At ego obuiam conabar tibi Daue. *Apud Cic. & alios,* Procedere obuiam alicui, Prodire obuiam, Properare obuiam, Ire obuiam, Venire obuiam, Mittere obuiam, Obuiam fieri. *Cicer. pro Milone,* Obuiam fit ei Clodius expeditus in equo. Effundere ſe obuiam, Obuiam ire periculis, Obuiam ire conatibus, hoc eſt obſiſtere. Obuiam eſſe, quod eſt in promptu eſſe. *Plaut.in Capt. ſc. 3.a.3.* Nec ſycophantiis, nec fucis vllum mantellum obuiam eſt. [Nonne vis hiſce me obuiam ire (.i. officij gratia.) *Plaut.Moſtel.ſc.4. a.1.* Vide Ire aduorſum. Obuiam ire dolori. *Senec. de Conſ. ad Mart. cap.1.* Præcurriſti obuiam, vt inficias eas. *Plaut.Men. ſc.8.a.5.* Quis oculis meis obuiam obijcitur. *Plau.Pſeud. ſc.1.a.2.* Ne quis mihi obſtiterit obuiam. *Plau.Capt.ſc.1.a.4.* Eunt obuiam; (pro veniunt) gratulantur. *Plaut. Ibidem ſc.2. a.3.* Nec quiſquam homo tam audax fuat, qui mihi obſiſtat obuiam. *Plaut. Amphit.* Quod te ſcio facilè abſtinere poſſe ſi nihil obuiam eſt. (de fure) *Plaut. Aulul.ſc.2.a.2.* Oçcedamus hac obuiam. *Plaut.Pſeud.ſ.3.a.1. Et in Aſin.ſc.3.& 4.a.2.* Obuiam vltrò deferam ei argentum. *Plaut.Pſeud.ſc.8.a.5.* Vt malus virq optimo obuiam it. *Plaut.Pſeud.ſc.2. a.5.*]

OBVLCO, onis, Oppidum mediterraneum vlterioris Hiſpaniæ in conuentu Cordubenſi, *cuius meminit Plin.lib.3.cap.1.*

obũmbro, as, Vmbris vndique obſcuro. {האר *herſál. σκιάζω, ὑπαυγάζω, ὑπαλυγάζομαι.* GAL. Enombrager, offuſquer, obſcurcir. ITA. *Adombrare.* GERM. Beſchattigen/ allenthalben vberſchattigen. HISPA. *Cubrir con ſumbra.* ANGIC. *To eaſt a ſhadow vpon.*} *Virgil.1.Æneid.* -obumbrant æthera telis. ¶ Per tranſlationem obumbrare pro tueri ſumptum. *Idem libro 11.* -& magnum reginæ nomen obumbrat. ¶ Aliquando pro obſcurare. *Quintil.in Proœmio lib.octaui,* Fidem amittunt propter id quòd ſenſus obumbrant, & velut læto gramine ſtrangulant. *Plin. lib.23. cap. 1.* Sic quoque in prouerbium ceſſit, Sapiẽtiã vino obumbrari. *Budæus.* *Obumbrare cum datiuo quoque reperitur. *Plin. lib.17. cap.21.* Meliórque ea vino, quando ſibi ipſa non obumbrat, aſſiduóque ſole coquitur, & afflatum magis ſentit.

obũncĭus, adiectiuum, Vncus & incuruus. {מעגמיס. GAL. For crochu & tortu. ITAL. *Molto torto.* GERM. Gehacket/ hackechtig/ krumb. HISP. *Coſa encoruada ò tuerta.* ANG. *Verie crooked.*} *Virgil.6.Æneid.* roſtróque immanis vultur obunco Immortale iecur tundens.

*Obundo, as, are, κυμαίνω. Ab vnda. *Stat.1. Achill.* -latéque deæ Sperchios obundat Oblius, & dulci veſtigia circuit vnda.

obũoluo, uis, Circunuoluo. {גלם *ghalám* עטף *hatáph. περιελίττω, περιστρέφω.* GAL. Enuelopper, entortiller. ITA. *Inuolgere, ſvolgerſi incontro.* GER. Vmbwickten/ verwickten. HISP. *Boluer en derredor ò al encuentro.* ANG. *To folde or wrappe together.*} *Cicer.in Orat.* Obuoluẽdum caput Agamemnonis eſſe, quoniam ſummum illum luctum penicillo non poſſet imitari, &c. *Idem 7.Verrin.* Alij capitibus obuolutis è carcere ad palum rapiebantur. [*Plautus Moſtell.ſc.1. a.2.* Vt obuoluto capite fugiat cum ſummo metu. *Item Sueton. capite 51.* Caput obuoluere.] ¶ Sumitur aliquando per metaphoram pro diſſimulo, velo, obtego. *Horat.2.Serm.Satyr.7.* Tu quum ſis quod ego; & fortaſſis nequior, vltrò Inſectere, velut melior? verbiſque decoris Obuoluas vitium.

*Obuſtus, Adiect. *περίκαυτος*, Circumuſtus: vt Sudes obuſta. *Ouidius 2. Metamorphoſ.* Qua iuncta eſt humero ceruix, ſude figis obuſta. Robur obuſtum.

O ante C

OCALEA, æ, ſiue Ocalee, es, pen. corr. *ὠκαλέη*, Bœotiæ oppidum eſt, cuius meminit Homerus in Catalogo nauium, *Πλάταιάν τ' Ὑσιάς τε καὶ Ὀκαλέαν τε πολίεθρον.*

occă, Inſtrumentum, quo tracto reptantéque ſuper terram, ferreis dentibus, quibus inſtructum eſt, glebæ conteruntur, & agri ſuperficies coæquatur, & ſemina cooperiuntur. {חרוץ *charúts. βωλοκόπιον.* GALL. Vne herſe ou vn plouſtre. ITA. *Arpago.* GERMAN. Ein eggen. HISP. *Inſtrumento para quebrantar los terrones.* ANGLI. *An hartow or dragge.*} *Colum.libro 2.cap.28.* Deinde viciam permiſtam ſeminibus fœni ſeremus, tum glebas ſarculis reſoluemus, & inducta occa coæquabimus. Sunt tamen qui legunt hîc, inductæ crate. Cratibus enim glebas ſolere æquari, locupletiſſimus teſtis eſt *Virg.1.Georg.* Multum adeò raſtris glebas qui frangit inertes, Vimineáſque trahit crates.

occo, occas, occare, Eſt glebas confringere, & ſata operire. {שרד *ſiddédh. βωλοκοπῶ.* GALL. Ebleſſer, herſer. ITA. *Arpegare.* GERMAN. Eggen/ mit der erden decken. HISPAN. *Quebrant ar los terrones.* ANGLIC. *To harow.*} [*Plaut. capt. ſc. 5. a.3.* Semper occant prius quam ſarriunt ruſtici.] *Cicer. de Senect.* Quæ quum gremio mollito, ac ſubacto, ſparſum ſemen excepit, primùm id occatum cohibet, ex quo occatio (quę hoc efficit) nominata eſt. *Palladius,* Arbores quæ ablaqueatæ fuerant occare; hoc eſt operire iam conuenit. *Varro 2.de Re ruſtica, cap. 31.* Vineas nouellas fodere, aut arare, & poſtea occare, id eſt comminuere; ne ſit gleba: quod ita occidunt, occare dicunt. *Feſtus,* Occare, & Occationem Verrius dictam putat ab occidendo; quòd cædant grandes globos terræ: quum *Cicero* veneuſtiſſimè dicat ab obcæcando fruges iactas. ¶ Huius compoſita, Deocco & inocco, *vide ſuis locis.*

occătio, onis, ab Occo, as. {משרדן *meſchaddédh. βωλοκοπία.* GALL. Herſement de terre pour rompre les mottes. ITALIC. *Arpegamento per romper le zolle.* GERMAN. Das eggen/ oder die egge. HISPANIC. *Obra de quebrantar los terrones.* ANGLIC. *An harrowing.*} *Plin.libro 8.cap.20.* Aratione per tranſuerſum iterata occatio ſequitur. *Sic Columell. lib.2.cap. 1.& Cicer. de Senect.*

occătŏr, oris, Qui occat, hoc eſt glebas in aruo confringit. {βωλοκόπος. GA. Herſeur. ITALI. *Arpegatore.* GERM. Ein egger/ der mit der eggen auff dem acker fart. HISPA. *Quebrantador de terrones.* ANG. *He that harroweth.*} *Plautus in Capt.* [*ſc.5.a.3.*] quid ego deliqui? AE. rogas? Sartor, ſatórque ſcelerum, & meſſor maxume. T. Non, occatorem dicere debebãs prius: Nam ſemper occant prius, quàm ſarriunt ruſtici. *Sic Columel. libro 2. cap.13.*

occătōrĭus, a, um, Quod ad occationem pertinet. {βωλοκοπικός. GAL. Apartenant à herſer. ITA. *Pertinente à arpegare.* GER. Das zu dem eggen gehört. HISP. *Pertineſciente à quebrantar los terrones.* ANGL. *Perteining to harrowing.*} *Colum.lib.4.cap.1.* Bubulcorum operas tres exigunt, occatoriam vnam, &c.

occăllĕo, Calloſus ſum. {σκληρύνομαι, σκληρύνθημι. GAL. S'endurcir en durillon, ſe faire des cals. ITA. *Hauer calli, far il callo.* GERM. Wil hert werden ſchwyllen haben/ voll ſchwyllen ſein. HISPANIC. *Haſſer callos.* ANGLIC. *To be hard skinned.*} & per tranſlationem pro obdureſcere vſurpatur. ¶ A quo Occalleſco; quod eſt callo obducor. Partes autem illæ callũ obducere dicuntur, quæ obdureſcunt. *Plau.in Aſin.* [*ſc.4.a.3.*] Quã latera conteram tua, quæ occalluere plagis? Occalluit animus, *aliàs ait Plaut.* hoc eſt; Diutina malorum aſſuetudine aduerſa patienter ferre didicit. Longa patientia occallui. *Plin. Epiſt.34.* ¶ Fauces gulonum à Seneca dicuntur occalluiſſe tanquam callum obduxerint ex cibis ardentibus aduerſus ſenſum feruidorum ciborum, qui vix ſuffrænat gu-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

lam heluonum magis ardentem, quàm ardeat feruens opsonium.

* Occallatus, Qui callum obduxit. *Senec. 4. Nat. Quæst.* Sed quid sentire possunt emortuæ fauces, & occallatæ curis ardentibus?

OCCĂNO, & Occino, is, penult. cor. occinui, & occini, & occanui, secundum Probum, quum Cano Cecini faciat: & significat contrà cano, cantu obstrepo. {κατάδω, ἐπᾴδω}. GAL. Chanter contre. ITAL. *Cantare incontro.* GERMANIC. Singen/entgegen singen. HISP. *Cantar en contrario.* ANG. *To sing against.* } *Liuius*, Si pulli non pascentur, si tardius ex cauea exierint, si occinuerit auis. *Tacit. lib. 2.* Tum Sentius occanere cornua, tubásque, & erigi scalas iussit. *Catullus Epigram. 12.* Quum diua mater alites ostendit occinentes, Remitte pallium mihi meum, quod inuolasti. ¶ Supinum facit occentum.

OCCĔNTUS, pro concentu, aut ipso occinendi actu ἐπῳδή. *Valer. Max. lib. 1.* occentúsque soricis auditus, Fabio Maximo Dictaturam, C. Flaminio Magisterium equitum deponendi causam præbuit.

OCCENTO, as, are, frequentatiuum, *vide infrà suo loco.*

OCCÆCO, *Vide* Obcæco.

OCCĀSĬO, onis, *inquit Festus*, est opportunitas temporis casu proueniens. {עלילה *halilâh* האנה *toanâh*. καιρὸς, ἐυκαιρία. GAL. Occasion, opportunité. ITALIC. *Occasione, opportunita.* GERMANIC. Ein anlass/gelegenheit. HISPANIC. *La occasion ò achaque.* ANGLIC. *Occasion, opportunitie.* } *Cicer. 1. de inuent.* Occasio est pars temporis, habens in se alicuius rei idoneam faciendi opportunitatem. *Idem 1. Offic.* Tempus autem actionis opportunum Græce ἐυκαιρία. Latinè appellatur occasio. Hæc nascitur per hominum actus agendi facultatem non impedientes, vt puer dormiens facit furantibus occasionem. [Peccauisti largiter, qui amisisti occasionem tam bonam. *Plautus Most. sc. 1. a. 2.* Vbi huic euenit occasio. *Plaut. Milit. sc. 1. a. 2. Ibidem*, Postquam occasio est. Nemo est quin vbi quicquam occasionis sit, sibi faciat bene. *Plaut. Asin. in fine.* Quid cesso dum datur occasio tempusque abire? *Plaut. Menæ. sc. 3. a. 3.* si huic occasioni tempus se subterduxerit. Item, Si mecum hanc occasionem opprimere, quæ obuenit, studet. *Plaut. Asin. sc. 2. a. 2.* Quando illæc occasio perit, pòst serò cupit. *Idem Aul. sc. 4. a. 1.* Vt quæque illi occasio est surripere se ad me. *Plaut. Cur. sc. 1. a. 1.* Vbi data est occasio, rape, clepe. *Plaut. Pseud. sc. 2. a. 1.* Fuit occasio, si vellet, iampridem argentum vt daret. *Plaut. Pseud. sc. 3. a. 1.* Hæc eà occasio est dum dormit. *Plaut. Pseud. sc. 1. a. 4.* Nunc est occasio & tempus. *Plaut. Pseud. sc. 2 a. 4.* Occasionem reperisti, vbi me perconteris. *Plautus Pseud. sc. 4. a. 4.*] ¶ Accipitur aliquando Occasio pro copia, *teste Budæo, Columella lib. 9. cap. 1.* Id fabricatur ex robore, quèrcu, vel subere: nam oleæ rara est occasio. ¶ Dicimus occasionem capere, occasionem captare, occasionem parere, occasionem esse, occasionem venire, occasionem videri, occasionem dare, occasionem habere, occasionem offerri, occasionem nancisci, occasionem tenere, aut remittere, quæ sunt contraria, occasionem amittere, occasionem amplecti, occasionem arripere. Exempla apud probatos autores sunt inuentu facilia. ¶ Occasionem veteres Romani deam esse putauerunt, Græci deum, quem καιρὸν vocabant. Simulachrum occasionis ita fingebatur, vt pennatis pedibus volubili rotæ insisteret, vertigine quadam velocissima se in orbem circumagens, priore capitis parte capillosa, posteriore glabra. Quo commento occasionis breuitatem & inconstantiam voluerunt significare: quæ nisi quum primùm sese offerat arripiatur, statim elabitur e manibus: nihílque nobis remanet præter pœnitentiam, quæ perpetua occasionis fingitur esse comes: ita vt quum occasio effugerit nobis maneat pœnitentia. De occasionis effigie extat elegans Epigramma *apud Ausonium*: quod quoniam dignum visum est, quod non tantùm ibi legeretur, hic etiam adscripsimus.

Cuius opus? Phidiæ qui signum Pallados eius,
Quíque Iouem fecit: tertia palma ego sum.
Sum dea, quæ rara & paucis Occasio nota,
Quid rotulæ insistis? Stare loco nequeo.
Quid talaria habes? Volucris sum: Mercurius quæ
Fortunare solet, tardo ego quum volui.
Crine tegis faciem? Cognosci nolo. Sed heus tu
Occipite caluo es? Ne tenear fugiens.
Quæ tibi iuncta comes? Dicat tibi. Dic rogo quæ sis.
Sum dea cui nomen nec Cicero ipse dedit.
Sum dea quæ facti non factíque exigo pœnas.
Nempe vt pœniteat, sic Metanœa vocor.
Tu modò dic quid agat tecum. Siquando volaui,
Hæc manet: hanc retinent quos ego præterij.
Tu quoque dum rogitas, dum percontando moraris,
Elapsam dices me tibi de manibus.

OCCĀSIUNCŬLA, æ, diminut. {τὸ ἀφορμίδιον, τὸ μικρὰ πρόφασις. GAL. Petite occasion. ITAL. *Picciola occasione.* GERMA. Ein kleinet oder geringer anlass. HISP. *Pequenna occasion.* ANG. *A litle occasion.* } *Plaut. in Trinum.* Nam nihil aufero nimis argute obrepsisti mea occasiuncula.

Occado, & Occasus, *Vide* occido.

OCCĔDO, occedis, occessi, occessum, ex ob & Cedo, occurro, obuiam eo. {פגע *paghaʃ* קרה *karâh*. ἀπάντησις. GAL. Aller au deuant. ITA. *Andare incontro.* GERM. Entgegen tretten/entgegen gehen. HISP. *Andar en contrario ò al encuentro.* ANG. *To meete with in the waye.* } *Plaut. in Asin.* Næ tu hercle cum magno malo mihi obuiam occessisti. *Idem*, Quisquis obuiam huic occesserit irato, vapulabit. [Item vbi legitur in *Pseud. sc. 3. a. 1.* Accedamus hàc obuiam: *legit Passer.* occedamus.]

* Occento, as, are, Frequentatiuum. Occentare (*inquit Festus*) Conuitium facere significat, vt apud antiquos, quum id clarè & cum quodam canore fieret, vt procul exaudiri posset, quod turpe habetur, quia non sine causa fieri putatur. *Plau. Curc.* [*sc. 2. a. 1.*] quid si adeam fores, Atque occentem? PA. neque veto neque iubeo, quando te video immutatis moribus esse here. *Idem Persa*, at ego intromittere vereor: Hac enim illi noctu occentabunt ostium, exurent fores.

OCCĔPSO, veteres pro incepero posuerunt. *Plau. in Amph.* Ni ego illi puteo, si occepso, animam omnem intertraxero. { *Plau. Asin. sc. 1. a. 4.* Si tussire occepsit.]

OCCĪDO, dis, pen. product. ex ob & Cædo, significat quocunque modo interficio. {חמית *hemith* קטל *katâl* הרג *harag*. φονεύω, ἀποκτείνω, ἀναιρέω. GAL. Tuer, faire mourir, mettre à mort, occir. ITALI. *Occidere, ammazare.* GERMANIC. Tödten/vmbringen. HISPANIC. *Matar.* ANGLIC. *To kil, to slay.* } *Terent. in And.* Si quicquam mentitum inuenies, occidito. ¶ Aliquando significat enecare, excruciare, & nimium aliis sanctas nuptias studèt facere. [Occidisti, quem mortalem? omnes tuos. *Plaut. Mostell. sc. 2. a. 2.* Iubes me impetum facere in eum atque occidere. *Plau. Menæc. sc. 2. a. 5.* Occidor, nisi intus propero currere (vt ibidem eradicari.) *Plaut. Aul. sc. 5. a. 5.* ¶ Occidis me (.i. enecas.) *Plaut. Pseud. sc. 1. a. 4.* ¶ Occisus, a, um, occisam sapere plus multo suem, cum máducatur. *Plaut. Milite sc. 6. a. 2.* Occisa hæc est res, nisi reperio astutiã (.i. actum est, parum spei reliquum est, res deperdita est. Sic *Idem in Menæch. sc. 2. a. 3.* Satin sanus, occisa hæc res est. Et *Idem* a. 1. de quo infrà. Occisus plus est, quàm cæsus. *Quint.*] ¶ Quandoque est cædere, ferire, percutere. *Terent. in Adelph.* Ctesipho me pugnis miserum, & istam psaltriam vsque occidit. *Vbi Donatus*, occidit, vehementer cecidit. Vnde etiam occisum possumus intelligere cæsum, quanuis interfectus non sit. Proprie autem occisus dicitur qui est interemptus. *Vlpian.* Occisum interemptum accipere debemus, siue gladio, siue fuste: vel alio telo vel manibus, si forte strangulauit eum, vel calce petiit, vel capite, vel qualitercunque. ¶ Neque verò homines soli cæteraue animalia occidi dicuntur, verumetiam plantæ: quæ licet non sentiant, tamen viuere dicuntur. ¶ Differúntque inter se Occisus & necatus: quòd occisos dicimus. Occisa res dicitur, desperata & perdita. *Plaut. in Pseud.* Occisa iam est hæc res, hæret hoc negotium. Vnde & Occisiorem & Occisissimum veteres dixere. *Idem in Cas.* Occisissimus omnium qui viuunt.

OCCĪSĬO, onis, Interemptio, interfectio. {קשר הרג *hereghᵓ hareghâh* קשל *kétel. φόνος.* GAL. Tuerie, occision. ITALI. *Occisione.* GER. Ein ertödtung/todtschlag. HISP. *La matança.* ANG. *A killing.* } *Plinius de viris illust.* In insidias delapsi, ad vnum occisione perierunt. ¶ Occisione occidere, idem est quod vique ad internecionem delere, *Cicer. 14. Philip.* Eiúsque copias occisione occiderit, suo exercitu ita incolumi, &c.

OCCĪDĬO, onis, Occisio, cædes, mors. {הרג *hereghᵓ* הרגה *hareghâh* קשל *kétel. μαχαιρία.* GALLIC. Occision. ITA. *Occisione.* GERMAN. Todtschlag. HIS. *La matança.* ANGL. *Slaughter or killing.* } *Columella lib. 5. cap. 5.* Sola ea fomenta non aspernatur lactis caprini, quod iusum tantum valet, vt & blandiatur, igneam sæuitiam differens magis, quàm occidionem gregis prohibens. *Corn. Tacit. lib. 12.* Copiæ tum occidione occubuisse dicuntur. *Idem*, Ac post multum vulnerum occidioni exempti sunt. ¶ Occidione occidere, idem est quod ad internecionem delere. *Liuius lib. 8. bell. Pun.* Quum duo exercitus eorum propè occidione occisi sunt, &c. [Nihil certè frequentius. Ita etiam *Gell. cap. 17. libro 15.* Exercitus Pop. Rom. Occidione occisus.]

OCCĪDO, occidis, penult. corr. occidi, occasum: ex Ob & Cado, Intereo, pereo, perdor. {מות *meth* גוע *ghavváᵓ* אבד *abâd* בא *ba. δύω, ἐκπίπτω.* GA. Mourir. ITAL. *Morire.* GER. Sterben/zu grund gehen. HISPANI. *Morir.* ANGLI. *To die, to perishe.* } *Terent. in Eunuch.* occidi, Neque virgo est vsquam, &c. [Pulchrè occidi. *Plaut. Curc. sc. 3. a. 1.* Perij interim, occidi. *Plau. Aul. sc. 9. a. 4.* Exurgite omnes, qui terrore meo occidistis. Metaphorá. humi cecidistis. *Plaut. Amphit.* Nunc enimuero occidi. *Plaut. Capt. sc. 4. a. 3.* Repentè exortus sum, repentinò occidi. *Plaut. Pseud. sc. 1. a. 1.* Scilicet occidimus. *Ouid. Eleg. 2. lib. 1. Trist.*] Occidit spes nostra, *inquit Plaut. in Mostel. sc. 1. a. 2.* id est, periit, amissa est, de spe decidimus. ¶ Accipitur aliquando Occido, pro obuenio: vnde Occasio. Neque solùm de homine, cæterísque animantibus, verumetiam de herbis & de arboribus dicitur, quum senescunt, & euanescunt. *Virgilius 4. Eclog.* & fallax herba veneni Occidet. ¶ Aliquando pro cado siue descendo. *Plaut. in Rud.* Et alia signa de cælo ad terram occidunt, id est cadunt. ¶ Hinc & sol occidere dicitur, quia cadere videtur dum mergitur: quemadmodum e contrario Oriri dum videtur surgere. *Lactant. libro 3.* Videbant siderum cursus in occasum meantium solem atque Lunam in eandem partem semper occidere. ¶ Huius compositum est Præoccido, antè occido. *Plin. lib. 18.* Quarto Kalend. Maij Canis occidit, sydus & per se vehemens, & cùi præoccidere Canicula necesse sit.

OCCĪDĔNS, participium. {אבר *obédh*. καταδύων, μαπόμενον. } *Cic. epist. ad Sulp. libro 4.* Profectò aliquid opis occidenti Reipub. tulissemus.

OCCĪDĔNS, substantiuum, penultim. corrept. dicitur plaga, in qua Sol occidit. {מערב *maʃaráb. δύσις.* GAL. L'occident. ITALIC. *Occidente, ponente.* GERMAN. Der nidergang. HISPA. *El occidente.* ANG. *The west.* } Quæ & Occidentalis plaga vocatur. *Δυτικὸς, δυσμικός. Cic. 2. de Natura deorum.* Qui has nobiscum terras ab Oriente ad Occidentem colunt. *Plin. lib. 2. cap. 67.* A Gadibus columnísque Herculis, Hispaniæ & Galliarum circuitu totus hodie nauigatur Occidens: Septentrionalis verò Oceanus maiori ex parte nauigatus est.

OCCĪDĔNTĀLIS, occidentale, Quod vergit ad occidentem. {δυτικὸς. GAL. Occidenral. ITALIC. & HISP. *Occidentale.* GER. Des nidergangs/gegen nidergang gelegen. ANGLIC. *Of the west.* } *Plinius lib. 19. capite 34.* Ob Occasu solstitiali & Occidentali latere Septentrionis.

Occaso, verbum antiquum ab Occasum, quod est supinum verbi Occido, idémque significat quod intereo. *Plaut. in Casin.* Satin' propter te pereo ego atque occaso?

[Occasus, a, um, Sol occasus in XII. Tabulis. *Gell. cap. 2. lib. 17. & cap. 7. libro 14.* Item post solem occasum & à sole occaso. *Idem Gell. cap. 2. lib. 3.* Item *Plautus Men. sc.* Per ego. Absque te esset, nunquam hodie ad Solem occasum viuerem.]

OCCĂSŪS, us, Interitus, & tam de homine, quàm de rebus inanimatis dici solet. {מות *maveth* אבדון *abaddón* מביא *mabó* מערב *maʃaráb. δυσμὸς, δύσις.* GAL. Mort, reconsement, occidement. ITALI. *Morte, occaso.* GER. Der vndergang/abgang/verdárbung: Item, der nidergang. HISP. *Muerte ò el occidente donde se pone el sol.* ANG. *Death, the west, the going downe of the sunne from our sight.* } *Cic 1. Acad.* Ac post Lælij nostri occasum, appropinquat. *Et 3. Catil. translatè.* Totius vrbis atque imperij occasus appropinquat. *Et Virgil. 2. Æneid.* Testor in occasu Troiæ nec tela nec vllas Vitasse vices Danaûm. ¶ Interdum dicitur Solis vespertina abscónsio, vel transitus ad inferius hemisphærium. *Autor ad Herennium libro 3.* Solis exortus, occursus, occasus nemo admiratur, propterea quod quotidie fiunt. ¶ Vsurpatur crebrò pro loco vbi Sol occidit. *Cicero 2. de Natura deorum*, Ab ortu

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

oi tu ad occasum spatiis immutabilibus commeans sydus. [Tu facito ante solis occasum venias aduorsum mihi. *Plaut. Menæch. sc. 4. a. 2.* Ibit in occasum quicquid dicetur ab ortu. *Ouid. Eleg. 9. libro 4. Trist.*]

Occiduus, a, um, Occidentalis. δυτικός. *Plaut. libr. 2. de raptu Proserpinæ,* Solus Amazonio cinctus Stymphalidas arcu Appetis, occiduo ducis ab orbe greges. ¶Nonnunquam id quod occidit. *Ouid. 1. Metamorph.* Vesper & occiduo quæ littora sole tepescunt, Proxima fiunt Zephyro. ¶Aquæ occiduæ pro mari Hesperio, *apud eundem primo Fastorum,* Et Senectus occidua, *decimo quinto Metamorphos.* [*Ouid. Eleg. 3. lib. 4. Trist.* Et maris occiduas non subeatis aquas. (Vrsæ.)]

occĭlāte, Contundere. {כתת *chatáth.* συγκόπτειν. GAL. Pestrir. ITA. *Pestare.* GERMANIC. Zerstossen. HISPANI. *Herir ò majar.* ANGL. *To knock & breack in small pieces.*} *Plaut. in Amphitr.* Qui mihi aduenienti occilet os. Quidam tamen legunt Oscillare, pro inclinare.

occĭno, *Vide* Occano.

occĭpĭo, pis, penult. cor. compositum est à Capio, quemadmodum Incipio, Concipio, præcipio, & similia, significatque idem quod incipio. {החל *hechél.* ἐπιτιμᾶν. GAL. Commencer. ITA. *Commenciare.* GER. Anheben/anfahen. HISPANI. *Començar.* ANG. *To beginne.*} [Primum vnde occipias habes. *Plaut. Pseud. sc. 4. a. 1.* Aliam occipis tabulam. *Plautus Menæch. sc. 5. a. 5.* Occœpit quæstum inhonestum. *Plaut. Capt. sc. 1. a. 1.* Postquam parturire vxor occœpit tua. *Plautus Amphit.* Pergam quò occœpi. *Plau. Asin. sc. 1. a. 1.* Id occœpi dicere. *Plau. Curc. sc. 1. a. 1.* Amphitruonem me esse vt occœpi semel esse assimulabo. *Plau. Amphitr.*] *Liu. lib. 1. ab Vrbe,* Agere porro occœpit. *Terent. in Eunuch.* Interea miles qui me amare occœperat. *Idem in Andr.* si quid narrare occœpi, continuò dari tibi verba censes. ¶ Occipere aliquando pro inire siue suscipere, vt Occipere magistratum. *Liu. lib. 23.* Creatur Marcellus qui extemplò magistratum occiperet. *Idem lib. 41.* Collegam qui extemplò magistratum occiperet, creauit. [Occepio: vide suprà.]

Occœpto as are. *Plau. Menæch.* Iam occœptat intanire primulum]

occĭpŭt, pen. cor. huius occipitis, neutri generis, ex Ob & caput, significat posteriorem capitis partem quæ fronti opponitur. {ערף *tóreph. inf.*} GALL. Le derriere de la teste. ITA. *Parte di dietro della testa.* GER. Das hindertheil deß haupts. HISPANI. *El colodrile.* ANGLIC. *The hinder part of the head.*} *Auson. in Epigram. simulachri Occasionis & pœnitentiæ,* Sed heus tu Occipite caluo es, Ne tenear fugiens.

Occipitium, occipitij, Idem. *Plaut. Aulu.* [*sc. 1. a. 1.*] Quæ in occipitio quoque habet oculos pessima, id est ita versuta, circumspectáque est, vt non sit eam facilè fallere. Frons occipitio prior, priscis agricolis celebratum adagium, atque instar ænigmatis iactatum. *Vide Erasmum in Chiliad.*

* Occlamito, as, are. Idem quod Clamitare & obstrepere. -dormio. Ne occlamites. [*Plaut. Curc. sc. 3. a. 1.*]

occludo, dis, Claudo. {סגר *sagár.* κατακλείω. GAL. Enfermer, clorre & enuironner. ITALIC. *Chiudere, serrare.* GERMANI. Beschliessen. HISPAN. *Encerrar.* ANG. *To shut e fast.*} *Plaut. in Aulul.* occlude fis Fores ambobus pessulis. *Cicer. 4. Acad.* Quid me igitur Luculle in inuidiam & tanquam in concionem vocas, & quidem vt seditiosi tribuni solent, occludi tabernas iubes? ¶ Occludere linguam. *Plaut. in Milite.* Quippe, si resciuere inimici consilium tuum, tibi Tuopte consilio occludunt linguam, & constringunt manus. hoc est impediunt ne quid respondere possis. [Ædes occludam hinc foris clauilaconica. *Plaut. Mostel. sc. 1. a. 2.* (i. claui, vt ita dicam, dolosiore & malitiosiore.) Abi intro, occlude ianuam. *Plaut. Aul. sc. 2. a. 1.* Item, Fores occlusæ omnibus sient nisi tibi. *Idem Asin. sc. 1. a. 4.* Occluserunt ædes. *Plaut. Amph.* Occlude ostium intus, & ego hinc occludam foris. *Plaut. Menæch. sc. 1. a. 2.* Sed quid hoc? Occlusa est ianua interdius. *Plaut. Mostell. sc. 2. a. 2.* Ædes fac occlusæ sient. *Idem Menæch. sc. 1. a. 2.* Non me excludet à se, sed includet domi. *Ibidem sc. 2. a. 2.* Fores omnibus occlusæ sient, nisi tibi. *Idem Asin. sc. 1. a. 4.*]

Occlusus, aliquando participium, aliquando nomen. κατακλειστός. *Plaut. in Trinummo,* Occlusioremque habeant stultiloquentiam, hoc est magis occultam & obscuram.

Occo, as, *vide* Occa.

occubo, as, penult. corr. Compositum à Cubo, idem quod occumbo. {מת *meth* גוע *ghavát.* θνήσκω. GALL. Mourir, cheoir. ITALI. *Morire, cadere.* GERMA. Sterben/vmbkommen. HISP. *Morir.* ANG. *caer. die, to fall downe.*} [Morte occubuit. *Liuius l. 1. d. 1.*] *Virgilius 1. Æneid.* -nec adhuc crudelibus occubat vmbris. [*Vide* Occumbo infrà.]

occulco, as, idé quod conculco. {דרך *daráech.* καταπατέω. GA. Fouler, inculquer. ITA. *Calcare.* GER. zutretten/oder zertretten. HISP. *Hollar ò acoçar ò pisar.* ANG. *To go vpon and treade with the feete.*} *Cato de Re rustic. capite 49.* Ita vbi fuerit, ponito in scrobe, aut in sulco, operitóque & bene occulcato.

occŭlo, penult. corr. occului, occultum; Abscondo siue abdo: ex Ob & Colo, o in u mutata: licet quidam à celo compositum velint. {צפן *tsaphán* החביא *hiftir hechbí.* κλέπτω, συσκοτάζω, συγκαλύπτω, κατακαλύπτομαι, ἐπικαλύπτομαι. GAL. Cacher, celer, musser. ITA. *Celare, ascondere.* GER. Verbergen/ verstossen. HISPANIC. *Esconder ò encobrir.* ANGL. *To hyde.*} *Virgil. 2. Georg.* Quod supereſt, quæcunque premes virgulta per agros Sparge fimo pingui, & multa memor occule terra. *Cicer. ad Atticum libro 5.* Appij vulnera non refrico, sed apparent, nec occuli possunt. *Idem 2. Tuscul.* Quæ cæteris in vrbibus molliſſimo cultu patrietum vmbris occuluntur. Æther occulit deos. *Ouid. 2. de Pont. Eleg. 8.* Sylua occulit feras. *Idem 2. Fast.* Iupiter occuluit aerem nubibus. *Idem 14. Metamorphos. Virgil. 12. Æneid.* -quæ nube fugacem Fœminea tegat, & vanis sese occulat vmbris. [Vitia corporis fuco occulunt. *Plau. Mostell sc. 3. a. 1.*]

occultŭs participium, Absconsus, abditus. {נסתר *niftár* צפנן *tsaphún.* ἀποκεκρυμμένος. GALL. Caché, mussé, secret. ITA. *Apiattato, occulto, ascoso.* GERM. Verbergen. HIS. *Escondido, encubierto.* ANG. *Hidde, keept closse.*} ¶Quum autem in nomen transit, idem est quod secretus. κρυπτός, κρύφιος. *Plaut. in Trinum.* In occulto iacebis, quum te maxime clarum voles. [In occultis locis prostant lenones. *Plau. Curc sc. 2. a. 4.* Non æquum est id occultum haberi. *Plaut. Aulul. sc. 3. a. 1.* In occulto viuunt parasiti. *Plaut. Capt. sc. 1. a. 1.* Vt summa Ingenia sæpe in occulto latent. *Plaut. Capt. sc. 2. a. 1. Et sc. 1. a. 1.*] *Cicer. ad Mart. lib. 11.* Habeo multò occultiora, quæ vix verbis assequi possum. ¶ Ex occulto, aduerbij vi ponitur pro secretò. *Plin. lib. 9. cap. 42.* Nam pastinaca latrocinatur ex occulto, transeuntes radio (quod telum est ei) figens.

occŭltē, aduerbium, Clàm & cauté. {בסתר *besether.* κρυφῇ. GALLIC. Secrettement. ITA. *Di soppiato, nascosamente.* GER. Verborgentlich/heimlich. HISPANIC. *Escondidamente.* ANGL. *Priuely, closely.*} *Cæsar 1. belli ciuil.* Occultè ad exploranda loca proficiscitur. *Cicer. 1. de leg. Agrar.* Quæ res aperte petebatur, ea nunc occultè cuniculis oppugnatur. *Idem 1. Officior.* Remouent se ab oculis, ipsique necessitati dant operam, vt quàm occultissime pareant. [Occulte si quis (me) amauit; amet. *Ouid. Eleg. 4. libro 3. Trist.*]

occŭlto, tas, frequentatiuum est ab occulo, is, Abscondo, abdo. {צפן *tsaphán* החביא *hiftir hechbí.* κρύπτω. GALLI. Cacher, celer. ITA. *Occultare, ascondere, coprire.* GERMA. Emsig verbergen/ verhälen. HISPANIC. *Esconder ò encobrir.* ANGLI. *To hide.*} *Virgi. 2 Eclog.* Nunc virides etiam occultant spineta lacertos. *Cic. 1. Offi.* Quæ enim natura occultauit, eadem omnes qui sana mente sunt, remouent ab oculis. *Cæs. 2. bell. ciu.* Quanto hæc dissimulare & occultare; quàm per nos confirmari præstat. [Volui sedulo occultare genus & diuitias meas. *Plaut. Capt. sc. 2. a. 2.* Occultemus lumen & vocem. *Plaut. Curc. sc. 1. a. 1.* Aliquò aufugiam & me occultabo aliquot dies. *Plautus Mil. sc. 6. a. 2.* Qui vestitu & creta occultant se. *Plaut. Aul. sc. 6. a. 4.* Purpura ætas occultanda est. *Plaut. Mostel. sc. 3. a. 1.*

occŭltātŭs, participium. {נסתר צפון *niftár tsaphún.* ἀποκεκρυμμένος. GAL. Caché, mussé. ITALIC. *Appiattato, occulto, ascoso.* GER. Wol verbergen. HISPANI. *Escondido.* ANGL. *Hidden, keept close.*} & Occultè, aduerbium occultè, κρύφα, κρυφῇ. *Cicer. pro Deiot.* Quod igitur & occultatius conari, & efficere cautius potuit, id tibi & medico calido, & seruo, vt putabat fideli non credidit? Et hìc Calep. fallitur, occultius enim legendum est.

occŭltātĭo, onis. {סתר *sether.* מחבא *machabé* חבוין *chebjón.* κρυπτή. κάλυμμα. GAL. Cachement, cachette. ITAL. *Nascondimento.* GERM. Verbergung/verhältung. HISPANI. *Escondedijo.* ANG. *An hiding.*} *Cicer. 2. de Finib.* Quæ libido se non propipiet, ac proiiciet in occultatione proposita aut impunitate, aut licentia? *Cæsar 6. bell. Gall.* Cuius rei nulla est occultatio.

occŭltātŏr, oris. {מסתיר *masfir* צפן *tsophén* מחביא *machabí.* κρυπτικός. GAL. Cacheur, recleur. ITALIC. *Chi nasconde.* GERMANIC. Ein verberger/Auffenthatter. HISP. *Escondedor.* ANGLIC. *He that hideth.*} *Cicer. pro Mili.* Sustinuisset hoc crimen primùm ille ipse latronum occultator & receptor locus.

occŭmbo, is, Morior, mortem oppeto. ex ob & Cubo, as, aut certè ab antiquo verbo Cumbo. {מת *meth* גוע *ghavát.* τελευτάω. θνήσκω. GAL. Mourir. ITA. *Morire.* GERM. Vmbkommen/vndergehen/sterben. HISP. *Morir.* ANGLI. *To die.*} *Ouid. 3. de Arte amandi,* Respice Phylacidem, & quæ comes isse marito Fertur, & ante annos occubuisse suos. ¶ Occumbere morte. *Cicer. 1. Tuscul.* Vt esset qui pro patria morte non dubitaret occumbere. *Liu. 1. ab Vrbe,* Quem quum vadentem ad speluncam, Cacus vi prohibere conatus est, ictus clauà, fidem pastorum nequicquam inuocans morte occubuit. [*Idem Liui. libro 1. dec. 1. & lib. 8. dec. 4.*] ¶ Pro eodem dicimus Occumbere mortem. *Liuius 1. bell. Maced.* Qui pugnantes mortem occubuissent. *Sueton. in August.* Voluntariam occubuisse necem. ¶ Et occumbere morti. *Virgil. 2. Æneid.* -seu certæ occumbere morti. ¶ Occumbere etiam de Sole & stellis dicitur, quum occidunt: vnde occubitus syderum pro occasu.

occŭpo, as, penult. corrept. ex ob & Capio, Inuado, arripio, mihi vendico, vi detineo, {לקח *lakách* אחז *achás.* καταλαμβάνω, φθάνω, προλαμβάνω. GAL. Occuper, vsurper. ITALI. *Occupare, vsurpare.* GERMA. Einnemmen/zuvor besitzen. HISP. *Occupar ò tomar de primero.* ANG. *To preuent, to do or take before an other.*} *Quintilian. Declamatione 13.* Multa quò nihilominus libera fuerunt, transeunt in ius occupantium, sicut venatio & aucupatio. [Ne te ad aliud occupes negotium. *Plaut. Pseud. sc. 5. a. 1.* Vnumquemque animo occupa. (i. considera.) *Senec. cap. 14. de Consol. ad Mart.* Qui hac re occupatos occupat. *Plautus Menæch. sc. 1 a. 3.* Occupare nuptias pactas alteri. *Vell.* Luxuria & ornatu occupatæ matronæ. *Liuius libro 34.* Occupatus sum, non audio (verba excusantis) *Quint. Declam.*] *Cicer. de Amici.* Tiberius Gracchus regnum occupare conatus est. ¶ Occupari sæpe etiam accipitur pro detineri, seu distringi, ἀσχολεῖσθαι. *Cic. Offic. libro 1.* Et in ea funditus delenda occupati sunt, & fuerunt. ¶ [Interdum pro occidi. *Velleius,* Occupatus Cæsar ab ingratis. h. e. occisus ab iis, quos occidere debebat. Sic Occupare est præuenire, siue aliquid ante alium facere. *Gell. capite 1. lib. 3.* Nisi tu occupasses. (i. prior rogasses.) *Et cap. 3. l. 7.* Id priores facere occupabimus. Ité, Opinio vetus occupauit & conualuit. *Idem ca. 11. l. 4.* Occupat occidere. *Liu. l. 5. d. 4.* Volo vt prior occupes adire. *Plaut. Pse. sc. 1. a. 4.* Occupat (nos) odiú generis humani. *Senec. c. 15. de Tranqui.* (i. præuenit) Occupat egressas quam libet antè rates. (i. præuortitur.) *Ouid. Eleg. 9. libro 1.* Quam quidem nisi illa ante occupassit, te affliges scio (i. præuenerit, & antè sustulerit.) *Plaut. Asin. sc. 2. a. 4.* Occupant bellum facere *Liu. lib. 1. ab vrb.* Primam occupat fugam Cleopatra. *Velleius.*] ¶Occupatus alicuius rei *apud Plinium, libro 26. capite 2.* Sedere nanque in his scholis auditioni occupatum gratius erat. ¶Occupatus in alio amore. *Terent. in Andr.* Occupare se ad aliquid. *Plautus,* Ne quod te aliud occupet negotiũ. *Plaut. in Pseud. [sc. 5. a. 1.*] ¶Interdum est locum tenere, seu vi capere. *Liuius libro 33.* Nam & ipsis vocantibus vrbem hanc accepi, non occupaui: id est non vi cepi. ¶Aliquando significat, præuenire. *Plaut. in Reden.* Occupas præloqui. *Varro in Ephebo,* Crede mihi plures dominos ferui cõmedere, quàm canes: quòd si Actæon occupasset, & ipse prius suos canes comedisset. ¶Aliquando est inuenire. *Plaut. in Menæch.* amplius enim hæreo, Ni occupo aliquod mihi consilium. ¶Aliquando tenere, possidere. *Plautus in Trinu.* Familiam optimam occupauit. ¶Idem aliquando quod exercere, vt occupare pecuniam, id est exercere, & otiosam non relinquere. *Columella libro 2. cap. 3. de villico loquens,* Néve negotietur sibi pecuniamque domini aut animalibus aut aliis rebus occuparet. Hinc occupare pecuniam, pro locare fœnori. *Cic. pro Flac.* Pecuniam adolescentulo grandi fœnore, fiducia tamen accepta occupauisti. *Idem Verrij.* Præterea pecunias occupauerat apud populos &

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

syngraphas fecerat. *Hæc ex Hotomano.*

Occŭpātus, a, um, Quod motum participium est, modò ex participio nomen admittens comparationem. { נלקח *nilkách* מחז *acház.* κατεχόμενος. GALLI. Occupe, empetchè, saim, detenu. ITALI. *Occupato, impedito.* GERMAN. Vnmüssig/mit geschäfften behafftet. HISP. *Occupado, tomado de primero empachado.* ANG. *Lett by busynesse, occupied.* } *Cic. ad Attic. lib.* 12. Non dubito quin occupatissimus fueris. ¶ Occupatus & otiosus contraria. *Cicer.* 1. *Tuscul.* Vt si occupati aliquid profuimus ciuibus nostris, prosimus etiam, si possumus, otiosi. ¶ Dicimus cum datiuo, Occupatus alicui rei. *Plin. li.* 26. [Ego nimium occupatos dixerim, quos id fefellerit. *Velleius.* In pauca, vt nunc occupatus sim, confer quid velis. *Plaut. Pseud sc.* 3. *a.* 1. Occupatam ab alijs relinquere materiam.]

Occŭpātŭs ager, Dicitur qui desertus à cultoribus propriis, ab aliis occupatur. κατειλημμένον χωρίον.

Occŭpātio, Negotium. { עניין *inján.* ἀσχολία. GALL. Occupation. ITA. *Occupatione.* GERMA. Geschäfft/vnnutz. HIS. *Occupacion.* ANGL. *Occupation.* } *Cic. in Orat.* In maximis occupationibus nunquam intermittit studia doctrinæ. ¶ Est etiam occupatio, αἰ συνοφίσεις, apud Rhetores schema quoddam quum aliquid nos reticere dicimus, & tamen tacitum intelligitur: quod fit vel quum rem notam esse putamus auditoribus, vel quum suspicionem excitare maiorem reticendo volumus. A Græcis παράλειψις vocatur. Quale est illud, Cogis me iniuriæ tuæ causam proferre, Nihil agis, non dicam, sed ipsum tempus eam patefaciet. ¶ Præterea Occupatio siue præoccupatio, aliud schema dicitur, quum quæ dici ab alio poterant, ea ipsi præueniendo dicimus in aduersarium nostrum, ne nobis postea officiant, detorquentes. Dicta Occupatio, quasi præuentio. nam Occupare vt suo loco diximus, inter cætera significat præuenire.

Occŭrro, ris, occurri, [& Occecurri, *dixit Tubero apud Gell. cap.* 9. *lib.* 7.] occursum, obuius fio, obuiam procedo. { קרה *karáh* פגע *paghá'.* ἀπαντάω. GAL. Rencontrer, aller au deuant. ITALI. *Occorrere, andar all' incontro.* GER. Entgegen lauffen/entgegen kommen. HISP. *Encontrar, andar al encuentro.* ANG. *To meet with.* } *Iuuen. Satyr.* 1. Occurrit matrona potens. *Cicero pro Cluent.* per translationem. Sed ego occurram expectationi vestræ iudices, id est vltro anteuertam, & præueniam. [¶ Occurrere ad vadimonium. *Sueton. in Calig. cap.* 39. Occurrere ad prædictam horam Cœnæ. *Suet. in Claud. cap.* 8. Occurrere non posse ad comitiorum tempus. *Liuius lib.* 7. *dec.* 4. Occurrere alicui ad dissidium. *Idem in Calig. cap.* 39. Item, Abduxit prædam qui occurrit prior (i. aduenit.) *Plaut. Pseud. sc.* 7. *a.* 4.] ¶ Quandoque occurrere, ponitur pro in mentem venire. ὑπέρχεσθαι. *Idem de Senect.* Sed mihi, quum de senectute aliquid vellem scribere, tu occurrebas, προσέπεσε. *Theod.* Et in hac significatione possumus addere datiuum aliquem, qualis est Animo, vel Menti, vel similem. *Cicer.* 4. *Academ.* Si id quod officij sui sit, non occurrit animo, nihil vnquam omnino aget. *Liuius* 3. *bell. Pun.* Sed occurrebat animis, quantos exercitus terrestres, nauales que, &c. ¶ Aliquando pro offerri, incidere. προσβάλλειν. *Vt apud Ciceronem,* Occurrebat tibi oratio, id est offerebat se. *Colum. lib.* 2. *cap.* 2. Occurrebant oculis tot paludes, tot etiã campi. ¶ Quandoque pro obstare, siue obsistere, ἀντιπίπτειν. *Persius,* Venienti occurrite morbo. * Occurritur, Impersonale, Obsistitur, resistitur, repugnatur. *Cic.* 2. *Offic.* Occurritur item nobis & quidem à doctis & eruditis, quærentibus satisse constanter facere videamur, qui quum percipi nihil posse dicamus, &c.

Occŭrsŭs, huius occursus, Ipse occurrendi actus. { פגע קראת *péghaʾ keráth* תאנה *taanáh.* ἀπάντησις. GAL. Rencontre. ITAL. *Incontra.* GER. Gegentauff/Begegnung. HISP. *Encuentro.* ANG. *A meeting with.* } *Plin. lib.* 8. *cap.* 30. Qui ne contrario occursu hebetetur, capsarum modo includitur. [Conuictus filij & occursus iucundi. *Senec. cap.* 5. *de Cons. ad Mart.*

[Occursio, onis. *Senec. cap.* 18. *de Consol. ad Mart.* Ab occursionibus Solis lumen mutuatur suum.]

Occŭrso, sas, frequentatiuum, Currendo obuiam eo. { קרה *karáh* פגע *paghá'.* πολὺ ἀπαντῶ. GAL. Rencontrer. ITA. *Incontrare.* GERMAN. Entgegen lauffen. HISP. *Encontrar.* AN. *To meet by running.* } *Virg. Eclo.* 9. -& inter agendum Occursare capro (cornu ferit ille) caueto. ¶ Aliquando occursare est in memoriam venire. *Plaut. in* Mil. Nam ita mihi occursant multæ, haud meminisse omnes possum. *Plin. Epist. lib.* 5. Occursant animo meo mortalitas, & mea scripta. ¶ Occursare numinibus, est adorare, & sacrificijs placare, & præuenire numina, ne nobis noceant. *Plin. in Panegyricis*, Atque inter hæc pia mente adire lucos, & occursare numinibus.

Occursātio, verbale, Diligens captatio honorum, quum gratiosis hominibus, aut populo occurrimus prius quàm decernatur. ἀπάντησις. *Cic. pro Plancio,* Facilis est illa occursatio & blanditia popularis.

Ōcĕănŭs, ὠκεανὸς, penult. corr. & per simplex c, Cæli & Vestæ filius, & maritus Tethyos, quem poetæ maris deum efficiunt. *Virgil.* 4. *Georg.* Oceanumque patrem rerum Nymphasque sorores. { GERMAN. Das hoch Meer oder grosse Meer. } ¶ Oceanus item mare vniuersũ appellatur, quod vniuersam circuit terram. [Britanniam peragrauit Cæsar, nec Oceano continere felicitatem potuit. *Senec. cap.* 14. *de Consol. ad Mart.* Clypei celamina, Oceanum & terras, cumque alto fidera cœlo. *Ouid.* 13. *Metam.* Oceanus ponto qua continet orbem. *Tibull. libr.* 4.] ¶ Pro eodem etiam neutro genere Oceanũ dicitur, præsertim si Mare sequatur: *vt Caper & Probus testantur.* Irrumpit autem Oceanus in medium terrarum, inter Africam & Hispaniam, Abylam Africæ montem ad dextram, Calpen Hispaniæ ad sinistram relinquens, qui ob altitudinem Herculis columnæ dici consueuerunt, eo quòd testimonio vetustatis laboris Herculei limes illic fuerit consecratus. Dictus est autem Oceanus, à Græca voce ὠκύς, quæ velocem significat, vt quidam putant. Suidas verò deducere videtur ab *a*, priuatiua particula, & κίνω, quod est κίζω, mutato *a*, in *ω*. Et quanuis nomen sit proprium Oceanus, aliquando tamen non mare vniuersum sed partes eius significat. Quo modo mare, aliquando totum Oceanum ambientem terras, singulas eius partes tantùm aliquando significat. nam à littoribus plerunque accipit nomen. Ad dextram siquidem antequam terrã intret, Atlanticus dicitur: ad sinistram, Gaditanus: illinc Arabicus, Persicus, Indicus. Hinc Britannicus, Germanicus, Scythicus. Postquam verò terras intrauit, primo ab Iberia, hoc est Hispania dicitur Ibericum mare. Tum a Balearibus insulis, Balearicum, post hæc Narbonensium prouinciam contingens, Gallicum. Deinde à Liguria, Ligusticum. Mox vsque in Siciliam à Tuscis, Tuscum, siue Tyrrhenum à Tyrrhenis, siue etiam ad differentiam Superi maris, Inferum appellatur. Superum enim, Adriaticum vocamus, quod ad id ab Vrbe venientes, Apenninum: à Sicilia, Siculum: à Creta, Creticum: ab Asia, Asiaticum: & à Pamphylia, Pamphylicum, & multa alia nomina, quæ enumerare longum esset. Poetæ tamen Oceanum pro quocunque mari vsurpant. *Virgil. Æneid.* Et ruit Oceano nox. ¶ Est & Oceanus solium vastum in balneis, & omnino lacus, aluciúsque maior, ab amplitudine vocatus, & à quantitum quoque strepitu, & marino quasi æstu. *Lampridius,* Oceanum primus inter principes Alexander appellauit, quum Traianus id non fecisset, sed diebus festis deputasset. Nam Thermarum magnitudo Romæ quanta fuerit, *Ammianus testatur libro* 16. *quem inquit,* Lauacra in vrbe in modum prouinciarum extructa. Ab Oceanus fit Oceanitis, pen. prod. tidis, ὠκεανίς, ὠκεανίδος, pro filia Oceani. *Virgil. libro* 4. *Georg.* Oceanitides ambæ.

Ocellæ, ab ocellis cognominati sunt, hoc est ab exiguis oculis, qui scilicet iusto minores haberent oculos.

Ocellātus, Ocellus. *Vide* Oculus.

Ocĕlvm, ὄκελον, Hispaniæ Tarraconensis vrbs in tractu Gallæcorum, *teste Ptolem. libro* 2. *cap* 6.

Ocha, æ, ὄχη. Eubœæ insulæ opp. est. *cuius meminit Plinius libro* 4. *cap.* 12.

Ochra. { ὤχρα GAL. De l'Ochre. ITALIC. *Ocrea.* GERM. Ogger oder bergsaltz ein gälber erdtrich. HISP. *Color de almagra quemada.* ANG. *Ochre that peinters vse.* } Genus est coloris lutei, qui fit ex vsta rubrica in ollis nouis luto circunlitis. *Plinius libro* 35. *cap.* 6.

Ochŭs, ὦχος, Fluuius, qui in Indiæ montibus ortus, per Bactrianorum regionem fluit. *Plin. libro* 6. *cap.* 16.

Ocĭmum, per i nostrum. { ὄκιμον. GAL. Herbe appellee Basilic. ITALIC. *Basilico.* GERM. Basilien ein kraut/hatt drey furnemme geschlecht/zwey zame vnnd ein wildes. HISPAN. *Albahaca ò alfabega.* ANG. *An herbe called basill.* } Dioscoridi herba est hortensis pedali altitudine surculosa, ramulis teretibus, folio muralis herbæ, diluti viroris, odorisque fragrantissimi, quam recentiores Basilicam herbam vocant: quo etiam nomine vtitur vulgus. Ductum est nomen, vt putatur a celeritate nascendi, quòd omnium eorum quæ in hortis nascuntur, celerime proueniat, dieque à quo sata est tertio erumpat: vnde etiam à nonnullis per y scribitur, eo quòd à dictione Græca ὄμις, deriuari putetur. Sed (vt suo loco docebimus) ocymũ farraginis quoddam genus est, ab ocimo omnino diuersum. Sunt hac nostra ætate viri non indocti, qui Ozimum per z, scribendum contendant, dictúmque putant à Græco verbo, ὄζω, quod est fragro: est enim herba fragrantissimi odoris. Quæ opinio in primis arrideret, nisi reclamarent castigatissima quæque Plinij & Dioscoridis exemplaria, in quibus constantissimè pro hac herba Ocimum legimus per secundam consonantem.

Ocium, cij, siue (quod eruditis magis placere video) Otium per t, proprie vacano à labore) (Negotium. { שבת *shébeth* ἀργία, ἡσυχία. GAL. Oisiueté, loisir. ITALIC. & HISP. *Ocio.* GERMANIC. Müssigang/Müssigkeit. ANGLI. *Rest or leysure.* } *Colum. libro* 2. Sed quum tam otij quàm negotij rationem reddere maiores nostri consueuerint, nos quoque monendos esse agricolas existimamus, quæ feriis facere, quæ non facere debeant. *Auctor ad Herennium in præfat. oper.* etsi negotijs familiaribus impediti vix satis otium studio supperditare possumus, & idipsum quod datur otij, libentius in philosophia consumere consueuimus, tua nos tamen, &c. ¶ Accipitur etiam Otium pro exercitatione leuiore animi, vel corporis, & relaxatione à grauioribus & magis seriis negotijs. Hinc Otium literarum pro studio literarum, quòd hoc exercitationis genus oblectamentum potius videri debeat, quàm seria aliqua occupatio. *Cicero.* Quid dulcius est otio literario? id est studio, & (vt ita dicam) negotioso otio. ¶ Accipitur etiam Otium pro tranquillitate, pace, quiete. ἡσυχία *Cicero in Verr.* Ergo tunc quum bello fugitiuorum tota Italia arderet, C. Norbanus in summo otio fuit. *Idem in Famil. Epist.* 28. Si antea auditum erit, otium esse in Syria. [Otia mundus agat. *Ouid.* 4. *Fast.* Oblitúsque mei ductæque per otia vitæ. *Ouid. Eleg. vlt. libro* 4. *Trist.* Quæ meæ placuerunt otia menti carpens. *Ouid. Eleg.* 8. *libro* 4. *Trist. Item,* Et petere Aoniæ suadebant tuta sorores Otia iudicio semper amata meo (i. amœniora studia, poesim.) *Ouid. Eleg. vlt. lib.* 4. *Trist.* Non tibi contingunt quæ gentibus otia præstas. *Ouid. Eleg.* 1. *libro* 2. *Trist.* Et non exigua otia legentem delectent. *Ouid. Eleg.* 6. *libro* 1. *Trist.* Excutiásque oculis otia nostra tuis (i. carmina iocosa.) *Ouid. Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.* Ad otium reposita mores. *Senec. cap.* 17. *de Consol. ad Helu.* Pacem atque otium dare illis. *Plaut. Amphit. sc.* 1. *a.* 1. Hem nunc otium est (i. vacat cœnare.) *Plaut. Capt. sc.* 2. *a.* 1. In otijs vixerunt. *Gell. cap.* 2. *lib.* 17.]

Ocĭōsŭs, vel potius otiosus, Vacans, cessans, liber à negotio, opere solutus. { σχολαῖος, ἥσυχος. GALL. Oisif, oiseux. ITA. & HISPAN. *Ocioso.* GERM. Müssig. ANGLI. *Idle, that resteth or ceaseth frome labour.* } *Cicer. de Claris oratoribus.* Quum inambulatrem in Xysto, esséque domi otiosus. *Plin. Epist.* 9. Satius est enim (vt Attilius noster eruditissimè simul & facetissimè dixit) otiosum esse, quàm nihil agere. ¶ Dicitur & de animo, qui tunc otiosus est, quum tranquillus est, securus, & solicitudine vacuus. *Terent. in Andria,* Animo iam nunc otioso esse impero, id est securo. Nam nisi securus est, nemo est otiosus, *vt inquit Donatus.* Dies otiosus, pro festo. *Cicero ad Quint. frat. libro* 3. Id perficiam his supplicationum otiosis diebus. *Cice de Senectute,* Si verò habet aliquid tanquam pabulũ studij, atque doctrinæ, nihil est otiosa senectute iucundius. *Idem* 3 *Offic.* Dicere solitum Scipionem accepimus, nunquam se minus otiosum esse, quàm quum esset otiosus. [*Quintilian.* Otiosus sermo (i. Inutilis & nullius effectus oratio.) Otiosos homines ad cõsernionem decuit deligi. *Plaut. Menæch. sc.* 1. *a.* 3. Eos esse otiosos à mercatu iubet. *Gell. capite* 9. *libro* 2.] ¶ Otiosa pecunia, dicitur à Turconsultis quæ in arca iacet nullum suo domino fructum afferens: eique tanquam è regione respondet, Occupata. Nam occupare pecuniam alicui, est fœnori apud eum collocare, & quasi exercere ne otio & inertia lan-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tia languescat. *Plin. lib. epist.* 10. Pecuniæ publicæ & exactæ sunt & exiguntur, quæ vereor ne otiosæ iaceant. *Vlpianus etiam in L. 3. D. de cont. stipul.* sterilem pecuniam appellat. *Ex Horatio.*

ŏtĭōsē, adv. Quod est cum otio. {σχολῇ, ἀτρέμας. GAL. Oisiuement, tout bellement, sans bruit, negligemment, tout bellement. ITA. *Otiosamente, senza pensiero, o negligentemente.* GER. Müssiglich. HISPA. *Ociosamente, negligentemente, sin pensamiento.* ANGL. *Idlelie, at leysure.* } *Terent. in Adelph.* Otiosè nunc iam illico hic consiste. ¶ *Apud Cic.* Otiosè spectare, otiosè quærere aliquid, otiosè viuere. [*Plaut. Pseud. sc. 1. a. 4.* Ambula cito, Imò otiosè volo. *Idem Aul. sc. 6. a. 4.* Magna est res, quam ego tecum otiose cupio loqui.]

ōcĭor, aris, ociari, in otio & quiete sum. {שבת batál שבת schabáth נח nach. σχολάζω. GAL. Ne rien faire, estre oiseux, se repoier. ITA. *Ociare, stare in riposo.* GERMANIC. Müssig gehen/müssig sein. HISP. *Estar en ocio y holgar.* ANG. *To beidle, to beat rest.* } Cuius contrarium est, Negotior. *Cic. lib. 3. Offic.* C. Caninius Eques Romanus, neque infacetus, & satis literatus, quum se Syracusas otiandi, non negotiandi causa contulisset, dictitabat se hortulos aliquos emere velle.

ŏcnŭs, ŏcnī, Tiberis filius fuit ex Manto muliere fatidica, Tiresiæ Thebani filia, qui in Gallia Cisalpina vrbem condidit, & à nomine matris Mantuam appellauit. *Virg. 10. Aene.* Ille etiam patriis agmē ciet Ocnus ab oris Fatidicæ Mantûs, & Tusci filius amnis, Qui muros mattissque dedit tibi Mantua nomen. ¶ Est etiam Ochnus nomen cuiusdam apud inferos, multis insignium artificum picturis celebrati, quem effinxerunt perpetuò torquentem funem, astante asella, quæ quantum ille torsisset, statim præroderet. Inde ortum est prouerbium, Ochnus funiculum torquet, quod quum in eos omnes competat, qui non profuturam in re aliqua operam collocant, tum in eos præcipue qui quum nihil neque laboris, neque industriæ ad augendam rem familiarem prætermittant, nihilo tamen redduntur ditiores, quòd domi habeant asellam, hoc est vxorem prodigam, quæ quicquid miserrimus multis sudoribus corrasit, strenue profundit. Ad hanc picturam alludit *Propertius li. 4. Eleg.* Dignior obliquo funem qui torqueat Ochno, AEternúmque tuam pascat asella famem.

ŏcquĭnīsco, {נשח natáh חשתחוה hischtachaváh. GAL. Incliner. ITAL. *Inchinarse.* GER. Sich neigen oder biegen. HISP. *Inclinarse.* ANG. *To incline.*} Inclino (*inquit Nonius*) *Pomponius in Pistore*, Nisi nunc aliquis subitò obuiam occurrit mihi, qui ocquinisçat, quò compingam terminum in tutum locum.

ŏcrĕa, æ, Militaris calceamenti genus est ex ære ad obtegendas tibias accommodatum, quo vtebantur tantùm duarum primar m classium milites: reliqui enim caligis tibias muniebant. {מצחה mitschah. κνημὶς, τὸ αἰκανάμιον. GAL. Houseaux, bottes, greues, armures des iambes. ITALI. *Cambiera.* GERMANIC. Ein stiffel mit welchen sich die kriegsleut waaffnen / Beinschynen. HISP. *El calçado como botas ò antiparas.* ANGLIC. *A boote or legge harneys.* } *Apuleius*, Hic galea caput, ille crura ocreis inuoluit. Varro ocream dictam ait, quòd opponebatur ob crus. *Festus* tamen ab antiquo vocabulo ocri dictas esse putat: quòd in modum ocris inæqualiter tuberatæ essent.

ŏcrĕātŭs, a, um, Qui ocreis calceatus incedit. {κνημιδωτός. GAL. Housse, botté, armé par les iambes. ITAL. *Instiualato, armato le gambe.* GERMA. Mit eisinen stifflen angethan. HISP. *Calçado de botas.* ANGL. *That hath booses on or legge harneys.* } *Plin. lib. 19. capit 2.* Ad reliquos vsus laboriosè euellitur ocreatis cruribus, manibúque tectis manicis, cõuolutum osseis ligneísve conamentis. [*Liu. li. 9.* Crus ocrea tectũ.]

Ocris, antiqua vox, quæ montem contragosum significat, *vt apud Liuium Andronicum.* Sed qui sunt qui ascendunt altum Ocrim? Celsósque ocres, aruáque pertrita, & mare magnum. *Festus.*

ŏcrĭvm, siue Ocrion, ὄκριον. Britanniæ insulæ promontorium est, *apud Ptolemæum, lib. 2. cap. 3.* Vulgò *Mont S. Michel.*

ŏctăngŭlŭs, *Vide* OCTO.

ŏctāvĭa gens, à Velitris originem accepit, quam nonnulli Augusti gratiam per assentationem captantes, nobilitate eximia fuisse prodiderunt. Ipse autem Augustus nihil amplius quàm equestri familia ortum se scribit, vetere ac locuplete, & in qua primus Senator suus pater fuerit, M. Antonius libertinum ei proauum exprobrat, Restionem è pago Thurino, & auum argentarium. Ex Tranquillo. *Cic. in Epistola quadam, (si modò eius autor est)* eum nepotem argentarij, & filium adstipulatoris vocat. Vtcunque id fuerit, constat Augusti patrem honestissimum fuisse, magnáque laude Macedoniam prouinciam administrasse, ex ipsius etiam testimonio Ciceronis, qui *ad Quintum fratrem scribens*, hortatur vt in promerendis sociis vicinum suum Octauium imitetur. Natus est Octauius Augustus M. T. Cicerone, & C. Antonio Consulibus: cui infanti cognomen Thurino inditum est, in memoriam originis maiorũ. Postea C. Cæsaris, & deinde Augusti cognomen assumpsit: alterum testamento maioris auunculi, alterum Munatij Planci sententia. *De his vide Suetonium in vita Octauij.* ¶ Octauius Manilius, alius fuit, cum quo Aulus Posthumius Dictator bello Tusculano dimicauit, *vt scribit Cic. 2. de Nat. deorum, & in Epistolis ad Attic. lib 9.* ¶ Alius Octauius Balbus iudex, homo & iuris & officij peritissimus. *Cic. 4. Verrina.* ¶ Alius Octauius Marsus sceleratus & insignis latro, *de quo Cic. 11. Philipp.* ¶ Qu. Octauius à L. Cinna collega in Consulatu interfectus. *Pædian.* ¶ Octauius auitus, & Petelius Faustinus, furta Virgilij adnotarunt, locáque indicarunt vnde carmina essent surrepta, *vt ait Seruius.* Fecit & hoc idem *Macrobius.*

ŏctāuæ, porticus duæ appellantur, quarum alteram theatro Marcelli propiorē Octauia soror Augusti fecit, alteram theatro Pompeij proximam Cn Octauius, Cn. filius, qui fuit ædilis curulis. Pr. Con. Decenuir sacris faciendis, triumphaúitque de rege Perse nauali triumpho: quam combustam reficiendam curauit Cæsar Augustus. *Festus.*

ŏctāuiānŭs, a, um. *Cic. 1. de Diuin.* Ex quo genere sæpe ariolorum etiam & vatum furibundas prædictiones, vt Octauiano bello Cornelij Culeoli, audiendas putauerunt.

ŏctāvĭānŭs, Augusti Cæsaris cognomen, inde tractum, quòd ex Octauiorum familia in Cæsarum gentē fuit adoptatus, quemadmodũ & Africanus minor dictus est AEmylianus, quod Pauli AEmylij filius fuerit, à P. Cornelio Scipione adoptatus. Solebat enim in adoptionibus nomen naturalis familiæ vna aut altera litera extendi ad earum retinendam memoriam.

ŏcto, {שמונה schemonáh. ὀκτώ. GAL. Huit. ITA. *Otto.* GERM. Acht. HISP. *Ocho.* ANGLIC. *Eight.*} Nomen numerale, adiect. indeclinabile *Virg. I. Georg.* pedes temo protentus in octo. [Octo hominum munus facilè fungitur parasitus. *Plaut. Men. sc. 4. a. 1.* Octo virgatores siue cædebant seruos. *Plautus in Amphit sc. 1. a. 1. et in Asin. sc. 2. a. 3.*]

ŏctĭēs, aduerb. {ὀκτάκις. GALLI. Huit fois. ITA. *Otto volte.* GERMAN. Acht mall. HISP. *Ocho vezes.* ANG. *Eight tymes.* } *Colum. lib. 8. cap. 8.* Nam & octies annos pullos educat. De columbis.

ŏctāvŭs, a, um. {שמיני schemini. ὄγδοος. GAL. Huitiesme. ITA. *Ottauo.* GER. Der achteste. HISP. *Cosa ochana en orden.* ANG. *The eight.* } *Horat. in Epist. 7.* Serenus, & fortis, causisque Philippus agendis Clarus, ab officiis octauum circiter horam Dum redit, &c.

ŏctāuum, Ponitur aliquando tanquam aduerbium pro octies, *Liu. 6. ab Vrbe*, Nam præter Sextium, Luciniúmque latores legum iam octauum Tribunos plebis rerectos. Sic Octauum Consulem dicimus, qui octauum gerit consulatum. ¶ Octauò autem consulem, qui octauo anno ab exactis regibus, institutísque Consulibus, fuit Consul. *Vide Aulum Gellium in noct. Attic.*

ŏctingentī, æ, a. *Cicer. 4 Acca.* Mille & octingenta stadia, &c. {ὀκτακόσιοι. GAL. Huit cens. ITAL. *Ottocento.* GERM. Acht hundert. HISP. *Ochocientos.* ANG. *Eight hundred.*}

ŏctingēnārĭŭs, a, um, Quod ex octingentorum numero constat: vt Octingenarius grex, qui octingentas habet pecudes. {ὀκτακοσιοστός. GALLIC. De huit cens. ITA. *Di ottocento.* GERMAN. Das acht hundert begrifft. HISPA. *De ochocientos.* ANG. *Of eight hundred.*} *Varro de Re rust. cap. 10.* Septingenarij enim mei (greges) vt opinor, octingenarios habuisti.

ŏctingentēsĭmŭs, a, um. {ὀκτακοσιοστός. GAL. Huicentiesime. ITA. *Ottocentesimo.* GERM. Der achthundertst. HISP. *Vno de ochocientos.* ANG. *The eight hundreth.*} Vltimus ex octingentis, vel vnus ex numero octingenario. *Cicero de Senect.* Deindè quî minus grauis esset iis senectus, si octingentesimum annum agerent, quàm octogesimum?

ŏctōgintā, adiect {שמנים schemonim. ὀγδοήκοντα. GAL. Octante, ou quatre vingts. ITA. *Ottante.* GER. Achtzig. HISP. *Ochenta en numero.* ANG. *Eightie fourescore.* } *Cicer. de Senect.* Argantonius quidam Gadibus qui octoginta regnauit annos, centum viginti vixit.

ŏctogēnārĭŭs, adiectiuum. {שמנים schemonim. ὀγδοηκοντούτης. GAL. Octantiesme. ITALI. *Di ottanta.* GER. Je achtzig. HISP. *Cosa de ochenta.* ANG. *The eightieth.*} *Plin. lib. 9. cap. 51.* Torpedo octogenos fœtus habens inuenitur, id est octoginta.

ŏctōgēsĭmŭs, a, um, {שמנים schemonim. ὀγδοηκοστός. GAL. Octantiesme. ITALIC. *Ottantesimo.* GERMAN. Der achtzigest. HISPANIC. *Ochenta en orden.* ANG. *The eightieth* } *Plin. lib. 11. cap. 37.* Dentes homini nouissimi, qui genuini vocantur, circiter vicesimum annum gignuntur, multis & octogesimo.

ŏctōgĭēs, aduerb. {ὀκτακοντάκις. GAL. Quatre vingt fois. ITALIC. *Quatre volte venti.* GERM. Achtzig maal. HISP. *Ochenta vezes.* ANG. *Eightie tymes.* } *Cic in Pis.* Nónne iestertium centies & octogies, quod quasi vasarij nomine, in venditione mei capitis ascripseras ex ærario tibi attributum, Romæ in quæstu reliquisti?

ŏctōnŭs, a, um, Proprie distributiuus numerus, quanuis etiam accipiatur pro Octo. {ὀκτώ ἑκάστη ἑκάστη τὰ ὀκτώ. GAL. Huit. ITALI. *Otto.* GERM. Je acht. HISPA. *Ocho.* ANG. *Eight.* } *Varro*, Nutricare octonos porcos paruulos primo possunt, incremento facto, à peritis dimidia pars remoueri solet. *Plinius lib. 8. cap. 50.* Octonis mensibus ferunt partus: id est octo mensibus. [*Plaut. Capt. sc. 5. a. 3.* Octonos lapides effodere. *Item* Octona loca. *Liuius lib. 6. ab Vrbe.*]

*Octonarius, Adiect. *Plin. libro 31. cap. 6.* Fistulas denûm pedum longitudinis esse, legitimum est. Et si quinariæ erunt, sexagena pondo pendere: si octonariæ, centena: si denariæ, centena vicenariæ deinde ad has portiones. Denaria appellatur, cuius laminæ latitudo antequam curuetur, digitorum decem est, dimidióque eius quinaria. *Loquitur Plin.* de aqua per fistulas ducenda. [De Octonarij numeri dignitate *Plutar. in Theseo in extremo.*]

ŏctōiŭgis, pen. cor. Octo habens iuga. {ὀκτάζυγος. GALLIC. Accouplez ou alliez huit ensemble, huit d'vne bande. ITA. *Otto da vna banda & vniti insieme.* GERMANIC. Acht einer rott oder hurss die zu einander verbunden sind. HISP. *Ochos, ayuntados, juntamente.* ANGLI. *Eight in one couple or bande.* } *Liu. lib. 5. ab Vrbe*, Antea trina loca cum contentione summa patritios explere solitos: nunc iam octoiuges ad imperia obtinenda ire.

ŏctāngŭlŭs, Res vel figura dicitur, octo angulos habens, ὀκτάγωνος.

ŏctĭpēs, pen. corr. huius octipedis, quod octo habet pedes. {ὀκτάπους. GAL. De huit piez. ITAL. *Di otto piedi.* GERMAN. Achtfussig. HISPANI. *De ocho pies.* ANGLI. *Of eight feete.* } ita *ab Ouidio libro 1. Fastorum*, hoc epitheton Cancro cælesti signo tribuitur. Octipedis frustra quæruntur brachia Cancri.

ŏctŭplŭs, pen. corr. adie. {ὀκταπλάσιος. GALLIC. Huit fois au double. ITA. *D'otto, d'oppi.* GERMANIC. Achtfeltig. HISPANIC. *Cosa de ochos, dobles.* ANGLIC. *Eight fold.* } *Cicero 6. Verr.* Dicis enim te in Decumanum, si plura sustulerit quam debitum sit, in octuplum iudicium daturum esse.

ŏctŭplĭcātŭs, a, um, pen. prod. ὀκταπλασιασθείς. *Liu. 4. ab Vrbe*, Octuplicatóque censu ærarium fecerunt.

ŏctūlis, Numi species ad valorem octo assium. ὀκτάμοιρον νόμισμα. *Horat. 2. Serm. Satyr. 3* Quanti emptæ paruo, quanti ergo octussibus.

ŏctŏbĕr, bris, Mensis dictus est, quod octauum locum teneat à Martio, qui primus ineuntis anni mensis erat. {בול bul. πανσέληνον. GAL. Le mois d'Octobre. ITALI. *Ottobre.* GERMAN Der weinmonat. HISPANI. *El mes de octobre.* ANGLIC. *The moneth of october.*}

Octominutalis. *Lampridius in Alexandro Seuero.* Cum fuisset octominutalis libra, ad duos vnaquæque vtriusque carnis libra redigeretur.

ŏctōdūrvm. ὀκτώδουρον. Vaccæorum oppidum in Hispania Tarraconensi, *cuius meminit Ptolemæus lib. 2. capite 6.* Vulgò *Toro.* ¶ Est etiam Octodurum oppidum in Alpibus Cottiis, non procul à Centronibus: cuius incolæ Octodurenses commemorantur *à Plin. lib. 3.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

cap.20. Vulgò S. Maurltio.

ŏctŏphŏrum,ri.penul.cor. ὀκτωφόρον. Lectica dicitur, quæ ab octo seruis gestatur, sicut Hexaphorum, quæ a sex seruis ferri consueuit. *Sueton. de Calig.* Interdum adeo segniter & delicatè incessit, vt octophoro veheretur. *Martial. libro 6.* Octophoro sanus portatur Auite Philippus, id est octo seruis in lectica.

[Ochsfera, siue Ochseria, *Vide Senecam epist.33.*]

ŏcŭlus,li, Dictus est ab occulèdo, quòd ciliorum teguminibus occultatur. Latent enim oculi sub ciliis, & genis. {עין *Hajin.* ὀφθαλμός, ὄμμα. Gal. Oeil. Ita. *Occhio.* Germ. Ein aug. Hispa. Ojo. Anglic. *The eye.* [Huius oculos in oculis habeas tuis. *Plautus Pseud.sc.2.a.3.* Sinapi, oculi vt extillent facit. *Plaut. Pseud.sc.2.a.3.* Non te ante hunc diem vidi oculis meis. *Plaut. Pseud.sc.2.a.2.* Vbi sunt quibus oculi estis, quibus vitæ. *Plau. Pseud.sc.2.a.1.* Seruum oportet domitos habere oculos & manus. *Plaut. Milite sc.6.a.2.* Nisi oculos & orationem commutas tibi. *Plaut. Mili.sc.3. a. 2.* Ob oculos obiicere. *Ibidem sc.1.a.2.* Quid dicam illud quod fugitare te oculos meos video. bis. *Plaut. Capt.sc. 4. a. 3.* Herile Imperium edisca, vt quod frons velit, oculi sciant. *Plautus Aul.sc.1.a.4.* Fugin' hinc, ab oculis. *Plaut. Aul.sc.3.a.4.* In oculos inuadi optimum. *Plau. Asin.sc.2.a.5.* Per oculos iurare. *Plaut. Men. sc.9.a.5.* Ad eorum ne quem illa oculos adiiciat suos. *Plaut. Asin.sc. 1. a. 4.* Pallam repositis: tibi habe, aufer, vtere, vel tu, vel tua vxor, vel etiam in oculos compingite. *Plaut. Menæc.sc.3.a.2.* Oculi ludibundi. *Gell. cap.5. libro 3.* Iracundia obstitit oculis. *Plaut. Asin.sc.3.a.2.* Lumbi fedendo, oculique spectando dolent. *Plautus Menæch.sc.3.a.5.* Bene vale ocule mi. *Plau. Curc.sc.3. a.1.* Neque corde sapere, neque oculis vti. *Plaut. Milit. sc.3.a.2.* Oculis mihi signum dedit, ne se aspicerem. *Plaut. Mili. sc.1.a.2.* Viden' tu illi oculos virere, alias vrier. Et oculi vt scintillant. *Plaut. Menæch.sc.2.a.5.* Apollo imperat, vt ego illi oculos exutam lampadibus ardentibus. Perij, Minatur milii oculos exurere. *Plau. Ibidem.* Eripe oculum, ab humero, isti, qui te tenet. *Plaut. Men. sc.2.a.5.* Solénne tibi vnquam oculi duri fieri? an me locustam esse censes. *Ibidem* Sub oculis domini suam probare operam. *Cæsar libro 1. de bell. ciui.* Sub oculis Cæsaris accepta clades. *Velleius.* Oculos hominum conuertere fulgore purpuræ. *Suet. in Calig.cap.35.* Oculos intendere in cœlum. *Gell. cap.4. lib.6.* Oculos circumferre, vide circumferam. Ab oculis valere. *Gell.cap.20.lib.13.* Oculis fascinationes fieri, etiam ab iis, quibus pupilla est duplex. *Gellius cap.4. libro 9.* Exhausti oculi fletibus. *Senec.c. 2. de Consol. ab Polyb. & cap.5.* Conturbat & exhaurit oculos. *Item* defessos exhaustos oculos. *Sen.c.1. de Consol. ad Mart. Item* oculos fluentes continere. *Ibidem*, Oculos exficcare. *Ibidem cap.39.* In oculos hoc quotidie incidit. *Senec.cap.9. Ibidem. Item* Oculis inhærentia ingenia (.i. Oratores & poetæ viui) *Velleius.* Oculis admota virtus reuilescit. *Senec.cap.15. de tranquill.* Ne oculis quidem contingere mulierem. *Gell. cap.8.* Oculis requirere aliquem. *Gellius cap.1.lib.19.* Sub oculos venire. *Quint.* Et, Oculos Implere (lacrymis sup.) *Senec.cap.13. de Consol. ad Mprr.* Sub oculis tuis formauit studia sua. *Senec. cap. 24. de Consol. ad Martiam.* Et sub oculis patris posita. *Ibid.cap.25.* Ex oculis pectoréque somnum & socordiam amouere. *Plau. Pseud.sc.2.a.1.* Teneo ego huic oculum face vt oculi locus in capite appareat. *Plaut. Menæch.sc.7.a.5.* In oculum vtrumuis conquiescito. P. Oculum vtrum an in aurem? *Plau. Pseud.sc.1. a. 1.* Ille ferox & adhuc oculis hostilibus ardens. *Ouid. Eleg.2.libro 4. Trist.* Circumspectatrix cum oculis emissitiis. *Plaut. Asin.sc.1.a.1.* Truculentis oculis. *Ibidem sc.3.a.2.* Tu cum noctuinis oculis. *Idem Curc.sc.3.a.1.*] *Lactan. lib. de Opif.* Vt igitur oculi munitiores ab iniuria, ciliorum teguminibus occuluit, vnde oculos dictos Varroni placet. Sunt autem oculi pars corporis pretiosissima, in quibus (vt Albertus Magnus inquit) maxima indicia amoris & odij existunt. Sunt enim veri cordis nuntij, in quibus animus inhabitat. *Teren. in Adelph.* -dij me pater Omnes oderint ni magis te quàm oculos nunc amo meos. *Cicer.2.de Natura deorum*, Nam & oculi tanquam speculatores altissimum locum obtinent, ex quo plurima conspicientes fungantur suo munere. *Plaut. in Trinum.* quem ego quis sit homo nescio, Neque oculis ante hunc diem vnquam vidi. *Virgil. 8. Æneid.* atque oculos per singula voluit. ¶Accipimus etiam Oculos pro notis, seu maculis rotundis, quales videmus in pardorum pellibus, & caudis pauonum. *Plinius lib.8 capite 17.* Pantheris in candido breues maculæ rum oculi. ¶Per translationem posuit *Cicero in Lælio*, Nec verò ille in luce modò, atque in oculis magnus: sed intus, domique præstatior. Magnus in oculis & luce: id est coram hominibus. ¶Dicuntur etiam oculi in arborum surculis, vnde germinant. *Cato de Re rustica cap.6.* Ibi oculos arundinis pedes ternos alium ab alio seiunto. ¶Habet præterea hoc nomen varios, eósque elegantes in oratione vsus. Dicimus enim Adiicere oculos rei alicui, pro eo quod est, rei alicuius cupiditate teneri. *Cicer.4. Verr.* Partim planè videbant adiectum esse oculum hæreditati. ¶Capere rationem oculis apud Plautum, est rem aliquam visu æstimare. *Plaut. in Pseud.* [*sc.2. a.2.*] Vt ego oculis rationem capio. ¶Habere alicuius oculos in suis, est videre quid ille velit, aut imperet. [*Plaut. Pseud.sc.2. a.3.* vide *suprà.*] ¶In oculis aliquid habere, est ad illud valde, sempérque intentum esse, vt interpretatur Budæus, semper aliquid obseruare. ¶Oculi mei in vultu illius habitare dicuntur, à quo contuendo non mouentur. ¶Oculum exculpere, idem quod eruere. [Excludere. *Idem* Excludito herclè oculum si dedero. *Plaut. Pseud.sc.5. a. 1.* Oculos tibi effodiam, ne me obseruare possis. *Idem Aul.sc.1.a.1.* Alicui oculos effodere, prouerb. *Seneca ep.89.* ¶Oculi alicui dolere dicuntur, quoties aliquid videt quod videre molestum est. ¶Intendere oculos, est fixis oculis aliquid intueri, & oculos immobiles tenere. ¶Oculos aliquorum tenere, est in contemplationem sui adducere. ¶Oculos tollere, per translationem, est refici, recreari, & delectari vt lætiore nuntio de re aliqua, quæ cupidè expetatur. *Cic. ad Tironem*, Literæ meæ, siue nostræ, tui desiderio oblanguerunt: hac tamen epistola quam Acastus attulit, oculos paululum sustulerunt. ¶Ab oculis *Plaut.* suo more formauit superlatiuum Oculissimus, pro charissimus, Salue, valuistin' ostrum oculissimum? [*Et Curc. sc. 2. a.1.* Salue homo oculissime.] ¶Oculis captus, Cæcus dicitur: ἀλαὸς, πηρὸς τὰς ὄψεις. *Cic. 6. Verr.* Tametsi in oculis quidem captus in hanc frandem tam scelerandam decidisti.

ŏcŭlŭs, diminut. ὀμμάτιον. Gallic. Oillet, petit œil. Ita. *Occhietto.* Ge. Eth. Englin. Hispanic. *Pequeño ojo.* Anglic. *A little eye.* {*Catullus de Acme*, Et dulcis pueri ebrios ocellos. ¶Ocellus meus, *apud Plaut. in Asin.* blandientis vox est, Da (*inquit*) meus ocellus, mea rosa. [*Plautus Mostell.sc.3.& 4.a.1.* Ocellus es meus, meum mel. *Gellius ca.7.lib.15.* Mi Cai, meus ocellus iucundissimus.]

ŏcellātŭs,a,um, Quod ocellos habet, id est cauernulas quasdam. {πολυόμματος. Gal. Qui a plusieurs petis yeux. Itali. *Chi a molti piccioli occhi.* Ger. Eugtechtig. Hispanic. *Lleno de muchos ojuelos.* Angli. *That hath many eyes.*}

[Ocellatum,i, vel in plurali Ocellata, orum: *Sueton. in Augusto cap.83.* Talis, aut ocellatis, nucibúsque ludebat. Hìc, vt putat Patteratius, Ocellata sunt putamina, siue nuclei malorum perficorum. Gall. Noyaux de pesches; quæ ab ocellis, h.e. minutis foraminibus, quibus coopertonij interpres, scribit Ocellata ibi esse globulos, vel lapideos, vel eburneos, vel ex alia materia, quibus olim puellæ ludebant: & frustra esse Brodæum, cùm inibi Oisiculis legi vellit: Itémque alios qui oscillatis legendum esse contendunt, pro Ocellatis.]

ŏcŭlĕūs,a,um, Plenus oculis, oculatus. {πανόπτης, πολυόμματος. Gal. Plein d'yeux. Ita. *Occhiuto, pieno d'occhi.* Germ. Bot augen. His. *Lleno de ojos.* Ang. *Full of oyes.* } *Plaut. in Aulu.* [*sc.5.a.3.*] Quos in Argi feruet, qui totus oculus fuit, Quem quondam Ioui Iuno custodem addidit. Is nunquam feruet. ¶Per translationem ponitur pro perspicaci, quasi qui totus ex oculis constet. *Apuleius*, Perspicaciorem ipso Lynceo, vel Argo, & oculeum totum.

*Ocularius, Adiect. *Solinus cap.37.* Cuius succus proficit ad ocularium claritatem. *Loquitur autem de euphorbia.* Ocularia ægritudo. *Solinus cap.10 ad finem*, Aut etiam ocularias dissipant ægritudines. *Cels. libr. 6. cap.6.* Euelpides autem qui nostra ætate maximus fuit ocularius medicus, vtebatur eo quod ipse composuerat.

ŏcŭlātŭs,a,um, Qui multos habet oculos, vel qui acutè videt. {πολυόμματος, ὀμματοφυὴς, ὀξυδερκὴς. Gall. Plein d'yeux, qui a bonne veuë. Itali. *Occhiuto.* Germa. Vell augen/scharpffsichtig. Hisp. *Lleno de ojos.* Angl. *That hath man eyes, quicke offsigt.* } *Plaut.in Truc.* Pluris est oculatus testis vnus, quàm auriti decem: id est qui præsens fuerit, videritque. ¶*Plin.* Oculatissimum locum appellat conspicuum, *lib.34.cap.6.* In qua legatione interfecto, Senatus statuam poni iussit quàm oculatissimo loco in Rostris. Quid si luculentissimo leui immutatione legas. ¶Oculatà diem vocat *Plau.in Pseud.* [*sc.3.a.1.*] diem præsentem, quo scilicet statim videmus pecuniam nobis annumerari: cui opponit Cæcam diem, qua nihil numeratur præsentis pecuniæ. Eme (*inquit*) die cæca oleum: id vendito oculata die. [*Plaut. Asin.sc.3.a.1.* Semper oculatæ sunt manus nostræ credunt quod vident.]

ŏcŭlātĭo,onis, In vitibus pro gemmarum luxuriantium defectione. *Plin. libro 17.cap.21.* Simplici iugo constat porrecto ordine, quem canterium appellant: meliórque ea vino, quando sibi obumbrat, assiduóque sole coquitur, & afflatum magis sentit, & celerius rorem admittit. Pampinationi quoque & oculationi, omnique opere facilior.

ŏcŭlĭtŭs, penul.corr. aduerb. Sicut Medullitus, Animitus, in modum oculi. {ἐμβραμιδὸν, ἐν τῇ ὀφθαλμῶν. Gal. Du profond des yeux, comme ses propres yeux. Ita. *Come i suoi occhi* Ger. Als ire eigne augen. Hisp. *Como los oyes.* An. *Euen with his eyes.*} Qui amât ancillã meã oculitus.

ŏcŭlo, as, Illustro vel illumino, quasi ex cæco oculatum facio. {הוֹשִׁיעַ *hoshiah*, ὀμματόω. Gal. Illustrer, illuminer. Itali. *Illustrare, illuminare.* Germani. Ein aug geben/erleuchten. Hispanic. *Alumbrar, esclarescer.* Ang. *To mak light.* } *Tertul. in Apologet.* sed quia iam expolitos, & ipsa vrbanitate deceptos, in agnitionem veritatis ocularet. Sed hoc vix crediderim apud veteres inueniri. Neque enim oculatus participium est à verbo Oculo, sed potius nomen, sicut Manicatus & Tunicatus.

ŏcўălŭs, ὠχύαλος. Vnus ex Phæacibus, tempore Alcinoi regis, vt ostendit *Hom. lib.8. Odyss.*

ŏcўmum, penultima correpta. {ὄκυμον. Gal. La dragee aux chenaux ou bœufs. Itali. *Herbe diuerse per boi.* Germ. Gesäyt auss vilerley kreuter vnd gemüss dem vich zu dem futer oder zur weid. Hispa. *Heruen para los bueyes.* Ang. *A mixture of sundrie cornes for beastes.*} Farrago est diuersarum herbarum, vel leguminum, ad boum pabulum fata, qua ciebant aluum bobus: id erat huiusmodi, Fabæ modios decem, viciæ duos, tantundem & eruiliæ, in iugero, autumno miscebant, ac serebãt, admista etiam auena Græca, cui non cadit semen. Ductum nomen ab ὠκὺς, quod significat Velocem, vel propter celeritatem nascendi, vel quod bobus aluum cieat: quapropter etiam iis datur, vt purgetur. *Autor est Varr. libro 1. de Re rust. cap.31. Vide de hoc plura in Annotat. Hermol. Barbari in Dioscorid. lib.2.c.158.*

ŏcўŏr, {ὠκύτερον, ὠκύτερος. Gal. Plus soudain, plus leger, plus viste. Ita. *Più veloce.* Germ. Schneller. Hispant. *Masligero.* Angl. *More suddaine or swifte.*} & Ocyssimus, ὠκύτατος, ὠκύτατος, Græca quibus tanquam Latinis vtimur, pro Celerior, celerrimus: fiunt à positiuo Græco ὠκὺς, quo Latini carent. *Plinius lib.2.c.8.* Mercurij sydus inferiori circulo fertur, nouem diebus ocyore ambitu, modò ante Solis exortum, modò post occasum splendens. *Idem lib.16.c.31.* Quidam breuitate radicum senescere celerius arbores putant, quod coarguunt fici, quarum radices longissimæ & senectus ocyssima est.

ŏcўŭs, & Ocyssimè, aduerbia. {ὠκύτερον, ταχύτερον, ἄμεινα, τάχιστα. Gal. Plus vistement, plus legerement. Ita. *Molto, presto.* Germa. Eylendts ganz schnell/flugks. Hispani. *Mas legeramente.* Ang. *Sooner quickelier.*} Quanquam & Ocyter dicatur pro Citò, & perquàm promptè. *Terent. in Andr.* Eamus ergo ad eum ocyus. *Idem in Heauton.* -& tu, id quod cupis Quàm ocyssimè vt des. [*Plaut. Curc.sc.2.a.1.* Non se commouent ocyus pessuli. *Ibid.sc.2.a.2.* Exi, exi inquam ocyus.]

ocypete, ὠκυπέτη, Vna ex Harpyiis: sic dicta quòd alarum velocitate polleat, ὠκὺς enim celer & citus dicitur: πέτομαι, volo, as. *Vide Cælium libro 39.cap.27.*

ocyrrhoë, ὠκυῤῥόη, Nympha fuit, Chironis Centauri filia ex Chariclo nympha: ita dicta à celeriter fluendo: ὠκὺς celer & ῥέω fluo. Poëtæ in carmine abiicunt alterum r, quod aliter hexametrum carmen nequeat ingredi. *Ouid.2. Metamorphos.* quam quondam nympha Chariclo Fluminis in rapida ripis enixa vocauit Ocyrhoen.

O ante D.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

OD. In notis antiquorum ordo. O. D. M. opera domus munus.

ODESSVS, ὀδησσὸς, Vrbs eſt in Mœſia inferiori, inter Axiacem & Borysthenem amnes paululum à ponte Euxino remota. *Autor Ptolem. tabula Europæ 8. & apud Melam. lib. 2.*

ōdĕum, penu. product. {ᾠδεῖον. GAL. Lieu deputé aux chantres ou menestriers pour chanter. ITAL. *Luoco designato nella casa à cantare.* GER. Ein gſangh auſs / oder ein gmach im hauſs in welchem man ſinget vnd muſiciert. HISP. *Lugar para cantar.* ANGLI. *A place appointed for ſingers or minſtrels.*} Locus eſt in ædibus cantui deſtinatus, ἀπὸ τῆς ᾠδῆς, hoc eſt à cantu dictus. *Cicer. ad Attic. 4.* Monumentum illud quod tu tollere laudibus ſolebas, vt odeum laxaremus, & vſque ad atrium Libertatis explicaremus, contempſimus feſtertiũm ſexcenties. *Vide Cæl. libr. 38. cap. 12. Vitru. lib. 5. cap. 9.* Pericles Athenienſis inter cætera opera quæ Athenis extruxit, fecit & odeum in quo certamina muſica ſpectabantur: quod multis ſedibus & columnis exornatum fuiſſe hiſtorici prodiderunt.

ōdē, ᾠδή Græcè, cantus Latinè dicitur: vnde etiam *Horatius* carmina ſua Odas appellauit.

ōdfăcĭo, veteres pro olfacio dixerunt. *teſte Feſto.*

ōdī, odiſti, odit, verbum defectiuum (*vt Priſcianus inquit*) neque præſens, neque futurum, neque participium habet: ſed tam præſentis quàm præteriti temporis ſignificationem retinet. {שנא *ſané. μισῶ, ἐχθαίρω.* GAL. Auoir en haine, hair. ITALI. *Hauer in odio.* GERMAN. Haſſen. HIS. *Aborreſcer.* ANGLI. *To hate to diſdaine.*} Significat enim Odi, odio habeo & habui. [¶ Veteres dixere Odio, odis, odit, *Vide* annotata à Io. Paſſeratio ad Antonij epiſtolam ad Hircium & Cæſarem ad ea verba, Ne deſere partes, quas Pompeius odiuit. *Plau. Men. ſc. 6. a. 5.* Verbera ego odi, Ait ſe non quenquam peius odiſſe. *Plautus Mil. ſc. 1. a. 2.* adeo vt omnes oderit. *Plau. Capt. prologo.* Odi aurum multa luaſit perperam. *Plaut. Capt. ſc. 2. a. 2.* Minimè miror ſi te odit. *Ibid. ſc. 4. a. 3.* Vt vxorem odi male. *Plaut. Menæ. ſc. 3. a. 1.* Mendacem odi. *Plaut. Moſtel. ſc. 3. a. 1.*] *Cic. de Amicit.* Alterum propter crudelitatem ſemper hæc ciuitas oderit. *Idem,* Aperte odiſſe magis ingenij eſt quàm fronte occultare ſententiam. *Horat. 1. Epiſtol. 19.* Oderunt hilarem triſtes, triſtemque iocoſi: Sedatum, celeres, agilem gnauúmque remiſſi: Potores bibuli media de nocte Falerni, Oderunt porrecta negantem pocula, quanuis Nocturnos iures te formidare vapores. *Ouid. 2. de Arte,* amor odit inertes. ¶ Hinc participium Oſus: & compoſita Exoſus & Peroſus, & Oior verbale: *de quibus ſuis locis.*

ŏdĭum, Ira inueterata. {שנאה *ſineáh. μῖσος, ἔχθος.* GAL. Haine, rancune. ITA. *Odio.* GERMANIC. Ein haſs. HISPA. *Ira, enuegeſcida, odio, abhorreſcimiento.* ANGL. *Hatred or diſdaine.*} Interdum vtuntur pro importuna quadam aſſiduitate, moleſtia, faſtidio. *δυσχέρεια, ἐνόχλησις. Plaut. in Aſin.* [*ſc. 4. a. 2.*] Iam hic me abegerit ſuo odio. [i. tam odioſus eſt. *Paſſerat.*] *Terent. in Eunuch.* -tum ſicubi eum ſatietas Hominum, aut negotij ſiquando odium ceperat. [Eſtne nouis nuptis odio Venus? *Catull. de Com. Beren.* Flagrant odio tua pectora noſtro. *Ouid. Eleg. 9. lib. 4. Triſt.* Odium, non vxor eram. *Plaut. Aſin. ſc. 2. a. 5.* Item, Tun' me odium vocas? *Plaut. Cur. ſc. 3. a. 1.* Hanc odiis exornatæ fugam. *Ouid. Eleg. 3. ib. 1. Triſt.* Odio ciuiliter vſus. *Ouid. Eleg. 8. lib. 3. Triſt.* Odio ciuiliter vſus. *Ouid. ibid.* Odio, & malo & moleſtiæ eſtis vt pulices, pedes, culices. *Plaut. Curcul. ſc. 2. a. 4.*] Odium mitigatur, deponitur, tenetur, ſedatur. *Cic. ad Quir. poſt reditum,* Odium vel precibus mitigari poteſt: vel temporibus Reip. communique vtilitate deponi, vel vlciſcendi difficultate teneri, vel vetuſtate ſedari. Odium igitur in illo eſt qui odit. Aliquando tamen meum aut tuum odium dicitur, non quo ego aut tu alium, ſed quo alius me aut te proſequitur. *Terent.* Nam neque negligentia, neque odio id fecit tuo. In quo negligentia etiam ponitur in eo qui negligitur, quum proprium ſit in eo qui negligit.

ōsŭs, a, um. {שנוא *ſanú* שנין *ſanín. μισῶν.* GAL. Qui a hay ou hait. ITA. *Che ha odio.* GER. Der da haſſet. HIS. *El que tiene odio.* ANGLIC. *That hat eth or diſdaineth.*} Atque eius compoſita, Exoſus & Peroſus participia ſunt, ſiue participiorum ſignificatione vſurpantur potius. Habent autem actiuam ſignificationem, exigúntque accuſatiuum. *Feſtus,* Oſus ſum præteritum eſſe putat à verbo Odio: quod tamen in vſu non eſt: nos potius à defectiuo Odi deductum putamus. *Plautus in Amph.* Inimicos ſemper oſa ſum obtueri. Id eſt odi. [*Gell. ca. 8. lib. 4.* Oſus eum erat.]

ōsĭrŭs, *Cicer. in Lælio*: Negabat vllam vocem inimiciorem amicitiæ potuiſſe reperiri, quàm eius qui dixiſſet, ita amari oportere, vt aliquando eſſet oſurus.

ōsŏr. {שנא *ſoné. ὁ μισούσας, ὁ ἐχθρὸς.* GAILIC. Qui hait, qui porte haine. ITAL. *Chi porta odio.* GERMANIC. Ein haſſer. HISPANIC. *El aborreſcedor.* ANGLIC. *He that hateth.*} *Plaut. in Aſin.* [*ſc. 2. a. 5.*] Madidum, nihili incontinentem atque oſorem vxoris ſuæ: id eſt qui odit vxorem ſuam.

ŏdĭbĭlĭs, adiectiuum, {*μισητός.*} *Lamprid. in Heliog.* Vita, moribus, improbitate ita odibilis eſt factus, vt eius nomen Senatus eroſerit.

ŏdĭōsŭs, a, um, Qui odio habetur. {שנוא שנין *ſanu ſanín. μισητός.* GAL. Odieux, faſcheux. ITA. *Odioſo.* GERM. Haſſig/verhaſſet. HISPA. *Coſa aborreſcida ò enojoſa.* ANG. *That is hated or diſdained.*} *Cice. de Amicit.* Odioſum ſane genus hominum officia exprobrantium. *Idem 1. Offic.* Palæſtrici motus ſæpe ſunt odioſiores & hiſtrionum nonnulli geſtus ineptiis non vacant. *Idem de Senect.* Senectus ſic pleriſque ſenibus odioſa eſt, vt onus ſe Ætna grauius dicant ſuſtinere. ¶ Aliquando capitur pro moleſto. *λυπηρὸς, ἐπαχθὴς. Terent. in Phorm.* Si porrò eſſe odioſi pergitis. [Haud falſa ſum nos (Mulieres) odioſas haberi. *Plaut. Aul. ſc. 3. a. 1.* Mihi odioſus es quiſquis es. *Plau. Milit. ſc. 5. a. 2. & Pſeud. ſc. 1. a. 1.* Odioſus tandem vix ab ægrotis venit Medicus. *Plaut. Menæ. ſc. 3. a. 5.* æquùm ſi facias odioſus ne ſies. *Plau. Men. ſc. 2. a. 3.*] Sciendum quod in oſus elata quædam copiam aut affectionem: quemadmodum apud Græcos terminata in ώδης, ſignificare, vt Animoſum, Neruoſum, Saxoſum, Aquoſum; quod copiam ſaxorum, neruorum, ingenij & animi habet. Vinoſus, Libidinoſus, Mulieroſus, Seditioſus, Factioſus, qui amat vinum, libidines, mulieres, ſeditiones, factiones. Quædam actionem, vt Studioſus, Stomachoſus, Contumelioſus: qui operam dat ſtudio, qui ſtomachatur, qui contumelia afficit. Quædam paſſionem, vt Odioſus, Inuidioſus: qui habetur odio, & qui inuidetur. Quædam actiue & paſſiue accipi poſſunt, vt Formidoloſus, Laborioſus, Operoſus, Voluptuoſus, Religioſus.

ōdĭōsē, aduerbium, Cum odio, ſtomacho, faſtidio. {*μισητῶς, ὀλοχερῶς.* GAL. Odieuſement. ITA. *Odioſamente.* GERMAN. Haſslich/mit haſſ/feindſäligkeit. HIS. *Enojoſamente.* ANG. *With hatred, ſpitefully.*} *Plaut. in Bacch.* Caue vero, odiose facis. *Ad Herennium lib. 4.* Viuis inuidiose, delinquis ſtudiose, loqueris odiose. *Quintil. lib. 1. cap. 6.* Quia nihil eſt odioſius affectatione.

Odinolyontes, ὠδινολύοντες, Piſciculi ſunt exigui, magnitudinem gnæ limacis non excedentes, quos Græci alio nomine Echeneidas, Latini etiam Remoras vocant, διὰ τὸ λύειν τὰς ὠδῖνας: id eſt à ſoluendo dolore partus. Quippe ſale aſſeruatum & alligatum, grauidis partum ſoluere prodiderunt. *Plin. libro 32. cap. 1.*

ODITES, ὀδίτης. Vnus ex Centauris, Ixionis ex Nube filius, à Mopſo intertectus in nuptiis Pirithoi. *Ouid. 12. Metam.* Occubuit fruſtráque loqui tentauit Odites.

ODIVS, ὀδιος, Halizonum dux fuit, quem Agamemnon in bello Troiano interfecit. *Homer. libro Ilia. 5.*

Odo, odonis, Calceamenti genus. Cuius meminit *Vlpian. l. 25. §. 17. D. de aur. & argent.* Alia, *inquit*, cauſa odonum eſt: quia vſum calceamentorum præſtant. Significare videtur ſoleas laneas aut lineas, quarum alteras caloris, alteras mundiciei cauſa induimus. Vdones tamen apud Martial. legimus, *Vide infrà* VDO Ex *Hotomano.*

Odœporicon, *vide* Hodœporicon prima vocali aſpirata.

Odontăgra, æ, ὀδοντάγρα, Inſtrumentum eſt chirurgicum dentibus euellendis accommodatum.

Odontotrimma, ὀδοντότριμμα. A Græcis dicitur dentifricium, hoc eſt medicamentũ quo dentes tricantur: vt albeſcãt. διὰ τὸ τρίβειν τοὺς ὀδόντας.

ŏdŏr, odoris, Nihil aliud eſt quàm infectus aër, *interprete Plin. lib. 9. cap. 7.* {ריח *réach. ὀσμὴ.* GA. Odeur, ſenteur. IT. *Odore.* GE. Ein geſchmack oder geruch. HIS. *Olor.* ANG. A *ſauour, ſmell, or ſent.*} Dictus odor quaſi olor: literæ vnius commutatione: dicitur & Odos pro odor, ſicut Honos, Lepos. *Plaut. in Capt.* Quorum odos ſubbaſilicanos omnes abigit in forum. *Idem in Men.* [*ſc. 2. a. 1.*] Ecquid de odore poſſis, ſi quid fortè olfeceris, Facere coniecturam. [Naſo odos obſecutus eſt meo. *Plau. Curc. ſc. 2. a. 1.* Is odos demiſſis pedibus in cœlum volat. *Plaut. Pſeu. ſc. 2. a. 2.* Eum in odorem (patinarum) cœnat. *Ibidem.* Quarũ odore præterire nemo piſtrinum poteſt (i. tetro) Et, Quorum (piſcium) odos abigit. *Plaut. Capt. ſc. 1. a. 4.* Vbi vino conſperſi fores: De odore ſcit me adeſſe. *Plaut. Cunc. ſc. 1. a. 1.* Sternite lectos, incendite odores. *Plaut. Men. ſc. 3. a. 2.* Omnium vnguentũm præ ruo nautea. *Idem Curc ſc. 1. a. 1.* Naſo odos obſecutus eſt meo. *Plaut. Curc. ſc. 2. a. 1.* Dianæ arabico fumificem odore. *Plau. Mil. ſc. 5. a. 2.* Vnguenta, odores, corollæ, (in conuiuio.) *Plaut. Pſeud. ſc. 1. a. 5.*] *Virg. 3. Æneid.* -contactúque omnia fœdant Immundo tum vox tetrum dira inter odorem. *Ouid. 2. Metam.* Vt tamen ingratus in pectora fudit odores. ¶ Per tranſlationem quandoque ponitur pro indicio, *teſte Budæo*, vt Odor Dictaturæ. *Cic. ad Attic. lib. 4.* Res fluit ad interregnum, & eſt nonnullis odor dictaturæ. [*Gell. cap. 14. li. 12.* Odor ſuauitatis in verſibus.] ¶ Odores & aromata pro eodem accepit *Colum. li 2. cap. 20.* Quòd ſi non ita vt præcipimus, permiſceueris, ſubſident aromata & aduruntur. Et *paulò poſt.* Ad prædictum autem modum muſti adiici debent odores, nardi folium, iris Illyrica, &c.

ŏdōrŭs, a, um, pen. prod. Quod ex ſe odorem mittit. {ὀσμὴν ποιῶν, ἀρωματίζων. GAL. Qui flaire bon, qui rend bonne odeur. ITA. *Che ha botto odore.* GERM. Geſchmackt/ſmackreich/wolgeſchmackt. HISPA. *Coſa de buon olor.* ANGL. *That hath and letteth out a ſauour.*} *Stat. 6. Theb.* & quo ego vulnere pinus Scinditur. *Ouid. 9. Metam.* Naiades hoc pomis, & odoro flore repletum Sabrarunt: diuéſque meo bona Copia cornu eſt. ¶ Aliquando actiue pro ſagaci & eo qui odoratur. *Virg. 4. Æneid.* -& odora canum vis.

ŏdōro, as, penult. produ. Odoratum facio. {ὀδὸν ποιῶ, ἀρωματίζω. GAL. Donner bonne odeur à quelque choſe, la faire ſentir bon. ITALIC. *Profumare.* GERMAN. Ein guten geſchmack oder geruch machen. HISPA. *Hazer buen olor, perfumar.* ANGLIC. *To mak to ſmell and ſauour well.*} *Colum. lib. 9. cap. 4.* Qui coloret odorétque mella: hoc eſt odorata reddat. ¶ Odoro pro odore repleo. *Ouid. 15. Metamorph.* Thura ſuper ripas, aris ex ordine factis, Parte ab vtraque ſonant & odorant æra fumis.

ŏdōrŏr, aris, deponens, Odorem percipio. {ריח *heriach. ὀσφραίνομαι.* GALLI. Sentir & flairer, odorer. ITALIC. *Odorare, ſentir odor.* GERM. Schmecken/eines geſchmacks innen werden. HISP. *Sacar el raſtro por olor.* ANGLIC. *To fede the ſauour of a thing.*} *Colum. lib. 6. cap. 2.* Deinde nares perfricato, vt homines diſcant odorari. id eſt olfacere. *Plaut. Men.* Agedum odorare hanc quam ego habeo pallam, quid oler? ¶ Per tranſlationem eſt odore quodam ſuſpicionis aliquid ſentire: *vt apud Cicer. ad Attic.* Cupio antequam Romam veniam odorari diligentius quidnam futurum ſit. ¶ Odorari ſagacius, eſt diligenter inueſtigare & indagare. *Cicero ad Attic. libr. 6.* Tu ſagacius odorabere. Odorari & deguſtare aliquem, eſt callide & clàm explorare quid quiſque habeat animi. *Cic. ad Attic. lib. 4.* Tu velim vt Fabium ſi quem habes aditum odorere, & iſtum conuiuam tuum deguſtes. [*Plaut. Milit. ſc. 2. a. 2.* Ibo odorans quaſi canis venaticus. Agedum odorare iſtam pallam Quid olet? ſupra olfacere. *Plau. Mil. ſc. 2. a. 1.*] ¶ Pro eodem etiam legimus Odorare in actiua voce. *Cicer. poſt reditum*, Hi voluptates omnes veſtigant & odorant. [Ibo odorans quaſi canis venaticus. *Plaut. Militi ſc. 2. a. 2.*]

ŏdōrātĭo, onis, Odoris perceptio. {ריח *riách. ὀσφρησις.* GAL. Flairemẽt. ITA. *Odoramento, eſſo odorare.* GER. Das ſchmecken/die krafft zu ſchmecken. HIS. *Aquella obra de hazer buen olor.* ANG. A *ſauouring or feeling the ſmell of a thing.*} *Cic. 4. Tuſcul.* Et qualis eſt hæc aurium, tales ſunt oculorũ, & actionum, & odorationum, & ſaporum voluptates.

ŏdōrātŏr, oris. {מריח *meriach. ὀσφρητικὸς.* GAL. Qui flaire. ITAL. *Che odora bene.* GERM. Ein erſchmecker/der ein ding geſchwind wol erſchmeckt. HISP. *El que ſaca le raſtro olor.* ANG. *That ſmelleth or ſenteth the ſauour of any thing.*} Qui odoratus ſenſu plurimum valet, vti ſunt ex canum genere qui & Odoriſequi, & ſagaces dicuntur.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ŏdōrāmēntum, ti, Paſtillus vel aliud quiduis quod odoris gratia tenemus. { נמכת *neeḥóth.* ὀσφρησις, ἄρωμα. GALLIC. Odeur, ſenteur. ITA. *Odoramento, odore.* GERMANIC. Etwas das wol ſchmeckt / ein wolriechend täfelein. HISPANIC. *Buen olor.* ANGLIC. *Any ſweet thing that ſauoureth well.* } *Plin.lib.21.cap.27.* Omnium odoramentorum atque adeò herbarum differentia eſt in colore & odore & ſucco. *Colum.libr.11.cap.2.* Tum etiam ſalem atque odoramenta quibus condire vinum conueuerunt.

* Odoramen, Idem. *Macrob.li.1.Saturn.in præf.* Confuſura videlicet omnium ſuccos odoraminum in ſpiramentum vnum.

ŏdōrārĭus, rij ſubſtantiuum, Qui odores conficit vendítque. { רקח *rokéach.* ἀρωματοπώλης. GAL. Perfumeur. ITA. *Profumiere.* GER. Der wolriechende ding macht vnd verkaufft. HISP. *Perfumero.* ANG. *That maketh and ſelleth perfumes.* } ¶ Odoratus, a, um, quod ad odores pertinet. vt Odoraria myrrha. *Plin.lib.12.cap.27.* Pretium eius, quam odorariam vocant ad XIIII.

ŏdōrātŭs, a, um, Odore repletus, odore perfuſus, & qui aliunde odorem accepit. ὀσμώδης. GAL. Plein d'odeurs, qui ſent & flaire bon. ITALIC. *Odorato, profumato.* GERMANIC. wolgeſchmact / vol gutes geſchmacks. HISPAN. *Coſa de buen olor.* ANGLIC. *That ſmelleth ſweetlie, replenished with ſweet ſauour.* } vt Templum odoratum. *Plin.epiſt.lib.2.* Ante cryptoporticum xyſtus violis odoratus. *Horat.3.Carm.Ode 20.* Fertur & leni recreare vento Sparſum odoratis humerum capillis. *Idem 2.Serm. Sat 7.* prodis ex iudice Dama Turpis, odoratum caput obſcurante lacerna. ¶ Interdum ſumitur pro odorifero, id eſt quod ex ſe odorem habet. *Plin.lib.21.cap.4.de roſa,* Quibuſdam annis minus odorata prouenit. Præterea locis omnibus ſiccis quàm humidis odoratior. *Virgil. lib.3.Georg.* Diſce & odoratam ſtabulis accendere cedrum. *Seruius* Odoratam pro odoriferam. [Plenáque odorati diſponit pocula Bacchi. *Ouid.3.Faſt.* Feſtáque odoratis innectunt tempora ſertis. *Ouidius Eleg. 4.lib.5.Triſt.*]

Odoratus, huius odoratus pro olfactu. { ריח *réaeḥ.* ὄσφρησις, ὄσφρασις. } *Cic. 2.de Nat.deor.* Eorum iucundus non guſtatus ſolùm, ſed odoratus etiã & ſpectatus.

* Odoratus, item pro Odore. *Plin.lib.25.cap.13.* Folia coriandri tenuiora, graui odoratu.

ŏdōrĭfĕr, a, um, adiectiuum, Odorem reddens. { ἀρωμα φορέσης, νόσμος. GAL. Odoriferant, qui rend bonne odeur. ITAL. *Odorifero.* GERM. Das wol ſchmeckt / oder wolſchmeckend ding bringt. HISP. *Coſa que da buenos olores.* ANG. *That bringeth a ſauour, or ſmell.* } *Plin.lib.12.cap.17.* Eundem & ad ſerpentes fugandas vrunt, in odoriferis ſyluis frequentiſſimas. Gens odorifera. *Ouid.4.Metam.* Arabia odorifera, in qua naſcuntur odores. *Plin.lib.5.c.11.*

ODRYSAE, ὀδρύσαι, Populi ſunt Thraciæ. *Plin.lib.4.c.11.* Horum olim ampliſſimum fuit regnum, ab Abderis Thraciæ vrbe vſque ad Pontum Euxinum, & Iſtrum fluuium extenſum. *Vide Thucydidem lib.2.*

* Odryſius, Adiect. Idem quod Thracius. *Sta.1.Achi.* Carmen Odryſium. Id eſt Orphei qui Thrax erat. *Valer.5.Argon.*

* Odyſſea, Odyſſeæ, Ὀδύσσεια, Homeri opus de Vlyſſis erroribus, 24. libris abſolutum. *Cic.de Clar.Orat.* Nam & Odyſſea Latina eſt ſic tanquã aliquod opus Dædali, & Liuianæ fabulæ, &c.

O ante E

O.E.R. In notis antiquorum ob eam rem.

OEA, οἴα, Africæ ciuitas eſt, vna ex tribus quæ Tripolim illam Africanam fecerunt. Solinus, Achæi Tripolim lingua ſua ſignant de trium vrbium numero, Oeæ, Taphræ, Leptis magnæ, &c.

OEAGRVS, οἴαγρος, Nomen eſt patris Orphei. Eſt præterea hoc nomine Thraciæ quidam fluuius, à quo Hebrus initium ſumit, qui ob id Oeagrius cognominatur. *Virgil.4.Georg.* Tum quoque marmorea caput à ceruice reuulſum Gurgite cum medio portans Oeagrius Hebrus, &c.

OEANTHE, οἰανθὲς, καὶ οἰάνθεια, *Steph.* oppidum eſt Locrorum: *apud Plin.li. 4.cap.3.*

OEBARES, οἰβάρης, Darij ſtabularius, cuius induſtria ipſe Darius Perſarum regnum adeptus eſt. Nam cum placuiſſet ſeptem Perſarum Satrapis, vt poſtridie ſingulos equos certum in locum adducerent, cuiuſque equus primus hinnitum edidiſſet, is Perſarum rex declararetur: Oebares re intellecta, domini equum eodem in loco quò conuenturi erant equæ admiſit. Quò quum poſtridie reduceretur, coitus deſiderio rurſus hinnitum edidit. *Vide Herod.lib.3.& Iuſti.lib.1.*

OEBALIA, οἰβαλία, vulgò *Taranto,* Regio in Peloponneſo, quæ & Laconia dicitur ab Oebalo Arguli filio, qui rex Laconum fuit. *Sta.lib.1.Achill.* Soluerat Oebalio claſſem de littore paſtor Dardanus. Quod autem *Virg. lib.4.Georg.* dixit Namque ſub Oebaliæ memini me turribus altis, &c. ideò poſuit, vt oſtenderet Tarentum à Laconibus fuiſſe conditum, quorum pars eſt Oebalia. [Oebaliæ matres Sabinæ. *Ouid. 3.Faſt.*]

OEBALIDAE, pen.cor. οἰβαλίδαι. Dicti ſunt Caſtor & Pollux ab Oebalia Laconiæ regione, in qua nati feruntur. *Ouid.5.Faſto.* Effugere Oebalidæ curſu potuere ſequentes. Helena quoque illorum ſoror eandem ob cauſam Oenobalis dicta eſt.

OEBALVS, pen.cor. οἴβαλος. Rex Laconum, Arguli filius, à quo Regio Oebalia. ¶ Alius fuit Telonis Caprearum regis, & Sebetidis nymphæ filius, qui bonam Campaniæ partem in ditionẽ ſuam ſubegit. *Vide Seruium in Virgilium 7.AEneid.* [Qui (flos) prius Oebalio fuerat de vulnere natus. *Ouid.13.Metam.*]

ŌECHĂLĬĂ, οἰχαλία, Vrbs Laconiæ, ab Oechaleo fluuio eam præterfluente ita dicta, ſed poſtea ab Hercule euerſa. Vnde & ea pars Laconiæ, quę vrbi huic propinqua eſt, Oechalia appellatur. *Virg.8. Æneid.* Vt bello egregias idem diſiecerit vrbes, Troiámque Oechaliamque. In hac Eurytus regnauit, qui Herculi filiam Iolam antè promiſſam negauit, quòd filius eum dehortatus, Herculem & vxorem & filios eſſe interemptu rum affirmauerat. Quare illum & filios interemit, atque Oechaliam eius vrbem euertit, *teſte Virg.8.AEneid. Ouid.lib.9. Metamorphoſ.* Victor ab Oechalia Cenæo rite parauit Sacra Ioui. ¶ Aliæ etiam fuerunt Oechaliæ, vt in Theſſalia; & Euboea.

ŏecŏnŏmŭs, penul.cor. { בן משק *ben méſchek.* οἰκονόμος. GA. Maiſtre d'hoſtel, deſpenſier. ITAL. *Diſpenſiere, maeſtro di caſa.* GERMAN. Ein hausshalter / Schäffner. HISPAN. *Mayordomo.* ANG. *A ſteward, he that keepth the ſtore of an houſehold.* } Tam pecuniæ, quàm frugum, & omnium quæ dominus poſſidet, diſpenſator & rei familiaris adminiſtrator eſt.

ŏecŏnŏmĭă, miæ, Adminiſtratio, diſpenſatio. { οἰκονομία. GAL. Gouuernement & conduite d'vne maiſon. ITA. *Gouerno di vna familia.* GERM. Ein hausshaltung / hausseruualtung / ſchäffnerey. HISPAN. *La mayordomia.* ANLIC. *The ſteward ship or gouuernance of an houſe.* } tamen ad alia. Nam *apud Quintil. lib.1.* pro diſpoſitione accipitur, oratoribus & poetis maxime neceſſaria, quæ quid quo loco ſit dicendum, oſtendit. *Sic enim eodem lib.cap.8.inquit,* Oeconomia quoque in his diligentior, quàm in pleriſque nouorum erit. *Idem lib.3.cap.3.* Hetmagoras iudicium, partitionem, ordinem, quæque elocutionis ſunt, ſubiecit œconomiæ: ſic Græce appellata ex cura rerum domeſticarum, & hic per abuſionem poſita, nomine Latino caret.

ŏecŏnŏmĭcă, orum, Quæ ad rem domeſticam ac familiarem pertinent. τὰ οἰκονομικά. [Oeconomica, pars politicæ, & eius laus. *Plutarch.in Compar.Catonis & Ariſtid.*] ¶ Vnde & Oeconomicus Xenophontis pulcherrimus liber eſt, qui non gubernationem villæ, ſed diſpenſationem vniuerſæ domus deſcribit: qui liber eſt à Cicerone Latinus factus. Componitur enim ex οἶκος, quæ eſt domus, & νόμος lex.

ŏecŏs, { בית *bajith.* οἶκος. Græce, Domus ſiue familia Latinè dicitur: à quo Oeconomus. Ea voce vtitur *Plin.lib.36.cap.25.*

ŏecūmĕnĭcŭs, οἰκουμενικός, Latinè vniuerſalis, & ad totum orbem pertinẽs vnde Oecumenicum concilium dicimus. οἰκουμένη enim idem eſt quod orbis tetrarum, terra habitabilis.

ŏedēmă, atis, penult. prod. οἴδημα. Eſt tumor præter naturam, rarus, & indolens, conſtans ex frigida partis intemperie cum affluxu pituitæ. *Vide Galenum lib.14.Methodi.c.4.*

ŌEDĬPVS, huius Oedipodis, vel Oedipi, οἰδίπους, Laij, Thebanorum regis & Iocaſtæ filius fuit. { GERMANIC. Ein ſon Laii deß Thebaniſchen kõnigs / welcher dem wunderthier Sphynx genant / ſein frag auffgetõßt hat / vnd es darnach vmbracht. } quem pater quum ex Apollinis oraculo futurũ intellexiſſet vt à filio occideretur, paſtori occidendum tradidit: qui miſericordia commotus, quum inuitus regiæ ſtirpi manus inferret, neque tamen regis imperium auderet detrectare, perforatis gladio plantis, viminéque traiecto, ex arbore ſuſpendit, futurum putans vt ita inedia moreretur. Cæterùm quum Phorbas Polybij Corinthiorum regis paſtor illàc iter faceret, audito vagitu, eò accurrens, puerum ſeruauit, regináque, quæ liberis carebat, magni muneris loco obtulit: à qua, veluti puer cælitus miſſus, filij loco eſt educatus, & à pedibus ex vulnere tumentibus, Oedipus eſt appellatus. Grandior deinde natu factus, quum forte Thebas veniſſet, Laium patrem ſuum ignorans occidit, Iocaſtamque matrem duxit vxorem. Poſteà verò re cognita, tam torúmque à ſe ſcelerum pœnam repetẽs, vtrumque ſibi eruit oculum, Athenáſque in voluntarium conceſſit exilium. Declinatur autem Oedipus, podis, per tertiam declinationem: vel Oedipus, Oedipi, per ſecundam: *vt apud Plautum in Pœn.* Oedipo eſt coniectore opus, qui Sphingi interpres fuit. [*Ouid.Eleg.1.lib.1.* Oedipodas facito.] ¶ Pro eodem etiam legimus Oedipodes, æ, per primam declinationem. *Stat. tius lib.1.Thebaid.* Oedipodæ confuſa domus. ¶ Dauus ſum, non Oedipus, prouerbio vſurpatur à Dauo, *apud Terentium in Andria,* quum vellet ſignificare hominem ſeſe rudem, ad intelligenda obſcuriora ænigmata minimè parem eſſe. Tractum eſt prouerbium à callido, acutóque Oedipi ingenio, quod diſſoluto Sphingis ænigmate in vulgi ceſſit prouerbium.

ŏedĭpŏdĭōnĭŭs, ab Oedipus deducitur. *Lucan.* Oedipodionias infelix Fabula Thebas.

Oedipodionides, pen.cor. Patronymicum maſculinum. *Stat.1.Theb.* Interea patriis olim vagus exul ab oris Oedipodionides furtim deſerta pererrat Aoniæ.

Oenanthation, οἰνανθάτιον. Vnguentum œnanthinum eſt, teſte Ægineta, qui non ob id ſic nominatum putat, quòd œnãthen reſipiat, quum ſæpe fiat ſine ea, ſed à vino & floribus lilij.

œnānthē, huius œnanthes, οἰνάνθη, Flos labruſcæ, hoc eſt vitis ſylueſtris, non tamen cuiuſlibet, (nam duæ ſunt labruſcæ ſpecies) ſed eius tantùm quæ ſolum florem, non etiam vuas profert. Colligitur quum optimè olet, ſiccatur in vmbra ſubſtrato linteo, atque in cados conditur. Dicta quaſi οἶνου ἄνθος, hoc eſt vini flos. *Autor Plinius lib.12.cap.28.* ¶ Eſt præterea Oenanthe herba in petris naſcens, folio paſtinacæ, radice magna, numeroſa. *Autor Pli.lib.21.c.24.*

œnānthīnŭs, a, um, pen.prod. adiect. οἰνάνθινος. Quod ex œnanthe factum eſt: vt Oenanthinum vnguentum, quod ex œnanthe, hoc eſt flore labruſcæ fit. *Plin.lib.13.c.1.14.16.*

ŌENĀNTHĪĂ, Vrbs Sarmatiæ in Aſia. *Ptolem.lib.5.* Hodie S. Sophia, alias Oenanthie.

ŌENEVS, οἰνέυς, Ætoliæ rex Parthaonis filius, qui ex Althea Theſtij filia Meleagrum, Tydeum, & Deianiram genuit, quam Hercules duxit vxorẽ: licet alij matrem Tydei Eurigoeam appellent. *Sta.lib.1.Theb.* Vos quæ progenies quanquam Calydonius Oeneus, &c. Fabulantur Poëtæ regem hunc de primitiis, omnibus numinibus ſacrificaſſe, excepta Diana, quæ irata aprum immiſit, qui cuncta vaſtabat, donec à Meleagro occideretur. *Hæc Seruius.*

œnēŭs, a, um, pen.prod. Quo vſus eſt *Ouid.8. Metam.* & Oeneius per quatuor ſyllabas, quo vtitur *Stat.5.Theb.*

ŌENŌĀNDĂ, οἰνόανδα, Oppidum Gabaliæ, quæ Lyciæ regiuncula eſt tria habens oppida, Balburam, Bubonem, & Oenoandam. *Autor Plin.lib. 5.cap.25.*

ŌENŌCHĒMĂ, οἰνόχημα. Mons in finibus Africæ.

ŌENŌCHŌNVS, *Vide* ONOCHONVS.

ŌENŌMĂVS, οἰνόμαος, Hippodamiæ pater, Elidis rex, & Piſæ, & ex Marte & Harpina Aſopi, ſeu, vt alij tradunt, Eurythoe Danai filia progenitus, qui quum ex oraculo ſe à genero interfectum iri didiciſſet, & illa tamen à multis procis ob formæ præſtantiam ambiretur, curule certamẽ procis propoſuit, ea lege vt filia victori in matrimonium cederet, victus mortem ſubiret. Tredecim igitur victis & occiſis, Pelops Tãtali filius amore eius captus, Myrtilum eius aurigã pretio corrupit, vt axes

infirmos

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

infirmos & fragiles currus ſubiungeret. Quo facto Oenomaus vnà cũ curru corruit, memoriſque omnibus ea ruina collisis, mortuus eſt. Pelops itaque & coniuge & regno potitus, vniuerſam Cherroneſum de nomine ſuo Peloponneſum appellauit. *Strabo lib.* 8. ¶ Alter fuit Peloponneſius in bello Troiano ab Hectore interfectus, *teſte Homero.*

Oenŏmĕlī, ītos, οἰνόμελι, Potio ex melle & vino auſtero, quã Latini mulſum appellant. Rationem conficiendi, *vide apud Dioſc. lib* 5.

Oenŏē, es, οἰνόη, Oppidum Græciæ, Atticam à Bœotia diſterminans: cuius meminit *Thucyd. lib.* 3.

Oenōnē, οἰνώνη, Nomen Nymphæ Phrygiæ, quæ Paridem adamauit. *Ouid. in Epiſt.* Quum Paris Oenone poterit ſpirare relicta, Ad tontem Xanthi verſa recurret aqua.

Oenŏphŏrum, pen. cor. { אשישה *aſchiſchâh.* } Vas vinarium ad ferenda vina aptum: ab οἶνος, vinum, & φέρω, porto. *Martial. lib.* 8. Reddidit œnophori pondera parua ſui. *Apuleius Metamorphoſ. lib.* 8. Oenophoro, quo immiſtum vino gerebat venenum. *Iuuenal. Satyra* 6. tandem illa venit rubicundula totum Oenophorum ſitiens.

Oenŏphŏrŭs, ri, οἰνοφόρος, Miniſter, qui vinum in menſa miniſtrat.

Oenopĭdēs, οἰνοπίδης, Nomen Mathematici ex Chio inſula, Anaxagora aliquantò minor.

Oenŏpōla, æ, pen. prod. οἰνοπώλης, Venditor vini.

Oenopōlĭum, lij, οἰνοπωλεῖον. Ang. *A wine tauerne.* } Taberna vinaria. *Plaut. in Aſin.* Quum à piſtore panem petimus, vinum ex œnopolio. [*Plaut. Curc. ſc.* 3. *a.* 2. Quos ſemper videas bibentes eſſe in Oenopolio.]

Oenŏptæ, οἰνόπται, In Græcorum ſympoſiis dicebantur, quorum officium erat dare operam vt ex æquo biberetur. *Vide Cæl. Rhodig.*

Oenōtrĭă, οἰνωτρία, Regio Italiæ, ſeu ipſa Italia cuius populi Oenotrij dicuntur, vel Oenotria ita appellata ἀπὸ τῶ οἴνου, quòd optima in Italia vina naſcuntur: vel (*vt Varro putat*) ab Oenotrio Sabinorum rege. *Virgil. lib.* 1. AEneid. Oenotrij coluere viri, nunc fama minores Italiam dixiſſe ducis de nomine gentem, &c. { Germanic. Das weinland Italia.

Oenōtrĭdēs, οἰνωτρίδες, Dictæ ſunt duæ inſulæ, quæ ſunt contra Veliam: Fontia ſcilicet & Iſcia. *Plin.*

Oenūssæ, οἰνοῦσσαι. Tres inſulæ ſunt ante Meſſenem Peloponneſi vrbem: quarum meminit *Plin. lib.* 4. *cap.* 12. ¶ Eſt etiam Oenuſſa exigua inſula, Chio adiacens: *de qua idem Plin. lib.* 5. *cap.* 31.

Oesophăgus, pen. corr. οἰσοφάγος, Eſt fiſtula ab ore ad ventriculum vſque protenſa, & veluti via quædam cibo, potuique tranſmittendo deſtinata. Latinè gulam vocamus. Græce etiam στόμαχον: quanquam ſtomachum nonnunquam improprie pro ventriculo poſitum inuenimus.

Oeſtrum, œſtri. { οἶστρος. Gallic. Vn tahon qui tourmente les beſtes l'eſté. Ital. *Tafano.* Germanic. Ein rauſſende brãme. His. *La moſcarda.* Anglic. *An horſe flie that ſucketh the bloode of beaſtes.* } Inſecti genus eſt horriſono ſtrepitu, quod Latini Aſilum vocant, vulgus *Tabanum. Virg. 3. Georg.* Eſt lucos Silari circa ilicibuſque virentem Plurimus Alburnum volitans, cui nomen Aſilo Romanum eſt, Oeſtrum Graij vertêre vocantes: Aſper acerba ſonans, quo tota exterrita ſyluis Diffugiunt armenta. *Colu. lib. 9. cap.* 14. ſcribit naſci in extremis partibus fauorum, amplioris magnitudinis, quàm ſunt apes cæteræ, eóſque nonnulli putant eſſe reges. Verùm Græcorum autores οἴστρους appellant, quod exagitent, nec pariantur examina conquieſcere. *Plin. l.* 11. *cap.* 6. Naſcuntur interdum in extremis fauis apes grandiores, quæ cæteras fugant: Oeſtrus vocatur hoc malum. Eo Iuno in pellicem Io immiſſo, eam in furorem egit. Ita & poetæ diuino furore correpti, œſtro perciti dicuntur.

Oesyme, οἰσύμη, Oppidum eſt in Thracia, ſiue in ea Macedoniæ parte, quæ Thraciæ proxima eſt, non procul à Philippis, & Neapoli. Meminit huius oppidi *Plin. lib.* 4. *caſ.* 11.

Oeſўpum, οἴσυπος, οἰσύπη. Dicitur pinguedo, & ſordes hærentes in ouium velleribus nondum purgatis. *Ouidius* 3. *de Arte amandi*, Oeſypa quid redolent, quanuis mittantur Athenis, Demptus ab immundæ vellere ſuccus ouis? Dictum eſt autem Oeſypum ab oue, quam Græci οἶες vocant quaſi οἶος ῥύπος, id eſt ouium ſordes. *Vide Plin. lib.* 29. *capite* 2.

Oēta, οἴτη, Mons inter Theſſaliam, & Macedoniam clarus morte & ſepulchro Herculis, & copia hellebori, quod optimum in eo naſci traditur. In hoc monte (*vt Seruius inquit*) ſtellæ videntur occidere, ſicut de monte Ida naſci. A Parnaſſo vſque Pindum pars in Thermopylas vergens, proprie Oeta vocatur. { Germa. Ein hoher berg zwiſchen Theſſalia vnd Macedonia. }

Oetæus, a, um, οἰταῖος, Vnde Hercules Oetæus, nomen Tragœdiæ. *apud Senecam.*

Oetoscyros, οἰτόσκυρος, Lingua Scythica Apollo dicebatur.

Oētys, οἴτυς, Gygas ingens fuit, filius Aloi, & frater Ephialtis, qui in Creta bellum geſſit, *vt Salluſtius refert.* Vnde Oetij campi dicti ſint.

O ante F

Offa, per duplex ff, cõſtabat ex carne ferè porcina Lucanica, quam facere ex mediocri inteſtino Romanæ mulieres à Lucanis didicére. { פת *path* כבר *chichchár* אשפר *eſchpar.* μάζα. Gal. Vne piece de chair, de pain, de paſte, ou autre viande eſpoiſſe ou de quelque groſſeur, comme vne ſouppe de pain. Ita. *Lucanica, ſalſiccia, & offella.* Germanic. Ein geröch von fleiſch/ein ſtuck fleiſch. Hisp. *La pulpa ò la carne ſin hueſſo, ſoppa.* Anglic. *A ſoppe, a morſell.* } ¶ Eſt item Offa quodlibet carnis fruſtum. Vnde offam porcinam cum cauda, Offam penitam dicebant: vnde eſt illud *Iuuen. Sat.* 2. Et patruo ſimiles effunderet offas. ¶ Offa etiam cibarium ex fruſtis panis, in iure pingui, caſeo vetere, pipere & cinnamomo conditis, quæ Iuſſulata & Caſeata dicitur. ¶ Offa & pultem ſignificat, & quicquid eſt in pultis modum redactum. *Virgil. 6. Æneid.* Melle ſoporatam & medicatam frugibus offam. Poteſt etiam fieri offa ex aliis rebus. *Var. li.* 3. *de Re ruſt. c.* 53. Cibatui offas poſitas, hæ maximè glomerãtur ex ficis & farre miſto. ¶ Ponitur quandoque offa pro maſſa. *Plin. lib.* 9. *c.* 48. In noſtro mari offa informis colore tantùm leporis ſimilis. ¶ Offæ, & Maſſæ vocabulis promiſcue vtitur *Colum. lib.* 12. *c.* 38. Poſt hæc complures ex ea maſſulæ fiunt, & ita per latera feriæ in muſtum demittuntur, ne altera offa ſuper alteram perueniat. [*Gell. cap.* 16. *lib.* 13. Inter os & offam. prouerbium eſt. *Plau. Milit. ſc.* 1. *a.* 1. Memoria eſt optima. P. Offa me monet.]

Offārĭus, rij, Coquus, qui conficit offas, μαζοποιός.

Offatim, aduerbium. Particulatim, κατὰ μικρὸν.

Ofellā, æ, diminutiuum. *teſte Seruio*, vnico ſ ſcribendum eſt, contra primitiui naturam, quòd primam ſyllabam corripiat. Eſt autem Ofella fruſtulum carnis. { κρέιον, ζωμίδιον. Gal. Petite ſoupe, petite carbonade. Ital. *Carbonata.* Germani. Ein ſtucklin fleiſch. Hispani. *Pequenna pulpa.* Ang. *A litle ſoppe, a litle morſell.* } Vnde porcina ofella dicitur, particula carnis porcinæ, quam in ſartagine, craticula, & prunis coquimus. Vitulina à vitulo, quam ad ignem verubus verſantes, ad eſcam paramus. *Mart. libr.* 14. Parua tibi curua craticula ſudet ofella. *Iuuen. Satyr.* 11. -at rudis omni Tempore, & exiguæ fruſtis imbatus ofellæ.

Offulă, læ, aliud dimin. ab Offa, ξωμίδιον. *Colum. ſcribens de ſalſura carnis ſuillæ, ait,* Dein offulæ carnis ipſæ componuntur, & alternis ſal ingeritur. { *Suet. in Clodio cap.* 39. }

Offēctōrēs, *inquit Feſtus*, dicuntur lanæ infectores, & propriè ij qui amiſſum colorem reſtituunt.

Offendo, dis, di, ſum, ex Ob & Findo: à quo fit & Defendo, ſignificat Incido caſu in aliquem, caſu aliquem inuenio, Incurro in aliquid, ſiue incido, reperio, inuenio. { משל *chaſchál.* πεσεῖν πίπτω, περιπτύω, πρόπτωχαίω, κατάλαμβάνω. Gallic. Offenſer, offendre, rencontrer, chopper. Italic. *Offendere, incontrare, vrtare.* German. An einen ſtoſſen/ anſtoſſen. His. *Offender ò encontrar.* Angl. *To finde by chance, to ſtrike and hit a thing vnwares, to offend, to do amiſe.* } [Verbum naufragorum proprium putat Paſſeratius, nixus illo loco *Ouidij* 2. *de Ponto, Eleg.* 14. Ad veteres ſcopulos iterum diuertor, & illas In quibus offendit naufraga puppis aquas.] Æque ad corpus, & ad animum refertur. *Terent. in Eunuch.* Adueniens offendi quendam mei loci hic atque ordinis hominem haud impurum. [Eos ego ſi offendero, ex vno quoque eorum eiiciam crepitum polentarium. *Plaut. Curc. ſc.* 3. *a.* 2. Eo more expertem te factam offendi domi. *Plaut. Amphitr.* Præter me alterum faciam vt offendas domi. *Ibid.* Cubantem eam ego offendi domi. *Plaut. Milit. ſc.* 6. *a.* 2.] ¶ Et quoniam qui incidunt in aliquid, ſe lædere ſæpe ſolent in eo in quod incidunt, factum eſt vt offendere pro lædere vſurpetur. { חרע *hera'.* ἀδικεῖν. } *Colum. libr.* 5. *cap.* 9. Deinde arando ne coxam bos, aliamve partem corporis offendat. *Cicer. pro Cluent.* Cecidiſſe ex equo dicitur, & homo infirma valetudine latus offendiſſe vehementer. [*Plaut. Curcul. ſc.* 3. *a.* 2. Ne quem capite, aut cubito offendam aut genu.] ¶ Offendere ponitur pro inuenire, ſed præter opinionem. { נגד *matſah.* Gal. Trouuer. Italic. *Ritrouare.* Germa. Ongefärd finden. Hispanic. *Hallar.* } *Terent. Heaut.* Texentem telam ſtudioſè ipſam offendimus. *Cic.* 2. *de Rep.* Sed imitor Archytam illum Tarentinum, qui quum ad villam veniſſet, & omnia aliter offendiſſet, &c. [Facite vt parata offendam omnia (.i. inueniam præter expectationem, quia nequam ſerui.) *Plaut. Pſeud. ſc.* 2. *a.* 1. Pater hic me offendet aduenies ebrium. *Plau. Moſt. ſc.* 1. *a.* 2. Hoccine modo hic rem curatam offendet ſuam? *Plaut. Moſtel. ſc.* 1. *a.* 1. ¶ *Item Cæſar lib.* 2. *de bell. ciu.* * Me offenditis, dixit, pro ego ipſe in veſtram offenſionem incurri. Vti (me) ſeptimus caſus ſit.] ¶ Offendere apud aliquem, eſt infeliciter agere & ignominiam referre. *Cicer. pro Cluent.* Quum eſſet nemini dubium, illum potius iudicari neceſſe eſſe qui bis apud eos iudices offendiſſet, quàm eum qui bis iis cauſam probauiſſet, id eſt damnatus eſſet, ſiue contrariam ſententiam tuliſſet. ¶ Offendere apud iudices, eſt condemnari, *inquit Budæus.* ¶ Interdum ponitur pro peccare, errare. *Cicer. ad Varr. lib.* 9. Quis eſt tam Lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat, nuſquam incurrat? *Liuius* 2. *ab Vrbe*, Conſulis enim alterius quum nihil aliud offenderit, nomen inuiſum ciuitati fuit. ¶ Offendere abſolutè poſuit *Cicer. in Verr.* pro rem malè gerere, Quum (*inquit*) multi viri fortes in communi, incertóque periculo belli, & terra & mari offenderint.

Offensŭs, particip. Læſus, vel in aliquam rem impactus. { נכשל *niebſchâl.* βλαβείς, πρόσκομμάτος. Galli. Offenſé, bleſſé. Ital. *Offenſo.* Germ. Verletzt/angeſtoſſen. Hispa. *Offendido.* Ang. *Hurt, offended, ſtriken on a thing vnwares.* } *Ouid.* 2. *Faſt.* Ille iacens pronus matri dedit oſcula terræ, Creditus offenſo eſt procubuiſſe pede. Offenſa voluntas populi. *Cicer.* 5. *Tuſcul.*

Offensŭs, nomen ex participio, Inuiſus, odioſus. *Suet. in Iul. Cæſare*, Pompeium affectarus eſt, offenſum patribus, quòd Mithridate victo, &c. [*Idem Suet. in Galba cap.* 16. Per hæc propè vniuerſis ordinibus offenſus, vel præcipua flagrauit inuidia apud milites.] *Cicer.* 5. *Verr.* O miſerum atque inuidioſum, offenſúmque paucorum culpa atque indignitate ordinem ſenatoriũ. Offenſum, hoc eſt inuiſum, *inquit Budæus.*

Offensĭŏr, inuenitur pro irato, *Sueton. in Claudio Cæſare*, in Tribunatu Pontificibus offenſior, quòd alium quàm ſe in patris ſui locum cooptaſſent.

Offensa, æ, offenſio, onis, & Offenſus, us, Lapſus, erratum, incommodum. { מכשול *miehſchôl* מכשלה *machſchelâh* כשלון *chiſchſchâlon.* πρόσκομμα, πταίσμα. Gal. Offenſe, faute, choppement. Ital. *Offenſione, offeſa.* Germ. Anſtoſſung/ Sturchtung/ Verletzung. Hisp. *Offenſion o trope çadura.* Angl. *An offence, a ſtrinking or hitting of athing vnwares, a faute.* } *Senec. in Epiſt.* Per huiuſmodi offenſas emetiendum eſt confragoſum hoc iter. *Lucret. lib.* 6. Non igitur multis offenſibus intemerando. Offenſa fere actiuè ſumitur, eſtque proprie eius qui offendit. *Cicero.* Quum tot eius offenſas pati non poſſem, diſceſſi. [*Sueton. in Auguſt. ca.* 66. Offenſis interuenientibus.] ¶ Offenſio plerunque paſſiue. *Idem de Senecâ.* In corpore ægro odioſa eſt omnis offenſio, id eſt omnis moleſtia & paſſio. ¶ Offenſa opponitur gratiæ. *Quintil. lib.* 4. *cap.* 2. Verùm hoc omittamus, ne minus gratiæ, excipiendo recta, quàm offenſæ, reprehendendo prauа, mereamur. ¶ Eſſe in offenſa, eſt offendere. ¶ Offenſioni eſſe, eſt moleſtiam afferre. ¶ Offenſio fit: id eſt moleſtia. ¶ Offenſiones belli, ſunt damna, & pericula. ¶ Offenſiones ex morbis, ſunt læſiones, & dolores.

Offensiūncŭlă, læ, Parua offenſio. { πταισμάτιον. Ga. Petite offenſe, petit ennuy. Ita. *Offeſa picciola.* German. Ein kleine verletzung oder vnfug.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

His. *Offensa pequenna.* Ang. A *litle offence or hurt.*} *Cic. pro Planc.* Vidit M. Plionem in ista ædilitate offensiuncula accepta, luminos à populo Romano esse honores adeptum.

ōffensō, as, Idem quod offendo, lædo, impingo. *προσκοπτω. Liu. lib. 5. bell. Pun.* Flere omnes repente & offensare capita. [*Quintil.* Intersistentes offensantesque.]

ōffensātŏr, sicut ab Occurso, Occursatio. [*Quintilian.* Offensatione dependentis hastæ.]

ōffensātŏr, oris, Qui sæpe offendit & labitur, siue errat. } *ἁμαρτικὸς, προσκοπτων εἰωθὼς, ὁ μὴ κατορθωτικὸς, ὁ ἀκατορθικὸς.* Gal. Qui choppe souuent & trebuche. Itali. *Che scappucia.* Germ. Ein sturchler oder straucher/der sich offt stost. Hisp. *El que offende ò tropieça.* Ang. *He that stutteth or stammereth.* } vt Offensator equus. *Quint. lib. 10. cap. 2.* At idem ille qui excipit, si tardior in scribendo, aut inertior in legendo, velut offensator fuerit, inhibetur cursus. Offensatorem appellat, qui in legendo identidem resistit, aut potius, qui perperam legit.

ōffēnsāculum, li, Est id quod obiectum est, vt alıquis in ipium incidat, vel impingat. } מכשול *michschól* מכשלה *machscheláh* בשלון *chischschalón. προσκομμα.*

ōffendīculum, li, Impedimentum, obstaculum, obiecta ad impediendum ars. } מכשול *michschól* מכשלה *machscheláh* כשלון *chischschalón. προσκοπὴ, προσκομμα.* Gal. Choſe en quoy on ſe heurte & arreſte. Ita. *Ostacolo.* Germa. Ein hindernuß/ein stauchel/etwas daran man sich stoßt. His. *El tropieço, ò ostoruo.* Ang. A *thing where vpon one striketh him self vnwares.*} *Plin. Epist.* 188. Sunt enim in hac offendicula nonnulla: circumier oculos, & occurrent.

ōffēndīmēntum, ti, Ligaturæ nodus, quo apex retinebatur quum peruenisset ad mentum. *Festus.*

ōffendīx, Idem quod offendimentum. *Festus.*

ōffercĭo, cis, Impleo. } מלא *malé. πληρὼ.* Gal. Remplir, farcir. It. *Impire.* German. Fullen/oder voll schoppen. Hispan. *Hinchir recalcando.* Angl. *To fill or stuff.*}

ōffertŭs, hoc est plenus: & Offertissimus, id est plenissimus. } מלא *malé. κορεσθεὶς, πλησω.* Gal. Rempli & farci. Ita. *Empiuto.* Germ. Gefult/woll geschoppet. Hispan. *Hincado.* Angl. *Filled and stoffed full.*} *Plaut. in Asina.* Maximas optumitates, gaudióque offertissimas pariet. ¶ Aliquando est pinguissimus. *Plau. in Capr.* Sine iacris hæreditatem sum adeptus crassam & offertissimam.

ōffĕro, offers, Exhibeo, vltrò do. } חקריב *hikríb* העלה *heʿeláh. προσφερω.* Ga. Offrir, preienter. Ita. *Offerire, dedicare.* Germ. Antragen/dargeben. Hisp. *Offrescer.* Ang. *To present, to offer.*} *Terent. in Heaut.* Opportune te mihi offers. Offerre vitium virgini dicimus, pro eo quod est violare siue vim inferre. [*Senec. cap. 12. de Tranquill.* Offerunt se alienis negotiis. Quis moram occupato obtulit? *Plaut. Pseud. sc. 3. a. 1.* Opportunè hic se offert. *Plaut. Aul. sc. 4. a. 4.* Tantum molestiæ hic dies obtulit mihi. *Plaut. Aul. sc. 6. a. 4.* Vides me caput tuum pro me offerre. *Plaut. Capt sc. 1. a 2.* Cui boni tantum offero (i. nuncio.) *Ibid. sc. 1. a. 4.* Non desinam toties tibi offerre censuram (i. proponere.) *Senec. cap. 12. de Const. ad Polyb.* Nulla tibi aduersis regio sese offeret armis. *Tib. l. 4.* ¶ Interdum ponitur pro immittere. *ἐπάγειν. Cicer. pro Domo sua,* Domus ardebat in palatio, non fortuitò, sed lato incendio. Interdum obiicere, *vt apud eundem in Læl.* Addendum eodem est, vt ne in criminibus aut inferendis delectetur amicus, aut credat oblatis. ¶ Interdum polliceri, *ὑπισχνεῖσθαι. Iustin.* Quum ei auxilium obtulisset. ¶ Ponitur aliquando pro opponere. *Cic. ad Brutum,* Romam vt veni, statim me obtuli Antonij sceleri, atque dementiæ. ¶ Offerre religionem est iniicere religionis scrupulum. *Cicer. ad Plancum libro 10.* Recitatis literis, oblata religio Cornuto est. ¶ Interdum inferre. *Cic. libro 3. Offic.* Reginæ stuprum obtulit. *Cice. pro Roscio Amerin.* Quod supplicium satis acre reperietur, in illum qui mortem obtulerit parenti, pro quo mori ipsum si res postularet, iura diuina atque humana cogebant. ¶ Offerre se liti, est sine mandato, rei ad se non pertinentis iudicium accipere.

ōblātŭs, oblata, um, Datus, illatus. *Cicer. ad Attic.* Gaudeo, mihi causam oblatam, in qua omnes sentiant me ab illo alienatum. *Idem de Finib.* Stuprum per vim oblatum Lucretiæ. [*Ouid. Eleg. 9. libr. 3. Trist.* Cuius vt oblata est præsentia.] ¶ Oblatum furtum, dicitur, *vt ait Imperator,* quum res furtiua ab aliquo tibi oblata est, eaque apud te concepta est, vtique si ea mente tibi data fuerit, vt apud te potius quàm apud eum qui dedit, conciperetur. [Oblati furti meminit *Gell. cap. 18. libr. 11.*] * Oblatum substantiue positum. *Liuius 5. Decadis lib 4.* Tum Gallorum effusorum per Illyricum ingens oblatum auaritia dimissum est. [Hic ingens oblatum, pro oblata occasione dictum est.]

ōblātiōnes, propriè dicuntur quæ diis offeruntur. } קרבנים *korbanim. προσφορὰι, ἀναθήματα.* Ga. Offrandes. Ita. *Offerte.* Ger. Opffer. His. *Las offrendas.* An. *Offringes.*} Veteres offerrumenta dicebant. ¶ *Vlpia. D. l. 24. Tit. 1. l. 5.* Proinde & si maritus ad oblationē Dei vxori donauit.

ōfferrūmēntās, per quādam transllationem *Plautus* dixit plagas, percussiones, & flagella, quod ea scapulis, & tergo offerantur, quum quis fuste ceditur. *Plaut. in Rud.* Ni offerrumentas habebis plures in tergo tuo, Quàm vlla nauis longa clauos, tum ego ei⸗ mendacissimus.

ōfferrūmenta, Veteres dicebant oblationes, quæ diis offerebantur, *autore Festo. ἀναθήματα.*

ōfficĭo, ci, Ex Ob, contra, & Facio, Obsum, impedimento sum, noceo. } חרץ *heráṣ. βλάπτω.* Gal. Nuire, empescher. Italic. *Nuocere.* Germani. Schaden/nachteilig sein. Hisp. *Empecer, dannar.* Ang. *To hinder, to stoppe.*} *Cic. 3. Offic.* Demoliri ea, quorum altitudo officeret auspiciis. [*Liuius lib. 34.* Si quod ius priuatim officiet, id destruere & demoliri. *Liu. lib. 34.*] ¶ Officere, & obstare commodis alicuius, *apud eundem pro Sexto Rosc.* Herbæ officium frugibus, *Virgil. 1. Georg.* ¶ Officere aliquem dixit *Plaut. in Truc.* Iam hercle ego te hic affatim officiam. ¶ Officere interdum significat Inficere, vnde Offectores, colorum infectores dicuntur: propriéque ij (*si Festo credimus*) qui amissum lanæ colorem restituunt. ¶ Officere luminibus apud Iurisperitos pro Obstruere luminibus. *Vide* obstruo, *ἐμποδίζειν τῇ ὄψει, τοῖς φωσὶν ἐπισκοτεῖν.*

ōfficĭum, ci, Dicitur quod quisque efficere debet, obseruata locorum, temporum & personarum ratione. } משפט *mischpát* חן *chan* עבורה *ha-bodháh* פקדה *pekuddáh. τὸ καθῆκον, καθηκοντα, τάξις, τὸ πρέπον.* Galli. Office, deuoir. Ita. *Officio quello che ogn'vn dee fare.* Germ. Ein ampt. Hisp. *Officio, la obra que seguun su est adocada vno deue hazer.* Ang. *Office, duetie.* } Vnde in familia bene instituta dicimus omnes in officio esse oportere, id est agere quæ debent. *Cice. ad Terent. libr. 14.* Tantum scribo, si erunt in officio amici, pecunia non deerit. (Deserere officiū, seu Discedere ab officio. [¶ Hoccine boni serui officium? *Plau. Mostel. sc. 1. a. 1.* Officium nostrum tibi carmine factum, Ie me suis acquite de mon deuoir en te louant par mes vers. *Ouid Eleg. 4. lib. 4. Trist.* Qui officium suum facere est immemor est seruos. *Plautus. Pseud. sc. 7. a. 4.* Metuebam ne abiisses: Fuit officium meum vt facerem, (verba sunt fugitiui.) *Plaut. Menæ. sc. 1. a. 4. Item* Quin tu facis officium tuum, ac fugis. *Plaut. Asin. sc. 2. a. 2.* Date mihi viam dum facio meum officium, paulò post sequitur, Celere mihi obiectum est negotium. *Plaut. Curc. sc. 3. a. 2.* Coqui hercle, credo, facsunt officium suum (i. furantur.) *Plautus Aul. sc. 6. a. 4.* Quid me accusas facio officium meum (inquit Lena.) *Plaut. Asin. sc. 3. a. 1.* Scimus nos nostrum officium (nempe serui & captiui,) *Plau. Capt. sc. 1. a. 2.* Fecit officium hic suum cum verum confessus est. *Plau. Capt. sc. 2. a. 2.* Ita Improbo ingenio estis vt cogatis officium vestrum malo commonerier. *Plau. Pseud. sc. 2. a. 1.*] ¶ Dicimus Latine, Facio officium meum, Fungor officio meo, & antiquè Officium fungor: item Obeo officium, Exequor officium meum, Persoluo officium alicui receptum, Præsto officium, Seruo officium, Retineo officium, Satisfacio officio, Viurpo officium, Intermitto officium, Memini officium meum, Commoneo aliquem suum officium: vel, quod frequentius est, sui officij: quæ omnia legendis bonis autoribus passim inuenies. ¶ Officij duxit, absolute, pro putauit officium suum esse, dixit *Sueton. in Tiber. Cæs.* Et quanquam, *inquit,* lætus nuntio, tamen officij duxit, quantum in se esset, exorare filiæ patrem. ¶ Donatus officium ab efficiendo dictum putat, quòd sit illud, quod quenque pro conditione suæ personæ facere deceat. Nonnulli etiam à verbo Officio per antiphrasin dictum putant, quòd nemini officiat, sed prosit. *Ambros. lib. 1. Offic.* Legimus, Officium dici à nobis posse, nec ratio ipsa abhorret: quandoquidem Officium ab efficiendo dictum putamus, quasi efficium: sed propter decorem sermonis vna immutata litera, Officium nuncupari. Vel certe vt ea agas quæ nulli officiant, prosint omnibus. Potest etiam dici & recte, vt ab Officio, is, Officium deriuetur: ita vt Ob, non contrà, sed circum significet, vt circa quod faciendu est, inuitamur. Est itaque proprie Officium, id in quod quisque debet incumbere, vt ipsum pro loci, temporis & personæ qualitate reddat effectum. *τὸ πρεπωδέστατον λειτουργεῖν,* denique cuius probabilis ratio reddi potest, cur factum sit. [Put me facere posse officium meū, vt cum illo per I derim fidem (. . id quod decet lenonem. *Plaut. Pseud. sc. 3. a. 1.* (inox) hoc meum officium est. ¶ Ecquid in officio thorus est socialis? *Ouid. 2. Fast.* Priuati officij mandata habere. *Cæsar. libr. 1. de bell. ciu.* ¶ Officiorum munere remisso. Le debuoir de leurs charges. *Suet. in Cæsare cap. 67.* Officia mutuo exercere. *Sueton. in August. cap. 53.* Et præstare officia quotidiana more clientum. *Sueton. in August. ca. 60.* ¶ Officium de homine: Nouum denique Officium institua voluptatibus (i. ministrum) *Sueton. in Tiber. cap. 43. Item,* Nouus in officio & prælatus munere sortis (de pugna forti commissa.) *Ouid. 13. Metam.* Sentiet officium mœsta fauilla pium. *Ouid. Eleg. 3. lib. 3. Trist.* Officiis præfuit ille meis: (Cæsar.) *Ouid. 4. Fast.* Ab officiis solennibus seducta: (Octauia lugens) *Senec. cap 2. de Const. ad Mart.* Officium solenne (auiæ in neptem.) *Senec. cap. 16. de Consol. ad Heluiam, & cap. 12. de Tranquil. Item* Ad officium nuptiarum venire (i. facere copiam sui honoris caussa. Ipso die nuptiarum. *Sueton. in Calig. cap. 25.* Officium nuptiarum celebrare. *Idem in Claud. cap. 26. Et in Neron. cap. 28.* celeberrimo officio nuptiarum deductum. (sup. puerum quasi nouam nuptam ad maritum.) Sumitur officium in malam partem vt in sequenti dictione notatum est.] ¶ Et quoniam proprium hominis officium est, alteri pro viribus prodesse, & omnibus quantum in se est gratificari, & benefacere: (neque enim tam nati sumus vt nobis, quàm vt aliis aliquid vtilitatis afferamus) factum est, vt Officium accipiatur pro beneficio. *Cic. de Amic.* Odiosum sanè genus hominum, officia exprobrantium, quæ meminisse debet is in quem collata sunt: non commemorare qui contulit. *Colum. lib. 2. capite 15.* Licet filicem sine iniuria vicini, etiam cum officio decidere. hoc est, vt non modò nihil damni inferamus, verumetiam bene de illo promereamur. ¶ Est etiam Officium, obsequium, vel honor. *Suet. in Cæs.* Assidentem coniurati specie officij circumsteterunt. ¶ Magistratus quoque Officium dicitur, vel quia honoris gratia institutus est: vel quia opem populo fert: vel quia ius quod cuique debetur, reddit. ¶ Quandoque pro alicuius artis ratione, *τρόπον,* vt, Officium Grammatici, Officium medici. Et quanuis Officium proprie ad virtutem pertineat: vt, Hominis officium est pietatem colere: dicimus tamen interdum, Lenonis est officium insidiari pudicitiæ, Accusatoris est officium crimina inferre. ¶ Est autem Officium duplex *teste Cicer. libro 1. Offic.* alterum perfectum, quod Græci *κατόρθωμα* vocant, quod & omnes numeros virtutis continet. Alterum medium pertinens ad institutionem vitæ communis. *Cicero libro primo de Finib.* Quod ratione actum sit, id officium appellamus. ¶ Summo officio præditus homo, is dicitur, qui est officiosissimus, vel integræ vitæ, vel qui omnino id quod decet, strenuè facit. *Cic, 3. Verr.* Hi rem ad virum primarium summo officio, ac virtute præditum, &c.

ōfficĭōsŭs, a, um, Qui libenter, vel probè officium seu beneficium alicui exhibet, siue qui obsequitur libenter & gratificatur cui debet. } נדיב *nadhíb. διαφιλανθρωπος, εἰς διαφορὰς ἑαυτους.* Gallic. Qui fait volontiers plaisir & seruice, seruiable, diligent à faire son deuoir. Italic. *Officioso, gratioso, pronto à far piacere.* Germani. Seines ampts geflissen / dienstbar / vnderdienstig. Hispanic. *Diligente en la amistad.* Anglic. *Freindlie, that is glade to please or do his duetie, seruiceable.*} *Cicer. Octauio.* Hominem prudentem, & officiosum cognosces. *Idem pro Planc.* Quos tu si sodales vocas, officiosam amicitiam nomine inquinas crimino so. [*Ouid. Eleg. 7. libro quarto Trist.* Cur tua non dextera versus in paucos officiosa fuit. *Idem 5. Fast.* Videnda stella est in cunas officiosa Iouis. *Ouid. 5. Fastor.*] *Idem Attic. libro 13.* Equidem si ex omnibus esset eligendum, nec diligentiorem, nec officiosiorem facilè delegissem

Vestorio.

V. storio. *Idem ad Qu. frat. lib.* 1. Est ille quidem in me officiosissimus. ¶ Vsurpatur aliquando in malam partem. Nam quum olim Qu. Atterinus defenderet reum libertinum, cui obiiciebatur quòd patroni cognatus fuisset, hac defensione vsus esse fertur: Impudicitia in ingenuo crimen est, in seruo necessitas, in liberto officium. Ex eo impudici & obscœni aliquandiu Officiosi vocati sunt. ¶ Officiosus dolor, *à Cic. 1. Tusc.* dicitur qui ex iusta causa suscipitur, & cuius probabilis ratio reddi potest. *γνωρίμων λύπη.*

ŏfficiōsē, aduerb. { *ὑπηρετικῶς, καὶ διακόνως.* GALLIC. Conuenablement, en seruant ion deuoir, courtoisement, seruiablement. ITAL. *Cortesemente, per gentilezza.* GERMAN. Dienstbarlich/ dienstlich/ flichts oder ampts halben. HISPANIC. *Diligentemente assi, cortesemente.* ANGLIC. *Freindlie, duetifullie.* } *Cicero ad Attic. lib.* 13. Quæ inimico animo ferant, quum vtrique officiose pareat. *Idem de Amic.* quorum plerique aut queruntur semper aliquid, aut etiam exprobrant: eóque magis, si aliquid habere se putant quod officiose, amice, & cum labore aliquo suo factum queant dicere.

ŏfficiālis, le, Quod ad officium pertinet, vel quod de officio tractat. { *τὸ πρὸς ὑπηρεσίαν, etc.* GAL. De seruice. ITALI. *Officiale.* GERM. Von dienstlichen/ zum dienst gehörig. HISPANIC. *Cosa perteneciente al officio.* ANG. *Belonging to duetie or office.* } *Lact. lib.* 6. Quid M. Tullius in suis Officialibus, nonne hoc idem persuadet non esse omnino largiendum? ¶ Officialis etiam minister magistratus vocatur. *Apul.* Sed iussit potestas officialem suum magna seueritudine coerceri.

ŏffĭcīna, pen. prod. Locus in quo artifices opera faciunt: ab efficiendo dicta. { *ἐργαστήριον.* GALLIC. Ouuroir, officine, boutique. ITALIC. *Bottega* GERMANIC. Ein werckstatt. HISPANIC. *La tienda donde algo se haze.* ANGLIC. *A shope, à ware house or wok house.* } *Cicero 3. Philipp.* Armorum officinas in vrbe videtis. Officina dicendi. *Cic. de Clar. Orat.* Exstitit igitur iam tembus illis, quos paulò ante diximus, Isocrates: cuius domus cunctæ Græciæ quasi ludus quidam patuit, atque officina dicendi. *Idem 2. de Orator.* Clarissima Rhetoris officina. [*Liuius lib.* 9. *d.* 4. Officinæ corruptelarum omnium.] ¶ Hinc Officinator *à Vitruuio lib.* 6. pro fabro ponitur. Quum, *inquit*, subtiliter officinatoris probabitur exactio. Taberna verò vbi aliquid venditur, quod alibi factum sit: *licet* quandoque Officina pro taberna ponatur. * Officina, item ipsa (vt ita dicam) factio, operatio vel fabricatio. *Plinius lib.* 11. *cap.* 2. In magnis siquidem corporibus, aut certè maioribus, facilis officina sequaci materia fuit. In his tam paruis, &c. De insectis. * Officinam, gallinarium vocat. *Colum. li.* 8. *cap.* 3. Totius autem officinæ (id est ornithonis, tres continuæ extruuntur cellæ. *Et paulò pòst*, Hæc erit officinæ cohortalis dispositio.

ŏffīgo, gis, xum, Figo. { תקע *takáʿ.* *διαδύνω.* GALLIC. Ficher & attacher contre. ITALIC. *Piccare.* GERMANIC. Anhefften. HISPANIC. *Hincar.* ANGLIC. *To fixe or fasten vpon.* } *Plaut. in Mostell.* [*sc.* 1. *a.* 2.] Sed ea lege, vt offigantur bis pedes, bis brachia. [Aliàs affigantur, *Item*, obfrigantur.

ŏffirmo, as, Firmum propositum in animo habeo, & quasi obstinatè in re aliqua persisto. { תקן *chizzák.* *διαβεβαιοῦμαι.* GAL. S'obstiner, s'opiniastrer. ITA. *Fermare, ostinarsi.* GERM. Steiff sich etwar in ersetzen / darwider stellen/ sich sperren. HISP. *Confirmare in mala significacion.* ANG. *To be obstinat and wil full.* } *Terentius in Heaut.* Age quæso, ne tam offirmes te, Chreme. *Vide in* Obfirmo.

ŏfflĕcto, Circum, vel contrà flecto, *περισπάω, διακάμπτω. Plaut. in Asin.* Ar ego hinc offlectam nauem.

ŏffŏco, as, pen. prod. Aquam in fauces ad forbendum excipio. { *διασείω.* GAL. Gargariser. ITAL. *Gargarizare.* GERMAN. Gurgten oder erstecken. HISPANIC. *Hazer gargarismo.* ANG. *To gargill & washe the mouth or throte.* } Quidam non offoco, sed offuco dicunt. *Festus.*

ŏffringo, is, ex ob & Frango, terræ proprium est, teste Festo, quando iterum transuersò sulco aratur. { שבר *schibbér* רצץ *ritstsáts.* *θραύω.* GAL. Desrompre, desbriser, rompre ce qui auoit esté rompu. ITALIC. *Rompere le zolle della terra.* GER. Vberzwerch mit dem pflug vber ein geerten acker faren vnd die schollen zerbrächen. HISPANIC. *Arar al trauers lo arado.* ANGLIC. *To break in small peeces which was broken before.* } *Varro lib.* 1. *de Re rustic. cap* 32. Quum proscideris, offringi oportet: id est iterare vt frangantur glebæ. *Ibidem cap.* 19. Rursùm terram quum primùm arant, proscindere appellãt: quum iterum; offringere dicunt: quòd prima aratione glebæ grandes solent excitari: quum iteratur offringere vocant: Tertiò quum arant, iacto semine, lirare dicuntur. [vt obstringantur (in cruce) bis pedes, bis brachia. (aliàs offigantur, *Item* affigantur.) *Plau. Mostell. sc.* 1. *a.* 2.]

ŏffūcĭa, æ, Fucus quo mulieres faciei candorem inducunt aut ruborem. { דוד *dudeh.* *παράνυσις.* GALLIC. Fard, tromperie. ITAL. *Beletto.* GER. Ein weiber beschiss oder farb mit welcher sie ihnen ein erdichtete farb machen. HI. *Engano.* ANGLIC. *Paynting that women vse, deceit.* } *Plaut. in Most.* [*sc.* 3. *a.* 1.] Neque cerussam neque melinum, neque aliam vllam offuciam. ¶ Per metaphoram autem accipitur pro fallacia vel technæ. [*Plau. Capt. sc.* 5. *a.* 3. Suis os mihi subleuere offuciis.] *Gellius lib.* 14. *c.* 1. Sed id præstigiarum atque offuciarum genus, &c. Rarius inuenimus hoc nomen in singulari numero.

Offu'a, æ, *vide* OFFA.

ŏffundo, dis, Circumfundo, obiicio, aspergo. { שפך *schaphách.* *ἐπιστάζω, καταχέω.* GALLIC. Espandre quelque liqueur contre ou par dessus. ITALIC. *Gettar d'intorno.* GERMANIC. Angiessen/ vmbgiessen/ anschutten. HISPANIC. *Derramar en derredor.* ANGLIC. *To powre or sprinkle vpon any thing.* } *Plau. in Trinummo*, Adimit animam mihi ægritudo. Stasine tene me. si. Vsine aquam tibi petam? &c. Quum iam animam agebat, tum esse offusam oportuit. [*Plautus Asin. sc.* 3. *a.* 1. Auceps quando concinnauit aream, offundit cibum.] ¶ Per metaphoram etiam dicimus Offundere rei alicui caliginem, noctem, tenebras: pro eo quod est obscurare, vel obtenebrare. *Cic. pro Rosc.* Erant interea qui suis vulneribus mederentur: qui tanquam si offusa Reipub. sempiterna nox esset, ita ruebant in tenebris omniáque miscebant. *Idem 5. Tusc.* Hic error & hæc doctorum animis offusa caligo est. [Ita fere *Liuius lib* 34.]

ŏffŭsco, as, Obscuro, denigro, & quasi fuscum reddo. { חשיך *hechesh.* *ἀμαυρόω, σκοτόω.* GALLIC. Offusquer. ITA. *Offuscare.* GERM. Schwartz vnd dunckel machen. HISPAN. *Emblazar ò descolorar.* ANG. *To mak dunne or dark.* } *Iustinus Histor. lib.* 12. *de victoriæ gloria*, Sæuitiæ macula offuscaretur.

O ante G

ŏgdŏās, adis, ὀγδοάς, Latinè numerus octonarius.

OGDOLAPIS, Fluuius nauigabilis ex Alpibus fluens, & iuxta Segestricam vrbem in Saum irrumpens. *Vide Strab. lib.* 4.

OGDOVS, ὄγδοος, Ægypti rex Achoreus cognominatus, qui Memphim cõdidit à nomine filiæ. *Autor est Diodorus Siculus.*

ŏggannĭo, oggannis, Occino, inculco, eadem ad fastidium vsque repeto. { αἰπαιάζομαι, αἰπάλλω. GALLIC. Glappir aux aureilles de quelqu'vn, luy rompre les aureilles, & le fascher de paroles. ITA. *Cianciare.* GERMANIC. In die ohren bleuwen/ offt singen vnd sagen. HISPANIC. *Gannir.* ANLIC. *To char, to wihsper in ones eare and tell often.* } *Plaut. in Asinar.* [*sc.* 4. *a.* 2.] Cui nunquam vnam rem me licet semel præcipere fieri, quin centies eadem imperem atque ogganniam. [*Idem in Amphit. B.* Oggannis. So. Nec gannio, nec latro.] *Ter. in Phor.* Habet hæc ei, quod dum viuat vsque ad aurem ogganniat. In aurem ogganire. *Apul. lib.* 2.

ŏggĕro, ris, pen. cor. *αἰτιάομαι.* Intendo seu inicio. *Pla. Truc.* Vnus eorum aliquis oculum amicæ oggerit, dum illi agant. [*Plaut. Pseud. fr.* 2. *a.* 3. Boues conuiuas faciunt, herbasque oggerunt.]

ŏggrassārī, Incedo. { הלך *halach.* *ἐγκατοπτεύω.* GAL. Cheminer, aller. ITAL. *Caminare, andare.* GERMAN. Dahär trotten. HISP. *Andar con pompa, caminar.* ANG. *To walk, to go.* } *Plaut. in Capt.* Nisi cum pedicis didicistis oggrassari gradu.

OGYGES, pen. cor. *ὠγύγης.* Thebanorum rex qui Thebas Bœotias ædificauit, circiter mille & quingentos annos ante vrbem conditam. Sub hoc rege fuit diluuium magnum, *teste Augustino de Ciuitate Dei*, non illud quidem maximum, quod Noe temporibus contigisse Sacræ literæ testantur: sed tamen maius eo quod Deucalionis seculo bonam terræ partem inundauit.

ogygius, a, um, vt Thebæ Ogygiæ. *Autor Carminis de AEtna, quod Virgilio à quibusdam adscribitur.* Nunc iuuat Ogygis circundata mœnia Thebis, &c.

OGYGIA, ὠγυγία, Insula inter Phœnicium & Syriacum mare, ab Ogyge Thebanorum rege, qui in ea regnauit appellata: in qua Calypso nympha habitauit quæ Vlyssem tempestate eo adactum hospitio & lecto excepit, eiúsque amore capta septem annos apud se detinuit, tandémque Ioue iubente dimisit. *Homer. in primo Odys.*

OGYLVS, ὄγυλος, Insula est inter Peloponnesum & Cretam. *Steph.*

OGYRIS, ὄγυρις, Insula est ante felicem Arabiam, Erythræi regis monumento nobilitata. *Autor Plin. lib.* 6. *cap.* 28. Rufus ex Dionysio, Ogyris inde salo promit caput, aspera rupes Carmanidis, quà se pelagi procul inuehit vndis Regis Erythræi tellus, &c. ¶ Huius insulæ incolæ dicuntur Ogyritæ, ὠγυρῖται.

O ante H

O. H. S. S. In notis antiquorum Ossa hìc sita sunt.

ōh, { ὦ, ὤ, ὢ, ὤ, *Oh.* } Qua vtimur, vbi ex interuallo notos videmus, Comicis vsitata. *Terentius in Adelphis*, Oh quí vocare? ¶ Est etiam admirantis cum contemptu quodam, *Terent. in Andron.* Oh, tibi ego vt credam furcifer? ¶ Aliquando affirmantis vehementius. *Terent. in Eunuch.* Oh, qui egomet produxi. ¶ Aliquando dolentis & reprehendẽtis. *Terent. in Heaut.* Oh, iniquus es, qui me tanta postules. ¶ Aliquãdo dolentis & deprehensi. *Plaut. in Cas.* -oh perij, Manifestè teneor miser. ¶ Aliquando exultantis ob rem bene gestam. *Plaut. in Mostell.* [*sc.* 3. *a.* 1.] Oh probus homo sum. *Idem in Mostell.* [*sc.* 4. *a* 1.] Oh oh, ocellus es meus, tuus sum alumnus, &c. ¶ Oh oh oh oh, eiulantis est more comico. *Plaut. in Capt.* [*sc.* 2. *a* 1.] Oh oh oh oh. I. Eiulatione haud opus est, &c.

Ohe, { ὦ ἄλις. *Oh.* GERMAN. Oha/ hehe/ hella. } Interiectio exclamantis & satietatem vsque ad fastidium designat, & iubet modum imponère. *Martial. lib.* 4. Ohe iam satis est, ohe libelle. [*Plaut. Asin. sc.* 3. *a* 2. Quis nostras sic frangit fores. Ohe, inquam, si quid audis. *Idem in Aulul. sc.* 1. *a.* 1. Abscede etiam nunc, etiam nunc etiam: Ohe nunc.]

Oho, Interiectio admirantis aliquid fieri repente. *Plau. in Pœnul.* Oho amabò: quid illuc nunc properas? Aliquando est agnoscentis cum gaudio particula. *Plautus in Pseud.* Oho Polymachæroplacides Purus putus est ipsus. *Budæus.*

OICLES, Filius fuit Antiphatis filij Melampi, & pater Amphiarai Argiui vatis. *Homer. li* 15. *Odys.*

Oĭlĕus, οἰλεύς, per tres syllabas pen. prod. Locrorum rex fuit & pater Aiacis illius quem ab eo *Virg.* Oileum *cognominat lib.* 3. *AEneid.* Vnius ob noxam & furias Aiacis Olei.

* Oĭlīdes, Patronymicum masc. *Propert. lib.* 4. *eleg* 1. Victor Oilide rape nunc, & dilige vatem. Intelligit autem Aiacem Oilei filium.

OINA, οἶνα. *Aristoteli in lib. quem de mirabilibus auscultationibus inscripsit.* Tusciæ vrbs est munitissima: in cuius medio collis est editissimus triginta stadiorum, aquas & syluas in vertice habens. Hoc tamen oppidum an vnquam fuerit, *viderit Aristoteles.* Nemo geographorum eius meminit.

O ante L

O. L. In notis antiquorum Operas locauit.

OLBIA, ὀλβία, Pamphyliæ oppidum iuxta Cataracten fluuium, *teste Plin. lib.* 2. *c.* 27. Fuit & Olbia Bithyniæ vrbs in extremo Alcanij sinus sita, quæ postea Nicæa appellata fuit. ¶ Est & alia in Sarmatia Europæa ad Borysthenem amnem quæ & Borysthenis appellatur *à Ptol. tab* 8. *Europæ: cuius etiam Plinius meminit lib.* 4. *c.* 11.

OLBIAPOLIS, ὀλβιάπολις. Oppidum est Galliæ Narbonensis *apud Ptolem. lib.* 1. *c.* 10. *Strabo lib.* 4. Olbiam vocat.

OLBIOPOLIS, ὀλβιόπολις, Ciuitas Sarmatiæ Europæ ad Borysthenem amnem XV. M. pass. à mari recedens. Hanc Milesij condiderunt, *teste Strab. lib.* 7. Vndè & Miletropolis appellata est, *Ptolemæus*, Olbiam vocat, & Borysthenidem.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

OLCACHITES, ὀλκαχίτης πλάκους. Zeugitanæ regionis, hoc est Africæ propriè dictæ, sinus est. cuius meminit *Ptol.*

ŏlĕă, æ, & Oliua, æ, tam de fructu dicuntur quàm de arbore. { זית *zajith* ἐλαία, καὶ ἐλάα. GAL. Oliuier, ou le fruict appelé oliue. ITALIC. *Oliua, fruitto dell' oliuo, oliua.* GERMA. Ein ölbaum oder die frucht daruon/ die ölbeer. HISPANIC. *Oliua, azeytuno.* ANGLIC. *An oliue or oliue tree.* } *Virg. lib. 2. Georg.* Sed truncis oleæ melius propagine vites Respondent. *Idem 8. Eclog.* Incumbens tereti Damon hic cœpit oliuæ. *Virg. 1. Georg.* Adsis ó Tegææ fauens oleæque Minerua Inuentrix. *Plin. lib. 15. cap. 82.* Oleam si lambendo capra lingua contigerit depauerit primo germinatu, sterilescere autor est *M. Varro. Cicero 2. de Diuin.* Agricola quum florem oleæ videt, baccam quoque se visurum putat. Mares oleæ. *Ouidius 4. Fastor.* Vre mares oleas, tedámque herbaque Sabinas. *Cicero 3. de Nat. deor.* Quid Aristæus qui inuentor oliuæ dicitur, Apollinis filius, &c. *Virg. 2. Georg.* Nunc te Bacche canam, nec non syluestria tecum Virgulta, & prolem tardè crescentis oliuæ. *Idem 5. Æneid.* tres præmia primi Accipient, flauáque caput nectentur oliua. ¶ Similiter & pro fructu Olea & Oliua dicitur, ἐλάα. Vnde Olea conditiua. *Varroni* dicitur quæ ad condituram afferuatur. *Colum. lib. 11. cap. 2.* Tum & olea distringenda est, qua velis viride oleum conficere. [*Plaut. Curc. sc. 1. a. 1.* Vultísne oliuas, aut pulpamentum, aut capparim? *Ouid. Eleg. vlt. lib. 4. Trist.* Vinctus oliua victor eques. ¶ *Gellius ca. 7. l. 9.* Olearum folia conuehe certo tempore.] ¶ Olearum quædam dicúntur Licinianæ, quædam Pausiæ: quædam Sergiæ, quædam Orchites, quædam Regiæ & quædam Radij: aliæ Algianæ, aliæ Nauiæ, aliæ culmineæ, aliæ Circites, aliæ myrteæ: quas solas olearum species in suam notitiam peruenisse scribit *Colum. lib. 5. cap. 8.*

ŏlĕum, dicimus & Oliuum pro pingui illo olei liquore. { יצהר *jitshár* שמן *schemén.* ἔλαιον. GAL. Huile. ITAL. *Oglio.* GERMA. Oel. HISP. *Azeyte.* ANGL. *Oyle oliue.* } Oleum ab olea, oliuum ab oliua. *Virg. 2. Georg.* liquidi corrumpitur vsus oliui. *Horatius 1. Serm. Satyr. 6.* vngor oliuo. *Idem 2. Serm. Satyr. 4.* Quali perfundat pisces securus oliuo. *Colum. lib. 9.* Oleum optimum Licinia dat, plurimum Sergia. *Virg. 5. Æneid.* Cætera populea velatur fronde iuuentus, Nudatóque humeros oleo perfusa nitescit. [*Pla. Asin. sc. 4. a. 2.* Ecquis pro vectura oliui resoluit? *Plaut. Asin. sc 4. a. 2.* Tu oleum haud magni pendis, vino te diuinciens. *Plaut. Pseud. sc. 2. a. 1.* Cuius amatores oliui dynamin habent domi maximam. *Ibidem.* Habes amatores oleo onustos. *Ibidem.* Eme die cæca oliuum, Id vendito oculata die. *Plau. Pseud. sc. 3. a. 1.* Nunc vbi perfusa est oleo labente iuuentus. *Ouid. Eleg. 2. lib. 3. Trist.* Oleum foris vtile, intus noxium. *Plutar. in Cato. Censor.* Oleum conditiuum pro viridi apponere. *Suet. in Cæs. cap. 53.* Oleum præbere. (in ludis.) *Sueton. in Neron. cap. 12.* Oleum cur congelascit, *Gell. cap. 8. li. 17.*] ¶ Oleum addere camino, est malo suppeditare fomentum, ac velut alimoniam, quò magis ac magis crescat. *Horat 2. Serm. Satyr. 3.* Adde poemata nunc, hoc est oleum adde camino. ¶ Oleum & operam perdere. *Plau. in Pœn.* Tum pol ego & oleum & operam perdidi, hoc est quicquid sumpsi seu rei seu laboris perdidi. *Vide Chiliades Erasmi.* ¶ Oleo trãquillior, in hominem miuime iracundum leníque ingenio præditũ: à natura eius liquoris quo nihil magis lene. *Plaut. Pœn.* ita hanc canè faciam tibi oleo tranquilliorem. Est autem vsque adeo tranquilla olei natura, *inquit Plin. lib. 2. cap. 103.* vt mare quoque rem omnium sæuissimam tranquillet: atque ob id vrinantes aiunt oleum ore spargere, quod mitiget elementi naturam asperam lucémque deportet. ¶ Oleum pro simulachro pugnæ, & pro exercitatione, non pro vero certamine. *Cicero 1 de Orat.* Nitidum quoddam genus verborum & lætum sed palæstræ magis & olei, quàm huius ciuilis turbæ & fori. Id est accommodatum iudiciis & concionibus.

ŏlĕācĕŭs, a, um. Quod est simile oleæ. { ἐλαΐνος. GAL. Semblable à l'oliuier, ou d'oliuier. ITAL. *Simile all' oliuo.* GERM. ölechtig/dem öl gleich. HISP. *Semejante à zeytuno, ò de materia de azeytuno.* ANG. *Lyk vnto an oliue or of an oliue tree.* } Vt Folium oleaceum, Liquor oleaceus. *Plin. li. 35. c. 15.* Gignitur & pingue liquorísque oleacei. *Idem lib. 21. cap. 4.* Alia fundit ur e caule malnaceo, folia oleacea habens.

ŏlĕāgĭnĕŭs, a, um, penult. corr. Quod ex olea arbore est, sicut Faginus à fago. { ἐλαΐνος. GAL. D'oliuier. ITAL. *D'oliuo.* GERM. ölbeumin. HISPAN. *Cosa de materia de azeituno.* ANGLIC. *Made of the oliue tree.* } *Virgil. 1. Georg.* Truditur è sicco radix oleagina ligno. ¶ Dicitur etiam oleaginum, quod est coloris olei. *Plin. lib. 37. cap. 5.* Post eos autem cerini, ac deinde oleaginei: hoc est, coloris olei.

ŏlĕāgĭnĕŭs, a, um, aliud adiectiuum, Idem significans. *Varro lib. 1. de Re rustica,* Demum in oleagineis seminibus arboris videndum, vt sit de tenero ramo ex vtraque parte æquabiliter præcisum, quas alij Clauolas: alij Taleas appellant.

ŏlĕārĭs, oleare, Quod ad oleum pertinet. { ἐλαϊκόν. GAL. Appartenant à huile. ITA. *Cio che s'appartiene à oglio.* GERM. Zu dem öl gehörig. HISP. *Cosa perteneciente à azeite.* ANGLIC. *Belonging to oyle.* } *Plin. lib. 34. cap. 14.* Quippe quum in exacuendo oleares cotes, & aquariæ æque differant, oleo delicatior fiet acies: id est cotes quæ oleo asperguntur, qualibus vtuntur tonsores.

Oliuaris, oliuare, idem. *Seruius,* Trapetis autem & molis oliuaribus.

ŏlĕārĭŭs, a, um, idem: vt Olearia cella, ἐλαϊκόν. *Colum. lib. 2.* In sole siccata & mox refrigerata reconditur: si maior est modus, in horreo: si minor, in vasis oleariis salsamentariísque. [*Plau. Capt. sc. 1. a 3.* Compacto rem agunt quasi in velabro olearij]

ŏlĕārĭŭs, rij, Qui oleum facit vel vendit. { ἐλαιοπώλης. GAL. Huillier, qui fait ou vend l'huile. ITA. *Che fa l'oglio.* GERM. Ein ölmacher. HISPANI. *Azeytero, molinero de azeyte.* ANG. *That maketh or selleth oyle.* } *Col. lib. vlt.* Peritissimi olearij vix patientur ad vnam lucernam opus fieri.

ŏlĕāstĕr, stri, Olea syluestris. { ἀγριελαία. *Dioscor.* GALLIC. Oliuier sauuage. ITA. *Oliua saluatica.* GER. Ein wilder ölbaum. HISPA. *Azebuche.* ANG. *A wylde oliue tree.* } *Virgil. 2. Georg.* Indicio est tractu surgens oleaster eodem Plurimus, & strati baccis syluestribus agri.

ŏlĕāstĕllŭs, li, Frutex est exiguus & surculosus, ramulos habẽs dodrãtales, & folia oleæ: vnde & nomen accepit. χαμελαία. *Columella etiam* Oleam Calabricam vocat *lib. 12. cap. 49.* Veruntamen (*inquit*) præcipua in hos vsus olea Calabrica, quam quidam propter similitudinem Oleastellũ vocant.

Oleastrense, Nigri plumbi genus. *Plin. libro 33. cap. 17.*

ŏlĕastrīnum, dicitur oleum quod ex oleastro fit: quo mobiles dentes confirmantur, *teste Dioscor. lib. 1.* ἔλαιον ἐκ τῆς ἀγρίας ἐλαίας.

ŏlĕātus, a, um, Quod est factum ex oleo, vel quod oleum admistum habet. ἐξ ἐλαίου.

ŏlĕītās, tatis, Tempus legendarum oliuarum, hoc est fructus oleæ. { ὥρα τοῦ συλλέγειν τοὺς ἐλαίας σπυρίδας, ἐλαίας τρυγητός, ἐλαιορρύα. GALL. Le temps de cueillir les oliues & en faire de l'huile. ITA. *Tempo di raccoglire de olive.* GER. Die zeyt zu welcher man die Oliuen oder ölbeeren abliset. HIS. *La ce fecha de las oliuas.* ANGLIC. *The tyme of gathering oliues and making oyle.* } *Cato de Re rust. cap. 68.* Vbi vindemia & oleitas facta erit præla extollito. [Oliuitas, atis. *Idem.* Vide infrà suo loco.]

ŏlĕōsŭs, adiectiuum, Quod est plenum oleo. { ἐλαιώδης. GA. Plein d'huile. ITAL. *Pieno d'oglio.* GERM. ölechtig/voi öl. HISPAN. *Lleno de azeyte.* ANG. *Full of oyle.* } *Plin. lib. 17. cap. 12.* Semen oleosum quod & fit ex eo medetur oris vlceribus perunctis. ¶ Ponitur & pro pingui. *Plin. libro 38.* Ibi quod supernatat, butyrum est oleosum natura.

ŏlētum, ti, Locus oleis consitus { ἐλαιόφυτον, ἐλαιών. GAL. Vn lieu où croissent oliuiers, lieu complanté d'oliuiers, oliuete. ITALI. *Oliueto, luogo doue sono multi oliui.* GERM. Ein ölgarten/ein iedes ort an dem vil ölbäum stehen. HISPAN. *Oliua.* ANG. *A place planted with oliues.* } *Cato de Re rust. cap. 1.* Secundo loco hortus irriguus, tertio salictum, quarto oletum, quinto pratum. ¶ Oletum item dicitur excrementum humani, ita dictum ab odoris fœditate. { τὸ ἀποπατεῖσθαι τὰ ἀνθρώπου ἐκκρίματα. GAILI. La fiente de l'homme. ITAL. *La merda dell' huomo.* GERMA. Menschendreck. HISP. *Hesterco de hombre.* ANG. *Ordure or excrement of man, a priuie.* } *Verranius apud Fest.* Sacerdotula in sacrario Martiali fecit oletum. *Persius Satyr. 1.* Veto quisquam hîc faxit oletum. ¶ Nonnunquam etiam accipitur pro ipso loco in quo alium exoneramus. *Tacitus in Nerone,* Gymnasium eo anno dedicatum à Nerone, præbitúmque oletum Equiti ac Senatui.

ŏlentĭcētum: Sterquilinium, atque oleti locus: *Apuleius in Apolog.* Lingua mendaciorum, & amaritudinum, præminístra semper in fæturinis & olenticetis suis iaceat.

ŏlĭūĕtum, ti, Locus in quo oliuæ consitæ sunt, Oletum. Idem vt modo dictum est. { ἐλαιών, ἐλαιόφυτον. GAL. Vne oliuere. ITA. *Oliueto doue sono piantati molti oliui.* GERMA. Ein ort an welchem vil ölbäum gesetzet sind. HISPANIC. *El olinar.* ANGLI. *A place where olines is planted.* } *Colum. lib. 3.* Melius autem truncis, quàm plantis, oliuetum constituitur. *Cicer. de Senect.* Quid de pratorum viriditate, aut arborum ordinibus, aut vinearum, oliuetorúmve specie dicam? *Horat 2. Carm. Ode 15.* Tum violaria, & myrtus, Et omnis copia narium Spargent oliuetis odorem Fertilibus domino priori. Maritum oliuetum. *Colum. lib. 3. cap. 11.* Si nec hæc est, rarissimum arbustum, vel oliuetum quod non fuerit maritum, vineis destinatur.

ŏlĭūārĭus, a, um, Quod ad oliuam pertinet. ἐλαϊκός. *Colum. lib. 12. cap. 47.* Quæ ne possint oleum sorbere, tanquam oliuariæ metretæ imbuuntur liquamine, tum demum & assiccantur.

ŏlĭūĭnă, næ, Cella oliuaria, aut olei maxima copia. *Plaut. in Pseud.* Cuius amatores domi oliuinam habent maximam.

ŏlĭūĭrās, atis, siue Oleitas, Tempus legendarum oliuarum. { ὥρα τοῦ ἐλαιῶνος. GAL. La saison de cueillir les olives. ITALIC. *Raccolta d'olive ò oglio.* GERM. Die zeyt ölbeeren abzulesen. HISP. *La cose cha de azeyte ò delas azeytunas.* ANGL. *The tyme of gathering oliues.* } *Colum. lib. 12. cap. 50.* Media est oliuitas plerunque initium mensis Decembris: nam & ante hoc tempus oleum acerbum conficitur. ¶ Interdum ipse olei prouentus. *Idem libro 1. cap. 1.* Saserna eo libro quem de agricultura scriptum reliquit, mutatum cæli statum sic colligit, quod quæ regiones antea propter hyemis assiduam vehementiam nullam stirpem vitis, aut oleæ depositam custodire potuerint, nunc mitigato iam, & intepescente pristino frigore, largissimis oliuitatibus, liberíque vindemiis exuberent. Huc etiam pertinet illud *Varronis,* Tum denique quum omnis lucerna combusta est in lucubrando, oliuitásque consumpta.

ŏlĭūĭfĕr, adiectiuum, Oliuam ferens. { ἐλαιοφόρος. GAL. Qui porte & produit oliuiers. ITAL. *Che produce & porta oliui.* GERMAN. Das einen oder ölbäum tregt. HIS. *Que tiene ò cria oliuas ò azeytunos.* ANG. *That beareth and bringeth forth oliues.* } *Mart. lib. 12.* Betis oliuifera crinem redimire corona. *Ouid. 3. Fastor.* Primus oliuiferis Romam deductus ab aruis Pompilius mentes sensit obesse duos.

ŏlĭuo, as, pen. produ. Oliuarum vindemiam facio, siue oliuas colligo. { ἐλαιολογῶ. GA. Cueiller ou vendanger les oliues. ITA. *Vindemiare olive.* GER ölbeeren oder öfrucht ablesen. HISPA. *Hazer cosecha de azeyte.* ANGL. *To gather oliues.* } *Plin. li. 15. cap. 3.* Quippe oliuantibus lex antiquissima fuit, Oleum ne stringito, neve verberato.

ŏlĕnŭs, pen. corr. ὄλενος, Bœotiæ vrbs, sic dicta ab Oleno Vulcani filio. ¶ Fuit & alia vrbs in Ætolia, iuxta quam fuit aper Calydonius. *Strabo lib. 8.*

ŏlenĭŭs, ὀλήνιος, possessiuum est ab Oleno: vnde Capella Olenia vocitata est, Amaltheæ capra, Iouis altrix, propterea quòd circa Olenum Bœotiæ & nata dicatur, & nutrita. *Ouid. 5. Fast.* Nascitur Oleniæ signum pluuiale Capellæ. [*Idem ibidem.* Quo petis olenijs inquam tibi missus ab aruis flos dabit.]

ŏ ĕo, les, oleui, & olui, oletum, vel olitum, Odorem spiro, & emitto. { ריח נתן *nathán réach.* ὄζω. GALL. Sentir & rendre odeur. ITALIC. *Olire, rendere odore.* GERMANI. Schmecken/ein geschmack geben/riechen. HIS. *Oler echando de si olor.* ANGLIC. *To yeeld a smell or sauour reither good or bad.* } Olere aliquid. *Cicer. 3. de Orat.* Vnguentum magis laudatur quod terram, quàm quod crocum olet. *Horat.* Vita ferè dulces oluerunt manè Camœnæ. [Quid oleant confusa iura nescias, nisi id vnum, vt malè olere intelligas. *Plaut. Mostel. sc. 3. a. 1.* Mulier rectè det, vbi nihil olet. *Ibidem.* Fœtetne anima vxoris? Myrrham olet. *Plaut. Aul. sc. 3. a. 5.* Quid olet (pala)? furtum, scortum, prandium. *Plaut. Menæ. sc. 2. a. 1.* Aurum huic olet. *Plau. Aulul. sc. 4. a. 1.* Metuo ne oleant argentum manus. *Plaut. Mostel. sc. 3. a. 1.*] ¶ Olere aliquare. *Ouid.* Perque locos sacros, & olentia sulphure fertur. *Propertius lib. 4. Eleg.* Cur nardo flammæ non oluere meæ? [*Plaut. Amp.* Olet homo quidam malo suo.] ¶ Aliquando absolutè. *Plin. lib. 21. cap. 6.* Rosa recens à lon-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

à longinquo olet. ¶ Eſt autem medium verbum: nam Bene olere, Iucunde olere, & Male olere dicimus. ¶ Huius compoſita ſunt, Aboleo, Aboleo, Exoleo, Inoleo, Oboleo, Peroleo, Redoleo, Suboleo, Grauco-leo, vnde Graueolentia. *de quibus ſuis locis.*

[Olens, tis, *Plaut. Men. ſc. 2. a. 5.* Leonem vetulum olentem, edentulum (i. graueolentem.) ¶ Olenticeta: *Apul. apolog. 1.*]

Oleo, ſi ab Oleo. Idque inter ſe differunt, quod Oleo habet ſignificationem naturalem tranſitiuam, Oleſco paſſiuam innatam.

olĕrum, pro excremento humano, *Vide* OLETVM *in* Olea.

olĭdus, a, um, penult. corr. Dicitur tam illud quod bonum, quàm quod malum odorem habet. {ὀσμώδης. GALL. Qui ſent fort, ſoit bien, ſoit mal. IT. *Che a odore coſi bono come reo.* GE. Schmeckend/es ſchmecke wol oder vbel/wolgeſchmackt ſtinckig. HISPA. *Hediondo de bueno ò mal olor.* ANG. *That hath a ſtrong ſauour either good or bad.*} *Mart. libr. 1.* Olidæque vetes marice. *Horat. lib. 1. Epiſt.* Sed nimis arcta premunt olidæ conuiuia capræ. [Olidus ſenex de hirco virili. *Suet. in Tib. cap. 45.*]

olĕrāceus, a, um, *Vide* OLVS.

OLĔRUS, ὄλεγος, Vrbs Cretæ in edito loco ſita, vltra Hierapytnam. Hinc Minerua Oleria, & Feſtum olerium in eius honorem. *Steph.*

ŏlĕum, olei, *Vide* OLIA.

ŏlfăcĭo, olfacis, olfeci, olfactum, Odoror, odorem percipio. {הריח *hiriach.* ὀσφραίνομαι. GAL. Flairer & ſentir. ITAL. *Odorare.* GER. Schmecken/ein geſchmack faſſen HISP. *Oler recibiendo en ſi olor.* ANGL. *To ſemel, to feele the ſmell or ſauour of a thing.*} *Plin. lib. 11. cap. 17.* Quonam modo olfaciant deſpicati, mirum: eadem nec olfactus veſtigia habent quum olfaciant ſagaciſſimè. [*Plaut. Menæc. ſc. 2. a. 1.* Si quid olfeceris, ecquid poteris de odore facere coniecturam?] ¶ Per tranſlationem inuenitur pro ſubodorari, ſiue præſentire. *Terent. in Adelph.* an non ſex totis menſibus prius olfeciſſem quàm ille quicquam cœperit?

ŏlfăcto, ctas, Frequentatiuum ob Olfacio. {ὀσφαινοσφραίνομαι. GAL. Flairer & ſentir ſouuent. ITA. *Odorar ſouente.* GER. Oft vnd offt ſchmecken. HISPAN. *Oler mucho y a menudo.* ANG. *To ſent and ſmell often.*} *Plin. lib 20. cap. 14.* Xenocrates pulegij ramum lana inuolutum, in tertianis ante acceſſionem olfactandum dari tradit. [*Plaut Men. ſc. 2. a. 1.* Summum me oportet olfactare veſtimẽtum muliebre. Olfacta igitur hinc. *Ibidem.*]

ŏlfactus, ctu, ctum, participium, quod odoratus ſenſu percipitur.

ŏlfactŭs, us, Facultas olfaciendi, quæ ſedem habet in anterioribus ventriculis cranij. {ריח *réach.* ὀσφρησις. GALLIC. Flairement, ſentement. ITALI. *Odorato.* GERMA. Der geſchmack/die krafft zu ſchmecken. HISP. *El ſenti lo de recebir el olor.* ANGL. *Smelling or faculti e of ſmelling.*} *Plin. lib. 29. cap. 4.* Baſilici quem etiam ſerpentes ipſi fugiunt, alios olfactu necantem, &c.

Olfactōrĭum, rij, Odoramentum. {ὀσφρωτήριον, ὀσφραντόν. GALLI. Vn bouquet de fleurs, ou pomme de ſenteurs. ITAL. *Coſa che ſi porta per fiutare, come vn mazetto di fiori.* GERM. Etwas daran man ſchmeckt/als die ſemtnöpff/buſchetin wolgeſchmackter blumen/ &c. HIS. *Poma ò buxeta de olor.* ANG. *Any thing that ſauoreth vell, a noſegaye.*} Florum vel odorum faſciculus, delectandis naribus, vel olfactus gratia comparatus. *Plin. li. 10. cap. 11.* Ex iſtis confeſſa aut certè veriſimilia ponemus, ſicut & lethargum olfactoriis excitari.

Olo, is, ere, Verbum antiquum. *Afranius in fratriis,* Non poteſt quia illa tacta longéque & multis olet. *Pomponius in Alconib.* Alea ludam, ſane meæ malè olent manus. *Idem in mod.* Non omnes poſſunt olere vnguenta exotica. Eſt enim dactylus in tertia ſede. *Nonius.*

OLIAROS, ὀλίαρος. Inſula in mari Ægæo, vna Cycladum, *de qua* Virg. *lib. 3.* Oliaron, niueámque Paron, &c.

OLIBA, *Ptolem. lib. 2. cap. 6.* Hiſpaniæ Tarraconenſis vrbs.

OLIÇANA, ὀλιζανία, Vrbs Britanniæ, *apud Ptolem. lib. 2. cap. 3.*

ŏlĭdŭs, adiect. *Vide* OLVS.

Oligarchia, æ, ὀλιγαρχία, Status Reipublicæ paucorum conſtans dominatione. Vnde Oligarchici, ὀλιγαρχικοὶ, dicti ſunt, qui paucorum dominatione gaudent.

ōlim, aduerbium temporis, non ſolùm præteritum tempus: ſed etiam præſens, & futurum ſignificans. {מקדם *mikkédhem* כבר *chebar* ἐν παλαιῷ, πάλαι. GAL. Iadis, le temps iadis, quelque fois. ITALIC. *Altre volte, per il paſſato, per l'auenire.* GER. Ein mal/ein fart. HIS. *En tiempo paſſado ò venidero.* ANG. *In tyme paſt.*} de præſenti. *Virg. 10. Eclog.* Veſtra meos olim ſi fiſtula dicat amores. De futuro. *Idem 1. Æneid.* Hunc tu olim cælo ſpoliis Orientis onuſtum Accipies. *Quint. lib. 10. cap. 1.* Qui olim nominabuntur. [*Ouid. Eleg. 1. libr. 2. Triſt.* Nec nominis immemor huius Olim placandi ſpem mihi tolle tui. Item, Non vt in Auſoniam redeam mihi forſitan olim. *Ibid.* Et *Eleg. 1. lib. 3. Triſt.* Et *Eleg. 8. Ibidem.* Et *Eleg. 4. lib. 4. Triſt.*] De præterito exempla nunquam non occurrunt. *Cicer. 3. de Orat.* Sic enim olim loquebantur. *Idem Attic. li. 1.* Ante lucem inambulabam domi, vt olim candidatus. [¶ Interdum incerti eſt temporis: vt *apud Plau. in Milit. ſc. 1. a. 1.* Curate vt ſplendor meo ſit clypeo clarior, quàm Solis radij eſſe, olim cum ſudum eſt, ſolent (i. tum cum ſerenum tempus eſt.)] ¶ Valet etiam, Aliquando. *Horat. lib. 1. Serm. Satyr. 1* vt pueris olim dant cruſtula blandi Doctores elementa velint vt diſcere prima. ¶ Inuenitur interdum pro Iamdudum, vel iampridem. *apud Plin. Epiſt. 162.* Olim non librum in manus, non ſtylum ſumpſit. ¶ Aliquando etiam pro nuper. *Terent. in Andr.* Alium eſſe cenſes nunc me, atque olim quum dabam. ¶ Vſurpatur interdum pro quouis tempore. *Virg. 1. Georg.* Hic tibi præualidas olim multóque fluentes Sufficiet Baccho vites. [Serò venis. Igitur ſi olim adueniſſem magis tu iſtuc diceres. *Plau. Capt. ſc. 1. a. 4. Idem in Amphi. ſc. 4. a. 4.* Verum eſt quod olim auditum eſt fabulariet.] ¶ Olim particulam fabulæ propriam eſſe, *ait Donatus in illud Terent. in Eunuch.* Olim fuit iſti generi quæſtus apud ſeculum prius. ¶ Olim iam, Iam longo tempore. {כבר *chebar.* πολλαχοῦ. GAL. Iadis, il y a long temps. ITAL. *Gia longo tempo.* GERMANI. Vorzeyten. HISPA. *Y a mucho ha.*} *Quint. in Milit. Mæriano,* Olim iam imperator inter fulgentes virtutes tuas liuor locum quærit.

Olitor, *Vide* OLVS.

ŏlīua, *Vide* OLEA.

ŏlĭzon, onis, ὀλιζών, Theſſaliæ oppidũ, cuius meminit Hom. in Catalog.

ŏlĭuum, oliui, *Vide* OLEA.

ollă, Genus vaſis ait Nonius, pro quo antiqui dicebant Aula, quia nullam literam geminabant, *inquit Feſtus.* {סיר דוד *ſir dudh.* χύτρα. GA. Vn pot de terre. ITAL. *La pignatta, la pentola.* GER. Ein irrener haffen. HISP. *La olla de barro.* ANG. *A pott of earth.*} Inde Plauti quædam comœdia Aulularia eſt appellata. [*Plaut. Aulul. ſc. 5. a. 2.* Aulam maiorem ſi potes à vicinia quære. Aulam auri repoſco. *Ibidem ſc. 6. a. 4.* Poculum grande, aula magna. *Plaut. Curc. ſc. 3. a. 2. Idem Ibid. ſc. 1. a. 3.* Quid id refert mea? an aula quaſſa cum cinere effoſſus fiet oculus. *Plautus Capt. ſc. 1. a. 1.* Frangi aulas in caput (paraſiti.) *Ibidem ſc. 1. a. 4.* Iubent aſtitui aulas (ad ignem) patinas elui.] *Plaut. Capt.* Ollas, caliceſque omnes confregit. *Colum. lib. 8. cap. 8.* Eius pulli ſinguli fictilibus ollis condunturs

ōllulă, penult. corr. Parua olla, aulula. {χύτριον. GALL. Vn petit pot de terre. ITA. *Picciola pignatta di terra.* GERMA. Ein irdins häfft n. HISP. *Pequenna olla de barro.* ANGL. *A little pott of earth.*} *Varr.* Lecta in ſecretam corbulam, inde in ollulas addatur.

ōllaris, & hoc ollare. Vnde ollares vuæ dicuntur, quæ in ollis fictilibus optimè conduntur. χυτρίτιδ. *de quibus Colum. lib. 12. cap. 43. Mart. lib. 7.* illic & vuæ collocantur ollares.

ōllārĭă, riæ, Temperatura æris. *Plin. lib. 34. cap. 9.* Nouiſſima eſt, quæ vocatur ollaria, vaſe nomen hoc dante, ternis aut quaternis libris plumbi argentarij in centenas æris additis.

ōlli, & Ollic, pro illi, & illic ſcripſerunt Veteres. *Feſtus. Virg. 1. Æneid.* Olli ſubridens hominum ſator, &c.

ŏlŏlўgŏnĕs, pen. corr. ὀλολυγόνες. Mares ranæ, quo tempore vocem mittentes, cient ad coitum fœminas. Fit à verbo ὀλολύζω, quod ſignificat vlulo. ¶ ὀλολυγών, acredula, genus auiculæ. *Theocr. in 7. Idyl.* ἀπ' ὀλολυγῶν Τηλόθεν ὡς πικρὸν βάτιον πτύζεσκεν ἀηδίζουσα.

ŏlŏr, oloris, penult. corr. Auis eſt notiſſima quam Græci κύκνον vocant. {GALLIC. Vn cygne. ITAL. *Cigno.* GERMA. Ein ſchwan. HISPA. *El ciſne.* ANGL. *A ſwanne.*} *Ouid. Epiſt. 7.* Ad vada Mæandri concinit albus olor. *Sil. lib. 13.* Cerua fuit raro terris ſpectata colore, Quæ candore niuem, candore anteiret olores. Sunt qui Holor ſcribant prima vocali aſpirata, quòd putẽt ita dictũ ἀπὸ τῆς ὅλης καὶ ὡραίας, quod ſit totus pulcher. Quicquid id eſt, eruditorum vius habet vt ſine aſpiratione ſcribatur.

ŏpĕræprĕtĭum, ab Opera deducitur, Fructuosum ad rem pertinens, opera & labore dignum. { מועיל *moíl. τὸ ωφέλιμον ἄξιον.* GA. Qui est vtile & conuenable, fructueux. ITA. *Fruttuoso.* GERMANIC. Nutzlich/wolzuthun/der arbeit wol wert/fruchtbar. HISPA. *Prouechoso.* ANGLIC. *Profitable, worthie the labour and paine.*} *Cicer. de Lege Agr. contra Rull.* Quo in genere est operæpretium diligentiam maximam recordari. *Idem 6. Ver.* Iam vt hæc omnia reperire ac perscrutari solitus sit, Iudices, est operæpretium cognoscere. *Liuius 2. bell. Pun.* Tempus est opulenta vos, ac ditia stipendia facere, & magna operæpretia mereri, id est magna præmia militiæ, *inquit Budæus.* ¶ Aliquando voce operæ posita, eleganter pretium desideratur. *Pers. Satyr. 6.* Lunai portum est operæ cognoscere ciues. [Vide exempla in Opera supra.] ¶ Pretium operæ. *Plin.* Id verò audire pretium operæ sit. Facere operæpretium, est facere rem opera, & labore dignam. *Liu. in Præf. operis*, Facturúne operæ pretium sim, si à primordio vrbis res populi Romani perscripsero, &c. [*Idem l. 3. d. 5.*] ¶ Operæpretium habere, id est pretium pro opera & labore. *Liu. 5 bell. Punic.* Seruorum legionibus T. Sempronius consul, toties iam cum hoste signis collatis pugnauit, operæpretium habent libertatem, ciuitatemque. [*Quintil.* Tum operæpretium venit. *Item Plaprologo Amphitr.* Operæpretium hic spectantibus Iouem atque Mercurium facere histrionam. *Plaut. Mili. sc. 1. a. 1.* Operæpretium non est ea enarrare.]

ŏpĕror, aris, ab Opera, In opere aliquo faciundo laboro, operam do. { פעל *pâl al ἐργάζομαι, αὐτουργῶ.* GAL. Ouurer, besongner. ITALI. *Lauorare, operare.* GERMAN. Werckẽ/arbeiten. HISPANIC. *Obrar, trabajar.* ANGLI. *To labour, to worke.*} *Plinius libr. 11. cap. 10.* Adolescentiores ad opera exeunt, seniores intus operantur. *Colum. libro 11. capite 4.* Si rebus venereis fuerit operatus vel vir, vel fœmina, debere eos flumine ablui. ¶ Operari superstitionibus. *Liuius lib. 10. ab Vrb.* ¶ Item rem diuinam facere, sacrificare, *ἱερουργεῖν. Iuuenal. Satyr. 12.* Vt matutinis operatur festa lucernis. *Pomponius*, Ad Veneris profectus est mane vetulus, votum vt solueret tibi nunc operatus est. ¶ Operari noctes luna dicitur, quum circulum suum per noctis tempus absoluit, & post solis occasum lumen nobis præbet, quod veluti opus eius est. *Properl. 3.* Cynthia iam noctes est operata decem. ¶ Huius verò compositum est cooperor.

ŏpĕrātŭs, a, um, participium. { *ἐργασμένος.* GAL. Ouuré. ITALI. *Chi a fatto lauoro.* GER. Gewercket. HISP. *Oorado.* ANG. *wrought.*} [*Quintilian.* Operatus ìcholæ. *Liu. lib. 4. ab vrb.* Addictum & operatum Reip. corpus. *Subdit Passeræt.* An consecratũ est?] *Virgil. 3. Æneid.* Connubiis arusque nouis operata iuuentus. [*Liu. lib. 10. ab vrb.* Hostes operati superstitionibus. *Item Ouid. 6. Fast.* Vesta faue tibi nunc operata, resoluimus ora.]

ŏpĕrātŭs, abs. ut e pro Operatus sacris. *Tacitus l. 2.* Nox eadem lætam Germanico quietem tulit, viditque se operatum.

ŏpĕrātĭo, onis. {פעלה *pe'ullâh ἐργασία, ἐνέργεια.* GALL. Operation, œuure. ITA. *Opera.* GERMA. Ein werck oder die verbringung deß wercks. HISPA. *Obra.* ANG. *A working.*} *Plin. lib. 11. cap. 24.* Tertium aranearum genus erudita operatione conspicuum. *Cicero Attic. libro 6.* Huius nebulonis operatione si Brutus moueri potest, licet eum solus ames. [*Quintil.* In Operationis opere.] ¶ Accipitur etiam pro sacrificio *ἱερουργία. Plaut.* vt istæc operatio crimen explet.

ŏpŭscŭlum, diminutiuum ab Opus, {*ποιημάτιον.* GALLIC. Petit ouurage. ITA. *Picciola opera.* GERM. Ein werck lin. HISPA. *Pequenna obra.* ANG. *A litle worke.*} *Cicero 4. Acad.* Vt etiam inter deos Myrmecides aliquis minutorum opusculorum fabrica or fuisse videatur.

ŏpĕrĭŏ, ris, rui, tum, ex Ob & Pario, sed b, abiicitur: vnde & per simplex pario scribitur, Tego. {כסה *chissáh* חפה *cḥaphâh. κατακρύπτω, σκεπάζω, καλύπτω.* GAL. Couurir, enfermer, enclorre. ITALI. *Coprire, serrare, ascondere.* GERM. Bedecken oder zudecken/zum, beschliessen. HISPAN. *Cubrir, cerrar, esconder.* ANGLI *To couer or ouerwhelme.*} *Propertius libro 3.* Atque hinuli pellis totos operibat amantes. ¶ Significat quoque Claudo, *Terent. in Heaut.* Vbi abiere intrò, operuere ostium. [*Plaut. Menæch. sc. 4. a. 2.* Abiit intrò, operuit fores. Vide in Operior vocabulo sequenti.] *Plinius libro 11. cap. 37.* Morientibus oculos operire, rursúsque inrogo patefacere. ¶ Quandoque celare, abscondere, non patefacere. *Plin. Epist. 60.* Abdere lachrymas, operire luctum, amissóque filio matrem adhuc agere. [*Gell. c. 14. lib. 13.* Operire facinus peiore facinore.]

ŏpĕrĭor, riris, riri, passiuum, Tegor, effundor. *cicer. 6. Verr.* In hac insula extrema, est fons aquæ dulcis, cui nomen Arethusa est, incredibili magnitudine plenissimus piscium qui fluctu totus operiretur, nisi munitione ac mole lapidum à mari disiunctus esset. [*Plaut. Pseud. sc. 2. a. 2.* Iube te sis operiri: beatus si consúd meris. ¶ Sumitur etiam pro Claudi. *Plau Menæch. sc. 4. a. 2.* Sine fores, sic nolo operiri. Vide in Operio.]

ŏpĕrtŭs, a, um, participium, Tectus. {מכסה *mechuṣṣéh. κεκαλυμμένος.* GAL. Couuert. ITA. *coperto.* GERMA. Bedeckt. HISP. *Cubierto.* ANGLIC. *Couered.*} vt montes operti arbore. *Ouid. 5. Metamorphos.* Caput opertum. *Horat. 2. Serm. Satyr. 3.* Æmus opertus nubibus. *Ouid. 4. de Ponto Eleg. 5.* Fores opertæ. *Idem 2. Fast.* Lectica operta ferri per oppidum vt mortuus. *Cicer. 2. Philip.* *Operti prædæ, id est onusti. *Plin. in Panæg. 69.* *Opertus dedecore & contumelia, id est affectus. *Cicer. pro Cluen. & 6. Verr.* *Opertis oculis, id est clausis. *Senec. de Benef. 4.* Multa reges, præsertim in bello, opertis oculis donant. [*Ouid. 5. Fast.* Fana tamen veteres illis clausere diebus: Vt nunc ferali tempore operta vides. *Ouid. 3. Fast.* Fœmina cur præstet (liba) non est rationis opertæ. Item Operto capite salutare. *Plaut. Curc. sc. 1. a. 3.* Manibus puris, operto capite Deos inuocare. *Plaut. Amphit* Operti barba & pallio (philosophi.) *Gel. l. 18. libro 13.* Græci palliati operto capite ambulant. *Plaut. Curc. sc. 3. a. 2.* Operto capitulo caldum bibunt. *Ibidem.* ¶ Opertum)(Apertum. *Plaut. Capt. sc. 3. a. 3.* Operta quæ fuere, aperta sunt: patent præstigiæ, omnes res palam est.]

ŏpĕrtŭs, us, ui. {*σκεπασμός.*} *Apul. in Apolog.* Sed enim mundissima lini segges, inter optimas fruges terra exortas, non modo indutui, & amictui sanctissimis Ægyptiorum sacerdotibus: sed opertui quoque inde rebus sacris vsu patur.

ŏpĕrtè, aduerbium rectè. {*κρυφίως.*} *Gell. libro 9. cap. 11.* Eósque more Pythagoræ, operte atque symbolice *κεκρυμμένως* appellatos.

ŏpĕrtum, ti, substantiuum. {כסוי *chesûi.*} ¶ Opertum Bonæ deæ, sacrificij genus erat, quod à solis mulieribus in loco operto fiebat, cuique virum interesse nefas erat. *Cicer. in Paradox.* Familiarissimus tuus de te priuilegium tulit, vt si opertum bonæ deæ accessisses, exulares. [Pro admirabili & occulta scribendi ratione, videtur positum *à Gellio cap. 9. libro 17.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

17.cum ait Comminiſcitur opertum hoc litterarum admirandum.]

ŏpĕrto,as,ſi frequentatiuum eſt ab Operio,*vt inquit Feſtus.* σκεπάζω.

opcrimēntum,ti, Dicitur quod aliquid tegit,operculum. {כסות *chesúth* מכסה *michsēh.* σκέπασμα, σκέπασμα. GALLIC. Couuerture. ITAL. *Coprimento.* GER. Ein decke. HISP. *Cobertura.* ANG. *Any ting that couereth.*} *Cato de Re ruſt.cap.*10. Inſtragula octo,puluinos ſedecim,operimenta decem, mappas tres. *Plin.l.*8.*cap.*42. Detracto oculorum operimento.

ŏpertōrium,rij,Operimentum. {כסות *chesúth* מכסה *michsēh.* σκεπάλυμμα. GAL. Couuerture. ITALIC. *Copritura.* GER. Ein decke. HISPAN. *Cobertura.* ANG. *A couer.*} *Senec.in Epiſt.* Ex duabus penulis altera ſtragulũ, altera opertorium facta eſt.

ŏpercŭlum,li,Inſtrumentum quo aliquid tegitur,operimentum. {σκέπασμα. GALLIC. Couuercle. ITALIC. *Coperchio.* GERMANIC. Ein decket. HISP. *Tapadero ò cerradura.* ANG. *A thing to couer with.*} *Colum. libr.*9. Sunt qui à ſuperiore parte foramina ipſis operculis imponant, quod fieri non oportet:nam ſuperfluens auis,profluuie ventris cibos & aquã conſpurcat. *Cato de Re ruſt.*c.10. Operculum aheni vnum. Operculum ambulatorium. *Plin.lib.*21.*cap.*14. Operculum à tergo eſſe ambulatorium,vt proferatur intus,ſi magnus ſit alueus. Hoc eſt quod facile huc vel illuc moueatur.

ŏpercŭlo,as,Operculo operio,tego. {σκεπάζω. GAL. Couurir. ITALIC. *Coprire.* GERM. Decken mit einem decket/zupunden. HISPANIC. *Cubrir.* ANGLIC. *To couer.*} *Columel.lib.vltim.cap.*30. Ab eo tempore, quo primùm dolia opercularis,vique ad æquinoctium vernum, ſemel in diebus triginta ſex vinum curare ſatis eſt. *Idem lib.*12.*c.*15. Quę vaſa cõfeſtim operculare,& oblinere conuenit.

ŏpertānĕus,a,um,adiectiuum:vt Opertanea ſacra,Sacrificia quæ in operto fiebant,quæ & Secluſa dicebantur, ne profanorum oculis polluerentur. Hæc à Græcis μυστήρια appellantur. Ad rem diuinam luteo roſtro pedibúſque non videntur:ad opertanea ſacra nigræ. *Plin.*10.*c.*56.

ŏpĕrōsus,Operoſus,Operula, *Vide* OPERA æ.

ŏpēs,opum, *Vide* OPS.

ŏphārūs,ὄφαγος,Scythiæ fluuius,in montibus Catheis naſcens, & in Lagoum influens. *Plin.l.*6.*c.*8.

ŏphĕltēs,ὀφέλτης,Filius fuit Lycurgi regis Thracum,& alumnus Hypſipyles,alio nomine Archemorus appellatus:quem quum nutrix Argiuis Langiam fontem indicatura, in herba reliquiſſet,ſerpens interemit. In cuius honorem Argiui Nemeæa certamina inſtituerunt, quorum victores apio coronabantur.

ŏphĭăsis,penultima correpta, ὄφιασις. Vitium eſt capitis,pueris præſertim familiare,ab occipite plerunque originem ducens,indéque vique ad aures & frontem paulatim ſerpens, donec vtrinque fines quaſi capite & cauda committãtur. Vnde & nomẽ inuenit. Ophis enim Græcè nobis ſerpentem ſonat. Quacunque hoc malum ſerpit,cutis emoritur,pilus excidit,glabretáque per extimam capitis cutem ſparſa,ſerpentis effigiem relinquunt.

ŏphĭdĭŏn,ὀφίδιον,Piſciculus eſt congro ſimilis,multò tamen minor: à ſerpentis figura nomen habens. *Meminit eius Plin.lib.*32.*c.vltim.*

Ophicardelus,Gemma eſt,in qua nigrum colorem binę lineę albę includunt. *Plinius lib.*37.*c.*10.

OPHINEVS, ὀφινεύς, Meſſeniorum vates,qui quotannis natali die furore correptus,futura prædicere ſolebat.

ŏphĭŏctŏnŏn,ὀφιοκτόνον, Herba quæ notiore nomine Elaphoboſcon appellatur:ita dicta, quod ſerpentes enecare credatur. Herbariorum vulgus *Gratiam Dei* appellat,*teſte Ruell.*

Ophiogenium,ὀφιογένιον,Herba eſt cuius paſtu cerui ſeſe aduerſus ſerpentes muniunt. Alio nomine Elaphoboſcon dicitur,hoc eſt cerui pabulum.

OPHIOGENAE,ὀφιογενεῖς, Genus hominum in Helleſponto,quos Crates Pergamus ſcripſit ſerpentum ictus tactu ſolitos leuare,& manu impoſita venena extrahere corporibus. ¶Sunt & alij eodem nomine in Cypro inſula. *Plin.lib.*28.*cap.*3. Quorum è genere ſunt Pſylli, Marſíque,& qui Ophiogenes vocantur in inſula Cypro:ex qua familia legatus Hexagon nomine, à Conſulibus Romæ in dolium ſerpentium coniectus experimenti cauſa, circummulcentibus linguis,miraculum præbuit.

ŏphiŏmăchŭs,ὀφιομάχος,penultima correp. Lacerta à Græcis dicitur, quod cum ſerpentibus pugnet.

ŏphiŏphăgī,ὀφιοφάγοι,Dicti ſunt qui ſerpentibus veſcuntur:cuius generis populos ad ſinum maris rubri memorat *Plin.lib.ſexto,*c.29.

ŏphioſtăphўlŏs,ὀφιοσταφυλος, Frutex eſt ex ſylueſtrium vitium genere, quæ Vitis alba,& Græco vocabulo Ampeloleuce vocatur à *Plin.l.*23.c.1. Latinorum nonnulli Serpentis vuam interpretantur,itaque dictam putant, quòd in Arabia hoc fruticis genus præſentiſſimum venenum putetur.

ŏphīōn,onis,ὀφίων,Socius Cadmi fuit,& in Thebis ædificandis adiutor: ita dictus,quòd è ſerpentium dentibus fingatur prognatus. ¶ Eſt etiam Ophion nomen filij Oceani,qui cum vxore Eurynome ante Saturnũ rerum eſt potitus. *Claud.libro tertio de Rapt.Proſ.* Hos onerat ramos exutus Ophion. ¶ Ophion verò,ophij animal fuit Sardiniæ inſulæ peculiare,pilo & dentibus ceruo ſimile:quod Plinius ſua ætate interiiſſe tradit *lib.*28.*capite* 10.*& lib.*30.*cap.*14.

ŏphĭoſcŏrŏdŏn,ὀφιοσκόροδον,Frutex eſt,qui notiore nomine Capparis appellatur. *Autor Dioſc.l.*2.

ŏphioſtăphўlē,ὀφιοσταφύλη,Frutex eſt idem cum cappari. *Plin.lib.*13.*cap.*23. Capparis firmioris ligni frutex,ſeminíque & cibi vulgati. Quidam eum cynosbaton vocant,alij ophioſtaphylen.

OPHITAE,ὀφῖται,Hæretici quidam fuerunt, qui Chriſtum ſub ſerpentis ſpecie colebant. Interim tamen habebant & viuum ſerpentem, quem venerabantur & nutriebant.

ŏphītēs,penultima producta,ὀφίτης,Marmoris genus ſerpentis maculas habentis,*Lucan.l.*9. Quam paruis tinctus maculis Thebanus ophites. *Plin.l.*36.*cap.*7. duo eius facit genera,alterum molle & candidum, alterum nigricans & durum. Vtrunque capitis doloribus, & ſerpentium ictibus medetur.

ŏphĭŭchŭs, ὀφιοῦχος, Cæleſte ſidus eſt, quod à poetis aliquando Anguitenens appellatur,eo quod hominis effigie fingi ſoleat anguem manu tenentis. Itaque nonnulli Herculem eſſe putauerunt,qui adhuc in cunis vagiens,angues à Iunone immiſſos manibus præfocauit. Dictus Ophiuchus,quaſi ὀφιόχειρ & per ſynæreſim mutatis ο & ε in ε, ὀφιῦχος. Sunt tamen qui Ophiuchum Æſculapium eſſe velint: alij Canobanta Gerarum regem:alij Phorbantem Triopæ Theſſalorum regis filium. *Vide* HIGINVM.

ŏphĭŭsă, ὀφιοῦσσα, Inſula eſt in mari Balearico, *teſte Ptolemæo,*x. duabus Pithyuſis minor,(nam maior Ebuſus dicitur) propter ſerpentum copiam inculta:vnde & colubraria à Latinis appellatur. *Plin.lib.*3.*c.*5. Ebuſi terra ſerpentes fugat. Colubraria paritidem infeſta omnibus,ſi Ebuſitanam terram interentibus, Græci Ophiuſam dixerunt. ¶Eſt & altera eiuſdem nominis inſula non procul a Creta,cuius etiam meminit *Plinius libro* 4 *cap.*12. ¶Ophiuſa item oppidum fuit Sarmatiæ Europææ ad Tyram amnem:de quo *idem Plinius* loco iam indicato. Rhodus quoque inſula, aliquando propter ſerpentum copiam Ophiuſa dicta fuit:*vt tradit Strabo lib.*14.

ŏphĭūsĭŭs,a,um,vt Ophiuſia arua. *Ouid.*10.*Metamorph.* Ipſa ſuas vrbes, Ophiuſiique arua parabat Deſerere alma Venus.

ŏphiūſa,ὀφιοῦσσα, Herba eſt in Elephantine Æthiopiæ regione naſcens, humida,difficiliſque aſpectu: qua pota minas terroréque ſerpentium animo obuerſari tradidit Democritus, eouſque vt mortem ſibi eo metu damnati conſciſcant: quare & ſacrilegis bibenda dari conſueuit. *Autor Plin. lib.*24.*cap.*17.

ŏphrўs,ὀφρυς, Herba quædam déticulato oleri ſimilis,foliis duobus, quæ capillis nigredinem inducit. *Plin.libro* 26. *capite* 15.

ŏphthālmĭa. Vitium oculorum. {ὀφθαλμία. GALLIC. Mal des yeux. ITALIC. *Morbo d'occhi.* GERMA. Duchthumb der augen ſo einem ein röte vnd ein fluſs darein ſchlecht. HISP. *Dolencia de los ojos.* ANG. *A diſeaſe of the eyes.*} *Celſus* Lippitudinem appellat. *Galenus Therapeut. ad Glauconem lib.*2. dicit eſſe inflammationem eius tunicę quæ corneæ adhæret. Idem in Ilagoge latius hunc morbum deſcribẽs, Ophthalmia *(inquit)* eſt quoties rubet oculi pars candida,extolluntur cilia, ſimúlque ſit ne poſsint ſine dolore coniungi palpebræ, tractatuſque manibus oculus dolet. Negat tamẽ *Iulius Pollux* Ophthalmiam eſſe proprium aliquod oculorum vitium, ſed eo verbo ſignificari tradit cauitatem oculorum ex corporis ægritudine. ¶ Ophthalmia etiam dictus eſt piſcis, qui *à Plinio* vocatur Oculata. *Plaut.in Capt.* Pernam atque ophthalmiam, horæum,ſcombrum,& trygonem,& cetum.

ōphthālmus,mi,ὀφθαλμός, Latinè oculus dicitur. Hinc Ophthalmicus, medicus oculorum. *Martial. libro* 8. Hoplomachus nunc es,fueras ophthalmicus antè. Hinc Triophthalmus lapis: qui hominis tres oculos ſimul exprimit. Ægophthalmus,qui oculum capræ habet. Monophthalmus,vnoculus.

ŌPHTHĪS, ὀφθίς, Vrbs Libyæ Marcoticæ, Ægypto proxima. *Autor Stephan.*

OPHYON, *Vide ſuprà* OPHION.

ŏpĭæ, ὀπίαι, Populi iuxta Indum fluuium. *Stephan.*

ŏpĭcus,ca,cum,penul.corr. Sordidus,immundus,obſcœnus. {טמא *tamé.* ὀπικός. GALLIC. Ord,ſale. ITA. *Lordo,ſporco,immondo.* GERMAN. Vnflãtig/wuſt/vnſauber. HISPAN. *Barbaro,ſucio.* ANG. *Futhie,foule.*} Mures opicos dixit *Iuuenalis,*hoc eſt impuros,& putidos. Cuius ſignificationis ratio tracta eſt à moribus Opicorum Italiæ populorum, qui idem Oſci eſſe creduntur,*teſte Feſto,* ſpurcæ,præpoſteræque libidinis nomine maxime infames. Vnde & verba impudica, Obſcœna dicta fuiſſe Verrius exiſtimauit. Eoſdem etiã barbara lingua,& ſermone maximè inquinato viſos fuiſſe accepimus,quemadmodum & Volſcos. ¶Vnde Oſcè,ſiue Volſcè loqui,eſt inquinato, & impuro ſermone vti. *Titinnius fabula* 5.*vt citat Feſtus,* Oſce & Volſce loquuntur: nam Latinè neſciunt. ¶Hinc etiam barbaros omnes veteres Opicos appellarunt. *Cato apud Plin.lib.*29.*cap.*1. Nos quoque dictitant Barbaros,& ſpurciùs nos,quàm alios Opicos,appellatione fœdant. *Iuuen.Satyr.*6. Nec curanda viris opicæ caſtigat amicæ Verba. Id eſt quæ non Latinè loqueretur,ſed Opicè. [Opici & agreſtes. *Gell.cap.*9.*libro* 13. Opicus, id eſt,Indoctus. *Gell.cap.*16.*lib.*11.*& cap.*21.*lib.*2. Quid vos Opici dicitis? Et Interpres *Iuuenal. Satyr.*6.] Fuerunt autem Opici, ὀπικοί. *Stephano,* Campaniæ populi quidam à linguarum colluuie dicti, ſiue à ſerpentibus,quaſi ophici,in quibus numerabantur Baiani, Cumani,Puteolani,Neapolitani:hæ nanque vrbes Opicorum fuiſſe dicuntur.

ŏpĭfĕr,ra,rum. *Vide* OPS.

ŏpĭfex,cis,pen.corr. Ab opere faciundo deducitur,& artificem non modò rerum,ſed etiam verborum ſignificat. {חרש *et aráſch* אמן *omán.* κατασκευαστής, δημιουργός. GAL. Ouurier,artiſan. ITALIC. *Artefice,artegiano.* GERM. Ein werckmacher/werckmeiſter. HISPANIC. *Official de qualquier arte.* ANGLIC. *A worker or craftſman.*} *Cicero* 5.*Tuſcul.* Etſi Zeno Cittieus, aduena quidam, & ignobilis verborum opifex inſinuaſſe ſe in antiquam philoſophiam videtur. *Idem in Catil.* Omne opificum inſtrumentum,omnis opera ac quæſtus,frequẽtia ſuſtinetur, alitur otio. *Idem* 1.*Offic.* Omnes autem opifices in turpi ſunt exercitio. ¶Opifex mundi *à Cicer.*1.*de Natura deorum,* dicitur Deus omnium rerum conditor. Opifex,*(inquit)* ædificatórque mundi Deus.

ŏpĭfĭcium, huius cij,Operis confectio, ipſum opus. {מעשה *maháſéh* פעלה *peʃulàh.* κατασκευή, δημιούργημα. GALLIC. Oeuure. ITALIC. *Opera.* GERMANIC. Ein werck. HISP. *Obra.* ANGLIC. *A worke.*} *Varro* 3.*de Re ruſt.cap.*16. de apibus loquens, niſi opificij eas vrget tempus.

ŏpĭfĭcīna, æ, Opificium, *ait Budæus. Plautus in Milite,* Si eam opificinam neſciam aut malam eſſe,aut fraudulentam. [Vulgò tamen exponitur locus vbi fit aliquod opus,& ſumitur pro Opificis taberna. GA. Ouuroir,Boutique.]

Opigena,ab ope dicta eſt Iuno, quòd ea ferre opem in partu laborantibus credebatur. *Vide* PARTVRIO.

ŏpĭlĭo, onis,quaſi ouilio. [Imò quaſi Ouipellio: quòd Ouium cuſtodes ouillis pellibus olim ſe tegerent.] Paſtor ouium, qui ouium gregem ſeruat & paſcit. {רעה *roʃéh.* ποιμήν. GAL. Vn berger. ITAL. *Pecoraio,paſtore di pecore.* GERM. Ein ſchaaffhirt/ſchäffer. HISP. *Paſtor de las oueias.* ANGL. *A ſheepherd.*} *Plaut. in Aſin.* Etiam opilio, qui paſcit alienas oues,aliquam habet peculiarem,quæ ipſum ſoletur ſi am. ¶ Sunt tamen qui Vpilio,non Opilio ſcribant, *autoritate Priſciani,* qui affirmat

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

o, breuem in hoc nomine esse conuersam in u, longam ex literarum affinitate. Et hoc omnino in carmine obseruandum puto: alioqui enim hexametron ingredi non posset, quòd tres primas syllabas habeat breues. *Virgil.10. Eclog.* Venit & vpilio, tardi venêre bubulci. *Vbi Seru.* Vpilio propter metrum dixit Græce vt οὐπουμα pro ὄπουμα. Nam ὀμικρὸν productionis gratia vertitur aliquando in ου diphthongum, quam vertimus in u longum.

Opilo, *(inquit Festus)* genus auis est.

ŏpīmĭus, Prænomine Lucius, Consul Romæ fuit, quo anno C. Gracchus seditiosis concionibus statum Reipublicæ labefactans cæsus est. ¶ Ab eius nomine vina Opimiana dicta sunt, quæ Opimio Consule nata sunt. *Plinius libro 14. cap. 4.* L. Opimio Consule, quum C. Gracchus Tribunus plebis seditionibus agitatis interemptus est, ea cæli temperies fuit, quam coctiuam vocant, solis opere, natali vrbis DCXXXIIII. Durántque adhuc vina ducentis fere annis iam in speciem redacta mellis asperi: (etenim hæc natura vinis in vetustate est) nec potari per se queunt, si non peruincat aqua, vique in amari tudinem carie indomita.

ŏpīmus, a, um, penultima producta, Dines & pinguis. {שמן *schamén* רשן *daschén* עשיר *†aschír.* GALLIC. Gras, fertile, riche. ITA. *Ricco, grasso.* GERMAN. Reych/fett/wolgespeyet. HISP. *Grueſſo, ò fertil, rico.* ANG. *Fat, fertile, riche,* } vt, Mensa opima. *Stat. libro 15.* -Itupet inconsuetus opimæ Sidonius mensæ miles, faciémque superbi Ignotam luxus. Opima præda, *Horat. Epod. 10.* Opima quòd si præda curuo litrore Porrecta mergos iuuerit. *Cicero pro Sext. Rosc.* Vt ad illam opimam præclar. mque prædam damnatio Sext. Roscij velut cumulus accedat. *Horat. 1. Epist. 2.* Inuidus alterius macrescit rebus opimis. [*Plaut. Capt. sc. 2. a. 2.*

Diuitiæ iúntne Opimæ? vnde excoquat ieuum tenex.] ¶ Opimus)(Gracilis. *Cicero de Clar. Orat.* Habet enim certos sui studiosos, qui non tam habitus corporis opimos, quàm gracilitates consectentur. ¶ Opima spolia, σκῦλα ὄπιμα Plutarcho proprie ampla & magnifica spolia dicuntur quæ dux duci detrahit: dicta (*vt Varro inquit*) ab ope, vel (*vt Plutarchus ait*) ab opere, quum sit opus egregium ac clarissimum, ducem belli parem sibi ductorem superare. Primus omnium Romulus, cæso Ceninensium duce, Ioui Feretrio opima spolia obtulit. *Liuius libro 1. ab Vrbe. Virgi. 10. Æneid.* Aut spoliis ego iam raptis laudabor opimis. [De spoliis opimis. *Plutar. in Marcell. & in Romul.*] Vnde ab opere.

ŏpīmĭŏr, comparatiuus, quo vsus est *Gell. libro 5. capite 14.* Nam quas venabatur feras, membra opimiora ad specum mihi suggerebat, hoc est pinguiora.

ŏpīme, Abundanter, lautè. {πιαλῶς, πλουσίως, πολυτελῶς. GALLIC. Abondamment, grassement, fertilement, richement. ITA. *Abondantemente, grossamente, fertilmente, riccamente.* GERMA. Reychlichen/vberflussiglich. HISPANIC. *Fertily gruessamente.* ANGLIC. *Fatlie, fertillie, richelie.* } *Plaut. in Bacch.* Omnium ad perniciem instructa domus opime, atque opiparè.

ŏpīmo, as, penultima producta, Opimum, seu pingue facio. {הבריא *hibrí. maíre.* GAL. Engraisser. ITA. *Ingrassare.* GERMAN. Mesten/feyßt machen. HISPANIC. *Engordar à otra cosa.* ANG. *To mak fatt.* } *colum. lib. 8. cap. 9.* Hyeme tamen offæ panis vino madefactæ, sicut etiam palumbos, celerius opimant quàm cæteri cibi.

ŏpīmĭtās, atis, Abundantia. {שבע *sabáh.*} *Plaut. in Asin.* [*sc. 2. a. 2.*] Maximas opimitates & gaudio offertissimas. *Idem in Capt.* [*sc. 1. a. 4.*] Maximas opimitates opiparáque offers mihi, *Ex Nonio.*

ŏpīnātōrēs, sunt, *vt in L. miß. de Exact. tribut. li. 10. C. describuntur* (*si mendacaret textus*) militaris annonæ exactores. Vbi Pyrrhus non opinatores legendum credit, sed opimatores, qui præsunt annonæ opimandę, re desit aliquid exercitui, cuiusmodi Viuendarios. {GERMA. Profiant meister. } forte appellamus. Haloandri lectionem, quæ Opinatores habet, magis probandam puto.

ŏpīnĭo, onis, Existimatio, vel fama de aliquo concepta. {דעת *dáath.* δόξασις, δόξα. GAL. Opinion. ITALIC. *Opinione.* GERMA. Ein achtung oder achtbarkeit. HISP. *Opinion, pensamiento dudoso.* ANGLIC. *An opinion.* } *Cicero 1. Offic.* Quorum de iustitia magna esset opinio multitudinis. *Idem Lentulo libro 1.* Magna est hominum opinio de te, magna commendatio liberalitatis. *Idem de Amicitia,* Nam quum conciliatrix amicitiæ virtutis opinio fuerit, difficile est amicitiam manere, si à virtute defecerimus. [Plus est quod Opinio adiicit, quam quod natura imperauit. *Senec. cap. 7. de Consol. ad Marc.* Eius oculi, aures, atque opinio transfugere ad nos. *Plautus Merc. sc. 6. a. 2.* Neque mihi, neque cuiquam pauperi opinione melius res structa est domi. i. etsi homines ita opinentur. *Plaut. Aul. sc. 5. a. 3* præsumpta opinio reddit imbecillum. *Senec. cap. 7. de Consol. ad Martiam.*] ¶ Quandoque suspicio, iudicium, siue persuasio, quam habemus de re aliqua, hoc est id quod de aliqua re sentimus. {GERMA. Ein wohn. } *Cicer. ad Oct.* Quod vtinam neque nostra nos opinio neque tua fides fefellisset. ὑπόληψις. *Plautus in Amphitr.* Prius tua opinione hîc adero. *Terent. Heaut.* Concurrunt multæ opiniones, quæ mihi animum exaugeant. *Cæsar 3. bell. Gall.* Celeriter contráque omnium opinionem confecto itinere, multos in agris inopinantes deprehendit. [Tenet vicinitatem opinio. *Sueton. in Aug. cap. 6.* Opinionem bonam alicui eripere. (i. existimationem) *Senec. ca. 2. de Consol. ad Polyb.* Et opinionis suæ custos. (i. bonæ existimationis.) *Senec. cap. 4. de Consol. ad Mart.* Ne populus habeat opinionem ingrati animi (id est ne ingratus existimetur.) *Liuius lib. 5. d. 5.*] ¶ Distinguunt philosophi Opinionem à Scientia: Opinionem de re incerta, scientiâ de re certa esse. ¶ His verbis in oratione pulchre connecti solet, Obtinere opinionem, Habere opinionem de aliqua re, Imbibere opinionem de aliquo, Fallit me opinio, & fallit opinionem meam: Afferre opinionem de aliquo. Comprehendere)(remittere opinionem. Adducere quempiam in opinionem, Euellere opinionem ex alicuius animo: Inserere opinionem, & Euellere insitam: Opinio hæc oppleuit vrbem. Vincere opinionem: quorum omnium exempla nusquam non sunt obuia.

ŏpīnĭōsissĭmŭs, δοξασικώτατος, appellat *Cicer. 4. Acad.* Antipatrum & Archidemum dialecticos, quasi nouarum opinionum autores. Quid (*inquit*) duo vel principes Dialecticorum Antipater, & Archidemus opiniosissimi homines, nónne multis in rebus dissentiunt?

ŏpīnŏr, aris, penultima producta, Puto, suspicor, opinionẽ habeo. {חשב *chaschab* שבר *sabár.* ὑπολαμβάνω, δοξάζω. GALLIC. Cuider, auoir opinió, penser, estimer. ITAL. *Pensare, imaginarsi.* GER. Wänen/meinen/schetzen. HISP. *Pensar con opinion.* ANGLI. *To haue an opinion, to think, to beleue, to deame, to wine or suppose.* } *Donatus,* Quæ opinamur, putamus: quæ putamus incerta sunt. *Terent. in Andr.* -num videntur conuenire hæc nuptiis? P. Non opinor Daue. D. Opinor narras? non recte accipis. Certa res est. [Estne hic Sernus acceptissimus? H. Opinor. *Plaut. Capt. sc. 5. a. 3.* Atque hic quidem est Euclio, opinor. *Plautus Aul. sc 6. a. 4.* Illecebra exit tandem opinor ante ostium, (affirmantis.) *Plaut. Asin. sc. 2. a. 1.* Hercle opinor pernegari non potest. *Plau. Men. sc. 4. a. 2.* Habeo, opinor, familiare tergum ne quæram foris. *Plautus Asin. sc. 4. a. 2.* (i. nisi fallor; vel certe.) Eandem, opinor, conticuit. (i. certe.) *Plaut. Asin. sc. 4. a. 2.* Eam deiperdisti, opinor, meo auunculo. (i. credo, scio.) *Plau. Pseud. sc. 4. a. 2.* E re tua, vt opinor, feceris. (i. certò.) *Plau. Menæch. sc. 2. a. 4.*] *Cicer. 4. Acad.* Sapientem nihil opinari, id est nunquam assentiri rei vel falsæ, vel incognitæ. *Idem pro Domo sua,* Falsò multa in vita homines opinantur. *Lactant. libro 3.* Id enim opinatur quisque, quod nescit. Illi autem qui de rebus naturalibus disputant, opinantur ita esse vt disputant. * Opinari de. *Plin. lib. 28. cap. 2.* Quapropter de his, vt libitum cuique fuerit, opinetur. *Cicer. in Pisonem,* De vobis Senatus opinatur, non secus ac de teterrimis hostibus. [*Item in August. cap. 61.* Male opinari de aliquo. Et grauissimè opinari. *Ibid. cap. 67.*] Nesciunt igitur veritatem: quoniam scientia certi est, opinatio incerti. δόξασμα. ¶ Hinc Inopinatum dicitur, quod præter opinionem accidit. ¶ Hinc sunt aduerbia Ex opinatò, pro ex opinione, & secundum opinionem. *Quintilian. lib. 8, cap. 5.* Iam hæc magis noua sententiarum genera exopinatò, &c. ¶ Nec opinatò, compositum à Nec, hoc est non, & aduerbio Opinatò, pro inopinanter, ex improuiso. *Liu. 4. ab Vrbe,* Propiúsque aliud nouum malum nec opinatò exortum est. ¶ Ex necopinatò. *Liu. libro 4. ab Vrbe,* Ipsè parte copiarum paruo circuitu locũ maximè secretum ab hostibus petit, vnde ex necopinatò aduersum hostem inuadit. ¶ Paruum opinatu. *Plinius lib 29. capite 1.* Illa autem quæ timuit Cato atque prouidit, innocentiora multò, & parua opinatu, quæ proceres artis eiusdem in semetipsis farentur.

ŏpīnātĭo, Opinio, assensio. {משחבה *mac' schabáh* דעת *dáath.* δόγμα, δόξασμα, αἵρεσις. GAL. Opinion, iugement non asseuré. ITALIC. *Opinione, giudicio con dubbio.* GERMANIC. Ein meinung die doch vngewiß ist/ vnd deren einer sich nit hertzlich trauwen darff. HISPA. *Opinion, pensamiento dudoso.* ANGLI. *A veening or deaming.* } *Cicer. 4. Acad.* Herculis quendam laborem exantlatum à Carneade, quod vt feram & immanem beluam, sic ex animis nostris assensionem, id est opinationem & temeritatem extraxisset. *Idem 4 Tuscul.* Opinationem autem quam in omnes definitiones superiores inclusimus, volunt esse imbecillam assensionem.

ŏpīnātŏr, Qui nihil pro certo confirmat, nihil certi habet, sed opinionem concipit. {δόξας, δόξαστής. GAL. Cuideur, qui n'asseure rien pour certain. ITALIC. *Chi non afferma cosa alcuna, ma dubita del tutto.* GERMANIC. Ein wãner/der etwas in wohn/vnd nit im wissen sat. HISP. *Que pensa algo, dudando, dudoso.* ANGLIC. *A deemer.* } *Cicer. 4. Acad.* Ego verò ipse magnus quidem sum opinator, non enim sum sapiens.

ŏpīnābĭlis, & hoc opinabile, Quod opinione concipi potest. {δοξαστὸν, εἰκαστὸν, ἐνδοξον. GAL. Qui gist en opinion seulement, dequoy on peut auoir opinion. ITA. *Che si puo pensare.* GERMAN. Das in wohn zu fassen ist. HISP. *Cosa che se puede tener opinion.* ANG. *That may be deemed or supposed.* } *Cic. 1. Acad* Itaque hanc omnem partem rerum opinabilem appellabant. *Idem de Diuination.* Artes quæ coniectura continentur & sunt opinabiles. [*Gell. cap. 1. libro 12.* Non verus & naturalis ille amor est, sed ciuilis & opinabilis.]

[Opinatò. *Diomed. libro 1.* Item *Liuius Quintilian.* Vide suprà in Opinor.]

ŏpĭpărŭs, a, um, Splendidus, sumptuosus, magnificè apparatus, lautus, גאה *gheéh* אדיר *addír.* πολυτελὴς. GALLIC. Fort riche & magnifique, somptueux. ITA. *Splendido, suntuoso* GERM. Kostlich/herrlich zugerust. HISPA. *Costoso y de mucho gasto.* ANG. *Sumptuous, riche, fresh, gaye.* } *Plau. in pers. sc. 1. a. 2.* Satin' Athenæ tibi vitæ fortunatæ, atque opiparæ? *Idem in Milit.* Vino, ornamentis, opiparísque opsoniis. [*Idem capt. sc. 1. a. 4.* Maximas opimitates atque opiparas.] *Apud Apul. libro 2. de Asino* (*nisi forte subsit mendum*) *legitur* Opiparis per tertiam inflexionem. Pilcatum (*inquit*) opiparem expositum video. id est copiosum. Inde Opiparum conuiuium dicimus, quod lautum est, & magnificum.

ŏpĭpărē, aduerbium, Abundanter, copiosè, lautè, magnificè. πολυτελῶς. GAL. Richement, largement, magnifiquement, abondamment. ITA. *Copiosamente.* GERMANIC. Reychlichen vnnd kostlichen/ vberflussiglich. HISP. *Costosa, y abundantemente.* ANGLI. *Sumptuouslie, gayelie, costelie.* } *Cicer. 3. Offic.* Opiparè à Pythio apparatum conuiuium.

ŏpĭs, huius opis, ὄπις, Nympha Dianæ comes, de qua *Virgil. libro 11.* Vellocem interea superis in sedibus Opin Compellabat. Vbi prima producitur, quum in Opis ab Ops corripiatur. ¶ Est item Opis vici nomen in Mesopotamia, ad Euphratem fluuium, non procul à Seleucia, vicinarum regionum emporium. *Autor Strab. libro 2. & 16.*

ŏpīstŏcŏmæ, ὀπισθοκόμαι, *teste Polluce,* Eubœæ populi dicti sunt, qui crines habebant versus tergum reflexos: sicut Acrocomæ dicti fuerunt populi in Thracia qui antias in fronte muliebriter gerebant demissas.

ŏpīstŏgrăphŭs, penultima correpta. {ὀπισθόγραφον. GALL. Escrit au dos, ou de deux costez. ITALI. *Carta scritta da due lati.* GERM. Papyer auff beyden seiten schreiben tan. HISPANIC. *Cosa escrita atras.* ANGLIC. *Wrytten on both the sydes.* } Dicitur charta ab vtroque latere scripta, ita dicta quòd etiam ὄπισθι, hoc est à tergo esset scripta: quum alioqui chartæ ferè auersa tantum pagina conscriberentur. *Vlpian. l. Chartæ ff. de Bon. possess sec. tab.* Chartæ appellatione ad nouam chartam refertur, & ad deletitiam. Proinde etsi in opisthographo quis testatus sit, hinc peti potest bonorum possessio.

ŏpīsthŏtŏnĭcŭs, {ὀπισθοτονικὸς. GAL. Qui a le col panché sur les espaules, à cause des nerfs qui se sont retirez. ITAL. *Chi a il collo indrito & volto verso le spalle si che non lo pue piegare.* GERMANIC. Den das haupt

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

hampt hinder ſich raget/als offtermals den zwergen. HISPA. *El que tiene la cabeça ennarada atras.* ANGL. *That hath his head bowing into his neck.*} Dicitur qui rigore ceruicis inflexibili laborat, cuiúſque caput contractione neruorum in poſteriorem partem ita trahitur, vt alio flecti non queat. Vitium hoc à Galeno Opiſthotonos. {ὀπισθότονος. GALL. Vne douleur de ne pouuoir tourner le col, quand on a le col panché ſur les eſpaules. ITALIC. *Ritiramento del colle verſo le ſpalle.* GER Die hinderſich hatdung oder ſtarrung des haupts/verſtruppfung der halß ſpanaderen. HISP. *El enuaramiento de la cabeça atras.* ANGLIC. *A dolour when one may not turne about his head.*} appellatur: cui contrarium facit Emprosthotonos, quando ſcilicet mentum pectori annectitur. Tetonos autē, quum ceruix recta obriguit, ita vt nullam in partem flecti queat.

ŏpĭsthŏtŏnŏs, ὀπισθότονος, *Vide in dictione præcedente.*

ŏpĭsthŏphўlăcēs, {ὀπισθοφύλακες. GAL. L'arrieregarde. ITAL. *Retroguarda.* GERMANI. Welche zuruck die ſtreitenden verhüten vnnd ſchirmen. HIS. *Los de la retaguarda.*} Qui in præliis pugnantium terga tuentur.

ŏpĭtĕr, opiteris, vel opitrix, Dicitur cuius pater, auo viuo, mortuus eſt. Sic dictus, quòd obitu patris genitus ſit, aut quòd auum poſt patrem habeat; id eſt pro patre. *Feſtus.*

ŏpĭtĕrgĭvm, Vulgò *Oderzo*, Venetiæ mediterraneæ oppidum, etiam hodie nomen retinens: *cuius meminerunt Plin.lib.3.cap. 19. & Ptolem. lib.3.cap.1.*

ŏpĭtĕrginŭs, na, num, pen. produ. *Lucan. l.4.* Hic Opiterginis moles onerata colonis Conſtituit. [In Opitergina rate circunuenti, Et Opitergini obſeſſi. *Quintilian.*]

OPITES, Argiui cuiuſdam nomen proprium, quem Hector in bello Troiano interfecit.

ŏpĭtŭlŏr, pen. corr. Adiuuo, ſubuenio: ab Ope tollenda, id eſt ſerenda. {עזר *ʿazár.* ἀλέξω, ἐπικουρέω, παρίσταμαι. GALLI. Aider, ſecourir. ITA. *Aiutare, ſocorrere.* GERMAN. Helffen/zuſtüff kommen/hülff beweiſen. HISPANIC. *Ayudar, dar ayuda.* ANGL. *To aide or help, to ſuccour.*} *Terent.in Andr.* Si illum relinquo, cius vitæ timeo: ſin opitulor, huius mimas. *Cicer. ad Seruium Sulp.* Quoniam nihil iam videmur poſſe opitulari Reipubl. *Salluſt.* Sæpe maiores noſtri miſerti plebis Romanæ, decretis ſuis inopiæ eius opitulati ſunt. ¶ Opitulari contra aliquid. *Plin.li.28.cap.8.* Et dorſo medullam adalligatam contra vanas ſpecies opitulari. Hinc Opitulator, παρεισάκτης.

ŏpĭtŭlātĭo, auxilium. {βοήθεια.} *D. de Minorib. l.1.* Auxilium eis prætor hoc edicto pollicitus eſt, & aduerſus captiones opitulationem.

ŏpĭtŭlŭs, Dictus eſt Iupiter, quaſi opis lator, ἀλεξητήριος, & propriè in rebus dubiis & malis dicitur. *Feſtus.*

ŏpĭum, Succus ex papauere, habens per ſomnum vim (ſi copioſius ſumatur) mortiferam, μήκωνος ὀπός. *Plin. lib.20. cap.7.* Aliqui addunt & opium pilulis in die ternis lupini magnitudine, in vini cyatho dilutis.

Oplŏmăchŭs, *Vide* HOPLOMACHVS.

ŏpŏbalsămum, {נכבת *nekbóth.* ὀποβάλσαμον.} Succus balſami, qui præſertur omnibus odoribus, vni Iudææ terrarum conceſſus, *vt ait Plin. libro 12.cap.25.* Arbor ipſa balſamum dicitur, quæ inciſa vitro, lapide, oſſeíve cultellis ſuccum mittit, quem Opobalſamum vocant, eximiæ ſuauitatis. ὀπὸς enim à Græcis ſuccus dicitur. Xylobalſamum verò lignum balſami: Carpobalſamum, fructum balſami dicunt.

ŏpŏcărpăthŏn, ὀποκάρπαθον, Succus carpathi, *quem Plin.lib.28.cap.10.* connumerat inter venena.

ŏpŏpānăx, ὀποπάνακος, Succus panacis herbæ, quæ omnes morbos ſanare dicitur. *Plin.lib.20.cap.24.*

ŏpŏrĭcĕ, ὀπωρικὴ, Genus quoddam medicamenti, ἀπὸ τῆς ὀπώρας, hoc eſt à pomis, arboríumque fructibus: quod qua ratione confici ſoleat, *docet Plin.lib.24.cap.14.his verbis,* Vnum etiamnum arboris medicinis debetur nobile medicamentum, quod Oporicem vocant. Fit ad dyſentericos, ſtomachíque vitia, in congio muſti albi lento vapore decoctis malis cotoneis quinque cum ſuis ſeminibus, punicis totidem, ſorborum ſextario, & pari menſura eius quod thus Syriacum vocant, croci ſemuncia. Coquitur vſque ad craſſitudinem mellis. Hæc *Plin.*

ŏpŏrĭnŭs, na, num, penult. corr. Autumnalis. {ὀπωρινός. GALL. Automnal, de l'automne. ITALIC. *Autumnale.* GERMA. Herbſtiſch. HIS. *Otonnal.* ANG. *Of the harueſt tyme.*} ἀπὸ τῆς ὀπώρας, quod nobis autumnum ſonat. *Mart.lib.9.* Si daret autumnus mihi nomen, ὀπωρινὸς eſſem. Horrida ſi brumæ ſidera, χειμερινός.

ŏpŏrŏphўlăcĭŏn, ὀπωροφυλάκιον, Cuſtodia pomorum vel fructuum.

ŏpŏrŏthēcă, æ, Locus vbi fructus autumnales conduntur. {ὀπωροθήκη. GAL. Le lieu où on garde les fruits qu'on amaſſe en automne, grenier à pommes. ITALI. *Bottega doue ſi vendono i frutti autummali.* GERM. Ein opſtammer/ein ort darin man die herbſt frucht/als öpfel/byren/ &c. behaltet. HISPAN. *Sillero para guardar ò vender frutta otonal.* ANGLI. *A place to keep harueſt fruit.*} Nam ὀπῶραι fructus autumnales ſignificat, & Theca repoſitorium. *Varr.1.de Re ruſt. cap.59.* In oporotheca mala manere putant ſatis commodè. *Ibidem.* Et ideò oporothecas qui faciunt, ad Aquilonem vt feneſtras habeant, atque vt perflentur, curant.

ŏpŏrtĕt, Impersonale verbum eſt, Expedit, vtile aut neceſſe eſt. *(Quanuis *Oportet* & *Neceſſe eſt* differant, vt patet ex hoc *Quintiliani* loco, *libro 1. cap. 1.* Dein vt repetitis altius cauſis diligentiſſime oſtenderet, quàm id quod erat in matrem dicturus, non oporteret modò fieri, ſed etiam neceſſe eſſet. [Tamen ſæpe ponitur pro Neceſſe eſt: *vt apud Plaut. Asin.ſc. 4. a. 2.* Si is eſt, eum eſſe oportet (i. neceſſe eſt, neceſſario ſequitur.)] {δεῖ, χρή. GALLI. Il faut. ITA. *Far biſogno, biſognare.* GERM. Man muß oder ſoll/es iſt von nöten. HISP. *Ser coſa conueniente.* ANG. *It ought or muſt.*} *Cicer.pro Corn. Balbo,* Oportere, eſt conſentaneum eſſe officio: Licere, legibus & iuri: Decere, temporibus, & perſonis. *Idem Attic.lib.6.* Hoc fieri & oportet, & opus eſt. *Idem in Catil.* Quos ferro trucidari oportebat. [Iſtanc ætatem non oportet pigmentum vllum attingere. *Plaut. Moſtel. ſc. 3.a. 1.* Commune eſſe oportet (quod inueniſti) *Plaut.Pſeud.ſc. 7.a. 4.* Tenent, quod ſe facere oporteat. *Plau. Pſeud.ſc.4.a.2.* Quanta ſumma? ſeptem millia. Tamen eſſe oportet. Rationem tenes. *Plaut.Milit.ſc.1. a.1.* Eſt modus quoad vxorem pati oportet vitia viri. *Plaut.Menæ.ſc.2 a.5.* Quid dubitatis? iam ſublimem raptum oportuit. *Plaut.Menæc.ſc.6.a.5.* Eas ædes ei ſe oportet. *Plaut. Aſin. ſc.2. a.2.* Si pudebit quod non oportet: quod oportet non pudebit. *Liuius lib. 34.* ¶ Dicimus autem pro eodem Oportuit facere, & Oportuit factum. *Cicer.3.Verr.* Hoc quod iampridem factum oportuit, certa de cauſa nondum adducor vt faciam. *Terent.in Andr.* Nónne prius communicatum oportuit? *Idem*, Totam rem illi integram ſeruatam oportuit. [*Plaut. Aulul.ſc.6.a.4.* Scibas non tuam eſſe: non attactam oportuit.] ¶ Aliquando eſt coniicientis. *Plaut.in Pſeu. [ſc.2.a.2.]* Hunc homine malum eſſe oportet. ὅτις μέλει κακὸς ἀνθρώπου ἄνῳ, id eſt mirum niſi hic homo malus eſt. Non diſſimilis huic oratio ſit per Volo. *Idem*, Liberis conſultum volumus, etiamſi poſthumi futuri ſint. ¶ Inuenitur aliquando perſonale. *Quintil.* Diſertos ſatis putat dicere, quæ oporteant. * *Cæcilius apud Priſcianum*, Vt ea quæ oportuerint, facta non ſint.

ŏppăngo, is, oppegi, oppactum, Affigo, coniungo. {προσπηγνύω, πήγνυμι. GAL. Ficher pres ou contre. ITA. *Attacare, coniungere.* GERMANI. Anheffren. HISPANI. *Hincar, ayuntar.* ANGL. *To faſten or ioyne.*} *Plaut. in Curc.[ſc.1.a 1.]* Vbi ſuauium oppegit fugit.

ŏppĕdo, is, pen.prod. Contra pedo: & per tranſlationem reluctor, reclamo. {πρὸς πόδα ἀντιπίπτω. GAL. Contredire. ITA. *Contradicere de alcuno.* GER. Zu wider ſein/ widerſtehen. HISPANIC. *Contradezire.* ANGLI. *To fart againſt, to gainſay.*} *Horat. 1.Serm. Satyr. 9.* vin' tu Curtis Iudæis oppedere?

ŏppĕrĭor, riris, Verbum deponens, gemino pp, ſcribi debet, Expecto, præſtolor. {קוה *kavâh* יחל *jichél.* ἀσκοπέω. GALLIC. Attendre. ITA. *Aſpettare.* GERM. Warten/beiten. HISPANIC. *Eſperar.* ANGLIC. *To tarie for.*} Producit enim primam ſyllabam, quæ in paſsiuo Operior corripitur. *Silius lib.5.* -cedas, Oramus, ſuperis, tempúſque ad prælia dextrum Opperiare. Supinum facit Oppertum, *teſte Priſciano*, vnde participium Oppertus. *Terent. in Phormione.* Si non tum dedero, vnam præterea horam ne oppertus ſies. Legitur tamen quandoque participium Opperitus. *Plaut.in Moſtell.* Seni non otium erat, id ſum opperitus. *Plaut in Ciſtell.* Virtus ſi aduenier, iube domi opperirier. [Vt opperiare ſex dies, vel ſex opperibor menſes. pro opperiar. *Plaut. Pſeud. ſc.3 a.1.* præ, vel opperire *Ibid.ſc.2.a.1.* Quem Iufferam me illic opperiri. *Plau. Aul.ſc.4. a.4* Ego te opperiar domi. *Plaut.Aſin.ſc. 3.a.4.* Viſe, te hic opperiar. *Plau.Milit.ſc.3.a.2.* Operiri ſucceſsionem. *Suet.in Tib.c.25.]* *Terent. Adelp.* Opperiar hominem hic, vt ſalutem, & colloquar. *Idem Andria*, Abi intro: ibi me opperire. *Cic. Att.* Ego in Albano opperior, dum iſta cognoſco. *Virg. 10.Æneid.* -manet imperterritus ille, Hoſtem magnanimum opperiens. * Opperitus ſum, ἐπεμείμνωκα, *apud Plau.in Moſtel.* Seni non otium erat, id ſum opperitus. [Oppeſſulare fores: *Plaut. Amp.* Oppeſſulatas ante fores graditur.]

ŏppĕto, is, penultima correpta, Ex Ob & Peto. Non autem ex Os, & Peto (*ſicut putauit Seruius*) vt ſit quaſi ore terram peto, quum ij qui moriuntur, non ore omnes terram petant. Proprie autem Oppeto, idem quod obeo vel ſubeo: fere tamen ſemper accipitur pro morior. {מות *meth* גוע *ghaváh.* ἀποθνήσκω. GAL. Mourir. ITA. *Morire.* GERM. Sterben. HISPAN. *Morir.* ANG. *To die.*} Sed hoc non tam ſit ex natura verbi, quàm propter accuſatiuum Mortem, qui in eo quanuis aliquandò non exprimatur, ſemper tamen ſubauditur. Oppetere mortem pro patria, nihil aliud eſt quàm ſubire vel obire mortem pro patria. *Cic.1.de Diuin.* Æquius eſſe cenſuit maturam ſe mortem oppetere. *Virg.1.Æneid.* ô térque, quatérque beati, Queis ante ora patrum, Troiæ ſub mœnibus altis Contigit oppetere! *Cicer.1.Tuſcul.ex antiquo Poeta*, Veſtras manus peto prius, quàm oppeto, malam peſtem hoſtili manu. [Quin malè occidam oppetámque peſtem. *Plaut.Capt.ſc.3.a.3. Plau. Aſin.ſc.1.a.1.* Vt peſtem oppetas.] *Idem Cic.1.Tuſcul.* Claræ verò mortes pro patria oppetitæ, non ſolùm glorioſæ rhetoribus, ſed etiam beatæ videri ſolent.

ŏppĭă, Vna fuit ex Veſtalibus, quæ conuicta ſtupri, viua defoſſa eſt. Cuius ſcripſit Epitaphium *Stroza filius*, Veſtalis virgo, læſi damnata pudoris, Contegor hoc viuens Oppia ſub tumulo. *Liu. lib. 12.* hanc Opimiam vocat.

[Oppia, Leucadia, locus Romæ. *Plaut.Curc.ſc.1.a.4.*]

ŏppĭănŭs, ὀππιανός, Grammaticus & Poeta inſignis, Ageſilai & Zenodotæ filius, ex Anaxarbe, ſiue (*vt Suidæ placet*) ex Coryco Ciliciæ ciuitate ortus. Scripſit ἁλιευτικά, συνηγετικὰ καὶ ἐξωτικά, verſuum viginti millibus: quæ quum M. Antonio, Seueri filio obtuliſſet, totidem aureas ſtateras ab eo accepit.

ŏppĭco, as, pen.corr. Idem quod Pico, hoc eſt pice illino. {πισσόω, πίσσω. GALL. Poiſſer. ITA. *Impegolare.* GERMAN. Verpichen/mit pích verſtreichen. HISP. *Empegar.* ANG. *La pitch or tomer with pitch.*} Quod genus picationis fieri antiquitus ſolebat in doliis, vel cadis vinariis, ne perfluerent. *Cato cap.120.* Muſtum ſi voles totum annum habere, in amphoram muſtum indito, & corticem oppicato.

ŏppĭdum, di, Siue ab Ope dictum ſit, ſiue ab Opibus, ſiue etiam ab Opponendo, vt quibuſdam placet, geminato pp ſcribendum eſt. {עיר *ʿîr.* GAL. Vne ville moyenne, vn grand bourg fermé. ITA. *Città, caſtello.* GERM. Ein ſtatt/ein vmbgemaureter fleck. HISPANIC. *Ciudad, caſtillo.* ANGLI. *A towne.*} Eſt autem proprie Oppidum, locus mœnibus concluſus, in quem homines multi habitandi cauſa conueniunt. Quidam Oppida ab vrbibus diſtinguunt, vt hæ quidem maiores ampliores que, illa minora ſint & obſcuriora. Alij vni Romæ vrbis nomen tribuunt, relicta omnia oppida appellantes. Sed hæ differentiæ non obſeruatur. Sæpè enim indifferenter legimus eandem ciuitatem Oppidum, & Vrbem appellari. Vnde *Plaut.in Perſa*: quum Eleuſipolim ſæpius vrbem vocaſſet, poſtea ſubdit, Eleuſipolim Perſæ cepere in Arabia, plenam bonarum rerum, antiquum oppidum. Sic *Seruius Sulpitius*, in Epiſtola illa conſolatoria ad Ciceronem de morte Tulliæ, quum numeraſſet multas inſignes vrbes, partim vi hoſtili, partim terræ motu euerſas. *ſubdit*, Quæ oppida quodam tempore florentiſsima fuerunt, *Cic. 6.Verr.* Segeſta eſt oppidum peruetus in Siciliam, Iudices, quod ab Æneæ fugiente è Troia, atque in hæc loca veniente, conditum eſſe demonſtrant. *Virg.4.Eclog.* -quæ cingere muris Oppida. *Horat. 2. Epiſt. 1.* -aſpera bella Componunt, agros aſſignant, oppida condunt. [*Tibull. lib. 4.* ſtructis exſurgunt oppida muris. Hoc oppidum Epheſus eſt. *Plaut.Mili.ſc.1.a.1.* Excidionem condidici facere oppidis. *Plaut. Curc. ſc.3.a.4.* Cúmque ducum titulis oppida capta leget. *Ouid.Eleg.2.libro 4. Triſt.Metaphor.* pro homine ſene. *Plaut. Pſeud.ſc.3.a.1.* Hoc ego oppidum admœnire vt capiatur volo, *Ibidem ſc.1.a. 2.* eodem modo.]

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

oppĭdŭlum,li,diminutiuum,Paruum oppidum.{ πολίχνιον.GALLIC. Citadelle,vilette.ITA.*Citadella.*GERM.Ein ſtettlin. HIS.*Caſtilla,villotta.* ANG.*A litle towne,or village.* } *Cic.ad Attic.lib.*10.Nec tamen in acie, ſed Melitæ,aut alio in loco,ſiue in oppidulo futurum puto.

oppĭdātim,aduerb.Per ſingula oppida. { κατὰ πόλεις.GALLIC.De ville en ville.ITAL. *Di città in città.* GER.Durch alle ſtett/von ſtatt zu ſtatt. HISPANIC.*De ciudad in ciudad.* ANGLIC.*Towne by towne.*}vt Oppidatim diſcurrere.[*Sueton.in Aug.cap.*59.Oppidatim ludos conſtituere.*Idem in Galba* c.18.]

oppĭdānŭs,ni,Qui oppidum incolit.{ πολίτης.GALLIC.Citadin,citoyen. ITA.*Cittadino.* GER.Ein ſtattman/der in der ſtatt wonet.HIS.*Ciudadano.*

ŏpprŏbro, bras, Opprobrio do, obiicio. { חרף cherêph גדף ghiddêph. ὀνειδίζω. GAL. Reprocher, dire paroles iniurieuſes à quelqu'vn. ITAL. *Rimprocciare, vinfa-ciare, villanneggiare, vituperare.* GERMA. Zuruckſchmähen/ auffruppfen oder furhin ziehen/ſchmähen. HISPAN. *Denoſtar.* ANGLIC. *To ſpeak with reproche or reburke.* } *Gellius lib.1.cap.15.* Idem Cato M. Cæliо Tribuno plebis vilitatem opprobrans non loquendi tantùm, verũ etiam tacendi. Fruſto, *inquit*, panis conduci poteſt, vt taceat, vel vti loquatur. *Plaut. Moſtel.* Egóne id exprobrem, qui mihimet cupio id opprobrarier?

ŏpprobrātĭo, verbale. { חרפה cherpáh גדוף ghiddúph גדופה ghiddupháh. ὀνειδισμός. GAL. Reprochement, outrage de paroles. ITA. *Rinfacciamento.* GERMA. Ein verweiſung oder auffruppfung zu vnehr/ſchmähung. HISP. *El denueſto.* ANG. *A rebuiking, outrage of wordes.* } *Gel.l.12.c.11.* Tum Cicero inopinata opprobratione permotus.

ŏpprobrāmēntum, ti, Opprobrium. { חרפה cherpáh גדוף ghiddúph גדופה ghiddupháh. ὄνειδος. ANG. *A reproche or rebuik full ſpeaking.* } *Plau. in Merc.* Litigare ego nolo vos: quam tuam autem acculari fidem, Multò ædepol, ſi quid faciendum eſt damni, facere mauolo, Quàm opprobramẽtum aut flagitium muliebre efferri domo.

ŏppūgno, as, Contra pugno, reſiſto, obſum. { צר ſár בלחם nilchám. πολεμέω, πολεμικῶς, πρόσκλω. GAL. Oppugner, donner l'aſſaut. ITA. *Oppugnare, dare aſſalto.* GER. Beſtreiten/ betriegen/ ſturmen. HISP. *Combatir.* ANGLIC. *To fight againſt, to aſſayle.* } *Cicero pro Seſtio*, Domus eſt oppugnata ferro, facibus, exercitu Clodiano. *Idem Cæl.l.2.* Ibi quintum & vigeſimum iam diem aggeribus, vineis, turribus oppugnabam oppidũ munitiſſimum Pindeniſſum. [Pugnas pugnatas proloquuta eſt & Pterelam oppugnatum. *Plau. Amphit.* Mihi cor retulum oppugnando pectore. *Plautus Pſeud.ſc.4.a.4.*]

ŏppūgnātĭo, onis. { מצור maſſor מלחמה milchamáh. πολιόρκησις. GAL. Aſſaut. ITAL. *Aſſalto.* GERMAN. Sturmung. HISPANIC. *Combatimiento.* ANG. *An aſſiege or aſſault.* } *Liuius 4.ab Vrbe*, Nec legnior oppugnatio eſt, quàm pugna fuerat.

ŏppūgnātor,) (propugnator. { צר ſar בלחם nilchám. πολιορκητής. GAL. Aſſaillant, qui donne aſſaut, combatant. ITA. *Colui che da l'aſſalto.* GER. Sturmer/ betreger. HIS. *Combatitore ò combatiente.* ANG. *An aſſaulter.* } *Cicer. pro Cornel. Balb.* Atque, vtinam qui vbique ſunt propugnatores huius imperij, poſſent in hanc ciuitatem venire, & contrà oppugnatores Reipublicæ de ciuitate exterminari.

ŏppŭto, as, Puto, vel amputo, propriéque de arboribus dicitur. { זמר zamár שעף ſeteph. φύειν, διαίρω. GAL. Pouër, cõupper, & oſter les branches ſuperflues. ITA. *Potare.* GERMAN. Beſchneiden/ erhauwen. HISP. *Cortar ò podar.* ANGLIC. *To cütt of bowes, to prune trees.* } *Plin.l.17.c.21.* Opputatur autem quicquid proximo tulit fructum.

ŏppŭūĭrĕ, Antiquiſſimi dixerunt pro percutere. { הכה hichchâh. μαστιγόω. } Vnde Oppuuia, verbera dicuntur. *Afranius*, Oppuuiis pueri coërcentur. *Vide in dictione* PAVIO.

ŏps, Opis, gen. fœm. Filia Cæli ex Veſta, & ſoror & coniunx Saturni, quæ & *Ρέα* dicitur Græco vocabulo, ἀπὸ τοῦ ῥεῖν, quod eſt fluere: propterea quod terra rebus omnibus affluat. { GERMANIC. Die frauw Saturni/ welche ſon ſt auch Cybele genant wirt. } Eadem Cybele appellatur, vel à monte atque oppido Phrygiæ Cybelo, vbi ſacra eius primò inſtituta ſunt. Vel ἀπὸ τῆς κυμβάλου, quibus in ſacris eius vtebantur ſacerdotes. Ops autem idcirco dicta putatur, quòd terræ ope vita hominum ſuſtẽtetur. Vel ab antiquo nomine Ops, quo veteres pro diuite vtebantur, quemadmodum contrà, Inopem, pauperem & egenum dixerunt. Veteres enim quorum opes præcipuæ in re pecuaria, & agricultura conſiſtebant, terram huiuſmodi opum largitricem diuinis proſecuti ſunt honoribus, Opémque, hoc eſt opulentam nũcupauere. ¶ Hæc etiam Mater Deũm appellatur à poëtis, quòd putarent cæleſtes omnes in terris fuiſſe genitos, & ob inſigne aliquod meritum in cælum fuiſſe tranſlatos.

ŏpēs, in numero plurali dicuntur, Omne id quo poſſumus aliquid, ſiue bona fama, exiſtimatio & autoritas ſit, ſiue diuitiæ, ſiue bellica copia, ſiue quiduis aliud. { רכוש reehúſch עשר hóſcher. πλοῦτος, κτήματα. GAL. Richeſſes, biens, cheuance. ITALIC. *Richezza.* GERMANIC. Reychthumb/ das vermögen mit haab vnd gut. HISPANIC. *Riquezas.* ANGLIC. *Riches, goodes, ſubſtance.* } *Virg.1.* AEneid. Auxilio tutos dimittam, opibúſque iuuabo. *Horat. Serm.lib.2.Sat.2.*-puer hunc ego paruus Oſellum Integris opibus noui non largius vſum, Quàm nunc acciſis videas. Quo in loco *Horat.* vocat Opes acciſas, quæ imminutæ ſunt & attenuatæ, quibus opponit Opes integras, hoc eſt florentes, & nulla in parte deminutas. [Ruris opes paruæ, pecus, & plauſtra. *Ouid.3.Faſt.* Nam mihi cum magnis opibus domus alta niteret. *Item* nec mihi detractas poſſidet alter opes. *Ouid. Eleg.4 l.4.Triſt.* Dilacerauiſti opes & deartuaſti. *Plautus Capt.ſc.5.a.3.* Vis hoſtilis meas opes fecit cum iſto æquabiles. *Plaut. Capt.ſc.2.a.2.* Magnificas quercus habebat opes, i. glandes. *Ouid.l. 4.Faſt.*] ¶ Apud vetuſtiſſimos etiam Ops aliquando inuenitur, vt idé ſit quod opem ferens. Accius, Quorum genitor fertur eſſe ops gentibus. ¶ Hinc Inops ſine ope, & Inopia: *de quibus ſuis locis.* ¶ Obliqui ſingulares ſignificant auxilium, ἐπικουρίαν. *Ouid.l.1.de Remed.* Carminis & medicæ Phœbe repertor opis. *Cic.l.3.Tuſc.* Opis egens, dixit: id eſt auxilij indiga. [Seruatos ciues iudicat huius ope. *Onid. Eleg.1.libro 3. Triſt.* Spes opes, auxilia ſegregant à me. *Pla.Capt.ſc.3.a.3.* Spes & opes iacent ſepultæ in pectore, (de exanimata metu) *Plaut. Amphitr.* Tibi commendo ſpes, opéſque meas: *Plaut. Capt.ſc.3.a.2.* Arripere opem & auxilium properè. *Plaut. Milit.ſc.2.a.2.* (de re militari.) Vana vulnera mulcet ope. Exitium ſuperabat opem. *Ouid.5.Faſtor.* Nihil opis in cura ſcirent ſupereſſe Deorum. *Ouidius 6.Faſt.*] ¶ Aliquando tamen ſignificant vires, vel poteſtatem, δύναμιν. *Virgil.1. AEneid.*-grates perſoluere dignas, Non opis eſt noſtræ. ¶ Aliquando vim. *Salluſt. in Catil.* Summa ope niti decet, ne vitam ſilentio tranſigant: id eſt, ſumma vi. [Frange opes (i. vires.) *Liu.lib.8.d.4.* Ex ſumma ope niti. *Gell.cap.3.l. 7.* Humana ope inuictus Auguſtus. (i. viribus) *Velleius.* Nec hoſtiles ſecutus opes. (i. copias & vires.) *Ouidius Eleg.1.lib 2.Triſt.* Experiar opibus, omni copia. (i. omni opum vi.) *Plaut. Aſin.ſc.vlt a.1.*] ¶ Aliquando etiam opem in ſingulari numero legimus pro diuitiis. *Cic.3. Tuſc.ex vetuſto poëta*, O Priami domus, ſeptum altiſono cardine templum, Vidi ego te adſtantem ope barbarica, id eſt opulentia & faſtu immani. ¶ Quándoquidem etiam Opes pro auxilio legimus in numero plurali. *Idem ad Quint.frat.r.* Nunc ita accidit, vt neque Prætores ſuis opibus, neque nos ſtudio noſtro quicquam proficere poſſimus. *Horat.l.1.Epiſt.*-donec in certamine longo implorauit opes hominis.

ŏpĭfĕr, ra, rum, Opem ferens. { עזר ẓozér. βοηθρμος, βοηθητικός. GALLIC. Qui donne aide & ſecours. ITA. *Chi po ge aiuto & ſocorſo.* GERM. Helffer/ der hilff beweiſet. HISPANIC. *Que trae conſigo ayuda.* ANGLIC. *That helpeth.* } Ita Iunonem Opiferam appellarunt Romani, quòd partuſiẽtibus opem ferre crederetur. *Plin.l.11.c.37.* Metellum Pontificem linguæ adeò inexplanatę fuiſſe accepimus, vt multis menſibus tortus crederetur dum meditatur in dedicanda æde, Opiferæ dicere.

ŏpŭlĕntŭs, a, um, Dives & opib. abundans. { עשיר ẖaſchîr. πλούσιος. GAL. Riche, opulent. ITA. *Ricco, opulento.* GERM. Reich/ wolthabend. HISPAN. *Rico y abundante.* ANGLIC. *Riche, wealthie.* } *Pla. in Amph.* Opulento homini hæc ſeruitus dura eſt. *Cice. de Amic.* Vt mulierculæ magis amicitiarum præſidia quærant, quàm viri: & inopes, quàm opulenti. *Hora. 3.Car.Od.24.* Intactis opulentior theſauris Arabum, & diuitis Indiæ. [Opulentiores pauperiorum filias debent vxores ducere. *Plau. ſc.5.a. 3.*] *Virgilius 1.Æneid.* Hic templum Iunoni ingens Sidonia Dido Cõdebat donis opulentum, & numine diuæ. *Catul. in Iul. Cæſ.* Eóne nomine vrbis opulentiſſimæ ſocer, generque perdidiſtis omnia? [Ne quiſquam tam opulentus, qui mihi obſiſtat. (i. ſuperbus.) *Plaut. Curc. ſc.3.a.2.*]

ŏpŭlĕntĭa, & Opulentitas, atis, Opes, diuitiæ. { רכוש reehúſch עשר ẖóſcher. πλοῦτος. GALLIC. Richeſſe, abondance. ITALIC. *Richezze, abondanza.* GERMANIC. Reichtumb. HISPANIC. *Riquezas, abundancia.* ANGLIC. *Richeſſe, wealth.* } *Plaut. in Milit.* Quaſique eius opulentitatem reuercaris. *Salluſt. in Cic.* Cui poteſt eſſe dubium, quin opulentiam iſtam ex ſanguine & miſeriis ciuium parauerit? *Plin.l.17.capite 1.* Tam recens eſt opulentia, tantóque tunc plus honoris arbores domibus afferebant, vt hinc his ne inimicitiarum quidem pretium ſeruauerit Domitius.

ŏpŭlĕntĕr, Sumptuosè, ſplendidè, cum opulentia. { πλουσίως, δαψιλῶς, ἀφθόνως. GALLIC. Richement, en grand' abondance. ITALIC. *Riccamente, in abondanza.* GERMAN. Reich(lich)/ köſtlich/ prächtlich. HISPAN. *Rica y abundatamente.* ANGLIC. *Richely, with great wealth.* } *Liu. libro primo ab Vrb.* Ludos opulentius, inſtructiúſque, quàm priores reges, fecit.

ŏpŭlĕnto, as, Dito, ſeu abundantem facio. { העשיר behéſchir πλουτίζω. GAL. Enrichir, faire riche. ITAL. *Arricchire.* GERMANIC. Reich machen. HISPANIC. *Enriqueſcer.* ANGL. *To make riche.* } *Colum.l.8.cap.1.* Quippe villaticæ paſtiones, ſicut pecuniariæ, non minimam colono ſtipẽm conferunt: quum & anium ſtercore macerrimis vineis, & omni circulo atque aruo medeantur, & eiuſdem familiarem focum, menſámque pretioſis dapibus opulentent. *Horat.2.Ep.17.* Ne conteris fundus meus, optime Quinti, Aruo paſcat herum, an baccis opulentet oliuæ.

ŏpŭlĕſco, Ditesco. { עשר ẖaſchár πλουτῶ. GAL. S'enrichir. ITA. *Arrichire.* GERMANIC. Reich werden/ reichen. HISPAN. *Ser enrequeſcido y abundado.* ANG. *To waxe riche.* } *Furius*, Quo magis incoinptis poſſint opulẽſcere campis. *Nonius.*

ŏpsĭmăthēs, ὀψιμαθής. Qui iam grandis natu diſcit, vel ſerius ad diſcẽdum accedit.

ŏpsĭmăthĭa, ὀψιμαθία, Sera eruditio, *interpr. Gell.*

ŏpsōnĭum, nij, Omne id quo cum pane veſcimur. { פתבג pathbágh. ὀψάριον. GALLIC. Toute viande outre le pain & le vin, pitance. ITAL. *Companatico.* GERMANIC. Allerley áſſige ſpeiß one wein vnd brot/ die nãben ſpeiß/ tuchſpeiß. HISP. *Qualquier manjar que no es pan.* ANGL. *All meat except bread and drink, eates.* } *Plau. in Aul.* Dat coquos cum opſonio. *Iuuen. Sat.11.* non tamen his vlla vnquam obſonia fiunt Rancidula. *Horat.1.Ser.Sat.2.* Omnia conductis coëmens opſonia nummis. [Adeſt opſonium: à portu redit de piſcatu. *Plaut. Moſtell.ſc.1.a.2.* Affer opſonium tribus quod ſit ſatis. *Plaut. Menæc.ſc.4.a.3.* Vt diſpartirem opſonium bifariam. (i. duos agnos) *Plaut. Aul.ſc.1.a.2.* Vino, ornamentis opiparis opſonijs. *Plau. Milit.ſc.1.a.2.*]

ŏpsōnĭo, as, & Opſonor, aris, deponens, pen. prod. (nam Græcè ὀψώνιον per ω, ſcribunt.) Emo, ſeu præparo opſonium. { ὀψωνέω, ὀψωνίω. GALLIC. Acheter ou faire prouiſion de viandes. ITALIC. *Comprare companatico.* GERMAN. Allerley nãben ſpeiß eintauffen. HISPA. *Comprar de comer.* ANG. *To laye out money for eates.* } *Pla. in Caſin.* Argento ne parcito, opſonato ampliter. *Idem*, Cœnę opſonauit, id eſt opſonium emit. *Teren. in Andr.* Vix drachmis opſonatus eſt decem. [Opſonate pollucibiliter. *Plaut. Muſtell.ſc.1.a.1.* Bene opſonaui atque ex mea ſententia. *Plau. Menæch.ſc.2.a.2.* Poſtquam opſonauit herus & conduxit coquos (i. opſonium emit.) *Item.* Quid? Non poterat de ſuo opſonari filiæ in nuptiis? *Plaut. Aul.ſc.1.a.2.* Satin hoc vides Tribus vobis opſonatum eſt? An opſono amplius? *Plau. Men.ſc.2.a.2.*] ¶ Opſonare famem ambulando, eſt acuere, & excitare. *Cicero 5.Tuſc.* Socratem ferunt, quum vſque ad veſperam contentius ambularet, quæſitúmque eſſet ex eo quare id faceret, reſpondiſſe, Se, quò melius cœnaret, opſonare ambulãdo famem.

ŏpsōnĭto, as, frequentatiuum, Sæpe opſono. ὀψωνέω. *Næuius*, Multi mecum eo die opſonitauẽre.

ŏpsōnātŭs, us, Ipſa opſonatio. { ὀψωνία. GA. Achet ou prouiſion de viandes. IT. *Preparatione di viande.* GE. Eintauffung der tuchſpeiß. HIS. *Aquella obra de comprar de comer.* AN. A *laying of money for eates.* } *Pla. in Truc.* Dedi equidem hodie quinque argenti deferri minas, præterea vnã in opſonatum. [Opſonatum redeo. *Plaut. Men.ſc.2.a.2.*]

ŏpsōnātŏr, oris, verbale, Qui emit opſonia. { ὀψωνιστής. GAL. Deſpenſier qui achete viandes. ITA. *Spenditore, prouueditore di viuande.* GERM. Eintauffer der tuchſpeiß. HIS. *Deſpenſero que compra de comer.* ANGLI. *An eate.* } *Senec. ad Lucil.* Adiice opſonatores, quibus dominici palati notitia ſubtilis eſt, qui ſciunt, cuius illum ſapor excitet. *Plau. Mil.* Vel primarium parasitum, atque opſonatorem optimum.

ŏpsopœŭs { ὀψοποιός. GALLIC. Cuiſinier. ITA. *Cuoco.* GERM. Eyn köſtlicher/ oder koch. HISP. *Cozinero.* ANG. *A cooke.* } Concinnator opſoniorum, id eſt coquus.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ōpsŏpōlis, pen. prod. ὀψωνίς, Opsoniorum venditrix.
ōpsŏpōlium, Locus vbi opsonia venduntur.
OPSOPHAGVS, ὀψοφάγος, Apicij cognomen fuit, qui omnes gulæ proceres longo interuallo superauit.
ōpticus, a, um, pen. cor. Visibilis, qui perspici potest. { ὀπτικός. GAL. De perspectiue, chose appartenant à voir. ITAL. *Visiuo, perspettiuo.* GERMA. Deß gesichts/zu dem gesicht gehörig. HISPANIC. *Cosa para veery mirar perspectiuo.* ANGLIC. *That serueth for the sight.* } Hinc nerui optici, à medicis dicuntur, per quos spiritus visiuus defertur in pupillam. νεῦρα ὀπτικά. ¶ Hinc etiam pars Geometricæ disciplinæ dicitur Optice, ὀπτική, id est, Perspectiua, quæ ad oculos pertinet, quæ causas reddit cur visiones subinde fallant, & ea quæ in aqua conspiciuntur, maiora ad oculos fiant: quæ procul ab oculis sunt, minora.
ŏptĭmas, Optimitas, Optimus, *Vide* BONVS.
opto, tas, Desidero, cupio. { אבה *abáh* אוה *iuváh* חפץ *chaphéts.* θέχομαι. GALLIC. Desirer, ITALIC. *Desiderare.* GERMANI. Begären/wunschen. HISPANIC. *Dessear.* ANGLIC. *To wish or desire.* } *Cicero libro* 4. Itaque mihi venire in mentem nil potest, non modò quid sperem, sed vix iam quid audeam optare. [Haud multos homines, si optandum foret, videre & conuenire te mauellem. *Pla. Milit. sc. 2. a. 2.* Cui tantum adfero: quantum à Diis optat & amplius. *Plaut. Capt. sc. 1. a. 4.* Inopem optauit potius eum relinquere. *Plaut. Prolog. Aulul.* Optas quæ facta. *Plautus Amphitr.* Dij tibi dent quæcunque optes. *Idem Asin. sc. 3. a. 1.* Cur me morti dedere optas. (i. vis.) *Ibidem. sc. 3. a. 3.* Optare à Diis immortalibus, &c. *Cic. pro Flacco.* Optati ciues, populares, incolæ, *Plaut. Aul. sc. 1. a. 4.*] ¶ Vnde Optatiuus modus apud Grammaticos, τὸ εὐκτικόν. Quandoque eligo, αἱρέομαι. *Cic. lib. primo Officio.* Quæque maiori parte pulcherrima videantur, ea maximè optant. *Virgilius libro* 1. Optauitque locum tectis. ¶ Aliquando Optare ponitur pro petere vel rogare. *Cicero in Catil. libro* 2. Neque ego à diis immortalibus Quirites optabo, vt, &c. ¶ Interdum etiam pro asciscere. *Idem in Epistol.* Sed ne optari quidem sacerdotem licebat, qui cuiquam ex collegio esset inimicus. ¶ Huius composita sunt, Adopto, Coopto, Exopto, & Præopto: *de quibus suis locis.*
ŏptātus, a, um, participium. ¶ Optati dicuntur, qui in honestum gradum aliquem sunt electi. ἐπιψήφιοι, à verbo Opto, quod inter cætera eligo significat & adsciscо.
·ōptātŭ, Expetitus, desideratus. { נאוה *naavéh.* } *Cic. ad Lentul.* Tametsi mihi nihil fuit optatius, quàm vt primùm abs te ipso, deinde à cæteris omnibus quam gratissimus ergà te esse cognoscerer. *Idem Quint. fratr.* Vale mi optime, ac optatissime frater. [Me illi expectatum, optatum venturum scio. *Plaut. Amphitr.* (Legitur & optatò.) Noctem tuam velim si optata fiant. *Plaut. Asin. sc. 3. a. 3.* Dij tibi omnes omnia optata ferant. *Plau. Capt. sc. 2. a. 2.*]
ōptātissĭmus, superl. vt, Optatissimus nuntius. *Cic. 4. Philipp.*
ōptātum, ti, substantiuum, Expectatum. { אוה *avváh* תאוה *taaváh* מאויה *maavajja* חפץ *chephets.* θέχημα, ἐπιθυμητόν. GAL. Chose desiree. ITA. *Cosa desiderata.* GERMA. Ein wunsch oder begären. HISP. *Cossa desseada.* ANG. *A wishe and desire.* } *Cicer. in Pison.* Illud etiam accidit præter optatum meum, sed valde ex voluntate. Optata loqui, *Terẽ. Heaut. Euenĭũt optata. Ouid. 6. Metamorph.* Respondet optatis meis fortuna. *Cic. Curio. 2. lib. Epist. Famil.*
ōptātō, aduerbium, Cum desiderio. { ἐπιθυμητῶς. GAL. Desirablement. auec desir & souhait. ITAL. *Desideratamente.* GE. Erwunscht. HISPAN. *Desseadamente.* ANGLIC. *As one walde wishe.* } *Ter. in And.* Optatò aduenis. *Cicer. ad Attic.* Nisi quid te aliud impediet, mihi optatò veneris.
* Optatio, onis, verbale, Optio. *Cic. 3. Offic.* Cui quum tres optationes Neptunus dedisset, optauit interitum Hippolyti filij. *Quintil. l. 9. cap. 2.* Detracta voce libera, effrænatiore iracundia, optatione, execratione. Hic pro θέχη ponitur.
ōptābĭlis, le, Quod est expetendum. { נאוה *naavéh.* ἐπιθυμητόν. GAL. Desirable. ITA. *Desiderabile.* GERMA. Zuerwunschen/ wünschens wärt. HISP. *Cosa para ser desseada.* ANG. *That is to be desidered or wished.* } *Cic. Luce.* Quæ etsi nobis optabiles in experiendo non fuerunt, in legendo tamen erunt iucundæ. *Idem* 1. *de Fin.* Itaque ne iustitiam quidem rectè quis dixerit per seipsam optabilem, sed quia iucunditatis vel plurimũ afferat.
ōptābĭlĭtĕr, aduerbium. { ἐπιθυμητῶς. GALLIC. A souhait. ITA. *Desideratamente, con desiderio.* GERM. Nach allem wunsch. HISPANIC. *Desiderablemente.* ANGLIC. *Delectably, in such sorte as is tho be wished.* } *Cicer. 1. Tusc.* Prò dij immortales, quàm optabiliter iter illud iucundum esse debet.
ōptātus, pen. prod. adiectiuum, Pro adoptiuo. { υἱοποιητός. GAL. Adoptifs. ITA. *Adoptiuo.* GERMA. Angenommen/erwelt. HISP. *Adoprado è ahijado.* ANGL. *Adoptiue.* } vt Nomen optiuum, *Horat. 2. Ep. 1.* Si plus adposcere visus Fit Mimnermus, & optiuo cognomine crescit.
ōptĭo, onis, fœm. gen. Optatio atque eligendi facultas. { מכחר *mibchár* מבחור *mibchór.* αἵρεσις. GALLIC. Souhait, chois, eslite. ITALIC. *Elettione.* GERM. Ein waal. HISPAN. *Obra de dessear ò elegir, election prepuesta.* ANG. *Choise or election.* } *Plaut. in Casin.* Optio hæc tua est, vtram harum vis conditionem, accipe. ¶ Dare optionem, & Facere optionem, & dare & deferre alicui, & Permittere optionem alicui. *Cic. 1. Verr.* Quoties ille tibi potestatem, optionémque facturus sit, vt eligas vtrum velis factum esse, nécne. *Quint. l. 5.* Nec optio iudicis aduersario est permittenda. *Cic. 4. Acad.* Si optio naturæ nostræ detur. ¶ Optio etiam aliquando masculi generis est, significátque ministrum à Centurione vel decurione adoptatum, qui priuata eius obeat negotia, dum ipse publicis curis est districtus. Veteres appellabant Accensum. *Festus*, In re militari Optio appellatur is, quem Decurio, aut Centurio optat sibi rerum priuatarum ministrum, quò facilius obeat publica officia. Optio qui nunc dicitur, antea appellabatur Accensus, qui à Tribuno militum Centurioni dabatur adiutor. Dicitur ab optando (*vt Vegetius ait*) quòd antecedentibus ægritudine præpeditis, ij tanquam adoptati eorum, atque vicarij, solent vniuersa curare: vt nihil aliud sit Optio in re militari, quàm adoptatio: quoniam Centurio, aut Decurio optabat sibi rerum priuatarum ministrum, quò facilius publica obiret negotia. *Plau. in Asinar.* Optionem tibi sumito Leomdem. *Calliſt. in l. vlt. de Iur. immuni.* Quamobrem etiam eum qui in palatina militia ipsum agat, quod in exercitu Optiones, iure arbitror dici Optionem. [Optio in Militia, quis dicatur. *Plutarch. in Galba.*]
ŏpŭlentō, Opulentus, Opulesco, *Vide* OPES *in* OPS.
ŏpŭlŭs, li, penultima correpta, Genus arboris, maritandis vitibus maxime idoneum. *Colum. lib. 5. cap. 6.* Sed vitem maximè opulus videtur alere, deinde vlmus, post fraxinus. *Ruell. lib. 1. cap. 105.* Opulus corno similis arbor, arbusto Gallico faciundo idonea: *Obierus*, vel *Opierus* apud nos ruri dicitur, vlmi proceritate adolescit, caudice recto, cnodi, &c.
ŏpuntĭa, æ, Herba est circa Opuntem nascens, etiam homini dulcis: mirúmque e folio eius radicem fieri, ac sic eam nasci. *Verba sunt Plin. lib. 2. cap. 17.*
ŏpūs, untis, ὀπούς, οῦντος. Ciuitas Locrorum Epicnemidiorum, non procul ab Asopo fluuio. *Quinti. lib. 1. de Pont.* Facta cæde puer Patroclus Opuntia reliquit.
ŏpuntĭi, Populi dicuntur, ὁπούσιοι, καὶ ὁπουήσιοι: & propinquus sinus Opuntius.
ŏpŭs, operis, & opus, indeclinabile. *Vide* OPERA.
ŏpŭscŭlum, diminutiuum. *Vide* OPVS *in* OPERA.

O ante R.

OR. In notis antiquorum, ornato, vel Ordo. ORB. PAR. orbati parentes. ORD. ordinis. OR. M. ordo militum. ORN. IMP. ornatus imperialis.
ōrā, oræ, Extremitas cuiusque rei. { סוף *soph* כנף *chanáph* שוה *shuá* גליל *ghelil.* ἐσχατιά, τὸ ἔσχατον. GAL. La fin & bout de quelque chose que ce soit, fin & limite, le bord de quelque habit. ITAL. *Estremità di qualche cosa.* GERM. Das end oder eusserst eines jeden dings. HISPANI. *Orilla fin ò cabo.* ANG. *The edge of an habilement, the borders of cuntreys.* } *Virg. 9. Æneid. ad bellum retulit*, Et mecum ingentis oras euoluite belli, hoc est finem belli, vel belli extrema, *vt interpretatur Seruius.* Hinc vestimentorum extrema, Oræ dicuntur. κράσπεδα. Regionum item, terrarúmque fines, insuper maritimæ ipsæ regiones, Oræ dicuntur. *Virg. 1. Æneid.* Arma virúmque cano Troiæ qui primus ab oris, Italiam fato profugus, Lauinaque venit Lutora. [Sic, Oram legere *Liuius lib. 7. d. 4. Sueton. in Tib. cap. 10.* GALLI. Prendre la riue, le bord.] ¶ Oræ alueariorum. *Virg. 4. Georg.* Spiramenta linunt, fucóque & floribus oras Explent. ¶ *Plin.* Oræ appellatione ferè semper regionem littoralem appellat, ἀκτὴν, apud quem crebrò illa leguntur: in ora sunt ciuitates: & oppida oræ proxima. Quæ verò remota sunt ab ora in mediterraneo esse dicuntur. [*Velleius*: Oræ maritimæ præficere. *Plan. Curc. sc. 1. a. 3.* Oram omnem Conterobromiam subegit.] ¶ Ora pro regione. *Cicer. 2. de Natur. deor.* Omnibus hominibus, qui vbique sunt, quacunque in ora ac parte terrarum. ¶ Ora pro climate, vel segmento cæli. *Cic. 1. Tuscul.* Tum globum terræ eminentem à mari, fixum in medio mundi vniuersi loco, duabus oris distantibus, habitabilem, & cultum. ¶ Sunt qui dicant Oram etiam significare nauticum funem, quo nauis littori alligatur, adducentes testimoniũ illud *Quint. in Præfat. ad Tryphonem*, Permittamus vela ventis, & oram soluentibus bene precemur, *& Liu. libr.* 28. In ipsis quoque trepidatum nauibus, dum ne hostes cum suis irrumperent, trahunt scalas: orásque & anchoras, ne in moliendo mora esset præcidunt. Cæterum eruditi negant Oram inueniri pro fune nautico apud idoneos autores, quum ne *in Liuio* quidem Oras, sed Lora in vetusto codice scriptum reperiatur: & *apud Quint.* Ora soluentibus, in quibusdam exemplaribus legatur: vt idem sit Ora soluere, quod soluere à littore. ¶ Ora pro initio rei, *autore Festo*, vsus est Cæcilius: Oram, *inquit*, reperire nullam, quam expediam, queo. ¶ Apud Celsum, Oræ vulneris vocantur, hiantis vulneris extremitates, quæ futura coniunguntur. Oras, *inquit*, vulneris futuræ comprehendant.
ōrācŭlum, li, Deorum responsum. { נבואה דביר *nebuáh debir.* χρησμὸς, λόγιον. GAL. Oracle. ITALIC. *Oracolo.* GERMANIC. Ein göttliche antwort vnd eröffnung. HISP. *Respuesta de Dios.* ANGL. *An oracle, an answer geuen by god.* } Ita dictum à verbo Oro, vel ab Oratione, *teste Cicer. in Topic.* Oracula (*inquit*) ex eo ipso appellata sunt, quòd inest his deorum orario. *Virg. 2. Æneid.* Sulpensi Eurypilum scitatum oracula Phœbi Mittimus. ¶ Quandoque ponitur pro templo in quo responsa dantur. *Plin. lib. 12. cap. 23.* Inde & nomen Ammoniaco ab Ammonis oraculo, iuxta quod nascitur arbor. ¶ Nonnunquam etiam pro celebri, notatúque digna, & minimè vana sententia. *Seneca*, Vnum illud optimum oraculum est, Pugnandum esse pro patria. *Plin. lib. 18. cap. 6.* Inde illa reliqua oracula, Nequam agricolam esse, quisquis emeret quod præstare ei fundus posset. ¶ Accipitur præterea aliquando Oraculum pro somnio nocturno, quo res aliqua nobis denuntiatur. *Cicer. 1. de Diuinat.* Exposui somnij, & furoris oracula. ¶ Dicere ex oraculo. *Cicer. pro Fonteio*, Ex oraculo dici putes. Edere oraculum, Oraculo aliquid edere, Fundere oraculum, Petere oraculum de aliqua re. * Oracla per syncopen pro Oracula. *Ouid. 1. Metam.* & numina montis adorat Fatidicamque Themin, quæ nunc oracla tenebat. [Oraculum Arietinum quod *Gellius cap. 3. lib. 3. Item* Quasi Delphico Oraculo instinctus Plato. *Quintilian.*]
ōrātŭ, æ, Piscis, ab auri colore nomen habens, Idem & Aurata dicitur. χρυσόφρυς. GAL. Orade, ou dorade. ITAL. *Orata.* GERM. Ein foreten. HISP. *Dorada pesce.* ANGLI. A *gilthead.* } Solent enim veteres pro au diphthongo, sæpe o literam substituere, vt Clodius pro Claudio, & Codex pro caudice. *Vide suprà in dictione* Aurata.
ŌRATHA, æ, ὤραθα, Oppidum est Mesopotamiæ, ad Tigrim fluuium. *Stephan.*
ORBANA, Deæ cuiusdam nomen, quæ Romæ ad ædem Larium aram habuit. *Autor Plin. lib. 2. cap. 7.*
ōrātĭo, Oratiuncula & Orator, *Vide* ORO.
ORBĔLVS, ὄρβηλος, Thraciæ mons est in ea parte, qua Macedoniæ est contigua, non procul à Pangæo promontorio: à quo vicina regio Orbelia dicta est, ὀρβηλία, *Vide Plin. libr. 4. cap. 10. & 11.*
ōrbĭs, huius orbis, circulus. { חוג *chugh* גלגל *ghalghál.* κύκλος, σφαῖρα. GAL. Cercle, rondeau, rondeur. ITAL. *Circolo, rotunditàd.* GERMANIC. Ein ring

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Ein ring oder kreiß. HISP. *Rodondez, circulo.* ANGLIC. *A circle or round compaſſe.* } *Plin. lib.11. cap. 37.* Aliis glauci coloris orbibus circundatis. *Ouid.6.Metam.* Lanam glomerabat in orbes. *Lucan. libr. 5. de gruibus loquens,* Confuſos temere immiſtæ glomerantur in orbes. *Virg.5.Æne.* Inde alios ineunt curſus, aliósque recurſus, Aduerſis ſpatiis: alternóſque orbibus orbes Impediunt. *Cicer.3.de Orat.* Circuitus & quaſi orbis verborum. [Seu propior terris (Sol) æſtiuum fertur in orbem. *Tibull. lib.4.* Solus vtroque idem diceris magnus in orbe. *Ibidem,* Orbem alterum quærens (*i.* Britanniam) *Velleius.* O vir non ipſo quem regis orbe minor. *Ouid.Epig.3.lib.5.* Orbis caudicum (de faice ligni.) *Gell. cap.3.lib. 5.* Nunc pila, nunc celeri vtitur orbe trochus. *Ouid. E eg.12. lib. 3. Triſt.* Nobis habitabitur orbis vltimus. *Ouid. Eleg.1.lib. 1.Triſt.* Quamuis longinquo reſeram laſſus ab orbe pedem. *Ouid.Eleg.1. li. 3. Triſt.* ¶ *Item* Inde patres centum denos ſecreuit in orbes Romulus. *Ouid.libr.3.Faſt.* ¶ In orbem vice pari differere. *Gell cap.2. li.18.* ¶ Orbis pro Tympano rotundo. *Sueton. in Auguſt. cap. 68.* De Gallo matris Deûum tympanizante. Videſne vt cinædus orbem digito temperet? ¶ Orbis in acie, verbum militare. *Gellius cap. 9. lib. 10.*] ¶ Differt autem Orbis à Sphæra, ſeu globo, quòd orbis proprie de plano corpore, quod circularem habet figuram: Sphæra autem, vel Globus de corpore ſolido dicatur. *Cicer.2.de Natur.deor.* Duæ formæ præſtantes ſunt: ex ſolidis globus, ex planis circulus, vel orbis, qui Græcè κύκλος dicitur. Sed hoc non ſemper obſeruatur. Significat enim frequenter Orbis quod ſphæricum eſt, vel rotundum: vnde orbem terrarum, οἰκουμένην, dicimus pro toto vniuerſæ terræ globo, quem ſphæricæ figuræ eſſe philoſophi conſentiunt. { חבל *tebel.* } *Plin.Proœm.lib.3.* Terrarum orbis vniuerſus in tres diuiditur partes. * Item pro maxima hominum multitudine. *Ouid. 1. de Arte,* Nempe ab vtroque mari iuuenes, ab vtroque puellæ Venere, atque ingens orbis in vrbe fuit. ¶ Accipitur etiam Orbis pro circulari cæleſtium corporum meatu. *Cicero de Somn. Scipion.* Stellæ circulos ſuos, orbéſque conficiunt celeritate mirabili. Nonnunquam etiam ſignificat cæleſtes ſphæras. *Ibidem,* Nouem tibi orbibus, vel potius globis connexa ſunt omnia. ¶ Orbes in homine dicuntur frontis foramina, inter quæ latent oculi. *Statius,* Tum vacuos orbes. *Prudent.* Illic vtriſque obtutibus orbes cauatos præferens, baculo regebat primo errore nutantem gradum. Sed & ipſa lumina ſic appellantur. *Lact.* Orbes ipſos humoris puri, ac liquoris plenos eſſe voluit. ¶ Aliquando eſt regio. *Plin.lib. 12. cap.12.* In noſtro orbe proximè laudatur Syriacum. ¶ Aliquando pro operculo in orbem facto. *Cato de Re ruſt. cap.10.* Abacum vnum, orbes æneos duos, menſas duas, &c. ¶ Orbis ablaqueationis, *apud Colum. libr.4.cap.4.* ponitur pro foſſura, ſiue foſſione illa quæ in orbem circa vites, aut arbores fieri ſolet. Nam (*inquit*) dum exaltare fortius orbem ablaqueationis foſſor ſtudet obliquam vitem plerunque ſauciat. ¶ Quandoque Orbem legimus acceptum pro orbili, hoc eſt pro extremitatibus radiorum in rota, quæ canthis cinguntur. *Varr. 3. de Re ruſt. cap.5.* E quo ſtagno riuus peruenit in duas, quas dixi, piſcinas, ac piſciculi vltro ac citro commeant, quum & aqua calida & frigida ex orbe ligneo menſáque, quam dixi in primis radiis eſſe, epiſtomiis verſis ad vnumquenque factum ſic, vt fluat in conuiuam. ¶ Orbis pro anno. *Virgil.1.Æneid.* Triginta magnos voluendis menſib. orbes Imperio explebit. Hoc eſt triginta regnabit annos. *Idem 3.Æneidos,* Annuus exactis completur menſibus orbis. ¶ Eſt etiam Orbis menſa rotunda. *Martialis libro ſecundo,* Tu Libycos Indis ſuſpendis dentibus orbes. Fulcitur teſta fagina menſa mihi. Quo in loco Lybicos orbes vocat menſas citreas. ¶ Ponitur quandoque pro contextu, & ſerie continua, & quadam quaſi circunductione orationis, quum periodi legitimis commatibus & colis ſunt expletæ. *Quintil.lib. 9. cap.vlt.* Hiſtoria non tam finitos numeros, quàm orbem quendam, contextúmque deſiderat. *Cicer. in Orat.* In Thucydide orbem orationis deſidero. ¶ Orbis etiam piſcis eſt marinus, orbiculatus excepta cauda, ſine ſquammis, cutis duriſſimæ, atque aculeis horridæ, cui os anguſtum, dentibus quaternis, latis munitum. *Ennius apud Apuleium in I. Apologia:* videtur Caluariam marinam appellaſſe. *Plin.lib.32.cap.2.* Duriſſimum eſſe piſcium conſtat qui orchis (veteres codices orbis) vocetur.

ōrbĭcŭlŭs, li, diminutiuum. { σφαιρίδιον. GALLI. Petit cercle, rondeur. ITAL. *Picciolo cerchio, rotundità.* GERMANIC. Ein klein rund ding oder ſchnitzlin. HISPAN. *Pequenno circulo, redondez.* ANGLI. *A litle circle or rondell.* } *Plin. lib.25. cap.13.* Conſciſſa quoque in orbiculo ſeruatur in vino. ¶ Orbiculus pro rotula trochleæ. *Cato cap.3.* Trochleas Græcanicas binas, quæ funibus ſparteis ducantur, orbiculis ſuperioribus octonis, inferioribus ſenis citius duces.

ōrbĭcŭlātŭs, ta, tum, Quod in orbem & circulum factum eſt, circularis, rotundus. { κυκλοτερὴς, σφαιροειδής. GALL. Rond, qui eſt fait en rond. ITALIC. *Tondo, rotundo.* GERMANIC. Einwel/rund/oder kugelecht/ſchelblecht. HISPANI. *Redondo.* ANGL. *Round lyk a circle.* } Vnde Poma orbiculata dicuntur *à Varr.* I. *de Re ruſt. cap.59.* quæ rotunda ſunt, figuráque habent orbis in rotunditatem circumacti. *Cæl. ad Cicer. l. 8.* Quid eſt? Nunc tibi noſtri milites qui duriſſimis & frigidiſſimis locis teterrima hyeme bellum ambulando confecerunt, malis orbiculatis eſſe paſti videntur.

ōrbĭcŭlātīm, aduerbium, Per orbes & circulos quaſi circulatim. { σφαιροειδῶς. GALLI. En forme ronde, par rondeaux. ITALIC. *A forma rotunda.* GERMANI. Geringeleter weiß/In die runde. HISPANIC. *En cerco, en redondez.* ANGLIC. *Round lik a circle, by circles.* } *Plinius libro II. capite 37.* Sed quibus ceruix è multis, vertebratiſque orbiculatim oſsibus flexibilis ad circunſpectum, articulorum nodis iungitur.

ōrbĭcŭs, ca, cum, *autore Nonio,* Quod eſt per orbem ductum, ſeu per circulum. { κυκλοτερὴς. GAL. Qui tourne en rond. ITA. *Girato, intorno.* GERMANI. Das in die runde iſt. HISPANI. *Hecho en cerco ò en redondez.* ANG. *That is round.* } *Varr.* Vt ſidera cæli circa terram, atque axem voluuntur motu orbico.

ōrbĭlĕ, huius bilis, Id eſſe videtur quod rotam in ſummo axe continet, vel id potius quod in extremis radiis eſt, & canthis cingitur. { ὁ τῶ τροχοῦ σφεκτόφορος. GALL. Le tour & rond d'vne rouë. ITAL. *Il rotundo della ruota.* GERM. Die tonnen oder die felgen des rads. HISPAN. *La redondez de la rueda.* ANG. *The round circle of a wheel that turneth on the ground.* } *Varr. 3. de Re ruſt. cap.5.* Inſula eſt columella, in qua intus axis, qui primo menia ſuſtinet rotam radiatam, ita vt ad extremum, vbi orbile ſolet eſſe acutum tabula cauata ſit. *Budæus.*

ōrbĭlĭŭs, Beneuentanus, Grammaticus fuit, Horatij in pueritia præceptor, quem *l. 2. Epiſt.* ob nimiam in pueros ſæuitiam Plagoſum vocat. Huic in ſenecture accidiſſe ferunt vt omni prorſus memoria deſtitueretur. Itaque per iocum Literarum obliuio eſt appellatus. Vixit ad cæteſimum prope annum, reliquitque filium Orbilium, & ipſum Grammaticum. *Ex Tranquillo.*

ōrbĭtă, æ, penulti. corrept. Rota ſiue currus. { גלגל *ghilghál* מעגל *maʿaghal.* τροχός. GAL. Roué, orniere. ITA. *Ruota, carro.* GERMA. Ein karrengeleiß. HIS. *El carril por donde paſſa carreta, carro.* ANGLI. *A wheele or trake af the wheele made in the ground.* } *Virgil.lib.3.Georg.* -iuuat ire iugis, quà nulla priorum Caſtaliam molli deuertitur orbita cliuo. *Cic. Attic.l.2.* Vt vix ſonitum audire, vix impreſſam orbitam videre poſſemus. ¶ Eſt præterea Orbita, veſtigium decurrentis in viis rotæ ex curſu. *Plin. libr.8.cap.18.* Iidem, vbicunque ſint, ſi orbitam tranſiere, moriuntur. Loquitur de muribus. *Liu.2.bel.Maced.* Rota vna in altiorem orbitam depreſſa, ita turrim inclinauit. ¶ Hinc exorbito, tas, *de quo ſuo loco.* ¶ Item Orbita, rotunditas. *Virgil. in Ætna,* Solis ſcire modum, & quanto minor orbita Lunæ eſt.

ŏrbŭs, orbi, Proprie dicitur oculis priuatus, quaſi amiſsis orbibus. { עור *ſhiuvér.* πεπηρωμένος τὰς ὄψεις. GALLIC. Aueugle. ITALIC. *Orbo, cieco.* GERM. Des geſichts beraubet/blind. HISPA. *Ciego.* ANGL. *Blind, bereft of his ſight.* } *Plin.lib.7. cap.43.* Orbam luminibus exegit ſenectam, amiſſis incendio, quum Palladium raperet. *Idem lib.35.cap.10.* Pinxit & Antigoni regis imaginem altero lumine orbam. ¶ Per tranſlationem Orbi dicuntur, quicunque aliqua re chara priuati ſunt. Hinc patres, amiſsis liberis, quos non minus charos habent quàm oculos, Orbi vocantur. { ערירים *ʿarirím* גלמודים *ghalmudhím.* ἄτεκνοι. ANG. *Needfull, tha lacketh any thing.* } *Cic.in Parad.* Quum nutum locupletis orbi ſenis non obſeruat? *Quint. lib.5.cap.17.* Parens liberorum, an orbus ſit. *Colum.lib.7.cap.4.* Orbæ ſuis natis matres. *Iuuenal.* -meliora ac plura reponit Perſicus orborum lautiſſimus. Similiter Orbi dicuntur liberi amiſsis parentibus. { יתומים *jethomím.* ὀρφανοί. } *Terent. Adelph.* Hæc virgo orba eſt patre. *Idem Phorm.* Lex eſt, vt orbæ qui ſint genere proximi, His nubant. [*Quintil.Declamat.280.* Orba dici non poteſt poſt nuptias. Orba ſuis eſſent etiamnum lintea venris *Ouid.13.Metam.* At tu non orbum luxti deſerta cubile. *Catull. de Coma Bereu.* Orba parente ſuo quicunque volumina tangis. *Ouid. Eleg. 6. libr. 1. Triſt. & Eleg.vlt. libr.3.* Lanij concinnant liberis orbas oues. *Plau. Capt. fc. 1. a. 4.* Mare portubus orbum. *Ouid. Eleg.2. libr.3.Triſt.* Littora rarus in hæc portubus orba venit. *Ouid. Eleg.12. libr.3. Triſt.* Orbus eſt omnibus ſenſibus, qui Homerũ cæcum natum putat. *Velleius priore volum.*] ¶ Orbi palmites dicuntur, qui oculis & gemmis carent, & nihil pariunt. *Colum.l.5.* Nec, *inquit,* orbos tantùm detrahere palmites, verum etiam frugiferos.

ōrbĭtās, Priuatio liberorum aut parentum. { שכול *ſcheekhól. ἀτεκνία, ὀρφανία.* GALL. Priuation ou perte d'enfans ou d'autre choſe qu'on tient chere. ITALI. *Priuatione di coſa cara, come de figliuoli.* GERM. Weiß leſe/iſt der ſtaat da jemandts ſeiner liebſten beraubet wirt/ als die elteren jrer kinderen/&c. item Der weyſen ſtaat. HISPA. *Perdida de coſa amada como de hyos.* ANGL. *Loſſe or lack of any thing which one loueth affectuouſly, as parentes, children.* { Vt vxoris viduitas poſt amiſſum maritum. *Quint.* Non habet orbitas veſtra lacrymas ſuper ardentes rogos. *Plau.in Capt.* [*fc.5.a.3.*] Quod hoc eſt ſcelus? quaſi in orbitatem filios produxerim: * Orbitas luminis, pro priuatione. *Plin. libr.7. cap.37.* Magna & Cyzicobulo fama eſt, extracta Philippi regis oculo ſagitta, & citra deformitatem oris, curata orbitate luminis. [Orbitas magis vulnerat indoctos. *Senec.cap.7.de Conſol ad Marc.* Orbitas plus gratiæ confert, quam eripit. *Senec.cap.14. Ibidem.* Orbitatem manu facere (*i.* exhæredare.) *Ibid.* Libertatem quam viduitas & orbitas facit deteſtantur Matronæ. *Liuius lib.34.*

ōrbĭtūdo, Orbitas, ſed antiquum eſt. *Accius,* Miſeret lacrymarum, luctuum, orbitudinis.

ōrbo, as, Re chara aliquem priuo. { שפח *ſchichchél* חסר *chiſsér.* στερίσκω, ἀποστερέω. GALLI. Priuer de quelque choſe qu'on tient chere. ITALI. *Priuare, orbare.* GERM. Berauben. HISP. *Priuar de coſa amada.* ANG. *To depriue of a thing that a man ſet teth much by.* } *Cic.de Amic.* Etſi illis plane orbatus eſſem, magnum tamen afferret ætas illa ſolatium. *Idem 4.Acad.* Non ergo is excæcat nos aut orbat ſenſibus. Orbare ſe luce. *Cicer.Tuſcul.* Orbari auxilio. *Idem pro Muræna.*

ōrbātŭs, participium. { שכור *ſchachúl.* ὀρφανισθεὶς, ἀπεστερημένος. } *Cicer. pro Cluent.* Mater orbata filio. *Idem ad Cæcin.* Nec iis quidem verbis, quibus te conſoler, vt afflictum, & iam omni ſpe ſalutis orbatum.

ōrbātĭo, onis. { שכול *ſcheekhél.* } *Senec. Epiſt. 88.* Paupertas non per poſitionem, ſed per detractionem dicitur: vel (vt antiqui dixerunt) per orbationem: Græci dicunt στέρησιν: quod quum dicunt non quod quis habeat dicitur, ſed quod non habeat. [*Idem cap. 7. de Conſol.ad Marc.*]

ōrcă, cæ. { ὄρκυν. GALLI. Eſpaulart. ITAL. *Orca.* GERM. Ein greulicher wallfiſch im meer/iſt ein ſonderbare gattung diſes nammens. HISPAN. *Vna eſpecie de vallena.* ANGL. *A whale, or ſuch great beaſt in the ſea.* } Genus beluæ marinæ (*inquit Feſtus*) balænis inteſtum. *Plin.lib.9. cap.6.* Balenæ & in noſtra maria penetrant. In Gaditano Oceano non ante brumam conſpici eas tradunt, condi autem æſtatis temporib. in quodam ſinu placido & capaci, mirè gaudentes ibi parere. Hoc ſcire orcam, infeſtam his beluam, & cuius imago nulla repræſentatione exprimi poſſit alia, quàm carnis immenſæ dentibus truculentæ. Irrumpunt ergo in ſecreta, ac vitulos earum ac fœtas, vel etiamnum grauidas lancinant morſu, incuſſáque ceu Liburnicarum roſtris fodiunt. *Horat.2. Serm. Satyr.4.* -ſimplex è dulci conſtat oliuo, Quod pingui miſcere mero, muriáque decebit, Non alia quàm qua Byzantia putruit orca. ¶ Ab huius beluæ ſimilitudine vaſis quoddam vinarij genus ſpecie tereti, & vniformi, Orca dicitur. { ANGLIC. *A faſs.* } *Varr.de Re ruſt. l.1.cap.13.* Orcæ in Hiſpania feruore muſti ruptæ. ¶ Erat etiam olim Orca vaſis genus, in quo fici aſſeruabantur. *Plin.li.15.ca.19.* At vbi copia ficorum abundat, implentur orcæ, in Aſia cadi. ¶ Quidam etiam Orcam acci-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

piunt pro vasculo lusorio quò conicĕti tali, agitatíque emittuntur in tabulam aleatoriam, quod a Martiale dicitur Turricula, ex imitatione Græcæ dictionis κύρτος. quam & Latini vsurpant. *Pers. Satyr. 3.* Angustæ collo non fallier orcæ. In hoc tamen Persij loco scribit Cornutus Orcam vasis genus esse collo angusto, in quod nuces iaciebantur distanti ex loco, & qui certo iactu mittebat, victor habebatur. ¶ *Plin. l. 35.* pro capsa pigmentorum muliebrium vsus est, Vsta casu reperta, incendio Piræi cerussa in orcis cremata. Orca etiam gemmæ nomen est, nigro, fuluo, viridi, ac candido colore distinctæ. *Plin. l. 37. capite* 10.

ŏrcŭlă, diminut. ab Orca, σκεῦος. *Cato de Re rust.* Cyminum, fœniculum, rutam, mentham in orculam condito.

ŏrcădĕs, ὀρκάδες. *Ptol. pen. cor.* Insulæ Oceani Septentrionalis vltra Britanniam & Hyberniam, numero triginta, secundum Pomponium, parum inter se distantes. Vulgò *Orknes.*

ŏrcĕlis, ὀρκηλίς, Vrbs Basletanorum in tractu Tarraconensis Hispaniæ. *Ptol. l. 2. c. 7.*

ŏrchămŭs, Assyriorum rex fuit, qui Leucotheam filiam ab Apolline vitiatam viuam defodit. *Vide fabulam apud Ouidium libro 4. Metamorph.*

ŏrchēstră, ὀρχήστρα, Locus erat in theatro inter scenam & cuneos, Senatoribus ad spectandum designatus, in quo erat pulpitum quinque non amplius pedibus altum, quod Græci Thymelen dicebant, & Longeũ, in quo chorus Tragœdiarum, & Comœdiarum, quandiu Comœdiæ chorum habuerunt, ipsíque etiam citharœdi & aulœdi, & quotquot personam ex fabula non agebant, actioni subseruiebant. Dicta Orchestra, κατὰ τὸ ὀρχεῖσθαι, hoc est a saltando, quòd in eo gesticulatores, histrionibus in scenam abditis, populum saltando detinerent. *Suet. in Nerone,* Deinde in orchestram, scenámque descendit, & orationis quidem carminísque Latini coronam, de qua honestissimus quisque contenderat, sumpsit. [*Sueton. in Cæs. cap 76.* Suggestum in Orchestra. *Idem in Cæs. c. 39.* Sessum in orchestra. *Et c. 14.* Per scenam in Orchestram transiit.] *Iuuenalis* posuit pro sessione Senatus & primorum, *quum ait.* similemque videbit Orchestram & populum.

ŏrchiă lex, ὀρχίας νόμος. Prima fuit inter leges sumptuarias, quæ ab Orchio Tribuno plebis nomen accepit. Hac certus conuiuarum numerus perscribebatur, cauebatúrq; vt apertis ianuis cœnitaretur, nequa legi fraus fieri posset.

ŏrchis, ὄρχις, Herba quam & Cynosorchin vocat *Plin. l. 26. c. 10.* Cuius vocabuli vim reddentes officinæ etiam hodie *Testiculum canis* appellant. ¶ Est etiam Orchis, piscis quidam durissimus, cuius meminit *Plin. lib. 32. c. 2.* Durissimum (*inquit*) esse piscium constat, qui Orchis vocatur, rotundus est, & sine squamis, totúsque capite constat.

ŏrchītes, pen. cor. ὀρχίτης, Genus oliuarum, quæ à testiculis nomen sumpserunt, vt inquit *Seruius in l. 3. Geor.* Nã ὄρχις, testes dicuntur, vnde Orchites dictæ sunt, quasi testiculares oliuæ. Nominatiuus singularis est Orchis. *Colum. l. 5. c. 8.* Orchis quoque & radius melius ad cicam, quã ad liquorem string̃tur.

ŏrchŏă, æ, ὀρχόη. Babyloniæ oppidum est, in confinio Arabiæ quam desertam vocant. *Ptol. l. 5. c. 20.*

ŏrchŏmĕnŭs, penult. corr. ὀρχόμενος. Thessaliæ fluuius, antea Minyeus appellatus, *teste Plin. l. 4. capite* 8. ¶ Orchomenus item, siue Orchomenum, Bœotiæ oppidum est ad sui nominis fluuium situm, olim potentissimum, vt pote cui & Thebani aliquando tributum pependerint (*vt testatur Strab. l. 9.*) præsertim sub Eteocle tyranno, qui primus Gratiis templum extruxit. ¶ Fuit item eiusdem nominis oppidum in Arcadia, non procul à Lebadia, quod Strabonis ætate interierat, *vt ipse testatur l. 8.* ¶ Fuit & tertium in Eubœa insula non procul à Caristo: cuius meminit *idem Strab. lib. 8.*

ŏrchomĕnĭŭs, a, um, adiect. ὀρχομένιος.

orcĭŭs, A veteribus inferorum deus est existimatus, quem & Plutonem & Ditem patrem vocabant. Varro terram ipsam Orcum esse videtur significare, quòd in ea omnia oriuntur & aboriuntur. Itaque dictum esse orcum ab ortu, quòd omnium rerum finis sit ortus. { שְׁאוֹל *scheól.* Hebr. GALLIC. L'obscurité des enfers. ITALIC. *Plutone inferno.* GERMANIC. Der hellisch gott Pluto / wirt auch fur die Hell selbs genommen. HISPANIC. *Escuridad del inferno.* ANGLIC. *Hell, or the darknesse of hell.* } *Cicero 6. Verr.* Hic dolor erat tantus, vt Verres, alter orcus, venisse Ennam, & non Proserpinam asportasse, sed ipsam abripuisse Cererem videretur. ¶ Aliquando etiam pro ipso inferorum loco vsurpatur. Ita *à Propertio l. 3. Elegiarum.* Minos vocatur arbiter Orci, quasi inferorum iudex & moderator. *Plaut. in Asin.* [*sc. 3. 4. 3.*] Bene vale: apud Orcum te videbo. [Orcus, *Idem Charon, ex Plutar. in Anton.* Viuat necne, Id Orcum scire oportet. *Plautus Capt. sc. 2. a. 2.* Orcus eum ad se recipere noluit, vt esset qui mortuis hic cœnam coquat. *Plautus Pseud. sc. 2. a. 3.* Orcus vobis ducit pedes. *Sueton. in Neron. capite 39.*] *Homer. 2. Iliad.* Indicat Orcum Thessaliæ fluuium esse, e Styge paludem profluentem, aquis adeò pinguibus, vt Peneo fluuio, in quem illabitur, oleum modum præstet. Hinc factus est locus fabulæ, vt Orcus inferorum fluuius esse dicatur, cuius apud deos sanctissimum semper habitum sit iuramentum. *Festus* Orcum ab vrgendo dictum putat, quòd ad mortem homines vrgeat. Alij κατὰ τὸ ὅρκου, hoc est a iuramento, malunt, quod nullum iuramentum apud superos sanctius esset, aut religiosius, quàm quum per Stygiam paludem iurabant, aut per Orcum fluuium, qui ex Styge profluit. { GERMANIC. Ein hellisch/er fluß / welcher durch den see Stygen laufft. } ¶ Cum Orco rationem habere, vel ponere, est periculo mortis sese exponere quum id præuideamus: quod solent agricolæ, qui in pestilenti agro, quanuis fructifero serunt. *Varro l. de Re rust. capite* 4. Etenim vbi ratio cum Orco habetur, ibi non modò fructus est incertus, sed etiam colentium vita. *Virgilius* 4. *Æneid.* Stygióque caput damnauerat Orco.

orcĭnŭs, a, um, Quod ad orcum pertinet, vt Orcinus libertus dicitur qui directam ex testamento libertatem accepit, nec vnquam patronum viuum habuit: quare cùm hic libertus nullius liberti sit viuentis, Ditis siue Orci libertus nominatur. *Vlpian. D. l. 16. Tit. 4. l. 3.* Quod quidem in omnibus Orcinis libertis locum habet testamento manumissis. [Orcini Senatores qui dicuntur Suetonio, Plutarcho Charonitæ vocantur in Antonio.] ¶ Sic *apud Gell. l. 1. capite 24. in epigr. Nœuij poetæ*, Orcius thesaurus pro sepulchro. Itaque postquam in Orcio traditus thesauro, obliti sunt Romæ lingua latina loquier.

ŏrdēss, ὄρδης, ὁρδήνιος, Fluuius maximus Scythiæ, qui ab Oriente profluens miscetur cum Istro. *Herod. lib. 3.*

ordĕum, dei, & Ordeaccus, a, um, *Vide* Hordeum.

ordĭnārĭŭs, Ordino, na, *Vide* Ordo.

ordĭŏr, dīris, Ortus & orditus, *teste Prisciano*, præteritum facit, Loqui incipio, orationem inchoo. { הֵחֵל *hecil.* κατάλογος, ἀρχεμα. GALLIC. Commencer de parler. ITALIC. *Cominciare a parlare.* GERMANIC. Anheben / Anfahen. HISPANIC. *Començar de hablar, commençar.* ANGLIC. *To beginne to speak.* } *Virgilius* 1. *Aeneid.* Veneris contrà sic filius ortus. *Cicero pro Marcell.* Sed vt vnde est orsa, in eodem terminetur oratio mea. *Liuius libro primo ab Vrbe*, Vnus rem ex composito orditur, id est narrare incipit. Vnde Exordium, principium orationis. ¶ Ponitur etiam simpliciter pro incipio. *Cicero 5. Tuscul.* Vnde igitur rectius orditi possumus quàm à communi parente natura, quæ quicquid genuit, non modò animal, sed etiam quod ita ortum esset ex terra, vt stirpibus suis niteretur, in suo genere perfectum esse voluit? Orsum aliquando poetæ pro eo qui finit, & absoluit, dixerunt. *Virgilius 9. Aeneid.* sic orsus Apollo, Mortalis medio aspectus sermone reliquit. Ordiri telam, pro texere. *Plin. libro 11. capite 24.* Araneus ordiditur telas, tantíque operis materiæ vterus eius sufficit. ¶ Veteres etiam Ordio protulerunt. *Afranius*, Expecta tamen, animo me ordire oportet. ¶ Composita huius verbi sunt, Abordior, Exordior, & Redordior, d, litera euphoniæ gratia interposita, de quibus suis locis.

ōrsŭs, us, verb. Telæ vel alterius operis principium. { תחלה *techillâh, ἀπαρχὴ, ἀρχή.* GALLIC. Commencement. ITAL. *Cominciamento.* GERMANIC. Ein anfang. HISPAN. *Comiençø.* ANGLIC. *A begining.* } *Vir. in Culic.* Atque vt araneoli tenuem formauimus orsum.

* Orsa, orsorum, neutr. gen. κατάρχαι, Incœpta, initia, *Liuius in præfat. libri primi ad finem*, Sed querelæ ne tum quidem gratæ futuræ, quum forsitan necessariæ erunt, ab initio certe tantæ ordiendę rei absint: quum bonis potius omnibus, votísque ac precationibus deorum dearúmque, si vt poëtis, nobis quoq; mos esset, libentius inciperemus, vt orsis tanti operis successus prosperos daret. * Ordia, ordiorũ. *Lucret. li. 4.* Quóve modo distracta rediret in ordia prima. Id est in primordia.

ōr do, dinis, Est digestio, & in suo loco rei cuiusque collocatio: veluti in acie fit, vbi pedites, vbi alæ, cæteráque omnia suo quæque ordine collocantur. { סדר *sedher* מערכה *maharacâh.* κατάταξις, τάξις. GALLIC. Ordre, disposition. ITALIC. *Ordine, disposizione.* GERMAN. Ein ordnung. HISPANIC. *Orden.* ANGLIC. *An order.* } *Cic. 3. de Orat.* Ordo est, qui memoriæ maxime lumen affert. *Idem Paradox.* Quicquid peccatur, perturbatione peccatur regionis atque ordinis. [Ordine præcipere & agere. (i. recte) *Liuius li. 4. ab Vrb.* Rectè atque ordine. *Idem lib 4. bell. pun.* ¶ Ordo pro consuetudine. *Sueton. in Tib. capite 72.* Nihil ex ordine quotidiano prætermitteret. *&c. c. 17.* Eum vitæ ordinem tenuit. In ordinem redigi, & in numerum venire, *Quintilianus. Sueton. in August. capite 35.* Non more atque ordine, sed prout libuit et, sententias rogabat. In ordinem redigere auctores vel numero eximere. *Quintil.* Idem nobis ducendus ordo per auctores. *Quintil.* In ordinem redegit Socrates triginta Tyrannos. ¶ Nec sanguinis ordo, sed virtutis honor spoliis quæratur in istis. *Ouid. 13. Metam.* Aspicies illic positos ex ordine fratres. *Ouidius Eleg. 1. lib. 1. Trist.* Vxor reliquit omnem rem, vt factum est, ordine. *Plau. Menæc. sc. 3. a. 4.* Quique vt steterat iacet, obtinétque ordinem. *Plaut. Amph. Virg. 5. Aeneid.* -terno consurgunt ordine remi. ¶ Digerere in quincuncem arborum ordines, *Cicero de Senectute.* ¶ Aliquando Ordo pro statu hominum, fortuna, censu, loco & gradu vsurpatur. τάγμα, τίμημα. *Cicero in Ver. 4. de Prætura vrbana*, M. Octauium hominem ornatissimum loco, nomine, ordine, virtute. ¶ Tres erant ordines Romæ, Senatorius, Equestris, & Plebeius: ab Aristotele τάξεις dicuntur. *Virgil. 7. Æneid.* Tum fatus Anchisa delectos ordine ab omni. *Vbi Seruius.* Ordine ab omni, id est ex omni qualitate dignitatum: quod apud Romanos in legatione mittenda hodie quoque seruatur. ¶ Ordo amplissimus, Senatorius vocabatur. *Cicero pro Domo sua ad Pontifices*, Quid, quum Senatum pro me non modò propugnare amplissimum ordinem, sed etiam precrare, & supplicare mutata veste prohiberent? ¶ Ordine ducere dicuntur, qui militibus præsunt, vt Tribuni militares. Centuriones atque alij. *Liuius 2. ab Vrbe*, Noscitabatur tamen in tanta deformitate, & ordines duxisse aiebant, aliaque militiæ decora, vulgò miserantes eum iactabant. [*Pla. Pseud. sc. 4. a. 2.* Omnes ordines sub signis ducam. Extra turbam ordinum colloquuntur simul. (i. duces.) *Plaut. Amph. sc. 1. a. 1.*] ¶ Accipitur quandoque pro ipsis hominibus, hoc est iis qui sunt eiusdem dignitatis, vt sunt Equites, Senatores, & cæteri quorum dignitas etiam ordo appellatur. *Cicero 3. Offic.* Qui esset, vt argentarius, apud omnes ordines gratiosus, id est apud omnium ordinum homines. *Sallustius*, Sæpenumero Patres conscripti, multa verba in hoc ordine feci, id est in Senatu. ¶ Aliquando refertur ad fortunam, & genus vitæ. *Terent. in Eunucho*, Conueni hodie adueniens quendam mei loci hinc atque ordinis hominem: Mei, *inquit*, ordinis hominem: id est pauperem, quemadmodũ ego. Sic honesti ordinis homines dici possunt, opulenti. *Donatus.* ¶ Ordinis inferioris amici dicuntur, qui sunt infimæ conditionis, vel infimi amici, & omnium minimi. *Cicer. de Amicitia.* Nunquam se ille Philo, nunquam Rutilio, nunquam Mummio antepositum, nunquam inferioris ordinis amicis. ¶ Extra ordinem *apud Iurisconsultos*, id est sine verbis & formulis solennibus, inusitato more & consuetudine. *Paulus in l. Ordo. ff. de publ. iudic.* Ordo exercendorum publicorum iudiciorum in vlu esse desiit: durante tamen pœna legum, quum extra ordinem crimina probantur. [Extra ordinem audire ta flagitabant milites. *Sueton. in Tib. cap. 25.* Extra ordinem audire

Grammaticum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

grammaticum. *Sueton. Ibid. cap. 32. Item* Creditori præter sortem extra ordinem numerant. *Senec. Epist. 82. Item* Octies extra ordinem donatus miles. *Liu. lib. tertio ab vrb. Et lib. tertio d. 5.*]¶Extra ordinem metaphorice. Eximie, quasi præter cæteros. *Cicero ad Aul. Cæcin. lib. 6.* Quare ad eam spem, quam extra ordinem de te ipso habemus, non solum propter dignitatem & virtutem tuam (hæc enim ornamenta sunt tibi etiam cum aliis communia) accedunt tua præcipua propter eximium ingenium, summamque virtutem. ¶ Inde fiunt Interordo, & interordinium: *de quibus suprà.*

ōrdinārĭus, a, um, Vnt. atus, in quo seruatur ordo. { τεταγμένος, τακτός. GAL. Ordinaire, mis par ordre. ITA. *Ordinario.* GERMAN. Ordentlich. HISPA. *Cosa perteneciente à orden.* ANG. *Ordinare, put in order.* } ¶ Ordinaria femina, dicuntur ordine dispositæ. *Colum. lib. 3. cap. 13.* Consitis compluribus inter ordinaria semina malleolis. ¶ Sic & ordinaria vitis apud eundem. *eodem lib. cap. 16. Virrun. lib. 2.* Ordinarios lapides appellat, qui sunt eiusdem formæ, & ordinis, & inter se similes. ¶ Ordinarius homo, (*vt post Oppium docet Festus*) dicitur homo scurra & improbus, quique assidue in hibus moratur, ob eamque causam in ordine stat Prætorem adeuntium: siue per contrarietatem, *vt ait Ælius Stilo*, quòd minime ordinatè viuit. ¶ Extraordinarium πάρεργον, quod fit extra ordinem. ¶ Ordinaria consilia. *Liu. lib. 7. bel. Punic.* ¶ Ordinarium officium, *Senecæ dicitur*, vbi præficitur aliquis certæ functioni. *lib 3. de Benefi.* Ad hortos alicuius ne ordinarium quidem habentis officium. ¶ Ordinarius seruus. *apud Vlpian. l. Item apud Labeonem. § prætor ait. ff. de iniuriis*)(vicarius. [*Senec. Epist. 54.* Non est res subcelua Philosophia: ordinaria res est. Ordinaria oratio quæ nũc breuiarium, olim summarium. *Senec. Epist. 39* Item Ordinarius, Iurisconsultis Vicarij dominus dicitur. Ordinarij & legitimi pugiles. *Sueton. Aug. cap. 44.* Ordinarij Reip. vsus. *Liu. lib. 3. d. 4.* Ordinario Iure. *Sueton. in Aug. cap. 31.* Iuris ordinarij res & cognitionis opponuntur. *Sueton. in Claud. cap. 15.*]

ōrdĭno, as, Suo quæque ordine dispono, digero, distribuo. { ערך *ẖarâeh.* διατίθω, τάττω. GALLIC. Ordonner. ITALIC. *Ordinare.* GERMANIC. Ordnen. HISPANIC. *Ordenar, poner in orden.* ANGLIC. *To put euerie thing in the a win place, to put in order.* } Vnde & Ordinatum dicimus, *inquit Budæus*, rectè atque ordine constitutum. *Liu. 9. bel. Pun.* Scipio posteaquam in Siciliam venit, voluntarios milites ordinauit, centuriauitque. *Horat. Epod. 17.* In quem superbus ordinarat agmina Mysorum. *Idem 4. Car. 11.* -quod ex hac Luce Mecœnas meus affluentes Ordinat annos. *Curtius*, Forsitan dij fata ita ordinauerunt. Ordinare locum vitibus. *Colum. lib. 5. cap. 3.* Partes orationis ordinare. *cicer. 1. de Inuent.* Ordinare litem. *de Orator. lib. 1. & pro Sylla*, ordinare, instruere, parare. [Tueri & ordinare vitam. *Gellius cap. 21. lib. 10.* Ordinare suprema Iudicia. *Quintilian.* Item Ordinare prouincias de Senatus decreto. *Sueton. in Cæs. cap. 18. Et bibliothecas, cap. 56. & 76. Ibidem.* Ordinare desiderata. GALLIC. Y donner ordre. *Sueton. in August. cap. 17.* Ordinare, pro in ordinem referre. *Ibidem capite 46.*] Ordinare Reipublicæ statum. *Sueton. in Iul. Cæs. capite 40.* Conuersus hinc ad ordinandum Reipublicæ statũ. *Ordinare itẽ, ad honorem & magistratum promouere. Suetonius in Vesp.* Quendam è charis ministris dispensationem cuidam quasi fratri petentem quum distulisset, ipsum candidatum ad se vocauit, exactaque pecunia quantam is cum suffragatore suo pepigerat, sine mora ordinauit. Est enim hîc ordinare, quasi in ordines adoptare, vel in ordinem municipalem prouehere.

ōrdĭnātŭs, a, um, participium. In ordinem redactus. { ערוך *ẖarûeh.* τεταγμένος, τακτός. GAL. Ordonné. ITA. *Ordinato.* GER. Geordnet. HISP. *Ordenado.* ANG. *Placed in order.* } *Liu. 4. bel. Pun.* Vt veterum militum verba audiuit, quàm multarum rerum ipse ignarus esset, ex comparatione tã ordinatæ disciplinæ animaduertit.

ōrdĭnātĭor, Comparatiuus, καταλληλότερος. *Seneca Epist. 75.* Non dices virum iustiorem saluis liberis, quàm amicis, Nec ordinatiorem, nec prudentiorem. [*Seneca Epist. 75* Ordinatior & prudentior homo.]

ōrdĭnātissĭmŭs, superlat. τακτικώτατος, *Apuleius de Deo Socratis*, Stellæ quæ indeflexo cursu meatus longe ordinatissimos, diuinis vicibus æternos efficiunt.

ōrdĭnārē, aduerbium, Distinctè, ordine. { τεταγμένως, τακτῶς. GAL. Par ordre, d'ordre. ITAL. *Per ordine.* GERMAN. Ordentlich. HISP. *Ordinamente.* ANGLIC. *Orderly, or by good order.* } *Ad Heren. 4.* Quæ si sequemur, acutè & citò reperiemus: distincte & ordinatè disponemus.

ōrdĭnātĭm, aliud aduerbiũ. *Cæsar. 2. bel. Gall.* Ita fastigiato, atque ordinatim structo, &c. *Brutus ad Ciceronem*, Ille enim iit passim, ego ordinatim: quacunque iit, ergastula soluit.

ōrdĭnātĭus, τακτικώτερος. *Apuleius in Apologia*: Præsertim ordinatius & coibilius, eadem Græce & Latine admitar conscribere.

ōrdĭnātĭo, onis, verb. Dispositio, constitutio. { ערך מערכה *ẖêrech maʿarâcheâh.* διάταξις, διάθεσις. GAL. Ordonnance. ITA. *Ordinanza.* GERM. Ordnung/richtung in die ordnung. HIS. *Ordenenza, obra de ordenar.* ANG. *A setting of thinges in order.* } *Colum. lib. 12. cap. 3.* Vt ordinatio constituta conseruetur. *Plin. Epistol. 205.* Quum certius de vitæ nostræ ordinatione aliud audieris. ¶ Ordinatio, pro administratione prouinciæ. *Sueton. in Neron. capite 40.* Sponderunt tamen quidam destituto ei ordinationem Orientis: nonnulli nominatim regnum Hierosolymorum. [*Velleius*: Omnem ordinationem & necis & testamenti Cæsaris comperit.]

ōrdĭnātŏr, oris. { ערך *ẖoréeh.* διατακτής, διατρεπτής. GAL. Ordonneur, disposeur. ITAL. *Ordinatore.* GERMA. Ein ordner. HISPAN. *Ordenador.* ANGLIC. *That setteth, thinges in order.* } *Senec. Epist. 110.* In his opus est illi alieno cõsilio: quomodo medico, quomodo nauis gubernatori, quomodo aduocato & litis ordinatori. ¶Hinc fit compositũ Præordino, ante ordino.

ORDOVICES, Populi fuerunt Britanniæ insulæ arduis montibus proximi apud quos (*vt Tacitus scribit l. 12.*) Hostorius dux Romanus Caratacũ regem viuum cepit, Romámque misit.

ōrĕa, æ, Ab ore fit, & significat frænum, dictum ita quòd ori inseratur. { מתג *méthegh.* רסן *réseṉ.* κημός. GALLIC. Le frein ou le mors d'vne bride. ITA. *Freno, morso.* GERMAN. Das bis deß ẏ aums so man einem thier in das maul legt. HISPANIC. *Freno.* ANGLIC. *A bridle or bitt.* } *Titinnus in Setinæ*, Et si tacebit, tantum gaudebit sibi permitti oreæ. *Trebellius pro se apud populum*, Equo qui mihi sub feminibus occitus erat, oreas detraho, inspectante L. Stertinio, *autor Festus.* Aureæ verò dicuntur illæ habenarum partes, quæ circa aures religantur.

ŏrĕădĕs, ὀρεάδες, ἢ ὀρειάδες, Montium Nymphæ. Nam ὄρος Græcis montem significat. *Virg. 1. Æneid.* Exercet Diana choros, quam mille secutæ, Hinc atque hinc glomerantur Oreades.

OREGES, Pars Tauri montis, in Caspium mare vergens, *Plin. lib. 5. cap. 29.*

ŏrĕŏn, penult. product. ὄρειον, Tertia species polygoni, *teste Plin. lib. 27. cap. 12.* teneræ harundini similis, vno caule, densis geniculis, & in le fractus, foliis piceæ. Nascitur in montibus: vnde nomen accepit.

ŏrĕŏsĕlīnum, ὀρεοσέλινον, Montanum apium, cicutæ foliis, radice tenui, semine anethi, minutiori tamen. *Plin. lib. 20. cap. 11.* Quarum genus ex eodem faciunt aliqui Oreoselinon, palmum alto frutice ac recto semine cumino simile, vrinæ & menstruis efficax. Latini Apium montanum vocant: Græci etiam πετροσέλινον ἄγριον, hoc est petroselinum agreste.

ŏrĕsĭtrophŭs, ὀρεσίτροφος, Vnus ex canibus Actæonis, ita dictus ὑπὸ τῶν ὀρέων, καὶ βίοιεν, quasi in montibus educatus. *Ouid. 3. Metam.* Prima Melanchætes in tergo vulnera fecit, Proxima Theridamas, Oresitrophus hæsit in armo.

ŏrĕstĕ, ὀρέστη, Vrbs, cuius *Hecatæus* in Europa meminit. gentile similiter, Oreste.

ŏrĕstēs, ὀρέστης, Agamemnonis, & Clytemnestræ filius, sic appellatus ob ferinam atque agrestem, & quasi montanam naturam: cui soror Electra necem pararat ab Ægistho, qui patrem Agamemnona interfecerat, matrémque constuprauerat, præuidens, ipsum per pædagogum in Phocidem clàm ablegat ad Strophium Phocensium principem, qui Agamemnonis sororem duxerat. Illic XII. annos demoratus, cum pædagogo suo Argos redit: vbi sub specie hospitum Phocensium, quos Strophius miserat, vt Orestis obitum nuntiarent, intromissi ad Clytemnestram, eandem cum Ægistho adultero conscia Electra in vltionem patris occidit, *vt scribit Sophocles in Electra, & Euripides in Oreste.* { GER. Ein son Agamemnonis/vnd Clytemnestrae welcher hernach disc sein muter/vnd seinen stiffvatter vmbracht hat. } Deinde Pyrrhum quoque Macarei sacerdotis ope in Apollinis templo interfecit, eo quòd Hermionem Menelai filiam sibi prius desponsatam rapuisset. Propter quæ scelera agitatus est furiis, quibus non ante purgari potuit quàm ad aram Dianæ Tauricæ, illuc à Pylade perductus perpetrata facinora expiauerit. [Alcmæon, Orestes, Lycurgus, (insani.) *Plaut. Capt. sc. 4. æ. 3.* Orestis corporis longitudo. *Gell. cap. 10. lib. 3.*] *Vide suprà in dictione* Iphigenia. Amicum habuit Pyladem, perpetuum omnium suarum profectũ num comitem, periculorúmque omnium socium, cum quo tam sanctè amicitiam coluit, vt alter pro altero mori, non recusaret. *Cic. de Amic.* Qui clamores tota cauea nuper in hospitis & amici mei Pacuuij fuerunt nota fabula? quum ignorante rege vter eorum esset Orestes, Pylades Orestem se esse diceret, vt pro illo necaretur, Orestes autem, ita vt erat, Orestem se esse dicere perseueraret.

ŏrĕstĭs, ὀρεστίς, Regiuncula Macedoniæ, in eo tractu qui mari Adriatico imminet, cuius populi dicuntur Orestæ, Amantinis finitimi: *quorum meminit Plin. libro 4. cap. 10.*

ŏrĕtaē, ὀρεῖται, Gens Ionica, secundum *Strab. lib. 15.* post Arbim amnem Arianorum: quos *Plin. lib. 6.* ait, non Indorum, sed propria vti lingua, *Lucanus lib. 3.* Tum furor extremos mouit Romanus Oretas.

ōrĕtĕnŭs. { μέχρι τῶν στόματος. GAL. Iusques à la bouche. ITA. *Sino alla bocca.* GER. Deß mauls hatb. HISPA. *Hasta à la bocca.* ANG. *Vnto the mouth.* } *Gellius*, Gutturi Samium oretenus imprudens inane, tanquàm inesset oleum affert.

ŏrĕŭs, ὄρειος, pen. prod. Dictus est Liber pater, à montibus, in quibus ei fieri sacrificia solebant. *Festus.*

ŏrĕxĭs, { תאוה *taavâh.* ὄρεξις, Græcè, Latinè appetitus, seu esuritio dicitur, ab ὀρέγομαι, quod est appeto. ANGLI. *Appetit, or desire to eate.* } *Iuuen. Satyr. 6.* -de quo sextarius alter Ducitur ante cibũ rabidam facturus orexim. ¶ *Idem Satyr. 11.* -hinc surgit orexis, Hinc stomachò bilis.

ōrgănum, ni, Latinè instrumentum. { כלי *cheli.* ὄργανον. GALLI. Instrument, outil, engin. ITA. *Organo, ordegno, instrumento.* GERMANI. Ein Instrument/werckzeug. HIS. *Instrumento generalmente.* ANGLIC. *An instrument, or organe.* } *Cicer. li. 11. Epistol. ad Brutum*, ὄργανον enim meum erat Senatus: id iam est dissolutum. ¶ Per excellentiam tamen peculiariter Organa dicuntur, quæuis musicorum instrumenta. *Quintilian. libro 9. cap. 4.* Natura ducimur ad modos: neque enim aliter eueniret, vt illi quoque organorum soni, quanquam verba non exprimunt, in alios tamen atque alios motus ducerent auditorem. *Iuuenalis*, prætoribus Organa semper In manibus, densi radiant testudine tota Sardonyches, crispo numerantur pectine chordæ. [Vox toto, vt aiunt, organo instructa. *Quintilian.* Vox penè extra organum. *Idem Quintilian. bis.*] ¶ Architectorum quoque instrumenta quædam Organa appellantur. *Virru. lib. 10. cap. 1.* Inter machinas & organa id videtur esse discrimen, quòd machinæ pluribus operibus in maiores coguntur effectus, vt ballistæ, torcularíumque præla. Organa autem, vnius operæ prudenti tractu perficiunt, quod propositum est: vti scorpionis, & anisocyclorum versationes. [Hæc maioribus velut organis commouétur. *Quintil.* Organis fractis similes fauces.] ¶ Apud *Colum. lib. 5.* sumitur pro instrumento ad metiendum apto, *vbi ait*, Sic compositum organum quum in fulcum demissum est, litem domini & conductoris sine iniuria deducit.

ōrgănārĭī, Organorum fabricatores, ὀργανοποιοί. *Iulius Firmic. l. 3.* Mercurius cũ Venere in sexto ab horoscopo facit organarios, & myropolas.

ōrgănĭcŭs, a, um, ὀργανικός. vt Saltus organicus Heliconis. *Lucret. lib. 3.*

ōrgănĭcē, aduerbium, ὀργανικῶς, vt Organice moueri, & Mechanice, *apud Vitruuium*, pro eo quod est Per machinas & per organa, *teste Budæo.*

ōrgănĭcī, organicorum, Qui musicis organis canunt. *Lucret. l. 2.* æquè Ac musæa mele, per chordas organici quæ Mobilibus digitis expergefacta figurant.

ōrgĭă, orum, pen. corr. ὄργια. Neutrius generis & pluralis numeri, apud Græcos *teste Seruio*, primùm dicta fuerunt quæuis sacra. Erat enim

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Orgiorum appellatio generalis, quemadmodum apud Latinos Ceremoniarum. Postea tamen factum est vt præcipue hoc nomine Liberi patris sacra nominarentur. ἀπὸ τῆς ὀργῆς, hoc est à furore, vt quidam putant, quòd hæc præcipue sacra à mulieribus furore correptis celebrarentur: vel ἀπὸ τῶν ὀρέων, hoc est à montibus, in quibus potissimum hæc sacra fiebant. Innouabantur autem tertio quoque anno. vnde Trieterica dicta sunt, id est triennalia. *Virg.* 4. *Æneid.* -vbi audito stimulant trieterica Bacchò Orgia.

ōrgyĭă, ὀργυιά, Mensuræ genus, sex continens pedes, siue vtriusque manus extensionem, quam Vlnam Latini appellant. Gaza mensuram vertit quatuor cubitorum.

Oria, æ, Nauis piscatoria. *Plaut. in Rud.* Mea opera, labore, & rete, & oria. *Idem*, Malo hunc alligari ad oriam vt semper piscetur, etsi sit tempestas maxima. *Apud Nonium tamen*, à quo hæc desumpta sunt, Horia legitur, prima vocali aspirata: quemadmodum etiam vtrobique legitur *apud Plaut.*

ŏrĭbăsĭŭs, ὀριβάσιος, Sardianus, Iuliani principis fuit familiaris, à quo & Quæstor Constantinopolitanus factus est. Scripsit libros Medicinæ LXXII. ad Iulianum: & eorum epitomen libris nouem ad Eustathium filium. Præterea de regno, & de affectibus. Hæc *Suidas*. Eunapius verò Græcus autor in eo libro quem de Sophistarum vitis conscripsit, eius vitam pluribus persequitur. Oribasius, ait, Pergamenus genere, in eloquentia pariter & medicina profecit, à Iuliano quo propterea vt medicus fuit accersitus. Inuidia deinde succedentium principum, bonis priuatus, atque in exilium ad Barbaros missus, animum philosophi semper in calamitate retinuit. Tanta apud eas nationes gratia, & opinione ob doctrinam & medicinæ experimenta perseuerauit, vt pro Deo pene coleretur. Hæc *ille*.

ŏrĭchălcum, {ὀρείχαλκον, vel ὀρείχαλκον. GALLI. Cuiure, laiton. ITAL. *Oricalco, ottone.* GERM. Messi/oder möſch. HISP. *Laton Morisco.* ANGL. *Latten mettall.*} Metalli genus est, accedens ad colorem auri: quod olim maximo in pretio habebatur. Ita dictum ἀπὸ τῶν ὄρους καὶ χαλκοῦ, quasi ὀρεινὸς χαλκός, hoc est æs montanum: nascitur enim in montibus. *Cic. lib. 3. Offic.* Si quis aurum vendens, orichalcum se putet vendere, indicétne illi bonus vir, id aurum esse? ¶ Sunt qui aurichalcum scribant, dicique putent quasi aureum æs: quorum opinioni refragatur primæ syllabæ quantitas, quæ vbique corripitur. *Stat.* 1. *Theb.* Emicat effigies, & sparsa orichalca renident. [*Plaut. Curc. sc. 3. a. 1.* Cedo mihi auro contra modestum amatorem. P. Cedo mihi contrà Orichalco cui sano seruiam. *Idem Pseud. sc. 3. a. 2.* Orichalco non carum fuit mendacium meum.]

ōrĭcŏs siue ORICVM, ὠρικός, Ciuitas Epiri, à Colchis condita, in confinibus Macedoniæ, *teste Plin. lib. 3. cap. 23.* iuxtà quam nascitur terebinthus, nigrum lignum habens & solidum in buxi speciem. Vnde Oricia terebinthus, *apud Virg.* 10. *Æneid.* -aut quale per artem Inclusum buxo, aut Oricia terebintho Lucet ebur. De hac & *Lucret. l. 3.* Tunc qui Dardaniam tenet Oricon, & vagus altis Disperſus syluis Athamas, &c. Hæc quondam insula quum esset, continenti iuncta est: *Plin. lib. 2. cap. 86.* Epidaurus & Oricum insulæ esse desierunt.

orĭcŭlārĭŭs, pro Auriculario subinde *apud Celsum* legitur, ea ratione qua Coliculus & Colis pro Cauliculo & Caule dicuntur: & Codex: pro Caudex, *vt ait Bud.*

ŏrĭcus, *Vide* Orior.

ōrĭfĭcĭum, ficij, Introitus, & veluti ostium vniuscuiusque rei. {פתח *pétach. στόμα.* GALL. Orifice, la bouche ou ouuerture de quelque chose que ce soit. ITALI. *Bocca ò apertura di qualche cosa.* GERM. Das mundloch. HISPA. *La boca de qualquier cosa.* ANG. *The mouth entre or brimme of any thing.*} Vnde duo ventriculi orificia esse dicimus: vnum superius, acutissimo tactus sensu præditum, quod œsophago adhærens, cibo aditu præbet: Alterum inferius, superiori multò angustius, quod Græci πυλωρὸν, hoc est Ianitorem appellant: propterea quòd veluti custodis officio fungatur, cibóque nonnisi prope cocto excussóque, exitum permittat.

ŏrĭgănum, ni, penult. corrept. {ὀρίγανος. GAL. Origan. ITALI. *Origano.* GERM. Dosten/oder wolgemut. HIS. *Origano.*} *Dioscoridi* herba est, siue fruticulus, tam folio quàm ramis syluestri serpillo similis, comante supra cacumen vmbella, in qua flores ex albo purpurei, odore iucundo præditi emicant. Quatuor autem origani commemorantur genera, Heracleoticum, Onitis, Tragoriganon, & Syluestre. Primum ab Heraclea Pontica dictum est, circa quam copiosissimè nascitur. Secundum ab asinis, qui eius pabulo maximè delectantur. Tertium ab hircis, qui præcipuè illud appetunt. Quartum, quòd sine cultura & sua sponte proueniat. Dictum autem putatur Origanum, quòd montibus gaudeat. *Vide Plin. lib. 20. cap. 17.*

ōrĭgĕnēs, penult. correp. ὠριγένης, (qui & Adamantius dictus est) Theologus magni nominis, qui tempore Philippi primi Christiani Imperatoris, fidem Euangelicam & scriptis, & viua voce non parum illustrauit. Incidit tamen in aliquot errores ab Ecclesia damnatos, quos nonnulli suspicantur ab æmulis, eius libris fuisse inspersos. Hic adhuc adolescens feruido quodam studio atque acri incensus, vt liberius & citra pudicitiæ periculum Euangelicæ professioni posset incumbere, seipsum castrauit.

ōrĭgo, penulti. produ. ginis, à verbo Orior, oriris, Genus, initium, stirps, fons, ortus. {מקור *makór.* γένεσις. GALLI. Origine, naissance, source, commencement. ITA. *Origine, principio.* GERMA. Ein vrsprung. HIS. *Origen, nascimiento, comiençio.* ANGLI. *A spring, à birth, a creacion, begining a kinne.*} *Plin. lib. 10. cap. 37.* Multi nobilitatem singularum columbarum & origines narrant. *Cic. de vniuersit.* Nullius enim rei causa remota, reperiri origo potest. *Virgil. 2. Georg.* Non alios prima crescentis originę mundi Illuxisse dies, aliúmve habuisse tenorem Crediderim. *Idem 6. Æneid.* Igneus est ollis vigor, & cælestis origo Seminibus. *Ouid. 3. Fast.* O quàm de tenui Romanus origine creuit. *Virg. 1. Æneid.* Nascetur pulchra Troianus origine Cæsar.

ŏrĭgĭnātĭo, onis, Notatio, etymologia. {ἐτυμολογία. GALL. Etymologie, deriuation. ITALIC. *Etimologia, deriuatione.* GERM. Vrsprünglichkeit. HISP. *La deriuacion de la origen.* ANGL. *A begining or drawing frome another.*} *Quint. l. 1. de Etymologia*, Etymologia, quæ verborum originem inquirit, à Ciceronе dicta est Notatio, quia nomen eius apud Aristotelem inuenitur σύμβολον, quod est nota: nam verbum ex verbo ductum, id est Veriloquium, ipse Cicero, qui finxit, reformidat. Sunt qui vim potius intuiti, Originationem vocent.

ŏrĭgĭnālĕ, adiectiuum: vt Culpa originalis, Originalis decor.

ŏrĭgĭnārĭŭs, adiectiuum, idem quod originalis. *Budæus*, Originarij sunt qui contrahunt municipatum origine principaliter. *lib. 10. Codicis*, titulus est de municip. & originariis.

[Orioles sunt naues. *Gellius cap. 25. libr. 10.*]

ōrĭon, {כסיל *chesil.* ὠρίων.} Quah Vrion, dictus est filius Iouis, Neptuni & Mercurii. De hoc varie fabulantur poetæ. Quidam tradunt Iouem, Neptunum, & Mercurium, quum terram peragrarent, superueniente nocte ad pauperem quendam Hyreum, quem Aristomachus Erythreum appellat, diuertisse, qui eos hilari animo susceperit: quúmque deos esse animaduertisset, occiso boue iisdem sacrificium obtulit. Quo officio motus Iupiter, iussit vt aliquid muneris à se peteret, statimvoti compos futurus: qui nihil sese magis cupere respondit quàm filium: coniugem tamen se non habere, neque velle ducere, quòd morienti vxori fidem dedisset se aliam non ducturum. Iupiter igitur & reliqui dij corium immolati bouis sumpserunt, in quod quum vrinam emisissent, iusserunt vt terra obrutum completis maternis mensibus solueret. Quod quum feciſſet, inuenit puerum, quem ab vrina Orionem nominauit. Hic postea adultus, euasit venator maximus, adhæsitque Dianæ. Sed quum viribus fidens, gloriaretur, nullam esse ferā quā non conficeret, diis insolens verbum vlciscentibus contigit vt terra scorpionē pareret, à quo ictus perit. Diana igitur satellitis sui obitū grauissime ferens, eum in cælum iuxta Tauri sydus constituit. *Lucanus* verò à Diana scorpione emisso occisum dicit, & deorum miseratione in cælum sublatum. *Horatius* ab ipsa Diana sagittis confossum tradit, eo quòd vt voluerit eam comprimere. *Seruius* autem hanc fabulam lōge aliter pertexit, OEnopionis Siculum habitum esse filium, qui quum Candiopen (quam alij Meropem vocant) sororem vitiasset, a patre excæcatus est. Consulto igitur oraculo responsum accepit: Si per pelagus ad Orientem pergeret, vt oculorum concauitates semper haberet Soli oppositas, lumina recuperaturum. Quod quum facere conaretur audito stricepitu, ad Cyclopas peruenit, ex quibus vnum humeris suis imposuit, cuius ductu Solem semper aduersum habens, oculos recepit. *Hesiodus* Neptuni & Euryales filium facit: idque muneris à patre obtinuisse tradit, vt per summos fluctus posset incedere. Alij ferunt, cùm oculis ab OEnopione priuatus esset, in Lemnum insulam venisse, & ibidem à Vulcano caballo accepto ad ortum Solis perrexisse, & sic visum recepisse. Postea verò reuersum, OEnopionem vlcisci statuisse, sed quum hic à ciuibus suis sub terra occultaretur, in Cretam profectum, ibique ob arrogantiam, à scorpione diuinitus immisso fuisse interfectum. Est autem signum cæleste, quo oriente maximæ excitantur tempestates. Hinc *Virg. lib. 1. Æneid.* Quum subitò assurgens fluctu nimboſus Orion, &c. Sunt qui Græcè ab aquarum inundatione sic dictum velint, quòd ortus eius hyemis initium afferat, & mare ac terras tempestatibus turbet, ὄρινω enim turbo & concito significat. *Plin.* Iugulam vocat, quòd stellarum fulgore quasi gladius armatus, terribilis videatur. Si fulget, serenitatem: si obscurat, tempestatem præ se fert. Habet autem hoc nomen apud Poetas primam syllabam indifferentem: quod idcirco factum creditur, quòd prima syllaba olim apud Græcos per ω diphthongum scribebatur: quæ secundum proprietatem linguæ Doricæ in ω solet commutari: qua ratione constat posse produci. Poterit tamen etiam corripi, si abiiciamus ex prima syllaba vocalem subiunctiuam, more Græcorum, qui vt breuem syllabam extendant, aliquando assumunt vocalem, vt longam contrahant, aliquando vocalem abiiciunt. Media autem syllaba semper producitur. Penultima verò obliquorum rursus est indifferens. *Lucan. lib. 1.* Teste tulit cælo victi decus Orionis. [*Passerat.* legit hîc Oarionis] Versus est spondaicus. *Ouid 8. Metam.* Strictúmque Orionis ensem. [*Et iterum libr. 13. Metamorph.* Strictúmque Orionis ensem.] Apud *Catullum de Coma Beren.* Legitur nóminatiuus Oarion, Proximus (*inquit*) Hydrochoo fulgeat Oarino.

ŏrĭŏr, oreris, & oriris, olim tam per tertiam, quàm per quartam coniugationem declinabatur, hodie tantùm per tertiam, excepto infinitiuo Oriri, qui mansit à quarta coniugatione. *Ouid. 10. Metam.* Tu quoties oreris, viridéſque in cespite flores. Est autem Orior idem quod nascor. {זרח צמח נולד *zarách tsamách noládh.* φύομαι, γίγνομαι. GAL. Naistre. ITAL. *Nascire.* GER. Geboren werden/Entstehen. HISP. *Nascer.* ANGLI. *To be borne, to rise, to spring, to gebinne.*} *Cicer. 2. de Legibus.* Sum illi villæ amicior modò factus, atque huic omni solo, in quo tu ortus es & procreatus. ¶ Interdum ponitur pro Surgo, Prodeo, vnde oriri solem dicimus. {ἀνατέλλω. GAL. Venir en lumiere, sourdre. ITA. *Venir à luce.* GER. Auffgehen/herfurkommen. HIS. *Salir.*} *Plaut. in Aulul.* Sed quid hoc clamoris oritur hinc ex proximo? *Idem in Pœn.* Atque ei quoque vt non enuntiet, Id esse facinus ex te ortum. *Terent. in Adelph.* Tamen tibi à me nulla est orta iniuria. *Plin. Epist. 35.* Ortus fons in monte, per saxa decurrit. [Redigam te eodem, vnde orta es ad egestatis terminos. *Plaut. Asin. sc. 2. a. 1.*] ¶ Huius composita sunt, Aborior, Adorior, Coorior, Exorior, Oborior, Suborior. *quorum significata vide suis locis.*

* Oriens, Particip. Quod oritur. vt, signa orientia noctis. *Virg. 7 Æneid.* * Item Oriens, substant. m. g. Pars ea mundi in qua sol oriri solet *Plin. lib. 10. cap. 44.* Orientem spectare quibus exeant in pascua, Occasum quibus redeant. [Oriens-mali vis, restringenda. Suprà Surgens. *Seneca cap. 1. de Conf. ad Mart.* Oriente die duce fertilis anni. *Tibull. lib. 4.*]

ōrtŭs, {נולד *noládh.* γένεσις. GAL. Né. ITAL. *Nato.* GERM. Geboren/Entstanden. HISP. *Nascido.* ANG. *Borne.*} participi. præteriti temporis est. Futuri autem Oriturus, vel Orturus: quorum posteriore vsus est *Horat. lib. 2. Epist.* Nil oriturum aliàs, nil ortum tale fatentes. * Ortus aliquando idem significat quod Oriundus. *Cæsar lib. 2. de bell. Gall.* ait pleroſque Belgas esse ortos à Germanis.

ōrtŭs, tus, nomen. Genus, natales, origo, natiuitas, principium generis, {מולדת *moledheth* תולדת *tolédheth* משפחה *mischapacháh.* γένεσις, ὑπαρχή, ἀρχή, σπερμάτορες. GALLI. Natiuité, naissance. ITALIC. *Natiuita, nascimiento.* GERMANIC. Die geburt/vrsprung. HISPANI. *Nascimiento.* ANGL.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ANG. *Birth a growing or ſpringing vp, a riſing.* } *Cicero 1. Offic.* Non nobis ſolùm nati ſumus, ortúſque noſtri partem patria vendicat, partem amici. *Ouid. 13. Metamorphoſ.* Sed neque materno quod ſum generoſior ortu, Nec mihi quod pater eſt, &c. *Cic. 2. de Legib.* Cato ortu Tuſculanus fuit, ciuitate Romanus. [*Ouidius Eleg. 1 lib. 2. Triſt.* Domus vel cénſu parua, vel ortu. (i. nobilitate.)] ¶ Interdum etiam primam illam corporis cæleſtis apparitionem ſupra noſtrum hemiſphærium, Ortum vocamus. *Virgil. Eclog. 9.* Daphni quid antiquos ſignorum ſuſpicis ortus? *Idem 1. Georg.* Nec fruſtra ſignorum obitus ſpeculamur & ortus. ¶ Quin ipſum etiam cæli cardinem, in quo ſol oritur, Ortum appellamus. *Plin. lib. 12. cap. 14.* Saba regio ſpectat ortum ſolis æſtiuum. [Quippe vbi non vnquam Titan ſuper ingerit ortus. *Tibull. lib. 4.* Ibit in occaſum quicquid dicetur ab ortu. *Ouid. Eleg. 9. lib. 4. Triſt.* Poſtque meos ortus (i. à meo natali.) *Ouid. Eleg. vlt. lib. 4. Triſt.*]

ŏrĭundus, a, um, Qui originem ducit ex aliquo loco, in quo non ipſe, ſed parentes, aut maiores eius nati fuerunt. } מולדת *moládh.* ὁ ἀπαφίρων γένος ἀπὸ τόπου. GAL. Venu ou deſcendu de la race ou lignée. ITA. *Che a origine di qualche luogo.* GERMA. Bürtig. HISPAN. *Coſa que trahe origen de alli.* ANGLIC. *Come or deſcended of the race, lynage, or kinred.* } Ortus verò γενικῶς, idem eſt quod natus, ſignificátque locum, non in quo parétes aut maiores noſtri, ſed in quo ipſi ſumus nati. *Liu. 4. bel. Punici*, Nati Carthagine, ſed oriũdi Syracuſis, id eſt à Syracuſis originem trahentes, vnde fuerant parentes. ¶ Inuenitur tamen Oriundus, pro Orto, & cũ præpoſitione & ſine præpoſitione. *Colum. lib. 1.* Nam quemadmodum ſapientis eſt fortuitos caſus, magno animo ſuſtinere: ita dementis eſt ipſum ſibi malam facere fortunam: quod facit, qui nequam vicinum ſuis numis parat, quum à primis cunabulis (ſi modò liberis parentibus eſt oriundus) audiſſe potuerit. ¶ Oriundus aliquando non ſolùm locum, ſèd quandoque perſonam ſignificat. *Liu. 4 bel. Maced.* Oriundus à magno Alexandro. [*Pla. Aul. ſc. 5. a. 3.* Qui habent (opes) meminerint ſe vnde oriundi ſient. *Idem Curcul. ſc. 1. a. 1.* Ex dulci oriundum (cereum ſup.) melliculo.]

ORĪTAE, ὠρῖται. Populi ſunt Indiæ liberi. *Steph. Strab. lib. 25.*

ŏrītēs, ὠρίτης, Gemma eſt globoſa ſpecie, à quibuſdam Siderites appellata, ignem non ſentiens. *Plin. lib. 37. capite 10.*

ŌRĪTHȳA, pen. producta, Ὠρείθυια. *Homero*, Filia fuit Etichthei Athenarũ regis, qui Pandioni in regno ſucceſſit, quam à Borea raptam, & in ventum conuerſam Poetæ fabulantur. } GERMANIC. Ein frauw Boreae welche zu einem wind iſt verwandlet worden. } Verùm, *vt Euſebius autor eſt*, Boreas hanc ſibi in coniugem antea denegatam rapuit: raptam tulit in Thraciam, & ex ea Zeten & Calain ſuſcepit, qui cum Argonautis in Colchos nauigarunt, & Harpyas fugauerunt. *Vide* CALAIS, *Propert. lib. 2.* iam Pandioniæ ceſſet genus Orithyæ. ¶ Hoc etiam nomine dicta eſt Amazonum regina, quæ Marpeſiæ matri ſucceſſit in regno, *Iuſtinus lib. 2.* quam à Borea raptam Poetæ fabulantur, ita dicta, *teſte Erasmo*, quòd in montibus maleſica ſacra ſoleat peragere. Et quamuis ὀρθὸ τῦ ὄρους, deduci putetur, quod per o paruum ſcribitur, tamen propter tot breuium ſyllabarum concurſum o mutatur in ω.

ŏrmĭnum, ſiue potius Horminum, ὄρμινον, *Dioſcoridi*, Herba eſt quam Lani Geminalem, Officinæ *Gallitricum* vocant: nomen habens ab eo quod Venerem extimuler. ¶ Eſt & ſylueſtre Horminon, quod alio nomine *Saluiam agreſtem* herbarij vocant. Attici quoque Corrudam, hoc eſt aſparagum ſylueſtrem, Horminon appellant. *Plin. lib. 20. cap. 10.* Sylueſtrem aſparagum aliqui Corrudam, aliqui Lybicum vocant, Attici Horminum.

ŌRMĔNĬON, ὁρμένιον. *Homero*, Vicus eſt ad ſinum Pagaſæum, ſub monte Pelio. *Vide Strab. l. 9.*

ŏrnāmēntum, *Vide* Orno.

ŌRNĔAE, ὄρνεαι, Vicus fuit ex agro Corinthio, in quo Priapi ſacra magna ſolennitate celebrabantur: vnde Priapus ipſe dictus eſt Orneates. *Autor Strab. l. 8.*

ŌRNĔŪS, nei, pen. prod. ὀρνεύς, Vnus ex Centauris, Ixionis & Nubis filius. *Ouid. 12. Metam.* Fugit & Orneus, Lycabáſque, & ſaucius armo Dexteteriore Medon.

ŌRNĪTHIAE, ὀρνιθίαι. Venti ſunt Septentrionales quotannis ſub initium Veris triginta ferè cõtinuis diebus ſpirantes: ita dicti, *vt credit Budæus*, ab aduentu auium, quòd id temporis hirundines & ciconiæ ad nos tranſuólent. *Colum. l. 11. cap. 2.* Decimo Calendas Martij quum Leo deſinit occidere, venti Septentrionales, qui vocantur Ornithiæ, per dies triginta eſſe ſolent.

ŏrnĭthŏbŏſcĭŏn, Auiarium, locus ad paſcendas aues. } ὀρνιθοβοσκεῖον. GAL. Vn lieu où on paiſt & nourrit les gelines, ou autres oiſeaux, vn genilier ou voliere. ITAL. *Luogo da paſcere galline, ouero vccelli.* GERM. Ein hünerhauß/ Ein hauß in dem man das gefüget zeucht. HI. *El corar donde ſe crian aues.* ANGLIC. *A cage or cauie or any place to keep and feed hennes or other foules in.* } *Var. de Re ruſt. l. 3. c. 9* De his qui ornithoboſcion inſtituere volunt, &c.

ŏrnĭthŏgălum, ὀρνιθόγαλον, Cauliculus eſt, *teſte Dioſc.* ſeſquipedalis, cãdicans, & renuis, tribus aut quatuor mollibus cauliculis in cacumine adnatis, à quibus flores prodeunt foris herbaceis: & intus, quum hiare cœperint, lacteis.

ŏrnĭthon, penultima producta, huius Ornithonis. } ὀρνιθών. GAL. Voliere. IT. *Luoco da nodrirui vccelli.* GER. Ein vogelteffich/ Hunertráţ. HIS. *El coral donde ſe crian aues.* ANG. *A place for birdes.* } Latinè auiarium. Nam ὄρνιθες Græci aues vocant. *Varro 3. de Re ruſt. cap. 3.* Ornithones auiaria ſunt, in quibus ſtabulantur turdi, pauones, & omnes alites quæ intra parietes villæ ſolent paſci.

ŏrnĭthŏtrŏphium, pen. pro ὀρνιθοτροφεῖον. Idem eſt quod Ornithon, locus videlicet in quo aues educantur, qua voce vtitur *Varro lib. 3. de Re ruſt. c. 5.*

ŏrno, as, Colo, decoro, honeſto. } פאר *peér* ערה *ẗadháh* חדר *hadhár* κόσμω, διακοσμέω GALLI. Orner, mettre à point, appareiller, accouſtrer. ITAL. *Ornare, adornare.* GERMANIC. Zieren. HISPANIC. *Atauiar ò aſeitar.* ANGL. *To garnish, to deck, to polish or trimme vp.* } *Terent. in Eunuch.* Age, eamus intrò, nunc iam orna me. [Dormit, ornatur, lauat (excuſantis.) *Plaut. Milit. ſc. 2. a. 2.* Si pulchra eſt, nimis ornatá eſt. *Pla. Moſtell. ſc. 3. a. 1.* Tibi me exorno, ornata es ſatis. *Ibidem.*] *Propert. l. 4 Eleg. 10.* Populus & longis ornabat frondibus ædem. *Idem lib. 3. Eleg. 6.* Ornat at niueas nulláve gemma manus. *Horat. 2. Epiſt. 2.* donis ornatur Honeſtis. *Ci. 1. Tuſc.* Nocturnamque cæli formam vndique ſyderibus ornatam. ¶ Accipitur etiam Ornare pro præparare, aptare, ἑτοιμάζειν. *Pla. in Capt. ſc. 1. a. 4.* Ego ibo, vt conueniam ſenem, dicam vt ſibi penũ aliud ornet. *Ibidem*, Non ornatis vos iſtic apud vos nuptias? Ita *apud Ci.* Ornare & apparare conuiuiũ, *in Verr. 6.* Ornare claſſes, *pro leg. Manil.* Scutis teliſque ornare, *Idem pro Cecinn.* Ornare magiſtratum apparitoribus, ſcribis, librariiſque. *Idem de leg. Agrar.* Muneribus deorum, inſtructi homines & ornati, *De leg. 1.* Reipu. luis præſidiis ornata. *Pro Mur.* Teſtimoniis ornatus clariſſimorum hominum. *De Aruſp.* Beneficiis ornatus, *Famil. 13.* Domicilium ornatum ſignis & picturis, inſtructúmque rebus omnibus, *De Natur. 45.* Celebrare & ornare ſenectutem, *de Senectut.* Ornare aliquem, & ſpoliare. *pro Flacco.* ¶ Item honorare: *Cicero Cæſari*, Neque illius officij certum nomen peto, beneuolentiam tuã & liberalitatem peto neque impedio quominus (ſi tibi ita placuerit) etiam hitce eum ornes gloriæ inſignibus. ¶ Ornare fugam, eſt Parare fugam. *Terent. in Eunuch.* Ita iam ornabat fugam. Ornare munus verbis, eſt laudare, & verbis quodammodo maius facere. *Terentius in Eunucho*, Munus noſtrum ornato verbis quod poteris. ¶ Huius compoſita ſunt Adorno, Exorno, Suborno, *de quibus vide ſuis locis.*

Ornātor, ris, κοσμητής. *Iulius Firmicus Matheſ. l. 3.* Ornatores Deorum, vel fabricatores templorum.

ōrnātŭs, ta, tum, participium ab orno, as, Excultus, decoratus. } מפואר *mephoár* חרור *hadhúr.* κεκοσμημένος. GALLIC. Orné, paré. ITALIC. *Ornato, polito.* GERMANIC. Geziert. HISPANIC. *Atauiado, aſaytado.* ANGLIC. *Garnished, decked or trimmed.* } *Virgilius 3. Georg.* Ipſe caput tonſæ foliis ornatus oliuæ. *Ouid. 11. Metamorphoſ.* -nondum totos ornata capillos. *Feſtus*, Ornatus dicitur qui bonis artibus inſtructus eſt, ſiue qui honores eſt adéptus à populo. *Virgil. 7. Eclog.* hedera creſcentem ornare poetam. *Plaut. in Pœn.* Bono ingenio me eſſe ornatam, quàm auro, multò mauolo. [*Pla. Aulul. ſc. 6. a. 4.* Male perditus, peſſimè perditus eo. Incedit huc ornatus, ſuis virtutibus. *Plaut. Capt. ſc. 3. a. 4.*] *Terentius in Adelph.* Si poſſiderem, ornatus eſſes ex tuis virtutibus. *Cicer. pro Flacc.* Splendidiſſimus, atque ornatiſſimus, ciuitatis ſuæ vir. *Idem pro Quintio*, E fundo ornatiſſimo delectus, gnominiis omnibus appetitus.

ōrnātŭs, tus, Cultus quo quis ornatur, veſtitus, apparatus. } עדי *ẗaddi.* στολὴ, κόσμος, ἀκαρίστημα. GAL. Ornement, parement. ITALIC. *Ornamento.* GERM. Ein gezierd. HISP. *Atauio.* ANGL. *A decking or parelling.* } *Plin. lib. 8. cap. 41.* Neminem hic alium quàm Alexandrum, regio inſtratus ornatu recepit in ſedem: alios paſſim reſiciens. *Plaut. in Caſina*, Quid agis tu maritè mi vir, vnde ornatu hoc Aduenis? *Cicer. 1. Officio.* Declaratur autem ſtudium bellicæ gloriæ, quòd ſtatuas quoque videmus ornatu fere militari. *Idem in Oratore*, Afferunt hæc quaſi lumina magnũ ornatum orationi. [Cum iſtoc ornatu prodire te non pudet? (i. cum hac palla quam mihi ſurripuiſti) *Plaut. Men. ſc. 1. a. 5.* Cum iſtoc ornatu, iſtáque pompa? *Pla. Curc. ſc. 1. a. 1.* Quis iſtic ornatus tuus. *Men. ſc. 1. a. 1.* (de palla) Vide iſte ornatus iàtis me condécet. *Plaut. Pſeud. ſc. 1. a. 4.* Ne ornatum meum admiremini (ſchema) quod ornatus in nouum inceſſi modum. *Plau. Amphit. prol.* Capiam ornatum qui potis decet. *Plaut. Amph.* Ornatu Nauclerico. *Plaut. Aſin. ſc. 1. a. 1.*]

ōrnātŭs, ti. *Ter. in And.* -interea intro ire neminem Video, exire neminem, matronam nullam, in ædibus Nihil ornati, nihil tumulti.

ōrnātē, aduerbium, Rectè, proprie, eleganter, & diſpoſitè. } κοσμίως, κόσμιος, κατάστημα. GAL. Ornement, honeſtemẽt. ITA. *Ornatamente.* GERM. Zierlich. HISP. *Con atauio, ataviadamente.* ANG. *Trimmelie, honeſtlie.* } vt Ornatè dicere, proprium eſt eloquentis, *vt ait Quint. in Proœm. l. 8. Cic. 1. de Finibus*, Res verò bonas verbis electis grauiter ornatéque dictatas quis non legat? *Idem 4. Acad.* Illis ſimilia, ſed opinor explicata vberius & ornatius.

ōrnāmēntum, Ornatus, apparatus, honos, dignitas. } עדי *ẗadhi.* κόσμημα, κόσμος, κατάστημα. GAL. Ornement. ITA. *Ornamento.* GERMANIC. Ein gezierd/ zierung. HISPAN. *El atauio.* ANG. *A garnishing, any thing that ſetteth forth.* } *Varr.* ornamentum ab ore deducit, eamque ob cauſam oſtamentum ab antiquis dictum eſſe ait, *lib. 5. de lingua Latina. Cato de Re ruſt. cap. 10.* Ornamenta bubus ſex. *Cic. Licinio*, Suſcepitque mihi petpetuam propugnationem pro omnibus ornamentis tuis, id eſt honoribus. [*Plautus Moſtell. ſc. 3. a. 1.* Abi tu intrò, atque hæc ornamenta aufer. *Ibidem.* Cedo arculam cum ornamẽtis, ornata vt ſim, quum huc veniat Philolaches. Item Ornamenta quæ locauiſmetuo vt poſſim recipere (loquitur Choragus) *Plaut. Curc. ſc. 1. a. 4.* Eis ornamenta & corium vti concíderent (hiſtrionibus) *Plaut. prol. Amphitr.* Ornamenta mea ad meretrices degerit. *Plaut. Menæch. ſc. 2. a. 5.* Amicam tu meam vendidiſti? B. Valdè. C. Quomodo? B. Sine ornamentis; cum inteſtinis omnibus. *Plau. Pſeud. ſc. 3. a. 1.* Vino, ornamentis, & opſoniis ad lenam ſe inſinuat. *Plaut. Mil. ſc. 1. a. 2.*] ¶ Ponitur etiam pro beneficio quod ornamento alicui eſt & honori. *Cicero ad Cæl.* Quæcunque à me ornamenta in te proficiſcentur elaborabo vt omnes intelligant, &c. ¶ Ornamento eſſe idem eſt quod Decorare, ornare. *Cic. 6. Ver.* Domus erat non domino magis ornamento, quàm ciuitati. *Cic. pro Roſc. Amer.*

ŏrnŭs, } אזן *óren.* Arbor eſt procera, caudice tereti, læui cortice, quam *Colum. lib. de Arboribus cap. 16.* Sylueſtrem fraxinum eſſe dicit. A Gallis, *teſte Ruellio*, vulgò *Freſna tampeſtris* appellatur: ab Italis *Fraſſino ſaluatico*, *orno*: ab Hiſpanis *Quexigo roble*: à Germanis, Hembuchen / oder buchäſchern. Nam orni appellatio pluribus aliis ſtirpibus communis eſt. ANGLIC. *A wilde aſhe with broade leaues.* }

ōro, ras, Precor, peto, contendo, obſecro. } חלה *chilláh* עתר *ẗathár* התפלל *hithpallél.* ἀρεμαι, δέομαι, εὔχομαι. GALL. Prier. ITAL. *Pregare, orare.* GERMANIC. Bitten oder báten. HISPANIC. *Rogar, orar.* ANGLIC. *To pray, to intreate, to beſeek.* } & in hac ſignificatione ſæpe habet duos accuſatiuos. *Terent. in Andrid.* Quod ego per hanc te dextram oro, & genium tuum, perq; tuam fidem te obteſtor, ne abs te hanc ſegreges. *Idem in Eunucho*, Viuum vos oro, vt me in veſtrum gregem recipiatis. Orare, vt *Cicer. pro Quint.* Orat atque ob-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

secrat vt multis iniuriis iactatam atque agitatam æquitatem in hoc tandem loco consistere & confirmari patiamini. *Cicer. Cæsari in epistolis ad Atticum l.9.* Quamobrem à te peto, vel potius omnibus precibus oro & obtestor, vt in tuis maximis curis aliquid impertias temporis huic quoque cogitationi. [Per ipes, pérque Deos oro. *Ouidius 13. Metamorphos.* Ibo, orabo vt pallam reddat. *Plaut. Menæch. sc. 2. a. 4.* Tecum oro & quæso vt ei detur. *Plaut. Curc. sc. 1. a. 3.* Lingua posci, corpus quærit, animus orat. (de meretrice) *Plaut. Asin. sc. 1. a. 3.* Hanc Iube petere atque orare mecum. *Ibid. sc. 3. a. 3.* Optimum atque æquissimum oras. *Plaut. Men. sc. vlt. a. 5.* Æquum oras. *Pla. Men. sc. 2. a. 1.* Ius bonum orat Pleudolus. *Idem Pseud. sc. 5. a. 1.* Iustam rem & facilem esse oratum à vobis volo. *Plaut. Aul. sc. 6. a. 4.*] ¶ Interdum ponitur pro ago, dico, & verba facio: & tunc solo accusatiuo contentum est. *Ter. in Phorm.* Seruum hominem causam orare leges non sinunt. *Plin. 7. cap. 53.* Legatus quoque, qui Rhodiorum causam in Senatu magna cum admiratione orauerat, in limine curiæ protinus expirauit progredi voles. ¶ Cōposita huius verbi sunt, Adoro, Exoro, Debro, & Peroro: *de quibus vide suis locis.*

ōrāns, participium. { מעתיר *meḥathir* מתפלל *mithpallél.* ἀιτούμενος, εὐχόμενος. GAL. Priant, qui prie. ITALI. *Pregante.* GERM. Bittend. HISPAN. *El que ora y roga.* ANG. *Praying that prayeth.* } *Virg. 9. Æneidos*, & sic effatus ad vndam Processit, summóque hausit de gurgite lymphas, Multa deos orans, onerauitque æthera votis. *Idem 4. Æneid.* Talibus orantem dictis, arásque tenentem Audit omnipotens. [*Ouidius 13. Metam.* Victum orantemque refeci.]

ōrātŭs, a, um, aliud participium. { נעתר *neʾetḥár.* δεηθείς. GALLI. Qui a esté prié. ITALIC. *Chi è stato pregato.* GERM. Gebetten. HISP. *Rogado, que es stado rogado.* ANG. *That is prayed.* } *Horat. 1. Epist. 13.* Oratus multa prece nitere porro. *Idem 2. Serm. Satyr. 3.* Quare per dinos oratus vterq; penates, Tu cape ne minuas, &c. [*Plau. Milit. sc. 6. a. 2.* Satin' oratus abiit? (.i. exoratus.) Item iustam rem oratum à vobis volo. *Idem Plau. Aulul. sc. 6. a. 4.*]

ōrātum, ti, Quod orauimus, petitum. { נעתר *neʾtár.* τὸ δεηθέν. GALLIC. Priere, demande. ANG. *Prayer, requeſt.* } *Terent. in Hecyr.* Sed quum orata eius reminiscor, nequeo quin lachrymem miser. *Ibid.* Ne orata nostra nequeat diutius celare.

ōrātŭs, tus, Rogatio, rogatus. { שאלה *ſcheeláh* תפלה *tephilláh.* תחנה *techinnáh. Num.* GAL. Priere. ITAL. *Preghiera.* GERM. Das bitten oder gebätt. HISPANIC. *El ruego.* ANGLIC. *A prayer, requeſt.* } *Cic. pro Flacco*, An etiam scripsit oratu tuo.

ōrātŏr, onis, Omnis locutio. { אמרה *imráh* דברה *dabberáh* דבר *dabár* מליצה *melitsáh.* λόγος, ῥῆσις. GALLIC. Oraison, harangue, langage. ITALIC. *Oratione publico.* GERMA. Ein red HISPANIC. *La oration, lengua, habla.* } *Cicer. in Bruto*, Quanquam omnis locutio oratio est, tamen vnius oratoris locutio hoc proprio signata nomine est. *Idē 2. de Oratore*, Illa quæ à bono poeta dicta est flexanima, atque regina rerum oratio. [Orationis operam compendi face. *Plau. Mostell. sc. 1. a. 1.* Comprimenda mihi vox & oratio. *Plaut. Pseud. sc. 4. a. 1.* Vt facete orationem ad seruitutem contulit. *Plaut. Capt. sc. 2. a. 2.* Ego ob istam orationem (pudicam scilicet) *Plautus Mostell. sc. 3. a. 1.* Opera hûc conducta vestra, non oratio. *Plau. Aul. sc. 3. a. 3.* Orationem tibi para aduersus senem. *Plaut. Pseud. sc. 5. a. 1.* Seruum oportet domitos habere oculos, & manus, orationemque. *Plaut. Milit. sc. 6. a. 2.* Tu tua oratione omnem animum ostendisti tuum. *Plaut. Asin. sc. 1. a. 1.* Vna pars orationis dabitur mihi. (Mox) meam partem loquendi. *Ibidem sc. 1. a. 3.*] ¶ Oratione beneficus dicitur, qui multa promittit verbis. Orationis operā compendi facere, dixit *Plaut. in Mostell. sc. 1. a. 1.* id est paucis agere, paucis verbis dicere. ¶ Orationem sibi parare, est cogitare quid dicturi simus. ¶ Oratio etiam est ipsius oratio, & argumentorum arte dispositorum enumeratio: quæ quidem omni ex parte perfecta est, habétque numeros, figuras, & affectus, quales sunt, Orationes Ciceronis, Demosthenis & aliorum oratorum veterum.

ōrātĭūncŭla, diminutiuum, λογάριον, λεκίδιον. λογίδιον. *Cicer. de Clar. Orat.* Indicant enim oratiunculæ, tum historia quædam Græca, scripta dulcissimè. *Idem 3. de Natura deorum*, De quibus in illa aureola oratiuncula dicit Lælius.

ōrātōrēs, { מליצים *melitsim.* Causarum actores dicti quos Græci ῥήτορας, vocant. GAL. Orateurs. ITALIC. *Oratori.* GERMAN. Redner/fürsprecher. HISP. *Oradores.* ANG. *Orators.* } Quanuis apud Latinos Orator à Rhetore distinguatur, quod Orator sit qui in iudiciis vel concionibus causas agit: Rhetor, qui Rhetoricen profitetur, & docet. ¶ Item Oratores à Latinis vocantur quoque Legati, quod mandata Reipublicæ aut principis oratione peragant. { ציר *tsír.* πρέσβεις, πρεσβευταί. GAL. Ambassadeurs. ITAL. *Ambasciatori.* GERMA. Gesandte botten die mündtlich befelch verrichten. HIS. *Embaxadores.* ANG. *Ambassadours.* } *Vir. lib. 11. Æneid.* Centum oratores prima de gente Latina Ire placet. *Ouid. 13. Metamorph.* Mittor & Iliacas audax orator ad arces. Item quicunque aliquid rogat, Orator dici potest. ¶ Orator sic *à Cicerone* definitur, Orator est vir bonus, dicendi peritus, qui in causis publicis & priuatis plena & perfecta vtitur eloquentia. Canorus & volubilis orator. *Cic. de Claris Oratoribus. Iunen. Satyr. 11.* -te consule, dic tibi quis sis. Orator vehemens, an currius, &c. ¶ Orator etiam dicitur quidam Ciceronis liber, in quo instituitur futurus orator. *Cic. ad Treb. lib. 15.* Oratorem meum (sic enim inscripsi) Sabino tuo commendaui.

ōrātōrĭus, a, um, adiectiuum, Quod ad oratorem pertinet. { ῥητορικός. GA. Appartenant à orateur. ITA. *Pertinente à oratore.* GE. Das zu dem redner gehört. HISP. *Perteneſciente à orador.* ANGLIC. *Belonging to an orator.* } vt Oratoria præcepta. *Cice. 1. de Orat.* Sic illam orationem disertam sibi oratoriam, fortem & virilem, non videri. Ornatus oratorius. *Quin. l. 3. c. 1.* Vrbanitas oratoria. *Idem l. 6. c. 3.*

ōrātōrĭē, aduerb. Oratoris more, ornate & eleganter. { ῥητορικῶς, ῥήτορος δίκην. GAL. En orateur. ITA. *Come ſi conuiene ad oratore.* GERMAN. Dieds nerisch/als einem redner zu stehet. HISPANIC. *Enguiſa de orador.* ANG. *Diſtinctlie and nimmelie lyk an orator.* } *Cic. in Orat.* Nihil est enim aliud Brute, pulchrè & oratorie dicere, nisi optimis sententiis, verbisq; lectissimis dicere.

ōratrīx, *apud Quint. l. 2. c. 15. legitur.*

ORATES, *Plin.* ὀρόατης, *Strabo*ni, Fluuius est Carmaniæ in confinio Persidis, cuius meminerunt *Ptolem. lib. 6. cap. 3. Plin. lib. 6. cap. 23. & Strabo lib. 15.*

ŏrŏbā, ὀροβᾶ. Vrbs est Assyriæ in Mediterraneis. *Ptolem. libro 6. cap. 1.*

ŏrŏbānchē, ὀροβάγχη, Cauliculus est sine foliis, altitudine sesquipedali, subrubens, flore subalbido in luteum vergente. Nomen accepit à strangulatu, quòd eruum, & cicer (nam in hisce leguminibus fere nascitur) circunligando præfocet: vnde etiam à Latinis Eruangina dicitur, vocabulo Græca ad verbum reddita. Quidam etiam Cynomotion, à canini genitalis similitudine appellauerunt. *Vide Plin. libr. 22. ca. 25.*

ŏrŏbătĭs, ὀροβᾶτις. Vrbs mediterranea Persidis. *Ptol. libr. 9. cap. 4.*

ŏrŏbĭă, æ, Thuris genus, minoribus constans guttis, *teste Plin. libr. 12. cap. 14.* ab erui similitudine ita dictum: quanquam in vulgatis Plinij exemplaribus Arabiam corruptè legimus pro Orobia: quod etiam annotauit *Hermolaus.*

ŏrŏbĭtis, ὀροβῖτις, Chrysocollæ factitiæ genus, lutea herba, & alumine scissili tinctum. Rationem conficiendi *vide apud Plin. lib. 31. cap. 5.*

ŏrŏdēs, ὀρόδης, Parthorum rex, à quo Crassus captus fuit & interfectus. *Vide Plutarch. in Crasso.* Est & Orodes Tusci cuiusdam nomen, *apud Virgil. 10. Æneid.* qui Æneæ arma secutus, à Mezentio fuit interfectus.

ŏrŏētes, ὀροίτης, Vir Persa, & Sardium præfectus, qui Polycratem Samiorum tyrannum dolo captum suspendit. Hic postea iussu Darij & opera, astuque Bagæi à Sardibus trucidatus est, *vt scribit Herodot. li. 3.*

ŏrōntēs, ὀρόντης, *teſte Pomp. libr. 2.* fluuij nomen est, qui diuidit Syriam ab Antiochia. Est & nomen montis, inter quem & Orontem fluuium vrbs Antiochia posita est. * Est etiam nomen viri Troiani, qui Troia capta cum Ænea in Italiam nauigans, naufragium fecit, vt scribit *Virg. 1. Æn. Ibidem*, -nunc acris Oronti, Nunc Amyci casum gemit, &c. Hic Oronti, genitiuus est à nominatiuo Orenteus: quemadmodum Achilli & Vlyssi, à nominatiuis Achilleus & Vlysseus. Contrahuntur enim duæ vltimæ in vnam: vt Vlysseus Vlyssei, & per synæresin Vlyssi vel Vlyssi. Sic Oronteus, Orontei & Oronti.

ŏrōnteŭs, a, um, ὀρόντειος. *Propert. lib. 1.* Aut quod Orontea crines perfundere myrrha.

ŏrōntēs, ὀρόντης, Vir Troianus, qui Troia capta cum Ænea in Italiam nauigans naufragium fecit, *vt scribit Virg. lib. 1. Æneï.* Vnam, quæ Lycios, fidúmque vehebat Orontem.

ŏrōpŭs, penult. product. ὄρωπος, *Stephano.* Oppidum in Attica, in confinio Bœotiæ. *Plin. lib. 4. cap. 7.* Est & alia eiusdem nominis ciuitas in Macedonia, patria Seleuci Nicatoris. Item alia in Eubœa, Apollinis templo clarissima, rursus alia in Syria, non procul ab Amphipoli, à Nicatore condita aut certè instaurata, & à nomine patriæ suæ ita appellata. Sunt & aliæ nonnullæ, quæ enumerantur à *Steph.*

Oropygium, *Vide in diction*e VROPYGIVM.

ŏrphānŭs, { יתום *iathóm.* ὀρφανός. GAL. Orfelin. ITALIC. *Orfano.* GER. Ein weiſs/ein vatterlos kind. HISP. *Huerfano.* ANG. *One that is fatherles, an orphelin.* } Qui caret patre, præsidióque paterno. Pupillus, qui caret patre, seu non præsidio paterno, quum tutore iuuetur.

ŏrphănŏtrŏphīum: ὀρφανοτροφεῖον. Locus alendis pupillis paratus. Hinc Orphanotrophos, ὀρφανοτρόφος, Cui pueros parentibus orbatos alendi procuratio commissa est.

ŏrphĕŭs, ὀρφεύς, Poeta seu vates genere Thrax, Call. & Apollinis filius, quem à Mercurio, siue, vt alij habent, à patre Apolline lyram accepisse ferunt, eáque tantum valuisse, vt illius cantu syluas & saxa mouerit, fluuiorum cursum prohibuerit, feráſque mitiores reddiderit. { GER. *Ein Poet auſs Thracia/ein ſon Apollinis/ vnd Calliopeæ/ein auſsbundiger harpffenſchläger.* } Eurydicem vxorem habuit, quæ Aristæum vim sibi inferre volentem fugiens, à serpente occisa est: ob cuius mortem Orpheus maximè contristatus, accepta lyra, ad inferos descendit, vbi suo cantu à Proserpina vxorem Eurydicem recepit. Sed quum eandem nō seruata lege à Proserpina sibi imposita, rursum amisisset, cœlibem vitam agere statuit. quúmque iam multas nuptias reiecisset, aliósque insuper à mulierum consortio deterreret, atque in puerorum amores pelliceret, à Mænadibus inter Bacchi sacrificia iuxta Hebrum fluuium occisus & discerptus est: cuius membra passim per agros sparsa Musæ collegerunt, dederúntque ea sepulturæ: lyra verò & caput in Hebrum deiecta, ad Lesbon insulam delata sunt, caput ab incolis sepulturæ mandatum est, lyra autem in cælum assumpta. *Virgil. Eclog. 3.* Non me carminibus vincet nec Thracius Orpheus, &c. Alij Orpheum Ciconum regem, OEagri (à quo OEagrius appellatur) & Polyhymniæ filium fuisse dicunt, atque cum Argonautis in Colchos nauigasse, ideóque assumptum, quòd iuxta vaticinium Chironis, Sirenes præterire non poterant nisi præsente Orpheo. ¶ Sunt qui duos Orpheos fuisse dicant, quorum alterum Colchos nauigasse perhibent.

ŏrphĕus, phea, pheum, penult. prod. ὀρφεῖος, Denominatiuum, vt Orphea cithara. *Mart. lib. 1.* Quicquid in Orpheo Rhodope spectasse theatro, Dicitur, exhibuit Cæsar arena tibi.

ŏrphăĭcŭs, adiectiuum ab Orpheus, *Macrob. Comment. libr. 12.* Liberum patrem Orphaici τὸν ὀλβέα suspicantur intelligi.

ŏrphŭs, ὄρφος, (*Gaza* vertit Cernuam,) piscis est marinus, litoralis, pagro non dissimilis, cui oculi magni, dentes serrati, pinnæ pagri color ex purpureo rubescens. De *eo Plin. libr. 9. cap. 16.* Muræna & Orphus, conger, percæ & saxatiles omnes.

ŏrphnaĕŭs, ὀρφναῖος, *apud Claud. libr. 1. de Rapt. Proserp.* vnus est ex equis Plutonis, à tenebris nomen habens: Orphnæus crudele micans, Æthónque sagitta Ocyor, & Stygij sublimis gloria Nycteus Armenti, Ditísque nota signatus Alastor.

ŏrrhĕă, ὄρρεα, Oppidum est in occidentali tractu Britanniæ, *teste Ptolem. lib. 2. cap. 3.* Vulgò Neuucaſtel.

ŏrsĭlŏchŭs, ὀρσίλοχος, Filius fuit Idomenei. Hic patrem secutus ad expeditionem Troianam, quum per totum bellum ex voto omnia successissent, in exitu rei ob insolentiam, cum obstaret totis viribus ne ex præda capti Ilij sors debita daretur Vlyssi, ab eo occisus est.

ŏrsŭs, orsa, sum, Orsum, orsi, Orsus, us, nomen verbale. *Vide* Ordior. [Orsalus Hortensius *Catull. in Eleg. ad Ortalum.*]

ŏrthĭum carmen, ὄρθιος νόμος, Genus est modulationis Musicæ, quod Arionem ceciniſſe refert *Herod. lib. 1.* priusquam se in mare præcipitaret: sic fortè dictum, quòd eius carminis numeri quàm altissima & intentissima voce ferrentur. ὄρθιον enim Græci dicunt quod arduum est, &

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

est, & quàm altissimè eleuatum. *Gell.lib.16.cap.19.* Stansque in summæ puppis foro, carmen quod Orthium dicitur, subalti ssima voce cantauit.

ORTHÓCORŸBĀNTĔS, ὀρθοκορυβάντες. Populi sunt Medis & Hyrcanis finitimi, quorum meminit *Herodot.libro 3.*

ōrthŏdoxus, ὀρθόδοξος. GALLIC. Qui a bonne opinion. ITALIC. *Che è buona opinione.* GERMANI. Rechtsinnig/der ein rechte vnd gute meinung hat. HISP. *Hombre de derecha opinion.* ANGLIC. *Of a good opinion.* Homo rectæ opinionis, siue sententiæ aut fidei, δόξα enim gloriam, & existimationem, siue opinionem & sententiam significat.

ōrthŏdŏxĭa, ὀρθοδοξία, Recta opinio.

ōrthŏgōnĭus, pen.prod. ὀρθόγωνος, Rectus angulus, qui ex vtraque parte æqualis est.

ōrthŏgōnĭŭs, adiect. quod rectis angulis constat, & omnium partium æqualitatem habet. *Colum. libro 5.cap.2.* Orthogonius ager.

ōrthŏgrăphĭă, ὀρθογραφία, Recta scriptura, vel pictura. *Quintilian.lib.1. cap.7.* Quod Græci orthographiam vocant, nos Recte scribendi scientiam nominamus. *Suet. in August.ca.88.* Orthographiam definit formulam rationémque scribendi à Grammaticis institutam.]

ōrthŏmăstĭcă, Poma dicuntur, ab effigie mammarum. *Plinius libro 15. cap.14.*

ōrthŏminum, (*inquit Calepinus Perottum secutus.*) Est lini genus quod fit e panicula palustris arundinis. Sed vterque lapsus est vitio corrupti exemplaris. Nam *apud Plinium lib.19.cap.1.* (ex quo loco Perottus ea quæ de lini generibus conscripsit, est mutuatus,) legitur Orchomenium linum. Quod ideo admonere visum est, ne quid temere videamur reticuisse.

ōrthŏēpĕĭă, ὀρθοέπεια. Est recta locutio, & emẽdata cum vocis suauitate prolatio. Apud Græcos enim, ὀρθοεπῶ, est rectè & proprie loquor.

ōrthŏpnœă. *Vide* Orthopnoici.

ōrthŏpnōĭci, ὀρθοπνοϊκοί. ANGLIC. *Pursey.* Asthmatici dicuntur, qui eam anhelitus difficultatem habent, vt nisi recta cervice stent, spirare non possint. ¶ Orthopnœa, ὀρθόπνοια, Ipsa morbi affectio. ὀρθὸν enim rectum, πνέω spiro. Est enim circa fauces malum, quod apud Græcos aliud atque aliud nomen habet, prout se magis, minúsque intendit: omne tamen in spirandi difficultate consistit. Sic difficultas hæc dum modica est, δύσπνοια Græcè dicitur: quum vehementior, & spirare æger sine anhelatione non potest, ἄσθμα vocatur: quum accessit id quoque, vt spirare non possit, nisi recta cervice spiritus trahatur, ὀρθόπνοια appellatur. Ab his Dispnoici, Asthmatici, Orthopnoicià Latinis verò vno vocabulo, Suspiriosi dicuntur, *Vide Cel.li.4.c.4.*

ŏrthŏsĭă, ὀρθοσία, Oppidum est in ea parte Syriæ qui Libano monti subiacet: *cuius meminit Plin.lib.5.cap.20.*

orthōstătæ, *Vitru.libro 2. cap.8. & libro 10.cap.17.* postes vocat ianuæ, eò quod arrecti stent, non iaceãt transuersi, quemadmodum limina. *Alibi cap.16.* Arrectaria tigna vocat, *teste Budæo.*

ŏrthrăgŏrĭscus, ὀρθραγοριϊσκος, Latinè Aper, siue porcus, piscis in Aura fluuio Laconiæ, qui vocalis esse perhibetur, *Vide Plin.lib.32.c.2.* Sed & porcelli lactantes, & adhuc subgrumi, ita nominantur apud Lacedæmones, *inquit Athenæus.* Διὸ τὸ ὄρθρα καὶ ἀγορεύεσθαι, quoniam matutinis temporibus venales circunferantur.

ŏrtōn, ὄρτων, *Ptol.libro 3.capite 1.* Pelignorum vrbs, hodie Ortona.

ŏrtŏplă, ὄρτοπλα, Liburniæ vrbs. *Ptolemæus lib.2. capite 15.* Ortopula hodie.

ŏrtŭs, a um, *vide in verbo* Orior.

ōrtŭs, ti, & quæ ab eo deducuntur, *vide in dictione* Hortus.

ŏrtўgĭă, ὀρτυγία, ὄρτυξ. ¶ GERM. Ein Insel deß Aegeischen meers/so sonst Delus genant wirt. Insula in mari Ægeo, omnium Cycladum clarissima, Apollonis alumna, templo & mercatu nobilis. Dicta Ortygia, quia in ea primò visæ sunt coturnices, quas Græci ὄρτυγας vocant: nos à sono vocis *Quales* dicimus. Alij vt Nicander, ab Ortygia oppido dictam putant. *Virgil.3.Æneid.* Linquimus Ortygiæ portum. Hæc etiam dicta est Delos (vt docet Aristoteles) quòd quum antea sub aquis mersa esset, subitò apparuerit: nam δηλόω, Ostendo significat. [Ortygiam diuersam à Delo, videntur facere *Orpheus & Homerus*, neque in eadem natos Appollinem & Dianam asserere. *Orphei verba sunt hæc.* Τετραμένη φοίβόν τε καὶ ἄρτεμιν ἐκέφηεν τὸν μὲν ἐν ὀρτυγίῃ τὴν δὲ κραναὴν ἐπὶ δήλῳ. *Homer. autem* Χαῖρε μακαιρὸ λητοῖ, ὅτοι τοι τέκες ἄγλαὰ παίδε τ' ἄνακτα καὶ ἄρτεμιν ἰοχέαιραν.] Ab aliquibus præterea Pyrpile nominatur, ab igne ibi primùm repertо: ab aliis Cynthia, ab aliis Asteria, ab aliis Cynæthus. De Delo terræmotu concussa *vide Thucydidem libro 2.* ¶Est alia Ortygiæ, nomine insula in Sicilia, Syracusarum pars, reliquæ vrbi ponte coniuncta, quæ fontem habet Arethusam. Hæc ex opposito Plemmyrij Sicilij amnis sita est: *de qua Virgil. libr.3.* Sicanio prætenta sinu iacet insula contra Plemmyrij vndosum, nomen dixere priores Ortygiam, Alpheum fama est huc Elidis amnem Occultas egisse via subter mare, quæ nunc Ore Arethusa tuo, Siculis confunditur vndis.

ŏrtўgŏmĕtră, pen.prod. ὀρτυγομήτρα. Rex conturnicum est, maior aliquanto & nigrior quàm coturnices. Dictio est composita ἀπὸ τῆς ὀρτυγος, καὶ μήτρας, quasi Conturnicum matrix.

ŏrtyx, gis. שלו *schelav.* ὄρτυξ. GAL. Vne caille. ITALIC. *Coturnice.* GERM. Ein wachtel. HISPANIC. *Codornix.* ANGL. A *quaile.* Auis quæ Latinè Coturnix, & Vulgò *Qualea* dicitur. Vide ea quæ annotauimus in dictione Coturnix. ¶ Est præterea Ortyx herbæ cuiusdam nomen, quæ à nonnullis Plantago vocatur. *Plin.21.cap.17.*

ŏrўx, ὄρυξ, Animal est in Getulia nascens, bisulcum & vnicorne, alioqui caprænon dissimile, pilum habens, contra aliorum animalium naturã ad caput versum. Sub ortum Caniculæ, tanquam eius syderis aduentum præsentiens, fixis oculis eam plagam cæli intuetur, vbi primum signum hoc exoritur: eóque conspecto sternutat, & veluti venerabundus adorat. *Autor Plinius libro 2.cap.40. & libro 8.cap.53. Columell.libro 53.* Feræ pecudes vt capreoli damæque nec minus origum, ceruorúmque genera & aprorum, modò lautitiis & voluptatibus dominorum seruiunt, modò quæstui ac reditibus. [*Martial. Epigr. 95.li.13.*]

ŏrўzā. ὄρυζα [GALLIC. Du Ris.] ANG. *Rise.* *Dioscoridi*, Frugis genus est in locis palustribus, & vligino sis maximè prouenies, folia habens carnosa, porro similia, sed latiora: florem autem purpureum. Semen non in spicis, quemadmodum frumenta, sed in paniculis gignit, aut iubis, more milij aut panici. Oryzæ in Italia maxima est copia, *teste Plinio*, vbi ex ea ptisana fiebat, quam reliqui mortales ex hordeo conficiebant. *Theophrastus* Oryzon vocat, testatúrque sua ætate peregrinum fuisse semen, & non ita pridem ex India allatum. Galli abiecta prima litera sua lingua vocant *Rizum*, Du Ris.

O ante S.

OS. In notis antiquorum. Omnes. OS. C. Omnes conciliant.

ōs, oris, Proprie concauum illud intra quod lingua & dentes concluduntur. פה *peh.* στόμα. GALLIC. Bouche, le viaire, ou visage. ITAL. *Bocca, faccia.* GERM. Der mund oder das maul. HISPA. *La boca, el rostro, la cara.* ANGL. *The mouth or contenance of man.* *Plin.libro 11 cap.37.* Continui dentes, aut vtraque parte oris sunt, vt equo, aut superiore primores non sunt vt bobus, ouibus. [Os amarum habeo (fame.) *Plaut.Curc.sc. 3.a.2.* Os opprime. i. claude & contine. *& Ajax.sc.2.a.3.* Qui tu malum in os mihi irructas, *Plaut.Pseud.sc.2.a.5.* Séque celebrare quolibet ore sinit Iupiter. *Ouid.Eleg.4. lib.4. Trist.* Concipiámque bonas ore fauente preces. *Ouid.Eleg.13.lib.3.* Facimus ei conuicia non ore nostro tantum, sed & publico. *Senec.cap. 16. de Consol. ad Polyb.* Os columnatum poetæ esse inaudiui barbato. *Plaut.Mili.sc. 3.a. 2.* Pugnis vetas me in huius ore quicquam ponere. Ore tenus ferre. *Gell.cap.8. libro 17.* Siccine os mihi oblitum est? *Plaut.Curc.sc.4.a.4.* (Alias sublitum est, *Vide* Sublino, & Oblino, *supra.*) Hisce in ore sementem faciam, pugnósque obseram. *Pla.Menæch.sc.7.a.5.* Acutis oculis, ore rubicundo. *Plaut.Pseud.sc.7.a.4* Os ducere exquisitis modis (de inepto gestu) *Fabius Quintilian.*] ¶ Quandoque pro facie scriptores vruntur. *Cicero in Catil.4.* Vide P.C. In me omnium vestrũm ora, atque oculos esse conuersos. *Idem pro Milon.* Rumorem (timemus) fabulã fictã, falsum perhorrescimus, ora omnium atque oculos intuemur. *Et in Verr.3.* Qui tam nefariis criminibus, tam multis testibus euictus, ita iudicem aspicere aut os suum Populo Romano ostendere auderet. *Virgi. 1.Æneid.* Os humerósque deo similis. *Ouid.lib.1.Metamorph.* Pronáque quum spectent animãtia cætera terram, Os homini sublime dedit, cælúmque tueri. [In ore atque oculis eius Lucas expugnata est. *Velleius. Pla.Menæc.sc.7.a.5.* Nimis bene ora cõmentaui. (i. pugnis quasi multa commentatione ieruorum faciem interpolaui ac finxi denuò. *Idem Capt.sc.4.a.3.* Os denasabit tibi. GAL. Il vous ostera le nez.] ¶ Nonnunquam etiam de brutis dicitur. *Virgi.12.Æneid.* Ora citatorum dextra detorsit equorum. [Per os Elephanti brachium transmitteres. *Plautus Milit.sc.1.a.1.* Item edere mugitus & bouis ore queri (in Tauro æneo.) *Ouid.Eleg.1.lib.5.Trist.*] ¶ Neque solum de facie dicitur, sed etiam ad alia transfertur. *Idem 3.Georg.* Quam si quis ferro potuit rescindere summum Vlceris os. In hac autem significatione Os producitur, quum Os oris, corripiatur: & habet omnes casus plurales præter genitiuum Orium. *Virgil.lib.8.* Componens manibúsque manus, atque oribus ora. * Os pro sermone. *Plinius de Viris Illustribus:* Mithridates rex Ponti, oriundus à septem Persis, magna vi animi & corporis, vt sex iuges equos regeret, duarum & viginti gentium ore loqueretur. [Ore cæleſti. *Cicero. Velleius.* Et Os cælestissimum. Blandique Propertius oris. *Ouid.Eleg.11.lib.5.Trist.* ¶Item, Ora pro ostiis. Vorticibus densis Tibridis ora tenent. (i. ostia) *Ouid. 6. Fast.* Miscetur vasto multa per ora freto Ister. *Ouid. Eleg. 10.libro 3. Fastor.*] ¶ Vno ore, pro Vno consẽtu. *Terent.in Phorm.* -nam cæteri quidem hercle amici omnes modò Vno ore authores fuere, vt præcipitem hanc daret. ¶ Accipitur aliquando Os pro impudentia, vel temeritate. *Cic.6.Verrin.* Os hominis, insignemque impudentiam cognoscite. *Idem 2.de Orato.* Quod tandem os est illius patroni qui ad causas sine vlla scientia iuris audet accedere? [Præduri oris homines. *Quintil.* Et, *Liu.lib.2.bell.pun.* Duri oris esse.] ¶ Nonnunquam etiam pro præsentia & conspectu. *Tacitus lib.19.* In conspectum Iulianus L. Vitellium perductus, verberibus fœdatus, in ore eius iugulatur. *Sallust.in Iugurth.* Incedunt per ora vestra magnificè. ¶Ponitur etiam aliquando pro fauore & beneuolentia *Persius Satyr.1.* An erit qui velle recusẽt Os populi meruisse & cedro digna locutus? ¶Huius nominis derivata sunt O.culor, Ostium, Osculum, Orèa, Omen, Orificium, & nonnulla alia, *de quibus suis locis.*

ōscŭlum, culi, diminutiuum, Parum os. στόμιον. GAL. Petite bouche, bouchette. ITALIC. *Bochira.* GERMA. Ein meulin oder mündle. HISP. *Columpio ò rostro pequenno.* ANG. *A litle mouth.* Quod est contra Priscianum qui vult osculum non tenere significatum primitiui. *Ouid.lib. 1.Metamorpho.* videt igne micantes Sideribus similes oculos: videt oscula, quæ non Est videsse satis. *Mar.lib. 11.* Ipsáque crudeles ederunt oscula morbi. ¶Ponitur etiam Osculum pro Basio: quoniam basiando os coarctamus, atque minuimus, & quasi ex ore osculum facimus. נשיקת *neschikáh.* φίλημα. GAL. Vn baiser. ITA. *Bascio.* GER. Ein kuß. HISPA. *Beso.* ANGLIC. *A kisse.* *Cicero ad Atticum*, Atque vtinam continuò ad complexum meæ Tulliæ, & ad osculum Atticæ possem currere. [Et manum prehendi & osculum tetuli tibi. (de salutatione) *Plaut. Amphitr.bis.* Iam non placet illud principium de osculo, *Ibidem.* Oscúli muliebris oblati cognatis mos, vnde *Plutarc, in Romul.* Et quasi discedens oscula summa dedi. *Ouid.Eleg.13.lib.1.Trist.* Et singultatis oscula mista sonis excepi. *Idem Eleg.5.libro 3.Trist.* (Ita Aldus legit Singultatis, non singultantis, vt vulgò.)] *Donatus ita distinguit hæc tria*, Osculum, Basium, & Suauium: vt Osculum officij sit, vt quum è longinquo redeuntes salutamus, atque osculamur: Basium pudicorum, vt patris in filium: Suauium voluptatis, à suauitate dictum. Quod tamen discrimen neque *Catullus* agnouit neque alij Latinæ linguæ autores locupletes. [Per Ius oscúli & blanditiarum *Sueton. in Claud.cap.26.* Et, Oscula prohibita à Tiberio. *Idem Suet.in Tiber.cap.54.*]

ōscĭllum, cilli, diminutiuũ, à diminutiuo Osculum, pro paruo ore, sicut à tantulo Tantillum. στομίον, στόμιον. GAL. Petite bouchette. ITALI. *Bocchina.* GERMAN. Eines kleines meule. HISPAN. *Columpio, ò boca pequenna.* ANGLICAN. *A litle mouth.* *Columel.lib.2. cap 19.* Reliquum quod supereſt seminis, in rabulatum quo fumus perueniat, optime reponas: quoniam si humor inuasit, vermes gignit, qui simulatq; oscilla lupinorum ederunt, reliqua pars enasci nõ potest. ¶ Oscilla ité, Sigil-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

la ſunt, & paruæ imagũculæ quæ arte fictili fingebãtur,& venales proponebantur, quibus homines pro ſe, atque ſuis, Dijs patrijs & Saturno piacula faciebant, *vt inquit Macrob.lib.1.cap.5.* ἀγαλμάτια. *Virgil. libr.2. Georg.* Oſcilla ex alta ſuſpendunt mollia pinu. Et hic ab Oſculum fit, quum ſignificat faciem paruam, vel totam ſpeciem.

ōſcĭllo, las, Oſcillorum ludum exerceo,oſcilla moueo,vel in altum proiicio.Dicta autem ſunt oſcilla, *teſte Feſto*, quod os celant, id eſt inclinent, præcipitiáque in os ferantur. Oſcillantes ait Cornificius ab eo dictos, quòd os celare ſoliti ſunt propter verecundiam, qui eo luſus genere vtebantur. Cauſa autem eius iactationis proditur Latinus rex, quòd prælio quod ei aduerſus Mezentium Ceritum regem fuit, nuſquam apparuerit, iudicatúſque ſit Iupiter Latialis factus eſſe. Itaque per ſex eos dies feriatos liberos ſeruóſque requirere eum non ſolum in terris, verumetiam qua cælum videretur poſſe adiri per oſcillationem. Hæc ille. *Seruius* putat eſſe compoſitum ab Os, & Cilleo, les: quod in hoc ludi genere cillerentur, id eſt mouerentur ora. Nam Cillere, mouere eſt. *Plaut.in Amphitr.* Næ illi ædepol,ſi merito meo referre ſtudeant gratias,aliquem hominem allegent,qui mihi aduenienti os oſcillet probè.id eſt os moueat,probè ipſum pugnis percutiendo.

ōſcŭlŏr, aris, Oſculum do. { נשק *naſchák.* φιλέω GA. Baiſer. ITA. *Baſciare.* GERMAN. Küſſen/ein kuß oder ſchmutz geben. HISP. *Beſar.* ANG. *To kiſſe.*} *Cicer.Appio Pulchro lib.3.* Complexus igitur ſum cogitatione te abſentem, epiſtolam verò oſculatus. Filium mater oſculata eſt. *Cicero pro Muræna.* Amplecti,in manibus habere, fauere, oſculari aliquem, *Cicer.Lentulo lib.1.* [Eam ſe vidiſſe cum alieno oſculari.*Plaut. Milit.ſc. 2. a.2. (bis.)* Oſculando ego vlciſcar potiſſimum. *Plaut. Aſin. ſc.2.a.5.* Nauteam bibere malim, ſi neceſſum ſit, quam vxorem oſculari. *Plaut. Aſin.ſc.2. a. 5.* Amandóne exorarier te vis an oſculando? *Plaut.Aſin.ſc. 3. a. 3.* Niſi ſi eſt oſculando impudicior. *Plaut. Curcul.ſc. 1. a.1.* Vidit eos oſculantes. *Plaut.Milit. ſc.2. a.2. bis.* ¶ Oſculandi manum mos. *Plutarch.in Caton.Vticen. Et Senec.Epiſt.119. Item Sueton.in Tib.cap.72.& in Calig.ca.56.*]

ōſcŭlātĭo, onis, Verbale. { נשיקה *neſchikáh.* φίλημα. GALLI. Baiſement. ITAL. *Baſciamento.* GERM. Küſſung. HISPA.*Beſamiento.* ANG. *A kiſſing.*} *Cicer.pro Cæl.* Non flagrantia oculorum,non libertate ſermonis, ſed etiam complexu,oſculatione &c. *Catull.ad Iuuent.* Num ſi denſior aridis ariſtis, Sit noſtræ ſeges oſculationis.

ŏs, oſſis, Significat ſolidamentum illud corporis quod neruis alligauit natura. { עצם *hétſem.* ὀστοῦν. GALL.Vn os. ITAL.*Oſſa.* GERM. Ein bein. HISPANIC. *Hueſſo.* ANGL. *A bone.*} *Cicer 2.de Natur deor.* Quid dicam de oſſibus, quæ ſubiecta corporis mirabiles commiſſuras habent, & ad ſtabilitatem aptas, & ad artus motum & ad omnem corporis actionem? *Virg.5.Ænei.* Ex quo reliquias,diuinique oſſa parentis Condidimus terra, mœſtaſque ſacrauimus aras. *Idem 1. Georg.* Grandiaque effoſſis mirabitur oſſa ſepulchris. *Ouid. Epiſt. 3.* Concutit oſſa metus [Venire ad oſſa cœnæ. *Mart. Epig.45. lib.5.* Oſſe fini dedolabo. *Plaut. Menæc.ſc.2. a. 5.* (.i. oſſe tenus.) Oſſa in piſcibus. Vide Exoſſare. Oſſa è vulneribus lecta. *Quintil.* Oſſa viuis legunt medici. *Senec. cap. 22. de Conſ. ad Mart.* Vixque oſſa tegit macies.*Ouid.Eleg.3.libr.3 Triſt.* Membra, oſſa comminuam. *Plautus Men.ſc.2.a.5.* Natonis molliter oſſa cubent. *Ouid.Eleg.3.li.3.Triſt.* Et menſas oſſáque nuda videt. *Ouid.1. Faſt.* Oſſa atque pellis ſum, miſera macritudine. *Plaut. Capt. ſc.2. a.1.* Feſſa iactati corporis oſſa dolent. *Ouid.Eleg.3.libr.4.Triſt.* Oſſa atque pellis totus eſt, ita cura macet.*Plaut. Aul.ſc.3.a.2.* ¶ Oſſa etiam vocãtur Lapilli illi qui in prunis,dactylis, ceraſis,ſimilibúſque fructibus medium tenent locum. *Sueton. in Claud. cap. 9.* Quoties poſt cibum obdormiſceret, (quòd ei ferè accidebat) olearum, ac palmularum oſſibus inceſſebatur. ¶Ab os fit compoſitum Exos,quod oſſibus caret,ἄνοστος. *Vide ſuo loco.*

ōſſum, oſſi, antiquo more dicebatur pro Os, oſſis. *Terent. in Eunuch.* Viden' Oſſum & cibus quid faciebat alienus? Ita enim *Petrus Bembus* ex libro manuſcripto legit, quum malè in aliis otium legeretur. Confirmat hanc lectionem *Gell.lib. 33.* Caluariæque eius, inquit, ipſum oſſum expurgauerunt inauruerúntque. *Soſip.libro 1.*

ōſſĭcŭlum, li, diminutiuum, ab Os oſſis, { ὀστέον. GAL. Oſſelet, petit os. ITALIC. *Oſſetto.* GERMA.Ein beintin. HIS.*Hueſſo pequenno.*ANG. A *litle bone.*} *Gell. libr. 6. cap. 1.* Ratio ſubtilior, & vtilitas ipſa operis poſtulauit, vt tenuiſſimis minutiſſimíſque oſſiculis caput compingeret. *Plaut.lib.11.cap.37.* Omnium cerebro medio inſunt oſſicula parua.

ōſſĭcŭlātĭm, aduerbium, ſignificat minutatim. { κατὰμικρόν. GALLI. Par le menu, d'os en os. ITALIC. *Minutamente.* GERMANI. Stucklechtig/ HISPANI. *Hueſſo à hueſſo.* ANG. *Frome bone to bone, by litle and litle.*} Cæcil. *in Fallacia,* Oſſiculatim Parmenonem de via liceat legam.

ōſſĕŭs, ſea, ſeum, Quod ex oſſibus eſt. { ὀστίνος, ὀστάδης. GAL. D'os. ITA. *D'oſſo.* GERMANI. Beinin. HIS. *Coſa de materia de hueſſo.* ANG. *Of bones.*} *Vnde Plin.lib 36.cap 18.*Scribit inueniri lapides oſſeos. *Colum.lib. 5.cap.11.* Deinde cuneum tenuem, ferreum vel oſſeum, inter corticem & materiam ne minus digitos tres, ſed conſiderate demittito. *Ouid.in Ibin,* Inſequar & vultus oſſea forma tuos. ¶ Genitalia oſſea. *Plin. lib. 11.cap.49.* ¶ Lapis oſſeus. *Idem libr.36.cap.18.* ¶ Oſſeum lignum.*Idem lib 13.cap.4.* ¶ Manus oſſea Mauri, *Iuuen,Satyr.5.*

ōſſĭfrăgŭs, adiect vnde oſſifraga, penultim. prod. Genus aquilæ ab oſſibus frangendis. φλὼν. *Vide Plin.lib.10.cap.3.& lib.30.cap.7.*

ōſſĭlĕgium, gij, Oſſium collectio. ὀστολογία.

ōſſĭlĕgŭs, pen. corr. Oſſium collector. ὀστολόγος.

ōſſŭārĭă, Appellatur locus in quo defunctorum oſſa reponuntur. { ὀστοθήκη. GAL. Charnier, lieu où on met les os des morts. ITA. *Luogo dove ſi repongono l'oſſa de morti.* GERM. Beinheuſlin. HISP. *Lugar donde eſta los hueſſos de los muertos.* ANGLIC. *Aſhrine or lik thing where bones arkeept, à chanell houſe.*} *Vlpian. in l. 2. de Sepulch. viol.* Celſus ſcribit ſtatuam ſic eſſe monumenti, vt oſſuariam.

ōs lĕōnĭs, Genus herbæ florem faciens purpureum. *Colum.* Narciſſíque comas & hiantis fœua leonis Ora feri.

ōs că, ὄσκα. Oppidum eſt Hiſpaniæ Tarraconenſis, in tractu Ilergetum. *Autor Ptolem.lib.2.cap.6.*

ōſcĕdo, *Vide* Oſcito.

ōs cĕlă, ὄσκελα, Lepontiorum oppidum in Alpibus Cottiis, *Autore Ptol. lib.3.cap.1.*

ōſchĕum, ὄχεον, Latini ſcrotum dicunt, id eſt teſtium receptaculum. Nam *Cel,us,* vbi de morbis tractat, qui in naturalibus circa teſticulos oriri ſolent,Sinus(*inquit*) qui conſpicitur à nobis,ὄχεον à Græcis dicitur,noſtri ſcrotum vocant.

ōs cī, ὄσκοι, Italiæ populi qui tractum maritimum Campaniæ tenuerunt, ab oris fœditate ita dicti. Vnde Obſcœna verba dicta (vt quibuſdam placet) quaſi Oſcena.

ōſcŭs, a, um, adiect. *Cicero Mario libro 7.* Non enim te puto Græcos, aut Oſcos ludos deſideraſſe: præſertim quum Oſcos ludos vel in Senatu noſtro ſpectare poſſis. *Horat. 1.Serm.Sat.5.* Meſſi clarum genus Oſci Tellus Oſcea. *Propert.libro 4.Eleg.2.*

ōſcŭlum, Oſcillo, *Vide* Oſculum *in* os, oris.

ŏſcĭn, is, vel Oſcinis ab ore & canendo. Auis eſt, *teſte Varrone,* auſpiciũ ore faciens, οἰωνός. *Horat.libro 3. Carm.* Oſcinem cornum precor ſuſcirabo Solis ab Ortu. *Plin.lib.10.capite 19.* Omnes aues quę canunt, oſcines dici exiſtimat,diſtinguítque oſcinem ab alite cantu:& contra, alitem ab oſcine magnitudine.Nunc,*inquit*, de ſecundo ordine dicamus,qui in duas diuiditur ſpecies,oſcines & alites,illarum generi cantus oris,his magnitudo differentiam dedit.

ōſcĭnum, Augurium auium, οἰωνοσκοπία. *Cicero 2.de Legib.* Fulgura atque ſcinia pianto.

ōſcĭtō, as, penult.corr.ex Os, & Cito, præpriè ſignificat Os commouere, & os totum aperio,vt fit præ ſomno aut tædio. { פער פה *paẽár peh* זוהר *zorér.* χασμάομαι. GALLIC.Baailler. ITAL.*Sbadagliare.* GER. Gehnen/oder geuwen. HISP. *Boceza.* ANGLI. *To gape and yaune.* } Quod cùm toto corpore fit,pandiculari vocatur σκορδινᾶσθαι. *Gell.libro 4.cap. 20.* Et in iure ſtans clare nimis & ſonore oſcitauit. *Luer. libro 3.* Oſcitat exemplo tetigit cum limina villæ [Inter libros oſcitare. *Senec. cap.9.de Tranquil.* Item,Illi qui marcent & oſcitant. *Senec. cap. 1. de Tranquil.* Admone iſtum ne tam improbè oſcitet. (de eo qui in facienda inſpuerat.) *Senec. cap. 13.de Conſol.ad Heluiam.*] ¶ Pro aperire eſt vius translate *Plinius 16.cap.24.*Sed omnium folia quotidie ad ſolem oſcitant,&c.

ōſcĭtans, participp.quod aliquando in nomen migrat, ſignificátque otioſum & negligentem, { פער פה *poʼer peh* מזורר *mozorér.* ῥᾳθυμος. GALLIC. Baaillant,negligent. ITA. *Sbadacchiante, negligente.* GERM. Liederlich/vnſorgſam. HISPANIC. *El que boceza, negligente.* ANGLIC. *Gaping and yyauning.* } *Cicer. 1. de Nat. deor.* Quæ Epicurus oſcitans hallucinatus eſt. *Idem 2.de Orator.* Et iſtam oſcitantem & dormientem ſapientiam Scæuolarum, & cæterorum beatorum otio concedamus. [Ille oſcitans & hallucinanti ſimilis. *Gell. capite 17. libro 7.*]

ōſcĭtātĭo, verbale. Oſcitandi actus. { ὁ χάσμη, τὸ χάσμημα. GALLIC. Baaillement. ITAL. *Sbadacchiamento, negligenza.* GERMA. Das geynen oder geuwung. HISPANIC. *Bocezamiento,bocezo,deſcuido.*ANG. *A gaping or yauning.*} *Plin.lib.7.cap.6.* Oſcitatio quidem in eminxu lethalis eſt. ¶ Aliquando tamen pro otio & animi ſecuritate accipitur, quæ ῥᾳθυμία à Græcis dicitur. * Oſcitationes alicuius, pro libellis oſcitanter ab aliquo ſcriptis. *Statius 4.Syln.* Sed Bruti ſenis oſcitationes, De capſa miſeri libellionis Emptum plus minus aſſe Cano Donas.

ōſcĭtor, deponens. *Autor ad Heron.* Quum etiam maiores calamitates impendére videantur,ſedetis & oſcitamini. [*Plaut.Menæch.ſc.2.a5.* Vt pandiculans oſcitatur.]

ōſcĭtānter, Negligenter, ſecurè. { ῥᾳθύμως. GAL.Negligemment. ITALIC. *Negligentemente.* GERMAN. Schläfferich/liederlich. HISP. *Negligentemente.* ANGLI. *Slouthfullie, careleslie.*} *Cice.de Clar.Orat.* Tam ſolutè egiſſet, tam leuiter, tam oſcitanter & oſcitabunde.

ōſcĕdo, pen.prod.inis. Vitium ſæpius oſcitandi. { χάσμη, τὸ χασμᾶσθαι. GAL. Baaillement. ITA. *Sbadagliamento.* GERMAN. Geuſucht/das anlaſſer deiner ſtäte muß geuwet haben. HISP. *Bocezo.* ANGLIC. *A gaping and yauning often.* } *Gell. lib.4.cap.20* Deliberatum de nota eius, qui ad Cenſores,ab amico aduocatus eſt,& in iure ſtans, clarè nimis & ſonorè oſcitauit, atque mihi prope vt plecteretur fuit, tanquam illud indicium vagi animi foret,& hallucinantis,& fluxæ atque apertæ ſecuritatis.Sed quum ille deieraſſet,inuitiſſimum ſeſe, & repugnantem oſcitatione victum,tenerique eo vitio, quod oſcedo appellatur, tum notæ iam deſtinatæ exemptus eſt.*Serenus.* Hinc oſcedo fugit, linguæ quoque vulnera cedunt.

ō sī, aduerb.optandi. εἴθε. *Perſius,* O ſi ſub raſtro crepet argenti mihi ſena dextro Hercule.*Reliqua vide in dictione* O.

ŏ sīrĭs, penult. product. Oſiris,vel Oſiridis, ὄσιρις. Fuit Iouis filius, ex Niobe Phoronei filia, ſucceſitque Phoroneo in regnum Argiuorum. Poſtea tamen Ægialeum fratrem præfecit regno Achaiæ, & ad Ægyptios transfretauit gloriæ cupiditate. Quos quum ſubegiſſet, Iſidem (quæ & Io vocabatur) Inachi primi regis Argiuorum filiam duxit vxorem. Vbi, quum illa literas, Oſiris varias artes Ægyptios docuiſſet, vterque diuinos honores meruerunt. Tandem à Sityphone Ægyptio, vel (*vt Seruius ait*) à Typhone fratre clàm occiſus, ab Iſide diu quæſitus eſt. Tandem apud phialam iuxta Syenem laceratus repertus eſt, curauitque eum Iſis ſepeliendum in Abato inſula eius paludis quæ Memphi proxima eſt: quam etiam Stygem,id eſt mœrorem appellauit: nec niſi ſacerdotes, certis diebus, eóque mitratos eò accedere voluit. Sed quum apparuiſſet Ægyptiis deinde bos quidam,Oſirim putarunt, adorauerúntque vt Deum, & vocauerunt Apim,id eſt,bouem,eorum lingua. Deinde dictus eſt Serapis. { GERMAN. Ein gott der Aegyptier vnder der geſtalt eines Ochſſen.} *Tibullus lib.1.Eleg.* Te canit atque ſuum pubes miratur Oſirim Barbara mephitem plangere docta bouem. *Martial.lib.9.*non illam mille cataſtæ vincebant,nec quæ turba Serapin amat.De Oſiride ſic habet *Euſebius lib.de Præpar.Euang.* Diodorum Siculum inducens: Ægyptios ferunt primos omnium motum, ordinémque cæleſtium corporum admiratos,Solem & Lunam deos putaſſe,ac Solem quidem Oſirim, Lunam Iſim nuncupaſſe, à proprietate quadam inditis ipſis nominibus. Nam ſiquis ad Latinam linguam verba transferat, multioculus Oſitis dici poteſt, neque id abs re.Radiis enim ſuis quaſi multos reflectens immittit oculos, quibus omnia perſpicit: vt etiam Poeta dicit, Sol qui terrarum flammis opera omnia luſtras. Quanuis nonnulli

Græcorum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Græcorum poetæ Dionyſium eſſe Oſirim confingant. Iſim verò priſcâ Latine dicere poſſumus: Lunæ hoc nomine indito, quoniam ſempiterna, priſcaque ſit. Cui idcirco cornua depingunt, vel quia quum minor eſt, cornuta videatur: vel quòd bos ei apud Ægyptios ſit dedicata. Ferunt Oſirim Ægyptios inſitionem & aratrum, viníque vſum primũ reperiſſe, aliaque nonnulla, quæ late proſequitur *Tibull. lib. 1. Eleg.* ¶ Oſiris item heroa eſt ramulos ferens nigros, tenues, lentos, & in iis folia nigra ceu lini, ſemenque in ramulis nigrum initio, deinde colore mutato rubeſcens. Verba ſunt *Plinij lib. 27. cap. 21.* Vulgus Herbariorum *Latariam* vocat. {GERMAN. Leintraut/Harnkraut/Scheiſſtraut.}

ŏsĭrĭtĕs, ἰσιρίτης, Ab Ægyptiis dicitur herba quam cynocephaliam, hoc eſt canis caput vocant: quod canino capiti ſit ſimilis. Traduntque ſiquis eã totam eruat, ſtatim mori. *Plinius lib. 30. cap. 2. Vide ea quæ ſuprà tradidimus in dictione* Cynocephalia.

OSISIMII, Populi ſunt Galliæ Lugdunenſis ad Ligerim amnem. *Plin. lib. 4. cap. 18.* Cæſar Oſiſinos vocat.

Oſpratura, Vocabulum fictum ex Græco ὄσπρια, quod varias fruges minutas & legumina ſignificat, *vt autor eſt Heſychius. Arcad. l. vltim. §. 2. D. de mun. & honor.* Elemporia & Oſpratura apud Alexandrinos patrimonij munus exiſtimatur, id eſt, minutarum frugum publicè coemendarum cura.

ŏsqvĭdātēs, Populi ſunt Galliæ Aquitanicæ, *apud Plin. libr. 4. c. 61.*

ŏssă, æ, ὄσσα, Mons in finibus Theſſaliæ, Centaurorum ſtabulum, quem Seneca dicit olim Olympo fuiſſe coniunctum, Herculis etiam opera fuiſſe abciſſum ab ea parte vbi per Tempe fluit Peneus fluuius. *Lucan. lib. 1.* & tantus in æthera clamor, Quantus piniferæ Boreas quũ Thracius Oſſæ Rupibus incubuit.

ŏssæŭs, a, um, ὀστάϊος, denominatiuum. *Lucanus lib. 6.* Theſſaliam qua parte diem brumalibus oris Attollit Titan, rupes oſſæa coercet.

ŏssĭgĕtānĭă, Regio Hiſpaniæ Bæticæ vicina: *cuius meminit Plin. li. 3. capite 1.*

ŏssgnŏba, ὀσσονόβα, Luſitaniæ ciuitas non procul ab Anæ fluuij oſtiis, *teſte Ptolemæo lib. 2. cap. 5.*

Oſſum, *Vide* Os, oſſi. [Oſſum, pro Os, rectè dici negat Palæmon.]

oſtĕndo, dis, di, ſum, & oſtentum, ex Os & Tendo, ſicut ſit in Oſcito, & Oſcillo. {הראה *hereáh* הודיע *hodhiáh* הורה *horáh.* ἐπιδείκνυμι, ἐμφανίζω, σημαίνω. GALLIC. Monſtrer. ITALIC. *Demonſtrare.* GERMANIC. Zeigen. HISPANIC. *Moſtrar.* ANGLIC. *To ſhew, to open as one doth his wares.*} Os enim pro facie ſæpe ponitur, quæ pro toto corpore, & non ſolùm hominis, ſed etiam cuiuſlibet rei ſpecie ſumitur, *vt Donatus in illud Terent. in Eunuch.* O faciem pulchram. Faciem, inquit, modò non partem corporis dicit, ſed totam ſpeciem quæ apparet & cernitur. Itaque oſtendo ſignificat demonſtro, quia oſtendo eſt os, hoc eſt ſpeciem ſeu faciem rei monſtro. *Terent. in Eunuch.* Iámne oſtendiſti ſigna nutrici? *Cicer. pro Cecin.* Sicut & viuus multis ipſe rebus oſtendit, & in morte ſua teſtamento declarauit. *Terent. in Adelph.* Te plura in hac re peccare oſtendam. [*Ouid. 13. Metamorph.* Et oſtendit ſignum fatale Mineruæ. Dij nobis animum oſtenderunt ſuũ. *Pla. Capt. ſc. 2. a. 2.* (i. iram) Age, oſtende huc manus. (de fure) *Plau. Aul. ſc. 3. a. 4. & alibi ſæpius.* Tu tua oratione animum oſtendiſti tuum. *Pl. Aſin. ſc. 1. a. 1.* Hoc facto ſe oſtendit. (i. demonſtrauit qualis ſit.) *Ibid. ſc. 2. a. 5.* Oſtendit quod tam præfoderat aurum. *Ouid. 13. Metam.* Oſtendere perfugum. *Velleius.* Oſtendere ſpem: *Idem.* Si datur hodie maſtigiam apprehendere, oſtendam quid ſit herum fallere minis. *Plautus Amphitr.* Oſtendunt ſe ad nouiſſime. *Cæſ. lib. 1. bel. ciu.* Dare pacem non tantum oſtendere. *Liu. lib. 7. d. 4.* Qui ſe prætori in hortis oſtenderat, nec erat productus. *Quinctilian.*] ¶ Oſtendere ſe virum, *Teren. in Eunuch.* Nunc te Parmeno oſtendes qui vir ſies: oſtendere ſe optimè, eſt optimè ſe gerere. *Cic. ad Quint. frat. coss.* ſe optimè oſtendunt.* De his primùm partibus oſtendendum eſt, deinde, &c. Id eſt, hæ partes primùm declarandæ ſunt. *Autor ad Heren.*

[Oſtentionales milites: *Lampridius in Alexandro.*]

ŏstĕntŭs, a, um, participium, Demonſtratus. {נראה *nireéh.* ἐπιδεικνύμενος. GALLIC. Monſtré. ITALIC. *Dimonſtrato.* GERMANIC. Gezeigt. HISPANIC. *Moſtrado.* ANGLIC. *Shewed.*} *Pacuuius*, In ipſo tempore oſtentum ſenem, id eſt demonſtratum. *Cato de Re ruſtica cap. 6.* Ager oleto conſerundo, qui inuentum Fauonium ſpectabit: & Soli oſtentus erit: alius bonus nullus erit. *Varro lib. 1. de Re ruſt. capite 25.* Qui locus optimus vino ſit, & oſtentus Soli ammineum ſeri oportere.* Dicitur & Oſtenſus, per ſ, vt Cædes oſtenſa Syllæ. *Lucanus lib. 2.*

ŏstentŭs, tus, nomen, Irriſio dicitur. {קלס *kéles.* χλεύη. GAL. Deriſion, quand on monſtre quelqu'vn au doigt. ITAL. *Schorno & diſprezze.* GE. Ein Fingerzeigt/verſpottung. HISP. *Eſcarnecimiento.* ANG. *A mocking and ſhewing by putting out the finger.*} *Salluſt. in Iugurt.* Sed quoniam eò natus ſum, vt Iugurthæ ſcelerum oſtentui eſſem. *Tacitus lib. 1.* Corpora extra vallum abiecta oſtentui. [*Diomed. lib. 1.*]

ŏstento, as, frequentatiuum ab oſtendo, Sæpe oſtendo. {ἐπιδεικτικῶς. GAL. Monſtrer ſouuent. ITA. *Dimonſtrare ſpeſſo.* GERMANIC. Vil vnd oft zeigen. HISPANIC. *Monſtrar à menudo.* ANGLIC. *To ſhew often.*} *Plaut. in Aul.* [*ſc. 4. a. 1.*] Altera manu fert lapidem, panem oſtentat altera. [Oſtentare ætatis honorem. *Cæſ. libr. 3. de bell. Ciu.* Quid autem eſt aurum & purpuram amatori quod ſuum eſſe nolit, oſtentarier? *Plau. Moſtell. ſc. 3. a. 1.* Deſine Tydiden verbíſque & murmure nobis oſtentare meum. *Ouid. 13. Metam.*] ¶ Oſtentare alicui periculum capitis, eſt minari mortem. *Cicer. pro Cluent.* ¶ Oſtentare iugulum pro capite alterius, eſt exponere ſe periculo vitæ pro altero. *Cicer. ad Att. lib. 1.* ¶ Aliquando oſtento ponitur pro iacto, glorior, effero. {התפאר *hithpaér.* ἀλαζονεύομαι. GAL. Monſtrer par vaine gloire. ITAL. *Vantarſi.* GERMANIC. Spiegten/vmb ruhms willen zeigen. HISP. *Moſtrar algo con vana gloria.* ANGLIC. *To vante or bragge for glorie.*} *Terentius in Eunuch.* Neque pugnas narrat, neque cicatrices ſuas oſtentat.

ŏstentātŭs, a, um. particip. {נראה *nireéh.* ἐπιδεικνύμενος.} *Ter. Eunuch.* an ego occaſionem Mihi oſtentatam tam breuem, tam optatam, tam inſperatam, Amitterem? *Cic. pro Roſc. Com.* promiſſa liberalitate alicuius, & oſtentata pecunia.

ŏstentātor, Iactator. {נתפאר *nithpaér* מתהלל *mithhallél.* σοβαρός. GALLIC. Vanteur. ITA. *Vantatore.* GERMANIC. Ein ſpiegter/der vmb ruhms willen etwas herfür thut/vnd zeigt. HISPANIC. *Vana glorioſo.* ANGLIC. *A bragger, a vanter.*} *Liu. 1. ab Vrbe.* Oſtentator factorum. *Plaut. in Curc.* [*ſc. 1. a. 4.*] In medio propter canalem, ibi oſtentatores meri. [*Et Gell. capite 1. libro 4.*]

Oſtentatrix, quæ ſe oſtentat ac venditat. {καμπυλεύς.} *Apuleius in Apologia.* Quam mi proba iuuenum circunſpectatrix, quam immodica ſui oſtentatrix.

ŏstentārĭŭs, τὸ ἐφορικὸν ὄνος, prodigiorum, portentorum & ſignorum inſpector & interpres. *Macrob. Saturn. libro 3. cap. 7.* Et ſuper hoc liber Tarquinij tranſcriptus ex oſtentario Tuſco.

ŏstentātĭo, Iactantia, iactatio. {גאון *ghaón* גאות *gheáth* גאוה *ghaavál.* ἀλαζονεία. GAL. Vanterie. ITAL. *Vantamento.* GERM. Furhin ſpiegtung/pracht/zeigung vmb ruhms willen. HISPA. *Vanagloria.* ANG. *Bragging, vanting.*} *Cic. 4. de Finibus*, Glorioſa oſtentatio in conſtituendo iumno bono. *Idem pro Rabirio*, Quod genus tandem eſt illud oſtentationis & gloriæ? *Cæſ. 1. bell. ciui.* Oſtentatio ſui.

ŏstēntum, ti, ab oſtendo, Dicitur res aliqua inuſitata quæ futurum aliquid oſtendit, portentum, prodigium, monſtrum, quanquam inter hæc nonnihil interſit. {מופת *mopheth.* τέρας. GAL. Monſtre qui auient contre le cours naturel, choſe prodigieuſe. ITALI. *Moſtro, prodigio.* GERMANIC. Ein wunderzeichen/wunderſicht/ etwas das ſich wider der natur lauff erzeigt. HISP. *Milagro que ſignifica algun mal.* ANGLI. *A monſter, a thing againſt the common courſe of nature.*} Monſtrum quod contra naturam fit, vt quum naſcitur aliquid membris alterius generis, quod & pro monſtrum quandoque dicitur, quaſi porrò aliquid monſtrans, ſiue monens. Portentum, *teſte Feſto*, quod licet naturale ſit, rarò tamen ſe oſtendit, & futurum aliquid cum temporis interuallo denuntiat. Prodigium, quod etſi naturaliter fit, ac ſæpe euenit, ſemper tamen aliquid præſagit mali: ira dictum quaſi porrò agendum. Contunduntur tamen hæc, & pro eodem ſignificato accipiuntur, omniáque ab eo quòd futurum aliquid oſtendunt, dicta ſunt. Labeo *referente Vlpiano in l. Oſtentum. ff. de verborum ſignif.* definit oſtentum eſſe, contra naturam cuiuſcunque rei genitum, factúmque. Duo autem ſunt genera oſtentorum. Vnum, quoties quid contra naturam naſcitur: alterum, quum quid prodigioſum videtur. *Suet. in Cæſ.* Cunctanti oſtentum tale factum eſt: Quidam eximia magnitudine & forma in proximo ſedens, repente apparuit arundine canens. ¶ Accipiuntur etiam oſtenta in bonam partem. *Suet. in Veſpaſiano*, Iampridem ſibi per hæc oſtenta conceptam in ſpem imperij venit. [*Idem in Tiber. cap. 19.* Prælia conſtantius inibat, quoties lucubrante ſe decideret lumen & extingueretur, oſtento (vt ipſe aiebat) ſibi, & maioribus ſuis expertiſſimo.] *Plinius libr. 16. cap. 32.* Factum hoc Pop. Rom. Quiritibus oſtentum Cimbricis bellis, Nuceriæ in luco Iunonis, vlmo poſtquam etiam acumen amputatum erat, quoniam in aram ipſam procumbebat, reſtituta ſponte, ità vt protinus floreret: à quo deinde tempore maieſtas Populi Romani reſurrexit, quæ antea vaſtata cladibus fuerat.

ŏstentĭferum, Ferens oſtenta. τερατώδης.

ŏstentōsŭs, a, um, Quod oſtentum facit, vt à Prodigium, Prodigioſus, τερατώδης.

ŏstĕŏdēs, ὀστώδης. Inſulæ ſunt Siciliæ adiacentes ab ea parte quæ Africam ſpectat. *Autor Plin. lib. 3. cap. 8.*

ŏstĭă, ſtiæ, ὄστια, ἡ, *Stephano*: ὄστια τὰ, *Straboni*, Vrbs in oſtiis Tyberinis ſita, ab Anco Martio condita (*vt inquit Liu. lib. 1. ab Vrbe*) in ipſo maris fluminiſque confinio, vt totius mundi opes illò, veluti maritimo vrbis hoſpitio, reciperentur. {GERMANIC. Ein ſtatt Italiæ an den ausgengen der Tyber gelägen.} Ab hoc Oſtienſes, ὀστιάριοι καὶ ὀστιανοί dicti.

ŏstĭensĭs, porta Romæ dicitur ea quæ Oſtiam verſus ducit, ὀστιανὴ πύλη. Ea nunc ſancti Pauli porta appellatur.

* Oſtigo, oſtiginis, fœm. gen. aliàs mentigo. Videtur in agnis & hœdis id fermè malum eſſe, quod in hominibus mentagram appellant. *Colum. libro 7. cap. 5.* Eſt etiam mentigo, quam paſtores oſtiginem vocant, mortifera lactentibus.

ŏstĭum, oſtij, Ianua, fores. {שער *ſchá'ar.* θύρα. GALL. Huis, entree. ITA. Vſcio, porta. GERM. Ein thur. HISPAN. *La puerta donde entramos y ſalymos.* ANGL. *A dore or gate.*} Ab obſtando quidam deducunt, quòd ingredi volentibus obſtet: Quidam ab Os, oris, quòd ſit id per quod ingredimur vel domum, vel quemcunque alium locum. Alij à Græco ὀστέον, quod eſt repellere. Vnde ratio exigit vt ſine aſpiratione ſcribatur, licet nonnulli deductis ab eo nominibus aſpirent. *Terentius in Eunuch.* Tu abi, atque oſtium obſera intus, ego dum hinc tranſcurro ad forum. [Non crepuit oſtium; non velum eleuatum. *Senec. Epiſt. 81.* Nihil eſt quà tranſire hoc poſſit, niſi recto oſtio. *Plaut. Milit. ſc. 3. a. 2.* Oportet me hoc obſeruare oſtium. *Ibidem.* Propera monſtrare vbi oſtium lenonis ædium. *Plaut. Pſeud. ſc. 1. a. 4.* Oſtium pultabo. *Plaut. Pſeu. ſc. 2. a. 2.* Euocate ante oſtium. *Plaut. Men. ſc. 2. a. 4.* Abi intus, & occlude oſtium. *Plau. Moſtell. ſc. 1. a. 2.*] Eſt autem oſtium notæ ſignificationis. Oſtiorum latera, Antes vocamus: à quibus antepagmenta, valuarum ornamenta. *Cicer. 1. de Orato.* Vt illud Naſicæ, qui quum ad poëtam Ennium veniſſet, eíque ab oſtio quærenti ancilla dixiſſet domi non eſſe, &c. *Idem 5. Tuſcul.* Soláne beata vita quæſo relinquitur extra oſtium limínque carceris.

ŏstĭă, orum. Fluuiorum exitus, per quos in mare exonerantur. {ἐκβολαὶ τῶν ποταμῶν. GAL. Les bouches d'vne riuiere, ou leurs entrees en la mer. ITALIC. *Le bocchi de fiumi.* GERMANIC. Die ausgäng der waſſers flüſſen in das meer. HISP. *Los puertos donde ei rio ſale en la mar.* ANGLI. *The places en where floodes rhunneth into the ſea.*} *Virgil. 1. Æneid.* Italiam contra, Tyberináque longè Oſtia. Nominatiuus eius ſingularis eſt Oſtium quo vtitur *Cicer. 2. Philip. & pro Lege Manilia, vt iam diximus, & non vno in loco Plinius.* Male nonnulli putauerunt in hac ſignificatione carere ſingulari numero. *Virg. 1. Æneid.* Aut portum tenet, aut pleno ſubit oſtia velo. [*Ouid. Eleg. 9. lib. 1.* Vaſti ſecet oſtia ponti.]

ŏstĭŏlum, li, diminut. {θύριον, θυρίδιον. GALLIC. Huiſſet, ou petit huis. ITA. Vſciola, porticella. GERMANIC. Ein thürlin. HISPAN. *Puerta pequenna.* ANG. *A litle dore or gate.*} *Plin. libro 19. cap. 8.* Adeò vt oſtiola olitoria ex his factitari coeperint. *Colum. lib. 8. cap. 14.* Quas ſingulas ſatis eſt habere quoquouerſus pedes ternos & aditus ſingulis firmis

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ostiolis munitos.

ōstiārĭus,rij,Ostij custos, ianitor. שער *schoʃér.* θυρωρός. GAL. Portier, huissier. ITA. *Portinaio.* GERMANI. Ein thürhüter. HISP. *Portero.* ANG. *A porter,a dore keeper.* ¶Cuius fœmininum est Ostiaria. *Plin.lib.12.cap.14.* Præter hos & custodes,satellitésque,& ostiarij, ministri populantur. *Varro 1.de Re ruſt.cap.13.* Eúmque scire qui introeat aut exeat noctu,quidve ferat,præsertim si ostiarius est nemo.

ōstiātim,aduerbium,Per singula ostia. κατὰ θύρας. GAL. D'huis en huis, par le menu. ITAL. *A porta à porta.* GERMAN. Von einer thür zur anderen/Von hauſs zu hauſs. HISPA. *De puerta en puerta.* ANGLIC. *From dore to dore.* ¶ *Quintilianus,* Nec tectanda singula, & velut ostiatim pulsanda. *Cic.6.Verr.* Ostiatim pro Nominatim,siue singulatim, translate vsurpauit:Hîc,inquit, nolite expectare,dum ego hoc crimen agam ostiatim,&c. *Idem 6 Verrina.* Qui præteriens, lectica paululum deposita, non per præstigia,sed palàm per potestatem, vno imperio ostiatim totum oppidum compilarit. [Ostiatim quærere exempla. *Senec.cap.15.de Consol.ad Mart.*]

[L.Ostius,primus parricida Romæ.& quando,*Plutar.in Romulo.Vide infrà* in parricida.]

ōstrăcĭās, siue Ostracites,pen.pro. ὀστρακίτης. Gemma est testacea, cuius duæ ponuntur species *à Plin.lib.vlt.cap.10.* altera similis achatæ, nisi quod achates politura pingueſcit: altera tam dura vt aliæ gemmæ fragmentis eius scalpantur. Nomen accepit hæc gemma ab ostrei similitudine. ¶Est etiam Ostracites lapidis genus testæ similitudinem habens, cuius vsus est pro pumice ad lænigandam cutem. *Plin. lib. 36.cap.19.*

ōstrăcĭnă, Suffragia Athenienſium dicebantur, quòd ea in figulinis scribi solebant, αἱ δ' ὀστράκων ψῆφοι, *vt latius ostendemus in dictione sequenti.*

ōstrăcĭſmŭs,ὀστρακισμὸς, Relegationis genus. Nam ciuitates olim quæ populari statu regebantur,eos qui excellere videbantur, vel propter diuitias,vel propter amicos, aliámve potentiam, extra ciuitatem relegare solebant ad tempus,*sicut docet Arist. lib.3.Politic.* non ad criminis improbitatem castigandam,sed ad potentiam moderandam. Erat autem definitum ostracismi tempus apud Athenienſes annorũ decem. Dictus ostracismus ἀπὸ τῶν ὀστράκων,hoc est à testulis in quibus suffragia scribi solebant.Solet autem ostracismus peragi hoc modo:Testulæ vi-ritim in consilio dabantur,in quibus quisque nomen illius perscribebat, quem vrbe cedere voluiſſet: Magistratus verò qui huic negotio præerant, vniuersos simul calculos recensebant; qui nisi sex millium numerũ exceſſiſſent,nil confectũ esse iudicabatur.Qui verò hoc suffragiorũ numero damnatus erat, eum ad decẽnium in certum locum relegabant vbi bos æneus erat magnitudine visenda.Vnde factum est, vt qui illic exulabant,bouem seruare dicerentur. Hoc ostracismo Themistocles, Cimon, & Aristides multati fuere. De Aristide legimus: quum iuxta eum quidam rusticus illiteratus sederet, ipsi Aristidi testam dediſſe,vt nomen suum scriberet.Admiratus id Aristides, interrogauit, nunquid ipsum cognosceret. Minimè,inquit,sed quia cæteri ita sentiunt,ego quoque ita censeo eum esse damnandum.Hoc Latini testulatum exilium vocant.

ōstrăcĭum,cij,Latinè testa,Græcè ὀστράκιον. Vnde testaceum pauimentum,vulgò nunc *Ostracum* vocant. ¶Ponitur quandoque pro onyche. *Plin.libr.32.cap.10.* Inuenio apud quoſdam ostracium vocari quod aliqui onychem vocant.

ōstrĕum,ostrei.ὄστρεον. GAL.Huistre ou autre poiſſon en escaille. ITAL. *Ostreca.* GERMANIC. Allerley Meerfisch oder Meerschnecken die in herten vnd rauchen schalen oder muſcheten ligen. HISPANIC. *La ostia de la mar.* ANGLIC. *An oiſter.*}Generale nomen est ad omnes eos piſces qui asperam, scabrámque testam habent : qui autem læuem & planam habent testam,propriè conchæ dicuntur. Quanquam generaliter ostrea quoque Conchæ dicantur : sicut & ea quæ ex vno tantùm latere testã habent, altero scopulis aut lapidibus, alterúve materiæ adhærentes. Nam testæ iplæ duriores, propriè conchæ dicuntur, quales sunt cochlearum.*Seneca,*Quid ostreum sapiat,quid mullus,optimè nosti.*Horat.libro 1.Sermon.* Ostrea callebat primo deprendere morsu. *Iuuenal. Satyr.6.* Grandia quæ mediis iam noctibus ostrea mordet. [Ostrea Tarentina optima.*Gell.cap.16.lib.7.*Et Lucrina. *Senec.Epiſt.79.Eleg.2. lib.4.Triſt.*] Dicta ostrea à Græco : nam sicut nos à testa testudinem vocamus,siue hoc sit animal quod veluti testa tectum est, siue id genus ædificij quod ex testa est compositum,vel ad testudinis similitudinem est factum:sic Græci ὄστρεα ἀπὸ τῶν ὀστράκων, id est ostrea à testis nominauerunt. ¶ Dicuntur etiam ostreæ fœminino genere.*Gell. lib.20. cap 9.*Ostreæ,seneſcente Luna,inhuberes,macræ,tenues,exuccæ sunt; creſcente Luna pingueſcunt.Spondylus,dicitur ealloſum illud rotundum albicans, quod intus habet in medio, à similitudine spondyli, quod nos verriculum dicimus.Nam reliqua caro circunſperſa, lacinia dicitur.*Vide Plin.lib.32.cap.6.*

ōstrĕārĭus,a,um,adiectiuum,Quod ad ostrea pertinet.}ὀστρεακός. GAL.Appartenant à huistres.ITALI.*Pertinente à ostriche.*GERM.Das zu ſelchen Meerſchnecken gehört.HI.*pertineſciente à oſtias.*AN.*Belonging to oiſters.*} vt,Ostrearius panis. *Plin.lib.18.cap.11.* Panis ipsius genera prosequi supervacaneum videtur,aliàs ab oplonijs appellati,vt ostrearij. Ostrearius autem panis est,quo veteres cum ostreis vesci solebant. ¶Ostrearia,arum,vbi ostreæ viuunt,& capiuntur.}τὰ ὀστρεοθηρεῖα. GALLIC. Le lieu où se nourriſſent huistres,ou autres poiſſons en escaille. ITALI. *Luogo done vengono oſtriche.* GERMAN.Oerter in welchen die Meerschnecken sind/ vnd auch gefangen werden. HISPAN.*El biuar ò eſtero de hoſtias.* ANGLIC.*Places where viſters ar fedde and taken.*}*Plin.lib.9.cap.51.* Nuper compertum in ostreariis, humorem his fœtificum lactis modo effluere.

ōstrĕātŭs,ta,tum,Durus,asper.}חשוף *kaſchéh,* ὀστρώδης. GAL.Dur,aspre. ITALI. *Duro,aſpero.*GERM.Hert/rauch/als die schalen der Meerschnecken. HISPA. *Duro,aſpero.* ANGL.*Hard,rogugh.* } *Plau.in Pœn.* Itaque iam quasi ostreatum tergum vlcerib.gestito Propter amorem vestrum.

ōstrĕōsŭs, Ostreosior,abundans ostreis. *Terentianus Maurus in exemplo Priapei carminis,*

Nam te præcipuè in suis vrbibus colit ora
Helleſponsia,æteris ostreosior oris.

ōstrĭfĕr,ra,rum,adiect.quod ostreum producit. } ὀστρεοφόρος. GAL.Qui porte huistres. ITALI. *che produce oſtriche.*GERM.Das vil Purpurſchnecken hat oder bringt. HISP. *Que trahe ò cria hoſtias.* ANG. *That beareth or bringeth oiſters.* } *Virg.1.Georg.* Pontus & ostriferi fauces testantur Abydi.

ōstrĭnŭs, a, um, Quod ostro est tinctum, vel quod ostri colorem habet. } ארגמן *arghaman.* ὀστρεῖνος GAL. De couleur de pourpre ou escarlate. ITAL. *Scarlato, di color purpurino.* GERMAN. Das purpur farb iſt. HISPA. *Coſa de color de purpura.* ANG.*Of the colour of purple.* } Ostrinæ vestes, dicuntur purpureæ, & subrubeæ,*teſte Nonio.Turpilian.* Interea inſpexit virginem gestantem in capite riculam } indutam ostrinam. ὀστρεΐα *ipsa.Varro in Eumenid.*Aurora ostrinam hic indutus supparum.

ōstrum,stri. } ארגמן *arghaman* ὄστρον. GAL. Pourpre ou escarlate.ITAL. *Porpora,escarlato* GERM.Der schweiſs oder blut der Meerschnecken so die purpurfarb gibt. HISP. *La purpura.*ANGLI.*Scarleste in graine.*} Proprie sanies illa dicitur,& liquor qui ex murice seu conchylio eximitur ad pretiosarum lanarum infecturam. vnde pro ipso colore muriceo ponitur.Conchylium enim,murex,& ostreum in eadem significatione sumuntur.*Virg.4.Æneid.* Tyrióque ardebat murice lana.*Idem 2.Georg.* Vt genuina bibat, & Sarrano dormiat ostro. [*Ouid.eleg.2.lib.4 Triſt.*] *Iuuenal.* Horum ego non fugiam conchylia? id est vestimenta murice infecta. ¶De ostri natura tradiderunt scriptores non habere in omnibus locis quibus nascitur vnius generis colorem,sed Solis cursu naturaliter temperari. Itaque quod legitur in Ponto & Gallia (quia hæ regiones sunt proximæ ad Septentrionem & Occidentem) inuenitur liuidum.Quod autem legitur ad Æquinoctialem exortum, violaceo colore.Et maioribus quidem conchylijs detracta concha succum eximunt, minora trapetis frangunt,ita demum rorem eum eximentes. Ostri autem appellationem accepit quòd Græci τῶν ὀστρέων nomine etiam murices seu conchylia comprehendant. *Plin. libro 9.cap 36.& 37.*videtur distinctas habere species, muricem,purpuram, & conchylium.Similiter Nonius ostrinum colorem distinguit à murice, quòd Ostrinus color sit subrubeus,Murex purpureus.Sed hæc (vt iam dixi) à scriptoribus confunduntur.

ōstryă,vel Ostrys, vocatur arbor quæ solitaria nascitur circa saxa aquosa similis fraxino, cortice & ramis, folio pyri, paulò tamen longioribus crassioribúsque,ac rugosis incisuris, materia dura atque firma: qua in domum illata difficiles partus fieri,mortésque miseras veterum superstitio existimauit.*Plin.libro 13.cap.21.*

ōstŭs,Vel potius Hostus à veteribus appellabatur quod ex vno facto olei purum purgatúmque relinquit. Factum verò dicebant quod vno tempore conficerent,quem alij centum sexaginta modiorum,alij centum viginti faciebant. *Vide Catonem de Re ruſtica cap.6.& Varronem libro 1. cap.24.*apud quos legitur hostus per aspirationem.

ōsŭs,*Vide* Odio,odis.

[Otacilius Marci Marcelli frater.*Plutarchus in Marcell.*]

O ante T.

OT.FN.in notis antiquorum,ostium seneſtræ.

OTANIS ὀτάνης,Persa nobilis, vnus ex his qui cum Dario in Magos coniurarunt.*Vide latiùs apud Herod.lib.3.*

ōthōnnē, ὠθόνη, Herba,quæ in Syria nascitur, similis erucæ,perforatis crebrò foliis,flore croci;quare quidam anemonem vocauerunt, *Plin. lib.27.ca.12.*Dioscoridi othonne prorsùs fuit incognita,vt qui hoc nomine ab aliis herbam, ab aliis succum, à quibuſdam etiam lapidem accipi tradiderit, neque in re tam controuersa quid ipse sentiret explicare ausus sit.

ŌTHRYĂDĒS,ὀθρυάδης, Nomen Lacedæmonij viri, qui cùm controuersia nata esset inter Lacedæmonios & Argiuos de agro Tyreate, placuiſſetque vt ea lis trecentorum vtrinque prælio decideretur,solus ex Spartiatis superfuit, duobúsque, qui ex hostibus reliqui erant in fugam versis, patriæque parta victoria, ne solus ex sociis in patriam rediret,sibi manus intulit. *Autores Valer.lib.3.cap.2.Plut.in Paral.& Ouid.in Faſtis.*

Othryſius,adiect.vt Hebrus Othryſius.*in Claudiano.*

ŌTHRYS, ὄθρυς, Theſſaliæ mons est,non procul ab OEta, Centaurorum olim sedes. *Luc.lib.5.* Solstitiale caput nemorosus submouet Othrys.

ŏtĭa, Piscis est marinus, ex genere ostrearum. *Plinius libro 32. capite vltimo.*

ŏtĭs,ὠτὶς,Auis est minor bubone,& maior noctua aures plumeas habens eminentes,vnde & nomen accepit. *Vide Plin.lib.10. cap.23.* Sunt qui Latinè Asionem vocent.

ōtĭum,*Vide* Ocium.

ŌTREVS, ὀτρεύς, & Mydon, Fratres fuerunt Hecubæ & filij Cisſei, & patrueles Polymneſtoris,*vt annotauit Porphyrius in 3.Iliad.*

ŌTVS, ὦτος, & Ephialtes, filij Neptuni fuerunt ex Iphimidea Aloei vxore, quos poetæ fabulantur nono ætatis anno in nouem iugerum altitudinem excreuiſſe,quo corporis robore fretos, etiam diis bellum mouere:monteſque montibus imponentes, cælum ipsum oppugnare ausos, donec Apollinis telis confixi, temeritatis suæ pœnas dedere, *Vide Homer.lib.11.Odyſſ.*

O ante V.

O.V.D.In notis antiquorum,omni virtuti dedito.O.V.F.optimo viuẽti fecit,vel omnia viuent fecit,vel omnibus viuis fecit,ϑ vel ϑ.mortem significat.Est autem Græca litera cui θῆτα nomen est.

ŏuālĭs,Ouans,Ouatio,Ouatus, nomen, Ouatus participium, *vide* Quo,ouas.

ŏuĭs,huius ouis,à Græco ὄϊς,interposita u, propter hiatum. Pecus laniger,Lanicutem vocat Pacuuius.}יען *ſon.* GALL.Brebis.ITALIC.Pegera

dicerent. Homerum sequuti, qui ait, μήλ' οἷς π. *Idem*, M. Terentio quãdo citatus neque respondit, neque excitatus est, eum ego vnum ouem multam dico: excusatus alij legunt. *Gell. lib.* 11. *cap.* 1. *autor est*, in multis dicendis hoc semper obseruatum fuisse, vt Ouem virili genere appellarent, alioqui multam iustam non videri. [Vsitatum tamen magis est in fœminino genere. *Plau. Asin. sc.* 1. *a.* 3. Opilio qui pascit agrestes oues habet aliquam peculiarem. (*Metaphor. de amantibus*) *Idem Capt. sc.* 1. *a.* 4. Lauij concinnant liberis orbas oues.]

[Ouicula, cognomen Fabij Maximi; Et Cur, *Plutarch. in Fabio.*]

ŏuĭnŭs, a, um, Quod ex oue est. { προβάτειος. GAL. De brebis ou mouton. ITALIC. *Pecorino.* GER. Schäffin. HISP. *Cosa de oueja.* ANGL. *Of sheepe.* } vt Pellis ouina. Huius nullum exemplum reperimus.

ŏuĭllus, a, um, Ouinus. προβάτειος. *Plin. lib.* 19. Quin & ouillo fimo vti quoniam aliud herbescere.

ŏuĭlĕ, huius ouilis, Locus in quo oues morari solent; siue in quem oues sese recipiunt. { מכלא *mikhlá. maʒun.* GAL. Bergerie, estable à brebis. ITAL. *Ouile ſtal da pecore.* GER. Ein schaaffſtal. HISPANIC. *A prison do se acogen las ouejas.* ANGL. A *folde orsheepe cote.* } [*Ouid. Eleg.* 5. *lib.* 1. *Triſt.* Incustoditum captat ouile lupus.] *Liuius* 6. *bell. Pun.* Datũ secreto in ouili cum his colloquendi tempus. *Ouid.* 13. *Metam.* tepidis in ouilibus agni. *Idem* 3. *de Arte*, Dixerit e multis aliquis, Quid virus in angues Aduicis, & rapidis tradis ouile lupis?

ŏuĭārĭă, riæ, Ouium grex { זן *tſon. maʒun, προβάτων ἀγέλη* GAL. Bergerie, troupeau de brebis. ITA. *Greggia.* GERMANI. Ein schaaffschar. HISPA. *Manada de ouejas.* ANGLI. A *flock of sheepe.* } *Varr. in prologo* 2. *libri de Re ruſt.* Quod eo facilius faciam, quòd & ipse pecuarias habui grandes, in Apulia ouiarias, & Reatino equarias.

ŏuĭārĭcŭs, ca, cum, possessiuum ab oue deriuatum. { προβάτιος. GAL. De brebis. ITALI. *Pecorino.* GERMAN. Des schaaffs. HISP. *Cosa de oueja.* ANGLIC. *Of sheepe.* } *Colum. libr.* 7. *cap.* 6. Et quoniam de ouiarico latis dictum est, ad caprinum pecus nunc reuertar.

ŏuĭcŭlă, dimin. Significat paruam ouem, προβάτιον.

ŏuo, nas, Lætor, & lætitiam vociferando seu canendo præ me fero, & ostento. { חרע *heraʕ. ivaζo.* GAL. S'esiouir. ITA. *Allegrarsi.* GERM. Sich hefftig freuwen/Von freuden singen/auffspringen/jauchtzen/&c. HIS. *Alegrarse.* ANGL. *To reioyce with noize or voice in amultitude.* } *Liuius libr.* 1. *ab Vrbe*, Romani ouantes ac gratulantes Horatium accipiunt, eò maiori cum gaudio, quò propius metum res fuerat. ¶ Ouare item dicebantur Imperatores quibus re bene gesta non triumphus, sed species triumphi decreta erat, quæ dicebatur Ouatio. *Liuius lib.* 1. *ab Vrbe*, Duplicique victoria ouantem Romulum, &c.

ŏuāns, particip. esse videtur à Verbo Ouo, quod rarò apud probatos autores inuenies: quum Ouans nusquam non occurrat. { מרע *meráʕ. ἐφυβρίζων.* GAL. Triomphant. ITALIC. *Triomphanti.* GERM. Freuwend/von freuden jauchtzend. HISPA. *Que se alegra, ò triumpha.* ANGLIC. *Reioycing.* } *Cic.* 2. *de Oratore*, Accendit ouans in Capitolium M Aquilius. ¶ Vius est pro lætabundo *Virgil.* 4. *Æneid.* Quid tum? cola fugæ nautas comitabor ouantes. *Vbi Seruius*, Ouantes, lætantes, abusiue. Nam propriè Ouatio est minor triumphus, qui enim ouationem meretur, & vno equo vtitur, & à Plebeiis, vel ab Equitibus Romanis deducitur ad Capitolium, & de ouibus sacrificat: vnde & Ouatio dicta est. Qui autem Triumphat, albis equis vtitur quatuor, & Senatu præeunte in Capitolio tauros sacrificat. [*Ioan. Passeratius*: Ouantes, inquit, quanuis olim pedibus ingrederentur, Tiberius tamen primus & ouans, & curru ingressus est vrbem. *Sueton. in Tiber. cap.* 9.]

ŏuātĭo, onis. [Ouatio quid, & vnde, & quomodo à triumpho differat. *Plutarch. in Marcello.*] *teste Seruio*, dicebatur minor triumphus, quum belli duces rebus quidem prosperè gestis, non tamen ita magnis, vt iusto triumpho dignæ essent ex Senatusconsulto pedites, vel (vt aliis placet) equo vecti vrbem ingrediebantur, myrteam coronam (quam ob id oualem vocabant) in capite gestantes, vniuerso autem Senatu subsequente. { תרועה *teruʕáh. ὐαε, ἰυαε, πρὸς θρίαμβος.* ANG. *Areioycing.* } Ouandi autem & non triumphandi, *teste Gell. li.* 5. causæ erant, quum ante bella non tite erant indicta neque cum iusto hoste gesta: qualia erant ea quæ aduersus piratas, & seruos fugitiuos, aliquando susceptа leguntur, aut quoties dedirione repente facta, victoria citra puluerem (quod dici solet) hoc est citra magnam sanguinis effusionem contigerat. Ob quam etiam causam Oualem coronam ex myrto (quæ arbor Veneri est sacra,) conficiebant, quòd incruentas huiusmodi victorias, Venereas potius iudicarent, quàm Martias. Vnde autem tractum sit ouandi vocabulum, inter Grammaticos non satis conuenit. At Seruij quide quæ esset sententia, suprà ostendimus. Alij ouationem dictam putant, quasi Ohationem, ab interiectione lætantis, Ohe, deducto etymo. Nonnulli etiam à voce eorum qui ouantem comitabantur, Ouo verbum deductum putant. Illi enim oo geminatum, lætabundi solent acclamare. Vnde interposita u consonante, Ouo credunt deduci. ¶ Est etiam Ouatio à nomine ouum, significans tempus quo Gallinæ ouapariunt, ὠαμός, dictum ea forma qua Venatio, Mellatio, Bullatio. *Plin. libr.* 29. *cap* 3. Certa Luna capiendum censent, tanquam congruere ouationem etiam serpentium humani sit arbitrij.

ŏuātŭs, us, Nomen pro ouatione. { תרועה *teruʕáh. ἰυασμός.* } *Valer. Flac.* 6. *Arg.* hinc barbarici glomerantur ouatus.

ŏuālĭs, & hoc ouale, quod ad Ouationem pertinet, vt Oualis corona, quæ ex myrto fiebat, qua donabantur Imperatores qui ouantes vrbem introibant, neque iusti triumphi honorem meriti videbantur. Id autem contingebat quoties bellum legitimè indictum non erat, neque cum iusto, aut magnopere formidando hoste gestum, vt pote victis seruis, aut piratis: aut quoties facta repentè deditione, incruenta victoria contigerat. *Vide Aul. Gell. lib.* 5. *Noct. Attic. cap.* 6.

ŏuum, ab ὠόν interposita u, euphoniæ causa. { ביצה *betsáh.* GA. Vn œuf. IT. *Ouo.* GE. Ein ey. HIS. *Hueuo.* ANG. *An egge.* } *Mart. lib.* 23. Candida si croceos circunfluit vnda vitellos, Hesperius tcombri temperet ora liquor. Vitellus, vel luteum oui, dicitur illud quod in ouo crocei coloris est: Albumen autem, vel Album oui, liquor ille candidus, qui vitellum circundat. [*Ouid. Eleg.* 1. *lib.* 4. *Triſt.* Quotque fretum pisces, ouáque piscis habent. *Liuius lib.* 1. *d.* 3.] ¶ Ouum ouo tam simile non est: prouerbij hyperbole de rebus indiscretæ similitudinis dici solita. *Cic.* 4. *Acad.* Videsne, vt in prouerbio sit ouorum inter se similitudo? ¶ Ouo prognatus eodem, pro herbium de illis dici potest, quorum ingenium moréque ita conueniunt, vt iisdem parentibus nati videri possint. *Vide Erasmi Adagia.* ¶ Oui luteum, diuisis dictionibus, vocamus vitellum in ouo. λέκιθος.

ŏuātŭs, ta, tum, Quod est in similitudinem oui factum. { ὠοειδὴς. GAL. Qui est de la forme & figure d'vn œuf. ITALIC. *Ouato, fatto in forma d'ouo.* GERMAN. Das ein gestalt deß Eys hatt. HISP. *Cosa hecha en figura de hueuo.* ANGLI. *Made like an egge.* } *Plinius lib.* 15. *cap.* 21. Alius turbinatio pyri, aliis ouata species, ceu malorum aliquibus. ¶ Ouatum marmor. Quod diuersi coloris maculis variegatum est, oui speciem referentibus. *Plin. lib.* 33. *cap.* 1. Neronis principatu inuentum, maculas quæ non essent in crustis inserendo, vnitatem variare, vt ouatus esset Numidicus, vt purpura distingueretur Sinnadicus. ¶ Aliquando etiam id quod ouo illitum est: vnde ouatum aurum, ouo auratum: quoniam oui albo antea illito, æra ac marmora auri & argenti bracteis integebantur. *Persius Satyr.* 2. Hinc illud iubit, auro sacras quòd ouato Perducis facies. Nec verò hoc quenquam mouere debet, quòd Ouatum hic primam corripiat, quæ producitur in dictione ouum, siquidem non semper deriuata primitiuorum quantitatem obseruant.

ŏuĭfĕră, Quæ fert ouaria, vt, Ouifera gallina, ὠοτόκος.

O ante X.

ōxălĭs, { ὀξαλὶς. GAL. Oscille, surelle. ITA. *Acetosa.* GERMAN. Sauramppffer. HISP. *Azederilla, romaza.* ANGLIC. *Sorell.* } Lapathi genus, satiuo proximum, foliis aquosis, colore betæ candidæ, radice minima. *Plin. lib.* 20. *cap.* 21. Vulgò *Acetosam* vocant.

[Oxiæ naues. *Gell. cap.* 25. *lib.* 10.]

ōxŭs, ŏxĕos, neutri generis, Acetum. * Apud Suidam purpura est, quæ apud Phœnices tingebatur pretiosissima, Hinc Oxobapta *in Li.* I. C. *Quæ res alienari non poſſ.* Quo in loco nonnulli corrigunt dibapta, veram lectionem peruertentes. *Aſciatus.*

ō x ў s, oxydis, pro Vase aceti. ὀξύς.

ō x ў s, Amnis in lacu Oxia, *vt inquit Ptolem.* siue Oxo, *vt Solinus.*

ōxўăcānthēs, ὀξυάκανθα, Spina est paruis foliis aculeatis per extremitates, ferens baccas rotundas, foliis ipsis arenosa sanguine obductis.

ōxўbăphum, penul. correp. Acetabulum Latinè dicitur. *Hermolaus.*

ōxўcĕdrŏs, ὀξύκεδρος, Species cedri, ramosa, & nobis infesta. *Plin. libro* 13. *capite* 5.

ōxўgălă, penult. corrept. & neut. gen. ὀξύγαλα, Lactis in acorem redacti pars coactior quod à sero separatum, or gano, cæpe, mentha, coriandro, thymo, & cunicula condiri solet. *Plinius libro* 20. *cap.* 9. Fit & ex caprino lacte butyrum: sed hyeme calefacto lacte, æstate expresso tantùm crebro iactatu in longis vasis angusto foramine spiritum accipientibus sub ipso ore, aliàs præligato. Additur paulum aquæ vt acescat. Quod est maximè coactum in summo fluitat: id exemptum addito sale, oxygala appellant. Reliqua decoquunt in ollis: ibi quod supernatat, butyrum est, oleosum natura. *Vide plura de hoc apud Columel. lib.* 12. *cap.* 8.

ōxўgărum, penult. corrept. ὀξύγαρον, Garum acetosum, hoc est liquaminis genus ex minutioribus piciculis confici solitum, cui acoris conciliandi gratia nonnihil aceti solet admiceri. Solet autem hoc in principio mensæ apponi, quemadmodum & lactucæ. *Martial. libro* 5. Depolii soleas adfertur protinus ingens Inter lactucas oxygarúmque liber.

ōxўlăpăthum, { ὀξυλάπαθον. ANGLIC. *Ditch docke.* } Prima lapathi species, *apud Dioscoridem*, palustribus in locis nascens, à foliorum acumine nomen habens. *Plin. lib.* 20. *capite* 21. Est & alterum genus, fere oxylapathon vocant, latiuo idem similius, & acutiora habet folia & rubriora, nonnisi in palustribus nascens. Officinæ *Lapathium acutum* nominant.

ōxўmĕlĭ, ὀξύμελι, Acetum mulsum, dicitur genus potionis, quod ex mellis libris decem, aceti veteris heminis quinque, salis marini pondo tymbræ quadrante, aquæ marinæ sextariis quinque pariter decoctis fieri solebat. *Vide plin. lib.* 14. *cap.* 17.

ōxўmŏrŏn, ὀξύμωρον, *vt docet Budæus ex Quintilian.* Est sententia ex periculo petita, hoc est ita acute & affectate enuntiata, vt fatua videatur: *vt apud Virgi.* 7. *Æneid.* Nunc capti potuere capi?

ōxўmўrsīnŏ, ὀξυμυρσίνη, Frutex est quem acutam myrtum appellamus. Folia habet myrto similia, sed acutiora & rigidiora producit. baccas rufas ad ceraſorum similitudinem. *Plin. lib.* 26. *cap.* 11. *& Dioscorid. lib.* 4. *cap.* 147.

ōxўporon, ὀξύπορον, Moreti quoddam genus, *teste Colum. libro* 12. *cap.* 57. ex caseo, sesamo, nucibus, & herbis constans aceto piperato conditis. Idem & oxigarum appellabatur, quòd quoties vsus exigeret, aceto & garo diluueretur. *Plin. libro* 20. *cap.* 22. Fœniculum condimentis propè omnibus inseritur, oxyporis etiam aptissimè. Sunt & sua medicis oxypora: sunt enim remedia præsentanea, & celeriter iuuantia, à celeritate dicta penetrandi. *Idem libro* 24. *cap.* 8. Iuniperus miscetur antidotis oxyporis.

ōxўpŏrŏpōlæ, ὀξυπωλοπῶλαι. Qui cibos vendunt aceto conditos. *Plin. lib.* 20. *cap.* 7. In eosvtius & oxyporopolæ seruant, addito dulci accrementum aceti temperantes. Vbi nunc sic legitur, Stomachos dissolutos vtilissimè adjuuant, vti ne eo esu abluantur, & oxypori obolis asperitatem addito dulci ad intinctum aceti temperantes.

ōxўrrhŏd'num, ὀξυῤῥόδινον, Medicamentum liquidum, constans ex aceto, & aqua rosacea, quod capitibus eorum solet adhiberi, qui phrenitide laborant.

ōxўsăccharum, ὀξυσάκχαρον, Potionis genus ex saccharo & aceto. Saccharum autē mel dicitur in arundinibus collectum gummi modo candidum ac fragile, quod decoctum, & in pyramidis figuram formatum ex Canariis insulis ad nos defertur. *Sed de hoc suo loco.*

ōxўrrhĭnchŭs, ὀξύῤῥυγχος, Piscis est Nilo peculiaris, à rostri acumine nomen habens, quem tota Ægyptus pro Deo colit. *Autor Strabo lib.* 17. Capitur in mari rubro. Item in Caspio, *teste Æliano lib.* 12. *cap.* 33. 34. *&* 35. ¶ Item ciuitas Ægypti dicta ab oxyrrhincho pisce qui ibi templum habuit. Cæterùm Ægyptij omnes Oxyrrhinchum piscem colunt. Nã quædam animalia sunt quæ Ægyptij vniuersi colunt, quemadmodum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ex terrestribus tria,bouem, canem,selem: ex volatilibus duo,accipitrem,atque ibin:ex aquatilibus duo,lepidotum piscem, & oxyrrhinchum.*Ex Strab.lib.17.*

ὀξύσχοινος,ὀξύσχοινος,Acutus iuncus,qui & marinus dicitur.*Pli.lib.21. cap.18.*

O ante Z.

ὀζæνᾶ,ὀζæνα,Piscis ex polyporum genere,caput habens grauissimi odoris.*Plinius lib.9.cap.30.*Polyporum generis ozæna, dicta à graui capitis odore,ob hoc maximè murænis eam confectantibus. ¶. Est item Ozæna,narium morbus, effluxione acrium humorum plures crustas intra nares gignente quæ grauissimum exspirant odorem, cui malo vix vllo remedio potest succurri.*Plin.lib.25.cap.21.* Narium ozænasemendas aristolochia cum cypero.

ὀζæνῖτις,ὀζαινῖτις,Herba est ex genere nardi,ad Gangem Indiæ fluuium nascens,odore virus referens, vnde & nomen accepit. *Autor Plinius libro 12.cap.12.*

ὄζος,ὄζος, Oris graueolentia dicitur, à verbo Græco ὄζω, quod est oleo, *Gell.lib.3.cap.11.*Itaque ei remissioni credendum est,quæ etiam immoratur, & iactationem fœtoremque quendam oris (quem ozen Græci vocant)minuit.

ὄζῖmum,penult.corr.ab ὄζω, redoleo, Genus edulij redolentis ex intestinis confecti.*Persius Satyrâ 4.* Quum bene discincto cantauerit ozimum vernæ. Quo tamen in loco nonnulli ocima malunt legere. *Vide Cæl.Rhod.lib.29.capite 24.* *Item regia herba, siue basilica, aut basilicum, à Liguribus vocata, fragrantissimi & vehementissimi odoris, vnde nomen accepit:nempe à verbo ὄζω,quod est redoleo.

OZOLAE, ὀζόλαι, Populi ex Locris,Ætoliæ oram incolentes ad sinum Crisæum,quorum oppida enumerātur à Ptolemæo,Molycria,Naupactus,Antyrrhium & Euanthia.*Vide Strab.libro 2.capite 9.*

Ozymum,*Vide* Ocymum.

P

LITERA muta est, nec aspirationem post se admittit, nisi in dictionibus Græcis,vt Phaëton.conuertitur quādoq; in transferendis dictionibus Gr. p in b: vt quod apud Græcos, πύξος, apud nos buxus scribitur, Pyrrhus, Burrhus. [B.cum P. consentit, vnde Byrrhiam nostri quod Græci Pyrrhiam;Byrrhum Pyrrhum; Balatium, Palatium.*Terentius Scaur.de Orthographia.*] Interdum p exile pro ph aspirato poni solet,vt quod à Græcis φοινικοῦς,cum ph aspirata scribitur, à nostris Puniceus transfertur:sic πορφύρεον, Purpureum dicimus. Quin & contrà vbi illi p exile ponūt,Latini sæpissime aspiratam ponunt,quod illi ὄφιον ὑλαῖον,nos Hypsiphile,scribere solemus.

P. In notis antiquorum, Pupillus. P. Posuit, vel pes, vel passus, vel Publ.

P ante A.

PACE.P.R.In notis antiquorum, Pace populo Romano.P.ÆL.AVG. LIB.Publius Ælius Augusti libertus.PAL.Palmensi. PAR. Parentum. PARTH. Parthicus.PAT.Patritius.PA.DIG.vel P.G. Patritiatus dignitas.P.C. Pactum conuentum. P.C. Pecunia constituta.P.D. Publicè dedit.

Pābŭlum,li,Propriè pecudum,& aliorum brutorum cibus, herbaceus, fœniceus, paleaceus, vel stramentitius est. { בליל מרעה *belil mirʕéh.* τροφὴ,νομὴ,χόρτος.GAL.Pasture,fourrage.ITAL.*Pasco,pascolo.* GERMAN. Futer.HISPANIC.*El pasto de bestias sin grano.* ANGLIC. *Forage,foder or meat for beasties.* } *Cæsar.1.bell.Gall.*Ipse,quum pabuli copia esse inciperet,ad exercitum venit.*Idem de bell.ciuil.*] Multum frumenti ex omni prouincia comportabatur,magna copia pabuli suppetebat. *Et eodem libro,*Magnum in timorem Afranius,Petreiúsque peruenerunt,ne omni frumento pabulóque intercluderentur.*Virgil.1.ÆEneid.*-priusquam pabula gustassent Troiæ,Xanthúmque bibissent. *Idem 12.Æneid.* Peruolat,& pennis alta atria lustrat hirundo,Pabula parua legens, nidísque loquacibus escas. [Nec frugem segetes prębent, nec pabula terræ.*Tibull.lib.4.*Quam mox Iunix ad stabulum se recipiat à pabulo. *Plau.Milit.c.3.a.2.*(de meretrice.)] ¶ Translatè etiam dicitur studij, amoris & animi pabulum.*Cicero in Catone,*Si verò (*inquit*) habet senectus aliquod tanquam pabulum studij & doctrinæ, nihil est otiosa senectute iucundius.*Lucretius lib.4.* Nam si abest quod ames, prasto simulacra tamen sunt Illius,& nomen dulce obseruatur ad aureis: Sed fugitare decet simulacra,& pabula amoris Absterrere sibi, atque aliò conuertere mentem. [Eniteścit velut pabulo lætiore facundia. *Fab. Quintil.*] *Cicero 4.Academ.*Est enim animorum,ingeniorúmque naturale quoddam quasi pabulum consideratio,contemplatióque. *Idem de Aruisp.resp.*Quid enim hunc prosequor pecudem ac beluam pabulo inimicorum meorum& glande corruptum.*Ouid.8.Metam.*-dederátque graui noua pabula morbo.

Pābŭlāris,pabulare, Quod ad pabulum pertinet,seu quod pro pabulo datur. { νομικός. GALLIC. Qu'on donne aux bestes, appartenant à pasture.ITA.*Ciò che si appartiene à pasco.* GERM. Zu dem futer dienstlich. HISP.*Cosa perteneciente à tal pasto.*ANGLIC. *Perteining to forage,foder, or to meat of beasties.* } *Colum.lib.11.cap.2.* Vicia pabularis,& vicia seminalis.*Idem lib.2.c.14.*De lupino nihil dubito,atque etiam de pabulari vicia.*Plin.li.18.c.16.*Omnia hæc pabularia.

Pābŭlōr,aris,Castrense verbum est, quemadmodum Lignor, & Aquor. { νέμομαι. GALLI. Fourrager, paistre,repaistre.ITALIC.*Pascolare.*GER. Auff die futerung gehen oder reiten/auff die futerung faren.HISPAN. *Ir à buscar tal pasto.*ANG.*To go à foraging.* } Dicuntur enim proprie Pabulari milites, quum è castris cum falcibus egressi,pabulum in vsum iumentorum ex agris in castra comportant.*Valer.Maxim.lib.5.cap 6.* Id postquam cognouit depositis insignibus Imperij, familiarem vultum induit,ac pabulantium hostium globo sese obiecit.Interdum pabulari,est pascere.*Colum.lib.7.cap.6.de capillis loquens.* Subinde quæ incedit,compesci debet,ne procurrat,sed placide ac scite pabuletur, vt & largi sit vberis. * Pabulari oleas fimo,Fimum in pabulum & nutrimētum ac fomentum dare oleis,hoc est stercorare.*Colum.lib.5.cap.9.* Ac tertio quoque fimo,vel pabulandæ sunt oleæ.

Pābŭlātĭo, nis, Aliquando est actus ipse pabulandi, noménque est castrense,quemadmodum Aquatio & Lignatio, { νέμησις,νομή. GALLIC. Pasture ou fourrage,le fait d'aller au fourrage.ITALIC.*Pasco.* GERM. Das ausfaren oder außhin reiten auff die futerung. HISPANIC. *Obra de buscar tal pasto.* ANGLIC. *A prouiding of forage,a foraging.* } Est enim pabulatio proprie militum, quum scilicet in agrum egrediuntur cum falcibus capiendi pabuli causa. *Cæsar 7.bell. Gallic.* omnibus modis huic rei studendum, vt pabulatione & commeatu Romani prohibeātur. Aliquando inuenitur pro ipso pabulo.*Varro 3.de Re rust. cap.16.* Si è bono loco transtuleris vbi idonea pabulatio non est fugitiuæ fiunt:de apibus.

Pābŭlātŏr,oris,qui pabulatum vadit. { ὁ ἐπὶ νομὴν πορευόμενος.GALL.Fourrageur,qui va au fourrage. ITA. *Pascolatore.* GERMAN. Der auff die futerung fart oder gehet futer dem vych zusamen. HI.*El cruero que va buscar tal pasto.*ANGLIC.*A foreageour,a prouider of foode,foder of forage.* } *Cæsar 5.belli Gall.* Repente ex omnibus partibus ad pabulatores aduolarunt. *Liuius 9. belli Punici* Deinde quum in pabulatores Romanos,impetus repente ab equitibus Hispanis factus esset,&c.

Pābŭlātorius,adie.{ τῆ νομῆ καὶ χρησιμῶ ὑποτεθείσιος. GALLIC. Qui sert au fourrage. ITAL. *Cosa da pascolo.* GERM. Das zu der futerung gehört. HISPANIC.*Perteneciente à pasto.*ANG.*That serueth for forage or foder.* } vt Pabulatoria corbis,in qua reponuntur pabula.*Colum.libro 6.cap.3.* Si grano abstinemus,frondis aridæ corbis pabulatoria modiorum viginti sufficit.

Pacatus,*Vide*,Pax.

PACHYNVS,penultima producta, πάχυνος, Promontorium Siciliæ Peloponnesum spectans: ab aeris crassitudine nomen habens. GERMA. Das vorgebirg Sicilie gegen Auffgang. } Nam πάχος pingue & crassum dicitur.*Virgil.lib.3.* Præstat Trinacrij metas lustrare Pachyni, *prisciano* mediam huius dictionis syllabam nullo veterum exemplo corripuit: quod non ausim imitari, Qui procul effusis Pachyni distenditur oris.

* PACIDEIANVS, παλαιστὴς, Gladiator,*apud Lucilium*, vt refert *Cicero 4.Tuscul.& ad Q.fr.libro 3.cap.20.*

PACINVS,pen.prod.Vnus ex Nepotibus Volsinij regis,cognomento Lucilli qui relicto Illyrico in Italia consedit, vbi & populos Pacinates de se nominauit.*Autor Festus.*

Păcīscŏr, sceris, pactus,deponens Pactum facio,conuenio,contraho. { יעד *jaʕádh.* συμβάλλω,συναλλάττω,συνθήκας,ὁμολογῶ, ὑπισχνῶ. GALL. Pactionner,contracter. ITALIC. *pattuire,pattegiare.* GERMA. Ein vertrag oder pact machen. HISP. *Pactear ò hazer pacto.* ANGLI. *To bargaine,to indent,to make a conenant.* } Pacisci cum aliquo, *Plaut.in Bac.* Pasci cum alio paulula pecunia potes. * Pacisci de.*Suet.de claris Grāmat.7.* Nec vnquam de mercibus pactus eóque plura ex liberalitate discentium consecutus. Dicimus etiam Pactus sum hanc rem. *Iustin libro 2.*Cum Xerxe nuptias filiæ eius pacisci tur.*Sallust.in Iugurt.* Adherbali suadent vt sese & oppidum Iugurthæ tradat:tantùm ab eo vitam pacisc atur.*Virgi 5.Æneid.* -vitámque volunt pro laude pacisci. [Pactus est proscriptis reditum & salutem *Sext. Pompeius. Velleius.* Quæ natio in formulam redacta prouinciæ stipendia pacta sit. *Velleius.* Leucippo fieri pactus vterque gener. *Ouid. 5. Fast.* Ea pacisci modo scis, sed quæ pacta es nescis soluere. (.i. pecuniam dare domino pro libertate. *Plaut.Pseud.sc.2.a.1.* Pacisc endi mos piraticus (de mercedibus patronorum.) *Quintilian.* Item Pacisci pacem.*Liuius libro 10.d.4.*] ¶Ponitur aliquando pro Promitto. *Plaut.in Trin.*Hæc tibi pacta est Callicli filia? Id est, éstne tibi promissa? *Cicero ad Attic. lib.5.* Nec dubitat Deiotarus,cuius filio pacta est Artauasdis filia,quin cum omnibus copiis,&c. [Pactæ eius nuptias occuparat. *Velleius.* Sic ad pacta tibi fidera tardus eat. *Ouid.Eleg.3.libro 5. Trist.* *Vide* Pactum.] ¶Pacisci autem,& transigere hoc differunt, quòd is qui transigit,quasi de re dubia & lite incerta neque finita transigit:qui verò pacisc itur, donationis causa rem certam & indubitatam liberalitate remittit.*l.1.de Transact.*

Păctŏr,oris.{ συναλλακτὴς,πεπαυτὴς. GAL. Faiseur de contracts & accords. ITAL. *Chi fa contratti & accordi.* GER. Ein vertrager/vereinbarer/verthädinger.HISP. *El que haze pactos.*ANG.*He that maketh contract, bargaine or conuenant.* } *Cic.7.Verr.* An fœderum interpretes, societatis pactores,religionis autores?Huius compositum est Depacisc or, siue Depacisc or,*de quo suo loco diximus.*

Pāctum,participium est à pacisc or.Pacto decretum. { τὸ ὁμολογηθέν. GAL. Pactionné,accordé,conuenu.ITALIC.*Pattuito.*GERMANIC. Angedinget/ge-

get/zu'dem vertrag abgeredt. HISP. *Pactendo.* ANGLI. *A bargaine or couenant.* ‡ *Plautus in Asin.* [*sc.4.a.3.*] Hinc incrauat viginti minæ bonæ, mala opera partæ, Has tibi nos pactis legibus dare iussit. Id est ea conditione, de qua inter vos conuenit. ¶ Aliquando nomen est, & ponitur pro consensu & conuentione. ‡ ברות *berith.* συμβόλαιον. GALLIC. Conuention, paction. ITA. *patto.* GERMANIC. Ein vertrag/etwas das ein beede partheyen verwilligen/ein vereinigung. HISPAN. *pacto.* ‡ *Cicero 2. de Inuent.* sic definit, Pactum est quod inter aliquos conuenit, quod iam ita iustum putetur vt iure præstari dicatur. *Idem 3. Offic.* Pacti & promissa semperne seruanda sint, quæ nec vi, nec dolo (vt prætores solent dicere) facta sint. *Vlp. de polic. l. pactum.* Pactum est duorum consensus atque conuētio. Pollicitatio verò, offerentis solius promissum. [*Plau. Aulul. sc.4. a.1.* Pactum non pactum est: non pactum pactum est quod vobis (diuitibus) lubet. Venient in pactum. de vitæ conditione. *Senec. cap.20. de Consol. ad Mart.*] ¶ In ablatiuo quandoque accipitur pro Modo. πρόπος. *Terent. in Andr.* Eo pacto & gnati vitam & consilium meum cognoscēs. [Alio pacto Insidias dare, quàm solent alij. *Plaut. Pseud. sc.8. a.4.* Si me arbitrabare isto pacto (.i. talem) cur ducebas. *Plau. Pseud. sc.2. a.3.* Nullo pacto posium viuere (sine amica.) *Plau. Pseud. sc.1. a.1.* Quo pacto Elephanto perfregisti brachium. *Plaut. Aul. sc. 1. a.1.* Quo pacto emisti e vinclis &c. (i. eo modo) Eodem pacto vt serui solent. *Plaut Capt. sc.1. a.4.* Nec quóne pacto abstulerit scio. *Plaut. Curc. sc.2. a.1.* Hoccine pacto me indemnatum abripi? *Plaut. Curc. sc.3. a.5.*]

PĂCTĬTĬUS, a, um, adiect. Vulgò *Conuentionalis dicitur.* κατὰ συμφωνίαν. *Gell. lib. 1. cap.25.* Cessatio pugnæ pactitia, Induciæ dicuntur.

PĂCTĬO, onis, Est (*vt inquit Vlp. l.1. ff. de pact.*) duorū pluriúmue in idē cōsensus. ‡ ברית *berith.* ὁμολογία, σωμάγμα, τὸ ὁμολογηθὲν, συμβόλαιον. GAL. Paction, conuention. ITA. *Patto, conuentione.* GERMANIC. Ein vertrag oder abred / so da mit beider theilen verwilligung gemacht wirt/eins werden. HISPAN. *Pacto, ò la obra de pactiar.* ANGL. *A couenant or bargaine.* ‡ *Sallust. in Catil.* Collegam suum Antonium pactione prouinciæ perpulerat, ne contra Rempub. dissentiret. *Cicer. lib.3. Offic.* Regulus non debuit conditiones pactionésque bellicas & hostiles perturbare periurio. [*Plaut. Aulul. sc.4. a.1.* Vult eam rem adire ad pactionem. *Liu. lib 4. ab Vrbe.* Pactionem nuptialem facere. *Seneca*, Ad pactionem vocari; Et ferre pactionem. *Idem.*]

PĂCO, pacas, *Vide* Pax.

PĂCOR, ōris, pen. cor. & sine aspiratione. πάκορος. *Suidæ*, Orodis regis Parthorum filius, eius qui Crassum dolo circumuentum interemit. Quam maculam postea Ventidius Bassus Antonij legatus deleuit, Pacoro cum toto exercitu ad internecionem cæso. *Horat. 3. carm.* Bis iam Monæses, & Pacori manus Non auspicatos contudit impetus nostros, &c.

PĂCTĬĂ, πακτία. *Stephan.* Insula est maris Ægei, vna Cycladum, candido marmore nobilis, distans à Delo XXXVII. M. pass. Alio nomine Paros dicitur. *Autor Plin. libro 4. cap.12.*

PĂCTĬĂS, πακτίας, Agri Ephesi mons est, Mycaliæ incumbens, & ab ea ad Mediterranea deflexus. *Autor Strabo libro 14.*

PĂCTĬLĬS, *vide* Pango.

PĂCTĬTĬUS, a, um, *Vide* Pactum *in* Paciscor.

PĂCTŌLUS, pen. product. πακτωλὸς, Fluuius Lydiæ, ex monte Tmolo nascens, & per Sardianum agrum in Hermum influens. Alio nomine Chrysorrhoas dicitur, quòd aureas trahat arenulas, *teste Plin. lib.5. cap.29.*

PĂCTUM, *Vide* paciscor.

PĂCTĬAE *Plinio*, πακτίαι, *Ptolemæo*, Oppidum est Thraciæ ad Propontidem, non procul à Chersonneso: cuius meminit *Plinius libr.4. cap.1.* ¶Sunt item Pactiæ, insulę quędam in mari Lycio, *apud eundem Pli. lib. 5. cap.31.*

PACVVĬUS, πακκύβιος, Brundusinus poeta tragicus illustris, Ennij poetæ ex sorore nepos. Romæ poeticam exercuit, ac fabulas venditauit: deinde Tarentum transgressus, propè nonaginta natus annos diem obiit. Hic (*vt Quintilianus ait*) grauitate sententiarum, pondere verborum, autoritate personarum clarissimus fuit, citra tamen nitorem. Eius epitaphium extat *apud Gell. li.1. ca. 24.* in hæc verba:

Adolescens tametsi properas, hoc te saxum rogat
Vt se aspicias, deinde quod scriptum est, legas.
Hic sunt poetæ Pacuuij Marci sita
Ossa, hoc volebam nescius ne esses.

PACYRIS Scythiæ Europæ fluuius, in sinum Carcinitem influens. *Autor Plin. lib.4. cap.12.*

[Padæus populi nomen. *Tibull. lib.4.*]

PĂDUA, Venetorum vrbs à Padi vicinitate dicta, quæ & Patauium, πατάβιον dicitur, quasi Padauium. Vel ἀπὸ τῦ πέτεσθαι, id est à volando, quòd captato augurio dicatur conditum (Alias diximus esse Grammaticorum ineptias has deuorandas, & quæ nobis causa sit hæc non inducendi.) Vel à petendo, quod telo auem Antenor petisse dicatur, eóque in loco vrbem condidisse. Primò Antenorea dicta est: vnde Antenoridæ, postea Patauini, & Paduani. Apud Patauium natus est Titius Liuius historicus celeberrimus, qui res Romanas summa facundia perscripsit. Similiter & Stella, & Valer. Flaccus poetæ, & Paulus Iureconsl. Fuit quoque Volusius poeta Patauinus qui post Ennium rerum gestarum pop. Rom. annales carmine descripsit. *Catullus de Cinna*, At Volusi annales Paduam morientur ad ipsam.

PĂDUS, πάδος. Vulgò *Il po.* ‡ GERM. Ein fluss in Italia/so jetz heisst/Il po. ‡ Fluuius est e gremio Vesuli montis celsissimum in cacumen elati, finibus Ligurum Vagienorum viscndo fonte profluens, condénsque sese cuniculo, & in Forouibiensium agro iterum exoriens, nulli amnium claritate inferior. A Græcis dictus Eridanus, ac pœna Phaëtontis illustratus. Augetur ad Canis ortus, liquatis niuibus, agris quàm nauigiis torrentior, nil tamen ex rapto sibi vendicans. *Hæc Plinius lib. 3. cap.16.* Metrodorus refert, quoniam circa fontem arbor sit multa picea (quæ Pades Gallice vocetur) Padum hoc nomen accepisse.

PĂDŪSA, æ, pen. produ. Fossa est ex Pado Rauennam vsque ducta, quā Messanicium olim appellarunt, *teste Plin. lib.3. cap. 15. Claudianus*, Eridani ripas, & raucæ stagna Paduæ.

PAEAN, παιὰν, Hymnus erat in laudem Apollinis, sicut Dithyrambus in laudem Bacchi, qui (*vt Iulius Pollux inquit*) non solùm in auersione malorum decantabatur, sed etiam in victoria. Interfecto enim Pythone, Apollo & carminibus laudatus fertur, quæ Pæanas dixerunt. *Virg. 6. Æneid.* -lætúmque choro pæana canentes. Latiùs vsurpatur tamen pro omni deorum laude. Vnde opus suum Pindarus, de laudibus deorum omnium Pæana inscripsit. ¶ Accipitur aliquando Pæan pro ipso Apolline, ἀπὸ τῦ παίειν, hoc est à medendo. Credebat enim antiquitas medicinam Apollinis esse inuentum. *Iuuen. Satyr. 6.* Parce precor Pæan. [*Tibull. lib.4* Consulitur Pæan.] ¶ Fuit & Pæan nomen patris Philoctetæ: quod recentius tamen per œ diphthongum scribitur. Hinc Pœantius, & Pœantiades, *quæ omnia vide infra suis locis. Vide* Pœā.

PAEANTIDES, παιανίδες, Gemmæ sunt speciem habentes aquæ glaciatæ, (*vt Plin. inquit*) quæ in Macedonia circa Tiresiæ sepulcrum inueniuntur. Prægnantes fieri & parere dicuntur, & parturientibus mederi. Eædem & Gemonides dicuntur. *Autor Plin. libro 37. cap.10.*

PAEDAGOGUS, gi, penul. prod. ‡ παιδαγωγὸς. GAL. Pedagogue, qui a la charge de mener vn enfant. ITAL. *Pedagogo, pedante.* GERM. Ein zuchtmeister oder lehrmeister der iugent. HISPA. *Maestro de ninnos.* ANG. *A pedagoge, that hath the charge to guiyd children.* ‡ Custos & institutor pueri, cui cura incumbit puerum instituendi, & vestigia eius subsequendi, eúmque quocunque opus fuerit, circunducendi. ita dictus quasi τῶν παίδων ἀγωγεὺς, hoc est pueri dux. [*Vnde Plaut. Pseud. sc.5. a.1.* Hic dux, hic est illi pædagogus. (ad malam rem ‡ *sup.*)] *Columel. lib.1.* Nec postremò quasi pædagogi eius, meminisse dedignemur Iulij Higini. *Cic. de Amic.* Illo enim modo nutrices & pædagogi maximè erunt diligendi. [Pædagogi, hoc est non philosophi. Imò sapiens est humani generis pædagogus. *Senec. Epist. 90.* Sub Pædagogo esse. *Suet. in Claud. ca. 2.* Prætextatis cuneum suum & proximum pædagogis assignauit. *Idem in August. cap.44.* Pædagogi dicti per inuidiam ij, quorum arbitrio Imperator Galba regebatur. *Suet. in Galbæ capite 14.*]

Pædagium, Cubiculum puerorum, id est seruorum. *Plin. Epist. libro 7. Rufo*, Puer in pædagio mixtus pluribus dormiebat.

[Pædagij apparatus. *Senec. cap.1. de Tranq.*]

PAEDAGŌGĬUM, gij. ‡ παιδαγώγιον. ANG. *A schole, also a place where children are and fernandes lodge.* ‡ Locus est in ædibus in quo pueri, seruíque commorantur, qui à Græcis παιδίσκοι vocantur. *Plin. libro Epist.* Puer in pædagogio mistus pluribus dormiebat. Accipitur etiam Pædagogium apud Iurisconsultos pro seruitio, hoc est pro seruorum & mancipiorum grege. *Vlpian. l. quæsitum. de Fundo instructo & instrum. legat.* Si instructum fundum legasset, ea pædagogia, quæ ibi habebat, vt quum ibi venisset, præstò essent in triclinio, legato continentur. Calepinus putauit Pædagogium aliquando accipi pro puerorum concubitu, adducens illud *Suetonij cap.28. libro 6.* [*in Neron.*] Super ingenuorum pædagogia, & nuptarum concubinatus, etiam Rubriæ virgini Vestali stuprum intulit. Sed fallitur: nam in castigatioribus exemplaribus Proagogia legimus, non Pædagogia. Est autem προαγώγιον, Græca dictio, quæ nobis productionem, vel prostitutionē sonat, ὅτι πρὸ προαγωγεύειν, quod est producere vel prostituere.

Pædagogij apparatus. *Senec. cap.1. de Tranq.*]

PAEDARĒTUS, παιδάρετος, Proprium nomen viri, ἀπὸ τῆς παιδείας καὶ ἀρετῆς, hoc est à disciplina & virtute.

Pæderāstēs, ‡ קרש *kadhésch.* παιδεραστὴς. ‡ Amator puerorum: quasi παιδῶν ἐραστὴς. Inde Pæderastia, παιδεραστία, Amor obscœnus in pueros.

Pæderos, Pæderotis, παιδέρως, Gemma est quam alio nomine Opalus vocamus, nonnulli etiam Sangenum: ita dicta, *teste Plin. libro 37. cap.6.* propter eximiam gemmæ eius gratiam. παιδέρως, enim nobis puerorum amorem significat. ¶ Est etiam Pæderos, *eodem Plinio teste libr.22. cap.22.* achanti genus, quod à nonnullis Melamphyllon appellatur.

Pædīa, Græcè παιδεία, Disciplina institutióque ad bonas artes, eductio, *vt docet Gellius.* Hinc Xenophon nobilis apud Græcos historicus, opus suum Cyri pædiam inscripsit.

Pædico, as, pen. prod. Verbum obscœnæ significationis, & *Catullo* veteribúque poetis vsitatum.

Pædīcōnēs, siue Pædicatores, Puerorum amatores, concubitoréque, παιδικοί.

Pædomātheis, παιδομαθεῖς, Qui à pueris statim discunt, quibus opponuntur Opsimatheis, ὀψιμαθεῖς, qui scilicet serius & iam natu grandes ad discendum accedunt.

Pædŏr, pædoris, penult. prod. Situs, squallor, illuuies, sordes, & omnis immunditia, seu putor. ‡ פגול *pigghúl.* αἰσχρὸς, ῥύπος. GAL. Crasse, ordure, [& saleté, telle qu'on void en ceux qui ont esté detenus longuement és prisons.] ITAL. *Puzzore, immondittia, sozzura muffa.* GERMA. wust/vnrat/vnflat vnd gestanck. HISPAN. *Hedor y hediondez.* ANG. *Slutishnesse-filthinesse.* ‡ *Lucanus lib.2.* longúsque in carcere pædor. *Cicer. 3. Tusc.* Barba pædore horrida atque intonsa infuscat pectus illuuie scabrum. Festus putat ἀπὸ τῦ παίδων, hoc est à pueris deduci, qui in illa ætatula sordidi ferè sunt, nec à sordibus sciunt abstinere, Vnde Pædidos quoque & sordidos & obsoletos appellant.

Pædŏtrībēs, penult. product. παιδοτρίβης, cuius officium (*vt inquit Plato in Gorgia*) est, corpora hominum formosa robustáque efficere.

Pædŏtrībĭa, παιδοτριβία, Dicitur ars exercendi puerorum corpora: vnde *Aristot. lib.7. Poli.* præcipit adolescentes statim Gymnasticæ & Pædotribiæ esse tradendos.

Pægnĭum, παίγνιον, Græca vox est quæ nobis ludum sonat, vel rem ludicram, aut puerilem oblectationem: Technopægnium, ludicrum quoddam poema ab Ausonio inscriptum est. [*Plaut. capt. sc.3. a. 5.* Pægnium vocitatus est.]

PAEŌN, παίων, Nomen viri medicinæ artis peritissimi, quem *Homer. lib. 5. Iliad.* scribit Plutonem curasse, ab Hercule grauiter vulneratum. Hic herbam illam insignem inuenisse traditur, quę ab illo Pęonia dicta est. ¶ Est & Pæon genus pedis, qui *à Diomede* quadruplex esse traditur. Quorum primus ex longa, & tribus breuibus constat: vt, Obtinuit. Secundus, ex breui & longa & duabus breuibus: vt Facillimus. Tertius, ex duabus breuibus, & longa, & breui: vt Faciebant. Quartus, ex tribus breuibus, & longa: vt Docuerant. *Cicer. de Orat.* duas tantùm huius pedis facit species, quum scilicet syllabam vnam longam sequuntur tres breues, vt Definite, Comprimite: Aut quum tres breues sequitur vna longa, vt Domuerant, Studuerant.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Pœōnĭă, {πωνία. GAL. Peuoiſne. ITA. Peuonia. GERM. Peoniẽ oder Bemmien wurtzel. HISPA. Ryſa montes.} Herba eſt inſignis, in ſummo caule ſiliquas quaſdam ferens amygdalis ſimiles: quę quum dehiſcunt, grana multa & exigua oſtendunt, Punici mali acinis ſimilia, in medio nigra, quædam rubra, quinque aut ſex purpurea. Eius duo ſunt genera, Mas & Fœmina, foliis præcipuè diſtincta: mas enim folia habet inglandis, fœmina verò ſinyrnij. Dicta eſt autem Pæonia à Pæone inuẽtore, qui ea Plutonem curaſſe dicitur ab Hercule vulneratum, *vt fabulatur Homer. 5. Iliad.*

PAEŌNĬĂ, Regio eſt Macedoniæ, ita dicta à Pæone Endymionis filio, & Epei fratre, qui victus curſu ab Epeo (ſicut inter eos conuenerat) imperium paterni regni victori fratri permiſit, & ad Axium Macedoniæ amnem ſibi ſuiſque ſedes delegit. Vnde ea Macedoniæ pars, quæ antea à regis Emathionis nomine Emathia dicebatur, Pæonia appellata eſt: & populi ipſi, Pæones, *vt Iuſtinus, lib. 7. ſcribit.* Hi olim fortiſſimi habiti ſunt, magnúmque ſibi ex rei militaris ſcientia nomen peperẽrunt. *Stat. libr. 2. Achil.* -non me vlla feri Mauortis imago Præterit: didici quo Pæones arma rotatu.

PAESARCAE, παισάρχαι, Populi ſub Caucaſo. *Steph.*

PAĒSTVM, παῖστος, Oppidum Lucaniæ, roſarum abundantiſſimum, vbi ob cæli clementiam bis in anno producebantur fructus, ſcilicet Maio & Septembri. *Virg. lib. 4. Georg.* biſerique roſaria Pæſti. Huius mœnia prope magna ex parte adhuc integra videntur, latitudine & altitudine miranda. *Strab. lib. 5.* Autor eſt hanc vrbem primùm à Sybaritis fuiſſe conditam, Poſidoniamque appellatam: ſinúmque ipſum in quo ſita fuit, Poſidoniatem.

Pæſtanŭs, a, um, παιστανός. *Ouid. 2. de Ponto*, Calthâque Paſtanas vincat odore roſas.

Pætŭs, {ANG. *He that looketh aſquint vpward.*} Qui obliquatis oculis in altum reſpicit, vel qui alterum oculum minorem habet. *Horat. 1. Serm. Satyr. 3.* Strabonem appellat Pætum pater, & pullum male paruus Si cui filius eſt. Vbi interpres *Porphyrio*, Strabo, qui eſt detortis oculis dicitur: Pætus leuiter declinatis *Acron. ibidem.* Pæti quoque dicuntur, quorum huc atque illuc oculi velociter vertuntur. Hinc Æliorum familia Romæ cognomen ſumpſit. * Hinc Pætulus, Diminut. *Cice. 1. de Natur. deor.* Redeo ad deos, ecquos ſi non tam Strabones, at petulos eſſe arbitramur, ecquos næuum habere, &c.

Paganicus, Paganes, *Vide* Pagus.

PAGASĂ, pen. corr. παγασαί, Theſſaliæ oppidum, *teſte Plin. lib. 4. cap. 8.* quod poſtea Demetrias dictum eſt. Apud eam vrbem ædificata dicitur Argo nauis, quæ ob id ab *Ouid. lib. 7. Metam.* Puppis Pagaſea nuncupatur. [Et, Pagaſæa Carina. *Ouid. 13. Metamorph.*] Hinc ſinus propinquus Pagaſicus appellatur à *Plinio* loco iam indicato. *Stephan.* παγασητικὸν vocat.

Pāgĭnă, æ, penult. corr. Vtraque pars folij, à pangendo, quòd in paginis carmina panguntur, id eſt finguntur. {σελὶς. GALLIC. Vne page. ITA. *L'vna & l'altra faciata della carta.* GERMANI. Ein blatt zu beyden ſeiten. HIS. *Vna qualquera hoja de libro.* ANGLIC. *The ſide of a leaf in a booke.*} Verſus enim pangi vel figi in ceris dicuntur. Vel quod in libris ſuam quæque obtineant regionem, vt pagi, *Cicer. ad Tironem lib. 16.* Variè ſum affectus tuis literis, valde priore pagina perturbatus. [Ad paginas & formam memorialis libelli primum videtur Cæſar Epiſtolas conuertiſſe cum antea Coss. & duces nonniſi tranſuerſa charta ſcriberetur. *Suet. in Cæſar. cap. 56.* Item ſubmouet ingenuas pagina prima manus. *Ouid. Eleg. 1. lib. 2. Triſt.* ¶ *Plin. lib. 17. cap. 22.* Paginas in vitibus vocat areas interſeptas inter duo iuga. Semper (*inquit*) quintanis ſeminari, hoc eſt, vt quinto quoque palo ſingulæ iugo paginæ includantur. ¶ Paginam vtranque facere in re aliqua dicitur, cuius tanta eſt auctoritas vt nihil omnino ſine ipſo rerum geratur. *Plin. lib. 2. cap. 7. de fortuna loquens*, Huic (*inquit*) omnia expenſa, omnia feruntur accepta, & in tota ratione mortalium ſola vtranque facit paginam.* Sumpta metaphora à codicillis rationalibus, duas habentibus paginas: alteram quæ indicat quid ſit datum: alteram quæ quid ſit acceptum oſtendit. Itaque in rebus humanis fortuna vtranque facit paginam, id eſt, ſiue quid obtigit boni, ea laudatur quaſi dederit: ſiue mali quid accidit, eadem inceſſitur, ceu malorum author. *Eraſm.* Hinc Pagella diminutiuum. *Cic. ad Brutum lib. 11.* Non imitor κακοηθισμὸν tuum, altera iam pagella procedit. ¶ Hinc fit Compagino, pro coniungo, quòd paginæ ſimul coniungantur. συναρμόζω.

Pāgĭnŭlă, læ, diminutiuum à pagina. {σελίδιον. GAL. Petite page. ITA. *Picciola carta.* GER. Ein blättlin. HISP. *Pequenna hoja.* ANGLI. A *litle ſide of aleaf in a booke.*} *Cicer. ad Attic. lib. 4.* Si verò id eſt quod neſcio an ſit, vt non minus longas iam in codicillorum faſtis futurorũ Conſulum paginulas habeat quàm fatorum.

Pago, gis, pepigi, pactum, Paciſcor, antiquum verbum *Quintiliano autore lib. 1. cap. 10.* {יָשַׁר *jaṯádh.* συνθήκας. GAL. Faire quelque marché, contract ou accord. ITAL. *Pattuire, far patto.* GER. Ein vertrag / oder geding machen. HISPANIC. *Pactear, hazer pacto.* ANGL. *To promiſe, to mak a bargaine or conenant.*} Pacta ſunt, quæ legibus obſeruanda ſunt hoc modo, Rem vbi pagunt, oratione pagunt. *Seruius* tamen dicit Pago (vnde multi volunt venire Pepigi) nuſquam lectum eſſe, vultque Pepigi à Paciſcor fieri, ſicut & pactus, quomodo à Placeo, placui, & placitus.

Pāgrŭs, πάγρος, Piſcis eſt ex genere cancrorum. *Plin. lib. 31. cap. 10.* Pagri fluuiatilis longiſſimus dens capillo adalligatus. Idem & Pagurus dicitur *Plin. lib. 9. cap. 31.* Cancrorum genera carabi, aſtaci, maiæ, paguli, leones, & alia ignobiliora.

Pāgūrŭs, πάγουρος. Eſt de genere cancrorum poſt mæam maximus: *de quo Plin. lib. 9 cap. 31.*

Pāgŭs, pagi, Vicus, vbi multa ædificia ruſtica ſunt coniuncta. {כְּפַר *chópher* פְּרָזוֹן *perazón.* κώμη. GA. Vn gros village ou bourg. ITAL. *Villa.* GERM. Ein dorff. HIS. *El barrio ò aldea.* ANG. A *village in the cuntrey.*} ἀπὸ τῆς πηγῆς, hoc eſt à fontibus circa quos ruſtici gaudent habitare, vt facilis ſit aquatio. *Autor Feſtus.* ¶ Pagus præterea accipitur pro toto iuriſdictionis tractu: vnde *Cæſar lib. 1. bell. Gall.* ſcribit Heluetiam totam in quatuor fuiſſe diuiſam pagos. Hodie tredecim numerantur. Galli ſua lingua vocant *Cantones.* [*Plutarch. in Numa*: In pagos diuiſum territorium Rom. à Numa.]

Pāgātim, aduerbium. Per ſingulos pagos. {κατὰ κώμας. GALL. De bourg en bourg, de village en village. ITA. *De villa in villa.* GERMAN. Von dorff zu dorff/durch alle dörffer. HISP. *De aldea en aldea.* ANGLIC. *Village by village.*} *Liu. 2. bell. Maced.* Templa deũm, quæ pagatim ſacrata habebant, dirui atque incendi iuſſit.

Pāgānŭs, ni, à pago dictus eſt. Ruſticus, qui ſcilicet rure natus eſt, & educatus. {פְּרָזִי *perazí* κωμήτης, κωμητικός. GALL. Villageois, ruſtic, paiſan. ITALIC. *Ruſtico, villano.* GERM. Ein dorffman/baurſman. HISPA. *Caſa de aldea, ruſtico.* ANGLIC. *An vplandiſhman, that dwelleth in a village.*} *Cic. pro domo ſua*, Nullum eſt in hac vrbe collegium, nulli pagani aut montani (quoniam plebi quoque vrbanæ maiores noſtri conuenticula, & quaſi concilia quædam eſſe voluerunt) qui non ampliſſimè non modò de ſalute mea, ſed etiam de dignitate decreuerint. *Iuuenal. Satyr. 16.* + citius falſum producere teſtem Contra paganum poſſis, quàm vera loquentem Contra fortunam armati. Hinc Semipaganus, ſemiruſticus. *Perſius* per tranſlationem, arrogantiam vitans, ait, ipſe ſemipaganus, Ad ſacra vatum carmen affero noſtrum. ¶ Interdum Pagani accipiuntur pro hominibus non militantibus, tametſi vrbani ſunt, παγάνοι, ἀστρατεύτοι. Et eſt verbum peculiare Iureconſultorum, à quibus hæc duo perinde ac contraria opponuntur Miles, Paganus. *Sueton. de Auguſto c. 27.* Pinnatum equitem Romanum, quum concionante ſe, admiſſa turba paganorum apud milites ſubſcribere quædam animaduertiſſet, curioſum & ſpeculatorem ratus, coram fodi imperauit. [Idem fere *In Galba cap. 19.*] *Vlpian. l. tractabatur. ff. de militari teſtamento*, Eſt reſcriptum à diuo Pio in eo, qui quum eſſet Paganus, fecit teſtamentum, mox militare cœpit. *Marcellus l. quædam. ff. de Pœnis*, Quædam delicta pagano, aut nullam, aut leuiorem pœnam irrogant: militi verò grauiorem. ¶ Quare autem Pagani dicantur etiam ij qui vrbani ſunt, hæc affertur ratio, Romam olim diuiſam fuiſſe in tribus quatuor (*ſicut apud Dionyſium lib. 4. Antiquitatũ legitur*) quas pagos vocitabant, in quibus habitantes Pagani dicebantur, qui nullam in aliam habitationem transferri poterant. Hinc factum vt Paganus pro ciue ſumatur, qui nunquam militauerit. Et Pagano miles opponitur. Ob id à Hieronymo cæteriſque Eccleſiaſticis ſcriptoribus Pagani appellati Ethnici, qui non ſub Chriſti vexillo militarent. *Apud Plin.* Pagana lex qua ruſtici vtuntur.

Pāgānŭs, Pagana, paganum, adiectiuum. {פְּרָזִי *perazí*, ὁ τῆς κώμης ἰδιωτικός. GALL. De village. ITAL. *Di villa.* GERM. Deſs dorfs/beuriſch. HISP. *De barrio ò aldea.* ANGL. *Belonging to a village.*} vt Fercula pagana, *Propert. lib. 4. Eleg. 4.* Annua paſtorum conuiuia, luſus in vrbe, Quum pagana madent fercula diuitis. *Ouid. 1. Faſtor.* Pagus agat feſtum, pagum luſtrare colonis Et date paganis annua liba focis.

Pāgānĭcŭs, ca, cum, Quod paganorum eſt, hoc eſt quod ad ruſticos pertinet. Vnde Paganicum peculium, vel Paganicum abſolute, dicitur quod ex prædiis, vel paſtione, aliiſve ruſticis reditibus prouenit. (Caſtrenſe. *Anton. in l. j C. de Teſtament. militar.* Frater tuus miles, ſi te ſpecialiter de bonis quæ in Paganico habeat, heredem fecit, bona in caſtris reliquit, petere non pores. ¶ Paganica pila dicitur à pagis, id eſt, villis, quòd pagani ea vterentur, hæc eſt craſſior, laxiórque, & pluma plena, nec ad vſum tam agilis, vt quæ nec tam leuis ſit, nec iactata facilè reſiliat. *Martialis lib. 4.* [*Epig. 45.*] Et quæ difficilis turget paganica pluma, Folle minus laxa eſt, & minus arcta pila. Quaſi dicat eſt laxior quàm pila trigonalis, & arctior firmiórque quàm follis: nam follis, tertium genus pilæ eſt.

Pāgānālĭă, Feriæ, quibus ſacra fiebant Cereri & Telluri à paganis frugum & ſementorum cauſa. Dictæ etiam hæ feriæ ſunt paganicæ: quinquam *Varro* diſtinguere videtur: quòd paganalia ſint priuatæ feriæ alicuius pagi: paganicæ verò omnium pagorum.

Pālă, læ, Inſtrumentum ruſticanum vulgò notum: dicta à pangendo, mutato g in l. *inquit Varro lib. 4 de lingua Latina.* {רַחַת *rachâth.* σφῦρον. GALLIC. Vne paele. ITALIC. *Pala, badile.* GERM. Ein ſchauffel. HISPANIC. *Pala, inſtrumento para tranſpalar.* ANGLIC. *A ſhouell or ſpade.*} *Plautus.* Palas vendundas ſibi & mergas datas, vt hortum fodiat. ¶ Eſt etiam pala inſtrumentum quo panis in furnum immittitur & extrahitur. *Cato cap 11. de Re ruſtic.* Palæ ligneæ quatuor: necnon ventilabrum. ¶ Item quoddam ignis receptaculum. ¶ Sunt etiam palæ dorſi partes dextra, læuáque eminentes. ¶ Item (*vt inquit Strabo lib. 3.*) minores auri purgatioris maſſulæ, & vtique non maiores ſelibra palæ dicuntur. *Plin. lib. 34. cap. 13.* In ærariis officinis & plegma fit, iam liquato ære, atque percocto, additis etiamnum carbonibus, paulatímque accenſis, ac repentè vehementiori flatu expuitur æris pala quædam. Sic enim legit *Budæus de Aſſe*, licet in quibuſdam codicibus legatur palea. ¶ Pala quoque anuli pars cana eſt & latior, in qua gemma inſeritur. {מַשְׁבֵּצָה *miſchbetsáh.* σφενδόνη.} *Cicer. libro 3. Offic.* Ibi quum paſam eius anuli ad palmam conuerteret, à nullo videbatur.

Pala, Arbor eſt apud Indos, quam deſcribit *Plinius libro 12. capite 6. his verbis*: Maior alia, pomo & ſuauitate præcellentior, pro ſapientiores Indorum viuunt. Folium alas auium imitatur, longitudine trium cubitorum, latitudine duũm. Fructum è cortice mittit, admirabilem ſuci dulcedine, vt vno quaternos ſatiet. Arbori nomen palæ, pomo Arienæ. *Hæc ille.*

Palacra, quæ & palacrana à nonnullis appellatur, Maior auri maſſa eſt. {ANG. *A piece or wedge of gold.*} *Plin. li. 33. cap. 4. de auri maſſis loquens*, Necnon in puteis denas excedentes libras, Palacras Hiſpani, alij Palacranas: Iidem quod minutum eſt, balucem vocant.

PALAEBIBLVS, παλαίβιβλος. Oppidum eſt in ora Syriæ, Lybano monti ſubiectum, non procul ab Adoni fluuio. *Autor Plin. lib. 5. cap. 20.*

PĂLAĔMŌN, παλαίμων, Athamantis & Inûs filius, fuit alio nomine dictus Melicertes, qui patris furorem fugiens vnà cum matre ſe in mare præcipitauit: ambóque dij marini facti ſunt: mutatíſque nominibus, mater Leucothea, hoc eſt alba dea, dicta eſt: creditúrque eſſe Aurora, quæ & Matuta dicitur: ille verò à Græcis Palæmon, à noſtris, quòd portubus præeſſe putetur, Portunus eſt appellatus. In Palæmonis honorem Iſthmia celebrabantur, à Theſeo primùm inſtituta, quorum præmia erant coronę ex pinu confectæ, quę à Palæmone dictæ ſũt Palæmonię. *Claudian. 8. Paneg.* Cũcta Palæmonis manus explorata coronis Adſit. Erat autẽ hoc vnũ ex quatuor ſacris certaminibus, quæ magno totius Græciæ concurſu celebrabantur: quorum duo dicata erant,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

erant diis immortalibus, Ioui Olympio, Apollini pythio: duo itidem mortalibus, Nemæa Archemoro, Palæmoni autem Isthmia. Circumfertur ea de re Epigramma Græcum nomine Archiæ poetæ: in hæc verba.

Τέτορες εἶσιν ἀγῶνες ἀν' Ἑλλάδα, τέτορες ἱεροί.
Οἱ δυο μὲν Διὸς, οἱ δυο δ' ἀθανάτων.
Ζεφύρου καὶ Βοιδρομίου, παλαίσματος, ἀφ' ὑμέων.
Ἆθλα δὲ ἦν κότινος, μῆλα, σέλινα, πίτυς.

Quod sic Latinè effertur,

Quatuor Argiuis certamina sacra feruntur:
Bina hominum natis, bináque cælitibus:
Phœbo, ipsíque Ioui, puero Archemoro, & Melicertæ.
Poma, oleastra, apium, præmia pinus erant.

¶ Est etiam Palæmon nomen proprium grammatici Vicetini, qui Romæ vixit sub Tiberio & Claudio principibus, tanta vir arrogantia, vt M. Varronem porcum appellaret, secum & natas & morituras literas iactaret. Luxuriæ ita indulsit, vt sæpius in die lauaretur, nec sufficeret sumptibus. *Hæc* [*Sueton. lib. de illustribus Grammaticis cap. 23.*] *Iuuen. Satyr. 6.* odi Hanc ego quæ reperit voluitque Palæmonis artem. ¶ Est & pastoris nomen, *apud Maronem in Eclog.*

PALAEMYNDVS, παλαίμυνδος, Cariæ oppidum fuit eo in loco, in quo postea condita fuit Nariandus. Palæmyndi autem nomen accepit ad discrimen recentioris Myndi, quum antea etiam Myndus diceretur. *Vide Plinium lib. 5. c. 29.*

PALAEPAPHVS, παλαίπαφος, Oppidum Cypri insulæ, antiquum Veneris Paphiæ templum habens, antea Paphus dicta. Verùm quum Agapenor ad sexagesimum inde stadium alteram eiusdem nominis vrbem condidisset, cœpta est hæc ad differentiam recentioris Palæpaphus appellari, quasi vetusta Paphus. *Autor Strabo lib. 14.*

Palæphatius, a, um, vt Palæphatia papyrus, Prouerbio dicitur de libellis fabulosis, qui nil nisi meras fabulas, réque incredibiles continent. Tractum à Palæphato Pario, siue (vt alij malunt) Prienæo, qui τῶν ἀπίστων, hoc est rerum incredibilium multa cõscripsit volumina. *Virgilius* tamen ad Messalam, Palæphatiam papyrum, simpliciter dixit pro libris Palæphati. Docta Palæphatia testatur voce papyrus.

PALAESCAMANDER, παλαισκάμανδρος, Fluuius Troadis, qui effecto ptilacu, in Achæorum portum influit. *Autor Plin. lib. 5. cap. 30.*

[Palæstinæ Deæ (furiæ) *Ouid. 4. Fastor.*]

PALAESTINA. { פלשת *peléscheth.* παλαιστίνη. } prouincia Syriæ, Iudææ & Arabiæ contermina. {GERM. Ein landtschafft in Syria welches Gott dem volck Israels eingäben hatt.} *vt inquit Plin. lib. 5. cap. 12. & 13.* Herodotus totam Syriam vocat Palæstinam. In ea quinque ciuitates continebantur, Gaza, Ascalon, Geth, Acaron, & Azotus. ¶ Est & altera Palæstina prope Phæaciam, *de qua Lucanus lib. 5.*

Palæstra, æ, Luctatio, concertatio. { נפתול *naphtúl.* παλαίστρα. GALLIC. La luicte, exercice à luicter. ITA. *Palleſtra, lotta.* GERMANIC. Das ringen/ein kampffspyl mit ringen. HISPANI. *La lucha.* ANGLIC. *A wrastling place or the feat or wrastling or barriers.* } Χωρὸς τῦ παλαίειν τὸ σῶμα, hoc est à corporis agitatione. *Terent. in Eunuch.* fac periculum in literis, Fac in palæstra, in musicis. *Virgilius lib. 6.* pars in gramineis exercent mẽbra palæstris. [Palæstra proprie locus in vrbibus Græciæ quamplurimis, vbi cursu, & luctatione, aliisque variis ludis adolescentes exercebantur.] ¶ Accipitur etiam palæstra, pro quauis re, aut pro quouis etiam loco, in quo præcipuè se quis exercet. *Terentius in Phorm.* Eccum è sua palæstra exit foras, hoc est è domo lenonis, quæ est veluti palæstra, officina quædam, & ludus amatoris. ¶ Accipitur etiam palæstra pro decenti motu, gestúque totius corporis, quem Galli *Contenantiam* vocãt. Vnde palæstritæ vocantur, qui in hîce corporis decentibus gestibus insigniter sunt exercitati: quemadmodum contra Apalæstri, qui talium motuum & gestuum planè sunt rudes. { παλαιστείτης, παλαιστής. GALLI. Luicteurs. ITA. *Lottatori.* GERM. Vnpasseehtig/der keine geberden mit den gliderẽ nit vben kan/der sich nit in possen schicken kan. HISP. *Luchadores* ANGLIC. *He that vseth wrastling.* } *Quin. lib. 9. cap. 4.* significare volés, orationem forensem nec plane numerosam esse debere, qualis Panegyricus ille adeo fama celebratus Isocratis: nec rursus numeris vacare, ita inquit, Sicut etiam quos palestriras esse nolumus, tamen esse nolumus eos qui dicuntur Apalæstri. *Vide Budæum in prioribus Annotationibus.*

Palæstricus, ci, Palæstrita. { παλαιστείτης. GALLIC. Luicteur. ITA. *Lottatore.* GERMANIC. Ein ringer oder fechter. Item der in allem seinem thun oder reden seine geberden führen kan / sich weiss leicht in possen schicken. HISPA. *Luchador.* ANGLIC. *He that vseth wrastling.* } *Africanus*, Depelli mihi manum per palæstricos. ¶ Dicuntur etiam palæstrici, qui palæstram docent, hoc est qui palæstritas exercent & instituunt. ¶ Aliquando etiam palæstricos appellatos inuenimus qui motus gestúsque corporis formant, docéntque quo pacto omnes corporis partes deceter debeamus mouere. *Quintilian. lib. 1. cap. 11.* Ne illos quidem reprehendendos puto, qui paulum etiam palæstricis vacauerint. Non de iis loquor quibus pars vitæ in oleo, pars in vino consumitur: qui corporũ cura mentem obruerunt. Hos enim abesse ab eo quem instituimus, quã longissime velim. Sed nomen idem est iis à quibus gestus motúque formantur.

Palæstricus, ca, cum, penultima corrept. Quod pertinet ad palæstram. { παλαιστικὸς. GALLIC. Appartenant à luicte. ITAL. *Cosa de lotta.* GER. Zu dem ringen gehörig. HISP. *Cosa per tenesciente à lucha.* ANG. *That perteineth to wrastling.* } *Plautus in Rud.* Ex vrbe ad mare huc prodimus pabulatum pro exercitio Gymnastico & palæstrico. ¶ Palæstricos motus dixit *Cicero 1. Officiorum* nimis accuratos corporis gestus. Nam (*vt suprà ostendimus*) Palæstra aliquando accipitur pro concinno illo omnium membrorum gestu, quem Galli *Contenantiam* vocant: & Palæstrici qui huiusmodi motus docent. *Verba Ciceronis sunt hæc,* Nam palæstrici huiusmodi motus sæpe sunt odiosiores. *Idem quarta in Verrem.* Nunquam vos prætorem tam palæstricum vidistis.

Palæstricè, aduerb. More palæstritarum. { παλαιστικῶς. GALLIC. En luicteur, en façon de luicte. ITALIC. *A foggia di lotta.* GERM. Fechterisch/wie ein ringer oder fechter. HISPANIC. *En maniera de lucha.* ANG. *Lyk wrastlers.* } Cic. *de Op. gen. dic.* Sed ita vt palæstrice spatiari in xysto liceat.

[Palæstrio, nomen serui. *in Milite Plauti.*]

Palæstrita, tæ, penult. prod. Qui in palæstra se exercet. { παλαιστρίτης. GAL. Luicteur. ITALI. *Lottatore.* GERMANIC. Ein ringer/fechter/der sich in dem kampffspyl dess ringens übt. HISPA. *Luchador.* ANGLIC. A *wrastler.* } *Cic. 1. 6. Verr.* De Heraclij hæreditate, quam palæstritis concessisset, multò maximam partem ipsum abstulisse. *Persius Satyr. 4.* Quinque palæstritæ licet hæc plantaria vellant.

Palàm, aduerb. Manifestè, apertè, in conspectu atque oculis omnium. { ἐμπαρεμφύτως, φανερῶς. GAL. Publiquement, apertement. ITAL. *Palesemente, apertamente.* GER. Offentlich/vnuerholen. HISP. *Publicamente.* ANGLI. *Openlie, in the sight of men.* } Contraria habet Clàm & obscure. *Plaut. in Ciſtel.* Ndtro ordini palàm blandiuntur: clàm, si occasio viquàm est, frigidi insubdole suffundunt. *Cicer. 4. Academ.* Alterum quidem, vt videmus palàm: alterum vt suspicamur, obscurius. [Omnis res palàm est. *Plaut. Capt. sc. 3. a. 3. Et in Milit. sc. 2. a. 2.* Si id palàm fecisset (.i. si indicasset aurum) *Plaut. Aul. sc. 4. a. 3.* Quem ego hic conuincam palàm. *Plautus Amph.* Me honestius est, quàm te palàm hanc rem facere (.i. apere & narrare.) perspicuè, Et si taceas, palàm tũ quidem. *Plaut. Aulul. sc. 2. a. 3.* Probrum & partitudo propè adest, vt fiat palàm. *Plau. Aul. sc. 5. a. 1.* Palàm de se facere coactus (.i. se occidere). *Senec. cap. 15. e Tranq.* Palàm est eã esse. *Plau. Milit. sc. 5. a. 2.*] ¶ Palàm & Interdiu) Clàm & noctu. *Cæsar 3. bell. Ciu.* Exercitum educunt, Pompeius clàm & noctu, Cæsar palàm atque interdiu. ¶ Coràm ad personas certas tatùm refertur: Palàm ad omnes. *Terent. in Eunuch.* Sin falsum aut fictum, continuò palàm est. * Palàm cum ablatiuo pro Coram, Præpositio est. *Liuius lib. 6. ab Vrbe*, Inde rem creditori, palàm populo pẽoluit. ¶ Hinc fit Propalàm eiusdem significationis. à quo Propalo, ὁ pro manifesto, seu aperio, *de quibus infrà.* ¶ Palàm quæstum facere citur, non tantùm ea quæ in lupanario se prostituit; sed etiam si qua *vt folet*) in taberna, caupona, vel qua alia domo, pudori suo non parit. *ἐν τῷ φανερῷ χαμαπίζειν.* [*Item Plaut. Curc. sc. 1. a. 1.* Quod palàm velle est (de Meretrice.) Dij faxint vt ille ibidem assiet. *Plau. Pſe. sc. a. 4.* Palàm facere (.i. mandare) GA. manifester. *Liuius & Sueton. in Tiuap. 22.* Non prius palàm fecit. *Et in Neron. cap. 8.* De Claudio palàm factum est (.i. de morte Claudij.)]

PALAMEDES, dis, παλαμήδης, Nomen filij Nauplij Eubœæ regis qui Vlyssis fraude à Græcis interfectus dicitur. Nam quum omnes totius Græciæ principes acellum Troianum cõuocarentur, Vlysses vt domi maneret, insanire finxit. & quò melius rei fidem faceret, iunctis diuersæ naturæ animalis falem serebat. Palamedes autem vt viri astutiam deprehenderet Telemachum filium obiecit, quo viso Vlysses aratrum subitò suspendne eum læderet, quo argumento simulatione deprehensa, ad bella coegit. Deinde quum in Thraciam frumentatum missus esset Vlss, & nihil inde attulisset, neque quicquam sese inuenisse diceret: Palamedes eõdem missus plurimum frumenti aduexit. Quamobrem Vlysses inuidiæ stimulis agitatus, adulterinam Priami nomine epistam scripsit, in qua agebat Palamedi gratias, commemorabátq; secretum auri pondus esse transmissum, vt Græcos proderet: quod & Vlysses per corruptos seruos in tabernaculo eius infodi curarat. Igitur litteris in Græcorum concilio recitatis, Palamedes proditionis accusatur. Ibi Vlysses reo se adesse simulans, hostilibus litteris nil fidei habendum contendit: eáque re ipsa facilè posse se coargui, Palamedis tabernaculum scrutaretur: in quo si aurum inueniretur, illum illum supplicij genus recusare. Missi itaque qui tabernaculum perscrutarentur quum aurum inuenissent, Palamedes velut oditionis conuictus, lapidibus obrutus est. *Ouid. libr. 3.* Vellet & felix Palamedes esse relictus, Viueret, &c. [En falso Palamedem crine turpe est accusasse mihi. *Ibidem*] Hic fertur Troiano bello tuor literas inuenisse, scilicet, θ. ξ. χ. φ. Præterea calculorum ludum mensurarum, & ponderum rationem excogitasse. Astrologiæ super peritus fuisse dicitur, annúmque ad cursum Solis, & menses rursum Lunæ accommodasse. primúsque in castris vigilias atque excubias statuisse. Solis eclipsim naturalem, minimeque timendam esse dixisse. Præterea ordinem aciei & testeras, hoc est symbolum bellici & vigilias inuenisse. Quæ omnia à gruibus fertur didicisse. Illæ enim nonnisi acie instructa volant, electo duce quem sequantur, obsitísque in extremo agmine, qui gregem voce contineant, & noctu cæteris dormientibus excubias obeant. Inter volandum et mutatis subinde ordinibus, literas quasdam videntur effingere; is etiam ab eis primus obseruasse fertur Palamedes. Hinc à poetis medis aues, grues dicuntur. *Mart. libr. 13.* Turbabis versus, nec littera volabit, Vnam perderis si Palamedis auem. ¶ Fuit & Palamedes Eleates Grammaticus qui scripsit Onomasticum de tragicis & cois dictionibus, ac de proprietate Atticæ & Doricæ linguę. *Suidas*

Palangæ, αἱ φάλαγγες dicunt. {GALLIC. Rouleaux qu'on met sous les nauires les tirer en l'eau ou à bord. ITALIC. *Legno longo & rotundo cheste sotto le naui per tirar le in aqua.* GERMA. Walen/ seind lange runtzer darauff mann etwas stost / oder zeucht/ein welle. HISP. *Las palade madera.* ANGLIC. *Rollers to conueigh shipes on land or any thingeat weight.* } Sunt ligna teretia, qualia sunt quæ nauigiis dum subnitur ad littus, aut ad mare trahuntur, supponi solent. Vnde etiunc palangiarios dicimus, qui aliquid oneris fustibus transuehunt. *Varro de Vit. pop. Rom. libr. 4.* Quum pœnus in fretum obuiam venit nostris, & quosdam cepisset, crudelissimè pro palangis carinis sterat, quo metu debilitaret nostros. *Cæsar 2. belli Ciui.* Palangis ectis ad turrim hostium admouent. Equidem quum exemplaria multa & manuscripta, & formis excusa, volutarim, in nullo angis, in omnibus phalangis memini me legisse. A Platone autem, appellantur, *teste Hermolao, & Cælio:* apud quos phalangas ius per aspirationem. *Vide in dictione* phalangæ. [Et ita omnes c]

Palango, παλαγγίζω. Onus aliquod huiusmodi fustibus transueho. *Afranius* capream vnam semilaceram quaterni simul palangabant. *Nonius* et huius verbi vsus hodie quoque apud Italos, Spalancare enterire latius, & in diuersam rem diducere distrahereque apus significat.

PALANTES potius pallanteũ gemino ll, παλλάντιον, Vrbs in palatino

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

monte, à Pallante Euandri proauo. [*Vide Liuium lib. 1. dec. 1.*] *Vnde Virgil. lib. 1. Æneid.* Arcades his oris genus à Pallante profectum, Qui regem Euandri comites, qui signa sequuti, Delegere locum, & posuere in montibus vrbem, Pallantis proaui de nomine Pallanteum. Varro à balatu ouium per antiſtœchon dictum voluit, & per I ſimplex ſcribi debet: ſecundum Virgilium autem per duplex, *Vide* PALATINVS & PALATIVM.

PALANTIA, παλαντία, Oppidum Hiſpaniæ Tarracœnenſis, *vt ait Ptolem. lib. 2. cap. 6.* Vacceorum colonia, à qua Palantini dicti: vt à Numantia, Numantini. Alias Palentia dicitur. ¶ Eſt & nomen fluminis in Valentino littore.

PALANTIVM, παλάντιον, *Steph.* Arcadiæ oppidum, Euandri regis patria: qui quum patrem imprudens occidiſſet, ſuadente matre in Latium ſe contulit, mótémque in quo primùm conſeditá nomine relictæ patriæ Palantium appellauit: qui poſtea Palatium & Palatinus appellatus eſt. *Plin. libr. 4. in deſcriptione Arcadiæ*: Palantium (*inquit*) vnde Palatium Romæ.

PALATHA, {עמות *tſimmúk*. παλάθη. GA. Vn cabas, ouvne maſſe de figues. ITALIC. *Paſta de ſicchi.* GER. Ein klotz an weten vil feigen zuſamen. ITALIC. *Paſta de higos paſſ.* ANGLI. *A plaiſter getruckt ſint.* HISPANIC. *Maſta ò paſta de higos paſſ.* ANGLI. *A plaiſter or cluſter or figges.*} Græca dictio eſt, quæ maſſam Latine ſignificat & propriè ficorum & caricarum. *Autor Heſychius*: cius verba ſunt hæc. παλάθη ἐστὶ τὸ ἐξ ὅλων ἀποπιεσθὲν σῦκον, καὶ μάζα. Eadem fere de hac re *apud Suidam leges.*

PALATIM, aduerb. ſignificat Paſſim vagando. {πανταχοῦ. GA. Vagant çà & là. ITA. *Vagando in ogni parte.* GERMA. Mitt hi vnd hár ſchweiffen. HISPANI. *Vagando de todas partes.* ANGL. *By wanaing.*} *Liuius libr. 5. ab Vrbe*, Tuſculum palatim fugerunt.

PALATINA, æ, Vrbis Romæ quarta fuit regio, circa Palatinum montem: vnde & nomen accepit. Sunt qui à Palantia Latini gis matre huic regioni nomen putent impoſitum. Alij à palando, hoc eſt ab errando putant, quòd Arcades duce Euandro palant ibi primùm ſubſederint.

PALATIO, onis, {ἡ τῶν χαράκων παρεμβολή, ἡ χαρακωσις. ITAL. Fichement de pieux, pilotis. ITAL. *Fondamento con paliſſatione come ſi vede hoggi fondata Venetia* GERMA. Ein pfülment mit eingeſchlagnen pfälen gemacht auff die mann das gebeüw ſetzt, in waſſer oder ſunſt pfutzechtigen orten. HISP. *Fondamento de palos* ANGLI. *A making a ground ſolide to build vpon hylaying of great timber.*} Dicitur illud ſtamenti genus, quum in lolo vliginoſo, aut altioqui ſuſtinendo ædifico non ſatis firmo, fiſtuca, vel ſimili aliqua machina palos depangimus, cui ædificium innitatur. vtitur hac voce *Vitruuius libr. 2.*

PALATIVM, tij, παλατῖνον ὄρος, Vnus ex ſeptem vrbis Romæ montibus, nomen habens inde quòd ante vrbem conditam pecudes in eo paſcens balare conſueuit, (ſic enim vox animalis fingitur) quaſi Balatium, qua etiam voce vtitur *Nonius.* [Hinc *Terent. Scaur. in Orthogr.* Palatium, inquit, antiqui Balatium vocabant.] Vel à Pallas, ſiue quòd ibi palare, id eſt errare pecudes ſoleant: ſiue quòd primùm Arcades cum Euandro ibi conſederint. Nam ante Romam conditam cultum fuiſſe atque habitatum hunc montem conſtat. Alij à Palantia Latini matre quę ibi habitauerit, Palatium dictum volunt. Alij à Pallante Euandri auo. Alij à filia Euandri Palantia, ab Hercule vitiata, & poſtea ibi ſepulta: vel certè à Pallante eius filio ibi ſepulto. *Plin.* à Palantio Arcadiæ oppido, & patria Euandri dictum exiſtimat. Ferunt enim Euandrum ob patris cædem domo profugum in Latium veniſſe, montémque in quo conſedit, Palatium appellaſſe. Alij à Pale paſtorali dea nomen indidum autumant. ¶ Palatium Domus imperatoria, regia. [à Pallante gigante, qui primus palatum ob magnitudinem ſui feciſſe dicitur: ſiue (*vt Cyrillus autor Græcus refert*) à Palatino monte.] {חיכל *heehal* בירה *biráh*. οἶκος. GAL. Palais, maiſon royale. ITA. *Stanza imperiale, palazzo.* GER. Ein palaſt, ein furſtlich hauſs. HISPA. *Palacio, caſa real.*} *Sueto. de Clar. Gramm.* Quare ab Auguſto quoque nepotibus eius præceptor electus, tranſiit in Palatium cum tota ſchola. Huius prima ſyllaba indifferetur ſcriptores vtuntur. *Ouid. 1. de Arte amandi*, Illic quas tulerant rnoroſa palatia frondes. [*Idem Eleg. 2. libr. 4. Triſt.* Altáque velarnt palatia ſertis.] *Martial. lib. 1.* Inde ſacro veneranda petes palatia luuo. Credideram tamen primam huius nominis ſyllabam quoties producitur gemino ll, eſſe ſcribendam.

PALATINVS, a, um, παλατῖνος. Vnde Palatinus Deus, & Palatinus mons dictus eſt in quo primò Roma ædificata fertur, & in quo Reges primò, deinde Conſules, pòſt Imperatores maiore ex parte ſedem habuerunt. Et palatina regio, ea pars vrbis in qua Arcades & Aborigenes palantes, hoc eſt errantes & vagabundi, duce Euandro primò conſederunt, *de qua re plura paulò antè in* PALATIVM. [Cella Palatina Arueníis Romæ, *Suet. in Calig. cap. 57.* Et Palatina domus & Templum. *Sueton. in Auguſt. cap. 29.* Palatini ludi *Suet. in Calig. cap. 56.*] ¶ Palatina officia dicuntur Officiales, aulici & imperatorij. *Iulius Capitolinus in Gallien.* Quum iret ad hortos nominis ſui, omnia Palatina officia ſequebantur. ¶ Palatina palæſtra, Quæ in Palatino monte exercetur. *Cic. ad Attic. li. 2.*

PALATVAL, Sacrificium quod fiebat Romæ in monte Palatino. *Varro de lingua Latina libr. 7.*

PALATVALIS, Flamen qui conſtitutus erat ad ſacrificandum ei deæ, in cuius tutela erat Palatium. *Feſtus.*

PALATUM, ti, Oris cælum, quòd labiis dentibúſque, quaſi palis, munitum ſit. {מלקות *malkoc*[t] *ajim*. λάρυγξ, ὑπερῷα. GA. Le palais de la bouche. ITAL. *Palato.* GER. Der rachen deſs mundts. HISPA. *El paladar ſentido del guſto.* ANGLI. *The roofe of the mouth.*} *Colum. lib. 7.* Sed etiam ſi palatum atque lingua concolor lanæ eſt. [Palatum illos non habere. *Gellius ca. 8. lib. 15.* Item, Suppreſſáque lingua palato. *Ouid. Eleg. 3. libro 3. Triſt.* Sic noua dulichio lotos guſtata palato. *Idem Eleg. 1. libro 4. Triſt.*] ¶ Legitur etiam nominatiuus Palatus (niſi mendoſum ſit exemplar) *apud Cicer. 2. de Finib.* Nec enim ſequitur, vt cui cor ſapiat, ei non ſapiat palatus.

PALEA, æ, à palam. *vt ait Varro de Re ruſt. li. 1. cap. 50.* ſiue à nomine Pabulum dicitur. {תבן *tében* ἄχυρον. GALLI. Paille. *Paglia.* GERMAN. Spreuwer. HISPA. *La paja.* ANGLIC. *Caffe.*} Nam ea ſola primùm in paſcendis animalibus præbebatur. Quo ſanè vocabulo, non culmi ſed follicula ipſa granulorum comprehenduntur. *Virg. lib. 3. Georg.* Surgentem ad Zephyrum paleæ iactantur inanes. *Colum. lib. 6.* Minus commodè tuemur armentum paleis, quæ vtique quibuſdam regionibus ſolæ præſidio ſunt, & probantur maxime ex milio, tum ex hordeo, mox & ex tritico. *Idem*, Oportet fabam maturè conterere, & paleas eius diligenter recondere. Notandum (*vt Seruius ſentit*) Paleam ſingulari numero dici contra artem. Non quæ ex plumbus conſtant, ſunt tantùm numeri pluralis: vt Cancelli, Bigæ, Scopæ, licet abutantur poetæ. *Virg. 1. Georg.* Nequicquam pinguis paleæ teret arca culmos. ¶ Palea quoque dicitur cartilago deſtua à collo galli gallinacei. *Colum. lib. 8. cap. 2.* de gallinaceis loquens, Paleæ ex rubro albicantes, quæ velut incanæ barbæ dependent. Palea æris ponitur pro ramento, & excremento. *Plin. lib. 34. cap. 13.* Ac repente vehementiori flatu expuitur æris palea quædam. Sic enim fere habent exemplaria. *Budæus* tamen in hoc Plinij loco pala legit, non Palea. Palea etiam per quandam metaphoram dicitur de re tenui & vili: vnde Conradus Imperator, cùm regni Italici coronam non Mediolani ſecundum veterum morem ſuſcepiſſet, ſed alibi, vulgò tum ferebatur corona paleæ redimitus, quæ loquendi forma etiam Græcis vſitata fuit. *Ariſtophanes.* πῶς δὲ μετενηνοχ' ἅχυρα τῶν ἀστῶν πάρα. Hinc capitula in iure Canonico quæ certæ fidei non ſunt, paleas appellari putant. *Alciatus lib. 11. Parergon.*

PALEARIVM, rij, Locus in quo reconditur & aſſeruatur palea. {ἀχυρών. GAL. Vn pallier. ITALIC. *Pagliaio.* GERMAN. Ein ſpreuwerkaſt. HISP. *El pajar donde ſe guarda la paja.* ANG. *A place where caſſe is keept.*} *Colum. lib. 1. cap. 6.* Fœnilia, paleariaque, & apotheca, & horrea.

PALEATVS, ta, tum. Quod eſt factum ex paleis, vel quod paleas habet admiſtas. {ἀχυρώδης. GALLIC. Fait de paille. ITAL. *Fato di paglia.* GER. Mitt ſpreuweren vermiſcht. HISP. *Hecho de paja.* ANG. *Made of caſſe or that is mixed with caſſe.*} Vnde lutum paleatum dicitur, cui, vt tenacius ſit, admiſtæ ſunt paleæ. *Colum. li. 1. de arboribus, cap. 8.* Quicquid inſeueris viti, diligenter libro ligato, atque luto ſubacto paleato, oblinito, operitóque plagam, & ita alligato, ne aqua ventúſque penetrare poſſit.

PALEARIA, Pelles dependentes ex gutture boum, quaſi pellearia. {παλεάρια. GAIL. Le fanon d'vn bœuf ou vache. ITAL. *Pagliuola.* GER. Die haut ſo denn runderen vnden von dem halſs oder täten hinabzoreren. HISP. *Los papos pellejas de buey.* ANGLIC. *The dewelap of a beaſt hanging vnder the neck.*} *Virgil libr. 3. Georg.* Et crurum tenus à mento palearia pendent. *Colum. lib. 6. cap. 1.* Ceruice longa, & toroſa palearibus amplis, & pene ad genua promiſſis. Nominatiuus ſingularis eſt Palear, quo vſus eſt *Seneca in Hippolyto*, Muſco, (*inquit*) tenaci pectus ac palear viret.

Palę. {נפתול *naphtúl*. πάλη.} Græca eſt dictio, nobis Luctam ſignificans: ἀπὸ τῆ παλάσσειν τὸ σῶμα, hoc eſt ab agitatione corporis: vnde Palæſtra dicta eſt.

PALES, Paſtorum dea, vel pabuli: βοτάνης θεός. cuius feſta, Palilia ſunt appellata, aut vt alij malunt, Parilia à pariendo, quod pecorum partui credebatur præſidere. *Autor Feſtus.* Hanc quidam Veſtam, quidam Deorum matrem appellant. Hanc *Virg.* genere fœminino vocat. Alij, *inter quos Varro*, maſculino genere, vt hic Pales. Huic ſacra ſoluuntur quæ Palilia vocantur, *de quibus infrà.* Hæc *Seruius* enarrans illud *Virgilij*, Te quoque magna Pales, & te memorande canemus Paſtor ab Amphryſo.

PALILIA, παλίλια, vel Parilia, I in r mutata, Palis deæ feſta dicuntur. {Ger. Die feſt der hirten göttin.} quæ à paſtoribus in agris fiebant vndecimo Calend. Maij, quo die Romulus vrbem fundauit ad lupos arcendos, morbóſque à pecore pellendos, ſeu pro partu pecoris. [Palilibus vrbis cepit Imperium. *Sueton. in Calig. c. 16. Plutarch. in Rom.* ait fuiſſe & ante vrbem conditam.] *Propert. lib. 4.* Vibi feſtus erat dixere Palilia patres: Hic primus cœpit mœnibus eſſe dies. [*Vide Ouid. lib. 4. Faſtor.*]

PALEVRIVS SVRA, Orator & cauſidicus fuit, Martialis & Lucani amicus: ſed ob ſuſpicionem, quòd cùm Vitellianis ſenſiſſet, ſenatu à Domitiano fuit amotus.

PALICENVS fons, παλικὸν ῥεῖθρον. Fons eſt in Sicilia non procul à Catana: ita dictus quòd proximus ſit Dellis lacubus, quos fratres Palicos eſſe vetuſtas credidit. Apud hunc fontem iuramentorum veritas explorari ſolet ad hunc modum: Iuratus tabellam quam manu tenebat, coniiciebat in fontem: quæ ſi verumeſſet quod iureiurando aſſeruerat, fluitabat: ſin falſum, mergebatur. *Autor Stephan. de Vrbibus.*

PALICI, παλικοί. Dicti ſunt gemini fratres, Iouis filij & Thaliæ Nymphæ, ſiue (vt alij volunt) Ætnæ. {GERMA. Zwilling/ Sön Jouis von der Thalia/ oder Ætna.} quæ quum Iunonis iram metueret, orauit vt terra ſibi dehiſceret. Sed quum tempus maturitatis infantium quos aluo geſtabat, aduenifſet, rurſus terra hians, duos infantes ex puellæ aluo emiſit, appellatíque ſunt palici, διὰ τὸ παλιν ἰέναι, quòd in terram demerſi, denuo ſint reuerſi. [Palicorum meminit *Ouidius & eius Commentarius. Metamorph. lib. 5.* Oſtendunt accolæ duos lacus, ex quibus Palicos fratres putant emerſiſſe, eóſque Dellos appellant: qui tanta olim in veneratione habiti ſunt, vt circa eos iuramenta exigi ſolerent, ſi quis in furti ſuſpicionem incidiſſet, prius tamen accepto fideiuſſore, qui ſi iuranti quid accidiſſet, præſtaret quod exitus oſtenderet. *Vide in dictione* DELLI.

PALILOGIA, παλιλογία, Iterata loquutio, hoc eſt dictionis alicuius maioris vehementiæ cauſa repetitio. Quid autem differat ab Epanalexi, Epanaphora & Anadiploſi. *Vide Ruſianum, & Aquilam Romanum.*

Palilicium ſidus, Ex ſeptem conſtat ſtellis, quas Latini Suculas appellant: ὑάδας, palilicium appellatũ, quòd quum natura ſit pluuium ſidus, obſeruatum tamen fuerit vndecimo Cal. Maij, (quo die Romæ Palilia celebrabantur) ſerenitatem adducere. *Vide Plin. lib. 18. cap. 26.*

PALIMBACCHIVS, pen. produ. παλιμβάκχιος, Genus pedis, ex prima & ſecunda longis, & vltima breui: vt Auguſtus. Idem Antibacchius dicitur.

PALIMPISA, παλίμπισα, Pix liquida iterum decocta, & inſpiſſata. *Plin. lib. 24. cap. 7.*

PALIMPSESTVS, παλίμψηστος. Membrana iterum abraſa. *Cicero Trebat. libro 7. Epiſt.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Epist. Nam quod in Palinq festo, nudo equidem parsimoniam, sed miror quid in illa charta fuerit quod delere malueris, quam hæc non scribere, nisi forte tuas formulas. Quidam hoc loco legunt palinxestum, ἀπὸ τοῦ πάλιν iterum, & ξέω rado: qua voce etiam vsus est *Catullus ad Varū. Epig.* 29. Puto (*inquit*) esse illi millia aut decē, aut plura perscripta, nec sic, vt fit in palinxesto, Relata: chartę regię, noui libri, Noui vmbilici. *Budæus in lib. de Asse*, Palimpsestum interpretatur chartam esse deletilem, qua calculatores vtuntur. Iurisconsulti Deletitiam chartam vocant. Nam abrasis prioribus literis rescribitur. *Vlpian. l. chartæ ff. de bonor. possess. secun. tabu.* Chartæ appellatio ad nouam refertur, & ad deletitiam.

PĂLĪNGĔNĔSĬA παλιγγενεσία, Latinè dicitur Regeneratio, alteri natales. Voluit enim Pythagoras animas e corpore egressas, in alia atque alia corpora transmigrare, non solùm hominum, verumetiam brutorum: atque ita nos identidem alios atque alios renasci.

PĂLĪNŌDĬA, παλινῳδία, Recantatio, siue retractio, à verbo Græco παλινῳδεῖν, quod est retractare, vel recantare, hoc est diuersa superioribus sentire, & quod semel dictum est, reuocare. Pro quo etiam dicimus Palinodiā canere. *Vide Adagia Erasmi.*

[PALINVRVS nomen proprium serui *apud Plaut. in Curc. sc. 1. a. 1.* Est ne hic Palinurus Phædromi? (sup. seruus.)]

PĂLĪNŪRŪS, παλινοῦρος. Lucaniæ promontorium, haud longè ab Helia, quæ postea Velia dicta est: ita dictum à Palinuro nauis Æneæ gubernatore, qui somno oppressus, vnàque cum gubernaculo in mare delapsus, quum ad eam partem Lucaniæ adnatasset in qua postea Velia condita fuit, ab incolis prædæ cupidis occisus est, & spoliatus, cadauerque eius in mare abiectum. Verùm quum non ita multò pòst ora illa grauissima peste infestaretur, oraculo moniti vt Palinuri Manes placarent, lucum ei fecerunt & cenotaphium, hoc est mane sepulchrū posuerunt in promontorio, quod etiam Palinurum à nomine eius appellarunt. *Virg. 6. Æneid.* Nam tua finitimi longè, latéque per vrbes Prodigiis acti cælestibus, ossa piabunt: Et statuent tumulum & tumulo solennia mittent, AEternúmque locus Palinuri nomen habebit. ¶ Dicitur autem Palinurus quasi iterum meiens, πάλιν enim iterum, οὖρος vrina. Ad quam etymologiam alludit *Martial. libro tertio.* Minxisti Pauline semel currente carina, Meiere vis iterum, sic Palinurus eris.

PĂLĪRŪS, παλίουρος, Frutex spinosus & asper in Cyrenaica regione præcipuè proueniens, baccas ferens vini saporem succo suo commendantes. *Vide Plin. lib. 13. c. 139. Virg. 5. Eclog.* Carduus & spinis surgit paliurus acutis.

PĂLLĂ, lę, per duplex ll. Muliebre vestimentum, ita dictum quòd palam & foris eo vtebantur. { מעיל *meil* מטפחה *mataphah* כתנת *chethóneth.* χλαῖνα. GAL. Vn palletoc. ITA. *Veste donnesca.* GERMAN. Ein tange vnd erbare weibs kleidung / ein kragenrock der weiber / oder ein schauben / hausrock. HISPANIC. *Capa ò ropa, vestidura de encima.* ANG. *A womans short garmens with sleues called a pallecoke.* } *Virgilius* 11. *AEneid.* pro lōgæ tegmine pallæ Tigridis exuuiæ per dorsum à vertice pendent. *Plau. in Menæch.* Pallam ad Phrygionem fert confecto prandio. [Palla pallorem incutit. *Plaut. Menæch. sc. 2. a. 4.* Hanc pallam vxori surripui. *Plaut. Menæch. sc. 2. a. 1. Et Asin. sc. 2. a. 5.* Eburata vehicula, pallas, purpúram, &c. *Plau. Aulul. sc. 3. a. 1.* Salta sic cum palla, Pænúlne es. *Plau. Menæch. sc. 1. a. 1.* Contempla aurum & pallam satin' me deceat. *Plautus Mostell. sc. 3. a. 1.*] Palla etiam vtebantur citharœdi. *Ouid. 11. Metamorp.* Ille caput flauum lauro Parnasside vinctus, Vertit humum Tyrio saturata murice palla. *Item 3. Amor.* Fronte comæ torua palla iacebat humo. In Gallia etiam omnes passim viri palla vtebantur. Et videtur, *inquit Bayfius*, Gallica palla accessisse ad formam nostri palletici manicati. *Martialis lib. 1.* Dimidiásque nates Gallica palla tegit. *Strab. lib. 5.* idem sentit, Tunicarum, *inquit*, vice pallas manicatas gestant ad verenda vsque, natésque medias pertingentes. ¶ Est etiam hoc nomine vrbs, *Ptolemæo tacite*, à Latere Meridionali Corsicæ.

* PALLŬLA, æ, Diminutiuum. *Plau. Trucul.* Aut petit aurum quod conscissa pallula est.

PĂLLĂCĔ, es, seu Pallaca æ, Græca dictio. Latinè concubina. { פלגש *pilégheseh. παλλακὴ.* GAL. Concubine. ITAL. *Concubina.* GERMANIC. Ein kebswcib / bermägt. HISPAN. *Manceba abartagauada.* ANG. *A lemman, or a maried mans concubine.* } *Sueton. in Vesp. capite* 21. Accubante aliqua pallacarum, quas in defunctæ locum Cæsonis plurimas constituerat.

PALLĂDĬUM, παλλάδιον, Palladis simulacrum antiquissimum in arce Troiana, quod eo tempore quo arx, templúmque Mineruæ ædificabatur, de cœlo cecidisse fertur, atque in templo nondum tecto sibi locum delegisse. Quæ res quum omnibus maximo esset miraculo, ab Apolline responsum est, tam diu vrbem incolumem fore, quàm diu simulachrum illud intra mœnia seruaretur. Itaque tempore belli illius quod communibus viribus Græcia tota aduersus Troianos gessit, quum alia spes capiundæ Troię non esset, nisi prius sublato Palladio, datum negotium est Vlyssi, & Diomedi, vt per cloacas in vrbem ascenderent, fataléque Mineruæ simulachrum auferrent. Quo facto, vrbem tutelari Palladis numine spoliatam, infirmam captúque non admodum difficilem reddiderunt. [*Ouid. 13. Metamorphos.* Priamidémque Helenam rapta cum Pallade captam. (periphrasis palladij surrepti.)]

PĂLLĂDĬVS, παλλάδιος, Nomen viri proprium, qui de agricultura libros duodecim scripsit, singulos libros singulis mensibus finiens.

Pallacana, Cæpę genus est, nullo ferè capite, radice tantùm oblonga, quod subinde resecatur vt porrum. *Plinius lib. 19. cap. 6.* Apud nos prima duo cæparum genera: vnum condimentarium, quod illi Gethyon, nostri Pallacanam vocant. Seritur mensibus Martio, Aprili, Maio. Alterum capitatum, &c.

PĂLLĂNTĬĂS, παλλαντίας, Palus est in Africa, non procul ab aris Philenorum ad Tritonem amnem: quam etiam tritonidem paludem appellatam inuenimus. Circa hanc paludem Palladem primùm parusse ferunt: vnde ex ea natam fuisse nonnulli putauerunt. *Vide Plin. libro 5. cap. 4.*

PĂLLĂNTĬA, παλλαντία, Oppidum citerioris Hispaniæ, *apud Ptolem. lib. 1. c. 6.* Inde Pallantini dicti sunt eius vrbis incolæ, quos *Plin. inter Vaccęos numerat. lib. 3. c. 3.*

[Pallantide victus eadem Didius, (.i. luce & aurora.) *Ouidius 6. Fast.*]

PĂLLĂS, antis, πάλλας, Euandri filius, qui AEneæ suppetias missus aduersus Turnum, ab eo occisus est. *Virg. lib. 10.* Ipse caput niuei fulsum Pallantis, & ora, Vt vidit, &c. Alius fuit Pallas Pandionis filius, cuius meminit *Ouid. lib. 7. Metam.* Maior habet Clyton & Buten Pallante creatos. [Pallantius heros. *Ouidius 5. Fast.*]

PĂLLĂS, ladis, πάλλας, Sapientiæ dea, quæ alio nomine dicitur Minerua, ex Iouis cerebro sine matre prognata. Quod ideo à poetis fingitur, quia liberalibus artibus & honestis disciplinis credatur præsidere, quæ non ex inuento humani ingenij, sed ex inexhausto diuinæ sapientiæ fonte creduntur dimanasse. Dicta est autem Pallas (*vt quibusdam placet*) à Pallante gigante ab illa interfecto, quum prius Tritonia vocaretur à Tritonide palude, vbi primùm visa est. Vel ἀπὸ τοῦ πάλλω, hoc est à vibrando, vel quatiendo. Solet enim ita pingi, vt hastam manu teneat, eámque veluti vibrare videatur. [*Ouid. 13. Metam.* Priamidemque Helenam rapta cum Pallade captam (Periphrasis est de Palladio subrepto.) *Idem Ouid. Eleg. 5. lib. 4. Trist.* Vt vigil infula Pallade flamma solet, (.i. oleo.)]

Palladius, dia, dium, παλλάδιος, Quod est Palladis. Hinc Palladium forum Romæ, quod erat propinquum templo Palladis.

PĂLLĒNĒ, es, penult. prod. παλλήνη. Oppidum in finibus Macedoniæ, ab ea parte ad Thraciam spectat: exigua Cherroneso situm: ita dictum à Pallene Sithonis filia, & Gliti vxore. *Vide Plin. lib. 4. cap. 10.* ¶ Est item Pallene vicus Atticæ regionis in tribu Antiochide. ¶ A Pallene Macedoniæ regione fit Pallenæus, a, um, vt Triumphi Pallenæi, *apud Statium lib. 4. Sylvarum.*

Pallĕo, palles, Pallidus: *vide* Pallor.

Pallĭum, lij, Vestimenti genus extimum quod tunicæ superindui solet. { מעיל *meil.* περίβαιον, ἱμάτιον. GALLIC. Vne robe longue, manteau. ITA. *Mantella, sopraueste.* GERMANI. Ein mantelrock / ein lang erbars kleid so man vber die anderen anlegt. HISPAN. *Manta.* ANGLIC. *A longue robe, a cloke, or coape.* } Vnde proverbium, Tunica pallio proximior est. [Intra pallium manum continent Attici Oratores. *Quintilian.* Nec tuam Chlamydem, nec tuum pallium do foras. *Plaut. Men. sc. 2. a. 4.* Commuto pallium. *Plau. Pseud. sc. 1. a. 5.* Vocat me in aleam: pono pallium. Ille annulum suum opposuit. *Plaut. Curc. sc. 3. a. 2.* Age dum, Excute dum pallium. *Plaut. Aul. sc. 3. a. 4.* (de seruo) Redegit se ad pallium & crepidas. *Suet. in Tib. capite* 13. Coniiciam in collum pallium. Item collecto pallio est. *Plaut. Capt. sc. 1. a. 4.* Operti barba & pallio. *Gellius cap. 8. lib. 13.* Cum pallio versicolore, & tunicâ longa muliebri. *Idem Gell. cap. 10. lib. 6.* Quæ me herè pallio reprehendere (parasitum) abeuntem. *Plautus Milit. sc. 1. a. 1.*] Dictum autem putatur Pallium, quòd palàm, hoc est foris gestaretur. Proprię autem Græcorum habitus hoc nomine dicebatur, quemadmodum Romanorum toga. *Suet. in August.* Sed cæteros continuos dies inter varia munuscula togas insuper & pallia distribuit, lege proposita, vt Romani Græco, Græci Romano habitu vterentur. Vnde Palliati Græci dicti sunt, & Comœdiæ palliatæ, quæ scriptæ sunt secundum ritus & habitus palliatorum, hoc est Græcorum. Autores Donatus & Diomedes. [Hinc *Plaut. Curc. sc. 3. a. 2.* Isti Græci palliati (.i. pallio induti.)] *Cic. 3. de Oratore.* Hippias gloriatus est, pallium quo amictus, soccos quibus indutus esset, se manu sua confecisse. *Idem 3. de Natura deor. de Dionysio tyranno*, Qui quum ad Peloponnesum classem appulisset, & in fanum venisset Iouis Olympij, aureum et detraxit amiculum grandi pondere, quo Iouem ornatat ex manubiis Carthaginiensium tyrannus Hiero: atque in eo etiam cauillatus est æstate graue esse aureum amiculum, hyeme frigidum: eíque laneum pallium iniecit: quum id esse aptum ad omne anni tempus diceret. ¶ Pallium quoque philosophorum erat. *Gell. lib. 9.* Video, inquit Herodes, barbam & pallium, philosophum nondum video. Palla inter communia vestimenta annumerantur Vlpiano: quæ promiscua appellat. *Tacit. lib. 3.* Promiscuas viris & fœminis vestes.

Pallĭŏlum, li, diminut. à Pallio, id est breuius & vilius pallium. { τεβάριον. GAL. Petit manteau. ITALIC. *Picciolo mantello.* GERM. Ein mäntelin / oder mantelröcklin. HIS. *Pequenna manta.* ANG. *A litle cloke.* } [Palliolum, fascię, focalia ægrorum *Quint.*] *Cic. 3. Tusc.* Sæpe est etiam sub palliolo sordido sapientia.

Pallĭŏlatim, aduerbium. *Plautus in Pseud.* [*sc. 1. a. 5.*] palliolatim amictus sic incessi ludibundus. * Id est, pallio indutus.

Pallĭŏlātus, palliolo indutus. τεβάριον ἔχων. GAL. Vestu d'vne robbe longue. ITA. *Vestito di roba lunga, coperto di mantello.* GERMA. Mit einem langen rock oder mantelrock bekleidet. HIS. *Vestido di manta.* ANG. *Clothed with a cloke or coape.* } *Sueton. de Claud. c. 2.* palliolatus nouo more prędit. *Mart. lib. 9.* Hanc volo, quæ facilis, quæ palliolata vagatur. [*Plaut. Pseud. sc. 1. a. 5.* palliolatus sic incessi.]

Pallĭātus, ta, tum, pallio indutus, & pallio coopertus. περιβαιοφόρος. [*Pl. Cur. sc. 3. a. 2.* Isti Græci palliati. *Gell. c. 2. l. 9.* palliatus & Crinitus. palliati peregrini opponuntur togatis. *Suet. in Claud. c. 15.*] *Cic. ad Qu. frat. li. 3.* Denique illi palliati topiariam facere videantur. *Idem pro Rabirio Posth.* Itaque obiicias licet quàm voles sæpe pallatium fuisse. [*Suet. in Cæs. c. 48.* Sagati palliatique.] Apud *Apuleium* legitur verbum palliare pro tegere, vel celare. Nec (*inquit*) palliari tam aperta res potest, id est cooperiri, vel dissimulari.

Pallĭāstrum, Rude ac vile pallium. περιβώλιον. *Apuleius.* Ecce Socratem contubernalem meum conspicio: humi sedebat scissili palliastro semiamictus.

Pallŏr, palloris, pen. prod. { ירקון *jerakón.* ὠχρότης, ὠχρά. GALLIC. Couleur palle & blesme. ITA. *Pallore pallidezza.* GERMA. Bleiche / bleichfarb. HISPAN. *Amarilez.* ANG. *Paloneſſe.* } proprie dicitur color ille in homine, quū pellis sanguine destituta liuescit, quod accidere solet in subito metu, sanguine se ad interiora recipiente. *Ouid. 12. Metam.* Buxúque simillimus ora pallor obit, lacrymísque genæ maduere profusis. [*Ouid. Eleg. 9. lib. 3.* Pallor in attonitæ virginis ore fuit. *Plautus Mon. sc. 2. a. 4.* Palla pallorem Incutit.] *Cicer. 4. Tusc.* Ex quo fit vt pudorem rubor, terrorem, pallor, & tremor, & dentium crepitus, consequatur. *Virgilius 4. Æneid.* Hæc effata / Ilet: pallor simul occupat ora. *Plin. lib.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

14.c.22. Hinc pallor & genæ pendulæ. Pallorem capere dicuntur vasa, *apud Colum.lib.*12.c.50.

Pallĕo,lĕs,lui,Pallidus ſum. {ὠχριάω. GALLIC. Eſtre palle. ITALIC. *Eſſere pallido,eſſere ſmorto.* GERMANIC. Bleichfarb ſein. HISPANIC. *Amarilleſcerſe.* ANGLIC. *To be pale.* } *Cicero* 2.*Philip.* Non diſſimulat P.C. apparet eſſe commotum,ſudat,pallet. *Ouid.*2.*de Arte.* palleat omnis amans,color hic eſt aptus amanti. *Martial.lib.*1. pulchre valet Charinus & tamen pallet. [Nec ſic marmoreo pallet adusta gelu. (Ceres.) *Ouid.*4.*Faſt.* Nec vitio cœli pallet odora ſeges. *Ouid.*1.*Faſt.* Nupta quid expectas? non tu pallĕtibus herbis,nec prece,nec magico carmine mater eris. *Ouid.*2.*Faſt.* Aſpicis exangui chartam pallere colore. *Oui.Eleg.* 1.*lib.*2.*Triſt.* Videóque pallentem trementemque metu,& trepidante morte futura. *Ouid.*13 *Metam.* pallentéſque manus (cæſi) languineúmque caput. *Ouid.Eleg.*9.*lib.*3.*Triſt.* * pallere,pro Timere. *Silius,* Non ille Euantis Maſſilæ palluit iras. ¶ Huius compoſita ſunt Expalleo, Impalleo,à quibus Expalleſco,& Impalleſco: *quorum ſignificata vide ſuis locis.*

Pallĕſco, Pallidus fio. [in præterito pallefactus ſum. *Diomed.lib.*1.] { ὠχριάω. GALLIC. Deuenir palle. ITAL. *Diuentar pallido.* GERMAN. Erbleichen/bleich werden. HISP. *Amarileſcerſe.* ANG. *To waxe pale.* } *Pli. lib.*19.*c.*10. Et cyminum ſub Canis ortu palleſcit. *Properi.lib.*1.*Eleg.*12. Perditus in quadam,tardis palleſcere curis incipis [Buccinis adhibita purpura palleſcit,&c. *Quint.*]

Pallĭdŭs,a,um, Pallore ſi ffulus. { ὠχρίας, ὠχρός. GALLIC. Palle, bleime. ITALIC. *Pallido, ſmorto.* GERMANIC. Bleich. HISPAN. *Amarillo.* ANGLIC. *Pale.* } *Plin.lib.*10.*cap.*33. Merops vocatur,genitores ſuos reconditos paſcens,pallido intus colore pennatum. *Virg.* 1.*Georg.* aut vbi pallida ſurgit Tithoni croceum linquens Aurora cubile. *Horat.*2.*Serm.Sat.*2.-vel pallida lecto Deſiliat mulier, mineram ſe conſcia clamet. *Ouidius* 4.*Metamorphoſ.*-oráque bubo pallidiora gerens. [*Ouidius Eleg.lib.*5.*Triſt.* Oſque madens fletu, pallidiúſque meo.]

Pallĭdŭlus,a,um,diminutiuum, *Catul.ad Ortalum,* Pallidulum manans alluit vnda pedem.

Palmă, æ, } חפן *cháphen.* Διαφ. GALLIC. La paulme de la main, le dedans de la main. ITALIC. *Palma della mano.* GERMANIC. Die flechel der hand. HISPAN. *La palma della mano tendida.* ANGLIC. *The palme of the hand.* } Eſt vola manus, hoc eſt pars illa concaua quæ eſt inter τὸν καρπὸν, & digitos intermedia: cuius pars exterior à Græcis ὑπηνέμιον, dicitur. Quanquam etiam non rarò pro tota manu palmam acceptam leginus. *Cicero in Orat.* Quum autem manum dilatauerat, palmæ illius ſimilem eloquentiam eſſe dicebat. *Virgil.*2. *Æneid.*-nam teneras arcebant vincula palmas. *Stat.*10.*Theb.*-tollens madidas ad ſydera palmas. *Virg.*1.*Æncid.*-duplices tendens ad ſydera palmas. ¶ Ab huius autem ſimilitudine arbor illa nobilis quæ dactylos profert, quã Græci φοίνικα appellant, à noſtris quoque Palma dicitur, quod comam in cacumine habeat circumextenſam,& ramos in digitorum modum protenſos. { תמר *thamár.* GAL. Palme ou dactier. ITA. *Palma arbero.* GERMANIC. Ein dattelbaum/oder palmbaum. HISPANI. *La palma arbol.* ANG. *The palme tree or date.* } Vnde & fructum eius Dactylos, hoc eſt digitos vocamus, quòd digitorum manus ſimilitudinem referant. Hæc arbor in Italia ſterilis eſt, maritimis Hiſpaniæ fructum fert, ſed immitem: dulcem in Aphrica, ſed ſtatim euaneſcentem. Contrà autem in Oriente ex his vina fiunt, alicubi etiam panis, & pluribus quadrupedibus cibus. Non cedit ponderi, ſed ſurgit aduerſum pondus: ideo victoribus traditur præmio, quòd non ceſſerint, ſed pertinaces in bello perſtiterint. [*Gellius cap.*16.*lib.*7. Palma Ægyptia optima.] *Vide Gell.lib.*3.*cap.*6. Vnde etiam ponitur pro victoriæ ſigno, aut pro ipſa victoria. *Plut.* In certaminibus palmam ſignum eſſe placuit victoriæ: quoniam ingenij eiuſmodi lignum eſt, vt vrgentibus opprimentibúſque non cedat. * Palmæ pluraliter pro victoriis. *Cicero pro Roſcio Amer.* Alter plurimarum palmarum vetus ac nobilis gladiator habetur. Id eſt, qui ſæpius vicit. [Cum palma diſcucurrit more gladiatorum victorum. *Sueton.in Calig.cap.*32. Ne cadat, & multas palmas inhoneſtet adeptas. *Ouid.Eleg.*8.*lib.*4.*Triſt.* Siue etiam qui ambiſſent palmam hiſtrionibus. *Plaut.Prolog.Amphitr.* Is nunc in aliam partem palmam poſſidet. *Plaut.Muſtell.ſc.*1.*a.*1. Primáque ventoſis palma petetur equis. *Ouid.*4.*Faſt.* Circus in hunc exit, clamatáque palma theatris. *Ouid.*5.*Faſt.* Plauditur & magno palma fauore datur. (In mimo.) *Ouid.Eleg.*1.*lib.*2.*Triſt.*] ¶ Item palma, cauſa certaminis dicitur, *vt annot.Donat.in illud Terent.ex Prolog.Phorm.* In medio omnibus palmam eſſe poſitam, qui artem tractant muſicam. ¶ Item palma, *vt docet Seruius in lib.*11. *Æneid.* ſignificat togam, quæ etiam Toga palmata dicebatur, à palma in ea intexta: & propriè triũphantium fuit, quam merebantur ij qui de hoſtibus palmam deportaſſent. Alij à latitudine clauorum dictam volunt palmatam, quæ nunc à genere picturæ, picta appellatur. *Martial.lib.*7. Palmatæque ducem ſed citò redde togæ. [Palmata veſtis. *Suet.in Claud.cap.*17. Interpres *Iuuenal.Satyr.*10. Vide *Auſonium in Grat.Action.*] ¶ De natura palmæ arboris, *vide Plin.libro* 23.*cap.*5.*& lib.*13.*cap.*4.*& Dioſcor. libro primo cap.*10.*& Theophr.lib.*1.*capite* 2.*& lib.*3.*cap.*5. Dicimus Latinè, palmam ferre, id eſt victorem eſſe. Palmam dare alicui, id eſt victorem fateri. Reſeruare palmam alicui, Habere palmam, Accipere palmam, Petere palmam. Teſtimonia paſſim obuia legenti bonos autores.

Palmŭlă, æ, Extrema pars remi, quòd in modum palmæ protenſa eſt. { GAL. La paelle d'vne rame ou auiron. ITAL. *Pala de remi.* GERMA. Die taffend/das iſt das auſſerſt breit theil an den ruderen ſo in das waſſer geht. HISPANIC. *La pala del remo.* ANGLIC. *The parte of an oare wherby we rowe in the water.* } *Virgil.libro* 3. AEneid.-& læuas ſtringat ſine palmula cautes. Sunt & palmulæ. { φοίνικες. GALLIC. Dactes, fruict de la palme & dactier. ITAL. *Dattori, frutto di palma.* GERMANIC. Dattelkernen. HISPANIC. *Los datiles, frutto de la palma.* ANGLIC. *Dates, the fruite of the palme tree.* } fructus palmæ, qui & Dactyli & Cariotæ dicuntur. *Varro* 1.*de Re ruſt.capite* 67. Nucem iuglandem, & palmulam & ficum Sabinam quanto citius promas, iucundiore vtare. [*Sueton. in Auguſt.capite* 76. Palmulas & panem guſtare. *Idem in Claud.c.*7. Olearum ac palmularum oſſibus inceſſabatur.]

Palmētum, palmeti, Locus palmis conſitus, vel vbi frequentes ſunt palmæ. { φοινικών. GAL. Lieu complanté de palmes ou dactiers. ITA. *Luogo doue ſono pianta te molte palme.* GERMA. Ein ort an dem vil dattelbäum oder palmbäum ſtehn. HISPA. *El palmar, lugar de palmas.* ANGL. *A place planted with palme trees or dates.* } *Plinius libr.*5.*cap.*1. Ibi fama, exiſtere circa veſtigia habitati quondam ſoli, vinearum palmetorúm, que reliquias. Aliquando non pro loco in quo palmæ conſitę ſunt, ſed pro palmarum frequentia vſurpatur. *Ibidem,* Hierichuntem palmetis conſitam fontibus irriguam.

Palmĕŭs,a,um, Quod eſt ex palma arbore. { φοινίκινος. GA. De palme ou de dactier. ITALIC. *Di palma.* GERM. Palmbäumin/ oder dattelbäumin. HISP. *Coſa de materia de palma.* ANG. *Of the palme or date tree.* } *Colum.lib.*5.*cap.*5. M. Columella agricola, Beticæ prouinciæ, ſub ortu Caniculæ, palmeis tegetibus vineas adumorabat. *Plin.lib.*24.*cap.*17. Vinum palmeum capiti noxium.

Palmōsŭs,a,um, Quod eſt palmis abundans. { φοινικώδης. GALL. Plein ou abondant en palmes. ITALI. *Abondeuole di palme.* GERMAN. Der palmbäumen. HISPAN. *Coſa llena de palmas.* ANG. *Full of palmes.* } *Virg. lib.*3.*Æneid.*. Teque datis linquo ventis palmoſa Selinis.

*Palmata toga, *Vide in voce* Palma.

Palmārĭs,& hoc palmare. Vt Palmaris ſtatua quæ alicui propter victoriã ponitur. *Cic.*6.*Philipp.* Sed illa ſtatua palmaris, de qua ſi meliora tempora eſſent, non poſſem ſine riſu dicere, &c. Et palmare facinus, quod mæ impreſſæ nota factum ſit. παράσημος ἔργον.

Palmārĭus,a, um, adiectiuum, Quod eſt palma dignum, ἀξιέπαινος, ἀριθμήσιμος. *Terent.in Eunuch.* Id verò eſt quod mihi puto palmarium, Me reperiſſe quomodo adoleſcentulus Meretricum ingenia & mores poſſet noſcere. *Donatus,* Palmarium, palma dignum.

Palmārĭum, aliquando ſubſtantiuum, & videtur poni pro victoria. *Vlp. l.*1.§.5.*D.extraord.cogn.* Si verò poſt cauſam actum eſt, honoraria ſumma peti poterit vſque ad probabilem quantitatem, etſi nomine palmarij cautum eſt.

Palmĭfer,ra, rum, Ferens palmas. { φοινικοφόρος. GALLI. Portant palmes. ITA. *Che produce palmi.* GERM. Das palmbäum oder dattelbäum tregt. HISP. *Coſa que trahe ò cria palmas.* ANG. *Bearing palmes.* } *Ouid.*1. *Amorum.* Iſi Parætonium genitaliáque arua Canopi Quæ colis, & Memphim, palmiferámque Pharom. *Idem* 10. *Metam.* Palmiferos Arabas, panichæáque rura reliquit.

Palmĭpĕs,dis, Planos ad palmæ ſimilitudinem habens pedes. { παλαμόπους. GALL. Qui a les pieds plats comme vne oye. ITAL. *Che a piedi piani comme l'occa.* GERM. Der flache vnd breite füß hatt als die gens. HISP. *Que tiene patas de anada.* ANG. *Splayfooted.* } Vnde anſeres & omnes fere aquaticæ aues Palmipedes dicuntur. *Plin.lib.* 10.*cap.*11. Aut in palmipedum genere ſunt, vt anſeres. * Palmipes, *aliter accepium. Idem lib.*17.*cap.*20. Populus alba ſeritur bipedaneo paſtinato, talea ſeſquipedali, biduo ſiccata, palmipede interuallo, terra ſuperiniecta duorum cubitorum craſſitudine.

PALMĂ, παλμα, Ciuitas in maiori Baleari, Romanæ ciuitatis ius habens: *vt tradit Plin.lib.*3.*cap.*5.*& Ptolem.libr.*2.*cap.*6.

Palmāriă, παλμαρία, Inſula eſt vltra Tyberina oſtia, in mari Tyrrheno, *Var.lib* 3.*de Re ruſt.* Hoc ita fieri apparet in inſulis propinquis, Pontia, Palmaria, & Pandataria.

Palmĕs, itis, Vitis ſarmentum: inde nomen habens, quòd in modum palmæ humanæ virgulas quaſi digitos edat. { זמורה *zemorah.* παῖμα. GAL. Le ſerment ou bois qu'on laiſſe en la vigne tous les ans, quand on la taille. ITA. *Palmite, tralcio.* GER. Ein rãbſchoß. HISPA. *El ſarmiento que eſta en la vid, el pampano.* ANG. *The burgeon or yong budde of the vine.* } *Plini.lib.*17.*cap.*22. Sunt duo genera palmitum, quod è duro exit, materiamque in proximum annum præmittit, Pampinarium vocatur: at vbi ſupra cicatricem eſt, fructuarium. Alterum ex anniculo palmite, ſemperque fructuarium relinquitur ſub iugo, qui vocatur cuſtos. Hic eſt nouellus palmes, non longior tribus geniculis proximo anno materiã daturus, ſi vitis luxuria ſe conſumpſerit. [*Ouid.Eleg.*12.*lib.*3. Quoque loco eſt vitis de palmite gemma mouetur.] ¶ Palmes & Pampinus pro eodem. *Colum. lib.*4.*cap.*17. Item ſi oculi ſinguli ſub iugo binos Pampinos emiſerint, quamuis largos fructus oſtendant, detrahendi ſunt eis ſinguli palmites, quò lætior, quæ ſupereſt materia cõſurgat. ¶ Palmes pro flagello vitis aliquando ponitur. *Colum. libr.*4. *cap.*21. Hęc brachia ſat erit interim ſingulis palmitibus in fructum ſimmitti.

Palmĭpĕdālis, *Vide* Palmus.

Palmo, mas, Materias alligo. { קשר *kaſchár.* συνδέω. GAL. Marquer & imprimer de la main, lier enſemble. ITA. *Imprimere de la palma de la mano, ligare inſieme.* GER. Die rãbſchöß binden. HISP. *Sennalar con la palma de la mano, atar juntamente.* ANGL. *To mark with the palme of the hand, to tie together.* } *Colum.lib.*11.*cap.*1. Cæterum palmare, id eſt materias alligare, hoc tempore non expedit. ¶ In alia ſignificatione accepit *Quintilia.Declam.* Cæci. Præterea (*inquit*) quum manus ex parte qua palmare veſtigium poteſt, plicetur in capulo. *Et paulò poſt,* Tuus autem qui palmatus eſt paries, veſtigium eius partis oſtendit. ¶ Huius compoſitum eſt Depalmo, quod eſt Palma percutio. διὰ, *de quo ſuprà.*

Palmŏs, παλμὸς, Particulæ alicuius in corpore palpitatio contra naturam, per vicem modò eam attollens, modò deprimens, fitque quandoque in ſola cute, quandoque & in ſubiectis ei muſculis: quæ ſi magna fuerit, membrum quoque vniuerſum ſecum diutius ſaliendo trahit. Latinorum nonnulli Græcum nomen exprimentes, Saltum vocant. Dicitur enim παλμὸς ἀπὸ τῦ πάλλειν, quod inter cætera ſalire ſignificat.

Palmus, mi, Menſuræ genus. { טפח *tophách* GALL. La meſure d'vne paulme, quatre doigts, ou quatre pouſſes. ITAL. & HISPA. *Palmo.* GERMA. Ein maß/ entweders einer hand das in vier finger breit. ANG. *A meaſure of one hann breadth, à ſpanne.* } Eſt dupler maior & minor. *A meaſure of one hann breadth, à ſpanne.* } Eſt dupler maior & minor. *Mẽſura* antiquè. Maior, digitorum duodecim, Græcè σπιθαμὴ vocatus. Minor digitorum quatuor, quem Græci παλαιστὴν appellant. Iam ſus. Minor digitorum quatuor, quem Græci παλαιστὴν appellant. Iam mẽſurishoc modo progredi ſolemus, vt omnium menſurarum minimam faciamus latitudinem, grani hordei: hoc autem quater ſumpti conficia

conficiat digitum. tres digiti vnciam: quatuor, palmum minorem, qui (vt iam diximus) à Græcis παλαιστὴς appellatur. Ex duobus palmis conficitur dichas, ex tribus palmus maior, quem Græci σπιθαμὴν vocãt, Latini etiam Dodrantem, quòd ad perficiendum pedem desit quarta pars. Quatuor enim palmi minores, siue sedecim digiti explent pedem: sex palmi minores sesquipedem. Duo pedes cum dimidio efficiunt gressum, siue passum simplicem. Tantùm enim fere spatij inter est in progediendo inter digitos prioris pedis, & calcaneum posterioris. Simplex passus geminatus facit pedem geometricum, qui constat ex pedibus quinque. Ex mille deinde geometricis passibus conficitur milliare.

Pālmārīs, re, Quod est magnitudine vnius palmi. {παλαιστιαῖος. GALLI. D'vne paulme. ITALI. *Di vn palmo.* GERM. Spannig/oder einer hand breit. HIS. *De vno palmo.* ANG. *Of a spanne or hand breadth.*} *Varro lib. 1. de Re rustic. cap. 35.* Rosa etiam concidítur radicitus in virgulas palmares.

Pālmārīus, adiecti. ὁ παλαιστιαῖος. Quod est vnius vel multorum palmorũ. *Colum. lib. 9.* Per spatia palmaria modicis forantur cauis. *Idem libr. 12.* Spicæ vlpici, vel allij inter palmaria spatia disponenda sunt.

Pālmīpēdālis, le, Mensura vnius pedis & palmi. {παλαιστιαιποδιαῖος. GAL. Qui contient vn pié & vne paulme. ITA. *Misura della grandezza d'vno piede & palmo.* GERMANIC. Ein maß eines schuchs vnd einer hand breit. HISPANIC. *Cosa de vn pie & vn palmo.* ANGLIC. *That conteineth the measure of a foote and spanne or hand breadth.*} *Colum. libro tertio capit. 9.* Nam in cliuosis, vbi terra decurrit, potest malleus palmipedalis deponi.

PĀLMȲRA, πάλμυρα. *Stephan.* Vrbs est Syriæ, situ loci, soli, diuitiis, & aquarum amœnitate insignis. Ciuitas est libera & priuatæ sortis (*vt inquit Plin. lib. 5. cap. 25.*) In confinio Romani & Parthici Imperij sita. ¶ Hinc Palmyrenæ solitudines appellatæ sunt, quæ ab hac vrbe, vsque ad Petram Arabiæ Petrææ metropolim, & ad fines Arabiæ fœlicis pertingunt.

Pālŏ, as, Sepio, fulcio, & quasi palis munio. {סמך *samáech.* πασσαλεύω. GAL. Etchalasser & pesseler, encharneler. ITA. *Mettere pali & pertiche, sostenere.* GERMAN. Sticken: item, mit pfälen oder scheyen verwaren oder festnen. HISP. *Meter palos ò pertigas, sostener.* ANGLI. *To hold vp by setting to postes or timber.*} *Colum. lib. 11. cap. 2.* Vt vitis paletur, & capite tenus alligetur, & iuga vineis imponantur.

Palŏr, aris, Passim vagor, sicut faciunt qui lento gradu dispersíque labrusicas quærunt. {תעה נפוץ *taṯáh naphóts.* ἀποσκεδάννυμαι, διασκεδάννυμαι. GALLI. Aller auant par cy par là parmi les champs sans tenir ordre. ITA. *Vagare, andare errando quà & là senza tener ordine.* GERMA. Hin vnd här schweiffen/vmbschweiffen. HI. *Vagar ò huyrlos desbaratados.* AN. *To wander out of order.*} *Liu. lib. 1.* Raptim & ad hos Romana legio ducta, palantes in agris oppressit. *Idem lib. 5. ab Vrbe,* Iam obsidionis tædio victi abscedunt, vagíque per agros palantur, cibis vinóque raptim hausto repleti. Hoc verbum à Palam quidam deduci existimant. Alij à palis castrorum, hoc est fudibus, modò huc, modò illuc translatis.

Pālātŭs, a, um, participium. Dispersus. {נפוץ *naphúts.* πεπλανημένος, διεσπασμένος.} *Liu. 3. ab Vrbe,* In quos palatos prædam agentes Posthumius, &c. [*Idem Liuius lib. 4.*]

Pālpĕbræ, penult. corr. Dicuntur pili extremitatem genarum ambientes. {עפעפים *ẖapẖapatím. βλέφαρα.* GALL. Les paupieres des yeux, ou le poil qui y est, les sourcils. ITAL. *Palpebre.* GERM. Das haar an den mugglideren. HISPAN. *Los parpaos ò pestannas del ojo.* ANG. *The heares that ar on the eyelids, the eyelid.*} Genæ autem, *teste Plin. lib. 11. cap. 37.* dicuntur geminæ illæ pelliculæ quibus oculi teguntur. Cilia autem genarum extremitates, quibus pili, quos modò palpebras vocari diximus, adhærent. ¶ Dictæ autem putantur Palpebræ, à palpitando, id est tremendo, vel à palpando, id est prætentando. Ob id enim natura palpebras homini dedit, vt vallum quoddam visus essent, & prominens munimentum contra occursantia animalia, aut alia fortuitò incidentia. *Cicero* tamen palpebras aliquoties posuisse videtur pro ipsis genis, hoc est folliculis oculum operientibus. Sic enim habet *lib. 2. de Natur. deor.* Munitæque sunt palpebræ tanquam vallo pilorum. *Idem in Pison.* M. Regulus quem Carthaginienses resectis palpebris vigilando necauerint.

Pālpo, as, & Palpor deponens, Leniter, blandè, & quasi tentando tango. {משש *mischschésch* מחליק *mechelík.* ψηλαφάω. GAL. Toucher & manier doucement, patteliner. ITAL. *Palpare.* GERMANI. Berüren/teiss anrüren/streichten/glosieren/zudeutten. HISP. *Palpar ò tratar ò halagar con las manos.* ANGLIC. *To groope or feele softelie.*} Itaque & pro adulari frequenter accipitur σωπᾶν. *Plaut. in Amphitr.* Obseruatote quàm blandè mulieri palpabitur. Huius compositum est Expalpo, quod est Elicio. Palpari autem alicui & aliquem, rectè dicitur. *Horat. 2. Serm. Satyr. 1.* Cui male si palpere, recalcitrat. id est si aduleris vel blandiaris. *Iuuenalis actiùe posuit, quum ait,* quem munere palpat Charus.

Pālpātŏr, pro adulatore. {ממשש *memaschschésch* מחליק *machalík.* κόλαξ, σώψ. GA. Flatteur, patelineur. ITA. *Adulatore, lusinghiere.* GERMAN. Zudeutler/streichler / der mit dem fuchsschwantz streichlen kan. HISPANI. *Lisonjero.* ANG. *A flatterer, à groper softelie.*} *Plau. in Mercat.* Vt palpator nullus est: quando occœpit, blandior. [*Plaut. Menæc. sc. 1. a. 2.* Tum Sycophantæ & palpatores plurimi.]

Pālpātĭo, verbale, Ipse palpandi actus. {ψηλάφησις, σωτεία, κολακεία. GA. Taſtement, flatterie. ITAL. *Esso palpare, adulatione.* GERMA. Streichlung/ tiebtosung/das flatticren. HISPA. *Obra de palpar, halagos lisonjas.* ANGL. *Groping, flatterie.*} *Plaut. in Men.* [*sc. 2. a. 4.*] Auser hinc palpationes.

Pālpĭto, as, frequentatiuum, Leuiter, ac frequenter moueor, mico. {παλλομαι, ἀσαίρω, σαίρω. GA. Se remuer ou tressaillir continuellement & viſtement, cõme fait le cœur d'vne beste fraischement tué tiré hors. ITA. *Palpitare.* GER. Sich schnelligtich rüren oder bewegen/gumpfen/klopffen. HISPANIC. *Tremblar la carne aun viua.* ANGLIC. *To pant or leap continuallie as the hart of a beast new pulled out.*} *Cicer. 2. de Natur. deor.* Animaduersúmque sæpe est, quum cor animantis alicuius euulsum ita mobiliter palpitaret, vt imitaretur igneam celeritatem. *Plin. libr. 28. cap. 8.* Palpitat certè cor, & quasi alternatim monetur. *Iuuen. Satyr. 6.* Vt fœmel atque iterum super illam palpitet. [*Sue. in Tib. cap. 61.* Palpitantes & semianimes in carcerem rapti.]

Pālpĭtātĭo, verbale, Leuis & frequens motus cordis, & aliarum partium. {חלקה *chelkáh.* παλμὸς, σαφηνὶς. GALLIC. Treſſaillement & tremblement, comme du cœur. ITALIC. *Mouimento di cuore, quando per qualche accidente trema.* GERM. Das klopffen oder gumpfen des hertzens eigentlich. HISP. *Tremblor de carne aun viua como del coraçon.* ANG. *A panting and leaping continuallie as of the heart.*} *Plin. lib. 32. cap. 5.* Imponat supra cordis palpitationem mulieri dormienti.

Pālpō, onis, Qui & Palpator, pro Adulatore & blando homine. {מחליק *machalík.* σώψ.}

Palpum nonnulli pro blanditiis vsurparunt. {חלקה *chelkáh.* σωτεία. GA. Blandiſſement, flatterie. ITALI. *Adulatione, lusinga.* GER Streichlung/ tiebtosung. HISP. *Halagos, lisonjas.* ANGLIC. *Faire speaking, flatterie.*} *Plau. in Pseud.* Mihi obtrudere non potes palpum, hoc est blandiri, & spem inanem verbis inicere. [*Idem Plaut. in Amph.* Timidam palpo percutit.]

Pālūdāmentă, Sunt insignia atque ornamenta militaria, propriè tamen Imperatorum. {χλαῖναι, ἡ ἐναγώνιος καὶ στρατηγικὴ ἐσθὴς. ANGL. *Coate armour.*} Hinc legimus olim Romæ imperatores, eorúmque lictores, Paludatos ad bellum solere proficiſci, præcinẽtibus tubis. *Liuius.* Cum paludatis lictoribus profectus ab vrbe, Brundusium venit. Paludamentum, *inquit Budæus,* chlamys est imperatoria, id est eorum qui exercitus educebant. quale illud est quod hodie *Cottam armorum* vocamus. *Liuius lib. 1. ab Vrbe,* paludamentum pro veste militari vsurpauit etiam eius qui non esset Imperator: Cognitóque, *inquit,* super humeros fratris paludamento sponsi quod ipsa confecerat, soluit crines, & flebiliter nomine sponsum mortuum appellat. Paludamentum enim illud erat vnius Curiariorum, quorum nemo, vt arbitror, Imperator in Albano fuit. [*Plutarchus in Fabio & in Pompeio:* Paludamentum purpureum super tentorium Imperatoris signum pugnæ.] ¶ Hinc Paludatus: qui vel imperatoriam chlamydem, vel alia eiusmodi ornamenta militaria gestat. *Cælius ad Cicer. lib. 8.* Quia verentur ne illud sic fiat, vt plaudati exeant. Id est vestè imperatoria insigniti, vt ad publicos hostes proficiscentes. ¶ Paludati in libris Augural ibus significantur, *vt ait Verannius,* armati, ornati. Omnia enim militaria ornamenta, paludamenta dici, *Festus ait.* Dicta paludamenta, quod perspiciuntur qui illa gestant, & fiunt palàm *vt inquit Varro.* ¶ Inuenitur etiam paludamentum de veste muliebri dictum. *Plin. lib. 33. cap. 3.* Nos vidimus Agrippinam Claudij principis, edente eo nauali prælij spectaculum, assidentem ei, induram paludamento, auro textili, sine alia materie.

Pālūdāpĭum, ἐλειοσέλινον. Apij species circa aquæ ductus, & in palustribus nascens, Nomen est à Theodoro ad imitationem Græcæ compositionis confictũ. Græci enim hanc herbam ἐλειοσέλινον appellãt, quasi palustre apium.

Pālūdātŭs, a, um, *Vide* Paludamentum.

Pālūmbēs, bis, tam masculini quàm fœminini generis, Syluestris colũba in arboribus, sepibúsque nidificans. {φάττα. GALLI. Coulon, ou pigeon ramier. ITALIC. *Columbo seluatico.* GERMA. Ein wilde taub/ ein feldtaub. HISPAN. *La paloma torcasa.* ANGLIC. *A wood doue or stock doue.*} *Virg. 1. Æneid.* -raucæ tua cura palumbes. *Lucanus,* Macrósque palumbes. ¶ Dicitur & Palumbus, & Palumba. [*Sueton. in Claud. cap. 21.* Palumbum postulare in ludis.] Horum duo sunt genera. Vnum torquatum, à torque quo insignitur, quod Aristoteles φάττας vocat. *Mart. lib. 13.* Inguina torquati tardant hebetantque palumbi, Non edat hanc volucrem, qui cupit esse salax. *Propert. lib. 4.* Sed cape torquatæ, Venus, ô regina palumbæ. Alterum genus quod Græci οἰνάδας, Latinorum nonnulli Vinaginem dicunt, ab esu labruscæ. *Huius auis naturam vide apud Plin. libr. 10. cap. 35.*

Pālūmbīnus, adiectiuum. Quod ex palumbe est. {φάσσινος. GALLIC. De coulon ou pigeon ramier. ITAL. *Di columbo seluatico.* GER. Von wilden tauben. HISP. *Cosa de paloma torcasa.* ANGLI. *Of a ring doue, wood coulner, or stock doue.*} vt Palumbina caro, *apud Plin. lib. 50. cap. 12.*

Pālūmbārĭus, A nonnullis appellatur accipitris quoddam genus, quod à Græcis φασσοφόνος, hoc est palumbium occisor appellatur, quòd ab hoc præsertim genere palumbibus maximum sit periculum, quas in aperto volantes rapit. *Vtitur hac voce Theodorus.*

Pālūmbŭla, diminutiuum à Palumba. φαττίον.

Pālŭs, li, Secundæ declinationis, Dicitur lignum acutum quod solet in terram defigi ad fulcienda ædificiorum fundamenta, aut castra munienda, aut claudendos hortos, aut sustinendas vites, aut similes vsus. {מוט *mot* יתד *jathádh.* σκόλοψ, πάσσαλος. GAL. Vn pau ou pieu. ITALI. *Palo.* GERMANIC. Ein pfal den man in das erdtrich schlecht/ ein scheyten. HISPAN. *El palo de forma de pertiga.* ANGLIC. *A pale or any inclosure, a post.*} *Plin. lib. 14. cap. 3.* Nec orthampelos indiget arbore, aut palis, ipsa sustinens. In hac autem significatione Palus producit priorem, quum Palus, paludis, eandem corripiat. *Tibul. libr. 1. Eleg.* Hic docuit teneram palis adiungere vitem. [*Plaut. Menæ. sc. 4. a. 2.* Quasi supellex Pellionis, Palus Palo proximus est. *Gell. cap. 3. libr. 10.* Palus destitutus est, vt virgis cæderetur.]

Pālārĭă, Locus vbi palus defixus, ad quem milites se exercebant circumeundo, Sosipater. Huc pertinet illud ex Cornicularia, *cuius meminit Varro,* Itaque ducunt milites ad vectim, quem circumeunt ludentes. Ita enim legendum esse ostendit *Scaliger.*

Pālārĭs, adiect à Palo, vt Palaris sylua, ex qua palus sumitur, *apud Vlp. l. 9. D. de vsufruct.*

Pālŭs, ludis, per tertiam inflexionem, Dicitur, aqua stagnans, quæ æstate plerunque siccatur. {אגם *aghám.* ἕλος. GAL. Vn marets ou marescage. ITAL. *Palude.* GER. Ein pfütz/moostachen. HISP. *La laguna de agua cogida.* ANGLI. *A ferme or marise.*} In hoc differt à Lacu, qui perpetuã habet aquam, neque vllo æstu exiccatur. *Cæs. 2. bell. Gall.* Quo propter paludes exercitui aditus non esset. Habet autem palus priorem correptam, posteriorem autem ferè semper producit. *Virg. 1. Eclog.* -quanuis lapis omnia nudus Limosóque palus obducat pascua iunco. *Idem 4. Georg.* Cocyti, tardáq; palus innabilis vnda. *Horat. in Arte poetica* licet. ter corripuit, quum ait, Regis opus, stet I quæ diu palus obiuta remis.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

* Paludifer,a,um,vt Aquæ paludiferæ. *Autor Philomelæ.*

Palūdōsus,a,um.{ ἕλειος. GAL. Marescageux. ITA. *Paludoso.* GERM. Moschechtig/pfutzechtig. HISP. *Cosa de aquella laguna.* ANG. *Full of fennes or marises.*} vt, Humus paludosa, *apud Ouid.15. Metam.* Æque paludosa siccis humus aret arenis.

Palūstris,& hoc palustre. Quod est ex palude.{ ἕλειος. GALLIC. Marescageux. ITA. *Palustre.* GERMAN. Auß der pfutzen/auß dem moso. HISPAN. *Cosa de laguna.* ANG. *Of fennes or marises.*} vt, Iuncus palustris, locus palustris, *apud Cæsarem 7. belli Gallici.* Aqua palustris. *Colum. libro 1. c. 5.* Vadum palustre, *Claud. 2. de Raptu Proserp.*

Pambăsĭlĭā.{ παμβασιλία. GAL. Regne parfait & accompli. ITALIC. *Regno perfetto, compiuto.* GERM. Ein regierung bey welcher vollkommenlig gewalt ist. HISPANIC. *El reyne ò reynado perfecto.* ANGLIC. *A ruline of a kindome when one ruleth all thinges.*} Dicitur quasi regnum numeris omnibus dominationis perfectum atque absolutū: cuiusmodi sunt reges nostri qui cuncta suo arbitratu statuentes, omnia in potestate habent. ¶ Est igitur pambasilia (*vt inquit Aristoteles*) genus illud regni, quum vnus omnium potestatem habet communium & publicarum rerum.

PAMISVS, παμισός, Arcadiæ fluuius in Stymphalo monte nascens, & præter Troezenem in Messeniacum sinum influens. Dictus Pamisus, quasi totus odiosus, ob damna & detrimenta quæ agris infert. *Ptolem.* Panisum vocat. Est & alter eiusdem nominis fluuius in Thracia ex Hæmo profluens, *teste Pli. lib. 4. c. 11.* Item tertius in Thessalia, *cuius meminit idē Plin l. 4. c. 8.*

PĂMPHĂGI, παμφάγοι, AEthiopiæ populi quibuslibet rebus vescētes, quorum meminit *Plin. lib. 6. c. 30.* Pamphagus item numeratur *ab Ouid. lib. 3. Metam.* inter canes Actæonis.

PĂMPHĬLĬVS, πάμφιλος, Neoclidis filius, Platonis auditor, quem testatur Plato in Phædone, inter eos qui in acie ceciderant, decem dies iacuisse, triduóque postquam inde sublatus fuerat, impositum rogo reuixisse, ac mira quædam tempore mortis visa narrasse. ¶ Pamphilus alius sacerdos, Eusebij Cæsariēsis necessarius, tāto bibliothecæ diuinæ amore flagrauit, vt bonam partem voluminum Origenis sua manu descripserit. Extinctus idem martyr apud Cæsaream Palæstinæ sub Maximino. Ex Hieronymo. ¶ Suidas autem tres Pamphilos commemorat: duos Grammaticos, quorum alter patria Sicyonius, de Grammatica, picturáque, ac claris pictoribus scripsit. Alter Alexandrinus dictionarium edidit, quod & Pratum appellauit: id est variarum rerum collectanea. Tertius Athenienſis fuit, rei publicæ expilator.

PAMPHYLIA, παμφυλία, Regio in minori Asia, ab Ortu Ciliciā & partē Cappadociæ: ab Occasu Lyciam habens: à Septentrione, Galatiam: à Meridie, mare quod ab ea Pamphylium appellatur.{ GERM. Ein landtschafft des minderen Asiae zwischen Cilicia vnd Syria gelägen.} Dicta Pamphylia, vt quidam putant, ab arborum copia, quasi tota frondosa. in ea (*vt Pomponius refert*) est fluuius Melas, nauigabilis, & Eurymedon, apud quem Cimon Athenienſis Persas nauali pugna superauit. * Pāphylius, Qui est ex Pamphylia. *Cicero 1. de Diuinat.* Quæ quidem nūc à Romanis auguribus ignorantur, bona hoc tua venia dixerim, à Cilicibus, Pamphyliis Pisidis Lyciis tenentur: scribitur etiam Pamphilia & Pamphilius per i.

Pampillum, Genus delicati currus. *Lampridius,* Iunxit quaternas mulieres pulcherrimas, & binas ad pampillum, vel ternas, & sic vectatus est.

Pāmpĭnŭs, pen. corr. Dicitur in vite tener, frondosúsque colliculus, fructum fouens, & ab æstus vendicans iniuria.{ GALLIC. Pampre, le ieune bois auec la fueille, ou le bourgeon de la vigne. ITALI. *Pampino.* GERMANIC. Ein rāblaub / rābblatt. HISPANIC. *El pampano de la vid.* ANGLIC. *A yong grene branche of a wine with leaues.*} *Colum. lib. 3. cap. 17.* Omnis enim fœcundus pampinus intra quintam aut sextam gemmam fructu exuberat: reliqua parte quanuis longissima vel cessat, vel perexiguos ostendit racemos. *Virg. 1. Georg.* Heu male tunc mites defendit pampinus vuas. ¶ Accipitur aliquando pampinus pro citris ouorum polypi piscis, *Plinius lib. 9. c. 11.* Polypi pariunt vere oua tortili vibrata pampino. Hinc deducitur verbum pampino, & verbale pampinatio.

Pāmpĭno, as, pen. corr. Pampinos decerpo.{ βλαστολογέω, οἰναρίζω. GAL. Esbourgeonner ou esfueiller la vigne. ITA. *Pampinare.* GER. Das rāblaub erbrechen. HISP. *Deshejar los pampanos.* ANG. *To proyne and shred of yong branches of a vine.*} *Varr. de Re rusti. lib. 1. cap. 31.* Pampinare, est ex sarmento colles qui nati sunt, de his qui plurimum valent, primum ac secundum, nonnunquam etiam tertium relinquere, reliquos decerpere, ne relictis collibus sarmentum nequeat ministrare succum. *Colum. lib. 3.* Quum comprehenderint, identidem pampinent, ne plura sarmēta quàm debent excrescant.

Pāmpĭnātŭs, a, um, Quod pampini similitudinem imitatur.{ κλημα τοειδής. GAL. Semblable à pampre. ITA. *Ch' assomiglia à pampino.* GE. Das dem rāblaub gleich ist. HISP *Cosa semejante is pampano.* ANG. *Like a yong brāche of a vine. Plin. lib. 16. c. 42.* Ramentorum orbis pampinato semper orbe se voluens ad incitatos runcinarum raptus.

Pāmpĭnātĭo, verbale.{ οἰναγεσία. GAL. Esbourgeonnement ou es fueillement de vigne. ITA. *Sfogliamento di pampini di vite.* GERM. Erbrechung des rāblaubs/oder der bletteren an den rāben. HISPAN. *Deshojamento de los pampanos.* ANG. *Shreading or cutting of yong branches of a vine.*} *Colum. lib. 4. c. 27.* Siquidem vel magis pampinatio, quàm putatio vitibus consulit.

Pāmpĭnātŏr, oris.{ οἰναγέτης, κλαδευτής. GALLIC. Esbourgeonneur. ITAL. *Spampinatore.* GER. Ein rāben erbrecher. HISP. *El deshojar de pampanos.* ANGLIC. *He that cutteth of the yonge branches of a vine.*} *Colum. lib. 4. c. 27.* Idque faciet variis de causis pampinator industrius.

Pāmpĭnārĭum, rij, palmes, qui (*vt inquit Plin. lib. 17. cap. 22.*) è duro exit, materiámque in proximum annum promittit: siue congeries virentium ramusculorum.{ οἰναγον. GALLIC. Branchè ou regret de vigne qui ne porte que fueilles, que les vignerons appellent escuier. IT. *Pāpino.* GERM. Ein iung rābschoss sō auss dem knebel herfur sprosst / vnd noch kein trauben/sonder nur bletter hatt. HISPA. *Pampano.* ANGLIC. *A yong branche thas beareth ne thing but leaues.*} *Colum. lib. 3. cap. 105.* Vitiosissima est eorum agricolarum opinio, qui minimùm referre credunt, quot vuas sarmentum habuerit, dum ex vite fertili legatur, & non ex duro trunco enatum, quod pampinarium vocant.

Pāmpĭnārĭus, Quod est pampini.{ κλημα τικός. GALLIC. Choſe de bourlaubs ist. ANGLIC. *Of or perbeyning to a wine branche.*} *Col. lib. 4. c. 24.* Ne aut pampinarius palmes internatus, aut verrucæ similis furunculus relinquatur. *Et lib. 3. cap. 10.* Ne pampinariam virgam deplanter. [*Plin. l. 22. lib. 17.*]

Pāmpĭnĕus, a, um, Pampinarius. *Virgilius lib 2. Georg.* Liber pampineas inuidit collibus vmbras. *Idem ibidem,* Tibi pampineo grauidus Autūno Floret ager. *Ouid. 3. Metam.* Pampineis agitat velaram frondibus hastā. ¶ Pampineus odor, pro sapore vini. *Propert. lib. 2.* Pampineus nostri quī sit amarus odor. [*Ouidius Eleg. 10. lib. 3. Trist.* Non hic pampinea dulcis latet vua sub vmbra.]

Pāmpĭnōsŭs, sa, sum, Quod pampinis abundat.{ κλημα τώδης. GAL. Fort fueillu. ITA. *Ch' abunda di pampini.* GERMA. Voll rāblaub/bletterechtig. HISPAN. *Cosa llena de pampanos.* ANG. *Full of yong branches or wine leaues.*} *Colum. lib. 5. c. 5.* Et si parum pampinosa vitis est.

Pāmpĭnācĕus, a, um, adiect. ὁ καὶ ἡ οἰναρώδης, κλημα τώδης. *Colum. lib. 12. capite 20.* Amomi pondo quadrans, croci quincunx, crispæ pampinaceæ libram.

PĂN, πᾶν, A poetis pastorum atque adeò totius naturæ Deus esse fingitur: vnde etiam à Græca dictione πᾶν, quæ idem significat quod totum vel omne, nomen accepit: quòd putabant vno naturæ nomine omnia complecti. Vnde etiam Ἅπαπα pinxerunt, vt nihil ex toto vniuerſo in ea videatur prætermissum. Habet enim cornua in radiorum Solis & cornuum Lunæ similitudinem, rubet eius facies ad ætheris imitationem: in pectore Nebridem habet stellam, ad stellarum imaginem. Pars eius inferior hispida est, propter arbores, virgulta, feras. Caprinos pedes habet, vt ostendat terræ soliditatem. Hic Dæmogorgonis filius creditur fuisse, & fistulam composuisse septem imparibus calamis, simul coniunctis, propter harmoniam cœli. Hunc Arcades colunt, eum vniuersæ materiæ dominum appellantes. Vnde à Græcis πᾶν appellatur.{ GERM. Der hirten gott.} ¶ Item Pan Latinè incubus dicitur. Incubi verò sunt nocturna phantasmata mortalibus terrorem incutientia. Traditur & cum Cupidine aliquando pugnasse, à quo superatus incidisse in amorem Syringis, seu Syringæ virginis, quam quum transire Ladonem Arcadiæ amnem non posset, nympharum precibus in palustrem calamum mutatam vidisset, ex hoc statim composuisse fistulam, quæ illius nomine apud Græcos est vocata, septem imparibus calamis simul iunctis. *Virgil. 2. Eclog.* Pan primus calamos cera coniungere plures Instituit, Pan curat oues, ouiumque magistros.

[Panaca Veronensis: genus vasis. *Martial. Epigr. 100. lib. 14.*]

Pānăcēs, huius panacis, pen. corr. πάνακες. & Panax, panacis. Herba cuius succus Opopanax vocatur: ἀπὸ τῦ πάντα ἀκεῖν, hoc est à sanandis omnibus morbis. *Plin. lib. 25. c. 3.* Panaces ipso nomine omnium morborum remedia promittit. *Columel. lib. 11. c. 3.* Panax vtroque tempore, leui & subacta terra, rarissime diſſeritur.

Pānăcēă, huius panaceæ, πανάκεια, idem significans. *Lucan. li. 9.* Et panacea potens & Thessala centaurea. *Virgilius 12. Æneid.* Ambrosios succos, & odoriferam panaceam. Lucretius (*inquit Seruius*) Panaceæ nomine vbique salem intelligit: vnde possumus in hoc loco Virgilij salem intelligere: nam omnem pellit dolorem: sed melius herbā, quia ait, Odoriferam.

PĂNAĔTĬVS, παναίτιος, Nicagoræ filius, patria Rhodius, Stoicæ sectæ philosophus, Diogenis familiaris & Scipioni Africani præceptor, quem Cicero se in Officiis imitari profitetur. Huius autem hodie celebratur aurea illa sententia, Vitam hominum ex improuiso assidua & propè quotidiana pericula ferre, ad quæ cauenda, oportere animo semper esse intento, vt sunt athletæ. Sicut enim illi in certamine athletico, caput manibus oppositis, quasi vallo præmuniunt: ita animum sapientis aduersus petulantiam iniuriarum, ictúsque fortunæ debere esse erectum, arduum, septum, neque in re repentina incursio, imparatis, improtectis, nobis oboriatur. Fuit & alter Panætius senior, & ipse Rhodius, cuius multa fit mentio apud philosophos. *Vtriusque meminit Suidas.* [*Et Gellius de Panætio c. 26. lib. 13.*]

PĂNAĔTŌLĬVM, παναιτώλιον, Mons est AEtoliæ altissimus ita dictus, quasi totam occupet AEtoliam, *Plin. lib. 4. c. 2.*

Pānætōlĭcŭs, ca, cum, adiectiuum, vt Panætolicum concilium, *apud Liuium li. 1. belli Macedonici.*

Pānagrum, παναγρον. Retis genus quod omnia capit, à πᾶν & ἄγρα, captura vel præda.

Pānărĕtus, παναρέτος, pen. corr. Dici potest omnium virtutum continens: πᾶ enim Totum significat, ἀρετὴ Virtutem. *Martial. lib. 6.* Arguto madidus pollice Panaretus.

Pānārium, *Vide* PANIS.

Pānăthēnæă, παναθήναια. Festa erant Athenis, à Theseo instituta in honorem Minervæ, Quæ Latinis Quinquatria appellantur. Hisce ludis gymnicum certamen per præconem & tubicinem indicebatur: id cuius spectatione mulieres arcebantur. Pueri quoque & puellæ sese manib. complexi, Pyrrhicam in theatro saltabant. Erant autem duplicia: Maiora quinto quoque anno celebrari solita, & Minora, quæ quotannis peragebantur. Hinc Panathenaicus παναθηναϊκός, liber Isocratis. De Panathenæis *vide Alexandrum ab Alexand. lib. 5. c. 8. & lib. 6. c. 19. & Celium lib. 6. c. 49.*

Pānăthēnāĭcŏn, παναθηναϊκὸν, Genus vnguenti, *quo vt Plin. lib. 13. c. 2. inquit,* Athenæ perfeueranter abstinuere.

Pancarpĭæ, παγκαρπίαι, Coronæ ex variis & penè omnibus florum generibus factæ. *Festus.*

PĂNCHAĬĂ, παγχαία, Regio Arabiæ, tota arenosa, in qua arbores sponte natæ thus emittunt.{ GERMA. Ein landtschafft Arabiae in welcher weyrauchbäum wachssen.} *Virgilius 2. AEneid.* Totáque thuriferis Panchaia pinguis arenis.

PĂNCHAEĪ, Populi, qui, *vt Pomponius lib. 3. refert,* deserta Sabæ habitant: Ophiophagi vocantur, quoniam serpentibus vescuntur.

PANCHALE, Insula vna Cycladum, alias Amorgus. *Steph.*

Pānchrēstŏs, vel Panchrestum, πάγχρηστος, Medicamentum nobile, quod Latinè dici potest morbis omnibus conducibile, vel omnibus affectibus

bus vtile. *Plin.lib.13.cap 7.* Fit ex pomo panchresto stomatice, eadem arteriace appellata. *Idem lib.36.cap.20.* de generibus hæmatitarum loquens, principatum dat ex iis Æthiopico, oculorum medicamentis vtilissimo, & iis quæ panchresta appellant. *Cicero 6.Verr.* Aduentu L. Metelli Prætoris, quum omnes eius comites iste sibi suo panchresto medicamento amicos redemisset, &c. Quo in loco *Cicero* pecuniam per iocum medicamentum panchrestum appellat, quod ad varios vsus sit vtilis, præsertim Verri, qui ipsem omnem salutis in pecunia habebat positam: nullámque tam graue periculum arbitrabatur, cui pecunia mederi non posset.

Pānchrōs, πάγχρως, Gemma quæ constat ex omnibus coloribus. *Plin.li. 37. cap.10.*

Pancrātium, pancratij, παγκράτιον, Certamen gymnicum, *teste Hermolao in lib.34. Plinius cap.8.* Quod Latine dici potest, Quinquertium, quoniam ex quinque certandi generibus constabat, cursu scilicet, disco, saltu, lucta, & pugilatu. Hoc à Græcis, *teste Festo*, alio nomine dicitur Pentathlum, eadem ratione qua à Latinis Quinquertium. Hermolaus tamen loco iam demonstrato distinguit Pentathlos à Pancratiastis, & hos rursus ab iis quos Periodo victores vocant, vt Pancratiasten esse plus sit quàm Pentathlum esse: & rursus Periodo victorem plus quàm Pancratiasten. Credit enim Pentathlum esse, qui quinque his certandi generibus congreditur, hoc est qui & lucta, & saltu, & cursu, & disco, & pugilatu certat, etiamsi in omnibus hisce aut quibusdam succumbat. Pancratiasten autem dici putat, qui quinque hisce certandi generibus congressus, omnes vicit. Periodo autem victor is dicitur (*teste Festo*) qui quatuor illa sacra Græciæ certamina, Isthmia scilicet, Nemæa, Pythia, & Olympia obiuit, & in omnibus hisce vicit. Pancratium itaque & Pancratiastes, secundum sententiam Hermolai dicuntur ἀπὸ τῆς παντων κρατεῖν, hoc est à vincendo omnia: vt Pancratium sit certamen illud quo quis quinque iam dictis certandi generibus cōgressus, omnes vicit: Pancratiastes verò, qui ex quinque hisce certandi generibus euasit victor. *Budæus* verò prioribus in Pandect. Annotationibus videtur Pancratij & Pancratiastæ vocabula deriuare, ἀπὸ τῆς παντων κρατῆς, hoc est ab omnibus viribus, quas in hoc certaminis genere effundebant. Putátque Pancratium fuisse certaminis genus, quod excitatis omnibus corporis viribus omniúmque neruorum contentione transigebatur. Nam & calcibus & cubitis, non modò pugnis, Pancratiastæ vtebantur. *Quint.lib.2.Instit.* Sicut ille exercendi corpora peritus, non si docendū pancratiasten susceperit, pugno ferire vel calce tantùm aut nexus modò certos aliquos docebit: sed omnia quæ sunt eius certaminis. *Plin. lib.35. cap.11.* Alcimachus Dioxippum, qui Olympiæ Pancratio circa pulueris iactum (quod vocant ἀκονιτι) vicit. Pancratium quid sit docet *Gellius lib.13.cap.26.ex Panætij libro*, Oportet, *inquit*, animo semper esse prompto atque intento, vt sunt athletarum qui Pancratiastæ vocantur. Nam sicut illi ad certandum vocati, proiectis altè brachiis cōsistunt, capútque & os suum manibus oppositis quasi vallo præmuniunt, membráque eorum omnia, priusquam pugna mota est, aut ad vitandos ictus cauta sunt, aut ad faciēdos paratanta animos, &c. Ergo Pancratiastæ dici videntur, non qui, *vt Budæo placet*, omnibus viribus corporis aduocatis (omnibus enim hoc certatoribus commune est) sed qui ratione omni decertant, cùm & alij certa ratione, & certis duntaxat membris depugnent. *Vlpianus l.7.D.ad leg. Aquil.* Si quis in colluctatione, vel in pancratio, vel pugiles dum inter se exercentur, alius olium occiderit, &c. Meam sententiam Pollucis verba confirmant, quæ subiiciam Latina facta: Hos, *inquit*, omni certaminis genere vtentes possis dicere, sicuti Plato Euthydemum. Hoc admodum placet omni certamine vtenti secundum Acharnenses. Pancratiastas. *Hæc Hetomanus.* ¶ Est præterea pancratium scylla pusilla. *Plin.* coloris rufi. Hæc est scylla officinarum, ac cæpa canina Græcorum nostri sæculi.

Pāncrătĭcē, aduerbium, Robustè, vnde Pancraticè valere, est robustum esse, & firma corporis valetudine, vt solent ij qui Pancratio exercentur. *Plau.in Bach.* Benéne vsque valuit? c. pancraticè, atque athleticè.

Pāncrătĭastēs, πάγκρατιαστής, Certator & victor pancratij. *Gell.lib.3.cap.15.* Diagoras filios tres habuit, vnum pugilem, alterum pancratiastem, tertium luctatorem. [*Vide & eundem Gellium cap.26.lib.13.Vide* PANCRATIVM.

Pāncrătĭus, παγκρατιαστής, *Apud Senecam lib.5. de Beneficijs*, legitur pro pācratiaste: Lacedæmonij (*inquit*) vetant suos pancratios cæstu decernere.

PANDĀNĂ, Porta Romæ, quæ antea Satutnia dicebatur: ita dicta à verbo Pando, quod semper pateret ad res quæ in vrbem ferebantur excipiēdas. Eadem dicebatur Libera, à libertate. *Autores Pompon. Festus & Varro lib.4. de lingua Latina.*

PANDARIA, πανδαρία, Insula est exigua in sinu Caietano, distans à continente ducentis quinquaginta stadiis. *Strab. lib.5.*

PANDATARIA, πανδατερία. Insula in Puteolano sinu, *teste Plin.libr.cap.6.* [*Suet.in Tib.c.13.& in Calig.c.15.*]

Pāndĕctæ, arum, πανδέκται, Volumina sunt (*inquit Budæus*) nihil non continentia, ex quibus possis, quod velis, velut è cornucopiæ depromere. Vnde Pandectæ legum, quæ omne ius complectuntur, à πᾶν omne, & δέχομαι, capio. [Nomen hoc perperam vulgò vsurpatur etiam à doctis & eruditis viris in fœminino genere, cum sit masculini generis. Siquidem ὁ πανδέκτης, & In plur. οἱ πανδέκται masculinorum formam & analogiam retinet. Et quæ ratio efficit, vt dicatur ὁ ποιητής, & οἱ ποιηταί, (.i. hic Poeta, æ, & hi Poetæ, arum.) Eadem omninò postulat vt etiam dicatur, Hic Pandecta, æ, & Hi Pandectæ, arum. Atque in Titul. indicis Iurisconsultorum, qui Pandectis Florentinis præfixus est, in masculino genere hoc nomen positum inuenitur, τὰ πανδέκτα. Atque ita esse efferendum docent duo lumina Academiæ Parisiensis Theod. Marcillius in Commentariis suis in Institutiones Iustiniani & Leg. XII. Tab. Et Georg. Crittonius Actione secunda, habitâ in Senatu Parisiensi Anno 1602. Et certe cum dicimus Pandectas (.i. omnia continentes) subintelligimus nomen substantiuum masculini generis, libros. Quod probè intelligentes eruditi viri Marcillius & Crittonius Professores regij nunquam nisi in masculino vsurparunt scribētes, Pisani Pandectæ, Florētini Pandectæ, vulgarij Pandectæ, Non Pisanę Pāndectæ, Florentinæ Pandectę, vt passim tamen loquutus est princeps eruditorum sui sæculi, *Guill. Budæus in Annotat.in Pandect.* qui vir cū omnia prope viderit, ad hoc minutissimum (pace tanti viri dictum sit) cæcutit atque oscitauit. Io. GAL. AND.] *Gell. libr.13. cap.9.* Tullius Tiro, Ciceronis libertus, libros de variis ac promiscuis quæstionibus compositit, quos Græco vocabulo Pandectas, id est promiscua, & multifaria continentes libros, inscripsit, tanquam omne rerum ac doctrinarum genus continentes. * Idem *Gell. libr. vlt.* Sunt qui libros suos Pandectas, id est omnium receptacula inscripserunt. Hanc inscriptionem *Plin. in Præfatione.*, inter illecebrosas & magna promittentes numerauit, propter quas (*vt ipse inquit*) vadimonium deseri possit. His Pandectis coagmentandis septem & triginta Iurisconsulti symbola contulerunt, ex quorum verbis Digestorum leges velut Centones consarcinatæ sunt. *Hæc ex Budæo.*

Pāndĭcŭlor, aris, Extendor, vt faciunt, qui è somno expergefacti sunt oscitantes. {πορρονιώμαι. GALL. S'estendre & renuerser de son corps. ITAL. *Distirarsi.* GERMAN. Sich tancken oder strecken. HISPA. *Enaspar todo el cuerpo.* ANGLI. *To gape, to yaune and stretch as men comming from me sleep.* } Pandiculantur, *inquit Festus*, qui toto corpore oscitantes extenduntur, quòd pandi fiant. *Plau.in Menæch.sc.2. a.5.* Ego me assimulem insanire, vt illos à me absterream, vt pandiculans oscitatur.

Pāndĭcŭlārĭs, dies, qui & Communicarius dicebatur, in quo communiter omnibus diis sacrificabatur πάντιος ἑορτή. *Festus.*

Pāndĭcŭlātĭo, pandiculationis, Oscitatio, vel potius corporis inter oscitandum extensio. σπορρονιασμός. *Autor Festus.*

PĀNDĬŌN πανδίων, Proprium nomen Erechthei Athenarum regis filij, qui patri successit in regno. Huius filiæ fuerunt Progne & Philomela: quarum Prognen Tereo Thracum regi, cuius ope Ponti regem profligauerat, vxorem dedit. *Reliqua vide in dictione* PROGNE. Hinc Pandionia, πανδιονία, hoc est Attica: & Pandionius, a, um, idem quod Atticus. *Lucanus de Pallade.* Et Pandionias quæ cuipide protegit arces.

Pāndo, dis, passum, Patefacio, aperio. {פתח *pathách* פרש *parás* פרש *paráseh.* πατάζω, πετάννυμι, ἁπλόω. GALLIC Ouurir, manifester, estendre. ITALIC. *Aperire, manifestare.* GERMA. Offnen/ auffthun/ zerthun. HIS. *Abrir ò descubrir.* ANGL. *To open, to sett abroade.* } *Virg.2. Æneid.* Panduntur portæ, iuuat ire, & Dorica castra, Desertósque videre locos, littúsque relictum. *Plau.Bacch.* Pandite, atque aperite propere ianuam hanc. *Virg.4 Georg.* & alas Pandere ad æstiuum Solem. *Idem 3.Æneid.* Anchisen facio certum, rémque ordine Pando. [Pandere armamenta. *Senec. capit. 9. de Tranq.* pandere viam. *Liuius libro 4. ab vrb.*] Nonius pando à pane dando ex testimonio Varronis dictum esse confirmat, quòd iis qui ope indigentes in Cereris templum confugissent, quod talibus nunquam claudebatur, panis daretur. Huius composita sunt Expando, Dispando, propando, Repando, *de quibus suis locis.* * panditur planities. protenditur, sese offert, apparet. *Liuius 2. belli Macēd.*

Pāndēns, participium. { פתח *pothéach* פרש *poréseh.* } *Virg.6.Æneid.* Melle soporatam, & medicatis frugibus offam Obiicit: ille fame rabida tria guttura pandens Corripit obiectam.

Pānsŭs, a, um, à Pando, Patens, extensus. { פרוש נטוי *parúseh natúi.* ἀνεῳγώς, ἐκπεπταδεώς. GAL. Estendu, ouuert, descouuert. ITAL. *Disteso, aperto.* GERMA. Zerthon/ zerspannen/ außgespannen. HISP. *Descubierto, estendido.* ANGLI. *Oppened, spread out, and sett abroade.* } *Plau.* In portum vento secundo, velo passo peruenit, id est ocyssimo cursu. Passa enim vela dicimus expassa, distenta, explicata, vento tumentia ac plena. ¶ Capillus passus, idem quod diductus, porrectus, solutè & liberè vagans. [*Ouid. Eleg.2.lib.4. Trist.* Crinibus en etiam fertur Germania passis. *Idem Eleg. 3. lib. 1.* Illa etiam ante Lares passis prostrata capillis. *Idem Eleg. 1. libr. 1.* Hirsutus passis, vt videare comis.] *Terent. Phorm.* Capillus passus, nudus pes. Quod & expassum aliquando dicimus, & Dispassum, & mutatione a in e, dispessum. *Plau. in Milit.* Dispessis manibus. Veteres enim passum dixisse, non pansum, & expassum, non expansum, *Gellius Seruiúsque testantur.* Dicit enim *Seruius.* Ideo autem pando non facit pansum, quia plerunque n, quod in prima verbi positione inuenitur, in præteriti participio non est, vt Tundo, tusus. Et licet Euphoniæ causa varientur, vel in generibus vel in numeris: Nactus tamen & passus nonnunquam penitus patiuntur. ¶ Passis manibus: hoc est diductis atque distentis. [*Gell. cap.15. libr. 15. Et Cæsar lib. 3. de bell. ciuili*, Passis palmis veniam orare.] *Tertullianus* tamen Oppansum velum dixit pro oppasso & extento: & alibi: Expansos, *inquit*, vngulæ fodiant, cruces suspendant.

Pāndo, as, Incuruo. { כפף *chaphāh.* κυρτόω. GALL. Courber & affaisser. ITAL. *Intorcere, incurnare.* GERM. Biegen vnd sich krummen. HISPAN. *Empadar ò encornar.* ANGLIC. *To bowe downe vnder a burden.* } Vnde Pandari trabs dicitur, quasi incuruati, cederéque ponderi. huius contratium palmæ faciunt, quippe quę non contra inferiora, sed in diuersum renitendo fornicantur. *Plin. lib.16. cap.42.* At populus contra omnia inferiora pandatur. Et *paulò pòst.* Facilè pandatur iuglans. Hinc à Vitruuio arbores pandatæ dictæ sunt, quæ in ædificiis curuantur. Nōnúquam etiam legitur Pando absolutè pro incuruari, vel curuum fieri. *Quint. lib. 21. cap. vlt.* Pectus ac venter ne proficiatur obseruandum: pandant enim posteriora: & est odiosa omnis supinitas.

[Pandatus, a, um, *Quinti. lib. XI. cap.penult.* Pandata manus vouentium. (.i. curua & supina.)]

Pāndātĭo, pandationis. { אבח *ébeheph.* κύρτωσις. GALL. Courbement. ITA. *Incuruamento.* GERM. Ein buck/ oder biegung. HISPAN. *Encoruamiento.* ANGLIC. *A bowing or krooking.* } *Vitruu. lib.7. cap.1.* Contignationes pandationibus fidentes mouendo se faciunt vitia pauimentis.

Pāndŭs, a, um, Apertus, latus, incuruus. { פתוח בפוף *pathúach chaphúph.* πετανύμενος. GAL. Courbe, courbé contre bas. ITALIC. *Aperto, largo, incurno.* GERMANIC. Zerthen/ weit oder gebogen. HISPANI. *Pando, abierto, ò corno.* ANG. *Open bowed or krooked.* } *Virgil.lib.2. Georg.* Lancibus & pandis fumantia reddimus extа. *Martial.lib.14.* Hic tibi donatur pando ruber vrceus ansa. Pandus asellus. *Ouid. 1. Fast.* Carinæ pandæ. *Virg. 2. Georg.* Delphines pandi. *Ouid.Eleg.10. libro 1.Trist.* [*Idem 1. Fast.* Venerat & senior pando Silenus asello. *Et lib.3.Fast.* Vtque piger pandi tergo residebat asselli.

Pāndŏchĭum, chij, penul. prod. { πανδοχεῖον. GAL. Hospital, hostelerie.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ITALI. *Hostizio, allogiamento.* GERMAN. Ein wirtshauß/ein herberg/in die ein jeder einkehren mag. HISPAN. *La posada, hospederia.* ANG. *An inne, a lodging place.* } Hospitium, diuersorium, stabulum, caupona: vnde & caupo ipse Pandocheus, πανδοχεύς appellatur, per tres syllabas.

PANDŌRA, pandoræ, πανδώρα, ab Hesiodo fingitur fuisse prima mulier à Vulcano Iouis iussu fabricata, quam singuli dij donis suis ornauerunt. Pallas enim sapientiæ donum ei contulit, Venus formæ, Apollo musices, Mercurius eloquentiæ. Inde dicta fuit Pandora, quasi omnium donum, vel quasi ab omnibus donata, vel omnium rerum genere donata. *Autor Hesiodus in Theogonia.* ¶ Est & nomen matris Deucalionis, à qua Thessalia Pandora dicta est.

PANDŌRAE, πανδῶραι. Populi sunt in conuallibus Indiæ, *sicut libr. 7. cap. 2. scribit Plinius*, qui ducentis annis viuunt. In iuuenta capillos candidos habent, in senectute nigros.

PANDŌSIA, æ, πανδοσία, Ciuitas in Epiro siue Thesprotia non procul ab Acheronte amne. Item altera in Lucania regione, quæ & ipsa Acheronte quodam fluuio irrigatur: circa quam Alexander Epirota trucidatus est. Nam quum Dodonæo oraculo monitus esset vt Pandosiã vrbem, & Acherusiam aquam caueret, ad declinanda fatorum pericula imminentia, peregrinam militiam sibi suscipiendam ratus, in Italiam traiecit, ignarus & ibi Pandosiam vrbem esse, & Acherontem fluuium: vbi vix naue egressus, veruto à milite est transfixus.

PANDRŌSOS, pen. corr. πάνδροσος, Filia fuit Cecropis Athenien sium regis, soror Aglauri & Herses. *de quibus Ouid. lib. 2. Metam.* Pars secreta domus ebore & testudine cultos Tres habuit thalamos, quorum tum Pandrose dextrum, Aglauros læuum, medium possederat Herse.

Pandūrizāre, Verbum a πανδοῦρα musico instrumento. *Lampridius in Heliogabalo*, Pandurizauit, organo modulatus est.

PANĒGYRIS, πανήγυρις. Nundinæ vel conuentus publicus: quales quinto quoque anno Athenis celebrari solitas scribit *Herodotus lib. 6.* Componitur ex Græca dictione πᾶν, & ἀγείρω, quod significat conuenio, quasi dicas omnium conuentum.

Panēgyrici, Sunt sermones qui in conuentu populi, & sacris celebritatibus habentur: quales sunt quibus Dij, Reges atque Imperatores laudantur. Et Panegyricon tertium dicendi genus, quod Latini Demonstrationum genus dicunt. [*Tibulli Panegyricus ad Messalam. lib. 4.*]

PANCRŌS, πάνκρος, Gemma est, alio nomine Pansebastos appellata, quæ fœcunditatem creditur afferre. *Autor Plin. lib. 37. cap. 10.*

PANĒVS, πανεύς, per simplex n, Fons est sub Libano monte, in quem si qua natantia proiiciantur, in lacu cui Phiala nomen est, cuncta reperiuntur. ¶ Est etiam hoc nomine Colchorum fluuius, *Bocatio teste*, cui oppidum imminet sui nominis, habens post se Heniochorum multinodas gentes.

PANGAEVS, Promontorium est Thraciæ, Bessis conterminum, & Macedoniæ coniunctum, ad cuius radices Nestus amnis defluit. Et in singulari est generis masculini, in plurali generis neutri. *Statius*, Illi Pangæa resultant, Ismaráque. * Pangæus item Adiectiuum: vt Arua Pangæa, & Flumina Pangæa, *apud Ouid. 3. Fast.*

Pangæus, a, um, vt Arua Pangæa.

Pango, pangis, pepigi panxique, pactum, Figo, planto, iungo. Vnde pactilis (πακτὸς) hoc est compactus & ex pluribus partibus coniunctus. } פקד *takát.* πήγνυμι. GA. Ficher. ITALIC. *Ficcare, congiugnere.* GER. Einstecken/ anhefften. item pflantzen. HISPA. *Hincar, ayuncer, componer.* ANG. *To greff set or plant.* } *Plin. lib. 21. cap. 3.* Summáque autoritas pactilis coronæ. *Liuius* pro Figo posuit *libr. 7.* Lex vetusta est priscis literis, verbisque scripta, vt qui Prætor maximus sit, Idibus Septembris clauum pangat; Fixus fuit lateri ædis Iouis optimi Maximi. ¶ Pro plãto, φυτεύω. *Colum. libr. 3.* At quæ vetere sarmento panguntur tardius conualescunt, sed tardius deficiunt. *Idem libr. 12. cap. 2.* Malleolisque recentissimis curiosissimè pangenda. *Cic. Tironi lib. vlt. Epistol.* posuit pro scribo, vel compono. An (*inquit*) pangis aliquid Sophocleum? fac opus appareat. *Gell. lib. 13. cap. 19.* Si aut versum (*inquit*) pangis, aut orationem solutam struis, atque ea verba tibi dicenda sunt, non eas finitiones prærancidas, neque fœcutinas Grammaticas spectaueris: sed autem tuam interroga, quo quid loco conueniat, dicere. ¶ Pangere osculum, est osculari. *Plaut. in Curcul. sc. 1. a. 1.* Qui vult cubare, pangit saltem suauium. [¶ Pangere, pacisci vel coire. *Liuius libr. 4. d. 4.* Pangere societatem. Et *Ibidem.* Pangere societatem & affinitatem. ¶ Item Pangere ramos lauri. *Sueton. in Galba, cap. 1.*] ¶ Pangere inducias, est facere inducias. *Liuius 7. bell. Pun.* Ne antea quidem se aut de pace audisse, aut inducias pepigisse dixit. Composita eius quædam seruant a, vt Circumpango à quo circumpactus, Depango, Oppango, Repango, à quo Repages & Repagula. Quædam mutant a in i: vt Appingo, Compingo, Impingo: vnde Impages, *de quibus suis locis.*

Pactilis, & hoc pactile, Quod ex pluribus partibus compactum est, & coniunctum. } συμπαγὴς, συμπαγλώδης. GAL. Assemblé, & composé de plusieurs pieces. ITA. *Di molti pezze congiunto.* GERMAN. Zusamen gehefftet oder gefugt/nemlich auß ettichen stücken. HISPA. *Cosa ayuntada de muchas partes y pedaços.* } ANGLIC. *That is made and conioyned of many partes.* } vt corona pactilis. *Plin. lib. cap. 3.* Summáque auctoritas pactili coronæ.

PANHORMVS, *Vide* PANORMVS.

Panicã, } πανικὰ, τά. ANGLI. *Sodaine feare wherwithh one is distraught.* } Vocantur repentini quidam terrores, & consternationes, quales sunt sympatici metus, vsque adeo irreuocabiles, vt iis correpti, non ratione modò, sed mente etiam careant. Quicquid cum stupore contingit, qualis est pauor sine causa obortus, terriculamentúmque inane dicitur Panicum. *Ciser. lib. 5. ad Attic.* Scis enim quædam πανικὰ dici. Pro eodem panicus terror dicitur, vel substantiue Panicus. Higinus de Pane Deo loquens in Capricorni signum transluto. Hic enim dicitur, quum Iupiter Titanas oppugnaret, primus obiecisse hostibus terroré qui Panicos dicitur. Fit autem à Pane Deo, quoniam repentinorum terrorum, & consternationum causam Deo Pani tribuunt. De Panico terrore *Vide Politianum in Miscell. & Erasmum in Chiliad.*

[Paniceus, qui panem conficit. *Plaut. Capt. sc. 2. a. 1.* Opus paniceis: opus placentinis quoque (.i. opus est ijs qui panes & placentas faciunt.) *Lambin.*]

Pānĭcŭlă, *Vide* Panus.

Panicum, ci, Genus frugis, à paniculis suis dictum. } σῆσαμον. GAL. Du panis semblable à millet. ITALI. *Panico.* GERMAN. Fench oder pfenich. HISP. *El panizo.* } *Plin. lib. 18. cap. 7.* Paniculum à paniculis dictum, cumine languido nutante, &c. *Cæs. 2. bell. Ciuil.* Panico vetere, atque hordeo corrupto, omnes alebantur.

PANIONIVM, πανιώνιον, *vt scribit Herodot. lib. 2.* Locus est sacer in Mycale promontorio, ad Septentrionem vergens, communi consensu ab vniuersis Ionibus Neptuno Heliconio dicatus. Hunc in locum quotánis conueniebant Iones, ad peragenda sacrificia, quæ & ipsa Panionia πανιώνια dicebantur.

Pānis, huius panis, } לחם *léchem.* ἄρτος. GALLI. Du pain. ITAL. *Il pane.* GERM. Brot. HISP. *El pan.* ANGLI. *Breade.* } A pascendo (*inquit Nonius*) proprietatem habet: siue quod πᾶν Græci, Omne dicunt, propterea quòd omnibus pulmentis adhiberi possit, & ferè adhibeatur, quum nullum obsonium faciat gustatu ingratius. *Cic. pro Cluent.* Opianicum veneno esse necatum, quod ei datum sit in pane. *Idem in Pisonem*, Pistor domi nullus, nulla cella, panis & vinum à propola. *Terent. in Eunuch.* Quo pacto ex iure hesterno panem atrum vorent. [¶ Panis ficeus (.i. nine opionio.) *Seneca Epist. 8.* Panem facis & farinam (ambigue) *Mart. Epigram. 16. lib. 8.* Defuit & panis & aqua. *Senec. cap. 11. de Tranquil.* Pane tordido viram oblectare. *Plaut. Asin. sc. 2. a. 1. Et Suet. in Neron. ca. 48.* Altera manu fert lapidem, altera panem ostentat. *Plaut. Aul. sc. 4. a. 1.* Panem candidum edere. *Quintilia.* Hæc sunt ventri stabilimenta, Pane & assa bubula. *Plaut. Curc. sc. 3. a. 2.* Vbi obiter notandum legi hîc * Pane in neutro genere, vt testatur *Nonius.* Pane madido linere faciem ne crescat pilus. *Sueton. in Othon. cap. 12.*] ¶ Panis varia sunt genera: nam alij sunt ab opsoniis appellati, vt Ostrearij panes: alij a deliciis, vt Artolagani: alij à Festinatione, vt Speusilici: alij à coquendi rarione, vt Furnacei, vel Artoptij, qui in clibanis sunt cocti. Sunt & alia panis genera, quæ *vide apud Plin. lib. 18. cap. 11.* Cibarius panis quis dicatur, explicauimus supra suo loco: de Secundario pane suo quoque loco dicturi. * Panis interdũ pro annona reperitur. Quod inde coniicitur, quòd à fisco percipiendos reditus, quos *Iustinian. in Authen. de non alien. §.* Hæc ergo. Annonam ciuilem appellat: idem Cæsar *in L. vlt. C. de iure dotium: & in L. Hac edictali. §. His illud.* C. *De secundis nuptiis*, panem ciuilem vocat *Alciatus.*

Pānifex, panificis, Qui panem facit: qui & Panificus dicitur. } ὀφθοποιὸς, ἀρτοποιὸς. GALLIC. Boulengier. ITAL. *Pistore, Fornaio.* GER. Ein brotbeck. HISPAN. *Hornero, panadero.* ANGLIC. *A baker of breade.* } Vnde mulieres quæ panem faciunt, Panificæ vocantur.

Pānĭfĭcium, cij, Ipsa panis confectio, & actus faciendi panem. } σιτοποιΐα. GALL. Ouurage en pain, art à faire le pain. ITALI. *Arte di far pane.* GERM. Brotbackung. HIS. *La obra de la panaderia.* ANG. *Baking of breade.* } *Gel. libr. 2. cap. 8.* Scire igitur oportet omnia legumina, quæque ex frumento panificia sunt, generis valentissimi esse. Valentissimum voco, in quo plurimum alimenti est.

Pānārĭum, rij, Locus vbi panis seruatur, panis repositorium. } ἀρτοθήκη, κάρδοπος, δίλακος. GALLI. Le lieu où on garde le pain. ITALI. *Dou'si repone il pane.* GER. Ein brotkensterlin/brotkorb/ ein jedes ort an das man brot behaltet. HISP. *Lugar para guardar pan cozido.* ANGLIC. *Where the bread is keept, a panirie* } *Sue. in Cali.* Sparsit & missilia variarum rerum, & panaria cum opsonio viritim dimisit.

Pānārĭolum, li, diminutiuum. } μικρὰ ἀρτοθήκη, τὸ καρδόπιον. GAL. Petit panier pour mettre le pain. ITALIC. *Picciolo canestro da portar pane.* GERMA. Ein brotkörblin/ein brotgehältlin. HISPA. *Cesta para gardar ó traer pan.* ANGL. *A litle basket to put bread in.* } *Mart. lib. tertio*, Cum panariolis tribus redisti.

PĀNĪSCI, πανίσκοι. Dij syluestres, per diminutionem dicti, quasi minutuli panes, sicut à Satyro Saryriscus inclinatur. Scribit *Plin. li. 35.* Panisci cum fuisse pictum à Taurisco pictore. [*Suet. in Tiber. cap. 45.*]

PĀNNŌNĪI, πανόνιοι. Appellantur à Romanis, quos Græci Pæonas παίονας, vulgus Hungaros vocitat, quorum fama olim formidine totam concussit Italiam, tanquam essent bello insuperabiles. } GER. Die Vngaren. } Hi tribus fluuiis, Drauo, Sauo & Istro vallantur.

Pānnonĭcus, ca, cum, παννόνιος. *Sueton. in August.* Reliqua per legatos administrauit, vt tamen quibusdam Pannonicis bellis atque Germanicis aut interueniret, aut non longè abesset. Horum regio, παιονία, dicta est, quæ ab Oriente habet Mœsiam, quæ & Seruia & Bulgaria dicitur: ab Occidente Noricum, à Septentrione Germaniam & Danubium. Diuiditur autem Pannonia in superiorem & inferiorem. Pannonia superior ab Occasu Norico: à Septentrione, Germania & Istro terminatur: ab Oriente habet Pannoniam inferiorem, à Meridie Illyrium. Hodie hæc Pannoniæ pars Styria & Austria appellatur, in qua Vienna vrbs celeberrima, firmissimúmque orbis Christiani propugnaculum. Inferior vero Pannonia à Septentrione Germaniam, Danubiúmque: ab Occasu Pannoniam superiorem: à Meridie Liburniam, quam hodie Sclauoniam appellant, prospicit: ab Ortu verò Iazyges Metanastas: quem tractum hodie Septem castra vocant. Hæc Pannoniæ pars hodie ferè vno nomine Hungaria dicitur.

Pannus, ni, per duplex nn, Quo vestimur. } בגד *bèghedh. ἱμάτ.* GALLI. Drap ou drap. au. ITA. *Panno.* GER. Tuch. HISPA. *Panno.* ANGLIC. *Cloth.* } *Ouid. in Ibin.* Tincti ferrugine panni, *Horat. 1. Carminum, Ode 36.* Tespes & albo rara fides colit Velata panno. Pannum neutri generi, protulit *Næuius in Tabel.* Qui habet vxorem sine dote, pannum positum in purpura est. ¶ Ponitur aliquando pro linamento quod vulneri imponitur. *Colum. lib. 6. cap. 12.* Pannis aceto, & sale, & oleo mandentibus inculcatis.

Pānnĭcŭlus, li, diminut. à panno. } ῥάκιον. GAL. Petit drapeau delié & vsé, haillon. ITAL. *Drappo sottile.* GERM. Tüchlin. HISP. *Pequenno panno.* ANG. *A ragge, a clowte.* } *Iuuen. Sat 6.* quarum Delicias & panniculus bombycinus vrit. Panniculos item aliquando viliores pannos, hoc est attritos & laceros. Ce *sus lib. 7.* Fascia eius causa fit, cui imo loco, pila assuta est ex panniculis facta, quæ ad repellendum intestinum ibi subiicitur. Item pro pannoso accepisse videtur *Martial. lib. 5.* O quàm dignus eras alapis Mariane Latini, Te successurum credo ego panniculo.

Pānnĭcŭlārĭă, *Vlp. teste*, Dicuntur ea quæ in custodiam receptus secum attulit

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

attulit: vt veſtem qua indutus fuerat, qui ad ſupplicium ducitur, aut numos quos victus ſui cauſa habuerit in promptu, aut leues anulos, hoc eſt qui rem non excedunt aureorum quinque. *Vide Vlp. in l. Diuus de Bon. damn.*

Pānnĕus, a, um, Quod ex panno eſt. {ῥάκινος. GAL. De drap. ITAL. *Di panno.* GER. Tůchin/auß tuch. HISP. *Coſa de materia de panno.* ANG. *Of cloth.*} vt, Veſtis pannea, quæ ex lana eſt.

Pānnōsŭs, Qui ſordida veſte & craſſo panno, vilíque opertus eſt. {ῥακώδης. GALLIC. Qui eſt pourement habillé. ITALIC. *Veſtito di panni rozzo.* GERMANIC. Lumpechtig/mit böſen zerhudleten vnd ſchlechten kleideren angethan. HISPANIC. *Embuelto ò veſtido en pannales, ò veſtido de pano vil ò groſſero.* ANGLI. *That weareth poore apparell.*} *Cicero ad Attic. lib. 4.* Clodij veſtibulũ vacuũ ſane mihi nũtiabatur paucis pannoſis, ſine laterna. *Iuuenal. Satyr. 1.* Pannoſus vacuis ædilis Vlubris. *Iuſtin. lib. 2.* Permutato regis habitu, pannoſus, ſarmenta collo gerens, caſtra hoſtium ingreditur.

Pānnūceŭs, a, um, idem quod pannoſus. ῥακώδης. *Perſ. Sat. 4.* Dum ne deterius ſapiat pannucea Baucis. [Pannucea mentula. Vetula. *Martial. Epigram. 47. lib. 11.*]

Pānnĕlĭum, dictum à panno & voluendo filo, *vt autor eſt Varro libro 4. Apud Iſidorum*, legitur Panuelium. Item *Heſychium*, qui in Græca voce explicanda vſus eſt vocabulo Romano, φλωΐαν, inquit, παγκάλλιστον πέτρωτος οἷον ὁ εἱμάτιον ἢ κρόκη. Quæ ſi vera lectio videtur, à panno luendo panuelium dictum. *Scaliger in Varronem.*

PĂNŌMPHAEŬS, πανομφαῖος. {GERMANIC. Ein gůnam Jouis als der aller ſtimmhore.} Iouis epitheton, à πᾶν & ὀμφὴ, vox, ſiue quòd ab omni lingua colatur, ſiue quod omnium voces audiat. *Ouid. lib. 7. Metam.* Ara panomphæo vetus eſt ſacrata tonanti.

PĂNŌPE, es, πανόπη, ſiue Panopæa, πανόπεια, Nympha marina, Nerei & Doridis filia, ita dicta à perſpicuitate vitus. *Virg. 5. Æneï.* Phorcíque chorus, Panopeaque virgo. *Idem 1. Georg.* Glauco & Panopeæ, & Inoo Melicertæ. *Heſiod. in Theog.* Δωρὶς καὶ πανόπη, καὶ δῖα θεάων Γαλάτεια.

Panoplia, panopliæ, πανοπλία, Perfecta armatura: hoc eſt quicquid ad armandum militem eſt neceſſarium.

PĂNŌPŏLĬS, πανόπολις, Oppidum eſt Ægypti, Panos cultui præcipuè deditum: cuius ſimulacrum ingens apud illos erat, pudendo ſupra modum erecto: dextra autem Lunę flagellum intentans. Hinc fit gentile Panopolites. Nomos quoque vicinus, ab oppidi huius nomine Panopolites dictus eſt: *de quo Plin. lib. 5. c. 9.*

PĂNORMŬS, πάνορμος. Vulgò *Palermo.* {GERMANIC. Ein vergebirg in Sicilien heiſt jetz Palermo.} Latinè ſtatio dicitur: quo nomine dicta eſt Siciliæ inſignis ciuitas, propter multitudinem nauium quæ vndique illuc conueniunt. Hæc etiam in neutro genere effertur Panormum. Componitur ἀπὸ τῦ πάντα καὶ ὁρμή. Eſt autem ὁρμὸς, portus pars, ſiue ſtatio. vnde nautæ Hormizare dicuntur, quando nauem anchoris & retinaculis inſtruunt, quò ſecura ſit à repentinis procellis. Hinc fiunt Panormita, πανορμίτης, & Panormitanus, qui ex Panormo eſt. *Ptol. l. 3. c. 4.*

Pānsæ, Dicti ſunt quibus lati ac panſi ſunt pedes: ſicut Planci, quibus plani ſunt. {πλατύποδες. GALLIC. Qui ont les pieds larges. ITALIC. *Che hanno i piedi larghi.* GERMANIC. Die breite fůß haben. HISPANIC. *Hombres que tienen la plant as llanas.* ANGLI. *That hath broade feet.*} *Plin. lib. 11. capite 45.*

Pānsĕbāstŏs, πανσέβαστος, Gemma quæ afferre fœcunditatem exiſtimatur: ita dicta quaſi prorſus auguſta & veneranda. Alias Paneros dicitur. *Plin. l. 37. c. 10.*

Panselēnŭs, πανσέληνος, penultima producta, Plenilunium, quum ſcilicet Luna pleno orbe fulgens, totam lucet noctem. Nam σελήνη, Luna dicitur: vnde & Proſelenus. πρόσελήνος, ante Lunam natus, ſquo cognomine dicti ſunt Arcades, qui ſe ante Lunam natos fuiſſe gloriabãtur.

PANTACES, πανταχὴς, Fluuius eſt in finibus Italiæ non procul à Gargano monte, iuxta Calchantis, & Podalirij ſacella: cuius aquæ ad pecorum morbos præſens habent remedium. Dictus Pantaces, ἀπὸ τῦ πάντας τὰς νόσους ἀκέῖν, hoc eſt à morbis omnibus curandis.

PANTAGIAS, πανταγίας. Fluuius qui quum plenus incederet, totam Siciliam ſonitu implebat: poſt raptum autem Proſerpinæ quum Cereri filiam quærenti obſtreperet, tacere iuſſus, paruit numinis voluntati. Hæc *Seruius in illud Virgilij 3. Æneid.* Viuo præteruehor oſtia ſaxo Pantagiæ. Nomen autem videtur accepiſſe hic fluuius à nimia rapiditate, ἀπὸ τῦ πάντα ἄγειν, quod obuia quæque proſternat atq; ſecum rapiat.

PANTHĒA, πάνθεια, Vxor fuit Abradatæ regis Suſorum, vt forma ita & caſtitate inſignis: quæ quum à Cyro maiore, expugnatis Aſſyriorum caſtris capta eſſet, liberaliterque ab eo habita, Abradatam virum ad ſe accerſiuit, eum per communia lecti fœdera obteſtans, vt pro tanta regis in ſe beneuolentia aliquid illi mercedis rependeret. Qua vxoris oratione inflammatus Abradatas cum vniuerſis copiis in Cyri caſtra venit: vbi quum fortiter dimicans mortem oppetiiſſet, Panthea cadauer illius inter tot millia cæſorum agnitum, lectica ſua ad ripam Pactoli amnis retulit: ablutíſque eius vulneribus quũ nutrici quid poſt mortem fieri vellet in mandatis dediſſet, capite in mariti pectus inclinato necem ſibi conſciuit. *Vide hiſtoriam hanc latius apud Xen. lib. 7. Pæd. Cyri.*

PANTHĔŌN, πάνθειον, πανθεῖον. {GERMANIC. Der tempel aller Göttern/ oder heiligen zu Rom.} Templum Romæ, vt Dion hiſtoricus refert, ſic dictum, quod in Martis Veneríſque imaginibus, ſub templo conſtitutis, omnium deorum imagines effictæ erant. Siue quòd templum rotundum ſit, cælóque perſimile, vt propterea omnium deorum habitatio cenſeatur. Poteſt etiam dici Pantheon, ſummum deorum. Nã πᾶν ſignificat omne (quod ſanè in ſimilibus ſæpe ad ſummum ſpectare ſolet) & θεῶν deorum. *Plin. l. 36. cap. 15.* Pantheon Ioui vltori ab Agrippa factum fuiſſe narrat. Houie vulgò appellatur Templum D. Mariæ rotundæ.

Panthēr, pantheris, πάνθηρ, Animal eſt ferum, cuius mas dicitur pardus. Latini formato fœminino ab accuſatiuo ſingulari, vocant pantheram: ſicut ab accuſatiuo nominis crater, facimus nomen primæ declinationis cratera, crateræ. *Vide dictionem ſubſequentem.*

Panthērā, æ, πάρδαλις, παν θήρ. pen. prod. Animal prorſus ferum & maculoſum, quod & pardalis dicitur: mas eius appellatur pardus. Dictio eſt compoſita à πᾶν, quod ſignificat totum, & θὴρ fera. Abundat in Hyrcania & Media. *Horat. in Epiſt.* Diuerſũ cõfuſa genus pãthera camelo.

Pānthērīnŭs, adiectiuum, Quod ad pantheram pertinet: vt, Pantherina pellis, *apud Plin. lib. 15. cap. 11.* Pantherinæ mẽlæ, quæ intorto diſcurſu maculatæ ſunt. *Plin. li. 13. c. 15.* Menſis præcipua dos in vena criſpis, vel in vertice variis: illud oblongo euenit diſcurſu, ideo trigrinæ appellantur: hoc, intorto, & ideo tales pantherinæ vocantur.

Pānthēron, pen. prod. πάνθηρον. ſiue Pantherum, pantheri. {ANGLIC. *A drawing nette.*} Retis genus eſt, ex eo nomen habẽs quòd aues omnes includat, eadem ferè ratione qua panagron, quod rete piſcatorium eſt, θήρα venatum ſignificat, & aucupium: vnde pantheron dictum, & ἀμφιδρόμος, auceps. Eſt autem huiuſmodi rete, quod noſtri, *Saltabundum* appellant: quod quum humi exporrectũ eſt, & in oblõgam tenuitatem contractum, tegitur quiſquilíis, ne ab auibus prouideri poſſit. Deinde quum opus eſt adducto magna vi fune, repente expanditur, ineſcatáſque aliquot diebus auiculas vno ictu vniuerſas contegit. Hoc reti Galli ad paſſeres & ſturnos vtuntur, & ad gruẽs, & otidas, quas *Oſtardas* vocant, quaſi tardos anſeres. *Vlp. de Actio. empt. & vend. Emptorem.* Veluti quum futurum iactum retis à piſcatore emimus, aut indaginem plagis poſitis à venatore, vel panthera ab aucupe. Nam etiamſi nihil capit, nihilominus emptor, pretium præſtare debebit. Quo in loco *teſte Budæo*, panthera accuſatiuus eſt pluralis, à nominatiuo panthero: accipitúrque per metonymiam [pro vniuerſo aucupio, hoc eſt,] pro captura ipſa, ſeu præda, quam auceps panthero ceperit.

[Panthia ſucceſſor Agathoclis.]

PĂNTHŎŸS, & per contractionem Panthus, πάνθους, οὖς, Nomen proprium filij Otrei fratris Hecubæ. Vocatiuum facit Panthu abiecto s, more Græcorum. *Virgil. 2. Æneid.* Quo res ſumma loco Panthu? quam prendimus arcem? Inde fit Patronymicum Panthoides, penult. correpta, quo vſus eſt *Ouidius libro 15. Metamorphoſ.* pro Pythagora, qui tempore belli Troiani ſe Euphorbum Panthoi filium fuiſſe gloriabat.ur.

PANTICAPES, παντικάπης, Fluuius eſt Scythiæ quintus ab Iſtro (*vt ſcribit Herodot. lib. 4.*) Nomadas à Georgis diſterminans.

PANTICAPAEVM, παντικάπαιον, Vrbs maxima ad Boſphorum Cimmerium, cæterarum metropolis, condita ab Ætæ filio, cui Agatus Scytharum Rex hũc locum donauerat. Nomen autem accepit à Panticape vicino amne. *Meminit huius oppidi Plin. lib. 4. cap. 12.*

Pāntĭcēs, Fluxus ventris (*inquit Feſtus*) à pandendo, quòd ventrem pandat. ¶Sunt qui Pantices interpretentur nimiam ventris pinguedinem, quam Galli vocant, *La pance.* {ANGLIC. *The flixe, lewſenes of the bellie.*} *Plaut. in Pſeud.* Eò vos veſtros pantices adeò madefacitis, quum ego ſiem hîc ſiccus.

Pāntŏlăbus, παντολάβος, Notiſsimi ſcurræ nomen, *apud Horatium in Satyris.*

PANTOMATRIVM, παντομάτριον *Stephano*, Oppidum eſt Cretæ inſulæ maritimum, *autore Plinio lib. 4. cap. 12.*

Pāntŏmīmŭs, pen. prod. παντόμιμος. Perſonarum omnium imitator, qui in ſcenis perſonas per ſingulorum actuum ſimulationes oſtendebat. ἀπὸ τῦ πάντα μιμεῖσθαι. *Plin. li. 7. cap. 53.* Mythicum pantomimum, hoc eſt fabularem, quendam vocant. Pantomimorum duo ſunt genera, Scenici, & Mythici. [Pantomimi Hylas, Stephanio, Pylas, in quos ſeuerè animaduertit Auguſtus. *Suet. in Auguſt. cap. 45.* Pantomimorum factiones relegatæ. *Suet. in Neron. cap. 16.* Item Quorum Pantomimæ decies feſtertio nubunt. *Seneca cap. 12. de Conſol. ad Heluiam.* Pantomimorum alter ſaltator, alter interpellator. *Quintilian.*] ¶Ponitur quandoque pro ipſo poemate. *Plin. in Paneg.* Idem ergo populus ille ſcenici imperatoris ſpectator & applauſor, nunc in pantomimis quoque adueríatur, & damnat effœminatas artes.

Pantūrgĭa, {עָרְמָה hormáh. παυουργία. GALLIC. Aſtuce, fineſſe. ITALIC. *Aſtutia.* GERMANIC. Argliſtigkeit. HISPANIC. *Aſtucia.* ANGLIC. *Subtilitie guile.*} Aſtutia, fraus. *Plautus.* Iſthæc panurgia tete in piſtrinum dabit.

Pānūrgŭs, παυοῦργος. Omnium rerum experientiam habens, ἀπὸ τῦ παντὸς τῶν ἔργων. Ponitur Atticis ſcriptoribus pro callido, aſtuto, vafro, verſipelli, verſuto, veteratore.

Pānŭs, pani, & aliquando apud Celſum, Panis, panis. Tramæ inuolucrum, *teſte Nonio*, quo panni texuntur: à quo panula & panicula, *ait Feſtus*, per diminutionem, *Lucil. lib. 9.* Foris ſubtegminis panus. ¶Ab huius ſimilitudine etiam innatus tumor ſub faucibus auribúſve & inguinibus, panus appellatur. φῦμα. *Plin. lib. 20. cap. 1.* Et laterum parotidas & panos ſanat. Panos Galenus in plures ſpecies diuiſit. Panus (*inquit Hermolaus*) ſiue vt quandoque ſcriptum eſt in Celſo panis, à figuræ ſimilitudine dictus eſt, tumore non alto, ſed lato, in quo quiddam puſtulæ ſimile eſt, ſitque in vertice, alis, inguine, cum dolore ac diſtentione vehementi. Huius diminutium eſt Panellus, φυμάτιον.

Pānĭcŭlă, diminutiuum à panus. {αἰδίον.} Significat comam illam in milio, panico, arundine, & in omnibus ferè arboribus picei generis, in qua ſemen dependet, quam *Plinius libro 16. capite 10.* vocat panos & paniculas, & aliquando nucamenta callo ſquamatim compactili, quæ ψυλλία Græci appellant. Quicquid igitur ſublonga, vel ſubrotunda forma tumet, panicula ferè dici poteſt. *Plinius libro 21. cap. 4.* Græcula roſa conuolutas habet foliorum paniculas. [*Plautus Milit. ſc. 1. a. 1.* Quaſi ventus folia, aut paniculam textoriam. Ita hîc dicunt omnes docti.]

Papæ, βαβαὶ, παπαὶ, Admirantis interiectio. *Donatus*, Papæ interiectio eſt mira ſubitò accipientis: habet enim in ſe affectum verbi miror: vt Papæ, quid video? *Terentius in Eunuch.* Papæ, hæc ſuperat ipſam Thaidem, [Papæ? vt deliramenta loquitur. *Plaut. Men. ſc 2. a 3.*]

PAPAEVS, Nomen. *Herod. teſte libro 4.* quo apud Scythas Iupiter vocatur.

Păpāuĕr, eris, Genus herbæ ſomniferæ. {μήκων. GAL. Du pauot. ITA. *Papauero.* GERM. Magſamen. HISP. *La dormidera.* ANGLIC. *A poppy.*} Vnde *à Virgi. 4. Æneid.* Soporiferum papauer appellatur. [*Et Ouid. Eleg. 2. lib. 5. Triſt.* Quótque ſoporiferum grana papauer habet. *Idem 4. Faſt.* Interea placidam redimita papauere frontem Nox venit.] Di-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

uerſæ papaueris ſunt ſpecies : præcipuum tamen eſt album ſatiuum, quod ſemen habet : quod toſtum in ſecunda menſa cum melle apud antiquos edebatur. Hoc præcipuum candorem lina & lanę contrahunt. *Plin. libro* 18. *cap.* 25. *Dioſc. libro* 4. *cap.* 67. Papauer maſculine antiqui etiam enuntiarunt. *Varro in admirandis*, Infria ſeni papauerem. *Plaut. in Aſin.* Formicis obiicias papauerem.

[Papaereus, a, um : *Ouid.* 4. *Faſt.* Illa papaereas ſubſecat vngue comas.]

Păpāuĕrātă toga. A colore candido dicta eſt, μικαγειδὴς χρωτὸς. Eadem ſpilla toga dicebatur. *Plin. lib.* 8. *cap.* 48. Crebræ papaueratæ antiquiorem habent originem.

*Papaereus, aliud Adiect. μικώδεως. vt Comæ papaereæ. *Ouid.* 4. *Faſt.*

PAPHAGES, Rex Ambraciæ. Is quum obtiam iactus eſſet leænæ catulis ſuis ſtipatæ, ab eadem occiſus eſt.

PAPHLAGONIA, παφλαγονία, Regio minoris Aſiæ, ad Septentrionale littus verſa, ſupra Galatiam, cuius eam Ptolemæus partem facit : ita dicta, *teſte Stephano*, à Paphlagone Phinei filio. {GER. Ein Landtſchafft des minderen Aſiae ſtoſſend an Galatiam/vnd das Eurinſch meer.} Eius incolę dicti ſunt Paphlagones : ex quibus fuerunt & Heneti, qui per ſeditionem patria pulſi, & rege Pylemene ad Troiam amiſſo, Antenorem in Italiam ſequuti ſunt, & pro Henetis literæ vnius immutatione Veneti ſunt appellati, *autore Liuio lib.* 1. *ab Vrbe condita.* [*Plaut. Curc. ſc.* 1. *a.* 3. Paphlagonas & Sinopeas ſubegit.] Paphlagonia (*vt Solinus ſcribit*) à Citoro monte conſurgit porrecta in ſpatium trium & ſexaginta millium. In ea Mithridates Eupatoriam condidit, quæ ſubacta à Pompeio, Pompeiopolis nominata fuit.

PĂPHŬS, πάφος, Filius Pygmalionis filij Cilis ex Eburnea matre. Quũ enim olim Pygmalion in Cyprum inſulam peruenisſet, comperiſſetque mulieres omnino libidini obſequentes, cælibem vitam ducere ſtatuit. Porrò quum ingenio valeret, eſſetque ſculptor inſignis, dicitur ſibi ex candidiſſimo ebore muliebre ſculpſiſſe ſimulacrum, omnis venuſtatis formæque numeris (quoad fieri potuit) abſolutum, in quo quum homo ingenioſus artem ſuam miraretur : in eius amorem incidit, orauitque Venerem, quæ ſumma cum veneratione id temporis in Cypro celebrabatur, vt vxorem ſibi concederet ſtatuæ ſuæ eburneæ ſimillimam. Quibus precibus à Venere exauditis, Pygmalion domum rediens ſtatuam ſuam animatam inuenit, ſeruatiſque iiſdem lineamentis, eodemque candore, in formoſiſsimam virginem transformatam. Cuius poſtea concubitu vſus, ex ea Paphum filium ſuſcepit, qui & patri in regno ſucceſsit, condiditque vrbem in Cypro, quam de ſuo nomine Paphum appellauit, conſtructa etiam in eo templo & ara in honorem Veneris, cui diu ſolo thure ſacrificatum eſt. *Virgilius libro decimo*, Eſt Amathũs, eſt celſa mihi Paphos, atque Cythera, &c. ¶Inde Paphius, a, um, vnde & Paphia Venus dicta eſt, quod apud Paphum coleretur.

[Papia lex de Delatorib. *Sueton. in Neron cap.* 10. Item Papia Popæa lex. *Suet. in Claud. capite* 18 *& cap* 23.]

PAPIA, Ciuitas Inſubrum, Ticinum, πίκινον, *Ptolemæo* appellata, olim Oſtrogothiorum & Longobardorum regum ſedes. Vulgò *Pauia*. {GERM. Pauen.}

Păpĭlĭo, papilionis. {ἡ ψυχή. GAL. Vn papillon. ITALIC. *Farfella.* GERM. Ein pfeiff holtter/ſommer vogelin. HISP. *Mariposa.* ANG. *A but ter flie.*} Inter vermiculos alatos numeratur, quo nullum animal imbecillius eſt. *Columel. libro* 9. *capite* 14. *de apibus*, Vermiculi quoque, qui tineæ vocantur, item papiliones enecandi ſunt. Nam (*vt idem teſtatur*) ex papiliorum ſtercore naſcuntur tineæ. ¶Item papilio, παπιλὼν, dicitur tentorium. {σκηνὴ. GALLIC. Vn panillon, vne tente. ITAL. *Padiglione.* GERM. Ein gezelt. HISP. *Pauellon.* ANG. *A papuillion.*} *Plin. lib.* 5. *cap.* 3. Numidæ verò Nomades à permutandis papilionibus, mapalia ſua, hoc eſt domus, plauſtris circunferentes. Caſtigatioria exemplaria habent, A permutandis pabulis.

Păpillă, papillæ, Parua papula, tuberculum. {ἔλκωμα, ῥάγας. GAL. Le tetin, le petit bout de la mamelle. ITA. *Mamella.* GERMA. Ein brůſtlin/das bruſt wärtzlin. HIS. *El peçon de la teta ò teta pequenna.* ANGLI. *The pape head.*} *Seremus*, Excruciant turpes anum ſi forte papillæ. Sed hoc rarius : ſæpius enim ſignificat mammæ capitulum, vnde lac ſugitur, quãuis etiam pro ipſa mamma ponatur. *Virgil. libro* 11. Haſta ſub exertam donec perlata papillam Hæſit. [*Suet. in Neron. cap.* 34. Papillas exoſculari. *Plaut. Aſin. ſc.* 3. *a.* 1. Si papillam pertractauit (amator) Id haud eſt ab re aucupis. *Idem Pſeud. ſc.* 1. *a.* 1. Papillarum horridularum oppreſsiũculæ.] Dicitur tam de viris quàm de mulieribus, & aliis animalibus. Dictæ papillæ, quaſi paruæ papulæ, quòd papularum ſint ſimiles. ¶Papillæ etiam in fontibus clauiculæ illæ dicuntur, quæ aquas fundunt, quibus exertis aqua effluit, fiſtulis verò immiſsis aquæ curſus prohibetur. *Varro libro* 3. *de Re ruſt. cap.* 14. Quũ fit, ſi adduxeris fiſtulam, & in eam papillas impoſueris tenues, quæ eructent aquam, &c.

Păpillātŭs, Papilla ornatus, ſeu in papillę ſpeciem factus. {θηλοειδὴς. GAL. Fait en façon de mamelle. ITALI. *Fatte à foggia di mamella.* GERM. In der geſtalt als ein bruſtwärtzlin gemacht. HISPANIC. *Hecho en manera de peçon de la teta.* ANGLIC. *Made in fashion of a pap head.*} ¶Expapillatus, adůſque papillam nudatus. ἀποψιλωμένος. *Plaut. in Milite*, Idem & cum nexu humero læuo expapillato brachio. *Vide ſuo loco.*

PĂPĬNĬĂNŬS, παπινιανὸς, Iuriſconſultus, Seuero principi gratiſsimus, Scæuolæ diſcipulus, cui in aduocatione fiſci ſucceſsit. Is eſt cui filios ſuos Seuerus moriens commendauit : deinde ab Antonino Caracalla ſecuri percuſſus. Cauſa necis traditur, quòd Caracalla, interfecto fratre Geta, ei mandauerit vt & in Senatu, & apud populum faciuus diluere : illum autem reſpondiſſe, non tam facile parricidium excuſari poſſe quàm fieri. *Spartia.*

PAPINIVS STATIVS, Neapolitanus, inter heroicos poëtas relatus, haud ignobili genere ortus eſt. Quidam ſcribunt maiores eius oriundos eſſe Epiro, diúque verſatos Sellis non ſine admiratione ingenij & probitatis. Patrem Papinium habuit, qui ob inſignem eruditionem, egregiaſque virtutes Neapoli ciuitate donatus eſt, in qua Statius Papinius poëta natalem ſuum habuit. Edidit multa & varia poëmata, Thebaidem libris duodecim, quos conſecrauit Cæſari Domitiano. Præterea opus Syluarum. Poſtremò Achilleida aggreſſus, morte præuentus tantum reliquit inchoatam. *Ex Crinito.*

PAPITIVM, παπίτιον, Vrbs eſt Papolagoniæ : à quo ſit gentile Papitius, παπίτιος, *Autor Stepha.*

Păppă, πάππα, per duplex pp, Prima infantulorum vox, qua patrem compellant.

Păppāre, Eſt minutos & commanducatos cibos comedere, quales nutrices infantibus præbent : & in ea ſignificatione apertiſsime vſus eſt *Perſius Satyr.* 3. Et ſimilis regum puetis pappare minutum, Poſcis, & iratus mammæ lallare recutas. Quare quod antea hic ex hoc *Perſii* loco probabatur, blandiuſculis verbis eſſe patrem appellare, reuiciendum & explodendum eſt. *Plaut. in Epid.* Nouo liberto opus eſt quod pappet. P. Dabitur, præbebo cibum.

Păppās, πάππας, Accipitur pro patre, ſiue pro eo qui puerum alit. *Iuuen. Satyr.* 6. timidus præguſtet pocula pappas. Eſt autem nomen reuerentiæ à Syracuſis tractum : quo etiam nomine Scytharum nonnulli Iouem appellant, *teſte Herodoto.*

Păppŭs. {ΣΝ *ab.* πάππος. GAL. Ayeul. ITAL. *Auo.* GERMA. Ein groſs vatter. HISPAN. *El abuelo.* ANG. *My fathers or mothers fathers.*} Auus, *Auſonius ad nepotem ſuum*, -pappos auiáſque tremientes Anteferunt patribus ſeri noua cura nepotes.

Păppī. {ANG. *The ſoft doune of thiſtle flowers.*} Dicuntur carduorum flores, & lanuginoſa quædam ſubſtantia in aciem ſe effundens, vt veluti flocci quidam volare videantur. *Lucretius libro* 3. Veſtem nec plumas alium, pappóſque volantes. *Plin. libro* 21. *cap.* 16. Pappum vocari aut lanuginem helxines herbæ. *Et libro* 25. *cap.* 13. dicit eſſe herbam, quæ à liis ſenecio dicitur, quòd in pappos abeat, & lanuginem carduorum floribus ſimilem habeat.

Păppōŭs, παππῶος. Id eſt, auitus.

PAPPVS, πάππος, Philoſophus Alexandrinus, ſcripſit de ſitu orbis, de fluuiis Africæ, & commentarios in Ptolemæum.

PAPRIMIS, παφρίμις, Ægypti oppidum. Cuius ciuis Paprimites, παφριμίτης, *Stepha.*

Păpŭlă, æ, Puſtula, tuberculum quod ieiunæ ſiliuæ defricatione curatur. {ἐξάνθημα. GAL. Bourgeon ou bube qui vient en la face. ITAL. *Sbroggia.* GERM. Ein pickermaal. HISPA. *Lobanillo.* ANG. *A pimple or whelke.*} Papulis cutis exaſperatur, & rubet, leuitérque roditur. *Virgil. lib.* 3. *Georg.* Ardentes papulæ, atque immundus olentia ſudor Membra requebatur. Duo autem ſunt genera papularum, quæ cuiuſmodi ſint, *Vide apud Celſum libro* 5. *capite vltim.* Huius diminutiuum eſt Papilla.

PĂPȳrĭŭs, A velocitate Curſor dictus, qui dictator creatus aduerſus Samnites, quum ſe aduerſis omnibus progreſſum eſſe ſenſiſſet, ad auſpicia repetenda Romam rediens, edixit Fabio Rutiliano magiſtro equitum, quem exercitui præfecerat, ne manus cum hoſte conſereret. Sed quum ille opportunitate ductus pugnaſſet, ac viciſſet, reuerſus eſt ferire ſecuri voluit : ille in vrbem confugit : vbi quum nec ſupplices Tribuni ſatis eum tueri audetent : victus tandem Dictator populi precibus, miſéríque parentis lacrymis, ſupplicium ei remiſit : paucíſque poſt diebus ducto de Samnitibus triumpho, Dictatura ſe abdicauit. *Vide Liuium lib.* 9. ¶Lucius Papyrius Curſor, ſuperioris filius, de Samnitibus ſecundũ patrẽ omniũ pulcherrimã victoriã reportauit : ædémque Fortunæ de manubiis faciendam locauit. ¶Papyrius Craſſus, quum Priuernates intra mœnia fugaſſet, ac pro rebus bene geſtis triumphus ei negaretur, in monte Albano triumphauit, & prolaureæ vſus eſt myrteæ corona. *Valerius libr.* 4. ¶Papyrius Carbo, cum dentibus natus, *vt ſcribit Plin. libro* 7. *cap.* 6. Papyrius prætextatus, nobilis adoleſcens, ex eo cognomen adlecutus, quòd in prætexta & adoleſcẽtia magnæ indolis atque ingenij ſpecimen dedit. Quum enim à patre duceretur in Curiam, in eaque forte arcana quædam tractarentur, domum reuerſus, interrogatus à matre quidnam in Senatu eſſet actum, vt duæ (*inquit*) vni nubere poſsint. Qua re inter matronas ſparſa, mane gregatim ad Curiam concurrunt, multò æquius eſſe clamitantes, duobus vnam nubere. Cuius clamoris cauſa tandem intellecta, Senatus Papyrij in ætate taciturnitatem admiratus, ſoli in poſterum ex æquabilibus aditum conceſsit in Senatum. ¶Papyrius item alius fuit, qui quũ Publium quendam adoleſcentem nobilem ære alieno ſibi deuinctum, & in ſeruitutem adiudicatum haberet, fœdóque eius amore captus, generoſum animum ad turpe obſequium nulla ratione poſſet inflectere, eaque de cauſa adoleſcentulum multis, & plagis, & contumeliis afficeret, re in Senatu cognita, in carcerem coniectus eſt, *cautúmque* eſt nequis in corpora libera ob æs alienum quippiam in poſterum iuris haberet. Simile quiddam refert *Valerius libro ſexto, capite primo*, de I. Veturio, & Cælio Plotio.

Păpȳrŭs, πάπυρος, ἡ, Arbuſcula eſt, præcipuè in Ægypti paluſtribus nascens, habens radicem obliquam, triangulis lateribus, decem non amplius cubitorum longitudine, in gracilitatem faſtigiata, thyrſi modo cacumen includens. ¶Ex hoc frutice præparabantur chartæ acu diuiſę in pertenues, & latiſsimas phylluras, quæ eo meliores erant quò mediæ papyro propinquiores, quæ ab huius fruticis appellatione etiam papyri nomen acceperunt. Diuerſa huiuſmodi chartarum genera, *vide apud Plinium libro* 13. *cap.* 11. vbi primùm chartarum vſum Alexandri Magni temporibus in Ægypto putat fuiſſe inuentum : quanuis alij etiam Numæ regis temporibus chartarum vſum fuiſſe contendant. Ab huius quoque fruticis nomine, etiam hodie chartas noſtras quæ ex contritis linteis fiunt, papyrum appellamus, eò quòd eundem nobis præſtent vſum quem olim Ægyptiis præſtabat papyrus. ¶Dicimus etiam Papyrum in neut. genere. *Plin. Ibidem*, Papyrum ergo naſcitur in paluſtribus Ægypti. A papyro cognomen Papyrij, παπύριος, deductum eſt, à quo Papyriana tribus.

Păpȳrăcĕŭs, papyracea, papyraceum, παπυρεὸς, Quod eſt materiatum ex papyro. *Plin. lib.* 28. *cap.* 11. Optimè ellychnio papyraceo.

Păpȳrĭfĕr, papyrifera, papyriferum, παπυροφόρος, vt Amnis papyrifer *Nilus*. *Ouid.* 15. *Metamorph.* Perque papyriferi ſeptem flua flumina Nili Victrices egiſſe rates. [*Ouid. Eleg.* 10. *lib.* 3. *Triſt.* Ipſe Papyrifero qui non auguſtior amne Iſter.]

Par, paris. {שתוה *niſchtaveh. Ieue.* GALLIC. Pair, pareil, ſemblable. ITAL. *Pare, ſimile, vguale.* GERM. Gleich. HISPA. *Coſa yguał ò iuſta.* ANGLI. *Pare, ſimile, vguale.*} Cum ſuis Compoſitis, Compar, Diſpar, Impar, Separ, *quall, alyke.*} Cum ſuis Compoſitis, Compar, Diſpar, Impar, Separ, *quall, alyke.*} Cum ſuis Compoſitis, Compar, Diſpar, Impar, Separ, ſunt generis omnis, faciúntque ablatiuum in e, vel in i. Et licet para- *pud*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

pud poëtas producatur, in obliquis tamen prima corripitur. Parem alicui esse,& alicuius rectè dicitur. *Cicer.3. de Orat.* Iambus par choreis sed spatio par, non syllabis. *Idem de Clar. Orat.* Si par in nobis, atque in illo scientia fuisset. *Idem in Lælio*, In amicitia superior par est inferiori. * Par ac *vel* atque *Cice. 3. de Natur. deor.* Neque mihi par ratio cum Lucilio est ac tecum fuit. *Idem 2. de Inuent.* Scientia par in nobis atque in illo est. [*Ouid.Eleg.1. lib. 2.Trist.* Par fuit exigui similisque licentia Calui. *Item 4. Fastor.* Et docuit iungi cum pare quemque sua. (sup. Venus) Potat & accumbit cum pare quisque sua. *Ibidem libr. 3.* Cum pare quæque suo coeunt volucresque feræque. *Ibid.* Amicitias & tibi iunge pares. *Ouid.Eleg 4. libr.3.Trist.* Cum cecidit fato Consul vterque pari. *Ouid.Eleg.vlt.lib.4.Trist.* ¶ Par pari datum hostimentum est, opera pro pecunia. *Plau. in Asin.sc.3. a.1.*] ¶ Interdum Pares pro duobus accipiuntur: vt Paribus equis vtebantur Romani in prælio,vt fudante altero, transilirent in siccum. ¶ Interdum accipitur pro decenti, æquo, conuenienti, quod inter omnes æquabile est, εἰκὸς. *Quintil. libr.5.cap.11.* Si propter matrimonia violata vrbes euertiæ sunt,quid fieri adultero par est? ¶ Parem esse, significat sufficere alicui rei, siue resistendo, siue exequendo. ἰσοπαλεῖν. *Cicer.ad Attic.libr.12.* Sed adhuc pares non sumus. *Quintil.Declam.5.* Auspicio par laboribus corpus. ¶ Paria facere, est quod omissum est, vel quod aliunde acceptum est, alibi vel aliunde compensare. πῶς ἴσους ἀμείβεσθαι, μεῖζον πῶν ἴσων. *Quintilian. Declam.6.* Paria faciemus,tu illic eris vicarius meus,ego hîc tuus. *Plin. in Panegyr.* Parens tibi imperium dedit, tu illi reddidisti: solus ergo adhuc es qui pro munere tanto paria accipiendo fecisti. [Quidam cum amicorum officiis paria in mensa faciunt. *Senec.ca.5.de Tranquill.* Item *Quintil.Declam.333.* Et *Senec. Epist.* 82. Paria non fecit (non reddidit.) Par sibi fiet(Orator.) *Idem Quintilian.* Inuictum par Consulum Pompeius & Crassus. *Velleius.& Senec.cap.5.de Consol. ad Polyb.cap. 5. Idem Epist.60.* Cum Diis ex pari viuit sapiens.] ¶ Par pari referre,est tale aliquid reddere quale accepimus. *Terent.in Eunuch.* Si laudabit hæc illius formam, tu huius contrà: denique Par pari referto, quod eam mordeat. ¶ A Par, *Plautus in Curc.* [*sc.2. a.4.*] formauit suo more superlatiuum parissimus: Eodem (*inquit*)hercle vos pono & paro,parissimi estis viribus. [Mendosus hic locus est, Omnes docti ita legunt, Parissimi estis iibus (.i.iis lenonibus,de quibus præcedenti versu mentio facta est.)Iibus autem pro iis, & hibus pro his, dictum olim docet *Priscianus lib.13. Carisius libr 1. & Nonius. Item Lambin.in hunc locum Plauti.* ¶ Par, impar, genus ludi. ἄρτιον, ἢ ἄρτιον. *Sueto.de Augusti.scripsit ad filiam*, Misi tibi denarios ducentos quinquaginta, quot singulis conuiuis dederam, si vellent inter se post cœnam vel talis, vel par impar ludere. ἀρτάζειν. *Horat.2. Serm.Satyr.3.* Ludere par impar,equitare in arundine longa.

Pār, paris, substantiuum, Numerus duorum inter se æqualium. {צמד *tzemédh.* δυάς, ζεῦγος. GAL. Vn paire, vne couple. ITAL. *Copia.* GER. Ein par. HISPANI. *Vn par de dos cosas.* ANGL. A *pair, a couple.*} *Cicer. de Amic.* Ex omnibus seculis vix tria numerantur,aut quatuor amicorum paria. *Idem de Opti.gen.dicen.* Gladiatorum par nobilissimum. *Idem Verr.3.* Scyphorum paria complura.

Părā, παρά, Præpositio Græca, significat Ad, apud, penes,absque,dis,re, præter, tam in præpositione, quàm in compositione.

Para, auis, & parus, parula. *Festus*, & Paronem aubm nominat.

Pararius *apud Senecam* dicitur qui inter duos stipulantes esset. μεσεγγυάτης. ¶ Item paratium illud æs dicebatur, quod equiti dabatur pro duobus equis, Græcè καταστασις. *Vide Suid. Vide infrà* PARARIVS.

Pariare, pro paria facere,quod tum fit quum expensi rationes cum accepti rationibus quadrant, paréque sunt. Vsus est hoc verbo *Vlpian.l.4. D. de manu.* Hinc pariatio, scriptura qua rationes quadrare cauetur, *L.vlt.de cond. indeb.* & pariator, qui ita rationes reddidit, vt quadrarint. *l.8.de cond.& dem.*

Părăbăsis, παράβασις, In Comœdiis dicebatur quum chorus ad populum conuersus,aliquid extra argumentum fabulæ loquebatur, Latinè præuaricationem, siue trangressionem interpretari possumus, ἀπὸ τῦ παραβαίνειν, quod est transgredi siue præuaricari. Vnde & parabatæ, quos præuaricatores Latini nominant.

Parabia, parabiæ, παραβία, Genus potionis ex milio & conyza. *Cæl. Aur.lect.lib.4.cap.26.*

Parabilis, *Vide* PARO.

Părăbŏlă, læ. {משל *maschál.* παραβολή. GALL. parabole, comparaison, similitude. ITALIC. *Comparatione, similitudine.* GERMANIC.Ein vergleichung/oder gleichnuß. HISPAN. *Comparation, semejança.* ANGLI. *A similitudine, comparaison, prouerbe.*} Similitudo ἀπὸ τῦ παραβάλλειν, quod significat comparare: quasi rerum dissimilium comparatio. *Quintil.* Parabola(quam Cicero Collationem vocat) longius res quæ comparantur repetere solet:vt, Tam fortiter apud Hipponem fecit Scipio, quàm vtique apud Vticam Cato. [Et *Senec. Epist.60.* Imagines & parabolæ in oratione.]

Parabolani, *vt interpretatur Alciatus*, Latinè dici possunt glebæ ascriptitij,quibus scilicet in omni vita ab agricultura recedere non licebat: à Græca præpositione παρὰ & βῶλος,quasi iuxta & glebam. ¶ Per trãslationem etiam Parabolani dicuntur tenuis conditionis homines, famulitio xenodochiorum, vel ecclesiarum ita deputati,vt integrum ipsis non sit inde recedere. Horum meminit *Iustinia. C.de Episc.& cler.l.* Parabolani. *Vide plura de hoc apud Cælium lib.29.cap.11.*

Părăcentēsis, παρακέντησις, Dicitur durior vulnerum curatio,quum scilicet vulnus pungitur,hamúsque vel acus infigitur: ita dicta à pungendo, quòd hoc curationis genus plurimum afferat doloris.

Parachlamys,Vestimenti genus,non modò militare,*vt apud Plau.in Pers.* sed etiam puerile. *Vlpian.in l.vestis. de Aur.& arg.leg.Alciat.de vest.alb. in l.1.l.11.*

Părăclētus, ti, penultima producta. {מנחם *menachem.* παράκλητος. GALLIC. Defenseur, aduocat. ITAL. *Difenditore, auocato.* GER. Ein ermaner/ zusprecher/ vnd auch fursprech: item, ein tröster. HISPANIC. *Defendedor, abogado.* ANGLC. A *patrone or aduocat.*} à verbo Græco παρακαλέω, quod rogo, & hortor significat: item pro alio precando intercedo, vt aduocatus, & patronus. Apud recentiores etiam pro consolatore inuenitur. Hinc Paracletus,id est aduocatus, consolator, patronus, fautor, adhortator, deprecator. Itaque pollicetur Christus suis missurum sese paracletum Spiritum qui eos omnia sit edocturus, siue illum adhortatorem,siue deprecatorem,hoc est aduocatum, siue consolatorem velimus intelligere.

Părăclytus,per y,Infamis,aut male audiens est Latinis. {נקלה *nikléh.* παράκλυτος. GAL. Infame. ITA. *Infame.* GERM. Verschrent/ver ein boß geschrey haut/verrufft. HISPA. *Cosa infame.* ANGL. *That is euill spoken of that geteet an euill name.*} Nam παρὰ in huiusmodi compositione, præter, vel deminutionem significat: κλυτὸς verò inclytum,celebrem, gloriosum.

Părăcope, pes, pen.cor. παρακοπή, idem quod delirium,vel mentis alienatio, ἀπὸ τῦ παρακόπτειν quod est delirare.

Părădiăstŏlē, les, παραδιαστολή, Figura est quam Latini Discriminationem appellant, quum duæ pluresve res quæ prima facie videntur eædem, seiungantur, adductis in medium iis quibus à se mutuò distant. *Vide Rutilium Lupum,& Rufinianum.*

Părădīgmă.{משל *maschál* דמיון *dimiyón.* παράδειγμα. GALLIC.Exemple. ITA. *Essempio.* GERMANIC. Ein beyspil oder exempel. HISP. *Exemplo.* ANGLI. *Exemple or doing or saying.*} Exemplum facti vel dicti alicuius,quale est illud *apud Virgil.1.Æneid.* Antenor potuit mediis elapsus Achiuis, Illyricos penetrare sinus. Fit autem tribus modis: à pari,à maiori ad minus, à minori ad maius. ¶ Dictum est autem Paradigma à verbo Græco παραδείκνυμι, quod est ostendo & manifestum facio. Exempla enim à notioribus sumpta, & suo loco adhibita, plurimum rei alicui lucis addunt & perspicuitatis. *Vide de hac figura plura apud Rutilium Lupum,& Rufinianum.*

Părădīsĕă poma, παραδείσια μῆλα, Dicuntur à satu,quod ferè in omnibus pomariis inseruntur,odore,saporeque insignia.

Părădīsŭs, si.{פרדס *pardés.* παράδεισος, ὁ.} Pomarium,id est hortus consitus, generis tam masculini quàm fœminini. Est & locus ferarum sæptus, siue viuarium,aut viridarium. Vox defexa est,vt quidam volunt, à Chaldæo Pardes, quod hortum domesticum significat, siue pomarium. ¶ Est & nomen oppidi, in Syria Cœle ad Libani orientale latus situm,*Plin.lib.5.cap 23.* ¶ Est item Paradisus Ciliciæ fluuius,*apud eundem libro 5.cap.27.* ¶ In sacris literis Paradisus accipitur pro amœnissimo horto in Oriente,à primis nostri generis autoribus habitato: de cuius situ variæ sunt opiniones, quas recenset Eugubinus,peculiari de hac re edito tractatu. Diuus Augustinus ad Orosium de Paradiso sic sentit, Paradisus (*inquit*) in Oriente situs est,interiecto Oceano, & à nostro orbe longè remotus, in altissimo loco constitutus, pertingens vsque ad Lunarem circulum. Vnde illuc aqua diluuij minimè peruenisse dicitur. Hic locus à primi hominis reatu intercIusus est, nec vlli animantium datur in eum aditus.

Părădōxă, orum, Latinè admirabilia, inaudita & quæ sunt præter opinionem. {נפלאות *niphlaóth.* παράδοξα.} GALLI.Chose [inopinée & merueilleuse,] qu'on n'a point coustume d'ouyr, & contre la commune opinion. ITALIC. *Cosa mirabile, non in vso, contrà l'opinione di tutti.* GERM.Seltzame wunderbare ding so wider den gemeinen wohn der leute sind. HISPAN. *Cosa admirabile, fuera,la opinion comun.* ANGLIC. *Thinges meruellous and wounder full that passeth the opinion of man.*} [*Seneca Epist.* 82. Paradoxa vertit inopinata.] Hinc Paradoxa Stoicorum, de quibus extat Ciceronis libellus. Paradoxō item schema est διανοίας, quod primum sensum suspendit,ac deinde subiicit aliquid contra expectationem audiroris. Vnde etiam à Latinorum quibusdam Inopinatum vocatur. *Vide Rufinianum in tractatu de figuris.*

Părădrŏmĭs,idis,παραδρομίς, Ambulatio sub dio,siue xystus. *Vitruuius libro 6.cap.6.* Xystos,Græca appellatione est porticus ampla latitudine, in qua athletæ per hyberna tempora exercentur: nostri autem hypæthras ambulationes Xystos appellant, quas Græci παραδρομίδας, dicunt.

Părænĕsis,{παραίνεσις. GALLIC. Admonition. ITALIC. *Ammonitione.* GERMAN. Ein vermanung/vnderweisung. HISPANIC. *A monestamento.* ANG. *Admonishing.*} Præceptio,admonitio,siue adhortatio,& propriè ea quæ contradictionem non recipit, teste Ammonio, propterea quòd fiat iis de rebus quæ in controuersiam non cadunt, sed apud omnes in confesso sunt.

Părænĕtĭcŭs,a,um,παραινετικὸς.[hortatiuus, *Quintil.*præceptiuus. *Senec. Epist.90.*à verbo παραίνω,quod significat hortor,] præcipio, & admoneo, Vnde Oratio paræuetica dicitur,quæ ad virtutem capessendam auditoris,lectorisue animum extimulat.

PARAESVS, vrbs condita à Paræso Minois cognato. *Steph.*

PARAETONIVM,παραιτόνιον,Libyæ Marmaricæ oppidum est, stadiis ferè noningentis distans à Catamathmo,Alio nomine Ammonide dicitur.Habet portum ingentem,XL ferè stadiorum. *Autor Strab. lib.17.*

Părætōnĭŭs,a,um,adiectiuum. *Lucanus lib.3.* Vsque Parætonias Eoa ad littora Syrtes. *Silius item lib.3.* Perque Parætoniæ celebratum littora Syrtis. Ab huius oppidi nomine etiam Parætonium appellatum est coloris quoddam natiui genus quod circa hanc vrbem in littore solet inueniri, ex spuma maris, vt creditur, cum limo solidata: vnde & minutæ conchulæ plerunque in eo inueniuntur. *Autor Plinius lib. 33.cap.6.*

Paragaudes,vel Paragauda, *teste Alciato*, Genus vestimenti virilis, vt plurimùm linei, quod sub alia veste gerebatur, vinctum nunc vnico nexu,nunc pluribus loris. *Vopiscus in Aureliano*, Paragaudas vestes ipse primus militibus dedit, quum antea non nisi rectas purpureas accepissent:& quidem aliis monolores,aliis dilores, trilores aliis, & vsque ad pentelores,quales hodie lineæ sunt.

Părăgōgē, παραγωγή. Figura qua litera vel syllaba fini iungitur, vt Dicier, pro dici. Latine à nonnullis appellatur Adductio.

Paragogia,Ipsarum aquarum pori & meatus:dicta ἀπὸ τῦ παράγειν, quod deducere est. Hinc παραγωγὴ dicta *Ælio Donato*, & cæteris: Nam & ἀγωγὸς,aquæ ductus est. *Alciatus in l. decernimus.C. Aquæduct.libro 11.*

Părăgraphē, παραγραφή, Latine præscriptio,exceptio, effugiũ litis,compositio. ¶Et & tropus apud poëtas, quum præcedenti absoluto, ad alia fit transitus: *vt apud Virgilium 2.Georg.* Hactenus aruorum cultus,& sydera cæli, Nunc te Bacche canam. ¶ Annotationes item,siue scholia succincta,ad marginem adscripta, paragraphæ appellantur. ἀπὸ τῦ παραγράφειν, quod inter cætera significat ad marginẽ annotare. Hinc etiam Iurisconsultorum interpunctiones quibus legum capita

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

in plura ſegmenta diuidunt, paragraphæ, ſiue etiam paragraphi dicuntur.

Părăgrăphŭs, παράγραφος, Vox eſt Iuriſconſultis vſitatiſſima, qui eam tali nota §. ſcribunt. Dicitur autem paragraphus proprie, quemadmodum Martianus Coſſius antiquus Pandectarum interpres tradit, quicquid ſub vna ſententia clauditur. PRO eodem etiam dicitur paragraphe.

Părăllēli, παράλληλοι, penultima producta: Dicuntur ſegmenta ſphæræ ab Ortu in Occaſum ducta, alterum ex Polis habentia pro centro, omníque ex parte à ſe inuicem æqualiter diſtantia. *Plin. lib. 6. cap. 33.* Plura ſunt autem hæc ſegmenta mundi quæ noſtri Circulos appellauere, Græci parallelos. Ratio nominis hęc eſt, quòd παράλληλος apud Græcos, inuicem comparatus, vel æqualiter diſtans. Vnde paralleli, circuli dicuntur æqualiter diſtantes: & lineæ parallelæ, quæ æqualibus ſpatiis ab inuicem dirimuntur.

Părălīpŏmĕnŏn. παραλειπόμενον. Derelictum, omiſſum, prætermiſſum, à verbo παραλείπω, quod eſt prætermitto. Hinc *Qu. Calaber* poëta Græcus, opus quod ea exequitur quæ ab Homero ſunt prętermiſſa. Ὁμήρου παραλειπόμενα, inſcripſit. In ſacris quoque libris eadē ratione Libri παραλειπομένων dicuntur, quibus ea quæ in libris Regum aut prætermiſſa erant, aut leuiter deguſtata, comprehenduntur.

Părălius, παράλιον, Tertia ſpecies eſt tithymali, ita dicta quòd loca maritima amet. Eadem & tithymalis dicitur. *Plin. lib. 26. cap. 8.* Tertium genus tithymali paralius vocatur, ſiue tithymalis, folio rotundo, caule palmum alto, ramis rubentibus, ſemine albo.

Părălogīſmŭs, παραλογισμός, Deceptio per falſas ratiocinationes, concluſio falſax, & captioſa argumentatio. A verbo Græco παραλογίζω, quod inter cætera ſignificat captioſo genere argumentationis vtor.

Părălŏs, πάραλος, Apud Athenienſes nauis genus erat, qua Theori ad rem diuinam faciendam, Delphos mittebātur, eúmque in vſum ſolùm publicè deſtinata. Illi quoque qui hac in naui vehebantur, Parali dicebātur. Paralorum quoque nomine *Plutarchus* intelligit vnam è tribus factionibus Athenienſium quæ Solonis tempore vigebant. ¶ Fuit etiam Paralus nomen proprium eius cui Hegeſias primam longæ nauis inuentionem tribuit, *referente Plin. lib 7. c. 56.*

Părălўsis. παράλυσις. Gal. Paralyſie. Ita. *Paraliſia.* Ger. Der ſchlag durch weichen nur der halbe theil des leibs treffen vnd vnentpfindtlich gemachet wirt. His. *Perleſia.* Ang. *The palſey, a depriuing of feeling and mouing in any part of the bodie.* } Reſolutio netuorum, quæ alio nomine à Græcis dicitur hemiplexia, hoc eſt ſemi apoplexia, quum in alteram tantùm corporis partem malum id incubuit. Nam quum totum afficitur, apoplexia nominatur. Gignitur ab humore frigido & craſſo, neruos plus æquo humectante, & laxante, ſenſúmque pariter & motum alteri fere lateri eripiente.

Părălўticŭs, Qui hoc morbi genere laborat. { παραλυτικός. Gal. Paralytique. Ita. *Paralitico.* German. Einer den das gut oder der ſchlag getroffen hatt/paraleſiech. Hispanic. *Enfermo diperleſia.* Anglic. *He that hath the palſey.* } *Plinius libro 20. capite 9.* Ideo paralyticis & tremulis dare iubet. *Tert. in Apul. de Chriſto*, Quum ille verbo dæmonia excuteret, leproſos mundaret, paralyticos reſtringeret, mortuos denique verbo redderet vitæ. Reſtringere paralyticos, proprie dixit pro ſanare } quum paralyſis nihil aliud ſit, quàm neruorum diſſolutio, quæ aliter ſanari non poteſt, niſi nerui illi diſſoluti, & iuſto laxiores reſtringantur.

Părănītēs, παρανίτης, Gemma eſt ex amęthyſtorum genere, quæ in Arabiæ confinio inuenitur, alio nomine ſapinos dicta. *Autor Plin. l. 37. capite 9.*

Părănўmphŭs, phi, παράνυμφος, ab Hieronymo dicitur pronubus, ab antiquis auſpex. Antiqui enim pro nuptiis celebrandis auſpicium capere ſolebant. Qui præerat huic rei nomine viri, à Græcis παράνυμφος, à noſtris auſpex dicebatur. Et v. auſpex aderat viro, ſic & pronuba mulieri adhibebatur. Itaque quum apud Chriſtianos auſpicia minimè captentur, adhibentur ſacerdotes qui & pronubi à nobis dicuntur. *Auguſt. libro 14. de Ciuit.* Nónne omnes famulos atque ipſos etiam paranymphos, & quoſcunque ingredi quælibet neceſſitudo permiſerat, ante mittit foras, quàm vel blandiri coniunx coniugi incipiat?

Părăphērnă. { נדה *nedhéh* נדנים *nedhanim.* παράφερνα. Anglic. *Thinges that is geuen he ſyde promiſe or not promiſed with the dowrie.* } Dicuntur ea quæ præter dotem ſponſo dantur, à παρὰ præter, & φέρνη dos, quaſi diceres præterdotalia. Hæc & paraphernalia dicuntur. *Vlpianus de Iure Dot. l. Si ego*: Cæterùm ſi res dentur in ea quæ Græci παράφερνα dicunt, quæque Galli peculium vocant, videamus, an ſtatim fiant mariti.

Părăphrāsĭs, ſis, παράφρασις, penultima correpta. Eſt eiuſdem ſententiæ per alium ſermonem explicatio, & liberior interpretatio, quum quædam mutantes, aut etiam addentes, copioſius ac dilucidius explicamus quod ab aliis dictum eſt: cuiuſmodi eſt Themiſtij in Ariſtotelem. Ea finitur à Græcis hoc modo, vt ſit quæ narrationi proportione reſpondeat. De hac *Quint. lib. 10. cap. 5.* Neque ego paraphraſim eſſe interpretationem tantum volo, ſed circa eoſdem ſenſus certamen, atque æmulationem.

Părăphrāstēs, παραφράστης, Dicitur interpres latius explicans, qui non verbum è verbo, ſed ſenſum è ſenſu transfert.

Parapotamia, παραποταμία, Regio Aſiæ, Tigri fluuio proxima: vnde & nomen accepit. *Vide Plin. l. 6. c. 28.*

Părărĭŭs, Qui ſtipulationibus, contractibus, nominibúſque faciendis interuenit: quem & Græco vocabulo vocamus proxenetam. { προξενητής. Gal. Couratier, qui fait preſter argent. Italic. *Chi interuienne ad impreſtar denari, corratiere.* Germanic. Ein vnderkauffer. Hispanic. *El corredor de la mercaderia.* Anglic. A *broker.* } *Seneca libro tertio de Benefic.* Quidam volunt nomina ſecum fieri, nec interponi pararios, nec ſignatores aduocari, nec chirographum dare. ¶ Pararium æs appellabatur quod equitibus duplex pro binis equis dabatur. *Feſtus.*

Părarthrēsis, pen. pro. παραρθρησις. Idem quod luxatio, quæ fit quum os aliquod ſede ſua nonnihil fuerit dimotum.

Părăsāngæ, παρασάγγαι, Apud Perſas, *autore Feſto*, viarum menſuræ ſunt, quas Budæus Herodoti teſtimonio probat fuiſſe triginta ſtadiorum. Verba Herodoti ſunt hæc, Latine reddita, Quotquot enim inopes ſoli ſunt, ij terram ſuam orgyis metiuntur: qui verò minus inopes ſoli ſunt, ſtadijs: qui autem latifundia habent, paraſangis metiuntur. Conſtat autem paraſanga triginta ſtadiis: ſchœnus autem (quod ipſum verbum eſt Ægyptiacum) hexaginta.

Părăſcĕuē, es, Præparatio. { παρασκευή. Gallic. Appareil, appreſt, ſtung. Hispanic. *Apparejo.* Ang. *A preparation or preparing, good friday.* } Nam à παρασκευάζω, quod eſt præparo, deducitur. Vnde & dies quo Dominus noſter Iesvs Christvs pro humani generis ſalute cruci affixus fuit, Paraſceue, παρασκευὴ, dicitur, quoniam eo die Iudæi ſibi neceſſaria præparabant, vt Paſchæ dies abſque operatione aliqua tranſigeretur.

Părăsiopēsis. παρασιώπησις, Schema eſt apud Rhetores, quod à Latinis præoccupatio dicitur, quum aliquid reticere nos dicimus, & tamen tacitum intelligitur. Hoc ſchemate vtimur vel quum rem notam eſſe putamus auditoribus, vel quum ſuſpicionem maiorem excitare reticendo volumus.

Părăsītŭs, ti, penultima producta. { לעג מעון *lat agh ma'ogh.* παράσιτος. Gall. Qui ſuit les lopins. Italic. *Paraſito.* Ger. Ein tellerſchlecker/ein ſchmeichler nur das ertzu frāſſen vberkomme/ein ſchmarotzer. His. *Truan por rer, a piketkanke.* } Qui aliorum menſas & cibaria ſequitur: quique eius in cuius contubernio eſt, omnia facta ſimul ac dicta laudat, nihil repugnat, omnia ſuffert, nihil ventris cauſa facere recuſat, in quo ſummum bonum conſtituit. Vnde & nomen accepit, quòd παρὲ τῦ σιτίου, hoc eſt à cibo totus pendeat. Paraſiti imaginem pulchrè depingit *Terent. in Eunuch. his verbis.* Eſt genus hominum qui eſſe primos ſe omnium rerum volunt, Nec ſunt: hos conſector, hiſce ego non paro me vt rideant, Sed his vltrò arrideo, & eorum ingenia admiror ſimul: Quicquid dicunt, laudo: id rurſum ſi negant, laudo id quoque: Negat quis, nego: ait, aio. Poſtremò imperaui egomet mihi, Omnia aſſentari: is quæſtus nunc eſt multò vberrimus. [*Et Quintilian. Declamat. 296.* Quid eſt Paraſitus: niſi comes vitiorum, tum piſſimi cuiuſque facti laudator? *Idem Declam. 297.* De eius vita ſeruili & contumeliis obnoxia. Paraſito nihil eſt quod ſurripiatur domo. *Plautus Menæch. ſc. 2. a. 4.* Amicas liberate: paſcite paraſitos. Item Dij te perdant: paraſitóque omnes, & qui paraſitis cœnam dabit. *Plautus Capt. ſc. 3. a. 4.* Paraſitum in Cariam miſi meum. *Plaut. Curc. ſc. 1. a. 1.* Ea fecit palam paraſitus meo ſumptu educatus. *Plau. Menæc. ſc. 5. a. 5.* Confecto prandio, vino epoto, paraſito excluſo foras (i. meipſo.) *Plaut. Menæch. ſc. 2. a. 3.* Item Paraſitus octo hominum munus facilè fungitur (in edendo.) ¶ Paraſitorum olim prouincia obſonare. *Plau. Capt. ſc. 3. a. 3.* Iidem canes. *Plaut. Capt. ſc. 1. a. 1.* Paraſiti rebus prolatis latent quaſi Cochleæ, & victitant ſucco ſuo. *Ibidem.* ¶ Paraſiti ſcorta dicebantur, quia Inuocati erant in conuiuio, & quaſi mures edunt alienum cibum. *Plautus Capt. ſc. 1. a. 1.*] *Cicer. de Amic.* Ne paraſitorum in Comœdiis aſſentatio nobis faceta videretur, niſi eſſent milites glorioſi. *Idem Lentulo libro 1.* Dixi me facere quiddam, quod in Eunucho paraſitus ſuaderet militi. ¶ Paraſiti olim appellario honeſta fuit, vtpote qui ſacro miniſterio addictus eſſet: nam paraſiti vocabantur olim comites, ſodaléſque pontificum, & magiſtratuum, vt docet *Athenæus libro 6.* Solon ſic eos appellauit, qui in Prytaneo publico victu epulabantur, *autore Plutarcho.* Pro eo verò poſtea dictus eſt qui ad menſas diuitum oblectationis cauſa admittebatur. Producit autem hoc nomen penultimam ſyllabam quam Calepinus malè putauit compi. *Horat. lib. 2. Epiſt. 1.* Quantum ſit Dorſennus edacibus in paraſitis. [Paraſitandi verbo Solonem vſum, pro publicè epulari ait *Plutarc. in Solone.*]

Părăsītă, paraſitæ, fœmin. gen. { ἡ παράσιτος. Gall. Femme qui ſuit les lopins. Ital. *Paraſita.* Germ. Ein tellerſchleckerin/ſchmeichlerin. Hispan. *Truhana per coſa del comer.* Anglic. *She tat followeth feaſtes.* } *Horat. Serm. Satyr. 2.* Cuſtodes lectica, ciniflones, paraſitæ.

[Paraſiticus, a, um, *Plaut. ſc. 1. a. 3.* Ilicet paraſiticæ arti in malam crucem.

Părăsītŏr, paraſitari, Paraſitum ago. { παρασιτέω, καλακεύω. Gall. Accorder tout pour auoir la repue franche, ſuiure les lopins. Ita. *Andare à verſo & adubare per auer le ſpeſe.* German. Zellerſchlecken / ſchmeichlen vnd liebkoſen vmb deß bauchs willen. Hisp. *Truhanear por coſa del comer.* Angl. *To flatter one to haue his repaſt free.* } *Plau.* Qui paraſitando pauerint ventres ſuos.

[Paraſitatio. *Plautus Amphitr.* Nequiter pænè expetiuit prima paraſitatio.]

Părăsītāstĕr, ſtri, Paraſitorum imitator. { παρασιτόμιμος. Gal. Qui veut imiter les flateurs, qui cerchent leurs repues franches. Ita. *Imitatore de paraſiti.* Germ. Ein nachjäger oder nachfolger der tellerſchlecker vnd ſchmeichler. Hispa. *Hombre vn poco atruhanado.* Anglic. *He that flatereth one, to haue his repaſt free.* } Nam quæ in aſter finiuntur (teſte *Valla lib. 1.*) imitationem potius quàm diminutionem ſignificant. *Cicer. pro Vareno*, Euricius hic noſter Antoniaſter. Duo autem potiſſimum diminutionem denotant: Surdaſter, & Recaluaſter. *Terent. in Adelph.* Eſt alius quidam paraſitaſter paruolus: noſtin'? D. Iam ſcibo.

Părăstădes, παραστάδες, Lapides qui vtrunque latus oſtij muniunt. *Vitruuius* quoque paraſtadas in mentione templorum antes vocat. *Hermolaus.*

Părăstătæ, παραστάται, Inquit *Hermolaus*, apud Vitruuium & Plinium, lapides ſunt pilarum ferè modo appoſiti columnis: à quorum ſimilitudine alterum cruris os (alterum enim κνήμη, hoc eſt tibia appellatur) paraſtates nominatur in iumentis à Vegetio, quod & Paracnemion παρακνήμιον appellatur *Iulio Polluci.* Apud eundem & meatus illi per quos genitura ex epididymide in colem fertur, paraſtataæ appellantur. Semé enim per vaſa ſpermatica in teſtes delatum excipitur à molli quodam inuolucro: quod quia teſtibus incumbit. Graeci ἐπιδιδυμίδα appellant. Huic duo varicoſi, longíque adhærent meatus, vtrinque vnus, qui cerui ueſicæ inferuntur, idque comitati vſque ad penis initium, in vnum eundémque canalem confluunt, ab vtrinæ ductu diuerſum, cui tamen tum demum quum ad medium ferè colis peruenerint, inſeruntur. ¶ Sunt & in prælio (vt idem inquit) dicti paraſtataæ, nomen officij, quoniam adiuncti ſunt proſtatis, hoc eſt iis qui præſunt cornibus: ſicut epiſtatæ,

ſtatæ, qui tertium in regendis his locum tenent. ¶ Sed & tabulæ ¶ ædem cum certis inſtrumentis, à *Vitruuio* araſtatæ vocantur. Hæc *Hermolaus*, qui ſic legit *apud Plin. lib. 33. cap. 3.* Sed & illius aureæ cameræ, & argentei trabes narrantur, & columnæ, & paraſtatæ. Idem apud *Vitruuium lib. 5.* In columna, aut paraſtata horæ deſcribuntur. *Budæus* tamen in iſtis *Vitruuij & Plinij* locis dicit male fuiſſe emendatum, legendúmque apud *Plin.* Columnæ paraſtaticæ: & apud *Vitr.* Columna paraſtatica, vtrinque ſine coniunctione.

Pălătilmŏs, παραπλωμὸς, ἀπὸ τῦ παρατίλλειν, quod euelli ſignificat, dicitur euulſio pilorum e naribus & pudendis, quæ erat pœna tenuiorum qui deprehenſi eſſent in adulterio. Nam ditiores pecunia ſe redimebant, inopi expilabatur ſedes.

*Paratitla, Iuſtinianus Imperator ſummas rerum appellat titulatim appoſitas: quales extant Azonis.

Pătătrăgœdĭo, παρατραγῳδία, Id eſt exaggero, ac verborum magnitudine aliquid augeo. *Plaut. in Pſeud.* [*ſc. 4. a. 2.*] Illic homo eſt, vide vt paratragœdiat carnifex.

Pătătrĭmma, παρέτεμμα, Latinè intertrigo, quum femina mutuo attritu excoriantur. *Vide* INTERTRIGO.

Pătrăzōnĭum, παραζώνιον, Genus gladij quod ad zonam accingi ſolebat: de quo extat epigramma *Martial. lib. 14.* Militiæ decus hoc & grati nomen honoris Arma, Tribunitium cingere digna latus.

PĂRCAE, arum, Dictæ ſunt à parco, per contrariam ſignificationem, quòd nemini parcant. μοῖραι, αἶσαι. Ideo tres eſſe Parcas arbitrãtur, quoniam tria ſunt tempora in quibus omnia euoluuntur. {GERMANIC. Die drey Göttin von welchen die Poeten gedichtet haben das ſie einem jeden die zeit ſeines lebens / item ſein gluck oder vnfal beſtimmen. } Varro [Cui ſubſcribit *Gellius cap. 16. lib. 3.*] à partu, vnius literæ mutatione dedici putat: quoniam (*vt ſcribit Heſiodus*) naſcentibus hominibus bonum malúmque conferre cenſeantur. *Iuuenal. Satyr. 9.* Hæc exempla para fœlicibus: at mea Clotho, Et Lacheſis gaudent, ſi paſcitur inguine venter. Harum nomina erant Clotho, Lacheſis, & Atropos, quas *Cicer.* Erebi & Noctis filias fuiſſe ſcribit, & eaſdem cum Fatis fuiſſe exiſtimatas. Vnde & illud Cleanthis, Ducunt volentem fata, nolentem trahunt. [*Ceſellius* in lectionibus antiquis ſic loquitur *apud Gell. cap. 16 libro 3.* Tria nomina Parcarum ſunt Nona, Decima, Morta, &c. *Ouid. Eleg. 4. lib. 3. Triſt.* Nubila naſcenti ſeu mihi Parca fuit. Item, An dominę fati quicquid cecinere ſorores (Parcę) Omne ſub arbitrio deſinit eſſe Dei. *Ibidem.*] Finguntur vitæ hominum præeſſe, & nendo eam ducere. Quapropter lanificas ſorores appellat *Martial. libro 6.* Si mihi lanificæ ducunt non pulla ſorores, Stamina, nec ſurdos vox habet iſta deos, [*Et Ouid. Eleg. 4. lib. 5. Triſt.* Parcæ fatalia nentes ſtamina (hæc) bis genito bis cecinere tibi.] *Apuleius*, Tres Parcæ tria fata ſunt numero, cum ratione temporis facientia, ſi poteſtatem earum ad eiuſdem ſimilitudinem temporis referas. Nam quod in fuſo perfectum eſt, præteriti temporis habet ſpeciem: & quod torquetur in digitis, momenti præſentis indicat ſpatia: & quod nondum ex colo tractum eſt, ſubactúmque cura digitorum, futuri & conſequentis ſeculi poſteriora videtur oſtendere. Lacheſim dictam eſſe putant à λαγχάνω, quod Græcè ſortior ſignificat. Atropon, quia verti, hoc eſt mutari aut flecti non poſſit, ab *a* priuatiua particula, & verbo τρέπω, quod eſt verto. Clotho, quoniam contorta & conuoluta omnia teneat: à verbo Græco κλώθω, quod ſignificat neo, vel circumuoluo.

Pārco, parcis, peperci, vel parſi, vel antiquè etiam parcui, parſum. [*Gell. cap. 14. lib. 5.*] Abſtineo, quaſi parum tango, mihi à re aliqua tempero. {φείδομαι. GALLIC. Eſpargner. ITALIC. *Riſparmiare, ſpargnare.* GERMA. Sparen/ſchonen. HISPANIC. *Guardar, ſer eſcaſſo.* ANGLIC. *To ſpare, to abſteine.*} Parcere pecuniæ, eſt ab expendenda pecunia abſtinere. Parcere ſumptui, à ſumptu abſtinere. Lamentis parcere, continere ſe à fletu. *Liuius lib. 6. ab Vrbe*, Parcere lamentis Sutrinos iuſſit, Hetruſcis ſe luctum, lacrymáſque ferre. ¶ Parcere aliquid alicui, *Virgil. 10. Æneid.* Argenti, atque auri memoras, quæ multa talenta, Natis parce tuis. [Operæ ne parcunt ſuæ (qui ædificant) *Plaut. Moſtell. ſc. 2. a. 5.* Feſto die ſi quid prodegeris, profeſto egere liceat, niſi peperceris. *Plaut. Aulul. ſc. 5. a. 2.* Soluere quaſſatæ parcite membra ratis. *Ouidius Eleg. 2. lib. 1. Triſt. Idem Eleg. 11. lib. 3. Triſt.* Parcere pudicitiæ ſuæ, & alienæ. *Sueton. in Calig. capite 36. Ouid. 4. Faſt.* (Aries) Frontem dilectæ lædere parcit. *Idem 6. Faſtor.* Parcite matronæ vetitas attingere veſtes. *Ouid. 6. Faſtor. Item*, Parce tamen lacerare genas. *Ouid. Eleg. 3. lib. 3. Triſt.* Non tu ſcis quæ amanti parcet, eadem ſibi parcet parum. *Plaut. Aſin. ſc. 3. a. 1.* Nihil pretio parcit dum filio parcerer. *Plau. Capt. prolog.* Pugnis vetas me in huius ore quicquam parcere. *Plaut. Menæc. ſc. 2. a. 5.* Qui homo maturè quæſiuit pecuniam niſi eam maturè parſit, maturè eſurit. *Plaut. Curc. ſc. 1. a. 3.* Duorum labori parſiſſem libens. *Pſeud. ſc. 1. a. 1.* Id quidem hercle ne parſis, dabo. *Plaut. Pſeud. ſc. 1. a. 1.* Parce precor. *Ouid. Eleg. 3. libro 5. Triſt.* Parcere execrationibus, i. abſtinere. *Liuius 9. d. 4. & Gell. cap. 19. lib. 16.* Vitam ſibi vt parcerent orauiſſe. ¶ Parſurus. *Sueton. in Tiber. cap. 62.*] ¶ Accipitur etiam parcere pro ignoſcere, remittere, condonare, veniam vel impunitatẽ dare. {חמל *chamál* חס *chas.* ὑφίημι, ὑφεσιν συγγνώσκω. GAL. Pardonner, remettre. ITAL. *Perdonare, remittere.* GERMA. Schonen/vberſehen. HISP. *Perdonar.* ANG. *To forgiue, to pardon.*} *Cicer. pro Quintio*, Boni viri malunt commemorare, ſe quum perdere poſſent, peperciſſe. *Virgi. 6. Æneid.* Parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos. *Terent. Adelph.* Nihil pepercit: non puduiſſe verberare hominem ſenem, Quem ego modò puerum tantillum in manibus geſtaui meis? *Cæſar 7. belli Gall.* Non ætate confectis, non mulieribus, non infantibus pepercerunt. *Seruius Ciceroni libro 4. Epiſt.* Cui inimici propter dignitatem pepercerant, inuentus eſt amicus qui ei mortem afferret. ¶ *Donatus* credit hoc intereſſe inter præterita parſi & peperci, vt parſi idem ſit quod abſtinui: peperci, idem quod ignoui. *Seruius* tamen negat, duo hæc præterita ex ſignificationis diuerſitate venire, ſed potius ex mutatione vſus: vt quod veteres parſi dixerunt, id alij poſtea peperci dicere cœperint. Aliquando etiam parcere accipitur pro prohibere, vel arcere. *Virgil. 3. Eclog.* Parcite oues nimium procedere. *Vbi Seruius*, Parcite, prohibete, id eſt ſeruate ne procedant. Melius tamen dixeris, parcite ibi accipi pro abſtinete, vt Oues ſit vocatiuus, Monet enim Poëta ibi oues exemplo arietis, ne ripæ nimium confidant. * Parcere ab, pro abſtinere. *Liu. 5. belli Punici.* Legati eò ab Thica & Neapoli cum infulis & velamentis venerunt, precantes vt à cædibus & ab incendiis parceretur. Id eſt abſtineretur.* Metu parcere, pro deponere metum. *Virgil. 1. Æneid.* Parce metu Cytherea, manent immota tuorum Fata tibi. *Vbi Seruius*, Parce metu, elocutio vſualis, id eſt Dimitte metum. quo modo dicimus Parce verbis, Parce iniuriis. *Parcere ne. *Plaut. Trinum.* Neu tibi ægritudinem pater parerem, parſi ſedulò. * Nihil promittere parcunt, id eſt prolixe promittunt. *Catull. Argon. epigram. 59.* ¶ Quandoque etiam pro deſinere. *Idem 3. Æneid.* Parce pias ſcelerare manus. ¶ Huius verbi compoſita ſunt, Comparco. κατα φείδομαι. eiuſdem cum ſimplici ſignificatione. *Terent. in Phorm.* Suũ defraudans genium comparſit miſer. Reparco, iterum parco. *Plaut. in Truc.* Vtinam rei iterum parſiſſem meæ, vt nunc reparcis.

Pārcĭtur, penul. cor. imperſonale. *Cicer. Attic. libro 2.* Sed tamen ſatisfiet à nobis, neque parcetur labori. *Plin. lib. 16. capite 12.* Nec corpori ipſi parcitur. *Idem libro 28. cap. 6.* Iam & ſermoni parci multis de cauſis ſalutare eſt.

Pārcŭs, parci, Qui frugi eſt, & ſumptibus parcit. {חילי *chiluí.* φειδωλὸς: GAL. Chiche, eſpargnant. ITALI. *Scarſo, parco.* GERM. *Kundig/abbruchig/ſparhafft/hãuſolich.* HISPANIC. *Eſcaſſo, ò guerdoſo.* ANGLIC. *A niggard, that ſpareth.*} *Gell. libro 3. cap. 19.* Parcus neque ab arca, neque ab arcendo, ſed ab eo quod patuum & parum, denominatur. *Plaut. Moſtel.* quo nemo adæque iuuentute ex omni Attica Antehac eſt habitus parcus, nec magis continens. *Idem Aul.* Neque illo quiſquam eſt alter hodie ex paupertate parcior. *Horat. 2. Carm. Ode 8.* Te ſenes parci, miſeræque nuper Virgines nuptæ, &c. *Cicero 2. de Orat.* Quum optimus colonus, parciſſimus, modeſtiſſimus, frugaliſſimus eſſet. ¶ Parcus, cum genitiuo. [*Ouid. Eleg. 1. libro 1. Triſt.* Parcáque fortunæ ſunt tibi verba meæ. Quo nemo adæque parcus, neque magis continens. *Plau. Moſtell. ſc. 1. a. 1.*] *Horat. 2. Serm. Satyr. 2.* cornu ipſe bilibri Caulibus inſtillat, veteris non parcus aceti. *Plin. Epiſt. 2. 6.* Statuam poni mihi à te eo quo conſideras loco, quanquam eiuſmodi honorum parciſſimus, tamen patior, &c. [*Plaut. Aul. ſc. 2. a. 2.* Huc me detruſiſti ad ſenem parciſſimum. *Et Suet. in Cæſ. cap. 53.* Parciſſimus vini, *Et in Auguſt. ca. 38.* parcior in honoranda virtute bellica.] ¶ Parcus ablatiuo iunctum, *Plaut. Rud.* opera haud fui parcus: nimis homo Nihili eſt, qui piger eſt: nimiſque id genus odi ego malè. Vigilare decet hominem, qui vult ſua tempori confecre officia. Parcus comitatu, *apud Plin. in Pan.* dicitur qui paucos habet in comitatu. * Parcus in ædificando, in victu. *Plin. in Paneg. & Epiſt. 22.* [*Sueton. in Claud. cap. 12.* Parcior in ſe augendo.] ¶ Huius compoſitum eſt Præparcus, valde parcus. σμικρολόγος, γλιχής. *Plin. lib. 11.* Aliquando & ipſæ contrahũt mortis ſibi cauſas, quum ſenſere eximi mella, auidè voratis: cætero præparcæ, & quæ alioqui prodigas, atque edaces, non ſecus ac pigras & ignauas proturbent. Similiter deparcus, nimium parcus, ac tenax: cui opponitur profuſus, ac magnificus. *Suet. in Neron.* Sordidos putabat eſſe & deparcos, quibus impenſarum ratio conſtaret. *Apuleius.* At verò contraria accuſaſtis, vnum ſeruum, vt deparci tres liberos, vt profuſi.

Parcē, aduerbium, Frugaliter, moderatè. {φειδωλῶς, ἰσπλῶς. GAL. Chichement, eſcharſement. ITALIC. *Scarſamente.* GERM. *Kundiglich/ſparlich.* HISP. *Eſcaſſamente.* ANG. *Sparinglie, nigardlie.*} *Terent. Andr.* Primùm hæc pudice vitam, parcè ac duriter agebat. *Cicero 1. Offic.* Intelligemus quàm ſit turpe diffluere luxuria, & delicatè ac molliter viuere: quámque honeſtum, parcè, continenter, ſeuerè, ſobriè. *Cicer. 2. de Finibus*, Nec tamen cur id tam parce, támque reſtrictè faciant intelligo. *Idem pro Muræn.* In qua re ſi ſatis profeciſſent, parcius de eius laude dicerẽ. [Parcè iactare. *Liu. l. 4. d. 4. Ouid. Eleg. 1. lib. 2. Triſt.* O princeps parce viribus vſę tuis. *Plaut. Aul. ſc. 1. a. 2.* Mortalem parce parcum prædicas. *Et Pſeu. ſc. 1. a. 5.* Non enim fuimus parcè promi victu cætero, &c.] *Colum. lib. 6. capite 7.* Nec poteſtas aquæ, niſi quàm parciſſimè, facienda eſt. [*Quintil.* parciſſimè dicam.]

Pārcĭtās, pro frugalitate. {φειδωλία. GALLIC. Chicheté. ITAL. *Scarſità, miſeria.* GERM. *Kundtheit/erſparung.* HISP. *Eſcaſſeza.* ANG. *Nigardneſſe.*} *Macrobius Comment. libro 1. cap 8* Moderatio, parcitas.

[Parcè-promus. *Plaut. Pſeud. ſc. 1. a. 5.* Non enim fuimus Parcè-promi victu cætero, &c.]

Pārsĭmōnĭă, parſimoniæ, Moderatio ſumptuum, parcitas, frugalitas, parcus rerum vſus. {φειδὼ. GAL. Eſpargne, frugalité, c'eſt à dire, Deſpenſe moderée, & faicte par raiſon, & meſure. ITALIC. *Parſimonia, riſparmio.* GERMAN. *Kundtheit/müſſigung vnd abbruch alles groſſen vnkoſtens/ hãuſolichkeit.* HISP. *Eſcaſſeza enel gaſto.* ANGLIC. *Sparing, niggardneſſe, refineſſe.*} Ea ſic definitur à philoſophis, Parſimonia eſt, qua cauemus ne quod diſpendium vltra modum fiat, & res familiaris (quoad fieri poteſt) ſine cuiuſque iniuria conſeruetur. [*Liuius libro 34.* Parſimoniæ & paupertatis pudor eſt peſsimus. *Plaut. Moſtel. ſc. 3. a. 1.* Eſtur, bibitur, neque quiſquam parſimoniam adhibet. *Idem Aulu. ſc. 5. a. 3.* Nimis lepidè verba fecit ad parſimoniam (i. aduerſus luxum mulierem.) Parſimonia & duritia diſciplinæ alij eram. *Plaut. Moſtel. ſc. 2. a. 1.*] *Cic. in Parad.* O dij immortales, non intelligunt homines quàm magnum vectigal ſit parſimonia. *Idem 2. Offic.* Res autem familiaris quæri debet iis rebus à quibus abeſt turpitudo: conſeruari autem diligentia & parſimonia, iiſdem etiam rebus augeri. *Idem pro Quintio*, Amicos obſeruantia, rem parſimonia retinere. [Item * Parſimonia ſupellectilis. *Sueton. in Auguſt. cap. 73.*] * Parſimonia temporis. *Plinius epiſt. 5. libro 3.* Id eſt diligentia non abutendi tempore. [Parſimonia linguæ. *Gell. capite 4. libro 12.*]

Pardălĭanchĕs, τὸ παρδαλιαγχὲς, Aconiti genus, ſic dictum quòd carnes eo tactæ pantheras necant. *Plinius libro 8. cap. 27.* Pantheras perfricata carne aconito (venenum id eſt) Barbari venantur. Occupat illico fauces earum angor. Quare pardalianches id venenum appellauere quidam.

Pārdălĭŏs, παρδάλιος, Gemma eſt maculis quibuſdam variegata, à pantherinæ pellis ſimilitudine nomen habens. *Plinius libro 37. capite 11.*

Pārdălis, παρδαλὶς, Animal eſt ferum, Syriæ, Africæque peculiare, quod alio nomine panthera appellatur, pellem habens candidam, breuibus quibuſdam macularum oculis variegatam, præſtantiſsimum ſpirans odorem, cuius ſuauitate feras illectas corripit, lacerátque. Romani varias appellarunt, & Africanas, quòd ex Africa in ludorum vſum mit-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

terentur. Mares autem toto hoc in genere pardos nominarunt. *Vide Plin. lib. 8. cap. 17.*

Pārdălĭum, pardalij, παρδάλιον, Dicitur vnguentum, quòd pardalis odorem reddat. ¶ Habet enim hoc animal pellem in primis odoriferam, cuius suauitate quadrupedes illectas deuorat. *Plin. lib. 13. capit. 1.* Fuerat & pardalium in Tarso, cuius etiam compositio & mistura obliterata est.

Pārdŭs, {נמר *namér.* πάρδαλις, ὁ. ANGL. *A libard.*} Animal est ferum, Africæ & Syriæ familiare, pellem habens odoriferam, breuibus quibusdam macularum oculis distinctam. Fœminam in hoc genere pantheram appellant. *Plin. libro 8. cap. 17.* Pantheris in candido breues macularum oculi. Ferunt odore earum mire solicitari quadrupedes cunctas. Nunc varias, & pardos, qui mares sunt, appellant in eo omni genere, creberrimo in Asia, Syriaque. *Luca. lib. 6.* Quàm per summa rapit celeré venabula pardũ. *Iuuen. Satyr. 11.* & magno sublimis pardus hiatu.

Pārĕcbāsĭs, παρέκβασις, *vt definit Quintilian. libr. 4. cap. 13.* Est alienæ rei, sed ad vtilitatem causæ pertinentis, extra ordinem procurrens tractatio. Latinè dici potest Digressio, vel excursus.

Pārĕās, παρείας, Serpens est innoxius, cui caput pro magnitudine ac longitudine corporis paruum, tamen ita buculetum, tantóque rictu hiat, vt correptum passerem, imò columbi pullum deglutiat. *Lucanus libr. 9.* Et contentus iter cauda sulcare Pareas. Sic legendum cum Isidoro, non pharios.

Pārĕctātŭs, παρέκτατος, Qui de pueritia venit ad pubertatem: à verbo Græco παρεκτείνω, quod est extendo. *Lucil. libro 8.* Vnde parectato chlamydes, ac barbula prima. *Idem lib. 10.* Tum ephebum quam vocant parectatum. *Nonius.*

Pārĕlcŏn, παρέλκον, Figura à Grammaticis appellatur, quum syllaba, vel etiam integra dictio dictioni alicui in fine adiicitur, vt *apud Terent. in principio Andriæ*, Adesdum, pro Ades. Latinè dici potest productio, ἀπὸ τῦ παρέλκειν, quod est producere, vel proferre longius.

Pārēns, huius parentis, priore corr. generis communis, à Pario fit, quo nomine quanuis proprie pater & mater significentur, apud iurisconsultos tamen, *teste Festo*, etiam auus, & proauus, aliique superiores vtriusque sexus, vsque ad tritauos, & tritauias intelligantur. {ילד *jolédh.* ὁ γεννήσας, ἡ γεννήσασα. GAL. Pere ou mere. ITALIC. & HIS. *Padre ò madre.* GERMA. Der vatter oder die muter: Item. Ein altmorder. ANGLI. *Parents, father and mother.*} Vltra hos qui non habent certum ac proprium nomen, maiores appellantur. *Cicer. post red. in Senatu*, Parentes charissimos habere debemus, quòd ab iis nobis vita, patrimonium, libertas, ciuitas tradita est. *Virg. 8. Æneid.* Quem subisse humeris confectum ætate parentem, &c. *Idem 2. Æneid* Non prius aspicies, vbi fessum ætate parentem Liqueris Anchisem? *Ouid. 4. de Pont. Eleg. 7.* nec tu Immeritò nomen mite parentis habes. [Ego mite parentis Ingenium verbis ad publica commoda verti. *Idem Ouid. 13. Metam.* Hei mihi cur didici? cur me docuere parentes? Parentes Fabri liberûm sunt, substruūt fundamentum, &c. *Plau. Mostel. sc. 2. a. 1.* Hinc satus Anchises cum quo commune Parentis Nõ dedignata est nomen habere Venus. Obsecro Parentes ne mihi meos prohibeas. C. Quid? sub gemmáne Inclusos habeo patrem tuum & matrem? *Plau. Curc. sc. 2. a 5.* Hic apertè Parentum nomine pater & mater significantur. *Item*, Deus est, in vtroque parente (.i. genus paternum à Deo & maternum.) *Ouid. 13. Metam.* ¶ Item libri siue operis alicuius autor, etiam Parens vocatur. *Ouid. Eleg. 6. libro 1. Trist.* Orba parente suo quicunque volumina tangis. *Idem Eleg. 1. & vlt. lib. 3. Trist.* (ter.) ¶ Item Rex siue Princeps, Reipub. parens appellatur, *Senec. ca. 16. de Consol. ad Polyb.* Parens publicus (Cæsar sup.)] *Caius de ver. b. signif. l. Appellatione*, scribit appellatione Parentum omnes in infinitum maiores vtriusque sexus significari. ¶ Parentum etiam vocabulum ad quoslibet consanguineos extensum inuenimus: sed hoc apud eos duntaxat qui iam labascente linguæ Latinæ puritate, minus terse loquuti sunt. Galli etiam in sua vernacula lingua hoc obseruant. *Lamprid. de Alexandro Seuero*, Amicos & parentes Alexander, si malos reperit, aut puniuit: aut, si vetus vel amicitia, vel necessitudo non fuit punire, dimisit à se dicens, His charior est mihi Respubl. *Iulius Capitol. de M. Antonio*, Adoptatus in aulicam domum, omnibus parentibus suis tantam reuerentiam, quantam priuatus exhibuit. [¶ Transfertur & ad alia: vt docet ex *Catilin. & Bello Iugurthino Salustij Victor cap. 16. lib. 4.*] *Item Plin. lib. 18. cap. 1.* Terram omnium parentem dixit, id est altricem. Et *Ouid. 1. Metam.* Magna parens terra est. *Cic. 1. de Orat.* Philosophia bonarum artium omniũ procreatrix quędam, & quasi parens. *Idem 2. de Finib.* Quando enim Socrates, qui parens philosophiæ iure dici potest, quicqua tale fecit? *Idem ad Attī. lib. 9.* Quũ parẽtes nó alere nefariũ sit, nostri principes antiquissimã & sanctissimã parentem, patriam fame necandã putant. *Idem 1. de Legibus*, Earum rerum parens est, educatrixque sapientia. ¶ In arbore etiam parens dicitur stirps ipsa, vel truncus, vnde rami nascuntur. *Plin. libro 12. cap. 5.* Rami nouam sibi propaginem faciunt circa parentes in orbem. ¶ Parentium in genitiuo plurali pro parentum posuit *Horat. 3. Carm. Ode 24.* Dos est magna, parentium Virtus.

Pārēntēlă, Consanguinitas, affinitas. {מילדת *molédheth.* συγγένεια. GAL. Parenté. ITAL. *Parentado.* GERM. Verwandtschafft, HISPAN. *Parentesco, parentela.* ANGLIC. *Parentage or auncestrie.* {*Capitol. in Gordian.* Duxit (*inquit*) vxorem filiam Misithæi doctissimi viri, quem causa eloquentiæ dignum parentela sua iudicauit. Apud probatos autores alioqui hoc nomen non inuenitur.

Pārēntĭă, pro obsequio vsus est *Imp. in l. j. C. qui pro sua iurisdi.* Quod si quis alienæ iurisdictionis causam crediderit delegandam, nec præcepto cognitorem datum, parentiam accommodare censemus. *Hotom.*

Pārēntĭcīdă, Qui patrem aut matrem occidit. { πατρολώνος, ἢ μητροκτόνος. GALL. Qui a tué pere ou mere. ITAL. *Chi ha mazzato padre ò madre.* GERM. Ein todtschleger seins vatters oder muter. HISPAN. *El que mato padre ò madre.* ANG. *That killeth father or mother.*} *Plau. in Epid.* Quia ego tuum patrem faciam parenticidam.

Pārēnto, tas, significat Parentibus iusta celebro. { κτερίζω, ἐναγίζω, τὰ νομιζόμενα ποιῶ. GALLIC. Faire obseques, funerailles, seruices, banquets ou sacrifices aux peres & meres & aux trespassez. ITA. *Far essequie, mortori & altri cose diduota.* GERMANIC. Den abgestorbenen elteren oder altuorderen iarzeit oder opfferung begehn. HISP. *Hazer sacrificio por padre ò madre ò otros muertos.* ANGL. *To do thinges which ar due to father or mother or to the dead as funeralles, banketts and sacrifices.*} licet etiam ad alias religionis diis in sacro est prælautus pulmentari cibo, & hebetare sensus existimata, insomnia quoque facere: ob hoc Pythagorica sententia damnata, vel (vt alij tradidere) quoniam mortuorum animæ sunt in ea: qua de causa parentando vtique assumitur. *Cicero 2. de Legibus*, Hostia autem maxima parentare, pietati esse adiunctum putabat. *Idem 1. Philip.* Vt cuius sepulchrum nusquam extet vbi parentetur ei, publice supplicetur. *Ouid. 1. Amor. Eleg. 13* sic Memnonis vmbras Antenata fratri xx. Legionum sanguine.] [*Seneca cap. 16. de Consol. ad Polyb.* Pa-

Pārentālis, & hoc parentale, adiectiuum, vt vmbræ parentales. *Ouid. 4. Trist.* [*Eleg. 9. siue vlt.* Fama, parentales, si vos mea contigit, vmbræ.] Dies parentales, quibus solennes epulæ ad mortuorum sepulchra solent afferri: quæ consuetudo primùm ab Æneæ creditur manasse, qui solennibus quotannis donis, patris sui manes placabat. *Ouid. 2. Fast.* Hunc morem Æneas, pietatis idoneus autor Attulit in terras iuste Latine tuas. Ille patris genio solennia dona ferebat. Hinc populi ritus edidicere nouos. At quondam dum longa gerunt pugnacibus armis Bella, parentales deserucre dies.

Pārēntālĭă, orum, Conuiuia quæ in parentum aut propinquorum funeribus fieri consueuerunt. {κτερίσματα, ἐναγίσματα, νομιζόμενα. GALLI. Sacrifices, obseques, & autres choses qu'on failoit aux trespassez. ITALI. *Conuiti nelle effequie de morti.* GERMA. Maalzeit/ so man auff die begrebnussen der elteren oder verfreundeten vorzeiten gehalten hat. HISPAN. *Sacrificios por los muertos.* ANGLIC. *Feastes made at a buriall.*} Dicta parentalia, *teste Hieronymo in Ieremiam*, quòd hoc officij genus filij parẽtibus præstarent. *Cicero 2. Philip.* An me censetis P. C. quod vos inuti secuti estis, decreturum fuisse, vt parentalia cum supplicationibus mitterentur.

Pārēnthĕsĭs, παρένθεσις, Clausula orationis contextu interiecta, qua remota sensus manet integer: à verbo Græco παρεντίθημι, quod est interpono siue interfero. Parenthesis (*inquit Valla*) est interiectio orationis in sermone, qua remota sermo manet integer. Ea cùm semper venusta est, tum plurimum venustatis habet, quum fit per qui, aut is, aut per vt. Subdit deinde exempla cuiusque membri: vt Si modò culpam tuam fassus esses, pater (qua indulgentia est) omnia tibi ignouisset. *Idem*, Id flagitij, si prætens vidisset parens (eius seueritatis est) te membratim discerpsisset. *Item*, Si hanc illi noxam imponere pergis, (vt impudentissimus est) in te eam retorquebit.

PĂRĒNTĬVM, παρίνιον, Istriæ oppidum est, cuius meminit *Ptol. l. 3. c. 1.* Hinc Parentinus, gentile παρεντῖνος, *Stepha.*

Părĕo, pares, parui, paritum, vnde pariturus participiũ, Videor, appareo. {נראה *niréáh.* φαίνομαι. GALLI. Apparoistre, apparoir, ITALIC. *Apparire.* GERM. Erscheinen/ gesehen werden. HISPAN. *Apparescer.* ANGL. *To appeare and be insight.*} *Martialis libro duodecimo*, Festinant trepidi substring re carbasa nautæ, Ad portum quoties paruit Hermogenes. *Virgil. 6. Æneid.* Cui pecudum fibræ, cæli cui sydera parent, id est à quo fibræ & sydera cernuntur, & periti sime agnoscuntur: *vt interpretatur Seruius.* ¶ Hinc fiunt composita, Appareo, idem significans quod simplex Pareo, hoc est video. *Virgil. Æneid. 1.* Apparent rari nantes in gurgite vasto. Compareo, vide suo loco. Dispareo, διαφαίνομαι. à conspectu recedo. Transpareo. διαφαίνομαι. Transluceo. ¶ Interdum parêre est obedire. {שמע *schamáh.* πείθεσθαι GALLIC. Obeir. ITAL. *Vbidire.* GERM. Gehorsamen/ vnd gehörig sein. HISPA. *Obedescer.* ANGLIC. *To obey, to be at commandement.*} *Virgil. 1. Æneid.* Paret amor dictis charæ genitricis. *Iust. libr. 1.* Vix patienter vni viro, necdum fœminæ parituris. *Terent. Hec.* Sed ego stultior, meis dictis, parére hanc qui postulem. *Cicer. 7. Phil.* Non vt pareret, & dicto audiens esset huic ordini: sed vt conditiones ferret, leges imponeret. *Idem de Natura deorum*, Eorum imperiis Rempubl. amplificatam, qui religionibus paruissent. *Virgil. 2. Æneid.* -tu nequa parenti Iussa time, neu præceptis parére recusa. [*Item*, Optimè præceptis paruisti. *Plaut. Mostell. sc. 1. a. 2.* Qui sese parere apparent eius legibus. *Plau. Asin. sc. 3. a. 3.* Tempore paret equus lentis animosus habenis. *Ouid. Eleg. 6. libro 4. Trist.* ¶ Parere omnia, pro omnibus. *Gellius cap. 7. lib. 2.* Omnia, quæ pater iusserit, parendum. Et paulò pòst, Quædam esse parendum, quædam non obsequendum. *Et Velleius* Parentem ante omnia & supplicem inuenerunt: Ita ibi legit *Passeratius* Parentem omnia, pro omnibus. ¶ Item parere in omnibus, & in quibusdam: Item parere omnibus dixit. *Idem Gellius cap. 7. lib. 2.*] ¶ Promissa parêre, est præstare promissa. *Ouid. 5. Fast.* Parent promissis, dissimulantque deos. ¶ Parêre intercessori, est deferre: id est, vt vulgò dicunt nostri Iurisconsulti, petenti cedere. *Cicer. 3. de leg.* Parêre iubet intercessori, quò nihil præstantius. ¶ Parêre gulæ, est seruire gulæ siue indulgere. *Horat. 2. Serm. Saty. 7.* Nil seruire gulæ parens habet.

Pārētŭr, impersonale. *Liuio 9. ab Vrbe*, Quod postquam consuli nuntiatũ est, extemplo tesseram dari iubet, vt prandeat miles, firmatisque cibo viribus arma capiat, dicto paretur. Habent autem hæc omnia priorem syllabam productam.

Parere, pro apparere, veteres dicebant, itaque scriptum est apud *Siculum Flaccum*, Aliquibus locis lapides, qui in limitibus positi erant, interciderunt: & limites ipsi, id est rigores, non parentibus lapidibus difficile inueniuntur. Et *Frontinus*, Ante Iouem *limites* non parebant, qui diuiderent agros. *Hyginus autem*: Antiquæ mensuræ actus in diuersum nouis limitibus inciditur. Nam Tetrantum veterum lapides adhuc parent, sicut in Campaniæ finibus Minturnensium. *Et apud Cic. in Oratione pro Roscio Comœdo.*

Părĕphippĭus, παραφίππιος, Qui præter rationẽ equestris disciplinæ equos agit: quasi præposterus, siue imperitus eques, à præpositione παρά, quæ in compositione frequenter idem significat quod peruersè, siue præpostere: & nomine ἱππικός, quod equestrem significat. Vtitur hac voce *Imperator in l. Parephippium. C. de Curs. publ.*

Părergŏn. {παράεργον. ANGLI. *All thing besyde the principall purpose.*} Dicitur quod alicui rei præter propositum additur: vt si pictor imaginẽ pingens, ornandæ tabellæ gratia, arbusculas, & aniculas, & huiusmodi addiderit. *Plin. libro 35. cap. 10.* Protogenes, quum Athenis celeberrimo loco, Mineruæ delubro propylæum pingeret, adiecit paruulas naues longas,

longas, in his quæ pictores parerga appellant. Sunt etiam (*inquit Budæus*) parerga corollaria operis locati, quæ fiunt vltra id quod in stipulatione cópreheſum eſt. Nã τὸ ἔργον, eſt opus ipſum de quo actum eſt: parergon autem, operis appendix, de quo nihil actum erat.

PARĔSIS, παράεσις, Græca vox eſt, qua ſignificatur remiſſio, vel negligentia: corporis & animi defectio, & languor, virúmque & corporis & animi extenuatio. *Bud. in Comment.*

PARETACENI, παρεταχηνοί, populi Mediæ, aut certè Mediæ finitimi iuxta Elymæos, montium incolæ, & latrocinio victum quæritantes. *Meminit horum Herod. l. 1. & Strab. l. 11. & 16.*

PARETONIVM, *vide* PARAETONIVM.

* Parici, βασανισταί, *inquit Feſtus*, Quæſtores appellabãtur, qui ſolebãt creari cauſſa rerum capitalium quærendarum.

PARIEDRES, παρέδρας, *Ptolemæo*, Pars Tauri montis, in finibus maioris Armeniæ, ex qua Abſarus fluuius oritur. *Autor Plin. lib. 6. cap. 9. & lib. 5. cap. 27.*

PARIENNA, παρίεννα, *Ptol. l. 2. c. 11.* Germaniæ vrbs.

Părĭĕs, parietis, penultima correpta. Proprie eſt qui in vtroque ædium latere domum vnam ab altera dirimit: differtque à muro, quòd hic proprie eſt lapideus vrbis ambitus. { חומה *chomáh* שור *ſchur*. τοῖχος. GALLIC. Paroy, ou mur. ITA. *Pareſe, muro.* GERMANIC. Ein ſcheidewand. HISP. *Pared.* ANGLIC. *A wall of an houſe.* } *Cicero 6. Verr.* His autem tabulis templi interiores parietes veſtiebantur. *Ouid. 4. Metam.* Fiſſus erat tenui rima, quem duxerat olim, Quum fieret paries, domui communis vtrique. [Nunquid vidiſti tabulam pictam in pariete, vbi Aquila Catamitum rapiebat. *Plaut. Menæch. ſc. 2. a. 1.* parietes ruunt. *Plaut. Moſt. ſc. 2. a. 1.* Madent in corde parietes. *Ibidem ſc. 3. a. 1.* perfoſſor parietum. *Plaut. Pſeud. ſc. 2. a. 4.* Venit Imber, lauit parietes, tigna perpluunt. *Plaut. Moſt. ſc. 2. a. 1.* In eo conclaui perfodi parietem, quà commeatus clàm eſſet huic mulieri. *Plaut. Milit. ſc. 1. a. 2.* Idem ſuprà in argumento poſteriore, medium parietem perfodit ſeruus, commeatus clanculum quà foret amantum. *Idem Plaut. Milit. ſc. 5. a. 2.* Commeatus tranſtinet parietem. Aliàs, eſt trans parietem.] *Plin. lib. 35. cap. 14.* Quid non in Africa, Hiſpaniáque ex terra parietes, quos appellant formaceos, quis durant incorrupti imbribus, ventis, ignibus, omníque cæmento firmiores? ¶ Intra domeſticos parietes aliquid fieri dicimus, quum ſignificare volumus aliquid domi noſtræ fieri. ¶ Intra parietes diſceptare, vel experiri, eſt amicis domi, & extra cancellos forenſes controuerſiam componendam permittere. *Cicero pro Quintio*, Siquid in controuerſiam veniret, aut intra parietes, aut ſummo iure experiretur. ¶ Paries intergerinus quis dicatur, *vide in dictione* INTERGERINVS. ¶ Paries craticius dicitur ab aſſeribus, qui arrecti tranſuerſíque in modum cratis texuntur: vnde *Vitruuius*, Arrectarios parietes, & tranſuerſarios appellat.

PARIETINÆ, penultima producta, Murus vetus, ac ſemirutus. { τοῖχος, φαγεσιφλόος. GAL. Vieille paroy ou mur, maſure. ITA. *Parete ò muro vecchio.* GERMAN. Ein alte bauwfelligewand. HISPAN. *Pared vieja ò cayda.* AN. *An old wall half broken down.* } *Plin. lib. 22. c. 17.* Aſtericum herba eſt naſcens in tegulis, parietiníſque, folio ſimilis ocimo. *Idem lib. 26. c. 8.* Naſcitur maxime circa vetera monumenta, parietináſque, & inculta itinerum.

PARIETĀRIA, æ, Herba à parietibus in quibus naſcitur dicta muralis. { παριτάριον, ἀλλέιν. GAL. Paritoire. ITA. *Herba che naſce nelle tegole ò nel muro, parietaria, vitriuolo.* GER. Kraut das auff den mauren wachſt. HI. *Albaracha de rio ò yerua de vidrio.* ANG. Feuerfew. } *Plin. lib. 22. c. 17.* appellatur parthenion, & perdicium, quoniam perdices ea velcantur. *Dioſcorides* Helxinen appellat.

Parilia, parilium, *vide* PALILIA.

Părĭlis, parile, penultima correpta, Æqualis. { נשתוה *niſchtavéh.* ἴσος. GALLIC. Pareil, eſgal, ſemblable. ITALI. *Pari, vguale.* GER. Gleichlich/ gleichförmig. HI. *Coſa yguал, ò coſa pareja.* ANG. *Equall, lyk.* } *Lucret. lib. 2.* Concharúmque genus parili ratione videmus pignore telluris gremium. *Ouid. 1. Triſt. Eleg. 7.* Accipere, & parili reddere voce vale. *Idem 8. Metam.* Quóſque alios parili fuerat dignatus honore. *Ibid.* Sed pia Baucis anus, pariliſque ætate philemon.

Părĭlĭtas, AEqualitas. { ἰσότης. GA. Eſgalité, pareille, condition. IT. *Vguaglianza.* GERMANIC. Gleichheit / gleichförmigkeit. HISPANIC. *Ygualdall.* ANGLIC. *Equalitie, lykneſſe.* } *Gel. l. 14. c. 5.* parilitas virtutum inter ſe conſimilium.

Parilitium ſydus, ſiue Palilitium, ὑάδες, Signum cæleſte, ex ſeptem conſtans ſtellis, quas Græci ὑάδας, Latini Succulas appellarunt. Rationem nominis, *vide ſuprà in dictione* PALILITIVM.

Părĭo, ris, peperi, partum, vel paritum, parere, hodie tantùm eſt tertiæ coniugationis, olim etiam quartæ. { ילד *jaládh.* τίκτω, γεννάω. GAL. Enfanter. ITA. *Partorire.* GERM. Gebären. HISP. *Parir la muger.* ANG. *To bring forth children.* } *Ennius*, Oua parire ſolet genus pennis condecoratum. *Cato de Re ruſt. capit. 89.* Gallinas teneras, quæ primùm parierint, concludat. * *Alia exemplaria habent* parient. Eſt autem parere, fœtum emittere: quod proprie ad fœminas pertinet. *Lucretius libro quinto*, ſicut nunc fœmina quæque, Quum peperit, dulci repletur lucte. *Cicero 12. de Oratore*, Ex quo genere etiam illud eſt quod Scipio apud Numantiam, quum ſtomacharetur cum C. Metello, dixiſſe dicitur, Si quintùm pareret mater eius, aſinum fuiſſe parituram. *Ouid. Meta.* Quæ voueam duo ſunt nimirum vt releuere dolore, Vtque marem pariasne, &c. ¶ Accipitur aliquando parere pro generare: vt etiam de viris dicatur: ſed hoc riſſimè, idque apud veruſtiſſimos. *Cæcilius*, Hic vicinus noſter peperiſſe ſe filium memorat, id eſt genuiſſe. [*Plaut. Amph. ſc. 2. a. 2.* Tu (Amphitruo) Amphitruonem peperiſti: Ego [Soſia ſeruus] peperi Soſiam (i. genui.) & *ſc. 3. a. 4.* Ego (Soſia) Soſiam, Amphitruonem Amphitruo (peperimus) Qui ſcis an tu (Blepharo) fortè alium Blepharonem paries. *Et Quintil. lib. 8.* Pariet Leo (i. generabit.) *Plaut. Amph.* Anguineo repente hoſtes peperit ſeminio, (*Cadmus.*)] ¶ per tranſlationem etiam accipitur pro Acquirere, & cum magno labore comparare. { κτᾶσθαι, πορίζεσθαι. GAL. Acquerir, acqueſter. ITALIC. *Acquiſtare.* GERMA. Vbertommen. HISPAN. *Adquirir.* ANG. *To gett or purchaſſe.* } *Cicero 2. Offic.* Maxime autem & gloria paritur, & gratia defenſionibus. *Columel. lib. 8. cap. 1.* Sequitur vt examina deſideremus, ea porrò vel ære parta, vel gratuita contingunt.

Virgil. 11. Æneid. ite ait, egregias animas, quæ ſanguine nobis, Hanc patriam peperere. [Illa nocte mihi Troiæ victoria parta eſt. *Ouid 13. Metamorph.* Maximas opimitates ſuis heris vna mecum pariet. *Plaut. Aſin. ſc. 2. a. 2.* Neque ea quicquam pariant nobis ex ſe incommodi. *Plaut. Moſtell. ſc. 1. a. 2.* ¶ Pueri ſimul atque parti ſunt. *Gell. cap. 17. lib. 16.* Dum ſalus paritur, Partæ quoque ægritudines. *Gell. cap. 1 libro 6.*] ¶ Parere oua dicuntur aues, pro ponere, & quod *Varro de Re ruſt.* Facere oua dicit. *Plin. lib. 10. cap. 52.* Plurima oua pariunt ſtruthiocameli. ¶ Parere verba, eſt noua fingere. *Cicer. 3. de Finibus.* Idque cùm Græcis, tum magis nobis, quibus etiam verba parienda ſunt, imponendaque noua rebus nouis nomina.

Părĭor, eris, pen. cor. { נולד *noládh.* } *Plinius lib. 10. capite 52.* Oua exeunt à rotundiſſima ſui parte, dum pariuntur. [Pueri ſimul atque parti ſunt. *Gell. cap. 17. libro 16.* Vnus olim, Nunc verò partus eſt geminus. (*ſup. Amphitruo.*) *Plautus Amphit. Vide* plura in ſeq. dictione.]

Părtŭs, ũs, um, participium à Pario. In lucem editus. { נולד *noládh.* τεκοῦσα. GAL. Enfanté. ITA. *Partorito.* GERMANIC. Geboren. HISP. *Parido.* ANG. *Borne.* } *Virgilius 6. Æneid.* -alius Latio iam partus Achilles. *Lucretius lib. 5.* Et genus omne quod eſt vterino ſemine partum. * Partam videtur accepiſſe *columel.* pro ea quæ peperit, *lib. 7. cap. 4.* Singuli agni binis nutricibus ſummittendi, nec quicquam ſubtrahi ſummiſsis expedit, quo ſaturior lactis agnus celeriter confirmetur, & parta nutrici conſociata minus laboret in educatione fœtus ſui. ¶ Aliquando ponitur pro laboriose comparatus, acquiſitus. { נקנה *nikneh.* κεκτημένος. GALLIC. Acquis, acqueſté. ITAL. *Acquiſtato.* GERMAN. Vbergekommen. HISPAN. *Adquirido.* ANGLIC. *Gotten or purchaſſed.* } [Viginti minæ bonæ mala opera partæ. *Plautus Aſin. ſc. 4. a. 3.* Fraude partæ lætitiæ. *Plaut. ſc. 4. a. 2.* Rem partam habent fœnore aut periuriis. *Plaut. Men. ſc. 2. a. 4.*] *Apul.* Partámque à multo tempore, & multo tempore, & multo labore pecuniam, vno die conſumpſit. *Terent. in Andr.* Nã mihi immortalitas Parta eſt, ſi nulla ægritudo huic gaudio interceſſerit. *Cicero de Leg. Agra. contra Rullum.* Libertas plurimo ſudore & ſanguine maiorum noſtrorum parta, nobiſque tradita. *Idem 2. de Orat.* Vt ipſum quod erat hominis proprium, non partum per nos, ſed diuinitus ad nos delatum videretur.

Părtŭs, huius partus, nomen, Pro ipſo pariendi actu. { לדת *ledháh.* τόκος, τέξις, ὠδῖνες. GAL. Enfantement. ITAL. & HISPA. *Parto.* GERM. Ein geburt. ANG. *Deliuerance of a women with chyld.* } *Cicer. 1. de Natura deorũ.* Diana adhibetur ad partus, quòd ij matureſcunt, aut ſeptem, aut nouem lunæ curſibus. *Plin.* Quod à prægnantibus commanducatum, partum faciliorem facit. *Proper. libro 2. Eleg. 3.* Non, non humani ſunt partus talia dona. Iſta decem menſes non peperere bona. *Virg. 1. Æneid.* Marte grauis geminam partu dabit Ilia prolem. ¶ Per tranſlationem etiam de arboribus dicitur, *Plin. lib. 12. cap. 5.* Autumno legitur ex æſtiuo partu. [*Tibull. l. 4.* Loquens de Meſsibus: Tondetúrque ſeges maturos annua partus.] ¶ Aliquando accipitur pro fœtu ipſo. *Martial. lib. 1.* Nec iacuit partus, ſed matre cadente cucurrit. *Plin. lib. 8. cap. 32.* Editos partu exercent curſu. *Ouid 6. Metamorphoſ.* Et genitrix facta eſt, partus enixa gemellos. * Item pariendi tempus. *Cic. pro Cluentio*, Nam quum eſſet grauida Auria fratris vxor, & iam appropinquare partus videretur, mulierem veneno interficit.

Părtŏr, oris, Qui peperit, & acquiſiuit. { קונה *koneh.* ὁ τεκὼν, κτήτωρ, κεκτημένος. GAL. Acqueſteur, qui a acqueſté. ITAL. *chi acquiſta.* GER. Ein vberkommer. HISP. *Adquiridor.* ANG. *A purchaſſer.* } *Plaut. Trucul.* Quos quum cælamus, ſic facimus conſcios. Qui noſtræ ætati tempeſtiuè temperant, vnde ante parra Demus pòſt partoribus.

Părtūrĭă, æ, eſt ipſe pariendi actus. { לדת *ledhád.* ὠδῖνες. GALL. Enfantement. ITA. *Parto.* GERM. Ein gebärung. HISP. *Parto.* ANGLIC. *Bringing forth of children.* } *Varro libro 2. de Re ruſtic. cap. 1.* Demes ſi vis, duas res de mulis, admiſſuram & parituram.

Părtŭrĭo, onis, Eiuſdem apud veteres notionis. *Plaut. Truc.* Horreſco miſera, mentio quoties fit partionis *Gell. lib. 10. cap. 2.* Eúmque finem eſſe dixit, multiingæ hominum partionis: *Idem lib. 3. cap. 16.* Sed nono menſe aut decimo, neque præter hos alio, partionem mulieris fieri exiſtimaſſe.

Părĭtūdo, dinis, Pariendi actus, antiquum. [Apud *Plautum* nuſquam Paritudo legitur: Paſsim partitudo. *Vt Aulul. ſc. 1. a. 1.* Neque iam quo pacto celem herilis filiæ probrum, propinqua partitudo cui appetit. Et iterum *ſc. 5. a. 1. Ibidem*, Probrum atque partitudo propè adeſt.]

Părturĭo, is, pen. corr. Deſideratiuum à pario, In pariendo laboro, laboro vt pariam. { חולל *cholél.* ὠδίνω. GAL. Eſtre en trauail d'enfant, s'efforcer de produire. ITA. *Partorire.* GER. Gern wöllen gebären / in kindsbanden oder kindsnöten liegen. HISPA. *Eſtar la muger de parto.* ANGLIC. *To trauail, to be in labour.* [Parturire vxor occipit tua. *Plaut. Amphitr. Idem Aulul. ſc. 5. a. 4.* Clamat, parturit. *Et Sueton. in Auguſt. cap. 94.* Parturit Natura regem.] *Plin. lib. 20 cap. 21.* Vtique conſtat parturientes foliis ſubſtratis celerius parere. *Varro lib. 3. de Re ruſt. cap. 9.* In cubilibus quũ parturient, acus ſubſternendum: quum pepererint, tollere ſubſtramen. *Cic. 2. Phil.* Vtinam aliquando dolor pop. Romani pariat, quod iamdiu parturit.

PĂRĬS, idis, πάρις, Priami Troianorum regis, & Hecubæ filius, alio nomine Alexander appellatus. { GERM. Ein ſon des Königs Priami ſo die ſchön Helenam auß Griechenlandt entfüret hatt. } cuius matri quum illa ſe facem ardentem parere ſomniaſſet, coniectores reſponderunt fore vt filius, quem in vtero geſtabat, cauſa eſſet Troiani excidij. Qua re cognita, Priamus puerum, vbi primùm fuit natus, Archelao ſeruo exponendum tradidit. Contrà Hecuba tum materno affectu, tum infantis forma commota, curauit vt furtim nutriretur à paſtoribus in Ida monte. Vbi quum adoleuiſſet, OEnonem virgunculam amauit, & cõpreſsit, ſuſcepitque ex ea duos filios. Porrò quum in dirimendis controuerſiis eſſet æquiſsimus, maximam iuſtitiæ famam ſibi comparauit, adeò vt orta inter deas, Iunonem, Palladem, & Venerem diſceptatione de forma, propter aureum pomum à Ioue cælitus demiſsum, in quo ſcriptum erat, Detur pulcherrimæ: iudex ſit ab eis conſtitutus. Quas quum vidiſſet nudas, ſententiam ſecundum Venerem tulit, quæ pulcherrimam fœminarum illi vxorem promiſerat, neglecto regno quod pollicebatur Iuno, & contempta, quam Pallas offerebat ſapientia.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Pœterea quũ esset fortissimus in agonali certamine, quod ad Troiam agebatur, ũm alios omnes superauit, tum etiam Hectorem: qui quum iratus quòd ab imbecilliore vinceretur, gladium in eum stringeret, pastorem esse eum putans, Paris illi aperuit, se eius fratrem esse germanum: quod & allatis crepundiis probauit, quum adhuc sub pastorali habitu lateret. Sic igitur cognitus, à patre receptus est. Deinde constructis viginti nauibus per speciem legationis ad repetendam Hesionem, in Græciam missus est: vbi à Menelao hospitio est susceptus. Verùm quum ille necessaria de caussa in Cretam nauigare cogeretur, Paris sibi occasionem rei bene gerendæ oblatam ratus, Helenam quam mutuo amore deperibat, rapuit, & in Asiam abduxit. Alij tradunt in Græciam venisse absente Menelao, Helenéque pulchritudine captũ, Spartã expugnasse, illámq; etiã renitentẽ, & omnes regios thesauros rapuisse, & ob id postea Helenam dignam visam esse, quæ à viro, atque adeo à tota Græcia tantis opibus repeteretur. Ita Helenæ raptum esse deinde secutum bellum Troianum, in quo singulari certamine cum Menelao congressus, quum pene vinceretur, à Venere pugnæ subtractum. Postremò Hectore & Troilo fratribus occisis, quum ipse sumpto arcu & sagittis quibus plurimùm valebat, Achillem sub prætextu desponsandæ Polyxenæ sororis in templo Thymbræi Apollinis interfecisset, eum quoque à Pyrrho, siue (vt aliorum est opinio) à Philoctete esse interfectum: post cuius mortem Helenam Deiphobo nupsisse. *Ouidius in Epistol.* Bella gerant alij, tu Pari semper ama.

PĂRĪSĪĪ, Parisiorum, Populi sunt inter Celtas ad Sequanam fluuium inter Senones & Bellouacos: quorum caput est Lutetia, optimarum omnium disciplinarum parens, olim in Sequanæ insula sita: hodie verò prolatis identidem pomœriis tantopere aucta vt nulli potentissimarũ vrbium meritò debeat posthaberi. *Vide Cæsarem libro 6. Comment. & Ptol. libro 2. c. 8.* Vulgò *Paris.*

[PARISSIMVS, fit à Par, is. *Plaut. Curc. sc. 2. a. 4.* Parissimi estis iibus (i. iis, antique. *Vide* sup. in Par.]

PărĭtĕR, aduerbium, Ex æquo, æquabiliter. {יחד *jachád. Isaac.* GAL. Pareillement, semblablement. ITA. *Parimente, vgualmente.* GERMA. Zugleich/gleichlichen. HISPA. *Tgual y semejantemente.* ANGLIC. *Equallie, alik.* [Pariter hoc fit atque vt alia facta sunt. *Plautus Amphitr.* Patrem & matrem commemorant pariter qui fuerint sibi. *Plaut. Menæch. sc. vlt. a. 5.* Ecastor hoc atque alias res soles. *Plau. Menæch. sc. 1. a. 5.* Amo pariter simul. *Plau. Curc. sc. 1. a 1.* Pariter perire amando. *Ibidem sc. 5. a. 1.* Si manum tollet, pariter proferto manum. *Plaut. Pseud. sc. 4. a. 2.* Cantantis pariter, pariter dare pensa trahentis. *Ouid. Eleg. 1. lib. 4. Trist.* Mecum pariter potant, &c. Hanc quidem quam nactus prædam pariter cum illis partiam. *Idem Asin. sc. 2. a. 1.* Quique refert pariter lentos ad pectora ramos. *Ouid. Eleg. 1. libro 4. Trist.* Confer gradum contra pariter. *Plautus Pseud. sc. 4. a. 2.* Participem pariter ego te, & tu me facias. *Plautus Aul. sc. 3. a. 1. Idem ibidem sc. 4. a. 1.* Vbi onus nequeam ferre pariter iaceam ego asinus in luto. *Et Capt. sc. 2. a. 2.* Vt ea quæ sentio pariter scias.] *Næuius*, vt pariter dispartiantur bona patris. ¶Aliquando conuenienter. *ὁμοίως. Titin.* Næ tu istam ædepol inedia extulisti pariter vt dignum fuit. ¶Aliquando similiter. *ὁμοίως. Plautus in Aulul.* Is ex se hunc reliquit, qui hic habitat filium pariter moratum vt pater atque auus eius fuit. ¶Est & aduerbium congregandi, significans vnà, simul. *Cicer. 1. Tusc.* Pariter cum vita sensus amittitur.

Părĭtūră, Paritudo, *Vide* PARTVS.

PĂRĪVM, πάριον, Troadis oppidum ad Propontidem, *teste Strabone li. 13.* à Milesiis, Erythræis, Parisíque conditum, iuxta quod, *teste Plin. lib. 7. capite 2.* Gentes fuerunt quæ Ophiogenes vocantur, serpentum ictus leuare solitæ, & manu imposita venena extrahere corpori, quorum etiam sua ætate paucos, reliquos fuisse, autor est *Varro* Salina sua serpétum ictibus mederi solitos. In eodem oppido, *teste Plin. lib. 16. cap. 5.* Cupido nudus fuit par Veneri Gnidiæ nobilitate & iniuria.

PărĭŭS, a, um, πάριος, adiectiu. Vnde Parius lapis, siue Parium marmor, quod candidum erat, & sculpturis aptissimum, *Virgil. 1. Æncid.* Pariúsve lapis circundatur auro.

Parmã, parmæ, Breue scutum rotundum, quo milites vtebantur. {צנה *tsinnáh. πάρμη, Suidæ.* GAL. Targue, rondelle, bouclier. ITALIC. *Targa, brochiero.* GERM. Ein runder schilt der fůßknechten/ein rondel. HISPANI. *El broquel.* ANGLIC. *A buckler which men of warre vseth.*} dictum quòd à medio in omnes partes esset par, *vt inquit Varro. Virgilius lib. 11.* Ense leuis nudo, parmaque inglorius alba. Hoc scutum Græci *autore Plin.* vocant peltam, πέλτην. *Liuius 8. ab Vrbe*, Quem cuspide parmaque inixum, attollentem se à graui casu Manlius à iugulo, ita vt per costas ferrum emineret, terræ affixit. [Parmam hastámque tenent, &c. *Ouid. 13. Metamorphos.* Parma seu quis dextra velit seu læua tueri. *Tibull. libro 4.*]

Părmātŭs, a, um, Parma tectus. {ὁ καὶ ἐν πανοπλίᾳ, ὁ ἐν ὁπλίτου σχήματι. GALL. Garny ou armé de rondelle. ITAL. *Armado di rondella.* GERMA. Mit einer rondelen gerustet oder bewaffnet. HISPAN. *Armado de broquel.* ANGLIC. *Armed with a buckler.*} *Liu. 4 ab Vrbe*, Dat signum Volcis Imperator, vt parmatis nouæ cohorti hostium locus detur.

Părmŭlă, parmulæ, pen. corr. Diminutiuum. {τὸ πανοπλίτου, τὸ ὁπλιτίδιον. GA. Petite rondelle. ITA. *Picciola rondella.* GERMA. Ein kleines rund schiltlin der triegsknechten. HISP. *Pequenno broquel.* ANGLI. *A litle buckler or targate.*} *Horat. 2. Carm. Ode 7.* Tecum Philippos & celerem fugam Sensi relicta non bene parmula.

Părmŭlārĭŭs, parmularij, Gladiator, qui parmula vtebatur, quíque parmulas facit & vendit. {παπασίης. GALLIC. Vn rondelier. ITALIC. *Maestro di rondelle.* GERM. Der solche runde schilt zu dem streit braucht oder macht. HISPANIC. *El que vsa mucho del broquel.* ANG. *That vseth a buckler.*} *Quintil. l. 2. c. 11.* Alius percontanti, Theodoreus, an Apollodorus esset: Ego (*inquit*) parmularius sum. Vbi interpres, Parmularius dicitur parmarum, hoc est scutorum faber. Porrò gladiatores parmularij etiam Thraces appellabantur, eo quòd eius regionis homines præcipue parmulis vtebantur. *Festus*, Thraces (*inquit*) gladiatores, à similitudine parmularum Thraciarum vocati.

PĂRMĂ, nomen est fluuij, à quo Parma vrbs in Insubribus celeberrima appellata est. Hæc patria fuit Cassij Poetæ, & Macrobij, viri ingenio & doctrina præstantis. *Parmensis, Incola & habitator vrbis Parmæ. Cicer. 14. Philip.* Refugit animus. PC. eáque reformidat dicere quæ L. Antonius in Parmensium liberis & coniugibus effecerit.

PĂRMĔNĪDĒS, παρμενίδης. Eleates philosophus, Xenophanis auditor, atque amicus, à cuius nomine Plato Dialogum quem de deis conscripsit, Parmenidem appellauit. Hic carmine Physiologiam expreisit, sicut Empedocles & Hesiodus, duplicémque eam esse dixit: vnam quæ veritate constaret: alteram quæ opinione. Primus deprehendisse dicitur eundem esse Luciferum & Hesperum, alij Pythagoram dicunt. *Autores Suidas, & Diogenes Laertius.* Hic censuit sempiternum atque immobile esse vniuersum, quod maximè vnum secundum veritatem rerum subsistat: solum enim esse simplex, & intrepidum, atque ingenitum: generationem verò eorum esse quæ falsa existimatione videntur esse, quum non sint. Sensus autem semouendos à veritate putat. Affirmat enim, si quid est præter ens, id esse non ens. Non ens autem non esse in rebus, & sic ens viuentium sibi relinquitur: terram verò densioris aëris defluxu factam arbitratur.

PĂRMĔNĬO, παρμένιων, Vnus fuit ex præcipuis amicis Alexandri Macedonis, qui eum in Asiaticam expeditionem est secutus, cuius frequens est mentio *apud Curtium.*

PĂRMĔNO, Parmenonis, παρμένων, Personæ Comicæ nomen *apud Terent. Eunuch.* ἀπὸ τῆ παραμένειν, hoc est à diutius commorando (vt videtur) impositum.

Parmularius. *Vide* PARMA.

PărnăcĭdēS, Vestes appellabantur puellares. *Varro de liber. educ.* Vt puellæ habeant potius in vestitu chlamydas, encombomata, & parnacidas quàm togas. *Nonius.*

PĂRNĂSSŬS, gemino ſſ. (nam apud *Stephanum & Suidam* legitur παρνασσός) mons est in Phocide, *vt autor est Plin. lib. 4. cap. 33. & Strabo lib. 8 & 9.* {GERMA. Ein hoher berg in Phocide/Baccho vnd dem Apollini zugeeignet.} duos vertices habens, quorum vnum Thitorea vocari, alterum Hyampæum, *Herodotus in Vrania* tradit, Cithæron autem & Helicon, quos *Seruius* male putauit esse Parnasi iuga, mõtes ab hoc diuersi, & disiuncti sunt, ita vt Helicon à Parnasso circiter quindecim passuum millia, Cithæron verò triginta distet. Est autem (*sicut docet Strabo*) Helicon Parnasso æmulus & altitudine, & circuitu. Quinetiam Musis natale solum in nemore Heliconio scriptores assignant. Cyrrha verò & Nysa, quas nonnulli etiam tradiderunt esse Parnasi vertices, nomina sunt ciuitatum: Cyrrha sub Cyrrhi rupe Parnasi, in planitie mare versus, locata est: Nysa verò, nõ in Parnasso, sed in felici Arabia sita est: in qua quum Bacchus nutritus esset, in eius memoriam ipse postea aliam in India condidit. Est igitur Parnassus mons Phocidis, sacer Baccho & Apollini. *Ouid. 1. Metamor.* Separat Aonios Actæis Phocis ab aruis Terra ferax. *Mox addit*, Mons ibi verticibus petit arduus astra duobus, Nomine Parnassus, superátque cacumine nubes. *Lucanus lib. 5.* quantum semotus Eoo Cardine Parnassus, gemino petit æthera colle. In hoc monte rupes vel maiestate numinis, vel situ ipso horrorem visentibus incutit, vndique ferè præceps in formam theatri, Hic est Apollinis Delphici templum, hic fons Castalius, Musis sacer. Hic habitauere Pieres, natio Thracia: vnde Pierius mons, & Pierides Musæ. sub Parnasso habitauerunt Hyantes populi. Vnde aquam Parnasi fontis, Hyantida dicũt. Hic fontes Atticam versus, Hippocrene & Aganippe.

PărnāsĭŭS, Parnasia, Parnasium, παρνάσιος, παρνασσίς. *Virgil. 7. Eclog.* Nec tantùm Phœbo gaudet Parnasia rupes.

PĂRNŬS, πάρνος. Natura fuisse fertur pauperculus, qui ob amissam nauiculam, cum obuiis quibusque litigabat. Hinc adagium, Disceptare ob Parni scaphulam, id est ob res minutulas multum mouere litium & querelarum. *Erasm. ex Diogeniano.*

*PĂRNES, πάρνης, Mons est Atticæ regionis, tam masc. quàm fœmin. gen. vt probat *Steph. Stat. 12. Thebaid.* Parnésque benignus.

părо, ras, Instruo, apparo, præparo {הכין *hecheín* תכן *tichchén.* παρασκευάζω GALLIC. Appareiller, appreſter. ITAL. *Apparechiare, mettor à ordine.* GER. Rusten/bereiten. HISP. *Aparejar.* ANG. *To prepare, to make ready.*} *Plau. in Milit.* Itaque ego paraui hic intus magnas machinas. *Terent. in Andr.* Reuertor postquã quæ opus fuere ad nuptias Gnatæ, paraui. [*Plaut. Aulu. sc. 4. a. 1.* Ibo igitur, parabo (i. adornabo nuptias.) Dum hunc sacrificio, fac paretur prandium. *Plaut. Amphitr.* Mihi ego nauem paro. *Plau. Milit. sc. 1. a. 2.* Dabi, parabit aliquid hos dies. *Plau. Pseud. sc. 3. a. 1.* Ibo domum, vt parentur quibus paratis opus est. *Plaut. Men. sc. 5. a. 5.* Intus para, cura (de cœna) *Plaut. Men. sc. 2. a. 2.* Ædes cum sunt paratæ, expolitæ, factæ probe. *Plaut. Mostel. sc. 2. a. 1.* Tibi paratum vt pereas. *Plaut. Milit. sc. 3. a. 2.* Ex parata imparatam rem mihi facis. *Plaut. Capt. sc. 4. a. 3.* Parasito vt sit paratum prandium. *Plaut. Curc. sc. 2. a. 1.* Quando vis veni, parata res erit. (de prandio.) *Plaut. Menæch. sc. 3. a. 1.* Omne paratum est (de prandio) *Plaut. Menæc. sc. 4. a. 3.* Omnis res parata est, nos quibus paratum est assumus (de cœna) *Plaut. Curc. sc. 3. a. 2.* Cui nec paratus numus argenti siet. *Plautus Pseud. sc. 2. a. 1.* Viginti minæ vsus filio argenti minis, face iam id sit paratum. Volo parare piscatum mihi (i. pisces.) *Plaut. Mostel. sc. 1. a. 1.* Heu istoc verbo vindictam para. *Plaut. Curc. sc. 3. a. 1.* Item Aduersisque parant acies concurrere signis. *Tibull. l. 4.* Cum tu terga dares, inhonestaque vela pararet. *Ouid. 13. Metam.* Nec gener hoc nobis more parandus erat. *Ouid. 4. Fast.*] *Cæs. 5. bell. Gallic.* Nernios Aduaricósque bellum Romanis parare. ¶Ita paratum est, *inquit Plaut. in Pœn.* id est ita deliberatum est. ¶Significat aliquando idem quod comparo, acquiro. πάρομαι, πορίζω. *Terent. in Eunuch.* Cupio aliquot parare amicos beneficio meo. *Curtius.* Quid tibi diuitiis opus est, quæ te esurire cogunt? Primus omnium satietate parasti famem, vt quò plura haberes, acriùs, quàm si non haberes, cupere res. [*Plau. Aul. sc. 5. a. 3.* Mores sibi meliores parẽt (i. quærant, cõparẽt.)] ¶Huius composita sunt, Apparo, Comparo, Reparo, Separo, Disparo, quod est Separo, Æquiparo, Præparo: quæ habẽt penultimã correptã.

părātŭs, participium aut nomen ex participio. {מוכן *mucchán.* παρασκευάσιμος, παρασκευαστικός, ἑτοιμασθείς. GAL. Appareille. ITA. *Apparecchiato, presto.* GERMA. Gerusted/bereitet. HISP. *Aparejado.* ANGLIC. *Readie or made readie.*} *Terent. in Andr.* Omnia parata iam sunt intus. *Ibidem*, Sum-mum bonum esse here putabam hunc Pamphilum, Amicum, amatorem, virum quouis in loco paratum. *Vbi Donatus*, Paratum dixit ad omnes affectus, quicunque de proximo esse possunt. [*Ouid. 3. Fasto.* Immo stabant acies ferro mortique paratæ) *cicer. 2. de Leg.* Fuit enim hic vir vt scitis

vt ſcitis, non ſolùm eruditiſſimus.ſed etiam ciuis è Republica maxime, tuendæque ciuitatis paratiſſimus. Paratiſſimo animo ſuſtinere. *Hirtius 8.bell.Gall.* Iungitur aliquando infinitiuo. *Cæſar 3.bell.ciu.* Paratus omnia perpeti. Aliquando accuſatiuo cum præpoſitione ad. *Cic. ad Toranium lib. 6.* Paratus ad omnem euentum. Aliquando datiuo. *Quint.lib.8.cap. 3.* Idem certamini paratior.

Părātus,us,ſubſtantiuum, Apparatus. {מחבנת *mathchóneth.* παρασκευή, ἑτοιμία. GAL. Appareil. ITALI. *Aparecchio.* GERM. Rüſtung/bereitung. HISPANI. *Aparejo.* ANG. A *making readie.*} *Quintil.libro* 10. *ca.* 1. Copioſus verborum ſit paratus, id eſt apparatus. *Tacit. libro* 13. Prouiſio ante funebri parata, qui modicus erat. Opus impar veſtris paratibus. *Ouid.3.de Ponto. Eleg.*4. * Induta Tyrios paratus. *Ouid. 3. Faſt.* Id eſt, induta Tyrio veſtitu, [ſiue cultu. *Liu.li.19.ab vrb.*]

Părātum, in neutro genere. *Terent.in Eunuch.* Parati nihil eſt.

Părātè, aduerbium, Prompte, & expedite. {ἑτοίμως. GAL. Auec appareil. ITA. *Prontamente, apparecchiatamente.* GERM. Mit bereitung/bereitſamlich. HISPANIC. *Con apparejo.* ANGLIC. *Readelie.*} *Plaut. in Epid.* Vt parate eam præmeditatam meis dolis, aſtutiſque Onuſtam mittam. *Cicer.de claris Orat.* Is tamen ad dicendum veniebat magis audacter, quàm parate. *Idem* 1.*Offic.* Dimicarétque paratius de honore, & gloria, quàm de cæteris commodis. Paratiſſimè reſpondit: hoc eſt promptiſſime. *Pli. Epiſt.9.lib.3.*

Părĭto tas, frequent. *Plaut.in Merc.* Quid tu ais? quid cum illuc quò nunc ire paritas, veneris. [*Idem Pla.in Pſeud.ſc.5.a.*1. Paritas auferte à me viginti minas.]

Părābĭlis,le, Quod in promptu eſt, & citò haberi poteſt, {πόριμος, ἄπορος, ἑτοῖμος. GALLI. Qui ſe peut appreſter, ou acquerir. ITALIC. *che ſi puo acquiſtare, che ſi puo apparecchiare.* GERMAN. Das wolzu vberkommen iſt. HISP. *Coſa que ſe puede aparejar.* ANG. *That is in readineſſe, or that is readie, or eaſilie gotten.*} *Seneca,* Ad manum eſt, & parabile, quod ſat eſt, qui ad naturam viuit, nunquam eſt pauper. *Cic.*1.*de Finibus.* Ipſa natura diuitias, quibus contenta eſt & parabiles, & terminatas habet. *Horat.*1.*Serm.Satyr.*2. Non ego, nanque parabilem amo venerem, facilémque. *Curt.lib.6.* Tenaces quippe diſciplinæ ſuæ, ſolitóſque parco ac parabili victu ad implenda naturæ deſideria defungi, in peregrina, & euictarum gentium mala impulerat.

Părŏchŭs, chi, penultima corrept. παρόχος. Qui & Xeneparochus, *teſte Budæo,* ὅτι τῷ παρέχειν, hoc eſt à præbendo dicitur. {ANG. *A neighboour or paris hioner.*} Erant enim parochi, qui Legatis publicè Romam miſſis, cæteriſque alicuius dignitatis hoſpitibus, ſalem & ligna præbebant: vt annotauit *Acron in illud Horatij ex lib.* 1. *Serm. Satyr.* 5. Tum parochi, quæ debent ligna ſalémque. Hi Latino verbo Copiarij dicti ſunt, *teſte Porphyrione,* quod omnium rerum neceſſariarum copiam, regum, populorúmque Legatis ſuppeditabant. Nam quanuis Horatius ſalis tantùm & lignorum meminerit, eorum tamen appellatione videtur eſſe complexus, quæcunque ſunt hoſpitibus neceſſaria. In hac ſignificatione hoc nomine vſus eſt *Cic. lib. 3. Epiſt. ad Atti.* Ariarathes *(inquit)* Ariobarzanis filius Romam venit: vult, opinor, regnum aliquod emere à Cæſare. Nam quomodo nunc eſt, pedem vbi ponat in ſuo non habet. Omnino eum Seſtius noſter parochis publicis occupauit: quod quidem facilè patior: veruntamen quòd mihi ſummo beneficio meo magna cum fratribus illius neceſſitudo eſt, inuito eum pet literas vt apud me diuerſetur. *Horat. lib.2.Serm. Sat.* 8. Parochum videtur poſuiſſe pro conuiuatore, -vertere pallor Tum parochi faciem, nil ſic metuentis, vt acres potores. ¶ Sunt qui Parochon etiam accipi putent pro auſpice nuptiarum, ſeu paranympho: eius originem referentes ad verbum παρέχειν, eo quòd in curru nuptiali vnà cum ſponſo & ſponſa veheretur. Nam vt Pauſanias ſcribit in Græcia moris fuit vt in curru nuptiali tres tantùm ſederent, ſponſa media, cuius alterum latus claudebat ſponſus, alterum quem vocabāt πάροχον, vel qui amicitia vel ſanguine eſſet coniunctiſsimus, vel cui ob dignitatem plurimum deferrent. Hæc *Cælius.* Sunt qui Parochias *(ait Budæus)* appellatas inde cenſeant, quibus ſinguli ſacerdotes ſui deſtinati ſunt, qui ſacra adminiſtrent, ſacramentaque præbeant, πάροχοι dicti, ὅτι τῷ παρέχειν, (.i.à præbendo.) Ego verò, *(inquit Budæus)* non parochias primùm, ſed Paroecias appellatas eſſe cenſeo, quaſi vicinias.

* Paroculi, à paribus oculis dicuntur. *Sueton. in l. de claris rhet. de Sext. clodio,* Male oculatus & dicax paroculorum.

Parodontides, παραδοντίδες, ſiue Parulides, παρουλίδες, Tubercula iuxta gingiuas, quum caro in gingiua excreuit. *Vide ceſſum libr.6.cap.*13.

Părœcĭă, παροικία, cum œ diphthongo. Accolarum conuentus, ſacráque vicinia, ὅτι τῷ παροικεῖν, hoc eſt ab accolendo, vel iuxtà habitando. {GAL. Paroice, vulgò Paroiſſe. ANGLI. A *parish.*} *Auguſt. lib.* 14. *de ciuit.* Presbyter fuit quidam nomine Reſtitutus, in paroecia Calamenſis eccleſię Paroeci dicuntur ipſi accolæ: quare qui fanum aliquod accolunt, paroeci dicti ſunt, eiuſdem ſcilicet fani conſortes. [GAL. Paroicieus, vel vt vulgò Paroiſsiens.] Quod ſi Latine loqui magis placet, Latinè ſcientibus Curiæ dici poſſunt: vnde curiones olim dicti, & παροικοί ipſi curiales. *Ex Budæo.*

Părœmĭă, παροιμία. Definitore *Donato* eſt accommodatum rebus, temporibúſque prouerbium. *Diomedes ſic definit.* Paroemia, *inquit,* eſt prouerbij vulgaris vſurpatio, rebus, temporibúſque accommodata. *Vide Eraſ.in princip.Adagiorum.*

Părŏmœŏn, παρόμοιον. Eſt ſimilitudo verborum in oratione, quemadmodũ Paronomaſia nominum dicitur ſimilitudo: vt ſi dixeris aliquem arate, non orare, eſt paromœon: ſi verò non Oratorem eſſe dixeris, ſed aratorem, paronomaſia eſt. ¶ Alij Paromœon interpretantur vitium orationis, quum ab iiſdem literis diuerſa verba ſumuntur: cuiuſmodi eſt illud, O Tite tute, Tati tibi tanta tyranne tuliſti.

Părŏmŏlŏgĭă, παρομολογία, Dici poteſt confeſsio: figura quum aliquot res concedimus aduerſario: deinde inferimus aliquid quod aut maius ſit quàm ſuperiora: aut etiam omnia, quæ poſuimus, infirmet. Exemplum eſſe poteſt illud Ciceronis *pro L.Flacco,* Veruntamen hoc dico de toto genere Græcorum: tribuo illis literas, do multarum artium diſciplinam, non adimo ſermonis lepórem, ingeniorum acumen, dicendi copiam: denique etiam, ſi qua alia ſibi ſumunt, non repugno: teſtimoniorum religionem, & fidem nunquam iſta natio coluit: totiúſque huiuſce rei quæ ſit vis, quæ autoritas, quod pondus, ignorant.

Părŏn, onis, πάρων: Nauigij genus à Pariis primùm excogitatum, *vt refert Ariſtoph.interpres.* Vnde & Myoparones quidam appellatos putant, quod genus nauigij piratici eſſe creditur, mediam autem habet formam earum nauium quæ in Myunte & Paro inſulis fieri ſolent. *Vide Bayf.de re nauali.*

Părŏnŏmăsĭă, παρονομασία, Latinè agnominatio, quum aliquod nomen ab alio voce quidem ſimili, verùm ſignificatione diuerſiſsima perimitur. *Teren.in Andr.* Nam inceptio eſt amentium, haud amantium. Quãdo autem hoc non ex hominum, ſed verborum ſimilitudine contingit, Paromœon à quibuſdam appellatur. *Vide ſuprà.*

Părŏnўchĭă, Abſceſſus circa radices vnguium, reduuia. {παρωνυχία. GALLIC. Apoſtume qui vient à la racine des ongles. ITA. *Panarriccio.* GERMAN. Der finger wurm ſo zu ring vmb denn nagel friſt das er mit ſchmertzen abgehn muß. HISP. *Panarizo ò vnnero.* ANG. A *felon or impoſtumation that cometh vnder the rootes of the nayles.*} *Plin. lib. 23. cap. 3.* Gingiuarum inflationibus, paronychiis, ſordidiſque vlceribus, & putreſcentibus. ¶ Dicta paronychia à παρά, ad, & ὄνυξ, vnguis, quaſi ad vnguem. ¶ Eſt item paronychia frutex quidam in petris naſcens, peplo ſimilis, breuiore tamen ſtipite, & foliis maioribus. Nomen habet à re ipſa, propterea quòd paronychiis medeatur. *Autor Dioſ. libro* 4.

Părŏnўmŏn, παρώνυμον. Nomen ab alio derluarum: Grammatici vocant Denominatiuum.

PAROPAMISADAE, παροπαμισάδαι, populi Aſiæ, qui *(ſecut refert Ptole.)* ab Oriente, parte Indiæ: ab Occaſu, Arabia terminantur: à Meridie, Arachoſia. *Meminit horum & Plin.lib.6.cap.*20. *&* 23.

Părŏpsĭs, Vas eſcarium à rotunditate ſic dictum. {παροψίς. GALL. Plat ou eſcuelle. ITAL. *Piato ò ſcudella.* GERMANIC. Ein runde platten oder eſſchüſſel. HISPAN.E *plato grande para el maniar.* ANGLIC. A *diſhe or potenger.*} *Martial.li.*11. Cui portat gaudens ancilla paropſide rubra Halecem. *Sueto.in Calig.cap.*12. Ordinario quidem diſpenſatori breuiarium rationum offerenti, paropſidem leguminis pro ſedulitate ac diligentia porrexiſſe. ¶ *Pollux lib.*10. tradit etiam iuris quoddam genus eſſe, vel mazæ, vel opſonij vilis, quod ſuo tempore παροψημάτιον dicebatur.

PĂRŌS, πάρος. Inſula eſt vna ex Cycladibus, quæ à Delo triginta quinque millibus diſtat, ex quo Parius lapis aduehi ſolet, colore candido, & ſtatuis exculpendis aptiſsimus. {GERM. Eine auß den Circkel Inſlen deß Ægeiſchen meers.} *Virg.*3.*Æn.* Olearon niueamque Paron ſparſaſque per æquor Cycladas.

Părōtĭs, tidis, Apoſtema ad aures. {παρωτίς. GAL. Apoſtume entour ou derriere les oreilles. ITALIC. *Apoſtema dietro le orecchie.* GERM. Ein knoup oder geſchwär ſo hinder den ohren wächßt. HISP. *Hinchaçon tra las orejas.* ANG. A *felon or apoſtume behind the eares.*} *Celſ.lib. 6. capit.* 16. Sub ipſis verò auribus oriri parotides ſolent, modò in ſecunda valetudine ibi inflammatione orta: modo poſt longas febres, illuc impetu morbi conuerſo: id abſceſſus genus eſt. ¶ Dicuntur etiam parotides, *(inquit idem Celſ.)* arteriæ duæ, dextra ſiniſtráque iuxta guttur, quæ ſurſum procedentes vltra aures feruntur. ¶ Quin & ipſi aurium cincinni, *apud Iul. Pollucem* vocantur parotides. Itémque partes his ſubiectæ, quæ à faucibus ad malas pertinent. Græci enim παρά, ad, οὖς aureis dicunt. Solent etiam iuxta dentes in gingiuis oriri dolores, quos Græci παρωτίδας appellant. *Plin.libro* 20.*cap.*1. Parotidas & panos ſanat.

Părōxўsmŭs, παροξυσμός, Stimulatio, concitatio, exacerbatio, παροξύνειν enim eſt incitare. {ANGLIC. A *fritte, or courſe of feuer or other diſeaſe.*} Hoc etiam nomine Græci appellant Acceſſum febris, hoc eſt exaperationem, quæ ſtatis temporibus fieri conſueuit.

Părrā, Genus auis inauſpicatæ. *Horat.libr.3.Carm.* Impios paruæ recinentis omen Ducat, & prægnans canis, aut ab agro Raua decurrens lupa Lanuuino. *Pliniss lib.*18. *&* 19. Auem parram oriente Sirio, ipſo die non apparere donec occidat. ¶ Eſt etiam parra auicula, aliàs pardalus vocata, quæ magna ex parte gregatim volat, coloris tota cinerei, minor turdo. *Plin.lib.* 18.*cap.*29.

PARRHĂSĭĂ, παῤῥασία, Regio in Peloponneſo, alio nomine dicta Arcadia, Lycaonis patria. Vnde Parrhaſius, a, um, παῤῥάσιος, παῤῥασίτης, pro Arcadico. *Virg.*8.*Æneid.* Hinc lucum ingentem, quem Romulus acer Aſylum Rettulit, & gelida monſtrat ſub rupe lupercal, parrhaſio dictum Panos de more Lycei. In ea mons eſt Lycæus, in quo bicornis Fauni templum fuit, à quo Lycæa ludicra illi ſacrata, nobis Lupercalia dicta. *Ouid.libr.*2.*Faſt.* Quid vetat Arcadico dictos à monte Lupercos? Faunus in Arcadia templa Lycæus habet.

Părrhăsĭs, παῤῥασίς, Patronymicum eſt fœmininum à Parrhaſia: Hinc Parrhaſis vrſa apud poëtas pro Polo arctico, quòd Calliſto quam à Ioue compreſſam atque in hoc ſignum conuerſam fabulantur, Lycaonis Parrhaſiæ, hoc eſt Arcadiæ, regis filia dicta ſit. *Luc.lib.*2.-ſed nocte ſopora parrhaſis obliquos Helice quum verteret axes. [¶ Hinc Parrhaſides ſtellæ. *apud Ouid.*4.*Faſt.*]

PĂRRHĂSĬŬS, παῤῥάσιος, Nomen pictoris Epheſij, qui cum Zeuxide, in certamen picturæ deſcendit: & quum Zeuxis detuliſſet vuas pictas tanto ſucceſſu, vt in ſcenam aues aduolarent, ipſe Parrhaſius detuliſſe linteum pictum traditur, ita veritate repræſentata, vt Zeuxis alitum iudicio tumens, flagitaret tandem remoto linteo, oſtendi picturam: atque intellecto errore concedere palmam ingenuo pudore, quoniam ipſe aues fefelliſſet, Parrhaſius autè ſe artificem. Hic primus ſymmetriam picturæ dedit, primus argutias vultus, elegantiam capilli, venuſtatem oris expreſsit. *Autor Plinius lib.35.cap.*10. *Horat. libro* 4.*Carm.* Quas aut Parrhaſius protulit, aut Scopas, Hic ſaxo, liquidis ille coloribus, &c.

Părrĭcīdă, æ, penult. prod. {παρρικτόνος, πατραλοίας. GAL. Parricide, qui a tué ſon Pere ou ſa Mere, ou autre parent. ITAL. *Parricida.* GER. Ein vatters mörder/der ſein vatter oder muter ertödet. HISP. *El que mato padre ò madre.* ANG. *That killeth father or mother.*} A patre deducitur, t in r commutato. Alij volunt parricidam per ſyncopam dici, quaſi parenticidam à nomine parens. Proprie enim patricida dicitur parentum interfector, aut qui patriæ (quæ parentis loco piè ſanctéque eſt hominibus colenda) excidium aut vim attulerit. *Cicer. pro Roſc. Amer.* Inſui in culeum parricidas, viuos, atque ita in flumen deici voluerunt. *Idem in Paradox.* Patrem vita priuare, ſi per ſe ſceleſtus eſt,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Saguntini qui parentes ſuos liberos emori, quàm ſeruos viuere maluerunt parricidæ fuerunt. *Idem in Catil.* Certè verendum mihi non erat, nequid hoc parricida ciuium interfecto inuidiæ mihi in poſteritatem redundaret. *Horat. 3. Carm. Ode 29.* Telegoni iuga parricidæ. Poſtea tamen lege Pompeia cautum eſt, vt is parricidij teneatur, non ſolùm qui patrem & matrem interfecerit, ſed qui fratrem, ſororem, patruelem, filium, filiam, nepotem, nurum, alióſque propinquos occiderit. [¶ Primus parricida Romæ, L. Oſtius. Et quando, *Plutarch. in Romulo.* ¶ Item In parricidas nullam legem tulit Romulus.] ¶ Vſurpatur interdum pro quouis, qui hominis cædem facit, ſiue ille propinquus, ſiue alienus ſit. Vnde extat lex Numæ Pompilij, Si quis liberum hominem morti ſciens duit, parricida eſto. ¶ Et parricidæ nomen de cæde quauis dici. *Plutarch. in Rom.* Vnde dictum, *Priſcian. libr. 1.* Parricida (i. ficarius.) *Plautus Pſeud. ſc. 3. a. 1.* Conuicium.]

Pārrĭcīdĭum, cidij, Parentis vel cognati cædes. { πατροκτονία. GAL. Parricide, meurtre ou homicide de pere ou mere, ou autre parent. ITA. *Parricidio.* GERM. Ein ermördung des vatters oder muters. HISPA. *Matança de padre ò madre.* AN. *A killing of parentes.* } quanuis etiam pro eo accipitur qui impium aliquod nefas in patriæ perniciem ſit machinatus. *Cicero l. 3. Offic.* poteſt enim, dij immortales, cuiquam eſſe vtile fœdiſſimum & deterrimum parricidium patriæ, quanuis is, qui ſe eo obſtrinxerit, ab oppreſſis ciuibus parens nominetur? *Idem 3. de Natur. deorum.* Sibi ſalutem vt familiari pareret parricidio. *Idem pro Cluent.* in ipſo fraterno parricidio nullum ſcelus prætermiſſum videtur. Melius Patricidium.

Parrhiſij, *Vide* PARISII.

Pars, huius partis, à pari, Quòd partes ſimul iunctæ, pares, id eſt æquales ſint toti. { חלק *cḥelek, μέρος, μοῖρα.* GAL. Part, portion, partie. ITA. *Parte.* GERMANIC. Ein theil. HISPANIC. *La parte de algun todo entero.* ANGLIC. *A part or portion.* } Alij malunt partem dictam ab aduerbio parùm, eò quòd pars ſit quid parum, ſi quis totum reſpiciat. Dicuntur verò partes, in quas diuiditur totum. *Plautus in Rud.* Equidem neque ego partem poſco mihi iſtinc de iſtoc vidulo. [pars eſt ſua laudis in illo. *Ouid. 13. Metam.* Calliſto ſacri pars fuit vna chori. *Ouid. 2. Faſt.* En ego dimidiũ voti, parſque altera veſtri. *Ouid 8 Faſt.* Atque vtinã pereant animæ cum corpore, & pars mea nulla rogo, effugiat. *Ouid. Eleg. 3. lib. 3. Triſt.* Ah pereant partes quæ nocuere mihi. *Ouid. 4. Faſt.* Panem & partes olerum, & carnis dare (in conuiuio) *Lamprid. in Seuero.* Quota quæque domus partibus ſuis conſtitit ſi integra fuit à luctu & orbitate. *Senec. ca. 14. de Conſol ad Martiam.* Parſque meæ pœnæ totius inſtar erit. *Ouid. Eleg. 2. lib. 5. Triſt.* En, ego dimidium voti, párſque altera veſtri. *Ouid. 8. Faſt.* Haud centeſimam partem laudat. *Plaut. Capt. ſc. 2. a. 2.* Ecqua pars mihi in iſtac præda ineſt. *Plaut. Menæch. ſc. 2. a. 1.* Vna pars orationis dabitur mihi. Item, Et meam partem loquendi, & tuam trado tibi. *Plaut. Aſin. ſc. 1. a. 3.* Neque partem inde (i. ex eo auro) tibi poſces, neque furem excipies. *Plaut. Aulul. ſc. 6. a. 4.* I, refer, dimidiam tecum potius partem. *Plaut. Aulul. ſc. 6. a. 4.* Sed partem noſtri criminis error habet. *Ouid. Eleg. 5. lib. 3.* Pars bona montis ea eſt. *Ouid. 5. Faſt.* Sed pars ex illis (piſcibus) tum quoque viua fuit. (in glacie.) *Ouidius Eleg. 10. lib. 3. Triſt.* Partem rei familiaris in pecunia habere. *Sueton. in Tiber. cap. 49.* ¶ Partem capere rei adminiſtrandæ. *Sueton. in Auguſt. cap. 37.* In partem vocari cenſuram plebs volebat. *Idem 7. ab vrb.* Minime in partem erat liberi aut ſimplicis animi. *Liuius lib. 6. decad. 4.* Ab ea parte ſecurus. *Sueton. in Tiber. cap. 11.* Diuidite (arma) & pars ſit maior Diomedis in illis. *Ouidius 13. Metamorphoſ.* Partes ſuas miſit. (de epulo) *Sueton. in Calig. capite 18.* ¶ Partes pro zonis. *Tibull. li. 4.* Quinque in partes deſcribitur orbis. (i. zonas.) *Idem ibidem.* Nulla nec exuſtas habitant animalia partes (ſup. Mundi.) Teque interiecto Mundi pars altera Sole, & huic aduerſa Solo pars altera noſtro. (de zonis.) ¶ Item dicuntur, Ab læua, (ab dextra, ſup. parte. *Plaut. Aſin. ſc. 1. a. 2.*] ¶ Pars magna, idem quod bona pars, id eſt multi. ſic pars maior, id eſt, plures: & pars maxima, plurimi. *Cicero 1. Offic.* Quæque maiori parti pulcherrima videntur, &c. *Teren. in Prolog. Heaut.* Ni partem maximam exiſtimarem ſcire veſtrûm, &c. *Plau. in Moſtel.* [*ſc. 2. a. 1.*] Magna pars morem hunc ſibi induxerunt, &c. [Tu pars deſiderij maxima penè mei. *Ouid. Eleg. 6. lib. 3. Triſt.* Inter quos pars ego magna fui. *Ouid. Eleg. 4. lib. 5. Triſt.* Parte ſui meliore durare (poſt mortem.) *Senec. cap. 2. de Conſolat. ad Polyb.* Maiorem partem (earum) videas valgis ſuatiis. *Plaut. Milit. ſc. 1 a. 2.* Maxima pars homines pro hominum dixit. *Plaut. Capt. ſc. 1. a. 2.* Nam ferè maxima pars morem hunc homines habent.] ¶ Pars multa, idem quod plerique. *Horat. 2. Serm. Satyr. 7.* Pars multa nata non recta capeſſens. ¶ Magna ex parte, pro plerunq;. *Plin. lib. 8. cap. 54.* Itaque magna ex parte complectendo necant. Aliâs ſignificat vt ſonat. *Quintil. l. 10. cap. 1.* Ex magna parte Ciceronem, quãtus eſt, fecit. ¶ Ex parte & in parte, aliquando pro partim vſurpantur. *Quin. lib. 6. c. 4.* Piſces ex parte aduſti, & verſati. *Idem lib. 5. c. 7.* Patronorum in parte expeditior, in parte difficilior interrogatio eſt. [In parte amanti vt liceat hac potiri. (mox, alterius) *Plaut. Aſin. ſc. 2. a. 5.* Et, In partem nunc delude) *Ibid. ſc. 3. a. 3.* Et mala vix vlla parte leuanda leuas. *Ouid. Eleg. 4. l. 3. Triſt.* ¶ Magnam partem pro magna ex parte dicunt probatiſſimi Autores linguæ Latinæ. Item Aliquam partem pro aliqua ex parte. *Plaut. Pſeud. a. vlt. ſc. vlt.* Non audes quæſo aliquam partem mihi gratiam facere hic argenti? ¶ Item partes pro pudendis hominis. *Ouid. 4. Faſt.* Ah pereant partes quæ nocuere mihi. ¶ Pro ſermone. *Ouid. 5. Faſt.* Diſtuleram partes menſe priore tuas (i. ſermonem de te.) *Paſſer.*] ¶ Partes aliquas tenere, eſt per illam regionem iter habere. *Cic. ad Att. lib. 3.* Sine te autem non nobis illas partes tenendas propter Antonium. ¶ Ponitur interdum pars pro factione: ſed hoc ferè in plurali numero. *Cic. pro Quintio,* Erat (*inquit*) illarum partium. *Idem 13. Philip.* Tenuerunt partes Cæſaris. [e parte diuerſa, (i. factione.) *Suet. in Cæſ. c. 29.* Et, alterius partis. *Idem in Tib. c. 11.* Quid fortiter, quid honeſtè feceris bonas partes tecum tracta. *Senec. Epiſt. 79.* ¶ Dimittere in partes. *Velleius.* (Verbum militare.)] ¶ Pro ſua quiſque parte, id eſt, pro virili. [*Liuius 6. ab vrb.* Illius gloriæ pars virilis apud omnes milites. *Et Varro apud Nonium,* pro ſua parte.] ¶ Parte ablatiuus, ponitur aliquando, pro partim. *Plaut. in Rud.* Sed id ſi parte curaui, vt caueremus, &c. Interdum geminatur. *Plin. lib. 37. capite 11.* Melichloron eſt geminus, parte flauus, parte melleus. ¶ Duabus partibus alicuius rei amplius habere, idem eſt quod duplo plus. *Cicero 5. Verr.* Quid ſi duabus partibus doceo tè amplius frumenti abſtuliſſe, quam populo Romano miſiſſe? Sic, Multis partibus plures, pro multo plures. *Cæl. Cicero. lib. 8. Epiſtol. Famil.* Turpe tibi erit, Patiſcum Curioni decem pantheras miſiſſe, te non multis partibus plures. [*Cæſ. lib. 3. de bell. ciuil.* Multis partibus Inferior exercitus. *Et Suet. in Cæſ. cap. 68.* Multis partibus pauciores.] ¶ Ponitur quandoque pro partim. *Suetonius,* Milites pars victoriæ fiducia, pars ignominiæ dolore, ad omnem lætitiam, audaciamque proceſſerunt. *Budæus.* ¶ Aliquando ponitur pro vxore. *Plau. Menæch. ſc. 2. a. 3.* Satur nunc loquitur de me, & de parte mea. * (*quod parti eſt pro parte.* Sic *Lucretius lib. 6.* Ille ex æſtifera parti venit amnis ab Auſtro. *Et ſæpe aliàs.* [*Et Ouid. Eleg. 2. lib. 1. Triſt.* Dimidia certè parte ſuperſtes ero. (i. ſuperſtite vxore.) *Idem Eleg. 2. lib. 4.* Paruaque cuius eram pars ego nuper, Eques. *Idem Eleg. vlt. libro 4.* Deque viris quondam pars tribus vna fui. ¶ Item pro fratre, *Ibid.* Frater periit, & cœpi parte carere mei. Item, ô inter dilectos pars prima ſodales. *Idem Eleg. 5. Ibidem* (de ſodali chariſſimo.) ¶ De litigatore. *Ouid Eleg. 1. lib. 2. Triſt.* Déque mea faſſa eſt pars quoque victa fide. *Et Quintil.* Aduerſa, & diuerſa pars. *Vide infrà.* ¶ partes ſummas ſibi vindicare. *Suet. in Aug. capite 16.* (i.) principatum. *Idem in Calig. capite 56.* Partes primas depoſcere. (ſup. exequenda coniuratione.)] ¶ Priores partes alicui tribuere, eſt eum pluris facere, & magis laudare. Priores partes habere apud aliquem, eſt plus apud illum poſſe, & plus autoritatis apud aliquem obtinere. ¶ Dicimus etiam, Facere partes, id eſt, totum in partes diuidere. *Cicero 2. de Orat.* Quis Antonio permiſit vt & partes faceret, &c. ¶ Audire vtranque partem in litibus, eſt reo defenſionis, vt accuſatori actionis copiam facere. ¶ Pars diuerſa, vel aduerſa, idem quod aduerſarius. *Quintilian. lib 4. capite 1.* Partis aduerſæ patronus. *Idem lib. 5. capite 5.* A patronis diuerſæ partis inducuntur in laqueum. ¶ Partes primas agere, dicitur in Comœdijs, qui ſæpiſſimè prodit in ſcenam. *Aſcon. Pædianus.* Primarum partium actores ſæpius in ſcenam progrediebantur: ſecundarum, qui minus, minúſque. *Porphyrio in Horatium* autor eſt, primarum partium actorem omnia clarius, ſecundarum omnia ſubmiſſius agere conſueuiſſe. ¶ Quandoque etiam in plurali numero partes pro officio poni conſuetum eſt, vt Meæ partes ſunt, & Mearum partium eſt, hoc eſt, meum officium eſt. *Cicero 6. Verr.* Non ſunt meæ partes id facere. Vnde etiam, Alicuius partes deſiderare, eſt eius diligentiam poſtulare. *Cicero ad Atticum libro 7.* Sin erit bellum, meæ partes non deſiderabuntur. ¶ Hinc fit compoſitum Expers, ἄμοιρος, quod eſt ſine parte. * In optimam partem accipere, Id eſt, boni conſulere & bene interpretari. *Cicero ad Atticum libro 13.* Illud enim non accipio in bonam partem, quod ad me refers. * Pro virili parte, id eſt, pro viribus. *Ouid. 5. Triſt. Eleg. 12.* ¶ Pars pro initio, eleganter ſumitur. *Celſus,* Párſq. e ſanitatis eſt vomitum eſſe ſuppreſſum. Sic *Virg. 7. Æneid.* Pars mihi pacis erit dextram tetigiſſe tyranni. *Bud.*

Pārtĭcŭlă, æ, diminut. parua pars. { μερίς. GAL. Parcelle, petite partie. ITA. *Porticella.* GERMA. Ein klein theil, ſtücklin. HISP. *Partezilla.* ANG. *A litle part or portion.* } *Cic. 3. Verr.* Hinc illæ extraordinariæ pecuniæ, quas nullo duce, tamen aliqua ex particula inueſtigamus, redundarũt. *Idem 2. de Natur. deo.* Ipſe autem homo ortus eſt ad mundum contemplandum & mirandum, nullo modo perfectus, ſed particula quædam perfecti. *Quint. lib. 4. c. 5.* Deinde quum fecerunt mille particulas, in eandem incidunt obſcuritatem.

Pārtĭcŭlātim, aduerb. Membratim, nominatim, per particulas. { μερικῶς. GAL. Par parties, par parcelles, par le menu. ITALIC. *Per parti, parte à parte.* GE. Theilhafftig ſein/oder theilhafftig machen. HIS. *De parte à parte.* ANG. *Particularlie, by euerie part and member.* } *Autor ad Heren. l. 1.* Si ſummatim non particulatim narrabimus. *Colum. l. 7. c. 5.* Nam particulatim facilius quàm vniuerſus conualeſcit. *Lucr. l. 3.* Lumina qui linquunt moribundi particulatim. * particulatim pro Separatim quod vulgò particulariter. *Senec. epiſt. 68.* Vota quædam aperta & profeſſa ſunt quæ particulatim fiunt.

Pārtĭcĕps, huius participis, omn. gen. Qui partem capit. { μέτοχος, κοινωνός. GAL. Participant, qui à part. ITA. *Partecipe.* GERM. Theilhafftig. HISP. *Parcionero de parte.* ANG. *A partaker or comparcioner, a complice.* } *Teren. in Heaut.* Niſi vbi ille huc ſaluos redierit meus particeps. participé facere aliquem rei alicuius, eſt ei communicare & rei partem tribuere. *Plaut. in Epid.* Gratiam habeo, fac participes nos. *Terent. in Heaut.* Cuius maxime te fieri participem cupis. [Sic *Plau. Pſeud. ſc. 1. a. 2.* participes meos præda onerabo. (i. commilitones.). *Plaut. Pſeud. ſc. 1. a. 2. & in Moſtell. verſu vlt. ſc. 3. a. 1.* Conueniunt manipulares, prædam petunt. ¶ particeps conſilii. *Plaut. Pſeud. ſc. 1. a. 1.* Neque tui conſilij participem quemquam facis. *Idem Aul. ſc. 3. a. 1.* participem ego te & tu me, vt faciar, &c. (de conſilio & arcano.) *Et Aul. ſc. 1. a. 4.* Vt quæ fierent faceret participes.] *Cæſ. 3. bell. Ciuil.* Quos ſui conſilij participes habebant. ¶ Particeps in periculis. *Cur. l. 6.* Quòd fuiſſet illi in periculis particeps.

Pārtĭcĭpo, pas tem tribuo aut capio: ſiue participem facio, aut particeps fio. { μεταλαμβάνω, μεταδίδωμι, μετέχω. GALLIC. Participer, eſtre participant. ITALIC. *Participare.* GERMANIC. Theilhafftig ſein/oder theile hafftig machen. HISPANIC. *Participar en parte.* ANGLIC. *To giue or tak part.* } Quum ſignificat participem fieri, iungitur accuſatiuo tantùm. *Gel. lib. 15. capite 2.* Si fortè ad participandas eiuſmodi voluptates aut voluntas tulerit, aut caſus induxerit. *Cic. 2. Tuſcul. ex poeta,* Qui alteri exitium parat, eum ſcire oportet ſibi paratum, peſtem vt participet parem. ¶ Quum ſignificat participem facere, iungitur interdum genitiuo cum accuſatiuo. *Plaut. in Ciſtel.* paternum ſeruum ſui participat conſilij, Id eſt facit participem, vel ſeruo conſilium communicat. Interdum ablatiuo cum accuſatiuo. *Plaut. in Mil. ſc. 2. a. 2.* Nam non potuit quin ſuo ſermone aliquem familiarium participaueri de heri amica. Interdum accuſatiuo & ablatiuo cum præpoſitione Cum. *Liuius 3. ab Vrb.* Suas laudes participare cum Cæſone, memorare pugnas, &c.

Pārtĭcĭpĭum, pij, pars orationis apud Grammaticos, ita dicta, quòd partem capiat nominis & verbi, μετοχή. Hinc ab iiſdem participialia, μετοχικά, nomina dicta Gerundia, quæ licet non ſint participia, ſimilia tamẽ participiis ſunt. Nam quum à verbis deriuentur more participiorum, habent

habent etiam casus aliquot, quanuis non omnes, quos habent participia: nisi generaliter accipias gerundium, vt etiam complectaris nomen gerundiuum: quemadmodum accipit *Valla*. Sic enim non modò casus habebunt quum sint mera nomina, verum etiam genera & numeros: sed admittunt regimen sui verbi. Gerundia enim propriè dicta habent post se eundem casum quem habent verba à quibus descendunt. Gerundiua autem nullum omnino habent casum: súntque voce omnino similia participiis futuri temporis. Differunt tamen significatione, quòd Gerundiua, siue (*vt Valla loquitur*) gerundia, rei administrationem significant sine tempore: vt tenet me occupatio iuris dicendi. Quo in loco DICENDI gerundium est, nec tempus significat futurum, sed rei administrationem in iure dicendo. Illa verò tempus sine rei administratione: vt Tenet me cura dotis numerandæ, participium est futuri temporis significatiuum sine rei administratione. Præterea gerundia duplicem significationem habent, participia vnam tantùm. Sed sciendum quòd gerundia quæ sociata sunt substantiuis, passiuè accipiuntur; disiuncta verò modò actiuè, modò passiuè: sed passiuè quum sine præpositione, & sine genere in ablatiuo, & quasi absolutè ponuntur. *Quintil.* Sed memoria excolendo, sicut omnia alia, augetur. id est dum excolitur. *Virg.* Alitur vitium, crescítque tegendo. *Idem* Ægrescítque medendo. &, Vrtque videndo Fœmina. hoc est, quum tegitur vitium, quum curatur æger, quum videtur fœmina. *Salluſtius* etiam gerundium accusatiui casus passiuè posuit, Pauca (*inquit*) suprà repetam, quo ad cognoscendum omnia illustria magis magísque in aperto sint: id est, vt cognoscantur. Iunguntur & gerundia cum plurali numero, singulari voce. *Plin.* Quum illorum videndi gratia me in forum contulissem.

Partim, aduerbium, Ex parte, pro parte. {מקצת *miketsáh*, πῆ μέν, πῆ δέ, τὸ μέν, τὸ δέ. GALLIC. En partie. ITA. *En parte.* GERMANIC. Zum theil. HISPAN. *En alguna parte.* ANGLIC. *Partlie.*} Et ferè semper in oratione geminatur. *Cicero Cælio lib.3. Epist.* Vt eos partim scelerum suorum, partim etiam ineptiarum pœniteret. ¶ Aliquando non geminatur. *Cic. de Amic.* Sed nihil est quod illi non prosequantur suis argutiis, partim fugiendas esse nimias amicitias, ne necesse sit vnum solicitum esse pro pluribus. Inuenitur etiam quater repetitum. *Cic. pro Cluent.* Parum nihil contra Habitum valere, partim etiam pro hoc esse, partim, &c. ¶ Aliquando PARTIM, *teste Gellio lib.10. cap.13. & cap.3. libro 7.* idem est quod pars: vt, PARTIM hominum, id est pars hominum venit, siue quidam homines ex pluribus. PARTIM autem hoc in loco, aduerbium est, neque in casus inclinatur, & genitiuum regit. Interdũ etiam aduerbio PARTIM, atque eius genitiuo præponitur præpositio Cum, vt probat *Gell.* Catonis exemplo: ibi (*inquit Cato*) pro scorto fuit, in cubiculum surreptitauit è conuiuio, cum partim illorum iam sæpe ad eundem modum erat. Cum partim eorum, dixit pro, cum quibusdam eorum, vel cum parte. ¶ Nonnunquam partim non geminatum, in priore orationis parte locatur, in posteriore alius. *Salluſtius in Iugurtha*, Rursus imperator contra postillata Bocchi nuntios mittit: ille probare partim, alia abnuere. *Ibidem.* Huic rogationi partim conscij sibi, alij ex partium inuidia pericula metuentes, &c. [*Et Gell. capite 22. libro 2.* Carmen partim Græcæ linguæ, aliàs Latinæ legi solitum erat.]

PARTĬOR, partiris, & Partio, partis, partiui, partitum, futuro partiam, & partiar, & apud antiquos partibo, & partibor. Diuido, communico, partes facio. {חלק *chillék*, μερίζω, διανέμομαι. GALLIC. Partir, departir. ITA. *Partire, diuidere.* GERMANI. Theilen. HISPAN. *Partir en partes.* ANGL. *To part, or deuide.*} *Plaut. in Asin.* Hanc quam nactus sum prædam, cũ illis partiam. [*Ouidius 5. Fast.* Quod mihi das vni cœlum partite duobus. *Et Plaut. Amphitr.* Vos inter vos partite. Ego abeo (.i. litem istam dirimite.)] *Tacit. lib.18.* Discrimen ac periculum ex æquo partiemur. *Cic. pro Syl.* Neque hoc partiendæ inuidiæ, sed communicandæ laudis causa loquor. *Idem in Orat.* Genus vniuersum in species certas, vt nulla neque præmittatur, neque redundet, partietur ac diuidet. ¶ Præter proprium accusatiuum habet aliquando ablatiuum cum præpositione Cum: aliquando alium accusatiuum cum præpositione In, aliquando cum præpositione Inter. *Virg. 11. Æneid.* Accam ex æqualibus vnam Alloquitur, fida ante alias quæ sola Camillæ, Quicum partiri curas atque hæc ita fatur. Partiri honorem. *Cæs. 3. bell. Ciuil.* Cum Scipione honorem partitur. *Virg. 1. Æneid.* Socios partitur in omnes. *Salluſt. in Iugur.* Prouincias inter se partiuerant. ¶ Ab his fiunt composita Impertio, Dispertior, Bipertitus, Tripertitus, Quadripertitus, participia.

PARTĬTĬO, onis, verb. Diuisio, distributio. {מחלקת *machaléketh*. μερισμός. GALLIC. Departement, diuision. ITALI. *Partitione, diuisione.* GERMA. Theilung. HISPA. *Partimiento, obra departir.* ANGLIC. *A parting, or deuiding.*} *Cic. 2. de Natur. deor.* Hæc, si rectè memini, partitio fuit. *Idem 1. de Orat.* Græcos partitionem quandam artium fecisse video. *Idem pro Cecin.* Quum præsertim pecunia ex partitione deberetur.

PARTĬTOR, pen. prod. Distributor. {מחלק *mechallék*. μερισής. GAL. Partisseur. ITALIC. *Chi diuide.* GERMAN. Ein theiler. HISPA. *Partidor.* ANG. *He that deuideth, or distributeth in partes.*} *Cicero in Vatin.* Quum te non custodem ad continendas, sed partitorem ad partiendas merces missum putares.

PARTĬTĒ, Diuisè. {μερικῶς, μεμερισμένως. GAL. Par parties, distinctement. IT. *Per parti, distintamente.* GERMANIC. Zertheilten/mit theilen. HIS. *En alguna parte, partitamente.* ANGLIC. *By parties. Cic. in Orat.* Qui enim nihil potest tranquillè, nihil leniter, nihil partitè, definitè, distinctè, facetè dicere, præsertim, &c.

PARTĪCŬLŌNES, Dicuntur cohæredes, & qui partem patrimonij sumunt. συμμέτοχοι. *Pomponius* Præcone posteriore, Age modò Stagari, particulones producam tibi. *Nonius.*

PARTĬĀRĬUS, rij, cum quo aliquid commune habemus, & partimur. κοινωνικός. Vt partiarius colonus, qui certa fructuum parte agrum colit. *Cato cap.144.* Vineam curandam partiario, bene curet, fundum, arbustum, agrum frumentarium: partiario fœnum, & pabulum, quod bobus satis fiet qui illic sient: cætera omnia pro indiuiso. *Idem c.16.* Calcem partiario coquendam qui dant, calcarius perficit & coquit. Et *c.136.* Redemptorem partiarium dicit eum quem paulo ante dixit colonũ partiarium. ¶ Partiarius legatarius, cui pars bonorum legabatur, cum quo hæres hæreditatem partiebatur. ¶ Sic partiaria pecora dicuntur, quæ ita pastori traduntur, vt fœtus eorum certis portionibus inter dominum & pastorem diuidantur. *Imp. in l.8. C. de pact.*

Parsimonia, *Vide* PARCO.

PĀRTHĀON, pen. producta, pater Oenei regis Ætoliæ, *apud Ouid. libr.9. Metamor. in principio. Plaut. Menæch. sc.1. a.5.* Ego te simitu, ndui cum PARTHAONE.

PĀRTHĔNĬUS, παρθένιος, Mons Arcadiæ, *teste Plin. lib.4. cap.6.* Ita dictus à virginibus, quæ in ea Veneri frequenter sacra facere solebant. ¶Est & PARTHENIUS, παρθένιος, fluuius Paphlagonum. *Ouid. lib.4. de Ponto*, PARTHENIÚSque rapax, & voluens saxa Cynapes. ¶Parthenius item, Poëta Nicæus, *vt ait Suid.* Elegiarum variíque carminis scriptor: à Cinnà in bello Mithridatico captus, deinde ob illius ingenium manumissus. [Eius meminit *Gellius cap.25. lib.13.*] Vixit vsque ad Tiberium Cæsarem, qui, [*teste Sueton. Tranquillo in Tiberio cap.70.*] eius scriptis admodum delectabatur. Huius Parthenij locos Virgil. quandoque mutuatur, cuiusmodi est illud, Glauco, & PANOPEÆ & Inoo Melicertæ. *Autor Gellius.* ¶Fuit item alter Chius genere, filius Theftoris, qui vocatur Chaos ex Homeri POËTÆ posteris. Scripsit versus in laudem patris Theftoris. *Suid.*

PARTHĔNĬUS, adiect. vt Saltus PARTHENIJ. *Virg. 10. Eclog.* Lustra PARTHENIA, *apud Claudian. 2. de Rap.*

PARTHĔNIUM, παρθένιον. Herba est, *teste Ruellio*, quam vulgus *matricariam* appellat, vel potius, vt Amato Lusitano & aliis visum est, *Cotula fœtida* vulgo dicta, quam {ITA. *Brusaculo.* GERMA. Eber chamil oder trotz tendill. GALLI *Cotula fœtida.* HISPANI *Magaça* vocant. ANGL. *Feuerfew.*} Descriptionem eius vide *apud Dioscoridem libro 3. cap.146.* Est item Parthenion, *teste Plinio*, aliud herbæ genus, quod & perdicium, & helxine, & vrceolaris herba appellatur: nomine à Minerua deducto, quæ illam Pericli in somnis traditur ostendisse, quum verna illi charus de fastigio templi delapsus esset. Mineruam enim Atheniẽses κατ' ἐξοχὴν, παρθένον appellant. Vulgus *Parietariam* appellat, eo quòd circa parietes præcipuè nascatur. ¶Est & nomen duarum vrbiũ, Euboeæ vnius, Thraciæ alterius. *Stephan.*

PĀRTHĔNOPAEŬS, παρθενοπαῖος, pen. prod. Martis & Menalippes filius fuit, *teste Seruio*, qui in bello Troiano perijt. *Virgil. 6. Æneid.* Hìc illi occurrit Tydeus, hìc inclytus armis PARTHENOPÆUS, & Adrasti pallentis imago.

PĀRTHĔNŌPE, παρθενόπη. Vna Sirenum, quæ præ dolore, quòd prætereuntem Vlyssem cum sociis in scopulos cantu pellicere non potuissent, in mare se præcipitauerunt. Harum aliæ alia in loca. Parthenope autem eò delata est, vbi postea condita Neapolis est, præclara vrbs Campaniæ, quę ab eius nomine etiam Parthenope est appellata. Neapolim autem postea dictam fuisse hanc vrbem nonnulli putauerunt, quòd ab Augusto sit instaurata: quod falsum tamẽ est. Nam etiam apud Lycophronem, qui Ptolemæi Philadelphi temporibus multis ante Augustum annis claruit, Neapolis hæc vrbs appellatur: & ciues ipsi, Neapolitani: quos scribit quotannis ad tumulum Parthenopes faces tulisse. Verisimilior est eorum opinio, qui hanc vrbem à iuuentute Cumana conditam tradunt, qui fortè quum in eo loco Parthenopes corpus in veteri monumento conditum reperissent, nomen eius vrbi indidere. Sed postquam loci vbertate atque amœnitate maiorem in modum frequentari ciuitas cœpit, veriti ne Cumæ desererentur, diruendi Parthenopem consilium iniuere. Quo facto, mox immani pestilentia vexati, oraculo moniti sunt, vt vrbem instaurarent. Itaque subitò restitutam, Neapolim, hoc est, nouam vrbem vocauere. Hinc Parthenopæus, a, um, παρθενοπαῖος. * Et Parthenopeius sex syllabarum, παρθενοπήϊος. *Ouid. 14. Metam.* Has vbi præterlit & Parthenopeia dextra Mœnia deseruit, &c. Id est, Neapolitana.

PĀRTHĔNŌPŎLĪS, παρθενόπολις. Oppidum Thraciæ, *teste Pli. lib. 4. cap. 11.* Stephanus Parthenopolim in Macedonia collocat, dictámque putat à filiabus Gerasti filij Mygdonis, quæ quum agrestes & inhumanæ essent, pater vt eas ad ciuiliorem vitam traduceret, ciuitatem hanc earum gratia condidit. ¶Est item Parthenopolis, Bithyniæ oppidum, *apud Plin. lib.5. cap.32.*

PĀRTHĬA, παρθυαία, *Steph.* Regio Assyriæ, à qua Parthi. {GER. Der Parther Landschafft gelegen in Assyria.} παρθυαῖος, παρθυαῖοι. Fuit hæc olim gens Scythica, quæ postea ad Medos profugit, vnde & nomen acceperunt. Nam Parthi lingua Scythica exules dicuntur. autor enim est *Iustin. lib.22.* ab exulibus Scytharum, Parthorum imperium fuisse deductum. Horum regna duodeuiginti fuisse testis est *Plin. lib.6. cap.15.* Ab Ortu habet Arios, à Meridie Carmoniam, ab Occasu Medos, à Septentrione Hyrcanos. * Parthicus, Adiect. παρθικός, vt Luxuries Parthica. *Claud. 1. in Eutropium.*

PĀRTHĪNI, populi sunt Macedoniæ prouinciæ. *Plin. lib.4. c.23.* in descriptione Macedoniæ.

Partĭceps, Participium, Particulatim, Partim, Partior, *Vide* PARS.

Partĭrĭo, Partus, *Vide* PARIO.

Paruipendo, Paruifacio, *Vide* PARVVS.

Părŭlis, parulidis, παραυλίς. Abscessus exiguus in gingiuis, qui nisi discussus fuerit, suppuratur. *Vide Ægin. lib.6. cap.27.*

Părum, aduerb. Modicum. {מעט *meát*. μικρόν, ὀλίγον. GAL. Peu, vn peu. ITAL. & HISP. *Poco.* GERM. Ein wenig. ANGLIC. *A litle.*} *Plaut. in Trin.* Imò duas dabo, vna si parum est. ¶ parum consulit, quum dicitur, intelligitur SIBI. *Terent. in Adel.* Magis impense cupitis, consulitis parum. Vobis intellige. ¶Parum prospicere, est parum, aut nihil futura præuidere. *Plaut. in Curc. sc.3. a.2.* Perij, prospicio parum. *Teren. in And.* parum succesſit quod ago, at facio sedulò. *Plin. in Paneg.* parum est in curiam venias, nisi & conuoces, & interſis Senatui. [Iamque parum firmo, me mihi ferre graue est. *Ouid. Eleg.8. li.4. Trist.* Quodque parum nouit, nemo docere potest. *Ouid. Eleg.1. li.2. Trist.* Cum apud te parum stet fides. *Plau. Pseud. sc.5. a.1.*] Hinc paululùm, pauxillùm, & Pauxillulùm, παρὰ μικρόν, diminutiua.

Părumpĕr, Paruo tempore, quasi perparum, hoc est valde parum. {מעט *meát*. παρὰ μικρόν. GAL. Vn peu quelque peu de temps. ITAL. *Vne pochette, picciol tempo.* GER. Ein weil/ein wenigtin. HISP. *Poco en tiempo.* ANG. *A litle tyme, while.*] [De meretricio, cui voluptas parumper data est (.i. paruo tempore) *Plaut. Amphitr.* Da mihi operam parumper, paucis

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

est quòd te volo. *Plau. Aulul. sc. 4. a. 1.* Tace parumper. *Plaut. Curc. sc. 3. a. 2.* Tace dum parumper] *Cice. de Amic.* Tu velim animum à me parumper auertas. *Terent. in Andr.* Tu Mysis, dum exeo, parumper opperire me hîc. ¶ Interdum significat paulatim. *Virg. 6. Æneid.* -pulsúsque parumper Corde dolor, tristi gaudet cognomine terra. *Nonius* tamen interpretatur ibi parumper, citò, & velociter.

Pāulātim, aduerb. Sensim, leniter. {מעט מעט *meát meát. ἡρέμα.* GALL. Peu à peu. ITALI. *A poco à poco.* GERMAN. Nach vnd nach/allgemach. HISPA. *Poco à poco.* ANGLI. *By litle and litle, lea ſurelie.* } *Terent. in Hecyr.* Paulatim elapſus Bacchidi, atque huic transtulit amorem. *Virgil. 6. Æneid.* Paulatim adnabam terræ. *Cæl. Cicero.* Cuius amicitia me paulatim in hanc perditam causam impoſuit. *Virg. 3. Georg.* Carpit enim vires paulatim, vrítque videndo Fœmina.

Paūlīsper, temporis aduerbium. Parumper, modico temporis ſpatio. {מעט מעט *meát meát. ὀλίγον χρόνον.* GAL. Vn peu de temps. ITAL. *Per ſpatio di poco tiempo.* GERMANIC. Ein weil/wenig zeits. HISPAN. *Vn poco/en tiempo.* ANG. *A litle whil or tyme* } *Cicer. 1. de Legibus.* Pauliſper faceſſant, rogamus. *Plaut. Amph.* pauliſper mane, Dum edormiſcat vnum ſomnum. [Item, Quaſi ſolſtitialis herba pauliſper fui. *Plautus Pſeu. ſc. 1. a. 1.* Pauliſper tace dum. *Plau. Milit. ſc. 2. a. 2.* Pauliſper mane. *Plaut. Aſin. ſc. 2. a. 5.* Item, Atque vtinam reuoces animum pauliſper ab ira. *Ouid. Eleg. 1. libro 2. Triſt.*] *Terent. Adelph.* Congrum iſtum maximum in qua ſinito ludere Pauliſper. *Virgil. 5. Æneid.* Ipſe ego pauliſper pro te tua munera inibo. *Ouid. 2. Triſt.* Atque vtinam reuoces animum pauliſper ab ira. *Cicer. 1. de Diuinat.* Puellam defatigatam petiiſſe à matertera vt ſibi concederet pauliſper vt in eius ſella requieſceret.

Paūlum, diminutiuum à Parum, Cuius ſunt quàtuor gradus diminutionis, ſcilicet Paulùm, Paulùlùm, Pauxillùm, & Pauxillulùm. [De quibus infra ſuo loco.] {מעט *meát. ὀλίγον, μικρὰ, βραχύ.* GAL. Peu. ITAL. & HIS. *Poco.* GER. Ein wenig. ANGLI. *A litle.* } *Terentius in Andr.* Pro peccato magno paulùm ſupplicij ſatis eſt patri. *Idem Eunuch.* Tace obſecro, quaſi verò paulùm interſit. *Cæſ. 3 bell. Cin* Naues ſoluit, paulúmque à portu progreſſus literas à Cæſare accepit. *Cic. 1. Acad.* Paulúmque quum ab eius villa abeſſemus, ipſum ad nos venientem vidimus. Poſt paulùm, pro paulò pòſt dixit *Quintilian. lib. 9. cap. 4.* Sed de propoſitorum diuerſitate (*inquit*) poſt paulùm. [Paulum aliquid ſederunt in ſcholis. *Quintil.* Oculos paulùm tellure moratos ſuſtulit. *Ouid. 13. Metam.*]

Paūlō, aduerbium, Paulùm, ſed paulùm poſitiuis, paulò comparatiuis frequentius iungitur: vt, Paulò amplius, Paulò magis, & præpoſitionibus Ante & Poſt. vt Paulò ante, Paulò poſt. *Vide Vallam lib. 1.* [*Cæſar lib. 4. de bell. Ciuili*, Pòſt paulo. Et *Catul. de Com. Beren.* Abiunctæ paulò antè comæ.] { ANGL. *A litle.* } ¶ Paulò magis, valet interdum nimium. *Cice. in Bruto*, Et verbis delectari videtur paulò magis priſcis. Et Paulò minus, aliquando pro propemodum, ſiue fere. *μικρῷ. Sueto. in Tiber. Cæſ.* Quaſi neque rediturus vnquam, & citò mortem etiam obiturus: quod paulò minus vtrunque euenit. ¶ Paulò mox, ponitur pro ſtatim, cum paruo interuallo. *Plin.* Et paulò mox calefactum vulneri imponatur. [¶ Paulo prius, pro paulo antè. *Plaut. Pſeu. ſc. 2. a. 3.* Dedi tibi illam paulò prius. *Idem Menæ. ſc. 3. a. 4. & ſc. 2. a. 5.* Quàm valuit paulò prius.]

Paūlŭlum, diminut. à Paulùm. {מעט מעט *meát meát. μικρὸν ὅσον.* GAL. Fort peu. ITA. *Pochino.* GERMA. Ein wenigtin. HISP. *Poquillo.* ANGL. *A very litle.* } *Terent. in Adelph.* Agelli hîc ſub vrbe eſt paululum quod locitas foras. Iungitur cum ante. *Cic. 4. Academ.* Et paululum antè dicendum eſt, quæ non mihi videntur conſideraſſe phyſici. ¶ Vtūtur aliquando pro pauliſper. *Terent. in Eunuch.* Paululum opperirier ſi vis, iam frater ipſe hîc aderit virginis.

* Paūlŭs, a, um, *ἱκανός.* Adiect. à Parum: quo rariſſimè vſi ſunt authores, præterquam in ablatiuo. *Plautus Bacch.* Paſci cum illa paula pecunia potes. *Apud Teren.* paulo momento, paulo ſumptu. [Venus tibi de paulo paululum hoc tibi dabo. *Plau. Curc. ſc. 2. a. 1.* Item paulum aliquid ſederunt. *Quintil.*]

Paūlŭlus, la, lum, adiect. {מעט זער *meát zeér tſaḗlir. ὀλίγος, μικρὸς ὅσος.* GAL. Fort peu. ITA. *Pochino.* GER. Gar klein. HISPAN. *Poquillo.* ANG. *Very litle or ſmall.* } *Liu. 1. ab Vrbe*, Pro paulula via magnam mercedem Romanis eſſe ſoluendam. *Idem lib. 35.* Nihil primo aſpectu contemptius, equi hominéſque paululi, & graciles, diſcinctus & inermis eques.

[Pauxillum. *Plaut. Capt. ſc. 2. a. 1.* Si pauxillùm potes contentus eſſe. *Idem Aul. ſc. 2. a. 1.* Non eſt veriſimile pauperem pauxillùm paruiſacere, quin nummum petat. ¶ Pauxillulùm: *Plautus Curcul. ſc. 3. a. 1.* Pauxillulum amare bonum eſt. *Terent. in Phorm.* Erat ei de ratiuncula iampridem apud me reliquum pauxillulùm numorum.]

Pārŭus, a, um, Exiguus, non magnus. {קטן *katón. μικρός.* GAILIC. Petit. ITA. *Picciolo.* GER. Klein. HISP. *Pequenno.* ANG. *Litle or ſmall.* } *Plin. lib. 11. cap. 37.* Ab iiſdem qui altero lumine orbi naſcerentur, cœlites vocabuntur: qui paruis vtriſque ocellæ. *Idem libr. 12. cap. 13.* Parui odoris amomum. Id eſt pauci & imbecilli odoris. *Horat. 2. Serm. Satyr. 6.* Neque vlla eſt, Aut magno, aut paruo lethi fuga. *Cic. 2. de Orat.* Sic etiam in paruis, aut mediocribus rebus doctores aſſequi poſſunt, &c. [*Catull. de Com. Beren.* Atqui ego certè cognoui à parua virgine magnanimam. *Tibul. libro 4.* Vel paruum ætnææ corpus committere flāmæ. Item Parſque fui turbæ parua precantis idem. *Ouid. Eleg. 1. libr. 2. Triſt.* Si parua Iureiurando eſt fides. *Plau. Capt. ſc. 1. a. 4.* Paruam mihi eſſe apud te fidem intelligo. *Pla. Pſeud. ſc. 5. a. 1.* Omnibus paruis, magniſque miſeriis præfulcior. *Plaut. Pſeud. ſc. 1. a. 3. Tibull. lib 4.* Ithace genuit magnum decus vrbis Vlyſſem. Hic quoque ſit gratus paruus labor. *Ibidem.* Paruáque cœleſtes pacauit mirha. *Tibull. lib. 4.* ¶ *Suet. in Auguſt. cap. 48.* Ætate parui (.i. minores. (Et, *Ouid. lib. 2. Faſt.* Is iubet auferri paruos, &c. (.i. infantes) Item, Haud paruò iunior. *Gell. cap. 2. lib. 13.*] ¶ Paruum pro re minimi pretij. *Plin. in Paneg.* Nihil antè tam vulgare, tam paruum in Senatu agebatur, vt non laudibus principum immoraretur. *Cic. 1. Offic.* Parui ſunt foris arma, niſi eſt conſilium domi. ¶ In paruo, vſus eſt pro ferè. *Plin. libro 8. capit. 33.* Eminet roſtrum, vt in paruo ſit haud abſimile ſuillo.

Pārŭduco, cis, Paruifacio. *Cic. pro Arch.* Pericula mortis parui eſſe ducenda. *Et de Finib.* Sed quia parui id ducere.

Pārŭſſĭmus protulit *Lucret. libro 3.* Pro minimo. -Igitur paruiſſima quanto Et leuiſſima ſunt, ita mobilitate fruuntur.

Pārŭtās, atis. {קטן *katán* מעט *meát* מעער *miſt ár. μικρότης.* GAL. Petiteſſe. ITALIC. *Piccolezza.* GER. Die kleine. HISPA. *Aquella pequenna quantidad.* ANGLIC. *Litleneſſe, ſmallneſſe.* } *Cicer. de Vniuerſ.* Haud iiſdem vinculis quibus ipſi erant colligati, ſed talibus quę cerni non poſſent propter paruitatem, &c.] *Gell. cap. 17. lib. 7.* Paruitas quæſtionis. *Et cap. 3. li. 1.* paruitates rerum.].

Pārŭlŭs, diminutiu. {μικρὸς παιδίον, τυτθός. GALLI. Fort petit. ITALIC. *Forte picciole.* GER. Baſt klein. HISPA. *Huy pequienno.* ANGL. *Verie litle or ſmall.* } *Teren. in Eunuch.* Matri paruulam puellam dono quidam mercator dedit, paruula res, eſt nullius momenti. *Terent. in Adelph.* Tam ob paruulam rem pene ex patria, &c. [*Tibull. libr. 4.* Noſtri ſi paruula cura ſit tibi. Te mihi paruulam paruulo puero dedit. *Plaut. Capt. ſc. 4. a. 5.* Paruulam emi 10. minis. *Plau. Curcul. ſc. 2. a. 4.* Etiam Ego ſum paruulus. *Plau. Pſeud. ſc. 1. a. 3.*] paruula pecunia, & immanis oppoſitum. *Cicero pro Roſc. Comœdo.* Et illa fuit pecunia immanis, hæc paruula. ¶ paruulus pro puerulo. *Quintilian. libr. 3. cap. 7.* Excepta paruulorum iudicia.

Pāruŭlūm, aduerbium. *Plin. Epiſt. 170.* Nam paruulùm differt patiaris aduerſa, an expectes, id eſt minimùm. Hinc etiam paucus, ὀλίγος, à quo pauculus, & pauxillus.

Mĭnŏr, oris, & hoc minus, comparatiuum à paruus. {ἐλάττων. GAL. Moindre. ITALIC. *Minore.* GERMA. Kleiner/minder. HISP. *Menor.* ANGLI. *Leſſe.* } *Ouid. 2. de Arte*, Non minor eſt virtus, quàm quærere, parta tueri. [*Ouid. 13. Metam.* pugnacem ſapiente minorem eſſe. Et, Culniſque minor laude ferere mei. *Ouid. Eleg. 1. libr. 1.* Et ſint notitia multa minóra tua. *Ouid. Eleg. 1. li. 2. Triſt.* Et quæcunque minor nobilitate fera eſt. *Ouid. Eleg. 5. lib. 3. Triſt.* ¶ Minoris emere, conducere. Vide infrà in Minus.] ¶ Interdum idem eſt quod innior, prælertim ſi adáatur ablatiuus natu, annis, ætate. *Cicer. de Amic.* Tu verò perge Lælii pro hoc enim, qui minor eſt natu, iure meo reſpondeo. *Idem 4. Verr.* Nequis minor triginta annis natu. *Idem 4. Academ.* Te hominem amiciſſimum, & aliquot annis minorem natu. ¶ Interdum abſolutè ac nullo adiecto nomine. *Terentius in Eunuch.* Sed video herilem filium minorem huc aduenire. [Vtque ego maiores, ſic me coluere minores. *Ouidius Eleg. vlt. lib. 4. Triſt.* Meo minore quid ſit factum filio. *Plaut. Capt. ſc. 1. a. 5.* Herus minor. Vide Herus. Minore nullquam bene fui diſpendio. *Plau. Menæch. ſc. 2. a. 3.*]

Mĭnĭmŭs, a, um, ſuperl. à Paruus. {חקטן *hakkatán.* ἐλάχιστος. GAL. Moindre de tous, tres-petit. ITA. *Piccolino, minimo.* GERMA. Das kleinſt oder mindeſt. HI. *Poquillo.* ANG. *Leaſt of all.* } *Cic. 3. Offi.* ex malis eligere minima oportet. *Plaut. Aulul.* Acceſſit animus ad meam ſententiam, Quàm minimo ſumptu filiam vt nuptum darem. [Minimam bene currit ad auram. *Ouid. Eleg. 9 lib. 1. Triſt.* Ante omnes minimi mortales pretij. *Plaut. Aſin. ſc. 2 a. 5.* Subdoli ac minimi pretij. *Plau. Menæ. ſc. 2. a. 3.* Ratúne me eſſe hominem omnium minimi pretij. *Plau. Milit. ſc. 6. a. 2.* Item Deos minimi facit. *Plaut. Pſeud. ſc. 3. a. 1.* Diſtrictus minima nec tamen ille nota. *Ouidius Eleg. 1. libr. 2. Triſt.* Eſt quoque non minimum vites afferre recentes. *Ouid. Eleg. 6. lib. 6. Triſt.*] ¶ Minimus natu. *Liuius 2. ab Vrb.* Minimus quiſque natu patrum. [¶ Interdum ſine ablatiuo natu. *Plau. Pſeud. ſc. 1. a. 3.* Interminatus eſt à minimo ad maximum.]

Mĭnĭmē, penultima correpta, aduerb. negandi, Nullo modo. {אין לא *lo. ἐλάχιστα, ἥκιστα δήπου.* GALLI. Nullement. ITALIC. *Perniente.* GER. Gar nit/keins wegs. HISP. *En ninguna manera.* ANG. *Nowſe, no.* } [*Pla. Men. ſc. 7. a. 5.* Tecum ibo domũ? Minimè. *Seneca capit. 16. ae Conſol. ad Helu.* Vno nomine eratis? Minimè. *Plaut. Moſtel. ſc. 3. a. 1.* Etiámne vnguentis vnguendam cenſes? Minime. *Cicer. de Amic.* Turpis enim excuſatio eſt, & minimè admittenda, cùm in cæteris peccatis, tum ſi quis contra rempublicam ſe amici cauſa feciſſe fateatur. ¶ Minimè gentium, Vehementius negantis eſt, vt quum quis velit ſignificare quippiam omnium gentium iudicio minime eſſe faciendum. {ἥκιστα πάντων. GAL. Nullement. ITA. *Perniente, in niuna maniera, à niun modo.* GERMANIC. Gantz vnd gar nit/in kein weiß noch weg. HISPAN. *No á jayzio de todos.* } Alij cenſent vocem Gentium redundare, itaque dici vt Vbique gentium pro vbique, Nuſquam gentium, pro nuſquam. [¶ Minimè pro minimùm. *Senec. cap. 16. de Conſol. ad Helu.* Nullus affectus ſeruit: minimè verò is, qui ex dolore naſcitur, (.i. minimum) Vide aliud exemplum in ſequenti dictione è *Colum.*]

Mĭnĭmum, Superlatiuus eſt à Parum, aduerbium quantitatis. {ἐλάχιστα. GALL. A tout le moins, pour le moins. ITAL. *Po hiſsimamente per lo mono, al meno.* GERM. Gantz wenig. HISP. *A lomenos.* ANGLIC. *A the le aſt.* } Minimè verò negatio eſt, quaſi nequaquam. *ἥκιστα.* vt Minimùm doctus, cuius eſt minima eruditio: vt, Minimè doctus, qui prorſus eſt indoctus. Plus enim eſt Minimè, quàm non. *Cicero lib. 1. Offic.* Miniméque artes hæ probandæ quæ miniſtræ ſunt voluptatum. ¶ Minimùm ad minus, vt minimùm, *τὸ ἐλάχιστον. Varro.* Harum ſingula genera minimùm in binas ſpecies diuidi poſſunt. Quæ ratio eadem eſt aduerbij, Minimè. *Colum. libro 1.* Lata bubilia eſſe oportebit pedes decem, vel minimè nouem, quæ menſura & ad procumbendum pecori, & iugario ad circumeundum, laxa miniſteria præbeat. * Minimum item, ſubſtantiuum. *Cic. de Amic.* Quòd ſi ita eſſet, vt quiſque valetudinis minimum in ſe arbitraretur, ita ad amicitiam eſſet aptiſſimus. *Ibidem*, Itaque vt quiſque minimum firmitatis habeat, minimúmque virium, ita amicitias appetere maximè. [Minimùm abfuit. *Sueton. in Auguſt. cap. 14.* Minimum fortunæ permittere. *Sueto. in Tib. cap. 19.*]

Mĭnĭmōpĕrē, dixerunt veteres, vti Maximopere. *Licinius apud priſci.* Non minimopere milites quietos volebant eſſe.

Mĭnŭs, oris, Compar. à Paruũ, neutri generis, ſicut Minor maſcul. & fœm. {ἔλαττον, ἐλάσσον. GALLIC. Moindre, moins. ITAL. *Minore, meno.* GERMA. Minder. HISP. *Menor, menos.* ANG. *Leſſe.* } Aliquando vim comparandi habet à Parum, non à Paruum deductũ: vt minus ſpei in dies aduerſi habet à Parum, non à Paruum deductũ: vt minus ſpei in dies aduerſi habent. Idem poſitiuo adiunctum, contrariæ ſignificationis comparationem habet: vt, Minus ſtultus, id eſt prudentior. Minus prudens, id eſt

id est stultior. *Terent. in Eunuch.* Hoc nemo fuit minus ineptus, id est aptior. [Haud tantillo minus potare. *Plaut. Most. sc. 1. a. 3* Obsecro ne minus mihi imperes, quàm cum seruus tuus fui. *Plau. Menæc. sc. 7. a. 5.* Nec minus est ille Teucer patruelis Achilli. *Ouid. 13. Metam.* Tuáne illa causa potabit minus? (subauditur nihilo.) *Plautus Menæc. sc. a. 5.* Plus aut minus quàm opus erat dixeram, vt sponsio fieret. *Plaut. Men. sc. 2. a. 4.* Quo minus dixi quàm volui animum aduortas eò magis. *Pla. Capt. sc. 3. a. 2.* Si exoptem ibi quantum dignus, minus nihilo est (hyperbole in extenuando.) *Plaut. Pseud. sc. 1. a. 4.* Minus audiens dicto. *Quintilian.* Eheu cum illi plus (mali) minúsue (boni) ei feci, quàm æque fuit. *Plaut. Capt. sc. 3. a. 5.* Minus valeas. *Idem in Amph.* Minus quam æquum erat feci. *Plau. Aul. sc. 2. a. 3.*] ¶ Frequenter accipitur pro non, præsertim coniunctum cũ hac particula sin, & cũ quo: vt, Sin minus, idem est quod si verò non, Quo minus, hoc est, vt non. ¶ Minus quindecim anni sunt. *Plaut. in Trinum.* Minus quindecim dies sunt, quòd pro his ædibus minas quadraginta Accepisti à Callicle. *Liu.* Minus duo millia hominum effugerunt. * Minoris vendere aliquid, pro Minori pretio. *Cicero 3. Offic.* Vt si minoris quam potuisset, vendidisset. Minore pro minoris *Cicero ad Attic. l. 1. 7.* Nam à Cæcilio propinqui minore centesimis nummũm mouere non possunt. * Minimo emere. *Plau. in Epid.* Quanti emi potest minimo?

Mĭnūscŭlŭs, la, lum, diminut. à Minus. { μικρότερος. GALLIC. Vn peu plus petit, plus petiot. ITALIC. *Minoretto.* GER. Gar klein. HISPAN. *Cosa vn poco menor.* ANG. *Litle, or a litle lesse.* } *Varr.* Ex hoc auiario vt lumantur idoneæ, excludantur in minusculum auiarium. Ad eundem modum, Minuscula epistola, Minuscula villa. *Plaut. Amph.* Si minusculo digito increpuerint fores, hac tela Tuum diminuam caput. *Cic. ad Quint. Frat.* Rescripsi epistolæ maximæ, audi nunc de minuscula. *Idem ad Atticum*, Scribis enim esse rumores ad lacum quod habeo venditurum, minusculam verò villam vtique Quinto traditurum. [*Gell. cap. 11. lib. 4.* Minusculi procul.]

PARYSATIS, παρυσάτις. *Xenop. Plutar.* Cyri filia, & Artaxerxis mater.

Pascĕŏlŭs, pen. cor. *vt inquit Nonius*, Sacculus est ex aluta factus. *Plaut. in Rud.* Præterea centum denaria philippea in pasceolo seorsus. Ita autem emendandus est ex Nonio Plauti locus.

Pāscha, ncu. ge. { פסח *pesách. τὸ πάσχα.* } *Ausonius*, Nos etiam primis sanctũ post pascha diebus. Quod plane nomen Hebræum esse, ac transitum signare docet *Hieronymus, sic inquiens*, pascha quod Hebraicè dicitur phase, non à passione (vt plerique arbitrantur) sed à transitu nominatur, eo quòd exterminator videns sanguinem in foribus Israelitarum, pertransierit, nec percusserit eos. Quidam ex recentioribus gentiuum paschatis efferunt, manifesto errore, quum sola Græca verbalia in ma terminata, à prima persona τῦ πασχαλίμαι πασχάτιμαι deriuata, in atis mittant genitiuum.

Pāsco, is, paui, pastum, Vescor, comedo. { רעה *raʕáh. νέμομαι.* GALLIC. Paistre, repaistre. ITALIC. *Pascere, mangiare.* GERMANIC. Sich weiden. HISPAN. *A pascentar, el ganado, comer.* ANGLIC. *To feede, to nurish, to beat pasture.* } *Cicero Epist. ad Att. lib. 1.* Sed heus tu, quid cogitas infelicitatis: lancibus & splendidissimis canistris, non oluscul is nos soles pascere. [*Plaut. Asin. sc. 1. a. 3.* Opilio, qui pascit alienas oues. *Tibull. lib. 4.* Cuique pecus denso pascebant agmine colles. *Plau. Mostel. sc. 1. a. 1.* Amicas emire, pascite parasitos. *Quinti.* Panem non edi, & aquam bibo, pasce, & redde quod debes. (pro, ale te.)] *Virgil. 3. Eclog.* pascentes seruabit Tityrus hœdos. *Ouid. 4. Metam.* Mille greges illi, totidémque armenta per herbas pascebant. ¶ Quandoque construitur cum accusatiuo. *Ouid. 2. Fast.* pauit ouis pratum, verbenas improba carpsit. In hac significatione etiam sumitur pascor deponens, de quo in sequenti dictione dicemus. ¶ Aliquando pasco verbum est actiuum, idem significans quod cibum præbere, νέμειν, βόσκειν, & quasi cibo saginare: & sic dicimus, Herba pascit equum, & pasco equum herba. *Virg. 3. Georg.* Veloces Spartæ catulos, acrémque molossum pasce sero pingui. *Plautus in Mercat.* Nam ædepol equidem, mi senex, non didici baiulare, Nec pecua ruri pascere, neque pueros nutricare. *Cicero 1. de Diuinat.* Qui quum propter paupertatem sues puer pasceret. ¶ Per translationem pro Delectare ἰσιάζειν. *Virg. 1. Æneid.* -atque animum pictura pascit inani. Sic Pascere oculos, est visu alicuius rei gratæ eos oblectare. *Terent. in Phorm* Restabat aliud nihil nisi oculos pascere. [*Senec. Epist. 59.* pascere oculos, vt dici solet.] ¶ Interdum pro Fouere, alere. *Virgilius 3. Georg.* Et qualem infelix amisit Mantua campum pascentem niueos herboso flumine cygnos. *Iuuenal. Satyr. 3.* quot pascit seruos, tot possidet agri Iugera. ¶ Huius composita sunt Compasco, Depasco, Dispesco, Expasco, Perpasco. *Vide suis locis.*

Pāscor, eris, deponens, Comedo, edo, vescor. { רעה בער *raʕáh baʕér* אכל *achál. νέμομαι, βόσκομαι.* } *Virgil. 1. Georg.* Luxuriem segetum tenera depascit in herba. Impascor, Intus pasco, ἐνέμομαι. *Colum. lib. 2.* Neque suem velimus impasci pratum, quoniam rostro suffodiat, & cespites excitet. ¶ Pascor ponitur quoque passiuè, & tunc ablatiuo iungitur. *Cicero pro Sest.* Aut qui propter insitum quendam animi furorem discordiis ciuium & seditione pascantur. *Idem in Pisonem*, His ego rebus pascor, his delector, his perfruor, &c. [*Seneca cap. 1. de Consol. ad Marc.* Ipsa acerbitate hæc vitia pascuntur (id est aluntur, nutriuntur. GALLIC. Sont nourris, alimentez, & entretenus.)]

Pascĭto, as, pen. corr. Frequentatiuum à pasco. { διατίμαω GAL. Repaistre, paistre. ITALIC. *Pascolare.* GERMANIC. Stäts oder offt weiden. HISP. *A pascentar, el ganado.* ANGLIC. *To feede often, or go to feede.* } *Varr. 3. de Re rust. c. 16.* Nunc feras dico, quæ in syluestribus locis pascitant: cicures, quæ cultris.

Pāstŭs, a, um, particip. à pascor, Saturatus. { רעה *roʕéh. σιτούμενος.* GAL. Repeu. ITA. *Pasciuto.* GERM. Geweidet. HISPANIC. *A pascentado.* ANG. *Fedde, pastured.* } *Cicero pro Cluent.* Vt etiam bestiæ fame dominante, plerunque ad eum locũ, vbi pastę aliquãdo sint, reuertantur. *Vir. 5. Eclog.* Nõ vlli pastos illis egêre diebus Frigida Daphni boues ad flumina.

Pāstŭs, Cibus, pabulum. { מרעית *marʕíth* מרעה *mirʕéh. νέμησις, νομή.* GAL. Pasturage. ITA. *Pastura.* GERMA. Ein weid/äzung oder futerung. HISPA. *A pascentamiento.* ANG. *Feeding, meet, pasturing.* } *Gell. lib. 2. cap. 29.* Aliæ luce orta, aliis in pastum profecta est. *Virg. 4. Georg.* rursus eadem Vesper vbi è pastu tandem decedere campis Admonuit, tum tecta petunt, tum corpora curant. *Idem ibidem*, Vesper vbi è pastu vitulos ad tecta reducit. *Cic. 1. Offic.* Principio generi animantium omni est à naturâ tributum, vt se, vitam, corpúsque tueatur, declinétque ea quæ ei nocitura videantur, quæque sint ad viuendum necessaria inquirat, & paret: vt pastum, vt latibula, vt alia eiusdem generis.

Pāstĭo, onis, verbale est à pasco, pascendi actus. { מרעות *marʕíth* מרעה *mirʕéh. νόμησις.* GAL. Pasture, pasturage. ITALIC. *Pastura.* GER. weidung/äzung. HISP. *A pascentamiento.* ANGLIC. *Feeding, pasturing.* } *Var. 2. de Re rust. ca. 10.* Qui pascunt in saltibus, greges cogere oportet, in pastione diem totum esse. ¶ Accipitur etiam pro ipso pecudum alimento. *Cic. pro lege Manil.* Asia verò tam opima est & fertilis, vt & vbertate agrorum & varietate fructuum & magnitudine pastionis & multitudine earum rerum quæ exportantur, facilè omnibus terris antecellat. *Valla lib. 4.* Pastio videtur significare cibum, sed tamen potiùs ad alimenta pecudum pertinet quæ pasci dicimus: quãquã suapte natura significat ipsam actionem pascendi: nunc frequentius cibum. *Columella lib. 1. in Præfat.* Procuratoris verò & subulci diuersa professio, diuersæ pastiones.

Pāstĭcŭs, a, um, Quod pastui aptum est. { νομαδικός. GAL. Qui sert de pasturage. ITA. *Abondante di pascoli, pascolatiuo.* GER. Zur weid füglich. HI. *Campo ò cosa que se pasce.* ANG. *That serueth to feede cattaill.* } vnde *Paulus* Syluam pascuam appellat quæ est pascuis pecudum destinata. *Pla. in Truc.* Non aruus hic qui arari soleat sed pascuus est ager. *Lucretius lib. 5.* Siue quòd inducti terræ bonitate volebant pandere agros pingues, & pascua reddere rura. Hoc est, colere rura vt apta essent pascendis armentis.

Pāscŭum, pascui, à quo plurale, pascua, orum. In quibus pecudes pascuntur, siue ager pascuus sit, siue pratum, siue mõs aut collis. { מרעית *marʕíth* מרעה *mirʕéh. βοσκησία, νομή.* GAL. Pasturage, ou pastis, herbage. ITA. *Pascolo.* GERMAN. Ein weid/ein ort da mann das vych weidet/ein ätzig weid. HISPAN. *Cosa que se pasce ò pascienta.* ANG. *A pasture or place where beasties feede.* } *Columell. lib. 8.* In eo rure quod pascuo caret, contineri potest, exiguo, & qualicunque pabulo contentus. *Idem lib. 8. cap. 14.* Esuriens mittatur in pascuũ. *Ibidem li. 8. c. 3.* Nec tamen vlla tam blanda sunt pabula, aut etiam pascua, quorum gratia non exolescat vsu cõtinuo. Herbosa pascua. *Ouid. 2. Metamorpho.* Læta pascua. *Hora. 4. Carm. Ode 4.* ¶ Pascua, (*inquit Plin. lib. 18. cap. 3.*) in Censoriis tabulis dicebantur omnia ex quibus populus reditus haberet, quia diu hoc solùm vectigal fuerat.

Pāscŭlēs, Oues & gallinæ dicuntur, quæ passim pascuntur: à pasco, siue à pascuis, quasi pascuales. { σιτευτά. GAL. Qui repaissent çà & là. ITA. *Che pascolano qua & la.* GERMAN. Das hin vnnd här weidet/weid vych. HISPANIC. *Cosas de pasto.* ANGLIC. *Sheepand hennes or other beasties that feedeth hither and thither.* } *Lucil.* Pascali pecore, ac montano hirco, &c. *Nonius.*

Pāstŏr, oris, Cui pascendi pecus cura mandata est: vox sæpius repetita *apud Varro. Catonem, Columel.* { רעה *roʕéh. ποιμήν.* GAL. Pasteur, berger. ITA. *Pastore.* GERM. Ein hirt des vychs/so mann auff die weid treibt. HISP. *Pastor.* ANGLIC. A *sheepheard, a keeper of cattayll.* } *Cic. pro Flac.* O pastores nescio quos cupidos literarum. *Virgil. 3. Georg.* deserтáque regna Pastorum, & longè saltus, latéque vacantes. *Iunen. Sat. 11.* Pastoris duri est hic filius, ille bubulci.

Pāstōrālis, & hoc pastorale. Quod est pastoris, vel quod ad pastorem pertinet. { ποιμενικός, ποιμαντικός. GAL. de pasteur. ITA. *Pastorale.* GERMA. Des hirten. HISPANIC. *Cosa perteneſciente à pastor.* ANGLIC. *Pertcining to a sheep heard or keeper of tattail.* } vt Pastoralis cura, Pastorale officium. *Varr.* Tertio gradu à vita pastorali ad agriculturam descenderunt. *Cicero 1. de Diuinat.* At ille Romuli auguratus pastoralis, non vrbanus fuit, nec fictus ad opiniones imperitorum. *Virgil. 7. Aeneid.* Et pastoralem præfixa cuspide myrtum. *Columel. libro sexto capite 23.* Ad quem satura pabulo libenter recurrunt, quum pastorali signo quasi receptui canitur. *Ouidius 2. Fast.* Romulus & frater, pastoralisque iuuentus Solibus & campo corpora nuda dabant.

Pāstōrĭtĭus, a, um, Pastoralis. { ποιμαντικός, βοτανικός. GAL. De pasteur, de pasture. ITA. *De pastore, pastorale.* GERMANIC. Hirtisch/ eines hirten. HISPANIC. *Cosa perteneſciente à pastio, pastoral.* ANGLIC. *Of a sheepheard or keeper of cattail.* } *Varro lib. 1. de Re rust. cap. 2.* Quum homines pastoritiam vitam agerent, neque scirent etiam arare terram. *Cicero ad Atic. lib. 1.* Itaque & ludis, & gladiatoribus mirandas βουκολίας sine vlla pastoritia fistula auferebamus. *Idem pro Cælio*, Fera quædam sodalitas, & planè pastoritia atque agrestis germanorum Lupercorum.

Pāstōrĭus, a, um, Quod ad pastorem pertinet. { ποιμενικός. GAL. Appartenant à pasteur. ITA. *Cio che s'appartiene à pastore.* GER. Dem hirten zugehörig. HISPAN. *Cosa perteneſciente à pastor.* ANGLIC. *Belonging to a sheepheard or keeper of cataill.* } *Varro lib. 2. de Re rust.* Antea quæ tria heri dixisti mihi de pastoria re. *Ouid. 2. Metam.* Illud erat tempus, quo te pastoria pellis Texit: onúsque fuit baculus syluestris oliuæ. Sibila pistoria. *Idem 13. Metam.*

PASIPHAE, per quatuor syllabas, Πασιφάη. Filia Solis, & vxor Minois regis Cretæ, quam fabulæ ferunt Tauri amore captam fuisse, Dædalíque opera, qui ligneæ eam vaccæ inclusit, voti compotem factam, Minotaurum peperisse, media parte hominem, reliqua taurũ referentem, quod monstrum postea in Cretensi labyrintho Theseus dicitur interfecisse, Ariadnes ope aditus. *Seruius* Minois scribam fuisse tradit nomine Taurum, cum quo Pasiphae mutuo eius amore capta, in Dædali ædibus concubuit *De hac Vir. 6. Eclog.* Et fortunatam, si nunquam armenta fuissent, Pasiphaen, niuei solatur amore iuuenci. * Hinc Adiect. Pasiphaeius παστφαείος. *Ouid. 15. Metam.* -me Pasiphaeia quondam T- tatũ frustra, &c. Id est, Phædra quæ Pasiphaes fuit filia ex Minoe. [De hac Pasiphaë, *Sueton. in Nerone cap. 12.* ¶ At de Pasiphaes fano, & vnde

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

dicta,& quæ pasiphae,(alia à Minois vxore) *Plutarch.in Agide.*]

PĀSĪTĔLĒS,παστιτέλης,Insignis statuarius fuit,&artis plasticę peritissimus: de quo *vide Plin.l.35.c.12.*

PĀSĪTHĔA,παιθέα.Vna ex tribus Gratiis,quam alij Euphrosynen vocãt, *Stat.*Non hoc Pasithee blandarum prima sororum.

PĀSĪTHŌĒ,παιθόη,Nomen est nymphæ marinæ,Nerei & Doridis filiæ, *autor Hesiod.in Theog.*

PASITIGRIS,Tigris amnis appellatur,ea in parte qua duo eius aluei cõfluunt.*Plin.lib.6.c.27.*Tigris citra Seleuciam Babyloniam CXXXV.M. pass.diuisus in alueos duos:altero Meridiem ac Seleuciam petit,Mesenem perfundens:altero ad Septentrionem flexus,eiusdem generis tergo,campos Cauchas secat.Vbi remeauere aquæ,pasitigris appellatur.

PĀSSĂLŸS, παίσαλος, & Achemon Cercopes fuere filiæ Sennonidis mulieris fatidicæ,qui cùm nullo non iniuriarum genere in obuium quẽque debaccharentur,à matre admoniti sunt vt sibi à Melampygo cauerent.Euẽnit deinde vt Hercules sub arbore quadam dormiret,armis in eandem reclinatis.Accesserunt Cercopes fratres,eúmque dormientem ipsius armis aggredi tentarunt. At ille protinus insidias sentiens, correptos ac vinctos,de claua suspendit leporum ritu,& ad eum modum gestabat. Pendentes ita capitibus deorsum demissis, posticum Herculis nigris pilis horridum atque hispidum intuiti, non Lydorum more læue ac depilatum, materni moniti memores,ea de re inter sè confabulabãtur.Quod simulac audiuit Hercules,cognomine delectatus,& in risum solutus,vinculis eos liberatos dimisit.

Passĕr, eris, Auis est vulgo nota,quam nonnulli à patiendo dictam putant, quòd morbum caducum patiatur. { צפור *tsippór.* στρουθίον. GAL. Passereau,moineau.ITA.*Passere.*GE.Ein spatz oder sperling.HI. *El gorrion.*ANG. A *sparrow.* } *Plin.l.10.c.36.*Contrà passeri minimum vitæ, cui salacitas par mares negantur anno diutius durare, argumento, quia nulla veris initio appareat nigritudo in rostro quę ab çtate incipit. Fœminis longiusculũ spatium.*Cic.1.de Diuinat.*Calchas sex passerũ numero belli Troiani annos auguratus est.*Horat.2.Serm.Sat.*8.-quum passeris atque ingustata mihi porrexerit ilia rhombi. ¶ Est passer nomen piscis marini,ex genere pelamidum, *vt ait Plin.l.32.c.11.* ψῆττα. ¶ Est præterea passer loci nomen non procul à Terracina.[*Martial.Epigr.42 lib.6.* Non mollis Sinuessa, feruidique Fluctus Passeris,an superbus Anxur.¶ Passer solitarius,στρουθίον μονάζον,Auis aliquanto grandior passere,ac subnigrior,solus per domorum culmina incedens,cantu suauis.*Sipontinus.*

Passercŭlŭs,diminutiuum. { στρουθίον. GALLIC.Petit passereau.ITAL.*Picciole passero.*GERM.Ein spätzlin.HIS.*Pequenno gorrion.*ANG.*A litle sparrow.* } *Plaut.in Asin.* [*sc.3.a.3.*] Dic igitur me tuum passerculum, gallinam,coturnicem.*Cicero 2.de Diuinat.*Cur autem de passerculis coniecturam facit,in quibus nullum erat monstrum,&c.

Passĕrnĭcĕs,Cotes sunt,quæ trans Alpes inueniuntur aqua aciem trahentes.*Plin.lib.36.c.22.*Repertæ sunt in Italia aqua trahentes aciem acerrimo effectu,necnon & trans Alpes,quas Passernices vocant.

Passim,aduerbium:à passu,Sparsim,veluti per singulos passus, omni loco. { πάντῃ,διασπορᾶς, ἀνὰ ὅλα. GALL.Par tout,de tous costez. ITA. *Tutta,quà,là.*GER Hin vnd här/ allenthalben. HISPA. *De passo en passo.* ANG.*Here and there,mingledlie.* } Vbique dicitur de eo loco in quo nullum est interuallum:vt,Herba est in prato vbique,grex verò passim pascitur,quia aliquid interualli est inter pecudẽ & pecudẽ,non inter herbam & herbam.*Cicero pro Fonteio,* Hi contrà vagantur læti, atque erecti passim toto foro.Sed hæc sæpe confunduntur. [Huic (aëri) & contextus passim fluat igneus æther. Item,Gelidas passim discectus in alpes.*Tibull.lib.4.*] ¶ *Lactantius* vsus est pro vndique,πανταχόθεν.Constituit asylum,eò passim confugerunt ex finitimis locis.¶ Pro nullo aut loci aut personæ discrimine,& vt cuique libet.*Virg.3.Æneid.*Passim in littore sicco Corpora curamus, id est vt quisque vult,siue indifferenter. ¶ Pro vbique,παντοχοῦ,παντταχῆ, *Lactantius*, Creditur ei passim tanquam cognitæ veritati.

Passum,si,Vini dulcis genus,quod ex vuis passis exprimitur.{γλυκὺ.GA. Du vin cuit,vin doux. ITA.*Sapa.*GERM.Süsser wein auß meertrebten gemacht.HISP.*Vino bastardo de vuas passas.*ANG.*Sodden or sweet wine.* } Vua autem passa ea dicitur,quæ ad solem suspenditur, vt maiorem contrahat dulcedinem. [*Plautus Pseud.sc.4.a.2.*] Dulce promat murrhinam, passum defrutum. *Gell. cap.23. libr.10.* Passum bibebant mulieres.[Quomodo autem fiat passum, docet *Colum.lib.12.cap.39.* Vuam (*inquit*) præcoquam bene maturam legito, acina arida aut vitiosa reiicito,& furcas vel palos qui cannas sustineant, inter quaternos pedes figito, & perticis iugato.Tum insuper cannas ponito,& in sole pandito vuas,& noctibus tegito ne irrorentur. Quum deinde exaruerint, acina decerpito, & in dolium, aut in seriam coniicito: eodem mustum quamoptimum, sic vt grana submersa sint, adiicito. Vbi combiberint vuæ, seque impleuerint,sexto die in fiscellam conferto, & prælo premito, passumque tollito. ¶ Passum secundarium, quod fiebat post passum,brisa musto madefacta. *Colum. ibidem.* Postea vinaceos calcato,adiecto recentissimo musto, quod ex aliis vuis factum fuerit, quas per triduum insolaueris, tum permiscето, & subactam brisam prælo subiicito, passumque secundarium statim vasis oblinitis includito. ¶ Passum aliquando idem est quod siccum & rugosum. *Plaut. in Stich.* In portum vento secundo,velo passo peruenit, id est laxo & rugoso.Vnde & vua passa dicta est,quòd sit rugis implicata. ¶ Item hinc dicuntur passi senes. *Lucil. Sat.9.* Rugosi passique senes eadem omnia quærunt.*Ex Nonio.*

Pāssŭs,à verbo PATIOR,*Vide* PATIOR.

Pāssŭs,à Pando,dis.*Vide* PANDO.

Pāssŭs, sus, Propriè est extensio pedum progrediendo.{ צער *tsaʿádh* מצער *mitsʿádh.* βῆμα.GAL.Vn pas. ITALI. *Passo.* GERMANIC. Ein tritt / oder schritt.HI.*Passo,passada tendida de cinco pies.* ANG. A *pace in going,a steppe.*Virg.2.Æneid.- sequitúrque patrem non passibus æquis. [*Ouid. Eleg.7.libr.3.Trist.* Senectus quæ strepitum passu non faciente venit. *Idem Eleg. vlt.lib.4.Trist.* Interea tacito passu labentibus annis, &c.] ¶ Dicitur præterea passus mensura duorum pedum, & semissis : à passis, hoc est extensis pedibus. Tantum enim fere in progrediendo spatij est inter digitos prioris pedis & calcaneum posterioris. Hic autem passus minor, vel passus simplex dicitur, à nonnullis etiam gressus. ¶ Passus autem maior, qui & passus Geometricus dicitur,quod eo præcipuè Geometræ vtantur, constat ex quinque pedibus,hoc est ex passu minore geminato.Ex hoc passu cõstare milliaria dicuntur : quem vno nomine, quoties passus mentio apud scriptores veteres occurrit,Geometricum passum accipere debemus. *Plinius lib.11. cap.7.*Apes operantur inter sexaginta passus.*Vide Cosmographiam Appiani.*

Pastillum,neut.gen. (*sicut docet Festus*) Genus libi rotundi quo vtebantur in sacris.

Pāstillŭs, Est massula cuiuscunque materiæ in formam panis parui cocta.{ ζωχίσκος.Trochiscque.ITALIC.*Pastello.* GERMA. Ein tugelin oder tafelin als man in den apotecken hat zur artzney formlich / die man wider zerreiben kan. HISPA. *Panezillo,trochisco.* ANGLI. *Pomanders or other lyk sweet balles,washing balles.* } Diminutiuum videtur à pasta,quamuis fiat mutatio generis. *Festus* à pane deducit.Hinc Pastilli medicinales, & qui odoris gratia conficiuntur.*Horat.1.Serm. Satyr.2.*Pastillos Rufillus olet, Gorgonius hircum. Græcè trochisci dicuntur ab orbiculari forma. ¶ Pastilli (*inquit Celsus lib.5.cap.17.*) medicis arida sunt medicamenta, contrita humore non pingui,aut vino,vel aceto incocta, quæ à coctione rursus inaruerunt : quæ quoties vsus poscit, subinde eiusdem generis humore diluuntur:deinde vulneribus illinuntur,non autem imponuntur vt emplastra. *Plin. lib.33.cap.6.* Quod vbi subsidit,flos intelligitur,ac linteolo interposito, in sole siccatur, non vt perarescat:iterúmque in mortario teritur,& in pastillos diuiditur.

Pāstillĭcārĕ,& patulicare,In formam pastilli redigere.*Vide Hermol.Barb. in Censura Plinianæ.*

Pāstĭnācă,æ, Genus radicis,virtutis calidæ { σαφυλῖτος. ITA. *Pastinaca.* GERM.Pasteney.HISP. *çanahoria.*ANGLIC.*A parsnep or carret.*}Huius duæ sunt species,agrestis,quam Græci proprie vocant σαφυλῖτην. GA. Des panets.Altera hortensis,quam iidem paucis literis immutatis vocant *Pastenades.Plin.lib 39.cap.5.& Dioscor.lib.3. cap.57. & 81.* Item pastinaca,piscis venenatus ex planorum genere, ἡ βατίς. *Plin.lib.9. cap.42.* Nam pastinaca latrocinatur ex occulto transeuntes radio (quod telum est ei)figens.Argumenta solertiæ huius, quod tardissimi piscium hi mugilem velocissimum omnium habentes in ventre reperiantur.*Celsus libr.6.cap.9.* Et plani piscis quem nostri pastinacam,Græci βατίνα vocant,aculeus torretur.

Pāstĭnum ni, penult.corr.{ מעדר *maʿdér.* τὸ σκαφεῖον.GALLI.Vne houe de vigneron. ITA.*Forcello di ferro.* GERMAN. Ein karst.HISPANIC. *El açado ò el açadon.*ANGLIC.*A dible to set herbes in a garden.*}*Colum. lib.3.cap.18.*Ferramentum bifurcum esse ait, quo semina panguntur. ¶ Palladius accipit pro pastinato, hoc est pro terra pastinatione renouata,Pastinum fieri nunc tempus est.Mensura pastini hæc est,in tabula quadrata iugerali,vt centeni octogeni pedes per singula latera dirigantur.

Pāstĭno,as,are.Est agrum fodere.{ עדר *badhár.* βαλοτροφεῖν. GALLIC. Houer.ITA.*Zappare.*GERM.Hacken mit einem karst. HISP.*Cauar vinnas ò arboles.*ANGLIC.*To delue in a garden.* } *Colu.lib.3.cap.13.* Tum in terrã bene pastinatam,& stercoratã rectum sarmentũ defigito. ¶Huius compositum est, Repastino,as. Repastinari dicebant veteres vineas quæ refodiebantur.Hæc enim propria appellatio restibilis vineti erat : nunc antiquitatis imprudens consuetudo quicquid emoti soli vineis præparatur, repastinatum vocat.Vnde quidam Repastinari agrum dicunt,cuius natura fodiendo mutatur.*Plin.lib.19.* Præcipuus fit caulis sapore ac magnitudine, primum omnium, si in repastinato seras. Hinc repastinatio, pro renouatione quandoque capitur.

Pāstĭnātĭo,onis.{ βαλοτροφία.GAL.Houement. ITA. *Il zappare.* GERM. Hacken / oder vmbherrürung mit dem karst. HISPANIC. *Aquella obra de cauar vinnas ò arboles.* ANGLIC. *A delwing.* } *colum.lib.3. cap.12.*Quibus omnibus diligenter exploratis,tum pastinationem suscipiemus.

Pāstĭnātŭs,us,Ipsa pastinatio. βαλοτροφία.*Plin.libr.17.cap.30.* Alba populus seritur bipedaneo pastinatu.

Pāstĭnātŏr,oris.{ עדר *bodiér.* σκαπτήρ.GAL.Houeur.ITA.*Zappatore.*GER. Ein hacker.HISP.*Cauador de vinnas ò arboles.*ANG.*A deluer.*}*Columell. lib.3.cap.13.*Nam duas regulas eius latitudinis,qua pastinator sulcum facturus est,in speciem Græcæ literæ X. decussabimus.

Pāstĭnātum,ati,Solum fossione renouatum. { עדרנ *neḥdár.* τὸ ἐσκαμμένον. GAL.Houé & labouré.ITAL.*Campo zappatto.*GER. Das vmbgehacket ist. HISPAN.*Campo cauado.*ANG.*A place that is delued.*} *Colum. lib.4.cap.* 4.Facta in pastinato scrobe.*Idem lib.3.cap.3.*Et adhuc tamen sic computauimus, quasi nullæ sint viuiradices quæ de pastinato eximantur.

Pāstĭo,Pastus,*Vide* PASCO.

Pāstŏmĭs,idis,{ πασσαλίς.ANG.*Barnacles,an instrument sett on the nose of vnruly horses.*} Instrumentum ferreum,ligneúmve quod ad cohibendam equorum tenaciam naribus vel morsui imponitur.*Lucill.* Pastomides huic de naribus ingentes pendent.

PĀSTŎPHŌRI,penult.corr.παστοφόροι,Sacerdotes sacrosanctiÆgyptiorum honoratiores cæteris.Dicti quòd ferant pallium Veneris, cui nomen est Pastos:à quo & ipsa Venus παστοφόρος dicta est.

Pāstŏphŏrĭum,παστοφόριον.Pastophori domicilium.*Apud Esdram sic legitur,*Exurgens Eidras in pastophorium Ionathæ,& hospitatus illic,non gustauit panem,nec bibit aquam.*Hieronym.in Iesaiam*, Pastophorium est thalamus,in quo habitat præpositus templi.*Et in libr.Machab.* Viderunt sanctificationem desertam,& altare profanum,& portas exustas,& in atriis virgulta nota sicut in saltu,vel in montibus,& pastophora diruta.Dicitur autem pastophorium,παρὰ τὸ πάντοι φέρειν.Pastos autem Græcis modò pallium sacerdotale significat, modò thalamum nuptialem,nonnunquam etiam conuiuij locum in quo sacerdotes solent epulari.

Pāstŏr,Pastoralis,Pastoritius,Pastorius,& Pastus,*Vide* PASCO.

Pătăgĭum, gij,πατάγιον,Aurea chlamys,quæ pretiosis tunicis superindui solet, & qui ita induti sunt, Patagiati dicuntur. Et patagiarij qui huiusmodi vestes conficiunt. *Plau. Epidic.* Indusiatum, patagiatum, *Næuius Lycurgo*,Pallis,patagiis,manicis mortualibus. Alij, malacis mortalibus legunt. *Apuleius.* Vberes enim crines lenitor demissos & ceruicę

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

& ceruice dependulos, ac deinde per colla disposítos, sensimque sinuatu patagio residentes, paulisper ad finem conglobatos in summum verticem nodus astrinxerat. *Festus*, Patagium est quod ad summam tunicam assui solet, quæ & Patagiata dicitur.

[PATAGIARIVS, ij, qui chlamydas aureas concinnat siue conficit, quæ Patagia dicebantur. *Plau. Aul. sc. 5. a. 3.* Caupones Patagiarij, Indusiarij, &c. Patagium quid, Vide in præcedente dictione.]

PATALVS, πάταλος, Insula vicina Cariæ, *apud Stephanum*. Gentile est Patalius.

PATARA, pen. corr. πάταρα, Vrbs Lyciæ, vbi Apollo dabat responsa sex hybernis mensibus, *vt tradit Seruius*. Dicta à Pataro Apollinis filio ex Lycia Xanthi filia: vel ab alio Pataro Lapeonis filio. [Patara 4. casu. *Liuius lib. 7 bell. Macedon.*] ¶ Hinc Pataræus, a, um, παταρεύς. *Stat. lib. 1. Theb.* Phœbe parens, leu te Lyciæ Pataræa niuosis Exercent dumeta iugis. *Ouid. 1. Metam.* -mihi Delphica tellus. Et Claros, & Tenedos, Pataræaque regia seruit.

PATAVIVM, πατάυιον, πατάυιον, Longè clarissima Venetorum ditionis atque imperij vrbs in Italia, quæ alio nomine dicitur Padua, ab Antenore condita, cuius meminit *Plin. lib. 3. cap. 19. & Ptolem. lib. 3. cap. 1.* Extat hodie in eadem vrbe Antenoris sepulchrum vetustissimum cum huiusmodi inscriptione, quæ ob nimiam vetustatem vix legi potest, Inclytus Antenor patriam vox visa quietem, Transtulit huc Henetos, Dardanidúmque fugas: Expulit Euganeos, Patauinam condidit vrbem: Quem tenet hîc humili marmore cæla domus. *Virg. lib. 1. Æneid.* Hic tamen ille vrbem Pataui, sedésque locauit. ¶ Alia eiusdem nominis vrbs *Ptolem.* in Ponto, siue Bithyniá, quæ hodie vulgò *Poline* dicitur. *Vide* PADVA. * Hinc patauinitas, substantiuum. *Quintil. libro 1. cap. 5.* Quemadmodum Pollio deprehendit in Liuio Patauinitatem.

Pătĕfăcĭo, *Vide* PATIO.

Pătĕllă, æ, {מחבת *machabáth* קערה *kearáh*. τηγάνιον. GAL. Vne paelle. ITAL. *Piatello, padella*. GERM. Ein Pfannen oder cuech/ein schussel oder blatten. HISPAN. *Plato*. ANGLIC. *A dish or plait*. } à patulo, vel πλάτη fingo: vel ἀπὸ τῆς πλατίας, hoc est à latitudine: aut certè à nomine Patina, cuius videtur esse diminutiuum: Vas latum est, condiendis opsoniis aptum, lanx, seu paropsis. τηγάνις. siue vas escarium ad olera & pulmenta imponenda. *Horat. libro 1. Epist. 5.* Nec modica cœnare times olus omne patella. *Ouid. 2. Fast.* Nutriat intinctos missa patella cibos. [*Ouid. 6. Fast.* Fert missos Vestæ pura patella cibos.] *Cic. 2. de Finibus.* Atqui reperiemus alotos primùm ita non religiosos, vt edant de patella: deinde ita mortem non timentes, vt illud in ore habeant ex Hymnide, Mihi sex menses satis sunt vitæ, septimum Orco spondeo. *Mart. lib. 13.* Quanuis lata gerat patella rhombum, Rhombus latior est tamen patella. Sunt qui velint patellam eandem esse cum sartagine: sed *Imuen.* diuersa esse ostendit, quum inquit, Vrceoli, pelues, tartago, patellæ. ¶ Est etiam morbus arborum, hoc est, solis exustio. *Plin. lib. 17. cap. 24.* Olea clauum etiam patitur siue fungum placet dici, vel patellam. ¶ Patella item dicitur commissura in cruribus, vbi coxarũ capita media sinuantur, quò facilius excipi à cruribus possint.

* Patena, pro patina: *apud Colum. libr. 12. cap. 43.* Budæo teste. Sed alia exẽplaria habent *patina*. Vide *Patina*.

Pătĕllārĭŭs, a, um, adiectiuũ, vt Patellarij dij. *Pla. Cist.* Dij me omnes magni, minutíque & patellarij, Faxint, ne ego viuos dem suauium Silenio.

Pătĕo, es, patui, absque supino: quanuis nonnulli putent supinum esse passum, quod magis est à pando, Apertus sum. {נפתח *niphtách* נגלח *nigláh* נרחב *nirchab*. φανέρωμαι; ἀνοικτὸς εἰμι. GALLI. Estre ouuert, apparoir. ITAL. *Essere patente, aperto, manifesto*. GERM. Offen sein. HISPAN. *Ser manifiesto y abierto*. ANG. *To be open or patent, to be manifest*. } *Plaut.* Ingredere tu, fores iamdiu patent. [Quid stas foris, fores cui patent magis, quàm domus tua. *Plaut. Men. sc. 4. a. 2.* Omnia omnibus patere non debent. *Senec. cap. 15. de Tranquil.* Qua patuit (pectus) lætalem condidit ensem. *Ouid. 13. Metam. Ibidem*, Mille patet plagis Clypeus. Ædes patent, si adfers, &c. *Plaut. Asin. sc. 3. a. 1.* En patet in laudes area lata tuas. *Ouid. Eleg. 3. lib. 4. Trist.* Patent præstigiæ. *Plau. Capt. sc. 3. a. 3.* Tum patet has genres axe tremente premi. *Ouid. Eleg. 10. lib. 3. Trist.* Fac modo te pateat pœnituisse tui. *Ouid. Eleg. 9. libr. 4. Trist.* Quid facundia posset, re patuit. *Ouid. 13. Metam.* Pretio quæ obiecta patebant. (crimina) *Ouid. 13. Metam.* Si notum qua patet orbis erit. *Ouid. Eleg. 9. lib 4. Trist.* ¶ Patere pro longum, siue diuturnum esse: vt, Multum patuit hoc tempus (.i. valde longum fuit) *Seneca cap. 2. de Cons. ad Mart.*] *Terent. in Eunuch.* si hõc efficio, postulo vt mihi tua domus Te præsente absente pateat, inuocato vt sit locus. *Cæsar 6. bell. Gall.* His omnium domus patent, victúsque communicatur. *Virg 6. Æneid.* Noctes atque dies patet atri ianua Diris. ¶ Vsus est crebrò Cælar pro Extendor. *7. bell. Gall.* Ante id oppidum planities millia passuum tria in longitudinem patebat. [*Idem Cæs. lib. 1. de bell. ciu. Et lib. 2. Ibid.* Patentes quatuor digitos tegulæ.] ¶ Aliquando valet idem quod, In potestate esse: vt omnia mea tibi patent. id est sunt in tua potestate. *Salust. in Catilin.* Vbi cuncta maria, terræque patebant Romanis, id est erant in cuiusque potestate, cuilibet tutum erat & mari & terra iter facere. Contrà mare occlusum dicitur, quum prædonibus est infestum, & nemini tutum. ¶ Aliquando pro obnoxium siue opportunum esse. *Celsus libr. 2. cap. 1.* Longis morbis senectus: acutis adolescentia magis patet. ¶ Aliquando pro Constare, siue manifestum esse, & hoc in tertiis personis tam singularibus quàm pluralibus. *Plaut. in Capt.* Operta quæ fuere, aperta iunt, patent præstigiæ. *Plin. lib. 10. cap. 17.* Pisces audire palàm est, vt patet. ¶ Aliquando cum datiuo significat expositum esse. *Liuius 31.* In patentem vulneri equum, equitemque sagittas conicere poterat.

Pătens, Apertus. {נרחב *nirchab*. φανερώμενος, αἰσχρωθήσος. GAL. Manifeste, apparoissant, ouuert. ITALI. *Patente, aperto, manifesto*. GERMANIC. Offen. HISP. *abierto, manifesto*. ANG. *Open, patent, manifest*. } Differt autem Patens & Patulus, quòd patens sit ad tempus, patulum, perpetuum. *Virg. 1. Eclog.* Tityre tu patulæ recubans sub tegmine fagi. Nares patulæ, *Ouid. 2. Metamorph.* Os patulum, *Ouid. Epistol. 15.* Vias patulas aperire. *Silius lib. 17.* Campi patuli. *Claud. de raptu Proserp.* Hinc Plautus Bouem patulum appellat, cuius cornua diuersa sunt, ac latè patent. *Virg. 9. Æneid.* -perfertur nuntius, hostem feruere cæde noua, & portas præbere patentes. [¶ Item Patens (id est extensus, largus:) *Cæsar libr. 2. de bell. ciu.* Patentes quatuor digitos tegulæ. ¶ Pro aperto, siue manifesto. *Ouid. 13. Metamo.* Sed neque facinus defendere tantum, tamque patens valuit.] ¶ Inuenitur tamen etiam patens pro patulo positum, hoc est pro eo quod semper patet. *Idem 4. Georg.* Ergo vbi ver nactæ sudum, campósque patentes, Erumpunt portis, concurrunt, æthere in alto Fit sonitus, &c. *Liuius 7. ab Vrbe*, Iussæ legiones arma capere, egressáque castris, quum per exploratores notior iam saltus esset, via patentiore ad hostem ducuntur. *Colum. lib. 12. cap. 6.* Dolium quam patentissimi oris locato in ea parte villæ quæ plurimum solis accipit, id dolium aqua cœlesti repleto, &c.

Pătĕntĕr, aduerbium. { φανερῶς, αἰσχρῶς. GALLIC. Manifestement, ouuertement. ITA. & HISPANI. *Manifiestamente*. GERMA. Offentlich. ANGLIC. *Plainelie, openlie*. } *Cicer. 2. de Inuent.* Absoluta est, quæ ipsa in se non vt negotialis implicitè & absconditè, sed patentius & expeditius recti & non recti quæstionem continet.

Pătĕfăctĭo, is, Aperio, recludo, patentem facio. {פתח *patách* רחב *rachab* גלח *ghil áh*. ἀνοίγω. GALL. Ouurir, manifester. ITAL. *Aperire, manifestare*. GER. Offnen. HISP. *Abrir, manifestar*. ANG. *To open vp and mak plaine*. } *Liuius 2. ab Vrbe*, Ita induxisse se animum, hostibus potius quàm regibus portas patefacere. *Ouid. 2. Metamorphos.* Cælestique fores virga patefecit. *Liuius 2. ab Vrbe*, Et ad extrema ventum foret, ni legati rapto Consulis corpore patefecissent vna porta hostibus viam. ¶ Nonnunquam valet idem quod declarare, detegere, manifestare, palàm facere, ἀναγκαύλεω. *Terent. in Hecyra*, Pertulit tot meas iniurias, quæ nunquam vllo patefecit loco. *Cicer. ad Quintum fratrem, lib. 2.* Racilius qui vnus ex hoc tempore Tribunus plebis, rem patefecit. *Idem ad Attt. lib. 11.* Sed neque hoc tempore, nec antea patefecisset odium suum in me, nisi omnibus rebus me esse oppressum videret.

Pătĕfăctĭo, onis, verbale. {פתחן *pithchón*. ἄνοιξις. GALL. Ouuerture. ITA. *Apertura*. GERM. Eröffnung. HISP. *Aquella obra de abrir, abrimiento*. ANG. *A making open or opening vp*. } *Cicero de Finibus*, Atqui hæc patefactio, quasi rerum opertarum, quum quid, quidque sit, aperitur, definitio est, qua tu etiam imprudens vtebare nonnunquam.

Pătĕfĭo, Apertus & palàm fio, innotesco. {נגלח *nigláh* נפתח *niphtách* נרחב *nirchab*. ἀναγκαύλομαι. GALLI. Estre descouuert. ITALIC. *Essere scoperto*. GERM. Geoffnet oder offenbar werden. HISPAN. *Ser descubierto*, ANG. *To be manifest and knawen*. } *Terentius in Phormion.* Ego nullo remedio possum me euoluere ex his turbis, Quin si hoc celetur, in metu: sin patefit, in probro siem.

Pătĕĭco, ĭcis, Aperior, patens fio. {נגלח *nigláh* נפתח *niphtách* נרחב *nirchab*. ἀνοίγομαι. GAL. Estre descouuert & manifeste. ITAL. *Essere aperto, scoprirse, manifestarse*. GER. Sich öffnen/sich anfahen auffthun. HISP. *Ser manifiesto*. ANGL. *To waxe patent or open*. } *Plin. lib. 22. cap. 22.* Si patescẽtes primò adhalauerit. *Liu. 2. bel. Punic.* Deinde paulò latior patescit campus, inde colles assurgunt. ¶ Quandoque tamen pro primitiuo ponitur. *Sallust.* Hinc late patescentibus campis, exercitum tutò emittit. *Virg. 2. Æneid.* -Danaúmque patescunt Insidiæ. Id est manifestæ fiunt, apparent, patent. Atria patescunt. *Idem 1. Æneid.* Portus patescit iam propior. *Idem 3. Æneid.*

Pătŭlŭs, a, um, Apertus, latus, diffusus. {נרחב *nirchab*. αἰσχρὸς. GAL. Ouuert. ITA. *Aperto, patente*. GER. Auffgespert/ das stats offen oder zerthon ist. HISPAN. *Cosa que esta siempre abierta*. ANG. *wide open, large, broade that is alwayes open*. } Differtque à patenti, quòd patula dicantur, quæ semper aperta sunt. Patentia autem quæ ad tempus patent, postea claudenda. * Arbor patula, hoc est ampla & longe latéque suis ramis diffusa ac distenta. *Virgilius 1. Eclog.* Tityre tu patulæ recubans sub tegmine fagi.

Pătŭlĭcō, as, pen. cor. Aperior, patulus fio. {נגלח *nigláh* נפתח *niphtách* נרחב *nirchab*. ἀνέῳγμαι. GAL. Estre ouuert. ITALI. *Essere aperto*. GERM. Sich auffthun. HI. *Ser abierto*. ANG. *To be wide open*. } *Plin. lib. 21. cap. 8.* Luteus & bellio patulicantibus quinquagenis quinis barbulis corona tur. *Hermol.* legit pastilicantibus.

Pātŏr, huius patoris, pen. prod. Hiatus, & apertio. {פתחון *pithchón* χάσμα. GALLIC. Ouuerture. ITA. *Apertura*. GERM. Aufflockung oder ein tjack/ ein spalt. HI. *Abrimiento*. ANG. *An vponing*. } à patédo nomen deductũ: sicut Vagor pro vagitu, & fluor pro fluxu. *Apul. l. 3.* Quod altrinsecus ædium patore perflabili, &c.

Pătĕr, huius patris, parens qui aliquem genuit. {אב *ab*. ὁ γεννήσας, καὶ πάτηρ. GALLIC. Pere. ITA. & HISP. *Padre*. GERMAN. Ein vatter. ANGLIC. *A father*. } *Terent. in Adelph.* Tuus hercle verò & animo & natura pater. Deducitur autem à Græco nomine πατὴρ: quanuis *Var. lib. 4. de lingua Latina*, Patrem à patefaciendo semine dictum velit. Et *Cornutus in Persium* à patratione, id est, rei venereæ perfectione & consummatione dictum putet, quòd pater patrationé facta filios procreet. [*Plautus Capt. sc. 5. a. 1.* probum patrem esse oportet, qui gnatum suum probiorem esse, quàm se postulet. *Item*, Istuc est patrem esse, vt æquum est, filio. *Ibidem. Item* Cygno prognatum patre. *Plaut. Menæch. sc. 2. & vlt. a. 5.* Omnes tibi patres sunt? *Plaut. Pseud. sc. 3. a. 1.* patrem occidisse te, & Matrem vendidisse certò scio. *Plaut. Men. sc. 5. a. 5.* per Iouem adiuro patrem. *Plau. Menæch. sc. 7. a. 5.* ¶ pater seruitutis. *Plaut. Amphitr.* (cui opponitur pater libertatis.) Vestrum patri filij quot eratis? *Plautus Men. sc. vlt. a. 5.* Verberasti patrem atque matrem. *Plautus Pseud. sc. 3. a. 1.* Meus pater est Antimachus, Ego vocor Lyconides. *Plau. Aul. sc. 6. a. 4.* pater vænibit multò potius, quàm sinam egere. *Plaut. Mostell. sc. 3. a. 1.*] *Ouid. 9. Metamorph.* Nec nos aut durus pater, aut reuerentia famæ, Aut timor impediet. *Hora. 2. Epist. 1.* -pueri patrésque iueueri Fronde comas cincti cœnant. [¶ Hoc nomen etiam inuenitur tributum brutis. *Iuuenal Satyr. 8.* pater armenti Taurus.] ¶ patris nomine aui, abaui, proaui, atauí continentur, non autem tritaui, *vt vult Valla*. Hinc quũ patrum nostrorum memoria dicimus aliquid esse factum, proxima ante nostram ætatem intelligimus, non autem illa sexta. [Hinc seruus apud *Plaut. in Milit. sc. 4. a. 2.* ita loquitur: Maiores mei ibi sunt siti (nempe in cruce) pater, auus, abauus.] *Cicero 1. de Orat.* Quid quod vsu memoria patrum venit, vt, &c. patres maioréque nostri. *Idem 1. Verr. Virgil. 2. Georg.* Sacra Deum, sanctique patres. ¶ *Pater* etiam no-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

men religionis est: vnde dij omnes patres vocabantur, peculiariter tamen Bacchus hoc sibi nomen vendicauit. *Virgil.2.Georg.* Huc pater ô Lenæe veni. *Vbi Seruius*, pater licet generale sit omnium Deorum, tamen propriè Libero semper cohæret: nam Liber pater vocatur. *Idem alio loco*, Pater propriè omniũ Deorũ est epitheto. ¶ Dinũm pater, hoc est Iupiter. *Virg.1.Æneid.* diuũm pater, atque hominum rex. ¶ Oceanus pater rerum. *Idem 4.Georgic.* simul ipsa precatur Oceanúmque patrem rerum, Nymphásque sorores. [*Gell.cap.12. lib.5.* Iouis pater, & iunctim Iuppiter: *Item*, Saturnus pater, Mars pater, Neptunus pater. *Ibidem.* ¶ *Item* Pater vrbis (i. conditor) Romulus dicitur. *Ouid.3.Fast.*] ¶ Gradiuus pater, hoc est Mars. *Idem 3. Æneid.* Multa mouens animo, Nymphas venerabar agrestes, Gradiuúmque patrem, Geticis qui præsidet aruis. ¶ pater absolutè pro Ioue. *Virg.1.Georg.* Ipse pater media nimborum in nocte, coruſca Fulmina molitur dextra. *Ibidem*, Ter pater extructos disiecit fulmine montes. ¶ Similiter pater nomen est reuerentiæ, quæ causa Romulo fuit, vt centum Senatores, quos ad Reipubl. curam elegit, siue quia is numerus satis erat, siue quia soli cẽtum erant qui ad id idonei essent, patres vocauerit, siue ab ætatis vel curæ similitudine. *Festus*, Patres Senatores ideo appellati sunt, quia agrorum partes attribuebant tenuioribus, ac si liberis propriis. [*Sueton. in Augu.cap.* 58. A Senatu consentiente cum Pop. Rom. Pater patriæ consalutatus est Augustus. Patres, & Patres conscripti vnde, *Plutarch. in Romu.* ¶ Patri Ius vitæ & necis in filios. *Gellius cap.19.lib.5.*] Dicitur autem πατὴρ Græcè quasi παῖδας τηρῶν, hoc est ex se genitos seruans. [Hinc *Plutarch. in Fabio*: patrem vocat Fabium Minutius quia se seruauerat. *Item, Cicero* pater patriæ dictus est, quia ei vitam & libertatẽ conseruauit, quam ei eripere voluit Catilina.)

Pătĕrfămĭlĭās, genitiuus patrisfamiliás, vel patrisamiliæ, dicitur qui primus est, & imperium habet in familiam, siue puber sit, siue impuber. [*Cæsar li.2.de bell.ciuili* : Patresfamiliæ.] { בעל הבית *baal habbáyth.* οἰκοδεσπότης. GALLIC. Pere de famille. ITALIC. *Padre di famiglia.* GER. Ein haußvatter. HISPAN. *Sennor de casa entera.* ANGLIC. *A good man of the house or houshólder.* } *Cicero 2.de Legib.* Vt ne morte patrisfamiliás sacrorum memoria occideret. *Liu.1.ab Vrbe*, Bos in Sabinis nata, cuidã patrifamiliæ dicitur, miranda magnitudine ac specie. [*Vide Senec. Epist.* 47. vbi leuius nomen esse ait, quàm Domini.]

Patres conscripti, οἱ ἐγγεγραμμένοι. *Festus*: Patres dicti sunt, qui sunt patritij generis conscripti, qui in senatu patribus erant scriptis annotati. Ab initio, vt ait *Plutarchus in Romulo*, tantùm patres dicti sunt, postea ascriptis in eum ordinem pluribus, Patres cõscripti vocati sunt. * Patres allecti dicebantur (*autore Festo*) qui propter inopiam ex Equestri ordine in Senatus sunt numerum allecti. Vnde illud *Tranquil. in Cæs.* peregrinis in Senatum allectis libellus propositus est, nequis Senatori nouo curiam monstrare velit. Hodie autem allecti ascriptitiíq;, vocari possunt Latinè in collegiis magistratuum, qui vulgò creati & extraordinarij vocitantur, vt nonnulli sunt hodie inter rationales & præfectos ratiociniorum, quos clericos magistrósque computorum appellamus. *Bud.*

Pătĕr patrātŭs, Fœcialium sacerdotum antistes, per quem & bella denuntiabantur, & fœdera percutiebantur: ita dictus quòd ad iusiurandũ patrandum, id est, sanciendum fieri soleret. *Liu.lib.1.ab Vrbe*, Fœcialis erat M. Valerius patrem patratum Sp. Fusium fecit, verbena caput capillósque tangens pater patratus ad iusiurandum patrandum, id est, sanciendum sit.

Pătĕr patrimus, πατὴρ πατέρα ἔχων, Qui quum ipse pater sit, adhuc viuentem habet patrem. *Vide* PATRIMVS.

Pătrĭī, Senatorum progenies, hoc est, qui à primis Senatoribus à Romulo institutis oriundi erant. { בני איש *bené ísch.* πατρίκιοι. GALLIC. Patriciens. ITALIC. *Patricij.* GERMANIC. Von Rahtsgeschlechteten hár erboren/deren elteren rahtsherren gewäsen sind. HISPAN. *Hijos de senadores.* ANG. *Patriciens, come of a noble stocke.* } *Liu.l.1.* Romulus centum creat Senatores, qui Patres ab honore: Patritij quoque progenies eorum appellati. *Idem l.10.* En vnquam fando audistis patritios primò esse factos, non de cælo demissos, sed qui patrem ciere, auúmque possent? Suidas patritios esse tradit, communis Reip. patres, qui in suprema dignitate sunt Senatorij ordinis. Non tamen omnes Senatores erant patritij: quod apertissimè ostenditur ex his verbis Taciti: iisdem (*inquit*) diebus in numerum patritiorum ascíuit Cæsar vetustissimum quenque ex Senatu, aut quibus clari parentes fuerant. [patricij vnde dicti *Plutarch. in Rom.* Discernuntur Luna à nouitiis, &c. *Interpres Iuuenal. Saty.7.* Patricia lora. *Senec.cap.11.de Tranquill.* patricij mutilabant Megalensibus, plebs Cerealibus. *Gell. cap.2.lib.18.* Interpres *Iuuenal.* ad illa verba *Satyr.10.* Tutor haberi principis, patricius fieri, *inquit.* Patricius vicus: *Martial. Epigr.63.l.10.* Quasi patriciis pueris dantur Anates atque Monedulæ. *Plaut. Capt.sc.4.a.5.* Senatum suppleuit, patricios allegit. *Sueton. in Cæs.cap.41.* Patricius necdum Senator. *Sueton. in Augusti. cap.10.* Cooptare in patricios. *Sueton. in Tib.cap.* Inter patritios allectus. *Sueton. in Othon.cap.1.*] ¶ Exire è patriciis, est fieri plebeium. *Cicero pro domo sua.* ¶ Patricij Franciæ sunt, quos Pares Fráciæ vocant: iuntque quasi duodecim viri Reipub. constituendæ. Sunt enim numero duodecim: sex quidem Pontifices, & sex Duces militares. *Bud.*

Patrĭtĭus, a, um, ὁ τῆς πατρικίας, vt Patritius magistratus. *Cicer.ad Brut.* Dũ enim vnus erit patritius magistratus, auspicia ad Patres redire non possunt. ¶ Patritia familia. *Cic.2.de Leg.* Indoles patritia, *Stat.3. Syl.* ¶ Honos patritius, *Claudianus.*

Pătrĭtĭātŭs, Dignitas patritiorum, ἡ τῶν πατρικίων τιμὴ seu τάξις. *Sueton. in Augusti.* A Tarquinio prisco rege inter Romanas gentes allecta in Senatum: mox à Seruio Tullio in patritias traducta, procedente tempore ad plebem se contulit, ac rursus magna vi per Diuum Iulium in patritiatum redit. De patritiatus honore vide *Hotomanum in Lexico*, qui tametsi multa de eo doctè & disertè dicat, ea tamen quòd minus ad institutum pertineant, volentes missa facimus.

Patrĭtŭ, penult. corr. aduerbium antiquum, More patricio, ac nobiliter, ὡς πατρικίους, ὡς πατρικίων δίκην. *Plau. Casin.* Atat cesso magnificè, patritiéque amiceque hero meo ire aduersum, Et hic locus corruptus est: nam patricè non patritiè est legendum.

Patrĭtŭs, a, um, pen. prod. Quod est patris, sicut auitus quod est aui, vel ab auo. { πατρῷος. GAL. De pere. ITA. *Di padre.* GERMANIC. Bätterlich. HISPAN. *Cosa de patre.* ANG. *Of the father.* } *Cic.1.Tusc. Quæst.* Hæc enim pulchritudo etiã in tertiis patritã illam & auitã (*vt ait Theophr.*) Philosophiam cognitionis cupiditate incensam excitauit.

Patrĭmŭs, patrima, pen. cor. Qui vel quæ patrem adhuc viuentem habet. { ᾧ vel ᾗ πατὴρ ἔστι. GALLIC. Celuy ou celle qui a encor son pere. ITAL. *Colui ò colei ch' a suo padre viuo.* GERMAN. Der oder die den vatter noch bei táben hat. HISPANIC. *El que tiene padre.* ANGLIC. *He or she whois father liueth.* } *Liu.l.37* Patrimi omnes matrimíque ad id sacrificium adhibiti. *Calepinus* putauit penultimam huius dictionis producí, sed nullum profert testimonium. *Angelus Politianus primæ Centuriæ*, c.58. corripit, Concelebranto cohors: verùm hæc sit patrima proles, Matrimáque: ac nuptæ genibus Iunonis ad aram Orato. Pater patrimus, qui quum ipse pater sit, adhuc viuentem habet patrem.

Patērnŭs, a, um, Quod est patris, patrius. { πατρῷος, πατρικός. GALLIC. Paternel. ITA. *Paterno.* GERMANIC. Bätterlich. HISPANIC. *Cosa pertenesciente à padre.* ANGLIC. *Fatherlie.* } *Ter.in Adel.* Pol haud paternum istuc dedisti. *Vbi Donat.* Paternum, deest factum: & Dedisti, pro Fecisti. [*Plau. Milit.sc.1.a.2.* Apud suum parernum hospitem diuortitur. Rura paterna, bubus exercet suis solutus omni fœnore. *Horatius. Item Ouid. Eleg.8.lib.4.Trist.*] *Cic.1.de Orat.* Cum miles domum reuenisset, egissétque lege in hæreditatem paternam testamento exhæres, filius. *Ibid.* Potsétne paternorum bonorum exhæres esse filius? Domus paterna. *Ouid.11.Met.* Amicus paternus, *Cic.ad Att.l.14.* Animus paternus, *Horat.2.Car.Ode 2.* Inimicitiæ paternæ, *Cic.4. Acad.* Opes paternæ, *Ouid. 4.de Ponto*, *Eleg.15.* Paternus, maternúsque sanguis, *Cicer.pro Rosc. Amer.*

Patrīzo, as, vel patrisso, as, Paternos mores imitor. [*Dicmed. libro primo.*] πατρίζω, πατριάζω. GALLIC. Ressembler à son pere, faire comme son pere. ITAL. *Imitar il padre.* GERMAN. Dem vatter nachschlachten. HISP. *Remedar ò semejar à su padre.* ANGLIC. *To resemble his father, to follow the fathers steppes.* } *Teren.in Adelph.* Laudo, ô Ctesipho, patrizas: abi te virum iudico. [Id ne tu miraris si patrissat filius. *Plaut. Pseud. sc.3. a.1.*]

Patrĭus, a, um, Quod est patriæ, vel patris, paternus. { πάτριος, πατρικός. GALLIC. De pere, paternel, natif. ITAL. *Patrio, natio.* GERMAN. Des vatterlandts oder deß vatters. HI. *De padre, ò de la tierra ò naturaleza.* ANG. *Belonging to my father.* } vt Mos patrius. *Cice.de Senec.* Vigebat in ea domo mos patrius, & vigebat in eo animus patris & disciplina. *Vir.li.12.* Patrio mucrone relicto. *Ter. in Eunu.* Hominẽ haud impurũ, sitidẽ patria qui abligurierat bona. Res patriæ & auitæ. *Cic.2. Verr.* Patria & auita philosophia. *Cicero 1.Tuscul.* Mos patrius, *Cicero 1.de Orat.* Hic enim est mos patrius Academiæ, aduersari semper omnibus in disputando. Artes patriæ. *Ouid.1.Ep.* Metus patrius, *Ouid.2.Metamorp.* Amor patrius. *Virg.1.Æneid.* [Patrios penates celebrare. *Ouid.Eleg.8.lib.4.Trist.*] Doctaque non patrio carmina more canis. *Ouid.Eleg.7.l.3.Trist.* Cuius ineſt animo patrij candoris imago. *Ibid.Eleg.4.libro 4.Trist.* Cuius in ingenio patriæ facundia linguæ. *Ouid.Ibidem.* Si Cæsar patrias eripuisset opes. *Ouid.Eleg.5.lib.4.Trist.*]

Patrĭē, aduerb. Affectu paterno. { πατρικῶς, ἢ κατὰ πάτερα. GAL. Paternellement, comme pere. ITALIC. *Con affetto paterno.* GERMA. Bätterlicher. HISPAN. *De affection de padre.* ANG. *Fatherlie, as a father.* } *Quintilian. lib.11.cap.1.* Vtitur hac moderatione *Cic.pro Cæl. contra Atracinum*, Vt eum non inimice corripere, sed patrie monere videatur.

Patrĭcīdă, pen. prod. *Vide* parricida, πατροκτόνος.

Patrĭmōnĭum, nij, Bona paterna, hæreditas à patre relicta. { נחלת אבות *achuzáh ábia.* GAL. Patrimoine, succession de pere à fils. ITAL. *Patrimonio, boni paterni.* GERMA. Das vätterlich erbgut. HISPANIC. *Patrimonio, hazienda patrimonial.* ANGLIC. *That is left by the father to the sonne, patrimonie, hearhipforheritage.* } *Cic.pro domo sua*, Liberis autem nostris satis amplum patrimonium paterni nominis, ac nostræ memoriæ relinquemus. *Idem de Orat.* Propugnator patrimonij sui, & defensor iuris paterni. *Iuuenal. Satyr.12.* Non propter vitam faciũt patrimonia quidam: Sed vit.o cæci propter patrimonia viuunt. ¶ Deuorare patrimonium, dissipare, effundere, vel exhaurire, est hæreditatem à parentibus relictã consumere.

Patrŭŭs, patrui, Frater patris, quòd quasi patris loco sit. { דוד *dodh.* θεῖος ὁ πατρὸς, πατρὸς ἀδελφός. GAL. Oncle paternel, le frere du pere. ITZIO. GERMAN. Des vatters bruder. HISP. *El tio hermano del padre.* ANG. *The fathers brother, an vncle by the fathers side.* } *Cicero 3. Verr.* Patruo testimonium dicente. *Teren. Phorm.* Atque nihil fecit patrue quòd succenseas. Patruus magnus, frater aui: Patruus maior, frater proaui. Patruus maximus, frater abaui: qui & propatruus & abpatruus dicitur. Patruissimus superlatiuum. *Plaut. in Pœn.* Patrue mi, *inquis*, patruissime.

Patrŭŭs, a, um, adiectiuum, à patruo deductum, pro seuero per translationem accipitur. πατραδελφικός. *Horat.3.Carm.* Miseratum est, neque amori dare ludum, Neque dulci mala vino lauere, aut exanimari metuenteis patruæ verbera linguæ.

Patrŭēlis, pen. prod. { ἀνεψιός. GAL. Cousins germains. ITAL. *Fratelli cugini.* GERMANI. Zweier brüderen kind/so man nennet/ Geschwisterte kind. HISPA. *Primos hijos de hermanos.* ANGLIC. *Brothers children, cosens germanes.* } patruorum filij, hoc est, vt *ait Nonius*, marium fratrum filij: quoniam qui pater alteri est, alteri est patruus. *Plau. in Pœn.* Pater tuus is erat frater patruelis meus. Sic Sorores patrueles nuncupantur, ex duobus & ipsæ fratribus genitæ. *Antor Iurisconsult.* Sororum verò duarum aut plurium filij, inter se Sobrini dicuntur, quasi sororini. *Ci. 5.de Finib.* Vnáque nobiscum Quintus Frater, & T. Pomponius & L. Cicer. frater noster, cognatione patruelis, & socer T. Torquatus illi omni virtute & laude par. *Ouid.13.Met.am.* Nec minus est isto Teucer patruelis Achilli.

Patruēlĭs, & hoc patruele, adiectiuum. { ὁ ἀνεψιός, ἡ ἀνεψιά, ἀνεψιακός. GAL. De cousin germain. ITA. *Di fradel cugino.* GERMANIC. Des deß vatters bruder kind ist. HISPANIC. *Cosa de primos hijos de hermanos.* ANG. *Belonging to brothers children or cosens germanes.* } *Martial.lib.5.* Quum sibi redire de patruelibus fundis Ducenta clamat coccinatus Euclides.

Ouidius

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Ouid. 1. *Metam.* Quam commune mihi genus, & patruelis origo, &c. *Idem Epist.* 14. Quid? meruere necem patruelia regna tenendo?

Pătĕră, pen. cor. Poculi genus latum ac patens: vnde & nomen accepisse videtur, quasi patula. {גביע *ghabîaʿ.* κρατήρ. GAL. Vne coupe ou tasse à boire. ITA. *Tazza, copa.* GER. Ein wette trinckschalen. HISPAN. *Copa.* ANG. *A broade peece or boule of gold or siluer.* } *Virg.* 1. *Æneid.* impiger hausit Spumantem pateram, ac pleno se proluit auro. [Patera vas erat sacrificiis aptum.] *Cicer.* 6. *Verr.* Patera qua mulieres ad res diuinas vterentur. *Idem de Clar. Orat.* Mercurius e patera sanguinem visus est fundere. *Idem in Para.* Excipere sanguinem patera. *Virg.* 1. *Æneid.* Impleuítque mero pateram.

PATĔRNIĀNĂ, *Ptol. lib.* 2. *cap.* 6. Oppidum Carpentanorum in Hispania Tarraconensi.

[Pathicissimus, a, um: *Martial. Epigram.* 96. *lib.* 12. Pathicissimi libelli.]

Păthŏs. {πάθος. GALLIC. Passion, perturbation d'esprit. ITALIC. *Passione, perturbatione d'animo.* GERMA. Ein bewegung oder anfechtung des gemüts. HIS. *Passion, ò perturbation de anima.* ANGL. *Passion, perturbation, of te spirit.* } à Cic. 3. *Tuscul.* dicitur perturbatio, seu ægritudo animi: à *Gellio* affectus, vel affectio: à Lactantio modò affectus, modò vitium. Eiusmodi sunt ægritudo, dolor, gaudium, metus, tristitia, cupiditas, ira. Quos animi motus Platonici & Aristotelici dicunt etiam in sapientem cadere, sed moderatos, rationique subiectos. Stoici verò negant in sapientem cadere: dicúntque esse sapientem ἀπαθῆ, id est qui nullis animi perturbationibus obnoxius sit, talemque eius animũ, qualis est mundus supra Lunam, scilicet imperturbatum, quem nulla perturbatio obnubilet, nulla tristitia obturbet. Aduersus quos reclamat ipsa natura.

Păthĕtĭcă oratio, παθητικὸς λόγος, Dicta est quæ aut ad indignationem, aut ad misericordiam dirigitur: ita dicta quòd tota constet affectibus.

Pătĭbŭlŭm, li, Sera lignea, qua ostia clauduntur [& obfirmantur]. Pateo, *teste Nonio*, quòd hæc remota valuæ pateant. [Item, repagulum, contus, palus, vectis, &c.] {מנעול *mantsôl.* μοχλὸς. [GAL. Vn leuier. vn pieu, ou barre de bois que l'on met au trauers d'vne porte apres qu'elle est fermee pour la fortifier, & rendre plus ferme & asseurée contre la force.] ITAL. *Stanga, croce.* GER. Ein sparren oder holtzner riget mit dem man die thüren verschleusset/Item, Ein galgen. HISP. *Lugar de los mathechores padescen, horca, cruz.* ANGLI. *Adore barre.* Tiuin. Si quisquam hodie præter hanc posticum nostrum pepulerit, patibulo hoc ei caput defringam. ¶ Interdum significat crucem, & sic à patior fieri manifestum est. {צלב *tsêlẽb.* σταυρὸς. ANGL. *A gibbet or gallowes.* } *Sallust. libro* 4. *Histor. vt citat Nonius*, Patibulo eminens affigebatur. [*Plaut. Milit. sc.* 4. *a.* 2. Eundum tibi extra portam dispessis manibus patibulum cum habebis. Ex patibulo quidam spectatores suos conspiciunt. *Senec. cap.* 19. *de vita beata.* Item Vbi de crucibus, clauis, stipitibus in patibulo explicabantur brachia. *Idem Senec. cap.* 20. *de Consol. ad Mart.*] ¶ Est præterea patibulum, instrumentum vindemiatorum, siue legulorum, hoc est eorum qui oliuas colligunt. *Cato de Re rustica, capit.* 68. Vbi vindemia & oleitas facta erit, fiscinas, corbulas, quala, scalas, patibula omnia, queis vsus erit, in suo quodque loco reponito. ¶ Patibulus apud antiquos genere masculino lectum est, *teste Nonio. Lucil. Rerum humanarum libr.* 21. Deligata ad patibulos deligantur, & circumferuntur: cruci defiguntur.

Pătĭbŭlātŭs, dicitur *à Plau. in Mostell.* id est, patibulo affixus. Ita (*inquit*) te forabunt patibulatum per vias Stimulis. {תלוי *talûi.* σταυροῦσθαι, κρεμασθῆναι. GAL. Pendu ou mis au gibbet. ITAL. *Appicato, impicato.* GERM. An galgen gehenckt. HIS. *Ahorcado.*

Pătĭentĭa, *Vide* PATIOR.

Pătĭnă, næ, pen. ultima corr. Vasis genus, quo dapes elixæ & iurulentæ in mensam feruntur. { λεκάνη, λοπάς. GAL. Vne sorte de vaisseau large comme vn plat à seruir sur table. ITALI. *Piato.* GERMANIC. Ein blatten. HISPAN. *El plato grande à cazuela.* ANG. *A platt or dishe.* } *Terent. in Eunuch.* Iamdudum animus est in patinis. [Qui mihi inter patinas exhibes argutias. *Plau. Mostel. sc.* 1. *a.* 1. Iube cistas, ollas, patinas elui, *Plaut. Capt. sc.* 1. *a.* 4. Qui mihi condita prata in patinis proferunt. *Plaut. Pœn. sc.* 2. *a.* 3. Et, Ego cicilendrum quando in patinas indidi. (mox) eæ ipsæ sese patinæ feruefaciunt illicò, (Et paulò infrà:) Vbi omnes patinæ feruent, omnes aperio. *Plaut. Ibidem.*] ¶ Dicitur & Patena, per e. *Colum. libro* 12. *cap.* 43. *de vuis seruandis loquens*, Columella patruus meus ex ea creta qua fiunt amphoræ, lata vasa in modum patenarum fieri iubebat. Ex quo loco, *inquit Budæus*, patet patenam, labra grandia habere. Dicta Patina, ab eo quòd pateat.

Pătĭnārĭŭs, ria, rium, Quod est in patina condirum, vel repositum. λοπαδώδης. *Plaut. in Asin.* [*sc.* 3. *a.* 1.] Vel patinarium (piscem) vel assum verses, quo pacto lubet. [*Plau. Menæ. sc.* 1. *a.* 1. Tantas struices concinnat patinarias.]

Pătĭŏr, pateris, passus, passum. [Et Patio, patis, *Diomedes libr.* 1. Sustineo, tolero, æquo animo fero. { סבל *sabál.* πάσχω, ὑπομένω. GAL. Endurer, souffrir. *Patire, sostenire.* GERMAN. Leiden. HISPA. *Padescer, souffrir.* ANGLI. *To suffer, to indure, to abide or beare.* } *Terent. in Andr.* Tum patris pudor, qui me tam leni passus est animo, vsque adhuc. *Cicer. 7. Verrin.* Non feram, non patiar, non sinam. [Cur me verberas? quia lubet. Patiar, sine modò aduenias senex. *Plautus Most. sc.* 1. *a.* 1. Non te patiar gratis hanc laudasse. *Plaut. Mostel. sc.* 3. *a.* 1. Nimis multò facilius patior verba: verbera ego odi. *Plaut. Menæch. sc.* 6. *a.* 5. Ne quid patiantur quamobrem pigeat viuere. *Pla. Most. sc.* 1. *a.* 2. Sic hic nũc patitur, nunc timet arma locus. *Ouid. Eleg.* 3. *lib.* 3. *Trist.* Pati flagitia tua: & tua flagitia perpeti non possum. *Idem Plau. Men. sc.* 1. *a.* 5. Patiantur dij te valere. *Sueton. in Tiber. cap.* 21. Virgineo nullum corpore passa virum. *Ouid.* 5. *Fast.* Et patitur fluctus (.i. perfert.) *Ouid. Eleg.* 9. *lib.* 1. *Trist.* Nec cœlum patior, nec aquis assueuimus istis. *Ouid. Eleg* 3. *lib.* 3. *Trist.* Egóne me patiar esse in matrimonio. *Plaut. Men. sc.* 1. *a.* 4. Nunquam te patiar perire. *Plaut. Menæ. sc.* 2. *a.* 5. Assue cunt oculi multa pudenda pati. *Ouid. Eleg. lib.* 2. *Trist.* Fortirer qui patitur malum, Idem post patitur bonum (alias potitur.) *Plau. Asin. sc.* 2. *a.* 2. ¶ Patiendus, a, um, passiuè. *Gell. cap.* 2. *lib.* 14. Alius atque alius motus animi patiendus est. Et, Tu fortunatus, ego miser, patienda sunt (ea sup. quæ felix & miser patiuntur.) *Plautus Mostel. sc.* 1. *a.* 1. *Idem in Amph.* Eadem mihi patiunda sunt. Item Quid tibi patiundum sit, hariolor. *Plaut. ibidem.*] ¶ Pati ægrè. *Plaut. in Asin.* Possum equidem inducere animum ne ægrè patiar quod tecum accubat. *Cicero pro Rosc. Amer.* Quare omnes facilè patimur esse quamplurimos accusatores. ¶ Hoc non patietur æuum, id est non durabit. *Colume. libr.* 2. *cap.* 10. Repositum in granario patitur æuum. ¶ Hoc patitur consuetudo, hoc est, id fieri consueuit. *Cicer. ad Attic. libro* 12. Quem iam etiam grauius accusas, quàm tua consuetudo patitur. ¶ Patior te esse destitum, id est relinquo, destituo. *Cicer.* 1. *Offic.* Vt eos quos tutari debeant desertos esse patiantur. ¶ Composita huius verbi sunt Compatior, quod est misereor, & constituitur dat. Perperior, vehementius patior.

Pătĭens, participium & aliquando nomen. {סבל *sebel.* πάσχων, ὑπομένων. GAL. Patient. ITAL. *Patiente.* GERMANIC. Leiden/tuldig. HISPAN. *Paciente y sufrido.* ANGLIC. *Patient, that suffereth* } *Colum. lib.* 3. *cap.* 29. Omnes incommodi patientes præter caloris. *Virgil.* 2. *Georg.* Et patiens operum, paruóque assueta iuuentus. *Quintilian. lib* 2 *cap.* 12. Et patientior est laboris natura pueris, quàm iuuenibus. [*Sueton. in August. capite* 82. Solis ne hiberni quidem patiens. *Et Ouid. Eleg.* 6. *lib.* 4. *Trist.* Tempore ruricolæ patiens fit taurus aratri. Patiens boni & æqui. *Seneca cap.* 14. *de Consol. ad Polyb.* ¶ Interdum nomen adiectiuum est. *Ouid. ibid. Eleg. vlt. lib.* Nec corpus patiens, nec mens fuit apta labori.] *Cæsar* 3. *bell. ciui.* Atque ij miserrimo ac patientissimo exercitui Cæsaris luxuriam obiiciebant. *Cicer. ad Quint. Frat. lib.* 1. Meæ quoque literæ te patientiorem, leniorémque fecerunt. ¶ Aures patientissimæ. *Cicero pro Ligar.* Saxo patientior, *Propert. libro* 1. *Eleg.* 14. ¶ Tellus patiens vomeris. *Virgil.* 2. *Georgic.* Pulueris atque solis patiens. *Horat.* 1. *Carm. Ode* 8.

Pătĭenter, patientius, patientissimè, aduerbium, Constanter, fortiter, moderatè. {ὑπομονητικῶς, καρτερικῶς. GALLI. Patiemment. ITALIC. *Patientemente.* GERMA. Leidentlich/geduldtlich. HISPAN. *Paciente y sufridamente.* ANGL. *Patientlie.* } *Cicer. de Amicitia*, Vt igitur & monere & moneri proprium est veræ amicitiæ: & alterum liberè facere, non aspere: alterum patienter accipere non repugnanter. ¶ Patientius. *Plin. Epist.* 140. Neque enim vlli patientiùs reprehenduntur, quàm qui maxime laudari merentur. *Ouid. epist.* 18. Ferre tamen possum patientiùs omnia, quàm si Otia nescio qua pellice captus agas. [*Ouid. El.* 6. *lib.* 4. Nos quoque quæ ferimus tulimus patientius ante.]

Pătĭentĭă, Est honestatis aut vtilitatis causa rerum arduarum ac difficilium voluntaria ac diuturna perpessio, *inquit Cicer.* 2. *de Inuent.* {ὑπομονὴ, ἀνεξικακία. GALLIC. Patience. ITALIC. *Patientia.* GERMA. Gedult. HISPA. *Patiantia y sufrimiento.* ANG. *Patience, suffering.*] *Idem in Catil.* Habes, vbi ostentes illam præclaram tuam patientiam famis & frigoris, inopiæ rerum omnium. *Idem pro domo sua*, Externorum bonorum & in vtendo rationem, & in carendo patientiam semper expetendam putaui. *Idem* 1. *Offic.* Adolescentia à libidinibus arcenda est, exercendáque in labore, patientiáque & animi & corporis. [Patientiam rumpere *Sueton. in Tib. c.* 24. (Perdre patience Galli dicunt.) Patientia & pertinacia hostium. *Idem in Cæs. cap.* 68.] ¶ Patientia etiam obscœnè de pathicis siue paschienis dicitur. *Senec. Controuers. libro* 10. *in* 4. Principes, *inquit*, viri contra naturam diuitias suas exercent, castratorũ greges habent, exoletos suos, vt ad longiorem impudicitiæ patientiam idonei sint, amputant.

Pāssŭs, a, um, à patior, Perpessus. {παθὼν GALLIC. Qui a souffert, qui a endure. ITAL. *Chi a patito.* GERMANIC. Erlitten oder gelitten. HISPA. *Padescido.* ANGLIC. *That hath suffereth or indureth.* } *Virgil.* 1. *Æneid.* O passi grauiora, dabit Deus his quoque finem. ¶ Vnde Vua passa quæ in siccando passa est Solem. *Plinius libro* 14. *capite* 1. Quin & à patientia nomen acinis datur passis. Hinc & vino nomen datum quod passum vocatur: Lac passum. *Ouid.* 14. *Metamorphos.* & cum lacte coagulo passo.

Pāssĭo, onis, Animi perturbatio quam Cicero affectionem vocat: cuius modi sunt, amor, odium, iracundia, inuidia, timor, lætitia, spes & similes. {πάθος. GALL. Passion. ITALIC. *Passione.* GERM. Ein bewegung oder betrubung des gemuts. HISPANIC. *La passion.* ANGLIC. *Passion.* } *August. 2. de Ciuitate.* Quæ sunt sententiæ philosophorum de his animi moribus: quos Græci πάθη: nostri autem quidam, *sicut Cicero*, affectiones vel affectus: quidam verò de Græco expressius passiones vocant. Barbara vox & minimè Latina.

Pāssīuŭs, a, um, Quod passionem denotat. {παθητικὸς. GALL. Qui signifie passion. ITALIC. *Che significa passione.* GERMANIC. Das ein bewegung oder ein erleiden anzeiget. HISPANIC. *El que declara passion.* ANGLIC. *That signifieth passion.* } Hinc passiua verba apud Grammaticos. Passiua Venus *apud Iulium Firmicum* accipitur pro obscœna pathicorum libidine.

Pătĭbĭlĭs, & hoc paribile, Quod perferri potest. {παθητὸς. GAL. Qui peut endurer. ITALIC. *Che puo patire.* GERMA. Leidentlich/das zu erleiden ist. HISPA. *Que puede padescer.* ANG. *The may sufferre or indure.* } *Cicer.* 4. *Tuscul.* Negligenda mors est, patibiles & dolores & labores putandi. *Idem* 3. *de Natura deorum.* Quúmve omne animal patibilem naturam habeat, nullum est eorum quod effugiat, &c.

Pathicus, vel Passienus, *vel vt vult Seneca.* Passienus παθητὸς. qui muliebria patitur. *Seneca lib.* 1. *Declam.* 10. Nulli non impressum aliquid quod effugere non posset. Ille passieno prima eius syllaba in Græcum mutata, obscœnum nomen imposuit.

Paticissimus à Patico, superlatiuus, adiectiuum, vt apud *Catullum* Cinædior à Cinædo. *Martial. in* 12. *ad Ruf.* Musæi paticissimos libellos.

PATIRAMPHES, παταίμφης. Nobilis Persa, Otanis filius & auriga Xerxis. *Herodot. libro* 7.

PATIZITHES, παταΐθης, Vir Persa magnus, qui Smerdim fratrem suum similem Smerdi fratri Cambysis Persarum regem declarauit. Fuit enim præfectus Cambysis apud Persas. *Vide Herodot. lib.* 3.

*PATMOS, πάτμος, Insula in mari Ægeo, quæ (*vt Plin. scribit libro* 4. *ca.* 12.] patet circuitu triginta millibus passuum. In hac Iohannes Apostolus exul Apocalypsin scripsit.

Pator, *Vide* Pateo.

PATRAE, trarum, πάτραι, Ciuitas in Achaia propriè dicta iuxta Olenum, quam Pausanias Aroen dici priùs solitam affirmat, mox à Patræo mœnibus ampliaris nomen accepisse, quod nunc habet. Huius meminit *Plinius libro* 4. *cap.* 4. *Ouid.* 6. *Metamorphos.* Messenæque ferox, Pa-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

træque humilésque Cleonæ. De Patris scribit *Thuc. l. 6.*

Patrianus, a, um, πατρικὸς, deductum nomen à Patris Achaiæ oppido, ad occasum Peloponnesi situ, non procul ab Oleno. *Cic. Thermo*, Vt obtineat id iuris in agris, quod ei Patriana ciuitas decreuit & dedit.

PATRASIS, πάτρασις, Vrbs Pontica, *teste Stephano* : à qua deducitur gentile Patrasites, πατρασίτης.

Patrĭă, æ, Vrbs siue alius quiuis locus in quo nati sumus: ita dicta quòd communis omnium parens sit. { אדמת אבות *érets molédeth. ὁ ἀνὴρ κῶμα, πατρὶς.* GAL. Le pais, la ville, la patrie où est né quelqu'vn. ITALIC. *Patria.* GERM. Ein vaterland/heimat. HISPA. *La tierra naturaleza de cada vno.* ANGLIC. *A towne or place where any man is borne, ones cuntrey.* } *Virg. 1. Eclog.* Nos patriæ fines & dulcia linquimus arua. Nos patriam fugimus, &c. *Idem 1. Æne.* Tum celerare fugam, patriáque excedere suadet. *Cic. 5. Offic.* Chari sunt parentes, chari liberi, propinqui, familiares: sed omnes omnium charitates patria vna complexa est, pro qua quis bonus dubitet mortem oppetere, si ei sit profuturus? Quo est destabilior istorum immanitas, qui lacerarunt omni scelere patriam: & in ea funditus delenda occupati & sunt & fuerunt. *Idem 3. de Finib.* Ex quo fit vt laudandus sit is qui mortem oppetat pro Repub. quòd deceat chariorem esse patriam nobis, quàm nosmetipsos. [Patriáque creatus eadem. *Ouidius 13. Metam.* Et sola est patria pœna carere mea. *Ouid. Eleg. 9. lib. 4. Trist.* In Patriam redeamus ambo. *Plaut. Men. sc. vlt. a. 5.* Siculus sum, Syracusanus, Ea domus & patria est mihi. *Plau. Menæch. sc. 9. a. 5.* Quando patriam & libertatem perdidi. *Plaut. Capt. sc. 2. a. 2.*] ¶ Aliquando & prouincia ipsa ex qua orti sumus patria vocatur, sed impropriè. Vnde *Sallustius* Hispaniam sibi antiquam patriam duxit. ¶ Prouerbij speciem habent, Quæuis terra patria: & patria ibi vbi bene vixeris. *De quibus vide Erasmi Chiliadas.*

Patrĭārchă, πατριάρχης, patrum princeps, hoc est pontificum primus. Hi quatuor principio fuere, Romanus, Antiochenus, Alexandrinus, Hierosolymitanus: postea translata Byzantium imperij sede, additus est & Constantinopolitanus.

Patricida, Patricius, Patrimonium, Patrisso, Patritius, Patrius. *Vide* Pater.

Patro, as, propriè significat liberis operam do. { חוליד *holidh. παιδοποιῶ.* GALLIC. Engendrer. ITALIC. *Generare.* GERMANI. Eines vatters werck thun vnder zu machen. HISPAN. *Engendrar.* ANGLIC. *To engender and gebette children.* } *Quintil. lib. 8. cap. 3.* Ductare exercitus & patrare bellum, *apud Sallust.* Dicta sancte & antiquè, ridentur à nobis si diis placet: quam culpam non scribentium quidem iudico, sed legentium: tamen vitanda. Ex quibus verbis colligitur priscos patrare potuisse pro perficere, non solùm quum opera liberis daretur, sed etiam quum aliud quippiam iam inceptum ad finem perduceretur. { פעל *paʿal תעשה taʿséh. διαπράττω μαι.* GALLIC. Faire. ITA. *Fare.* GERMAN. Außmachen/volenden/verbringen. HISPA. *Hazer.* ANGL. *To do, to achieue and bring to an end.* } *Sallust. in Catil.* Sperabat propediem magnas copias sese habiturum, si Romæ socij incœpta patrauissent. *Idem de Reip. ord ad Cæsarem.* Atque ea magis fortibus consiliis, quàm bonis præliis patrata sût. *Plaut. Asin.* [*sc. 1. a. 1.*] Quin te quoque ipsum faciam haud magni, si hoc patro. *Liuius 25.* Te id priùs scire volui, si forte abesses, dum facinus patratur, inalis. *Tacitus lib 2.* Si patrandæ necis venenum mitteretur. [Hinc *Velleius.* Ea patrando bello mora. Et, Patratum bellum, (i. confectum.) *Item*, Patratis bellis ciuilibus. *Idem Velleius.* Et Patrare pacem: *Liuius lib. 4. d. 5. Tacit. lib. 2.* Posse bellum patrari. (i. confici.) *Cic. ad Attic. Epist. 10.* Teucris promissa patrauit. *Vide* perpetrare. ¶ Quo sensu Patro, honestum olim verbū ad obscœnitatem tralatum fuit, ostendit *Boëthius de Definitione*, qui Patrationem ait esse fractæ Veneris lacrymas: Vnde *Persius* patranti fractus ocello, quòd videlicet in re venerea perficientibus euenit. ex M. S. vt annotauit *Passer.*] Huius verbi composita sunt, Impetro, Expatro, Perpetro, Propetro, *quorum significata videsnis locis.*

Patratio, onis, Consummatio est vel rei venereæ perfectio. Vnde & patres dicti, eò quod patratione facta filios procreant. *Cornutus in Persium.* [*& Boëthius, in dictione præcedente.*] ¶ Interdum pro consummatione rei, *vt Velleius Paterculus 2. Historiar.* Nunc expugnationibus in pristinum pacis redegit modum, eiúsque patratione Asiæ securitatem, Macedoniæ pacem reddidit.

Patrātŏr, ris, vt Necis patrator, id est interfector. *Cornelius Tacitus lib. 14.* Et visus idoneus maternæ necis patrator, Amicetus.

Patrātŭs, a, um, participium. { נעשה *naʿasséh.* } *Tacit. lib. 2.* Maluit patrati quàm incœpti facinoris reus esse. Bella patrata. *Claud. 4. Paneg.* Cæde eius patrata. *Tacit. libro 4.* Vnde & patres patrati dicebantur, quòd ad patrandum, hoc est peragendum iuramentum, vbi de fœderibus conuenerat, mitterentur. *Plutarch. in Probl.* Fœcialibus sacerdotibus, qui fœderibus faciendis præsunt, pater patratus præest: inde dictus quod ipse pater patrem haberet: sicque filiis prouideret, & patrem consuleret.

Patrocinor, Patrocinium, *Vide* Patronus.

PATROCLIDES, πατροκλείδης, proprium nomē assentatoris, Philippi Macedonum regis.

PATROCLVS, πάτροκλος, Menœtij filius & Steneles, qui occiso per ludum Astragalorum Cleonymo (seu vt aliis placet) Æane Amphidamantis filio, solum vertens, in Phthiam venit, vbi à Peleo propter generis propinquitatem susceptus est, & vnà cum Achille apud Chironem educatus, cum eodem arctissima amicitia iunctus vixit. Postea etiam cum Achille ad expeditionem Troianam profectus est, vbi armis Achillis indutus, cum Hectore pugnans, ab eodem confossus occubuit. Quod quum resciuisset Achilles, tametsi propter ereptam sibi ab Agamemnone Briseida bello abstinere omnino constituisset, nihilominus mutato proposito, acceptis etiam à Thetide matre armis à Vulcano fabricatis, ad bellum rediit, nec prius quieuit, quam socij mortem est vltus.

Patrōnŭs, ni, Qui aliquem in periculo defendit. { בעל *baʿál. προστάτης, ὁ προστάδιον συνήγορος.* GALLIC. Patron, aduocat, defenseur. ITAL. *Tuttore, diffensore.* GERMANIC. Ein beschirmer / der einem in einer gefahr beystehet/ in vnd sein sach zubeschirmen. HISPAN, *Aquel que defiende en cosa criminal.* ANG. *An attourney, a patrone or proctour, aspokesman.* } [Vnde dictus docet *Plutarch. in Romulo.* Patronus causarum. *Quintilian.* Patroni etiam qui non defendunt, sed ornant beneficio. *Cæs. lib. 1. de bell. ciuil.* Primus locus officij Patri, proximus, patrono debetur. *Gellius capite 13. libro 5.* Patrono libertus debet operas, testamentum. *Fab. Quintilian. Declam.* Salue mi patrone. (verba manumissi.) *Plaut. Menæc. sc. 7. a. 5.* Tu Patronus, tu pater. *Plau. Capt. sc. 3. a. 2.* Patroni onus portare in via. *Ibidem.* Hominem intelicem qui patronam cōprimat. *Plaut. Asin. sc. 2. a. 2.* Magis decorum est libertum quam patronum onus portare in via. *Plaut. Ibid. sc. 3. a. 3.* Patronus perferendæ legationis. *Sueton. in Claud. cap. 5.* Volo placere Philolachi meo ocello, meo Patrono. (qui me emptam manumisit) *Plau. Mostell. sc. 3. a. 1.*] *Patronus*, qui defendit aliquem in iudicio, aut patronus dicitur si orator est: aut aduocatus si ius suggerit, aut præsentiam suam commodat amico: aut procurator si negotium suscipit, aut Cognitor si præsens causam nouit, & sic tuetur vt suam. *Plaut. in Mostell.* Qui pro me causam dicerer, patronum liberaui. *Valla*, Patronus proprie est qui agit causam, sed accusati non accusantis. *Cicer pro Sestio*, Qua de causa & tum conuentus ille Capuæ, qui propter salutem illius vrbis Consulatu conseruatam meo, me vnum patronum adoptauit. *Ouid. 1. de Arte.* Qui modò patronus, iam cupit esse cliens. ¶ Patronus ad libertum refertur, qui scilicet seruum libertate donauit. Mulier etiam dicitur patrona. *Terent. in Eunuch.* Te mihi patronam cupio Thais.

Patrōcĭnor, pen. corr. aris, Tego, defendo, defendendum aliquem suendúmq; suscipio. { συνηγορῶ, ὑπερασπίζομαι, συνίστημι. GAL. Defendre aucun, soustenir son droit & querelle. ITA. *Diffendere cosi in fatti come in parole.* GERMA. Beschirmen vnd beschirmen/ einer sach sich annemmen die zu handt haben vnnd zu verspreche. HISP. *Defender.* ANGL. *To defend ones right and quarrell.* } *Quintilian. libro 1. cap. 4.* Et leno interim, parasitúsque defenditur: sic vt non homini patrocinemur, sed fidei. *Plin. libro 2. cap. 41.* Patrocinatur vastitas cæli immensa, discreta altitudine, in duo atque septuaginta signa.

Patrōcĭnĭum, ĭi, præsidium, tutela, defensio. { מגן *maghén* מחסה *maʿchaséh. σκεπαρνίζω.* GAL. Defence, protection, sauuegarde. ITAL. *Difesa, tutela.* GERM. Beschirmung/handthakung/verspreche. HISPANI. *Ayuda ò defensa.* ANGLI. *A defending or maintenance of ones right and quarrell.* } *Sallust. in Catil.* Cuius patrocinio ciuitas plurimum vtebatur. *Festus*, Patrocinia appellari cœpta sunt quum plebs esset distributa inter patres, vt eorum opibus tuta esset. Huius nominis varij sunt in oratione vsus. Dicimus enim Arripere patrocinium, Tueri patrocinium, Suscipere patrocinium, Repudiare patrocinium, quorum testimonia sunt inuentu facilia. [*Suet. in Neron. cap. 17.* Pro patrociniis certæ mercedis constitutæ.]

Patrōnālis, *Marcell. D. li. 39. tit. 5. l. 2.* Ne pars ex legibus verecundiæ patronali debita minuatur.

Patrōnātŭs, us, ui. *Paulus D, libro 19. tit. 1. l. 45.* Si non Aresusa elegerit emptoris patronatum.

Patronymicum, πατρωνυμικὸν, à Grammaticis appellatur nomen, quod formatum à nomine patris, filium significat: quanuis abusiuè etiam à nominibus auorum, proauorum, fratrum, matrum, sororum, & ipsarū etiam regionum deducantur patronymica. Inuenta sunt autem patronymica à poetis carminis gratia, ne idem semper nomen inculcare cogerentur. Quare in oratione soluta iis non vtimur. Dicitur autem patronymicum, quod propriè, vt diximus, fiat à nominibus patrum, ἀπὸ τῶν παίδων καὶ ὀνόματος, vt Priamides proprie intelligitur Hector vel alius quiuis ex filijs Priami.

Patruelis, Patruus, *vide* PATER.

*PATTAGIA, παττάγια, fluuius Siciliæ: ἀπὸ τῶ παττάγου, id est à sonitu. nam per saxa fluens clamare videtur. *Claud. 2. de raptu Proserp.* & saxa rotantem Pattagiam.

PATVLCIVS, Dictus est Janus, quòd tempore belli portæ templi eius paterent. *Macrob. lib. 1. Saturn.*

Patulico, Patulus, *vide* PATEO.

Paua, *vide* Pauo.

Pāuci, æ, r, multitudinis numero, cuius vocis contraria est multi, æ, a, tametsi huius vsus etiam est in numero vnius. { מעט *maʿát. ὀλίγος, σπάνιος.* GALLIC. Peu. ITAL. & HISPA. *Poco.* GERMAN. Wenig. ANGLIC. *Few.* } *Plaut. in Curc.* Respondit mihi paucis verbis atque adeò fideliter. *Cicer. de Amic.* Quum & ego essem vnà, & pauci admodum familiares, in eum sermonem illum incidere, qui tum ferè erat multis in ore. *Idem 5. Tuscul.* Aperta enim res est & quotidie nos ipsa natura admonet, quàm paucis, quàm paruis rebus egeat, quàm vilibus. *Virgilius Eclog. 10.* Pauca meo Gallo, sed quæ legat ipsa Lycoris Carmina sunt dicēda. *Idem 1. Æneidos*, -huc pauci vestris adnauimus oris. [Paucorum mensium sunt relictæ reliquiæ. *Plaut. Mostel. sc. 1. a. 1.* Pauci è multis certi amici. *Plaut. Pseud. sc. 3. a. 1.* Cis paucas tempestates. *Plaut. Mostel. sc. 1. a. 1.* ¶ Interdum etiam inuenitur in singulari numero Paucus, a, um: vt apud *Gellium capite 11. lib. 4.* pauca carne abstinuit Pythagoras.] ¶ Paucis frequenter solum poni solet, ita vt in eo subaudiatur substantiuum verbis. *Terent. in And.* Auscultā paucis. *Plaut. in Aulul.* [*sc. 4. a. 1.*] Da mihi operam parumper, paucis est quod te volo. *Virgi. 4. Æneid.* -paucis aduerte docebo. *Idem 6. Æneid.* Atque hic responsum paucis ita reddidit heros. [In pauca, vt occupatus sum, confer quid velis. *Plautus Pseud. sc. 3. a. 1.* Qui sim, paucis eloquar. *Plaut. Aul. prolog.* Est paucis quod vos monitos voluerim. *Plaut. capt. prologo. Item* loquere paucis non longos logos. *Plaut. Men. sc. 2. a. 5. Idem Curc. sc. 3. a. 2.* Facit hic quod pauci vt sit magistro suo obsequens. Hinc superlatiuus Paucissimus, a, um. *Suet. in Cæs. capite 66.* Paucissimis his diebus (i. intra paucos dies)] ¶ Pauci apud antiquos pro bonis ponebantur, vt Multi pro malis, *autore Nonio. Cicer. in Orat.* Iactationem habuit in populo, nec paucorum iudicium reprehensionémque pertimuit.

Pāucŭlŭs, diminut. { ὀλίγος· ὄνος, παῦρ ὀλίγος. GAL. Fort peu. ITALIC. *Pocheto.* GER. Wenigtin. HISPAN. *Muy poco.* ANGLIC. *Very few.* } *Terent. in Heaut.* Quod imperat facito, loquitor paucula. *Cicer. ad Attic. lib. 5.* Quint. Volusium tui Tyberi generum, certum hominem, sed mirificè abstinentem, misi in Cyprum, vt ibi pauculos dies esset.

Pāucĭtās, denominatiuum, Inopia, penuria. { מעט *meʿát. ὀλιγότης.* GAL. Petit nombre, brefuet. ITA. *Poco numero.* GERMANIC. Die wenigkeit. Petit nombre, brefuet. ITA. *Poco numero.* GERMANIC. Die wenigkeit. HISPANI. *Poquedad en numero.* ANGLIC. *Feuneſſe or few in nomber.* } *Cic. 1. de Oratore*, Sic facillimè quanta oratorum sit, sempérque fuerit paucitas indicabit. *Idem ad Cælium.* De pantheris per eos qui venari solent, agitur

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

agitur mandato meo diligenter: sed mira paucitas est.

Pāucies, quo veteres pro rarò vtebantur, *teste Nonio. Titin.* Vxorem meam paucies videbo.

[Paucillatim. *Diomed. lib.* 1.]

Pāuxillŭs, adiect. diminut. à paulum. {מעט *meẖát.* ὀλίγος. GALLIC. Bien peu, tant soit peu, le moins du monde. ITALIC. *Poccino.* GERMAN. Wenig/klein. HISP. *Poquillo.* ANG. *Verie few or litle.*} *Plaut. in Aulul.* [*sc.* 2. *a.* 1.] Nam verisimile non est, hominem pauperem pauxillum paruifacere, qui nummum petat.

Pāuxillum, aduerb. Parum admodum. {מעט מעט *meẖát meẖát. κατ' ὀλίγον.* GALL. Fort peu. ITA. *Pochetto.* GERM. Gar wenigtin. HISPANIC. *Muy poco.* ANGLIG. *Verie few or litle.*} *Plaut. in Capt.* sed si pauxillum potes contentus esse.

Pāuxillŭlus, adiect. diminut. à pauxillus, Admodum paruus. ὀλίγος ὅσος, πάνυ ὀλίγος. *Plaut. in Rudem.* Hoc colore capiuntur pauxilluli. *Terent. Phorm.* Iampridem apud me reliquum pauxillulum Nummorum, id vt conficerem. [*Plautus Pseud. sc.* 4. *a.* 2. In hoc libello attulis pauxillulo.]

Pāuxillātim, Paululum, sensim, pedetentim. {מעט מעט *meẖát meẖát. κατὰ μικρά.* GAL. Peu à peu. ITAL. *A poco à poco.* GERMA. Gemächlichen. HISPAN. *Poco à poco.* ANGLIC. *By litle, and litle.*} *Plaut. Epid.* Cœpi sursum vorsum ad illas pauxillatim accedere.

Pāuxillisper, Idem quòd pauxillatim. *Plautus in Truc.* Plus decem pondo amoris, pauxillisper perdidit, id est, pedetentim & per particulas. *Nonius.*

Pāucilŏquium, quij, paucitas sermonum, ✕ multiloquium. {βραχυλογία, ὀλιγολογία. GAL. Peu de parolles. ITALI. *Poche parolle.* GERMA. Wenige vnd kürtze der red. HISPANI. *Poqued ad de palabras.* ANGLIC. *Fewnesse of wordes, litle talk.*} *Plautus Mercat.* Inhærer etiam auiditas, desidia, iniuria, inopia, contumelia, & dispendium, Multiloquium, pauciloquium.

Pāŭĕo, es, pāui, Timeo. {פחד *pachád* ירא *jaré* חרד *charádh* חת *cẖath.* φοβοῦμαι. GAL. Auoir grand peur & frayeur. ITA. *Hauer paura, temere.* GERMA. Sich förchten/vor forcht entsetzen. HISPA. *Hauer pauor ò miedo.* ANGLIC. *To be ingreat feare, to be troubled in spirit.*} [Paues, parasitus quia non rediit Caria. *Plaut. Curc. sc.* 1. *a.* 2. Quid paues? Nihil equidem pauco, nisi vnum; Palla pallorem incutit. *Plau. Menæch. sc.* 2. *a.* 4.] *Plautus in Amphitr.* [*sc.* 1. *a.* 5.] Ne paue. *Terent. Andr.* Id paues, ne ducas tu illam: tu autem, vt ducas. *Ouid. 9. Metamorphos.* -sed enim ne pecas tu illam: tu autem, vt ducas. *Ouid. 9. Metamorphos.* -sed enim ne pectora vana Fida metu paueant, Oeteas spernite flammas. *Lucan. lib.* 1. nec solùm vulgus inani Perculsum terrore pauet: sed curia, & ipsis sedibus exiliere patres. *Cice.* 5. *Philip.* Pauet animus apud consilium illud pro reo dicere. *Pauere plus est quàm Timere. *Tacit. lib.* 4. Id ipsum, *inquit*, pauentes quod timuissent. Nempe quia timor quem animo conceperant, aspectu augebatur.

Pāuēndus, a, um, Timendus. {נורא *norá.*} *Plinius libro* 9. *capite* 23. Nec pedibus tantùm pauendas serpentes, sed & missili volare tormento.

Pāuēndo, gerundium, Timendo. *Lucan. libro* 1. sic quisque pauendo dat vires famæ.

Pāuēns, Qui ad tempus vel ex causa timet. {חרד *charédh.* φοβούμενος.} *Ouidius* 2. *Metamorphos.* Colligit amentes, & adhuc terrore pauentes Phœbus equos. [*Ouid.* 13. *Metamorph.* Conuocat Atrides socios terrore pauentes.]

Pāuĕfĭo, scis, timidus fio, timeo. {פחד *pachád* ירא *jaré* חרד *charád* חת *cẖáth.* φοβοῦμαι. GAL. Auoir grand peur & frayeur. ITA. *Temere.* GER. Erschrecken. HISPA. *Hauer pauor ò miedo, temer.* ANGLIC. *To waxe verie fear full, or troubled in spirit.*} *columel. libro* 7. *ca.* 2. Ventri quoque & sub femina manum subiicere, ne ad huiusmodi tactum postmodum pauescant. *Prodigia pauescere. *Silius libr.* 16. ¶Huius compositum Expauesco, *de quo suprà.*

Pāuĕfĭo, Timidus fio {פחד *pachádh* ירא *jaré* חרד *charádh* חת *cẖath.* πτοοῦμαι, καταφοβοῦμαι. GAL. Estre effroyé. ITAL. *Essere smarrito.* GERMA. Erschreckt werden. HISPA. *Ser a temorizado.* ANGLI. *To be effrayed or troublet in sprit.*} *Gell. libro* 19. *cap.* 1. In tanta violentia tempestatum videor paulum pauefactus. *Ouid.* 15. *Metamorph.* Ast ego vicino pauefacta sub æquore mergo.

Pāuĭto, tas, penultima correpta, Frequentatiuum à paueo, Valde timeo, valde horreo. {πτοῦμαι. GAL. Estre espouuanté, estre effrayé, trembler de peur. ITA. *Temere molto.* GERMAN. Hefftig förchten/im tassen grausen/ein schauderen von forcht vberkommen. HISPA. *Mucho temer y hauer mucho miedo.* ANG. *To tremble trough feare.*} *Plau. Bacchid.* Quis hic horror est? quid pauitas? *Terent. in Hecyra.* Vxorem Philumenam pauitare nescio qui dixerunt, id est laborare ex frigoribus, *vt exponit Donatus*, Habent enim frigus & pauor reciprocam quandam transfationem: nam & frigus accipitur pro pauore, & pauor pro frigore: vt annotauit *Seruius in illud Virgil.* 1. Æneid. Extemplo Æneæ soluuntur frigore membra. *Lucret. lib.* 2. Quæ pueri in tenebris pauitant, finguntque futura. *Virgil.* 6. Æneid. Vix adeò agnouit pauitantem, & dira regentem Supplicia. *Idem* 2. Æneid. prosequitur pauitans, & ficto pectore fatur.

Pāuĭtātĭo, trepidatio. παλμός. *Apuleius libro de Mundo.* Palmatiæ (venti) appellantur, quorum pauitatione illa quæ trepidant, sine inclinationis periculo nutant.

Pāuor, oris, *vt ait Cicer.* 4. *Tuscul.* Est timor loco mouens mentem. {פחד *pachádh* חחד *cẖittáh*, φόβος, δειλία. GAL. Frayeur, grand' crainte, peur. ITA. *Paura, shema.* GERM. Schrecken/forcht. HISP. *Pauor, miedo, demasiado.* ANG. *Great feare, and troubling of the sprit.*} Ex quo illud *Ennij apud Cicer. de Orat.* 3. Tum pauor sapientiam omnem mihi ex animo expectorat. *Liuius lib.* 24. Pauórque circa eam ceperat milites, ne mortiferum vulnus esset. *Ouid.* 10. *Metamorph.* Ilque metu vacuus, naturalique pauore Deposito, &c. *Virg.* 3. *Georg.* Exultantiaque haurit Corda pauor pulsans. *Idem* 3. Æneid. -postquam pauor ossa reliquit. [¶Pauor colebatur Spartæ. *Plutarch. in Agide.*]

Pāuĭdŭs, uidi, Timidus, meticulosus, qui natura timidior est, *inquit Seruius.* {חרד *charédh.* φοβούμενος, ὑποπτοήσας. GAL. Paoureux, fort craintif. ITA. *Timido.* GERMANIC. Forchtsam/erschrocken. HISP. *Temeroso.* ANG. *That feareth greatlie.*} *Virgil.* 9. Æneid. Stant pauidæ in muris matres. *Ouid. Epist.* 3. Quod scelus vt pauidas miseræ mihi contigit aures, Sanguinis atque animi pectus inane fuit. *Virgilius* 9. Æneid. Interea pauidam volitans pennata per vrbem Nuntia fama ruit. *Horat.* 2. *Epod.* Pauidúmque leporem, & aduenam laqueo gruem Iucunda captat præmia. *Silius lib.* 10. -talin' pauidissime dignum Me vita, pulchraque indignũ morte putatli? *Pauidus metus, ab effectu, quia pauidos facit: vt Pallida mors, & tristis senectus. *Ouid.* 1. *Fast.* 4. Deque meo pauidos excute corde metus. Et est metonymiæ species. [*Ouid. Eleg.* 3. *libro* 3. *Trist.* Et feries pauida pectora fide manu. *Et Plaut. Curc. sc.* 2. *a.* 5. Timidam atque pauidam me arripit.]

Pāuĭde, aduerbium, timide, meticulosè. {φοβερῶς, φοβερῶς. GALLIC. Paoureusement, en grand' crainte. ITAL. *Paurosamente.* GERM. Forchtsamlich. HISP. *Temerosam nte.* ANG. *Fearefullie, with great feare.*} *Liuius* 5. *ab Vrbe*, Nequaquam tamen ea nocte neque insequenti die similis ei, quæ ad Allian tam pauide fugerat, ciuitas fuit.

Pāuĭcŭla, læ, Instrumentum quo coæquatur, & condensatur area: à pauiendo dicta. {ἐρμάτιον πλατυποδὲς, ᾧ ἴδαφος ὁμαλίζεται. GALLIC. Vn instrument dequoy on bat les aires, vne bate. ITA. *Instrumento da pianare il terreno nelle are.* GERMA. Ein breiter schleget/mit welchem mann den esterich inn den neuwen tennen wol auff einanderen vnnd eben schlegt. HISPANI. *El pison para pesas ò tapiar.* ANGLIC. *An instrument to make floore or pauement euen and sadde.*} *Cato de Re rust. cap.* 129. Vbi bene comminuta terra fuerit, & amurcum combiberit, cylindro, aut pauicula coæquato.

Pāuīmentum, ti, Domus stratum, solum, aut lateribus, aut lapidibus, quod gradiendo calcamus. {κρκρ *karkár.* ἔδαφος, ξυλάς. GAL. Le paué d'vne place, parterre, paué. ITA. *pauimento, battuto, terrazo.* GERM. Ein esterich/ein besetzte bünc. HISPANIC. *Suelo de casa.* ANGLIC. *A pauement, a floore, a place payed.*} à pauiendo, hoc est tundendo, siue feriendo dictum, quòd dum fiunt pauimenta, pluribus simul diebus feriuntur, id est percutiuntur, tunduntur fistucis, seu marculis, vt solidiora sint, nec rimas faciant. *Iuuenal. Satyr.* 14. Verre pauimentum, & nitidas ostende columnas. [Insigne pauimentum. *Sueton. in August. cap.* 72.] *Cato capit.* 18. *de Re rustic.* Pauimenta ad hunc modum facito, De testa arida pauimentum struito: vbi structum est, pauito, siccatóque, oleóque perungito: vt pauimentum bonum fiet. ¶Multa autem pauimentorum genera fuerunt apud veteres. Erant lithostrota paruulis coagmentata crustis, Erant subdialia à Græcis inuenta, quæ sub dio erant, & in aperto, pluuiis & tempestatibus exposita. Erant & asarota de quibus *Papin. in Syluis*, Suberántque nouis asarota figuris. Dicta autem sunt asarota, ab α priuatiuo, & verbo σαίρω, siue σαρόω, hoc est purgo, vel verro, siue quòd scopis non verrerentur, sed collectis manu analectis (ita vocant cœnarum reliquias) ipla spongia mundarentur: (siue, *vt autor est Plin. lib.* 35. *cap.* 25.) quòd in hoc pauimentorum genere tam artificiosè minutis quibusdam testulis expressæ erant cœnarum reliquiæ, quæ scopis solent euerri, vt semper viderentur non esse purgata, eaque quæ in pauimento depicta erant, vera viderentur analecta. *Vide* Asarotum. ¶Fuerunt & pauimenta Barbarica, subtegulanea, scalpturata, & Græcanica. *Vide Plin. lib.* 36. *cap.* 25. Pauimenta Pœnica, *inquit Festus*, marmore Numidico strata significat. Cato in oratione quam habuit, Ne quis Consul bis fieret: Dicere possum, *inquit*, quibus villæ atque ædes ædificatæ, atque expolitæ maximo operę, citro atque ebore, atque pauimentis Pœnicis stent.

Pāuīmēnto, as, Pauimentum facio, seu pauimentum sterno. ἐδαφίζω. GALL. Pauer, dresser le parterre. ITALI. *Far pauimento.* GERM. Ein esterich machen/ein besetzte oder gepflasterte bünc machen. HISP. *Hechar, ò hazer suelo.* ANG. *To paue.*} Vnde Pauimenta loca dicuntur in quibus strata sunt pauimenta. *Cic. pro domo sua*, In palatio, pulcherrimo prospectu porticum cum conclauibus pauimentatam, trecentum pedum concupuerat. *Plinius lib.* 27. *cap.* 4. Ergo pauimentandum vbi lata sit, censent, vt lachryma non absorbeatur.

Pāuĭo, pauis, ui, itum Verbum antiquum. Ferio, percutio, tundo. {ἐδαφίζω. GALLIC. Pauer, battre la terre pour l'affermir, dresser le parterre. ITA. *Percuotere, ò battere la terra per fermarla.* GERM. Schlagen. HIS. *Herir, pisonar, con pisones.* ANGLIC. *To paue.*} Sumptum est à Græcis, quibus παίειν est percutere. *Cicer.* 2. *de Diuin.* Sed quia quum pascuntur necesse est aliquid ex ore cadere, & terram pauire, terripauium primò, pòst terripudium dictum est, hoc quidem nunc tripudium dicitur. *Cato cap.* 18. Ibi de testa arida pauimentum struito: vbi structum est, pauito, fricatóque, oleo perungito, vti pauimentum bonum fiet. *Colum. libro* 1. *cap.* 6. Sed vtrunque more piscinarum deuexum leui cliuo & extructum, pauitúmque solum habeat, ne humorem transmittant, ¶Hinc fiunt compositæ, Depuuio, hoc est percutio, a, in u mutato. *Lucil. apud Festum*, Palmísq; missellam depuuit me. Eiusdem significationis est Oppuuio, vnde oppuuia dicuntur verbera. *Afranius*, Oppuuiis pueri coercentur.

Pāulātim, Paulisper, Paulum, Paululum, *Vide* PARVM.

PĀVLŬS, li, παῦλος, Latinè modicus, Græce quietus. Nam παῦλα quies dicitur. Hoc nomine dictus L. Æmilius, qui in prælio Cannensi pro patria occubuit. ¶Et qui multò fortunatior patre victum Persea Macedonum regem in triumphum vexit. ¶Est & Paulus, a, um, adiectiuum, à Parum, quo ratissimè vsi sunt autores, nisi in ablatiuo. *Plautus in Bacch.* Pacisci cum illo paula pecunia potes. *Terent. in Andr.* Dum in dubio est animus, paulo momento huc illuc impellitur. *Idem in Adelph.* scilicet, Ita eos meo labore eductos maximo, hic fecit suos Paulo sumptu.

Pāuo, onis, & Pauus, ui, Auis nota, vario pennarum fulgore conspicua, quam Poetæ Iunonis tutelæ assignarunt. {תכי *tuchi.* ταὼς. GAL. Vn paon. ITA. *pauone.* GERM. Ein pfauw. HISPANIC. *El pauon.* ANGLIC. *A peacocke.*} *Gell. lib.* 7. *cap.* 16. Pauus è Samo præstantior est. Tradunt hâc auem esse non gloriosam solùm, sed & maleuolam. Laudata expãdit colores aduersò maximè sole. Fimum suum resorbet, inuidens hominum vtilitati. Caro eius diutissimè incorrupta seruatur. Vnde etiã in ventriculo ægerrimè concoqui putatur. Ad quod & *Iuuenalis* videtur alludisse *Satyr.* 1. Et crudum pauonem in balnea portas. De auis huius natura vide plura *apud Plin. libro* 10. *cap.* 20.

Pāuŏ, eius fœminini est, quo vsus est *Ausonius Sectione* 1. Fœmineam (*inquit*) in speciem se vertit masculus ales. Panáque de pauo constitit ante oculos. ANG. *A peahen.*} *Columella* tamen vtrunque sexum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Pauonem appellat: sed cum distinctione horum nominum masculus & fœmina. Vtriusque exemplum habes *libr.* 8. *cap.* 11. Masculus (*inquit*) pauo gallinaceam salacitatem habet, atque ideo quinque fœminas desiderat. *Et paulò post*, Nam fœminæ pauones quæ non incubant, ter anno fere partus edunt.

Pāuōnīnŭs, a, um, Quod ex pauone est. { ὁ τῦ παυὸς. GAL. De paon. ITAL. *Di pauone.* GERMA. Pfauwin/von einem pfauwen. HISP. *Cosa de paon.* ANGLI. *Of a peacocke.* } vt, Pauoninum ouum, *apud Col. lib.* 8. *cap.* 5. & Muscarum pauoninum, ex pauonum caudis confectum *apud Martial. in Distichis.* * Pauonius, pro eodem legitur *apud Varro.* 2. *de Re rusti. cap.* 9. Verùm castigatiora exemplaria legunt *pauoninus.* * Pauonaceus, legitur etiã *apud Plin. li.* 36. *cap.* 22. pauonacea tegẽdi genera. Quo in loco doctiores legũt pauimentata tegedi genera, hoc est pauimentorum more constructa, cuiusmodi permulta hodie videmus. Pauonius lectus *Mart. epig.* 85. *lib.* 14.

Pauor, *Vide* Paueo.

Pāupĕr, huius pauperis, g. c. vel vt nonnullis placet, omnis. habet enim neutrum genus præcipue in obliquis: vt apud *Stat. lib.* 1. *Theb.* Lis est de paupere regno. { אביון *ebyõn* עני *ẽani* רש *rasch. πένης, πτωχός.* GA. Poure. ITALI. *Pouero.* GERM. Arm. HIS. *Pobre.* ANG. *A peore.* } Dicitur autem pauper (*vt Varro putauit*) à parua pecunia, siue vt alij malunt, à paruo lare. *Cicer. in Parad.* M. Manilius pauper fuit: habuit enim ædiculas in Carinis, & fundum in Labicano. *Ibidem*, Non modò non copiosi ac diuites, sed etiam inopes ac pauperes existimandi sunt. *Horat.* 1. *Serm. Satyr.* 1. -neque se maiori pauperiorum Turbæ comparet. *Ouid.* 1. *Fast.* In pretio pretium nunc est, dat census honores, Census amicitias: pauper vbique iacet. [*Ouid. lib.* 3. *Fast.* Pauper, sed multæ sedulitatis anus. Pauperis ambitiosi supellex. *Quintilian.* Pauper natus in armis. *Tibul. lib.* 4. Cum opulento pauper cœpit habere negotium. *Plaut. Aspl. sc.* 4. *a.* 3. Si pauper est, atque haud malus, nequam habetur. *Plaut. Menæc. sc.* 2. *a.* 4. Pauper sum, fateor, patior, quod dij dant, fero. *Pla. Aul. sc.* 1. *a.* 1. Non est verisimile hominem pauperẽ pauxillũ parui facere quin numũ petat. *Ibi. sc.* 2. *a.* 1. Nõ temerariũ est, vbi blande diues appellat pauperẽ. *Ibi. sc.* 4. *a.* 1. ¶ Hinc comparatiuus paupertor. *Plaut. Aul. sc.* 5. *a.* 3. Opulentiores pauperiorum filias vxores ducere debent. Et superlat. Pauperrimus, de quo seq. dictione. ¶ Item metaphoricè, Miser & pauper orator. *Quint.* Et, Ieiunam & pauperem eloquentiam. *Idem Quintil.*] ¶ Pauper cum genitiuo. *Horat.* 2. *Serm. Satyr.* 3. Pauper Opimius argenti positi intus, & auri.

Pāupĕrĭmŭs, superlatiuum. *Horat.* 2. *Serm. Satyr.* 1. Horum semper ego optarim pauperrimus esse bonorum. *Pli. li.* 24. *ca.* 1. Quũ remedia vera quotidie pauperrimus quisque cœnet. *Plaut. Aul. sc.* 4. *a.* 1. Te esse diuitem & me hominem pauperum pauperrimum.]

Pāupĕră, Apud antiquos etiam dicebatur in fœmenino genere. *Plaut.* Paupera hæc res est.

Pāupĕrcŭlŭs, & Paupercula, diminutiua. { ὁ πλακὸς, ἀλγὸς π πένης. GAL. Pouret. ITA. *pouueretto.* GERMANI. Zimlich arm. HISP. *Pequenno pobre.* ANG. *A litle poore bodie.* } *Terent. in Heaut.* Est e Corintho hic aduena anus paupercula. *Varro lib.* 1. *de Re rustic. cap.* 17. Vt plerique paupercŭli cum sua progenie. [*Plaut. Aul. sc.* 3. *a.* 1. Nouistin' hunc senem e proximo pauperculum.]

Pāupĕrtās, tatis, Penuria, egestas, tenuitas. { רוש *resch* מחסור *machsór. πενία.* GA. Poureté. ITA. *Pouertà.* GERM. Armut. HIS. *Pobreza.* ANG. *Pouertie. Varr. lib.* 4. *de ling. Lat.* Pecunia quæ erat parua, ab ea paupertas dicta est. *Plaut. Persa*, Nam vbi ad paupertatem accessit infamia, grauior paupertas fit. *Cicer.* 3. *Tus.* Vt de paupertate nonnumquam, cuius onus dispũtãdo leuamus docentes quàm parua & quàm pauca sint quæ natura desideret. *Iuu. Sat.* 3. Nil habet infœlix paupertas durius in se, Quàm quòd ridiculos homines facit. *Pla. Au. sc.* 4. *a.* 1. Neque eo est alter quisquam ex paupertate parcior. *Liu. li.* 34. Pessimus est pudor parsimoniæ vel paupertatis. Et neque diuitiis, neque paupertate notanda est (domus sup.) *Ouid. Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.* ¶ Paupertas autem (*Seneca autore Epist.* 88.) est parui possessio.] ¶ Paupertatem quidam ab egestate ita distinguunt, vt egestas sit quando ad victum necessaria desunt: paupertas, quando licet non sint opes, tamen necessaria suppetunt. *Cic. in Parado.* Itaque istam paupertatem, vel potius egestatem, ac mendicitatem tuam nunquam obscurè tulisti.

Pāupĕrĭēs, huius pauperiei, paupertas. { רוש מחסור *rasch machsór. πενία.* GALLIC. pouret. ITALIC. Pouerta. GER. Armut. HISPAN. *Pobreza. Pouertie.* } *Horat. lib.* 1. *Epist.* Impiger extremos curris mercator ad Indos, per mare pauperiem fugiens, per saxa, per ignes. *Virgil.* 6. *Æneid.* -quam vellent æthere in alto Nunc & pauperiem, & duros perferre labores. *Horat.* 3. *Carmin. Ode* 24. Magnum pauperies opprobrium, iubet Quiduis & facere & pati, Virtutisque viam deserit arduæ. [*Plaut. Aulu. sc* 4 *a.* 1. Meam pauperiem conqueror. *Idem Ibid. sc* 6. *a.* 4. Hic dies mihi famem & pauperiem mihi obtulit. ¶ pauperies item apud Iureconsultos damnum est à quadrupede datum: quòd si ab homine illatum esset, iniuria diceretur. *I. j. D. si quad. pau. fecisse dic.*

Pāupĕrtĭnŭs, penult. prod. Pauper. { רש *rasch. πτωχός.* GAL. Poure. ITALIC. *Pouero.* GERM. Arm/dürfftig. HISPANI. *Pobre.* ANG. poore. } *Varro de Vita popul. Rom. libro* 1. Quòd si paupertina sit elegantia, ac cum castimonia. *Sidonius*, Quin potius paupertinus flagitatæ cantilenę culmus immurmuret. *Nonius.* [*Gell. capite* 6. *libro* 14. Litteræ paupertinæ.]

Pāupĕro, as, Pauperem facio. { רושש *roschésch. πένητα ποιῶ.* GALLI. Faire poure ou chetif. ITAL. *Impouerire.* GERM. Arm machen/zu armen tagen bringen. HISPANIC. *Empobrescer à otro.* ANGLIC. *To make poore. Plaut. in Milite*, Quæ improba est pro mercis vitio dominum pretio pauperat. *Idem Pseudolo. sc.* 7. *a.* 4. ex persõna lenonis, Boni viri me pauperant, improbi alunt. *Horat.* 2. *Serm. Satyr.* 5. Eripiet quiuis oculos citius mihi, quàm te Contemptum cassa nuce pauperet. ¶ Hinc Depaupero. *Varr.* Priusquam domum depauperaret sumptu suo.

Pāupĕrātŭs, pauperior effectus. *Iulius Firmicus Matheseos libro* 1. *de Luna*: Quando pauperata luminibus iacturam propriæ maiestatis agnoscat.

Pausă, sæ, Requies, intermissio, atque otium à re aliqua. { פונה *pughâh*: סוף *soph. παῦλα, ἀναπαυσμὸς.* GAL. Pause, repos qu'on prend en faisant quelque chose. ITA. & HISP. *Pausa.* GERMAN. Ein rast/ein

vnderleibung / stillhaltung. ANGLIC. *Rest, intermission, ceasing.* } *Lucil. libro* 1. *Satyr.* Hæc vbi dicta dedit, paulam facit ore loquendi. *Plaut. in Rud.* Aliquando oculando melius est vxor pausam fieri. Nec dare pausam Conciliis, & diuisidiis exercita crebris. *Lucret. lib.* 2. Deducitur à verbo Græco παύομαι. quod est cessare: vnde & παῦσις eiusdem significationis cum Latino pausa.

Pāusārĭŭs, *A Seneca* [*Epist.* 57. vocatur qui remigibus modos dat, & remigandi officium quadam quasi pausa moderatur. *καυσικός.*

Pāusŏ, sas, Quiesco. { נח *pag* נחת *nacat* שקט *schakât. παύομαι.* GALL. Pauser, se reposer. ITAL. *Pausare, ripausare.* GERMA. Ruwen/still hatten. HISP. *Descansar, reposar.* ANGLI. *To rest, to cease frome doing any thing.* } *Plaut. in Trin.* Pausa, vicisti castigatorem tuum.

PĀVSĂNĬĀS, *παυσανίας.* Cleombroti filius Lacedæmonius imperator, qui vnà cum Aristide Athenienſi vicit Mardonium Medum Xerxis regis generum apud Platæas, cum ducentis peditum millibus electis, & viginti equitum millibus, haud ita magna manu. Et quum multum incrementi Lacedæmoniis adiecisset, in mores Asiaticos labi sensim cœpit. Deinde eousque amentiæ dicitur tandem progressus, vt cum Xerxe pacisceretur, se illi imperium Lacedæmoniorum proditurum esse, si filiam sibi in matrimonium dedisset. Quo nomine in iudicium vocatus in templum Mineruæ confugit, vbi interfectus est, cadauerque eius in barathrum abiectum. *Autor Thucydides lib.* 2. [*De eo Plutarc. in Themist.*] ¶ Fuit & Pausanias nomen autoris Græci scriptoris, qui floruit Hadriani & Antonini temporibus. Scripsit Chronica Laconica, de Amphyctionibus, & Lacedæmoniorum feriis. *Autor Suidas.* ¶ Alius præterea fuit Pausanias Macedo adolescens, qui cum primis pubertatis annis stuprum ab Attalo per vim esset passus, & quod deterius est, omnibus etiam conuiuis veluti scortum ad stuprum oblatus, de tanta iniuria ad Philippum Macedonum regem querelam detulit, illatique probari vltionem postulauit: verùm quum se etiam à rege irrideri videret, iram in eum conuertit, vltionémque quam ab inimico non potuerat, ab iniquo iudice exegit. *Autor Diodorus & Iustinus.* ¶ Pausanias Cæsariensis, Grammaticus æqualis Aristidi, scripsit de constructione librum vnum, Problematum item vnum, quem inter malos Rhetores recensẽt Philostratus in Vitis Sophistarum. *Autor Suidas.*

Pāusĭă, Genus oliuæ, à pauiendo, quòd nonnisi pauiendo, id est tundendo oleum emittat: seu quod antè quàm molæ subiiciantur, tundatur. *Virgil.* 2. *Georg.* Et amara pausia bacca. *Apud Colum lib.* 12. *cap.* 48. nisi corrupta sint exemplaria, legitur paulea per secundam vocalem in penultima syllaba.

PĀVSĬĀS, *παυσίας.* Nomen pictoris Sicyonij. *Plin. libro* 15. Inter pictores (*inquit*) Pamphilus docuisse traditur Pausiam Sicyonium, primum in hoc genere nobilem. Inter omnia huius opera præcipuæ admirationi fuit tabula quædam, qua Glyceram municipem suam à se amatam, sedentem pinxit, & coronas ex floribus nectentem: quod opus ex argumento Stephanoplocon appellauit.

Pāusĭācŭs, a, um, adiect. *Horat.* 2. *Serm. Satyr.* 7. Vel cum Pausiaca torpet insane tabella, hoc est tabula à Pausia depicta.

PAVSILYPVM, *παυσίλυπον.* Villa est Campaniæ, ab amœnitate dicta, ἀπὸ τῦ παύσασθαι λύπης, hoc est à curæ mœroriſque cessatione. *Plinius lib.* 9. *cap.* 53. Pausilypum, villa est Campaniæ, haud procul Neapoli. *Idem lib.* 3. *capite* 6. Inter Pausilypum & Neapolim Megaris.

Pausilypus, *παυσίλυπος*, Poculum erat in conuiuiis tertium, Ioui seruatori dicatum: ita dictum, quòd curas abigeret. Quinetiam Iouem ipsum *Sophocles* Pausilypum cognominat.

Pāuso, Pausas, *Vide* Pausa.

Pauxillŭs, *Vide* Paucus.

Pax, huius pacis. A pactione dicitur: quod nomen etiam pluraliter declinatum legitur. { שלם *schalõm. εἰρὴνη.* GALLIC. La paix. ITAL. *Pace.* GERMANIC. *Fried.* HISPANIC. *La paz.* ANGLI. *Peace.* } *Plaut. in Persa.* Hostibus victis, ciuibus salus, re placida, pacibus perfectis. *Horat. libro* 2. *Epist.* Hoc paces habuere bonæ, ventique secundi. *Varro*, animaduertendum primùm quibus de causis, & quemadmodum constituerunt paces: secundum, qua fide & iustitia eas coluerunt. Est autem pax propriè publica tranquillitas, otium. *Cicer. de Senectute*, Quum sententia Senatus inclinaret ad pacem, & fœdus faciendum cum Pyrrho. Pax (*inquit Cicer.* 2. *Philip.*) est tranquilla libertas. ¶ Aliquando etiam accipitur pro venia. *Virgil.* 3. *Æneid.* Sed votis precibúsque iubent exposcere pacem. ¶ Nonnunquam etiam pro propitiatione. *Idem* 4. *Æneid.* -pacémque per aras Exposcunt. [Pax, à verbo pago, is: paco, as: pacio, is, vnde pacisco etiam, quod pangere, statuere, & formare est, vnde Paginæ. An à Græco & Comico aduerbio Pax, quo silentium turbarum significatur. *Scaliger in Ausonium.* Pacem deũm exorare. *Liuius lib.* 6. *ab Vrbe*, Vt Iouis supremi, multis hostiis pacem expetam. *Plaut. in Amphitr. sc.* 1. *a.* 5. Pacem ab Æsculapio petas. *Plaut. Curc. sc.* 2. *a.* 2. Pax æterna eum excepit (de mortuo) *Senec. capite* 19. *de Consol. ad Martiam.* A casibus nulli longa pax, vix Induciæ. *Senec. cap.* 16. *de Consol. ad Martiam.* Item, Obsecro vt per pacem liceat te alloqui, vt ne vapulem. MI nunc Induciæ parumper fiant. S. Nõ loquar nisi pace facta, quoniam plus vales. *Plautus Amphitr.* Propterea pace aduenio, & parem ad vos adfero (.i. cum pace, & silentio. *Plaut. prologo Amphit.*) Habui expurgationem, facta pax est. (*Plaut. Ibidem sc.* 3. *a.* 3. *Item* Pacem facere. *Liuius libro* 6. *d.* 4. Et pace infecta. *Ibidem.* Pace reconciliata (.i. triumuiris consentientibus) *Sueton. in Tiber. cap.* 4.] ¶ Habet autem hoc nomen varios in oratione vsus, Dicimus enim, Pace aduenio, Pacem affero, Conciliare pacem inter aliquos, Conficere pacem, Cõsulere paci, Cum pace aliquem dimittere, Cum pace aliquid agere. Cui contrarium est iracunde, vel cum ira agere. Confirmare pacem, Dare pacem, Eripere pacem, Esse in pace, Pacem exploratam habere, Facere pacem, Seruare pacem, Trahere pacem, Vti pace. Testimonia legenti veteres autores nulli non sunt obuia. Pace tua, honestus est reprehendendi modus, prius captata venia, id est tua venia, & te non irascente. *Terent. in Eunucho.* Quæso hercle vt liceat, pace quod fiat tua. *Similiter*, Pace tua dixerim, Pace omnium dixisse liceat. ¶ Pax etiam aduerbium Comicum est, significat Tantummodo: vel silẽtium quoddam imperantis vim habet. [*Plaut. Pseud. sc.* 1. *a.* 5. Dum enitor pax, Iam penè inquinabi pallium temeto. *Terent. in Heaut.* Dum argentum capio, pax, nil amplius.

Pāci-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Pācifer, pacem ferens: vt Laurus pacifera. {εἰρηνοφόρος. GAL. Qui porte paix. ITAL. Ch' apporta pace. GERMAN. Das friden bringt. HISP. El que trahe paz. ANG. That maketh or bringeth pace.} *Plin.lib.15.c.37.* Laurus ipsa pacifera, vt quam prætendi etiam inter armatos hostes quietis sit indicium. ¶ Virga pacifera Mercurij, *Valer.Flac.4.Arg.* ¶ Cyllenius pacifer, *Ouid.4.Metam.*

Pācifĭco, cas, Controuersias compono, quasi pacem facio, reconcilio. {משלים *hischlim.* εἰρηνεύω, διαλλάττω. GAL. Pacifier, faire paix, appaiser. ITA. *Pacificare, far pace.* GERMAN. Friden machen/befridigen. HIS. *Pacificar, hazer paz.* ANGLIC. *To make peace, to appease.*} *Cicero ad Att. lib.15.* Seruius vero pacificatus cum librariolo tuo, videtur obiisse legationem. [*Liuius libro 3. ab Vrb.* Legati pacificatum venerunt.] ¶ Quidam hæc tria separant, vt pacificatus sum, significet idem quod in concordiam redactus sum. pacatus sum, in pace sum, ab armis destiti. placatus sum, ab indignatione animi ad lenitatē redij, vel animo lenis sum. pacificans diuos, *Sil.lib.15.*

Pācifĭcātĭo, Reconciliatio. {εἰρηνοποίησις. GAL. Pacification, appaisement. ITALIC. *Pacificatione.* GERMA. Frid machung/befridigung. HISP. *Pacificamiento.* ANG. *A making of peace, appeasing.*} *Cic.Lepido lib.10.* Itaque sapientius, meo quidem iudicio, facies, si te in istam pacificationem nō interpones. id est pacem faciendam. [pacificatio perpetrata. *Gellius c.3.lib.7.*]

Pācifĭcātor, oris, Dissidij diremptor, & conciliator pacis. {מְשַׁלֵּם *maschlim.* διαλλακτης. GALLIC. Qui fait la paix entre ennemis. ITAL. *Chiunque fa pace.* GERMAN. Ein frid macher. HISPANIC. *El que haze paz.* ANG. *That maketh peace or appeaseth, that taketh away striffe.*} *Cice.Attic.lib.10.* Iam enim illum emptum pacificatorem peroraſſe puto, iam actum aliquid eſſe in conſeſſu Senatorum. *Liu.7.bell.Pun.* Adhibitus ab Ætolis ex finitimis pacificator Aminander. [*Gellius c.2.lib.14.* Pacificatoris partes iuſtinere Iudicem. *Item* Pacificatoris habitus qualis in ſtatuis. *Quintilian.*]

Pācifĭcātōrĭus, a, um, Quod ad pacificationē pertinet. διαλακτικὸς, εἰρηνοποιὸς. *Ci.12.Philip.* Poſtquā nos pacificatoria legatione implicatos putant.

Pācifĭcus, a, um, pen.cor. Paci ſtudens. {שָׁלוֹ *ſchalév* [vel] *ſchelév* εἰρηνικός. GAL. Pacifique, paiſible. ITAL. & HISPANIC. *Pacifico.* GERM. Friedſam/der nach frid ſtellet. ANGLI. *Geuen to peace or that maketh peace.*} Cic. *ad Attic.lib.8.* Ecquæ pacifica perſona deſideretur, an in bellatore ſint omnia. *Ouidius 6. Faſtor.* & vos orate coloni Perpetuam pacem, pacificúmque ducem. *Lucr.lib.3.* duramque viri deflectere mentem pacifico ſermone parant.

Pāco, as, A pace fit, & ſignificat mitigo, lenio, placo, tranquillum, lenem, & mitem reddo. {שִׁכֵּךְ *ſchibbéach* חשכיח *hiſchbiach.* ἡσυχάω, ἡσυχάζω. GAL. Appaiſer, pacifier. ITA. *Placare, mitigare.* GERMA. Befridigen/beqūtigen/ſtillen. HISPAN. *Apaziguar, placar.* ANG. *To appeaſe, to mittigat.*} *Cæſ.1.bell.Ciuil.* Hortatur cuius imperatoris ductu Remp. nouem annis fœlicillime geſſerint, plurimáque prælia ſecunda fecerint, omnē Galliam, Germaniámque pacauerint, &c. *Tibul.lib.4 Eleg.1.* Paruáque cæleſtes pacauit mirrha: nec illis Semper inaurato taurus cadit hoſtia cornu.

Pācātŭs, a, um, Reconciliatus, placatus, exoratus, & tranquillus redditus. {מְשֻׁלָּם *muſchlám* שָׁלוֹם *ſchalúm.* ἡμερώσεις, εἰρηνεύσεις. GAL. Appaiſé. pacifié. ITALI. *Pacificato.* GERM. Begütiget/geſtillet/ zufriden vnd zuruwen bracht. HISPANIC. *Pacificado, apazigoado.* ANG. *Pacified, appeaſed.*} *Cic.3.Verrina.* Ciuitates non modò pacatæ, verumetiam ſociorum, & amicorum ad vim atque ad arma confugiēt. *Idem antequam iret in exil.* Si denique Cn. Pompeio, quòd terra mariſque hoſtes reddidit pacatos, &c. *Ouid.1.de Ponto,* Denique ſi moriar, ſubeam pacatius aruum. AEquora pacata. *Ouid.Epiſt.10.* Aëris pacati ſtatus. *Lucret.lib.3.* Vultu pacato excipere aliquid. *Ouid.1.Faſt. Plau.Men.ſc.6.a.5.* Hic in pacato, oppidum herum diripier.]

Pācātŏr, oris, Pacis conciliator, qui tumultus & turbas ſedat. {משלים *maſchlim.* εἰρηνοποιὸς. GALLIC. Appaiſeur. ITAL. *Pacificatore.* GER. Ein ſtiller / fridmacher. HISP. *Apaziguador, que haze paz.* ANGLI. *An appeaſer.*} *Sene. Hercul. OEt eo.* Sed tu domitor magne ferarum, Orbíſque ſimul pacator ades.

Pācātē, Tranquillè, ſedatè, pacificè. {εἰρηνικῶς. GALLIC. pacifiquement. ITAL. *Pacificamente.* GERM. Ruwittlich/fridlich/ſtil. HISPANIC. *Apaziguamente, pacificamentè.* ANGLIC. *with peace.*} Vt pacate per prouinciā iter facere, *apud Cæſarem 1.bell.Gall.*

Pācālis, pen.prod. adiect. ἱλαστικὸς, εἰρηνικὸς. pacifer, ſiue pacem ſignificans: vt Oleæ pacales, *Ouid.6.Met.* Flammæ pacales, *Ouid.1.Faſtor.* ad finem.

Pāxillŭs, palus. {יתד *jathédh.* πασσάλος. GALLIC. Vn pau, vn pieu. ITA. & HISP. *Palo.* GERM. Ein kleiner pfal. ANGLIC. *A pale propre or ſtake.*} Hoc nomē priſcianus credidit per diminutionem à palo factum: quod tamen vel Cicerone teſte, falſum eſſe conſtat, qui palum contrà ex paxillo contractum eſſe aſſerit, fuga literæ vaſtioris. Sic enim ſcribit *in Orat.* Quinetiam verba ſæpè contrahuntur, non vſus cauſa ſed auium. Quomodo autem veſter Axilla Ala factus eſt, niſi fuga literæ vaſtioris, quam literam etiam è maxillis, è taxillis, & vexillo & paxillo conſuetudo elegans Latini ſermonis euellit?

* Pax Iulia, παξιουλία, ꝓ tolemæo, Luſitaniæ vrbs. Vulgò *Badaioz.*

P ante E.

PEC. In notis antiquorum, peculium, vel pecunia. PERT. pertinax. P.F. publij filius. P.F. Pius, felix. P.E.F. publice fecit.

Pĕcco, as, proprie ſignificat adulterium cōmitto, dictum quaſi pellico, *vt putat Sipōtinus,* id eſt cum pellice coeo. {חטא *chata* פשע *paſchá.* ἁμαρτάνω, πταίω. GA. Pecher. ITA. *Peccare.* GER. Eigentlich hurerey vnnd ehbruch begehn/ſunſt aber ſundigen/etwas vnrechts thun. HIS. *Pecar.* ANG. *To ſinne, to offend.*} Vnde peccatus, pro adulterio, quaſi pellicatus. Apud veteres enim peccatus, us, vſque ad Ciceronis ætatem durauit, qui voce ea vſus eſt quarta Verrina. Nemo (*inquit*) ita viuebat, vt nulla eius vitæ ſummæ turpitudinis eſſet expers, nemo ita in manifeſto peccatu tenebatur, vt quum impudens fuiſſet in facto, tum impudentior videretur ſi negaret. Poſtea inualuit vſus, vt peccatum tantùm neutro genere efferretur, & vno nomine de omnibus quæ malè, impiè, iniuſtè, & flagitioſè fierent, diceretur. Ita Peccare quomodocumque labi, offendere, delinquere. *Terent.in Andr.* Ego me amare hanc fateor: ſi id peccare eſt, fateor id quoque. *Cicer. libro 1. Offic. paſſim vſus eſt,* Quo in genere etiam in Rep. multa peccantur. *Idem de Offic.* Quo magis cauendum eſt, nequid in eo genere peccetur. In rem peccare. *Terent.in Adelph.* Verùm in iſtam partem potius peccato tamen. In re peccare. *Cicer. 5. Verr.* Si denique vno aliquo in genere peccaſſet. ¶ Peccare aliquid *Plaut.in Bacch.* Si vnam peccauiſſes ſyllabam, Fieret eorum tam maculoſum, quàm eſt nutricis pallium. [Occidi (patrem) num peccaui quippiam? *Plaut.Pſeud.ſc.3.a.1.* Si quid erga te peccaui, ignoſcas. *Plaut. Aul.ſc.6.a.4.*] Peccatur, Impersonale. *Cicero 7. Verr.* Magno tuo periculo peccabitur in hoc iudicio, maiore quàm putas. *Horat.1.epiſt.2.* Seditione, dolis, ſcelere atque libidine & ira, Iliacos intra muros peccatur, & extra. [Neptune peccauiſti largiter. *Plaut.Moſtel.ſc.2.a.2.* Fateor me peccauiſſe & meam culpam commeritum ſcio. *Plaut. Auſul.ſc.6.a.4.* Amphitruonis te eſſe aiebas Soſiam. S. Peccaueram. *Plaut. Amphitr.* Peccaui inſciens: Illud volui dicere. *Plaut. Pſeud.ſc.2.a.3.* Nos quoque iampridem ſcripto peccauimus iſto, Luſimus amores. *Ouid. Eleg.1.libr.2.Triſt.*]

Pĕccātum, & nomen & participium eſſe poteſt. *Terent.in Prol.* Eunuchi vtrunque complexus eſt. Si id (*inquit*) eſt peccatum, peccatum imprudentia eſt. Prius eſt nomen. {חטאה *chéte.* πλημμέλημα. GALL. Peché. ITALIC. *Peccato.* GERM. Ein ſünd/miſſethat. HISPANIC. *Pecado.* ANGLIC. *A ſinne, an offence, a fault.*} Poſterius participium, ἁμάρτημα, πταῖσμα. Eſt autem peccatum, quicquid fit contra officium: quæ etiam culpa appellatur. *Cicer.3 Offic.* Si gladium quis apud te ſana mente depoſuerit, repetat inſaniens, reddere peccatum ſit: non reddere, officium. *Idem de Amicitia,* Nulla eſt excuſatio peccati, ſi amici cauſa peccaueris. *Cicero Attic.l.3.* Scio nos noſtris multis peccatis in hanc ærumnam incidiſſe. *Virgi.10.Æneid.* Si ſine pace tua atque inuito nomine Troes Italiam petiere, luam peccata, neque illos Iueris auxilio. Peccatum autem à delicto ita differt, vt peccatum ſit, cùm aliquid factum eſt, ſed minus rectè. Delictum verò cùm aliquid prætermiſſum & neglectum quod fieri debuit. *Cornelius Fronto de diff. voc.*

Pĕccātu, pro peccatu, in ſexto caſu, à Cicerone dictum, vt auribus inſeruiret: *adnotauit Gell.lib.13.cap.19.* [*ciceronis verba, ex 4. Verrina referuntur* ſuprà in Pecco, as.]

Pĕcŏrārĭus, Pecorinus. *Vide* Pecus.

Pĕctĕn, inis, masculini generis, Inſtrumentorum textorum, quo ſubtegmen ſtamini immittitur. {κτὶς. GALLIC. Vn peigne. ITALIC. *Pettine.* GERMANIC. Ein wäber blatt durch das der zettel gezogen wirt. HISPAN. *El peine.* ANGLIC. *A combe.*} *Virgilius 1.Georgic.* Arguto coniux percurrit pectine telas. *Idem lib.7.Æneid.* -tectíque ſuperbis Vrit odoratam nocturna in lumina cedrum. Arguto tenues percurrens pectine telas. *Iuuen.Satyr.7.* Et male percuſſas textoris pectine Galli Accipimus. *Ouid.3.Faſto.* [radio percurrere telas erudit & rarum, &c.] & rarum pectine denſat opus. ¶ A cuius ſimilitudine & pecten dictus qui explicat capillos. *Plaut.in Capt.* [*ſc.2.a.2.*] Sed vtrum ſtrictim me attonſurum dicam eſſe, an per pectinem. [Ita me volſellæ, pecten, ſpeculum, calamiſtrum Iuuent. *Plau.Cur.ſc.4.a.4.*] Neſcio, *Ouid.4.Metamor.* Sæpe Cytoriaco deducit pectine crines. ¶ Eſt quoque cratis dentatæ genus, ſtylis ferreis, ad colendam terram. ¶ Item ferreum inſtrumentum, quo rariores ſegetes metebantur. *Colum. libro 2.cap.21.* Alij pectinibus ſpicam ipſam legunt, &c. [*Ouid.4.Faſt.* Hæc modo verrebat cum raro pectine pratum.] ¶ Eſt item pubes, hoc eſt locus vbi pili ad verenda naſcuntur quem & Græci κτὶνα appellant. *Iuuen. Satyr. 6.* Inguina traduntur medicis iam pectine nigro. Dictus pecten, quia vt barba indetonſa pectine indigeat. ¶ Eſt & inſtrumentum quo citharam pulſamus. πλῆκτρον. *Virgilius libro 6.* -iam pectine pulſat eburno. [¶ *Pro verſu. Ouid.2.Faſt.* Sacras alterno pectine Nonas, i. verſu elegiaco.] ¶ Item pectines, ſiue pectunculi, κτὶνες, piſces ſunt qui ſe ex aquâ iaculantur ſagittæ modo, quemadmodum loligo facere dicitur. *Horat.2.Serm.Satyr.4.* Pectinibus patulis iactat ſe molle Tarentum. ¶ Pectines item à *Plinio* in arboribus dicuntur rectæ per longitudinem pectinum modò lineæ & interualla, quæ Græcè κτενώσεις, & διαφύσεις appellantur; hoc eſt diſcurſus ille venarum rectus in longitudinem porrectus: cuiuſmodi in pectine conſpiciuntur dentes. In quibus autē hic meatuum ductus aliquo modo variat neque rectus in lōgitudinem porrigitur: non ſolet eos Plinius abſolutè pectines appellare, ſed aliquid adiicere, quo varietas illa explicetur, obliquos, criſpos, nodoſóſve pectines appellans. ¶ Pecten Veneris, herba eſt à pectinis ſimilitudine dicta: cuius radix cum malua tuſa, omnia tela corpori infixa extrahit. *Autor Plin.lib.24.cap.19.*

Pĕctĭno, as, penult.corr. Ferreo inſtrumento quod pectinem vocant, ſpicas lego, vel ſegetem meto. κτενίζω, τίλλω. GALLIC. Peigner. ITALIC. *Pettinare,* GERMA. Denn jung herfur gewachſſnen ſaamen ecken. HISPAN. *peinar.* ANG. *To kembe or carde.*} *Plin. lib.18.cap.21.* Sunt genera terræ, quorum vbertas pectinari ſegetem in herba cogat.

Pĕctĭnātŭs, a, um, Quod pectinis inſtar factum eſt. {κτενοειδὲς. GAL. Peigné. ITAL. *Pettinato.* GERMA. Das gemacht iſt wie zwen ſträl in einander geſteckt. HISPANIC. *Peinado.* ANGLIC. *Kembed, carded.*} Inde pectinatum tectum dicitur, *teſte Feſto,* quod in duas partes deuexum eſt: quemadmodum teſtudinatum quod in quatuor.

Pectinatus, a, um, adiect. idem quod pexus *Cornut. in Perſio.*

Pĕctĭnātim, aduerb. Significat ad pectinis ſimilitudinem factum, & quaſi denticulatim. {κτενοειδῶς. GAL. A denteleure. ITA. *A guiſa de pettine.* GERMANI. In ſträl weiß/das iſt alſo zwen ſträl ſo mit den zänen in einander geſteckt ſind. HISPAN. *enclauijando los dedos.* ANGLIC. *Lik a combe.*} *Plin.lib.9.cap.13.* Cuniculatim, pectinatim, imbricatim vndata. Sic dicimus Manus pectinatim iunctas, quum vtriuſque manus digiti inter ſe compliciti, pectinis figuram videntur referre, eminentibus vtrinque digitis veluti pectinis dentibus. *Idem lib.8.cap.25.* Pectinatim ſtipante ſe dentium ſerie.

Pĕcto, is, pexui, vel pexi, pexum, Explico & pando capillum, {κτενίζω. GALLIC. Peigner. ITAL. *pettinare.* GERMA. Eträlen. HISPA. *Peinar, deſſenhetrar.* ANGLIC. *To kembe or carde.*} *Cicer.2. in Catil.* Quos pexo capillo nitidos aut imberbes aut bene barbatos videtis. *Ouid.1.de Arte,* Hanc matutinos pectens ancilla capillos Incitet. *Horat.2. Carm.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Ode 15. Nequicquam Veneris præsidio ferox Pectes Cæsariem.[*Plaut. capt.sc.*1. *a.*4. Fusti pectito.(me.)] ¶Iumenta quoque, aliaque animalia pecti dicuntur, quum sordes eorum & pili decidui, strigili distringuntur. *Virgi.*7.*Æneid.de cerno*, Pectebátque ferum, puróque in fonte lauabat. ¶Transfertur etiam ad alia: nam & pectore citharam dicimus, hoc est percutere: & distendere pectine chordas, id est plectro chordas mouere. ¶Item Pectere lanam & vestes dicimus, à quo & vestes ipsæ pexæ dicuntur, hoc est, quæ in superficie quasdam veluti lanosas extuberantias præ se ferunt, quales vestes sunt quas *Cotonnatas & Frisatas* vulgus vocat. *Plin.libro* 8.*cap.* 48. Istriæ Liburniæque pilo propior quàm lanæ, pexis aliena vestibus. *Idem lib* 9. Et ipla stuppa pectitur ferreis hamis, donec omnis membrana decorticetur. ¶Pexa folia, hoc est crassa & in medio exuberantias quasdam habentia in modum panni pexi. *Col. libro* 11.*cap.*3. At Cappadocia quæ pallido & pexo denlóque folio viret mense Februario. ¶Pexa munera pro togis pexis, *apud Martial. lib.*7. Diuitibus poteris Musas elegóque sonantes Mittere: pauperibus munera pexa dato. ¶Huius verbi composita sunt Depecto, Propecto, in longum pecto. *Ouid.*1.*Fallor.* Ille manu mulcens propexam ad pectora barbam. Repecto, rursus pecto. *Claud.* Sparge diem meliori coma, crinemque repexi. Blandius elato surgent remone iugales.

Pexĭtās, atis, τὸ ἰερὸν διάπλωμα, ὕφασμα. GAL. Tissure, entrelassement de laine. ITALIC. *Spezza di pelo in tela ò in altro.* GER. Ein reichtung da ein ding so ordentlich nacheinander ligt/ oder geht als ob es gestrält wär/ als in einem geweb die fäden so den langen wäg vnd vberzwerch gehn/ als ob es ein syb wäre. HISPAN. *Raso.* ANGLIC. *Twinsting or carding of woll.*} *Plin.lib.*11.*cap.*24. Quàm non ad hoc pertinere videtur cribrata pexitas telæ.

Pexātŭs, adiectiuum: Veste pexa indutus. {μαλακὸς, μαλακὸν διὰ δυοῖν ὁ. GALLIC. Vestu de robbe à long poil. ITALIC. *Vestido d'habito di longo pelo.* GERMANI. Mit einem schorgfeid angethan. HISPANIC. *Vestido de raso.* ANGLIC. *Clothed in a roughe garment.*} *Martial. libro* 1. Pexatus pulchre, &c.

[Pexus, a, um: *Quintilian.cap.*9. *lib.*1. Pexus, pinguísque doctor. *Vide* in pecto: suprà.]

pĕctītŭs, a, um, penult. corr. idem quod pexus. {κτενισμένος. GAL. Peigné. ITA. *pettinato.* GERMA. Gestrält/oder gekemmet. HISP. *peinado.* ANGL. *Kembed.*} *Colum.libro* 2.*cap.*3. Præparatæ sint & pectitæ lanæ, quò facilius iusta lanificio persequi atque exigere possit. ¶Per translationem accipitur pro culto, polito, & subacto. *Idem l.*10. Verum vbi iam puro discrimine pectita tellus Depositó squalore niter.

*Pectunculus, *i*, Piscis qui & pecten dicitur. *Plin.lib.*9 *cap.*19. Loligo etiam volitat, extra aquam se efferens, quod & pectunculi faciunt iagittæ modo. Pectúculi concharum. *Colum.libro* 8 *cap.*16. [*Et Gellius c.* 16. *lib.*7. Pectunculus Chius optimus. *Vide suprà*, in Pecten.]

Pĕctŭs, oris, Anterior pars animalis à gula vsque ad ventrem. {στῆθος, στέρνον, στῆθος. GAL. La poictrine. ITAL. *petto.* GERM. Die brust so von dem halß geht biß auff den bauch. HISPAN. *El pecho.* ANGLI. *The breaste.*} Hoc homini tantum latum est, reliquis animalibus carinatum, *vt ait Plinius lib.*11.*capite* 37. [¶Hinc *Quintilian.* Dignitas in latitudine pectoris. *Ouid.*13.*Metamorphos.* Et in pectus condidit ensem. Ad vos studiosa reuerto pectora (*i.*ô amici) *Idem Eleg.vlt.lib.*4.*Trist.* Cor cœpit in pectus emicare. *Plautus Aulul.sc.*3.*a.*4. Pectus digitis pulsat, cor credo euocaturus est foras. *Plaut.Milit.sc.*2. *a.*2. Nempe ego mille meo protexi pectore puppes. *Ouid.*13.*Metamorphos.*&c.] Dictum autem putatur pectus à compactis costis. Est enim pectus costis compactum, quæ veluti firmamentum pectoris sunt. *Virgilius* 9.*Æneid.* Pectore in aduerso totum cui commus ensem Condidit assurgenti, & multa morte recepit. *Horat.*2.*Serm.Satyr.*8. tum pectore adusto Vidimus & merulas poni. *Quintilian.lib.*2.*cap.*15. Nam & M. Aquilium defendens Antonius scissa veste, cicatrices quas is pro patria aduerso pectore susceperat, ostendit. ¶Accipitur nonnunquam pectus pro corde quod sub pectore latet, vel pro ipso animo quê in corde residere nõnulli antiquorum putauerunt. *Iuuen.Satyr.*13. Nocte dieque suum gestare in pectore testem. *Horat.lib.*1.*Epist.* Non tu corpus eras sine pectore. Accipere toto pectore, pro complecti toto animo, amore, beneuolentia, studio. *Virg.*9.*Æneid.* Te vero mea quem spatiis propioribus ætas Insequitur, venerande puer, iam pectore toto Accipio, & comitem casus complector in omnes. *Cicer.de Amic.* In Amicitia nisi (vt dicitur) apertum pectus videas tuúmque ostendas, nihil fidum, nihil exploratum habeas. [Animus istic est, non in pectore. *Plaut.Pseud.sc.*1.*a.*1. Nisi somnum socordiámque ex pectore atque oculis amouetis. *Plaut.Pseu.sc.*1.*a.*1. Spes & opes vitæ iacent sepultæ in pectore. *Plaut.in Amphitr.* Ecquid habet aceti in pectore. *Plaut.Pseud.sc.*4.*a.*2. In meo pectore paraui copias dolos. *Ibidem sc.*1.*a.*2. Meo in pectore conditum consilium. *Ibidem & sc.*1. *a.*4. In pectore & corde hæc res mihi curæ est. *Plau.Men.sc.*2.*a.*5. In pectus argumenta institui, atque in corde volutaui. *Plaut.Mostel.sc.*1.*a.*1. Nemo ingenio tam duro, neque tam firmo pectore, qui non sibi benefaciat. *Plaut.Asin.In fin.* Aspicies quantum dederis mihi pectoris ipse (*i.*spiritus ad canendum) *Ouidius Eleg.*1.*lib.* 2.*Trist.* Et fallo moui pectus amore metum (*i.*excitaui ingenium.) *Ouid. Eleg.*1. *libro* 2.*Trist.* Et plus in nostro pectore parte tenes (*i.*corde siue animo. *Ibidem Eleg.*3.*libro* 3. Vos quoque pectoribus nostris hæretis amici. In manus hominum & pectora receptus. *Senec.capite* 1. *de Consol.ad Mart.* Vereor ne sit tibi pectus iners (id est tardus ad studia) *Ouid.Eleg.*7.*lib.*3.*Trist.& Gell.cap.*13.*libro* 17. * Aliquis de summo pectore, vt *suprà capite* 1. *libro* 5. De summo & soluto pectore laudes effutire.]

Pectuscŭlum, diminut. paruum pectus, στηθίδιον.

Pectŏrālis, pectorale, Quod ad pectus pertinet: vt Fascia pectoralis, {περιστηθίδιος, ὁ περὶ τὸ στῆθος. GAL. Appartenant à poictrine. ITA. *Pettoral.* GERM. Das zu der brust gehört. HISP. *Cosa perteneſciente al pecho.* ANG. *Perteaning to the breaſt.*} ¶Est & pectorale si bstantiuum, genus armaturæ quo pectus munitur. {τὸ στεθίδιον, περιστηθίδιον. GALL. Poictral, armure de la poictrine. ITALI. *Armatura del petto, pettorale.* GERMA. Das brust harnisch/ wirt sunst genennet der trebs. HISPANIC. *El peclo.armadura del pecho.* ANG. *A breaſte plate.*} *Plin.libro* 37.*cap.*7. Sacrata lege pugnantibus è pectoralibus eorum, ocreísque & galeis.

Pĕctŏrōsŭs, a, um, Qui est magni & validi pectoris. {στηθώδης. GALLIC. Qui a large & longue poictrine. ITA. *pettorato.* GERM. Das ein grosse vnd starcke brust hat. HIS. *Cosa de gran pecho.* ANGLIC. *That hath a broad and ſtrong breaſte.*} *Autor Priapeæ*, Nemo est feroci pectorosior Marte. *Colum.lib.*8.*cap.*2. Sint ergo matrices probi coloris, robusti corporis, quadratæ, pectorosæ, magnis capitibus.

Pecuaria, Pecuarius, *vide* Pecus

Peculiaris, Peculiosus, *vide* Peculium.

Pĕcŭlĭum, lij, Dicitur quicquid alicuius labore & industria partum est. {רכוש *rechúsch* סגולה *seghullah.* τὸ ἴδιον, τὸ ἰδιόκτητον, τὸ κτῆμα. GAL. Le bien propre à chacun. ITA. *peculio.* GERMA. Ein eigenthumb/oder eigen gut/etwas so einer mit seiner arbeit zu eigen vbercommen hat. HISPANI. *El pegujal.* ANGLIC. *The proper goodes of any man.*} [Peculium dictum à pecore & cur, & quid. *Plutarchus in Valerio.*] Apud veteres peculiũ dicebatur quodnis patrimonium, eo quòd pecoribus omnis eorum substantia constabat: vnde & peculij nomen deductum est. Postea tamen consuetudine loquendi factum est, vt peculij nomine illud præcipuè comprehenderetur quod seruus vel filiusfamiliàs, dum adhuc in domini potestate esset, vel patris, industria sua, vel labore lucrifeciset. *Cicero in Paradox.* An eorum seruitus dura est, qui cupiditate peculij nullam conditionem recusant duriſsimæ seruitutis? *Plautus in Asinar.* -quanquam ego tum sordidatus, Frugi tamen sum, nec potest peculiũ enumerari. *Ibidem*, Largitur peculium omne: in tergo thesaurum gerit. *Florent.Iurisconsul.in l.peculium ff.de peculio.* Peculium, *inquit*, ex eo consistit, quod parsimonia sua quis paravit, vel officio suo ineruit sibi donari, idque velut proprium patrimonium seruum suum habere quis voluit. Tubero autem, *referente Celso libro* 6. *ff.* sic definiuit peculium, quod seruus domini permissu separatũ à dominicis rationibus habet. [Oo istuc verbum dabo hodie aliquid peculij tibi Philematium mea, (ambiguè & obscœnè.) *Plaut.Mostell.sc.*3.*a.*1. Mea hæc habeo omnia meo peculio empta (nempe quod femina summa sustinet.) *Plaut.Pœn. sc.*7.*a.*4. Etiam de tergo ducentas plagas prægnantes dabo. L. Carpitur peculium omne, in tergo thesaurum gerit. *Plaut.Asin.sc.*2.*a.*2. Frugi sum, nec potest peculium enumerari. *Plaut.Asin.sc.*4. *a.*2. Vt huic dem compedes. St. Cui peculi nihil est, rectè feceris. *Plaut.Capt. sc.*4. *a.*5.] Peculium castrense dicitur quod à parentibus, aut agnatis in militia degenti donatum est, vel quod filiusfamiliàs in militia acquisiuit, quod nisi militasset, non haberet. *Vide de hoc latiùs in dictione* Castrensis. ¶Sunt præterea tria peculij genera, Quasi Castrense, profectitium & aduentitium, *de quibus vide Hotomanum in Lexico*, A peculio diminut. peculiolum.

Pĕcŭlĭārĭtĕr, aduerb. propriè, præcipuè, {ἰδικὰ, ἰδίως, ἰδιοτρόπως. GALL. Particulierement, specialement. ITA. *particolarmente, specialmente.* GER. Sondertich/eigentlich. HISPANI. *Propriamente, eſpecialmente.* ANGLI. *Particularlie, ſpeciallie.*} *Plin.lib.*27.*cap.*4. Epiphoris peculiariter imponitur. *Quintilianus libro* 8. *capite* 2. Quod commune est & aliis nomen, intellectu alicui peculiariter tribuitur, vt Vrbem, Romam accipimus: Venales, nouitios: & Corinthia æra: quum sint aliæ vrbes quoque, & venalia multa, & tam aurum quàm argentum, quàm æs Corinthium. * Peculiariter, Ex peculio, vel in peculio. *Paulus in l.* 3.§ *ſaltus.ff.De acqui.vel amit.poſſ.* Nec mouere nos debet, quòd quædam etiam ignorantes possideamus, id est quæ serui peculiariter parauerunt.

Peculiarius, comparat. Magis propriè, ἰδιαίτερον. qua voce vtitur *Vlp.l.*4. *in fi.D.de doli excepi.*

Pĕcŭlĭōsŭs, a, um, Qui peculij multum habet. χρηματώδης. GALLIC. Qui a bien de quoy. ITALIC. *Bene ſtante & che a molto peculio.* GERMANI. Der viel eigens hatt/wol habend. HISPANIC. *Cosa de grand pegujal.* ANGLIC. *That hath aboundance of proper goodes.*} *Plaut.in Ruden.* Peculiosum esse decet seruum & improbum, Quem hero præsente prætereat oratio.

Pĕcŭlĭātŭs, a, um, idem quod peculiosus. {πολυχρήματος. GALLIC. Pecunieux, riche, qui a bien dequoy. ITA. *Denaroſo, ricco.* GER. Reich an gelt/ geltreich. HISPA. *Rico, que tiene gran pegujal.* ANG. *Riche, well ſilvered.*} *Asinius Pollio ad Ciceronem*, Plane bene peculiatus. *Budæus. Caius in l.* 18.*in fin.Digeſt.de ædil. edict.* Æquè si quis simpliciter dixerit peculiatum esse seruum, sufficit si is vel minimum habeat peculium.

Peculio, as, Quempiam pecunia multo, aut peculium aufero. ἀργύριόν τινα. *Plaut.in Perſ.* Atque ob istam rem ego aliquid te peculiabo.

Peculor, aris, & Depeculor, Quæ ad Remp. seu principem pertinent, furor. κλέπτω τὸ δημόσιον.

Pĕcŭlātŏr, & Depeculator, Qui huiusmodi furtum facit, *autore Asconio.* {κλέπτης τῶν δημοσίων. GALLIC. Celuy qui desrobe l'argent du prince ou de la republique. ITA. *Chi rubba il publico.* GERM. Ein dieb/der in ein gemeinen secret oder eines fürsten gut ein eingriff thut. HISPANIC. *El ladron de las rentas del rey y publicas.* ANGLIC. *He that robbeth the comladron de las rentas del rey y publicas.* ANGLIC. *He that robbeth the comon troaſure or kinges exchequer.*} *Cicer.* 3. *Offic.* Neque enim de ficariis, veneficis, testamentariis, furibus, peculatoribus hoc loco dicendum est.

Pĕcŭlātŭs, us, pecuniæ publicæ, aut fisci furtum, ficut sacrilegium rerum sacra-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

sacrarum.{ τὸ τῶ δημοσίω κλέμμα. Lurcin du bien du commun & public. ITALI. *Furto che si fa del publico.* GERMANIC. Ein diebſtal auß dem gemeinen ſeckel/ oder eines furſten ſchatz. HISP. *Hurto de las rentas publicas.* ANG. *Robbig of the common treasure or kinges exchequer.* } Cicer. 5. Verr. Non intelligit hæc quæ loquor, ad aliam quæſtionem atque peculatus iudicium pertinere. *Plinius de viris illuſtribus*, Liuius Salinator primò conſul de Illyriis triumphauit. Deinde ex inuidia peculatus reus, ab omnibus tribubus, excepta Metia, condemnatus. *Plaut. in Ciſtel.* Ergo in me peculatum facit. [Dictus autem Peculatus, quaſi pecudatus, l. pro d poſita, à Pecude ſiue pecu. *Paſſerat.* vel quaſi pecoratus, à pecore, quia omnes antiquorum diuitiæ in pecoribus poſitæ erant, vnde & Pecuniam à pecore dictam eſſe volunt, *vt autor eſt Ouid. libr. 5. Faſt. & Colum. in præfatione lib. 6.*]

Pĕcūnĭă, æ, A pecore, ſiue pecu dicta eſt: quia apud antiquos omnes diuitiæ in pecudibus erant ſitæ. { בסף *chéſeph. ἀργύριον, χρῆμα.* GALL. Argent, ou ce qui vaut argent. ITAL. *Pecunia, denari.* GERM. Gelt. HIS. *El dinero, ò generalmente todo lo que vale dinero.* ANG. *Siluer or other goodes worth ſiluer, money.* } *Colum. lib. 6. in præfat.* In ruſticatione vel antiquiſſima eſt ratio paſcendi, eadémque quæſtuoſiſſima: propter quod nomina quoque pecuniæ, & peculij tracta videntur à pecore. Quod non ſolùm veteres poſſederunt, ſed adhuc apud quaſdam gentes vnum hoc vſurpatur diuitiarum genus. *Plin. lib. 33. cap. 3. ſcripſit*, Pecuniam fortitam eſſe nomen à nota pecudis, eo quod primum æs nota pecudis ſignatum fuit. Hinc *Plutarchus in Poplicola* aſſerit, in vetuſtiſſimis nummis ſignum fuiſſe ouis, & ſuis, bouiſque conſpectum. Pecuniæ verò nomine (*vt inquit Hermogenianus, l. pecuniæ. ff. de Verb. ſignific.*) non modò numi, hoc eſt numerata pecunia, ſed omnes res tam ſolidæ quàm mobiles, & tam corpora quàm iura continentur. *Cic. 2. de Finibus.* Magni æſtimabant pecuniam, non modò non contra legem, ſed etiam legibus partam: quæ quidem vel cum periculo eſt quærenda nobis: eſt enim effectrix multarum & magnarum voluptatum. *Horat. 1. Epiſtol 6.* Et genus, & formam regina pecunia donat. *Idem 4. Car. Ode 9.* Vindex auaræ fraudis, & abſtinens Ducentis ad ſe cuncta pecuniæ. * Maioris pecuniæ res. Id eſt maioris pretij & æſtimationis. *Hermogen. in l. rei maioris ff. De excep. præſcript. & iudiciis.*

Pĕcūnĭŏla, huius diminutiuum eſt. *ἀργυρίδιον.*

Pĕcūnĭārĭŭs, a, um, Quod ad pecuniam pertinet, vel quod eſt de pecunia. { χρηματιστικός. GALLI. Appartenant à argent. ITALIC. *Che s'appartiene à denari.* GERMANI. Das zů dem gelt gehört. HISPA. *Perteneſciente à dineros.* ANGLIC. *Belonging to money.* } *Cicer. ad Brutum*, Nodus eſt inopia rei pecuniariæ. *Idem pro Cluent.* Neminem voluerunt maiores noſtri non modò de exiſtimatione cuiuſquam, ſed ne pecuniaria quidem de re minima eſſe iudicem, niſi qui inter aduerſarios conueniſſet. Lis pecuniaria. *Quintil. lib. 6. capite 1.*

Pĕcūnĭārĭus, e, idem quod pecuniarius. Sic pecuniaris damnatio dicitur pro pecuniaria *apud Macrum l. 10. in fin. D. de pœn.*

Pĕcūnĭōsŭs, a, um. Qui abundat pecunia. { πολυχρήματος. GALLI. Pecunieux, riche. ITA. *Rico, danaroſo, che abunda di pecunia.* GERM. Geltreich/ der vile deß gelts hat. HISPA. *Coſa di muchos dineros.* ANG. *That aboundeth of money, riche.* } *Nonius*, Pecunioſorum & locupletum proprietatem aperuit. M. *Tullius de Senect.* à pecore pecunioſos, & à poſſeſſionibus locorum locupletes appellatos aſſerens, multáque ditione ouium, & boum: quod tunc erat res in pecore, & locorum poſſeſſionibus, ex quo locupletes & pecunioſi vocabantur. *Cicer. 2. Verr.* Pecunioſum hominem, quanuis ſit nocens, neminem poſſe damnari. *Idem 1. de Inuent.* In fortuna quæritur, ſeruus ſit, an liber: pecunioſus an tenuis. Artes pecunioſæ. *Martial. libr. 3.* Artes diſcere vult pecunioſas.

Pĕcŭs, pecudis, fœminei generis, & Pecus pecoris, neutri, omne animal, quod ſub hominis imperio è pabulo terræ paſcitur: vt boues, aſini, equi, cameli, oues, capræ, & huiuſmodi. { צאן מקנה *tſon mikneh* בעיר קנין *hebir kinján. πρόβατα, ζῶα πολλά.* GAL. Beſtail. ITALI. *Beſtiame.* GERM. Allerley vych dem menſchen dienſtlich. HISP. *Hato ò manada de ganado.* ANG. *All maner of cataill.* } *Varr. lib. de Re ruſt. cap. 5.* Qui gregem armentorum emere vult, obſeruare debet primum, vt ſint hæ pecudes ætate potius ad fructus ferendos integræ, quàm iam expertæ. *Plinius* etiam elephantos pecudes vocat. Qui (*inquit*) cum elephanto congreſſus, gemino ictu pecudem exanimauit. Inuenitur etiam pecus, coris, pro multitudine pecorum, ſicu pecudum. *Virg. 3. Eclog.* Dic mihi Damœta cuium pecus, an Meliboei? *Idem*, Caprigenúmque pecus nullo cuſtode per herbas. [*Tibull. lib. 4.* Seu tardi pecoris ſim gloria Taurus. Item Cuíque pecus denſo paſcebant agmine colles. *Ibidem.* Quas herbas pecudes non edunt, homines edunt. *Plaut. Pſeud. ſc. 2. a. 3.* Terreſtres pecudes cicimandro condio. *Ibidem.*] ¶ Interdum pro oue. *πρόβατον.* [*Ouid. Æleg. 1. lib. 4. Triſt.* Vtque rapax pecudem fert lupus. (i. ouem.)] *Plinius lib. 8. cap. 49.* Eſt & in Hiſpania, & maximè Corſica, non diſsimile pecori genus muſimonũ, caprino villo, quàm pecoris vellere propius. *Quint.* Cur in vſum veſtiũ ſæpe pecori lanæ detrahuntur? ¶ Interdum dicitur de quouis animante, quod humana lingua & effigie caret. *κτλῶσι. Virgil. 4. Georg.* Ignauum fucos pecus à præſepibus arcent. *Horat. libro 1. Carm.* Omne quum Proteus pecus egit altos, Viſere montes. ¶ Pecus autem, quum in genitiuo facit pecudis, nunquam accipitur collectiue: alioqui omnino eaſdem habet ſignificationes. Dicitur enim de quouis animali excepto homine. *Plin. libro 8. cap. 7.* Ipſius animalis tanta narratur clementia aduerſus minus valida, vt in grege pecudum occurentia manu dimoueat, nequid obterat imprudens. *Virgi. lib. 4. Georg. de apibus loquens*, & pecudum cuſtodia ſollers. [¶ Pro piſcibus. *Plaut. Pſeud. ſc. 2. a. 3.* Hæc ad Neptuni pecudes condimenta ſunt. (i. ad piſces.)] *Lucretius de piſcibus*, Præterea genus humanum, mutæque natantes Squamigeræ pecudes. *colum. lib. 8. cap. 3.* Volatile pecus facilè cuſtodiam decipit, Dicitúrque pecus (*vt docet Varro*) à pes, quod pedibus ſine ratione bruta ferantur. ¶ Sunt qui dicant pecus, pecudis, olim fuiſſe Maſc. gen. quod apud Ennium lectum ſit. Pecudi marito: poterimus tamen dicere, Marito ibi eſſe ſubſtantiuum, & figuratè cum alterius generis ſubſtantiuo cohærere. Legitur etiam pro eodem Pecu, & in numero plurali pecua: de quo ſuprà. ¶ Pecuda etiam neutro genere in vſu fuiſſe, vererum affirmat autoritas. *Siſenna*, Iumẽta, & pecuda locis trepidare compluribus. Item *Cicer. de Repub. apud Nonium*, Quum adhibent in pecuda paſtores.

Pĕcŭ, huius pecu, in plurali pecua, pecuum, pecubus. Antiqui dixerunt pro pecore. *Plau. Rudẽn.* Non vides me referre vuidum rete, ſine ſquamoſo pecu? *Idem Merca.* Nec pecua ruri paſcere, neque pueros nutricare, &c. [*Item Liu. lib. 6. belli Punici. Et lib. 5. d. 4.*].

Pĕcŏrīnŭs, a, um, quod eſt ex pecore. { προβατικός. GALL. De beſtail. ITA. *Pecorino.* GERMA. Das vom vych kompt. HISP. *Coſa de ganade.* ANGLIC. *Of cattaill.* } vt Pecorina caro: quam & pecoream pecudinam, & pecuinam poſſumus appellare. [*Varro apud Diomedem libro 1.* Pecorinæ delitæ literæ.]

Pĕcŏrōsŭs, a, um, Quod pecore abundat. { προβατώδης. GAL. Abondant en beſtail. ITA. *Ch' abunda di pecore.* GERM. Vol vychs. HISP. *Coſa de mucho ganado.* ANG. *Riche in cattail.* } vt Pecoroſa palatia, *apud Propertium lib. 4.* Venit ad inuictos pecoroſa palatia montes. Et ſtatuit ſeſſos, ſeſſus & ipſe boues. *Statius 10. Thebaid.* Cui fœtura gregem pecoroſo vere notauit.

Pĕcŏrārĭus, Qui pecua, ſiue pecora publica redimit, *vt inquit Aſconius.* { נקד *nokédh. προβατικός.* } Romani enim vetuſtiores nihil in bonis aliud præter pecudes habebant. ¶ Eſt etiam pecorarius, qui pecorum curam habet, pecuarius. { נקד *nokédh. νομεύς.* GAL. Gardien de beſtail, berger. ITA. *Pecorajo.* GERM. Ein vychhirt/ oder der zu dem vych ſorg hatt. HISPANIC. *Ganadero.* ANGLIC. *A grayſyer, that feedeth cattaill.* } *Auguſtinus lib. 15. de ciuit.* Hic erat pater habitantium in tabernaculis pecoratiorum.

Pĕcŭārĭŭs, rij, Qui pecora paſcit, pecorarius. { נקד *nokédh. προβατεύς, νομεύς.* GAL. Berger. ITA. *Pecorajo.* GERM. Ein vychhirt. HISPA. *Ganadero ò paſtor de ganado.* ANG. *A feeder of cattaill. Cicer. 4. Verr.* Mercator, an arator, an pecuarius.

Pĕcŭārĭŭs, a, um, Quod ad pecus pertinet. { βοσκηματικός. GAL. Appartenant à beſtail. ITAL. *Che ſerue à beſtiame.* GERMA. Zů dem vych gehörend. HISPA. *Perteneſciente à ganado.* ANGL. *Belonging to cattaill or beſtiall.* } *Plaut. in Trucul.* Malè vertit res pecuaria mihi apud vos. *Columel. lib. 7. cap. 12.* Pecuarius canis neque tam ſtrigoſus aut pernix debet eſſe, quàm qui damas, ceruóſque, & velociſſima ſectantur animalia, eſt autem Pecuarius canis, qui pecora, vel pecudes cuſtodit à luporum voracitate, & iniuria.

Pĕcŭātă, orum, Dicuntur à pecu. { עדרים *hadhaṙim* מקנים *mikním. βοσκήματα.* GAL. Troupeau de beſtail. ITA. *Greggi grandi di pecorer.* GERMA. Groſſe ſchaaren oder hauffen vychs. HISP. *Hato de ganado.* ANG. *Flockes of cattaill.* } Nominatiuus ſingularis eſt pecuate vel pecuar per apocopen. Propriè autem pecuaria dicuntur magni pecudum greges. *Perſius*, Findor, vt Arcadiæ pecuaria rudere credas. *Virgil. 3. Georgic.* Solue mares, mitte in veperem pecuaria primus. *Autor ad Herenn. libro 4.* Nam quum canes funguntur officiis luporum, cuínam præſidio pecuaria credemus. ¶ Nonnunquam pecuaria pro vectigalibus accipiuntur, aliiſque rebus omnibus, ex quibus populus habet prouentum. Diu enim hoc vno vectigali populus Romanus contentus fuit. *Cicer. de Claris Orat.* Inſimularetúrque familia partim etiam liberi ſocietatis eius, quæ pecuaria de P. Cornelio. L. Mummio COSS. redemiſſet, &c.

Pĕcŭārĭă, riæ, Dicitur ratio parandi, ac paſcendi pecoris vt fructus ex eo percipiatur, quæ res pecuaria dicitur. { προβατική. GAL. Paſture, art de paſturage. ITA. *Paſtura.* GERM. Das gwärb mit dem vych vmbzugehn die zenneten vnnd vycher haltung. HISP. *El arte de vivir por el ganado.* ANG. *The feeding or paſturing of beaſtes.* } *Varro libro 3. de Re ruſt. cap. 1.* Tres libros inſtituit: ex queis duos ſcripſi, primum ad Fundaniam vxorem de agricultura, ſecundum de pecuaria ad Turannium Nigrum. ¶ Eſt & pecuaria, locus in quo pecorum greges conſiſtunt. נאת *nóeth. Varro libro 2. cap. 1.* Cuius nobiles pecuariæ in Brutiis habentur. *Idem in Præfa. lib. 2.* Quòd eo facilius faciam quòd & ipſe pecuarias habui grandes, in Apulia ouiarias. Non malè quis poſſit ex hiſce Varronis exemplis pecuarias intelligere, ipſos pecudum greges: quemadmodum apud eundem Pecuariæ videntur accipi *libro 3 cap. 2.* Vbi ſic ait, Duo quum ſint genera paſtionum: vnum agreſte, in quo ſunt pecuariæ: alterum villaticum, in quo ſunt gallinæ, ac columbæ, &c. Pecuariam rem facere, ſignificat armenta, gregéſque alere, quæ res ad ſcientiam paſtoris pertinet. *προβατικὴν ἐργάζεσθαι.*

Pĕcŭum, Cato genitiuo plurali protulit, ab eo quod eſt pecu. *Autor Feſtus.*

Pĕcūſcum, Palatij regio vrbis Romæ, quam Romulus obuerſam poſuit ea parte in qua plurimum erat agri Romani ad mare verſus, & qua molliſſimè adibatur vrbs. *Feſtus autor eſt, & indicat Varro lib. 4. de ling. Lat.* Nonnulli legunt Petuſcum.

Peda, *Vide* PEDES pedum.

PĔDAĔŬS, ſuit Antenoris filius nothus, πάϊδος. *Homer. Iliad 5.*

Pedalis, pedamen, pedaneus, pedarius. *Vide* PEDES pedum.

* Pedana, Regio eſt non procul à Roma, dicta ab Oppido Pedo, quod olim fuit, nunc non eſt, *vt ait Porphyr. in illud Horatij, 1. Epiſt. 4.* Quid nunc te dicam facere in regione Pedana.

PĔDĂSŬS, πάϊδος, Fuit, *teſte Hom. lib. 6. Iliad.* Bucolionis maximi filiorum Laomedontis filius. ¶ Eſt & eius nominis ciuitas, Pylo vicina vini feraciſſima, *vt idem Hom. eſt autor Iliad. 9.* ¶ Eſt etiam Pedaſus vnus ex equis Achillis, *vt idem tradit Iliad. 16.* quem euerſis Thebis Eetioneis cepit, equíſque ſuis immortalibus comitem addidit.

Pedatim, pedatio, pedatum, *Vide* PEDES pedum.

Pĕdēmă, pen. prod. huius Pedematis, πήδημα, Genus ſaltationis Laconicæ in qua pedes in orbem ad nates torquebantur: *de qua Lucia. in lib. περὶ ὀρχήσεως. Iuuenalis Satyr. 11.* Qui Lacedæmonium pedemate lubricat orbem. Alij legunt pytiſmate.

Pĕdĕpreſsim, pedes, ditis, pedeſter, pedetentim, pedica, pediculus, pediolus, pediſequus, peditatus. *Vide* PEDES pedum.

Pĕdēs, { רגל *reghél.* πούς. GALLIC. Les pieds. ITALIC. *Piedi.* GERM. Die füſs. HISPAN. *Los pies.* ANGLIC. *The feet.* } Dicuntur quibus vtimur in gradiendo, cuius nominatiuus ſingularis eſt Pes, à Græco πούς. Pes autem totum dicitur quod eſt à femore ad calcem: diuiditurque

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

in coxendicem, femur, genu, femen, poplitem, crus, suram, & imum pedem, qui calx appellatur: diuiditúrque in conuexum pedis, quæ pars superior est: & calcaneum, quæ est pars posterior: item in volam, quæ est pars medij pedis caua: & plantam quæ pars tota inferior est: præterea in digitos & vngues. A vola pedis indita sunt cognomina Plancis, Plotijs, Scauris, Pansis: *de quibus suis locis, Ouidius 3. de Pont.* Hæc dea non stabili quàm sit leuis orbe fatetur, Quæ summum dubio sub pede semper habet. *Idem 12. Metam.* pedibúsque virum proculcat equinis. [Pultando pedibus pene confregi assulas. *Plaut. Most. sc. 2. a. 2.* propera, fer pedem, confer gradum. *Plau. Menæc. sc. 3 a. 3.* Neque huc in hanc vrbem intrò tetuli pedem. *Pla. Men. sc. 4. a. 2. & sc. 2. a. 4.* Visne me dem ipse in pedes. *Plautus Capt. sc. 2. a. 1.* pedem efferre. Vide effero. Infesto iam pede pulsat humum taurus. *Ouid. Eleg. 9. lib 4. Trist.* pedibus iter emetiri. *Gel. capite 26. lib. 10.* pedes ego illam tibi sistam in viam. (*putat Passerat. legendum*, pede sistam) *Plaut. Milit. sc. 3. a. 2.* Deduco pedes de lecto clam (surgens è triclinio.) *Plaut. Curc. sc. 3. a. 2.* pedem intra portam penetrare. Vide penetrare. Pedem in ædes intulisse. *Plau. Men. sc. 2. a. 5.* Si scies me latum pedem imposuisse in vndam. *Plaut. Mostel. sc. 2. a. 2.* Illas vehi, se pedibus sequi. *Liuius lib. 34.* ¶ pedibus illotis & verbis reprehendere. *Gel. cap. 5. lib. 17.* Pedibus peruenire (i. terrestri itinere) *Cæs. l. 2. de bel. ciu.* præter pedes transire. *Suet. in Calig. cap. 36.* Orcus vobis ducit pedes. *Idem in Neron. cap. 39.* In hasce ædes intrò nemo tetulit pedem. *Plau. Most. sc. 2. a. 2.* Item pro vili. *Ouid. Eleg. 7. lib. 1. Trist.* Sub pedibusque iacet nomen amicitiæ. ¶ Alterni pedes (i. Elegiæ), *Ouid. Eleg. 1. & 7. lib. 3. Trist.* Item pedis ratio (i. versus.) ¶ Sub pedibus. (i. In potestate Tyranni.) *Liuius lib. 4. d. 4.* ¶ pedem tollere. (obscœnè.) *Martial. epig. 81. lib. 10. & epigram. 72. lib. 11.* ¶ Metaphor. siue prouerbialiter, Nec caput, nec pes sermonis appareret. *Plautus Asin. sc. 4. a. 3. & Capt. sc. 4. a. 3.*]*Vir. 9. Eclog.* Quò te Mœri pedes? an quò via ducit in vrbem? Ad pedes seruus. [Ad pedes verna. *Martial. Epigr. 88. lib. 12.*] Ante pedes, à pedibus. *Vide* Ad præposit. ¶ Suo se pede metiri, hoc est facere sumptum pro facultatum suarũ modulo. *Horat. 1. Epist. 7.* Metiri se quenque suo modulo ac pede, verum est. Quoniam verò stãdi fundamentum pes est, factum est vt in ædificiis area, pes magnus dicatur. ¶ pes etiam mensuræ genus est quo mensurantur terræ, & continet quatuor palmos, hoc est digitos sexdecim. * Item pro loco. *Cicero ad Atticum lib. 7.* pedem in Italia video nullum esse, qui non in istius potestate sit. ¶ Item funis quo in naui tenditur velum. *Virgil. lib. 5. Aeneid.* Vna omnes fecere pedem. *Plaut.* etiam remos nauium pedes appellauit. ¶ pedes etiam dicuntur legitimæ carminum dimensiones: ita dicimus carmen Heroicum sex habere pedes: Pẽtametrum, Phaleucium, & Sapphicum, quinque: Metaphora videtur sumpta ab animalium pedibus. Nam quemadmodum illa suis pedibus mouentur, ita etiam carmina suis quibusdam incedunt pedibus. Aut certè à mensuræ genere, quod pedem vocari diximus, quòd carmina suis pedibus veluti mensuris quibusdam dimetiantur. ¶ Præterea pes vocatur fœdum capitis animal, à multitudine pedum. *Plau. in Curc. sc. 2. a. 4.* Vt muscæ, culices, pedésque, pulicésque, Odio, & malo, & molestiæ, bono vsui estis nulli. Huius diminutiuum frequentius in vsu habetur, scilicet pediculus, siue pedunculus.

Pĕdĭcŭlŭs, li, diminutiuum, Paruus pes. {πόδιον. GAL. Petit pié. ITA. *Picciol piede.* GER. Ein füßlin. HISPA. *Pie pequenno.* ANGLI. A *litle foote.*} *Plin. lib. 9. cap. 18.* Mollia sunt loligo, sepia, polypus, & cætera eius generis. His caput inter pedes & in ventre: pediculi octoni omnibus. ¶ Hinc pediculi vocantur, quibus fungi, pyra, mala, & huiusmodi sustinentur. μύκοι. *Plin. lib. 22. cap. 23.* Tutiores fiunt fungi cum carne cocti, aut cum pediculo pyri. ¶ Item pediculus vermis in capite hominis, & in cæteris animalibus. { כנם *chinnám.* φθεὶρ. GAL. Vn pou. ITA. *Pidocchio.* GERM. Ein lauß. HISPAN. *Piojo.* ANGLIC. *A louse.* } *Colum. lib. 8. cap. 7.* Pluma omnis è capite, & sub alis, atque clunibus detergetur: illic ne pediculum creet, hîc ne stercore loca naturalia exulceret. ¶ Pediculi quoque terræ scarabei terrestres ricino similes. Sunt & maris pediculi, *teste Plin. lib. 32. c. 7. & 8.* ita dicti à similitudine pediculorum capitis, quibus ad varia medicamenta vtuntur.

Pĕdĭcŭlātŭs, a, um, vt Pediculata poma, quæ pediculos habent, quibus suspendi possunt.

Pĕdĭcŭlārĭs, are, Quod ad pediculos capitis vermes pertinet. { φθειρικός. GALLIC. Appartenant à poux. ITALIC. *Pertinente à pidocchio.* GERMANIC. Das zu den teuffen gehört. HISPANIC. *Perteneciente à piojo.* ANGLIC. *Of lise.*} Hinc pedicularis morbus dicitur, quum corpus pediculis scatet, Græci φθειρίασιν appellant. Nam φθεῖρες pediculum dicunt. *De hoc Serenus.* Noxia corporibus quædam de corpore nostro, Progenuit natura, volens abrumpere somnos Sensibus, & monitis vigiles inducere curas. Hoc morbo interiit Sylla Dictator. [¶ De eo morbi genere, & de iis, qui eo interierunt, *Vide Plutarc. in Sylla.* Vide infra, in vocabulo Phthiriasis.]

Pĕdĭcōsŭs, siue pediculosus, Qui capitis vermibus scatet, qui pediculi & nonnunquam pedes appellantur. { φθειρῶν. GAL. Pouilleux, plein de poux. ITA. *Pidocchioso.* GERMANIC. Lauſſig / voll leuſe. HISPANIC. *Cosa llena de piojos.* ANG. *Lowſie.* } *Plautus*, Pedicosus, squallidus, vbi me vidit, caput scabit. Apud antiquos, *teste Festo*, aliquando inuenitur, pedecosus, per secundam vocalem in antepenultima. *Tisinnius*, Rus detrudetur pedecosus, squallidus.

Pĕdĭŏlŭs, diminut. Paruus pes, *Nonius. móδιον. Afranius*, Excepto atque adeo nolo, nudo pediolo est pus.

Pĕdūscŭlŭs, li, dimin. paruus pes. { πόδιον. GAL. Petit pié. ITA. *Picciol piede.* GER. Ein kleins füßlin. HISPAN. *Pequenno pie.* ANGLIC. A *litle foote.*} *Plin. li. 11. c. 10.* Si cooriatur procella, apprehensis pedusculo lapillis se librant. ¶ Quo tamen in loco castigatiora exemplaria legendum docent, Apprehensi ponduſculo lapilli.

Pĕdă, Vestigium humanum præcipuè pedis, *inquit Festus.* { עקבת *Hikkebáh.* ἴχνος. GAL. Vestige, pas ou trace. ITA. *Pedata humana.* GERMAN. Ein fußstritt / fußstapff. HISPAN. *La pisada del pie.* ANGLIC. *A pace or steppe.*}

Pĕdālĭs, ale, Quod est pedis: vt mensura pedalis. { ποδιαῖος. GALLI. D'vn pié. ITA. *D'vn piede.* GERMA. Schuhig / das eins ſchuhs lenge oder breite hat. HISPAN. *Cosa de longura de vn pie.* ANGLIC. *Of a foote, or of the measure of a foote.* } *Columella lib. 3.* Pedale quoquouersus spatium sat erit inter lemina relinqui. *Idem* Scrobiculis pedalibus factis. *Cicer. 4. Academ.* Quid potest esse sole maius, quem Mathematici amplius duodeuiginti partibus confirmant maiorem esse quàm terram? quantulus nobis videtur? mihi quidem quasi pedalis. *Cæsar 1. bell. ciui.* Pedalibus lignis coniunctis inter se porticus integebantur.

Pĕdŭlĕ, is, Scabellum, id quod sub pedibus præstat vtilitatem. { ὑποπόδιον. GAL. Scabeau, scabelle, ou petit banc. ITAL. *Buncherra, scabello descherro.* HISPANI. *Escano, chico, banquillo.* ANGL. *A foore ſtoole.* } *Cornel. Frontonis de vocab. differ.* Pedale mensura est pedis. Pedule verò quod sub pedibus præstat vtilitatem. Pedules fasciæ *apud Vlpian. l. 25. D. de aur. & arg.* dici videntur eæ quibus pedes vinciuntur. *Cicer. in Clodium apud Nonium*, Túne cum vincirentur pedes fasciis, quum calanticam capiti accommodares.

Pĕdāmen, inis, & Pedamentum, ti, Fulcimentum, siue adminiculum quod arbusculæ adhibetur: sicut palus quo vitis sustentatur. { משענת *mischténeth.* κανάκωμα. GALLI. Vn eschalats de vigne ou autre appuy. ITALI. *Pedamento, sostegno, apoggio.* GER. Ein baum ſtuzen / oder ein rebſtecken. HIS. *El rodrigon de la vid o otres arboles y otras cosas.* ANGL. *A proppe to hold vp any thing.* } *Plin. lib. 17. cap. 20.* Castanea pedamentis omnibus præfertur. *Colum. lib. 4. cap. 30.* Pedaminum, iugorúmque, & viminum prospiciendorum tradenda ratio est. *Varro lib. 1. de Re rustica c. 8.* Quibus stat recta vinea dicuntur pedamenta, quæ transuersa iunguntur, iuga, ab eo quoque vineæ iugatæ.

Pĕdānĕŭs, a, um, Pedalis. {ποδιαῖος. GAL. D'vn pié. ITA. *D'vn piede.* GERM. Schuhig. HISPANI. *Cosa de longura de pié.* ANGLIC. *Of a foore.* } *Colum. lib. 5.* Et ideo in maritandis arboribus nemo minorem pedanea scrobem vitibus comparat. ¶ Hinc Bipedancus, a, um, Tripedaneus, & huiusmodi. δίποδος. *Colum. lib. 1.* Bipedanea humus arboribus quatuor pedum abunde est. *Et lib. 4.* Tripedaneis relictis spatiis, per quæ semina excoluntur. *Et lib. 5.* Semipedaneam consitis resolutam vitibus terram subiicere. ¶ Pedaneus iudex, Qui à præside constituitur, vt minora iudicia discernat: ita dictus quòd is magistratus non vehatur curru, sed pedibus proficiscatur in forum. *Gell. tamen lib. 3. cap. 18.* negat pedaneum in hac significatione Latinum esse, Senatoresque pedarios hosce dicendos contendit non pedaneos.

Pĕdārĭi, Senatores dicti sunt qui in Senatu sententiam non dicebant, sed ab alio dictam comprobabant, mouentes se loco, & in partem eius cuius sententiam approbabant, ambulantes. Propter quod qui ita faciebant, ire in sententiam pedibus dicebantur. Et ab hoc instituto transeundi pedibus, pedarij sunt appellati. *Cicer. ad Attic. lib. 1.* Est illud Senatusconsultum summa pedariorum voluntate, nullius nostrũm autoritate factum. *Ibid.* Et raptim in eam sententiam pedarij cucurrerunt. Sententia eorum, pedaria appellatur. *Gellius* pedarios existimat dictos fuisse Senatores, quòd qui magistratum curulem nondum ceperant pedibus in curiam proficiscebantur. Nam qui curulem magistratum gessissent, curru vehi solebant. *Vide Gellium hac de re diffuse tractantem lib. 3. cap. 18.* [vbi & de pedariis equitibus differit.]

Pĕdātim, aduer. à verbo pedo, as. {κατὰ πόδας ἐάδην. GAL. Pas à pas. ITA. *A passo, à passo.* GERMA. Fuſo auff fuſs. HISPAN. *passo à passo, de dos en dos.* ANGL. *Steppe and steppe.* } *Plinius libro 11. cap. 45.* Leo tantùm & camelus pedatim gradiuntur: hoc est vt sinistet pes non transeat dextrum, sed subsequatur.

[Pedatura, pro spatio pedum. *In vet. inscript. apud Brissonium in form.*]

Pĕdātum, pedati, apud antiquos legitur pro repetito accessu: à verbo pedo, as, quo antiqui vtebantur. *Nonius*, Pedato, positum inuenitur pro repetitu, vel accessu, quasi per pedem: sicuti nunc vulgò dicitur. Tertio pedato. *Cato Orig. lib. 1.* Igitur tertio pedato bellum nobis fecere. hoc est tertiò reuersi, vt interpretatur Perottus. Cato Senex, In dis duobus bellis altera stipendio agrique parte multari, alteras oppidum vi captum, alteras primo pedato & secundo. *Sosipater lib. 11. Instit. Gram.* Item Cato in dissuasione fœneris. Tertio autem pedato, item ex fœnore discordia excrescebat, hoc est tertia vice.

Pĕdĕprēssim, Tardè, paulatim, quasi lenta & tarda itione. {ὀκνηρῶς. *Cælius.*} *Nonius.*

Pĕdes, peditis. Qui pedibus incedit. {רגלי *raghli.* πεζός. GALL. Pieton, qui va à pié. ITALIC. *Pedone.* GERM. Ein fuſsgenger / fuſsknecht. HISPAN. *El peon hombre de pie.* ANG. *A foote man.* } ficut eques, qui equo vehitur. Vnde milites qui pedibus stipendia faciunt pedites appellamus. *Cæsar 8. belli Gall.* Equitatum omnem, Germanósque pedites, summæ velocitatis omnes, ad castra hostium præmittit. *Virgi. 6. Æneid.* sed quum pedes iret in hostem. *Idem 10. Æneid.* Quum pedes incedit, &c. *Curtius*, Pedes agmen circumibat. [*Plau. Milit. sc. 3. a. 2.* Pedes ego tibi illam sistam in viam. (abest ea vox ab aliis libris, et *passerat.* putat legendum pede sistam. *Idem Plaut. Milit. sc. 5. a. 2.* Neque eques, neque pedes, neque præfectus tanta audacia.]

Pĕdātŭs, *Sueton. in Othone* [*cap. 11.*] Fuisse etiam traditur & modicæ staturæ, & malè pedatus, pedibus malè fultus.

Pĕdĭtātŭs, tus, Peditum copiæ: sicut equitatus, equitum copiæ. { רגלי *raghli.* πεζόν, τὸ πεζόν. GAL. Bande, ou armee de gens à pie. ITAL. *Esfercido à piedi.* GERMANIC. Ein fuſsvolck / ein hauffen kriegsleute zu fuſs. HISPANI. *El peonaje de hombres de pie.* ANGLIC. *A bande of footemen.* } *Cicero 5. Philipp.* Tu ciuem sceleratum & peditum Gallorum & Germanorum exercitu, pecunia, peditatu, equitatu, copiis instrues? [*Plaut. Milit. sc. 1. a. 1.* At peditatus reliquiæ essent, si viuerent.]

Pĕdĕstĕr, Qui pedibus iter facit. {רגלי *raghli.* πεζός. GAL. Pieton. ITALL. *Pedone.* GERMANI. Ein fuſsgenger / der zu fuſs geht. HISPANIC. *El peon.* ANGLIC. *A foote man.* } *Martia. libro 1.* Abnuit in liquidis ire pedester aquis. *Apul.* Qui modò in exercitum profectus est pedester. ¶ Discitur etiam hic & hæc pedestris & hoc pedestre, πεζικός, vt Pedestris exercitus, qui peditibus tantùm constat, non etiam equitibus. Pedestres copiæ, Pedestria agmina, πεζικὴ δύναμις. *Cicer. 2. de Finibus*, vt si Xerxes cum tantis classibus, tantísque equestribus & pedestribus copiis Hellesponto iuncto, Athóque perfosso, maria ambulauisset, terrámque nauigasset, &c. ¶ Pedestris oratio, prosa, & oratio soluta: ita dicta ab humilitate & simplicitate apparatus, quod ad grauitatem, & maiestatem carminis non assurgat. πεζὸς λόγος. *Quintil. libro 10. cap. 1. de Platone*, Multùm supra prosam orationem, & quam pedestrem vocant Græci

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Græci, exurgit. *Horat. ad Mecænatem lib. 2. Carm.* túque pedestribus Dices historiis prælia Cæsaris. ¶ Pedestre iter, idem quod terrestre. *Vlpian. lib. 1. D. de fluminibus.* *Cicero item ad Att.* Si pedestre iter impediatur, non ideo minus iter nauigio dexterius fit. ¶ Pedestria augurja dicebantur quæ à lupo, vulpe, serpente, equo, & cæteris animalibus quadrupedibus sumebantur, πεζικὰ σημεῖα.

Pēdētentim, aduerbium compositum à pede, & tento, tas; Idem quod sensim, vel paulatim. { ΟΝ *at. αβ πόδας, βάδην.* GALLIC. Peu à peu, tout bellement, pas à pas. ITALIC. *Pian piano, poco à poco.* GERMA. Fuß für fuß/gemächlich/hüpfchlich. HISPAN. *Pie ante pie, poco à poco.* ANG. *Steppe by steppe, litle and litle.* } *Cicero lib. 1. Offi.* Sin minus, lenim erit, pedetentimque faciendum. *Teren. in Phorm.* Dij bene vertant quod agas, pedetentim tamen. quod *Donatus* exponit pro caute. [*Senec. c. 11. de Tranquil.* Pedetentim non ambulat sapiens. *Quinti.* Paulatim, &, vt dicitur, pedetentim interrogandus testis.]

Pēdĭcă, penul cor. à pede, Laqueus quo pedes illigantur. { מוקש *mokésch. πάγη.* GALLIC. Piege, lacs à prendre les bestes par le pie. ITA. *Laccio, vuogha* GER. Ein bären fuosstrick. HISPAN. *La pihuela, ò lazo.* ANGLIC. *A snare to catch the feet, a fetter or shackle, a gyue.* } *Virg. lib. 1. Georg.* Tùc grumbus pedicas, & retia ponere cerris. *Lin. lib. 21.* Velut pedica capta hærerent.

Pēdĭcīnŭs, prisca dictio est, cuius hodie significatio ignoratur. *Legitur apud Catonem de Re rustic. c. 18.* Verba eius sunt hæc, Ibi foramen pedicinis duobus facito, ibique arbores pedicino in lapide statuito. Sunt qui putent diminutiuum esse à nomine pes: sed huic loco hoc non satis videtur congruere.

Pēdĭcŭlārĭs, Pedicosus, Pediculus, Pediolus, *vide suprà post vocem* Pedes.

Pēdĭsĕquŭs, vnico ſ, Qui dominum sequitur. { ἀκόλουθος. GAL. Vn vallet qui va apres son maistre. ITA. *Che seguita il patrone.* GERM. Ein diener so seinem herren nach den fuß nachtritt. HISPANI. *El que accompanna el su sennor.* ANGLIC. *A seruand alway following his maister.* } *Plautus in Mil.* Pedisequus tibi sum. *Cicero ad Attic. lib. 2.* Quæ mihi videtur vna conciuncula clamore pedisequorum nostrorum esse peritura. *Idem pro domo sua,* Conculcari hunc à pedisequis iussit.

[Pedisequa, per vnum ſ, quæ dominam sequitur: Seruante qui suit sa maistresse. *Plautus Asin. sc. 3. a. 1.* Vult placere se amicæ, vult mihi, vult pedisequæ, vult ancillis. *Et Aulul. sc. 5. a. 3.* Ancillas, mulos, mulliones, pedisequas. *Idem Ibidem sc. 6. a. 4.* Dabo spatium exquirendi ex pedisequa, nutrice, anu. *Terent. in Andr.* Accedo ad pedisequas, quæ sit rogo. *Autor ad Heren. libro quarto.* Virtutis pedisequæ sunt diuitiæ.]

Pēdĭtātŭs, *vide* Pedes, peditis, *in* Pedes, pedum.

[Pedia lex. *Suet. in Neron. c. 3. & in Galba, c. 3.* pedia lege damnati percussores Cæsaris.]

Pēdo, as, Vado, à quo Repedo, quod est quasi pedem refero, redeo. { חלך *halách. αἰωρῶ.* GAL. Aller, cheminer. ITALIC. *Andare.* GERMANIC. Gehn. HISPANIC. *Andar, ir.* ANG. *To go, to walk.* } *Lucil.* Re disse, ac repedasse, vt Romam viret. ¶ Pedare ponitur etiam, pro viti vel alteri arbusculæ sustentaculum adhibere. { χαρακοῦν. GAL. Eschalasser vne vigne. ITA. *Metterè palli alle viti.* GERMANIC. Die räben oder etwas andere sticken. HISPAN. *Pomer radrigon à la vid.* ANG. *To prope vp a wine.* } Vnde vineæ pedatæ dicuntur. *Plin. lib. 17. c. 21.* Aut pedatæ vineæ simplici iugo. *Colum. lib. 4. cap. 12.* Putationem sequitur iam pedandæ vineæ cura.

Pēdātŭs, a, um, Sustentaculo siue pedamento firmatus, vt vinea pedata. { ΝΨΝ *nischtháh. κεχαρακωμένος.* GALLIC. Soustenu, appuyé. ITALIC. *Sostentato.* GERMANIC. Gestützt. HISPANIC. *Sostenido.* ANGLIC. *Propped, holden vp with a proppe.* } ¶ Quandoque etiam pedatus dicitur cui sunt pedes: sicut à manu Manuleatus. *χειρώνακτος. Suet. de Othone,* Fuisse traditur & modicæ staturæ & male pedatus, caluúsque, id est distortis pedibus.

Pēdātĭo, Dicitur quum pedamentis vinea fulcitur. { κατακόμησις. GALLIC. Soustenement, appuy, eschalassement. ITALIC. *Sustentamento, pedamento.* GERMANIC. Stützung/oder der stützet. HISPANIC. *Obra de sostener la vid y de poner rodrigon à la vid.* ANGLIC. *A propping of wines.* } *Columella libro quarto capite 12.* Idque iugum intra quartum pedem conueniret alleuari, dum se vinea corroboret in pedationem.

Pēdum, di, Pastorale baculum, seu virga incurua qua pecudũ pedes detinentur. { מטה *mattéh. λαγωβόλος, καλάβρα.* GAL. Vne houlette. ITA. *Bastone di pastori.* GERMA. Ein hirtenstäck. HISPAN. *El gancho ò cayado de pastor.* ANG. *A sheephocke.* } *Virgil. 5. Eclog.* At tu sume pedum, quod me quum sæpe rogaret, Non tulit Antigenes. ¶ Est & PEDVM, *πόδα. Stephano,* oppidum non longè à prænestinis: à quo pedani, πεδανοὶ, populi: quorum meminit *Plin. lib. 3. cap. 5. Liu. lib. 8. ab Vrbe.* Neque tamen nisi admodum paucis populis, pedani adiuti sunt. Tyburtes, prænestiníque, quorum ager propior erat, pedum peruenere.

PĒDĬCŬLĪ, Populi Calabriæ, Peucetiis & Brundisinis finitimi: quorum oppida sunt Rudia, Egnatia, Barion, Amita, & Pactius. *Autor Plin. li. 3. cap. 11. Strabo lib 6.* Pœdiclos appellat.

Pēdo, dis, pepedi, Crepitum ventris emitto. { πορδὴν βάλλω. GALLIC. Peter, faire vn pet. ITA. *Pottegiare.* GER. Feiffen/ein furtz oder scheiß lassen. HISP. *Peer.* ANG. *To fart.* } *Horat. 1. Serm. Satyr. 8.* Nam displosa sonat quantum vesica, pepedi. *Martialis,* Nil aliud video quo te credamus amicum, Quàm quòd me corã pedere Crispe soles. Hinc peditus, crepitus ventris *apud Sosipat. lib. 2. Grammat.* ¶ Huius composita sunt, Impedo, & Oppedo, *de quibus suis locis.*

Pēdo Albinouanus, poëta fuit Epigrammatographus, qui sub Augusto floruit, & ad Neronis vsque tempora peruenit. Præcipue amicus fuit Ouidio, qui Pedonem eum vocat *lib. 4. de Ponto, Eleg. 10.* Si roget hoc aliquis cur sint narrata pedoni, &c. Alibi etiam Siderei epitheto eum honestat, vel propter excellentiam, vel quia fortasse de sideribus scriptum aliquid edidisset: *sic enim ait Eleg. 16.* Quum foret & Marius, magníque Rabirius oris, Iliacúsque Macer, sidereúsque Pedo.

Pedo, pedas, Pedum, Pedusculus, *vide* Pes.

Pēgănŏn, πήγανον, Herba est *Dioſc. lib. 3.* quam Latini rutam appellant.

PĒGĂSĂ, πήγασα *Steph.* Oppidum est Cariæ.

PEGASAE, πηγασαί. Thessaliæ oppidum, quod posteà Demetrias, Δημητριὰς, dictum est, propter quod nauis longa Argonautarum Pegasea, nuncupatur, quod Iason qui eam ædificauit, fuit filius Æsonis fratris Peliæ, regis Thessaliæ. *Ouid.* Iámque fretum Minyæ Pegasæa puppe secabant. Hinc Pegasicus sinus in Thessalia est appellatus. Sunt qui rectius Pagasæ dici putent, & Pagasæus. *Vide suprà,* sed à Pegaso equo, Pegasides Musæ, penult. cor. *vt Ouid. docet.*

PĒGĂSĬDĔS, penult. corrept. πηγασίδες, Musæ dictæ sunt ἀπὸ τῆς πηγῆς, hoc est à fonte, numini illarum sacro, quem pegasus ictu vngulæ fingitur aperuisse. { GERMAN. Ein zunam den Muſis gäben/ von dem brunnen Pegaſi. } *Ouid. Epist. 21.* At mihi Pegasides blandissima carmina dictãt. [*Ouid. Eleg. 7. lib. 3. Trist.* Hoc ego (ingenium tuum,) Pegasidas deduxi primus ad vndas.] ¶ Interdum etiam Pegasides dicuntur fontium, vel fluuiorum nymphæ, quæ & Naiades. *Idem Epist. 5.* Pegasis Œnone Phrygiis celeberrima syluis.

PĒGĂSŬS, penult. corrept. πηγασος, Equus alatus, ἀπὸ τῆς πηγῆς, id est à fonte, quòd iuxta πηγὰς, id est fontes Oceani natus sit, vbi Gorgones habitabant. Hunc Hyginus, & alij complures Neptuni & Medusæ filium dixere, alij ex Medusæ sanguine quam Perseus interemit, natum affirmant. Hic quum Helicona euolasset, laxum vngula feriens, fontem aperuit, qui ex eo Hippocrene, id est fons equinus, est appellatus. { GE. Ein Pferd mit flügeln/welches am berg Helicon/ein brunnen herfur geſcharret oder geſtampffet hãt. postea verò quum ex Pirene Corinthio fonte biberet, à Bellerophonte, qui id temporis expeditionem in Chimæram parabat, captus est. *Strab. lib. 8.* Fama est (*inquit*) equum Pegasum quum potaret hoc in loco, à Bellerophonte deprehensum fuisse, alatum, inquam, caballum è Medusæ ceruice & de Gorgonis execto gutture prosiliente. Hoc equo vsus est Bellerophontes in expeditione cõtra Chimæram. Vulgatum est, & cabullinum fontem in Helicone erupisse, quum subiectam ibi tellurem feriret vngula. Post hæc rerum terrestrium tædio ductus, in cælum dicitur euolasse, ibique inter sidera constitutus, Arcticum circulum spectare, pedibúsque æstiuo orbi adnixus, extremo ore caput Delphini tangere, & Aquarij manum dextram ceruici suæ adiungere. ¶ Pegasus etiam dicebatur instrumentũ in domibus, quo tanquam iumento, vestes & similia stratæ suspenderentur, à Pegaso equo poëtico, traductione nominis excogitata. ¶ Fuit & hoc nomine Iurisperitus: à quo nomen accepit pegasianum senatusconsultum. *Pompon. lib. 2. de Origin. iuris.*

Pēgă̆sĕŭs, a, um, adiectiuum, pen. cor. *Catul. ad Camerum,* Nec si Pegaseo ferar volatu. Versus est hendecasyllabus. *Achilles Statius,* Non si pegaseo legit.

Pēgăsĭēĭŭs, aliud adiect. quinque syllabarum. *Persius in Præfat.* Coruos poëtas, & poëtrias picas Cantare credas pegaseium melos.

Pēgmă, matis, πῆγμα, ἀπὸ τῦ πήγνυμι, Hoc est à pangendo, siue componendo. Machina quædam est lignea in qua statuæ collocantur, & quasi figuntur ad illas sustinendas. Interdum πήγματα cum ludicris producebantur in scenam, cum pueris etiam confidentibus, ex lignis & tabulis quæ constabant vario picturæ genere. Pegmatis formam, *Seneca ad Lucilium* his verbis describit. His (*inquit*) annumeres licet machinatores qui pegmata ex se surgentia excogitant, & tabulata tacita in sublime crescentia, & alias ex inopinato varietates; aut dehiscentibus quæ cohærebant: aut quæ distabant, sua sponte cohærentibus: aut iis quæ eminebant, paulatim in se residentibus. *Ioseph. lib. 7. bello Iudaico,* Maximè autem erat stupor machinarum quæ portabantur; siue pegmatum fabricatio, pro quorum magnitudine viribus portantium occurrentes timebant. Multa enim in tertium nidum; quartúmque surgebant, & magnificentia fabricæ cum admiratione delectabat. In illis machinis simulacrum belli repræsentatum fuisse significat, vt alij capere viderentur, & per singula pegmata dux captæ vrbis agebatur, ita vt captus fuerat ordinatus. Qui autem in his machinis depugnabant, à Suetonio pegmatæ vocantur. [Contra omnes Editiones Calepini hic rescribo pegmares. *Sic enim scribit Suetonius in Caligula capite 26. ad finem.* non autem pegmates. Vide in sequenti dictione.] Tradunt Claudium obiecisse aliquando bestiis, qui pegmata in scenam parum feliciter produxissent. [Refert *Suetonius in Claud. cap. 34.*] *Plin. lib. 33. cap. 3.* Princeps Caius in circo pegma duxit, in quo centum & viginti quatuor argenti pondo fuere. *Festus* scribit, pegmata esse ex ære, aut marmore ornamenta, quæ vt plurimum in atriis, quandoque in porticibus aulísque affigebantur, maiorum, aliorúmque fortium virorum gesta certius quàm pictura ostendentia. *Martia. lib. 12.* Et crescunt media pegmata celsa via.

[Pegmares gladiatores. *Sueton. in Caligula capite 26.* Rabidis feris viliſſimo senio confectos, gladiatores quoque pegmares, subiiciebat.]

Pēĭĕro, ras, pen. cor. Falsò, & animo fallendi iuro, iuramentum non seruo. { נשבע *nischbáh* לשוא *leschav* אלה *aláh.* ἐπορκέω. GALLIC. Se pariurer. ITALIC. *Giurare il falso.* GERMANIC. Ein falschen eyd schweren. HISPANIC. *jurár falsamente.* ANGLIC. *To foresegere him self by a false othe.* } *Cicero 3. Offic.* Non enim falsum iurare, peierare est, sed quod ex animi tui sententia iuraris, sicut verbis concipitur more nostro, id non facere, periurium est. *Idem pro Rosc. Comœ.* Qui mentiri solet, peierare consueuit. *Mart. lib. 7.* Nec erubescit peierare de turdo, Et ostreorum rapere liuidos cirros. Iuris peierati pœna. *Horat. 2. Carm. Ode 8. Plaut. in Asin. sc. 2. a. 2.* quid fecit sceleste, pro illo lingua peierat. *Lactant. libro primo.* Ergo aliqua potestas est quæ peierantes deos puniat.

Pēĭŏr, peioris, & peiorare, *vide* Malus.

PĔLĂGĬĂ, πελαγία, Mulier Antiochena, voluptatibus & illecebris primum deditissima, vt quæ nulli rei attentius vacaret quam corpori comendo. Tandem tamen meliore ducta spiritu, repente velut in nouum quoddam animal transformata est, curámque deinceps, quàm corporis cultui impendere solebat, ad animum virtutibus excolendum transtulit.

PĔLĂGŎNĬĂ, æ, πελαγονία. Pars Macedoniæ Septentrionalis, quæ Triballis proxima est. *Autor Plin. lib. 4. c. 10.*

Pĕlăgŭs, pen. cor. tam masculini quàm neutri generis, propriè profundũ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

maris significat,{ים jam.πέλαγος.GAL.La mer creuſe,la haute mer. IT. *Mare.*GERMA.Die tieffe deſs meers.HISPAN.*Mar.*ANG.*The ſea,or bottome of the ſea.*}Etymologici pelagus dictum volunt,quaſi πόλαρος,quòd ſit πόλε πᾶς γῆς.id eſt procul à terra. Tametſi etiam pro quouis mari accipiatur. *V alerius Flac.lib.*1.*Argon.* O quantum terræ,quantum cognoſcere cæli permiſſum eſt,pelagum quantos aperimus in vſus! *Plin. lib.*10.*capite* 32.In reliquis partibus eſt quidem mitius pelagus.*Virgil.*3. *Æneid.*-hic pelagi tot tempeſtatibus actus,&c.*Ibid.* Treis adeò incertos cæca caligine ſoles Erramus pelago.[*Priſcianus lib.*1.Pelagus ſcriptorum.]

Pĕlăgĭcŭs,a,um.{ πελαγικὸς.GAL.De mer.ITALIC. *Di mare.* GERMAN. Deſs meers oder auſs dem meer.HISPANIC.*Coſa de mar.* ANG. *Of the ſea.*} Quod in mari viuit ,ſiue etiam quod eſt ex mari.*Colum.li.*8.*c.*7. Cæteri ſaxatiles,aut pelagici ſatis ex his,ſed ex recentibus melius paſcuntur.

Pĕlăgĭus,a,um,πελάγιος.Idem *Varr.*3.*de Re ruſt.c.*3.Sic noſtræ ætatis luxuria propagauit leporaria:at piſcinas protulit ad mare , & in eas pelagios greges piſcium reuocauit.

Pĕlăgĭă,πελαγία , piſcis eſt ex genere concharum,qui & purpura dicitur, in mediis faucibus ſuccum habens tingendis lanis laudatiſſimum, qui ab eo pelagium dicitur,ſicut à buccino alio concharum genere , buccinum appellatur.*Plinius lib.*9.*c.*37. purpuræ alio nomine pelagiæ dicuntur,earum genera plura,pabulo & ſolo diſcreta. *Idem lib.*9.*cap.*38. Buccinum per ſe damnatur,quoniam fucum remittit.pelagio admodum alligatur,nimiæque eius nigritiæ dat auſteritatem illam , nitoremque qui quæritur cocci.

Pĕlămĭs,dis,gen.fœ.Thynnus qui nondum exceſſit annum. { πελαμὶς,ἡ. GAL.Pelamide ou thon.ITAL.*Palamita,peſce tueno.* GERM.Ein iunger vnerwachſener meerfiſch von der art deſs Tinni.HISPAN. *Eſpecie de atun.* ANG.*A tunie fish.* } Nam pelamides primò,poſt annum thynni vocãtur.Dictam autem volunt pelamidem,παρὰ τὸ ἐν τῷ πηλῷ μύειν,quod in luto moretur.*Plin.lib.*9.*capite* 15. Limoiæ à luto pelamides incipiunt vocari & poſt annum thynni.*Iuuen.Saty.*7.Quod vocis pretium? Siccus petaſunculus & vas pelamidum.Varia pelamidum genera enumerantur *à Plinio libro* 32.*capite vlt.*ex quibus reliqua omnia magnitudine excedit orcynon. [*Gellius capite* 16.*lib.*7.pelamis Chalcedonia optima.

Pĕlărgŭs. { חסידה *chaſidáh.*πελαργὸς Græcè,Latinè ciconia dicitur.GA. Cicogne,ITA.*Cicogna.*GERM.Ein ſtorch.HISPANIC.*Ciguena.*ANG.*A ſtork.*}Inde pelargici nomi *ab Ariſtophane* dicti,quaſi ciconiariæ leges quibus liberi parentes alere iubentur:id quod in iure quoque cautum eſt.Ideo in ſceptris regiis antiqui ciconiam ſculpere ſolebant in ſummo,in infimo autem hippopotamũ animal improbiſſimum:ſignificare volentes iuſtitiæ obnoxiam eſſe violentiam : cuius iuſtitiæ ſymbolum eſt ciconia,quæ parentes ſenio confectos alere,humeriſque geſtare in volatu creditur.*Vide quæ de hoc annotauimus in dictione* ANTIPELARGESIS.

PĔLĂSGĬă,πελασγία,Olim dicta eſt celeberrima illa totius Europę Cherroneſus,inter duo maria , AEgæum & Ionium , platani folio ſimilis propter anguloſos receſſus:quæ notiore nomine Peloponneſus dicitur. Dicta Pelaſgia à Pelaſgis populis vetuſtiſſimis,qui ab Arcadibus originem traxerunt.*Vide Strabonem libro* 5.*& Plin.lib.*4.*c.*4.

PĔLĂSGĪ,πελασγοί,Populi ſunt Græciæ vetuſtiſſimi,qui ex Arcadia oriũdi,circa extremam partem Macedoniæ conſederunt , in eo Theſſaliæ tractu qui ab illis aliquandiu Argos Pelaſgicum fuit appellatus. ¶ Dicti Pelaſgi,vt nõnulli putant,quaſi πελαργοί,hoc eſt ciconiæ,quòd more ciconiarum,antequàm ſedem ſibi deligerent , bonam partem orbis peragrarint.[*Ouid.lib.*13.*Met.eorum meminit.*]

PĔLĂSGĬS,πελασγίς,Regio eſt mediterranea Peloponneſi, olim etiã Drymodis,& poſtremò Arcadia dicta.*Autor Plinius libro* 4.*capite* 6. Inde Pelaſgus,ga,gum,πελασγὸς.Dicta quoque eſt Pelaſgis Arcadia,*vt annotat Hermol.in Plin.*

*Pelaſgiãs,adis,patronymicum,pro gentili,vel adiectiuo,vt Vrbes pelaſgiades,*Ouid. Epiſt.*9.1.

Pĕlăſgŏs,πελασγὸς,Frutex eſt lauri foliis:vnde à Græcis δαφνοειδὴς appellatur. { GER.Stingrũn/oder Ingrũn.} Quo nomine etiam Latini vtuntur.*Vide Plin.lib.*15.*c.vlt.*Herbarij *Laureolam* appellant.

Pĕlĕchīnus,πελέκινος,Herba eſt in ſegetibus naſcens,quæ alio nomine Securidaca appellatur.*Plin.lib.*27.*c.*12.

PĔLĒTHRŌNĬVS , πελεθρόνιος, Theſſali cuiuſdam nomen eſt qui primus fræna,& equorum ſtrata dicitur inueniſſe.*Plin.lib.*6.*c* 56.

PĔLĒTHRŌNĬVM,πελεθρόνιον, Oppidum Theſſaliæ,vbi primùm domandorum equorum inuentus vſus eſt.

PĔLĒTHRŌNĬI , πελεθρόνιοι , Dicti ſunt Lapithæ , à loco qui ſubiectus eſt Pelio monti , in quo mèdicamentorum magna vis naſcitur, quæ Græci gloſſematici, δρύα vocant. Hi primi omnium frænorum vſum inueniſſe dicuntur,& domandorum equorum artem:vt annotauit *Seruius in iliud* Virg.3.*Georg.*Fræna pelethronij Lapithę,gyróſque dedere.

PĔLĔVS,πηλεύς,AEaci filius,qui ex Thetide genuit Achillem,qui à nomine patris,Pelides à Pœtis dicitur.*Ouid.*8.*Epiſt.*Pelides vtinam vitaſſet Apollinis arcus.*Stat.*2.*Syl.*Semifer AEmonium vincebat Pelea Chiró. [*Ouid.*13.*Metam.* Eſt genitor peleus, eſt Pyrrhus filius illi.(Achilli) *Idem ibidem,*Fratres TelamonPeleuſque fuerunt.(ambo exules ob cędem fratris.)

Pēlīdēs , πηλείδης,Achilles dictus , à Peleo patre.Hephæſtion interpres Sophoclis in Aiace , AEacus filius Iouis ex AEgina , Peleus & Telamon ex AEaco , quorum Achilles & Aiax , aiacis autem filius erat Euryſaces.

Pēlīădes,adis,πηλιάδες,patronymicum eſt fœmininum à peleus.*Ouid. Epiſt.*3. Tranſeat Hectoreum pelias haſta latus , hoc eſt ab haſta Achillis qui pelei fuit filius:quam nemo pręter Achillem vibrare , ob magnitudinem poterat.Hanc à Pallade decorticatam & politam,à Vulcano cuſpidatam fuiſſe ferunt. [*Ouid.*13. Nec non oneroſa grauiſque Pelias haſta poteſt imbellibus eſſe lacertis. *Item Plau.Pſeud.ſc.*2.*a.*3. Vt Medea Peliam concoxit ſenem.]

PĔLĪĂS,πηλίας , Neptuni filius ex Tyro Salmonei regis filia,frater AEſonis , & Theſſaliæ rex , qui Iaſonem fratris ſui filium, cuius indolem formidabat,ad expeditionem Colchicam,velut ad certiſſimum periculum ablegauit.*Vide V aler.Flaccum lib.* 1.*Argon.* Hic tandem filiarum ſuarum manibus iugulatus in fabulis,idque perſuaſu Medeæ,quæ integræ ætati ſe illum reſtituturam ſimulabat.*Vide Ouid.Metam.*

Pĕlĭcānŭs,{πελεκὰς.GA.Pelican.ITAL.&HISPAN.*Pellicano.*GERM.Ein pelican/oder töffelganſs.ANG.A *pelican.*}Auis Ægyptia. Naſcitur in lotitudinibus , maxime Nili fluminis.Duo autem ſunt pelicanorum genera , vt docet Hieronymus : vnum volatile , aliud aquaticum. Hæ aues crebris ictibus roſtrorum dicuntur occidere paruulos ſuos, eosdémque in nido occiſos à ſe,lugere per triduum. Poſtremò matrem ſeipſam grauiter vulnerare aiunt , & ſanguinem ſuum ſuper filios fundere,quo illi perfuſi reuiuiſcunt.A Græcis etiam ἀνθρωποκτόνοι dicitur, quòd roſtri ictibus arbores pertundat. *Ælianus lib.*15. -pelicanos eosdem facit cum plateis.

PELIDES,*Vide* PELEVS.

PĔLĪGNĪ,πηλιγνοί,Populi Marſis finitimi , quorum metropolis erat Sulmo,Ouidij patria.{ GER. Die Sutmenenſer Landtſchafft in Italia.}Ibi peſſima naſcuntur vina.*Peligni ex Illyrico profecti ſunt ductu Volſinij regis,cui cognomen Lucullo fuit,& partem Italiæ occuparunt. Ei duo nepotes fuerunt:Pacinus,à quo Pacinates : & Pelicus,à quo Peligni.*Hactenus Sipontinus *ex Feſto.*

Pĕlīgnŭs,a,um,adiect.*Ouid.lib.*3.*Amor.* Peligna dicar gloria gentis ego.

PĔLĪNNĂ,æ,πόλιννα,*Steph.* Theſſaliæ oppidum in tractu Pthiotidis: ita dictum à Pelinno OEchaliei filio. Meminit huius oppidi etiam *Plin. libro* 4.*capite* 8.

PĔLĬŌN,πήλιον,Mons Theſſaliæ in ſinum Pelaſgicum incumbens.{ GER. Ein berümpter berg in Theſſalia.}*Ouid.*5.*Faſt.*Pelion Æmoniæ mons eſt obuerſus in Auſtros:Summa virent pinu,cætera quercus habet.* Hinc adiect.Pelius & peliacus.*Cic.& Ouid.*

PĔLLĂ,πέλλα,Vrbs Macedoniæ fuit in littore Ægei maris: illuſtrata maxime natalibus Philippi Macedonum regis & Alexandri. ¶ Eſt item Pella Syriæ oppidũ,à Macedonibus ita appellatum, quum antea Apamia diceretur.*Steph.*

Pĕllæus,a,um,adiectiuum. *Lucan. lib.*10. Illic Pellæi proles veſana Philippi Fœlix prædo iacet.*Iuuen.Satyr.*10. Vnus pellæo inueni non ſufficit orbis.¶Pellæa gula,pro Alexandrinis deliciis , *apud Mart.li.*13. epitheto longiuſcule petito ab Alexandro Pellæo conditore. Princeps (*inquit*) Niliacis raperis Coracine macellis: Pellææ prior eſt gloria nulla gulæ. [*Plaut.Aſin. ſc.*2.*a.*2. Aſini venditi Pellæo mercatori.

PĔLLĀNĂ,ſiue Pellane,es,πελλάνη , Oppidum Laconiæ in Megalopolinum vergens agrum,*teſte Strab. lib.*8. quod tamen à *Plinio lib.* 4.*cap.*6. Arcadiæ annumeratur.

Pĕllax, huius pellacis , adiectiuum , penultima producta genitiui, Qui per blanditias aliquem decipit. {מפתה *mephatéh.* ἀπατηλός,πανοῦργος , σοφιστικός. GAL. Affronteur,qui trompe par belles paroles, ITALI. *Luſinghiero, ingannatore.* GERMA. Betrügig mit ſtebeſen vnd glatten werten. HISPAN. *El que mucho attrahe halangado , liſonjiero.* ANGLIC.*That allureth and deceiueth by faire wordes.* } A verbo pellicio , quod eſt fraudandi cauſa aliquem allicio. *Virgil.*2.*Æneid.* -inuidia poſtquam pellacis Vlyſſi (Haud ignota loquor) ſuperis conceſſit ab oris.

Pĕllācĭă,Fallacia,illecebræ.{מרמה תמות *mirmáh tamúth. tarmith.* ἀπατηλὸν. GA. Tromperie , allechement deceuant. ITAL.*Inganno.* GERMANI. Ein fürung in betrug/vbertörung. HISPANI. *Halago , enganoſo.* ANG. A *faire ſpraking to deceiue.* } *Virgil.lib.*4. *Georg.* Verùm vbi nulla fugam reperit pellacia. *Lucret.lib.*2. Subdola quum ridet placidi pellacia ponti.

[Pellego , is,it,non rarò pro perlego. De quo infrà.]

PĔLLĒNĒ, πελλήνη, Caſtellum eſt Achaiæ,proprie dictæ , ſexaginta ſtadiis à ſinus Corinthiaci littore diſtans,*teſte Strabone lib.*8. *Plin. libro* 4.*cap.*5. Pellenæorum caſtellum appellat. ¶Eſt item Pellene eiuſdem Achaiæ vicus , inter Pellenem caſtellum & Ægas , *teſte Strabone loco iam citato.*

PĔLLĒNĂĒVS, πελληνεύς, Mons eſt in Chio inſula , *apud Plinium lib.*5. *capite* 32.

[Pellepidus,a,um, Vide Perlepidus,a,um.]

Pellex,pellicis:fœm.gen. vt inquit Iureconſultus. Illa vulgò appellatur , quæ cum eo cui vxor ſit, corpus miſcet. { פילגש *pileghéſch.* πελλακὴ , πελλακίς. GAL. Celle qui abuſe de la partie legitime d'vn marié. ITA.*Adultera.* GERMAN. Ein ebeswerb/die bey einem eheman zu vnehren ſitzt/eines ehemans hur. HIS. *La combleça de la muger caſada.* ANG. A *wedded manes harlet.*}Inde apud Oratores & Poetas pellex non tam viri,quàm vxoris nuncupatur. *Cicer.in Orat.pro Cluent.* Vxor generi, nouerca filij, filiæ pellex. *Declam.in Cicer.* Filia matris pellex , tibi iucundior , atque obſequentior quàm parenti par eſt. *Ouid. Epiſt.*9. Nominè depoſito pellicis,vxor erit. [*Ouid.Eleg.*1.*lib.*2.*Triſt.* Pellicibus multis indoluiſſe Deam. ¶Pellex,& vnde dicta,& in eam lex Numæ. *Gellius cap.*3.*libr.*4.] Concubina verò eſt, quæ cum cælibe viro ſine nuptiis locum tenet vxoris,quam Græco vocabulo παλλακὴν pallacam appellamus. *Suetonius de Veſp.* Inde quieti vacabat , accubante aliqua pallacarum , quas in locum defunctæ Cænidis plurimas conſtituerat.Iuſtinus quoque Cyri pallacem nominat,licet vitio librariorum pellicem ſcriptum reperiatur.Dicitur quoque pellex de maſculis,cum quibus mariti relictis coniugibus concumbunt. *Cic. in Salluſt.* Omnium cubiculorum pellex,& idem poſtea adulter. q. d. Tu puer lædebas alienas vxores præripiens eis maritos:præripiens eis vxores. *Suet. in Cæſ.* Prætereo actiones Dolabellæ,in quibus cum Dolabella pellicem reginæ dicit. ¶Pellex Latinum nomen eſt à pellicio , quod eſt blandiendo decipio:quia blandiendo virum ab vxore ſeducit.[*Vide V allam libro* 6.*elegant.*]

Pĕllĭcātŭs,tus,Actus quem pellex exercet:ſicut concubinatus quem concubina.{πελλακεία.GAL.Solicitation du mariage d'autruy.ITAL.*Il tener donna à ſua poſta,che ſi dice proprio di maritato.*GER. Das huren vnd buben wäſen eines ehemans mit einem ebsweib.HIS.*Maldad de comblença de muger caſada.*ANG.*Alluring or ill lyf or campany that a wedded man liueth with a ſtromper,adulterie.*}*Cic.*2. *Offic.* Ab ea enim eſt ipſe propter pellicatus ſuſpicionem interfectus.

Pĕllĭcĕo

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Pellĭcĕo,ces,pellicui,quanquam rariſsimè legitur: [*Diomedes lib.*1.] inuenitur tamen *apud Columellam in præfatione lib.* 8. pro blanditiis imperare, niſi locus corruptus eſt. Nunc vero (*inquit*) quum pleræque ſic luxu & inertia diffluant, vt ne lanificij quidem curam ſuſcipere dignentur: ſed domi ſedentes confectas veſtes faſtidio habeant, pèruerſaque cupidine pretioſiores alias à viris pelliceant, quæ grandi pecunia, & totis pene cenſibus redimuntur, nihil mirum eſt eaidem ruris & inſtrumentorum agreſtium cura grauari.

Pellĭcĭo,is,pellexi,pellectum,Blanditiis in fraudem induco, allicio, illicio. { פתה *pittáh.* ἀπατάω, ἐξαπατάω, ἐξαπατάω, ὑποτάω. GAL. Induire & attraire par belles paroles, amadouer. ITA. *Ingannare luſingando.* GERMA. Anreitzen/locken. HISP. *Atraher con halagos, engannar halagando.* ANGLIC. *To inty ſe and allure by faire wordes.* } *Terentius in Phorm.* Is ſenem per epiſtolam pellexit. *Cicer.* 1. *de Orat.* Maiorem partem ſententiarum iale tuo, & lepôre, & politiſſimis facetiis pellexiſti. [*Plau. Menæc. ſc.*2.*a.*2. Si pellexerunt (eum) perditum amittunt.] Componitúrque ex per, & lacio, mutatis l in r, & a in i. *Feſtus*, Lacit, decipit, inducit. Lax, lacis verò, fraus eſt. A lax, lacio fit: vnde & Lacto, as: & compoſita, Allicio, Elicio, Illicio, & alia. Legitur quoque Perlicio *apud Liuium* 4. *pro eodem*, Negotium (*inquit*) datur, vt quos quiſque poſſet ex collegio Trib. norum ad interceſſionem perliceret. Pellicio tamẽ, & pellexi & pellectus magis in vſu ſunt quàm perlicio, aut perlexi. Perlectus verò in iſta ſignificatione nequaquam haberi puto, ſed Pellectus tantum, ſic à perlego putaretur.

Pellĭcĭātĭor,oris, Qui blanditiis aliquem in fraudem pellicit. { מפתה *mephatiéh.* ἀπατεών. GALLIC. Trompeur ſous beau ſemblant, ama oueur, cinq leur. ITAL. *Luſinghiero.* GERMAN. Ein anreitzer/ locker / der einen mit ſüſſen worten vberthört. HISPANIC. *El que atrahe con halagos.* ANGLIC. *An allurer or intyſer by faire wordes.* } *Feſtus.*

Pellĭs,huius pellis,dicitur quum eſt à carne ſeparata, quæ cutis antea dicebatur. { עור *ſor.* δέρμα, δορά. GAL. Vne peau, vne panne. ITA. *Pelle.* GER. Ein haut oder fel. HISP. *La peleja ò cuero.* ANG. *The skinne, an hide, a pelte.* } [Oſſa atque pellis totus eſt, ita cura macet. *Plau. Amiu. ſc.*5. *a.* 3. Oſſa atque pellis ſum miſera macritudine. *Plaut. Capt, ſc.*2.*a.*1. Pellibus & ſetis arcent mala frigora braccis. *Ouid. Eleg.* 10. *lib.*3 *Triſt.*] *Iuu. Satyr* 10. Diſſimilemque ſui deformem pro cute pellem. *Cicer.* 1 *de Natur. deor.* Quam tu nunquam, ne in ſomnis quidem vides, niſi cum pelle caprina, cum haſta, cum ſcutulo. *Virg.*8. *Æneid.* -quem fulua leonis Pellis obit totum. *Idem* 11. *Æn.* Cur pellis latos humeros erepta iuuenco Pugnatori operit. ¶ Quieſcere in propria pelle, eſt contentum eſſe ſua ſorte, nec quicquam ſupra vires affectare. *Horat.* 1. *Serm. Satyr.* 5. Vel meritò quoniam in propria non pelle quieſſem. * Detrahere pellem alicui, metaphoricè dictum eſt pro Detegere animum alicuius. *Horat.* 2. *Serm. Sat.* 1. -quid quum eſt Lucilius auſus Primus in hunc operis componere carmina morem? Detrahere & pellem, nitidus qua quiſque per ora Cederet introrſum turpi? ¶ Sub pellibus eſſe, hoc eſt in caſtris ſtatiuis. *Cicero* 4. *Academ.* Vt non multum imperatori ſub ipſis pellibus otij relinquatur. ¶ Dicta pellis (vt quidam putant) à pellendo, quòd externas iniurias tegendo repellat. Hæc poſtquam concinnata eſt ad calceos & cætera opera facienda, aluta dicitur. *Varro*, paſceolus, ſaccus eſt ex aluta factus.

Pellĭcŭlă,æ,diminut. Parua pellis. { δερμάτιον. GALLI. Petite peau. ITA. *Pellicina.* GERM. Ein beutlin oder fellin. HISPAN. *Peleja pequenna.* ANGLIC. A *thinne skinne or rine.* } *Cicero pro Muræn.* Atque ille homo eruditiſſimus, ac Stoicus ſtraui pelliculis hœdinis lectos Punicanos, & expoſuit vaſa Samia: quaſi verò Diogenes Cynicus eſſet mortuus, &c. ¶ Continere ſe in pellicula, prouerbium eſt, intra ſuam ſortem ſe continere. *Martial. libr.*3. Luſiſti, ſatis eſt: ſed te, mihi crede, memento, Nunc in pellicula cerdo tenere tua. ¶ Curare pelliculam, eſt corpus ſuum molliter tractare. *Horat.*2. *Serm. Satyr.*5. -ire domum atque pelliculam curare iube. ¶ Veterem pelliculam retines, hoc eſt, priſtinos mores. *Perſius Satyr.*5. Sin tu quum fueris noſtræ paulò ante farinæ, Pelliculam veterem retines, & fronte politus Aſtutam vapido ſeruas ſub pectore vulpem: Quæ dederam ſuprà repeto, funéinque reduco.

Pellĭcĕus,a,um, Quod eſt ex pelle, vt Veſtis pellicea. { δερμάτινος. GAL. De peau, fait de peau. ITAL. *Di pelle.* GER. Von heuten/ beltzin. HISP. *Coſa de materia de pelleja.* ANGLI. *Of a skinne.* } *Hieron. contra Iouin.* Deiecti in vallem lacrymarum, tunicis cõſutis & pelliceis veſtirentur. ¶ Dicitur & pellicius eadem ſignificatione. *Lampridius in Heliogab.* Sella pellicia.

Pellĭtŭs,ta,tum, pen. prod. Quod pelles habet, vel pellibus tectum eſt. { δερματώδης. GAL. Qui eſt couuert de peaux, ou fourré de pannes. ITA. *pellizzato.* GER. Mit beltzen/ oder fellen bedeckt. HISPA. *Veſtido de pelleias.* ANG. *That is couered or furred with skinnes.* } *Propert. lib.* 4. Pellitos habuit ruſtica chorda patres. *Horat.*2. *Carm. Ode* 6. Dulce pellitis ouibus Galeſi & Flumen, & regnata petam Laconi Rura Phalanto.

Pellĭcŭlo,as, penult. prod. Pellibus alligatis obturo. { ὑποδερματίζω. GAL. Couurir, ou eſtoupper de peaux ou de cuir. ITA. *Coprire con pelle.* GERMAN. Mit einem fell vermachen oder verſtopffen. HISPANIC. *Cubrir ò tapar con pelleias.* ANG. *To furre or couer with skinnes.* } *colum. lib* 12. *cap.* 46. Vas operculatum pelliculant. *Ibidem cap.* 39. In alia vaſa deliquare, & confeſtim opercula gypſare, & peiliculare.

Pellĭo, Qui veſtes pelliceas & alia ex pellibus opera facit. { δερματουργός. GAL. Pelletier, peaucier. ITA. *Pellizzaro, valetaro.* GERMANI. Ein türſner/ beltzmacher. HISPANIC. *Pelliejero.* ANGLI. A *skinner or furrier, a peltmunger.* } *Plau. Men.* [*ſc.* 4. *a.*2. Quaſi ſupellex pellionis, palus palo proximus.

Pĕllo,lis,pepuli,pulſum,percutio,ferio. { חרית *hidhiach* הדוה *hadhudch* דחף *dachâph.* ἐκτοβάλω, κόπτω. GAL. Pouſſer, debouter, chaſſer. ITA. Percuotere, ſcacciare. GERM. Schlagen/ klopffen, außtreiben / hinſtoſſen. HISP. Herir, empuxar. ANG. *To expell or put out.* } [*Plaut. in Amphitr.* Quid minitabas te facturum, ſi iſtas pepuliſſem fores.] *Terent. in And.* Tũne has pepuliſti fores? ¶ Aliquando ponitur pro abigo, extrudo, ἐκβάλλω, ἀθέω. Pelle animo timorem: mox adeit gnatus. ¶ Iungitur etiã ablatiuo cum præpoſitione à: vt Pelle hunc à foribus: *apud Plaut. in Amph.* Item cum præpoſitione de, vt Non potuit pelli de ea ſententia: Item cum e velex: vt Pellere aliquẽ e toro vel ex templo. Nonnunquã etiam ſine præpoſitione: vt pellere patria, ciuitate, regno, agro, ſedibus. [Pulſus Ariſtides, nec tamen vrbe ſua. *Cuidius Eleg.* 1. *libro* 2. *Triſt.* In numerum pulſa brachia verſat aqua. *Idem ibidem Eleg.* 1. *lib.* 4. Pulſis melioribus annis veneratiam canities. *Ouid. Eleg. vlt. libro* 4. *Triſt.* &c. Iungitur etiam accuſatiuo cum præpoſitione in. *Cicero* 2. *de Orat.* In exilium pulſus eſt. ¶ Ponitur interdum pro exagitare, affligere. *Cicer. ad Nigidium lib.* 4. *Epiſt.* Quanquam enim nulla meipſum priuatim pepulit iniuria. [*Et Liuius lib.* 10. *bell. pun.* Hoc non mediocri cura Scipionis animum pepulit: nullius enim forma pepulerat captiuæ.] ¶ Hinc fiunt Pulſo, pulto, pulſus, & nonnulla alia quæ ſuis locis explicantur. Item compoſita Appello, Compello, Depello, Expello, Impello, Propello. A ſupino pulſum fit frequentatiuum Pulſo, as, *de quo mox.*

Pūlsŭs,huius pulſus, Impulſio, motus, ictus, verberatio. { מרוח *maddâcch* דחי *dechi* מרחפת *madhchephath.* ὦσις, κρῦσις. GAL. Pouſſement, battement, chaſſement. ITA. *percuſsione.* GERMANI. Ein trieb oder ſtoſs. HISPA. *Empuxen.* ANG. *Any expelling or putting out.* } *Cic.* 1. *Tuſcul.* Inanimum eſt omne quod pulſu agitatur extremo. *Idem* 1. *de Oratore.* Impetus, pulſuſque remorum. *Virg.* 12. *Æneid.* -pulſique pedum tremit excita tellus. [Item Pulſibus aquarum. *Gell. cap.*28. *lib.*2.] ¶ Pulſus item. { σφυγμός. GAL. Le pouls. ITA. *polſo.* GERM. Das ſchlagen der pulſaderen. HISP. *pulſo.* ANG. *The pulſe the mouing of the arteries.* } A medicis appellatur motus arteriarum ex ſpiritus reciprocatione, & ex ſyſtole, diaſtoléque cordis proficiſcens. *Plin. lib.* 11. *cap.* 37. Arteriarum pulſus in cacumine maximè membrorum euidens, inde fere morborum, in modulos certos leuéſque metricas per ætates ſtabilis, aut citatus, aut tardus. *Idem lib.* 7. *capite* 51. venarum percuſſum appellat, καταχρησιμὸς, venas ſumens pro arteriis. Venarum (*inquit*) inæquali, aut formicante percuſſu.

Pūlso,ſas, [pro quo & apud Comicos, non raro dicitur Pulto, as, are: De quo infrà.] Frequentatiuum, à pello, percutio, verbero. { תכה *hichcháh* התדקף *hithdakáph* תפש *taphas.* κόπτω, ἀράσσω, σφύζω. GAL. pouſſer, heurter, frapper. ITAL. *Battere, percuotere.* GERMANI. Hefftig ſchlagen oder ſtoſſen / treiben. HISPANIC. *Herir.* ANGLIC. *To thumpe, to ſtrike, to knocke.* } *Quid. Eleg.* 9. *libr.*4. Infeſto pede pulſat humum Taurus. Vndas (frigore concretas) vngula pulſat equi. *Ouid. Eleg.* 10. *lib.*3. *Triſt.*] *Cic.* 6. *Verr.* Sex lictores circunſiſtunt, valentiſſimi ad pulſandos verberandóſque homines exercitatiſſimi. *Terent. in Adelph.* Sed quis hoc oſtium pulſauit? *Virgilius* 4. *Æneid.* - cui nubibus arris Piniferum caput & vento pulſatur & imbri. ¶ Transfertur & ad animum. *Plau. in Epid.* Id ego experior, cui in vnum multa confluunt, quæ meum pectus pulſant. ¶ Interdum pulſare ponitur pro violare, lædere. *Virg. lib.*12. *Æn.* pulſatos referens infecto fœdere diuos. [*Suet. in Tib. cap.*2. Nonnulli in altercatione & iurgio Tribunoſpleb. pulſauerunt.] ¶ pulſari item dicuntur fides vel inſtrumenta muſica, quum chordæ digitis, vel plectro attrectantur, vt ſonum edant. κρούεσθαι. *Virgil.* 6 *Æneid.* Iamque eadem digitis, iam pectine pulſat eburno. Campana quoque pulſari dicitur, quum aut reſtibus, aut pedibus impulſa, aut malleo icta ſonitum reddit. Pulſari ponitur aliquando pro conueniri, & in iudicium vocari. *Cicer. Verr.* 5. pro decuma quum pulſatus à Venerio eſſet dedit H-S. ſedecim millia. *Vlpian. l.* 11. §. 10. D. *de inter. in iur. fac.* Qui interrogatus reſponderit: ſic tenetur quaſi ex contractu obligatus pro quo pulſabitur. *Horomannus.*

Pulsans,tis,part. { תפש *tophés* נגף *noghén.* } *Iuuen. Satyr.* 9. -& cum lnſore catello Cymbala pulſantis legatus fiet amici. *Virg. lib.*3. *Georg.* Exultantiáque haurit Corda pauor pulſans.

Perhŏrrĕo, es, siue perhorresco, is. Horrore permoueor, extimesco. { φρίσσω. GAL. Auoir grand' peur & frayeur, trembler de peur. ITA. *Sentir horrore & ribrezzo, tremare.* GERM. Ein forcht ein hefftigs grausen oder schauderen haben/vber entsetzen. HISP. *Mucho temer.* ANG. *To haue a great feare, to trembie for feare.* } *Cicero ad Attic. libro 9.* Sed genus belli crudelissimi & maximi quod nondum vident homines, quale futurum sit, perhorrui. *Idem libro 13.* Sed quid est tandem quod perhorrescas.

Perhŏrrĭdŭs, a, um, penultim. correp. Valdè horridus. { πάνυ φοβερός, λίαν φοβερός. GAL. Fort hideux & horrissonne. ITA. *Molto horrido, spauenteuole.* GERM. Gar scheußlich. HIS. *Muy espantable ò espeluzado.* ANGLIC. *Very fearfull and hiddeous.* } *Liuius libro 2, bell. Pun.* Pœnus contrà intra Formiana saxa, ac Linterni arenas, stagnáque perhorrida situ hybernaturus esset.

Perhŏspĭtālis, le, Valde hospitalis, { δύξενος, φιλόξενος. GAL. Fort humain & courtois à receuoir les estrangers & les amis. ITALIC. *Cortesissimo à riceuere, & acarezzar gli amici.* GERMANIC. Gar gastfrey/ gantz bereit gäst auffzunemmen. HISPAN. *Muy humano y cortes para recebir los amigos y otros.* ANG. *Very courteous to strangers.* } *Cicero 6. Verrina*, Huius domus est vel optima Messanæ, notissima quidem certè, & nostris hominibus apertissima, maximéque perhospitalis.

[Perhospĭta, *Tibull. lib. 4.*]

Perhūmānus, a, um, Admodum humanus. { πάνυ φιλάνθρωπος. GA. Fort humain. ITA. *Molto humano.* GER. Gantz freundtlich/oder fr eundtholdt. HISP. *Muy cortes y humano.* ANG. *Very humain.* } *Cicero ad Quintum fratrem lib. 2.* Multúmque hic mecum sermonem habuit, & perhumanum de discordiis mulierum nostrarum.

Perhȳĕmo, as, are, Totam hyemem transigo. { διαχειμαζω. GAILIC. Passer ou demeurer tout l'hyuer. ITA. *Inuernare.* GERMANIC. Durchwintzeren/durch den gantzen winter bleiben. HISPAN. *Inuernar ò tener inuierno.* ANG. *To passe ouer or tarie a winter.* } *Colum. li. 11. c. 3.* Sed eos vacuos perhyemare patiemur.

PĔRIĀNDĔR, περίανδρος. { GER. Einer auß den siben weisen Griechenlandts. } Cypseli filius vnus ex septem sapientibus Græciæ, & Corinthiorum rex, qui aliquando interrogatus, quare quum sapiens esset, in tyrannide perseueraret. Quia (inquit) & sponte, & inuitum cedere est periculosum. Crudeliter igitur, & in magna suspicione agebat, magno semper militum comitatu stipatus, eos potissimum qui otiosi in foro obseruabantur, reformidans. Quapropter vt noui consilij capiendi occasionem ciuibus suis præcideret, iugiter eos in bellis, naualibus præsertim, distinebat. Vxorem habuit Melissam, quam zelotypia quadam ductus, quum grauida esset, ictu calcis interfecit, pallacarum suarum delationibus temere fidem adhibens: quas tamen pœnitentia ductus, vivas cremauit. ¶ Sunt qui duos fuisse Periandros tradant, alterum Corinthi tyrannum, alterum sapientem, eúmque Ambracioten. Quorum profecto sententia verisimilior videtur. Nam & matris & vxoris mortuæ concubitus, aliáque id genus flagitia quę de Periandro Corinthio traduntur, non video quo pacto insanæ mentis hominem, nedum in sapientem, cadere potuerint.

PĔRĬBŒĀ, περίβοια, Eurymedontis gigantis filia fuit, ex qua Neptunus Nausithoum suscepit Alcinoi patrem. *Autor Homerus 7. Odyss.*

Pĕrĭbœtŏs, { נכבד *nechbadh.* περιβόητος. GALLIC. Noble, fameux, celebre. ITALIC. *Celebre, nobile.* GERMANIC. Berümpt. HISPANIC. *Nobile, famoso.* ANGLIC. *Famous, of great renowme.* } Græcis celebrem, famigeratúmque significat: quo nomine etiam nobilem quendam Satyrum illi cognominant, perpetuum Liberi patris comitem. *Plin. lib. 34. capite 8. de operibus ex ære.* Item Cataguſam, & Ebrietatem, & Liberum patrem, nobilémque vnũ Satyrum, quem Græci periboëton cognominant.

Pĕrĭbŏlŭs, penultim. corrept. περίβολος, Latinè ambitus, lorica murorum: ab ambio, circundo, περιβάλλω. Et accipitur pro septo & corona domus, ideo extructa ne quis delabatur: quæ lorica, loriculave alio nomine dicitur, *vide* LORICA.

Pĕrĭcārdĭon, περικάρδιον. Membrana est cor circunquaque amplectens, tantùm ab eo dissita, tantúmque spatij vacui omni ex parte relinquẽs, quantum ad cordis diastolen maxime est necessarium, vulgus *Capsulam cordis* appellat.

Pĕrĭcăpum, περίκηπτον, Bulbi genus est. Eius duæ sunt species: cortice rubro alterum, alterum nigro papaueri simile. Vtraque habet vim excalfaciendi: vnde & contra cicutam datur. *Autor Plin. lib. 25. c. 10.*

Pĕrĭcārpĭum, περικάρπιον, Est inuolucrum seminis, quo illud ambitur, & aduersus cæli animaliúmque iniurias defenditur: vt in frugibus spica, in castaneis echinus. { ANG. *An huskor hull of corne or other graynes.* } Est item pericarpium brachij ornamentum, cingens iuncturam illam qua summa manus cubito iungitur, quam anatomicę rei periti Græco vocabulo καρπὸν appellant.

PĔRĪCLĒS, Athenien sis viri clarissimi nomen, qui annos quadraginta in administratione Reipublicæ principatum tenuit. Plurimùm enim & autoritate & eloquentia pollebat. Vnde & Olympius identidem à poetis Comicis appellabatur, quòd tonare in conciombus, & fulmen cœre videretur. Habuit in administratione Reipublicæ aduersarium Thucydidem Milesium, virum nobilem & potentem: qui quum illum apud populum eo nomine reprehenderet, quòd nimium in publicis operibus sumptum feciſſet, Atqui (inquit Pericles) de meo hæc omnia persoluere non recuso, modò mihi liberum sit nomen meum illis inscribere. Quo tam animoso responso, aduersarij calumniam facilè effugit, censente populo operum magnificentiam ad reipublicę splendorem pertinere, ideóque ea publico, non priuato sumptu esse facienda. *Autor est Plutarchus*, quum Pericles aliquando Sophoclem in magistratu collegam haberet, & cum eo nescio quid de Republica colloqueretur, eximia forma puerum illac iter feciſſe, quem intuitus Sophocles, quum pulchritudinem eius supra modum admiraretur: Atqui (*inquit Pericles*) magistratum decet non modò manus, verumetiam oculos continentes habere. *Vide plura de hoc apud Plutarchum.*

Pericliror, *Vide* PERICVLVM.

Pĕrĭclўmĕnŏs, siue Peryclymenon, penultima correpta. { περικλύμενον, *Dioscoridi.* GALLIC. Herbe appellee matrisilua. ITA. *Matriselua.* GER. Geißblat/oder wadgiggen. HISPANIC. *Madreselua.* ANGLIC. *woodbind, that beareth the honysuckle.* } Herba est fruticans, ex interuallo, duo habens fila, subcandida, mollia: in cacumine autem semen inter folia durum, & quod difficilè euellatur. Nascitur in aruis & in sepibus connoluens se adminiculis quibuscunque. *Hæc Plinius l. 27. capite 12.* Hodie, *teste Ruellio* vocatur *caprifolium*, à quibusdam etiam *matrisylua.*

PĔRĪCLŸMĔNŬS, περικλύμενος, *Homero*, nomen filij Nelei fratris Nestoris, cui à Neptuno auo concessum erat, vt in quas ei visum esset formas se posset transformare. Hercule itaque bellum gerente aduersus Neleum, Periclymenus in aquilam conuersus faciem hostis vnguibus, & rostro lacerabat, donec sagitta Herculis in aëre confixus, & in terram delapsus, alius corporis pondere adacta sagitta, animam efflauit. *Vide latius hanc fabulam apud Ouidium 12. Metamorph.*

Pĕrĭcŏpē, penultima correpta, Amputatio, circuncisio. { περικοπή. GAL. Coupure. ITA. *Taglio.* GERM. Ein abschneidung/ein vnderscheid oder stuck einer gantzen red. HISPAN. *Taiadura, cortadura.* ANG. *A cutting of or about.* } à verbo Græco περικόπτω, quod est amputo, vel circuncido. *Hieron. ad Pammach.* Aut si tu quoque narem contraxeris illam Apostoli περικοπὴν, id est amputationem in qua de virginitate & nuptiis disputat, aliter differere compelleris.

Pĕrĭcrānĭon, περικράνιον, Membrana est tenuis & neruosa, sub capitis cute ex crassa meninge enascens, totúmque cranium extrinsecus ambiens: vnde & nomen accepit.

Pĕrĭcŭlŭm, li, à pereo deduci videtur. Discrimen, rempus aduersum. { πεῖρα κινδύνου. GA. Peril, danger. ITA. *Pericolo.* GER. Ein gefar oder gefärlichkeit. HISP. *Peligro.* ANG. *Danger, perill, ieopardie.* } *Virgilius 3. Æneid.* Obscœnámque famem, quæ prima pericula, vito. Variis autem modis hoc nomine in oratione vtimur. [Magnum periculum est ab asinis ad boues tranicendere. *Plaut. Aul. sc. 4. a. 1.* Haud periculum est. { GALLIC. Il ne fault point craindre. } ne cardines foribus offringantur.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Plautus Asin. sc. 3. a. 2. Periclum vitæ meæ tuo stat periculo. *Plautus Cap. sc. 5. a. 3.* Id mihi ne eueniat nonnullum est periculum. *Plautus Capt. sc. 1. a. 1.* * De meo periculo rem saluam exhibebo. *Plautus Asin. sc. 4. a. 2.* Nimio periculo hanc pallam abstuli. Et æque magno periculo. *Plautus Menæc. sc. 3. a. 1.* * Periculum memoriæ adire. *Sueton. in Aug. capite* 84. Pericula ludere (de agone ludicro.) *Martia. Epigr. libro* 9. Ex periculo petita verba. *Quint.* Virtuti periculum non est, ne admota oculis reuilescat. *Sen. capite* 15. *de Tranq.* Ne vereare, meo periculo (amitte istum æstimatum) *Plautus Capt. sc. 2. a. 2.* Non periculum est ne quid rectè monstres. *Plautus Pseu. sc. 3. a. 1.* Nullum periculum est quod iciam stipularier. *Plautus Pseud. sc. 6. a. 4.* Nihil ita sublime est, supráque pericula tendit vt non sit suppositum Deo. *Ouid. Eleg. 8. l. 4. Trist.*] Dicimus enim, Subiicere aliquem periculo, Ciere periculum alicui, negligere periculum, In periculo esse, periculum subterfugere, periculum adire, Abesse à periculo, Afferre periculum, Adducere in periculum, Conflare periculum, Committere le periculo, Facessere periculum alicui, Inferre se in periculum capitis, Iniicere periculũ, Intendere periculum, Intentare periculum, Liberare periculo, procurare periculum, Vocari in periculũ, Venire in periculũ. ¶ Aliquando periculũ accipitur, pro ex perimẽto, quia rarum est tentamentum sine periculo. *πεῖρα. Terentius in Eun.* Fac periculum in literis, [fac in palæstra, &c. ¶ Periculum, verbum anceps, medium, siue commune esse scribit *Gell. l. 9. libro* 12.]

Pĕrīcŭlōsŭs, la, lum, Quod est cum periculo coniunctum. {κινδυνώδης, ὀπασπάδιος, παραβόλος. GAL. Perilleux. ITA. *Pericoloso.* GERMANIC. Gefärlich. HISPAN. *Peligroso.* ANGLIC. *Perillous, dangerous.* } *Cicero l. 1. Offic.* Grauioribus autem morbis periculosas curationes, & ancipites adhibere cogũtur. *Cæsar 7. bel. Gal.* Intrare intra præsidia periculosum putabat. *Cicero 5. Ver.* Turpis est enim & periculosa confessio.

Pĕrīcŭlōsē, aduerbium. {ὀπασπαδιώδως, ὀπασπαδικῶς. GA. Perilleusement. ITA. *Pericolosamente.* GERMANIC. Gefärlich. HISPANIC. *Peligrosamente.* ANGLIC. *Dangerouslie, perillouslie.* } *Cicero Tironi.* Periculose hyeme nauigatur. *Idem pro Mil.* Facere enim probus adolescens, periculose, quàm perpeti turpiter, maluit.

Pĕrīcŭlŏr, ris, periculũ subeo, periculo me expono. {κινδυνώδω. GAL. Estre en danger. ITA. *Pericolare.* GERMANIC. In gefahr sein. HISPANIC. *Ponerse en peligro.* ANGLIC. *To be in danger or perill.* } Vnde periculatus sum apud Catonem lectum est, *teste Festo.*

Pĕrīclĭtor, pen. corrept. aris, Periculum subeo, in discrimen me coniicio. {κινδυνεύω, παραπαίω. GALIC. Se mettre ou estre en danger. ITAL. *Pericolare, andare à pericolo.* GERMANI. In gefar stehn, ein gefärlichs leben bestehn. HISPANI. *Ponerse en peligro.* ANGLIC. *To put him self in danger.* } Vt periclitor fama, capite: hoc est periculum èit, ne caput aut famam amittam. Dicitur etiam periclitor siti, id est, in periculo positus sum moriendi propter sitim. *Plin. libro* 17. *capite* 24. Arbores gelu periclitabantur. *Martia. libro 6.* Periclitatur capite Sotades noster. [*Sueton. in Tib. capite* 21. Periclitari de summa Imperij. periclitari causſa. *Quintil.*] ¶ Periclitari etiam significat experiri. πεῖραν ποιεῖν, κίνδυνον ποιεῖσθαι. [*Pla. Amphit.* An periclitamini quid animi habeam? (paulò pest, Tentas) *Idem Ibidem.* Periclitatus sum animum tuum: quid faceres, & quo pacto fere Induceres. ¶ Periclitandus. *Gellius capite* 8. *libro* 13. In rebus noscendis, periclitandisque versari. (de vsu.)] *Cicero libro* 1. *de Orat.* Subeundus vsus omnium, & periclitandæ vires ingenij. *Plancius ad Ciceronem*, Itaque potius periclitari volui, & posset mea præsentia & lepidum tueri, & exercitum facere meliorem, quàm nimis cautus videri. * Cum infinitiuo. *Quin. libro* 11. *capit.* 3. vox ima vim non habet: summa rumpi periclitatur. * Periclitandus, particip. κινδυνωθησόμενος. *Cicero in Catil.* Non est sæpius in vno homine summa salus periclitanda Reip. * ¶ Periclitatus aliud particip. *Cicero de Amicit.* Est igitur prudentis, sustinere vt cursum, sic impetum beneuolentiæ, quo vtamur, quasi aquis tentatis, sic amicitiis, aliqua parte periclitatis moribus amicorum.

Pĕrĭclĭtātĭo, onis, verbale, Experimentum, tentatio. {κινδύνωσις. GALLI. Peril. ITALIC. *Pericolo.* GERMANIC. Versuchung mit gefahr. HISPANI. *Peligro.* ANG. *An aduenturing or ieoparding.* } *Cicero 1. de Na. deo.* Quarum vtilitatem longinqui temporis vsu & periclitatione tẽporis percipimus.

Pĕrĭdōnĕŭs, a, um, Valde idoneus. {πάνυ ἐπιτήδειος. GALLIC. Fort idoine, propre & conuenable. ITA. *Molto atto.* GERM. Gar fuglich oder tauglich. HISP. *Muy idoneo, y ataviado.* ANG. *Very fitte and conuenient.* } *Cæs. 2. bel. ciuil.* Quòd is locus peridoneus castris habebatur. *Suet. de Clar. Gram.* peridoneus præceptor.

Pĕrĭdrŏmĭs, pen. cor. peridromidis, fœ. gen. περιδρομίς, Hypæthra ambulatio ambiens palæstras, *apud Vitr. l. 5.*

Pĕrĭĕrgĭa, æ, {περιεργία. GAL. Curiosité. ITA. *Curiosità.* GERM. Vberflüssige sorg durch welche man nur zurit fleissig vnd gesucht ist. HISP. *Curiosidad.* ANG. *Curiositie.* } Curiositas, sedulitas, nimia anxietas, & veluti redundans diligentia, qualem in protogene reprehendit Apelles, quòd manum de tabula tollere non posset. *Diomedes, περιεργία* inter tropos, seu potiùs inter vitia orationis annumerat, quum scilicet oratio plus satis elaborata & satietatem parit, & obscuritatem.

Pĕrĭĕgĕsĭs, pen. prod. περιήγησις, Ambitus, siue circuitus: à verbo Græco περιηγέομαι, quod est circumeo, vel circunduco. Hinc Dionysius Afer, opus suum geographicum περιήγησιν inscripsit.

pĕrĭlĕūcŏs, περιλεύκιος, Gemma filum habens candidum ab ipso ore ad radicem vsque descendens. *Plin. l. vlt. c. 10.*

Pĕrīllŭs, περίλλος, Athenienſis faber ingenio præstans, qui Phalaridi tyranno Agrigentino taurum ex ære fabricauit, in quo reus clauderetur, ac subiecto igne mugitum bouis ederet: cuius muneris nomine quum amplissimum à tyranno (qui nouis semper tormentis excogitatis delectabatur) speraret munus, inclusus tauro, suppositísque ignibus, primus suæ artis experimentum præbuit. { GERMANIC. Der kunstlich werckmeister so dem rauwen tyrannen Phalaridi den ehrnen ochsen oder feurhofen gemachet hatt. } *Ouidius 1. de Arte*, Et Phalaris tauro violentus membra Perilli Torruit, infœlix imbuit autor opus. [*Idem Ouidius Eleg. 11. libro 3. Trist.*] *Plinius libro 34. capite 8.* perillum nemo laudat, fœuiorem Phalaride tyranno, cui taurum fecit, mugitus hominis pollicitus, igne subito, & primus eum expertus est cruciatum iustiore fœuitia.

Pĕrīllŭstrĭs, stre, Admodum illustris. {πολύλαμπρος, πάνυ λαμπρός. GA. Fort illustre & renomme. ITA. *Molto illustre.* GERMA. Durchleuchtig / hochberumpt. HIS. *Mucho esclarecido: y famoso en bien.* ANG. *Greatlie renowned, very noble.* } *Cicero ad Attic lib. 5.* Ibi morati biduum perillustres fuimus, honorificísque verbis omnes iniurias refellimus.

Pĕrĭmbĕcīllus, a, um, vel perimbecillis, le, Valde imbecillus. {πάνυ ἀσθενικός, ὀλιγοδρανής. GAL. Fort debile. ITAL. *Molto debole.* GER. Vast schwach vnd blöd. HISPA. *Muy flaco.* ANG. *Very weak and feble.* } *Cicero ad Attic. li. 10.* Quod quidem est natum, perimbecillum est. *Varr. 3. de re Rust. c. 10.* Perimbecillum enim id, vt caput molle.

Pĕrĭmo, is, ẽmi per & emo, Deleo, interficio, tollo. {המית *hemith.* ἀναιρέω. GAL. Tuer, mettre à mort, aneantir. ITA. *Occidere, destruggere.* GERM. Abthun / vmbbringen / tödten. HISP. *Matar, destruir.* ANG. *To slay, to kill.* } *Plaut. in Menæc.* Virum hunc ego perimam impurissimum. [*Ouid. 13. Metam.* Inque suis illum castris comitésque perem.] *Cic. 4. Tusc.* Sin autem perimit ac delet omnino, quid meliùs? *Idem de Aruſp. respons.* Si ludi non intermissi, sed perempti atque sublati sunt. ¶ Perimere reditum, est intercludere, adimere. *Cicer. pro Plancio*, Si mihi vis maior aliqua reditum peremisset.

Pĕrēmptŭs, Interfectus. {מומת *mumáth.* ἀναιρεθείς. GALLI. Tué. ITALIC. *Ammazato.* GER. Getödt / vmbbracht. HISPA. *Matado.* ANGLIC. *Killed.* } *Virg. 9. Æneid.* Nec minor in castris luctus, Rhamnete reperto Exangui, & primis vna tot cæde perempris.

Pĕrēmptōrĭŭs, a, um, quod perimendi vim habet. {ὀλεθριώδης. GALLI. Chose pour tuer. ITA. *Perentorio, ch'occide.* GER. Tödtlich. HIS. *Cosa para matar.* ANGLI. *That hath force to kill.* } à perimendo: vt venenum peremptorium, *apud Apul. libro* 10. Sic apud *Vlpian. ff. de iudiciis l. Et tertium.* Peremptorium edictum dicitur eo quòd tribus edictis propositis, vel vno pro tribus fieri solebat, & quòd perimat disceptationem inter litigatores, hoc est non patiatur aduerlarium tergiuersari: qui verò ipernebat, contumax dicebatur. Peremptoriæ exceptiones dicuntur quæ semper agentibus obstant, & rem de qua agitur perimunt.

Pĕrĭncĕrtŭs, a, um, Valde incertus. {πάνυ ἄδηλος. GA. Fort incertain. ITAL. *Molto incerto.* GER. Gar vngewiß. HISP. *No cierto, muy dudoso.* ANG. *Very vncertaine.* } *Gell. l. 18. c. 4. ex Sallustio*, At Cn. Lentulus patritiæ gentis, collega eius cui cognomentum Clodiano fuit, perincertum stolidior an vanior, legem de pecunia quam Sylla emptoribus bonorum remiserat exigenda promulgauit.

Pĕrĭncōmmŏdŭs, a, um, pe. cor. Valde incommodus. {πάνυ ἀνεπιτήδειος, πάνυ ἄχαρις. GALLIC. Fort incommode. ITALI. *Molto incommodo.* GER. Gar vntomlich / oder vnfüglich. HIS. *No prouechoso, muy dannoso.* ANG. *Very incommodious.* } *Liu. l. 37.* Quæ nihil admodum Romanis, ea perincommoda regiis erant.

Pĕrĭncōmmŏdē, aduerbium, Valde incommodè. {πάνυ ἀκαίρως, πάνυ ἀνεπιτηδείως. GALLI. Fort incommodement. ITAL. *Molto incommodamente.* GERM. Gantz vntomlich / gar vngelägen. HISP. *Muy danosamente.* ANG. *Very incommodiouslie or vnhandsomelie.* } *Cicero ad Attic. l. 1.* Sed accidit perincommodè, quod eum nusquam vidisti.

Pĕrĭncōnsĕquēns, penult. corr. Valde inconueniens, valde absurdum. {ἀναλόγιστος. GAL. Fort absurde. ITA. *Molto sconueneuole.* GERM. Vast vngereimpt. HISPANIC. *Muy inconueniente.* ANGLI. *Verie absurde and inconuenient.* } *Gell. l. 14. c. 1.* per aurem, *inquit*, inconsequens ipsum quidem corpus, & habitum tam profundi aeris sub alio atque alio cæli curuamine non eundem manere.

Pĕrĭndĕ, ex Per, & inde, compositum aduerbium similitudinis, Eodem modo, similiter, æque. {כן. כתוס. GALL. Ainsi, pareillement. ITAL. *Così, quasi.* GERMAN. Dergleichen / gleich / gerad. HISP. *Semejantemente, como.* ANG. *So, alyk, all alyk.* } & habet post se ferè aliquam harum particularum, Vt, quasi, ac si vel atque. *Plaut. in Pseud. sc. 1. a. 2.* Nam omnes res perinde sunt vt eas magnifacias. [*Item*, Non possum agere gratias perinde vt de me promeritus es. *Plaut. Capt. sc. 1. a. 5.* Vbi tu me habueris perinde illum illic curauerit. *Plautus Capt. sc. 2. a. 2.* Vxorem præbere vsurariam, perinde est ac si agrum sterilem fodiendum loces. *Plau. Amp.* Perinde vt esse Autumno haud aliter dicetis. *Pla. Mostel. sc. 2. a. 1.* Vti tu me habueris, perinde illum illic curauerit. *Pla. Capt. sc. 2. a. 2.*] *Cicero 3. Tusc.* In quo facetum illud Bionis, perinde stultissimum regem in luctu capillum sibi euellere, quasi caluitio mœror leuaretur. *Cice. 5. Tusc.* Philosophia non perinde ac de hominum vita est merita, laudatur. *Cic. Attic. libr. 6.* Quos ego perinde tuebar ac si vsus essem. *Idem pro* M. *Marc.* Vereor vt hoc quod dicam non perinde intelligi auditu possit, atque ego cogitans sentio. ¶ Aliquando sequitur particula quàm. *Sueto. in Domitiano*, Nulla tamen re perinde motus quam respõso casúque Asclepiadis Mathematici. ¶ Aliquando significat pariter, æquè, si nulla sit negatio, nec sequatur, ac si, vel atque si, aut similis particula. *Plin. lib. 1. Epist.* Funus Rufi clarissimi, & perinde fœlicissimi. *Suet. in Cæs.* Quæ si quis inuestigare & persequi vellet, quartam elementorum literam, id est d, pro a, & perinde reliquas commutet. *Cicero Terent.* Te & Dolabellam perinde diligo. [*Sallustius apud Quintil.* Mithridates corpore ingenti, perinde armatus.] ¶ Aliquando significat per hunc modum. *Terent. in Phorm.* Sexcentas perinde potius scribito mihi iam dicas. [Interdum talem significat. *Plaut. Capt. sc. 2. a. 2.* Si perinde habeam dominum, vt ipse fui.] ¶ Aliquando post perinde sequitur tanquam pro acſi. *Gell. lib. 15. cap. 29.* Hoc perinde est tanquam si ego dicam, Est mihi nomen Iulium. ¶ Aliquando perinde & adeo simul iunguntur, idémque significant quod ita. *Plautus in Amphit.* Fac sis perinde adeò vt me velle intelligis. ¶ Aliquando post perinde sequitur prout. *Plinius in Panegyr.* Meminerint perinde coniecturam de moribus suis homines esse facturos, prout hoc vel illud elegerint. * Nõ perinde, Id est non multum, seu valde. *Sueto. in Galba, cap. 13.* Quare aduentus eius non perinde gratus fuit. *Idem in Augusto, cap. 80.* Coxendice & femore & crure sinistro non perinde valebat, vt sæpe etiam de claudicaret. [*Idem in Tib. cap. 52.* Itaque ne mortuo quidem perinde affectus est.] *Plin. Epist. 8.* Quanto magis decuit publicè consulentem, ducere?

Pĕrĭndŭlgēns, tis, adiectiuum, Valde indulgens. {ὁ πάνυ χαριζόμενος. GA. Qui permet beaucoup & baille grand abandon. ITA. *Che compiace molto*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

mo 10. GERM. Nachtässig vnd vertragen. HISP. *El que mucho regata.* ANG. *That pamperth muche and giueth very great libertie and licence.* } *Cicer. 3. Of. c.* Manus vir in primis, & qui perindulgens in patrem, idem acerbe seuerus in filium.

PĔRĪNFĀMIS, & hoc perinfame, penult. prod. { πάνυ ἄδοξος. GAL. Fort infame. ITA. *Molto infame.* GERMANIC. Gar verschreit/vnd verleumbdet. HIS. *Mucho infame y infamado.* ANGL. *Very vnfamous, without renowme.* } Valde infamis. *Suetonius in Vitel. c.* 2. Curam quoque imperij sustinuit absente eo, expeditione Britannica, vir innocens, industrius, sed amore Libertinæ perinfamis.

PĔRĪNFĪRMUS, a, um, Valde infirmus. { μάλα ἀσθενής. GAL. Fort foible. ITA. *Molto debole.* GERM. Vberauß schwach. HISP. *Muy flaco.* ANG. *Very feble and weak.* } *Cic. secundo de Fin.* Sunt enim leuia & perinfirma, quæ dicebantur à te.

PĔRĪNGĔNĬŌSŬS, sa, sum, valde ingeniosus. { λίαν ἀγχίνους, πανσοφώτατος. GA. Fort ingenieux. ITA. *Molto ingeniosо.* GER. Gar sinreich. HISP. *Muy ingenioso y agudo de ingenio.* ANGL. *Very ingenious and wittie.* } *Cicer. secundo de Clar. Orat.* Alios quod melius putent dicere se posse quàm scribere, quòd peringeniosis hominibus, neque satis doctis plerunque contingit.

PĔRĪNĪQUŬS, a, um, penult. producta, Valde iniquus. { ὁ μεγαλάδικος, λίαν ἄδικος. GAL. Fort inique. ITA. *Molto iniquo.* GERM. Gar vnbillich. HISP. *Muy iniusto.* ANG. *Very vniust and partiall.* } *Cic. de lege Manil.* Quare videāt ne sit periniquum & non ferendum. *Liu. 1. bell. Pun.* Pœnus perinquo animo ferebat, à Gallis accitum se venisse ad liberandum eos dictitans.

PĔRĪNIŪRĬUS, valde iniurios. *Apul. in Apologia.* Atqui periniurium est ei fidem in pecioribus habere, cui in melioribus non haberes.

PĔRĪNSIGNĬS, perinsigne, Valde insignis. { πάνυ ἄσημος. GA. Fort apparent & notoire, fort noble. ITA. *Molto nobile, molto illustre.* GERM. Gar wol bekant/vast deutlich. HISP. *Muy noble y sennalado y famoso.* ANGLI. *Very notorious.* } *Cicero de Legibus*, An corporis prauitates si erunt perinsignes, habebunt aliquid offensionis, animi deformitas non habebit.

PĔRĪNTĔGĔR, grum, Omnino inuiolatus, planè integer. { πάνυ ἀκήρατος, ὁλόκληρος. GAL. Fort entier. ITALI. *Molto intiero.* GERMA. Gantz vnuersert. HISP. *Muy entero.* ANG. *Very whole and entiere.* } *Gell. lib. 3. c. 5.* Castigatis perintegræ dicebatur.

PĔRĪNTHUS, πέρινθος, Vrbs Thraciæ ad Propontidem, postea Heraclia dicta, à nomine Heraclij principis Constantinopolitani, in qua olim fuit celeberrimum illud amphitheatrum marmoreum ex vno lapide excisum, quod inter septem orbis miracula numeratur.

PĔRĪNTHĬUS, thia, thium, πέρινθος, Qui ex Perintho est: vt Perinthia, Menādri Comœdia. *Terent. in prol. Andr.* Menander fecit Andriam & Perinthiam.

PĔRĬOCHĀ, { περιοχή. GALLI. Argument. ITA. *Argomento.* GER. Ein kurtzer summarischer begriff oder inhalt eines dings. HIS. *Argumento.* ANG. *A briefe argument.* } A Græcis dicitur quod à nobis argumentum, hoc est breuis totius rei alicuius explicatio, à verbo Græco περιέχω, quod est contineo, complector. Hinc Sulpitius Apollinaris in Terentij Comœdias argumenta, Periochas inscripsit. *Cic. Attic. lib.* 13. At ego ne Tironi quidem dictaui qui totas periochas persequi solet, sed Spintheri syllabatim. Sic enim vulgò legitur, quum fortassis non absurde ibi periodos legere possimus.

PĔRĬODŬS, di, f. gen. & pen. cor. περίοδος, Latinè ambitus dici potest, vel circuitio. Vnde in oratione circuitus ille verborum ex colis & commatibus in orbem quendam circunductus, periodus appellatur. *Cic. in Orat.* Circuitus orationis, quem Græci περίοδον, nos tum ambitum, tum circuitum, tum comprehensionem aut continuationem, aut circunscriptionem dicimus. *Idem de Clar. Orator.* Quin etiam comprehensio & ambitus ille verborum (si sic periodum appellari placet,) erat apud illum contractus & breuis. ¶In febribus item intermittentibus medici Periodum appellant spatium illud à principio vnius paroxysmi ad initium alterius: vnde Periodicæ febres nomen sumpserunt, de quibus FEBRIS. In sacris quoque Græciæ certaminibus periodo vicisse dicebantur, qui quatuor illa certamina obiuissent, Pythia scilicet, Isthmia, Nemæa, & Olympia, & ex omnibus hisce victoriam reportassent. Hisce honor talis habebatur, vt triumphantium more quadrigis per ruinas murorum in patriam reueherentur, & perpetuò ex publico alerentur.

PĔRĬODĪCŬS, a, um, περιοδικός, Quod certa statáque quadam periodo recurrit. Vnde periodicæ febres dictæ sunt tertianæ & quartanæ, quòd spatio nonnullo intermittentes, quadam quasi periodo facta, certis temporibus recurrant. *Plin. lib.* 20. *cap.* 3. Semina eius si fuerint pari numero adalligata, febres sanare dicuntur, quas Græci dicunt periodicas.

PĔRĪŌSTĒON, περιόστεον, Membrana tenuis ossa in quacunque corporis parte immediate ambiens.

PĔRĬPĀTĒTĪCĪ, περιπατητικοί, Philosophi quidam Athenis fuerunt, è Platonis schola profecti, quorum princeps fuit Aristoteles: ita dicti quòd inambulantes docerent, ἀπὸ τοῦ περιπατεῖν, quod est deambulare. De horum origine sic scribit *Cic. lib.* 1. *Academ. Quæst.* Platonis autem autoritate, qui varius, & multiplex, & copiosus fuit, vna & consentiens duobus vocabulis philosophiæ forma instituta est, Academicorum, & Peripateticorum, qui rebus congruentes, nominibus differebant. Nam quum Plato Speusippum sororis filium Philosophiæ quasi hæredem reliquisset: duos autem præstantissimos studio atque doctrina, Xenocratem Calcedonium & Aristotelem Stagiritem, qui erant cum Aristotele, Peripatetici dicti sunt, quia disputabant inambulantes in Lycio: illi autem qui Platonis instituto in Academia (quod est alterum gymnasium) cœtus erant & sermones habere soliti, e loci vocabulo nomen habuerunt. Sed vtrique Platonis vbertate completi, certam quandam disciplinæ formulam composuerunt, & eam quidem plenam ac refertam. *Hactenus Cicero.*

PĔRĬPĔTĀSMĀTĀ, tum, Aulæa siue tapetia quæ ad parietes extenduntur ornatus gratia, vnde & nomen habent. { מסך *masach* περιπετάσματα. GAL. Tapisserie. ITA. *Razzi tapezzarie.* GERM. Teppich oder gewurckte tücher mit welchen man ein ort verhencket. HISP. *Las mantas de pared, paramentos, de cama.* ANG. *Tapestrie.* { Nam περιπετάζειν est extendere. A *Lucretio* Babylonica dicuntur: ab aliis Attalica, à *Capitolino* Stromata & Peristromata: à *Varrone* bellnata, hoc est belluis variegata, à *Plauto* etiam peristromata. *Cic. 6. Verr.* Quid illa Attalica, tota Sicilia nominata ab eodem Heio peripetasinata, emere oblitus es?

PĔRĬPĔTĪA, περιπετία, à Græcis dicitur quam nos fortunæ temeritatem dicimus, vel varium rerum euentum.

PĔRĬPHĀS, antis, Περίφας, Thessalus quidam fuit pater Lapithæ, à quo Lapithæ nomen acceperūt. *Aust. Steph.* ¶Est item Periphas, *apud Virg.* nomen cuiusdam ex comitatu Pyrrhi, quem vnà cum illò Priami regiam oppugnantem inducit. *lib. 2. Æneid.*

PĔRĬPHĀNES, περιφανής, Comici cuiusdam nomen: quòd Latinè conspicuum significat: à verbo Græco περιφαίνω, quod est clarus & conspicuus sum.

[¶ PERIPHANES, nomen mercatoris Rhodij. *Plaut. Asin. sc.* 4. *a.* 2. ¶Item nomen patris militis. *Pla. Curc. sc.* 2. *a.* 5.]

PĔRĬPHĔRĬĀ, pen. prod. verbum ex verbo, Circumferentia, circunductio. { גלגל *ghalgal* מסב *mesáb.* περιφέρεια. GAL. Circonference, rondeur. ITA. *Circonferentia.* GER. Ein vmbtreiss. HISP. *Redondez.* ANG. *The roundnes of a circle.* } Peripheria circuli, hoc est, circuli ambitus: Peripheria terræ, hoc est terræ superficies. ¶ Interdum idem quod hallucinatio, & peragratio, à verbo Græco περιφέρεσθαι, quod inter cætera significat errо, vagor, palor, animúmque varijs cogitationibus huc illucago.

PĔRĬPHĔROMA, *Vide* PERIPLEROMA.

PĔRĬPHŌRĒTUS, pen. prod. περιφόρητος, Artemonis cuiusdam cognomen fuit, deliciis adeò effœminati, vt nunquam nisi lectica pensili circunlatus, domus suæ limen transiret: ita dictus ἀπὸ τῆ περιφορήσεως, quasi circunlatilis. Meminit huius *Plin. lib.* 34. *cap.* 8.

PĔRĪPHRĀSĪS, περίφρασις, Latine circumloquutio, vel circuitio, Figura est, *teste Qu. lib.* 8. *cap.* 6. quum id quod vno, aut certè pauciоribus verbis dici poterat, pluribus explicatur. Fitque interdum necessitatis causa, quoties dictu deformia operimus: vt *apud Sallustium*, quum requisita naturæ, dixit pro eo quod honestè vnica dictione explicare non poterat. Interdum etiam solius ornatus causa, quod genus frequentissimum est apud Poëtas. *Virgil. 1. Æneid.* Tempus erat quo prima quies mortalibus ægris Incipit, & dono diuûm gratissima serpit. Hæc ferè *Quintilianus*, licet non iisdem verbis.

[PERIPLECTOMENES, nomen senis. *Plaut. in Milit.*]

PĔRĬPLĔRŌMĀ, penult. prod. περίπλήρωμα, Figura est quam ex Grammaticis nonnulli Supplementum vocant, quum scilicet particula aliqua ad sensum minime necessaria, carminis causa adiicitur: à Græco verbo πλήρεω, quod est expleo. Exemplum potest esse illud *apud Virgil.* Sic forte precatur. Vbi FORTE particula vacat, *teste Seruio*, ad solum versus hiatum fulciendum ingesta. Latini id genus redundantes particulas, tibicines solent appellare: translatione sumpta ab ædificiis, in quibus columellæ quædam tecta sustinentes, tibicines appellantur.

PĔRĬPLŬS, περίπλους, ους, Latine circumnauigatio dici potest: quo nomine ex Geographis nonnulli opera sua inscripserunt, oræ alicuius maritimæ lustrationem continentia.

PĔRĬPNEŪMŌNĪA, περιπνευμονία. GAL. Inflammation, exulceration des poulmons. ITALIC. *Infiammagione, esulceratione del polmone.* GERMAN. Lungensucht so einen schwertlich machet zu athmen. HIS. *Dolentia de los pulmones.* ANGLI. *An inflammation or disease in the lightes.* } Est inflammatio pulmonis cum febri acuta, & difficultate spirandi.

PĔRĬPNEŪMĀTĬCŬS morbus, dicitur à *Celso lib.* 4. *cap* 7. & qui hunc morbum patiuntur, peripneumonici dicuntur. { περιπνευμονικός. GALLI. Qui a les poulmons exulcerez. ITA. *Chi ha tal malattia.* GERMA. Lungensuchtig/ der so von wegen einer geprästen der lungen schwertlich athmen kan. HISP. *El doliente de los pulmones.* ANG. *Pursey, or that breat heth paine fullie for the exulceration of the lightes.* } *Plin. lib.* 22. *cap.* 24. Mellis quidem ipsius natura talis est, vt putrescere corpora non sinat iucundo sapore, atque non aspero, alia quàm salis natura, saucibus, tonsillis, anginæ, omnibúsque oris desideriis vtilissimum, arescentíque in febribus linguæ. Iam verò peripneumonicis pleuriticísque decoctum.

PĔRĬPSĒMĀ, penult. prod. quod Græci περίψημα scribunt à περιψάω. quod est circunrado, vel circunlino, abstergo, & repurgo: Proprie limatura, siue rasura, scobs, ramentum, vel purgamentum dicitur. Antiqui olim, peste, alióve malo grassante, quum sacros homines quos in expiationis vsum alebant, in victimarum morem redimitos, ex loco præcipiti in mare deiiciebant, Neptuno immolantes: inter deiiciendum, solennia verba effari solebant, περίψημα ὑμῶν γένοιτο, sis pro nobis peripsema: ac si dixissent, Sis pro nobis piaculum: esto luitio nostra & seruatrix vrbis victima: id quod Suidas annotauit. Quod itaque apud D. Paulum *primæ ad Corinth. cap.* 4. περίψημα legitur, nos piaculum vertere possumus, vt sit, Nos tanquam piacula mundi facti fuimus, & succidaneæ pro populo victimæ. Ac si diceret, Non minùs apud Gentium vulgus detestabiles sumus, quàm illi qui diris execrationibus onerati atque obruti, pro salute publica abiici olim solebant. Quæ sententia congruit iis quæ præcedunt. Peripsema enim etiam ramenta vestigiorum significat, quæ vt sordida abiiciuntur. *Hæc Bud.*

PĔRĪSSĒUMĀ, atis, Dici potest, quod abundantia rerum suppetit. Hinc περισσεύω, copia rerum superare significat. Est & congiarium propriè quod plebi datur, sicut quod militibus donatiuum. *Ælian. Spartianus in Ælio Vero, & Iul. Capitolinus in Pio.* Solebant autem vltra stipendiū dari liberalitatis causa, vt milites magis addicti Imperatoribus essent. *Alciat. C. de An. ciuilibus. l. centum perisseumatis lib.* 11.

PĔRĪSCĔLĪS, idis, { אצערת *etstsadhâh.* περισκελίς. } Ornamenti genus circa crura, quo mulierum gressus componi solebant, *vt docet Porphyr. enarrans illud Horat. l.* 1. *Ep.* Nota refert meretricis acumina, sæpe catellam, Sæpe perisceli dem raptam sibi flentis. Fit autem ex περὶ circum, & σκέλος crus.

PĔRĪSSŌLŌGĬĀ, περισσολογία, Sermonis redundantia, quum scilicet superflue repetitur quod iam dictum est. περισσὸν γὰρ καλοῦσιν Græci superfluum dicunt, siue redundans, & λόγον sermonem. *Virg. 1. Æneid.* -laciem mutatus & ora Cupido. *Vbi Seruius*: Et ora, perissologia est.

PĔRĪSSŌN, { περισσόν, Herba est ex strychni generibus, quæ alio nomine dorycnium appellatur, vulgò *Solatrum mortale* Vide *Plin. lib.* 21. *cap.* 31, & *supra in dictione* DORYCNIVM.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Pĕrĭstĕrĕōs, vel Peristereon, onis. { περιστερών. GAL. Herbe appellee verueine, que les pigeons aiment fort. ITA. *Verminacola, verbena.* GERMA. Eisen kraut. HISPAN. *Verbena.* } *Dioscorid.* Herba est, quam alio nomine Verbenam & Verbenacam appellamus : ita dicta, quòd Columbæ vnice hac herba delectentur. *Plin. lib. 25. cap. 10.* peristereos vocatur caule alto, foliato, cacumine in alios caules se spargens, columbis admodum familiaris: vnde & nomen. *Idem lib. 26. cap. 4.* Alcæa folia habet similia verbenacæ, quæ & peristereon cognominatur. *Dioscor.* duo eius facit genera, ἄρσεν, καὶ θῆλυ, hoc est rectum & supinum. *Plin.* marem & fœminam vocat.

Pĕrĭstĕrŏtrŏphĭum, penult. product. Columbarium, locus in quo columbæ aluntur. { ארבה *arubbah.* περιστεροτροφεῖον. GAL. Vn colombier. ITA. *Columbaia.* GERMAN. Ein taubhauß. HISPAN. *Palomar.* ANG. *A place or house where doues are fed a doue cote.* } Columbarium tamen significat proprie loculamentum in peristerotrophio singulis columbarum paribus præparatum. *Var. l. 3. de Re rust. c. 7.* Duo genera earum in peristerotrophio esse solent, vnum agreste, quod habetur in turribus ac culminibus villæ.

Pĕrĭstĕrōn, { περιστερών. GAL. Colombier, pigeonnier. ITA. *Columbara, columbia.* GERMAN. Ein taubhauß / ein ort in welchem man tauben zeucht. HISPAN. *Palomar, lugar de palomas.* AVG. *A doue cote.* } Idem quod peristerotrophium, hoc est locus vbi columbæ educãtur, quas Græci vocant περιστερεῶνας. *Varro de Re rust. lib. 3. capite 7.* Incedunt in locum vnum, quod alij vocant peristereona, alij peristerotrophion, in quo vno sæpe vel quinque millia sunt inclusa. Peristereon fit vt testudo, magna camera tectus, vno ostio angusto. ¶ Est præterea Peristereon herba columbis gratissima, quam & verbenam & verbenacam dicimus. *Vide* PERISTEREOS.

Pĕrĭstrōmă, penult. product. Peritasina, aulæum, quasi circumstratum. { מסך *masaḗh.* περίστρωμα. GAL. Tapisserie. ITA. *Razzo, tapezzaria.* GERMAN. Ein furhang / heidnisch schwerd / oder dergleichen tücher so man auffhenckt ein ort damit zu zieren. HISPAN. *Paramento de cama.* ANG. *Tapesterie.* } *Plautus in Pseud.* Ita ego vestra latera loris faciam vt varie varia sient, Vt ne peristromata æquè picta sint Campanica. *Cicero 2. Philip.* Conchyliatis Cnei pompeij peristromatis seruorum in cellis lectos stratos videres.

Pĕrĭstўlĭum, { περιστύλιον. GAL. Vn lieu enuironné de pilliers ou colomnes, comme les cloistres. ITA. *Chiostro, laustro, luoco circondato di colonne.* GERMA. Ein gebew das zu ring vmbher seulen vnd schwibögen hatt. HISP. *El patio entre lo columnas.* ANG. *A cloister, a place set with pilliers.* } Locus est columnis clausus, circunquaque porticum habens, vel saltem à tribus lateribus. Peristylium dictum, quasi circumcolumnium, ἀπὸ τῶν περὶ στύλων, hoc est à columnis circumquaque dispositis. *Vitr. l. 5. capite 11.* In palæstris peristylia quadrata, siue oblonga ita sunt facienda, vti duorũ stadiorum habeant ambulationis circuitionem. pro eodem etiam peristylium per quatuor syllabas legitur. *Cicero in Orat. pro domo,* In palatio pulcherrimo prospectu porticum cum conclaubus pauimentatã trecentũm pedum concupierat, amplissimum peristylium, cætera eiusmodi, facile vt omnium domos & laxitate & dignitate superaret. *Varr. 3 de Re rust. capite 5.* Igitur testudo (vt peristylium tectum tegulis, aut rete) sit magna, in qua millia merularum ac turdorum includi possint. *Ex Budæo.* [*Et Sueton. in August. capite 82.* Ac sæpe in peristylio salienti aqua cubat.]

Pĕrĭto, *Vide* PEREO.

Pĕrĭtŏnæum, περιτόναιον. Membrana est tenuissima, sed firmissima omnibus tum visceribus, tum intestinis, reliquisque partibus inferioris ventris circumtensa: vnde & nomen accepit, ἀπὸ τῦ περιτείνεσθαι, quod est circunquaque extendi.

Pĕrītŭs, a, um, Nomen est ab antiquo verbo perio deriuatum, vt quidam existimant, vnde & compositum Expetior esse existimant, Experiens, doctus. { ידע *jodhéah.* ἔμπειρον. GALLIC. Expert & sçauant. ITALIC. *Ammaestrato, perito, dotto.* GERMANIC. Erfaren / wolberichtet. HISPANIC. *Sabio, docto y experimentado.* ANGLIC. *Cuning, perfect in a science.* } Interesse tamen nonnihil inter doctum & peritum ex Nonio discimus. Doctum, *inquit,* & peritum quum simile videatur, à M. Tullio discretum est: vt sit peritum plus quàm doctum. *De Offic. l. 3.* Itaque quum sint docti à peritis, desistunt facilè à sententia. *Hæc Nonius.* ¶ Construitur aliquando cum genitiuo. *Plin. Epist. 22.* Quàm peritus ille & priuati iuris & publici. ¶ Aliquando cum accusatiuo cum præpositione Ad. *Cicero pro Font.* Ad vsum, ad disciplinam peritum, ad cõsilia prudentem. Aliquando cum ablatiuo cum præpositione de. *Varr. 1. de Re rust. capite 2.* Qui de agricultura Romanus peritissimus existimatur. * Cum ablatiuo sine præpositione. *Cicero pro Cluentio,* Quis P. Octauio Balbo ingenio prudentior, iure peritior? *Hircius de bello Africano,* Mirabili, *inquit,* peritus scientia bellandi. [*Gellius capite 8. lib. 4.* Peritus disciplina militari. *Sueton. in August. c. 95.* Peritorum nemo, (de Aruspicibus.)]

Pĕrītē, aduerbium, Scitè, doctè. { σοφῶς. GAL. Bien auisément, en homme entendu. ITA. *Sabiamente, da huomo esperto.* GERM. Verstendiglich / geschitlich. HISP. *Sabiamente.* ANG. *Skillfullie, cuninglie.* } *Cicero 2. de Leg.* Quod institutum peritè à Numa, posteriorum Pontificum negligentia dissolutum est.

Pĕrĭtĭă, æ, Scientia. { דעת *daẖath.* ἐμπειρία, πεῖρα, τέχνη. GAL. Experience, sçauoir. ITA. *Scienza & experienza grande.* GERMAN. Erfarnuß. HISP. *Sabiduria con esperiencia.* ANG. *Cuning, skillfulnesse in any science.* } *Plinius lib. 14. cap. 1.* Aliæ peritia domini amplo discursu atria media complentes.

Pĕrĭūcundŭs, a, um, Valde iucundus. { ὑπὸ πάνυ ἡδὺς, σφόδρα χαρίεις. GAL. Fort plaisant & recreatif. ITA. *Molto grato & caro.* GERMAN. Gantz lieblich oder kurtzweilig. HISP. *Muy placentero.* ANG. *Verie plesant, and sport full.* } *Cicero ad Lentulum, lib. 1.* Cui quidem tuæ literæ quas proximè miseras, quod facile inrellexerim, periucundæ fuerunt.

Pĕrĭūcundē, aduerbium, Valdè iucundè. { πάνυ ἡδέως. GAL. Fort ioyeusement. ITA. *Compiacer molto, dolcemente molto.* GERMAN. Kurtzweilitlich / gantz lieblich. HISP. *Muy plazenteramente.* ANG. *Very plesantlie ani merilie.* } *Cicero ad Att. l. 13.* O hospitem mihi tam grauem ἀμιμαμάλητον. fuit enim periucunde.

Pĕrĭūrŭs, pen. prod. Qui iusiurandum violat, vel qui iurando ius peruertit. { חלף *oléh,* ἐπίορκος. GAL. Pariure, qui a fausſé son ſerment. ITA. *Che non osserua il giuramento.* GERM. Meineydig / eyd brichig. HISP. *El que se perjura.* ANG. *Periurthat sweareth vn truely.* [vt, Qui periurum conuenire vult, mitto in comitium. *Plau. Curc. sc. 1 a. 4.* Hic neque periurus leno est, nec meretrix mala. *Plau. Capt. prologo.* Periurum caput (de leno) *Plaut. Pseud. sc. 1. a. 1.*] *Virg. 12. Æneid.* Talibus insidiis, periurique arte Simonis. *Silius l. 16.* Perfidiam fugio, & periuram ab origine gentem. *Ouid. 2. Amor. Eleg. 19.* Quærat auarus opes, & quæ lassarit eundo Æquora, periuro nautragus ore bibat. ¶ Periurior comparatiuum. *Plaut. Milit. sc. 1. a. 1.* Periuriorem hoc homine si qui viderit, (i. mendaciorem.)] *Cicero 1. de Nat. deor.* Periurior hoc homine non est. ¶ Periurissimus superlatiuum. *Cicero pro Rosc. Comœd.* Nam Ballionem illum improbissimum & periurissimum leonem quum agit, agit Chæream. [*Plaut. Pseud. sc. 3. a. 1.* Quantum terra tegit hominum periurissime.]

Pĕrĭūrĭum, rij, Est iusiurandum violatum, aut iuramentum fallum. { חלף *aláh.* ἐπιορκία. GAL. Pariurement. ITA. *Giuramento falso, spergiuro.* GERM. Ein meineyd. HISPAN. *Falso iuramento.* ANG. *Periurie, breaking of an othe.* } Quid autem sit iusiurandum, *Cicero lib. 3. Offic.* declarat: dicens quòd sit affirmatio religiosa. *Ibidem,* Regulus non debuit conditiones, pactionesque bellicas, & hostiles perturbare periurio. [*Ouid. 5. Fastor.* Ablue præteriti periuria temporis. *inquit Plautus Milit. sc. 1. a. 2.* Herus plenus periurij, & adulterij. *Idem Asin. sc. 3. a. 3.* Vi pugnando periuriis nostris, potiti sumus eas legiones. *Idem Menæc. sc. 2. a. 4.* Fœnore & periuriis rem partam habere.]

Pĕrĭūrĭōsŭs, a, um, Qui peierat. { ἐπιορκητικός. GAL. Accoustumé de se pariurer. ITA. *Auezzo à sperjurare.* GERM. Meineydig / der falsch eyd schwert. HISPAN. *Acostumbrado de periurarse.* ANG. *That is accostiomed to breake his othes* } quod *Sallust. in Cic.* dixit Periuriis delibutum. *Plaut. in Truculento* Procaciores estis vos, sed illi periuriosi.

Pĕrĭūro, periuras, pen. prod. Peiero. { חלף *aláh* ἐπιορκῶν. GALLIC. Se pariurer, fausſer son ſerment. ITALIC. *Giurare il falso.* GERM. Ein falschen eyd schweeren / oder meineydig werden. HISPAN. *Periurar.* ANGLIC. *To sweare vntrulie, to be periured.* } *Ital. in Bacch.* Ne periurem cura. *Horat. 2. Ser. Satyr. 3.* quare Si quid vis, iatis est, periuras, surripis, aufers Vndique. *Plaut Asin.* [*sc. 2. a. 3 bis.*] Vbi verbis conceptis sciens libenter periuraris. [*Idem Plautus Asin. sc. 2. a. 2.* Pernegabo, obdurabo, periurabo denique. *Idem Pseud. sc. 3. a. 1.* Periurausti scelestè. Et *sc. 5. a. 4.* Periurausti conceptis verbis.]

Pĕrĭūrātĭo, { חלף *aláh.* ἐπιόρκησις. GAL. Pariurement. ITA. *Spergiuro.* GER. Ein meineyd oder falscher eydschwur. HIS. *Falso iuramento.* ANG. *The breaking of an othe.* }

Pĕrĭūrātĭūncŭla, diminutiuũ, ἐπιορκίδιον. *Plau. in Sticho,* Ac periuratiuncula parasiticas.

Pĕrĭzōmă, tis. { מכנסים *michnesáyim.* περίζωμα. GAL. Des brayes. ITA. *Brache.* GERM. Ein bruch / ein jedes so man vmblegt die scham zu decken. HISP. *Las bragas.* ANG. *A breeche.* } Dicitur omne quo circuneingimur, pudendorum velamen, quod à *Varrone* etiam dicitur Suffibulum, à *Cicerone* Subligaculum. Vsus est hac voce interpres Geneseos, Fecerunt (inquit) sibi perizomata.

Pĕrĭzōnĭum, nij, περιζώνιον, palliolum præcinctum, quo nudæ virgines infra papillas præcinguntur. Hoc & præcinctorium, & Castula dicitur. *Sipontinus.*

Pĕrlăbŏr, eris, Lapsu ingredior, incedo, vehor, penetro. { σκαιόω. GALL. Couler & glisser parmi. ITA. *Passare scorrendo.* GERM. Durchfallen / durchfaren. HIS. *Delezarse, ò delexnarse.* ANG. *To slide and slip or fall tho rowe.* } *Cicero 2. de Natura deor.* Per quas lapsus sanguis, ex hoc ipso loco in eã venam, quæ caua appellatur, confunditur: perque eam ad cor cõfectus iam, coctúque perlabitur. *Virgil. l. Æneid.* Atque rotis summas leuibus perlabitur vndas.

Pĕrlætŭs, Vehementer lætus. { πάνυ εὐφραινόμενος. GALLIC. Fort ioyeux. ITA. *Molto alegro.* GERMANIC. Gar frölich. HISPANIC. *Muy alegre.* ANG. *Very glade.* } *Liu. 10. ab Vrbe,* Supplicatióque perlæta fuit.

Pĕrlātŭs, Valdè latus: vnde Perlatè. { πάνυ πλατέως. GAL. Fort largement. ITA. *Largissemamente.* GERMANIC. Wast breit oder weit. HISPANIC. *Muy largamente.* ANG. *Very broade.* } aduerbium: vt, Perlatè patere. *Cicero 2. de Orat.* Idque in sermonis nostri consuetudine perlatè patet.

Pĕrlĕcĕbră, bræ, penultim. corrept. Illecebra. { δέλεαρ. GAL. Allechement, & attraict. ITA. *Carezze, lusinghe.* GERMANIC. Anreitzung zu wollust / ein locksung. HISP. *Halagos.* ANG. *Alluring, intysment.* } *Plaut. Asin.* [*sc. 2. a. 1.*] te perdam ego & filiam, Percelebræ, pernicies, adolescentum exitium.

Pĕrlĕctō, *Vide* PERLICIO.

Pĕrlĕgō, gis, penultima correpta. A principio ad finem vsque lego. συμφώνως, διεξέρχομαι, διαγίνομαι. GAL. Parlire, acheuer de lire. ITA. *Leggere perfettamente.* GERM. Durchlesen. HISP. *Acabar de leer.* ANG. *To read ouer and to the end.* } *Plaut. Asinaria. sc. 1. a. 4.* lege, perlege. [*Plautus Pseud. sc. 1. a. 1.* Tacedum tabellas pellego. *Ibidem sc. 2. a. 4.* Propera hanc pelegere epistolam. ¶ Item Pellegere Senatum. *Liuius lib. 8. d. 4.*] *Quint.* Quod videre non est satis, sed perlegendum erit. ¶ Perlegere oculis, oculis omnia contemplari & intueri. ¶ *Virg. 6. Æn.* quin protinus omnia Perlegerent oculis.

Pĕrlĕpĭdŭs, a, um, penultim. corrept. In primis lepidus. { πάνυ ἁβρὸς, ὡραῖος. GAL. Fort plaisant, de bien bonne grace. ITA. *Molto piacevole, molto grato.* GERM. Gar höflich / tieblich oder holdsälig. HISP. *Muy donoso, muy gratioso en donayres.* ANG. *Very pleasant, and of a good grace.* } *Plaut. Pseud.* Euge perlepide Charine, me meò ludo lamberas. [Ita *Plautus Pseud. sc. 4. a. 2.* Vulgò, Iam beas. Lamberare autem *teste Festo est,* scindere, laniare. Hic iocis lacessere, siue petere aliquem significat. Item hîc quoque non Perlepidè, sed pellepidè scripsit. *Plautus. Et ita legunt, Andr. Turneb. Iul. Scalig. Lambin. Passer.*]

Pĕrlĕŭis, hoc perleue, Valde leuis. { πάνυ κοῦφος, ἀμαρὸς. GAL. Fort leger & soudain. ITA. *Leggerissimo & presto.* GERM. Gantz leicht vnnd gering. HISPAN. *Muy ligero.* ANG. *Very light and swift.* } *Cicero de lege Agr.* An ignoratis cætera illa magnifica populi Romani vectigalia perleui sæpe momento fortunæ, inclinatione temporis penderet

dere? *Liuius lib.24.* Quibus ea quæ hostes ingenti mole agerent, ipse perleui momento ludificaretur. *Idem li.21.* Et inclyti populi regesque perleui momento victi sunt.

Pērlĕuĭtĕr, Valde leuiter. { πάνυ ἐλαφρῶς, λίαν κούφως. GAL. Fort legeremẽt, fort soudainement. ITA. *Molto leggermente.* GERM. Gar leichtlich. HIS. *Muy presto, y ligeramente.* ANG. *Very lightlie and sodainelie.* } *Cicero ad Quin. fratr. lib.2.* Quod perleuiter permotus fuerat.

[Pērlubet. *Plaut. Capt. sc.1.a.4.* Perlibet hunc hominem conloqui. (aliàs Perlubet alloqui.)]

Pērlĭbēns, pen. corr. Minimè inuitus, πάνυ ἄκρατος.

Pērlĭbēnter, aduerbium, Admodum libenter. { πάνυ ἀσμένως. GAL. Fort volontiers. ITAL. *Spontaneamente.* GER. Baß gern. HISPAN. *Muy ganosamente.* ANG. *with right good will.* } *Cicero ad Attic. libro 8.* Sed vt suprà dixi, tecum perlibenter loquor. *Idem de Vniuersit.* Perlibenter & Nigidium vidi & cognoui Cratippum.

Pērlĭbĕrālis, le, Admodum liberalis. { πάνυ ἐλευθέριος, μεγαλόψυχος. GAL. Fort liberal, fort honneste. ITA. *Molto franco ò liberale.* GERM. Vberauß freygebig. HIS. *Muy franco y liberal.* ANG. *Very liberall and free harted.* } *Terent. Hecyr.* Perliberalis vita est.

Pērlĭbĕrālĭter, aduerbium. { πάνυ ἐλευθερίως, μεγαλοψύχως. GAL. Fort liberalement. ITA. *Molto liberalmente.* GERM. A. Vberauß freygebiglich. HIS. *Muy francamente.* ANG. *Very liberallie.* } *Cicero ad Att. lib.10.* Hoc loco multa perliberaliter.

Pērlĭbro, as, penult. prod. Diligenter, perfectè atque exactè mensuro, & ad libram æquo, siue æquale facio. { תכן *tichchén.* διαστάθμιζω, ταλαντόω. GAL. Niueler. ITA. *Niuellare.* GERMAN. Eigentlich vnd fleißig abmessen. HISPANIC. *Niuelar.* ANG. *To weigh diligentlie.* } *Colum. libro 3. capite 13.* Nam stella quam diximus Græcæ literæ faciem obtinere, pariter imæ fossæ solum metitur, atque perlibrat: quia siue pronum, siue resupinum est, positione machinæ deprehenditur. *Et paulò post.* Sic permẽsum, & perlibratum opus in similitudinem veruacti semper procedit. ¶ Interdum accipitur Perlibrare, pro librando torquere. *Silius lib.15.* iaculum à tergo perlibrat ad ossa.

Pērlĭcĭo, perlicis, pen. cor. perlexi, perlectum, perlicere (quod frequentius pellicio dicitur Euphoniæ causa) Allicere, inducere. { משך *pittáh.* ἰμείρω, ταλαντόω. GAL. Attraire, allecher. IT. *Attrahere, adescare.* GER. Einen etwa zu reitzen oder locken. HISPAN. *Attraher con halagos.* ANG. *To allure, to intyse.* } *Liu. 4. ab Vrbe,* Cibóque obiiciendo ratum victorem finitimorum omnium populum in seruitutem pellici posse. *Ibidem,* vt quos quisque posset ex collegio tribunorum ad intercessionem perlicerẽt. *Idem libro 35.* Quas neque vi expugnare ad eam diem poterat, neque conditionibus in amicitiam perlicere.

Persĕus,a,um, περσικός. *Propert.libro.3.* Sectáque Persea Phocidis arua manu.

PERSIS,seu Persea,æ,{ פרס *parás.* περσὶς.} Orientalis regio Asiæ,à Perse, seu Perseo rege sic dicta,cuius populi Persæ dicti sunt. *Lucan.libro 10.* Quæ tibi visendi Nilum Romane cupido?Hæc Phariis,Persísque fuit, Macedúmque tyrannis.Hæc autem Persis (*sicut Ptolemæus scribit libro 5.*) à Septentrione Medis terminatur:ab Occasu,Susiana:ab Ortu Solis,duabus Carmaniis:à meridie,parte sinus Persici. { GERM. Ein land in Asia/stosset an Carmaniam/vnd die grosse meerschoss/ gegen Mitternacht an Mediam.} Eius oppida sunt Axima,Persepolis,Diospolis:vb. primũ inuenta ars magica fertur. Ad eam Nimrod gigas post confusionem linguarum se contulit, Persásque ignem colere docuit. Primus in ea rex (*sicut refert Iustinus lib.1.*) fuit Cyrus.In ea lapillorum multa copia. Et primam Sibyllam in ea natam ferunt, quæ hęc de CHRISTO prænuntiasse traditur,Panibus simul quinque & piscibus duobus, hominum millia in eremo quinque saturabit,& reliquias tollens duodecim cophinos implebit in spem multorum.[*Ouid.Eleg.4.lib.5.Trist.* Persidaque & Gangem.

Persĭcŭs,a,um, penult. corrept. περσικὸς, Quod ex Perside est,vt regnum Persicum. *Iuuen.Satyr.14.* Nec Crœsi fortuna vnquam,nec Persica regna Sufficerent animo. ¶ Persicus sinus ab Oriente maris Rubri ad Occidentem,Arabicus dicitur. ¶ *Apud Horat.* Persicus pro diuite & opulento,à Persarum scilicet diuitiis,luxúque. *Horat.lib.1.Carm.* Persicos odi puer apparatus.

Pērsĭcă. { περσικὰ. GAL.Peschier.ITA.*Besco persico.*GER. Ein pfersichbaum. HIS.*Duraznо.*ANG.*A peach tree.* } Arbor est humilis,folio Amygdalæ paulo maiore,flore subpunicco,pomo carnoso,succulento , extrinsecus lanuginoso,duro intus & scabro osse,nucleum habente non dissimilem amygdalæ. Nomen accepit à Perside Orientis regione: vnde primùm hoc arboris genus in nostrum orbem est aduectum. ¶ Pomum eius persicum malum vocant,foris molli lanugine vestitum:cuius Romæ olim tanta fuit caritas,vt singula tricenis denariis venderẽtur:quod mirum videri debet,quum non sit aliud pomi genus fugacius.Longissima namque decepto bidui mora est,cogitque se venundari. *Hæc Plin.lib.15.c.12.*

Pērsĭdĕo,es,penult.corrept.ex per & sedeo,id est permaneo.{ διαμένω. GAL.Persister,ne se bouger. ITA.*Persistere,fermarsi,dorare.* GERM. Einsitzen vnd bleiben.HISPANIC.*Durar,quedar.* ANG.*To sit still or abide.*} *Plin.lib.17.c.24.* Pruinæ pernicioſior natura,quoniam lapsa persidet,gelátque, &c.

Persīdo,dis,penult.prod.Deorsum feror, descendo, penetro. { καταδύομαι. GAL.Penetrer. ITA. *Penetrare.* GERM. Durch etwas hinein sitzen. HISP.*Penetrar.*ANG.*light downe vpon any thing as birdes.* } *Lucret.libro 1.* At neque quo pacto perfederit humor aquai , Vitium est,si. immissus sit , intrarit , penetrarit. *Virg.3.Georg.*-vbi frigidus imber Altius ad viuum persedit. Id est (*inquit Seruius*) medullas , & ossa penetrauit.

Persīgno,as,are,Obsigno,vel signum imprimo.{ חתם *chtám.* κατασφραγίζω. GAL.Signer,ou seeller. ITA.*Suggellare.* GER. Versichnen/versigten. HISPA.*Cerrar con sello,sellar.* ANG.*To marck or seall.*} *Liuius lib.25.* Quibus creati sunt Quinqueuiri muris, turribúsque reficiendis:& Triumuiri bini,vni sacris conquirendis,donísque persignandis:alteri,&c.

Persĭmĭlis,persimile,Admodum similis. { πάνυ ὅμοιος, παραπλήσιος. GAL. Fort semblable. ITA.*Molto simile.* GERMAN. Vast gleychförmig. HISP. *Muy semeiante.* ANG. *Very like.* } *Cicero in Partit.* Nihil sanè præter memoriam quæ est germana literaturæ quodammodo , & in dissimili genere persimilis.

Persīsto,is,Duro,perseuero. { עמד *hamádh.* μένω. GAL. Persister, perseuerer. ITA.*Durare,perseuerare.* GERMAN. Bestán/bleiben stán. HISPAN. *Durar,perseuerar.* ANG.*To perseuer.* } *Cicero 2.de Diuin.* Aut pertinacissimus fueris,si in eo perstiteris,ad corpus ea quæ dixi referre , aut deseruieris totam Epicuri voluptatem,si negaueris. *Liu.lib.38.* parum est non erubuisse abientem,quum per legatos frustrareris nos,nisi presens quoque in eadem impudentia persistas.

PERSIVS,Vir Romæ doctus,cuius meminit *Cicero de Ora.*C.Lucilius homo doctus & perurbanus dicere solebat , ea quæ scriberet , neque ab indoctissimis , neque à doctissimis legi velle : quod alteri nihil intelligerent , alteri plus fortasse quàm ipse : quare etiam scripsit , persium non curo legere (huc fuit enim , vt notamus , omnium fere nostrorum hominum doctissimus) Lælium Decimum volo , quem cognouimus virum bonum & non illiteratum , sed nihil ad persium. ¶ Persius Flaccus , Volaterris Hetruriæ oppido natus est: quem constat claruisse iisdem temporibus quibus Domitius Nero imperium vrbis Romæ suscepit. In Grammatica præceptorem habuit Rhemnium palæmonem Vicetinum,qui grauissimas inimicitias dicitur exercuisse cum Marco Varrone. In Rhetorica , Flaccum Virginium , Anneum verò Cornutum , qui philosophiæ studio excelluit, magna diligentia singularíque obseruatione coluit,cúmque eo familiarissimè diu vixit , vt testatur ipse.

Pērsŏlăta,Herbæ genus,quam (*vt ait Plin.libro 25.cap.9.*) Græci vocant ἄρκιον,& aliquando περσωνίδα quam nemo ignorat:folia habet maiora cucurbitis & hirsutiora,nigrioráque,& crassiora. { ANG.*A burre,or the hearbe cloattes that beareth the great burre.* } Dicta persolata , à persona,quod nomen apud veteres(*vt Placidus Grammaticus inquit*)significat personam. Solent enim his foliis vestitæ personæ nonnunquam in scenam prodire. Officinæ *Lappam maiorem* vocant.

Pērsŏlĭdo,as,penult.corrept.Solido. { καταστερεόω. GALLIC. Fort affermir, congeler , consolider. ITALIC. *Solidare , congelare.* GERMANIC. Hart machen/gefrieren. HISPAN.*Hazer maciço,elar.* ANG.*To mak solide and massie.* } *Statius 1.Theb.* Diffunditque imbres:ficco quas asper hiatu Persolidat Boreas. Hoc est congelat.

Pērsŏluo,is , Perfectè , & totum soluo.& ære alieno me libero,beneficium planè compenso.{ שלם *schillém.* διαλύω. GALLIC. Acheuer de payer,satisfaire. ITA.*Pagare affatto,cancellare in tutto.* GERM. Gar bezalen/abzalen. HISP.*Acabar de pagar.* ANG.*To paye.* } *Virgi.1.Æneid.* grates persoluere dignas Non opis est nostræ. *D.Brutus Ciceroni,* Tantum me tibi debere existimo,quantũ persoluere difficile est.* Periculi primæ epistolæ , venio ad secundam,id est , respondi ad ea quæ scripsisti in prima epistola.*Cicer.Attico libro 14.*[*Senec.cap.15.de Tranquill.* Tam iniqua præmia persoluere fortunan..] ¶ Persoluere pœnas , est dare pœnas,punitì. *Cic.11.Philipp.* Pœnas diis, hominibúsque meritas , debitasque persoluat , id est puniatur ob peccatum suum in deos & homines.Persolucre p omissum, est perficere promissum. *Cæsius ad Cic. lib.12.* Habeo paululum moræ,dum promissa militibus persoluo.*Persoluendus,Particip.*Ouid.ad Liuiam,* Vita data est vtenda, data est sine fœnore nobis Mutua, nec certa persoluenda die. *Vbi* persoluenda *est quinque syllabarum.*

Pērsōlus , adiectiuum , Solus & merus. { יחיד *jachidh* בדד *badádh.* μόνος. GALLIC. Seul. ITALIC. *Solo.* GERMAN. Nur allein. HISPAN. *Solo.* ANGLIC. *Alone,onlie.* } vt Persolæ nugæ apud *Plaut. in Curc.* id est meræ nugæ.

Pērsōlŭta,vel Persolyton. περσαίτης. *Dioscoridi.* Herba hortensis apud Ægyptios,ad texendas coronas vtilis *de qua Plin.lib.21.cap.33.*

Persŏlennis. *Sueton.in Nerone,* Cum dote & flammeo persolenni.

Pērsōnă,æ,Persona definiunt philosophi esse naturæ rationalis individuam substantiam.{ נפש *néphesch.* πρόσωπον. GALL. Personne,personnage. ITA.& HISP. *Persona.* GERM. Die person/eines ieden vernunfftigen natur. ANG. *A persone.* } Tria igitur necessaria sunt, vt aliquid persona dicatur,vt sit individuum:non enim in vniuersalibus,sed in singularibus tantùm persona dici potest:Vt sit in genere substantiæ nam accidentia quum per se non existant,nec per se agãt , personam constituere non possunt.Et vt sit quid rationale:quoniam id est persona,quantum ad ipsam actionem, quod in se habet quod possit agere , vel non agere.Et hoc habent solùm rationabilia. ideo de ratione personæ est, vt sit quid rationale.Non ergo lapidis vel arboris, vel irrationalis animalis,sed vel Dei,vel angeli,vel hominis persona dicitur. ¶ Persona Latine dicitur facies contecta , à personando , id est clarius sonando [quia per os personæ vox emittitur ab histrionibus.[{ προσωπεῖον. GAL. Masque. ITA.*Maschara.* HISPANIC. *Lamascara.*} (*vt Basius inquit apud Gellium [cap.7.libro 5.]*) & os cooperimento personæ tectum vndique , vnaque tantùm vocis emittendæ via apertum , quoniam non vaga,nec diffusa est,in vnum tantummodo exitum coarctat vocem , & magis claros , canorósque sonitus facit.Ob eam causam persona dicta est,o litera propter vocabuli formam productiore. *Plin.libro 11.cap.14.* Persona adducitur capiti,denísque reticulus.Hinc personati , οἱ ἐν προσωπείοις,dicuntur,qui huiusmodi personis tecti sunt , cuiusmodi erant histriones Atellani , qui soli non cogebantur in scena ponere personam. Personata quoque fabula dicitur, quæ agitur a personatis histrionibus. Hanc iuniores laruam vocant. ¶ Hinc per translationem persona pro qualitate qua alius ab alio differt , tum in animo, tum in corpore,tum in extra positis,quæ à Rhetoribus numerantur in Attributis personæ.Animi,vt quo studio se exerceat, literatúmne,an militaris disciplinæ : & iracundúsne sit, an mitis:luxurioſus an temperans. Corporis,vt adolescẽnsne sit, an ætate adultus : pulcher,an deformis. Extra positorum : vt diues an pauper : clarus an obscutus. ¶ Hinc in scena etiam personas appellant:qui modò serui , modò ancillæ, modò patrisfamilias,modò parasiti vestibus ornati eorum mores , & gestus exprimunt. *Terent.in Prolog.Eunuch.* Parasiti personam inde ablatam, vel militis. Et in vno homine multæ possunt esse personæ , iracundi, mitis,læti.Item persona præceptoris,mariti, patris. ¶Hinc Grammatici personas constituunt, primam,secundam , & tertiam. ¶ Persona pro homine.*Celsus in Proœmio lib.1.* Medicus nihil tentasse iudico,quia nemo in splendida persona periclitari voluerit coniectura sua : ne si non seruasset,occidisse videretur. ¶Personam imponere alicui, est ei prouinciam aliquam dare.*Cic.de Lege Agrar.* Vos mihi Prætori biennio ante Quirites hoc eodem in loco personam hanc imposuistis, vt quibuscunque rebus possem, illius absentis dignitatem vobiscum vnà tuerer. ¶Imponere alicui personam calumniæ aut alterius rei.*Cicer. 4.Verr.* Imponitur honestæ ciuitati turpissima persona calumniæ? *Idẽ paulò pòst in eadem oratione* , Improbam personam alicui imponere dixit.[Hinc *Quintil.* Induere personam iudicis. *Senec.cap.1. de Consol.ad Mart.* Qualem te in persona patris tui gesseris.*Idem cap.17.de Consol.ad Helu.* In mea persona illa non pro te dolet.(i.in meo exilio & mei ratione.)*Velleius* : Conuerterat Pompeij persona totum in se terrarũ orbem.*Liu.lib.3.ab vrb.* Personam alienam ferre. *Quint.* Personam deponebant histriones peracta fabula. *Idem Quint.* Sub persona (Gallicè Masque)valet vox actorum scenicorum. In personam aliam transire,& agere aduersarium.*Idem Quint.* Semper sub persona viuere. *Senec.cap.15.de Tranq.* Mutata persona te consolatus est(.i.quæ dixit Liuiæ,tibi videtur dixisse.)*Idem Senec.cap.6.de Consol.ad Mart.*]*Vide plura de hac voce apud Vallam lib.6.* ¶Eminentes quoque figuræ in ædificiis quæ aquas ore vel mentula fundunt , eóque varies vultus & gestus exprimunt,personæ dicuntur , *vt est apud Vlpianum in l. Fundi. de Act.empt.*

Pērsōnātus,Qui personis,hoc est laruis indutus est.{ προσωπεῖον ὑποδεδυκώς. GALLIC.Masque,desguisé. ITALIC. *Immascherato.* GERMANIC. Der sich in eines anderen gestalt verstellt oder verkleidet. HISP. *Mascarado ò con cara tula.* ANGLIC. *Disguised,à masker.* } *Cicer.3.de Orat.* Quo melius nostri illi senes, qui personatum ne Roscium quidem magnopere laudabant.Denique generali vocabulo Personati in dici potest , quicquid aliud est intus quàm foris ostendit , & quicquid denique simulatum est.*Cicero Attic.lib.15.* Quid est autem cur ego personatus ambulem?Personata vulnera,hoc est cæca & latentia, quæ altius descendũt, quàm prima fronte præ se ferant ¶Personata fœlicitas dicitur à Seneca non vera, sed simulata,quæ forinsecus est decora, intus verò deformata instar histrionum qui inductæ personæ simulant , & imitantur quemcunque velint,ὑπόκρισις, ὑποκριτής. ¶ Personati proprie Atellani vocantur , quòd soli hi non poterant cogi in scena ponere perso-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

nam, quod cæteris histrionibus pati necesse erat. [*Suetonius in Neron. capite* 21. Personati tragœdias cantabant.] ¶ Personatus pater dicitur *ab Horatio*, Comicus pater, inductus in Comœdia sub persona histrionica, *imitantes. Horat. in Serm.* quibus stomachetur eodem Quo personatus pacto pater.

Pĕrsōnālis, personale, Quod ad personam pertinet. {περσωπικὸν. GAL. Appartenant à personne. ITA. *Pertinente à persona.* GERM. Das zu einer person gehört. HISP. *Perteneciente à persona.* ANG. *Perteaning to a person.*} Vnde personalis actio, quæ in personam datur: cui opponitur Actio in rem. ¶ Personale verbum quod per personas distinguitur: cuius contrarium est Impersonale, Grammaticorum vox.

Personaliter. *Gell. c.* 13. *lib.* 15. Non personaliter dicitur Pigitum est.

Pĕrsōnāta, Genus herbæ nascentis iuxta riuos & flumina. {ἄγνιον, περσωνικὸν. *de qua Colum. lib.* 16. *cap.* 16. Venena viperæ depellit super scarificationem terro factam herba, quam vocant personatam, trita, & cum sale imposita. Officinæ, *teste Ruellio*, vocant *Lampam maiorem.* Hæc eadem Personaria, æ, vocatur. *Plin. lib.* 21. *c.* 15.

Pĕrsŏno, nas, penultima correpta. Valde sono, perfectè sono, perstrepo. {חמה *hamáh.* ἀσυχοδμαι. GAL. Faire ou rendre grand son, resonner, retentir. ITA. *Sonare perfettamente, sonare grandemente.* GER. Durchtönen/ gantz vnd gar ertönen. HISP. *Mucho ò perfectamente sonar.* ANG. *To make a great sowne and noise, to crie lowde.* } *Cic. pro M. Cælio.* Illæ verò non loquuntur solùm, verumetiam personant, huc vnius mulieris libidinem esse prolapsam, vt ea, &c. *Virg.* 1. *Æneid.* cithara crinitus Iopas Personat aurata, docuit quæ maximus Atlas. *Idem* 6. *Æneid.* Cerberus hæc ingés latratu regna trifauci Personat, aduerso recubans immanis in antro. *Horat.* 2. *Serm. Satyr.* 6. Simul domus alta molossis Personuit canibus. *Hinc adiect. Personus. Valer.* 4. *Argonaut.* hæc procul Io, Spectat ab arce poli iam diuis addita, iámque Aspide cincta comas, & ouanti persona sistro.

Pĕrsŏrbĕo, es, Totum sorbeo. {καταροφέω. GAL. Humer tout & boire en attirant. ITA. *Sorbire il tutto.* GER. Durch etwas supffen. HISP. *Sorber todo.* ANG. *To sippe out all.* } *Plin. libro* 31. *cap.* 11. Alias ex his mares existimauere, renui tistula, ipsiisque, perforbentes, & quæ tinguntur in delicijs, aliquando & purpura.

Pĕrspĕcŭlŏr, penult. corrept. perspecularis, perspeculari, Diligenter speculor, & omnia intueor. {σκεπτοπολυμαι. GALLI. Guetter songneusement & diligemment. ITALIC. *Speculare con diligenza.* GERMANIC. Fleissig besichtigen/ durch schauwen. HISPAN. *Diligentemente mirar y contemplar.* ANGLIC. *To vieive, behold and looke about diligentlie.* } *Plin. lib.* 8. *cap.* 26. Assidua namque satietate obesus exit in litus, recentes arundinum cæsuras perspeculatus. *Hircius de bello Africo*, Quum de vallo perspecularetur. [*Suet. in Cæs. cap.* 58. Exercitum neque per insidiosa itinera duxit vnquam, nisi perspeculatus locorum situs.]

Pĕrspĕrgo, is, Aspergo, is. {נזה *nazáh.* καταπάσσω. GAL. Espandre & arrouser fort. ITA. *Aspergere.* GER. Gar besprengen. HISPANI. *Derramar ò rociar.* ANGLIC. *To sprinkle and cast licour ouer all.* } *Cicer.* 1. *de Oratore*, Libandus est etiam ex omni genere vrbanitatis facetiarum quidam lepos, quo tanquam sale perspergatur omnis oratio. *Cato cap.* 130. Codicillos oleaginos, & cætera ligna amurca cruda perspergito, & in sole ponito.

Pĕrspĭcĭo, perspicis, pen. corr. Ad plenum video, cognoscóve. {ראה *raáh* σωροῶ, καθοράω, διοράω, ἐξυδρικῶ. GAL. Pleinement voir & cognoistre, apperceuoir clairement & manifestement. ITAL. *Vedere, cognoscere à pieno.* GERMANI. Durchsähen/ wol ersähen vnd erkennen. HISPA. *Mirar y conoscer.* ANGL. *To behold perfitelie and vnderstand.* } *Plaut. Aulul. sc.* 2. *a.* 1. Perspexi salua esse intus omnia. *Plaut. Capt. sc.* 1. *a.* 4. Os est mihi sublitum, nec id perspicere quiui. *Idem Curc. sc.* 2. *a.* 1. Perspicio vos nihili meam gratiam facere. Mulier hæc stulta est, quantū perspexi modò. *Plaut. Menæch sc.* 4. *a.* 2.] *Cicer. in Læl.* Quidam sæpe in parua pecunia perspiciuntur quàm sint leues: quidam verò quos res parua mouere non potuit, cognoscuntur in magnis. *Terent. in Phorm.* Cuius tu fidem in pecunia perspexeris. Verére verba credere? *Cæsar* 2. *bell. Gall.* Qua de causa discederet, nondum perspexerat. *Horat. de Arte*, quem perspexisse laborent, An sit amicitia dignus.

Pĕrspectŭs, a, um, interdum participium, Cognitus, exploratus. {נראה *niréeh.* ἐπισκωλώς, καθοράω, διοράω, ἐξυδρικῶ. GAL. Veu & apperceu clairement. ITA. *Veduto, conosciuto à pieno.* GERMANIC. Eigentlich ersähen/ wol erkent oder erkundiget. HISP. *Mirado y cognoscido claramente.* ANGLIC. *Knawen, tried.* } *Cæs.* 4. *bell. Gall.* Eorum dierum consuetudine itineris & exercitus nostri perspecta. Interdum nomen fit ex participio, & comparatur: significatque id quod diligenter animadversum est. *Cic. ad Quint. frat.* Vt hic tertius annus Imperij tui, tanquam tertius actus perspectissimus, atque ornatissimus esse videatur.

Pĕrspectē, aduerbium, Diligenter, doctè. {ἐξυδρικῶς, διασαφέως. GAL. Diligemment & doctement. ITA. *Diligentemente, dottamente.* GERM. Fur sichtiglich. HISP. *Docta y diligentemente.* ANG. *Diligentlie, cuninglie.* } *Plautus in Milit.* Fit pol illud ad illud exemplum: vt docte perspecte sapit.

Pĕrspĕcto, as, frequentatiuum. {πολὺς καθοράω, σκεπτοπολυμαι. GALLIC. Regarder de tous costez & diligemment. ITALIC. *Guardare d'intorno con diligenza.* GERMANIC. Fleissig vmb sich sähen/ durch alle ort sähen. HISPANI. *Mirar de todas partes diligentemente.* ANGLIC. *To vieive, to behold and looke diligentlie.* } *Plautus in Milit.* Sinite me prius perspectare, ne vspiam insidiæ sient. [*Sueton. in August. cap.* 98. Perspectauit certamen gymnicum honori suo institutum (i. ad extremum spectauit.)]

Pĕrspĭcientĭa. {דעת *daáth.* διοράω. GAL. Claire cognoissance. ITA. *Conoscenza, chiara.* GERM. Heitere ersähung/ certantnuss. HIS. *Conocimiento claro.* ANGLIC. *Persite knawledge full perceiuing.* } *Cicer. lib.* 1. *Offic.* Sed omne quod est honestum, id partium quatuor oritur ex aliqua. Aut enim in perspicientia veri, solertiáque versatur. id est perfecta cognitione.

Pĕrspĭcŭus, a, um, Pellucidus, transluscidus. {נראה צח *nireéh tsach* טהור *tahór* διαφανὴς, καταφανὴς, κενὸν, τρανὸς. GAL. Fort clair & manifeste, à trauers de qui on voit, diaphane. ITAL. *Chiaro, lucido, manifesto.* GER. Durchsichtig/ klar/ offenbar/ scheinbar. HISP. *Claro, manifiesto, cosa que se trasluce.* ANG. *Cleare and manifest, plaine.* } *Martial. lib.* 4. *de calice vitreo*, Prodat perspicuus ne duo vina calix. ¶ Per translationem pro claro, manifesto, ac minime dubio. *Plin.* Tum claras perspicuáque sententias. *Cicer. pro Quintio.* Est quædam tamen ita perspicua veritas, vt eam infirmare nulla res possit. *Idem pro domo sua*, Legeram clarissimos nostræ ciuitatis viros, se in medios hostes ad perspicuam mortem pro salute exercitus iecisse. Sic dicimus perspicuam orationem, σαφῆ, διαγῆ, id est claram & apertam.

Pĕrspĭcŭĭtās, atis, Splendor ac facilitas, euidentia. {διαφάνεια. GAL. Enidence, clairté. ITA. *Facilità, chiarezza.* GERM. Klarheit/ scheinbare/ heitere. HISP. *Clareza, facilidad.* ANG. *Plainesse, euidencie.* } *Cicer.* 4. *Acad.* Propterea quod nihil esset clarius energia, vt Græci, perspicuitatem, aut euidentiam nos, si placet, nominemus, fabricemúsque, si opus erit, verba. *Quintilianus lib.* 2. *cap.* 3. Nam & prima est eloquentiæ virtus perspicuitas.

Pĕrspĭcŭē, aduerbium, Euidenter. {σαφῶς. GAL. Clairement, euidemmét. ITA. *Chiaramente, euidentemente.* GERMAN. Klärlich/ heiter scheinbarlich. HISPAN. *Clara y manifestamente.* ANG. *Plainelie, euidentelie.* } *Plaut. in Aulul.* Anus hercle hoc iudicium fecit de auro, perspicue palam est.

Pĕrspĭcax, Consideratus, acutus. {סכם *kosém.* ἐξυδρικὸς. GAL. Qui voit bien aiguement, & entend fort subtilement. ITALIC. *Perspicace, acuto.* GERMAN. Scharpffsichtig/ oder scharpffsinnig. HISP. *Agudo que mucho mira.* ANG. *That seeth quickely, quick witted.* } *Terent. in Heaut.* Patrem nosti ad eas res quàm sit perspicax. *Cic.* 1. *Offic.* Id quod acutum & perspicax natura est.

Pĕrspĭcācĭa, ciæ, Acumen, euidentia. { סכם *késem.* πολυδρικὸς, ἐξυδρικὸς. } idem. *Cicer. Attic. libro* 15. Quod ipsum perspicaciam aliquam significaret.

Pĕrspĭcācĭtās, atis, Acumen, ingenium. {סכם *késem.* τὸ συνετικὸν. GAL. Bõne & claire veuë, quand on voit & entend fort aiguement. ITA. *Acutezza, perspicacità.* GERM Scharpffsinnigkeit. HISPA. *Agudeza de mirar.* ANG. *Quickenesse of sight and vnderstanding.* } *Cicer. Attic. lib.* 1. Etsi ex his quæ scripsimus (tanta es perspicacitate) etiam à me non scripta perspicis.

Pĕrspissŏ, aduerbium, Tardè. *Plaut.* Quia quod bene promittunt Aruspices, perspisso euenit. *Nonius.* Legitur & prospisso.

Pĕrsternĭo, is, Totum sterno. {διαστρώννυμι. GAL. Couurir & pauer tout. ITALIC *Coperire, lastricare del tutto.* GERM. Gar besprëiten oder bedecken. HISPAN. *Cubrir & derribar mucho.* ANGLIC. *To spread all ouer.* } *Livius* 10. *ab Vrbe*, Eodem anno ab Ædilibus curulibus qui eos ludos fecerunt, damnatis aliquot pecuarijs, via à Martis silice ad Bouillas perstrata est.

Pĕrstĭmŭlo, as, Stimulo, extimulo, valde stimulo. {התסית *hesith.* παροξύνω, παροτρύνω. GALLI. Eiguillonner fort, inciter fort. ITAL. *Stimolare.* GER. Hefftig stupffen/ treiben oder bewegen. HISP. *Aguijonear ò incitar.* ANG. *To stirre or prick vp.* } *Tacit. lib.* 4. Agrippinæ quoque proximi illicebantur, prauis sermonibus spiritus perstimulare.

Pĕrstĭno, as, Quidam vsurparunt pro emo. {קנה *kanáh.* ἀνοῶμαι. GAL. Acheter. ITA. *Comperare.* GERM. Kauffen. HISP. *comprar.* ANG. *To bie.* } *Apul.* Et percontato pretio, quòd centum numis indicaret, aspernatus, viginti denariis perstinaui.

Pĕrsto, as, Permaneo, perseuero, continuo. {עמד *hamádh.* διατρίβω, διατρυμῶ. GAL. Perseuerer, continuer. ITA. *Durare, perseuerare, continouare.* GER. Beständ/ bleiben ständ. HISP. *Perseuerar.* ANG. *To perseuer and continue.* } *Gell. libro* 2. *cap.* 1. Hoc modo perdius, pernóxque perstabat. Iungitur interdum datiuo. *Liu.* 8. *ab Vrbe*, Vbi quum deprecantibus primoribus Patrum atque vniuerso Senatu, perstaret in incœpto i mmiti animus. Interdum ablatiuo cum præpositione In, Se tamen perstaturum in incœpto, &c. Sic dicimus Perstare in societate, Perstare in sententia, & similia. [*Ouid.* 13. *Metamor.* Si perstas certare locum redeamus ad illud. *Ouid.* 4. *Fast.* Nasica accepit (Deam) templi tunc perstitit auctor. *Idem Eleg.* 1. *libro* 4. *Trist.*]

Pĕrstrĕpo, is, penultima correpta, Valde strepo. {המה *hamáh.* διαψοφέω. GAL. Faire grand bruit des pieds ou autrement. ITA. *Far molto strepito.* GERM. Hefftig rauschen/ oder ein gerumpel machen. HISP. *Hazer mucho estruendo.* ANG. *To mak a great noise.* } *Terent. in Eunuch.* Abeunt lauatum, perstrepunt ita vt fit dominí vbi ablúnt. *Stat.* 2. *Achil.* Rumor in arcana iamdudum perstrepit aula. *Claud.* 2. *in Eutrop.* Crebro pulsatus, perstrepit ictu.

Pĕrstrĭngo, gis, Valde stringo, claudo, *inquit Nonius.* {צרר *tsarár.* συνέχω, σφιγγω. GAL. Fort estreindre & serrer. ITA. *Stringere forte, serrare, chiudere.* GERMANI. Wol anstricken/ starck zusamen binden. HISP. *Mucho ò perfectamente apretar.* ANGLIC. *To wring hard.* } *Cato de Re rustica cap.* 32. Vites bene nodentur per omnes ramos, diligentérque caueto ne vitem præcipites, & ne nimium perstringas. ¶ Aliquando significat breuiter aut summatim dico, vel scribo. *Cic. pro Sext. Roscio*, Sed in animo est (quemadmodum ante dixi) leuiter transire, ac tantummodo perstringere vnamquamque rem, &c. *Cum breuiter iuncta. Cicer. de Amicitia*, Quem locum breuiter perstrinxi paulò ante. *Quintil. lib.* 11. *cap.* 1. Hunc locum Cicero breuiter perstringit, neque tamen videri potest quicquam omisisse. ¶ Aliquando ponitur pro leuiter taxo, & reprehendo, leuíque dolore afficio. *Cic. pro Sestio*, Vt eos quorum scelleris furore violatus essem, vocis libertate perstringerem. [Graphium & libellos ita in faciem (Romani Equitis) dicitur iecisse, vt genam nó leuiter perstrinxerit.] ¶ Aliquando ponitur pro offuscare, obnubilare, obscurare, obtenebrare, obtundere, διαστρέφω. vt quum dicimus, Perstringere oculos, perstringere aciem mentis, animi, vel ingenij, & perstringere aures sonitu. *Horat. lib.* 2. *Carm.* Iam nunc minaci murmure cornuum Perstringis aures, iam litui strepunt. *Cic. in Catone maiore*, Voluptas rationi inimica mentis (vt ita dicam) perstringit oculos. *Cic.* 1. *de Diuinat.* Eáque parte animi quæ voluptate alitur, nec inopia encta, nec satietate affluenti: quorum vtrunque perstringere aciem mentis solet. ¶ Terram aratro perstringere, *Cic. de Leg. Agrar.* Quod solum tam exile & macrum est, quod aratione perstringi non possit.

* Perstrictus, Participium. *Plin. lib.* 17 *ca.* 24. *l.* perstrictus gelu non potuit eò peruenire humor. Hoc est vehemen ter astrictus.

Pĕrstŭdĭōsŭs, penultima product, adiectiuum, Valde studiosus, valde diligens. {σπουδαῖος, πολυμαθὴς, φιλολόγος. GAL. Fort studieux. ITA. *Molto*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Mo'to studioso. GERMAN. *Gar geflissen.* HISPAN. *Muy studioso.* ANG. *Very studious.* } *Cicero 5. Tusc.* Municorum verò perstudiosum accepimus, &c.

Pērsuādĕo, es, Non ab actu, sed ab effectu significationem habet: vt sit persuadeo, suadendo induco. {פתה *pittáh.* ὑπάγομαι, *διαπείθω.* GALLI. Perluader, faire croire. ITALI. *Persuadere, dar' ad intendere.* GERMA. Vberreden oder bereden. HISPAN. *Induzir con razones, attraher con effecto.* ANGLIC. *To persuade.* } *Autor ad Herennium libro* 1. Si animus auditoris persuasus fuerit. Id est si oratio aduersariorum fidem fecerit auditoribus. *Cæs. libro 4. bell. Gall.* Idoneum quendam hominem & callidum delegit Gallum, ex illis quos auxilij causâ secum habebat. Huic magnis præmiis, pollicitationibúsque persuadet vt ad hostes transeat, & quid fieri velit edocet. Qui vbi ad eos venit, timorem Romanorum proponit. Persuadet (*inquit*) id est suadendo inducit. [*Quintilia. cap. 15. lib. 2* Persuadet etiam pecunia, dignitas, forma, authoritas. ¶ Persuādere pro probare: *Suet. in Aug. cap.* 40. ¶ Simili modo fit in exoro, quum significat orando impetro & excogito, quod est cogitando inuenio: quòd exorando, id est perfectè orando, impetratur quod oratur: & excogitando, id est perfectè cogitando, inuenitur quod quæritur. Nec huiusmodi significationes propriè sumuntur ex vi præpositionum, & verborum quæ non progrediuntur nisi quantum significatio eorum protenditur, quæ in persuadeo, est perfectè suadeo, exoro, perfectè oro: sed ex effectu rei quæ ex eis consequitur & perficitur. Verùm non eatenus ipsa à propria eorum significatione recedere dixerim, quum significare possint perfectam suasionē. Nam persuadeo, perfectè, siue maximè suadeo, significare, docet *Terent. in Andr.* quum ait, Ipsus mihi Dauus qui intimus est eorum consiliis, dixit, Et is mihi persuadet, nuptias quantum queam vt maturem. *Idem in Phorm.* Sed vbinam Getam inuenire possim, vt rogem quod tēpus conueniendi patris me capere persuadeat. id est, potissimū suadeat. Similiter *Lact. 6.* Quid M. Tullius in suis Officialibus libris, nónne hoc idem persuadet, non esse omnino largiendum? id est vehementer, totóque conatu suadet. Quod est cōtra eos qui volunt, persuadere tantùm in effectu esse: suadere, in actu: in quibus est *Sipontinus*, qui ait, Suadere est hortari aliquem ad id quod intendimus: persuadere est suadendo aut dissuadendo aliquid, hominem in opinionem nostram inducere. ¶ Quomodo mihi persuadeo, per parenthesim venuste vsurpat *Cicero pro Rosc. Amer.* Ego contra breuiorem postulationem affero, & (quomodo mihi persuadeo) aliquanto æquiorem. ¶ Venuste quoque dicitur, Ita tibi persuadeas, Ita persuasum est omnibus. *Cic. ad Brutum lib.* 11. Quamobrem velim tibi ita persuadeas, me tum Reipublicæ causa, quæ mihi vita ipsa charior est, &c. *Idem ad eundem,* Ita persuasum omnibus, cum paucis inermibus perterritis metu fugisse Antonium.

Pērsuāsŭs, participium, & aliquando nomen ex participio, Creditus. {נפתה *niphtéh.* ὁ πιστευθείς. GAL. Persuādē. ITAL. *Che tiene una cosa per certa.* GER. Vberredt oder beredet. HISP. *Induzido con razones.* ANG. *Perswaded.* } *cicer. in Tusc.* Opinio mali, quo viso & persuaso, ægritudo insequitur necessariò. *Colum. lib. 12. cap. 2.* Villica porrò persuasissimum habere debebit, aut in totum, aut certè plurimum domi se morari oportere. *Pli. Epist. 20. lib. 1.* Persuasum habeo posse fieri vt sit actio bona, non sit bona oratio.

Pērsuāsĭo, onis, verbale, Opinio firma, quum planè nobis fides facta est, rem ita esse. {πίστις, πιστεύω. GAL. Persuasion, ferme creance. ITAL. *Ferma credenza que si ha di qualche cosa.* GERMAN. Beredung. HISP. *Induzimiento, firma opinion.* ANGL. *Perswasion.* } *Plin. lib. 25. cap.* 2. Durat tamen tradita persuasio in magna parte vulgi, veneficiis & herbis id cogi.

Pē suāsōrĭus, adiectiuum, Quod persuadet, quódque ad persuadendum pertinet. {מפתה *mephatéh.* πιστικός, πιστικόν. GAL. Qui fait à croire, ou qui sert à faire croire. ITA. *Che vale à far credere qualche cosa.* GERMANIC. *Das so vberedt.* HISPANIC. *Cosa para assi induzir.* ANGLIC. *That perswadeth* } *Sueton. in Domit. cap.* 8. Recuperatores, ne se semper persuatoris assertionibus accommodarent, identidem admonuit.

Pē suāsŏr, oris, Qui persuadet. {מפתה *mephatéh.* πιστικός, πιστικόν. GAL. Qui met en teste & persuade. ITA. *Chi persuade.* GERM. Ein vberreder/ oder bereder. HISP. *Hombre que algo alcança con razones.* ANG. A *perswader.*

Pērsuāstrīx, stricis, fœminini generis. {מפתה *mephattáh.* πειστικὴ, πειστικόν. GAL. Celle qui met en teste & persuade. ITA. *Donna che persuade.* GER. Ein berederin. HIS. *La hembra que assi alcança algo.* ANG. *She that perswadeth.* } *Plautus in Bacchid.* Eccas tandem probri perlecebras, & persuastrices.

Pērsuāsĭbĭlis, persuasibile, Quod potest persuaderi. { πιθανὸς, φιστὸς, διαλλακτὸς. GALLIC. Facile à faire à croire, aisé à persuader. ITAL. *Facile da far credere.* GERMANIC. Deß man einen leichtlich bereden kan. HISP. *Cosa facil à hazer creer.* ANG. *That may be perswaded.* } *Quintil. libro 3. cap. 16.* Rhetorice, est vis inueniendi omnia in oratione persuasibilia.

Pērsuāsĭbĭlĭtĕr, aduerbium, πιθανῶς, εὐπίστως. *Quint. lib. 2. cap. 16.* Qui finē eius esse ait persuabiliter dicere.

Pērsŭbtĭlis, le, penultima produ. Valde subtilis. {λεπτὸς, ὑπέρλεπτος. GA. Fort subtil. ITA. *Molto sottile.* GER. Gar subtil. HISPAN. *Muy sutil.* ANG. *Very subtill.* } *Cic. pro Planco,* Et quoniam tua fuit perelegans ac persubtilis oratio.

Pērsŭlto, Passim & crebrò salto: propriéque ferarum est, aut pecudum, quæ in pabuli vbertate identidem subsiliunt. {רקד *rikkédh.* ὑποσκιρτάω. GALLI. Sauter ou sauteler de ioye. ITA. *Saltar per allegrezza.* GER. Durch gumpen oder springen. HIS. *Mucho saltar ò resultir.* ANG. *To leap, and skip for ioye.* } *Lucret. lib.* 1. Inde feræ pecudes persultant pabula læta, id est saltant per læta pabula. ¶ Est item persultare, cum petulanti quadam insultatione locum agrúmve peragrare. *Liuius 4. bell. Macedon.* Quorum vbi arma, signaque Lacetani cognouere, memores quàm sæpe in agro eorum impunè persultassent. *Tacit. libro* 11. Simul libero exercitu campos persultante. *Silius libro 3.* At non Sarmaticos attollens Dusana muros Tam leuibus persultat equis.

Pērsŭo, is, ere, Suendo absoluo. διαρράπτω. *Vide in simplici* SVO.

Pērtædĕo, des, dui, Tædio vehementer afficior. {קץ *kats.* ἀθυμῶ, ἐξαποροῦμαι. GALLI. Estre fort ennuyé & fascheé. ITA. *Attediare.* GERM. Ein grossen verdruss entpfahen/ verdrüssig werden. HISP. *Hauer pesar.* ANG. *To be loth to do a thing.* } *Gell. lib. 1. cap. 2.* Has ille inanes cum efflaret glorias, iámque omnes finem cuperent, verbi. que eius defatigati pertæduissent. Huiusmodi tamen locutiones raræ sunt: frequentius enim hoc verbo vtimur impersonaliter, quemadmodum & eius simplici tædet. *Idem lib. 15. cap. 20.* Simul duas vxores habuerat, quum id decreto ab Athenien sibus facto, ius esset, quarum matrimonij pertædebat. ¶ Pertesum est. *Cicero ad Quintum fratrem lib. 1.* Pertæsum est enim lenitatis, assentationis amicorum, non officiis, sed temporibus seruientium. *Virg. 4. Æneid.* Si non pertæsum thalami tædæque fuisset. *Ouid. 2. Amor. Eleg. 9.* Quum bene pertæsum est, animíque reuanuit ardor. [*Plautus Mostel. sc. 4. a. 1.* Male sermonis conuiuijque pertæsum est.]

Pērtædĕscĭt, similiter impersonale. *Cato de re Rust. cap. 156.* Nolite multum dare, ne pertædescat.

Pērtæsŭs, a, um, Participium sine verbi origine, *vt inquit Seruius,* & regit accusatiuum, quanquam potest esse à Pertædeo. {קץ *kats.* ἐξαποσύμενος. GALLIC. Fort ennuyé, faschè. ITAL. *Attediato, fastidito.* GERM. Verdrüssig. HISP. *Enhastiado, enhadado.* ANGLI. *That lotheth, weary of a thing.* } *Suetonius in Cæsar.* Et quasi pertæsus ignauiam suam, quòd nihil tum à se memorabile actum esset. [*Idem Suetonius in Augusti. capite 62.* Pertæsus peruersitatem morum. *Idem in Tiber. cap. 66.* Semet ipse pertæsus. At Impersonale Pertæsum est, regit genitiuum vt exemplis probatur in Pertædeo.] * Pertisum quidam legi volunt pro pertæsum: quod *Cicero non probat in Orat.* Quid in verbis iunctis? quàm scite insipientem, non insapientem? iniquum non inæquum? tricipitem non tricapitem? concisum non concæsum? ex quo quidam pertisum etiam volunt: quod eadem consuetudo non probauit.

Pērtĕgo, is, penul. cor. Diligenter, & omni ex parte tego. {כסה *chissáh.* κατασκεπάζω. GALLIC. Couurir tout. ITA. *Coprire d'ogni parte.* GERMA. Eindecken/ allenthalben wol verdecken. HISP. *cubrir de todas partes.* ANG. *To couer all ouer.* } *Plaut. Rud.* Quin tu in paludem is; exagitásque arúdines. Quî pertegamus villam, dum sudum est? *Idem Trinum.* Benefacta benefactis aliis pertegito, ne perpluant.

Pērtĕndo, is, Ad finem tendo, valde tendo, extendo. {נסה *natáh.* ἀπτω, διατείνω. GA. Estēdre, mettre à fin, acheuer. ITA. *Stendere, condurre à fine.* GER. Gar ausstrecken. HIS. *Estender guiar hasta el cabo.* ANG. *To streitch out much.* } *Cato de Re rustica, cap. 25.* In arboribus vbi radices capiant, calýcem aut qualum pertendito: per fundum ramum, quem radicem capere voles, scarificato, traiicitóque. Sed hic Catonis locus corrupte citatur à Calepino. Non enim ibi pertendito legendum est, sed pertundito. [Ab Rhodo, quò pertenderat, transiit in Asiam. *Suetpn. in Cæsar. capite 4.* Circeios pertendit. *Idem in Tiber. capite 72.* Et Monitis speculatoribus vt ad forum & Curiam vehiculo pertenderent.] ¶ Aliquando ponitur rectà tendere, vel institutam profectionem absoluere. *Liuius 5. ab Vrbe.* Pars maxima, atque ipse Sergius Romam pertenderunt. ¶ Aliquando est contendere. *Cicero pro Cornelio Balbo,* Cum fœderibus, quorum acerbissima diligentia est, pertendemus. ¶ Aliquando est ad finem ducere id quod intendebamus, aut cœperamus. *Terentius in Heaut.* Quid istuc? video non licere, vt cœperam, hoc pertendere.

Pērtento, tas, Est sententiam alicuius callidè expiscor, & quemadmodum *Cicero* loquitur, hominem degusto. {בחן *bachán* ἀποπειράω. GAL. Attoucher souuent, essayer & tenter, esprouuer. ITALI. *Tentar bene, assagiare.* GERM. wol versuchen/ erforen. HISPA. *Mucho ò muy perfettamente tentar.* ANG. *To assay and trie.* } *Terent. in Andria,* Sed ea gratia simulabi, vos vt pertentarem. ¶ Aliquādo idem est quod permoueo, siue titillo. *Virg. 5. Æneid.* Latonæ tacitum pertentant gaudia pectus. ¶ Aliquando idem quod corripio, apprehendo. *Virgil. 3. Georg.* Nónne vides vt tota tremor pertentet equorum corpora? *Idem 1. Æneid.* - suspensam blanda vicissim Gaudia pertentant mentem. *Idem 7. Æneid.* Ac dum prima lues vdo sublapsa veneno, Pertentat sensus.

Pērtĕnŭis, pertenue, Valde tenue. {דק *haddák.* ὑπερλεπτὸς, πάνυ ἰσχνός. GAL. Fort tendre, fort petit. ITAL. *Molto tenue.* GERMAN. Gar dünn. HISPANI. *Muy delgado, ò sotil.* ANGLIC. *Very small.* } *Plini. libr. 16. capite 43.* Secatur in laminas pertenues & ilex. *Cicero ad Terent. lib. 14.* Spes autem salutis pertenuis ostenditur. *Idem contra Legem Agr.* Sic vt terra claustra locorum teneret, & duo maria maximè nauigationi diuersa pene coniungeret, quum pertenui discrimine tē pararentur.

Pērtĕrĕbro, as, penult. prod. Terebra perforo. {διατρυπάω. GAL. Percer d'vn tariere tout outre. ITALIC. *Triuellare.* GER. Durchboren. HISP. *Barrenar.* ANG. *To pearce with a womble or any pearcing instrument.* } *Cicero 1. de Diuinat.* Annibalem Cælius scribit, quum columnam auream, quæ esset in fano Iunonis Lucinæ, auferre vellet, dubitarétque vtrum ea solida esset, an extrinsecus inaurata, perterebrauisse.

Pērtergo, is, Diligenter tergo. {קלקל *kilkél.* ὑμόργνυμι, ἐκμάσσω. GAL. Torcher diligemment, rendre fort net. ITA. *Forbire con diligenza.* GER. Durchwüschen. HIS. *Mucho y diligentemente alimpiar.* ANG. *To wipe diligentlie and mak cleane.* } *Lucr. l. 4.* Isque ita per nostras acies perlabitur omnis, & quasi perterget pupillas, atque ita transit. *Et paulò post.* Et nostros oculos perterget longior aura. Rursus eadem pagina, Post extraria lux oculos perterget & aër Alter, & illa foris, quæ verè transpiciuntur. *Col. l. 12. c. 9.* Sæpe suffundere ius debebit, nec pati sitire sálgama, sed extrinsecus munda spongia vasa pertergere, & aqua fontana refrigerare.

Pērtĕro, is, pen. correpta, Terendo comminuo. {חרק *hedhák.* κατατρίβω. GA. Fort piler & broyer. ITA. *Consumare fregando.* GER. wol zerreiben oder zerfeyten. HISP. *Mucho gastar por vso.* ANG. *To weare or break in peeces byrubbing.* } *Plaut. Menæch.* Tum compediti ianuam limina perterunt. *Colum. libro 8. capite 5.* Vel eadem pertrita, & cum aqua potui data.

Pērtĕrrĕo, es, Valde terreo. {חחריר *hecherídh* בהל *bihél.* κατατρόμω. GALLI C. Fort espouuanter, faire grand' peur. ITAL. *Fare spaſimo*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſpauentare, far pauraſtremamente. GERM. Vbet erſchrecken. HISPAN. *Mucho eſpantar.* ANG. *To make ſore a feard.* } *Terent. in Eunuc.* Polt exibo, atque hunc perterrebo ſacrilegum. *Cæſar* 1. *bell. Gall.* Quæ copiæ noſtras perterrerent, & munitione prohiberent. *Idem lib.* 7. Vt iunt reliquis documento, & magnitudine pœnæ perterreant alios.

Pĕrtĕrrĭtŭs, a, um, participium, Valde territus. { נחת *nicʿáth.* καταπλαγείς, ἐκφοβηθείς. GAL. Fort eſpouuanté. ITA. *Molto eſpauentato.* GERM. Vbet er ſchreckt. HISPAN. *Muy eſpantado.* ANGLIC. *Greatlie a feard.* } *Cic. pro Cælio*, An timebant ne tot vnum valentes imbecillum, alacres perterritum ſuperare non poſſent? *Ouidius* 12. *Metam.* Viſa fugit Nympha, veluti perterrita ſuluum Cerua lupum.

Pĕrtĕrrĕfăcĭo, facis, pen. cor. Perterreo. { החריך *hecʿerídh* כהל *bihél.* καταφοβέω. GAL. Fort eſpouuanter. ITA. *Eſpauentare, far paura.* GERM. Sehr erſchrecken/ein ſchrecken einbringen. HISPANIC. *Eſpantar.* ANGLIC. *To cauſe one to feare muche.* } *Terent. in Andr.* Nunc tuum eſt officium, has bene vt adſimules nuptias, perterrefacias Dauum. *Brutus ad Cic. lib.* 1. Sperare eos, te perterrefacto, adoleſcere impulio, poſſe magna conſequi præmia.

Pĕrtĕrrĭcrĕpŭs, adiectiuum, Quod terrorem crepat, & incutit. { ταραχώδης, φρικαπτικός. GAL. Qui rend ou fait vn bruit ou ſon eſpouuentable. ITALIC. *Coſa che fa ſuono ò ſtrepito eſpauenteuole.* GERMANIC. Das mit rauſchen oder braſchten erſchreckt. HISPANIC. *Coſa que haze ruido de mucho eſpanto.* ANGLIC. *That maketh a fear full ſound or noiſe.* } *Lucret. de tonitru*, Tum perterricrepo ſonitu dat miſſa fragorem. *Cic. in Orat.* Imò verò iſta ſequamur, aiperitatémque fugiamus, Habeo iſtam ego perterricrepam ex poeta quodam.

Pĕrtĕxo, xis, Texendo abſoluo. { διυφαίνω. GA. Acheuer de tiſtre, parfaire. ITAL. *Fornir di teſſere.* GERM. Außwäben / abwäben. item außmachen. HISPANIC. *Texer haſta el cabo.* ANGLIC. *To weaue out to the end.* } Item perago, perficio, tranſlatione ſumpta à textoribus qui primò telam ordiuntur, & orſam deinde texunt. *Cic. libro* 2. *de Orat.* Et pertexe modò Antoni quod exorſus es. *Idem ad Atticum libro* 1. Totum hunc locum quem ego varie meis orationibus, quarum tu Ariſtarchus es, ſoleo pingere de flamma, de ferro (noſti illas κωδύους) valde grauiter pertexuit.

Pĕrtĭcă, cæ, pen. córr. Baculus oblongus. { מוט *mot.* κάμαξ, πάτταλος GAL. Perche, vn long baſton. ITALIC. *Pertica.* GERMANIC. Ein ruten oder ſtang. HISPANI. *Pertiga, ò el varal.* ANGLIC. *A long ſtaff or perch to meat ground with.* } *Varro* 3 *de Re ruſt. c.* 5. Prætereà & perticas inclinatas ad parietem. *Plin. li* 15. *c.* 3. Qui medium temperamentum in hoc ſeruant, perticis decutiunt. [*Plautus Aſin. ſc.* 3. *a.* 3. Nimis vellem habere perticam, vt verberarem aſinos.] *Ouid. de Nuce*, Pertica dat plenis inimitia vulnera ramis. *Plin. li.* 8 *Epiſtol.* Ex his etiam quos non vna (vt dicitur) pertica, ſed diſtincte, gradatimque tractaui, id eſt quos non vna vlna menſus ſum, *inquit Budæus.* Eraſmus verò vna pertica ait, id eſt eadem opera. Pertica, à portando dicta, quaſi portica, Ex libello variorum autorum de limitibus.

Pĕrtĭcālis, perticale. { κάμακι ος, ὁ κάμοξις ὄπαπάλου GAL. Appartenant à perche. ITAL. *Pertinente à pertica* GIRMANIC. Stangenmäſſig/tang wie ein mäſsruten. HISPANI. *Perteneſciente à pertiga.* ANGLIC. *Perteining to a long ſtaff or perch.* } *Columel. lib.* 4. *c.* 31. Perticalis ſere ſalix eundè agrum quem viminalis deſiderat. Id eſt ex qua fiunt perticæ. *Pli. li.* 17. *c.* 20. Perticalis & virga, & talea ſeritur foſſura eadem.

Pĕrtĭmĕſco, is, Extimeſco, valde timeo. { חרד *cʿarádh* פחד *pahádh.* GAL. Craindre fort. ITALIC. *Temere molto.* GERMANIC. Sehr fürchten/vbel entſetzen. HISPANIC. *Mucho temer.* ANGLIC. *To feare greatlie.* } Non enim habet ſignificationem paſſiuam innatam, *Plautus in Curcul.* Spectacula ibi ruunt, ego pertimui. *Cic. 5. Ver.* Siculi Siculos non pertimeſcebant. *Ouidius Epiſt.* 9. Diceris & dominæ pertimuiſſe minas. *Idem* 1. *de Arte*, Creditur annoſum pertimuiſſe ſenem. *Cic. in Lentulo*, Fama inconſtantiæ pertimeſcenda. [*Plau. Curcul. ſc.* 2. *a.* 5. Spectacula ruunt, ego pertimeſco. *Idem Pſeud. ſc.* 2. *a.* 5. Num mea gratia pertimeſcit. (i. veretur heri conſpectum.)] ¶ Iungitur aliquando ablatiuo cum præpoſitione de. *Cic.* 7 *Verr.* De ſuis periculis, fortuniſque omnibus pertimeſcunt.

Pĕrtĭmĕſcĭtŭr, paſſiuè dixit *Cic. de Leg. Agr.* Graue eſt enim (*inquit*) nomè imperij, atque id etiam in leui perſona pertimeſcitur.

Pĕrtĭnĕo, nes, penultima correpta, compoſitum ex per & teneo: Pertingo, peruenio: habétque accuſatiuum cum prepoſitione ad vel in. { מחח *machádh.* ἥκω διικνοῦμαι, διεκνοῦμαι. GALLIC. Appartenir. ITA. *Pertenere, appartenere.* GERMAN. Etwan hin langen/erreichen. HISPANI. *Perteneſcer.* ANGL. *To perteine, or belong vnto.* } *Cæſar de bello Gall.* 5. Iiſque qui per ætatem in armis eſſe non poterant, in ſyluam Arduennam abditis: quæ ingenti magnitudine per medios fines Treuirorum à flumine Rheno, ad initium Rhemorum pertinet. *Et de eadem ſylua lib.* 6. Quæ eſt totius Galliæ maxima, atque à tipis Rheni finibúſque Treuirorum ad Neruios pertinet. *Idem de Hercinia eodem libro*, Oritur ab Heluetiorum, & Nemetum, & Rauracorum finibus, rectáque fluminis Danubij regione pertinet ad fines Dacorum & Anartium. *Idem* 1. *bell. Gall.* Ex eo oppido pons ad Heluetios pertinet. *Vlpianus de Cloacis, l. Prætor ait:* Quo minus illi Cloacam quæ ex ædibus eius in tuas pertinet ædes, de qua agitur, purgare, reficere liceat, vim fieri veto. *Et paulò pòſt*, Quod ait prætor, PERTINET, hoc ſignificat, quod ex ædibus eius in tuas ædes pertinet, hoc eſt dirigitur, extenditur, peruenit. *Cic. in Cat. maiore*, Tanta eſſe conatos quæ ad poſteritatis memoriam pertinerent. Nonnunquam etiam in hac ſignificatione admittit prepoſitionem per. *Ci.* 1. *de Nat. deor.* Ratio quædam pertinens, per omnem rerum naturam. *Ibidem lib.* 2. Ex quo intelligi debet eam caloris naturam vim habere in ſe vitalem, per omnem mundum pertinentem. [*Liuius lib.* 3. *bell. Pun.* Eaque charitas patriæ per omnes ordines veluti vno tenore pertinebat.] ¶ Accipitur prætera frequentiſſime pertinere, pro attinere, & dominio cuiuſpiam ſubiectum eſſe, κρατεῖσθαι, ὑπηκόου εἶναι. *Pompon l. Verbum. ff. de Verb. ſignific.* Verbum illud (pertinere) latiſſimè patet. Nã & iis rebus petendis aptum eſt quæ dominij noſtri ſint, & eis quas aliquo iure poſſidemus, quanuis non ſint noſtri dominij. Pertinere ad nos etiam ea dicimus quæ in nulla eorum cauſa ſunt, ſed eſſe poſſunt. *Hæc ille.* In qua ſignificatione perpetuò habet accuſatiuum cum præpoſitione ad, nunquam autem datiuum. Neque enim cum imperito vulgo dixeris, Pertinet mihi hæc domus, ſed ad me. ¶ Pertinet ad me, hoc eſt officij mei eſt, vel partium mearum, vel meæ curationis. *Cicero de Ami.* Sed eadem bonitas etiam ad multitudinem pertinet. [Pertinet ea ætas ad literas, Et pertinet ad mores. *Quintilianus libro primo.* Item, Ad vos pertinet: Romanos nihil contingit. *Liuius libro* 34. Pertinet hoc ad culpam magiſtratuum.] *Plautus Tru.* Magis pol hæc malitia pertinet ad viros quàm ad mulieres. Hoc eſt magis cadit in viros. ¶ Interdum etiam idem quod refert ſiue intereſt mea. *Martial. lib* 8. Vxor mœcha tua eſt, hoc ad te pertinet Olle. ¶ Pertinet ad rem, hoc eſt non alienum eſt à re. *Cicero ad Brutum libro* 13. Bonus plane vir & cum virtutibus, tum ea fortuna (ſi quid hoc ad rem pertinet) ornatus. [Quod ad me pertinet, pro attinet. *Seneca. c.* 18. *de Conſol. ad Poly. & c.* 9. *de Conſol. ad Heluiam*, Ad rem pertinere. ¶ Oratio vel ſententia eò pertinet, hoc eſt eò tendit vel dirigitur. *Ci. pro Cornel. Balbo*, Nec verò hæc oratio mea pertinet ad infirmandum fœdus Gaditanorum.

Pĕrtĭnāx, pen. corr. acis, Obſtinatus, qui ſcilicet in re aliqua quam ſemel animo concepit, ſuſcipitque agédam, nimis firmiter perſiſtit. { עז פנים *ʿaz panim.* αὐθάδης. GAL. Obſtiné, opiniaſtre, ferme, conſtant. ITA. *Perſeuerante, oſtinato* GERM. Halsſtarrig/widerſpennig/der ſich gar in ein dinger ANG. *Obſtinat, wilfull, or ſtubburne, froward.* } *Cicero* 1. *de Finib.* Certè pertinax non ero: tibíque, ſi mihi probabis ea quæ dicis, libenter aſſentiar. [*Senec. capite* 8. *de Conſol. ad Mart.* Pertinax & obſtinata triſtitia. *Quintilianus.* Spatio pertinax ſpiritus in pronunciatione.] ¶ Pertinax itaque à per, & teneo dici videtur: vt is pertinax dicatur qui ſuæ ſententiæ nimis eſt renax. *Var. lib.* 4. *de Ling. Lat.* à pertendendo dictum putat. Nam is qui pertendit in re aliqua in qua pertendere non debet, dicitur pertinax: qui verò perſtat in eo in quo manere oporteat, perſeuerans dicitur. [Alij à pertinendo dictum contendunt. *Vide* in pertinacia.] ¶ Accipitur tamen nonnunquam pertinax in bonam partem, pro perſeuerante. *Valer. Maximus libro primo.* Non mirum igitur ſi pro eo imperio augendo, cuſtodiendoque, pertinax eorum indulgentia deorum ſemper excubuit, quod tam ſcrupuloſa cura, paruula quoque momenta religionis examinari videntur. *Seneca libro* 7. *de benefic.* Vincit malos pertinax bonitas. *Liu. ſ. belli Punici.* Vicit tamen omnia Pertinax virtus. ¶ Pertinax certamen, durum, & difficile. ¶ Pertinax fama, conſtans, & firma. Sic Pertinax odium, pertinax pietas. ¶ Pertinacior in diſerendo vel diputando, *dixit Cicero de Finib.* ¶ Pertinacem *Plautus* ſuo more dixit pro valde tenaci, hoc eſt auaro, & rei ſuæ ſeruandæ plus ſatis attento. Ita enim habet *in Captiuis.* [*ſc.* 2. *a.* 2.] Quid tu ais? tenáxne pater eius eſt? Imo ædepol pertinax. [*Spartian. in Seuero:* Pertinax dicitur à parſimonia morum (in vitio.)]

Pĕrtĭnācĭă, æ, Obſtinatio, peruicacia. { ἰσχυρογνωμοσύνη. GAL. Obſtinatió. ITA *Pertinacia, oſtinatione.* GERM Verhartung/halsſtarrigkeit/vbl/widerſpenſtigkeit. HISP. *Forſia en mal.* ANG. *wilfulneſſe in opinion frowardneſſe.*] *Varro* a pertendendo dictam, & in malis rebus locum habere oſtendit, *lib.* 4. *de ling. Lat.* Cum, inquit, in quo non debet pertendi, pertenditur, pertinacia eſt: cũin eo in quo oportet manere quis perſtat, perſeuerantia eſt. Ex quo intelligitur falſum eſſe quod antea hîc legebatur, in bonam quoque partem ſumi. Nam exempla quę poſita erant, omnino diuerſum oſtendebant etiam. [In malam partem ſumi vel ille locus *Cicer. lib.* 1. *de Finib.* ſatis ſupérque oſtendit: cum pertinacia (*inquit*) & iracundia hoſtis recte diſputari non poteſt. *Idem* 4. *Academ.* Reprehenditur in minimis rebus pertinacia, in calumnia etiam coercetur. *Item Accius*, Pertinaciam indocti poſſident. *Terentius in Hecy.* Quæ eſt pertinacia? *Cicero* 1. *Academ.* Cum Zenone, inquit, vt accepimus, Arceſilas ſibi omne certamen inſtituit, non pertinacia, aut ſtudio vincendi, vt mihi quidem videtur, ſed earum rerum obſcuritate. *Senec. capite* 9. *de Conſolat. ad Mart.* Vnde nobis tanta pertinacia in deploratione noſtri. *Idem c.* 15. *de Conſ. ad Heluiam:* Nam pertinacia multebris mœroris decidere, &c. *Et Sueton. In Cæſ. capite* 68. Ne patientia & pertinacia hoſtis, animi ſuorum frangerentur, &c. Ex hoc loco vulgaria dictionaria conare probantur Pertinaciam ſumi in bonam partem. *Sed Paſſerat.* & alij eruditi contrà ibi etiam in malam partem accipi contendunt, ac inde non bene oſtendi in bonis eſſe pertinaciam.] Videtur autem à pertinendo potius quàm à pertendendo deductum eſſe: id quod adoleſcens doctiſſ. annotauit, quam notationem *Plautus* confirmat *in Captiuis.* [*ſc.* 2. *a.* 2.] Quid ais? tenáxne eius pater? PH. Imò pertinax.

Pĕto, petis, petiui, vel petij, petitum, Oro ſiue obſecro, ‡ ἀιτῶμαι. GAL. Demander, aller querir. ITAL. *Pregare, chiedere, domandare.* GER. Bitten/begären. HISPAN. *Demandar, pedir.* ANG. *To ask, to require.* ‡ *Valla*, Petere dicimur quum aliquid humiliter, & precibus petimus. Petere (*inquit Varro*) proprie eſt aliquid ſuppliciter, & precariò poſtulare. Habetque in hac ſignificatione ferè ablatiuum perſonæ cum præpoſitione à, vel ab. *Cicer. Philipp. lib. 13. Epiſt.* Quapropter à te etiam atque etiam pro noſtra ſumma coniunctione, próque tua in me perpetua, & maxima benevolentia maiorem in modum peto atque contendo, vt eius filios qui in tua poteſtate ſunt, mihi potiſſimum cõdones. *Idem 6. Verr.* Iſte petit à rege, & eum pluribus verbis rogat. [*M. ſc. 3. a. 4.* Vos amo, vos volo, vos peto, atque obſecro. (Peto, i. rogo, oro.) *Plaut. Curc. Plaut. Curc. ſc. 2. a. 1.* A me petiuit opere maximo, vt cauerem. *Plau. Pſeud. ſc. 2. a. 3.* Item Propoſita arma peto. *Ouid. 13. Metam.* Præmia magna peti fateor. (i. arma.) *Ibidem.* Certa amittimus, dum incerta petimus *Plautus Pſeud. ſc. 3. a. 2. &c. Item*, Ius petis: Alibi, Ius bonum oras. *Plau. Pſeud. ſc. 2. a. 5. Item.* ¶ Petere de magiſtro deſtinando: *Gell. c. 5. libro 13.*] Præter ablatiuum perſonæ admittit & accuſatiuum rei: vt Petere auxilium, vel Præſidium ab aliquo, *apud Ciceronem pro Quintio.* [Iniurius es, qui quod Lenoni nulli eſt, id ab eo petas. *Pla. Curc. ſc. 1. a. 1.* Ab eo petito iſtam gratiam (i. reddat tibi beneficium.) *Plaut. Capt. ſc 5. a. 3.* Ne à me argentum petat: (i. repetat) *Plaut. Menæc. ſc. 7. a. 5.* Niſi petitum argentum à meo ſodali mutuum. *Plaut. Curc. ſc. 1. a. 1.* *Non mihi (pro à me) petitum caput eſt Cæſareum. *Ouid. Eleg. 5. lib. 3.* Requieſque mihi, non fama petita eſt. *Idem Eleg. vlt. eiuſdem lib.* Multis vna petita procis. *Ouid. Eleg. 1. lib. 2. Triſt.* ¶ Petere aliquando eſt ambire. *Plaut. Aul. ſc. 4. a. 1.* Si opulentus it petitum pauperioris gratiam. (i. ambit.) *Et Ouid. 13. Meta.* Denique de Danais quis te laudátve petitve, (i. ambit.)] ¶ Varij præterea ſunt huius verbi in oratione vſus. Dicimus enim Petere auxilium, Petere opem, Petere colloquium, Petere conſilium, Petere gratiam, Petere amicitiam, Petere oracula, Petere pacẽ, petere præmium, Petere reſponſa, Petere veniam, Petere mutuũ, quorum omniũ teſtimonia in bonis autoribus inuentu ſunt facilia. ¶ Iungitur aliquando datiuo pro ablatiuo cum præpoſitione. *Virg. 9. Æneid.* O genitrix quò fata vocant? aut quid petis iſtis? *Vbi Seruius*, Petis iſtis, id eſt, pro iſtis. Nam ſic dicimus, Peto tibi, id eſt, peto pro te. ¶ Petere, aliquando commemorare eſt, *inquit Nonius. Virg. l. 8. Æneid.* Quid cauſas petis ex alto? id eſt commemoras, vel potius repetis: vt per aphæreſin ſimplex ponatur pro compoſito. ¶ Ponitur aliquando pro tenere. *Virg. 3. Æneid.* Summiſſi petimus terram. *Cic. ad Attic. libro 3.* Et ille incertus vbi ego eſſem, fortaſſe alium curſum petiuit. ¶ Aliquando pro adipiſci. *Pli. libr. 12. cap. 14.* C. etiam Cęſar Auguſti filius inde gloriam petiit, id eſt adeptus eſt. ¶ Petere fugam, eſt fugere. Petere ſalutem fuga, Eſt fugiendo vitam ſeruare. [Ita *Cæſ. li. 2. de bell. ciu.*] ¶ Aliquando inſidias tendere. *Plancus Ciceroni*, in quo caſu hanc capio voluptatem, quòd certe, quo magis me petiuerũt, tanto maiorem his fruſtratio dolorem attulit. ¶ Aliquando violenter aggredi, *Cic. pro Ligar.* Quid enim Tubero tuus ille diſtrictus in acie Phartálica gladius agebat: cuius latus ille mucro petebat? ¶ Aliquãdo manere, expectare. *Virg. 9. Æn.* Troianos hæc monſtra petũt. ¶ Aliquãdo cupere, appetere, deſiderare, *vt apud eundem libro 3 Georg.* Pulchramque petunt per vulnera mortem. ¶ Aliquando percutio. ‡ βάλλω. GALL. Frapper, tner. ITALI. *Ferire.* GERMA. Schlagen. HISPAN. *Herir.* ANG. *To ſtrik or ſmite.* ‡ *Liuius lib. 22.* Hiſpano punctim magis quàm cæſim aſſueto petere hoſtem. ¶ Aliquando inquirere, ζητῶ. *Virg. 9. Æneid.* Euandrum petimus. [*Ouid. 13. Metam.* Haud contentus eo. petij tentoria Rheſi (i. adij infeſto animo.) ¶ *Quintilianus.* Petere aliquem in vincula.] ¶ Aliquando eligere vel capere. *Idem 4. Georg.* Principio ſedes apibus, ſtatióque petenda. ¶ Aliquando proficiſcor. σπεύδω. *Sueton. in Veſpaſ.* Et Cutilias, ac Reatina rura vbi æſtiuare quotannis ſolebat, petiit. ¶ Aliquando influere, vt Campanum petit amnis. ¶ Quando verò conſtruitur cum ablatiuo inſtrumentum ſignificãte, & pro inſtrumenti diuerſitate diuerſa ſignificat, ſiue in rem, ſiue in perſonam referatur. Nam petere manu, *teſte Nonio*, eſt abducere. *Virg. 6. Æneid.* Tartareum ille manu cuſtodem in vincla petiuit. Petere gladio, aut veneno, aut lapide, aut cornu, & huiuſmodi, eſt inuadere, ferire, & ſaluti inſidiari. ἐφιέσθαι, ἐπιχειρεῖν, θηγειρεῖν. *Virgil. 3. Eclog.* Iam cornu petat, & pedibus qui ſpargat arenam. *Ibidem*, Malo me Galatea petit laſciua puella. *Suet. in Tib.* Miſſum in arenam aprum iaculis deſuper petiit. [*Senec. Ep. 71* Petere ſagitta aliquid. *Idem de Conſol. ad Mart. cap. 9.* Alium percuſſiſti: Me petiſti. *Item Sueton. in Tib. cap. 72.* Petere aprum iaculis. Et, Petere inſidiis. *Vellcius.*] ¶ Petere curſu, adipiſci, obtinere. *Virg. 3. Æn.* qua littora proxima curſu Contendunt petere. ¶ Petere blanditiis, eſt blandiri. *Quintil.* Nouercam blanditiis petit. ¶ Petere muneribus, oſculis, precibus, eſt conciliare. *Apul.* Quum me lacrymis, precibúſque petiſſet. ¶ Petere oculis, eſt contemplari. ¶ Petere auribus, audire. ¶ Petere naribus, olfacere. ¶ Petere tactu, attrectare. * Petit, pro petiit, vel petiuit, ſyncopa poetis tantùm vſitata. *Ouid. 1. Faſt.* Lucidus hic aer, & quæ tria corpora reſtant, Ignis, aqua, & tellus vnus aceruus erant. Vt ſemel hæc rerum ſeceſsit lite ſuarum, Inque nouas abiit maſſa ſoluta domos. Altum flamma petit: propior locus aera cepit: Sederũt medio terra fretúmque loco. [Iuerat petitum aquam ad fontem. *Liu. lib. 1. ab Vrbe. Ouid. 13. Metam.* Arma viri fortis medios mittantur in hoſtes: inde iubete peti. *Ouidius 13. Metam. Item* Plus petendo excidere formula. *Suet. in Claud. cap. 14.*] ¶ Huius compoſita ſunt, Appeto, Competo, Expeto, Impeto, Oppeto, Perpeto, Præpeto, Repeto, & Suppeto, quæ habent penultimam correptam.

Pĕtītĭo, nis, Poſtulatio, & actus ipſe petendi. ‡ שְׁאֵלָה *ſcheeláh.* αἴτησις, διαδικασία, ἔγκλημα. GAL. Demande, requeſte. ITALIC. *Petitione, domanda.* GERMAN. Ein begär oder bitt. HISP. *Demando generalmente.* ANGLI. *An asking or requeſting.* ‡ ¶ Aliquando ponitur pro intentione actoris. *Quintilia. lib. 4. cap. 4.* Recuſatio quoque plures interim propoſi-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

propositiones habet: vt contra petitionem pecuniæ, Malè petis, procuratori enim tibi esse non licuit. ¶ Nonnunquam etiam pro incursione vel ictu, & aggressu gladiatorum: & per translationem, sicariorum, aut insidiatorum. *Cic. 1. Catil.* Quas ego tuas petitiones ita coniectas, vt vitari posse non viderentur, parua quadam declinatione, & vt aiunt corpore effugi. ¶ Petitio pro ambitu, hoc est studio adipiscendi honoris. *Cicer. Attic. lib. 1.* Fuit & mihi, & Quinto fratri magno vsui in nostris petitionibus.

Pĕtītus, petitus, petitio. *Gell. libro 18. cap. 3.* Iussítque eum consensu, petituque omnium eandem illam sententiam diserti viri, cuiusmodi posset verbis dicere.

Pĕtītor, oris, Qui petit, & litem intendit. {שׂאל *scheél, αἰτητὴς, διώκτης.* GAL. Demandeur. ITA. *Dimandatore.* GER. Ein begärer/item Ein auß sprächer oder anlanger mit recht. HISP. *Demandador.* ANG. *An asker.* } *Cic. in Parti.* Sed accusatorem pro omni actore & petitore appello.

Petitrix, cis. *Paul. D. l. 36. Tit. l. 74.* contra petitricem pronuntiauit.

Petītōrium iudicium in libris Iurisconsultorum dicitur, quo res vindicatur. *Caius L. 36. D. de rei vindicat.* Qui petitorio iudicio vtitur, ne frustra experiatur requirere debet, an is cum quo instituat actionem, possessor sit.

Petēssō, sis, Antiquum verbum, peto: sicut Impetrasso, reconciliasso, commonstrasso, qualia sunt apud *Plautum* plurima, *μιμῆσαι. Cic. 2. Tusc.* Qui hanc gloriam petessunt, nullum fugiunt dolorem. ¶ Hinc expetessō. *Plaut. in Tri.* Vtram potius harum mihi artem expetessam.

Pĕtōrĭtum, ti, pen. cor. Genus vehiculi quo Belgæ præcipue vtebantur. {φορεῖον. GAL. Vne sorte de chariot, comme vn chariot branslant. ITAL. *Feggia di carro.* GERMA. Ein sonderbare gattung eines karren oder wagen. HISPA. *Cierto genero de carro.* ANG. *A sort of chariot.* } *Horat. lib. 1. Ser.* atque caballi Pascendi, ducēda petorita: nunc mihi curto Ire licet mulo. *Idem lib. 2. Epist.* Essēda festinant pilenta, petorita, naues. [*Vide Gell. cap. 30. libro 15. & Quint. cap. 9. lib. 1.*]

PETOSIRIS, πετοσίρις, Ægyptius mathematicus insignis, *de quo Plin. lib. 7. c. 49. & l. 3 c. 23.*

Pĕtră, æ. {סלע *sélah* צור *tsur.* πέτρα. GAL. Pierre, caillou, roche ou rocher. ITAL. *Pietra* GERMANIC. Ein fels. HISP. *Piedra.* ANG. *A rock.* } Proprie idem est quod rupes. *Plini. lib. 10. cap. 32.* Gauiæ in petris nidificāt. Accipitur nonnunquam pro lapide, vel saxo.

Pĕtrōsus, a, um, Quod petris abundat. {πετρώδης. GAL. Pierreux, caillonneux. ITALIC. *Pieno di pietre, sassoso.* GERM. Felßechtig/voll felsen vnd schrofen. HISPAN. *Pedroso, cosa llena de piedras.* ANGLIC. *Full of stones or rockes.* } *Plin. lib. 17. cap. 27.* Caprificorum laudantur maxime nigræ, & in petrosis.

Pĕtrĭcōsus, adiect. Idem *Martial. lib. 5* per translationem dixit, Res petricosa est, Cotile bellus homo. Hoc est difficilis, saxosa & dura.

Petrones, Rustici dicti sunt à veteribus, (*inquit Festus*) à petrarum asperitate & duritia. Hinc *Plautus* petronem, veruecem durioremelegan-ter dixit *in Capt.* [*sc. 1. a. 4.*] Qui petroni, inquit, nomen indunt veruecisectario. Eum ego, si in via petronem publica conspexero, Et Petronem & dominum reddam mortales miserrimos.

Pĕtrā, πέτρα, Siciliæ oppidum prope Hyblam, cuius incolæ dicuntur Petrini: quorum meminit *Pli. lib. 3. cap. 8.* Petra Sirenum, Lucaniæ promontorium est Sirenum olim insidiis infame. *Idem*, Mineruæ promontorium appellat *lib. 3. cap. 5.* Surrentum (*inquit*) cum promontorio Mineruæ, Sirenum quondam sede. Meminit loci huius & *Virg. lib. 5.* iámque adeò scopulos Sirenum aduecta subibat Difficiles quondam, multorumque ossibus albos. Vbi multa de Sirenibus. ¶ Item Petra. *Strab. l. 16.* Arabiæ oppidum Nabathæorum metropolis: vnde ea pars Arabiæ, Petræa nuncupatur.

PĔTRÆA, πέτραια, Pars Arabiæ, ita dicta à Petra Nabathæorum metropoli. *Strab. lib. 16.* ¶ Est etiam petrea nympha Oceani & Tethyos filia, *Teste Hesiodo in Theogonia.*

Petreia, Mulier dicebatur quæ pompam præcedens, in coloniis aut municipiis imitabatur anum ebriam, quòd pedes in petris frequenter impingeret: quam & alij volunt ab agri vitio, scilicet petris appellatam. *Festus.*

PĔTRĔĬVS, Pompeianarum partium dux in Hispania, vnà cum Afranio à Cæsare victus, *Cæs. 2. lib. bell. Ciuil. & Lucan. li. 4.* ¶ Petreius Atinas, Cimbrico bello primipilus sub Qu. Catulo fuit, qui quum legionē eam in qua ordines ducebat, à reliquo exercitu intercluſam videret, neque vllis adhortationibus Tribunum suum impellere posset, vt per hostium castra perrumperet, eum cunctantem occidit, legionémque saluam eduxit. Quo nomine etiam corona graminea donatus est.

Pĕtrŏcŏrĭi, πετροκόριοι *Ptolemæo*, Populi Galliæ Aquitanicæ, Santonibus finitimi: quorum meminit *& Pli. l. 4. c. 19.*

Petrèlæum, πετρέλαιον. Bitumen est liquidum è saxis defluens. Nomen habet ab oleo, non quòd reuera oleum sit, sed quòd liquida consistentia ad olei similitudinem accedat: tametsi colore magis ad nigredinem vergat.

Petrŏnēs, *Vide* PETRA.

PETRŌNĬĂ, πετρωνία. Nomen vxoris Vitellij, de qua *apud Suetonium in Vitellio.* ¶ Petronia item amnis in Tiberim defluens, qui inde nomen accepit, quòd per petras fluat: quam magistratus inauspicatò transeunt, quum in campo quid agere volunt: quod genus auspicij perenne vocant. Amnem autem fœminine antiqui enuntiabant. *Autor Festus.*

PETRŌNĬVS, πετρώνιος, Ægypti præfectus sub Augusto, qui Cornelio Gallo successit. Gessit bellum aduersus Æthiopes, quibus regina Candace imperitabat, virili quidem animo mulier, sed altero capta oculo. *Vide Strabonem li. 17.* ¶ Petronius Granius Centurio octauæ legionis sub Cæsare bello Gallico, qui postea bello Africano Quæstor designatus, quum nauis cuia in prouinciam vehebatur, in Scipionis potestatem veniſſet, & cæteris interfectis, Quæstori Scipio incolumitatem pollicereturſ, respondit Cæsarianos aliis incolumitatē dare nō accipere consueuisse: quo dicto se gladio transuerberauit. *Vide Plut. in Cæs.* ¶ Petronius ité alius fuit, prænomine Lucius, qui quū P. Cælium à quo ex humillima sorte ad Equestrē dignitatē erat euectus, precibus adductus, placētiæ occidiſſet, se quoque eadē dextra interemit. *Aut. Val. li. 4. de Amic.* ¶ Petronius patet Vespasiani Cæsaris. ¶ Petronius Perpenna, qui Constantinianas thermas in pristinum splendorem restituit. ¶ Petronius Diodorus medicus, qui scripsit antilegomena, *citatur testis à Plin. lib. 20. cap 8.* ¶ Petronius poeta, cuius nonnulla de medicina versibus conscripta, ad nostram ætatem peruenerunt, *vt scribit Volater.* ¶ petronius, πατρώνιος, vir Consularis fuit Neronis tempore, qui moriturus principis inuidia vt mensam eius exhæredaret, trullam murrhinā ccc. testertiis emptam confregit. *Autor Plin. libro 37. cap. 2.*

Pĕtrŏsĕlīnum, πετροσέλινον, quasi apium petrinum, herba est satiuo apio multo maior, semine nigro, gustu amaro: ita dicta quod optimè in petris, hoc est in rupibus proueniat, præsertim in Macedonia, vbi in crepidine rupium præcipue nascitur: vnde etiam Macedonicum à quibusdam cognominatur. *Vide Dioſc. lib. 3. cap. 75. & Plin. lib. 20. cap. 12. & Ruell. lib. 3. cap. 47.*

Pĕtŭlāns, pen. cor. Improbus, procax, contumelioſus, impudens. {עשוק *laschók* מְיַ *zedh. ὑβριστὴς, ἀσελγὴς* GALLIC. Qui touſiours boute l'vn ou frappe l'autre, ſ. ff. onte, petulant. [*Item*, Iniurieux, Meſdiſant, Impudique.] ITAL. *Preſuntuoſo, sfacciato.* GERMANIC. Mutwillig/frāch/feigh geit/vnuerſchampt. HISP. *Deſuergonçado y pedigueno.* ANGLIC. *wantone dishoneſt, ſaſwcie.* } *Cicero 2. de Orat.* Illud aſſequor, vt ſiquis mihi fortè maledicat petulans, aut plane inſanus mihi esse videatur. *Idem in Salluſt.* Dſine bonos petulantiſſima infectari lingua. [*Gell. cap. 20. lib. 17.* Animalia petulantia ad imitandum. Et *Velleius*: Petulantis conuicij Iudicium in hiſtrionem ex alto reditur.] ¶ Quandoque accipitur pro libidinoſo, impuro. *Cic. in Parad.* Lapia est libido in muliere ignota, dolor ad pauciores pertinet, quàm ſi petulans fuiſſet in aliqua nobili virgine.

Pĕtŭlāntĭă, æ, Est laſciuia, ſiue eſſ ænatio immodica ad quodlibet vitium, à petendo dicta. {עשק, *aschek* רוון *rādhón* חמס *chamás. ὕβρις, ἀσελγεια.* GAL. Malice effrontee, mauuaiſtie eshontee petulance. ITA. *Sfacciatezza, proſuntione.* GERMANIC. Mutwil/frächheit/feige/geitheit. HISP. *Aquel deſuergonçamiento, laſciuia demaſiada.* ANG. *wantonneſſe, dishoneſtie, ſawcineſſe.* } *Cic. in Cat. maiore*, Vt petulantia, & libido magis est adolescentium, quàm senum, nec tamen omnium adolescentium, sed non proborum. [*Gellius cap. 3 lib. 3.* Petulantias dictorum diluere: *Senec. cap 17. de conſol. ad Helviam.* In tanta fœminarum petulantia, iuſtica eius modestia. *Plau. Men. ſc. 1. a. 5.* Da quod bibam tuam qui poſſim perpeti petulantiam.] ¶ Dicitur quoque de pecudibus. *Colu. lib. 7. cap. 6.* Quoniam cornuti fere pernicioſi sunt, propter petulantiam. Et de arborū ramis. *Pl. l. 16 c. 30.* Præcipueque domibus experitur ramorū petulantia. Et de morbis *Gell. lib. 12. cap. 3.* Itaque vidiſtis philoſophū ratione decreti ſui nixum, cum petulantia morbi, doloríſque exultantia colluctantem. Dicitur autem petulantia autore *Cic. li. 4. de Reg.* à petendo, vt procacitas à procando, id est pascendo nominata est.

Pĕtŭlāntĕr, adiuerbium, Improbè, procaciter, laſciue. {ὑβριστικῶς, ἀσελγῶς. GALLI. Effrontement, impudiquement. ITA. *Sfacciatamente, dishonestamente.* GER. Mutwilliglich/gantz frächer vnd vnuerſchampter weiß. HIS. *Deſuergonçadamente.* ANGL. *wantonelie ſawceli, impudentlie.* } *Cic. ad Attic. lib. 2.* Diphilus Tragœdus in noſtrum Pompeium petulanter inuectus est. *Ouid. in Epiſtola Paridis ad Helenam*, Quinetiam vt poſſem verbis petulantius vti, Non semel ebrietas est simulata mihi.

Pĕtŭlcŭs, ci, Laſciuus. {סורר *soṙér. ἀσελγής.* GALLIC. Laſcif, effronté. ITA. *Laſcivo.* GERM. Geil/mutwillig/frāch/gumppig. HISPANIC. *Loçano ò rotoçon.* ANG. *wanton, laſciuious, euer hurting.* } *Virg. 4. Geor.* Hœdique petulci. Id est laſciui, exultantes, *vt ait Seruius. Columell. lib. 7. cap. 3.* Itaque capri vel arietis petulci sæuitiam pastores hac astutia repellunt. Hinc meretrices quoque petulcas veteres dixerunt, à petendo.

PĔTŬSCUM palatij, dicta est ea regio Vrbis quam Romulus obuersam posuit ei parti in qua plurimum erat agri Romani ad mare versus: quia molliſſimè inde adibatur Vrbs, quum Hetruſcorum agrum à Romano Tiberis diſcluderet, cæteræ vicinæ ciuitates colles aliquos habe-rent oppositos. *Festus.*

PEVCĒ, πεύκη, Parua est inſula in vno oſtiorum Iſtri, quod ab illa Peuces appellatur, *teſte Plin. lib. 4. c. 12. & Luc. lib. 12.* & barbara Cone Sarmaticas vbi perdit aquas, ſparſāmque profundo Multifidi Peuzen vnum caput abluit Iſtri. *Valer. Flac. lib. 8.* Danubij viridémque vident ante oſtia Peucen.

Pĕucĕdănum *Plinio*, ſiue Peucedanus, πευκέδανος. *Dioſcoridi*, Herba est tenui caule, & oblongo, fœniculóque non diſſimili, iuxta terram folioſo, radice nigra & craſſa, odore graui. Nomen inuenit à pinu, cuius folia imitantur, quemadmodum myrtidanum à myrto: Vnde & pinaſtellum nonnulli ex recentioribus appellarunt. Vulgus *Caudam ſuillam appellat.*

PEVCĒTĬA, πευκητία, Peninſula est in finibus Italiæ, aliis nominibus Calabri & Meſſapia dicta. *Autor Plinius lib. 3. cap. 5.*

Pĕxātŭs, *Vide* PECTO. *Martial. lib. 2.* Pexatus pulchrè, rides mea Zoile trita.

Pezitæ, πεζῖται, Fungi qui ſine radice, aut pediculo naſcuntur, quaſi pedeſtres. *Pli. l. 19. c. 3.* Dicti quod non tollant ſeſe altiùs à terra. πεζός enim à Græcis dicitur qui pedibus iter facit: vnde etiam calculi illi quos in latrunculorum ludo pedites vocamus, à Græcis vocātur πεζοί

P ante H.

P. H. C. In notis antiquorum, Publicus honor curandus.

PHABIRANVM, φαβίρανον, *apud Ptol. lib. 2.* Germaniæ vrbs est in climate Septentrionali ſita. Qui Ptolemæum poſtremò recognouerunt, ex longitudine & latitudine ſitus coniiciunt eam eſſe vrbem quam hodie vocant *Bremen.*

PHĂCĬŌN, φάκιον, Theſſaliæ oppidum *apud Thucyd. lib. 4.*

PHAĔACES, φαίακες, Populi fuerunt Corcyræ: vnde & Corcyra Phæacia dicta est: quæ est inſula in oſtio maris Adriatici. Hodie vocant *Corphu.* Scribitur cum æ diphthongo. Nominatiuus ſingularis est Phæax. *Horat. lib. 1. Epigr.* Pinguis vt inde domum poſſis Phæāxque reuerti. Phæacem verò figuratè dixit pro homine nitido, ventríque ac gulæ dedito, quales in Phæacia hoc est Corcyra eſſe ſolent: de quibus sic ait *Horat. Epiſt. libr. 1.* Queis pulchrum fuit in medios dormire dies, & Ad ſtrepitum citharæ ceſſatum ducere curam.

PHAEACVM, Ciuitas est in planitie Phæaciæ inſulæ, quæ ab vtraque parte habet duos editiſſimos vertices, in quibus adhuc sunt arces.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Phæāciūs, a, um, φαίακος, & Phæacus, ca, cum, vna syllaba minus. *Propert. lib 3.* Nec mea phæacas æquant pomaria syluas.

Phæcăsiūs, Calcei genus: vnde Phæcasiatos sacerdotes & deos vocamus. *Seneca ad Lucilium*, Si quem palliatum, aut phæcasiatum conspexeris.

PHAEDŌN, φαίδων, Athenienſis, in conuiuio à triginta Athenienſium tyrannis necatus fuit: cuius filiæ virgines quum aduerſus quorundam vim pudicitiam alioqui illibatam ſeruare non poſſent, inuicem ſe cõplexæ, in puteum deſilientes necem ſibi conſciuerunt. ¶ Fuit & alter hoc nomine philoſophus Elidenſis, Socratis auditor, ingenio liberali. Qui (vt quidam ſcripſerunt) ſeruiuit lenoni perinde quaſi meritorius puer, quæſtuariúmque mancipium. Eum Cebes Socraticus emiſſe dicitur, habuiſſéque in philoſophorum diſciplinis. Atque is poſtea philoſophus illuſtris fuit, cuius nomini Plato librum de Immortalitate animorum inſcripſit, qui etiam ab eius nomine Phædon inſcribitur.

PHAEDRA, φαίδρα, Minois Cretenſium regis filia fuit, & vxor Theſei, quæ amore Hippolyti priuigni capta, quum ipſum adducere non potuiſſet, vt paternum thalamum conſpurcaret, apud patrem eum detulit, tanquam ſtuprum ſibi inferre voluiſſet. *Reliqua vide in dictione* Hippolytus.

[PHAEDRVS, nomen amantis. *apud Plaut. in Curcul.*]

PHAEDRVS, φαῖδρος Vnus ex diſcipulis Platonis, cui Plato inſcripſit librum qui ab eius nomine dicitur Phædrus.

PHAEDYMA, Otranis nobilis Perſæ filia, primùm Cambyſis regis, eóque mortuo, Smerdis Magi concubina, quæ prima deprehendit, non Smerdim Cyri filiũ, vti populus credebat, ſed Magum imperare. Qua re cõmota Perſarum nobilitas Smerdim in regia trucidauit, Dariúmque equi hinnitu (vt inter eos conuenerat) regem declaratum, in illius locum ſubſtituunt. *Autor Herodot. lib. 4.*

PHAENIANA, *apud Ptol. li. 2. c. 12.* Rhetiæ vrbs, alio nomine Phœbiana caſtra, vulgò hodie *Behenhuſium.*

PHAESTVM, φαιστὸς, Vrbs in Creta, à qua Phæſtius φαιστὸς, Epimenides dictus eſt, quem adiutorem condendis legibus Solonis fuiſſe tradit *Plutarchus*, inclytum vaticinio, & rerum diuinarum peritia.

PHAESTVS, φαιστός, Mons ſeu promõtorium Cretæ, circa Gortynam vrbẽ, ciuitatem habens eiuſdem nominis. Sed nomen ciuitatis fœminini generis eſt, montis maſculini. *Strabo lib. 10.* ¶ Phæſtus, φαιστὸς, fuit teſte *H. mer. 5. Iliad.* Bori Mæonij filius, ſiue Lydij, qui quum veniſſet Troianis auxilio, ab Idomeneo interfectus eſt.

PHAETHŌN, φαέθων, Ligurum rex fuit vetuſtiſſimus, cuius multæ in Hetruſco littore coloniæ fuerunt, vt Cato eſt autor in Originib. ¶ Phaetō. {φαέθων. GE. Ein ſon Solis/vnd Clymenes.} Solis filius ex Clymene: qui quum à patre impetraſſet vt vno die currus ſui habenas ſibi permitteret, aurigandíque imperitus, cælum & terram combureret, à Ioue fulmine e curru excuſſus, in Padum fluuiũ decidit. Dictus Phaethõ ἀπὸ τῦ φαύειν, hoc eſt à luce, & ἄιθειν, vrere: vnde & pro Sole accipitur. *Virg. 5. Æneid.* Auroram Phaethontis equi iam luce vehebant. [*Sueton. in Calig. capite* 11. Phaëthontem orbi terrarum educare. (i. perniciem ſiue pernicioſum Incendiarium.]

Phaëthōntĭădēs, φαεθοντιάδες. Clymenes & Solis filiæ dicuntur ſorores Phaethontis, quæ dum extinctum fratrem flerent, conuerſæ ſunt in alnos arbores, *vt ait Virg. 6. Eclog. ait* 10. *Æneid.* in populos.

PHAETHŪSĂ, φαιθοῦσα, Fuit vna ex filiabus Solis ex Neæra nympha, & ſoror Lampetiæ, quæ in Sicilia, patris ſui, id eſt ſolis armenta cuſtodiebant: e quibus ſoli ſacris ſocij Vlyſſis contra Circes monita deguſtantes, naufragium fecerunt, *vt lib. 12. Odyſſ. fabulatur Homerus. Ouidius 2. Metam.* Phaethuſam & Lampetien Solis & Clymenes filias fuiſſe tradit, & ſorores Phaethontis, quæ quum fratrem fulmine percuſſum ſupra modum lugerent, ad Eridani ripam in arbores conuerſæ ſunt, quæ lacrymarum loco electrum exſudant.

Phăgĕdænă, æ, cum diphthongo in penul. (Nam Græcè φαγέδαινα ſcribitur, ἀπὸ τῦ φαγεῖν, hoc eſt ab edẽdo. ANG. *A running canker or pock which shortlie eateth the fleshe.* Exulceratio vſque ad oſſa celerirer depaſcens, cum inflammatione ſaniem male olentem emittens, & ad mortem perducens. *Autor Iulius Pollux. Plinius lib. 20. c. 4.* Vlcera quæ phagedænas vocant, folia & radix recens cum melle ſanant. *Columella quoque lib. 9. c. 12.* Phagedænam inter apum morbos numerat, quum ſcilicet ceræ partes vacuæ computreſcunt, & ſerpente latius vitio, ipſæ quoq; apes intereunt. Sæpe etiam (*inquit*) vitio quod Græci φαγέδαιναν vocant, intereunt.

Phagedænĭcus, a, um, adiectiuum. *Plin. l. 24. c. 4.* Condylomatis quæ phagedænica vocantur.

PHAGO, {φάγον.} Incredibilis edacitatis homo fuit, quem Flauius Vopiſcus in Aureliano tradit, menſæ Imperatoris adhibitum, aprum integrum, centum panes, veruecem, & porcellum vno die ediſſe, bibiſſeque vini orcam. {GER. Ein frats.}

Phagus, *Vide* FAGVS.

Phălăcrŏcŏrāx, penultima corrept. Aquaticus coruus. {φαλακροκόραξ. GA. Cormorant ou corbeau peſcheret. ITA. *Coruo aquatico.* GERM. Ein waſſer raab /etlich nennen diſen voget ein Schwemmergans. HISPAN. *El cuerno caluo.* ANG. *A watter crow or cormorant.*} *Plin. l. 10. c. 48.* Iam & in Gallia Hiſpaniáque, & per Alpes etiam, vbi & Phalacrocoraces, aues, Balearium inſularum peculiares.

Phălăcrŏn, φαλακρὸν. GAI. Chauue. ITA. & HISP. *Caluo.* GERM. Kal/glatz echtig. ANG. *Baldc.* } Græci caluum dicunt. Hinc corui aquatici phalacrocoraces dicuntur, Balearib. inſulis peculiares, *vt inquit Plinius li. 10. c. 48.* ¶ A Græcis etiam loca nuda, nullis herbis, aut plantis veſtita, phalacræ, φαλακραι appellantur: quæ *à Columella* vocantur glabreta. Vnde etiam Corcyræ inſulæ promontorium quoddam phalacron appellatur, *teſte Plin lib. 4 capite* 11. ¶ Præterea Idæ montis iuga Phalacras vocari tradit Stephanus, eo quòd ob niuis copiam qua in multam vſque ætatem tecta ſunt, ſtirpem nullam gignant, iiſque veluti capillamentis orbata, calua videantur.

Phălæ, vel vt alij ſcribunt, Falæ. Dictæ ſunt turres ligneæ, *teſte Nonio*, quæ ſpectaculorum gratia erigebantur. *Feſtus*, Phalæ, ligneæ turres ſunt, ob altitudinem dictæ, à falando, quod apud Hetruſcos ſignificat cælum. *Ennius*, Malos diffindunt, fiunt, tabulata phalæque.

Phălæcium carmen, φαλαίκιον μέτρον. A Phalæco inuentore nomen accepit. Alio nomine dicitur Hendecaſyllabum, à numero ſcilicet ſyllabarum. Conſtat ſpondeo, dactylo, & tribus trochæis. In prima tamen ſede pro ſpondeo modò trochæus legitur, modò iambus.

Phălangæ. {φάλαγγες. GAL. Rouleaux qu'on met ſous les nauires, pour les tirer à leau ou à bord. ITA. *Stanghe.* GERM. Hebel walen oder wellen/ auff welchen man ein laſt tregt oder walet. HISPAN. *Las palancas.* ANG. *Rollers which is put vnder shipes to roll to the ſea or frowe the ſea.* } Sunt quibus baiuli ferendis oneribus vtuntur, quæ ἀκροφόρια *Plato* appellat. *Plin. libro 4. capite 56.* Phalangæ, fuſtes ſunt nodis carentes, quibus Afri prælium contra Ægyptios primi fecerunt. *Iul. Pollux.* Phalanges, *inquit*, ſiue phalangæ dicuntur ligna quibus ſubiectis naues trahi ſolẽt. Scribit *Herodotus* AEthiopas vicenos dentes elephantorum grandes, & è materia hebeni centenas phalangas, tertio quoque anno tributi vice regibus pendere ſolitos. *Nonius* abiecta aſpiratione vocat palangas. Palangæ (*inquit*) dicuntur fuſtes tereres, qui nauibus ſubiiciuntur, quum attrahuntur ad pelagus, vel quum ad littora ſubducuntur: vnde etiam nunc palangarios dicimus qui aliquid oneris fuſtibus tranſuehunt. *libro 4. de vita popul. Roman.* Quum Pœnus in fretum obuiam veniſſet noſtris, & quoſdam cepiſſet, crudeliſſime pro palangis carinis ſubiecerat, quo metu debilitaret noſtros. [*Cæſar libro 2. de bell. ciu.* Opus machinatione nauali, phalangis, ad turrim admouẽt.] Hinc etiam Latini formauerunt verbum palango, as, quod eſt, onus aliquod huiuſmodi fuſtibus tranſueho. *Afranius*, Et capream vnam ſemilacerã quaterni ſimul palangabant.

Phălangārĭī, φαλαγγίται, Appellati ſunt milites qui erant in phalange, quales habuit ad imitationem Alexandri Magni Alexander Seuerus Romanorum Imperator, vt autor eſt *Lampridius.* ¶ Sunt etiam phalangarij (vt quibuſdam placet) qui onera fuſtibus tranſuehunt: ſed in hac ſignificatione, apud *Nonium* legimus palangarios ſine aſpiratione.

Phălangītēs, φαλαγγίτης, Herbæ nomen eſt, quæ alio nomine phalangium dicitur, à nonnullis etiam Ieucanthemon. *Plin. lib. 27. capite* 12. etiam ab effectu eam nomen accepiſſe oſtendit, quòd phalangiorum morſibus medeatur: quod & ipſum aperte teſtatur *Ægineta*, φαλαγγίτης, inquiens, ὠνόμασται δὲ ἀπὸ τῦ πρὸς φαλαγγοδήκτους βοηθεῖν.

Phălangium, gij. {φαλάγγιον. GAL. Vne ſorte d'araigne, de laquelle la morſure & venimeuſe & dangereuſe. ITA. *Sorte di ragno.* GERM. Ein gattung einer groſſen ſpinnen / ſo in einem jeden füſſen drey gleych ſeyt. HI. *El aranna pançonnoſa.* ANG. *A kind of ſpidder whois bite is venimous.*} Genus aranei: ita dictum quòd internodia terna habeat in cruribus. φάλαγξ enim Græcis proprie digitorum internodium dicitur. *Plin. lib. 29. capite* 4. Phalangium eſt Italiæ ignotum, & plurium generum: vnũ ſimile formicæ, ſed multò magis ruto capite, reliqua corporis parte nigra, albis intercurſantibus reſperſum guttis. Reliqua phalangiorum genera vide ibidem. ¶ Eſt item phalangium herbæ nomen, quæ & alio nomine phalangites dicitur. *vide Pli. lib. 27. c. 12. & ſupra in dictione* PHALANGITES.

PHĂLĀNTŬS, φάλαντος, Lacon quidam fuit, de quo hæc tradit *Seruius libro 3. Æneid.* Quum olim Lacones & Athenienſes diu inter ſe bella tractarent, & quum vtraque pars affligeretur, Lacones quibus iuuentus deerat, præceperunt vt virgines cum quibuſcunque concumberent: quod & factum eſt. Sedatis autem bellis, iuuenes incertis parentibus nati, quum & patriæ & ſibi eſſent opprobrio (nam Partheniæ dicebantur) accepto duce Phalanto, octauo ab Hercule, patriam reliquerunt, delatíque ad breue oppidum Calabriæ, quod Taros Neptuni filius condiderat, id auxerunt, & priſco nomine Tarentum appellauerunt. *Hæc ille.* Eadem ferè cõmemorat Acron *in illud Horatij li. 2. Carm. Ode 6.* Dulce pellitis ouibus Galeſi Flumen, & regnata petam Laconi Rura Phalanto. ¶ Hinc Phalanteus, a, um.

Phălānx, gis. {טאכ *matthſáb.* φάλαγξ. GAL. Armée Macedonique de huict mille hommes de pié armez. ITA. *Squadra.* GERM. Ein gar dicke vnnd engeſchlacht ordnung von acht tauſent kriegsknechten. HISP. *Gente de pie pueſta en ordenança.* ANG. *An armie of Macedonia of eight thouſand armed footemen.*} Dictio Macedonica, qua non proprie legio, ſed quadrata acies, & cuneus militaris intelligitur, quando ſcilicet pes pedi, clypeus clypeo, vir viro in acie conſerebatur. Continebat autem octo millia armatorum. Et hoc quidem peculiare fuit Macedonum inſtitutum, *vt autor Liu. libro 8. ab vrbe, quum ait*, Et quod antea inquit phalanges ſimiles Macedonis, hoc poſtea manipulatim inſtructa acies cœpit eſſe. *Curtius*, Macedones phalangem vocant peditum ſtabile agmen, vbi vir viro, armis arma conſerta ſunt. *Cæſ. 1. bel. Gal.* Milites noſtri è loco ſuperiore pilis miſſis, facile hoſtium phalangem perfregerunt. In quo Cæſaris exemplo proculdubio accipitur phalanx pro armorum connexione, atque teſtudine, ſiue pro armatorum ordine, quo perfracto maximè hoſtibus noceri poteſt. Hinc per tranſlationem illud à Satyrico poëta dictum, iunctæque vmbone phalanges. ¶ Item phalanx, eſt regula continens lances, id eſt libram. ¶ Phalanx item *Ariſtotili* genus aranei eſt, quod & phalangium, φαλάγιον, dicitur. ¶ Item phalanges dicuntur digitorum internodia, *teſte Galeno in tractatu de oſſibus*: cuius verba placuit Latinè verti, inter digitos & carpon, oſſa quæ ad eos tendunt, & palmam explent, μετακάρπια appellant: idque carpo per ſynarthroſin, aut priori digitorum phalangi, ſcytalidive (ſic enim variè à nonnullis digitorum oſſa nominantur) per diarthroſin alligatur.

Phălangītæ, tarum, dicuntur Milites ex phalange, φαλάγγιται. *Liu. lib. 37.* Decem millia peditum more Macedonum armati fuere, qui phalangitæ appellabantur.

* Phalangarij, appellati ſunt milites qui erant in phalãge, quales habuit ad imitationem Alexandri Magni Alexander Seuerus Romanorum imperator, *vt autor eſt Lampridius.*

PHALARA, φάλαρα, Ciuitas in ſinu Maleaco non procul à Sperchij fluminis oſtio. *Plin. lib. 4. c. 7.*

Phălārĭcā, æ, penult. corrept. φαλαρίκη, Genus eſt teli ad modum haſtæ, validò præfixum ferro, quod in longitudine habet pedes tres, vt totum cum armis corpus tranſfigat: inter cuius tubam & haſtile ſulphur, reſina, bitumen, ſtuppa conuoluuntur infuſo oleo, quod incendiarij voçãt: deinde balliſtæ impetu emiſſa, prærupto munimine ardens, figitur ligno, turritáq; machinã incendit. Eſt autẽ magna, & parua phalarica. Vnde

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Vnde *Lucanus* dixit phalaricam nervis mitti tortilibus. *Virg. verò lib.* 9 Turnum manu iaculari potuisse phalaricam ostendit. Sed magnum (*inquit*) stridens contorta phalarica venit Fulminis acta modo. Dicta est autem phalarica, *teste Servio*, quòd ea vtantur phalarum, hoc est turrium propugnatores: siue, *vt Vegetio placet*, quòd turritæ machinæ ea incendantur. [Phalaricæ descriptio est apud *Livium lib.* I. *Dec.* 3.] *Vide de hac machina plura apud Servium in locum Virgilij iam citatum.* [*Item Gellium cap.* 25. *lib.* 10.]

PHALĂRIS, φάλαρις, Nomen proprium Agrigentinorum regis crudelissimi: qui præter cætera nouorum supplicíorum instrumenta, taurum habuit æneum, Perilli arte fabricatum, in quem immissi damnatij igneque subiecto, bouis mugitum edebant: cuius muneris nomine quum artifex non leue munus speraret, iussu Tyranni in taurum cõiectus, primus artis suæ specimen præbuit. Ipse quoque Phalaris, quũ nimia eius atrocitas vlterius ferri non posset, facto in eum vniuersorum ciuium impetu correptus, et ipsi tauro quo alios exusserat, inclusus, viuus crematus est. ¶ GERMA. Ein grausamer tỏnig vnd tyran zu Agrigent in Sicilien. ¶ *Cice. lib.* 2. *Offic.* Phalaridis præter cæteros nobilitata crudelitas, qui non ex insidiis interiit, vt is, quem modò dixi, Alexander: non à paucis, vt hic noster, sed in quem vniuersa Agrigentinorum multitudo impetum fecit. *Ouid. in Ibin.* Vtque ferox Phalaris lingua prius ense resecta, More bouis Phario clausus in ære gemas. ¶ Est præterea phalaris auis quædam ex genere amphibiorum, in Seleucia Parthorum & parte quadam minoris Asiæ præcipuè nascens. *Varr.* 3. *de re Rust. cap.* 11. Sunt item non dissimilia alia genera: vt querquedulæ, phalarides, sic perdices, quæ (vt Archelaus scribit) audita voce maris concipiunt. *Apud Plinium tamen l.* 10. *cap.* 48. *& Colum. lib.* 8. *cap.* 15. *legimus* phalerides per secundam vocalem in antepenultima, quo pacto etiam *apud Varr.* legendum suspicantur. * Item herba, quæ tyrsum habet longum, tenuem ceu calamum, in summo flore inclinatum: semen simile lasamæ. *Plin. lib.* 27. *cap.* 12.

PHĂLĂRĪSMŬS, mi, φαλαρισμὸς, Phalaridis tyrannis, vel eius imitatio, hoc est summa crudelitas.

PHĂLĔRĂ, orum, φάληρα, τὰ, Portus Athenienſium, quinque millium passuum muro vrbi conjunctus. Hinc ortus traditur Demetrius philosophus, Phalereus à patria cognominatus. Apud Græcos, *teste Steph.* indifferenter effertur, φάληρον ἐνικῶς, καὶ φάληρα πληθυντικῶς.

PHĂLĔRĔUS, φαληρεὺς, Gentile nomen est à Phaleris Athenienſium portu deductum. Quo cognomento etiam dictus est Demetrius philosophus, Phanostrati filius, & Theophrasti auditor, qui quum à Cassandro Macedonum principe Athenis esset præfectus, non modò popularem non destruxit potentiam, sed etiam melioribus institutis reformauit. Verùm tantum inuidia valuit, vt post Cassandri obitum in Ægyptum fugere coactus sit: quo tempore eius inimici statuas eius plures trecentis dissectas conflauere. Tandem morsu aspidis periit, quum multa apud Ptolemæum in calamitoso otio scripsisset. *Vide Strab. lib.* 9.

PHĂLĔRÆ, pe. cor. harum phalerarum. ¶ φάλαραι. GAL. Bardes de cheuaux. ITA. *Abigliamenti da caualli.* GERMAN. Allerley roßzierden. HISP. *Los jaezes de cauallo.* ANG. *Horse trappers.* ¶ Ornamenta equorum, ἀπὸ τοῦ φαλοῦ Græco adiectiuo, quod significat illustre. *Virgil. lib.* 6. *Æneid.* Primus equum phaleris insignem victor habeto. Non tamen sola equorum ornamenta phaleræ dicuntur, sed nonnunquam etiam equitum & virorum nobilium. vnde *Liv. lib.* 9. *ab Vrbe* tradit, comitia Ædilitia Cn. Flauij Scribæ tantum habuisse indignitatis, vt plerique nobilium aureos annulos & phaleras deponerent.

PHĂLĔRĀTŬS, ta, tum, Phaleris ornatus. ¶ φαλαρωτός. GAL. Bardé. ITA. *Bardato.* GERM. Rõſtlich vnnd zierlich behengt vnnd angelegt. HIS. *Ornado de jaezes.* ANGLIC. Barded. ¶ *Sueto. in Claud.* Crassus Frugi equo phalerato, & in veste palmata. [*Idem Sueto. in Calig. cap.* 19.] ¶ per translationem item phaleratum appellamus quod fucatum est, & ad speciẽ ornatum: metaphora ducta ab equis venalibus, qui vt carius vendantur, phaleris solent exornari. *Sic Terent. in Phorm.* Phalerata dicta posuit pro ornatis, comptis, & fucatis.

PHĂLĔRĪDES, Aues sunt ex genere natantium, in Seleucia Parthorũ, quodam Asiæ tractu præcipue nascentes, *teste Plinio lib. decimo, capite* 48. *Col. libro octauo, cap.* 15. Clausæ pascuntur anates, querquedulæ, boscides, phalerides, similésque volucres, quæ stagna, & paludes rimantur.

PHĂLĔRĪVM, φαλήριον, Vrbs Hetruriæ. Inde Phalerius, ria, rium, *Stephan.*

PHĂLĪSCI, φαλίσκοι, Populi Hetruriæ, quorum oppidum Phalerij vocabatur. Sunt qui arbitrantur Phaliſcos esse qui eam Hetruriæ partem inhabitant, vbi situm est oppidum quod hodie corrupto nomine *Montem Flasconem* vocant, quum potius montem Phaliscum dicere debeamus.

PHALORA, φαλῶρα. Vrbs Theſſaliæ. Inde Phalorensis, φαλωρεύς. *Steph.*

PHĂNÆVS. φανεὺς, *Capo maſtico*, Promontorium in Chio insula, optimo vino nobilissimum. *Autor Seruius in illud Vir.* 2. *Geor.* Sunt etiã Arminneæ vites fumissima vina, Tmolus & assurgit quibus, & rex ipse Phanæus.

PHĂNĂTĬCŬS, ci, dicitur, Qui diuino numine afflatus est, & cui percito furore multæ vanæ apparitiones, & ludibria fiunt: qualem insanientem Aiacem fuisse Poetæ ferunt, quum in pecora sæuiret, Agamẽmnonem se & Vlyssem occidere ratus. ¶ משוגע *meschugheghah.* ἐνθεος, ἐνθουσιῶν. GALLIC. Furieux. ITAL. *Furioso.* GERM. Ein ſchwirmer/von einem ſchwindel geiſt beſeſſen / ein vnſinniger. HISPANI. *Loco furioso.* ANG. *He that hath vaine visions.* ¶ *Cicer. pro Domo sua*, Quid tibi necesse fuit anili superstitione, homo phanatice, sacrificium quod alienæ domi fieret, inuisere? Hunc morbum, phanaticum errorem vocat. *Horat. de Arte*, Aut Phanaticus error, & iracunda Diana.

PHĂNĒS, φάνης, Vir fuit Halicarnassius, qui Cambysæ Persarum regi aduersus Ægyptios bellũ molienti, se ducem itineris præbuit, exercitũque eius citra periculum per Arabiam in Ægyptum duxit. *Autor Herod. l.* 3. ¶ Phanes etiã a Græcis dicitur Sol, ἀπὸ τοῦ φαίνειν, hoc est à lucẽdo.

PHĂNĒSII, φανήσιοι. Populi in insulis Oceani Septentrionalibus, qui (*vt Solinus ait*) habent aures adeò effusas, vt reliqua viscera contegant illis.

Phaneta, φάνητα, Sol dicitur, quia quotidiè renouat sese: ἀπὸ τοῦ φαίνεσθαι καινοῦσθαι, id est quoniam apparet nouus

PHANIAS. φανίας. GAL. Pourę. ITA. *Colui che è povero.* GERM. Rũmſtirer/der ſich reichtumbs beruꝛmpt das er nit habe. HISP. *Pobre.* ANG. *Poore.* ¶ A Græcis dicitur qui tenuis fortunæ quum sit, summas tamen diuitias iactat & simulat, tractum à Phania quodam eius ingenij homine. ¶ Fuit etiam hoc nomine Appij Pulcri libertus.

PHĂNTĂSĬA, æ, Visum, imago rerum animo insidentium. יצר *jétser.* φαντασία. GAL. Phantasie, vision. ITALIC. *Fantasia, imaginatione.* GERM. Ein geſicht/ein einbildung oder phantaſey. HISP. *Imagination.* ANG. *Fantasie.* ¶ *Cicer. 1. Acad.* In qua primum de sensibus ipsis quædam dixi noua, quos iunctos esse censuit e quadam quasi impulsione oblata extrinsecus, quam ille phantasiam, nos visum appellemus licet. *Idem Cassio. l.* 35. Qui putant etiam διαπεμπὰς φαντασίας spectris Catianis excitari. [*Quintilian.* Phantasiæ visiones &c. de iis *Quintilian.*]

PHĂNTĂSMA, atis. חזיון *chizzajón.* φάντασμα. GAL. Phantosme, vision. ITA. *Fantasma.* GERM. Ein falſch geſicht oder erſcheinung. HISP. *Imaginacion falsa, vision phantastica.* ANGLIC. *A vision.* ¶ Est visum, *vt inquit Macrobius*, cùm inter vigiliam & altam quietem in quadam, vt aiunt, primi somni nebula adhuc vigilare se existimans, qui dormire vix cœpit, aspicere videtur irruentes in se, vel passim vagantes formas a natura seu magnitudine, seu specie discrepantes: variaque tempestates rerum vel lætas, vel turbulentas. Differt à phantasia, *inquit Suidas*, quod Phantasma est imaginatio, vel visio eius quod non est: phantasia autem eius solùm quod est.

PHĂNTĂSTĬCŬS, φανταστικὸς, Imaginatiuus.

PHĂNUM, phani, Templum, quia φανερὸν, apertum & manifestum significat, & omnibus adeuntibus aperta sunt templa. ¶ היכל *heehál* בית *báyith* במה *bamáh.* ναὸς GAL. Temple. ITAL. *Tempio, chiesa.* GERM. Ein tempel oder kirch. HISP. *Templo.* ANGLIC. *A churche or temple.* ¶ *Cicer. 3. de Finibus.* Nam vt peccatum est patriam prodere, parentes violare, phana depeculari, quæ sunt in effectu, &c. *Cæsar 1. bell. ciuil.* Pecuniæ à municipiis exiguntur, & e phanis tolluntur. Alij fanum, & quidem rectius scribunt.

PHĂON, φάων, Iuuenis Lesbius fuit formosissimus, à Sappho poëtria peraditissime adamatus. *Extat apud Ouidium Epistol. Sapphus ad Phaonem.* [De Phaone Lesbio, *Vide Ælian. Meminit eius Plaut.*]

PHARAI, φαραί, numero plurali. Vrbs est, *teste Pli. l.* 4. *c.* 12. Cretæ mediterranea, à Messenis condita.

PHĂRĂŌNĒS, פרעה *pharóh* φαραὼ. ¶ appellantur Ægyptij reges, quod cognomen fuit dignitatis, *vt scribit Euseb.* Ægyptiorum enim lingua Pharaon regem significat, *vt docet Ioseph. lib.* 8. *Anti.* Ita quum primum perueniebant ad imperium, hoc nomen accipiebant.

PHĂRĔTRĂ, æ, Sagittarum theca. ¶ אשפה *aschpáh.* φαρέτρα. GAL. Vne trouſſe de fleſches ou carquois. ITA. *Turcasso pharetra, carcasso.* GER. Ein kocher. HISP. *Carcax ò aliaua.* ANG. *A quiuer of arrowes.* ¶ *Virgilius* 1. *Æneid.* Succinctam pharetra, & maculosæ tegmine lyncis. Dicta pharetra παρὰ τὸ φέρειν τὰ τοξότα, ἤγουν βέλη. ¶ Capax pharetra. *Ouid.* 9. *Metamor.* ¶ Grauida pharetra sagittis. *Horat.* 1. *Carm. Ode* 22. ¶ Plenæ pharetræ. *Ouid.* 4. *de Ponto.*

PHĂRĔTRĀTŬS, dicitur qui pharetram fert. ¶ ὁ φαρετροφόρος. GAL. Gärni de carquois. ITAL. *Fornito di carcasso.* GERM. Der ein kocher anhat oder tregt. HISP. *Ornado de carcax.* ANGLIC. *That hath or beareth a quiuer of arrowes.* ¶ *Ouid.* 1. *Amor. Eleg.* 1. Lege pharetratæ virginis arua coli. *Virgilius* 4. *Georg.* Quáque pharetratæ vicinia Persidis vrget. [*Ouid. Eleg.* 1. *libro* 5. *Trist.* Ille pharetrati lusor amoris abest. *Idem Eleg.* 4. *libro* 4. Vbi taurica dira cædes pharetratæ spargitur ara deæ. (Dianæ sc. 3.) Miles pharetratus. *Silius l.* 7. [*Ouid. Eleg. vlt. lib.* 4. Iuncta pharetratis Sarmatis ora Getis.]

PHĂRĬA, *Prol. Plinióque*, *Strab. verò* Pharus. φάρος. Insula contra Dalmatiã & Iadæram, quæ nunc vulgò *Lisna* Illyrico sermone dicitur. ¶ Est & vrbs in ea à qua Pharienses populi.

PHĂRĪAS, pen. prod. φαρίας, Serpens est, sulcum, dum serpit, cauda in terra faciens. *Luc. l.* 9. Et contentus iter cauda sulcare pharias.

Pharicon, φαρικὸν, Genus veneni est, quod Athenæus phariacon nominat, *de quo Plin. l.* 28. *c.* 10.

PHĂRĪSAEŬS, φαρισαῖος, Nomen sectæ Iudæorum religiosæ. Erant enim apud Iudæos tres sectæ, Pharisæorum, Sadducæorum, & Essæorum. Dicitur autem Pharisæus, quasi separatus, ab Hebræo Pharas, quod est diuidere, propterea quòd qui hanc sectam colerent, à cæteris habitu moribúsque distinguerentur.

PHĂRĪSAĪCŬS, a, um, φαρισαϊκὸς. *Hieronym. contra Vigilan.* Quasi sepulcra Pharisaica foris dealbata.

PHĂRMĂCŌTROPHĪ, φαρμακοτρόφοι. Populi sunt Asiæ Margianis, & Susianis finitimi, qui venenis ali feruntur: vnde & nomen illis inditum est. *Meminit horum Plin. lib.* 6. *cap.* 16. *& Pomp. lib.* 1.

PHĂRMĂCUM, ci, penultima correpta. ¶ רפואה *rephuáh.* φάρμακον. GALLIC. Medecine. ITALIC. *Medicina.* GERMA. Ein artzney/gãb ſie ſey gut oder böß vnnd ſchädlich. HISPA. *Melezina.* ANG. *A medecine, a remedie, to cure.* ¶ Vocabulum est medium, quod tam pro toxico quàm pro salutifero medicamento accipi potest: quemadmodum & Veneni appellatio apud Latinos. *Caius l. Qui venenum ff. de verb. signif.* Qui (*inquit*) venenum dicit, adiicere debet an malum, an bonum sit. Nam & medicamẽta venena sunt, quia eo nomine omne continetur quod naturam eius cui adhibitum sit, mutat. Quum id apud nos venenum appellamus, Græci φάρμακον dicunt, quòd apud illos quoque tam medicamenta, quàm quæ nocent, hoc nomine continentur. Vnde adiectione alterius nominis admonet nos summus apud eos poëtarum Homerus qui sic ait, φάρμακα πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μιγέντα, πολλὰ δ' ὀπυιδή. *Hæc Caius.*

PHĂRMĂCOPŌLA, æ, pen. prod. Pharmacorum venditor. ¶ φαρμακοπώλης. GAL. Vn apothicaire. ITA. *Profumiero speciale che apparecchia le medecine.* GER. Ein apotecker/ der allerley artzney machet vnnd verkaufft. HISPA. *Boticario.* ANG. *A seller of medecine.* ¶ ἀπὸ τοῦ πωλεῖν τὰ φάρμακα. *Horat. lib.* 1. *Ser. Sat.* 2. Ambubaiarum collegia pharmacopolæ. *Cicero pro Cluent.* Tũ repente Anconitanum quendam L. Clodium pharmacopolam circũforaneum, qui casu tum Larinum venisset, aggreditur. Quidam Seplasiarios vocant, à Seplasio vico, seu foro Capuano, in quo medicamenta & vnguenta conficiebantur.

PHĂRMĂCEŪTĬCE, φαρμακευτική, Dicitur ea pars medicinæ quæ pharmacia curat, ad differentiam therapeutices, & chirurgices.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Phārmăcŏdēs φαρμακώδης, Odor medicamenti.

Phārmăcŏtrĭa. {מכשפה *mechaſchſchephāh* φαρμακευτικη.} Dicitur quam nos ſagā dicimus, vel venefică. Hoc nomine *Vir.* Eclogā quandam inſcripſit, in qua Theocriti imitatione venefica quædam inducitur, quæ magicis incantationib. animum viri à quo ſpernebatur, ad ſui amorem conatur reuocare.

PHĀRMĂCŪSAE φαρμακοῦσαι. Sunt duæ inſulæ exiles iuxta Atticam regionem in mari Salaminiaco, in quarum altera (*vt inquit Strabo lib. 9.*) ſepulchrum Circes viſitur. *Plinius* eiuſdem nominis inſulam inter Sporadas connumerat, *l. 4. capite 12.* Hanc Stephanus ſupra Miletum collocat, & Attalum regem in ea occiſum fuiſſe aſſerit. Gentile eſt Pharmacuſius.

PHĀRNĂCĬA, æ, φαρνακία. *Steph.* Regio & vrbs Pontica, Trapezunti proxima. *Plin. l. 6. c. 4.* Pharnacen appellat.

PHARNĀX, nacis, penultima correpta, φαρνης Mithridatis regis filius, qui quum maiore ciuilis belli, quod tum inter Cæſarem & Pompeium gerebatur, quam propriarum virium fiducia Cappadociam inuaſiſſet, à Cæſare fulminis in morem eſt obtritus, & (vt Cæſar gloriatus fertur) ante quam hoſtem vidiſſet, victus. vnde etiam inter Pontici triumphi fercula, tria hæc verba protuliſſe fertur, Veni, vidi, vici, nō acta belli ſignificantia, ſed celeriter confecti notam. *Suet. in Cæſ. Lucan. l. 2.* Tigranémque meum, nec Pharnacis arma relinquas Admoneo. Meminit huius *Cic. ad Caſſ. l. 15. Epiſt. Fam. & ad Att. l. 11.*

PHĀRŌS, φάρος, Olim inſula fuit, Canopico Nili oſtio obiecta, dieíque vnius nauigatione (*ſi Homero credimus*) à continente dirempta: hodie verò Alexandriæ ponte coniuncta. Cuius mutationis cauſam quidam Nilo aſſignant, cuius oſtia magnam perpetuò limi vim ad proxima aggerunt vada. *Lucr. l. 10.* Pharos inſula quondam In medio ſtetit mari. In ea turris eſt ingens in petra poſita, quæ mari circunluitur, albo lapide, octingentis talentis à Philadelpho Ptolemæo rege Softrati Cnidij architecti Alexandrinorum amici opera extructa: quæ & ipſa Pharos dicta eſt: in qua noctu accenſæ faces nauigantium curſum regebant. [*Ouidius Eleg. 5. lib. 3.* Quæ ducis æmathij fuerit clementia Phâros, præclarique docent funeris exequiæ.] ¶ A cuius ſimilitudine cæteræ quoque ſpeculæ ſimilem in vſum conſtructæ, Phari appellatæ ſunt. *Stat.* Lumina noctiuagæ tollit Pharus æmula Lunæ. [*Sueton. in Tiber. capite 74.* Turris Phari terræ motu Capreis concidit.] Scribit *Hegeſippus libro 4.* Pharon à Græcis Latiniſq; appellari ex ipſius rei vſu, eo quod longe videatur à nauigantibus: tanquam ἀπὸ τοῦ φαίνου, quod lucidum ſignificat, immutata litera, Pharos dicatur. In hac Alexander nouam vrbem condere ſtatuit: ſed quum magnæ ſedis capax non eſſet, ex aduerſo ei obiectam condidit Alexādriam. ¶ Eſt item Pharos maris Adriatici inſula, Illyrico adiacens, anteaParos dicta, *teſte Plin. l. 3. c. 21.*

Phārĭus, a, um φάριος, & Phariacus, a, um, vt Siſtra Phariaca.

PHARPHARIADES, Pars vna eſt Tauri montis. *Plinius libro quinto capite 17.*

PHĀRSĂLĬA, φαρσαλία, Regio Theſſaliæ, Pharſalo oppido, quod ad Enipei ripam ſitum eſt, circumiacens: à quo & nomen accepit. Sunt qui vniuerſam Theſſaliam hoc nomine vocatam exiſtiment à Pharſalo duce, quæ primò AEmathia ab AEmathio: poſtea Theſſalia à Theſſalo: deinde à Macedone, Macedonia eſt dicta.

Phārsălĭcŭs, a, um, Hinc campi Pharſalici: in quibus duorum maximorum bellorum ciuilium procellæ detonuetunt: primùm inter Cæſarem & Pompeium: alterum inter Auguſtum & percuſſores Cæſaris Brutum & Caſſium. Hi poſtea Philippici dicti ſunt, ſiue à Philippo rege, ſiue à Philippis vicina vrbe, quam alio nomine Thebas Theſſalicas appellant.

PHĀRSĂLŏs, ſeu Pharſalum, φάρσαλος. *Steph.* Theſſali oppidum, in ripa Enipei fluminis ſitum, *de quo Lucan. l. 6.* AEmathis æquorei regnum Pharſalos Achillis.

PHARUSII, φαρύσιοι. *Plinio libro 5. capite 8. & Pomponio libro 1.* Populi ſunt Africæ vltra Mauritaniam. Hi quondam Perſæ fuiſſe dicuntur, comites Herculis ad Heſperias tendentis. *Pomponius quoque libro 3. in fine.* Deinde Pharuſij aliquando tendente ad Heſperidas Hercule dites, nunc inculti, & niſi quòd pecore aluntur, admodum inopes. Qui fabuloſa narrant, Thebano hæc Herculi tribuunt: at qui hiſtoricam veritatem proſequuntur, AEgyptio Herculi qui Lybicus cognominatus eſt, potius adſcribenda cenſent. Meminit horum & *Strabo libro 17.* Vbi de Mauris mentionem fecit. At Pharuſij, *inquit*, qui vltra hos habitant, Heſperiis AEthiopibus vicini, ſagittant quemadmodum AEthiopes, falcatis quoque curribus vtuntur, miſcentur nonnūquam Mauris Pharuſij, per deſerta aquarum vtres equis portantes: nonnunquam per loca quædam paluſtria & lacus Cūtham vehunt. Quidam ex eis Troglodytarum more ſub terra habitare dicuntur, & æſtiuis imbribus abundare, hyeme verò ſiccitate laborare: nonnulli ſibi ex ſerpentum piſcíumque coriis, alij ex ſtramentis indumenta parare. *Vide reliqua apud Strab. loco iam citato.*

Phaſe, חפס *pēſcheh* Hebraicè, Latinè tranſitus dicitur, quam vocem LXX. conuerterunt πάσχα. *Vide* VASCHA.

Phaſelus. *Vide* PHASELVS.

PHĀSĒLĬS, φασηλίς, Pamphyliæ vrbs in monte ſita piratarum olim perfugium. *Cicero in Verr. Act. 6.* Meſſanam Siciliæ oppidum Verri Prætori, prædoni verius & piratæ Sicilienſi, Phaſelim quandam fuiſſe ait, quòd omnes furtorum aceruos illuc deportaſſet: Phaſelis (*inquit*) illa quam cepit P. Seruilius, non fuerat vrbs antè Ciliciam atque prædonum: Lycij illam Græci homines incolebant: ſed quòd erat eiuſmodi loco, atque ita prouecta in altum, vt & exeuntes e Cilicia, prædones ſæpe ad eam neceſſariò deuenirent: & quum ex hiſce locis ſe reciperent, eodē deferrentur, aſciuerunt illud ſibi oppidum piratæ primò commercio, deinde etiam ſocietate. Mamertina, ciuitas improba antea non erat, etiam erat inimica improborum. Mox ſubdit, Verùm hæc ciuitas iſti prædoni ac piratæ Sicilienſi Phaſelis fuit. Huc omnia vndique deportabantur, apud iſtos relinquebantur: quod celari oportuerat, habebant ſepoſitum ac reconditum: per iſtos, quæ volebat in nauem clam imponenda, occulte exportanda curabat: nauem denique maximam, quā onuſtam furtis in Italiam mitteret, apud iſtos faciendam ædificandāq; curauit. *Hactenus Cic.*

Phăsēlŭs, li, penultim. product. {עברה *habaráh*. φάσηλος. ANGLIC. *A galley.*} *Straboni & Appiano* nauigij genus fuit, miſtam habens formam ex oneraria & longa triremi, quòd tam velis quam remis agi poterat. *Catul.* Phaſelus ille quem videtis hoſpites, Ait fuiſſe nauium celerrimus, Neque vllius natantis impetum trabis Nequiſſe præterire: ſiue palmulis Opus foret volare, ſiue linteo. *Georgic. 4.* Et circumpictis vehitur ſua rura phaſelis. *Salluſt. lib. 3.* Et fortè in nauigando cohors vna grandi phaſeolo vecta, à cæteris deerrauit. [¶ Dicitur & femineo genere. *Ouid.* Ventis diſcordibus acta phaſelus.] Nonius Phaſelum interpretatur nauigium Campanum. Bayfius eandem exiſtimat cum myoparone, aut certè ab illius figura non multùm diſtantem. Nec deſuerunt qui in Pamphylia primùm inuentum ſuſpicati ſint, & à Phaſelide oppido nomen accepiſſe.

Phăsĕōlŭs, per quatuor ſyllabas. {φασίολος. GALLIC. Phaſeoles, vne eipece de pois. ITALIC. *Fagiuolo.* GERMAN. Faſeles/oder welſche bonen. HISPANIC. *Friſoles.*} Genus leguminis, ſiliquam ferens longicrem quàm fœnogræcum, quæ vnà cum ſemine manditur viridis ex oleo & garo. *Colum. libro 2. cap. 15.* Phaſeoli modij quatuor obruuntur totidem operis. ¶ Legitur & Phaſelus, *lib. 1. Georg.* Sen pinguem viciámque feres, vilémque phaſelum. Tu quidem phaſelum legas. *Gal. l. 1. de Alimen. facult.* Phaſeolos diſtinguit à phaſelis, vúltque phaſeolum plantam hortenſem eſſe eandem cum ſimilace, cuius fructus lobi dicuntur, & dolichi Theophraſto: phaſelum autem eundem eſſe cum cicercula, aut certe eius ſpeciem quæ etiam hodie *Phaſillorum* nomen apud vulgum retinet.

Phăsĕlĭnŭs, pen. cor. Adiect. φασηλινος. Quod ex phaſeolo factum eſt, phaſelinum oleum. *Plin. lib. 23. c. 4.*

Phăsĭgănĭŏn, φασγάνιον. Herba eſt quæ alio nomine xiphion appellatur, hoc eſt gladiolus, naſcens in locis humidis, quum primùm exit, gladij ſpeciem præbens, radicem habens duorum cubitorum, nucis auellanæ modo fimbriatam. Reliquam deſcriptionem *vide apud Plin. libro 25. cap. 11.*

Phăsĭānŭs. {φασιανός. GALLIC. Vn faiſan. ITALI. *Fagiano, ò faſano.* GERM. Ein phaſian oder faiſant/iſt ein artlich vögel. HISPAN I. *Faiſa.* ANGL. *A feaſant.*} Auis nota, à phaſi fluuio ita nominata: vnde ab Argonautis primùm in Græciam, atque inde ad nos putatur eſſe deportata. *Martialis lib. 13.* Argiua primùm ſum, tranſportata carina, Antè mihi notum nil niſi Phaſis erat. In hanc auem Itym Terei filium mutatum poetæ fabulantur.

Phāsĭānă, næ, idem: *vt apud Plin. lib. 30. c. 48.* Nonnulli etiam phaſianas gallinas vocant.

Phāsĭānārĭus, Qui phaſianos paſcit. {φασιανοτρόφος. GAL. Vn faiſannier, qui nourrit des faiſans. ITA. *che nutrice faſani.* GERM. Der die faſanen zeucht vnd ſpeiſſet. HISP. *El que cria los faiſanes.* ANG. *That feedeth feaſants.*} *Paulus Iuriſconſ.* Phaſianarij autem, & paſtores anſerum non continentur.

PHĀSĭs, is, vel idis, φάσις, Colchorum prægrandis fluuius, *de quo Lucanus lib. 3.* Colchorum qui rura facit ditiſsima Phaſis. *Plin. lib. 6. cap. 4.* Nauigatur Phaſis quamlibet magnis nauigiis XXXVIII. M.D. paſſ. Inde minoribus longo ſpatio pontibus centum viginti peruius. Ab hoc fluuio phaſiani nomen ſumpſerunt, quòd ibi maximus eorum prouentus feratur: vnde etiam ab Argonautis in Græciam aduecti putantur. ¶ Fuit item eiuſdem nominis oppidum, ad fluuij huius oſtium ſitum, *cuius meminit Plin. l. 6. c. 4.*

* Phaſiacus, a, um, Adiect. vt terra phaſiaca. *Ouid. 1. de Remed.* Aqua Phaſiaca. *Ouid. Epiſt. 12.*

Phāsĭădis, φασιας, Patronymicum eſt fœmininum: à Phaſide fluuio ſiue oppido deductum, quod Poetæ pro Medea ferè vſurpant, Phaſidis alumna. *Ouidius 3. de arte*, Maritum barbara per natos Phaſias vlta ſuos.

Phāsĭmă, atis, Apparitio, viſum, monſtrum. {חזיון *chizzajón*. φάσμα. GAL. Monſtre, apparition. ITAL. *Moſtro, apparitione.* GERM. Ein erſcheinung/ein wunder geſicht. HISP. *Milagro, aparesçimiento.* ANGLIC. *A ſight or viſion.*} Eſt etiam nomen fabulæ apud Menandrum Græcum comicum. ¶ Phaſma etiam fabula fuit cuiuſdam Catulli, vt ex Iuuenale intelligere licet. *Satyr. 8.* Conſumptis opibus vocem Damaſippe locaſti Supario, clamoſum ageres vt Phaſma Catulli.

* Phecaſſium, genus calceamenti. *Senec. lib. 7. de benefic. cap. 21.* Pythagoricus quidam à ſutore phecaſium emerat, rem magnam, non prædentibus nummis.

Phăsēlĭæ, φασηλαι *Polluci*, Sunt oliuæ quæ minimo ſucco, corpore prægrandi, puſillóque ſunt nucleo.

PHĒCĂDĂs, pen. prod. φηγεάς, Ciuitas Arcadiæ, à Phægeo rege, Phoronei fratre condita, Prius Erymanthus, poſtea & Piephis appellata. *Step.*

PHĒGĔVS, φηγεύς, Pater fuit Alphelibœæ, qui Alcmæona quum iuſſu patris matrem occidiſſet, & ob eam rem furiis agitaretur, purgauit, eique Alphelibœam filiam matrimonio locauit. *Vide fabulam latius apud Ouid. 9. Metamorph.* *Item proprium nomen ſerui cuiuſdam, *apud Virg. lib. 5 Æneid.* Vix illam famuli Phegeus, Sagariſque ferebant. *Phegeius, pen. corr. adiectiuum quadrityllabum, φηγεῖος, vt, enſis Phegeius. *Ouid. 9. Metamorphoſ.*

PHĒGŌR, φεγώρ, Lingua Hebræa Priapus appellatur. *Inquit Hieronym. contra Iouinianum.* vnde Beel-phegor, dictio compoſita, hoc eſt Priapi ſimulachrum.

Phĕllăndrĭŏn, φελλανδριον, Herba quæ in paluſtribus naſcitur, folio apij, cuius ſemen propter calculos, & veſicæ incommoda bibitur. Quidam exiſtimant eam eſſe quam officinæ *Filipendulam* vocant, alij eandem faciunt cum apio paluſtri, quod à Dioſcoride ἐλειοσέλινον vocatur.

Phĕllŭs. {φελλός. GAL. Du liege. ITALIC. *Souero.* GERM. Pantoffelholtz/oder ſolenholtz. HISP. *Al cornoque.* ANGLIC. *Corke.*} *teſte Cælio lib. 6 cap. 17.* idem eſt cum eo quod Latini vocant ſuber. Vnde *Plutarch. in lib. de Fortuna Romanorum, ſcribit*, C. Pontium à Camillo miſſum in Capitolium à Gallis id temporis obſeſſum, quum Tibrim tranſmitteret. φελλοὺς πλατεῖς ὑποστρωσάμενος, hoc eſt phellos latos pectori ſubiecciſſe. Græci φελλὸν perpetuo epitheto vocant, ἀβάπτιστον, hoc eſt immerſibilem, quòd in aquis non niſi magna ponderis vi ſubmergatur. Hinc à Luciano finguntur eſſe homines: phellopodes, qui per mare currentes non mergebantur, quaſi phellinos habentes pedes.

PHĒMŌ-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

PHĒMŌNŌĒ, φημονοη, Sibyllæ nomen, quæ prima Apollinis Delphici vates dicitur fuisse, & carmen heroicum inuenisse, vt ait Pausanias. *Stat. lib. 4. Syl.* refererque arcana pudicos Phemonoe fontes. ¶Eadē & Pœbados cuiusdam nomen *apud Lucanum lib. 5.* Phœmonoën errare vagam, curisque vacantem. ¶Sunt qui Phœbi filiam dicant fuisse. *Meminit eius Hesiodus in Theogonia.*

PHĒNĔVM, φλοια, *Steph.* Oppidum in Arcadia, circa quod herba nascitur Homeri præconio celeberrima, quam à dijs immortalibus Moly vocari asserit *Plin. lib. 25. cap. 4.*

PHĒNĔVS, φενεος, Lacus Arcadiæ, cuius aqua nocturno tempore perniciosa interdiu salutaris est *Ouid. Metamorphos. 15.* Est lacus Arcadiæ, Pheneum dixere priores, Ambiguis spectatus aquis: quas nocte tumeto. Nocte nocent potæ, sine noxa luce bibuntur.

Phengītēs, φιγγιτης, Lapis duritia marmoris, candidus & transiucens: vnde & nomen habet. Nam φιγγος splendorem significat. *Plinius libro 36. cap. 22.*

Phemōn, Herba quæ & anemone dicitur, quasi herba venti: sic enim vulgus appellat, quòd eius flos tantum vento spirante aperiatur. *Plin. lib. 21. cap. 23.*

PHĒRAE, arum, φεραι. Vulgò *Ceramidi*, Oppidum Thessaliæ ad Bœbeidem lacum, vbi Magnesia à Pelasgicis campis dirimitur. *Homerus in Catal.* Οἱ δ' ἐφαν' ἐνέμοντο πάρεξ βοιβηίδα λίμνην. ¶Est item eiusdem nominis oppidum in Achaia propriè dicta, non procul à Patris.

Phereātes, um, *Ouid. in Epist. Oenones*, Ipse repertor opis vaccas pauisse Phereas Fertur, &c.

PHĔRĔCRĀTĒS, φερεκρατης, Athenienſis poeta comicus, militauit sub Alexandro magno: docuitque fabulas XLII. *Autor Suidas.*

PHĔRĔCȳDĒS, pen. prod. φερεκυδης, Philosophus & Poeta tragicus, ex Scyro insula, *teste Strabone lib. 10.* Floruit regnante Seruio Tullo apud Romanos *Cicer. lib. 1. Tuscul.* Hic primus dixit animos hominum esse sempiternos. Primus scripsit soluta oratione (*vt Apuleius in Floridis autor est*) repudiato versuum nexu. Hunc Pythagoras magistrum coluit. Periit phthiriasi, id est pediculari morbo: *de quo Serenus.* Sed quis non paueat Pherecydis fata tragœdi, Qui tumido sudore fluens animalia terra Eduxit, turpi miserum quæ morte tulerunt? Hic tametsi nullo magistro vsus, tamen per se multum eruditionis est consequutus, *vt autor est Suidas.* Quanquam Diogenes Laert. Pittaci auditorem fuisse tradit. ¶ Pherecydes præterea alius fuit, *teste Laertio*, antiquior etiam superiore, Athenienſis & Philosophus, qui ab Opheo multa didicit, scripsitque Theogoniam libris decem. item libellum De rerum principio. ¶Pherecydem alium Lerium genere, Historicum commemorat *Suid.*

PHĔRĔNĪCE, pen. prod. φερενικη, Nomen mulieris. *Ælianus lib. 10. de varia hist.* Duxit ad Olympicum certamen filium suum Pherenice fœmina prohibentibus eam spectare qui præsidebant. Licere id sibi persuasit, quæ patrem, & fratres tres haberet Olympionicos. Spectauit, & victorem filium reduxit.

Phĕretrum, φερετρον. *Vide* FERETRVM.

Phiāla, æ. ⟨ קְעָרָה *sephel.* φιαλη. GAL. Vaisseau à vin, soit pot, ou coupe, ou tasse. ITA. *Amola inghistara, caraffa.* GERMANI. Ein trinckschalen/so man gewonnlich nur auß gold vnd silber machet. HISP. *Laradoma.* ANGLI. *A gobblet or broade piece to drink in.* ⟩ Poculi genus capacius, ita dictū, quasi πάλιν κατ' αὐτοτελχαν, παρὰ τὸ πλεῖν ἄλις παρέχειν, hoc est ab eo quod affatim ad bibendum suppeditet. Solent autem phialæ ex auro fieri, quod & ipsum non obscurè innuit *Iuuenalis Satyr. 7.* Vitro tenet phialas: tibi non committitur aurum.

PHĪDĪĀS, æ, φειδιας. Nobilis fuit statuarius, qui in ebore scalpendo claruit: diis tamen (*vt inquit Quintilianus*) quàm hominibus efficiendis melior. Inter huius opera præcipuè commendata est Mineruæ statua, quam Athenis ex Ebore fecit, XXVI. cubitorum altitudine: in cuius clypeo Amazonum pugnam, & Gigantomachiam insculpsit: in soleis verò, Centaurorum & Lapitharum certamen. Proximam commendationem meruit Iupiter Olympius, & ipse totus ex ebore. Cælauit & Venerem, quæ postea Romæ sita in porticu Octauiæ fertur. Item Nemesim Rhamnusiam, mali ramum manu tenentem, ex quo parua turgebat complicatio, hanc inscriptionem habens, Agoracritus Parius fecit. Hunc enim Agoracritum discipulum vsque adeò diligebat, vt ei tanti operis laudem crederet.

Phidiācus, a, um, φειδιακος. *Proper. l. 3.* Phidiacus signo se Iuppiter ornat eburno. *Martia. lib. 6.* Quis te Phidiaco formatam Iulia cælo, Aut quis Palladiæ non putet artis opus?

PHIDĪTĬA, orum, φειδιτια, Cœnationes Lacedæmonij seu conuiuia nominabant, siue quòd φιλιας, id est amicitiæ causa instituta sint, siue potius à parsimonia. φειδομαι enim significat parco & abstineo: φειδὼ parcitas & parsimonia: φειδωλὸς parcus. Vnde & phiditia, conuiua parca, & frugi. *Cicero 5. Tuscul.* Quid, victum Lacedæmoniorum in phiditiis. nónne videmus? Conueniebant enim ad phiditia conferentes singuli farinæ modium, vini coros octo, casei quinque minas, ficuum quinque seminiminas.

PHĪDĪPPVS, φειδιππος. Herculis nepos ex Thessalo filio, qui vnà cum fratre Antipho contractis ex maris Carpathij insulis triginta nauibus, Græcis suppetias tulit aduersus Troianos. Autor *Homerus in* Catalo. nauium. ¶Est item Phidippus personæ comicæ nomen, *apud Terent. in Hecyr.*

PHILA, æ, φιλα, *Stephano*, Vrbs Macedoniæ, iuxta Peneum fluuium à Demetrio Gonata Antigoni filio condita & à nomine matris eius ita appellata. ¶Est item Phila maris Gallici insula, è regione Antipolis. *cuius meminit Pli. l. 3. c. 5.* ¶ Sunt & quatuor eiusdem nominis insulæ in Nilo fluuio, supra Deltam, quas commemorat *idem Pli. l. 5. cap. 9.*

PHĬLĂDĔLPHĬA, φιλαδελφια, Nomen ciuitatis in Mysia, regione Asiæ, frequentibus terræ motibus concussa, vnde eius incolæ in agris magna ex parte degebant. In hac fuit vna ex septem Ecclesiis in Apocalypsi commemoratis. Supra Philadelphiam, Orientem versus exusta regio patet, quam Græci κατακεκαυμένην appellant, stadiis longa quingentis, quadringentis lata, vbi nullæ arbores præter vitem inueniuntur, quæ exustum vinum fert ita elegans vt nulli cedat. Summa camporum facies cinerulenta est: montana, petrosa, & nigra. Quidam ex crebro fulminum ictu id contigisse arbitrantur, nec dubitant quæ de Typhone dicuntur, hoc in loco fabulari. Sed credibilius est subterraneum ignem, qui postea defecerit, regionem exussisse. Dicta est vbs Philadelphia ab Attalo Philadelpho conditore.

PHILĂDĔLPHVS φιλαδελφος, Ptolemæi regis Ægypti cognomen, qui bibliothecam Alexandriæ, fere quinquaginta millia librorum continentem, extruxit. Idem libros Mosis vertendos curauit per LXX. interpretes ex Hebræo in Græcum sermonem.

PHĪLĒ, arum, φιλαι, Insula, aspera, & vndique prærupta, adiacens Ægypto, duobus in vnum coituris amnibus cincta, qui Nilo mutantur, & eius nomen ferunt. Sunt autem Philæ *Strab. l. 17.* infra Syenem, ad quas ipse se ex Syene plaustro per plana aliquando vectum scribit. Meminit & *Lucanus libro decimo*, Rursus multifidas reuocat piger alueus vndas, Quâ dirimunt Arabum populis Ægyptia rura, Regni claustra Philæ.

[PHILAENIVM, Meretriculæ nomen. *Plaut. Asin. sc. 1. a. 1.*]

PHĬLAENŌRVM ARAE, φιλαινων βωμοι, Dicuntur quæ Siculo Peloro opponitæ, in media quodammodo Syrtium tellure positæ sunt: ita dictæ à Philænis fratribus, qui in eo loco viui creduntur fuisse defossi. Nam quum inter Cyrenenses & Carthaginienses de finibus incidisset controuersia, placuit vt certo tempore duo viri ex vtraque ciuitate egrederentur: vbicunque sibi obuij fierent, ibi ciuitatis vtriusque termini essent. Itaque Carthagine egressi Philæni, quum aliquot passuum millia in fines Cyrenensium processissent, indignati aduersarij se esse præuentos, optionem Philænis proposuerunt, malléntne ad suos fines retrocedere, an eo in loco viui defodi. Illisque respondentibus se patriæ salutem vitæ præferre, à Cyrenensibus, qui viribus superiores erant, viui eo in loco sunt defossi. Quo in loco Carthaginienses, ne eximia illorum in patriam pietas vlla temporum iniuria obliteraretur, duas eis aras constituerunt. *Vide Sallust. in bell. Iugurthino.*

[PHILAEVS Aiacis filius. *Plutarc. in Solon.*]

PHĬLAGRĬŌS, φιλαγριος, Medicus fuit insignis, Galeni æqualis: natione Epirota, Naumachij discipulus, cuius scripta recenset *Suidas.*

PHĬLAGRĬVS, φιλαγριος, Sophista Cilix, auditor Lolliani, supra modum iracundus, Nam & dormitanti quandoque auditori pugnum in malam fertur impegisse. Huic Metellus nepos sepulchrum extruens, lapideum apposuit coruum. Id quum Cicero esset intuitus, in eius æquitatem iocatus, Hoc, *inquit*, sapientius à te factum: πτίσσειν γὰρ σε μᾶλλον, ἢ λέγειν ἐδίδαξε, volare magis te docuit, quàm dicere. *Hæc Cælius Rhodiginus Antiq. lect. libro 21. cap. 7. & lib. 17. cap. 20.*

PHĬLĀMON, φιλαμων, Filius Apollinis ex Chione nympha, clarissimus carmine & cithara. *Ouid. l. 12.* Nascitur è Phœbo (nanque est enixa gemellos) Carmine vocali clarus citharáque Philamon. ¶ Fuit item Philamon Athenienſis, pugil fortissimus, qui omnes suæ ætatis pugiles superauit. *Suid.*

PHĪLĀNTHRŌPŪS, penultima producta. φιλανθρωπος. Lappæ genus, ita dictū quod vestibus hominum adhærens, eos amare videatur. φιλανθρωπος enim Græcis benignum & hominis amantem significat. *Vide Plin. lib. 24. c. 19.* Dioscoridi apparine dicitur, officinis *Rebulus.*

PHĪLĀNTHRŌPĬA, Humanitas, hominum amor. ⟨ φιλανθρωπια. GAL. Humanité. ITA. *Humanita.* GERM. Leutseligkeit/liebe gegen den menschen. HISPA. *Humanidad.* ANG. *Courteousnes, humanitie.* ⟩ Hanc sic definit *Speusippus*, Philanthropia, est humanitas, & affectio amicitiæ, hominum conciliatrix, habitus hominibus beneficus, gratiarum reddatio, gratitudo benefica. Huic opponitur Misanthropia.

Philanthropium. *Vlpian. vsurpat in l. 2. D. de proxenet.* pro φιλανθρωπια, vel φιλανθρώπευμα, id est, liberalitas, munificentia. Idem dico, *inquit*, si aliquid philanthropij nomine acceperit. De proxeneta loquitur, qui si aliquid pro opera sua mercedis receperit, ex conducto non tenetur. *Hotomannus.*

PHĪLAŪTĬA, Sui ipsius amor. ⟨ φιλαυτια. GAL. Amour de soymesme. ITAL. *Amor di se stesso.* GER. Liebe seines selbs. HISP. *Amor di simesmo.* ANG. *Self loue.* ⟩ *Cicer. Attic. lib. 11.* Libri quidem ita exierunt, (nisi fortè me fallit communis φιλαυτια) vt in tali genere ne apud Græcos quidem simile quicquam.

PHĪLĀRGȳRĬA, Auri fames, argenti auiditas. ⟨ אַהֲבַת כֶּסֶף *béttsaḥ.* φιλαργυρια. GAL. Conuoitise d'argent. ITALIC. *Auaritia, cupiditá di hauere.* GERM. Geitz oder liebe deß gelts/ geitzigkeit/ geltsucht. HISP. *Auaricia, codicia de plata.* ANG. *Greed of syluer.* ⟩ Nam quod nos argentum, Græci vocant ἀργύριον.

PHĪLĒMŌN, φιλημων, Syracusius, nouæ Comœdiæ scriptor, qui Alexandri magni tempore floruit. Huic *Quintilianus* secundum inter Comicos scriptores locum tribuit: Philemon, *inquit*, prauis sui temporis iudicijs, Menandro sæpe prælatus est: consensu tamen omnium meruit secundus credi.

PHĪLĒSĬVS, Cognomen Apollinis, Græci φιλησιον, amabilem dicunt: quod cognomen idcirco Apollini tribuitur, quia lumen eius exoriens, amabili venetatione oculorum consalutamus.

PHĬLĒTAĔRŬS, φιλεταιρος, Comicus fuit Athenienſis, Aristophanis Comici filius. Fabulas scripsit vnam & viginti, quarum nonnullæ recenſentur à Suida.

PHĪLĔTĀS, φιλητας, Poeta elegiographus ex insula Co, qui Philippi & Alexandri Macedonum ætate floruit. Præceptor fuit Ptolemæi Philadelphi, Suis carminibus celebrauit Battidem puellam, quam adamauit. Fuisse fertur corpore adeò tenui, vt necesse fuerit ei plumbum adhibere, ne ventorum flatu raperetur. *Politianus*, -nec Cous adhæc non sacra Philetas -: Quanquam est æger, adest, quanquam vestigia lento Fulti grauat plumbo, &c.

PHĪLĒTĂRĬA, siue Phileteria, φιλετερειον *Dioscoridi*, Herba est quam nonnulli pelemoniam appellant, alij chilodynamam, radice crassa, exilibus ramis, quibus in summis corymbi dependent nigro semine. cætera rutæ similis. *Plin. lib. 25. c. 6.*

PHĪLĒVM, φιλειον, Vulgò *Croninga*, apud Ptolemæum Germaniæ Septentrionalis oppidum est. Ex longitudine & latitudine à Ptolemæo adscripta, conijcimus aut idem esse cum Groninga Frisiæ oppido, aut certè illi proximum.

PHĪLĪDES, Mango quidam fuit equorum, à quo quum Themistocles equum dono postulasset, minimèque impetrasset, minatus est se domū eius continuò ligneum equum facturum. Quo ænigmate significabat

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſe propinquorum accuſationes & crimina in eum conjecturum. *Plutarchus in Themiſt.* Quorſum hic mentio tam frigidæ rei?

PHĪLĬPPĒI, ſeu philippi, φιλιππικοί, Aurei numi, à Philippo Macedone ita appellati, quorum apud veteres frequens mentio eſt. *Plautus in Pœnulo*, Hîc ſunt numerati aurei trecenti numi, qui vocantur Philippei. [*Idem Plautus in Amph.* Quot Philippei? A. Duo millia. [*Idem Aſin. ſc. 3. a. 1.* Vnum quodque verbum iſtorum numis Philippeis auferre nemo poteſt. Item, Statuam auream ex auro Philippeo quæ fiet.] *Horat. l. 2. Ep. ad Auguſtum*, Gratus Alexandro regi Magno fuit ille Chœrilus: incultis qui verſibus & male natis Rettulit acceptos regale numiſma Philippos.

PHĬLĬPPI, φίλιπποι, Vrbs Theſſaliæ, quæ Dathos antea dicebatur, quam Philippus Macedonum rex inſtauravit, & à nomine ſuo Philippos nominavit. *Vir. l. Georg* Romanas acies iterum videre Philippi. ¶ Sunt & Philippi in Thracia inter Neſſum & Strymonem amnes non procul ab OEſyma, quorum meminit *Plin. lib. 4. capite* 11.

PHĪLĬPPĒNSIS, Philippenſe, poſſeſſiuum formatum à Philippis Theſſaliæ ciuitate: vt Philippenſes ciues, φιλιππήσιοι, & Philippenſe bellum quod apud Philippos geſtum eſt.

PHĪLĬPPĪCŪS, ca, cum, φιλιππικός, Denominatiuum, à ciuitate Philippis: vt, Campi philippici, ciuilibus cladibus nobilitati, in quibus primum Cęſar Pompeium, & poſtea Auguſtus Brutum & Caſſium profligauit. * Philippicæ, ſub. Orationes, φιλιππικοὶ λόγοι, ſunt Orationes Demoſthenis in Philippum regem: ad quarum imitationem Ciceronis orationes in Antonium, Philippicæ quoque dicuntur, quæ & Antonianæ dici poterant. *Cicero Ait. lib. 2. 16.* Fuit enim mihi commodum, quòd in eis orationibus quæ philippicæ nominantur, enituerat ciuis ille tuus Demoſthenes, &c.

PHĬLĬPPĬDĒS, φιλιππίδης, Comicus poëta haud ignobilis, qui ætate iam prouecta quùm in certamine poëtarum præter ſpem viciſſet, gaudio repentè mortuus eſt, quod & Diagoræ Rhodio accidit. [[*Vide Plutarch. in Demetrio.*] ¶ Fuit & alius eiuſdem nominis, à celeritate pedum, ὑμερόδρομος, cognominatus, quòd XXIIII. horarum ſpatio mille quingenta ſtadia pedibus confecerit, diei vnius & noctis ſpatio, itinere ab Athenis Lacedæmonem vſque peracto. *Vtriuſque autor* Suidas.

PHĬLĬPPŎPŎLĪS, φιλιππούπολις. Oppidum Macedoniæ, à Philippo Amyntæ filio conditum, patre Alexandri. *Autor Steph. Pli.* Philippopolim in Thracia conſtituit. *l 4. c. 11.*

PHĬLĬPPŬS, φίλιππος, Amyntæ filius & Alexandri Magni pater, Macedonum rex, rei militaris peritiſſimus, rebúſque geſtis clariſsimus, Macedoniæ regnum, quod anguſtis antea finibus continebatur, adeò ampliauit: vt centum quinquaginta populi in Macedonum ditione numerentur. Hic à Pauſania quodam adoleſcente eſt interfectus: qui quum de ſtupro ſibi per vim ab Attalo illato, apud regem queſtus eſſet, & pro rei dignitate vltionem poſtulaſſet, ſeque etiam à rege irrideri animaduertiſſet, iram in regem conuertit, & vltionem quam ab iniquo non poterat, ab iniquo iudice ſumpſit. [*Plautus Aul. ſc. 2. a. 1.* Mirum quin me tua cauſſa faciat Iuppiter Philippum regem aut Darium. *Idem ibidem ſc. 5. a. 3.* Ego ſum Rex ille Philippus (. i. diti ſſimus.)] ¶ Alius fuit hoc nomine Romanorum Imperator, qui primus ex Romanis imperatoribus Chriſtianę religionis ſacris fuiſſe initiatus fertur. ¶ Philippus Demetrij filius, rex Macedoniæ, à T. Qu. Flaminio victus. Is autore Liuio, quum videret Annibalem fœliciter in Italia res gerentem, legatos ad eum de ſocietate miſit, qui in reditu à Q. Fluuio Flacco præfecto claſſis intercepti cum literis, miſſique ad Senatum, ſtatim M. Leuinus prætor contra eum mittitur, qui regem agentem Apolloniæ, incautum ſemique ſopitum nocte intempeſta adoritur. Ille in Macedoniam cum exercitu terreſtri itinere fugit, incenſis prius ne hoſtis potiretur, ſuis nauibus. *Vide Liuium lib. 1. de bell. Maced.* ¶ Philippus medicus Alexandri, *teſte Curtio lib. 2. cuius etiam meminit Plutarchus in vita Alexandri.* ¶ Philippos etiam Romanos viros claros legimus in gente Martia, inter quos L. Philippus orator, Craſſi aduerſarius. *Cicero l. 3 de Orat. & de Clar. Orat.*

PHĪLĪSCŪS, φιλίσκος, Comicus ſcriptor, cuius fabulæ enumerantur à Suida. ¶ Fuit item Philiſcus quidem Corcyræus, Philotæ filius, poëta ex ſecundo ordine Tragicorum, & Dionyſij ſacerdos ſub Ptolemæo Philadelpho. Scripſit fabulas duas & quadraginta. ¶ Philiſcus præterea Ægineta, Diogenis Cynici, aut certe (vt alij malunt) Stilpontis auditor, & præceptor Alexandri. Scripſit Dialogos quoſdam, inter quos eſt Codrus, *ex Suida.*

[PHĪLĪSTAS, genus latronum apud Ægyptios. *Seneca Epiſtol. 51.*]

PHĪLĪSTĬŌN, φιλιστίων. Sardianus ſiue Pruſienſis, poëta comicus, qui Socratis ætate floruit, nimio ruìn mortuus fertur. *Suid.*

PHĪLĪSTŬS, φίριστος. Archonidæ filius, patria Naucratites, aut vt alij volunt, Syracuſanus, Eueni Elegiographi diſcipulus. Scripta eius enumerat *Suidas.* [*Cic. in Bruto. Plutar. in Dio.*]

PHĪLŸX, Nutrix fuit Domitiani principis, *vt eſt autor Suet.*

Phillyrā, & Phillyrides, *Vide* PHILYRA, & PHILYRIDES.

PHĪLO, φίλων, Academicæ lectæ philoſophus inſignis, Ciceronis in Philoſophia præceptor, *vt ipſe teſtatur in libro de claris Orator.* Eodem (*inquit*) tempore, quum princeps Academiæ Philo cum Athenienſiũ optimatibus Mithridatico bello domo profugiſſet, Romamque veniſſet, ime totum tradidi, admirabili quodam ad philoſophiam ſtudio incitatus. Fuit etiam hoc nomine Iudæus Philoſophus, Alexandriæ natus, diſciplinìſque omnibus eruditus, & in noſtra & Græcorum Philoſophia bene verſatus: eloquentiæ autem Platonicæ tam diligens æmulator, vt illud vulgò de eo iactaretur, ἢ πλάτων φιλωνίζει, ἢ φίλων πλατωνίζει. hoc eſt, aut Plato philoniſſat, aut Philo platoniſſat. In diuinis autem legibus, & patriis inſtitutis quantus fuerit, ex his quæ nobis librorum ſuorum tradidit monumentis palam eſt. Igitur tẽporibus Caij quanta acciderint Iudæis mala, voluminibus abſoluit, quibus & ſuam legationem pro Iudæis apud Imperatorem retulit. Sed & *Ioſephus* huius legationis meminit *lib.* 18. Hunc *Porphyrius quoque l. 4.* magnis laudibus eſt proſequutus. ¶ Philo Herennius, Byblius patria, grammaticus, tempore Adriani, de cuius imperio ſcripſit: præterea de ciuitatibus & viris claris libros xxx. *Suid.* * Philo alius, architectus fuit: qui Athenienſibus armamentarium fecit, *vt ait Cicero l. de Orat.* *Fuit & alius Philo Cælij libertus, *vt ipſe teſtatur in Epiſt. ſua ad Ciceronem libro* 8. Item alius Pompeij libertus, vt ſcribit Cicer. *Attic. libro 16.*

PHĪLŎCHĂRĒS, φιλόχαρις. Herba quæ aliàs marrubium dicitur. *Plin. libro 20. cap. 22.*

PHĪLŎCHŎRŬS, φιλόχορος, Athenienſis, vir doctiſſimus & vates, tempore Eratoſthenis extinctus inſidiis Antigoni, Macedoniæ regis, ob amicitiæ ſuſpicionem cum Ptolemæo rege. Scripſit Attidis libros XVII. qui continent res geſtas Athenienſium, & reges & magiſtratus, vſque ad Antiochum cognominatum Deum, aliáque complura. *Autor Suid.*

PHĬLOCLĒS, φιλοκλῆς, Athenienſis poeta Tragicus fuit, non ita multo poſt Euripidem, Æſchyli ſororis filius, ab iracundiæ vitio Bilis appellatus, facie fuit in primis fœda, capitéque in criſtæ formam acuminato. Scripſit fabulas centum. Reliquit filium nomine Morſimum, & ipſum poëtam Tragicum. *Hæc Suidas.*

[Philocomaſium, nomen meretricis. *In Milite. Plaut.*]

PHĪLŎCRĂTĒS, φιλοκράτης, Athenienſis, quem Demoſthenes in prodítionis ſuſpicionem adducit. Extant ad hunc aliquot Æſchinis epiſtolæ. ¶ Fuit & alius eiuſdem nominis, Struthius cognominatus, *de quo vide Suidam.*

PHĪLŌCTĒTĒS, ctetis, vel ctetæ, pen. prod. φιλοκτήτης, Pœantis filius & comes Herculis, cui, idem mories in OEta monte, mandauit ne cui corporis ſui reliquias indicaret, ídque iurare eum coëgit, dedítque pro munere pharetram & ſagittas Hydræ felle intinctas. Aduenente verò tempore, quum Delphico oraculo moniti eſſent Græci, ad euertendã Troiam ſagittis Herculis opus eſſe, inuenrus Philoctetes, & de Hercule interrogatus, negauit ſe primo quicquam de Hercule ſcire: tandem verò mortuum eſſe confeſſus eſt, & quum grauiter ad indicandum ſepulcrum cogeretur, ne iuſiurandum violaret, ictu pedis locum oſtendit: quúmque ad bellum Troianum deduceretur, quia ſolus Lernæis ſagittis vti poterat, vnius ſagittæ caſu in pede quo Herculis tumulum monſtrauerat, vulnere pene immedicabili affectus eſt. Tandem quum vulneris fœtor à Græcis ferri non poſſet, in Lemno relictus eſt: ſed occiſo Achille, Vlyſſes in Lemnum regreſſus, ad Troiam illum reduxit, *vt inquit Ouid. lib. 13. Metamorph.* Deuicta autem Troia, pudore, ne in patriam æger rediret, impeditus, in Calabriam venit, ibique Petiliam condidit. *Virg. lib. 13. Æneid.* -hîc illa ducis Meliboei Parua Philoctetæ ſubnixa Petilia muro, &c. [*Ouid. 13. Metamorphoſ.* Sis licet infeſtus ſociis dure Philoctete. Vide Pœantiades, & Pœantia proles: Suprà.] Tandem opera Machaonis medici ſanatus eſt, *Propertio teſte*, Tarda Philoctetæ ſanauit crura Machaon. *Vide* PAEANTIADES.

[PHĪLODAMVS, nomen hominis proprium. *In Plaut. Aſin. ſc. 4. a. 2.*]

PHĪLŌDĔSPŎTŬS, φιλοδέσποτος, Nomen ſeruile, idem ſignificans quod amans domini.

PHĪLŌGRAECĬZŌ, φιλογραικίζω, Qui libenter vtitur dictionibus Græcis. *Varro 3. de Re ruſt. cap. 10.* Tranſi, inquit Axius, nunc in illud genus, quod nos philograeci vocamus ἀμφίβιον.

PHĪLŌGŸNĬĀ, pen. prod. φιλογυνία. Amor mulierum. ANG. *The love of women.* *Cicero* mulieroſitatem *vertit 4. Tuſculan.* Similitérque cæteri morbi, vt gloriæ cupiditas, vt mulieroſitas, ve ita appellem eam, quæ Græce φιλογυναία dicitur, &c.

PHILOLACHES. *Plaut. Moſtel. ſc 3. a. 1.* Volo placere meo Philolacheti. Aliàs Philolachi.]

PHĪLŌLŎGĬĀ, giæ, φιλολογία, Eloquentiæ ſtudium. *Cic. Tironi*, Non eſt enim locus ita ſeiunctus a philologia, & quotidiana συζητήσει, &c. *Idem Attic. lib. 2.* Non deſleamus, ne opera & oleum noſtræ Philologiæ perierit: *ſed conferamus tranquillo animo.*

PHĪLŌLŎGŬS, gi, pen. cor. Studioſus eloquentiæ. *Cic. ad Attic. lib. 13.* Ergo illiam ἀκαδημικὸν, in qua homines, nobiles illi quidem, ſed nullo modo philologi nimis acute loquuntur, ad Varronem transferamus. *Idem ad Quint. frat.* Nos enim ita philologi ſumus, vt vel cum fabris habitare poſſimus.

PHĪLŎLĂŬS, φιλόλαος, Pythagoricus quidam philoſophus, cuius tres libros Plato quum tenui admodum eſſet pecunia, decem millibus denariũm mercatus eſt. Quod pretium à Dione Syracuſano acceperat. Philolaus φιλόλαος, Corinthius ille qui leges Thebanis dedit, ex familia Bacchiadum fuit: amicus Dioclis, qui Olympia vicit: ſed cùm ille ciuitatem deſeruiſſet, commotus ob amatorem matris Alcinoæ, Thebas migrauit, atque ibi ambo defuncti ſunt. Habitauit igitur ob huiuſmodi cauſam apud Thebanos, quibus leges deſcripſit, & alia quædam præcipuè de liberorum procreatione, quam illi παιδοποιΐαν appellant. *Arſt. 2. Pol.*

PHĪLŎMĒLĂ, φιλομήλα, Nomen puellæ Pandionis Athenienſis regis filiæ, & ſororis Prognes. Quæ quum à Tereo compreſſa fuiſſet, tandem (vt eſt in fabulis) deorum miſeratione in auem ſui nominis conuerſa eſt, quæ & Luſcinia dicitur, quam etiam nunc deflere dicunt cantu dulciſſimo miuriam quam paſſa eſt. *Martial. lib. 14.* Flet Philomela nefas inceſti Tereos, & quæ Muta puella fuit, garrula fertur auis. Animaduertendum hoc in loco eſt, contrà at multi fabulam tradiderunt, exiſtimaſſe Gorgiam Philomelam in hirundinem, Prognem ſororem ipſius in luſciniam conuerſam fuiſſe, quam etiam opinionem ſi quutus eſt M. Varro, Luſciniola, inquit, luctuoſa canere exiſtimatur, atque eſſe ex Attica Progne, in luctu facta auis. *Et Virg. Eclog. 6. quum inquit*, Quas illi Philomela dapes. *Petrus Victorius in 3. lib. Rhetor. Ariſtot.*

PHĪLŌMŪSŬS, φιλόμουσος, Amator, ſiue amicus Muſarum. *Martial. lib. 7.*

Nolito nimium tibi placere,
Delectas Philomuſe, non amaris.

PHĪLŎPOEMĒNĒS: ſiue Philopœmen, φιλοποίμην Suidæ, Megalopolitanus, dux Achæorum præſtantiſſimus, Lacedæmonios & Meſſenios multis cladibus afflixit. *Plutarchus in Philopœmene*, *Liuius libro 35.*

[PHILOPOLEMVS, Eſt nomen Adoleſcentis. *In Capt. Plaut.*]

PHĪLŌSŎPHĬĀ. Amor & ſtudium ſapientiæ. {חכמה *chœelmah.* φιλοσοφία. GA. Philoſophie, amour de ſageſſe. ITA. *Amore di ſapientia.* GER. Die geſtieſne liebhabung der weiſsheit. HISPAN. *Amor de la ſabiduria ò prudencia.* ANG. *Philoſophie, loue of wisdome.* } *Cic. 2. Offic.* Nec quicquam aliud eſt philoſophia, ſi interpretari velis, quàm ſtudium ſapientiæ. *Idem*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Idem 3. de Orat. Cognitio omnium optimarum rerum atque in iis exercitatio philosophia nominatur. *Idem 1. de leg.* Ita fit vt mater omnium bonarum rerum sit sapientia, à cuius amore Græco verbo φιλοσοφία nomen inuenit. Philosophia dividitur in tres partes, in moralem, naturalem, & rationalem. Prima componit animum, secunda rerum naturam scrutatur, tertia bene differendi rationem docet. Moralis Græce πρακτικὴ dicitur, quæ κατ' ἀξιόχρεως philosophiæ sibi nomen vendicauit. *Cic. 4. Tuscul.* Est profecto medicina animi philosophia. *Seneca*, Philosophia animum formar & fabricat, vitam disponit, actiones regit, agenda & omittenda demonstrat. *Apuleius*, Discipinam regalem appellat tam ad bene dicendum, quam ad bene viuendum repertam. [Philosophiæ physicę. *Gell. cap. 28. lib. 2.* Non constat id inter philosophias physicas. *Idem cap. 1. lib. 4* Non didici philosophias. *Idem cap. 3. lib. 5.* Is eum philosophias docuit. ¶ Philosophiæ nigræ & turpes. *Seneca Epist. 49.*]

Philosophus phi, Amator sapientiæ. ‡ חכם *Chacham.* Φιλόσοφος. GAL. Philosophe, amateur de sagesse. ITA. *Filosopho, amator di sapientia.* GERM. Ein liebhaber der weyßheit/so sich auff die begibt. HISPAN. *Philosophe, amador de la prudencia ò sabiduria.* ANG. *A phi osopher, a louer of wisdome.* ‡ quod nomen a Pythagora primum dicitur esse profectum, qui Sophistæ appellationem tanquam arrogantiorem refugiens, philosophum se nominari voluit: post quem deinceps omnes sapientiæ professores hoc nominis sibi vendicarunt. *Cic. 1. de Orat.* Philosophi denique ipsius qui de tua vi ac sapientia vnus omnia pene profitetur. est tamen quædam descriptio: vt is qui studeat omnium rerum diuinarum atque humanarum vim, naturam, causasque nosse, & omnem bene viuendi rationem tenere & prosequi, nomine hoc appelletur. *Idem 3. de Nat. deor.* Autores rerum, non tabularum philosophi. *Idem 4. Fusc.* Magistri virtutis philosophi. Philosophorum genera & familias describit *Cic. 3. de Orat.* [¶ Philosophi descriptio ex fronte & barba. *Quintilian.*]

¶ Philosophus, a, um: *Gell. capite 8. libro 13.* Homines philosopha sententia.]

Philosóphicus, ca, cum, Quod ad philosophum pertinet. ‡ Φιλοσοφικός. GALLIC. Appartenant à philosophe. ITA. *Pertinente à filosofo.* GERM. Das zu den liebhabern der weißheit gehört. HISPAN. *Perteneciente à philosopho.* ANGLIC. *Belonging to a philosopher.* ‡ *Cicero 5. Tuscul.* Ad Brutumque nostrum hos libros alteros quinque mittemus: à quo non modo impulsi sumus ad philosophicas scriptiones, verumetiam lacessiti.

Philósophaster, φιλοσοφάστης. Philosophorum imitator, qui philosophiam à limine salutauit.

Philosophor, aris. ‡ φιλοσοφέω. GAL. Estudier en philosophie, philosopher. ITALIC. *Studiare in philosophia, filosofare.* GERMANIC. Sich der weyßheit befleißen/vnnn sachen der weyßheit vnd Philosophey reden vnd disputieren. HISPANIC. *Estudiar en philosophia, philosophar.* ANGLIC. *To studie and giue diligence in philosophie.* ‡ Sapientiæ studeo, vel philosophorum more disputo, rectam vitæ bene instituendæ rationem, vel rerum naturas perscrutor. *Cicero libro 1. de Natur. deor.* Et quum minimè videbamur, tum maximè philosophabamur. *Idem 2. de Orat.* Ac sic decreui philosophari potius (vt Neoptolemus apud Ennium) pauci, nam omnino haud placet. *Plaut. in Pseu.* [*sc. 3. a. 2.*] Certa amittimus, dum incerta petimus: atque hoc euenit, In labore, atque in dolore, vt mors obrepat interim. Sed satis est philosophatum, nimis diu, & longum loquor. [Id dicitur de seruo qui sententias loquutus est. *Idem Ibidem sc. 2. a. 4.* Saluus sum: iam philosophatur *Idem Capt. sc. 2. a.* H. Pater viuit ne. P. Id Orcum scire oportet. T. philosophatur quoque, non modò mendax est.]

Philostorgia, φιλοστοργία. A Græcis dicitur indulgentia, amórque vehemés parentum in liberos, verum voces huiusmodi quæ neque Latinis scriptoribus sunt vsitatæ, neque nostris literis scribi consueuerunt, rectius in Græcum Dictionarium reiicientur. Quare non immeritò pleraque id genus (quæ huc non paucæ nullo iudicio erant in ortæ) abiecimus, & veluti nothas ex aliena familia segregauimus: idque eodem iure quo Latinas e Græco lexico eximemus.

PHILOSTRATVS, φιλόστρατος. Lemnius philosophus tempore Seueri principis Romæ claruit, cuius vxori fuit ab epistolis. Scripsit Vitas sophistarum ad Seuerum, & de Vita Apollonij Tyanei libros octo, præterea Heroica. ¶ Philostratus, huius pater, Athenis docuit Neronis tempore: scripsit panægyricos plures, & declamationes oratoribus valde probatas, complusque alia quæ à Suida commemorantur. ¶ Philostratus tertius, superioris filius, docuit Athenis: scripsit panathenaicũ, Troiam, paraphrasim Homerici clypei: Iconasque quas huic multi acceptas referunt. *Suid.*

Philotheorus, pen. prod. φιλοθεώρος, Speculationi deditus. *Cic. Trebatio l. 9.* Deinde quòd in Britannia non nimis te philotheorum præbuisti plane non reprehendo.

PHILOXENVS, φιλόξενος, Hospitalis, quo nomine dictus est poeta quidam Lyricus, qui quum sibi Dionysius tragœdiam quandam castigandam commisisset, ducta linea à capite ad calcem totum opus dãnauit: quapropter in latomias conjectus est, indeq; Tarentum aufugit. Dionysióque se per literas reuocanti, nihil aliud quàm monosyllabum ι rescripsit, sæpius repetitum. *Autor Suidas.* ¶ Fuit etiam hoc nomine parasitus quidam, qui collum gruis sibi optabat, quò diutius cibi, potúsque delectatione frueretur. De hoc Philoxeno tradit Plutarchus, & Athenæus eum solitum esse conuiuiis adhibitum, se in pultaria emungere, vt reliquis rei fœditate abhorrentibus, solus epulis frueretur. Idem etiam traditur de Gnathone quodam Siculo. ¶ Philoxenus, Eretriensis pictor, Nicomachi discipulus, cuius tabula nullis postponenda Cassandro regi picta, continuit Alexandri prælium cum Dario. Idem pinxit & Lasciuiam in qua tres Sileni commessabantur. Hic præceptoris celeritatem sequutus, breuiores etiamnum quasdam picturæ vias & compendiarias inuenit. Verba sunt *Plinij libro 35. capite 10.* ¶ Philoxenus Grammaticus Alexandrinus, Romæ scripsit de monosyllabis verbis, De Hellenismo, De linguarum dialectis, & alia. *Suid.*

Philtrum, tri. ‡ φίλτρον. GAL. Poison pour faire aimer. ITA. *Veneno che induce ad amare.* GERM. Ein butensuppe/ein speiß oder tranck so ein bul dem anderen zuessen oder zutrincken gibt/in zu vnsinniger hoffdschafft zubringen. HISPAN. *Los echisos.* ANG. *A drink, or any such thing which causeth loue.* ‡ Pharmacum amorem concilians. (*Cicer* Amatorium poculum appellat) hoc est quicquid eo animo edendum bibendúmve datur alicui, vt inducatur ad alterius amorem: qualia nonnulla commemorantur à Plinio: quæ tamen pleraque omnia ingerendæ potius insaniæ, quam conciliando amori videntur conuenire. *Ouidius* eorum vsum vehementer dissuadet *lib. 2. de Arte*, Nec data profuerint pallentia philtra puellis: Philtra nocent animis, vimque furoris habent. ¶ Per translationem philtrum accipimus pro corporis totius venustate, habitu, dignitate, morúmque comitate, oculis hominum ita grata, vt solo aspectu inire gratiam ab omnibus quis facile possit. Galli sua lingua *Gratiam* appellant.

Philyra ‡ φιλύρα. GAL. Teil, ou tilleul. ITALI. *Tiglio.* GERMAN. Ein lindenbaum. HISPAN. *La teja arbol.* ANG. *A thinne skinne betwene the bark and the tree a leaf or shed of paper.* ‡ A Græcis dicitur arbor, quam Latini tiliam vocant. *Plin. item lib. 16. cap. 14.* Philyram vocare videtur membranam tenuissi nam inter corticem & lignum tiliæ arboris, ex qua coronarum lemnisci conficiebantur. Inter corticem, *inquit*, & lignum tenues tunicas multiplici membrana e quibus vincula tiliæ vocantur: tenuissimæ earum philyræ, coronarum lemniscis celebres, antiquorúmque honore. [*Ouid. lib. 5. Fast.* Ebrius incinctis Philyra coniuua capillis saltat.] ¶ Accipiuntur etiam philyræ pro membranis papyri, vel aliarum arborum, in quibus olim scribebatur. *Martian. de Nupt. Philolog.* Libri in philyra cortice subnotati. *Plin. l. 13.* Præparatur ex eo chartæ diuiiæ acu in prætenues, sed quàm latissimas philyras. Alia exemplaria habent philuras, quod in idem recidit. Multæ enim sunt Græcæ dictiones, quæ apud Latinos indifferenter scribuntur per y vel u. Solebant enim prisci Latini qui peregrinas literas non admittebant, loco y, scribere u. ¶ PHILYRA, ei etiam proprium nomen filiæ Oceani, ex qua Saturnus in equum conuersus Chironem centaurum dicitur suscepisse: qui à matre Philyrides, & Philyreius dicitur. Scribitur autem hoc nomen & eius deriuata simplicia. Poetæ tamen suo iure vt primam syllabam extendant, geminant hanc consonantem. *Ouid. lib 1. de Arte amand.*, Phillyrides puerum cithara perfecit Achillem.

Phimósis, φίμωσις, Dicitur quum glans membri virilis ita tegitur præputio, vt nudari non possit. Dicta φίμωσις ἀπὸ τῦ φίμου, quod nexum in superiore parte sacci significat, quum scilicet totus sacculi oris ambitus funiculo colligatur. ¶ Est & phimosis, vitium hunc prorsus contrariũ, quum præputium semel detectum, suum in locum reduci non potest: quod vitij genus etiam ἀπεφίμωσις appellatur.

PHINEVS, φινεύς, Agenoris fuit filius, vt *Hellanicus* ait: vt *Hesiodus*, Phœnicis & Cassiopeæ, Agenoris nepos, frater Cilicis, Dorici, & Aramini. Hic rex Arcadiæ vel vt alij Thraciæ vel vt rursus alij, Paphlagoniæ vxorem duxit Cleopatram, (quam quidam Stenoboeam vocant) ex qua genuit Orythum, & Crambum, vt Sophocles: vt alij, Maryandinum & Thynum: vel vt rursus alij, Palemonem & Phineam: quibus mortua priore coniuge Cleopatra Harpalycen Calais & Zethæ sororem, nouercã superinduxit: quamuis Flaccus non Harpalycen, sed Cleopatram Boreadũ sororem appellet qui etiam Apollonij interpres assentitur, qui *libro 1.* Phineum Cleopatram Boreæ & Orithiæ filiam vxorem duxisse tradit, secundam verò Idæam Dardani filiam nouercam superinduxisse: cuius suasu filios ex Cleopatra susceptos excæcauit. Quapropter & ipse excæcatus est à diis, tum Harpyiæ contra eum missæ, quæ cibos & mensam eius turpissime fœdarunt. Postea verò aduenientibus ad ea loca Argonautis, à Calai & Zethe fratribus alatis, rursus ad Strophades insulas fugatæ sunt. *vide suprà* CALAIS. Postremò ab Hercule interfectus dicitur, quum is in solitudine liberos Phinei offendisset excæcatos, comperisset que eos calumniis nouercæ electos fuisse, &c. *Phineus alius fuit, Cephei frater, qui quum promissam sibi Andromedam filiam fratris, à Perseo, cui ex pacto postea nupserat, repeteret, ab eodem Perseo in marmor mutatus fuit visa facie Medusæ. *Vide Ouidium lib. 5. Metamorphos.* *Fuit & alius Phineus Athenensis in auem mutatus, *vt idem Ouid. refert lib. 7. Metamorphos.* quem iustissimum vocat.

Phīnēus, a, um, *apud Senec.* & Phineius, a, um, *apud Virg. l. 3. Æn.* quas dira Celæno Harpyiæ fore colunt aliæ, Phineia postquam Clausa domus, mensaque meru liquere priores, &c.

PHISON, Φισών, *teste Iosepho libro 1 capite 2.* Vna est ex partibus magni fluminis in omnem terram vndique profluentis, quo paradisus irrigatur, qui deductus in Indiam pelago late diffunditur. ‡ GERM. Der fluß Ganges in Indie. ‡ A Græcis nuncupatur Geth: alij Gangem interpretantur, alij Nilum.

PHLA, Insula est in Tritonide Asiticæ palude, de qua sic *Herodot. libro 4.* Aiunt Iasonem postea quam sub Pelio Argo exædificauit, impositis in ea cum aliis solennibus hostiis, tum verò tripode æreo, circuisse Peloponnesum, animo Delphos eundi: eúmque quum teneret cursum circa Maleam, abreptum à vento Aquilone, & abductum in Africam: & priusquam tellurem cerneret, in aspretis paludis Tritonidis astitisse, eique hæsitanti de egressu apparuisse Tritonem, ac iussisse sibi dari tripodem, quòd diceret ostenturum se illi exitum, atque incolumem remissurum.

PHLANONITES, Φλανωνίτης, *Stepha.* Populi sunt Illyrici, à quibus nomen sinui est inditum, quem modo nautæ Quernarium appellant, alij Carnarium propter naufragia, procelloso terme semper transitu. In recessu eius Senia vrbs, cuius a tergo specus sunt, vnde vehementes nulla fere non hora venti perflãt, eaque res infamem eum sinum reddidit. Dicta Phlanonites ab oppido Phlanone, vnde sinus omnis hic Phlanonticus, Φλανωνικός, *Stephan.* vocatur: qui à Pola colonia Iadera vsque diffunditur.

Phlebotŏmĭa, ‡ φλεβοτομία. GAL. Saignee. ITAL. *Il salassare, salasso.* GERM. Aderlassung / öffnung der adern. HISPANIC. *Elsangrar, Cortadura de vena.* ANGLIC. *The cutting of a vaine.* ‡ Incisio venæ quæ fit ad sanguinem minuendum sedandi feruoris gratia, φλέβας enim dicunt Græci quas nos venas, & τέμνειν incidere.

Phlebotŏmon. ‡ φλεβοτόμον. GAL. Lancette. ITA. *Lancetta.* GERM. Ein laßeysen oder flieten. HISP. *Lanceta para sangrar.* ANG. *A knife wherwith a peine is cutt.* ‡ Scalpellum quo vena secatur.

Phlegethōn, thontis, φλεγέθων, Fluuius inferorum, flãmis æstuãtibus ra-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

pidus:à φλέγω, ardeo.{GERM. Einer aus den Hell ſchen flüſſen.} *Virgil.6. Æneid.* Quæ rapidus flammis ambit torrentibus amnis Tartareus Phlegethon, torquétque ionantia ſaxa. Hinc Phlegethonteus,a,um, penultima producta.*Et Phlegethontis,idis,fœmin.gen.*Ouid 5.Meta.* -ſparſúmque caput phlegethontide lympha.

Phlĕgmă,atis.{φλέγμα. GAL. Flegme,ou fleume. ITA. & HISP. *Flegma.* GERMAN. Die feuchtigkeit oder auch roꝛ in deß menſchen leib. ANG. *Fleume,ſneuill.*} Humor eſt in corpore animalis frigidus & humidus, quem Latinè pituitam vocamus. Hinc & Phlegmatici dicuntur,in quibus humor hic cæteris præponderat.

Phlĕgmŏnē,es,φλεγμονή, Inflammatio alicuius partis proficiſcens ex intemperie primarum qualitatum cum affluxu materiæ calidæ & humidæ,hoc eſt ſanguinis.

PHLĔGŌN, φλέγων, Vnus ex equis Solis,ἀπὸ τῦ φλέγειν,quod eſt ardere, dictus.*Ouid.2.Metam.Vide* AETHON.

Phlĕgōntĭs,huius phlegontidis,φλεγοντίς,Gemmæ genus quod flamma quædam intus ardere videtur.*Plin.lib.37.c.10.*

PHLEGRĂ, æ, vel Phlegre,es, φλέγρα, Vrbs Macedoniæ, *teſte Plinio lib.4.cap.10.* & vallis circa hanc vrbem in qua Gigantes olim cum diis conflixere.

PHLEGRAEĪ, φλεγραῖοι,Campi duo fuere, alter in Græcia,à Phlegra Theſſaliæ valle iuxta Pallenem, vbi Gigantes cum diis conflixiſſe traduntur. Alter in Campania propè Cumas, in quo Hercules cum his prælium commiſit.*Strab.lib.5.*Fortunatus erat & cāpus nomine Phlegræus,in quo res à Gigantibus geſtas fabulæ diuulgant, nullam aliam ob cauſam (vt credi fas eſt) quàm quòd terra ipſa ſuapte virtute præliorum conciliatrix eſſet. Theagenes vero & Eudoxus qui ad hiſtoricam fidem pugnam hanc conantur reducere, Pallenen (*inquiunt*) quæ veteri nomine Phlegra vocabatur, homines tenuerunt, quibus immanitas & ſuperbia morum, Gigantum cognomen peperit. In hos ineunte prælium Hercule, fulmina de cælo miſſa ſunt,donec ij fugere coacti ſunt,atque ingenti victoria ſuperati. Ex hac re rumor in vulgus ortus,Gigantes bellum diis mouiſſe.*Silius lib.12.* Tradunt Herculea proſtratos mole Gigantes Tellurem iectam quatere, & ſpiramine anhelo Torreri late campos,quotieſque minantur Rumpere compagem impoſitam,& palleſcere cælum. Id autem idco fictum eſt,quoniam ea regio tota ſulphure plurimo ſcatet.Hinc fit vt ventorum impulſu excitetur paſſim ignis : qui quum exitum e cauernis natura expetat,dum luctatur aſsiduè,terram tandem quatit & commouet, exuritque frequenter, vnde & nomen ſortitur. φλέγειν enim Græce exurere aderéque ſignificat.

PHLĔGRAEVS,φλεγραῖος. Vnus ex Centauris, Ixionis & Nubis filius *apud Ouid 12.Metam.*

PHLĔGYĂS,φλεγύας,Martis filius,rex Lapitharum in Theſſalia,pater Ixionis,& Coronidis nymphæ, quam quum ab Apolline vitiatam ſenſiſſet,confeſtim ira percitus, templum eius Delphis incendit. Qui propter Apollo iratus ipſum ſagittis interfectum ad inferos detruſit, vbi hac pœna afficitur, vt ſub ingenti ſaxo ruinam minitante ſedens ſemper, illud caſurum ſuſpicetur & timeat. ¶ PHLEGYAE item populi ſunt inſulani Theſſaliæ, à Phlegya Ixionis patre cognominati. Hi cùm ſacrilegi eſſent, deóſque & homines ſpernerent,ab irato Neptuno immiſſo diluuio ſubmerſi ſunt, quorum apud inferos meminit *Virgil.lib.6.*

-ſedet,æternúmque ſedebit
Infelix Theſeus,Phlegyaſque miſerrimus omnes
Admonet,& magna teſtatur voce per vmbras,
Diſcite iuſtitiam moniti,& non temnere diuos.

Phlĕōs,φλοιός, *Diſcoridi*, Herba eſt caulem habens aculeatum, & folium hirſutum, quam nonnulli ſtœben appellant. *Autor Plinius lib.20.cap.15. Hermol.in Dioſc.lib 4.ca.14.*indicat Phleon dictam ἀπὸ τῦ φλέειν, quod eſt fœcundum eſſe, quòd in Orchomenio lacu copioſiſsime proueniat.

PHLIVS,untis,Φλιοῦς, Vrbs in medio Sicyonij, Arginíque agri,vbi religioſiſsime colebatur Hebe. *Autor Strab. lib.* 8. Oppidi huius incolæ Phliuntij,Phliuſij,& Phliaſij dicuntur:regióque circumiecta,Phliaſia, antea Erethryæa dicta,*teſte eodem Strab.loco iam citato.*

Phlŏx,phlogos,φλόξ Floris genus,ſolo placens colore,odoris prorſus expers:ita dictum vt ſuſpicor,à colore flammæ,quam Græci φλόγα appellant.*Plin.l.21.c.10.* Colore tantummodo placet Iouis flos,odor abeſt, ſicut & ille qui Græce φλὸξ vocatur.

Phlўctænă.{φλυκτάινα.GAL. Boutons. ITAL. *Broffole,bittorzoli.*GERM. Buttzen oder poꝛtzelen in denen waſſer oder eiter wachſen. HISP. *Poſtillas.* ANGLIC. *willd fier or bliſters.*} Puſtulæ ſunt maiores,pallidæ,liuidæ, aut nigræ, aut alterius coloris a naturali recedentis, humorem in ſe continentes,quæ vbi rumpuntur,infrà caro quædam exulcerata apparet.Gignuntur autem vel ex igni, vel ex frigore, vel ex medicamentis: *vt tradit Celſ.lib.5.c.28.*dictę Phlyctænæ, ἀπὸ τῦ φλύζειν,quod eſt bullire, ſiue bullas facere.

*PHOBETOR, huius Phobetoris, φοβήτωρ, filius Somni, *apud Ouid. 11. Metamorphoſ.* -at alter Fit feras fit volucris, fit longo corpore ſerpens : Hunc Icelon ſuperi, mortale Phobetora vulgus Nominat. Dictus eſt Phobetor,à Græco φοβεῖν, id eſt perterrefacere : Icelos autem,quia omnium animantium formam induere poſsit, eſt enim *ἰκελος* ſimilis.

Phōcă,cæ,φώκη,Bellua marina, corio & pilis tecta,per ſomnum mugiés, Vnde & vitulus marinus appellatur. Coit canum more, paritque in terra terreſtrium animalium ritu.*Virg.lib.4.Georg.*-& turpes paſcit ſub gurgite phocas.*Plin.lib.9.cap.7.*Et vituli marini, quos vocant phocas, ſpirant,& dormiunt in terra.

PHOCAE, Phocarum, Inſulæ ſunt Cretæ adiacentes, *vt ait Plin.libro 4.cap* 13.

PHŌCAEA.Φώκαια,Vrbs Ioniæ,Athenienſium colonia, *teſte Strabone li.* 14. vnde profecti ſunt qui Maſsiliam apud Gallos non procul à Rhodano condidere.Dicta Phocæa,quòd vituli marini magno numero apparuiſſent vrbem condentibus. ¶Eſt etiam Caria Phocæa,monti Mycalæ appoſita:ab hac Phocæenſes, Φωκαιεῖς, vt à Græcorum Phocide, Phocenſe, Φωκαῖς ¶Ab vtraque Phocaicus,ca,cum, vt Murex Phocaicus,Littus Phocaicum.

Phōcæ, Φωκαιεῖς. {GERM. Alte völcker in Jonia.} Ioniæ populi, qui aſsiduis Perſarum bellis exagitati, communi conſenſu patriam reliquerunt,diríſque execrationibus ſe deuouerunt, ſi quando eódem redire conarentur. Varia deinde fortuna vſi, tandem in Galliam delati ſunt, vbi Maſsiliam condiderunt. *Horatius.* Nulla ſit hac potior ſententia Phocæorum Velut profugit execrata ciuitas. *Vide Eraſm.in proverbio,* Phocenſium execratio.

*PHOCAEVS, id eſt, Pylades. *Ouid.Eleg.4.libro 1.Triſt. Et Eleg.4.libro 4. Ibidem.*]

PHŌCĀS, Φωκᾶς, Romani imperatoris, item celebris Grammatici nomen.

PHŌCĀSĬĂ, æ,Φωκαία,Inſula eſt in mari Ægæo ex aduerſo Atticæ, *cuius meminit Plin.lib.4.cap.12.*

PHŌCAE, Φῶκαι,Vrbs Bœotiæ,ad ſinum Oeteum:cuius meminit *Ptolemæus lib.3.cap.15.*

PHŌCȳLĬDĒS,pe.cor.Φωκυλίδης,Mileſius philoſophus æqualis Theognidis.Natus eſt quinquageſima nona Olympiade. Scripſit Heroicum carmen & Elegias, item Pareneticum carmen, ex libris Sibyllinis, vt volunt,decerptum.*Vide Suidam.*

PHŌCĪŌN, Φωκίων,Ciuis Athenienſis tanta vitæ integritate, vt quum magnas ſibi opes ex magiſtratibus,qui plurimi ei deferebantur,poſſet cōparare,pauperrimus tamen permanſerit:vnde & τῦ χρησοῦ, hoc eſt probi,ſiue frugi cognomen inuenit. Hic neque ridere,neque lacrymare ab vllo vnquam eſt viſus:& in concione quum quis diceret, Cogitabundus videris ô Phocion.Rectè,inquit,coniectas, Cogito enim qua ratione aliquid de his detrahere poſsim, aut omittere quæ apud Athenienſem populum dicere decreui. Huic quum legati Philippi Macedonum regis ingentia munera offerrent, hortarentúrque vt ea acciperet,admonerénique ſimul,quanuis ipſe facile his careret,liberis tamen eius eſſe neceſſaria,quibus difficile foret in ſumma paupertate ad paternam gloriam peruenire:Si mei,inquit, ſimiles erunt,idem hic agellus alet illos, qui me ad hanc dignitatem perduxit:ſi diſsimiles,nolo meis impenſis illorum ali augerique luxuriam.

PHŌCĪS,idis,φωκίς,Exigua Græciæ regio,ſinui Criſæo adiacens,Delphico oraculo,& Helicone Parnaſſóque montibus inclyta.

PHŌCENSĒS,huius incolæ dicuntur φωκεῖς, à quibus nonnulli putant profectos eſſe Maſsiliæ conditores,non(vt alij exiſtimant) à Phocenſibus Ioniæ populis. Cui etiam ſententiæ non obſcure ſubſcribit *Plin.lib.3. ca.4* vbi Maſsiliam Græcorum Phocenſium coloniam appellat, ad diſcrimen(*vt videtur*)Aſiaticorum.Idem oſtendit & *Lucan.l.5.*Maſsiliæque ſuæ donatur libera Phocis.

PHŌCŸS,ci,Φῶκος,Filius Æaci,cuius meminit *Ouid.lib.7.Metam.*

PHŌCŸSĂ, *Plin.lib.4.c* 12 Inſula vna ex Sporadibus.

PHOEBĂS,adis,Φοιβάς, Phœbi ſacerdos: ita dicta,*teſte Seruio*,quòd Phœbi numinis concepto afflatu fureret, & agitaretur in Bacchantis imaginem.*Sidonius*, Nec ſic introrum violatæ Phœbados vltrix In Danaos fulmen iecit.[*Ouid Eleg.1.lib.2.Triſt.*Teque Mycenæo Phœbas amata duci(.i.Caſſandra.)]

PHOEBĒ, Φοίβη,Phœbi ſoror,hoc eſt Diana,ſiue Luna.*Virgil.2.Georg.* -vento ſemper rubet aurea Phœbe.*Ouid.2.Metamor.* Quanto ſplendidior quàm cætera ſidera fulget Lucifer,& quanto quàm Lucifer aurea Phœbe:Tanto virginibus præſtantior omnibus Herſe Ibat. Iaculatrix Phœbe.*Ouid.Epiſt.19.*Iunupta Phœbe.*Ouid.1.Metam.*Nemoralis Phœbe.*Stat.1.Syluarum.*

PHOEBVS, φοῖβος.{GERM. Ein Son Jouis vnnd Latonae.} Apollo,Iouis & Latonæ filius,eodem partu cum Diana editus(quæ & ipſa Phœbe vocitata eſt)diuinationis & ſapientiæ Deus à Poëtis exiſtimatus, & medicinæ repertor.Dictus Phœbus quaſi φῶς τῦ βίυ, id eſt lux vitæ. *Virgil. 3 Eclog.* Et me Phœbus amat, Phœbo ſua ſemper apud me Munera ſunt,&c.[Siue ſuper terras Phœbus,ſeu curreret infrà.*Tibull.lib.4.* Ité Vicinus Phœbo tenet arua, &c. *Ibid.* Ipſe mihi non ſi præſcribat carmina Phœbus.*Tibull.lib.4.* At media eſt Phœbi ſemper ſubiecta calori.*Idem Ibidem.*]

Phœbeus,a,um,penult.prod.Φοίβειος.*Virgil.3.Æneid.* Argolici clypei,aut Phœbeæ lampadis inſtar.

PHOCMON,Lacus eſt Arcadiæ,de quo *Ouid.15.Metamor.*

Eſt lacus Arcadiæ,Phœmon dixere priores,
Ambiguis ſuſpectus aquis,quas nocte timeto:
Nocte nocent potæ,ſine noxa luce bibuntur.

PHOENĪCES,Φοίνικες,Populi Syriæ,Iudæis contermini, quorum præcipuæ vrbes fuerunt Tyrus & Sidon.Horum regio Phœnice,φοινίκη,ſiue Phœnica appellatur,à Phœnice Neptuni & Libyes filio, vt Stephano placet. GERM. Ein tant tſchafft Aſiae an das Mittelmeer ſtoſſend/vnd das Judiſch land.}Cui opinioni etiam accedit *Silius lib. 1.* Et qui longa dedit terris cognomina Phœnix. Phœnices ingenij acumine plurimum valuerunt: quippe qui & literarum & nauigandi artis primi inuentores extitiſſe putantur.Rurſus ex Dionyſio,

Phœnicum regio eſt,hi rubro gurgite quondam
Mutauere domum,primíque per æquoꝛa vecti
Luſtrauere ſalum,primi docuere carinis
Ferre cauis orbis commercia:ſiderí primi
Seruauere poli. *Lucanus item li 3.* Phœnices primi (famæ ſi creditur)auſi Manſuram rudibus vocem ſignare figuris.

Phœniſſa,ſæ, φοινίσσα. Mulier ex Phœnice Syriæ regione: cuius maſculinum eſt Phœnix.*Virg.1.Æneid.* Hinc Phœniſſa tenet Dido,blandíſque moratur Vocibus.

Phœnīcĕŭs,a,um, φοινίκεος, Genus coloris, qui alio nomine ſpadix appellatur,qualis in palmæ fructu apparet ſole non admodum incocto.Græci enim φοινικας,dactylos appellant. [*Gellius cap.26.lib.2.*à ſpadice fecit enim φοινικεος,dactylos appellant.] Quidam voluerunt Phœniceum colorem eundem eſſe cum purpureo,à Phœnicibus populis dictum exiſtimantes, apud quos prægnantiſſima olim purpura tingebatur.Quorum opinioni quominus aſſentiar,facit *Plinij* autoritas,manifeſte Phœniceum colorem a purpureo diſtinguentis *lib.21.cap.23.*Aut enim *inquit*,phœniceum habet florem,aut purpureum,aut lacteum.

Phœnīcĕă, φοινίξ *Dioſcoridi*, Herba eſt quàm Latini *hordeum murinum* appellant,*teſte Pli.l.22.c.vlt.*Quidam hodie ſterilem auenam vocitant.

[Phœnicius,a,um,idem quod phœniceus,a,um.*Plaut.Pſeud.ſc.2.a.1.*Cras

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Phœnicium phœnicio corio inuises pergulam.]

Phœnicium, nomen meretricis. *In Pœnul. Plauti.*]

Phœnicobalānus, φοινικοβάλανος. Palmæ Ægyptiæ fructus, præ maturitate nigrescens, & cicentesque inebrians. Qui verò adhuc viridis ante maturitatem decerpitur, adipsos appellatur. *Plin. lib. 12. cap. 22.* Myrobalano similem in vnguentis, proximumque vlum habet palma in Ægypto, quæ vocatur adipsos, viridis, odore mali cotonei, nullo intus ligno. Colligitur autem paulò antequàm incipiat matureſcere. Quod relinquitur, phœnicobalanus vocatur, & nigreſcit, veſcentesque inebriat.

Phœnicurus, φοινίουρος, Auis à caudæ rubedine ita dicta, quæ hyberno tempore Erithacus appellatur. *Autor Plin. l. 10. c. 29.*

Phœnicopterus, ri, penultim. corr. φοινικόπτερος, Auis à pennarum rubedine dicta. Græci enim rubrum φοινίκεον appellant, & aiam πτερὸν. *Iuuen. Satyr. 11.* Et Scythicæ volucres, & Phœnicopterus ingens. Auis huius lingua in præcipuis epularum delicijs erat olim apud Romanos. *Plin. lib. 10. cap 48.* Phœnicopteri linguam præcipui saporis esse Apicius docuit nepotum omnium altissimus gurges. *Martial. lib. 13.* Dat mihi penna rubens nomen: sed lingua gulosis Nostra placet, quid si garrula lingua foret?

Phœnicūsa, φοινικοῦσα, Vna ex Vulcanijs insulis, *apud Plin. l. 3. c. 9.*

Phœnix, cis. {φοίνιξ. Gal. Phenix. Ita. *Fenice.* Ger. Ein vnbetanter vogel dises namens im land Arabia: sol sibenthalb hundert jar leben mögen. His. *Fenix, aue vnica enel mundo.* Angli. *Phenix.*} Auis esse dicitur in Oriēte, à phœniceo pennarum colore dicta, toto orbe celeberrima, in Arabia nascens, Aquilæ magnitudine, quæ annis sexcentis & sexaginta vinere dicitur. *Plinij lib. 10. cap. 2.* Æthiopes atque Indi discolores maximè, & inenarrabiles ferunt aues, & ante omnes nobilem Arabia phœnicem, haud scio an fabulosè vnum in toto orbe, nec magnopere visum. Aquilæ narrantur magnitudine, aurei fulgore circa colla, cætera purpureus, cæruleam roseis caudam pennis distinguentibus, cristis faciem, capútque plumeo apice honestante. Primus atque diligentissimus togatorum de eo prodidit Manilius, Senator ille maximus, nobilis doctrinis doctore nullo: neminem extitisse qui viderit veſcentem: sacrum in Arabia Soli esse: viuere annos D C. L X. senescentem casia thurísque surculis construere nidum, replere odoribus, & superemori. Ex olsibus deinde & medullis eius nasci primò ceu vermiculum, inde fieri pullum, principióque iusta funeri prioris reddere, & totum deferre nidum prope Panchaiam in Solis vrbem, & in ara ibi deponere. ¶ In hac significatione quidam volunt Phœnix esse dubij generis: melius tamen dixeris esse masculi. Nā fœminino genere rarissimè legitur, idque nonnisi figuratè, respiciendo ad genus superioris auis. ¶ Est item PHOENIX Thessaliæ, fluuius in Aopum influens: cuius meminerunt *Plin lib. 4 cap. 8. & Strab. lib. 9.* ¶ Phœnix præterea gentile nomen est, eum significans qui e Phœnice maritima Syriæ regione ortum traxit: *de quo vide paulò ante in dictione* PHOENICES. ¶ Arbor item illa nobilis quam Latini palmam appellant, Græco nomine Phœnix dicitur. ¶ Phœnix item nomen proprium præceptoris Achillis, qui quum matris hortatu cum patris concubina rem habuisset, Diris impetitus à patre, relicta Hellade, in Thessaliam sese contulit ad Peleum regem, qui illi Dolopum procurationem commisit, filiúmque Achillem in disciplinam tradidit: quem etiam ad bellum Troianum comitatus est, *vt ipse narrat apud Homer. lib. 1. Iliad.*

Pholegandros, φολέγανδρος, Insula est vna Sporadum, quam Aratus propter asperitatem, ferream vocat. *Stephan.* nomen accepisse tradit à Pholegandro Minois filio.

Pholoe, φολοή, Mons Arcadiæ syluosus, oppidum habens eiusdem nominis, *teste Plin. l. 4. c. 6. Lucan. l. 7.* Scilicet ipse petet Pholoen, petet ignibus OEtam.

Pholus, φόλος, Fuit vnus ex Centauris, Ixionis ex Nuhe filius. Hic Herculem suscepit hospitio, quum ad expugnandos Centauros pergeret: & tandem in nuptijs Pirithoi, orto prælio inter Lapithas & Centauros occubuit. *Lucan.* Hospes & Alcidæ magni, Phole. *Virg. lib. 2. Geor.* Bacchus & ad culpam causas dedit, ille furentes Centauros letho domuit, Rhetúmque Pholúmque.

Phonascus, φωνάσκος. Dictio est Græca, qua significatur vocis, pronuntiationisque magister, & moderator. *Quintilia. lib. 11.* Sed cura non eadem oratoribus quæ phonascis. *Suetonius de Augusto,* Pronuntiabat dulci, & proprio quodam oris sono, dabátque assidiè phonasco operam. Is enim vocem intorquere, remittere, lenire, exasperare docebat: quod artis genus Græci etiam φωνασίαν appellarunt. [*Suet. in Neron. cap. 25.*

Phonos, φόνος, Herba eadem quæ atractylis: ita dicta ab eo quòd sanguineum fundat succum. *Autor Plin. l. 12. c. 16.*

Phorbas, antis, φόρβας, Triopæ filius, pater Ilionei Troiani, vnus ex comitibus Æneæ: qui quum in bello Troiano aduersante etiam Priamo sæpius in prælium descendisset, & multa egregia facinora edidisset, tādem à Menelao obtūcatus est. Huius imagine assumpta Somnus Deus palmarum decepit, vt placet *Virg. ad finem 5. Æneid.* puppíque (*inquit*) Deus consedit in alta Phorbanti similis. *Seruius.* ¶ Alius fuit Phorbas Argiuorum rex. ¶ Alius item pastor Polybij Corinthiorum regis. [Phorbas amatus ab Apolline. *Plut. in Num.*]

Phorcus, ci, vel Græco more Phorcys, aut etiam Phorcyn, cynos, φόρκος, φόρκυς, Filius Neptuni & Thoosæ nymphæ, rex Corsicæ & Sardiniæ insularum: quem ab Atlante nauali prælio victum, vndáque obrutum, postea socij superstites in marinum Deum conuersum dixere, eíque diuinos honores exhibuere. *Virg. 5 Æneid.* Tritonésque citi, Phorcíque exercitus omnis, &c. Hic pater fuit Medusæ, quæ ob id nomine patronymico Phorcynis dicitur. *Ouid. 5. Metamorph.* in partem Phorcynida transtulit illam. Hinc etiam deducitur aliud patronymicum fœm. Phorcys, ydos. *Propert. lib. 3.* Sectáque Perſea Phorcydos ora manu.

Phormio, φορμίων, Crotoniata, dux rei militaris peritissimus, qui Lacedæmonios duobus naualibus prælijs superauit. Huius meminit *Theopomp. in Philippicis.* ¶ Phormio item dux Athenienſium in bello Peloponnesiaco, qui Peloponnesios duobus maximis prælijs afflixit. *Autor Thucyd. l. 2.* ¶ Phormio, Peripateticæ sectæ philosophus, quum apud Annibalem iam Carthagine expulsum & in Asia exulantem, aliquot horas de officio Imperatoris, déque omni re militari copiosissime disseruisset, interrogatus Annibal quid de eo sentiret, respondit, Multos se deliros senes vidisse: sed qui magis quàm Phormio deliraret, vidisse neminem. Neque mehercule iniuria: quid enim aut arrogantius, aut loquacius fieri poterat, quàm Annibali, qui tot annos de imperio cum populo Romano omnium gentium victore certasset, Græcum hominem, qui nunquam hostem, nunquam castra vidisset, nullam denique minimam partem publici muneris attigisset, præcepta de re militari dare? *De hoc vide Cicer. de Orat.* ¶ Phormiones, φορμίονες. tegetes item ex iuncis, & straminibus contextæ: *apud Vlpian. l. 12. §. 12. D. de instrum. vel inst.* Vbi tamen Formiones legitur peruulgato errore.

Phormus, φόρμας, Syracusanus comicus Epicharmi contemporaneus, Geloni tyranno familiaris, & filiorum ipsius altor. Docuit fabulas septem quas commemorat Athenæus.

Phoronēus, φορωνεύς, per tres syllabas, Filius fuit Inachi fluuij & Argiuorum rex, qui initio dispersos populos in vibem coëgit, quam appellauit Argos Phoronicon.

Phoronis, dis, patronymicum fœmininum, quod Poëtæ vsurpant pro Iside Inachi filia, & Phoronei sorore. *Ouid. 1. Met.* Nec superūm rector mala tanta Phoronidos vltra Ferre potest.

Phorōnēus, a, um, per quatuor syllabas. *Stat. 2. Syluar.* Ili Phoroneis quōdam stabulata sub antris.

Phosphorus, ri, pen. cor. φωσφόρος. Stella matutina, quam Latini verbum ex verbo reddentes, Lucifera appellant. *Martial. libro 8.* Phosphore redde diem, quid gaudia nostra moraris? {German. Der Morgenstern.}

Phragmon, φράγμων, Insignis statuarij nomen, qui Olympiade L X X II. floruit, *teste Plin. l. 4. c. 8.*

Phraortes, φραόρτης, Rex Indorum, ad quem Apollonius Tyaneus peruenit, quem quum de victus ratione interrogaret, respondit, Tantum vini bibo quantum Soli sacrificio, quæ autem venando acquiro, pascūtur alij, mihi sat fuerit ipsa exercitatio. Cibus mihi olera & palmarum fructus, multa mihi quoque ex arboribus nascentia, quas manus hæ plantauerunt. *Philostratus in vita Apollonij.*

Phrasis, φράσις, Eloquentiæ corpus, *inquit Quintilian. libro 10. cap. 1.* & dicendi modus. Dicti ἀπὸ τοῦ φράζειν, quod est fari, & differere. Macer (*inquit Quintilian.*) & Lucretius legendi quidem, sed non vt faciant phrasin.

Phrenes, φρένες, à Græcis vocantur, à Latinis præcordia, hoc est septum transuersum, quod & diaphragma ab illis appellatur: siue quòd mentē (quam etiam τὸ φρένων nomine intelligunt) iis in partibus residere nōnulli ex veteribus existimarint, siue quòd diaphragmate inflammato necesse sit & mentem impediri, subsequente nimirum eo morbi genere, quem paraphrenitidem appellant medici.

Phrenitis, idis. {φρενῖτις. Gal. Phreneſie. Ita. & Hispan. *Freneſia.* Germ. Das hirnwüten/ auß welchem die Taubsucht vnnd wanwitigkeit erfolget. Ang. *The frenſie.*} Morbus lædens mentem, & ad insaniam furoremque perducens: vnde & nomen accepit. Nam mentem Græci φρένας appellant. Fit autem ex inflammatione membranularum quas meningas vocant, idque vel à pallida bile, eáque leuior est, vel à flaua, eáque est vehementior: vel ab eadem valde adusta, quæ est omnium teterrima, *vt docet Galen. l. 3. de Locis affectis.* ¶ Phrenesis alio nomine appellatur, pen. prod. *Iuuen. Satyr. 14.* Quum furor haud dubius, quum sit manifesta phrenesis. *Martial. l. 4.* Declamas in febre Mathon: hanc esse Phrenesim Si nescis, non es sanus, amice Mathon. Serenus mediam huius dictionis syllabam corripuit, quem in hoc non imitabimur. ¶ Phreneticus appellatur qui hunc morbum patitur. *Plin. l. 20. c. 2.* Sed & phreneticis auxiliatur cum lacte mulieris.

Phrixa, φέλξα, Vrbs Peloponnesi triginta non amplius stadiis ab Olympia distans, alio nomine Phæstus appellata.

Phrixæus, a, um, gentile, φελξαῖος. *Steph.*

Phronesis. {φρόνησις. Gal. Prudence. Italic. *Prudenza.* Germa. Fursichtigkeit. Hispa. *Prudencia.* Anglic. *Wisdome.*} *Cicer. lib. 1. Offic.* Principesque omnium virtutum est illa sapientia, quam Græci sophiam vocant. Prudentiam enim quam Græci φρόνησιν dicunt, aliam quandam intelligimus, quæ est rerum expetendarum, fugiendarúmque scientia.

Phronēsium, φρονήσιον, Meretriculæ nomen est *apud Plaut.* Latinè prudentulam sonat.

Phrygia, φρυγία, Minoris Asiæ regio, Cariæ, Lydiæ, Mysiæ, & Bithyniæ finitima, quarum omnium fines ita coëunt, vt non facile possint distingui. *Teste Strab. l. 13.* Dicta est autem Phrygia (*vt idem Strab. noster vno in loco indicat*) à Phrygibus populis, è Thracia oriundis, qui antea Phryges dicebantur. Quidam duplicem faciūt Phrygiam, maiorem, in Galatiam vergentem: & minorem, Epicteton cognominatam. In hac est Ida mons, & Tmolus, & Pactolus fluuius. ¶ Ex Phrygia orta est Sibylla cognomento Phrygia: cuius nomine circunfertur illud de supremo iudicio vaticinium:

Tuba de cœlo vocem luctuosam emittet,
Tartareum chaos ostendet dehiscens terra.
Venient ad tribunal Dei reges omnes.
Deus ipse iudicabit simul pios & impios.
Tunc demum impios in ignem & tenebras mittet.
Qui autem pietatem tenent, iterum viuent.

Phrygx, φρυγές, Qui est ex Phrygia. *Cic. pro Flac.* Asia vestra constat, opinor, Phrygia, Mysia, Caria, Lydia. Vtrum igitur nostrum est an vestrum hoc prouerbium, Phrygem plagis fieri meliorem? *Ouid. 13. Metam.* Quíque cruore sæpe Phrygum maduit. ¶ Serò sapiunt Phryges, prouerbium in eos dici solitum quos stultè factorum serò pœnitet. *Vide Erasmi adagia.* Fœminino um eius est Phrygia, φρυγία. *Stephan. Virgil. 9. Æneid.* O veræ Phrygiæ, neque enim Phryges.

Phrygiones. {Ang. *weauers of cloth of baudkin.*} Qui acu pingunt, vel qui vestes auro intexunt. Phryges enim primi inuenerūt talem texturam. φρυγιοί. *Plin. lib. 4. c. 48.* Pictas vestes iam apud Homerum fuisse video, vnde natæ triumphales. Acu facere Idæi Phryges inuenerunt, ideóque Phrygiones appellati sunt. [*Plaut. Aul. sc. 5. a. 3.* Stat fullo, Phrygio, turifex. *Idem Men. sc. 4. a. 2.* Pallam ad Phrygionem deferas, vt recōcin-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

netur. *Ibidem sc.2.a.4.* Pallam ad Phrygionem ferto, confecto prandio. *Plautus Men.sc.Potin. Et sc.1.a.4.* Ad Phrygionem redi, & pallam refer. *Plaut.Menæc.sc.2.a.4. Vide Seruium in 3. Æneid.*

Phrygius, a, um, adiect. φρύγιος, Quicquid è Phrygia est. *Cicero pro Rosc. Amerino*, Quis ibi non est vulneratus ferro phrygio? ¶ Phrygius lapis, λίθος φρύγιος Gleba est pumicosa, teste *Plin.l.36.c.19.* tingendis vestibus vtilis. Phrygius lapis *(inquit)* gentis nomen habet. Est autem gleba pumicosa. Vritur ante vino pertusus, flatúrque follibus donec rufescat: ac rursus dulci vino restinguitur: & hoc trinis vicibus, tingendis vestibus tantùm vtilis. Phrygia vestis picta acu, cuius artifices phrygiones appellantur. Huius vestis meminit *Virg.lib.9.* Vobis picta croco, & fulgenti murice vestis. *Item eodem*, O verè phrygiæ, neque enim phryges. *Nonius*, phrygiæ vestes barbaricæ dictæ. *Vide Barbaricus.* [*Ouid.13. Metam.* Nec comes hic phrygias vnquam venisset ad arces. *Idem Ibidē:* Raptus phrygiæ signum penetrale Mineruæ.

Phrygiānus, a, um, Quod phrygionum opera confectum est, vt phrygianæ vestes, hoc est acu pictæ. *Plinius libro 8. capite 48.* Togas ratas, phrygianásque, D. Augusti nouissimis temporibus cœpisse, *scribit Fenestella.*

PHRYNE, φρυνή, Nobilis Athenis meretrix fuit: quæ quum impietatis accusaretur, & summopere iam periclitaretur, diducta manu tunica, nudatóq; iudicibus cãdidissimo pectore, omni periculo est liberata. *Autor Aristot. Rhet.l.1 Quint.l.2.c.15.*

PHRYNICHVS, φρυνίχος, Athenienſis tragicus, Thespiadis discipulus, qui primus personam fœminæ protulit in scenam, & tetrametrum reperit. Filium habuit Polyphradmonem poëtam, & ipsum tragicum. Docuit tragœdias nouem. ¶ Alter item Athenienſis comicus inter secundos antiquæ comœdiæ, qui docuit fabulam vnam. ¶ Tertius eiusdem nominis Bithynicus sophista, qui scripsit de Atticis dictionibus. *Autor Suid.*

Phrynion, φρυνίον. Herba quæ eadem dicitur paronychia, ita dicta quod τοῖς φρυνίοις, hoc est ruberis aduersetur. *Autor Plin. libro 25. capite 10.*

PHRYNIS, φρυνίς, Citharœdus nobilis fuit, patria Mitylenæus, discipulus Aristoclidis, qui genus suum ad Terpandrum referebat. Hic primus Athenis vitis est citharœdus, Callia summum magistratum gerente. *Vide plura de hoc apud Suid.*

Phrynos, φρυνός. A Græcis ranæ genus appellatur omnium maximum in vepribus tantùm viuens: vnde & rubetam Latini appellant. *Plin.l.32.c.3.* Sunt quæ in vepribus tantùm viuunt, ob id rubetarum nomine (vt diximus) quas Græci phrynos vocant, grandissimæ cunctarum, geminis velut cornibus, plenæ veneficiorum.

PHRIXVS, φρύξος, Athamantis ex Nephele filius, qui quum nouercales insidias ferre non posset, vnà cum Helle sorore profugit, acceptóque à patre ariete cui vellus erat aureum, cóque conscendo, quum in Asiam trancere vellent, Helle puellari timore exterrita, decidit in mare, quod ex eius nomine Hellespontus appellatur: Phryxus verò incolumis in Colchidem peruenit ad regem Æten, vbi arietem Ioui, vel, vt aliis placet, Marti immolauit, vellúsque illud aureum in templo suspendit, quod postea Iason Medeæ ope adiutus, abstulit. Aries verò inter sidera locatus, pristinam effigiem tenuit, qui à Phryxo Phryxeus appellatur, media longa. *Ouid.libro 7. Metam.* Dúmque adeunt regem, Phryxeáque vellera poscunt.

PHTHIA, φθία, Ciuitas Thessaliæ, Achillis patria. [*Catull. de Com. Beren.* Progenies Phthiæ clara superuehitur.]

Phthiūs, φθῖος, & Phthiota, φθιώτης. Qui Phthiam incolit. *Ouid.1. Ep. Briseid.* Quam sine me Phthius caneſcant æquora remis, Et videam puppes ire relicta tuas.

PHTHIOTIS, tidis, φθιῶτις, siue Phthiotia, tiæ, vna ex quatuor Thessaliæ partibus in Austrum vergens. *Strab.l.9.* Cæterùm Phthiotia tractum continet Australem ad Œtam, à sinu Maliaco & Pelasgico vsque ad Dolopiam, orámque Pindi protensum. In latitudinem vero porrectum vsque ad Pharsalum, plánáque Thessalica. * Hinc adiectiuum Phthioticus, φθιωτικός. *Catull. Argon. Epig.59.* Deteritur Scyros linquūt Phthiotica Tempe.

Phthīriāsis, φθειρίασις, Morbus est pedicularis, ἀπὸ τῶν φθειρῶν, quos & pedes, & pediculos vocamus. *Plin.lib.20.c.1.* Sic & contra phthiriasin bibitur & hydropises. Vide pedicularis in PEDES, pedum. [¶ De eo morbo, & iis, qui eo interierunt, *Plutarch. in Sylla.*]

PHTHIOPHAGI, φθειροφάγοι, Dicti sunt populi, à tenuitate victus, quasi pediculis vescantur. Hi sunt iuxta Pontum Euxinum. *Plin.l.6.c.4 Strab.l.10 & 11.*

Phthisis, φθίσις. GAL. Vlceration des poulmons. ITA. *Mal sottile, il Tisico, vlceratione & impiagamento del polmone.* GERMAN. Die schweinsucht. HISPAN. *La tisica.* ANG. *Vlceration of the lightes.*] Morbus est totum corpus extenuans, prouenies ex vlcere pulmonis à pituita potissimum generato, quæ à capite delapsa, in pulmonibus computruit. Quanquam interdum & ex proprio pulmonis affectu originem trahit, maxime quidem ex vasis diruptione post sputum sanguinis non conglutinata: quod mali genus Græci φθίσιν vocant: definiúntque esse totius corporis cum parua febre extenuationem, pulmonis insanabilia vlcera consequentem. Hoc morbo Theopompum laborasse, & ab Asclepiade curatum tradunt. Sæpenumero tamen tamen phthisim pro phthoe positam inuenimus: *vt apud Columel.lib.6.capite 14.* Est & illa grauis pernicies, quum pulmones exulcerantur: inde tussis & macies & ad vltimum Phthisis inuadit. Corripit autem hoc nomen priorem syllabam. *Iuuenal.Satyr.13.* Et phthisis, & vomicæ putres, & dimidium crus. Qui hunc morbum patiuntur, Phthisici, φθισικοὶ appellãtur. In oculo itē phthisim appellant, pupillæ constrictionem, quum scilicet oculi tabes pupillam contrahit atque angustiorem efficit. Definitiones quæ Gileni nomine circunferuntur, phthisios nomine omnem corporis extenuationem maciémque complectuntur, à verbo φθίειν, quod proprie dicitur de plantis aliisque sensim pereuntibus.

Phthoe, es, φθόη, Corporis totius extenuatio cum exigua febri, incurabilia pulmonis vlcera consequens. Hanc nonnulli, minus tamen propriè phthisin appellant.

Phthongus. קול *kól.* φθόγγος. GALLIC. *Son.* ITALIC. *Suono.* GERMAN. Ein thon. HISP. *La voz ò son y sonido.* ANG. *A sowne.*] Idem quod sonus, & vox inarticulata: a verbo φθέγγομαι, quod est sonum & vocem edo. In musica autem phthongus dicitur, soni cuiuspiam vnus & idem tenor: vt in cithara certi alicuius nerui strepitus semper sui similis. *Seuer.lib.1.cap.8.* Phthongum definit casum vocis ἐμμελῆ, id est, aptũ melo in vnam intentionem. Alij harmoniæ minimam partem. Nam quemadmodum vnitas numeri, ita phthongus consonantiæ principium est. Ex his facile intelligi potest locus *Plin.l.2.ca.22.* vbi de siderum musica loquens ex Pythagoræ sententia ait Saturnum dorio moueri, Iouem phrygio, Mercurium verò phthongo, hoc est eodem semper & æquabili soni tenore.

*Phthoria, sunt medicamenta quibus medici vtuntur abigendis infantibus in vtero enectis: quæ ecbolia quoque dicuntur, id est iectotia. *Plinius de scammonite vino lib.14.cap.16.* Hoc vinum, *inquit*, phthorium vocant, quoniam abortus facit. Sic enim in antiquis exemplaribus legitur manuscriptis: licet in impressis ectromatium legatur, verbum subditicium.

PHTHVRIS, φθοῦρις, Æthiopiæ oppidum, vnum ex iis quæ C. Petronius, quum ab Augusto Ægypto præfectus esset, expugnauit. *Autor Plin. lib.6.cap.29.*

Phū, φοῦ, Vocant aliqui nardon agrion, siue criticum; folio oleris atri, caule cubitali, geniculato, in purpura albicante, radice obliqua, villosaque & imitante anium pedes. *Dioſc.l.1. & Plin.lib.12.cap.12.* Officinæ *Valerianam maiorem* nominant.

PHVRNITA, Vrbs Lybiæ: ciues Phurnitani. *Stephan.*

PHVRNYTHEI, Populi Mauritaniæ, quorum originem refert Iosephus ad Phuth, filium Cham, filij Noë.

Phy, Interiectio mirantis est, teste *Donat. Terent. in Adelph.* Phy, domi habuit vnde disceret. [*Plaut Pseud. sc. 4.a.5.* Phy, i in malam crucem (Interiectio aspernantis odorem tetrum.)]

Phycites, φυκίτης, Gemma algæ colorem habens. *Plin.lib.vlt.c.10.*

Phycos thalasium, φῦκος θαλάσσιον, Latine fucus marinus, herba est similis lactucæ, quæ conchylis suffernitur. Tria eius sunt genera: latum, & alterum longius, quadantenus rubens: tertium crispis foliis, quo in Creta vestes tinguntur. *Hæc Plin.l.26.c.10.*

Phycis, fœminini generis, φυκίς, Piscis est vere tempore varius, reliquis anni partibus cãdidus, ex a ga nidificans, & in nido oua pariens. *Autor Plin.l.9.c.26.*

PHYCVS, cuntis, φυκοῦς, Libyæ Cyrenaicæ promontorium, quàm longissime in mare excurrens, ex aduerso Tænari Laconiæ, *vt scribit Strab.l.17.*

PHYCVSSAE, φυκοῦσσαι, Insulæ Lybiæ adiacentes, ita dictæ ab algæ copia, quæ φῦκος à Græcis appellatur. *Autor Steph.*

Phygethlon, φύγεθλον. Est (*vt inquit Corn. Celſ.l.5.c.28.*) tumor non altus, lacus, durus, in qua quiddam pustulæ simile est, cum dolore, distensione neque vehementi, maioreque quàm pro magnitudine tumoris: interdum etiam cum febricula, tarde matureſcens, neque magnopere in pus se conuertens. Latini panum vocant.

Phylacã, p. n. corr. {φυλακή. ANGLIC. *A ward, a gayle.*} Locus custodiæ, carcer. *Plaut. in Capt.* [*sc.5. a.3.*] Illinc est abductus rectà in phylacam vt dignus est, A verbo Græco φυλάττω, custodio.

Phylacista, {φυλακιστής. ANG. *A gayleur or keeper of the prisonners.*} Carceris custos, vel lictor, cuius officium est nocentes comprehendere, & in carcerem abripere. ἕλκειν τὸν φυλακιστήν, quod est ad carcerē trahere. *Plaut. in Aul.* [*Plaut. Aulul. sc. 5.a.3.* Irecenti cum stant Phylacistæ in atriis. (i. obæruatores, vt creditores solent.) Malè autem in aliis editionibus scriptum hîc Constant, vno verbo, pro, cum stant.]

PHYLACE, φυλάκη, Oppidum est Phthiotidis regionis Thessaliæ, cuius meminit & Homerus in Catalogo, Οἵ ῥ' ἔχον Φυλάκην, καὶ Πύρασον ἀνθεμόεντα. In hoc Protesilaus regnauit, vnde Phylacides cognominatus est, & Laodamia eiusdem vxor Phylaceia. *Ouid.3. de Arte*, Phylacides aberat Laodamia tuus. Vbi poëta primam produxit, contra primitiui naturam. *Idem de Ponto*, Vt viuat fama coniunx Phylaceia, cuius, &c.

Phylacterium. {נטף *chanáph* טוטפת *totáph.* φυλακτήριον.} Græca dictio ἀπὸ τοῦ φυλάττειν, hoc est, à custodiendo, asseruando, siue tuendo deducta: significátque antidotum quo nos aduersus venena tuemur, & præmunimus: nonnunquam significat locum custodiæ destinatum. Hoc etiã nomine dicebantur Pharisæorum tabulæ, siue membranæ Decalogi præcepta inscripta habentes: quas illi & fronti & brachiis affigebant, vt eorum oculis nunquam non obuersarentur. *Erasm. in Matthæum*, Pharisæi quò viderentur admodum obseruantes legis, scribebant Decalogum in membranis, seu duobus voluminibus, quorum alterum fronti coronæ vice circumponebant, alterum brachio, vt siue quò manum porrigerent, essent in conspectu: siue quò caput mouissent, ob oculos essent. Hunc morem testatur Hieronym. ad suam vsque ætatem durasse apud Iudæos, Persas, ac Babylonios: atque eos qui id facerent, apud illos habitos ceu religiosos, quasi sic præstarent id quod Deus iubet per Mosem, seruari præcepta sua. *Hactenus Erasmus.*

Phylarchus, φύλαρχος. Ordinis, siue dignitatis nomen in equestri militia. Erat enim equitatus diuisus in classes quasdam, quas illi φυλὰς appellabant: quibus qui præerant, Phylarchi appellabantur. Omnes autē vni parebant Hipparcho, hoc est equitatus totius præfecto: quem Latini sub dictatore vniuerso exercitui imperante magistrum equitum appellabant. ¶ Fuit item proprium nomen Historici cuiusdam Athenienſis, siue Sycionij, aut, vt alij malunt, Naucratitæ, qui Pyrrhi Epirotæ bellum aduersus Peloponnesios libris XXIII. conscripsit, item alia complura, quæ recensentur à Suida.

PHYLEVS, φυλεύς, Iouis filius, & pater Megetis viri fortissimi, qui *in bello* Troiano præfuit Dulichiis, Echinadúmque insularum incolis. *Vide Homer. in Catalog. nauium.*

Phyllanthes, φυλλάνθης, Herba est ex genere aculeatarum, sed mitioribus aculeis, ab radice tantùm foliata. Sic eam nominat *Plin. libro 21. cap.16.*

Phyllanthion, φυλλάνθιον, cognomento dyticon. Herba est Democriti, purpuram tingentibus. vtilis. *Vide Hermol. in Caroll.*

Phyllira, *Vide* PHILYRA.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

PHYLLIS, Nomé Lycurgi Thracum regis filiæ, quæ Demophoonta Theſei filium ex Troiano bello redeuntem, hoſpitio lectoque excepit, accepta prius ab eo fide, ſe domi compoſitis rebus vxorem ab eo ductũ iri. Prorectus itaque Demophoon, quum vltra ſtatutum tempus variis diſtrictus negotiis in patria detineretur, Phyllis & amoris impatientia, & doloris impulſu, quòd ſe ſpretam eſſe crederet, laqueo vitam finiuit, inde conuerſa in arborem amygdalum ſine foliis fertur. Poſtea reuerſus Demophoon, cognita re, eius amplexus eſt truncum: qui (velut ſponſi ſentiret aduentum) folia emiſit. Ita poſtea Phylla ſunt dicta à Phyllide, quæ ante petala dicebantur. ¶ Eſt & Phyllis, φυλλὶς, amnis Bithyniæ, teſte *Stephano*: à quo Phyllij, φύλλιοι: Phyllienſeſque, φυλλιῆς dicuntur.

Phyllitis, φυλλίτης, Herba eſt foliis lapathi, longioribus tamen adultioribuſque, modo lenis, modò ſeptemis, interius læuis, auerſa parte quoſdã quaſi vermiculos appendentes referentibus. Dioſcorides à quibuſdam Lapathon agrion, id eſt rumicem agreſtem vocari tradit.

Phyllon, φύλλον, Spina eſt ſine caule, ſine flore, ſine echino, foliis longis, aculeatis, & lactucæ ſimilibus. Aliis nominibus Polygonaton appellatur, & Leucacantha. *Plinius l.22.c.16.*

PHYLLVS, li, φύλλος, ſiue Phyllûs, ûntis, φυλλεύς, *Steph.* Oppidum Theſſaliæ, in tractu Phthiotidis: à quo Apollo Phylleus cognominatus eſt. *Author Strabo l.9.*

Phylyrã, φιλυρᾶ, *Vide* PHILYRA.

Phymata, φύματα, Phlegmonæ, hoc eſt, inflammationes laxarum partiũ, teſte *Galen. l.2. Methodi.*

Phyſa, φύσα, Piſcis quidam ex genere teſtaceorum, Nilo fluuio peculiaris, teſte *Strab. l.vlt.*

PHYSCVS, φύσκος, *Fiesco.* Cariæ oppidum è regione Rhodi inſulæ: cuius meminit *Strab. l.14. Steph.* aliam eiuſdem nominis vrbem collocat in Locride, quam dictam vult à Phyſco Ætoli filio, nepote Amphyctionis, pronepote Deucalionis.

Physẽtẽr, penulti. product. teris, φυσητήρ, Bellua marina admirabili magnitudine, quæ aquam faucibus hauſtam tanta copia in altum efflat, vt veluti denſiſſimus quidam imber decidens, conſpectum circunquaque eripiat. Vnde & Phyſeter dictus eſt, παρὰ τὸ φυσᾶν τὸ ὕδωρ, hoc eſt ab emouendis, aut efflandis fluctibus. Rufus ex Arato, anhelos phyſeteras proprio epitheto appellauit. *Plin. l.9. capite* 4. Maximum animal in Indico Oceano priſtes & balæna eſt: in Gallico Oceano phyſeter, ingentis columnæ modo ſe attollens, altioremque nauium velis diluuiem eructans. Hæ belluæ Nearchi claſſi in Arabicum ſignum nauigãti, maximum terrorem incuſſerunt, quòd tantos expirarent nimbos, vt quæ poſita ante pedes eſſent, videri non poſſent, donec à nauigationis ducibus edoctus Nearchus, tubarum clangore perterritos in profundum abegit.

Phyſis, Natura. { φύσις. GAL. Nature. ITA. *Natura.* GER. Die Natur. HIS. *Naturaleza.* ANG. *Nature.* }

Phyſicus, a, um, Naturalis, ad rerum naturam & ad phyſicam pertinens. { φυσικός. GAL. Naturel, appartenant à nature. ITA. *Naturale, che s'appartiene alla natura.* GERMAN. Natürlich. HISP. *Coſa perteneſciente à la naturaleza.* ANG. *Naturall belinging to nature.* } *Cicero 2. de Diuin.* Quero etiam ſi velim ſcribere quid, aut legere aut canere, vel voce vel fidibus aut geometricum quiddam, aut phyſicum, aut dialecticum explicare, ſomniúmne expectandum ſit. *Ibid.* Phyſica diſputandi ſubtilitas. *Idem 2. de Natur. deor.* Rationibus phyſicis conſtituere aliquid.

Phyſicus, ci, ſubſtantiuum, Qui phyſicen perdidicit, rerum naturalium inueſtigator. { φυσικὸς. GAL. Phyſicien, qui entend les choſes naturelles. ITA. *Che intende le coſe naturale, fiſico.* GERM. Ein naturkundiger / ein verſtendiger der geheimnuſſen der natur. HISPAN. *Phyſico.* ANG. *He that vnderſtandeth thinges naturall.* } Cic. 1. *de Natur. deor.* Sed tu hoc phyſice non vides quàm blanda conciliatrix & quàm ſui ſit læna natura. *Ibid.* Non pudet igitur phyſicum, id eſt ſpeculatorem, venatoréque naturæ, ab animis conſuetudine imbutis petere teſtimonium veritatis? *Idem 2. de Diuinat.* Quod video phyſicis placuiſſe: eíſque maximè, qui omne quod eſſet, vnum eſſe dixerunt.

Phyſicã, corum, φυσικά, ipſa naturalis philoſophia, ſiue opus rerum naturam pertractans. Cic. 1. *de Orat.* Oratorem ne phyſicorum quidem eſſe expertem volo. *Idem 1. de Finib.* Epicurus in phyſicis quibus maxime gloriatur, totus eſt alienus. ¶ In eadem ſignificatione dicimus phyſica, cę, φυσικὰ, præſertim pro diſciplina ipſa naturali: nã pro opere eam pertractante vſitatiùs neutro plurali vtimur: vnde phyſica Ariſtotelis, rectius dixeris, quã phyſicam. Cic. 1. *Acad.* Sed enitar vt Latine loquar, niſi in eiuſmodi verbis, vt Philoſophiam, aut Rhetoricam, aut Phyſicam, aut dialecticam appellem. *Idem 3. de Finib.* Ad eas virtutes Dialecticam etiam adiungunt & Phyſicam.

Phyſicẽ, penultim. correpta. Naturaliter, phyſicorum more. φυσικῶς. GAL. Naturellement. ITA. & HISPAN. *Naturalmente.* GERMAN. Natürlichen / nach weyß der naturlichen Meyſteren. ANGLIC. *Naturallie.* } *Cicero 3 de Natu. deorum.* Eodémque tempore illa quæ à te Phyſice dicta ſunt de vi ignea, déque eo calore, &c. *Idem 1. de Diui.* Sed id quod phyſicè dicitur.

Phyſiognomĩa, æ, φυσιογνωμία, Ars qua natura hominum ex corpore vultúque cognoſcitur.

Phyſiognomus, mi, penu. prod. vel Phyſiognomon, onis, φυσιογνώμων, qui hominum mores ex corpore, vultúque cognoſcit. *Ci. de Fato.* Quid Socratem, nóune legimus quemadmodum notarit Zopyrus phyſiognomon, qui ſe profitebatur hominum mores, naturáſque ex corpore, oculis, vultu, fronte pernoſcere?

Phyſiologĩa, φυσιολογία, Rerum naturæ inquiſitio, diſceptatio de rei cuiuſuis natura. *Cicero de Natu. deor.* Hunc tu cenſes primis vt dicitur labris guſtaſſe phyſiologiam, id eſt naturæ rationem, qui quicquã quod ortum ſit, putet æternum eſſe poſſe? Phyſiologus, φυσιολόγος, rerum naturæ perſcrutator.

Phython, ſiue, Phiton, *Vide* PYTHON.

P ante I.

PICEN. In notis antiquorum Piceni. PIENT. pientiſſimus. P.IR. populus vel Publius irrogauit. P.I.R. Populum iure rogauit. P.IV. vel I. principi iuuentutis.

Piabilis, Piacularis, Piaculum, Piamen, Piator, Piatrix, *Vide* PIO.

PIALIA, πίαλια, Oppidum Theſſaliæ ſupra Cercetium montem, *Steph.*

Pĩcã, cæ, quanuis fœmininum videatur à picus, longe tamen diuerſæ ſignificationis eſt. { *ἴυγξ.* GALLIC. Vn oiſeau appellé pie. ITA. *Gazza, gazzuola.* GERM. Ein aſel oder Aegerſten. HISPAN. *La pega ò picaça* ANGLIC. *A pie birde.* } Nam auis eſt magnitudine palumbæ, alis vario colore, & præſertim cæruleo depictis, humana imitans verba. *Martial. li.14.* Pica loquax certa dominum te voce ſaluto: Si me non videas, eſſe negabis auem. In has aues fabulantur Poetę mutatas eſſe Pieridas, indeque illis priſtinam loquacitatem, humanæque linguæ ſtudium remanſiſſe. *Ouid. 6. Metamorphoſ.* Plangere dúmque volunt per brachia mota leuatæ, Aere pendebant nemorum conuicia picæ: Nunc quoque in alitibus facundia priſca remanſit, Raucáque garrulitas, ſtudíumque immane loquendi. ¶ Eſt & alterum picæ genus quod *Plinius* teſtatur ſua ætate ab Apennino Romam verſus cerni cœpiſſe, ¶ Pica etiam in grauidis dicitur peruerſus abſurdarum rerum appetitus, qui à Græcis quoque *πίσσα* vocatur. *Vide in dictiane* MALACIA.

Picatus, a, um, *Vide* PIX.

Pĩcẽã, æ. { *πίτυς.* GAL. L'aibre d'où degoutte la poix reſine. ITA. *Pino del quale ſi caua la pece.* GER. Ein Rot thannen. HIS. *El pino do que ſe haze la pez.* ANG. *A roſen tree wherof the roſen droppeth out.* } Arbor eſt larici ſimillima, folio breui tædæ proximo, craſſiore tamen durioréque, vt cupreſſi, immortali virore: ad laricis verò comam collato, rariore, ſicciore, tenuioréque Ramos habet ſtatim ab radice modicos velut brachia, lateribus inhærentes: materiem verò abieti proximam. Frequens in Alpibus Cottiis viſitur, fundens reſinam thuri adeo ſimilem, vt pro eo ſæpe fallat, odore non omnino ingrato. Nuces fert pineis ſimiles, ſed minores, vt & tota arbor pino humilior eſt graciliórque. *Vide plura de hac arbore apud Plin. libro 16. capite 10. Theophr. lib. 3. capite 10. & Dioſco. libr. 1. cap. 86.*

Pĩcẽãſtẽr, ſtri, πίτυς ἀγρία, Picea ſylueſtris, Hiſpaniæ familiaris, ex qua fit reſina parum laudata. *Plin. libro 14. capite 20.* Fit è picea reſina, in Hiſpania autem è picea ſtris minime laudata.

PICENVM, penultima producta, πικηνὸν, Vulgò *Marca d'Ancona, Anconitana.* { GERMAN. Ein landtſchafft in Italia / jetz die Anconitaniſch marck. } Regio Italiæ trans Apenninum ab ipſis montibus vſque ad mare Adriaticum extenſa, inter Æſim & Leaſtrum fluuios, teſte *Strabone libro quinto.* Hodie ab Ancona celeberrimo emporio Marchia Anconitana appellatur, Vrbes habet præcipuas Piſaurum, Fanum fortunæ, Senam Gallicam, Vrbinum, Camerinum aſculum, Anconam à Syracuſanis Dionyſij tirannidem fugientibus conditam. Huius populi Picentes & Piceni appellabantur, diuerſi à Picentinis maris Tyrrheni accolis.

Pĩcẽnũs, cena, cenum: πικηνὸς, vt Ager Picenus, & Oliua Picena, *apud Pli. lib.15.c.3.*

PICENTES, tium, qui & Piceni dicuntur, πικηνοὶ, Populi ſunt in quinta regione Italiæ, ad mare Adriaticum ſiti, Prætutianis finitimi, à quibus Heluino amne diriminuntur. *Plinius l.3. cap.16.* Horum regio Picenum appellatur, olim vberrimæ multitudinis: quippe ex qua CCCLX. hominum millia aliquando in fidem populi Romani veniſſe dicantur. Dicti & Picentes, teſte *Strab. libro 5.* à pici Martij omine, qui in vexillis eorum è Sabinis (à quibus originem traxerunt) Aſculum commigrantium dicitur inſediſſe.

PICENTINI, πικεντῖνοι, Populi ſunt ad mare Tyrrhenum, Lucanis proximi, inter Surrentinum promontorium & Silarum amnem incolentes, à Picentibus maris Adriatici accolis originem trahentes. Horum oppida fuerunt Picentia & Surrentum. *Vide Strab. libro 5. & Plin. libro 2. c.5.*

Piccus, Pico, *Vide* PIN.

Picris, πικρὶς, Lactucæ vel cichorij agreſtis genus quod ita appellauere (*vt inquit Ptol. lib.19. c.8.*) cum exprobratione amaritudinis.

Picrochŏlī, πικρόχολοι, In quibus abũdat flaua bilis, quæ amara eſſe conſueuit. Hippocrates de ratione victus.

[Pictacia perlegere. *Lamprid. in Alexand. Seuero.*].

PICTONES, πίκτονες, Galliæ Aquitanicæ populi, *Ptol. l.2. c.7. & Plin. l.4. c.19.* Vulgò *Ceux de Poitou.*

Pĩctŏr, oris, & Pictura, ræ, Picturatus, *Vide* PINGO.

Picũmnũs, πικούμνος, Auis eadem cum pico Martio, teſte *Nonio.* Item deus quidam qui ſacris Romanis adhibebatur. *Æmilius Macer in Theogonia;* Et nunc agreſtes inter Picumnus habetur.

Pĩcũs, Auis eſt exigua aduncis vnguibus, Marti ſacra exiſtimata, vnde & Martium cognominarunt. { *ἀνοκαλάπτης.* GALLIC. Vn oiſeau appellé pinert, ou pic, ou piumart. ITALIC. *Piccoſo.* GERMANIC. Ein Specht. HISPANIC. *El pico.* ANGLIC. *A litle bird which ſeaketh the meat vnder the bark of trees.* } Hic felium more arbores ſubrectum aſcendit, percuſſíque corticis ſono pabulum ſubeſſe intelligit. Pullos in cauis arborum educat, cuneóſque à paſtoribus cauernæ ori impactos, admota herba quadam expellit. { *Plautus Aſin. ſc.* 1. *a.* 2. Picus, Cornix eſt ab læua. *Item,* Sed quid hoc quod picus vlmum tundit. (De Augurio.) *Ouid. 3. Faſt.* Martia picus auis gemino pro ſtipite pugnant. Picus Martius à Latinis cultus. *Plutar. in Romul.* ¶ Picus & Faunus victi à Numa, & qui *Plutar. in Numa*] ¶ Præterea picos Romani veteres vocabant quos Græci gryphas, belluas quadrupedes, auritáſque, viſu & forma terribiles, corpore leonino, roſtro, alis, pedibus, aquilis ſimiles. Habitare in Hyperboreis mõtibus in Aſiatica Scythia ferũtur, vbi aurũ & gẽmæ naſci perhibẽtur, ibíq; tanta rabie in homines deſæuire, vt terram ipſam inhabitabilẽ faciant, quaſi geniti eſſe videantur ad plectendã auaritiæ temeritatem. *Plaut. in Aulul.* Picos diuitiis qui aureos montes colunt, ego ſolus ſupero. *Plin. lib. 10. c.49.* fabuloſa exiſtimat, quęcũque de gryphibus cõmemorantur. ¶ Fuit & PICVS rex Latinorum, Fauni pater, Latini regis auus, auguriorum peritiſſimus, qui à Circe adamatus, quùm eius coniugium ſperneret, mutatus fertur in auem ſui nominis: quod idcirco fingi creditur, quoniam primus hac aue vſus eſt in auſpiciis. *Ouidius 13. Metamor.* Picus in Auſoniis proles Saturnia terris,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

De hoc vide Servium 7. Æneid. in hunc Virg. locum, Picus equûm domitor: quem capta cupidine coniux Aurea percussum virga, verſúmque venenis Fecit auem Circe, ſparſitque coloribus alas.

PIDITES, *midius,* Vir fuit Percoſius, ab Vlyſſe, *vt ait Homerus Iliad. 7.* in bello Troiano interemptus.

PIĔRĬA, æ, *πιερία.* Regio in finibus Macedoniæ, inter Axium & Aliacmonẽ fluuios, quam Macedones pulſis indigenis occuparunt. *Vide Plin. lib. 4. c. 12. & Strab. l. 10.* ¶ Hinc Pierides Muſæ, quod in Pieria ex Ioue & Mnemoſyne natæ ſint, vt inquit Strab. ¶ Eſt item Pieria, Syriæ Antiochenæ vrbs celeberrima, alio nomine Seleucia dicta. *Autor Pli. l. 5. c. 21.*

PIĔRĬS, pen. cor. *πιερὶς,* Populi olim Macedoniæ finitimi, inter Axium, & Aliacmonem amnes, quibus pulſis Macedones loca eorum occuparũt. Horum meminit *Plin. l. 4. c. 10. & Strab. l. 10.*

PIĔRĬUS, ria, rium, *πίερειος,* vt Pierium carmen. *Lucret. lib. 1.* Chorus Pierius, *Ouid. ad Piſonem.* Dies Pierij quos impendimus literarum ſtudijs, *Stat. l. 1. Syl.* Via Pieria, *Ouid. 2. de Pont.* Lucida Pieria tendis in aſtra via. [*Tibull. lib. 4.* Nec tantum tibi Pierij tribuentur honores.]

PIĔRUS, ri, pen. cor. *πίερος,* Mons Theſſaliæ poſt Pheras atq; in Macedoniam vſque protenſus, *teſte Plin. l. 4. cap. 8.* In hoc monte quidam Muſas natas volunt, atque inde Pieridas eſſe appellatas. [*Ouid. Eleg. 4. libro 5. Triſt.* Egi mollem in ſtudiis vitam, Pieridumque choro. *Ibid. Eleg. 1.* Quiéſque nulla niſi ſtudio eſt, Pieridúmque mora. *Idem Eleg. 7. libr. 3. Triſtium,* Inuenies illam inter libros Pieridáſque ſuas. *Idem Eleg. 9 lib. 4. Triſt.* Pierides vires, & ſua tela dabunt.] ¶ Fuit & Pierus, *πίερος,* Macedo quidam prædiues, qui ex Euippe vxore noué ſuſcepit filias: quæ Muſas ad certamen cantus prouocare auſæ, & ab illis ſuperatæ, in totidem picas ſunt mutatę: vnde poſtea Muſę earum nomen velut trophęũ vſurpantes, Pierides ſunt cognominatæ: quanuis alij à Pieria quę eſt Macedonię regio, alij à Piero Theſſaliæ monte, ſic dictas velint. *Virg. Eclog. 8.* vos quæ reſponderit Alphesiboeus Dicite Pierides, non omnia poſſumus omnes.

PĬĔTĀS, atis, Eſt debitus cultus erga Deum, patriam, & parentes, eóſque qui nobis parentum loco ſunt colendi. {חסד *chésedh.* *θεοσέβεια, φιλοστοργία.* GAL. Piete, religion, le deuoir qu'on doit à Dieu premierement, & apres à ſes pere & mere, enfans, & autres prochains. ITA. *Pieta, culto debito verſo Dio, padre, madre, figliuoli.* GERM. Gebürende ehrerbietung vnd liebe gegen Gott inſonders / demnach auch gegen vatter / mutter / vnd andere nåben menſchen / Gottes forcht / frombkeit. HIS. *Piedad, religion y acatamiento de Dios, de padre y madre y de la patria.* ANG. Pietie, godlines. { PIETAS *(inquit Auguſtinus)* proprie Dei cultus intelligi ſolet, quam Græci *θοσέβειαν* vocant. Et ſic à Cicerone accipitur, quum inquit pro domo ſua, Nec eſt vlla erga deos pietas, niſi honeſta de numine eorum, ac mẽte opinio, quum expeti nihil ab iis quod ſit iniuſtum, atque inhoneſtum, arbitrere. [*Pla. Pſeud. ſc. 3. a. 1.* Non potest pietate obſiſti huic. *Idem Curc. ſc. 2. a. 5.* Pietas mea ſerua me quando ego te ſeruaui ſedulo Pietas oculis dolorem prohibet. *Plau. Ibid. ſc. 1. a. 5. Item Ouid. Eleg. 7. lib. 4. Triſt.* Cur tua ceſſauit pietas (ſcribentibus aliis.) *Plau. Pſeud. ſc. 3. a. 1.* Pietas prohibet (tollere patrem) *Ibidem ſc. 1. a. 1.* Pietatis cauſſa.] ¶ Sumitur etiam latiùs (vt diximus) nomen pietatis, vt amorem complectatur filij erga parentes & propinquos, & ciuis erga patriam, quæ communis omnium ciuium eſt parens. *Cicero in Somn. Scipion.* Cole Pietatem, quæ quum ſit magna in parentibus & propinquis, tum in patria maxima eſt. ¶ Eſt autem pietas abſtractum ab adiectiuo pius, quod propriè de eo dicitur qui Deum, patriam, parentes, & qui parentum loco ſunt, iuſto cultu proſequitur, ✕ impietas, quæ ab iniuſtitia ſic diſtingui ſolet, quod illa in Deum, hæc dici in homines poteſt. Per illam contemplatione delinquitur: hac opere & factis peccatur. ¶ PIETAS etiam à Romanis dea putata eſt: quæ ædẽ habuit Romæ in eo loco vbi poſtea Marcelli theatrum extructum eſt. *Autor Plinius lib. ſeptimo, cap. 36.*

PĬUS, a, um, Propriè dicitur de eo qui Deum, patriam, & parentes, & eos qui parentum loco ſunt, iuſto cultu proſequitur. { חסיד *chasidh.* *θλαβὴς, θοσεβὴς, ὅσιος.* GAL. Deuotieux, religieux, qui rend le deuoir à Dieu, ſes pere & mere, & autres prochains. ITA. *Pio, chi fa ſuo debito verſo Dio, padre & madre, come ſi apartiene.* GERM. Gottsförchtig / fromm / der Gott vnd den menſchen gebürende pflicht leiſtet. HISP. *Pio, catholico.* ANG. *Godlie.* } *Virg. 3 Georg.* Dij meliora piis. *Cicer. 3. Offic.* Ipſi patriæ conducit pios habere ciues in parentes. [*Ouid. 13 Metam.* Me pia detinuit coniux, pia mater Achillem. *Idem Eleg. 4. lib. 4. Triſt.* Dubium eſt pius, an ſceleratus Oreſtes. *Plau. Amph. ſc. 1. a. 5.* Piam & pudicam eſſe tuam vxorem vt ſcias. *Ouid. Eleg. 3. lib 3.* Sentiet officium mœſta fauilla pium. *Idem Eleg. 1. li. 2. Triſt.* Et pia thura dedi. *Et 4. Faſtor.* Quóſque pium eſt adhibere Deos. *Idem Eleg. 2. libro 1. Triſt.* Faſve piúmve puto. *Idem Eleg. 5. lib. 3. Triſt.* Gaude meque tui memorem, teque fuiſſe pium. Spa fiſſent lacrymæ corpora noſtra piæ. *Idem Eleg. 3. l. 4. Triſt.* Iuſtum piúmque bellum. *Suet. in Galba cap. 10.* ¶ Accipitur nonnunquam pius pro miti, lenı, & miſericorde. *Teren. in Hecyr.* Pium ac pudicum ingenium narras Pamphili. ¶ Ex qua loquendi conſuetudine factum eſt vt & Deus ipſe dicatur pius, quem tamen Græci nullo ſuo ſermonis vſu *θοσεῦ* vocant: quanuis *θοσέβεια* pro miſericordia, illorum etiam vulgus vſurpet. ¶ Superlatiuum, Piiſſimus. *Cicer. 13 Philipp.* M. Antonium notans quod verbum nouum protuliſſet, ita dicit, Tu porro ne pios quidem, ſed piiſſimos quæris: & quod verbum omnino nullum in lingua Latina eſt, id propter tuam diuinam pietatem nouum inducis. *Curtius l. 9.* Vobis quidem ô fidiſſimi piiſſimique ciuium atque amicorum, grates ago habeóque. [*Senec. cap. 7. de Conſol. ad Polyb.*]

PĬĔ, aduerbium, Religioſè, ſanctè, caſtè. { *θοσεῦς. θοσεῦσθε.* GAL. Religieuſement. ITA. *Piamente.* GE. Gottsförchtiglich / frommlich. HIS. *Piamente.* ANG. *Godly, with godlines.* { *Plinius Paneg.* Ciuitas religionibus dedita, ſemperque deorum indulgentiam pie merita. ¶ Interdum ponitur pro benigne & clementer. *Cicer. ad Martium lib. 11. Epiſt.* Alia quæ defendam à te pie fieri & humane. [¶ Piiſſime. *Senec. cap. 15. de Conſol. ad Pol.* piiſſime tulit.]

PĬGER, gra, grum, Tardus, ſegnis, fugitans laboris. { עצל *hatsél.* *ὀκνηρὸς, ἀργὸς.* GAL. Pareſſeux. ITA. *Pigro, tardo, da poco, addormentato, infingardo.* GERMANI. Faul / träg / der allerley arbeit fleucht HISP. *Perezoſo, ociоſo.* ANG. *Slouthfull, flaw.* { ✕ impiger, vt *apud Pla. in Moſt.* [*ſc. 2. a. 1.*] Homo indiligens cum pigra familia.] *Horat. 1. Serm. Satyr. 4.* atque piger ſcribendi ferre laborem. Scribendi rectè, nam vt multum, nil moror. *Perſ. Satyr. 5.* Mane piger ſtertis. *Cicero Trebat. lib. 8.* Interdum piger, interdum timidus in re militari videbare. ¶ Ad aquæ curſum tranſtulit *Col. l. 2. c. 2.* Nullum enim temere videmus locum qui modò pigrum teneat humorem, &c. Iungitur aliquando acculatuo cum præpoſitione Ad. *Cæl. ad Cicer. libro 8.* Et ad literas ſcribendas, vt notti, pigerrimo.

PĬGRĒ, aduerbium, Pigrius, pigerrimè. { *ὀκνηρῶς, ἀργῶς.* GAL. Pareſſeuſement. ITAL. *Pigramente.* GERM. Faulticlich / tangſamlich. HISPAN. *Perezoſamente.* ANGLI. *Slouthfullie, ſlaulie.* } *Pli. l. 10. c. 34.* Pigrius intrante fœmina ad pullos.

PĬGRĬTĀ, Ignauia, lentitudo, tarditas. {עצלות *hatsilúth.* *ὀκνία.* GA. Pareſſe. ITALIC. *Pigritia.* GERMANI. Faulheit / tragheit / tangſame. HISPA. *Pereza, ocioſidad.* ANG. *Slouthfullneſſe, idleneſſe, ſlowneſſe.* } *Cicer. 1. Offic.* Efficiendum autem eſt vt appetitus rationi obediant, eámque neque præcurrant, nec propter pigritiam aut ignauiam deſerant. *Liuius 1. ab Vrbe,* Vnde quum pigritia militandi orireturn, nulla tamen ab armis quies dabatur à bellicoſo rege. [*Quintil.* Pigritiæ arrogantioris.]

PĬGRĬTĬES ei, Pigredo, inis, Pigritudo, & Pigritas, eiuſdem ſunt ſignificationis. [*Liu. lib. 4. d. 5.* Pigritiem ad inſequendum nox fecit. (Limoram iniecit.)]

PĬGROR, aris, Moror, cunctor, differo. {אגר *pighghér.* *ὀκνέω, μέλλω.* GAL. Pareſſeter, eſtre pareſſeux. ITA. *Impigrire.* GERM. Von faulheit wägen verziehen. HISP. *Emperezar.* ANG. *To be ſlowne doing of a thing.* } *Cic. Attic. lib. 4.* Tu quæso quicquid erit noui, (multa autem expecto) ſcribere ne pigrere, id eſt ne moreris. *Lucr. l. 1.* Quòd ſi pigraris, paulùmve receſſeris ab re. ¶ Inuenitur & Pigreo, es, piger ſum. *Corn. in Perſ.* ô qui tam inepte pigres & ad hanc diſſolutionem lapſus es.

PĬGRĔSCO, is, Piger fio, & lentus. {אגר *pighghér.* *ὀκνηρὸς γίνομαι.* GAL. Deuenir pareſſeux. ITALI. *Impigrirſi, diuenir pegro.* GERM. Faul vnd tangſam werden. HISP. *Emperezarſi, ſer otioſo.* ANGLIC. *To waxe ſlon and full.* } *Plin. lib. 18 cap 2.* Mox pigreſcit, in Virginem tranſgreſſo Sole. De Nilo.

PĬGRO, as, Antiqui dixerunt pro cunctari & tardare, *ἐπίσχω. Accius in Chryſe.* Melius pigraſſe quàm properaſſe, eſt nefas. *Nonius.*

PĬGET, verbum impersonale, piguit, & pigitum eſt, Dolet ſiue moleſtũ eſt. {ΥΡ *kátz.* *μισῶ, ἀχθομαι.* GAL. Eſtre pareſſeux de faire, eſtre marri & dolent d'auoir fait. ITA. *Rincreſſere, eſſere moleſto.* GER. Es verdreuſſt / es beſchwårt oder bedauret. HISPANIC. *Auer dolor ò verguença.* ANGLI. *To be loth to do a thing to be ſorie or prepent after it is done.* } [Quæſo loquere tuum mihi nomen, ni piget. Non ita prometuiſti de me, vt pigeat quæ velis. *Plaut. Men. ſc. 9. a. 5.* Item, Nequid pariant nobis quamobrem pigeat viuere. *Plaut. Moſtel. ſc. 1. a. 2.* Multo facilius fertur quod pudet, quàm quod piget. *Plaut. Pſeu. ſc. 3. a. 1.*] *Stat. lib. 7. Theb.* Nec pigitum paruóſque lares, humiléſque iubire. Conſtruitur autem ferè cum accuſatiuo & genitiuo, niſi loco genitiui infinitum verbum poſitum ſit. *Ouid. lib. 2. Metam.* pigétque Actorum ſine fine mihi ſine honore laborum. *Cicero. pro domo ſua,* Vt me non ſolùm pigeat ſiultitiæ meæ, ſed etiam pudeat. *Plautus.* [*Pſeud. ſc. 3. a. 1.*] Non dediſſe te pudet: me quia non accepi piget. ¶ Differt autem piget à pudet, teſte Donato, quòd pudet de iis dicatur quæ turpiter fiunt. Piget de iis quæ cum damno & malo. Pudere ad dedecus refertur, Pigere ad dolorem. *Vide plura de hoc in verbo* PVDEO. ¶ Pigere interdum pro tardare, interdum pro pœnitere poni ſolet, *inquit Feſtus.* [¶ Pigitum eſt: puditum; veritum. *Gell. c. 13. l. 15. & c 20. l. 13.*]

PĬGĔO, es, verbum perſonale, legitur *apud Plaut. in Menæ.* [*ſc. 9. a. 5.*] Adoleſcens loquere mihi tuum nomen, niſi piget. *Idem Pſeudolo.* [*ſc. 3. a. 1.*] Id quod pudet faciliùs fertur quàm id quod piget. *Teren. in Porm.* Quare obtecro, ne plus minúſve taxit, quod nos poſtea pigeat. [*Plaut. Aulul. ſc. 4. a. 1.* Quod te percontabor, ne id te pigeat Proloqui.]

PĬGENDUS, a, um. *Ouid. Epiſt. 7.* Si ſint errandum, cauſas habet error honeſtas: Adde finem, nulla parte pigendus erit.

PĬGMĂLĬŌN, ſiue potius Pygmalion per y in prima ſyllaba, *πυγμαλίων. Suid.* Beli regis Tyri filius fuit, frater Didonis, qui dũ ardentiſſima auri cupiditate flagraret, animum ad Sichæi patruelis ſui opes appulit, illumque ſpe potiundi auri ante aras, clàm & dolo interemit. Cuius cędis quum certior in ſomnis à marito Dido facta fuiſſet, ſumptis ſecum viri theſauris in Africam profugit, vbi & Carthaginem condidit. Moris autem erat, *inquit Seruius,* vt de pecunia publica Phœnices miſſo à rege auro à peregrinis frumenta coemerent, Dido autem à Pygmalione ad hunc vſum paratas naues abſtulit: quum fugientem à fratre miſsi perſequerentur, aurum illa præcipitauit in mare: quà re viſa, ſequentes reuerſi ſunt. Meminit huius Virg. 1. *Æneid.* ſed regna Tyri germanus habebat Pygmalion ſcelere ante alios immanior omnes, Quos inter medius venit furor, ille Sichæum Impius ante aras, atque auri cæcus amore Clam ferro incautum ſuperat. ¶ Fuit & eiuſdem nominis clarus artifex Cilicis filius qui ex eburnea ſtatua Veneris beneficio in puellam transformata Paphum ſuſcepit, Paphi Cypriæ vrbis conditorem. Quam fabulam vide latiùs, *apud Ouid. 13. Meta. & ſuprà in dictione* PAPHVS. * Hinc adiectiuum Pigmalioneus, *Silius l. 1.* Pigmalioneis quondam per cærula terris, &c.

PĬGMĒNTUM, ti, Quo vtuntur puellæ ad gratiam & venuſtatem ori conciliandam: qualis eſt ceruſſa, aliíque id genus fuci quibus mulierculæ cuti candorem, aut ruborem inducunt. { רקח פוך *pueh rékach* מרקחת *merkacht áh.* *φάρμακ.* GAL. Fard, peinture, couleurs, fardement. ITA. *Belletto, liſcio.* GERM. Farb mit deren ſich die meydtin beſtreichen / ein ſchöne farb damit zu machen. HISP. *Color para la peinnura.* ANGL. *painting that women vſe.* } *Plautus in Moſtel.* Non iſtanc ætatem oportet pigmentum vllum attingere. *Plin. l. 26. c. 43.* Nupérque portentoſis ingeniis principatu Neronis inuentum vt pigmentis perderet ſe. ¶ per translationem verò pigmenta dicuntur mendacia & fraudes, quia eius qui pingitur non eſt naturalis color, ſed artificialis. *Cic. l. 2. de Orat.* Tã integræ ſententiæ, tam veræ, tam nouæ, tam ſine pigmentis, fucóque puerili, vt mihi non ſolùm tu incendere iudicem, ſed ipſe ardere videaris. ¶ Quandoque ſignificat colores pictorum, *de quibus Plin. lib. 35. cap. 5. Cic. 1. de Diuin.* Aſperſa temere pigmenta in tabula oris lineat

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

menta efficere possunt. *Plautus Epid.* Quem Apelles, Zeuxisque duo pingent pigmentis vlmeis. ¶ Accipitur etiam quandoque pro confectione ex diuersis speciebus, suaui & odorifera: vnde pigmentarij dicti, de quibus paulò post. ¶ Quandoque etiam pro coloribus rhetoricis. *Cicer. de Clar. Orat.* Intelliges nihil illius lineamentis, nisi eorum pigmentorum quæ inuenta nondum erant, florem & colorem defuisse.

Pīgmēntārĭus, tarij, qui facit vel vendit pigmenta. { רקח *rokéach.* φαρμακοπώλης, μυροπώλης. GAL. Faiseur ou vendeur de fard. ITA. *Acconciatore ò venditore di belletto.* GER. Der allerley farben macht vnd verkaufft. HIS. *Que haze ò vende color para la pintura.* ANG. *He that maketh or selleth such painting colour.* } Iulius Firmicus, Quicunque habuerit horoscopum in parte Libræ vicesima sexta, erit pigmentarius, vel thurarius. Cic. Accius pigmentarius valde gaudebat se aduersarium perdidisse. ¶ Pigmentarius item ponitur pro pharmacopola, id est, medicamentorum venditore. *Martian. l. 3. D. ad leg. Cornel. de Sicar.* Alio Senatusconsulto effectum est, vt pigmentarij si cui temere cicutam, salamandram, &c. Fortasis Pharmacopolarum muneris hæc pars quædam est, vt ea quæ ad pigmenta pertinent, diuendant. *Hotom.*

Pigmēntātŭs, tata, tatum, Quod est pigmentis ornatum, πεφαρμαγμένος. *Hieronymus ad Paulum*, Totum flaccidum, molle, nitidum, atque formosum, quæsitis hinc inde odoribus pigmentatum.

Pignŭs, oris, vel pigneris, Quod creditori ad securitatem datur. { עבוט *ʿabót* חבל *ḥaból* חבול *ḥaból.* ἐνέχυρον, ἀσφάλισμα, ὑμήρωμα, ἐγγυητικὸν, ὑποθήκη, τὸ ὑποκείμενον, τὸ ὑποτιθέμενον. GAL. Gage. ITA. *Pegno.* GERM. Ein pfand oder vnderpfand. HISPANI. *La prenda que se da.* ANG. *A gage, or pledge.* } ita dictum à pugno, *vt Caius de verb. signific. inquit in l. Plebs*: quia res quæ pignori dantur, manu traduntur. *Martial. lib. 12.* Quum rogo te numos sine pignore, Non habeo, inquis. ¶ Aliquando pro eo accipitur, quod inter duos contendentes apud sequestrum ita deponitur, vt fiat victoris. *Virgil. 3. Eclog.* Ego hanc vitulam (ne fortè recuses, Bis venit ad mulctram, binos alit vbere fœtus) Depono: tu dic mecum quo pignore certes. *Plautus Casina*, Id ni fit, mecum pignus, si quis vult, dato in vrnam mulsi. [*Pla. Capt. sc. 4. a. 3.* Nucleum amisi, reliquit pignori putamina. *Ibidem sc. 3. a. 2.* Mea fides pro te posita pignori: mox; Ne pignus deseras (i. me.) *Plaut. Pseud. sc. 1. a. 1.* Non, si me opponam pignori. *Ibidem sc. 1. a. 5.* Reddas seruum quem hic reliqueram pignus mihi. Item de More coercendi pignoribus captis. *Plutarch. in Caton. Vticens.* Pignus capi & dici multam Senatori, qui non adest. *Gell. cap. 7. lib. 14. Sueto. in Cæs. capite 17.* Pignoribus captis malè mutatus. *Plau. Prolog. Amphitr.* Vt iis (fautoribus) in cauea capiatur togæ.] ¶ Per translationem pignus pro symbolo, vel argumento, vel indicio: vt quum aut munus nostrum, aut aliquid simile pignus esse amoris, beneuolentiæque dicimus: id est indicium vel documentum, & argumentum certum, siue idoneum signum. *Virg. 3. Æneid.* Ipse pater dextram Anchisès, haud multa moratus, Dat iuueni, atque animum præsenti pignore firmat. *Liuius lib. 39.* Hæc amoris pignora quum essent, nec quicquam secretum alter ab altero haberent. *Curt. libro 9.* Nullum erga me beneuolentiæ pignus atque indicium omisisti. *Vlp.* inter pignus & hypothecam hoc interesse scribit, quòd pignus dicitur quum ad creditorem transit, hypotheca, quum non transit. Budæus tamè inquit pignus Latinè id esse quòd Græcè dicitur hypotheca, quasi obligationi suppositum, vel quasi ob fidem debiti depositum, quod Latini pignori opponere dicunt, Pignus enim tam de immobili quàm de re mobili dicitur. *Teren. in Phorm.* Ager oppositus est pignori ob decem minas, Ædicula item ob decem alias. ¶ Dicitur Latinè, Auferre pignus, Ponere pignori, vel in pignus, Opponere pignori, Accipere pignori, Coercere pignoribus captis: est quod nos, *Cogere per bonorum captionem* dicimus. *Cicero 3. de Orat.* Philippus grauiter exarsit, pignoribúsque ablatis Crassum coërcere cœpit. ¶ Quoniam verò liberi videntur tanquam pignora inter vitum & vxorem esse, & firmissima quædam inter coniuges perpetui amoris, & indissolubilis coniugij quasi vincula, factum est vt pignora pro liberis capiantur. [*Sic Ouid. Eleg. 3. lib. 1. Trist.* Respiciens oculis pignora cara meis. (i. amicos & vxorem) & *apud Velleium*, Medium pignus concordiæ inter Cæsarem & Pompeium. *Sueton. Iuliæ & in Tib. capite 7.* Pignus communis filij. *Ouid. Eleg. 11. lib. 3. Trist.* Patria careo, pignoribúsque meis. i. filia. *Idem 6. Fastor.* Quo possit pœnas pendere pignus habet. (i. alumnum.) *Idem 4. Fast.* Tu nostræ pignora vitæ. *Ouid. Eleg. 1. libro Trist.* Inuenies (in iis libris) animi pignora multa mei. ¶ *Item Ouid. 5. Fast.* Nec leue propositi pignus successit honoris. (i. argumentum.) *Idem 6. Fastor.* Pignora virgineis fatalia tollite palmis. (i. Palladium.) *Item Gellius cap. 4. lib. 5.* In quoduis pignus vocabat.] *Ouid. 3. Fast.* Dulcia solicitæ gestabant pignora matres. *Pignora iniuriæ, vitam & fortunas vocat obnoxias iniuriæ. 13. Philipp.* Tu verò ita vitam corpúsque seruato, ita fortunas, ita rem familiarè, vt hæc posteriora libertate ducas, atque his vti velis, si liberare Rempubl. possis: nec pro iis libertatem, sed pro libertate hæc proiicias, tanquam pignora iniuriæ, &c. *Bud.*

Pignĕro, pigneras, actiuum: aut Pigneror, pigneraris, deponens, Rem pignori do, pignori oppono. { חבר *ḥabár* עבט *ḥabát.* ὑποτίθεμαι. GAL. Bailler en gage, engager. ITA. *Pegnorare, dar pegno.* GERMA Verpfenden/zu pfand geben / fur ein pfand einsetzen. HISPANI. *Empennar alguna prenda.* ANGLI. *To giue a pledge or gage.* } *Suetonius de Vitellio*, Vtque ex aure matris detractum vnionem pignerauerit ad itineris impensas. [*Suetonius in Claud. capite 10.* Fidem militis pignerari prænuio. (i. mercari & obligare.) ¶ Pigneror pro pignero. *Gell. cap. 12. lib. 18.* Item, pigneratos animos habere. *Liuius lib. 3. bell. Pun. Idem libro 9. bell. Pun.* Exules pignoribus subtractis pigneranda pœnæ bona præbebant.] ¶ Accipitur nonnunquam pro eo quod vulgò dicimus, *per executionem capere.* hoc est pignora capere. ἐγγυᾶσθαι, ἐκφοβίσασθαι, ὑποτίθεσθαι, κατεχυρᾶν. { GERMANIC. Pfenden/ pfende austragen. } *Iuuenal. Satyr. 7.* Cuius & alueolus, & lænam pignerat Atreus. *Cicero 4. Philipp.* In fuga, fœda mors: in victoria, gloriosa. Etenim Mars ipse ex acie fortissimum quenque pignerari solet: hoc est pignus accipere, & sibi asserere, quæsíque obnoxium sibi, debitúmque capere: vt sit sensus, Fortissimus enim quisque primus in prælio occumbere solet. ¶ Huius composita sunt, Oppignero, & Repignero: *de quibus alibi.*

Pignĕrātĭo, nis, *Gaius D. lib. 20. l. 9.* Quod emptionem venditionémque recipit, etiam repignerationem cipere potest.

Pignĕrātor, qui pignus accipit. { עבט *ḥabét.* ἐνεχυραστής. GALLIC. Qui prend gage de quelqu'vn. ITALIC. *Chi prende pegno.* GERMANIC. Ein pfandtherr/der ein vnderpfand nimpt. HISPAN. *El que toma prenda.* ANG. *That receiueth a gage or pledge.* } *Cicero 4. Verrina.* Quum in his quidem rebus omnibus publicanus petitor ac pignerator, non ereptor, neque possessor soleat esse, tu de optimo, de iustissimo, de honestissimo genere hominum, id est de aratoribus, ea iura constituebas, quæ omnibus aliis essent contraria, &c. Edixerat enim Verres, vt publicani possent iure suo ab aratoribus decumarum nomine quantum vellent capere, non iudicis autoritate, vt assolet, pignora eorum capere. *Ex Budæo.*

Pignĕrātĭtĭus, tia, tium, ex supino verbi pignero nomẽ deductum, Quod pignori datum est. { GAL. Engagé, baillé en gage. ITA. *Cosa impegnorata.* GER. Das zu einem pfand gegeben oder eingesetzt ist. HIS. *Cosa empennada.* ANG. *That is giuen in pledge or gage.* } vt Res pigneratitia. Pigneratitius creditor, cui pignoris capiendi ius est. *Vlpianus*, Quæritur in pigneratitio creditore, an pignoris persecutio denegetur. ¶ Pigneratitia actio, quæ ad pignus persequendum est instituta, apud Iurisconsultos.

Pignŏrĭscāpĭo, nis. *Gell. lib. 7. cap. 10.* Vt hæc vsuscapio dicitur copulato vocabulo, à litera in eo tractum pronuntiata: pignoriscapio iunctæ sunt partes & productè dicebantur. Verba Varronis sunt ex primo Epistolicarum quæstionum. Pignoriscapio ob æs militare, quod æs à Tribuno ærario miles accipere debebat, vocabulum eorsum fit: per quod dilucet hanc capionem posse dici, quasi hanc captionem & in vsu & in pignore.

PĪGRES, etis, πίγρης, Fluuij nomen est *apud Suidam.* ¶ Fuit item hoc nomine Poëta quidam Car frater Artemisiæ Halicarnassi reginæ, quæ vxor fuit Mausoli. Scripta eius vide apud eundem. ¶ Pigres præterea Mæonis cuiusdam nomen fuit, qui vna cum Mastye fratre, Dario autor fuit Pæonas omnes in Asiam transferendi. *Autor Herod. lib. 5.*

Pigrĕsco, Pigro, as, Pigror, pígraris, *Vide* PIGER.

Pīla, læ, à pinso, Vas concauum, quo antiqui siccara frumenta pinsebant, hoc est contundebant. { מרכה *medhoccháh. ὑγδν.* GAL. Vn mortier. ITA. *Mortaio.* GERMAN. Ein mörsel oder dergleichen hole geschirr in welchen man vorzeiten dass gedörret getreid zu mäl zerstossen hat. HISP. *Mortero.* ANG. *A mortar wher in thinges ar beaten with a postell.* } *Plin. lib. 18. cap. 11.* Tundatur granum eius in pila lignea. ¶ Similiter vasa illa concaua, medicorum vsui apta, in quibus pitiánæ fieri solent, pilæ dicuntur. ¶ Est item pila idem quod columna, Græci στήλη vocant: quanquam reuera angustior est τῆς στήλης significatio quàm pilæ. Illo enim nomine proprie denotatur cippus in monumentis erectus: pila autem quãuis columnam significat quemcunque in vsum confectam. [*Liuius libro 10. d. 4.* Pilæ montis.] *Apul. libro 3. Metam.* Pila media quæ stabuli trabes sustinebat. *Festus*, Pila quæ parierem sustentat, ab opponendo dicitur. *Plinius libro 11.* Ruentes ceras fulciunt pilarum instar, interius à solo fornicatas, vt sit aditus ad farciẽdum. ¶ Pilæ etiam sunt opera informia, quæ in aqua construuntur, cuiusmodi magnifica Genuæ visitur, *Molem* vulgò appellant. Earum vsus est ad tuendas à fluctibus naues intra portus & naualia. De quarum constructione *vide Vitruu. lib. 5.* Huiusmodi *Virgil. lib. 9.* describit his verbis, Qualis in Euboico Baiarum in littore quondam Saxea pila cadit. ¶ Et in his omnibus significationibus pila producit penultimam. Quando verò penultimam corripit, accipitur pro rotunda illa lupærula qua luditur. { כידור *chudhór* כדור *chaddúr.* σφαῖρα. GA. Vne paulme, pelotte, estœufi. ITA. *Palla.* GERM. Ein Ballen die man zur kurtzweil hin vnd här schlecht. HISP. *Pelota para iugar.* ANG. *A ball.* } à verbo Græco πάλλω, æque, quòd forma spharica sit, quæ omni ex parte æqua est, vel à pilis quibus impleri solet. *Pla. in Bacch.* Ibi cursu, luctando, hasta, disco, pugilatu, pila, saliendo se exercebant magis. [*Plau. Capt. prolog.* Dij nos quasi pilas homines habent. *Ouidius Eleg. 1. lib. 2. Trist.* Ecce canit formas alius iactúsque pilarum. *Ouid. lib. 6. Fastor.* Terra pilæ similis nullo fulcimine nixa. *Quintilia.* Pilam negligenter petenti dixit Galba, Sic petis vt Cæsaris candidatus. De pilarum generibus *Martial. Epigram. 45. & 46. & c. lib. 14. Vide infrà* in Pilicrepus.] *Cicero 2. de Orat.* Sed vt homines labori assiduo & quotidiano assueti, quum tempestatis causa opere prohibentur, ad pilam se, aut ad talos, aut ad tesseras conferunt, &c. *Seneca. de Benefic. lib. 2. cap. 32.* Sicut in lusu est aliquid, scitè ac diligenter pilam excipere: sed non dicitur bonus lusor, nisi qui aptè & expedite remisit quam acceperat. *Celsus lib. 1 cap. 6.* Quem verò frequenter citata aluus exercet, huic opus est pila, similibúsque superiores partes exercere. Quatuor autem sunt pilarum genera, trigonalis, paganica, follis, & harpastum: quæ omnia explicantur suis locis. Pilæ autem primus inuentor fuit Pythus, *vt ait Pli. l. 7. c. 56.* A pilæ lusoriæ similitudine etiam pila dicitur quicquid est rotundum instar pilæ. *Plin. libro 12. cap. 10.* Cucurbitæ maturitate ruptæ, ostendunt lanuginis pilas, ex quibus vestes pretioso linteo fiunt.

Pĭlŭla, æ, quasi parua pila, globulus. { σφαιρίδιον. GALLIC. Petite pelotte, pilule ITALI. *palleta, pilola.* GERMA. Ein tügelin. HISP. *La pildora, pequenna pelotilla.* ANG. *A litle ball.* } *Plin. l. 16. c. 7.* Nascuntur in eo pilulæ nucibus non absimiles intus habentes flosculos molles, lucernarum luminibus aptos, *Idem libr. 30. capite 11.* Scarabæus qui pilulas voluit. Hinc & pharmaca quæ hac forma sumimus, pilulas nominamus. *Plin. lib. 28. cap. 9.* Vetus axungia phthisin in pilulis sumpta sanat. Hæc Græco vocabulo καταπότια dicuntur, ab absorbendo: non enim comminuendæ dentibus, aut gustandæ sunt pilulæ, sed integræ deuorandæ.

Pĭlāni, πιλοφόροι, Dicti sunt milites qui pilis pugnabant, *testibus Varrone & Festo*, alio nomine triarij appellati: ante quos qui prælium capessebant, antepilani dicebantur & principes. [*Ouid. 3. Fast.* Et totidem (decem) princeps, totidem pilanus habebat. [*Vide suprà in dictione* ANTEPILANI.

Pĭlārĭi, σφαιρισταί, Dicuntur præstigiatores, qui leui agitatione paruas pilas videntur emittere, aut in vas inuicere, quum secus faciant. *Quint. l. 10. c. 7.* Quo constant miracula illa in scenis pilariorum, ac ventilatorũ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

vt ea quæ emiserint vltro venire in manus credas,& qua iubentur,decurrere.

Pīlātīm,aduerbium à pila pro columna, Significat per pilas. κατὰ στύλας. *Vitruu.* Pilatim struuntur ædificia.

Pīlātūs,*Vide* PILEVS.

Pīlicrēpūs,pi,pen.cor.[*Adrian.Turneb.* vir eruditione singulari,*capite* A. *lib.7.Aduersar.* etiam adfert *Martialis illud*,Redde pilam,sonat æs thermarum.Ludere pergis ? Virgine vis sola lotus abire domum. Dictus autem Pilicrepus videtur,quod crepitu pilæ æneæ ludentes ad lauationem accirct.Sic enim & crepitu disci ad eius lusum & exercitationem euocabantur. *Cic.2.de Orat.Et Senec.Epist.57,libro* 8.*ad Lucilium*, Numerat pilas Pilicrepus] vbi notatur balneorum luxuria,intelligendus est is qui pilas,hoc est sphæras, aut glomos pice illitos in ignem balneorū,siue vaporarij coniiceret,sicubi forte restingueretur. Quod manifestat Papinius,Syluarum primo in balneo Etrusci, Quid nunc strata solo referam tabulata,crepanteis Auditura pilas, vbi languidus ignis inerrat AEdibus,& tenuem voluunt hypocausta vaporem? Meminit huiusmodi pilarum *Vitruuius libro* 5.*c.*10.Suspensuræ,ait,caldariorum ita sunt faciendæ, vt primùm sesquipedalibus tegulis solum sternatur inclinatum ad hypocaustum:vti pila quum immittatur, non possit intus resistere,sed rursus redeat ad præfurnium, ipsa per se ita flamma faciliùs peruagabitur sub suspensione.

Pīlatus,*Vide* PILVM.

Pīlēntum,ti,Vehiculi genus quo matronæ vehebantur.{ עב *isáb. μυρίαφορ,ὄχημα.* GAL.Char,ou coche,litiere.ITA. *Carretta.* GERM. Ein hangender wagen. HISP. *Carro.* ANG.*A wagon or chariot with fowre wheeles that women were wont to be caried in.* } *Hora.libro* 2.*Epist.* Effeda festinant,pilenta,petorita,naues. Ex quo *Horatij* loco patet non omnino idem esse cum petorito,vt nonnulli putauerunt : sed tamen fortassis illi non dissimile. Est enim pilentum Hispanorum inuentum,petoritum autem Gallorum. *Varro de lingua Latina*,in consuetudinem sua ætate primùm venisse scribit. Estque eius formæ qua nostri temporis principum Italiæ mulieres vectantur, ita libratum vt considentes in puluinis,in aëre suspensæ agitari videantur. *Virg.*8.AEneid. castæ ducebant sacra per vrbem Pilentis matres in mollibus, id est pensilibus, *vt interpretatur Seruius. Liu.*5.*ab vrbe*,Honoremque ob eam munificētiam ferunt matronis habitum,vt pilento ad sacra,ludósque carpentis festo,profestóque vterentur.

Pīlēus,pilei,Tegmen capitis:quod & pileum dicitur. { מגבעת *migbbaṭáh.πίλος,πιλίον.* GAL.Vn chappeau ou bonnet à couurir la teste. ITA. *Cappello baretta.* GERMAN. Ein Hut/parret/tappen.HISPAN.*Sombrero.* ANG.*A cap or bonet.* } *Plautus in Amphitr.* Vt ego hodie raso capite caluus accipiam pileum.*Persius Satyr.*5.Hac nobis pilea donant.[*Sue. in Neron.capite* 26. Cum pileo ire noctu.] ¶ Quandoque pileus pro libertate vsurpatur. Hinc apud rerum Romanarum scriptores,seruos ad pileum vocatos legimus,hoc est ad libertatem,cuius insigne est pileus.*Liuius lib.*24.Postero die serui ad pileum vocati,& carcere vincti emissi.*Sueton.in Tiber.*Seruisque ad pileum frustra vocatis,in Siciliam profugit.Accipiebant enim serui pileum raso capite,quum manumittebantur.

Pīlĕŏlūs,& Pileolum,li,cum accentu in antepenultima, Paruus pileus. { *πιλίδιον,πιλίσκος.* GAL.Petit chappeau.ITA.*Picciolo capello.* GERM.Ein hüttlin/parretlin. HISP. *Pequenno sombrero.* ANG.*A litle cap or bonet.* } *Horat.l.*1.*Ep.* Vt cum pileolo soleas conuiua tribulis.*Ouidius* 1.*de Arte*, nec turpe putaris Pileolum nitidis imposuisse comis.

Pīlĕātūs,a,um,Qui pileo tectus est.{ *πίλον ἔχων.* GAL.Couuert d'vn chapeau.ITA.*Coperto di capello.*GER.Der ein Hut oder Parret auff hatt.HI. *Cubierto desombrero.* ANG. *That is couered with a cap or bonet.* } *Liu.*4. *bell.Pun.* Pileati aut lana alba velatis capitibus volones epulati sunt. Vnde serui pileati qui pileo impositio vendebantur.*Gel.l.*7.*capite* 4. Pileatos seruos venum ire solitos,quorum nomine venditor nihil præstaret, Cælius Sab.Iurisperitus scriptum reliquit. [¶ Pileati & raso capite erant,qui manumittebantur.*Plutarch.in Flam.*& alij pileati sequebantur triumphantem. Item plebs pileata præ gaudio In morte Neronis.]

Pilicrepus,Pilula,*Vide* PILA.

Pīlo,as,priore cor.*Vide* PILVS.

Pīlo,las,priore pro.*πιλῶ*,Græcum est, & significat complano. A quo sunt composita,Compilo,Expilo,Oppilo,& Suppilo.

Pīlum,li,priore producta,Telum Romanum,à perimendo dictum,quasi perillum,*vt inquit Varro.* { קלע *clets.πίλημα,ὀιστός.* GAL.Dard.ITA.*Dardo.*GERM.Ein dreispitzig Spiesslin welches die Römischen kriegsleut gegen dem feynd schüssen.HISPAN.*Dardo.* ANGLIC.A *dart or iaueline.*} Huius hastile,*teste Vegetio*,erat pedum quinque semissis, & ferrum trigonali figura nouem vnciarum.Erant autem pila(*Varrone autore*)tela Romanorum,sicut Gesa Gallorum,& sarissæ Macedonum. *Lucan.lib.*1.pila minantia pilis.*Idem libro* 3. Pila sed in medium venere trementia pectus.*Virgilius* 1.*Georg.*Scilicet tempus veniet,quum finibus illis Agricola incuruo terram molitus aratro, Exesa inueniet scabra rubigine pila. *Horatius* 2.*Serm.Satyr.*1.neque enim quiuis horrentia pilis Agmina,nec fracta pereuntes cuspide Gallos, Aut labētis equo describet vulnera Parthi.*Plautus in Curcul.* [*sc.*3.*a.*5 .] Quia ex te hodie faciam pinum catapultarium.[Et ita te neruo torquebo,vt catapultæ solent. *Et Tibull.lib.*4.Et lento perfregerit obuia pilo.Pilum,*inquit Liuius li.* 9 *ab Vrb.* haud paulo quàm hasta vehementius ictu missúque telum. ¶ Item,primos pilos adimete(i.prima pila)*Sueto.in Calig.capite* 44.] Hinc primipilus,πρωτοπίλος, & præpilatæ hastæ,hoc est præferratæ,de quibus infrà. ¶ Præterea pilum,à pinsendo,seu,*vt placet Seruio*,à Pilumno,instrumentum quo aliquid in mortario teritur. { עלי *bell. ὔπεφος.* GALLIC.Pilon de mortier.ITA. *Il pestello co'l quale si pestano le cose nel mortaio.*GERMANIC.Ein stössel eines mörsels. HISPANIC. *El maço para majar en pila.*ANGLIC.*A pestle.* } *Plinius libro* 18.*capite* 10. Quippe & Hetruria spicam farris tosti pinsente pilo præferrato,fistula ferrata,& stella intus denticulata,vt nisi intenti pinsant, concidantur grana,ferróque frangantur. Pilum Græcum,V.Tolleno. Primum pilum vocabatur prima centuria in exercitu Romanorum: quòd circa signa grauis armatura constituta esset, in qua inter cætera armorum genera hastile erat pedum quinque & semissis quod pilum nominabant. *Cæsar libro* 5.*bell.Gall.* Tum T.Baluentio qui superiore anno primum pilum duxerat, viro forti, & magnæ autoritatis, vtrunque femur tragula traiicitur. *Reliqua vide in dictione* PRIMIPILVS.

Pīlātūs,a,um,Pilo armatus.*Martialis libro* 10.Et pilata redit,iámque subitque cohors.

PĪLVMNŬS,Qui pinsendi frumenti vsum inuenit,Iouis(vt putant) filius, & Dauni pater.*Seruius in libro* 9.*AEneid.*Pilumnus(*inquit*)& Picumnus fratres fuerunt dij.Horum Picumnus stercorandorum inuenit vsum agrorum:vnde & Sterquilinius dictus est.Pilumnus verò pinsendi frumenti:vnde à pistoribus colitur,& ab ipso Pilū dictum est.Ad hunc Danae Acrisij filia fortè ad Appulum littus acta,& à pastore vnà cum Perseo paruulo delata est, quam ipse cognito genere vxorem duxit, ex qua Daunum filium suscepit,*Virgilius* 10. *AEneid.* Cui Pilumnus . . auus,cui diua Venilia mater, &c.

Pīlus,li,priore corrept.generalius est quàm capillus.{ שער *sháar.*שֵׂ֫עָר. GAL.Poil.ITA.& HISP.*Pelo.* GERM. Ein haar/es sey am leyb wo es wölle. ANG.*The heare.*}Proprie enim capillus de iis tantùm dicitur qui caput vestiunt, quum pilus omnium partium corporis sit communis. *Plinius lib.*11.*capite* 37. In capite cunctorum anim.alium homini plurimus pilus.[*Senec,capite* 8.*de Tranquill.* Caluis,quàm Comatis non minùs molestum est Pilos velli] *Cicero* 2.*de Natura deorum*, Munitæque sunt palpebræ tanquam vallo pilorum.*Iuuen.Satyr.*9. Sed fruticante pilo neglecta,& squalida crura.*Horatius* 2.*Epistol.*1.Vtor permisso,caudæque pilos,vt equinæ Paulatim vello. Hæc tamen differentia nonnunquam confunditur : Accipitur enim capillus interdum generaliter in eadem significatione in qua vtimur nomine pilus. *Gell.libro* 12.*capite* 1. Si ouium lacte hœdi,aut caprarum agni alerentur,constat fere in his lanam duriorem,in illis capillum gigni teneriorem. ¶ Pili longiores, proni in colla atque armos vestientes, iubæ dicuntur: pili vero crassiores, rigidi, quales habent sues, vocantur setæ. ¶ Pili non facio, Nec pilo quidem melior : de re nullius momenti.*Cicero ad Quint.Frat.lib.*2. Nihil est quod vereare, ego enim ne pilo quidem minus me amabo.*Catul.Epig.*17. Ludere hanc finit,nec pili facit vni.

Pīlo,las,pēnultima prod.à pilus,Pilos emitto. { τριχόω.GAL.Produire du poil.ITA.*Fare i peli,mandar fuori i pili.* GERM. Haar vberkom mein haarechtig werden.HISPAN.*Pelechar.*ANG. *To bring out heare,to growe hearie.* } *Accius*,Tunc primùm pilabant genæ,*Afranius*,Meum præterea corpus nunc pilare primùm cœpit. ¶ Interdum ponitur pro pilos detrahere. { מרש *marás.ἀποτρίχω.* GAL.Arracher le poil. ITA. *Pelar,trare i peli.*GERMAN. Das haar auffrauffen. HISP. *Pelar,quitando pelos.* } *Mart.*Quòd pectus,quòd crura pilas. *Idem l.*6. Extirpa mihi crede,pilos de corpore toto,Téque pilare tuas testificare nates.Hinc Depilo.

Pīlōsus,adiectiuum,Pilis abundans.{ שעיר *saʕír.τριχώδης.*GAL.Pelu.It. & HISPAN.*Peloso.* GERMAN.Haarechtig/voll haars.ANG. *Hearie,full of heare.* } *Varr.*2.*de Re rustica,capite* 5. oculis magnis & nigris,pilosis auribus.*Cicero in Pisonem*,Non enim nos color iste seruilis,non pilosæ genæ,non dentes putridi deceperunt. ¶ Pilosiora folia,quæ in ipsa superficie,veluri adnatos quosdam pilos ostendere videtur. *Plinius l.*20: *c.*16.E contrario quæ mollis vocatur,pilosioribus foliis acramis,& aculeatis,trita mellis odorem habet.

PĪMPLA,*πίμπλα*,Thraciæ mons est,Musis sacer,*vt scribit Strab.l.*10.pieria,*inquit*,& Olympus,& Pimpla,& Libethrum,quondam loca fuere Thraciæ, & mōtes quos nunc Macedones possident:quíque Musis Helicona consecrarunt,Thraces fuere,Bœotiæ accolę.*Hæc Strab.*

Pīmplæus,a,um,*πιμπλαῖος.Martialis lib.*12. Cuius Pimplæo lyra clarior exit ab antro.

PĪMPLĀĒĪDĒS,siue Pimplæ,*πιμπλαῆις*, Musæ cognominātæ sunt,siue à Pimpla olim Thraciæ monte, quem postea Macedones sibi vendicarunt;siue à Pimplæo quodam fonte,ad radicem eius montis nascente: vbi & Pimplæum antrum nonnulli constituerunt.*Martial.l.*12. Cuius Pimplæo lyra clarior exit ab antro.

Pina,*Vide* PINNA.

Pinăcŏthēca,*πινακοθήκη*,Locus est in quo tabulæ pictæ,argentum cælatum,stragula vestis,signa & ornamenta reponuntur. *Plinius lib.*35.*c.*2. vocat tablinū.Vtrunq; nomen dictū est à tabulis,quæ in hoc loco præcipuè asseruabantur.Nam quas Latini tabulas, Græci vocant *πινακίσκους*. *Varr.*1.*de re Rust.c.*2. Quum huius spectatum veniant villas, non vt apud Lucullum,videant pinacothecas,sed oporothecas.*Plinius li.*35.*c.* 2.Et inter hęc pinacothecas veteribus tabulis consunt,alienásque effigies colunt.

PINARA,*πίναρα*,*Ptolem.*Ciuitas est Lyciæ mediterranea ad Cragum mōtem,*teste Plin.l.*5.*c.*37. ¶ Est item Pinara,insula ante Ætoliam,vna Echinadum,*teste eod.Plin.l.*4.*c.*12.

PĪNĂRĬVS,& Potitius, Arcades duo senes,quib.qualiter coli vellet ostēdit Hercules:scil.vt manè,& vesperi ei sacrificaretur. Perfecto itaque matutino sacrificio,quū circa solis occasum essent sacra repetenda,Potitius prior aduenit, Pinarius postea extis iam redditis, vnde iratus Hercules statuit vt Pinariorum familia tantùm ministra esset epulantibus Potitiis, & complētibus sacra.Vnde & Pinarij dicti sunt, *ἀπὸ τῆς πίνης*,id est à fame. Nam senem illum Pinarium constat alio nomine nuncupatum.*Hæc Seruius, explicans illud Virg. AEneid.*8.-primúsque Potitius autor,Et domus Herculei custos Pinaria sacri.[Pinarij deducti à Filio Numæ,qui Pinus vocabatur.*Plutarch.in Numa.*] *De his Poenestella.*

PINARVS,*πίναρος*,Fluuius est Ciliciæ in sinum Issicum influens,*teste Plin. l.*5.*c.*27.

Pinaster,*Vide* PINVS.

Pīncērnă,æ, Pocillator, qui vinum conuiuis miscet, qui est à poculis { משקה *maschkéh.οἰνοχόος.*GAL.Sommellier, escuyer à coupe.ITA.*Pincerna,coppiero.*GERMAN.Ein einschenck HISPAN.*El escanciador,ò cupero.* ANG. *A butler that waiteth on a mans cuppe.*} Talem Poëtæ fabulantur in cælo esse Ganymedem, in Hebes locum,quæ antè eo ministerio fungebatur,suffectum.

PĪNDĂRŬS,penult.corr.*πίνδαρος*,Poëta fuit Thebanus. Lyricorum apud Græcos princeps. Floruit temporibus Æschyli Poëtæ, & Persarum expedi-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

expeditionis in Græciã. Scripſit lingua Dorica, Olympia, Pythia, Nemeæa, Iſthmia quæ extãt. Altiſſimus fertur & verborum & ſententiarum copia (*vt ait Quintil.*) grauitate que arduus, conſtructioneque ac ordine immenſus ac prolixus. Quem etiam inimitabilem *Horat. ſcribit 4 Carm. Ode 1.* [*Plutarch. in Numa.* Pan amauit Pindarum & eius verſus.] Duas ſuſcepit filias. A patre tibiam primùm, mox ab Hermione lyram edoctus eſt. Eius gratia Lacedæmonij in reliquam Bœotiam ſæuientes, Thebis pepercerunt. Ita & Alexander quum Thebas euerteret, & in omnes ſæuiret ſine diſcrimine, Pindari vatis penatibus familiæque parci iuſſit. Expiraſſe fertur in gremio pueri adamati, Valerio teſte. *Vide Quint. l. 10. Inſtit. Orat.* ¶ Pindarus alter, Epheſiorum tyrannus, qui capta Epheſo, poſtea à Crœſo auũculo ſuo iuſſus diſcedere, ſeceſſit in Peloponneſum cum parte bonorum, dimiſſo domi præſide amico. *Autor Ælian. de varia hiſtoria.** Hinc adiect. Pindaricus, a, um. *Propert. l 3. eleg. 17.* Qualis Pindaricus ſpiritus ore tonat. *Horat. l. ep. 3.* Pindarici fontis qui non expalluit haustus.

PINDASVS, *πίνδασος*, Mons Aſiæ in quo Cetius fluuius naſcitur, qui Pergamum præterfluit. *Autor Plin. l. 5 c. 30.*

Pĭndo, is, dere, Ferire eſt & aſſidue percutere. *Cornutus in Perſ. Sat. 1.* vnde piſtillum quo terimus in mortario. *de quo inſrà.*

PINDVS, *πίνδος*, Mons perrhæborum inter Acarnaniam & Theſſaliam: *cuius meminit Plin. in præfat. l. 4.*

PINDVS, *πίνδος*, Lapitharum ſedes, mons Theſſaliæ, Apollini, Muſiſque ſacer, Acarnaniam ab Ætolia diuidens, *vt inquit Solinus.* In eo inuenitur lapis galactites. ¶ Eſt & nomen vrbis Theſſalicæ à Pindo monte appellatæ, iuxta quam eſt fluuius eiuſdem nominis. *Autor Strab l. 9.*

Pinetum, Pineus. *Vide* PINVS.

Pĭngo, gis, xi, ctum, Formam alicuius rei ductis lineis repræſento. {חקה *chakkáh* קלע *kaláh.* *γράφω.* GAL. Peindre. ITA. *Dipingere.* GERMAN. *Malen.* HISPAN. *Pintar.* ANG. *To paynte.* } *Plin. l. 35. c 8.* Adeò colorum vius increbuerat, adeò ars perfecta erat, vt in eo prælio Ionicos duces pinxiſſe tradatur. *Cicero Luceio l. 5.* Alexander ab Apelle potiſſimùm pingi, à Lyſippo fingi volebat. *Idem 2. de Orat.* Vt in pictura qui hominis ſpeciem pingere perdidicerit, is poteſt cuiuſuis vel formæ, vel ætatis, etiam ſi non didicerit, pingere. ¶ Pingere humum variis floribus, eſt verſicolorem florum varietatem humi ſpargere. *Plautus in Sticho,* Age tu ocyus, pinge humum, conſperge ante ædes. ¶ Vius eſt pro deſcribere *Cicero ad Attic. l. 4.* Bibliothecam mihi tui pinxerunt conſtructione. ¶ Huius verbi compoſita ſunt, Depingo, & Expingo, *quorum ſignificata vide ſuis locis.*

Pictŭs, a, um. {מחקה *mechakkéh* קלוע *kalúáh.* *γεγραμμένος, ζωγραφικός.* GA. Peint. ITA. *Depinto.* GERMAN. Gemahlet. HISP. *Pintado.* ANG. *Paynted.* } *Plau. in Menæch.* Tabulam pictam in pariete. [*Ouid. Eleg. 9. libr. 1. Triſt.* Et à picta caſſide nomen habet. *Plau. Capt. ſc. 4. a. 5.* Vidi multa picta quæ ſub Acheronte fierent. *Idem in Aſin. ſc. 3. a. 1.* Neque fictum, neque pictum, neque ſcriptum in poëmatis. *Plaut. Pſeud. ſc. 2. a. 1.* Faciam ita veſtra latera varia loris vt non æque picta periſtromata campanica. *Ouid. 3. Faſtor.* Dum legit in ramo pictas temerarius vuas. *Idem Oui. Eleg. 3. libro. 1.* Et pictos verberat vnda Deos. *Idem Ouid. 6. Faſt.* Picta veſte triumphales occubuiſſe ſenes. *Idem Ouid. 4. Faſt.* Picta coloribus veſtis puppis. De picta veſte *Auſonius.*] ¶ Aliquando nomen eſt, & ponitur pro ornatus. *Cicero de Clar. Orat.* Quo nihil poteſt eſſe pictius.

[Pictatium capitium, ex Laberio, *Gell. c. 7. lib. 16.*]

Pictūra, æ, Ars pingendi. {מקלע *miklaáh.* *γραφική.* GAL. Peinture. ITA. *Dipintura.* GERM. Die mahlerkunſt. Item, ein gemähl. HISP. *Pintura, ò arte de pintar.* ANG. *Paynthing or the art of paynting* } *Plinius libro 35. capite 9.* Quinimò certamen picturæ, etiam florente ea inſtitutum eſt Corinthi. ¶ Dicuntur & picturæ, tabulæ vel aliæ res pictæ. *Cicero 6. Verr.* Nego vllam picturam neque in tabulis, neque textilem fuiſſe, qui quæſierit, inſpexerit, & quod placitum ſit, abſtulerit. *Idem in Orat.* In picturis alios horrida, inculta, abdita, & opaca: contra alios nitida, læta, collustrata delectant. *Idem in Tuſcul.* Homerum tradunt cæcum fuiſſe: at eius picturam non poëſim videmus. *Idem 2. Academic.* Oculi picturæ tenentur, aures cantibus. In pictura olim floruere Zeuxis, Parrhaſius, Apelles, aliique nonnulli quorum nomina & opera exequitur *Plinius Natural. Hiſtor. libro 35.* De poëſi & pictura Simonidis ſcite dictum, *vide in dictione* LEX. [Si qua inutilis pictura ſit (in cubiculo) eam vendat. *Plautus Aſin. ſc. 1. a. 4.* Quid iſtæ picturæ ad me attinent? (de tabulis pictis in tabula) *Plautus Menæch. ſc. 2 a. 1.* Noua pictura interpolare opus lepidiſſimum (i. ceruſſa & purpuriſſo) *Plaut. Moſtell. ſc. 3. a. 1.*]

Pictūrātĭus, Varia pictura exornatus. Opus picturatum metallis. *Clau. in Paneg.*

Pictŏr, Qui quid pingit. {מחקה *mechakkéh* קלע *koléaṯ.* *ζωγράφος.* GAL. Peintre. ITA. *Di pintore.* GERMANIC. Ein Mahler. HISPANIC. *Pintor.* ANGLIC. *A paynter.* } *Horat. de Arte,* Pictoribus atque poetis Quidlibet audendi ſemper fuit æqua poteſtas. *Cicero 4. Acad.* Multa vident pictores in vmbris, & in eminentia quæ nos non videmus. *Idem 2. de Leg.* Digniſſima autem dona habent & formæ ab vno pictore vno abſolutæ die. [*Plaut. Aſin. ſc. 3. a. 2.* Non potuit pictor melius deſcribere eius formam.]

Pictōrĭus, Adiectiuum. { *γραφικός.* } *Iulianus Digeſt. lib. 38. Titul. 1. l. 23.* Hæ operæ quas libertus promiſit, multum diſtant à fabrilibus, vel pictoriis operis.

Pĭnguis, & hoc pingue, macer. {בריא *bari* רשן *daſchén* שמן *ſchamén.* *παχύς, λιπαρός.* GALLIC. Gras. ITALIC. *Graſſo.* GERM Feiſt/ wolgeteibt/ HISPANIC. *Grueſſo ò gordo.* ANGLIC. *Fatt.* } *Plin. libro 10. capite 50.* Fœminæ quidem non omnes ad ſaginam eliguntur, nec niſi in ceruice pingui cute. *Virgilius primo Georgic.* Tunc agni pingues, & tũc molliſſima vina. ¶ Aliquando pro fœcundo & vbere. *δύσκος. Virgilius quarto Georgic.* Et pingues hortos. *Idem 3. Eclog.* Heu, heu, quàm pingui macer eſt mihi taurus in aruo. ¶ Aliquando pro imperito & inepto. *Cic. lib. 4. Acad.* Quod ipſi Antiocho pingue videtur, & ſibiipſi contrarium. Pingue, ſubſtãtiuum, neutri generis, propriè dicitur quod inter carnem & cutẽ eſt, ſucco liquidũ, *σάρκης μυῶν.* differtque ab adipe quòd hic muſculorum extremitati membranisque adhæreat, & frigefactus durus euadat & fragilis. Qua de re *vide plura apud Plin. lib. 11. capite 37. & ſuprà in dictione* ADEPS. *Virg. 3. Georg.* & omnes Impendunt curas denſo diſtendere pingui. ¶ Pingui Minerua aliquid agere: hoc eſt craſſe, & impolite. *Colum. in Præfatio. totius operis,* Poteſt enim nec ſubtiliſſima, nec pingui (quod aiunt) Minerua res agreſtis adminiſtrari. ¶ Hinc componitur Præpinguis *ὑπέρπαχυς. Colum. lib. 4.* Ideóque non eſt vineis apta, vix etiam arbuſtis, niſi præpinguis. A pinguis fit Impinguo, guas, *παχύνω.* [*Plautus Aul. ſc. 2. a. 2.* Pinguiorem agrum iſti habent: At nunc tibi dabitur pinguior tibicina. (Phrygia.)]

Pĭnguĭter, adueribium. {*λιπαρῶς, παχέως.* GA. Graſſement, groſſement, lourdement. ITA. *Graſſamente.* GER. Feiſtiglich/ mit feiſte. HIS. *Grueſſa, ò groſſeramente.* ANG. *Fatlie, groſſelie.* } *Colum. l. 2. cap. 2.* proximum deinde huic pinguiter denſum.

Pinguēdo, inis, & PINGUITUDO, inis, licet *Seruius Grammaticus* Latina eſſe neget, à viris doctiſſimis tamen vſurpantur: vt plurimis exemplis docet *Beroaldus in Seruium.* { רשן *déſchen* שמן *ſchémen* משמן *miſchmán.* *λιπαρία, παχύτης.* GALLI. Graiſſe. ITAL. *Graſſezza.* GERM. Feiſte. HISP. *Groſſura.* ANG. *Fatneſſe or greas.* } *Plinius,* Omni pinguedine detracta, in olla caro decoquitur. *Idem lib. 23. cap. 8.* Nuces auellanæ capitis dolorem faciunt, inflationem ſtomachi, & pinguedini corporis conferunt plus quàm ſit veriſimile. *Varro 3. de re Ruſt. capite 9.* de gallinis loquens. Et lux pinguitudini inimica. *Colum. lib. 2. cap. 15.* Ea res admonet nos, ineſſe tali materiæ naturalem pinguitudinem & ſuccum. *Quintilianus libro 1. cap. 11.* Quarundam enim vel exilitate, vel pingue dine nimia laboramus. Quid autem ſit pinguedo, ſiue pinguitudo, ſiue etiam pingue neutri generis, & quomodo differant ab adipe & ſeuo, *ex Pliny ſententia abundè docuimus in dictione* ADEPS.

Pinguĭārĭus, rij, Qui pinguia amat. { *φιλοπίμελος, φιλόλιπος.* GALLIC. Qui aime choſes graſſes, graiſſier. ITA. *Chi ama le coſe graſſe.* GERMANIC. Der gern feiſte ding hat. HIS. *Amador de coſas grueſſas.* ANGLIC. *That loueth fate thinges.* } *Martial. lib. 1.* Carnarius ſum, pinguiarius non ſum, hoc eſt carnoſam, & corpulentam amicam opto, non nimis pinguem.

Pinguēſco, ſcis, à Pingueo, gues, piguis fio. {רשן *ſchamán* *daſchén.* *παχύνομαι* GAL. S'engraiſſer, Deuenir gras. ITA. *Diuenir graſſo.* GERM. Feiſt werden. HISP. *Engordarſe.* ANG. *To waxe fat.* } *Colum. lib. 2. cap. 11.* Omne emaciatum armentum medica pingueſcit, id eſt pingue fit. *Mart. libro 5.* Pingueſcit nimio madidus mihi crinis amomo. *Virg. 1. Georg.* - bis ſanguine noſtro Æmathiam & latos Hemi pingueſcere campos.

Pīnguefăcĭo, pinguefacis, Pinguem reddo, & paſſiuum pinguefio. {חבריא *hibrí* חשמן רשן *diſchſchén.* *παχύνω.* GALLIC. Engraiſſer. ITAL. *Ingraſſare.* GERMANIC. Feiſt machen / meſten. HISPAN. *Engordar otra coſa.* ANGLIC. *To mak fat.* } *Plin. l. 16. c. 44.* Dein ea pinguefacit.

PĪNNĂ, *πίννα.* Oppidum eſt Veſtinorum, qui ſunt populi in quarta regione Italiæ, Prægutiis ad Ortum finitimi; *ſitæ Ptolemæo lib. 3. cap. 1.* Pinnenſium *meminit & Plin. l. 3. c. 12.*

Pinna, æ, proprie penna durior & non pluma. {אברח *ebráh.* *πίτυλος.* GA. Plume. ITAL. *Penna.* GER. Ein grebe fäder. HIS. *Pluma.* ANG. *The great feather.* } Nã penna nomen generale eſt ad plumas & pinnas. *Varr. l. 3. de Re ruſt. c. 7. de columbis.* Qui iam pinnas habere incipiunt, in nido relinquuntur, illiſis cruribus. *Idem de gallinis.* Eligat fœcundas plerunque rubicunda pluma, nigris pinnis. *Colum. lib. 8. cap. 4.* Siccus etiam puluis & cinis, vbicunque cortem porticus, vel tectum protegit: iuxta parietes reponendus eſt, vt ſit quò aues ſe perfundant. Nam his rebus plumam, pinnáſque inundant. ¶ Pinna etiam quiduis acutum ſignificat. Vnde & pinnæ murorum, id eſt ſummitates. {*ἐπάλξεις.* GALLIC. Creneau de mur. ITAL. *Merlo di muro.* GERMAN. Zinnen an der mauren. HISP. *Almena del muro.* ANG. *The batlements of walles.* } *Liuius lib. 40.* Muri pinnæ aliquot locis decuſſæ. [*Gell. cap. 6. lib. 5.* quaſi Muri pinnis decorata corona. *Quint. cap. 6. lib. 1.* vnde bipennis.] ¶ Pinnas etiam geſtare gladiatores ſolebant. Vnde pinnirapi retiarij dicuntur, quòd pinnas è galeis mirmillonum, iacto reti exciperent. ¶ Sunt etiam pinnæ, quibus innatant piſces, & quarum adminiculis, veluti remis in natando vtuntur. { סנפיר *ſenapír.* ANGLIC. *The finne o a fiſhe.* } *Plinius lib. 9. cap. 14.* Pinnis quibus in mari vtuntur, humi quoque vice pedum ſerpunt. Pinna præterea eſt conchæ genus, *πίννα.* vulgò *Nacra.* Naſcitur in limoſis, ſubiecta ſemper, nec vnquam ſine comite, quem pinnotheten nonnulli, alij pinnophylacem vocant: is eſt ſquilla parua, qui cum pinna quærendæ eſcæ ſocietatem init. *Autor Plin. lib. 9. cap. 42. Cicero 2. de Natur. deor.* Pinna verò (ſic enim Græcè dicitur) duabus grandibus patula conchis, cum parua ſquilla, quaſi ſocietatem coit comparandi cibi.

Pīnnŭlă, diminutiuum à pinna. Eſt ſumma pars auris, ab acumine dicta, *λοβός.* ¶ Aliquando parua pinna, id eſt penna, *πτέρυγιον. Colum. l. 8. c. 5.* Inhabitetúrque cupiditas incubandi pinnula per nares traiecta. ¶ Aliquando pinnula dicitur illud quo veluti remigio quodam natant piſces. *Plin. libr. 7. c. 57.* Quoſdam inde exire ad pabula pinnulis gradientes crebro caudæ motu. [*Plau. Prolog. Amph.* Ego has habebo vſque in Petaſo pinnulas.]

Pīnnācŭlum, li, Faſtigium & ſummitas ædificij in acumen tendentis. { גב *ghábh* גף *gnaph.* *ἐπακρεῖς, πτερύγιον, ἀκροτήριον.* GAL. Le plus haut & cime d'vn baſtiment. ITA. *Cima.* GER. Der giẏfel oder ſpitz eines gebeuws. HISP. *Lo mas alto del edificio, cima.* ANGLIC. *A pinnacle or higheſt, toppe of a thing.* } Dictum vel ab eo quod veteres pinnam dicebant quicquid eſſe acutum: vnde Bipennis, ſecutis quæ vtrinque aciem habet, vel quòd pinnaculis addi pinna conſueuit, quæ faciſi motu, ventorum indicaret flatum, quod genus nunc *Penniculum* vulgò dicitur.

Pīnnātĭus, a, um, adiectiuum, Quod pinnas habet. {*πτερωτός.* GA. Qui a des plumes ou aisles, aisié. ITA. *Pennato.* GER. Das ein gefider mit groben vnnd harten fäderen hat. HIS. *Lo que tiene plumas y alas, alado.* ANG. *That hath finnes or great feathers.* } vt pinnatus Cupido, pro aligero, & pinnas habente. *Cicero 3. de Nat. deor.* Dianæ item plures: prima Iouis & Proſerpinæ, quæ pinnatum Cupidinem genuiſſe dicitur. ¶ Pinnata folia dicuntur, pinnarum modo aculeata. *Plin. lib. 16. capite 10. de abiete,* Folio pinnato denſa. ¶ Pinnatus fulgor. *Plinius libro 37. cap. 7.* Proximos illis carbunculos, quos vocant ſyrtitas, pinnato fulgore radiantes.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*Pinniger, a,um, Adiectiuum. vt, piscis pinniger. *Ouidius. 13. Metamorph.*

Pīnnĭrăpŭs, pi, pen.cor. Gladiator retiarius, qui mirmilloni aduersario pinnam, hoc est acutam galeę summitatem rapiebat. *Πτερυγολάβος. Iuuen. Satyr. 3.* Hic plaudat nitidi præconis filius inter Pinnirapi cultros iuuenes, iuuenéque lanistæ.

Pīnso, sis, sui, pīstum, & pinsum, [*apud Diomed. lib. 1. &] apud Vitruuium sæpius, teste Bud.* & pinsitum, pen.cor. *apud Colum.* In pila, siue in mortario contundo, & contero, vel potius, *vt inquit Cornut.* pilo tundo. { דך *daeh* שחק *schachák* כתש *chathásch. κοπτω, λειαίνω.* GALLI. Piler en vn mortier, broyer. ITA. *Pestare. frangere.* GER. Klein zerstossen/wie man vorzeiten ehe das mûltenwerck ist erfunden worden das getreid zu mâl zerstossen hat. HISP. *Majar en pila.* ANGLI. *To braye in a morter.* } Antiqui enim ante molarum vsum frumenta igni torrebant, & in pilas missa pistillis tundebant, terebántque. *Colum. lib. 2. cap. 9.* Panicum pinsitum, & euolutum furfure, sed & milium quoque, pultem, quauis inopia, maximè cum lacte, non fastidiendam præbet. *Pomponius,* Quum neque molis molui, neque palmis pinsui. ¶ Aues pinsere dicuntur, quum rostrum rei alicui crebrò impingunt. Vnde *& Persius* metaphoram illam sumpsisse videtur. *Satyr. 1.* O lane, à tergo quem nulla ciconia pinsit, hoc est rostro tundit, & pecutit, ciconiam appellans in formam rostri ciconiæ contractos: quod genus olim erat irritamis apud Italos. *Vide* CICONIA.

Pīnsŭs, a, um, participium. Contusus. { דוך *dueh* שחוק *schachúk* כתוש *chathúsch. μεμελάδως, κεκομμένος.* GA. Pilé, broyé. ITA. *Pestato.* GER. Zerstossen/zerstampffet. HISP. *Majado.* ANGL. *Brayed or ground in a morter.* } *Plin. l. 28. c. 10.* Si pistæ serantur.

Pĭnso, sas, In eodem sensu quo pinso, sis, *φλάω. Var. lib. 1. de Re rustic.* Promendo diem vt in pistrino pinsetur, ac torreatur, id est tundatur, vel frangatur.

Pīnsĭto, tas, penultima corrept. frequentatiuum à pinso, sis, *ἁλαζονεύομαι. Plaut. in Asin.* [*sc. 1. a. 1.*] Qui polentam pinsitant, id est contundunt. Alij ibi legunt, pransitant.

Pīnsor, oris, Qui in pila frumentum comminuit. { שחק *schoch'ék* כתש *chothésch. μαλάττων, μαλακτήρ.* GAL. Pileur, ou broyeur. ITA. *chi pesta in mortaio.* GERMANI. Ein fruchtstempffer zu mâl. HISP. *Majador.* ANGLI. *He that brayeth or grindeth thinges in a morter.* } postea etiam de eo dici cœpit qui farinam subigit, panemque conficit: quem nunc pistorem dicimus. *Varro.* Nec pinsorem vllum nossent, nisi qui in pistrino pinsèret farinam. Pistorem in melioribus exemplaribus legitur, non pinsorem. *Vide* PINSO. Antiqui pinsere generaliter sumpserũt pro quouis modo tundere siue percutere.

Pīstor, oris, à pinso, sis. { אפה *opheh.* GAL. Pestrisseur, boulenger. ITALIC. *Pistore, fornaio.* GERM. Volzeiten ein stempffer der frucht zu mâl/zu vnserer zeit heyst es ein brotbeck oder ein pfister. HIS. *Panadero ò majador.* ANG. *A baker of breade.* } Olim dicebatur qui ante inuentum molarum vium, frumenta in pilis pinsebat, hoc est contundebat. Postea tamen id nomen ad eos quoque translatum est, qui subacta farina panem conficiunt, quos Græci vocant *ἀρτοπωλοὺς.* [*Plau. Asin. sc. 4. a. 3.* Te ad pistores dabo vt ibi cruciere currens. *Ibidem,* Quum à pistore panem petimus, vinum ex œnopolio. *Plaut. Curc. sc. 1. a. 4.* Pistorem, vel lanium in velabro reperies. *Plaut. Capt. sc. 1 a. 4.* Pistores scrofipasci qui alunt furfure sues.] *Plin. lib. 18. cap. 11.* Pistores Romæ non fuerunt ad Persicum vsque bellũ, annis ab vrbe condita super quingentos octoginta. *Suet. in Cæs.* Domesticam disciplinam in paruis ac maioribus rebus diligenter adeò, seuereque rexit, vt pistorem alium, quàm sibi panẽ in conuiuiis subiicientem, compedibus vinxerit. *Varr. in Satyr. de ediliis.* Si quantum operæ sumpsisti, vt tuus pistor bonum faceret panem, &c. *Atteius Capito,* Pistores tantùm eos qui far pinsebant, nominatos esse tradit, eósque coquere solitos panem tostum lautioribus.

Pīstorĭcŭs, a, um, Pistorius, quod ad pinsendi artem siue ad pistores pertinet. { *ἀρτοποιικὸς.* GA. Propre ou conuenable à boulenger. ITALIC. *Da pistore.* GER. Des brots ecken oder pfisters HISPANI. *Cosa de panadero.* ANGLI. *Belonging to bakers of breade.* } *Caius Iurisconsul.* Si quis seruos habuerit propriosque, sed quorum operas locabat, vel pistoricas, vel histrionicas, seruorum appellatione legasse hos videtur.

[Pistoriensis, Vide infrà, quarta ab hac pagina, pòst verbum Pistorium ciuitatis nomen.]

Plăcĕo, places, placui, placitum, gratum eſſe, probari.)(diſpliceo. {נעם *naẖám* יפה *japháh* ישר *jaſhár* רצה *ratzáh.* ἀρέσκω. GAL. Plaire. ITA. *Piacere.* GERM. Gefallen. HISPAN. *Aprazer.* ANGLI. *To pleaſe.*} *Plaut. in Amph.* Agape non placet me hoc noctis eſſe, cœnaui modò. *Plin. lib. 12. cap. 7.* Mirum eſt longius piper ſola amaritudine placere. [Ne quid emat, niſi quod tibi placere cenſeat. *Plaut. Moſtel. ſc. 3. a. 1.* Volo placere meo Pilolacheti. *Ibidem.* Non patiar te gratis hanc laudaſſe quæ placet mihi. *Ibidem.* Sapis, conſilium placet. *Plau. Pſeud. ſc. 2. a. 2.* Placet vt dicis. (aſſentientis & comprobantis. *Plaut. Milit. ſc. 2. a. 2.* Triſtis es, non mihi illuc ſatis placet. *Plaut. Men. ſc. 2. a. 4.* Illud non placet principium, de oſculo. *Plau. Amph.* Hei non placet conuiuium. *Ibidem.* Apage non placet. Vide Apage. Non placent homines qui &c. *Plau. ſc. 6. a. 4.* Expediui ex ſeruitute filium, ſi diis placet. *Plau. Capt. ſc. 3. a. 2.* Nunc tu mihi places. *Plaut. Capt. ſc. 1. a. 4.* Vult placere ſeſe amicæ, vult mihi. *Idem Aſin. ſc. 3. a. 1.* Si tibi diſpliceo, patiundum. At placuero huic Erotio. *Plau Menæ. ſc. 2. a. 4.* Habes cur tibi placeas. (ἐλεγν.) *Senec. cap. 14. de Trat quill.* Terraque neſcio quo non placet iſta modo. *Ouid. Fleg. 3. lib 3 Triſt.* Tuæ mihi turbæ non placent. *Plau. Mil. ſc. 5. a. 2.* Tibi me exorno vt placeam. *Plautus Moſtel. ſc. 3. a. 1.* Si vobis placet, ſi placuimus, plaudum date. *Plau. Capt. ſc. vlt. a. 5.* Ita diis placitum, voluptati vt mœror comes conſequatur. *Plaut. Amph.* Item *Sueto. in Cæſar. cap 9.* Et trucidatis quos placitum eſſet, dictaturam Craſſus inuaderet. ¶ Item, Hoc tibi placet? (increpantis.) *Martial. Epigr. 94. lib. 11.*] *Ouid. 4. Triſt. Eleg. 3.* omni tibi dote placebam. *Idem 2. Amor. Eleg. 4.* Illa placet geſtu. *Cic. pro domo ſua,* Nónne fieri poterat vt populo de Cyprio rege placeret, de exulibus Byzantiis diſpliceret? ¶Placet ferè in tertiis perſonis ponitur pro videtur. *Cicero l. 1. ad Lentul.* Itaque poſtridie placuit, vt breuiter ſententias diceremus. *Idem 1. de Diuin.* Vt doctiſſimis ſapientiſſimiſque placuit. ¶Aliquando ponitur pro efferre, gloriari, & præclare ac magnificè de ſe ſentire. ἐγκαυχᾶσθαι, ὀφθῆναι, vt Ego placeo mihi, tu places tibi, Ille placet ſibi. *Quintil.* Placeat, licet tibi opum tuarum fiducia dices, ſi mihi idem inuidere, non expedit, pares ſumus. *Ouid. 2. Metam.* Adnuam tibi nanque figuram. Qua tibi quaque places noſtro importuna marito, ¶Hinc etiam Complaceo, Displiceo, & Perplaceo, *de quibus ſuis locis.*

Plăcĭtă, æ, placendi ſtudium. ἀρέσκεια. *Apuleius lib. de Philoſophia,* In homine ad placentiam ac mediocritatem libido reflectitur.

Plăcĭtŭs, a, um, partic. Quod placuit. {נרצה *nirtzáh* ἀρεστόν. GALLIC. Qui à pleu. ITA. *Chi ha piaciuto.* GERMAN. Das gefallen hat. HISP. *El que aplaze.* ANG. *I hat hath pleaſeth.*} *Terent. in prolog. Hecyr.* Vbi ſunt cognitæ, placitæ ſunt. *Ibidem,* & quæ vobis placita conditio eſt, datur. *Ouid Epiſt. 16.* Eſt virtus placitis abſtinuiſſe bonis. [*Gell. c. 18. l. 7.* Non placita conditio. *Ouid. 2. Faſtor.* Sic quamuis aberat placitæ præſentia formæ.]

Plăcĭtum, ti, nomen: Decretum, quòd quæ decreata ſunt, ea ſic Senatui vel maioribus placuiſſe videntur. {רצון *ratzón.* ἀρεστὸν, ἀρεσκόμενον, δόγμα. GAL. Ce qui a pleu, ordonnance, decret, arreſt. ITAL. *Decreto, parere, ordinatione, ſtatuto.* GERMANI. Ein gefallung/ein ſatzung/oder ertantnuſs. HISP. *Plazo, decreto.* ANG. *That thing which hath pleaſeth, a decret or ordinance.*} *Plinius lib. 29. cap. 1.* Eadem ætas Neronis principatu ad Theſium tranſiliuit, delentem cunctorum maiorum placita, & fabie quadam in omnes eius ævi medicos perorantem. *Idem libro 14. cap. 22.* Medicorum placitis nouitate aliqua ſe commendantium.

*Placitum eſt, Impersonale, idem quod Placuit: vt Licitum eſt pro licuit. *Virgil. 1. Æneid.* Conſilia in melius referet, mecúmque fouebit Romanos rerum dominos gentémque togatam. Sic placitum, *Vbi Seruius.* Placitum, vel fatis, vel mihi: nam impersonale eſt.

Placendus, adiectiuum nomen vſurpauit *Plaut. in Trin.* Si illa, *inquit,* tibi placet, placenda dos quoque eſt, quam dat tibi, id eſt debet placere & accepta eſſe tibi.

Plăcito, placitas, frequentatiuum. πολὺς ἀρέσκω. *Plaut. in Bacch.* Neque placitant mores.

PLACIA, πλάκη, *Stephan.* Myſiæ oppidum à tergo habens Olympum montem, qui Myſis cognominatur. *Plin. lib. 5. cap. vlt.*

Plăcĭdŭs, a, um, Mitis, ſedatus: quòd illa quæ quiera ſunt, omnibus placent. {ענו *ẖanáv.* ἀρεστὸς, ἥμερος. GAL. Paiſible & coy, doux & amiable. ITALIC. *Piacenole, ſedato, dilettenole.* GERMA. Stil/tzuwig/ fridlich/mild/ ſittig. HISPAN. *Plazentero, coſa que aplaze.* ANGLIC. *Patient, quiet, calme, ſtill.*} *Terent. in Adelph.* Ille ſemper egit ſuam vitam in otio, in conuiuiis, clemens, placidus, nulli lædere os, arridere omnibus. *Donatus,* Clemens eſt circa recte agentes, placidus etiam circa delinquentes: Clemens animo, placidus vultu. *Terent. ibidem,* Quum ferunt maximè, tam placidum quàm ouem reddo. *Ouid. 1. Faſtor.* Da mihi te placidum, dederis in carmina vires. *Horat. in Arte,* Sed non vt placidis coëant immitia. [Da placidam ſeſſo lector amice manum. *Ouid. Eleg. 1. lib. 3. Triſt.* Vt longi tædia belli mente ferãt placida. *Ouid. 13. Metamorphoſ.* Dum veniet placido mollior aura Deo. *Ouid. Eleg. 5. lib. 4. Triſt.* Hinc placidus nobis per tempora labitur annus. *Tibull. lib. 4. de ęona temperata.* Rapidam placidis mare conſtitit vndis. *Tibull. lib. 4.* Vexit & Æolios placidum per Nerea ventos. *Ibidem.* Item *Plaut.* ¶ Si tu me irritaueris, placidum te hodie reddam.] ¶Arbor placida)(ſyluestris. *Plinius lib. 16 cap. 5.* Præterea ſunt aliquæ ſyluestres, aliæ placidiores: quæ culta obtinent. Cælum placidum, hoc eſt ſerenum, & tranquillum. *Sil. libro 12.* -nec placido commota tonitrua cælo. Placidus & ſerenus dies. *Plinius epiſt. 101.* Accipit ab hoc auras quamlibet tereno & placido die. Lumen placidum. *Horat. 4. Carm. Ode 3.* Mors placida. *Virg. 6. Æneid.* Pax placida. *Virgil. 1. Æneid.* Placidiſsima pax in animo. *Cicer. 5. Tuſcul.* An delectationis & otij conſumendi cauſa locuti ſumus ſapientem ab omni concitatione animi (quam perturbationem voco) ſemper vacare, ſemper in animo eius eſſe placidiſsimam pacem?

Plăcĭdē, adverbium, Quietè, ſine tumultu. {ἡρέμως, ἡσύχως. GAL. Paiſiblement, bellement, doucement, plaiſamment. ITA. *Dolcemente, piacevolmente.* GERM. Still/friedſamlich/ſtrigtlich/tugentlich. HISPAN. *Plazenteramente.* ANG. *Quietly, ſtilly, meekely.*} *Plaut. in Bacchid.* Placide volo vnumquodque agamus. [Hoc non placide decet. (ſup. agere.) *Plaut. Milit. ſc. 2. a. 2.* Placide egredere. *Plaut. Curc. ſc. 3. a. 1.* Inquire, lubeo, & placide noſcita. *Plaut. Milit. ſc. 6. a. 2.* Placide rogita vt acquieſcam. *Plaut. Aſin. ſc. 2. a. 2.* Quod hoc malum tam placide is puere? *Plau. Pſeu. ſc. 3. a. 1.* Quid properas? placide (ſup. agendum.) *Plaut. Pſeud. ſc. 3. a. 1.* & *ſc. 1. a. 4.* Placide pulta. *Plaut. Men. ſc. 2. a. 1. Ouid. Eleg. 8. lib. 4. Triſt.* Sic optabam placide viuere poſſe ſenex. Placidè ferendo leniuntur aſpera. *Senec. cap. 12. de Conſol. ad Mart.* Placidè accipere mores & vitia humana. *Seneca cap 5. de Tranquill.*] *Virgil. 5. Æneid.* Amplexus placidè tumulum, lapſúlque per aras. *Cicer. 5. Tuſcul.* Ad ferendum igitur dolorem placide & ſedate, plurimùm proficit, toto pectore (vt dicitur) cogitare quàm id honeſtum ſit: ſumus enim natura ſtudioſiſsimi appetentiſsimíque honeſtatis: cuius ſi quaſi lumen aliquod aſpexerimus, nihil eſt quod (vt eo potiamur) non parati ſimus & ferre & perpeti. *Idem 4. Verr.* Prætoris iniurias tacite, hoſpitis placidè ſerendas eſſe arbitrabatur.

Plăcĭdĭtās, atis, Tranquillitas, lenitas, quam *Varro* in ouibus eſſe aſſerit, Ita queis, inquit, primùm non ſine cauſa putant oues eſſe aſſumptas & propter vtilitatem & propter placiditatem. {נעמה *ẖanaváh* רצון *ratſon.* πραότης. GALLIC. Paiſibleré. ITAL. *Piacenolezza.* GERMANIC. Stille/ſamfheit/ſtilſamkeit. HISANI. *Placentera, diſpoſician.* ANGLIC. *Quietneſſe, meekeneſſe, calmeneſſe.*} maximè enim quietæ & aptiſsimæ ad vitam hominum. *Gell. lib. 13. cap. 21.* Ac ne id quidem prætermittendum puto, cuiuſmodi eſt, quod in commentario quodam Seruij Claudij ſcriptum inueni, Neronis dictum, quaſi Neronis, hoc eſt ſine ira & cum placiditate: vt eo nomine mitem, tranquillúmque Martem fieri precemur.

Plăco, as, cum accuſatiuo, Mitem, placidum facio, propitio, ſedo, tranquilliorem reddo. {כפר *chippér.* πραΰνω, ἀρέσκω, ἱλεοποιοῦμαι, ἡσυχάζω. GAL. Appaiſer, adoucir. ITA. *Placare, reconciliare.* GERM. Stillen/verſünen/befridigen. HISP. *Amanſar, aplacar.* ANG. *To appeaſe or mitigate, to make calme, meeke and quiet.*} *Cicer. 2. in Catil.* Quos quidem ego, ſi vllo modo fieri poſſet, non tam vlciſci ſtudeo, quam ſanare & ipſos placare Reipublicæ. *Virgil 1. Æneid.* Sic ait & dicto citius tumida æquora placat. [Irata eſt: placabit (eam) palla, quam dedi. *Plaut. Menæch. ſc. 2. a. 4.*] Nolo victimas. Agninis me extis placari volo. *Plaut. Pſeud. ſc. 3. a. 1.* Seu Iudicis ira ſit placãda, tuis poterit miteſcere verbis. *Tibull. libro 4.*] *Terent. in Heaut.* Neque quod principium inueniam ad placandum ſcio. ¶ Huius verbi compoſitum eſt Complaco, penul. prod. *quod vide ſuo loco.*

Plācātŭs, a, um, Propitius, ſedatus. {מכפר *mechuppár.* ἱλεωθείς, πραϋνθείς. GAL. Appaiſé. ITA. *Placato.* GERM. Geſtillet/verſünet/befridet. HISP. *Aplacado.* ANGL. *Mitigated, appaiſed.*} *Plin. lib. 12. cap. 18.* Nec minus propitii erant mola ſalſa ſupplicantibus, imò verò vt palàm eſt placationes. Placatiſsima quies, *Cic. 1. Tuſc.*

Plācātè, adverbium, placidè, æquo animo, patienter, ſedatè, leniter, humanè. {πράως. GAL. Paiſiblement, ſans s'emouuoir. ITALIC. *Piacemanè, volmente, ſenza ſdegnarſi.* GER. Mit ſtille/ ſanfftmutigkeit/ one griſegramen. HISP. *Amaſando.* ANG. *Paiſibly, quietly, meekely, calmely.*} *Cicer. ad Torquatum lib. 6.* Omnia humana placate & humane feramus. *Idem ad Ligar. lib. 6.* Sed hoc ipſum intelligimus eum quotidie remiſsius & placarius ferre.

Plācātĭo, onis, Mitigatio. {רצון כפר *ratſón chópher.* κατάνυσις. GAL. Appaiſement. ITA. *Pacificatione.* GERM. Stillung/verſünung/befridigung. HISP. *Obra de amanſar.* ANG. *Appeaſing.*} *Cic. 4. Tuſc.* Sed omnis eiuſmodi perturbatio animi placatione abluatur.

Plācā-

Plācābilis, propitiabilis, siue quod placatur. {מתרצה *mithratséh.* διλατος. GAL. Facile & aise à appaiser. ITA. *Facile da placare.* GERMAN. Das leichtlich zuostillen oder zu erbittigen ist/versünlich. HISPAN. *Lo que puede ser amanzado.* ANG. *Easie to be appeased.* } *Cic. 4. Verr.* Omnia quæ haberet æquiora & placabiliora quàm animum prætoris, atque hospitis. *Cic. ad Atticum lib. 1.* Nam si ita esse statueris, & irritabiles animos esse optimorum sæpe hominum, & eosdem placabiles, &c. *Terentius in Phormione.* Nunc quòd ipsa ex aliis audiuit, sit Chremes, Id nolinet indicare placabilius est. [*Ouid. Eleg. 5. lib. 3 Trist.* Quo quisque est maior, magis est placabilis iræ.]

Plācābilitās, atis, Lenitas, clementia. {רצון כפר *ratsón chópher.* GAL. Facilite d'estre appaisé, douceur placable. ITA. *Facilita di esser placato.* GER. Versuntigkeit/fridmut. HIS. *Facilidad para ser amansado.* ANG. *Gentlenesse easinesse to be appeased.* } *Ci 1. Officior.* Nihil magno & præclaro viro dignius placabilitate & clementia.

Plācāmēn, & placamentum, Quo quis placatur. {רצון כפר *ratsón chopher.* ἱλάσκομα. GAL. Appaisement. ITA. *Pacificatione.* GERM. Ein versünung oder damit man versünet vnd befridiget. HISPAN. *Obra de amansar.* ANG. *That where by one is appaised.* } *Liuius 7. ab vrbe*, Ludi quoque scenici, noua res bellicoso populo, inter alia cælestis iræ placamina instituti dicuntur. *Plin. lib 21. cap. 7* Hoc veluti placamento terræ blandiuntur. *Tacit lib. 15.* Non largitionibus principis, aut deûm placamentis decedebat infamia.

Placitis, πλακίτης, Cadmiæ species, quæ velut fuligo quædam, aut fauilla ex fornacibus æraris egesta paricibus adhærentem propter sui granitatem ad testudinem euolare non potest. Dicta Placitis eò quòd speciem referat crustæ, quam Græci πλάκας appellant. *Vide Galen. lib. 9. Simplicium, & Plinium lib. 34. c. 9.*

Plæriq; uè, plæræque, plæraque. {רבים *rabbim.* πλεῖστοι. GAL. Plusieurs. ITALIC. *La maggior parte.* GERMANIC. Der mehrer theill. HISPANIC. *La maior parte.* ANGLIC. *Many, the most parte.* } vel potius sine diphthongo plerique, vt hodie à doctioribus fere scribitur, eò quòd ab obliquis nominis plus deduci putetur, si in e conuersio: quanquam alij παρὰ τὸ πλῆρες, quod plenum significat, fieri volunt. Accipitur enim fere in ea significatione in qua dicimus plures vel maiori ex parte. *Sallustius*, In diuisione orbis terræ plerique in tertia parte Africam posuere: pauci tãtummodo Asiam & Europam. *Cic. 1. Academ.* Vt contra omnium sententias dies iam pleroſque deduceret. *Idem de Inuentione.* Nec ratione animi quicquam, sed pleraque viribus corporis administrabant. *Horat. libro 1. Epistol.* Si quædam nimis antique, si pleraque durè. *Idem in Arte*, Pleraque differat & præsens in tempus omittat. *Sallu.* Pleroſque senectus dissoluit, nisi qui ferro aut bestiis interiere. ¶ Aliquando valet idem quod nonnulli. *Quinti.* Videas pleroſque ira percitos, id est, nonnullos. [Quid significet in veterum libris plerique omnes, Et quod ea verba accepta à Græcis viderentur docuit *ca 12. libro 8.* qui liber temporum iniuria periit. Itaque audiamus Donatum.] Plerique omnes, *teste Donat.* complexus est, idem significans quod pleriq; vel maxima ex parte. *Ter. in And.* Quod plerique omnes faciunt adoleſcentuli. Vbi *Dona.* Plerique omnes ἀφελκυσμός est. Nam errant qui plerique, pare l con intelligunt. Hoc enim pro vna parte orationis dixerunt veteres. *Idem in Hec.* Plus satis noue. Sed intelligitur, plus quàm satis. Hoc quidam putant: at mihi de his videtur esse quæ a veteribus geminabantur, vt plerique omnes, id est, omnes: & pleraque omnia, id est, omnia. Sic & plus satis, pro satis. *Terent. in Phorm.* Ita plerique ingenio sumus omnes: nostri nomet pœnitet. *Et in Heau.* Quid rei esset dixit huic? s, dixi pleraque omnia. [¶ *Gellius c. 2. lib. 7.* Homo pleraque haud indiligens.]

Plērūnquĕ, aduerbium, dupliciter sumi potest: nam aliquando valet idé quod fere semper. {ὡς ὅπι τὸ πλεῖστον. GAL. Le plus souuent, plusieurs fois. ITAL. *Molto volte.* GERM. Mehrmaten/Mehrertheitt. HIS. *Muchas vezes.* ANG. *Oftentymes.* } *Terentius in Andr.* Ipsum animum ægrotum ad deteriorem partem plerunque applicat. Aliquando ponitur pro nonnunquam. *Quintilianus*, Excussa sunt plerunque vitia verberibus, id est nonnunquam. Dicimus quoque plerunque omnes, vt plerique omnes. *Plautus in Trinummo*, Ita plerunque omnes iam sunt intermortui. Inuenitur etiam plerus sine adiectione, *Paru.* Periêre Danai, plera pars pessundata est.

Plāgă, æ, pen. prod. Ictus, vulnus. {מכה *machcháh* נגע *néghah* מנפה *maghghephah.* πληγή. GAL. Playe. ITA. *Percussione, p. aga.* GERM. Ein streich/ein wunde. HISP. *Herida ò llaga.* ANG. *A wound, a cutt, a stripe.* } [Etiam de tergo ducentas plagas prægnantes dabo. *Plautus Asin. sc. 2. a. 2.* Qui me fortior ad sustinendas plagas. *Ibid sc. 2. a. 3.* Imperito plagas ministaris. *Plaut. Capt. sc. 2. a. 5.* Ita plagis coctæ callent. *Plaut. Pseud. sc. 2 a. 1.* Ad hæc (securis) retusa est. B. Itidem vos estis plagis *Plautus Pseud. sc. 2. a. 1.* plagam doloris sanare. Mox, vulnus. *Senec. cap. 1. de Consol. ad Mart.* Et manu super plagam posita (doloris) *Idem Sen. de Consol. ad Helu. capite 1.*] *Virgil. 4. Georg.* plagisque peremptum Tonsa per integram soluuntur viscera pellem. *Ouidius 2. Trist.* Non habet in nobis iam noua plaga locum. In hac significatione apud idoneos scriptores his verbis appositum inuenitur, Accipere plagam, Facere plagam, Infligere plagam, Imponere plagam, Inuicere plagam, Perferre plagas. ¶ Transfertur & ad arborum incisiones, è quibus succus profluit. *Plin. libro 12. c. 25.* Succus è plaga manat.

Plāgæ, arum, priore correpta, Retia dicuntur rariora ad capiendas feras. [Cur igitur *Horatius Od. 5. lib. 3.* densas plagas appellat?] quod plagis, id est, foraminibus plena sint. {מצודים *metsodhim* ἄγκυστρα. GAL. Rets à prendre bestes sauuages, filets. ITA. *Rete di gran maglia da prendere animali seluatichi.* GERMANIC. Die Jägergarn. HISPANIC. *La red de grandes mallas.* ANGLIC. *Nettes to catch wilde beastes.* } *Cicero libro 3. Offi.* Suntne igitur insidiæ, tendere plagas, etiamsi excitaturus non sis? *Virgil. 4. Æneid.* Retia rara, plagæ, lato venabula ferro. Vbi *Seruius* docet, plagas proprie illos funes dici, quibus retia tenduntur circa imam & summam partem. In hac significatione dicimus, Incidere in plagas, pro eo quod est Incidere in insidias. *Cicero 2. Verr.* Si ex his laqueis te exueris, in illas tibi maiores plagas incidendum est. ¶ Plagæ item in cæli, terræue diuisione dicuntur spatia & tractus, qui modo climata, modo zonæ appellantur. פאה *peah. Ouidius 1. Metamorphos.* Totidemque plagæ tellure premuntur. *Cicero 2. de Diuinat.* Quod est ante pedes nemo videt, cæli scrutantur plagas, ex poëta. *Virgil Æneid. 7.* si quem tellus extrema refuso Submouet Oceano, & siquem extenta plagarum Quatuor in medio dirimit plaga solis in qui. ¶ Hoc item nomine veteres appellabant linteum lecti tegmen, amplum & candidum, quod postea lecticariam sindonem, & torale appellarunt. *Varro de vita pop. Rom. vt citat Nonius*, Chlamydes, plagæ, vela, vasa aurea. *Idem*, Tabernis lectis, & plagis sigillatis.

Plagula, diminutiuum, quod pro varia significatione primitiui diuersa itidem sortitur significata. Nam in singulari exiguum vulnus siue exiguam plagam significat: In numero verò multitudinis modo minores casses: modo etiam paruam sindonem, quæ lecto insternitur, ἀποστεγασμός. *Liu. lib. 39.* Inde primùm lectos æratos, vestem stragulam purpuream, plagulas, & alia textilia, &c. Hinc *Vlpianus tit. de auro & arg.* plagulas inter multebres vestes recenset.

[Plagipatida, *Plaut. Mostell. sc. 1. a. 2.* Vbi sunt isti plagipatidæ? *Idem Capt. sc. 1. a. 3.* Nihil morantur iam Laconas imi iubitelli viros plagipatidas, &c.]

Plāgiārĭus, rij, Qui hominem, quem scit liberum esse, emit, vendit ve, aut pro seruo tenet: vel qui seruo aut seruæ persuadet, vt à domino, dominâve fugiat: vel cùm eum vel inuito, vel insciente domino celat, vinctum habet, emit, vel vendit. {ἀνδραποδιστὴς GAL. Qui detient en seruage homme libre, ou suborne le serf d'autruy pour le retirer. ITAL. *Chi tien huomo libero per seruo, ò chi presta aiuto ò consiglio à tenerio.* GERMA. Ein Menschenraub er/ einer der wissentlich ein freyen zu leibeygen kaufft oder verkaufft/ oder einem anderen hinderrucks seine leibeygen abzeucht/sie im hinderhaltet oder auch verkaufft/ vnnd mit dergleychen schelmenwerck vmbgeht. HISP. *El que hurta los esclauos ò libres.* ANGL. *He that intiseth a mans seruand to go frome him, or keepeth him in secret vnknawing of his maister.* } Dictus plagiarius, quòd qui criminis huius conuicti essent, lege Flauia plagis damnarentur. Lex ipsa, Plagiaria: crimen, Plagium vocatur. *Martial. lib. 1.* Impones plagiaria pudorem. Vbi per translationem Plagiarium vocat furem librorum suorum.

Plāgĭger, pen. corr. Quasi genitus ad terendas plagas. πληγοφόρος. *Plaut. in Pseud.* [*sc. 2. a. 1.*] plagigera genera hominum.

Plāgōsŭs, a, um, Plenus plagis. {πληγώδης. GAL. Plein de playes. ITAL. *Impiagato.* GERM. Vol streichen oder wunden. HISPA. *Lleno de plagas.* ANGL. *Full of woundes and stripes.* } vt Plagosa crura, *apud Apuleium.* ¶ Aliquando dicitur plagosus, qui multas plagas infert, πληκτικός. vnde *ab Horat. 2. lib. Epist. ad August.* Orbilius Grammaticus plagosus dicitur, quòd nimium sæuiret in pueros. Non equidem insector, delendaque carmina Liui Esse reor, memini quæ plagosum mihi parua Orbilium dictare, &c.

Plagusia, Genus piscis, ita dictum quòd non versus caput, sed εἰς πλαγίαν hoc est, in latera natet. *Plautus in Rudente*, Ostreas, balanos captamus, conchas, marinam viticam, Musculos, plagusias striaras.

PLANARIA, Insula est maris Liguſtici, sexaginta passuum millibus distans à Corsica, à specie sic dicta, quòd æqualis freto existat, ideóque nauigiis fallax. *Plin. lib. 3. cap. 6.*

PLANASIA, πλανασία. Insula est in mari Tyrrheno, non longè ab Ilua, *vt autor est Ptolemæus libro 3. capite 1. & Plinius libro 3. cap 6.*

Plāncæ, {לוחות *luchóth* קרשים *keraschim.* σανίδες. GALL. Planches. ITAL. *Tauole piane.* GERM. Ebne Bretter oder steckten. HISPA. *Tablas llanas.* ANG. *Plankes.* } Tabulæ planæ, *interprete Festo*, à planitie ita appellatæ *Plin. libro 8. cap. 43.* Nec pontes asini transeunt, per raritatem plancarum transluentibus fluuiis. Sic enim legit Calepinus: tametsi in castigatioribus exemplaribus hunc in modum legatur, Per raritatem earum transluentibus fluuiis.

Plānci, Qui supra modum pedibus plani sunt: id est, qui pedes imos graciles habent, planósque æqualiter, quasi tabellas, quæ plancæ vocantur. {splayfooted. ANGLIC. *Splaye footed.* } Itidem & Ploti, siue Plauti vocati sunt, *teste Festo*: vnde & M. Accius Sarsinas Poeta, à pedum planitie initio Plotus, deinde & Plautus cognominatus est. *Plin. lib. 11. cap. 45.* Vola homini tantùm exceptis quibusdam: nanque & hinc cognomina inuenta Plauti, Planci, Scauri, &c ¶ Plancorum Romæ celebris familia fuit, ex qua ortus est Numatius ille Plancus, qui Lugdunum coloniam in Gallia condidit, quam Seneca sua ætate testatur conflagrasse centesimo anno à quo condita erat.

Plānctŭs, *Vide* PLANCO.

Plane, *Vide* PLANVS.

[PLANESIVM, nomen proprium virginis. *Plaut. Curc. sc. 3. a. 1.*]

Plānctæ, penult. prod. {πλανῆται. GALL. Planetes. ITAL. *Pianeti.* GERMAN. Die Planetiffernen so stätigs zu wund von einander gehen. HISP. *Planetas ò estrellas erraticas.* ANGLIC. *Planets.* } Dicuntur septem cælestia corpora terris proxima, præter motum primi mobilis quo ab Ortu in Occasum rapiuntur, peculiarem quandam illique contrariam habentia conuersionem: nomen acceperunt ὅτι τὸ πλανᾶσθαι, ab errando, quòd hæ tres ex omnibus stellis errent & vagentur, reliquis in vno loco consistentibus, vnde & fixæ dicuntur. Latini Græcorum imitatione errantia sidera, & erraticas stellas: Nigidius etiam errones appellat. Ex his Saturnus summum locum obtinet, proximum Iupiter, tertium Mars, quem deinde Sol ordine subsequitur, Solem Venus, sub Venere Mercurius situs est, Luna vltimum terræque citimum, ideóque minimum orbem possidet.

Plāngo, gis, xi, ctum, Tundo, verbero. {מכה *hichcháh* מחה *machah.* κόπτομαι. GAL. Frapper. ITA. *Percuotere.* GERM. Schlahen. HISPAN *Herir.* ANGLIC. *To hitte, thumpe or knocke.* } *Lucilius*, Plangunt litora fluctus. *Ouid. 2. Metamorphos.* Plangere nuda meis conabar pectora palmis. [*Idem Oui. lib. 4. Fast.* Atque indignanti pectore plãgit humum.] ¶ Sæpe accipitur pro lamentari, & clara voce, pectorisque percussione similibúsque signis animi dolorem testari. {קונן *konén* ספד *saphádh* θρηνῶ, τὸ σῆμα κόπτομαι. GAL. Mener dueil, se tourmenter. ITAL *Piagnere.* GERMAN. Mit heulen vnd weinen an die Brust schlahen. HISP. *Llorar ò herir llorando.* ANG. *To bewaile and weep.* } *Virg. 1. Georg.* Nunc nemora ingenti vento, nunc littora plangunt. *Vbi Seruius*, Plangunt, id est resonant.

Plānctŭs, ctus, nomen, Lamentatio cum pectoris percussione, ictu femorum, manuum, pedum supplosione, crinium vulsione crinium, aliquando multitudinis imperitæ ineptis, animi dolorem indicantibus. {מספד *misphédh*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

קינה *kináh.κοπτὸς.* GAL. Grand dueil,frappemẽt contre la poitrine ou autre lieu. ITA. *Battimento di mani per dolore.* GER. Heulen mit ſchlahen an die Bruſt/wehklagung/leidgeſchrey. HISP. *Llanto con heridad manos.* ANGL. *A weeping,hitting or knocking.* } *Statius* 10. *Thebaid.* -vallantur planctibus aræ.Fœmineo cum planctu miſtus clamor. *Senec.Oct.* Proprie tamen eam ipſam percuſſionem qua ſummo in luctu pectus noſtrum, aliámve pectoris partem cædimus, planctum appellamus: à verbo plango, quod proprie ſignificat percutio, *Silius*, liuentia planctu Brachia. *Lucan. libro* 2. Exigit ad ſæuos famularum brachia planctus.

plāngŏr,oris,Percuſſus,verberatio.{מכה *machcháh.κοπτὸς.* GAL.Frappement,ITALIC.*Battimento.*GERM.Schlahung. HISP. *Herida.*ANGLI. *Hitting,knocking.* } *Catullus*,Procedunt,leuiterque ſonant plangore cachinni. ¶Sæpius pro lamentatione & planctu ponitur. {מספד *miſpédh* נה ק *kináh.ὀλοφυρμὸς.*GALLIC.Grand douleur.ITALIC.*Grand dolore.*GERMANIC. Ein leidgeſchrey/mit ſchlahung an den leib. HISPA. *Llanto con herida.*ANGLIC. *A be wayling ſorowing.* } *Cicero* 3. *de Oratore*, Plangore & lamentatione compleuimus forum. *Idem quarta Philippica*,Tu diadema imponebas cum plangore populi, ille cum plauſu reiiciebat.

plānĭpĕs,Planities,*Vide* PLANVS.

plānta,æ,Tota pedis pars inferior cui inſiſtimus,quem & imum pedem vocant.{כף *cháph.πατὰξ,πέλμα.* GAL.La plante des pieds. ITA. *Pianto del piede.*GERMANIC.Die ſolen vnden an den füſſen. HISPAN. *La planta,ò bazo del pié.*ANGLIC.*The ſole of the foote.* } *Virgilius in Moreto*, Cruribus exilis,ſpatiola prodiga planta. *Plin.lib.*7.*cap.*2. Eudoxus in meridianis Indiæ, viris plantas eſſe cubitales, fœminis adeo paruas vt ſtruthopodes appellentur. *Ouid.*2. *Metamorp.* vt terſis niteant talaria plantis. *Iuuen.Satyr.*14. ancipiti fingens veſtigia planta. ¶In ſtirpibus autem plantæ dicuntur iurculi transferendi, vel inſerendi gratia à matre rapti, vel ſtirpes adhuc teneriores qui cum radicibus de loco vno in alium transferri poſſunt. {φύτευμα.GAL. Vne plante d'arbre, ou d'herbe. ITA. *Pinta d'arbore.*GER.Ein zweyg/ein ſchoß das man einzweiget.HISP. *La planta para plantar.*ANG. *A plante a ſtipe of a tree.* } *Virg.* 2.*Georg.*Hic plantas tenero abſcindens de corpore matrum Depoſuit ſulcis. *Plin.lib.*17.*cap.*15. Statiuæ plantæ ſylueſtrium radicibus inſeruntur natura ſiccioribus. *Cic.de Senect.* Malleoli plantæ:ſarmenta,vites, traduces,propagines nónne ita afficiunt vt quemuis cum admiratione delectent? *Virg.*2.*Georg.*deinde feraces plantæ immittuntur. [*Quinſilia.*Generoſioris arboris planta,ſtatim cum fructu eſt.]

plāntārĭă,ōrum, Ipſæ plantæ,*teſte Seruio*,quæ e ſemine ortæ cum radicibus & terra propria transferuntur de vno loco in altum. {φυτόσπειρα. GAL. Vne pepiniere, plante d'arbres ou d'herbes. ITAL. *Pianta d'albero.* GERM. Ein ſetzling ſo man mit ſampt den wurtzen außgrabet vnnd an ein ander orth ſetzet. HISPAN. *Las plantas que ſe transponen con ſu rayz.* ANGL. *Plantes or yong ſpring of trees and hearbes.* } *Virgil.* 2.*Georg.*Syluarúmque aliæ preſſos propaginis arcus Expectant,& viua ſua plantaria terra. ¶Plantaria etiam dicuntur plantarum loca. *Plin. lib.*13.*cap.*4. Ergo plantaria inſtituunt,annículaſque transferunt,& iterum bimas:gaudent enim mutatione ſedis. *Idem libro* 15.*cap.*1. At nunc etiam in plantariis ſerunt, tranſlatarúmque altero anno decerpuntur baccæ. *Idem lib.*17. Quædam in plantario inſita,eodem die transferuntur. *Perſius Satyr.*4. vocem hanc ad obſcœnarum partium vermiculos tranſtulit. Quinque (*inquit*) palæſtritæ licet hæc plantaria vellant, Non tamen illa filix vllo manuetcit aratro.

plāntārĭs,hoc plantare,adiectiuum à planta,quum imum pedem ſignificat. *Statius libro* 1. *Thebaid.* Summa pedum propere plantaribus alligat alis.

plāntārĭŭs,ria,rium, Quod plantari debet,ſeu quod eſt aptum vt plantetur. {φυτόσπειος. GAL. Qui ſe peut planter. ITAL.*Che ſi puo piantare.* GERMAN. Das man zweigen oder pflantzen kan. HISPA. *Coſa que ſe puede plantar.* ANGL. *Meet to be planted,ſett or griffed.* } *Colum.lib.*5. *cap.*9. Ipſæ autem arbuſculæ hoc modo poſſunt transferri: ante quàm plantarias arbuſculas effodiat ſolo, rubrica notato partem eius quæ meridiem ſpectet.

plāntĭgĕr,ra,rum,Plantas gerens. {φυτοφόρος.GALL.Qui porte plantes. ITAL. *Chi porta piante.* GERM. Das zweig tregt. HISPAN. *Coſa que trae plantas.* ANGLIC. *That hath or beareth plantes.* } vt Plantigeræ arbores, quæ ex ſeſe pullulando plantas emittunt. *Plinius lib.*13.*cap.*8. Siliqua plantigera eſt in imis partibus.

plĭnto,tas,Sero. {נטע *natá* שתל *ſchathál.* φυτεύω. GALLIC. Planter. ITAL. *Piantare.* GERMANI.Zweigen/pflantzen. HISPA.*Plantar arboles ò plantas.* ANGL. *To plant,to ſett,to greff.* } *Plin.lib.*7.*c.*10. Hoc modo plantantur pumicæ. Huius compoſita, Deplanto,quod eſt contrarium ſuo ſimplici,Explanto & Supplanto.*de quibus ſuis locis.*

plāntātĭo, Satio. {נטע *nétaʿ* מטע *mattáh φύτευσις.* GALLIC. Plantation,plantement. ITALI. *Piantatione,piantamento.*GER.Pflantzung/ zweigung.HISP.*Plantamiento.*ANG.*A ſetting or greffing.* } *Plinius li b.* 21.*cap.*4. Vnde accolæ transferentes conſenſerunt, ipſaque plantatione proficiunt.

plāntāgo,inis,Herba eſt nota. {ἀρνόγλωσσον.GALLIC. Plantain.ITALIC. *Piantagine.* GERMANIC.Wegerich.HISP.*La llanten.*ANGLIC.*A plantaine or waybred.* } Duo ſunt eius genera,Quæ minor eſt anguſtiora habet folia & nigriora, linguæ pecorum ſimillima, caule anguloſo,in terram inclinato. Maior, foliis eſt laterum modo incluſa: quæ quia ſeptena ſunt, quidam eam heptapleuron vocauere. *Autor Plin. lib.*25.*cap.*8.

plānŭs,a, um, priore prod. Æqualis, in quo nihil eminet. {ישר *iaſchár.* ὁμαλός.GAL.Eſgal.ITA. *Piano,vguale.*GERM Eben.HISPANI. *Llano ò ygual.*ANGLIC.*Equall,euen.* } vt planum ſolum, *apud Plinium Epi.*161.*Martial.lib.*1.Et planus modico tumore vertex.*Cicer.*2.*de Natura deorum*, Quúmque duæ formæ præſtantes ſint,ex ſolidis globus (ſic enim ſphæram interpretari placet) ex planis autem circulus aut orbis. *Liuius lib.*34.& Romani ſimul à portu,vnde aditus planior erat, vt diſtenderent ab apertiore loco hoſtes,&c.*Cicer.pro Cæcin.*Sed ne æquo quidem & plano loco. [*Senec.cap.*10.*de Tranquill.* In planum deferenda fortuna. *Plautus in Milit.ſc.*4 *a.*2. Dudum hoc planum quidẽ.] *Ouid.*3.*Triſt.Eleg.*4. Qui cadit in plano (vix hoc tamen euenit ipſum) ſic cadit vt tacta ſurgere poſſit humo.[*Sueton.in Auguſt.cap.*94. In loco plano(.i.humili.)] ¶De plano,vel e plano aliquid facere,quid ſit, docet *Budæus loco Vlpian. lib.*2.*de Conſtit. prin.* Vel cognoſce is decernit,(*ait Vlpianus*) vel de plano interlocutus eſt. De plano,inquit,hoc eſt,à Iudice non ſedente. Solent enim Iudices in tribunalibus editioribus ſedere.*Paulus de Quæſtor.l.Vnius*, Cuſtodiæ,non ſolùm pro tribunali,ſed & de plano audiri poſſunt,atque damnari. *Sueton.in Tiber. cap.*32. Iudicéque aut è plano,aut è quæſtoris tribunali,admonebat,id eſt e ſolo in quo populus ſtabat. Hîc *à Suet.* De plano & pro Tribunali opponuntur.] *Papin.in l.Miles.ad leg.Iul.de adult.*Libellus(*inquit*) de plano dari poteſt, id eſt Iudice non ſedente, vel diebus feriatis. *Planipedis ædificium dicitur à Vitruuio, ad differentiam concamerationis & hypogei.*lib.6.*c.*10. Et plano pede ad differentiam cõcameration um.*lib.*7.*cap.*1.*&*4.*Budæus.* ¶Plani pilces dicuntur qui ſuperficiem planam,non rotundam habent,vt ſunt rhombi,& raiæ, *Plin.lib.* 9.*c.*24.Planorum piſcium alterum eſt genus quod pro ſpina cartilaginem habet. ¶Planus accipitur aliquando pro aperto, & manifeſto: quòd quæ plana ſunt, nullum impedimentum habeant quin vndecúque videri poſsint.{צח גלוי *tſach ghalúi.* σαφὴς.GAL.Clair & euident. ITA.*Piano,chiaro.*GER.Heyter vnd klar/ verſtendlich/ gut zumercken vnd zuuerſtehn.HISP.*Claro,manifieſto.*} *Plaut.in Perſa.* Satin' hæc tibi ſunt plana & certa? Planum facere, eſt declarare, & rem difficilem aut dubiam ſoluere, & ante oculos verbis explanando ponere & patefacere, tranſlatione ſumpta à loco inæquali, qui cultu adhibito, aut opera planus fit. *Cic.*2. *Verrin.* Hoc planum factum eſt. *Idem pro Roſc.Amer.* Planum fac. ¶Apud eundem pro Flacco, Plana & ſtabilis via.}{ præceps,lubrica legitur.

plānē,aduerbium,Certò,omnino.{ἀκριβῶς:σαφῶς. GALLIC.Plainement, clairement,certainement.ITAL.*Certamente,chiaramente.*GER.Eingentlich/ Gewißlich/gar wol.HISP.*Ciertamente,llanamente,claramente.*ANG. *Plainelie,euenly.* } *Terent. in Heaut.* Sed te miror, qui alia tam plane ſcias. Aliquando ponitur pro clare, aperte,manifeſte. σαφῶς. *Plaut. in Menæc.ſc.*1.*a.*2.Non potuit paucis plura plane proloqui. [Vide vt ſcribas plane & probe. *Plaut.Aſin.ſc.*4.*a.*3.Vtlane ea eſt? Imò plane ea eſt. *Plaut.Milit.ſc.* 5.*a.*2.Vin' ſcire plane(an ea ſit.) *Plaut.Milit.ſc.*6. *a.*2. Iſtam colloca crumenam in collo plane (ac mox) Quod tibes me plane collocare.*Plaut.Aſin.ſc.* 4.*a.*3.P.ſtraus populi.B.planiſſime.(aſſentientis) *Plaut.Pſeud.ſc.*3.*a.*1. B. Tu illius ſeruos es. H. Planiſsimè. *Plaut.Pſeud ſc.*7.*a.*4.] ¶ Quanque omnino,funditus,penitus. {πάντως.GAL.Totalement.ITA.*Al tutto,à fatto.*GERM.Gantz vnd gar,Gentzlich.HISPAN.*Del todo.*} [Quatuor minæ periere plane,vt ratio redditur.*Plaut.Men.ſc.*3.*a.*1.Plane perdidiſti mulierem. *Plaut.Pſeud.ſc.*7.*a.* 4.Srulta es plané.*Idem Moſtell.ſc.*3.*a.*1.Sagina plane eſt. *Ibidem.* Ex hac familia me plane excidiſſe intelligo.*Plaut.Menæch.ſc.*2.*a.*4.] *Cic.Treb.* Quare ſi plane à nobis deficis,moleſte fero.

plānĭŭs,& Planiſsimè.*Plaut.in Capt.* [*ſc.*1.*a.*1.] Eſt ne inuocatum,an nõ? planiſsime.Verùm hercle,verùm vos parafiti,planius, Quos nunquam quiſquam neque vocat,neque inuocat. *Cic.*3. *Verr.* Non poſſum illa planius commemorare, quàm ipſum Ligurem pro teſtimonio dicere audiſtis. *Idem* 2.*de Diuin.* Multi etiam naturæ vitium meditatione atque exercitatione ſuſtulerunt, Demoſthenem, vt ſcribit Phalereus, quum Pyrrho dicere nequiret, exercitatione feciſſe vt planiſsimè diceret.[Vide ſupra in dictione præcedente.]

plānĭlŏquŭs,a,um,Qui planè,& aperte dicit quod ſentit, & liberè. {παρρησιαστικὸς,φανερολόγος.GA.Qui dit plainemẽt & apertemẽt ce qu'il veut. ITALIC. *Che ragiona liberamente.*GERM.Der frey heiter oder glat außhin redt.HISPANIC. *El que habla francamente.* ANGL.*That ſpeaketh plainelie and freelie.* } *Plaut.in Trucul.* Planiloqua eſt, paucis vt rem ipſam attigit.

plānārĭŭs,a,um, à Plano, quod de plano fit:vt planaria interpellatio,pro compellatione magiſtratus quæ fit de plano, id eſt, antequam in tribunal aſcenderit. *Conſtat l.*4.*C.de dilat.* Et cognitio cauſæ non interpellatione planaria,ſed conſidente iudice colligatur.

plānĭpĕs,huius planipedis,Qui pedes planos habet,πλατύπους. [Quis iſtam faciem planipedis ſenis.(ſunt verba Caſsij generi *apud Quint.Vide de interpretem Iuuen.Satyr.*8.)] *Diomedes* ſcribit planipedem Græcè μίμον ſignificare. Vnde comœdiæ ſiue fabulæ genus dicebatur Planipedia,vbi nullo procedebatur cultu, quod actores pedibus planis,id eſt nudis proſcenia introirent:non vt tragici actores, cum cothurnis:neque vt comici,cum ſoccis.Ideo ob vtilitatem actorum qui plano pede in ſcena erant,& ob humilitatem argumenti,*vt inquit Donatus*,Planipedia dicta eſt.Siue quòd olim non in ſuggeſtu ſcenæ,ſed in plano orcheſtræ,poſitis inſtrumentis mimicis actitarent.

plānĭtĭēs, planitiei, Æquálitas, vel locus planus. {נקעה מישר *meſchár bikʿáh* כבר *chichchár.ὁμαλότης,πεδίον.*GALLIC.Vne plaine,vn lieu vni & eſgal.ITA. *Piannezza,piannura.* GERM. Ein ebne.HIS.*El llano,llanura.* ANGLIC. *A plaine,or euen placé.*} *Salluſt. in Catil.* Nam vti planities erat inter ſiniſtros montes,& dexteram rupem aſperam, octo cohortes in fronte conſtituit.*Liuius* 7.*ab Vrbe*, Duúm millium planities cæſtra Romana ab Hernicis dirimebat. *Cæſar ſeptimo belli Galli.* Legiones vt primùm planitiem attigerunt,infeſtis contra hoſtes ſignis conſtiterunt.

plānĭtūdo,inis,planities.{מישור *miſchór* ישר *jáſcher.ὁμαλότης.*}*Colum.lib.* 4.*c.*30 Perticæ cacuminum modicæ planitudinis, quæ tamen diponendarij orbiculi craſſitudinem non excedant,optimè pangantur.hoc eſt quæ ſint aliquantulum planæ.

*plānĭtās,huius planitatis.*Tacit.de Orat.* Is compoſitionis decor,ſententiarum planitas.Fortaſſe legendum plenitas.

plānŭs,priore corr.{πλάνος. GALL. Vn affronteur,ou abuſeur,trompeur. ITA.*Ingannatore,barro.*GERMA.Ein betrieger.HISP. *Engannador.*ANG. *A deceiuer.*}ab *A.Gellio lib.*16.*cap.*7.commemoratur inter voces inuſitatas,quibus vſus ſit Laberius Mimus: quo nomine ſignificari exiſtimant ſycophantam.Budæus autem ait impoſtores à Græcis planos dictos,ſed certi cuiuſdam generis impoſtores, inſigni verſutia præditos: quo vocabulo potius quàm Latino *Cicero pro Cluentio* vſus eſt, Hic ille planus, inquit,improbiſsimus,quæſtu iudiciario paſtus,&c. *Horatius quoque lib.*1.*Epiſtol.*Nec ſemel irriſis triuiis attollere curat Fracto crure planum: licet illi plurima manet Lacryma,per ſanctum iuratus dicat Oſirim,Credite,non ludo,crudeles tollite claudum:Quære peregrinum,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

grinum, vicinia tota reclamat. Quo in loco Planus (*vt Aeton annotauit*) nomen est notissimi sui temporis impostoris, qui vt in vehiculo tolleretur, fingebat se crus fregisse, sed quum postea vere crus fregisset, rogarétque vt vehiculo in vrbem reueheretur, non est ei creditū. *Eustathius Homeri interpres in Odysseam sic inquit, interprete Budæo*, Planus est, qui artem quandam profitetur imponendi etiam spectantibus: quales fuerunt Cephisodorus, & Pantaleon, & Matreas apud Alexandriam.

Plāsmă, atis. {יצר *jótser*. πλάσμα.} Figmentum siue commentum. Ἀπὸ τῦ πλάττειν. quod est fingere, siue simulare. ¶ *Persius* plasma pro quodam medicamento vsurpauit, quod ex rebus liquidis adiuuandæ vocis gratia confici solet. *Satyr.* 1. -liquido cum plasmate guttur Mobile colluetia rit. [*Quintilia. capite* 14. *lib.* 1. Plasmate effeminata vox.]

Plāstēs, plāstæ, masc. gen. {יצר *jotsér*. πλάστης.} Gal. Potier de terre, qui faict ouurages de terre. Ital. *Colui che lauora di terra, vasajo.* Germ. Ein Hafner / der etwas Bildwercks auß erden machet. Hispa. *El que haze alguna cosa de barro, obrador de los vasos de tierra.* Ang. *A potter, that maketh pottes or other vessell of earth.* } Pictor qui figlinam artem exercet, qui & figulus dicitur: item qui ex argilla statuas conficit. *Plini. libr.* 35. *capite* 12. Plastæ laudatissimi fuere Damophilus & Gorgasus. [Plastæ & scalptores.]

Plāstĭcē, huius plastices, pen. corr. fœm. generis. {πλαστική. Gallic. L'art de poterie, ou faire images de terre esleuees. Ital. *L'arte di coloro che lauorano di terra.* German. Die Hafnerkunst / die Kunst etwas auß erden oder leim zu formieren. Hisp. *Arte para obrar de barro.* Anglic. *The art of making earthen vessels.*} Ars figlina, qua finguntur imagines ex argilla: Ἀπὸ τῦ πλάττειν, quod est fingere. *Plin. lib.* 37. *cap.* 7. Similitudines exprimendi quæ prima fuerit origo, in ea quam plasticen Græci vocant dici conuenientius erit. Hinc & proplastice, προπλαστική, dicitur ars faciendi typos, id est formas ex argylla siue gypso, quas in æreis, marmoreisve operibus imitabantur. Dicitur etiam proplastice, pro ipsa forma quam ad formanda alia opera adhibent. *Plinius*, Arcesilai proplasticem pluris venire solitam constat ab artificibus ipsis, quàm aliorum opera.

[Plātagidorvs, nomen proprium militis *apud Plau. in Curc sc.* 1. *a.* 3.]

Plătălĕă, leæ, à *Cicerone* 2. *de Natu. deor.* appellatur auis quam Plinius plateam vocat. *Ælianus* eandem facit cum pellicano. *Vide infrà in dictione* PLATEA.

Plātamodes, πλατυμώδης, Pelopponesi oppidum in tractu Occidentali centum stadiis distans a Coryphasio promontorio, *teste Strabone lib.* 8. Dictum videtur à fossis mari propinquis, aquam salsam recipientibus, quæ Græci vocant, πλαταμῶνας.

Plātanistvs, πλατανιστός, Promontorium est Peloponnesi, non procul à Leprio, *cuius meminit Plin. lib.* 4. *cap.* 5.

Plătănŭs. {πλάτανος. Gal. Plane ou plaine. Italic. & Hisp. *Platano.* Ger. Maßholderbaum. Ang. *A plaine tree.*} penultima correpta. Arbor late spargens ramos, vmbræ tantùm gratia expetita: Ἀπὸ τῦ πλατύνεσθαι, hoc est à latitudine nomen sortita. *Petronius Arbiter.* Nobilis æstiuas platanus diffuderat vmbras. *Virg.* 2. *Georg.* & sterili platani malos gessere valentes. *Cicero* 2. *de Orat.* Platanus od opacandum locum patulis diffusa ramis. [*Quint.* Platani steriles & Myrti toniæ.] De hac arbore sic scribit *Plin. lib.* 12. *cap.* 1. Qui non iure miretur arborem vmbræ gratia tantùm, ex alieno petitam orbe Platanus hæc est, per mare Ionium in Diomedis insulam, eiusdem tumuli gratia primùm inuecta: inde in Siciliam transgressa, atque inter primas donata Italiæ, & iam ad Morinos vsque peruecta, ad tribunarium etiam pertinens solum, vt gentes vectigal & pro vmbra pendant. ¶ Legitur & platanus, us, quarræ inflexionis. *Virg. in Culice*, Nam primum prona surgebant valle patentes Aeriæ platanus.

Plătănētum, ti, pen. prod. πλατανών. Locus platanis consitus.

Plătănīnŭs, a, um, Quod ex platano est. {πλατάνινος. Gal. De plane. Ita. *Di platano.* Ger. Das von dem Maßholderbaum ist. His. *Cosa de platano.* Angli. *Of a plaine tree.* } vt Folia platanina, apud *Colum. libro* 12. *cap.* 16.

Plătănĭstă, æ, piscis est in Gange Indiæ fluuio nascens, delphino rostro & cauda similis, sed multo maior, vt qui in longitudinem quindecim cubitorum excrescat. *Autor Plin. lib.* 9. *cap.* 15.

Plătĕă, æ, penultima indifferens, quanuis secundum Græcam originem producenda videatur. {רחוב *rect ób* שוק *schok* חוץ *chuts.* Gallic. Vne grande & large rue, place publique. Ita. *Via larga, boigo, piazza.* Ger. Ein weite gaſſen / ſtraß. Hispani. *La plaça, aldea, ò barrio.* Ang. *A broade streat, the high waye.*} Nam Græci πλατεῖαν dicunt, Plateam Latini, sicut μαῖαν Medeam, σπονδεῖον, spondeum. *Horatius tamen in Epistola corripuit.* Puræ sunt plateæ, nihil vt properantibus obstet. *Similiter & Catullus ad Aurelium.* Istos qui in platea modò huc, modò illuc, In re prætereunt sua occupati. Sunt autem plateæ viæ latiores in vrbibus, & qui vici appellantur. *Terentius in And.* In hac habitasse platea dictum est Chrysidem. [Nam omnes plateas perreptaui, &c. *Plaut. Amph.* Ne me indicetis qua platea aufugerim. *Plaut. Menæch. sc.* 3. *a.* 5. Ne quis in hac platea negotij conferat quicquā sui. *Plau. Capt. sc.* 1. *a.* 4. *Et Cur. sc.* 1. *a.* 2.] ¶ Quandoque etiam capitur pro area in qua conuenire populus solet. *Lampridius in Heliogabalo*, Plateas in palatio strauit Lacedæmoniis & Porphyreticis saxis. ¶ Est & nomen auis quæ ad eas volat quæ in mari merguntur, & capita illorum morsu corripit, donec capturam extorqueat. Dicta platea à latitudine corporis. *Vide Plinium l.* 10. *c.* 50. *Cicer.* Blataleam *vocat l.* 2. *de Nat. deor.*

Plătææ, arum, per æ diphthongum in penultima, πλαταιαί. *Stephano*, Ciuitas est Bœotiæ, sub Cithærone monte, non longe à Thebis. Dicta à latitudine remorum, *vt inquit Strab. l.* 9. Nam πλάται, Græcis est latior pars remi: Platæenses autem remigatione victum quæritabant. Non procul ab hac vrbe Pausanias & Aristides Mardonium Xercis ducem & consobrinum superauere. [*Vide Plutarch. in Aristid.*] Hinc platæenses, πλαταιεῖς, populi dicti.

Plăto, onis, πλάτων, Philosophus, ab humerorum latitudine ita cognominatus, quum antea ex aui paterni nomine Aristocles vocaretur. Fuit egregio corporis habitu, & in palæstra se exercuit apud Aristonē palæstritā, à quo primùm cognominatus est Plato. Natus est Athenis eo die quo apud Delon Apollo. Studuit picturæ: & tragœdias, poëmatáque edidit. Adeò autem in omni disciplinarum genere, & præsertim in philosophia excelluit, vt Diuinus Plato, & philosophorum Homerus vocatus sit. *Cicero in lib. Tusc. Quæst.* Platonicæ maiestatis maximus est buccinator, adeò vt ipsum Deum appellet. Labeo etiam inter semideos commemorandum putauit. Et defuncto, Magi vt Deo immolauerunt. Fuit varius, multiplex, & tantæ eloquentiæ, vt Iouem (si Græce loqui voluisset) Platonicè loquuturum philosophi dicerent. Athenis primùm Socrati dedit operam. Deinde dum licuit per ætatē, in Italiam profectus est, vti Pythagoreos audiret, vbi Philolai Crotoniatæ libros de secta Pythagorea centum minis atque adeò in difficultate rei familiaris mercatus est, ex quibus multa in suum Timæum trāstulit. In Ægyptum deinde properans, vt audiret Gymnosophistas, oleūm (*vt ait Plutarchus*) secum mercaturæ gratia vexit, vt viaticum sibi inde suppeditaret. vbi & libros Moseos legisse creditur. Ter in Siciliam nauigauit, primùm Ætnæ flagrantis visendæ gratia, *vt Apul. ait.* Reuersus apud Æginam captus est à piratis, ac minis triginta venundatus. Deinde à Nicete Cyrenæo redemptus est. Iterum rediit sub iuniore Dionysio spe liberandi Siciliam. Sed paulò post expulso Dione, & ipse suspectus remigrauit. Tertio, quum maximè nollet, rogatus ab Archita vt Dionem tyranno reconciliaret, iter ingressus ab eodem Dionysio obuiam procedente quadrigis exceptus est. Demum in suspicionem veniens, vix rogante & spondente pro eo Archita, dimissus. Dialogum primus illustrauit, licet prius inuentum à Zenone Eleate, *vt Aristoteles tradit, vt Fauorinus*, ab Alexamene Teio. Decessit annos natus LXXXI. morbo, vti fertur, pediculari. [Is moriens triplici nomine Deo gratias egit, vt testatur *Plutarch. in Mario.*] *De hoc Quintilianus*, Platonem (*inquit*) quis dubitat esse philosophorum præcipuū? ex quo multum eloquentiæ se traxisse *Cicero* faterur: siue acumine disserendi, siue eloquendi facultate, diuina quadam & Homerica, multum enim supra prosam orationem, & quam pedestrem Græci vocāt, surgit, vt mihi non hominis ingenio, sed quodam Delphico videatur oraculo instructus. Vita fuit cælebs, ac castus, vt scribit *Augustinus. Vide plura de eo apud Plutarch. in vitæ eius.* ¶ Plato, alter Athenien sis, Poëta priscæ comediæ, tempore Aristophanis & Eupolis, cuius fabulas *Suidas commemorat, & Athenæus in Dipnosophistis.* ¶ Tres item alios Diogenes Laertius commemorat: vnum Rhodium philosophum, discipulum Panætij: alium Peripateticum, ex Aristotelis ludo: tertium Praxiphanis discipulum.

Plātōnĭcŭs, penult. correpta, Quod est Platonis.

Plătўcĕrōtēs, πλατυκέρωτες, Animalia latis armata cornibus. *Plin. lib.* 11. *cap.* 37. Aliorum cornua natura finxit in palmas: digitósque emisit ex iis: vnde platycerotas vocant.

Plătўŏphthălmŭs, πλατυόφθαλμος, Lapis spumæ candidæ nitentísque, non tamen transluccntis, quod stimmi appellant, alij stibium, alij alabastrum, alij larbason. Dictum platyophthalmon, quòd calliblepharis admistum mulierum dilatet oculos. *Vide Plin. lib.* 33. *cap.* 6. Vulgus *Antimonium* vocat.

Plătўphўllŏn, πλατύφυλλον. Genus tithymalli à latitudine foliorum dictum: *de quo Plin. libro* 26. *cap.* 8.

Plaūdo, dis, si, sum, Gratulor, lætitiam manibus pedibúsque ostendo. {מכה יח *maehéh iadh* ספק יד *sophak iadh.* κροτέω. Gal. Frapper les mains l'vne contre l'autre, en signe que quelque chose plaist. Ita. *Applaudere, sbatere con le mani.* Germa. Die hend von frewd zusammen schlahen / frolocken. Hispan. *Fauorescer, hazer palmas con los manos en sennal de alegria ò fauor.* Ang. *To reioice, to clappe handes for ioye.*} *Seneca*, Vnam ró adiiciam, & fauere, ac plaudere te iuuabit. *Cic. ad Attic. lib.* 2. Inimici erant equitibus, qui Curioni stantes plauserant. *Idem pro Sestio*, His in theatris plaudebatur. *Virgil. 6. Æneid.* Pars pedibus plaudunt choreas, & carmina dicunt. [Plaudunt parum (saltanti) clamitant me vt reuortar. *Plau. Pseud. sc.* 1. *a.* 5. Lepide dictum, Euge, Plaudo Scaphæ. *Plaut. Mostel. sc.* 3. *a.* 1. Quaque ibis manibus circum plaudere tuorum. *Ouid. Eleg.* 2. *lib.* 4. *Trist.* Cúmque fefellit amans aliqua nouitate maritum plauditur & magno palma fauore datur. *Ibidem Eleg.* 1. *li.* 2. Pueri plaudite, & mihi ob iactum (Veneris) Cantharo mulsum date. *Plaut. Asin. sc.* 2. *a* 5.] Plaudere sibi, est sibi blandiri, & placere, sua nimium amare. *Plinius Epist.* 91. Nec ipse tibi plaudis, & ego nihil magis ex fide, quàm de te scribo. ¶ Plaudite, verbum addi solitum in fine comœdiarum, *Quintilian. lib.* 6. *cap.* 2. Tunc est commouendum theatrum, quum vētum est ad ipsum illud, quo veteres comœdiæ tragœdiæque clauduntur, Plaudite. *Horat. in Arte*, & vsque Sessuri donec cantor, Vos plaudite, dicat. [*Plau. Men. sc. vlt. a.* 5. Nunc spectatores valete, & nobis clare plaudite. *Idem in Curc.* Quæ res vertat bene mihi & vobis Spectatores plaudite. *Item in Amphitr.* Nunc spectatores Iouis summi causā clarè plaudite,] * Plaudere aliquem, Cum plausu laudare *Statius* 5. *Sylu.* non toties victorem Castora gyro Nec fratrem cæstu, vt rides plausere Terapnæ. Huius composita sunt Applaudo, id est alicui Plaudo, ἐπικροτέω: & Supplaudo, de quibus suo loco.

Plaūdĭ, plausi. *Cicer. Attic.* Populum verò præclarum, quod propter malum vicinum, ne victoria quidem plauditur. Id est plausu excipitur. *Ouid. 4. Trist. Eleg.* 2. Quáque ibis, manibus, circumplaudēte tuorum.

Plaūdĭtŭr, impersonale. *Ouid.* 2. *Trist.* Quúmque fefellit amans aliqua nouitate maritum, Plauditur, & magno palma fauore datur.

Plaūdēns, tis, participium. {ספק יד *sophék jadh.* ἐπικροτῶν. *Virgil. 5. Æneid.* -& alis Plaudentem nigra figit sub nube columbam: hoc est, sonora percussione alas diuerberantem.

Plaūsŭs, a, um, aliud participium. κροτηθείς. *Virg. 3. Georg.* -& plausæ sonitum cornicis amare. *Ouid. 4. Metamorp.* -numerúsve ex agmine maior Subuolat, & remos plausis circumuolat alis.

Plaūsŭs, sus, Actus ipse plaudendi. {ספק יד *sephek jadh.* κρότος, κρότημα. Gal. Frappement des mains en signe de ioye ou de faueur. Italic. *Plauso, applauso.* Germa. Frolockung / freud erzeigung mit zusamen schlahen der henden vnd dergleichen zeichen. Hispan. *Aquel fauor.* Angli. *Clapping of handes for ioye.*} *Cic. in Catil.* Quibus quum à cuncto consessu plausus esset multiplex datus. *Idem Attic. lib.* 2. Huic plausus maximi, consalutatio feroūsis perhonorifica. [*Plaut. Capt. sc. extrema*, Qui pudicitiæ præmium esse vultis, plausum date. *Idem in Asinar. in fine*, Si plausum clarum datis. ¶ Ponitur aliquando pro sonora percussio-

ne. *Plin. de gallinaceis*, Diem venientem nuntiant cantu, ipsum vero cătum, plausu laterum, hoc est alarum concussu.

Plausibilis, & hoc plausibile, Fauorabile, iucundum, populare, quod plausu populi excipi solet. } κεκροτημένον, κροτητόν, δημοτικόν. GALLIC. Fauorable, plausible. ITALIC. *Popolare, fauorabile.* GERMANIC. *Liebtich/annemlich/anmütig.* HISPANIC. *Fauorable y fauoreſcido.* ANGLIC. *Pleaſant, to be receaued with ioye.* } *Cicero 3. Tuſculan.* Quoniam plausibilia hæc non sunt, vt in sinu gaudeant, gloriose loqui desinant. *Idem 1. Ver.* Id nunc poscitur, id iam populare, atque plausibile factum est. Sic Oratio plausibilis quæ placet & plausum populi meretur. *Quintil. libro 4. capite 13.* In aliquem lætum atque plausibilem locum quàm maximè possent fauorabiliter excurrere. [*Idem Quintilian.* Populare, & plausibile.]

[Plausibiliter. *Diomed. li. 1.*]

Plausor, oris, verbale. { ספק יד *ſophék jadh.* κροτητής, κροτήστης. GALLIC. Celuy qui frappe les mains l'vne contre l'autre en signe de ioye. ITA. *Chi batte le mani inſieme per laudare alcuno ò per alegrezza.* GERM. Ein frotcker mit zuſammen ſchlahung der henden. HISP. *El que fauoreſce ò ſe alegra heriendo las manos.* ANG. *A clapper of the handes for ioye.* } *Horat. 2. Epiſtol. 2.* Qui se credebat miros audire tragœdos, In vacuo lætus ſeſſor, plausórque theatro. *Idem in Arte*, Si plausoris eges aulæa manentis & vſque Seſſuri.

Plausito, as, frequentatiuum à verbo plaudo, πολυς ὑπο κροτεῖν. *Autor Philomelæ*, quisquis fuit is (Ouidij enim non esse satis constat) putauit eo verbo palumbisonum exprimi. Plausitat, *inquit*, arborea clamans de fronde palumbes.

Plaustrum, stri, Currus, quòd ex omni parte sit palam quod in eo vehitur, *vt inquit Varro li. 4. de lingua Latina.* { עגלה *ħagħaláh. ἁμαξα.* GAL. Chariot. ITALIC. *Carro.* GERMANIC. Ein wagen. HISPANIC. *El carro ò carreta para cargos.* ANGLIC. *A wayne or carre.* } *Plautus in Epid.* Perij, plaustrum perculi. *Cicero 1. de Diuinat.* Se interfectum in plaustrum, à caupone esse coniectum. *Ouid. 2. Metamorph.* Quanuis tardus eras, & te tua plaustra tenebant. *Virgilius 1. Georgicor.* Tardaque Eleusinæ matris voluentia plaustra. [Ducunt (per glaciem) Sarmatici barbara plaustra boues. *Ouid. Eleg. 10. libro 3. Triſt.* Ruris opes paruæ pecus & stridentia plaustra. *Ibid.* Stridula Sauromates plaustra bubulcus agit. *Ibid. Eleg. 12. l. 3.* Plus plaustrorum in ædibus (matronarum) videas, quàm ruri, quum ad villam veneris.] ¶ Plaustrum item accipitur pro Septentrionalibus duobus syderibus, quas & Vrsas appellamus. Constat enim vtrunque ex quatuor stellis in quandrangulum dispositis, quæ totidem rotarum speciem referunt : & aliis tribus, quas qui poeticam Astrologiam descripterunt, tribus equis currum trahentibus assimilarunt. *Ouid. 10. Metamorphoſ.* Flexerat obliquo plaustrum temone Bootes. *Senec.* Oedipo, Quáque despectat vertice summo Sydus Arcadicum, geminúmque plaustrum. ¶ Plaustrum item aliqui pro matronarum vehiculo accipiunt, quemadmodum & carpentum. *Liuius 5. ab Vrbe*, Honoremque matronis ob eam magnificentiam habitum, vt plaustro ad sacra, ludósque carpentis festo, prosestóque traherentur. Est hæc digna Calepino commentatio, qui pro pilento plaustrum seminauit.

Plaustrārius, Artifex plaustrorum. *Lampridius in Alexand.* Seuero, Braccariorum, linteonum, vitrearíorum, pellionum, plaustrariorum, argentariorum, aurificum, & cæterarum artium pulcherrimum vectigal instituit.

PLAVTI, Qui sunt planis pedibus, antea Ploti nominati. πλατύποδες. *Festus*, Ploti appellantur qui sunt planis pedibus : vnde & poeta *Accius*, qui Vmber Sarsinas erat, à pedum planitie initio Plotus, postea Plautus est dictus. Soleas quoque dimidiatas quibus vtebantur in venando, quo planiùs pedem ponerent, semiplotia appellabant. *Hæc ille.*

PLAVTIVS, Poeta comicus, cuius meminit post Varronem *Gell. lib. 3. cap. 3.*

PLAVTVS, Nomen poetæ Comici, Latinorum omnium festiuissimi, cuius fabulæ etiam hodie omnium manibus teruntur, quas horis succesiuis quibus à versanda mola otium erat, in pristino fertur scripsisse. [A nomine Plauti, Plautissimi versus dicuntur. *Gellius c. 3. lib. 3.*] De hoc extat honorificum illud Varronis elogium, Musas, si Latine loqui vellent, non alio quam Plautino sermone vsuras. Huius epitaphium extat *apud Gellium* hæc in verba.

Postquam morte est captus Plautus,
Comœdia luget, scena est deserta.
Deinde risus ludúsque, iocúsque & numeri
Innumeri simul omnes collacrymauerunt.

Decessit P. Claudio, L. Porcio coss. Autor *Cicero de Claris Oratoribus.*

Plautinus, & hinc superlatiuus Plautinissimus. *Gell. libro 3. c. 3.* Qui versus quoniam sunt vt de illius Plauti more dicam, Plautinissimi, propterea & memínimus.

PLAXAVRA, *vide* PLEXAVRA.

Plēbs, bis, vel Plebes, bei. [per quintam inflexionem dixerunt veteres. *Gell. capite 2. lib. 3. Tribuni plebei.*] Vulgus, hoc est, vilior pars populi. { עם *ħam.* τὸ πλῆθος, ὄχλος. GALLIC. Le menu & commun peuple. ITALIC. *Plebe.* GERMANIC. Das ſchlecht gemein volck. HISPANIC. *El pueblo de los menudos.* ANGLIC. *The common people, the raſcall multitude.* [Item Plebes numero vnitatis, legitur *apud Gell. 20. l. 10.* & multitudinis, *apud Liuium lib 9. Dec. 3.* Vnus, velut morbus inuaserat omnes Italiæ ciuitates, vt plebes ab optimatibus dissentirent.] *Cicero pro Milone*, Nec timet quum plebem muneribus placarit, nos verò conciliarit meritis in Rempublicam singularibus &c. *Lucan. lib. 5.* nescit plebes ieiuna timere. *Horat. 1. Serm. Sat. 8.* Hoc miseræ plebi stabat commune sepulchrum. *Gell. lib. 10. cap. 20.* Plebem autem Capito in eadem definitione à populo diuisit : quoniam in populo omnis pars ciuitatis, omnésque eius ordines contineantur, plebs verò in qua gentes ciuiũ patriciæ non insunt, &c. [Media de plebe maritus. *Ouidius Eleg. 1. lib. 2. Triſt. Idem Eleg. 1. lib. 1.* Item, de Saturno, Ausus de media plebe sedere Deus. *Ouid. libro 5. Faſt.* Plebs mutitabat Cerealibus : Patricij Megalensibus. *Gell. cap. 2. libro 18* plebs pia, cúmque pia lætatur plebe Senatus. Et Eques. *Ouidius Eleg. 2. libro 4. Triſt.* Plebs scelesta. *Horat. Ode 4. lib. 2.*] *Plin. lib. 16. cap. 10.* Tanta plebei consternatione, vt primò pullus ex ea regione, mox & interemptus sit. ¶ Plebs de vno tantum. *Horat. 1. Epiſt. 1. 12.* Est animus tibi, sunt mores, & lingua, fidesque, Plebs eris. Id est, *vt inquit Acron*, in duodecim ordinibus non sedebis. Hoc est plebeius eris.

PLEBS, Plebeij Romæ multi fiebant ex patriciis : sicuti contrà ex plebeiis patricij : id quum fiebat, adoptione nomen mutabatur, quod opinor latis constare : quum verò non adoptione, sed aliquo priuilegio aut à plebe ad patres, aut à patribus ad plebem transibant, conseruabatur nomen, quod Octauiæ gentis exemplo Suetonius ostendit : aut enim modò patritiam, modo plebeiam fuisse, nomine conseruato, & Dio lib. XLII. P. Cornelium Dolabellam, qui Ciceronis gener fuit, transisse ad plebem tradit ex quo postea tr. bunus pl. factus est Dolabella : nec desiit esse Cornelius, sed desiit esse patricius. Nam lib. XIII. *Epiſt. Fam. Cicero* P. Cornelium vocari dicit eum, qui Dolabellæ beneficio ciuitate à Cæsare, victo iam Pompeio, donatus, quod factum est post illud tempus, quo transisse ad plebem Dolabellam scripsit Dio. Video etiã in historiis, tribunum pl. appellari Minucium Augurinum, factum videlicet ex patricio plebeium nomine conseruato : nam antea Minutios omnes patricios videmus. *Ex Paul. Manutij commentario in Epiſt. ad Quintum Fratrem.*

Plēbēcŭla, æ, diminutiuum est à plebs. { τὸ πλῆθος. GAL. Le petit peuple, le plus menu & commun peuple. ITA. *La fece de la plebe, la marmaglia.* GERM. Das gemein ſchlecht völcklin. HISP. *Pueblo menudo.* ANG. *The ignorant and poore commen people.* } *Cic. Attic. lib. 1.* Accedit ad illud, quòd illa concionalis hirudo ærarij misera & ieiuna plebecula me ab hoc magno vnice diligi putat. *Ad eundem lib. 16.* Videtur enim mihi & plebeculam vibanam, & si fidem fecerit, etiam bonos viros secum habiturum. *Perſius Satyr. 4.* Ergo vbi commota feruet plebecula bile. *Horat. 2. Epiſt. 1.* his nam plebecula gaudet.

Plēbīscītum, ti, Plebis statutum. { ψήφισμα χειροτονία. GAL. Ordonnance faite par le commun peuple. ITALI. *Orainatione del popolo.* GERM. Ein erkantnuſs des gemeinen volcks oder einer gemeine. HISPA. *Ordenamiento ò decreto del pueblo menudo.* ANGL. *The ordinance of the common people.* [*Plautus Pſeud. ſc. 4. a. 2.* Estne iscitus ? Plebiscitum non æquè scitum.] Scilcere enim statuere est. Scita verò plebis appellantur ea quæ plebs suo suffragio sine patribus iussit Tribuno rogante. In populo enim omnis ciuitas & omnes ordines continentur : in plebe neque Equites sunt, neque Patricij. *Liuius 3. ab Vrbe*, Omnium primum quum veluti in controuerso iure esset, tenerentúrne patres plebiscitis, legem centuriatis comitiis tulere, vt quod tributum plebs iussisset, populus teneret : qua lege Tribunitiis rogationibus telum acerrimum datum est. Est igitur plebiscitum quod à plebe nulla autoritate Patrum constitutum est. [Atqui authoritate patrum Plebiscitum etiam dicitur *apud Liuium lib. 7. bell. Pun.*] *Lucanus lib. 1.* Hinc leges & plebiscita coactæ. De plebiscito *vide Gell. lib. 15 c. 27. & c. 20. l. 10.*

Plēbēĭus, a, um, Quod est ex plebe : vt Ædiles plebeij. { δημοτικός. GAL. Du menu peuple, vulgaire, de nulle estime. ITAL. *Plebeio.* GERMANI. Des gemeinen volcks. HISPANI. *Cosa da aquel pueblo menudo.* ANGLI. *Of the common sort, or raſcall multitude.* } *Liuius 6. ab vrbe*, Criminando Patres, alliciendo ad se plebeiam auram, non consilio ferri, &c. * Plebeius fieri dicebatur Patricius, qui se plebeio homini in adoptionem dabat. *Cic. Attic. lib. 2.* Sed videbatur mihi, siquid esset in eo populare, quòd plebeius factus esset, id amissurus. ¶ Aliquando idem quod vulgaris, tenuis, pauper. ἰδιώτικος ὁ τυχών. *Plin. lib. 13. cap. 4.* Ex reliquo genere plebeiæ videntur. *Martial. libro 13.* Imbue plebeias Clusinis pultibus ollas. [*Gell. cap. 2. lib. 12.* Vernacula & plebeia eruditio. *Ouid. Eleg. 1. lib. 3. Triſt.* Sumite plebeiæ carmina nostra manus.]

Plēbĭcŏla, Qui plebem cõlit. { δημαγωγός, ὁ τὸν δῆμον θεραπεύων. GALL. Qui iouſtient la querelle du commun peuple. ITALI. *Chi ſoſtenta le querelle della plebe.* GERMANIC. Der das gemein volck in achtbarkeit hat vnd demſelbigen dienet. HISPA. *Honrador y ſoſtenedor del pueblo menudo.* ANGLIC. *That defendeth the cauſe of the common people.* } *Cicer. pro Seſtio*, Qui credo, non libidinis causa, sed vt plebicola videretur, libertinam duxit vxorem. *Liu. 3. ab Vrbe*, Adeóque nouum sibi ingenium induerat, vt plebicola repente, atque omnis aurę popularis captator euaderet pro truci insectatore plebis.

Plebitas, atis, Ignobilitas. *Cato pro Veturio*, Propter tenuitatem & plebitatem. *Hemina in Annal.* Quicunque propter plebitatem agro publico eiecti sunt. *Ex Nonio*, Nam ita legendum & non plenitatem ex manuscriptis optimis cognoscitur libris. Decepti autem sunt corrupta lectione, qui plenitatem, ignobilitatem esse & existimarunt, & in hunc librum retulerunt.

Plĕcto, is, xi, ctum (secundum Priscianum) vel potius xui, xum. { עגש *ħagásch.* חכה *hichcháh.* נגף *nagháph.* μαστιγοῦν. GAL. Punir, frapper, battre. ITAL. *Punire, percuotere.* GERM. Straffen/ſchlahen. HISPA. *Herir ò punir.* ANG. *To punishe, chaſtice or correcte.* } Significat supplicio afficio, punio, ferio, ἀπὸ τῦ πλήσσω. *Plau. in Menæchmis*, Plecte illos pugnis. [*Plaut. Capt. ſc. 1. a. 4.* Nisi manticulatus hæc fuero, fusti plectito.] *Plecto* item, tanquam à Græco πλέκω, ponitur pro Implico, Necto, Texo. *Ouid. ad Piſonem*, Mobilitate pedum celeres super orbibus orbes Plectis, & obliquis fugientem cursibus vrges. Hinc Plexus, a, um, Participium, vt Coronæ plexæ. *Lucr. lib. 5.* Tum caput atque humeros plexis redimire coronis.

Plector, passiuum. *Terent. in Phorm.* Tu iam lites audies, ego plectar pendens, id est feriar, *vt inquit Donatus. Cic. de Amicitia*, Sed quum multis in rebus negligentia plectimur, tum maximè & in amicis deligendis & colendis. *Idem 1. Officior.* Cauendum est etiam ne maior pœna quàm culpa sit. Et ne iisdem de causis alij plectantur, alij ne appellentur quidem. *Horat. 1. Epiſt. 2.* Quicquid delirant reges, plectuntur Achiui. [*Ouid. Eleg. 5. lib. 3. Triſt.* Inicia quod crimen viderunt lumina plector.] Hinc composita Amplector, Complector, Circumplector. ¶ Item Implexus, a, um, participium, idem significans quod Implicatus. [Simplex est Plexus, a, um. *Gellius cap. 2. lib 18.* Plexa è lauro corona.] ¶ Et per transiationem idem quod obscurus, vel intricatus. Et aduerbium perplexè, hoc est obscurè, implicatè. *Terent. in Eunucho*, Pergin' sceleſta mecum perplexe loqui ? *Donatus*, Ideò perplexè, quia statuerat vitium celare virginis. Hinc perplexor, quod est perplexe lo-

quor,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quor,seu in dubio pono. *Plaut.in Aulul.* At scio quo vos soleatis pacto perplexarier: pactum non pactum pactum est: non pactum pactum est, quod vobis lubet. Inde perplexibilis, & hoc perplexibile, *Idem in Asinar.* Neque vllum verbum faciet perplexibile. id est ambiguum, obscurum.

Plectilis,penu.corr.Quod plexum est,πλεκτός. *Plaut.in Bacc.* Pro galea scaphium,pro insigni sit corolla plectilis.

Plectrum,plectri.{πλῆκτρον.GAL.L'archet d'vn rebec ou autre instrument à toucher ou faire tonner les instrumens de musique. ITAL. *Plettro, archetto de lla lira.* GERM. Ein instrument oder ruſſung damit man ein ſeyte anſpyl ſchlegt.HISPA.*Instrumento para herir ò tanner.*ANGLIC.*A quill or lyk thing to playe on an harpe or muſicall inſtrument, a bowe to playe on a rebeck.*} Instrumentum citharœdi quo fides pulsantur. ἀπὸ τῦ πλήττειν, quod est percutere.*Cic.2.de Natura deorum.* Itaque plectri similem linguam nostri solent dicere, chordarum dentes. [*Sueton. in Claud. cap.* 30. Plectra linguæ titubantia. (*Ita citat Passeratius: Cassaubonus verò ibi legit, præterea.*] *Martial.libro* 14. Feruida ne trito tibi pollice puſtula ſurgat, Exornent docilem garrula plectra lyram. A nostris dicitur quandoque pecten. *Virgil.libro 6. Æneid.* Iamque eadem digitis iam pectine pulſat eburno. ¶Plectrum etiam quandoque dicitur calcar æneum, quod olim gallis gallinaceis addebatur dum inter se pugnarent.*Sipontinus.*

PLEIADES,*teste Seruio*,Septem sunt stellæ ante genua Tauri,quæ ortu suo primæ nauigationis tempus ostendunt: vnde Græcè πλειάδες, ἢ πλειάδες,Pleiades dicuntur,ἀπὸ τῦ πλεῖν,quod est nauigare. Latine Vergiliæ dicuntur,à verni temporis significatione quo oriuntur.Nam Vere exoriuntur & circa Æquinoctium mane occidunt.[*Gellius cap.*10.*li.* 3.Item Vergilias,quas πλειάδας vocant. *Ouid.*13.*Metamor.* Pleiadáique Hyadáſque,immunémque æquoris Arcton.]*Higinus in Aſtron.Poetica*,Inter Tauri finitionem & caudam Arietis stellæ sunt, quas nostri Vergilias, Græci πλειάδας dixere. Fuerunt Atlantis filiæ septem, ex Pleione nympha,cum qua Iupiter concubuit: vnde & Pleiades dictæ. Sunt qui putent Pleiades dictas,quasi πλείονας, hoc est plures, quòd nunquam singulæ appareant,ſed omnes simul, præter Meropem quæ vix apparet. Pherecydes tradit septem sorores fuisse, Lycurgi filias ex Naxo insula:& quia Liberum patrem educauerunt, ab Ioue inter lyderа fuisse relatas.Harum nomina putantur,Electra,Halcyone, Celæno,Maia,Asterope,Taygete,Merope:quarum septima vix cerni potest: cuius causam afferunt,quòd quum reliquæ sorores diis nupsissent,sola Merope mortali viro Sisypho nupserit, quam ob causam veluti pudibunda latitat. Alij putant hanc esse Electram, & idcirco obscuriorem videri, quod excidium Troianum spectare non potuerit: sed oculis manum opposuerit.*Ouid.lib.*4.*Fast.*

Pleiades incipient humeros releuare paternos
Quæ septem dicisex tamen esse solent:
Seu quòd in amplexus sex hinc venere deorum:
Nam Asteropen Marti concubuisse ferunt,
Neptuno Alcionem,& te formosa Celæno,
Maiam atque Electram,Taygerénque Ioui.
Septima mortali Merope tibi Sisyphe nupsit:
Pœnitet,& facti sola pudore latet.
Siue quòd Electre Troiæ spectare ruinas
Non tulit, ante oculos oppoſuítque manum.

Fit autem quandoque hæc dictio tetrasyllaba diuisione diphthongi. *Propert.*Non hæc Pleiades faciunt,nec aquosus Orion. Poetæ interdum abiecta voc ali præpositiua, ex ει diphthongo Pliades efferunt, penult.correpta. *Stat.lib.*1.*Syluæ.* Nec per ω Ægæas Hyades, Pliadúmque niuosum Sydus,& Olenius dignum periisse sub astris.

PLEIONE,nes,per tres syllabas,media correpta,πλειόνη, vel Pleïone per quatuor syllabas,πλειόνη,Nympha,Oceani & Tethyos filia,& vxor Atlantis,qui ex ea Pleiades suscepit. *Ouid,*5.*Fastor.*Dux erat Oceanus quondam Titanida Tethyn: Qui terram liquidis qua patet ambit aquis. Hinc fata Pleione, cum cælifero Atlante Iungitur,vt fama est, Pleiadasque parit.

PLEMMYRION,πλημμύριον. Fluuius Siciliæ,qui per agrum Syracusanum labitur,ἀπὸ πλημμύρω,quod est exundo: *Virgil.*3.*Æneid.* Sicanio prætenta sinu iacet insula contra Plemmyrion vndosum nomen dixere priores Ortygiam. Vbi *Seruius* annotauit,poëtam Græci nominis originem Latinò epitheto expressisse: idem enim Græcis πλημμύριον,quod Latinis vndosum. *Stephanus* Plemmyrion φρούριον. Hoc est arcem Siciliæ esse tradit,non fluuium.

Plēnus,plena,plenum,Refertus,abundans. {מלא *malé.* πλήρης, πλέως, ἔμπλεος. GAL.Plein. ITAL. *Pieno.* GERMA. Voll. HISP. *Complido, lleno.* ANGL.*Full.*} *Plaut.in Sticho*, Propino tibi salutem plenis faucibus.*Cic.de Orat.* Orator plenus & perfectus is est qui de omnibus rebus variè potest,& copiose dicere.Iungitur aliquando genitiuo. *Plaut. in* MERCATORE, Quum sis iam ætatis plenus, anima fœtida [Plenum est vndarum mare.*Plaut.*MILIT.*sc.* 6. *a.*2.Negotij nunc sum plenus. *Plaut. Pseud.sc.*3.*a.*1.Si quis videat gloriarum plentorem. *Plaut.* MILIT.*sc.*1.*a.*1. Mulsi congialem plenam faciam tibi fideliam. *Plaut.Aul.*2.*a.*4. Æques plenæ coniuarum & mulierum.*Plaut.Mostell.sc.*1.*a.*2. Dedecoris faciam te pleniorem.Herus plenus periurij & adulterij.*Plaut.Milit.sc.*1. *a.*2.Te alloquor vitij probrique plena. *Plaut.Milit.sc.*5.*a.*2. *Idem in Amphit.*cum ablatiuo,Vxor me stupro & dedecore plena enecat. *Et in Cure.sc.*3.*a.*2.Os amarum habeo,dentes plenos(qua re?)Inedia.]Plena festinatione epistola, *Cic.Attic.lib.*5.Aliquando ablatiuo. *Plin Epistol.* 3.Et ille quidem plenus annis obiit, plenus honoribus. ¶Ponitur aliquando pro diuitiis onusto. *Cic.* 4. *Verrin.* Verrem ipsum qui plenus decesserat,&c. ¶Plena manu dare,est ampliter, copiose, libenter & minimè malignè dare. [*Senec.Epist.*33.] Pleno gradu ingredi dicuntur qui magno studio rem aliquam aggrediuntur: cui opponitur,Summo pede ingredi, hoc est leuiter rem aliquam attingere. [*Liuius lib.*4.*ab vrb.& lib.*4.*d.*4. ¶De pleno promere. *Plaut.Asin.sc.*3.*a.*1. Exiguum de mare demat aquæ.*Ouid.Eleg.*2.*lib.*5.*Trist.*Item Pleno conuiuio. 1. cum multi adessent. *Sueton.in Cæs.cap.*49. *Et in August. cap.*51 *&* 76. *& in Calig.cap.*24.Hæc plenior & vberiora ad suos scribebant. *Cæsar lib* 1. *de bell.ciu.* Item,Plenam gratiam referre.*Velleius.*Plenissimam.*Quintilian.*] *Vide latiùs Erasmum in Adagiis.* * Plena proprietas,id est qua vsusfructus continetur.*in l.sit ita stipulatus.De verb.oblig.*Budæus.* Plenum pro integro & iusto. *Quintil.lib.*1.*ca.*2.Nec sum adeò cuiatum imprudens,vt instandum teneris protinus acerbè putem, exigendamque plenam operam. *Budæus.* [Plena, pro grauida. *Ouid.*4.*Fastor.*Tellurí plenæ victima plena datur. *Plaut. in Amphitr.* Cum te grauidam & pulchre plenam aspicio, gaudeo. ¶Item,Ad perfectum & ad plenum beatus. *Senec.Epist.*72.Plena manu congerere. *Senec.cap.*9.*de Consol.ad Polyb.* Plenis manibus.*Sueton.in Calig.cap.*42.]

Plenè,aduerb.perfectè,cumulatè,abundanter. {ὁλοκλήρως, ἐμπλέως. GAL. Pleinement. ITA. *Pienamente.* GERM. Zu vollem / vollkommentlich/ gentzlich. HISP.*Complidamente.* ANGLIC.*Fullie.*} *Plin.Epistol.*243. propter charitatem eius nondum mihi videor satis plenè fecisse. *Horat.*1. *Epistol.* 11. -furnos & balnea laudat, Vt fortunatam plene præstantia vitam.*Idem* 2.*epistol.*2.Multa fidem promissa leuant,vbi plenius æquo Laudat venales qui vult extrudere merces. *Cicero* 4. *de Finib.* Quum enim superiores e quibus plenissimè polemo,secundum naturam viuere,summum bonum esse dixisset. [plenè inimicus.i.plane,omnino.*Suet.in August.cap.*69.]

Plēnĭtūdo,inis,}(vacuitas,{ מלא *meló.* πλήρωμα. GALLIC. Plenitude, pleine grosseur. ITAL. *Pienezza.* GERM. Die völle/ vollkommenheit. HISPAN.*Hinchiamento,complimiento,* ANG. *Fulneſſe.*} Sumitur & pro corpulentia,siue crassitudine,ἀδρότης. *Plin,lib.*11.*c.*37.Homo crescit in longitudinem ad annos vsque ter septenos, tum deinde ad plenitudinem. *Columel.lib.*4.*cap.* 3. Perticæ cacuminum modicæ plenitudinis, quæ tamen dipondiarij orbiculi crassitudinem non excedant, optime panguntur.

Plēnĭlūnium, nij, Plena Luna, quæ est quando longissimè est à Sole seiuncta, & ei ex diametro opposita: tunc enim plena,id est omnino illustrata nobis apparet. {πανσέληνος. GAL.Pleine Lune. ITA.*Pleniluinio.* GER. Der Vollmon. HISP.*Luna llena.* ANG. *Full moone.*} *Plin, lib.*18.*cap.*32. Quum Sole occidente Luna orietur ex aduerso,ita vt pariter aspiciantur,tunc erit plenilunium.

Plēnĭtās, atis, Pro ignobilitate ab antiquis positum nonnulli putarunt, decepti mala lectione Nonij.Est enim in optimis libris & recte,plebitas,& non plenitas.*Vide suprà Plebitas.*

Plĕonāsmŏs, πλεονασμός, Figura est,*teste Fabio*, quæ fit quoties verbis superuacuis oneratur oratio. Nos redundantiam vertere possumus. Nam πλεονάζειν idem est quod redundare.

[Pleraque.*Gell.cap.*8.*lib.*3.Pleraque Italia ad eum defecerat. *Idem capite* 8.*libro* 4.Vt est in pleraque historia. *Item in cap.*1.*libro* 20.In pleraque parte.]

Plēthŏra, πληθώρα, Est quatuor humorum æqualis in corpore abundantia: qualis solet esse in athletis, in quibus vasa nonnunquam tanta plenitudine sunt distenta, vt de ruptione sit timendum. Hinc plethorici πληθωρικοὶ dicuntur, in quibus humores æqualiter abundant.

Plēthrŏn, πλέθρον, Quidam pro iugero accipiunt: in qua sententia fuit Laurentius Valla, qui πλέθρον iugerum vertit ex Herodoto. Ex verbis Herodoti apparet sextam partem esse stadij ἡμίσεα (*inquit*) ἐκατὸν ὀργυιὰς δίκαια ποδὸς ἑκάστου ἑξάπλεθρον. Suidas autem πλέθρον mensuram esse ait cētum pedum, quod cum Laurentij sententia non satis conuenit, qui Plethrum idem putauit cum iugero.Iugerum enim (*vt ex Quintiliano patet*)in longitudinem continet pedes ducentos quadraginta, & in latitudinem viginti.

Plēurītĭs,idis, Laterum dolor. {πλευρῖτις. GALLI. Pleuresie,douleur de coste.ITA.*Mal di punta.*GERM. Der seitenstich/oder brastsich. HISPAN. *Dolor de costado.* ANGLIC.*The pleurisie.*} Inflammatio est membranæ costas succingentis, quam Græci πλευρὶν appellant, cum febri acuta, dolore pungente,respirationis difficultate,& tussi.*Plinius* lateris compunctionem vocat.

Pleūrĭtĭcus,Qui ex lateribus laborat.{πλευριτικός. GAL.Pleuritique,qui est malade de pleuresie.ITALIC.*Chi patisce dolor di fianchi.*GERM. Der den seitenstich hatt. HISP. *El que tiene dolor de costado.* ANG.*That is sicke of the pleurisie.*} *Plin.lib.*20.*cap.*17.Datur & pleuriticis, & peripneumonicis.

PLEVRŌN, πλεῦρον, *Stephano*,Ætoliæ vrbs & Meleagri patria. De qua *Plin.lib.*4. *cap.*2. *Strat.lib.*4.*Thebaid.* Fletáque cognatis auibus Meleagria Pleuron.

PLĔXAVRE, es,πλεξαύρη, Nympha,Oceani & Tethyos filia, *vt placet Hesiodo in Theogonia.*

Plico,as,plicaui,plicatum,& plicui,plicitum. {סבך *sabách.* πτύσσω, πλέκω. GAL. Plier.ITAL.*Piegar.*GERMAN. Falten/ wicklen.HIS.*Plegar.*ANG. *To folde,to plaite.*}Cuius quatuor composita,Applico,Complico,Explico,& Implico,duplex etiam præteritum, & duplex supinum habēt. Reliqua singula tantùm in aui & atum terminata: vt Duplico, Triplico,Quadruplico,Multiplico,Replico,Supplico.Significat autem Plicare,nectere,& veluti rugas facere. Tractum a Græco πλέκω,quod est necto, *Virgil.*5.*Æneid.* -séque in sua membra plicantem. *Lucretius*, ideo fastigia posse Surarum, ac feminum pedibus fundata plicari. *Senec.Epist.*96.Scripta & plicata arctissimè(aliàs minutissimè)historia.] ¶Huius composita Applico,& Complico,Implico,Circumplico Replico:*de quibus suis locis.*

Plĭcātĭlis,le, Quod plicatur, aut plicari potest. {πλεκτός. GAL. Aisé à plier.ITA.*Facile da piegare.*GERM. Dass gut zu falten / oder zusammen zu legen ist.HISPANIC.*Cosa que se puede plegar.*ANG.*That is or may be folded or platted.*} vt,Nauis plicatilis, quæ facta ex corio complicata circumfertur ad traiiciendos amnes. *Plin.lib.*5.*cap.*9. Ibi Æthiopicæ cōueniunt naues: nanque eas plicatiles humeris transferunt, quoties ad cataractas ventum est. Plicatilis crista. *Idem lib.*10. *cap.*29. Vpupa crista visenda,plicatili, contrahens eam, subrigénsque per longitudinem capitis.

PLĪNĭVS Secundus,Veronensis,temporibus Vespasiani vixit,cuius negotia administrabat: noctibus verò & succisiuis (vt ipse inquit)temporibus,opus de Rerum natura conscripsit, vnus omnium parcissimus tēporis.Periit in montis Veseui incendio,dum eius causam indagare cu-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

pit. Eius vitam diligentius narrat sororis filius Cæcilius Plinius, cuius extat liber epistolarum, & Panægyricus, Troiano Cæsari dicatus, quo illi gratias agit Consul ab eo factus. Quintiliani filium ante iuuisse, & Martialem poetam secedentem viatico prosecutum fuisse testatur ipse in epistolis. *Volaterranus lib.* 18.

PLINTHIDES, quid sit, Hyginus in libro De limitibus declarat his verbis, Quæstorij dicuntur agri, quos populus Romanus, deuictis pulsisque hostibus, possedit, mandauitque quæstoribus vt eos venundarent: quæ centuriæ nunc appellantur Plinthides, id est laterculi. eædem in quinquagenis iugeribus quadratas cluserunt limitibus, atque ita certum cuique modum vendiderunt. *Idem in eodem libro sic*, Sunt plinthides, id est laterculi quadrati, vti centuriæ per sena millia pedum L. limitibus inclusi, habentes singuli laterculi iugera numero I. CC. L.

PLISTARCHIA, æ, πλειστάρχεια, Ciuitas Cariæ, aliàs Heraclea appellata.

Plistarchites, Gentile est, πλειστάρχης, *Stephan.*

PLISTHENES, πλεισθένης, Pelopis fuit filius ex Hippodamia, qui quũ iuuenis moreretur, Agamemnona & Menelaum filios suos paruulos Atreo fratri commendauit, qui eos suscepit, filiorúmque loco educauit: & ob id Atrei habiti, Atridæ sunt appellati. *Vide suprà in dictione* ATRIDES.

PLISTOANAX, actis, πλειστοάναξ, Pausaniæ filius, & Lacedæmoniorum rex, cuius res gestas *vide apud Thucydidem.*

Plistolochia, πλειστολοχία, Herba est ex maluarum genere, quam & hibiscum & molochem agriam, hoc est maluam syluestrem appellant. *Autor Plinius libro* 20. *capite* 4.

PLISTONICVS, πλειστονίκης, Medici nomen apud Plinium sæpius repetitum. ¶ Fuit & Appion quidam, cognominatus Plistonicus, non multo tempore Plinio superior, vt idem vltimo volumine testatur. ¶ Quandoque Plistonices scriptum legitur, sicut Olympionices.

Plocamos Isides, πλόκαμος ἴσιδος, Frutex est in mari nascẽs, circa Troglodytarum insulas, corallio similis, sine foliis, qui præcisus lapidescit, colore in nigrum commutato: vt ex Iubæ sententia refert *Plin. l.* 15. *c.* 25. Latinè vertere possumus Isidis capillum.

Plodo, dis, si, sum, Significat quatiendo, siue collidendo manus, pedésve, sonum aliquem facio. {מחה *mac*ʰ*áh* ספק *saphák* κρότια. ANGLIC. *To shumpe or mak a sound with handes or feet.*} ¶ Eius composita sunt, Applodo, Complodo, Explodo, Displodo, & Supplodo: quorum significata vide suis locis.

Plōro, ras, Lacrymor, eiũlo, fleo. {בכה *bachâh* דמע *damáh* ספר *saphádh.* κλαίω, ὀλοφύρομαι. GALLI. Pleurer ou plorer. ITAL. *Piogiare, lagrimare.* GERMA. Weinen/Heulen/Greynen. HIS. *Plorar, plannir.* ANG. *To weep, to waile.*} *Quint. lib.* 6. *cap.* 2. Date puero panem ne ploret. *Cicer. pro domo sua*, Senatum pro me non modò propugnare, amplissimum ordinem, sed etiam plorare & supplicare mutata veste prohiberent. *Hor. de Arte.* Vt qui conducti plorant in funere, dicunt, Et faciunt prope plura dolentibus ex animo: sic Derisor verò plus laudatore mouetur. *Idem lib.* 2. *Epist.* 1. Plorauere suis non respondere fauorem Speratum meritis. *Cicero Attic. lib.* 15. Fessus sum plorando. [*Seneca Epist.* 64. Lacrymandum, non plorandum. *Quintilian.* Aliena diu nemo plorat. *Plau. Aul. sc.* 1. *a.* 2. Aquam hercle plorat cum lauat profundere. *Idem Curc. sc.* 2. *a.* 4. Quid stulta ploras? Ne time. *Ibidem sc.* 2. *a.* 1. Phædrome mi ne plora.] ¶ Eius composita sunt, Apploro, *de quo suo loco*, Comploro simul ploro. *Liuius lib.* 1. *ab Vrbe*, Tum demum palam facta morte ex comploratione in regia orta, Seruius præsidio firmato munitus, primus iniussu populi, Voluntate patrum regnauit. Deploro, Exploro, & Imploro, *Vide suis locis.*

Plōrātus a, um, participium, seu nomen ex participio. {נספד *nisphádh.* ἀλοφυρσμός. GALLI. Ploré. ITAL. *Pianto.* GERM. Beweinet. HISP. *Llorado.* ANG. *weeped, lamented for.*} *Statius*, Quos Veneri plorata domus, neglectaque tellus, &c. Ploratus rogus, *Omid. 4. Fast.* [Vltima plorato subdita flamma rogo est.]

Plōrātus, us, ui, Fletus, lamentatio. {בכי *bechî* בכות *bachúth* κλαυθμός, κλαυθμυρισμός. GAL. Pleur, pleurement. ITA. *Essopiagnere, pianto.* GER. Beweinung/greynung/heulung. HIS. *Lloro, llanto.* ANG. *A weeping or wailing.*} *Cic. 2. 7 usc. ex Poeta*, Heu virginalem me ore ploratum edere. *Idem Attic. l.* 5 Ciuitatum genitus, ploratus, &c. *Liuius* 5. *ab Vrbe*, Clamor omnia variis rerrentium & pauentium vocibus, misto mulierum ac puerorum ploratu complet.

Plōrātor, oris, Qui plorat. {בכה *bochéh.* κλαυθμυρισταί, οἰμωκτής. GAL. Pleureur. ITAL. *Chi piagne.* GERMANI. Ein weiner/greyner. HISP. *El que llora.* ANG. *A weeper.*} *Mart. libro* 14. Si quis plorator collo tibi vernula pendet.

Plōrābundus, Vehementer plorans {πλαίων, κλαίοντι ἐοικώς. GAL. Qui pleure fort, tout esploure. ITA. *Chi piagne forte.* GER. Hefftig weinend. HISP. *El que llora mucho.* ANG. *That weepeth muche.*} *Plau. Aul.* Homo ad Prętorem plorabundus deuenit.

Plōstrum, stri, Idem quod plaustrum: nam au in o sæpe conuertitur. {עגלה *hagaláh.* ἅμαξα. GAL. Chariot. ITA. *Carro.* GERM. Ein wagen. HISPAN. *Carro ò carreta para cargos.* ANGLIC. *A waine, carte.*} *Colum. libr.* 6. *cap.* 2. Post eiusmodi experimenta vacuo plaustro subiungendi.

Plōstellum, diminutiuum, ἅμαξις. Plostellum Pœnicum quid sit, declarat *Varro his verbis*, *lib.* 1. *de Re rust. cap.* 52. E spicis in aream excuti grana, quod fit apud alios iumentis iunctis, ac tribulo: id fit à tabula lapidibus aut ferro exasperata, quæ imposito auriga, aut pondere grandi trahitur iumentis iunctis, vt discutiat e spica grana: aut fit ex assibus dentatis cum orbiculis, quod vocant plostellum Phœnicum.

PLOTAE, πλωτάι, Insulæ duæ ad Occidentale latus Peloponensi sitæ, non procul à Zacyntho, Meridiem versus, postea Strophades dictæ, à conuersione Zethæ & Calais, qui Harpyias in eas vsque insulas sunt prosecuti. Meminit harum insularum *Plin. libr.* 4. *cap.* 12.

PLOTINA, πλωτίνη, Traiani Cæsaris coniux, sanctitate, probitate, & omnibus quæ in mulierem sexum cadunt, virtutibus celebrata. Hæc tonso capillo virum mentita, coniugem comitata est in exilium eiuntem, imperterrita, & quædam quasi virago tolerans viri æruminas.

PLOTINVS, πλωτῖνος, pe. pro. Insignis fuit Academicæ sectę philosophus, Ægyptius natione, patria Lycopolites, discipulus Ammonij, præceptor Porphyrij: qui Galieni, Taciti, & Probi temporibus floruit. Fuit corpore gracili, tenuíque valetudine, morbóque sacro obnoxius. *Hæc Suidas.*

PLŌTIVS, Gallus, patria Lugdunensis, Rhetor insignis Romæ tempore Ciceronis floruit, à quo & se, & Quint. Fratrem Latinas literas fuisse edoctum testatur *Cic. de Oratore.*

PLŌTVS, M. Accij Sarsinatis cognomen fuit, Latinorum Comicorum facetissimi à planitie pedum illi impositum. Ploti (*inquit Festus*) appellantur qui sunt planis pedibus: vnde & Poëta Accius qui Vmber Sarsinas erat, initio Plotus, postea dictus est Plautus. *Hæc ille.*

* Ploxemus, πλοξεμος, aliis est viri proprium, aliis lingua Transpadanorum significat capiam. *Catullus de Æmylio, epigram.* 92. 2. hoc dentes festiuanter *cap.* 9. *lib.* 1.] *Meminit Quinctilian.*

Plūmă, æ, Mollior & minor penna. {נוצה *notsáh.* πτίλον. GAL. Plume. ITA. *Piuma.* GERM. Flaum fäder. HISPA. *Pluma.* ANG. *A light and soft se feather.*} *Plaut. in Menæch.* Pluma leuior. *Martialis lib.* 14. Lassus Amyclæa poteris requiescere pluma. *Virg.* 10. *Æneid.* Dum canit & mœstum musa solatur amorem, Canentem molli pluma duxisse senectam. *Cic. 2. de Nat. deo.* Animantiũ verò quanta varietas est? quarum aliæ corus tectæ sunt, aliæ villis vestitæ: aliæ spinis hirsutæ: pluma alias, alias squama videmus obductas, alias esse cornibus armatas, alias habere effigia pẽnarum. *Idem ad Attic. lib.* 8. Nec me COSS. mouent qui ipsi pluma, aut folio facilius mouentur. [Iam mea Cygneas imitantur tempora plumas. *Ouid. Eleg* 8. *libro* 4. *Trist.* Pluma haud Interest Patronus an clienfuat homini. *Plaut. Mostell. sc.* 1. *a.* 2. Quid ais tu homo leuior quàm pluma? *Plaut. Men. sc.* 2. *a.* 3.]

Plūmŭla, æ, diminutiuum, Parua pluma. {πτερύλιον. GALL. Plumette, duuet. ITA. *Piumicella.* GERM. Ein flaumfäderlin. HISP. *Pequeña pluma.* ANG. *A litle feather.*} *Columel. lib.* 8 *cap.* 5. Plumulæ sub cauda clunibus detrahendæ, ne stercore coinquinante durescant, & naturalia præcludant.

Plūmĕus, a, um vt Lectus plumeus. {πτίλινος. GALLIC. De plume. ITALI. *Di piuma.* GERM Auff Flaumfäderen gemacht. HISP. *Cosa de materia de pluma.* ANGLIC. *Of a feather.*} Plumea culcitra, *Cic. 3. Tusc.* Eripiamus huic ægritudinem. Quomodo? Collocemus in culcitra plumea, psaltriam adducamus, cedrum incendamus, domus scutellam dulcidulæ potionis, &c. *Ouid. Metamorph.* 10. At medio torus est hebeno sublimis in antro Plumeus, vnicolor, pullo velamine tectus, Quo cubat ipse Deus, &c. ¶ Implumis, & hoc implume, Quod est sine pluma. ἄπτιλος, ἀπτίλωτος. vt Auis implumis.

Plūmārius, a, um, Quod ex pluma. {πτερύϊνος, πτίλινος. GAL. Faict de plume. ITA. *Di piuma.* GERMA. Flaumin/auß Flaumfäderen gemacht. HIS. *Cosa hecha de pluma.* ANGL. *Made of a feather.*} Vnde plumarium culcitram dicimus quæ pluma plena est. Et plumarium dicitur opus pluma factum, quod Græci à liciorum multiplici varietate πολύμιτα appellant.

Plūmārius, rij, substantiuum, Qui pluma depingit in tabula aut charta. {רקם *rokém.* ὑφάντης. GALL. Vn brodeur de coutils à lit de plume, celui qui les accoustre. ITAL. *Ricamatore.* GERMANI. Ein Stickter/der Bildwerck nähen kan. HISP. *Broslador ò bordador.* ANG. *That paynteth with a feather.*} *Varro*, *vel Cato de liberis educandis apud Nonium*, Etenim nulla quæ non didicit pingere, potest bene iudicare quid sit benè pictum à plumario, aut textore in puluinaribus plagis.

Plūmātilis, le, pen. corr. Quod ex plumis factum est. {πτέρινος. GALL. De plume, ou faict de plume. ITA. *Fatto di piuma.* GERM. Flaum fäderin. HISP. *Cosa hecha de plumas.* ANG. *Made of feathers.*} *Plaut. in Epid.* Cumatile, aut plumatile, aut cerinum. *Nonius* clauatum interpretatur, aut pluma factum.

Plūmo, as, Plumam emitto. {πτερόω. GALLIC. Ietter hors les plumes, commencer à en auoir. ITALIC. *Mandar fuori le piume.* GERM. Fäderen vberkommen/ Gefiück werden. HISPANI. *Emplumescer, echar à fuera plumas.* ANGLI. *To beginne to haue feathers.*} *Gellius lib.* 2. *cap.* 29. Auicula est parua, nomen est cassita, habitat, nidulatúrque in segetibus, id ferme temporis vbi appetit messis, pullis iam iam plumantibus. [¶ Homines plumantibus corporibus auium ritu scribit in India esse, *Gell. cap.* 4. *lib.* 9.] ¶ Plumare item est acu pingere. ὑφαίνειν. *Flauius Vopiscus*, Laneas tunicas purpura micantes, & plumanti difficultate pernobiles.

Plūmesco, is, scere, ab inusitato, plumeo, plumes, Pennatus fio, plumas emitto. {πτερόομαι. GAL. Commencer à auoir des plumes. ITAL. *Fare le piume.* GER Anfahen gefiück oder gefideret werden. HISP. *Emplumescer, criar plumas.* ANGLIC. *To waxe feathered.*} *Plin. lib.* 20. *cap.* 53. Pullus ab eodem tempore plumescit.

Plūmātus, a, um, Plumis tectus, pennatus. {πτερωτός. GAL. Emplumé, couuert de plumes. ITA. *Coperto di piuma.* GER. Gefidert/ mit fäderen bedeckt. HISP. *Cubierto de plumas.* ANGLIC. *Feathered.*} *Cic. 2. de Natura deorum*, Nitens plumato corpore coruus. *Plinius lib.* 8. *cap.* 30. Molli plumata lanugine.

Plūmōsus, a, um, Plumatus, hoc est plumis tectus. *Ouid. ad Liuiam*, Sic plumosa nouis plangentes pectora pennis Oenidem subitæ concinuistis aues. *Propert. lib.* 4. *Eleg.* 2. Calsibus impositis venor, sed arundine sumpta Faunus plumoso sum Deus aucupio.

* Plūmĭgĕr, pen. corr. Qui plumam vel plumas gerit. *Plinius li.* 10. *cap.* 22. velluntur quibusdam locis bis anno. Rursus plumigeri vestiuntur. De anseribus.

Plūmĭpes, plumipedis, Qui pedes habet pennatos. {πτερόπους. GALLIC. Qui a des plumes aux pies. ITAL. *Chi ha i piedi coperti di piuma.* GER. Das fäderen an den füssen hatt. HISP. *Cosa que tiene los pies cubiertos de plumas.* ANGLI. *That hath feathers on the feet.*} *Catullus in Camerium, Epigram.* 51. Næ Ladas ego pennipesve Perseus, Rhesi niueæ citæque bigæ, Adde huc plumipedes, volatilesque Ventorúmque simul requirite cursum, &c.

Plumbum, bi. {עפרת *ophéreth.* μόλυβδος, vel μόλιβδος. GALLIC. Plomb. ITALIC. *Piombo.* GERM. Bley. HISPA. *Plomo.* ANGLIC. *Lead.*} Nigri duplex est, album scilicet, & nigrum: album, stannum dicitur. Nigri plumbi duplex origo est: aut enim sua sponte nascitur vena, nec quicquam aliud ex se parit: aut nascitur cum argento, mistísque venis conflatur.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

flatur. Primus liquor qui in fornacibus fluit, album plumbum & ſtannum vocatur, ſecundus argentum: quod remanſit, galena dicitur, & Latine plumbago. *Vide Plin. lib. 34. capite 16. & 17.* [Plumbum album natiue scitur in Britannia. *Cæſ. libro 5. de bell. Gal.*] ¶ Eſt & plumbum genus vitij in oculis. *Plin. lib. 15. c. 13.* Hac commanducata ſi oculus ſubinde liniatur, plumbum, quod eſt genus vitij, ex oculo tollitur.

Plūmbōsŭs, a, um, Quod plurimum plumbi habet admiſtum. μολυβδώδης. GAL. Plombeux, où il y a beaucoup de plomb meſlé parmi. ITA. *Che ha meſcolato aſſai piombo.* GERM. Voll Bley/ darinnen vil Bley vermiſchet iſt. HISP. *Coſa llena de plomo.* ANG. *Full of leade, or that hath muche lead.* } *Plin. libro 34. c. 18.* Melior hæc, quanto magis aurei coloris, quáto minus plumboſa, friabilis, & modicè grauis. *Idem lib. 33. c. 5.* Fœx eius intelligitur plumboſiſſima.

Plūmbĕŭs, a, um, Quod ex plumbo eſt. } μολύβδινος. GAL. De plomb. ITA. *Di piombo.* GERM. Bleyen. HISP. *Coſa de materia de plomo.* ANG. *That is of leade.* } vt, Imago plumbea. *Plautus in Trin.* Cui ſi capitis res ſiet, numum nunquam credam plumbeum. Numus plumbeus pro minima pecunia, hyperbole prouerbio trita. [*Sueton. in Ner. capite 20.* Plúbeam chartam pectore ſuſtinere. *Martial. Epigr. 74. lib. 10.* Plumbei (numi) *Et Epigr. 94. eiuſdem libri.* Plumbea niala. *Et Spartianus in Alex. Seuero,* Plumbeæ ictu mortuus.] ¶ plumbeo iugulare gladio, eſt futili, leuíque argumento conuincere quempiam. *Cicero ad Atticum.* Quum illum plumbeo gladio iugulatum tamen iri diceres. *Idem de Finibus,* Plumbeus homo à *Plauto* dicitur liuidus: à *Terentio,* obtulus, & ſtupidus in *Heaut.* In me quibus harum rerum conuenit. Quæ ſunt dicta in ſtultum, caudex, ſtipes, aſinus, plumbeus. Plumbeum ingenium, hebes, & obtuſum, quod cogitando métíſque aciem intẽdẽdo penetrare non poteſt. ¶ plumbeum eſſe in re aliqua. *Cicero. 1. de Finibus,* In animi autem cogitatione dubitare non poſſumus, niſi plane in phyſicis plumbei ſimus, quia nihil ſit animis admiſtum. ¶ plumbeæ iræ, ſunt grauiſſimæ, & quæ altiſſimè inſident pectoribus. *Plautus Pœn.* Verum ita ſunt omnes iſti noſtri diuites: Siquid benefacias, leuior pluma eſt gratia: Siquid peccatum eſt, plumbeas iras gerunt. ¶ Plumbeus color, color eſt plumbum referens: qualis apparet in iis qui ictero nigro laborant. *Plin. libro 11. c. 52.* Igitur vitæ breuis ſigna raros dentes, plumbeum colorem.

Plūmbāgo, inis, Communis vena plumbi & argenti, Græcè μολυβδαινα. à *Plinio* etiam galæna dicitur. Vide ea quæ annotauimus in dictionibus MOLYBDAENA, & GALAENA. & quæ paulo antè diximus in dictione PLVMBVM. ¶ Eſt etiam plumbago, ſiue molybdæna, herba in aruis naſcens folio lapathi, craſſa radice, hiſpida: qua commanducata ſi oculus ſubinde liniatur, plumbum (quod eſt genus vitij) ex oculo tollitur. *Autor Plin. libro 25. c. 13.*

Plūmbārĭŭs, a, um, Quod ad plumbum pertinet. } μολυβδικός. GAL. Appartenant à plomb. ITA. *Pertinente à piombo.* GERM Das zu dem Bley gehört. HISP. *Perteneſciente à plomo.* ANG. *Perteining to lead.* } vt, plumbaria officina. *Plinius lib. 34. c. 18.* Plimmythium quoque, hoc eſt ceruſſam, plumbariæ dant officinæ.

Plūmbārĭŭs, rij, Qui ex plumbo facit opera. } μολυβδουργός. ANG. *A plummer or worker in lead.* } *Vitru. libro 8. c. 7.*

Plumbo, as, Ferrumino, vel plumbo conglutino. } μολυβδόω. GAL. Plomber, ſouder de plomb. ITA. *Soldar con piombo, impiombare.* GERM. Mit Bley löten. HISPAN. *Soldar con plomo.* ANG. *To ſoulder with leade.* } *Plin. lib. 34. capite 17.* Neque argentum ex ſtanno plumbatur, quoniam prius liqueſcit argentum. Hinc Replumbo, quod eſt reſoluo. *Iureconſultus, ff. de Aur. & argento,* Emblemata vaſis & lapidibus incluſa replumbari poſſe ſignificat. ¶ Applumbo, idem quod ſimplex plumbo. *Vlpian. lib. ij. de Sepulcr. viol.* Idem quærit, ſi ſtatua neque applumbata fuerit, neq; affixa.

Plūmbātūrā, æ, Ferruminatio, quælibet coniunctura plumbo facta. } μολύβδωσις. GAL. Souldure de plomb. ITA. *Soldatura con piombo, impiõbatura.* GER. Lötung oder zuſammen fügung mit Bley/ vergieſſung mit Bley. HISP. *Soldadura de plomo.* ANG. *Leading or ſouldring with lead.* } Vulgus Gallicum *Solduram* vocat. *Caſſius apud Paulum in l. In rem actio. ff. de Rei vendicat.* Ferruminatio per eandem materiam facit confuſionem, plumbatura non efficit.

Plūmbātæ, Dicuntur pilæ plumbeæ quas veteres peregrino vocabulo Martiobarbulos vocabant. } μολυβδωτοί. GAL. Plombees. ITA. *Palle di piombo.* GERMANIC. Ein Bleykugel oder Bleykuget. HISP. *Pelotas di plomo.* AN. *Plummets of lead vſed as inſtruments or weapons in warre.* } A quo & milites qui his vtebantur, martiobarbuli appellati ſunt. *Veget. de Re militari libro 1. capite 17.* Plumbatarum quoque exercitatio, quas martiobarbulos vocant, eſt tradenda iunioribus. * *Alciatus,* Plumbatæ, *inquit,* ſunt iaculi genus, quum directa virga in capite ferrum apponitur, dein vndique tribuli plumbo affixi, vnde nomen datum.

Plŭo, is, plui, vel pluui, tum, Notæ ſignificationis verbum eſt, cuius actio ſoli Deo, vel naturæ tribuitur, ideóque abſolutè ſcriptores vtuntur. } חמטיר *himter. Ciẽuo, ũo.* GALLIC. Plouuoir. ITALIC. *Piouere.* GERMANIC. Rägnen. HISPANIC. *Llouer.* ANGLIC. *To rayne.* } *Virgilius 10. Æneid.* Dum pluit in terris. *Cicero 2. de Natura deorum ex Arato,* Has Græci ſtellas Hyadas vocitare conſueuerunt, à pluendo. ὕειν enim eſt Pluere. *Plinius libro 6 capite 26.* Etiamſi non pluat. [*Plautus Curc. ſc. 2. a. 1.* Bibit atcus, pluet hodie.] ¶ Aliquando tamen inuenitur habere nominatiuum eius rei quæ pluendo decidit. *Virgil. 4. Georg.* Nec de concuſſa tantùm pluit ilice glandis. *Tibullus,* Multus & in terram depluueretque lapis. Quandoque etiam ablatiuum. *Liu. libro 6. bel. Maced.* Tarraciñæ, & Amiterni nuntiatum eſt aliquoties lapidibus pluiſſe. Quandoque accuſatiuum. *Liu. libro 10. ab Vrbe.* Nam & terram multifariam pluiſſe, & in exercitu Appij Claudij, pleroſque fulminibus ictos nuntiatum eſt. Compluo. *Varro,* Deorſum, quò impluebat, impluuium: ſurſum quà cõpluebat, compluuium. Depluo, Impluo, Perpluo: *quorum ſignificata vide ſuis locis.*

Plŭŭă, æ, à pluendo, Eſt aqua ex cælo decidens. } מטר *matár. ũuiæ.* GAL. Pluye. ITA. *Piogia.* GERM. Ein Rägen. HISPA. *El agua lluuia que viene del cielo.* ANG. *Rayne.* } *Virg. 1. Georg.* ruit arduus æther, Et pluuia ingenti ſata læta, boúmque labores Diluit. *Idem 9. Eclog.* Aut ſi nox pluuiam ne colligat ante veremur. *Idem 1. Georg.* Ne tenues pluuiæ, rapidíve potentia Solis, &c. *Cicero ad Attic. li. 15.* Equidem etiam pluuias metuo, ſi prognoſtica noſtra veta ſunt, ranæ enim ὑητροβόωσιν.

Plŭuĭŭs, a, um. vt, Aqua pluuia, quæ & pluuialis dicitur. } ὑμβριος. GAL. Pluuieux. ITAL. *Piouoſo.* GERM. Deſs Rägens / oder rägentich / das rägen bringt. HISPANIC. *Coſa de agua lluuia.* ANGLI. *Rainie.* } *Plinius,* Teritúrque in mortariis admiſta aqua pluuia. *Horat. l. 1. Carm.* Ventos pluuios vocat, hoc eſt pluuiam inducentes, ὑμβρογόνους. *Columella in Præ. lib. 1.* Ver pluuium nominat in quo crebrò pluit. Auſter pluuius, pluuiam inferens. *Ouid. 1. Metam.* Cælum pluuium. *Varro 1. de Re ruſt. cap. 13.* Frigus pluuium. *Virg. 3. Georg.* vnde nigerrimus Auſter Naſcitur, & pluuio contriſtat frigore cælum. Hyades pluuiæ. *Virg. 1. Æneid.*

Plŭuĭālĭs, & Pluuiatilis, adiectiua eiuſdem ſignificationis. } ὑμβριος. GAL. Pluuieux, de pluye. ITA. *Piouoſo, di pioggia.* GERM. Des rägens/ Rägentich. HISP. *Coſa de agua lluuia.* ANG. *Rainie, belonging to rayne.* } Hinc aqua pluuia, vel pluuialis, quæ de cœlo decidit. *Feſtus.* Compluuium, quò de diuerſis tectis aqua pluuialis confluit in eundem locum. *Virg. 3. Georg.* & dum Vere madent vdo terræ, ac pluuialibus Auſtris. *Colum. lib. 2. cap. 13.* Pluuiales quoque, & feriarum computantur, quibus non aratur, dies quinque & quadraginta. *Ouid. 2. Faſtorum.* Ecce velut torrens vndis pluuialibus auctus, Aut niue, quæ Zephyro victa repente fluit. ¶ Hœdi pluuiales, ſtellæ duæ ſunt quas Auriga (quod ſignum cœleſte eſt ſuper cornua Tauri) in manu tenet.

Plŭuĭōſŭs, oſa, um: vt Annus pluuioſus, in quo crebri imbres decidunt. } ὑετώδης. GAL. Pluuieux. ITALI. *Piouoſo.* GERM. Voll Rägens/ das vil rägen hatt. HISP. *Coſa de agua lluuia ò lluuioſa.* ANG. *Full of rayne, or that hath muche rayne.* } *Plin. libr. 18. cap. 23.* Nubilo occaſu pluuioſam hyemem denuntiat.

Plus, pluris. *vide* MVLTVS.

PLŪTĀRCHVS, πλούταρχος. Chæronenſis philoſophus, floruit ſub Traiano & Adriano & Imperatoribus. (nam Traiano libros Apophthegmaton inſcripſit) vir eruditiſſimus, & multiiuga eruditione mirabilis, ac fœcundus. A Traiano in Illyricum miſſus eſt conſulari poteſtate, imperatúmque omnibus Illyricis magiſtratibus vt abſque eo nihil ageret. Huius nepos fuit Sextus philoſophus. Meminit vtriuſque Euſebius in Chronicis. ¶ Plutarchus alter, Neſtorij filius, Athenienſis ſophiſta, præceptor Syriani: qui ſcholæ præfuit Athenienſi ſub Iuliano principe. *Autor vtriuſque Suidas.*

Plūtĕŭs, plutei, maſc. gen. Machina ad expugnandos muros, ad ſimilitudinem caſibis. Contexitur è vimine, & coriis protegitur, terníſque rotulis: quarum vna in medio, duæ in capitibus imponuntur. In quamcunque partem volueris, admouetur. Hos obſidentes muris admouebant, applicabántque, ſub iiſque latitantes, ſagittis, aut aliis miſsilibus defenſores de propugnaculis exturbabant, vt interim ſcalis aſcendendi præſtaretur occaſio, *vt inquit Vegetius* [*cap. 8. lib. 4.*] *Cæſar,* Sempérque hoſtibus ſpes victoriæ redintegrabatur, eo magis quòd deuſtos pluteos turrium videbant, nec facile adire apertos ad auxiliandum animaduertebant. [*Cæſar lib. 1. de bell. ciui.* Cratibus & pluteis à fronte atque ab vtroque latere protegebant.] *Plaut. in Milite.* [*ſc. 2. a. 3.*] Ad eum vineas, pluteóſque agam. hoc eſt totis viribus eum oppugnabo. Poſtea verò etiam tabulæ, quibus aliquid præſepiretur, eodem nomine dictæ ſunt, παραπήγματα. *Liuius,* Cratibus pluteíſque, & linteis contectus; *Suetonius in Calig.* accipere videtur pluteum pro fulcro tori diſcubitorij, Quoſdam, inquit, ſummis honoribus functos cœnare modò ad pluteum, modò ad pedes ſtare ſuccinctos linteo paſſus eſt. *Mart. lib. 3.* Excludúntque ſcenem, ſpondæ qui parte cubabat. Namque puer pluteo vindice tutus erat. ¶ Librorum quoque & tabularum, ſignorúmque repoſitoria, plutei appellantur. *Inuen. Satyr. 2.* Et iubet archetypos pluteum ſeruare Cleanthas. ¶ Tabula præterea qua vtuntur ij qui aliquid meditantur, conſcribúntve, Pluteus dicitur. *Perſ. Satyr. 1.* Nec pluteum cœdit; nec demorſos ſapit vngues. *Vbi interpres.* Qui morant ſtylo, iudicíumque adhibent in ipſo limæ labore, irati interdum, aut ſolicite cogitabundi, vel pluteum cædunt, vel vnges arrodunt, vel caput ſcabunt. ¶ Pluteum etiam dicebant ſpatium id quod inferiores columnas à ſuperioribus per longitudinem in fronte diſcernebat.

Plūtĕālĭs, plutcale, Vnde à *Cicerone ad Attic. lib. 1.* ſigilla plutealia, imagunculæ pluteis, id eſt tabulis incluſæ dicuntur. Prætetea (*inquit*) typos tibi mando quos in tectorio atrioli poſſim includere, & plutealia ſigilla duo.

PLVTO, πλούτων ἀϊδωνεύς, Saturni filius ex Ope coniuge, & frater Iouis, atque Neptuni: qui quum ad regni diuiſionem veniſſent, Plutoni qui natu minimus erat & Ageſilaus vocabatur, pars Occidétis obtigit, ſeu eius inferum mare: Ioui plaga Orientalis: Neptuno inſulæ. Hinc datus eſt locus fabulæ; Ioui imperium cæli, Neptuno maris, Plutoni inferorum obtigiſſe. Dictus Pluton ἀπὸ τοῦ πλούτου, hoc eſt à diuitiis, eò quòd opes omnes ab inferis, hoc eſt ab intimis terræ viſceribus eruantur. GERMANI. Ein ſon Saturni vnd ein bruder Iouis / der gott der Hellen. } Eandem etiam ob cauſam Latini Ditem appellarunt. *Cic. 2. de Natur. deor.* Terrena autem vis omnis atque natura Diti patri dedicata eſt, qui dines, vt apud Græcos πλούτων, quia & recidant omnia in terris, & oriantur è terris. *Hactenus Cicero.* [*Tibull. lib. 4.* Inferno Plutoni ſubdita regno magna Deúm proles.] Idem & Summanus dicitur, quaſi ſummus deorum manium. Item Orcus, quaſi vrgus, ab vrgendo, quòd omnes in interitum vrgeat. Appellatur & aliis multis nominibus, *quæ vide apud Cælium antiquar. lect. l. 10. c. 18.* Huius vxorem Proſerpinam eſſe volunt, Cereris filiam: cuius raptum tribus libris exequitur Claudianus.

Plutonius, a, um, *Horat. 1. Carm.* Et domus exilis Plutonia, quo ſimul mearis, &c. ¶ Plutonia quæ ait Cicero in Aſia eſſe, ſpecus ſunt tetrum & peſtiferum halitum euomentes, omniáque accedentia animalia enecantes: vt apud Hierapolim. Plutonium deſcribitur à Strabone & Charoniam ad Tymbriam vicum Cariæ. Spiracula Ditis vocat *Maro lib. 7. Æneid.*

PLVTVS, } πλοῦτος. GERM. Der gott der Reichtumben. } A Græcis fingitur diuitiarum deus; quem in aduentu claudum eſſe volũt: in receſſu alatum: hoc nimirum innuentes, ſerius quidem contrahi opes: partas autem,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

nisi frugaliter dispensés,velocissimè dilabi.eundem & cæcum faciunt & iudicij expertem,propterea quòd indignissimum quenque opibus affluere videamus,probos autem & prudentes viros in re tenuissima versari.Huius domicilium constituit Posidonius in subterraneis Hispaniæ locis, eò quòd regio ea metallorum fœcunditate reliquis antecellat.Extat huius nomnis comœdia *apud Aristoph.*

Pluuia,Pluuialis,*vide* PLVO.

PLYNEAE,πλυνέαι,Nili insula cuius incolæ Plyneæi dicuntur, & Plineatæ.*Stephan.*

Plynteria, orum, πλυντήρια, Dies festi erant apud Athenienses, Cereri sacri, qui inter nefastos numerabantur. *Vide Cæl.* Rhodig. *libr.* 14.*cap.* 9.

P ante N.

Pneumăticus,a,um,{πνευματικός.GALLI. Spirituel, de vent. ITALI. *Spiritale.* GERMANIC. Bläsig/windig. HISPAN. *Cosa de esperitu ò viento.* ANG.*Spirituall ò vindie.*} Spiritualis, ἀπὸ τοῦ πνεύματος,quod spiritum significat.Pneumatica organa dicuntur spiritalia,hoc est, quæ vi flatus vel spiritus aquam ex puteo vel flumine hauriunt ad irrigandos hortos.*Plin. lib.*19.*cap.*4.Hortos villæ iungendos non est dubium : rigúosque maxime habendos,si contingat profluo amne:sin minus, è puteo pertica,pneumaticisque organis,vel tollenonum haustu rigandos.¶Pneumatica ratio,pars est musicæ quæ fit, inflatis vento fistulis. *Plin.li.*7.*cap.*37.Ctesibius laudatus pneumatica ratione, & hydraulicis organis repertis.

Pneumŏnĭă,πνευμονία,quæ & peripneumonia, Inflammatio pulmonis cum febri acuta & difficultate spirandi. Græci enim πνεύμονα vocant quem nos pulmonem.

Pneumŏnĭcĭ,πνευμονικοί,Qui laborant ex pulmone: qui Latinè dici possunt pulmonarij.sicut a Columnella ouis pulmonaria dicta,cuius pulmo afficitur,

P ante O.

POM.In notis antiquorũ Pompeius.PON.M.Pontifex Maximus POP. Populus.POSTH Posthumis vel Posthumius.POT.Potestas.P. P. Pater patratus.P.P.P.P.P.S.S.S.S.E.V.V.V.V.V.V.V F.F.F.F. Primus pater patriæ profectus est,secum salus sublata est. Venit victor validus vincens vires vrbis vestræ,ferro, fame , flamma , frigore.P.P.H.S. C. præses prouinciæ Hispanię citerioris,PQ.postquam.

Pocŭlum, li,proprie vas quo bibitur : à potione dictum. { כוס *cos.* ἔκπωμα,ποτήριον. GALLIC.Toute sorte de vaisseau à boire.ITA.*Coppa.* GER.Ein trinck geschirr/Bächer. HISPANI. *Vaso para beuer,copa.* ANG. *All maner of vessel to drink in,a cuppe.*} *Cicero Verr.*6.In his poculis duo quædam quæ Heraclia nominantur, Menoris manu summo artificio facta. *Virg.*11.*Æneid.* Expectare dapes,& plenæ pocula mensæ.*Horat.* 1 *Serm Satyr.*2.Num tibi quum fauces vrit sitis aurea quæris pocula? num esuriens fastidis omnia, præter pauonem,rhombumque? *Virgil.* 3 *Eclog* po ula ponam Fagina , cælatum diuini opus Alcimedontis. ¶Sumitur tamen quandoque pro ipso potu siue potione.*Virg* 2.*Geor.* pocula si quando sæuæ infecere nouercæ.¶poscere maioribus poculis,est copiosius & liberalius potationi indulgere, & conuiuas ad potãdum inuitare. *Cic* 3.*Verrin.* Discumbitur,fit sermo inter eos & inuitatio vt Græco more bibcretur:hospes hortatur: poscunt maioribus poculis,celebratur omnium sermone,lætitiaque conuiuium. [propino magnum poculum , ille ebibit (in fine conuiuij) *Plau.Curc.sc.*3.*a* 2. Accipiam te inter pocula palpamentis.*Plau.Pseud.sc.*1.*a.*4. Tecum æque pocula potitet.*Plau.Asin sc.*1.*a* 4.Alter humum,de qua fingantur pocula monstrat.*Ouid.Eleg* 1.*lib.*2.*Trist.*Vtque soporiferæ biberem si pocula lethes.]

Pocillum,li,diminutiuum,paruum poculum.{ἐκπωμάτιον.GALLIC.Posssonnet,petit vase à boire. ITALIC. *Vasetto da bere.* GERMANIC. Ein trinckgeschirr/ein / bächerlin. HISPANIC. *Pequenno vasa para beuer.* ANGLIC. *A litle cuppe.*} *Plin.libro* 4. *capite* 13. L.papyrius imperator aduersus Samnites , dimicaturus,votum fecit, si vicisset, Ioui pocillum vini. *Plautus in Asinaria* , Tecum vina postea tecum aquæ pocilla potitet. *Cato capite* 156. per linteum exugito succum , quasi heminam in pocilli in fic ile. *Liuius decimo ab Vrbe,* Vouerat Ioui victori si legiones hostium fudisset , pocillum mulsi , priusquam temetum biberet.

Pocillător,oris,pincerna,qui est à poculis , qui in conuiuio vinum miscet{ משקה *maschkéh.* οἰνοχόος. GALLIC. Qui verse à boire , eschanson. ITALIC. *Coppiere.* GERMANIC. Ein einschenck / einer so der trinck geschirren achtung hatt. HISPANI. *Escanciador ò copero.* ANG. *A butler,that watteth on a nans cuppe.*} Talis apud superos dicitur esse Ganymedes,quem ab Aquila raptum Ioui pocula ministrare fabulantur.

Pōtŭlentŭs,a,um,adiectiuum,Quicquid potari potest. { πόσιμος. GAL. Qui on peut boire.ITA.*che si può beuere.* GERM. Gut zu trincken. HIS. *Cosa que se puede beuer o aquella benida.* ANG. *what soeuer may be drunken.*} *Gell l.*4.*c.*11.penus est,inquit, quod esculentum aut poculentum est *Cicero* 2.*de Natura de rum,*Habitat in ea parte oris, quam esculentis & poculentis iter natura patefecit. Sunt qui hisce in locis potulentum & potulentis legere malint,vt sit à potu potulentus : sicut ab esca esculetus.

Pŏdăgrā,pen.cor.{ποδάγρα GAI.La goute és piés.ITA. *Podagra.gotta nel piedi.* GER Podagra / ein ſ wäre trancket der fussen. HISPA. *Gota enfermedad nota de los pies.* ANG. *The goute in the feete.*} Morbus est articularis, pedes præcipue infestans , aliis cum ardore , alius cum algore quo diuites & otiosi præcipue infestantur.Dicta podagra quòd pedicæ more quam Græci ποδάγρας appellant , pedum vsum impediat. ¶Hoc vitium si manus infestet chiragra dicitur.*Martial. lib.*1. Litigat & podagra Diodorus Flacce , laborat.Et nil patrono porrigit : hac chiragra est. *Ouid.*2.*de Ponto,*Soluere nodosam nescit medicina podagram.[*Seneca cap.*17.*de vita beata,*Delimmenta magis, quàm remedia podagræ meæ compono.] Podagra,*inquit Plinius,*morbus peregrinus est.Nam si Italiæ fuisset antiquitus,Latinum nomen inuenisset. Non enim Roma,quum sudando & laborando,&vires exercendo homines vincebant,hoc malum cognouit.¶Sunt podagræ duo genera , calidæ & rubens dicitur , & frigida.*Plin.lib.*26.*cap.*10.Podagras refrigerat radix e xiphio,semen è ptyllio,cicuta cum lithargyro , aut axungia:aizoum in primo impetu podagræ rubentis,hoc est,calidæ. Vtrubet verò conuenit erigeron cum axungia.

Pŏdăgrĭcŭs,& podagrosus.{ ποδαγρικός. GAL. Gouteux és piéds,podagre. ITA.*Gotto ſonel piedi.* GERM. Podagrâniſch. HISPA. *Gotoſo de los pies* ANG.*That hath the goute in his feete.*} Qui podagra laborat. *Plautus in Merc.* Sed tandem si podagrosis pedibus esset Eutychus.*Plinius lib.*30 *cap.* 8. Omnes hæ & podagricis vtiles , & sanguinem reficientibus.

Pŏdăgĕr,a,um;ποδάγρης,idem quod podagricus.*Claud.Epigram.*30.Atque nihil prorsus stare parat podager.

PODALIRIVS,ποδαλείριος,proprium nomen Æsculapij filij,& fratris Machaonis,qui ob insignem medicinæ artis peritiam vna cum fratre ad bellum Troianum euocatus fertur.Dictus Podalirius à pedum magnitudine.*Ouid.lib.*2.*de Arte amandi,*Quantus apud Danaos Podalirius arte medendi,Automedon curru,tantus amator ero. ¶Est etiam Itali cuiusdam nomen *apud Virg.lib.*12.

PODALEA,æ, penultima producta,ποδάλεια.Vrbs Lyciæ *apud Plinium lib.* 5.*cap.* 17.

PODARGE,es,ποδάργη,Quæ velocissimæ nomen,ex qua Zephyrus Xanthum & Balium Achillis equos progenuit, vt fabulatur *Hom.*16 *Ilia.* Dicta podarge ' pedum velocitate.

PODARGI,ποδάργοι, Populi Thraciæ,*teste Stephano.*

Pŏdĕtis,penult.prod.ποδήρης,Talaris tunica, hoc est vestis ad talos vsque demissa,quæ adhæret corpori,& ita arcta est,& strictis manicis,vt nulla omnino in veste sit ruga,& vsque ad crura descendit. Solent milites habere lineas,quas camisias vocant , sic aptas membris , & adstrictas corporibus,vt expediti sint vel ad cursum , vel ad prælia , dirigendo iacula , tenendo clypeum, ensem vibrando,& quocunque necessitas traxerit,expedite sequentes.

Pŏdex , posterior pars corporis pudenda , quòd ex ea pedes fluere videantur.{ ἀρχός, πρωκτός. GALLIC.Le siege,le trou du cul.ITAL.*Il forame poſte fra le natiche,donde la natura manda gli excrementi & le fecie.* GERMANIC. Der aus. HISPAN. *El saluunor.* ANGLI. *The hole of the arſe.*} *Iuuen. Satyr.*4. & podici læui Cæduntur tumidæ , medico ridente mariscæ.*Horat.*Hictque turpis inter aridas nates podex , vt crudæ bouis.

Pŏdĭum,dij,πόδιον,Locus est ad spectandum aptus, à pede nomẽ habens, siue quia pedis modo proiectura illa, quæ podium facit,procedat: siue quod ad pedes ædificiorum strui consueuerit:siue quod in eo pedibus hæreamus.Alio nomine dicitur mœnianum,Solet enim fieri extra domus parietem locus porrectus instar pulpiti, mutilis e marmore suppositis. *Iuuen. Satyr.*3.Omnibus ad podium spectantibus. *Sueto. de Nerone cap* 12. Cæterum accubans primùm paruis foraminibus , deinde toto podio adaperto spectare consueuerat.*Vlp.l.*12.*§.*12.*D.de Inſt.*Item spongiæ quibus columnæ , pauimenta,podia,exterguntur. Huius diminut.est podiolum.

POĔAN,antis. ποίας, Pater Philoctetis , qui ab eo Pœantius & Pœantides a poetis appellatur *Ouid.libro* 1.[*Eleg* 2.] *Trist.*Penè decem totis aluit Pœantius annis Post sæuum tumido virus ab angue datum. [Pestiferi, non post sæuum hic legit *Passerat.Idem Ouid.*13.*Metam.* Pœantia proles.*Idem Eleg.*1.*lib* 5 *Trist.*]

POECILASIVM,ποικιλάσιον, Oppidum Cretæ in latere Australi.*Ptol.l.*3. *cap.*17.

POECILE,huius es,pen.cor.ποικίλη , Fuit porticus Athenis, in qua Stoici philosophantur. { GERM. Ein schöpff oder behelt ort zu Athen an welchem die Stoici lesten und disputirten. } Ita dicta à varietate picturæ.Græci enim ποικίλον,varium dicunt,ποικιλίαν, varietatem.Vnde & lapis syenites vocatus est pyropœcilos à varietate rubentium maculatum.In hac porticu Zeno Philosophus discipulos docebat. Vnde & Stoica secta nomen accepit,& philosophi Stoici nuncupati, qui antea Zenonij à Zenone sectæ eius principe dicebantur.Nam στοὰ Græcis porticus.*Plin.lib.*35 *cap* 9 Hic & Athenis pinxit porticum, quæ Pœcile vocatur,gratuito. ¶ Fuit & in Elide porticus Pœcile , quæ à *plinio* Heptaphonos appellatur, quoniam septies eadem vox in ea reddebatur.

POESSA,ποισσά , Insula est in mari Carpathio , notiore nomine Rhodus dicta.*Ab eos plin.li.*5.*c.*31.

Poema,*Vide* POETA.

POEMEN,ποιμήν,Mons pontice regionis à quo Parthenius profluit per medium Amastrem.*Autor Stephan.*

POEMENIS,penultima correpta ποίμφις,Canis fœmina est , ex canum eorum numero qui Actæonem lacerarunt : ita dicta quòd in seruandis gregibus , pastoris quodammodo officio fungeretur. Nam Græcis ποιμὴν pastorem significat,à quo fœminum Pœmenis deduxit *Ouid.* 3.*Metam.* pecudesque secura Pœmenis , & natis comitata Harpyia duobus.

Pœnă,æ,Supplicium,à Græco ποινή· quanuis Varro à pendendo deriuari putet.{ עוֹן *bóneſch.* τίμωρια,τιμωρία.GA. Peine,punition. ITAL. *Pena,ſupplicio.* GER. Ein straff HIS. *La pena.* ANG. *Paine , punishment.*} *Gell.lib.*4.*c.*11.penus est,inquit, quod esculentum aut poculentum est *Cicero* 2.*de Natura de rum,*Habitat in ea parte oris, quam esculentis & poculentis iter natura patefecit. Sunt qui hisce in locis potulentum & potulentis legere malint,vt sit à potu potulentus : sicut ab esca esculetus. Habet autem hoc nomen varios in oratione vsus.Dicimus enim Petere pœnas pro exigere:pendere pœnas,pro puniri : similiter Luere pœnas,Afficere pœna , Constituere pœnam alicui , aut in aliquem. Committere in pœnam,Cogere in pœnam, Consurgere in pœnam, id est vt pœnam ab aliquo exigere,Dare pœnas , Dependere pœnas, Exigere pœnam,Expetere pœnam,Effugere pœnam , Expendere pœnas alicui,Ferre pœnam,Habere pœnas, reſoluere pœnas , sceleris, referre pœnam,persequi pœnas alicuius:pro vlcisci:pendere pœnas, puniri , supplicio affici,mulctam soluere :Repetere pœnas ab aliquo, Sustinere pœnam , Sufferre pœnam , Sumere pœnas: Subire pœnas, Suscipere pœnam. Exempla veteres scriptores legenti passim erunt obuia.[Item pœnas capere.*Gell.cap.*14. *lib.*6.Male consultorum pœnas exsolut.*Velleius,*Morte pœnas dedit.*Velleius.* Et Capite illi pœnas dedit *Idem.* Et meritis pœnas luere supplicijs. *Idem Velleius.* In pœnam adnoti igitur es. *Idem Velleius.* Pœnas illicitas à se exigere. Se-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

nec.capite 3 de Consol.ad Mart. Pro istis maledictis pœnæ pendentur mihi. *Plau.Asin.sc.4.a.2.* Si istuc faxis, haud sine pœna feceris. *Plautus Capt.sc.5.a.3 Ouid.Eleg.vlt.li.4.Trist.* Ante diem pœnæ (meæ) periere (parentes) *Idem Eleg.9.li.4.Trist.* Et sola est patria pœna carere mea.] Pœnarum verò octo genera Cicero commemorat: damnum, vincula, verbera, talionem, ignominiam, exilium, seruitutem, mortem. [Pœnarũ tria genera *vide apud Gellium cap.14.libro 6.*] ¶ Pœna etiam apud Iuriconsultos ponitur pro eo quod interest, siue pro vsura. *Paul.vltim. D.de eo quod cert.* Centum solutis ex vniuersitate, tam ex sorte quàm ex pœna solutum videri. *Idem l.11.de vsuris,* Quæsitũ est, an illud quod amplius ex consuetudine pœnæ nomine à quibusdam exactum est. Pœna tamen sic differt ab vsura, quòd quum vsura ex vsu pendeat, sine vt planius loquamur, vsus diuturnitas eam pariat, pœnam contra succeſſus temporis non parit, sed contumacia debitoris sola. *Ex Hieronymo.*

Pœnālis, pœnale, Quod ad pœnam pertinet. { *Ποινικός.* GALLIC. De peine & punition. ITAL. *Penale.* GERMAN. Das zu der straff gehört. HISPA. *Cosa perteneſciente à pena.* ANGLIC. *Belonging to paine or punishment.* } vt pœnalis opera. *Plinius libro 18. capite 11.* Alica fit è zea, quam semen appellauimus. Tunditur granum eius in pila lignea. Nam lapidis duritia conteritur, Nobilius (vt notum est) pilo victorum pœnali opera.

Pœnālitus, aliud adiectiuum, Pœnalis: vt pœnaria actio. *Quintil. lib.4.cap. 3.* Si legem asperam tuebimur, aut pœnarias actiones inferemus. *Idem lib.7.cap.5.* Sed etiam in formulis quum pœnarię sunt actiones, nos ita causam partimur, an commissa sit pœna, an exigi debeat.

Pœnĭtĕt, tebat, tuit, verbum impersonale, Quasi pœna tenet, *inquit Sipontinus.* Est enim pœnitere, ob factum aliquod vel non factum animo angi & dolere. { נחם *nichám. μετανοέω, μεταμέλομαι. μετανοεῖν.* GALLIC. Se repentir. ITALIC. *Pentirsi* GERMANIC. Es reuwet mich. HISPANI. *Arrepemirse.* ANGLIC. *To repent, to forthink.* } De vi eius verbi *Gell.cap. 1.libro 27.* Dictum à pene & penuria. *Ibidem.*] *Cicero pro Cælio,* Nam quod obiectum est de impudicitia, quódque omnium accusatorum nõ criminibus, sed vocibus maledictisque celebratum est, id nunquam tã acerbè feret Cælius, vt eum pœniteat nõ deformem esse natum. [*Pla. Amphit.* Me haud pœnitet scilicet boni dimidium diuidere cum Ioue. Fac modo te pateat pœnituisse tui. *Ouidius Eleg.9.lib.4.Trist.* Eho an pœnitet te (credete huic). i. molestum est. *Plautus Pseud.sc.3.a.1.* Me haud pœnitet tuáne expetam? (. i. mea mihi satis sunt.) *Plautus Aul. sc.2.a.3.*] ¶ Quoniam verò in his etiam quæ nobis aut tædio, aut pudori sunt, pœna quædam esse videtur, fit vt pœnitet aliquando pro tædet, pudet, seu dolet, accipiatur. *Liuius 1.ab Vrbe condita,* Nec me eorũ sententiæ esse pœnitet. *Cicero in Catone,* Nunc igitur si ad centesimum vixisset annum, senectutis eum suæ pœniteret? [*Senec.capite 3.de Cons. ad Polyb.* Tam citò te indulgentiæ tuæ pœnituit? ¶ Item Non pœnitet virium (. i. Illis satis confido) *Liuius libro 8.ab vrb.* Et apertius *libro 2.bell.Pun. Aul.sc.2.a.3.* Quem locum modò citauimus.] ¶ Accipitur interdum pœnitet, pro eo quod est, parum, vel exiguum videtur. *Teren. in Eunuch.* An pœnitebat flagitij, te autore quod feciſſet Adolescens, ni miserum insuper etiam patri indicares? *Idem in Heauton.* Me quantum hic operis fit, pœnitet. id est parum videtur, & exiguum quod à seruis fit. *Cicero lib.1.Offic.* Tandiu autem velle debebis, quoad te, quantũ proficias, non pœnitebit. ¶ Pœnitet me hominis, id est non magni facio hominem. *Cic.4.Acad.* Quid eum Mnesarchi pœnitebat? Quid Dardani, qui erant tum principes Stoicorum?

Pœ..ĭtens, pœniturus, & pœnitendus, participia. Accius, Neque te, neque quenquam arbitror pœniturum tuæ laudis. { נחם *nichám. ὁ μετανοῶν, ὁ μεταμελόμενος.* GAL. Repentant, qui se repent. ITA. *Chi se pente.* GERM. Reuwend. HISP. *Que tiene arrepentimiento.* ANG. *That repenteth.* } *Quin. libro 9.capite 3.* Eo vsque processum est, vt Non pœniturum, pro non acturum pœnirentiam, & Visuros, ad videndum missos, *Sallustius dixerit. Colum.libro 2.capite 2.* Itaque hic ager siue exerceatur, siue cesset, colono est pœnitendus, ac tãquam pestilens refugiendus. Pœnitendus enim idem est quod parui æstimandus, pudendus, contemnendus. *Liuius 1.ab Vrbe condita,* Sub haud pœnitendo magistro. ¶ Pœnitens verò interdum iungitur genitiuo. *Sueton.in Vitellio,* Non multò pòst pœnitens facti. Interdum ablatiuo cum præpositione De. *Idem in Claud.* Pœnitenti de matrimonio Agrippinæ. ¶ Pœnitendum, gerundium legitur: vt Non est eius præceptoris pœnitendum. *Sallust.in Iugurtha,* Nũ eorum pœnitendum sit.

Pœnĭtĕntĭa, & Pœnitudo, ab Impersonali pœnitet, Dolor ex re aliqua facta aut præterissa oriens. { תשובה *teschubah. μετάνοια, μεταμέλεια.* GAL. Repentance, penitence. ITA. *Penitentia.* GER. Reuw/buſſertigkeit. HISPA. *Arrepentimiento.* ANG. *Forthinking, repentance.* } *Plin.Epist.130.* Superest vt rursus prouinciæ, quod damnasse dicitur, placeat: agátque pœnitentiam pœnitentiæ suæ. *Plin.l.17.capite 12.* Nihil est fœdius agricolis, quàm gestæ rei pœnitentia. [*Quintilianus,* Ius mortis petere ob aliquam magnam infelicitatem vel pœnitentiam.] ¶ Ponitur aliquando pro contemptu & aspernatione. *Plin.lib. 5.capite 17.* Gens æterna, in qua nemo nascitur, tam fœcunda illis aliorum pœnitẽtia est. *Budæus.* [¶ Pro voluntate. *Sueton.in Cæs.c.75.* Iulianos subita pœnitentia interficere. (. i. mutata voluntate.)]

PŒNĬCUS, Carthaginiensis, à nomine Phœnix, detracta aspiratione, λίβυος. Sumpserunt enim Carthaginienses originem à Tyriis Phœnices populis, qui duce Elissa (quæ & Dido dicitur) Pygmalionis sæuitiam fugientes, in Africam appulerunt. [*Ouidius Eleg.6 lib.4.Trist.* Tempore Pœnorum compescitur ira Leonum.] *Seruius in illud Virgilij 1.AEne.* ponúntque ferocia Pœni Corda volẽte deo. Pœni inquit, *ἀπὸ τοῦ φοίνικος* est, quasi Phœni, quia à Phœnicibus orti. Hinc deducitur Punicus, a, um, commutata œ dipthongo in *u. Vide suo loco.*

Pœnŭlus, diminutiuum est à Pœnus, quo nomine Plautus fabulam inscripsit, cum qua Pœnus Hanno Punice loquens introducitur.

Pœnĭcus, a, um, antiqui dicebant, quod nos Punicus, œ diphthongo in u transmutata. *λιβυκός.* Ita Pœnica pauimẽta vocabãt quæ nos Punica appellamus, ex lapide Numidico strata. [*Gellius c.13.li.8.*] Simili etiam modo Pœnio dicebant quod posteritas Punio extulit.

Pœphăgus, *πυφάγος,* Animal est Indiæ peculiare, duplo maius equo, caudam habens pulcherrimam: cuius setæ humani capilli subtilitatẽ vincunt: quo nomine à mulieribus maximè expetuntur, quæ iis capillos suos implicant. *Autor Ælian.*

Pŏ ..ĭtă, æ. { *ποιητής.* GA. Poete, faiseur de vers. ITA. & HISP. *Poeta.* GERM. Ein poet/das ist/ein verßdichter / der alle seine geschrifte in verß stellet. ANG. *A poete.* } Carminum insignium scriptor, ἀπὸ τοῦ ποιεῖν, quod inter cætera significat ἐμμέτρως γράφειν, Hoc est metrice aliquid conscribere. [*Gell.capite 15.libro 3.* Poeta comœdiarum Philippides. Tu poeta prorsus es, ad eam rem vnicus. *Plautus Asin.sc.3.a.3.* Nunc ego Poeta fiam (. i. reperiam quod nusquã est.) *Plautus Pseu.sc.1.a.1.* Poetæ diem festum Bacchi vt celebrabant. *Quid.Eleg.4.l.5.Trist.* Item, Cùm dicitur Poeta, solus Homerus intelligitur, *inquit Velleius.*] *Horat.in Arte,* pictoribus atque poetis, Quidlibet audendi semper fuit æqua potestas. *Virgilius 9.Eclog.* & me fecere poetam Pierides. *Cicero 2.de Orat.* Bonus poeta nemo sine inflammatione animorũ existere potest: & sine quodam afflatu quasi furoris. *Horatius 1.Serm.Satyr.4.* Dissecti membra poetæ.

Pŏēmă, atis, & poesis, ποίησις. Opus, poetarum figmentum, fictio. ποίημα. GAL. Poesie, poeme, ce qu'vn poete a compole. ITAL. *Poema, poesia.* GERMAN. Ein gedicht in verß oder reimen gestellet. HISP. *Obra de poeta.* ANG. *Poesie, the worke of a poete.* } *Plautus Asin.sc.3.a.1.* Nam nec fictum vnquam, nec pictum, [nec scriptum] in poematis. *Plinius lib.7.cap. 36.* De poematum origine magna quæstio est. *Cicero 4.Tuscul.* Anacreontis tota poesis amatoria est. Nonius ita distinguit inter poema & poesin: quod illud sit inuentio parua, quæ paucis verbis exprimitur: hæc verò contextus ipse scriptorum & opus totum. Sic tota Ilias poesis appellabitur: Armorum autem Achillis descriptio, poema. Verùm hæc differentia à nemine obseruatur.

Pŏētĭcus, a, um. { ποιητικός. GAL. Poetique. ITA. *Poetico.* GERM. Poetisch/ das einem poeten zugehöret. HIS. *Cosa perteneſciente à poeta.* ANG. *Perteaning to a poete.* } Quod ad poetã pertinet, vt Ars poetica, Verba poetica. *Ci.3.de Orat.* Sed tamen rarò habet etiam in oratione poetica aliquod verbum dignitatem. Poeticus numerus & modus. *Idem de Orator. libro primo. Quintil.libro 1.* At in eadem vitij geminatione, metier, sufficier dicens Ennius, poetico iure defenditur. Licentia poetica. *Quintil.lib.2. cap.4.* Poetici dij. *Cic.3.de Nat.deor.* Mella poetica manare. *Horat.2.Epist.20.*

Pŏētĭcē, aduerb. More poëtarum. { ποιητικῶς. GALLIC. Poëtiquement. ITA. *Poeticamente.* GERMAN. Auff poetische weiso oder gattung. HISP. *El manera di poeta.* ANG. *Lyk a poete.* } *Cic.6.de Fin.bon.& mal.* Vt poëticè loquar.

Pŏētĭce, tices, aut poëtica, cæ, Ars conscribendorum versuum. { ποιητική. GALLIC. Poesie, l'art de compoſer vers. ITA. *Poetica, l'arte di comporre verſi.* GERM. Die Poeten kunst/ herrliche gedicht in kunstliche Verß vnnd reymen angestellen. HISP. *Arte de la poesia.* ANG. *The art of making verses.* } *Cic.1.Tusc.* Serius poëticam nos accepimus. *Ibid.* O præclaram emendatricem vitæ poëticam.

Pŏētŏr, taris, In poetica me exerceo, siue poëtam ago. ποιητίζω. *Ennius,* Nunquam poëtor, nisi podager.

Pŏētrĭa, æ, & poëtis, idis, Mulier poëtices perita. { ποιήτρια. GAL. Femme qui ſçait faire & compoſer vers. ITA. *Poeteſſa, donna che ſal'arte di cõporre verſi.* GERM. Ein Poetin/ein Verßdichterin. HISP. *La muger poeta.* ANG. *A she poete.* } vt Sappho, & Corinna. *Perſ.in Præf,* Poëtrias picas Cantare credas Pegaseium melos. *Cic.pro Cælio,* Verùm hæc tota fabella veteris & plurimarum fabularum poëtriæ, quàm est sine argumento, quàm nullum inuenire exitum potest.

Pŏētrĭcĭcŭs-adiectiuum, quo vsus est *Ennius,* qui Caballinum fontem poëtificum nominant.

Pōgōnĭă, æ, πωγωνία, Genus cometæ, barbatæ stellæ similitudinem referens, vnde & nomen habet, ἀπὸ τῦ πώγωνος, hoc est à barba. *Plinius li.2.c. 25.* Pogonias vocant quibus interiore parte in speciem barbæ longæ promittitur iuba.

Pol, Iurantis aduer. id est per Pollucem, quod iuramenti genus tam viris, quàm mulieribus erat commune. πὸλυδεύκη. *Plaut.in Amph.* Neque pol dedi, neque dixi. [Amicis an inimicis es daturus cœnam? Equidem pol miror. *Plaut. Mostell.sc.3.a.1.* Ego pol te vlciscar. *Ibidem sc. 1.a.1.* Pol ego amicis scilicet. *Plaut.Pseud.sc.2.a.3.* Atqui pol hodie nõ feres. *Plaut.Asin.sc.3.a.3.* Pol haud scio quod post fiat. *Idem Aul.sc.2. a.3.* Pol si connixus esses transmitteres. *Plaut.Milit.sc.5.a.2.* Vin' gessiorem qui pol me reliquit. *Plaut.Most.sc.3.a.1.* Eam pol osculantem viderae. *Plaut.Milit.sc.5.a.2.* Hab pol quidem nisi Sibylla legerit. *Plaut. Pseud.sc.1.a.1.* Pol haud te rogem si sciam. *Plaut.Menæc.sc.2.a.4.* At pol non potes. *Plaut.Men.sc.1.a.5.& sc.2.Ibid.* Pol profecto haud dissimilis est. *Plaut.Men.sc.9.a.5.* Nam pol vna dedit. (pro Atqui sanè) *Plautus Men.sc.3.a.3.& in Milit.sc.4.a.2.*]

PŎLĂ, πόλα *Ptolemæo,* Istriæ vrbs à Colchis condita, postea à Iulio Cæsare, qui eò coloniam deducendam curauit, Iulia pietas appellata. *Autor Plin.l.3.c.19.*

Pŏlĕă. πόλιον *Aristoteli,* Syrorum lingua Fimus est pulli asinini, quẽ mater in partu ante fœtum effundit. *Plin.lib.28.c.13.*

POLĔMON, pen.cor. πολέμων, Philosophus Atheniensis, Philostrati filius qui quum in iuuentute petulans esset, & aliquando ebrius, & coronatus Xenocratis scholam ingressus fuisset, eius oratione quæ tunc de pudicitia erat, adeò mores immutauit, tantúmque in Philosophia profecit, vt Xenocrati in schola succederet. *Autor Gellius. Diogenes* eum multa scripsisse testatur. *Suidas* nihil scriptum reliquisse asserit. ¶ Polemon, cognomento Helladicus, patria Ilienſis, historicus nobilissimus, æqualis Aristophanis Grammatici, Panętij discipulus, scripsit de origine ciuitatum Phocidis, Ponti, Laconiæ, Geographiam, & De cui su solis libros tres. *Suidas.* Polemon alius, à Laodicea Cariæ, qui Smyrnæ vixit ac professus est, æqualis Herodis Attici, sub Adriano principe, ad quem legatus quandoque Smyrnæorum missus, ab eóque honorificè exceptus, & Musæo Ægyptio adscriptus est.

PŎLĔMŌNĭUM, πολεμόνιον, Ciuitas est Themiscyrę (quę Pontica regio est. Sideno fluuio irrigata. *Autor Plin.lib.6.c.4.*

Pŏlemōnĭă, πολεμώνιον *Dioscoridi.* Herba quæ alio nomine philetæria appellatur: *de qua Plin.lib.25.c.6.*

Pŏlentă, æ, Hordeum madefactum, deinde siccatum, & tostum. { ἄλφιτον.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

GAL. Farine d'orge ſeichee au feu, ou fritte, griote ſeiche. ITA. *Polenta, che ſi fa di farina dorzo.* GERM. Gerſten mát auſs dem mann vorzeiten Gerſtenmuſs machet/wie bey vns auſs Habermát Habermuſs. HIS. *Poleada.* ANG. *Barley ſtieped in water and after dried, parched or fried.*} Præparabatur autem hoc modo, Perfuſum aqua hordeum ſiccant nocte vna, poſtero die frigunt: deinde molis frangunt, ſeruántque in multos dies. Eſt autem polenta tantùm fœminini generis, quanuis Calepinus neotericos Grammaticos ſequutus, putauerit etiam in neutro genere inueniri. *Cato de Re ruſt. cap.* 18. Tum id percolato, polentam adiicito. *Varro de Re ruſt. lib.* 3. *capite.* 9. Polentam miſtam cum naſturtij ſemine. *Plautus in Aſin.* Vbi ſient nequam homines qui polen tam pranſitant. [*Plau. Aſin. ſc.* 1. *a.* 1. Vbi ſit polenta tu ortaſſe dicis. (de piſtrino.]) Duo omnino à Grammaticis adducuntur teſtimonia *ex Ouid. Metamorphoſi*, quibus probare conantur polenta etiam in neutro genere inueniri: in quorum vtroque polenta fœminnum eſt, non neutrum. *Vide Raphaelem Regium Ouidij interpretem in* 5 *lib. Metamorph. & Deſpauterium De generibus nominum.*

PŌLĒNTĀRIŬS, a, um, Quod pertinet ad polentam, ſeu quod eſt ex polenta. ἀλφιτικός. *Plautus in Curcu. ſc.* 3. *a.* 2. Excutiam ex vnoquoque eorum crepitum polentarium.]

PŌLLĒNTIĂ, æ, πολλωνία. Oppidum eſt ſub Apennino, in confinio Liguriæ, cuius meminerunt *Ptolem. libro* 3. *capite* 1. & *Plinius libro* 3. *capite* 5.

[Polentinus, a, um, *Sueton. in Tibe. c.* 37. Polentina plebs.]

PŌLĪ, polorum. {πόλοι, γνώμαι, *Martiano.* GAL. Les poles artique ou antartique. ITA. *Poli.* GERM. Die zwen vnbeweglichen himmels puncten deren einer jn Mitternacht iſt/zu euſſerſt náben dem kleinen Bären/der ander geſtracks dargegen im Mittag. HIS. PANIC. *Los polos del mundo.* ANG. *The poles arctick and antarctick.*} Duo ſunt puncta immobilia in cælo, circa quæ tanquam circa cardines quoſdam totum cælum volui videtur: vnde etiam nomen acceperunt, ἀπὸ τοῦ πολεῖν, hoc eſt à vertendo, ſiue circumuoluendo. Horum alter qui Borealis appellatur, in noſtro hemiſphærio perpetuò apparet, cui alter, quem Auſtralem dicimus, ex diametro opponitur: neque ex noſtro horizonte vnquam conſpicitur. Ab horum vno ad alterum imaginaria quædam linea ducitur, quam Axem appellant: cuius extrema occupant ipſi poli. *Plin. lib.* 2. *capite* 15. Quoniam terra à verticibus duobus quos appellauerunt polos, centrum cæli eſt, nec non ſigniferi, oblique inter eos ſiti. [*Gell. c.* 10. *lib.* 3. Circulos quoque ait Nigidius in cælo circum longitudinem axis ſeptem, é queis duos minimos, qui axem extimum tangunt, πόλους appellari dicit &c.]

PŌLĬĂ Armentum equorum. φάλαια, καὶ φώλευσις. *Varro* Equariam appellat. *Vlp. l.* 38. *D. de ædil. edict.* Si polia venerit, dicemus vnũ eq um, qui vitioſus eſt, non omnem poliam redhiberi oportere. *Hotomanus.*

PŌLĪMĔNTĂ, *teſte Feſto*, dicuntur teſticuli porcorum quum caſtrantur, quod ad ſimilitudinem veſtium poliantur. *Plautus in Menæch.* Pernam itidem, aut ſinciput, aut polimenta porcina.

PŌLĪŌ, lis, lui, vel polij, politum, Orno, complano. {מרק *marák* מרש *marát* לשש *latasch* ξέω, λειαίνω. GALLIC. Polir, orner. ITALIC. *Polire, ornare.* GERMANIC. Polieren/Gleten/auſsbutzen. HISPAN. *Polir, ornar, aderecálar.* ANGLIC. *To poliſh and make trimme.*} [Deducitur ἀπὸ τῆς πώλου, ab vrbe, quòd vrbana omnia politiora eſſe ſoleant. M.S] *Plautus in Pœn.* Poliri, expoliri, pingi, fingi. *Virgil* 8. *Æneid.* Ægidaque horrificam, turbatæ Palladis arma Certatim squamis serpentum, auróque polibant. *Ouidius* 1. *de Pont. Eleg.* 6. Cur ego ſolicita poliam mea carmina cura? *Cicero* 1. *de Nat. deor.* Orationis faciendæ & poliendæ ignarus. [Poliri calce. Vide poliri calce.] ¶ Dicitur etiam hoc verbum de agro. *Ennius apud Nonium Annal.* IX Raſtros dente fabres carpſit cauſa poliendi agri. ¶ Hinc politi campi apud eundem, Teſtes ſunt lati campi quos gerit Africa terra politos. ¶ Veteres etiam polire dicebant pro pila ludere, *autore Feſto.* Vnde polulæ, vel polæ, pilæ, vide Polulæ infrà. ¶ Huius compoſita, Depolio, Expolio, Perpolio, Repolio. *de quibus ſuis locis.*

PŌLĪTUM, Dicimus cultum, ornatum. {מרוש ממרש *marút memorát.* ξεσόν. GALLIC. Poli, orné. ITA. *Polito, ornato.* GERMANI. Wol gezíert/durchgeryben/auſsgebutzt HISPANIC. *Polido.* ANGLIC. *Poliſhed, trimmed.*} *Varr. l. de Re ruſt. capite* 2. Video huc venire Cn. Tremelium Scrotam, virum omnibus virtutibus politum. *Cicero* 3. *de Finib.* Quinetiam agricultura quæ abhorret ab omni politiore elegantia, &c. *Idem* 4. *Acad.* Politiſſimus & acutiſſimus noſtræ memoriæ philoſophus. *Ibidem,* Nihil acutius, nihil politius Ariſtotele. *Idem P. Lentulo*, Nunc, vt Apelles Veneris caput & ſumma pectoris politiſſima arte perfecit.

POLĪTŎR, ris, Qui polit, artifex poliendi. Politores agrorum à Nonio dicuntur artifices agri diligenter colendi & quaſi poliendi. *Vlpian. l* 52. *D. pro ſocio.* Si in coeunda ſocietate artem operámve pollicitus eſt alter, veluti cùm pecus in communi paſcendum, aut agrum politori damus, in commune quærendis fructibus nimirum ibi etiam culpa præſtanda eſt.

PŌLĪTĔ, adverb. {γλαφυρῶς, ξεσμένα κομψῶς. GAL. Poliement, nettement, orneement. ITA. *Politamente, ornatamente.* GERMAN. Schlichtig/glettig/zierlich. HIS. *Polidamente.* ANG. *Cleanelie, trimmelie.*} *Cicero* 1 *Tuſc.* Fieri autem poteſt vt rectè quis ſentiat, & id quod ſentit, politè eloqui non poſſit.

POLĪTŬLUS, dimin. {γλαφυρίσκος. GAL. Vn peu poli & orné. ITA. *Alquanto polito.* GERM. Zimlich wol gebutzt/ein wenig durchgeriben. HISP. *Polido vn poco.* ANG. *A little poliſhed and trimmed.*} *Cic. ad Volumnium li.* 7 *Epiſt.* Opus eſt hîc limatulo, & politulo tuo iudicio.

PŌLĪTŪRA, ræ, pen. prod. Poliendi actus. {ξέσμα, ξέσις. GAL. Poliſſure. IT. *Eſſo polire.* GERM. Polierung/gletung/auſsbutzung. HISP. *Obra de polir, polideza.* ANG. *A poliſhing.*} *Plin. lib.* 36. *cap.* 6. Thebaica politura accommodatur.

PŌLĪTĬO, onis, eiuſdem ſignificationis: vt politio operis, hoc eſt extrema illa manus quæ iam operi quodammodo perfecto imponitur. Hoc Calepini verbum. nullibi enim exemplum extat.

PŌLĪTĬCĔS, Idem quod elegantia, ſiue ornatus, γλαφυρότης, κόσμος. Ex eodem fonte manant.

*PŌLIO, polionis, maſc. gen. Qui arma poliſ. *Firmic. li.* 2. Mars & Mercurius in decimo ab Horoſcopo loco poliones faciunt. Meminit *Caliſtratus l. 50. ff. de Iure immunit. l. Quibuſdam.*

PŌLĬON, *Vide* POLEA.

PŌLĪTĒS, pen. prod. πολίτης. Priami filius ex Hecuba, quem Pyrrhus capta vrbe in conſpectu patris interfecit, *vt refert Virgilius l.* 2. *Æneid.*

Ecce autem elapſus Pyrrhi de cæde Polites,
Vnus natorum Priami.

PŌLĬS, huius polis, fœm. gen. Latinè dicitur ciuitas & vrbs.

PŌLĬTĒĂ, æ, pen. prod. Respublica, ſtatus ciuitatis. {πολιτεία. GALLI. Gouuernement de ville ou republique. ITA. & HISPAN. *Republica.* GERMANIC. Ein gemein Regiment in einer Stat. ANGLI. *A commonwelth or gouuernement of a citie or common welth.*} Hoc nomine etiam Plato opus ſuum de Rep. inſcripſit. *Cicero* 1. *de Diuin.* Vide quid Socrates in Platonis, Politeia loquatur, &c. ¶ Politeia, iuxta Ariſtotelem in Rhet. eſt principatus, & conſuetudo rerum, ſecundum quam vitam ciuere vnumquemque, & conuerſari decet. Tres autem ſunt: quia aut vnus regnat, aut plures, aut omnes. Si vnus & ille bonus, & hic regnũ conſtituet: ſi malus, tyrannidem: at ſi plures regnant, & boni, hi ariſtocratiam: ſi mali, ochlocratiam facient: ſi omnes, & hi boni, democratiam.

POLĪTĬCŬS, a, um, Latinè Ciuilis, quod ad ciues pertinet, quos Græci vocant πολιτικούς. {πολιτικός. GA. Politique, ciuil. ITA. *Ciuile.* GER. Stattlich/Bürgerlich. HIS. *Ciuil, coſa de ciuidad.* ANG. *Ciuil, belonging to citizens.*} *Cicero Attic. lib.* 9 Sunt pũ nihi quadam tanquam theſes, quæ & Politicæ ſunt & tem porum horum. *Idem Martio, lib* 7. *Epiſtol.* Sed quæ poteſt eſſe homini politico delectatio, quum aut homo imbecillus à valentiſſima beſtia laniatur, &c. [*Plutarc. in Comparat. Catonis & Ariſtid.* Politicæ & œconomicæ.]

POLĪTĬCĂ, orum, dicuntur de adminiſtrandæ ciuitatis ratione conſcripti libri: vt Ariſtotelis Politica, πολιτικά

PŌLLĂ, Argentaria mulier doctiſſima, Lucani poetæ vxor, & in ſcribenda Pharſalia adiutrix: cuius frequens eſt in ea mentio in Syluis Papinij.

PŌLLĔN, *Vide* POLLIS.

PŌLLĔO, per duplex ll, Poſſum, valeo. {יכול *jaechbol.* ἰσχύω δύνω. GALLIC. Pouuoir, auoir puiſſance & autorité. ITA. *Potere valere* GER. Vermögen. HISP. *Poder.* ANG. *To haue might power, and autoritie.*} *Cicero in Parad.* Nec eſt vlla res quæ prius apud eum polleat, quàm ipſius voluntas, atque iudicium. [Viden' viginti minæ quid pollent, quid poſſint. *Plaut. Aſin. ſc* 3. *a.* 3 Quod genus illic vnum eſt pollens atque honoratiſſimum. *Plautus, Capt. ſc.* 2 *a.* 2. Pollens lepidus liber. *Plautus Curcu. ſc.* 2 *a.* 1. Tu pollens vrbe nepotis eris. *Ouidius* 6 *Faſt.* Plurimum pollens imagis Tyria claſsis. *Velleius*, Item Pollere pecunia. *Senec. in Cæſ. c.* 19.] *Liu. l. bell Pun.* Multum illi terra, plurimũ mari pollent. *Pollere ad, vel aduerſum. *Plin. lib.* 16. *cap.* 22. Cur ergo non eadem cauſa aduerſum omnes polleat, iure miremur. *Cicero* 2. *Offic.* Harum igitur duarum ad fidem faciendam iuſtitia plus pollet. *Pollet contra, *Plinius lib.* 24. *cap.* 19. Herba quæ gignitur ſupra fimeta ruris, contra anginas efficaciſſime pollet ex aqua pota. ¶ Accipitur etiam pollere pro præſtare, melius eſſe, vtilius, præclarius. *Pli. lib.* 36. Ex oleo & aqua Ciliciæ cotes pollent. *Idem libr.* 19 *cap.* 3. Sunt etiam num duo genera nonniſi ſordida non vulgo. quum quæſtu nullo polleant. ¶ Huius compoſita ſunt, Præpolleo, & Æquipolleo. *de quibus ſuis locis.*

*POLLENS, tis, δυνάμενος, Participium ſiue nomen ex participio. *Plaut. Capt.* Quod genus illic vnum eſt pollens, atque honoratiſſimum. *Idem Curcu.* Vini pollens lepidus Liber, &c.

PŌLLENTIĂ, æ, Potentia. {יכולת *iechbleth* כח *choach* δύναμις GA. Puiſſance, pouuoir. ITAL. *Potenza.* GERMA. Gewalt/vermögenheit. HISP. *Potencia.* ANG. *Power, might.*} *Plautus in Rud.* Nec impiorum potior ſit pollentia. *Idem Caſina*, vt viro tuo ſemper is ſuperſtes, atque vt potior pollentia, vt vincaſque virum, victrixque ſies.

POLLĔNTIĂ, Dea potentiæ, quæ à Romanis colebatur.

PŌLLĔNTĬA, πολίντιον, *Plinio autore*, oppidum olim in maiore Balearium inſula. Fuit & altera Pollentia iuxta Aipes, inclyta lanarum nobilitate: de qua *Silius libr.* 8. fucique ferax Pollentia villi. ¶ Fuerunt & Pollentini in Piceno, in quinta regione Italiæ, non multum diſtantes à Tolentinatibus, *vt indicat Plin. lib.* 3.

POLLĔX, cis, Digitus primus in pede, & manu, quòd vi & poteſtate inter cæteros digitos polleat. {בהן *bóhen.* μέγας δάκτυλος, ἀντίχειρ. GAL. Le poulce de la main ou du pie. ITA. *Dito groſſo pollice.* GERMA. Der Daum oder groſs zehen deſs Fuſs. HISP. *El pulgar, dedo grueſſo de la mano.* ANG. *The thumbe.*] Hinc & apud Græcos ἀντίχειρ vocatus, quaſi altera manus videtur. Alio nomine appellatur hallux. ἀπὸ τοῦ ἅλλεσθαι, ſalto, quòd conſtricta manu proximum digitum ſolus ſcandat. *Plin. lib.* 11. *cap.* 43. Hominis pollex articulos habet tres. ¶ Premere pollicem, prouerbio dicitur pro fauere: & Conuertere pollicem, pro eo quod eſt alicui male velle. Antiquitus enim in pollice erat fauoris, ſtudiique ſignificatio, qui faueret, pollicem premebat: qui contrà male alicui cuperet, pollicem conuertebat. *Plin. lib.* 28. *cap.* 2. Pollices, quum faueamus, premere etiam prouerbio iubemur. *Horatius*, vtroque pollice, *dixit*, pro Summo fauore. 1. *epiſt.* 19. Conſentire ſuis ſtudiis, qui crediderit te, Fautor vtroque tuum laudabit pollice ludum. * Pollex, in arborum corticibus. *Plin. l.* 13. *cap.* 4. de palmis arboribus, Reliquæ teretes atque proceræ, denſis gradatiſque corticum pollicibus, vt orbibus, faciles ſe ad ſcandendum Orientis populis præbent, &c.

PŌLLĬCĀRIS, pollicare, Quod pollicis latitudinem, ſiue craſsitudem habet. {δακτυλιαῖος. GA. D'vn poulce. ITA. *D'vn dito groſſo.* GER. Eines Daumens breit. HISP. *Coſa de grandeza de pulgar* ANG. *Of an inche in length or breadth.*} *Plin. l.* 15. *c.* 24. Digitorum hominis longitudo illis & interim falcata pollicari latitudine.

PŌLLĬCĔŎR, eris, verbum commune, ſecundum Priſcianum, Promitto, promittor. [Deducitur à pollice & licendo, quia qui licebatur digitũ tollebat *Cic.* 2. *& 3. In Verrem.*] {אמר *amár* הבטיח *hibtiach* יעד *iaád* הלבה *halebe* ὑπισχνέομαι. CA Promettre. ITA. *Promettere.* GER. Verheiſſen HISP. *Prometer.* ANG. *To promiſe, to aſſure.*} In ſignificatione paſsiua legitur apud *Ouidium in Epiſtola Cydipp. s*, Exige polliciti debita iura tori. *Plautus in Aul.* Credo ego ædepol, illi mercedem gallo pollicitos coquos. *Idem in Bacchid.* Hoſpitium & cœnam pollicere, &c. [*Plautus Mene*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Menæch. sc. vlt. a. 5. Pollicitus dare numum, (pro daturum) & dixerat, En à me accipe. Item, Mira memoras: vtinam efficere, quod pollicitus, possies. *Plau. Men. sc. vlt. a. 5.* Nam petit cum pollicetur, inhiat aurum vt deuoret. *Plau. Aul. sc. 4. a. 1.* Non sine taurino sanguine pollicita es. *Catull. de Com. Beren.* Quam cæsariem multis dearum leuia protendens brachia pollicita est. *Catull. de Com. Beren.*] ¶ Ponitur aliquando pro affirmare. *Cic. ad Curionem, li. 2. Epist.* De ipso Tito Annio tantum tibi polliceor, te maioris animi, &c.

Pollĭcĭtor, aris, frequentatiuum, πολὺ ὑπισχνοῦμαι. *Plautus in Mil.* Aut tibi meam operam pollicitari.

Pollĭcĭtātĭo, onis, Promissio. {ὑπόσχεσις, ἐπαγγελία. GALLI. Promesse. ITA. *Promessa.* GER. Verheissung. HIS. *Opera de prometer, prometimiento.* ANG. *A promise.* } *Plin. lib. 7. cap. 37.* Condita noua secta, ipsetis legatis ex pollicitationibus Mithridatis regis, &c. *Budæus,* Pollicitatio, est offerentis solius promissum.

Pollĭcĭtŭs, pen. cor. Participium. {ὑποσχόμενος, ὑποσχεσιλόγος, ἐπαγγελλόμενος. GAL. Promis. ITAL. *Promesso.* GERMANI. Verheissen/zugesagt. HISP. *Prometido.* ANG. *That promiseth.* } Fidem pollicitam dictis addere. *Ouid. 3. Fastor.* Torus pollicitus. *Ouid. Epist. 20.*

Pollĭcĭtum, substantiuum, Id est promissio. { τὸ ὑπεσχημένον, τὸ ὑποσχεθέν. GAL. Promesse. ITA. *Promessa.* GER. Ein verheiss oder verheissung. HISP. *Prometimiento.* ANGLI. *A promise.* } *Colum. lib. 11. cap. 3.* Memores pollicitationis nostri subiungemus cultus hortorum. *Ouid. 1. de Arte,* Pollicitis dites quilibet esse potest.

Pollĭnārĭus, *Vide* POLLIS.

Pollĭnĭo, pollinis, pollincire, pen. prod. Corpus mortuum curare. {κηδεύειν, ταφθεῖναι. GAL Oindre & enseuelir vn mort. ITAL. *Gouernare & curare le corpi morti.* GERMANI. Todte cörper salben vnd ruschen zuder begrebnuss. HISPAN. *Curar la sepultura de los muertos.* ANG. *To anoynte and burie the dead.* } *Plau. in Prolog. Pœn.* Carthaginienses fratres duo fuerunt, eorum alter viuit, alter est mortuus. Propterea apud vos dico confidentius, Quòd mihi pollinctor dixit, qui eum pollinxerat.

[Pollio Asinius, vt historicus citatur *à Suetone. in Cæs. cap. 53. & Orator in August. cap 43.*]

Pollinctūra, Ipsa cadauerum vnctio, & curatio. {κηδεία. GAL. Enseuelissement de morts. ITA. *Sepoltura de morti.* GER. Die todten salbung vnd ruschung zu der begrebnuss. HISPA. *Sepultura de los muertos.* ANGL. *The burying of the dead.* } *Plaut. in Stic.* Hodie pollinctura est. Libitinarius autem dicebatur qui necessaria funeribus vendebat, & qui rationibus præerat Libitinæ deæ, in cuius templo quæ ad sepulturam pertinebant, vendebantur. Docent *Plutarchus in Problem. Seneca li. 6. de Benef.* Vota libitinariorum esse, vt mortes plurimorum optent, quod illis quæstuosissimum est.

Pollinctŏr, oris, cum c, Curator funerum, cuius officium erat abluere cadauera, & vngere. {ταριχευτής. GALLI. Enseuelisseur des morts. ITAL. *Pizzica morti.* GER. Der den todten cörpern allen tafst anstrut / mit salben vnd anderen dergleichen dingen so zu der begrebnuss notwendig sind. HISP. *El que cura la sepultura de los muertos.* ANGLIC. *A burier of the dead.* } *Plau. in Asin.* Ecquis currit pollinctorem accersere? *Idem in prolog. Pœn. Vide Pollincio suprà. Apuleius,* Pollinctor eius, funeri dum vnctionem parat. *Mart. libro 10.* Iam scrobe, iam lecto, iam pollinctore parato.

Pollintŏr, Pollincere, Pollincio, *Vide* POLLIS, pollinis.

Pollis, inis, & pollen, inis, Flos tritici, à verbo polleo, quòd frumenti portio præstantissima sit. {ἄλευρον, παιπάλη. GAL. Fleur de farine, la fine la plus delicate. ITA. *Fior de frumento, fior de farina.* GERM. Die Blum oder das beste theil dess Korns/oder das reineste Mäl/so gewontich hin vnd hät steubt. HISP. *Harina de trigo muy apurada, harina sotil.* ANG. *The flowre of wheete.* } *Plin. li. 18. capite 10.* Ex Africo iustum est e mediis redire semodios, & pollinis sextarios quinque. Ita enim appellant in tritico, quod florem in siligine. *Marcellus Dioscoridis interpres* pollicem esse ait tenuissimum puluerem, subtiliorem que farinæ partem, qualis circa molas plerunque, & loca in quibus panis pinsitur, parietibus hærens inuenitur.

Pollinārius, a, um, γυρικός. vt Cribrum pollinarium, quòd è lino, non è setis equorum fit ad pollinem purgandum. {κόσκινος ὃν ἀκριβέστερον τὸ ἄλευρον καθαίρεται, ἀλευρητήσιος. GA. Vn bluteau ou sas fin & delie. ITA. *Burrato, stacio, seduzo, tamiso.* GERMA. Der Beutelsack/oder beutelsib. HIS. *Bedaço.* ANG. *A sine to sift flour with.* } Nam cribra quæ ad excutiendam farinam fiunt, excussoria dicuntur. *Plinius l. 18. c. 11.* Cribrorum genera Galliæ setis equorum inuenere, Hispaniæ lino excussoria, ac pollinaria.

Pollintŏr, oris, Curator pistrinæ, qui farinam facit & pollinem, quique pollinario cribro pollinem purgat. à polline farina deductum nomen. {ἀλευροποιός. GALLIC. Bluteur ou sasseur. ITAL. *Chi tamisa, stacia, burata.* GER. Ein Müller oder Mätbeutler. HISP. *Banadero.* ANG. *A sifter of flower.* } *Cato de Re rust. cap. 5.* Operarium, mercenarium, pollintorem, diutius eundem ne habeat die.

Pollincerĕ, pen. pro. à pollinceo, Est farinam in pistrino lucrifactam diuidere, *inquit Sipontidus.* γυροτομεῖν.

Pollintio, nis, verbale à pollinceo, quod est farinam in pistrino diuidere. *Cato cap. 136.* Pollintionem in agro Casinate & Venafri sic dare oportet. *Vide reliquum apud Catonem.*

Pollubrum. Vas est latum quod & peluim vocamus, à polluendo dictū, quod eo aqua ex manuum ablutione polluta excipiatur. {χέρνιψ χέρνιβος, ποδόνιπτρον. GAL. Vn bassin à lauer les mains. ITALIC. *Bacino, bacille.* GER. Ein handbecken. HIS. *Fuente para lauar los manos.* ANGLIC. *A bason to wash handes in.* } Antiqui etiam ad pedes abluendos pollubro vtebantur. *Liu. Andron. apud Nonium,* Argenteo pollubro, & aureo gutto. *Fabius pictor,* Aquam manibus, pedibúsque dato, pollubrū sinistra manu tenento, dextra vasum cum aqua. Pollubrum, *inquit Nonius,* quod Græci χέρνιβα, nos trulleum vocamus. Vnico autem ν videtur scribendum.

Pollŭcĕo, es, xi, verbum ad sacra pertinens, significans dedicare, vel vouere, vel (vt alij volunt) libamenta Herculi in aram porrigere. {θύω. GALLIC. Sacrifier, ou faire banquet magnifique en vn sacrifice. ITAL. *Dedicare, apparecchiare conuito magnifico & sontuoso.* GERMANI. Herrlich zueignen / oder auffopfferen / auff ein Opffer ein herrliche maaltzeit zurusten. HISP. *Dedicar o sacrificar.* ANGLIC. *To sacrifice or to mak a magnifick bankett in a sacrifice.* } Vnde sacrificium polluctum dicebatur quo Herculi decimæ solebant sacrificari. *Plau. in Stich.* Vt decimam partem Herculi polluceam, id est splendide dedicem. Hoc verbo vsi sunt autores, quoties opiparas dapes, veluti in sacrificium Deorum & in primis Herculis facturi erant, cui decimas omnium rerum Romani voto reddebant. *Macrobius,* Catillones eos proprie appellat, qui ad polluctum Herculis vltimi quum venirent, catillos liguriebant. Ad polluctum, hoc est ad magnificum epulum, quale Herculi solebat fieri. Nam polluctum, cti, cœna est pollucibilis & opipara. *Plaut. in Rud.* Spectatores vos quoque ad cœnam vocem, ni daturus nihil sum, neque sit quicquam polluctī domi. Id est si nobis esset cœna tam laute apparata quàm esse solet eorum qui votiuum epulum faciunt, (hoc est polluctum) ad cœnam vos vocassem. *Ex Budæo.* [¶ Hinc Polluctus, a, um, Inuenitur pro obiectus, a, um, siue onustus, a, um. *Plau. Curc. sc. 3. a. 1.* Tun' meam Venerem vituperas? quod quidem mihi polluctus vilis seruus sermonem serat (i. obiectus siue expositus,) *vt scribit Lambinus:* vel onustus, cumulatus, coopertus, vt vult Camerarius.]

Pollūcĭbĭlis cœna, à Macrobio dicta est opulenta, opipara, & splendida, μεγαλοπρεπὴς δεῖπνον.

Pollūcĭbĭlĭtĕr, aduerbium, Splendidè & lautè. {πολυτελῶς. GA. Somptueusement. ITA. *Sontuosamente.* GER. Köstlich/herlich. HIS. *Magnificamente.* ANGLI. *Costly.* } *Plautus in Mostel.* Palcite parasitos, opsonate pollucibiliter.

Pollūctum, *Vide in* POLLVCEO.

Pollŭlum labellum, *Vide* LABELLVM.

Pollŭo, is, lui, lutum, Inquino, conspurco, fœdo, contamino. { ממא *timmé* חלל *clillél* μιαίνω. GAL. Souiller & polluer. ITA. *Machiare, sporcare, imbrattare.* GERMA. Beflecken/besudlen/vermaasogen. HISPAN. *Ensuziar.* ANG. *To defile to mak filthie.* } *Cic. pro Rosc. Amer.* Nemo enim putabat quenquam esse qui quum omnia diuina, atque humana iura scelere nefario polluisset, sonmum statim capere potuisset. *Ouid. 1. Metam.* Afflatúque suo populos, vrbésque, domósque Polluit. *Cicero pro domo sua,* Iste qui non solùm aspectu, sed etiam incesto flagitio & stupro polluit cæremonias. *Horat. 4. Carm. Ode 5.* Nullis polluitur casta domus stupris. *Virg. 3. Æneid.* Polluit ore dapes. [*Senec. cap. 16. de Consol. ad Heluiam,* Polluere faciem lenocinijs aut coloribus. *Ouid. 4. Fast.* At quicunque nefas ausi prohibente Deorum Numine polluerant pontificale caput.]

Pollūtŭs, a, um, particip. {ממא *nitmá* ממא *tamé.* μεμιασμένος, μεμολυσμένος. GAL. Pollu, souillé. ITA. *Contaminato, lordato, sporcato.* GER. Befleckt/besudlet/vermaasget. HISP. *Ensuziado.* ANG. *Defiled, made filthie.* } *Lucan. lib. 2.* Quenque iuæ rapiunt scelerata in prælia causæ, Hos polluta domus, legesque in pace timendæ. *Virg. 3. Æneid.* Linquere pollutum hospitium & dare classibus Austrum. ¶ Hinc nocturnam genituram somno iparam, pollutionem appellant. μολυσμόν.

POLLVX, Iouis ex Læda filius, frater Castoris. πολυδεύκης. Hunc fabulantur Poetæ fuisse immortalem, & nihilominus immortalitatem suam cum fratre mortali diuisisse, &c. *Virg. 6. Æn.* Si fratrem Pollux alterna morte redemit, Itque reditque viam toties. [*Sueto. in Tiber. cap. 21.* Dedicauit & Concordiæ ædem: Item Pollucis & Castoris suo fratrisque nomine, de manubiis.] ¶ Est etiam Pollux Græci Grammatici nomen, qui sub Commodo principe Athenis docuit. Eius hodie nihil extat præter Onomasticon.

Polulæ, vel Polæ, Erant pilæ ex aluta molli tomento farctæ, quibus datarim ludebant in foro. Vnde polire dicebant pila ludere veteres, *vt autor est Festus.* Id tractum à Græco. Nam πολίαν veretrum significat ex aluta rubra confectum, quod gestabatur in pompa Liberi. Hinc polæ Latinæ, quæ ex aluta fiebant, & polimenta, *de quibus suprà. Hæc ex Scaligero.*

Polulus, adiectiuum, pro paulus, vel paruulus: antiquum. *Cato de Re rustica capite 10.* Vrceos tres, labellum polulum, amphoricas olearias duas.

PŌLVS, πῶλος, Agrigentinus sophista, Gorgiæ auditor, primus in oratione inuenisse dicitur τὰ παίσεσι, καὶ τὰ θυμοῖς, καὶ ὁμοιοτέλευτα: quod minimè verū est, sed iam inuentis sæpe vsum fuisse constat. *Hæc Philostratus.* Suidas scribit eum genealogiam eorum qui ad Troiam profecti sunt, scripsisse, simul & nauium catalogum.

[Polus, i. πόλος, u, Le pol Arctique, ou Antarctique. *Ouid. Eleg. vlt. lib. 4. Trist.* Quot inter occultum stellæ conspicuumque polum. *Ibidem Eleg. lib. 4. Trist.* Polo fixæ nequeunt tibi dicere flammæ.]

Polyacanthos, πολυάκανθος, Herba est spinosas habens lanugines, *cuius meminit Plin. lib. 21. cap. 16.*

Polyānthĕmŏn, mi, πολυάνθεμον, Herba est causticam vim habens, quam nonnulli batrachion appellant. *Ruellius* putat eam herbam esse quam herbariorum vulgus *Pedem coruinum* appellat. *Vide Plinium libro 27. capite 12.*

PŌLYAGOS, πολύαγος, Insula vna ex Sporadibus, à caprarum multitudine dicta.

PŌLYAENVS, πολύαινος, Sophista Sardianus, temporibus Cæsaris Dictatoris & Antonij triumuiri, Scripsit orationes iudiciales Triumphi Parthici M. Antonij libros tres. ¶ Fuit & alter, Macedo genere, qui de Thebis scripsit, & de re militari, *Suidas.* Eius extat Stratagematum liber.

Polyāndrĭŏn, πολυάνδριον, in Græciæ ciuitatibus dicebatur commune hospitum sepulchrum, ita dictum à multitudine sepultorum. πολύανδρον enim Græcis significat populosum.

Polyārnă, siue Polyarnes, æ, πολυάρνης, Multorū agnorū, siue qui possidet multos agnos. *Varro lib. 1. de Re rustica cap. 1.* Veteres poetæ alios vocāt polyarnas, alios polymelos, alios polybutas, id est multorum agnorum, multarum ouium, multorum boum.

PŌLYBĬVS, πολύβιος, Insignis historicus ex Megalopoli Arcadiæ ciuitate, Scipionis Africani præceptor, qui Romanam historiam libris quadraginta conscripsit. *Autor Suidas.*

POLYCARPVS, πολύκαρπος, Ioannis Euangelistæ discipulus, & Smyrnæorum episcopus. Latinè rem vberem & fertilem significat.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

POLYCASTE, es, πολυκάστη, Nestoris filia, *apud Homerum in Odyss.*

Pŏlÿchrŏnĭus. { πολυχρόνιος. GAL. De long temps. ITA. *De longo tempo.* GERM. *Langwirig.* HISPAN. *De luengo tiempo.* ANG. *That lasteth long.*} Diuturnus, longæuus, & multi temporis: sicut ὀλιγοχρόνιος, qui parum viuit. Vnde cornices dictæ polychroniæ, quòd integras ætates viuere dicantur.

PŎLYCLĒTŬS, pen. prod. πολυκλειτος, Statuarius eximius diligentia & decore cæteris præcellens. Nam ex ære plurima confecit signa, grauissimorum scriptorum præconiis nobilitata: ex quibus in primis commemorantur altragalizontes, hoc est talis ludentes, quo opere nullum ab solutius fuit iudicatum. Fuit & Sycionius discipulus Ageladæ. Duas eodem argumento statuas fecit, alteram ex ingenio & suo iudicio, alteram vero ex vulgi opinione, & ex sententia cuiusuis prætereuntis. Quibus perfectis turbam admittit, ac primùm sua ostentasse magnopere dicitur: altera deinde, nō æquè. Atqui scitote (*inquit*) hanc quam tantopere laudatis, me fecisse: quam verò vituperatis, vos fecisse. *Autor Ælianus de varia historia.* Hinc adiectiuum, Polycletēus, pen. prod. πολυκλήτειος. *Stat. 2. Syluar.* quod ab arte Myronis, Aut Polycleteo iussum est quod viuere cœlo. *Idem 4. Sylu.* Quod Polycleteis vsum est spirare caminis.

Pŏlÿcnēmŏn, πολυκνήμων, Quasi multarum tibiarum, herba cunilæ similis, semine pulegij, turculosa, multis geniculis. *Vide Plin. libro 26. cap. 14.*

[POLYCRATA, nobilis fœmina gaudio expirauit. *Aristoteles apud Gel. ca. 15. lib. 3.*]

PŎLYCRĂTES, penultim. corrept. πολυκράτης, Nomen proprium tyranni, qui in Samo insula rerum potiebatur. Hic & opibus, & felicitate apud historicos inclytus est: quoad vixit, non tam fortunæ alumnus dici potuit, quàm partus. Anuulum habuisse fertur, incredibilis pretij, sibíque chariſſimum, quem, vt nimis sibi blandientem fortunam aliqua aduersitate temperaret, in mare abiecit: quem tamen postea in ventre piscis inuentum recuperauit. Verùm quanquam eidem in vita nihil aduersi contigisse ferunt, mors infamis, & ærumnosa docuit neminem ante obitum meritò dici posse felicem. Idem enim ab Oronte Satrapa Persarum captus, suspēctísque, genere mortis teterrimo diem clausit. *Ex Strab. lib. 14.* Huius item meminit Cic. *lib. 5. de Finib.* Floruit eodem tempore quo Pythagoras & Anacreon. ¶ Polycrates Ephesiorum præsul, temporibus Seueri principis, *vt scribit Hieronymus*, eodem nomine, clarus literis floruit. [¶ Fuit & alius Polycrates, cuius meminit *Quinti. c. 17. lib. 2.*]

PŎLYDĂMĂS, antis, πολυδάμας. Proprium Troiani, Antenoris & Theanûs sororis Hecubæ filij, qui Lycasten Priami filiam, sed ex concubina susceptam, vxorem duxit. Hic cū Antenore patre & Ænea vrbē Troianā Græcis dicitur prodidisse. Poetæ Græci, vt primam huius nominis syllabam extendant (nam alioqui in hexametro versu locum non habet) πολυδάμας, scribunt: *quos & Persius imitatus est Satyr. 1.* Ne mihi Polydamas, aut Troades Labeonem Prætulerint. Sonat autem Polydamas Latinè multorum domitorem, quasi πολλοὺς δαμάζων: vel multarū vxorum virum, quasi esset Polydamar, vel Polydamars. eo enim respexit Cornutus in Persium quum polydamantem multinubam interpretatus est. ¶ Polydamas, pancratiastes nobilis, qui æmulatus Herculem, leonem inermis amplexus superauit: taurum ingentem apprehensis extremis pedibus retrò tenebat: currum agitatum sese opponēdo altera manu apprehensum ex cursu trahebat, in equóſque insiliebat detecto auriga. Accersitus à Dario Artaxerxis magni filio, ter apud eum ex prouocatione victor fuit. Postremò post cœnam in cauerna, quum saxum à vertice ruinam minaretur, diffugientibus conuiuis, cōfisus ipse viribus, ac manibus posse illud sustinere, oppressus est. *Autor Pausanias.*

PŎLYDĬCTĒS, πολυδίκτης, Rex Seriphi insulæ, qui Persēum Iouis & Danaes filium educauit. Cuius tandem ingenium veritus, audaciamque & felicitatem, spe illectum æternæ gloriæ ad superandum Gorgonem compulit: quo deuicto redeunti Perseo quum semper detraheret, conuersus est ab illo in silicem, monstrato capite Medusæ, *vt fabulatur Ouid. lib. 5. Metam.*

POLYDŌRĂ, πολυδώρα, Insula Propontidis *apud Plin. lib. 5. c. vlt.* ¶ Polydora, nympha, Oceani & Tethyos filia. *Hesiodus in Theog.*

POLYDŌRŬS, pen. prod. πολυδωρος, Filius fuit Priami ex Hecuba. { GERM. Der Son Priami des königs zu Troia. } quem pater initio belli Troiani, communis Martis exitum veritus, cum magno auri pondere educādum tradidit Polymnestori Thraciæ regi, antiquo hospiti, amico & gnero suo. Sed ille delecta Troia, cæteríque Priami fere omnibus liberis interfectis, auri cupiditate addictus, Polydorum in littore spatiantem, telis aggreditur, & frustra fidem deorum, hominúmque implorantem occidit: cæsóque tumulum superiniecit, cui supercreuere myrti virgulta, *vt autor est Virgilius lib. 3. Æneid.* Id quum mater Hecuba intellexisset, simulauit se ingens adhuc auri pondus velle illi secreto indicare, quod pro filio acciperet. Quod auarus rex verum existimans, mox ad Hecubam profectus, illius vnguibus obcæcatus est. Extat tamen & alia de Polydoro fabula: nempe Græcos per Thraciā venientes hunc cepisse: Priamum autem pro redemptione filij Græcis dedisse vrbem quæ postea ab euentu Antandros dicta est: qua accepta illos tamen nihilominus Polydorum lapidibus obruisse. *Hæc fere Seruius in locum illum 3. Æneid.* fuge littus auarum. Nam Polydorus ego, &c. ¶ Alius fuit Polydorus Priami filius ex Laothoe Altæi Lelegū regis filia, quem Achilles cum fratre Lycaone in bello Troiano interfecit.

Pŏlÿgălŏn, vel Polygala, πολύγαλον, Herba palmi altitudine, in caule sūmo foliis lenticulæ, quæ potata, lactis vbertatem inducit, à quo effectu nomen accepit. *Plinius lib. 27 c. 12. Dioſc. lib. 4. c. 14.*

PŎLYGNŌTŬS, πολύγνωτος. Nomen pictoris præclarissimi, patria Thasij, qui nonagesima Olympiade floruit. [*De eo Plutarch. in Cimo.*] *Quinti. lib. 12. Institut. oratoria. Plinius lib. 33 c. 9.* Hic primus mulieres lucida veste pinxit, capita eorum mitris versicoloribus operuit, pluriműmque picturæ prim us contulit. Primus siquidem instituit os adaperire, dentes ostendere, & vultum ab antiquo rigore variare. Delphis ædem pinxit, & Athenis porticum quæ Pœcile vocatur, idque gratuitò, quū pārtem eius Myron mercede pingeret: quo nomine Amphyctiones (quod est publicum Græciæ concilium) hospitia ei gratuita per vniuersam Græciam decreuere. Pinxit præterea & Ocnum, teste *Pausania*, spartum torquentem, asinamque astantem, quę quicquid ille torserat statim præroderet. Quo ænigmate significare volebat patrem familiās laboriosum quidem: sed cui domi esset vxor prodiga, quæ quicquid ille sudore suo corrasisset, strenuè profunderet. *Vide Erasmi adagia.*

Pŏlÿgŏnātŏn, πολυγόνατον, Herba sine foliis, asparagi caule, in cacumine aculeum habens, à frequentia geniculorum dicta. *Plin. lib. 27. c. 12.* Vulgus *Salomonis sigillum* appellat.

Pŏlÿgonoīdēs, πολυγονοειδὴς, Herba est folio lauri, longa, tenuísque, aduersus serpentes, ac priuatim aspides ex aceto pota efficax. A quibusdam clematis Ægyptia, ab aliis daphnoides appellatur. *Autor Pli. lib. 24. capite 15.*

Pŏlÿgŏnum, penultima corrept. πολύγονον. GALLIC. L'herbe sainct Innocent, appellee des herbiers Centimodia, ou corrigiola. ITA. *Corrigeuola, centinodia.* GERM. Wegtritt ein kraut. HISP. *Cientunnudos, correola.* } Herba à geniculorum multitudine, quam nos sanguinariam vocamus, foliis rutæ, & semine graminī similis. Succus eius infusus naribus, supprimit sanguinem. *Plin. libro 27. cap. 12. Dioscorid. libro 4. cap. 5. Columell. libro 7.* Sanguinalis herba quam Græci πολύγονα appellant. Hoc nomen veteres vsurparunt pro fœcundo. Vulgus *Centimodium* appellat.

Pŏlÿgrāmmŏs, πολύγραμμος. Gemma est smaragdo similis, trāsuersis multis albis lineis distincta. *Vide Plin. lib 37. c 9.*

Pŏlÿgynæcōn, Mulierum frequentia. *Plu. libro 351. capite 11.* Pinxit in templo Eleusinæ, Phylarchum Athenis frequentiam, quam vocauere polygynæcon.

Pŏlÿĭdōr, { πολυίδωρ. GAL. Qui a beaucoup leu, qui sçait beaucoup, fort sçauant. ITA. *Chi sa molto, chi a molto sapere.* GERM. Einer der vil weyssheit HISPA. *El que sabe mucho.* ANG *That hath reade muche, very wyse.* } Latinè multiscius dicitur. Hoc nomine appellatus dicitur Apion, *de quo Gellius lib. 5. c. 14.*

POLYMEDIA, *Plinius libro 5. capite 3.* Troadis oppidum, Hellespontoadiacens.

Pŏlÿmĭtŭs, a, um, pen. cor. { חפסים *happasim.* πολύμιτος. GAL. Tissu de fils de diuerses couleurs. ITA. *Di piu colori.* GERMAN. *Das auß vilerley fädmen oder eintrags gewäbet ist vnd nicht einerley farb hat, als der rögelechtig schurtz.* HISPAN. *Texido con muchas lizes de diuersas colores.* ANG. *A garment of twisted silk of diuerse colours.* } Quod multis diuersíque constat licijs siue filis. Hinc polymitæ dictę vestes quę versicoloribus licijs contextæ sunt. *Plin. lib 8. c. 48.* Plurimis verò licijs contexere quæ polymita appellant, Alexandria instituit.

*POLYMNESTOR, huius Polymnestoris, Rex Thracum qui Polydorum Priami filium auaritia imp ulsus interfecit. *Vide in* POLYDORVS.

POLYMNIA, siue Polymneia, πολύμνεια, Vna musarum, à memoriæ magnitudine dicta. Nam μνεία Græci memoriam vocant. Producit autem hæc dictio penultimam syllabam, quum apud Græcos ει diphthongo scribatur. Fuerunt qui corripi putarint, adducti versu *Virgilij ex Epigrammat.* Signat cuncta manu loquiturque Polymnia gestu. Verùm in castigationibus exemplaribus legitur Polymneia per quinque syllabas sine coniunctione que. Quem etiam in modum *Horatius* hac vocem vsus est *libro 1. Carm.* Euterpe cohibet nec Polymneia. Sunt qui Polyhymnia scribant, *vt à cantus multitudine dicatur.* [*Ouid. 5. Fast.* Fimerat voces Polyhymnia. Ita scribit *Passer.*] Magis tamen placet superior scriptura.

Pŏlÿmyxos. { πολύμυξος. GAL. Qui a plusieurs becs à mettre la meche, de plusieurs meches. ITA. *Lucerna di molto stupini.* GERM. Ein ampel so vil tachten vörsin hat, vnnd an vilen orten mag angezündet werden, ein leuchter mit vil vören. HISP. *Candil de muchas mechas.* ANG. *That hath many mecches.* } Lucerna quæ multos habet canaliculos, &, in his funiculos, illustrandis conuiuiis accommodata. *De hac Martial. li. 14.*

Illustrem quum tota meis conuiua flammis,
Tótque geram myxos, vna lucerna vocor.

POLYNICES πολυνείκης, & Etheocles, Oedipi Thebanorum regis filij fuerunt, qui de regni hæreditate dissidentes, singulari certamine congressi, mutuis vulneribus ceciderunt. Latiùs prosequitur hanc historiam *Statius in Thebaide.*

POLYPOETES, πολυποίτης. Pirithoi & Hippodamiæ filius, *teste Homero Iliados 12.*

Polyphagus, penultim. corrept. { πολυφάγος. ANG. *A great eater.* } Latinè verti potest multiuorax. [Creditur etiam polyphago cuidam Ægyptij generis crudam carnem, & quicquid daretur, mandere assueto, &c.]

Polyphagia πολυφαγία, Edacitas, voracitas. { ANG. *A greedie eating.* } Verum Græcas id genus voces quæ Latinis literis scribi non conueuerunt, satius fuerit, in Græcum Lexicon tanquam in propriam familiam relegare.

POLYPHEMVS, penultim. producta. πολύφημος. Cyclops, Neptuni filius ex Thoa Phorci filia, ingenti corpore, qui vnicum tantùm oculum, eúmque in fronte habuit. Hic Galateam nympham fertur adamasse, Acinque puerum, quem sibi illa præferebat, saxo interemisse. { GERM. Der son Neptuni ein vngestalter einäugiger Rysß. } Vlyssem quoq. vi tempestatis in Siciliam delatum antro suo inclusit, quatuórque ex comitibus eius deuorauit: reliquos eodem mortis genere perempturus: nisi præuertens Vlysses vino nigro inebriasset: altóque sopore obruto, adusto stipite oculum eruisset. Vide latiùs totam hanc fabulam *apud Homerum 10. Odyss. Seru. in illud V irg. 3. Æneid.* Nam qualis quantúsque *cauo* Polyphemus in antro Lanigeras claudit pecudes: Multi, *inquit*, Polyphemum dicunt vnum habuisse oculum, alij duos, alij tres, sed totum fabulosum est. Nam hic vir prudentissimus fuit, & ob hoc oculum in fronte habuisse dicitur, id est iuxta cerebrum, quia prudentia plus vigebat. Verum Vlysses eum prudentia superauit: & ob hoc eum cæcasse fingunt. *Hæc Seruius. Cicero quoque de Polyphemo, li. 5. Tusc. sic scribit,* At verò Polyphemum Homerus, quum immanem ferúmque finxisset, cum ariete etiam colloquentem facit, eiúsque laudare fortunas, quòd quò vellet ingredi posset, & quæ vellet attingeret. Recte id quidem nihilo enim erat ipse Cyclops quàm aries ille prudentior. *Hæc Cicero.*

Pŏlÿplūsĭŏs,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Pōlyplusiōs, ἑ עשיר Haschir. πολυπλούσιος. GAL. Pecunieux, riche. ITA. *Da-naroso, ricco.* GERM. Vast reich/der vil gelt hat. HISP. *Rico, chi tiene muchos dineros.* ANG. *Very riche.* } Latine bene nummatus dicitur, siue vbertim diues: à πολὺ multum, & πλοῦτος diues. *Plau. in Capt.* [*sc.2.a.2.*] Quo de genere natus est illic Philocrates? P. Polyplusio.

Polypodium, ἑ πολυπόδιον. GAL. Polypode. ITAL. *Polypodio.* GERM. Engelsüss. HISP. *Polypodio.* ANG. *Walfarne, polipodie.* } Herba dicta, siue quòd radix eius veluti cirros ad similitudinē polypi piscis habeat, siue quòd farina eius indita naribus polypum consumit. *Filicula* vulgò dicitur: *Plinius lib.26.c.8. & Dioscorid. lib.4.c.198.*

Pōlyptōton, penultim. product. πολυπτωτον, Apud Rhetores figuræ nomen est, qi æ fit quoties diuersis casibus eiusdem dictionis oratio variatur: hoc modo: Senatus est summi imperij consilium: Senatui Reipub. cura demandatur: ad Senatum in dubiis periculosisque rebus omnis ciuitas respicit: vide plura de hac figura apud Rutilium & Aquilam Romanum. Dictum πολύπτωτον, quasi casibus aboundans: nam πτῶσις Græcis casum significat.

Pōlypūs, pen. cor. ἑ πολύπους. GAL. Poupe ou pouple. ITA. *Polpo pesce.* GER. Ein meerfisch mit vill fusen. HISP. *El pulpo pescado conocido.* ANG. *A fish with many feete.* } masc. gen. polypi & polypodis, piscis ex genere πολυπαμφίρων, hoc est eorum qui molli cute teguntur, à multis pedibus appellatus: cuius descriptionem, naturam & genera *vide apud Plinium libro 9.cap.20.* ¶ Per metaphoram polypus accipitur pro homine rapace: quod à polypo pisce translatū est, qui quicquid brachiorū flagellis nactus fuerit, arctissime retinet. [*Plau. Aul. sc.4.a.1.* Ego istos nouī Polypos, qui vbi quid tetigerint, tenent.] ¶ Nonnunquam polypum dicimus omnium horarum hominem, qui sē omnium ingeniis omnique tempori nouit accommodare: ea quoque metaphora à polypi piscis natura sumpta, qui ad similitudinem loci cui adhæret, colorem immutat, maxime in metu. ¶ Est etiam polypus narium morbus, quum caro interiora nasi occupat, à multifida incisione qua polypi pisces pedes imitari videtur. ἑ GALLIC. Vn morceau de chair qui croit dedans le nez, poulpe. ITALIC. *Malatia nel nazo.* GERMANIC. Ein geschwär in der nasen/vberig fleisch in der nasen. HISPANI. *Dolencia en las narizes, como carne de pulpo.* ANGLIC. *A peece fleshe which groweth in the nostirels.* } Morbi huius descriptionem & remedia, *vide latius apud Celsum lib.6.cap.8. Cato de Re rustic.* Etsi polypus in nato introierit, brassicam erraticam, aridam, tritam in malum coniicito, & ad nasum admoueto.

Pōlypōsus, Qui eo morbo laborat. ἑ πολυπόδης. GAL. Celuy qui à vne poulpe au nez. ITA. *Chi ha tal malatia nel naso.* GERMA. Der ein solches geschwär in der nasen hat. HISP. *Doliente de tal enfermedad en las narizes.* ANG. *That is sick by flesh growing in the nose.* } *Martial. libro 12.* Nasutum volo, nolo polypotum.

Pōlysyndēton, pen. cor. πολυσυνδετον, Figura quum sermo multis coniunctionibus concatenatur. *Virg.3.Geor.* -tectúmque laremque, Armáque, Amycleúmque canem, Cretamque pharetram. Dictum polysyndetō, ἀπὸ τοῦ πολλῶν συνδέσμων, hoc est à multitudine coniunctionum.

Polysyntheton, pen. cor. πολυσυνθετον, Figura quum sententiæ multorum articulorum conuenienti copia continentur: vt Ille hunc pœna constrictum trahebat: hic autem vociferabatur: concursus verò non mediocris erat: quum tamen omnes opitulari vellent, sed nemo auderet, neque ibi magistratus aderat, neque circumspicientes, quò potissimum confugeremus, reperiebamus. *Rutilius Lupus.*

POLYTELIA, pen. prod. πολυτέλεια, Oppidum Meſopotamiæ, *apud Plin. lib.9.c.26.*

Pōlytrichōn. ἑ πολύτριχον GAL. Capillus Veneris, polytrichon. ITA. *Capel Venere.* GERMAN. Marranten vnd abthon. HISPAN. *Politrico.* } Herba est quæ alio nomine Callitrichon dicitur, quòd multos & pulchros nutriat capillos. Dioscorides adiantum appellat, vulgus *Capillus Veneris.* Legitur & nominatiuus polytrix. *Plin. libro 26 c.4.* Polytrix iisdem inueteratis vtilior.

POLYXENA, pen. cor. πολυξένη, Priami filia formosissima, ex Hecuba coniuge quam Pyrrhus Achillis filius, Troia capta, ad patris sui tumulum iugulauit. Ferunt enim Achillem quum ad Troiam bellum gereret, Polyxenam fortè in mœnibus conspectam adamasse, eámque sibi vxorem postulasse. Quod quum Priamus annuisset, placuit vt in Tymbræi Apollinis templum conuenirent, pacis nuptiarúmque fœdera inirent. Quod quum resciuisset Paris, post Apollinis simulachrum sese occultauit, Achillémque nihil tale opinantem sagitta interfecit. Capra deinde Troia, quum & Polyxena viua in hostium manus peruenisset, Achillis vmbra Græcorum proceribus in somnis apparuit, præcipiens vt Polyxena cuius nuptiarum prætextu erat interfectus, inferias sibi mitteretur: cuius crudelitatis Pyrrhus sese minſtrum præbuit. *Ouid.* Placet Achilleos mactata Polyxena manes.

Pōlyxēnius, a, um, adiectiuum, *apud Catullum*, Alta Polyxenia madefient cæde sepulchra.

POLYXENVS, πολύξενος, inter Græcorum duces numeratus. *Homer. libro Iliad.2.*

POLYXŌ, us, Mulier fuit ex Lemno insula & Apollinis vates quæ Lemniaci sceleris dux & hortatrix fuit. Nam quum Lemniacæ mulieres ob spretam venerem hircum olerent, maritique earum eam ob causam ex Thracia vxores sibi asciscerēt, Polyxūs instinctu omnem virilem sexum interemerunt. *Autor Statius lib.5.Thebai.*

POLYZELVS, pen. prò. πολύζηλος. Poeta comicus, cuius fabulas enumerat *Suidas.*

Pōlyzōnōs, πολύζωνος, Gemma nigra multis zonis candicantibus distincta. *Plin. lib.37.c.11.*

Pomarium, *vide* Pomum.

Pōmēridiānus, a, um, à post & meridies, Quod post meridiem fit: sicut antemeridianus, quod fit ante meridiem. μεταμεσήμβρινος. GALLI. D'apres midi. ITA. *Doppo mezzogiorno.* GERMANIC. Nachmittägig. HISP. *Despues de medio dia.* ANGLIC. *After none.* } *Cicero 3.de Ora.* Atque huius deambulationis antemeridianę, aut nostræ pomeridianæ sessionis. ¶ Dicitur & postmeridianus. *Quintil. l.3.capite 1.* Postmeridianis scholis Aristoteles præcipere artem oratoriam cœpit. [Item, In postmeridianas horas differre quod leuioris est operæ. *Seneca cap.vlt.de Tranq.* ¶ Item dicitur Pomeridiem belli gerere, pro postmeridiem. *Quintilian.*]

Pōmifer, *Vide* Pomum.

Pōmilliōnes, siue Pomilii. ἑ ממרים *chammadhim.* GALLIC. Nains ou naintres. ITALIANI. GERMA. Swerglin/tutze erdmänntin. HISP. *Enanos.* ANG. *Men of litle stature.* } Breuis staturæ homines, paulùm supra terram extantes, qui Græco vocabulo πύγμαι vocantur: qualem describit *Mart.* [*Epigr. 197.*] *libro 14.* hoc districho, Si tantum spectes hominis caput, Hectora credas: Si stantem videas, Astyanacta putes. *Ibidem*, Hæc quæ sæpe solet vinci, quæ vincere rarò Parma tibi, scutum pomilionis erit. ¶ Legitur & Pomilius adiectiuum, vt Mulæ pomiliæ *apud eundem in titulo huius Epigrammatis.* His tibi de mulis non est metuenda ruina, Altus in terra pene sedere soles. Sunt tamen qui malint scribere pumilio, & pumilius per quintam vocalem. *Vide infrà.*

Pōmœrium, ἑ חל *chel.* τὸ πωμοίριον, οἷον τὸ ὄπισθεν τείχους, ἢ τὸ μετὰ τεῖχος. GA. Certaine espace entour les murs d'vne ville tant dedans que dehors, où il est loisible edifier. ITA. *Spacia tra le mure & le fosse della citá.* GER. Ein zwingesthof/die weite innerthalb vnd ausserthalb der ringmauren. HIS. *La ronda entre los muros y casas.* ANG. *A space betweene the walles of a citie, as well within as without where it was not permitted tu build.* } Locus erat tam intra quàm extra murum, quem antiqui in condendis vrbibus inaugurato consecrabant: neque patiebantur vllum in eo fieri ædificium. Dictum pomœrium teste *Varrone*, quasi postmurium. Nam antiqui mœrum dicebant quem nos murum dicimus. Hunc legunt nonnulli *apud Virgilium 10.Æneid.* - atque ipsis prælia miscent Aggeribus mœrorum. *Liuius lib.1.* Aggere & fossis, & muro circundat vrbem, pomœrium profert. *Idem*, Pomœrium est circa murum locus, quem in condendis vrbibus quondam Hetrusci quà murum ducturi erant, certis circa terminis augurato consecrabant. Et hoc spatium quod neque habitari, neque arari fas erat, non magis quod post murum esset, quàm quòd murus post id, pomœrium Romani appellarunt, & in vrbis incremento, quantum mœnia processura erant, tantum termini hi consecrati proferebantur. *Festus*, Pomœrium quasi promurium, id est proximum muro. [Pomœrium quid. *Plutarch. in Romu.* ¶ Intra pomœrium fieri centuriata comitia, nefas. *Gellius cap.27.lib.15.* Et de iure pomœrij proferendi. *Idem cap.14.lib.13.*] Pomœrium quid esset, Augures populi Romani qui libros de auspiciis scripserunt, istiusmodi sententia definierunt, POMŒRIUM est locus intra agrum effatum, per totius vrbis circuitum, ponè muros, regionibus certis determinatus, qui facit finem vrbani auspicij. Antiquissimum autem pomœrium quod ab Romulo institutum est, Palatini montis radicibus terminabatur. Sed id pomœrium pro incrementis Reipublic. aliquoties prolatum, & multos editósque colles circumplexum est.

POMŌNA, æ, penultim. prod. ἑ GERMA. Die öpffelgöttin. } Pomorum dea apud Romanos, adamata à Vertumno, vt fabulatur *Ouid. 14. Metam.* Dicta Pomona à pomis, quemadmodum Melliona à melle.

Pōmpa, æ. ἑ πομπή. GALLIC. Pompe, monstre, appareil solennel. ITA. *Pompa, solenne apparechio.* GER. Ein prächtliche tuefung/als mit schauwspyen/processen/vnd dergleichen dingen. HISPAN. *Pompay apparato.* ANGLI. *A solemne sight or shew.* } Omne spectaculum dicitur, teste *Vall. libro 4.* & apparatus solennis, cum ostentatione & specie quadam triumphi tam in aduersis quàm prosperis & lætis, à Græco πέμπω mitto. Dicitur enim pompa triumphi, pompa nuptiarum, pompa sacrorum, pompa funerum *Cic. I. Offic.* Vt pomparum ferculis similes esse videamur. *Idem 4.Tusc.* Sociares in pompa quum multa vis auri argentíque ferretur, quàm multa non desiderò inquit. *Idem pro Milone*, Cadauer P. Clodij spoliatum exequiis, pompa, laudatione. ¶ *Teren. in Heaut.* Prolixum meretricis comitatum Pompam appellauit: Transeundum, *inquit*, est nunc tibi ad Menedemum & tua pompa eo traducenda est. [Pompam, penum, potationes. *Plau. Capt. sc.1.a.4.* Cum isto ornatu, istáque pompa, (quia ferebatur vinum & cereus.) *Plau. Curc. sc.1.a.1.* Vt te quasi pompam illàc præter ducerem. *Plau. Milit. sc.1.a.1. Ouid. 4.Fast.* Circus erit Pompa celebris numeróque Deorum. Item Pompa, ludicrum est certamen, vt sæpè *apud Cic. Lege Ouid. Eleg. 2. lib.3. Amor.*] ¶ Denique splendor omnis & magnificentia per translationem pompa appellatur. *Quintus Cicer. de Petit. Consul.* Postremò tota petitio cura vt pompæ plena sit, vt illustris, vt splendida, vt habeat summam speciem ac dignitatem. * Detrahere pompam muneri suo, Id est abique fastu dare. *Senec. de Benefi. libro 2.cap.12.*

Pompalis, adiectiu. *Iul. Capitol. in Gordiano*, Erat quidem longitudine Romana, canitie decora & pompali vultu, ruber magis quàm candidus.

Pompabiliter, aduerb. *Iul. capitol. in Galieno*, Gladiatores pompabiliter ornati.

POMPEII, Populi dicuntur quos Sarnus amnis alluit, incolentes oppidum eiusdem nominis. ¶ Inde Pompeianum, id est prędium circa Pompeios, Pompeianæ ficus ad siccandum optimæ. Pompeiana vitis, ab insitore dicta. *Colum. lib.3.cap.2.*

POMPEIOPOLIS, πομπηϊόπολις, ἡ πομπηϊόπολις Stephano, Ciliciæ vrbs. *Pomponius Mela lib.2.in descriptione Ciliciæ*, Deinde vrbs est à Rhodiis, Argiuisque, post piratis Pompeio assignante, possessa: nunc pompeiopolis, tunc Soloe. Hæc etiam *Solino teste*, postea Traianopolis est appellata, mutato nomine, postquam in ea fato concessit Traianus.

POMPEIORVM Romæ illustris familia fuit, ex qua in primis commemoratur Qu. Pompeius, qui contra Numantinos missus, ab eisque superatus, turpem & ignominiosam pacem fecit. *Autor Florus lib.2.* ¶ Huius filius siue nepos Cn. Pompeius Strabo, magni Pompeij pater, Nouocomum coloniam deduxit: in bello sociali Imperator creatus, de Picentibus triumphauit: vir admodū duræ disciplinæ. ¶ Cn. Pompeius, huius filius, Syllæ partes secutus est, ab eóque ad vlciscendos inimicos in Africam missus, Domitium primùm expugnauit, deinde & Iarbam regem cepit, de quo triumphauit ante legitimam ætatem: quare ab exercitu Syllæ Magnus est salutatus. Inde contra Sertorium in Hispaniam profectus, Metelli copiis sese coniungens, eum cum tota factione sustulit. Mox delectus Imperator ad Bellum piraticum, tribus mensibus id confecit. Dein successor L. Lucullo missus, de Mithridate triumphauit. Tigranem Armeniæ regē ei ad genua procumbentem, in regnum restituit. Inde Iberos, Albanos, Iudæos debellauit, capto eorum rege Aristobulo. Extincta vxore Iulia, Cæsaris

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

filia, Corneliam Scipionis filiam, à P. Crasso M. filio viduam relictam, vxorem duxit. eapoli demum acutissima febre correptus, parum abfuit à morte: quæ si contigisset, melius cum eo factum fuisset, ob insequentis belli ciuilis calamitatem. Iam bello ciuili excitato, Pharsalica pugna à Cæsare copiis longe inferiore superatus, & in Ægyptum fugiens, regis perfidia ab Achilla præfecto interfectus est. Triumphum quum ex Oriente victor redisset, biduo egit, prænotatis gentium titulis victarum, quæ *à Plinio libr. 7. & à Plutarcho in vita eius* ordine adnotantur. Filios reliquit Cn. & Sextum Pompeios: quorum ille apud Mundam Hispaniæ vrbem interfectus, hic apud Siliciam nauali prælio ab Augusto est victus. ¶ Sex. Pompeius alius, vir prætorius, sub quo Valerius Maximus militasse se dicit, & quem *Ouidius de Ponto* pluribus laudibus effert. Huius pater Sext. Pompeius Hispaniæ citerioris princeps, quum horreis suis ventilãdis præsideret, correptus dolore podagræ, mersit in triticum sese super genua, leuatúsque siccatis pedibus mirabilem in modum, hoc postea remedio vsus est. *Autor Plin. lib. 22. cap. 25.* Apud quem tamen, non Sext. Pompeius, sed Sext. Pomponius est legendum. ¶ Qu. Pompeius Rufus, Syllæ è filia nepos, Trib. pleb. cum T. Numatio Planco, aduersissimus Miloni, in cuius causa dixerat paucis pòst diebus quàm Clodius esset occisus, Milo dedit quem ex Curia desideretis: ego dabo quem ex Capitolio mulcteris. Idem Milonem ad se venientem in hortis aspiciens, misit nuntium ne veniret. ¶ Qu. Pompeius, qui Bithynicus est dictus, summo studio dicendi, multáque doctrina, incredibilique labore atque industria. Huius actio non satis commendabat orationem: in hac enim satis erat copiæ, in illa lepôris parum. *Hæc Cicero. Festus quæque de eodem sic ait,* Pompeius Bithynicus, e supellectili regia signum ephebi mitram tenẽtis, arenamque ruentis exercitationis gratia more Græcorum, Romam portauit, & in Capitolio posuit.

POMPĔLŌN, πομπίλων, Oppidum est Hispaniæ sub Pyrenæis montibus, quod à *Ptolemæo* Vasconibus annumeratur. *Plin. lib. 3. cap. 3.* Pompelonenses conuentui Cæsar Augustano adscribit. Hodie *Pampelunam* vocant, regni Nauarræ caput.

Pōmpholўx, penu. corr. πομφόλυξ. Præter vulgatam illam significationẽ quæ apud Græcos Bullam significat, etiam fuligmem significat albã, in officinis potissimùm ærariis e fornacibus euolantem, summisque tamini partibus, vel etiam officinæ testudini adhærentem. Nomen habet à verbo πομφάλιζω, quod est bullis efferuesco, eo quòd cameris, summisque fornacibus inæqualiter adhærens, quandam bullarum speciem præbeat. ¶ Inuenitur etiam Pompholyx natiua inter lapides metallicos, similis iis filis quæ Autumni præsertim tempore sereno cælo per aërem volitant. Prioris meminit *Galen. lib. 9. Simplici.* Vtriusque autem *Agricola in tractatu de Metallis.*

Pŏmpĭlŭs, li, Pisces genus, qui alio nomine vocatur Nautillos, quòd nauis speciem præ se ferat. ναυτίλος. *Plin. lib. 9. cap. 29.* Inter præcipua autem miracula est qui vocatur nautilos, ab aliis pompilos. Supinus in summa æquorum peruenit, ita se paulatim subrigens, vt emissa omni per siphunculam aqua, velut exoneratus sentina, facile natiget. Postea duo prima brachia retorquens, membranam inter illa miræ tenuitatis extendit: qua velificante in auras cæteris subremigans brachiis, media cauda, vt gubernaculo, se regit. Ita vadit alto, Liburnicarum gaudẽs imagine: & si quid pauoris interueniat, hausta se mergẽs aqua.

POMPŌNĬA, πομπωνία, Marer Scipionis, ex congressu Iouis (vt credi volebat) in anguem mutati. *Silius lib. 13.* Adstabat fœcunda Iouis Pomponia furto, &c.

POMPŌNĬUS Atticus. πομπώνιος. Nobilis Eques Romanus, excellenti ingenio, & amicus Ciceronis in primis fuit: vnde Atticus Ciceronis est appellatus: qui postquam vidit Cinnæ tumultu Rempublicam esse turbatam, fecesit Athenas, vbi longo tempore moratus, & publicè ciuitatis, & priuatim omnium gratiam moribus elegantissimis promeruit: linguam ita probè didicit, vt Attici nomen aulequeretur. Humanitate diuitiísque simul præditus fuit, quibus amicos libenter impartiebat. ¶ Nam & Ciceronem ab vrbe pulsum opibus iuuit, & Brutum ab vibe fugientem num norum centum millibus est prosecutus. Erat alioqui grauissimus vir & constantiæ singularis: vt quæ religiose polliceretur, eadem & præstare niteretur. Mendacium nec ipse dicebat, nec pati poterat. Plura Cornelius Nepos qui vitam eius elegantissime scripsit. [Pomponij dicti à Pomponio Numæ filio. *Plutarch. in Numa.*] ¶ Pomponij item alij duo Ciceronis tempore fuere: quorum alter L. Pomponius Bononiensis Atellanarum scriptor, quem Solinus refert nunquam ructasse. Alter Cn. Pomponius orator, patronus acer, acerbúsque dicendo, & lateribus pugnans, *vt ait Cicero. in Oratore.* ¶ Iulius item Pomponius secundus tempore Quintiliani inter tragicos longe princeps, quem senes (*vt ille refert*) Pindarum tragicum putabant: compositione atque nitore præstare omnes confitebantur. *Tacitus verò de eodem,* Pomponius secundus nostris temporibus, Domitio Afro, vel dignitate, vel famæ perpetuitate cessit. *Hæc Tacitus. Plin. verò lib. 14. cap. 4.* eum cœnam C. principi Germanici filio dedisse ait, in qua vinum centum sexaginta annorum fuit. ¶ Pomponius Iurisconsultus ex Pandectarum libris notissimus. ¶ Præter hos Pomponius Mela natione Hispanus, insigni opere de situ orbis clarissimus.

POMPŌNĬĂNĂ pyra, dicebantur ab insitore, mammosa cognominata, à similitudine mammæ. *Autor Plin. lib. 15. cap. 15.*

Pōmum, mi, Generale nomen est omnium fructuum qui ex arboribus esui apti proueniunt, siue mollium, siue durorum. ✝ תפוח *tappuach.* μῆλον, ὠπώρα. GALLI. Pomme, & autre fruict bon à manger. ITALI. *Ogni frutto da mangiare.* GER. Ein iede essige baumfrucht HIS. *Todo fruto que tiene la corteza tierna.* ANGLI. *An apple or other fruit good to eat.* ✝ Nuces verò ea duntaxat poma vocantur duro quæ operimento sunt. *Plin. lib. 15. cap. 22.* nuces pomorum genere comprehendit, & mora, *cap. 24. Sic & Ouid. lib. de Nuce,* Annua cultori poma referre suo. [*Idem Ouid. Eleg. 6. lib. 4. Triſt.* Et ne sint tristi Poma sapore facit. Tempus. *Ouid. Eleg 1. l 4. Triſt.* Prius poma per autumnum numerabis, &c. poma negat regio. *Idem Eleg. 10. l. 3. Triſt. Et l. 2. Faſtor.* Dum fierent tarda dulcia poma mora.] Quod autem vulgus Gallorum *pomum* vocat, id Latini malum appellant. Dictum pomum (*vt docet Varro l. 1. de Re ruſt. c. 31.*) quasi potomum, quod eius insitio potu, id est aquatione indiget.

Pōmus, pomi, fœm. gen. Arbor pomifera. ✝ תפוח *tappuach.* μηλέα. GA. Pommier. ITALIC. *Melo pomaro.* GERMANIC. Ein apffelbaum. HIS. *El mançano.* ANGL. *An apple tree.* ✝ *Tibullus lib. 2. Eleg.* Tunc victus abiete feri: tunc consita pomus: Tunc bibit irriguas fertilis hortus aquas.

Pōmārĭum, rij, Locus arboribus pomiferis consitus. ✝ פרדס *pardés.* μηλών. GAL. Iardin planté de pommiers. ITA. *Giardino, luogo piantado di pomari.* GERMANIC. Ein baumgarten. HISPANI. *Huerto plantado de arboles somo mançanos.* ANG. *An orchard* ✝ *Propert. lib. 3.* Nec mea Phæacas æquant pomaria syluas. *Ouid. libro 4. Metamorp.* Id metuens solidis pomaria clauserat Atlas Mœnibus. Aliquando pomarium dicitur locus vbi reponuntur poma. ὠπωροφυλάκιον. GALLIC. Lieu propre à garder fruicts. ITA. *Luogo da guardar frutti.* GERM. Ein Obstammer/ein ort in welches man allerley ops hinbehaltet. HISPANI. *Lugar para gardar la frutta.* ✝ *Plin. lib. 15. cap. 16.* docet pomaria e contabulata facienda in loco sicco & frigido, in quibus sint fenestræ Septentrionales quæ serenis diebus pateſcant.

Pōmārĭus, rij, Pomorum venditor. ✝ ὠπωροπώλης. GALLIC. Fruitier, vendeur de fruict, comme pommes. ITA. *Colui che vende pomi.* GERMA. Ein ops vertauffer. HISPANIC. *El que venda la frutta dellos.* ANGLI. *A seller of fruite* ✝ *Horat. 2. Ser. Satyr. 3.* Edicit picator vti pomarius auceps, Vnguentarius, ac Tuici turba impia vici Mane domum veniant.

Pōmĭfer, ra, rum, adiectiuum, Ferens poma. ✝ μηλοφόρος. GAL. Portant pommes, portant fruict. ITAL. *Che produce pomi.* GERMA. Obsträgig. HISP. *Cosa que trahe ò cria aquella fruta.* ANGLI. *That beareth or bringeth forth apples or fruite.* ✝ vt Arbor pomifera. *Colum. l. 5. cap. 9.* Superest ratio pomiferarum arborum. Autumnus pomifer. *Ouid. ad Pisonem,* Annus pomifer. *Horat. 3. Carm. Ode 23.* Montes pomiferi, *Ouid. l. de Ponto.* [*Et Sueton. cap. 37. In Calig.* Pomiferæ arbores.]

Pōmōsŭs, a, um, vt Pomosa corona. ✝ ὠπωρόδης. GAL. Plein de pommes. ITAL. *Pieno di pomi.* GER. Vol Obs oder apffen. HISP. *Lleno de mançanas.* ANG. *Full of apples.* ✝ *Prop. lib. 3. Eleg. 2.* Inhinc hic soluit pomosa vota corona, Quum pyrus inuito stipite mala tulit.

Pōndĕro, Ponderosus, *Vide* PONDVS.

Pōndo, Nomen indeclinabile, & neutr. gener. Libra, hoc est pondus duodecim vnciarum. ✝ מנה *manéh. μνᾶ, λίτρα.* GAL. Le poix d'vne liure. ITAL. & HISPAN. *Libra.* GERM. Ein pfund. ANG. *A pound weight.* ✝ [Laserpitij libram pondo dilnunt. *Plautus Pseud. ſc. 2. a. 3.* Addas auri pondo vnciam. *Plautus Men. ſc. 3. a 3 & Rud. ſc. Neptuno,* neque piscium vllam vnciam pondo hodie cepi. Da tacitundas inautes pondo duum numsi, &c. *Pla. Men. ſc 3. a. 3.* Quot pondo te esse cenies nudum? Nudus vinctus centum pondo es. *Pla. Aſin ſc. 2. a. 2.*] *Quint. l. 6. cap. 4.* Torquẽ aureum centum pondo. *Plinius libro 9. cap. 39.* Reliquiæ alteruatæ pependerunt pondo DCC. Calepinus perottum secutus, putauit pondo esse pondus duodecim librarum. Sed vterque deceptus est corrupto Liuij exemplari. Nam vbi illi legunt, Pondo bina & sex libras, castigatiora exemplaria habent, Pondo bina & selibras. Locus *Liuij est libr. 22.* ad quem lectorem breuitatis causa remittimus. Hunc errorem primus notauit *Budæus in lib. de Asse.* Accipitur nonnunquam pondo pro nomine ponderis, vnde *Liuius lib. 4 ab Vrbe,* scribit, coronam auream libræ pondo Ioui dicatam fuisse. *Plautus in Rud.* Neque piscium vllam vnciam pondo hodie Cepi, nisi hoc quod nunc fero in reti. ¶ Hinc fiunt composita, dipondium, vel dupondium, & tripondium: *de quibus suis locis.*

Pōndus, ponderis, Rei alicuius grauitas. ✝ משקל *meſchkál.* βάρος, ὄγκος. GALLIC. Pois, charge. ITA. *Peſo, carico.* GERMAN. Ein schwäre/ein gewicht. HISP. *Peſo ò el cargo.* ANG. *Poise, weight.* ✝ *Plautus in Amphitr.* Haud malum pondus est huic pugno. ¶ Item pondus, quod librando ad stateram ponderatur. *Cicero in Catone Maiore,* Magnum auri pondus. [Sunt mihi quæ valeant in talia pondera (armorum) vires. *Ouid. 13. Metam.* Eminus ingenti resupinum pondere fudit. (i. saxo.) *Ouid. 13. Metam.* In hoc tantarum pondere rerum. *Ouid. Eleg. 1. lib. 2. Triſt.* Et ipsa noto pondere vidit humum. De vestigiis Proserpinæ. *Ouid. 4. Fast.* Ipsa suo quædam pondere tracta ruunt. *Idem Eleg. 1. lib. 2. Triſt. Idem Ouid. 13. Metam. & Eleg. 5. lib. 1. & Senec. cap. 15. de Tranq. & Tibul. li. 4.* -pari premitur veluti cum pondere libra.] ¶ Item pro ipsa libra. *Cic. pro Cn. Plancio,* Vt eodem tempore in omnes verear ne vix possim gratus videri. Sed ego hoc meis ponderibus examinabo, non solùm quid cuique debeam, sed etiam quid cuiusque interfit, & quid à me cuiusque tempus poscat. *Idem 1 Tusc* Quum enim sui similem & leuitatem & calorem adeprus, tanquam paribus examinatus ponderibus, nullam in partem momentur. ¶ Interdum pro numero, hoc est multitudine vsurpatur. *Varro de vita Pop. Romani,* E Græcia comportasse magnum pondus omnium artificum. ¶ Interdum pro autoritate. *Cicer. appio.* Sed idem scribit, meas literas maximum apud te pondus habituras. ¶ Nonnunquam pro onere. *Vir 6 Æneid.* -gemuit sub pondere cymba.

Pōndŭscŭlum, diminutiu. ✝ πρόσθημον, τὸ σμικρὸν βάρος. GA. Petit pois. ITA. *Picciol peso.* GERM. Ein gewichtlin. HISP. *Pequenno peso.* ANG. A little weight. ✝ *Colum l. 12. c. 61.* Et ita cum saxi pondusculo in olei atque musti partem demitti.

Pōndĕrĭtās, atis, antiqua vox. *Accius pragmaticon lib. 1.* Et cuncta fieri cætera iubet illa, non quoad ponderitatem grauitatémque hominis.

Pōndĕrōsŭs, a, um, Quod est graue, sine grauis ponderis. ✝ βαρύς. GALLI. Pesant, qui poise fort. ITA. *Graue, que pesa molto.* GERMA. Schwärt gewichtig / das vil wigt. HIS. *cargado ò pesado.* ANG. *weightie or ponderous.* ✝ [*Plaut. Capt. ſc. 5. a. 3.* ponderosas, crassas compedes.] *Varro. de Re ruſtic. cap. 11.* Ex sudore eius lana fit mollior & ponderosior, & colore meliore. ¶ ponderosam epistolam, dixit *Cicero* pro longa, & continente multa, *ad Attic. libr. 2.* Da ponderosam aliquam epistolam, plenam omnium non modò actorum, sed etiam opinionum tuarum.

Pōndĕro, as, pendo, libro. ✝ שקל *schakál.* πέλω, ἱστημι, ζυγοστατῶ. GA. Peser. ITA. *Ponderare, peſare.* GERMANIC. Wägen. HISPAN. *Peſar con peſo.* ANG. *To weigh.* ✝ *Plautus,* Dum tumularius ponderaret argentum. *Pli. lib. 18. c. 7.* Si quis granum ipsum ponderet. ¶ Per translationẽ est examinare, considerare, perpendere. *Cicero 2. Offic.* Graui verò hominis

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

homini,& ea quæ fiunt,iudicio certo ponderanti, probari posse nullo modo. *Idem* 1. *Off.* In quo tamen in primis,quo quisque animo, studio, beneuolentia fecerit,ponderandum est. ¶ Hinc componitur præpondero,quod est prius pondero,seu prius examino. *Ὑπερβαρέω. Stat. 8. Theb.* Quem vicisse velit racite præponderat exul. Per translationem accipitur pro eo quod est præualere,præcellere,vincere,& quasi pondere superare. *Cicero lib. 3. Officior.* Neque ea volunt præponderari honestate.

Pŏnĕ,cum accentu in vltima,aduerbium est,significans post, siue retrò, aut à tergo:contrarium habet ante, quod etiam quandoque aduerbium est.{אחר *achár. ὀπίσω, ὄπισθεν.* GALLIC. Par derriere. ITALIC. *Adietro.* GERMANIC. Hindenuor/dahinden/hinderwertz. HISPANIC. *Detras.* ANGLIC. *Behind,on the backeside.* } [*Gellius capite 14. li. 13.* Pomœrium locus pone muros. *Plautus Curc. sc. 2. a. 4.*] Præ,non queo quod pone me est,tèruare. *Ibid. sc. 1. a. 4.* Pone ædem Castoris, Ibi sunt quibus credas male.] *Virg. 2. Aeneid.* Ponè subit coniux,ferimur per opaca locorum. *Valer. Max. libro 1.* Mox humani ingenij prona voluntate vetita scrutandi,pone respiciens animaduertit immensę magnitudinis serpentem,concitato impetu omne quicquid obuium fuerat proterentem. ¶ Quandoque præpositio est,idem significans quod post: cui cõtraria est ante præpositio. *Liu. l. 40.* pone castra vtrique pabulatum & lignatum ibant.

PŎNĔRŎPŎLĬS,pen. pro. *πονηρόπολις.* Thraciæ ciuitas,sub Rhodope monte sita,deinde Philippopolis ab instauratore,& postremò Trimontium à situ dicta. *Autor Plin. l. 4. c. 11.*

Pŏno,is,posui, [& interdum posiui.] positum, Colloco,constituo. *Plautus Pseud. fc. 1. a. 5.* Illud pallium posiui. *Vide paulò infrà.*] { שם *sám.* תת *hitsigh* תיה *hitsèb. τίθημι, τιθέμην.* GAL. Mettre,poser. ITA. *Porre,mettere.* GERMAN. Setzen/legen/stellen. HISP. *Poner,meter.* ANG. *To put or sett.* } *Plinius l. 9. c. 35.* Ex præcepto magistri vnum tantum vas ante eam poluere aceti. *Cicer. 7. Ver.* Sed quia sic oportuerit,rectè collocata,& iudicio populi digno in loco posita esse videatur. *Item Lentulo,* Amplitudo ac dignitas omnis in virtute posita est. *Idem*, primùm enim stante Republica facere solebamus,vt in agedo plus,quã in scribendo operæ poneremus. [*Senec. c. 3. de Consol. ad Marc.* Pones eum meliore loco apud inferos. *Ouidius Eleg. 6. lib. 1. Trist.* Ipse mea posui mœstus in igne manu. *Iuuenal. Saty. 13.* Sunt in fortunæ qui casibus omnia ponant. *Gell. c. 2. libro 12.* Ponere ad cõsiderandum. Item ponere in dubio. *Liuius lib. 34.* In nostro poni carmine nolle puto. *Ouid. Eleg. 4. libr. 3. Trist.* Ponere coronam in caput. *Gell. capite vlt. libro 2.* Ponere verba rebus. *Quintil.* Quod te amo operam non potui melius ponere. *Plaut. Mostell. fc. 3. a. 1.*] ¶ Aliquando ponitur pro desinere: quoniam quum cessamus ab opere, collocare quodammodo ac reponere videmur id quod agebamus. *Ἀποτίθεμαι. Virgilius libro 7.* Quum venti posuere,omnisque repente resedit Flatus. [*Gell. capite vlt. lib. 2.* Quum posuit ventus] ¶ Aliquando pro erigere,ædificare. *Virgilius*-posuitque immania templa. Vnde in antiquis inarmoribus legimus, Bene merenti posuit. ¶ Aliquando pro deponere. *Virg. 1. AEneid.*-ponúntque ferocia Pœni Corda,volente deo. * Et pro Deponere in sponsionem. *Plau. in Curcul. [sc. 3. a. 2.]* pono pallium. Ille suum annulum opposuit. [Pone metum,valeo. *Ouid. Eleg. 2. lib. 5. Trist.* Hoc ponam interim (i. deponam) *Plaut. Menæch. sc. 2. a. 2.* fideliter ponere iras. *Ouidius 6. Fast.* Dolorem posuit. *Senec. capite 3. de Consol. ad Marc.* Moriendo ponere iussus. *Ouid. Eleg. 3. lib. 1. Trist.* Ponere barbam. *Suet. in Calig. c. 5. Et in Neron 12.* barbam primam posuit.] ¶ Aliquando pro apponere, *Martialis*, Nolo mihi ponas rhombum,mullúmve bilibrem. Hinc poetæ fabulas,& alia scripta sua ponere dicebantur, quum in scena hæc spectatoribus, quasi in conuiuio fercula apponebant. *Inuena Satyr. 1.* Pone Tigillinũ id est affer in scenam aliquid de Tigillino scripturn. [¶ Ponere oua gallina dicitur,pro parere. *Columel. capite 2. l. 8*] ¶ Aliquando pingere, siue scalpere. *Horat.* Solers nunc hominem ponere,nunc Deum. nam de sculptore & pictore loquitur. ¶ Aliquando scribere est. *Horat. in art. poet.* Scriptor honoratum si forte reponis Achillem. *Pers. Satyr. 1.* Nugari solitos Græce,nec ponere lucum Artifices. [Ponemus (i. dicemus,scribemus.) *Gell. 13. libro 5.*] * Ponere in, sequente accusatiuo. *Gell. libro 3 capite 15.* Coronis suis in caput patris positis. *Plautus Trinummo.*-verum hæc ego vereor,ne isthæc pollicitatio Te in crimẽ populo ponat atque infamiam. *Sallust. contra Ciceronem.* Qui ciuitatis incommodum in gloriam suam ponit. Id est conuertit:hoc est, ex incõmodo ciuitatis parit sibi gloriam. [Item, posuit libro præbendos publicè,Pisistratus. *Gell. capite vlt. libro 6.* Eodem vos pono & paro parsissimi estis ibus. (i. aut repono, aut compono,& comparo iis.) *Plautus Curc. sc. 2. a. 4.* Pone Calculos. *Vide* Calculus. posuit tabulas,scriptu sese abdicauit(Scriba) *Gel. c. 9. l. 6.* Portus quos natura posuit aut adiuuit. *Senec. c. 17. de Consol. ad Marc.* Vitã propera ponere. *Plaut. Curc. sc. 3. a. 4.* Quæ quia principio posuit ieiunia noctis. *Ouidius 4. Fast.* Si ponatur electio,vtrum,(i. proponatur)&c, *Senec. c. 12. de Consol. ad Marc.*] Cõposita sunt,Appono,iuxta pono,addo. *παρατίθημι. Cic. in Pisonem,* Aristarchus,qui notam apponebat ad malum versum. *Idem 2. de inuentione,* Caupo gladium prope appositum è vagina eduxit. Sæpe etiam idem quod cibum ante conuiuas ponũ. *Plinius*, Nihil ei præter secundarium panem,oleráque apposuit. ¶ Antepono, præfero, Compono, Circumpono:& Depono: *vide suis locis.* ¶ Dispono,ordino,quasi in diuersis locis pono. *Διατίθημι.* Hinc dispositio,quæ est rerum in ordinem collocatio. *διάταξις.* Dispositum,decretum,constitutum. Vnde ex disposito dicimus,id est de industria,& quemadmodum à nobis constitutum est. *ἐκ παρατάξεως. Macrob.* An altius quiddam cui remotis arbitris opus sit,cogitaturi ex disposito conueniistis? ¶ Expono. ¶ Impono,Interpono, *παρεντίθημι, παραμίσγω.* ¶ Oppono,Præpono Propono. ¶ postpono, *ὑστερογενῶ τίθεμαι,* retrò pono,posthabeo,minoris facio. *Cic. F. Tironi,* Omnia postposui,dũmodo præceptis patris parẽrem. ¶ Repono,quod significat,loco suo vnde ablatum erat colloco. *Cicero pro Sestio.* Hunc Cn. Pomp. cùm in suis castris supplicem,abiectúmque vidisset,atque insigne regium quod ille de capite suo abiecerat, reposuit. Nonnunquam est idem quod recondo:vt Scientia condendi ac reponendi fructus,apud eundem *2. de Natur deor.* ¶ Suppono,seorsum pono,remoueo, *ὑποτίθεμαι.* ¶ Suppono,summitto. *ὑποτίθεμαι ὑφίσταμαι. Apuleius,* Suppositque humeros oneri. Aliquando adulterum loco veri subiicio. *ὑποβάλλομαι.* Vnde si suppositus partus, *ὑποβολιμαῖος* dicitur,quando fœtus alterius matris non veræ matri subiicitur. Item testamẽtum supponere,est falsum in locum veri substituere. *Plinius.* Nam filius patris testamentum suppositum esse dicebatur. ¶ Superpono, & suprapono nota sunt, *ἐπιτίθημι.* ¶ Transpono,de vno loco in alium transfero, *μετατίθημι.* ¶ Pono olim fecit præteritum posiui. *Plaut.* Nunc ne apud sequestrum vidulum posiuimus. ¶ Pone eum esse victum, pro e quod barbari dicunt, Pone casum quòd. *Terent. Phorm.* Verum pone esse victum eum: at tandem tamen Non capitis eius res agitur, sed pecuniæ. * Ponunt Philosophi, id est statuunt, censent, decernunt,scribunt. *Plin. libro 11. cap. 52.* Aristoteles vitæ breuis signa ponit raros dentes.

Pŏsĭtŏr,oris,verbale,Conditor. {שם *sám. κτιστὴς.* GALLIC. Fondateur,edificateur. ITALIC. *Edificatore,fondatore.* GERMAN. Ein erbawer/stiffter. Item,ein Setzer. HISPAN. *El que pone,edificador.* ANGL. *The laye of a ground,a builder.* } *Ouid. 9. Metamorphos.* -& in Aside terra Mœnia constituis positoris habentia nomen. Templorum positor, *Idem 2. Fastorum.*

Pŏsĭtŭs, participium, Situs,locatus. {שם *sám. κτιστὸς, κτιστέος.* GAL. Posé,mis. ITAL. *Posto,collocato.* GERMA. Gesetzt/getãgen. HISPAN. *Puesto.* ANGL. *Sett,put,placed.* } *Cicer. de leg. Agra.* Roma in montibus posita. *Idem pro lege Manilia,* Insula Delos in Ægæo mari posita. ¶ Nonnunquam accipitur pro depositus, *κατ' ἀφίρεσιν. Liu. 7. ab Vrbe,* Positis omnium aliarum rerum curis. ¶ Aliquando pro exanimato: sic enim interpretatur *Seruius locum Virgil. 4. Æneid.* Sic te vt posita crudelis abesſem? ¶ Positus super armamentarium, hoc est præfectus armamentario. *Curtius libro 6.* Itaque non vltra interpolandum ratus,nobili iuueni(Metron erat nomen ei) super armamentarium posito,quod scelus patraretur indicat. [*Plaut. Capt. sc. 3. a. 2.* Fides mea pro te posita est pignori. *Suetoñ. in Othon. cap. 7.* Posita breui ratione(alias oratione.) *Tibull. lib. 4.* Fertilis hanc inter posita est (zona,) *Ouid. Eleg. 13. libro 3 Trist.* Non ita ſum positus. id est in eo statu vel loco. Vir per omnia extra dilationes positus. *Velleius.* Posito fine laborum. *Ouid. Eleg. 8. lib. 4.* Positis signis. *Idem Eleg. 4. lib. 4. Ibid.* Item, De quæstione in se posita(i. sibi attributa à Senatu.) *Liu. 2. d. 5.* Item Positus pro amissus, *Ouid. 6 Fast.* Hoc pretium positæ virginitatis habe. (id est amissæ, siue depositæ.)]

Pŏsĭtŭs,tus,Positio,situs. { תשומת *teschúmeth. θέσις.* GAL. Situation,assiette. ITA. *Positione,sito.* GERMA. Setzung/getãgenheit. HISP. *Postura.* ANGLIC. *A putting,setting,placing.* } *Ouid. 4. Fastor.* Terra tribus scopulis vastum procurrit in æquor, Trinacris à positu nomen adepta loci. *Tacit. lib. 5.* Ille positus siderum ac spacia dimensus. *Celsi. in princ. lib. 8.* Prius positus ostium, figuráque indicabo. [*Gell. cap. 4. lib. 10.* Nomina non sunt facta positu fortuito. *Idem Gell. cap. 1. lib. 14.* De motu positúque stellarum.]

Pŏsĭtīvus,a,um. Quod primò positum est, nec aliunde deriuatum. *θετικὸς* Vnde & Grammatici positiuum à comparatiuo & superlatiuo distinguunt,quòd illud sit quasi fundamentum istorum.

Pŏsĭtūra,æ,Situs,siue positio. { תשומת *teschámeth. θέσις.* GAL. Situation, assiette. ITALIC. *Sito.* GERM. Setzung/getãgenheit. HISP. *Postura.* ANG. *Situation or placing.* } *Gell. lib. 4. cap. 1.* Vt animaduerteretur quo habitu, quáque forma, quáque positura stellarum aliquis nasceretur. Syllabam dicimus esse longam positura, quum vocalem immediatè sequuntur duæ consonantes, quarum prior cum ea vocali in eadem syllaba cohæret. Nam si consonans vtraque ad sequentem pertineat syllabam (quod mutam liquida subsequente contingere solet) non efficient posituram. [*Idem Gell. c. 21. lib. 2.* Figura posituráque sideris. *Et cap. 3. lib. 5.* Iunctura & positura ligni (de fasciculo.) *Gellius ca. 7. lib. 10.* positura verborum.]

Porro,Varios in ratione habet vsus.Modò enim affirmandi aduerbium, idem significat quod sane,certè,profectò. {אבן *abál*. γαμὶ, μὰ τὸν. GAL.Certainement.ITA.*Certamente*. GERM.Wartlich. HISPANI. *Ciertamente*.ANGLIC.*Truelie moreouer*.}*Cicer.pro Plancio*, Nihil porro tam inhumanum , tam immane, tam ferum,quam committere vt beneficio,non dicam indignus, sed victus esse videare. [Eas herbas aliis herbis porrò condiunt: *Plaut. Pseud. sc. 2.a.3*.] ¶ Quandoque temporis aduerbium , idem valet quod longè post.πόρρω. *Virgil.5. Æneid*. -hinc maxima porrò , Accepit Roma , & patrium seruauit honorem. *Vbi Seruius*, Porrò,post longum interuallum. ¶Nonnunquam idem quod in posterum , deinceps,in futurum. ἐπὶ πλεῖον. *Terent. in Prolog. Andr*.Deinde vt quiescat , porrò moneo. id est in futurum , *interprete Donato*.[*Plaut.Pseu.sc.3.a.1*.Vt hinc porrò quid agas,consulas.]¶Non raro loci aduerbium est,idem significans quod vltrà,siue vlterius.*Liu. 8.ab Vrbe*,Et aut eâdem quà te insinuaueris,retrò via repetenda: aut si ire porrò pergas,per alium saltum arctiorem , impediriorémque euadendum. Interdum idem quod longe, siue procul. *Virgil.6. Æneid*. -quæ sint ea flumina porrò.[*Plaut.Curc.sc.1.a.3*. Imò etiam si vis porrò dicam. (id est præterea vlterius.) *Idem Amphitr*.Perge porrò dicere.*Plaut.Ibid.sc.1.a.5*.Quid fit deinde? Porrò loquere. *Idem in Asin. sc.4.a.2*.Perge porrò maledicere.*Idem Milit.sc.4.a.2*.Perge porrò. *Et in Mostel.sc.1.a.1*.Agite porrò,pergite vt occœpistis. *Et Men.sc.vlt.a.5*.Si qua conueniunt,porro operam date.(i.pergite) *Gell.cap.4.lib.10*. Spiritum intendere versus & ad eos. *Liuius lib.1.ab vrb*.] ¶Sæpissimè autem coniunctio est,atque idem valet quod autem,siue verò. δὲ καὶ δέ. *Quintil.in Apol.Pau* Porrò qui confessum defendit , nõ absolutionem sceleris petit , sed licentiam. ¶ Quandoque expletiua particula est, ornatus tantùm gratia interposita.*Terent.in Andr*. adeóne me ignauũ putas,Adeón' porrò ingratum,aut inhumanum,aut ferum, Vt neque me consuetudo,neque amor, neque pudor &c. [*Plaut. Capt.sc.5.a.3*. Inde ibis porrò in Latomias.] ¶ Aliquando hortantis est. *Virgil.9. Æneid*. · percipe porrò Quid dubitem. Quo in loco Seruius exponit porrò pro aduerbio hortantis.*Cicer.4 de Finib*.Perge porrò:nam de isto magna dissensio est. [¶ Interdum est exclamantis & queritantis: vt,Porrò Quirites libertatem perdidimus.] ¶ Porrò autem,idem valet quod præterea verò.*Cicer.3.Ver*. Hominibus & natura , & disciplina,lenissimis:porrò autem pop.Rom. conditione sociis , fortuna seruis. ¶Neque porrò,idem quod neque etiam.*Cic.3.Verr*.Neque enim perfacete dicta,neque porrò hac seueritate digna.[*Plaut Asin.sc.2.a. 5*.Iscorruptus suum corrumpit filium.*Idem ibidem*, Iace talos,vt porrò nos iaciamus(id est deinde, etiam , quoque.) [¶ Porrò minima, *dixit cicer.5.de Finib*.pro longè minima. Ea,*inquit*,nos mala dicimus, sed exigua,& porrò minima. *Hæc fere Budæus*. ¶ Ponitur aliquando porrò pro valde.*Cic.in Cat.Maiore*, Sæpe à maioribus natu audiui, qui se porrò pueros à senibus audisse dicebant. ¶ Aliquando est aduerbium ordinis.*Terent.in Andr*.Moue ocyus te,vt quid agam, porrò intelligas.

Pŏrrum,ri,in plurali,porri,orum,Genus oleris notissimi.{πράσον.GAL. Porreau.ITAL.*Porro*.GERMAN. Zanch HISP.*Puerro*.ANGL.*A leek*.} *Plin.lib.19 .cap.12*. In translatione & medicina est : desinúntque sentire iniurias , vt gethyum , porrum, raphani, apium. *Martial.lib.13*. Mittit præcipuos memoralis Aricia porros:In medio virides stipite cerne comas.Porrorum alij sunt Tarentini : qui & secti dicuntur: alij Aricini, qui & capitati:de quibus generibus *vide Plin. libr. 19. cap.6*. ¶Legitur & porrus gener. masc. à quo mansit pluralis numerus eiusdem generis.*Celsus libr.4.cap.6*. Autius in quo porrus cum pullo gallinaceo decoctus sit.Eodem genere vsus est & *Plin.lib.19. cap.6*. Laudatissimus (subaudi porrus) in Ægypto , mox Orchiæ , atque Ariciæ. ¶ Inuenitur & porrina pro porro , *apud Scæuol. l. 58. D. de usufruct*. Sempronio do, lego ex redactu fructuum holeris & porrinæ partem.

Pōrrăcĕŭs,a,um.{πράσινος.GALLIC.De porreau. ITA. *Di porro*.GERM. Deß lauchs.HISPA.*Cosa de materia de puerro*.ANGL.*Of a leek*.} *Plin. lib 37.c.10*.Heliotropium nascitur in Æthiopia, Aphrica,Cypro porraceo coloris,sanguinis venis distincta.

PŌRSĔNĂ, æ ,penult.corrept.πορσίνα.Proprium nomen regis Hetruscõ-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

rum,qui pro reſtitutione Tarquinij Superbi aduerſus Romanos bellum ſuſcepit.*Vide Liuium lib.2. ab Vrbe. Martial.lib.1.*Hanc ſpectare manum Porſena non potuit. *Virg.* verò produxit poſitione duplicis nn, Necnon Tarquinium erectum Porſenna iubebat Accipere.[De eo *Plutarch.in Publ.*& honoribus eius Romæ.*Ibidem.*]

Pŏrtă,portæ,Proprie aditus ciuitatis, alterúſve loci vallo foſſáve muni t.{ שער *ſchá'ar* פתח *péthach*. πύλη. GA. La porte. ITA. *Porta.* GER. Ein Thor/Port. HISPAN. *Puerta.* ANG. *A gate or porte,the entree of a citie* }à portando nomen habens,ſiue quòd per eam omnia & importentur,& exportentur : ſiue ab aratri portatione,(*vt inquit Donatus*) qua in deſignatione vrbium,ſubiunctis vacca & tauro, qui vrbem deſignabat,aratrum manu ſuſpendebat, ne ſulcum quem primogenium dicunt, faceret,vbi aditus ciuitatis erant relinquendi.*Cæſ.6. bell.Gall.* Capit anima à proximis,atque in porta conſiſtit. *Item Hirtius lib.* 8. Nihil relinquebatur quod ad ornatum portarum, itinerum,locorúmque omnium,quâ Cæſar iturus erat, excogitari poſſet.*Virg.7.Æneid.* Et criſtæ capitum,& portarum ingentia clauſtra.*Idem 2. Æneid.* -vix primi prælia tentant Portarum vigiles,& cæco marte reſiſtunt. *Cicer. 4.de Finibus*,Si Annibal ad portas veniſſet,murúmque iaculo traiecíſſet.[Extra portam deducite in lapicidinas.*Pla.Capt ſc.5.a* 3.Extra portam currere. *Plaut.Pſeud.ſc.*3.*a.*1.ire.*Idem Mil.ſc.*4.*a.*2. Extra portam trigeminam ire.*Plau.Capt.ſc.*1.*a.*1.porta vitam muróque tueri. *Ouid. Eleg.*1.*libro* 4.*Triſt.*Sextum à porta angiportum: *Plau. Pſeud. ſc.*2.*a.*4. Septimas ædes à porta eſſe dixit *Plautus ibidem ſc.*2.*a.*2.¶Portæ ne ſint ſanctæ,& cur, *Plutar. in Rom.* Porta triumphalis Romæ. *Sueton. in Auguſt.cap.*100.Portam tenebant dedicantes. *Plutarch.in Publ.* ¶ Eſt & φραυτός,id eſt anus ſiue podex,apud Catullum & autorem Priapeiorum.]

¶Porta Prætoria,in caſtris dicebatur quæ erat in fronte valli, qua miles ad prælium educebatur.Antiqui enim Prætorem appellabant qui toti præeſſet exercitui, qui deinde Imperator appellatus eſt.Porta decumana, quæ in poſtica parte caſtrorum erat, qua annona, ceteráque exercitui neceſſaria importabantur:ita dicta à magnitudine.Quoniam enim ita ferè vſuuenire ſolet,vt decima quæque omnibus propemodum in rebus maxima ſint:veteres decumanum, pro magno & amplo accipiebant. ¶Portæ item per ſimilitudinem quandam montium fauces dicuntur in maximas anguſtias coarctatæ, cuiuſmodi pleræque in diuerſis Tauri montis partibus à Coſmographis commemorantur : vt ſunt Caſpiæ portæ, Cilicíæ, & Caucaſiæ.

Pŏrtŭlă,portella,& porticula,dimin. { πυλὶς πυλίδιον. GAI. Portelette, petite porte,guichet. ITALI. *Picciola porta,portella.* GERM. Ein türlin. *Pequenna puerta.* ANGLI. *A litle gate.* } *Liu. 5. bell.Pun.* Philomenes portula aſſueta venationem inferens,&c.

PORTA AVGVSTA,Vaccæorum vrbs in tractu Tarraconenſis Hiſpaniæ. *Ptoʃemæo lib.*2.*cap.*6.

Pŏrtĕndo,portendis,Prædico,oſtendo, vel præmonſtro:à porrò, quod eſt prorſum,& tendo. { חגיר *highghidh.* προσημαίνω, προσημαίνω, προφαίνω. GALLI. Porter ſignification de quelque chole à venir, predire. ITA. *Prenuntiare.* GERMANIC. Verdeuten etwas kunfftigs. HIS. *Significar mal futuro.* ANGLI. *To ſignifie before a thing happeneth.* } *Virg.7. Æneid.* Hunc illum fatis externa ab ſede profectum Portendi generum.*Plaut.in Aſina.*Æcaſtor nobis periculum magnum, & familiæ portenditur,Demæneti ſi expectemus mortem.*Cic.*1.*Diui.*Nam quod de ſole oſtenſum eſt tibi, populo commutationem rerum portendit fore.

Pŏrtĕntum,portenti,Oſtenſum & prodigium quod portendit, aliquid futurum : vt quum inſolita corpora in aere apparent:vt cometæ, turbines,& ſereno cælo tonitrua. { מופת *mophéth.* τέρας. GALLICO. Prodige,choſe terrible,eſmerueillable. ITALI. *Prodigio,moſtro.* GERMA. Ein wunderzeichen ſo etwas kunfftigs vorbeutet. HISP. *Malagro que ſignifica mal futuro.* ANG. *A wonderfull and ſtrange thing againſt the common courſe of nature foreſhewing ſome thing to come.* } [*Sueton. in Claud. cap.*3.Mater Antonia portentum eum hominis dictitabat,nec abſolutum à natura, ſed tantùm inchoatum.] ¶Portentorum autem ſignificatio,teſte *Cic.l.* 2.*de Natura deor.* ſumpta eſt ex auſpiciis, & auguriis. *Varro*, In cœlo memorabile extitit portentum. *Cicer. de Aruſp. reſponſis*, Explanationes portentorum Hetruſcorum diſciplina continentur. ¶Aliquando etiam dicuntur portenta, commenta, fictiones, & mendacia rerum naturæ repugnantia. *Cicero* 1. *Tuſc. quæſt.* Aut quid negotij eſt hæc Poetarum, & pictorum portenta conuincere? ¶ *Virg.*8.*Æneid.* pro bono omine poſuit, quum ait,- ne quære profectò, Quem caſum portenta ferant. *Vbi Seruius*, Portenta modò ſignificant bona omina quæ victoriam portendunt. * In ſignificatione paſſiua vſus eſt *Plaut.in curculione.* [*ſc.*2.*a.*2.] Pacem ab Æſculapio petas, ne forte tibi eueniat magnum malum,quod in quiete tibi portentum eſt. Id eſt præmonſtratum eſt. * Portentum,item inane quidpiam & irridendum. *cicero* 1.*Tuſc.*Aut quid negotij eſt hæc poetarum & pictorum portenta conuincere?

Pŏrtentōſus,a,um, Monſtroſus,portento ſimilis.{ τερατώδης, τερατῶδες. GA. Merueilleux,monſtrueux. ITA. *Monſtruoſo.* GER. Wunderſtattig ſo etwas bedeutet. HI. *coſa que ſeñifica algun mal.* ANG. *monſtrous,againſt nature.* } *Cic.de Diu.* An verò illa nos terrent,ſi quando aliqua portentoſa aut ex pecude,aut ex homine nata dicuntur. *Pli.lib.*22.*cap.*8. Portentoſum eſt quod de ea traditur. *Portentoſa* Græciæ mendacia. *Pli.lib.*5. *cap.*1.

*Portentĭficus,a,um,aliud adiect. τερατοποιός.vt,Venena portentifica,portenta ac monſtra facientia. *Ouid.*14.*Metam.*Hunc dea præuitiat, portentificíſque venenis Inquinat.

Pŏrthmĕus.{ πορθμεύς. GALLI. Vn paſſeur, ou paſſagier. ITALIC. *Paſſagiero.* GER. Ein vberfürer/einer der die leut vber ein waſſer füret. HISP. *Barquero que paſſa eſtrecho.* ANGLIC. *A ferrier.* } Græca dictio eſt diſſyllaba, quæ nobi portitorem ſignificat,hoc eſt eum qui homines in vlteriorem fluui ripam,vel trans fretum, vel à litore ad nauim traiicit. Nam πορθμεύειν Græcis eſt traiicere, & πόρθμον naulum quod pro traiectu ſoluitur:& πορθμὶς cymba ipſa portitoris. Vtitur hac voce *Iuu. Satyr.* 3. Iam ſedet in ripa, tetrúmque nouitius horret Porthmea. Hinc Porthmis nauis eſt quo à littore ad littus contrarium traiicimus.

Pŏrtĭcŭs,huius porticus,pen.cor.& fœm. gen. { אולם *vlám.* à στοά, ἡ. GAL. Porche, pourmenoir ou gallerie, où on ſe retire pour le Soleil ou pour la pluye. ITAL. *Portico.* GERM. Ein bedeckt ort in welchem man ſicher vor der Sonnen / dem rägen / &c. ſpatzieren kan / Ein ſchopffe *ce out of the ſunne.* } Locus eſt amplus & ſpatioſus, tecto incluſus præpter repentinos imbres, vmbræ ac deambulationis gratia ædificatus. *Cic.ad Attic.lib.*4. In campo Martio ſepta tributis comitiis marmorea ſumus & tecta facturi, eaque cingemus excelſa porticu. *Virgil.* 3. *Æneid.*Illos porticibus rex accipiebat in amplis. *Idē* 2.*Æn.* Vnus natorum Priami per tela,per hoſtes Porticibus longis fugit. *Ouid.*1.*de Arte*,Seu pedibus vacuis illi ſpatioſa teretur Porticus. Porticus aliquando tentorium,& tabernaculum ſignificat. *Cic.*2.*Tuſcul.ex Poeta*,Namque Æſculapij liberûm ſaucij opplent porticus:quod videtur poeticè dictum pro taberna & officina,in qua ſaucij à Machaone & Podalirio Æſculapij liberis curabantur : qui in Græcorum caſtris medicinam faciebant. ¶ Multæ Romæ inſignes fuere porticus : omnium tamen magnificentiſſima fuit, quam quòd à Pompeio ædificata eſſet,Pompeianam vocabant:cuius meminit *Ouid.lib.*1.*de Arte amandi*,Tu modò Pompeia lentus ſpatiare ſub vmbra,Quum ſol Herculei tergalea leonis adit.

Pŏrtĭcŭla, æ, diminutiuum. [*Diomedes lib.*1.]βραχεῖα στοὰ μικρὰ στοά. GA. Petit porche. ITAL. *Picciolo portico.* GERM. Ein vorſchöpfflin. HISP. *Pequenno tal portal.* ANGL. *A litle galerie.* } *Cic.lib.*4.*Epiſt.*In porticula Tuſculani.

Pŏrtĭcātio, Legitur etiam pro porticu,*apud Marcian l.*36.*D. de religioſ. & ſumpt. fune.* Si amplum quid ædificari teſtator iuſſerit,veluti in cuiorum,porticationes, eos ſumptus funeris cauſa non eſſe.

Pŏrtĭo,portionis, quaſi partio,Pars.{ חלק *chelék.* μέρος. GAL. Part, portion. ITA. *Parte,portione.* GER. Ein theil/ Porti. HIS. *Parte oracion de lo entero.* ANGL. *A part o portion.* }[*Senec.cap.*11.*de Conſol.ad Polyb.*Hac portione (fratris amiſſi) decidit tecum fortuna pro multis. *Item*, Magna portio. *Idem cap.*14.*de Tranquill.*] *Plinius lib.*9. *cap.* 35. Sed quotæ hæc portio eſt? ¶ Hinc fit proportio,quæ eſt duarum rerum inuicem facta comparatio.λόγος, ἀναλογία.

Pŏrtĭūncŭlă,portiunculæ,diminutiuum. { μερὶς. GALL. Petite part & portion. ITALIC. *Picciola parte ò portione.* GERMANIC. Ein klein theil/ Pörtlin. HISPANIC. *Pequenna parte.* ANG. *A litle portion.* } *Apul.* Qui quum à me portiunculam poſceret.

Pŏrtĭſcŭlus, portiſculi, Hortator remigum,qui eam perticam,quæ & ipſa portiſculus dicitur in manu tenens, hortatur remiges, vrget, & cuncta pro poteſtate moderatur.{ κελευστής. GA. Comite. ITAL. *Comito.* Ein meiſter vber die Ruderknecht/der ſie heyſſet vnd anweyſet. HISPA. *Comitre.* ANGLI. *An exhorter of the rowers in a ſhippe.* } *Plaut.in Aſin.ſc.*1.*a.*3. Tute habes portiſculum. *Ennius in Annibal.* Portiſculus quum ſignum dare cœpiſſet. *Ex Nonio.*

Pŏrtĭtor,portitoris,Propriè dicitur,*teſte Vall.lib.*1.qui homines in vlteriorem fluuij ripam, vel de litore ad nauim, vel de naui ad litus traiicit,quem Græci vocant porthmea.{ πορθμεύς. GAL. Garde ou fermier d'vn port,paſſeur. ITA. *Paſſagiero che paſſa la genteil porto.* GERMAN. Ein vberfürer/ Der die leut vber die waſſer fürt. HISPAN. *El barquero che paſſa eſtrecho.* ANG. *A ferri er that giueth paſſage ouer a water.* } Quapropter Charon inferorum portitor dicitur, quod mortuorum vmbras cymba ſubtili per Stygiam paludem putetur tranſuehere. Dictus autem portitor à portando,ſicut vector à vehendo:quanuis *Laurent.Valla* exiſtimare videatur,à portu dictum eſſe portitorem. *Virgil.*6.*Æneid.* Portitor has horrendus aquas, & flumina ſeruat Terribili ſquallore Charon. [Portitorem duxi domum, (non vxorem) ita mihi neceſſe eſt eloqui quicquid egi atque ago. *Plaut.Men.ſc.*2.*a.*1. Iſtum portitorem priuabo portorio. *Item* portitorum ſimillimæ ianuæ ſunt lenonix. *Plaut.Aſin.ſc* 3.*a.*1.]

¶ Dicitur etiam portitor, *eodem* LAURENTIO *teſte*, qui portorium, hoc eſt fructus pecuniarios ex portu conduxit,quique nomine portorij ſtipem à venientibus exigit. *Cicer. ad Qu.Fratrem*, Qui nuper in portoriis Italiæ tollendis,non tam de portorio, quàm de nonnullis iniuriis portitorum querebantur. ¶ Accipitur etiam portitor pro eo qui aliquid portat. *Stat.lib.*1.7 *heb.* Languet Hyperboreæ glacialis portitor Vrſæ.Et *Claudian.in Epigram.*]

Pŏrtōrium,rij,Naulum,& merces quæ datur portitoribus,hoc eſt iis qui nos cymba vel pontone trans fluuium vel fretum traiiciũt. { πορθμεῖον. GAL. Le peage ou impoſt qu'on paye aux ports. ITA. *Nolo,pagamento à paſſare fiume,ò porto.* GERM. Der furlohn vber ein waſſer. HISP. *El ſtete que ſe paga al barquero.* ANG. *Frayte for cariage or paſſage,tollage.* } ¶ Item vectigal quod portitori ſoluitur,hoc eſt illi qui redemit prouentum portuum,vel fluminũ, vel lacuum,vel ſtagnorum. τελώνιον. *Lucilius lib.*11.Facit idem quod illi qui inſcriptum e portu exportant clanculum,ne portorium dent. [*Velleius*:Portoria noua inſtituit (Gracchus.) *Senec.epiſt.*28.Portorium ſoluere. *Metaphor.Sueton.in Cæſ.capite* 43.Portoria peregrinarum mercium.] *Plautus in Aſin.ſc.*2.*a.*1.Iam ego hunc portitorem priuabo portorio. *Cicero* 1.*de Inuent.* Nam ſi Rhodiis turpe non eſt portorium locare, nec Hermacreonti quidem turpe eſt conducere. *Idem quarta Verrin.* His pro rebus quod portorium non eſſet datum, literas ad ſocios miſiſſe L. Caluiſium.

Porto, portas, Fero,affero,gero,& tam de animio quàm corpore dicitur. { נשא *naſá* סבר *ſabál.* φέρω, κομίζω, φέρω, βαστάζω. GAL. Porter. ITA. *Portare.* GERMAN. Tragen. HIS. *Llenar ò traher.* ANG. *To bring or beare.* } *Terent in Andr.*Dij boni,boni quid porto? *Plautus in* [*Aſin. ſc.*3.*a* 3.] Vbi onus nequeam portare pariter,taceam ego aſinum in lusto. [Aſpice quid portem nihil hic niſi triſte videbis.(de titulo.) *Ouid. Eleg* 1.*lib.*3.*Triſt.*] *Plin l.*11.*cap.*17.Apes ſeſſum regem humeris ſubleuant,validius fatigatum ex toto portant. *Ouidius* [*Eleg.*1.]2.*Triſt.*Et latrò,& caurus præcingitur enſe viator:Ille ſed inſidias,ſic ſibi portat opem. *Virgilius* 9.*Æneid.*Multa patri portanda dabat mandata.[*Catul.de Coma Beren.* Dulcia nocturnæ portans veſtigia rixæ, Quam de virgineis geſſerat exuuiis.]

¶Portare item dicimur,quum nauibus aut iumentis aliquid nobiſcum vehimus.*Virg* 1.*Æneid.* Gés inimica mihi Tyrrhenum nauigat æquor

Ilium in Italiam portans, victósque penates. *Ibidem*, portantur auari Pygmalionis opes pelago.

¶ Portare auxilium dicimus, pro adiuuare *Salluſt in Catil.* Poſt vbi pericula virtute propulerant, ſociis atque amicis auxilia portabant. ¶ Iunius compoſita ſunt, Apporto, Aſporto, Comporto, Deporto, Exporto, Importo, Reporto, Supporto, & Tranſporto: *quorum ſignificata vide ſuis locis.*

Pōrtĭto, portitas, frequent. *Gel. 20. c. 1.* Ctumenam plenam aſſium portitans.

Portātŭs, tus, verb. Actus ipſe portandi. {βάστασις, κόμισις. GAL. Portement. ITALIC. *Portamento.* GERMANIC. Tragung. HISPA. *Lleuamento.* ANG. *A bearing or bringing.* } *Plinius l. 9. cap. 35.* Tædia exquiſita perditore portatu.

Pōrtŭlācă, Herba eſt frigida & humidæ quæ dentium tollit ſtuporem. {ἀνδράχνη. GAL. Pourpier. ITA. *Porcellana porcellachia.* GERM. Burgel/ oder burtzelen. HISP. *Verdolaga.* ANG. *Purſelayn.* } *Plin. l. 25. c. 13. & l. 20. c. 20. & Dioſc. lib. 2. c. 138.*

Pōrtūnālĭă, Inter quatuor Græciæ celeberrima certamina numerantur, in honorem Palæmonis, quem Latini Portunum vocant, inſtituta. παλαίμονια. Eadem & Iſthmia dicebantur, ab Iſthmo Peloponneſiaco vbi ſolebant celebrari.

PŌRTŬNŬS, pen. prod. Deus maris habitus eſt ab antiquis, quem Græci Palæmona, παλαίμων vocant: ita dictus à portubus quibus præeſſe credebatur. [*Ouid. 6. Faſt.* Quem nos Portunum, ſua lingua Palæmona dicet.] *Vide in dictione* PALAEMON.

Pōrtŭs, us, in datiuo & ablatiuo plurali portubus, Locus in litore naues ab hyemis tempeſtatúmque iniuria vendicans. {חוף eſóph. λιμήν. GAL. Vn port. ITA. *Porto.* GERM. Ein ſchiffport/ Schiffende, Ein commlich geſtad die ſchiff darin zuſtellen/ Meerhaffen. HISPA. *Puerto.* ANG. *An hauen for shippes.* } [Stat in portu nauis prædatoria. *Plautus Menæch. ſc. 2. a. 2.* Si qua nauis aduenit. *Ibidem.* Ad portum mittunt ſeruulos, ancillulas. *Ibidem.* In portum naue integra peruenire. *Quintilian. Metaphor.* Item portum eloquentiæ ſalutare, non patefacere patris. *Quintilian.* Quam magis te in altum capeſſis, tam te aſtus in portum refert. *Plaut. Aſin. ſc. 3. a. 1.* portus mortis. *Seneca cap. 9. de Conſol. ad Polyb.* Portum promittunt ſtudia. *Senec. cap. 16. de Conſol. ad Helu.* Qui veritus non es portus aperire fideles rati (meæ) *Ouid. Eleg. 5. lib. 4. Triſt. Liuius lib. 4. dec. 5.* Caſtra minuta portus ad omnes caſus.] *Cic. in Verrem,* Statim ſine vllo metu in portum ipſum penetrare cœperunt. Metaphoricè, accipitur pro loco tuto, & quodam aduerſarum rerum perfugio. *Cic. ad Brutum,* Quanquam tum & fugæ portus erat in tuis caſtris, & perfugium ſalutis in tuo exercitu.

¶ Inde prouerbij metaphora, Rem in portu eſſe dicimus, pro eſſe in tuto, & extra omne periculum. *Plaut. in Merc.* In portu res eſt. Item in portu nauigare, pro ſecurum eſſe, & omni periculo defunctum. Tracta eſt metaphora à nauigantibus, qui quum in medio mari nauigant, vndarum & ventorum arbitrio iactantur: contra, quum ſe in portum receperint, nihil habent negotij cum vndis & ventis.

¶ Impingere in portu, eſt in ipſo ſtatim operis initio peccare. [Portus Iulius, *Vide* Iulius.]

Pō tŭōsŭs, portuoſa, portuoſum, Multos portus habens. {λιμενώδης. GAL. Qui a beaucoup de ports. ITALI. *Di molti porti.* GERMANIC. Das viel ſchiffporten oder ſchiffſtenden hatt. HISPANIC. *Coſa que tiene mucho puertos.* ANGLIC. *Full of hauens.* } *Salluſt. in Iugurtha,* Illam alteram ſpecie quam vſu potiorem, quæ portuoſior, & ædificiis magis exornata erat, &c.

Pōrvs, Pori, πῶρος, Indiæ rex fuit, ab Alexandro Macedone ſuperatus, deinde & fuorum dolo interemptus. *Claudianus.* Tradita captiuo ſpatioſior India Poro.

Pŏrŭs, pori, priore produc. πῶρος, A medicis appellatur callus perdurus, oſſium & cartilaginis fracturam ferruminans. Oſſa enim & cartilago, quod partes ſpermaticæ ſint, ſemel fracta, nunquam renaſcuntur. Ex vilcoſiore tamen alimenti parte callus quidam gignitur, quo veluti glutino coniunguntur. *Autor Gal. 6. Therap.* ¶ Porus item genus eſt lapidis, Pario marmori candore & duritia ſimilis, minus tamen ponderoſi: quem *Plinius* inter eos annumerat qui cadaueribus aſſeruandis ſunt idonei. *lib. 36. capite 7.* ¶ In articulis autem pori dicuntur tumores, ex craſſo terreſtrique humore in eos ingruente collecti: qui nonnunquam etiam contrahuntur ex medicamentorum quorundam vſu, quæ multam diſcutiendi ſiccandique, nullam autem molliendi vim habeant. ¶ Pori penultim. corrept. πῶροι, etiam à medicis appellantur meatus cutis, per quos ſudor erumpit, & pili.

Pos, Videtur potius ſignificare potem quam potentem, *inquit Varr. l. 2. de Ling. Lat.*

Pŏſcă, icæ, Potio ex aquæ acetique miſtura temperata. {ὀξύκρατον. GALLIC. Bruuage d'eau & de vinaigre, buuette ou vin de deſpenſe. ITALIC. *Vino da diſpenſa leggiero, miſtura di aqua & aceto per medicina.* GERMANIC. Ein ſaurtranck / teuren / vermiſchung deß waſſers mit eſſig das es ſaur wird. HISPANIC. *Agua pie, mezcla de agua y vinagre.* ANGLIC. *A drink of water and vineger mingled together.* } *Plinius l. 30.* Tormina ſanat paluinbus ferus, ex poſca decoctus. Celſus puſcam appellat per quintam vocalem: *Aetius, & Ægineta etiam* phuſcam.

Poſco, poſcis, popoſci, [Olim pepoſci. *Gel. c. 9. l. 7.*] Poſtulo, mihi rem debitam peto. {שאל ſchaál. αἰτέω. GAL. Demander. ITA. *Domandare.* GERMAN. Begären etwas billichs/ forderen ſo man einem ſchuldig iſt. HISP. *Demandar.* ANG. *To require, to aſk.* } *Varro,* Poſcere eſt quoties aliquid pro merito noſtro depoſcimus. *Donatus,* Poſtimus imperiose: poſtulamus iure.

[An & hunc ſibi poſcit Vlyſſes? *Ouid. 13. Metam.* Neque partem inde poſces. *Plaut. Aulul. ſc. vlt. a. 4.* Eam ſi me iubes tibi poſcere (vxorem) poſcam. *Pl. Aul. ſc. 3. a. 1.* Sume, poſce, prome. *Plaut. Capt. ſc. 1. a. 4.* faciam vt hic ſenex eam ſibi vxorem poſcat bis. *Plaut. Aul. prolog. & ſc. 4. a. 1.* Neque te defraudandi poſco (pallam) *Plautus Men. ſc. 3. a. 4.* (mox; re poſcere) lingua poſcit, corpus quærit, &c. (de meretrice) *Plautus Aſin. ſc. 1. a 3.* Vbi ſi quid poſcas, ad rauim poſcas. *Plautus Aul. ſc. 1. a. 2.* Ne operam perdas poſcere. *Plautus Aulul. ſc. 2. a. 2.* Me poſcit triginta minas. *Plaut. Curcul. ſc. 1. a. 1.* Talos ſibi poſcit in manum (dari) *Idem ſc. 3. a. 2.* Habent hunc morem plerique argentarij, vt alius alium poſcant, reddant nemini pugnis rem ſoluant, ſi quis poſcat durius. *Plaut. Curc ſc. 1. a 3.*] ¶ Aliquando ponitur pro prouocare. ἐπικαλεῖν. *Virg. 8. Æn.* Haud acrem dubires in prælia poſcere Turnum *Cicer. 3 Verr.* Poſcunt maioribus poculis, id eſt prouocant ſe mutuò ad largius potandum. ¶ Aliquando pro indicare rem venalem, & pretium eius taxare. *Plautus Mercat.* Tanti, quanti poſcit, vin' tanti emam illam? CHAR. Auctarium adiicito vel mille numûm, plus quàm poſcet. ¶ Aliquando pro requirere, exigere. *Cæſ. 4. bell. Gall.* Ad quos ſe celeriter, quum vſus poſcit, recipiunt. * Poſcere, cum duobus accuſatiuis. *Plautus Curcul.* Alias me poſcit pro illa triginta minas. Alias talentum magnum. *Cicer. 3. Verr.* Et parentes pretium pro ſepultura liberum poſceret.

*Poſcere aliquem clamore, quod barbarus diceret Clamare poſt aliquem. vt, Poſtquam nihil fit, clamore hominem poſco: ille me in ius vocat. [(de creditore) *Plaut. Curc. ſc. 3. a. 5.*]

¶ Huius compoſita ſunt, Appoſco, quod eſt iure poſco, exigo, πράττω. *Ter. in Heaut.* Minas quidem iam decem habet à me filia, Quas pro alimentis eſſe nunc duco datas: Haſce ornamentis conſequentur altæræ: Porrò hæ talenta dotis appoſcent duo.

¶ Depoſco, vide ſuo loco. ¶ Expoſco, multum, ſeu importunè adeò, aut publice poſco, ἐξαιτῶ *Liu. lib. 1.* Pacem precibus expoſcunt. *Virg. 3. Æn.* Sed votis precibuſque iubent expoſcere pacem. ¶ Repoſco, quod meum, eſt repeto, ἀπαιτῶ. *Virgil.* Parthóſque repoſcere ſigna. *Plaut. in Curc.* Quam tui virginem me repoſcis?

Pŏſĭdĕōn, ποσειδεών. Græcis eſt menſis quem nos Decembrem dicimus, à Neptuno nomen habens, quem illi ποσειδῶνα appellant.

[Pŏſides Spado, libertus Claudij Imperatoris. *Sueton. in Claudij cap. 8.*]

Pŏſīdĕvm, ſiue Poſidium, penultima product. ποσείδιον. Oppidum in finibus Macedoniæ, non procul à Strimone amne: *cuius meminit Plin. lib. 4. cap. 10.* ¶ Eſt etiam eiuſdem nominis oppidum in Syria Libano monti ſubiecta: *cuius meminit idem Plin. lib. 5. cap. 20.* ¶ Eſt item Poſideum, Ioniæ promontorium, cum oppido eiuſdem nominis, quod olim Branchidarum, & poſtea Didymæi Apollinis oraculum fuit appellatum. *Vide eundem l. 5. c. 29.*

Pŏſīdippŭs, ποσείδιππος, Comicus Caſſandræus, Cyniſci filius, qui fabulas triginta docuit, *teſte Suid.*

Pŏſīdōnĭă, ποσειδωνία. Oppidum maritimum in Lucanis, poſtea Pæſtum appellatum: à quo & vicinum ſinum Poſidoniatem appellarunt: qui & ipſe poſtea commutato nomine, Pæſtanus appellatus eſt. *Autor Plin. l. 3. c. 5.* ¶ Hoc etiam nomine aliquando dicta eſt Trœzen Peloponneſi vrbs: propterea quod τῷ ποσειδῶνι, hoc eſt Neptuno ſacra eſſet. *Autor Strab. l. 8.*

Pŏsīdōnĭvs, ποσειδώνιος. Philoſophus, diſcipulus & ſucceſſor Panætij, ex Apamia Syriæ (*vt Strab l 14 autor eſt*) ſed Rhodius exiſtimatus, quia Rhodi vixit, ac philoſophatus eſt: ſicut & Apollonius Molo dictus eſt Rhodius, quum eſſet Alabandenſis: vtrunque audiuit Cicero. Hic quũ aliquando morbo articulari laboraret grauiſsimè, fertur ſæpe dixiſſe (erat enim Stoicus) Nihil agis dolor, quanuis ſis moleſtus, nunquam te eſſe confitebor malum. Venit Romam M. Marcelli tempore, ſcripſitque multa. ¶ Poſidonius Oibiopolita, Sophiſta & Hiſtoricus, ſcripſit poſt Polybium hiſtoriam libris LII. vſque ad bellum Ptolemæi aduerſus Cyrenæos. Præterea declamationes rhetoricas, & argumenta in orationes Demoſthenis. Hunc *Strabo* teſtatur ſuo tempore fuiſſe. ¶ Poſidonius Africæ præſul Auguſtini contubernalis, cuius etiam vitam ſcripſit: præterea Homiliarum libros ſeptem, Epiſtolarum totidem, aliarúmque rerum complures. *Autor Ptolem. Luenſis.*

Poſĭtĭo, Poſĭtus, Poſĭtura, *Vide* PONO.

Poſſeſſor, Pōſſeſſĭo, *Vide* POSSIDEO.

Pōſs, bĭlis, *Vide* POSSVM.

Pōſsĭdĕo, poſsides, *in Pand.* In domino, ſeu poteſtate mea habeo, ex Antiquo nomine pos, quod potentem ſignificabat, & verbo ſedco, vt poſsidere dicatur, qui poteſt ſedere, id eſt, ſedem atque habitationem ſuam aliquo in loco collocare. {ירש jaráſch אחז acházַ קנה kanáh. κτάομαι, κέκτημαι. GAL. Poſſeder. ITAL. *Poſſedere.* GER. Beſitzen. HISPAN. *Peſſeer.* ANG. *To poſſeſſe or haue.* } *Plaut. Moſtel. ſc. 1. a. 1.* Is nunc in aliam partem palmam poſſidet. *Idem in Aulul.* Multos annos eſt, cum hanc domum poſsideo atque colo. (loquitur Lar.) *Idem in Amphitr.* Meam imaginem poſſidet, (id eſt gerit.) *Ouid. Eleg. 4. lib. 4. Triſt.* Nec mihi detractas poſſidet alter opes. Iniuria es, falſum nomen poſsidere poſtulas. *Plaut. Milit. ſc. 1. a. 2.*] *Teren. in And.* Quæ illius fuerunt, poſsidet. *Idem in Adelph.* Quid hoc rei eſt? regnúmne Æſchine hîc tu poſsides? *Cic. pro Quint.* Omnia autem bona poſſeſſa non eſſe conſtitui, quòd bonorum poſſeſſio ſpectetur non in aliqua parte, ſed in vniuerſis quæ teneri ac poſsideri poſſunt. *Idem ad Att. lib. 2.* Si mentionem fecerint quo aliter ager poſsideatur. ¶ Poſsidere bona publicè, eſt quod *in manu regia ponere* dicimus. *Cuius locutionis exemplum habes apud Cicer. 11. Philipp.* Itaque non aſſentior ſolùm, ſed etiam gratias ago Quinto Fuſio: dixit enim ſeueram, grauem, Republ. dignam ſententiam: iudicauit hoſtem Dolabellam, bona eius cenſuit publice poſſidenda. *Budæus.*

Pōſsēſsŭs, ſa, ſum, particip. {ירש jaréſch. κτηθείς. GALLIC. Poſſedé. ITAL. *Poſſeduto.* GERM. Beſeſſen. HISPA. *Poſſedido.* } *Ouid. 1. Amor. Eleg. 2.* Et poſſeſſa ſerus pectora verſat amor. Poſsidere bona ex edicto, eſt per adiudicationem, ſiue per decretum.

Poſſeſſus, us, ui, Poſſeſsĭo. κτῆσις. *Apul. Apologia,* Nam & contrà plurimis rebus poſſeſsu careo, vſu fruor.

Pōſsēſsĭo, poſſeſsionis. *in Pand.* Eſt actus, ſiue ipſum ius poſsidendi. {ירשה jerúſchâh אחזה acházzah. κτῆσις, νομή. GALLIC. Poſſeſsion. ITAL. *Poſſeſsione.* GERMANIC. Ein beſitzung. HISPANI. *Poſſeſsion.* ANG. *Poſſeſsion.* } [*Quintilianus,* In poſſeſsione earum rerum eſt Philoſophia. *Et Sueto. in Tib. cap. 10.* loco & quaſi poſſeſsion, (id eſt vſu) quia longo tempore poſſederat ſecundum gradum.] *Cic. 2 Offic.* Quinquaginta annorum poſſeſsiones mouere, iniquum putabat. *Item pro Quintio,* Bonorum poſſeſsio ſpectatur, non in aliqua parte, ſed in vniuerſis

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quæ teneri & possideri possunt. ¶ Possessio fiduciaria, quæ ea conditione nobis traditur vt eam alteri postea restituamus. *Liu. lib.* 34. Nabidi eam tyranno velut fiduciariam (subaudi ex superioribus, possessionem) dare optimum visum, vt victori sibi restitueret: siquid aduersi accidisset, sibi haberet. ¶ Interdum possessionis nomine intelligimus fundum, siue agrum, aliámve quamuis rem immobilem. *Cicer. in Catil.* Qui magno ære alieno maiores etiam possessiones habent. *Idem in Parad.* Etenim si isti callidi rerum æstimatores, prata & areas magno æstimant, quòd ei generi possessionum nemo nocere potest, &c. *Cicer. ad Valer.* Is habet in Volaterrano possessionem. *Vide* Possideo.

[Possessu careo, vsu fruor. *Apoll.* 1. (id est possessione)]

Possessiúncŭla, diminutiuum. {τὸ κτημάτιον, τὸ κτημάτιον} Gal. Vn petit heritage, petite possession. Ita. *Picciola heredita.* Germ. Ein kleine besitzung. Hisp. *Pequenna heredad.* Angli. *A litle heritage or possession.* } *Cicer. ad Attic. lib.* 13. Credas mihi velim maiori offensioni esse quàm delectationi, possessiunculas meas.

Possessor, possessoris, Qui possidet. {ירש *jorésch.* ὁ κατέχων.} Galli. Possesseur. Ita. *Possessore, possessitore.* German. Ein besitzer. Hisp. *Possedor, ò que possee.* Ang. *That enioyeth or possesseth.* } *Liu. 3. ab Vrbe*, Ita sine querelis possessorum, plebem in agros ituram, ciuitatem in concordia fore. *Virg. 9. Eclog.* Quod nunquam veriti sumus vt possessor agelli Diceret, Hæc mea sunt, veteres migrate coloni.

Possessórius, ad possessionem pertinens. *Iauolenus D. l. 8. Tit. 1. l. 2.* Ego puto vsum eius viris pro traditione possessionis accipiendum esse. Ideóque interdicta veluti possessoria constituta sunt.

Possestrix, possestricis, fœmin. {ירשת *jorésheth.*} vt possestrix monilis, *apud Afranium, referente Nonio.*

Possessŭus, possessiua, possessiuum. vt nomen possessiuum, quo res possessa significatur. κτητικός. vt Euandrius ensis, qui ab Euandro possidetur: Ædes regiæ, quas rex possidet.

Possidevm, *Vide* Posidevm.

Possum, pores potui, ex pos & sum, Quasi pos sum, id est potens sum. pos enim antiquis erat potens. {יכול *jaehól.* δύναμαι.} Gal. Pouuoir, auoir puissance. Ital. *Potare.* Germ. Mögen. Hispa. *Poder.* Ang. *To may, to haue power.* } Constituitur quandoque cum ablatiuo. *Liu. lib.* 10. *ab Vrbe*, Pecunia deinde qua multum poterant freti, socios ex hostibus facere Gallos conantur. Habet aliquando post se accusatiuum, sed hoc nonnisi per subauditionem alterius verbi. *Virg.* 8. *Eclog.* -non omnia possumus omnes, subaudi facere, vel præstare. Sæpius ponitur sine casu. *Plaut* Non hic vt possit edi: sed posse cupit, vt edat. [*Item*, Non omnes possunt olere vnguenta exotica. *Plaut. Most. sc.* 1. *a.* 1. Nunquam possum referre gratiam. *Plaut. Mostell. sc.* 1. *a.* 1. Viuere hic non possum nec durare vllo modo. *Plaut. Men sc.* 2. *a.* 5. Puto me posse facere officium meum, id est conabor & efficiam. *Plaut. Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Ridicule de Lenone, qui facile faciat. Pro se quisque id quod potest & valet, edit. *Plaut. Amphitr.* ¶ Possum, obscœna in significatione, apud *Martia. Epigram.* 98. *lib.* 11. *&* *Pseud. sc.* 1. *a.* 3. Neque ego illud possum, quod illi, qui possunt, solent. ¶ Possiem es, *&* *Plaut. Men. sc. vlt. a.* 5. Vtinam efficere quod pollicitus, possies. *Et, Mostell. sc.* 1. *a.* 1. Comesse quemquam absentem, vt quisquam possiet. *Item* Quantum potes, & potest. *Vide* Quantum.] ¶ Ponitur aliquando pro valere, & bene habere. δύναμαι. *Cicer.* 1. *Tusc.* Nihil enim dolet nisi pes, possunt oculi, potest caput, latera, pulmones, possunt omnia. Dicimus venuste, Potest fieri, pro possibile est: Non potest fieri, pro impossibile est. Aliquando solùm potest ponitur, nec exprimitur fieri. *Plaut. in Pseud.* Potest vt alij ita arbitrentur, ego vt ne credam tibi. *Cicer. ad Lentulum*, Poterat vtrunque prælare, si esset fides, &c. id est vtrunque poterat fieri. ¶ Iungitur interdum accusatiuo cum præpositione apud, & valeo significat: vt, hic apud principem plurimum potest, hoc est valet, vel habet magnam auctoritatem apud principem. *Cic. 3. Verr.* Loquebantur enim decumani palàm, & præter cæteros is qui apud istum plurimum poterat, &c. *Potin' pro Potesne. Plau. Amphitr.* Potin' es vt absimeas manum? *Terent. And.* Potin' es vt desinas?

Pótessum, Veteres dicebant quod postea possum. δύναμαι. *Terentius in Eunuch.* At pol ego amatores audieram mulierum eos esse maximos, Sed nihil potesse. *Plautus in Aulul. sc.* 1. *a.* 2. Censen' talentum magnum exorari potesse Ab isto sene? [*Idem Pseud. sc.* 2. *a.* 5. Credo te potesse ebibere. *Plaut. Men. sc.* 2. *a.* 4. Censebas te istæc flagitia potesse facere clanculum, *&* *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Interpretari alium potesse neminem.]

Pótestur, pro potest, Frequens apud antiquos, *Nonio teste Pacuu.* Si qua potestur inuestigari via. *Lucr. l.* 3. Quod tamen expleri nulla ratione potestur.

Pótens, tis, Tam participium quàm nomen, à possum. {δυνατός.} Galli. Qui peut, puissant. Ital. *Potente, che vale assai.* Germani. Vermögen/mechtig. Hispa. *Poderoso ò sennor.* Anglic. *That hath power or is able.* [*Ouid. Eleg.* 4. *lib* 3. Nam quamuis soli possunt prodesse potentes, &c.] Sed quando participium est, tempus significat, & accusatiuo iungitur, vel verbo infinito, nec comparationem accipit: vt multa potens, potens pugnare. Quando verò nomen, caret tempore, & genitiuo iungitur, & comparationem accipit. *Liu. lib.* 26. Dum liber, dum mei potens sum, effugere morte, &c. *Cicero Attic. lib.* 2. Potentissimorum hominum contumaciam nunquam tuli. Duo reges potentissimi, *apud eundem pro Lege Manilia*, Potens imperij, qui imperium obtinet. Potens regni, id est regno maturus. *Liu.* Iuuenem iam esse dictitans, ac regni potentem. *Idem* 8. *ab Vrbe*, Inter sarcinas obiacentes, neque pugnæ neque fugæ satis potentes, cæduntur. [*Velleius*: Iam decem legionum potentes erant. *Ouid.* 1. *Fast.* Sæpè potens voti frontem redimita coronis. *Ibidem* 5. *Fast.* Fitque potens voti, márque creatus erat. Potentes maris Romani. *Liuius.* 1. in quorum potestate esset mare. Potens rerum. *Sueton. in Cæs. cap.* 71.] Potens viri virgo, id est nubilis, & viro matura. Diua potens vteri. *Ouid.* 9. *Metamorph.* Illithyam intelligit, quam Latine nos Lucinam vocamus. ¶ Potens cum ablatiuo. *Virgil.* 1. *Æneid.* Terra antiqua, potens armis, atque vbere glebæ. *Ouid. Epist.* 13. Classe virisque potens. [Potentiorem facere linguam Latinam. *Quintil. cap.* 9. *l.* 1. Nobilitate potens essem. *Ouid.* 13. *Metamor.*] ¶ Potens substant. *Lucan. l.* 1. Ausus & armatos plebi miscere potentes. *Cic. pro domo sua.* Itaque quum tu floorens & potens per medium forsi popularis volitares, &c.)(impotens, *de quo suo loco.* A quibus potentia, & impotentia, potenter, & impotenter.

Pótenter, aduerbium. {ἰσχυρῶς, δυνατῶς.} Gallic. Puissamment. Ital. *Valerosamente, conforza.* German. Gewaltiglich/vermögenlich. Hisp. *Derosamente.* Angli. *Mightelie.* } *Horat. in Arte*, cui lecta potenter erit *l.* 4. *c.* 14. Quod in altercatione fit potentius. *Quint. Idem.* [*Quint.*

Pótentia, æ, Potestas, siue vis. {יכולת *jecholeth* כח *chóach. δύναμις.* Gallic. Puissance, force, autorite. Ita. *Potenza, possanza, forza.* Germa. Macht vnnd gwalt/vermögenheit. Hispa. *Potencia, sennorio.* Anglic. *Power might.* } *Virg. 1. Georg.* Ne tenues pluuiæ, rapidive potentia solis Acrior, &c. ¶ Crebrò pro autoritate, & opibus vsurpatur. *Cicer. 2. de Inuent.* Potentia est, ad sua conseruanda, & alterius obtinenda idonearum rerum facultas. ¶ Differunt autem *secundum Priscianum*, Potentia, & potestas: quòd potestas magis pro vi accipitur, potentia pro dominatione. *cicer. 3. Offic.* Qui omnia certa & honesta negligunt, dummodo potentiam consequantur. *Plin. Epist. 7. lib.* 3. Fuit inter principes ciuitatis sine potentia, sine inuidia. [*Velleius*: Potentia sua nunquam ad impotentiam vius Pompeius. *Idem.* Ferrum in omni corpore exhibet secandi potentiam. *Senec. cap. 7. de Consol.* Fortuita potentia. *Ibidem cap. vlt.* Ille Deus, bene quo Romana potentia nixa est. *Ouid. Eleg. 2. lib. 5. Trist.*]

Potentátŭs, us, Potentia, principatus. {שלטין *schilón. δυναστεία.* Gal. Domination, autorité. Ita. *Potentato.* Germ. Ein gwalt oder herrschafft/der standt der gewaltigen Hisp. *Sennorio, potencia.* Angl. *Power, autoritie.* } *Cæs. 1. bell. Gall.* Hi quum tantopere de potentatu inter se multos annos contenderent, &c. *Liu. 6. bell. Pu.* At ille cùm ab re auersus, tum æmulo potentatus inimicus, rem Annibali aperit.

Potestas, tis, à verbo possum deducitur. {יכולת *jecholeth* כח *chóach* שלטין *schilón. δύναμις, ἐξουσία.* Gal. Puissance, seigneurie. Itali. *Potenza.* Ger. Gwalt. Hispa. *Potencia, sennorio.* Ang. *Power, lordship, might.* } & multa significat, *vt Paulus inquit l. Potestatis. de Verbor. signific.* Nam in persona magistratuum, imperium significat: in persona liberorum, patriam autoritatem: in persona seruorum, dominium. At quum agimus de noxæ deditione cum eo qui seruum non defendit, præsentis corporis copiam & facultatem. ¶ Potestates etiam ipsi dicuntur, qui potiuntur rerum, atque in potestate constituti sunt, quos Græci δυνάστας vocant, & hi qui magistratus gerunt, & habent merum imperium, hoc est gladij potestatem, vt aiunt, ad animaduertendum in facinorosos homines, & iudicis præsunt. Vnde non inepte Prætores vrbis, vulgò nunc potestates dicuntur. *Suet. in Claud.* Iurisdictionem de fideicommissis, quotannis & tantum in vrbe delegari magistratibus solitam, in perpetuum: atque etiam per prouincias potestatibus demandauit. *Plin. lib.* 29. *cap.* 4. Pingue diaconis in pede dorcadum neruis ceruinis adalligatum in lacerto, victoriam iu diciorum conferre existimant: primum spondylum, aditus potestatum mulcere.

¶ Potestas pro magistratu & Tribunatu. *Liuius 6. ab vrb.* Et potestate transacta (id est finito Tribunatu.) *Sueton. in Aug. cap.* 40. Et potestates summæ (de Regibus.) *Idem in Neron. cap.* 36. *Item Iuuen. Satyr.* 10.] Potestas item pro consilio & ratione. Hinc exire aliquem de potestate dicimus, mentis impotem fieri. ἀγνωμοσύνη, *vt apud Ciceronem 4. Tuscul.* Iratos proprie diximus exisse de potestate, id est de mente & consilio esse detectos. ¶ Varius est huius vocis vsus. Dicimus enim, dare potestatem alicuius rei cuipiam. Deferre alicui alicuius rei potestatem. Facere potestatem. Facere potestatem alicuius adeundi, & conueniendi. Habere potestatem alicuius rei: Habere aliquem in sua potestate. In potestate alicuius esse: id est alicui obtemperare, & eius consilium sequi. Non solùm eorum est, qui coacti parent, sed qui sua sponte, & tanquam autorem rerum sequuntur, quas gerunt. Permittere potestatem alicui alicuius rei. Peruenire in potestatem alicuius. Ponere quippiam in potestate alicuius. Priuare potestate aliquem quicquam faciendi. Reddere potestatem alicui alicuius rei. Redigere aliquem in suam potestatem. Redire in potestatem. Sub potestate alicuius esse. Suscipere in potestatem. Dimittere ex potestate. Tenere aliquem in sua potestate. Tradere potestatem alicui alicuius rei. Venire in potestatem alicuius. [Quæ indotata est, in potestate est viri. *Plautus Aulul. sc.* 5. *a.* 3. In potestate fortunam suam non habent Cæsares vt alienam. *Senec. cap.* 15. *de Consol. ad Mart.* Sæpe potestatem sui facere fortunæ. *Senec. cap.* 13. *de Tranquil.* Et poteris, & potero, & dij potestatem dabunt. *Plaut. Capt. sc.* 1. *a.* 5. In potestate fabrorum dum fui. (id est parentum.) *Plaut. Most. sc.* 2. *a.* 1. Nostra intelligimus bona, cùm quæ in potestate habuimus, ea amisimus. *Plaut. Cap. sc.* 2. *a.* 1. Cum istam mihi copiam & potestatem facis, vt mittam nuncium. *Plautus Capt. sc.* 2. *a.* 2.

¶ In potestatem suam redire. (de ratione & consilio) *Gell. cap.* 3. *lib.* 7. ¶ Potestates plures (id est significationes.) *Gell. cap.* 29. *lib.* 10. *Item* potestatibus & ponderibus verborum. *Gell. cap.* 3. *lib.* 1. In potestatem esse. *Suet. in Aug. cap.* 13. potestatem sui præbere. (id est aditum.) *Sueto. in Othon. cap.* 11.]

¶ Dicimus quoque, Potestas tua est, pro Tu potes. Quæ tum erat potestas, *dixit Cicero pro Cluentio*, pro Quod tum poterat fieri. Orationes in quibus verbum possum ponitur, efferri possunt eleganter per nomen potestas. *Terentius in Andr.* Cuius tibi potestas summa seruandi datur, id est quem potes seruare. *Ibidem.* Potestas fuit liberius viuendi: id est potuit liberius viuere. *Cicer. pro Quint.* Potestas tibi fuit quotidie hominem admonendi. id est potuisti quotidie hominem admonere. *Plautus in Stich.* Malefaciendi est mihi potestas, id est, possum malefacere.

Potéstam, pro potestate veteres vsurparunt. *Plaut.* Neque desidiæ in otio operam dedisse, neque potestam sibi fuisse, adeò arctè cohibitum esse à patre.

Possíbilis, possibile, dicitur quod fieri potest)(impossibile. {δυνατός. Gallic. Possible. Ital. *Possibile.* Germ. Möglich. Hisp. *cosa que puede ser.* Ang. *Possible, that may be.* } *Plaut. in Stich*, Possibile est tandem Stanté stanti suauium dare, amicum amicæ? *Quintil. 3. c. 8.* possibile, durum ait esse vocabulum, sed necessarium, quum aliud non habeamus: Melius ergo

(inquit) qui tertiam partem fecerunt δωδεκάτην, nostri possibile nominant, quæ vt dura videatur appellatio, tola tamen est.

Pōst, præpositio, quæ & composita, & separata inuenitur. {אחר *achár.* Gal. Apres. Ita. *Dapoi, dapo.* Germ. Nach/hinder. Hisp. *Despues.* Angl. *After.*} Separata ordinem demonstrat sine loci, siue temporis, siue alicuius alterius rei: & deseruit accusatiuo. *Virg.9. Æneid.* Sed magnum metuens sè post cratera tegebat. *Idem 1. Eclog.* Post aliquot, mea regna videns, mirabor aristas. *Hora. 1. Epist.* O ciues, quærenda pecunia primum est, Virtus post nummos. Quandoque loco aduerbij, ponstea, vsurpatur, & hoc quando nulli casui seruit, aut quando iungitur ablatiuo. ὕστερα. *Virg.* 1. Æneid. Post mihi non simili pœna commissa luetis. *Sallust.* Vbi Periculum aduenit, inuidia atque superbia post fuere. Cum ablatiuo. *Virg. 6. Æneid.* ille admirans venerabile donum Fatalis virgæ, longo post tempore visum. * Post hominum memoriam, id est Ab hominum recordatione. *Cicero 2. in Catil.* Bellum intestinum ac domesticum, post hominum memoriam crudelissimum. * Post homines natos, Idem. *Cicer pro Milone,* Vnius post homines natos fortissimi viri. In compositione eandem ferè habet significationem quam separata: vt Postpono, Posthabeo, Posthac, Postea. [Triennio post Ægypto aduenio domum. *Plau. Mostell. sc. 2 a. 2.* Multis annis post quem conspicor. *Plau. Menæch. sc. vlt. a. 5.* Vobis post narrauero. *Plau. Pseud. sc. 4 a. 2.* Quæ post clara cluant. (id est in posterum.) *Plautus* Pseu. *sc. 1. a. 2. Item* pol haud scio, quid post fiat. (id est, in posterum.) *Plaut. sc. 2. a. 3.* Haud multò post luce lucebit mox. *Plau. Curcu. sc. 3. a. 1.* Ea peperit decumo mensè post. *Plau. Aulul. sc. 6. a. 4.* Iterum, Alter decumo post mense nascetur puer, quam seminatus est. *Plaut. Amph.* Illa me obseruat canis, post aut ille hircus. *Plaut. Men. sc. 2. a. 5.* Post si quis vellet te, haud non velles diuidi. *Plaut. Aul. sc. 1. a. 2. bis.* Apage te nunc iam post hunc diem quod crediturus tibi fui, omne credidi. *Plau. Most. sc. 2. a. 2.* Si post hunc diem mutuero, dato me excruciatum. *Plaut. Milit. sc. 6. a. 2.* post deinde adibo. *Plau. Men. sc. 2. a. 3.* Serò post tempus venis. *Plau. Capt. sc. 1. a. 4.* Post id vide postidea. *Plaut.* Serò post tempus venis. *Plau. Capt. sc. 1. a. 4.* post hoc. *Senec. cap. 6. de Const. ad Marc.* Pòst paulo, *Cæsar libro* 1. *vide* Paulò.]

Pōstĕă, componitur ex post & ea. Exinde, deinde. {אחר כן *achár chen* אחרי כן *acharé chen.* ὕστερα, μετέπειτα. Gal. Apres, depuis, apres ce. Ital. Da *poi.* Ger. Darnach/demnach. Hisp. *Despues.* Ang. *Afterward.*} *Sallust. in Catil.* postea Piso in citeriorem Hispaniam Quæstor pro Prætore missus est. Hinc fit posteaquam, ὑστεροῦ, sicut à post, postquam: quæ ambæ connexiuæ particulæ sunt, quibus prædictis sequentia connectuntur. *cic. Planc.* Et absui proficiscens in Græciam, & posteaquam de meo cursu reipublicæ sum voce reuocatus, nunquam per Marcum Antonium quietus fui. Aliquando inter postea & quàm, interponitur verò, & significat, sed postea quàm. *Cicero Appio,* Postea verò quàm ita cœpit. ¶ Grammatici docent vltimam syllabam aduerbij postea, esse producendã, quemadmodũ videmus fieri in similibus aduerbiis antea, prærerea, interea, propterea, & si qua sunt id genus alia. Apud *Ouid.* tamen ferè semper corripitur: *vt lib.* 1. *Fastor.* Postea mirabor cur non sine litibus esset Ille dies. *Et alibi,* Qua semel amissa postea nullus eris. [Postea pro præterea apud *Cic. pro Cecin. & pro Sext. Rosc. apud Pla. in Mer.* Nescio quid animo meo ægrè est pater: Postea nocte hac quieui non satis ex sententia. *Idem Plau. Capt. sc. 4. a. 3.* Orestes Alcmæon & Lycurgus postea, id est præterea, etiam. *Idem Mostell. sc. 4. a. 1.* Quid ego hoc homine faciam postea, id est præterea vel in futurum. *& sc. 3. a. 1. Ibidem:* postea nequicquam axiomata (id est, præterea.) ¶ Herum saluto primùm, postea vicinos. *Plau. Pseud. sc. 5. a. 1.* Tum postea te ad pistores dabo. *Plaut. Asin. sc. 4. a. 3.* Postea demum cras adducam. *Ibidem sc. 2. a. 5.* Quid tum postea? *Vide* Tum Quid postea? (id est quid tum) *Plaut. Pseud. sc 6. a. 4.* Tum postea pro deinde, *Plautus Menæch. sc. vlt. a. 5.*]

Poste'rŭs, a, um; Temporis ordine subsequens: vt postera dies, id est sequens. {אחרון *achárón.* ὕστερος, ὁπίσθιος. Gal. Qui suit apres, suyuant. Ita. *Chi seque appresso, subsequente.* Germ. Das nachgehndig. Hispani. *Cosa siguiente despues de otra.* Anglic. *That commet after.*} [Quod post erit, posterum. *Passerat.* In posteros multa tradiderunt. *Quintil.* Ad posteros gloriam tradere. *Idem Quint.* Ad postremum. *Liuius li. 8. d. 4.*] *Virg. 4. Æneid.* Postea Phœbæa lustrabat lampade terras. *Cicero 4. Verr.* Id ei postera die venit in mentem, è lege Rupilia sorteri dicas oportere. *Ibidem,* Postero anno L. Metellus mentionem tui census fieri vetat.

¶Hinc posteri dicuntur, quicunque ex nobis & post nos ex aliis nascentur. {μεταγενέστεροι, ὀπίσθιοι. Gal. Successeurs, ceux qui viennent ou sont nez apres. Italic. *Nostri descendenti, che vengono dopodi noi.* Ger. Nachkommen/nachfaren. His. *Los descendientes, generacion y nidera.*} *Cicero 3. de Natur. deorum.* Expectantur hæ pœnæ à liberis, à nepotibus, ac posteris. *Pli. lib. 12. cap. 1.* Tam digna miraculo, vt Licinius Mutianus prodendum etiam posteris putarit. ¶In posterum prospicere, in posterum differre, hoc est in posterum tempus. *Cicero pro Murœna,* Sapiens ac multa in posterum prospiciens. *Idem ad Atticum.* Distulimus sermonem in posterum.)(In præsens. *Cicero in Catil.* Magna tempestas inuidiæ, si minus in præsens, at in posterum impendet. ¶ Posteri pedes, hoc est posteriores qui post primos sunt, ὀπίσθιοι. ¶Postero, absolutè, pro postero die. *Tacit. lib. 4.* Idemque quum postero ad quæstionem trahcretur. Hinc deducitur Præposterus, hoc est peruersus, qui rerum ordinem perturbat. πρόδυσερος. *Cicero Cass* Præposteros habes tabellarios: etsi me quidem non offendunt: sed tamen quum à me discedunt, flagitant literas: quum ad me veniunt, nullas afferunt. *Quint.* Præpostera res occidere, deinde erubescere.

¶Præpostera libido, nefandum masculæ libidinis flagitium, quo naturæ sexúsque ordo peruertitur. κατάπυγοσύνη.

Poste'rĭor, & hoc posterius, comparatiuum. {אחרון *achárón.* ὕστερος. Gal. Qui vient apres, qui suit apres, postericur. Ital. *Chi segue, chi viene appresso, qui vien dietro.* Germ. Das nachender / nachgefolgender. Hisp. *Postrero entre dos.* Ang. *That foolloweth after.*} Vnde posteriora in animali dicuntur quæ à tergo sunt, & à facie auersa. *Cic. 12. Phil.* Posteriores cogitationes (vt aiunt) sapientiores solent esse. [*Ouid. Eleg. 8. lib. 4. Trist.* Cum tempora prima mollia præbuerint posteriora grauant.]

Præcŏquo, quis, pen. cor. Ante tempus suum, vel præmaturè coquo. {πρὸ τῆς πεπάνσεως. GAL. Cuire auparauant. ITA. *Cuccere per auanti.* GER. Bezeit oder gar zeitlich kochen/vorhin kochen. HISPAN. *Cozer antes.* ANG. *To seeth before.*} *Colum. lib. 5.* Vuæ commodius insolatæ præcoquuntur, hoc est ante tempus aliorum fructuum maturantur. ¶ Nonnunquam ponitur pro valde, vel nimis coquere. *Plin. lib. 18. cap. 29.* Acinique præcoquuntur in callum. Aliquando nihil aliud est quàm ante vel prius coquere. Sic medici iubent porrum antequam ptisanæ admisceatur, in aqua præcoqui, vt ponat acrimoniam. Ad eundem etiã modum vtitur hoc verbo *Plinius*, scribens quosdam passum conficere ex qualibet vua, sed præcocta, antequam scilicet exprimatur, *lib. 14. c. 9.* Quidam è quacunque dulci, dum præcocta, alba faciunt siccantes sola.

Præcordĭa, orum. {GALLI. Les parties autour du cœur. ITA. *Parti vicine al core, le interiora.* GER. Das hertz fäl/ oder die theil des leibs die nah bey dem hertzen oder auch zu beiden seiten zunechst vnder den ribben ligen. HISP. *Las telas del coraçon ò lugares y cosas propinquas del coraçon.* ANG. *The hart stringes.*} Propriè partes laterales dicuntur, nothis costis subiectæ, hepati & lieni superiacentes: quæ quòd ὑπὸ τῶν χονδρίων, hoc est sub cartilagine sitæ sunt, à Græcis ὑποχόνδρια appellantur. *Celsus lib. 4. cap. 8.* Dextra parte sub præcordiis vehemens dolor est. *Idem alibi*, Periculosum est etiam post arquatum morbum febrem oriri, vtique si præcordia in dextra parte dura manserint. [*Sueto. in August. cap. 81.* Initio veris præcordiorum inflatione tentabatur.] ¶ *Plin. lib. 11. cap. 37.* præcordia accipere videtur pro diaphragmate, siue septo trãsuerso, quod vitalia viscera à naturalibus separat. Exta homini, inquit, ab inferiori viscerum parte separantur membranis, quæ præcordia appellant, quia cordi prætenduntur. Græci appellarunt Phrenas. *Idem libro 30. cap. 5.* exta ipsa præcordiorum nomine significari tradit. ¶ Quandoque etiam generalius hoc nomen positum inuenitur pro quibuscunque partibus interioribus cordi vicinis. *Cicero 5. de Finib.* Fœlix cursus, quum is ipse annulus in præcordiis piscis inuentus est. virtus redit præcordia nota. *Virg. 1. Æneid.* [*Senec. cap. 26. de Consol. ad Marc.* Detectas mentes, & aperta præcordia. *Quint.* Totis præcordiis stertentem.]

Præcōrrŭmpo, is, Antè corrumpo. {προδιαφθείρω. GA. Corrompre auparauant. ITA. *Corromper per auanti.* GER. Vorhin verderben vnd besteche. HISP. *Corrumper antes.* ANG. *To corrupt before.*} *Ouidius 14. Metam.* Dum tamen hanc sperat, dum præcorrumpere donis Me cupit.

Præcŏrrŭptĭus, a, um, particip. {προδιαφθαρτικός. GAL. Corrumpu auparauant. ITA. *Corrotto per auanti.* GERM. Vorhin verderbt vnd bestochen. HIS. *corrompido antes.* ANG. *Corrupted before.*} *Ouid. 8. Metam.* Illa quidem venit, sed præcorrupta.

Præcŏx, cocis, pen. corr. generis omnis. Quod præter morem cæterorum vel ante cætera coctum & maturum factum est. [*Vide Gellium cap. 11. lib. 10.*] {בכור *bichchúr* vel *bacchúr.* πρώϊμος, πρόϊμος. GAL. Meur auant la saison, trop tost meur. IT. *Cio che è inanzi tempo, maturo auanti la stagione.* GERM. Frũzeitig vor rechter zeit. HISP. *Cosa tempraña antes que las otras cosas.* ANG. *Ripe before the tyme or soone.*} vt Præcox vua, præcox ficus. ¶ Præcocia poma, ex persicorum genere, quæ primo matureſcunt. Galli *Abricocia* vocant. *Plinius lib. 15. cap. 12.* Persica Duracina post Autumnum matureſcunt, æstate præcocia, intra triginta annos reperta, & primò denariis singula venundata. Eadem & præcoqua dicuntur. *Martial. libro 13.* Vilia maternis fueramus præcoqua ramis: Nunc in adoptiuis persica cara sumus. Per translationem præcox ingenium dicitur, quod nimis citò maturitatem est consequutum, & ante tempus videtur adoleuisse. *Quintilia. lib. 1. c. 3.* Illud ingeniorum velut præcox genus non temere vnquam peruenit ad frugem. Præcox fuga. *Varro Synephebis*, Quod si non manumittet, fugies si me audies, quum tempus reuocat, ea est præcox fuga. Præcox proles, *apud Ennium lib. 8. Annalium.* Præcox risus, *Plin. lib. 7. in præfat.* At hercle risus præcox ille, & celerrimus, ante quadragesimum diem nulli datur. ¶ Legitur & hic & hæc præcoquis, & hoc præcoque. *Colum. lib. 3. cap. 2.* Quæ quum talis est conditio, maximè præcoques, & duracinæ, dum denique purpureæ & bumasti, &c. *Eodem lib. cap 9.* Quum pulchrè memineris à me duo genera vinearum intra tempus biennij ex vna præcoque vite, quam in Certano tuo possides insitione facta consummata. *Idem lib. 1. cap. 6.* Quæ fumi quodam tenore præcoquem maturitatem trahunt. ¶ Præcoci opponitur serotinum: vnde dicimus serotinas vuas, quæ post consuetum tempus tarde matureſcunt.

Præcrăssŭs, a, um, Valde crassus. *Plin. lib. 16. ca. 8.* Cortex præcrassus, ac renascens. {πάνυ παχύς, ὑπέρπαχυς. GAL. Fort gros & espois. ITAL. *Molto grosso & spesso.* GERM. Gar dick vnnd groß. HISPA. *Muy gruesso.* ANGL. *Very grosse or thick.*}

[Præcupidus, a, um: Qui est fort desireux: *Suet. in Aug. cap. 71.* Præcupidus Corinthiorum.]

Præcŭrro, is, Ante curro, celeriter antecedo. {προτρέχω. GAL. Courir & aller deuant, preuenir. ITA. *Correre innanzi, andar auanti.* GERMANIC. Vorlauffen. HISPANIC. *Correr delante.* ANG. *To runne before.*} *Terent. Eunuch.* Abi, præcurre, vt sint Domi parata omnia. *Cæs. 6. bell. Gall.* Præcurrunt equites, quanto res sit in periculo cognoscunt. *Cic. 1. de Diuin.* Sed ita à principio inchoatum esse mundum vt certis rebus certã signa præcurrerent, *Idem in Orat.* Horum vterque Isocratem ætate præcurrit. [*Plau. Amph.* Clanculum alia via præcucurristi. *Plaut. Aulul. sc. 3. a. 4.* Illuc præcurram & insecndam in arborem. *Plaut. Men. sc. 8. a. 5.* Quantum potest, præcucurristi, vt quæ feciſti, inficias eas. *Item Cæs. lib. 2. de bell. ciu.* Præcurrit ante omnes.]

Præcŭrrens, tis, προτρέχων. *Cic. in Partit.* vt primordia rerum, & quasi præcurrentia, in quibus inest aliquid argumenti.

Præcŭrsŭs, sus. {προδρόμημα. GALL. Auantcourement, auantage de courir ou aller. ITA. *Esso correre auanti.* GER. Ein vorlauff. HIS. *Aquella corrida delante.* ANGL. *A running before.*} *Plin. lib. 16. c. 25.* Omnia intra VIII. Id. Iij Idus Eteſiarum præcursu.

Præcŭrsĭo, onis, verbale. {προδρόμημα, πρόοδος. GALLIC. Auantcourement. ITA. *Esso correre auanti.* GERMAN. Vorlauffung/vorgang. HISPANI. *Corrida delante.* ANGL. *A running before.*} *Cicer. de Fato*, Itémque illi qui ad hoc dissentiunt, conficientes non fieri assensiones sine præcursione visorum. ¶ Præcursio pro eo quod *Boetius* præcursoriam causam vocat. *Cic. in Top.* Alia aurem præcursionem quandam adhibent ad efficiendum, & quædam afferunt per se adiumenta.

Præcŭrsŏr, oris, aliud verbale. {πρόδρομος. GAL. Auantcoureur. ITALI. *Corritore auanti.* GERM. Ein vorlauffer/vorbot. HISP. *El que corre delante.* ANG. *A runner before.*} *Cic. 7. in Verr.* Quem iste in decumis, in rebus capitalibus, in omni calumnia præcursorem habere solebat, & emissarium,

Prædă, æ, à pariendo (*vt inquit Varro*) quasi parida, quòd manu parta sit. {שלל *schalál* וב *baz.* ἁρπαγή, λεηλασία. GAL. Proye, pillage, butin. ITAL. *Preda, botino.* GERM. Ein raub. HISP. *Presa, el robo ofourto.* ANGLI. *A prey, bootye or pillage.*} Et sunt (*vt Gellius lib. 13. cap. 23. inquit*) Proprie corpora ipsa rerum quæ capta sunt: manubiæ verò pecunia ex venditione prædæ redacta. *Virgil. 1. Æneid.* Illi se prædæ accingunt, dapibúsque futuris. *Idem 9. Æn.* Si verò capere Italiam, sceptrísque potiri Contigerit victori, & prædæ ducere sortem. *Ouid. 11. Metam.* Vt matutina cetuus periturus arena Præda canum est. *Cicer. 7. Verr.* Quum ea res non solùm prouinciæ saluti, verum etiam prædæ esse posset. [Memento mihi dimidium de præda dare. (i. de pecunia fraude parta, vel lucro.) *Plaut. Pseud. sc. 7. a. 4.* Habeo prædam. (quia sperat lucrum de meretrice.) *Item* Est hic præda nobis. *Plaut. Men. sc. 4. a. 2.* Illic pulchram prædam agat, si quis illam aulam inuenerit. *Plaut. Aul. sc. 2. a. 4. Ibi. sc. 2. a. 5.* Quæ pars mihi in istac præda. *Plaut. Men. sc. 2. a. 1.* Quũ ego illi me inuenisse dico hanc prædam. (i. aurum.) Emit eos de præda de quæstoribus. *Plaut. Capt. prol. & sc. 2. a. 1.* Manibus amisisti prædam, (de muliere, quam abire imprudens siuerat.) *Plaut. Mil. sc. 5. a. 2.* De improbis viris auferri præconium & decet. *Plaut. Pseud. sc. 7. a. 4.* Nihil est prædæ prædatoribus. *Ibid. sc. 3. a. 1.* Ne capta præda capti prædones sient. *Ibid. sc. 3. a. 4.* Meus hic homo est. Quidum? Quia præda hæc mea est. *Ibidem sc. 7 a. 4.* Nuncies Pseudolo alium abduxisse prædam. (i. mulierem.) *Item Ouid. 4. Fast.* ¶ Præda puellares animos oblectat inanis. (de floribus) *Et Velleius*: Ero præda victoris. *Ouid. 13. Metam.* Acculóque Parin prædámque Helenámque repoſco. *Ouid. Eleg. 1. lib. 2. Trist. Idem Eleg. 4. lib. 4. Trist.* Gentes quæ prędam sanguine quętunt.] Præda etiam apud antiquos id vocabatur, quo in locationibus & rebus mancipi, & aliis eiusmodi cauebatur, aut saltem idé quod prædiũ, *vt doctè annotauit Scaliger in Varr. Plaut. in Amphitr.* Qui præda atque agro adoreáque affecit populares suos. *Varro lib. 4.* Præda dicta item vt prædes à præstando, quòd ea pignori data publicè mancupes fidem præstent.

Prædācĕus, a, um, quod ex præda est. {λεηλατικός. GALLIC. Venu de pillage ou de la despouille des ennemis. ITALIC. *Di preda.* GERMA. Daß auß dem raub ist. HISPAN. *Cosa de presa ò de robo.* ANG. *Of a prey or bootye.*} *Gell. lib. 4. cap. 17.* Ægre passus quòd cui talus imperij ac Reipub. accepta ferri deberet, ratione pecuniæ prędaceę poscerętur.

Prædātĭtĭŭs, a, um, Prædaceus, προνομικός. *Gell. lib. 13. cap. 13.* Ex manubiis, id est ex pecunia prędatitia.

Prædor, daris, à prędа fieri *Varro* docet, Diripio, vi aufero, quemadmodum prędę auferri in bello solent. {שלל *schalál* וב *bazáz.* ἁρπάζω, λεηλατέω. GAL. Piller. ITALI. *Depredare, torre per forza, robbare.* GERMA: Rauben/beuten. HISPAN. *Robar ò hurtar.* ANG. *To spoile, to tak preyis or booties.*} *Cicer. 3. Verr.* Tuus apparitor de aratorum bonis prædabitur. *Idem* *. *Offic.* Ex quo intelligitur, quoniam iuris natura fons sit, hoc secundum naturam esse, neminem id agere, vt ex alterius prędetur inscitia. *Idem 3. Verr.* Veruntamen quum esset omnibus in rebus apertissime impudentissimęque prædatus. *Ouid. 1. Amor. Eleg. 3.* Iusta precor quæ me nuper prædata puella est, Aut amet, aut faciat cur ego semper amem.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

[Prædatus,a,um,pro pręda onustus:*Plaut.Pœn.sc.7.a.4.*Bene ab hoc prædatus ibo.*Idem in Rudent.sc.3.a.5.*]

Prædātor,oris,Prædo,populator,spoliator. { שלל *scholél* בזז *bozéz.* λαφυραγωγὸς. GALLIC.Pilleur,qui oſte par force. ITA.*Saccheggiatore,predatore.* GERMAN.Ein räuber. HISP.*Robador o ladron.* ANG.*A robber,of taker of booties.* } *Cicero 2.Catil.* Quos ego vtroſque Quirites, in eodem genere prædatorum, direptorúmque pono. Ioui verò deprædatori templum fuiſſe legimus, non quòd prædæ præeſſet, ſed quòd ei aliquid ex præda in partem debebatur. Nam mos Romanorum fuit, vt bella geſturi, de parte prædæ aliquid numinibus pollicerentur. [*Pla.Pſeud.ſc.3.a.1.*Præſentit nihil eſt prædæ prædatoribus.]

Prædātrix,cis. { שללת *scholéleth* בזזה *bozézeth.* ἡ λῃστὶς, ἡ λαφυραγωγὸς. GALLIC.Pillereſſe, celle qui oſte par force. ITALIC. *Saccheggiatrice.* GERMANIC. Ein räuberin. HISP. *Robadora.* ANG. *She the robbeth and taketh preyis.* } *Satyr.1.Sylu.*-& Herculei prædatrix cedat alumni.

Prædātōrĭus,adiectiuum,Quod ad prędatorem pertinet. {ληστρικὸς. GAL. De pilleur,ou choſe pour piller. ITA.*Di saccheggiatore.* GER.Räubiſch/des räubers. HISP.*Coſa para robar ò hurtar.* ANG.*Belonging to a robber or taker of preyis.* } vt Prędatoriæ naues. *Liuius libro 4.belli Macedonici,* Annis prope quinquaginta nullum Romanum exercitum viderant, prędter prędatorias claſſes. [*Plautus Menæch.ſc.2.a.2.* Stat nauis prędatoria in portu. (allegoricῶς.) & iterum *ibid.ſc.3.a.2.* Nauis prędatoria.]

Prædābūndŭs,Populabundus,vel prędas agens. { λαφυραγωγῶν. GAL. Qui ne fait que piller. ITA.*Depredando,ò chi non fa altro che bottinare.* GER. Voll raubs/oder der nicht anders denn rauben thut. HISP. *Coſa que mucho roba.* ANG. *That doeth no thing bot ſpolieth and taketh preyis.* } *Salluſtius in Iugur.*Dátque fidem ſe prędabundum poſt paucos dies eodem venturum. [*Liu.lib.2.ab vrb.* Exercitum prędabundum ad vrbem veniſſe.]

Prædo,donis.Qui iter faciens terra,marive ſpoliat,quive pacatas regiones incurſionibus infeſtat. { שלל *scholél* בזז *bozéz.* λῃστὴς, πειρατὴς. GAL. Pilleur,eſcumeur de mer. ITA. *Corſale,ladro.* GERMAN. Ein räuber/der einen mit gwalt anfalt vnd ihm das ſein nimpt. HISP. *Robador ò ladron.* ANG. *A robber or taker of preyis by ſea or land.* } *Plin.lib.16.capite 4.*Germanię prędones ſinguli arboribus cauatis nauigant. *Horatius 1.Ser. Satyr.2.*-fugiens hic decidit acrem Prædonum in turbã:dedit hic pro corpore numos.Prædones item dicti ſunt malę fidei & iniuſti poſſeſſores, in qua ſignificatione apud Iuriſconſultos non rarò inuenitur. [*Plaut.Pſeud.ſc.2.a.2.*Fures in ædibus,prędo in proximo. *Ibidem ſc.3.a.4.*Ne capta pręda capti prędones ſunt(de ancilla quam dolo abducere parabant.) *Plaut.Mil.ſc.1.a.2.*Capiunt prędones nauem illam. *Plautus Men.ſc.7.a.5.*Vos rapaces,vos prędones,&c.]

Prædōnĭus,a,um,adiectiuum,Quod prędonis eſt. *Vlpian.L.25.§.3.D.de hered.petit.* Si verò poſtea conſcius hęreditatem nihil ad ſe pertinere, prędonio more verſari cœpit,&c. *Horom.*

Prædōnŭlŭs,diminutium à Catone vſurpatur.

Prædāmno,as,are,Eſt prędiudicio ſuo aliquem quaſi condemno. κρίνω, κρίνω κατακρίνω. *Sueton.in Auguſt.*Sin deeſſet,deſtituere, ac prędãnare amicum exiſtimaretur.Nonnunquam ſimpliciter idem eſt quod ante,vel priore loco condemno. *Liu.libro 4.ab Vrbe,* Totam culpam eius temporis in prędamnatum collegam transferentem, omnes tribus abſoluerunt.* Prędamnata ſpe dimicandi,id eſt prędciſſa. *Liuius 6. belli Punici.*[*Item lib.7.*]

Præ lĕlāſſo,Ante delaſſ. { προκαταπονέω. GAL.Laſſer deuant. ITAL. *Scancare prima.* GERM.Vorhin ermüden oder müd machen. HIS. *Canſar antes.* ANG. *To mak wearie before.* } *Ouid 12.Metam.*adiuuet vndis Facta manu moles,quę primas æquoris vndas Frangit,& in curſus quę prędelaſſet aquarum.

Prædēnsŭs,Valde denſus. { ὑπύπυκνος. GAL.Fort eſpois. ITA. *Molto denſo.* GERMAN. Gar dick. HISPAN. *Muy eſpeſſo.* ANG. *Very thick.* } *Plin.libro 18.cap.18.*Culter vocatur,prędenſam,priuſquam proſcindatur, terram ſecans.

Prædēnsātŭs,Prędenſus factus. *Plin.libro 9.capite 5.* Prędenſata,porrecta, ſinuata,breui nodo ligatis.

Prædĕs, *Vide* PRAES.

Prædēstĭno,as,pen.cor. προορίζω. *Vide* DESTINO.*Vndę Prędeſtinatio vox Theologica, quam D.Auguſtinus à prędordinando futurum vult eſſe dictum.

Prædiātōrĕs,Prædiatorius,Prædiatus, *Vide* PRAEDIVM.

Prædĭco,cas,penultim.correp.Apertè ſeu publicè dico,celebro vulgò, laudo. { קרא *kará* אמר *amár.* εἰσαγορεύω κηρύττω. GALLIC. Dire par tout ou deuant tous,publier,dire en public,annoncer. ITA. *Predicare,publicare qualche coſa.* GERM. Außtunden/Offentlich außſagen. HISPA. *Predicar y pregonar y ablar.* ANG. *To ſpeake openlie,to diuulgat,to preache.* } *Teren. And.* Actum eſt,ſiquidem hęc vera prędicat. *Cicero ad Atticum lib.9.* Prędicat enim palam,& militibus oſtendit,ſe largitione ipſa ſuperiorẽ quam hunc fore. *Cæſ.2.bell.ciuil.*Sępe ex tribunali prędicauit aduerſa Cęſarem prędia feciſſe. *Cicero Lucceio,*Ignoſces mihi de me ipſo aliquid prędicanti. *Salluſt.*Ipſum Craſſum ego poſtea prędicantem audiui tantam illam contumeliam ſibi à Cicerone impoſitam.Prędicat item pręco,dum aliquid palàm promulgat, & pronuntiat ex Senatuſconſulto. *Cicero pro Quint.* De quo homine pręconis vox prędicat, & pretium conficit. [*Cæſ.de bell.ciu.libro 2.*Prędicare de ſuis laudibus. Graij prędicabant Hecubam eſſe canem. *Plautus Menæch.ſc.1.a.5.* Argentarius male credi qui aiunt, nugas prędicant. *Plautus Curc.ſc.2.a.5.* Ita eſſe vt prędico, verò vincam: (mox, aurumo.) *Plautus Moſtell.ſc.2.a.1.* Superſtitioſus hic quidem eſt, vera prędicat.(id eſt diuinat.) *Plaut. Curc.ſc.1.a.3.*Mortalem parce parcum prędicas. *Plautus Aul.ſc.1.a.2.* Tu eos Aſinos prędicas vetulos,claudos. *Item,* me ſeruum eius prędico eſſe. *Plautus Aſin.ſc.2.a.2.*Quod neque fuit,neque futurum eſt,mihi prędicas. Audes mihi prędicare id? *Plautus Amphitr.* Quem tu Pſeudolum? quas tu mihi prędicas fallacias? *Plautus Pſeud.ſc.7.a.4.* Haud falsò prędicas. *Plautus Menæch.ſc.4.a.2.*Vt mihi ciuitas nomen commutet,& prędicet ex Ballione regem Iaſonem. *Plautus Pſeud.ſc.2.a.1.*Noui: Notis prędica. *Plautus Pſeud.ſc.2.a.4.*Onuſtam Celocem agere te prędicas. *Plautus Pſeud.ſc.2.a.5.* Tun' me indutum fuiſſe palam prędicas? *Plaut* MEN. *ſc.2.a.3.* Se miſerum prędicat. *Plaut.Men.ſc.5. a.5.& in Pœn ſc.*Ain' tu.]

Prædĭcātum, Dialectici dicunt, quod Grammatici appoſitum vocant, quod prædicatur,id eſt dicitur de ſubiecto, τὸ κατηγορούμενον.

Prædĭcātĭo,Commemoratio,affirmatio,laudatio. {κήρυξις. GAL.Annoncement en public. ITA. *Eſſo predicare,dire.* GERMANI. Ein offentliche ſag. HISP. *Aquella obra de predicar y alabar.* ANG. *An open or publick ſpeaking preaching.* } *Plin.li.35. cap.3.* Affirmant vana prędicatione,vt palàm eſt.. *Idem lib.20. cap.10.* Radix quoque plurimorum prædicatione trita.

Prædĭcātŏr,oris,Laudator,is qui aliorũ virtutem, fortitudinem, res getout ou deuant tous quelque choſe. ITALIC. *Chi dice qualche coſa publicamente,predicatore.* GERM. Ein außkunder/Rümer/prediger. HISPA. *El que predica,predicador.* ANGL. *A preather,an open ſpeaker.* } *Cicer.pro Cor.Balbo,*Qui ſui furti,ſui iudicij, ſui beneficij voluit me eſſe vt apud eoſdem vos Iudices nuper in alia cauſa fuerim, & prædicatorem, & autorem.

Prædĭcābĭlĭs,& hoc prædicabile, Quod eſt palàm dicendum, & prædicatione dignum,laudabile. {κηρύγματος ἄξιος. GAL. Dequoy on doit faire eſtime. ITA. *Di cui ſi deue far eſtima.* GERMA. Das außkundens oder rümens wärt iſt. HIS. *Digno de ſer alabado.* AN. *To be ſpoken of publicklie, praye worthie.* } *Cic.5.Tuſc.* Nec in miſera vita quicquam eſt prædicabile,aut gloriandum,&c.

Prædĭcāmĕntă, A Dialecticis dicuntur, quæ *Quintilian. libro 3. cap.7.* elementa decem vocat, circa quæ verſari videtur omnis quæſtio. κατηγορίαι.

Prædĭco,cis,pen.pro.Antè,ſiue prius dico. {נבא *nibbá* התנבא *hithnabbé.* προλέγω. GALLIC.Predire,annoncer. ITAL. *Predire,annuntiare.* GERM. Vorſagen/oder Voranhin ſagen. HISPAN. *Dezir de antes.* ANG. *To tell a thing before it come to paſſe.* } *Terem.And.* hoc primum in hacre prædico tibi,Quas credis eſſe has non ſunt veræ nuptiæ. *Ibidem,* -ſed dico tibi,Ne temere facias, neque tu haud dicas tibi non prædictum, caue. [Prædico vt caueas: dico,inquam,vt caueas,Caue. *Plaut.Pſeu. ſc.5.a.1.*De quo prædiximus:pro ante diximus. *Velleius.* Hoc prædico tibi ſi bona fortuna veniat,ne intromiſeris. *Plaut.Aul.ſc.2.a.1.* Nonne tibi prædictum ſenex Banachal te exercuiſſe. (id eſt iam dictum.) *Plaut.Amphitr.*]

Prædĭctĭo,onis,Præſenſio,quod prædicitur, ſiue prænuntiatur. {נבואה *nebuáh.* προφητεία, προφητεία. GAL. Prediction,prophetie,denoncement de choſes à venir. ITA. *Prophetia,auiſo de coſe future.* GERMA. Ein Vorſagung/das iſt/weiſſagung. HIS. *Obra de dezir de antes.* ANG. *A forereding of a thing to come.* } *Cic.lib.1.de Diuina.* Ex quo ſæpe genere hariolorum etiam,& vatum furibundas prædictiones, vt Octauiano bello Cornelij Culioli audiendas putauerunt.

Prædĭctŭs,a,um,Ante vel ſuprà dictum. {προειρημένος. GALLIC. Predit. ITAL. *Predetto.* GERMAN. Vorgeſagt. HISPA. *Dicho antes.* ANG. *Saide before.* } *Cicer.4.Academ.* Quæque ab his dicuntur ſic perſequamur,vt nihil in prædictis relinquamus. * Vbi alia exemplaria legunt præteritis. Prædicta cœnæ hora, hoc eſt præſtituta. *Suet.in Claud.in Cæſare.*

* Prædictum, cti, pro Prædictione. *Cicer.2.de Diuina.* Qui vnus è Stoicis aſtrologorum prædicta reiecit. *Sueton.in Othone c.6.* Etiam ſacrificanti interfuit,audiuitque prædicta aruſpicis.

Prædĭcŭlum, *Vide* PRAEDIVM.

Prædĭſco,is,Antè dico & prius inquiro. {προμανθάνω. GAL. Apprendre parauant. ITA. *Aprendere auanti.* GER. Vorlernen. HISP. *Deprehender de antes.* ANGLIC. *To learne beſore.* } *Virg.1. Georg.* Ventos & cœli varios prędiſcere motus.

Prædĭtŭs,a,um. {כשר *bahál.* ἐπιτήδειος, εὐτυχὴς, διαπρεπὴς. GALL. Qui a,quò eſt doué. ITALIC. *Chi ha.* GALLI. Der da hat/gefaßt/begabt. HISPAN. *Dotado generalmente,forneſcido.* ANGLIC. *Indued or that hath any qualitie.* } Participium eſt ſine verbi origine, latiſsimum in oratione vſum habens variámque ſignificationem,pro ratione rei per ablatiuum quo cum iungitur ſignificatæ. Nam quum dicimus, Prædĭtus virtute,Prædĭtus ingenio, Eruditione prædĭtus, idem eſt quod dotatus,ſiue ornatus, κεκοσμημένος. [*Plaut.Amphit.ſc.1.a 1.* Legiones nimis pulchris armis prædĭtas.]Rurſus quum aliquem prauis moribus,peruerſa indole, aut oris fœditate prędĭtum dicimus, idem eſt quod pollutus,contaminatus,dehoneſtatus. ¶Interdum idem eſt quod affectus:vt cùm morbo, mœroreve quempiã prædĭtum dicimus. ¶ Horum omnium exempla, etiamſi nuſquam non occurrant,pauca ſubiungemus. *Cic.pro Archia,* Gloria ingenij ſummi prædĭtus. *Idem pro Cælio,*Adoleſcens rectiſſimis ſtudiis,atque optimis artibus prædĭtus. *Idem 2.Verrin.* Homo ſingulari cupiditate,audacia,ſcelere prædĭtus. *Idem pro Rab. Poſthumo,* Senectute affectus, morbo prædĭtus. *Idem pro Murœna,*Idem ſqualore ſordidus, confectus morbo, lachrymis ac mœrore prędĭtus. *Sueton. in Tiber.cap.1.* Prædĭtus cognomine.] *Vide plura de hoc apud Vallam,lib. 5.cap.38.*

Prædĭŭĕs, itis,Valde diues. {πάμπλουτος. GALL.Fort riche. ITA. *Molto ricco.* GERMAN. Hart reich/vberaus reich. HIS. *Muy rico de riquezas.* ANGL. *Very riche.* } *Sueton.de Clar.Gram.*L.Apuleium ab Equitio Caluino Equite Romano prædiuite quadringentis numis conductum, multos edociuiſſe. *Ouid.6.Metamorph.* -totúmque tulit prædiuite cornu Autumnum, & menſas fœlicia poma ſecundas. Aula prędiues, *Claudianus 2.in Ruſinum.*

Prædĭuīno, as,Rem euenturam diuino,prædico,præſagio. {נבא *nibbá* התנבא *hithnabbé.* προμαντεύομαι. GAL. Deuiner & ſám predire choſe auant qu'elle vienne. ITALIC. *Antiuedere,indouinare.* GERMAN. Etwas kunfftigs vorhin errahten. HISP. *Veer delante,adeuinar.* ANG. *To deuine,and tell a thing before it come to paſſe.* } *Plin.lib.1. cap.11.* Prædiuinant enim apes ventos,imbreſque.

Prædĭuīnātĭo,onis. {קסם *késem.* μαντεία. } *plin.lib.8.c.25.* Parit ouis, quanta anſeres, eáque extra eum locum transferens ſemper incubat prædiuinatione quadam, ad quem ſummo auctu eo anno egreſſurus eſt Nilus.

Prædĭuĭnŭs, a, um, Valde diuinus. { ὑπέρθεος, ζάθεος. GAL. Fort diuin. ITAL. *Molto diuino.* GERMA. Seer göttlich. HISP. *Muy diuino.* ANGL. *Very*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Very diuine or holy.} *Plin.lib.37.cap.10.* Promittitur prædiuina somnia repræsentare.

prædium, dij, Nomen est tam rusticis quàm vrbanis possessionibus commune.{שדה *sadéh.* χωρίον. GALL. Vn heritage, ITAL. *Possessione, podere, heredità.* GERMAN. Ein tigend gut. HISP. *Heredad de bienes rayzes.* ANGLI. *A manour, a ferme, a place in the cunt rey with ground lying to it.*} A præstando (*si Varroni lib.4. de ling. Lat. credimus*) [*Vet. inscript. apud Aldum de Orthogr.* Prædes dato, prædiáque subsignato, (qui redemerit hoc opus.) *Item Martial. Epig.19. lib.11.* Errasti, Lupe, littera sed vna: Nam quo tempore prædium dedisti: Mallem tu mihi prandiũ dedisses. *Velleius,* Qui diuisione prædiorum agros amiserant.] *Cic.3. Offic.* Ac de iure quidem prædiorum sancitum est apud nos Iure Ciuili, vt in his vendendis vitia dicerentur quæ nota essent. *Idem pro Rosc. Amer.* Fructuosa prædia colenda ac tuenda pater filio tradiderat. *Horat.2. Serm. Satyr.3.* Seruius Oppidius Canusi duo prædia, diues, Antiquo censu, natis dedisse duobus Fertur. Prædiorum itaque nomine veniunt tam vrbanæ possessiones quàm rusticæ, & suburbanæ, hoc est vrbi proximæ. vnde extant tituli aliquot apud Iurisconsultos de Seruitutibus vrbanorum prædiorum & rusticorum, & vtrisque communibus. Ager autem proprie dicitur locus in rure quem colimus. Aruum, ea pars agri quæ sementi datur. Fundus etiam pars agri est. Singula enim prata, singulæ vineæ, singuli horti, singula oliueta, pomaria, pascua, salicta, nemora, venatoria, piscatoria loca: siue villam atque ædificium, siue piscinam, siue viuaria habeant, siue non habeant, singuli fundi sunt, & hoc in agro duntaxat. Nam in vrbe, oppido, vico, castello, quicquid tale est, prædium vocatur. Est itaque fundus rustica possessio: prædium, & vrbana & rustica: possessio generale nomen est. nam & tabernę, & hospitia & horrea in vrbe, possessiones dicuntur, & generaliter omnia bona immobilia.

Prędiolum, li, Paruum prędium.{χώριον. GAL. Vn petit heritage. ITAL. *Poderetto possessione picciola.* GERM. Ein klein tigend gůttin. HISP. *Pequenna heredad.* ANGLI. *A litle manour or ferme.*} *Cicer. M. Cælio,* Sed mea prędiola tibi nota sunt: in his mihi necesse est esse, ne amicis molestus sim. *Idem Attic. lib.16.* Ædificata belle prędiola nostra, & satis amœna.

Prædĭtŭs, Prędiis munitus, prędiis abundans. *Apul. lib. Florid.* Ipse bene vestitus, bene prędiatus.

Prędĭātōrĭŭs, ria, rium, Quod ad prædium pertinet. ὀικεῖος χωρίου. GAL. Appartenant à heritage. ITA. *Pertinente à heredità & possessione.* GERM. Das zu tigenden gůteren gehört. HISPA. *Pertenesciente à heredad.* ANG. *Belonging to a manour or ferme.*} vt Ius prędiatorium. *Cic. pro Cornel. Balbo,* Etenim si Qu. Scæuola ille Augur, quum de iure prędiatorio consuleretur, homo iuris peritissimus, consultores suos nonnunquam ad Turium & Caselium prędiatores reiiciebat: si nos, &c. [*Suet. in Claud. c.9.* Vt cùm obligatam erario fidem liberare non posset, in vacuum lege prędiatoria venalis pependerit sub Edicto prefectorum.]

Prędĭātōrēs, Dicuntur periti iuris ad prędia pertinentis. χωρικοὶ νόμοι. *Cicer. Attic. lib.12.* Etsi reus locuples est, & Apuleius prædiator liberalis. *Ibidem,* Procuratores Cornificij, & Apuleium prędiatorem videbis.

Prædo, prædonis, *Vide* PRAEDA.

Prædŏmo, as, penult. corr. Antè domo, comprimo, sedo. {προσδαμάζω, προκαταστορνύω. GAL. Dompter auparauant. ITALI. *Domare per auanti.* GERMA. Vorhin demmen oder stillen. HISPA. *Domar antes.* ANGLIC. *To tame or subdue before.*} *Senec. Epist.114.* Et omnes casus antequam exciperet, prædomuit meditando.

Prædūco, xi, Antè duco. {προάγω, προπέμπω. GAL. Mener, ou mettre deuant. ITA. *Menare auanti.* GERM. Vorgahin furen. HISPA. *Guiar delante.* ANG. *To bring or lead before.*} *Plin. lib.35. cap.16.* Probatur mollitie, & quòd si æra prędúcantur; violaceum reddit colorem. *Tacit. lib.14.* Neque fossam, neque vallum prędúcerunt. ¶ Prędúcere fossam homini obsesso, pro circumuallare, *Senec. lib.2. de ira.* [*Tibull. lib.4.* Quâ deceat tutam castris prędúcere fossam.]

Prædulcĭs, & hoc prædulce, Valde dulcis. {πάνυ γλυκύς. GALLIC. Fort doux. ITAL. *Molto dolce.* GERMA. Gar süsz. HISPANI. *Muy dulce.* ANG. *Passing sweet.*} *Plin. lib.12. cap.5.* Fructus per folia solibus coctus prędulci sapore. *Claud. Paneg.2* Luxuries prędulce malum. *Statius 5. Syl.* Tyrrhenę volucres nautis prędulce minantur. *Virg. II. Æneid.* Haud ignarus eram, quantum noua gloria in armis, Et prędulce decus primo certamine posset. [*Senec.* Dulces sententiæ, vel prędulces & infractę.]

Prædūro, ras, penult. product. Pręter morem duro, siue valde durum reddo. {ὑπερσκληρύνω. GALL. Endurcir fort. ITAL. *Far molto duro.* GERM. Gar verhserten oder hert machen. HISPAN. *Hazer muy duro, endurescer mucho.* ANGLIC. *To mak very hard.*} *Col. lib.3. de rubrica,* Verùm hoc est in opere difficilior, quòd neque humentem fodere possis, quòd sit glutinosissima: nec nimium siccam, quia nimium prędúratur.

Prædūrŭs, a, um, Valde durus. {σκληρότατος, πάνυ σκληρός. GALLIC. Fort dur. ITAL. *Molto duro.* GERM. Gar oder vberaus hert. HISP. *Muy duro o muy cruel.* ANGLIC. *Very hard.*} *Col. lib.6. cap.2.* Illa ętas adhuc tenera est, hęc iam prędura. *Virg.2. Georg.* Corporáque agresti nudat prędura palæstra. *Idem 10. Æneid.* Partheniúmque Rapo, & prędurum viribus Orsen. [*Quintilian.* Prędúri oris homines.]

Præĕo, preis, Antè eo, anteccdo. {קדם *kiddém.* προάγω, προοδοιπορῶ, καθηγοῦμαι. GALLI. Aller deuant, monstrer le chemin. ITALI. *Andare innanzi.* GERM. Vorgehn. HISPANI. *Preceder yendo delante, ò ander delante.* ANGLIC. *To go before, to shew the way.*} *Liu.2. ab Vrbe,* Prierat Arruns Tarquinius filius Regis: Rex ipse cum legionibus sequebatur. ¶ Prędire verba, est certam verborum formulam alicui dictare, quam ille totidem referat verbis. Solebant enim veteres ad execrationes, vel deuotiones hostilis exercitus, & ad fœdera ferienda, similésque publicos ritus peragendos, certam verborum formulam habere conceptam, quod carmen vocabant, à qua ne minima quidem syllaba recedere licebat. Itaque ne Imperatores, qui se hostilémque exercitum erant execraturi, aut ij per quos fœdera sanciebantur, in proferendis formulis laberentur, adhibebatur Pontifex aut sacerdos qui verba prędiret, hoc est conceptam verborum formulam dictaret, quam alter totidem verbis repeteret. Sic prædire verba iurisiurandi, dicitur qui iurisiurandi verba concepit, & iuraturo dictat. *Budæus,* Prędire, est verba prefari: & subsequi, est dictata verba pronuntiare. *Liu.8. ab Vrbe,* Agedum Pontifex publicus populi Romani prędi verba, quibus me pro legionibus deuoueam. *Gell. lib.14. cap.2.* Si de omni officio iudicis prędire tibi me vis. Id est, pronuntiare quod sequaris. Prędire verba de scripto, quid sit, *Declarat Budæus his verbis,* Prædire hodie verba damnationis actuarij, aut eorum vicarij carnifici solent, quum damnati facinorosi ad supplicia trahuntur, sed de scripto id faciunt.

Prędĭens, præeuntis, participium. {קדם *mekaddém.* προηγούμενος, προάγων. GALLIC. Qui va deuant. ITA. *Che va auanti.* GER. Vorgehnd oder vorhingehnd. HISP. *Que anda delante.* ANGL. *That goeth before.*} *Ouid. 8. Metam.* -& diis prędentibus, ambo Membra leuant baculis. *Idem ad Liuiam,* Lucifer in toto nulli comparuit orbe, Et venit stella non prędeunte die. Inde Prędĭtor, ὁδηγός.

Præfăcĭlis, le, Valde facilis. {πάνυ ῥᾴδιος, σφόδρα εὐχερής. GALLI. Fort facile. ITA. *Molto facile.* GERMAN. Gar leicht. HISP. *Muy facil, muy dispuesto à ser hecho.* ANGLIC. *Very easie.*} *Plaut* -pia.- te profectò Apœcides nihil moror mihi. P. de prędĭti exoras Epidice.

Præfārī, Ante fari, proloqui. {προομιλέω, προλέγω. GAL. Auant parler. ITA. *Parlare innanzi.* GERM. Vorreden, ein vorred thun. HISP. *Hablar antes.* ANGLI. *To speak before.*} *Colum. in Præfat. lib.1.* Quas ordine suo tunc demum persequar, quum præfatus fuero quę reor ad vniuersam disciplinam maximè pertinere. *Cic. de Vniuers.* Sed hęc satis sunt dicta nobis, quę de deorum qui cernuntur, quique sunt orti, natura prędĭti sumus. [*Suet. in Tib. cap.3.* Quando ita præfari non abstinuerit. (loquitur de initio Testamenti Augusti.)] ¶ Præfari diuos, id est, inuocare. {קרא *kará.*} *Virg.1. Æneid.* Prędĭtus diuos, solio Rex insit ab alto. *Vbi Seruius,* Præfatus diuos, more antiquo: nam maiores nullam orationem nisi inuocatis numinibus, inchoabant. *Catul. Argon.* Talia prędĭtantes quondam fœlicia Pelei Carmina, diuino cecinerunt pectore Parcę. ¶ Prędĭti honorem dicimur, quum rem non satis honestam dicturi, aliquot verbis prędmissis mollimus, quod alioqui pudicis auribus indignum esset. Clausulę autem quibus honorem præfari solemus, hę fere sunt. Si licet dicere, Si commemorare fas est, Quod dictu quoque fœdum est, Honor sit auribus, & similes, *Cicer. Papyrio Pæto, libr.9.* Nos autem ridiculè, si dicimus, ille patrem strangulauit, honorem non præfamur: sin de Aurelia aliquid, aut Lolia, honos præfandus est.

Præfātĭo, nis, A præfando deducitur, & significat id quod præloquimur antequam ad rem veniamus. {πρόλογος, προοίμιον. GA. Preface, prologue. ITALI. *Prefatione, proemio.* GER. Ein vorred. HISPA. *Aquella habla que se habla antes prologo.* ANG. *A preface or speaking before a mater.*} *Plin. lib.25. c.2.* Inchoata etiam prędfatione religiosa. [*Sueton. in Claud. cap.25.* Prædfatio fęcialium.] *Martial. lib.3* Pertrixisse tuas quęsta est prędfatio fauces. *Cicer.5.* Quę porrò prędfatio tuæ donationis fuit? Huius diminutiuum est præfatiuncula.

Præfĕctŭs, *Vide* PRAEFICIO.

Præfĕro, præfers. Ante fero. *Cic.6. Verr.* Sinistra manu retinebat arcum, dextra ardentem facem præferebat. ¶ Aliquando significat prępono. {הקדיר *hekdir.* προτιθέναι, προτάσσειν. GALLIC. Estimer plus, preferer. ITA. *Preferire, preponere.* GERMAN. Furseczen, höcher achten. HISP. *Anteponer, preferir.* ANGLIC. *To beare before, to preferre.*} [*Ouid. Eleg.3. lib.4. Trist.* Nec quem præferres (mihi) alter erat. *Idem 2. Fast.* Et præfert cautas subsequiturque manus.] *Cic. pro lege Man.* Salutem Reipublicæ suis commodis præferre. Præferre ius imperij amori patrio, *de Fini. lib.1.* ¶ Item dicto, facto aut gesto animi affectum ostendo. *Liu.* Vultus tuus nescio quod ingens malum præfert. *Curt.* Vultu & oculis motum præferens animi. [*Sueton. in Cæs. cap.80.* Præferre locum & tempus. *Ouid.13. Metamorph.* Prælatus (iociis) munere sortis. *Ouid.13. Metamorph. Cæs. lib.1. de bell. ciu.* Hæc eius diei prędfertur opinio.

Prælatŭs dies, dicitur apud Iurisconsultos, pro anticipato, & quum nondum veniisset, scripto, quo vulgus dicit, *Antidato.* Contrarium est repetitus dies, quum non dies qui est, sed ex superioribus elapsis aliquis scribitur. L.28. D. *de falsis 3. de fid. instr. Hotomanus.*

Prędfĕrĭcŭlum, à prędfero, Vas æneum sine ansa, patens, veluti peluis, quod prędferre in sacrificiis solebant. *Festus.*

Præfĕrōx. {πάνυ χαλεπὸς, ὁ ἄγριος καὶ ἀπηνὴς σφόδρα. GALLI. Fort fier, fort rigoureux & aigre, fort cruel. ITAL. *Molto feroce.* GERMAN. Seer frech vnnd vbermütig. HISPAN. *Muy cruel y duro.* ANG. *Very fearce and cruell.*} *Liuius 5. ab vrbe,* Mitis legatio, ni prędferoces legatos, Gallisque magis, quàm Romanis similes habuisset. [*Suet. in Cæs. cap.35.* Iámque multiplici successu prędferocem.]

Prędfĕrrātŭs, a, um, Quod in cacumine habet ferrum. {σιδηρᾶς ἔχων τὴν ἄκρην. GAL. Ferré par le bout. ITA. *Ferrato in cima.* GERM. Das vorren mit eisen beschlagen ist. HISPAN. *Cosa herrada en la cima.* ANGLIC. *Poynted with yron.*} vt, Hasta prędferrata, quę cuspidem habet ferream. Pilum prędferratum, quod ferrum habet in summitate, quo Hetrusci olim vtebantur ad pinsenda grana. Diuersúmque est à pilo ruido, quod sine ferro est, ad vsum molarum quas aqua versat, vtile. *Plin. lib. 18. cap.10.* Quippe & Hetruria spicam farris tosti pinsente pilo prędferrato.

Præfĕrŭĭdŭs, Valde feruidus. {ὑπέρθερμος, ὑπερζέων. GAL. Fort ardent & bruslant. ITAL. *Molto ardente.* GERM. vberaus brunstig oder hitzig. HISPAN. *Muy hirviente.* ANG. *Very hoat and burning.*} vt, Ira prędferuida. *Liu.9. ab Vrbe,* Quid si vini amor in dies fieret acrior? quid si trux & prędferuida ira de Magno Alexandro. *Colum. lib.3. cap.1. de vite,* Hanc nos cæteris stirpibus iure pręponimus, non tantùm fructus dulcedine, sed etiam facilitate, per quam omni penè regione, & omni declinatione mundi (nisi tamen glaciali, vel prędferuida) curæ mortalium respondet: támque fœlix campis, quàm collibus prouenit: & in densa non minus, quàm resoluta, sæpe etiam gracili atque pingui terra, siccáque & vliginosa.

Præfestĭno, as, Ante tempus festino. {προσπείγω, πρὸ καιροῦ σπεύδω. GAL. Se haster auant qu'il en soit temps. ITALIC. *Affretarsi auanti tiempo.* GERMA. Vor der rechten zeit eylen/hefftig oder zu früh eylen. HISPA.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Acelar, appreſſurarſe ante lo tiempo. ANGLIC. *To haſt before the tyme.* } *Plaut. Rud.* -tace Scepatio. SCEP. Quid opus eſt adoleſcens? Iſti infortunium, Qui præfeſtinet, vbi herus adſit, præloqui. *Liu. 3. bel. Pun.* Concedendo plebi Senatum, ne ne deficere præfeſtinarent, effeciſſe. *Colum. lib. 11. capite 2.* Satis erit per dimidios menſes exequi quodque negotium: quia neque præfeſtinatum opus nimium immaturè videri poſſit ante quindecim dies factum, nec rurſus poſt totidem, nimium tardè.

Præfeſtinè, aduerbium. Celeriter. { ὑπερσπουδαστικῶς. GALLIC. Fort haſtiuement. ITALIC. *Molto frettoloſamente.* GER. Gar eylentes. HISPANIC. *Muy appreſſurad. mente.* ANG. *Very haſtelie.* } *Plau. in Rud.* Vt ſine labore extraxi hanc præfeſtinè ſatis.

Præfeſtinātum, Idem. *Silenna Hiſtoriarum lib. 4.* Iudices quos vellent, inſtituerent præfeſtinatum, & cupidè.

Præfĭcă, æ, pen. cor. Mulier in funere conducta, ad lamentabilem cantum, quæ cæteris modum plangendi oſtendit & fortia defuncti facta laudat. ita dicta quaſi in hoc ipſum præfecta. { מקננת *mekonénceth.* ὁ ὀλοφυρτικός. GA. Femme loee pour pleurer vn treſpaſſé. GERMANI. Ein weib ſo vmb lohn beſtellet iſt ein abgeſtorbnen zu beweinen / vnd hiemit ſo mit jhm gatten zuthun. *La endechadera de los muertos.* ANG. *A woman conducted or hired to waill for the dead.* } *Nævius*, Hæc quidem mehercle præfica ſi mortuum laudat. *Varro l. 6. de lingua Latina.*

Præfĭcĭo, cis, pen. cor. ex præ, & facio, Præpono. { הפקיד *hiphkidh.* ἱστημι, προϊστημι, ἐπιστατῶ. GA. Commettre aucun ſur quelque affaire, ou en bailler la charge & ſuperintendence. ITAL. *Preporre, dare cacico.* GER. Furſetzen/vber etwas ſetzen/zu einem furgeſetzten machen. HISP. *Anteponar en algun officio.* ANGL. *To make ouer ſeer and cheif doer, to giue rule.* } *Terent. in Eunuch.* Chæream ei rei præfecimus. *Liuius 4 ab Vrbe*, Quos & pro centurionibus ſibi fecerant, Tempanio autore, equites. *Ouid. 1. de arte*, Me Venus artificem tenero præfecit Amori. *Cic. 4. Verr.* An aliquem curatorem præficere, qui ſtatuis faciundis præeſſet. [*Plau. Amphitr.* Hæc vbi Telebois ordine iter runt quos præfecerat. (i. delegerat ad id & legarat. *Idem ibidem.* Regem vi tute bellica illis præfeci Cephalum. *Plau. Pſeud. ſc. 2. a. 1.* Te cum ſecuri caudicali præficio prouinciæ.]

Præfĕctus, cti, ſubſtantiuum, Qui rei alicui præficitur. { פקיד *pakídh.* ἔπαρχος. GA. Preuoſt, commis ſur quelque affaire. ITA. *Prefetto, capitano, proposto à qualche officio.* GERM. Ein furgeſetzter/der vber etwas verordnet iſt. HISPA. *Antepueſto en algun officio, prefecto.* ANGL. *An ouerſeer, that hath charge and rule.* } vt Præfectus moribus dicitur qui ad componendos mores eſt conſtitutus. *Cicero Papyr. lib. 9.* Quandiu hic erit noſter hic præfectus moribus, parebo autoritati tuæ. *Idem pro Cluent.* Tu es præfectus moribus. ¶ Præfectus vigilum, cui diſponendorum per vrbis regiones vigilum cura incumbit. Præfectus vrbi. *Gell. lib. 13. cap. 16.* Qui præfectus vrbi, & bis Conſul fuit. [*Plau. Amph. prolog.* Is nunc Amphitruo præfectus eſt legionibus. Moribus præfectum mulierum hunc factum velim. *Plau. Aulul. ſc. 3. a. 3.* Neque eques, neque pedes, neque præfectus. (i. dux.) *Plaut. Milit. ſc. 5. a. 2.* Præfectum vrbi non eſſe Senatorem nec Senatum habere poſſe. *Gell. c. vlt. lib. 14.* Præfectus ærario ſucceſſit Quæſt. *Gell. c. 24. lib. 13.* Apud *Liu. lib. 3 ab Vrbe.* Præfectus iuris dicitur is, qui eo die ex decemuiris, (dicebant enim alternatim) ius diceret. Præfecti ſociûm *Liu. lib. 3. d. 4* Præfectus auxiliorum. *Liu. libr. 5. d. 4.* Præfectus equitum. *Cæſ. lib. 2 & 3. de bell. ciu.* ¶ Præfectos pro prætoribus Cæſar inſtituit, qui præſente ſe res vrbanas adminiſtrarent. Præfectus Prætorio. *Suet. in Galba c. 14.*] Præfecti regij. *Liuius lib. 36.* Præfectus Annonæ, *Liu. 4. ab Vrbe.* Dux præfectus claſſis, *Cicero 7. Verr.* Præfectus libidinum, *Cicero poſt reditum in Senatu.* ¶ Præfecti prouinciarum, ſunt quos *Baillivos & Seneſchalles* Galli dicunt, *inquit Budæus.* Præfectus Prætorio, τῷ Καισαρείων ἐπάρχῳ. Talis apud Cæſares erat, qualis olim apud Reges Tribunus celerum, & apud Dictatores Magiſter equitum. Gerebat enim ſecundas partes poſt Cæſarem, præeratque diſciplinæ publicæ emendandæ. *Caſſiodor. Epiſt. libro 6.* Poteſtati Præfecti Prætorio nulla dignitas eſt æqualis. Vice ſacra iudicat. Nullus ei miles fori autoritate præſcribit, excepto officiali Magiſtri militum. Curiales etiam verberat. In officio ſuo ius retinet ſingulare: & talibus tantiſque naſcitur iubere, quos prouinciarum non auderent Iudices in qualibet parte contemnere.

Præfectūră, æ, Munus, officium, vel dignitas Præfecti. { פקדה *pekuddáh.* ἐπαρχία. GAL. Petite iuriſdiction, preuoſte. ITA. *Prefettura, capitaniato.* GERMANI. Eines furgeſetzten ampt/als ein vogtey. HISP. *Dignidad delos prepueſtos à algun officio prefectura.* ANGLI. *Ouerſight, chief charge and rule.* } *Cicer. ad Att.* Præfectiuram petiuit: negaui me cuipiam negotianti dare: quod idem tibi oſtendam. *Idem alio loco ad Atticum*, Dare præfecturam & deferre. [*Plau. Pſeud. ſc. 2 a. 4* Ibo ad præfecturam, & ius dicam Larido. (Metaphor.) *Suet. in Cæſ. c. 76.* Prætectura morum (pro cenſura) *Idem in Aug c. 37.* præfectura vrbis. *Ibidem c. 38.* Præfectura alarum. *Idem in Aug. c. 66.* Præfectura vrbis. *Idem Suet. in Neron. c. 7.*] ¶ præfecturæ item dicebantur oppida quædam Italiæ, quorum incolæ ciue Romani erant: hoc tamen à municipiis differebant, quòd non ſuis legibus vtebantur, nec vllos e ſuo corpore magiſtratus, vt coloni creare poterant: ſed à magiſtratibus qui Roma quotannis mittebantur, Romanis legibus regebantur. *De quibus Feſtus*, præfecturæ, *inquit*, eæ appellantur in Italia, in quibus & ius dicebatur, & nundinæ agebantur, quarumque quædam erat Reſpublica, neque tamen magiſtratus ſuos habebant: ſed quotannis ad eas Præfecti mittebantur qui eis ius dicerent.

Præfectōrĭus, adiectiuum, præfectura perfunctus. προστατικός, προστατήσιος, ſicut prætorius, qui prætura geſſit. *Vlpianus de Senatoribus. l.*]. Sed vir præfectorius an fœminæ Conſulari præferatur, videndum eſt.

Præfĭdo, is, ere, Valde fido. { πεποιθῶ. GALLIC. Se fier fort à ſoy. ITALIC. *Fidarſi molto.* GERMANI. Zuuil trauwen oder ſich verlaſſen. HISPAN. *Confiarſe mucho.* ANG. *To giue great truſt and confidence.* } *Cicero 1. de Offic.* Sic homines ſecundis rebus effiænatos, ſibique præſidentes, tanquam in gyrum rationis & doctrinæ duci oportere. περιπλέοις, παρατόλμοις.

Præfīgo, tigis, peu. prod. Antè figo. { προπήγνυμι. GALLIC. Ficher au deuant. ITALI. *Ficcare innanzi.* GERM. Furſtecken oder veranhin ſtecken. HISP. *Hincar delante.* ANGLIC. *To faſten or ſtick before.* } *Plinius lib. 33 cap. 4.* Lineas itineri præfigunt. *Liu. lib. 26.* Eis parmæ breuiores quam equeſtres, & ſeptena iacula quaternos longa pedes data præfixo ferro, quale haſtis velitaribus ineſt. ¶ Nonnunquam accipitur pro præcludo. *Virgil. 3. Georg.* Multi iam excretos prohibent à matribus hoedos, Primaque ferratis præfigunt ora capiſtris. Quo in loco non abſurdè præfigunt ora capiſtris, à Poëta videtur dictum eſſe κατ' ἀνάπαλιν, pro eo quod eſt, præfigunt oribus (vt ita dicam) capiſtros. *Cauſa tamen Iuriſconſultus* etiam præfixas dixit feneſtras, pro præcluſas, *in L. 6. D. de ſeruit. vrb. præd.* [*Gell. cap. 4. lib. 6.* Præfixum muricibus arinarium.]

Præfigūro, as, penul. product. Præmonſtro, repræſento. { ὑποτυπῶ. GAL. Repreſenter. ITA. *Repreſentare.* GER. Furbilden. HISP. *Repreſentar.* ANG. *To foreſhew, to repreſent before by any figure.* } *Lactantius lib. 6.* Inflammauit libidinem quæ aſpectu maxime incitatur, ac ſe quiſque in illis imaginibus præfigurat.

Præfīnĭo, is, peu. prod. Præſcribo, determino, vel limites præfigo. { חגל *ghazár.* ὁροθετῶ. GAL. Præfinir, limiter deuant. ITA. *Preſinire, determinare.* GERM. Furzielen/furſchreiben. Ein gewiſs ziel ſetzen. HISP. *Determinar de antes.* ANGL. *To determine before, to aſsigne how muche ſalbe done.* } *Cic. Mario.* Sed eo vidiſti multum quòd præfiniſti ne pluris emerem. *Idem pro Roſcio Amer.* Quæ dies in lege præfinita eſt. * Præfinitum & Infinitum contraria. *Cicer. 1. de Lege Agraria.* Etenim quod ſuperiore parte legis præfinitum fuit, Sylla & Pompeio Conſulibus, id rurſus liberum infinitúmque fecerunt.

Præfīnītō, aduerb. { προωρισμένως, διωρισμένως. GALLIC. Par limitation. ITALIC. *Limitamente.* GERMANIC. Mit beſtimmung oder furgeſtellung/nit vbers ziel. HISPANIC. *Con medida.* ANGLIC. *By determination.* } *Terent. in Heaut.* Nam illi haud licebat, niſi præfinito loqui, hoc eſt, quæ illi placebant, vel quæ ille prænniſſet, hoc eſt permiſſiſſet vel præſcripſiſſet.

Præſiſcinĕ, aduerbium. [Id eſt, quod ſine arrogantia, quod ſine iactantia dictum ſit: vel, Abſit verbo iniuria, &c. *Plaut. in Rudent. ſc. 5. a. 2.* Vt ſine labore hanc (vrnam ex puteo ſup.) extraxi, præſiſcinè.] *Titianius in Setina*, Pa lla mea amabo pol tu ad laudem addito præſiſcine, ne puella faxinetur. *Scipater lib 11. Gramm.*

Præflŏrĕo, es, Ante floreo { προανθῶ. GAL. Fleurir auant que les autres. ITA. *Fiorire prima che gli altri.* GER. Zuuor blühen. HISP. *Floreſcer primero.* ANG. *To budde and florish before.* } *Plin. lib. 16. cap. 29.* Ideóque & præflorent talia, & præginminant.

Præflŏro, as, Prælibo, *inquit Budæus.* { προαπαρχίζω. GALL. Emporter la premiere fleur, defleurer au parauant. ITALIC. *Portar via il primo fiore.* GERM. Die blumen zu vor abbrechen/vorhin verſuchen. HISPA. *Quitar la primera flor, deflorar.* ANG. *To tak away the firſt flour.* } *Gellius*, Et futuris gaudij fructum ſpes tibi iam præflorauerit.

Præflŭo, is, Antè fluo, vel præterfluo. { παραῤῥέω. GAL. Couler par deuãt. ITA. *Correre auanti qualche luogo.* GER. Vor anhin flieſſen oder furflieſſen. HISPA. *Correr lo liquido primero ò antes.* ANG. *To runne or flow before.* } *Plin. lib. 4. cap. 5.* Præterfluente Alpheo amne. *Idem lib. 5. cap. 26.* Et parte læua in Meſopotamiam vadit per ipſam Seleuciam, circaque eam præfluenti infuſus Tigri.

Præflŭxŭs, & Præfluum, pro fluore alicuius rei antè vel præterlabentis.

Præfŏco, cas, penult. product. Spiritum obſtructis faucibus intercludo. { חנק *chanák.* ἄγχω, πνιγῶ. GALLIC. Eſtrangler, eſtouffer. ITALI. *Affocare, ſtrangolare alcuno.* GERMAN. Erſtecken. HISPANIC. *Ahodar de antes.* ANG. *To choke, to ſtrangle.* } *Ouid. in Ibin.* Præſocent animæ Gnoſſia mella viam.

Præfŏcātiōnēs vuluæ, Vteri affectus dicuntur, ſenſum, pulſúmque per interualla intercipientes, ita vt iis laborantes immobiles iaceant, & mortuis ſimillimæ videantur, niſi quòd circa mediam corporis partẽ caloris nonnihil retineant, πνιγμονή. Quæ hoc mali genus patiuntur, vtero præſocatæ à Latinis, à Græcis ὑστερικαὶ dicuntur. Κάτω τῆς ὑστέρας, quo nomine vuluam, ſiue vterum ſignificant.

Præfŏdĭo, præfodis, penultima correpta, Antè fodio. { προορύσσω. GALL. Fouir & creuſer la terre par deuant. ITA. *Cauare la terra.* GERM. Vor etwas graben. HISPAN. *Cauar la tierra de antes.* ANG. *To digge and delue before.* } *Virg. 11. Æneid.* Præfodiunt alij portas, aut ſaxa ſudeſque Subiiciunt. *Vbi Seruius*, Præfodiunt, id eſt ante portas foſſas faciunt. *Ouid. 13. Metam.* -fictumque probauit Crimen, & oſtendit quod iam præfoderat aurum, hoc eſt quod antea defoderat.

Præfœcundŭs, a, um, Valde fœcundus. { πολύφορος, ὑπερβλύφορος. GAL. Fort fertile. ITA. *Molto fertile.* GER. Gar fruchtbar. HISP. *Muy fertil.* ANGL. *Very fertill.* } *Plin. lib. 16. ca. 17.* Omnia autem celerius ſeneſcunt præfœcundi.

Præfōrmĭdo, as, pen. prod. Valde formido. { προφοβῶμαι, προφοβοῦμαι. GAL. Craindre auant le coup. ITA. *Hauer gran paura, temere auanti al colpo.* GER. Hefftig vorhin forchten. HISP. *Mucho temer, ò temer ante del golpe.* ANG. *To feare before a thing be doone.* } *Quintil. lib. 4. cap. 5.* Quem inpe. dex ſi prouidet, non aliter præformidat quàm ſi ferrum medici ægeranrequam curetur, aſpexit.

Præfōrmo, as, penultima producta, Antè, vel prius formo. { προτυπῶ. GALLIC. Former & façonner parauant. ITALIC. *Informare, dare &* Former & façonner parauant. ITALIC. *Informare, dare &* GALLIC. *metter auanti la forma & il medello di fare.* GER. Vorhin geſtalten. HISP. *Dar forma adelante, informar.* ANGLIC. *To shape, forme or fashion before.* } *Quintilianus libro 2. capite 7.* Nanque incipientibus danda erit velut præformata materia ſecundum cuiuſque vires. *Idem libro 5. capite 14.* Nam quid miſerius lege velut præformatas literas infantibus proponere? *Silius lib. 7.* Atque his præformat dictis, fingitque monẽdo. quentibus?

Præfrīgĭdŭs, Valde frigidus. { ἀφεψυχος. GAL. Fort froid. ITA. *Molto freddo.* GER. Vberauß kalt. HISP. *Muy enfriado.* ANG. *Very cold or chill.* } *Plin. lib. 17.* Septentrionalique, & præfrigidus Auſter.

Præfrĭngo, præfringis, Frango, aut partem anteriorem frango. { προαγνυμι. GAL. Rompre auant ou rompre fort. ITA. *Rompere, frangere auanti.* GERMA. Zerbrechen oder vor abbrechen. HISP. *Quebrar antes.* ANG. *To breake before.* } *Plau. Mil.* -cleph. hato in India Quo facto pugno præfreg ſiſ brachiũ. *Li. 8. ab Vrbe*, Et haſtas aut præfregiſſét aut heberaſſét.

Præfrāctŭs,

Prætĕrlăbor, penult. prod. eris, præterlapsus sum. Vltra labor, præterfluo, prætereo. { παραῤῥέω. GAL. Couler & passer outre, glisser plus outre. ITAL. *Trascorrere.* GERMA. Neben anhin fallen, furfliessen. HISP. *Passer allende.* ANGLI. *To slip and slide beyonde.* } *Statius 1. Theb.* -fluctuaga qua præterlabitur vnda Sicanios longe relegens Alpheus amores. *Cicero de Orat.* Tum & in sensum, & in mentem iudicis intrare non potest: ante enim præterlabitur, quam percepta est. *Virg. 3. Æneid.* Et tamen hanc pelago præterlabare necesse est. *Idem 6. Æneid.* -vel quæ Tyberina videbis Ostia, quum tumulum præterlabére recentem.

Prætermĕo, as, Iuxta meo, præterfluo, παραῤῥέω.

Prætĕrmĭttŏ, tis, Int. ctum relinquo, omitto, prętereo. { חנח *hinniáḥ* עזב *ḥazáb.* παρίημι. GAL. Laisser ou mettre à dire ou faire, le passer. ITA. *Pretermittere, tralasciare.* GERMA. Vnderlassen. HISP. *Dexar.* ANG. *To passe or go ouer vntouched.* } *Terent. in Adelph.* Nihil prætermitto, consuefacio. {Prætermittere silentio, idem quod præterire silentio. *Cicero ad Brutum,* idem est quod remittere vel ignoscere. Prætermitti dicitur, quod aut ignorantia, aut obliuione, aut negligentia præteritur. Omitti verò, quod de industria relinquitur. *Cic. 3. Offic.* Minimè verò assentior iis qui negant eum locum à Panætio prætermissum, sed consultò relictum.

Prætermissĭo, onis, verbale, Omissio. { נחת *náchath.* παράλειψις. GAL. Delaissement derriere, omission. ITALI. *Esso pretermettere.* GER. Vnderlassen. HISPANI. *Dexamento.* ANG. *A letting passe.* } Cic. 2. Offic. Mamerco homini ditissimo Ædilitatis prætermissio, Consulatus repulsam attulit.

Prætermōnstro, as, *Gell. l 20. cap. 9* Vsus consilio sum magistri, quod docere me ipse deburat, à quo discerem prætermonstrantis, id est quasi prætereuntis, & aliud agentis, & præter officium suum monstrantis.

Prætĕrnāuĭgo, gas, Nauigio prætereo, præteruehor. παραπλέω.

Prætĕrnāuĭgātio, verbale. { παράπλους, παράπλωσις. GAL. Nauigation, outre ou par apres. ITALIC. *Nauigatione oltra.* GERMANIC. Furschiffung. HISP. *Obra de nauigar allende.* ANGLI. *Asayling by or beyon de.* } *Plin. lib. 4. cap. 12.* Ab hac Ægina libertæ conditionis XVII. M. P. prætermauigatio est.

Prætĕrpŏptĕr, Vna dictio est composita significans præterquam, propter hoc est propter aliam causam quàm propter eam de qua loquimur: vt præterpropter vitam viuitur, hoc est propter aliam causam viuitur, quàm vt viuatur, vt puta propter laudem, vel propter gloriam. *Ennius apud Gellium,* Otio qui nescit vti, plus negotij habet, Quàm quum est negotium in negotio. Nam cui quod agat institutum est, nullo negotio Id agit, studet ibi, mentem atque animum delectat suum. Otioso initio animus nescit quid velit. Hoc idem est, neque domi nunc nos, nec militiæ sumus, Imus huc, hinc illuc: quum illuc ventum est, ire illinc libet. Incertè errat animus: præterpropter vitam viuitur.

Prætĕro, præteris, penultima corrept. prætriui, prætritum, penult. prod. παρατρίβω. GA. Frotter au parauant. ITA. *Fregare prima.* GER. Vorab reiben oder schleiffen. HIS. *Trillare antes.* ANG. *To weare in rubbing, to robbe before.* } *Plin. li. 34. c. 40.* Timarchus Nicoclis filius Paphij, duos ordines habuit maxillarum. Frater eius non mutauit primores, ideóque prætriuit.

Prætĕrrādo, præterradis, præterradi, penult. product. { παραξύω. GALLI. Racler en passant. ITA. *Rader passando.* GER. Durchschaben, durchreuchen. HIS. *Raer passando.* ANGLI. *To shaue or scrape in passing by.* } *Lucret lib. 4.* Præterradit enim vox fauces sæpe legitur, & Præterea radit vox, &c.

Præterquam, Dictio est composita, excipiendi quidem vim habens, quemadmodum & præter: sed casum exigens superiori similem, quia idem verbum subintelligitur. { πλὴν ἢ πλὴν εἰ μή. GAL. Excepté que, fors que, sinon que. ITA. *Se non che.* GERM. Dan nur, wider allein / ausse genommen. HIS *Si no que.* ANG. *Except.* } VT, Nemo id dixit, præterquã Cicero, Nullius id interest præterquã patris, Nulli id placuit præterquam Cæsari, Neminem præterquam Prætorem timeo, O vos omnes præterquam Plato legite, A nemine præterquam à Socrate dici. [*Ouid. Eleg. 6. l. 4. Trist.* Cuncta potest vetustas, præterquam culpas attenuare meas. *Gell. capite 13. libro 15.* In partem alteram præterquam dici solet.] ¶ Significat etiam aliter quàm ἄλλως. *Liu. d. 1.* Vocata ad consilium multitudine quæ coalescere in populi vnius corpus nulla re præterquam legibus poterat, iura dedit. ¶ Præterquam ponitur aliquando in oratione sequente semper, pro, cum semper. *Gellius l. 15. capite 1.* Declamauerat Antonius Iulianus rhetor, præterquam semper alias, tum nimium quàm delectabiliter, & fœliciter [¶ *Item* pro præterquàm quòd. *Gellius capite 16. libro 18.* Lucilius autem præterquam superius dixi.] ¶ Aliquando sequente etiam. *Celsus,* Aqua verò frigida infusa præterquam capiti, etiam stomacho prodest. id est non tantùm capiti: vel, præterquam quod capiti prodest. ¶ Præterquam quòd, id est, nisi quòd, πλὴν ὅτι. *Plinius Iun.*

Omnia

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Omnia nobis ex voto succeſſerunt, præterquam quòd in itinere defunctam matrem amiſimus.

Prætĕrŭcho, is, penultima correpta, Naui, curru, vel iumentis aliquem præter locum aliquem veho. {παρελαύνω. GAL. Transporter, ou faire paſſer outre. ITA. *Portare, & paſſare oltra.* GER. Furfüren oder furfaren. HISP. *Traher y paſſar allende.* ANG. *To carye by or beyonde.* {Cicer. 5 de finibus, Neque enim vocum ſuauitate videntur, aut nouitate quadam varietate cantandi reuocare eos ſolitæ, qui præteruehebantur: ſed quia multa ſe ſcire profitebantur. *Virgil. 4. Æneid.* -uiuo præteruehor ora ſaxo Pantagiæ. *Liu. lib. 1.* tamen quum præteruheret nauibus Galliæ oram, &c. ¶Legitur & abſolute pro præternauigo, *Sueton. in Auguſt. cap. 93.* Caium nepotem, quod Iudæam præteruehens apud Hieroſolymam non ſupplicaſſet, collaudauit. Vbi Prꝛteruehens dixit, pro præteruectus. [*Idem Ibidem c. 98.* Forte Puteolanum ſinum prꝛterueheuti, vectores, nautæque de naui Alexandrina, &c. (id eſt cùm præteruheretur, ſiue præteruecto.) *Idem Sueton. in Cæſ. cap. 37.* Gallici triumphi die Velabrum prꝛteruehens pene curru excuſſus eſt (id eſt cum præteruecheretur.) Sic ſimplex vehens pro vectus apꝛe rep. tum. *Vide apud Gellium cap. 2. lib. 2. & cap. 6. lib 5. Et infrà in* Veho.] ¶Oratio prꝛterueeta ſcopulos, per tranſlationem quę maiorem difficiliorem-que cauſæ partem ſuperauit. *Cic. pro Cælio,* Sed quoniam emerſiſſe iam e vadis, & ſcopulos prꝛterueeta videtur oratio mea, perfacilis mihi reliquus curſus oſtenditur. *Idem 7. Philippica,* Magna ſpe ingrediar in reliquam orationem P. C. quoniam periculoſiſſimum locum ſilentio ſum prꝛteruectus. Hoc eſt, quoniam veſtro cum ſilentio nullaque obmurmuratione, difficillimum orationis locum abſolui. [*Senec. cap. 16. de Conſol. ad Mart.* Mirum eſt tantam turbam (filiorum) potuiſſe ſine damno (fortunæ) prꝛterueheri.]

Prætĕruectĭo, onis, verbale. {παραπομπή, παρέλασις. GAL. Tranſport ou paſſage par deuant ou plus outre. ITA. *Eſſo portare ò paſſare oltra.* GERMA. Furfürung. HISP. *Trahimiento allende.* ANG. *A carying beyonde.* {Cic. 7. Verr. Monumentum ſceleris audaciæque ſuæ voluit eſſe in conſpectu Italię, veſtibulo Sicilię, prꝛteruectione omnium qui vltro citróque nauigarent.

Prætĕrŭĕo, is, Anteuerto· & per tranſlationem pro priùs dico ponitur. *Cic. 1. de Diuinat.* Neque habet aliquid quod huic ſermoni prꝛteruertendum putes. *Fortè* Prꝛuertendum.

Prætĕruŏlo, as, are, Volando prꝛtereo, {παρπέτομαι. GAIL. Voler & paſſer ſoudainemẽt ſans s'arreſter. ITA *Trapaſſare volando.* GER. Furüberfliegen. HISPAN. *Trapaſſár volando.* ANG. *To paſſe by by flight.* {Cic. in Arat. Hic iam ſe totum cæcas equus addit in vmbras, Quem rutila fulgens pluma prꝛteruolat ales. ¶Per tranſlationem accꝛpitur pro velociter prꝛterire, *Sil. lib. 10.* Stridentem gelidis vibrauit viribus haſtam, Quæ medias velox raptim prꝛteruolat auras. *Cicero 3 de Orat.* Sententiæque ſæpe acutæ non acutorum hominum ſenſus prꝛteruolant: hoc eſt celeriter, & antequam intelligantur, prꝛterfugiunt.

Prætexo, is, texui, textum, Ante vel circum veſtem, aliúdve quippiam attexo. {ארג *arágh.* περιυφαίνω. GAL. Border, couurir le bord, tiſſue deuant. ITA. *Teſſere appreſſo.* GER. Vor an wäben/beſetzen. HISP. *Texer antes ò cerca.* ANGL. *To weaue before or to border.* } Hinc Toga prꝛtexta dicta eſt, quòd purpura ei prꝛtexeretur. ¶Accipitur pro prꝛtendere, ſiue velare, cauſámque aliquam non veram afferre. {προφασίζομαι, προφάσκω. GAL. Bailler couleur & couuerture. ITA. *Colorare, far vna coperta, trouar ſouſa.* GER. Furwenden. HISP. *Dar color, hallare excuſa.* ANG. *To cloke excuſe.* } *Virg. 4. Æneid.* Coniugium vocat hoc prꝛtexit nomine culpam. *Cic. in Piſonem,* Nemo poteſt exercitum aperte petere, vt non prꝛtexat cupiditatem triumphi. * Cum acculatiuo & datiuo, *apud Quintilianum,* Difficultatis patrocinia prꝛteximus ſegniriæ.

¶Nonnunquam accipitur pro præordiri, ſiue prꝛordinare, tenuiáque quędam rei alicuius fundamenta iacere. *Cic. 3. de Orat.* Sic omnia quę ſunt, quæque aguntur acerrime, leuioribus principiis natura prꝛtexuit. ¶Prætexere litora velis, eſt ea velis quodammodo operire, & abſcondere. *Ouid. in Arte,* Quid referam Baias, prꝛtextaque littora velis? In eadem propemodum ſignificatione vſus eſt hoc verbo etiam *Auſonius,* Tu, (*inquit*) Auguſte venerabilis, diſtrictus maximo bello, aſſiſtrantibus tot millibus Barbarorum, quibus Danubij ora prꝛtexitur.

Prætĕxtum, ti, vel prætextus, us, Falſa cauſa, ſimulatio. {πρόφασις. GA. Couleur, ombre, excuſe. ITA. *Pretẽſto, colore, ombraggiamento, coperta.* GERM. Ein furwendung/furwort. HISP. *So color, cobertura.* ANG. *A pretence, cloke or colour.* } *Suet. de Cæſ.* Et prætextum quidem illi ciuilium armorum hoc fuit: cauſas autem alias fuiſſe opinantur. *Suet. in Tiberio cap. 28.* Omnium inimicitiæ hoc prꝛtextu ad nos deferentur. [*Idem in Auguſt. cap. 12.* Ad prætextum mutatæ voluntatis, &c.]

Prætĕxtŭs, a, um, adiectiue: vt Prætexta toga, prætextæ actiones: vel ſubſtantiuè, hæc prætexta, huius prætextæ. Prætextæ fabulæ, ſeu comœdiæ, in quibus reges Romani, vel Duces inducebantur, perſonarum dignitate penè tragœdiis ſimiles. *Horat. in Arte,* Vel qui prætextas, vel qui docuere togatas. Dictæ prætexrę, quòd principum, magiſtratuúmve perſonæ in iis inducerentur, quę prætextis vti ſolent. Prꝛtexta toga genus veſtimenti oblongum ac talare, quod ſupra tunicas honoratiſſimi quique ſumebant: ita dicta quòd ei purpura prꝛtexebatur. πάρπορφυρος. Hoc vna cum bulla ingenui pueri vtebantur vique ad 17. annum. Vnde prꝛtextati dicebantur qui nondum decem & ſeptem annos prꝛterierant, à prætexta quam induebant, quà depoſita, accipiebant togã virilem, quum ad annum decimum ſeptimum perueniſſent, tanquam non pueriliter, ſed viriliter vita eſſet peragenda. Nam pueri exiſtimabantur, qui minores eſſent annis ſeptemdecim. Hinc *Vlpianus* ait, Pueritiam duntaxat annis ſeptemdecim finiri: & qui eos non in totum cõpleuit, prohiberi poſtulare. *Cic. de Amicit.* Ego autem à patre ita eram deductus ad Scæuolam, ſumpta virili toga, vt quoad poſſem & liceret, à ſenis latere nunquam diſcederem. *Senec. lib 1. Epiſt.* Tenes vtique memoria quantum ſenſeris gaudium, quum prætexta poſita, impoſiti virilem togam. Ideo autem ingenuis pueris attributam exiſtimant togam prætextam, vt ex purpuræ rubore, ingenui pudoris admonerentur. Lege *Macrob. lib. 1. Saturn.* Ab hoc veſtimenti genere olim Papyrius cognominatus eſt Prætextatus, ob tacendi loquendique in prætextata ætate prudentiam. Id poſtea cognomen in omnem eius familiam tranſlatum fuit [Hinc *Liuius lib. 4 d 4.* Prætextæ purpura togæ (de Liberis,) *Ibidem* multa de prætextis & prætextati.. Prætextæ ius in ludis datum Pompeio. *Velleius.* Prætextam coniugareni iunxit Prætoriæ Ven idius. *Idem Vell.* Togam pꝛetextam ipeiare non poſſum cùm exordium pullam videar. *Quintilian.* Prætexta quidam cꝛgere cauſas. *Quintilian.* Prætextato filio relicto obiit. *Veleius.* Prꝛtextam & puerilem togam mutare. *Gell. c. p. 4. lib. 18.* ¶Prætextæ non à dignitatis modo, ſed & dignitatis inſigne. *Quint. Declamat. 340.*] ¶Erat & Prætexta veſtis magnis genus magiſtratuum & regum. Hac Tullus Hoſtilius primus vſus eſt (*vt inquit Plin.*) qui de bellatis Hetruſcis, etiam curulem lictores, & togam pictam atque prætextam (quæ inſignia magiſtratuum Hetruſcorum erant) Romam tranſtulit. Sed poſtea Tarquinius Demarati filius, quum de Sabinis egiſſet triumphum, quoniam in eo bello filius eius annos quatuordecim natus, hoſtem manu percuſſerat, & pro concione illum laudauit, & prætexta ac bulla aurea donauit, inſignibus puerum ſupra annorum ſortem prædmiis virilitatis & honoris. Prætextæ igitur ac bullæ geſtandæ mos à Priſci Tarquinij filio deductus eſt. Sunt tamen qui tradunt Priſcum regem, quũ ſtatum ciuitatis ordinaret, inſtituiſſe vt Patritiorum filij bulla aurea vterentur: & togam quæ purpura prætexitur, iis tantùm quorum patres curulem magiſtratum geſſiſſent, cæteris prætextam tantum indulſiſſe, vſque ad eos quorum parentes ſtipendia iuſta meruiſſent. Fuit & in vſu prætexta bulla, qua nulli alij licebat vti, nec ei qui funus faciebat. ¶Prætexta quatuor hominum genera vtebantur, pueri, ad vſque tirocinij diem, hoc eſt ad annum ætatis XVII. magiſtratus omnes vrbani, quod vtrunque nemo, vt opinor, paulo humanior ignorat: prærerea, quod obſeruatum non ita vulgo credimus, magiſtri collegiorum, dum ludos compitalitios faciebant, & ſenatores omnes, cum deorum feſtos celebrabant dies. *Paul. Manut. in Orat. pro Sextio.*

Prætĕxtĭ-ŭs, a, um, adiectiuum. [id eſt obſcœnus, a, um, per Antiphraſin:] Prætextatum ſermonem (*inquit Feſtus*) veteres appellarũt ab eo quod prætextatis nefas ſit obſcœno verbo vti. Vel (vt quidam aiunt) quòd nubentibus depoſitis prætextis à multitudine puerorum obſcœna acclamarentur. Ideóque prætextatum ſermonem appellabant, qui nonnihil obſcœnitatis haberet *Hæc ille. Suetonius, Gellius & Macrobius,* Prætextatum ſermonem (αἰσχρολογίαν) acceperunt pro eo qui aperte obſcœnam rem ſignificat. *Sueton. in Veſpaſiano cap. 22.* Erat enim dicacitatis plurimæ, & ſic ſcurrilis, ac ſordidæ, vt re prætextatis quidem verbis abſtineret. [*Gellius cap. 10. lib 9.* Tot & tam euidentibus, ac tam non prætextatis, ſed puris honeſtiſque verbis venerandum illud concubij pudici ſecretum neminem quenquam alium dixiſſe (quam Virgilium) arbitror.] *Sic Macrobius li. 1. Satur.* Hæc nobis ſit literata lætitia, & docta caudlatio, vice planipedis & ſubulonis, impudica, & prætextata verba iacientis. Sic prætextati mores, dicuntur laſciui, & obſceni. αἰσχρολογίαι. *Iuuena. Satyr. 2.* Sic prætextatos referunt Artaxara mores. Prætextati anni à *Plinio dicuntur libro 33.* pro annis pueritiæ: & prætextata ætas, *à Gellio libro 1.* Prætextatæ puellæ dicebantur ingenuæ, & innuptæ, à prætextis quas nubentes deponebant.

[PRAETIAE, mulieris Paduæ gratia & potentia. *Plutarchus in Lucul.*]

Prætĭmĕo, prætimes, penultima corrept. Valde timeo. {הרד *charádh.* ὑπερφοβέομαι. GAL. Craindre fort. ITA. *Temere molto.* GER. Gar vbel fürchten. HIS. *Tener mucho.* ANGLI. *To feare greatlie.* } *Plaut. Amphi.* Mirari non eſt æquum, ſi ſibi prꝛtimet.

Prætĭngo, ringis, tinxi, tinctum, ex præ & tingo. {προβάπτω, προφαρμάττω. GAL. Teindre auant. ITA. *Tingere auanti.* GERMA. Vorhin getuncket. HIS. *Tennir adelante.* ANG. *To dippe before.* } *Ouid.* Semina mollit humus validò prætincta veneno.

Prætŏr, oris, Athenis omnis magiſtratus appellabatur, à præeundo, quaſi præitor, quòd populo prꝛiret. { משל *ſchallis* מקיד *moſchél pakidh.* ἄρχων στρατηγός. GAILIC. Preteir, magiſtrat. ITAL. *Pretore, podeſtà.* GERMANI. Ein ſchultheiß/ein ſtadtvogt/ein oder oberherr dem man muß gehorſamen/als ein veldherr vnd oberiſter vber ein kriegs heer. HISP. *Alcade, tuez.* ANGLI. *The mayor chiefe officier in a citie.* } Vnde imperatores, Prꝛtores quandoque vocantur. *Autor ad Heren.* Epaminondas Thebanorum Imperator, ei qui ſibi ex lege ſucceſſerat Prætor, exercitum non tradidit. *Vbi Victorinus,* Notare debemus, omnes magiſtratus, Prætores appellatos. Sed patres quo tempore L. Sextius primus ex plebe Conſul creatus eſt, Furium Camillum primum Prꝛtorem vrbanum, qui ius in vrbe diceret, creauerunt: mox vnico Prætore non ſufficiente, quòd multi peregrini in ciuitatem venirent, alius creatus eſt peregrinus, eo quod plerunque inter peregrinos ius dicebat. Capta deinde Sardinia, aliiſque prouinciis, totidem Prꝛtores quot prouinciæ in ditionem venerant, creati ſunt: partim qui vrbanis rebus, partim qui prouincialibus præeſſent. Dictus prætor (*vt Liuius inquit*) quòd præſit: vt *Varro* à præeundo, quaſi præitor, quòd præiret iure & exercitu. [*Sueton. in Aug. cap. 10.* Iuſſiſque comparato exercitui pro Prætore præeſſe, &c.] *Idem Liu. lib. 5.* ſcribit primum Prætorem ex patribus, qui ius in vrbe diceret, creatum fuiſſe, penes quem magiſtratũ, omnis publici priuatíque iuris erat poteſtas, vt & nouum ius condere, & vetera abrogare facultas eſſet. Idque ob magiſtratus honorem. Ius honorarium appellatum eſt, quum tamen regia illi eſſent inſignia, vt apparatu Conſulibus pene par videretur. Creatus, quum Conſules aduocarentur bellis finitimis, nec eſſet qui in ciuitate ius diceret. Eius dignitas Prætura dicitur. [A Prætore diem poſcere, poſtquam perduellionem dixeris alicui. *Gellius ca. 9. lib. 7* Prætor certa lege ſortitur in iudiciis publicis. *Quintil.* Ad Prætorem in ius vocari poſſunt Ædiles & Quæſtores. *Gell. cap. 13. li. 13.* Ad Prætorem te rapiam & tibi ſcribam dicam. *Plaut. Aul. ſc. 6. a. 4.* Homo ad Prætorem deuenit infit poſtulare, vt liceret miluum vocari. *Ibid. ſc. 1. a. 2.* Nunquam ad Prætorem æquè curſim curram vt emittar manu. *Plau. Pſeud. ſc. 3. a. 1.* Sequere me ad trapezitam meum ad Prætorem, Inde rem ſoluo omnibus. *Plaut. Curc. ſc. 3. a. 5.* Qui ſe prætori in hortis oſtenderat, nec erat productus (in ſcenam.) *Quintilia.* In ius me vocat, metui me apud prætorem ſolueret. *Plaut. Cur. ſc. 5. a. 3.* Apud prætorem non petitur fideicõmiſſum. *Quintilian.* ¶prætorum certus erat numerus. Nam pro eo

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ac tempus reipub. postulabat numerus auctus est, vt docet *Pomponius Iurisconsult. Tit. de Orig. Iur.* Ætate Ciceronis octo fuerunt vt ex oratione in Pisonem intelligitur.]

Prætōrĭus, a, um, Quod est prætoris, seu quod ad prætorem pertinet. ὁ στρατηγικός, ὁ τῆς στρατηγοῦ. GAL. Du preteur. ITA. *Cio che s'appartiene al pretore.* GER. Das zu einem schultheissen/vogt/oder Veltherren gehört. HIS *Lo que pertenesce al pretor.* AN. *Belonging to the mayor or cheif officer in a citie* } vt Prætorium ius, Prætoria cohors, quæ à Prætore, hoc est imperatore non discedebat. Scipio enim Africanus primus fortissimũ quẽque delegit, qui à se in bello non discederet, & certo munere militiæ vacaret & reliquis plex stipendium acciperet. Prætoria verò porta dicitur, qua exercitus in prælium educitur, quia initio Prætores erant qui nunc Imperatores, qui bella administrabant. ¶ Prætorium genus, ex quo maiorum quisquam Prætura gessit, ad Consulatum tamen non peruenit. *Cicero pro Plancio,* Cedat Consulari generi prætorium, nec contendat cum Prætorio Equester locus. ¶ Prætorius vir, qui Præturam gessit, sicut Consularis, qui Consulatum. *Cælius Ciceroni,* Prouinciæ, quas Prætorij pro Prætore obtinerent. *Cic. Attic.* Consulares atque Prætorij viri.

Prætōrĭum, rij, Domus in qua Prætor habitat, siue dux. {ἀρχεῖον στρατηγεῖον, στρατιώτειον GAL. Le logis du preteur, pretoire. ITA *Palazzo da regime, il palazzo del principe.* GERM. Eines schultheissen/vogts/oder veltherren behausung. HISPA. *La casa real ò consular.* ANGLIC. *The house wherin the mayor dwelleth.* } Quia (vt dictum est) omnis magistratus cui parẽret exercitus, Prætor dictus est. *Liuius lib 3.* Quercus ingens arbor Prætorio imminebat, cuius vmbra opaca sedes erat. Hoc alio nomine *à Quintiliano* dicitur Augustale. [*Sueto. in August. cap.* 72. Ampla & opera Prætoria grauabatur. *Liuius lib.* 8. *ab Vrbe.* Prætoria consulum in castris. Et apertius *lib.* 9.] ¶ Prætorium est pars villæ, quam Dominus si quando ruri sit, ipse solet inhabitare. Villæ enim tres partes erant autore Columella: prætorium siue villa vrbana: villa rustica in qua erat colonus: villa fructuaria, in qua condebantur fructus. De prætorio loquitur *Sueton. in Caligul. cap.* 37. In extructionibus Prætoriorũ atque villarum omni posthabita ratione nihil tam efficere concupiscebat, quàm quod effici posse negaretur. *Pallad. l.* 1. Ipsius etiam prætorij situs sit loco aliquatenus erectiore, & sicciore propter iniuriam fundamentorum, & vt læto fruatur aspectu. [*Suet. in Galba cap.* 14. Præfectus Prætorio.] Figurate item prætorium accipitur pro ipso concilio à Prætore in tentorium suum domumve conuocato: vnde Dimittere prætorium legimus, sicut Dimittere Senatum *Liu.* Fuluius ne idipsum impedimento incœpto foret, dimittens Prætorium Tribunis militum, ac præfectis, sociorũ imperauit, &c. [*Idem Liu. dec.* 4. *libro* 7.]

Prætōrĭāni, Dicebantur cohortis prætoriæ milites, à Prætore, hoc est Imperatore corporis seu custodiæ causa delecti. *Cic. pro Cælio,* Nemini vnquam præsenti prætoriani maiores honores habuerunt, quàm M. Cælio. *Plin. l.* 6. *c.* 9. Nuper renunciauere principi Neroni, missi ab eo prætoriani milites, cum Tribuno ad explorandum, inter reliqua bella Æthiopicum cogitanti.

Prætōrĭtĭus, a, um, aliud adiectiuum, prætorius. *Martia. l.* 8. De prætoritia folium mihi paule corona Mittis, & hoc phialæ nomen habere iubes.

Prætūra, æ, prætoris dignitas. {שלטון *shiltón* פקדה *pekuddáh.* ὁ στρατηγία, ἡ ἐπαρχία. GALLIC. Preture, office, & dignite de preteur. ITA. *Pretura, podestaria.* GERM. Eines schultheissen ampt vnd würde. HISP. *La dignidad del pretor.* ANG. *The dignitie and office of the maior.* } *Plin. l.* 14. *c.* 22. Ad proconsulatum vique e prætura honoribus gestis. *Cicero pro Flacco,* Prætura iurisdictio res varia, & multiplex ad suspiciones, & simultates. *Idem pro Muræna,* prætura Murænæ probata in iure, grata in munere, ornata in prouincia. *Idem 3. Catil.* Quum prætura se abdicasset. [*Velleius,* prætura M. Antonij. i. decurionatus totius oræ maritimæ.]

¶ Egredi præturam. *Tacit. l.* 3. Voluisio vetus familia, neque tamen præturam egressa.

Prætōrtŭs, Valde tortus. {πάνυ στρεβλός, λίαν διάστροφος. GALLIC. Fort tortu. ITAL. *Molto torto.* GERMANIC. Gar geträhet. HISPAN. *Muy tuerto.* ANG. *Very crooked. Colum. lib.* 3. *capite* 18. Iulius Atticus prætorto capite, recuruato.

Præ trĕpĭdo, as, penultima correpta, Valde trepido. Vnde prætrepidans, participium. {ὁ λίαν φίμων. GA. Tremblant de peur. ITA. *Tremante di paura, fuenato.* GERMA. Seer von forcht erzitteren. HISP. *El que tiembla mucho.* ANG. *To tremble for feare.* } *Cat. Epig.* 43. Iam mens prætrepidans auet vagari.

Prætrĕpĭdŭs, vt prætrepidans *apud Catull.* id est ὑπερτρόμως ἔχων. *Suet. in Nerone. c.* 41. Romam prætrepidus rediit.

Prætrūncō, cas, Amputo, præcindo. {ψῆν *kitrísets.* ἀποτέμνω, κατακόπτω. GALLIC. Rogner pres, couper. ITAL. *Troncare.* GERMA. Vorab stumpfen oder abhauwen. HIS. *Cortar miembro.* ANGLIC. *To cutt away.* } *Plau. in Mili. sc.* 3. *a.* 2. Nónne tibi ista prætruncari linguam largiloquam iubes? [*Pla. Capt. sc.* 2. *a.* 4. Vt ego collos prætruncabo tergoribus, (aliàs detruncabo.) *Ibidem sc.* 3. *a.* 4. Prætruncauit tergoribus glandia.]

Prætŭmĭdŭs Valde tumidus. {πάνυ ὀγκώδης, λίαν οἰδαλέος. GAL. Fort enflé. ITA. *Molto gonfio.* GERM. Hefftig geschwollen oder aufgeblasen. HISP. *Muy hinchado.* ANG. *Much swelled.* } vt Prætumidus furor. *apud Clau. priore Inuect. in Rufinum.*

PRAETVTIVM, πραιτούτιον, Oppidum est Piceni, *teste Ptolem. l.* 3. *c.* 1. Inde fiunt prætutius, a, um: vt Pubes prætutia, apud *Sil. l.* 15. Et Prætutianus, na, num. vt Prætutianus ager, *apud Plin. l.* 3. *c.* 3. *& c.* 14.

Præuălĕo, prævales, penultima correpta, Antecello, & quasi in maiori pretio sum, vel melior sum. { יכול *jachól* גבר *ghabár.* ὑπερίσχω. GALL. Estre superieur, exceder. ITALIC. *Preualere, Essere di maggior stima.* GER. Mehr gelten/ furtreffen. HISPAN. *Prevalescer.* ANGLI. *To exced, to surmonte.* } *Plinius,* Vtræque in pretio sunt, sed tamen prævalent margaritæ. Aliquando prævalere significat potentiorem seu robustiorem esse. {ὑπερισχύω. GAL. Estre le plus fort. ITALI. *Esser più forte.* GERMANIC. Mechtiger oder stercker sein. HISPANIC. *Mas poder.* } *Stat. 2. Achil.* Quisquis equo iaculóque potens, qui prævalet arcu. *Plin lib.* 10. *cap.* 6. Vulturum prævalent nigri. [*Sueton. in Tiber. cap.* 16.

Præuălentĭa, ὑπεροχή. *Paulus D. l.* 6. *Tit.* 1. *l.* 23. In omnibus igitur istis, in quibus mea res per prævalentiam alienam rem trahit, mea amque efficit, &c.

Præuăleo, is. *Idem Columell. l.* 5. *cap.* 6. Vitem quoque antequam ex toto prævalescat arbor, conterere conuenit.

Præuălĭdŭs, adiectiuum, Præpotens. {גבור *ghibbór* תקיף *takkíph.* ὑπερκράτων, ὑπερισχυρός, ὑπέρτονος. GALL. Fort puissant, bien fort. ITALI. *Forte, possente.* GER. Starck gwaltig vnd staret. HISPANI. *Fuerte poderoso.* ANG. *Very strong and mightie.* } *Liu. lib.* 26. Duas prævalidas vrbes magno inter se maris terræque spatio discretas. *Virgi.* 1. *Georgic.* Neu se prævalidam primis ostendat aristis. *Ouid. Epist.* 8. Prævalidæ fusos commiserunt manus. [*Velleius,* Prævalidæ legiones.]

Præuălĭdē, aduerbium. {πάνυ ἰσχυρῶς. GAL. Puissamment. ITA. *Possentemente.* GERMAN. Gar gwaltiglich. HISP. *Poderosamente.* ANG. *Very strongly.* } *Plin. lib.* 17. *c.* 14. Præcauendum vt prævalide accipientis trunco in media fissura relinquatur.

Præuăllăre. *Hirtius de bell. Alexand.* Quo facto imperat pontem aduersus hostem prævallari.

Præuāricātŏr, penult. corr. aris, Quocunque modo à præscripto mei officij deflecto, *vt ait Valla l.* 6. {בגד *baghdáh* פשע *paschéh* מעל *maál.* καὶ σοφίσμασι, ὑπόκλοπος. GALL. Preuaricateur, trahir la patrie. ITAL. *Prevaricare.* GERMANIC. Krumb nähend außfaren. Item, Nit aufrichtig handlen / vom rechten oder seines ampts pflicht abtretten. HISPAN. *Dexar su officio ò ley.* ANGLI. *To betraye ones cause, to do a thing and do cleane contrarie.* } *Plin. lib.* 18. *cap.* 19. Arator nisi incuruus prævaricatur. ¶ In litibus autem forensibus prævaricari dicuntur vel accusator vel defensor, quum prodita causa sua, aduersarij caulam iuuat. *Cicer. de Aruspic. resp.* L. Catilina pecuniam accepit, vt turpissimè prævaricaretur. *Vlpian. in l. Athletas. ff. De his qui notan. infam.* Qui prævaricatur, ex vtraque parte consistit, quinimò ex aduersa. *Cicer. pro Cluent.* Hoc quanquam tedulò faciebat, tamen interdum non detendere, sed prævaricari accusatori videbatur, id est accusatorem iuuare eique colludere.

Præuāricātŏr, oris, Simulatus accusator vel defensor. {בגד *boghédh* פשע *peschéah.* ὁ καὶ σοφιστής. GALLI. Prevaricateur. ITALIC. *Prevaricatore.* GER. Ein vbertrãter deß rechten/der nit aufrichtig vnd ehrlich als er schuldig wär ein handel furet. HIS. *El que dexa su officio ò ley.* ANG. *A pleader by collusion.* } *Martianus Iurisconsult. l.* 1 *ff. ad Senatusconsult. Turpil.* Prævaricatorem fuisse scribit eum qui colluderet cum reo, & translatitiæ munere accusandi defungeretur: eò quòd proprias quidem probationes dissimularet, falsas verò accusationes admitteret. *Vlpian. in l. Athletas. ff. de iis qui notan. infam.* Scribit prævaricatorem esse qui diuersam partem adiuuat, prodita causa sua: alleg. atque Labeonem qui hoc nomen à varia certatione tractum sensit, Quo quidem in loco Hotomanus, non varia certatione, sed prævaricatione, optima innixus coniectura censet legendum. *Cicer. l. Verrina,* Vtrum te perfidiosum, an prævaricatorem existimari mauis? *Cælius ad Cicer. l.* 8. Ne quod furore Pauli adeo prius esset boni, sua culpa videretur amisisse, & prævaricator causæ publicæ existimaretur. ¶ Apponere sibi prævaricatorem dicebant antiqui, pro eo quod est curare se per aliquem accusandum, quo colludente, facile ille absolueretur. *Cicer. 2. Philip.* Iam vereor P. C. ne (quod turpissimum est) prævaricatorem mihi apposuisse videar. *Bud.*

Præuāricātĭo, onis, verbale, Simulata vel accusatio vel defensio. {בגד *béghedh* בגדה *boghedháh* פשע *péschaḗ* מעל *máḗal.* καὶ σόφισμα. GAL. Prevarication, collusion, faute. ITAL. *Fallo, errore, prevaricatione.* GERMA. Ein vbertrãtung/ vnaufrichtige handlung/ voppenwerck. HISPANIC. *Falta, mengua, obra de dexar su officio ò ley.* ANG. *Collusion in pleading.* } *Plin. Iunior ad Cornel. Tacit. lib.* 1. *Epist.* 20. Alioqui prævaricatio est transire dicenda. *Cicer. in Partit.* Prævaricationis nomen significat eum qui in contrariis causis quasi varie esse positus videatur. *Idem ad Quintum Fratrem l.* 2. Quo die hæc scripsi, Drusus erat de prævaricatione à Tribu ærarij absolutus.

Præuĕho, is, Ante veho. {προσκαίνω. GAL, Porter ou charier au parauãt. ITA. *Portare innanzi.* GER. Vorhindan füren. HISP. *Traher antes.* ANG. *To carie before.* } Vnde prævectus, a, um, ante alios vectus. *Liuius lib.* 9. Sed Equites Romani prævecti per obliqua campi, quum se fugientibus obtulissent. *Silius l.* 7. Ac prævectus equo, nunc dextra prouocat hostem. [*Idem Liu. lib.* 4. *bell. pun.* Præter vndecim fasces equo prævectus senex. *Idem lib.* 10. *dec.* 4.]

Præuĕllo, is, per duplex ll, Ante vello. προτίλλω. *Laberius,* Aliqua parte prævulsi rat, *apud Diomedem Gramm. l.* 1.

Præuĕlo, as, pen. prod. Ante tego, obtego, operio. {προκαλύπτω. GAL. Voiler & couurir par deuant. ITA. *Coprire inanti.* GER. Furdecken oder vers decken. HISPA. *Cubrir antes.* ANG. *To couer before.* } *Claud. lib.* 2. *de Rep.* Et sparsos religant crines, & vultibus addunt Flammea sollicitum prævelatura pudorem.

Præuĕlŏx, penultima producta, Valde velox. {πάνυ ὠκύς, ταχὺς σφόδρα. GALLIC. Fort leger. ITALIC. *Molto veloce.* GERM. Vberauß schnell. HISP. *Muy ligero.* ANGL. *Very swift and speedie.* } *Plin. lib.* 11. *c.* 21. Formicæ odore solicitatæ prouolant, crebróque lacerant, quanuis prævelocibus camelis fugientes.

Præuĕnĭo, Ante venio, anticipo. {קדם *kiddém.* φθάνω. GALLIC. Venir deuant, preuenir. ITALIC. *Preuenire, anticipare.* GERMANI. Fur kommen. HISPANI. *Venir antes.* ANGLI. *To come before or preuent.* } *Liu. l.* 24. Cæterum præuenerat non fama solum qua nihil in talibus rebus est celerius: sed nuntius etiam ex regiis seruis. [Præuenit mors ratio meditantem. *Sueton. in Cæsa.* 44 *Et in Tib. cap.* 62. Præuenit vires fiducia. *Quintilian.* præuenire nuncios. *Sueton. in Cæs. cap.* 37. *Liuius lib. ab Vrb.* Rem præuerti, pro ante fieri vel consultari dixit *Plaut. Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Sed quoniam pietatem video Amori tuo præuortere. *Plaut. Pseud. sc.* 2. *a.* 2. Hoc præuortar principio. (id est hanc rem anteponam illi quam cœperam.) In rem quod sit præuortaris (aliàs præuortas) quam animo malè auscultes. *Plau. Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Et rei primum præuorti volo. *Plaut. Capt. sc.* 3 *a.* 2. *in fin.* fores clausit ne præuorteretur nouorti volo. *Plaut. Capt. sc.* 3 *a.* 2. *in fin.* fores clausit ne præuorteretur nouorti volo. *Plaut. Capt. sc.* 3 *a.* 4. Qui meras (fames) (id est ne iret & effugeret) *Plau. Amphitr. sc.* 3. *a.* 4. Qui me hodie quoque præsentem ausit indigne præuortier. *Ibidem & Liu. lib.* 6. *d.* 4.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

6.d 4.Alia prœuertenda esse.]
¶ Prœueniens interposita dictione.*Vir.8.Eclog.* Nascere,præque diem veniens age Lucifer almum.

Prœuentus,} מקרם *mekuddám προγεγενημένος.* GAL. Preuenu. ITALI. *Preuenuto.* GERMA. Furkommen. HISP. *Venido antes.* ANG. *Preuented.*} *Tacit.lib.17.* Atque in eo ipso sacramento vexillis interioris Germaniæ prœuentus erat.

Prœuerbium,aduerbium,*apud Corn.Frontonem l.de nominum verborúmque differentiis.*

Prœuĕrto,& prœuertor,deponen.,Prętereo,prœcedo,anteuerto.{ *προγίνομαι,φθάνω.* GAL.Aller deuant & gaigner,surmonter & occuper le premier. ITA. *Trapassare,preporre,preoccupar.* GERM. Furkommen/furlauffen/zu rück lassen. HISPAN. *Yr delante ò anticipar.* ANG. *To go before and prevent.*} *Virgilius 1.Æneid.* volucremque fuga prœuertitur Hebrum. *Cic. pro Sylla.* Nemo me vnquam tenuissima suspicione perstrinxit, quem non prœuerterim.

¶ Interdum accipitur pro præfero,præpono. *Cicero 2.de Diuin.* Ita tameu,si vacas animo,neque habes aliquid quod huic sermóni prœuertendum putes. *Gellius libro 4 capite 3.* Iurisiurandi religionem animo atque amori prœuertisse. *Plautus in Amphitr.* Illuc redeundum est mihi,ne me vxorem prœuertisse dicant prę Republica. Hoc est ne dicant me vxorem prętulisse Reipublicę. ¶ Item pro reuoco. *Plautus Amphi.* Herilis prœuertit metus: accurro vt sciam quid velit.

¶ Prœuersum fulgur(*inquit Festus*) quod ignoratur noctu, an interdiu sit factum.

¶ Prœuertere seriò quod dictum est per iocum, est existimare dictum esse seriò quod ioco dictum est. *Plautus in Amphitr.* Siquid dictum est per iocum,Non æquum est id te seriò prœuortier. *Adrianus Cardinalis*, Prœuertere,& Prœuerti,non id significant quod præcedere:sed id quod prœponere,prœuenire:sed non suo, imò potius prœpostero,ac peruerso ordine. Id est vt quod etat in animo vt postea fieret, fiat antea:& contrà,quod ante erat faciendum,postea fiat. Sed id quoque præcipuè notandum est, datiuum post se plerunque trahere, ac deponens idem verbum etiam fieri. *Liuius 2.ab Vrbe,* Nec posse,quum hostes propè ad portas essent,bello prœuertisse quicquam. *Ibidem.* Ægrè impetratum à Tribunis,vt bellum prœuerti sinerent. *Idem,* Si Punicum Romano prœuertisset bellum. *Cæsar 7.bell. Gall.* Cæsar huic rei prœuertendum existimauit,id est occurrendum.

* Illuc prœuertamur dixit Horatius, quum veller notare vitra amicarum corrumpere amatores,acsi dixisset,Prius erat notandum amatores decipere amicas:sed prœpostere dicam de vitiis amicarum. *ait enim libro primo Serm. Satyra tertia.* Illuc prœuertamur : amatorem quòd amicæ Turpia decipiunt cœcum vitia, aut etiam ipsa hæc Delectant. *Colum.libro tertio capite septimo.* Non intempestiuum est nos ad ea prœuerti,quæ videntur hunc publicum errorem corrigere posse.

Prœuĕto,as.{ *προκαταφρόω.* GAL. Defendre auant. ITA. *Vittar prima.* GERMANIC. Vorhin verbieten. HISPAN. *Defender antes.* ANG. *To for bidde before.*} *Silius.*

Prœuĭdĕo,prœuides,penultima correpta,Antè video.{ *προορῶ.* GAL. Preuoir,veoir par deuant. IT. *Preuedere,anteuedere.* GER. Fursehen/furhin sehen. HISP. *Ver antes.* ANGL. *To foresee.*} *Plinius,* Id nos futurum prœnideramus. *Cicero 1.de Diuin.* Tum meminit prœteritorum,præsentia cernit,futura prœuidet. *Virgilius 5.Æneid.* illè ictum venientem à vertice velox Prœuidit.[*Plautus Asin.sc.4.a.2.* Non hercle te prœuideram. *Senec.capite 9.de Consol.ad Marc.* Dum patimur,quam nunquam prœuidimus nos pœti posse.]

¶ Hinc Prœuidentia. *προνοια.* quę duplex est. Aut enim animo,aut oculis prœuidemus.

Prœuīsŭs,a,um, participium. { *ὁ προοπτός.* GALLIC. Preueu. ITALIC. *Preueduto.* GERMANIC. Versehen. HISPANIC. *Veido antes.* ANGLIC. *Foreseen.*} Cicero *3.Verr.* Res mihi tota prœuisa atque præcauta est. *Idem de Diuinat.1.* [*Senec.c.9,de Consol.ad Marc.* Prœuisæ languidius incurrunt.]

Prœuĭtĭo,as,Antè vitio,vel corrumpo. { *προκαταφθείρω, προμιαίνω.* GAL. Gaster,auparauant. ITA. *Vitiare prima,ò corrumpere.* GERM. Vorhin geschenden oder verwüsten. HISP. *Corromper antes.* ANG. *To doflore before.*} *Ouid.14.Metam.de Circe loquens,* Hunc dea prœuitiat, portentificisque venenis Inquinat.

Prœuĭncĭo,is,ire,Preligo,ligo,*Gell.lib.15.capite 10.* Cum eodem laqueo quo essent prœuincte efferrétur.{ *προδέω.* GAL. Lier auparauant. IT. *Ligare ananti.* GERM. Vorhin binden. HISPAN. *Atar,atar antes.* ANG. *To bind before.*}

[Prœuinctus,a,um. *Gel.c.2.libro 19.* Prœuinctus voluptatibus. *Idem c.10.li. 15.* Laqueo prœuinctę.]

Prœuĭus,a,um,Qui prœcundo viam monstrat. ὁδηγὸς, ηγεμονικός. GALLI. Qui va deuant. ITALIC. *Che va ananti.* GERMANIC Das vergeht. HISPAN. *Cosa que va delante.* ANG. *That goeth before.* } *Cicero in Arat.* Alcyonem genuit claris demissus ab Astris, Prœuius Auroræ,Solis,Noctisque satelles. *Ouid.11.Metam.* Nunc prœcedentem sequitur,nunc prœuius anteit.

Prœumbro,as,are,Tego,caligine effundo,& inuoluo,*inquit Bu.*{ חחשיך *hechescheh.προσκιάζω,ἐμπροσθεν σκοτίζω.* GALLIC. Obcurcir en se mettant au deuant,effusquer. ITALIC. *Coprire d'ombra.* GERMANIC. Beschattigen/verdunckten eben wie etwas das einem vor dem liecht stehet. HISPAN. *Cubrir desambra.* ANGLIC. *To shadow,and mak dark by going before.*} *Tacit.* Fama inquantum prœumbrante Imperatoris fastigio datur,clarus. Hìc prœumbrare dicitur Imperatoris fastigium:quia primorum magnitudine superius splendorem eorum obtuscat: quemadmodum prœcelsę arbores fulgore in se recepto alias obscurant inferiores.

Prœuŏlo,as,penultim.corrept.Antè volo.{ *προπέτομαι.* GAL. Voler deuant. ITA. *Volare inanzi.* GERMAN. Voranhin fliegen. HISPAN. *Volar delante.* ANG. *To flee before.*} *Plautus Milit.sc.1.a.1.* Nouisse mores me tuos meditate decet,Curámque adhibere vt prœuolet mihi [animus scilicet]quò tu velis. *Cicero 2.de Natu.deor.* Basis autem trianguli quem efficiunt grues,ea tanquam à puppi ventis adiuuatur, eáque in tergo prœuolantium colla & capita reponunt.

Prœuro,is,prœussi,prœustum,Ante vro vnde Prœustus, a,um,participium, in cacumine adustus.{ *προκαίω, προκατακαίω.* GAL. B. usler par deuat, ou auparauant. ITALIC. *Abbrusciare nel a cima.* GERM. Vornen hinbrennen. HISPANIC. *Quemar antes.* ANGLIC. *To buene before.*} *Liuius 1.ab Vrbe,* Bellum ita consentu fieri solitum, vt Fecialis hastam ferratam, aut sanguineam præustam ad fines eorum ferret. *Virgilius 7.Æneid.* non iam certamine agresti Stipitibus duris agitur, sudibusve præustis.

[Præut,*Vide* Præ.]

Prăgmătĭci, *πραγματικοί*, Apud Græcos erant infimæ sortis homines, qui mercede conducti ministros se præbebant oratoribus in iudiciis. Quanquam postea hoc nomen omnibus iis communicatum est qui forensia negotia tractarét. Dicti Pragmatici à Græco nomine *πρᾶγμα*, quod inter cætera causam siue litem significat. Pragmatici erant homines quidam, *inquit Budæus*, forensis professionis, qui eausarum actores interdum iuris ignaros monebant, iuris responsa,formulasque actionum subministrantes,quasi admonitores postici,dicendorúmque suggestores, quum ad iuris disceptationem ventum erat. *Quintil.lib. 12.* Quid si forte peritus ille iuris non aderit? neque ego sum nostri moris ignarus,sobolitúve eorum qui velut ad arculas sedent, & tela agentibus subministrant, neque idem quoque Græcos nescio factitasse,vnde nomen iis pragmaticorum datum est. [*Vide Martial. Epigr. 73.lib.12.*]

Prăgmătĭcum,ci,substantiuum. *Cic.ad Attic.lib.14.* Tu siquid pragmaticon habes,scribe,hoc est quod in republica gestum sit, *inquit Budæus. Quintil.lib.3.* Hermagoras prima in hoc loco posuit exempla ex quæstionibus meis, siue quod Græci *πραγματικούς* vocant iuris interpretes. *Iuuen. Satyr.7.* Inde cadunt partes in fœdera pragmaticorum, hoc est à iudicio discedunt, & litem arbitrio forensium aduocatorum seu procuratorum dirimendam permittunt. *Cic.lib.2.de Orat.* Itaque non (vt apud Græcos) infimi homines mercedula adducti ministros se præbent in iudiciis oratoribus, ij qui apud illos pragmatici vocantur: sic in nostra ciuitate,&c. *Idem ad Att.ic.lib.2.* Sed quia,vt video, pragmatici homines omnibus historicis præceptis,versibus denique cauere iubent,& vetant credere.

Prăgmătĭcæ sanctiones dicuntur principum rescripta, non de priuatorũ negotiis,sed corporum, ordinum & collegiorum causis de consilij sententia emissa: inde fortasis deducto verbo,quòd pragmaticis & peritis viris in consilium adhibitis interponuntur. *Hotomanus. De his, titul.in Cod.de diuers.rescript.& pragmat sanctionibus.*

Prămnĭum vinum,*πραμνειος οἶνος*, Generosi vini genus, quod in Smyrnæorum agro nascebatur,iuxta delubrum Matris deûm, etiam Homeri carmine celebratum. *Autor Plin.l.14.cap.4.*

Prămnĭon, *πράμνιον*, Indica gemma, est nigerrimo colore, sed pellucida, admistum habens & carbunculi colorem. *Plinius lib. 37. cap.10.*

Prandĭum,dij,Cibus qui circa meridiem sumitur, quam veteres cœnam appellabant.{ אר חח *aruchâh.ἄριστον.* GALLIC. Le disner, le repas qu'on prend deuant midy. ITAL. *Il desinare.* GERMANIC. Ein imbiß oder imbiß mal. HISPA. *La comida temprana ò ayantar.* ANG. *A dinner.*} *Festus.* Cœna apud antiquos dicebatur quod nunc est prandium: vespertina autem quam nunc cœnam appellamus. *Nonius*, Quæ nunc prandia sunt,cœnas Sabini habebant,& pro cœnis vespernas appellabant. *Plautus Pœnulo,* Patrem prandij pignus cepi,abij foras. [Quò imus ad prandium? vbi cœnamus? *Plaut.Capt.sc.1.a.3.* Quid olet(palla?)furtum,scortum,prandium. *Plaut.Men.sc.1.a.3.* Vocat te ad prandium. *Plautus Men.sc.vlt.a.5.* Iubebo tibi & illi apparari prandium, *Ibid.sc.2.a.1.* Iube nobis tibi apud te prandium accurarier. *Plaut.Men. sc.3.a.1.* Bonum anteponam prandium pransoribus. *Plaut.Menæch. sc.2.a.1.* Curatum est prandium. *Plaut.Men.sc.4.a 2.* Non perdidissem prandium si ita esset. *Ibid.sc.1.a.2. Item* Prandium dein populo mille mensis,& congiarium trecenos nummos viritim dedit.]*Cicer.in Verr.* Quid ego istius prandia & cœnas commemorem? *Idem ad Attic.libr.5.* Anteceserat Statius,vt prandium nobis præberet. *Idem pro Murœna,* Ac spectacula sunt tributim data,& ad prandium vulgò vocati. *Sueton. in Vitell.cap.13.* Epulas trifariam semper, interdum quadrifariam dispertiebat, in ientacula,& prandia,cœnas, comessationesque. Finire prandia nigris moris. *Horat.1.Serm.Satyr.4.* Ille salubres Æstates ducet,nigris qui prandia moris Finiet. Dictum prandium(vt quidam volunt)à peredendo, quod pauxillulum quiddam in prandium pararetur,quod facile posset absumi. Alij prandium dictum volunt quasi parandium:quod Iæuia tantùm quædam & paratu facilia apponerentur. Nam prandium non fuisse præcipuum cibum antiquis apparet *ex Cellibr.7.* quum de hyeme loquitur,Si prandet aliquis, *inquit*, vilius est exiguum aliquid, & ipsum siccum sine carne, siue potione sumere. *Idem libro 4.* Fumeni facilius fert adolescens, quàm puer:& vno cibo,quàm prandio quoque assuetus. *Idem.lib.7.* Æstate verò & potione, & cibo corpus sæpius eget : ideo prandere quoque commodum est. *Plin.l.28.c.5.* Hippocrates tradit non prandentium exta celerius senescere.

Prandĭŏlum, li, diminutiuum, siue Prandiculum, Quod ientaculum appellatur. *Fest* τὸ ἀριστίδιον.

Prandĕo,des,prandi,& pransus sum. Prandium sumo. {שחר *sahádh. ἀριστάω.* GAL. Disner. ITA. *Desinare.* GERMA. Zu imbiß essen. HISPA. *Comer.* ANGLIC. *To dine*} *Plautus in Menæc.sc.2.a.3.* Prandi & potaui, scortúmque accubui. *Cic.pro Cluent.* Quum in eius nuptiis more Larinatium multitudo hominum prandaret. *Plautus in Menæc.sc.4.a.2.* prandi in naui,inde huc sum ingressus te conueni. [*Plaut. Menæc.sc.4.a.2.* Eamus intro vt prandeamus. *Ibid.sc.vlt.a.5.* Prandi perbene potaui. *Idē Milit.sc.2.a.2.* Prandet, potat, occupata est (exclamantis.) *Plaut. Pseud.sc.3.a.2.* Vbi prandero, dabo operam somno. *Gellius cap.13.lib.15.* Pransum,prandium,&c.]

¶ Interdum actiuè accipitur,pro comedere id quod est in prandio, in accusatiuo positum. *Hora.2.Serm.Sat.3.* Luscinias soliti impenso prandere coëmptas.

Prānsŭs,a,um,participium.{ *ἠριστηκώς.* GALL. Qui a disne. ITAL. *Chi a desinato.* GER. Zu imbiß gessen. HISPAN. *Que ha comido.* ANGLI. *That hath dineth.*} *Horat.1.Serm.Satyr.6.* Pransus non auide. *Cicer pro Mil.* Adde insciriam pransi,poti,oscitantis ducis. Pransos veteres voca-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

bant,*teste Nonio*,non ſolùm qui ediſſent, ſed etiam quibus nihil deeſſet.*Var.* Pranſum te ac paratum eſſe oportere.

Prānsĭto,tas,penultima corrept. frequentatiuum à prandeo. {πολὺς ἀριστοποιέομαι.GALLI.Diſner ſouuent. ITA. *Deſinar ſouente.* GER. Offt zu imbiß eſſen. HISP. *Comer muchas vezes.* ANGLIC. *To dine or eate often.*} quod *Plaut. in Amph.* cum acuſatiuo conſtruxit.Nequam homines(*inquit*) qui polentam pranſitant.

Prānsor,ſoris,Qui prandet, aut qui inuitatus eſt ad prandium. {מעד *ſofĕdh.* ἀριστοποιὸς, ἀριστάων.GAL.Qui diſne,ou inuite à diſner.ITA.*Chi deſina,ò inuitato à deſinare.* GERM. Ein imbiß eſſer oder imbiß gaſt. HISP. *Y antador,ò combidado ò yantar.* ANG.*That dineth.*} *Pla. in Menæch. ſc. 2. a.* 1.bonum anteponam prandium pranſoribus.

Prānsōrĭus,adiectiuum, ὁ πρὸς τὸ ἀριστᾶν ὀφθαλμὸς, ἀριστητικὸς, vt Pranſorium candelabrum, apud *Quinti. libr. ſexto, cap.* 4. Murantibus quòd humile candelabrum emiſſet:Pranſorium erit,*inquit.*

PRASII, πράσιοι, Indiæ populi,quorum metropolis eſt Palibrota. *Plin. l. 6. c. 9.*

Prāsĭnŭs, penultima correpta.{πράσινος.GAL.Verd.ITA.& HIS.*Verde.* GERM. Grün wie der laub. ANG. *Grene.*} Color viridis ad ſimilitudinem porri.Nam πράσον Latinè porrum dicitur. Hinc veſtes e viridi lana,praſinæ dicuntur. *Martialis libro decimo*,De noſtra praſina eſt ſynthеſis empta toga.*Plautus*,Praſina,coccina,tyale,ſoccos,monilia amiſit. *Plin. lib. 37. capit.* 10.[Praſina creta viridis. *Vid. Iſidor. cap. 16. libr. 19. Vide Dionem lib. 59.* Praſina factio, *Sueton. in Calig. cap. 55.*]

PRASIAE, πράσιαι. Oppidum maritimum fuit in ora Laconica non procul ab oſtio Inachi fluminis : *cuius meminit Thucydid. bell. Peloponn. lib. 2.*

Prāsĭŭs, πράσιος, Gemma eſt è viridantium genere, virore tamen multò diluitiore quàm ſmaragdus, vtpote quæ ad porri colorem(vnde & nomen accepit)maximè accedat.Sunt autem tria praſij genera, *quæ vide apud Plin. l. 37. cap. 8.*

Prāsoĭdēs, pen. prod. πρασοειδὴς, Gemma eſt ex genere topaziorum, à porri colore nomen habens. Nam πρασοειδὴς, Græcis idem eſt quod porraceus. *Vide Plin. l. 37. c. 8.*

Prata Æſuuia,loci nomen. *Plutarch. in Valer.*]

Prātum,ti,Ager ex quo fœnum percipitur.{אחו *áchu.* λειμών. GAL.Vn pré. ITALI. *Prato.* GERM. Ein Matten oder wyſen. HIS. *Prado.* ANG. *A medow.*} nomen habens ex eo quod ſine opera paratum ſit, *vt placet Varroni libro quarto de lingua Latina.* Pratum (*inquit Vlpianus de verborum ſignif. cautionibus*) in quo ad fructum percipiendum talce duntaxat opus eſt, ex eo dictum quòd paratum ſit ad fructum capiendum. *Columell. libr. 2. cap. 17.* Prato veteres Romani primas in agricolatione tribuerunt partes. Nomen quoque indiderunt ab eo quod protinus eſſet paratum,nec magnum laborem deſideraret. *Ouid. 1. Metamorphoſ.* Figitur in viridi,ſi fors tulit,anchora prato. *Idem*, Area gramineo tuberat viridiſſima prato.[Languidus in pratis gramina carpit equus. *Ouid. Eleg. 8. lib. 4. Triſt.* Qui mihi condita prata in patriis proferant. (id eſt omne genus herbas.) *Plaut. Pſeud. ſc. 2. a. 3.*] *Virgil. 8. Æclog.* Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.

¶Prata item dicebantur quę nunc viridaria,vt plurimum buxo & lauro frequentata.

Prātŭlum,diminutiuum, *apud Plinium Epiſt.* 101. {τὸ λειμώνιον, μικρὸς λειμών. GAL.Vn petit pre,vn preau.ITALIC. *Picciol prato.* GERMAN. Ein Mättlin.HISPAN.*Pequenno prado.*ANGLIC.*A litle medow.*} *Cic. ad Attic. lib.* 12. Pro iſto aſſo iole quo tu abuſus es in noſtro pratulo. *Idem de Claris orator.* Tum in pratulo propter Platonis ſtatuam conſedimus.

Prātensĭs,pratenſe,Quod eſt ex prato.{ὁ λειμώνιος,ὁ ἐκ λειμῶνος. GAL.De pre.ITA.*Coſa di prato.* GERMA.Das auff der matten wachſet oder auß der matten kompt.HISP.*Coſa perteneſciente à prado.* ANG.*Of a medow.*} *Columell. lib. 6. cap. 3.* Eóque nomine dubitat quin optima ſint vicia in falcem ligata & cicercula, itemque pratenſe fœnum. Pratenſes flores. *Plin. libr. 21. cap.* 8. pratenſes fungi, qui in pratis naſcuntur. *Horat. l. 2. Serm. Sat.* 4. -pratenſibus optima fungis Natura eſt:aliis male creditur.

Prāuŭs,a,um,Diſtortum,peruerſum)(rectum. {נעוה *naʿaváh* מעקל *meʿukkál.* διάστροφος.GALLIC.Tortu.ITA.*Torto.* GER. Krumb/vnt gerad. HISP. *Torcido.* ANGLIC.*Croked.*} *Cicer. 1. Acad.* Quid rectum in oratione,prauúmque. *Horat. 1. Serm. Satyr. 3.* hunc varum diſtortis cruribus illum Balbutit ſcaurum, prauis fultum male talis. *Lucret. lib. 4.* Denique vt in fabrica, ſi prauа eſt regula prima, Omnia mendoſe fieri,atque obſtipa neceſſum eſt.

¶Per tranſlationé accipitur pro malo & vitioſo. {עקש עוה *havvál* עקש *ikkeſch.* πονηρὸς, φαῦλος. GAL.Peruers,mauuais.ITAL. *Cattino, malvagio.* GERM. Ein oßerarg/verkeyrt. HISP. *Hecho ac reuez delo bueno.* ANG. *Shrewd,euill,naughtie.*} *Terentius in Adelph.* Etſi hoc mihi prauum, ineptum, abſurdum,atque alienum à vita mea videatur. *Cicer pro Roſc. Com.* Nihil ab hoc prauum & peruerſum produci poſſe arbitrabantur. *Cicer. 2. de Finib.* Beſtiarum verò nullum iudicium puto:quanuis enim deprauatæ non ſint,prauæ tamen eſſe poſſunt. Tenax praui, *Virgil. 4. Æneid.* Obnoxius prauis,*Horat. 2. Ser. Sat. 7.* Stultitia prauа, *Horat. 2. Ser. Sat. 3.* Ambitio prauа, *Horat. 1. Ser. Sat. 6.* Prauo nato viuere, *Horat. in Arte.*

Prāuissĭmus, ſuperl. *Velleius Paterculus Hiſtor. 2.* Euitatis quæ iuſſu hominis prauiſſimi tela in eum acta erant.

Prāuĭtās, Obliquitas, mala & peruerſa alicuius rei conſtitutio, & compoſitio. {עקל קלקל *ʿakalkallúh* מעקש *maʿakaſch.* πονηρία, κακία, διαστροφή.GA. Tortuoſite,mauuaiſtie.ITA.*Tortuoſita-malvagita.* GERM. Die krumbe/vngerade.HISP.*Torcedura de lo derecho.* ANGL.*Crookednеſſe, shrewdneſſe.*} *Cicer. 4. Tuſc.* Vitium, quum partes corporis inter ſe diſſident,ex quo prauitas membrorum,diſtortio,deformitas. *Idem 1. de Legib.* Corporis prauitates,ſi erunt perinſignes,an habebunt aliquid offenſionis , animi deformitas non habebit? ¶ Ponitur aliquando pro malitia.{עון *havón* עקשות *ikkeſchút.* φαυλότης. *Cic. 4. Acad.* Tamenne in iſta prauitate perſtabitis? *Cic. in Parad.* Animi prauitates rectè vitia dicuntur.

Prāuè, adiuerbium,)(rectè.{πονηρῶς, στρεβλῶς. GALL. Mauuaiſement, peruerſement.ITALIC.*Brutamente, tortamente.* GIRMANI, Böſſertiglich/

PRÆ

vnd vbel. HISPANIC.*Con torcedura de lo derecho.* ANGLIC. *Naughtilie, shrewdlie.*} *Cicer. 2. de Finibus.* Ille porrò male,prauè, turpiter cœnabat.

PRĀXĀSPĒS, πραξάσπης, Nobilis Perſa,qui Smerdim Cambyſæ fratrem iuſſu regis occidit, cuius facinoris conſcientia adactus, poſtea in maximo Perſarum conuentu, ex editiſſima turre ſe præcipitem dedit. *Vide Herod. l. 3.*

PRĀXĂGŌRAS, πραξαγόρας, Nobilis medicus fuit,cuius aliquoties meminit *Plin.*

PRĀXĪDĪCĒ, es, πραξιδίκη. Deæ nomen,cuius non ſtatuam integram,ſed caput tantùm in templis dedicabant. Hanc Mnaſeas Soteris vxorem facit,eandémque ſororem Concordiæ,& virtutis matrem. *Aitor Suid.* Stephanus Praxidicen Nympham fuiſſe tradit,quæ ex Tremilcte Cragum peperit,à quo Lyciæ mons nomen accepit.

Prāxĭbūlŭs, li, πραξίβουλος, Athenienſium magiſtratus, cuius meminit *Plin. lib. 33. cap. 7.*

Prāxĭs, praxeos, fœmin. generis. Latinè Actio. {פעלה *peʿulláh* מעשה *maʿáſch.* πρᾶξις.GAL.Action,negoce.ITA. *Actione, negocio.* GERM. Ein handlung. HISP. *Obra, negocio.* ANGL.*Doing, orbyſines.*} Vnde practicus,a,um,actiuus,& qui actu ipſo aliquid proficit. Hinc artes dictæ ſunt quædam practicæ , quæ in exercitatione , & ipſa actione conſtant)(theoricæ , id eſt ſpeculatiuæ,& quæ πιστικαί, hoc eſt effectuæ dicuntur. *De vtriſque Quinct. l. 2. c. 18.* Quum ſint autem artium aliæ poſitæ in inſpectione, id eſt cognitione & æſtimatione rerum , qualis eſt Aſtrologia, nullum exigens actum , ſed ipſo rei cuius ſtudium habet , intellectu contenta : quæ θεωρικαὶ vocatur. Aliæ in agendo,quarum in hoc finis eſt , & ipſo actu perficitur , nihilque poſt actum operis relinquit , quæ πρακτικαὶ dicitur, qualis eſt ſaltatio. Aliæ in effectu,&c.

PRĀXĪTĔLĒS, penultima corrept. πραξιτέλης. Statuarius,marmore nobilitatus,& præcipue duplici Venere,Gnidia & Coa. {GERMANIC.Ein vermümpter Bildhauwer.} quarum illam maximè nobilitauit veſanus adoleſcentis cuiuſdam amor , qui noctu in templo delitеſcens ſimulacro cohæſit:& Nicomedis regis æſtimatio , grandi Gnidiorum ære alieno permutare eam conantis. Natus dicitur in extrema Italiæ ora, quam Magnam Græciam olim appellabant:deinde propter artis præſtantiam ciuitate Romana donatus:quam multis etiam egregiis ſignis ornauit:ex quibus à Plinio commemorantur Triptolemus, Flora,Ceres in hortis Seruilianis , Boni euentus , & Bonæ fortunæ ſimulacra in Capitolio:item & Mænades,& quas Thyadas vocant, & Caryatidas & Sileni in Aſinij Pollionis monumentis, & Apollo, & Neptunus,alиaque nonnulla,quæ vide *apud Plin. libr. 34. cap. 8. & libr. 37. cap. 5.* de hoc etiam Propertius , Praxitelem Parius vindicat arte lapis. * Hinc Adiectiuum Praxitelius, *Cic. 2. de Diuinat.* Quaſi non potuerit id euenire caſu,& non in omni marmore neceſſe ſit ineſſe vel Praxitelia capita. Illa enim ipſa efficiuntur detractione, neque quicquam illuc aſſertur à Praxitele.

Prĕcŏcĭa, Vuæ, *teſte Seruio*, dicuntur quæ ante alias matureſcunt,quaſi præcoquæ. *Virgil. 2. Georg.* Et paſſo Phythia vtilior, tenuiſque Lageos Tentatura pedes olim,vincturaque linguam : Purpureæ, preciæque:& quo te carmine dicam Rhetica?

PRĔCĬVS, Lacus nomen eſt, *apud Cic. in Orat. pro Milone.*

Prĕcĭum,& pretioſus, *Vide* PRETIVM.

Prĕcŏr, aris, cum accuſatiuo. Oro, peto. {חלה *chilláh* חתר *chathár* התפלל *hithpallél.* δέομαι, παρακαλῶ. GAL.Prier. ITALI.*Pregare.* GER. Bitten. HISP. *Rogar generalmente.* ANG. *To praye*} *Cicer. 1. de Natur. deor.* Quid veneramur,quid precamur deos? *Ibidem*, Dij quos nos colere, precari,veneraríque ſolemus. [*Ouid. Eleg. lib. 3. Triſt.* Auguſti numen adora : R te precare Deum. *Ouid. 13. Metam.* Laertiadæque precaris quæ meruit.(id eſt imprecaris). *Item*, Quæ ſi Dij ſunt nõ vana precaris. Vterque natus viuit,& precor vinat. *Martial. Epigr. 11. lib. 2.* Eſt mihi ſitque precor. *Ouid. 6. Faſt. Et Eleg. 9. lib. 1. Triſt.* Dubia timeo mente (mortem) timéníque precor. *Ouid. Eleg. 10. lib. 1. Triſt.* Parce precor. *Ouid. Eleg. 3. lib. 5. Triſt.* fruſtráque precanti ore necaturas accipiemus aquas. *Ouid. Eleg. 2. lib. 1. Triſt.* Pergin precari peſſumo.pro ſupplicare. *Plaut. Aſin. ſc. 4. a. 2.*]Iunctum verò cum datiuo , idem eſt quod opto alicui bonam vel malam fortunam. εὔχομαι. *Quintilianus*, Et oram ſoluentibus bene precemur. *Horatius 2. Serm. Satyr. 7.* Miluius & ſcurræ tibi non referenda precati Dixerunt. Dira precari alicui, *Tibull. libr. 2. Eleg. 7.* Male precari alicui. *Cicer. in Piſonem*, An quod tibi proficiſcenti cuenit,vt omnes execrarentur, male precarentur, vnam tibi illam vitam,& ſempiternam eſſe vellent? Precari ad Deos, *Liuius libr. 38.* Precari deos bonas preces. *Catonem capite* 134. Iane pater te hac ſtrue commouenda bonas preces precor. *Precari ab aliquo. Cicer. 3. de Natur. deor.* Bona à quibus precamur , ab iis dantibus nolle ſumere , ſtultitia eſt. ¶Huius compoſita ſunt,Deprecor,Imprecor, *de quibus ſuis locis.*

Prĕcātŏr, Qui pro alio intercedit, vel poſtulat , deprecator. {עתר *ſothér.* ἱκέτης, δεητικὸς GAL.Prieur,qui prie.ITA.*Chi prega.* GERM. Ein erbetter oder furbitter.HIS. *El que roga, rogador.* ANGL. *He that prayeth.*} *Terent. in Heaut.* Nemo accuſat Syre te:nec tu arami tibi,neque precatorem pararis.[Ego precator & patronus foribus. *Plaut. Pſeud. ſc. 2. a. 2.* licet precator aſſiet (Iuppiter) malam rem effugies nunquam. *Plaut. Aſin. Pſeu. ſc. 4. a. 2.*]

Prĕcātĭo, onis, vel bale, Obteſtatio, inuocatio. {תחנה *techinnáh* תפלה *tephilláh.* δέησις, ἱκεσία. GALLIC.Priere. ITAL.*Preghiera.* GERMANI. Ein bitt/oder gebätt. HISPAN. *Ruego.* ANG. *A praying.*} *Cicero pro Murен.* Quòd ſi illa ſolennis comitiorum precatio , Conſularibus auſpiciis conſecrata tantam habet in ſe vim & religionem,&c. *Liuius 9. ab Vrb.* Quid enim aut ſponſoribus in fœdere opus eſſet , aut obſidibus, vbi precatione res tranſigitur? [Neque precatio perfidiis vlla eſt. (aliàs deprecatio.) *Plau. Capt. ſc. 3. a. 3.*]

Prĕcĭs, preci, precem, &c. Obliqui ſunt ab inuſitato nominatiuo prex. Precatio,ſiue obſecratio.{תפנה *techinnáh* תפלה *tephilláh.* δέησις, ἱκεσία. GALLIC.Priere.ITA.*Preghiera.* GER.Gebätt.HISPAN.*Ruego.*ANGL. *Prayer.*} *Terent. Phorm.* Sed parúmne eſt quod omnibus nunc nobis præſuccenſet ſenex, Ni inſtigemus etiam vt nullus locus relinquatur preci? *Quintilian. libro 3. cap.* 10. Hac illi opus eſt occaſione , ne eum talium precum pudeat. *Ter. in Andr.* Nihil eſt preci loci relictum,iam perturbaui

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

perturbaui omnia. *Horat. 2. Epist. 1.* Cælestes implorat aquas docta prece blandus. *Ouidius 2. de Ponto Eleg. 2.* Tempus adest aptum precibus. [*Tibull. lib. 4.* Intentaque tuis precibus se præbuit aure Iuppiter. *Ouid. in Eleg. 13. lib. 3. Trist.* Concipiámque bonas ore fauente preces. *Ouid. Eleg. 3. lib. 1. Trist.* Hac prece adoraui superos. *Plaut. Capt. sc. 1. a. 2.* Te nunc oro per precem. *Ouidius 2. Fastor.* Instat amans hostis pretio, precibúsque minisque. Nec prece, nec pretio, nec mouet ille minis. *Quid. 2. Fast.* In prece totus eram.]

Prĕcārius, a, um, adiect. Est quod precibus petenti vtendum conceditur tandiu quandiu is, qui concessit, patitur. {Δανικόν. GALLIC. Emprunte à la charge de le rendre. ITALIC. *Preso ad impresti.to.* GERM. Das einem auß bitt ein zeit lang gethen vnd vergönnet ist. HIS. *Cosa de ruego.* ANG. *That by sute is granted to one for a while, borrowed on a condition to restore it at the will of the lender.* } In hanc sententiam dictum est à Seneca, hominem esse precarij spiritus [*cap. 11. de Consol. ad Mart.*] Et *apud Curtium ait Alexand.* Mori præstat quàm precario Imperatorem esse. *Idem,* Sed precarium spernebatur imperium. Vbi precarium Imperium dicitur id quod tandiu obtinetur, quandiu qui concessere, permittunt. [Precaria libertas. *Liu. lib. 4. d. 9.* Precariam opem petere. *Linius lib. 3. ab Vrbe.* Precaria omnia putat esse sapiens; vt, oculos, vitam, seipsum. *Senec. cap. 11. de Tranquill.*] Anima precaria, *Tacit. lib. 1.* Meque precariam animam inter infensos trahere. Precarium auxilium, non iustum ferre. *Liu. 8. ab Vrbe,* Ius precarium. *Tacit. de Germanis.* Salus precaria. *Brutus Ciceroni.* Quæstus precarius. *Cic. Octauiano,* Cuius auus fuerit argentarius, astipulator pater, vterque verò precarium fecerit quæstum. [*Senec. cap. 3. de Tranquill.* Siue precarios accessus habet virtus.]

Prĕcārio, nomen, ipsa tetminatione datiui pro aduerbio accipitur. {μετὰ λιτῶν, σὺν δέσει, δανείσματι. GALLIC. Par priere, par emprunt. ITA. *Per prieghi, per importuna.* GERM. Durch bitt / bittlicher weiß. HISPA. *Alcançan do por ruegos.* ANGLIC. *By sute or prayer.* } *Terent. in Eunuch.* Seu vi, seu clàm, seu precario. [*Sueton. in Claud. cap. 12.* Precariò exegit vt id sibi liceret. *Plau. in prolog. Amphit.* Verum profectò id petere me precario à vobis. Precario admissi sumus. Suprà, non mancipio data, sed commodata. *Senec. cap. 10. de Consol ad Polyb.* Precariò hærentes radices, *Senec. epist. 87.*] *Paul Iurisco.* Precario habere videtur, qui possessionem corporis, vel iuris adeptus est ex hac solummodo causa quod adhibuit preces, & impetrauit, vt sibi possidere aut vti liceat. παρακλήσει κεχρῆσθαι. Veluti si me rogaueris vt per fundum meum ire vel agere tibi liceat, vel vt in tectum meum stillicidium, vel tignum in parietem immissum habeas. *Cic. pro Aulo Cecin.* Ne id quidem satis est, nisi doceat ita se possedisse, vt nec vi, nec clàm, nec precario possederit. *Idem 3. de Orat.* Etenim verecunda debet esse translatio, vt deducta esse in alienum locum, non irruisse: atque vt precario, non vi veniisse videatur.

Prĕhĕndo, *Vide* PRAEHENDO.

Prĕlum, li, *Vide* PRAELVM.

Prĕmo, is, pressi, pressum, Propriè calco, & innitor alicui rei cum pondere, stringo. {דחק *dachák* מעך *mahách* חעיק *hebik* צר *tsár* דרך *darách* עס *hás* לחץ *achátz. mizo,* θλίβω. GAL. Presser, fouler, serrer, estraindre. ITAL. *Premere, calcare.* GERMA. Trucken / tringen. HISPANIC. *Cargar ò apretar.* ANGLIC. *To presse.* } *Virg. 4. Georg.* & spumantia cogere pressis Mala fauis. *Idem Æneid. 2.* veluti qui sentibus anguem Pressit, humi nitens. [Iusta pari premitur veluti cum pondere libra. *Tibull. lib. 4.* Ista bona quos exornant, & premunt. *Senec. c. 9. de Consol. ad Polyb.* Premere suas lacrymas: Suprà compescere, *Ibid. cap. 15.* Hæc quæ premunt in studiis. (.i. grauia & difficilia sunt.) *Quint.* fata isthæc me premunt. *Plaut. Amph.* Quem spectans aliquis dentes in vite prementem. *Ouidius 1. Fastor.* Ille premit duram sanguinolentus humum. *Ouid. 4. Fast.* Non expectato vulnere pressit humum. *Ouidius 5. Fastor.* Preme quod cepisti. *Senec.* Protegit hæc (eloquentia) fontes immeritósque premit (.i. opprimit.) *Ouid. Eleg. lib. 2.* Mitraque capillos presserat. *Ouid. 4. Fastor.* Tor premor adueršis. *Ouid. Eleg. 2. lib 5. Trist.* Pressit silentio multorum profectus verecundia. *Senec. cap. 24. de Consol. ad Martiam.* Lubricáque immotas testa premebat aquas. (id est glacies tegebat.) *Ouid. Eleg. 10. lib. 3. Trist.* Parte premor vitæ deteriore meæ. *Ouid. Eleg. 8. lib. 4. Trist.* Teneor, hoste meum pene premente latus. *Ouid. Eleg. 11. lib. 3. Trist.*]

¶ Quandoque ponitur pro aduersari, vexare. *Virgilius 10. Æneid.* Numina nulla premunt: mortali vrgenur ab hoste *Plaut. Amph.* Fata isthæc me premunt. ¶ Quandoque pro effodere. *Idem 10 Æneid.* -sulcúmque sibi premat ipsa carina. ¶ Quandoque pro insequi, insistere, vrgere. {דרך *radháph.* אץ διωκτικῶς } *Virgil. 1. Æneid.* Hác fugerent Graij, premeret Troiana iuuentus. *Idem Georg. 3.* Ingentem clamore premes ad retia ceruum. ¶ Quandoque occultare. { כסה *chasáh.* καλύπτω. *Virg. 1. Æneid.* Spem vultu simulat, premit altum corde dolorem. ¶ Quandoque expellere. {דחף *dachaph* נרף *nadháph.* ὠθίζειν. } *Varro 2.* Inuitamque pressit ab ædibus. ¶ Quandoque cohibere. עצר *hatsár. Virg. 1. Æneid.* Imperio premit, ac vinclis & carcere frænat.

¶ Quandoque claudere. *Vir. 2. Æneid.* -pressit oculos ac vulnera laui. ¶ Quandoque vitiare. {ענה *hinnáh* μοχθίζειν. } *Varro,* Qui toties vilici tui vxorē absente pressisti vito. ¶ Quandoque remouere, excitare. *Vir. 1. Georg.* - & ruris opaci Falce premes vmbram. ¶ Quandoque verberare. *Virg. 1. Æneid.* pelago premit arua sonanti. ¶ Quandoque occidere. *Virg. 9. Æneid.* Armigerúmque Remi premit. Quæ doque demergere, infodere. *Idem 2. Georg.* Quod superest, quæcunque premes virgulta per agros Spargere fimo pingui. Quandoque instare, & dicendo immorari. *Plinius epist. 9. lib. 3.* Quum Cæsam accusarem, nihil magis pressi quàm quod acculator eius, &c. Quandoque reprehendere, maledicere. *Quintil. libro 12. de Cicerone,* præcipuè verò presserunt eum qui videri Atticorum imitatores concupiebant. ¶ Ære alieno premi. *Cic. in Catil.* Qui quanquam premuntur ære alieno, dominationem tamen expetunt. ¶ Facta premunt annos, hoc est superant. *Ouid. 7. Metamorp.* Si titulos, annósque tuos numerare velimus, Facta prement annos. id est plura erunt facta quàm anni, aut maiora quàm pro ætate. ¶ Angustiis premi. *Cæs. 3. bell. Gall.* Quibus angustiis Cæsar à Venetis premebatur, docet. ¶ Huius composita sunt, Apprimo, Comprimo, D primo Exprimo, Imprimo Opprimo, Reprimo & Suppri no, quæ h bent penultimam correptam.

Prēssus, a, um, participiū est. {מעוך *maʿúch* צרור *tsrur* נלחץ *nilchátz.* πιθανμένος. GALLIC. Pressé e prun, serré. ITALIC *Calcato, ca cato.* GERM. Getruckt. HISP. *Apretado ò carcado* ANG. *Pressed* } *Colum. lib. 7. cap. 8.* Illa verò nonsi na est ratio f cienda cali, qu em dicimu mau u pressum. *Virgil. 2. Eclog.* Sunt nob si tria poma, Castaneæ m lles, s pressi copia lactis. *Idem 3 Georgic.* Læt. magis p essi manabunt flumina mammis. Aliquando nom n em, & ponitur p o subtilis ac brevis. *Cic. in Horten.* Quis te autem est, aut fuit vnquam in par tundis tebus, in dehmendis & explicandis sententus p. essior? Ar ando dicitur on stum, gi atiatum. βεβαρημένον. *Virg. lib. 1. Georg.* Cen pressæ quam portum tetigere carinæ. ¶ Presso gradu i edere. hoc est firmo celeri, sed quo cautos incedere vi lemus. *Liu lib 28.* Inde vbi in ip dæ iam pugnæ tempus erat, Hispanos (ea media acies fuit) pre o gradu incedere iube.

¶ Pressum vocat *Ouidius* quod est quasi impressa nota signatum. *lib. 6. Fast.* Certa fides facti est, dictus sceleratus ab illa Vicus. & æterna res ea pressa nota est. *Pressa est insignis gloria facti. Id est autor ignoratur, vt ait Bud. Virg. 12. Æneid.* Quis tantam Rutulis laudem, calúsne, Deúsne, Actulerit, pressa est insignis gloria facti.

Prēssŭs, us, Ipsa pressio seu premendi actus. {מרך *midrách* עקה *ħakáh* מעוקה *meʿukáh.* θλῖψις, συοχή. GALLI. Pressement, foulement. ITA. *Esso premere.* GERMANI. Das trucken. HISPAN. *Apretamiento.* ANG. *A pressing.* } *Cic. lib. 1. de Orat.* Nemo est quin literatissimum togatorum omnium Qu. Valerium Soranum lenitate vocis, atque ipso oris pressu & sono facile vincat. *Idem 2. Tuscul.* Sic animus intentione sua depellit pressum omnem ponderum. [*Ouid. Eleg. 8. lib. 1. Trist.* Cum latet hic (Sol) pressus nubibus illa (vmbra) fugit. *Item,* Non ergo presso tellus consurgit aratro. *Tibull. lib. 4.* Brachia que excepi presso pendentia collo. *Ouid. Eleg. 5. lib. 3. Trist.* Et spumat testa pressus vterque sua. (id est tectus.) *Ouid. 5. Fast* Æterna res ea pressa nota est. *Oui. 6. Fast.* Nec quisquam presso vomere sulcat humum. (id est impresso.) *Ouid. Eleg. 10. lib. 3.* Dissiluit nudo pressa bis vua pede. *Idem Eleg. 6. lib. 4. Trist.* Pressus manu casseus. *Suet. in Aug. cap. 76.*]

Prēssūrā, æ, Pressus, huius pressus, hoc est actus ipse premendi. {מרך *midrách* עקה *ħakáh* מעוקה *meʿukáh.* θλῖψις, συοχή. GAL. Pressoirement, pressurage. ITALIC. *Essò premere ò stringnere.* GER. Ein truck oder zwang. HISPAN. *Apretamiento.* ANG. *A pressing.* } *Plinius lib. 18. cap. 31.* Pressura vna culeos xx. implere debet. *Colum. lib. 2. cap. 36.* Mustum tortium est, quod post primam pressuram vinaceorum circunciso pede exprimitur.

Prēssō, as, Frequentatiuum à premo. {πιεστικῶς. GAL. Presser souuent. ITA. *Premere souente.* GERM. Embsig trucken eins truckens. HISP. *Apretar muchas vezes.* ANG. *To presse often.* } *Virg. 3. Eclog.* -pressabimus vbera palmis. ¶ Inuenitur & pressor, aris, deponens. *Plaut. in Persa,* Vomisca est, pressare parce.

¶ Pressatus, participium. *Plaut. Asin.* Quin tradis hac crumena pressatum herum.

Prēssĕ, aduerbium, Subtiliter, breuiter. {πιεστικῶς, συντόμως, λεπτῶς. GALLI. Serreement, sans superfluité, breuemẽt. ITAL. *Brevemente senza superfluità, senza vagare.* GER. Kurtzlich / eintzegentlich / one vberfluß. HISPAN. *Apretada ò cargadamente, brevemente.* ANG. *Shortlie, briefflie.* } *Cic. 1. Offic.* Alterum exercitatio augebit, alterum imitatio presse loquentium, & leniter. *Idem 4. de Finibus,* Sed vt propius ad ea Cato accedam, quæ à te dicta sunt, pressius agamus: eáque quæ modò dixisti, cum his conferamus quæ tuis antepono.

Prēssōrĭus, a, um, adiectiuum. {πιεστήριος, πιεστικός. GALLI. Dequoy on ſert à presser. ITALI. *Cosa da premere.* GER. Das zu dem trucken dienstlich ist. HIS. *Cosa para apretar.* ANG. *That serueth for pressing* } vt pressorium vas, in quo quid premitur. *Colum. lib 12. cap. 18.* Tum sacrificia Libero, Liberæque, & vasis pressorijs, quàm sanctissimè, castissimeque faciendo.

* Prendo pro prehendo, *vide in* Præhendo, Et Prensare *vide in* Præhensare.

Prĕpŏn, Latinè decorum. {נעים *naʿim* נעמה *neʿimáh* נעם *noʿám.* εὐπρεπῶν. GALL. Honneste, honneste grace. ITALIC *Decoro.* GERMAN. Der wolstand / gezimmung vnd erbarkeit in worten vnd wercken. HISPANI. *Hermosura.* ANG *Comlinesse, that is decent and becometh* } *Cicer de Orat.* vt in vita, sic in oratione nihil est dificilius quàm quod deceat. εὐπρεπῶν appellant Græci, nos dicamus sane decorum *Item 1 Offic.* Hoc loco continetur id quod dici Latine decorum potest. Græce enim εὐπρεπῶν dicitur.

Prĕsbўtĕr, eris, Senior. {זקן *zaken* πρεσβύτερος. GALLIC. Ancien, prestre. ITA. *Huomo antico, prete.* GER. Ein alter oder eltester. HISPAN. *Ancciano, viejo, presbytero.* ANG. *An elder.* } *Augustinus,* Sane etiam grandiorum ætatis, & sicut Scriptura loquitur, plenum dierum posse dici seniorem, hoc est presbyterum. Proinde omnis senex etiam presbyter, nõ omnis presbyter etiam senex: quia plerunque est hoc nomen ætatis, quæ infra senectutem senectuti vicina est, & ex hoc etiam ipsa à senectute nomen accepit in Latina lingua.

Prĕstĕr, presteris, penultim. genitiui prod. {שרף *saráph.* φρυκτός. } Serpentis genus est, quem alio nomine vocant dipsadem. *Lucanus libro 9.* Oráque distendens auidus spumantia prester. *Plin. lib. 20. cap. 20.* Sagittarum venena, & serpentium hæmorrhoidum, & presterum restingui. ¶ Est etiam prester cælestis flammæ genus, qui quicquid attingit, amburit, & proterit. *Plin. lib. 2. cap. 48.* Hiems ardentior accensúsque dum furit, prester vocatur, amburens contacta pariter & proterens.

Prĕtĭŭm, tij, Quod datur pro re empta. {יקר *iekár* מחיר *mechir* שכר *sachár* τιμή. GAL. Pris. ITAL. *Prezzo, preggio.* GERMANIC. Der kosten oder daß gelt / mit welchem man ein ertaufft ding bezalt / die wirdigung HISPAN. *Precio, estimacion de cada cosa.* ANGLI. *Price or valew.* } *Paul in Pær.* Isto pretio tuas nos facile feceris. *Virgil 4 Æneid.* Fœmineæ preces, quæ nostris errans in finibus, vrbem Exiguam pretio posuit. *Terentius Heaut.* agrum in his regionibus meliorem, neque pretio maioris nemo habet [Pretium vehendi. *Ouid. 2. Fast* Pretio omnia temerata. *Virgil eius.* R

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ciam istoc pretio. *Plau. Pseud. sc. 3. a. 1.* Vt piscis quicquid est pretio præstinem. *Idem ibid. sc. 2. a. 1.* Facito vt pretio peruincas tuo. *Plautus Curcu. sc. 3 a. 1.* Homo haud magni pretij. *Ibidem,* Nihil pretio parsit, filio dum parceret. *Idem Capt prologo.* Nullus est tam parui pretij quin pudeat. *Plautus Aul. sc. 6. a. 4.* Muli pretio superant equos. *Ibid. sc. 5. a. 3.* Ante omnes minimi mortales pretij. *Idem Asin. sc. 2. a. 5.* Meus conseruus homo haud magni pretij. *Plau. Milit. sc. 1 a 2.* Seu vitæ labe carentis est pretium, nemo pluris emendus erat. *Ouidius Eleg 8. libro 1. Trist.* Pretium facere dicitur qui licet. *Martia. Epigr. 60. lib. 9 Et epigr. 53. libro 1.* Qua idiu fuerit in pretio Romana nobili. *Sene. capite secundo de Const. ad Mart.*

¶ Auellere pretium antequam ostendatur merx. *Hora. 1. Serm. Saty. 2.* -an tibi mauis Insidias fieri, pretiumque auellier ante, Quàm mercem ostendi? Capi pretio. *Tibul. lib. 3. Eleg. 1.* -pretio capiuntur auarè ¶ Aliquando pretium accipitur pro mercede siue præmio: idque interdum in meliorem partem. *Teren. in Andr.* Feci e seruo vt essies libertus mihi, propterea quod seruiebas liberaliter. Quod habui summum pretium, periculi tibi. *Virgilius 5 Æneid.* Et palmæ pretium victoribus. Interdum in deteriorem, vt idem fere sit quod pœna. *Ouid 10. Metamorphos.* Mors pretium tardis: ea lex certaminis esto. *Terent. in Andr.* Ego pretiũ ob stultitiam fero. [Verbera, compedes, molæ, hæc sunt pretia ignauiæ. *Plautus Menæch. sc. 6. a. 5.* Quid pretij detur ab heris. *Plautus Ibid.* Prope est, vt herus quod strenue fecerim, pretiũ exoluat. (id est libertatem.) *Ibid.* Cuius equos pretium pro nocte poposcerat hostis. *Ouid. 13. Metamorphos.* Grande pretium tulit perieuerantiæ. *Sueton. in Tib. capite 16.* Pretium tulit clementiæ (id est mortem.) *Velleius.* Hoc pretium vitæ vigilatorumque laborum. *Ouid. Eleg 1. libro 2. Trist.* Conseruatæ patriæ pretium calamitatem exilij Cicero tulit. *Velleius.* Ipse tulit pretium iam nunc certaminis huius. *Ouid. 13 Metamorph* Et pretium dignis, nec sibi quisque placet. *Ouidius 5. Fast.* Pretium nonoremque. *Liuius libro 5. d. 5.* Crimina vidistis pretio quæ obiecta patebant: (i. auro & mercede proditionis.) *Ouid. 13. Metamorph.*] ¶ Legitur etiam pretium aliquando pro composito operæ pretium. *Tacitus libro 2.* Res eo anno prolatas haud referrem, ni pretium foret Cn. Pisonis, & Annij Galli super eo negotio diuersas sententias noscere. Pretium operæ, & pretium curæ, locutiones notatu dignæ. *Plin.* Id vero audire pretium operæ sit. *Plinius Ep* 159. Postea mihi visum est pretium curæ, ipsium Senatusconsultum quærere.

Prĕtiō ũ. a, um, Quod est multi pretij { יקר *jakár.* πάμπολυς, ἔντιμος, πολυτίμητος. GALLIC. Precieux, riche, & de grand valeur. ITA. *De gransimo prezzo.* GERMAN. Köstlich/vil wärt. HISPAN. *Di mucho precio.* ANG. *That is pretious and of gread malew.* } *Plautus in Bacch.* At nimium pretiosa operaria es. *Cicero 3 Officior.* Quærit si in mari iactura facienda sit, equine pretiosi potius iacturam faciat, an serui vilis.

¶ Emptor pretiosus, hoc est sumptuosus, qui magno pretio aliquid emit. *Horat. 3. Carm. Ode 6.* Seu nauis Hispanæ magister Dedecorum pretiosus emptor. *Ouid. 3. Amor.* Ingenium quondam fuerat pretiosius auro. *Idem 1. Metam.* -iuuentusque argentea proles Auro deterior fuluo, pretiosior ære.

Prĕtiōsĕ, adu. { πολυτίμως, ἐντίμως, πολυτελῶς. GA. Richemẽt. IT. *Riccamente.* GE. Köstlich. HISPA. *Richamente.* ANG. *Pretiouslie, richelie.* } *Cicero 2. de Inuen.* Vasa magnifica, & pretiose cælata. *Gell. libro 5. c. 5.* Pretiose armatum exercitum.

Prĕtiōsĭtās. πολυτέλεια. *Macrob. Satur. l. 7. c. 13. ex Atteio Capitone,* Electus autem, *inquit,* ipsa læua manu digitus minimo proximus, quasi aptior cæteris cui commendaretur annuli pretiositas.

PRĬĂMŬS, penultima correpta, πρίαμος, Laomedontis Troianorum regis filius. { GERMANIC. Ein König der Trojaner / vnd der vatter Paridis. } Ἀπὸ τῶ πριάσθαι, quod est emere, *autore Seruio.* Nam puer ab Hercule, qui patrem Laomedontem interfecerat, captus cum Hesiona sorore, solus pecunia redimi potuit: vel secundum alios, quia Hercules eum à vicinis hostibus redemptum in paterno regno locauit. Eum à Ioue originem traxisse ferunt. Dardanus enim filius fuit. Iouis ex Electra, cuius filius fuit Erichthonius. Hic filium habuit Troem, qui regionem quæ à Dardano Dardania dicebatur, Troiam à se dixit. Huius filij fuerunt Assaracus & Ilus, qui vrbem totius regionis caput, Ilion à se vocauit. Hic filium habuit Laomedontem, qui pater fuit Priami. At Priamus ipse, patre ab Hercule interfecto, auro redemptus, Ilion instaurauit simul & exornauit, regnique limites vsque adeò protulit, vt non solùm Troiæ, sed totius fere Asiæ rex videretur. Hecuba n filiam Cissei regis Thraciæ vxorem duxit, habuitque, *teste Cic. Tusc. Quæst. li. 1.* filios quinquaginta, quorum decem & septem ex iusta vxore sunt nati, ex quibus fuit & Paris, qui repetiturus Hesionem sororem in Græciam profectus, Menelao Helenam vxorem rapuit, vnde ortum est bellum decennale à Græcis in Troianos, in quo vidit filios fere omnes ab hostibus interfectos. Tandem capto Ilio, & ipse à Pyrrho Achillis filio occisus est prope aram Iouis Hercæi, in sanguine Politæ filij, *vt est apud Virgilium libro 2. Æneid.* Fortitan & Priami fuerint quæ fata requiras, &c. At verò Ili frater Assaracus Capyn genuit, ex quo Anchises, & ex illo Æneas. *Ouid. libro 4. Fastor.* [*Ouidius 13. Metam.* Et moueo Priamum, Priamoque Antenora iunctum.]

¶ A Priamo fit Priamides patronymicum prima longa: & Priameius, a, um, prima breui. [*Ouid. 13. Metamorphos.* Priamidem Helenam rapta cum Pallade captum.] Fuit & Priamus alius Politæ filius, superioris nepos, quem Æneas ex Troiæ excidio secum in Italiam duxerat. *Virg. libro 5. Æneid.* Vna acies iuuenum ducit, quam paruus ouantem, Nomen aui referens Priamus, tua clara Politæ Progenies auctura Italos, &c.

PRĬĂPŌNNĒSŬS, πριαπόννησος, Insula est in sinu Ceramico. *Plinius libro 5. cap. 32.*

PRĬĂPŬS, penultim. producta, πρίαπος. Liberi patris & Veneris filius, quem superstitiosa antiquitas hortorum præsidem credidit. { GERMANIC. Ein Gott der gärten / den malet man mit einem fast grossen mänlichen gliid. } *Horat 1. serm. Satyr. 8.* Olim truncus eram ficulnus, inutile lignum, Quum faber addubitans scamnum faceretne Priapum, Maluit esse deum: deus hinc ego furum, auiumque Maxima formido. Idem & Lampsacenus dicebatur a Lampsaco non ignobili Troadis vrbe ad Hellespontum sita, in qua & natus creditur. * Est & Priapus Hellesponti vrbs, *teste Plin. lib. 5. cap 32.* à Priapo, Liberi & Veneris filio, condita: cœptus est enim ibi coli ob vincta vberrima, quæ Parianæ & Lampsacenæ regione sunt, *autore Strabone.*

PRĬĂPĒIA, πριάπεια, Carmen obscœnum, quod nonnulli Virgilio, alij alius ascribunt.

PRĬĂPĪSMUS, πριαπισμός, πυτιάσεως, Morbus est quum genitale membrum in longitudinem protenditur, & in circuitum inane sine vllo appetitu: quod vitij genus, iis potissimum olet vitio venire, qui hortorum deo, quod qui hoc vitio laborant, colere iusto maiore habere consueuerint, & mittat Priapeij membri assidua extentum vsus. *Plura de hoc apud Galenum lib. 6. de Locis affectis.*

PRĬĂPĪS, Hellesponti vrbs, *teste Plin. lib 5. cap. 32.* a Priapo Liberi & Veneris filio condita: seu vt alij volunt, a Melissa nympha Priapi Cyzici regis filia. Est enim ibi copiosum vinetum vberrimum quæ tota ea regione sunt, *autore Strab. l. 1.* Lampsacena regione sunt, *autore Strab. l. 1.*

PRĪDEM, temporis aduerbium, paulo ante, vel paruo tempore { בבר *chebár* מִכְּבָר מִקֹּדֶם מִלִּפְנֵי. GALL. Il y a long temps. ITA. *Gia è buona pezza de tempo.* GER. Vntangest hieuer vor etlicher zeit. HISPA. *Ha ya, luengo tiempo.* ANGLI. *Long syne, a great while ago.* } *Plin. cap. 16.* Ipsi vero pridem vidimus ea omnia præter paucis per attributa Cornelij Taciti Equitis Romani. [*Plaut. Amphit.* Quamdudum factum est, iamdudum pridem, modo.] ¶ Aliquando de remotiore tempore dicitur, multo ante, vel multo tempore prius, quo modo. *Apuleius,* Quod pridem Plato affirmauerat. Quod si cum pridem aut dudum ad tantus non, vel quàm, vel ita, significant multum tempus ante. *Cicer. pro Quint. Roscio,* Quampridem Panni non enim ad retulisti? Hoc est quàm multo tempore ante. *Terentius in Eunuch* Hoc euasit, quampridem pater mihi & mater mortui essent. desit quantum temporis præterisset. *Cicer. in Bruto,* Nostra autem ciuitas eam pridem dominatu regio liberata. (id est non multo tempore ante.) *Vide Vallam l. 2. c. 34.*

PRĪDIĒ, aduerbium, & Pridianus, a, um, *vide in dictione* POSTRIDIE.

PRIENĒ, πριήνη, Vrbs maritima (*vt inquit Strabo lib 12. & 14.*) quæ in ductu Mæandri fluminis inter ipsam, Miletumque labenti, terminea facta est, Biante alumno nobilis, qui patria aliquando abiens bus capta, quum reliqui omnes fugientes aliquid rerum suarum portarent, interrogatus ipse cur adeo nil efferret. Omnia (inquit) mea tecum fero, summas diuitias in animo statuens. *Memorabilis huius Ciceronis Paradoxis.*

Prienæus, & Prienensis. *Sidonius,* Prienæe Bias, quod plus tribus malorum.

PRĪMĀRĬŬS, Primates, Primitiæ, Primipilus, *vide* PRIMUS.

Primus, a, um, Quandoque ad numerum ordinem refertur, quemodum & secundus, & tertius. { רִאשׁוֹן *risch'n.* πρῶτος. GALLI. mier. ITA. *Primo* GERMAN. Der erst. HISP. *Cosa primera en orden* ANG. *The first.* } [*Gellius cap. 7. lib. 7* Primus adprimus primi nihil habent acutam. Primus heres. *Vide* Heres, supra. Quid primum a nescio. *Plaut. Pseud. sc. 2. a. 5.* Primus, & vltimus vltimus (Syscriptionis exemplum inuenit. *Velleius.* Post primas acies vnibus continuere. *Ouid. 13. Metam.* Dabo ei talentum quod primum excurrerit. *Plaut. Mostell. sc. 1. a. 2.* prima via inducamus hæc vera (id est initio persuadeamus.) *Plau. Milit. sc. 2. a. 2* Prima luce *Cæsar lib. 1. de bell. Ciu.* prima nocte, *Idem lib 3. de bell. ciu.* Primam differre conuiuia. *Sueton. in Cæs. cap 52.* Primaque fuit illi dandi tempora, cætera vobis. *Ouid. 13 Metam.* Primaque lux nostra tecum fuit, la perich. *ibid.* Obtulimus quia nos ad prima pericula simus hortati? *Ibid.* post primam facem (id est post primam noctem.) *Gell. lib 3.* Prima vesperi. *Vide* Vesperi.] *Terentius in Adelph.* Primus sis tu malo nostra, primus resciscito omnia. *Virgil. 2. Æneid.* Primus ibi ante omnes, magna comitante caterua, Laocoon ardens summa decurrit ab arce. *Cicer. Appio libr. 3.* Prima duo capita epistolæ tuæ tacita ni quodammodo relinquenda sunt. *Plancus Ciceroni libr. 10.* Primæ tuæ sententiæ infinitis cum muneribus, posteriores ad tempus a bitrumque amicorum meorum compositæ. *Horat. 2. Epist.* Extremi primorum extremis vsque priores. Iungitur autem frequenter apud bonatores cum quisque: vt, Primo quoque tempore, primo quoque die. *Liu. 6. ab Vrb.* Decreuerunt vt primo quoque tempore de ea re ad populum ferretur. *Cæs. 6. belli. Gall.* Cupiebat Cæsar, si qua conditione posset, aduersarios in æquum locum deducere, & primo quoque tempore bello decernere. *Pompeius ad L. D mitium.* Vt primo quoque Lucriam aduenires. ¶ Prima quaque occasione, id est vbi primum se offeret occasio. ὅταν πρῶτα ἐγγένηται, ἢ ἐπιχείρησον χρόνον. *Plinius l.*

Proinde prima quaque occasione mitte.

¶ Quandoque idem valet quod princeps *Virgil. Æneid.* Primaque ad Troiam pro charis gessérat Argis. ¶ Quandoque ponitur primo, sicut & prior pro meliore. πρότερος. *Idem 9 Æneid.* -primi ceciderunt tot miserit Orco. [*Liuius,* Initio *lib 9.* Primus be la or, id est præstantissimus.) O inter dilectos pars prima sodales. *Ouid. Eleg 9. lib. 4. Trist.*]

¶ Quandoque pro præcipuo. *Idem 12. Æneid.* -quantos primus patiere labores. ¶ Quandoque pro eo ante quem nullus est. *Virgil. Ecl.* Hic mihi respondit primus dedit ille petenti.

A primo, pro ab initio. *Cicer. Attic. li* 8. Hoc à primo cogitaui. *Idem libro 16* Vetus amicitia *libro 9.* Tuas nunc epistolas à primo lego. *Idem libro 16* Vetus amicitia primo ita tibi esset visum. ¶ Prima plurali numero, pro principia. *Liu. libro 1.* Quod bellum si prima fatis prospera fuissent, haud dubie peruenisset ad Romanos. *Curt.* Adeóque aciem verso, ut pars cursuit, vt qui vltimi stabant ne circuirentur, verti ramen, & fit tum cursum agi possent: itaque non prima quàm latera, non latera nisi tergo fuere quàm terga. *Tacitus libro 18.* Quoniam prima consilia nostra ceciderunt.

¶ Primis labris gustare. *Cicer. 1. de Natur. deor.* Hunc censes primis vt dicitur) labris gust. sse physiologiam, id est naturæ rationem, quicquam quod ortum sit, putet æternum esse posse? Hinc fit dubia, Primò, Apprime, Primum, Primitus, In primis, cum primis, *de quibus suis locis.*

Primæ, arum, pluralis tantùm numeri, idem valet quod primæ partes, vel primus

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

vel primus in re aliqua locus. {τὰ πρωτεῖα, τὰ πρῶτα. GALLIC. Les premiers. ITAL. *Le prime parti.* GERMANIC. Der furnemste theil oder ort der vorzug oder vorsitz. HISPA. *La ventaja ò mayoria, las primeras partes.* ANGLIC. *The first partes or place in any thinge.* } Vnde primas ferre, vel tenere dicitur qui primum in re aliqua locum obtinet. *Cicero in Bruto*, Ex his Cotta & Sulpitius, cùm meo iudicio, tum omnium facile primas tulerunt. id est sapientissimi, & doctissimi habiti sunt. *Et iterum*, Erat excellens iudicio vulgi, & facile primas tenebat. τὰ πρῶτα ἤνεγκεν. *Idem de Clar. Orat.* Primas in causis agebat Hortensius.

¶Dicimus in eadem significatione, Concedere, & dare primas alicui. *Cic. 2. de Orat.* Non possum equidem non ingenio primas concedere. *Idem 8. Philipp.* Pater tuus quo vtebar sene autore adolescens, homo seuerus & prudens, primas omnium ciuium P. Nasicæ, qui Tiberium Gracchum interfecit, dare solebat.

¶Deferre primas alicui: pro tribuere principem locum. *Cic. 1. de Natura deorum*, Ad quem tum Epicurei primas ex nostris hominibus deferebant. *Idem ad Attic. lib. 1.* Amoris erga me, quum à fraterno amore, domesticóque discesi, tibi primas defero. Id est post eos ille es qui maximo me amore prosequeris. *Idem in Orat.* Cui primæ sine controuersia deferebantur.

Primùm, aduerbium, Primò, primo loco. {בראונה *bariſchonáh.* πρῶτον. GAL. Premierement. ITAL. *Prima, primamente.* GERMANIC. Den ersten oder zum ersten. HISPAN. *Primeramente* ANGLI. *First.*} Ab hoc fiunt composita, quamprimum, & vt primum. [Vt, vbi primum est licitum properani abire. *Plautus Menæch. sc. 2. a. 4.* Iamdudum factum est cùm primum bibi. *Plaut. Asin. sc. 2. a. 5.* Omnium primum. *Plautus Mostell. sc. 1. a. 2.* Omnium primum Alcmena geminos peperit filios. *Plaut. Amphitr. sc. 2. a. 5.* Primum omnium Alcmenæ vtiram corporis cepi. *Plautus Amphitr.* Omnium primum salutem dicito matri & patri. *Plautus Capt. sc. 2. a. 2.* Primum dum. *Plaut. Milit. sc. 3. a. 2.* ¶Primò dum. *Plaut. Capt. sc. 2. a. 1.* Multis est opus militibus, Primò dum pistoribus scilicet.]

¶Ponitur autem aliquando in oratione nulla alia sequente clausula. *Plautus in Asin.* Censen' tu illum hodie primùm ire assuetum in ganeum? Aliquando alia sequente clausula, cui præponitur præterea, vel deinde. *Terentius in Adelph.* Næ ego sum infœlix? primum fratrem nusquam inuenio gentium: Præterea autem dum illum quæro, à villa mercenarium vidi. *Idem in Prolog. Heaut.* Id primum dicam: deinde quod veni eloquar. Nonnunquam sequitur tertia clausula, cui præponitur postremò. Aliquādo pro postremò bis subiungitur deinde. Primō, Initiò, principiò, vel ante omnia. {בראשונה *bariſchonáh* πρῶτον, πρῶτα. GAL. Au commencement. ITA. *Prima, ne principio.* GE. Erstlich/ von ersten. HIS. *Primeramente.* ANG. *Frist or in the beginning* } *Terent. in Phor.* Cœpi aduersari primò.

¶Primiter dixit *Pompeius in Maccis*, geminis prioribus, Bono animo es, cripis primiter. *vide infrà.* ¶Prime, Næuius in ἀλωτοζωμένῃ. Acontizomenus fabula est prime proba, *Sospitater l. 11. Gram.*

Primŭlus, penultima corr. diminut. *Plaut. in Amphitr.* Primulo diluculo abiisti ad legiones. ἐπὶ πρῶτον ἔτος.

Primŭlùm, aduerb. πάνυ πρῶτον αὐτίκα. *Terentius in Adelph.* Paulatim plebem primulum facio meam. *Plaut. in Menæch. sc. vlt. a. 5.* Nam tum dentes mihi cadebant primulum. [*Plaut. Men. sc. 5. a. 5.* Occœptat insanire primulùm.]

Primārĭus, a, um, Primus, princeps, summus. {הראש *haróſch.* ἀρχικός. GAL. Premier, qui est vn des premiers. ITAL. *Primaio.* GERM. Das erst oder furnemst. HISPANI. *Cosa premiera en dignidad.* ANGL. *The first, chief or principall.* } Primarius lapis, qui primus in aliquo ædificij fundamento ponitur. Primarij ciues, qui primi sunt in ciuitate, qui principes ciues, & viri principes dicuntur. οἱ πάνυ ἔνκριτοι, ὀξάριστοι. *Cicer. 5. Verr.* Hæc omnia doceo ciuitatum & priuatis primariorum virorum testimoniis. *Plin. libro 7. cap. 43.* Voluisse enim primarium bellatorem esse, optimum oratorem, fortissimum Imperatorem, &c. *Plautus Stichos*, Quin vos capitis conditionem ex pessuma primariam? *Terentius Phorm.* -Neque huius sis verrius fœminæ primariæ, Quin tu nouo modo ei faceies contumelias. Primario loco esse. *Cicero 3. de Finib.*

Primātes, Dicti sunt qui & summates siue optimates, qui sunt primi in ciuitate. {ראשים *raſchim* גדולים *gedholim* שרים *ſarim* קצינים *ketsinim.* οἱ πρωτεύοντες. GAL. Les premiers & principaux. ITA. *Primati.* GER. Furnemsten/ zu oberist am brãt sitzend. HISPA. *Los principales del pueblo.* ANG. *The principalles or nobles.*}

Primātŭs, huius primatus, pen. prod. masc. gen. Ipsa primatus dignitas, siue ordo, principatus. {משרה *miſráh.* τὸ πρωτεῖον, τὸ ἀρίστειον, τὸ τῆς πρώτης τάξεως ἀξίωμα. GALL. Principauté, primaute. ITAL. *Principato, primo luoco.* GERMA. Der furnemsten oder obersten standt vnd würde. HISPAN. *Primeria en dignidad, principado.* ANGLIC. *Principalitie or primacie.* } *Plin. lib. 15. cap. 12.* Primatum mutauit Cæsar. *Idem lib. 8 cap. 5.* Ob id phaleris argenteis, quo maximè gaudent, & reliquo omni primatu donauit. ¶Primatum dare alicui rei. *Varro 1. de Re rust. cap. 37.* Alij dant primatum bonis pratis, vt ego quoque: à quo antiqui prata parata appellabant.

Primāni, Primæ legionis milites dicebantur, quemadmodum Secundani, secundæ: Tertiani, tertiæ, οἱ καὶ αἱ πρώτιστοι, οἱ ὅτι τοῦ πρώτου λεγῶνος μέρος. *Tacit. Annal. li. 1.* Primani Vratis, vna & vicesimanorum principibus, aquilam abstulere. Primanus Tribunus is dicebatur qui primæ legioni tributum scribebat, *vt tradit Festus*, citans Catonis orationem quam de suis virtutibus contra Thermum habuit.

Primōres, aliquando adiectiuũ est, ac valet idem, quod summi vel extremi. {ראשים *raſchim* גדולים *ghedholim* סרים *ſarim* קצינים *ketſinim.* οἱ πρῶτοι, οἱ ἄριστοι. GALLIC. Les premiers. ITALIC. *Primi, primarij.* GERMAN. Die vordersten oder ãusserstẽ. HISPANIC. *Los primeros.* ANG. *The noble and speciall men.* } vt Primores vngues, Primores digiti, Primores nares, Primoribus labris: nam in neutro genere reliquos casus non habet. Primores (*inquit Nonius*) dicitur sũmæ quæq; res. *Lucil. li. 8. Satyr.* Gallinaceus quũ victor se gallus honeste Sustulit in digitos, primoreiq; erigit vngues. *Plaut. in Bacch.* Sic hos digitulis duobus sumebas primoribus? *Idem in Trinummo*, Atque etiam modò versabatur mihi in labris primoribus. *Primoribus labris gustare, est leuiter quippiam attingere, & quod barbarè dicitur, superficialiter. Cic. pro Cælio*, Equidem multos & vidi in hac ciuitate, & audiui, non modò qui primoribus labris gustassent genus hoc vitæ: & extremis (vt dicitur) digitis attigissent: sed qui totam adolescentiam voluptatibus dedidissent, emersisse aliquãdo. [*Gell. ca. 4. lib. 10.* Primores labias emouemus.] Primores viri, hoc est primi, siue optimates. *Suetonius*, Scripta famosa, vulgóque edita, quibus primores viri ac fœminæ notabantur, abolere. [*Idem Suet. in Cæs. ca. 16.* Per primores viros egit ei Senatus gratias. *Plaut. Amphitr.* Amphitruo delegit viros primorum principes, Eos legat Telebois.]

¶Accusatiuum singularem protulit *Gellius lib. 16. cap. 5.* Animaduerti quosdam (*inquit*) haudquaquam indoctos viros opinari, vestibulum esse partem domus primorem, quam vulgus atrium vocat. *Et Cato cap. 81.* Surculos in terram deprimito, extolitóque primore partem. ¶Ponitur aliquando primores substantiue pro optimatibus. *Liuius 1. ab Vrbe*, Restitere Romani tanquam cælesti voce iussi: ipse ad primores Romulus procolat. *Virgil. 9. Æneid.* Protinus armati incedunt. quos omnis euntes Primorum manus ad portas, iuuenumque, senúmq; Prosequitur votis. *Vbi Seruius*, Primorum: genitiuus hic venit ab eo quod est, hi Primores, sicuti hi Proceres, quorum nominum nominatiuus singularis non inuenitur, licet dicamus, huius primoris. *Horat. 2. Serm. Satyr. 1.* Primores populi arripuit, populúmque tributim. ¶Nonnunquam pro dentibus anterioribus qui primi in ridendo reteguntur: Græce τομεῖς κτίνες dicuntur. *Plinius libro 11. capite 37.* Terrestrium minutis quadrupedibus primores bini vtrinque longissimi. *Ibidem*, Capræ superiores dentes non sunt, præter primores geminos.

Primæuŭs, a, um, In primo ætatis flore constitutus, æuo & ætate primus. {ὁ ἀκμάζων τῇ ἡλικίᾳ. GAL. De la premiere aage, le plus aagé, ou plus vieil. ITA. *Dieta fiorita.* GERMA. Des ersten/ blühenden alters. HISP. *Cosa de la primera edad.* ANGLI. *The eldest, or of the first age.* } *Virg. 9. Æneid.* -Vix vnus Helenor, Et Lycus elapsi: quorum primæuus Helenor. *Idem 10. Æneid.* -primæuo corpore Lausus. *Idem 7. Æneidos*, primæuo flore iuuentus.

Primĭcērĭus, di, cera (*vt autor est Hieronymus in Chronicis, & Cassiodorus in Epistol.*) dicebatur notarius principis qui cæteris honore antecedebat. Antiqui enim in ceratis tabulis scribebant. Idem & Græcè πρωτονοτάριος dicitur. *Rhenatus Frigiridus in Histor. Honorij & Theodosij.* Rusticus Agretinus ex primicerio notariorum Iouini, multíque nobiles apud Aruernos capti. Ad eundem etiam modum secundicerius dicebatur, qui secundum inter principis notarios gradum obtinebat. *Dicitur autem Primicerius, non solùm primus notariorum, sed etiam primus aliarum dignitatum. *Ammian. Marcell. lib. 18.* Inter quos eriam Valentinus ex primicerio protectorum tribunus. *Hieron. in Chron. Euseb.* Iouinianus ex primicerio domesticorum, imperator est factus.

Primĭgĕnĭus, a, um, Primitiuus, quasi primogenitus. {בכור *bechór.* ἀρχιγενὴς, πρωτόγονος, πρωτότοκος. GAL. Premier né, creé, engendré. ITA. *Premieramente generato, primogenito.* GER. Erstlich geboren/ anfengklich. HIS. *Primero engendrado.* ANGL. *The first begotten.* } Vnde Primigenia semina dicuntur quæ à natura nobis insita sunt, quæ *Cicero* prima naturæ, & Græci τὰ πρῶτα φύσεως appellant. In his numerant incolumitatem, conseruationem que omnium partium, valetudinem, sensus integros, doloris vacuitatem, vires, pulchritudinem, cæteráque huiusmodi. *Varro 1. de Re rust. cap. 40.* In his intus primigenia semina dedit natura. ¶Primigenia pecuaria. *Varro libro 2. capite 2.* Dicam de primigenia pecuaria, id est de ouibus, quales sint ad fœturam vtiles. ¶Verba item vocantur primigenia, πρωτότυπα, vt lego, scribo, quæ non sunt profecta ab alio, sed suas quasi radices miserunt. ¶Item primigenius sulcus dicitur, *teste Festo*, qui in condenda noua vrbe iunctis tauro & vacca designationis causa imprimebatur. ¶Et primigenia iura, primi & maximi natu filij, τὰ πρωτοβεῖα. ¶Primigenia fortuna. *Cicer. 2. de Legib.* Fortunáque sit vel huiusce diei: nam valet in omnes dies: vel reipiciens ad opem ferendam: vel fors, in quo incerti casus significantur magis: vel primigenia à gignendo. *Liu. lib. 34.* Et ædem Fortunæ Primigeniæ in colle Quirinali dedicauit Qu. Martius Ralla, Duumuir ad id ipsum creatus.

*Primigenus, a, um, aliud Adiectiu. pro eodem. *Lucret. libr. 2.* Multáque post mundi tempus genitale, diemque primigenum maris & terræ, solísque coortum, &c.

Primĭtĭuŭs, a, um, Quod aliunde nõ habet originem. {πρωτότυπος. GAL. primitif, primeram, premier. ITA. *Primitiuo.* GERM. Anfengtich oder vrsprüngtich. HISP. *Cosa primero engendrada.* ANG. *The first, that cometh not of an other.* } Vnde & primitiua verba quæ aliunde non deriuantur. Amo. primitiui anni. *Columell. de arbor. cap. 23.* Ea res & fertilem arborem reddet, & primitiuis annis fructum vinosum: postea verò etiam dulcem, & apyrinum.

Primĭpărā, penultima corrept. Dicitur fœmina in quouis animalium genere, quæ primò pepererit. {πρωτοτόκος, ἡ. GAL. Qui accouche de son premier enfant. ITALIC. *Di primo parto.* GERMAN. Die zum ersten gebirt. HISPAN. *Hembra primeriza.* ANG. *That is broght a bed of her first child.* } *Plin. lib. 8. cap. 40. de canibus.* Et ab ea quæ fœminasit, ex primipara genita, citius cerni.

Primĭpĭlus, li, Centurio primæ cohortis, *vt Liu. libr. 7. scribit*, πρῶτος τάγμα ἄρχων. Nam ordo partes tres habebat, quarum vnamquamque primipilum vocabant. *Ibid.* Id propter P. Solonium postulatũ est à coniuratis qui alternis prope annis & Triounus militum, & primus Centurio erat, quem nunc primipilum appellant. *Cæs. 2. bel. Gall.* In his primipilo P. Sextio Baculo fortissimo viro, multis grauibúsque vulneribus confecto. Primipilus (*vt ait Veget. l. 2.*) CCCC. milites ducebat in prima acie, erátque caput legionis.

[Centuria peditum est. Centum pedites qui sub vno vexillo gubernat, Centurio appellatur. Sed aliud erat primipili Centurio. Vetus enim Consuetudo tenuit, vt ex primo principe legionis promoueretur Centurio primipili, qui non solùm Aquilæ præerat, verumetiam quatuor Centurias in prima acie gubernabat. Hic tanquam caput totius legionis merita consequebatur, & præmia, vt est apud *Vegetium lib. 2.* In acie

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

vnuſquiſque ordo tres partes habebat, Earum vnumquemque primi-
pilum appel abant, vt ait *Liu.lib* 8. Eſt igitur primipili Centurio, qui
eſt primæ legionis. *Idem* ſcribit *libro* 7 vti primus Centurio ſit quem
ætate ſua prim pilum appellabant. ¶Primipili Centurio qui eundem
ordinem duxerat. *Cæſ.lib.* 1 *de bell. ciu. Sueton. in Calig. cap.* 44. Pri-
mos pilos adimere Centurioni. *Item*, Primipilum duxit in decima
legione.]

Primipilāris, dici videtur, non tam miles qui ſub centurione primipili
merebat, quàm ipſe centurio qui olim prædictus erat hac dignitate.
Et ea ratione dicitur Primipilaris, qua Conſularis. *Quintil. lib. 6 cap. 3.*
An Primipilaris ei teſtamento ſuaderet ordinare h prema iudicia.
[*Suet. in Tib. cap.* 37.]

Primipotēns. *Apul. in Aſclepio Hermetis*, Ille Diuinus & pater, deus pri-
mipotens, & vnus gubernator mundi.

Primitĕr, & Primitus, aduerbia à Primum, primò, *teſte Nonio.* {ראשונה
hariſchonáh. πρῶτον. GAL. Premierement. ITA. *Primieramente.* GERM.
Erſtlich/anfengtlich. HISP. *Primeramente.* ANG. *Firſt.*} *Lucil. lib.* 5. Sicuti
quum primiter ficos populare ſentis. *Varro* 2. *de Re ruſtic. c.* 2. Primitus
oritur herba imbribus primoribus euocata. *Idem l.* 1. *c.* 31. In vitiario pri-
mitus quum exit vitis tota reſecari ſolet. *Lucr. lib.* 4. Tum quibus ætatis
freta primitus inſinuantur.

Primĭtĭus, a, um, Quod in aliqua re primum eſt. {ראשון *riſchón.* πρῶτον.
GALLIC. Premier ou principal. ITAL. *Principale.* GERMA. Das
furnempſt. HISPAN *Primero y principal.* ANGLI. *The firſt or principall.*}
Ouid. 12. *Metam.* Ecce rapit mediis flagrantem Rhetus ab aris Primi-
tium torrem.

Primĭtĭæ, arum, Primi fructus ex agro percepti qui Deo offeruntur.
{ראשית *reſchith* בכורים *bi.heburim.* ἀπαρχαὶ καταρχμάτα. GAL. Pre-
mices, les premiers fruits de l'annee qu'on offre à Dieu. ITA. *Primitie
de fruto che ſi offeriſcono à Dio.* GERM. Die erſtling der neuwen früchten.
HISPA. *Las primicias de cada coſa.* ANG. *The firſt fruites of the yeare offe-
red to god.*} Priſci enim Romani, *teſte Plin. lib.* 18. *cap.* 2. non guſtabant
vina, aut nouas fruges, priuſquam ſacerdotes primitias libaſſent. ¶Pri-
mitias vitis reſecare cenſuerunt; *inquit Colum l.* 4. *cap.* 10. id eſt
prima flagella. ¶ Primitiæ operum. *Stat.* 2. *Thebaid.* Tu bellis, tu
pace feres de morte frequentes primitias operum, non indignante
Diana. Primitiæ armorum. *Idem* 11. *Thebaid.* Hei mihi primitiis armo-
rum, & rite nefaſto Liba us, iuſſiſque mori. Primitiæ lacrymarum.
Idem 5. *Theb.* Primitias egomet lacrymarum, & cædis acerbæ Ante tu-
bas, ferrúmque tu li. [Primitiæ & libamenta artium. *Gell. c. vlt. lib.* 20.
Primitia (victoriæ) magno ſepoſuiſſe Ioui. *Ouid.* 3. *Faſtor.*

Primodum, pro primò. {בראשונה *bariſchonáh.*} *Plau. in Capt.* primodum
opus eſt piſtorenſibus.

Primogĕnĭtŭs, *inquit Hieronym. contra Heluidium*, Eſt qui aperit vulvam,
& ante quem nullus eſt gen tus, non is quem frater poſt genitus ſubſe-
quitur. {בכור *becchór* πρωτότοκος. GALLIC. Premier ne. ITA. *Primogenito.*
GER. Ein erſtgeborner. HISP. *Primero engendrado.* ANGLIC. *The firſt
begotten.*} Nam & omnis vnigenitus eſt primogenitus. Alioqui ſi non
primogenitus eſſet niſi is tantùm quem ſequuntur fratres, tandiu ſa-
cerdotibus primogenita non deberentur, quandiu & alia fuerint pro-
creata, ne forte partu non ſequente vnigenitus ſit, & non primogeni-
tus. Eſt igitur primogenitus, non poſt quem alij, ſed ante quem
nullus eſt genitus. *Plin. lib.* 11. *cap.* 40. primogenitis in qua-
cunque parte ſues primas premunt. Intellige mammas. Quanquam ibi
in pleriſque exemplaribus, primis gentis, legitur, diuiſis dictionibus:
& præbent pro premunt.

Primōrdĭă, Quæ primò ordimur, hoc eſt initia. {ראשית *reſchith.* τὰ πρω-
τοτοκότατα, ἀρχαί. GAL. Commencemens. ITALIC. *Principy.* GERM. Die
erſten anfáng. ITALIC. *Comienços.* ANG. *The firſt entrances or beginnin-
ges.*} *Plin. l.* 11. *c.* 1. Quamobrem par eſt ordinem vitæ, & arbores ante
alia dicere, ac moribus primordia ingerere. *Cic. in Partit.* Vt primor-
dia rerum & quaſi præcurrentia, in quibus ineſt aliquid argumenti.
¶Belli primordia, *Stat.* 2. *Achill.* Dicendi primordia. *Quint. lib.* 1. *cap.* 9.
Gentis primordia. *Ouidius* 5. *Metamorp.* Aſpice, ait, Perſeu noſtræ pri-
mordia gentis.

Prīncĕps, principis, [dicitur quod primus capiat vt particeps palæ-
mon, vel quod primum ſit caput, vt Quinticeps, Sexticeps. *Paſſer.*]
propriè idem eſt quod primus. {ראשון *hariſchón.* πρῶτος. GALLIC.
prince. ITAL. *Principe.* GERM. Ein furnemſter oder Oberſter/ein fürſt.
HIS. *Principe ò varon principal.* ANG. *A prince.*} [De principe Senatus.
Gell. cap. 10. *lib.* 4. *Plau. Amph.* Amphitruo delegit viros primorum
principes: Eos legat Telebois principes iuuentutis. C. & L. Cæſaris.
Senec. de Conſol. ad Polyb. cap. 15. *Ouidius* 6. *Faſtor.* Princeps dearum. *Cæſ.
lib.* 1. *de bell. Ciuil.*

* Qui princeps nuncium attulit, (id eſt primus.) *Item* princeps gregis.
(id eſt puerorum agentium in ſcena.) *Suet. in Calig. cap.* 58. prin-
ceps iuuentutis. *Suet. in Calig. cap.* 15. & ſe neque ciuem, neque princi-
pem Senatui amplius fore. *Idem Ibidem cap.* 49. *Ouid.* 2. *Faſt.* Tu domini
nomen (Romule) Principis ille tenet (Auguſtus.)] *Cicer.* 3. *Ver.* Sicilia
princeps ſe ad amicitiam populi Romani applicuit, & prima omnium
prouincia eſt appellata. *Idem de Orat.* Herodotus ille, qui princeps ge-
nus hoc ornauit. *Ibidem*, Gorgias princeps ex omnibus anſus eſt, &c.
Vir. 9. *Æneid.* Princeps ardentem coniecit lampada Turnus, hoc eſt
primus coniecit. Sic Ianuarium *Columella* principem menſem appel-
lat, *l.* 11. *c.* 2. principem locum vel gradum obtinere, hoc eſt primũ vel
præcipuum. *Cit. pro Domo ſua*, Locum principem autoritatémque in ſa-
lute mea tenuiſtis. *Suet. in Cæſar c.* 51. principem in ciuitate tenere, id
eſt primum.]

¶Ab hac ſignificatione manauit vt qui in ciuitate reliquis autoritate
antecelleret, quiſque primum dignitatis locum obtineret, princeps ap-
pellaretur. {נגיד *naghidh* נשיא *naſi* שר *ſár.*} *Cic. pro Domo ſua.* Ciuitatis
longe princeps Pompeius. *Idem* 8. *Philipp.* O dij immortales, quàm
magnum eſt, in ciuitate locum tueri principis. *Plin. libro* 7. *cap.* 3.
Fuit inter principes ciuitatis ſine potentia, ſine inuidia. Deorum
princeps Iuno. *Ouid.* 6. *Faſtor.* Cur igitur regina vocor, princépſque
dearum? Romani item, Imperatores ſuos, quod Regum nomen iis
eſſet odiotum, Principes appellarunt. *Ouid.* 4. *Triſt. Eleg.* 4. Nec
tamen officium noſtro tibi carmine factum, principe tam iuſto,
poſſe nocere puto. In militia Romana principes dicebantur centu-
riones aciei milites, ex robuſtiore tere ætate collecti, & armis maxime
gnes. Ita enim apud Romanos acies inſtruebatur, vt prim h es
giederentur manipuli haſtatorum ex flore iuuenum pubeſcent c
lecti: qui ſi hoſtem propulſare non poſſent, à principibus q r
ſcutati erant, in interualla ordinum recipiebantur. n x h
rum locum ſuccedebant: haſtati autem poſt eos ſubſequeban ur. a
principibus quoque non ſatis fœliciter eſſet pugnatum, a p ima ac e
ad triarios paulatim referebantur, vnoque agmine facto, nullaq tpe
poſt ſe relicta, vna omnes in ho es procedebant. *Vide Liu. lib.* 8. *ab V-
be.* [*Vell.* Princeps luxuriæ Metellus.]

¶ Octauum principem ducere. *Ita ſic Budæo*, eſt octauum ordinem du-
cere inter principes. *Cicer. ad Brutum*, Cretenſi bello Metello impera-
tore, octauum principem duxit.

Principālis, Principale, Quod primum & præcipuum eſt aut q p
cipis eſt. {ראשון *hariſchón.* πρωτεῖος, κύριος. GALLIC. Prin pal l a
Principale. GERM. Das furnemſt. item, furſtlich. HISPA. *P inc pal. A c.
Chieffe and principall.*} *Quintilian. lib.* 9. *cap* 1 E ig tur Tropus, ſermo
à natutali & principali ſignificatione tranſlatus ad a iam, ornandæ o-
rationis gratia, id eſt præcipua. *Idem libro* 3. *cap.* 13. Ha c uaſtionem
veluti principalem, vocant θεσιν. *Plinius libr* 18. *ap.* 3. Igitur de cul-
tura agri præcipere, princ pale iu t & apud exteros. *Cicero d Fato*
omnia fata fiant, ſequi illud quidem, vt omnia cau is hant a r poſſint
verum non principalibus cauſis, & penetis, ſed adiuuantibus, & pro-
ximis. [*Veleius*: Principale faſtigii m. *Metellus.* Principa e ſtud ur id
eſt præcipuum.) *Gell. cap.* 10. *lib* 13. Principalia verba, vnde alia de ui-
tur. *Idem cap.* 15. *lib.* 11. Princip. hum armorum arbitria captas. *Vt*
Principalis quies (id eſt Cæſaris.) *Idem Vell.* Principalis auctorita d
eſt principis.) *Sueton. in Tib. cap.* 65]

¶Principalis apparatus, & Res principales, quæ ſunt Princ p s,
Principe dignę. *Tacit. libro* 8. Nullo principali apparatu, ſe vetere
egeſtate conipicuus. *Plinius in Paneg.* Tanta benignitas prin is,
tanta ſecuritas temporum eſt, vt ille nos principalibus reb us exiſtimet
dignos.

¶ rincipalis porta caſtrorum, *inquit Feſtus*, nominatur, quod in eo lo-
co eſt in quo principes ordines tendunt. *Liuius* 4. *bell. Ma ed* Duæ le-
giones duabus principalibus portis ſigna efferre iuſę.

Principālĭtās. *Macrob. Comm. lib.* 1. *cap.* 3. Tria illa quæ ſola ſunt genera
principalitatis amplectitur.

Prīncĭpātŭs, Dominatus, primæ. *Cicer. de Nat. l.* 2. Principatum id dico,
quod ἡγεμονίαν vocant.

Prīncĭpālĭter, aduerbium, Præcipuè. {κυρίως, ἡγεμονικῶς. GALLIC. Princi-
palement. ITA. & HIS. *Principalmente.* GERM. Furnemlich oder furſtlich.
ANGLIC. *Chiefflie, ſpecialtie.*} *Plin. in Paneg.* Quid vitam, q id mo-
res iuuentutis quam principaliter formas? *Seneca* [*cap.* 17. *d Ce o ad
Polyb.*] Ille qui non mag s dolere, quam gaude e principa iter poſſet.
[Principaliter dolębat. *Cæſar.*]

Prīncĭpĭum, principij, Initium cuiuſuis rei. {ראשית *reſchith.* GAL.
Commencement ITA. *Principio.* GERMANI. Ein anfang/vrſprung. HI-
SPAN. *Comienço.* ANGL. *The beginning of any thing.*} *Cic* 3. *de Fin.* O-
minium rerum principia partia: ſed ſuis progreſſionibus via au entur,
Idem 1. *de Natura deorum.* Cuius principium aliquod eſt, eius neceſſe
eſt eſſe extremum. [Illud non placet principium de oſculo. *Plaut
Amphit.* Certum eſt in te principium vt ſim parcus experi (d eſt
primùm.) *Plaut. Moſtell. ſc.* 3 *a.* 1. Is eſt, quem dixi à principio. *Plaut.
Capt. ſc.* 4. *a.* 3. An audiu ſti? E. vique à principio omnia. *Plaut. Aulul. ſc.*
5. *a.* 3.]

¶ Principium dicendi, pro orationis exordio: vt exalbeſcere in prin-
cipiis dicendi, *apud Cic. de Orat* Ibidem, In vtroque autem dicendi ge-
nere & principia rarda ſunt, & exitus, tamen ſpiſſi & producti eſſe de-
bent. ¶ Interdum accipitur pro fundamento artis vel icientiæ, cui in-
nituntur reliqua omnia quæ in ea traduntur. *Cicer.* 3. *de Leg.* Quoc ca
vereor committere vt non bene prouiſa, & diligenter explorata
principia ponantur.

¶ Interdum accipitur, pro primo illo rerum omnium fonte vnde cæ-
tera omnia fluxerunt: atque initium ſumpſerunt. *Idem* 3 *Tuſc.* I rin-
cipij nulla eſt origo: nam ex principio oriuntur omnia: ipſum autem
ex re nulla alia naſci poteſt.

Prīncĭpĭă, principiorum [*vt inquit Plutarch. in Galba*, Locus eſt in ca-
ſtris vbi habitabat Dux & Imperator. *Sueton. cap.* 6. *in Othone*, Ad prin-
cipia deuenit. *Idem cap.* 1. *ibidem* Auſus eſt ante principia, ſe c ram
milites punire.] Locus in acie à principibus militibus ſic app la-
tus. Inde, Poſt principia eſſe, eſt eſſe in tuto, citraque periculum. S n-
tus à principibus, in quibus tutiſſimus locus eſt poſt principia. *Liu Te-
rent. in Eunuch.* Tu hoſce inſtrue, hic ego ero poſt principia. *Vide C la
Eraſm.*

¶Principia in acie, pro principibus, ſæpe *apud Liuium* ſumpta. *Cicer. ad
Brutum*, Spes libertatis nuſquam niſi in noſtrorum caſtrorum princi-
piis eſt.

Prīncĭpĭō, aduerbium, Primùm. {בראשונה *bariſchonáh.* πρῶτον. GAL. Pre-
mierement, en premier lieu, au commencement. ITAL. *Premieramen-
te.* GER. Erſtlich/anfengtlich. HIS. *Primeramente.* ANG. *Firſt, in the begin-
ning.*} [*Plau. Amphitr. ſc.* 1. *a.* 1. Principio, vt illo aduenimus. (In nun
narrationis) *Idem Pſeud. ſc.* 2. *a.* 1. Principio tecum ago. *Idem P aut. Aul.
ſc.* 2. *a.* 2. Principiò nulla turba iſtic erit.] *Terent. in Eunu ho*, Princip o
vos credere ambos hoc mihi vehementer velim. *Cic.* 1 *Offic.* Princ p o
generi animantium omni eſt à natura tributum, &c. [*Catul ad Man-
lium*: & qui princ piò nobis dominam dedit, Et qui principio ſub ter-
ra quærere venas inſtitit. *Catull. de Com. Beren.*]

*Principialis, & hoc principiale, Quod eſt primũ *Lucr li* 2 Aut ſine pr in-
cipiali aliquo leuiore creata eſt. (Legitur & læuore) *Idem lib* 5. Sure
licem cœli quoq e idem, terræque fuiſſe principiale aliquod tempu ,
clademque futuram. Id eſt, in quo principium habuit.

Prĭor, prioris, Nomen comparati um, quod propr e de duobus di-
tur. {ראשון *hariſchón* πρωτος. GALL. De deux le p emier. ITA *Pri-
mo di due.* GERM Der vorder H. P, *El primero entre dos.* ANGL *The
former or firſt of two.*} *Cicer. in Piſonem*, Me Quæſt em ir prim , Ædi-
lem priorem, prætorem primum populus Romanus fecit. *Idem de Ca-
rio orationibus*,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*ꝑ's oratoribus.*Etsi vtrique primas,priores tamen deferunt Latio. Sic, priore loco cautam dicere.*Idem pro Quintio.*[*Ouid.Eleg.1.libro 5.Triſt.* Nec probitate tua prior eſt aut Hectoris vxor.*Idem libro 13. Metamor.* An quod in arma prior nullóque ſub iudice veni,Arma neganda mihi?Sequitur,potiorque videtur. *Idem Eleg.4.libro 4.* Qua facundia prior in Latio non fuit vlla foro. *Velleius;* Neque prius,neque antiquius habuit.*Plautus Pſeud.ſc.1.a.4.*Volo vt prior occupes adire.]

¶ Nonnunquam tamen priorem de pluribus dici legimus, vt idem ſit quod primus.*Gellius libro 14.* Quotieſque vſu veniſſet, vt omnes iſti magiſtratus,eodem tempore Romæ eſſent:qui eorum prior aliis eſſet, ei potiſſimum Senatus conſulendi ius fuiſſet. *Apul.l.2.Flor.*Vt Hippias e numero Sophiſtarum eſt artium multitudine prior omnibus, eloquentia nulli ſecundus.

¶ Priores noſtros,pro maioribus noſtris dixit *Plin.l.3.Epiſt.4.* Veniebat in mentem & ſingulorum hoſpitum iniurias accuſationibus voluntariis executos.*Et Virgilius 3.Aneid.*Sicanio prætenta ſinu iacet inſula contra Plemmyrium vndoſum : nomen dixere priores Ortygiam.

PRIOR ūm,εἰς τὸ ἔμπροσθεν.Cui retrorſum opponitur.*Macrob.Satur.l.7.c.9.* Septem corporei modus,aut enim accedit priorſum aut retrorſum recedit,&c.

PRISCIĀNVS , Grammaticus Cæſarienſis fuit , qui tempore Iuſtiniani principis floruit. Scripſit de Arte Grammatica ad Iulianum Conſulem:ad Coſtoen vero perſarum regem librum de Natural. quæſtionibus:Dionyſiúmque de Situ orbis Latinitate donauit. Sunt qui ſcribãt hunc ab initio Chriſtianum,deinde fidei defertorem fuiſſe.*Volaterranus.*

PRĪſcŭs,a,um,Quod ſuperiori ætate fuit,vetus,antiquus. {קדמני *kadhmoni.*ἀρχαῖος. GAL.Du vieil temps,du temps iadis. ITA. *Antico molto.* GERM.Alt/deß vergangen alters. HISP.*Coſa antigua,de otro ſiglo.* ANGL. *Ancient,of old tyme.*} vt Priſci Latini,qui fuere antequam Roma conderetur.*Cic.3.de Orat.*Et illud quod loquitur,priſcum viſum iri putat, ſi plane fuerit ruſticanum.*Virg.9.Aen.*-priſca fides facto,ſed fama perennis.*Martialis libro 1.*Priſca fides taceat,&c.Gens priſca mortalium. *Horatius Epod.2.*More priſco.*Ouid.2.Faſt.*Flamen ad hæc priſco more Dialis erat.Religio priſca.*Ouid.10.Met.*Seueritas priſca.*Cicero de Aruſp. reſp.*Cuius priſcam illam ſeueritatem ſacrificij,mirifice tua ſoror exiſtimatur imitata.[*Tibull.libro 4.*Sed generis priſcos contendis vincere honores.*Ouidius libro 5.Faſtorum.*Tu quoque priſcorum virga ſimu lacra virorum,&c.]

PRISCĒ,aduerbium,Priſcorum more. {ἀρχαϊκῶς, παλαιῶς. GALLIC. A la vieille mode,à l'antique.ITALIC.*All' antica,dal tempo antico.*GERM. Auf die alte weiß oder gattung.HISPA.*A guiſa y manera antigua.* ANG. *After the maner of the antiquitie.*} *Cicero pro* M.*Cælio.* Vtrum me ſecum ſeuere,& grauiter,& priſce agere malit, an remiſsè, ac leniter , & vrbanè.

PRISCVS HELVIDIVS , Sub Nerone Quæſtor Achaiam adminiſtrauit, Quæſtoriúſque adhuc à Pæto Thraſea gener adſcitus,de moribus ſoceri nihil æque ac libertatem hauſit,opum contemptor,recti peruicax,cõſtans aduerſus metus.Eraut quibus appetentior famæ videretur. *Hæc Tacitus.Probus* quoque Grammaticus de eodem ſic,Priſcus(*inquit*) poſt damnationem Thraſeæ, ſoceri ſui,interdicta ſibi Italia,Apolloniam conceſſit. Sed poſt interfectum Neronem reſtitutus à Galba,nõ aliter quàm in liberæ ciuitatis ſtatu egit. Idem poſtea Veſpaſianum in ſtudio libertatis offendit,vt putaret,id optante Clodio priſtinum libertatis ſtatum poſſe reuocare. Quo nomine reus,ac præter ſpem abſolutus eſt.*Hactenus Probus.*

¶ Priſcus alter,Panites genere, ſophiſta,Theodoſii iunioris epiſtolarum magiſter fuit , qui ſe ſcribit à Cælare miſſum fuiſſe oratorem in Scythiam, ad Attilam Hunnorum regem:ac eius regiam pulcherrimè deſcribit,magnifico opere,ſumptuoſóque factam. Scripſit hiſtoriam Conſtantinopolitanam,& ipſius Attilæ libris VIII. Præterea declamationes & epiſtolas,*vt eſt autor Suid.*

PRĪſtĭnus,a,um,penultima corrept.Quod ſuperioribus annis , menſibus, diebus,noſtra memoria fuit. {קדמני *kadhmoni.*παλαιός. GALLIC. Ancien,qui eſtoit par deuant ou au parauant. ITALIC. *Giafatto per lo adietro.*GERMANIC.Das vorderig oder vorgehend/das vorgeſtn iſt. HISPA. *Primero,antiguo.* ANGLIC.*Former,that hath bene heretofore or afore tyme.*}vt Priſtina noſtra beneuolentia.Dictum priſtinum, *teſte Priſciano,* quaſi primiſtinum.[*Paſſerat.*vel à prius,& tenendo: vel à præſtinando dictum putat.] *Cicero quinto de Finibus,*non neceſſe eſt & illa priſtina remanere.*Idem 2.de Diuin.*Quod quum accidiſſet noſtræ reipublicæ, tum priſtinis orbari muneribus,hæc ſtudia reuocare cœpimus. *Cæſ. 9 bell.Gall.*Tanta tamen vniuerſæ Galliæ conſenſio fuit libertatis vindicandæ,& priſtinæ belli laudis recuperandę.Gloria priſtina.*Virgilius 10.Æneid.* Dignitas priſtina,*Cicero Lentulo,libro primo.* Ætas priſtina, *Claud.3.Paneg.* [*Catull.de Com.Beren.*Priſtina vota nouo munere diſſoluo.]

¶ Dicitur etiam priſtinum de iis quæ ſuperioribus ætatibus fuerunt, modò de iis ſit ſermo quæ non ſeneſcunt.vt pharos & Tyrus nunquã in ſtatum priſtinum redibunt.

¶Aliquando priſtinus idem eſt quod prior.*Curtius 5,*Dies priſtino procelloſior.

[Priſtini,&c.Die priſtini,& priſtine dixerunt olim eodem modo.*Gel.c. 24.libro 10.*]

PRĪſtĭnālis,priſtinale. *Columella libro 7.capite 9.* Vel etiam priſtinale album paſci poteſt , Vbi quidam , & forte melius , legunt priſtinale.

PRĪſtĭs , *ſpicie* , Genus piſcis marini longiſſimi , atque anguſti corporis. *Plinius libro ſexto , capite tertio* , ſcribit priſtes in mari Indico ducenũm cubitorum eſſe, balænas quaternũm iugerum.In hunc piſcem fabulantur poëtæ,Scyllæ marini monſtri extrema deſinere. *Virgilius 3. Æneid.* Prima hominis facies, & pulchro pectore virgo Pube tenus, poſtrema immani corpore priſtis. Ab huius ſimilitudine , nauis oblonga dicta eſt priſtis.*Idem quinto Aneid.* Velocem Mneſtheus agit acri remige priſtin.*Vbi Seruius,*Si nauem,*inquit,*intelligas,hæc Priſtis, huius priſtis facit : ſi de bellua , hæc Priſtrix , priſtricis. Etymi tamen ratio priſtin & priſticen potius ſcribendum oſtendit. Videntur enim deduci ἀπὸ τῶ πρίζειν τὰ πέλαγα , hoc eſt à ſecandis fluctibus.

PRĪuātŭs,*Vide* PRIVVS.

PRIVĒRNVM,priuerni,*πρίβερνος Stephano,*Vrbs Volſcorum , Camillæ patria.*Virg.11.Æneid.* Pulſus ob inuidiam regno,viréſque ſuperbas , Priuerno antiqua Metabus quum excederet vrbe.Huius incolæ dicuntur Priuernates,*quorum meminit Plinius l.3.c.5.*

PRĪuĕrnas,priuernatis. Vt Priuernatia vina: quæ inter generoſa Italiæ numerantur *à Plin.l.14.c.16.*

PRĪVĒRNŬS,Viri proprium nomen.*apud Maronem lib.9.*Priuernum Capys,&c.

PRĪuignŭs,gni,Filius mariti,ex alia coniuge,vel vxoris ex alio marito. *προγονος.*GALLI.Vn beau fils,le fils d'vn marié,engendré en vn autre mariage au parauant.ITA.*Figliaſtro.*GER.Ein ſtiefſon. HISP.*Antenado.*ANG. *A ſtepſonne or ſonne in law.*} *Brutus Attico* , Quanto autem magis illa calliere videtur Philippus , qui priuigno minus tribuerit quam Cicero,qui alieno tribuit.*Propertius libro 2.Eleg.1.* Pocula priuigno non nocitura ſuo. ¶ Priuigna.*Cicero ad Attic.libro 13.*De vxore Tuberonis,& priuigna,neque poſſum iam abdere , neque volo Tuberonem defendere : obſeruandum eſt non ſolùm priuignum , aut priignam dici qui quæve vxoris meæ filius filiáve eſt , ſed etiam ,qui quęve nepos neptíve eſt.*l.adoptiuus. 14.§. vltim. D.de rit. nupt.* Priuignus dictus , *inquit Feſtus* , quod prius quàm mater ſecundò nuberet, eſt genitus. Priscenim veteres pro præ dixerunt. *Hæc ille.* Verùm quid vignus ſignificat?Itaque dixerim ex Prius & Genitus concretum vocabulum eſſe : quum fortaſſis ab initio eſſet priuigenus,poſtea ſuauitatis cauſa litera i,interiecta,& e,ſublata,factum eſt priuignus.

PRĪuĭlegĭum,& PRĪuo,*Vide* PRIVS.

PRĪŭs,comparatiuum,n.g.{ראשון *hariſchón.*πρότερον. GA. Auparauant, deuant,pluſtoſt.ITA.*Primiero.* HERMANIC.Das vorder.HISP.*primero.* ANG.*The former.*}*Horat.1.Serm. Satyr.4.* -& quod prius ordine verbum eſt,Poſterius facias.*Terent. in Eunuch.* Si quem hercle poſſis,nil prius neque fortius:hoc eſt nihil melius,aut præſtantius.*Ouid. in Ibin.* Neve ſine exemplis æui cruciere prioris , Sint tua Troianis non leuiora malis.[Compellabo hos prius.(pro'prior.)*Plaut.Amp.ſc.4.a.4.* Tu reſponde prius. (id eſt prior , quia priorem te interrogo.) *Ibidem.*]

PRĪŭs,Aduer.Antè,vel citius. {קדמת קדמת *kadhmáth* טרם *térem.* πρίν. GALLI. Pluſtoſt, deuant.ITA.*Piùtoſto.*GER. Ee oder vorhin. HISPA. *Antes,mas preſto.* ANG. *Before.*} *Plaut.in Amph.* Priùs tua opinione hic adero. *Ter.in Heaut.* Num ſi ſemel tuum animum intellexerit, Prius proditurum te tuam viram,& priùs pecuniam omnem, quàm abs te amittas filium:hui,Quantam feneſtram ad nequitiam patefeceris.*Virg.1. Georg.* Ac priùs ignotum ferro quàm ſcindimus æquor. *Cic.ad Attic. libro 4.* Nihil prius mihi faciendumputaui,quàm vt tibi gratularer.*Prius orto ſol.* Id eſt,ante ſolis ortum. *Horat. 2.Epi.*-& prius orto Sole vigil calamum & chartas & ſcrinia poſco. [Dedi tibi illam paulò priùs. *Plautus Menæch.ſc.3.a.4.& ſc.2.a.5.*(id eſt paulò antè.)Sic;Haud multò prius. *Plautus Pſeud.ſc.6.a. 4. & ſc.2.a.3.* Prius illic erimus , quàm tu. *Plautus Pſeud.ſc.4.a.2.* Prius paraui copias(id eſt antequam agerem.) *Plautus Pſeud.ſc.1.a.2.* Is præſenſit prius. *Plautus Pſeu.ſc. 4.a 1.* Dico prius;pro prædico.*Plautus Pſeud.ſc.1.a.1.* prius edico,ne quis capiatur: *Plautus Capt.ſc.1.a.4.* (id eſt,antè) Prius conuiuæ ambulant , quàm opionatu redeo.*Plautus Men.ſc.2. a.2.*

PRĪŭſquam,vna dictione,vel priùs quàm duabus,Antequam,Prius quàm. {קדמת קדמת *kádmath* טרם *térem.* πρίν ἤ. GALLI. Premier que , deuant ou auant que.ITA. *Inanziche.* GER. Ver vnd ee/Ee dann.HISPA.*Antes que.*ANG.*Before that.*} Iungitur quandoque Indicatiuo. *Cicero 1.Philipp.*Priuſquam de Republica dicere incipio,panca querar de heſterna M.Antonij iniuria.[*Plautus Pſeu. ſc. 2.a.3.* Priuſquam cœnam conuiuis dabis.*Idem Curcu.ſc.3.a.1.*Tene,Priuſquam abeo , ſuauium. *Ibidem ſc.4.a.4.*Reddin' an non virginem , priuſquam te huic macheræ obiicio ? *Ibidem ſc.3.a 5.* Is priuſquam moritur mihi dedit. *Idem Plautus Aſin.ſc.3.a.1.& Pſeud.ſc.5.a.1.*Indicatiuo iunxit,& alibi ſæpè.]*Terent. in Hecyr.*Priuſquam hanc vxorem duxi,habebam alibi animum amori deditum. ¶ Quandoque coniunctiuo. *Salluſt.in Catul.* Priuſquam incipias, conſulto : & vbi conſolueris , maturè opus facto eſt. *Virg. 3. Georg.*Continuò ferro culpam compeſce, priuſquam Dira per incautum ſerpant contagia vulgus.[*Plautus Moſtell. ſc.1.a. 1.* Redeat , priuſquam omnia perierint. *Idem Menæ.ſc.2.a.5.*Vt hunc domi deuinciant, priuſquam turbarum quid faciat amplius.

PRĪuātŭs,a,um,Priuatus,proprius.{ἴδιος. GAL. Priué , propre & particulier.ITA.*Particolare.proprie.*GER. Beſonder/oder ſonderbar/eines eigen. HISPANIC.*Coſa propria de cada vno.*ANG. *priuat,particuler or proper.*} *Nonius,*Priuum,eſt proprium vniuſcuiuſque.*Horat.libro 1.Epiſt.* -conducto nauigio æquè Nauſeat, ac locuples quem ducit priua triremis. Antiqui priua dixerunt pro ſingulis,*teſte Gell. libro 10.cap.20.* De ſingulis(*inquit*)concepta , priuilegia potius vocari debent : quia veteres prima dixerunt quæ nos ſingula dicimus. *Liuius libro 30.cap.3.* Feciales enim in Africam ad feriendum fœdus ire iuberentur , ipſis poſtulantibus,Senatuſconſultum in hæc verba factum eſt , vt priuos laj ides ſilices.priuáſque verbenas ſecum ferrent. Hoc eſt ſingulos ſilices , & ſingulas verbenas. [Idem *Liuius libro 7.ab Vrbe.* priuis tunicis donati militibus & priuæ voces. (id eſt ſingula & propria vocabula.) *Gellius cap. 16. lib.*11. Neque tam aptè demonſtrari Latina oratione poſſunt , quam Græci ea dicunt priuis vocibus. *Idem Plautus Pſeud.ſc.2.a.3.* His diſcipulis priuos cuſtodes dabo: (i. ſingulos.)]

PRĪuātŭs,priuata,tum, à priuus , proprius,peculiaris, quod eſt vniuſcuiuſque ciuis)(publicus. {ἴδιος. GAL.Priué, apparteranț à vn chacun. ITA.*Priuato,particolare.*GERMANI.Eigen oder ſonderbar. HISP. *Coſa propria de cada vno.*ANG.*Proper,particulare priuate.*}*Cice. de Amicitia,* Quia cum Scipione vixerim,quo cum mihi coniuncta cura de re publica & de priuata fuit.*Idem de Sen.*Marent ingenia ſenibus , modo permaneat ſtudium , & induſtria:nec ea ſolùm in claris & honoratis viris , ſed in vita etiam priuata & quieta. *Idem 3. de Finib.* Verbis tamen in dicendo quaſi priuatis vtuntur ac ſuis. *Idem 1.Offic.* Deinde vt communibus vtatur pro communibus , priuatis vt ſuis,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Sunt autem priuata natura nulla, sed aut vetere occupatione, vt qui quondam in vacua venerunt, &c. Census priuatus. *Horat. 2. Carm. Ode* 15 Domus priuata, *Cicero pro Quintio*, Vita priuata, *Lucanus l.7* Odium priuatum, *Brutus ad Ciceronem*, Quod autem tibi cum Antonio priuatum odium. [*Ouid. Eleg. 1. l. 2 Trist.* Res quoque priuatas statui sine crimine Iudex. *Idem Eleg. 2. lib. 4. Trist.* Cat siaque priuata publica maior erit. (gaudendi.) *Plaut. Capt. sc. 2 a. 2.* Publicam an priuatam seruitutem serunt? ¶ Priuati augurij libri *Gell. cap. 6. libro 6.* ¶ Priuata iudicia, & de his, *Gell. cap. 2. l. 14.*] Priuatæ feriæ etiam dicebantur sacrorũ proprio-rum, velut dies natales: *vt ait Festus*, fulgurum procurationes, & huiusmodi quæ fiebant pro familiis singulis, & hominibus. ¶ Hinc priuati homines dicuntur, qui nullum gerunt magistratum, quod illi demum sui iuris sunt qui à publica cura abstinent. ἰδιῶται. GA. Qui n'ont aucun office n'estat. ITALIC. *Quelli che non hanno officio ne dignità.* GERMANI. Leut die fur sich selbs sind eines sonderbaren stands/vnd kein gemeine ehrenämpter tragen. HIS. *Los que ne tienen officio publico.* ANGLI. *They which hath no charge or office in ruling a common weal th.*} *Cicero libro 1. Offic.* Priuatum autem oportet æquo & pari cum ciuibus iure viuere. *Plautus Capt.* Hic qualis imperator, nunc priuatus est. *Cicero 1. de Inuent.* In fortuna quæritur, seruus sit an liber: pecuniosus, an tenuis: priuatus, an cum potestate. [Ex priuato; pro ex domo priuati. *Liuius 2. ab Vrbe.* Iamque in priuato pascere mentis erat *Ouid. 5. Fast.*] Priuati Iudices sunt quos vocant subalternos. *Tacit. l. 14* Qui à priuatis iudicibus ad Senatum prouocauissent, eiusdem pecuniæ periculum fecerunt, cuius ij qui In peratorem appellauerc.

Priuãtim, adverbium, ϗ publicè. {ἰδίᾳ. GAL. En privé, à part, en particulier, particuliere weise. ITA. *Priuatamente, particolarmente.* GERM. Sonderlich oder sonderbarlich. HISP. *Specialmente sin oficio publico.* ANGLI. *Priuatly.*} *Sallust. in Catil.* Existimans pub lice, priuatimque alieno ære oppressos. *Cic. 5. de Finib.* Nam aut priuatim aliquid gerere malunt, aut qui, &c Significat aliquando priuatim pro eo quod vulgò dicitur, *specialiter, particulariter, vel in particulari. Plin. l. 6. c. 17.* De iis priuatim condidit volumen. ¶ In eadem etiam significatione legimus priuate. *Cicero ad Attic. libro 7.* Illud priuate non aleribis, &c.

Priuo, as, Adimo, spolio. {שכר *schichchél.* στερέω στέρισκω. GAL. Priuer, oster à quelqu vn. ITAL. *Priuare* GERM. Berauben. HISPAN. *Priuare, despojar à otro.* ANGLI. *To depriue, to spoile and take away.*} *Plaut. in Asin.* Ego Polistum portitorem priuabo portorio *Cic. 4. Academ.* Spoliat nos iudicio, priuat approbatione omni, orbat sensibus. *Idem in Topic.* Præpositio enim IN priuat verbum, ea vi quam haberet, si IN præpositum non fuisset: vt dignitas, indignitas. Priuare oculis, *Cic. 4. Academ.* Priuare vita *Idem in Parad.* Priuare communi luce, occidere, *Idem pro Quintio.* Patriam priuare aspectu suo, *Cic. Marcello l. 5.* [*Plaut. Asin. sc. 3. a. 1.* Ego istum portitorem priuabo portorio. *Idem Men. sc. 5. a. 5.* Anima priuabo virum. (Sup. Hominem vita denoluam sua.)]

Priuans, tis, participium. {משכר *meschachchél.* στερῶν. } *Cicero in Top.* Sunt enim alia contraria quæ priuantia licet appellemus Latine, Græcè appellantur στερητικά.

Priuatus, a, um, participium, à priuo, aris, passiuo, spoliatus. {שכור *schachúl.* ἐστερημένος, στερητός. GALLI. Priué, à qui on a osté quelque chose. ITA. *Priuato, à chi estato tolta qualche cosa.* GERM. Beraubet. HISPA. *Priuado, despojado.* ANGLI. *Depriued, spoiled.*} *Ouid. 1. de Ponto*, Alter ob huic similem priuatus lumine culpam Clamabat media se meruisse via. *Plaut. in Trucul.* Tum pol ego & donis priuatus sum, & perij. *Plin. de Viris illustribus*, Priuatus stipendio.

Priuatio, onis, verbale, Spoliatio, ademptio. {שכור *schechchól.* στέρησις, στέρημα. GAL. Priuation, ostement. ITAL. *Priuatione.* GERM. Beraubung. HISP. *Aquella obra de despojar.* ANGL. *A depriuing, spoiling.*} *Cic. 2. de Finibus.* Quia dolori non voluptas contraria est, sed doloris priuatio. *Idem lib. 1. de Finib.* Omni priuatione doloris putat Epicurus terminari summam voluptatem.

Priuilegium, priuilegij, Lex priuatis facta, siue lex ad priuatos homines, singulósque pertinens. {προτέρημα προτέρημα. GAL. Priuilege. ITALI. & HISPANIC. *Priuilegio.* GERMANI. Ein sonderbar gesatz / sunst aber heist es auch ein freiheit. ANG. *Priuilege.* } *Cicero pro domo sua*, Leges priuatis hominibus irrogari: id est enim priuilegium. *Gell. lib. 10. cap. 20.* Neque de imperio Cn. Pompeij, neque de reditu Ciceronis, neque de cæde P. Clodij quæstio, neque alia id genus populi plebisve iussa leges vocari possunt: non sunt enim generalia iussa, neque de vniuersis ciuibus, sed de singulis concepta: quocirca priuilegia potius vocari debent: quia veteres prius dixerunt, quæ nos singula dicimus.

Priuilegiarius, dicitur Cui aliquod priuilegium concessum est: vulgò ab indoctis *Priuilegiatus* nuncupatur. Vide Milites priuilegiarij dicti, qui vacabant officio. {ὁ προνομιοῦχος ἢ ἰδιόζωνος νόμου χαριζόμενος. GAL. Priuilegé. ITA. *Priuilegiato.* GER. Gefreiet. HISP. *Priuilegiado.* ANG. *To whome a priuiledge is granted.*} *Vlp. in l. Sed an hic ff. Quod cum eo qui in alt. pot.* Recte, *inquit*, dicetur occupantis meliorem esse conditionem, nisi quis priuilegiarius veniat.

Prō, præpositio est ablatiuo casui seruiens. {בעד *bagádh* תחת *táchath.* ὑπέρ. GAL. Pour, au lieu. ITA. *Per.* GER. Vor. HISPANI. *Por.* ANG. *For, in stead or place.*} [Quales quantaque sit Pro particulæ varietas, de que exemplis eius varietatis adi *Gellium cap. 3. lib. 11. Seneca cap. 18. de Consol. ad Polyb.* pro magnis approbare quæ parua sunt. *Gell. c. 10. lib. 5.* Pro aliquo pronunciare; &, pro eius caussa sentire. *Idem Senec. cap 17. de Consol. ad Helu.* Pro indulso transferuntur curæ in eius pectus. *Gell. cap. 1.* Mentiri pro testimonio. ¶ Pro vapulando abs te mercedem petam. (i. pro eo quod vapulaui.) *Plau. Aul. sc 3 a. 3. Idem Pœ. Mostell. sc. 1. a. 2.* Vos habebo pro matula, nisi matulam datis. *Idem Capt. sc. 4. a. 3.* Pro ignoto me aspernaris. *Plaut. Asin. sc. 4. a 2.* Pro iniuria satisfacere. *Idem Amphitr. prolog.* Pro imperio quod dictum feret, scibat facturos. (i. pro eo quod vobis est imperatum.) *Idem Capt. sc. 1. a. 2.* Quod antehac pro iure imperitabam meo. *Liuius lib. 5. d. 4.* Pro se quisque. (i. pro virili parte.) *Idem lib. 6. d. 4.* Pro se quisque ex stationibus decedebant. *Ibidem* pro se quisque vociferari. Et *Plaut. Amphit.* Pro se quisque id quod quisque posset, & alius alio beata; Nondum liber, tamen pol ber. *Id. cap 16 ce Helu.* Hanc pro me dilioe. *Plaut. Asi. sc. 3. a. 5.* Pro verberari. *Ibidem sc. 2. a. 2.* Pro mo ro ei, qui o i beas te Idem ibidem. Misit argentum pro asi u *Gell. c. 1. 20* Pro tre re tò habere. *Sueton. in Tib. cap 73.* Pro n npo ha ciama cap. 24. Pro libero esse iussit. *Id m in C aud, ap 37* P o d eh n d Metam. Si mora pro culpa est. *Plaut. pseud. sc. 2. a. 1.* E o p næ x pro te curabo. *Ouid. 13. Metam.* P oque t nnorum e rrat te hunc titulum. Cæterum, hæc præpositio in ratu habet varia atque significationes. ¶ Aliquando eam sensum habet Ante] pro cu ria pro mœnibus. *Sallustius*, Qui ni me ri pro cu guum dare. ¶ Interdum ponitur loco in: vt por stris, p cen fu, pro tribunali. *Plinius epist. 301.* Ostia ri ev c pro tribunali. ¶ Interdum pro iuxta, siue secundum Pa tonis sententia, pro hominum iudicio. Sedu o moneo q æ possum, pro mea sapientia. Pro meis viribus, id est iuxta vel secund m meas vires. * Pro tempore, pro re, pro loco, significat q nunc dic tur pro Quantate temporis, ei, loci. *Cæsar, Virg & a.* Po rum temporum perturbatione, dest, vt ei temporum perturbat. Cicero *ad Seruium sipu Idem Cicero 3. Philipp.* Sunt impi ciues, p cl ar ta Reip. nimium multi. pro multitu dine bene sentien tium, adu dum pauci. Hoc est, si charitatem Reip. spectes. *Terent. Ad* non necesse habeo omnia Pro meo iure agere. *Vbi Donatus*, huc est sensus, Non necesse est, etiam si liceat, sæu mi esse patrem. * Pro, de. *Terent. Hecyr.* Iueni inter sese quam pro leuibus no as iras gerunt. ¶ In eadem significatione causam, & ponitur pro propter. *Plin. Epist. 189.* Hæc tibi, adhortatus in modicæ teueritati exci po, pro amore mutuo scripsi. *Teren. ut Eunuch.* Ego pol te pro il dicuis & facis scelus vt scilicet. *Plaut. Menæch. sc 2. a. 4.* Apud æd es pro e facis plurimis & pessimis dix t caussam. *Cæs. ib. 1. de bell. Ciuil.* Pro quibus rebus (i. qua ob res.) *Ouid. Trist. lib 3* Iro q ibus in uentis, da, &c. *Cui d. E g 4. lib. 4. Trist.* Pro quo nec lumen ademptum. (i. ob id.)] ¶ Interdum pro loco: *Terent. in Andr.* Pro ilo cu cam, illius loco. *Plinius libro 2. capite 7.* Pro dis h nt ob 2. ¶ Interdum & imperandi ius & autoritatem præ se fert: vt T plebis pro potestate ter esserunt. ¶ Nonnunquam d nsi propugnat omnino habet, vbi. *Terentius*, Non mihi pro illo haud stares. *Virgilius lib 9* pro turribus astan id defensione turrim. ¶ Pro eo ac, vel pro eo atque, l bus p Ita vt, vel perinde vt. *Saluitius ad Ciceronem*, Sane quam pote bui, grauiter molest que tuli. *Epianus*, Pro eo l audi dum, t te fa nullo iure factum esset. ¶ Est & interiectio admirati. *Ter in Adelph.* Pró dij immortales, facinus indignum quod narra interiectio dolentis, seu indignantis. *Terentius in Heaut* pr Dii atque hominum fidem: *Plautus*, prô sancte Iupiter, d videre? Sed his duobus modis circumscribitur, & non multo, ac cessatiuo, vocatiuoque iungitur, vt patet ex superioribus exem plis. [*Plautus Mostell. sc. 3. a. 1.* Pro Dij immortales multe em lepidas. Admirantis.) *Plautus Milit. sc. 4. a. 2. & Menæch. sc. 5. a. 5.* Pro Ippiter Exclamantis per admirationem. *Idem Pœnd. sc. 1. a 2.* Pro Ippiter. (gaudentis.) *Idem Amph. sc. 1. a. 1.* Pro fidem Thebani ciues. (auxilium imploranti.) *Idem Plautus Milit. sc. 4. a.* Iouis a ores sunt fili, pater, auus, proauus, abauus. *Ou. Eleg. vlt. lib. 4. Trist.* Vique a proauis vestri ordinis hæres. *Idem 13 Metam.* Nam genus & proauo & quæ non fecimus ipsi, Vix ea nostra voco.] ¶ In compositione quandoque priuatiua est, vt profanus, id est non sacer, prohibeo, propudium. Negatur enim in his sanctitas, potestas, ac pudor. ¶ Quando quæ accipitur loco e, vel super: vt præminet, id est eminet, vel superminet. ¶ Nonnunquam significat porro, siue in longum: vt promissa barba. ¶ Nonnunquam diu, vt protelo, propando. ¶ Interdum procul: vt prouincia quasi procul ab Italia denicta. *Prosper Aquitanus*: procul fugiens: procella, quæ procul veniens porcellit. ¶ Sæpe etiam vis ad locum vel ad aliquem tendere, vt Progredior, proficio. ¶ Interdum palam & more solenni: vt Pronuntio, promulgo. ¶ Nonnunquam ante, vt procurro, propono. ¶ Quandoque valde: vt pe curuus.

Proædifico, as, vnde proædificatum veteres dicebant, *teste Festo*, quod ex priuato loco processerat in publicum solum.

Prōcāgōgiōn, {προαγωγεῖον. GAL. Production de paillardise que font les macquereaux & maquerelles. ITA. *Meriere en prostibulo virg ni ò meretrici & à guadagno, come fanno ruffiani.* GER. Die herfurreitzung zu dem huren wäsen. HISPAN. *Obra de poner à la puteria.* ANG. *An vn seemly out of bandes.*} Latine productio, vel prostitutio dicitur. *in Ner. cap. 28.* Si per ingenuorum proagogia, & nuptiarum concubinatus, Vestali virgini Rubriæ vim intulit. Dictum proagogia à verbo Græco προαγαγεῖν, quod est prostituere, vel lenocinium facere.

PROAIRĔSĬUS, προαιρέσιος, Ilignis sophista fuit, ex Cæsarea Cappadoci qui adhuc adolescens Antiochiam venit, pernotus fama Epiphanendi magistri, apudque eum primas tulit. Cum quo paru post tempore Athenas profectus, sub Iuliano Sophista adeo profecit, vt primus inter auditores esset. Accersitus inde in Galliam a Constantino principe, Hephæstionem condiscipulum comitem sibi adsumsit, summóque honore apud Cæsarem habitus: aliquanto post Romam petit, vbi aliquot annos magna nominis fama moratus, tandem cupidus applausu, extemporalem oratione habuit in theatro. Contemporaneum habuit Libanium Sophistam, *teste Suida.*

Proāmītā, æ, proaui soror. Vt propatruus, proaui frater. *Gaius D. l. Tit. 10. l. 1.*

PROANA, orum, οἱ πρόανα, τά, Oppidum Thessaliæ est. *apud Stepharum.*

Prōautor, proautoris, Pro progenitore legit t *apud Suet. in Caudio*, Appium Cæcum generis sui proautorem, id est autorem, & principem. προγενεάρχην. *Budæus.*

Prōāuus,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Prŏāvŭs, proaui, penult. corr. Aui paterni, vel materni pater. {προπάτωρ. GALLIC. Bisayeul, le pere du pere grand. ITALI. *Bisauolo.* GERM. Ein âne/meines großvatters oder großmutter vatter. HISPANI. *El bisabuelo, padre del abuelo.* ANGLIC. *My grandfathers or grandmothers father.*} *Plautus in Milit.* Pater, auos, proauos, abauos. *Cicero de clar. Orat.* Nam & de duobus auis iam diximus, Scipione & Crasso, & de tribus proauis, &c. Huius relatiuum est Pronepos, à quo fœmininum, Pronceptis.

¶ A Proauo fœmininum proauia, auiæ mater. {προμάμμη.

Proăvūncŭlŭs, & promatertera: id est proauiæ frater, & soror. *Caius D. libro 18. Tit. 10. l. 1.*

Prōbābĭlis, *Vide* PROBVS.

Prŏbātĭcă-piscina, προβατική, κολυμβήθρα, Hierosolymis erat, in qua sacerdotes oues immolandas abluebant, πρόβατον enim Græcis ouis est, & προβατικὸς, ouinus: vnde Probatica piscina dicta, quasi ouina.

PROBALĪNTHVS, προβάλινθος. Oppidum fuit Atticæ, teste *Plin. libro 4. c. 7.* quod iam tum interierat.

Problēmă, problematis, & problematum, problemati. πρόβλημα. Propositio est interrogationem habens. Philosophi proprie problemata appellant, rerum abditarum perquisitiones & coniecturas, quibus magis animi quodam acumine, quàm certa indagine remotiora naturæ arcana explorantur: cuiusmodi sunt apud Aristotelem & Plutarchum.

prŏbo, *Vide* PROBVS.

Proboscĭs, proboscidis. {προβοσκὶς. GALLIC. Le museau ou la trompe d'vn elephant. ITALIC. *La tromba del elephante.* GERMANI. Der rüssel eines helffant. HISPAN. *La trompa del elephante.* ANGLIC. *The snowte of an elephant.*} Rostrum elephanti, vel muscæ: ita dictum, *vt ait Nonius*, quòd ante depascat. Latini in Elephanto manum appellant, quòd ea veluti manu vtatur. *Plin. libro 8. cap. 12.* Resoluunt elephanti nodos manui. *Nonius Marcellus*, Proboicis, inquit, Græcum nomen est dictum quòd antè depascat. Est autem porrecta corporis pars inhærens naribus, quæ excepto homine in nullis animalibus inuenitur. *Varro*, Inuenisse se factum hericium cum proboscide.

Probrum, probri, Stuprum, adulterium, flagitium. {נבלה *nebalah* נבלות *nabluth* חרפה *cherpah* גדוף *ghiddúph.* ὕβρις. GALLIC. Cas reprochable, vilenie, iniure. ITALIC. *Qualunche cosa dishoneſta & iniuſta, che altrui ſia rimproia trata come adulterio, ſtupro, vituperio, villania.* GERM. Ein verbûbiſche that/ ein geſchendung / ſchwechung als mit hurerei oder ehbruch. Item, ein ſchand vnd ſchmachwort. HISP. *Denueſto, vituperio, injuria.* ANGLIC. *A reprochefull act, as hooredome, aduoutrie.*} [*Plautus Aul. ſc. 1. a. 1.* Quo pacto eclem hĕrilis filiæ probrum (i. stuprum.) *Idem Amphit. ſc. 2. a. 1.* Nemo id probro ducet Alcmenæ: (de stupro.) *Idem Milit. ſc. 4. a. 2.* Me probri falsò insimulatam. *Idem Amphitr.* Ita me probri, stupri, dedecoris à viro argutam meo! *Idem Aul. ſc. 5. a. 1.* Probrum atque partitudo propè adest, vt fiat palam. *Idem Curc. ſc. 3. a. 1.* Magnum flagitium probrúmque expergefacis, &c.] *Sueton. in Cæſare cap. 43.* Diremit nuptias prætorij viri. Qui digressam à marito post biduum statim duxerat, quamuis sine probri suspicione peregrinarum mercium portoria instituit. Vnde lex fuit apud Romanos, vt probrum virginis Vestalis capite puniretur. ¶ Aliàs significat maledictum, contumeliam, siue infamiam, dedecus, quæ ex scelere sequi solet. ἀφυὼν, ἀτιμία. vt Datum est probro, id est ignominiæ ascriptum. *Liu. libro 2.* His freti occursant portis, ingerunt probra; ægrè abstinent quin castra oppugnent. Epistolæ plenæ probrorum, *apud Ciceronem ad Attic. libro 4.* [*Plautus Curc. ſc. 1. a. 1.* Ne id quod ames populus si sciat, tibi sit probro.]

Prōbrōsŭs, probrosa, probrosum, adiectiuum, Ignominiosum. {נקלה *nikléh.* ἀπρόσδοτος. GALLIC. Plein d'iniures, de deshonesteté & vilenie. ITALIC. *Vituperoſo, ignominioſo.* GERMANIC. Schmächlich / schandtlich. HISPANI. *Denoſtado y feo.* ANGLIC. *Reprochfull, rebukefull.*} *Gell. l. 1.* Manúsque eius inter agendum forent argutæ admodum, & gestuosæ, maledictis, compellationibus probrosis iactatus est. *Cicero 5. Verr.* Vt simul illam quoque eius vocem probrosam agnoscatis. *Horat. 3. Carm. Od. 5.* O puer, ô magna Carthago probrosis Altior Italiæ ruinis. [*Sueton. in Calig. c. 11.* Probrosa natura & sæua.]

PRŌBVS, Berytius Grammaticus, Romæ docuit, non tamen vt magistri personam sustineret: vnum & alterum, vel quum plurimum tres aut quatuor pomeridianis horis admittere solebat, cubánique inter longos & vulgares sermones legere quædam idque perrarò. Nimis parua & exigua de quibusdam minutis quæstiunculis edidit. Reliquit autem non mediocrem syluam obseruationum sermonis antiqui. Ab initio enim ad studia se contulit, postquam in militia diu Ceturiatum frustrà perstitisset. *Hæc ex Tranquillo.*

Prōbŭs, Bonus quasi prohibus: quòd se à deliquendo prohibeat. {טוב *tob* חסיד *chasíd.* χρηστὸς, δόκιμος. GAL. Bon, debonnaire. ITA. *Buono, da bene approuato da buoni.* GERMAN. Fromm/aufrecht. HI. *Buono y aprouado y prouechoſo.* ANG. *Good, honeſt.*} *Plau. in Trinum.* Qualive amico mea commĕdaui bona? CA. Probo & fideli, & fido, &c. [*Plau. Moſt. ſc. 2. a. 1.* Frugi & probus fui. *Ibid. ſc. 3. a. 1.* Oh, probus homo sum, qui patronum liberaui. *Plautus Amphit.* Proba pudica. *Idem Pſeud. ſc. 5. a. 1.* Probum patrem esse oportet, qui probiorem quàm se gnatum esse postulet.] *Cicero pro Cluent.* Neque enim hoc homine sanctior, neque probior, neque in omnibus officiis retinendis diligentior esse quisquam potest. ¶ Per metaphoram dicitur etiam de rebus inanimatis, argentum probum, non adulteratum. *Liu. 2. bel. Maced.* Carthaginienses eo anno argentum in stipendium impositum Romam aduexerunt: id quia probum non esse Quæstores renuntiauerunt, experientibúsque pars quarta decocta erat, pecunia Romæ mutua sumpta, intertrimentum argenti suppleuerunt. ¶ Color probus. *Colum. l. 8. cap. 2.* Sint matrices probi coloris, robusti corporis, quadratæ. Merx proba. *Plautus in Pœn.* Probo merx facile emptorem reperit, tametsi in abstruso sita est. Probi nummi. *Plaut. in Perſ.* nummi sexcenti hic erunt probi, numerati. Sapor probus. *Colum. de Arbor. c. 3.* Montibus, cliuíque difficulter vineæ conualescunt: sed firmum probúmque saporem vini præbent. Ingenium probum. *Cic. 1. Offic.* Sic in ipso loco aliquod probi ingenij lumen eluceat. ¶ Probi)(improbi, ἀδόκιμοι. Improbi (*vt inquit Asconius*) contra leges sunt: sicut Inofficiosus, contra meritã, Inhumanus cõtra pietatem. [*Plau. Curc. ſc. 1. a. 4.* Vel vitiosum hominem, vel sine vitio: vel probum vel improbum. ¶ Item, Probus pro perito, *Plaut. Pſeud. ſc. 3. a. 1.* Cantores probos. (i. peritos ridiculè.) *Idem Pſeu. ſc. 4. a. 2. & ſc. 1. a. 4. & ſc. 2. a. 4.* Probus homo est, ironicè, &c.

¶ Comparatiuus, probior. *Plautus Moſtel. ſc. 1 a. 2.* Plurima interest patronus an cliens probior fiet. (vulgò propior legitur sed mendosè. *Paſſerat.*) *& Pſeud. ſc. 5. a. 1.* Vide paulò ante.]

Prŏbĭſſĭmŭs, à quo probissimè. *Terent. Plin. Epiſt. l. 2. Apollinari.* Adiutum tamen cuperem iuuenem probissimum grauissimúmque.

Prŏbē, aduerbium, Bene, rectè, eleganter. {ὑδαίμως, καλῶς. GAL. Bien. ITALIC. *Bene.* GERMANIC. Eben wol. HISPA. *Buenamente* ANGLIC. *well, honeſtlie.*} *Plaut. in Moſtel.* Profectò nos probè, vt voluimus, vixi-mus. Omnibus autè ferè verbis tũgi potest: vt probe curare, probe decipere, probè monere, probè memini, probè potus, probe ornatus: probe percutere dixit *Plaut. in Amph.* [*& in Pſeu. ſc. 2. a. 2.*] id est fortiter. [*Plautus Pſeud. ſc. 2. a. 5.* Vt probè tactus leno est. *Idem Moſtel. ſc. 1. a. 1.* Ruri te vlciscar probe. *Ibidem Moſtel. ſc. 2. a. 1.* Ædes factæ probè, examussim. *Idem Pſeud. ſc. 1. a. 5.* Probè perdidici (saltare) *Ibidem ſc. 4. a. 2.* Seruas imperium probe. *Idem Menæch. ſc. 2. a. 4.* Probe lepidéque concinnata palla. *Idem Aul. ſc. 5. a. 3.* Te reddam inadidum, si viuo, probè. *Plautus Pſ. ſc. 2. a. 1.* probe onustos oleo. *Plautus Amphitr.* Onerandus est pugnis probe. *Ibidem*, Errant probè. *Idem Capt. ſc. 4. a. 3.* Pereo probè. *Idem Curc. ſc. 1. a. 3.* Me expleui probe. *Plautus Milit. ſc. 6. a. 2.* Vlque adhuc actum est probè. &c.]

Prŏbĭtĕr, aduerbium, pro probè, apud antiquos. *Varro Octogeſ.* Postquam auida libido rapere ac concidere cœpit, séque opifice, non probiter strepere.

Prŏbĭtās, probitatis. Bonitas. {חסד *chesedh.* ἀγαθοσύνη, καλοκἀγαθία. GA. Bonté. ITALIC. *Bontà.* GERM. Frombteit/aufrechtigkeit. HISP. *Bondad.* ANG. *Goodnes, honeſtie.*} Cicero *de Amic.* Quòd si tanta vis probitatis est, vt eam, &c.

Prŏbo, probas, Laudo, commendo, approbo. {שבח *ſchibhéach* הלל *hillél.* השקיר *hiphkídh.* ἐπαινέζω, ἐπαίνημα, ἀποδέχομαι, τιμῶ. GALLIC. Prouuer, ꝛpprouuer, louer. ITALIC. *Laudare, approuare, prouare.* GERMAN. Für gut gåben/loben. HISPANIC. *Prouar, loar, alabar.* ANGLIC. *To commend, to proue, to approwe & allowe.*} Cicero *Attico*, Audio à bonis viris hanc cunctationem nostram non probari. *Ibidem*, Meum factum probari abs te gaudeo. *Cicero in Cato.* Maiori. Mihi verò & Flacco neutiquã probari potuit tam flagitiosa, & tam perdita libido, id est nullo modo persuaderi mihi potuit, vt bonam iudicarem, & laudarem tanquam libidinem. [*Plautus Amphitr.* Tu verbis probas (non re sup.) *Ouidius 13. Metamorph.* Prodere rem Danaum finxit, fictúmque probauit crimen. (id est persuasit) *Idem Eleg. 5. libro 3. Triſt.* Tu mihi quod cupio fas precor esse proba. (id est persuade.) ¶ Probarunt villam in campo, vbi census factus sit, censores. Vide quid sit *apud Liuium libro quarto ab vrbe.*]

¶ Hinc probari & valere in vulgus, vel ad populum, ad vulgus: id est populare & plausibile esse. *Cicero in Parad.* Cato autem perfectus, mea sententia, Stoicus, & ea sentit quæ non probantur in vulgus. Plus est autem probare quàm laudare. *Cicero ad Marium l. 7.* Téque & istam rationem otij tui & laudo vehementer, & probo. ¶ Quandoque probare est argumentis demonstrare, alicui persuadere, & facere vt probetur. {חוכיח *hochiach.* ἐλέγχειν, κατασκευάζειν, ἐποδεικνύειν.} *Plautus in Rud.* Non probare pernegando mihi potes, nisi pars datur. *Quintil. lib. 1. capite 10.* Dialecticè probare. *Lucret. l. 2.* Huic satis illud erat planum facere atque probare. *Terent. in Eunuch.* Præterea forma, ætas ipsa est facilè vt pro Eunucho probes. Subaudi, te, *inquit Donatus.* Sic etiam dicimus, Homo sacrilegus probauit se pro innocente.

¶ Quandoque periculum facere, tentare. {בחן *bachan.* GAL. Essayer, esprouuer. ITA. *Assaggiare.* GERMAN. Versuchen/prebieren/bewären. HI. *Esperimentar.* ANG. *To essaye.*} *vt apud Columellam*, probare boues. *Ouidius in Epiſtol.* Phyllidis, Exitus acta probat. [*Plautus Moſtel. ſc. 2. a. 1.* Laudant fabrum atque probant.] ¶ Quandoque permittere. *Horat. li. 1 Carm.* Vagus & sinistra labitur ripa Ioue non probante. ¶ Huius composita sunt, Approbo, Comprobo, eiusdem ferè significationis. συγκατατίθεμαι. Et contraria horum, Improbo, & Reprobo, pro damno, quæ habent pen. cor. ἐγκαλέω, μέμφομαι.

Probandus, probanda, probandum. *Cæſ. 5. bell. Gal.* Quem locum probandæ virtutis tuæ expectas.

Prŏbātŭs, probata, probatum, Cognitus, conspectus. {ירוי *jadhúah* נבחן *mibchan* חשוב *chashúb* נחשב *nechſchább.* δόκιμος, δόκιμος. GAL. Esprouué, bien estimé. ITA. *Approuato, stimato, tenuto in stima.* GERM. Bewäret. HISP. *Prouado, alabado.* ANG. *Tried, proued, well estimed or in good reputation.*} *Cicero in Top.* Nam & ingeniosos, & opulentos, & ætatis spatio probatos, dignos quibus credatur, putant. *Ouid. 15. Metam.* Crimínque patens siue teste probatum. ¶ Aliquando fit nomen, & ponitur pro bonus, egregius, &c. *Liu. 7. bel. Pun.* Ita repentè exuit antiquos mores, vt nemo tota iuuentute laberetur prior: nec probatior primoribus patrum, suis pariter alienúque esset. probatissimus homo. *Cic. 4. Verr.* probatissima fœmina. *Cic pro Cæcinna.*

Prŏbātor, atoris, Qui probat. {בחן *bochén.* δοκιμαστὴς. GAL. Qui approuue quelque fait. ITA. *Chi proua qualche cosa.* GERM. Ein Bewärer. HISPA. *El que proua algo.* ANG. *An approuer or commender.*} Cicero 2. *Philip.* Quid enim interest inter suasorem facti, & probatorem? *Idem pro Cæcina.* Huius rationis non modò non inuentor, sed ne probator quidem fuit. *Ouidius 2. de Pont. Eleg. 2.* Ingenij certè, qui nos malè sensimus ipſos Artibus exceptis, sæpe probator eras.

Prŏbātĭo, onis, fœmininum. {בחן *bóchan.* δοκιμασία. GAL. Preuue. ITA. *Proua.* GERM. Ein bewärung. HISP. *Obra de prouar, experiencia.* ANG. *A proofe.*} Cicero 3. *Ver.* Quid itaque vitiosum opus fieret? at erat probatio tua. ¶ Artificialis probatio, firma probatio, lineares probationes, inexpugnabiles probationes, potentissimæ probationes, leguntur *apud Quintilian.*

Prŏbābĭlis, le, dicitur quod licet fortassis non sit verum, videtur tamen rationibus probari posse. {πιθανὸν. GAL. Probable, louable. ITA. *Probabile.* GERM. Glaûblich/das bewärt mag werden. HISPAN. *Lo que se puede prouar.* ANGLIC. *Proueable, that semeth to be true.*} Cicero 1. *de Inuent.* Probabile autem est id quod ferè fieri solet, aut quod in opinione positum est, aut quod habet in se ad hoc quandam similitudinem,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

siue id falsum est,siue ve um.*Idem in Parad.*Nihil est tam incredibile, quod non dicendo fiat proba ile.

Prŏfūndo,profundis,Largè,& copiosè effundo. {שפך *schpháeh.* προχέω. GA. Espandre en abondance. ITAL. *Spargere largamente.* GERM. Zusgiessen/verschütten. HISP. *Mucho derramar.* ANGLIC. *To powre out aboundantlie.*} *Plaut.Aul.* Aquam hercle plorat, quum lauat, profundere. *Idem Curc.* [*sc.1.a.1.*] Profundis vinum? quæ te res agitant? *Virg.12.Æneid.* Vix ea quum lacrymas oculis Iuturna profundit. *cic. pro Fonteio,* Quem vt vidi, equidem vim lacrymarum profudi. Sanguinem pro patria profundere, *cic.2. de Finibus,* Verba profundere ventis, *Lucret.lib.4.* Vitam profundere. *cic.1.Offic.* Inuenti autem multi sunt qui non modò pecuniam, sed etiam vitam profundere pro patria parati essent. ¶ Profundere aliquando idem est quod prodigere, & inutiliter consumere, siue liberalitatis metas egredi: vt actum ab aqua quæ profunditur ex vasis. *κατασκεδάννυμι. Terent. in Adelph.* -tibi si istuc placet, Profundat, perdat,pereat, nihil ad me attinet. *Cic.5 Verr.* Ait omnia,pecunia effici posse:dare, profundere,opponere, si velis vincere. *Idem in Catil.* Patrimonia sua profuderunt, fortunas suas abligurierunt. [*Cæs.3.de bell ciu.* Profudit se multitudo sagittariorum.] ¶Profundere vota & preces,est multum & instanter precari. ¶Profundere vires animi,est omnes neruos intendere, & omnem ingenij vim applicare. *Cic.ad Attic.lib* 1. Vehemens fui, & omnes profudi vires animi,atque ingenij mei.

Prŏfūsŭs,a,um,participium,Large fusus. {שפך *schuppáeh.* κατακεχυμένος, ἐκχυθείς. GAL. Espandu en abondance. ITA. *Spargo.* GERM. Ausgegossen mit vile. HISP. *Derramado.* ANG. *Powred out aboundantlie.*} *Plin. lib.11.c.41.* Mulieri ante septimum mensem profusum lac inutile. *Ouid. 11.Metamor.* -fletus super ora profusus. *Plin.libro 5.cap.9.* Ex hoc lacu profusus, incignatur fluere per arenosa & squalentia.

Prōfūsŭs,nomen,Supra modum sumptuosus. {δαπανηρός, περίδυσπος. GAL. Aboondant,somptueux. ITALIC. *Sontuoso,abondante.* GERMA. Gnedig/verthugig/verschwendig. HISPA. *Abundante,largo,gastador.* ANG. *Flowing out,very aboundant.*} *Sall.in Catil.* Alieni appetens,sui profusus, quasi profutor sui. *Cic pro Mur.* Odit popul.Rom.priuatam luxuriam, publicam magnificentiam diligit: non amat profusas epulas: sordes, & inhumanitatem multo minus. *Idem 1.Offic.* Ipsúmque genus iocandi non profusum,neque immoderatum,sed ingenuum,& facetum. ¶Ponitur aliquando pro abiecto,& iacente. *Plaut.* Profusus, squalens,sordidus,ab omnibus derelictus. [*Ouid.Eleg.1.lib 4 Trist.* Lacrymæ sunt me scribente profusæ.]

Prŏfūsissĭmŭs,Superlatiuus. *Sene. de vitæ breuitate:* Simul ad temporis iacturam ventum est, & profusissimi in eo, cuius vnus honestissima auaritia est.

Profūsē,aduer. Effusè. {προχεχυμένως. δαψιλῶς. GAL. En grande abondance, excessiuement. ITA. *In grãde abondanza,exceßiuamente.* GER. Vuffechtig/gar vberflüssiklich. HISP. *Con abondancia,largamente.* ANGL. *With wasting or great aboundance.*} *Liu 10.ab Vrbe,* Hæc ipse minitans obstitit profusè tendentibus in castra. [*Suet.in Aug.c.72.* Profuse extructa diruere ad solum.]

Prŏfūsissĭmē. *Sueton.in Aug.* Festos & solennes dies profusissimè, non nunquam ioculariter tantum celebrabat.

Prŏfūndŭs,da,dum,adiectiuum,Quod deorsum magnam habet altitudinem: ita dictum quod porrò,id est longe habeat fundum. {עמק *hamók.* βαθύς. GAL. Profond, creux. ITA. *Profondo,alto.* GERMA. Tieff. HISP. *Alto,hondo.* ANGLIC. *Deepe.*} *Virgil. 5. Æneidos,* Amissum Anchisem flebant,cunctæque profundum Pontum aspectabant. *Ouid. ad Liuiam,* Effi gerens aliqua stagna profunda via. *Lucret.lib.2.* Corpora soluentes abeant per inane profundum. ¶Quandoque sumitur pro alto. *Virgil.1. Æneid.* Ni faciat, maria ac terras cælúmque profundum Quippe ferant secum,&c. Profundus sæpe per translationem capitur pro ingenti, magno, siue immenso. Hinc profunda auaritia dicitur *à Sallustio in Iugurtha,* Ibi fide data & accepta, Iugurtha Bocchi animum oratione aceendit, Romanos iniustos profunda auaritia communes omnium hostes esse. Sic profunda cupido,apud eundem loco iam citato. Namque Romanis cum nationibus, populis, Regibus cunctis vna, & ea vetus causa bellandi est, cupido profunda Imperij & diuitiarum. ¶Profunda libido. *Idem Sallust.de Repu.ordinanda,* Vt ex alienis malis deterrimi mortales ventri atque profundæ libidini sumptus quærerent. Nox profunda, *Virg.4. Æneid.** Os profundum, id est exuberans. *Horat.4. Carm. Ode 2.* Feruet immensus fluit & prefundo Pindarus ore. [¶Profundissimus, a, um; *Gellius cap. 4. lib. 6.* Profundissimæ tenebræ.]

Prŏfūndĭtās, βαθύτης. *Macrob. Comment. lib.1. c.7.* Maronis est ex intima disciplinæ profunditate sententia.

Profūndum,substantiue acceptum,Mare,pelagus. {עמק *hémek* vel *hómek* מעמק *maámák.* τὸ βαθύ. GAL. Creux,profondeur d'eau,la mer. ITA. *Il mare profundo.* GER. Das meer. HISP. *El mar hondo yalto.* ANGLI. *The deepsea.*} *Ouid.17.Epist.* Frigora ne possim gelidi sentire profundi. Rubrum profundum,*apud Lucan.lib.8.* pro mari Erythræo. Indomito profundo iactari, *Ouid.1.Trist.Eleg.10.* Pater profundi,hoc est Neptunus, *Valer.Flac.2.Argon.* [Profunda aquarum : *Gellius c 30. lib.2.* Et, profunda terrarum. *Sen.c.25.de Consol.ad Mar.Pla.* Cap *sc.2.a.1.* Profundum vendis tu quidem, haud fundum mihi. Id dicitur de ventre, & quasi gurgite Parasito. *Ouidius Eleg.10.lib.1.Trist.* Iactor in indomito brumali luce profundo. ¶Profundo mergere. (i.mari) *Suet.in Calig. c.16.* Omne profundum perscrutari. *Senec. de Consol. ad Heluiam cap.9.*]

Prŏgĕmmo, Progemmas, Gemmas emitto. {ἐκβλαστάνω. GAL. Bourõner,bourgeonner. ITA. *Fare il bottone.* GER. Die augen her fur trucken. HISP. *Hincharse las ycmas enel arbol.* ANG. *To budde.*} *Colum.lib.4. cap.27.* si palmis incipientibus, progemmantibúsque, fossorem immiseris,magnam partem vindemiæ decusseris.

Prŏgĕnĕr,i,penult.corr.progeneri,male,gen.Neptis meæ matritus)(prosocer,siue socer magnus. {προγαμβρός. GALL. Le mary de ma niepce. ITAL. *Marito di mia nezza.* GER. Meines tindes tochterman. HISP. *El yerno de los abuelos.* ANG. *My neeses husband.*} *Suetonius* progenerum videtur accepisse,pro generi patre, *in Augusto cap.10.* Luciliúque Pauli progeneri sui,&c.

Prŏgĕnĕro,ras,penult.corr. Genero. {הוליד *holidh.* γονάω. GAL. Engendrer. IT. *Generare.* GER. Gebären. HIS. *Engendrar.* ANG. *To engender.*} *Plinius libro 11.c.6.* Fœtus quonam modò progenerarent,magna inter eruditos & subtilis fuit quæstio. *Idem lib.10.cap.3.* E quibus vultures progenerantur minores. *Horat.4. Carm.Ode 4.* Fortes creantur fortibus:& bonis Est in iuuencis,est in equis patrum Virtus: nec imbellem feroces Progenerant aquilæ columbam.

Prŏgĕnĕrātĭo,onis,Progenerandi actus. {לרחה *ledháh* תולדה *toledháh* דור *dor* γόνος. GALL. Engendrement. ITA. *Generamento.* GERMAN. Das gebären oder die herfurbringung mit der geburt. HISPANIC. *Engendramiento.* ANGLIC. *Engendring.*} *Plinius lib.8.cap.43.de asinis,* Opera sine dubio geruli mirifica,arando quoque,sed mularum maxime progeneratione.

Prŏgĕnĭēs,ei, Genus,stirps,familia:à progignendo. {זרע *zéeráh* דור *dor* ילד *jéledh* יחש *jáchás* מולדת *molédheth.* γένος. GAL. Gene-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ration,lignee,race.ITA.*Progenie.* GERM. Ein geſchlecht/Stam. HISP. *La generacion deſde laxos.* ANG. *Succeſſe in blood, offſpring.* } *Cicero 9. Phi-ipp.* Reddita eſt ei tum à maioribus ſtatua pro vita: quæ multos per annos progeniem eius honeſtaret. *Virgilius 7. AEneid.*-hinc progenię virtute futuram Egregiam,& totum quæ viribus occupet orbem. *Horat. 3. Carm. Ode 6.* Ætas parentum peior auis,tulit Nos nequiores,mox daturos Progeniem vitioſiorem.* Progenies vitis. *Colum. libro 3. capite 9.* Quemnam igitur exiſtimas vitium numerum intra tantùdem temporis interſeri poſſe duorum iugerum maleolis, quum ſint ipſa duo iugera vnius vitis progenies?

Prōgĕrmĭno,nas,Germen produco. { אמה *tſamách.* ἐκφύω, βλάστω. GAL. Germer au parauant,ou bourgeonner. ITA. *Germogliare.* GER. Herfur ſproſſen. HISP. *Echar renuevo los arboles.* AN. *To budde.* } *Colum. libro 4. capi. 10.* Putandi autem duo ſunt tempora: melius autem (vt ait Mago) vernum antequam ſurculus progerminet.

Prōgĕro,geris, progeſſi,geſtum, Extrà gero, effero. { חוץ *hotsí.* ἐκφέρω. GAL. Porter ou mettre hors. ITA. *Portare fuora.* GERM. Auſshintragen. HISPAN. *Llevar à fuera.* ANG. *To beare forth.* } *Colum. libro 12. capite 50.* Vrcei quibus oleum progeritur. *Plin. libro 11. capite 18.* Quum defunctas progerunt,funerantiumque more comitantur exequias.

Prōgigno,progignis,progenui,progenitum, Generationem produco. { חוליד *holidh.* γεννάω. GAL. Engendrer. ITA. *Generare* GERM. Gebären. HISPAN *Engendrar.* AN. *To engender, or beget.* } *Plautus in Truc.* Neque natus eſt,neque progignetur. *Cicero 3. Offic.* Sed hic qui illud lumen progenuit,ex filio eſt nominandus. *Virg. 4. AEneid.* Illam terra parens ira irritata deorum Progenuit,&c.

Prōgĕnĭtor, oris, verbale, Auus. { προγονιπάτωρ, πρόγονος. GAL. Ayeul, pere grand. ITALIC. *Auolo.* GERMANIC. Ein groſſvatter. HISPANIC. *Abuelo.* AN. *A grand father.* } *Ouid. 11. Metamorph.* Quid peperiſſe duos,& diſplacuiſſe duobus Et forti genitore,& progenitore Tonante Eſſe iatam prodeſt?

Prōgnārĕ, aduerbium, Apertè, *autore Feſto.*

Prōgnārĭtĕr, Audacter, ſtrenuè. { γενναίως. GAL. Audacieuſement, vaillamment, diligemment. ITA. *Audacemente, ſtrenuamente.* GERM. Dapferlich. HIS. *Sabia y diligentemente, oſadamente.* ANG. *Luſtelie, vailiantlie.* } *Plaut. in Pœn.* Age,iudica prognariter. *Ennius 6. Annal.*-audire parumper, Vt pro Romano populo prognariter armis Certando, prudens animam de corpore mitto.

Prōgnātŭs, Gnatus. { ילד *jéledh.* γεννάω. GALLIC. Qui eſt né & ſorty de la race. ITA. *Figlio, figliuolo.* GERMA. Geboren. HISP. *Hijo, engendrado de lexos.* ANG. *That is borne of ſome race or ſtock.* } *Teren. in Phorm.* Bonam bonis prognatam. *Liuius 1. ab Vrbe,* Vt in eadem ciuitate poſt centeſimum fere annũ quàm Romulus Deo prognatus, Deus ipſe tenuerit regnum. *Hor. 2. Serm. Satyr. 1,*-quo prognatus eodem. Proprie tamen non filium à patre,ſed nepotem ab auo,aut proauo,aut aliquo maiorum prognatum dicimus. *Cic. 3. Tuſc.* Thyeſtes Tantalo prognatus, Pelope natus. ¶ Prognati ſubſtantiue, hoc eſt ipſi nati,vel liberi. *Plaut. Amph.* Res,*inquit*,parentes,patria,& prognati tutantur,ſeruantur.

PRŌGNĒ, ογῆ. Pandionis Athenienſium Regis filia fuit, & ſoror Philomelæ,quæ Tereo Thracum Regi matrimonio iuncta eſt, ex qua filium Itym ſuſcepit. { GER. Ein tochter Pandionis des königs zu Athen/ die frauw Terei des königs in Thracia. } Hæc quum deſiderio videndæ ſororis teneretur, exorauit virum vt Athenas profectus Philomelam ad ſe duceret. Qui mandata peragens, aduentum Philomelæ à Pandione impetrauit. Verùm quum in itinere eſſent, in libidinem mulieris exardens, quanuis repugnantem compreſſit: & ne facti obſcœnitatem exprimere poſſet,linguam ei abſcindit & ſeruo in vinculis cuſtodiendam tradit: reuerſuſque ad vxorem, maris nauſea periſſe ſimulat. Philomela interim tedio carceris affecta,rem omnem vti geſta fuerat, acu in tenuiſſima tela depinxit: hanc ancillæ Prognes clam deferendam tradidit. Progne re intellecta,ac diſſimulato ad tempus dolore, poſtquam Orgiorum dies aduenit, thyrſis & pellibus pro more inſtructa ſororem è carcere eripit,eodemque indutam habitu ad regiam ducit: ibíque furiis exagitata arreptum Itym filium interficit, vtroque domũ redeunti epulãdũ apponit. Qui tãde re cognita ex pueri capite, quod Progne ſub finem cœnæ per ſororem afferendum curauit, dum fugientem vxorem furibundus perſequitur, mutatam deorum commiſeratione in hirundinem vidit, quæ conſuetudinem habitandi intra hominum tecta ſemper ſeruauit. Ipſe autem in vpupam,auem ſatis notam,conuerſus eſt, ideóque militarem criſtam adhuc in capite gerit,& quaſi adhuc filium quęritans,clamat πού, πού, quod ſignificat vbi, vbi. Itys autem in phaſianum,quæ auis frequens eſt iuxta Phaſin fluuium in Colchis. At Philomela in auem conuerſa eſt ſui nominis, quę ne nunc quidem ceſſat deflere cantu dulciſſimo iniuriam quam paulo ante elinguis promere non poterat. Vide hanc fabulam latius *apud Ouid. 6. Metamor.* Gorgias tamen *apud Ariſtot. lib. 3. Rhetoric.* exiſtimauit Philomelam in hirundinem, Prognem ſororem ipſius in luſciniam conuerſam fuiſſe. Quam etiam opinionem ſequutus eſt M. Varro: Luſciniola,*inquit*,luctuoſa canere exiſtimatur,atq. eſſe ex Attica Progne in luctu facta auis. Ad quod alludit *Virgil. quum inquit*, Quas ille Philomela dapes.

Propnigeum, *Vide* PROPNIGEON.

Prŏgnōsis, pen. prod. προγνῶσις, Præſcientia, præuidentia dicitur. *Cic. 2. de Diuin.* Præſagitionem vocat.

Prŏgnōstĭcŏn, Rei futuræ ſignum. { προγνωστικόν. GAL. Prognoſtique, prognoſtication. ITA. *Pronoſtico.* GER. Ein zeichen etwas künfftigs bedeutend. HIP. *Senna de coſa venidera.* ANGL. *A token of a thing to comme. prognoſtication.* } à Græco verbo, προγινώσκω, quod præſcio, ſiue præcognoſco ſignificat: vnde & per g ſcribi debet. *Cic. lib. 1. de Diuin.* Atque his rerum præſenſionibus prognoſtica tua referta ſunt. Extat hoc nomine libellus Hippocratis, in quo ſigno ea perſequitur, quibus medici ægrotorum conualeſcentiam, mortemve poſſint præſagire.

Prōgrĕdĭor, deris, progreſſus, Vltrà procedo. { עבר *habár.* πορεύω, ὑπάγω. GAL. Aller auant, marcher auant, ſortir. ITA. *Andare innanzi, procedere.* GER. Herfur gehn/ weiter gehn/ fortgehn oder fortfaren. HISP. *Yr adelante.* ANGLIC. *To procede, to go forewarde, to come forth.* } *Plautus in Pſeud.* [*ſc. 2. a. 3.*] Si hic quò progredietur, pariter progredimini *Idem Caſi.* Sed tecum progrederetur, cum corona & lampade Meus ſocer Ce *bel i Galli.* Quum illi aut ex aliquo, aut paululum m quam p omnibus membris expediti. *Cic. 1. Offic.* Atque vt re e i gredi mallent. *Cæſ. 2. belli Ciuil* Ipſe cum equitu s gnis itineribus progreditur. ¶ Progredi obuiam. *Liuius* be, Romani alacres ab ſtatione obuiam militi ſuo progre gratulant, ſque ad Dictatorem perducunt. A quando eſt *Plautus*, Extremum intra carcerem ipſum ingreditu parth ¶ Progredi longius, per tranſlationem eſt ſermonem exte dere. *Cic. Verr.* Non dubito quin vobis ſatisf ce im, Iudices v rumtamen pro grediar longius. Digitum non pr gredi prou rbialis q dam ſ la pro ne minimum quidem. *Cic. 4. Academ.* N n quær ex his Mathematicorum, quibus conceſſis digitum progredi n po In virtute procedere & progredi. *Cic. 4. de Finib.*

Prōgreſsĭo, verbale, Proceſſus, progreſſus. { ἀ προκοπή, προκοπαί. GAL. Auancement. ITAL. *Auanzamento.* GERMANIC fürſchreitung. HISPAN. *Obra de yr ad lante.* ANGLI. *Ag ng* } Cic. 3. Offic. Quæ & ingenij bonitate multi ſequuntur & ne dicendi. Progreſsio ad virtutem. *Cic. 1. Acad.* Or go & p virtutum. *Cic. 4 de Fin. Idem 1. Tuſcul.* Qui erit antium ſicl arum m progreſsiones, inſtitutioneſque notauit.

Prōgreſsŭs, progreſſus, Proceſſus. ἀ προκοπή. *Cic. Attic. lib. 1* Pr gr præcipitem, inconſtantem reditum videt. *Idem 6. Phi ip* D labe irruentem in Aſiam à progreſſu arcuit, à reditu reformauit. ¶ p cimus. *Cic. 3. Tuſcul.* Philoſophi nunquam in ſtudiis tanto p gre facere potuiſſent.

Progymnaſmata, προγυμνάσματα, Latinè dici poſſunt præexercitamenta, à verbo Græco προγυμνάζω, quod eſt præexercere.

proh, Interiectio indignantis, *Vide* PRO.

PROHEDRI, dicebantur præſides magiſtratus quidam primi ſu f quibus cæteri omnes ſedendi loco cedebant. *Bud. in annot. ad tit. de Offic. Prætor.*

Prŏhĭbĕo, prohibes, penult. corr. ex pro & habeo, Veto, arceo, vetо, impedio. { מנע *manáh* חשך *chaſáeh.* κωλύω, πέργω, ἀπείργω. GAL. Engarder, prohiber. ITAL. *Prohibere, vietare.* GERM. Verbieten hind rẽ wehren. HISP. *Vedar.* ANGLIC. *To forbidde, to lett.* } *Virg 1. Æneid* O ramus, prohibe infandos à nauibus ignes. *Plaut.* Placide egredere & ſonitum prohibe forium,& crepitum cardinum, Ne quod hic a mus herus percipiat fieri. [*Gell. c. 19. lib. 7.* Eum à collega vi p hibe (Verba Tribu. Plebis intercedentis) *Cæſ. lib. 1. de b. ci.* Ab h c hoſtem prohiberi nihil eſt negotij. Idem ſæpe dixit, Proh be e c meatu, frumento, &c. Sicut & *Plaut. Curc. ſc. 1. a. 1.* Nemo ire quemq m prohibet publica via. *Idem Capt. ſc. 1. a. 3.* Conſilium inere qu n vitæ victuque prohibeant. *Idem Amph.* Tũne me prohibere d m per gẽ aduenientem poſtulas? *Idem Capt. ſc. 1. a. 4.* Prohibete a vob vim meam. *Idem Plautus Aſin. ſc. 1. a. 3.* Illo, quem amo, prohibeor. *Idem Men. ſc. 2. a. 5.* Prohibere ne ad cœnam vir promittat, poſtul s? Inhibeo idem eſt quod retineo, comprimo. κατακωλύω, ἐπέχω. Hoc ea m di fert à prohibeo, quod prohibere generale ſit, etiam ante rem inceptam: Inhibere re iam incœpta. Illud vetat nequid facere me hoc ne pergas, ſed potiùs deſiſtas. *Virgil. 1. Æneid.* Quod genu hoc hominum, quæve hunc tam barbara morem Permittit patria? ſp rio prohibemur arenæ. *Idem 12. Æneid.* Parcite iam Rutuli & v tela inhibete Latini. ἀνακόπτειν τὰ ἀκοντίσματα. Sed de hoc plura ſ o loc in verbo Inhibeo. * Prohibere ne. *Cicero 1. Verr.* Daturus es huic ni ni, quod & potuiſti prohibere ne fieret, & debuiſti? * Proh be e ominus. *Colum. lib. 2. c. 4.* Nihil prohibet quominus menſe Iulio veru ſta ſubigantur. * Prohibere & vetare quin. *Plaut. Curcul. ſc. 1. a. 1* -nemo hinc prohibet, nec vetat Quin quod, &c.* Prohibere, d r o & accuſatiuo iunctum *Plaut. Curcul.* [*ſc. 2. a. 5.*] Obſecro parenteſne meos mihi prohibea? * Prohibeſis, pro Prohibueris, antique. *P us Amph.* Tun' furcifer meis me procul prohibeſsis ædibus? [*Idem Aulul. ſc. 2. a. 4.* Id te quæſo vt prohibeſsis fides. *Idem Pſeud. ſc. 1. a. 1.* Id te Iuppiter prohibeſsit.

Prohibĭtŏr, ris, κωλυτής. *Apuleius de Deo Socratis*, Nullo adhortatore vnquam indigebat, at vel ò prohibitore nonnunquam.

*Prohibitorius, ria, rium, Adiectiuum, vt Edictum prohibitorium. *Paulus in l. mutus & ſurdus. ff. de procur.* Quia hoc edictum prohibit rium eſt.

Prŏĭĭcĭo, cis, penultima correpta, Abiicio, quaſi porrò iacio. { ירה *jaráh* השליך *hiſclich.* ἐκβάλλω. GALLIC. Ietter hors, mettre hors. ITALIC. *Tirari à lungi, ietare via.* GERMA. Hinweg werffen. HISPANI. *Echa ieros.* ANGL. *To caſt or ſett forth.* } *Virgil. 6. Æneid.* Proiice [tela] m n *Ouid. Epiſt. 10.* Proiicit ipſe ſuas deducta fronte coronas. *Vi g. 5 Æ ud.* galeam ante pedes proiecit inanem. [*Ouid. 13. Metam.* Nec adl uc pro iecerat heros virgineos habitus. *Senec. Epiſt. 45.* Proiicimus bonum, ſi hoc nomen pani aut polentæ damus.] *Cæſar 3. belli Ciuilis*, Ex ſuperi ribus locis in planitiem deſcendere atque arma proiicere iuſsit. ¶ Transfertur & ad incorporea. *Cæſar 4. bell. Gall.* Increpitare atque incuſare reliquos Belgas, qui ſe populo Romano dediſſent, patriam virtutem proieciſſent. ¶ Aliquando ponitur pro extendo, porrigo, προβάλλω, ἐκτείνω. *Cicer. in Topic.* Quoniam P. Scæuola id ſolum eſſe amb profudiſſe. ¶ Proiicere ſe, id eſt deſpondere animum. *Cic. Att.* 9. Tuas nunc epiſtolas à primo lego: hæ me paulum recreant: primæ monent & rogant ne me proiiciam. Hoc eſt deſpondeam an um. *Ibidem*, Tum poterimus deliberare, non ſcilicet integra re, ſed certe minus infracta, quàm ſi vna proieceris te.

Prōiectus, a, um, participiũ, Abiectus, derelictus. { משלך *me ſ e* Iulios, ἐκπεπτωκώς. GALLIC Ietter au loing, reiette. ITA. *Gi*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

GERM Hingeworffen. HISPA. *Echado lexos.* ANGLIC. *That is cast away and consemned.*} *Cicer. 2. de Divin.* Simonides ignotum quendam proiectum mortuum quum vidisset, humauit. *Virg. 11. Æneid.* Sternitur & toto proiectus corpore terræ. *Lucan. lib. 9.* Ignauis manibus proiectos reddidit enses. ¶Proiectus, extensus. *Cicero 1. de Oratore,* Brachium proceritus proiectum, quasi quoddam telum orationis. [*Suet. in Neron. cap. 51.* obelà ceruice, ventre proiecto fuit.] *Virgil. 10. Æneid.* -proiecto dum pede læuo aprat sè pugnæ. *Idem 3. Æneid.* Proiectáque laxa Pachyni. *Sisenna,* Vetus atquè ingens erat arbor ilex, quæ circum proiectis ramis maiorem partem loci summi tegebat. [*Gell. cap. 13. li 9.* Gallus scuto proiecto, (id est extento,) &c. ¶ Proiecti ad terram passis palmis. *Cæs. 3. de bell. ciu.* (id est prostrati.) *Idem Cæs. 2. de bel. ciu.* Proiecti ante simulachra Deorum.] ¶Proiectus, contemptus & vilis. *Tacitus lib. 1.* An ciues quibus iam proiecta Senatus autoritas? ¶ Proiectus puer, dicitur expositus. ἔκθετος, προεκκείμενος. *Plautus in Cistell.* Paruulam puellam proiectam, ex angiportu sustuli. [*Senec. capite 11. de Consol. ad Martiam*: Homo animal proiectum ad omnem fortunæ contumeliam. *Item Senec. cap. 9. de Consol. ad Polyb.* Proiecti in hoc mare vitæ.]

Proiectitius, proiectus. *Plaut. Cist.* Lemníque natam despondit adulescentulo amore capto illius proiectitiæ.

PRŌIECTÁ, in ædificiis dicuntur quæ prouehuntur & extenduntur. {προβεβλημένα. GALLIC. Galeries, lieux couuers dependans de la maison. ITAL. *Luochi sospesi nella casa sporti poggiuoli.* GERM Gesusi so vor einem gebeuw aussen sind/tauben/vorschöpff. HIS. *Lugares cubiertos aneres la casa.* ANG. *Garretes or ouer tofies.*} Qualia sunt mœniana & suggrundia, & podia pensilia. Immissa autem dicuntur quæ ex nostro ædificio protensa, in alieno recumbunt: cuiusmodi sunt tigna & trabes quæ ex nostro pariete in parietem vicini immittimus. Dicta proiecta, à verbo proiicio, quod inter cætera significat porrigo siue extendo.

PRŌIECTUS, huius proiectus, verbale. {שלבת *schallébeth.* ῥῖψις, ἔκπτωσις, προβολή. GAL. Iettement. ITA. *Gittamento.* GERMANI. Ein hinwurff/ auffspreitung. HISPAN. *Enchamiento.* ANGL. *A casting forth or a farre of.*} *Plin. lib. 17. ca. 12.* Omniū quæ proiectu frontis ita diffunduntur, vt per ipsas non defluant imbres, stilla sæua est. Corporis proiectus immanis. *Lucr. lib 3.*

Proiectio, onis, verb. Extensio, idem quod proiectus, us. {שלבת *schallébeth.* προβολή, ἔκπτωσις.} *Cic. in Orat.* Brachij proiectio in contentionibus, contractio, in remissis.

PRŌIECTO, as, frequentatiuum. {ἐκτείνω. GA. Ietter souuent. ITA. *Gittar souuēte.* GER. Offt hinwerffen. HIS. *Echar à menudo.* AN. *To cast forth often.*} *Plau. in Bacch.* Etiamne vltrò tuis me proiectas probris? id est iniuriis afficis.

PRŌIECTŪRĂ, ræ, Est prominentia & veluti supercilium quoddam parietis, arcendis stillicidiis inuentum. {προκολή. GAL. Auancement & sortie en dehors en vn bastiment, comme ce qu'on appelle larmier d'vne muraille. ITA. *Ciglio ò corona sporta fuori del muro à saluarla dalle pioggie.* GERM. Ein abgeschlipffter absatz oder simpsen an einem gebeuw den trägen abzutragen/oder ein vor rächlin/&c. HISP. *La corona en cima y sucra de la pared.* ANGL. *A penthouse or house eauinges.*} Fabri *Larmieros* appellant & *Intabulamenta.* Budæus.

Proin, aduerb. Proinde. {לכן *lachén* על כן *ʿál chén.* τοιγαροῦν. GAL. Parquoy. ITA. *Per tanto, però.* GERM. Darumb. HISPA. *Dende, por esso.* ANG. *Therefore.*} *Terentius in Eunuch.* Proin tu dum est tempus, etiam atque etiam cogita. [*Plaut. Men. sc. 2. a. 2.* Proin ne abeas longius. *Ibid. sc. 2. a. 5.* Proin tu me hinc abducas. *Idem Capt. sc. 1. a. 4.* Proin tu hunc Deum tranquillum face.]

PROĪNDE, cum accentu in antepenultima, componitur ex pro & inde, significatque ideo, ideóque, propterea, propter hoc, quapropter, temperenim depēdet ex superiori sententia. {לכן *lachen* על כן *ʿal chén.* τοιγαροῦν, τοίνυν. GAL. Parquoy, partant. ITAL. *Pertanto, però.* GERM. Darumb/ derhalben. HISPAN. *Porr esso, à esta causa.* ANGLIC. *There fore.*} *Liu. lib. 1. ab Vrbe,* Satis scire origini Romanæ & deos affuisse, & non defuturam virtutem, proinde ne grauarentur, &c. [*Plaut. prolo. Amphit.* Faciam hanc proinde vt dixi Tragicocomœdiam. *Ibidem sc. 1. a. 1.* Se & suos bello tutari posse: Proinde prospere de finibus suis decedere.] ¶Ponitur quandoque pro aduerbio similitudinis, eandémque significationem habere videtur cum perinde. ὥσπερ. *Terent. in Phorm.* Proinde expiscare, quasi non nosses. *Sallustius,* At hi contrà ignauissimi homines, per summum scelus, omnia ea sociis ademere quæ fortissimi viri victores reliquerant: proinde quasi victoria iniuriam fecere, demum id esset imperio vti. *Tacit. libro 12.* Decretaque eorum proinde haberi iusserat, acsi magistratus Romani constituissent. De Augusto loquitur. [*Plaut. Amphit. sc. 1. a. 1.* Fac hæc curata sint, Proinde adeo vt me velle intelligas, &c. Proinde prout: *Senec. cap. 18. de Consol. ad Mart.*]

PRŌLĀBŎR, penultima producta, prolaberis, prolapsus. Leuiter, sensímque prouelvor. {נפל *naphál.* πρόπτωμα. GAL. Griller, glisser, tomber. ITAL. *Scorrere, sdrucciolare.* GER. Furfallen/entschlipffen/niderfallen. HIS. *Caer desslizandose.* ANG. *To slipe. slyde or fall forewarde.*} *Cicer. de Natur. deor.* ex aliquo veterum poctarum, At canis ad caudam serpens prolabitur Argo. ¶ Sic prolabi longius in oratione, per metaphoram dicimus, pro eo quod est longius prouehi, & modum egredi. *Cicer. pro Cæcina,* Tametsi de hoc iudicio multa prætereo: tamen longius prolapsus tum quàm ratio vestri iudicij postulabat. ¶ Prolabi ad orationem aliquam, est sensim ad eam accedere. *Cic. 1. de Legib.* Libenter ad istam orationem tecum prolaberer. Prolabi item dicuntur qui vestigio in loco lubrico posito, procidunt, aut ægrè sese sustinent. *Liu. 5. ab Vrbe,* Conuertentem se inter hanc venerationem traditur memoriæ, prolapsum cecidisse: idque omen pertinuisse.

PRŌLĀPSUS, a, um, participium, Collapsus, delapsus. {נפל *nophél.* κατάπτωσις, κατακλινόμενος. GALL. Cheut, tombé, glisse, grille. ITA. *Sbrisciato, caduto.* GERMANIC. Nidergefallen/entschlipfft. HISPA. *Deslizado, caido, deslizandose.* ANG. *Fallen or slippen, forwarde.*} *Virg. 2. Æneid.* Hæc finis Priami fatorum, hic exitus illum Sorte tulit, Troiam incensam & prolapsa videntem Pergama, tot quondam populis, terrísque superbum Regnatorem Asiæ: iacet ingens littore truncus, Auulsúmque humeris caput: & sine nomine corpus. Equus prolapsus. *Propertius lib 4.* Elegia prima.

Prolapsio, onis, verbale, Lapsio siue lapsus, aut vacillatio. {מפלת *mappeláh* [vel] *mappaláh.* πρόπτωσις, ὀλίσθημα. GAL. Grillement, glissement, cheutte. ITAL. *Esso cadere, sbrisciare.* GERM. Ein niderfallung/entschlipfung. HISP. *Obra de caer resbalando ò deslizandose.* ANG. *A slipping, sliding or falling forward.*} *Cic. pro Cælio,* Et interdum multas vias ad lescentiæ lubricas ostendit, quibus illa insistere aut ingredi sine casu aliquo, aut prolapsione vix posset.

PROLĀTĬO, *Vide* Profero.

PROLĀTO, as, Amplio, dilato, extendo. {הרחיב *hirchíb* חחה *hitháh.* παρατείνω. GALLIC. Eflargir & faire estendre, prolonger. ITALIC *Dilatare, ampliare.* GERM. Erweiteren. HISPAN. *Dilatar, estender, ensanchar.* ANGLI. *To mak large and spread out.*} *Colum. in præfat. li. 1.* Largius tamen condidere quàm nos, quibus diuturna permittente pace, prolatare licuit rem rusticam, hoc est latiorem & amplioremreddere. Interdū idē est quod differre, protrahere, siue prorogare. {משך *mischchéb* עקב *bikkéb.* σκαλμός. GAL. Differer, prolonger, d. layer. ITALIC. *Differire. prolongare.* GERMAN. Auffziehen oder verziehen. HISPAN. *Differir y dilatar en tiempo.* ANG. *To prolonge or delay.*} *Liuius 2. ab Vrbe,* Prolatandis igitur comitiis, quum magistratu Dictator abiisset, res ad interregnum redit. Vitam prolatare. *Tacit. lib. 11.* Interim Messalina Lucillianis in horis prolatare vitam. *Idem lib. 5.* Sed vbi diem ex die prolatabant.

PROLĀTĀTŬS, ta, tum, participium. {ממשך *memuschschách* מעקב *mēʿokkáb.* ἀναβλητός. GALLI. Dilaye, differé, prolongé. ITAL. *Dilatato, differito.* GERM. Verzogen/auffgeschoben. HIS. *Differido, dilatado en tiempo.* ANG. *Delayed, prolonged, d fferred.*} vt Bellum prolatatum. *Tacit. lib. 13.* Prolatatum inter Parthos Romanósque de Obtinenda Armenia, bellum acrirer sumitur.

PROLĀTĀTĬO, onis, verbale. {עקבה *bikkebáh.* ἀναβλητικός. GAL. Delay, prolongement. ITAL. *Dilatione, prolongamento.* GERM. Verzug oder verziehung. HISP. *Obra de differir y dilatar en tiempo.* ANGLIC. *A delaying or prolonging.*} *Tacitus lib. 16.* Sed & omnem prolationem vt inimicam victoriæ suspectabant.

PROLĒPSĬS, προλῆψις. Latinè dici potest præacceptio, vel præoccupatio, ἀπὸ τοῦ προλαμβάνειν. hoc est à præsumendo. Fit autem quum id quod inaduersarij, aut iudicis opinione esse, aut fore arbitramur contrarium nobis, præoccupamus dicere & ratione dissoluere.

PROLES, huius prolis, fœminini generis, Soboles, progenies, [neque Deorum] neque hominum solùm, verumetiam brutorum. {ילד *jéledh* צאצאים *tzeetzaím* ἔκγονα. GAL. Generation, lignée, race. ITAL. *Prole, stirpe.* GERM. Ein geschlecht/tucht. HISPANIC. *La generation de hijo ò hija.* ANGLI. *Issue of ones bodie, offspring.*} [Proles dicitur à porrò & olescendo, vt Soboles. *Inquit Passer. Ouid. 1. Fast.* Tuta diu volucrum proles. (i. genus) Tum denique cæsa est. *Tibul. li. 4.* (de animabus heroum) Magna Deúm proles. *Ouid. 13. Metam.* Prolémque fatetur Iuppiter esse suam.] *Columell. lib. 8. de caprino pecore,* Parit autem si est generosa proles frequenter duos, nonnunquam trigeminos. *Cicer. 1. de Natura deorum.* Ferrea tum verò proles exorta repente est. *Virgil. 9. Æneid.* -& pulcra faciat te prole parentem. Duellica proles equorum. *Lucret. lib. 2.* ¶Per translationem etiam de plantis dicitur: vt oliuæ proles *apud Virgilium 2. Georg.*

Proletarij, Qui in plebe Romana pauperrimi erant, neque amplius quàm mille quingentûm æris in censum deferebant: ita dicti quòd rarò ad militiam conscriberentur: & ferè procreandæ prolis gratia in vrbe relinquerentur. Qui verò nullo aut perquam paruo ære censebantur, Capite censi vocabantur: *vt ait Gell. lib. 16. cap. 10. August. lib. 3. Ciuitat.* Tum verò tam multa bella vbique crebuerunt, vt inopia militum proletarij illi, qui eo quòd proli gignendæ vacabant, ob egestatem militare non valentes, hoc nomen acceperant, militiæ conscriberentur. *Nonius,* Proletarij dicti sunt plebeij qui nihil Reip. exhibebāt, sed tantùm prolé sufficiebant. ¶Proletarius sermo dictus est plebeius, & vilis. *Plaut. in Mostel,* Nam proletario sermone nunc quidem hoscpes vtere. [¶Proletarius scriptor & assiduus opponuntur. *Gell. cap. 8. lib. 19.* classicus assiduúsque aliquis scripto, non proletarius.]

PROLĪBO, as, pen. prod. Ante libo. {προγεύομαι. GAL. Premier gouster tant soit peu. ITAL. *Gustar prima.* GERM. Zuuor ein wenig versuchen. HISP. *Hazer la fa'ua de primero.* ANG. *To taste before.*} *Plin. lib. 28. cap. 4.* Alij è tribus puteis pari mensura aquas miscent & prolibant, nouo fictili. *Idem lib. 35 cap. 12.*

PROLĬCĬO, is, Induco, allicio. {פתה *pittáh.* ἀπάγω. GA. Attraire, allicher, amadouer, induire. ITA. *Induere.* GERM. Furhin locken. HISP. *Inducir.* ANG. *To allurer or intyse.*} *Plaut. in Curcul.* [*sc. 2. a. 1.*] Eius amor cupidam huc me per tenebras prolicit, id est inducit.

PROLĔCTO, as, are, Illectare. {פתה *pittáh.* ἀπάγειν. GAL. Attraire allicher, amadouer. ITA. *Attrahere, inescare, lusingare.* GERMA. Empfig herfur locken/anreitzen. HISP. *Atraher halagando.* ANG. *To intyse or allure.*} *Cic. pro Flacco,* Egentes & lenes spe largitionis & viatico publico, priuata etiam benignitate prolectat.

PROLĔCTĪBĬLĔ, Quod allicierdi incitandique vim habet. {ἀπατηλόν. GAL. Allichant, atrayant, qui amadoue. ITA. *Che attrahe con lusinghe.* GER. Das trefftig ist an zu reitzen oder zu locken. HISP. *Lo que attrahe con halagos.* ANG. *That hath force to allure.*} *Sidon. ad Vectionem,* Nemo ita naturæ firmæ est, vt prolectibilibus careat occultis.

PROLĪXŬS, a, um, Quod longum latúmque est & liberale, quasi porrò laxū. {ארך *érech.* εὐπαγής, εὔπλατος. GAL. Long. ITALIC. *Longo.* GERM. Langwnd breit. HISP. *Luengo.* ANG. *Long and broade.*} *Terent. in Heaut.* Capillus passus, prolixus, circum caput negligenter reiectus. Barba prolixa. *Virgi. 8. Eclog.* Comæ prolixæ. *Ouid. 4. Trist. Eleg. 1.* Prolixas abietes dixit *Var. de Re rust. lib. 1. ca. 6. & 9.* Licet videre fructuosas segetes ac restibiles & arbores prolixas. *Gell. c. 24. lib. 13.* Res secundæ, prolixæ, & prosperæ.] ¶ Prolixus interdum accipitur pro benevolo, & liberali. *Cic. 2. Epist.* Prolixa & benefica natura. *Idem Attī. li. 2.* Arrobarzanes non in Pompeium prolixior per ipsum, quàm per me in Brutū. *Idem ad Attic. lib. 16.* Quod quum ita sit, tamen interest nostra, Plancum hoc animo libenti prolixóque facere.

PROLIXĬTĀS, tis, Longitudo, quæ & prolixitudo à veteribus dicta est. {ארך

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ereeh[vel]*lorech.τὸ μῆκος.* GAL. Longueur. ITA. *Lunghezza.* GERMAN. Die lenge. HISPAN. *Longura.* ANGLI. *Length.* } *Pacuuius*, Oro in me ne flectas fandi prolixitudinem.

Prōlixē, liberaliter, large. {*ἐκτενῶς.* GALLI. Longuement, largement amplement. ITAL. *Largamente, liberalmente.* GERM. Weittúfftlich. HISP. *Copiosamente, abundantemente, liberalmente.* ANGLIC. *At lenght* } *Cic. ad Cæsarem l.7.* Neque mehercule minus ei prolixe de tua voluntate promisi, quam etiam solitus de mea polliceri. *Terent. in Eunuch.* Accipit hominem nemo melius prorsus, neque prolixius, id est largius, lautius. ¶Aliquando significat, longè latéque. *Terent. in Adelph.* Age prolixe Mitio. id est nimis multis verbis rem agis.

Prŏlŏgŭs, gi. {*προλογος.* GAL. Prologue, preface. ITA. *Prologo, prefatione.* GERMA. Ein vorred. HISP. *El prologo de libro ò otra cosa, prefacion.* ANG. *A preface.* } Proloquium, siue præfatio fabulæ, in qua aut poeta excusatur, aut fabula commendatur, aut aliquid lucem ei afferens præmittitur. *Teren. in prolog. Phor.* Vetus si poeta non lacessisset prior, Nullum inuenire prologum potuisset nouus, Quem diceret. ¶Ponitur aliquando pro ipso homine prologum referente. *Terent. ibidem*, Orator ad vos venio ornatu prologi.

Prŏlŏquĭum, gij, Principium, quasi proloquium. {*προλόγιον.* GAL. Commencement. ITALIC. *Principio.* GERMA. Ein Vorred/Anfang. HISPAN. *Comiençø.* ANGL. *The beginning of a speach.* } *Plautus*, Exanimauit me prologio suo.

Prŏlōngo, gas, Protraho, profero, prorogo: quasi longius facio. { משך *mischschéeh* עקב *ikkéb. ἀναβάλλομαι.* GAL. Prolonger, dilayer. ITA. *Prolungar, differire.* GER. Verlangeren. HIS. *Prolongar, differir.* ANG. *To differre, to delay.* } *Plin. lib. 31. cap. 3.* Vestes prolongant tempus. *Seneca de Benefic.* Vt prolongetur tibi dies mortis, nihil proficiet ad fœlicitatem.

Prŏlŏquŏr, eris, Animi sensa claris apertísque verbis effero. { דבר *dibbér. προφάσω, προφθέγγομαι.* GAL. Dire ce qu'on a sur le cœur. ITA. *Esprimere con parole chiare il suo animo.* GERM. Herauß reden/Außsprechen. HISP. *Hablar ò parlar claramente.* ANG. *To speak at lengrh, to vtter our mynd.* } *Var. 6. de lingua Latina*, Proloquitur is qui in animo quod habet, loquendo effert. [*Plau. prolog. Amph.* Nunc quam rem oratum huc veni primùm proloquar: post argumentum huius eloquar comœdiæ. *Ibidem*, Prius volo meditari si hoc proloquar. (i. loqui incipiam.) Item Pugnas pugnatas proloquuta est. *Idem Menæ. sc. 1. a. 2.* Non potuit paucis plura proloqui. *Idem Aulul. sc. 3. a. 1.* Decet te vera proloqui.] *Terent. Andr.* Censen' me vllum potuisse verbum proloqui? ¶ Nonnunquam idem quod prologo vtor, vel præfatiuncula quod dicturus sum præmollio, *προλογίζω, προοιμιάζω. Plaut. Epid.* Nam quid ego apud te parem proloqui? Ego illam hodie volo facere libertam meam. *Plau. Cap. prolog.* Id apud vos proloquar si operam datis (i. in prologo loquar.)]

Prŏlŏquĭum, quij, Præfatio, exordium, principium orationis. {*προοίμιον.* GAL. Proposition, maxime, preface. ITA. *Essordio, prefacione.* GER. Ein vorred/Anfang einer red. HIS. *Prologo ò habla antes, prefacion.* ANG. *A preface.* } [Proloquium, profatum, & pronunciatum. *Idem, Vitæ Gell. c. 8. l. 10.*] Accipitur item pro oratione veri vel falsi significatiua: quam *Cic.* Enuntiationem, Græci *ἀξίωμα* vocant. *Gell. l. 5. c. 11.* Quod in proloquio disiunctiuo necessarium est.

Prolŭbĭum, bij, Cupiditas, & volupras. { תאוה *taavâh* ערנה *Pednâh. ἐπιθυμία.* GAL. Desir, appetit, vouloir. ITA. *Cupidità, dilettatione, desiderio.* GERMA. Eine lust oder begird. HISPA. *Codicia, deleyte.* ANG. *Will, pleasour.* } *Gell. l. 16. c. 19.* Feros, & immanes nauitas prolubium tamen audiendi subit. Nonius tamen prolubium, amicitiam & fidem significare ait. *Ex Accij Andromeda*, Mulicbre ingenium, prolubium, occasio. *Ex Laberio in compitalibus*, Quo quidem me à matronali pudore prolubium meretricis progredi coegit. *Apud Varronem de lingua Lati.* Est prolubies & prolubido, quæ dicta sunt ab eo quod lubet.

Prŏlūdo, dis, pen. prod. Futurum certamen meditor, & exercendarum virium causa confirmandique animi, veluti simulacrum quoddam certaminis ineo. {*προγυμνάζομαι, προοιμιάζομαι.* GAIL. S'essayer premier qu'aller au combat, faire coup d'essay. ITA. *Prouarsi, fare vn saggio.* GERM. Vorspyten/versuchung thun vor dem rechten kampff/verfechten. HISP. *Hazer leuada, probarse.* ANG. *To proue or assay what he can do or he come to a thing.* } *Vir. 3. Geor.* Et tentat sese, atque irasci in cornua discit, Arboris obnixus trunco, ventósque lacessit Ictibus, & sparsa ad pugnam proludit arena. ¶Iurgia proludere. *Iuuen. Satyr. 5.* Iurgia proludunt, sed mox & pocula torques Saucius. ¶Proludere, *inquit Budæus*, est aliquid agere quod ad iustum certamen pertineat, quasíque exordium legitimi pleníque certaminis auspicari. *Ci. 2. de Orat.* Sed vt ipsis sententiis quibus præluserunt, vel pugnare possint. In armis leuibus proludit. *Ouidius ad Pison. Seneca Medea*, Dolor proludit per scelera.

Prōlūsio, verbale, Ipse proludendi actus, simulata & ficta concertatio. {*προγύμνασμα, προοιμιασμα.* GAL. L'essay qu'on fait premier que d'aller au combat, coup d'essay. ITA. *Proua delle proprie forze prima che si vada à combattere.* GER. Ein vorfechtung/Das versuchen auff ein kampff/Verübung. HIS. *La leuada antes que pelear.* AN. *A proning or assaying before.* } *Ci. 2. de Or.* Atque eiusmodi ista prolusio debet esse: nó vt Samnitũ, qui vibrant hastas ante pugnam quibus in pugnando nihil vtuntur. ¶Prolusionis vocabulum etiam ad causas translatum est. Sic *Cicero* Diuinationem suam, Prolusionem Verrinæ accusationis vocat: in ea enim de constituendo accusatore Verris agebatur. *Verba Ciceronis sunt*, Sin mecum in hac prolusione nihil fueris: quem te in ipsa pugna cum acerrimo aduersario fore putemus?

Prōlūdĭum, dij, Proprie est iusti, legitimíque certaminis quoddam veluti exordium, cuiusmodi est illud quod à Citharœdis iusto certamine solet præcini. {*προαγώνισμα, προοίμιον.* GA. Leuee de bouclier, le coup d'essay. IT. *Ricercata.* GER. Ein vorspil/vorstuß in Hi. *Leuada.* AN. *An assay or proofe before the mater.* } ¶Per translationé accipitur pro leuiore rei cuiusuis initio, quod tamen ad alia grauiora nonnihil afferat momenti. *Gell. l. 5. c. 19.* Sed maius mihi in ista victoria proludium est, quum te nõ cau à tantum, sed argumento quoque isto vinco.

Prōlŭbĕŏ, Tempus lugendi longius produco. {*ἐπὶ πολὺ ὀρθιῶ, ἐπιμηκύνω.* GAL. Pleurer & porter le dueil en fort long temps. ITALIC. *Piagnere lungamente.* GER. Zu lang weinen oder leid tragen. HISP. *Traer luto mu-*

cho tiempo. ANG. *To waill and weep long for any thing* } *Festus*, Prolubere dicuntur qui solito diutius lugent.

Prŏlŭo, luis, ex pro, & lauo: quod e prima in tertiam transit conionem, quemadmodum & reliqua eius verbi coniugia. Fere quod abluo, purgo, humecto. {רחץ *rachatz* כבס *chabas. πλύζω, βρέχω, διάβρεχω.* GAL. Fort laer. I. ITALIC. *Lauar & ingare, bagnare.* GERMA. Wel wäschen. HISPA. *Lauar, purgar, alimpiar.* ANG. *To wash and mak cleane.* } *Pers. in Prologo*, Nec tonte labra prolui Caballino. *Virgil. 1. Æneid.* & pleno se proluit auro. *Stat. 8 Thebaid* Cruor saucia proluit pectora. *Horat. 2. Serm. Satyr. 4.* -leni præcordia mulso proluere melius. ¶ Proluere cloacam, est aquam in cloacam infundere quæ secum rapiat sordes. ¶ *Plaut. in Curcul.* Ad anum ebriolam transtulit, vinum in ventrem non secus atque in cloacam quandam profundentem, Age (*inquit*) effunde hoc cito in barathrum, Proi cloacam. [*Gell. ca. 24. lib. 2.* Prandiorum gurgitibus proluere pecunia ¶Proluere terram dicuntur aquæ, cùm impetu suo terram abradunt, secúmque rapiunt. *Colum. lib. 2 c. 18.* Quoniam impetus aquarum proluit terram, nuncatisque radicibus germina non patitur coalescere. *Virgil. 1. Georg.* Proluit insano contorquens vertice sylvas Fluuiorum rex Eridanus.

Prōlūtŭs, a, um, part cipium. {רחץ *ruchâts* כבס *chubbâs. βεβρεγμένος* & *λελουμένος.* GAL. Laue. ITA. *Bagnato.* GER. Gewäschen. HISP. *Lauado.* ANGLIC. *Washed or made cleane.* } *Horat. 1. Serm. Sat. 5.* -abientem cantat amicam Multa prolutus vappa nauta atque viator Certatim.

Prōluuies, ei, Immunditia cuiuscunque rei sordidæ. {גלל *gilgâl* אשר *ischéah*, [vel] *itsoâh. ἀκαθαρσία.* GAL. L immondice & ordure qui s en va en l'eau, lauage, ou lauaille. ITA. *Sporcitia bruttura, lordura di qualche* GERM. Wust/ Außwäschetn/Vnflet oder vnsauberkeit. HIS. *Lauazas suziedad.* ANGLI. *The filth or ordure washed of from any thing* } *Virgil. 3. Æneid.* -fœdissima ventris proluuies: id est sordes effluio, *quit Seruius. Colum. lib. 12. cap. 38.* Et ad alui proluuiem.

Prōluuĭum, ij, proluuies. [*Gell. cap. 11. lib. 4.* A rei veneræ proluuio deca cere.] ¶Per translationem dicitur profusio, & prodigalitas, qu m quis more aquæ opes profundit. *ἀσωτία. Terent in Adelph.* Quæ res tam repente mores mutauit tuos quod proluuium? quæ ista subita est largitas? [Hic Prolubium legit *Victor cap. 4. lib. 21.*]

Prōmanare. *Seneca 2. de vitæ tranquillitate cap. 18.* Sermo promanauerat, quod languidus sono, & infracta voce suspectior.

Prōmātertera, ræ, est soror proauiæ. *Caius D. lib. 38. Tit. 10. l. 1.*

Prōmellĕre, Verbum antiquum, quod item promouere interpretatur *Festus.*

Prōmercālĭa, Mercimonia sunt venditioni exposita. {ὤνια. GAL. Q i est à vendre, mis en vente. ITA. *Merci da vendere.* GER. Feile waar/nutz, ding dem tauff geruft ist. HISP. *Lo que se compra para reuender.* ANG. *Thing s set out to sale.* } Promercalia dicuntur *Gaii Budæus*) quæ paterfamilias venalia habet, extra ea quæ vsui suo seruat. Quidam aiunt promercalia proprie dici merces quæ primò minoris emuntur, vt postea pluris distrahantur: quarum rerum negotiatores Græco vocabulo *ἐμπολαὶ* nuncupantur. *Sueton. in Cæsare*, [*cap. 54.*] aurum promercale vocat d quod Cæsar vendidit imperans, sibi reseruata tanta auri copia, quanta suo vsui satis esset. ¶Promercales vestes, quæ superuacant patr familiás. *Sueton. de Clar. Gram.* Luxuriæ ita indulsit, vt sæpius in die lauare tur, nec sufficeret sumptibus, quanquam ex schola quadragena annua caperet, ac non multo minus ex re familiari, cuius diligentissimu erat, quum & officinas promercalium vestium exerceret. *Colum lib c.* 8. Pecuniamque domini neque in animalibus, aut aliis rebus promercalibus occupet.

Promercium, ij, Mercimonium quodcunque vendendi causa seponitur. *Paul. in l. 4. §. 1. D de pen. legat.* Siquis solitus fructus suos vendere penum legauerit: non omnia quæ & promercij causa habuit, legasse vi tur. *Hotomanus.*

Prōmĕrĕŏr, reris, deponens, & Promereo, es, Mereo, beneficium confero, dignus sum, & in vtranque partem accipitur. {*μεταδίδωμι.* GALL. Meriter & deserur. ITA. *Far beneficio, meritare, beneficare.* GER. Verdienen/Beschulden. HIS. *Mucho merescer.* ANG. *To deserue or carne wages.* } [*Plaut. Amphitr.* Haud promeruit, quamobrem vitio verteres. *Plaut. Men. sc. 9. a. 5.* Non ita promeruisti de me (quem seruasti) vt pigeat quæ velis. *Idem Men. sc. vlt. a 5.* Promeruisti, vt ne quid ores, quod velis, quin impetres. *Idem Capt. sc. 1 a. 5.* Non possum agere gratias, perinde vt promeritus. *Ouid. Eleg. 2. lib. 1. Trist.* Si quam promerui pœnam, mep tere vultis? *Plautus Men. sc. 6. a. 5.* Postquam malum promeritum est, metuunt. (Alias, promeriti sunt.) *Virgi. lib. 4. Æneid.* ego te quæ plurima fando Enumerare vale, nunquam regina negabo Promeritam. *Terent. Adelph.* Ita velim me ames promerentem pater, id est bene merentem. *Plautus tamen in Amph.* in malam partem sumpsit, Quid mali sum, here, tanta ex re promeriti? *Plaut. in Trinum.* Nam retinere nequeo quin dicam ea quæ promeres. ¶ Bene promereri de aliquo, est conferre in aliquem beneficium. *Cic. 3. Offic.*

*Promerens, entis, particip. Qui bene de aliquo meretur, *εὖ ποιῶν. Plautus Asin.* [*sc. 2. a. 1.*] Promerenti optime hoccine pretij redditur?

Prōmĕrĭtum, ti. {חסד *chésedh. ὑμῖν δὲ ἄξιον, ἢ ὑπηρεσία ἀγγελία.* GAL. Merite, ce qu'on a merité & deseru, plaisir, seruice ou bienfait. ITA. *Merite, ce qu'on a merito & deseruito, plaisir, seruice ou bienfait.* HISP. *Piacere, seruitio fatto ad vn altro.* GERMA. Ein verdienst vmb einen. HISP. *Grande increscimiente.* ANG. *Deseruing, à pleasour or deserte.* } *Cic. ad Quirites post reditum*, Quare hoc maius est in vos vestrum promeritum, quòd non, &c.

Prōmēthĕvs, pen. prod. *προμηθεύς*, Filius Iapeti, & pater Deucalionis qui hominem ex luto dicitur formasse, & ex cælesti igne animasse. Promethei fabulam sic refert *Seruius*, Prometheus (*inquit*) post factos à se homines, dicitur auxilio Minervæ cælum ascendisse, & adhi ta

mel gestolen/vnd es jnen mitgetheilt. } Hæc autem omnia non sine ratione finguntur. Nam Prometheus vir prudentissimus fuit. Vnde etiã Prometheus dictus est ἀπὸ τῆς προμηθείας, id est à prouidentia. Hic primus Astrologiam Assyrijs indicauit: quam residens in monte altissimo Caucaso, nimia cura & solicitudine, deprehenderat. Hic autem mons positus est circa Assyrios, vicinus pene sideribus. Vnde etiam maiora astra demonstrat, & diligenter eorum ortus occasúsque significat. Dicitur etiam aquila cor eius excedere, quòd ὄκνος est solicitudo, qua ille affectus, sideruni omnes deprehenderat motus. Et hoc, quia per prudentiam fecit, duce Mercurio, qui prudentiæ & rationis deus est, ad saxum dicitur esse religatus. Deprehendit præterea rationem fulminum, & hominibus indicauit: vnde cælestem ignem dicitur esse furatus. Nam quadam arte ab eodem mõstrata, supernus ignis eliciebatur, qui mortalibus profuit donec eo bene vsi sunt. Nam postea malo hominum vsu, in perniciem eorum versus est: sicut in Liuio lectum est de Tullo Hostilio, qui eo igni exustus est cum omnibus suis. Numa verò Pompilius impunè eo vsus est tantùm in sacris deorum. Hinc est quod igne rapto, mortalibus morbi ab iratis numinibus dicuntur immissi. *Hactenus Seruius enarrans illud Virgilij sextæ Eclogæ*, Hinc lapides Pyrrhæ iactos, Saturnia regna, Caucasúmque refert volucres, furtúmque Promethei.

¶ A Prometheus fit Promethides patronymicum masculinum.

Prõmĭco, as, pen. corr. *inquit Nonius*, Est extendo, vel longe iacio. { GAL. Ietter loing. ITA. *Gettare a lungi*. GERMAN. Außwerffen. HISP. *Echar lexos*. ANG. *To cast farre of*. } *Næuius*, Si quidem loqui vis, non perdocere, multa longe promicanda orario est.

Prõmineo, promines, penul. cor. ex pro, & maneo, Exto, emineo, propendeo. {ἐξέχω. GAL. Se tort monstrer, & saillir hors & fortir, apparoir. ITALIC. *Soprastare, essere premiente*. GERM. Fur außgehn/fur abhangen. HISP. *Sobrepuiar, estar mucho en cima*. ANG. *To appeare or stande out further then an other, or aboue or before*. } *Plinius libro* 11. *capite* 37. Simiæ dentes vt homini, elephanto intus ad mandendum quatuor, præterquam eos qui prominent. *Horat. Epod.* 5. Quum promineret ore, quantum extant aquæ Suspensa mento pectora. *Ouidius* 13. *Meta.* coma plurima toruos Prominet in vultus.

¶ Prominere in memoriam ac posteritatem, pro extendi. *Liuius* 8. *bel. Pun.* Tanquam non longius, quam quantum vitæ humanæ spatium est, cupiditas gloriæ extendatur: maximáque pars eius in memoriam ac posteritatem prominеat.

Prõmĭnens, tis, participium, Se se extendens. { ἐξέχων, περίχων. GAL. Qui se monstre fort, fort apparent. ITA. *Molto eminente, sporto in fuori*. GER. Fur auß gehnd. HISP. *Muy sobrepuiado y apparesciente*. ANGLIC. *That appeareth or standeth out further*. } *Liu.* 7. *belli Pun.* Gallos prominens collis tegebat.

Prõmĭnens, nomen substantiuum. *Tacit. libro* 1. Inuenerúntque in litoris prominenti nihil, &c.

